6
30 N
18

32.1.G.5

.11 g 21

30.G

Ambroſii Calepini

DICTIONARIVM,

NVNC DEMVM

POST OMNES EDITIONES, QVAE HACTENVS IN lucem prodierunt, ab infinitis penè, quibus reſertum erat, mendis, quàm accuratiſsimè repurgatum : atque innumeris uocibus ſumma cum diligentia ità adauctum & locupletatum, ut uix quicquam amplius in eo à quouis, non modò augeri, ſed ne deſiderari quidem poſsit.

Addidimus enim non ſolùm Latinarum, Græcarumque dictionum maximam copiam, uerùm etiam Latinis, Græciſque uocibus, Italicas adiecimus interpretationes: eaſque omnes ſolertiſsimè clariſsimorum uirorum auctoritatibus comprobauimus.

PRAETEREA QVAE PERPERAM CICERONIS, VERGILII, TERENTII, cæterorumque omnium, tam Oratorum, quàm Poetarum, & Hiſtoricorum teſtimonia multis in locis citabantur, ſuæ integritati reddidimus.

Quæ uerò malè inculcata, ac penitus inuerſa erant, in ſuum legitimum ſtatum, maxima ac diligenti cura reſtituimus.

VIRTVTE DVCE



COMITE. FORTVNA.

VENETIIS,

Ioan. Gryphius excudebat. 1555.

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM AVCTVM.

DELLA LETTERA A.

A E' prima lettera dell'Alfabetto, à quaſi tutte le nationi del mondo. Percioche gli Ebrei, i Caldei, gli Aſſirii, i Samaritani, gli Ethiopi, i Giacobiti, i Goſiti, i Turchi, gl'Indiani, gli Egitti, gli Armeni, gli Aſiani tutti co i Fenici, Greci, Sciti, Gotti, Vandali, Schiauoni, Tedeſchi, Ingleſi, Spagnuoli, Franceſi, Polacchi, & Italiani hanno tutti tal lettera, in quanto al ſuono, per prima dell'Alfabetto. Euui ſolamente queſta differenza, che molte nationi l'uſano di forma chi piu, & chi meno diuerſa l'una dall'altra, & ſimilmente alcuni uſano il nome ſuo ſemplice & d'una ſola lettera, cioè del nome & ſuono di ſe ſteſſa, chiamandola A. ſemplicemente com'ella ſi proferiſce. & altri la chiamano non come ſola lettera, ma come parola, dicendola chi Alpha, chi Aleph, chi Aliph, chi Alephe, chi Ayp, chi Ayp, chi Athomos, chi As, chi Aluz, & chi in uno, & chi in'altro modo tale. Vſano oltre à cio, tutte le nationi Oltramarine, la detta lettera per principio del numero loro in abbreuiatura, ò per abbaco come noi uſiamo il carrattere. 1. Vſando poi loro la ſeconda lor lettera per 2. la terza per 3. & coſi di tutte l'altre di mano in mano fino alla decima, & di poi le uengono raddoppiando à due à due, poi à tre, & indi creſcendo il moltiplicarle per far le centinaia, & le migliaia, & gli altri numeri maggiori, ualendoſi d'alcune uirgole ſopra ò ſotto alle dette lettere. La detta lettera A. coſi nella lingua Latina, come nella noſtra ſerue ancora per parola intera, & in diuerſe ſignificationi. come della Latina ſi uerrà dicendo appreſſo, & uolendo dir primieramente della noſtra, habbiamo che la detta lettera A. alcuna uolta è ſegno del terzo caſo. Petrarca. A' pie del ſuo e mio ſignore eterno. Ponſi anco in uece della prepoſitione Latina ad. Andatoſene à caſa. Boccaccio, Riuoltoſi à riprendere il popolo. Et finalmente queſta lettera A. nella lingua uolgare ſi mette in molti & diuerſi modi per ſignificamento di parola. Andare à pie. Mettere à ſacco ò à rubba. A' buon concio. A' buona rendita. A' man ſalua. A' pieno popolo. & altre moltiſſime Riceue poi la lettera H. & diuiene intergettione, la qual s'uſa per commiſeratione ò per iſpauento & per modo d'auuertire. Dante. Ah quanto cauti gli huomini eſſer denno. Et altroue. Ah quanto ne la men te mi commoſſi. Petrarca. Ah null'altro che pianto al mondo dura. Aggiungeſi poſcia à tale intergettione la lettera I. & uſa quaſi nel medeſimo ſignificato. Boccaccio. Ahi mercè per Dio, non uoler diuenir micidiale & altroue s'uſerà per modo di ſdegno & di riprenſione ò rimprouueramento. Dante. Ahi Piſa uituperio delle genti. Petrar. Ahi crudo Amor, ma tu allor piu m'informe. Bocc. Ahi uituperio del guaſto mondo. Vſolla Dante con aggiuntione della particella me. Ahime che piaghe uidi ne' lor membri, ma queſto non è proprio della lingua, percioche come ſempre nel Petrarca ſi legge, & nel Boccaccio & non mai ahme. Quando la detta intergettione ah ſi pone raddoppiata una ò piu uolte ſignifica riſo Ah ah, & ah ah ah. Piglia la detta lettera a, la lettera l & diuiene articolo del terzo caſo. Pet. Che ſcorgi al cor l'alte parole ſante. Riceue anco la lettera D. & faſſene l'iſteſſa prepoſitione ad. che hanno i Latini. ma ciò ſi fa nella lingua Italiana quando ſolamente la parola che le ſegue appreſſo incomincia da uocale. Di che tutto ſi uerrà dicendo con la dichiaratione delle uoci Latine à' lor luoghi.

DE LITERA A.

A NOMEN eſt literæ primæ Hebræis, Græcis, & Latinis: quæ à Cicerone Salutaria litera dicitur, quòd nota eſſet abſolutionis: ut C, condemnationis, & N L. ſignum erat ampliationis. Hæc à tergo aſpirationem accipiens, fit interiectio. de qua uide infra ſuo loco. A autem præpoſitio ſine aſpiratione, & graui accentu ſcribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca præpoſitione, remota ultima ſyllaba πὸ: à qua præpoſitione Ab quoque deduci uidetur, abiecta ultima litera o, & mutato π tenui in ſuam mediam b.

Eadem ratio eſt de Abs: quarum trium eadem eſt ſignificatio: in hoc autem uno differunt, quòd A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus a uocali: Ab uero cum omnibus iis, & præterea cum l, & r, duabus liquidis, & i, conſonantis locum tenente: ut Ab lege, Ab rege, Ab Ioue (licet apud Liuium cum aliis quoque conſonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q. ut, Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab, & Abs quantum ad ſignificationem attinet, dici & poſſe & debere eſt putandum. Significat Autem A, motum à loco: ut, Redeo à uilla, ab agro: uenio ab Vrbe, ab Italia. Verg. 2. Aenei. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo. Neque ſolum motum à loco ſignificat: ſed etiam tempus importat, & tum maxime declaratur per Cum: ut A paruo te noui, id eſt, cum paruus adhuc eſſes. Sic, Ab infantia te dilexi, cum dico, ſignifico, ſtatim cum inciperet infantia, cœptam eſſe meam dilectionem. Similiter cum uerbis paſſiuis ſignificat perſonam agentem: ut, Victus eſt à Scipione, id eſt, uicit eum Scipio. Interdum ponitur pro Poſt, μετὰ cum accuſatiuo, & ἀπό. Cicero de Senectute: Cuius à morte hic tertius & triceſimus eſt annus: hoc eſt, poſt cuius mortem. Sic dicimus, A partu, A funere, A commeatu: quod eſt, poſt partum, poſt funus, poſt commeatum. Suetonius in Cæſare: Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit. hoc eſt, poſt celebratas exequias. Et A tergo: id eſt, poſt tergum, retro, pone ὄπισθεν, κατόπιν. Liui. 3. ab Vrbe. Neque hoſtium à tergo incurſum uidit. Sic à ſomno: id eſt, poſt ſomnum. Dicimus etiam non ineleganter, A rege ſecundus: quod eſt, poſt regem primus. Idem 1. ab Vrb. Si dignum, qui ſecundus à Romulo numeretur, crearitis. Quandoque ſignificat De. Cicero: A Pauſania Lentuli liberto audiui. quod alibi per De, enunciauit: ut De Philadelpho audies: id eſt, Philadelphus tibi dicet. Quandoque habet uim defenſionis, & ſignificat pro, ὑπὲρ cum genitiuo. Cicero in Bruto: Nec uero M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu uel fortuna, uel mens fuit: qui quandiu auctoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamque dementiam à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. Vbi quod A Senatu ait: & A cauſa bonorum, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Pro partibus Senatus, & bonorum. hoc eſt, Senatui ſtuduerit & fauerit, eumque tutatus fuerit. Sic dicimus, A quæſtionibus, A teſtibus, A uoluntate, quæ locutio creberrima eſt apud idoneos auctores: quaſi defenſor quæſtionum, teſtium, & uoluntatis alterius.

Officiorum præterea & dignitatum nominibus præpoſita, eos ſignificat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: quarum quidem in re latiſſimus huius præpoſitionis eſt uſus. Nam à ſtudiis dicitur ille, qui pro eruditione & doctrina ſua, præeſt ſtudiis alicuius, puta principis. Ab epiſtolis, (ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν) qui præeſt epiſtolis, ſiue ut eas accipiat, ſiue ut ad illas reſpondeat. A rationibus qui nunc uulgo Clericus, ſiue Magiſter computorum dicitur. Suetonius in Claudio: Super hos Polybium à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modo ingentibus, ſed & Quæſtoriis, Prætoriiſque ornamentis ornari libenter paſſus eſt. A libellis, (ὁ γραμματεὺς προεστάμενος τῶν ἱκετηριῶν) qui libellis ſupplicibus præeſt. Sic A batis, qui præeſt menſuris, quique annonam menſuris diuidit. A calculis, (ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι) qui præeſt calculis, quæ ſunt uaſa potoria. A commentariis, qui præeſt commentariis, hoc eſt, qui in commentarium cuſtodias refert, & ueluti diarium cuſtodiarum conficit. Hunc Aſconius Pædianus Commentarienſem uocat. Hierony. lib. 11. Reg. Ioſaphat erat à commentariis. A manibus, ſiue A manu (οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενοι) dicuntur ſcribæ, quorum manu ad literas ſcribendas principes uti ſolent. Suetonius in Cæſare: Philomenem à manu ſeruum, qui necem ſuam per uenenum inimicis promiſerat, non grauius, quàm ſimplici morte puniit. Hi alio nomine Ad manum, dicuntur. Cicero lib. 2. de Oratore. Licinium ſeruum ſibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenſeis eos Suetonius alibi uocat. A memoria, (ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως) cuius officium eſt ſuggerere principi res obeundas, & quæ ſint agenda in memoriam illius reuocare ex præſcripto. A pedibus dicuntur ſerui, quorum pedibus utimur. Cicer. ad Atti. Nec ullam ob aliam cauſam Pollucem ſeruum à pedibus Romam miſi. Martial. lib. 5. Omnia cum retro pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus. Idem lib. 7. eoſdem uocat Ad pedes. Miſſo (inquit) lagænam replet ad pedes uino. Inuenimus etiam pro eodem Pedes, ſine præpoſitione. Idem lib. 3. At ipſe retroflexus ad pedum turbam. Et ſciendum A pedibus, per omneis caſus eadem terminatione dici. Recte enim interrogaueris: Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, ſerui à pedibus. Miſi à pedibus: Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circumpedes uocantur. Vnde ait Agretius: Circumpedes ſunt obſequia ſeruorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circumpedes autem homines formoſos, & literatos ſuos eſſe dicebat. A pugione dicitur, qui Principis pugionem geſtat, eique ſemper præſto eſt. Lampridius in Com. Inter quos Libertinus, qui à pugione appellatus eſt. A punctis, qui præeſt reditus aquariorum, ut eſt apud Frontinum lib. 2. de Aquæ duct. A ſecreto, ſiue à ſecretis, (ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων) ſecretarius dicitur, ſiue conſiliarius, qui ab ore principis (ut docet Budæus in prioribus in pandectas Annotationibus) imperia recipit diplomatum ſubſcribendorum, edictorumque, quæ in conſilio ſelecto decerni ſolent. A uoluptatibus, qui ſtudium habet comminiſcendi uoluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit ſe præmium daturum ei, qui nouum uoluptatis genus repeririſſet. Suetonius in Tyberio: Denique officium inſtituit à uoluptatibus, præpoſito equite Romano, T. Cæſonio Priſco. Aliquando etiam hæ præpoſitiones pro Contra ponuntur: Vergilius in Melibeo. Dum teneras defendo à frigore myrtos. hoc eſt, contra frigus. Cice. pro Fonteio: A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. Quandoque ponuntur pro Per. Plau. in Rud. Ab ſe cantat cuia ſit, id eſt, per

ſe,ac ſuo unius teſtimonio. Quandoque pro præter, ſiue contra: unde Ab re, ſignificat præter, ſiue contra utilitatem, aut ſine utilitate. ἀσύμφορον cui contrarium eſt, E re, id eſt, ad utilitatem, σύμφορον: ut, E re publica, id eſt, commodo Reipub. Plau. in Capt. Quid uis, dum ab te ne quid ores, faciam: id eſt, ne quid ores alienum ab honeſtis moribus, quod bonis moribus non conueniat: quaſi dicas, præter, uel contra honeſtatem. Idem in Trinu. Ab re ſconſulit, id eſt fruſtra. Sæpius autē uſurpatur cum particula negatiua. Pli. lib. 33. cap. 8. Id quod notaſſe haud ab re eſt, hoc eſt, non inutile, non alienum à propoſito, uel non abſurdum. A uel Ab, pro ἐκ, ſiue pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Ci. pro Rabirio: Quorum impunitas fuit non modo à iudicio, ſed etiam à ſermone. Idem ad Atticum: Sumus. n. flagitioſe imparati cum à militibus, tum à pecunia. Idem de Oratore: Hæc cum Craſſus dixiſſet, parumper & ipſe conticuit & à cæteris ſilentium fuit: pro, Quod ad iudicium, ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet. Huc pertinent & hæc: Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo ocioſus. Ab ingenio improbus: Doleo ab animo, Doleo ab oculis, et ſimilia apud Plautum ac Terentium. Accipiuntur etiam A, uel Ab, pro eo, quod uulgo dicimus: De parte. Pli. lib. 33. Quod à ſole fuit, in iis melius, quàm quod à terra: pro, uerſus ſolem, & uerſus terram. Idem lib. 2. cap. 47. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicimus tamen & A parte, pro eodem. Pli. lib. 13. cap. 15. Laudatiſſimo à parte Aquilonis, aut cum ſpongiis, A uel Ab, præterea cum ablatiuo perſonæ, eleganter domicilium ſignificat: ut A iudice uenio: hoc eſt, à domo iudicis. Teren. in And. Vnde eſt? dic clare. M Y. à uobis: id eſt, à domo ueſtra. Sic A me, A milite, A Glycerio, apud eundem. Ab eo, pro eius. Terent. in Eunucho: Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quàm uideo uelle, inibo. Vbi Donatus: Hæc eſt elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Eius gratiam merebor. Sunt & aliæ harum præpoſitionum ſignificationes, cuiuſmodi ſunt quæ ſequuntur. Cæſar: Opportuno, atque occulto loco à millibus paſſuum circiter duobus, Romanorum aduentum expectabant: pro interuallo duum millium paſſuum. Ab aliquo legare. Cicero pro Cluentio, Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio: à ſecundo hærede nihil legat. Subintellige tradendam: id eſt, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, ut is eam non niſi à filio, ſi quis natus eſſet, accipere poſſet: ut. ſ. ipſi Oppianico curæ eſſet ſalus filii, cum in ea tantum ſuum emolumentum poſitum intelligeret. Nam legata non ualebant, ſi is a quo nominatim teſtamento relicta eſſent, hæres eſſe non potuiſſet. A lenone manu aſſerere, apud Plautum in Perſa. Hæc de ſignificatione & uſu harum præpoſitionum A, Ab, & Abs, cæteris dictionibus appoſitarum, in compoſitione uero ſeparationem ſignificant, & priuationem. Neque tamen cum quibuſuis literis coniunguntur. Nam A, cum m, & u, conſonante ſolum connectitur. ut amoueo, amens, auello, Ab, cum a d e f i l n o r, & u, ut, Abactor, Abduco, Aberro. Abfore, Abiuro, Ablacto, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. duo ſunt ex Ab. præpoſitione compoſita, quæ euphoniæ cauſa b mutant in u, Aufero uidelicet & Aufugio. Important autem ut diximus, hæ præpoſitiones in compoſitione fere priuationem, ut abſimilis, non ſimilis. Nonnunquam ſeparationem: ut, Ablacto, Aufugio. Interdum idem ualet quod extra, ut, Abduco. Aliquando, idem quod contra, ut, Abuſus, contra uſum. Aliquando ſuperfluæ ſunt, ut apud Liuium: Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat. Cic. pro Roſc. Amer. Non eſt neceſſe omnes commemorare Curtios. Marios Mameneos, quos iam ætas à prælio auocabat. Abs uero componitur cum c, q, & t, ut Abſcondo, Abſque Abſtineo. Significat quoque retractionem in partem poſteriorem, ſicut in Abſtraho, & aliquando priuationem, ut in Abſtemius, quaſi ſine temeto.

AARON, (ἀαρὼν Suidæ) nomen proprium ſummi ſacerdotis apud Hebræos, qui una cum fratre Moſe Iſraelitas eduxit ex aegypto. Acta eius reliqua uide in Exodo.

A ANTE B.

AB, præpoſitio. Vide indictione, à

ABA, (ἄβα) Xenophanis filia fuit, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine adminiſtraret, cultu obſequiiſque ab Antonio & Cleopatra ſibi impetrauit. Vide Strabonem lib. 14. Fuit præterea Aba (ut idem Strabo refert lib. x. ex Ariſtotelis ſententia) ciuitas Phocidis, cuius ciues Abantes (ἄβαντες) dicebantur: qui poſtea relicta patria Euboeam incoluerunt, quæ etiam ab ipſis Abantis (ἀβαντὶς Stephano) dicta eſt. Eſt etiam Aba mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci uoluit, referente Pli. lib. 5. cap. 24.

ABACÆNA, (ἀβάκαινα Ptolemæo) uel Abcænium (ἀβακαῖνον Suidæ & Stephano) oppidum eſt Siciliæ non procul à Meſſana: cuius incolæ dicuntur Abacænini ἀβακαινῖνοι Stephano. Eſt præterea Abacæna, teſte Ptolemæo lib. 6. oppidum Mediæ.

ABACION, pen. cor. {Piccol deſco} (ἀβάκιον) diminutiuum eſt à nomine Abax: cuius ſignificationem uide in primitiuo Abax.

ABACES {Caſſe da riponerui dentro uaſi, come di uetro, d'oro, d'argento, & ſimili} uide in ſingulari Abax.

ABACTORES, (ἀπελάται, ἐλατῆρες) qui ſint, quære in dictione Abigeus.

ABACTVS, a, um {Cacciato Boc. nella Narratione della 1. Gior. Perche auuenne, che i buoi, gli aſini, le pecore, le capre, i porci, i polli, & i cani medeſimi fideliſſimi à gl'huomini fuori delle proprie caſe cacciati per li campi, doue ancora le biade abbandonate erano, ſenza eſſere, non che raccolte, ma pur ſegate, come meglio pareua loro, ſe n'andauano} (ἀπελάτης) ab Abigo: ut, Abacti greges qui aut furto, aut per uim abducti ſunt. Cicero. 4. Ver. Præter ea greges nobiliſſimarum equarum abactos. Additur quandoque & ablatiuus Furto. Plin. libro 8. capi. 51. Compertum agnita uoce ſuarij, furto abactos, merſoque nauigio inclinatione lateris unius, remeaſſe. Abacta nox, pro, exacta. Vergil. 8. Aeneid. Medio iam noctis abactæ Curriculo. Dicebantur etiam abacti (ἀπωθούμενοι) auctore Feſto, magiſtratus, qui coacti depoſuerant imperium.

ABACTVS, us, ui, uerbale, {Lo ſcacciamento} (ἐξέλασις, ἀπέλασις) pro uiolenta expulſione. Plinius in Panegyrico: Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit) cum abactus hoſpitum exerceret. Abactus etiam uocatur furtum illud, quo pecudes e paſcuis abiguntur, aut a gregibus ſubtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur.

ABACVS, pen. cor. {Deſco. Boc. Gior. 8 Nou. 2. La Bel colore borbottando ſi leuò dal deſco} a genitiuo Græco ἄβακος ab ἄβαξ, menſa eſt, uel tabula in qua aliquid deponitur: quales ſunt menſæ coquorum, in quas receptacula eduliorū exponi ſolent. Item menſæ genus ea oper. inteſtino ad exponenda omnis generis uaſa factum. Cic. in Verrem: Ab hoc abaci uaſa omnia, ut expoſita fuerāt, abſtulit. Iuue. Sat. Lectus erat Codro, Procula minor, urceoli ſex, Ornamentū abaci. Eſt item tabula calculatoria, {Cartella Venetis} (ἀβάκιον, Ammonio) in qua Logiſtæ numeros ſubinde deletiles, & Mathematici ſuas lineas & figuras ducunt. Perſius: nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe uafer. Vtitur eo in hac ſignificatione & Apul. in Mag. ueteres menſam Pythagoricam appellabant. Vnde & pro ipſa ſupputandi peritia, quę Platoni λογιστική dicitur, uulgus abuti ſolet. Aliquando planities e marmore uel ſtructura ad ſeſſum habilia hoc nomine appellatur. Sunt præterea abaci, columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epiſtyliis ſupponuntur, de quibus Vitru. lib. 13. cap. 1.

ABACVLVS, (ἀβάκιον) diminutiuum eſt a nomine Abax: quo ſignificatur parua menſa, in qua uel rationes ſubducuntur, uel uaſa reponuntur. Abaculi, {Segni da far conti, detti ſeritni, ò ragionati} (ἀβάκιαι) ſunt calculi, quibus utebantur ueteres in ſupputatione diſputationeque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes fere nationes ſeruatur. Plinius libr. 36. cap. 26. Vitri fragmenta reparata adglutinantur tantum, ruſſus tota fundi non queunt, præterquam abrupta ſibi, nec tingi, ueluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant.

ABÆ, arum, (ἄβαι) oppidi nomē eſt in Phocide, ab Aba quodam héroe illi inditum, ut Stephanus & Suida prodiderunt. Huius incolæ dicti ſunt Abantes (ἄβαντες) qui poſtea hac urbe relicta, in Eubœa ſedes fixerunt, eamque inſulā de ſe uocauerunt Abantidem. Pro eodem etiam legitur Aba ſingul. numero, ut paulo ante oſtendimus.

ABÆA, {Calamata} (ἄβαια Ptolemæo) oppidum eſt in ſinu Meſſeniaco, non procul a Pheris, quod nonnulli idem eſſe putant cum Hira, ſeu Oechalia, una ex ſeptem ciuitatibus, quæ apud Homerum 10. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermol. in Plin.

ABÆATÆ, pen. prod. (ἀβαιᾶται) populi ſunt Arcadiæ in ſinu Meſſeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur a Ptol. libr. 3. Vide Plin. libro 4. capite 6.

ABAGIO, onis, {Prouerbio} (παροιμία) teſte Varrone lib. 6. de lingua Latina a ueteribus dicebatur pro eo, quod nos una litera immutata Adagionem dicimus.

ABALA, (ἀβάλη) oppidum eſt Troglodytarum, non procul a mari rubro. Vide Plin. lib. 6. cap. 19.

ABALIENO, as, are, pen. pro. {Dipartire, diſgiongere Boc. Gior. 5. Nou 9. Il qual pianto la donna prima credette, che da dolore da douer da ſe dipartire il buon falcone diueniſſe} (ἀπαλλοτριόω) quod noſtrum erat alienum facere: & de rebus mancipi dicitur, id eſt, quæ a noſtro ad alterius dominium tranſire poſſunt. Cic. de lege Agra. Huiuſmodi res commiſſa nemini eſt, ut agros uectigales Populi Romani abalienaret. Hinc abalienatio, (ἀλλοτρίωσις) id eſt, (ut Cic. in Top. ſcribit) eius rei quæ mancipi, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Ponitur etiam pro ſeparare, diſiungere. Plautus in Curc. Niſi mors animum meum abs te abalienauerit. Itē pro auertere. Cicero Attico lib. 14. Sed totum ſe a te abalienauit Dolabella. Abalienatus (ἀπηλλοτριωμένος) participium, quem quis a ſe alienū fecerit. Idem in Ver. 6. Abalienati ſcelere iſtius a nobis omnes reges amiciſſimi, nationesque.

ABALITES SINVS. (ἀβαλίτης κόλπος) exiguus eſt ſinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plin. lib. 6. cap. 19.

ABALVS, (ἄβαλος) inſula eſt Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt electrum ea arboribus fluere. Plin. li. 37. cap. 1. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium. Plin. lib. 6. cap. 19.

ABAMBVLANTES, (ἀπερχόμενοι) abſcedentes, auctore Feſto.

ABAMITA, æ, pen. corr. (ἡ θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη) eſt ſoror abaui. Inſtit. lib. 3.

ABANA, næ, pen. cor. fluuius Damaſci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

ABANEC, pen. cor. cingulum ſacerdotale (ſicut docet Hieronymus) polymita arte ex cocco purpura, hyacinthoque contextum, ita ut flores atque gemmæ in eo uiderentur eſſe diſtinctæ.

ABANIA, pater gratus domino uel pater gratificans Deum.

ABANTIS, idis, Straboni, aut Abantias, adis Plinio {Negroponte} (ἀβαντὶς Stephano & Suidæ) inſula eſt Bœotiæ adiacens, tam exiguo a continenti Euripo diſcreta, ut ponte iungatur. Hæc teſte Strabone in principio libri. 10. olim Macris dicebatur ob ſitus longitudinem. Poſtea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt, dicta eſt Abantis: & poſtremo Eubœa. In hac inſula eſt Caphareus promontorium Græcorum naufragiis infame.

ABANTES, (ἄβαντες) populi ex Thracia oriundi, qui finibus ſuis egreſſi poſtquam in agro Phocenſi oppidū condidere, quod a ducis ſui nomine Abā uocauere, ipſi quoque a nomine oppidi Abantes uocati ſunt. Hi poſtea in Eubœam tranſgreſſi, quæ tunc Macris dicebatur, a ſuo relictique nomine oppidi, Abantidem illam uocauere. Hos Herodotus lib. 2. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. iuxta Pontum collocat.

ABANTIAS, adis, (ἀβαντιάς) patronymicum eſt a nomine Abas, quo ſignificatur uel filia, uel neptis Abantis. Vnde apud poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acriſio nepte, uel pro Atalanta, nepte eiuſdem ex Iaſio.

ABAORTÆ, a Plinio lib. 6. cap. 20. numerantur inter Indiæ populos.

ABAPTISTVM, {Trapano} (ἀβάπτιστον) ſubſtantiuum, medicorum eſt inſtrumen-

ſtrumentum, terebellæ uſum præbēs, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterebrandum eſt: habet enim hoc inſtrumentum in ſummitate ſua labrum, ſiue obicem prohibentem, ne altius immergi poſſit, aut meningas lædere: unde & nomen habet. Vide Galenum lib. 6. Metho. cap. 6. & Celſum, lib. 3. cap. 13. Abaptiſtus adiectiuum, (ἀβάπτιστος) quod mergi non poteſt. Epitheton eſt peppnæ ſuberi conueniens.

ABAPHVS, pen. cor. {*Non tinto*} (ἄβαφος) non tinctus, ab α priuatiua particula, & (βάπτω) tingo.

ABARBAREA, (ἀβαρβαρέα) una Naiadum, ex qua Bucolicon, maximus natorum Laomedontis, Æſepum genuit, & Pedaſum. Hom. Iliad.

ABARIMON, (ἀβαρίμων) Scythiæ regio in magni Imai montis conualle, in qua ſyluestres homines degunt, auerſis poſt crura plantis: qui maximam habent uelocitatem, paſſimq; cum feris uagantur. Plin. lib. 7. cap. 2.

ABARIS, huius Abaris, pen. cor. nomen uiri proprium: de quo ſic Cælius ca. 22. li. 9. Abarim Hyperboreum ferunt ſagittam per orbem terræ circuntuliſſe, nihil omnino ueſcentem. Hunc Abarim, Scuthæ filium, non ignarum literarũ, oracula ſcripſiſſe traditur, quæ Scythica nuncupentur, & nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hiperboreos, ratione metrica, ab quo ſagittam acceperit quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad magnum Baſilium. Hactenus Cælius. Scripſit oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, & alia quædam, quæ commemorantur a Suida. Meminerunt huius Herodotus in Melpomene. & Strabo lib. 7.

ABARNVS, (ἄβαρνος Stephano) uel Abarnis (ἄβαρνις Herod.) oppidum eſt, & regio aſpera in tractu Barnano, ad Propontidem. Hæcatæus & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci arcem eſſe uolunt. Vide Stephanum.

ABAS, antis, (ἄβας ἄντος) per unum b, rex duodecimus argiuorum: Lyncei ex Hypermneſtra coniuge filius, (ſunt tamen qui Beli filium faciunt) homo bellicoſus & acerrimi ingenii fuit, & regnauit annis. XXIII. ut inquit Euſebius. Pater fuit Proeti & Acriſii, & auus Perſei, a quo poſtea Argiuorum reges Abantiadæ dicti. Abas alius fuit quidam nobilis comes Æneæ, de quo Verg. lib. 10. Vna toruus Abas &c. & alibi: Ære cauo clypeum magni geſtamen Abantis. Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, qui & hiſtoricos quoſdam commentarios, & Rhetoricem ſcriptam reliquit: Auctor Suid. Ab Abas fit poſſeſſiuum Abantius ἀβάντιος. Item Abantiades patronymicum maſculinum. Ouid. 5. Meta. Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam Vltor Abantiades. Hoc eſt, Perſeus pronepos Abantis.

ABASES, (ἀβάσεις) plurali numero, loca ſunt deſerta, & inacceſſa in occidentali plaga Ægypti. Hoc. n. nomine Ægyptii uocant regiones inhabitatas, & maximis deſertis circundatas, ut ſcribit Strabo lib. 17.

ABATOS, pen. cor. {*Luoco oue ſalire non ſi poſſa*} (ἄβατος) inſula eſt Ægypti in palude Memphitica poſita: ita dicta quod ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus: ab α, priuatiua particula, & βαίνω, quod eſt uado, uel aſcendo. Huius meminit. Luca. lib. 10. Hinc Abatos, quam noſtra colit ueneranda uetuſtas, Terra potens. Hoc nomine etiam uocatus eſt locus ultra Ægyptum & Æthiopas, iuxta paludem quam Stygem uocant. Latini huiuſmodi loca, ad quæ difficiles dãtur acceſſus, Inuia uocant, ſiue Auia, ſiue Inacceſſa. Sic etiam Ouid. de Pont. Parthorum gentem inuiam uocat: Gens ſuit & terris, & equis, & rata ſagittis, Et non acceſſis inuia fluminibus. Abatos præterea ædificii nomen fuit, quod a Rhodiis fuit erectum ad tegendum Artemiſiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterant. De hoc ita ſcribit Cœlius Rhodi. Antiq. lect. lib. 13. ca. 33. Artemiſiam mirari non deſinunt Græci quæ inuentes Rhodios claſſe exuerit, inſulamq; domuerit, erecta in urbe Rhodo ſtatua quæ ciuitati ſtigmata inureret uidetur inurere. Quem locum obſeptum mox Abtaum dixere: quoniam trophæa mouiſſe religio eſt.

ABAVVNCVLVS, (ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς μέγας) frater abauiæ, Inſtit. libro 3.

ABAVVS, pen. corr. {*Il terzo auo*} (ὁ ἀπόπαππος) proaui pater, quia iam longe abſit ab auo. Cic. de Clar. Orat. Iam duorum abauorum quam eſt illuſtre nomen? Sic abauia (ἀπομάμμη) mater proaui.

ABAX, abacis, (ἄβαξ) idem eſt quod Abacus, hoc eſt, menſa uel tabula, in qua aliquid deponitur, quales ſunt menſæ coquorum, in quas diſci, aliaq; id genus exponuntur. Item tabula calculatoria, in qua logiſtæ numeros deletiles, & Mathematici lineas ſuas ducunt. Item tabula quadrata, quæ epiſtylis columnarũ ſupponitur. Sunt præterea Abaces, uaſa quædam uiliora, in quibus pretioſiora reponuntur. Horum meminit Iabol. in. l. hære. de legat. 3. Cui Corinthia uaſa legata eſſent, huic abaces quoque eorum uaſorum cauſa paratas, deberi Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas abaces uaſorum numero teſtator habuit. Proculus uero recte ait, ſi æneæ quidem ſint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. Hinc deducitur diminutiuũ Abacion (ἀβάκιον) idem ſignificans quod Abaculus, id eſt, paruus Abax. Ammonius tamen ita diſtinguit, ut Abax ſit menſæ genus in triclinnis, ubi uaſa omnis generis exponi ſolent: Abacion uero tabula illa calculatoria, in qua uel numeros uel lineas ſubinde deletiles ducimus.

ABAZEA, pen. pro. (ἀβάζεια) feſta fuerunt, uel potius ſacra, a Dionyſio Caprii filio, & Aſiæ rege inſtituta. Cic. 3. de Nat. deo. Dionyſios multos habemus: primum Ioue & Proſerpina natum: Secundum Nilo, qui Niſam dicitur interemiſſe: Tertium Caprio patre, eumq; regem, Aſiæ præfuiſſe dicunt: cuius Abazea ſunt inſtituta. Dicta Abazea, a taciturnitate, qua hæc ſacra celebrabãtur, ἀβάζας. n. taciturnum ſignificat.

ABBA, per geminum b, (ἀββᾶ) Hebræa, uel potius Syra dictio eſt compoſita ex aleph, beth, in qua ſingulare quiddam eſt, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. Paulus Roma. 8. hanc uocem exponit, per quem, inquit, clamamus Abba pater.

ABBABIM, pen. cor. mons excelſus, diuidens terram Amon & Euphratis a terra promiſſionis, contra Hierico ad Iordanem uſque fluuium protendens radicem. Inſignis eſt Moyſi inditi Iudæorum Ducis morte.

ABBAS, batis, {*Abbate. Boc. Gior. 1. Nou. 4. Parendo à l'abbate con la giouane aſſai eſſer dimorato*} (κοινοβιάρχης) collegii ſocietatisq; magiſter ac moderator. Sunt qui unico b ſcribant.

ABBATIA, tiæ, {*Badia Boc. Gior. 3. No. 8. Fu adunque in Toſcana una badia*} à recentioribus capitur, tã pro abbatis dignitate, quam pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis male ſonat, Græcos imitatus, per τει, ſcriberem ſemper, Abbateia, (ἀββάτεια) penultima longa.

ABBATISSA, fœmininum ab abbate, {*Badeſſa. Boc. G. 3. N. 1. La badeſſa andando un di tutta ſola per lo giardino*} (ἀρχιμανδρῖτις) Hiero. de modo uiuendi: Cum a fœminis iuſtitiæ deuiat, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

ABBREVIO, as, are, {*Accorciare Petr. Per accorciar del mio uiuer la tela*} (βραχύνω) Vegetius in prologo lib. 3. Quæ per diuerſos auctores libroſq; diſperſa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iuſſiſti &c.

ABDERA, pen. pro. {*Poliſtila*} (ἄβδηρα) urbs eſt Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul a Neſti fluminis oſtio, a Teiis condita, ut teſtatur Herod. lib. 1. Alii (inter quos eſt Pomponius Mela) a Diomede conditam uolũt, & a nomine Abderæ ſororis ipſius nomen eſſe ſortitam. Effertur autem Abdera, æ, uel Abdera, orum. Pli. lib. 15. ca. 8. Circa Abderam & limitem, quem Diomedis uocant, equi paſti inflammantur rabie. Plurali utitur Mela libr. 2. Turris, quam Diomedis uocant, ſignum fabulæ remanet: & urbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit Abdera. Supra hanc urbem Byſtoniũ (βυστόνιον) ſtagnum eſſe dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ βυθίζειν, quod eſt mergo. Stephanus hanc urbem ab Hercule conditam exiſtimat, & a nomine Abderiti, quem in deliciis habuit, Abderam fuiſſe nominatam. Eſt & Abdera urbs in Bætica Hiſpaniæ regione, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 1. Hinc fit gentile Abderita, uel Abderites, (ἀβδηρίτης) de quo paulo poſt.

ABDERITANVS, a, um, adiectiuum: ut, Abderitana plebs. Martialis lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.

ABDERITICVS, a, um, aliud adiect. (ἀβδηριτικὸς) Ci. ad Atti. imperium Abderiticum. Abderitica mens, id eſt, ſtupida, aut inſana. Abderitanis. n. naturam peculiarem fuiſſe mẽtis ſtuporem, indicat M. Tul. in libris de Natu. deo. & Plin. lib. 25. cap. 8. Vide Cælium Rhod. antiq. lect. lib. 16. cap. 21.

ABDERITÆ, (ἀβδηρῖται) populi Thraciæ ſunt, qui cum a muribus ac ranis uexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedeis. Hos Caſſander, ſedibus in ultimis Macedoniæ partibus conceſſis, ſuſcepit pactione ſimul inita cum eis de pace, cum ſuam timebat inuaſuros patriam. Vide Chiliades Eraſmi, Abdera pulchra Teiorum colonia.

ABDICO, as, pen. corr. {*Priuare di heredità, & diredare. Dant. E l'una & l'altra gente è diredata*} (ἀποδοκιμάζω ἀποκηρύττω) amoueo, repudio, reiicio, expello: quaſi longe dico, apud Terentium in Andriæ Periocha: Recuſat nuptias: generum abdicat. Vnde abdicare filium dicitur pater, quem adhuc uiuus bonis & omni iure filii priuat: quod multo grauius eſt, quam exhæredari. Ille. n. dicitur exhæredari, qui teſtamento paterno ab hæreditate ſubmouetur. Quicunque itaque abdicatus eſt, etiam exhæredatus intelligitur, nõ contra. Sic Abdicare magiſtratu aliquem, eſt abrogare alicui magiſtratum, & eo priuare. Cice. 2. de Nat. deorum: Augures rem ad ſenatum, ſenatus ut abdicarent Conſules, abdicaueruntq;. Sed Abdicare ſe magiſtratu. {*Rinontiare il magiſtrato*} (ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν, καὶ ἐξόμνυσθαι, καὶ παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχήν) eſt deponere magiſtratum, ſiue relinquere. Cic. in Philippicis: Antonius eo die non modo Conſulatu, uerumetiam libertate ſe abdicauit. Ad eundem modum dicimus. Abdicare ſe tutela, dictatura, libertate, & id genus ſimilibus. Plin. quoque lib. 20. cap. 3. eleganter hoc uerbo uſus eſt: Democritus, inquit, in totum rapum abdicauit in cibis. hoc eſt tollendum cenſuit: ex omni prorſus ciborum uſu ſuſtulit: ἀθέτησεν, ἀπεδοκίμασεν. Et lib. 12. cap. 22. de thapſia: Nec corticem, abdicant. pro non tollunt ex uſu medicinæ. Ab hoc uerbo ducitur uerbale Abdicatio, quæ opponitur adoptioni. Plin. lib. 7. cap. 45. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionem. Fieri autem conſueuit Abdicatio, patre a filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenſo: quem in iudicium uocatum probata cauſa abdicabat: eumq; abdicatum alere non tenebatur, imo egenum, ueſtibuſq; ipſis ſpoliatum dimittebat, nec defuncto patri ſuccedebat in hæreditatem. Transfumitur etiam ad alia: ut, Abdicatio magiſtratus, dictaturæ, &c. cum. ſ. ipſe magiſtratus, aut dictatura deponitur. Liu. 6. ab Vrb. Amotuſq; poſt triumphum, Abdicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum.

ABDICO, pen. pro. cis, xi, ctum, {*Laſciar da parte*} augurale eſt uerbum, & ſignificat renuere, repudiare. Cic. li. 1. de Diuin. Cumq; in quatuor partes uineã diuiſiſſet, treiſq; partes aues abdixiſſent, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones diſtributa, mirabili magnitudine uuam, ut ſcriptum uidemus, inuenit. Contrarium eius eſt addicere uerbum Auguribus etiam peculiare. Tunc. n. aues addicere aliquid dicuntur, cum aliquid feliciter ceſſurum pollicentur. contra Abdicere, cum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter ceſſurum ſignificant.

ABDITVM, ti, ſubſtantiuum, {*Secreto, luogo occolto, celato, naſcoſto*} (κρύφιος τόπος) pro occulto. Plin. lib. 8. cap. 5. Nunquam niſi in abdito coeunt.

ABDO, dis, abdidi, abditum, {*Naſcondere. Boc. Gior. 5. Nou. 3. Et uedendo dall'una delle parti di quella molto fieno, in quella s'andò à naſcondere*} ex Ab & Do ſignificat abſcondo, occulto, obtego, retrudo, κρύπτω. Conſtruitur autem modo cum accuſatiuo: idq; dupliciter, uel cum præpoſitione. Cicero ad Atti. 9. in Ægyptum nos abdemus. Hoc eſt, occultandi gratia in Ægyptum nos recipiemus. Liuius ab Vrbe. 2. Abdito intra uiſcera ferro. Vel ſine præpoſitione. Cicero in Piſo. Domum ſe abdidit. Terent. Hecy. Rus abdidit ſeſe. Modo cum ablatiuo, atque id duobus modis. Vno cum præpoſitione. Liuius ab Vrbe. 1. Se in ſuis quiſque tectis abdiderunt. Altero ſine præpoſitione. Vergil. Georg. 3. Hunc quoque ubi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis. Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Vbi Seruius: Abde domo, hoc eſt, in domo. Nam ſi aduerbialiter uellet loqui, Domi, diceret. Dicimus etiam Abdere ſe literis, & in literas abdere. Cicero pro Archia: Si qui ita ſe literis abdiderunt, ut nihil poſſint

ex his neque ad communem fructum afferre, neque in cōſpectum lucemq́ pro ferre. Idem Voluminio lib. 7. Epiſtol. Fam l. Ac me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpoſitione Ex. Plautus in Pſeud. Ex conſpe ctu ſui heri ſi ſe abdiderunt, luxuriantur. Hinc Abdite aduerbium (κρυφῇ) occulte, latenter, ſecreto. Cic. 1. Ver. Aliquid ita conditum eſſe, aliquid ita abdite latere, ut omni diligentia inueſtigari non poſſit.

ABDOMEN. penul. prod. {Il graſſo, ouer ſongia de gl'animali} (ἐπιγάστριον ὑπογάστριον) à medicis rei anatomicæ peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq́ illud quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonęo compactum, totum illud ſpacium comprehendens, quod eſt à cartilagine mucronata, nothiſque coſtis, uſque ad ilia, atque ad ipſum uſque os pubis. Cor. Celſus lib. 4. cap. 1. Ipſa autē illa inter coxas & pubem in imo uentre poſita ſunt, à quibus à pube abdomen ſurſum uerſus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana incluſum, quæ omento iungitur, περιτόναιον, à Græcis appellatur. Dictum autē uidetur Abdomen, quod ſub cute abditum ſit. Et quoniam pars hæc uentris adipoſa eſt, fit ut paſſim apud ſcriptores καταχρηστικῶς Abdomen (στέαρ) accipiatur pro adipe, uel quauis uentris pinguedine. Iuue. Saty. 4. Montani quoque uenter adeſt abdo mine tardus. Accipitur præterea Abdomen pro ima uentris ſuillæ parte, quæ alio nomine Sumen appellatur, ſummiſque in delicijs habebatur apud Romanos. Plin. lib. 11. cap. 37. Porcæ ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: antiqui Abdomē uocabant. Vide de hoc plura in dictione ſumen. Per tranſlationem aliquando Abdomen poſitum inuenitur pro gula & uentris ingluuie. Cicero pro Seſtio: Labella etiam pro uino oppignorabantur, manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

ABDON, (Ἀβδών) indeclinabile, nomē eſt proprium unius è iudicibus Iſrael.

ABDVCO, cis, pe. pro. {Togliere, togliere per forza. Boc. Gior. 2. Nouel. 10. Che mai ben non ſentii, poſcia che tu tolta mi fuſti} (ἀπάγω) à loco duco, alium alicunde mecum duco: cui contrarium eſt Adducere. Abducimus autem ſine ui, aut per uim. Sine ui, Cice. 2. de Finib. Maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet. Per uim Curtius: Armentum omne abductum. Teren. in Adel. Me inuito abduxit meam. Dicimus etiam Abducere ui, & Abducere per uim. Cice. Act. 5. in Verrem: Ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori Mimi filiam, ui abductam à Rhodio milite. Liui. lib. 2. ab Vrb. cond. Conſularibus negocio dato, ut collegam per uim, ſi aliter non poſſent, à foro abducerent. Inuenitur etiam o ducere poſitum pro auferre. Pla. in Trucul. Quid, ſi de ueſtro aliquid orem abducere? Per tranſlationem ponitur pro auertere, auocare, abſtrahere, remouere. Cic. Familia. 5. Me interea nec domeſticus dolor, nec cuiuſquam iniuria à Rep. abducet. Et Tuſcul. 1. Magni eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. Idem pro Flac. Fide abducere, dixit præpoſitione, pro reuocare à fide præſtanda. Verba eius hæc ſunt. Quod ait Lucceius, L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, ut fide ſe abduceret, H. S. uicies.

ABECEDARIVS, pen. cor. (ἀλφαβητικός) dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc ultra literarum cognitionem nihil profecit. Accipitur item pro eo, qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, uel pro eo, quod alphabetico ordine digeſtum eſt. Vide Cœl. lib. 14. cap. 28. & Budæum in pandectis.

ABDEA, uide Abæa.

ABEACVS, Siracorum rex, qui ſunt populi ad radices Caucaſi. Vide Strabonem lib. 11.

ABEATÆ, Vide Aberatæ.

ABEDO, is, uel Abedo, abes, abedi, abedere, {Diuorare: Boc. Gior. 5. Nouel. 8. Ella fu preſtamente diuorata da le ueſpe e da tafani} idem quod exedo, abſumo. Corn. Tac. lib. 15. Nam exorta uis locuſtarum abederat quicquid herbidum aut frondoſum.

ABELLA, læ, (Ἄβελλα Ptol.) oppidum eſt Campaniæ, non procul à Nola, quæ & Auella dicitur, mutato b, in u, conſonantem. Verg. 7. Aeneid. Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ. Hinc Nuces Auellanæ dictæ quæ ibi copioſiſſime perueniunt.

ABELLINÆ, pen. pro. uide Auellana.

ABELLINVM, ſiue auellinum, (Ἀβέλλινον) Italiæ oppidum, in tractu Cāpaniæ, teſte Pli. lib. 3. cap. 4. Hoc idem eſſe creditur cum eo quod Verg. Abellam uocat. unde & nuces Abellinæ primum, & poſtea Auellanæ dictæ ſunt. Eſt & Abellinum, teſte Ptolemæo lib. 3. Irpinorum oppidum, non procul à Nuceria Appulorum. Vtriuſque oppidi incolæ dicuntur Abellinates (Ἀβελλινάται) diſcriminis tamen gratia, poſteriores Protropos cognominat Plin., lib. 3. cap. 11.

ABEMO, pen. cor. {Togliere} compoſitum ab Ab, & Emo; ſignificat, quaſi adimo: quod dictum uidetur pro abimo. Plautus: Abemito ueſtem. Feſtus: Abemito ſignificat demito, uel auferto. Emere. n. dicebāt antiqui pro accipere.

ABEO, is, abiui, uel abij, abitum, penul. cor. {Partire, andare. Boc. Gior. 3. Noue. 2. Et come che graue gli pareſſe il partire} (ἀπέρχομαι) diſcedo. Liuius libro 1. Hæc locutus, ſublimis abiit. Abi quoque dicimus quaſi hærenti, moranti q́. Terent. in Andria, Vos iſthæc intro auferte, abite. Aliquando Abire dicitur, quod nos paulatim deſerit, παρέρχεσθαι. Terentius in Adelph. Menſes abierunt decem, id eſt, effluxerunt. Aliquando pro euaneſcere, ſedari, ceſſare, præterire. Idem in And. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Interdum pro dilabi. Cice. Attic. 11. In quos eum ſumptus abeunt fructus prædiorum? Item pro deſerere, ut Abire ab emptione, Abire à magiſtratu, hoc eſt, deſerere emptionem, deſerere magiſtratum. Pro eodem etiam dicimus ſine præpoſitione, Abire magiſtratu. Liuius 3. ab Vrbe. Non tam properantis abire magiſtratu, quàm uiam ad continuandum magiſtratum quærentis eſſe. Sic Abire incepto, pro eo quod eſt, ab incepto deſiſtere. Abire e medio, idē quod mori. Terent. in Phorm. Ea morte obijt, è medio abijt. Denotat etiam motum ad locum, quo eſt iter: quamuis & motum de quo incluſum habeat, ut, Quo abiit? Vergil. 4. Aeneid. Quo tantum mihi dexter abis? Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plin. lib. 3. cap. 34. Bello ſociali oppidum deleuit, quod nunc in uillas abijt. Liui. ab Vrbe 2. Telo extracto, præceps Fabius in uulnus abiit. id eſt, pronus cecidit in uulnus. Idem, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. id eſt, ne ab omnibus rideretur, ne uulgi fabula fieret. Terent. Adel. Patriſſas, abi, uirum te iudico. Vbi inquit Dona. Abi blandientis eſt uerbum, quemadmodum ad eos dicere ſolemus, qui iam compotes ſuorum uotorum ſunt facti. Idem in Phorm. Præſens quod fuerat malum in diem abiit. i. in aliud tempus dilatum eſt. Abitur impersonaliter poſuit Plautus in Mer. Scio iam quid uelis, nempe me hinc abire uis. I. uolo. C. Abibitur. Hinc Abitus, & Abitio (ἀποχώρησις) pro diſceſſu. Terent. Heaut. cum uideam me ſeruum hunc eius abitu cruciari. Ibidem: Propter eam hæc turba atque abitio uenit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Feſtus. Abitus præterea non modo abitionem, & diſceſſum, ſed et locum, per quem abire poſſumus, ſignificat. Verg. 9. Aen. Hinc atque hinc, omnemq́ abitum cuſtode coronant.

ABERCEO, ces, pen. cor. {Vietare, proibire} (ἀπείργω) ex ab & Arceo, ſignificat prohibeo. Plautus: Atque eam aberceet domo.

ABERRO, ras, {Vagare. Boc. G. 8 N. 10. Che ſi come à biſognoſi di uagare alquanto, & uagando riprender forze} (ἀποπλανάω, ἀποπλάζομαι) ualde erro, longe digredior. Cic. lib. 5. Tuſc. Quæſt. Sed redeat, unde aberrauit, oratio. Plin. Iunior libr. 4. Epiſt. A qua rogo ut artificem quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. i. ab illo exemplari diſcedere, etiamſi melius facturus ſit. Inde Aberratio uerbale, digreſſus a recta uia, & metaphorice profugium. Cice. Caſſio, Veruntamen aliam aberrationem a moleſtiis non habemus.

ABERVNCO, as, {Suellere} Lege Auerrunco.

ABESAMIS, (Ἀβέσαμις) Syriæ oppidum, quondam a Semiramide conditum. Plin. cap. 28. lib. 6. A Petra incoluerunt Omani ad Characem, oppidis quondam claris a Semiramide conditis, Abeſamide, & Soractia.

ABESTE, oppidum apud Hermandum fluuium, Plin. auctore, capite 23. libro 6.

ABFORE, {Douere allontanarſi} (ἀπεῖναι) pen. corr. ſignificat abfuturum eſſe. Quæ duo per b, ſcribuntur, ne ſi per geminum ff, ſcriberentur, compoſita quis crederet ex Ad præpoſitione, quæ oppoſitum ſignificant. Ouid. eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus. Statius tamen lib. 1. Thebaidos, accipere uidetur Affore, in ſignificatione præſentis, ſenſit manifeſto numine ductos Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo Portendi generos, uulta fallēte ferarum, Ediderat. Sic Abforem, pro abeſſem, afforem pro ad eſſem. Verg. 1. Aen. Atque utinam rex ipſe Noto compulſus eodem Afforet Æneas. De aliis a fore compoſitis, uide in dictione Forem.

ABGREGO, gas, {Sciegliere. Boc. Fiori da fiori ſciegliena Pet. Coſi del mōdo il piu bel fiore ſcelſe} (ἀφορίζω) pen. cor. ab grege duco, uel ex pluribus gregibus partem ſubduco. Huic contrarium eſt Aggrego, quod eſt addo, & quaſi in gregem duco. Diſgrego uero, & Segrego, pro diſiungo poni ſolent, quibus contrarium eſt Congrego.

ABHINC, {Gia ſono. Boc. G. 2. N. 6. Ho hauuto gia ſono quattordici anni paſſa ti il garzone} (ἀπὸ νῦν) una dictio compoſita idem ſignificans, quod antehac: & iungitur tam accuſatiuo, quàm ablatiuo. Terent. in And. Abhinc triennium: hoc eſt, Ante tres annos, πρὸ τριῶν ἐτῶν. Ci. ad Att. Quod pro Cornificio me abhinc annis Amplius XXV. ſpopondiſſe dicit Flauius.

ABHORREO, res, rui, {Abhorrire. Pet. Se brama honore al ſuo contrario abhorre} (μυσάττομαι, ἀπαλλάττομαι) aſpernor, fugio, diſſentio, diſcrepo, remotus ſum a re aliqua. & modo cum accuſatiuo, modo cum ablatiuo iungitur. Cum accuſatiuo. Suet. de Aug. Nam pumilos, atque diſtortos, & omnes generis eiuſdem, ut ludibria naturæ, maliq́ ominis abhorruit. Liu. 4. ab Vrbe: Eodem anno Poſthumia uirgo Veſtalis, de inceſtu cauſam dixit, crimini obnoxia ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, ingeniumq́ liberius, quàm uirginem decet, parum abhorrens famam. Cum ablatiuo mediante præpoſitione A. Teren. in Hecy. Nam omnino abhorrere animum huic uideo a nuptiis. Sic, Abhorrere a re uxoria, apud eundem in Andria. Et apud Cice. de Fato ſine præpoſitione. Alii talibus uitiis abhorreant. Sciendum tamen, quod cum accuſatiuo iungitur, in ſimili fere ſignificatione ſumitur, qua Horreo: tunc enim ſignificamus, nos rem præſentem uel propinquam, quam audire, aut aſpicere pertimeſcimus, execrari. Cum uero ablatiuo, tunc procul nos eſſe ab eo, quod non placet, uel quod refugimus, demonſtramus. ut ſi dixero, Hanc rem abhorreo, ſignificat execror, & pati nequeo: Abhorreo ab hac re: id eſt, alienus factus ſum, uel procul eſſe uolo. A multis enim procul eſſe uolumus, ut a rebus Venereis, licet noſtris ſenſibus plerumque odioſæ non ſint: ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemus, ne nobis officiant. L. Valla lib. 5. cap. 104. ſcribit hoc uerbum ſemper conſtrui cum ablatiuo: ſed fortaſſe decepit eum Ab propoſitio, quæ ablatiuum exigere uidetur. Sed ſi hoc in pleriſque uerbis fiat, non tamen in omnibus: ſicut in Aboleo, Abluo, & huiuſmodi, quæ accuſatiuum, non ablatiuum poſtulant. Ponitur interdum abſolute. Cic. pro Clu. Omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant, omnes, ut immanem ac pernicioſam beſtiam, peſtemq́ fugiebant. Abhorrens ſine adiecto, quod ratione caret, ſeu alienum eſt a ratione. Liu. Riſus ille nequaquam tam abſurdus eſt, quàm ueſtræ abſurdæ & abhorrentes lacrymæ.

ABHORRESCO, {Impaurire. Boc. Nel primo impaureſco, & quaſi tutti i capegli addoſſo mi ſento arricciare.} (ἀποφρίττω) ualde timeo, ſeu in horrorem abeo, & quaſi uidere non patior. Lactantius de Ira. Quem terra contremiſcat, cœlumq́ & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

ABHORTOR, {Sconfortare. Boc. Gior 5. N. 1. Nobile donna non ti ſconfortare} (ἀποτρέπω) idem fere quod dehortor.

ABIECTO, as, {Gittare ſpeſſo Boc Gior. ult No. 6. Cominciarono à prender di piu begli, & à gittare ſu per la tauola dinanzi al Re.} (ἀπορρίπτω) frequentatiuum, ſignificat frequenter abijcio.

ABIEGNVS, a, um, {Di Abete} (ἐλάτινος) quod eſt materiatum ex abiete, ut Abiegnæ menſæ. Col. lib. 12. cap. 43. Quidam eadem ratione arida populnea, uel abiegna ſcobe uindemias cuſtodiunt.

ABIES, etis, penult. corr. fœminini generis, {Abete} arbor eſt altiſſima rectiſſimaq́: cuius pars inferior enodis, Sapinus uocatur, ſuperior uero nodoſa, duriorq́, Suſterna, ut Plinius ſcribit lib. 16. cap. 39. Præcipua dos eſt criſpantibus, & intorto quodam diſcurſu uenarum pretioſis. Alii hanc Gallicam uocant,

uocant, propter candorem. Huius diminutiuum eſt Abiecula. Græce dicitur ἐλάτη, forſan ab ἐλάω, impello, produco, prolongo. Dictam autem uolunt Abietem, quod in altitudinem longius eat, quam cæteræ arbores.

ABIETARIVS, {*Il legnaiuolo, il marangone*} faber lignarius: ab abietibus, & alijs lignorum generibus, ut in Exod. Faciant opera abietarij. Hi etiã Materiarij dicuntur à Materia, (τέκτων) cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendumque neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat Iureconſultus. Feſt. pro denominatiuo uſurpat: Abietaria, inquit negocia. quam nunc materiam dicimus, uidelicet ab abietibus coemendis: & Abietarius negociator.

ABIGA, pe. cor. ſiue, ut alij malunt, Aiuga, (χαμαίπιτυς) herba eſt quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur: ab abigendo partu ſic uocata. Hanc eandem eſſe herbam credit Ruellius, quam uulgo Iuam muſcatam uocant.

ABIGEATVS, tus, {*Il abbiamento*} (ἀπελασία) ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis. Marcellus lib. 47. Digeſt. Abigeatus crimen publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt.

ABIGEVS, pen. cor. (ἀπελάτης) ab Abigo dicitur (ut auctor eſt Vlpianus) qui pecora de paſcuis, uel ex armentis ſubtrahit, & quodam modo deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet, equos de armentis, uel oues de gregibus abducens. Cæterum ſi quis ouem oberrantem, uel equos in ſolitudine relictos abduxit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Scribit & Claudius: Quãtitas diſcernit furem ab abigeo. Qui enim unam ſuem ſurripuerit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus. Multo autem grauius ſupplicium à legibus in abigeos, quam in cæteros fures conſtitutum eſt: quod hos ædibus noſtris poſſimus excludere: Paſcua autem maiora ſint quam quæ muro poſſint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius Abactorem uocat.

ABIGO, gis, {*Menar uia gregge*} (ἀπελαύνω) pe. cor. ex Ab & Ago: proprie eſt pecus aut greges abducere, ſiue ui id fiat, ſiue dolo. Liui. 1. ab urbe: Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Aliquãdo ponitur ſimpliciter pro agere, ſiue propellere, ut fit cum boues in paſcua mittuntur. Varro de Re ruſti. lib. 2. cap. 1. Itaque greges ouium longius abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum. Significat præterea Abigere, rem nobis odioſam, aut moleſtam propellere, & fugare, {*Cacciar uia coſe dannoſe è ſpiaceuoli*} (ἀπείργειν) Cice. Tuſcu. 1. Proijci ſe iuſſit inhumatum. Tum amici: Volucribuſne, & feris? Minime uero, inquit, ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Secundum hanc rationem transfertur interdum ad res incorporeas. ut Abigere faſtidium, laſſitudinem, & id genus, pro expellere. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri eius odore in focis abigentes ſuorum faſtidium. Plaut. in Mercat. Agedum Acanthium abige abs te laſſitudinem. Huic ſimile eſt Amoueo, ſed mitius. Cice. pro Cluen. Odium, inuidiam, metum, cupiditateſque omnes amoue. Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod eſt, herbis & medicamentis fœtum iam conceptum depellere. Ibidem: Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, cum eſſem in Aſia, quod ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis fuiſſe damnatam.

ABIICIO, cis, pen. cor. & per geminum i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. {*Gittar da lontano Boc. Gior. 8. Nouel 9. Coſi ti ha uiſino eſſi affogato, come eſſi ti gittaro là oue meritaui eſſer gittato.*} Eſt autẽ Abijcere, proijcere: hoc eſt, à ſe longe iacere, (προΐεσθαι, ἀποβάλλειν, ἀπορρίπτειν) Cice. Tuſcu. 1. E muro ſe in mare abiecisse. Eſt etiam hoc uerbum aliquando humilis & contempti, ſupplicisue: unde Abijcere ſe ad pedes alicuius, eſt ſuppliciter ante pedes eius procumbere, à quo aliquid precibus conamur impetrare. Cice. Attico lib. 8. Non ſum ueritus ne uiderer aſſentari, cui tali in te libenter me ad pedes abiecissem. Pro eodem etiam dicimus, Supplicem ſe abijcere. Idem pro Milone: Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. Abijcere ſeſe (ταπεινοῦν ἑαυτὸν) eſt deprimere ſeipſum & parui pendere. Cice. in Paradoxis: Sic te ipſe abijcies atque proſternes, ut nihil inter te & quadrupedem putes intereſſe? Abijcere haſtam, idem eſt quod deſperare: cuius teſtimonium habes apud Ciceronem pro Muræna. Metaphora ducta eſt ab ijs qui prælio uicti arma abijciunt, quæ fugientibus oneri magis ſunt, quam uſui. Transfertur etiam ad res animi, accipiturque pro deponere, expellere, & amouere: ut, Abijcere amorem. Abijcere ſpem, ſiue animum, hoc eſt, deſperare. Cic. 3. Verrina: Socij uero nationeſque exteræ, ſpem omnium tum primum abiecere rerum. Sic Abijcere curam, eſt curam deponere, & deſinere ſolicitum eſſe. Idem Pæto, lib. 9. Famil. Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me, quod iocoſa ſcribam, curam rei abiecisse. Abijcere auctoritatem pro eo quod eſt, deponere, & quaſi uilem, abiectamque reddere. Cice. ad Att. lib. 1. Et Senatus auctoritatem abiecit. Hinc abiectus, a, um, id eſt, iacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus, & animo fractus, ἀπερριμμένος, καταβεβλημένος. Et Abiectio uerbale, quod idem eſt quod animi deiectio, & contemptus ſui. Cice. in Piſo. Quid debilitatio, atque abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nunciata. Abiecte aduerbium pro contemptim, & abiecto animo. Cice. 1. Tuſcu. Sed hoc quidem in dolore maxime eſt prouidendum, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter, muliebriterue faciamus. Abiectus a, um, participium. Oui. Siue ubi fata uocant, udis abiectus in herbis. &c. Et Abiectus, abiectior, abiectiſſimus nomen ex participio. Cice. 5. de Finib. Nihil abiectum, nihil humile cogitant.

ABII, (ἄβιοι) populi ſunt (ut Steph. placet) Scythiæ, aut, ut alij malunt, Thraciæ: ita dicti quod Abiannum amnem accolant: aut certe quod in curribus degentes, lacte uiſcentes, & in cœlibatu uiuentes, uitam humanam agere non uideãtur: ut Abios intelligas, τοὺς μὴ ἔχοντας ἢ μὴν ὅμοιον βίον. Alij Abios dictos putant, quaſi ἀβιάστους quod in pace degentes nemini uim inferant. Vnde & ab Homero mortalium iuſtiſſimi appellantur, Iliad. 13. γλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoque qui inde Abios dictos putant, quod more uicinarum gentium arcu non utantur: ut ſit compoſitum à nomine βιὸς, quod accentum habens in ultima, arcum ſignificat. Apud Homerum tamen loco iam citato Abiorum nomen, ut & Galactophagorum, non tam gentile eſſe uidetur, quam Myſorum, quorum in præcedẽti uerſu meminit, epitheton. Vide Strabonem lib. 7. Et Cœl. lib. 18. cap. 23.

ABILLA, p. c. (ἄβιλλα Stephano) oppidi nomen eſt ad Iordanem fluuium. Eſt & Abila (ἄβιλα Steph. & Suid.) oppidum in regione Decapolitana, Diogenis Sophiſtæ patria, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 18. Item mons Mauritaniæ, in faucibus freti Gaditani, e regione Calpes Hiſpaniæ mõtis, ἀβίλυξ Suidæ. Plin. in Proœmio lib. 3. Proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes coercent claustra: Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas eius dei uocant, creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.

ABINTEGRO, {*Di nuouo*} (ἐκ δευτέρου) pen. naturaliter co. ſignificat denuo quaſi res perfecta rurſus inchoetur. Cic. 3. Verr. Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, unam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere.

ABINTESTATO, {*Senza teſtamento*} (ἀδιαθέτως) aduerbium: ſignificat ſine teſtamento. ut, Hic ab inteſtato deceſſit, μὴ διαθέμενος. Sic etiam dicimus, Succedere ab inteſtato. Afran. lib. 19. Digeſt, Quocunque enim abinteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli.

ABIOTOS, pen. pro. {ἀβίωτος} herba eſt Dioſcoridi, quę notiori nomine Cicuta appellatur. Nomen inde ductum uidetur, quod capite damnatis cum uino miſceri ſoleat. Nam ἀβίωτον Græcis triſte ſignificat, & doloribus plenum.

ABIS, fluuius in Danubium influens. Hic etiam Abſus dicitur. Auctor Althamerus.

ABIBARI, alias **BIASARI**, regio eſt Indiæ, Strabo. lib. 15.

ABISONTES, a Plin. lib. 3. cap. 2. inter Alpinos populos numerantur.

ABISAMA, (ἀβίσαμα Ptolemæo) ciuitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

ABIVDICO, as, pen. cor. {*Toglier uia per giudicio*} ſignificat rem de qua controuerſia eſt, per iudicium aufero, & alteri trado. ἀποδικάζω: Vnde Ager abiudicatus ab Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium intercepẽrant, eripuerantque. Cic. in Verrem. Act. 2. Nulla res cuiquam tam patria atque auita fuit, quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Ponitur aliquando extra forum, pro repudiare ſiue reiicere. Cic. de Orat. lib. 2. Vbi plus mali, quam boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio.

ABIVGO, gas, pen. cor. {*Scioglier dal giogo*} proprie a iugo remoueo ἀποζεύγνυμι, ut, Abiugare bouem, hoc eſt, a pari diſiungere. Sed per translationem ſignificat, ſeparare, alienare, ἀποχωρίζειν, Pacuuius: Quæ res te ab ſtabulis abiugat? Huic contrarium eſt Adiugo, de quo infra.

ABIVNGO, gis, {*Scompagnare. Petr. Chiunque amor legittima ſcompagna*} (ἀποζεύγνυμι) ſeparo. Vergil. lib. 3. Georgic. It triſtis arator. Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Cic. ad Att. Quod ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit: hoc eſt, ſe diſiunxerit. Huic contrarium eſt Adiungo.

ABIVRASSO, antiquum uerbum, pro abiuro, ſicut apud Ciceronem in uerſu quodam Ennij Leuaſſo pro Leuo. Plaut. in Perſa: Nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis abiuraſſit mihi.

ABIVRO, ras, pen. pro. *congiurare, & giurando negare* Boc. Gior. 3. No 6 *Voi mi ſcongiurate per perſona ch'io non ui ſo negare coſa che mi dimandiate*} ſignificat rem mihi creditam, periuro, nego, ἀπομόω ἀπόμνυμι. Plaut. in Curc. Qui abiurant, ſiquid creditum, eſt. Accipitur etiam latius pro eo quod eſt, factum aliquod cum periurio negare. Cic. Attico lib. 1. Tulliola noſtra, deliciæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me ſponſorem appellat: mihi autem abiurare certius eſt, quam dependere. Quo in loco Cicero ſuo more ludens, ait ſe potius conſtituiſſe uel cum periurio negare ſe ſpopondiſſe, quam quod pro Attico ſpoponderat, exoluere. Hinc Abiuratus, cum periurio negatus: ut cum depoſitum abiuratum dicimus. Aliquando tamẽ ſimpliciter acceptum inuenitur pro eo quod eſt, contra ius retentum. Sic. n. interpretatur Seruius illud Vergilij li. 8. Abſtractæque boues, abiuratæque rapinæ Cœlo oſtenduntur. Abiuratio, rei creditæ abnegatio cum periurio.

ABLACTO, ctas, {*Diſlattare*} (ἀπογαλακτίζω) a lacte remoueo. Vergi. dixit, à lacte depello, & Varro, a mamma diſiungo. Ablactio apud idoneos auctores uix reperias.

ABLAQVEO, as, pen. cor. (ἀποσκάπτω) proprie eſt, circũ arbores effodere terram, & radices ſuperiores retegere, ut magis fructificent. Col. lib. 3. Vinea uetus neque ablaqueanda eſt, ne radices quas in ſummo habet marceſcant, neque aranda, ne radices abrumpantur. Palladius: Ianuario menſe locis tempeſtatis ablaqueandæ ſunt uites: quod Itali excodicare appellant. i. circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, ueluti lacus efficere, ut ſolis teporibus, & imbribus prouocentur. Ex quo loco ſatis apparet, non a laqueis (ut plerique exiſtimant) ſed a lacubus, hoc eſt, foſſis, quæ circa uitium radices fieri ſolent, hoc uerbum deductum eſſe. Hinc Ablaqueatio, ipſe actus ablaqueandi. Pli. lib. 12. cap. 15. Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationib.

ABLATIVVS CASVS, Grammaticis dicitur, qui ſextus eſt caſus apud Latinos, & alio nomine, teſte Priſciano, Comparatiuus appellatur, eo quod per eũ non minus comparatio ſignificetur, quam ablatio. Seruit. n. comparationi, cum dicimus, Fortior Hectore: ablationi uero, cũ dicimus, Aufero ab Hectore. Diomedes lib. 1. Ablatiuum Græci non habent: hunc tamen Varro interdum Sextum, interdum Latinum uocat, quia Latinæ linguæ proprius eſt: cuius uis apud Græcos per Genitiuum explicatur. Vide apud Priſcianum libr. 5. cap. de Caſibus.

ABLECTÆ, ædes, {*Le caſe polite*} a Plauto in Moſtellaria appellantur, quæ nitidæ ſunt, & ornatæ, quæque emptorem ſua elegantia facile alliciant.

ABLEGMINA, partes erant extorum, quæ dijs immolabantur. Feſtus.

ABLEGO, gas, pen. pro. alio aliquem mitto, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. Liu. lib. 1. Pueros uenatum ablegauit. Dicitur & de alijs animalibus. Col. lib. 8. Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impaſcitur pecus. Vnde Ablegatio, (ἀπόπεμψις) uerbale. Cic. 1. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum iſta oratio poſtulat.

ABLEPSIA, {*Cecità e traſcuraggine. Boc. Qual cecità e qual traſcuraggine ui ti conduſſe*} (ἀβλεψία) Latine cæcitas, & inconſiderantia: ab a priuatiua, & βλέπω uideo. Sue. in Clau. Inter cætera in eo mirati ſunt hoĩes & obliuionẽ, & incõſiderãtiã: uel, (ut Græce dicã,) μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν.

ABLETI, populi ſunt, non procul à Pergamo, qui parent Myſis, ut actor eſt Strabo lib. 13.

ABLIGVRIO, ris, pen. cor. {Conſumare in pacchi s} ligurriendo abſumo, κατα λιχνεύω. Teren. in Eunu. Itidem patria quæ abligurierat bona. id eſt, ſuaui bus eſcis conſumpſerat. Donatus.

ABLOCO, as, pen. cor. {Affittare, dare ad affitto} idem quod locare, uerbum rariſſimum. Sueto. in Vitel. cap. 7. Satis conſtat exituro uiaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore, & liberis, quos Romæ relinquebat meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

ABLVDO, pen. pro. {Diſsimigliare} diſsimilis ſum, diſtoſcui opponitur Alludo. Hora. 2. Serm. Hæc à te non multum abludit imago, id eſt, Hoc exemplũ non multum diſsimile eſt tuis moribus.

ABLVO, luis, {Lauare. Boc. Gior. 2. Nouel. 5. Deſideroſo di uolgerſi al mare per lauarſi} (ἀπονίπτω) unde in dictione Laua. Abluere ſomnium, (ὄνειρον ἀπο-πλύνειν) eſt poſt ſomnium ſe abluere, ut quod ſomnio portendebatur, huiuſmodi ablutione expietur. Huc reſpexiſſe uidetur Perſius Saty. 2. cum ait, Hæc ſancte ut poſcas, Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis terq́, & nocte flumine purgas. Ablutio, uerbale. Macr. Satur. lib. 3. cap. 1. Conſtat dijs ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari.

ABLVVIVM, {Diluuio. Pet. O diluuio raccolto Per inondare i noſtri dolci campi} κατακλυσμὸς uniuerſalis inundatio. uide Gellium libro 16. cap. 7. & Cœl. lib. 22. cap. 24.

ABMATERTERA, pen. cor. ſoror abauiæ, ἀδελφὴ πρὸς μητρὸς μεγάλης. Inſtitu. lib. 3.

ABMITTO, {Mandare} uerbum rariſſimum, idem quod mitto. Plautus in Trucul. Dic ob hæc dona quæ abmiſerit, me illum amare plurimum omnium hominum.

ABNATO, as, are, pen. cor. {Notare indrietro} (ἀπονήχομαι) alicunde natando recedere. Statius lib. 1. Achil. Tunc excepta freto, longe ceruice reflexa Abnatat, & blandis affatur littora uerbis.

ABNECO, as, are, {Far morire} (ἀποκτείνω) idem quod ſuum ſimplex. Plautus in Trucul. Neque ſibi perſuaderes, ut abortioni operam daret, puerumq́ rite abnecaret.

ABNEGO, gas, p. co. nego, quod maxime profiteri debeo, {Dinegare} (ἀπαρνέομαι) ut fidem, pietatem, & huiuſmodi, quod uulgo renegare dicitur. Lactantius lib. 5. Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, atque rebelles liberi, abnegaſſent. Sic Abnegare depoſita, aut promiſſa dicimur, cum negamus apud nos aliquid eſſe depoſitum, uel à nobis aliquid eſſe promiſſum. Plin. Epiſtola libro 3. Ne depoſitum appellati abnegarent. Accipitur etiam Abnegare pro negare id quod à nobis petitur. Vergil. 8. Aeneid. Rex tibi coniugium & quæſitas ſanguine dotes Abnegat. Item pro renuere. Vergil. 2. Aeneid. Abnegat exciſa uitam producere Troia.

ABNEPOS, pen. cor. filius pronepotis, quaſi ſeiunctus à nepote, ἀπέγγονος. Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia, ἀπεγγόνη.

ABNOBA, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. In pleriſque tamen Plinij codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Vide infra in dictione Arnoba.

ABNOCTO, as, aui, atum, {Star fuora di notte} foris pernocto, uel noctu abſum. Vnde cautum eſt in Pandectis. l. illud. de offic. præſid. ne Præſes extra prouinciam abnoctet. Seneca de uita beata: Alius Iouem adulterum inducit, & abnoctantem.

ABNODO, pen. cor. {Tagliar i nodi de gl'alberi} idem quod enodo: id eſt arbores & uites nodis repurgo. Colum. lib. 4. cap. 24. Hunc ergo tanquam æmulum, diligenter ijdem amputant & abnodant, priuſquam corroboretur.

ABNORMIS, {Senza regola} (ἄμετρος, ἄρρυθμος) ſine norma. Horat. lib. 2. Serm. Ruſticus abnormis ſapiens.

ABNVO, nuis, nui, nutum, {Far cenno di no col capo, & rifiutare. Boc. Gior. ult. Nouel 9 De ſpetiale gratia mi facciate, di non rifiutare & hauer à uile quel piccioletto dono} ex Ab, & Nuo, eſt, ſigno capitis aliquid nego, ἀνανεύω: quamuis & oculis, & manibus, uel etiam uerbo id fieri poſſit: & ſimpliciter pro negare, ſiue recuſare ponitur Cice. de Fato: Nihil enim unquam abnuit uoluntas mea ſtudio tuo, Nuere enim apud ueteres pro uelle ponebatur. Vnde Nutus: & Numen, quod eſt Dei nutus, hoc eſt, imperium & poteſtas. Vergil. 1. Aeneid. Meo ſine numine uenti Audetis. Nutus uero ſignificat, quod fit oculis, uel capite, uel manibus. Idem: Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Ponitur & pro uoluntate, quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur, ſiue affirmando, ſiue negando. Liui. Sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iuſſis eſſe. Plin. libr. 1. Epiſto. docet Nutum dici, quando annuimus: Renutum, quando recuſamus. Sic enim ait: Nam ego quoque ſimili nutu, ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum. Suetonius uero in Veſpaſiano, Nutum accipit pro Renutu, cum ait: Adoleſcentulum fragrantem unguento, cum pro impetrata Præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, uoce etiam grauiſsima increpuit: Maluiſſem allium oboluiſſet, literasq́ reuocauit. A Nuo fit Nuto, tas, νευστάζω, frequentatiuum, quod eſt, ſæpe capite huiuſcemodi ſignum facio. Aliquando ponitur promoueri, & quaſi ruinam minari, ducta tranſlatione à motu capitis, quod inclinando affirmare, & concutiendo negare ſolemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, cum male ſolidata ruinam minitantur. Transfertur etiam ad animum, & pro titubare, id eſt dubitare, in quam partem uertendum ſit, accipitur. Inde Abnuto, pen. pro. frequentatiuum, quod eſt ſæpe ſigno capitis abnuentis quippiam nego. Cicer. 3. de Orat. Quidnam eſt obſecro, quod te adiri abnutas? Accipitur etiam Abnuo, pro prohibeo. Vergil. 10. Aeneid. Abnuerant Italiam bello concurrere Teucris. Vbi Seruius. Prohibuerant Italiam contra Teucros bella ſuſcipere. Reperitur & Abnuo in ſecunda uerborum declinatione. Ennius. 8. Annal. Certare abnuen, metuo legionibus labem. Legitur & Abnuitur imperſonale. Liui. 3. ab urbe. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad iudices alios itum foret. Contraria huic uerbo Abnuo, ſunt Nuo, & Annuo, pro aſſentior, & nutu aſſenſum præſto, faueo. Innuo, ſigno aliquo uoluntatem meam oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negem aliquid. Terentius in Eunucho: Nihil, niſi abiens mihi innuit. Renuo, recuſo. Nonius inter Nutare, Nuere, & Nictare, hoc intereſſe ſcribit, quod Nutare capitis ſit, inclinando, aut in gyrum mouendo: Nuere, narium, uel labiorum: Nictare, oculorum, patefaciendo eos, aut claudendo, uel utrunque, uel alterum. Plaut. in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat: hoc eſt, nec capite ſignum faciat, nec facienti aſſentiatur, nec oculis quicquam indicet.

ABOBRICA, nomen eſt inſignis oppidi in citeriore Hiſpania, in cõuentu Bracarum, auctore Plin. lib. 4. cap. 20. Ptolemæus uocat Ἀβοβρίγαν.

ABOCCIS, is, Æthiopiæ oppidum. Pli. cap. 29. lib. 6.

ABOLANI, ſunt populi Italiæ, Albenſibus proximi, inter Latinos a Pli. relati. lib. 3. cap. 5.

ABOLEO, pen. cor. leui, uel lui, letum, uel litum, {Annullare. Boc. Gior. ult. Nou. 3. Seco propoſe con maggior liberalità la fama di Nathan annullare} ſignificat caſſo, tollo, deleo, oblitero, ut ne odor quidem eius relinquatur, ἀφανίζω. Plin. lib. 28. cap. 9. Crebro poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Ver. Æne. Abolere nephandi. Cuncta uiri monumenta iubet. Abolere magiſtratũ, leges, dignitatem, idem eſt quod abrogare. Liu. 3. ab Vrb. Tentationemq́ eam fore abolendi ſibi magiſtratus ni conſenſu reſiſterent. Vnde Abolitio (ἀφανισμὸς) uerbale. Quintil. li. 9. ca. 2. Aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis damnationem depoſuerat, agit competitor. Eſt autem Abolitio, peremptio inſtitutæ actionis: eſtq́ duplex generalis & ſpecialis. Vide C. de Abolit. gener. l. ultima. & ff. de Abolit. l. Abolitio.

ABOLESCO, {Annullare, diſtruggerſi} (ἀφανίζομαι) ab nihilum redigor. Col. lib. 4. Eademq́ nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit.

ABOLLA, ueſtis Senatoria, quaſi abulla: quod undique ſic bullata. Alij accipiunt pro ueſte confecta duplici panno, qualis ſcholaſtica apud nos, & apud Græcos Diplois. Quandoque pro ueſte militari ſumitur: Vnde extat iocus Martialis in Criſpinum: Neſcit, cui dederit Tyriam Criſpinus abollam, Dum mutat cultus, induiturq́ togam. Sumitur etiam Abolla pro ueſtis philoſophicæ genere. Iuuena. Sat. 3. Audi facinus maioris abollæ: Stoicus occidit Baream, delator amicum. Eſt præterea Abolla (ἄβολλα) ſi credimus Stephano, oppidum Siciliæ, cuius incolæ uocantur Abollæi, (ἀβολλαῖοι.)

ABOLVS, pen. cor. (ἄβολος) pullus eſt qui nondum dentes illos emiſit, ex quibus in equis præſertim ætas dignoſcitur unde etiam dẽtes illi a Xenophõte & Ariſtotele γνώμονες appellantur.

ABOMASVM, pen. pro. inteſtini genus eſt in uentre circa reticulum, quod Gaza ἤνυστρον interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitum.

ABOMINOR, aris, pen. cor. {Hauer à ſdegno, iſcommunicare. Pet. Mentre i bei rami non m'hebbero à ſdegno} ex Ab, & Ominor, eſt execrari, faſtidire, & quaſi pro malo omine habere, βδελύττεσθαι. Plin. lib. 28. cap. 2. Incendio inter epulas nominato, aquam ſub menſa profundi abominamur. Vnde Abominandus, deteſtatione dignus. Plin. lib. 22. cap. 4. Eadem uocatur obſidionalis, liberatis obſidione, abominandoq́ exitio totis caſtris.

ABOMINATVS, pen. pro. {Iſcommunicato interdetto} (βδελυκτὸς) execrationibus, malisq́ omnibus, deuotus Diris petitus. Horat. in Epod. Parentibusq́ abominatus Annibal.

ABONOTICHITÆ, (ἀβωνοτειχῖται) populi ſunt ad Pontum Euxinum ita dicti, ab exiguo, oppido, cui Ἀβώνου τεῖχος, hoc eſt, Aboni murus, nomẽ eſt. Vide Steph. & Lucianum in Pſeudomanto.

ABORACA, (ἀβόρακα) regiuncula eſt ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluuio. Vide Strabonem lib. 12.

ABORIENSE, ciuium Romanorum, in Africa oppidum, ut ſcri. Plin. lib. 4. cap. 5.

ABORIGINES, pen. cor. (ἀβοριγῖνες Stepha.) appellati ſunt populi antiquiſſimi, qui primi tenuerunt agrum illum, in quo poſtea condita fuit Roma: ſic dicti, quod primi uiſi ſint, tanquam editi ſine patribus, & quaſi ſine origine: aut quod ex uaria gentium colluuione mixti erant. Hi poſtea aduẽtu Æneæ Phrygibus iuncti, Latini uno nomine appellati ſunt. Liu. 1. ab urbe. Ibi egreſſi Troiani, ut quibus ab immenſo prope errore nihil præter arma, & naues ſupereſſet, cum prædam ex agris agerent, Latinus rex. Aboriginesq́ qui tum ea loca tenebant, ad arcendam uim aduenarum, armati ex urbe, atque agris concurrunt. Dionyſius autem Arcades fuiſſe, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam ueniſſe tradit. Poſſunt tamen & aliarum urbium primi cultores Aborigines dici, ut Græce αὐτόχθονες, ac ſi ſint terra geniti. Idẽ Græce προπάτορες appellantur, hoc eſt, primi progenitores, a quibus cæteri nationis trahunt originem. Dicuntur & ἐγχώριοι, hoc eſt, indigenæ, qua uoce uſus eſt. Ambro. in Hexam.

ABORIOR, reris, uel riris, {Diſperdere} abortiuum facio, ἐξαμβλόω. Varro: Vinum quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi prægnans biberit, ficri ut aboriatur, hoc eſt ut fœtum imperfectum adhuc ante tempus mater eijciat. Quoties enim actiue, uel abſolute accipitur, de matre intelligitur. Paſſiue uero de fœtu: quemadmodum apud Gellium lib. 12. cap. 1. Quod quidem eadem ſit uecordia, qua quibuſdam commentitiis fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. id eſt, ante maturum partum eijciãtur. Hinc Abortus, ta, tum, & Abortus, ius, (ἔκτρωμα) dictus quod non ſit tempeſtiue ortus. Plinius: Extat in monumentis medicorum & quibus talia conſectari curæ fuit uno abortu XII. edita puerperia. Differt autem Abortus ab Ex ctione, quod hæc grandioris fœtus ſit: Abortus intra quadrageſimum diem contingat. hunc Græci uocant ἐκτρωσμόν.

ABORRHAS, (ἀβόῤῥας) fluuius eſt Meſopotamiæ in Euphratem influens. Strabo lib. 16.

ABORSVS, us, ui, (ἔκτρωμα) uerbale eſt, ut uidetur, a uerbo Abordior, quod idem fere ſignificat, quod Abortus, præterquam quod hic fœtus ſit iam grandiuſculi (ut Nonio placet) ille non ita pridem concepti.

ABORTIO, onis, pen. cor. {Il parto acerbo} (ἄμβλωσις ἐκτρωσμός) aboriendi actus. Gellius libro 3. Cum abortio quibuſdam, non partus uideretur

intem-

intempeſtiuitas. Cic. pro Cluentio: Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, ſi natus eſſet, eam præſentem Oppianicus non debitam mulieri ſoluit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda ſit.

ABORTIO, tis, tiui, pen. cor. {*Diſperdere*} (ἀμβλίσκω) immaturum fœtum edo. Pli. lib. 8. cap. 51. Impletur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatē aboriendi. Eſt & Abortior uerbum deponens.

ABORTIVM, tii, {*Parto acerbo*} idē quod abortio, (ἐκτρωμα) Hieronymus: Dum crebris abortus, & experta fœcunditate conceptum, &c.

ABORTIVVS, ua, uum, pen. pro. {*Che può far diſperdere che può far il parto acerbo*} quod abortum facere poteſt, ἐκτρωματικός. Pli. lib. 14. cap. 18. Ægyptus & ecbolimam habet abortiuos facientem. Subaudi fœtus.

ABORTO, tas, ſic ut abortio, tis. {*Diſperdere*} abortū facio, (ἀμβλόω) Var. 2. de Re ruſt. cap. 4. Ne dum exilire uelit, prægnans abortet.

ABOTIS, penul. cor. (ἄβοτις) urbs eſt Ægypti, ut tradidit Hecatæus: cuius incolæ dicuntur Abotitæ. ἀβοτῖται. Vide Stephanum de Vrb.

ABPATRVVS, (ὁ θεῖος πρὸς πατρὸς μείζων Theophilo) frater abaui. Inſtitu. lib. 4.

ABRA, abræ, (ἄβρα) uox Græca eſt, quæ ancillam adoleſcentiorem ſignificat.

ABRACES, a Xenophonte in lib. 1. de Cyri expeditione, numeratur inter duces copiarum Artaxerxis.

ABRADATAS, (ἀβραδάτας) rex Suſorum fuit, & maritus Pantheæ nobiliſſimæ matronæ, quam cum à Cyro captā caſtè & liberaliter haberi præter ſpem intellexiſſet, & ad eam accedens, quæſiuit, quid ſibi illa faciendum cenſeret, quo tanti principis beneficio gratiam aliquam rependeret. Cui cum illa reſpondiſſet, ut eniteretur ſe tanto regi ſimillimum præſtare ſtatim in aciem profectus, ſtrenue pugnans occubuit. Cuius corpus ad ſe relatum cum Panthea aſpexiſſet, acinace ſeipſam confodit, capite ſuper uiri pectus recumbens, ut è iugulo profluens ſanguis, mariti uulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Pædiæ Cyri lib. 7.

ABRADO, dis, pen. pro. {*Rader, & radendo togliet uia. Boc. G. 7. N. 2. Radi quiui & quiui*} radendo tollo, derado, ἀποξυρέω. Cic. pro Roſ. Abraſa ſupercilia. Item reſeco, tollo, abſcindo. Col. li. 3. Arida & uetera quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Per tranſlationem ponitur pro extorquere, exprimere, ſiue per uim, quaſi radendo auferre. Cic. pro Cecin. Poſteaquam uidit nihil ſe ab A. Cecina poſſe litium terrore abradere.

ABRAM, nomen primi patriarchæ, & Latine pater excelſus interpretatur: quē Deus ab iis quæ uidentur, ad inuiſibilia protrahens, Non uocaberis, (inquit) Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gentium patrem poſui. Secundum tamen declinationem Latinam Abramus dicitur, uel cum aſpiratione Abrahamus.

ABRETTANA, pe. pro. (ἀβρεττανή Suid.) Myſiæ regio eſt, ita dicta a Brettia nympha. Vnde Abrettanus Iupiter (ἀβρεττανὸς Ζεὺς) qui in Abrettana colebatur: de quo uide Strabo. li. 12. Incolæ quoque Abrettani (ἀβρεττανοί) dicuntur. Stephanus hanc regionem Abrettinam (ἀβρεττίνην) & Plin. populum ipſum Abrettinos (ἀβρεττινούς) appellat.

ABRINATÆ, (ἀβρινάται) populi ſunt non procul a Ponto. Vide Stepha.

ABRINCATVI, a Plin. lib. 4. cap. 18. numerantur inter Galliæ Lugdunenſis populos. Diuidit. n. Galliam Lugdunenſem in Lexouios, Bellocaſſes, Galletos, Venetos, & Abrincatuos.

ABRIPIO, pis, pen. cor. {*Rubbare. Boc. G. 2. No. 7. Io non intendo di rubbar al duca la femina*} ex Ab Rapio (ἀφαρπάζω) abſtraho, ui eripio, aufero, & tum ad res, tum ad perſonas refertur. Cic. lib. 1. Offic. Qui abripiūt ab aliis, ut aliis largiantur. Idem ad Quirites: Nec patiamini me a meis liberis abſtractum & coniuge abreptum, ab aris focisq́; innocentem protectum, uitam degere in exilio. Plau. in Mil. alio modo eſt uſus: Quis is eſt homo? PE. Neſcio, ita abripuit repente ſeſe ſubito. hoc eſt, ſuſtulit & recepit ſe. Huic contrarium eſt Arripio, quod ex Ad & rapio componitur, & ſignificat attrahere uel accipere. Cic. in Catone. Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos. Aliquando ſignificat uehementer ad me rapio, ut fit, cum celeri quadam animi, corporisq́; uehementia ad nos trahimus. Liu. lib. 1. Tum Tarquinius neceſſitate iam etiam cogente, ultima audere: ipſe multo, & ætate, & uiribus ualidior, medium Seruiū arripit, elatumq́; e curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Aliquando ſubito inuado. Plau. in Cur. Vix me foras arripui. Aliquando celeriter rapere, inuadere. Verg. 3. Aen. Hanc arripe uelis.

ABRODIÆTVS, (ἀβροδίαιτος) cognomen fuit Parrhaſii pictoris nobiliſſimi: quod Latine ſignificat delicatum atque elegātem. Talem autem ſe ipſe putauit, dici q́; uoluit. Herculem quoque Lyndi fecit, aſſeuerans eum a ſe talem pictum, qualem ſæpe in quiete uidiſſet. Plin. lib. 35. cap. 10.

ABRODO, pen. pro. {*Rodere. Boc. G. 9. No. 8. Tutto in ſe medeſimo ſi rodea*} rodendo abſcindo. Plin. lib. 10. cap. 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine.

ABROGO, gas, pen. cor. {*Togliere il uigore*} infirmo, adimo, refigo, abdico, reſcindo, diſſoluo, irritum facio, antiquo, ἀκυρόω, ἀναιρῶ. Dicimus autem, Abrogatur legi, & Abrogatur lex. Auctor ad Heren. Illa defenſio tenuis eſt, cum oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum, uel derogatum ſit. Et Seruius ſcribit Abrogari legi, cum prorſus tollitur. Derogari, cum pars detrahitur. Iungitur autem Abrogo datiuo, uel accuſatiuo. Cic. de Clar. Orat. Qui tantum auctoritate dicendoq́; ualuit, ut legem Semproniam frumētariam populi frequentis ſuffragiis abrogauerit. Septem modis ex iure conceſſis fieri conſtat abrogationem. Primo contraria conſuetudine, quæ nota eſt principi. Secundo contraria conſtitutione. Tertio cauſæ ceſſatione. Quarto locorum uarietate. Quinto nimio rigore. Sexto ſi precibus occaſionem malignādi habeat. Septimo propter malum inde ſequens. Interdum eſt ſimpliciter auferre. Lib. 1. ad Heren. Nam & periculoſum eſt, ne quando plus minus've dicamus, & ſuſpicionem affert auditori meditationis & artificii, quæ res fidē abrogat orationi. Abrogatio uerbale ἀποχειροτονία. Cic. Atti. li. 3. Neque. n. ulla eſt lex, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.

ABRON, (ἄβρων Suidæ) Grammaticus fuit è Phrygia, aut certe ex Rhodo oriundus, & Tryphonis diſcipulus. Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati, nominis occaſione ſumpta ab Abrone quodam Argiuo diuite luxurioſo, & molli, cuius uita locum fecit prouerbio, ἀβρωνος βίος, hoc eſt, Abronis uita, pro ſplendida & molli. Vide Zenodoti parœmias. Aut certe a Græco ἀβρὸν, quod ſplendidum & delicatum ſignificat.

ABRONI, mœnia. lege Aboni mœnia: & uide ſupra in dictione Abonotichitæ.

ABROCOMAS, uel Abrocomes (utroque enim modo legitur (ἀβροκόμας Suidæ, ἀβροκόμης Herodoto) pen. c. Darii filius fuit, atque unus ex præcipuis Perſarum Satrapis, qui unà cum Xerxe in expeditionem profectus a Lacedæmoniis cæſus eſt ad Thermopylas. Vide Herodotum lib. 7.

ABRONYCHVS, pen. cor. (ἀβρώνυχος) nobilis Athenienſis fuit, Lyſiclis filius, cuius fideli ſtrenua opera uſus eſt Themiſtocles in bello Perſico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herod. lib. 8. & Thucy. lib. 1.

ABROTONION, ſiue Abrotonium (ἀβροτόνιον) nomen proprium eſt meretricis, & matris Themiſtoclis. Nomen eſt ductum ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ quod Latine ſonat glabrum, & delicatum: In quo uocabulo libet annotare, quæ apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire, in um autem ex initia, omnia eſſe neutra. præter propria uirorum, quæ ſunt maſculina, ut Pægnium, Dinacium: & mulierum propria, quæ fœminina ſunt, ut Glycerium, Philotium, Euſtochium, & ſimilia. Licet ergo utrique ſexui conueniant, ut ſcortum & mancipium, & pluralia in a: pro hominibus ponantur, ut Seruitia, pro ſeruis: Miniſteria, pro miniſtris, & licet flumen notent, ut Rhenum, Cruſtumium: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, ut poma apud Tibullum: aut quamuis animalia (quæ pauciſſima ſunt, & aut maſculina, aut fœminina, aut communia eſſe debent) ſignificent, ut oſtrea: tamen quia in um exeunt, aut ſingulariter per um terminantur, ſupra dicta omnia cenſebuntur neutra.

ABROTONITES, abrotonitæ, pe. lon. (ἀβροτονίτης οἶνος) maſculini gen. ſed figurate neutro generi iungitur: & eſt uinum factitium ex abrotono: de quo meminit Col. li. 12. cap. 35. & Dio. lib. 5.

ABROTONVM, pe. co. {*Abrotano*} (ἀβρότονον) herba eſt ſatis cognita, etiā hodie in officinis nomen retinens. Huius duo ſunt genera: unum ſarmentoſum minutis foliis, minus candidum, ſemine tenui & numeroſo, uti abſinthium, quod marem uocamus. Vulgus Gallorum, ſeruatis manifeſtis linguæ Græcæ Romanæq́; ueſtigiis, uocat d'Auronne. Naſcitur hoc genus in hortis, & locis campeſtribus. Alterum, quod fœminam appellāt, arbuſculæ ſpeciem habet, foliis magis caudicantibus, Seriphii modo minutim circum tumulos inciſis, floribus refertum, in ſummo auri fulgore comantes corymbos obtinens, odoratum etiam cum grauitate quadam. Vulgus uocat ſyluestrem cupreſſum. Gallice, du Ciprez. Naſcitur in montibus: unde & montanum appellatur. Dictum eſt autem Abrotonū, ut Nicandri interpres teſtatur, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν ἁβρὸν, καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι, q. aſpectu tenerum, molle, & delicatum ſit. De hoc Ho. Ho. lib. 2. Epi. Abrotonum ægro Non audet, niſi qui didicit dare.

ABROTONVM, (ἀβρότονον Stepha.) pen. co. oppidi nomen eſt in Africa inter duas Syrtes, non procul a Lepti, cuius meminit Plin. lib. 5. ca. 4. & Strabo. lib. 17.

ABRVMPO, {*Rompere interrompere. Boc. Gior. 4. N. 9. Sentiua coſi fatto dolore, che il mio ſonno ſi ruppe*} ſcindo, interrumpo, diſiicio, auello, ἀπορρήγνυμι. Liu. 6. Belli Pun. Stragem tabernaculorum ingenti ſonitu ac fuga abrumpentium uincula iumentorum facerent. Idem li. 8. Cohortes a fronte urgebāt, ut abrumperent cornua a cætera acie. id eſt, interrumperent. Transfertur etiam ad res incorporeas. Verg. 3. Georg. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Sic Abrumpere ſermonem, Abrumpere uitam, apud eundem: & Abrumpere otiū apud Plin. Iuniorem in Epiſt. Et Cic. Phil. 14. Magna atque incredibilia ſunt in remp. huius merita legionis: hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonii: id eſt, ſubito, & cum impetu ſeſe ab eo liberauit. Hinc Abruptus ſermo, abrupta oratio. Abrupte uerbale. Abrupte aduerbium. Quint. lib. 3. ca. 10. Nec enim abrupte, nec unde libet, incipiendū. Quint. & loca abrupta, (ἀπόκρημνα κρημνώδη) diuulſa atque ob id nimia dicuntur. Huius quoque ſignificationis eſt Prærumpo.

ABS, ſignificat idem quod a, de quo ſatis in ſuperioribus.

ABSARVM, Plinio, (ἄψαρος Ptolemæo) flumen eſt Armeniæ minoris non procul a Sebaſtopoli in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione ſeparat, teſte Pli. lib. 6. cap. 9. Eſt & caſtellum eiuſdem nominis, fluuio huic imminens, ut teſtatur idem Plin. lib. 6. cap. 4.

ABSEDO, dis, pen. pro. {*Partir. Boc. Gior. 3. N. 6. Recataſela in braccio, & preſela bene, ſi che partir non ſi potea*} ex abs, & cedo, ſignificat recedo, ἀφίσταμαι. Hirtius, lib. 5. bel. Afri. Vbi Cæſar conſpexit Labienum ab ſuis copiis longius abſceſſiſſe. Et ſine præpoſitione, apud Liuium 6. bel. Pun. Abſcedere irrito incœpto, & mouere a Capua ſtatuit caſtra. A quo Abſceſſus, et Abſceſſio, quæ fere idem ſignificant: cum tamen Acceſſus & Acceſſio ſæpe differant. Nam Acceſſus eſt aggreſſus: Acceſſio incrementum, & interdum aggreſſio: de quibus alibi latius dicemus. Cic. de Vniuerſ. Cum ad corpora cum acceſſio fieret, tum abſceſſio.

ABSCESSVS, {*Poſtema*} (ἀπόστημα) medicis eſt tumor corporis contra naturam, cum pus ex phlegmone procedens, in particula quapiam, ueluti in ſinu quodam eſt collectum, aut etiam ſine phlegmone, cum humor aliquis acris, in parte aliqua colligitur, eamq́; copia diſtendens excoriat. Varia ſunt abſceſſuū genera pro uarietate ſubſtantiæ in iis contentæ, præcipua tamen tria, Atheroma, (ἀθέρωμα) Steatoma (στεάτωμα) & Meliceris (μελικηρίς) a ſimilitudine contentarum in ipſis ſubſtantiarum dicta. Aliud. n. eorum ueluti ſeuum, aliud ueluti mel, aliud pulticulæ quiddam ſimile, quam ἀθήραν uocant, in ſe continet. Vide Gal. 14. Methodi, cap. 12.

ABSCIDO, dis, pen. prod. {*Tagliar. Boc. Gior. 4. Nou. ult. A coſtui ſi conuenia tagliar tutta la gamba, ò morire*} ex Abs & Cædo (ſed æ diphthongus uertitur in i, productum) ſignificat partem a re aliqua ſeco, ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Verg. Aene. 3. Heſperium Siculo latus abſcidit, arua & ur-

beis,&c. Hoc tamen potius eſſe uidetur à uerbo Abſcindo, cuius frequentior eſt uſus, q̃ uerbi Abſcido: cum contra, Præcido frequentius, q̃ Præſcindo reperiatur.

ABSCINDO, dis, idem quod abſcido. Iuue. Saty. 1. Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat iam More ſuperuacuam cultris abſcindere carnẽ? Per tranſlationem, apud Liu. 9. ab Vrb. Nos omnium rerum reſpectum, præterquã uictoriæ nobis abſcindamus. Inde Abſciſſus, a, um, (ἀποκεκομμένος) amputatus, fractus, abruptus. Inuenitur & comparatiuus, apud Valerium lib. 6. Sed aliquanto Charōdæ Tyrii præfractior, & abſciſſior iuſtitia, ad uim & cruorem uſque.

ABSCIO, is, ire, {Vſcir di mente. Boc. Gior. ult. Nou. 9. Impoſſibile eſſere, mai i ſuoi beneficii gli uſciſſero di mente} eſt de memoria exire. Deſcire autem (ut ſuo loco dicemus) eſt ab obedientia prioris ducis diſcedere.

ABSCONDO, dis, di, tum, uel abſconſum, {Aſcondere, celare. Petr. Il bel uiſo arder ch'altrui m'aſconde} occulto, ἀποκρύπτω. Vnde (ἀποκεκρυμμένον) abſconſum, abditum, occultum. Col. lib. de arboribus, cap. 7. Reliquas radices, quæ in terram abſconduntur, ſic abradas. Vnde Abſcondite aduerbium, κρυφῇ. Cice. 3. de Finib. Ea nec acutiſſime, nec abſcondite diſſeruntur. Et Abſconſio, uerbale. Plin. libr. 8. cap. 16. Velut deputans abſconſione turpitudinem.

ABSENS, {Lontano. Petr. Solea lontana in ſonno conſolarmi} (ἀπών) & Abſente nobis. unde Abſum.

ABSENTANEVS, nea, neum, quod in abſentia fit.

ABSENTIA, {Lontananza} (ἀπουσία) ab abſens fit. Seneca ad Lucilium: Æquo animo ferre debemus abſentiam.

ABSENTIO, pen. cor. {Hauer parere diuerſo} diſſentio διαφωνέω. Nam qui minime conuenit, abſentire uidetur.

ABSENTO, tas, {Allontanare, ò eſſer lontano} abſentem facio, ſeu abſens ſum. Claud. de Raptu Proſer. li. 2. Vetitamq́; Dearum colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

ABSILÆ, (Ἀψίλαι Stephano) populi Aſiæ, a Plin. libr. 6. cap. 4. in Colchide prope Phaſim amnem collocati.

ABSILIO, is, ire, ex ab & Salio ſaltu alicunde recedo. Stati. 12. Theb. Fugere feræ, nidosq́; repentes Abſiliunt (metus urget) aues.

ABSIMILIS, multum diſſimilis. ἀνόμοιος. Colum. lib. 4. Materiam fructumq́; niſi q̃ duplicem, non abſimilem minor germanæ gerit. Frequens autem eſt huius uocabuli cum negatione uſus: ut, Haud abſimilis, &c. Quæ loquutio figurata eſt, & fere κατὰ λιτότητα plus innuit, cum minus dicit. Plin. lib. 8. ca. 33. Eminet roſtrum ut in paruo, haud abſimile ſuillo, hoc eſt, ualde ſimile.

ABSINTHIVM, {Aſſentio. Pet. El mel amaro, & addolcir l'aſſentio} (ἀψίνθιον Dioſcoridi) herba eſt ſua amaritudine nulli non cognita, quæ & in officinis nomen ſuum retinet. Huius quamuis plures ſint ſpecies (quas mox ſuo ordine explicabimus) Abſinthii tamen nomine, cum nihil addimus, Abſinthiũ uulgare intelligimus, quod & Romanum & Ponticum dicitur. Galli uocant de l'aloine. Sunt qui putent ἀψίνθιον dictum a Græco ἀ & ψίνθος, eò q̃ ob inſignem amaritiem a nullo animaliũ attingatur. De hoc ſic ſcribit Plin. lib. 27. cap. 7. De uſu abſinthii cõuenit dicere, herbæ faciliimæ, atque inter paucas utiliſſimæ, præterea ſacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidẽ Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, uictorq́; abſinthium bibit, credo ſanitatem præmio dari honorifice, arbitrãtibus maioribus. Magnã uim habet in enecandis uermibus: unde & pueris dari ſolent eius folia in fico latentia: aut etiam eius ſuccus, poculi oris melle circunlitis, ut ſic amaritiem fallerẽt. Ad quod etiam alluſit Lucretius hiſce uerſibus, Ac ueluti pueris abſinthia tetra medentes. Cum dare conantur, prius oras pocula circum Aſpirant mellis dulci flauoq́; liquore.

ABSINTHIOMENON, (ἀψινθιόμενον) herba eſt, quæ notiore nomine Abrotonum uocatur: ita dicta ab amaritudine Abſinthii, quam guſtu repræſentat. Vide Dioſcoridem.

ABSINTHITES, (ἀψινθίτης οἶνος) uini factitii genus eſt cum abſinthio decocti, aut alio quouis modo abſinthio conditi. Eius confectionem docet Plin. lib. 14. cap. 16.

ABSINTHIVM MARINVM, (ἀψίνθιον θαλάσσιον) abſinthii genus eſt, abrotoni parui ſimilitudine, refertum minutis ſeminibus, ſubamarum, & ſtomacho inimicum, grauiter olens & cum quadam calfactione aſtringens. Hoc & Seriphium a nonnullis appellatur: de quo ſic ſcribit Pli. li. 27. ca. 7. Eſt & abſinthium marinum, quod quidam Seriphium uocant, probatiſſimum in Taposiri Ægypti. Huius ramum Iſiaci præferre ſolenne habent. Hodie ſemen lumbricorum uocant. Gallice la mort des uers.

ABSINTHIVM RVSTICVM, idem quod abſinthium uulgare, ſiue Ponticum. Vide in dictione abſinthium.

ABSINTHIVM SANTONICVM, (ἀψίνθιον σαντονικόν) abſinthii ſpecies eſt copioſiſſime proueniens apud Santonas Galliæ populos, uulgari abſinthio non diſſimilis, ſemine tamen non æque fœcunda. Eaſdem uires habet, quas Seriphium. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.

ABSINTHIVM PONTICVM, (ἀψίνθιον ποντικόν) idem eſt cum abſinthio uulgari, ſiue proprie dicto. Nomen hebet a Ponto, Aſiæ regione, in qua tanta copia prouenit, ut pecora illo pingueſcant, & ſine felle inueniantur. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.

ABSINTHVS, uel Abſynthus, utroque. n. modo ſcribitur, teſte Stephano, (ἄψινθος ἡ ἀψυνθός) urbs eſt Thraciæ: cuius incolæ dicũtur abſinthii (ἀψίνθιοι) quorum meminit Herodo. lib. 6.

ABSIS, idis, {L'arco de i uolti nelle fabriche} (ἀψὶς Suidæ) fornicis curuatura. Cæcil. in epiſt. Cubiculum in abſida curuatum. Apud Homerum Iliad. 5. accipitur pro plaga ſiue foramine retis. Dicuntur quoque Abſides, circuli in ſtellis. Pli. lib. 2. cap. 15. Plurima de cauſis hæc omnia accidunt: prima circulorum eſt quos Græci Abſidas in ſtellis uocant. Eſt præterea Abſis, ligneus circulus totam ambiens, in quo figuntur radii. In qua ſignificatione quidam primam aſpirant, putantq́; dici ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, hoc eſt, a tangendo. Hãc enim parte rotæ, dum uoluuntur, terram contingunt.

ABSISTO, ſtis, {Star lontano, ſpartirſi, diſcoſtarſi} alicunde diſcedo, ἀφίσταμαι. Iungitur autem frequenter ablatiuo ſine præpoſitione. Ver. 6. Aen. Procul, ò procul eſte profani, Conclamat uates, totoq́; abſiſtite luco. Quandoque ſupprimitur ablatiuus. Verg. 1. Aene. Nec prius abſiſtit, q̃ ſeptem ingentia uictor. Corpora fundat humi. Subaudi illinc, uel ab eo loco. Quandoque ponitur pro deſiſtere, (διαλείπειν) deſinere, abſtinere. Liuius lib. 8. Legatos miſere ad Conſulem Romanum, ut receptis equitibus, qui cauſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. Claudianus: Abſiſte rogari. Fit autem Abſiſto a uerbo neutrali Siſto, quod idem pene eſt quod ſto: unde nec proprium habet præteritum nec ſupinum, quemadmodum ſuum ſimplex. Aliud eſt Siſto actiuum, idem ſignificans quod Stare facio: ſed illud nulla format de ſe compoſita. Inuenitur etiam Abſiſtitur, impersonale. Liuius 1. Belli Puni. Legati miſſi Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in pœnam fœderis rupti depoſcendum.

ABSOLEO, es, pen. cor. {Diſuſare} abſolere, eſt ab uſu recedere. ἀπαρχαιῶ. Vnde Abſoletus locus, (ἀπηρχαιωμένος) neglectus & ſordidus dicitur.

ABSOLVO, uis, {Aſſoluere} (ἀπολύω) quod ligatum erat deligo, omnino libero: & maxime ad iudicia pertinet: cui contrarium eſt damnare, habetq́; accuſatiuum, & eum quidem aliquando cum genitiuo criminis. Auctor ad Heren. 2. Cæcilius iudex abſoluit iniuriarum illum. Aliquando uero cum ablatiuo: & id quidem uel ſine præpoſitione. Liu. lib. 2. Latæ deinde leges, quæ Cõſulem regni ſuſpicione abſoluerent. Vel cum præpoſitione De. Cice. ad Qu. Frat. Druſus erat de præuaricatione a Tribunis ærariis abſolutus. Vel cum præpoſitione A. Idem pro Qu. Roſc. Vt ne Roſcium ſtipulatione alliget, neque a Fannio iudicio ſe abſoluat. Cice. 4. Ver. accuſatiuum cum datiuo poſuit: Hic hominem (inquit) Veneri abſoluit, id eſt, quod ad Venerem pertinet, abſoluit eum. Et quoniam re ſemel inchoata, dum ea ad finem ſuum perducatur, quaſi impedita eſſe uidetur, ſit ut Abſoluere pro rei finem imponere, ſiue perficere (ἀποτελεῖν) ponatur. Cice. Offi. 3. Vt nemo pictor eſſet inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret.

Huc referri poſſunt & iſta. Plau. Amph. Curauit, uno ut fœtu fieret, uno ut labore abſoluat ærumnas duas, quod eſt, quaſi euadat. Et in Epid. Te abſoluam breui, id eſt, expediam. Item pro perſoluere. Teren. Adelph. Ego ad forum ibo, ut hunc abſoluam. Id eſt, (ut Donatus exponit) ut hunc reddito pretio dimittam. Nam (inquit) uelut ligati ſunt, quibus debetur aliquid. Et pro ſoluere. Plautus in Mil. A matre illius uenio, ſi eſt itura, eat, Omnes moratur, nauim cupimus abſoluere. Hinc abſolutio uerbale, (ἀπόλυσις) pro liberatione criminis. Cice. pro Font. Magna mehercule cauſa iudices, abſolutionis cum cæteris cauſis hæc eſt. Et pro perfectione. Idem: Virtus rationis abſolutio definitur. Eſt quoque apud Oratores (ut Cic. de Inuent. 1. ſcribit) per quam omnia, quæ incidunt in cauſa genera amplectimur partitione.

ABSOLVTORIVS, a, um, {Aſſolutoria} quod ab abſolutionem pertinet, ut Tabula abſolutoria. Suet. in Augu. Non tantum duas tabulas, damnatoriam, & abſolutoriam cognoſcentibus dedit, &c. Et abſolutorium, rii, neu. gen. remedium abſoluens, ſiue liberans. Plin. lib. 28. cap. 6. clauum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali, abſolutorium eius mali dicitur.

ABSOLVTVS, nomen ex participio {Aſſoluto, perfetto} id eſt, perfectus. Cice. Quo fit ut illam ueram & abſolutam eloquentiam nemo aſſequatur. Vnde Abſolute, aduerb. Cic. 3. de Fin. Neceſſario ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate uiuere.

ABSOLVTA iuridicialis conſtitutio (αὐτίληψις) eſt ea, quæ ipſa in ſe non implicite & abſcondite, ut negotialis, ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet. Auctor eſt. Cic. lib. 2. de Inuentione. Abſoluta, plurali nu. a iuriſconſultis dicuntur, quæ lecta ſunt, & à partibus approbata & ſubſcripta. Vide inſtit. de contrahen. empti. & C. de fide inſtrument. l. contractus.

ABSONO, nas, pen. cor. {Diſſonare, diſcordare} diſſono, male ſono, ἀπᾴδω. Vide in dictione Sono.

ABSONVS, na, num, {Diſcorde. Arioſto canto 28. Il diſcorde uoler ch'in due cor mira} (ἀπῳδός) pen. cor. quod eſt parui ſoni, aut ſine ſono, uel non recte ſonans. Cic. 1. de Orat. Sed ſunt quidam aut lingua ita hæſitantes, aut ita uoce abſoni. Vnde per tranſlationem ponitur pro alienus, ſeu differens. Liu. 7. ab Vr. Nec abſoni a uoce motus erant. Idem lib. 1. Hæc ferme Romulo regnante domi militiæq́; geſta, quorum nihil abſonum fide.

ABSORBEO, bes, bui, itum, & abſorpſi, abſorptum, {Inghiottire. Boc. O Nettuno inghiottiſci la preſente naue} dicitur quaſi ſorbendo abſumere: & proprie de rebus liquidis. Plin. lib. 11. cap. 35. Araneus omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Trãſfertur autem & ad alia, ut ſi dicas, Aqua nauim abſorbuit. Lucanus lib. 4. Iam flumina cuncta Condidit una palus, uaſtaq́; uoragine merſit: Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ferarum Detulit. Item ad res incorporeas trãſſumitur, ita ut idem fere ſignificet quod perdo, deſtruo, cõſumo, corrumpo: ut cum dicimus, felicia adoleſcentulorum ingenia uoluptatum illecebris abſorberi. Cic. 2. de Legi. Sed antequam ad populares leges uenias, uim iſtius cœleſtis legis explana, ſi placet, ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat, & ad ſermonis morem uſitati trahat.

ABSOROS, pen. cor. {Oſſero} (Ἄψορος) inſula eſt in mari Adriat. Liburniæ adiacens, cum oppido eiuſdem nominis. Vtriuſque meminit Ptol.

ABSQVE {Senza. Boc. Nel Proe. delle cento Nou. Le quali coſe ſenza paſſamento di noia} (ἄνευ, χωρὶς) præpoſitio ſeparatiua eſt, idem quod Sine ſignificans ut Abſque pecunia difficile uitam traducas. Abſque te eſſet. & Abſque te foret: pro eo, quod uulgo dicimus, Niſi tu eſſes, locutio eſt Plautina & Terentiana. Teren. in Pho. Nã abſque eo eſſet, recte ego mihi uidiſſem, et ſeruis eſſem ultus iracundiã: id eſt, ſi ad eum res non pertineret. Sic in perſona Plaut. in Menæch. Nã abſque te fuiſſem, hodie nũquã ad ſolis occaſum uiuerẽ. Alibi tamẽ Plautus, Si particula addit: Nã (inquit) exædificaſſet me ex ædibus, ſi abſque te foret. In hoc tamen Hecyræ Terentii. Quàm fortunatus ſum cæteris

rebus,

rebus, abſque una hac foret. Abſque aduerbialiter uult poni Donatus, ut ſit ſenſus, Niſi una hæc res eſſet. Et licet Abſque ſit ſeparatiua præpoſitio, Ab tamen & Abs, paſsionem aut diſceſsionem notant: ut Diligor abs te, Diſcedo abs quolibet improbo. Cæterum Ab Abs, & Au, nihil differre uidentur, præterquam in conſonantia. Nam uni uerbo in diuerſis temporibus, non mutata ſignificatione, præpoſita per compoſitionem comperiuntur. Dicimus enim in præſenti, & eius temporibus, aufero, auferebam, auferam, aufert, auferrem, &c. In præterito autem, & inde deductis, Abs: ut abſtuli, abſtuleram, abſtuliſſem, abſtulero, abſtuliſſe. Porro in ſupino, & ab eo natis, Ab: ut ablatum, ablatu, ablatio, &c. Mirum autem eſt, quod Que particula quæ cum aliis ſignificationem auget, ſiue affirmatiuam, ut atque, ſiue negatiuam, ut neque, cum Abs poſita mutet. nam Abſque fere idem eſt quod Sine. Sed de his ſatis eſt.

ABSTEMIVS, a, um, {*Quello che non bee uino*} ex Abs, & temetum, id eſt uinum, quaſi ſine uino, ſobrius, ἄοινος. ἀβρόμιος. ſiue (ut alii uolunt) ex Abſtineo & Temetum, id eſt, qui uino abſtinet. Ouid. lib. 15. Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit, Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis. Gell. li. 10. ca. 13. Qui de uictu atque cultu populi Romani ſcripſerunt, mulieres Romæ, atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt, uino ſemper, quod Temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt.

ABSTERGEO, es, ere, {*Nettare. Boc. Gio 8. No. 9. Non s'era potuta nettare*} idem quod abſtergo, ἀποψάομαι, ἀποψῶ. Plau. in Aſin. Tu labellum abſterges. Potius, quam cuiquam illa ſuauium faciat palam.

ABSTERGO, is, ere, abſterſi, abſterſum, detergere, ſiue tergendo remouere, purgareque. Liu. 1. ab Vrb. Inſpectum uulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe. Transfertur ad animum. Cic. in Top. Tum exultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abſtergens.

ABSTERREO, es, terrore incuſſo amoueo, repello, prohibeo, ἀποτρέπω. Ci. 4. Ver. Vt iam uideamur non a pecuniis homines abſterrere.

ABSTINENTIA, {*Aſtinenza. Boc. Gior. 3. Nou. 4. Gli conuiene cominciare un digiuno & una aſtinenza grandiſſima*} eſt uirtus qua ab alienis abſtinemus, nihil cuiquam eripientes ἐγκράτεια. ἀποχή. Differt autem a continentia, quod hæc ſit in uiro temperante, illa uero in innocente. Salluſt. in Iugur. Cum ſtrenuo uirtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat. Abſtinenter aduerb. Cicero in Salluſt. Modeſte ſe geſſit & abſtinenter.

ABSTINEO, es, pen. cor. {*Aſtenere. Boc. G. 7. in fi. Dal noſtro diletteuole nouellare ci aſtenemo*} ex Abs, & Teneo, ſignificat tempero, contineo, cohibeo, ἀπέχομαι. Et iungitur cum accu. Terent. Non manum abſtines maſtigia? Aliquando cum ablatiuo ſine præpoſitione. Iuſti. lib. 1. Contentique uictoria, imperio abſtinebant. Horat. libr. 13. Carm. cum genitiuo iunxit: Mox ubi luſit ſatis, abſtineto Dixit irarum. Plaut. in Amph. pro arcere poſuit: Nunc quando factis me impudicis abſtines. i. Quoniam me arces & prohibes ab impudicitia. Legitur & Abſtinetur imperſonale. Liuius 5. ab Vrb. Dictator edicere iubet, ut ab inermi abſtineatur. Vnde abſtinens dicitur, qui eſt ſuo contentus, uel nulla libidine præceps, maxime auaritia & impotenti cupiditate. Cicero ad Quint. Frat. eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates præclarum eſt.

ABSTO, as, abſtiti, abſtitum, & abſtatum, {*Star lontano*} ſignificat longe ſto. ἀφίσταμαι.

ABSTORQVEO, uide Torqueo.

ABSTRACTVM, {*Aſtratto. Boc. G. 6. No. 9. Molto aſtratto da gl'altri dimeraua*} ab Abſtraho, id dicitur quod ab alio trahitur. τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως, τὸ κεχωρισμένον. Definitur uero a Logicis hoc modo. Abſtractum eſt, quod ſignificat formam aliquam cum excluſione ſubiecti: ut Albedo, Concretum eſt, quod ſignificat eandem formam: cum hæ[r]entibus ſubiecti, ut album: a concreſco, quod ſignificat coniungor in aliqua re. Et hæc aliter dicuntur Denominans & Denominatiuum, ut eſt apud Ariſt. in Antepræd.

ABSTRAHO, {*Tirare per forza*} quaſi per uim, aut arte aliqua aufero, ἀποχωρίζω. Cic. lib. 1. Tuſcu. Certe ſi tunc occidiſſemus, mors nos a malis, non a bonis abſtraxiſſet. Huic contrarium eſt attraho. Aliter uſus eſt Cæſar 7. belli Gal. Bona ciuium Roman. diripiunt, cædes faciunt, in ſeruitutem abſtrahunt.

ABSTRINGO, is, ere, xi, ctum, {*Scioghere*} ſoluere. Liu. 3. Dec. lib. 4. Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto nodo, moratus turbam, &c.

ABSTRVDO, dis, pen. pro. {*Aſcondere, ſerrare dentro*} ex Abs & trudo, ſignificat abſcondo uel claudo, ἀποκρύπτω. Sed Seruio autore differunt, quod abſcondere ſit de induſtria, Abſtrudere a natura. Vergil. 1. Georg. Vt uenis ſilicis abſtruſum excuderet ignem, quæ tamen differentia non ſemper obſeruatur. Plaut. in Prol. Aul. Atque aulæ tuncis domo ſublatam uarius abſtrudit locis.

ABSTRVSVS, a, um, {*Naſcoſo. Pet. Ch'el mi naſcoſo e ſconoſciuto giacque*} nomen ex particip. (ἀπόκρυφος, κρυφαῖος) ut, abſtruſæ inſidiæ, id eſt, penitus latentes. Cic. 4. Aca. Sequitur diſputatio copioſa illa quidem, ſed paulo abſtruſior. Abſtruſus homo, qui ſecreta ſua magnopere celat. Tacit. libr. 1. annal. Hæc audita, quanquam abſtruſum, & triſtiſsima quæque maxime occultantem Tiberium, &c.

ABSVM, {*Eſſer lontano. Boc. G. 2. No. 7. Era molto lontano da quella donna*} (ἄπειμι) ex ab præpoſitione (quæ mutat ſignificationem in dictionibus, & facit per contrarium ſignificare) & ſum (id eſt, præſens exiſto) ſignificat non coram ſum, diſto, diſiunctus ſum, diſcedo: & tam ad rerum carentiam, quam ad loci & temporis interuallum referri poteſt: ponturque aliquando abſolute. Terent. in Eun. Domini ubi abſunt. Aliquando cum præpoſitione A, uel Ab. Sallu. in Iugurtha: Neque animus, neque corpus a uobis aberit. Sic abeſſe, ab Vrbe, Abeſſe ab domo frequens eſt apud Ciceronem. Aliquando ſine præpoſitione. Cice. de Natu. 2. Quod Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet, abfuiſſet domo. id eſt, ab æde ſua. Liu. lib. 3. Bel. Punici: Romana caſtra uiginti millium ſpatio aberant. Aliquando cum datiuo. Cicero pro P. Syl. Vt miratur Torquatus, deſinat me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere. pro, non adfuerim Antonio, ſiue non defenderim. Aliquando cum accuſatiuo. Cicero pro Plan. Qui cum abeſſet aliquot dierum uiam. Aliquando cum genitiuo, ut abeſſe bidui, tridui. Cicero ad Attico 10. Cum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui: ſubaudi Itinere, uel aliquid ſimile. Aliquando cum aduerbiis, longe, procul, multum, paulum, &c. Plaut. in Truc. Oues illius haud longe abſunt a lupis. Cæſar diuiſa compoſitione uerbum hoc duabus dictionibus extulit. Quierat (inquit) ab oppido millia paſſuum circiter tria, pro aberat. Dicimus præterea, Culpam a nobis abeſſe, pro eo quod eſt uacare culpa. Item, Culpam noſtram a re aliqua abeſſe, pro eodem. Cicero ad Cornificium. Ego certe Reipub. non deero, & quicquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Ab abſum fit Abſens: (ἀπών) ſicut a præſum præſens. Vlpia. Abſentem accipimus, eum qui non eſt in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare abſentem deſideramus, & ſi forte extra continentia urbis ſit, abeſt. Cæterum uſque ad continentia non abeſſe uidebitur, ſi loco latitet. Abeſſe autem non uidebitur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui a latronibus detinetur. Paulus: Abeſſe res uidebitur, ſi ueſtimentum ſciſſum reddatur, uel res corrupta reddita ſit, ueluti ſcyphi colliſi, aut tabula, raſa picturas quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item, ſi eam dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abeſſe, etiam ſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia uidetur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Abeſſe etiam ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt. Cum autem dicimus, Abſente nobis, & Præſente nobis, pro abſentibus & præſentibus nobis, Atticorum fit more: ſicut, Aperite aliquis actutum, apud Terent. in Adelp. & Plaut. in Amph. Nec nobis præſente quiſquam aliquid auſi ſunt.

ABSVMEDO, inis, conſumptio, a uerbo Abſumo. Pla. cap. Quanta pernis peſtis ueniet? quanta labes lardo? quanta ſumini abſumedo?

ABSVMO, mis, pſi, ptum, pen. pro. {*Conſumare. Petr. Che poco humor gia per continua proua. Conſumar uidi marmi e pietre groſſe*} profundo, omnino conſumo & aboleo, (ἀποδαπανῶ, ἀναλίσκω, καταφθείρω, κατεσθίω). Varius ac multiplex eius uſus eſt. Cic. pro Quint. Hortenſius a me petit, ne dicendo tempus abſumam. Liu. 10. bel. Pun. Laceſſendo leuibus præliis diem abſumpſit. Aſco. Ped. Adeo ut in eius impenſas opes ſuas abſumpſerit. Dicimus etiam Abſumi ferro, ueneno, morte. Et Plau. in Moſtel. Abſumpti ſumus: pro perimus, & actum eſt de nobis.

ABSVRDVS, a, um. quod eſt diſpar, diuerſum, abhorrens, inconueniens, ſtultum, deforme, odioſum, iniquum, ἄτοπος, ἄλογος. Cic. in Lælio: Auaritia uero ſenilis, quid ſibi uelit, non intelligo. Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quàm quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere? Vnde Abſurdè aduerbium. Cic. de Finib. Idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos ſi ſapientes ſint abſurde dicit.

ABSVS, flu. uide Abis.

ABSYNTHIVM, & Abſynthites, uide ſupra Abſinthium.

ABSYRTIDES, (ἀψυρτίδες) inſulæ ſunt in Adriatico mari, Illyrico adiacentes, a fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Abſyrto, ſic appellatæ. ut Pli. ſcribit lib. 3. cap. 26. & Strabo lib. 7.

ABSYRTIVM, (ἀψύρτιον) inſula eſt maris Adriatici, non procul ab Iſſa, ut tradit Plin. li. 3. cap. 21.

ABSYRTVS, (ἄψυρτος) Aeetæ regis Colchorum & Ipſiæ, ſiue (ut alii malunt) Idyæ filiæ Oceani filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem ſoror Medea cum Iaſone diſcedens membratim diſcerptum circunquaque diſiecit, ut ſequentem ſe patrem in colligendis oſſibus occupatum remoraretur, ne ſe à fuga retraheret, unde locus ille dictus eſt Tomos, id eſt inciſio. Hæc Ouidius libro 3. Triſtum, eleg. 9. Plin. uero & Strabo non apud Tomitas Abſyrtum diſcerptum uolunt, ſed in inſula quadam maris Adriatici una earum quæ ab illius exitio Abſyrtides uocatæ ſunt. Vide Plin. libro 3. capi. 26. & Strabonem libro 7. Fuit inſuper Abſyrtus teſte Suida, Nicomedienſis quidam miles, qui cum ſub Conſtantino ad Iſtrum militaret librum utiliſsimum ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, cuius pulcherrimum & emendatiſsimum habet Antonius Vicecomes Mediolanenſis, uir ut magnificus, ita bonarum literarum ſtudioſus, & ſtudioſorum fautor ſummus.

ABVDIACVM, (ἀβουδίακον) urbs eſt Germaniæ, non procul ab Auguſta Vindelicorum, Ptolemæo.

ABVLA, urbs Hiſpaniæ, Ptolemæo.

ABVNDANTIA, {*Abondanza*} opulentia, ſatietas, copia, (εὐθηνία, περιουσία.) Plin. lib. 20. cap. 1. Ad coercendam ſucci abundantiam.

ABVNDANS, {*Abondante, copioſo*} (εὐθενῶν) nomen ex participio, idem ſignificat, quod copioſus. Inde abundanter, (ἐξ ὑπερβολῆς) aduerb. hoc eſt, copioſe, & cum quadam abundantia. Cice. de Orato. De qua copioſe & abundanter loquantur.

ABVNDATIO, onis, {*Inondatione*} idem quod exundatio, cum aqua ſeſe ripæ aut litoris limitibus non continet. Plin. lib. 3. cap. 15. Omnia ex Philiſtinæ foſſæ abundatione naſcentia.

ABVNDE, aduer. ab abundo, ([illegible]) ſignificat copioſe, ſatis ſuperque. Sueto. in Cæſ. Dict. Se iam pridem potentiæ gloriæque abunde adeptum. Abunde eſt, ([illegible]) Verg. 7. Aene. Terrorum & fraudis abunde eſt. Quo in loco habet genitiuum, ut cætera aduerbia quantitatis. Salí. in Iugurt. ſine caſu poſuit: Dein quod parentes abunde habemus. Viſitatius cum nominibus adiectiuis collocatur, ut eodem in loco: Abunde magna præſidia nobis in ueſtra amicitia fore.

ABVNDO, as, {*Abondare. Petr. Oue'l fallo abonda la gratia abonda*} ex Ab & Vndo, ut quidam aiunt, unde fiunt. Exundo & Inundo. Eſt autem Abundare, affluere, & ſupra modum quidpiam poſsidere, (εὐθενεῖν, εὐπορεῖν) tractum ab amnibus, qui quò magis augentur imbribus, eo maioribus & crebrioribus undis eriguntur. Terent. in Phor. Amore abundas Antipho. Dicimusque, Abundo pecunia, & pecunia abundat mihi. Auguſt. libr. Confeſſ. Nam id furatus ſum, quod mihi abundat. Lucilius cum geniti-

uo iunxit: Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Verg. lib. 4. Georg. Abſolute Ruſus abundat fluidus liquor. Hinc Abundans pro diuite, pecunioſo, potente, profluente.

ABVOLO, pe.c. {Andare con preſtezza, gir uia uolando} uolãdo diſcedo, auolo, ἀποπέτομαι. Cic. de Fin. Fluit itaque uoluptas, & prima quæque abuolat.

ABVPVS, Britanniæ fluuius maximus, Ptolemæo.

ABVSQVE, {Inſino da Boc. nel Corbaccio. Gli ſtudi adunque alla ſacra Filoſofia appartenenti, inſino dalla tua puerizia, piu aſſai che'l tuo padre non harebbe uoluto, ti piacquero} aduerbium, modò tempus, modò locum ſignificans, et eſt poetica uox, pro uſque ab. Plaut. in Amphit. Hæc illic eſt pugnata pugna ab uſque mane ad ueſperum. Ver. Siculo proſpexit abuſque Pachyno.

ABVS, (ἄβος) pars eſt montis Tauri ſupra Armeniam, ad uiam, quæ fert uerſus Ecbatana. Vide Strabonem lib. 11. eſt etiam Abus Ptolemęo fluuius Britanniæ.

ABVTONON, (ἀβούτονον) herba eſt Dioſcoridi, quæ alio nomine Abrotonum uocatur. Vide ſupra.

ABVTOR, pen. pro. {Mall'aſare} in uſum conſumo, ἀποδαπανῶ. Plautus in Aſinaria: Vbi illa, quæ dedi ante? C. abuſa: nam ſi ea durarent mihi, mulier mitteretur ad te. Sæpius tamen in malam partem pro perperam, ſiue nimis licenter utor, accipitur: Græce καταχρᾶομαι, ut fit, cum utimur aliqua re contra id, ad quod eſt inſtituta: ut ſi in templo negotia ſecularia tractemus, dicimur templo abuti. Cic. in Catil. Quouſque abutere Catilina patientia noſtra? Donatus: Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quę nobis utentibus permanent: Abutimur his, quæ nobis utentibus pereunt. Ex quo Vſus, & abuſus: (χρῆσις, καὶ κατάχρησις.) uidentur contraria, nam uſui eſt ager, domus: abuſui, uinum, oleum, & huiuſmodi. Cic. in Top. Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorum ſuorum uſum legauit, cellis uinariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: uſus. n. non abuſus legatus eſt. Per tranſlationem uero tempore & labore dicimur abuti, cum fruſtra tempus in aliqua re magno cum ſudore terimus. Terentius in Prolog. And. Nam in ſcribundis prologis operam abutitur. id eſt, operam ſuam male collocat. Vbi ſciendum q̃ Abuti & ablatiuum habeat & accuſatiuum, ut Abuti aliqua re, uel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquum eſt. Plaut. in Bacch. Nos iuturum abuſos. Abuti quoque ueteres paſſiue dixerunt. Varro apud Priſcianum lib. 8. Vtile utamur potius, quàm ab re abutamur. Inde Abuſus participium, in eadem ſignificatione. Ibidem Hortenſius, Abuſis iam omnibus locis. Et apud Plautum in exemplo citato, Vbi illa, quæ dedi ante? C. abuſa. Id eſt, utendo uel in uſum conſumpta. Hinc quoque Abuſus, us, ui, de quo paulo ante dictum eſt. Et Abuſio, onis, eiuſdem ſignificationis: unde & apud Latinos Rhetores figura dictionis, quam Græci κατάχρησιν uocant, Abuſio appellatur. Fabius lib. 3. cap. 3. Item Abuſiue (καταχρηστικῶς) id eſt, impropriè, & contra naturam, uſumq́.

ABYDENA, pen. pro. (ἀβυδηνά, ἐπιφορήματα) dicuntur futilia, ac nullo prorſum digna pretio, q̃ abydeni uelut molles, & laſciui habebantur: & quibus olim is mos fuerat, ſi quem ciuem aut hoſpitem acciperent conuiuio, præterea in ſacris ac ſolennibus epulis, ut poſt unguentum & coronas, infantes a nutricibus inducerentur, conſerenturq́ ſuauiandi. Obſtrepentibus igitur nutriculis & aliis, inconditis clamoribus minus ſuaue, ac gratum reddebant conuiuium. Hinc factus eſt locus prouerbio, Abydena, uel Abydena bellaria: quo utimur, quoties res futiles & ineptas uolumus ſignificare. Refertur a Suida, & Steph.

ABYDENI, populi, (ἀβυδηνοί) ab Abydo ciuitate Aſiæ: qui cum tam arcta obſidione coanguſtarentur, ut nulla ſalutis ſpes ſupereſſet, mutua multitudinem tanta inuaſit rabies, ut repente proditos rati, qui pugnantes occubuiſſent, periurium aliis alii exprobrantes, & ſacerdotibus maxime, qui quos ad mortem deuouiſſent, eorum deditionem inuicem hoſti feciſſent, repente omnes ad cædes coniugum, liberorumq́ diſcurrerent, ſeq́ ipſi pariter omnes lęti interficerent.

ABYDOCOMÆ, pen. cor. (ἀβυδοκόμαι) dicuntur ſycophantæ, a uerbo κομᾶν, quod eſt, efferri, & parum modeſte ſe gerere. Hoc enim nomine male audiebant Abydeni q̃ inſignes calumniarum artifices eſſent, eoq́ ſibi nomine placerent. Vide Cœl. Rhodig. lib. 26. cap. 21.

ABYDON, onos, pen. genitiui prod. (ἀβυδών) regiuncula eſt Macedoniæ. Auctores Suida, & Stephanus.

ABYDOS, pen. prod. (ἄβυδος) urbs Aſiæ a Mileſiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis Imperium habuit, cui Seſtus in Europa opponitur, intercedente anguſto mari, quod ab Helle Phryxi ſorore in eo ſubmerſa, Helleſpontus nuncupatur. Id cum Aſiam ab Europa diuidat, Xerxes ponte coniunxit. Vnde & Muſæus, Σηστὸς ἔην, καὶ ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου Γείτονές εἰσι πόληες, & ſubdit, ἤ μὲν ἀπὸ σηστοῖο, ὁ δὲ πτολίεθρον ἀβύδου, Ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέας ἀστέρας, ἀμφω Ἴκελοι ἀλλήλοισι. Fuit autem Abydos patria Leandri. De hac Vergil. lib. 1. Georg. Pontus & Oſtriferi fauces teſtantur Abydi. Et dicitur hæc Abydos, & hoc Abydum: Hinc Abydeus, a, um, & Abydenus, a, um, ἀβυδηνός. Ouid. in Epiſt. Leandri ad Ero: Mittit Abydenus, quam mallet ferre, ſalutem. Eſt item Ægypti oppidum, Memnonis regia, & Oſiris templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

ABYLA, (ἀβίλυξ Suid.) penul. dichrona: mons eſt excelſus Mauritaniæ, Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt, oppoſitus, quos ambos Herculis columnas dicunt. De hac Dionyſius Apher. Ἀλλ' ἄτοι πυμάτη μὲν ἀρχομένη ἐστὶν ἰβήρων Πόντου ἀπειρεσίοιο πρὸς ἑσπέριον, οὗ δ' ἐνὶ ἄκρη Στηλάων ἀβύλη καὶ ... μία, καὶ δ' ὑπὸ ... Ταρτησσὸς ... . Sed ultimus clarorum Iberorum terminus Oceano proximus eſt occiduo, cui præcelſa una ex columnis Abyla imminet, infra quam urbs amœna Tarteſſos. Vbi multa Euſtathius ſcribit. Abyla & Calpe montes, olim perpetuo iugo coniuncti, ab Hercule (ut eſt in fabulis) ſunt ſeparati, & ſic intromiſſum terris mare, quod in hodiernum uſque diem Mediterraneum nuncupatur. In his præterea ſunt Herculis columnæ, quas ibidem fixiſſe dicitur, cum boues Geryonis ueſtigaret, perinde ac ultima ibidem eſſet orbis meta. Ptolemæo Abilys uocatur, (ἀβίλυς) Suidæ Abilyx (ἀβίλυξ:) Plinio, Latiniſq́ fere omnibus Abila per i, noſtrum, quemadmodum & nos ſcribendum putamus. Vide ſupra Abila.

ABYRTACE, (ἀβυρτάκη) apud Mediæ populos erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, ſinapi, aliiſq́ nonnullis rebus confectũ. Hinc Abyrtacopæi (ἀβυρτακοποιοί) dicuntur, qui eiuſmodi eſculenta parãt. Vide Cœlium Rhodig. lib. 27. cap. 23.

ABYSSVS, {Abiſſo. Pet. Fu breue ſtilla d'infiniti abiſſi} (ἄβυσσος) propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat: quaſi (ἀμὴ βυσσὸς.) Iones enim βυσσὸν dicunt ἀντὶ τοῦ βυθοῦ. Auguſtinus tamen non ſolum de aqua, ſed de quauis humida natura dici oſtendit. Apud Græcos etiam adiectiuum eſt, idem ſignificans, quod fundo carens. Erat præterea Abyſſus: ſacellum Perſephones in quo magna uis auri multis ſeculis erat congeſta: unde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide Suidam.

ABZOÆ, pen. cor. populi ſunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teſte, libro 6. cap. 13.

A ANTE C.

AC, coniunctio copulatiua eſt, pro &, ſiue atque (καὶ) ut, Doctus, ac iuſtus es. Aliquando aduerbium eſt, & accipitur pro quam, ſicut, Haud ſecus, ac iuſſi, faciunt. In principio ſententiarum connectendi uim habet. Cicero in Proœmio. 1. de Oratore: Ac primo quidem totius orationis ignari. Aliquando (ſicut Donatus) ſignificat Contra q̃. Teren. in And. Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac uolui, dicere. Ponitur etiam Ac, & Ac ſi, poſt perinde, pro ita: ut, Superbis perinde, ac ſi rex eſſes. Ac in compoſitione ponitur pro Ad, mutatione d. literæ in c: ut, accedo, Accipio, accolo.

ACABO, penultima correpta, animal multum ualens ui medica, in deſertis Arabiæ.

ACA, uel ACE, uel (ἄκη Suidæ) Phœnicum eſt oppidum non procul a Tyro, poſtea Ptolemais dictum, Claudii Cæſaris colonia inſigne. Vide Plin. ca. 19. lib. 5. & Strabonem lib. 16.

ACABE, (ἀκάβη) mons eſt in finibus Ægypti a Pto. collocatus.

ACABIS, (ἀκαβίς) ciuitas eſt in Cyrenaica Africæ regione. Ptolemæus.

ACACALIS, (ἀκακαλίς) fructus eſt in Ægypto naſcentis fruticis, quẽ Dioſcorides tamaricis ſemini non abſimilem eſſe, et in aqua maceratum oculis mederi tradit. Sunt qui a Minois regis filia nomen accepiſſe putent, quam Apollo uitiauit. Vide Ruellium.

ACACIA, (ἀκακία) ſpina eſt, quæ in Ægypto naſcitur, arboris in modum fruticoſa, nunquam ſe in rectum attollens, flore candido, & ſemine lupino ſimili no in folliculis contento: ex quo in pila contuſo ſuccus exprimitur, eiuſdem nominis cum ſua arbore. qui in umbra ſiccatus mirum in modum aſtringit.

Eſt & alterum acaciæ genus in Cappadocia Pontoq́ proueniens, Ægyptiæ ſpinæ ſimilitudine, longe tamen minus & tenerius, & foliis rutæ, Vtranque ſpeciem uide apud Dioſcoridem libr. 1. cap. 115. Meminit & Plin. libr. 24. cap. 12.

ACACIVS, (ἀκάκιος) Patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, uir in primis pius, & Leoni imperatori gratiſſimus. Vitam eius uide apud Suidam. Fuit præterea Acacius, Rhetor inſignis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, teſte eodem Suida.

ACACESIVM, (ἀκακήσιον Steph.) urbs Arcadiæ, ſic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pauſanias lib. 9.

ACACVS, (ἄκακος) purus, innocens, minime uerſutus. Inde Acacia (ἀκακία) innocentia, ſecuritas ab omni terrore, in qua Philoſophorum nonnulli ſummũ bonum conſtituerunt.

ACADEMIA, (ἀκαδημία Suidæ, ἀκαδημεία Steph.) locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſus diſtãs: ab Academo heroe, ut Eupolidi placet. Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. hoc eſt, In ambulacris Academi umbroſis dei. Ibi natus eſt Plato, & philoſophiam magna diſcipulorum frequentia profeſſus eſt. Vnde & eius ſectatores Academici uocati, ſunt ſicut a Stoa Stoici. Hinc eſt illud Timonis apud Laertium, τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος ἀλλ' ἀγορητὴς Ἡδυεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵθ' ἑκαδήμου Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. id eſt, Hos inter dux ille Plato celſiſſimus ibat, Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi Arbutis lepida modulantur uoce cicadæ. Antea per ſ tenue ſcribebatur Ecademia. Erat autem Academia gymnaſium inferius: cum ſuperiori gymnaſio, cui Ariſtoteles præerat, nomen eſſet Lycæum (λυκεῖον:) quæ & inferior ambulatio, & ſuperior dicebantur. Academia noſtro tempore uſurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur ſtudiorum gymnaſia, ut Academia Pariſienſis, quæ uulgo uniuerſitas dicitur. Academia dici quoque poteſt quælibet literarum ſchola inſignior atque celebrior. Huius nominis Academia penultima producitur a Cicerone: inq́ Academia umbrifera nitidoque Lyceo. Sic & in alio uerſu Laureæ Tullii: atque Academiæ celebratam nomine uillam. Verum alii etiam corripiunt, ut & communis uſus ſeruat. Claudian. In Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Vtrique rectè: Nam (ut ſupra diximus) modo Ἀκαδημία apud Græcos ſcribitur per ι. in penult. modo Ἀκαδημεία per ει diphthongum. Fuit etiam eo nomine uilla Ciceronis ad Auernum lacum, non procul a Puteolis in littore ſita, porticu & nemore inſignis: a qua etiam Academicis quæſtionibus, quas in hac uilla conſcripſit, nomen impoſuit. Extat de laude eius uillæ apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti epigramma, quod quia elegantiſſimum eſt, & dignum ubique, & non ibi tantum legi, hic adſcripſimus.

Quod tua Romanæ uindex clariſſime linguæ
  Sylua loco melius ſurgere iuſſa uiret,
Atque Academiæ celebratam nomine uillam
  Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus.
Hæc etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
  Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
  Hoc dedit, hac fontes cum pateſecit ope.

Vt, quoniam totum legitur ſine ſine per orbem.

Sunt plures, oculis quæ medeantur, aquæ. Hæc Plin. li. 31. ca. 2. Hinc Academicus, ca, cum, ἀκαδημαϊκός, ut, Sectæ Academicæ, hoc eſt, eorum, qui Academicos ſectantur.

ACADINVS, fons eſt Siciliæ iuxta Dellos lacus, Palicibus fratribus ſacros, ad quem iuramenti ueritatem explorare ſolent ad hunc modum: Iuramenta uerba tabulis ligneis inſcribebant, easq; in fontẽ deiiciebant, quæ ſupernatantes iuramenti integritatem, demerſæ periurium indicabant.

ACALANDRVM, Plinio (ἀκάλανδρον Straboni) fluuius eſt in ſinu Tarentino, non procul a Metaponto oppido. Vide Plinium lib. 3. cap. 11.

ACÆNA (ἄκαινα) uirga erat lõga pedes decẽ, qua agros dimetiebãtur: a Theſſalis (ut ſcribit Apollonii interpres) primum excogitata. Dicta Acæna, ab α priuatiuo, & uerbo κτείνω, quod eſt occido: eo q cædibus, quæ quotidie ob limitum confuſionem fiebant, finem imponeret. Eſt etiam aratorum baculus, quo boues ſuos extimulant. Vide Cœl. Rhodig. lib. 7. cap. 28.

ACALANTHIS, (ἀκαλανθίς Suid.) auis eſt, quam alii Acanthidem, alii Carduelem uocant. Vide Acalanthis. Eſt præterea Acalanthis, canis nomẽ dictum (ut putat Suidas) ἀπὸ τοῦ ἀκαλλεῖν, hoc eſt ab adulando.

ACALYPHE. (ἀκαλύφη) herba eſt, quam noſtri Vrticã uocant: dicta Acalyphe, teſte Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἀφήν: hoc eſt, q tactus nõ ſit iucunda. Eſt etiam ex genere muſcarum, apud Ariſto. de animal. Itẽ piſcis quoddam genus, quod & noſtri Vrticam appellant. Pli. li. 8. cap. 45. inter τὰ ζωόφυτα connumerat, hoc eſt, inter ea, quæ mediũ habent naturam inter animantia & plantas. Vide latius in dictione Vrtica.

ACAMANTIS, (ἀκαμαντίς) inſula eſt in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis ab Acamante promontorio ſito ad occaſum. Vide Plinium lib. 5. cap. 31. Fuit etiam Acamãtis, una ex decem tribubus Athenienſium, ita dicta ab Acamante Theſei filio. Vide Suidam.

ACAMANTIVM, (ἀκαμάντιον) herba eſt in maiori Phrygia, opus Acamantis Theſei filii, qui cum expeditione aduerſus Solymos ſe ſtrenue geſſiſſet, locum condendæ urbis a patre impetrauit. Hinc fit gentile Acamantius (ἀκαμάντιος) & fœmininum Acamantis (ἀκαμαντίς) & poſſeſſiuũ Acamanticus (ἀκαμαντικός) pen. pro. Vide Stephanum.

ACAMANTIVS, (ἀκαμάντιος) philoſophus fuit Heliopolita: de quo uide Suidam.

ACALLIS, idis, (ἀκαλλίς) Minois fuiſſe filia creditur, & mater Oaxi. Stepha. de urbib. Oaxos, inquit oppidum Cretæ eſt, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

ACAMARCHIS, (ἀκαμαρχίς) marinæ Nymphæ nomẽ eſt, quam Oceani filiam fuiſſe uolunt: cuius meminit Diodo. lib. 6.

ACAMAS, antis, (ἀκάμας) promontoriũ eſt ſaltuoſum in Cypro inſula, quod procul aſpicientibus duarum mamillarum ſpeciẽ præbet: a quo Cyprus antea Acamantis uocitata eſt, auctore Strabone lib. 14. Meminit præterea Homerus lib. 2. Iliad. Acamantis cuiuſdam Thracis, qui Troianorum amicus, & in bello ſocius erat. Fuit præterea Acamas (ἀκάμας) Theſei filius, a quo una tribuum Athenienſium Acamãtis (ἀκαμαντίς) nominata eſt: & oppidũ Phrygiæ Acamantium. de quibus uide ſupra.

ACANNÆ, (ἀκανναί) emporium eſt ad mare rubrum: de quo Stephã.

ACANTHA, (ἄκανθα) herba eadem eſt cum acantho. Vide Acanthus.

ACANTHA LEVCE, (ἄκανθα λευκή) herba eſt foliis aculeatis, & candidis maculis, uariegatis, quaſi lacte conſperſis: unde & Latini Spinam albam uocant, officinæ Punico nomine uocant Bedegarim.

ACANTHIÆ CICADÆ, (ἀκανθίαι τέττιγες) prouerbium eſt, dici ſolitũ de hominis mutis: tractum a mutis quibuſdam cicadis, quæ Acanthiæ uocantur, ſiue q eiuſmodi iuxta Acanthum urbem inueniantur, ut Stephano placet: ſiue (ut mauult Suidas) q tales ſint, quæ inter dumos & ſpinas uerſantur.

ACANTHICA MASTICHE, (μαστίχη ἀκανθική) lacryma helxines herbæ. de qua ſic Plinius li. 21. ca. 15. Helxine rara uiſu eſt, neque in omnibus terris eſt: radice folioſa, ex qua media ueluti malum extuberat, contectum ſua fronde. Huius uertex ſummus lacrymam continet iucundi ſaporis, acanthicen maſtichen appellatam.

ACANTHION, ſiue Acanthium, thii, (ἀκάνθιον) herba eſt albæ ſpinæ ſimilis, cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 12. his uerbis, Spinæ albæ ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci Acanthion uocant, minoribus multo foliis aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis: qua collecta etiam ueſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in oriente.

ACANTHIS, thidis, (ἀκανθίς) auis ſtridula, quæ & Carduelis: ita dicta, q ſpinis & carduis paſcatur: nam ἄκανθα, ſpina eſt, ἀκανθών, ſpinetum. Pli. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in ſpinis uiuit: idcirco & aſinos ipſa odit flores ſpinæ deuorantes. Verg. 3. Geor. Littoraq; Alcyonem reſonant, & acanthida dumi. Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendum contendit: itaque in uetuſtiſſimis exemplaribus legi aſſerit. Theodorus Gaza, pro Acanthide, uertit Spinum & Ligurium, libro Ariſtotelis. 8. de hiſt. anim. cap. 3. Acanthis Callimacho eſt genus herbæ, quæ Latine Senecio dicitur, teſte Plinio li. 25. cap. 13.

ACANTHON, (ἄκανθον) mons eſt Aetoliæ, cuius meminit Pli. li. 4. cap. 2.

ACANTHVS, ſiue Acantha, (ἄκανθα, ἢ ἄκανθος) herba eſt, quam officinæ a ſimilitudine, quam eius folia cum anterioribus urſorum pedibus habẽt, Brãcam urſinam uocant. Plin. duo eius genera commemorat: quorum alterũ aculeatum facit, & criſpum: alterum læue, quod a quibuſdam Pæderota uocari aſſerit, ab aliis Melamphyllum. Dictum autem uolunt Acanthum, ab Acantho puero in florem huius herbæ conuerſo. Folia eius in columnis & epiſtyliis inſculpi ſolent. unde & Marmorariã uocatam fuiſſe, auctor eſt Dioſcorides. Solent quoque pocula huius ſculptura decorari. Vnde apud Ver. 3. Eclo. Damœtas pocula ſua ab acanthi ſculptura commendat, cũ ait, Et molli eſt anſas circum complexus acantho. Eſt præterea Acanthus (ἄκανθος) oppidũ Macedoniæ, ſitu ad Iſthmũ eius Cherſoneſi, in qua eſt Athos mons. De hoc Pli. li. 5. ca. 11. Item alterum eius nominis oppidum in Aegypto, trecentis uiginti ſtadiis diſtans a Memphi: de quo uide Stephanum. Item tertiũ in Aſia ad Ninum fluuium. quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plinium lib. 5. cap. 28.

ACAPEATÆ, (ἀκαπεᾶται) populi ſunt circa Mæotim: de quibus Plinius libro 6. cap. 7.

ACAPIS, pen. cor. fluuius Aſiæ apud Lazos populos.

ACAPNA, {*Legne ſecche che nell'ardere non faccino fumo*} (ἄκαπνα) dicuntur ligna ſicca, quæ igni admota & flammam facile concipiunt, & q minimum edunt fumi. Vnde & nomen habent, ab α priuatiuo, & καπνὸς fumus. De lignis eiuſmodi uidetur intellexiſſe. Cato de Re ruſt. cap. 130. his uerbis. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in ſole pomito: perbibant bene, ita neque fumoſa erunt, & bene ardebunt.

ACAPNON, (ἄκαπνον) mellis quàm optimi epitheton eſt, quod ex fumo uitium non contraxerit. Vide Plin. lib. 11. cap. 16.

ACARA, (ἄκαρα) pen. cor. oppidum eſt in media Pannoniæ. Eſt etiam alterũ huius nominis, oppidum in octaua Italiæ regione, non procul a Regio Lepido: cuius meminit Strabo lib. 5.

ACARASSVS, (ἀκαρασσός) oppidum eſt Lyciæ, in minore Aſia: cuius meminit Steph. de Vrb. Inde fit gentile Acaraſſius, ἀκαράσσιος.

ACARIA, (ἀκαρία) fons eſt in Agro Corinthio, apud quem Iolas Euriſtheo caput amputauit. Auctor Strabo lib. 8.

ACARNE, (ἀκάρνα) oppidum eſt Magneſiæ regionis Theſſaliæ, ut tradit Pli. li. 4. ca. 9. Eſt etiam Acarne, piſcis marini genus teſte eodem Pli. li. 32. ca. 11. ubi ſic ſcribit. Peculiaris autem maris acipenſer, aurata, aſelus, acarne, aphya. Acarne quoque Theophraſto, herba quædam aculeata, attractyllidi ſimillima, ſpinam habens pro folio, colore ruſo, & ſucco pingui.

ACAROS, (ἄκαρος) frutex eſt aculeatus, qui & Oxymyrſine, & Chamæmyrſine, & Latine Ruſcum appellatur. Vide Ruſcum.

ACARRA, geminato r, (ἄκαῤῥα) urbs eſt Achaiæ, teſte Stephano. Vnde fit gentile Acarræus, ἀκαῤῥαῖος.

ACARNANIA, (ἀκαρνανία) Epiri pars, quam Achelous ab Aetolia diuidit. In hac eſt oppidũ Leucas. Eſt & regio quædam parua in Aegypto dicta Acarnania, ſicut ſcribit Seruius in libru 5. Aen. Et ciuitas non procul a Syracuſis (ut inquit Cic. in Verrem) in qua Olympii Iouis antiquiſſimũ fanũ fuit.

ACARNAN, anis, (ἀκαρνάν) qui ex Acarnania eſt. Verg. 5. Aene. Quorum alter Acarnan, alter ab Arcadia Tegææ ſanguine gentis.

ACARPIA, (ἀκαρπία) fructuum priuatio dicitur καρπὸς enim fructus eſt.

ACARPOS, (ἄκαρπος) Latine infructuoſus.

ACARVS, ri, (ἀκαρός) tineæ genus in cera naſcens, quod omnium animalium minimum eſſe exiſtimatur. Ex Ariſto. lib. 5. de Hiſto. animal. ca. 32. Dicitur à Græco ἀκαρής, quod eſt indiuiſibile & inſectile.

ACASTA, (ἀκάστη) nympha, Oceani & Tethyos filia Heſiod. in Theog.

ACASTVS, (ἄκαστος) Peliæ Theſſalorũ regis filius Venator ſagittis clarus, cuius meminit Oui. li. 8. Meta. Hic uxorem Creteidem, ſiue, ut Suidæ placet, Atalantam duxit, quæ cum Peleũ amaret, neque ille contra huius amori obſequi uellet, ultro eum de ſtupri appellatione apud uirum accuſauit. Itaque Acaſtus Peleo ceu uenationis cauſa in ſaltũ Pelii montis abducto, ibiq; omnibus armis ſpoliato, feris lacerandum præbuit. uerũ Chiron, ſiue is Mercurius fuit interueniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberauit: qui poſtea domum reuerſus, ab Argonautis adiutus. Acaſtum cum uxore interfecit.

ACATALECTOS, (ἀκατάληκτος) & Acatalecticus uerſus cui nulla ſyllaba deficit, cui opponitur Catalecticus cui una deeſt ſyllaba.

ACATALEPSIA, (ἀκαταληψία) cum accentu in penultima, Latine incõprehenſibilitas dicitur.

ACATIVM, (ἀκάτιον) genus nauigii actuarii. Pli. li. 9. cap. 30. Aliam ſibi in Propontide uiſam eſſe concham Mutianus prodidit acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata. Iul. Pollux ſcribit Acatium uelum in naui maximum eſſe, ſicut minimum Dolonem, & tertiũ quod retrorſum panditur, Epidromum. Vide Bayſium de re naual.

ACAVSTOS. {*Non bruſciato*} (ἄκαυστος) Latine minime uſtus dicitur, nam καίομαι eſt ardeo, καῦμα calor intenſus.

ACCA LAVRENTIA, Fauſtuli uxor, quæ Romulum, et Remum lactauit, & materna ſolertia gubernauit. Hęc uocata eſt Lupa, eo q nobile ſcortum fuerit. Et tales nuncupantur Lupæ, ob auaritiam, cauſa cuius pudicitiam proſtituere: & cellæ earum Lupanaria. In honorem huius inſtituta ſunt feſta, quæ Romani teſtamento eius locupletati, Laurentinalia uocabant: de quibus ſuo loco plura dicentur.

ACCANTO, as, aui, are, iuxta cantare, (προσᾴδω) Stat. 4. Sylu. Summo animum, & magni tumulis accanto magiſtri.

ACCABICOTICHITÆ, (ἀκκαβικοτειχῖται) populi ſunt in Mauritania, nõ procul a monte Atlante: ita dicti ab oppidulo, cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος, hoc eſt, Accabicus murus, nomen erat. Auctor Stephanus.

ACCARON, (ἀκκαρών) Palæſtinæ urbs, quæ poſtea ab Herode inſtaurata, in gratiam Auguſti Cæſarea appellata eſt.

ACCEDO, is, pen. pro. {*Acceſtarſi*} aduenio, appropinquo, προσέρχομαι. Conſtructionem eandem habet, quam reliqua uerba, quæ motum ad locum importãt: nimirum in nominibus propriis oppidorum, aut pagorum accuſatiuũ ſæpius nulla præcedente præpoſitione. In reliquis, accuſatiuum cũ præpoſitione. Ci. 12. Phil. Poteron' ne Ariminum tuto accedere? Teren. in And. Ad flammã acceſſit imprudentius. Per tranſlationẽ ſæpe pro aſſentiri, probare, recipere ponitur: ut Accedere ſententiæ, Accedere ad cõditiones alterius. Teren. in Prol. Phor. Voluntas ueſtra ſi ad poetã acceſſerit, hoc eſt, ſi poetæ fauerit. Græce συγκατατίθεσθαι dicitur. Interdum ſimilitudinem quandam denotat, uel æqualitatem: ut, Hoc ad illud accedit. id eſt, ſimile eſt, Et cũ datiuo. Ci. in Bru. Antonio Philippus proximus accedebat. Aliquando accedere in tertiis duntaxat perſonis incrementum importat, ut idem ſit, quod Addi uel Adiungi: ut cum dicimus, Accedit ad hæc, pro, Adiũgitur ad hæc. Et in hac ſignificatione iungitur aut datiuo. Cic. Att. Dolor acceſſit bonis uiris. Aut cum accuſatiuo mediãte præpoſitione ad. Ibidem Ad calamitates hoc quoque malũ accedit. Aut cũ aduerbiis Huc, Eo, Eodẽ, & ſimilibus: ut Accedit huc: Eodẽ accedit. Interdum etiam prorſus abſolute. Cic. de Orat. Accedit, ut ne in ipſum quidẽ Clodium meũ inſigne odiũ fuerit. Ab Accedo, pro aduenio, fit Acceſſus, ſus, ſui. Ab accedit, pro adiũgitur, (προσγίνεται) fit Acceſſio pro adiectione, & incremento: quorũ contraria ſunt Receſſus, et Deceſſio. Seneca: Magna rebus no-

ſtris facta erit acceſſio. Inuenitur etiam Acceſſio pro aduentu, ſicut Deceſſio pro receſſu. Cic. 2. Offic. Eorum neque acceſſione uitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem. Acceſſio in febribus dicitur morbi ipſius exaſperatio, cũ ſcilicet redeunte malo ad pugnam incitatur naturæ uis. Græci Paroxyſmon (παροξυσμὸν) dicunt.

ACCELERO, ras, pen. cor. {*Andare in fretta*} propero, feſtino, celeriter uado, σπεύδω, ἐπείγω. Cic. in Catil. Aurelia uia profectus eſt, ſi accelerare uolent, ad ueſperam cõſequentur. Hinc Acceleratio uerbale, feſtinatio, properatio. Auctor ad Heren. Continuatio eſt orationis enuntiandæ acceleratio clamoſa.

ACCENDO, dis, di, ſum, {*Accendere Petr. Ma ſu ben fiamma ch'un bel guardo acceſe*} (ἅπτω) ex Ad & Cando, a in e, mutata: quemadmodum a Mando fit commendo. Neque enim fit a Candeo (ut quidam male crediderunt) quod habet ſignificationem neutralem. Accendo uero actiuam. Neque rurſus a Cẽdo, quod nuſquam legitur. Sequitur igitur ſimplex eſſe Cando: quod licet hodie in uſu non ſit, ex neutro tamen eius Candeo, conſtat olim fuiſſe uſitatum. Poſtulat enim analogiæ ratio, ut quemadmodum ab actiuo Albo fit neutrũ Albeo, a Duro Dureo, a pendo Pendeo, ita ab eo quo eſt Cando, deducatur Candeo. Eſt autem Accendo, ignem excito, inflammo. Cic. in Piſonem, Ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium extinxi. Item illuminare. Idem in Somnio Scipionis: Luna radiis Solis accenſa. Per tranſlationem ſignificat animare, & inſtigare. Verg. 6. Aene. Quo non præſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

ACCENSI, (ut Marcellus ſcribit) genus militiæ erat adminiſtrantibus proximum. Dicti ꝙ ad neceſſarias res ſæpius acciperentur, ueluti acceriſiti. Feſtus uero ſcribit fuiſſe, qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur & ad cenſum adiiciebantur. Idem lib. 1. Adſcriptitii, ueluti quidã ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebãtur. hos & Accẽſos dicebãt. Sed Varro rectius ſentire uidetur, qui docet Accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuũ: ab acciẽdo dictos, id eſt uocando. Nã Accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu Conſulis Quirites ad concionem. Pl. li. 7. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, Accenſo Conſulũ id pronunciante. Erant ſinguli præſidibus prouinciarũ Accenſi. Quod munus nemini, niſi libertis deferebatur, ſicut ſcripſit M. Cic. ad Qu. Frat. cuius uerba ſunt hæc: Accenſus ſit eo ĩ numero, quo eũ maiores noſtri eſſe uoluerunt, qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris nõ temere, niſi libertis, deferebant. Aſconius aũt ſic habet: Accenſus, eſt nomen ordinis & promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps, uel commentarienſis, aut corniculariis. Accenſi & præconis officia in hoc conueniebant, ꝙ uterq; ad imperiũ nutumq; Conſulis, Præſidisve præſto eſſet: uerũ in hoc diſferebant, ꝙ Præco ad comitia populum aduocabat, Accenſus ad concionem.

ACCENTVS, dicitur quaſi ad cantus, hoc eſt iuxta cantum: quia ad cantilenã uocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Græci προσῳδίαν dicunt, ꝙ προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. A Latinis etiam Tonus, & Tenor uocatur: quia ibi ſonus creſcit, & deſinit. Definitur a quibuſdam, ꝙ ſit anima uerborum: ab aliis ꝙ ſit uox ſyllabæ. Hos ueteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nũc Voculationes appellant. Sunt aũt tres accentus: acutus, grauis, & circunflexus. Acutus (ὀξεῖα προσῳδία) dictus eſt, ꝙ acuat & erigat ſyllabam: Grauis, (βαρεῖα προσῳδία) ꝙ deprimat & deponat: eſt enim contrarius acuto: Circunflexus, (περισπωμένη προσῳδία) qui ex acuto & graui conſtat. incipiẽs enim ab acuto deſinit in grauem, De his apud Fab. libr. 1. & poſt eum apud Priſcianum & Tortellium tractatum eſt.

ACCEPSO, ueteres pro accepero dixere. Pacuuius. Haud ſinam quicquam profari, priuſquam accepſo, quod peto.

ACCEPTABVLVM, Vide paulo poſt Acetabulum.

ACCEPTILATIO, (ἀποχή) eſt liberatio (ut docet Modeſtinus) quæ fit per interrogationem & reſponſionẽ, qua utriuſque contingit ab eo nexu abſolutio. Vt ſi dicam: Quicquid tibi per ſtipulationẽ promiſi, uel ex ſtipulatu debui, habes'ne acceptum? Et tu reſpondeas, Habeo acceptumq; fero: Id perinde eſt, ac ſi accepiſſem abs te per ueram ſolutionem. Apocha uero (inquit Vlpianus) non alias, q̃ ſi pecunia ſoluta ſit, appellari poteſt.

ACCEPTIO, uerbale ab accipio. (λῆψις) Cic. in Top. Nam neque deditionẽ neque donationem, ſine acceptione intelligi poſſe.

ACCEPTO, as, are, {*Accettare*} frequentatiuum ab accipio: ſignificat accipere ſoleo. Plau. in Pſeu. P. Quid dubitas dare? B. tibi ego dem? P. mihi hercle uero, qui res, rationeſq; heri Ballionis curo, argentum accepto.

ACCEPTOR, {*Accettatore*} aliud uerbale. Plautus in Trinu. Qui illorum uerbis falſis acceptor fui.

ACCEPTRICA, cæ. Plau. Truc. Des quantum uis, nuſquam apparet neque datori, neque acceptricæ. A uerbali acceptrix, uidetur formaſſe.

ACCEPTVM FERO, {*Hauer per riceuuta, confeſſare il riceuuto*} (προσλογίζομαι ἀριθμῶ, ἀφίημι) habeo pro accepto, & fateor me accepiſſe, etiã ſi non acceperim. Tracta eſt loquendi figura a negotiatoribus, qui in rationes ſuas referunt, quicquid acceperint. Frequentius tamen eſt apud probatos ſcriptores in eadem ſignificatione, Acceptum refero. de quo plura ſuo loco ſumus dicturi. Hinc fit Acceptilatio: de quo ſupra.

ACCEPTVS, {*Accetta, grato*} nomen ex participio, (χαρίεις) gratus, uel iucundus. Cæſ. 1. Bel. Gal. Maxime plebi acceptus erat. Acceptum accepti abſolute, dicitur quicquid ab aliis accipimus ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Plautus in Tru. Hic ratio accepti ſcribitur. Antitheton eius eſt Datum, ſiue Expenſum. Vnde Tabulæ accepti & expenſi dicebantur libri mercatorum, in quos referebant tam ea quæ accepiſſent, quam quæ expendiſſent, Cicero pro Roſcio Comœdo: Si tabulas Fannius accepti & expẽſi profert ſuas, in ſuam rem ſuo arbitratu conſcriptas, quo minus ſecundum illas iudicetis, non recuſo.

ACCERSIO, ſis, ire, quartæ coniugationis, {*Chiamare, andare à chiamare*} ſignificat uoco, aduoco, ad uocandum eo, μεταπέμπω. Salluſtius in Iugurtha. Poſtremo Syllam accerſiri iubet. Ponitur etiam aliquando pro accuſare. Cic. pro M. Cælio: Nec ſi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſiret.

ACCERSO, ſis, ſiui, ſitum, {*Andar à chiamare*} (μετακαλέω) & Arceſſo, ſis, ambo coniugationis tertiæ, quæ ſignificant euocare, ſeu ad uocandum ire. Actum enim corporis denotant, ſicut cætera in ſo, terminata: ſed in præterito, non autẽ in præſenti, ſunt quartæ, quæ propterea deſideratiua a Grammaticis dicuntur, quod nunquam fere eorũ uerborum actus ſine deſiderio fiant. Ter. in And. Obſtetricem accerſo. Fit autem Accerſo ab Accio: Arceſſo uero ab Arcio, quod idem eſt: cum apud antiquos (ut Priſc. inquit) Ar pro Ad poni conſueuerit Aruenas, Aruentores, Aruolare: pro Aduenas, Aduentores, Aduolare dicentes. Vnde oſtenditur recte Arceſſo dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Claud. lib. 3. Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis Ire iubet, totoq; Deos arceſſere mundo. Apud Verg. tamen lib. 4. Georg. pro attraho ponitur. Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum, Quenque ſibi tenues naſcentem arceſſere uitas. Accipitur interdum pro accuſo, κρίνω. Cic. in Ver. Act. 3. Quod tum magis, inuidioſo, crimine, q̃ uero accerſeretur. Hinc accerſitus, ta, um, participium, uocatus. Cic. 2. de Orat. Etenim cauendũ eſt, ne accerſitum dictum putetur. Et accerſitus, tus. Cic. 2. de Nat. Deo. Nam cum feriis Latinis ad eum, ipſius rogatu, accerſituq; ueniſſem.

ACCERSITOR, oris, uocator. Plin. Iunior Epi. 101. Altius ibi otium, & pinguius, eoq; ſecurius: nulla neceſſitate togæ, nemo accerſitor ex proximo.

ACCIDENS, {*Accidente. Boc. Gior. 8. Nou. ult. Racconto il ſuo miſero accidente*} (τὸ συμβεβηκός) uox eſt Dialecticis uſitata, pro qualitate quæ adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem. Aliter definitur: Accidens eſt terminus uniuocus prædicabilis de pluribus in eo quod quale accidentale non conuertibiliter. Quint. lib. 5. cap. 10. Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera ſunt rerum accidentia.

ACCIDENTIA, æ, uerbale ab Accidit. Plin. lib. 32. cap. 2. Eſſe uero illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibuſdam appoſito occurrit exemplo.

ACCIDO, pen. pro. {*Tagliare, attenuare, ſcarnare, aſſottigliare*} ex Ad & Cædo, ſignificat attenuo, circuncido, exhaurio. ἐκτρυχόω. Liu. 1. Ab Vrb. Ita prælio uno accidit Veſtinorum res, ut ne uallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem: Quanquã acciſas res eorum ſatis conſtabat. id eſt, ἐκτετρυχωμένας καὶ ἀναλωμένας. Verg. 7. Aen. Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

ACCIDO, dis, pe. cor. {*Gittarſi dauanti in genocchione, accadere*} ex Ad & Cado: quaſi ad, id eſt, iuxta aliquid cadere. συμπίπτειν. προσπίπτειν. Cic. Atti. 1. Ad pedes omnium ſingulatim accidente Clodio. Iureconſulti uſurpant pro mori, (πάσχειν) ut, Si quid filio meo acciderit, N. ſeruus meus hæres eſto. id eſt, ſi filius meus mortuus fuerit. In tertia perſona ſignificat, præter ſpem uenire: & hoc tam in bonum quam in malum. Terent. in And. Interea aliquid acciderit boni. Cic. de Amic. Nihil mali accidiſſe Scipioni putandum eſt. Ponitur etiam abſolute, ſequente particula Vt. Ci. 3. Ver. Accidit, cum iſte a Cn. Dolabella efflagitaſſet, ut ſe ad regem Nicomedem, regemq; Sadalam mitteret ut illo itinere ueniret Lampſacum. Hinc fit accidens participium, & Accidẽs, nomen.

ACCIEO, accies, acciui, accitum, pen. breui, {*Chiamare*} (μεταπέμπω, προσκαλέω) uerbum rarum, idem ſignificat quod accio. Plaut. in Mili. Vos modo curate, ego illum probe iam oneratum huc acciebo.

ACCINGO, gis, xi, nctum, {*Apparecchiarſi. Petr. Che non ben ſi repente De l'un mal che dell'altro s'apparecchia*} ex Ad & Cingo, ſignificat inſtruere, armare: atque fere cum ablatiuo iungitur: ut, Accingere ſe armis, ferro enſe, &c. Verg. 2. Aen. Atque omnis facibus pubes accingitur atris. Interdum aggredi uel præparare. Habet autem uel datiuum. Verg. Aen. 1. Illi ſe prædæ accingunt. Idem lib. 7. Accingunt omnes operi. Vel accuſatiuum etiam in paſſiua ſignificatione. Idẽ Aen. 4. Magicas inuitam accingier artes: pro, ad illas exercendas præparari. Vel accuſatiuum cum Ad uel In. Liuius: Proinde in hoc diſcrimen, ſi uiuat, accingere. id eſt, ad hoc periculum ſubeundum te para. Idẽ: Quin igitur ad hoc accingeris? id eſt, Cur hanc rem nõ aggrederis? Vnde Accinctos uocamus induſtrios, paratos, expeditoſq; contra, Diſcinctos, ignauos, incomptos, negligenteſq;.

ACCINO, is, ere, accinui, accentum. ex Ad, & Cano. προσᾴδω. Hinc accẽtus, us, ui, προσῳδία. de quo ſupra.

ACCIO, cis, ciui, uel, cii, accitum, pen. pro. {*Chiamare*} ex ad & cio, ſignificat aduoco, προσκαλέω. Inde Accitus, aduocatus. Verg. lib. 1. Aen. Spem, ſi quã accitis Aetolum habuiſtis in Armis. Et Accitus, tus, tui. Verg. Aen. li. 5. Regnis accitu chari genitoris ad urbem.

ACCIPIO, pis, {*Pegliare Boc. Gior. 2. Nou. 10. Et ſe u'era più à grado lo ſtudio che la moglie, non la doueuate pegliare*} capio, (λαμβάνω) quanquam ab inuicem ſeparantur, ſicut in dictione Capio dicitur. Multi & uarii uſus eſt hoc uerbum. Interdum enim eſt audire. Cice. in Catone: Accipite ueterem orationem Archytæ. Interdum ſentire. Terent. in Heaut. Clinia, aliter de amore tuo, atque eſt, accipis. Interdum cognoſcere, intelligere. Cic. 2. de Nat. Deo. Cum M. Catonem Græcas literas in ſenectute didiciſſe acceperim. Interdum concipere. Ver. lib. 8. Aen. Alii uentoſis follibus auras accipiunt, redduntq;. Interdum recipere. Luci. Sic inquam ueteratorem illum ueterem lupum Annibalem acceptum. Interdũ tractare, tum in malum quam in bonum. Cic. Roga ipſum quemadmodum ego eum Arinum accepi. Accipere nomen, pro eo quod uulgus dicit, recipere ad monſtram. Liuius 1. Bell. Pun. Itaque ſi ſuum nomen Dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros dicunt. Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Huius compoſitum eſt Præaccipio.

ACCIPITER, pen. cor. {*Sparuiere*} (ἱέραξ) genus eſt ad aues omnes rapaces: cuius ſpecies ſunt ſexdecim: præcipuæ tamen ſunt, Buteo, Triorchis, Aeſalon: de quibus uide Pli. li. 9. cap. 8. & 10. Dictus eſt ab accipiendo, hoc eſt a rapiendo. Teren. in Phor. Non rete accipitri tenditur, neque miluio.

ACCISO, (ἀκκίζω) ueteres dixerũt pro ineptire, delirare, uel inſanire: item pro diſſimulare ea, quæ maxime cupimus. Vtrunque tractũ eſt a moribus Accus aniculæ adeo ineptæ atque deliræ, ut & cũ imagine ſua in ſpeculo reddita, tanquam cum altera muliere, colloqueretur, & ueſtes nondum pertextas, a tela ſolebat detrahere atque induere. Illud etiam in moribus habuit peculiare, ut recuſaret, quod maxime cupiebat. Vnde ab eius quoque nomine Acciſmum dictum uolunt (ἀκκισμὸν) fictam diſſimulationem, cum ſcilicet, quę maxime cupimus, nos uelle diſſimulamus. Vide Olympiodorũ, & Eraſmũ in Adag.

Acci-

ACCISI, populi ſunt ad Meotim, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

ACCITANA COLONIA, (κολωνία ἀκκιτανή) recenſetur a Plinio in Hiſpania citeriori in conuentu Carthaginenſi. Vide Pli. lib. 3. cap. 3.

ACCIVS, (ἄκκιος) Tragœdiarum ſcriptor fuit tanta ſententiarũ grauitate uerborumq; pondere, ut Decius Brutus uir ampliſſimum templorũ ac monumẽtorum ſuorum aditus illius carminibus exornauerit. Habitus tamen eſt duriuſculus, neque aliter fieri poterat in prima illa naſcentis adhuc Poeticæ ruditate. Vide Crinitum de poetis Latinis.

ACCLAMO, as, are, pen. pro. {*Gridare. Petr. Io un gridando pace, pace, pace.*} (ἐπιφωνέω) eſt exclamare, uocem efferre. Cic. pro Cæci. Populus cum riſu acclamauit ita eſſe. Verbale eſt Acclamatio. ἐπιφώνημα. Acclamito, frequẽtatiuum. Plau. in Amp. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

ACCLINIS, adiectiuum, pe. pro. {*inchinato*} dicitur flexum, incuruatum, iacẽs, humile ἐπικλινής. Et proprie in deſcenſu dicitur, Hieronymus: Scabellum accline, & ex una parte obliquum. Dicitur & Acclinus, a, um, ſicut & interclinus: quo uſus eſt Ambroſius in Aegeſippo: Ciuitas, inquit, prærupta undique prope erat, interclina rupibus.

ACCLINO, nas, pen prod. aliquid flecto, inclino, ἐπικλίνω. Liuius. 4. ab Vrbe: Haud grauate acclinaturos ſe ad cauſam Senatus, pro aſſenſuros cauſæ Senatus.

ACCLIVIS, ſiue Accliuus, ua, uũ, per u, p. pr. {*Erto, alto, eleuato Boc. nel principio della naratione della. 1. Gio. Vna montagna aſpra & erta,*} (πρόσαντης, ἀνάντης) quod eſt leuiter erectum, & acuminatum. & proprie de aſcenſu dicit̃ quaſi ut cliuum acuminatum, & pendulum ſurſum. Cic. Q. Fratri: Ea uia pars ualde accliuis eſt. Huius contrarium eſt Decliue, ſiue Decliuum, quod eſt inclinatum, atque incuruum, pendulum deorſum. Hinc Accliuitas. Cæſar: Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

ACCLVDO, dis, pen. pro. uide in dictione Cludo.

ACCO, us, (ἀκκώ) teſte Plutarcho, nomen eſt mulieris cuiuſdam, uel potius terriculamenti, cuius metu ſolent matres pueros in officio continere, & a peccãdo deterrere. Item aniculæ cuiuſdam deliræ nomen: de qua uide plura in dictione Accilla.

ACCOLA, pe. cor. {*Vicino habitante, lauoratore de campi*} uicinus, πάροικος: ab Accolendo. i. iuxta habitando dictus. Accola montis, qui prope montem habitat. Accola Padi, Accola campi, qui iuxta Padum, iuxta campum habet domum. Liu. lib. 1. Paſtor accola eius loci, nomine Cacus, ferox uiribus.

ACCOLO, lis, pen. cor. {*Habitar uicino*} apud, ſiue iuxta colo, παροικέω: & de aquis, montibusq; dicitur. Liu. lib. 4. Hi dimiſſis circa omnes populos legatis qui Hetruſcum mare, quiq; Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum.

ACCOMMODO, das, pen. co. {*Accomodarſi*} adhibeo, adapto, apte colloco, ἐφαρμόζω, συμβιβάζω. Cicer. lib. 2. de Orat. Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti. Hinc deriuatur Accommodatus, ἐπιτήδειος, quod idem ſignificat quod Aptus. Cic. in Ora. contra Rull. Numeri ſingulis orationis generibus accomodati. Et aduerbium Accomodate idem ſignificans quod Apte, ἐπιτηδείως. Cice. 5. Verr. Primum oratoris officium eſſe dicere ad perſuadendum accommodate.

ACCOMMODATIO, onis, {*Attitudine*} ipſe actus accommodandi. ἐπιτηδειότης. Cice. 1. de Inuen. Elocutio eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

ACCOMMODVS, a, um, {*Agiato. Boc. Gior. 6. No. 9. Sono agiato di poter tali huomini albergare*} ἐπιτήδειος. idẽ quod accommodatus, aptus, idoneus Verg. 11. Aen. Eſt curuo anfractu uallis, accommoda fraudi.

ACCREDO, dis, penul. produ. {*Conſentire*} (πιστεύω) ex Ad & Credo uidetur ſignificare, ad id quod creditur, accedo: ſicut Aſſentio ſiue Aſſentior, ad ſententiam accedo. Colu. li. 2. Idq; etiam non ſpernendus auctor rei ruſticæ Saſerna uidetur accredidiſſe. Horat. lib. 2. Epiſt. ad Vallam. Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.

ACCREDVO, duis, {*Conſentire*} obſoletum uerbum, idem quod accredo. Pla. Neque, diuini, neque humani mihi poſthac quicquam accreduas.

ACCRESCO, ſcis, {*Accreſcere, aumentare*} (ἐπιγίνομαι, ἐπαυξάνομαι) unde in dictione Creſco. Hinc Accretio, onis, incrementum, ipſe actus accreſcẽdi, Ci. 1. Tuſcu. Lunamq; accretione, & diminutione luminis, &c.

ACCREMENTVM, ti, ab Accreſco, {*Accreſcimento, creſcimento, aumento*} (ἐπαύξησις) idem quod incrementum. Pli. lib. 9. cap. 2. In mari autem tam late ſupino, mollique ac fertili accremẽto, accipiẽte cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; pariente natura. Pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur.

ACCVBITVM, ti, ſiue, Accubita te, {*Letto doue ſi dorme di di*} (ἀνακλιντήριον) lectus in quo cubatur interdiu. Vnde apud Lampridium de Commodo ſcribitur, q̃ non accubuit niſi in accubitis, quæ pilum leporinum habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. Hinc Accubitalia dicũtur ſtragula: quibus hoc genus lectuli ſolent operiri Vide Cœl. lib. 26. cap. 29. & lib. 27. cap. 25.

ACCVBITVS, tus, {*Lo ſtar in giu*} (ἀνάκλισις) ipſe accubandi actus. Pli. li. 18. cap. 2. pleniſq; hominum triclinijs, accubitu iere per lectos.

ACCVBO, pen. cor. {*Star appreſſo*} iuxta cubo, adiaceo, παράκειμαι. Sueto. in Cæſ. Theatrum ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubãs. Alias ſignificat diſcumbo. κατακλίνω. Hinc Accubitor, Accubitrix & Accubito, tas, frequẽtatiuũ, ut eſt illud. Dignatus noſtris accubitare toris. Et accubatio uerbale. Ci. de ſenectu. Accubatio epularis amicorum. Idem in officijs: Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio.

ACCVDO, is, pen. pro. {*Battere dinari. Dant. Et m'induſſe à battere i fiorini*} cudendo addo, & proprie de pecunia dicitur. ἐπιτυπόω, ἐπιβάλλω. Pla. in Mercat. Tres minas accudere etiam poſſum, ut triginta fient.

ACCVMBO, bis, {*Giacere appreſſo*} proprie adiaceo, iuxta cubo. (παράκειμαι. Et in ſignificatione fere habet datiuum. Eſt etiam Accumbere (κατακλίνεσθαι) menſæ aſſidere ſumendi cibi gratia, uel conuiuio intereſſe. Cubabãt enim antiqui ueſcentes. Cicer. Pæto. Accubueram hora nona, quum id literarũ exemplum in codicillis exaraui. Dicitur & Accumbere ad menſam, pro ſimul ueſci, & in eadem menſa diſcumbere. Cice. Vatinium criminatur, q̃ atratus ad menſam accumbebat.

ACCVMVLO, las, pen. cor. {*Ammaſſare, ammontonare, ridurre in maſſa. Boc. G. ult. No. 3. Non ad ammaſſar dinari*} amplifico, et quaſi ad cumulũ addo ἐπισωρεύω. Pli. li. 10. c. 19. Feruẽtibus. n. locis accumulant æſtate radices. Hinc accumulatio, & Accumulate aduerbium. Auctor. ad Her. Vt pro tuo in nos officio, & noſtro in te ſtudio, munus hoc accumulatiſſime tuæ largiamur uolũtati.

ACCVRO, ras, pen. pro. & per ſimplex r. {*Diligentemente curare, accortamente operare*} ſignificat ſtudioſe & diligenter curo. ἐπιμελέομαι. Cice. de Inuent. Melius accurantur, quæ ſine cõſilio adminiſtrãtur. Hinc Accuratus, magna cura factus: ἐπιμελής. Liu. 4. Belli Maced. Sed oratione etiã longa, & accurata inſectatus ſit rogationem noſtram. Accurate aduerb. diligenter ἐπιμελῶς Cic. ad Brut. Literis tam accurate ſcriptis. Accuratio, ἐπιμέλεια. Ci. de Clar. Orat. At inueniendis componendisq; rebus mira accuratio.

ACCVRRO, ris, {*Correre unitamente*} προστρέχω) per duplex rr. uide in dictione Curro.

ACCVSABILIS, & hoc, le, quod accuſatione aut reprehenſione dignum eſt Cice 4. Tuſc. Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

ACCVSATIVVS, ua, uum, per quod quis accuſatur, κατηγορικός. Vnde Accuſatiuus caſus dictus eſt, quia per hunc uel accuſare, uel laudare ſolemus. Dicitur etiam Incuſatiuus, uel Cauſatiuus, & Laudatiuus.

ACCVSATORIVS, {*Doue ſi ſcriue l'accuſa*} quod ad accuſationem pertinet, (κατηγορικός) ut, Liber accuſatorius, in quo continentur accuſationes. Ci. p̃ Cluent. Non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua, aut gloria adductum Accuſatorie, aduerbium, κατηγορικῶς. Cice. 4. Verr. Ne quis hoc me magis accuſatorie, q̃ libere dixiſſe arbitretur.

ACCVSIORVM COLONIA, (ἀκκουσίων) Ptol. urbs Allobrogum eſſe creditur quæ poſtea a Gratiano Gratianopolis dicta eſt.

ACCVSO, ſas, pe. pro. {*Accuſare. Boc. Gior. 3. No. prima. Tennero ragionamento inſieme di douerlo accuſare alla badeſſa.*} frequentatiuum eſt ab Accudo, ſicut docet Priſcianus. Componitur enim ex Ad, & Cuſo. quod a Cudo deducitur. Ex quo compoſita Incuſo, Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint, qui dicant Accuſo ex Ad, & Cauſa, ſeu Cauſor, compoſi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus: quia magis cõmoda ſit compoſitio a Cuſo frequentatiuo uerbi Cudo, quod Cuſum ſupinum facit. Eſt autem Accuſare, (κατηγορεῖν) proprie (ut ait Valla) apud iudicem, uel alium, & aliquãdo apud illum, quem accuſes, oſtẽdere aliquem peccaſſe. Terentius in Prolog. Andriæ: Qui cum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, uel coram illo magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Cic. 4. Ver. Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accuſatus. Idem Att. lib. 4. Non committam poſthac, ut me accuſare de literarum negligentia poſſis. Idem pro Sext. Roſcio: Sexcẽti ſunt, qui inter ſicarios & de beneficijs accuſantur. Id obſeruatum fere comperi, ut quod peccati nomen exprimit, genitiuo. quod minus, ablatiuo poneretur. ut, te accuſaui homicidij, alioq; nephario ſcelere. Incuſare uero, (αἰτιᾶσθαι) eſt alterius mores reprehendere. & plerunque cũ querela, q̃ ab illo iniuria ſis affectus, Qui dixerũt Incuſare de maioribus dici. Accuſare de paribus, uel minoribus cõuincuntur contrarijs auctorum teſtimonijs. Cæſar primo Comment. Omnium ordinũ adhibitis ad id conſilium centurionibus, uehementer eos incuſauit. Dione. Incuſante Cicerone, Catilina conuictus eſt. Corne. Tacit. Intemperiem cœli incuſantes. Hinc uerbale Accuſator, qui accuſat. κατήγορος. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quæ cum accuſator ſuſpicioſe narret, &c. Et Accuſatrix, Accuſatio, κατηγορία.

ACE, uide Aca.

ACEDIA, {*Accidia*} (ἀκηδία) Latine pigritia, triſtitia, tædium, anxietas.

ACEDICI, (ἀκεδικοί) pen. cor. populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Aequicolis paruerunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

ACELA, ſiue Acele pen. cor. (ἀκέλη) ciuitas eſt Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

ACELVM, (ἄκελον) oppidum Italiæ in ora Venetorum. uide Pli. cap. 9. lib. 3.

ACENTRA, (ἄκεντρα) dicuntur, quæ ſunt ſine aculeis, centris ue, id eſt, punctis.

ACENTETA, quæ & Acentra {*Criſtalli*} dicuntur gemmæ, quæ leues ſunt, & mucrones non habent, quaſi ſine punctis, centrisve. Pli. lib. 37. cap. 2. de cryſtallis. Quæ uero ſine uitijs ſunt, puras eſſe malunt, Acenteta appellãtes. Herm. Barb.

ACEO, aces, acui, {*Diuenir forte*} acidus ſum, acorem ſapio, ὀξύζω. Cato de Re ruſt. Vini quadrageo ex uinæ dabuorit, quod neque aceat, neque muceat. Vnde Acidus, a, um, adiectiuum, (ὀξειδής) & Acetum ὄξος. Item compoſitum Coaceo. Acet uinum, (ὀξίνης οἶνος) dicitur quod in acetum degenerauit.

ACEPHALVS, {*Senza capo*} (ἀκέφαλος) pen. co. Latine ſine capite dicitur ab α, & κεφαλή caput. Vnde Acephali uerſus, ſine capite dicuntur, qui in genere heroico a breui ſyllaba incipiũt. Et Acephali, uel Acephalitæ, hæretici quidã dicti ſunt, quoniam nullus inuenitur auctor, a quo exorti ſunt. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in eius perſona prædicãt naturã. Acephali ſacerdotes, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur. Cœlius lib. 3. antiq. lect. cap. 12.

ACER, eris, pen. genitiui cor. {*L'acero, Venetius Lareſe*} (σφένδαμνος, ὀξύη) arbor eſt, forma & magnitudine uliæ non abſimilis, uerũ cortice paulo ſcabriore Galli ſua lingua uocant Erable. li. 16. ca. 15. auctor eſt, in hac arbore duo tubera inueniri, unum bruſci nomine, alterum moluſci: quorum illud intortum & criſpum, hoc ſimplex & ſparſum facit. Vtrunque diſcurrentibus uenis aſpectu iucundiſſimũ eſt. ſpecioſius tamen moluſculũ adeo ut haud dubie citro præferretur, ſi menſarum amplitudinẽ caperet. Eſt autem Acer neutri generis, contra Priſcianũ, qui fœmininum eſſe putauit. Oui. in Elegijs: At quidam uile ſuiſtis acer. Hinc ſit Acernus, a, um, (ὀξύϊνος) quod ex acere confectum eſt. Verg. 2. Aen. Præcipue cum iam trabibus contextus acernis Staret equus. Ex hac arbore fiebant menſæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer ſubſtantiuum priorem ſyllabam, cum adiectiuum eandem producat.

ACER, hæc acris, hoc acre, prima prod. {*Agro, bruſco. Pet. Dall'altra parte un penſier dulce & agro*} a quo Acrior & Acerrimus, proprie ad uinum, acetum & huiuſmodi pertinet. Nam saporis acetoſitatem ſignificat, Græce ὀξύς. Col. lib. 3. Radice tenus uitem præſcindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permi

ſta terra linito, eodemq́ꝫ radices irrigato. Medici tamen, quorum eſt ex ſaporibus ſimplicium medicamentorum uires dignoſcere, Acrem ſaporem, (δριμεῖα) ab acido diſtinguunt: acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta, ipſum uicisſim recalfaciunt, atque accendunt: & mordicāt: præq́ꝫ leuitate, ad caput ſubleuata, obuia quæq́ꝫ inciduntꝫ ut ex Platonis Timæo annotauit Galenus lib. 1. de facul. ſimpl. medicam. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter perficiũtur omnia in cibis acria. Transfertur ad alia, & modo pro forti ponitur. Verg. Aen. 9. Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Modo pro ueloci. Idẽ lib. 4. At puer Aſcanius mediis in uallibus acri Gaudet equo. Modo pro acuto. Cice. Acri homo ingenio. Modo pro uehementi. Idem in Hortenſ. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic Acrem hoſtem dicimus uehementẽ id eſt durum, ſæuum. Modo pro diligente. Verg. Iam tum acer curas uenientẽ extendit in annum. Cice. Offic. Sic nos ſi acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum, magna ſæpe ex paruis intelligimus. Ab Acer fit compoſitũ Peracre. Deriuata ſunt Acredo, Acrimonia, Acritudo, Acritas, & Acriter aduerbium.

ACER, ris, neutri generis, {Paglia di meglio, ò ſporchezza de fromento} pro palea miliacea, ſeu frumenti purgamento, unde Acus.

ACERÆ, lege Acerræ.

ACERATVS, a, um, ab Acus, eris, idẽ eſt, quod acere plenus, aut permiſtus ἀχυρώδης, Inde Lutum aceratum, auctore Feſto, quod paleam habet admiſtam.

ACERBITAS. {Acerbità} (στρυφνότης) ſpecies eſt ſaporis, qualis eſt in fructibus immaturis, terreſtri quadam ſubſtantia linguam contrahens, exiccans, atq́ꝫ exaſperãs: nõ alia ratione differens ab auſtero, q̃ q́ꝫ uehemẽtius adſtringat: ut recte docet Plato in Timæo, & poſt eum Galenus lib. 4. de Simp. med. facul. ca. 37. Vnde tranſlate ponitur pro aſperitate, ſiue inclementia. Cic. Q. Fr. Iracũdia exorabilis, ut in malis acerbitati anteponenda eſt. Aliquando pro moleſtia, ſiue triſtitia potius ex miſeria et calamitate contracta: ut Syllani temporis acerbitatẽ ſubterfugere, apud Cic. Idem in Catil. Mihi hæc conditio Conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates omnes dolores cruciatusq́ꝫ perferrem.

ACERBO, bas, {Diuentar aſpro, inacerbire} aſpero, πικραίνω. Claudianus lib. 2. Nec patruo cedunt, ſtimulat communia in arma Virginitas, crimenq́ꝫ feri raptoris acerbat: hoc eſt, exaſperat, & acerbius reddit. Huius compoſitũ Exacerbo, quod eſt ualde acerbo, uel aſpere turbo.

ACERBVS, ba, bũ, {Acerbo Boc. Gio. 8 Na. 7. Il lungo e feruente amor portatele ſubitamente in cruda & acerbo odio traſmutò.} (στρυφνός) proprie dicitur, quod ſapore uehementer adſtringente prǽditum eſt, linguamq́ꝫ guſtatum contrahit, & exiccat, ut poſt Platonẽ docuit Gal. li. 1. de Facul. ſimp. me. Differtq́ꝫ ab auſtero ut maius a minori. Nã quæ uehementer adſtringũt Acerba (στρυφνά) dicũtur: quæ mediocriter: Auſtera (αὐστηρά) Columella: Vua primo eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Tranſlate ponitur pro uehemẽti, duro et aſpero & tã ad res, q̃ ad perſonas refertur. Vnde acerbum uulnus, acerba mors. Ver. lib. 11. Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Tractum a fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate guſtui moleſta ſunt & iniucunda. Cic. Fam. 1. Eodẽ acerbum habuimus Curionem. Hinc acerbe, acerbius, acerbiſſime, aduerbi.

ACERO, ras, p. c. {Imbrattar di paglia} ab Acus pro palea, ſignificat paleis inficio ἀχυρόω. Vnde Aceratum lutum, quod paleis immiſtũ eſt ad tuguria faciẽda.

ACEROSVS, a, um, (ἀχυρώδης) acere plenus ut, Panis aceroſus qui cõfectus eſt ex frumento parum purgato, acereq́ꝫ non ſatis diligenter excreto.

ACERRA. {Caſſetta da l'incenſo, turibolo} arcula, in quam tus reponi ſolet, quo Diis ſacrificatur θυμιατήριον. Turibulum uulgo dicitur. Aliĩ putãt eſſe aram, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Cornutus ſcribit eſſe pateram in qua libatur. Verg. Et plena ſupplex ueneratur acerra.

ACERSECOMES. pen. cor. {Zazzeruto, chi ha la zazzera} (ἀκερσεκόμης) idem eſt quod intonſus, ſiue capillatus Iuuenalis Sat. 8. nemo tribunal Vendit Acerſecomes. Hoc epitheto apud Græcos inſignitur Apollo, quemadmodum & apud Latinos intonſi cognomine. Dicitur autem Acerſecomes, παρὰ τὸ ἀστερητικὸν. καὶ κείρειν τὴν κόμην, hoc eſt, ab intonſa coma.

ACERRÆ, (ἀκέρραι) oppidum eſt in ſexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ. Vide Plin. lib. 3. ca. 14. Eſt & alterum huius nominis oppidum mediterraneũ Campaniæ, ad Clanium amnem, cuius frequenti inundatione pene eſt exhauſtũ. Ad quod alludit Verg. li. 2. Georg. cum ait, Vacuis Clanius non æquus Acerris. Huius incolæ dicti ſunt Acerrani, quorum meminit Pli. lib. 3. cap. 5.

ACERVATIM, {A maſſa, a mucchio} per aceruos, σωρηδόν. Col. Quũ enim eiuſmodi peſtis inceſſit, ſub ſabulis aceruatim enectæ reperiuntur. Lucretius li. 6. Confertos ita aceruatim mors accumulat. Vnde Aceruatim dicere, quaſi promiſcue & nullo ſeruato ordine. Cice. pro Cluentio: Aceruatim iam reliqua dicam Iudices.

ACERVO, uas, {Accomolare, raunare, ragunare} accumulo. σωρεύω. Hinc Coaceruo, quod eſt, in totum, uel ſimul aceruo, coniungo. Lactant. libr. 5. Errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruauit. Aceruatio, uerbale, id eſt, accumulatio. Plin. lib. 11. cap. 53. Aceruatio ſaporum peſtifera.

ACERVVS, {Cumulo, mucchio, maſſa. Dant. E de Franceſchi ſanguinoſo mucchio} (σωρός) aggregato & cumulus: & (ut Valla uult) proprie minutarum rerum, ut frumenti, leg uminis. Plautus in Pſeudulo: Quibus cũctis montes, maximi acerui frumenti ſunt domi. Aliquãdo tamen maiorum: ut, Aceruus ſcutorũ. Strues autem eſt præcipue lignorum. Strages, cadauerum interfectorum uno in loco iacentium, ſiue humanorum, ſiue brutorum: Sarcina utenſilium.

ACERVALIS, & hoc aceruale. Ci. 2. de Diuin. Argumentationes, quas Græci Soritas uocant, aceruales appellat, his uerbis: aut quemadmodum Soriti reſpondeas, quem ſi neceſſe ſit, Latino uerbo liceat aceruale m appellare: ſed nihil opus. Vt enim ipſa Philoſophia, & multa uerba Græcorũ, ſic σωρείτης ſatis Latino ſermone tritus eſt.

ACES, (ἄκης) fluuius eſt in Aſia, Choraſmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans. De hoc Herodotus lib. 3.

ACESÆ, (ἀκέσαι) pen. cor. oppidum eſt Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Aceſæi, ἀκεσαῖοι. Vide Stephanum.

ACESAMENÆ, (ἀκεσαμεναί) oppidum eſt Macedoniæ, conditum ab Aceſamene, uno eorum, qui in Pieria regnauerunt. Vide Stephanũ Gentile eſt Aceſamenius, ἀκεσαμένιος.

ACESIVS, (ἀκέσιος) Nouatianorum Epiſcopus fuit, ſub Conſtantino Imperatore: de quo uide Suidam.

ACESIS, (ἄκεσις) genus eſt chryſocollæ, diuerſæ ab orobitide. Vide Plinium lib. 33. cap. 5.

ACESCO, ſcis, {Diuenir di ſapor d'aceto} acidus fio ὀξύζω. Hora. in Epi. Syncerum eſt niſi uas, quodcũque in fundis, aceſcit. Hinc Coaceſco, quod eſt, totus acidus fio.

ACESVS, Pataræus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Caryſtio, Palladia, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera & inſigni arte confecta, uulgato prouerbio Aceſei & Heliconis opera dicebantur.

ACESIAS, (ἀκεσίας) nomen eſt imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, q̃ tollebat. Hinc fit, ut in Prouerbiũ abierit, Aceſias medicatus eſt, quãdo quò magis malo nititur occurrere, tantò magis ingraueſcit. Eraſmus in Adagiĩs.

ACESSÆVS, (ἀκεσσαῖος) naturæ ignauiſſimi nomen fuit, qui ſemper lunam accuſabat, tanquam parum nauigationi opportunã. Vnde Aceſſæi dicti ſunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus eſt opportunũ.

ACESTA, (ἀκέστα Steph.) urbs Siciliæ, ab Aceſte rege ſic nominata, quæ eadẽ poſtea Segeſta dicta eſt, ut inquit Seruius in hunc Vergiliĩ locũ. 5. Aen. Vrbẽ appellabunt permiſſo nomine Aceſtam. In ea partẽ ſuorum reliquit Aeneas, cũ peteret Italiam.

ACESINVS, (ἀκεσῖνος) p. p. fluuius Indiæ orientalis, qui in Indũ fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis naſci, ut ſingula internodia incolis præſtent uicem nauigiĩ. Strabo Aceſinẽ uocat.

ACESTES, (ἀκέστης) filius fuit Crimiſi fluminis Siciliæ ex Egeſta Troiana muliere, ut teſtatur Seruius in illud Vergiliĩ. 5. Aen. Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſtẽ? Et Ver. ipſe paulò inferius: Occurrit, Aceſtes Horridus iaculis, & pelle Libyſtidis urſæ: Troia Crimiſo conceptum flumine mater Quẽ genuit. &c. Hic iam ſenex, primo Anchiſen, & Aeneam Italiam petentes ſuſcepit hoſpitio & mortuum Anchiſen in Eryce monte Siciliæ ſepeliuit. Demum iterũ a Carthagine redeuntem Aeneam, quo illum uenti impulerant, ſuſcepit: abeuntẽ uino, et aliĩs muneribus, memor ueteris amicitiæ, liberaliſſime proſequutus eſt. Vergil. 1. Aen. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.

ACESTIS, ſtis, fluuius Indiæ nauigabilis: iuxta quẽ Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

ACETABVLVM ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: ſeu potius ab Aceto: menſuræ genus eſt, quod Græci (ὀξύβαφον) appellant, Cotylæ quartã partem continens, hoc eſt, drachmas XXIIII. Acetabula quoque κοτυληδόνες in corporibus dicuntur pyxides (ut Anatomatici uocant) quibus coxendices inſiguntur, & circa quæ uertuntur oſſa coxarum. Plinius lib. 28. cap. 21. Item oſſa ea acetabulis pernarum, circa quæ coxendices uertuntur. Sunt etiam Acetabula, ueluti quidam caliculi in iĩs piſcibus, qui molles appellãtur, ut in polypo. Plin. lib. 6. cap. 30. Præterea negat eſſe ullum atrocius animal ad conficiẽdum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit eum. Acetabula ſunt etiam præſtigiatorum uaſcula ſiue caliculi, quibus aſtantium oculos præſtringunt. Seneca lib. 6. Epiſt. Iſta ſine noxa decipiunt quomodo præſtigiatorũ acetabula, & calculi: in quibus me fallacia ipſa delectat, Latini etiã herbam quandam uocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα appellãt, q́ꝫ folia habeat concaua, & quodammodo acetabuli formã tornata. Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. Acetabulum abuſiue dici poteſt de rebus aliĩs, quæ ſimilitudinem quandam referũt acetabuli, qđ in corporibus eſſe, ſupra dictum eſt. Quintilianus lib. 8. cap. 6.

ACETARE. dicebant ueteres, quod nunc dicimus agitare. Feſtus.

ACETARIA, {Coſe compoſte in aceto} (ὀξύβαφα) a quibuſdã dicuntur herbæ, ſeu cibaria, quæ ex aceto ſumuntur ad excitandum appetitum: quales ſunt herbæ uirentes, quas aceto oleoq́ꝫ guttatum inſtillato cõcinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Pli. lib. 20 ca. 20. Stomachum in acetariĩs ſumpta corroborat. De portulaca loquitur. Græci Oxybaphon appellãt, quaſi aceto tinctũ παρὰ τὸ ὄξος, καὶ βάπτω, τὸ δεύω. Acetaria dici quoque poſſunt carnes minutim conciſæ, quæ ex aceto ſumuntur.

ACETVM, {Aceto Dan. Veggio rinouellar l'aceto e'l fele} (ὄξος) acre uinum: ab Aceo, ces. Colu. lib. 3. Infructuoſas uites fæcundas facito, quæ exiguum dãt fructum. Aceto agri cinere irrigato, ipſumq́ꝫ codicem linito. Hinc acetoſus ſa, ſum. (ὀξώδης) Acetoſitas, & Ace...

ACEVM, oppidum eſt Colchidis in ripa Phaſidis

ACHÆI, (ἀχαιοί) Ponti accolæ, Orcomeniorum colonia.

ACHÆMENES, (ἀχαιμένης) cum diphthongo, pe. cor. nomen primi Perſarum regis (ut ſcribit Herodot.) a quo reges omnes uſque ad Darium deſcenderunt. Hinc Perſæ dicti ſunt Achæmeniĩ, & Achæmenidæ. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine, Luca. lib. 2. Commouet in arma Mundus, Achæmeniĩs decurſant Medica Suſis Agmina.

ACHÆMENIA, (ἀχαιμενία) pars Perſidis, ab Achæmene Aegei filio. Auctor Stephanus. Inde Achæmenius, id eſt, Perſicus uel Parthicus. Lucanus: Paſſus Achæmeniis longe decurrere campis.

ACHÆMENIDES, (ἀχαιμενίδης) fuit unus ex ſociĩs Vlyſſis: a quo apud Cyclopas relictus, uitam in ſyluis aliquandiu radicibus, fructibusq́ꝫ ſylueſtribus ſuſtinuit, donec eodem delatus Aeneas, nauigationis ſuæ comitem eum aſſumpſit. de quo Verg. 3. Aeneid.

ACHÆORVM PORTVS, (ἀχαιῶν λιμήν) portus eſt, in Troade, ſub promontorio eiuſdem nominis: ita dictus, quod ibi Græci claſſis ſuæ ſtationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Huius meminit Plin. libr. 4. cap. 12.

ACHÆVS, uel Achiuus (ἀχαιός) proprie dicitur, qui ex Achaia oriundus eſt. Quæ autem ſit Achaia, uide in dictione ſequenti. Sæpe tamen generaliter accipitur pro quibuſuis Græcis. Horat. in Epiſt. ad Lollium: Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. Ver. 2. Aen. Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui. Fuit item Achæus, poeta quidam Eretrienſis, Tragœdiarum ſcriptor, paulo iunior Sophocle, qui fabulas. 44. docuit: una autem uicit. Fuit & alter eiuſdẽ nominis Tragicus poeta, Syracuſis oriundus, qui & ipſe decem fabulas edidit.

Au-

Auctor Suidas.

ACHAIA,(ἀχαΐα)proprie dicitur Peloponneſi regio Septentrionalis,ſecundum litus ſinus Corinthiaci ab ipſo Iſthmo uſque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extenſa:ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strabo lib.8.Hæc & Aegialus dicta, quod pene tota litoralis ſit, præcipuasq́ ſuas urbes habeat ſecundum mare extenſas. In hac urbes fuerunt Bura,& Helice a mari abſumptæ:item Sycion, Aegira, Aegion, & multæ aliæ,quas enumerat. Pli.li.4.ca.5. Hãc Ptolemæus, ut ab Hellade diſtinguat, Achaiam proprie dictam appellat. Pli.uero hãc ſolam Achaiæ nomine dignatur. Ptolemæus uero Achaiæ nomine(quoties nihil addit)latiſsimam regionem intelligit extra Peloponneſum,quæ a Plinio Hellas ſiue Græcia dicitur: quæ quidẽ ab occidente Epirum,a Septentrione Macedoniam habet, & partem Aegæi maris:ab Ortu quoque partem Aegæi maris uſque ad Sunium promontorium.a Meridie Ionium mare iuxta litus, quod ab Acheloo amne uſque ad Iſthmum extenditur. Huius partes ſunt Attica,Bœotia,Locris,& reliquæ,quæ enumerantur a Pli.lib.4.cap.7.

ACHAIS,idis,(ἀχαΐς)oppidum eſt ſitum ad orientalem plagam maris Hyrcani,nõ procul ab Oxo amne,quod antea Heraclea dicebatur,donec ab Antiocho Seleuci filio inſtauratum Achais cœpit appellari. Vide Pli.lib.6.cap.16.

ACHAICVM MARE DICITVR,quod Achaiam Græcorũ prouinciam ad meridiem & occidentem alluit.

ACHANA,(ἀχάνη)genus erat menſuræ frumentariæ, apud Perſas capiens medimnos Atticos 45.Cœl.li.8.ca.9.docet eſſe uaſis genus,in quo commeatus eorum includebatur, qui ad theorias mittebantur. Porro quas Athenienſes uocarint Theorias,uidebis infra ſuo loco. Eſt etiam Achana fluuii nomen in Arabia,non procul ab Euphrate:de quo Pli.lib.6.cap.28.

ACHANI,(ἀχανοί)populi ſunt Scythiæ, qui & Acharni(ἀχαρνοί)dicuntur a Theopompo. Auctor Stephanus.

ACHAR,nomen ciuitatis,quæ nunc Nizabis appellatur.

ACHARIS,(ἄχαρις)pen.cor.{Ingrato}Latine dici poteſt ſine gratia,ingratus,χάρις enim gratia dicitur:& Achariſtia, ingratitudo.

ACHARITANVM,(ἀχαριτανόν)oppidum liberũ eſt in Africa proprie dicta:ab ea parte,qua ſpectat tractum Cyrenaicum. De hoc Plin.lib.5.cap.4.

ACHARNÆ,(ἀχαρναί)ciuitas eſt Græciæ,in Attica regione,totius eius tractus olim potentiſsima,teſte Thucydide lib.2.

ACHATEON,unde Acatium.

ACHATES,pen.pro.{Agata}(ἀχάτης)gemma eſt uerſicoloribus uenulis ita diſtincta,ut & nemorum, & fluminum,& montium, nonnunquam & iumẽtorum & curruum ſpeciem referat. Hãc primum repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuiũ: unde & nomen accepit. Poſtea et in India,& in Phrygia inuẽta eſt. Inſignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuiſſe traditur, in quo nouem Muſæ & Apollo citharam tenens ſpectabatur,non arte, ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus maculis,ut Muſis quoque ſingulis ſua redderẽtur inſignia. Vide plura de hac gemma apud Plin.lib.37.cap.1.& 10. Eſt etiã Achates apud Ver.indiuiduus Aeneæ comes,ἀπὸ τοῦ ἄχους,hoc eſt,a cura dictus, quæ perpetuo reges comitatur.

ACHEDORVS,uide Echedorus.

ACHELOVS,pen.pro.(ἀχελῷος)Aetoliæ rex,a quo fluuius eiuſdem nominis qui a Pindo oriens,& Aetoliam ab Acarnania diuidens, in Maleacũ ſinum defluit. Theas ante appellabatur. Hinc Achelous,a,um,(ἀχελῷος) φ modo poſſes fluuium eſt,modo pro Aqueus ponitur. Ver.Geor.1. Poculaq́ inuentis Acheloia miſcuit uuis. Veteres.n.aquam omnẽ Acheloon nuncupauere,φ primus poſt diluuium erupiſſe terra fertur: ſiue φ Achelous in Græcia (ubi tot ingenia floruerunt)omnium fluuiorũ celeberrimus fuit. De hoc Macro.li.5.ca.18. Hinc Acheloides(ἀχελωΐδες)nymphæ dictæ ſunt.

ACHEMON,ſiue Achmon (ἀχήμων,ἢ ἄχμων)unus fuit Cercopum, qui una cum fratre Paſſalo nullo non iniuriarum genere in obuium quemq́ debacchabatur. Hiſce erat mater nomine Semnonis,mulier fatidica, quæ filios cauere iuſsit,ne quando in Melampygum inciderent. Euenit deinde, ut Hercules aliquando ſub arbore quadam dormiret,armis in eandem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes fratres, & Herculem dormientẽ ipſius armis aggredi tentarunt. At ille protinus inſidias ſentiens, correptos ac uinctos de claua a tergo ſuſpendit leporum ritu,atque ad eum modum geſtabat. Capitibus itaque pendentes deorſum demiſsis,poſticum Herculis nigris pilis horridum atque hiſpidum uiderunt,non Lydorum more læue ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter ſe confabulabantur. Quod ſimulac audiſſet Hercules,cognomine delectatus,et in riſum ſolutus, uinculis eos liberatos dimiſit. Hæc Eraſmus in Prouerbio,Ne in Melampygum incidas. Meminerũt huius fabulæ & Suidas,& Gregorius Nazianzenus.

ACHERON,rontis,maſcul.generis(ἀχέρων)Epiri fluuius eſt iuxta Pandoſiam urbem,ex Acheruſia palude Theſprotiæ profluens,multisq́ fluuiis auctus in ſinum Ambracium influens. Eſt & alter Acheron, teſte Strabone in agro Brutio,ubi Alexander Moloſſorum rex à Lucanis trucidatus eſt Dodonæo deceptus oraculo,quo iubebatur Acheruſiam aquam,Pandoſiamq́ urbẽ cauere. Dicitur autem Acheron,non ut quidam ſomniant,ab ἀ,& χαιρεῖν(ſic .n. diphthongo ſcriberetur: quod fieri nõ poteſt,cũ penultimã ſemper corripiat) ſed potius ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω,quaſi doloris fluuius. Vnde etiam Poetæ fluuium infernalem eſſe finxerunt. Verg.7. Aene. Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. Ab Acheron fiunt adiectiua, Acheroſius,a, um,(ἀχερόσιος)& Acherotius(ἀχερόντειος,καὶ ἀχερόντιος Ariſtophani)& Acheronsapud Plautum: Verumenimuero nullus adæque eſt Acherons.

ACHERONTINI,(ἀχεροντῖνοι)populi ſunt in agro Brutio,iuxta Acherontem fluuium habitantes: quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

ACHEROIS,(ἀχερωΐς)peculiari epitheto uocatur populus alba, ſiue φ ad ripã Acherotis fluuii naſcebatur,ſiue φ inter infelices arbores,quæ diis inferis ſacræ erãt,ſoleat numerari: ſiue,ut Pauſanias refert, qđ Hercules huius apud inferos conſpectæ ramũ ad ſuperos attulerit. Ariſtoteles contrà populum nigram ita cognominatam refert. Vide hæc latius apud Ruellium li.1.ca.319.

ACHERONTIA,ciuitas parua Apuliæ,in monte ſita: quam ob hoc nidũ appellauit Horatius,quia parua eſt, & in montis conſtituta ſummitate, ſicut nidi auium in ſummis arboribus. Horat.lib. Carm.3. ode 4. Texere, mirum quod foret omnibus, Quicunque celſæ nidum Acherontiæ &c.

ACHERVSIA,(ἀχερουσία λίμνη,)palus inter Capuã & Auerſam, per aperta plana ad ipſas uſque Cumas pene diffuſa. Dionyſius lib.2. Bibliothecæ hiſtoriæ,agens de ſepulchris Aegyptiorum,qui Heliopolim accolunt,tradit paludẽ eſſe Acheruſiã,in quam immittantur cadauera in ulteriorẽ ripã deferẽda: nauim uero ipſam qua tranſitur,Barim,hoc eſt onerariã appellari. Inde natam de Charonte,qui animas tranſuehebat Stygẽ, fabellã. Itẽ Acheruſia ſpecus eſt iuxta Heracleã urbem,ab Hercule conditam in litore maris Euxini,ad manes uſque(ut fama fert)peruius. & ex eo Cerberum ad ſuperos tractũ incolæ memorant. De hac Ouid.li.7. Meta. Eſt item palus iuxta Cumas ex Acheronte oriens. Item lacus Theſprotiæ in Epiro,ex quo amnis Acheron profluit,qui in Ambraciũ ſinũ defertur. Auctores Pompo.li.2. & Stra.li.5.et Pli.li.3.ca.5.

ACHETAS,(ἀχέτας)cicadarum quarundam(ut inquit Suid.)non ſpecies, ſed epitheton eſt,dictum ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις,hoc eſt,ab eo φ inter ſpinas canant. Plin.lib.11.ca.26. Similis cicadis uita: quarum duo genera: minores,quæ primæ proueniunt,quæque ſunt mutæ,& nouiſsime pereunt. Maiores,quæ canunt,uocantur Achetæ.

ACHILLAS,(ἀχιλλᾶς Plutarcho)ſerui Aegiptii nomen eſt, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucanus li.8. Pharſaliæ: Sceleri delectus Achillas: De hoc uide plura apud Plutarchum in uita Pompeii.

ACHILLEA,pen.pro.(ἀχίλλεια)inſula eſt exigua,Boryſthenis oſtio obiecta,ab Achille in ea ſepulto nomen habens: ut refert Pomponius lib.2.

ACHILLEVS,dictio triſyllaba,(ἀχιλλεύς)idẽ quod Achilles. Vide paulo poſt.

ACHILLEVS CVRSVS,(ἀχίλλειος δρόμος)peninſula eſt nõ procul ab oſtio Boryſthenis amnis, ad formam gladii in tranſuerſum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin.lib.4.cap.12.

ACHILLEIS,(ἀχιλληΐς)opus eſt Statii Papinii,quo ille Achillis pueritiã deſcripſit,totã eius uitã proſequuturus,niſi immatura eius mors tã inſigne nobis opus inuidiſſet. Eſt et Achilleis,ſiue Achillea(ἀχιλληΐς) Theophraſto (ἀχιλλεῖος Hippocrati)hordei genus,cui ſpica folio proxima eſt,amplitudinis et craſsitudinis maioris:ideoq́ ærugini magis obnoxiũ. Vide Ruel.li.2.c.15.

ACHILLEOS,(ἀχίλλειος)myriophillum herba appellata,φ eam Achilles inueniſſe traditur in curando uulnere Telephi. Auctor Plin.li.25.ca.5.

ACHILLES,ſiue Achilleus{*Achille. Pet.Giunto Aleſſandro alla famoſa tomba Del fiero Achille*}(ἀχιλλεύς)nomen uiri apud Homerum cãtatiſsimi. Huius nominis genitiuus tam in i,quam in is, finitur: ut Achillis a nominatiuo Achilles: Achilli uero a nominatiuo Achilleus. Nomina.n.in eus,per diphthõgum terminata,quæ more Latino genitiuum faciunt in ei, per duas ſyllabas, ſæpe per Craſim contrahuntur in ei,diphthongum, uel in i,longum: ut apud Verg.primo Aen. Troas reliquias Danaum atque immitis Achilli. Interdũ ſoluitur hæc diphthõgus in carmine dicimusq́ Achillei,pro Achillei,et Vlyſſei,pro Vlyſſei. Horat.li.1.Carm Ode 6. Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei. Hic Pelei,& Thetidis filius,Chironi nutriendus datus eſt. Inter filias Lycomedis ſub habitu muliebri abſconditus,ex Deidamia generauit Pyrrhum. Indignatus contra Agamemnonem,poſt mortem Patrocli ſuſcepit a Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride coniugium Polixenæ ſperans, tandẽ occiditur,& in Sigeo ſepelitur.

ACHILLEVM,pe.pro.(ἀχίλλειον)genus ſpongiarum tenue denſumq́,ex quo fiebant penicilli. Plin.lib.9.cap.45.

ACHILLIS,(ἀχιλλίς)Achillidos,inſula in ponto Euxino ad Boryſthenẽ teſte Plin.cap.12.lib.4.

ACHIMENES,lege Achæmenes,& uide in dictione Achæmenia.

ACHIMENIS,Plinio(ἀχιμενίς)ſiue,ut apud Dioſcoridem legitur, Achamenis(ἀχαιμενίς)herba eſt quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin.lib.26.cap.4. Achimenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina,ac terga uertere.

ACHOLAI,(ἀχολαῖοι)oppidum eſt Arabiæ,non procul a Nabathæis. Auctor Plin.lib.6.cap.28.

ACHISARMI,(ἀχισάρμοι)Africæ populi,quorũ meminit Pli.li.6.ca.30.

ACHNE,(ἄχνη)auctore Plinio li.5.c.31. inſula eſt Rhodiorum in mari Carpathio,quæ deinde Caſos dicta eſt. Significat etiam Achne minutas quaſdam feſtucas ex ſpicis inter triturandum euolãtes: & latius accipitur pro quibuſuis minutiis. Vide Eraſmum in prouerbio, Ne ramenta quidem.

ACHOLLA,(ἀχόλλα)libera ciuitas eſt in Aphrica proprie dicta, non procul a Zella. Auctor Strabo,lib.17.

ACHOLVS,pen.cor.(ἄχολος)carens felle,uel bile. χολὴ enim apud Græcos fel,uel bilem ſignificat.

ACHORES,pen.pro.(ἀχῶρες Galeno)ſunt cutis capitis ulcera foraminoſa, ſanie tenaci fluentia,quæ mediã quandã conſiſtentiam inter aquæ tenuitatẽ & mellis craſsitudinem obtineat. Nam in quibus ſanies mellis craſsitudinem adæquat. Ceria(κηρία)uocantur: quæ & foramina habent ampliora. Achoras Galli Tineas uocant,ſimilitudine ſumpta ab iis animalculis quæ ueſtes arrodunt. Malum eſt pueris in primis familiare. Vide Fuchſium,et Manar.in epi.

ACHOR,(ἀχώρ)deus habitus eſt apud Cyrenaicos,cui ſacra faciebant, quoties muſcarum multitudo peſtilentiam inuehebat,quæ protinus ut deo huic litatum erat,extinguebantur. Vide Pli.li.10.cap.28.

ACHRADINA,pen.pro.(ἀχραδινή Steph.)pars eſt urbis Syracuſanæ, cũ reliquis urbis eius partibus ponte coniuncta. Vide eius deſcriptionem apud Ciceronem Act.in Ver.6.

ACHRAS,adis,(ἀχράς)pyri ſylueſtris genus eſt tardiſsime mateſcens,maioremq́ uim habens aſtringendi, q̃ cætera pyrorum genera, uociq́ in primis officiens. Vnde Thraſybulum Athenienſem accepimus, a Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne poſtulatis illorum contradiceret, ſimulaſſe ſe achradas comediſſe atque ob id loqui non poſſe. Vide Col.li.7.cap.9. & Dioſcoridem lib.1. & Gal.lib.6.de facul. ſimp.medicamentorum.

ACHRIANÆ,(ἀχριαναί Stephano)oppidum eſt ad mare Hyrcanum,cuius meminit Polybius lib.10.

ACHYROSIS,pen.pro.(ἀχύρωσις)ratio quædam eſt commiſcendi paleas

cum argilla, aboſe luto, ab hirundinibus, (ut uidetur) primũ excogitata, quæ ex luto feſtucis quibuſdam commiſto nidos ſibi conficiunt. Has deinde ruſti ci imitati, ædificiorum ſuorum parietes hoc intritæ genere illinunt. Nomen ha bet ἀπὸ τοῦ ἀχύρου, hoc eſt, ab acere: unde & a Latinis quibuſdam Lutum aceratum appellatur.

ACHRESTVS, {Inutile} (ἄχρηςος) idem quod abuſiuus, infrauis, inutilis. Nam χρηςὸς Græcis, idem eſt quod bonus, ſiue utilis. Inde Achreſtia ἀχρη-ςία inutilitatem ſignificat, ſiue incommoditatem.

ACHRIOGELDS, {Colui che ride troppo, e ſenza cauſa} (ἀχρειόγε-λως) dicitur qui procliuis eſt ad riſum, quod temere, et ſine cauſa ridens: quod ſtultitiæ ſignum eſt. unde etiam pro ſtulto aut inſano poſitum inuenitur. Vide Eraſmum in Adag.

ACIÆRIS, ſecuris ærea: qua in ſacrificiis ueteres ſacerdotes utebãtur. Feſtus.

ACIBI, (ἄκιβοι) populi ſunt in Sarmatia Europæa poſt Riphæos montes. Recenſentur a Ptolemæo.

ACICVLA, {Ago da capo, Venetiis ago da pomolo} (περόνη) formatione, non ſignificatione, diminutiuũ ab acu, ut inquit Priſc. eſt ſpinula quędam ex ferro, uel alio metallo, quandã acus ſimilitudinẽ referens, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. Eſt & Acicula piſcis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis ῥαφὶς appellatur. Eſt & herba huius nominis incultis in locis ſponte naſcens plebis Athenienſis quotidianus olim cibus, odore ad daucũ, reliqua ſimilitudine ad chærephyllũ accedens, exerta habens in uertice cornicula, quæ acus effigiem repræſentant: a quo habitu a Romanis uocata eſt Acicula, teſte Dioſcoride, Græcis dicitur σκανδιξ: quo nomine & Latini utuntur.

ACIDALIA, (ἀκιδαλία) Veneris epithetõ, uel quia inicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt: uel certe a fonte Acidalio, qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate in quo ſe Gratiæ lauant, quæ Veneri ſunt ſacratæ. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur. Hæc Seruius.

ACIDALIVS, p.c. (ἀκιδαλία Suidę) fons in Orchomeno oppido Bœotię, Veneri ſacer: unde & Acidalia dicta eſt. Verg. 1. Aen. At memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiã fonte ſe Gratiæ lauare dicuntur: unde & ipſæ, Sorores Acidaliæ paſſim a Poetis appellãtur. Gręci hũc fontẽ (ἀκιδαλίαν) efferũt fœminino generẽ, reſpicientes nimirũ ad ſubſtãtiuum κρήνη, uel πηγή, ciuſdẽ generis collocamus: quẽadmodum etiam Caſtalium dicimus, quẽ illi κασταλίαν.

ACIDVLVS, a, um, {Alquanto agro, ò acetoſo} (ὑπόξινος) dimınutiuũ ab Acidus, ea forma, qua a Cãdidus deducitur Cãdidulus: idem eſt quod ſubacidus hoc eſt, acoris nonnihil habens. Hinc Acidula dicta ſunt pyra quædam, quod ſubacida eſſent, quandamq́; aciditatem guſtui repræſentarent. de quibus Plin. ca. & li. 15. Simili etiam ratione aquæ quædam Acidulæ dictæ: quales ſunt Lynceſtis fluuii aquę, uini modo inebriantes de quibus idem Pli. li. 2. ca. 103. Eſt etiam Acidulus fontis nomen in agro Venafrano: ita dictus q aquas haberet ſubacidas. Plin. lib. 31. cap. 2.

ACIDON, (ἀκίδων) amnis eſt in Elidæ Peloponneſi regione, Iardanis ſepulchrum prꝫterlabens. Vide Strabonem lib. 8.

ACIDOTDN, (ἀκιδωτόν) pe. pro. herba eſt, quæ notiore nomine Poterium (ποτήριον) & Neuras (νεύρας) dicitur. Plin. libr. 25. cap. 9. eandem Phrymon uocat. Vide Dioſco. lib. 3. cap. 15.

ACIDVS, da, dum, pe. co. {Acetoſo, agro. Coſa che è diuenuta forte. Boc. Et ogni altra coſa acetoſa & agra} (ὀξὺς ὀξώδης) idẽ eſt, quod Acetoſus, hoc eſt, aceti ſaporem guſtui repræſentans. Galenus li. 1. de facult. ſimpl. medicamen. Acida cum acribus in hoc conuenire oſtendit, quod utraque linguam mordicant: in hoc autem differre, quod acria cum ualida caliditate hoc præſtant, acida uero citra omnem calorem. Colu. li. 6. Malum Punicum, ſi acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Huius diminutiuum eſt. Acidulus. Compoſitum Subacidus, aliquantulum acidus. Cato de Re ruſt. cap. 108. Vinum ponito ſubdio, poſtridie mane guſtato: ſi id ſapiet, quod in dolio eſt, ſcito id duraturum: ſubacidum non durabit.

ACIENSES, olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnes in monte Albano ſolent accipere. Horum meminit Pli. lib. 3. ca. 5.

ACIES, {Fil tagliente, punta, taglio, ſquadra de ſoldati, lume dell'occhio. Boc. Contra i tagli delle ſpade} (ἀκωκή, ἀκμή) tria ſignificat: primo acumen falcis, cultri, & ſimilium quæ ſecant. Et ἀπὸ τῆς ἀκωκῆς dicitur, ſiue a Latino uerbo Acuo: unde & Acumen deducitur. Cic. in Verrem Act. 4. Iam ante aciem ſecuriũ ſuarum uiderat. Ver. 2. Geor. Ipſa acies falcis nondum tentãda: ſed uncis Carpendæ manibus frondes. Aciem ferri exterere, idem eſt quod adhibita cote acuere. Et Aciem trahere proprium eſt aquæ, cũ ferrum acuitur. Secundo exercitus inſtructionem, (παράταξις) quum ad dimicandũ paratus eſt: eo q acuto ferro armatus ſit: uel certe, q acuta fronte ſoleat collocari. Verg. Geor. 2. Et campo ſtetit agmen aperto Directæq́; acies. Et acies quidem inſtructa his uocabulis uocari ſolet: frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu. & quibuſdam aliis. Tertio, oculi lumen. Ci. 2. de Nat. deorum: acies, ipſa, qua cernimus, quæ pupilla uocatur. Per trãſlationem Acies ſumitur pro ingenii perſpicuitate. Cic. in Catone: non'ne nobis uidetur animus, qui plus cernit & longius, uidere ſe ad meliora proficiſci. ille autem, cuius obtuſior ſit acies, non uidere? Huius genitiuum ueteres tam Acii, q̃ aciei extulerunt. Salluſtius lib. 1. Hiſtoriarum, referente Gellio, Dubitauit acii pars, pro aciei.

ACILA, (ἄκιλα) emporium eſt maritimum Arabiæ, diſtans (auctore Plinio li. 6. ca. 28. in deſcriptione nauigationis Indiæ) triginta dierum nauigatione a Berenice Troglodytarum urbe.

ACILISENA, pen. pro. (ἀκιλισηνή) regio eſt Aſiæ inter Taurũ & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

ACILIDRVM, Romę nobilis fuit familia: ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui deuicto Antiocho ſtatua delata eſt aureis bracteis incruſtata, ut annotauit Cœl. Rhodig. li. 29. ca. 24. Item: Acilius prænomine Marcus, quo conſulatũ gerente cum C. Portio, lacte & ſanguine pluiſſe, auctor eſt Plin. lib. 2. cap. 56. Fuit & Acilius cognomine Duta, cui poſt ampliſſimũ patrimonium abſumptum, inopiam ſuam conquerenti, nihil aliud a Tiberio reſponſum eſt, q̃ quod ſero experrectus eſſet. Vide Sueton. in Tiberio.

ACIMBRO, oppidum ulterioris Hiſpaniæ, in tractu Celtico. iuxta Luſitaniã, in conuentu Hiſpalenſi: de quo Plin. lib. 3. cap. 1.

ACINA, (ἄκινα) oppidum eſt interioris Aethiopiæ, ultra Syenen: cuius meminit Pli. lib. 6. cap. 29.

ACINOS, (ἄκινος Dioſcoridi) herba eſt tenuibus flexiſq́; ſurculis, ocymo ſimilis, odorata, ſed hirſutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex uulgo, ſyl ueſtre baſilicum uocant. Latini Ocymaſtrum, q plane ocymum imitetur. Pli. hanc herbam, & coronarum & ciborũ cauſa ab Aegyptiis ſeri aſſerit, & alio nomine Epitreton uocari, & nunquam florere. Vide ipſum li. 20. ca. 16.

ACINACIS, {Sorte di coltello uſata da Perſi} (ἀκινάκης) pe. cor. gladius Perſicus. Horat. lib. 1. carm. ode 27. Vino, & lucernis Medus acinacis Immane quantũ diſcrepat. Acron Acinacẽ eſſe interpretatur περσικὸς ξιφίδιον τι, τῷ μηρῷ προσηρτημένον, hoc eſt, Perſicum quendam gladiolum, qui a femore ſuſpendebatur. Herodotus quoque lib. 5. auctor eſt Pantheam Abradatæ uxorẽ acinace, quem habebat, ſibi iugulum aperuiſſe. Suidas uero Acinacem eſſe ait, μικρὸν δόρυ περσικόν, hoc eſt, paruam Perſarum haſtam, in qua etiam ſententia Arrianus fuiſſe uidetur. Omnibus tamen hoc conuenit, ut nominatiuum ἀκινάκης faciant. Vnde & apud Latinos Acinaces per ſecundam uocalem, nõ Acinacis, per tertiam, legendum uidetur.

ACINVS, m, pen. cor. maſculini generis, & Acinum neutri teſte Nonio {Acino grano} (ῥάξ) in uua id dicitur quod uulgus granum appellat. Neque ſolum uuæ, ſed hederæ, ſambuci, tribuli, mali punici grana, Acinorum uocabulo continentur: atque in hoc a bacca differt (ut Valla uult li. 4. cap. 28.) q acini inter fructus minutiores arborũ fructicum've denſius naſcantur: baccæ uero diſperſius & rarius, ut fructus lauri, oliuæ, corni, loti, lentiſci, Baccæ melius, q̃ Acini dicuntur. Nonnunquã tamen indifferenter ponuntur. Ver. in Gallo. Sanguineis ebuli baccis, minioq́; rubentem. Ab Acinus fit Acinatitius, a, um, ut Vinum acinatitium, quod ex acinis expreſſum eſt: ita dictum ad differẽtiam uini factitii. Vlp. l. Si quis uirum. ff. de lega. 3. Acinatitium plane uino cõtinebitur.

ACINOSVS, a, um, ab Acinus dicitur qđ multos habet acinos, (ῥαγώδης) ut, Vua acinoſa. Dicitur & de aliis plantis, q̃ ſemen habẽt ita diſpoſitum, ut in uua acini. Plin. lib. 12. cap. 13. Aſari ſemen acinoſum ſaporis calidi ac uinoſi.

ACINTANI, uide Acitani.

ACIPENSER, apud antiquos piſciũ nobiliſſimus eſt habitus, qui unus omniũ ſquamis ad os uerſis contra aquã nando meat. Hunc Plin. li. 9. c. 17. teſtatẽ ſuo ſeculo nullo fuiſſe in honore, quod ſe mirari ait, cũ eſſet rariſſimus. A quibuſdã eodem Plinio teſte, Ellops (ἔλλοψ) uocatus eſt. Alii Galliõnymon, alii Anthiam, nonnulli etiam Callichthyn appellauere. Huic olim tãtus habebatur honos, ut a coronatis miniſtris cum tibijs in conuiuium ſoleret inferri: ut in Saturnal. teſtatur Macrobius. De hoc piſce extat diſtichon Martialis lib. 13.

ACIRIS, (ἄκιρις) fluuius eſt in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta eſt, iuxta Heracleam & Metapontum. Pli. li. 3. cap. 5.

ACITANI, (ἀκιτανοί) Hiſpana gens, ſimulacrum Martis radiis ornatũ maxima religione colens, quem Necyn, id eſt, Mortuũ uocãt. Macr. Satur. lib. 1.

ACIS, (ἄκις) fluuius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cuius ripis fertur Polipheinus ſaxum in Vlyſſem iam fugientem iecisse. Eſt etiam Acis inſula, una ex Cycladibus. Pli. lib. 4. cap. 12.

ACIS, etiam adoleſcentis Siculi nomen fuit, Fauni & Symethidis filii, qui cũ Galateam Nympham adamaret, a Polyphemo riuale ſuo eſt occiſus, & deinde in fontem ſui nominis mutatus. Vide Ouid. 13. Metam.

ACITAVDNES, Pli. li. 3. ca. 20. numerat inter populos alpinos.

ACITHIVS, (ἀκίθιος) fluuius eſt Siciliæ, non procul a Lilybæo promontorio in mare influens. Auctor Ptolemæus.

ACITDN, Vide Acitos.

ACLEROS, pen. pro. {Diſheredato} (ἄκληρος) exhæres, qui hæreditate priuatus eſt, quaſi ἄνευ κλήρου, hoc eſt, ſine ſorte, parte, uel hæreditate. Bud. in Commen. ling. Græcæ.

ACLASSIS, tunica ab humeris non conſuta. Feſtus.

ACLETOS, (ἄκλητος) non uocatus, qui citra uocationem ad conuiuium uadit: quod amici faciunt. Aſymbolus uero (ἀσύμβολος) dicitur, qui nihil confert ad cœnam.

ACLIDES, pen. cor. (ἀκλίδες) ſunt tela quædam antiqua adeo, ut nuſquam memorentur in bello. Legitur tamen q ſint clauæ quædam breues eminentibus hinc & hinc acuminibus quibuſdam, quæ ita in hoſtem iaciuntur religatæ loco, uel lino, ut peractis uulneribus poſſint redire. Ver. lib. 7. Teretes ſunt aclides illis Tela. ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

ACME. (ἀκμή) uox Græca eſt, Galeni familiaris, quam Theodorus Gaza modo uigorem modo florem ætatis interpretatur. Eſt etiam mulieris nomẽ apud Catullum.

ACMDDÆ, pen. prod. (ἀκμῶδαι) ſeptem ſunt inſulæ poſt Hyberniam non procul ab Orcadibus. Vide Plin. lib. 4. cap. 16.

ACMDNIA, (ἀκμονία Steph.) urbs eſt Phrygiæ in conuentu Synnadico: cuius meminerunt Ptolemæus & Stephanus. Hinc Acmonenſes, ſiue, ut apud Plin. legitur, Acmonenſes (ἀκμονῖται Steph. Nat. hiſt. lib. 5. cap. 25.

ACMON, {Incude. Pet. Per incude giamai ne per martello} (ἄκμων) Latine incus: unde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis, q a calenti incude nunquã diſcederet. Ver. 9. Aen. Bronteſq; Steropeſq; & nudus membra Piracmon.

ACMDNIDES, (ἀκμονίδαι) inter Vulcani miniſtros numeratur: dictus ἀπὸ τοῦ ἄκμονος, hoc eſt, ab incude.

ACMOTHETDN, (ἀκμοθέτον) dicitur truncus ille, qui impoſitam ſuſtinet incudem.

ACOETES, (ἀκοίτης) apud Oui. li. 3. Met. nautę pauperis nomen eſt: qđ & ipſum uocis compoſitio indicat, ἄκοιτος enim apud Græcos ſonat ſine cubili.

ACDETDN, (ἀκοιτον) a Plinio li. 11. c. 15. optimum mellis genus appellatur, quod per ſe fluxit, quodq́; nihil habeat retrimenti aut ſedimenti admiſtum. Dictum ἄκοιτον, quaſi ſine cubili. Nam ſedimentum in uino, aliis rebus liquidis, ruſticorum nonnulli etiam hodie uocant cubile.

ACDLITANVM, (ἀκολλιτανόν) oppidum liberum eſt in Africa proprie dicta, ab ea parte, qua tractum Cyrenaicum ſpectat. Vide Plin. lib. 5. cap. 4.

ACDLASTVS, {Intemperato} (ἀκόλαστος) idem eſt quod effrænis, indomitus, prodigus, ab α priuatiua particula & κολάζω, emendo, corrigo, caſtigo,

ſligo,cœrceo. Vnde Acolaſti dicuntur,quos Latine Nepotes,uel Decoctores uocamus.

ACOLYTI,(ἀκώλυτοι)dicti ſunt,qui nullis minis ab inſtituto poterant reuocari. Vnde Stoici Acolyti dicti ſunt,qui turpe putabant mutare ſententiã. A Chriſtianis etiam hoc nomine dicuntur ſacrorum miniſtri,qui cum ipſi ſacra non facerent,ab illis tamen non excludebantur: dicti Acolyti, quaſi non prohibiti,ab α priuatiua particula,& κωλύω,quod ſignificat prohibeo.

ACOLVTHVS,{Conſeguente}(ἀκόλουθος)pen.pro. Latine conſequens dicitur: ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν,id eſt,a ſequendo.

ACONE,pen.cor.{Cote}(ἀκόνη)Latine cotem ſonat,uel cautem. Eſt etiã Acone(ut apud Plinium legitur)ſiue(ut eſt apud Stephanum) Aconæ(ἀκόναι)nomen oppiduli,uel potius Mariandinorum, non procul ab Heraclea Pontica, ubi magna in copia prouenit aconitum,quod(ut quibuſdam placet) ab hoc loco nomen accepit. Pli.li.6.ca.1. Portus Aconæ ueneno aconito dirus.

ACONITI,(ἀκονιτί)Latine idem ſonat,quod ſine puluere, hoc eſt, citra negotium & laborem. Tranſlatio ſumpta eſt ab athletis,qui unctis corporibus puluerem inſpergebant,ne præhendenti obeſſet lubricitas.

ACONITVM,(ἀκόνιτον)pen.pro.herba,quæ Cerberi ſpuma conſperſa,uenenum efficaciſſimum contraxit,quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum,ἀπὸ τῆς ἀκόνης,hoc eſt,a cote, ſeu caute. Ouid.7. Metam. Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,Mortales Aconita uocant. Sunt qui ab Acone portu ſeu oppido Mariandinorum deducant, iuxta Heracleam Pōticam,ubi copioſiſſime prouenit. Illinc enim nō longe abeſt Acheruſia ſpecus, per quam Hercules Cerberum ad ſuperos fertur pertraxiſſe. Alii Aconitum dictum putãt,ꝙ ἀκονιτί,hoc eſt,ſine puluere aut terra proueniat. Naſcitur enim in duriſſimis cautibus,nulla terra interueniente. Pli.lib.7.ca.3. Naſcitur aconitum in nudis cautibus,quas Aconas uocant. Et ideo Aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluere quidem nutriente. Alii,quoniam uis eadem in morte eſſet,quæ cotibus ferri aciem deterendam,ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Hæc Plin. Alio nomine dicitur Pardalianches,ꝙ Pantheræ eo guſtato ſtatim ſtrangulentur.

ACONTEVS,(ἀκοντεύς)uenator egregius ut docet. Stat.li.7.Theb. Donec flammatus Aconteus Strage uirum,cui ſueta feras proſternere uirtus.

ACONTIÆ,{Comete. Dant. Fiammando forte à guiſa di comete}(ἀκοντίαι) ſunt ſtellæ crinitæ,ſeu impreſſiones: dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίζω, hoc eſt a iaculo,quia(ut Plin.ſcribit lib.2.cap.25.)iaculi modo uibrantur ocyſſimo uolatu. Ex his quaſdam breuiores & in mucronem faſtigiatas Xiphias uocauere quæ ſunt omnium pallidiſſimæ,& quodam gladii nitore ſine radiis. Sunt itē Acontiæ(ἀκοντίαι)ſerpentes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput craſſa paulatim in tenuem abeunte, colore uiridi, aluo minutis quibuſdã maculis conſperſa,quę quandam granorum milii ſimilitudinē repræſentant. Vnde & Cenchrides(κεγχρίδες)& a Latinis nonnullis Miliarię uocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου,hoc eſt,a ſimilitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur,nō flexuoſis ſpiris,ut reliqui ſerpentes, ſed recto quodam tramite ſeſe quodammodo eiaculantes. De his Aetius lib.13.cap.27. & Lucanus lib.9. Vide infra in dictione Cenchris.

ACONTION,(ἀκόντιον)oppidum eſt Arcadię,nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

ACONTIVS,(ἀκόντιος)Bœotiæ mons eſt,teſte Plin.lib.4.cap.7.

ACONTIVS,(ἀκόντιος)adoleſcentis nomen eſt ex Cea Corycii maris inſula oriundi,qui cum in Dianæ templo Cydippen conſpexiſſet, eius amore captus,deuoluit ad pedes eius malum huiuſmodi carmine inſcriptum: Me tibi nupturam(felix eat omen) Acontî Iuro, quam colimus, numina magna deæ. Poſtea a patre alteri deſponſa,cū periculoſiſſima febri eſſet correpta, rata periurium morbi ſui cauſam eſſe,maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram ulterius experiri. Extant hac de re duæ Ouidii epiſtolæ,una Cydippes, Acontii altera.

ACOPA,orum,(ἄκοπα)pen.cor.medicamenta laſſitudines & fatigationes leuantia,impoſito ex re uocabulo. Plin.29.ca.3. Omniaq; acopis curantur: unguentum pariter & medicamentum eſt.

ACOPIS,(ἀκοπίς)gemma,nitro ſimilis,pumicoſa,aureis guttis ſtellata,cum qua oleum ſubferuefactum perunctis laſſitudinem ſoluit. Pli.li.37.cap.10.

ACOPOS,pen.cor.(ἄκοπος Dioſcoridi)herba eſt fruticoſa,graui odore, flore oleaginque & Anagyros uocatur a Plinio: a Dioſcoride etiã Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius ſemen quod in oblongis corniculis habet, commanducatum uomitiones ciet. Vnde factus eſt locus prouerbio, ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrin mouere, quo utimur in eos, qui obfutura ſibi commouent.

ACOR,{Acutà,aſprezza,ſtomoſità}(ὀξύτης)idem quod aciditas, hoc eſt,ſapor acidus,qualis eſt in aceto,& in fructibus quibuſdam qui ad aceti ſaporem accedunt. Colu.li.3. Nos exiguum admodum Cyrenaicum uino diluimus, & ita cacumina oblinimus:ea res feniculo lauit acorem malorum.

ACORNA,(ἄκορνα)herba eſt ex genere acanacearum, ſpinam habens pro folio,uernaculo cneco ſimilis,colore tamen rufo,ſuccum pinguem & ſanguineũ fundens. De hac Plin.lib.20.cap.16.

ACORVM,(ἄκορον Dioſcoridi)Plinio Acoros,herba eſt folia habens iridis, radicesq; illi non abſimiles,guſtu acres,odore non ingratas,easq; complicatas nec in rectum,ſed in obliquum actas. Vulgo Galanga maior uocatur. Quod uero officinæ pro acoro oſtentant,uerum Dioſcoridis Acorum nō eſt, tametſi quædam eius ſpecies eſſe uidetur. Hanc uulgus Gladiolum aquæ appellat.

ACOSMVS,{Inornato}(ἄκοσμος)idem eſt, quod inornatus. Nam κόσμος apud Græcos,ornatum uel ornamentum ſignificat. Inde Acoſmia. ἀκοσμία, confuſa quædam rerum congeries & ſignificationem contrariam habet huic dictioni ornatus,quaſi dicas ornamentum,uel ornatus neglectum.

ACQVIESCO,{Ripoſarſi,acquetarſi. Pet. S'acquete hormai il noſtro cor'affitto}(ἐπαναπαύομαι)rei alicui quietis gratia innitor. Seneca: Nihilo miſerior ero,ſi laſſa ceruix mei in manipulo ſerti acquieſcat. Nōnunquam accipitur pro ſimplici ſuo quieſco,ἡσυχάζω. Cic. Att.lib.4. Acquieſco enim & ad te ſcribens,& legens tua. Interdum trãſſumitur Acquieſcere, pro eo quod eſt cū animi tranquillitate uoluptateq; in re aliqua uerſari. Ibidem Cic. Nulla eſt reſpublica,quæ me delectet,aut in qua acquieſcam. Nonnunquam etiã pro eo quod eſt,in re aliqua quietem ſuam,& ſpem repoſitam habere. Idem de Amicitia: Libenter enim ſenes in adoleſcentum charitate acquieſcimus.

ACQVIRO,pen.pro.{Acquiſtare. Pet. Col ſangue acquiſtar terra ò theſoro}(προσπορίζομαι, πορίζω)quæro,cōparo,concilio,colligo, adipiſcor,conſequor:ab Ad & Quæro. Cic.de Amic. Semper aliqui acquirendi ſunt, quos diligamus & a quibus diligamur.

ACRABATHENA,(ἀκραβαθηνή)una eſt ex decem Iudææ toparchiis, Vide Plin.lib.5.ca.14.

ACRA,(ἄκρα)uicus eſt Panticapenſis agri,ad oſtium Mœotidis.70. ſtadiorũ freto a Corocondame oppoſita ſibi urbe diſcretus. Eſt et acra, cognomētu Iapygia promontorium extremum Salentinorum,quo quam longiſſime(ut inquit Pli.li.3.cap.11.)in mare excurrit Italia:Iapygiæ cognomentum diſcriminis gratia additum eſt. Nam Græci quælibet promontoria Acras(ἄκρας) uocant. Vnde & pleræq; urbes in promōtoriis ſitæ, Acræ appellantur. Vide Stephanum,qui decem huius nominis urbes enumerat.

ACRÆA IVNO,(ἥρα ἡ ἀκραία)dicta fuit a Corinthiis,ꝙ ἐν ἄκρᾳ τινί hoc eſt, in promontorio quodam inter Lechæum & Pagas, non procul a Corintho coleretur:ubi & uetuſtum eius extabat oraculum. Vide Strabonem lib.8.

ACRÆPALA,(ἀκραίπαλα)ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ crapulæ obſiſtunt,quemadmodũ Adipſa(ἄδιψα)quæ ſitim prohibent, Inter Acrępala eumerantur amygdalæ amariores.

ACRÆPHIA,(ἀκραιφία)urbs eſt Bœotiæ,quę ab Homero Arne uocatur, dicta Acrephia,ab Acræpheo Apollinis filio,ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert Acræphium, ἀκραίφιον.

ACRAGAS,pen.cor.(ἀκράγας)nobilis artificis nomen eſt,qui in auro argentoq; cælando pluſimum præſtitit: cuius etiam Plinii ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædam extabant, Bacchæ ſcilicet & Centauri in ſcyphis cælati. Vide Plin. lib.33.ca.12.

ACRAGAS,pe.co.(ἀκράγας)Steph.mons eſt Siciliæ,non procul à Pachyno promontorio,cum oppido eiuſdē nominis,quod a Latinis Agrigentũ dicitur, teſte Pli.li.3.ca.8. Ver.3. Aen. Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe Mœnia. Stephanus exiſtimat hanc urbem ut pleraſque in Sicilia,a præterlabēte fluuio nomen accepiſſe. Alii ab Acragante Iouis et Aſteropes filio dictam putant. Quatuor præterea alias huius nominis urbes cōmemorat Stephanus, quarum primã in Thracia ponit,alteram in Euboea,tertiã in Cypro, quartam in Aetolia. Scribitur & Agragas per quintã conſonantem in ſecunda ſyllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, ἀκραγαντῖνος. Lucret.lib.1. Quorum Agragãtinus cum primis Empedocles eſt. Hos Latini uocant Agrigentinos.

ACRADINA, uel potius Achradina, (Stephano ἀχραδινή) uide ſupra, Achradina & infra in dictione Syracuſæ.

ACRATISMVS,{Imbrenda,colatione}(ἀκρατισμός)ſeu Acratiſma, Latine ientaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, hoc eſt a uino non diluto, ut placet Plutarcho in Sympoſiacis: ſiue quod apud Græcos ientaculi uice ſumi ſolet bucella panis mero macerata,ſiue ꝙ iuxta medicorum conſilium in ientaculo uino meraciore ſit utendum.

ACRATOCOTHONES,pen.pro.(ἀκρατοκώθωνες)dicti ſunt homines uinoſi,et meracius bibentes:quaſi dicas,uini meri pocula. ἄκρατον enim merũ eſt: κώθωνες autem inter pocula numerantur. Vide Coel.lib. & cap.27.

ACRATOS,ἄκρατος)purus,merus,intemperans,intemperatus:ab α,priuatiuo,& uerbo κεράω, κεράννυμι, quod eſt tempero. Hinc Acraton(ἄκρατον) abſolute ponitur pro mero,hoc eſt,uino non diluto. Vnde ἀκρατοποτεῖν dicũt Græci pro eo quod eſt meracius potare: & qui meri auidiores ſunt, uinumq; non diluunt Acratopotæ(ἀκρατοπόται)dicuntur: utrumq; ipſum Acratopoſia(ἀκρατοποσία)appellatur.

ACRATVS,(ἄκρατος)bacchantium Genius Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Auctor Pauſanias in Attica.

ACRATOPHORVM,n.{Orciuolo}(ἀκρατοφόρον)pen.cor.urceolus Latine dicitur. Cic.3.de Fin. Et tamen puto concedi nobis oportet,ut Græco uerbo utamur,ſi quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius ꝙ προηγμένοις, & ἀποπροηγμένοις concedatur.

ACRAVISCI,(ἀκραυίσκοι)populi ſunt Pannoniæ inferioris, iuxta Scordiſcos:de quibus Plin.lib.3.cap.25.

ACREDO,inis,pen.nominatiui prod.{Aſprezza,agrezza}(δριμύτης) proprie eſt qualitas illa mordax,quæ eſt in pipere,porro, allio, & ſimilibus,quæ linguam ſimul mordicant & calefaciunt: cuiuſmodi ſapores ſupra docuimus Acres uocari ab iis,qui ex profeſſo de ſaporibus tractant. καταχρηστικῶς tamen hanc uocem uſurpari uidemus,pro acore,ſeu aciditate,uel etiam pro acerbitate,ſiue auſteritate. Idem iudicandum eſt de reliquis deriuatis adiectiui Acer,qualia ſunt Acrimonia, Acritas & ſimilia.

ACREDVLA,(φιλομήλη)pen.cor.putatur Luſcinia auis, ſiue(ut aliis placet)auis illa,quam uulgo Rauatinum uocamus. Cic.de Diuinat. Et matutinis acredula uocibus inſtat.

ACRENSES,(ἀκραῖοι)populi ſunt Sicilię,ſtipendiarii Romanorum,nō procul ab Aceſta oppido:de quibus Plin.lib.3.ca.8.

ACRIA,(ἀκρία)oppidum eſt Hiſpaniæ in conuentu Hiſpalenſi: de quo Plin. lib.3.cap.1. Item alterum in Peloponneſo,ad oſtium Eurotæ fluuii,in ſinu Laconico,de quo Ptolemæus.

ACRIBODICÆI,(ἀκριβοδίκαιοι)teſte Budæo,ab Ariſtotele appellantur Iuriſconſulti,qui neglecta æquitate ſummo iure,hoc eſt,uerbis ipſis nituntur: ſic dicti,ꝙ nimium exacte legis rigorem,quem uocãt,obſeruarent. Et ſummũ illud ius Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον, appellatur.

ACRIDOPHAGI,(ἀκριδοφάγοι)populi ſunt inter Aethiopes,ueloces curſu,uita uero adeo breui,ut annoſiſſimus quadrageſimũ annũ nō excedat,ſolis fere locuſtis uictitãt,a quibus & nomē inuenerunt: Nam Acridas(ἀκρίδας) Græci dicunt,quas nos Locuſtas. Vide plura de his apud Diodorum Siculũ.

ACRIFOLIVM,(λωτὸς)arbuſcula eſt,quæ a Macrobio inter arbores infelices numeratur. Creditur eadem eſſe,quæ Lotos alio nomine, a Gallis autem Alyſa,uel Alyſerum uocatur. Vide Ruellium.

ACRIMONIA,{Aſprezza}(δριμύτης) eſt qualitas mordax, & linguam

calefaciens,qualis eſt in pipere,ſinapi,allio & cæpa. Et propriè quidē uſus eſt Cato de Re ruſt.cap. 157. de braſsica Pythagoræa: Et ſi ulcus acrimoniam eius ferre non potent,farinam hordeaceam miſceto. Tranſlate uero ponitur pro uehementia,δεινότης. Auctor ad Heren.lib.4. Hæc exornatio tum multum uenuſtates habet,tum grauitatis,& acrimoniæ plurimum. Item pro ſeueritate,ſiue ea in uultu,ſiue in uerbis,aut etiam in rebus conſiſtat. Ibidem: Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniam eſſe.

ACRILLA,(ἄκριλλα)oppidum eſt Siciliæ,non procul a Syracuſis: huius incolæ dicuntur Acrillæi,(ἀκριλλαῖοι)Vide Stephanum.

ACRIO,onis,philoſophus fuit Pythagoræus,cuius meminit Cic.li.5. de Fin.

ACRISIA,(ἀκρισία)eſt abſentia iudicii,uel delectus. Budæus in Commen.

ACRISIVS,pen.cor.(ἀκρίσιος)filius fuit Abãtis,& pater Danaes qui Prœto fratri in regnum Argiuorum ſucceſsit. Hic cum oraculo monitus eſſet,fore, ut a nepote uita exueretur,filiam ſuã unicã munitiſsimæ turri incluſit,eo cõſilio,ut ea perpetua uirginitate damnata,omni,quã a poſteritate impendere uidebatur,metu ſolueretur. At Iupiter Danaes amore captus, in ſpeciem imbris aurei ſe transformauit, & per impluuium in puellæ gremium deſcendit: uoti'que compos factus,ex ea Perſeum genuit. Quod ubi Acriſius animaduertit, filiã una cum infantulo recens nato in arcã impoſitam, in mare abiecit: quę ad litus Appulum adpulſa, & à piſcatoribus excepta,ad Pilunũ regē deducta eſt: qui & forma eius & genere adductus,eã ſibi uxorē delegit. Porro Perſeus ſimulac adoleuit, aduerſus Gorgonas expeditione ſuſcepta, uictor euaſit: nec ita multo poſt Argos uenit, ſaxificum Meduſæ caput ferens: in quod cum forte Acriſius incidiſſet,in lapidem tranſmutatus eſt. Hæc ex Euſebio, Lactantio, & Seruio. Hinc deducitur Acriſioneus,a,um,(ἀκρισιωναῖος)Verg.7. Aene. Hanc dicitur urbem Acriſioneis Danae fundaſſe colonis.

ACRISIONIDES,(ἀκρισιωνίδης)patronymicum maſculi.ab Acriſio deductum,quod accipitur pro Perſeo nepote Acriſii ex Danae filia.

ACRISIONE,pen.pro.(ἀκρισιώνη)patronymicum fœmi.ab Acriſio deductum,quo ſignificatur Danae filia Acriſii,& Perſei mater.

ACRITAS,atis,{Aſprezza,agrezza}denominatiuum ab adiectiuo Acer, idem ſignificans,quod acredo,uel acrimonia δριμύτης. Gell.lib.13.cap.2. Sicut autem nihil quicquam intereſt,ſuauitudo dicas,an ſuauitas: acerbitudo an acerbitas,acritudo,an (quod Accius in Neoptolemo ſcripſit) acritas: ita,&c. Eſt et Acritas {Capo gallo} (ἀκρίτας) Peloponneſi promontorium, iuxta Maleam,& Tænarum. Pom. Mela.

ACRITVDO,inis,{Aſprezza}(δριμύτης)idē quod acrimonia: tametſi nõ nũquã καταχρηστικῶς ꝓ aciditate,uel etiã acerbitate poſitũ inueniatur. Vitruuius li.8.ca.3. Fieri autem naturaliter hoc ideo uidetur, quod acer, & acidus ſuccus ſubeſt in ea terra,per quam egredientes uenæ intinguntur acritudine.

ACRITER,aduerbium ab Acer,uehementer. Taci.li.29. Satis patuit iis,qui principum offenſas acriter ſpeculantur.

ACROAMATA.(ἀκροάματα)Græci auditiones,ſiue auſcultationes uocãt, Ἀκροᾶσθαι enim audire eſt,ſeu auſcultare. Ariſtoteles Acroamata nominauit cõmẽtationes ſuas,quas diſcipulis tradebat, in quibus Philoſophia remotior ſubtiliorq́ agitabatur. Huic diſciplinæ,quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnaſio matutino. Alii appellãt Acroamata feſtiuas recitationes, ludicrasq́ narrationes. Quod ſignificat Cicero Verrin.6. Hic quaſi feſtiuum acroama,ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuiis in reſpectantibus,emblemata euellenda curauit. Et Suetonius de Auguſto ſcribit, Acroamata,hoc eſt,narrationes recitationesq́ ludicras & mimicas.ab Auguſto interponi ſolere conuiuiis,ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere uidetur pro ipſis hominibus acroamata recitãtibus,cum ait in Alexandro: Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & uocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donaſſe. Similiter. Plin. in Epiſ. Interdum, inquit,audiebamus acroamata, interdum iucundiſsimis ſermonibus nox ducebatur.

ACROAMATICVS,ca,cum,(ἀκροαματικός)idem quod auſcultatorius.

ACROATHON,(ἀκρόαθον) oppidum eſt Thraciæ in uertice montis, qui Athos dicitur,ſitum: unde & nomen habet: Pomp. Mela.lib.2.

ACROCERAVNIA,orum: uel Acroceraunii mõtes(ἀκροκεραύνια)montes ſunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes: ita dicti,quod propter immenſam altitudinem uertices habeant fulminibus maxime obnoxios. ἄκρον enim uerticem ſignificat,& κεραυνός fulmen. Horat. lib.1. Carm. ad Verg. Qui ſiccis oculis monſtra natantia, Qui uidit mare turgidum,& Infames ſcopulos Acroceraunia. Plin.lib.3.cap.23. Inde initium Epiri, montes Acroceraunii. Non defuerunt qui & iuxta Armeniam, montes Acroceraunios collocarent: uerum illi nominis uicinitate lapſi ſunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur,non Acroceraunii. De quibus uide Plin.lib.5.cap.27. & infra ſuo loco.

ACROCERAVNIVM,{Acroceraumo. Arioſt Can.21. L'Acroceraumo d'infamato nome}(ἀκροκεραύνιον)eſt primum Epiri promõtorium,caq́ Acroceraunorũ montium pars,quæ mari imminens,ſecundum Europæ ſinum a tertio,hoc eſt. Adriaticum mare ab Ionio diuidit: diſtatq́ a Lacinio,extremo Italiæ promontorio.75000.paſſ. Vide Pli.lib.3.cap.11. & 26.

ACROCHORDONES,{Porri che naſcono per le mani}(ἀκροχορδόνες) tubercula ſunt,in cute excreſcentia, dura & exigua,ima ſui parte adeo anguſta ut ueluti chordarum nexu ſumma in cute ſuſpendi uideantur: unde & nomen habent. A quibuſdam Verrucæ penſiles appellantur. Vide Gal. Methodi li.2. cap.11,& Manard. Epiſt.lib.7.

ACROCOMVS,(ἀκρόκομος)pen. cor. longas comas habens.

ACROCOMÆ (ἀκροκόμαι)populi ſunt Thraciæ a capillorum longitudine dicti,ꝙ antias in fronte mulierum more,demiſſas geſtarent. Auctor Homer. in Catalogo nauium.

ACROCORINTHVS.(ἀκροκόρινθος)mons Peloponneſi inter duo maria. Aegæum ſcilicet,& Ionium, ſtadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendiculum: ſub cuius radice in plano,inſtar menſæ, iacet oppidum Corinthus. Strabo li.8. auctor eſt montem hunc mœnibus ita fuiſſe circumdatum,ut arcis uſum præberet: quo fit,ut minime mirum uideri debeat. Acrocorinthum a Plinio arcem appellari,quem Strabo montem uocitat. Verba Plinii ſunt hæc lib. & cap.4. Medio hoc interuallo, quod Iſthmon appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus,ſexagenis ab utroq́ litore ſtadiis, e ſumma ſua arce, quæ uocatur Acrocorinthus, in qua fons eſt Pirene.

ACROCORIVM,(ἀκροκόριον)bulbi ſpecies eſt Plin.b.19.cap.5.

ACRODRYA,(ἀκρόδρυα)proprie dicuntur fructus arborum, qui lignoſos cortices habent,quales ſunt caſtaneæ,glandes,amigdalæ,iuglãdes,& ſimiles: & contra Opora(ὀπώρα)dicuntur quæ molli ſunt putamine. quanquã Acrodryorum nomen latius interdum accipitur pro cuiuſuis arboris fructu. Vide Ruel.lib.1.cap.97.

ACROLISSVS,(ἀκρόλισσος)arx eſt in colle ſupra Liſſum Illyrici urbem, cuius meminit Strabo lib.7.

ACROLOCHIAS,(ἀκρολοχίας)promontorium eſt Aegypti ad Pharõ. Strabo lib.17.

ACRON(ἄκρων)Grammatici nobilis nomē, qui Horatium utiliſsimis commentariis illuſtrauit. Fuit etiam Cæninenſium rex ex eo nomine,quem Romulus ſingulari certamine uicit,eiusq́ arma Ioui Feretrio dedicauit. Acron præterea medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis una cum Empedocle philoſophatus eſt. Antiquior fuit Hippocrate. Scripſit lingua Dorica de uictu ſalubri librum unum,auctore Suida.

ACRONIVS LACVS,(ἀκρωνία λίμνη)olim appellatus fuit,qui aliis nominibus & Podamicus,& Brigantinus nuncupatur. Hodie a Conſtantia urbe ipſi imminente Conſtantienſis dicitur. Pomp. Mela.lib.3. Rhenus ab alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.

ACRONYCTÆ,(ἀκρονύκται)ſtellæ ueſpertino tempore orientes, cum ſol uergit ad occaſum. Nam ἀκρόνυξ a Græcis dicitur, quod nos Crepuſculum ueſpertinum uocamus. Vide Cœl. Rhodig.lib.21.cap.5.

ACROPOLIS,(ἀκρόπολις) arx dicitur ſupra oppidum in edito loco ſita: cuiuſmodi olim Athenæ habuerunt Mineruæ delubro inſignem.

ACROSTICHIS,idis,pen.cor.(ἀκροστιχίς)dicitur cum primis aliquot uerſuum literis nomen alicuius, uel alia quæuis dictio aut oratio exprimitur. In hoc genere Plautus luſit aliquot argumenta Comœdiarum,quę primis literis fabulæ nomen indicant.

ACROSTOLIA,orum,(ἀκροστόλια)ornamenta erant proræ in nauibus, quæ Bayſius eadem cum roſtris credit.

ACROTADVS,(ἀκρόταδος)inſula eſt in ſinu Perſico: de qua Plin.libro 6.cap.32.

ACROTERIA,(ἀκρωτήρια)dicuntur pinnacula in ſummitate ędificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales ſunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ ſub unguibus latent. Vide Bud. Com.

ACROTETVS,pen.pro.(ἀκρότητος)dicitur, quod ad ſaltationis mẽſuram non reſpondet: Vnde Athenæus lib.11. ſermones intempeſtiuos,& nihil ad rē pertinentes, ἀκρότητα κύμβαλα uocat.

ACROTHINIA,(ἀκροθίνια)primitiæ frugum ſunt,quę de ſummo aceruo ſolent tolli, Ἄκρον enim ſummum ſonat. θινὸς autem frumentorum acerui dicitur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt,pro eo quod eſt ſumma delibare,uel primitias conſecrare.

ACROTHON,uide Acroathon.

ACTA{Lito}ſubſtantiuum nomē,& Græcum,ultima depreſſo accentu(ἀκτή) littus. Vergil.lib.5. At procul in ſola ſecretæ Troades acta Anchiſen flebant. Seruius.

ACTA,orum,{Atti. Pet. Pur che ne gl'atti d'allegrezza ſpenti}(πράξεις)generaliter dicuntur quæcunque aguntur,ſiue publice, ſiue priuatim, ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium. Cic. de Orato. Conſilia primum, deinde acta, poſtea euentus. Proprie tamen Actorum nomen collectionem quandam importat, accipiturq́ pro quadam rerum actarum congerie, in tabulas uel commentarium redacta: uel etiam pro ipſis commentariis, in quibus perſcripta ſunt ea quæ aguntur. Cic. Lentulo li.1. Epiſt. Res urbanas,actaq́ omnia ad te perferri arbitror. Valla lib.4. cap.9. Acta a geſtis diſtinguit: ut hæc ſint eorum duntaxat quæ in adminiſtratione magiſtratus, & in rebus maioribus, & ad Rempub. aut ad plures ſpectantibus geruntur: ut, Geſta Alexandri, Geſta Cęſaris. Acta uero etiam rerum priuatarum & minorum,ac familiarium: quandoq́ etiam de rebus grauibus arduisq́ dicuntur. Frequentiſsime enim Cicero Acta Cæſaris appellat,in quibus tamen & agrorum diuiſiones, & donationes regnorum continebantur. Neque ſolum de rebus priuatis,uerumetiam publicis Acta dicuntur. Cic.1. Philip. In publicis actis nihil eſt grauius, in priuatis firmiſsimum eſt teſtamentum. Legitur etiam Actum,acti,ſingulari numero. Ibidem: Nihil eſt,quod tam proprie dici poſſit actum eius,quam lex. Acta circunducere, eſt antiquare,& delere. Paul.l. Acta.ff. de re iudi. Acta apud ſe habita ſi partes conſentiant,& iudex hoc permiſerit,poteſt iubere eadē die circunduci. Acta diurna,quæ in ſingulos dies conficiuntur: Græci ἐφημερίδας uocant, Latini Diaria. Referre in acta,eſt inter acta perſcribere. Iuuenal. Saty.2. Liceat modo uiuere, fient, Fient iſta palam, cupient & in acta referri.

ACTÆA,herba eſt,ſiue frutex,graui foliorum odore, caulibus aniſi geniculatis,ſemine nigro,ut hederæ baccis mollibus. Naſcitur in opacis & aſperis, & aquoſis. Hæc Pli.li.27.ca.7. Ruellius hanc eandem eſſe putat,aut certe ſimillimam illi,quæ a Dioſcoride χαμαιάκτη,a Latinis Ebulum uocatur.

ACTÆON,(ἀκταίων)cum diphth. Ariſtæi,& Autonoes filius, a Diana in ceruum conuerſus, & a ſuis canibus dilaceratus. Vide fabulam apud Ouidium lib.3. Metamor.

ACTANIA,(ἀκτανία)inſula eſt in mari Germanico,cuius meminit Pli.lib. 4.cap.13.

ACTASTA,Vide Acaſta.

ACTE,es,(ἀκτή)Græcię regio nobiliſsima,quę poſtea ab Atthide Cranai regis filia Attica nominata eſt: Dicta Acte,uel ab Actæo quodã rege indigena, ut refert Stephanus: uel potius,ꝙ maxima ſui parte littoralis ſit,& ad mare extenſa. Nam ἀκτὰς Græci littus uocant. Pli.li.4.ca.7. In ea prima Attica,antiquitus Acte uocata. Hinc deducitur adiectiuum Actęus,a,um,(ἀκταῖος).i. Atticus. Ouid.1. Meta. Separat Ionios Actæis Phocis ab aruis. Eſt etiã Acte

(ἀκτή)

(ἀκτῆ)frutex arboreſcens, quem Latini Sambucum uocant. Vnde & Chamæacte(χαμαιάκτη)dicitur, quod Ebulum a Romanis appellatur, quaſi pumila ſambucus. Vide infra in dictione Sambucus.

ACTIA,(ἄκτια Stephano)ludi erant in Actio Epiri promõtorio quinto quoque anno celebrari ſoliti, in honorem Apollinis, qui & ipſe Actius cognominabatur. Hos ludos uetuſtiſſimos fuiſſe conſtat, utpote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Auguſto inſtaurati fuerunt, poſt quam Antonium & Cleopatram nauali prælio ante Actium ſuperaſſet: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strab. libr. 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuiſſe tradidit: tribuſq; certaminibus fuiſſe inſignes, gymnico, equeſtri, & nauali. Horum meminit et Seruius in illud Ver. 3. Aen. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

ACTIO,{Attione, fattione}ab ago uerbale, idẽ ſignificans quod actus, uel operatio, uel adminiſtratio, πρᾶξις. Cic. 1. Offi. uirtutis enim laus omnis in actione conſiſtit. Apud Rhetores autẽ ſignificat pronunciationem, ὑπόκρισιν. Cic. in Orat. Eſt enim actio, quaſi corporis quædã eloquentia, cum conſtet e uoce atque motu. Quid autẽ ſit Pronuntiatio, li. 1. ad Heren. explicatur: Pronunciatio, eſt uocis, uultus, geſtus moderatio cũ uenuſtate. Quandoque Actio(κατηγορία)pro accuſatione, ſiue petitione accipitur: quemadmodũ Actor pro accuſatore,(κατήγορος)ut, Cic. Actiones in Verrẽ. Quint. li. 7. Cuius actionẽ qui dẽ ſolã in hoc tẽpus emiſerã. Quandoque dicitur defenſio,(δικαιολογία) ſiue oratio pro cauſæ defenſione, aut alicuius rei, de qua agitur. Cice. Q. Valerio: Actionẽ meã C. Cæſar primo ſuo Conſulatu lege Agraria comprobauit. Eſt etiã Actio,(δίκη)ius, quod ſibi debebatur, in iudicio perſequendi: ut auctor ad Heren. li. 1. Et a cauſa cadit is, qui agit, niſi habeat actionẽ. Dicimus etiam Gratiarum actionem pro beneficii accepti confeſſione, & grata uerborum redditione. Cic. Planco: Quanquam gratiarum actionem a te non deſiderabam.

ACTISANES,(ἀκτισάνης)rex Aethiopiæ, qui Amaſim Aegypto depulit, q nimis immoderate tyrannidem exerceret, regnumq; eius occupauit, Vide Diodorum.

ACTIVM,(ἄκτιον)Epiri promontorium, ubi Auguſtus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit: & Nicopolim a uictoria nominauit. Hinc Actius, a, um, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός. Verg. 3. Aene. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Sapho ad Phaon. Quid non Actiacas miſerã me mittis ad oras?

ACTIVS NAVIVS, inclytus Tarquinii Priſci temporibus Augur fuit: quem inſpectante rege cotem nouacula diſcidiſſe fabulantur. Vide Liuium li. 1. ab Vrbe. Alii malunt ſcribere Accius.

ACTIVS, ſiue Accius, fuit Tragœdiarum ſcriptor, natus libertinis parẽtibus, & inter colonos Piſaurum deductus a quo & fundus Actianus iuxta Piſaurum dictus. In ſcribendis Tragœdiis ſententiarum grauitate, uerborum põdere, perſonarum auctoritate clariſſimus extitit. Vide ſupra Accius.

ACTITO, tas, pen. cor. frequentatiuum, oriundum, non ortum ab Ago, ſed ab Acto, ſicut ſcriptito a Scripto, Lectito a Lecto: & proprie Actitare dicitur in cauſis, ὑπερίσυνδικῶ. Plin. Iunior ad Marcum: Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe. Cic. de claris orat. Etiam M. Potidius municeps noſter multas priuatas cauſas actitauit. Vide & Gellium lib. 9. cap. 6.

ACTIVVS,(ἐνεργητικός,)qui agit, Denominatiuũ eſt a nomine actus, fictũ a Grammaticis: ut Actiua ſignificatio: & uerbum Actiuum, quod(teſte Priſciano lib. 8.)ſemper actum ſignificat. & facit ex ſe Paſſiuum.

ACTOR, dicitur omnis qui aliquid agit,(ὁ πράττων.)Cice. pro Seſt. Cato & dux, & Auctor, & actor illarum rerũ fuit. Itẽ is, qui in iudicio cauſam agit, συνήγορος. Cice. de Clar. Orato. Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori ſummo cauſarum, & magiſtro. Apud Iuriſconſultos Actoris uocabulum fere ſemper accipitur pro accuſatore, ſeu petitore, hoc eſt, pro eo qui actionem in iudicio intendit aduerſus reum, κατήγορος. Vlpianus. l. quæ omnia. ff. de Procuratorib. & defenſorib. Quę omnia non ſolum ex parte rei, ſed etiam in perſona actoris obſeruabuntur. Actor etiam dicitur hiſtrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. Cic. ad Qu. Fratrem: Poetæ boni, & Actores induſtrii in extremo actu ſolent eſſe diligẽtiſſimi. Item actor dicitur uillicus qui noſtras res curat, quem Factorem ſolemus appellare: de quo Colu. li. 1. cap. 7. Ita fit ut & actor, & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

ACTOR,(ἄκτωρ)comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello uulneratus cum retro domum abire uellet, in itinere mortuus eſt. Actorides,(ἀκτορίδης)Patroclus nepos Actoris. Is enim ex Aegina, quã ei Iupiter a ſe uitiatam uxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Aegina Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. Fuit & Actor quidam Auruncus, cuius meminit Ver. li. 12. Aen. Validam ui corripit haſtam Actoris Aurunci ſpolium, &c.

ACTVARIVS,{Notaro}qui acta deſcribit ueloci ſtylo, eaq; deſcripta deinde recitat. notarius, γραφεύς. Suetonius in Cæſa. {Quam non immerito Auguſtus æſtimabat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus uerba dicẽtis q̃ ab illo editam.

ACTVARIVS, a, um,(εὐεργός)idem quod agilis, uelox, & facilis, ad circum agendum: unde Naues actuariæ(κατάσκοποι)dicuntur, quæ leuiores ſunt, & agiliores, quæq; huc illuc q̃ minimo negotio flecti poſſunt. Liuius quartæ Decadis lib. 8. Tradito & naues, armamentaq; earum, ne've plures, q̃ decem, naues actuarias, nulla quarum plus q̃ triginta remis agatur, habeto. In eadem etiã ſignificatione Actuarium legimus neutro genere. Cic. Attico lib. 10. Recordor enim æſtate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, q̃ fuerim ſolicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore cenſes?

ACTVARIVS,(ἀκτουάριος)medici Græci nomẽ, qui plurimis ſcriptis uoluminibus, artem illuſtrauit. ex quibus etiam hodie ſunt in manibus ſeptem libri de urinarum ratione.

ACTVARIOLVS, diminutiuum. Cic. Attico li. 16. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribus actuariolis decem ſcalmis, ideſt, remigibus earum nauicularum, quæ uocantur actuaria, uel actuariola.

ACTVM eſt{Eſpedito, ſpacciato, finito}ſemper in malam partem accipitur: ut, Actum eſt de Repub. i. extincta, deſperata, perdita eſt. οἴχεται, πέπρακται. Teren. in And. Quid ego audio? actum eſt, ſi quidem hæc uera prædicat.

ACTVOSVS, ab actu etiam deſcendit: qui in actibus, præſertim in geſtibus corporis abundat, & multum ſe exercet, ὑποκριτικὸς πρακτικός: ut Actuoſi homines, qui motu corporis maxime exercentur: ut hiſtriones & ſaltatores, & actuoſus equis apud Senecam. Actuoſa uita, quæ in actione & labore uerſatur, non in ſtudio & contemplatione. Et hæc actiue: paſſiue autem cum accipitur, ſignificat rem in qua multum ſit laborandum, ut Actuoſa comœdia. Donat. in Teren. Hæc ſcena actuoſa eſt, magis in geſtu, q̃ in oratione conſtituta. Actuoſe aduerbium. Cic. 1. de Orat. Quid petam præſidii? q̃ leniter? q̃ remiſſe? q̃ non actuoſe?

ACTVS, a, um,{Finito, condotto à fine}completus. πεπραγμένος. Verg. lib. 6. His Actis propere exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde actum agere prouerbio dicitur, pro nihil agere. Quod enim(inquit Dona.)in iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi & iterum agi non poteſt. Ponitur etiam Actus pro Appulſus. Idẽ lib. 2. Siue errore uiæ, ſeu tempeſtatibus acti. Pro Admotus. Idem li. 11. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. Pro Coactus, territus: Idem lib. 6. Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt. Alia ſignificata quære in dictione Ago.

ACTVS, us,{Atto, una coſa che ſi fa. Boc. Gior. 1. No. 2. Vſauano di contrafarſi con nuoui atti}(πρᾶξις)generali uocabulo dicitur omne quod agitur aut dicitur. Ci. 1. de leg. Nõ ſolũ in rectis, ſed etiã in prauis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo. Dicũtur præterea Actus, partes fabularũ, inter quas modi fieri ſolent. Hos in omni fabula quinque exigit Horatius in arte poetica Ne ve(inquit)minor quinto, neu ſit productior actu Fabula, quæ poſci uult, & ſpectata reponi. Ci. de Senect. Nec hiſtrioni peragẽda eſt fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur. Per tranſlationẽ Actus dicuntur diuerſę uitę humanæ partes, in quibus, nõ ſecus atque hiſtriones in Comœdia, alias atq; alias quodãmodo induimus perſonas. Ibidẽ: Naturã optimã ducẽ ſequimur, a qua non uerisimile eſt, cum cæterę partes ætatis bene deſcriptæ ſint, extremum actũ tanquã ab inerti poeta eſſe neglectũ. Itẽ Actus dicitur ſpatiũ in agro cẽtum uiginti pedum: q in eo boues agerentur, cũ araretur uno impetu iuſto, ut inquit Pli. li. 18. cap. 3. Triplices autem reperiuntur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus, quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum uiginti: quod ſpatium in agris erat inter uicinos. Quadratus undique centum uiginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus iugerum præſtat. Rurſus actus(ut Modeſtinus de Seruitute prædiorum ruſticorũ ſcribit)eſt, ubi armenta trahere & uehiculũ ducere licet,(ἐλασία)hoc eſt, uia qua quis pedes uel eques commeare poteſt. Vide Inſtitutiones Iuſtinia. lib. 2. tit. 3.

ACTVTVM. pen. pro.{Di ſubito, di fatto, incontanente. Boc Gior. 3. No. 2. Incontanente eſſergli aperto}aduerbium temporis: ab Actu, ideſt, celeritate deriuatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione. αὐτίκα. Terent. in Phorm. Aggredere actutum.

ACVLEVS, pen. cor.{Pungolo, ago. Dant. Et come Veſpa che ritragge l'ago}(κέντρον)ſpiculum, uel res pungens, & proprie ueſparum eſt, et apum, & ſimilium. Cic. 3. de Finib. Veſpas aculeis uti uidemus. Dicuntur & in herbis aculei, ſpinulæ quædam in foliis, caule, aut flore eminentes, ut in carduo, tribulo, leucacantho, & ſimilibus. Cic. de Optimo dicendi genere, tranſtulit ad orationem: Horum oratio, inquit, neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet. Hinc fit Aculeatus, ta, tum,(κεντρωτός)quod aculeum ſiue acutũ quiddam aculei inſtar habet. Pli. li. 11. cap. 26. de cicadis: Sine ore eſt: pro eo quiddam aculeatum linguis ſimile, & hoc in pectore, quo rorẽ lambunt. Per trãſlationem quoque oratio, aut epiſtola aculeata dicitur, quæ ueluti aculeis quibuſdam munita animum quodammodo mordet, ac pungit. Cic. ad Atti. lib. 14. Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi. Aculeolus, diminutiuum(κεντρίδιον)quo utitur Mart. Epigram. lib. 8.

ACVMEN, pen. pro.{Acutezza, acume. Dant. Mai non ſentito da cotanto acume}idem quod aculeus, ſeu cuſpis, κέντρον. Ci. in Arat. Phęnomenis: Tergaq; Centauri, atque nepai portat acumen. Accipitur & pro ingenii perſpicacitate, ἀγχίνοια. Idem de Natu. deo. Epicurus, homo ſine acumine, ſine ullo lepore.

ACVMINATVS, a, um,{Aguzzo. Dant. Ecco la fiera con la coda aguzza}(κεντρωτός)quod acumen habet. Pli. li. 11. ca. 2. de culice: Ita reciprocam generauit arte, ut fodiendo acuminatum, ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet.

ACVMINO, nas, pen. pro.{Aguzzare. Boc. Gior. 1. N. 3. Aguzzato l'ingegno gli uenne preſtamente dauanti quello, che dire ſi doueſſe}acutum facio. ὀξύνω. Lact. de Opific. In quadrupedibus autem contextum ſpinę a ſummo capite deductum: longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam.

ACVNCVLA,{Dirizzatoio} diminutiuum ab acu: qua utuntur mulieres ad ſe ornandum. ὑαλίσκη. Huiuſmodi eſt diſcerniculum, quod capillis diſcriminandis eſt accommodatum.

ACVO, acuis, acui, acutum,{Dare il filo, affilare, aguzzare. Dant. Aguzza qui lettor ben l'occhio al uero}aciem induco rei alicui, ut falci, cultro, & huiuſmodi ferramentis. ἀκονάω, θήγω. Col. li. 3. Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. Per tranſlationẽ Teren. in Adelph. opibus adhibuit, cum ait: Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt: Quod illos ſat ætas acuet. ideſt, docebit. Verg. 1. Georg. in ſimili ſignificatione animo tribuit: Curis acuens mortalia corda. Cic. lib. 3. Offic. Duæ res quæ langorẽ afferunt cæteris, illum acuebant, otium, & ſolitudo. ideſt, incendebant. Vergil. 7. Aen. in malam partem accipit, pro inſtigare, incendere, irritare. Poſtquam(inquit)uiſa ſatis primos acuiſſe furores. Huius uerbi compoſita ſunt, Exacuo: quod eſt ualde ſeu perfecte acuo. Verg. lib. 1. Geor. Exacuunt alii uallos, furcaſq; bicornes. Præacuo, prius acuo uel anteriorem partẽ acuo. Cato cap. 41. Vitem teneram præacuito.

ACVPEDIVS, dicitur, cui præcipuum eſt in currendo pedum acumen. ὀξύπους. Feſtus.

ACVPICTORES,{Ricamatori}qui acu pingunt. Alio nomine Phrygiones appellantur, a Phrygia, regione Troiæ, ubi primũ inuenta hęc ars dicitur.

ACVS, aci, generis maſculini, genus piſcis, qui & Acicula dicitur. Mart. li. 10. Et fatius tenues ducere credis acos. Hic etiam Belona(βελόνη) dicitur Pli. li. 9. cap. 51. Acus ſiue Belone, unus piſcium, dehiſcente propter multitudinem utero parit.

ACVS, aceris, generis neutri, purgamentum frumenti. σκύβαλον, ἄχυρον. Col. lib. 8. Nam in ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt.

ACVS, quartæ declinat. gen. fœm. {*Ago. Arioſt. Tutti gl'altri à la ſpola à l'ago, al fuſo*} (ἀκίςρα, βελόνη) inſtrumentum eſt, quo ueſtes farciuntur. Item quo ornatrix utitur ad diſcernendos capillos. Iuuen. Sat. 2. Ille ſupercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Purgamenta quoque leguminum Acus dictas inuenimus à Colum. lib. 2. cap. 10. ubi ſic ſcribit de fabarum tritura: Nam ſemina excuſſa in area iacebunt: ſuperq; ea paulatim eodem modo reliqui faſciculi excutiátur: ac duriſſimæ quidé acus reſectæ ſeparatæq; erunt a cudentibus. minutæ uero, quæ cum ſiliquis de faba reſederunt, aliter ſecernétur. Similiter exercitus inſtructio acus dicitur, q ea militum pars uehementiſſima ſit ad hoſtem uulnerandum acumine telorum Perottus.

ACVSILAVS, (ἀκουσίλαος) Athenienſis Rhetor, qui Callia imperante ſeſe Romam contulit, ibiq; ludum aperuit tanto ſucceſſu, ut moriens Athenienſibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. Fuit & Acuſilaus quidam Argiuus Hiſtoricus, qui Genealogias quaſdam conſcripſit, ex æneis tabulis, quas patrem eius ferunt inueniſſe, cum in domo ſua neſcio quid foderet. Vtriuſque meminit Suidas.

ACVTEA, pen. pro. (ἀκούτεια) Hiſpaniæ urbs eſt Stephano: cuius incolæ dicuntur Acutani, ἀκουτανοί.

ACVTIA, P. Vitellii uxor. Tacitus lib. 5.

ACVTVS, ta, tum, {*Acuto & appuntato. Dant. Con una ſpada lucida et acuta*} (ὀξύς) propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene ſecat: cui opponitur hebes uel obtuſum. Plau. in Mil. Vide, ut tibi iſtic ſit acutus Cario culter probe. Item quod in mucronem, ſiue acumen deſinit, ut Acutus angulus, Acutū roſtrum, Per metaphoram autem ponitur pro ſubtili uel acri: ut, Acutum ingenium, Acutus ſophiſta, Acuta uox, ὀξυφωνία. Item Acuti oculi. id eſt clare cernentes. (ὀξυδερκεῖς.) Acute aduerbiū, ὀξύ. quod quamuis primo de acie ferri dicatur, ſæpius tamen ad animum refertur, idemq; ſignificat, quod ingenioſe, uel ſubtiliter. Cic. pro Cœlio: Si mihi acute, argutéq; reſponderit. Interdū de uoce dicitur, ita ut habeat antitheton Grauiter: ut, uox acute ſonans, apud Ciceronem de Somnio Scipion. Nonnunquam & de uiſu, pro clare, perſpicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum. ut Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uitiis tam cernis acutū? Acutulus diminutiuum, idem quod ſubacutus. Cice. 3. de Natu. Deor. Breues & acutulas concluſiones.

ACVSTICI, (ἀκουστικοί) ſunt auditores: quales erant diſcipuli Pythagoræ. Ille enim a ſuis auditoribus, ut minimum, biennium exigebat, quo illis tantum audire, non etiam loqui, licebat.

ACYLAS, (ἀκύλας) Philoſophi nomen, qui Dialecticos Commentarios conſcripſit de ſyllogiſmis. Suidas.

ACYLON, ſeu potius Acylos (ἄκυλος Suidæ) fructus eſt ilicis fœminæ. Plin. lib. 16. ca. 6. Ilicis glans utriuſque breuior, & gracilior, quam Homerus Acylon uocat: eoq; nomine à glande diſtinguit. Maſculas ilices negant ferre. Dicitur ét hoc nomine fructus arboris cuiuſdam, quæ mediam quandā naturā obtinet inter ſuber & quercum, quæ ob id Phellodrys uocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 89.

ACYPHAS, (ἀκύφας) oppidum eſt in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

ACYTOS, (ἄκυτος Stephano) inſula eſt non procul a Creta e regione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

ACYROLOGIA, {*Parlare improprio*} (ἀκυρολογία) Latine impropria locutio, qualis eſt illa Verg. 4. Aene. Hunc ego ſi potui, tantum ſperare dolorē. Vbi Sperare, pro Timere dixit: cum propriè ſperemus bona, timeamus aduerſa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter elata, uel non propriis dictionibus obſcurata ſententia: ut, accede ad ignem hunc, iam calſces plus ſatis. Ibi enim nullus ſignificatur ignis. ſed meretrix. Dicta eſt autē Acyrologia, quaſi ἄκυρος λόγος, hoc eſt, improprius ſermo.

A ANTE D.

AD, (πρὸς, καὶ παρὰ cum accuſatiuo) præpoſitio accuſatiuo ſeruiens, proximitatem ſignificat, eamq; frequentiſſime coniunctam cum motu ad locum, uel ad perſonam. Cicero in Vatinium: Veniſti ad fretum per Mauritaniam. Terē. in Andria: Venit ad me Chremes poſtridie. In hoc itaque differt a præpoſitione Apud q hæc nunquā motum, neque ad locum, neque ad perſonā importet: Ad, uero frequentiſſime motui ſeruit, ſæpe etiam quieti, ut infra oſtendemus. Differt quoque a præpoſitione In, quod hæc ingreſſionē termini ſignificet: Ad uero tantummodo acceſſum ad terminū. Vnde recte dixeris, Iudicē, uel prætorē in tribunal ſe cōferre, Litigatorem autē ad tribunal. Sic ad urbē olim, accedebant Imperatores, qui ob res proſpere geſtas triumphum ſibi decerni cupiebant: quibus tamen urbē ingredi, niſi poſitis faſcibus, & abiecta triūphi cura nō licebat. Sæpe etiā, ut diximus, ſine ullo ponitur motu, ut idē ſit quod Apud παρὰ cū datiuo. Cic. pro Cœlio: Habes hortos ad Tyberim. Ita etiā aliquando cum accuſatiuo perſonæ, quo locus citra motum denotatur. Cice. in Verr. Act. 2. Decē fiſci ad Senatorē relicti. Idem Attico li. 8. Dionyſius ad me fuit bene mane. Hoc eſt, domi ſenatoris, domi meæ: Accuſatiuus perſonæ: pro loci accuſatiuo. Multiplex præterea huius præpoſitionis eſt uſus: ut cum pro In, ponitur. Cic. in Piſon. Deprehenſus denique cum ferro ad Senatum eſt. Pro Circa. Cic. Att. Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem uelim. Pro Circiter. Terent. Heaut. Talenta ad quindecim coegi. Pro Verſus: ut, ad Oriētem, ad Meridiem. Sic, Ad ſydera, Ad cœlū tendere manus, ſiue oculos. Verg. 1. Aen. Duplices tendens ad ſydera palmas. Pro Præ. Teren. in Eunuc. eſt'ne, ut fertur forma? P. Sane. CH. At nihil ad noſtram hāc. Pro poſt. Cic. Att. 12. Neſcio, quid interſit, utrum illuc nunc ueniam, an ad decem annos. Pro Propter. Propertius. Eleg. lib. ulti. Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liu. ab Vrb. 1. inde cum aliæ boues quædam ad deſiderium (ut fit) relictarum mugiſſent. id eſt, propter deſiderium, uel præ deſiderio. Interdum etiam idem ualet quod Pro Plaut. in Aul. Venimus coctum ad nuptias. id eſt, nuptiarum cauſa. Terent. in Heaut. Argentum dabitur ei ad nuptias. Cic. 5. Ver. Qui ad iſtiuam pecuniam contulerunt. Pro Antecut, Ad limina expectare. Ver. 4. Aen. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Ad pedes ſe abiicere. Cic. Attico lib. 2. Clodius abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit. Pro præter. Terent. in And. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Pro ſecundum, ſimilitudinē ſcilicet ſignificans: ut, Ad arbitrium, ad nutū alterius. Cic. de Amic. Ad iſtā faciem quæro. Pro Quantum ad Cice. 3. Ver. Vidi ſimul cum pop. Ro. forū, comitiumq; adornatū ad ſpeciē magnifico ornatu: ad ſenſum cogitationemq; acerbo & lugubri. Id eſt, Quantum ad ſpeciē, Quantum ad ſenſum. Pro Vſque ad uel Vſque in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæſar: Ad horam nonā in anchoris expectauit. Liuius: Ad lucem acerrime pugnatum eſt. Aliquando ſignificat rei uſum. Cic. 6. Ver. Quo ſolitus erat uti ad feſtos dies, & ad hoſpitum aduentum. Aliquando officium. Vnde Ad manus ſeruus dicitur, qui et A manu, ſiue Amanuenſis, de quo antea. Sic Ad cyathos ſtare, dicuntur pincernæ uini adminiſtratores. ad limina cuſtos, qui eſt æditūus. Iungitur & cum gerundiis in dum: ut, iuit ad lauandum. Terent. in And. Nec ſatis ad obiurgandū cauſæ. Sunt aliæ quoque huius præpoſitionis locutiones: ut, Ad pedes deſilire, Cæſ. pro de æquo deſcendere. Ad dextram, ad ſiniſtram, ſcilicet manum Teren. in Adel. Ad ſiniſtrā hac recta platea.

Ad extremum, Ad poſtremum, Ad ultimum, quæ aliquando ordinis ſunt, uel temporis, & pro denique, uel poſtremo, uel tandem accipiuntur: aliquando nullius ſunt ordinis. Ad ſummam, id eſt, in ſumma, ſiue denique, poſtremo. Cic. Att. 10. Iurabat ad ſummam, quod nullo negotio faceret. Ad ſummum uero ad numerum refertur. Idem: Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Ad uerbum, idem eſt: quod, de uerbo ad uerbum. Ci. Fabellas Latinas ad uerbum de Græcis expreſſas. Ad unum, idē quod nullo excepto. Liu. 2. ab urbe: Quos Conſul Romanus in Algido conſequutus, ad unum omnes occidit. Sic Ad lyram canere, Ad lucernam ſtudere. Et Cice. Ad eum nuntium commoti ſunt omnes. id eſt, audito eo nuntio. Ouid. Mortua, crede mihi, tamē ad tua uerba reuixi. Cæterum notandum, quod Ad, in compoſitione cum iungitur dictionibus incipientibus a c f g l n p r s t, mutatur d in literas ſequentes: Vt Accurro, Afferro, Aggrego, Alligo, Annumero, Appono, Arrogo, aſſiſto, Attribuo. Excipiuntur Agnoſco, in quo d abiicitur, aut in g mutatur, ſicut in Agnatus, euphoniæ cauſa: ſimiliter Adſum, ubi d remanet, ſicut ſuo dicetur loco. Sed ſi cōponatur cum a b d e h i o u, ſemper d integra manet: ut, Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, aduoco. Si uero cum q, d mutatur in c, ut Acquiro. Anquiro autem ab Anſit, quod ſignificat circum, ut latius ſuo loco dicetur.

ADA, (ἄδα) filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemiſiæ ſoror, quæ Hydrieo fratri nupſit: ut tradit Strabo lib. 14.

ADADATA, (ἀδαδάτα) ciuitas Piſidarum, ad Taurū mōtē. Strabo li. 12.

ADAD, teſte Macro, nō Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Aſſyriorum ſummus habebatur Deus. Cui etiam deam Atargatim uxorem aſſignabant. per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes, q ex his duobus potiſſimum cuncta crederent procreari. Vide Macrob. 1. Saturn.

ADÆ, (ἄδαι) oppidum eſt Aeolidis, 40. ſtadiis ab Hydera promontorio diſtās non procul a Cuma. Auctores Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 30.

ADÆQVE, {*Parimente. Boc. Le donne parimente & gl'huomini*} (ἐπίσης) ſignificat peræque, pariter, æqualiter. Plaut. in Caſ. Neque eſt, neque fuit me ſenex quiſquam amator adæque miſer.

ADÆQVARE, {*Spianare*} (ὁμαλίζειν) idem propriè quod æquare, hoc eſt complanare. Liu. 1. ab Vrbe: Romanus paſſim publica priuataq; omnia tecta æquat ſolo. Bud. in Epiſt. & Com.

ADÆRO, as, are, pe. pro. {*Stimare à contanti*} ab ære deductum, ſignificat ære æſtimare, ἐξαργυροῦσθαι Bud. Annot. 2.

ADDAGGERO, ras. (ἐπιχωματίζω) uide in dictione Aggero.

ADAGIVM, gii, & apud antiquos Adagio, onis, {*Prouerbio*} (παροιμία) eſt ſententia breuis, rebus temporibusq; accommodata, tectum latentemq; in oratione ſenſum obtinens. Dictum Adagium, quaſi circumagium, quod teſte Varrone paſſim per hominum ora obambulet.

ADALLIGO, as, are, (προσδέω) ad aliquid ligo. Pli. lib. 20. cap. 21. Quin & ſemen tritum adalligant bracchio.

ADAM, (ἀδάμ) Hebraica lingua (ſicut lib. 1. Ioſephus ſcribit) idem eſt quod Ruber: quoniam conſperſa rubra terra factus eſt.

ADAMANTEVS, a, um, pen. pro. {*Coſa fatta di diamante*} (ἀδαμάντειος) idem quod adamantinus. Ouid. 7. Metam. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

ADAMANTINVS, a, um, pen. corr. {*Adamantino*} quod eſt ex adamante. ἀδαμάντινος. Horat. lib. 1. Carm. ad Agrippam: Quis Martem tunica tectum adamantina. Digne ſcripſerit.

ADAMANTIS, idis, (ἀδαμαντίς) herba quædam eſſe traditur a Magis, Armeniæ Cappadociæq; alumna, qua admota leones reſupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem uidem hanc tradunt, q cōteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Vide Plinium lib. 24. cap. 17.

ADAMAS, pen. cor. {*Diamante. Arioſt. can. 44. Formar'in uarie imagini Diamante*} (ἀδάμας) lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab α, priuatiua particula, & δαμάζω. domo, q duriſſimus credatur, & nulla ui domabilis: quod tamen falſum eſſe ſæpius compertum eſt. Nulla tamen re facilius, q̄ hircorum calido ſanguine, diſſoluitur. Sunt autem adamantum genera quatuor: ſcilicet, Indicus. Arabicus, Macedonicus, & Cyprus. Qui in India naſcitur, neque magnus eſt, ac nucleus auellanæ: cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inuentus eſt, olim, cucumeris ſemini par eſt magnitudine. Cyprius colorem æreum repræſentat, & in medicina plurimum ualet. Eſt etiam Adamas cognomine Siderites, q ferrei ſit ſplendoris, cæteris adamantum generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, ut pote qui frangatur facilius & adamante alio perforetur, atque eo qui Cyprius eſt. Volunt quidam in adamante Indico (qui omniū pretioſiſſimus eſt) tantā ineſſe uim, ut iuxta magnetem poſitus, ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena præterea, lymphationes, metusq; uanos abigit ex hominum mentibus. Eſt etiam hoc nomine herba quæ & Hyoſcyamus et Apollinaris uocatur. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 59. & Plinium lib. 37. cap. 4.

ADAMASTOR, Vide Damaſtor.

ADAMASTVS, (ἀδάμαστος) Ithacēſis fuit, pater Achæmenidis, ſocii Vlyſſis: ut uidere eſt apud Verg. Aen. lib. 3. Latine interpretari poſſumus indomitum, ab α priuatiuo, & δαμάζω, domo.

Adamā-

ADAMIANI, hæretici, ab Adam nominati, cuius imitantur nuditatem, qua fuit in Paradiſo ante peccatum. Credebant enim, quod nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaque mares fœminæq́; conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant ſacramenta.

ADAMO, mas, pen. cor. {*Amare teneramente, fortemente, honeſtamente, amoreuolmente*} amatorie amo ut placet Vallæ. ὑπερφιλεῖν. Quintil. Me quidem, marite, ſi quis interroget, omnes matres liberos ſuos, tanquam adamauerint, amant. Interdum Adamare eſt honeſte, ac ualde amare, & de quacunque re dicitur. Cic. lib. 3. de Orat. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamarat.

ADANA, orum, (ἄδανα, τά) urbs Ciliciæ, ita dicta ab Adano, qui eo coloniam deduxit una cum Saro, poſtquam bello aduerſus Tarſenſes geſto, inferiores diſceſſiſſent. Auctor Stephanus. Meminit urbis huius & Pli. li. 5. ca. 27.

ADANI, (ἀδανοί) inſulæ duæ ſunt in ſinu Arabico, quas commemorat Ptolemæus.

ADAPERTVS, a, um, {*Aperto, mezz'aperto*} (ὑπανοικτός) idem quod apertus uel ſemiapertus. Ouid. li. 1. Amor. Eleg. 5. Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ.

ADAPTO. Vide apto.

ADAQVO, quas pen. cor. {*Adacquare*} ex Ad & Aquo: id eſt, aqua reficio, ποτίζω: ut, Adaquare arbores. Pli. lib. 17. cap. 10. Ternas ſimul ferendas trianguli ratione, palmo inter ſe diſtantes, denis diebus adaquari, donec grandeſcant. Suet. in Calig. Ita decreuit, ut ad locum, ubi adaquare ſolebat iumentum, duceretur capite inuoluto.

ADARCES, Dioſcoridi (ἀδάρκης) ſalſugo quædam gelata, paluſtribus in locis, iiſdemq́; humidis, proueniens, quibus exiccatis condenſari ſolet, atque harundinibus adhærere. Pli. li. 16. ca. 36. & lib. 22. cap. 10. Adarcam uocem Latinam agnoſcit: traditq́; naſci in cortice calamorum, ſub ipſa coma, ex ſpuma aquæ marinæ cum dulci commiſta, & a nonnullis καλαμόχνουν, hoc eſt, harundinaceam lanuginem uocari. Vide Hermolaum in Plinium, & Marcellū Verg. in Dioſcoridem.

ADARESCO, res, rui, pen. pro. {*Seccare. Pet. Tal che ſi ſecchi ogni ſua foglia uerde*} idem quod areſcere, ſiue exareſcere, (ξηραίνεσθαι) Vtitur eo. Cato de Re ruſt. cap. 98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea ungito fundum arcæ, & extrinſecus pedes & angulos, ubi ea adaruerit, ueſtimenta condito.

ADASSINT, ſiue (ut Feſtus legit) Adaxint {*Spingere*} ueteres dixerunt pro Adigant. Plaut. Vtinam diui adaſſint ad ſuſpendium.

ADASVS, ſpecies tunicæ: ſic dictæ, q ab humeris non erat conſuta. Perottus.

ADAVGEO, & **ADAVCTO**, (αὐξάνω) Vide Augeo.

ADBIBO, is, adbibi, adbibitum {*Bere oltra miſura*} largius bibo. ἐπιπίνω. Terent. in Heaut. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora. Accipitur & pro imbibere per metaphoram. Horat. 1. Epiſt. Nunc adbibe puro pectore uerba puer.

ADDAX, (στρεψίκερως) animalis quoddam genus eſt in Africa, quod cornua habet erecta, rugarumq́; ambitu contorta, & in leue faſtigium exacuta, ita ut lyras diceres. Græci a contortis cornibus στρεψίκερωτα appellant. Hæc fere Plin. lib. 11. cap. 37.

ADDEPHAGIA, {*Auidità di mangiare inſatiabile*} (ἀδδηφαγία) inexplebilis edendi auiditas: παρὰ τὸ ἰδεῖν ἄδδην, hoc eſt, ab auidius edendo dicta. Hæc apud Siculos pro dea colebatur: ubi etiam templum habebat ſibi peculiariter dedicatum. Vide Cœl. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

ADDENSEO, ſes, ſui, {*Stiuare*} ex Ad & Denſeo, teſte Seruio, ſignificat denſum facere, ſtipare ſiue conſtipare, πυκνόω. Verg. 10. Aene. Extremi addenſent acies. Verbum rariſſimum.

ADDENSO, as, are, {*Sgelare*} idem quod addenſeo. Pli. li. 10. ca. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio, atque lacteſcere.

ADDICO, cis, pen. pro. {*Vendere all'incanto, dare, attribuire, aſſignare, deſtinare, obligare*} ſignificat auctionem facere, hoc eſt, bona ſua proſcribere, & licitatibus tradere, & rē uenalē ei, qui plus cæteris obtulerit, adiudicare. Græce ἀποκηρύττειν dicitur. Pli. li. 35. ca. 11. Tabulas inde omneis ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas, Scaurus ædilitas Romā tranſtulit. Addictas, hoc eſt publice uenditas. Suetonius in Cæſ. Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ nummo, ſeu (ut quidam legunt) nummo addixit. Et Addicere (καταδικάζειν) Prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & uitæ, & necis haberet poteſtatem, cum ſoluendo non eſſet. Cicero in Piſonem: Nonne Fuſidiū debitorē creditoribus ſuis addixiſti? Vnde Addicti (ut eſt apud Vallam li. 5.) καταδεδικασμένοι. Eſt enim unum ex tribus uerbis Prætoriis, quæ ſunt hæc. Do, Dico, Addico. Ab hac forenſi ſignificatione refertur etiā ad alia: ut in diſciplina Augurali aues dicuntur Addicere, quando ratum faciunt Auſpicium. Liuius: Fabio auſpicāti aues ſemel atque iterum non addixere. Addicere opus aliquod, pro locare faciendum. Cic. 3. Verr. Addicitur id opus H-S. D L X. millibus. Et Addicere ſententiam, pro uendere. Cic. Phil. 2. Cum neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequens ſenatus agendo te de uendita atque addicta ſententia mouere potuit. Addicere ſupplicio, morti: pro damnare, deſtinare, deuouere. Cic. Philippica. 3. Gladiatorio generi mortis addictus. Addicere ſe cupiditatibus, petulantiæ, intemperantiæ. &c. Pro ſe dare uel dedere. Quemadmodum & apud Horatiū 1. Epiſt. Nullius addictus iurare in uerba magiſtri. Addicte, aduerbium: ut apud Tacitum lib. de Germ. moribus: Trans Lygios Gothones regnant, paulo iam addictius, q̄ cæteræ Germanorum gētes, nondum tamen ſupra libertatem. Addictio, onis, uerbale, κατακύρωσις. Cice. 2. Verr. Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionumq́; contra omnium inſtituta addictio, & condonatio.

ADDISCO, ſcis, {*Imparar bene*} per duplex d, bene diſco, (προσμανθάνω) uel ad ea quæ didiceram, addo. Ci. de Senectute: Solon dicebat ſeneſcere ſe in dies multa addiſcentem.

ADDITAMENTVM, ti, {*Accreſcimento*} acceſſio, αὔξησις. Ci. pro Seſtio. Interceſſit Ligus iſte neſcio quis, additamentum inimicorum meorum.

ADDITVS, ta, tum, pen. cor. {*Aggionto*} (προστεθειμένος) adiunctus. Quandoque inimicus. Sic enim interpretatur Seruius illud Vergilii. 6. Aene. Nec Teucris addita Iuno Vſquam aberit.

ADDIVINO, as, are, {*Indouinare*} idem quod diuino, (μαντεύομαι) Plin. li. 31. cap. 10. Vt Appion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem, &c.

ADDO, dis, {*Aggiungere. Boc. Gio. 1. In fine. Aggiungere e me nomare poſſiate*} affero acceſſionem, adiungo, (προστίθημι:) ut, Hoc meis malis, uel Ad meæ mala additur. Ci. Appio Pulchro: Illud uelim ſic habeas, q intelliges hac re noua, te additum, potius aliquid ad meum erga te ſtudium (cui nihil uidebatur addi poſſe) quam quicquā eſſe detractum. Addere animum. i. augere. Plaut. in Amphit. Vbi noſtra anotus additus.

ADDO, das, ad data addo, προσδίδωμι. Plau. in Truc. Tuo arbitratu, quod iubebis, addabitur.

ADDOCEO, {*Inſegnare*} idem quod doceo, uel ad iam docta aliquid addo, προσδιδάσκω. Horatius: Sollicitus animis onus eximit, addocet artes.

ADDORMIO, {*Addormentarſi. Boc. Gior. 7. N. 4. S'addormenta per le tauerne*} (κοιμάομαι) uel addormiſco, cōtrarium eſt eius quod eſt, expergiſcor. Suet. Et quoties poſt cibum addormiret (quod ei fere accidebat) olearum ac palmarum oſſibus inceſſebatur. Alii addormiſceret.

ADDVA {*Adda*} fluuius eſt Inſubriæ, qui per medium Larium lacum fertur, ita ut aquæ non commiſceantur. Claudianus: Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas. Vide Plinium lib. 2. cap. 103.

ADDVBITO, as, {*Dubitare alquanto*} aliquātulum dubito. Cic. Cecinnæ: Habes augurium meum: quo, ſi quid addubitarem, non potius uterer, q̄ illa conſolatione.

ADDVCO, cis, pen. pro. {*Condurre. Boc. Gior. ult. No. 9. Egli ui condurrà in parte*} ad aliquē duco. προσάγω. Teren. in And. Audiui Archillis, iandudum Leſbiam adduci iubes, &c. Interdum cogo, & quaſi renitentem ad aliquid faciendum impello. Cic. in Verrē. Act. 2. Adductus ſum Iudices, officio, fide, miſericordia. Interdum eſt contrahere, ſυστέλλω. Verg. lib. 3. Geor. ubi ignea uenis Omnibus acta ſitis miſeros adduxerit artus. Vnde Adductam frontē irati habere dicuntur, hoc eſt, contractā & conſtrictā. Interdum intorquere, rotare. Idē li. 9. Ipſe ter adductas circum caput egit habenas. Interdum produco, extendo. Ver. Aen. 9. Ocyus adducto torquens haſtile lacerto. Aliquādo declaratē per uerbum Redigere. Cic. in Læl. Contracta res eſt, & adducta in anguſtū.

ADDVPLICO, as, are, {*Addoppiare*} idem quod duplico, διπλάζω. Plaut. in Pœnulo: Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

ADECHASTVS, (ἀδέχαστος) proprie dicitur, qui nulla accipit munera, ab α priuatiua, & δέχομαι. Vnde Adechaſti iudices, dicuntur incorrupti, & qui nullis muneribus a recta illa iuſtitiæ trutina poſſunt deflecti. Vide Cæl.

ADEDO, dis, pen. cor. {*Conſumare, mangiar tutto*} in totum edo, conſumo, καταφαγεῖν, κατεσθίω. Vnde Adeſum, conſumptum. nam ibi Ad, auget. Verg. 4. Geor. Nam ſæpe fauus ignotus adedit Stellio.

ADELPHI, (ἀδελφοί) fratres, quaſi nō ſoli. Delphon enim priſca lingua Græcorum unum ſignificat: unde Apollo, id eſt, Sol (Macrobii ſentētia) Delphios dicitur, quaſi unus & ſolus. Alii ab α deducunt, quod interdū ſignificat ὁμοῦ, ſimul & δελφύς quod uuluam uel uterum ſignificat: ut Adelphi dicantur, qui ex eodem utero prodierunt. Hoc nomine Terentius Comœdiam quādam inſcripſit, in qua Aeſchinus, & Cteſipho fratres introducuntur.

ADELPHIDES, pen. cor. (ἀδελφίδες) palmæ ſpecies eſt, ſapore q̄ proxime ad caryotas accedens: unde & Adelphides dictæ ſunt, quaſi caryotarum ſorores. Auctor Plin. lib. 13. cap. 4.

ADELPHIVS, (ἀδέλφιος) Hiſtoricus fuit M. Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conſcripſit, in qua ipſe & adfuit, & præfuit. Strabo libr. 11.

ADENES, {*Scrouole*} (ἀδένες) pen. cor. glandulæ ſunt in gutture, ex carne in duritiem contracta, quæ alio nomine χοιράδες, hoc eſt, ſcrophulæ uocantur. Plin. lib. 11. cap. 37.

ADEO, {*Coſi, tanto. Pet. Frondi tanto honorate*} (τοσοῦτον, οὕτως) ſecunda ſyllaba breui, aduerbium eſt, & ſignificat Vſque eo, uel Intātum. Quintil. Nūquā adeo pro nobis ſolicita eſt lex, ut quod præſtet, extorqueat. Quandoque ponitur pro ualde, ſiue multum. Teren. in Eunucho: Inuenē adeo nobilē. Poſt Atque, ſubiunctum, eſt correctiua, uel augmentatiua particula, idem ſignificans quod imò, uel potius. Cic. pro Cluentio: De foro, atque adeo de ciuitate ſublatus eſt. Quandoque pro certe, ſine dubio. Idem Geor. 2. Multum adeo caſtris glebas qui frangit inertes, Vimineasq́; trahit crateis. Quandoque pro modo. Terent. And. Tute iam adeo eius audies uerba. Apud poetas, præſertim Comicos, ſæpe eſt particula ornatiua, ſeu mauis expletiua: quippe nihil ad ſenſum conferens, ſed uel ad ſermonis ornatum, uel metrum explendum adhibita. Ibidem: Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.

ADEDVSQVE, {*Fin che. Pet. Et ſarà ſempre fin ch'io le ſia in braccio*} ſiue una eſt dictio, ſiue duæ, idem eſt quod Vſque adeo. Plau. in Aſi. Age age mūſcro Tuo arbitratu, uel adeo uſque dum peris. pro Vſque dum, id eſt, donec.

ADEO, adis, adiui, uel adii, aditum, pen. cor. {*Andare*} id eſt, accedo, (προσέρχομαι) ut, Adeo prætorem. Cic. 1. Acad. Tribunum aliquem cenſeo adeant. Adire hæreditatem eſt ſe hæredem profiteri, & pro hærede ſe gerere. Cice. 3. Phil. Cum ipſe patris hæreditatem non adiſſes. Interdum pro ſubire, uel ſuſcipere: ut, Adire labores, Adire periculum capitis, apud Ciceronem pro Sext. Roſcio. Aliquando adoriri, & aggredi, ἐπιχειρεῖν. Vergil. 2. Aeneid. Nec quiſquam ex agmine tanto Audet adire uirum. Huius paſſiuum protulit. Ci. 2. Tuſc. Illa pericula adeuntur in prœliis. Aditur impersonale. Cice. 4. Verr. Antequam in ius aditum eſſet.

ADEPS, {*Graſſa, lardo ſongia. Bocc. Gior. 1. Nou. 6. Della graſſa di Santo Giouanni Boccadoro onger le mani*} (στέαρ) medicis, cæteriſq́; qui anatomen ex profeſſo tractant, dicitur unctuoſum illud, quod muſculorum extremitatibus mēbraniſ'ue adcreſcit ex frigida portione ſanguinis, quæ e uenis excidens, cū ſanguinibus, ideoq́; frigidis mēbranis adhæret, ibidēq́; non ſecus, atque oleū frigore concreſcit. Vnde & in corporibus, quibus frigidior eſt natura, copioſior: in calidioribus parcior gignitur. In uentre inferiore magna in primis eius copia colligitur, q ea pars mēbranoſa ſit, et a fonte caloris longiuſcule diſſita. Differt itaque Adeps, ab eo quod Latini Pingue, uel Pinguedinem, Græci λιπαρὸν appellant, duplici ratione: primum ſitu ipſo: q ille muſculorum, (ut diximus)

extremitatibus, aut membranis adhæreat: Pingue, teſte Plinio li. 11. ca. 37. inter carnem & cutem ſitum ſit. Deinde q; adeps frigore concreſcat duruſq; fiat & fragilis. Pingue neque congeletur, neq; durum aut fragile euadat. Rurſus a Seuo Adeps diſtinguitur, ut eodem ui loco docet Plinius, q; Adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ biſulca ſunt, ſciſſiſue digitis, & non cornigera: Seuum uero in cornigeris, iiſq; una tantum ex parte dentatis & talos habentibus. Hæc tamen differentia ne ab ipſis quidem medicis ſemper obſeruatur. Apud cæteros uero ſcriptores nullo pene diſcrimine omnia hæc confunduntur: adipiſq; uocabulum latiſſime ſumitur, ut etiã ad ſeuum, & pingue extẽdatur: Exẽpla paſſim occurrent. Effertur autem hoc nomẽ modo maſculino, modo fœminino genere. Pli. li. 28. ca. 9. Maſſurius palmã dediſſe lupino adipi antiquos tradit: ideo nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas, nequid mali medicamenti inferretur. Idem li. 30. ca. 3. Protinus uel ptiſanæ, uel alicę, uel oryzę cremor dandus eſt, cum recens adeps cocta ſit. Sæpius tamen maſculinum eſt. Legimus & Adipes plurali numero: quod tamen rarũ eſt. Pli. li. 8. cap. 36. Illi ſunt adipes medicaminibus apti. Hinc Adipatus, a, um, (ςεατώδες) adipem admiſtum habens. Vnde Iuuenal. Sat. 6. Adipata dixit, pro cibis adipis admiſtione confectis. Liuida materno feruent adipata ueneno. Cic. in Orat. ad orationem tranſtulit, Adipatamq; orationẽ dixit, pro pingui. Adſciuere (inquit) ſuis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

ADEPTVS, ta, tum, {*Acquiſtato. Boc. Gior. ult. N. 8. Coſi tu hauerai perduto queſto, che io non hauerò acquiſtato*} aſſecutus, acquiſitus, inuentus, ἐπιτυχών. Pli. li. 7. ca. 24. Tam multis gloriam eius adeptis. Cic. de Senect. paſſiue protulit: Quam ut adipiſcantur, omnes optant: eandem accuſant adeptã. Hinc Adeptio uerbale, idem quod conſecutio, ἐπιτυχία. Cic. 2. de Fin. Nos beatam uitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus.

ADER, locus nõ procul a Bethlehem, ubi Seruatoris noſtri ortum canẽtes angeli paſtoribus annunciarunt: ita appellatus a Patriarcha Iacob, ſiue q; ſua ibi pecora paſceret, ſiue q; diuino ſpiritu illuſtratus, myſteriũ ibi futurũ præuideret.

ADERCO, (ἄδερκον) Hiſpaniæ urbs eſt Stephano: cuius ciues dicuntur Aderconitæ, ἀδερκωνῖται.

ADES, a Græcis dicitur inferorum deus, quem nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab α priuatiuo, & εἴδειν, uidere: propterea q; in denſiſſimis inferorum tenebris, nocteq; profunda perpetuo agens, nihil cernere uideatur. Nam ſine aeris lucidi medio (qui apud inferos nullus eſt) uiſio fieri nõ poteſt. Græci tamen Grammatici dictionis huius principium contra etymi naturam aſpero ſpiritu ſcribendum præcipiunt. Fuit etiã Ades, ſiue Hades (ἅδης) Moloſſorum rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherõtem fluuium conatus eſt rapere Pirithous. Vnde factus eſt locus fabulæ, Pirithoum ad inferos deſcendiſſe, & uxorem Ditis Perſephonem, quæ & Cora (κόρη) a Gręcis dicitur rapere uoluiſſe. Vide Cœl. Rhod. li. 7. ca. 15. & Plutarchum in Theſeo: qui tamen regem hunc non Adem uocat, ſed Aidoneum.

ADEQVITO, as, (προσιππάζω) Vide Equito.

ADESDVM, {*Sta qui*} ex Ades, quod imperatiuum eſt, & Dum particula nihil ſignificante. Eſt enim productio, & adiectio ſyllabæ: ut, Ehodum ad me.

ADESPOTVS, (ἀδέσποτος) nullius dominio ſubiectus. Vnde ἀδέσποτοι libri uocantur, qui nullum titulo domini nomen profitentur. Et Plutarchus in uita Ciceronis ἀδέσποτον ἐπιςολὴν uocat, in qua ſcriptoris nomen erat ſuppreſſum. Et adeſpota bona (ἀδέσποτα κτήματα) a Budæo uocantur, quæ cum iuſtum hæredem non inueniant, ad fiſcum deuoluuntur.

ADESVRIO, is, {*Hauer gran fame*} ualde eſurio, (βουλιμιάω) Plaut. Adeſurium magis, & inhiauit, acrius lupus.

ADESVS, a, um, {*Mangiato*} ab Adedor, id eſt, conſumptus. ἀποβεβρωμένος. Cic. 2. Tuſc. Cum uero adeſum, inflatu renouatum eſt iecur. Vnde Adeſa pecunia, per metaphoram pro Conſumpta, apud eundem.

ADFREMO, is, (προσφρυάττω) ad aliquid fremo. Val. Flac. Argon. 1. Adfremit his, quaſſatq; caput.

ADFRINGO, is, ad aliquid frango. Sta. 5. Theb. Pleniſq; adfringere paruos Vberibus, ferroq; omnes exire per annos.

ADHABITO, tas, pen. cor. {*Habitar uicino. Boc. Gior. 7. No. 4. Molti che uicino al giardino habitauano*} iuxta habito, uel propius accedo, πλησιάζω. Plaut. in Capt. Aedepol nanque ſi adhabites propius, os denſabit tibi. Vbi tamẽ Adites, potius legendum uidetur.

ADHÆC, ſiue Adhoc, {*Oltre à ciò*} id eſt, præterea, quaſi præter ſupra iam dicta. πρὸς τούτοις, ἔτι τούτῳ. Cic. pro Flacco: Adhæc prædia incenſa dedicauiſti. Salluſtius in Iugurtha: Ad hoc, pleraque tempora in uenando agere: leonem atque alias feras primus uel in primis ferire.

ADHÆREO, {*Accoſtarſi, ſtar appoggiato. Pet. Poi ch'io ſeppi chi eran piu ſicure, M'accoſtai loro*} (προσκολλάομαι) affixus maneo, arctiſſime inſideo, adhærens ſto, approximo. Cic. 1. Verr. Tela in tuis uiſceribus adhærebunt. Hinc Adhæreſco, adhęrens fio, uel idem quod adhæreo. Cic. Offi. 1. Omninoq; iuſtitiæ, honeſtatiq; adhæreſcet.

ADHÆSIO, {*Accoſtamento*} uerbale, ipſe actus adhærendi, προσκόλλησις. Cic. 1. de Fin. Et copulationes, & adhæſiones inter ſe, &c. Item Adhæſus, us, pro eodem. Lucret. lib. 3. Nam neque pulueris interdum ſentimus adhæſum.

ADHALO, {*Aſpirare, pigliare fiato*} (ἐπιπνέω) afflo, aſpiro. Pli. li. & cap. 22. Nunc quidem, ſi ſerpẽtis cauerna iuxta fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit.

ADHAMO, {*Obligare, pigliare all'hamo*} (ἀγκιστρόω) idem eſt quod obligo, irretio. Cic. 2. Acade. Qui enim ſerius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe. Deducitur ab hamus, quod catenam, & uncum quo piſces ineſcantur ſignificat.

ADHIBEO, pen. corr. {*Vſare & mettere diligenza*} appono, admoueo, adiungo, adiicio. Et tam ad res, q̃ ad perſonas refertur: habetq; pene ſemper accuſatiuum. Cicero 1. Famil. Adhibui diligentiam, quotieſcunque Senatus fuit, ut adeſſem. Terent. Phorm. Nunquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam.

ADHINNIO, is, ire, {*Annitrire*} (προσχρεμετίζω) proprie eſt equorum, cum ſe mutuo conſpicientes, audientes, aut olfacientes, hinnitum emittunt. Ouid. 1. de Arte: Fœmina compedi ſemper adhinnit equo. Per metaphoram accipitur pro eo quod eſt alicuius orationem cum plauſu excipere, aſſenſumq; noſtrum clara uoce teſtari. Cic. in Piſon. Sic ad illius hanc orationem adhinnit. non magiſtrum uirtutis, ſed auctorem libidinis a ſe illum inuentum arbitraretur.

ADHORTOR, aris, {*Confortare Boc. Et confortaualo che d'agnato uſciſſe*} (προτρέπω, προτρέπομαι) idem quod ſimplex Hortor. Cic. 1. Offi. Ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus adhortari. Inde Adhortatio uerbale, (παραίνεσις) idem quod hortatus, uel admonitio.

ADHVC, {*Fin qui*} aduerbium cõpoſitum ex Ad, id eſt, Vſque & Huc: & ſignificat Etiamnunc, Etiamtum, Hactenus, uel Ad hoc tempus, μέχρι τούτου ἔτι, προσέτι. Auctor ad Heren. lib. 4. In his quatuor generibus exornationum quæ adhuc propoſitæ ſunt, non inopia uerborum fit, ut ad idem uerbum reuertatur ſæpius. Horat. in Arte: Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Adhuc locorum, eadem figura, qua dicimus, Vbiq; locorum, &c. Plaut. in Cap. Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo.

ADIABARÆ, populi ſunt Aethiopię. Pli. li. 6. ca. 30. Deinde contra Meroen Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere.

ADIABENE, (ἀδιαβηνή) eſt ultra Armeniam regio, quæ Aſſiria ante dicebatur, ut placet Pli. li. 5. ca. 12. Ptolemæus uero, & Strabo Adiabenam Aſſyriæ portionem faciunt, eamq; ad hortum collocant ultra Meſopotamiam. Nomen habet a difficili tranſitu ab α priuatiuo, & διαβαίνω, tranſeo. Amnium enim, qui eam rigant, multitudo, iter reddit impeditum.

ADIACEO, ces, pen. cor. {*Giacer uicino*} iuxta iaceo, adhæreo, πρόσκειμαι. Col. in præf. An putem fortunatius a catamito repulſum ianitore, ſæpe nocte ſera foribus ingratis adiacere.

ADIANOETA, (ἀδιανόητα) id eſt, non intelligibilia. nam διανοέω intelligo ſignificat.

ADIANTVM, (ἀδίαντον) herba eſt quæ aliis nominibus Polytrichõ, Callitrichon, & Capillus Veneris appellatur. Vide Pli. li. 22. cap. 21.

ADIATORIX, (ἀδιατόριξ) Medis cuiuſdã Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui cum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eo miſſam nocte una iuſſu Antonii iugulaſſet, paulo poſt in prælio Actiaco captus, & in triumpho circunductus, una cum filio iugulatus eſt. Vide Strabo lib. 12.

ADIAPHORA, {*Coſa che ſi poſſa uſare in bene & in male*} (ἀδιάφορα) Latine dicuntur promiſcua, ſiue indifferentia, quibus & bene poſſumus uti, & male: qualia ſunt bona corporis, ac fortunæ.

ADIATREPSIAM, (ἀδιατρεψίαν) Græci dicunt Inuerecundiam: (ἀπὸ τῆς ἀσεπτικῆς, καὶ διατρέπω.

ADIECTIVVM, (ἐπίθετον) ab Adiicio fit, quaſi adiunctiuum, quia ſubſtantiuis adiungitur.

ADIECTVS, {*Aggiungimento*} huius adiectus, uerbale ab Adiicio: idem quod Adiectio. Vitruuius li. 9. ca. 9. Cuneorum adiectus, aut exemptus in ſingulis diebus aut menſibus,

ADIGO, gis, pen. cor. {*Conficcare*} ex ad & Ago, ſignificat Vi impellere, ſicut feriendo adigimus cuneum. (βιάζομαι, εἰσφέρειν. Pli. li. 16. ca. 10. In ipſam arborẽ clauus ferreus adigatur. Cæſ. de Bell. ciu. 3. Tantum aberat a noſtro caſtello, ut telum tormentumve miſſum adigi nõ poſſet. Per metaphorã ponitur pro concitare. Impellere. Terent. Adel. Tu homo adiges me ad inſaniã. Item pro aliquo ago, hoc eſt, compello, προσελαύνω. Idem Eunu. Noctu te adigẽt horſum, inſomnia. Cic. loco huius uerbi, Appello uerbo eſt uſus: Inquit enim de Diuin. Viſum eſt in ſomnis paſtorem ad me appellere duos conſanguineos arietes. Item pro Cogeret ut Adigeret in uerba, eſt cogere quempiam, ut in uerba noſtra iure. Sic Adigere iureiurando, ſiue ad iuſiurandum, dicitur, qui cõceptis uerbis, hoc eſt, arbitrio ſuo dictatis alium iureiurando obſtringit. Adactus, participium paſſiui impulſus. Pli. li. 16. ca. 40. Et ne ſic quidem adactus auelli clauus queat. Adactio, uerbale. Liu. 2. Bell. pu. A Tribunis ad legitimã iuſiurandi adactionem tranſlatum.

ADIICIALES COENÆ, Adipaleſq; uocantur ſacerdotum, ut patet ex Feſto, Plinio, Seneca, & Macrobio. In his enim multa extra ordinem, iuſtaq; fercula adiiciebantur. Varro li. 3. de Re ruſt. Primus Q. Hortenſius pauones Augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur.

ADIICIO, cis, {*Aggiugnere, accreſcere. Pet. Ch'aggiugner no'l puo ſtil ne ingegno humano*} (ἐπιβάλλω) pen. corr. ex Ad & Iacio, cum cæteris a Iacio compoſitis, per duplex ii, niſi in poemate, ubi quandoque primam ſyllabam cõtingit breuiari. Statius. Fontibus intentas abicit, monſtratq; cruorem. Verg. Tityre paſcentes a flumine reice capellas. Ibi enim altera abiicienda eſt, ne ſyllaba longa poſitione i duplicis conſonantis, cõtra rationem metri corripiatur. In illo itaque Verg. His germana malis oneras, atque obiicis hoſti: Verbum obiicis gemino ii, eſt ſcribendum. Alioqui prima produci non poſſet. In præterito uero per unicum i, ſcribenda ſunt, ubi a, in e, mutatur: ut Abieci, Adieci, Significat autem Adiicere proprie ad aliquid iacere. Cæſ. Bel. Gal. 3. Vt neque ex inferiore loco ſatis commode tela adiici poſſent. Transfertur quoque interdum ad alia. Sic Adiicere uires, adiicere auctoritatem. Adiicere animum rei uel ad rem, eſt animum appellere, adiungere, applicare. προσέχειν. Adiicere oculos in aliquam rem, (ἐπιχεῖν ὀφθαλμοὺς) eſt cupiditate rei uiſæ teneri. Adiicere calculum, eſt approbare. Conſtruitur autem uel cum datiuo, uel cum accuſatiuo, & præpoſitione Ad, uel In. Adiectio uerbale. Vitru. lib. 9. cap. 9. Sin autem cuneorum adiectionibus & detractionibus correptiones dierũ aut creſcentiæ non probabuntur, &c.

ADILISIVS, (ἀδιλίσιος) mons eſt Bœotiæ, de quo Pli. lib. 4. cap. 7.

ADIMANTVS, (ἀδείμαντος) nomen uiri Athenienſis, fratris Platonis. Laertius lib. 3. Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui cum Themiſtocli exilium obiiceret, Num putas (reſpondit Themiſtocles) exulem quempiam eſſe, qui ducentas habeat triremes. Ex Suida.

ADIMO, mis, pen. cor. {*Torre, portar uia. Boc. Gio ult. No 3. Poſcia che la uecchiezza nel porta uia*} auffero. ἀφαιρέω. Terent. in And. Hanc, niſi mors, adimet nemo. Inde Ademptus, ablatus, ἀφαιρεμένος. Adimere uero ius uerborũ in comitiis, eſt ius ſuffragandi tollere, & tanquã ſexagenarios de ponte deiiĉere. Nam per pontem ſuffragia ferebantur. Cõponitur autem ex Ad et Emo, id eſt, accipio, ut Feſtus uult. Ademptio, uerbale, priuatio, ablatio, ἀφαίρεσις. Cic. pro domo ſua: Id autẽ ut eſſet faciendum, nõ ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

ADIMPLEO, {*Adempire, empire. Pet. E'l ſuo diffetto di tua gratia adempie*} idem quod impleo, (πληρόω) Pli. li. 18. ca. 37. Cochleis oculorum uicem cornicula bina prætentatu adimplent.

ADINDO, is, ere, {*Imporre, aggiungere,*} uerbum antiquum, compoſitum ex Indo, quod & ipſum ex Do, eſt cõpoſitũ ſignificat imponere, immittere, ἐντιθέναι, ἐμβάλλειν. Cato de Re ruſt. cap. 18. Orbẽ oleariũ latũ pedibus quatuor punicanis coagmentis facito craſſum digitis ſex, ſubſcudes lineas adindito.

ADINEO, nis, pe. c. adinuui, adinitũ, {*Mettere appreſſo, ò dentro,*} (ἐπαφίημι) i. in aliquid, uel iuxta immitto. Col. li. 3. Cum ferula fuerit enata, eã findito, & in medullã eius nucem Græcam, uel Auellanã abſcondito: & ita adinito. Hęc Calepinus, corruptis exemplaribus, ut pleriſque aliis in locis, deceptus. Nam in citato Columellæ loco emendatiores codices Adobruito, habent, nõ Adinito.

ADINSTAR, {*In guiſa,*} idẽ quod Inſtar. δίκην, κατὰ δίκην. Ad, enim (ut Valla ſcribit) redundat, Primus autem Serenus Lyricus hanc dictionem uſus paſſe fertur. Vtitur ea & Politianus in Miſcel.

ADINVENIO, is, ire, {*Trouare,*} idem quod ſuum ſimplex εὑρίσκειν. Ci. 2. de Nat. Deo. Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos.

ADIPALE, (στέατινον) pe. pro. adiectiuũ ab Adipe, pro pingui. Vnde Feſtus Adipales cœnas ſacerdotum uocat, quas ſupra Aduciales oſtẽdimus uocari.

ADIPATVS, ta, tum, {*Ingraſſatu & untu,*} (στεατώδης) dicitur, quod addito adipe factum eſt ſuccoſum & pingue. Vnde Adipatæ dapes dicuntur. de quibus in dictione Adeps.

ADIPISCOR, ſceris, {*Aſſeguire, acquiſtare, trouare. Pet. Et come gentil core honor acquiſta,*} ex Ad & Apiſcor, (προσκτάομαι) quod nõ eſt in uſu, a quo Aptus participium uidetur fuiſſe. Vnde Adeptus. Feſtus: Aptus cũ propria ſignificatione intelligitur, poni tamen ſolet pro Adepto: ſicut Apiſci, pro Adipiſci. Nonius de Priſcis dictionibus: Apiſci adipiſci. Lucil. li. 26. Vt ego effugiã quod ego te in primis cupere apiſci intelligo. Dicitur etiã Apiſcor, ſcaris. Luci. Magnam inde apiſcatus infamiam. Inde etiã Indipiſcor, quod ſignificat aſſequor. Plaut. tamen in Aulul. Indipiſcea in actiua uoce dixit. Adipiſcor igitur, quoniam plenius ſonat q̃ Apiſcor, in uſum uenit, & ſignificat quandoque conſequor, ſiue obtineo. lib. 4. ad Heren. Hæc omnia adipiſcemur, ſi rationes præceptionis diligentia cõſequemur, & exercitatione. Plaut. in Trin. paſſiuẽ dixit, Non ætate, uerum ingenio adipiſcitur ſapientia. Aliquando ſignificat conuenio, peruenio, quando. ſ. cum perſona iungitur. Plaut. in Epid. Dij immortales infelicitent te, ut tu is grandibus gradibus. Nam ut ad portum tẽ conſpexi, curriculò occepi ſequi, uix adipiſcendi poteſtas modò fuit. Cic. Nam medio itinere eum adeptus, amplexus ſum. hoc eſt, cum medio itinere ad eũ perueniſſem.

ADIPOSVS, {*Ricco*} (στεατώδης) adipe abundans. In ſacris literis etiam pro diuite accipitur, & opulento, quemadmodum & Adeps pro diuitiis: ut annotauit Hermolaus in Plin.

ADIPSATHEON, (ἀδίψαθον, ἢ ἀσπάλαθος) frutex eſt ſurculoſus, multis ſpinis horrẽs, qui ad Iſtrũ, & in Niſyro, Syria, & Rhodo naſcitur, quoque ad unguẽtorũ ſpiſſationẽ olim utebãtur. Aliis nominibus Aſpalatus, Eryſiſceptron, Diplacon, & Diaxylon nominatur Ruellius putat idẽ eſſe, quod hodie in officinis Lignũ Rhodiũ appellãt, De hoc Pli. li. 24. c. 13. et Dioſ. li. 1. c. 19.

ADIPSA, {*Medicina che ſpegne la ſete,*} (ἄδιψα) dicuntur quæcunque medicamenta, ſitim aut extinguentia, aut obrepere prohibẽtia: quemadmodum Alima (ἄλιμα) quæ fami obſiſtunt. Vtorumq; meminit Plutarchus in Conuiuio Septem Sapientum.

ADIPSOS, (ἄδιψος) ſpecies eſt palmæ uiridis, odore mali cotonei, nullo intus oſſe. Naſcitur in Aegypto, ſimillimum myrobalano in unguẽtis uſum habens. Dicitur & Phœnicobalanus, ubi maturuerit, teſte Pli. li. 12. ca. 22. Eſt præterea Adipſos radix olim in Scythia, hodie etiam in agro Franconienſi naſcens, quam a dulcedine Glycyrrhizam appellant. Vulgus corrupto uocabulo Liquiritium uocat. Vide eundem lib. 22. cap. 8.

ADITIO, onis, {*Andata*} (πρόσοδος) eſt acceſſio. Plaut. in Truc. Quid tibi hanc aditio eſt? Figurate, pro, cur hanc adis? Vbi eſt dignum notatu, caſum uerbi additum eſſe nomini: ut apud Ciceronem: Domum reuerſio: & alia quędam eiuſmodi.

ADITO, tas, pen. cor. {*Andar ſpeſſo,*} frequentatiuum ab Adeo, adis. Plaut. in Cap. Si adites propius.

ADITVS, tus, {*Adito, entrata Boc G. 7. N. 5. Il geluſo ſtette piu notte per voler giungnere il prete à l'entrata,*} ſignificat ingreſſum per quẽ ingredimur & admittimur, πρόσοδος. Ci. 14. Epi. Duo ſunt aditus in Ciliciã ex Syria. Ver. 9. Aen. Aditũq; per auia quæſiit. Vnde quoque pro limine ſeu ianua ponitur. Cic. 4. Philip. Forum ſepietur, claudẽtur aditus, armati in præſidiis, multis in locis collocabũtur. Transfertur etiã aliquando ad incorporea. Idẽ pro Cluentio: Hominibus ignominia notatis neq; ad honores aditus, neq; in Curiã reditus eſt.

ADIVDICO, cas, {*Attribuire, aſſegnare per ſentenza,*} (ἐπιδικάζω, ψηφίζομαι) per ſententiam & iudicium tribuo, aſſigno' ve. Ci. ad Att. li. 5. Nemo enim dubitat, quin domus nobis eſſet adiudicata. Huius contrariũ eſt Abiudicare, (ἀποδικάζειν.) Refertur quoque aliquando ad alias res extra forum decernendas. Cic. Att. 1. Salutem mihi imperii atque orbis terrarum adiudicauit: id eſt, iudicauit me imperio Romano atque orbi terrarũ ſalutem attuliſſe.

ADIVGO, gas, pe. co. {*Congiungere*} i. coniungo, ad aliquid iungo, quaſi ad iugum annecto, ἐπιζεύγνυμι. Plautus per tranſlationem, poſuit pro addo, uel adiungo. Mater eſt terra, ea parit corpus: mater anima adiugat uoluntatem.

ADIVMENTVM, ti, {*Giouamento, aiuto,*} Vide Adiuuo.

ADIVNGO, gis, alligo, annecto, addo, coniungo, adhibeo, apto, accommodo, προστίθημι, συζεύγνυμι. Teren. And. Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant. Huius uerbalia ſunt, Adiunctio. Cic. de Finib, In quibus nulla eſt uirtutis adiunctio. & Adiunctor. Cic. Att. lib. 8. ille Galliæ ulterioris adiunctor. Adiunctus, nomen ex participio. Cic. pro Cluen. Accruatim iam reliqua Iudicis dicã, ut ad ea quæ propiora huius cauſæ, & adiunctiora ſunt, perueniam.

ADIVRGIVM, {*Villania,*} idem quod iurgiũ uel obiurgatio, ἐπιτίμησις, λογομαχία. Plaut. in Menæch. Nec pol filia unquam accerſit patrem Ad ſe, niſi quid commiſſi adiurgii eſt cauſa.

ADIVRGO, as, are, ualde obiurgare, ἐπιτιμάω, ἐγκαλέω. Plautus: At pol quin certa res eſt adiurgare hanc, &c.

ADIVRO, ras, p. p. {*Giurare con efficacia*} ualde iuro, ἐπόμνυμι. Terẽ. in Hecy. Sancte adiurat non poſſe apud uos Pamphilo ſe abſente perdurare. Item Adiurare, eſt incantationibus dæmones eiicere. Græce ἐξορκίζειν dicitur. Lactãt. lib. 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit, quatenus adiurati per CHRISTVM de corporibus quæ obſederint, fugiant.

ADIVTO, tas, pen. pro. {*Aiutare*} frequentatiuum ab Adiuuo, quod etiam pro primitiuo accipitur (βοηθέω) ut in uerſu Ennij apud Cice. de Senect. O Tite, ſi quid ego adiuto.

ADIVVO, as, {*Aiutare, giouare, dare aiuto. Pet. Et ſe qui la memoria non m'aita*} (βοηθέω) pe. cor. opem fero. Teren. in Phorm. Qui me dudum, ut dixti, adiuuerit comiter. Hinc Adiutor, (βοηθός) pen. pro. nomen uerbale (quãuis Iutor à Iuuo raro legatur.) & ponitur pro auxiliatore, participe, ſocio. Et quidẽ Adiutores (ut ſcribit Donatus) dicuntur in re bona: Impulſores in mala. Vnde illud Terentij in Adelphis: Poſtremo hodie in pſaltria iſthac emenda adiutor fuit ironicẽ dictum idem annotauit. Adiutorium (βοήθεια) dicitur officium illud, quod ab adiutore præſtatur. Vale. Maxi. Adiutorio deorum immortalium. Adiumentum (βοήθημα) ſimiliter ſumitur pro auxilio. Cic. 1. Offic. Sed ijs qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum.

AD LIMINA, {*Serui che faceuano la guardia all'entrata della porta*} (θυρωροί) dicebantur ſerui, qui ad atrium, & aditum excubabant, eadem ſcilicet forma, qua A pedibus, dicimus, A memoria, A libellis, pro ſeruis, liberiſve muneris huiuſmodi obeuntibus. Silius lib. 1. de Annibale: Sæpe etiam famulis turbato ad limina ſomno, Expauere trucem per uaſta ſilentia uocem. Qui hoſce eoſdem putauerunt cum Limenarchis (ut in omnibus, quotquot hactenus prodierunt Dictionarijs lectum eſt) toto aberrarunt coelo, ut ſuo loco docebimus.

AD LIQVIDVM, {*Chiaramente, apertamente. Boc. Apertamente confeſſarono*} (ἀκριβῶς τρανῶς) clare aperte, liquido: quo uſus eſt Hieronym. in prologo Eſaiæ: Ita uniuerſa CHRISTI eccleſiæ myſteria ad liquidum proſecutus eſt.

ADMANDO, {*Commettere ad alcuno*} (ἐπιτάττω, προστάττω) ſignificat alicui quicquã curandũ cõmitto. Plau. in Pœn. Reuertor rurſus denuo Carthaginẽ, ſi quid admãdare uultis, aut curarier: argẽtũ mihi qui dederit, nugas egerit.

AD MANVM, {*In punto, apparecchiato*} (πρόχειρον) in promptu, in proximo, & parabile. Seneca: Ad manum eſt, quod ſat eſt.

ADMETIOR, iris {*Miſurare*} (μετρέω τινί) ut, Admetiri militibus frumẽtum, quod Græci dicunt σιτομετρεῖν. Liu. 5. bell. Maced. Frumentum ab Aetolis, quod militi admetiatur.

ADMETE, huius Admetes, (Ἀδμήτη) pen. pro. Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Thegonia.

ADMETVS, pen. pro. (Ἄδμητος Suidæ) Theſſalorum rex fuit, cuius armenta nouem annos Apollinem pauiſſe ferunt, cũ ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Phaeton filius eius erat necatus, Olympo depulſus, humana ſpecie apud mortales exularet: à quo cum perhumaniter tractaretur, ad referendũ patrono beneficiũ à Parcis impetrauit, ut cum fatalis eius dies adeſſet, hac lege mortẽ effugeret ſiquis reperiretur, qui illius uice mortẽ oppetere uellet. Quod cũ amici omnes recuſarent, una Alceſtis uxor uitæ ſuæ diſpẽdio mariti uitã redemit. Cuius beneficij memor Admetus, perpetuas defunctæ uxori Nænias inſtituit. Callimachus tamen contra receptum Poetarum conſenſum, ita ſcribit in Hymno Apollinis: Φοῖβον, καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κεῖνου Ἐξ ὅτ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους, Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο. Hoc eſt, Phœbum & Nomium uocamus, ex quo ſub Amphryzo iugales paſcebat equos, Deo ſimilis Admeti amore accenſus.

ADMINICVLOR, aris, {*Soſtentare, aiutare. Pe. Che poſſi & uogli al gran biſogno aitarme*} (ὑποστηρίζω) proprie eſt, adminicula, hoc eſt pedamenta fulciendarum uitium, aut tenellarum arbuſcularum cauſa erigo. Cice. 5. de Finib. Quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, adminiculetur. Per tranſlationẽ etiã accipitur pro adiuuo. Pro quo etiam legitur Adminiculo, uoce actiua. Cato de lib. educandis: Quoad potui, adminiculaui tuam uoluntatẽ in ſcribendo. Hinc Adminiculatus, nomen ex participio. Gel. lib. 20. cap. 11. Sed eius generis, ſeminiſq; ſint, ex quo facile adoleſcãt, aut ingenia hominũ uegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio ſolertior.

ADMINICVLVM, li, {*Aiuto, ſoſtegno. Pet. Per ſoſtegno di me doppia colonna*} (χάραξ) proprie idem eſt quod pedamentum, hoc eſt, palus ſuſtinendis uitibus, tenellis ve arboribus accommodatus. Cice. de Senect. Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitium. Per tranſlationem idem ualet quod auxilium (βοήθεια) ſiue præſidium. Cic. 3. Offi. Hanc igitur partem explebimus nullius adminiculis.

ADMINISTER, {*Miniſtro*} qui miniſtrat, aut iuuat in aliquo, uel etiam alicui opem præbet, (ὑπηρέτης) Cic. 3. de Legib. Iouiq; opt. maxi. ſe conſiliarium atque adminiſtrum datum.

ADMINISTRO, as, are, {*Gouernare, procurare*} (διοικέω) proprie idẽ eſt quod procuro, guberno, gero, obeo. Cic. 1. Offic. Sine ſeueritate adminiſtrari ciuitas non poteſt. Cæſar. Bel. Gal. lib. 7. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit. Hinc deducitur Adminiſtrator uerbale, pro eo qui rem aliquam adminiſtrat & gubernat, (διοικητής.) Ci. 1. de Orato. Qui cum eſſet conſtitutus adminiſtrator belli gerendi. Adminiſtratio, (διοίκησις) actus ipſe adminiſtrandi. Cicero ad Lent. In ſententijs ſenatorijs, & in omni actione atque adminiſtratione Reipublicæ floruiſſemus. Adminiſtratiuus, a, um, adiect. πρακτικός. Quintil. lib. 2. cap. 18. Si tamen una ex tribus artibus habenda ſit, quia maximus eius uſus actu continetur, atque eſt in eo frequentiſſima, dicatur actiua uel adminiſtratiua.

ADMIRABILITAS, {*Marauiglia*} (θαυμασμός) denominatiuũ ab Admirabilis, & idẽ ſignificat quod Admiratio. Cic. de Nat. Deo. li. 1. Vides quãta ſit admirabilitas cœleſtium rerum.

ADMIRABILITER, aduerbium {*Marauiglioſamente*} (θαυμαστῶς) Cic. 4. Tuſc. Nimis admirabiliter, nimiſq; magnifice dicere uidentur.

ADMIRATIO, {*Ammiratione, merauiglia*} (θαῦμα, θαυμασμός) Cic. 4. de Finib. Quid autem habent admirationis, cum prope acceſſeras? Sic admirationem mouere, efficere, In admirationem traducere, Admiratione affici.

ADMIROR, aris, {*Marauigliarſe*}(θαυμάζω) idē quod miror, aut ualde miror. Ci. ad Att. lib. 3. Admiratus ſum breuitatem epiſtolæ tuæ. Admirari aliquem eſt uenerari, ſuſpicere, quod & Græci θαυμάζειν dicunt. Cice. 4. Acad. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo. Hinc Admirandus, admiratione dignus, θαυμαστὸς. Verg. 4. Georg. Admiranda tibi leuium ſpectacula rerū. Admirator, θαυμαστὴς. Quin. lib. 5, cap. 5. Admirator nimius antiquitatis. Admiratio, θαυμασμὸς. Ci. 2. de Nat. Deo. Eſt etiam admiratio nonnulla in beſtijs aquatilibus. Admirabilis, is, admiratione dignus. θαυμαστὸς. Cic. 3. de Fin. Verum admirabilis compoſitio diſciplinæ, incredibilisq́; rerum traxit ordo. Admirabiliter aduerbium. Vide ſupra.

ADMISSARIUS EQUUS, {*Stallone*}(ἀρχιβάτης ἵππος) qui ob ſobolem procreandam ad equam admittitur. Col. lib. 6. cap. 27. Democritus præcipit, ut cum progenerari marem uelimus, ſiniſtrum teſticulum admiſſarij lineo funiculo, aliove quolibet obligemus. Apud Cice. in Piſon. ponitur pro homine libidinis per uagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam expoſito. Itaque admiſſarius iſte, inquit, ſimul atque audiuit uoluptatem &c.

ADMISSIONALES, {*Portieri, porti nari, uſcieri*}(εἰσαγγελεῖς) dicūtur hi, quorū officiū eſt admittere aulicos intra cubiculū ad principē ſalutandū. Lampridius in Alex. Salutaretur quaſi unus de Senatoribus, patente uelo, admiſſionalibus remotis. Vox ē īſolēs, et noua, ſcriptoribusq́; claſsicis minime uſitata.

ADMISSURA, (ὀχεία) tempus, & actio ipſa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ cauſa. Silius. Expectatur equus, cuius de ſtemmate longo Felix emeritos habet admiſſura parentes.

ADMISCEO, ſces, ſcui, admiſtum, ſiue admixtum, {*Miſchiare una coſa con l'altra. Pet. Ch'à poco à poco par, che'l tempo miſchi*} eſt rem aliquam cum alia miſcere, ἐπιμίγνυμι. Colum. lib. 12. cap. 13. Admiſcent torrefacta ſeſama cum aniſo Aegyptio. Et de perſonis: Teren. in Heaut. Ita iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas. Hinc Admiſtio uerbale, μίξις. Cic. de Senect. Animus omni admiſtione corporis liberatus.

ADMITTO, tis, {*Accettare*}(δέχομαι) approba, recipio, intromitto. & tam ad res, q̄ ad perſonas refertur. Cic. 3. Phil. Salutatū ueniebant, admiſſus eſt nemo. Martia. li. 4. Ante fores ſtantem dubitas, admittere famā? Huc pertinet, quod Salluſtius dixit, Nonne emori per uirtutem præſtat, q̄ hanc uitam miſerā atq; inhoneſtam, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus admittere? id eſt, acceptare uel ſuſtinere, προσίεσθαι. Interdum ponitur pro facere, committere: ut, Admittere ſcelus, admittere fraudem. Cic. pro Rabirio: Rabirius fraudem capitalem admiſit. Dicimus quoq; Admittere equum, cum laxas et habenas permittimus, & ad curſum incitamus. Vnde Equus admiſſus, dicitur equus celer & ad curſum incitatus. Ouid. de Ponto: Non nocet admiſſo ſubdere calcar equo. pro quo imperiti ſuppoſuerunt Amiſſo. Cæſ. bel. Gall. 1. Confidius equo admiſſo ad eum accurrit. Item Admittere eſt marem fœminæ, uel fœminam mari admouere. Col. li. 7. cap. 2. Patruus meus arietes feros mercatus, quoſdam in agros tranſtulit, & manſuefactos tectis ouibus admiſit.

ADMODULOR, aris, {*Cantare inſieme*} ſimul modulor, accino, προσᾴδω. Claudianus in Epithalamio Honorij & Mariæ: Et Padus electriferis Admodulentur aluis.

ADMODUM, {*Grandemente*}(σφόδρα) pe. c. aduerb. i. ualde, quaſi dicas, ſupra modum. Pli. lib. 20. Huius cucurbitæ commanducatæ ſuccus, ſtomacho admodum prodeſt. Quandoque ſignificat aliquantum, ſiue ſatis: quaſi ſecundum rationem. Liu. 1. ab Vrbe: Iam mitigati admodum animi raptis erant.

ADMOENIO, is, iui, {*Gettare le mura à terra*}(πολιορκέω.) Plau. in Pſeud. Hoc ego oppidum admœnire, ut hoc die capiatur, uolo. Plautus finxiſſe uidetur pro Obſidere.

ADMOLIOR, liris, (ἐπιχειρῶ) admoueo: proprie dicitur de rebus magnis, aut arduis. Curtius: Velut de induſtria rupes præaltas admolita natura eſt.

ADMONEO, nes, {*Ammonire. Pet. Canzon 10 t'ammoniſco*}(παραινέω) p. c. idē, quod moneo, ſiue commonefacio. Conſtruitur autē uel cū accuſatiuo. Ci. 4. li. Epiſt. Caninius me tuis uerbis admonuit, ut ad te ſcriberē. Vel cū duplici accuſatiuo. Idē ad Qu. Fr. Illud te admoneo. Vel cū præpoſitione De. Idē Fam. 4. Putaui ea de re te eſſe admonēdū. Vel cū genitiuo. Liu. ab Vrb. 5. Aduerſæ deinde res admonuerunt religionū. Verbalia ſunt Admonitor, Admonitio, & Admonitus. Ci. 5. de Fin. Sed ueteris ꝓuerbij admonitu, uiuorū meminit.

ADMORDEO, uide in dictione Mordeo.

ADMOTUS, uerbale. Vide Admoueo.

ADMOVEO, ues, p. c. admoui, admotum, {*Porre appreſſo*} iuxta moueo, appono. προσίθημι. Verg. 3. Eclog. Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo. Admotus participium. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed alias admota cœlo, alias cōtigua montibus. Admotio, onis, uerbale. Cic. 2. de Nat. Deo. Ad neruorum eliciendos ſonos, ac tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum. Admotus, us, ui, idem quod admotio. Plin. lib. 24. cap. 11. Ciet menſtrua admotu.

ADMUGIO, is, ire, iui, itum, antepen. long. {*Mugiare*} proprie de bobus dicitur, cum aliorum mugitibus reſpondent, (προσμυκάομαι) ſicut equi Adhinnire dicuntur, cum aliorum equorum hinnitibus reſpondent, uel equabus hinnitu blandiuntur. Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Mollibus in pratis admugit fœmina tauro: Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

ADMURMURO, as (ἐπιψιθυρίζω) Orationē dicentis cū murmure excipio: quod fit, cum aut orationē eius ſubmiſſo murmure improbant auditores, aut ſimili ſuſurratione ſe ea agnoſcere præ ſe ferūt, quæ tecta ab illo dicūtur. Cic. 7. Verr. memoria tenetis iudices, q̄ ualde uniuerſi admurmurarint, q̄ palā principes contradixerint. Idē Att. lib. 1. Idq; admurmurante Senatu, neq; me inuito actū eſt. Hinc Admurmuratio uerbale, (ψιθυρισμὸς) idem pro lege Manilia: Veſtra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoſcere uideamini, qui hęc fecerant.

ADMUTILO, as, {*Battere, baſtonare*} idē qđ ſimplex mutilo, plagis uidelicet afficere, et torquere. καλοβόω, τηρέω. Pla. 1 Perſ. ⁊ ıe uſq; admutilaſti ad cutē.

ADNASCOR, ceris, (προσφύω) proprie eſt naſci in re aliqua præter id quod ei naturale & proprium fuerat. Plin. lib. 16. cap. 44. Viſum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylueſtri, terebintho, nec alijs arboribus adnaſci.

ADNATO, as, (προσνήχομαι) frequentatiuum ab Adno. Pli. li. 8. ca. 25. Itaq; ei uni inſulæ crocodili non adnatant.

ADNECTO, ſiue Annecto. Vide Necto.

ADNITOR, unde Annitor.

ADNUMERO, ſiue Annumero. Vide numero.

ADNUNTIO, ſiue potius Annuntio. Vide Nuntio.

ADNO, as, eſt natando aliquo peruenire, προσνήχεσθαι. Verg. 6. Aene. Paulatim adnabam terræ.

ADNUTRIO, is, ire, {*Nutrire appreſſo*} iuxta aliquid nutrio, ἐπιτρέφω. Pli. lib. 17. cap. 23. Singulis denas ſæpe adnutriunt uites.

ADOBRUO, idem quod obruo, {*Sotterrar,*} κατακρύπτω. Colu. li. 2. ca. 11. Minimus aratris proſcindunt, atque ita iaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

ADOLEO, les, p. c. adoleui, & adolui, adultū, {*Creſcere, aumentare*}(ut Nonius ſcribit) uerbū propriè ſacra reddētiū, quod ſignificat uotis aut ſupplicationibus numen auctius facere, cremare, & quaſi odorē dijs præbere, θυμιᾶν. Ver. in Pharmaceutria: Verbenasq; adole pingueis, et maſcula tura. Qm̄ uero ſacrificiū igni fieri cōſueuit. Adolere ꝓ urere, ſiue igni imponere capit, καίειν. Varr. Cū inteſtina adoleuiſſent, partim dijs, obtulerūt, partim ipſi cōſumpſere.

ADOLESCHIA, (ἀδολεσχία) garrulitas dicitur, uel futilis loquacitas. ἀδολεσχεῖν enim nugari ſignificat & multa importune deblaterare. Inde Adoleſchus (ἀδόλεσχος, uel ἀδολέσχης) nugator dicitur.

ADOLESCO, is, adolui, & adoleui, adultum {*Creſcere in età,*} ab Adoleo, ſignificat ætate augeri. i. ætate creſcere, αὐξάνεσθαι. Cic. in Sall. Adoleſcentia demoſtrata facile intelligitur, q̄ petulanti pueritia tā impudicus & procax adoleueris. i. ad adoleſcentiā perueneris. Et nō ſolū de hominibus, ſed de brutis quoque, & ſtirpibus dicitur. Ci. de Senect. Viriditas herbeſcēs, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Ver. pro In ſacrificijs incēdi poſuit: Adoleſcunt ignibus aræ. Hinc Adoleſcens, homo dicitur, quandiu in longitudinē corporis creſcit, & primam lanuginē producere incipit: id quod fit ab anno duodecimo uſque ad annū uiceſimū primū quo tēpore Ephebus dicitur: & cū percreuit, Adultus, ſiue ex ephebis exceſsiſſe. Terent. in And. Nā poſtquā ex ephebis exceſſit. Cic. etiā in fœminino genere extulit, pro puella, quę nondum peruenit ad iuſtū incrementum. Publij (inquit) Africani filia adoleſcēs. Inde Adoleſcentulus, & Adoleſcentula, diminutiua. Itē Adoleſcētia, quæ eſt prima ætas poſt pueritiā,

ADOLESCENTIOR tiaris, ſignificat luxurio. νεανιεύομαι. Varro: Id quidem ut facias cenſeo, quoniam tu quoque adoleſcentiaris.

ADOLESCENTURIO, adoleſcentium more facio, ſiue in adoleſcentiam redeo. μειρακιεύομαι. Laberius: Incipit adoleſcenturire, & neſcio quid nugarū facere. Verbum eſt nouum, ut pleraque alia a Laberio adinuenta.

ADONAI, (ἀδωναΐ) nomen Dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur creaturæ cunctæ.

ADONIA, Adoniorum, (ἀδώνια) feſta Adonidi dicata, Ammianus lib. 22. Hiſt. Euenerat iiſdem diebus annuo curſu completo Adonia celebrari, ritu ueteri, amato Veneris (ut fabulæ fingunt) apri dente feroci deleto. Adonia cum planctu celebrabantur, a m[illegible]ibus Veneris planctum imitantibus. Quod non obſcure innuit. Ouid. 10 [illegible]etam.

ADONIS, nis, (ἄδωνις) pe. pr. & nidis, nomen propriū filij Cyniræ Cypriorum regis & Myrrhæ, quē ob formæ excellentiam Venus in delicijs habuit. Hic apri dēte ſub inguine percuſſus, interfectusq; a Venere in florē Anemones herbæ, qui ſanguinis colorē imitatur, dicitus conuerſus referente Theocrito et Nicandro. Quod etiā ſatis innuit Oui. ad finē libri. 10. Met. Hieronymus uero in Ezechielē ſic habet: Quē nos Adonidē interpretati ſumus, & Hebræus & Syrus ſermo Thammuz uocat. Vnde quia iuxta gentilē fabulā in menſe Iulio amaſius Veneris & pulcherrimus iuuenis occiſus, et deinceps reuixiſſe narratur, eundē Iulium menſem eodē appellant nomine, & anniuerſariam ei celebrant ſolennitatem, in qua plangitur quaſi mortuus, & poſtea reuiuiſcens cantitur, atque laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetā legitur: Ecce ibi mulieres ſedebant, plangentes Adonidē. Vbi intelligi uult fuiſſe idololatriam celebratā in honorem Adonidis. Macrobius uero accepit Adonidē pro ſole. Moſcopulus ἀδώνιδος nomen ab ἀδῶ, quod eſt cano. deriuatum putat. De eodē feſtiuiſſime Theocritus εἰδύλλιῳ. & κδ. Eſt itē Adonis, piſcis nomen, qui relicto mari ſomni cauſa in ſiccū egreditur littus: ut tradit Pli. li. 9. ca. 19. Hic & Exocœtus dicitur (ἐξώκοιτος) ὕπνου καί τοις (ut inquit Oppianus. 1. li. Halieutic. ἀν.) ἥνεκεν εἰλόσ τιδι τοῖς μ... δ' ... χέρσου ἀμείβει. hoc eſt: Quia proſilit undis. In littus ſicca ponens tellure cubile. Adonis item fluuius eſt ex Libano monte profluens, non procul à Byblo oppido: ut tradit Pli. li. 5. ca. 20.

ADONIUM, (ἀδώνιον) ſpecies eſt abrotoni, q in teſtis, turbinibusve cadentū uiuiradice ſeri ſolet: quo pacto Adonidis hortulos pāgere ſolebāt: unde & nomē habere uidetur, q hortulis euiuſmodi cōſerēdis ſit idoneū. Quidā hāc herbā eſſe, quā ex Adonidis ſanguine ortū traxiſſe poetæ fabulātur, atq; inde Adoniū appellatū putauerunt. Quod tā falſum eſſe, Nicādri & Theophraſti teſtimonijs facile conuincitur, qui herbā illā Anemonen eſſe oſtēdunt: ut ſupra attigimus in dictione Adonis, & latius infra dicturi ſumus, cū de Anemone agemus. Sumitur ēt Adoniū pro Adonidis ſimulacro, et pro luctu ſacro, quo mulieres ad Adoniū fluuiū, & Byblum oppidum, Adonidem plangere ſolebant.

ADONIDIS HORTI, (ἀδώνιδος κῆποι) prouerbialiter dicuntur res leues & amœnæ quidem, attamen nulli rei utiles. Tractum eſt prouerbium ab hortis quibuſdam ad ſolam uoluptatem comparatis, cui Veneri, & eius amaſio Adonidi ſacri credebantur.

ADOPERIO, is, ui, ertum, {*Coprire*} idem quod operire, ἀποκρύπτειν, καλύπτειν. Liu. 1. ab Vrb. Tranſmiſſo per uiam tigillo, capite adoperto.

ADOPINOR, aris, pen. pro. {*Penſare, giudicare*} idem quod ſimplex opinor, δοξάζω. Lucret. Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis.

ADOPTATITIUS, {*Colui che diuenta figliuolo adottiuo*} qui in adoptionē uenit, ποιητὸς υἱός. Plau. in Pœn. Siquidē Antidamarchi quis adoptatitiū.

ADOPTIVUS, {*Adottiuo*} qui in adoptionē uenit. υἱὸς ποιητός. Gell. li. 5. ca. 19. Id etiam eum culpauiſſe, q filius adoptiuus patri adoptatori, inter pręmia patrum prodeſſet. Adoptiua ſacra, quorum ius per adoptionem acquirimus. Cic. pro Domo ſua. Tu neque Fonteius es, qui eſſe debebas, neque patris hæres, neque amiſsis ſacris paternis, in hæc adoptiua uenisti.

ADOPTO, ptas, {*Adottare*}(υἱοθετέω) eſt in filii locum adſciſcere. Fiebat autē adoptio (teſte Gellio) duobus modis. Vno modo per Prætorē: q̄ ꝓprie Adoptio,

ptio, dicitur: altero per populum, rogante Tribuno: quæ Arrogatio dicebatur. Caius tamen Iuriſconſultus aliter diſtinguit Adoptionem ab Arrogatione, Pandect. lib. 1. de Adopt. & Emancipat. ut Adoptio ſit, quando is qui ſui iuris non eſt, apud magiſtratum in alienã trãſit familiã. Arrogatio autem, quando principis auctoritate adoptamus eos, qui iam ſui iuris ſunt. Illi enim rogabantur, id eſt, interrogabantur, an uellent adoptatori iuſtorum filiorum loco eſſe: ſimiliter & is qui adoptabat rogabatur, an uellet eum, quem arrogaturus erat iuſti ſibi filii loco eſſe. Ouid. uenuſte ad arborum inſitiones tranſtulit li. 1. de Remed. amor. ubi ſic habet: Venerit inſitio: fac ramum ramus adoptet.

ADOR, (*Farro*) nomen indeclinabile frumenti genus ſignificans, quod & Far appellatur: olim Edor dictum ab edendo, ut Feſto placet: eò quod populus Rom. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis ſolo farre uſus fuerit: ut etiam ex Verrio refert Pli. li. 18. cap. 7. Alii ab adurendo dictum putant, quod torreri ſoleat, ut ſcribit Feſtus, antequam ex eo mola ſalſa conficeretur in uſum ſacrorum. Hoc etiam Adoreum appellabatur, ſiue Semen adoreum nõnunquã etiam Far adoreum. Pli. li. 18. cap. 8. Vulgatiſſima frumenti genera, Far quod Adoreum ueteres uocauere, ſiligo, triticum. Colu. lib. 2. cap. 6. Prima & utiliſſima ſunt hominibus frumenta, triticum, & ſemen adoreum. Varro rei ruſt. li. 1. In loco humido far adoreum potius fertur, q̃ triticum. Columella quatuor adorei enumerat ſpecies. Cluſinum, Vermiculum duplex, & Trimeſtre, quod & Alicaſtrum dicitur. Vide ipſum loco paulo ante citato.

ADOREA, (*Gloria della uittoria*) (ἀδόξα) idem eſt quod gloria, proprieq; ea, quæ ex rebus militiæ præclare geſtis comparatur. Nomen ductum eſt ab adoreo frumenti genere, quod apud ueteres ſummo in honore habitum fuit, propterea q; alio frumenti genere Pop. Roma. trecentis ab urbe condita annis non uſitarant. Vnde etiam Imperatores re bene geſta hoc frumenti genere a populo ſolent donari. Pli. li. 18. ca. 8. de farre: Primus antiquis Latinis cibus, magno argumento in adoreæ donis. Feſt. Adorea, laus, quia glorioſum putabant, qui farris copia abundabat.

ADOREVM, ſiue Semen adoreum. Vide ſupra in dictione Ador.

ADORDIOR, iris, adorſus, (*Commenciare*) (ἄρχεσθαι) incipio. Amb. lib. 1. Offic. Poſtea nunquam, niſi conſulto domino, bellum adorſus eſt.

ADORIOR, adoriris, uel adoreris, adortus, (*Aſſaltare. Pet. Coſi m'aſſale amore,*) (ἐπιτίθεσθαι) eſt repente, & ex inſidiis aliquem inuadere, aggredi: ab eo quod corpora aggredientiũ exurgant ſubito, atque increſcant, atque hoc modo maxime ad rem bellicam pertinet. Liu. lib. 1. Timor deinde inceſſit ne ciuitatẽ ſine imperio uis aliqua externa adoriretur. Differunt tamẽ, ut inquit Donatus, Adorior & Aggredior, quia aggredimur de longinquo, adorimur de proximo. Interdum extra rem bellicam pro inchoare, uel incipere. Gell. lib. 19. cap. 9. Iulianum rhetorem laceſſere, inſectariq; adorti ſunt. Lactantius lib. 4. Antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur, id eſt, inchoaret.

ADORNO, (*Adornare Pet. Per adornar il di feſto & altero,*) idem eſt quod Orno. κοσμέω Liu. lib. 1. ab Vrb. Flaminem Ioui aſſiduũ ſacerdotem creauit, inſigniq; eum ueſte, & curuli regia ſella adornauit. Interdum etiam idem ſignificat, quod præparare. Plaut. in Epid. Tragulam in te inijcere adornat.

ADORO, ras, penprod. (*Adorare. Pet. L'adoro e'nchino come coſa ſanta,*) ex Ad & Oro, ſignificat oro, ueneror, precor, ſupplico, religione placo, προσκυνέω. Priſcianus, ab Ador, hoc eſt, frumento ſacrificiis deſtinato deriuat. In eadem ſententia eſt & Nonius: cuius hæc ſunt uerba: Ador frumẽti genus, quod epulis, & immolationibus ſacris pium putabatur. unde & Adorare, propitiare religiones poteſt ductum uideri. Quandoque ſignificat alloqui. Apul. lib. 2. Inſula aqua populum ſic adorat. Hinc Adoratio. Pli. li. 28. ca. 2. Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus?

ADOXIA, (*Ignobilità,*) (ἀδοξία) eſt nominis et famę obſcuritas, ignominia, infamia: unde Adoxi (ἄδοξοι) dicuntur inglorii, & obſcuri. Adoxæ materiæ (ἀδόξα θέματα) a Gellio uocantur, quæ a Cicerone infames, ab aliis inopinabiles, quã ingenii exercẽdi cauſa ſolẽt excogitari. Cuiuſmodi eſt apud Iſocratẽ Buſiridis encomiũ, apud Platonẽ Iniuſtitiæ ex perſona Glauconis, apud Phauorinum Febris quartanæ, apud Lucianũ Muſcæ, & apud Eraſmũ Moriæ.

ADOVACRIS, (ἀδοούακρις) rex Herulorum fuit, qui anno noſtræ ſalutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore perculſus Auguſtulus ſponte purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab Vrb. condita. 1229. Vide Paul. Diac. lib. 16.

AD PLENVM, (*A pieno compiutamente,*) (τελέως) ſignificat perfecte. Hieronymus. Cum needum poſſint ad plenum uerba formare.

ADPRIMVS, (*Primo innanzi à tutti,*) (πρώτιστος) pen. prod. longe primus. Liui. And. in Odyſſ. 16. Denique uir ſummus, adprimus. Obſoletum.

ADPVLSVS, uide Appello, is.

ADQVO, (*Quanto,*) id eſt, quouſque. Afranius: Vt ſcire poſſis ad quo te expediat loqui.

ADRA, Ἄδρα, trium oppidorum nomen eſt Ptolemæo, quorum unum in Arabia petroſa collocat, alterum in Caua Syria, tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebiorum montium, non procul a Tito fluuio.

ADRACHNE, (ἀδράχνη) arbor eſt Biſera, arbuto ſimilis, in montibus naſcens, cacumine ſemper uirens, quæ detracto in orbem cortice non offenditur. Andrachne autem (ne quis nominis ciuitate fallatur) herba eſt, quã latini Portulacam uocant. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.

ADRAMYS, uide Adramytteon.

ADRAMYTTEON, pen. pro. (ἀδραμύττειον) ſiue (ut apud Plinium legitur) Adramytteos, ciuitas eſt littoralis in maiore Myſia, ſiue Aeolide, ita dicta ab Adramytto conditore. Alyattę filio, & Crœſi fratre, ut tradidit Ariſt. in Polit. Alii a Mercurio nomen accepiſſe ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn (ἀδραμυν) uocant. Thucydides libr. 5. Atramytteon uocat (ἀτραμύττειον. διὰ τοῦ τ.) quam ſcripturam etiam Stephanus agnoſcit. Hinc fit adiectiuum Adramyttenus, ſiue Adramyttenus, pen. pro. (ἀδραμυττηνός. ἢ ἀτραμυττηνός:) ut, Sinus Adramyttenus, (ἀδραμυττηνὸς κόλπος) qui & Idæus appellatur. ut eſt auctor Strabo lib. 13.

ADRAMA, (ἀδράμα) fluuius eſt Catthorũ in Germania, ut tradit Tacit. Annal. libr. 1. Eſt etiam Adrana (ἀδράνα) teſte Stephano, oppidum Thraciæ, quod & Adrana (ἀδρῆνα) a Theopompo appellatur. Vide Andrena.

ADRANON, (ἄδρανον) Siciliæ oppidum, in Aetnæ montis radicibus, fluuium habens eiuſdem nominis. Gentile eſt Adranites (ἀδρανίτης) quo utitur Apollodorus. Ex Stephano.

ADREMON, Vide Andræmon.

ADRAMELECH, idolum Aſſyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

ADRAPSA orum, neutri gen. (ἄδραψα) urbs Bactrianorum. Strab. lib. 15.

ADRASTEA, ſiue Adraſtia, (ἀδράστεια) oppidum eſt Troadis, inter Priapum & Parium ſitum, ab Adraſto rege nomen habens, qui primus Nemeſi tẽplum erexit, & Adraſteam nominauit. Hæc urbs campum habuit ſubiectum, qui Adraſteæ campus (ἀδραστείας πεδίον) appellatur, Apollinis Actæi, & Dianæ oraculo inſignis. quo poſtea diruto, ſaxa Parium tranſlata ſunt, ex quibus ædificata eſt ara, Hermocreontia opus & magnitudine & pulchritudine memorabile. Hanc urbem alij ab Adraſtea Nympha quadam montana, nomen accepiſſe uolunt. Gentile eſt Adraſtenus, (ἀδραστηνός.)

ADRASTIA. (ἀδράστεια) Neceſſitatis ac Iouis filia, ſcelerum ultrix, cuius uindictam credebant nullo modo poſſe uitari. Hanc alio nomine Nemeſin uocauerunt, eiusq; ſedem Aegyptij Theologi ſupra lunam conſtituere, ut inde uelut regina & arbitra hæc inferiora deſpectaret. Strabo lib. 13. nominis rationẽ refert ad Adraſtum regem, qui primus Nemeſi templum erexit, Adraſteamq; illam appellauit. Ariſtote. lib. de mũdo, definit eſſe αἰτίαν ἀδράστου αἰτίαν, οὖσαν κατὰ φύσιν, καὶ ἀεὶ οὖσαν. hoc eſt, ineuitabilem cauſam, exiſtentem ſecundum naturam, parcamq; ſemper exiſtentem.

ADRASTVS, (ἄδραστος) nomen regis Argiuorum, qui fuit filius Thalaonis & Eurymones. Hic cum duas haberet filias, Argiam, & Deiphilem, in ſomnis uiſus eſt alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare cum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos ueniſſent, ille apri, hic leonis pelle tectus, inſomnij ſui memor, utrunq; ſibi generum adſciuit, Deiphile Tydeo, Argia aut. in Polynici tradita. Deinde cum utroque genero Thebas profectus, ut Polynicem ab Etheocle fratre excluſum, in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum reuerſus eſt.

ADREPO, pis, (*Appiccarſi à qualche coſa Dant. Nell'orto doue tal ſeme s'appicca*) (προσέρπω) pen. pro. ad aliquid repo. Plin. lib. 35. cap. 10. Ad matris morientis ex uulnere mammam adrepens infans. Per metaphoram, pro ſenſim ſe inſinuare, & paulatim accedere. Cic. in Verr. Quibus rebus non ſenſim atque moderate ad iſtius amicitiam adrepſerat.

ADRIA, p. c. (ἀδρία Stephano, & Ptolem.) Romanorum colonia Piceno, quinta Italiæ regione, VII. M paſſ. à mari diſtans. A qua ager ipſe Adrianus dicebatur, uino generoſiſſimo nobilis, quod & ipſum Adrianum fuit appellatũ. Pli. lib. 3. cap. 13. de Picentibus: Tenuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus, & Adria colonia, à mari VII. M. paſſ. Sunt qui ab hoc oppido Adriatico mari nomẽ factum exiſtiment. Verum illi nominis uicinitate decipiuntur. Nã (ut mox ſuo loco docebimus) Atria oppidũ fuit ad Padum amnẽ à Tuſcis conditũ, nobili portu in primis clarũ. à quo uicinũ mare primũ: Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ unius mutatione Adriaticum: ut docet Pli. li. 3. c. 16. & Cato in Originib. Adria, maſcul. gen. (ἀδρίας Steph. & Suidæ) idẽ quod mare Adriaticum. Pomp. Mela, lib. 2. Huc uſq; Adria, hucusq; Italiæ latus alterum pertinet. Lucan. lib. 5. Sonat Ionio uagus Adria ponto.

ADRIANOPOLIS, (*Andrinopoli*) (ἀδριανόπολις) ciuitas eſt Thraciæ ad Hebrum fluuium, primum Oreſta dicta à nomine Oreſtis conditoris: poſtea ab Adriano inſtaurata fuit, cum ei furore agitato reſponſum eſſet, ut ſe in furioſi domum reciperet. Vide Cœl. Rhodig. lib. 17. cap. 2.

ADRIANVS, p. p. (ἀδριανός) decimusquintus Romanorum Imperator fuit & ſucceſſor Traiani, qui Hieroſolymam à T. Veſpaſiano ſolo æquatam, muro cinxit, & à prænomine ſuo Aeliam appellauit.

ADRIATICVM MARE, (ἀδριατικὸν πέλαγος) eſt ſinus ille maris, inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpens, quod & Superum mare appellatur, ſiue q; Italiam ab Oriẽte alluat, ſiue q; ex urbe eo tendentibus Apenninus ſuperandus ſit. Hoc primum Atriaticum dicebatur ab Atria nobili oppido à Tuſcis ad Padum condito, quod poſtea Atrianæ paludes hauſerunt. deinde unius literæ mutatione Adriaticum dici cœpit. ut docent Cato in Orig. & Pli. lib. 3. ca. 16. Pro eodem etiã dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicero in Piſonem. Brundiſium uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit. Horat. lib. 1. Carm. Siue mari libet Adriano. Propert. lib. 3. ego nunc rudis Adriaci uehar æquoris hoſpes.

ADRIVS, (ἄδριος) mons eſt Dalmatiam per medium ſecans. Strab. lib. 7.

ADROTTA, orum, (ἄδροττα, τὰ Stephano) locus eſt in Lydia, mari adiacens: cuius incolæ dicuntur Adrottani, ἀδροττανοί.

ADROBICVM, (ἀδροβικόν) oppidum eſt, in Artabris Hiſpaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pomp. Mela. lib. 3.

ADROBOLON, uide Hadrobolon.

ADROSPHÆRVM, uide Hadroſphærum.

ADRVMO, as, p. p. (*Far rumore*) teſte Feſto, rumorẽ facio, ſiue commurmuror quod à rumine quidam, id eſt, parte gutturis putant deduci.

ADRVMENTVM, p. p. (ἀδρύμης Stephano) ciuitas eſt Libyæ, non procul à Carthagine, quæ etiam hodie extat. De hac Plin. lib. 5. cap. 4.

ADRVO, is, ex Ad, & Ruo (*Riuoltar ſotto ſopra con l'aratro*) ſeruat Ad, in cõpoſitione, pter regulã aliorũ. pter euphoniã. & ſignificat arãdo ſubruo. ἀναχρίπτω. Col. li. 2. c. 5. Diſiecti u deinde protinus fimu inarari, & adrui conuenit.

ADRIX, (ἄδριξ) ciuitas eſt in agro Syracuſano, cuius meminit Stephanus. Gentile eſt Adrycinus, (ἀδρυκινός) ſicut ab Eryx Erycinus.

ADSCIRE, (*Aggiungere*) ſignificat adiungere. προσίεμαι. Col. in præf. Com. et hanc adſciuimus, quaſi agriculturæ partem.

ADSCRIBO, ſiue Aſcribo, Adſcriptor, Adſcriptio, Vide in ſimplici Scribo.

ADSESTRIX, tricis, fœmininum eſt ab eo quod eſt Adſeſſor. Afranius in Fratribus. Dimittit adſeſtricem, me ad ſeſe uocat. Nonius.

ADSIGNIFICO, idem quod ſuum ſimplex, σημαίνω. Varro 2. de Re ruſt. Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuæ.

ADSTIPVLOR, lege Aſtipulor.

ADSTITVO, is, (*Porre appreſſo*) (παρατίθημι) iuxta ſtatuo. Auctor ad Heren. lib. 1. Aegrotũ in lecto cubantẽ faciemus, & reum ad lectum eius ad-

ſtituemus.

ADSVM, ades, adſui, {*Eſſere preſente. Pet. Di quella che m'è piu che mai preſente*} (παρέιμι) ſignificat præſens ſum, uel prope ſum. Nam adeſſe etiam dicitur, quod paulo poſt futurū eſt, aut quod aduētat. Vnde dicimus, Adeſt Scipio, cū iam in itinere eſt, uel non longe abeſt: ſed præſens eſt id, quod iam uenit. Cic. 3. Offic. Inter hominem & beluam hoc maxime intereſt, quod hæc tantū, quātū ſenſu mouetur, ad id ſolum quod adeſt, quodq; præſens eſt, ſe accommodat. i. prope eſt. Conſtruitur etiā cū datiuo, uel ablatiuo mediante In. Cic. in Philip. Omnibus his pugnis Dolabella adſuit. Idem pro Flacco: Siluerunt principes, neq; in illa concione adfuerunt. Quandoq; Adeſſe, eſt fauere, uel præſidio eſſe: cui contrarium eſt Deeſſe. Liu. lib. 1. Secundi bel. Pun. Sed pueri, fœminæq; ſuper animi corporisq; uires adſunt, pugnantibus tela miniſtrant. Sic Adeſſe cauſæ dicuntur aduocati & amici. συνηγορεῖν. Cic. 1. Philip. Semper enim abſenti adſui Deiotaro. Quandoq; ſumitur pro accedere. Verg. Eclo. 9. Huc ades ô Galathea. Sciēdū quod in Adſum ſeruatur d, triplici ratione: ſcilicet differētiæ cauſa ab Aſſus, ſa, ſum. Euphoniæ cauſa, quod plenius ſonet adſum, quā aſſum. Poſtremo, quod ipſa uerbi declinatio d, repetit, tanquam in ſuū naturale principium reuertens. Veteres tamē Aſſum dicebant (unde Aſſas dicebant nutrices, teſte Nonio, quod adſint his, quos nutriunt, nec ab eis uel exiguo tempore diuellantur) Plau. Milphio aſſum apud te, eccum. Interdum etiam pro ſubſiſto accipitur, ſiue maneo. Plau. in Aul. Iſthic Adeſto, ſi hercle tu ex iſto loco Digitum craſſum tranſuerſum, aut unguem latum exceſſeris.

ADSVMMAM, {*In ſomma*} (ὅλως ἐν κεφαλαίῳ) & In ſumma, ſignificāt, denique, ſiue ad poſtremum, & breuiter. Iuue. Sat. 3. Ad ſummam non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax. Cice. 3. Offi. Ad ſummam ne agam de ſingulis. Quintilianus: In ſumma, non recedo: fas eſt mihi inuitis etiam parentibus piè facere. Idem in hunc ſenſum accipit Semel: ut ibi, Vt ſemel omnia complectar. Sic & Breuiter, uſurpat: ut in Geminis languentibus: Breuiter tamen crudelitatis explicanda ſæuitia eſt. Ad ſummum, (τὸ μέγιστον) refertur ad numerum. Cic. pro Mil. Vnus, aut ad ſummum duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſam non probarent. id eſt, non plures quam unus, aut duo ex pluribus.

AD TEMPVS, {*A tempo*} (πρὸς καιρὸν, ἐπὶ χρόνον) id eſt, per aliquod ſpatiū temporis. Cic. lib. 1. Offi. Vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis eſt, & ad tempus, an conſulto fiat iniuria.

ADTIBERNALIS, {*Tauerniere*} habitator cōtinuę tabernę, (πάροικος) quod genus domicilij antiquiſsimum Romanis fuiſſe teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificijs. Vnde etiam tecta caſtrenſia quamuis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. Hæc Feſtus.

ADVALLAS, (ἀδούαλλας) mons eſt in Rheticis Alpibus, ex quo in Septētrionem profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Auctor Strabo lib. 4.

ADVEHO, (ἐπάγω) unde Aduecto, & Aduectio. Vide Veho.

ADVELITATIO, Vide Velitor, & Velitatio.

ADVENA, {*Foreſtiere Boc. Gior. 3. No. 7 Tu mi pari un pelegrino foreſtiere*} (πάροικος) p. c. qui nō eſt ciuis, aut inquilinus, ſed externus. Et proprie qui ex uno longinquo loco in aliquod oppidū ueniunt, aduenæ dicuntur: cōuenæ, qui ex pluribus locis. Terē. in Heaut. Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula.

ADVENERARI, {*Riuerire. Pet Coſi laudare e riuerir inſegna*} (σεβάζεσθαι) ualde & ex animo uenerari. Varr. lib. 1. de Re ruſti. Item aduenerer Mineruam & Venerem: quarum unius procuratio oliueti, alterius hortorum eſt.

ADVENIO, nis, pe. cor. {*Arriuare. Pet. Tal che s'arriuo al deſiato porto*} idem quod accedo, uel ad locum aliquem uenio, προσέρχομαι. Teren. in Eunuch. Si forte huc aduenerit.

ADVENTITIVS, (ἔπηλυς) qui nō eſt loci illius, quē habitat, et qui caſu in aliquem locum uenit, non morandi gratia, neque conſulto. Vnde Aduentitia bona (τυχηρά) quæ non ex recta ſucceſsione, puta patris aut aui, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo nobis adueniunt. Cice. 3. Verr. Homo Ligurem accuſare cœpit, qui in re aduentitia atque hæreditaria, tam diligens, tam attentus eſſet. Aduentitio opponitur Innatum, & inſitum. Cic. Top. Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter ſe expetenda ſunt, ijs quę propter aliud: & ut innata atque inſita, aſſumptis & aduentitijs: integra contaminatis. Et Aduentitius morbus, (συμβεβηκώς) qui forte, & nulla noſtra culpa uenit.

ADVENTITO, pen. cor. frequenter aduenio.

ADVENTO, tas, {*Approſsimarſi, auicinarſi*} (προσέρχομαι, γειτνιάω) accedo, appropinquo. Cice. Curioni: Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. hoc eſt, ueniendo proximum eſſe.

ADVENTORES, {*Bottegai, auentori*} (πλανάζοντες) qui prope peculiariter frequentant officinam quampiam, aut tabernam. Pla. in Truc. Si æquum facias, aduentores meos non incuſes. Dicti Aduentores, ab aduenienda.

ADVENTORIVS, a, um, quod aduenienti cuipiam offertur: unde, Aduentoria epiſtola, apud Martialem in præfatione lib. 12. Quæ aduentanti amico mittitur obuiam. Cælius Antiq. lect. lib. 15. cap. 3.

ADVENTVS, tus, {*Venuta Boc. Gior. 1. Nou. 3. Accio che ricopriſſe la ſua diſhoneſta auenuta*} uerbale ab aduenio: & proprie expectatorum, neceſſariorūq; dicitur. Terē. in Eunuch. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.

ADVERBERO, as, uehementer uerbero, μαστίζω. Stat. 9. Theb. Et auratis aduerberat unguibus armos.

ADVERBIVM, (ἐπίρρημα) quaſi iuxta uerbum dicitur: quia in oratione prope uerbum ponitur. Nec enim poteſt uerbi uis ſatis ſignificanter exprimi niſi, iungatur aduerbium, ut Dico, & Nauigo, non plenæ ſignificationis ſunt, niſi adijciantur aduerbia: ut, Bene, uel male, dicit: Feliciter nauigat. Vnde Donat. Aduerbium ſcripſit eſſe partem orationis, quæ adiecta uerbo, ſignificationem eius explanet atque impleat. Fiunt autem aduerbia quandoque à nomine: ut à bonus, Bene. A uerbo, ut à traho Tractim. A nomine & uerbo, ut pedetētim à pede & tento. A participio, ut ab Inſignitus, Inſignite. A pronomine, ut Hic, Illic, ab hic & ille. A præpoſitione, ut ab ex, Extra, & à ſub, ſubtus. Ad aduerbija etiam, ut à prope, Propius.

ADVERSARIVS, a, um, {*Contrario*} idem quod contrarius, uel commodis noſtris obſiſtens, aduerſus, ἐναντίος. Cic. pro Cęcina: Vis ea, quæ heri maxime eſt aduerſaria. Conſtruitur autem cum datiuo, cum Aduerſarius, ſubſtantiuum uel genitiuum habeat uel ſiue caſu ponatur.

ADVERSARIA, orum, {*Giornale, libro di ricordi,*} dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex ijs poſtea tabulæ iuſtæ & æternæ fierent. Græci ἐφημερίδας uocant, Latini etiam Diaria. Exactiores autem rationum tabulas Codicem appellabant. Ci. pro Q. Roſcio. Quod ſi eandem uim, diligentiam, auctoritatemq; habent aduerſaria, quam tabulæ, quid attinet codicem inſtituere?

ADVERSARIVS, {*Auuerſario Boc. Gio. 3. N. 1. Gli auuerſarii di Cimone*} (ἀνταγωνιστής) ab Aduerſor, pro repugno: nam Aduerſarij dicuntur, ſibi inuicem repugnantes, ac proprie ſunt ij, qui aduerſus nos litigāt in iudicio: quos alias Partem aduerſam uocant. Terent. in Phor. Verum ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſarijs, Etiam'ne id lex cogit? Aduerſaria etiam genere fœminino dici poteſt mulier, quæ aduerſus nos iudicio contendit. Et extra perſonā. Cice. Famil. 2. ad Curionem: Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

ADVERSATOR, {*Contrario*} qui aduerſatur, ὁ ἐναντιούμενος. Vnde fit Aduerſatrix. Terent. in Heaut. Vllam'ne ego Rem unquam uoluī, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris, Soſtrata?

ADVERSITAS. {*Auuerſità Boc. Gior. 2. N. 7. Ogni auuerſità trapaſſata dimenticando*} denominatiuum ab Aduerſus, ſa, ſum, contrarietas & repugnantia, ἐναντίωμα. Plin. lib. 11. cap. 25. Magnam aduerſitatem cum ſtellionibus putant eſſe: De ſcorpionibus loquitur.

ADVERSITORES, {*Serui che uanno ad incontrare il padrone,*} (οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι) ab aduerſum, id eſt, obuiam eundo, ſerui ſunt, qui dominum deducunt, & reducunt. Terent. in Adelp. Neque ſeruulorum quiſquam qui aduorſum ierant. Vbi ait Donatus, proprie locutum Terētium eſſe, dicendo Aduorſum: nam inde Aduerſitores dici.

ADVERSIO, onis, uerbale: ut In aduerſione emere. In aduerſione uenire. Per aduerſionē uendere: Per aduerſionē cōducere. Aduerſione locare. Modeſt. l. qui officij. de contrah. empt. & uend. Res in aduerſione empta, ſi non dolo uēditoris factum ſit, ad periculū emptoris pertinebit, etiā ſi res aſsignata non ſit. Vlp. in. l. ſi quis uina. de peri. & com. rei uend. Si in aduerſione uinū uenit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. Dicitur autem aduerſione empta, quando ſic emitur, ut omnis aduerſus caſus ab emptore ſuſcipiatur. Budęus legit Auerſione, & per auerſionē, ab auertendo: q; uenditor periculum a ſe in emptorē auertat.

ADVERSO, as, antique dictum, pro Aduerſor. Plau. in Rud. Animo aduerſaui ſedulo, ne herum unquam præterirem,

ADVERSOR, {*Contraporſi, contraſtare. Pet. Ma contraſtar non poſſo al gran deſio,*} contrarius ſum, ἐναντιοῦμαι. Et conſtruitur cum datiuo. Terent. in Hecy. Neque tuæ libidini aduerſabor: Aduerſans, antis, participiū. Ci. 2. de Ora. Sed tantā uim habet illa, quæ rectè a bono poeta dicta eſt flexanima, atque omnium regina oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut ſtātem inclinare, ſed etiam aduerſantem, & repugnantē, ut imperator bonus ac fortis, capere poſsit.

ADVERSVS, ſa, ſum, {*Contrario, repugnante*} contrarius, repugnans, aduerſans. ἐναντίος. Teren. in And. Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini. Aduerſum abſolute, pro re aduerſa, & improſpera. Terē. in Heaut. Hic ſi quid forte aduerſi euenerit. Ponitur quoque aliquando pro quacunque re, quæ ab anteriori parte apparet: ut, Aduerſa uulnera, quæ a fronte accepimus. Cic. de Aruſ. reſp. Acceptis a forti aduerſario uulneribus aduerſis. Et in hac ſignificatione antitheton habet Auerſus. Idē 2. de Ora. Tu & aduerſus & auerſus impudicus es. Interdum idem eſt quod oppoſitus, obiectus, e regione ſitus, ἀντικείμενος. Idem 2. de Diuin. Eodemq; equo aduerſam conſcendit ripam.

ADVERSVS, uel aduerſum, {*Contra. Pet. Contr'alla morte ogni animal terreno,*} (κατὰ πρός) præpoſitio, ſignificat inimicitias, diſſidia, contrarietatemq;, ſicut Contra: ut, Aduerſus, uel Cōtra hoſtes bellum geritur. Aliquādo Erga, in meliorem partem. Terent. in And. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiā. Ci. 1. Offi. Adhibenda eſt etiam quædam reuerētia aduerſus homines.

ADVERTO, tis, {*Volgerſi ad alcuna parte,*} ad aliquē locū uerto. ἐπιστρέφω. Terent. in Eun. Illa ſeſe interea commodum huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Transfertur quoque ad animum, ut Aduertere animum, apud Terentium, uel Aduertere animo, apud Plaut. In qua ſignificatione etiam abſolute poſitum inuenitur pro animaduerto. Cic. Attico li. 2. De librarijs, ſi me amas, diligenter aduerte. Ponitur autem impersonaliter. Cic. Lent. Nam aduertebat Pompeius familiares aſſentire Volcatio. Plin. quoque eleganter epiſt. 10. pertinet quod eſt, ad ſe uertere & allicere ſpectatores: Multa in Euphrate ſic eminent, & relucent, ut mediocriter quoque doctos aduertant, & adficiant.

ADVESPERASCIT, {*Farſi ſera Pet. Gente à cui ſi fa notte auanti ſera,*} (ἑσπερίζει) ueſpertinum tempus appetit, ſeu aduentat. Cice. 6. Verr. Cum iam aduesperaſceret, diſceſsimus.

ADVIGILO, as, {*Vegliar diligentemente, dar'opera à qualche coſa,*} diligenter uigilo, ἀγρυπνέω. Tranſlate pro alicui rei incumbo, operam do. (προσαγρυπνέω). Terent. in And. Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

ADVIVO, (ἐπιζάω) pen. pro. quaſi adhuc uiuo. Pli. li. 15. ca. 18. Eadem autē fortuito ſatu aduiuit in medio ferro. Sic legit Hermolaus, cum alia exemplaria habeant, uiuit.

ADVLIS, pen. pro. (ἄδουλις) ciuitas Aethiopiæ, quæ & Panos inſula, dicitur, Oppidani dicuntur Adulitæ, ἀδουλῖται. Vide Stephanum.

ADVLITON, (ἀδουλία Ptolemæo) oppidum eſt maritimum, in Troglodytarum regione, ſiue ea Aethiopiæ parte, quæ ſub Aegypto ad mare ſpectat, commune Aethiopum, & Troglodytarum emporium a ſeruis, qui a dominis profugerant conditum. Vnde & nomen habet, ut indicat Pli. li. 6. cap. 29. Diſtat a Ptolemaide 5. dierum nauigatione. A Stephano Adulis, appellatur, a Ptolemæo Adulia. Hinc uicino ſinui Adulitico nomē factum eſt, qui in Mare rubrum excurrit, ἀδουλιτικὸς κόλπος.

ADVLOR, pe. pr. {*Adulare, luſingare. Boc. Gio. 3. N. 6. Se tu mi credi hora con tue luſinghe infinite luſingare,*} (κολακεύω) idē eſt quod aſſentari, hoc eſt, blandiri ſiue uoce, ſiue geſtu, omniaq; ad uolūtatē alicuius et loqui et agere, nō ad ueritatē. Cic. de Amic. Aperte adulantem nemo nō uidet, niſi admodū ſit excors. Idē 2. de Diui. Nec adulatus, nec admiratus ſum fortunā illius. Valla li. 5. c. 69. Adulari, inqt ē inſeruire, et adniti, ut fauorē emereamur quoquo mō,

uel

uel uoce, uel geſtu. Eſtq; tractū ἀπὸ τοῦ δούλου quod ſeruū ſignificat. Eſt.n. ſane q̄ ſeruile, hominęq; ingenuo minime dignum. Feſtus ab alludendo deductum putat, paucis literis tranſpoſitis. In qua ſententia Nonius quoque fuiſſe uidetur, cum Adulationē propriè canum blandimentum eſſe interpretatur, conſuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, cum corporis geſticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua ſignificatione uſus eſt hoc uerbo Oui. li. 14. Meta. Quinetiam blandas mouere per aera caudas, Noſtraq; adulātes comitant ueſtigia. Veteres etiā dicebant Adulo, actiua uoce, Lucret. li. 3. Lōge alio pacto gannitu uocis adulant. Huius paſſiuo uſus eſt Cic. li. 1. Offi. Cauendum eſt, ne aſſentatoribus aſſuefaciamus aures, ne'ue adulari nos ſinamus. Inuenitur apud uetuſtiſſimos pro Iambo, ſiue ebibo. Cic. 2. Tuſc. ex Accii Prometheo: Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem. Hinc deducūtur uerbalia, Adulatio (κολακεία) & Adulator (κόλαξ) & Adulatrix (κολακίς) item Adulatorius, a, um, κολακευτικός. Tacitus li. 5. Vitellius formidine C. Cæſaris, familiaritate Claudii turpe in ſeruitium mutatus, exemplar apud poſteros adulatorii dedecoris habetur.

ADVLTER, {Adultero. Arioſt. Riconobbe l'adultero di botto} (μοιχός) Adultera, (μοιχαλίς) compoſiti uidentur ex Ad & Alter, ſeu Altera: quod ille ad alterā, & hæc ad alterū ſe cōferat. Ouid. 1. Epiſt. Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Hinc Adulteriū, (μοιχεία) quod propriè cū nupta cōmittitur, ut Valla ſcribit li. 6. Cic. 2. de Orāt. Qualem exiſtimas eū, qui in adulterio deprehenſus ſit? tardum. Quintil. li. 7. cap. 4. Non commiſi adulterium. Transfertur aliquā do ad alia, ut Adulteria naturæ, pro operibus non uere naturalibus: Adulteria mercis, pro fraude: Adulteria arborum, pro inſitionibus, apud Plinium.

ADVLTERATVS, a, um, {Falſificato} (κιβδηλευθείς) quod alienæ rei cōmiſtione corruptum eſt: ut Adulteratum gummi, Pli. li. 19. ca. 3. Huic opponitur Syncerum.

ADVLTERINVS, a, um, pe. pr. {Baſtardo. falſificato} nothus, quaſi ex adulterio procreatus μοιχικός, κίβδηλος. Pli. li. 10. ca. 3. de aquilæ pullo: Si conniuentē flentemq; animaduertit, præcipitat e nido, uelut adulterinum & degenerē. Vnde per metaphorā Adulterina ſigna, dicuntur, quæ ſunt falſis, aſſimulatisq; annulis facta. Cic. pro Cluētio: Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptū, ſignis adulterinis obſignauit. Sic Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claues, quæ pro ueris ſubſtituuntur. Item Numus adulterinus, apud Ciceronē 2. Offi.

ADVLTERO, ras, pe. cor. {Commetter adulterio.} adulterium committo, μοιχεύω. Gel. li. 10. ca. 23. In adulterio uxorem ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impune necares: illa te, ſi adulterares, non auderet digito contingere. Adulteror, aris deponens, idem. Cic. 1. de Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe eſt. Adulteror, aris, paſſiue, μοιχεύομαι. Hora. Epod. 16. Mirus amor, iuuet & tigres ſe ſubdere ceruis, Adulteretur & columba miluio. Hoc eſt, per adulteriū a miluio ineatur. Eſt etiam Adulterare, (κιβδηλεύειν) arte aliqua quippiam pro uero aſſimilare, atque ita rem ſynceram corrumpere. Pli. li. 12. ca. 7. Piper longum faciliime adulteratur Alexandrino ſinapi. Inde etiam Adulterare iudicium, Adulterare tabulas, &c. apud Cicero.

ADVLTVS, {Creſciuto. Boc. Gior. 3. No. 1. Vn giouanaccio creſciuto.} qui creuit ad iuſtam ſtaturæ ſuæ altitudinem, ἀδρυνθείς. Vnde iuuenta dicuntur Adulti, qui in flore ætatis ſunt poſiti. Item Virgo adulta, quæ uiro matura eſt, & plenis nubilis annis. Ci. de Cla. ora. Eamq; tueamur, ut adultā uirginē, caſte. Ver. 4. Geor. de apibus: Altæ ſpem gentis adultos Educunt fœtus. Vbi Seruius: Educunt adultos, hoc eſt, educendo adultos faciunt. Transferuntur et ad inanimata. Cic. de Clar. orato. Thucydides, & Pericles, qui iā non naſcentibus Athenis, ſed adultis fuerunt. Adultus itē participium pro crematus, (κεκαυμένος) Antias in 74. Eo omnes hoſtiæ, uituli XXVI. coniecti: & ita omnia adulta ſunt. Ea Priſciano, li. 8. Vide etiam in Adoleo, & Adoleſco.

ADVMBRO, as. umbram adhibeo, ſiue umbram tegendo facio, {Adombrare, ritrarre. Pet. Tu'la uidi & la ritraſſi in carte} (ἐπισκιάζειν). Colum. lib. 13. Adumbratur uel ſtramentis, uel aliis tegumentis uuæ, ne uentis, aut caloribus exareſcant. Accipitur pro exprimo, repreſento, ſiue imitor: uti pictores, qui imagines planas adumbrant, ut ſolidæ uideantur. Cic. 3. Tuſc. Eſt enim gloria, ſolida quædam res, & expreſſa, non adumbrata. Adumbratio, uerbale, {ἐπισκιασμός}. Cic. de Perſ. Orat. Nulla eſt enim ullo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamē, et adūbratio. Adūbratim, aduerbiū, ſubobſcurè, nō apertè. Lucret. li. 4. Non tamē ut coră quę ſunt, uereq; rotunda, Sed quaſi adumbratim paulum ſimulata uidētur.

ADVNCO, cas, {Piegare} ab Vncus, ſignificat curuo. ἐπικαμπτω.

ADVNCVS, {Piegato} (καμπύλος) curuus, tortuoſus. Cic. pro Cluentio: Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa. Vnde Aduncitas, καμπυλότης. ipſa (ut ſic dicam) incuruitas: ut, Aduncitas roſtri. Pli. li. 8. ca. 27.

ADVNGVEM, {A punto. Dant. Se foſſe à punto la cera dedutta,} (εἰς ὀνυχισμόν) ſignificat ad perfectionem. Tranſlatio ſumpta a marmorariis, qui iuncturas marmorum tunc abſolutas exiſtimant, cum unguis ſuperductus nihil offendit. uel cum iuncturæ ita exactæ ſunt, ut ſeueros (ſicut ait Perſius) excludant ungues: ſiue ab his, qui magna diligentia & conſideratione aliquid faciunt, & inter cogitandum ungueis mordent. Hora. li. 1. Serm. Fonteius ad unguem factus homo. hoc eſt, omni, ex parte perfectus.

ADVNICATES, (ἀδουνικάται) populi in Gallia Narbonenſi commemorantur a Pli. lib. 3. cap. 4.

ADVNO, pen. pro. {Adunare} congrego, ἑνόω. Pli. li. 19. ca. 2. Vulſam faſcibus in aceruo adunatum uideo. Hinc Adunati, ſimul congregati.

ADVNVM, {Tutti} (μέχρι ἑνός) aduerbialiter ſumptum, ſignificat omneis, nullo excepto. Curtius: Omnes ad unum perire.

ADVOCATI, {Auocati. Dant. Nell'altra piccioletta luce ride Quel auocato,} (σύνηγοροι) dicuntur, qui alteri adſunt in cauſa. Plautus in Caſ. Stultus contritus dic, Dum adſto aduocatus cuidam cognato meo. Inter Aduocatum & Patronum hoc intereſſe. Valla exiſtimat, q; Aduocatus nomen ſit generalius, q̄ Patronus: ut non tantum ſignificet eum, qui alterius cauſam (quē propriè Patronum dicimus) uerum etiam quicunque adeſt alteri in cauſa, officii gratia, Aduocatus appellatur, etiam ſi nihil dicat, neque agat, ſed tantum paratus ſit defendere. Patronus propriè, qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis.

ADVOCO, cas, p. c. {Chiamare à ſe. Pet. A ſe mi chiama e ſcaccia} ad me uoco. προσκαλέομαι. Vnde pro conſiliorum auxiliiue cauſa amicos accerſere, ponitur. Teren. in Phorm. Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient. Huic opponitur Auoco. ἐκκαλέω. Hinc Aduocatio uerbale, quæ eſt amicorum coactorum ad opem fauoremq; præſtandam, facta coitio: aut cœtus ipſe patronorum & cauſidicorum: aut ipſa cauſæ defenſio. Cic. in Epiſt. Famil. ad Trebatium: In re militari multo es cautior, q̄ in aduocationibus.

ADVOLO, las, p. c. {Volar ad alcuna parte. Pet. Per ſarle al terzo ciel uolando ir uiui} iuxta, uel ad aliquē locū uolare, προσπέτομαι: & cōſtruitur cū accuſatiuo, ꝓpoſito Ad, uel In: & aliquādo datiuo. Pli. At in agrū uolaterranū palūbiū uis è mari quotānis aduolat. Idē li. 10. ca. 40. Platea nominatur aduolans ad eas, q̄ ſe in mari mergūt. Ibidē: Caprarūq; uberibus aduolāt. Vnde Aduolatus, tus, actus aduolādi. Ci. 2. Tuſ. Triſti aduolatu aduncis lacerās unguibus.

ADVOLVO, (προσκυλίω) uide in dictione uoluo. Ver. 3. Geor. Congeſtaq; robora totas Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.

ADVORSOR, {Contraporſi} (ἀνταγωνίζομαι) pro aduerſor: & aduorſum, pro aduerſarium ueteres dixerunt, teſte Feſto. Sic Aduorſum, et Aduorto pro aduerſum, & aduerto.

ADVOTVM, {Secondo il ſuo deſiderio} (κατὰ γνώμην) id eſt, ex ſententia. Nam licet hoc uideatur rationis, illud cuiuſdam affectus, in eandem tamen ueniunt ſignificationem. Quintilianus: Habesne uxorem ex animi tui ſententia? Et alibi Ad uotum omne fluente fortuna laſciuit otium.

ADVRGEO, es, ere, uehementer urgere, {πιέζω. ἐπιπιέζω.} Celſus: Is quoniam natus eſt dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus eſt.

ADVRO, p. p. {Abbruſciare} idē eſt qđ ſimplex Vro. καίω. Ci. 2. Offi. Quid. n. cēſemus ſuperiorē illū Dionyſiū, quo cruciatu timoris angi ſolitū, q cultros metuēs tōſorios, cādēti carbōe ſibi adurebat capillū. Aduſtio, onis, ūbale. καῦσις Pli. l. 14. c. 20. Vitia pter ſupradicta, acor, aut fumidū uinus: picis ſit, aduſtio.

ADVSQVE, {Fin'à. Boc. Dicendo fino à domattina induggino} (μέχρι). i. Vſque ad. Verg. 11. Aen. Atrides Protei Menelaus adulque columnas Exulat. Gell. lib. 15. cap. 2. Præterea uini libidine aduſque ludibria ebrioſus.

ADYNAMVM, (ἀδύναμον) uini factiti ĝ genus, quod fiebat ex muſto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ menſura exareſceret. Vide Plin. lib. 14. cap. 16. Dictum Adynamum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάμου, propterea q; eſſet imbecille & ſine uiribus: ideoq; ægris dabatur, quibus uini noxam metuebant.

ADYRMACHIDÆ, (ἀδυρμαχίδαι) populi ſunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Aegyptum ſpectat. De horum moribus memoriæ proditū eſt, Vxores in utroque crure armillam æream geſtare. Vtrunque autem ſexum ex æquo comatum eſſe: quo fit, ut pluimos alant pedunculos: quos ubi ceperint, præmorſos abiiciunt. Virgines uiro maturæ ad regem conuehunt: ex quibus ille unam deligit, quam ubi uitiarit, ſtatim dimittit. Vide Coel. Rhod.

ADYTVM, (ἄδυτον) media correpta, locus eſt ſecretior templi, ad quem nulli eſt aditus, niſi ſacerdoti: ab α, priuatiuo, & δύω ingredior, quaſi inacceſſibile. Verg. 2. Aenei. Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.

A ANTE E.

ÆA, (αἶα) ciuitas eſt Colchidis, Aeetę regis opus (ut ſcribit Stephanus) quā Hippos & Cyanos fluuii è diuerſis locis in Phaſim influentes peninſulā efficiunt. Fabulantur poetæ Aeam nomen accepiſſe à puella eiuſdē nominis, quæ cum Phaſidis amnis uim effugere nō poſſet, miſeratione deorum in Peninſulam eſt conuerſa, quam etiam nunc, ut ueterem illum amorem adhue poſſis agnoſcere, magna ſui parte ambit, & uelut amplectitur Phaſia. De hac Pli. lib. 6. cap. 4.

ÆÆA, (αἰαία) Circe dicta, ab aſpernantium uoce, propter celebratas illic corporum mutationes: ut placet Seruio in illud Ver. 3. Aen. Aeææq; inſula Circes. Veriſimilius tamen eſt Aeæam dictam ab Aea Colchorum ciuitate, quemadmodum & Cytes, ſiue Cytea dicta eſt (κυταΐς, ἢ κυταΐα) à Cyta eiuſdē regionis oppido. Quod etiam ab Apollonii interpretibus annotatum eſt.

ÆÆE, ſiue Aeæa (αἰαίη) inſula fuit in mari Tyrrheno, nō modico olim freto ab Italis dirępta, hodie cōtinēs, ita tamē ut paludibus circūquaq; cinctam inſulę ſpēm præ ſe ferat. In hac Home. Circes ſedē collocauit, ſic ſcribēs li. 10. Odyſ. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δ' ἔναιε Κίρκη ἐϋπλόκαμος, &c. Huius meminit & Verg. lib. 3. Aene. Inferniq; lacus, Aeæq; inſula Circes. Tametſi Seruius ibi tres diphthongos uidetur agnoſcere, ut ſit, Aeææ Circes. Latini quoque locum hunc à Circes domicilio Circæū, uel Circęos appellant: ibidēq; antiqui Latii terminum conſtituunt. Vide Pli. lib. 2. cap. 85 & lib. 3. cap. 5.

ÆÆVS, a, um, (αἰαῖος) denominatiuū eſt ab Aea Colchidis peninſula, & urbe eiuſdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia: Vnde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Verg. 3. Aenei. Inferniq; lacus Aeææq; inſula Circes.

ÆACIDES, (αἰακίδης Suidæ) patronymicum maſculinū, quo ſignificatur filius uel nepos uel aliquis ex poſteris Aeaci. Ver. 1. Aen. Sæuus ubi Aeacidę telo iacet Hector. Hoc eſt, telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. Aeacides item Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Ver. 3. Aen. Coniugio Aeacidæ Pyrrhi ſceptriſq; potitū. Pyrrhus itē Epirotarū rex ab Aeaco trahens originē, Aeacides dictus. Verg. 6. Aen. Eruet ille Argos, Agamemnoniaſq; Mycænas, Ipſumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli. Aeacideius, a, um, adiect. ſex ſyllabarum. Ouid. 7. Metam. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

ÆACVS, (αἰακός) p. c. Iouis filius ex Aegina filia Aſopi qui primus inſulā, in qua regnauit, Aeginā à matris ſuę nomine appellauit, cū antea Oenone diceretur, (ut Pli. Strab. & Step. tradiderūt) aut certe Oenopia, ut apud Naſonē legitur li. 7. Met. Oenopiā ueteres appellauere: ſed ipſe Aeacus Aeginā genitricis noie dixit. Hūc tātę iuſtitię fuiſſe dicūt, ut apud inferos aiarū creditus fuerat à Plutone delectus iudex, cū Minoe, et Rhadamāto, et peccātiū peccata diſcutere, et ꝓ meritis poenas iferre. Oui. i Ibin. tuaſq; Æacus i poenas igenioſus erit.

ÆAMENE, pen. pro. (αἰαμένη) regio eſt Nabathæorum, apud Stephanum.

ÆANE, (αἰανή) Macedonię oppidū, dictū ab Acano Helymi filio, qui eo coloniā deduxit. Hinc deducitur Aeanæus, (αἰαναῖος) nomē gētile. Vide, Stepha.

ÆANITIS, (αἰανῖτις) regio Nabathæorū, unde fit gētile Aeanites, αἰανίτης.

ÆANTIVM, (αἰάντειον Ptolem.) oppidū Troadis, à Rhodiis cōditū eodē in loco, in quo ſepultus eſt Aiax, et ubi claſſis ſuæ habuerat ſtationē. Vnde & nomē habet. Nā quē nos Aiacē, Græci αἴαντα uocant. Vide Pli. lib. 5. ca. 30. Eſt etiam Aeantium, nomen promontorii in Magneſia, ad ſinum Pelaſgicū:

de quo idem Plin.lib.4.cap.9.

ÆAS antis,(αἴας) fluuius qui ex Candauijs Macedoniæ montibus ortum ducit,& non procul ab Apollonia Taulantiorum urbe, in mare Ionium illabitur. Lucan.lib.5. Purus in occaſum,paruiſ ſed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde mari. Meminit huius fluuij etiam Plin.lib.3.cap.23.

ÆCA.(αἴκα) Marſorum ciuitas. à qua Aecani(αἰκανοί) populi,quorum meminit. Plin lib.3.cap.11.

ÆDEPSVS,(αἴδηψος) Stephano oppidum fuit Eubœæ inſulæ,cuius meminit. Plin.lib 4.cap.12.

ÆCLVS,(αἴκλος) nobilis Athenienſis,qui Eretriam Eubœæ ciuitatem coloniam duxit. Strab.lib.10. Poſt res uero Troianas Aeclus & Cothus,ex Athenis profecti colonias duxerunt,ille quidem Eretriam,Cothus uero Chalcidē.

ÆDEPOL, p.c.(νὴ τὸν Πολυδεύκην) aduerbium iurandi,quod eſt quaſi per ędem Pollucis. Itē: Pol,& Perpol,quæ idē ſignificant. Perpol,quam pauci, apud Terentiū in And.per tmeſin dictum puto,pro, Pol per quam pauci. Erat autē Aedepol teſte Gel.lib.11.cap.6.iuramentum tā uiris,quam mulieribus cōmune. Per Herculem autem mulieres nunquam iurabant, neque uiri per Caſtorē.

ÆDES,{*Il tempio,la chieſa.Pet. Al uero Dio ſacrato è uiuo tempio Boc. La chieſa è ſi piena di gente*}(ναὸς οἶκοι) tam in ſingulari,quā in plurali numero pro tēplo,uel ſacrario:ſed fere ſemper cū adiectione,ut Aedes ſacra, uel Aedes ſacræ, Aedes Iouis, Aedes Deorum, Aedes Pacis,& ſimōi. Cic.2.Ver. Aedes Mineruæ in phano Apollinis. Vale.Max.lib.2. Ea Pontificum admonitione effectum eſt,ut Marcellus ædibus ſeparatis Honoris ac uirtutis ſimulacra ſtatueret. Oui.in Epiſt. Didus,pro ſepulcro poſuit,cū ait, Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus. Nā & ſepulcra,(ut ſcribunt Iuriſcōſulti de Sepul.et religi.) inter loca ſacra habentur. Pro ædificio prophano,uix aliter q̃ plurali numero utimur. Ci.2.Verr. Quæ uidi egomet apud iſtum in ædibus. Nō tamen imus inficias ēt in ſingulari numero in hac ſignificatione inueniri: uerū id uſui recepto aduerſari cōtendimus. Curtius de geſt. Alexandri: Excubabant principum liberi ſeruatis noctiu uicibus proximi foribus ædis,in qua rex acquieſcebat. Vbi Aedē pro cubiculo dixiſſe uidetur. Idē alibi eodē in numero pro cœnaculo poſuit,cū ait: Stabat ad fores ædis eius, in qua rex ueſcebatur. Dicitur autē Aedes(ut ſcribit Seruius) ab Edo: quod in ea ſacrificantes edere cōſueuerint. Nam quædam ſunt nomina,quæ initio diphthongum recipiunt,quāuis à uerbo monophthongo deriuentur,ut Aedes, Aeſculus. Varr.lib.4.de lingua Latina,ab aditu fieri putat,quod ſcilicet plano pede adibant: unde etiā prima ſyllaba diphthongum accepit. Feſtus: Aedes quod in edito poni ſoleret. Alij Aedem dici exiſtimant, q̀ in ea æuum degatur, quod Græci αἰών uocatur. Aedis,in nominatiuo ſingulari. Varro de uita pop.Rom.lib.1. Hęc ædis,quę nunc eſt,multis annis poſt facta ſit,&c. Hoc etiā ex diminutiui formatione uidetur colequi,ut Aedis in recto dicamus,nō Aedes. Nā ut Apicula fit à nominatiuo Apis,uidetur analogiæ ratio exigere,ut Aedicula fit ab Aedis. Nā ab eo quē ē Aedes,potius fieret diminutiuū Aedecula,ut à Vulpes Vulpecula.

ÆDESIA,(αἰδεσία) mulier Aegyptia,uxor Hermeæ, & Syriani Philoſophi propinqua,totiuſq; caſtitatis & probitatis exemplar: cuius uitam latiſſime deſcribit Suidas.

ÆDICVLA{*Picciol caſa,& capella nelle chieſe*} parua domus,οἰκίδιον. Aliquando pro cellula in ædibus. Plaut.in Epid. In ædiculam ſeorſum iſthæc erat, urbe. Aliquando pro ſacello,quod eſt ædis ſacrę appendix. Liuius: Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ Virgineæ prope ædem Concordiæ M. Porcius dedicauit. Aliquando pro loculamento ſimulacri. Plin. lib.36. de Venere Gnidia: Aedicula eius tota aperitur,ut conſpici poſſit undique effigies Deæ.

ÆDIFICIVM,{*Edificio. Pet. Produſſe al ſommo l'edificio ſanto*}(οἰκοδομία) ædis conſtructio:& ponitur pro omni ſtructura. Aedificij quoq; appellatione non ſolum ſuperficiem ſignari,ſed ſolum quoq; ipſum,cui ædificium ſuperpoſitum eſt, Vlpian.putat. Pli.lib.16.cap.6. Minus utilis ædificijs. Cæſar bell.Gall.lib.2. Omnibus uicis,ædificijsq́;,quo adire potuerant,incenſis.

ÆDIFICO,{*Edificare,fabricare*}(οἰκοδομέω) proprie, idē eſt quod domum ſtruo,quod etiam indicant partes cōpoſitionis. Nam ab æde, uel ædibus faciēdis dictum eſt. Et ita fere abſolute ponitur ſine caſu. Cic.ad Q.Frat. Tribus locis ædifico,reliqua reconcinno. Hor.1.Epiſt. Diruit,ædificat, mutat quadrata rotundis. Quoties uero accuſatiuū adiunctū habet,idē ualet quod ſtruo. Ci. pro lege Manilia: Qui cū maximas ædificaſſet,exornaſſetq; claſſes. Idem pro Sylla: Ad illius pœnam carcer ædificatus eſt. Idē: Qui cū ædificaſſet in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accuſatiuus Domū,additus facile indicat, Aedificare,ſimpliciter ibi accipi pro ſtruere: nam alioqui redundaret. Cic.1.de Nat.Deo. Quibus.n. oculis animi intueri potuit ueſter Plato fabricam illam tanti operis,qua conſtrui à Deo,atque ædificari mundum facit? Huius compoſita ſunt, Coædifico, Exædifico. Inædifico,in loco aliquo ædifico. Liu.lib.1. Et ut libera ceteris religionibus area eſſet tota Iouis, templiq; eius quod inædificaretur,exaugurare fana,ſacellaq; ſtatuit. Proædifico. unde Proædificatum ueteres dicebant,teſte Feſto,quod ex priuato loco proceſſerat in publicum ſolum. Reædifico,ruſus ædifico. Superædifico. Hieronym. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc,aurum,argentum,&c. Verbalia ſunt Aedificator οἰκοδόμος, οἰκῶν ἐργάτης. Cato: De bono ædificatore melius emetur. Aedificatio, οἰκοδομία. Cic.ad Att. Aedificatio me nō mouet. Aedificatiuncula,parua ædificatio. Cic.ad Q.Frat. Quæſiuiq; ex eo,quid de illa ædificatiuncula Laertij,de qua mecum locutus es,mandauiſſes.

ÆDILATVS,(ἀγορανομία) idem quod Aedilitas.

ÆDILES,(ἀγορανόμοι) p.p. dicti ſunt ab eo q̀ ædes ſacras & priuatas procurarent,teſte Varro.li.4.de lingua Lati. Primo ea plebe duo creati ſunt Aediles: deinde procedente tēpore duo ex patricijs adiuncti ſunt, qui à ſolio eburneo,quod eis datum eſt, Curules dicti ſunt. Officium Aedilis erat,ludos publicos exhibere, & ſacras priuataſq; ædes procurare,totam urbē tueri,ut cloacę, & aquæductus, & quæq; publica ædificia inuiolata & integra eſſent: loca in theatro aſſignare. Si quiſpiā ſeruū,aut iumētū morboſum,uitioſumve. pro ſanę gro,ſanoq; uēdidiſſet,edicto Aedilium emptori ſuccurrebatur: idq; Edictū Edilitia dicebatur,ſiue Edictiones Aedilitię. Ci.3.de legib.ex lege XII.tab. Suntoq; Aediles curatores urbis,annonæ,ludoruq; ſolennium: ollisq; ad honoris amplioris gradū is primus adſcenſus eſto. Erāt et alij Aediles,q̀ frumēto pręerāt à Cæſare primum creati,& a Cerere Cereales nominati, ut ſcribit Pomponi. His cura ponderum,ne qua fraus fieret,& menſurarum commiſſa erat.

ÆDILITAS, tis,(ἀγορανομία) ipſa dignitas. Cic.1.Offic. Craſſus cum omnium hominum moderatiſſimo. Q. Mutio munificentiſſima ædilitate functus eſt. Liu.lib.7.ab Vrb. Annus hic inſignis nouis duobus magiſtratibus, Prætura,& Curuli ædilitate: hos ſibi patricij quæſiuere honores, pro cōceſſo plebi altero Conſulatu.

ÆDILITIVS, tia,tium,(ἀγορανομικός) nomen poſſeſſiuum ab Aedilis,ut, Comitia ædilitia,in quibus creabantur Aediles: & Aedilitiū munus: hoc eſt, officium ad Aediles pertinens. Cic.de offi.lib.2. Sed quid ego Aedilitias repulſas colligo? Homo Aedilitius. Cic.pro Cluent. Et illum hominem Aedilitiū, iam Prætorem opinionibus hominum conſtitutum,&c.

ÆDILITIVS, tii,qui Aedilitate functus eſt,quemadmodum & Cōſularis, qui Conſulatum geſſit,& Prætorius, qui Præturam adminiſtrauit. Cice.in Bruto: Sed omnia in ſumma ſperans, ædilitius eſt mortuus.

ÆDITIMVS,(νεωκόρος) pen.cor.qui ædibus præeſt. Gell.lib.12.cap.10.ait Aeditimus dici ea forma,qua finitimus,legitimus. Verum pro eo nūc utimur Aedituus,ut Var.lib.1.de Re ruſt.ait, Et Sementiuis ferijs in ædem Telluris ueneram rogatus ab æditimo,ut dicere didicimus a patribus noſtris: ut corrigimur a recentibus urbanis,ab æditui

ÆDITITIVS iudex. unde Edititius.

ÆDITVOR, & **ÆDITIMOR,**(νεωκορέω) ædem tueor. Gellius libr.12. cap.10. Qui poſtquam tibi appareo,atque æditimor in templo tuo.

ÆDITVVS,{*Difenſore del tempio ſacro*}(νεωκόρος) idem quod Aeditimus, ſacræ ædis tutor,ideſt,curam gerens: ab ædibus ſacris,quas tuetur. Lucretius pro æditiuis dixit Aedituentes,ut eſt apud Gellium. Hoſpitibus loca,quæ cōplerant æditueutes.

ÆDOEICA, hulcera(αἰδοιϊκὰ ἕλκη) Aegineta appellat, quæ circa pudenda naſcuntur. Nam αἰδοῖα Græci uocant,quæ nos pudenda.

AEDON, dictio triſyllaba pe.pro.(ἀηδών) auis eſt, quæ aliis nominibus & Philomela,& Luſcinia dicitur: dicta Aedon ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, hoc eſt, a perpetuo canendo,quod etiam tunc canat,cum reliquæ uolucres ſileant. Vergilius de cantu Sirenum: Quodq; leues calami,quod ſuauis cantat aedon.

ÆETES, uel Aeeta,pe.pro.(αἰήτης) rex fuit Colchorū, & filius Solis ex Perſa Oceani filia,& pater Medeæ, Abſyrti, & Chalciopes: qui cum aureū uellus a Phryxo Athamantis filio in luco Martis ſuſpenſum diligentiſſime aſſeruaret,a Medea filia proditus,& uellere, & duobus inſuper liberis ſpoliatus eſt. Nā Medea,cū Iaſoni in rapiēdo uellere ſe adiutricē pbuiſſet,una cū illo profugit,fratrēq; Abſyrtū,quē fugæ comitē aſſumpſerat, ut patrē inſequētē remoraretur,multas in particulas diſcerpſit. Fabula notiſſima eſt ex Valerio Flacco,et Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Aeetias(αἰητιάς) quo ſignificatē Medeæ Aeetæ filia. Ouid.7.Meta. Concipit interea ualidos Aeetias ignes.

ÆGA,(αἰγαί) promontorium eſt Aeolidæ, non procul a Caici fluminis oſtio. Strabo lib.7.

ÆGÆ,(αἰγαί) multorum oppidorum nomē eſt: quorū unum eſt in Macedonia non procul ab Halyacmone fluuio,in quo receptum erat, Macedonum reges ſepelire. De hoc Pli.li.4.ca.10. Alterum in Cilicia,non procul a Pyramo fluuio,ut tradit Pli.li.5.ca.27. Tertium in Aeolide, apud eundem lib.5.cap.30. Quartū in Euboea,a quo Strabo Mare Aegęum dictum putat. Quintum in Lydia, Sextū in Aetolia,& Septimū in Locride,cōmemorantur a Stephano.

ÆGÆON,(αἰγαίων) nomen Gigantis,quē cētum manus,& quinquaginta uētres habuiſſe fabulantur. Hunc Homerus 1.Iliad. ab hominibus quidem Aegæonem,a dijs uero Briareum uocari tradit. Vide latius in dictione Briareus.

ÆGÆA,(αἰγαῖα) nomen duarum urbium,ut ſcribit Ptol.quarum una in Emathia,alia in Mauritania. Cōmemorātur & a Strabone duo huius nominis oppida,quorum unum ad Amanū montem,alterū in agro Laconico collocat.

ÆGÆÆ,(αἰγαῖαι) inſulæ ſunt Ioniæ adiacentes, quæ commemorantur a Plin. lib.5.cap.31.

ÆGÆVM MARE,{*L'Arcipelago*}(αἰγαῖον πέλαγος, ὁ αἰγαῖος πόντος, Stephano,& Suidæ) ampliſſimus eſt maris mediterranei ſinus, a parte Orientali Iſthmi corinthiaci(ut Plinio placet) certe a Sunio Atticæ promōtorio (ut tradit Ptolemæus) ad ipſum uſque Helleſpontū extenſus, alia aliis in locis a regionibus,quas abluit,nomina ſortitus. De ratione nominis uaria traduntur a ſcriptoribus. Nōnulli(in quibus eſt Suidas) ad Aegeū Theſei patrem referunt quem in hoc mare ſeſe præcipitē dediſſe ferunt,cum nauim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurū uectus fuerat,nigro cum uelo(quod ſibi cū nauclero amiſſi filii ſignum conuenerat) redeuntem uideret. Alij ab inſula quadā, ſeu uerius ſcopulo deductū putāt,in hoc mari inter Tenedū & Chiū ſito, quē a capræ ſimilitudine, αἶγα nautæ appellāt. In hac ſententia eſt Plinius. ſic ſcribens li.4.c.11. Aegæo mari nomē dedit ſcopulus inter Tenedū & Chium uerius, q̃ inſula, Aex nomine,a ſpecie capræ(quæ ita a Græcis appellatur) repente in medio mari exiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum nauigantes ab Achara dirum & peſtiferum. Idem ſentit & Solinus,cuius uerba,quod parum diſcrepent a Plinianis,ſuperuacuū eſſet hic adſcribere. Strabo autem lib.8.ab Aegis Eubeę oppido Aegeū appellatū exiſtimat: tametſi idē li.13.παρὰ τὰς Αἰγὰς hoc eſt,ab Aego Aeolidis promōtorio dictum uelit,quod ſuo ſeculo Canā,ſiue Canas tradit fuiſſe appellatū. Hęc etymi diuerſitas facit ut nec de orthographiæ ratione idē omnes ſentiāt. Græcorū tamen codicū cōſenſus in eā me adducit ſententiā,ut Aegæū potiſſimum per æ,diphthongū ſcribendum exiſtimē.

ÆGALEOS,(αἰγάλεως) nomen montis apud Strabonem lib.8. ſub quo antiquus Pylos Meſſenia ciuitas erat.

ÆGEMON,(αἰγήμων) Poetæ Græci nomen eſt,qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios geſtum carmine complexus eſt.

ÆGER, ra,rum,{*Infermo,debile*}(νοσῶν) ab Ago,agis, per cōtrariū,(ut quidā opināntur) eo q̀ ægri nō probe fungātur ſuis actionibus,ſiue q̀ qui morbo correptus eſt,grauius agitetur. Et tā de animo dicitur,q̃ de corpore: quamuis Donatus eā fecerit differentiam,ut Aegritudo ad animum, Aegrotatio ad corpus referatur.quod omnino uerum non eſt. Salluſtius in Catil. Antonius pedibus æger. Cic. Att.7. Tironem Patris ægrum reliqui. Idem pro Cæl. Medea animo ægra.amore ſæuo ſaucia. Per metaphorā Cic.in Ver.3. Nihil uideor magnum,

gnum,

gram, & maxime ægram, & prope depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe.

ÆGERIA,(αἰγερία)nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, et colloquium ſe habere ſimulauit ſuper cultu religionum: quo armorũ & prædæ ſtudio flagrantem populum Romanorum ad pacis artes abſtraheret. Vnde Ouid. in Faſt. Aegeria eſt quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis, Illa Numæ coniux conſiliumq́ fuit.

ÆGESTANI,(αἰγεσαῖοι Stephano)populi ſunt Siciliæ, quorum urbs Aegeſta non procul a Lilybæo promontorio ſita eſt, ab Aegeſto Troiano nomen habens. Hi Segeſtani uocantur a Plin. lib. 3. cap. 8.

ÆGEVS, per duas ſyllabas(αἰγεύς)filius Pandionis fuit, & rex Athenarũ, qui ex Aethra Pitthei Trœzeniorum regis filia Theſeum ſuſcepit, ex Medea autẽ ab Iaſone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iuſtino. Hoc iã ad ſenium uergente, Minos Cretenſium rex Athenienſibus ob Androgei filii, necẽ bellũ intulit, uictisq́ duriſſimas pacis conditiones imperauit, ut ſeptem quotannis iuuenes Athenienſes ex ſuis in Cretã mitterent, Minotauro mõſtro obiiciẽdos. Quibus legibus cũ triennio paruiſſent, euenit, ut quarto anno ſors inter omnes ex æquo ducta Theſeũ proderet: qui maximo omniũ cũ dolore nauim cõſcendens a patre in mandatis accepit, ut ſi qua fatorũ benignitate ſoſpes remearet, uelũ nauis, quod nigrum præſentiq́ fortunæ congruũ erat, candido commutaret: idq́ eo conſilio, ut ſi quid filio accidiſſet, ueli colore ſuæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis ſuæ nuntiũ morte poſſet præuenire. At Theſeus occiſo Minotauro, opeq́ Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorũ monitorũ immemor, nigro in patriã uelo reuectus eſt: qđ cũ eminus e ſpecula intueretur Aegeus, filium interiiſſe ratus, doloris impatientia ſeſe in mare præcipitẽ dedit. Cui uita functo Athenienſes Theſei opera grauiſſima ſeruitute liberati, diuinos honores inſtituerunt, deũ marinũ, & adoptiuũ Neptuni filiũ appellãtes. Mare quoque ipſum nõnulli ſentiunt ab eo Aegæũ eſſe appellatũ.

ÆGIALE,(αἰγιάλη)ſiue Aegialea(αἰγιάλεια)uxor fuit Diomedes, quã Venus a uiro eius in bello Troiano uulnerata, tanta adulteriorum inuoluit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriã redire recuſarit, acceptaq́ a Dauno agri portione, urbẽ condiderit in ex parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quã à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit: quæ deinde Argyrippa, et poſtremo Arpi fuit appellata. Vide Seruium in illud Aen. li. 11. Ille urbẽ Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.

ÆGIALEVS,(αἰγιαλεύς)filius Aeetę fuit, et frater Medeę, a qua diſcerptus fuit, ut patri eã perſequẽti mora iniiceretur. Alio nomine dictus eſt Abſyrtus. Vide ſupra ſuo loco. Fuit ẽt hoc nomine Phoronei regis Argiuorũ filius, cui Apis(quẽ quidã Phoronei, quidã Iouis filiũ ex Niobe Phoronei filia, eſſe tradunt)poſtquã Argis regnaſſet, in Aegyptũ tranſiens, Achaiæ regnũ reliquit.

ÆGIALIA,{Cerrigo}(αἰγιάλεια) inſula eſt adiacens Aetoliæ regioni, ut ſcribit Pli. cap. 12. cap. 4.

ÆGIALVS,{Lito}(αἰγιαλός)Latine dicitur litus. Vnde Achaia propter urbes in litore diſpoſitas, ante αἰγιαλός uocata eſt, teſte Pli. li. 4. cap. 5.

ÆGIDA,(αἰγίδα)oppidum Iſtriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.

ÆGIDES,(αἰγείδης)pen. pro. patronymicum maſculinum eſt formatum a nomine Aegeus: quo poetæ utuntur pro Theſeo Aegei filio. Ouid. 3. de Arte: Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus.

ÆGILA,(αἴγιλα)inſula eſt in ſinu Megarico XXV. M. paſſuũ diſtãs a Phalaſarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. paſſuum Plinio teſte, li. 4. ca. 12.

ÆGILIPS, ipis,(αἰγίλιψ Stephano)dicitur locus editus & pene inacceſſus. Latine ſonat relictum a capris, hoc eſt, locus tam arduus quem ne ipſæ quidẽ capræ queant aſcendere. Eſt etiam hoc nomine urbs Epiri in prærupta rupe ſita: unde & nomen inuenit. Auctor Stephanus.

ÆGILODES ſinus(αἰγιλώδης κόλπος)ſinus eſt exiguus, inter Meſſeniacum & Laconicum medius: de quo Pli. li. 4. cap. 5.

ÆGILOPS, ægilopis,(αἰγίλωψ)herba eſt folio uerno tẽpore piloſo, ut loliũ, hordeum enecans, quæ & Feſtuca dicitur, quod meſſis tempore, cum ſemen iam deciderit, uacuum reperiatur in modũ feſtucæ. Pli. li. 18. ca. 17. Eſt herba quæ cicer enecat & eruum circunligando ſe: uocatur orobanche: triticum ſimili modo æra. ordeum feſtuca, quæ uocatur ægilops. Hæc Pli. Ver. 1. Geor. Latine uertit Sterilẽ auenã in hoc uerſu, Infelix lolium, & ſteriles dominãtur auenæ. Ruſtici in Gallia uocant, du Lauron. Eſt præterea Aegilops, abſceſſus inter nares, & magnum oculi angulum, qui ſi incurioſe tractetur(ut inquit Aegineta)in fiſtulã uertitur. Dictus Aegilops, quaſi oculus caprinus, quod capræ huic uitio peculiariter obnoxiæ ſint. Huic malo medetur Aegilops herba, teſte Pli. li. 25. ca. 13. Vnde & ipſa nomen accepiſſe uidetur.

ÆGILOS,{Capraia}(αἴγιλος)inſula eſt in mari Liguſtico, quæ Latine Capraria dicitur, teſte Plin. lib. 3. cap. 6.

ÆGIMIVS,(αἰγίμιος)ſenis ætate prouectiſſima nomen, quem Anacreon Poeta(referente Pli. li. 7. c. 48.)tradidit ad ducenteſimum uſque annũ uixiſſe.

ÆGIMORI,(αἰγίμοροι)duæ ſunt inſulæ in mari Libyco e regione Carthaginis. Auctor Plin. lib. 5. cap. 7.

ÆGIMVROS,(αἰγίμουρος)inſula eſt in mari libyco, inſidioſa naufragiis. Vide Strabonem lib. 6. & 7.

ÆGINA,(αἴγινα)pen. pro. fuit Aſopi Bœotiæ regis filia, & mater Aeaci, a qua inſula Peloponneſo adiacens cõtra Atticã, Aegina uocata eſt, cum antea Oenone diceretur)ut apud Strabonẽ, Plinium, & Stephanũ legitur)aut certe Oenopia, ut placet Ouid. li. 7. Meta. Hinc fit gentile Aegineta(αἰγινήτης) & Denominatiuũ Aegineticus, a, um(αἰγινητικός:)ut, Aegineticũ æs, ꝙ in hac inſula nõ gignebat quidẽ, ſed optime tẽperabatur: ut eſt auctor Pli. li. 34. c. 2.

ÆGION,(αἴγιον Suidæ)oppidum Achaiæ proprie dictæ, quæ regio eſt Septentrionalis Peloponneſi. Vide Pli. lib. 4. cap. 5.

ÆGINIVM,(αἰγίνιον)oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

ÆGIOCHVS,(αἰγίοχος)Iouis eſt cognomentum, inde tractũ, ꝙ cum Titanibus pugnaturus, ęgide, hoc eſt, ſcuto caprino corio contecto, fuerit armatus. Et ſic erit cõpoſitum a nomine αἰγίς, & uerbo ἔχω: ut ſit Aegiochus quaſi Aegida tenens. Alii malunt Aegiochum dictum eſſe ἀπὸ τ̃ αἰγὸς, ὀχῆς, hoc eſt, a capræ alimento, ꝙ Iupiter infans caprino lacte in Creta feratur nutritus.

ÆGIPANES,(αἰγίπανες)quos nonnulli Semicapros uocãt, mõſtra ſunt caprinos pedes habẽtia reliquis partibus humanam referentia figuram. Pli. lib. 6. cap. 30. de Aethiopibus Heſperiis loquens: Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate ueſtitos, Aegipanum, Satyrorumq́ produnt. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue pro ſylueſtribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanosq́: Faunos ac Satyros nemorum Deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Syluanos ſyluarum.

ÆGIRA, pen. pro.(αἰγείρα)oppidum Achaiæ in Peloponneſo, de quo Pli. lib. 4. cap. 5.

ÆGIROESSA,(αἰγιρόεσσα)oppidum Aeolidis in Aſia: cuius meminit Herodotus lib. 1.

ÆGIRINON,(αἰγείρινον)unguẽti genus eſt, teſte Ruellio, ex uua populi arboris confectum, ἀπὸ τ̃ αἰγείρου, quã alii albam, alii nigram populũ credunt.

ÆGIS, idis,(αἰγίς)munimentũ pectoris æneum à Vulcano fabricatũ, habens in medio Gorgonis caput. Quod ſi in pectore numinis ſit, Aegis: ſi in corpore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis uidemus, Lorica dicitur. Verg. 8. Aen. Aegidaq́ horriferam, turbatę Palladis arma. Hæc fere Seruius. Aegis Apud Græcos uaria ſignificat: Pelliceum tegmen, quod geſtant Afri: pręterea maris intumeſcentis undas, ac uentorum procellas & turbines. Alii malunt eſſe rete ex coronamentis contextum. Nec deſunt, qui putent ſignificare ſacerdotem, quæ Athenis ſolita ſit ferre ſacram Aegidẽ, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxiſſent uxores. Vnde factum prouerbium, Aegis uenit. Quod Suidas ait dicat dici ſolitũ de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Eraſmũ in Chiliadib. Eſt præterea Aegis ſcutum Iouis, & Palladis, Iliados 4. & 5. in cuius medio erat Meduſæ Gorgonis caput ſerpentibus uice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox uertebantur in lapides: ut apud Ouid. 4. Meta. habetur. Eſt etiã Aegis, lignum denſum, medullæ ſimile, in larice fœmina naſcẽs, melleí coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli, immortalis pene materia, nullisq́ rimis aut fiſſuris obnoxia. Auctor Plin. lib. 16. cap. 39.

ÆGISTHVS,(αἴγισθος)Thyeſtæ filius, ex Pelopeia, eiuſdem filia, quem infantulum mater cauſa tegendi ſceleris perdendum ſ. ris expoſuit in ſyluis: ſed à paſtore inuentus, eiusq́ beneficio nutritus eſt: & inde αἴγισθος dictus, quod nutritus ſit à capris. Hic prouectior ætate Atreũ, impellente tamen patre, interfecit, & eiuſdẽ filiũ Agamemnona in Balneis, uel ut alii uolunt, in primo egreſſu, adiuuãte uxore Clytemneſtra, q̃ ẽt turpiſſime uſus erat, obtrũcauit. Poſtremo ab Oreſte Agamemnonis filio patris mortẽ ulciſcẽte, è medio eſt ſublatus.

ÆGISTHVS, Beli Priſci filius. Vide Aegyptus.

ÆGITHALOS,(αἰγιθαλός) auis eſt apud Ariſtotelem, quæ à Theodoro Parus uertitur. Hermolaus in Plinium.

ÆGITHVS,(αἴγιθος)auiculæ nomẽ eſt, irreconciliabiles cũ aſino ſimultates exercẽs, ꝙ nidus eius, quẽ fere in carduis ſtruit, ab aſino diſſipetur. Contra ægithus quoniã alia parte nocere non poteſt, aſini hulcera erodit. Pli. lib. 10. ca. 74.

ÆGITIS, pen. pro.(αἰγῖτις)herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

ÆGIVM,(αἴγιον)oppidum Achaię, quæ eſt in Peloponneſo, quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt: unde oppido nomen. αἶγα enim capram dicunt.

ÆGLE,(αἴγλη)una Heſperidum fuit, hoc eſt, una filiarum Heſperi, Italię regis, quæ una cum Arethuſa, & Heſperethuſa ſororibus, amœniſſimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iuſſu Claudii Cęſaris eo deductam: in quibus(ut eſt in fabulis)aurea mala naſcebantur, quæ à peruigili dracone aſſeruabantur, quæ poſtea abſtulit Hercules, dracone interempto. Vide infra in dictione Heſperides. Fuit & nympha hoc nomine, una Naiadũ, Solis(ut uolunt)ex Neæra filia. de qua Verg. in Sileno.

ÆGLES,(αἴγλης)Athletæ Samii nomen, qui cum per omnem ætatem mutus fuiſſet, in ſacro tamen certamine cum in ſortitione fraudem committi uideret, nimio loquendi deſiderio, linguæ uinculum rupit, & diſtincte quãdiu uixit, locutus eſt. Vide Gell. lib. 5. cap. 9. & Vale. Maxi. lib. 1. cap. 8.

ÆGLOGA,{Ragionamento paſtorale}(ἐκλογή)pe. cor. capratum ſeu rerũ paſtoralium ſermo dicitur, quaſi αἰγῶν λόγος. At Ecloga (ἐκλογή) ſine diphthongo, electio uel explanatio, elegantia dicitur, ut inquit Plin. lib. 4. Epiſt. & Euſ. lib. 4. Eccl. hiſt. contra Tortelium.

ÆGOCEPHALVS,(αἰγοκέφαλος)pen. cor. auis eſt liene carens. Vide Ariſtotelem lib. 2. de animal. & Plin. lib. 11. cap. 37.

ÆGOCEROS, otis,{Capricorno}(αἰγόκερως)ſignum cœleſte eſt, quod à nobis Capricornus dicitur: quod Sol ingrediens Solſtitiũ hyemale efficit. Poetæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphę capra natum fuiſſe, & eodem lacte cũ Ioue educatum: qui poſtea cœli imperio potitus, ueterẽ collactaneũ inter aſtra collocauit. Inuenitur etiã accuſatiuus Aegoceron tertiæ declinationis Græcorum, à nominatiuo αἰγόκερος, per o, paruũ. Lucanus: Aegoceron, Cancrũq́ tenet. Eſt etiam Aegoceros(αἰγόκερως Dioſcoridi)ſiue(ut apud Plin. legitur) Aegoceras, herba, quæ notiore nomine Fœnumgræcum appellatur: ita dictũ, ꝙ ſemen habeat in ſiliquis caprino cornui ſimilibus. Vide Pli. lib. 24. cap. ulti.

ÆGON, onis, pen. genitiui pro.{Caprile}(αἰγών)idem quod caprile, hoc eſt, ſtabulum caprarum. Eſt item nomen paſtoris apud Vergilium in Palæmone. Mons præterea Quirinalis: antequam in eum Sabini cõmigrarunt, Aegon appellatus eſt: portaq́ ipſa Agonenſis dicta eſt, quæ alio nomine, Quirinalis dicitur. Auctor Feſtus.

ÆGOLETHROS,(αἰγόλεθρος)herba in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, uel Ponticum uocatur. dicta à capris interimendis. αἲξ enim capra, & ὄλεθρος, pernicioſum.

ÆGONOMVS,{Paſtor di capre}(αἰγονόμος)pen. cor. caprarũ ductor: qui & Aepolus, αἰπόλος dicitur, quaſi αἶγας νέμων id eſt, capras paſcens.

ÆGONYCON,(αἰγώνυχον)Dioſcoridi, herbam illam eſſe docet Ruellius, quæ in Officinis Miliũ ſolis appellatur. Alio nomine Lithoſpermon uocatur.

ÆGOPHAGOS,(αἰγοφάγος)Iuno apud Spartanos dicta, ꝙ illi capris præcipue ſacrificabant. Cœlius Antiq. lect. lib. 26.

ÆGOPHTHALMVS, à Pli. lib. 37. Gemma quædam appellatur, quæ caprini oculi ſpeciem præ ſe fert.

ÆGOS,(αἰγός)Thraciæ fluuius, ad cuius oſtia claſſis Athenienſium, à Lyſandro capta fuit. Pli. lib. 2. cap. 60. Idq́ factum interdiu in Thracię parte ad Aegos flumẽ. Steph. ad Helleſpontum, collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμόν,

quod nos Capræ flumen interpretari poſſumus: à quo deducitur gentile Aegopotamites, uel Aegopotamita, αἰγοποταμίτης.

ÆGOSTHENIA, (αἰγοσθένια) ciuitas eſt Locridis, quam recenſet Ptolemæus in deſcriptione Achaiæ. Huius incolæ à Plin. lib. 3. cap. 7. uocantur Aegoſthenenſes, Megarenſium iuriſdictioni attributi.

ÆGRE, {*Moleſtamente, mal uolentieri*} ſignificat moleſte, dolenter, iniquo animo. Teren. in And. Redeo inde iratus, atque ægre ferēs. Itē Aegre χαλεπῶς, δυσχερῶς male, difficulter, uix. Verg. 3. Georg. Ergo ægre raſtris terras timantur. Neq; ſolum cum uerbo Ferre, ſed cum aliis etiā uerbis iungitur: ut, Careo ægre. Suſtineo ægre. Et Cic. Atti. Ab haſta ea ægre me tenui. Aegre eſt mihi, frequens eſt apud Plautum, pro dolet mihi, aut male me habet: ut in Caſ. Quid tibi ægre eſt? Aegre facere alicui, pro eo quod eſt, aliquē ægritudine, uel moleſtia afficere. Teren. Eunuch. Voluit facere contra huic ægre. Hinc Aegrius & Aegerrime, pro difficilius, & difficillime. Pli. lib. 16. cap. 10. Fragoſius ſidunt, ægrius reuelluntur. Cæſ. 1. Bell. Gal. Aegerrime confecerant, ut flumē trāſirēt.

ÆGREO, es, æger ſum, {*Eſſere infermo. Pet. Contra'l dolce piacer ſi infermo fui*} ἀσθενῶ. A quo Aegreſco, quod magis eſt in uſu, æger fio, debilitor. Plin. lib. 10. Corui ante ſolſtitium generant. Item ęgreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime, ante quam fici coquantur autumno.

ÆGRIMONIA, {*Infermità, malatia*} (λύπη) pen. cor. idem quod ęgritudo, abſtractū ab Aeger, factum ea forma qua ab Acer Acrimonia. Plau. in Rud. Tantiſper dum abſcedat à me hæc ægrimonia. Cice. ad Atti. 12. Ferrem grauiter, ſi nouæ ægrimoniæ locus eſſet.

ÆGRITUDO {*Dolore d'animo, faſtidio, malinconia*} (λύπη) eſt animi ęgri affectio. Teren. in And. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Hanc Cic. 4. Tuſc. ſic definit: Aegritudo, eſt animi aduerſante ratione contractio. Teren. in Phormione pro corporis morbo uſurpauit. Matrē ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt. Vbi Donat. Ex ægritudine, inquit, hoc eſt, ex infirmitate & morbo. Sic & Plin. lib. 28. cap. 6. Viſique ſunt feſſi ægritudine, quādo & illas moles infeſtant morbi.

ÆGROTO, as {*Infermarſi Boc. Gior. 1. Noue. 1. Auenne che egli infermò*} ęgro corpore ſum, morbo afficior. νοσῶ. Cic. pro Cluen. Is ibi in morbum incidit, ac ſatis uehementer, diuq; ægrotauit. Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. Tuſ. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Inde Aegrotatio uerbale (νόσημα) quod & ipſum proprie de corpore dicitur. Cic. 3. Tuſc. Sed proprie, ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo. Per metaphoram tamē aliquādo de animo dicitur, quemadmodum & uerbum à quo deſcendit. Cic. Tuſc. 4. Quis. n. dubitarit, quin ægrotationes animi, &c. Ab Aegroto fit & Coægroto. Hieróny. Quod ſi ipſa languerit, coægrotandum eſt, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

ÆGROTUS, a, um, {*Infermo, amalato*} (νοσηρός) adiectiuum ab Aeger deriuatum: à quo tamen ſic differt, teſte Seruio, ut Aeger de corpore & animo dicatur, Aegrotus de corpore tantum. Hora. 1. Epiſto. Non domus aut fundus, nō æris aceruus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. Ci. ad Att. Vt ægroto, dum anima eſt, ſpes eſt, &c. Teren. in And. ad animum tranſtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

ÆGYLA, Vide ſupra Aegila.

ÆGYLOPS, Vide ſupra Aegilops.

ÆGYPIOS, & Gypas, (αἰγυπιοὺς καὶ γῦπας) Græci uocant, quos Latini Vultures.

ÆGYPSUS, (αἴγυψος) urbs ad ripam Iſtri fluuij ſita, nomen habens ab Aegypſo Caſpio conditore. Ouid. de Ponto. 1. Eleg. 9. Stat uetus urbs, &c.

ÆGRYPTINI, pen. pro. dicuntur Aethiopes, quia Aegyptijs ſunt finitimi. Auctor Feſtus.

ÆGYPTA, (αἰγύπτας) Ciceronis libertus fuit, cuius identidem meminit Cic. in Epiſt. ad Tironem. Tres aūt præcipui numerantur Cic. liberti, Tiro, Aegypta, & Laurea, cuius extat epigramma de aquis Ciceronianis apud Pli. lib. 31.

ÆGYPTUS, {*Egitto. Pet. Ceſar dapoi che'l traditor d'Egitto*} (αἴγυπτος) regio ab Aphrica (ut Pli. inquit Canopico diſterminatur oſtio, ab Aſia uero Peluſiaco: quam ob rem quidam inter inſulas Aegyptum cōputauere. Qui tamē Aſiam dimenſi ſunt, inter Aſiæ regiones Aegyptum quoq; dinumerauerunt. Eſt Aphricæ proxima: ab Aegypto Danai fratre ſic appellata, prius Aeria dicta. Hæc, teſte eodē Pli. lib. 5. ab Oriente Rubro mari Aſſyriæ q; coniungitur, ab occaſu Cyrenen & Aphricæ reſiduum habet, à Meridie uſq; in Aethiopiā protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Eius inſignes urbes ſunt Thebæ, Abydos, Alexādria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquā uiſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra eſt, quā efficit Nilus, ita ſe diuidens, ut, Δ, literā facere uideatur. Ab Aegypto fiunt adiectiua Aegyptius, a, um, (αἰγύπτιος) & Aegyptiacus, a, um, unde, Aegyptia ficus, de qua Pli. lib. 13. ca. 7. Aegyptia menſa, &c. Aegyptia cōiunx, Maro lib. 8. Tēpore Amaſis regis urbes habuit 20000. Natio fuit ſuperſtitioſiſſima, adeo ut nō ſolū bruta animalia, ut canē, bouem & ſimilia, uerum etiam res inanimatas, ut allium, & cæpas inter deos collocarit. Dicitur parens terrarū, ut inquit Crinitus: nā Aegyptij omniū populorū uetuſtiſſimi, diſciplinarūq; cōplurium inuentores, rerumq; diuinarū, et ſyderum peritiſſimi dicuntur: primiq; animam eſſe immortalem dixere, & de corpore in corpus uagari, ut auctor eſt Diodorus. In hanc Dędalus, Melampus, Pythagoras, Homerus cōpluresq; alij eruditionis cauſa profecti, dogmata in ſuā quiſq; patriā retulere.

ÆGYPTUS, maſc. gen. (αἴγυπτος) Beli Priſci filius fuit, & frater Danai: qui cum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratris ſui filiabus matrimonio cōiunxit: quæ à patre Danao inſtructæ prima à nuptijs nocte ſuū quæq; maritū interfecerunt, præter unā Hypermneſtrā, quæ Lynceo uiro ſuo pepercit: qui poſtea, pulſo Danao, Argiuorū regnū inuaſit. Vide infra in dictione Belides.

ÆGYS, (αἰγύς) oppidum eſt Laconicæ regionis, apud Stephan.

ÆLANA, ſiue, ut alij malunt, Læana, (αἴλανα, ἢ λαίανα) oppidū eſt Arabiæ fœlicis, iuxta ſinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, ſiue Læaniticus, λαιανίτης κόλπος. Ptolem. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanitę, qui nomē ei dedere. Regia eorum Agra, & in ſinu Læana, uel, ut alij, Aelana. Nam & ipſum ſinum noſtri Aelaniticum ſcripſere, alij Elanaticum, Artemidorus Alaniticum, Iuba Læaniticum.

ÆLEON, pro oliueto, lege Eleon.

ÆLIA, (αἰλία) urbs eſt Paleſtinæ, quæ & Hieroſolyma: ita dicta ab Aelio Adriano. Stephanus.

ÆLIANUS, (αἰλιανός) Sophiſta fuit Præneſtinus, tanta linguæ Atticæ puritate, ut μελίγλωσσος & μελίφθογγος cognominaretur. Scripſit Hiſtoriā de Animalibus, de uaria hiſtoria, de re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Claruit ſub Adriano principe. Suid.

ÆLII per quatuor ſyllabas (αἴλιοι) dicuntur, quibus duæ ſorores nupſerunt. Vide Cœl. Rhodig. lib. 29. cap. 24.

ÆLIUS, (αἴλιος) nomen proprium, quo plurimi ex Romanis uiri illuſtres fuerunt appellati: ut, Aelius Gallus uir equeſtris ordinis, qui ſolus Romanorum Arabiā hoſtiliter eſt ingreſſus, ut teſtātur Pli. li. 6. ca. 28. et Strabo li. 2. Aelius prænomine Publius, qui eo anno Romæ Conſulatū gerebat cū Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa uictus fuit, teſte Pli. li. & ca. 18. Aelius Stilo, nobilis ſcriptor, cuius meminit Pli. li. 9. ca. 25. Item Aelius Adrianus, & Aelius Verus, Romanorum Imperatores, quorum uitam uide apud Eutropium.

AELLO, (ἀελλώ) trium ſyllabarū, una eſt Hyrpyiarū: ſic dicta, quaſi εἴλουσα ἄλλα, hoc eſt, alienum tollens, de qua Oui. 13. Meta. Eſt etiam nomen unius ex canibus Actæonis, Apud Ouid. 3. Meta. dictū (ut uidetur) ἀπὸ τῆς ἀέλλης, hoc eſt, a procella, quam curſus celeritate referebat.

ÆLURUS, {*Gatto. Boc. La battaglia de topi & delle gatte*} (αἴλουρος) pe. pr. Latine catus, & felis dicitur. Ariſt. de Ani. Aeluri & Ichneumones tot numero pariunt, quot canes Aelianus Hiſto. animal. lib. 7. Aelurorum mas quidem libidinoſiſſimus eſt, fœmina autem amantiſſima prolis: fugit coitum cū maribus, quoniam ſemen emittunt calidiſſimum, & quaſi ignem genitalia adurēs. Hoc cernens mas, communem fœtū dilaniat: illa uero prolis deſiderio, maris libidine ardenteis adit rurſus. Gell. li. 20. ca. 7. Aelurorum quoque oculi ad eaſdem uices Lunæ, maiores fiunt aut minores.

ÆMATHIA, inde Emathia.

ÆMILIA, {*Romagna. Dant. Romagna tua non è, & non fu mai*} regio Italiæ, quæ & Flaminia & Romandiola etiam dicitur. In qua ſunt urbes Ariminū, Cæſena, Saſſina, Fauentia, Rauenna, Forumliuii, Bononia, Ferraria, Imola.

ÆMILIA, (αἰμιλία) uxor fuit maioris Africani: de qua uide Suidam.

ÆMILIA GENS, familia fuit Romę in primis illuſtris: ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in Conſulatu ſuo Perſen Macedonum regem bello uicit, captumq; in triumpho duxit. Item Q. Aemilius Lepidus, quem Pli. li. 7. ca. 53. refert cum cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limen pollice, repente obiiſſe. Item Aemilius Scaurus, homo factioſus, & ſubdolus: de quo multa Salluſt. in Iugurtha. Sunt qui Aemylius ſcribere malint, per y, in antepenultima, nominis eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philoſophi filium, qui ob ſingularem morum comitatem, ſermonisq; leporem, quē Græci αἱμυλίαν dicunt, Aemylos eſt cognominatus. Animaduertimus tamē à Græcis ipſis, & præcipue in Onomaſticis, in quibus literarum ſeries dictionum initia non facile ſinit corrumpi, αἰμίλιος, αἰμιλία, & αἰμιλιανὸς ſcribi per quartam Græcorum uocalem, non per ſextam.

ÆMILIA, (αἰμιλία) uirgo Veſtalis fuit ex nobiliſſima Aemiliorū familia: de qua ſic ſcribit Valerius li. 1. ca. item. 1. Aemiliæ uirginis diſciplinam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione numen Veſtę præſtitit: qua adorāte, cū carbaſum, quam optimam habebat foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

ÆMILIANUS, (αἰμιλιανός) Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilii filius, eo quod ex Aemilia gente in Scipionum familiā fuerit inſertus. Poſt quem & alii plerique eiuſdem familiæ uiri clariſſimi, & triumphales eodem cognomine dicti fuerunt. Iuuenal. Saty. 8. Pictosq; oſtendere uultus Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos.

ÆMINIUM, (αἰμίνιον Ptolemæo) oppidum Luſitaniæ mediterraneum.

ÆMINIUS, (αἰμίνιος) fluuius Hiſpaniæ a Minio Tarraconenſis tractus fluuio diſtans. CC. M. paſſ. ut ex Varronis ſententia tradit Pli. li. 4. cap. 22.

ÆMOCHARES, lege Tæmochares.

ÆMONIA, pe. co. {*Theſſaglia*} (αἱμονία Stephano) regio (quę poſtea dicta eſt Theſſalia ab Aemo mōte, cui propinqua eſt, uel ab Aemone Deucalionis filio: prius Pyrrhæa dicta, a Pyrrha Deucalionis uxore. Quidā cū aſpiratione ſcribūt Hæmonia, αἱμονία quo pacto ēt apud Suidā legit̄. Hinc fit gētile Aemon, onis, (αἵμων Steph.) & fœm. Aemonis, idis, (αἱμονίς) & poſſeſſiuū Aemonius, a, um. Oui. in Epi. Laodamiæ ad Proteſilaum: Aemonis Aemonio Laodamia uiro, eſt etiam Aemonia, oppidum Norici, apud Pli. lib. 3. cap. 24.

ÆMULOR, aris, pen. cor. {*Imitare à concorrenza*} ab Aemulus, cum accuſatiuo in bonam partem accipitur, pro imitari & quaſi aſſequi ζηλόω. Ci. pro Flacco: Omnes eius urbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quā æmulari. Interdum ſine caſu. Plau. in Merc. Aemulari quia non licet, inuidet. Accipitur & in malam partem, pro inuideo, φθονέω: & ſic fere cū datiuo conſtruitur. Cice. 2. Tuſc. Obtrectare alteri, aut illa uitioſa ęmulatione, quę riualitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet utilitatis? Et paulo poſt: Cumq; corporis facibus inflammati ſoleamus ad omnes fere cupiditates, eoq; magis incēdi, q; his æmulemur qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c. Hinc Aemulatio (ζῆλος, ζήλωμα) quæ (ut Cic. Tuſc. ſcribit) dupliciter dicitur, ut in laude & in uitio nomen hoc ſit, ſicut Aemulor. Nā, inquit, & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: et eſt æmulatio, ægritudo, ſi eo quod cōcupierit, alius potiatur, ipſe careat. Aemulator, oris (ζηλωτὴς) idē quod ęmulus. Ci. Att. li. 1. Seruilius ęmulator Catonis.

ÆMULUS, inuidus, {*Inuidioſo, emolo*} (φθονερός) ut Aemula ſenectus, apud Verg. Aen. 6. quæ quaſi inuidere nobis uidetur iucundioris ętatis felicitatem. Item eiuſdem rei ſtudioſus, uel ſectator, atque imitator, ζηλωτής. Cic. Attic. 9. Licebit cum ſolus ames, me æmulum non habebis.

ÆMUS, (αἶμος Steph.) mons Thraciæ, ſic dictus ab Aemo Boreę & Orithyę filio. In hoc monte Martis domicilium collocauerūt Poetæ. Sunt qui per aſpirationem ſcribant Hæmus, αἶμος: quo pacto & apud Suidam legitur.

ÆNARIA, {*Iſchia Bocc. Gior. 5. Nou. 6. Iſchia è una iſola aſſai uicina di Napoli*} (αἰναρία) inſula eſt in ſinu Puteolano: de qua ſic ſcribit Pli. lib. 3. cap. 6. Aenaria a ſtatione nauium Aeneæ, Homero Inarime dicta Græcis Pithecuſa; non a ſimiarū multitudine (ut aliqui exiſtimauere) ſed a figlinis doliariorū. Hodie Iſchia dicitur, a figura oppidi quod in monte habet conſcendiculis figurā.

ÆNARIVS,(αἰνάριος)lucus in Achaia Peloponneſi regione, iuxta Olenũ oppidum,in quo Achæi de rebus communibus conſultatum conuentum agebant. Auctor Strabo lib.8.

ÆNEA(αἰνεία)urbs in Thracia,ab Aenea(ut Steph.placet)cõdita,quã nos eã dẽ eſſe credimus cũ ea,quã Pli. Aenon uocat. Huius meminit Liu.li.4. Proficiſcuntur(inquit)a Theſſalonica Aeneã ad ſtatutũ ſacrificiũ. Itẽ Theophraſtus de plãtis: Circa Aeneã ficus arbor ſcabiẽ non ſentit. Hinc fit gentile Aeneates (αἰνεᾶτης Steph.) & Aeneaticus(αἰνειατικὸς)denominatiuũ. Hoc etiã nomine olim dictũ fuit oppidulũ,urbi Romæ imminens,quod & Ianiculum dicitur,conditum a Romulo Aeneæ filio,ut tradit Dionyſius. Ianiculum uero dictum Feſtus ait, quia per ipſum populus Romanus tranſire cœperat in agrũ Hetruſcũ. Nã et Ianus ab eũdo dictus eſt,quaſi Eanus,ut Ci.de nat.Deo.ait.

ÆNEAS,(αἰνείας)pe.pr. Veneris & Anchiſæ filius, Vergilii carmine notiſſimus. Dictus Aeneas(ut quidam putant)ab αἰνέω quod eſt laudo: nam laus a Græcis αἶνος dicitur. Ab Aenea dicti ſunt Aeneadæ,(αἰνεάδαι)Troiani. De huius genealogia uide Ouid.lib.4. Faſtorum ibi, Dardanon electra &c.

ÆNEATORES,{Trõbetti}(σαλπιγκταὶ)dicti ſunt tubicines,ab ęnea tuba Ammian.lib.19. Cum ſupereſſet exiguum noctis,ęneatorum clangore ductores urbem,ut mox caſuram,terribili corona cinxerunt.

ÆNESIDEMVS,(αἰνησίδημος) illuſtris Argiuorum imperator fuit, qui cum Argis a Philocle obſideretur,nec urbem tueri poſſet, impetrata militibus abeundi facultate,ipſe honeſte in præſidio ſibi credito occumbere maluit, q̃ cum dedecore in patriam reuerti. Vide Liuium lib.32.ab urb.cond.

ÆNEVS,a,um,pen.cor.{Coſa fatta di bronzo}idem eſt quod ęreus,χάλκεος. Diæreſim quandoque patitur,& interponitur aſpiratio firmioris ſoni gratia, Horat.lib.1.Epiſt. Hic murus aheneus eſto. Pro eodem etiã legitur Ahenus, a,um,ut Ahena turris,apud eundem.

ÆNINSVLA,(αἰνήνησος)inſula eſt in ſinu Arabico. Ptolem.

ÆNIA,(αἰνία Steph.)oppidum eſt Perrhæborum non procul ab Acheloo fluuio:cuius meminit Strab.lib.8. Hinc deducitur gentile Aenienſis, quo utitur Pli.li.4.c.9. & Aenian,anis,(αἰνιὰν Straboni)ſicut Acarnan,anis. Itẽ Aenianicus denominatiuum:ut Aenianicus ſinus,αἰνιανικὸς κόλπος.

ÆNIGMA,atis,{Enigma,allegoria oſcura}(αἴνιγμα)obſcura allegoria, uel quæſtio obſcura,quæ difficile intelligitur,niſi aperiatur:ab αἰνίττω,obſcure loquor,innuo. Innuitur enim quiddam,quod pluribus explicandum eſt. Huiuſmodi eſt illud lib. Iudicum. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Gell.li.12.ca.6. Quæ Græci dicunt Aenigmata,hoc genus quidam ex noſtris ueteribus Scrupos appellarunt.

ÆNIGMATICVS,a,um,{Oſcuro}(αἰνιγματικὸς)obſcurus & ænigmatibus inuolutus.

ÆNIGMATISTES,(αἰνιγματιστὴς)qui ęnigmata facit,ſeu proponit. Hieronymus contra Iouin. Sed quid ad noſtrum ænigmatiſten,cuius libros multo difficilius eſt noſſe,quam uincere.

ÆNIOCHI,uide Heniochi.

ÆNNA,uide Enna.

ÆNOBARBVS,dictus eſt Domitius,quoniam Caſtor Pollux cum uictoriã illi nunciarent,ipſeq; minime crederet narrantibus,malas, barbamq; manibus permulſerunt,& eam ex fuſca in flauam conuerterunt: unde a barba rutila, æneiq; coloris Aenobarbus dictus: quod poſtea Domitiorum cognomẽ fuit.

ÆNOS,{Eno}(αἶνος Stephano)oppidum Thraciæ liberũ cũ Polydori tumulo. Pli.li.4.ca.11. Straboni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Verg.credi uult ab Aenea conditũ fuiſſe,& ab eo nomen accepiſſe,cum ait lib.3. Aen. Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo. De quo uide plura apud Seruium.

ÆNVM,{Caldara.Boc.Gior.5.No.6 Due grandiſſime caldaie di broda}(χαλκεῖον)genus uaſis,ab ęre:quod & cacabus ſiue caldare dicitur. Diuiditur quandoque diphthongus per diæreſim,& tunc(ut Seruius docet)aſpiratio interponitur,ut apud Horatium, Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Ahenus,adiectiuum,idem ſignificat quod æreus. Verg.2. Aene. Et luce coruſcus ahena. Quem Verg.locum Aul.Gell.li.1.ca.3.teſtatur ſe uidiſſe in uetuſtiſſimo exemplari,& Vergilii(ut ipſe credebat)archetypo:ubi aſpiratio in dictione Ahena non interpoſita erat literis,quemadmodum nunc ſcribimus,ſed Gręcorum more literis ſuperpoſita.

ÆNVS,(αἶνος)Germaniæ fluuius eſt, Vindelicos a Noricis diuidẽs. Ptolem.

ÆOLIA,(αἰολία Stephano)inſula eſt Siciliæ adiacens,una earum,quæ a Gręcis Hephæſtiades,a Latinis Vulcaniæ appellantur,& Aolię. Putatur eadem eſſe,quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Aeolus, quamuis Vulcaniis omnibus imperaret,præcipue domiciliũ habuiſſe fertur. Pli.lib.2.ca.106. Aeolia inſula iuxta Italiã cum ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio. Senatus piauit. Meminit huius & Home.libr.10.Odyſſ. Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθα. Et hunc imitatus Ver.li.1. Ventorum in patriam,loca fœta furentibus Auſtris, Aeoliam uenit. A quibuſdam etiam Aeolia dicitur, regio minoris Aſiæ, Helleſponto, & Propontidi adiacens, quæ olim Myſia dicebatur. Verum hãc cum Plinio,Strabone,Mela, cæteriſq; Geographis melius Aeolidem appellaueris. Vide paulo poſt in Dictione Aeolis.

ÆOLIÆ INSVLÆ,quæ & Vulcaniæ(ἡφαιστιάδες) inſulæ ſunt numero ſeptem,non procul a Peloro Siciliæ promontorio diſſitæ: de quibus ſic ſcribit Pli.li.3.ca.8. Citra uero Siciliam ex aduerſo Metauri amnis. XII. millibus ferme paſſuum ab Italia,ſeptem Aeoliæ appellatæ. Eædem Liparæorũ, & Hephæſtiades a Græcis,a noſtris Vulcaniæ. Dictæ Aeoliæ,q Aeolus Iliacis tẽporibus ibi rẽgnabat. Harũ inſularum nomina ſunt, Lipara. Hiera,Strõgyle, Didyme,Ericuſa,Phœnicuſa & Euonymus. Vide eundẽ lib.iã citato, ca.9.

ÆOLES,pe.co.(αἰολεῖς)populi fuerunt Gręci,ita dicti ab Aeolo Hellenis filio: Hi relicta patria,in Aſiã traiecerũt,ſedibusq; in Myſia minore fixis, Aeolidẽ a ſeſe uocauerũt, Antea Pelaſgi dicebãtur,teſte Hero.li.7. Hinc Aeolicus a,um,(αἰολικὸς)ut, Lingua Aeolica,una ex quinque Græcorum dialectis.

ÆOLIDES,(αἰολίδης)dictus eſt Vlyſſes ab auo Aeolo, qui filium habuit Siſyphum,ex quo,& Anticlea ante Laertæ nuptias natus eſt Vlyſſes. Ver.li. 6. comes additur una Hortator ſcelerum Aeolides. Hoc etiam nomine uocat Verg. Miſenum Aeneæ tubicinem. Miſenum(inquit) Aeoliden,quo non pręſtantior alter Aere ciere uiros.

ÆOLIS,idis,(αἰολὶς)regio eſt in minore Aſiã, Lecto promontorio a Troade Hermo autem fluuio ab Ionia diuiſa: ita dicta ab Aeolibus Græciæ populis, qui duodecim in ea urbes ædificarunt, teſte Herodoto lib.1. Antea Myſia dicebatur, teſte Pli.lib.5.cap.30.

ÆOLVS,{Eolo Dant. Quand'Eolo Strocco fuor diſcioglie}(αἴολος)pen.co. Iouis filius ex Aceſta,ſiue Segeſta,filia Hippotæ Troiani. a quo Hippotades dicitur. Ouid.11.Meta. Quod ſocer Hippotades tibi ſit,qui carcere fortes Contineat uentos. Hic in hoſpites benignus fuiſſe,& Aeolias a ſe nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur,& in his Strongylen,ex cuius fumo,quonam flatus futuri eſſent,in triduum prædicebat. Vnde uentorum rex putatus eſt. Fuit præterea Aeolus Hellenis filius,a quo uentorum rationem primo inuentam tradit Pli.lib.7.cap.56.

ÆOS,(αἶος)Typhonis fuit filius,quem quidam ſcribunt Paphon Cypri ciuitatem condidiſſe: cum tamen ſint,qui Paphi Pygmalionis filii opus eſſe ſcribãt.

ÆPEA,(αἴπεια Steph.)agri Laconici oppidum,nõ procul a Pharis. Strabo li. 8. Aepea hoc tempore Thuria dicitur,quã Pharis conterminam commemorauimus: ſita uero eſt in excelſo colle: unde Αἴπεια,id eſt,celſa nomen ſortita eſt.

ÆPOLVS,pe.co.{Capraro}(αἰπόλος)paſtoris nomen apud Theocritũ, per ſyncopen dictum(ut quidã putant)pro αἰγοπόλος,ἀπὸ τῆς αἰγὸς, καὶ πολεῖν ἀναστρέφομαι: quaſi ὁ περὶ τὰς αἶγας ἀναστρεφόμενος. Latine Caprariũ uertere poſſumus. Nam illi αἰπόλιον dicunt, quem nos Caprarum gregem.

ÆPVLO,Iſtriæ rex fuit,teſte Liuio,qui a Romanis uictus, ferro ſe maluit occidere,quàm uiuus in Rom. poteſtatem uenire.

ÆPY,(αἰπυ)urbs fuit ſub ditione Neſtoris,quam ἐΰκτιτον hoc eſt, bene munitam dicit Home.li.Iliad. Et in montibus ſitam eſſe dicit Stat.li.4. Theb. cum inquit: Quos Thryon & ſummis ingeſtum montibus Aepy. Vnde & nomẽ accepiſſe uidetur: q edito in loco ſitum eſſet. Nam αἰπὺς idem eſt,quod altus, ſiue excelſus. Meminit in his huius & Strab.lib.8.

ÆQVABILIS,{Vguale. Pet. Con la brigata'l ſuo maeſtro uguale}(ἴσος,ὁμαλὸς,ἰσόνομος)idẽ quod æqualis. Cic.pro Cecinna: Quod æquabile inter omnes,& omnibus unum eſſe poſſit. Hinc æquabilitas(ἰσονομία,ὁμαλότης)idẽ fere quod æqualitas,hoc eſt,certus quidam rerũ modus,& conſtantia: uel ſibi conſtans,& nulla parte in uitium inclinans ratio: ut Aequabilitas uitæ, in qua nulla eſt perturbatio,neque uarietas,aut diſcrepantia. Cic.1.Offi. In liberis uero populis,& in iuris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas. Aequabiliter aduerbium(ὁμαλῶς,ἰσονομικῶς)æqualiter. Idem 2.de Orat. Genus facetiarũ æquabiliter in omni ſermone fuſum.

ÆQVÆVVS,{Della medeſima età}æqualis,eiuſdem ætatis(ὁμῆλιξ)ab ęqualitate æui. Verg.1.Aen. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi. Vitam exhalantem. Nomen eſt proprie poeticum: nam Aequalis, oratorium eſt.

ÆQVALIS,{Piano,uguale. Pet. A gli ſpirti celeſti in uiſta eguali}(ἴσος,ὁμαλὸς)par,æque magnus. Cic.3.de Leg. Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualẽ eſſe uolumus. Interdum accipitur pro ſimili,ὅμοιος. Plin. Cum & ipſe æqualem fortunã expertus fuiſſem. Refertur & ad ætatẽ: dicunturq; Aequales(ἥλικες)qui pares ſunt ætate,& æque multos numerant annos. Coætanei uero(ἡλικιῶται)dicuntur,qui ætate eadem uixerunt, etiam ſi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Ciceronem, & Auguſtũ Coætaneos fuiſſe dicimus,æquales uero nequaquã. Cic.in Catone. Nec cũ æqualibus ſolũ,qui pauci admodũ reſtant. Idẽ de Clar.orat. Liuius Ennio æqualis fuit. Hinc Aequalitas(ὁμαλότης)ſimilitudo,paritas,ſeu æquabilitas. Pli.li.30.ca.31. Carnesq; quæ excreſcunt,ad æqualitem redigit: explet quoque & ad cicatricẽ perducit.

ÆQVALITER,{Vgualmente}ſimiliter,pariter,ex æquo,ὁμαλῶς,ἴσως. Ci. 4. Aca. Aequaliter omnibus abrogatur fides: hoc eſt,tã his abrogatẽ,quã illis.

ÆQVAMENTVM,{Pareggiamento}(σάθμησις)æquatio eſt: quod & libramentum dicitur,æqua utrinque portione propendente. Sic enim uertit Gaza locum Ariſtotelis de animal.

ÆQVANIMIS,& hoc Aequanime,& Aequanimus,a, um,{Quello che è d'animo temperato}qui eſt æqui animi(εὐγνώμων)qui nec proſperis extollitur nec aduerſis frangitur. Auſonius: Aequanimus fiam te iudice,ſiue legenda,Siue tegenda putes carmina,quæ dedimus.

ÆQVANIMITAS,{Temperanza d'animo}(εὐγνωμοσύνη)fauor, & propitius animus. Terent.in Adelp. Facite,æquanimitas ueſtra Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

ÆQVANIMITER,{Temperatamente}(εὐγνωμόνως)moderate,patienter, æquo animo.

ÆQVATIO,{Pareggiamento equalità}uerbale(ὁμαλότης) æqualitas. Liu. 4.ab Vrbe. Ne excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate, ſed æquationem ad dignitates fore credidit,&c.

ÆQVATOR,toris,(ἰσημερινὸς)circulus in cœlo,ſphæram diuidens in duas partes æquales,parem utrinque uerſus polos mundi diſtãtiã relinquens: in quẽ cum ſol inciderit(quod bis contingit in anno: ſemel in principio Arietis,atque iterum in principio Libræ)dies ſiunt æquales noctis in toto orbe terrarum.

ÆQVE{Giuſtamente. Pet. Far ne potrai giuſtamente uendetta} aduerbium, ſignificat iuſte,δικαίως. Seneca: Iudex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit etiã ſi æque ſtatuerit,haud æquus fuit. Nonnunquam idem quod ex ęquo, uel æqualiter,ἐξ ἴσου,ὁμαλῶς. Cic.1.Offi. Beneuolentia ciuium non æque omnes egent. Idem Fam.13. Literæ utrique noſtrum prope æque gratæ erant. Interdum ſignificat tam,uel tantum,uel ſimiliter,(ὁμοίως)& admittit Ac,uel Atque. Teren.in And. Miſer æque atque ego. Cic. Att. Simul q æque ea, quæ ſunt,ut ea,quæ certe futura ſunt,uidere non poſſum.

ÆQVI,populi fuerunt Italiæ, Latinis & Volſcis finitimi,a Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

ÆQVICVLANI,Italiæ populi Sabinis ad Oriẽtem proximi: quorum oppida ſunt Cliternum,& Carſeoli. Horum meminit Pli.li.3.ca.12. Iidem a Ver. 7. Aen. Aequicolæ uocantur. Horrida(inquit) præcipue cui gens, aſſuetaq; multo Venatu nemorũ,duris Aequicola glebis. Eoſdẽ & Aequicolos dictos inuenimus. Oui.3.Faſt. Qui tum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

ÆQVI BONIQVE FACIO,{Bene e giuſtamente fare, pigliare in buona parte}(εὐγνωμονεῖν τινι) in bonam partem accipio. Apul. lib.1. de Aſin. Iſtud quidem quod polliceris,æqui boniq; facio. Poteſt etiã accipi pro nõ ma-

qui pendo, ἐν λόγῳ ποιῶ πρός τι. Terent. Cæterum equidem iſtuc Chreme, æqui boniq; facio. Liu. Ne ſerpat latius cõtagio eius mali, nos equi boniq; facimus. Cic. ad Att. ſine copula dixit: Aequi boni facit. Hæc loquendi formula a Iuriſperitis eſt profecta. Illi enim Aequum bonum appellant, quando non ſtricto & ſummo iure, ſed ſecundum æquitatis dictamen, quæ eſt legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. Hinc etiam dicimus, Ex æquo, et bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, æſtimare. Item Aequum & bonum impetrare, id eſt, ius ſuũ obtinere, rem ſuam recipere, quod æquum erat auferre.

ÆQVIDIALE, (ἰσημερινόν) dictum ab antiquis, quod nũc dicimus Aequinoctiale, quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet. Sic etiam Aequidium, (ἰσημερία) quod nunc Aequinoctium. Auctor Feſtus.

ÆQVILAVIVM, {La metà del tutto} ex toto dimidiũ ſignificat dictũ a lotione lanæ, q̃ dicitur æquilauio redire, cũ dimidiũ decedit ſordibus. Ex Feſto.

ÆQVILATATIO {Larghezza aguale} nomẽ duriuſcule cõpoſitũ ex æquo & latũ, quaſi æqualiũ linearũ ſecundũ latitudinẽ productio. Vitru. li. 2. ca. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio ſignetur.

ÆQVILIBRIVM {Contrapeſo giuſto} (ἰσορροπία) æquatio libræ, quod et Aequamentum & Libramentum dicitur, et Trutina, cum pro bilancis ſeu ſtateræ lingua (ῥοπή) ſumitur. Gell. Nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſe itidem rumpere per talionem uelit, quæro an efficere poſſit rumpendi pariter membri æquilibrium.

ÆQVILIBRIS, & hoc bre. pe. pr. {De peſo aguale} (ἰσόρροπος) ex Aequus & Libra compoſitum, proprie ſignificare uidetur, quod ad libram æquali conſtat pondere: ut ſi dicas: Hi nummi ſunt æquilibres. id eſt, æquali põdere. Transfertur tamen ad aliã æqualitatem. Vitru. lib. 5. cap. 12. Seſquipedales margines ſtruantur æquilibres ei planitiæ, quę ſupra ſcripta eſt. hoc eſt, omnino ęquales, quaſi ad libram æquati, uel quaſi æqualiter librati.

ÆQVILIBRITAS, atis, (ἰσονομία) Cic. lib. 1. de Natu. deor. Confugis ad æquilibritatem: ſic enim ἰσονομίαν (ſi placet) appellemus.

ÆQVIMANVS {Dritto e mancino} (ἀμφιδέξιος) pen. cor. idem quod ambidexter, hoc eſt, qui utraque manu utitur.

ÆQVIMELIVM, locus Romę, ubi domus Melii ſolo ęquata fuit. P. enim Melius ob frumenti largitionẽ in ſuſpicionem affectatæ dominationis uenit, & cum ad populi fidem fugeret, ab Seruilio Hala magiſtro equitum comprehenſus & occiſus eſt, domusq; eius diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Tito Liuio 1. Decad. li. 4. Cic. pro domo ſua: Melii regnum appetẽtis domus eſt complanata. Et quid aliud ęquum accidiſſe Melio populus Roma. iudicauit? Nomine ipſo Aequimelii ſtultitiæ poena comprobata eſt.

ÆQVIMENTVM, ti, {Stalonaggio} iuſta merces appellabatᷓ apud ueteres, quæ dominis ſoluebatur nomine equorũ, aut aſinorũ, qui iumẽta inibant. Varro ſexageſ. An ſi equã emiſſes quadrupedẽ, ut meo aſino Reatino admitteres, quantũ popoſciſſem, dediſſes æquimentiᷓ Hęc Nonius. Fortaſſis melius Equimentum, abſque diphthongo, ab equo: cum ſit merces pro admiſſura equi.

ÆQVINOCTIVM, {Equinottio} (ἰσημερία) ab æqualitate noctium dicitur: q tunc dies & nox horarum ſpatio æquales ſint. Cic. ad Att. Nunc quidẽ æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatũ erat. Duo ſunt autẽ æquinoctia, Vernale ſcilicet & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias, uel circa octauum Calen. Apri. & in octaua parte Arietis conficitur. Autumnale decimooctauo Cal. Octob. ante Vergiliarum occaſum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantum partes diuidebant, hoc eſt, in æſtiuum, & hyemale ſolſtitium. Ab æquinoctium fit adiectiuum, Aequinoctialis: ut, Tẽpus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. Pli. li. 2. cap. 75. Sic fit, ut uario lucis incremento in Meroe longiſſimus dies XII. horas æquinoctiales, & octo partes uniua horæ colligat.

ÆQVIPARO, as, pen. cor. {Agguagliare Pet. Lan il parlar che nullo ſtil aggueglia} ſignificat comparo, uel æquo. ἰσόω. Cic. 5. Tuſc. Nemo eſt, qui factis me æquiparare poteſt. Verg. 5. Eclog. Nec calamis ſolum æquiparas, ſed uoce Magiſtrum. Hinc.

ÆQVIPARABILIS, & hoc le, quod æquari uel comparari cum aliquo poteſt. Plaut. in Trin. Ita tu nunc dicis, non eſſe æquiparabiles ueſtras cum noſtris factiones, atque opes. Et Aequiparatio. Gell. lib. 14. cap. 3. Aequiparatio ipſa plerunque, & paritas uirtutum inter ſe conſimilium.

ÆQVIPOLLEO, les {Poter parimente} per duplex ll. ἰσοδυναμέω. parẽ poteſtatem habeo: unde Aquipollentia, æquiualentia.

ÆQVIPONDIVM {Contrapeſo giuſto} (ἀντίσηκωμα) ex adiect. Aequum, & Pondus, ponderis æqualitas: ut ſi dicas. Aurum dedi ad argenti æquipondiũ. Legitur hoc nomẽ apud Vitru. li. 10. ex. 8. apud quem & Sacoma pro eodem.

ÆQVITAS. {Pianura, iuſtitia} modo planitiẽ (ὁμαλότης) ſignificat: modo iuſtum, quodq; rationi conſentaneum eſt: modo paritatem quandam inter homines (ἰσοτιμίαν) quam Cicero æqualitatem uocat, cum omnes coæquamur. Nã Deus, qui homines generat, & inſpirat omnes æquos, id eſt, pares eſſe uoluit, eandẽq; conditionẽ uiuendi omnibus poſuit, omnibus immortalitatẽ ſpopondit, nemo apud Deũ ſeruus, nemo dominus. Vbi non ſunt uniuerſi pares, æquitas nõ eſt, & excludit inæqualitas ipſam iuſtitiã, cuius uis omnis in eo eſt, ut pares faciat eos, qui ad huius uitæ cõditionẽ pari ſorte uenerunt. Huiuſmodi æquitate quã Græci ἐπιείκειαν uocant, ad iudicãdas res maxime opus eſt ut nullo perſonarũ delectu iudex moueatur, nullaq; aut gratia aut maleuolentia a uero honeſtoq; deflectat. Sæpenumero autẽ accipitur Aequitas, pro perfecta quadã ratione, q̃ leges, ſtrictũq; ius interpretatur, & emẽdat, nulla ſcriptura cõprehenſa, ſed ſolã in uera ratione cõſiſtens. Cic. pro Cecinna. Omnino iã bene agitur uerbis enim recedis, & æquitate uteris. Pro eodẽ etiã dicimus Aequũ & bonum. Idẽ ibidẽ. Ex æquo & bono, nõ ex callido, uerſutoq; iure rẽ iudicari oportet. Aequitas animi (ὁμαλότης ψυχῆς) eſt conſtantia quædam ac moderatio, cũ æquo animo, patienterq; omnia ferimus, & in bonã partẽ accipimus. Cic. 2. ad Attu. Perſpice ęquitatẽ animi mei. Pro eodẽ etiã legitur Aequitas abſolute. Idẽ in Piſonẽ: Quo in ſpectaculo mira reipub. æquitas erat, uter eorum periſſet, tanquam laniſta. Cic. in Partit. duplicem uim æquitatis conſtituit, cuius altera directa, & ueri, et iuſti ratione conſtet: altera ad uiciſſitudinẽ referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominaᷓ.

ÆQVIVALEO, es, {Poter parimente} (ἰσοδυναμέω) pen. co. idem quod æquiparo, aſſequor, quaſi tantundẽ ualeo. Ouid. de Philomela. Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tentent, Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.

ÆQVIVOCVM, (ὁμώνυμον) a Martiano uocatur Pluriuocum quãdo pluribus rebus eadem eſt appellatio: ut Aries. Nam & machinamentum, quo muri expugnantur, & ſidus in cœlo, & animal in terris Aries uocatur.

ÆQVO, as, {Spianare. Pet. Quanti ſpianati monti e dietro poggi.} æquum ſiue æqualem facio, plano. ὁμαλίζω. Cic. Verg. 6. Qua in ſummo eſt æquata agri planities & aquæ perennes. Et hæc propria eſt huius uerbi ſignificatio. Per tranſlationem autem ſignificat æqualiter diuidere. Verg. 1. Aen. Operumq; laborem Partibus æquabat iuſtis. Aliquando continuare. Idem 9. Aene. Felix ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum. Accipitur etiam frequenter Aequare, pro eo quod dicimus, Aequalem uel parem alicui facere, uel etiam quempiã aliqua in re aſſequi. Atque ita interdum conſtruitur cum præpoſitione Cum. Cic. de Leg. 3. Inuentum eſt tẽperamentum, quo tenuiores cum principibus ſe æquari putarent. Interdum cum datiuo. Idem Offi. 1. Vt non ſolum orationes meas, ſed hos etiam de Philoſophia libros qui ſe iam illis fere æquarunt, ſtudioſe legas. Interdum abſolute. Cæſar Bel. Gal. 1. Vt æquato omnium periculo ſpem fugæ tolleret. Huius compoſita. Adæquo, Coæquo, Exæquo, & Peræquo, quæ ſecundum uim præpoſitionum ſignificant.

ÆQVOR, oris, {Mare, pianura} (πέλαγος) mare dicitur, ab æquare, pro planum facere, quod æquam ſuperficiem habeat, ſiue planum ſit, nulla iam a tempeſtate fluctuantibus procellis. Ver. Aen. 1. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt Accipereᷓ Neque ſolum de mari dicitur, ſed etiam in terra de campo plano. Idem Geor. 3. At prius, ignotum ferro quã ſcindimus æquor. Cic. de Diu. 1. Sic enim Aegyptii, ſic Babylonii in camporum patentiũ æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere poſſet, omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Quandoque pro aere. Idem 1. Aen. Aſpice bis ſenos uolitantes æquore cygnos. Ab Aequor fit Aequoreus, a, um, quod ad æquor pertinet. Martial. lib. 13. Hic ſcarus æquoreis qui uenit obeſus ab undis. Ver. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piſcibus.

ÆQVVS, a, um, {Vguale, piano, giuſto} (ὁμαλός) in quo nihil eminet, nihilq; eſt inæquale. Cic. pro Ceci. Sed ne æquo quidẽ & plano loco. Per tranſlationẽ ponitur pro integro, & iuſtitiæ dedito, quiq; nullam in partem ſe inclinet: ut Prætor æquus. Cic. 6. in Ver. Prætor æquus, & ſapiens, adimitti iubet ſenatũ. Ponitur aliquando pro fauente, uel ſuffragante, & hoc interdum cum datiuo: ut, Te mihi æquum præbere debebis. Cic. ad Atti. Conſequeris, ut eos ipſos, contra quos ſtatuas, æquos placabileſq; dimittas. Ad rem quoque aliquando refertur, ut Aequa conditio æqua lex, æqua poſtulatio. Terent. Eunuc. Quare æquum eſt uos cognoſcere, & ignoſcere. Aliquando Aequus, pro æquali legitur, ſiue æque magno. Teren. in Eunu. O Thais, Thais, utinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum. Vergil. 2. Aene. Sequiturq; patrem non paſſibus æquis. Aequum neut. gen. (τὸ ἐπιεικές) idem quod æquitas. Verg. 2. Aen. Cadit & Rhipheus iuſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris & ſeruantiſſimus æqui.

AER, {Aere, aria. Pet. Pianger l'aer, la terra, e'l mar dourebbe} (ἀήρ) proprie dicitur medium ſpatium inter elementum ignis & terrã, plus multo habens raritatis, q̃ inferiora elementa. A Vergilio etiam inane uocatur, in Sileno: Nanque canebat, uti magnũ per inane coacta Semina. Dictus aer (ut quidã autumant) ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eo, q ferat terram uel q feratur. Sed credo potius dici, ab ἄημι, id eſt, ſpiro, unde producit ultimã. Luca. li. 1. Aer & lõgi uoluent Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani deprauata lectione falluntur, dum ſic legũt: Lucidus umbroſo miſcebitur aer Auerno. Vera ſiquidem lectio non habet Aer, ſed Axis, alioqui neque quantitatis ratio cõſtaret, neque ſenſus cõueniret. Hic aũt aer partim ad terenã partim ad cœleſtem materiã pertinet. Nam illa ſubtilis, ubi uẽtoſi ac procelloſi motus nõ poſſunt exiſtere, ad cœleſtẽ pertinet partẽ. iſte uero qui uolucribus permeatur, & ſtadia quadraginta (ut Poſſidonius ait) a terra diſtat, cũ ſit turbulentior & exhalationibus humidis corporeſcat, terrę deputatur, atque ex ſe multas ſpecies reddit. Nã cõmotus uẽtos facit uehemẽtius cõcitatus, ignẽ & tonitrua: cõtractus, nubila, cõſpiſſatus, pluuiã: cõgelatis nubibus niuẽ. turbulẽtius cõgelãtibus dẽſioribusq; grãdinẽ. diſtentus, ſerenũ efficit. Aliquãdo aer dicitur uẽtus, ſpiritus, uel flatus modicus. Ver. Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit umbras. Aliquando dicitur ſonus. Varro: Anima ut cõclula in ueſica, quãdo eſt arcte legata, ſi perculeris, aera reddet.

ÆRA, ræ, numeri nota erat in moneta qua eius pretium deſignabatur. Lucilius: Hæc eſt ratio peruerſa, æra numeri ſubducta improbe. Aſtrologi quoque temporis initium, a quo ſupputationes incipiunt, Aeram uocant. Vide Cœl. Rhodig. li. 10. ca. 2. Eſt etiam Æra (αἶρα) herba triticum enecans, quæ apud nos Lolium dicitur, ut inquit Dioſcorides. Pli. lib. 18. cap. 17. Eſt herba quæ cicer enecat, & eruum circumligando ſe: uocatur orobanche: triticum ſimili modo æra. Hinc Aerinus, a, um, quod ex æra factum eſt. Idem: Panis uero cum molle & ærinea farina. id eſt, loliacea.

ÆRÆ, (αἶραι) oppidum eſt Macedoniæ, cuius incolę Aeræi (αἰραῖοι) dicuntur. Alterum ad Helleſpontum: a qua gentile Aerates, αἰράτης. Tertium in Ionia. Vide Stephanum de Vrb.

ÆRAMENTVM, ti, {Vna coſa fatta di bronzo} (χάλκωμα. χαλκούργημα) opus ex ære confectũ, ut Ferramentum ex ferro. Pli. li. 15. ca. 8. Lora etiã ac coria omnia, & calciamina, axeſq; decocta ungi, atque æramẽta cõtra æruginẽ.

ÆRANTHEMIS, Vide Eranthemis.

ÆRARIOS præfectos, {Theſorieri, camerlenghi} hodie (ut arbitror) uocare poſſumus, quos Generales finãtiarum dicunt: qui etiã Quæſtores uocitari poſſunt: quod munus olim Prætores, Pętoriiq; obibant. Tribunos uero ęrarios, (αἰσθητικούς) quos Receptores generales appellant. Illis enim (ut Varro ſcribit) tributa erat pecunia, quã militibus redderẽt: idq; quod attributũ erat, dicebatur Aes militare. Aerarii milites, (μισθοφόροι) dicti ſunt ab ære, q ſtipendium facerent.

ÆRARIVM, {Doue ſi repone il theſoro} (ἀποθήκη τῶν χρημάτων, ταμεῖον) æris repoſitoriũ, hoc eſt, nummorũ, ſimiliumq; rerũ pretioſarum, atque opũ, quæ utilitatẽ Reip. allaturæ erant. Sic dictũ, q æra in illud principaliter inferebantur. Romanorũ autem ærarium in Aede Saturni fuiſſe cõſtat, propterea, q aureo illo ſeculo nullũ factum eſſe furtum creditur. Cic. 3. Tuſc. Et quidem C. Gracchus cum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærariũ, uerbis tamen defendebat

bat ærarium. Diſtinguitur autem Aerarium a Fiſco, quod Aerarium ſit ciuitatis, Fiſcus principis.

ÆRARIVS, a, um, {*Coſa fatta di rame*}(χάλκεος) quod eſt æris, ſiue ex ære: Pli. lib. 33. Laudationem candem in ærariis metallis, & proximum in argentariis fieri compertum eſt. Aerarius ſubſtantiuum, (χαλκὸς χαλκεργὸς) qui ærea opera fabricat. Pli. li. 16. cap. 6. Aerariorum tantum officinis compendio. Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius a Cēſoribus in Centum tabulas referebatur, ac per hoc non eſſe in albo centuriæ ſuæ denotabatur, ut ciuis, ſed tantummodo, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæus fere ex Aſconio. Vnde Aerarium facere, & inter ærarios, ſiue in ærarios referre, pro eodem leguntur. hoc eſt, ea ignominia quempiam afficere: quod ius proprie ad Cenſores pertinebat. Liu. lib. 4. ſecun. Bell. Pun. His ſuperioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuq; moti, ærarii omnes facti.

ÆRATVS, {*Coperta di rame*} adiectiuum, quod ære tectum eſt. Pli. li. 34. cap. 3. Quód ærata oſtia haberet in domo, & triclinia ærata, abacosq; & monopodia. Aeratus homo, ære alieno obſtrictus: qui uſitatius dicitur Obæratus. Cic. Att. lib. 1. Tribuni non tam ærarii, q̄, ut appellantur, ærati. Plautus pro pecunioſo poſuit in Moſtel. Ferocem facis, quia te æratus amat.

ÆRE DIRVTI MILITES uocabantur, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur. Cice. in Verrem: Alcatoris caſtra, in quibus cum frequens eſſet, ære tamen dirutus eſt.

ÆREVS, a, um, {*Coſa fatta di bronzo*}(χάλκεος) quod eſt ex ære factum: Vergil. 1. Aen. Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexæq; Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

ÆRICA, (χαλκὶς) piſcis eſt, carniuorus, qui unus inter omnes piſces pediculis ſub branchiis innatis infeſtatur. Ariſto. Chalcidem uocat, ſi Gazę credimus, qui lib. 8. Hiſtor. animal. Aericam uertit, quem Ariſtote. Chalcidem appellat.

AERIA, (ἀερία) olim dicta eſt Aegyptus, teſte Stephano. Eſt item Aeria, Narbonenſis Galliæ oppidum, apud Pli. li. 3. ca. 4. Item inſula in mari Aegæo, non procul a Neſſi fluminis oſtio, quæ alio nomine Thaſſus dicitur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12. Hoc etiam nomine dicta eſt inſula, quæ notiore nomine Creta appellatur, ut idem Plin. teſtatur loco iam citato.

ÆRINVS, a, um, ſiue (ut alii legunt) Aerinacus, idem eſt quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, uel ærinea, quæ fit ex lolii ſemine. Pli. lib. 22. cap. 25. Aerina farina magis cæteris purgat ulcera uetera.

AERIFICIVM, (χάλκωμα) quod ex ære factum eſt. Varro: Politæ enim quaſi ærificio uidebantur.

ÆRIPES, quatuor ſyllabarum (ἀερίπους) pen. cor. celer, quaſi aerios pedes habens. Verg. ſynæreſim facit. Fuerit æripedem ceruam licet. Aeripes trium ſyllabarum (χαλκόπους) æneos habens pedes.

ÆRISONVS, a, um, adiect. æris dans ſonum. Stat. lib. 2. Thebai. melius uotis Mareotida ſumat Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili. Aeriſoni Nili, hoc eſt, dantis ſonum æris propter ſiſtra, quibus in Iſidis ſacris utebantur.

AERIVS, a, um, (ἀέριος) modo ſignificat altum: ut Aeria turris: modo quod conſtat ex aere: ut, Corpus aerium, fulgor aerius. Verg. 4. Georg. Protinus aerii mellis cœleſtia dona.

AERIZVSA, (ἀερίζουσα) gemma eſt ex Iaſpidum genere, ab aerio colore nomen habens. Nam (ἀερίζειν) eſt aerem imitari. De hac Plin. lib. 37. cap. 8.

ÆRO, as, (χαλκόω) ſignificat æs miſceo, ęre adultero, ſiue ęre orno. Vnde Aeratæ fores apud Verg. Priſcianus: A' metallorum quoque nominibus ſolent naſci uerba: ut ab auro, Auro, auras, ab ære, Aero, æras. Vnde Auratus, et Aeratus. Cic. 3. Ver. Lecti ærati, candelabra aurea. Huius uerbi compoſita ſunt Obæro, & Subæro, (ὑποχαλκόω) Perſius: Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro. Adæro, as, uide ſuo loco.

AEROMANTIA, pen. pro. (ἀερομαντεία) diuinatio ex aere.

AEROMELI, (ἀερόμελι) liquor eſt in Syria præcipue & Arabia ſereno cœlo ex aere defluens ſub exortum Vergiliarum, plantisq; adhæreſcens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibuſdā Ros Syriacus, a recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 24.

AEROPE, per quatuor ſyllabas, & pe. cor. (ἀερόπη) uxor Atrei, ex qua Thyeſtes duos ſuſcepit filios, quos poſtea Atreus fratri comedēdos poſuit. Quarum ſcelerū turpitudine ne pollueretur, Solē auerſum fabulant Poetæ. Oui. 1. Triſt. Si nō Aeropen frater ſceleratus amaſſet, Auerſos Solis non legeremus equos.

AEROSVS, a, um, (χαλκώδης) qđ ęre abūdat. Vnde Cyprus ęroſa dicta eſt, q; in ea æris plurimū naſceretᷣ, uel quod primū ibi æs fuerit repertū. Aurū æroſum, qđ multū æris habeat admiſtū. Pli. li. 33. ca. 4. E diuerſo aurū æroſum cōtrahit ſe, hebetaturq; & difficulter ferruminatur. Lapis æroſus, ex quo æs excoquitur, quem & Cadmiam (καδμεία) appellari, teſtatur idem Pli. li. 34. ca. 1.

ÆRVGO, pe. pr. æruginis {*Ruggine, Arioſt. Che non ui pao ne ruggine ne macchia*} idem quod rubigo, & proprie in ære uel argento, cū uirideſcit (ἰὸς χαλκοῦ) rubigo uero in ferro, & ſegetibus, (ἰὸς σιδήρου) quanquam & Rubigo pro æris uitio poſitum inuenitur. Pli. li. 34. ca. 9. Aera exterſa celerius rubiginē trahunt, q̄ neglecta, niſi oleo perungantur. Transfertur ad ſegetum rubiginem, ut eſt apud Theophraſtum lib. 4. de Cauſis plantarum appellat enim Græce ἐρυσίβην. Eſt autem Aerugo incidentis ſegetibus humoris putrefactio, quo uitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriabiles. Apud Horat. & Iuuena. accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit. Hinc Aeruginoſus, a, um, (ἰώδης) quod eſt ærugine plenum. Seneca lib. de Bre. uitæ: Maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

ÆRVMNA, {*Gran fatica. Pet. Queſti cantò gl'errori, e le fatiche Del figliuol di Laerte*}(ὀϊζὺς) ἀπὸ τοῦ αἴρω, leuo, tollo: nam proprie Aerumnæ, & per diminutionem Aerumnulæ dicuntur furcillulę, quibus uiatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueuerunt: quæ a Mario earū inuentore Muli Mariani poſtea uocatæ ſunt: de quibus ſuo loco. Hinc factū eſt, ut labores onerosi, Aerumnæ dicantur. Cic. li. 2. de Finib. Labores non fugiendos ærumnas nominarunt, Vnde labores Herculis Aerumnæ ſunt appellatæ. Auſonius: Prima Cleonæi tolerata ærumna laboris. Cic. li. 4. Tuſc. Aerumna eſt ægritudo laborioſa. Breuiter Aerumna dicitur miſeria, calamitas, infelicitas. Vnde Aerumnoſum dicitur, quod eſt laboribus, ac miſeriis afflictum, ὀϊζυρόν. Cic. 3. Tuſc. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo. Apud Plaut. in Cap. etiam inuenitur Aerumnatus adiectiuum: Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer.

ÆRVMNALIS, adiectiuum (ὀϊζυρὸς) ut, Labor ærumnalis. Apul. lib. 1. de Aſin. Mox in urbe Latina aduena ſtudiorum Quiritum indigenam ærumnali labore aggreſſus excolui. Aerumnabilis, ærumnis plenus. Lucret. li. 6. Illud in his rebus miſerandum magnopere unum Aerumnabile erat.

ÆRVSCARE, {*Buſcare*} ueteres dixerunt, pro pecunias undique fallaciis colligere. Gell. li. 9. ca. 2. Aeruſcanti cuipiam id genus, & philoſophum ſe oſtentanti, dari iuſſit mille nummum. A quo uerbo fit Aeruſcator. Gell. lib. 14. cap. 1. Sed id præſtigiarum, atque offuciarum genus commentos eſſe homines æruſcatores, & cibum quæſtumq; ex mendaciis captantes.

ÆS, æris, {*Rame*}(χαλκὸς) proprie ſpecies eſt metalli rubro colore, primum in Cypro reperta. Deductum nomen putant alii ab auri ſimilitudine, alii a Grȩco, αἶα terra: Varro ab aſſe. Et quia primum maximo in pretio fuit, adeo, ut pecuniam quoque, iacente auro, ex eo ſignarent, factum eſt, ut pro ipſa pecunia accipiatur. Oui. in Faſtis, Aera dabāt olim: melius nunc omen in auro eſt. Seruius rex, primus poſt Vrbem conditā ſignare æs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus: in altera roſtrum nauis. Hæc Pli. li. 33. Macrobius autem primū æs a Iano ipſo ſignatum fuiſſe tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primum in Italiam uenit. Hocq; a Iano tributum exiſtimat aduenæ beneficentis memoriæ: q; rudis illa Aborigenum gens monſtrato agriculturæ uſu ab illo ad meliorem uitam eſſet traducta. Quare etiam a Iano in portionem regni eſt receptus. Et quoniam naui fuerat aduectus, in ſignando ære ex una quidem parte ſui capitis effigiem, ex altera nauis roſtrum impreſſit, ut quantum in ſe eſſet, Saturni memoriæ conſuleret, ne accepti beneficii immemor eſſe uideretur. Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Ver. 6. Aene. Aere ciere uiros. Vnde Aeneatores, tubicines dicuntur.

ÆS ALIENVM, {*Debito*} idē quod debitum (χρέος, ὀφείλημα) ut, Aes alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum ſilii, id eſt, quod ego, quod tu, quod ſilius contraxit, & debet. Hinc, In ære eſſe dicimus, quo eleganter uſus eſt Cic. Fam. 13. Et me hercule ſemper ſic in animo habui, te in meo ære eſſe, propter L. Lamiæ noſtri coniunctionē. id eſt, inter amicos meos eſſe. In ære enim meo eſt, idem eſt, quod meum & in bonis meis eſt, atque in cenſu meo. Sic In ære alieno nullo eſſe, idem quod nihil debere. Ci. 6. Ver. At hominem uideo adiectionem feciſſe nullam, uendidiſſe præter fructus ſuos nihil unquam, non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis ſemper fuiſſe. Dicitur etiam Aes noſtrum, (τὸ χρεωστούμενον) quod nobis alii debent.

ÆS MILITARE (χρήματα στρατιωτικά) dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat, ut militibus redderetur. Plaut. in Aul. Cedit miles, æs petit.

ÆS DVCTILE, (χαλκὸς ἐλατὸς) quod facile ducitur, attenuaturq; in laminas. Hoc & Regulare uocat Plin. lib. 34. cap. 9.

ÆS CALDARIVM, (χαλκὸς χυτὸς) quod funditur tantum, & malleis fragile eſt. Plin. lib. 34. cap. 9.

ÆSA, (αἴσα) Thraciæ oppidum eſt Pallenæ proximum, cuius incolæ dicuntur Aeſæi, αἰσαῖοι. Ea Stephano.

ÆSACVS, (αἴσακος) Priami filius ex Alixothoe nympha, qui cum Eperien amore captus eam per auia fugientem inſequeretur euenit ut ſerpens a puella calcatus pedem eius mordicus apprehenderet: quo ex uulnere cum illa interiiſſet, Aeſacus doloris impatientia ſeſe in mare præcipitauit. Quem Tethys miſerata (ut lib. 11. Metam. fabulatur Ouid.) in mergum auem conuertit.

ÆSALON, (αἰσάλων) pen. cor. genus accipitris, quod ſolum toto anni tempore noſtris in regionibus apparet. Reliqua enim accipitrum genera ſub hyemem abeunt. Plin. lib. 9. cap. 8.

ÆSAPVS, Vide Aeſepus.

ÆSARVS, (αἴσαρος) fluuius eſt in magna Grȩcia, iuxta Crotonem oppidum: de quo Strabo lib. 7.

ÆSCHINES, (Αἰσχίνης) pen. cor. Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epiſtolæ. Præter hunc alii ſeptem hoc nomine claruerunt. Aeſchines multi narrantur Diogeni. Primus, philoſophus Socratis diſcipulus. Secundus, qui artem oratoriam ſcripſit. Tertius, hic orator. Quartus, Mitylenęus, quem flagellum oratorum uocabant. Quintus, Neapolitanus philoſophus Academicus, Melantii Rhodii diſcipulus.

ÆSCHYLVS, (αἰσχύλος) pen. cor. nomen poetæ tragici. Horat. in Arte: Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis. Hic cum eſſet caluus, & in aprico forte quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata cum decidiſſet, caput eius confregit, interemitq;.

ÆSCHRION, (αἰσχρίων) Mitylenæus uerſificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis. Ariſtotelis familiaris, maximeq; ei dilectus, ut tradit Nicander Alexandrinus in lib. de diſcipulis Ariſtotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

ÆSCVLANVS deus, & Argentinus, dicti ſunt dii æris, & argenti, id eſt, locupletandorum hominum poteſtatem habentes. Bud. lib. 5. de Aſſe.

ÆSCVLAPIVS, (ἀσκληπιός) nomen eſt Apollinis filii qui medicinam artem, uel laude, uel opere ampliauit, ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filii, Podalirius et Machaon, bello Troiano Agamemnonem ſequuti non mediocrem opem commilitonibus attulere.

ÆSCVLVS, (πλατύφυλλος) pen. cor. arbor glandifera. Cuius fructu in primæua ætate homines ueſcebantur. Vnde quidam ſine diphthongo ſcribunt, ab eſca nomen trahentes. Hinc Aeſculeus, a, um, quod eſt materiatum ex æſculo. Pallad. Aſſeres quernæ, cum æſculeis non miſceantur. Ouid. 1. Metam. Hic iuuenum quicunque manu, pedibusve, rotave Vicerat, æſculeæ capiebat frondis honorem.

ÆSEPVS, pen. pro. (αἴσηπος) fluuius eſt in minore Myſia, ex Ida monte profluens: cuius meminit Pli. li. 5. cap. ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolionis filii Laomedontis, & frater Pedaſi, quem ille ex Abarbarea nympha ſuſcepit, ut refert Homerus in principio lib. 6. Iliad.

ÆSERNIA, (αἰσερνία Ptol.) Samnitium urbs in Italia, Strabo lib. 5. Aeſernia, & Alliſe, Samnitica ſunt oppida, alterum bello Marſico deletum, alterum ſuperſtes adhuc. Hinc Aeſernini (αἰσερνῖνοι) quorum meminit Pli. li. 3. ca. 12. quanquam ibi Eſernini legatur ſine diphthongo.

ÆSINA, Vide Aeſima

ÆSIS,{*Fiumeſino*}(αἶσις) Vmbriæ fluuius eſt, inter Anconen & Senogalliam in mare Adriaticum influens, qui olim Italiam a Gallia diuidebat. Fluuii huius meminit Ptolemæus in deſcriptione Italiæ, Pli.li.3.cap.14. & Strabo li.5. Hoc quoque nomine Ptolemæo appellatur eiuſdem regionis oppidum, quod a Strabone Aeſium uocatur. Nomen utrunque ab Aeſi fluuio ductum uidetur, a quo oppidum hoc non longe eſt diſſitum. Hinc Aeſinates(αἰσινάται) quorum meminit Plin.lib.3.cap.14.

ÆSISIVM,{*Aſciſi*}(αἰσίσιον)urbs Vmbrorum, Ptolemæo, Aſiſiu hodie dicta.

ÆSON,(αἴσων)Crethei filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ, & pater Iaſonis, qui ab eo uocatur Aeſonides.

ÆSOPVS,pe.pro.(αἴσωπος)philoſophus, Phryx genere, conditione ſeruus, tempore Crœſi Lydorum regis, cui fabulas ſuas dicauit. Item alius Aeſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus, ſcripſit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut auctor eſt Suidas. Præterea Aeſopus Tragœdiarũ actor amicitia iunctus Ciceroni, cum quo ſæpe in Curiam ad uidendum pronuntiantem Hortenſium profectus eſt, teſte Valerio. Hic ad tantas opes ex hiſtrionica peruenit, ut ſexcentis H-S. ei patina ſteterit. filium reliquerit adeo diuitem, ſimul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut ſcribit Pli.li.10.c.51.

ÆSTAS,{*Eſtate. Pet. Trema à mezza eſtate ardendo'l uerno*}(θέρος)anni pars incipiens ab æquinoctio uernali, & finem accipiens æquinoctio autumnali: cõſtatq; ſenis menſibus. Nam totus olim annus in æſtatem tantum & hyemem diuidebatur. Poſtea tamen anno in quatuor partes diuiſo, cœpit Aeſtatis nomine uocari trimeſtre illud ab ingreſſu Solis in Cancrum, uſque ad æquinoctium autumnale, quod fit ſole ingrediente Libram. Ita enim diſtinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem incipiat Ver: in Cancro Aeſtas, in Libra Autumnus, in Capricorno Hyems principium ſumat. Varro 4. de lingua Lati. Ab æſtu Aeſtas: hinc Aeſtiuum: niſi forte a Græco αἴθεσθαι. Ver.1. Aen... nam te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.

ÆSTIFER,a,um, quod æſtum, idest, calorẽ afferat. Ver.2.Geor. Hoc ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua. Aeſtifer canis, quod æſtum afferat. Aeſtiferum itẽ dicitur, quod æſtũ fert, & patitur. Luca.li.1...ſicut ſqualẽtibus herbis Aeſtiferæ Libyes uiſo leo cominus hoſte Subſedit dubius totam dum colligit iram.

ÆSTIMABILE,(τιμητὸν)quod facile æſtimari poteſt. Cuius contrarium eſt Inæſtimabile, ἀτίμητον. Cic.3.de Fin. Aeſtimabile eſſe dicitur, quod pondus habeat æſtimatione dignum.

ÆSTIMATIO,{*Iſtima, Iſtimatione. Boc. Mi trouo della mia iſtimatione ingannato*}(τίμημα)ab antiquis Aeſtimia dicebatur. Cic.3.de Finib. Quod pondus habeat dignum æſtimatione.

ÆSTIMO,as,pe.cor.{*Iſtimare, Taſſare. Pet. Laſſo non ſo che di me ſteſſo ſtimo*} ſignificat cõſiderare,(ςαθμᾶσθαι)ſicut Exiſtimo iudicare, ut Valla uult li.5.ca.20. Hinc ponitur pro Appretio, taxo, τιμῶ. Habet autẽ accuſatiuum, cum genitiuo horum nominum, tanti, quanti, quantiuis, tantidem, quanticuoque, magni, parui, pluris, maioris, maximi, pluſimi, nihili, & ſi qua huiuſmodi reperiantur. Cic.2.de Fin. Magni æſtimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adiectiue accipiãtur, hoc eſt, ſi habeant aliud ſubſtantiuum adiunctum debent poni in ablatiuo. Nõ enim recte dixeris: Nõ æſtimo hoc parui pretii: ſed paruo pretio: quanquã etiam ſine ſubſtãtiuis inueniuntur in ablatiuo poſita. Cic.ibidem: Næ ego iſtã glorioſam uirtutem non magni æſtimandã putẽ. Sic etiã cũ aliis ablatiuis. Idẽ 4. Verr. Hæc pecunia æſtimari non queunt. Liuius utrunque caſum cõplexus eſt; Mancipia minora annis uiginti, quæ poſt proximũ luſtrũ decem millibus æris, aut pluris ueniſſent. Perſæpe tamen ſubintelligitur accuſatiuus, & tũ exprimitur genitiuus, uel ablatiuus. Interdũ ſine ablatiuo, aut genitiuo, cum accuſatiuo ſolũ: quale eſt illud Cic. in Verrẽ, Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione, æſtimare harum rerum omnium pretia. Similem ſignificationẽ habent, pendo, facio, curo, eſt, intereſt, & refert, cum pretium iungitur: quia eiuſdẽ fere ſunt ſignificationis. Interdum habet accuſatiuum cum ablatiuo, & præpoſitione Ex: & tunc ſignificat perpendere, metiri. Cic. pro Roſc. Vulgus ex ueritate, pauca: ex opinione, multa æſtimat. Valla arbitratur, hoc uerbũ cõponi ex Aes æris, & nomine Græco τιμή, hoc eſt, pretiũ: ut Aeſtimo, ſit idem, quod æris pretio taxo. Qua in re ſibi permittit, quod in aliis reprehendit, ut dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione cõponatur. Malim itaque ſcribere Extimo: ut per Syncopẽ dictum ſit ab Exiſtimo: uel ut totũ Græcum ſit, cõpoſitum ex præpoſitione Græca ἐξ, & τιμῶ. Aeſtimare litem eſt quod uulgo dicitur Taxare expẽſas. Vnde Lis æſtimata uocabatur, (ut Budæus ſcribit) pecunia mulctatitia, & nummaria ſentẽtia: ut hodie cum iudices actorum diſpendia & incõmoda certa ſumma æſtimant, & tantæ pecuniæ reos damnant. Et Aeſtimata pœna(τίμημα)quæ certo ære cenſebatur, ut ouis decuſſis, idest, decem aſſibus: bos centuſſis, idest centum aſſibus. Verbale, Aeſtimator qui æſtimat, & conſiderat. Cic.3.de Fin. Et quia te aptiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem.

ÆSTIVA,orum, pluraliter{*Ombria, meriggio. Boc. Vedi qui l'acque uedi qui l'ombria*}dicuntur loca umbroſa, nemoroſa, in quibus per æſtatem uitatur Solis ardor, τὰ θερινά. Statius. Et umbroſi patuere æſtiua Lycæi. Quandoque ponũt pro ipſis gregibus in æſtiuo commorantibus: uel cõtra pro ipſis locis, in quibus æſtate ſunt armenta & greges. Ver.li.3.Geor. Nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente. Aeſtiua quoque caſtra dicuntur, in quibus æſtate milites degunt, quemadmodũ Hyberna, in quibus hyemem tranſigunt. Cic. Epiſt.lib.1. Mihi erat in animo, cum primum æſtiua attigiſſem, militaremq; rẽ collocaſſent, decedere ex Senatuſconſulto.

ÆSTIVO,as,are, pen.pro.{*Ombreggiar per fuggire il caldo. Pet. Pur ardiſco ombreggiar un'hor'o due*}(τὸ θέρος διάγειν)propter æſtum uitãdum alicubi morari: quemadmodum Hyberno, hyemem aliquo in loco tranſigo. Pli.li.12. Intra ſepem eam æſtiuant paſtores, opacam pariter, & munitam uallo arboris.

ÆSTIVVS,a,um, pe.pr.{*Di eſtate*}quod eſt æſtatis,(θερινὸς)licet ab æſtus, nõ ab æſtas formatum ſit: ut Aeſtiui menſes, Aeſtiui dies, Aeſtiuæ niues. Cic.ad Quint. Fratrem: Vnus æſtiuus dies. Aeſtiuæ fruges, dicuntur milium, panicũ, & cæteræ id genus quæ ante Vergiliarum exortum ſeruntur quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occaſum ſatę, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plin.lib.18.cap.7.

ÆSTRÆVM,(αἴςραιον)oppidum Macedoniæ: & Aeſtræi populi ſunt eius urbis incolæ, teſte Ptolemæo.

ÆSTEARIA,{*Scagni Lagune*}(ἀμάχυσεις)loca dicuntur per quæ mare uiciſſim tum accedit, tum recedit: ſiue quæ marinis aquis referta ſunt e ainundationibus pelagi: ut docet Strabo lib.3. Pli.li.3. Illyrice ora mille amplius inſulis frequentatur, natura uadoſi maris, æſtuariis tenui alueo inter curſantibus. Cæſar: Pedeſtria eſſe itinera conciſa, æſtuaria nauigationem impediri.

ÆSTVO,as,{*Bollire*}ferueo, flagro. καυσοῦμαι. & opponitur algendi ſignificato. Cic.1. Acad. Ille cum æſtuaret, umbram ſecutus eſt. Per metaphoram ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri. Cic.4. Verr. Itaque æſtuabat dubitatione, uerſabat ſe in utranque partem. Idem pro Flac. Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille proſequitur. Aliquando æſtuare eſt fluctuare, agitari, χοσμᾶσθαι, ἰλιγγιᾶν. Ver.6. Aen. Turbidus hic cœno, uaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat. Vnde Aeſtuatio uerbale. Pli.lib.18.cap.1. Quorum æſtimatione & gaudio, nos quoque, relictis æſtuationi ſuę iſtis hominum turbis, pergamus excolere uitam: idest, uehementibus deſideriis & gaudiis. Huius compoſitũ eſt Exæſtuo(ὑπερζέω)quod eſt extra æſtuo, exundo incremento. Verg. Fundoq; exæſtuat imo. Iuſtin.lib.1. Quæ materia in his locis paſſim e terra exæſtuat.

ÆSTVOSVS,a,um,{*Pieno di caldo*}quod eſt calore plenum. πνιγώδης. Cic. Atti.lib.2. Iter conficiebam æſtuoſa & puluerulenta uia.

ÆSTVS,us, calor nimius & feruor, flagrantia ſolis. καῦσον. πνῖγος, εἵλησις. Ver.Geor.3. Aeſtibus in mediis umbroſam exquirere uallẽ. Aliquãdo pro motu & agitatione fluctuũ. Cic.de Orat.3. Vndique omnes uẽti erũpunt, ſæui exiſtunt turbines, feruet æſtu pelagus Græce κλύδων dicitur. Ab utroq; ſignificato ducta metaphora, ponitur pro uariis animi ægritudinũ generibus: cupiditate, amore, libidine, &c. Cic. de Orat.3. Repente te quaſi quidã æſtus ingenii tui procul a terra abripuit. Idẽ in Bruto: Hũc quoq; abſorbuit æſtus quidã gloriæ. Sic apud Pli.Iun. ꝓ ſcrupulo ponitͬ, & dubitatione nõ mediocri. Explica, inquit, æſtũ meũ. audio me male legere, dũtaxat uerſus: orationes.n. cõmodius.

ÆSYMA,(αἴσυμα Steph.)urbs Thraciæ, patria Caſtianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem ſuſcepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Auctor Homer.8.Iliad.

ÆSIMNIVS,(αἰσύμνιος) uir fuit Megarenſis, qui regnum & tyrannidem exoſus, conſuluit Apollinem, quo potiſſimum modo Megarenſes feliciſſime Remp. poſſent adminiſtrare: cumq; reſponſum eſſet, Si cum pluribus conſultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui uiuorum numerum longe exuperant tumulum heroibus congeſſit, qui ab ipſo Aeſymnius dictus eſt: Curiamq; extruxit, quę ambitu ſuo tumulum includeret, arbitratus in futurum, ut ipſi etiam mortui ipſorum conſultationibus intereſſent.

ÆSYMNVS,(αἴσυμνος)ab Homero inter principes græcorum memoratur, qui ab Hectore ſunt interfecti. Iliad.12.

ÆTA, uide Aeeta.

ÆTAS,{*Età, etade Pet. Nella mia prima giouenile etade*}ab αἰὼν Græco nomine deductum ab hoc enim Aeuum, Aeuitas, & per ſyncopen per Aetas, ἡλικία. Generaleq; nomine eſt, ad infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem, pertinens. Varro quinque gradus facit. In primo uſque annum XV. Pueros dictos uult, ꝙ ſint puri, idest, impuberes: in ſecundo ad annum XXX. Adoleſcentes, ab adoleſcendo nominatos: in tertio uſque ad annũ XL. Iuuenes appellatos, eo quod Rempub. in re militari iuuare poſſent: in quarto autẽ gradu, uſque ad LX. annum Seniores nuncupatos, ꝙ tunc corpus ſeneſcere inciperet: inde uſque in finẽ uitæ uniuſcuiuſque, quintũ gradũ factum, in quo qui eſſent, Senes appellatos, ꝙ ea ætate corpus iã ſenio laboraret. Horũ tamẽ ſinguli trifariã diuiduntur: ut prima pars uiridis ſit, deinde adulta, poſtea præceps. Vnde Verg. Viridiſq; iuuẽta. Alii aliter diuidunt ætates. Aetas præterea mundi prima ab Adã uſque ad Noe numerabatur: ſecunda a Noe uſque ad Abrahã. tertia ab Abrahã uſque ad Dauid: quarta a Dauid uſque ad tranſmigrationẽ Iudææ in Babyloniã: quinta deinde uſque ad aduẽtum Saluatoris in carne: ſexta quæ nunc agitur uſquequo mundus iſte finiatur. Interdũ Aetas accipitur pro anno. Verg. Vbi quarta acceſſerit ætas. Interdũ pro triginta annorũ ſpatio, γενεά. Cic. Tertiam iam ætatem hominum uiuebat. Sic Plutarchus Aetatem oſtendit eſſe fratrum triginta annorũ ſecundũ Heraclitum. Interdum pro centũ annis. Oui.12. Meta. Vixi Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Ponitur & pro quouis tempore humanæ uitæ longiſſimo. Græci Aetates γενεὰς dicunt. Aetas mala dicta eſt ſenectus. Plaut. Confitus ſum, ſenectute onuſtum gero corpus, uires reliquerunt: ut ætas mala eſt, mors mala eſt. E contrario Bona ætas, Iuuenta appellatur, ἀγαθὴ ἡλικία. Cic. Quod ſi ipſis uoluptatibus bona ætas fruitur libẽtius, prima paruulis fruitur rebus. Aetas media, uocatur illa, quæ eſt inter iuuẽtã & ſenectã: quã Auicenna uocat ætatem pulchritudinis, (ἀκμὴ τῆς ἡλικίας)quæ fere eſt a trigeſimo uſque ad quadrageſimũ annũ. Eadem dicitur Aetas conſiſtendi. in qua Hippo. Apho.2. facile mediam ferri dicit.

ÆTATEM,{*Lungamente*}aduerbium. ſignificat diu. Terent. Iandudum ætatem lites ſunt inter eos. Idem in Hecy. Nam neque ille hoc animo erit ætatem.

ÆTATVLA,{*Età tenera*}diminutiuum, ætas modica, & tenerior puerorum ætas. νεαρὰ ἡλικία. Cic. de Finib. Facile eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis.

ÆTERNO,as,{*Perpetuare*}Perpetuum facio,(ἀπαθανατίζω.) Verbum eſt antiquũ. Hora.4. Car. Quæ cura patrũ, quæ've Quiritum. Plenis honorũ muneribus tuas Auguſte uirtutes in æuũ Per titulos memoreſq; faſtos Aeternet.

ÆTERNVS,{*Eterno, perpetuo*} (ἀθάνατος, ἀΐδιος)perpetuus, quaſi æui ternus, a quo ſempiternus, quaſi ſemper æternus. Salluſt. in Cat. Virtus clara, æternaq; habetur. Aeternitas,(ἀϊδιότης)perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate menſurari nullo temporis ſpatio deſignari poteſt: cum omne contineat æuũ, & contineatur a nullo. Pli.li.13.ca.5. Materię uero ipſi æternitas. Differunt tamen Aeternum & Sempiternum: quod Sempiternum dicunt Deum eſſe, qui ſemper fuit, eritq; Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo ſunt immortales atque perpetui. Aeternum, frequenter pro aduerbio temporis accipitur, ἀεὶ. Ver.6. Aene. Sedet, æternumq; ſedebit Infelix Theſeus loquitur de pœnis inferorum. Sic Aeterno, idem. Plin.lib.2.cap.107. Viret æterno hunc fontem igneum contexens fraxinus.

ÆTHÆA,(αἴθαια)regionis Laconicæ oppidum, apud Stepha.

ÆTHALIA, {*Elba*} (Αἰθαλίη, Straboni, Αἰθάλη Stephano) inſula eſt in mari Tyrrheno, diſtans a continenti ſtadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quę à fontibus exhauſtæ, certo tempore ſuccreſcant. Auctor Strabo lib. 5. Alio nomine Ilua uocatur, teſte Plin. lib. 3. ca. 6. Quo nomine & a Vergilio appellatur. Aen. lib. 10. Aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

ÆTHALIDES, (Αἰθαλίδης) Mercurii filius creditur, qui a patre impetrauit ut & uiuus, & uita defunctus omnium quæ gererentur haberet memoriam. Hunc ſe aliquando fuiſſe, Pythagoras gloriari ſolet, atque inde ſibi omnium eorum quæ geſſerat, cum Hermotimus eſſet, aut Euphorbus, memoriam manſiſſe.

ÆTHALIONES, {*Cicale*} (αἰθαλίωνες) cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἰθαλοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, hoc eſt, propterea quòd a ſole adurantur. Coel. ex Theocriti interprete lib. 16. cap. 6.

ÆTHER, {*Sfera del fuoco*} (αἰθὴρ) ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Ariſto. uero de Mundo hoc nomine ſignificari ait, coeli, ſiderumque ſubſtantiã, hoc eſt, totam ſiderum, & coeli, & ſtellarum compaginem, nõ quòd ignita flagret, (ἀπὸ τοῦ αἴθειν) ſed quòd ſemper motu ſuo circunductili curratur, & curſibus rapidiſſimis rotetur, (ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν) cum ſit, inquit, illud elementum a quatuor illis diuerſum, tum diuinum, tum interitus expers. Hodie quoque Philoſophi duas præcipuas mundi conſtituunt partes, Elemẽta, & Aetherem, ſiue (quod in unũ recedit) Mundum elementarem & Aethereum: elementorum nomine Terrã, Aquam, Aerem, & Ignem intelligentes, Aetheris autem nomine complectentes, quicquid eſt ſupra elemẽtum ignis. Alii Aetherem accipiunt pro aere. Ver. Reſonatque fragoribus æther. Lucr. li. 1. Aethera poſuit pro Ioue: Poſtremo pereunt imbres: ubi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitauit. Ab Aether fit Aetherius, a, um, (αἰθέριος) quod eſt ætheris. Verg. 12. Aen. Aetherii quos lapſa plaga Iouis ales aperto, Turbabat coelo.

ÆTHERA, ræ, (αἰθὴρ) generis fœm inini, nominatiuus eſt Latinus deductus a Græco accuſatiuo αἰθέρα, idem ſignificans, quod Aether: tametſi in eodem genere apud Homerum & Pindarum etiam legatur.

ÆTHERII, (Αἰθέριοι) populi ſubter Aegyptum, qui poſtea ab Aethiope Vulcani filio Aethiopes uocati ſunt. Auctor Plin. lib. 6. cap. 30.

ÆTHICES, (Αἴθικες Stephano) populi Theſſaliæ, quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

ÆTHIOPE, (Αἰθιόπη) inſula Aſiæ adiacens, non procul a Lesbo, quæ olim Macaria appellabatur, teſte Plin. lib. 5. cap. ult.

ÆTHIOPIA, (Αἰθιοπία) ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, ut ait Plin. cap. 36. lib. 6. uel a Græco αἴθω cremo, & ὤψ, aſpectus, facies, nam ſolis uicinitate eius regionis incolæ torrentur. Eſt enim ibi iugis æſtus. Quicquid eius fertile eſt, ſub meridiano cardine eſt. Circa uero Occiduum, montoſa eſt, arenoſa in medio. Ad Orientalem plagam, deſerta. Cuius ſitus ab Occiduo, Atlantem mõtem ad Orientem uſque in Aegypti fines porrigitur: a Meridie, Oceano: a Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet genteis, diuerſo uultu & monſtroſa ſpecie horribiles. Ferarum quoque & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, baſiliſcus, dracones ingentes. Quidam bifariam diuidunt Aethiopiam, & unam quidem Aſiæ, alterã Aphricæ aſſignant. Altera ad Oriẽtem uergit, altera eſt ſub ipſo Meridie.

ÆTHIOPIS, idis, (αἰθιοπίς) herba eſt Lactucæ folio, in Aethiopia naſcens, uel in Meroe Nili inſula (a qua etiam Merois dicitur.) cuius tactu (ſi Magorum uanitati credimus) clauſa omnia aperiuntur, amnesque etiam, & lacus exareſcunt. De hac Plin. lib. 26. cap. 4. & lib. 27. cap. 4.

ÆTHIOPS, (Αἰθίοψ.) Vulcani filius fuit, qui Aethiopiam a ſe denominauit, ut placet Plin. lib. 6. cap. 30. Aethiopes quoque dicuntur qui Aethiopiam incolũt, & mulieres Aethiopiſſæ, αἰθιοπίδες. Sunt qui Aethiopes dictos putent, a Chus, filio Cham. Nam Chus Hebræis Aethiopem ſonat. Hi olim ad Indum fluuium habitaſſe creduntur, relictisque ſedibus ſuis iuxta Aegyptum conſediſſe inter Nilum & Oceanum ſupra Heliopolim, & paulatim etiam ad interiora Africæ penetraſſe. Strabo lib. 1. Homerum ſecutus, duplicem Aethiopiam facit, alteram ad plagam Africæ orientalem, quam primi cognouerunt, qui ex Arabia ſoluerunt: alteram ad occidentem, cuius in notitiam primum peruenerunt, qui Gadibus egreſſi, occiduum litus luſtrauerunt.

ÆTHON, (Αἴθων) equus Phœbi dictus eſt. Fuere autem (ut in fabulis fertur) quatuor equi ſolis: Phlegon ſcilicet, Pyroeis, Heous, & Aethon, quibus ſignificantur quatuor diei horæ. Ouid. 2. Metam. Interea uolucres Pyroeis, Heous, & Aethon, Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent. Latine Aethon interpretatur ardens: Phlegon, inflammatus. Pyroeis, igneus: Heous, lucifer.

ÆTHRA, ræ, (αἴθρα) ſplendor ætheris: & pro aere ponitur. Verg. lib. 3. Nam neque erant aſtrorum ignes, neque lucidus æthra Siderea polus. Vbi Seruius, Per Aetheam ſideream, intelligit ſplendorem ætheris. Nam æther eſt ipſum elementum, æthra uero ſplendor ætheris.

ÆTHRA, (Αἴθρα) filia Pitthei regis, & uxor Aegei, materque Theſei. Ouid. in epiſt. Ariadnes ad Theſeum: Nec pater eſt Aegeus: nec tu Pittheidos Aethræ Filius. Vide in Aegeo. Alia fuit Aethra, Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & unum filium Hyantem uidelicet, ſuſcepit. ſed Hyas in Libya a ſerpente occiſus eſt, cuius mortem cum quinque ſorores nimium deflerent, luctu contabuerunt: ſed Iouis commiſeratione inter ſydera ſunt tranſlatæ, Hyadesque a fratris nomine dictæ. Reliquæ ſeptem, eo quòd plures ſuperſtites manſiſſent, Pleiades ſunt appellatæ, ut auctor eſt Timæus Græcus ſcriptor: ſed de his infra paulo aliter.

ÆTHRÆA, {*Rodi*} (Αἰθραία) inſulæ nomen eſt, in mari Carpathio, quæ hodie Rhodos dicitur. Auctor Plin. lib. 5. cap. 31.

ÆTHRIA, {*Thaſo, ò Thaſſo*} (Αἰθρία) in Aegæo mari inſula eſt, quę et Aeria, & Thaſſos appellata eſt. Plin. lib. 4. cap. 12.

ÆTHUSA, (Αἴθουσα) inſula eſt in mari Libyco, quæ a quibuſdam Aeguſa dicitur. Plin. lib. 42. cap. 8.

ÆTIA, orum, (αἴτια) Callimachus poeta librum ſuum inſcripſit, quem de cauſis & rationibus ſacrorum edidit eodem pene argumento quo Ouidius Faſtos cõſcripſit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

ÆTIOLOGIA, (αἰτιολογία) cauſæ redditio, cõpoſita dictio ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγου. Quinti. lib. 1. cap. 15. Sententiæ quoque & chriæ, & ætiologiæ ſubiectis dictorum rationibus, apud Grammaticus ſcribantur, quia initium ex lectione ducunt, Quorum omnium ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia ſententia uniuerſalis eſt uox, ætiologia perſonis continetur.

ÆTION, (αἴτιον) cauſa, principium, origo: unde Aetia Callimachus librum ſuum inſcripſit, quo cauſas & origines ſacrorum Græcanicorum eſt complexus quemadmodum Ouid. in Faſtis, Romanorum Latinorumque ſacrorum initia cauſasque eſt perſequutus.

AETITES, pen. pro. (ἀετίτης) lapis eſt colore ſubrufo, quem ſi cõcutias, alium lapidem, quem ueluti prægnans in utero gerit, intus audis ſonantem. Inueniuntur bini in aquilarum nidis: feruntque aquilæ ſine iis oua parere nõ poſſe. Quã ob cauſam nomen illis impoſitum creditur. Mulierum quoque partus, femori alligatus aetites faciles reddere putatur. Quatuor autẽ ſunt aetitæ ſpecies, quas enumerat. Plin. lib. 36. ca. 21. Eſt & Aetites, gemmæ nomen impoſitum a colore aquilæ candicante cauda. Vide eundem lib. 37. cap. 11.

AETIUS, (Ἀέτιος) medicus fuit inſignis, ex Antiochia Syriæ urbe, diſcipulus Eunomii, tempore Conſtantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum eſſe Deum, ut alii quidam antiqui philoſophi. Scripſit de Re medica li. 16. & Epiſtolas quaſdam. Nomen deductum eſt ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, hoc eſt, ab aquila. Vnde per quatuor ſyllabas proferri debet.

ÆTNA, {*Mongibello. Pe. Non bolli mai Vulcan Lipari, ò Iſchia, Strongil ò Mongibello*} (Αἴτνη) mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eoque nomine a Poetis celebratus. Incendii autem eius cauſas explicat Iuſtinus lib. 4. Sicilia (inquit) terra eſt cauernoſa, & fiſtuloſa, quo fit, ut uentorum flatibus pateat, unde ignis concipitur. Intrinſecus ſulphur habet & bitumen, quod ubi uentus per ſpiramẽta cauernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem, ſic Aetnæ durat incendium. Motus ergo uentorum cauſa incendii eſt. Ab Aetna fit Aetnæus, a, um, (Αἰτναῖος) denominatum. Verg. 8. Aen. Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, inſtar Aetnæ montis, ut annotauit Coel. Antiq. lect. lib. 21. cap. 13. In qua ſignificatione Verg. quoque uſurpaſſe uidetur lib. 3. Aen. Cernimus aſtantes nequicquã lumine toruo Aetnæos fratres. Eſt etiã Aetna oppidũ in Sicilia, non procul a Catana, Heronis opus, quod olim, teſte Stephano, Ineſſum dicebatur. Hinc Aetnenſes populi (Αἰτναῖοι) quorũ meminit Pli. b. 3. cap. 8. Eſt & Enna, Siciliæ oppidum (ne quis nominis uicinitate fallatur) quod Ci. 7. in Verr. Act. quòd in medio Siciliæ ſitũ eſſet, inſulæ eius Vmbilicum appellauit.

ÆTOLIA, (Αἰτωλία) Græciæ regio in tertio ſinu Europę, Epiro, Acarnanię, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (ut Plinio placet) ſiue (ut Stephanus mauult) Endymionis filio: cum antea Hyantis (Ὑαντίς) diceretur. Hinc Aetolus, a, um, pen. pro. αἰτωλός. Verg. lib. 2. Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Similiter Aetolicus: ut, Ager Aetolicus.

ÆTOLUS, (Αἰτωλὸς) ut ſcribit Pli. li. 7. cap. 56. Martis fuit filius. Homeri autem enarrator, de Aetolo ſic tradidit: Aetolus (inquit) filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quę poſtea ab ipſo Aetolia dicta eſt, ibique genuit filium Pleuronem: a quo urbs Aetoliæ dicta. Huius autem alii duo filii fuerunt, Cures, & Calydon: a quibus rurſus aliis urbibus nomina data ſunt.

AETUS, (Ἀετὸς) olim appellatus fuit Aegypti fluuius, qui poſtea Nilus dictus eſt, ut ex Lycophrone annotauit. Coel. Rhodig. Antiq. lectio. libr. 20. cap. 13. Quod nomen a curſus uelocitate illi impoſitũ fuiſſe apparet, quòd ſcilicet uolatum aquilæ (quã Græci uocant ἀετὸν) propemodum æquare uideretur. Cõmemoratur & in Scythia fluuius nomine Aetus, qui quòd Promethei agrũ uberẽ alioqui, crebris exundationibus infeſtaret, fecit locum fabulæ, ut Promethei continuo renaſcens iecur ab aquila exedi diceretur. Ea eiuſdem Coelii lib. 7. cap. 20.

ÆVITAS, {*Età, uecchiezza. Boc. La bianca uecchiezza ſommo infortunio de mendicanti*} antiqui pro ætas, uel annoſitas dixerunt. Varro Tithono: Eatima attigit metam æuitas. Gell. libr. 20. cap. 11. Si in ius uocat, ſi morbus æuitasque uitium eſſet, qui in ius uocabit iumentum dato. Hic pro annoſitate. Sunt autem uerba ex lege XII. TAB.

ÆVUM, {*Tempo lungo, lunga etade, perpetua*} (αἰὼν) proprie tempus, & ætas longa, ſiue perpetua a Gręco αἰὼν, ut interiecta, ut inquit Apul. Verg. Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas. Pro ætate. Idem 2. Aen. Vos o, quibus integer æui Sanguis, ait. Inde Aeuitas, & Aeuiternus ſecundum Priſcianum, quod per ſyncopam Aetas, & Aeternus dicitur, pro ſenectute, longæuitateque. Hinc deducũtur Coæuus, Aequæuus, Grandæuus, Longæuus, & primæuus.

ÆX, gos, (αἴξ, γὸς, ἡ) inſula ſcopuloſa in mari Aegæo inter Tenedũ & Chiũ, quę capræ ſpeciẽ procul aſpicientibus præbet. Vnde & nomẽ accepit. Nã αἶγα Græci uocant, quam nos capram. Ab hac inſula mari Aegæo nomen factum eſſe tradit. Plin. lib. 4. cap. 11. quanquam alii alias eius nominis afferant rationes.

ÆXONES, (Αἰξωνεῖς) prouerbii ſpecie dicuntur conuiciatores, ab Aexonibus Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci uirulentia infamoſis. Coel. Ant. lect. lib. 18. cap. 25.

A ANTE F.

AFER, aut potius Apher, (Λίβυς,) uide in Africa.

AFFABILIS, {*Affabile. Pet. Quel ſi penſoſo è Viſſe affabil ombra*} pen. cor. ex Ad & fabilis in ſermone iucundus, & gratus: uel comis, leuis, facilis. εὐπροσήγορος. Teren. in Adel. Meditor eſſe affabilis. Hinc Affabilitas, (εὐπροσηγορία) Cic. 2. Offi. Quantopere conciliet animos comitas affabilitasque ſermonis Dicimus. & Affabiliter, affabilius, affabiliſſime. Gell. lib. 16. cap. 3. Hæc tum Phauorinus, multaque eiuſmodi alia affabiliſſime dicebat.

AFFABRE, {*A pennello. artificioſamente Bec. Viſi artificioſamente fatti,*} (δαιδαλέως) pen. cor. aduerbium, ſignificat artificioſe, ſcite: ſicut Infabre, ſine artificio. Cic. 2. Verr. Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre, atque antiquo artificio factus uideretur, reliquit. Gell. lib. 7. cap. 7.

AFFABRUM, (τεχνικῶς πεποιημένον) pro Affabre factum, dixere ueteres. Perottus.

AFFABULATIO (ἐπιμύθιον) dicitur breue documentum, quod fabulis ſubnexum earum explicat utilitatem.

AFFANIÆ, arum, {*Ciancie, parole uane, bugie, menzogne. Boc. Gior. 2. No. 5. Che ciancie ſono quelle che tu dici*} ſunt nugæ, uerba futilia, ac mera mẽdacia, ὑθλήματα: a fando inclinatũ nomen. Apul. li. 4. Hæc & alias ſimiles affanias

fruſtra oblatrantes, eos retrorſum adducunt pagani.

AFFATIM, {*Abondeuolmente largamente*} aduerbium, prima, non media acuta, ut Quint. lib. 4. docet, ſignificat Abunde, large, ἀδήνως. Cice. lib. 1. ad Atti. Puto me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe. Vide de hoc Gell. lib. & cap. 7. & Vallam lib. 6. cap. 20.

AFFECTA, fœmina, (inquit Feſtus) uel in bonam partem dicitur, uelut honorata (ἔντιμοι) uel in malam, ad extremum periculum adducta.

AFFECTO, as, {*Deſiderare, cercare con anſietà*} ſignificat cum affectu, & anxie quæro, pronum animum ad aliquid faciendum habeo, appeto, nimis exequiro, ἐπιβάλλομαι, ὀρέγομαι, μνηστεύομαι, πυρθάζω. Ver. 4. Geor. Viamque affectat Olympo. Auctor ad Her. Non tam affectanda, quam ſuperiora, ſed tamē adhibenda nonnunquam. Aliquando affectare eſt afficere. Plaut. in Bacc. Tua flagitia, aut damna, quibus patrem, & me teque amicoſque omnes affectas tuos. Legitur etiam, Affector, (ἐπιτίθεμαι) deponens, ſed obſoletum. Var. Affectatus eſt regnum. Ab Affecto fit Affectatus nomen & participium: ut, Affectata caſtitas. Plin. Iunior in Panegy. Affectata aliis caſtitas, tibi ingenita & innata. Affectata oratio (φρυαγματώδης λόγος) quæ nimis anxie, & curioſe quæſita eſt, & ex nimio cultu quandam reſipit nouitatem. Et affectate, id eſt, curioſe: ut, Affectate ſcribere.

AFFECTATIO, {*Deſiderio affannato*} uerbale, curioſitas. Pli. lib. 11. ca. 37. Tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque.

AFFECTIO, onis, {*Affettione. Dant. Secondo l'affettion ch'à dir ci ſprona*} (πάθος) eſt quiuis animi motus, ſiue paſſio, ut amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, ſpes, & ſimiles. Cic. 1. de Inuentione: Impetus & quædam cōmotio animi, affectioque. Interdum & latius ſumitur, ut etiam ad corporis mala extendatur. Vnde ſic definitur a Cic. li. 1. de Inuentione: Affectio, eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, & ſimilia.

AFFECTVS, us, {*Affetto, affettione, paſſione Dant. Che la tua affettion mi ſe paleſe*} (πάθος) idem quod affectio. Auguſt. 2. de ciuita. Quæ ſunt ſententiæ philoſophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, noſtri autem quidam, ſicut Cicero, Affectiones, uel Affectus, quidā uero de Græco expreſſius Paſſiones uocant. Interdum accipitur pro ſtudio, cupiditate, uel deſiderio. Iuuen. Si tes ampla domi, ſimilisque affectibus eſſet.

AFFECTVS, a, um, {*Affannato*} participium, cum abſolute ponitur, ſumitur pro languente. τεταλαιπωρημένος, κακοπαθῶν. Liu. lib. 5. Vires corporis affectæ. Affecta ædificia. (κατειργασμένα) & cætera huiuſmodi dicuntur, quæ prope ſunt confecta, ſed non ad finem deducta. Cice. de Prouinc. conſul. Bellum affectum uidemus, & ut, uere dicam, pene confectum.

AFFERO, {*Recare, portare. Pet. Non chi recò con ſua uaga bellezza*} compoſitum ex Ad & Fero. ſignificat apporto. ἐπιφέρω, προσφέρω. Terent. in Eunucho: Hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit. Inter cætera ſignificat quod uulgo dici ſolet, Allegare, & Adducere. Cic. An ætatem adferet? ideſt, in cauſam uel excuſationem adducet. Item adducere. Cic. Atti. lib. 16. Magnam attulit acceſſionem tua uoluntas erga me. Aliquando nuntiare. Cic. Atti. lib. 8. Caſus Miſſius familiaris tuus, aliique complures, attulerunt, Cæſarem iter habere Capuam. Afferre alicui manus, eſt uim alicui inferre. Cic. 1. Offi. Qui iniuſte impetum in quempiam facit, is quaſi manus uidetur afferre ſocio. Sibi manus afferre, eſt ſeipſum interficere. Cic. Octauiano: Ego ipſe Senatū ſibi manus afferre coegi.

AFFICIO, is, {*Diſponere*} pen. cor. ex Ad & facio, ſignificat affectionem quandam, ſiue diſpoſitionem induco, διατίθημι. Et tam ad animum quā ad corpus refertur. & tam in bonam, quam in malam partem accipitur: conſtruiturque cum accuſatiuo, & ablatiuo: ut, Hæc res afficit me gaudio, ideſt, affert uel inducit in me gaudium. Affeci te letali uulnere. ideſt, intuli tibi, uel induxi in te letale uulnus. Inuenitur quandoque abſolute poſitum: ut, Multa ſunt quæ afficiunt hominem. ideſt, affectiones, ſiue affectus inducunt. Celſus. Pulmo totus afficitur: ideſt, maceratur, læditur, corrumpitur. Quandoque cum præpoſitione ad Cic. in Topicis. Ducuntur etiam argumēta ex rebus, quæ quodam modo affectæ ſunt ad id, de quo quæritur, ideſt, adiunctę, aut affines. Afficior paſſim (διάκειμαι, διατίθεμαι πάσχω) quaſi animor: ideſt, itiua animi ſum. Cic. in Lælio: Vt eodem modo erga amicum affecti ſimus, quo erga noſipſos. Poſtea ſequitur. Vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus.

AFFIGO, gis, {*Attaccare, appiccare ficcare*} ad aliquid figo. προσπήσσω, προσερείδω. Cic. 2. de Natu. Deo. Mineruа, cui talaria affigunt. Per tranſlationem de incorporeis dicitur. Plin. lib. 30. cap. 1. Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. ideſt, tenaciter impreſſiſſe.

AFFINGO, is, idem quod fingendo accommodo, ſiue addo, προσαναπλάττω. Et proprie eſt figulorum, cum uaſi anſas, uel aliam quamuis particulam addūt. Quanquam etiam latius accipitur, pro efformo, ſiue addo. Cic. 1. de Orat. Nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affictam, totamque formam quaſi perfectam reperies. Sumitur etiam pro eo quod eſt rem aliquam inter narrandum mendaciis augere. Idem 2. Philip. Qui boni aliquid uolunt afferre, affingunt aliquid, quo id efficiant, quod nuntiant, lætius. Affictitius, a, um, uerbale, quod rei alicui affingitur, ſiue additur. Var. lib. 3. de Re ruſt. cap. 12. Sequitur, inquit Appius, actus ſecundi generis, affictitius ad uillam qui ſolet eſſe, ac nomine antiquo a parte quadam leporarium appellatum.

AFFINES, in agris uicini ſunt. πρόσοροι: in hominibus, qui nō conſanguinitate ſed per propinqui alicuius nuptias ſunt cōiuncti, προσήκοντες κατ' ἐπιγαμίαν. Neque ſolum de uiris dicitur, uerum etiam de mulieribus. Cic. poſt. red. in ſen. Tu affinem tuū, meā filiā ſuperbiſſimis, & crudeliſſimis uerbis a genibus tuis repuliſti. Dicuntur autem ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: ex Ad, & Finis. Teren. Adelp. Act. 5. ſce. 8. Hegio his eſt cognatus, proximus, Affinis nobis. Vbi Donat. ait: Vxoris cognati, ſunt affines mariti. Vnde multi gradus ſunt, & ueluti rami propinquitatis in affinitate, & cognatione diſpoſiti. Nomina eorum hęc ſunt, ſocer, ſocrus, gener, nurus, uitricus, nouerca, priuignus priuigna. Et quidem uiri pater uxoriſque, Socer: mater eorum Socrus appellatur, Filii uxor, Nurus: filiæ uir, Gener, Vxor, liberis ex alia uxore natis, Nouerca dicitur. Matris uir, ex alio uiro natis, Vitricus appellatur, Eorum uterque natos aliunde Priuignos, Priuignaſque uocat. Viri frater, eſt Leuir: uiri ſoror, dicitur Glos. Duorum fratrum uxores Ianitrices dicuntur. Sed de ſingulis horum copioſius ſuis locis.

AFFINIS, {*Vicino, congionto*} adiectiuū, (πρόσορος) idē eſt quod uicinus, uel coniunctus: & tā genitiuo, ꝗ datiuo iungitur. Affinis culpæ, uel ſceleri, dicitur, in quem cadit culpæ uel ſceleris ſuſpicio, uel qui eſt culpæ, uel ſceleris particeps. Cic. in Catil. Huic ſceleri ſi paucos putatis affines eſſe, uehementer erratis.

AFFINITAS, tatis, {*Parentela, congiontione*} ꝓpinquitas ex cognati nuptiis contracta, uel hominum affinium inter ipſos coniunctio. Ci. 4. Verr. Quo quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitate aliqua attingebat.

AFFIRMO, as, {*Affermare. Dant. Senza diſtintion afferma ò nega*} Aſſeuero, καταφάσκω, διισχυρίζομαι. Cice. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc intereſſe? Hinc Affirmatio, (κατάφασις) quæ eſt enuntiatio alicuius de aliquo. Cic. 3. Offi. Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa. Affirmate, aduerb. Cic. 3. Offic. Quod autem affirmate quaſi Deo teſte promiſeris, ad tenendum eſt.

AFFLEO, es, ui, etum, {*Piagnere*} (ἐπιδακρύω) illacrymor. Plaut. in Perſa: Sed longe ab Athenis eſſe ſe natam autumet: Et ut affleat, cum ea memoret.

AFFLICTATIO, (κάκωσις) ægritudo cum uexatione corporis. Afflictus, us, idem. Cic. 2. Tuſc. Effœminata uirtus afflictu occidit. Afflictor, aliud uerbale, qui affligit, uel afflixit. Cic. in Piſo. Age Senatus odit te (quod cum te facere iure concedis) afflictorem, & proditorem non modo dignitatis, &c.

AFFLICTVS, a, um, {*Afflitto. Pet. Et Annibal quando all'imperio afflitto*} (προστεταραγμένος) proprie idem quod proſtratus, iacens, & rebus aduerſis oppreſſus. Cic. pro lege Manilia: Diffidentem rebus ſuis confirmare, afflictum erigere, perditumque recreare.

AFFLIGO, is, {*Affliggere. Pet. Guſtando affligge più che non conforta*} pe. pr. compoſitum ex Ad, & Fligo antiquo uerbo, proprie eſt proſterno & terræ allido, προσαράσσω. Pli. li. 8. ca. 40. Ingruit aſſultans, contraque beluam aſſurgens, hinc & illinc artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet infeſtans atque euitās donec aſſidua rotatum uertigine affligat ad caſum eius tellure concuſſa. Accipitur pro opprimo, male mulcto, dolore afficio, perdo. Cic. Atti. lib. 4. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. Hinc fit,

AFFLICTO, as, frequentatiuum. Cic. 4. Tuſc. O' te infelicem, quam te afflictarem, niſi iratus eſſem.

AFFLO, as, {*Spirare à qualche coſa Pet. Onde nel petto al nouo Carlo ſpira*} ad aliquid ſpiro. ἐπιπνέω. Liu. afflabat iis frigoris acrior. Cice. de Seuect. Odores afflantur e floribus. uide latius in dictione Flo.

AFFLATVS, us, uerbale, actus afflandi. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu.

AFFLVO, {*Abondare Pet. Oue'l ſolin abondò la gratia abonda*} abundo, (ἐπιρρέω ἐπιπολάζω, πλεονάζω) ut, Affluo diuitiis. Dicimus etiam: Diuitiæ affluunt mihi. Aliquando eſt uehementer decurrere, ἐπιρρέω. Colu. lib. 1. Ne cum e uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Verbale eſt affluentia, abundantia. Cic. de Lege Agra. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum nata eſt arrogantia. Dicimus & Affluenter aduerbialiter, copioſe. Cic. 5. Tuſcu. Quoque affluentius uoluptates hauriat.

AFFODIO, is, affodi, affoſſum, fodiendo adiungo. Plin. lib. 2. cap. 68. Furtoque uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus.

AFFOR, aris, atus, ſum, {*Parlare*} ex Ad & Fari compoſitum ſignificat Alloqui. Verg. Aen. 3. Tunc ſic affari, & curas his demere dictis.

AFFORMIDO, as, are, {*Temere*} idem quod ſuum ſimplex, περιφοβοῦμαι. Plau. Bacchid. Magiſque afformido, ne is pereat.

AFORIS, {*Di fuori*} aduerb. pen. cor. (ἔξωθεν) a parte exteriori. Pli. lib. 18. cap. 24. In ulcus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuiſim ſcribant, a foris: & melius, meo quidem iudicio.

AFFORE, (προσέσεσθαι) uide Fore.

AFFRIO, as, ex Ad, & Frio, (ἐπιψηχω) digitis terendo aliquid aſpergo: & proprie de rebus iis dicitur, quæ facile, & modico tritu comminuuntur, & in puluerem rediguntur, ut reſina inter digitos. Var. 1. de Re ruſt. Quidam ipſum triticum conſpergunt, cum addant circiter in M. modium quadrantal amurcæ. Item alius aliud affriat, aut aſpergit, ut Chalcidicam, aut Caricam cretam, &c.

AFFRINGO, is, ad, ſiue iuxta frango. Stat. lib. 1. Theb. Aut exiccata fatiſcet Mater Achilleis hyemes affringere buſtis.

AFFRICO, as, (προστρίβω) pen. cor. Vide in dictione Frico, as. Affrictus, us, uerbale. Plin. 31. cap. 6. Spumaque aquæ Affrictu uerrucas tollit.

AFFVLGEO, es, uide Fulgeo.

AFFVNDO, is, {*Verſare allagare. Pe. L'una piaga arde e uerſa foco e fiamma*} (ἐπιχέω) aſpergo. Pli. li. 16. ca. 44. Vinumque illi affundere. Affundi fluuii quoque, & maria dicuntur iis locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem li. 5. ca. 1. Affunditur huic autem æſtuarium e mari flexuoſo meatu.

AFRANIVS, poeta Latinus fuit, togatarum fabularum ſcriptor. Cuius comœdiæ, alioqui feſtiuæ & elegantes, minus gratæ fuerunt, ꝙ fœdis puerorum amoribus eſſent conſpurcatæ.

AFRANIVS, etiam dux fuit Pompeianarum partium, uictus a Cæſare in Hiſpania ad Sicorim amnem. Vide Lucanum lib. 4.

AFRANIA, Licinii cuiuſdam uxor apud Valerium quæ muliebris uerecundiæ oblita, ſuas per ſe cauſas agebat, & importunis clamoribus iudicibus obſtrepebat, Hinc factum eſt, ut mulieres perfrictæ frontis, & matronalis pudoris oblitæ, Afraniæ per contumeliam dicerentur.

AFRICA, {*Africa. Pet. S'Africa pianſe Italia non ne riſe*} (Λιβύη) regio eſt latiſſima, una ex tribus præcipuis mundi partibus ad Orientem Aegypto & Nilo fluuio ab occaſu Oceano Atlantico terminata Meridie Oceanum Auſtralem, ad Septentrionem mare Libycum ſpectās. Nomen habet (ſi Ioſepho credimus) ab uno poſterorum Abrahæ, cui nomen erat Afer uel (quod ueriſimilius eſt) ab α priuatiuo, & Græco nomine φρίκη, quod horrorem ſignificat. Eſt enim hæc regio frigoris horroriſque expers, ut quæ maiore ſui parte inter Tropicos ſita ſit. Prouincias habet ad Mediterraneum mare extenſas, duplicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæſarienſem, deinde Numidiam, poſt Africam proprie dictā, quæ & Africa maior dicitur: Hāc excipit Cyrenēſis, ſiue Pentapolitana regio.

Poſt

Poſt hanc eſt Libya Mareotica, Aegypto contermina. Interiora Africæ Aethiopes habent, plurimiq; alii populi monſtroſi, quos enumerat Pli. lib. 5. ca. 8.

Africa minor, olim urbes habuit Carthaginem, Vticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, et alias quaſdam. Hinc deducitur adiectiua, Africus, a, um, (λιβυκὸς) ut, Africa bella, apud Silium lib. 17. Item Africanus, a, um: ut, Gens Africana, Gallinæ Africanæ. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 4. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci. Videtur autẽ differre Afer ab Africano, q; Afer gentile nomen propriе eſt (quanquam Maro dicit, Armentarius Afer) Africanus, denominatiuum, ut Scipionum a deuicta Africa.

AFRICANÆ, (παρδάλιες) feræ ſunt in Africa copioſæ, ex genere Pantherarum, quæ & Variæ appellantur a macularum uarietate. Plin. lib. 8. cap. 17. Senatuſconſultum fuit uetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

AFRICVS, {Garbino} ſubſtantiuum, uenti nomen eſt ab Africa ſpirantis inter Auſtrum, & Zephyrum, qui & λίψ a Græcis dicitur. Verg. 1. Aen. Vna Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis Africus. Horat. libr. 1. Carm. Luctantem Icariis fluctibus Africum.

A ANTE G.

AGALLOCHVM, (ἀγάλλοχον) lignum eſt Dioſcoridi thyriæ ligno ſimile maculis quibuſdam diſtinctum, odore iucundiſſimo, guſtu ſubamarum, oris graueolentiæ maxime conducens. Græci recentiores ξυλαλόην appellarunt: quos noſtræ ætatis ſeplaſiarii imitati, Lignum aloes uocarunt.

AGAGAMANTÆ, populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

AGAMEDE, pen. pro. (ἀγαμήδη) oppidum Lesbi inſulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

AGAMEDES, pe. pro. (ἀγαμήδης) uiri eius nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cuius meriti nomine, cum ab Apolline præmium poſtulaſſent, quod ille homini optimum duceret, poſt diem tertium in lectu mortui reperti ſunt.

AGAMEMNON, (ἀγαμέμνων) Atrei & Aeropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum aduerſus Troianos ſuſceperunt, omnium conſenſu uniuerſi exercitus dux eſt declaratus. Quo in bello, decimo demum anno uictoria potitus, ubi primum in Græciam rediit, a Clytæmneſtra uxore, adiuuante Aegiſtho (quo cum illa, abſente uiro, adulterii conſuetudinem habuerat) eſt interfectus, relicto filio Oreſte, qui poſtea indignam patris necem ulciſcens, matrem una cum adultero interemit. Vide Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Oreſte.

AGAMNESTOR, (ἀγαμνήστωρ) nomen eſt Athenienſium regis.

AGAMVS, {Huomo ſenza moglie, ò femina ſenza marito} (ἄγαμος) pe. cor. Latine dicitur cœlebs, hoc eſt, ſine uiro, ſeu uxore, γάμος enim nuptiæ ſunt.

AGANZVA, Mediæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

AGANDEI populi circa Mæotin. Plin. lib. 6. cap. 7.

AGANIPPE, pe. (ἀγανίππη) fons Bœotiæ, a Cadmo mõſtratus, Muſis ſacer, quẽ poetæ fabulantur factum eſſe Pegaſi equi alati ungula. Hinc Aganippęus, a, um, denominatiuum, ἀγανιππαῖος. Propertius: Par Aganippeææ ludere docta lyræ. Et Aganippis ἀγανιππὶς patronymicum fœm. Ouid. 5. Faſtor. Dicite, q̃ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

AGAPENOR, pen. pro. (ἀγαπήνωρ) præfectus claſſis Agamemnonis, apud Homerum in Catalogo nauium. Latine amans uiros, uel qui ab aliis amatur.

AGAPETVS, pen. pro. (ἀγαπητὸς) Synnadæ, quæ eſt in Phrygia, Epiſcopus. De quo uide Euſebium in Hiſto. Eccleſ. Latine interpretatur diligibilis, uel dilectione dignus.

AGAPIVS, (ἀγάπιος) Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantii magna celebritate medicinam docuit. Fuit & alter, Athenienſis philoſophus, poſt Proclum, Marini Neapolitani diſcipulus. Suidas.

AGAR, (ἄγαρ) nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur aduena: a qua Agareni, (ἀγαρηνοὶ) populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicũtur, a Sara uxore Abrahæ. Hos bello aggreſſus Traianus Cæſar eorum oppidum: Agaram mœnibus nudauit, eos tamen tanquam potuit acie ſuperare, tempeſtate cœli, tanquam diuinitus, perpetuo obſtante. Auctor Dion.

AGARICON, {Agarico} (ἀγαρικὸν) pen. cor. fungus eſt, aut certe radix fungi more arboribus naſcens, ſapore initio dulci, ſed mox in amaritudinem declinante. Naſcitur circa Boſphorum, & in Galatia. Duo eius ſunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. lib. 25. cap. 6. & Ruellium lib. 3. cap. 1.

AGARVM, (ἄγαρον) promontorium eſt Sarmatiæ Europææ, ab ea parte, qua Boſphoro Cimmerio proxima eſt. Auctor Ptol.

AGARVS, (ἄγαρος) fluuius Sarmatiæ Europææ, in Boſphorum Cimmeriũ illabens circa quem radix quædam fungoſa arboribus adnaſcitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluuii huius meminit Ptolemæus in deſcriptione Sarmatiæ, & Cœlius Antiq. lect. lib. 18. cap. 8.

AGASIAS, (ἀγασίας) ex Stymphalo Arcadiæ oppido uir fortis & bello clarus: de quo Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri minoris.

AGASICLES, (ἀγασικλῆς) Spartanorum rex clariſſimus fuit, cuius extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma, Nullum eſſe firmius ſtabiliendi regni præſidium, q̃ ſi Rex ita ciuibus imperet, ut parentes liberis.

AGASO, {Aſinaio, mulattiere} pen. pro. equorum uel aſinorum ductor: ἱπποκόμος. Plin. lib. 35. Pinxit & in una tabula, qua q; maxime inclaruit, agaſonem cũ equo. Liuius: Acceptos ab agaſonibus equos, cum rex aſcenſurus erat admonebant. Eſt & Agaſo nomen proprium ſerui. Horatius. Si patinam pede lapſus frangat Agaſo.

AGASTHENES, (ἀγασθένης) fuit teſte Home. lib. Ilia. 2. pater formoſi Polyxeni, qui nauibus ſuæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Latine interpretatur inſigniter robuſtus.

AGASTROPHVS, (ἀγάστροφος) Pæonis fuit filius, & heros inter primos Troianorum bellatores: ſed a Diomede uulneratus in coxa, mortẽ obiit, ut ſcribit Home. lib. Iliad. 11.

AGASYLLIS, (ἀγασυλλὶς) frutex eſt, quem iuxta Cyrenem Aphrica gignit, ex quo ſuccus profluens in ſubiectas arenas decidit, quem Ammoniacum uocat. Vide Dioſco. & Ruel. lib. 3. cap. 53.

AGASYRTVS, {Sordido ſqualido} (ἀγάσυρτος) apud Latinos ſqualidum ſonat, & ſordidum: unde Pittacus Mitylenæus philoſophus Agaſyrtus eſt dictus, q; neglecto corporis cultu uideretur ſordidior.

AGATHA, (ἀγάθη Stephano) oppidum prouinciæ Narbonenſis, quondã Maſſilienſium. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. Fuit præterea hoc nomine uirgo (teſte Volaterrano lib. 13.) Catanenſis, & martyr, ſub Gallo mammillis torta.

AGATHARCHIDES, (ἀγαθαρχίδης) hiſtoricus Samius, de quo Plutarchus in hiſtoria Perſica.

AGATHEA, pen. pro. (ἀγάθεια) oppidum eſt Phocidis. Stepha.

AGATHIAS, (ἀγαθίας) Smyrnæus fuit hiſtoricus nobiliſſimus, qui Iuſtiniani Cæſaris geſta conſcripſit.

AGATHYRNVM, Vide Agathyrſum.

AGATHO, pen. cor. (ἀγάθων) Philoſophi Pythagorici nomen fuit. Hic cũ annorum eſſet octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc ſeruaret priſtini roboris reliquias. Quid ni? inquit: nam non modo uer, uerum etiam autumnus conſueuit bonos fructus proferre. Fuit etiam hoc nomine Athenienſis uir, portentoſæ proceritatis & fortitudinis: de quo Philoſtratus in uita Herodis Attici. Fuit & nomen filii Priami, qui cum patre Hectoris corpus redẽpturo, ad Achillem profectus eſt, ut habet Home. Iliad. lib. ultimo.

AGATHOPOLIS, (ἀγαθόπολις) Galliæ Narbonenſis ciuitas eſt, quæ hodie Monſpeſſulus dicitur.

AGATHOCLES, (ἀγαθοκλῆς) Siculus tyrannus fuit, qui ex ſordido genere natus, patre ſcilicet figulo, cum libidini, latrociniоq; operam dediſſet gregariam militiam exercuit. In qua q; manu ſtrenuus eſſet, et in cõcionibus perfacundus, breui ex centurione tribunus militum euaſit: & primo quidem bello contra hoſtes pugnans, magna ſuæ uirtutis præbuit experimenta, adeo ut in demortui regis locum fuerit ſuffectus. Nec multo poſt interfectis Syracuſanis nobilibus, cum Carthaginenſibus bellum geſſit. Deinde ſpe ampliãdi regni in Italiam traiecit: ubi cum deceptus fuiſſet, ex indignatione morbum contraxit: ex quo etiam uita functus eſt. Hic cum figuli (ut modo diximus) eſſet filius, generis humilitatem non modo non diſſimulauit, uerumetiam eo ueluti firmiſſimo argumento uſus eſt, ad inflammandos ſuos ad capeſſendam uirtutem. Vnde uaſis aureis frequenter figulina ſolebat admiſcere, ut oſtenderet ſordidiſſimæ etiam cõditionis hominibus per uirtutem ad honores iter patere.

AGATHVSA, (ἀγαθοῦσα) a Callimacho dicta eſt inſula unguẽto nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

AGATHYRSVM, ſiue Agathyrſa (ἀγάθυρσα Stephano) urbs eſt Siciliæ, quæ recenſetur a Plin. lib. 3. cap. 8.

AGATHYRSI, (ἀγάθυρσοι) populi Scythis uicini (ut inquit Hieron.) qui multum habent auri, ſine auaritia, aut inuidia. Hos Pli. li. 4. ca. 12. ſcribit habere capillos cæruleos. Poetæ pictos uocant, quoniam uerſicoloribus ueſtibus induuntur. Verg. lib. 4. Creteſq; Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi. Dicti Agathyrſi, ab Agathyrſo Herculis filio.

AGAVE, pen. pro. (ἀγαυὴ) filia Cadmi, & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem uerſa Pentheum filium regem Thebanorum in Orgiis Bacchi ſuis manibus dilaniauit.

AGAVI, (ἀγαυοὶ) populi ſunt Septentrionales: quos Homerus circa initium lib. 13. Iliad. dixit gentem innocentiſſimam, ut quæ ſine ullis diuitiis equino uictitat lacte.

AGAVVS, pen. pro. (ἀγαυὸς) unus e Priami filiis, apud Hom. lib. Ilia. ulti. qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

AGBARVS, (ἄγβαρος) rex fuit Edeſſæ, cuius ad Chriſtum Seruatorem noſtrum epiſtolam, Chriſtiq; itidem reſponſum uide apud Euſebium.

AGBATANA, orum, (ἀγβάτανα Stephano) oppidum Phœnices, quod Pli. lib. 5. ca. 29. Ecbatana appellat. Item oppidum Mediæ, totius regionis caput a Seleuco conditum: quod & ipſum Plin. Ecbatana appellat lib. 6. cap. 14.

AGE, {Horſu. Hor uia. Boc. Gior. 7. No. 6. Hor uia, non hauer paura} (ἄγε, φέρε δὴ) aduerbiũ adhortantis: & ſingularem numerum deſiderat. Agite pluralem. Agedum utrunque admittit. Quint. Agedum ſi uidetur, extra portas proſpicite. Cic. pro Sylla: Agedum, conferte nunc cum illius, uitam P. Syllæ. Dicimus & Agitedũ, ſed in plurali ſemper. Liu. lib. 1. Agitedum, ite mecum. Interdum eſt corripientis. Teren. in Adelp. Age, ſcis quod loquar? Pecuniã in loco negligere maximum interdum eſt lucrum. Interdum pro dic. Terent. in Adel. Age, noui tuum animum, quaſi iam uſquam tibi ſint uiginti minæ. Vbi Donatus: Age nunc uerbum eſt, ſignificans Dic quia tam prope eſt, ut conſentiat perſuadenti. Interdum conſentientis. Terent. in Adelph. Age age, traducatur Bacchis. Interdum excitandi: & plerunque poſt Nunc, apud poetas ponitur. Ver. Georg. 4. Nunc age naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam.

AGEA, (μεταδρόμια) pen. pro. uia in naui, dicta q; in ea maximæ quæque res agi ſoleant. Ennius: Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Vſitatius Foros uocamus.

AGEDECVM, pen. pro. (ἀγήδικον) Ptolemæo Gallorum Senonum oppidum eſt, quod idem eſſe exiſtimatur cum eo, quod Galli ſua lingua Sens uocant.

AGELÆVS PANIS, (ἀγελαῖος ἄρτος) dicitur a Græcis, qui a noſtris Cibarius dicitur, ex farina parum bene cribrata conſtans. Vide Cœl. lib. 9. cap. 16. & Ruellium lib. 2. cap. 14.

AGELADES, (ἀγελάδης) nomen inſignis ſtatuarii, & magiſtri Polycleti: cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

AGELASTVS, {Meſto, che mai non ride} (ἀγέλαστος) ab ἀ & γελάω. Latine meſtus, & ſine riſu. Quo nomine dictus eſt Craſſus, auus Craſſi a Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantum in uita ſua riſiſſe, quod factum eſt, cum uidiſſet aſinũ carduos comedentem, dixiſſetq; ob id, Similem habent labra lactucã. Factum hoc dictumq; feſtiuiſſimum riſus ſubſecutus eſt. Cic. 5. de Fini.

AGELLVS, {Campicello, campetto. Boc. Gior. 2. No. ult. Che'l mio picciol campicello haueua à lauorare} diminutiuum, ſignificat paruũ agrũ, ἀγρίδιον. Terent. in Adel. Agelli eſt hic ſub urbe paulũ, quod locitas foris. Huic demum, qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. Ambroſius: Qui fidei exercet militiam, ab omni uſu negotiationis abſtinere debet, agelluli ſui cõtentus fructibus.

AGEMA, atos, pen. pro. {Squadra} (ἄγημα) idem quod agmen. Arrianus ſcribit alam equitum fuiſſe, quæ dicebatur ἄγημα. quanquam & de peditibus dici agema idem teſtatur Arrianus. Liuius 5. Decade: Delecta inde, & uiribus, & robore ætatis ex omni certatorum numero duo erant agemata: hanc ipſi

legionem uocabant.

AGENOR, (ἀγήνωρ) pen. pro. nomen regis Phœnicũ, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europam filias, filios uero Cilicem, Cadmum & Phœnicem. Verg. 1. Aen. Punica regna uides, Tyrios, & Agenoris urbem. Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Troiani.

AGER, {Campo, poſſeſſione Pet. Sol e penſoſo i piu deſerti campi} ab ago, is, quod in eo aliquid agatur, uel (ut Donatus inquit) quòd in eo multa ſunt agẽda. Quint. autẽ lib. 1. ſcribit Græcum eſſe. nam ἀγρὸς Latine rus dici poteſt. Significatque Ager quandoque circumſectum territorium alicuius urbis ſeu prouinciæ, χώρα. Sal. in Catil. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrũ Piſtorienſem abducit. Vnde dicimus, Ager Cãpanus, Ager Brixianus. Et includit in ſe nemora, ſaltus, paſcua, lacus, flumina, & omnia, quæ in territorio illo ſunt, & in ea ſignificatione uix unquã reperitur pluraliter. Quãdoque ſignificat partem quandã ipſius territorii urbis, quæ priuatim ab aliquo poſſidetur, & eſſe uidetur rus, in quo, & domus, & omnia quæ in agro ſunt generaliter continentur: ideſt, quæ pro captu ipſius partis eſſe poſſunt. Vnde Terent. in Eunuc. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et ſequitur: Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri, commuto locum. Ex his innuitur ſub agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur cõprehendi, idemque eſſe Agrũ, Rus, & Poſſeſſionẽ. Notandum tamen quòd nec rus, nec ager uilla eſt, ſed Villa in rure, ſiue agro dicitur eſſe. Quandoque Ager ſignificat locum in rure, quem colimus, ſiue arando, ſiue conſerendo. & ſingularem pluralemque numerum habet. Col. lib. 1. Nã ubi ſedulo colitur ager, plerunque compẽdium, nunquã, niſi ſi cœli maior uis aut prædonis inceſſit detrimentum affert. Liu. lib. 4. Peſtilentem annum inopia frugũ neglecto cultu agrorum, ut plerũque fit, excepit. Ager colonus. Cic. de leg. agra. Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quo milites ueterani deducti eſſent, qui &c. Videtur eam agri partem ſignificare, quæ proprie ad arandum accommodata eſt, & alio nomine Aruum dicitur.

AGERATON, (ἀγήρατον) herba eſt ad duorum palmorum altitudinem increſcens, ſimilis origano, florem ferens bullis aureis non abſimilem: ita dicta, quod non facile marceſcat. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

AGERATVS, (ἀγήρατος) lapis eſt, quo coriarii olim utebãtur in poliẽdis coriis: cuius loco hodie utunt maſſa uitri. Meminit huius lapidis Gal. li. 9. Simp.

AGERONA, Deę cuiuſdam nomen erat apud Romanos, ab agẽdo dicta, quòd induſtriæ præſidere putabatur. Sicut cõtra Murcea, ſocordiæ Dea credebatur.

AGESANDER, (ἀγήσανδρος) inſignis ſtatuarius fuit ex Rhodo inſula; qui una cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Veſpaſiani Imperatoris, omnium artificum opera longo interuallo ſuperantem. Vide Plin. lib. 36. cap. 5.

AGESIAS, (ἀγησίας) Cyrenaicus Philoſophus, cui a Ptolemæo Philoſophiæ profeſſione fuit interdictum, quod animæ immortalitatem docens, multos ad ſpõtaneã mortẽ cõpelleret: ut Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic. in Tuſcu.

AGESIDAMVS, (ἀγησίδαμος) Locrenſis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu uincentem Pindarus hymnum cecinit.

AGESILAVS, (ἀγησίλαος) Lacedæmonius, Archidami filius, qui poſt mortem Agidis fratris ſui rex conſtitutus, Tiſſaphernem in Aſia, qui principatum tenebat inter Perſas, uicit: & Athenienſes, & Bœotios apud Coronæam urbẽ Peloponneſi. Breui ſtatura corporis, & altero pede claudus fuit, ſed rara uirtute præditus. Vitam eius uide apud Plutarchum.

AGESINATES, Galliæ populi ſunt Pictonibus uicini. Plin. lib. 4. cap. 19.

AGESIPOLIS, (ἀγησίπολις) Lacedæmoniorum dux, qui ſpecioſam ſæpius uictoriam ab Argiuis retulit. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4.

AGESIS, {Horſu in ſi tu nunc} aduerb. excitandi: compoſitum ex particula, ſis, pro ſi uis, quæ uerbis imperatiui modi apud ueteres addebatur. Lucret. libr. 1. Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari De nihilo.

AGGER, ris, {Argine. Arioſt. Il Re de fiumi altero Quando rompe tal uolta argini e ſponde} (χῶμα) per duplex g, maſculini generis, ſignificat proprie lapidum, aut terræ concoeruationem, quæ ſiuis uallis aggeratur, caſtrorum alteriuſue loci muniendi gratia. Solent enim Romani milites uallos, hoc eſt, palos ſecum circunferre, quoties caſtra mutabant, eoſque quoties conſidebant, humi defigere, terramque illis aggerere ut tuti eſſent ab hoſtium irruptionibus. Improprie dicitur cuiuslibet rei coaceruatio, qua foſſæ, aut ualles impleri poſſunt. Quin, et muros & munimenta aggerem dici uoluit Seruius in illud Vergilii 10. Aeneid. Quin intra portas atque ipſis prælia miſcent Aggeribus murorum. Dicitur etiam Agger media uiæ eminentia, ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idem: Qualis ſæpe uiæ deprehenſus in aggere ſerpens. Agger item dicebatur, tumulus ex terra aliave materia congeſtus ad oppidi uel arcis cuiuſpiam oppugnationem. Cic. Atti. lib. 2. Oppidum cinximus uallo & foſſa, aggere maximo.

AGGERO, as, {Accumulare} (περισσάττω, χόω, ἐπιφέρω) pen. cor. ſignificat accumulo. Vnde Arbores aggerare, uel aggerare circa arbores terram dicimus, cum poſt hyemem, æſtate iam inſtante, terram circunfundimus, & ueluti circummunimus, ne calore nimio radices exareſcant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire, uel adobruere. Colu. Omnes arbores fructiferę circunfoſſæ aggerari debẽt. Et per metaphoram Aggerare pro augere, & aggrauare ponitur. Ver. 11. Aen. Onerat dictis, atque aggerat iras. Hinc fiunt compoſita Adaggero. Colu. li. 5. ca. 10. Deinde terram circa arborem adaggerato uſque ad ipſum inſitum. Exaggero uehementer aggero, & per tranſitionem augmẽto, extollove ſignificat, uel amplifico δεινολογεῖσθαι, δεινοποιεῖν. Cic. de Orat. Veritus es, ſi artem illam exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes.

AGGERO, is, pen. cor. ſi, ſtum, {Porre à coſto} iuxta gero. προσφέρω. Plin. li. 17. cap. 4. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilia. Item ad aliquem gerere, προσφέρειν. Plaut. in Rud. Siquidem mihi me ultro his aggerenda etiam eſt aqua.

AGGLOMERO, as, pen. cor. {Inuoltare, inglomare, aggiugnere} implico, adiungo, (συναγείρω) a Glomero, quod a Glomus ſeu Glomer deducitur. Ver. 2. Aen. Et lateri agglomerant noſtro.

AGGLVTINO, {Congiungere} pen. cor. ad aliquid glutino copulo. προσκολλάω. Plaut. in Aulularia. Ita mihi ad malum malæ res plane ſe agglutinant.

AGGRAVO, as, pen. cor. {Aggrauare. Pet. Et perche'l duro eſilio piu m'aggraui} ualde onero, uel ualde grauis ſum. (ἐπιβαρύνω): a quo Aggraueſco, quod eſt ualde grauis fio. Liu. Bel. Pun. 2. lib. 8. Nihil aliud ab ſuis iclatum eſt, quã inopia aggrauari ſocios. Terent. in Hecy. Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.

AGGREDIOR, {Aſſalire in buona & in mala parte. Pet. Cui domeſtica febre aſſalir deue} (προσέρχομαι, παραγίνομαι, ἐπιχειρέω) ad aliquem gradior: & hoc aliquando in bonam partem, idque uel cum accuſatiuo ſolum. Ci. pro Cecin. Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, non habet. Ver. 4. Aen. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis: Vel cum accuſatiuo, & præpoſitione Ad. Cic. de Nat. deo. Antequã aggrediar ad ea, quę a te diſputata ſunt. Vel cum infinitiuo. Idem Offi. 2. de quibus dicere aggrediar. Aliquando in malam partem pro adoriri, inuadere, quaſi gradatim & ueluti ex inſidiis adire, quo pacto ſolẽt gladiatores. Sallu. Ex lateribus cæteros aggreditur. Sumitur etiam nõ raro pro incipere. Cic. 1. Offi. Omnibus autẽ in rebus, prius quã aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Aliquando pro tentare. Sall. in Iugurtha: Omnes aſperitates ſuperuadere, naturã etiã loci uincere aggreditur. Hęc autẽ uerba Aggredior, Adorior, Alloquor, & ſimilia, Ad præpoſitione eis adiuncta, cũ accuſatiuo ſolo elegãtius ponuntur, quã ſi ſimplicia eorum accuſatiuo, Ad præpoſita iungantur. ut. Aggredior hominẽ, nõ, Gradior ad hominẽ. Aggreſſio uerbale. Ci. in Ora. Cũque animos prima aggreſſione occupauerit, infirmabit, excludetque contraria.

AGGREGO, as, pen. cor. {Congregare} (εἰς συναθροίζω) congrego, quaſi in unum locum gregem cõtraho. Ci. in Catil. Quod ſi eodẽ cæteros undique collectos naufragos aggregauerit. Tranſlate pro adiungere, apud Cæſ. 6. bel. Gal. Qui ſe ad eorum amicitiam aggregauerant. Opponitur uerbo Abgrego.

AGGRETVS, apud antiquos legitur pro Aggreſſus: ut apud Ennium, Aggretus fari, &c.

AGILIS, proprium uiri, quem poetæ cum Tirynthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

AGILIS, pen. cor. {Deſtro, leggiero. Pet. Io penſaua aſſai deſtr'eſſer ſu l'ali} (ἐλαφρός) leuis, dexter, qui ſe facile agit, hoc eſt, qui leui, & expedito eſt corpore: uel pronus, aut uoluntarius ad agendum. Horat. Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi, Sedatũ celeres, agilẽ gnauumque remiſſi. Agilitas, dexteritas, corporis celeritas. ἐλαφρότης, ἐπιτηδειότης. Colu. li. 1. Eiuſdem agilitatis homo frugi melius quã nequam faciet. Agiliter, agilius, agillime, ideſt, cum agilitate. Colu. li. 2. cap. 2. Detque requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi, totum ſpatium bos agilius enitatur.

AGINA, pen. pro. {Doue ſi regge il manico della ſtadera} eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ. id eſt, in quo trutina agitur, & uertitur, ab agendo dicta. unde

AGINATOR, qui paruo lucro mouetur: nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc, aut illuc impellitur. Feſtus.

AGINOR, pen. pro. uilia negotior.

AGINVM, urbs Galliæ, Ptolemæus. Agen.

AGIS, (ἆγις) Lacedæmoniorum rex, qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit: a ſuis tandem ciuibus in carcere necatus, quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare uellet. Plutarchus in Vita eius, & Cic. Offi. 2.

AGITO, tas, pen. cor. {Agitare, far ſpeſſo} crebro facio, factito, πράττω. Sallu. in Iugurtha: Ita uarie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. Item ſtimulare, compellere (ἐλαύνειν) quo pacto agi ſolent equi cũ eos calcaribus urgemus. Plaut. Nam iam agitabo quadrupedem calcari. Item obſeruare. Verg. lib. 2. Geor. Ipſe dies agitat feſtos. Item perturbare, moleſtare. Cic. de Legib. Furiæ agitant inſectanturque improbos. Item inſectari. Cic. lib. 3. Offi. Sunt ne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus. Item exercitare. Lact. niſi uirtus agitetur, proficimus parum. Agitare uitam. Idem quod agere, uel ducere. Sallu. in prooem. Bel. Catil. Etiã tum uita hominũ agitabatur ſine cupiditate. Itẽ cruciare: ut apud eundẽ: Agitabatur magis magiſque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum. Itẽ ſæpe adminiſtrare. Idem in pace uero beneficiis magis, quã metu imperiũ agitabant. Itẽ ſæpe cõſiderare, cogitare, recogitare. Idem: Sed ea quæ mente agitaui omnes iã antea audiſtis. Teren. in Phor. Ego quoque id quidẽ agitans mecũ ſedulo, inueni (ut opinor) remedium huic rei. Agitare ferociter, eſt ſeſe ferociter gerere. Salluſt. in Cati. Minari interdum ferro, niſi obnoxia foret: poſtremo ferocius agitare, quã ſolebat. Agitare lætitiam, eſt lætitiam præ ſe ferre, & re ipſa gaudiũ oſtẽdere. Ibidem: Ciceronẽ ad cœlum tollere, & ueluti ſeruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat. Huius compoſitum eſt Exagito. Agitatio, uerbale: & Agitator, qui eſt equorum, curruum've rector. Cic. Atti. lib. 13. Nec eſt melius quicquã, quã ut Lucullus ſuſtineat currum, equoſque: ut bonus ſæpe agitator.

AGLA, (ἄγλη) Hiſpaniæ oppidum in tractu Bætico, apud Pli. lib. 3. ca. 1.

AGLAIA, (ἀγλαΐα) una eſt ex Gratiis ſeu Charitibus. Latine interpretatur Lætitia.

AGLAIS, idis, (ἀγλαΐς) Megaclis filia mira guloſitate & uoracitate mulier, utpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & uini choam, hoc eſt, Romanum congium, ſiue ſextarios ſex, unica cœna abſumpſerat. Cœlius Rhodig. lib. 15. cap. 19.

AGLAONICE, (ἀγλαονίκη) Hegemonis filia fuit, aſtrologiæ perita, quæ quòd eclipſes lunæ prædicere poſſet, iactabat ſe lunam de cœlo detrahere: propter quã inſolẽtiam punita, locum fecit prouerbio, τὴν σελήνην καθαιρεῖ, quo utimur, quoties aliquis ſua iactantia in calamitatem incidit.

AGLAOPE, (ἀγλαόπη) una Sirenum, quaſi ſplendida aſpectu: Nam ἀγλαὸν apud Græcos, nobis ſonat Aſpectu ſplendidum.

AGLAOPHOTIS, pen. pro. (ἀγλαοφώτις) herba eſt iucundiſſimi coloris, qua magi utuntur ad euocandos Dæmones. Naſcitur in marmoribus Arabiæ: unde & Marmaritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. cap. 17.

AGLAOPHON, (ἀγλαοφῶν) pictor nobiliſſimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Ci. 3. de Orat. Floruit nonageſima Olympiade.

AGLASPIS, nomen legionis. Liu. 5. Decad. lib. 4. Interuallum, quod inter cetratos, & phalanges erat, impleuit legio, atque aciem hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem aduerſus clypeatos habebat: Aglaſpides appellabãtur.

AGLAVS, (ἀγλαός) ſenex fuit Pſophidius qui ab Apolline Gyge felicior eſt iudicatus, quòd agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus. Plin. lib. 7. cap. 46. Valerius lib. 7. cap. 1.

AGLAVROS, (ἄγλαυρος) Cecropis regis Athenienſium filia, quæ cũ Mercurio Herſen ſororem ſuam adamanti accepta pecunia operam ſuam eſſet pollicita, poſtea que inuidia correpta, limen ingredienti pertinaciter obſtaret, in ſaxum

conuerſa

conuerſa eſt. Vide latius hanc fabulam apud. Ouid. 2. Metam.

AGLIDIA, orum, (ἀγλίδια) dicuntur ſegmenta illa in capitibus allii, quę alio nomine Aglithes dicuntur. Ruel. lib. 1. cap. 2.

AGLYPHOS, pe. co. (ἄγλυφος) Latine nõ ſculptus: nã υ ſine, γλύφω ſculpo.

AGMEN, {*Moltitudine, ſquadra, ordinanza*} ſignificat multitudinem πλῆθος. Verg. 7. Aen. Vocat agmina ſæua ſororum. Interdum ordinatam multitudinẽ, ut eſt exercitus incedentis. Idem 8. Aen. It clamor, & agmine facto. Ci. 2. Tuſc. Cum æſtu magno agmen ducebat, laborabat Marius. Interdum impetum, ut apud Verg. Et leni fluit agmine Tybris.

AGMINALIS, is, le, adiect. (ταγματικός.) Vnde Agminales equi, qui agmẽ exercitus ſequuntur ad conuehenda impedimenta. Budæus.

AGNA, gnæ, menſuræ genus in agrorum dimenſione. Colu. lib. 5. ca. 16. Actus quadratus undique finitur pedibus. C X X. hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri uſurpauit: ſed hunc actum Prouinciæ Beticæ ruſtici agnam uocant.

AGNASCOR, eris, ſci, {*Per naſcere*} cõpoſitum ex Ad & Naſcor, προσφύω. Cic. 1. de Orat. Nunquis ex teſtamento, quod paterfamilias ante fecit, q̃ ei filius natus eſt, hæreditatem petiit? nemo, quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentũ. Agnaſci præterea (παραφύεσθαι) dicuntur quæ in re aliqua naſcuntur ad eius perfectionem minime neceſſaria, nihilq́ utilitatis habentia. ut ſextus in manu digitus, & fungi in arboribus. Verbale eſt Agnatio, id eſt, agnatorum cõſanguinitas. Cic. 2. de Leg. Ex quo uere uel agnatio nobis cum cœleſtibus, uel gens, uel ſtirps appellari poteſt. Et paulo poſt: In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus.

AGNATI, pen. pro. {*Parenti*} (ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι) dicuntur, qui per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi a patre congenati (inquit Caius Iurecon.) ueluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepos ue ex eo. Inter Agnatos & Cognatos (συγγενεῖς) hoc intereſt, q̃ in cognatis continentur agnati, in agnatis nõ utique cognati: ut puta frater patris. i. patruus, eſt agnatus, & cognatus: matris uero frater, id eſt auunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas uero & agnationem, & cognationem complectitur. Agnatum etiam dicimus quicquid ultra debitum natum eſt, hoc eſt, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minime requiſitum. Vnde agnaſcentia & agnata membra appellantur παραφύσεις, ἢ παραφυάδες. Plin. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus.

AGNINVS, {*Di Agnello*} (ἄρνειος) quod ex agno eſt, aut eſt ad agnum pertinet. Pli. li. 29. ca. 4. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in uino poto.

AGNICORNV, promontorium eſt ad Bolbyticum Nili oſtium, Strab. li. 17.

AGNICIS, fluuius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.

AGNITAS, tæ, uel Agnita, tæ, (ἀγνίτας) Aeſculapii cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei ſimulachrum ex agno planta erat exculptum. Cœl. lect. antiq. lib. 18. cap. 5.

AGNON, auctoris nomen apud Quintil. lib. 2. cap. 17.

AGNO, (ἁγνώ) fons Arcadiæ eſſe traditur, cuius aqua ceremoniis quibuſdam cõmota, nebulæ in morem in aerem aſcendens, largiſſimos demittit imbres: ita dictus ab Agno, una ex Iouis nutricibus. Cœl. Rhod. lect. antiq. lib. 13. ca. 17.

AGNOMEN, pe. pro. (ἐπωνυμία) dicitur quod eſt extrinſecus aliqua ratione uel caſu quæſitum: ut, Africanus, Aſiaticus, Achaicus, & ſimilia. Ci. de Inuen. 1. Nomen tum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet.

AGNOMONES, (ἀγνώμονες) equi dicuntur uetuli, ex quorum dẽtibus ætas amplius dignoſci non poteſt. Vide Cœl. Rhod. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

AGNOSCO, {*Cognoſcere. Pet. Dolor cognoſco l'eſſere ou'io ſono*} (ἀναγνωρίζω) ex Ad, & Noſco, euphoniæ cauſa d, mutata in g, proprie eſt noſcere id quod nobis olim aut uiſum fuit, aut alia quauis ratione cognitũ. Ver. 3. Aen. Agnoſcitq́ ſuos lętosq́ ad mœnia ducit. Atque hac potiſſimum ratione differt a uerbo Cognoſco: quod proprie dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. Eclog. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. Interdum idem eſt quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχεσθαι. Cic. pro Milone: Cum tota Italia facti illius gloriam libenter agnoſceret. Hinc agnitio, uerbale. Plin. lib. 10. cap. 70. Piſces ſui cadaueris agnitionem fugientes.

AGNVS, *Agno, agnello Dant. Fui de gl'agni della ſanta greggia*} (ἀμνός) fœtus eſt ouis, qui annũ nondum egreſſus ſit. Cic. de Sen. Villa abũdet porco, hœdo, agno. Nomẽ habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας, hoc eſt, a puritate, ſiue caſtitate: unde & nonnullis Hagnus, per aſpirationem ſcribendum uidetur. Eſt etiam Agnus (ἄγνος Dioſcoridi) frutex arboreſcens, quẽ Latini a uinciendi uſu Viticẽ appellant. Dictus agnus, quaſi ἁγνός, id eſt caſtus, q̃ mulieres in Theſmophoriis, hoc eſt, Cereris ſacris pudicitiæ conſeruandæ cauſa hunc ſibi fruticẽ ſubſternerent. Alii Agnum per ſyncopem dictum putãt, quaſi ἄγονον, q̃ calore, & ſiccitate ſua genituram diſſipare putetur. Vide de hoc nõnulla in dictione Vitex.

AGNELLVS, diminutiuum. Plaut. in Aſin. Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe.

AGO, gis, gi, actum {*Fare, trattare, operare*} (ἄγω) multa ſignificat. Nã agere eſt operari πράττειν. Cic. lib. 1. Epiſt. Hic quę agantur, quæq́ acta ſint ea te literis multorum cognoſcere arbitror. Quãdoque inducere ſeu impellere. Lactan. li. 6. Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quãdoque audire. Teren. in And. Hoccine agis an non? id eſt, audis. ut exponit Donatus. Sic Plaut. Hoc agite ſpectatores. Quandoque dicere. Idem in Adelp. Sed eſt'ne hic ipſus, de quo agebã? Quandoque pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. de Optimo genere dicẽdi: Diſerti deformitate agẽdi multi infantes putati ſunt: ut iã non ſine cauſa Demoſthenes tribuerit primas, & ſecundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. Quãdoque cogitare, πρός τινι εἶναι. Verg. Eclo. 9. Id quidẽ ago, & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto. Quandoque effingere: ut Ago ſtultum: id eſt fingo, ſiue repræſento me ſtultum. Vnde actores comœdiarum (ὑποκριταί) dicuntur, qui diuerſorũ hominum geſtus agunt in ſcena. Cic. pro Q. Roſcio. Roſcius lenonem Ballionem eũ agit, agit Chæreã. Quandoque ire, incedere, uiuere (διάγειν) ut Nudus ago. Pomp. Mela. Exercẽt bellãdo animos, corpora ad conſuetudinẽ laborum, maxime ad frigora: nudi agunt, ante q̃ puberes ſint. Agere bonum ciuem, eſt fungi boni ciuis officio. Cice. 4. lib. Epiſt. Dum mihi pacis mandata das ad Cæſarem, mirificum agis ciuẽ. Sic agere Conſulem, uel Senatorem, eſt facere ea, quæ propria ſunt Conſulis, uel Senatoris. Cuiuſmodi orationes Valer. Maxi. aliquando nouẽ per nominatiuum extulit, ut cum ait: Experiri uolui, an ſcires Conſul agere: id eſt, fungi Conſulis officio. Quandoq́ Agere ſignificat extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit. Agere teſtudinẽ, eſt admouere, uel applicare, teſte Seruio in illud Verg. 2. Aenei. Obſeſſumq́ acta teſtudine limen. Sic Agere uineas, & turres. Cęſ. bel. Gal. 3. Quibus fortiter reſiſtẽtibus, uineas turresq́ egit. Itẽ agitare. Verg. 6. Aen. Prodigiisq́ acti cœleſtibus oſſa piabunt. Agere cum aliquo dicimur, cũ quippiã ab eo impetrare, uel aliquid ei perſuadere conamur. Cic. Atti. lib. 5. Is egit mecum accurate multis uerbis, ut tibi reſponderẽ. Bene uel præclare agi nobiſcũ, dicimus, cũ res nobis feliciter ſuccedunt, nihilq́ habemus, de quo magnopere queri poſſimus. Cic. de Amicitia: Cum illo quidem actum optime eſt, mecum autẽ incommodius. Agitur res noſtra, uel de re noſtra agitur, hoc eſt, ad nos pertinet, uel res noſtra in diſcrimen adducitur. Ci. pro Sext. Roſ. Tua quoq́ res permagna agitur. Idem de Amici. In quibus eorum de capite agatur, aut fama. Agere cum aliquo tabellis obſignatis, eſt eum conuincere teſtimonio literarum ſuarum. teſtimonium eſt apud Ci. 5. Tuſc. Agere, & ferre, eſt diripere, & populari: locutio à Græcis tracta, qui in eadẽ ſignificatione dicunt, ἄγειν καὶ φέρειν τὴν χώραν. Actum eſt, uel Res acta eſt, hoc eſt, periit, uel deplorata eſt, πέπρακται, οἴχεται. Terẽt. in Heaut. Vnã ei cœnam atq́ eius comitibus dedi. q̃ ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet. Idẽ: Acta hæc res eſt, perii. Actũ agere (τὰ πεπραχθέντα πράττειν) id eſt nihil agere. Idẽ in Phor. Actum, aiunt, ne agas. Forma loquẽdi eſt à more iudiciorũ tracta. Quod enim iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi nõ poteſt. Aliud agere, uel Alias res agere, eſt nõ eſſe intentum iis quæ aguntur. Cice. pro Sext. Roſc. Vſqueadeo animaduerti, iudices, eum iocari, atq́ alias res agere. Ponitur interdũ agere pro uertere. Verg. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Pro uergere, perſequi. Idẽ, Paſtor agens telis. Pro regere. Ver. 1. Aen. Tros, Tyriusve mihi nullo diſcrimine agetur. Pro ante nos pellere. Idẽ 1. Eclog. En ipſe capellas Protenus æger ago. Pro uehere, ducere. Varro: Nõ hos Pactolus aureas undas agens, eriperet unquam è miſeriis. Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra uenena. Agere etiã ad lites pertinet: unde emerſerunt innumeræ pene loquendi formulæ. ut, Furti agere, hoc eſt, actionem furti intendere: Agere cauſas, Agere ex ſyngrapha, Lege agere, Agere ex ſponſo, de quo infra in dictione Sponſio. Agere reum (αἰτίαν ἐπιφέρειν) hoc eſt accuſare. Peragere reũ (αἱρεῖν τὴν δίκην) eſt agendo perficere, ut reus condemnetur. Agere gratias, hoc eſt uerbis oſtendere, nobis aliquid fuiſſe gratum. Nã gratias habere, (χάριν εἰδέναι) pertinet ad animum, cum memorẽ accepti beneficii mentẽ animumq́ habeo, & mutuẽ gratificandi uoluntatẽ. Referre uero gratiã, (ἀποδοῦναι χάριν) eſt facto acceptum beneficium, remetiri, ut ſi à me ſubleuatus aliquo beneficio, uiciſſim aliquo modo me ſubleuaueris gratias retuliſti, reddidiſtiq́. Et licet Seneca nobis malas gratias referri poſſe, ſed reddi, Cice. tamen in Salluſtium, ait: Quod iſta inuſitata rabie in uxorẽ & filiã meã inuaſiſti, quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt à uiris, quã tu uir à uiris, ſatis docte ac perite feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuos compellarem. Referre igitur gratiam, tam in malum, q̃ in bonum dicitur, cum ſit facto beneficiũ, aut iniuriam acceptam compenſare. Rectiusq́ huic uerbo ſingularem accuſatiuum Gratiam, iungimus, q̃ pluralem Gratias. Et contra melius dicimus, teſte Valla, Habere gratias, q̃ gratiã. nunquã autẽ, uel rariſſime, Agere gratiã, ſed fere ſemper, Agere gratias. Liuius: Satiatus tandem complexu filii, Renunciate, inquit, gratias regi me agere, referre gratiã aliã nunc nõ poſſe, q̃ ut ſuadeam nõ ante in aciem deſcendat, q̃ in caſtra me rediſſe audierit. Cic. Cui pro me Senatus gratias agendas putauit. ego à me gratiã referendã non putem? Pro eodẽ etiam dicimus, Reſpondere officiis. Plancus Ciceroni: Immortales tibi ago gratias, agamq́ dum uiuã: nã relaturum me affirmare nõ poſſum. tantis enim tuis officiis nõ uideor mihi reſpondere poſſe. Agere cũ populo, (εἰς δῆμον χρηματίσαι) eſt populum rogare, ut ſuis ſuffragiis quid iubeat, aut uetet. Cuniculos agere, eſt ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locũ aliquẽ fiat aditus. Ci. 3. Offi. Quod ſi ſana pater expilet, cuniculos agat ad ærariũ. Agere uiã, eſt uiam ſibi aperire per loca inuia. Verg. 3. Aen. Alpheum fama eſt huc Elidis amnẽ Occultas egiſſe uias ſubter mare. Deniq́ Agere (ἐνεργεῖν) pertinet ad omnes actus humanos. nã qui ſedet, qui ſtat, qui cogitat, qui iacet, qui moritur, aliquid agere dicitur, ita ut nullus, qui modo uiuat, eſſe unquã poſſit ſine actione: Hinc fit, ut & Agere dicamus pro uiuere: pro quo etiã dicimus, Vitã agere. Teren. in And. Primũ hæc pudice uitã, parce ac duriter agebat. Itẽ Annum uigeſimum, uel trigeſimum agere, Aeuum agere, Senectute agere, & ſimilia. Annus, uel menſis uigeſimus agitur, hoc eſt, currit, uel in curſu eſt. Teren. in Hecy. Tum poſtquam ad te uenit, menſis iam hic agitur ſeptimus. Agere animam, eſt mori, uel morti proximũ eſſe. Ci. Epi. lib. 4. Q. Hortenſius, cum hæc ſcripſi, animam agebat. Cõponitur Ago cum Ad, ut Adigo: cũ Ab, ut Abigo: cũ Am, ut Ambigo: Con, ut Cogo: Circum, ut Circumago, quod eſt circũduco: De, ut Dego: Ex, ut Exigo: Per, ut Perago: Pro, ut Prodigo: Re, ut Redigo: Sub, ut Subigo, à quo fit Proſubigo: Trans, ut Tranſigo. Sunt etiã qui putent Caſtigo, Inſtigo, Mitigo, Læuigo, Litigo, & Nego cõpoſita eſſe uerbi Ago: ut ſit Caſtigo, caſte Ago: Mitigo, mitẽ ago: Læuigo, læuem ago: id eſt, planum: Fuſtigo, fuſte ago: Litigo, lite ago. Sed cum ſint primæ coniugationis, habeantq́ quædã i, producta, non uidentur ab ago compoſita. Ab Ago ſunt Actor πράκτωρ. Actio, (πρᾶξις.) Actus, acta, actũ, (πεπραγμένος) & Actus, actus πρᾶξις.

AGOCE, ces, nomen urbis Aethiopiæ, quæ eſt ſub Aegypto. Pli. lib. 6. cap. 29.

AGOGÆ, (ἀγωγαί, ἢ ἀγωγοί) foſſæ ſunt in metallis aurariis, per quas aqua aurũ trahens ducitur, ulice frutice, qui alias inſterni ſolet, aurum retinente. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Hermolaus Inlices uocari tradit.

AGOLVM, pen. cor. {*Baſtone da paſtore*} (λαγωβόλον) paſtoralis baculus quo pecudes aguntur. Feſtus.

AGON, {*Agone. Arioſt. Audace entrò nel martial agone*} (ἀγών) Græcis idẽ eſt, quod certamẽ, ſtudiũ, cõtentio, labor cũ difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipſius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, ẽt Agon appellatus fuit, q̃ in eo curule certamen ſolcat exhiberi. Eſt & Agon' uictimarii uerbum pro Ago'ne. Oui. li. 1. Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros, Semper agat'ne rogat, nec, niſi iuſſus, agit. Sen. li. 3. Cõtro. Carnifex manũ tollat, deinde reſpiciat ad patrẽ, et dicat agon: q̃ fieri

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſolet in uictimis. Fuit quoque proprium uiri nomen ex Teo, de quo Plin. lib. 33. cap. 3. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas.

AGONALIA, ium, uel iorum, (ἀγώνια) feſta erant apud Romanos, quotannis celebrari ſolita in honorem Iani (ut eſt apud Ouid. 1. Faſt.) aut certe in honorem Agonij dei (ut Feſtus tradit) qui rebus agẽdis præeſſe putabatur. Hoc die Rex ſacrorum arietem immolabat, ut tradit Varro lib. 5. de lingua Latina. Nominis rationes multę aſſeruntur. Nam Varro loco iam citato, ex iſtu ſacrorum ductũ exiſtimat, in quibus miniſter ſtrictum ad arietem iugulandum tenens cultrum, identidem rogare ſolet, Agon. Quam opinionem Ouidius quoque Attigit his uerſibus, Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter, Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit: Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros, Semper agatne rogat, nec, niſi iuſſus, agit. Feſtus (ut diximus) ad Agonium, rerum agendarũ deũ, dictionis huius etymon refert. Alij ad Agonem montem, in quo die illo ſacra fieri ſolebant, qui poſtea Quirinalis dictus eſt, ex quo in eo conſederunt Sabini, in urbis portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant, ꝙ huiſce ferijs antiquitus ſolet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellãt. In quam opinionem Ouid. quoque deſcendit, cum ſic ſcribit. Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum Nomina de ludis Gręca tuliſſe diem: Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo. Veraq; iudicio eſt ultima cauſa meo.

AGONAX, Zoroaſtris fuit præceptor in arte Magica. Apud Plin. tamen lib. 30. cap. 1. Azonacem hunc, non Agonacem appellatum inuenimus.

AGONENSIS PORTA, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

AGONIA, pen. cor. (ἀγώνια) feriæ erant Romæ menſe Ianuario celebrari ſolitæ, poſtea Agonalia appellata. Oui. 1. Faſto. Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo. Vide paulo ante in dictione Agonalia. Agonias quoque antiqui hoſtias appellabant, teſte Feſto, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoq;, & impotentiam generandi, Agoniam Græco uocabulo (ἀγονίαν) uocamus. Agonia uero, antepen. pro. (ἀγωνία) extrema eſt conturbationis ſpecies, quam Latini Trepidationem uocant. Quam uocem etiã Lucæ interpres ſeruauit, cap. 22. Et factus (inquit) in Agonia, prolixius orabat.

AGONISMA, atis, (ἀγώνισμα) Græcis eſt palma, ſiue premium certaminis.

AGONIVM, dies appellabatur, quo Rex ſacrorum agonias, hoc eſt, hoſtias immolabat. Auctor Feſtus.

AGONIS, idis, liberta Veneris Erycinæ, apud Cice. 1. Verr.

AGONISTA, (ἀγωνιστής) qui in agone contendit, certator, pugil.

AGONIVS, (ἀγώνιος) dicebatur Deus, qui præſidebat rebus gerendis: in cuius honorem Agonalia inſtitura fuiſſe, exiſtimauit Feſtus.

AGONOTHETA, pe. cor. (ἀγωνοθέτης) ab ἀγών & τίθημι munerarius, quaſi agonis diſpoſitor ſeu præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles apud Homerum in funere Patrocli, & Aeneas apud Verg. 5. Aenei. Spartianus in Adriano: Pro agonotheta reſedit.

AGORACRITVS, (ἀγοράκριτος) inſignis ſtatuarius fuit Phidiæ diſcipulus, cuius opus eſſe creditur Veneris Rhamnuſiæ ſignum, quam Nemeſin appellant. Nam cum de facienda Venere cum Alcamene condiſcipulo ſuo contenderet, ſuffragio imperiti populi, non arte ſuperatus, uſqueadeo rei indignitate cõmotus eſt ut ſignum illud Nemeſin appellauerit, eaq; lege uendiderit, ne Athenis eſſet. Auctor Plin. lib. 36. cap. 5.

AGORANOMVS, pe. cor. (ἀγορανόμος) prorſus eiuſdem ſignificationis eſt, cuius, & Aedilis: de quo in ſuperioribus ſatis. Dictus Agoranomus, à foro rerum uenalium, cui regulam præſcribit. Plaut. in Capti. Miramq; adeo eſt, niſi hunc fecerunt ſibi agoranomum Aetoli.

AGORÆVS, (ἀγοραῖος) nundinarius, uilia emens: ab ἀγοράζω, emo. ἀγορὰ enim forum uenalium dicitur: quamuis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re uendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur. Inde Agoræus panis (ἀγοραῖος ἄρτος) dicitur qui in foro rerum uenalium uenundatur: de quo uide Ruellium lib. 2. cap. 14.

AGRA, (ἄγρα) regia Lxanitarum, Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28.

AGRADATVS, (ἀγραδάτης) rex Perſarum, poſtea Cyrus dictus, à Cyro Perſidis fluuio. Strabo lib. 15.

AGRÆ, arum, (ἄγραι) oppidum eſt mediterraneum Arcadiæ, apud Plin. lib. 4 cap. 6. Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo inſignis. Vide Cœlium Rhodig. lib. 20. cap. 7.

AGRÆI, (ἀγραῖοι Stephano) populi ſunt Arabiæ in ſinu Lxanitico, quorũ oppidum eſt Agra (ἄγρα) Lxanitarum regia: cuius meminit & Pli. lib. 6. cap. 28.

AGRAGAS, qui & Acragas (ἀκράγας) Siciliæ mons eſt, & in eo oppidu eiuſdem nominis, quod hodie Agrigentum uocant. Ver. 3. Aen. Arduus inde agragas oſtentat maxima longe Mœnia. Agragantinus, idem quod Agrigẽtinus. Lucre. lib. 1. Quorũ Agragantinus cũ primis Empedocles eſt. Vide Acragas.

AGRAPHVS (ἄγραφος) pen. cor. Latine non ſcriptus dicitur, uel non pictus. Sic agraphum Ius, dicitur, quod non eſt ſcriptum, ſed conſuetudine receptum, & à maiori populi parte approbatum.

AGRARIVS, a, um, {*Coſa apartenente à campi*} (ἀγροικος) quod ad agros pertinet, ut, Lex agraria, (νόμος κληρουχικὸς τῆς ἀγροδασμίας) q̃ ferebatur de agris populo diuidendis. Liu. lib. 2. tum primũ lex agraria promulgata eſt. Agrarius, rij, ſubſtantiuũ, legis agrariæ ſuffragator, aut qui agros publice diuiſos poſſidet. Ci. 15 Philip. Num rurſus reprobos decuriabit? ou ſolicitabit rurſus agrarios?

AGRE, (ἄγρη) ciuitas eſt Lydiæ, apud Stephanum.

AGRESTE, {*Villeſco Boc. Gior. 6. No. 2. L'alta uirtu naſcoſa ſotto l'habito uil leſco*} (ἄγριον) dicitur, quod ruſticum eſt, & ad agros pertinet, quodq; in agris, non in hortis naſcitur. Verg. Cererem pubes agreſtis adoret. Item Agreſtia dicitur, qui ſylueſtrem uitam agit, & feram: quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compoſitione Onager dictus eſt aſinus ferus. Agreſtis ſubſtantiuum pro homine ruſtico. Verg. 9. Aenei. Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes.

AGRIA, (ἀγρία) ſcabies quædam eſt ſtatis anni temporibus reuertens, curatu adeo difficilis, ut nulla pene arte ſanari poſſit: unde & nomẽ habet. ἄγριος enim idem eſt quod immitis, uel ferox. Celſus feram ſcabiem appellat.

AGRIACANTHA, (ἀγριακάνθα ἢ ἄκανθα ἀγρία) ſpina eſt ſylueſtris, carduo ſimilis, denſis horrens ſpinis. Auctor Dioſco. lib. 3. cap. 18.

AGRIELÆA, (ἀγριελαία) olea ſylueſtris, quam Latini uocant Oleaſtrum.

AGRICOLA, pe. co. {*Lauoratore della terra*} (γεωργός) ex Ager, & Colo: cultor agri. Ver. 2. Geor. O fortunatos nimiũ, bona ſi ſua norint, Agricolas. Cic. 1. Tuſc. Arbores ſeret diligẽs agricola. Eſt autẽ nomẽ generale: nã agricolarũ alij Aratores, alij Vinitores, nõnulli Arboratores, multi etiã Paſtores, quales erant fere apud antiquiſſimos. Nec ſolũ ruſtici, et agreſtes dicũtur Agricolę, ſed multi etiã oppidani: quod genus uitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore, pręſertim apud Romanos. Cato de Re ruſt. cap. 1. Bonus agricola, bonusq; colonus. Ita laudabãt antiqui uirũ bonũ. Agricultor, idẽ quod Agricola. Liu. 6. bel. Pun. Seruos agricultores rẽp. adduxiſſe. Agricultura, rę, (γεωργία) cultus agrorum. Cic. 1. Offi. Nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Agricolatio, onis, idem quod agricultura. Colu. lib. 1. ca. 9. Minus in hoc officio q̃ in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

AGRIGENTVM, (ἀκράγας) urbs Siciliæ, quæ & Acragas, ſiue Agragas dicitur, ex qua Empedocles philoſophus, & Phalaris Tyrannorum ſęuiſſimus originem duxerunt. Vnde Agrigentinus, a, um, (ἀκραγαντῖνος) poſſeſſiuum, pen. pro. ut Tyrannus Agrigentinus: & ſal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua uel liquore alio crepitat, quaſi torreatur. Pli. lib. 31. ca. 7. Agrigentinus ſal ignium patiens, ex aqua exilit.

AGRIOCARDAMVM, (ἀγριοκάρδαμον) herba eadem eſſe creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberia dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruelliũ li. 1.

AGRIODOS, pen. cor. numeratur ab Ouid. inter Canes Actæonis. 3. Meta.

AGRION NARDVM, (ἀγρία νάρδος) herba eſt folio oleris atri, quam Dioſcorides Phu (φοῦ) nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores uocant Valerianam maiorem.

AGRIONIA, feſta erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

AGRIOPHAGI, (ἀγριοφάγοι) Aethiopum populi ſunt ſolis ferarum carnibus ueſcentes. Solinus, & Plin. lib. 6. cap. 30.

AGRIOPHYLLON, (ἀγριόφυλλον) herba eſt quæ alio nomine Peucedanum appellatur. Vide Dioſco. lib. 3. cap. 83.

AGRIOSELINVM, (ἀγριοσέλινον) herba eadem cum hipposelino. Dioſco. lib. 3. cap. 71.

AGRIPETÆ, pen. cor. qui petunt ex agrorũ diuiſione portionem, quę uiritim dabatur. Cic. ad Atti. Seruuios aũt dicere eũ & agripetas eiectos a Buthrotiis.

AGRIPPA, (ἀγρίππας) Syluius Tyberini Latinorũ regis filius, qui ſubmerſo patri ſucceſſit in regnum, & cum quadraginta annis regnaſſet, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe con.

AGRIPPÆ, {*Quelli che naſcono con li piedi inanzi*} quaſi Aegrippæ ab ęgro partu (ut docet Gel.) dicuntur, quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi exieruot, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autẽ pueros eſſe in utero Varro ſcribit, capite infimo nixos ſurſum pedibus elatis, nõ ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nã pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput, ſtirpẽ atque radicẽ. Quando inquit contra naturã forte conuerſi in pedes brachijsq; plerunque diductis retineri ſolent, ægrius tunc mulieres enituntur. Fuerunt autem multi ſic appellati, quorũ unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit, et populum qui à patribus ſeceſſerat, in gratiã reuocauit, narrato apologo de mẽbris aduerſus uentrẽ conſpirantibus. Hic tã pauper deceſſit, ut collatis in ſingula capita ſextantibus publico ſumptu elatus ſit. Alter Syluius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulo ante. Item M. Agrippa, Augusti gener, nauali uictoria contra Sext. Pompeium inſignis. De quo Ver. li. 8. Parte alia uentis, & diis Agrippa ſecundis. Item Herodes Agrippa, ſecundus Galilæorum Tetrarcha Herodis primi Iudæorum regis, qui Chriſtum illuſum remiſit ad Pilatum. Fuit præterea alius hoc nomine. Ariſtobuli filius, quem à Tiberio in uincula coniectum, Caligula ſoluit, regemq; Iudæorum conſtituit. Vide Ioſephum, & ea quæ infra annotauimus in dictione Herodes.

AGRIPPINA, pen. pro. (ἀγριππῖνα) M. Agrippæ filia, & neptis Auguſti, & uxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata eſt, ubi cum ille miſſo à Cn. Piſone ueneno interijſſet, cineres eius in Italiam reportauit, & Iuliæ familiæ monumento intulit: Piſonemq; iudicio perſequuta, ad ſpontaneam necẽ adegit. Poſtremo apud Tyberium Cæſarem nullo ſuo merito in inuidiam adducta, inedia ſibi mortẽ cõſciuit. Iulia Agrippina Germanici & ſuperioris Agrippinæ filia fuit, quæ primum Cn. Domitio Aenobarbo nupſit, cui Neronem peperit: mortuoq; Domitio, nouo quodam exemplo cum Claudio Cæſare patruo ſuo ſecundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio ſuo expeditam ad imperium uiam ſterneret, ueneato boleto ſuſtulit. Tandem infinitis nobiliſſimorũ uirorum cædibus graſſata, immiſſis Neronis iuſſu percuſſoribus, multis uulneribus confoſſa eſt, illud identidem clamitans. Feri uentrem, qui monſtrum tam ferum tulit. Vtriuſque uitam uide latius apud Tacitum.

AGRIPPINA, ſiue Agrippinenſis Colonia, urbs eſt celeberrima ad Rhenũ fluuium, Vbiorum metropolis, nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) ſplendidiorem redderet, ſocijsq; etiam nationibus potentiam ſuam oſtentaret, Veteranorum coloniam eo deduci imperauit. Vide Tacitum Annal. lib. 12.

AGRISIS, herba tum præcipua dulcedine, tum hominibus ac iumẽtis utilis in primis uſus, ea potiſſimum Aegyptii ueſcebantur. Diodorus Siculus li. 2. ca. 1.

AGRIVS, (ἄγριος) Martis ex Parthaone filio nepos, & Therſitæ pater, teſte Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruenit. Fuit & Agrius Vlyſſis ex Circe filius, & Latini frater, ut auctor eſt Heſiod. in Theogonia.

AGRON, (ἄγρων) primus qui & Heraclidis Sardibus regnauit. Herodo. lib. 1. Fuit & Agron Illyriorum rex qui cum Aetolos ſuperbiſſimos populos bello domuiſſet, tanta ſeſe præ gaudio uini copia obruit, ut pleuritide correptus, ſubito fuerit extinctus. Auctor Polybius. Agron præterea apud Cœlium Rhod. lib. 4. cap. 22. medicus ſumme laudatus, ꝙ Athenas magna peſtilẽtia ui ſæuius infeſtante, affectorum pleriſque ſalutarem tuliſſet opem, accẽſis in proximo ignibus. Et apud eundem Cœlium lib. 23. ca. 5. Agron Nini filius à Gręcis dictus quod in agris natus eſſet.

AGROSPI, (ἀγρόσποι) populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 30.

AGROSTES, (ἀγρώστης) phalangii ſpecies, apud Nicandrum.

AGROSTIS, {*Gramegna*}(ἄγρωστις) herba eſt geniculatis per terram ramulis ſerpens, folia habens oblonga & acuminata, in modũ paruæ arundinis, qua boues iumentaq́ paſcuntur. Latini Gramen appellant. Vide Dioſc. lib. 4. ca. 26.

AGROSVS, mons eſt, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Euandro ex Arcadia pulſo conceſſit, quem ille poſtmodum Palatinum appellauit.

AGVNTVM, (ἄγουντον Ptolemæo) oppidum eſt Norici, quod & a Plinio recenſetur lib. 5. cap. 24.

AGYIA, (ἀγυιά Stephano) uide Agyieus.

AGYIEVS, (ἀγυιεύς) per tres ſyllabas proprium eſt Apollinis epitheton, dictũ a uiis urbanis, quas Græci ἀγυιὰς uocant, quibus Apollo præeſſe creditur. Vide & ἀλεξίκακος, hoc eſt, malorum depulſor uocatus eſt. Ex Stephano.

AGYLLA, (ἄγυλλα) urbs Tuſciæ, alias Cere uocata, & Agyllina, a nomine conditoris, quem Verg. lib. 8. ex Lydia ueniſſe oſtendit cum ait: Haud procul hinc ſaxo colitur fundata uetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara iugis inſedit Hetruſcis. Vide Stephanum.

AGYRIVM, ſiue AGYRENA, (ἀγύριον Dionyſio, ἀγύρινα Stephano) oppidum Siciliæ. Vnde Agyrini populi quos recenſet Plin. in deſcriptione Siciliæ, lib. 3. cap. 8. Stephanus Agyrenæos uocat, ἀγυριναῖοι.

AGYRTE, (ἀγύρται) præſtigiatores ſunt & circulatores circumforanei. Nam ἀγυρτίζω inter cætera ſignificat, præſtigium exerceo.

A ANTE H ET I.

AH, ſiue AHA, {*Ah,*}(αἶ αἶ) interiectio eſt multorum affectuũ ſignificatiua. Nã modo dolentis eſt, ſiue commiſerantis. Ver. 1. Eclo. Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit. Modo admirantis, ut apud Plautum, Ah, quid ais? Aliquando dehortantis, in qua ſignificatione crebro occurrit apud Hieremiam, & Ezechielem prophetas. Ah, indignantis, ſiue increpantis ſeipſum. Terent. And. Ah, uix tandem ſenſi ſtolidus. Verg. Eclo. 2. Ah, Coridon Coridon, quæ te dementia cepit. Ah, deſiderantis. Plaut. in Aſin. Ah, quanto amplius ualerem, ſi hæc maneres? Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. And. Nã quid ego dicam de patre? Ah, tantam'ne rem tam negligenter agere? Ah, obiurgantis. Ibidem: Ah, quanto ſatius eſt te id operam dare, qui iſtum amorem ex animo amoueas tuo? Ah, abnegantis. Ibidem: Ah, ne me obſecra. Ah, reclamantis aut contradicentis. Teren. in Hecyra. Meum receptas filium ad te Pamphilum BACCHIS. Ah. LACH. Sine dicam. Vbi Donat. Ah: quod falſum eſt reclamauit meretrix ſtatim, & uoluit contradicere, ſi permitteret ſenex. Ah, ah, ſuſpirantis. Plaut. in Milite. Habe bonum animum. PA. Ah, ah, Cum uenit in mentẽ, mores mihi mutãdi ut ſient. In notis antiquis, A. H. Alius homo.

AHARNA, oppidum Hetruriæ apud Liuium, Decad. 1. lib. 10.

AHENVM, {*Caldaro*}(καλκεῖον) uas in quo aqua ad lauandum caleſit. Verg. 1. Georg. Et folijs undam tepidi deſpumat aheni.

AHENVS, na, num, {*Coſa fatta di bronzo,*}(χάλκεος) idem quod æreus. Ver. Et luce coruſcus ahena. Aheneus, a, um, idem. Horat. 1. Epiſt. Hic murus aheneus eſto.

AHORTA, uide Aorta.

AHV, (ἰὼ) interiectio animi perturbati ſignificatiua. Terenti. Ahu, tace obſecro.

AIAX, (αἴας) duorum fortiſſimorum Græcorum nomen fuit: quorum alter a patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudẽ obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore ſingulari certamine congreſſus eſt, & uictor euaſiſſet, niſi noctis aduentu pugna fuiſſet diremta. Qua neceſſitate adactus, re infecta ad ſuos rediit gladio ab Hectore donatus, quẽ ipſe uiciſſim baltheo donauit. quæ dona (ut exitus declarauit) utrique fuerunt exitialia: Nã Hectoris corpus hoc ipſo baltheo circa Patrocli tumulum tractum eſt ab Achille. Aiax uero Achille interempto, cum de armis illius cum Vlyſſe iudicium inſtituiſſet, aduerſariiq́ eloquentia ſuperatus, inferior diſceſſiſſet, ita indignatione in furorẽ uerſus, in muta pecora ſæuiit, Atridas ſeſe & Vlyſſem credens interimere: uerum ubi ad mentis ſanitatem rediit, ſeq́ deluſum cognouit, acri dolore compulſus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deſerto ſe confodit: cruorq́ eius in Hyacinthum florem eſt permutatus. Aiax item alter fuit, qui ab Oilei patris ſui nomine Oileus dictus eſt. Hic Locrenſiũ rex fuit, uelox pedibus, & peritus haſtæ uibrandæ, multaq́ fortitudinis exẽpla in obſidione Troiana edidit. Capta autem Ilio, Caſſandram uirginem in Mineruæ templo (cuius illa ſacerdos erat) uiolauit. Quam ob cauſam, indignata Minerua tempeſtatem Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immiſit, in qua cum alii plerique, tum ipſe etiã Aiax periit. Verg. 1. Aen. Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

AIDONEVS, (ἀϊδωνεύς) rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Moloſſorum, cuius filiam nomine Perſephonem Theſeus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluuio. Vnde factus eſt locus fabulæ Theſeum ad inferos deſcendiſſe, & Perſephonem Ditis uxorem rapere uoluiſſe. Vide Plutarchum in uita Theſei, & quæ ſupra annotauimus in dictione Ades.

AIGLEVCES, (αἰγλευκές) uini genus eſt, quod muſti dulcedinem non amiſit: ita dictum, quod ſemper muſtum uideatur, quale eſt uinum, quod in lacu nũquam deferbuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

AIO, is, ait, aiunt, præteritum imperfectum habet integrum, perfecti ſolum ſecundas perſonas. In imperatiuo Ai. In futuro optatiui Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet unum Aiens. reliqua omnia tempora deſiderantur. & ſignificat idem quod dico φημί. Auguſtinus: Vos adiicientes in malo, aiſtis. Plaut. in Aſin. Me unice unum ex omnibus, atque illam amare aiebat. Aliquando accipitur pro affirmo: & habet antitheton Nego. Cic. de Finib. bonorũ: Quaſi ego id curẽ, quid ille aiat, aut neget. Priſcianus Aiimus, dixit li. 1. de cõſtructione.

AIVGA, herba quæ Græce Chamæpitys (χαμαιπίτυς) dicitur: cuius tres ſunt ſpecies, quas uide apud Plin. libr. 24. cap. 6. Alii legunt Abiga adducti uerbis Plinii, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

AIVS Deus a Romanis dictus eſt, ab eo quod aiebat. Nam olim Romæ audita uox eſt ſilentio noctis, clamor humana uoce, quæ iuberet magiſtratibus nunciari, Gallos aduentare, & ut prouiderent ne Roma ab iis caperetur. Ex eo dictus eſt Deus Aius aideſt loquens. Cic. li. 2. de Diuin. Quid ergo? Aius iſte loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur: unde & nomen adinuenit. Liuius hunc eadem ratione uocat Aium Locutum.

AIZOON, (ἀείζωον) herba eſt, folio carnoſo, læui, oblongo, & ſemper uirente: unde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibuſdam Semperuiuum appellatur. Pli. lib. 25. cap. 13. duo eius conſtituit genera. Maius in fictilibus uaſculis ſeritur, quod aliqui Buphthalmon, id eſt bouis oculum à ſimilitudine uocant: alii Zoophthalmon. i. animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alii quod a maturiis commeat, Erogenneton. γεννάω enim gigno, ἔρως amor. Alii hypogeſon, quoniã fere in ſubgrundiis naſcitur. Græci enim partes tecti prominentes, γεῖσα uocant. A Latinis etiã Sedum maius, aut Digitellus appellatur.

Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, a Græcis etiam τριφύλλιος appellatur, quod ter quotannis floreat. Vulgo Vermicularis, à ſimilitudine foliorũ, quæ figura oblonga & propemodum ouali, uermiculorum ſpeciẽ referunt. Naſcitur in petris, & parietibus uetuſtis. Huic à Dioſcoride tertiũ additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedẽtia, ſed hirſuta, breuioraq́. Herbarii Vermicularem minorem uocant.

A ANTE L.

ALA, {*Ala*}(πτερόν) qua aues uolant. A cuius ſimilitudine Ala etiã dicitur locus ille concauus ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Pli. lib. 11. cap. 40. Elephas tantũ ſub armis, duas (ſcilicet mammas) nec in pectore, ſed citra in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12. Grauis hirſutis cubat hircus in alis. Pro eodem etiam Axillam dicimus: eoq́ uocabulo antiqui ſolũ utebantur. Nã Alæ appellatio recentior eſt, fuga uaſtioris literæ ex Axilla effecta. Male itaq́ credidit Priſcianus Axillã ab Ala factam eſſe per diminutionẽ: ut ſatis docet Ci. in Ora. his uerbis: Quinetiã uerba ſæpe contrahuntur, nõ uſus cauſa, ſed auriũ. Quomodo autẽ ueſtẽ Axilla Ala facta eſt, niſi fuga literæ uaſtioris? quã literã etiã è maxillis, è taxillis & uexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Præterea Ala dicta eſt equitum turma, quod pedites tegant, alarum uice. Nã in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraq́, tanquam alæ in auium corporibus, locantur. Ci. 1. Offi. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Inde dicti ſunt equites Alares uel Alarii. Alæ etiam nauiũ dicuntur: ut, Velorum pandimus alas.

ALABA, (ἀλάβα Ptolemæo) oppidum eſt Celtiberorum.

ALABANDA, (ἀλάβανδα Stephano) Cariæ ciuitas eſt non procul à Mæandro fluuio, ſcorpionum copia affluens, duobus montibus ita ſubiecta, ut ciſtæ inuerſæ aſpectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clariſſimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molo. nomen accepit ab Alabando Eurippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequentius legimus Alabandæ, arum, plurali numero. Iuue. Saty. 3. Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Pli. lib. 37. cap. 7. Adiiciunt Aethiopicos & Alabãdicos in Orthoſia Cariæ naſcentes, ſed qui perficiantur Alabandis. Hinc Alabandus (ἀλαβανδεύς) gentile. Cic. 3. de Natu. Deo. Alabandi Alabandum conſecrarunt. Item Alabandicus, & Alabandiacus (ἀλαβανδικός, καὶ ἀλαβανδιακός) poſſeſſiua: ut, Roſa Alabandica, apud Plin. lib. 21. cap. 4. quæ folia habet albicantia, & inter uiliora roſarum genera connumeratur.

ALABARCHES, uide Halabarches.

ALABASTRITES, pen. pro. {*Alabaſtro. Pet. Muri eran d'Alabaſtro, e tetti d'oro*}(ἀλαβαστρίτης) lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabaſtrites, quod alabaſtra ex eo fieri ſoleant. Vide in dictione Alabaſtrum. Eſt etiam Alabaſtrites, gemma quædam, candorem habens uariis coloribus intercinctum, quæ cremata cum foſſili ſale ac trita, grauitatem oris & dentium extenuat. Pli. lib. ultim. cap. 10.

ALABASTRVS, (ἀλάβαστρος) fluuius eſt in Aeolide, minoris Aſiæ regione. Plin. lib. 5. cap. 30.

ALABASTRVM, {*Vaſe d'Alabaſtro*}(ἀλάβαστρος, καὶ ἀλάβαστρον) uaſis genus erat ex Alabaſtrite lapide torno excauatum, ad cõſeruanda unguenta maxime idoneum. Martia. Quod Coſmi redolẽt alabaſtra, focíq́ deorum. Dicitur etiam in maſcu. gene. Alabaſter & ab Ariſtophane ἀλάβαστρος. Cice. libro 2. Acad. Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti puteſcere uidetur. Alabaſtrites autem ex quo uaſcula huiuſmodi fieri conſueuerunt, auctore Pli. lib. 36. cap. 8. lapidis genus eſt colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabaſtritæ autem nomen ab alabaſtris deductum eſt, quæ ex eo fieri ſolebant. Alabaſtrum uero dictum uidetur ab ἀ priuatiua particula & λαμβάνω. Erant enim uaſcula ſine anſis, quæ propter ſummam læuitatem uix comprehendi, teneriue poſſent. Eſt etiam Alabaſtrum Aegypti oppidum. Plin. lib. 5. cap. 9.

ALABES, (ἀλαβῆς) piſcis eſt Nilo peculiaris: inde dictus quod ob lubricitatẽ manibus comprehendi non poſſet. Meminit eius Strabo lib. 17. Plin. lib. 5. cap. 9. Alabetam uocat.

ALABVRION, (ἀλαβούριον) Syriæ oppidum Stephano.

ALABVS, (ἄλαβος) fluuius in Orientali parte Siciliæ. Ptol.

ALACER, alacris, & hoc alacre: uel hic & hæc alacris, & hoc alacre, pen. cor. {*Vigoroſo de ſenſi, allegro. Pe. Allegra d'hauer uinto il gran nimico*}(εὐπρεπής, ἐνθύμιος) qui uiget ſenſibus uniuerſis (ut inquit Aſconius) quod eſt indiciũ erecti animi, atq́ ſublimis. Nam ecõtrario Lacer dicitur, amputatus in corpore mẽbris, hoc eſt, auribus oculiſve. Quæ ad animum ſæpe transferuntur, quod plerũque afflicto animo ſenſibus non utamur erectis. Sic alacer dicitur is, cuius omnis ſenſus in loco ſuo quiſq́ degit: Lacer uero, qui ſic affectus eſt, ut uultu indicet uidiſſe animũ non ſyncerum ſenſibus ſuis: qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud eſſe alacrẽ, aliud lætum. Sunt qui Alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi alis acrem. Hæc Aſcon. Pæd. Donatus in illud Terẽtii, Quid tu es triſtis? quidve alacris? ſcribit alacrem pro ἀδάκρυον, id eſt, non triſtem, litera l. pro d. poſita, dici. Hinc Alacritas, (προθυμία) uigor, & animi erectio, necnon lætitia geſtiens: quæ, ſecundum Donatum, proprie eſt mutatio quædam uultus geſtientis in ſpem aliquam. Et media eſt inter lętitiam atq́ triſtitiam. Interdum dicitur uoluntaria celeritas, ſeu promptitudo, ardorve, προθυμία. Liui. lib. 3. Poſtquã ingenti alacritate clamor eſt ſublatus (quod bene uertat) geſturã ſe illis morẽ, poſteroq́ die in aciem educturum affirmans. Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. pro lætitia geſtiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Vir igitur (inquit) tẽperatus, conſtans ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate nulla libidine uexatus. Inde Alacriter, Plin. lib. 20. cap. 12. Secuta ætas alacriter defendit. Et alacre, pro alacriter. Plau. in Amphi. Verum quidem è loco compellemus alacre.

ALACHROÆ, populi Africę iuxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin.lib.5.cap.4.

ALÆ, arum, lege Halę.

ALALCOMENÆ, ſiue Alalcomenium (ἀλαλκομεναὶ Straboni, ἀλαλκομένιον Stephano) oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatũ, qui & Mineruæ ſimulachrum ibidem conſecrauit, quam a ſuo nomine & ἀλαλκομενηίδα appellauit: cuius meminit & Home.4.Iliad.

ALALIA, (ἀλαλία) urbs inſulæ Cyrni, Phocenſium colonia. Herod.lib.1.

ALAMANES, lege Alcamenes.

ALANA, urbs Aethiopiæ. Plin.lib.6.cap.29.

ALANTE, uide Allante.

ALANIA, regio eſt Scythiæ Europææ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: eius incolæ Alani: de quibus Plin.lib.9.cap.12.

ALANVS, p.p. Scythiæ fluuius, à quo Alani populi dicti ſunt iuxta Roxalanos: de quibus Pli.li.4.ca.12. Ammianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus ueſcuntur, & panem non manducant. Martia.lib.7. Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. Iul. Capitol. Alanos in parte Daciæ collocat. Ptole. uero in ea Scythiæ parte, quæ eſt intra Imaum.

ALANORSI populi Scythici ad Septentrionem ultimi. Ptol.

ALAPA, pæ, idem quod colaphus, (κόλαφος) ſed Alapa Latinum eſt, colaphus Græcum. Auctor Valla in Raudenſem.

ALAPATHVS, (ἀλάπαθος) herba eſt Theocrito, quam Lapathon Dioſcorides, & Latini Rumicem appellant, deiiciendæ alui uim habens: unde & nomẽ inuenit. Græci enim ἀλάπαθα purgationes uocant.

ALAPENI, (ἀλαπηνοὶ) populi in Arabia felici. Ptolemæo.

ALARIS, alare, denominatiuum ab Ala: & Alarius adiectiuum, pro eodẽ: ut Equites alarii, & Cohortes alariæ. Liui.lib.10. ab urbe: Cum cohortibus alaribus. Idem: Qui præerat alariis equitibus. Cæſ.2. Bel. Ciui. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

ALARICVS, (ἀλαρικὸς) nomen regis Gothorum, qui Romã aliquandiu obſeſſam tandem expugnauit, & ſolo æquauit. Fuit & alter Alaricus quartus Gothorum rex, qui & ipſe Romam cepit anno noſtræ ſalutis octingenteſimo quinquageſimo quarto: qua tamen non diu eſt potitus. Nam in ipſo Paſchę feſto inſidiis Italorum circumuentus, una cum ſuis omnibus eſt trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

ALARODII (ἀλαρόδιοι Stephano) populi ſunt circa Pontum, de quibus Herodotus lib.3.

ALASTOR, (ἀλάστωρ) à Græcis dicitur animus ſibi male conſcius, ſiue (ut ita dicam) conſcientiæ remorſus, uel etiam malus genius hominem crucians. ἀλαστεῖν enim apud Græcos crucior ſignificat, uel graue aliquid patior. Numeratur etiam alaſtor inter equos Plutonis quorum nomina Claudianus recenſuit his uerſibus: Orphnæus crudele micãs, Aethonq́ ſagitta Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nicteus Armenti, Ditisq́ nota ſignatus Alaſtor.

ALATA, (ἀλάτα) ciuitas in Arabia felici, apud Ptolem.lib.6.cap.7. Item altera eiuſdem nominis in Arabia deſerta, apud eundem lib.5.cap.19.

ALATA caſtra, (πτερωτὰ στρατόπεδα Ptol.) oppidum Britanniæ inſulæ, quod alii Caſtra puellarum uocant. Credunt eruditi noſtri ſeculi, urbem eſſe Scotiæ, quæ illorum lingua Edenburg uocatur.

ALATERNVS, ni, arbor, ſiue frutex, nullum ſemen aut fructum ferens, cui folia ſunt media quadam ſimilitudine inter ilicem & oliuam. Plin.lib.16.cap.26. & Colum.lib.7.cap 6.

ALATIVM, uide Elatium.

ALATRIVM, urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt ſaxoſa Campaniæ loca incolentes. Volaterranus.

ALATRINATES, Hernicorum populi, Liuio 1.Decad.lib.9.

ALATVS, a, um, {*Alato*} (πτερωτὸς) ab ala autem. quod habet alas. Mercurius, alatus. Verg.4. Aen. Vt primum alatis tetigit magalia plantis. Alati equi ſolis. Ouid.3.Faſt.

ALAVDA, {*Allodola. Dant. Qual allodetta ch'in aria ſi ſpatia*} (κορυδαλὸς) auis, quæ olim Galerita uocabatur, quia apicẽ habet, hoc eſt plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſiue galeæ. Varro appellat Galericum. Fuit etiã Alauda legionis nomen, quam Cæſar Dictator in Gallia conſcripſit. Pli.lib.11.cap.37. Atque ab illo Galerita appellata quondam fuit, poſtea Gallicũ uocabulũ etiam legioni dederat, alauda. Cice.ad Atti. Antonius cum legione alaudarũ ad urbem pergit.

ALAVDIVM, teſte Budæo à laudando, hoc eſt, à nominando dictum, quod qui prædia eo iure habent, laudare, hoc eſt nominare auctorem ſuum nemini teneantur. Vox eſt recentioribus duntaxat Iuriſconſultis cognita.

ALAVNA, (ἀλαῦνα) oppidum eſt Britanniæ inſulæ, apud Ptolemæum.

ALAVNII, lege Alanus.

ALAVNVS, (ἀλαῦνος) duorum fluuiorum nomen eſt in Britannia, quorum alter eſt in Orientali eius inſulæ plaga, alter in meridionali. Ptol.

ALAZON, (ἀλαζὼν) fluuius ex Caucaſiis montibus in Cyrum defluens, Albanosq́ ab Iberibus diuidens. Plin.lib.6.cap.10.

ALAZONIA, pen. prod. {*Superbia, arrogãza*} (ἀλαζονεία) ſuperbia eſt, uel arrogantia, cum quis plura pollicetur, quam potis eſt præſtare. Ἀλαζονεύεσθαι enim ſuperbire eſt, uel mentiri, uel ſibi plus æquo arrogare.

ALBA, (ἄλβα) nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Latio, à qua Albani populi, (ἀλβανοὶ) & Albanus mons, ſub quo Aſcanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Liuius ſcribit lib.1. ab urbe) à ſitu porrectæ in dorſo urbis, Alba longa uocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcæ albæ ibidem inuentæ, Albam eſſe dictam. Altera eſt ad lacum Fucinum, à qua Albenſes (ἀλβεῖς) dicuntur: quamuis etiam Albani quandoq́ uocentur. Huc addere placuit, eſſe & aliam Albam in Pannonia olim Taururum, & Belgradum appellatam nunc Albam Græcam. Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannoniæ reges in ea inaugurari ſoleant & inungi.

ALBA, (ἄλβας) flumen eſt Hiſpaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin.libr.3.cap.3.

ALBA SPINA, (ἄκανθα λευκὴ) herba eſt aculeata, folia habens chamæleontis albi ſimilia, quam officinæ Bedegarim appellant. Vide ſupra Acantha leuce.

ALBANA, (ἄλβανα Ptolemæo) urbs felicis Arabiæ.

ALBANIA, pen. prod. (ἀλβανία) regio in Oriente a colore populi uocata, eo quod albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens, per orã Oceani ſeptentrionalis uſque ad Mæotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima eſt inter Hiberiam & mare Caſpium, ab ortu ſolis mari coniuncta, ab occaſu Hiberiæ finitima, a qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur Caucaſeis mõtibus, Auſtrale Armeniam contingit. Strabo ſex & uiginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & ſub imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus Imperator his regem dedit. Nunc ſub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti ſunt, quorum pars hodie in Peloponneſo, pars in Macedonia ſedet, iuxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie uulgo Albania dicitur.

ALBANVS, (ἀλβανὸν ὄρος) nomen eſt montis, & lacus non procul ab urbe: unde uaticinium fuit nunquam Romanos Veios capturos, ni primo ex Albano lacu emitteretur aqua. Item Albanus, nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Macedonia mediterranea, altera in maiori Armenia, ubi diuus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius Albaniæ.

ALBANVS, a, um, (ἀλβανὸς) poſſeſſiuum ab Alba Latii urbe: ut, Albaniq́ patres, apud Verg.1.Aen.

ALBARIVM, (κονίαμα) dicitur, quod illinitur tectorio, cum paries pingẽdus non eſt, quod fit ex calce. Pli.lib.35.cap.16. Eademq́ lacte diluta & tectoriorum albaria interpolliantur. Albarium opus. Plin.lib.36.cap.23. Contrario in albario opere, ut macerata calx, ceu glutinum hæreat.

ALBATENIVS, medici nomen, qui Galeni libros primus in arabicum conuertit idioma teſte Ioan. Serapione. Idem ſcripſit commentarios in Ariſtotelem.

ALBATVS, a, um, {*Veſtito à bianco,*} ab albus, ut: Albatus homo: ideſt ueſtibus albis ornatus: cui contrarium eſt, Atratus. Antiqui autem feſtos dies albati fere agebant. Cic. in Vatinium: Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet, tu in tẽplum Caſtoris te cum C. Fidulo atrato, cæteriſq́ tuis furiis funeſtum intuliſti.

ALBEDO, Albitudo, {*Biancheʒʒa. Boc. La biancheʒʒa del ſuo corpo,*} (λευκότης) pro candore accipiuntur. Plaut. in Trin. Et item alterum ad iſtanc capitis albitudinem Calliclem aiebat uocari.

ALBEGMINA, partes extorum, quæ diis immolabantur, a colore eorum dicta. Feſtus.

ALBEO, es, {*Imbiancare biancheggiare Pet. A quel crudel ch'i ſuoi ſeguaci imbianca,*} (λευκός εἰμι. λευκαίνομαι) albus ſum. Ver.12. Aen. Campiq́ ingentes oſſibus albent. Hinc albeſco, albus fio. Verg.lib.1.Geor. Flammarum longos a tergo albeſcere tractus. Huius compoſitum eſt Exalbeſco.

ALBESIA, ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc eadem Decumana uocabatur, quod eſſent ampliſſima: ut, Decumani fluctus, qui cæteris longe maiores & perículoſiores creduntur. Feſtus.

ALBIA, (ἀλβία) regiuncula eſt montana, Carnis finitima. Strabo lib.7.

ALBICALCVLI, {*Pietre piccole bianche,*} (λευκαὶ ψῆφοι) dicebantur, quibus Cretenſes quos in uita agerent, numerare ſolebant. Nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: quemadmodum econtrario infelices atque infauſtos dies, nigris lapillis ſignabant, & ex candidorum numero uitæ tempus metiebantur. Malos enim dies in annorũ numeros non redigebant. Huc alludit Perſius in Satyris. Hunc Macrine diem ſigna meliore lapillo.

ALBICERATA FICVS, pediculo minimo, latiſſima. Pli.lib.15.cap.18. Androtion ἀλβικέριον appellat.

ALBICO, as, pen. cor. {*Biancheggiare. Dant. Et uede la campagne biancheggiare,*} albeſco aliquantulum albus ſum. ὑπόλευκός εἰμι. Pli.lib.22. Solidum ſemẽ conicitur in oculum, nec turbat, ſed in ſe caliginem contrahit: mutat colorem et ex nigra albicare incipit, & tumeſcit. Horatius: Nec prata canis albicant pruinis. Idem cenſendum eſt de uerbis ſimiliter terminatis, qualia ſunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraque alia: quæ omnia diminutionem important actionis ſuorum primitiuorum.

ALBIDVS, a, um, pen. cor. {*Alquanto bianco,*} quod eſt aliquantulum album. ὑπόλευκος. Ouid.lib.3. Metam. Spumaq́ peſtiferos circumfluit albida rictus. Hinc Subalbidus, parum ſiue aliquantulum albidus. Plin. Ramos habet candidos, folia ſubalbida.

ALBIGERIVS, Magus fuit Carthaginienſis, qui quid quiſque egiſſet, aut omnino cogitauiſſet, ſuggerentibus dæmonibus reſpondebat: cuius uaticiniis ſe ſæpius interfuiſſe tradit Auguſtinus.

ALBII, (ἄλβια) olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus. Athenæus. Albii etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditũ eſt Lugdunum. Plin.lib.4.cap.18.

ALBITVDO, inis. Vide Albedo.

ALBIMILLIVM, Ptolemæo, Liguriæ urbs eſt, quam alio nomine Vintimilium, ſiue corrupta uoce Vintimiam uocant.

ALBINGA, oppidum Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingaum uocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum ſtadia ſunt ſeptuaginta. Dicitur & Albingaunum. Vide in dictione ſequenti.

ALBINGAVNVM, (ἀλβίγγαυνον Ptol.) et Album Intemelium (ἄλβιον ἰντεμέλιον) Liguriæ oppida quædam. Nam cum Ligures partim Ingauni (ἰγγαυνοι) partim Intemelii dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Album Intemelium, quaſi Alpium Intemelium, altera Albingaunum uocitatæ ſunt. Vtriuſque oppidi meminit Plin.lib.3.cap.4.

ALBINOVANVS, cognomen Celſi cuiuſdam ex familiaribus Horatii, ad quem extat epiſtola, cuius initium eſt, Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinouano Muſa rogata refer.

ALBINVS, (ἀλβῖνος) nomen Imperatoris Romani, ita dicti quod exceptus ſit utero candidiſſimus, contra conſuetudinem puerorum, qui naſcẽdo ſolent rubere, cum inuoluti ſecundis, erumpente menſtruo, perliti eſſe ſoleãt profluuio ſanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poetæ. Modo primos incipientẽ Edere uagitus, & adhuc a matre rubentem. Vide Cœl. Rhodig.lib.15.ca.23. Fuerũt & ante hunc plerique apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus

bus commemorantur a Salluſtio Spurius,& Aulus Albini fratres, qui rem in felíciter geſſerunt aduerſus Iugurtham.

ALBION {*Inghilterra*}(ἀλβίων Steph.)inſula eſt(hodie Britannia a doctis,a uulgo Anglia dicta)ab albis rupibus , quas mare abluit. Vide Anglia. Fuit etiam Albion nomen filij Neptuni,qui inuaſit Herculem.

ALBION,& BERGION,(ἀλβίων καὶ βεργίων)gigantes fuerunt, & filij Neptuni,in Herculis gratiam a Ioue interfecti. Hercule enim cum Rhodani oſtia tranſiret,ei obuiam facti duo fratres tranſitum eius impediuerunt,quapropter Hercules cum eis pugnauit,& cum ſibi tela deficerent Iouem patrem in auxilium uocauit,qui lapidum imbrem demittēs, inimicos eius interfecit. Auctores Pomponius Mela,& Diodo.Sicu.

ALBIS,(ἄλβις)fluuius eſt nobiliſſimus , quem Romani olim uoluerunt eſſe terminum ſui imperij. Oritur ex montibus qui Morauiam a Boemia diuidunt. Suſcepto deinde Molta fluuio, Pragā Boemorum metropolim præterlabitur. Influit in mare uaſtiſſimo oſtio iuxta Hamburgam. Vulgus Germanorum hodie Elbam uocat. De hoc Lucan.libr.2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis,& indomitum Rheni caput.

ALBIVM Intemelium,oppidum Liguſticum,Plinio lib.3.cap.5.Vide ſupra in dictione Albingaunum.

ALBIVS,proprium nomen uiri.Horat.1.Serm.Sat.4.Stupet Albius ære. Albius Tibullus poeta elegiographus , Horatio & Ouidio familiaris,Horat.lib.1.Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex . Hic Meſſalam Coruinum in Prouinciam ſequens,in Corcyra inſula morbo correptus,extremum uitę diē clauſit. Vide Crinitum de Poetis Latinis.

ALBO,as,{*Imbiancare,biancheggiare,*}(λευκόω , λευκαίνω)album facio: cuius paſſiuum eſt, Albor,aris,albus fio . Vide & Dealbo eiuſdem ſignificationis. Curius Ciceroni:Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

ALBOGALERVS, pileum capitis , quo flamines Diales utebantur . Fiebat enim ex hoſtia alba,Ioui cæſa.Feſtus.

ALBONENSES,Liburniæ populi in conuentu Scardonitano . Plin.libro 3. cap.21.

ALBOR,oris,{*Albore,bianchezza,*}maſculini generis,(λευκότης)albedo, Verbale eſt ab albeo,ſicut Candor a Candeo. Varro: Qui uident alborem eius,admirantur. Alborem etiam Apitius uocat, quod eſt album ouo, quod Plinius Albuginem appellat,medici Albumen.

ALBOSIA,Vide Albeſia.

ALBVCILLA,apud Tacitum mulieris nobilis nomen eſt , ſed admodum impudicæ,& multis adulteriis infamis.

ALBVCVM,(ἀσφόδελος)herba eſt ſcapum habens cubitalem,radicem ſimilem multis rapis ſimul coaceruatis. Alio nomine Aſphodelon, ſiue Haſtulam regiam uocant.

ALBVELIS,uuæ genus . Plin.libr.14.cap.2. Albuelis ſummis arboribus eſt fertilior.

ALBVGO,pen.pro.macula in oculo.(τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ, λεύκωμα, λεύκωσις. Plin.lib.21.Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur.Idem Albuginem uocat album in ouo.

ALBVLA,pe.cor.{*Il Teuere*}(θύβρις)fluuius,ab albo colore aquæ qui poſtea Tyberis a Tyberino Syluio Albanorum rege ab extincto dictus eſt . Liuius: Pax ita conuenerat,ut Hetruſcis Latinisq; fluuius Albula, quem nunc Tyberim uocant,finis eſſet. Albulæ præterea(interprete Galeno.lib.8. Methodi)dicuntur aquæ aluminoſæ,cutem lauantium mirum in modum adſtringentes,& uulneribus medentes:cuiuſmodi Strabo non paucas eſſe tradit in agro Tiburtino Martialis lib.4.Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, Crudarū nebulæ quod Albularum.Pli.li.31.ca.2. Albulæ aquæ iuxta Romam uulneribus medentur,egelidæ hæ,ſed Cutiliæ in agro Sabino gelidiſſimæ.

ALBVLATES,fluuius eſt in quinta regione Italiæ.Plin.lib.3.cap.13.

ALBVM, {*Vna tauola ingeſſata,*}ſubſtantiuum,dicitur quod Græci uocant λεύκωμα,tabula gypſata , (λελευκωμένον, γραμματεῖον) in qua iudices notari, Prætorumq; iura ſcribi ſolebant. Si quis uero albū corrupiſſet,puniebatur,quia Prætoris maieſtas contempta uidebatur. Paul.ſi familia alicuius albū corruperit,non ſimiliter hic edicitur,ut in furto . Iudex(inquit Sen.lib.3. de Benef.) ex turba electorum, quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit . Hoc & Pictatium dicitur.ut in Alexandro Cæſare Lampridius: uulgò Matrix appellata. Similiter et tabula dicitur Album,in qua ſingulorum annorum acta literis mandabantur a Pontifice maximo, præponebaturq; domi eius , ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi . Hiq; nunc Annales maximi nominantur, ut auctor eſt.Cic.li.2.de Orat. Eſt & Album decurionum & citharœdorum , Nam in digeſtis titulus eſt,de Albo ſcribendo,ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat. Vide Pyctatium. Ponitur etiam Album abſolute pro albore: Verg,in Bucol. Sparſis etiam nunc pellibus albo.

ALBVM, promontorium Africæ V.M.Paſſ. freto a Mellaria Hiſpaniæ uico diremptum.Pli.in Procemio lib.3.Eſt & alterum eiuſdem nominis promontorium,in Phœnice,non procul a Tyro:de quo Pli.lib.5.cap.19.

ALBVMEN,{*Chiaro dell'ouo,*}pen.prod.quod eſt in ouo album, λεύκωμα. Vitellus uero,quod croceum.

ALBVNA,deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur . A Græcis dicitur λευκοθέα,putaturq; fuiſſe Ino Athamantis uxor,quæ uiri furorem metuens , una cum Melicerta filio ſe in mare præcipitauit . Alij Sibyllam Tiburtinam fuiſſe exiſtimant,quæ ob admirabilem ſapientiam, humanaq; maiorem,a uicinis populis dea credita eſt.

ALBVNEA, fons & nemus iuxta Anienem , ſiue ab albore aquæ ſulphureæ , ſiue quod Albuna Latine ſit,quæ Græce λευκοθέα dicitur. Vergil.libr.4.Lucosq; ſub alta Conſulit Albunea.

ALBVRNVM,{*Raſa dell'arbore,*}(στέαρ δένδρου)adeps arboris. Pli.li.16.c.38.Humor & cortici arborum eſt,qui ſanguis eorum intelligi debet . Eſt.n.in toto corpore arborum & reliquorum animalium cutis,ſanguis,caro, nerui,uenæ,oſſa,medullæ. Pro cute cortex,humor,ſanguis,proximi pleriſque adipes. Hi uocitur a colore Alburnum. Hinc Exalburno,as,quod eſt,alburnum detraho . Idem li.16.ca.40. E reliquis arboribus ſicciſſima lotos, deinde robur exalburnatū,cui nigricans color. Solent autem robora exalburnari,hoc eſt, alburno ſuo ſpoliari,eò quòd ea pars materiæ ſit inutilis,propterea quòd faciliime cariē ſentiat:eo autem detracto,quod reliquum eſt,aduerſus omnem corruptionis iniuriam ſe præbet inuictum. Id nonnulli eſſe exiſtimant , quod à Theophraſto μελάνδρυον appellatur:quanquam ille hoc nomine potius quandam roboris ſpeciem uidetur deſignaſſe.

ALBVRNVS,Lucaniæ mons,à candore uerticis dictus, & portus eiuſdē nominis. Verg.3.Georg. Eſt lucos Silari circum , ilicibusq; uirentem Plurimus Alburnum uolitans,cui nomen aſilo Romanum eſt.

ALBVS,a,um,{*Bianco.Pet.Quattro deſtrier uia piu che neue bianchi*} (λευκός) nomen coloris notiſſimi,quod à candido ita differt,ut album pallori coniunctū ſit,quale eſt,plumbum:candidum uero ſplendori,qualis eſt in niue. Albo opponitur Atrum,candido nigrum. Feſtus uult Album à Græco, ἀλφὸν, eſſe appellatum. Alij ab eo,quod Sabini Alpum dicunt. Vnde credi poteſt Alpiū nomen à candore niuium eſſe deriuatū. Ab Albo fit Exalbeſco,id eſt pallidus fio.

Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono : ſicut econtrario niger pro malo. Perſ. Per me equidem ſint omnia protinus alba. Horatius : Hic niger eſt,hunc tu Romane caueto.

ALBVTIVS SILVS,Nouarienſis orator Romam uenit,receptus in Planci oratoris contubernium. Iam uero ſenior ob uitium uomicæ Nouariā rediit:eò uocataq; plebe,cauſſis propter quas mori deſtinaſſet,in concione redditis, abſtinuit cibo,ſibiq; inedia necē cōſciuit. Ex Trāquillo. T. Albutius,cuius M.Varro meminit,dicitq; ſcripſiſſe Satyras Luciliano ſtylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miſcentem uerba notat his uerbis,Græcum te Albuti, quàm Romanū atque Sabinum,&c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

ALBVSſpinus,à uulgo Gallorum appellatur frutex,ſiue arbuſcula ſpinoſa,pruni magnitudine,acinis,cum pubeſcunt,uiridibus,cum maturuerunt,rubris. Vide Ruellium lib.3.cap.12.

ALCÆA,{*Leone*}leo dicitur:ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc eſt,a fortitudine, quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cœl.lib 7.cap.29.

ALCÆVS,(ἀλκαῖος)cum diphthongo, nomen poetæ Lyrici Mitylenæi. Hic magnificus,breuis,diligens,& plurimum Homero ſimilis.

ALCAICVM CARMEN,(ἀλκαϊκὸν μέτρον) quod poſt duos dactylos trochaicam habet ſyzygiam. quale eſt illud apud Horatium,Heſperiæ mala luctuoſæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

ALCE,(ἀλκή)canis nomen,apud Xenophontem de Venatione.

ALCE,nomen meretricis. Vide Gellium lib.4.cap.11.

ALCEA,(ἀλκέα)herba eſt ſylueſtrium maluarum generi aſſignata, folia habēs uerbenacæ. Plin.lib.27.cap.4. Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ, quæ & periſtereon cognominatur.

ALCAMENES,(ἀλκαμένης)nobilis ſtatuarius fuit Phidiæ diſcipulus , qui Agoracritum Parium condiſcipulum in facienda Venere populi Athenienſis ſuffragiis ſuperauit. Plin.lib.36.cap.5.

ALCANDER,dri,(ἄλκανδρος)unus è comitibus Sarpedonis Lycię regis ab Vlyſſe ad Troiam occiſus. Ouid.13.Metamor.

ALCANOR,(ἀλκάνωρ)uiri proprium,cuius mentionem facit Verg.li. Aen.10.Huic frater ſubit Alcanor,&c.

ALCATHOE,(ἀλκαθόη)urbs eadem eſſe putatur, quam alij nomine Megaram uocant. Ouid.8.Metam. Alcathoe quam Niſus habet.

ALCATHOVS,(ἀλκάθοος)Pelopis filius,qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus Megaram uenit,occiſoq; leone,qui Cithęronius à loco dicebatur,adſcitus à Megaro gener , in regnum illi ſucceſſit,& urbem Megaram Alcatheon appellauit. Alcathous , alius fuit Troianus, qui Hippodamiam Anchiſæ filiā in uxorem habuit,& in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretenſi occiſus eſt.

ALCEDINES,(ἀλκυόνες)ſunt quædā aues,dictæ quaſi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant. Plau. Nā Hercule tu periſti, niſi illam tā tranquillam facis,q̄ mare eſt olim,cum alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt à Græcis (ἀλκυόνη,ης,uel ἀλκυών,όνος,παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν)ab eo , q; in mari fœtus excludat. Ambroſius li.Hexam. Halcyone è auis maritima,quæ in litoribus fœtus ſuos edere ſolet,ita ut in arenis oua deponat medio fere hyemis. Nam id tēporis fouendis habet deputatum partubus,quando maxime inſurgit mare,litoribusq; uehementior fluctus illiditur,quò magis repentinæ placiditatis ſolēnitate auis huius eluceret gratia. Nāq; ubi undoſum fuerit mare , poſitis ouis ſubitò miteſcit,& omnes cadunt uentorū procellæ,flatusq; aurarum quieſcunt,ac placidū uentis ſtat mare,donec oua fouet halcyone ſua. Septē dies fœtus ſunt, quibus decurſis educit pullos. Illico alios ſeptē adiungit dies,quibus enutriat partus ſuos donec incipiant adoleſcere. Tantā autē gratiā minuſcula auis diuinitus indultam habet,ut hos quatuordecim dies nautici præſumptæ ſerenitatis obſeruent,quos & Halcyonidas uocant,quibus nullos motus procelloſæ tēpeſtatis horreſcant. Hinc poetæ anſam fabulādi arripuerunt,Halcyonē filiā Aeoli fuiſſe, qui in gratiā filiæ,dum illa in litore oua parit,& fœtus educat, uentos incluſos ſeruat. Ferunt hanc auem paulò maiorem eſſe paſſere,pennis purpureis, cādidis admiſtis,collo gracili & procero,roſtro ſubuiridi,longo & tenui , rarò uiſam. Ariſto.lib.8.de Animal. Halcyonum duplex genus eſſe ſcribit:alterum uocale, arundinibus inſidens,alterum mutum,ampliori corpore. Ab Halcyone fit Halcyonius,a,um,ut Halcyonij dies,(ἀλκυονίδες ἡμέραι)fitq; à Græco ἅλς, quod mare ſignificat:unde etiā per aſpirationem ſcribendum uidetur Halcyon, Cum Alcedo Latinis ſine aſpiratione notetur,eò q; ab algedine originem habere exiſtimetur. Euſtathius tamen contra etymi rationem ἀλκυὼν tenui ſpiritu notandum tradidit,adiecto etiam generali canone.quo negat uocabulum ullum eſſe aſpirandum,quod initium ſumat ab αλ,ſubſequente υ.

ALCEDONIA,(ἀλκυονίδες,ἢ ἀλκυονίδες ἡμέραι)dies ſunt hyberni fere quatuordecim,quibus Alcedo oua parit in mari, & excludit,quo tēpore ſumma uentorum eſt tranquillitas. Dicti ſunt autem Alcedonia ab alcedine quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plau. Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt circa forum.

ALCENOR pen.pro.(ἀλκήνωρ)uir argiuus fuit,qui in ea pugna,qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, ſolus cum Chromio ex ſuis ſuperfuit,hoſtibus quinque omnibus,uno Othryade excepto,ad internecionem deletis. Herodot.lib.1.

ALCES,is;ſeu Alces,æ,ſiue Alce,es,(ἄλκη Pauſaniæ)animal Galliæ tranſalpi

uæ, figura, colore & quantitate mulæ ſimilitudinẽ prætendens, ſed labium ſuperius adeò protẽſum habet, ut niſi retrogradè inceſſens herbas in terra carpere nõ poſſit. Eſt inuentu rarum, olfactu è longinquo uenatorẽ ſentiens, ſtatimq́; in ſpecu & latibula ſe condens, media inter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his in ſuperciliis habent cornua. De his animalibus Cæſar lib. 6. & Iulius Capito mentionem faciunt. Plin. lib. 8. cap. 15. Septẽtrio fert & equorum greges ferorum, ſicut & aſinorum Aſia & Aphrica: præterea Alcem, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumẽto ſimilem. Eſt & Alces Bithyniæ fluuius. Plin. lib. 5. cap. ult.

ALCESTE es, ſiue Alceſtis, idis. (ἄλκηστις) fuit Peliæ filia, Admeti Pheræorũ regis coniux, quæ maritũ tanto amore dilexit ut pro eo perire nõ recuſauerit. Nã cum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetraſſet, ut fatalem diem proferre poſſet, ſi quis sui cognationis aut amicitiæ uinculo adductus ſpontaneam pro eo mortem obire uellet, cæteris id abnuentibus: ſola Alceſtis inuenta eſt, quæ mariti uitam ſua morte redimere non recuſaret. Iuue. Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſten. Plura apud Euripidem in Alceſte.

ALCETAS, (ἀλκέτας) Moloſſorum rex fuit, longa generationum ſerie genus ſuum ad Pyrrhum Achillis filium referens. Fuit & alter hoc nomine, unus eorũ qui ſub Alexandro Macedone ordines duxerunt. Vtriuſque meminit Suidas.

ALCEVS, dictio diſſyllaba (ἀλκεύς) pater Amphitryonis, & auus Herculis, à quo & Alcides (ἀλκείδης) appellatur.

ALCHIDAS, (ἀλχίδας) Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit, atque in eo amoris ueſtigium reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

ALCHIONE, (ἀλχιόνη) mons Macedoniæ Plin. lib. 4. cap. 10.

ALCHIPPE, Marſorum oppidum eſt, lacu Fucino abſumptum, extructum à Marſya Lidorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12.

ALCIBIADES, (ἀλκιβιάδης) p. c. nomen Athenienſis Imperatoris ſummi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: diues præterea, affabilis, patiens, denique ſummis naturæ, ingeniiq́; dotibus egregiè exornatus: cæterũ tanto rurſus uitiorũ agmine deformatus, ut ſi inter uirtutibus penſes, merito ad dubites, laudene an uituperio dignior uideatur. Hic cũ eſſet procliuis ad luxum & ad cæteras uoluptates, ad bonam diſciplinam traductus eſt à Socrate. Nã diſcendi ſtudio, & ſapientiæ amore pellectus, extemplo cunctis amatoribus adulatoribusq́; repulſis, ad Socraticam diſciplinam animum uertit, nunquam recedens à latere philoſophi ſapiẽtiſſimi. Reliqua uide in uita eius apud Plutarchũ

ALCIBIADION, (ἀλκιβιάδιον Dioſcoridi) herba ſic dicta, quòd uti ea ad ſuemam conciliandam ſolitus ſit Alcibiades, magnis foliis & aſperis, radice rufa, oblonga, naſcens præcipue in aridis & arenoſis locis. Notiore nomine uocatur. Anchuſa.

ALCIBION, (ἀλκίβιον) herba aduerſus ſerpentum morſus remedium habẽs. Plin. lib. 27. cap. 5.

ALCIDA, æ, (ut Diodorus fabulatur) fera fuit immenſæ magnitudinis ignẽ ore uomens, quæ regiones omnes per quas faciebat iter exuſſit, donec Pallas humani generis miſerta, partim uiribus partim ingenio feram interfecit.

ALCIDAMAS, (ἀλκιδάμας) luctator inſignis. Stat. 10. Theb. Tuq́; ò ſpectate palæſtris Omnibus, & nuper Nemæo in puluere felix Alcidama. Alcidamas Eleates philoſophus ſcripſit de muſica, diſcipulus Gorgiæ Leontini. Suidas. Hunc inter ſcriptores Rhetoricæ annumerat Quint. lib. 3. cap. 1. Meminit eius & Laertius in Protagora.

ALCIDAMVS Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem ſcripſit. Cic. lib. 1. Tuſc.

ALCIDES, (ἀλκείδης) pe. pro. Hercules Græca ſignificatione à uirtute appellatur: nam ἀλκὴ uirtus, robur, fortitudo dicitur. Vel uerius Alcides (ut Herodotus ait) nomen eſt patronymicum ab Alceo, auo paterno, hoc eſt, Amphitryonis patre.

ALCIMACHVS, (ἀλκίμαχος) pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11.

ALCIMENES, (ἀλκιμένης) poeta tragicus, Megarenſis. Suidas.

ALCIMEDE, p. c. (ἀλκιμέδη) uxor Aeſonis fuit, mater Iaſonis. Valer. Flac. Argon. 1. hunc grauis Aeſon Et pariter uigil Alcimede ſpectantq́;, tenentq́;.

ALCIMEDON, ontis, (ἀλκιμέδων) ſculptor nobilis, apud Verg. 3. Eclog.

ALCIMVS, (ἄλκιμος) orator omnium, qui in Græcis tum florebant, eminentiſſimus. Dioge. Laert. lib. 2. in uita Stilponis. Fuit præterea Alcimus Lydorũ rex præcipua pietate inſignis, ingenioq́; mitiſſimo. Cœlius lectionum antiquarum lib. 19. cap. 29.

ALCINOVS, (ἀλκίνοος) pen. cor. nomen iuſtiſſimi Phæacum regis à poetis laudati, cuius ædes fuerunt magnificẽtiſſimè extructæ, & uiridaria biſera erãt. Papin. Quid biſera Alcinoi referam pomaria? De hoc multa in Odyſ. Homerus. Fuit etiam Alcinous philoſophus Platonicus, qui Epitomen compoſuit decretorum Platonis.

ALCION, medicus, de quo Ioſephus antiq. Iud. lib. 19. cap. 1.

ALCIPHRON (ἀλκίφρων) Magneſius, Alexandri temporibus philoſophus. Suid.

ALCIPPE, (ἀλκίππη) una ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides (ἀλκυονίδες) dictæ ſunt. Suidas. Eſt præterea Alcippe, nomen ruſticæ mulieris proprium, cuius ſæpe meminit Theocrit. & Verg. Eclog. 7.

ALCIPPVS, (ἄλκιππος) Lacedæmonius ciuis fuit, inter ſuos maximæ auctoritatis, patriæq́; ſtudioſiſſimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes fouentibus, in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita, quę cũ uirum in exilium euntem proſequi prohiberetur, filiæq́; iam uiro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, nequis ex illis iniuriæ auo illatæ ultor naſceretur: concepit animo facinus ſupra omnem muliebrem audaciam. Nam cum ex more fœminæ urbis primariæ ad nocturnum ſacrum in Andronem quendam conueniſſent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam uim lignorum, quæ ad ſacrificia parata erant, ad fores congeſſit, ignemq́; iniecit ut omnes intus exureret. Accurrentibus deinde auxilio ciuis, illa filias primum, deinde ſeipſam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

ALCISTHENE, (ἀλκισθένη) nobilis pictricis nomen apud Plin. libro 35. cap. 11.

ALCITHOE, (ἀλκιθόη) Thebana mulier fuit, quæ cum Bacchum, eiusq́; Orgia contemneret, cæterisq́; mulieribus ſacra celebrantibus, cũ ſororibus & ancillis lanificiũ operam daret, ab irato Baccho in ueſpertilionem mutata eſt, telæ autem in uitem & hederam. Vide Ouid. 4. Metam.

ALCMÆON, (ἀλκμαίων) Amphiarai uatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrem ſuam in ultionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit.

ALCMÆON, philoſophus Crotoniates, Pythagoræ auditor, qui teſte Laertio, primus de ratione ſcripſit lingua Dorica.

ALCMAN, (ἀλκμάν) e Lydia, Meſſenius, poeta Lyricus, filius Damãtis. Claruit uigeſima ſeptima Olympiade, cũ apud Lydos regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic cum nimio amore puellam quandam deperiret, amatorios cãtus primus inuenit. Fertur phthiriaſi morbo interiiſſe. Suidas.

ALCMENA, (ἀλκμήνη) pen. pro. nomen proprium fuit matris Herculis, Electrionis filia, Amphitryonis Thebani uxor, quæ Ioui Herculem peperit. Dicitur. Dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: id eſt à robore: quoniam hæc mulier multum præ ſe tulerit animi conſtantiæ, ad uiros proxime accedens. Aliquando poſt c, ponitur u, Alcumena, prout uerſus exigit. Vide Heſi. in Aſpid.

ALCMENES, lege Alcamenes.

ALCOMENÆ, (ἀλκομεναί) Ithacæ inſulæ ciuitas eſt, à qua Vlyſſes Alcomeneus (ἀλκομενεύς) à poetis appellatur. Steph.

ALCON, (ἄλκων) nomen proprium Cretenſis ſagittarii cuius filium cum draco inuaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea in ſerpentis deſiceret uulnere, nec tranſiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Athenienſium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Verg. 5. Eclog. Si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

ALCOTHOVS, lege Alcathous.

ALCYONE, pe. co. (ἀλκυόνη) Aeoli regis uentorũ filia fuiſſe creditur, et uxor Ceycis: quæ deſiderio mariti qui naufragio perierat, in mare ſe deiecit, uerſaq́; eſt, ut poetæ fabulantur, in auem ſui nominis. Vide Oui. 11. Meta. Altera fuit Alcyone Eueni fluminis filia: uxor Idæi, ante Marpeſſa appellata: quã Apollo cum rapuiſſet, non dubitauit maritus ſumpto arcu & ſagittis uxorem ui ab eo repetere. Quod cum fruſtra conatus eſſet, parentes filiæ caſum lugentes, commutato nomine Alcyonen eam appellarunt, quòd fatum ſuperiori Alcyone non diſſimile ſortita uideretur. Hæc Hom. 9. Iliad. Alii ſcribunt Halcyone, prima uocali aſpirata: qua de re uide ea, quæ ſupra annotauimus in dictione Alcedo.

ALCYONEVS, (ἀλκυονεύς) gigas fuiſſe traditũ, Porphyrionis frater, qui ab Hercule telis eſt confoſſus: cuius & filiæ, quas ſeptẽ numerãt, ob patris mortẽ in mare præcipitãtes ſe ab Amphitrite in Alcyones, ut quorundã opinio eſt, ſunt mutatæ. Harũ nomina ſunt: Poſthonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Aſterie. Ex Suida. Alii ſcribũt Halcyoneus. Vide Alcedones.

ALEA, æ, pe. co. {*Gioco di ſorte, come dadi, e carte*} (κυβεία, κύβος) idẽ quod teſſera, uel ipſe ludus teſſerarum. Horat. in Epiſt. Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. Accipitur etiam pro quouis ludo, qui caſu potius, quàm arte gubernatur. Martia. in Diſtichis: Alea parua nuces, & non damnoſa uidetur: Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. Per tranſlationem ponitur pro, quauis fortuna, ſiue periculo, ſiue etiã periculi dubitatione dicturq́;, Aleam iacere (ῥίπτειν κύβον) qui ſe periculo fortunæq́; committit. Cic. de Diuin. Non perſpicitis aleã quandam ineſſe hoſtiis deligendis? Liuius: In dubiam imperii ſeruitiiq́; aleam imus. Eſt & Alea (ἀλέα Steph.) nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. Item Mineruæ cognomen, quę circa hanc urbem colebatur: ut eſt uidere apud Herodotum lib. 1. Verum in duabus hiſce poſtremis ſignificationibus primam corripit, quam aliòqui producit. Papinius in Syluis: Aut Aleæ lucis uidit Tegea ſacerdos.

ALEATOR, {*Giocatore. Boc. Giocatore, e mettitore de maluagi dadi era ſolenne.*} (κυβευτής) qui ſæpe alea ludit. Cic. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq́; uerſantur. Aleo, aleonis idem, teſte Feſto. Neuius, Peſſimorum peſſime, audax ganeo, luręo, aleo.

ALEATORIVM, {*Luoco del gioco.*} (κυβευτήριον) apud Sidonium, pro ludo aleæ. Ait enim. Atque illic Aleatorium laſſis conſumptis ſphæriſterio faciat. Suetonius uocat aleatorium forum.

ALEBAS, (ἀλεύας) pe. pr. Lariſſæorum in Theſſalia crudeliſſimus tyrannus fuit, ab ipſis tãdẽ ſatellitibus, quos ad corporis cuſtodiã adhibebat, interfectus.

ALEBECERII, Galliæ Narbonenſis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

ALEBRIA, ueteres dixerunt pro bene alentibus. Feſtus.

ALEC, (μαινίς) uide infra in dictione Halec.

ALEC, ſiue (ut apud Plinium legitur) Alex, genus eſt liquaminis, quod ex piſcibus quibuſdam conficiebatur. Mart. li. 11. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecem, ſed quam protinus illa uorat. Horat. 2. Serm. Sat. 4. in neutro genere collocauit. Ego (inquit) fæcem primus & Alec inueni. Theodorus quoque ex Ariſtotele Alecem uertit, pro piſciculo, quem ille μαινίδα. Cic. Mænã appellant. Sunt qui per aſpirationem ſcribant Halec ſiue Halex.

ALECTO, (ἀληκτώ) una ex furiis infernalibus, & Latine inceſſans interpretatur ab α priuatiua, & λήγω deſino: quia cupiditas nunquam ſatiatur.

ALECTOR, (ἀλέκτωρ) filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit unus è ſeptem ducibus Argiuorum apud Thebas. Volaterr.

ALECTORIA, (ἀλεκτορίας) gẽma quæ in uentriculo galli inuenitur: gallus enim Græce ἀλέκτωρ dicitur: de qua Pli. li. 37. ca. 10. alectorias, inquit, uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ: quibus Milonẽ Crotonienſem uſum in certaminibus inuictũ fuiſſe uideri uolunt.

ALECTOROLOPHOS, (ἀλεκτορόλοφος) herba eſt tuſſientibus utilis, foliis galli gallinacei criſtæ ſimilibus, caulem tenuem, ſemenq́; nigrum in ſiliquis habens Latinis Criſta dicitur, teſte Plin. lib. 27. cap. 5.

ALECTRION, (ἀλεκτρυών) adoleſcens fuit (ut fabulatur Lucianus) Marti adeo familiaris, ut adulterii, quo Veneri ille commiſcebatur, conſcius adhiberetur, foribusq́; cuſtos apponeretur, ne Solis interuentu deprehenderetur adulter. Verum cum ille ſomno oppreſſus negligentius excubias ageret, amantes eius fiducia in utranque aurem dormientes, a Sole deprehenſi ſunt, & apud Vulcanum delati adamantinis catenis multo ante eum in uſum paratis, ſunt implicati. Qua de cauſa indignatus Mars, Alectryonem in auem ſui nominis transformauit, quem Gallum Latini appellant: qui etiam hodie ueteris negligentiæ memor, Solis aduentum cantu ſuo prænuntiat.

ALECVLA, diminutiuè ab Alec, ſiue Alex, (μαινίδιον) parua Alec, ſiue mæna.

na. Col lib.8.cap.17. Itaque præberi conuenit tabentes alleculas, & ſalibus exeſam Calcidem. Idem lib.9. Datur cammarus & riualis allecula, uel ſi qua ſunt incrementi fluuiorum animalia.

ALEGENOR, unus fuit filiorum Boethi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teſte Diod. lib.5.

ALEII CAMPI, (ἀλήϊον πεδίον) Locus eſt Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, cum a Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur: ſic dictus, quod in eo cæcus errauit Bellerophontes, donec periret.

ALELE, Phazaniorum urbs in Africa. Plin.lib.5.cap.5.

ALEMANI, {*Alemanni* Boc. Gio.2. No 8. *Il Re di Francia molte tregue fatte con gl'Alemanni mori*} (ἀλαμανοί Stephano) populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluuio a Gallis, alpibus ad Italis diſcreti ita dicti patrio uocabulo, quaſi prorſus uiri. Cũ.n. Germani illi Septẽtrionales, præſertim Trãſalbiani, mutare ſedes cogitarẽt, imitati priores Germanos, qui traiecto Rheno, quo ſe totos uiros fore oſtẽderẽt, ſibi hoc nominis (quaſi gar ein man) impoſuiſſent. & ipſi ſe, qđ fortiſſimi bellatores & uiri oẽs eſſe & uellent & deberẽt, Alemanos (quaſi als mãner) appellauere. Hęc Beatus Rhenanus in Tacitũ.

ALEMANVS, fluuius apud Ryſios originem a Rubro caſtro (Rotẽburg) trahens: hic ad Kelheim oppidum iungitur Danubio. Vulgo Altmola, uel Altmyl appellatur. Vide Altamerum in Tacitum.

ALEMVSII, Atticæ populi, apud quos eſt Cereris legiferæ, & Proſerpinæ templum in Pauſanias in Attic.

ALEO, onis (κυβευτής) idem quod aleator. Nouius apud Feſtum: Peſſimorum peſſime audax ganeo, Lurco, aleo.

ALEOPETRA, inſula in Mæotide.

ALERIA, Corſicæ colonia a Sylla dictatore deducta. Plin.lib.3.cap.6.

ALES, huius alitis, {*Vccello, augello* Pe. *Et fui l'uccel che piu per l'aria poggia*} (οἰωνός, ὄρνις) dicitur quælibet uolucris, ab alis gerẽdis: Et tã maſc. quã fœm. genere pfertur. Ver. Nãq; uolãs fuluus Iouis ales in ęthra. In genitiuo plurali Alitũ & Alituũ pro Epentheſim ſecundũ Priſcia. Ver.li.11. Alituum, pecudumq; genus ſopor altus habebat. Auis, (ὄρνεον) eſt quæ parit oua, & pennis prędita, Volucris aũt ſignificatio latius patet. Nã de omni eo dicitur, quod uolat, ſiue pennas habeat, ſiue non. Vnde ueſpertilio uolucris eſt, non tamen auis.

ALES, adiectiuum omnis generis, ponitur a poetis pro ueloci, ταχύς, ὠκύς. Silius Alite uectus equo. Ver.8. Aen. Ignes & aliis auſtri. Ponitur et pro Alato, hoc eſt, alas habente. Cic.1. de Inuent. Angues ingentes, alites, iuncti iugo.

ALESA, ciuitas eſt Siciliæ, Ptolemæo. Hinc Aleſinus, na, num. Cic. in epiſt. famil. In Aleſina urbe, &c.

ALESIVS, (ἀλήσιον) Oppidum Elidis. Stephano. Item mons Arcadiæ, non procul a Mantinea, ſic dictus ab errore Rheæ. Auctor Pauſanias.

ALESIVM, oppidum Peloponneſi, apud Strabonem lib.8.

ALETHES, (ἀλήθης) nomen proprium uiri Troiani, de quo Verg. lib. Aen. 1. Et qua grandæuus Alethes, Latine ſonat ueracem.

ALETIVM, (ἀλήτιον) oppidum Salentinorum in Italia, auctore Ptol. et Pli. lib.3.cap.11. Hinc Aletini populi, apud Plin.lib.3. cap.11.

ALESCO, ſcis, {*Creſcere*,} antiquum uerbum ab alo, alis: idem quod creſco, φύομαι. Varro de Re ruſt. lib.1.cap.44. Quæ nata ſunt, in fundo aleſcunt, adulta concipiunt. Ibidem cap.3. Quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit. Inde Coaleſco, pro concreſco.

ALETRINATES, Italiæ populi, in tractu Campaniæ Plinio lib. 3. cap.5. Aletrini apud eundem lib.3.cap.11.

ALEVS, lege Haleus.

ALETVDO, {*Graſſezza, corpulenza*,} apud Feſtum, uerbale ab alendo, corporis pinguedinem ſignificat. Obſoletum eſt.

ALEVRON, ri, ueu. gen. (ἄλευρον) farina proprie tritici. Alphiton uero hordei: hinc apud Ruellium lib.6.cap.14. panis aleurites.

ALEX, alecis, fœmininum generis, genus eſt liquaminis, quod Plinius muriæ uitium appellat lib.31. cap.8. ſic ſcribens: Laudatur & Clazomene garo, Pompeiiq; & Leptis ſicut muria Antipolis ac Thurii: iam uero & Dalmatia. Vitium huius eſt alex, imperfecta, nec colata fæx. Eſt etiam Alex, ſiue Alec piſcis nomen, interprete Theodoro, qui ab Ariſtotele Mænis (μαινίς) appellatur. Vide ſupra in dictione Alec.

ALEX, Alecis fluuius Rheginum agrum a Locrenſi diſterminans. Strabo lib. 6. apud Theocritum uero ſcribitur Ales aletis. Hic fluuius Plinio Carcinea appellatur: Pauſaniæ & Aeliano Cecinus. Volaterranus.

ALEXAMENVS, Aetolus, Nabidis tyrãni Lacedæmonii interfector, mox ab Lacedæmoniis ipſis in regia obtruncatus. Liu. Dec.4. lib.5.

ALEXANDER, (Ἀλέξανδρος) nomẽ proprium regis Macedonici, cuius clariſſima geſta & ab hiſtoricis & in ſacris literis traduntur. Hic longe omniũ excellentiſſimus fuit, cui ex rebus actis & auctis, Magni inditũ eſt nomẽ: ne uir unicam gloriã adeptus, ſine laude unquã nominaretur. Nõ ſolus, condito æuo, quantum hominum memoria eſt, inexuperabili impetu orbis auctus, fortuna ſua maior fuit, ſucceſſusq; eius ampliſſimos & prouocauit ut ſtrenuus, & æquiparauit ut meritus, & ſuperauit ut melior: ſolusq; ſine æmulo clarus, adeo ut nemo audeat uirtutẽ eius ſperare, uel optare fortunã: Hæc Apul. Fuere & Alii Alexandri: quorũ unus Aphrodiſæus, interpres Ariſtotelis, ſed tali ingenio ut Ariſtotelẽ identidẽ carpat. De hoc Suidas & Steph. meminerũt. Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Gotiron dicitur, qui de uaria hiſtoria ſiue materia XXIIII. uolumina ſcripſit peritiſſimus ætatis ſuæ uir. Alius Alexander Aſiæ rex, & Syriæ, dictus Balam. Alius Iudæorum rex, qui Ancus dictus fuit, & regnauit annis uigintiſeptem. Alius Alexãder Epirota, qui cum Italiæ bellum inferret, a Lucano milite interemptus eſt.

ALEXANDRA, quæ & Caſſandra. Priami filia, ac uates. Hoc etiam nomine Lycophronis inſcribitur poema de Caſſandræ uaticiniis. Volaterr. Eſt & Alexandra, Alexandri Iudæorum regis uxor. Egeſippo lib.1.cap.12.

ALEXANDRIA, {*Aleſſandria* Boc. Gior.2. No.7. *Coſi ſi ricordò di lui in Aleſſandria*} (ἀλεξάνδρεια) urbs Aegypti, non longe a Nili oſtio: ab Alexandro Macedone condita: urbs fertiliſſima, quam Dinocrates Architectus metatus eſt mirabili ingenio, quindecim milliũ paſſuũ laxitate ad effigiẽ Macedonicę chlamydis orbe gyrato laciniofam, anguloſo dextra læuaq; procurſu. Mareotis lacus ad meridianam urbis partẽ Euripo Canopico oſtio immittitur. Habuit olim ſcholas omnium diſciplinarum liberalium: fuitq; ob commoditatẽ maximum totius orbis emporium. Conſtructum autem fuit ante Seruatoris aduentum, anno uigeſimo ſupra trecenteſimum, intra ſpatium ſeptendecim dierum (ut teſtatur Iuſtinus lib.11.) cum ſex millibus murorum paſſibus.

ALEXANDRIVM, (ἀλεξάνδρειον) Iudææ oppidum Ioſepho & Strabonis lib.16.

ALEXANDROPOLIS, (ἀλεξανδρόπολις) Parthorum ciuitas, ſic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plin.lib 6.cap.25.

ALEXIA, Sequanorum urbs eſt, quam Ptolemæus Rigiacum uocat. Diodorus auctor eſt, hanc urbem ab Hercule conditam eſſe, ſemperq; liberam manſiſſe donec à Cæſare longa obſidione capta, Romano acceſſit imperio. Creditur eadem eſſe, quam Galli hodie Auſſois uocant.

ALEXICACON, (ἀλεξίκακον) remedium quod fit ad depellenda mala. Hoc & Amuletum dicitur.

ALEXICACVS, (ἀλεξίκακος) in malis adiutor, malorum depulſor, Herculis & Apollinis epitheton. Pauſanias in Attica: Alexicaci Apollinis ſimulacrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen inditum aiunt, quod peſtilentia cũ bello Peloponneſiaco in Attica graſſaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberauit. Alexiaci dæmones dicebantur qui nocumenta & diras amoliri exiſtimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lyſii quoque, & phryxii appellabantur. Budæus, & Coelius lib.1.cap.32.

ALEXIPHARMACA, (ἀλεξιφάρμακα) ſunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria quæ.ſ. uenena, incantationes, & execrationes pellunt, prohibẽtq; ne iis nobis noceri poſſit. Plin.lib.21.cap.20. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod Alexipharmacon uocant.

ALEXIS, (ἄλεξις) Aſinii Pollionis puer fuit, quem Vergilius eius amore captus, ab illo dono accepit. In huius gratiam (ut Seruius putat) Vergilius ſcripſit ſecundam Eclogam.

ALEXIS THVRIVS, (ἄλεξις θούριος) qui prius Sybaris dicebatur, poeta comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas: habuit filium Stephanũ, poetam & ipſum comicum. Suidas.

ALEXITERIA, (ἀλεξιτήρια) eadem quæ Alexipharmaca.

ALGA, {*Aliga*} (φῦκος θαλάσσιον) herba, quæ naſcitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, ſiue quod pedes alliget, quia craſſa eſt, foliis ex parte ſupernatantibus. Verg.lib.7. Laterique illiſa refunditur alga. Algenſes Pelagiæ, purpuræ genus uiliſſimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin.lib.9. cap.37. Algoſus, a, um, alga abundans. Plin.lib.32.cap.9. Acetuantur muriuum modo, uiuuntq; in algoſis.

ALGEO, es, alſi, uel alxi, alſum, {*Patir freddo*. Pet. *L'alma ch'arſe per lei ſi ſpeſſo & alſe*} à Græco ἀλγέω, doleo, patior frigus, frigidus ſum, ψύχομαι. Opponitur huic uerbum Aeſtuo. Cic. Tuſc.2. Itemq; Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem uenando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando.

ALGIDVS, a, um, {*Freddo*} adiect. frigidus. Catul. Ego uiridis algida Idę niue amicta loca colam. Algida niue, hoc eſt, frigida.

ALGIDVS, pen. cor., mons ab Vrbe duodecim paſſuum millibus diſtans, ab aſſiduo frigore ſic dictus. Horatius: Quæq; Auentinum tenet Algidumq;. Ab hoc quoque ſylua Algida dicta eſt, huic monti ſubiacens, in cuius ingreſſu Regillus lacus eſt.

ALGIDVM {*Rocca de Papa*} (ἄλγιδος Stephano) Italiæ oppidum non procul à Tuſculo in alto monte ſitum, ex aeris algore propterea dictũ, nunc Roca papæ ex ueteris ſitus deſcriptione exiſtimatur, ſyluaq; proxima adhuc Algidi ſylua cognominatur. Volater. Algidenſis, adiectiuũ, ut, Raphanus Algidenſis, qui circa Algidum naſcebatur longus & tranſlucidus. Plin.lib.19.cap.4.

ALGIFICVS, quaſi Algefaciens, (ψυχροποιός) Gell. lib.19.cap.4. Quod timor ſit omnibus algificus. id eſt, frigus inducens.

ALGOR, {*Il freddo*} ab algeo, ſicut calor à caleo, idem quod frigus, & proprie frigus uehementius, (ψυχεινότης, ψῦχος) Salu in Catil. corpus patiens inediæ, uigiliæ, algoris. Algus, gi, idẽ quod algor. Lucret.lib.3. Sollicite euoluẽt morbis, algoq; fameq;. Algus, us, ui, idem. Plaut. in Rud. Vel ſuda, uel peri algu, uel etiam ægrota. Per tranſlationem ponitur pro dolore & triſtitia.

ALIAS, {*Altra uolta, in altro luoco*. Boc Gior.1. No.1. *Che egli altra uolta con feſſato ſi fuſſe*} (ἄλλοτε) aduerbiũ, ſignificat Alio in loco, uel Aliter, uel Alio tempore. Teren. in And. Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias? Cicero: Sed de hoc alias. Ponitur & pro aliquando, uel interdum: & tunc ferè geminatur. Cice.3. de Orato. Alias ita loquor, ut neceſſum eſt, alias ut neceſſe eſt. Idem Verr. Aliàs non reuocabat, aliàs decernebat.

ALIAS RES AGIS, {*Non attendi à queſto*} (περὶ ἄλλα ἀπολήμμεις) id eſt, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis.

ALIBANTES, (ἀλίβαντες) mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc eſt, eo quòd humido illo naturali deſtituti ſint. Coel.lib.3.cap.12.

ALIBI {*Altroue*. Boc. Gior.1. Nou.1. *Non uorrei eſſer altroue*} (ἀλλαχοῦ) alio loco. Verg. Georg.1. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ: Arborei fœtus alibi. Teren. in Hecy. Habebam alibi animum amori deditum.

ALICA, pen. cor. (χόνδρος) ex tritici generibus eſt (ut inquit Galenus lib.1. de Facult. aliment.) aut certe farris genus tritico ſimile ſuccum tamen lentiorẽ habens, quam triticum, ſiue in aqua cocta cum mulſo, aut uino, ſiue cum oleo ſaleq; frixa ſumatur. Plin. lib.18.cap.7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maxime nudum, & alica, ſed præcipuæ auena. Nomen aũt Alicæ ab alendo Feſtus deducit, quod uehementer nutriat. Eſt præterea Alica, confectio quædã ex frugum quarundã farina, aliis in locis aliter pręparata: ita dicta (ut ex Aegineta colligi poteſt,) quod primum ex frumento, ſiue farre, cui Alica nomen eſt, fuerit confecta. Poſtea tamen magis receptum fuit, ut ex zea conficeretur. Plures autẽ fuerunt apud ueteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Pli. lib.18.ca.11. Palladius quoque lib.6. docet quo pacto ex hordeo confici poſſit.

ALICARIÆ, meretrices in Campania appellatæ, quod ſolitæ eſſent circa piſtrina alicariorum uerſari. Feſtus.

ALICASTRVM, genus farris eſt, ea forma ab Alica deriuatum, qua Siliquaſtrum à Siliqua. Colu.lib.2.cap.6. Semen trimeſtre quod dicitur Alicaſtrum, idq; pondere, & bonitate præcipuum eſt.

ALICVBI,{In qualche luoco,in alcun luogo Boc. Gior. 8 Nou. 9. Inſieme ſi doueſſero ritrouar in alcun luogo}(ἐν ἄλλῳ)in aliquo loco, uſpiam, uſquam. Cic. Att. lib. 9. Ita ut ſi ſaluus ſit Pompeius, & conſtiterit alicubi.

ALICVNDE,{Da qualche luogo}(ποθὲν)ex aliquo loco. Ter. in And. Venit meditatus alicunde. Vide in dictione Aliquo.

ALIENIGENA,{Foreſtiere}(ἀλλόφυλος)communis generis: uel(ſecundum Probum)omnis gene. ſumitur in eodem ſignificato cum Alienigenus. Gel. lib. 2. cap. 23. Neque uino alienigena, ſed patrio uſuros. Sic & alia compoſita à gigno. ut, Agmen Troiugena.

ALIENIGENVS,na,num p.c.{Foreſtiere. Boc. Gior. 2. No. 7. Sentendo lei foreſtiera}nomen compoſitum à nomine Genus, uel à uerbo Gigno, & ſignificat quod eſt externum, uel alieni generis, uel inter alienos genitum. Val. lib. 1. Adijci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt.

ALIENO,nas,{Alienare, uendere. Boc. Gior. 2. Nou. 3 Commciarons ad impegnare & uender le poſſeſſioni}(ἀλλοτριόω, ἐξίστημι)alienū facio, uel ex noſtro dominio in alienum transfero. Ci. de Lege Agrar. Venire res noſtras proprias & in perpetuum alienari. Paulus Iureconſultus Alienationis uerbo uſucapionem contineri putat. Vix eſt enim(inquit)ut non uideatur alienare, qui patitur uſucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non utendo amittit ſeruitutes.

Accipitur & alienare, pro immutare, & ex amicu inimicum, ſiue ex beneuolo maleuolum reddere. Cic. Epiſt. lib. 1. Hominem adoleſcentulum non tam allicere uolui, quàm alienare nolui.

ALIENVS,a,um,{Alieno}(ἀλλότριος, ἀλλότριος)quod eſt alterius, ſiue quod ad alium pertinet. Cic. 1. Offi. Difficilis eſt cura rerum alienarum. Alienum quoque aliquando dicimus, qui nullo nobis neceſſitudinis uinculo eſt deuinctus. Idem Epiſt. lib. 1. Tantum enitor, ut neque amicis, neque alienioribus opera, conſilio, labore deſim. Interdum idem quod auerſus, uel abhorrens. Ci. 3. Verr. Letilius homo non alienus à literis. Nonnunquam idem quod alienatus, hoc eſt, immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem lib. 1. Epiſt. Sin iſte à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt.

ALIFER,alatus,(πτερωτός)Ouid. 4. Faſt. Et aliferis tollitur axe Ceres.

ALIGER,{Alato. Pet. Il Re celeſte i ſuo' alati corrieri} alatus, πτερωτός. Vnde Cupidinem alatum & aligerum poetæ uocant. Verg. 1. Aen. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

ALIMA,(ἄλιμα)medicamenta dicuntur, quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere, quemadmodum Adipſa dicuntur, quæ ſiti reſiſtunt. Vtrorūque meminit Plutarchus in Symp. ſeptem Sapientum.

ALIMALA,(ἀλίμαλα Stephano)locus eſt in Lycia.

ALIGVRIVS,proprium nomen. Cicero Tironi lib. 16. Epiſto. 18. ad finem. Aligurius Cæſaris familiaris mortuus eſt, bonus homo, & nobis amicus.

ALIMENTARIVS,ria,rium,{Coſa che s'appartiene à nutrire}quod ad alimentū pertinet,(σιτικός)ut, Lex alimētaria, qua filii parentes alere tenebantur.

ALIMENTVM,{Nudrimento. Pet. Co'l mancando alla mia uita ſtanca Quel caro nudrimento}quod datur ad uitæ ſuſtētationē. τροφή. Scribunt Iureconſulti, Alimētis legatis, cibaria, & ueſtitus, et habitatio debebitur: qa ſine his ali corpus nō pōt. Ci. de Vniuer. Nec uero deſiderabat mūdus alimēta corporis

ALIMONIA,pen. cor. idem quod Alimentum, nutrimentum.

ALIMONIVM,nii,idem. Var. lib. 3. cap. 16. Hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos.

ALINDA,(ἄλινδα)urbs Cariæ, in qua regnauit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri Magni. Strabo lib. 14.

ALINDOEA,(ἀλινδοία)ciuitas Macedoniæ. Stephanus.

ALIOQVIN,& Alioqui{Altrimente}(utroque enim modo dicitur)habent penultimam productam: accentus tamen eſt in antepenultima, ne uideātur duę dictiones, ſignificantq́; Aliter, ſeu alio modo, uel quod ſi non, uel præter hoc, ἄλλως, εἰ δὲ μή. Cic. 3. de Legib. Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

ALIORSVM,{Verſo altroue}(ἄλλοσε)uerſus alium locum: ut Aliorſum ire, apud Plau. Item in aliam partem. Teren. in Eunu. Vereor ne illud grauius Phædria tulerit, neve aliorſum atq; ego feci, acceperit. Aliouerſum, idē. Plau. Aulul. Atque igitur Anthrax aliouerſum dixerā, Nō iſtud qđ tu inſimulas.

ALIPÆNEA,(ἀλιπαίνεα)emplaſtra ſunt, quæ ex medicamētis nō pinguibus conficiuntur. Nam λιπαίνω idem eſt quod impinguo. Celſus lib. 5. cap. 19.

ALIPES,pen. cor.(πτερόπους)uelox, quaſi alas in pedibus habens. Verg. 12. Aenei. Alipedumq́; fugam curru tentauit equorum. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta currum premit.

ALIPHE,pen. pro.(ἀλίφη)olim oppidum erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Horatium 2. lib. Sermonum.

ALIPHIRÆI,(ἀλιφειραῖοι) Arcadiæ populi. Plin. lib. 4. cap. 6. ab oppido Aliphira. Cic. ad Att. lib. 6. epiſt. 113. Arcadiæ cenſebat eſſe Lepreon quoddā maritimum. Tene autem, & Aliphira, & Tritia, νεόκτιστα ei uidebantur.

ALIPILVS,li, alarum pilos in balneis uellens. Seneca lib. 8. Epiſto. ad Lucilium: Alipilum cogita, tenuem & ſtridulam uocem, quo ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec unquam tacentem, niſi cum alas uellit, & alium pro ſe clamare, cogit. Cœlius lib. 6. cap. 46.

ALIPTERIVM,(ἀλειπτήριον)locus erat in balneis, in quo loti ungebātur. Cœlius lib. 16. cap. 47.

ALIPTES,(ἀλείπτης)dicebatur magiſter athletarū, qui eos certaturos inungebat, eaq́; curabat, quæ ad corporis robur attinebant. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod eſt inungere. Hac uoce uſus eſt Cic. in Epiſt. ad Lentulum: Qui homines q̄ me ſaluum uoluerunt, eſt gratiſſimum. Sed uellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed etiam, ut aliptæ, uirium & coloris rationem habere uoluiſſent. Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipſi oleis, pinguibusq́; malagmatibus foris adhibitis, uulneribus morbisq́; exterioribus medentur. Celſus lib. 1. cap. 1. Sanus homo, & qui bene ualet, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neque alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt, Iatroliptæ. Eſt etiam Aliptes, fontis nomen apud Epheſum.

ALIQVA,{Per qualche luoco}(πῇ)per aliquem locum. Cice. 3. Verr. Cuperet aliqua euolare, ſi poſſet.

ALIQVANDIV,aduerbium tēporis: aliquo tempore, non autem longo admodum. Cic. 1. Academ. Ariſtum Athenis audiuit aliquandiu.

ALIQVAMMVLTI,pro aliquot. Cic. 6. Verr. Sunt ueſtrum aliquam multi, qui L. Piſonem agnouerunt.

ALIQVANDO,{Alcuna uolta, tal'hora. Pet. Tal'hor m'aſſale in mezzo à triſti penſi,}(ποτὲ)ſecundum Priſcianum, cum accentu in antepenultima: quamuis in carmine ratione poſitionis ſemper producatur. Aliud enim eſt ſyllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præſens, præteritum & futurum: & ſignificat idem quod Nonnunquam, Interdum, quodam uel aliquo tēpore, uel tandem. Cic. Valerio: Aliquando nos reuiſas.

ALIQVANTISPER,{Alquanto. Pet Vn'ombra alquanto men de l'altre triſta.}(ἐπὶ χρόνον)aduerbium, ad temporis breuitatem refertur, ut ait Valla: idemq́; ſignificat, quod aliquandiu. Teren. in Heaut. At certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper.

ALIQVANTVLVM,{Pochetto, pocolino,}(ὀλίγον)diminutiuum ab Aliquantum, idem ſignificans quod paululum. Cic. li. 2. de Inuen. Et de natura licet aliquantulum ducere ſuſpicionis.

ALIQVANTVM,{Alquantu Pet. Ma ricoperte alquanto le fauille,}(ἐπὶ ποσὸν, ὀλίγον)modo nomen eſt, ut apud. Cic. pro Cluentio: Aliquantum agri in medio relictum eſt. Modò aduerbium, ſignificans Paulum, Nonnihil, Leuiter, Pauliſper, Neſcio quid, Aliqua ex parte. Pli. li. 3. ca. 3. Aliquantum uetus forma mutata eſt. Inde Aliquantulum diminutiuum. Teren. in And. Subtriſtis uiſus eſt eſſe aliquantulum. Aliquantillum, diminutiuum ab Aliquantulum. Plaut. in Capt. Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

ALIQVANTVS,adiectiuum, ex Alius & Quantus: idem pene quod mediocris ſignificat. Salluſt. in Iugur. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior.

ALIQVATENVS,{Fin'ad alcuna parte,}(μέχρι τινὸς, ἐπὶ ποσὸν, ἔστιν ὅπως)pe. co. ſignificat uſque ad aliquam partem, ſiue Ex aliqua parte, aut Aliqua ratione. Quintil. Verum hoc aliquatenus temporum mutatum eſt conditione. Pli. li. 27. c. 12. Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubētibus.

ALIQVID,{Alcuna coſa, qualche coſa,}(τὶ)ſubſtantiuum eſt, ut, Aliquid utile. Cic. Att. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam.

ALIQVIS,aliqua, aliquod,{Alcuno, qualch'uno. Pet. Allhor mi ſtrinſe à rimirar s'alcuno,}(τὶς)quaſi Alius quis & habet uim pluralem, quamuis ſingulariter dicatur: non enim eſt aliquis, niſi de multis. Vnde & apud ueteres uario genere numeroq́; proferebatur. Terent. Aperite aliquis actutum oſtium. Idem eſt dicendum de Quiſquam, Quiſpiam, & Vllus. Aliquis etiam, ut Græcis, τὶς, capitur pro homine non obſcuro, & non nulli pretii. Cic. Att. Itaque fac, ut me uelis eſſe aliquem, quoniam qui fui, & qui eſſe potui, iam eſſe non poſſum. i. uelis eſſe me non prorſus obſcurum & abiectum. Iuuen. Saty. 3. Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum, Si uis eſſe aliquis.

ALIQVISPIAM,idem prorſus eſt, quod Quiſpiam, τὶς. Cice. pro Seſtio: Aliquapiam ui pelleretur.

ALIQVO,(ἄποι, ἐς τινὰ τόπον)ad aliquem locum. Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum.

ALIQVORSVM,{Verſo qualche luoco,} (εἰς τινὰ τόπον) uerſus aliquem locum.

ALIQVOT,{Alquanti. Pet. Vidiui alquanti c'han turbati i mari,} (τινὲς, ἔνιοι)numero tantum plurali teſte Donato, ſignificat idem, quod Nec multi, nec pauci. Teren. in And. Aliquot me adiere. Cic. de Vniuerſitate: Diſciplina Pythagorica aliquot ſecula in Italia, Siciliaq́; uiguit.

ALIQVOTFARIAM,Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2. In eo agro aliquotfariam in ſingula iugera dena culea uini fiunt.

ALIQVOTIENS,ſeu Aliquoties ſine n. {Alcune uolte, alquante uolte. Pet. Et anch'io fui alcuna uolta in danza,} (ἐνίοτε ἐστιν ὅτε ἅπαξ) ſignificat aliquot uicibus. Cic. 4. Verr. Aliquoties ad ſocios literas de iſtius iniuriis miſerat.

ALISARNA,(ἀλισάρνα)oppidum eſt in Troade, apud Stephanum: a quo fit gentile Aliſarnæus, ἀλισαρναῖος.

ALISTVS,(ἄλιστος Ptolemæo) oppidum Germaniæ, in tractu maritimo Saxoniæ.

ALISVM,pe. pro.(ἄλεισον Ptolemæo)oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul a Sicambris.

ALISMA,atis,(ἄλισμα Dioſcor.)herbæ eſt nomen, quam nonnulli fiſtulę paſtoris, alii Plantagini aquaticæ eandem faciunt.

ALISTA,(ἄλιστα)inſulæ Corſicæ urbs, in latere Meridionali, Ptolemæo.

ALITER,{Altrimente. Dant Non altremente Achille ſi riſcoſſe,}(ἄλλως)aduerbium, fit ab Alis, huius Alis, pro alius, ſicut declinabant antiqui, & ſignificat, alio modo. Vergilius: Diis aliter uiſum. Cic. 7. Verr. Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti.

ALITVRA,{Nutritura,}pro nutricatione, ὑγιεινή Gell. lib. 12. cap. 1. Aliturā feram & ſæuam criminatus eſt.

ALIVBI,{In altro luoco,}(ἀλλαχοῦ)compoſitum ex Alius, & ubi, idem ſignificans quod Alibi. Plinius: Nec uſquam alubi candidæ naſcuntur.

ALIVNDE,{D'altro luoco,}(ἀλλαχόθεν)ex alio loco. Plin. lib. 15. cap. 10. Inde repertum, ut alliatæ aliunde, & inter ſe colligatæ, uiicerentur ſito.

ALIVS,alia, aliud,{Altro. Dant. Credendo ch'altro ne uoleſſe dire,} (ἄλλος) genitiuo alius, pe. pr. quamuis in carmine ſit indifferens, idē eſt quod diuerſus. Olim faciebat genitiuum, & datiuum, ſicut cætera adiectiua primæ, & ſecundæ declinationis. Cic. de Nat. Deo. Quibus beſtiis erat is cibus, ut alii generis beſtiis ueſcerentur. Alii generis, inquit, pro Alius. Accedit quandoque ad uim comparationis. Quintilianus: At quanto alius fuit ille infeliciſſimi iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab alter illic uideas.

ALIVSMODI,{D'altra manera,}quaſi alterius modi. Cæſar: Vno enim excepto, quē aliuſmodi, atque omnes, natura finxit, ſuos quiſq; habebat charos.

ALIVTA,{Altrimente,}ueteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtum eſt, ex Græcos ἄλλῃ uel ἄλλως transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilii: Si quis aliuta faxit, ipſius Iouis ſacer eſto. Feſtus.

ALIZONES,pen. pro. ἀλιζῶνες Aſiæ minoris populi, inter Myſos, Caras, & Lydos ſiti. Auctor Steph.

ALLABOR,pe. pr.{Scorrere uicino,}iuxta fluo, ſiue appellor, προσρέω. Claudianus: Siculis allabitur oris. Cice. 2. de Diuinat. Et humor allapſus extrinſecus,

ſecus, ut in tectoriis uidemus.

ALLABORARE, {*Affaticarſi grandemente*,} eſt alicui rei per laborem aliquid adiicere. Horat. 1. lib. Carm. Simplici myrto nihil allabores. Significat etiã idem quod Adnitor.

ALLÆVO, pen. pro. idem eſt quod Læuo, hoc eſt, Planum facio, λειαίνω. Col. li. 4. cap. 25. Nam ea plaga, quæ ſic fit, uno ueſtigio allæuatur.

ALLALIA, (Ἀλλαλία) Corſicæ inſulæ oppidum Phocenſium opus, teſte Herodoto. Gentil. eſt Allaliæus, Ἀλλαλιαῖος, Stephano.

ALLAMBO, is, ere, idem quod ſimplex lambo: et per metaphoram leuiter attingo. Quintil. Scitis ipſi quo exequiarum die labore extracta ſit, quandiu filum tenuerit allambentibus flammis.

ALLANTE, es, (Ἀλλάντη Stephano) duorum oppidorum nomen eſt, quorũ alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantii, (Ἀλλαντιοι) qui & Allantenſes dicuntur a Plin. lib. 4. cap. 10.

ALLATRO, as, are. Vide ſimplex Latro.

ALLAVDO, as, are, poeticum uerbum pro laudo, αἰνέω. Plaut. in Merc. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

ALLATVS, {*Portato, arrecato*,} (προσενεχθείς) per duplex ll, apportatus: participium: ab Afferor. Plaut. Allata peregre epiſtola.

ALLECTO, ctas, {*Allettare per luſinghe*. *Arioſt*. *La fredda notte ogn'animale alletta*,} frequentatiuum ab Allicio, ſignificat, per blanditias attraho, ἐπάγω. Colu. li. 2. Ad aquam duci oportet, ſibiloq; allectari, quò libentius bibant.

ALLEGO, gis, pe. cor. {*Annotare*, *appuntare*. *Dant*. *Oue s'appunta ogn'ubi & ogni quando*} adſcribo, deligo, deligendo addo, coopto. ἐπιλέγομαι. Vnde apud Juliũ Capitolinum ſcribitur, M. Antoniũ philoſophum multos ex amicis in Senatum allegiſſe cum Aedilitiis ac Prætoriis dignitatibus. Liu. li. 10. Cæterum quia de plebe allegebantur, eandem ægre paſſi patres. Hinc allecti dicebantur, qui ad augendum numerum Senatorum ex equeſtri ordine aſſumebantur, qui etiam Conſcripti uocabantur, (προσαιρεθέντες, προσκαταλεγμένοι.) Nam Patres dicebantur, qui erant patritii generis.

ALLEGO, gas, pen. pro. {*Allegare*, *mandare ad alcun luogo*. *Boc*. *Et ciaſcuno di verſi atti allegaua in aiuto di ſe*,} Aliquo mitto, uel ad aliquem locum mitto παραπέμπω. Plaut. in Cap. Quin ex ipſa me allegauit, qui iſtam accerſerem. Proprium autem, eumq; uenuſtiſſimum hoc locum obtinet, cum rei alicuius impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratia, aut auctoritate apud illum ualere exiſtimamus, quiq; ueluti legatorum officio fungentes, noſtrã apud illum cauſam agant. Cic. pro Sex. Roſcio: Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne Syllam adirent. Vſurpatur etiã pro Citare, ſiue Adducere, ἐπάγειν, προσφέρειν, παρέχειν. Pli. Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitã pertinere minime uidebantur. Budæus: Δικαιολογεῖσθαι, ſua iura allegare, & in iure diſceptare, quod Cauſificari, Plautus dixit. Cic. etiam, & Cauſari, & Proferre: Quint. & Iureconſulti Allegare appellant.

ALLEGATIO, onis, uerbale. Cic. 3. Verr. O' dii immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus, illam ſibi legationem expugnauit? Ideſt, amicorum interceſſionibus, & uelut legationibus.

ALLEGORIA, (ἀλληγορία) cum accentu in pen. figura eſt, quæ à Quintiliano dicitur Inuerſio, cùm aliud uerbis, aliud ſenſu oſtenditur. Naſcitur autem hæc figura ex continuata, perpetuaq; metaphora. Eiuſmodi eſt illa apud Ver. 3. Eclog. Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. Ideſt, Deſinite iam plura canere, quia ſatis audiuimus.

ALLELVIA, duæ dictiones ſunt, quibus ſignificatur, Laudate dominum. Allelu enim (ut Auguſt. ait) imperatiui modi eſt, & ſignificat. Laudate: Ia uero Vniuerſalem, uel Vniuerſaliter, ſcilicet Deum. Hieronymus: Ia apud Hebræos unum eſt de decem Dei nominibus. Et in illo Pſalmo ubi legimus: Laudate dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: in Hebræo eſt Allelu Ia, ſunt autem duæ partes Hebraicæ.

ALLOEOTHETA, {*Varietà*, *diverſità*. *Pet*. *La qual varietà fa ſpeſſo altrui*,} (ἀλλοιόθετα) figura eſt ſyntaxin concernens, cum. ſ. contra uulgatos conſtructionis canones aliquid uariamus. Vnde & Variatio a Priſciano interpretatur. Cõfundit autẽ numerum: ut, Pars in fruſta ſecat. uel Caſum: ut, Tu mihi, quodcunque hoc regni, pro Hoc regnum, uel genus: ut, Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. Ad Dulce enim quod eſt neutrum tam maſculina, quam fœminina reddidit.

ALLEVO, as, pen. cor. {*Leuare in alto*. *Pet*. *Leuan da terra al ciel noſtro intelletto*,} (ἐπαίρω) in altũ tollo, erigo, & quod humi iacet, ſurſum leuo. Quint. Vidi multos, quorum ſupercilio ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. Accipitur item Alleuo, pro leuius reddo, κουφίζω. Cice. pro Sext. Roſcio: Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis feram, ut potero. Transfertur etiam ad animũ, pro eo quod eſt recreare, uel dolores mitigare, ἐπικουφίζειν. Cic. de Clar. Orat. quod aliqua ex parte ſolicitudines alleuaret meas Sic dicimus, Alleuare afflictum, hoc eſt, ſubleuare, & calamitate eximere. Quint. Non petit, ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infeliciorem. Inde Alleuatio, uerbale, doloris mitigatio, ſiue diminutio, Cic. Famil. 4. Etſi tot, tantiſq; rebus urgemur, ut nullam alleuationem quiſpiam non ſtultiſſimus ſperare debeat. Alleuamentum, idem. Cice. pro Sylla. Et in aduerſis ſine ullo remedio, & alleuamento permanere.

ALLEX, lege Alex.

ALLIA, (Ἀλλίας) nomen fluuii, qui a Cruſtuminis mõtibus prealto defluens alueo, Tyberino amni miſcetur, quadrageſimo ab urbe lapide, ubi magna ſtrage Romani a Gallis profligati ſunt. Hinc Allienſis dies dictus eſt, tãquã infauſtus. Sunt qui arbitrent hoc nomen eſſe fœmininũ, decepti auctoritate Lucani, Et damnata diu Romanis Allia faſtis. quod tñ ita nõ eſt. Nã id licẽter a Lucano factũ eſt, per ſubauditionẽ nominis generalioris Aqua. Huius nominis prima ſemper producitur. Verg. li. 7. Quosq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen. Vbi Seruius male putauit alterũ l, metri cauſa eſſe interpoſitum. Nã quod Luca. li. 7. dicit: Non iſtas habuit pugnæ Pharſalia partes. Quas aliæ clades: Aliæ, non fluminis nomen, ſed diuerſitatis relatiuum eſt, ab Alius, alia, aliud.

ALLIATVM, {*Agliata*,} ab allio, pulmentarii, & intinctus genus eſt, σκοροδισμένον. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. ab alliĳ admiſtione nomen habens.

ALLICEFACIO, cis, {*Allettare*. *Pet*. *Vede coſa che gl'occhi e'l core alletta*,} idem eſt quod allecto. ἐπάγω. a quo Allicefio. Suetonius in Vitel. Pronus uero ad cuiuſque & quacunque de cauſa necem atque ſupplicium: nobiles uiros condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos, uario genere fraudis occidit.

ALLICIO, cis, pen. cor. allexi, allectum, {*Luſingare*, *indurre*, *inuitare per luſinghe*. *Boc*. *Gio*. 4. *No*. 8. *Con dolci parole le commincio à luſingare*, *& à pregare*,} ex Ad & Lacio, ſignificat blanditiĳs attraho, ſiue potius Induco, atque Inuito. δημαγωγῶ, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισπῶμαι. Cic. pro Plancio: Allicere uolũtates alienas, retinere partas. Inuenitur & præteritum Allicui, ſicut ab Elicio, Elicui. Piſo. lib. 1. hiſto. Aulus unius præmio multorum allicuit animos. Id tamen admodum rarum eſt. Allector, oris uerbale, qui allicit. Colu. lib. 8. cap. 10. Quaſi allectores ſint captiuorum.

ALLIDO, dis, pe. pro. {*Percuotere inſieme*. *Pet*. *Che la naue percoſſe ad uno ſcoglio*,} impingo, quod eſt, interficiendi cauſa cõtra aliquid iacio, uel ad ſaxũ, durũ've aliud corpus cõmitto. ἐπικρούω, προσκρούω, καταράττω. Cæſ. 3. Bel. Ci. Et ex magno remigũ propugnatorũq; numero pars ad ſcopulos alliſa iterficeret.

ALLIENVS, ni, proprium uiri, qui fuit Prætor Siciliæ ſub Cæſare: Hircius in Comment. de bello Aphrico in princ.

ALLIGO, pen. cor. {*Alligare legare à qualche coſa*. *Pet*. *Da l'un ſi ſcoglie & lego à l'altro nodo*,} propriè ad aliquid ligo. ἀναδέω, ἐξάπτω, περιάπτω: ut, Alligare uitem palis, uel ad palos. Col. lib. 2. Arbuſtiuã uitẽ antequã putes, alligare diligẽter oportet. Inde Alligator, qui alligat. Col. li. 4. c. 13. Deinde ſequit alligator, cuius officiũ eſt, ut rectam uitẽ producat in iugũ. Et alligatura, ἐπίδεσις, περίαμμα. Idẽ de arboribus cap. 8. Infra inſitionẽ, & alligaturã falce acuta leuiter uitẽ uulnerato. Et Alligatio, ipſe actus alligandi. Per tranſlationẽ Alligare, eſt obſtringere, obnoxium facere. Terent. in Eunu. Hic furti ſe alligat, ἐνέχεται κλοπῆς. Ci. pro Rabirio Poſthumo. Lex ubi omnes mortales alligat, ſic loquitur. Accipitur & pro ſuo ſimplici. Idem de Diuin. Alliganda eſſent omnes, qui cubitum irent. Alligare quoque rei alicui quis dicitur, cui ita eſt addictus, ut diutius ab ea abeſſe non poſſit. Sic adoleſcentulos ſcortis alligatos dicimus, q meretricus amoribus ita ſũt irretiti, ut nõ niſi ęgre ab iis poſſint diuelli.

ALLIGVRIO, idem quod ſimplex Ligurio, λιχνεύω.

ALLINO, is, {*Vngere*,} ex Ad, & Lino, ἐπιχρίω. inungo, & linendo rei alicui induco. Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, eoq; dentem allinant.

ALLIVM, {*Aglio*. *Boc*. *Giar*. 8. *N*. 2. *Le mandaua un mazzuolo d'agli freſchi*,} (σκόροδον) herbæ genus ſatis notum, non diſſimile porro, grauiſſimi odoris, quod tamen laſſitudini mederi creditur, & ſerpentes fugare. Vnde etiam meſſoribus ſolet eſſe in deliciis. Verg. in Buc. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia ſerpillumq; herbas contundit olentes. Horatius eius odorem inſectatur feſtiuo carmine. Parentis (inquit) olim ſi quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius.

ALLOBROGICVS, a, um, (ἀλλοβρογικός) adiect. ut apud Celſum libr. 4. cap. 5. Vinum Allobrogicum.

ALLOBROGES, pe. cor. (Ἀλλόβρογες, καὶ Ἀλλόβρυγες Stephano) populi Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienſes, & Delphinates, uictoria Fabii, & Catilinæ coniurat one noti, ad tractum Lugdunenſem ſiti Ptolemæo. Horat. Epod. 16. Nouiſq; rebus infidelis Allobrox.

ALLOQVOR, {*Parlare Pet*. *L'un penſier parla con la mente e dice*,} (Κοινολογεῖν) Alloquium, Alloquutio. Vide in dictione Loquor.

ALLORIA, (Ἀλλωρία) urbs Cretæ, ut ex Polyhiſtore refert Stephanus. Gentile eſt Alloriates, Ἀλλωριάτης.

ALLOSCORODON, (ἀλλοσκόροδον) herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

ALLOTRIGES, (Ἀλλότριγες) populi in tractu Septentrionali Hiſpaniæ. Strabo lib. 3.

ALLVBESCO, {*Far uolontieri*,} ſcis, ſiue Adlibeſco, lubens facio, obedio, faueo, conſentio. Plaut. Hercle uero iam mihi adlibeſcit primulum.

ALLVCINATIO, {*Abbarbaglio*. *Dant*. *Tolto m'hauea del ſubito abbarbaglio*,} lucis alienatio, uel aberratio, (ἀμβλυωπία:) quod & ad oculos mentis transfertur, cum minus recte quid intelligitur, obducto quadã caligine animo. Fit autem a Græco ἀλύειν, quod eſt tardũ, languidum, & ſtupidũ eſſe. Sunt qui per aſpirationem ſcribant in principio. Aulu Gell. ſecuti, qui teſtatus ſua ætate ita ſcribi ſolere, quamuis ſua natura nõ habeat aſpirationẽ. Vide Hallucinor.

ALLVCINOR, pen. cor. {*Abbagliare*, *uacillare*. *Pet*. *Il Sol'abbaglia chi ben fiſſo il guarda*,} (παραβλέπω) propriè oculorum eſt, cum illi circa obiecta falluntur, alterumq; pro altero conſpicere nobis uidemur. Transfertur & ad animum dicimurq; Allucinari, cum uana ſomniamus, & a uero iudicio aberramus. Cic. 16. ad Att. Ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, allucinari. Gell. lib. 16. cap. 12. uerbum hoc iubet aſpirari, etiamſi ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod tenui ſpiritu ſcribitur, uelit deduci. Vide infra Hallucinor.

ALLVDO, pen. pro. {*Alludere*, *far feſta*,} (προσπαίζω) ludendo alicui blandior: & proprie eſt puerorũ, cũ ludentes nutrici uel parentibus blandiuntur: aut etiã canũ, cum caudæ motu heris adulantur. Lact. lib. 3. Aut homini alludunt animalia. Eſt item, Alludere (ut ſcribit Valla lib. 4.) cũ aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. Verg. 7. Aen. Nec plura alludens: ea uox audita laborum Prima tulit finem. Alludere ad hiſtoriam, eſt ad rei fidem uerba componere: quod proprium eſt Poetarum, qui in fabuloſis ſuis narrationibus hiſtoriæ ueritatem uno atque altero uerbo nonnunquam attingunt.

ALLVO, luis, {*Bagnare*, *ſcorrere uicino*. *Pet*. *Ingbilterra con l'iſole che bagna Oceano*,} iuxta fluo, abluo, allabor, (ἐπικλύζω) uerbum eſt aquis propriũ. Maria enim, & flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæve prĳterfluũt. Eſt autẽ cõpoſitũ ex Ad, & Antiquo uerbo Luo, quod eſt eiuſdẽ ſignificationis cũ uerbo Lauo: a quo ſiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & ſimilia. Cic. 5. Verr. Nõ alluuntur a mari mœnia extrema. ſed influit in urbis ſinũ portus. Hinc fit Alluuio, onis, Alluuies, & Alluuium (πρόσχωσις) pro immoderata aquarũ uiolentia, uel pluuialiũ, uel fluuialiũ, ſimiliũq;, quę nõ tãtũ agros cõfundit, ſed quãdoque eripit, et nõnunquã funditus deſtruit. Sed cum pars alicuius agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in poſſeſſionem eius cuius eſt ager. Vnde Lucanus, Illos terra fugit dominos, his rura colonis Accedunt donante Pado. Circumluuio autem (περίκλυσις) eſt, cum partem ali-

curus agri rapidus amnis in alueum ſuum impulerit & in modum inſulæ circumuoluerit: quę ipſo iure uicinioris erit. Valla: Alluuies, ſordida aqua, quę abluit, ubi lutū cū aqua non multa. Liu. li. 1. In proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt, quam Romularem uocatā ferunt, pueros exponunt. Proluuies, proprie ſordis proluſio. Verg. lib. 3. Fœdiſſima uentris Proluuies. Illuuies, (ἀλουσία) eſt etiā immunditia in homine, aut ueſte, aut re quauis alia inſita, ſeu iniecta. Teren. in Heaut. Pannis obſita, neglecta, immunda illuuie. Verg. lib. 1. Dira illuuies, immiſſaq́; barba. Eluuies, proprie dicitur, quod expurgatur, præſertim aquarū fluxu: quamuis & alterius humoris dici poſſit. Pli. Quod in totis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Lact. lib. 7. Eluuiē poſuit pro aquarū inundatione: cum ait, Eluuie aquarum euertentur ciuitates. Eluuies per tranſlationem a Cicerone in oratione pro Domo ſua ponitur pro exitio, & interitu. Idcirco, inquit, tu ad labem, atque eluuiē ciuitatis ſine ſumma ui peruenire potuiſti. Colluuies, (συῤῥοὴ) ſordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Col. lib. 1. Tū etiā nantiū, ſerpentiumq́; peſtes hyberna deſtitutas uligine, cœno & fermētata colluuie uenenatas emittit. Colluuio, idē eſt quod colluuies. Cic. de Senect. O præclarū illū diem, cum in illud diuinum animorū conciliū, cœtumq́; proficiſcar, cumq́; ex hac turba & colluuione diſcedā. Diluuium, (κατακλυσμὸς) terrarum inundatio: qualē Noe ætate contigiſſe ex ſacris literis conſtat: aut (ut Poetæ fabulantur) Deucalionis tēporibus.

ALMEDESSOS, oppidum in ora Thraciæ, non procul a Boſphoro. Recenſetur a Plinio lib. 4. cap. 11. Ptolemæus uocat ἀλμύδησσον. Halmidaſſum.

ALMENE, pen. pro. (ἀλμήνη) oppidum eſt ad Pontum Euxinum: a quo fiunt gentilia Almenius (ἀλμήνιος) & Almenites, ἀλμηνίτης. Stephanus.

ALMITIES, almarum rerum habitus.

ALMO, onis, riuulus eſt ante portam Capenam, in quo ſacerdotes Cybeles deæ ſimulacrum, & cultros ſanguinolentos, & ſua uulnera ſolent abluere. Ouid. 4. Faſt. Eſt locus, in Tyberim qua lubricus influit Almo.

ALMON, (ἄλμων) oppidum Theſſaliæ, quod a nonnullis Elmon appellatur, teſte Plin. lib. 4. cap. 8. Eſt etiam Almon apud Ver. 7. Aen. paſtoris nomen, filii Tyrrhei, regii pecoris magiſtri.

ALMOPIA, (ἀλμωπία) Macedoniæ pars eſt, quæ ab Almope gigante, Helles ex Neptuno filio, nomen accepit: a qua etiam incolæ Almopei dicti ſunt, et Almopii. Stephanus.

ALMOS, (ἄλμος) Siſyphi filius, ut inquit Apollonius, frater Porphyrionis, ex cuius filia Chryſogone, & Neptuno, natus eſt Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyæ matrem Hermippem Bœoti filiam appellat.

ALMVS, a, um, {*Almo, ſanto, nutritiuo. Pet. Vergine ſacra & alma non tardare*} ab alendo (ut docet Feſtus) idem quod alens, uel alimoniam ſuppeditans. Vnde Alma Tellus peculiari dicitur epitheto, q́ fruges ſuggerat, quibus alimur. Col. li. 3. ca. 21. Quibus alma tellus annua uice, uelut æterno quodā puerperio læta, mortalibus diſtēta muſto demittit ubera. Simili etiā ratione ζείδωρον ἄρουραν quidā Homero dictam putant, quaſi ζωὴν δῶρον q́ aruorum feracitati uitā debeamus. Pli. tamen li. 18. ca. 8. ζείδωρον ἄρουραν, dictā mauult, q́ zeam ſuppeditet, quod frugis genus olim ſummū habitum eſt in honore. Cereri quoque hoc epitheton aſſignauit. Verg. lib. 1. Geor. Vos o clariſſima mundi Lumina, labentē cœlo quæ ducitis annū. Liber, & Alma Ceres. Apud Plautum quoque in Curcul. Paraſitus Herā, hoc eſt, Fortunā (quā nutricē ſuam appellat) Almam nominat. Inuoco (inquit) almam meam nutricem Heram. Accipitur & pro ſancto, ſiue pulchro: unde & Venerem almam appellat Verg. in Epig. de Venere & uino: Proli Venus alma creandæ Seruiat. Item pro tranquillo, ſiue ſereno. Verg. 5. Aen. Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

ALNVS, (κλήθρα) arbor eſt aquoſis locis gaudēs, ex qua primū factæ ſunt lyntres: ita dicta, q́ amne alatur. Naſcitur. n. iuxta fluuios, aquisq́; obruta (ut inquit Vitruuius) non facile corrumpitur. Vnde & lignum eius ad naualem materiam in primis commendatur. Luca. Et fluctibus aptior alnus. Hinc fit ut & pro naui quandoque poni ſoleat. Verg. 1. Georg. Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas. Scribit Ariſt. alnos in ſola Creta ſteriles non eſſe: In alnos ſorores Phaethontis mutatas ait Verg.

ALO, alis, alui, alitum uel altum, {*Nutrire. Pet. Cur'l ben more e'l mal ſi nutre e cria.*} ſignificat nutrio, alimentis ſuſtento. τρέφω. Ci. de Nat. Deo. li. 1. Omnia, quæ aluntur, & creſcunt, continent in ſe uim caloris. Transfertur & ad res incorporeas, pro augere, & maius facere. Cic. in Catil. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt. Ver. Hos ſucceſſus alit, id eſt, augere facit. Sic etiam dicimus. Honor alit artes: hoc eſt, Auget artes, & ad eas capeſſendas nos incitat. Duo ſunt huius uerbi participia præteriti temporis, Alitus, & Altus quemadmodum & duo ſupina Alitum, & Altum. Diomedes tamen Alitum rectius dici putauit, q̄ Altum: idq́; ambiguitatis uitandæ gratia. Apud Ciceronē tamen contra. Altum ſæpius legimus, q̄ Alitum: ut in Bruto: Vides'ne igitur, ut in ea ipſa urbe, in qua & nata, & alta ſit eloquentia, q̄ ea ſero prodierit in lucē. Altor, oris, uerbale, qui alit. Cic. 2. de Nat. Deo. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator parens, ut ita dicā, atque educator & altor eſt mundus. Altrix, icis. Pli. li. 10. cap. 64. Altricemq́; habere per ſe uitam illam, quæ ſatis, arboribusq́; contingat. Alibilis, le, quod facultatem habet alēdi. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 11. Eſt enim lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus liquentium, maxime alibile.

ALOE, aloes, {*Aloe. Pet. Con poco mel molt'aloe con fele.*} (ἀλόη) herba amariſſimi ſucci, quæ a quibuſdā Sempeuiuū marinum appellatur. Iuuena. Plus aloes, q̄ mellis habet. Reſiſtit uermibus & putredini, ac uiui utilis eſt. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris grauiſſimi, foliis pinguibus, & craſſis, & in modicā latitudinē ſe fundētibus, iisq́ ſtriatis, et in ſpinulas retuſas deſinētibus.

ALOEVS, (ἀλωεὺς) nomen Gigantis, Titanis, & Terræ filii: cuius uxor Iphimedia a Neptuno uiolata duos peperit filios, Otum, & Ephialtē: quos Aloeus pro ſuis educauit: unde & Aloidæ (ἀλωάδαι) appellati ſunt. Hi cum Gigantibus ſuperis bellum inferentibus opem ferrent, Apollinis, & Dianæ telis confixi ſunt. Ver. 6. Aen. Hic & Aloidas geminos, immania uidi Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum Aggreſſi.

ALOGIA, (ἀλογία) Latine irrationalitas (ut ita dicam) interpretari poteſt, cum. ſ. quauis in re a rectę rationis dictamine recedimus, Auguſtinus ad Caſulanū, pro immodico conuiuiorum luxu accepit. Attendite (inquit) quemadmodum dominice diei non paruo prandio reficiatur, ſed alogia delectetur. Sicut. n. animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus ſimiles ſunt uentri deditii: ita immoderatū conuiuiū, quo mens (in qua ratio dominatur) ingurgitatione ueſcēdi ac bibēdi quodā modo obruitur, Alogia nuncupauit. Dicitur etiā Alogia, cum principis liberalitate, gratiaq́; neceſſitas reddēdarum rationū cuipiā remittitur.

ALOGIANI, (ἀλογιανοί) hęretici fuerūt, ſic uocati tanquam ſine uerbo: propterea quod ἐν τῷ λόγῳ, hoc eſt, Dei filio, qui patris uerbum appellatur, diuinitatem non agnoſcerent, Ioannis Euangelium reſpuentes.

ALOITE, es, (ἀλοΐτη) herba eſt uim habens ſoporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

ALONE, es, (ut apud Melam legitur) ſiue Alona, æ, (ἀλωνα Ptolemæo) fluuius eſt Hiſpaniæ in ſinu Illicitano. Eſt & Alone (ἀλώνη) inſula inter Lebedum & Teon repente enata. Plin. lib. 2. cap. 89.

ALONI, populi Meſopotamiæ Gordyæis iuncti, per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit. Plin. lib. 6. cap. 26.

ALONESVS, lege Haloneſus.

ALONTIGICELI, Hiſpaniæ populi in conuentu Hiſpalenſi. Pli. li. 3. ca. 1.

ALONTIVM, Ptolem. (ἀλόντιον) Aluntium Plin. Siciliæ oppidū non procul a Lilybæo promontorio. Inde Alontini, ſiue Aluntini, dicti ſunt oppidi eius incolæ: quorum meminit. Plin. lib. 3. cap. 8.

ALOPE, es, (ἀλόπη) Theſſaliæ ciuitas eſt apud Plin. lib. 4. cap. 7. dicta ab Alope Cercionis, ſiue (ut aliis placet) Actoris filia. Enumerantur & aliæ quinque eiuſdem nominis ciuitates: quas uide apud Stephanum.

ALOPECE, (ἀλωπεκὴ) inſula eſt Boſphori Cimmerii, apud Plin. li. 4. ca. 12. Eſt & altera eiuſdem nominis inſula, e regione Smyrnæ ſita, in mari Aegæo: quæ recenſetur a Plin. lib. 5. cap. 31.

ALOPECIDES, (ἀλωπεκίδες) canum genus, ex cane et uulpe progenatum. Pollux.

ALOPECIAS, piſcis marini genus, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

ALOPECIA, {*Tigna. pelarella*} (ἀλωπεκία) morbus in capite humano, & barba, ex uitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta a uulpe, quā Græci uocant ἀλώπεκα. q́ ea crebro id genus morbi patiatur. Pli. Lingua herba eſt, quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendet. Eſt & Alopecia Straboni lib. 11. inſula, Mæotidis paludis, ante oſtia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

ALOPECVS, {*Tignoſo, che ha la pelarella*} qui alopecia laborat.

ALOPECONESVS, (ἀλωπεκόννησος) oppidum eſt, teſte Stephano, in Helleſpontiaca Cherſoneſo, ex oraculo nomen adeptum, quo iubebantur Athenienſes ibi urbem condere, ubi uulpinos catulos repeririſſent. Circa hanc urbem præſtantiſſima tubera naſci, auctor eſt Plin. lib. 19. cap. 3. Eſt præterea eiuſdē nominis inſula, ante Thraciam Cherrhoneſum, non procul a Cœla, eiuſdem Cherrhoneſi portu: de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

ALOPECVRVS, (ἀλωπέκουρος) pen. pro. & fœm. gen. herba eſt, ſpicam habens mollem & lanuginem denſam, non diſſimilis uulpium caudis: unde & nomen habet. Vide Plin. lib. 20. cap. 17.

ALOROS, (ἄλωρος, Ptolemæo) Macedoniæ urbs auctore Pomponio, lib. 2.

ALOSÆ, {*Cheppe*} (τρίσσαι) piſces ſunt, ſic dicti a Gallis & Campanis: quos Hiſpani Saualos: Hetruſci autem & Veneti, uetere ſeruato nomine Clupeas appellant. Apud Ariſtotelem uero, Strabonem, Aelianum, Oppianum, & Athenæum Triſſas legere eſt, quam uocem Aloſam interpretatur Gaza. Auſonius in Moſella: Stridentesq́; focis obſonia plebis aloſas.

ALOSTIGI, Hiſpaniæ populi in conuentu Hiſpalenſi. Plin. lib. 3. cap. 1.

ALPES, {*Alpi. Pet. Già ſopra l'Alpi neue d'ogni intorno.*} (ἄλπεις, τὰ ἀλπεινὰ ὄρη) a candore niuium dictæ ſunt, quia perpetuis fere niuibus albeſcunt. Sabini enim Alpum dixere, quod poſtea Latini Album: unde Alpium nomen Silius, clauſas niuibus rupes, ſuppoſitaq́; cœlo Saxa, uocat. Sunt autē montes altiſſimi, qui Galliam Tranſalpinā a Ciſalpina diuidebant, nunc uero promotis finibus termini ſunt Italiæ. In longitudine centum millia paſſuum patent, a ſupero mari ad inferum, ut Cel. tradit, Liuius uero tria millia ſtadiorum. Hinc fit Alpinus, na, num, (ἀλπεινὸς) pen. pro. Plin. Gentes Alpinæ, & uenti Alpini, qui ab Alpibus flant. Vnde & Ciſalpinus, na, num, & Tranſalpinus, compoſita.

ALPESA, oppidū eſt Celticæ regionis in Hiſpania ulteriori, apud Pli. li. 3. ca. 1.

ALPHA, (ἄλφα) nomen primæ Græcorum literæ. Vnde pro principe, capite, et anteſignano accipitur. Martia. lib. 2. Non ipſe Codrus alpha penulatorum. Vbi uidetur ſignificare, Codrum fuiſſe primum penulatorum: hoc eſt, inter plebeios & pauperes primum tenuiſſe locum.

ALPHEIAS, (ἀλφειὰς) dicitur Arethuſa, apud Ouid. lib. 5. Meta. Tum caput Eleis Alpheias extulit undis. Vbi alludit ad fabulam, qua ferunt Arethuſam Alphei amatoris uim fugientem in fontem ſui nominis eſſe conuerſam.

ALPHENVS, nomen eſt ſutoris apud Horatium, lib. 1. Sermonum.

ALPHESIBOEA, (ἀλφεσίβοια) Phlegei fluminis filia, quam Alcmæon donato illo monili, quod Eriphylæ matri detraxerat, in uxorem duxit.

ALPHESIBOEVS, (ἀλφεσίβοιος) nomen paſtoris, apud Verg. Eclog. 5. παρὰ τὸ ἀλφεῖν τοὺς βοῦς, quaſi inueniens boues.

ALPHEVS, per tres ſyllabas, & pe. pr. {*Alfeo*} (ἀλφειὸς) fluuius eſt in Elide Peloponneſi regione, quem Pauſanias lib. 5. tradit occultis meatibus ſubter mare labi, & in Arethuſam Siciliæ fontem deſinere. Qua in re ſecutus eſt poetarum fabulas, qui Arethuſam uenatricē fuiſſe tradunt, ab Alpheo adamatā: cui cū ille uim adhibere pararet, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis eſſe conuerſam, occultisq́; meatibus, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliā uſque fugiſſe, tandēq́; in ea parte Syracuſanæ urbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum ui erupiſſe: Alpheumq́; amatæ Nymphæ deſiderio eodē eſſe inſecutum de quo Ver. 3. Aen. Alpheum fama eſt &c. Verum hæc fabuloſa eſſe conſtat: cum Alphei aquæ nuſquam abſorbeantur, ut docet Strabo lib. 8. eiusq́; oſtium manifeſte uideatur inter Ichthyn promontorium, & Haliartum oppidum.

ALPHEONIÆ DIANÆ TEMPLVM, locus eſt ad Alphei fluminis oſtium, ab Olympia ſtadiis octoginta diſtans. Strabo lib. 8.

ALPHION, (ἀλφεῖον) lacus in Pyrrhea, uitiligines tollens. Pli. lib. 31. cap. 2.

ALPHIVS, fœneratoris nomen, a quo primum profecta eſſe dicitur celebris illa ſententia. Vel optima nomina, non appellando, mala fieri. Huius meminit Horat.

Horat. in Epod. Ode 2.

ALPHOS, {*Macchia, uolatica*,} (ἀλφὸς) ſpecies eſt uitiliginis corporis, ſuperficiem maculis albis, iisq; ſubaſperis, & non continuis: quaſi guttis quibuſdam aſpergens: differtq; ab ea ſpecie, quam μέλανα, hoc eſt, nigram uitiliginem uocat Celſus, ſolo colore. A leuce uero diſtinguitur, quod hæc plus habeat albedinis, altiusq; deſcendat, adeo ut & carnem cōtingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albeſcunt, ſolamq; contingunt cutē. Vide Celſum ad finem lib. 5.

ALPINA, quod hic pro arboris nomine perperam erat inſartum, uide in dictione Laburnum.

ALPINVS, malus quidam Poeta fuit, qui Memnonis Auroræ filii bella deſcripſit, ſed tam male, ut ab Horatio dicatur, Memnona ſuis carminibus iugulare. Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, &c.

ALSA, fluuius eſt Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 3. cap. 18.

ALSIA, uillæ nomen eſt, ditionis Mediolanenſis, in Varisienſi præfectura. Vide Annotationes Alciati in Cornelium Tacitum.

ALSINE, nes, (ἀλσίνη) herba eſt, quā Muris auriculā uocant Itali, Galli Muronem uocant, q hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Pli. li. 39. ca. 4.

ALSIOSI, {*Freddi, agghiacciatticci*,} (κρυόεντας) dicuntur, qui ſunt naturæ frigentis, quiq; a frigore læduntur. Plin. Abrotonum, & Adonium alſioſa eſſe memorantur. Varro: Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, ſi ſpectat, quod eſt alſioſum.

ALSIVM, (ἄλσιον Ptolemæo) urbs eſt Tuſciæ litoralis, quam hodie Sanctam Seuerinam uocant. Plin. lib. 3. cap. 5.

ALSVS, nomen eſt paſtoris apud Verg. lib. 12. Aen. Podalirius Alſum Paſtorem, &c.

ALTANVS, pe. pr. {*Vento da terra*,} genus uenti, ſiue flatus, e terra conſurgentis Pli. li. 2. ca. 43. Nanque & e fluminibus, & e niuibus, & e mari etiam tranquillo uidemus & alios uentos, quos uocant Altanos, e terra conſurgere: qui quidem cum e mari redeunt, Tropæi uocantur: ſi pergunt, Apogæi.

ALTARE, {*Altare. Pet. Et tra gl'altari & tra le ſtatue ignude*,} (βωμὸς) ab altitudine dictum eſt. Nam antiqui in ædificiis a terra eleuatis ſacra faciebāt diis ſuperis. in terra diis terreſtribus: in effoſſa diis infernalibus. Pli. li. 15. cap. 30. Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræq; debeant. Altare ſuperis tantum conſecratum erat, Ara tam ſuperis, quàm inferis.

ALTE, {*Altamente, profondamente*,} aduerbium, modo excelſe, (ὑψοῦ) modo, profunde (βαθέως) ſignificans. Ver. 6. Aen. Ergo alte ueſtiga oculis. Liu. 1. ab Vrb. Ferrum haud alte in corpus deſcendit. Altius, comparatiuum. Cic. 2. de Diui. Cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.

ALTEA, lege Althæa.

ALTELLVS, Romulus dictus eſt, ſiue q in tellure altus fuerit a lupa: ſiue q rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet: ſeu q a Tatio Sabinorum rege in colloquium poſtulatus, alternis uicibus audierit ac loquutus fuerit. Nam ſicut a macro Marcellus, a uafro Vafellus. ita ab altero Altellus fit. Hæc Feſtus.

ALTER, Altera, Alterum, genitiuus alterius, pen. cor. {*Altro, l'uno de due. Boc. Gior. 1. No. 3 L'uno negando all'altro*,} Græce, ἕτερος, & ὁ δεύτερος. Et de uno ex duobus dicitur: ut Annibal in tranſitu Alpium amiſit alterum oculum: Siue de una duarū partium. Cic. Duplices ſimilitudines eſſe debent, unæ rerum, alteræ uerborū. Ver. 3. Eclo. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Alius uero, (ἄλλος) de pluribus dicitur: ut, Alii uirtutem præponunt, alij uoluptatē, alij indolentiam. Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idē fere ſignificat, quod diuerſus: Alia eſt facies mea, alia tua. Item Alter ponitur pro Secundo e duobus, pluribus've: ut, Altero menſe repudiaui uxorem: &c. Hic eſt alter annus belli Punici. i. ſecundus a belli Punici origine. Ci. de Senect. Nec nūc quidem adoleſcentis uires deſidero: Is enim erat alter locus de uitiis ſenectutis. Aliquando pro Aduerſo, (auctore Feſto) & non bono, ut in Auguriis, Altera appellatur auis, quę utique proſpera nō eſt. Vnus, aut alter, idē ualet, quod unus aut duo. Cic. pro Cluent. Cum is unum iam & alterum diem deſideraretur. Idē Att. Vt factum Dolabellæ laudarem, adductus ſum tuis unis & alteris literis. Quę tamen in locum Donatus annotauit. Alterū de tribus dici: q totidē eſſent Chryſidis amatores. Alter ego, elegans locutio, pro homine mihi cariſſimo, arctiſſimaq; neceſſitudine deuincto. Cic. Att. lib. 2. Me ipſum accuſo, deinde te, quaſi alterum me. Olim per primam & ſecundam nominum inflexionem declinabatur, ſicut Niger, a, um. Vnde apud Terentium in Heaut. legitur datiuus Alteræ. Hoc ipſum (inquit) alteræ dum narrat, forte audiui.

ALTER, teris, (ἁλτήρ) pen. pr. & genere maſculino, ſignificat maſſam plumbeā, qua ad exercenda corpora in gymnaſiis utebantur. Martial. lib. 14. Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti? Exercet melius uinea foſſa uiros. Dictus Alter eſt ab ἅλλεσθαι, quod eſt ſalio. Nam maſſulis huiuſmodi plumbeis utraque manu ſe librabant, qui ſaltu ſe exercebant.

ALTERAS, antiqui dicebant pro alias. Feſtus.

ALTERCOR, caris, {*Contendere, contraſtare. Pet. Ch'à cōtender con lei il tempo ne sforza*} (διαφιλονεικῶ) ſignificat mutuo iurgia iactare, criminari, & clamoſe inficiari, & aduerſam partem tueri. Cæſar Bell. ciu. 3. Qua ex frequentia T. Labienus prodit, ſummiſſa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Dicitur & Alterco. Terent. in And. Scio, cum patre tuo altercaſti dudum. Hinc Altercatio, concertatio, contentio, (διαφιλονεικία) qualis erat inter actorem, & reum, quando non perpetua oratione, ſed interciſis iurgiis ſeſe mutuo impetebant. Liuius: Altercatio inde, non ſermo fuit. Altercator, oris, qui altercatione utitur, non perpetua oratione. Quintil. lib. 6. cap. 4. Bonus altercator uitio iracundiæ careat.

ALTERCVM, ſiue Altercangenum, apud Arabes herba eſt, quæ à Græcis, ὑοσκύαμος. i. faba porcina, a Latinis Apollinaris appellatur. Pli. lib. 25. cap. 4.

ALTERNATIM, {*A' uicenda iſcambieuolmente Dant. Vanno à uicenda ciaſcun nel giudicio*,} aduerbiū, ſignificat per uices, ἀμοιβαδὸν. Quadrig. Annal. lib. 3. Item gaudium, atque ægritudinem alternatim ſequi. Nonius.

ALTERNE, aduerbium, a nomine Alternus. i. alternatim, ſeu alternis uicibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia.

ALTERNVS, adiectiuum, a nomine Alter: quod fit Alternatim, ſeu Alternis uicibus. Ci. de Orat. Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos eſſe oportet. Verg. Eclog. 7. Alternis igitur contendere uerſibus ambo Cœpere. Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

ALTERNIS, {*Hor l'uno hor l'altro*,} aduerb. ſignificat uiciſſim, nunc unum nunc aliud. παραλλὰξ, ἐν μέρει. Verg. Eclog. 3. Alternis dicetis, amant alterna Camoenæ.

ALTERNO, as, are, {*Alternare, iſcambiare. Pet. Laqual ſenza alternar poggia con orza*,} uiciſſim alterum duorum ponere. ἀμείβειν, ἐπαλλάττειν, παραλλάττειν, ἐπαμφοτερίζειν. Colu. lib. 5. ca. 5. Dabimus operam in ordinibus diſponendis, ut pari ordine uernaculis & Aminias alternemus. Hinc Alternatio, per uicem ſucceſſio.

ALTERO, ras, pe. co. {*Alterare*} (ἑτερόω) uario & quaſi alterum facio. Ouid. in Faſt. Ille ſuam faciem transformat, & alterat arte. Hinc Alteratio (ἑτέρωσις) quam Philoſophi definiunt eſſe progreſſionem ab una qualitate in alteram.

ALTERPLEX, {*Doppio*} a ueteribus pro duplici poſitum inuenitur. Feſtus.

ALTERVTAM, {*O' l'una, ò l'altra*,} pro Alterutra ueteres poſuerunt. Feſtus.

ALTERVTER, pe. co. {*O' l'uno ò l'altro de due*,} quiuis e duobus, ſiue alter ex duobus. ἑκάτερος, ὁπότερος οὖν. Cic. in Verr. Video neceſſe eſſe alterutrum.

ALTERVTRINQVE, {*O' dall'una ò dall'altra parte delle due*} aduerb. uidetur ſignificare ab alterutra parte. Pli. lib. 10. ca. 7. Eadem in cauſa alterutrinque modus eſt.

ALTHÆA, (ἀλθαία, Suidæ) alterū e maluarum generibus eſt, ſylueſtre. ſ. cui grande folium, & radices candidæ. Verg. Hibiſcum, uulgus autem Seplaſiorū Biſmaluā uocat. Dicitur autē ἀλθαία ab ἀλθαίνειν, ideſt, mederi, quaſi Medicā dixeris. Eſt & Althæa proprium, Meleagri matris nomē, quæ ut fratrū ſuorum cædē ulciſceretur a Meleagro filio ſuo perpetratam, fatalem illius ſtipitem igni impoſuit, filiumq; una cum illo exuſſit. Vide infra in dictione Meleager.

ALTILIS, & in plurali Altilia, pen. cor. {*Tutte le coſe che s'ingraſſano*,} (σιτευτὰ) quicquid domi, uel in uillis, uel in uiuariis ſaginatur, ſiue ſit auis, ſiue quadrupes, ſiue piſcis: ab alendo, quaſi Alitilis: ut Altilis gallina, quæ alita eſt. Macrobius Altilem ſanguinem dixit, non qui alitur, ſed qui alit, (τρόφιμος) quaſi alentem. Plaut. in Ciſt. Dotem altilem, opulentam dixit.

ALTIMETER, a Geometris uocatur inſtrumentum, quo metiuntur alta.

ALTINVM, {*Altino*} (ἄλτινον) pen. pro. urbs olim in litore Venetiæ florentiſſima fuit: a qua Altinates populi dicti ſunt. Plin. lib. 3. epiſt. Arrianus Maturius Altinatium eſt princeps.

ALTISONVS, a, um, (ὑψηχὴς) quod ex alto ſonat: poeticum eſt. Cic. 3. Tuſc. Septum altiſono carmine templum.

ALTITONANS, pe. co. {*Altitonante*,} (ὑψιβρεμέτης) qui ex alto tonat. Cic. de Diui. Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

ALTITVDO, {*Altitudine, altezza. Pet. Ch'ogni dur rompe & ogni altezza inchina*,} (ὕψος) proprie eſt rei alicuius ſublimitas: ut, Altitudo turris. Dicitur etiam altitudo fluminis, uel maris, quæ eſt profunditas, (βαθύτης) Plin. lib. 10. cap. 33. Merops uidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Cic. 7. Ver. Totum opus eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo.

ALTIVOLANS, pe. co. {*Altiuolante*,} qui altum uolat (ὑψιπέτης) Cic. 2. de Diui. At Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, ſeruat genus altiuolātū. Altiuolus, a, um, idē. Pli. li. 10. c. 19. Sunt fere oēs altiuolæ, præter nocturnas.

ALTOR, oris, {*Balio*,} (τροφεύς) qui alit, ſiue educat. Cic. 2. de Natu. Deo. Omnium rerum altor eſt mundus.

ALTRIX, icis, quæ alit, {*Balia, Nutrice*,} (τροφὸς, ἡ) Cice. pro Flacco: Eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur.

ALTRINSECVS, {*Altronde. Pet. Et io contra ſua uoglia altronde'l meno*,} (ἑτέρωθεν) pe. co. aduerb. ab Alter formatum, ſignificat ab altera, uel ab utraque parte. Lactant. li. de Opificio: Aureis duas, quarū duplicitas incredibile eſt quātā pulchritudinē præ ſe ferat, q tum pars utraque ſimilitudine ornata eſt, tū ut uenientes altrinſecus uoces facilius colligantur. Item ſignificat iuxta alteram partē. Plaut. in Pſeud. Aſſiſte altrinſecus, atque onera hunc maledictis. Quandoq; in altiore parte. Apul. lib. 3. Tectū ſcandulare conſcendit, quod altrinſecus ædiū parte perflabili oudatum, ad omneis orientaleis cæterosq; aſpectus peruium.

ALTROVERSVM, {*Verſo altroue*,} aduerbium antiquū ex Alter, & Verſus, in, uel uerſus alteram partem, ἑτέρωσε. Plau. in Caſi. Verum autem altrouerſum cum eam mecum Rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio.

ALTVS, ta, tum, {*Alto, profondo*,} cum eſt nomē ſignificat idem quod ſublimis, aut editus, (ὑψηλὸς) Interdum etiam idem quod profundus, (βαθὺς) ut cū puteum altum, aut mare altum dicimus. Quinetiam Altum ponitur pro ipſo cœlo. Verg. 4. Aen. Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Et pro ipſo mari profundiore, & a terris remoto. Idem 1. Aen. Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Salluſt. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Per translationem quoque ponitur pro excellenti, glorioſo. Verg. 3. Aen. Te ſine nil altum mens inchoat. Et pro magno. Idem 10. Aene. Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo. Transfertur & ad incorporea, pro recondito, ſeu profundo. Idē 1. Aen. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis.

ALVEARIVM, rii, quod & Alueare, & per Apocopen Aluear, locus, uel copia ipſa aluearum (σμῆνος, κυψέλαι.) Varro lib. 3. de Re ruſt. Quæ maceriæ ad uillam uenationis cauſa clauduntur, & propter aluearia. Colum. li. 9. ca. 11. Cum uetus alueare numero apium deſtituitur. Idem lib. 9. cap. 8. Earum frequentiam apertis aluearibus conſideremus.

ALVERNI, lege Aruerni.

ALVEVS, pe. co. {*Letto del fiume*} proprie dicitur foſſa, per quā fluuius defluit. Ver. Aſſuetæ ripis uolucres, & fluminis alueo. Ad huius ſimilitudinē etiā uas quoddā amplū in balneis hoc nomine appellatur. Cic. pro Cœlio: ex quibus requirā, quo modo latuerint, alueus'ne ille, an equus Troianus fuerit. Itē tabula luſoria ad aleā & latrū culorū ludū accōmodata, Alueus dicitur, Græce κύβος. Pli. M. Meſſala Conſul, pridie calen. Octob. diē natalis ſui egit. trāſtulit alueū cū teſſeris luſorium, e gemmis duabus latum pedes tres. Hinc Alueolus & Alueolum diminutiua ſunt eiuſdem ſignificationis. Cic. de Fin. Aut alueolum poſcere, aut quærere quempiam ludum. Colu. lib. 8. cap. 5. Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat. Eſt etiam Alueolus, teſte Varrone cauata cortex, uel uimineum uaſculum in quo quid propter concauitatem reponitur, κυψέλη. Hier. ad Demet. Habeto lanam ſemper in manibus, uel ſtamina pollice fila deducito, uel ad torquenda ſubtegmina, in alueolis fuſi uertantur. Sed &

receptaculũ, in quo apes mellificãt. Alueus dicitur, a mellis alimonia, ut Varro exiſtimat. Pli. lib. 11. Alueos ex cornu ſpectatos eſſe. i. apum aluearia. In hac ſignificatione etiam Aluus dicitur. Varro de Re ruſt. Si ex aluo minus frequẽter exeunt. Aliquando pro naui, ſiue pro ipſius nauigii receptaculo, ut apud Propert. Portabat ſanctos alueus ille uiros. Liu. lib. 21. Alueos inſormes raptim faciebant, id eſt, nauiculas. Declinatur & hoc Alueum. Feſtus: Nauſtibulum alueum eſt, ad nauis ſimilitudinem factum.

ALVEATVS, a, um, {*Concauo.*} adiect. in aluei modum cauatus. Cato ca. 43. Sulcos, ſi locus aquoſus erit, alueatos eſſe oportet. Alueolatus, a, um. Vitru. lib. 3. cap. 3. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo uidebitur.

ALVINI, {*Quelli che hanno il male della milza.*} dicti ſunt lyenterici, κοιλιακοί a Græcis dicti, quod aluo langueſcunt. Pli. lib. 21. cap. 27. Vinca peruinca, aluinis impoſita, multum prodeſſe dicitur.

ALVM, auctore Pli. li. 27. cap. 6. herbæ ſpecies eſt, (σύμφυτον πετραῖον) quæ in petra præcipue naſcitur, ſimilis cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor a radice cacuminibus thymi, ſurculoſum, odoratum, guſtu dulce, radice longa & rutila. Ruellius Buglum uulgo credit uocari.

ALVMEN, pe. pr. {*Alume,*} ſalſugo terræ, ad cryſtalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τοῦ στύφειν hoc eſt, ab adſtringendo, στυπτηρίαν uocauerunt. Tria huius enumerantur genera, liquidũ, rotundũ, & ſciſſile. Liquidũ natura primũ eſt, nã ex eo duæ reliquæ ſpecies concreſcunt. Verũ hoc rariſſimũ eſt, quemadmodũ & ſciſſile. Inuenitur tamen in Aegypto, lacti perſimile. Alumen rotundũ, glebofum non eſt, non tamen abſolute ſphęricũ (habet. n. plurimos angulos) ſed ad rotundã figurã nonnihil accedens. Huius hodie maxima ad nos aduehitur copia. Tertiũ genus aluminis eſt, quod Græci σχιστὸν, hoc eſt, ſciſſile uocãt, eò q molle ſit, & friabile in minimas partes. Hoc quoque rariſſimum eſt. Nam qđ Seplaſiarii pro eo ſupponunt, quodq; hodie Galli ſua lingua uocãt Alun de plume, Amiãtus lapis eſt. Vide Pli. li. 35. c. 15. & ea, quæ infra annotauimus in dictione Amiãtus. Dictũ putatur a Lumine, q lumẽ coloribus tingẽdis præſtet.

ALVMINATVS, ta, tum, ut, aqua aluminata, quæ tranſit per alumen, apud Plin. lib. 31. cap. 6. Aluminoſus, idem.

ALVMNARI, {*Nodrire,*} (τρέφειν) alere & enutrire. Apul. lib. 8. de Aſino. Quos ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati.

ALVMNVS, {*Allieuo,*} (τρόφιμος) dicitur filius uel diſcipulus, qui ab aliquo, ut a patre, alitur, ſiue uictu, ſiue moribus, ſiue doctrina. Ci. Dolabellę: Mihi uero glorioſum, te iuuenem Conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. Nonius putauit tam actiue, quam paſſiue accipi poſſe, quo nomine reprehenditur a Valla.

ALVNTIVM, ſiue Alõtiũ (ἀλόντιον Ptolemæo) oppidũ Siciliæ nõ procul a Lilybęo promõtorio. Inde Aluntini, ſiue Alõtini, quorũ meminit Pli. li. 3. c. 8.

ALVONA, (ἀλουόνα Ptolemæo) quæ & Albona, oppidũ Liburniæ. Inde Aluonenſes, ſiue Albonẽſes, populi, quorũ meminit Pli. in deſcriptione Liburniæ.

ALVTARIVS, quod hic pro piſcis genere perperã legebatur. Vide Lutarius.

ALVTATIO, quid ſit, docet his uerbis Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt: ita uocatur iudicium. Alueus, ubi id eſt, arenæ q; lauantur: atque ex eo, quod reſedit, coniectura capitur, ut inueniatur aliquando in ſumma tellure protinus, ſumma felicitate. Alutationem uocant, ſi & auro ea tellus ſubeſt. Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.

ALVTA, pe. pr. pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata, κατεργασμένη. Cæſar Bel. Galli. 3. Pelles pro uelis, alutæq; tenuiter confectæ. Sumitur etiam quandoque pro ſacco ſeu marſupio. Iuuenalis: Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

ALVTÆ, populi Illyrici, in conuentu Scardonitano. Plin. lib. 4. cap. 21.

ALVTAMEN, & Alutamentum, a ueteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

ALVTARIVS, {*Cuoraro, conciator de cuoi, ò de corami,*} coriarius. hoc eſt pellium & coriorum concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Proprie tamen Alutarii tenuiorum pellium dicuntur. Coriarii craſſiorum.

ALVTRAENSES, Iſtriæ populi Plin. lib. 3. cap. 19.

ALVVS, {*Ventre. Oant. Che tirando grattarli fece'l uentre,*} (κοιλία) ab alluendo, proprie dicitur, qua ſordes effluunt, ſiue eluuntur. Pli. li. 20. Pepones qui uocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluum. Quandoque capitur pro uentre qui apparet. Col. li. 8. Niſi obeſam ingluuie, atque diſtentam in pabulis aluum demerſerit, & refrigerauerit. Item Aluus, ubi apes mellificant, qui & alueus. Varro: Si ex aluo minus frequentes exeunt. Interdum uas cauatum, ubi reponitur. Olim erat tam maſcul. quam fœmininum, hodie tantum fœminini generis. Ver. In latus, inq; feri curuam compagibus aluum. Accius in Annal. teſte Nonio, in maſculino genere poſuit: Aluus quàm frigidiſſimus.

ALYACMON, fluuius Macedoniæ. Claudianus: Et fruſtra rapidum damnãt Alyacmona Braſi. Legitur & Haliacmon pro eodem.

ALYATTA, (ἀλυάττα) reguncula Bithyniæ, ita appellata ab Alyatte rege. Stephanus.

ALYATTES, (ἀλυάττης) Lydorum rex fuit, Crœſi Pater, cuius memoriæ extructum eſt monumentum apud Sardos, maxima impenſæ parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt, in hoc opus collata.

ALYBA, (ἀλύβη) regio non longe a Myſia: ubi argenti fodinæ eſſe ab Homero traduntur.

ALYBES, (ἀλύβες) Græcorum nonnulli eos putant eſſe, qui & Chalybes, Strabo lib. 12.

ALYPON, (ἄλυπον Dioſco.) eſt herba ſubrubra, latis feſtucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non abſimili.

ALYSIVS, (ἀλύσιος) Bacchus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύω, Id eſt, ſoluo. Cœlius lib. 7. cap. 15.

ALYSONII, (ἀλυσώνιοι) populi ſunt Scythię Aſiaticę, ut docet Herod. li. 4.

ALYSSOS, Arcadiæ fons eſt, cuius aqua canis rabidi morſui medetur.

ALYSSON, (ἄλυσσον Dioſcoridi) frutex eſt caule tantũ & foliis minoribus a rubia diſtans: ut tradit Pli. li. 24. ca. 11. Nomen habet ab eo, q ſolo conſpectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant eſſe cum ea, quam hodie Rubiam minorem uocamus, alii eam eſſe malunt, quæ Cannabis agreſtis dicitur.

ALYXOTHOE, (ἀλυξοθόη) Nymphæ nomen, ea qua Priamus Aeſacum ſuſcepit. Ouid. lib. 11. Metamor.

ALYZIA, pen. pro. (ἀλυζεία Steph.) Acarnaniæ ciuitas eſt, non procul a litore. Strab. lib. 10. Cic. Tironi. Tertio die abs te de Alyziam acceſſeramus: is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX.

A ANTE M.

AM, præpoſitio Græca, quæ, niſi apud uetuſtiſſimos, extra compoſitionem non reperitur, ſignificatq; circum. Cato ſeparauit, quum dixit, Am terminum. Verum quando componitur cum dictione incipiente ab, a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ cauſa: ut, Ambages, Ambio, Ambeſus, Ambigo, Amburbium, Ambarualis, Ambuſtus: Si uero cũ, c, h, ſ, q, mutatur m in n: ut, Anciſus, Anhelo, Anfractus, Anquiro: cum p, remanet integra: ut, Amputo.

AMABILIS, le, {*Amabile, degno d'eſſer amato,*} (ἐράσμιος) dignus amari. Ci. ad Att. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam eſſe gaudeo: eamq;, quam nunquam uidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certo ſcio. Cuius contrarium eſt Inamabile. Martialis: Inamabilis ſciurus, & frequens phœnix. Hinc

AMABILITAS, {*Amoreuolezza. Boc. Gior. 8. No. 2. Guatauala in cagneſco, per amoreuolezza la rimorchiaua,*} morũ comitas, formæve uenuſtas, ad amorem alliciens. Plaut. in Sticho: Si amabilitas tibi noſtra placet, ſi tibi ambo accepti ſumus.

AMABILITER, {*Amoreuolmente,*} aduerb. Anto. ad Cic. in epiſt. ad Attic. Sed mehercule ſi humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis.

AMABO, {*Di gratia Boc. Gior. ult. No. 4. Voglio di gratia da uoi,*} (πρὸς θεῶν) interiectio blandientis, Comicis ualde familiaris. Plaut. Noli, amabo, uerberare lapidem, ne lædas manum. Quidam exponunt, gratum erit. Gell. li. 11. Amabo mi fili quieſcas. Sæpe etiam habet adiunctum accuſatiuum. Cic. ad Atti. Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum.

AMABVNDVS, qui abunde amat. Copiã enim in bundus terminata denotãt.

AMADOCA, orum, (ἀμάδοκα, τὰ) ſiue Amadoci, montes ſunt in Sarmatia Europæa: a quibus & accolæ, Amadoci dicuntur. Ptolemæus.

AMALCHIVM, a Scythis appellatur Oceani ſeptẽtrionalis portio, quam nos Mare congelatum dicimus. Plin. lib. 4. cap. 13.

AMALTHEA, (ἀμαλθεία) pen. pr. nomen fuit nutricis Iouis. Nam ipſa cum ſorore ſua Meliſſa Iouem puerum caprino lacte ac melle paniſſe fertur. Eſt & nomen Sibyllæ apud Tibullum.

AMANDO, das, {*Mandare altroue.*} alio mando, ſiue alio deputo, ablego, aliquo mitto ut a nobis amoueamus. ἀποπέμπομαι, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. Cic. pro Roſc. Amandauerat hunc ſic, ut eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad uillam, ut commoda omnibus careret. Amandatus, a, um. Gell li. 12. cap. 1. Neque multo minor amandati ad nutricem aliam filii, quam morte amiſſi, obliuio eſt. Amandatio, onis. Cic. pro Roſc. Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur.

AMANS, {*Amante, innamorato Pet. Che queſt'è priuilegio de gl'amanti,*} participium ab Amo, (ἐρῶν ἢ ἐρῶσα) ſignificat eum uel eam, qui uel quæ amat, pudice uel impudice. Cic. Nihil difficile amanti puto: Amo autem, & ſemper amaui nimium ſtudia & mores tuos. Cum genitiuo conſtructum tranſit in nomen, ut Amans quietis, φιλήσυχος. Interdum ſubſtantiue accipitur in eadem ſignificatione, qua amator ἐραστής. Ouid. 1. de Arte: Palleat omnis amans: color eſt hic aptus amanti.

AMANA, (ἀμαγία) ciuitas Mediæ, Ptolemæo.

AMANDRA, regio ad Indum fluuiũ, in quatuor diuiſa populus, Peucolaitas, Arſagalitas, Geretas, & Aſoos. Auctor Pli. lib. 6. cap. 20.

AMANI FORES, (ἀμανίδες πύλαι) dicuntur anguſtiæ Amani mõtis, in quas ille deſinit a Tauro diſcedens. Vide Strabonem lib. 14.

AMANOIDES, (ἀμανοειδὲς) Ciliciæ promõtorium, Põponio ſic dictum, q formam effigiemq; Amani circumnauigantibus exhibet, Hermolaus.

AMANTER, {*Amoreuolmente,*} aduerbium, ſignificat beneuole, uel cum amore, φιλικῶς. Pli. in Epiſt. Nos, ut amicos paternos & amanter, & modeſte complectebatur.

AMANTINI, (ἀμαντῖνοι) Ptolemæo, Amantes Plinio, populi ſunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

AMANTIA, (ἀμαντία) ciuitas Macedoniæ, Ptolemæo. Ci. 11. Phili. C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam urbem, & grauem: tenet opinor Bullidem, tenet Amantiam, &c.

AMANTHES, populi ſunt in Aphrica, Troglodytis proximi, apud quos tum ſalis, tum carbunculorum, gemmarumq; copia eſt, adeo ut ex ſale domos ſibi extruere dicantur Auctor Solinus.

AMANVENSES, {*Serui che s'adoprano à ſcriuere*} (ὑπογραφεῖς) dicti ſunt ſerui, qui A manu dicuntur, quorum opera & manu in ſcribendo perinde ac ſcribarum utimur.

AMANVS, (ἄμανον Steph.) pen. pro. pars Tauri montis, qua Syria a Cilicia diuiditur. Strabo lib. 11.

AMARACVS, pe. co. {*Maggiorana. Boc. L'odorifera maggiorana con piccole foglie,*} Cinaræ regis Cypri puer, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fregit alabaſtrum. Deinde, cum nimio dolore contabuiſſet, uerſus eſt in ſampſuchum, quę ex eius nomine Amaracus cœpta eſt appellari, ἀμάρακος, σάμψυχον. Ver. 1. Aen. Vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci aſpirans complectitur umbra. Pli. lib. 21. cap. 22. Sampſuchum, ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum, ſcorpionibus aduerſatur ex aceto & ſale illitum. Herbam hanc uulgo Maioranam uocamus. Hinc fit

AMARACINVM, (ἀμαράκινον) pe. co. ſiue ſampſuchinum, (σαμψύχινον) oleum ſeu unguentum, quod fit ex amaraco, ad excalfaciendos, emolliendosq; neruos, ut Plin. ſcribit lib. 21. Lucretius: Poſtesq; ſuperbos Vngit amaracino, & foribus miſer oſcula figit. Et tertium: Sicut amaracini blandum ſtactæq; liquorem. Huius unguenti nobiliſſimus odor locum fecit prouerbio: Nihil cum amaracino ſui. quod Aul. Gell. extremo lucubrationum ſuarum capite eleganter torquet in quoſdam ingenio pinguiore homines, & a Muſarum ſacris alienos, qui elegantiores literas, quas non aſſequuntur, miro ſupercilio contemnunt.

AMARAMIS, (ut refert Ioſephus) fuit nomen patris Moſis.

AMARANTHVS, (ἀμάραντος) herba eſt ſpicam uerius habens, quam florem,

camq;

eamq; purpureã, ab immortalitate nomẽ trahẽs: unde (Immortales Amarãtini) nunquã enim marceſcit. Fitq; ab α privativa particula, & μαραίνομαι, ſiccor, tabeſco. Pli. li. 21. c. 8. Amarãtho nõ dubie uincimur. Galli. Paſſeú elutũ uocãt.

AMARANTI, (ἀμαραντοί) populi inter Colchos, apud quos Phaſis fluuius oritur: unde & Amarantus a quibuſdam appellatur. Stephanus.

AMARBI, populi Scythiæ, Hyrcanis proximi: quorum meminit Pli. lib. 6. cap. 13. Strabo lib. 11. Amardus uocant.

AMARDVS, Mediæ fluuius, Ptol.

AMARE, {Amare} (φιλεῖν) maioris uis eſt, quam diligere. Ci. Dolabellæ: Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum tamen acceſſit, ut mihi denique nũc amare uidear, antea dilexiſſe. In eodẽ ſenſu idẽ Cic. ad filium: ſed tamen ut ſcires eum non a me diligi ſolum, uerumetiam amari. Teren. tamen contrariũ poſuiſſe uidetur: cum inquit: Nõ pol, quo plus quenquã amem, aut plus diligam, eo feci. Quod ſi Amo abſolute ponatur, capitur pro amore captus ſum: hoc eſt, eſſe in amore. Plaut. Amat filius: certum eſt. Compoſita huius uerbi ſunt Adamo, Deamo, Redamo, pen. cor. Sic & peramo, quod eſt ualde, uel uſque ad finem amo. Cic. lib. 1. de Legib. Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore?

AMARESCERE, {Diuenir amaro} idest, amarum, fieri, πικραίνεσθαι. Palladius: Amygdalus, ſi rodatur, amareſcit.

AMARICO, cas, pe. co. {Esacerbare, far'amaro} amarum, ideſt, aſperum facio, et quaſi exacerbo. πικραίνω, Auguſtin. Ipſi amaricauerunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt.

AMARITIES, ei, {Amaritudine} idem quod amaror: & per tranſlationem accipitur pro ſolicitudine & dolore. Catul. Multa ſatis luſi: non eſt dea neſcia noſtri, Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

AMARITVDO, & Amaror, pro eodem accipiuntur: nam ſignificant inſuauitatem & aſperitatem illã, quã Græci πικρίαν uocant: cum ſcilicet lingua adeo detergitur, ut etiam exaſperetur. Huiuſmodi enim ſapores amaros uocari, docet Plato in Timæo, & poſt eum Galenus lib. 1. de Facult. Simpl. medicament. Ver. 2. Geor. At ſapor indicium faciet manifeſtus: & ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror. Per tranſlationem quoque ponuntur pro dolore & ſolicitudine, ut ſupra docuimus in dictione Amarities. Plin. lib. 11. cap. 37. Ideo tantam habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur.

AMARVLENTVS, ualde amarus. πικρὸς: ut, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in inuidiam, aut maleuolentiam exacerbato. Gellius: Amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit.

AMARVS, a, um, {Amaro Pet. Mi fu la uita poco men ch'amara} (πικρὸς) quod cõtrariũ eſt dulci. Ver. 1. Eclo. Et ſalices carperis amaras. Tranſlate pro aſpero. Ver. 11. Aen. Hoſtis amare qd increpitas? Ci. Att. Amarorẽ me fecit ſenectus.

AMARVSIA, (ἀμαρυσία) Dianæ cognomen eſt, tractum (ut Pauſaniæ uidetur) ab Amarynthο Eubœæ uico, ubi ſumma cũ ueneratione colebat Diana.

AMARYNTHVS, (ἀμάρυνθος) uicus eſt Eubœæ inſulæ, iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amaruſia dicta eſt. Strabo lib. 10.

AMASENVS, pe. pr. fluuius Volſcorũ. Eſt & alius in Sicilia eodẽ nomine, de quo Oui. li. 15. Metamorphoſeon. Necnon Sicanias uoluẽs Amaſenus arenas.

AMASIAS, (ἀμασίας Straboni) fluuius eſt Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Emdam Phryſiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens. Germani ſua lingua der Ems uocant. Plin. & Pomp. Melæ Amiſius dicitur.

AMASIA, (ἀμάσεια) pe. pr. oppidum Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit, Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo teſtatur lib. 12.

AMASIAS, (ἀμασίας) nomen proprium Iudæorum regis, quo ſignificatur, populum tollens.

AMASIS, (ἄμασις) p. pr. nomen propriũ regis Aegypti, cuius tumulus fuit una pyramidũ, dicente Luca. li. 9. Nõ mihi pyramidũ tumulis euulſus Amaſis. Hic legẽ cõdidit, ut quiſq; quotannis apud præſidẽ rationẽ uitæ redderet, demõſtraretq; unde uiueret, aut quo quæſtu ſuſtentaret: qui hoc nõ faceret, morte afficeretũ. Hãc legẽ Solon ab Aegyptiis tranſtulit ad Athenienſes. Regnauit eodẽ tẽpore in Aegypto, quo ſeptẽ Sapientes in Græcia floruerunt. Multa de hoc Plutarchus in Sympoſio ſeptẽ Sapiẽtum, & Diogenes Laertius in uita Periandri.

AMASIVS, {Inamorato. Boc. Gio. 9. No. 3. Ecco bello inamorato} (ἐρώμενος) uel Amaſia, {Inamorata} (ἐρωμένη) qui uel q̃ amat uel amator. Gel. li. 19. c. 9. Audite, ac diſcite, noſtros quoq; antiquiores poetas amaſios ac Venerios fuiſſe.

AMASSO, pro amauero, ſcripſit Laberius, & Plaut. in Mil.

AMASSI, Plin. lib. 6. cap. 7. populi circa Mæotin.

AMASTRIS, (ἄμαστρις) metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromna dicebatur: poſtea Amaſtris appellata ab Amaſtri, muliere Perſica, filia Oxyathræ, fratris Darij: aut (ut aliis placet) ab Amaſtri quadam Amazone. Eſt & urbs Bithyniæ, Ptolemæo.

AMATH, nomen filij Chanaam, qui (auctore Ioſepho) Amathones inſtituit, qui & Amathæi dicuntur.

AMATA, a Pontifice appellabatur uirgo Veſtalis, cum ad miniſterium Veſtæ capiebatur, q prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autẽ idcirco dicebatur, q ueluti bello capta, a parente, uel ab eo, in cuius poteſtate erat, manu a Pontifice maximo apprehenſa abducebatur.

AMATÆ, populi Indiæ. Pli. lib. 6. cap. 20.

AMATHA, orum, (ἀμάθα, των) regio Arabiæ. Vnde Amathæi, (ἀμαθαῖοι Stephano) quorum meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.

AMATHE, es, (ἀμάθη Steph.) oppidum eſt Phœnices, & alterum Siciliæ. Ab utroque deducitur gentile Amathæus, ἀμαθαῖος.

AMATHÆI, Arabiæ populi Pli. lib. 6. cap. 28. Horum meminit Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 12.

AMATHVS, pe. co. thuntis, (ἀμαθοῦς) Cypri ciuitas eſt Veneri ſacra, in qua et Adonis colebatur. Ver. lib. 10. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera. Inde fit Amathunteus, tea, teum, pe. pr. Ouid. lib. 10. Luctantes uitulos, Amathunteasq; bidentes. Similiter Amathuntius, tia, tium. Verg. in Ciri: nõ eſt Amathuntia noſtri Tam rudis, Vbi tamen in caſtigationibus exemplaribus non Amathuntia legitur, ſed Amathuſia.

AMATHVS, amathi, (ἄμαθος) fluuius Pylon urbem, Neſtoris patriam, præterlabens: a cuius nomine Pylos ipſa Amathoeſſa uidetur appellata. Hic etiam Pamiſus uocatur. Strabo li. 8. & Mamaus, et Arcadicus. Auctor Strabo li. 8.

AMATHVSIA, (ἀμαθουσία) inſula in mari Cilicio, ab Amathunte uetuſtiſſima urbe ſic appellata. Nũc Cyprus dicit. Pli. li. 5. c. 31. Inde Amathuſiacus, a, um, adiectiuum. Ouid. Meta. 10. Lactantes uitulos, Amathuſiacasq; bidẽtes.

AMATHVSII, (ἀμαθούσιοι) Cyprii ſunt ab Amathunte urbe. Strabo lib. 8.

AMATIO, (ἔρως) amor uenereus. Plaut. in Pœn. Acerba amatio eſt. Idem in Merc. Cum tua hac amica, cumq; amationibus.

AMATOR, {Amatore. Boc. Io ne ho ne miei di mille ueduti amatori} (ἐραστὴς) & in bonã & in malã partem accipitur. In bonam Cic. de Vniuerſit. Qui ſapiẽtiæ amatorẽ ſe profitetur. Idem ad Att. Bibliothecã tuam caue cuiquam deſpõdeas, quamuis acrem amatorem inueneris. In malã: ut Amator mulierũ. Teren. in Eun. Amatores audierã eſſe mulierum eos maximos. Idẽ 3. Tuſc. Aliud eſt eſſe amatorẽ, aliud amantẽ. Sunt qui ita diſtinguant inter Amatorẽ, & Amãtẽ, ut Amator dicatur, qui multis ſe amoribus implicat, naturaq; ad amandũ eſt procliuis: Amans, qui ex cauſa amat, etiamſi alioqui natura ſua in amorem non admodũ ſit propenſus. Amator item fingere poteſt. in amãte nihil eſt ſimulati.

AMATORCVLVS, (ἐρωτύλος) diminutiuum. Plau. Nã quum ſedulo mũditer nos habemus, uix ægre amatorculos inuenimus.

AMATORIE, (ἐρωτικῶς) aduerbium, quod eſt ad ſimilitudinem amãtis. Ci. 2. Phil. Erat enim amatorie ſcripta epiſtola. Amatoriam quoque nonnulli unam ex Muſis eſſe uoluerunt, quæ Græcis Erato dicitur: decepti nimirum corrupto Ouid. uerſiculo ex Epiſt. Sapphus ad Phaonem, quem ſic legunt, Vlis Amatoric, uilis mihi candida Clio, Quem Ouidii locum ſiquis propius expendat, facile deprehendet, non de Erato & Clio eſſe intelligendum: ſed de Amythone & Cydno Lesbiis mulierculis, quibus illa ad portentoſam libidinem abutebatur. Subdit enim. Quas non ſine crimine amaui: Quod, q̃ recte conueniat Muſis uirginibus, quiuis facile intelligat.

AMATORIVM, (φίλτρον) ſubſtantiuum, genus quoddam ueneni, amorem uel inſaniam generantis.

AMATORIVS, ria, rium, (ἐρωτικὸς) quod ad amorem pertinet. Cic. 3. Tuſc. Anacreontis tota poeſis eſt amatoria.

AMAVROSIS, (ἀμαύρωσις) Latine dicitur oculorum obſcuritas, cum ſine ullo euidenti uitio, & citra dolorem uiſus obſcuratur: quod ſolet contingere ex obſtructione nerui uiſiui.

AMAXA, (ἄμαξα Stephano) Bithyniæ locus: a quo gentilis Amaxæus (ἀμαξαῖος) & Amaxites, ἀμαξίτης.

AMAXIA, (ἀμαξία) Ciliciæ urbs eſt, materia ad fabricandas naues maxime abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strab. lib. 14.

AMAXITVS, (ἀμαξιτὸς Stephano) Troadis locus, ara duodecim deorũ inſignis, quam Agamemnon conſtruxit. Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ. quos Apollodorus Amaxitenos (ἀμαξιτηνοὺς) appellat. Meminit huius loci Plin. lib. 5. cap. 30. & Strab. lib. 13. Eſt præterea Amaxitus, oppidum in ſinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

AMAXOBII, populi inter Sarmatas, uide Hamaxobii.

AMAZONES, (ἀμαζόνες) pe. co. fœminæ bellicoſiſſimę Scythiam iuxta Tanaim primum, deinde ad Thermodonta incolentes, quæ magnam Aſiæ partẽ occupauere. Dictę Amazones, eo q mammis carerent: ab α ſine, & μαζὸς mãma. Mos. n. fuit Amazonibus, interfectis maribus quos genuiſſent, ſeruare fœminas, earumq; infantium mammas dextras inurere, ne impedimento eſſent ad pugnam conſerendam, & ne ſagittarum iactus impedirent. Vel Amazones ab α & μάζα idest, pulte, ſeu pane, quaſi ſine pane, eo q non pane uteſcerentur, ſed carnibus. Alii ab ἅμα & ζῆν, cum aſpiratione in principio, tanquam in commune uiuentes, dictas putant. Stephanus dictas putat a nympha Amazonide, filia Samoriæ. Fuere & in Lybia Amazones, unde Silius Ital. li. 2. Haſbiten Hiarbæ filiam Amazonica pelta inſignem facit. Alii ab Amazone puella, Dianæ ſacerdote, & regina Epheſi, Amazones uolunt appellatas.

AMAZONIS, (ἀμαζονὶς) illarum regio dicitur.

AMAZONIVS, mons Cappadociæ præter cuius radices labitur Thermodon fluuius. Plin. lib. 6. cap. 3.

AMBACTVS, {Menato intorno, in uolta} (περιηγμένος) circumactus, circumductus. Ambacti præterea Gallorum lingua ſerui dicuntur, uel clientes. Cæſar lib. 6. Eorum ut quiſque eſt genere copiisq; ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clientesq; habet.

AMBAGES, pen. prod. {Giro di parole, ciancie} ſignificat uerborum circuitus, περιαγωγή. Verg. lib. 2. Georg. Non hic te carmine ficto, Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

AMBAGIOSVS, ſa, ſum, (περίπλοκος) quod abundat ambagibus. Gellius: Neque præcepta dicunt, ſed lubrica atque ambagioſa conſectatione nitentes inter falſa & uera.

AMBARVALIS hoſtia, ab ambiendis aruis dicta, uictimæ genus erat quotãnis pro frugibus ſacrificari ſolitum. Solent enim huiuſmodi hoſtias, anteq̃ cæderentur, arua luſtrari. Verg. Terq; nouas circũ felix eat hoſtia fruges. Feſtus tamen ab Ambo, uidetur compoſitionem deducere, dicens: Ambaruales hoſtiæ appellabantur, quæ pro aruis a duobus fratribus ſacrificabantur. Huic autem ſacrificio præfecti erant ſacerdotes numero XII. a Romulo primum inſtituti, quos Fratres Aruales uocabant, de quibus latius ſuo loco.

AMBARVM, odoramẽti genus eſt, quod ab Aetio, recentioribusq; Gręcis ἄμβαρ appellatur, quod teſte Ruellio li. 1. ca. 27. uulgo Ambra gryſea uocatur.

AMBARRI, a Cæſare inter Galliæ Lugdunenſis populos numerantur.

AMBE, (ἄμβη) ciuitas eſt Arabiæ felicis, Ptolemæo.

AMBEGNI, a ueteribus bos & ueruex appellabantur, quum ad eorum utraq; latera agni in ſacrificium ducebantur. Feſtus.

AMBEDO, ambedis, ambedit, ambedere, {Mangiare attorno, in ogni parte} ex Am, & Edo. idest, circumedere, (περιτρώγειν) Plaut. Merc. Dicit caprã, quã dederã ſeruandã ſibi, Suæ Vxoris dotẽ ambediſſe: oppido mihi illud uideri mirũ, ut una illæc capra Vxoris ſimiæ dotẽ ambederit. Hinc Ambeſus, a, um, (περιτρωγείς) circunquaque eſus. Ver. 3. Aen. Quàm uos dira fames, noſtræq; iniuria cædis Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. Legitur & Ambeſt, tertia perſona ab Ambedo, quemadmodum eſt ab Edo. Reliqua tempora & perſonæ regulariter per tertiam uerborum declinationem inflectuntur.

AMBIANI, ſiue **AMBIANENSES**, (ἀμβιανοὶ) populi ſunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. lib. 4. Bellouacis coniungit. Gall. Amiens.

AMBIDENTES, oues dictæ a ueteribus inueniuntur, quæ in utraque mandibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. Auctor Feſtus.

AMBIDEXTER, {Dritto e mancino} (ἀμφιδέξιος, ἀμφοτεροδέξιος) dicitus, qui ita laeua manu utitur, ut dextra.

AMBIGATVS, Celtarum rex fuit, qui ubi maiorem uidit ſuorũ multitudinẽ, quàm ut commode ab ea regione ali poſſent, Belloueſum & Sigoueſum ſororis ſuæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas ſedes, alterum in Italiã, alterum ad ſaltus Hercynios miſit. Vide Liuium ab urb. cond. lib. 5.

AMBIGO, gis, {Circondare, girare, dubitare} (περιάγω) pe. cor. ex am & ago, proprie ſignificat circumago, circundo. Auguſt. Quibus muris ambigere. Vnde Ambactus, & Ambages. Item Ambigere, eſt dubitare, (ἀμφιβάλλειν, ἀπορεῖν. Cic. in oratore: Cum de uero ambigetur. Vnde ambiguum. Itẽ diſcordem eſſe, litigare, ἀμφισβητεῖν. Terent. in Heaut. Simo & Crito, uicini noſtri, hic ambigunt de finibus: me accipere arbitrum. Ambigitur, impersonale. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate ambigitur.

AMBIGVE, {Dubbioſamente} ἀμφιβόλως) aduerbium, dubie. Cic. 4. Acad. Si quid ambigue dictum ſit.

AMBIGVVM, {Ambiguo, dubbio} (ἀμφίβολον) dubium, quod in ambas agi partes animo poteſt. Licet & de pluribus intelligi quandoque poſſit. Lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controuerſia naſcitur, quum ſcriptum duas ſententias aut pluris ſignificat, hoc modo, Tullius meus hæres Terentiæ uxori X L. pondo uaſorum argenteorum dato, quæ uolet: poſt mortẽ eius pretioſa uaſa, et cælata magnifice petit mulier. Filius ſe, quæ ipſe uellet, in triginta pondo ei debere dicit. Conſtitutio eſt legitima ex ambiguo. Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitiuum, quemadmodum & Dubius. Corn. Tacitus lib. 2. Tiberium anceps cura diſtrahere, in ne militem ſeruum ſuum coerceret, an manem crudelitatem tẽpore uaneſcere ſineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

AMBIGVITAS, {Ambiguità, dubbioſità} (ἀμφιβολία) dicitur, cum de re aliqua ambigitur. Cic. de Inuent. 1. Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare. Ambiguitas nominis eſt, quod Aequiuocationem uocamus.

AMBIO, bis, biui, uel bii bitum, {Girare. Pet. Ne trouar pur quantunque gira'l mondo} (κυκλόω. περιβάλλω) ex Am, & Eo, is, permutatione e, in i, & b, interpoſita, ſignificat proprie undique cingo, circumeo, concludo. Vergil. 6. Aene. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Per tranſlationem uero Ambire ponitur pro blãdiri, interpellare, (προςαγγέλλειν) circumque iri, μετιέναι. Verg. lib. 4. Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. Quoniã uero Romani, dum honores & magiſtratus quærerent, circumire ſingulos ſolebant, prenſare dextras, rogareq́; ut ſe ſuffragiis adiuuarẽt factũ eſt, ut ambire capiatur pro honores quærere, ἀρχαιρεσιάζειν φιλοτιμεῖσθαι. Cic. 11. Phil. Quod ſi contra placet in ſenatu habere, petamus, ambiamus, tabula modo noua detur nobis, ſicut populo data eſt. Interdum etiam ſignificat ſimpliciter deſiderare, μνηστεύειν. Hieronymus ad Damaſum: Nihil aliud ambiunt quàm ut auctoritate communionis noſtræ fulti, tres hypoſtaſeis cum antiquo ſenſu prædicent.

AMBITIO, {Aggirata, ambitione. Dant. Non ſenza prima far grand'aggirata} circuitio, (περίοδος) Ambr. Sinus in quo Chriſtus requieſcit non corporis gremio præparatur, nec ueſtimentorum ambitione componitur, ſed uirtutũ operatione colligitur. Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorũ ſcilicet immoderata cupiditate. Cic. 1. Offi. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq́; contentio: φιλοτιμίαν Græci appellant.

AMBITIOSVS, {Ambitioſo. Boc. Femina ambitioſa} (φιλότιμος) qui immoderate appetit honores. Cice. in Salluſt. Si forte fui in honoribus petendis nimis ambitioſus. Dicitur etiam Ambitioſus, qui habitu, ſermone uultu, denique modis omnibus miſericordiam captat. Quintil. lib. 1. Non ſum ambitioſus in malis, nec lacrymarum cauſas augere uolo, utinam eſſet ratio minuendi. Oui. li. 3. de Ponto: Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.

AMBITVS, ta, tum, pe. pr. {Circondato} (κυκλούμενος) participium, circundatus. Ouid. 1. Metam. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.

AMBITVS, bitus, pe. pr. {Giro. Pet. Che bel piè fece in quel corteſe giro} (περίβολος) nomen, proprie circuitus. Cic. de uniuerſ. Cũ ſe octo ambitus, confectis ſuis curſibus ad idẽ caput retulerint. Ambitus ædiũ, dicebatur locus inter ædificia relictus pedũ duorũ & dimidiati, ab ambiendo dictus quòd domũ ambiret, uel quòd per eum domus poſſet circumquaque ambiri. Cic. in Topi. Q. Scæuola id eſſe ſolũ ambitus ædiũ dixit, quantum cõmunis parietis tegendi cauſa tectum proiceretur. Et quoniã qui honores petebãt, ſi uirtuti aut meritis diffiderent tribus circumire ſolent, easq́; aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum eſt, ut Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod ſeueriſſimis apud Romanos legibus coercebatur. Ci. 2. de Orat. Raro illud datur, ut poſſis liberalitatẽ ac benignitatẽ ab ambitu atque largitione ſeiungere. Capitur interdũ pro captatione miſericordiæ, cũm habitu, uultu, geſtu, & oratione præſentium cõmiſeratione aucupamur. Quintil. Si iuuenis innocentiſſimus, iudices, uis uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare uobis amiſſam cũ oculis omniũ cogitationum temeritatẽ, id eſt, miſericordiã captare ex cõmemoratione malorũ. Eſt itẽ Ambitus, prolixior uerborũ circuitus, ex colis, hoc eſt, membris, & cõmatibus conſtans: Græci περίοδον uocant. Ci. de Clar. Ora. Comprehenſio, & ambitus ille uerborum, ſi ſic Periodon appellari placet.

AMBLOTHRIDION, (ἀμβλωθρίδιον) pharmacum abortum faciens.

AMBO, {Amendue, l'uno e l'altro ambo. Pet. Ch'ambo noi, me ſoſpinſe & te ritenne} ex Græco ἄμφω uidetur deductum, & non dicitur niſi de duobus, quę præcellenti: ut, Plato & Ariſtoteles, ambo philoſophi. Terent. in prol. Andr. Qui utramuis recte norit, ambas nouerit. Vel quum hæc dictio Duo: ut, Vidi duos homines ambos mihi amicos. Vel quum de his loquimur, quæ tantummodo ſunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus.

AMBRACIA, {Arta} (ἀμβρακία) urbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambare rege, Theſproti filio. a qua proximus ſinus Ambracius dictus eſt. {Volgò Golfo de l'Arta} Hinc Ambracienſis, & Ambraciotes, ſiue Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quũ Platonis librũ de æternitate animarum perlegiſſet, præcipitem ſe dedit in mare.

AMBRICES, pe. co. ſunt tegulæ, quæ tranſuerſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, ut inquit Feſtus. Vbi per aſſeres canterios etiam intelligimus. Imbrices uero tegulæ quibus in uniuerſa domus tegitur.

AMBRONES, (ἄμβρωνες) gẽtes quædã Galliæ quę ſubita inũdatione maris, quũ ſedes ſuas amiſiſſẽt, rapinis ſe alere cœperũt. Hos cũ Cimbris, Teutonicisq́; Marius deleuit. Hinc tractum eſt, ut turpis uitæ homines. Ambrones dicantur.

AMBROSIA, {Ambroſia. Pet. Ch'ambroſia e nettar non inuidio à Gioue} (ἀμβροσία) Latine immortalis dicitur, ab α priuatiua, et βροτὸς mortalis: uel quia mortales eã non comedunt, uel quia qui comederent, efficerent immortales. Sed μ, interponitur ad euphoniã. Fabulę ferunt eſſe deorũ cibum, nectarq́; potionẽ. Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. Non. n. Ambroſia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula miniſtrante, lætari arbitror. Dioſcorides Ambroſiam ſcribit Romanis uocari Caprum ſyluaticum, aliis Botryn, aliis Apium ruſticum. Plinius herbã eſſe ſcribit odore non iniucundo, uagi nominis, & circa uarias herbas fluctuãtem.

AMBROSIVS, (ἀμβρόσιος) proprium nomen, diuinus ſeu immortalis dicitũ. Eſt & adiectiuum Ambroſius, ſia, um, pro immortali, diuino, odorifero, fraganti. Verg. 1. Aen. Ambroſiæq́; comæ diuinum uertice odorem Spirauere.

AMBRYSVS, (ἄμβρυσος) pen. pro. nomen eſt duarum urbium, quarum unã Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. Eſt & hoc nomine fluuius Magneſiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pauiſſe, Poetæ fabulantur. Alii ſcribunt Amphryſus. Vide infra.

AMBVBEIA, (κιχώριον) herba eſt, quam alii Ambugiam, alij Intubum agreſtem, & notiori nomine Cichorium appellant.

AMBVBAIÆ, ſunt (Porphyrione auctore) mulieres uagæ, ac uiles, quibus nomen ab ebrietate balbutientiũ uerborum uidetur eſſe inditum. Nõnulli Ambubaias tibicinas Syriaca lingua putant dici. Hora. Ambubaiarum collegia, &c.

AMBVLACRVM, pe. pr. {Loggia, cortile. Boc. Vn palagio con bello & gran cortile} (περίπατος) eſt locus ad ambulandum, ubi cõmode ambulari poteſt animi cauſa. Feſtus: Ambulacra, ambulationes. Plin. Tam ſura atque gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra miremur.

AMBVLATIO, {Spaſſeggiamento} ipſe actus eſt ambulandi. Cic. 5. de Finib. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam cõficeremus in Academia. Eſt & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitruuius lib. 5. cap. 9. Circa theatra ſunt porticus & ambulationes. Ambulatiuncula diminutiuum. Cic. ad Cœlium: Cum una me hercul ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro omnes fructus prouinciæ non confero.

AMBVLATOR, {Vagabondo} (περιπατητικός) qui huc, & illuc ambulat. Colu. lib. 3. cap. 8. Villicus (ut ait Cato) ambulator eſſe non debet. Ambulatrix. Cato cap. 143. Ad cœnam nequo eat, neve ambulatrix ſiet.

AMBVLATORIVS, a, um, qui ambulat aut mouetur: ut Turris ambulatoria quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut ſcribit Vegetius. Hirtius de bello Alexan. Quæq́; partes urbis inferiores erãt, has altiſſimis turribus denorũ tabulatorũ muniebãt, præterea ambulatoria totidem tabulatorum conſtruerant. Pli. li. 21. ca. 14. Operculum a tergo eſſe ambulatoriũ.

AMBVLATRI, a Pli. li. 4. ca. 19. referuntur inter populos Galliæ Aquitanicæ.

AMBVLO, las, {Andare, caminare, & paſſeggiare. Dant. Vien'al fin de paſſeggiar i marmi} (περιπατέω) eo, incedo, gradior. Pli. li. 10. ca. 65. Mures Aegypti bipedes ambulant, ceu Alpini. Aliqũãdo Ambulare, eſt animi cauſa ſe exercere, περιπατεῖν. Plaut. Abiit ambulatum. i. abiit ut ſe exerceat animi cauſa. Transfertur etiã ad alia ut cum dicimus, Ambulare maria. Ci. 2. de Fin. Ambulant naues. Cato de Re ruſt. Ambulant aues. Plin. lib. 10. cap. 18. Huius cõpoſita ſunt. Anteambulo, ante alios ambulo: a quo Anteambulones, (προπομποί) dicti ſunt ſtipatores, & ſatellites, qui honoris gratia comitando principem, ſolent præcedere. Sueto. in Veſ. Dum eum identidem per contumeliam anteambulonẽ fratris appellat. Mart. lib. 3. Sum comes ipſe tuus, tumidiq́; anteambulo regis. Deambulo, uide alibi. Inambulo ſpatior. Et proprie Inambulare eſt Peripateticorum, qui deambulantes diſputare conſueuerunt. Obambulo, aduerſus alios ambulo, & quaſi ambulanti me oppono, aſcendo. Perambulo, per aliquid, ſiue ad finem uſque ambulo.

AMBVRBIALE, uel **AMBVRBIVM**, ſacrificij genus erat, quo ciuitas luſtrabatur: ita dictũ, quòd uictima, ante quàm immolaretur urbem ambibat: unde & ipſæ uictimę Amburbiales dictæ ſunt, eadem forma, qua Hoſtiæ ambaruales, quæ circũ arua ducebantur, antequã cæderentur, ut fruges felicius prouenirent.

AMBVRO, {Bruſciar d'ogni parte} (περιφλέγω) pen. pro. circumuro. Plaut. in Epidico: Nã illic quidẽ Vulcani irati eſt filius: quia quã tangit, omne amburit. Ambuſtus, a, um, circũuſtus. Cic. pro domo ſua: Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos cõportari iuberent. Ambuſtio, onis, uerbale. Pli. li. 24. ca. 4. Myrteum oleũ medetur eruptionibus & ambuſtionibus.

AMECVM, & **AMECAM**, {Amico, & amica} pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius in lacu Auerno mulierem fuiſſe amecabundam, ſcripſit, hoc eſt Amantem.

AMELAS, Lyciæ oppidum Plin. lib. 5. cap 27.

AMELIVS, philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, Porphyrii magiſter, Ammonii & Origenis coætaneus. Suidas.

AMELLA, herba quæ naſcitur iuxta Mellam Gallię fluuium, a quo nomen accepit. Amellus flos eius. Vide Seruium in illud Verg 4. Georg. Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricolæ.

AMEN, (ἀμήν) dictio Hebræa, quam nos Fideliter ſecundum Aquilæ interpretationem dicere poſſumus. Ductum aduerbium ex nomine fidei. Secundum uero ſeptuaginta interpretes idem eſt ac ſi, fiat, diceremus. Vnde in fine librorum (in quinque ſiquidem Pſalterium apud Hebræos diuiſum eſt) Fiat, Fiat, tranſtulerunt, quod in Hebræo legitur, Amen, Amen, quò ea uerè quæ ſupra dicta ſunt memorentur. Vnde Apoſtolus aſſerit non poſſe aliquem reſpondere Amẽ, ad ea quæ dicta ſunt, niſi intellexerit prædicationem.

AMENS, {Furioſo, pazzo. Arioſt. Che'l fortiſſimo e furioſo Orlando} (ἄφρων) qui a mente ſua diſceſſit. hoc eſt, qui ſine conſilio, animoq́; eſt, quo ſapimus. Ci. 2. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? Hinc amentia, ἀφροσύνη. Cic. 3. Tuſc. Nec minus illud acute, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandemq́; dementiam. Quidam Dementem ab Amente ita diſtinguunt, quòd Demens ſit, qui non cogitat quid agat aut loquatur: Amens, qui prorſus inſanit.

AMENTVM,{*Ogni ſorte di legame*}(λῶρον, ὄχανον, ἅμμα)omne ligamen, ueluti lorum,quo media haſta religatur,ut iaci longius poſſit. Salius li. 14. Haſta iuuatur Amento. Hinc Amentatæ ſolex, & Amentata iacula dicuntur. Cic. e. de Orat. Amentatas haſtas ab alio accipere,eaſq; oratoris uiribus, lacertiſq; torquere. Et Amentare apud Lucan. pro iacere,aut amento munire: Iaculum amentauit habena.

AMEOS,uide Ammi.

AMERIA,(ἀμέριον Stephano)ciuitas in Vmbria, ante Perſicum bellum annis nongentis ſeptuaginta quatuor condita: unde ſalix Amerina apud Pli.li. 24.cap.9. Et, Amerina retinacula pro uiminibus. Verg. 1.Geor. Atque Amerina parant lentæ retinacula uiti. Vbi Seruius: Amerina retinacula, uirgas de quibus uites religantur:quæ uirgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

AMERIOLA,oppidum in Latio.Plin.lib.3.cap.5.

AMERIMNON,(ἀμέριμνον)herba eſt, quæ alio nomine Aizoum maius appellatur. Auctor eſt Pli.li.25.ca.13.Nomen habet ab eo quod curam & ſolicitudinem leuare putetur. Α᾽μέριμν☉ enim idem eſt quod ſolicitudinis expers.

AMERINA,ſpecies eſt ſalicis arboris,quæ & Sabina appellatur. Pli.li.24.ca. 9. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere pſilothrum eſt.

AMESTRIS,(ἄμηστρις)regina fuit Perſarum,uxor Xerxis:de qua multa Herodotus.

AMESTRATVS,(ἀμήστρατ☉) Siciliæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Ameſtratini,ἀμηστρατῖνοι. Auctor Stephanus.

AMES,amitis,maſc.gen.{*Pertica da uccellare*}pertica aucupalis. Hora.in Epodo: Aut amite leui rara tendit retia.

AMESTRATINI,Siciliæ populi ſunt,quorũ meminit Ci.quinta act.in Ver.

AMETHYSTVS,(ἀμέθυστ☉)gemma eſt diluto uiolæ colore fulgore purpuræ,non prorſus igneo,ſed in uini colorem deſinente:ita dicta ab α priuatiuo, et uerbo μεθύσκω,quod eſt inebrio:ſiue quod ebrietati credatur reſiſtere,ut Ariſtoteli cum Magis conuenit.ſiue(ut Plinio placet)quod uſque ad uini colorem accedẽs, prius quàm eum deguſtet,in uiolam deſinat. Pli.li.37.ca.9. quinque enumerat amethyſti ſpecies,ex quibus palmam tribuit Indico. Amethyſtus quoque a nonnullis uocatur uuæ quædam ſpecies, uinum tam infirmarum, ut nullo modo inebriet:unde & Pli.lib.14.cap.2.eam ſua ætate Inerticulam appellatam fuiſſe teſtatur. Ab Amethyſtus fit adiectiuum Amethyſtinus,a,um,quod ex Amethyſto conſtat:aut quod amethyſti colorem refert. Item Amethyſtinatus,amethyſtino colore ornatus,ſicut purpuratum dicimus,ueſte purpurea exornatum. Martialis lib.2. Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

AMETHYSTIZONTES, CARBVNCVLI,(ἀμεθυστίζοντες ἄνθρακες)optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in amethyſti uiolam exit.Plin.lib.37.cap.7.

AMETRIA,{*Immodeſtia*}(ἀμετρία)immodeſtia,uel immoderatus exceſſus, ab α.priuatiua & μετρέομαι unde τὸ μέτρον.

AMIA,piſcis eſt pelamidi ſimilis, cuius incrementum ſingulis diebus intelligitur.Plin.lib.9.cap.15.

AMIANTVS,(ἀμίαντ☉)lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeo ſimilis ut pro eo a Seplaſiariis ſupponatur. Vulgus Gallorum uocat Alumen plumeum, falſo exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non conſumatur. Texitur quoque in ueſtes & mappas,quæ ſordidatæ igni purgãtur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili, quod hoc aquæ innatet:amiantus autem mergatur. Guſtu quoque dignoſcitur. Nã alumen ſciſſile ſubſtantiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat,amiantus,uero acrimoniæ omnis,mordacitatiſq; expers eſt. Ad hæc, Amiãtus in ignem coniectus,perpetuo durat:alumẽ autem liqueſcit,bullaſq; excitat.

AMICA,cæ,{*Amica. Pet. Che con la bianca amica di Titone*}(ἐρωμένη)quam quis amat inhoneſte. Hora.epiſt.2. Vt nox longa,quibus mẽtitur amica. Teren. in And. Siue iſta uxor,ſiue amica eſt,grauida e Pamphilo eſt.

AMICABILIS,lis,le,{*Conueniente ad amico*}(φίλι☉)Plau.Mil. Vos modo porro ut occepiſtis,operã date amicabilẽ. Hoc eſt,quam dare debet amicus.

AMICE,aduerbium,{*Amicheuolmente*}(φιλοπροσηνῶς, προσφιλῶς)cum amore & beneuolentia.Cic.in Lælio.Qui mihi tantum tribuis dicis, quantum ego nec agnoſco,nec poſtulo:facis amice. Amiciter,aduerb.pro amice. Plaut. Perſa. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam Danunt,&c.

AMICINVM,pen.pro {*Pedicino de l'otre*}utris pediculus,ex quo uinum diffunditur.Feſtus.

AMICIO,cis,{*Veſtire. Pet. Anima che di noſtra humanitate Veſtita uai*}pe.cor. cirei,amictum:unde Amictus,(ἀμπέχω, ἀμφιβάλλω)Eſt autem Amicire,ueſtire.Horat. Et piper,& quicquid chartis amicitur ineptis.Sueto.in Veſp. Dum ſalutabatur,& calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat. Huius compoſita ſunt, Examicio,& Circumamicio. Veteres Amicibor dicebant.Plau. Subnixus aliis me inferam,atque amicibor glorioſe.

AMICITIA,{*Amicitia.amiſtà. Arioſt. Non ſi troua amicitia ſe non ſinta*}(φιλία)ab Amicus,eſt ſtudiorum omnium,uoluntatumq; conſenſus.Cic.in Lælio:Eſt autem amicitia nihil aliud,niſi omnium diuinarum,humanarumq; rerũ cum beneuolentia & charitate ſumma conſenſio.Cuius contrarium eſt Inimicitia.Ennius: Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero.Sed in frequentiore uſu Inimicitiæ dicuntur plurali tantum numero.

AMICO,as,are,{*Fare amico*}(προσάγομαι, συνάγω)concilio,propitium reddo. Stat. 3.Theb. At prior Aeclides ſolita prece numen amicat.

AMICTORIVM,{*Boraſſino*}(ἀμπεχόνιον)ueſtimentum puellare, cãdidum & ſubtiliſſimum,ex lino.De quo Martialis in Diſtichis. Mammoſam metuo, teneræ me trade puellæ, Vt poſſint niueo pectore lina frui.

AMICTVS,cta,ctum,{*Veſtito.Pet. Di tenebre ueſtito*}(ἀμφιεσμέν☉) participium,idem quod ueſtitus. Cice.2. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea,in ſella aurea coronatus.

AMICTVS,us,{*Sopraueſta*}(ἐφεστρίς, ἀναβολή, ἐπίβλημα, ἀμπεχών)ueſtis,quæ ſuperponitur aliis ueſtibus,quaſi pallium. Tibullus: Fruſtra iam ueſtes,fruſtra mutantur amictus.

AMICVLA,{*Amichetta*}diminutiuum ab Amica.Plin. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam.

AMICVLVM,(ἀμφίεσμα)genus ueſtimenti, auctore Feſto, a circumiectu dictum.Cic.2.de Diuin. Viſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo. Inde Amiculatus,amiculo indutus.

AMICVLVS,{*Amichetto*}(φιλίδι☉)diminutiuum ab amicis. Hora.in Epiſt. Diſce docendus adhuc,quæ cenſet amiculus. Hęc diminutiua plena blanditiarũ, & amoribus accommodata ſunt.

AMICVS,{*Amico. Dant. Et come amico homai meco ragiona*} ſubſtantiuum (φίλ☉ φιλέτης)beneuolus,neceſſarius,qui honeſto amore aliquem complectitur,& indiſſolubili familiaritatis iure ei eſt coniunctus. Paulus Iureconſultus. Amicos appellare debemus,non leui notitia coniunctos,ſed quibus fuerint iura cum patre familias,honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Huius contrarium eſt Inimicus. Amica quando ad uitium refertur, in inhoneſta re eſt, quaſi concubina:tu uero non amicus es,ſed amator eius. quoniam amator eſt, qui ad tempus & uenerẽ amat:& amor huiuſcemodi Amatio dicitur. Plaut. Nimis pene inepta,atque odioſa eius amatio eſt. Donatus: Amicus animi eſt, Amator corporis:amator ad tempus,amicus in perpetuum. Cic. 5. Ver. Poterit'ne te Albia tua antiquiſſimus non ſolum amicus,uerum etiam amator abſoluere?

AMICVS,ca,cum,(φίλ☉)beneuolus,amicitia coniunctus. Cic. Att. Mihi nemo eſt nec amicior,nec iucundior,nec charior Attico. Idem ad Q. Frat. Prætores habemus amiciſſimos. Iunctum cum re inanimata,ſignificat utile,ſiue gratum:ut, Amicus pratis humor, Amica frugibus æſtas, Amicum plantis ſidus.

AMILCAR,aris,pen.genitiui cor.(ἀμίλκας)Punicum nomen eſt, quo dicti ſunt aliquot illuſtres Carthaginienſium duces,quorum præcipuus fuit Annibalis pater,qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. Fuit & alter Alexandri magni tempore,qui cum ciues ſui creſcentes Alexandri uires extimeſcerent,exulem ſe fingens,ad eius caſtra transfugit. Receptus itaque ab Alexandro in militiam,& conſiliis adhibetus,ſuis omnia ciuibus in tabellis ligneis,cera ſuperinducta,perſcribebat.

AMINÆVM,genus uitis unde Aminæa uua,& Aminææ uites. Verg. Sunt & Aminææ uites firmiſſima uina. A' regione autem ita uocabantur, & Aminæi fuerunt,ubi nunc Falernum eſt,ut Macrobius teſtatur. Quod facit ut mirer Seruium tantum Grammaticum ſcripſiſſe Aminæum dictum quaſi ſine minio,hoc eſt,ſine robore,quoniam natura album eſt. Alij Ammineum ſcribunt, geminato m,pen.cor. Vnde & uerſum Verg lij ſupra citatum ſic reſtituerunt: Sunt etiam Ammineæ uites,&c.

AMIPSIAS,(ἀμειψίας)poeta comicus Athenienſis,Suidæ.

AMISIVS,fluuius eſt Germaniæ,quem Amaſiam a Strabone uocari ſupra diximus. Hic in Friſia orientali iuxta Emdam ciuitatem in Oceanum influit. Germani hunc fluuium ſua lingua der Ems uocant,quaſi Emiſium dicas.

AMISVM,(ἀμισόν)ſiue Amiſus ἀμισός Stephano)oppidum eſt inſigne in confinio Paphlagoniæ,& Cappadociæ,diſtans à Sinope C X X X. M. paſſ. De hoc Plin.lib.6.cap.2.

AMITA,pen.cor.{*Zia. Arioſt. In guiſa che da lei la zia crudele*}(πατραδέλφη, ἡ πρὸς πατρὸς θεία, Theoph.)patris mei ſoror,quaſi à me tertia ſit, atque auia uideri poſſit:uel quia a patre meo amata eſt. Nam plus ſorores a fratribus, quã fratres diligi ſolent,propter diſſimilitudinem perſonarum. quæ ideo minus diſſenſionis habẽt, quo minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita:ſicut & maior auunculus aui & auiæ auunculus. Liuius: Adoleſcens inde ſe ad Ebutiam amitam contulit.

AMITERNVM,(ἀμίτερνον)urbs Campaniæ,ex qua Criſpus Salluſtius natus perhibetur.Hodie Aquila dicitur. Plin.lib.3.cap.5.

AMITERNVS,adiectiuum.ut, Amiterna cohors apud Sil. Ital.libr.8. Item, Amiternus ager. Mar.lib.13.Nos Amiternus ager felicibus educat hortis.

AMITHAON,pater Melampi uatis.Stat.Theb.3.Solers tibi cura futuri Amphiarae datus,iuxtaq; Amithaone cretus Iam ſenior,ſed mẽte uirens,Phœboq; Melãpus Amithaonia domus. Proper. Mox Amithaonia nupta futura domo.

AMITHOSCVTA,regio Arabiæ. Plin.lib.6. cap.28.

AMITINENSES,Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin.lib.3.cap.5.

AMITINI,pen.pro.(οἱ πρὸς τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν ἀνέψιοι) auctore Nonio dicuntur ij,quorum alter ex fratre,alter ex ſorore eſt genitus. Duorum autem fratrum filij patrueles,ſororum uero liberi Conſobrini appellantur.

AMITTO,{*Perdere. Pet. Oue ogni latte perderia ſua proua*}(ἀποπέμπω)dimitto,ſeu abire permitto. Teren.in Heau. Et prius pecuniam omnem,quam abs te amittas filium:hui Quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris. Item Amittere ſignificat perdere,(ἀποβάλλειν)Salluſt. Iampridem equidem nos uera rerũ uocabula amiſimus,quia bona aliena largiri liberalitas,malarum rerum audacia fortitudo uocatur. Item ignoſcere. Idem in Eunucho: Vnam hanc noxam amitteſi aliam admiſero unquam,occidito. Item adimere. Plau.in Aſin. Quur ergo minitaris te tibi uitam eſſe amiſſurum?

AMMI,ios,(ἄμμι Dioſcoridi)herba eſt caule rotundo, ſurculis multis & exiguis,folio oblongo,anguſto,per ambitum inciſuris diuiſo,flore paruo & candido,umbella anethi,ſemine multo caliora, quàm cuminum, guſtu origanum præ ſe ferente,acri nimirum & ſubamaro, radice candida & capilloſa. A' nonnullis Pipercula dicitur. Apud Plin.lib.20.cap.ult.legitur genitiuus Ammis, tanquã à nominatiuo Ammium. Anethi(inquit)& fœniculi ſeminis,& amſi, & ammi. Officinis uocatur Ameos.

AMMONIA,(ἀμμωνία)regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur:ita dicta ab arenæ copia,quæ ἄμμ☉ Græcis dicitur.

AMMONIACVM,(ἀμμωνιακόν)eſt gutta ſiue lachryma ferulæ in Libya naſcentis,quæ a Dioſcoride Agaſyllus,a Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis,quas Græci ἄμμους appellant:propterea quod ab arbore ſua diſtillans,in ſubiectas arenas decidat,atque in iis in grumos quoſdam turis more,cõcreſcat. Aut certe ab Ammone Ioue,qui in deſertis Libyæ in locis arenoſis tẽplum habebat,circa quod hoc ferulæ genus præcipue naſcebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam uocat,eo(opinor)conſilio,nequis homonymia deceptus, Ammoniacum ſalem intelligeret,qui ab Ammoniaci gutta omnino eſt diuerſus. Vide Dioſco.lib.3. & Plin.lib.12.cap.23.

AMMONIACVS SAL,(ἀμμωνιακὸν Dioſcoridi) terræ ſalſugo eſt in Libyæ arenis creſcẽte luna efferueſcens, alumini ſciſſili non diſſimilis,glebis oblõgis,ueniſq; in longitudinem rectis. Inuenitur potiſſimũ in tractu Cyrenaico,&

iuxta Iouis Ammonis templum, ubi ab accolis effoditur, terræ tumore, ueluti certiſſimum indicium, ſequentibus. Ammoniaci igitur nomen ſortitus eſt, aut ab arenis, ſub quibus inuenitur, aut ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præſtantiſſimus erui perhibetur. Vide Pli. lib. 31. cap. 7. & Dioſc. lib. 5. Hodie natiuo, ueroq; Ammoniaco ſale caremus: nam qui à Seplaſiariis nobis oſtenditur, factitius eſt.

AMMONIS, cornu, (ἄμμωνος κέρας) gēma eſt aureo colore, arietini cornu effigiē repræſentās, quæ ſomnia uera afferre perhibet. Auctor Pli. li. ult. ca. 10.

AMMOLITRVM, (ἀμμόλιτρον) maſſa eſt cōſtans ex arena mollis trita, & tertia parte nitri, ea qua recocta fit uitrū purum & candidum. Pli. li. 36. ca. 26.

AMMONIVS, (ἀμμώνιος) Alexandrinus philoſophus fuit, Origen. & Porphyrij coætaneus, de quo uide Euſe. in Hiſto. Ecc.

AMMONETHVS, inſula Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMMOCHRYSVS, (ἀμμόχρυσος) gemmæ nomen. Plin. lib. 37. cap. 11. Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo uelut auro arenis mixto.

AMMODITES, (ἀμμοδύτης) ſerpens eſt uiperæ ſimilis, arenoſi coloris: unde & nomen accepiſſe uidetur. A nonnullis Cenchrias dicitur, q; caudam habeat duram inſtar milij. Aetius lib. 13. cap. 25.

AMMON, onis, (ἄμμων Suidæ) ſiue (ut alij malunt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in deſertis Libyæ ſub arietis forma colebatur. Cuius appellationis ratio hæc fuiſſe traditur. Quum Liber pater per deſertum Libyæ exercitum duceret, uniuerſa iam Aſia deuicta, & ſiti admodum laboraret, imploraſſe a patre auxilium dicitur. Quo facto, appàruiſſe ei extemplo arietem: quem dum fugientem perſequitur, perueniſſe illo duce ad fontem amœniſſimum. Quapropter deſiderio potitum, exiſtimaſſe arietem illum fuiſſe Iouem, eiq; templum miræ magnitudinis in arena conſtituiſſe, & Deum uocaſſe Ammonem, hoc eſt, Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Aegyptia Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonem uocitatum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam paſtore, qui primus illic templum ædificauit. Huius meminere Suidas & Ariſtophanes ἐν ὄρνισι.

AMMOTHEA, (ἀμμόθεα) Nymphæ nomen eſt, ita dictum ἀπὸ τοῦ ἄμμῳ καὶ θεῖν, quaſi per arenam currens.

AMNENSES, {Quelli c'habitano appreſſo à i fiumi} (περιποτάμιοι) amniū accolæ.

AMNESTIA, {Dimenticanza, oblio} (ἀμνηστία) cum accētu in penultima, Latine præteritorum in perpetuum obliuio dicitur, quaſi lex obliuionis: ab ἀμνηστέω: id eſt, immemor ſio, obliuiſcor. Cic. 1. Philip. Ieci fundamenta pacis, Athenienſiumq; renouaui uetus exemplum: Grecum etiam uerbum ἀμνηστίαν uſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis uſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum perpetua obliuione delendam cenſui.

AMNICVS, a, um, (ποτάμιος) ſignificat fluuialem: ut, Stips amnica apud Apuleium Plin. lib. 3. cap. 25. Inſula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.

AMNIS, {Fiume. Pet. Fiume che ſpeſſo dal mio pianger creſce} (ποταμός) fluuius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoſo meatu labitur: uel ab Ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoq; cornuta pinguntur. Nec deſunt, qui à Græco ἀμνὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluuium interpretatur. Hinc etiam ἀμνισίδας νύμφας a Callimacho dici putant, pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ, Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας. Hoc eſt, Da mihi famulas Amniſidas uiginti Nymphas. Verum hoc potius deductum uidetur ἀπὸ τοῦ ἀμνισοῦ, quod proprium nomen eſt fluuij in Creta, a Suida quoque commemoratum: quod etiam Callimachi interpres annotauit his uerbis: ἀμνισὸς ποταμὸς κρήτης, ἀφ᾽ οὗ ἀμνισίδας κρητικάς, id eſt, Amniſus fluuius Cretæ, à quo Amniſidas, hoc eſt, Creticas. Ver. 1. Geor. Atque alius latum funda iam uerberat amnem. Ponitur & pro torrente. Verg. 4. Aen. Ruunt de montibus amnes.

AMNICOLA, læ, {Quello c'habita appreſſo'l fiume} (περιποτάμιος) amnis accola. Ouid. 10. Metam. Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos.

AMNVS, inſulæ Doliciæ in Arabia fluuius. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMO, as, are. Vide ſupra Amare.

AMODO, {Da hora innanzi} (ἀπὸ τοῦ νῦν) cum accētu in antepe. ſignificat poſt hac. Apuleius: Nemo me amodo tam mane egredientem ſolum uidebit. Siue ab hoc tempore, ut in Euangelio: Si me cognouiſſetis, & patrem meum cognouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum.

AMOEBÆVS, (ἀμοιβαῖος) in pe. cum æ. & in antepen. cū œ, diphthon. genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero uerſuum: & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut maius aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud Verg. in Bucol. Ab Ioue principium Muſæ, Iouis omnia plena: Ille colit terras &c. Nomē deductum ἀπὸ τοῦ ἀμείβεσθαι, quod inter cætera ſignificat alternis reſpondere.

AMOENO, nas, {Dilettare, aggradire} (εὐφραίνω) delectatione afficio. Cypria. ad Don. Et dum in arbores & uiteis, quas uidemus oblectante proſpectu oculos amœnamus, animam ſimul & auditus inſtruit, & paſcitur obtutus.

AMOENVS, a, um, {Ameno} (καλός) cum œ diphthongo, iucundus aſpectu. Componitur ab a, id eſt, ſine, & munus, quod ſit res grata, ſed ſine fructu. Vel (ut inquit Seruius) à Mœnio, munio, uel fructum capio. Vnde qui nihil præſtant, immunes uocantur. Feſtus ab Amo deriuat, quum ait: Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Verg. 6. Aen. Et amœna uireta Fortunatorum nemorum. Hinc Amœnitas, iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Leg. Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatē hanc ſequor. Amœniter, aduerb. pro amœne. Gell. lib. 20. cap. 7. Auianus poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus uindemiā hilare atque amœniter.

AMOLIOR, liris, {Rimouere. Pet. Quando dal propr.o ſito ſi rimoue, L'arbor} (ἀπωθέω, ἀποχωρέω, ἀπομεθίσταμαι) ex A, & Molior, quod eſt a mole, ſignificat amoueo, & proprie de iis dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmouentur. Pli. li. 11. ca. 10. Amoliuntur omnia e medio. Terent. per tranſlationem in And. pro recedo poſuit: Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. Accipitur & pro refellere Quintil. lib. 3. ca. 13. Videndum etiam an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula.

AMOMETVS de Scribus priuatum cōdidit uolumen, ſicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

AMOMIS, pen. pro. (ἀμωμίς) herba eſt, teſte Plinio, amomo ſimilis, minus tamen ucnoſa, & durior minuſq; odorata.

AMOMVM, (ἄμωμον) pen. pro. frutex eſt, ex ligno ſe conuoluens in racemi modum, flore paruo, ceu candidæ uiolæ, folijs uitis albæ ſimilibus. Eſt autem triplex, Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Aetius ſcribit, Amomum uiribus eſſe acoro ſimile, ſed ſiccius (ξηρότερον) acorum, digeſtiuum uero magis (πεπτικώτερον) amomum.

AMOR, {Amore. Pet. Del cui amor uiuo, & ſenza'l qual morrei} (ἔρως) plus eſt, q̄ beneuolentia: licet plerunque pro eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur beneuolentia, ſicut oſtēdit Cic. Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Differt autem Amor à Charitate: q; Amor ſit genus, Charitas ſpecies. Ille ad omnes pertinet animantes, hæc ad homines tantum. Eſt autem Amor (ut inquit Aug. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſyderio quærit, & appetit ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadā ſuauitate interiori amplectitur, & conſeruat adeptum: ut Amor quietis, φιλησυχία. Amor ſingulari numero plerunque honeſtus eſt: ut Amor fraternus, Amor patris in filium. Cice. Incenſus ſum amore incredibilium uirtutum tuarum. Poteſt tamen & in ueneream partem accipi, & tunc (ſecundum Auguſtinum) cupiditas aut libido uocatur. Ver. Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idem. Amor (inquit Plaut.) melle & felle fœcundiſſimus eſt, guſtu dulce dat, amarum ad ſatietatem uſque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus. fœdum minime conueniens animæ ſoſpitæ uitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Amores uero plerunque laſciui ſunt. Cic. pro Cœlio: Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. Nonnunquam tamen etiam honeſtos amores dicimus. Idem li. 4. Offic. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti uides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. Amor item pro Cupidine (quē ueteres Deū amoris eſſe putauerūt) accipi ſolet. Proper. Quicunq; ille fuit, puerū qui pinxit Amorē.

AMORGES, (ἀμόργης) fuit ex Darij ducibus unus, qui à Caribus inſidijs circumuentus, una cum Dauriſe, & Siſamace, & Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. lib. 5.

AMORGINE, (ἀμοργίνη) herba eſt quę notiore nomine Helxine dicitur. Dioſco. lib. 4.

AMORGOS, {Amurgo} (ἀμοργός) inſula una ex Sporadibus. Strabo. li. 10. Et Plin. lib. 4. cap. 12.

AMORRHÆI, (ἀμοῤῥαῖοι) populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem, uel ab Amorrhæo filio Canaan.

AMOVEO, ues, pen. cor. {Rimouere. Boc. Gio. 2. No. 6. Con parole aſſai s'ingegnò di rimouerla} (ἀπομακρύνω) id eſt, abigo, ſiue remoueo. Plaut. in Amphit. per tranſlationē dixit, Amoui e foribus maximā moleſtiam: id eſt, abegi, ſiue abire compuli quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc uenientem ab ędibus. Quo item modo Teren. in Adelp. uſus eſt. Ego hunc amouebo. Cic. ad Att. Et ſebuſonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue.

AMPE, (ἄμπη) oppidum Arabiæ non procul à mari rubro: cuius meminit Herodo. lib. 6. Gentile eſt, Ampæus, ἀμπαῖος Steph.

AMPELA, ciuitas eſt Cretæ inſulæ apud Plin. lib. 4. cap. 12.

AMPELOPRASON (ἀμπελόπρασον) herba eſt folijs porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in uinetis: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus Porrum uinearum uocat.

AMPELITIS, tidis, (ἀμπελῖτις) terra eſt bitumini ſimilis, circa Seleuciā Syriæ naſcens, qua ruſtici uites illinere ſolent, ad necandos uermiculos, oculos illarum depaſcentes, quos Ipas, ſiue Scnipes uiuitores appellant. Eadem & Pharmacitis (φαρμακῖτις) dicitur, q; uitium morbo medeatur. De hac Dioſco. li. 5. & Gal. lib. 9. de Facult. Simpl. med.

AMPELODESMOS, (ἀμπελόδεσμος) Pli. li. 17. cap. 23. herba eſt qua uites religari ſolent apud Siculos, qui quamuis ſalicibus abundent quia tamen earum uincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo uti.

AMPELOS MELÆNA, (ἄμπελος μέλαινα) uitis nigra, herba eſt folijs ſmilacis, ſed maioribus, clauiculis quibuſdam obuia quęque coplectens. Semen habet racemoſum, initio herbaceum, ſed ubi maturuerit, nigrum. Radicē foris nigrā, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta uidetur, q; ſerpat in modum uitis, quodq; arbores, fruticeſq; clauiculis ſuis, ueluti pedamenta, apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, ſeminiſq; nigredine uidetur eſſe ſortita.

AMPELOS, {Vite, uigna. Dant. Che fu gia uite, & hor'è ſpino} (ἄμπελος) à Græcis dicitur, quam nos uitem appellamus. Eſt & nomē ciuitatis Macedoniæ, apud Pli. lib. 4. cap. 10. Ptolemæus quoque Ampelon urbem in Creta collocat. Stephanus. Iliam in Cyrenaica regione. Eſt præterea Ampelos, ſiue Ampelus promontorium Sami inſulæ, e regione Drepani, Icariæ inſulæ. Auctore Strabo lib. 14.

AMPELOS LEVCE, {Vitalba} (ἄμπελος λευκή) herba eſt, quæ alijs nominibus Bryonia, Pſilothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non q; reuera ſit uitis, ſed eo q; ad eius ſimilitudinem accedat: nam & ſarmenta habet & folia, & capreolos, ſatiuæ uiti ſimilia, omnia tamen hirſutiora. Alba uero, à radicis colore dicta putatur.

AMPELOESSA, oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syrię proxima eſt. Auctor Plin. lib. 5. cap. 18.

AMPELOS AGRIA, {Lambruſca uite ſeluatica} (ἄμπελος ἀγρία) labruſca, id eſt, uitis agreſtis. Plin. lib. 23. cap. 1.

AMPELVSIA, (ἀμπελουσία) nomen eſt promontorij in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, a uitium copia impoſitum. Plin. lib. 5. cap. 1.

AMPHAPALLA, locus eſt Cretæ, apud Strab. in ipſius inſulæ deſcriptione.

AMPHEMERINOS, (ἀμφημερινός) febris ſpecies eſt, quā quartanam exquiſitam uocant medici. Fit ex pituita extra uaſa putreſcente.

AMPHIALA, oppidum eſt Atticæ Strabonis lib. 9.

AMPHIARAVS, pe. pr. (ἀμφιάραος) Argiuus Oeclei, aut (ut alij malunt) Lyni & Hypermneſtræ filius, uates & Augur fuit, futurorū peritiſſimus: qui cū prę uideret fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitauit. Tandē tamē ab uxore, pditus, inuitus à Polynice ad bellū eſt pertractus: ubi, cū fortiter pugnaret una

ter una cum curru terræ hiatu abſumptus eſt. Vide hæc latius apud Statium.

AMPHIAS,(ἀμφίας)Tarſius fuit, qui ex infima ſorte ad ſummas opes euectus, cum amicum, tanquam degenerem, multis probris affeciſſet, tandem, ueluti reſipiſcens, ſubiecit, Sed & nos ex iiſdem ſeminibus ſumus. Quæ uox ab aſtantibus ſumma lætitia excepta eſt.

AMPHIBIA.(ἀμφίβια)animalia tam in terris, quàm in aquis uiuentia. Amphibion Græci dicunt, quod eſt duplicis uitæ. Colu. li. 9. Venio nũc ad aues, quas Græci uocant ἀμφίβια, quia non tantum terreſtria, ſed aquatilia quoque deſyderant: ab ἀμφὶ καὶ βίος, quòd in ambobus elementis degant. Varr. 4. de lingua Lat. Græci ea quæ in aqua, & in terra poſſunt uiuere, uocant amphibia. Hæc Ci. Ancipites beſtias uocat de Natu. Deo. 1. Beſtiarum autem terrenę ſunt aliæ partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede uiuentes.

AMPHIBOLIA.(ἀμφιβολία)ambiguitas.

AMPHIBOLOGIA.(ἀμφιβολογία)dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans, figura quæ fit uitio compoſitionis, quum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modo fit per duos accuſatiuos à uerbo infinito rectos: ut, aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Modo per uerbum commune: ut quum dicimus, Cato iniuſte criminatur: incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. Modo per participium: ut, Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. Modo per homonyma: ut ſi quis dicat Aciem, nec exprimat oculi, uel gladii, uel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis.

AMPHIBOLON,(ἀμφίβολον)ambiguum dicitur, quaſi utrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ βάλλειν.

AMPHIBRACHYS,(ἀμφιβραχύς)pe. cor. pes eſt ex prima & ultima breuibus, media producta: ſic dictus, quòd in utraque parte breuẽ habeat: ut Timere. Ab ἀμφὶ utrinque, & βραχύς, breuis. Huic opponitur Amphimacrus, qui breuem habet ſyllabam inter duas longas: ut Aequitas.

AMPHICAVSTIS,(ἀμφικαυστίς)hordeum montanum quod & ὄρεινὸν Græci uocant. Vide Ruellium.

AMPHICTYONES,(ἀμφικτύονες)publicum Græciæ concilium, ut ſcribit Cic. de Inuen. li. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Conſtabat autem Amphictyonum conuentus ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, ut docet Strabo lib. 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Diony. lib. 14. Amphictyonem Heleni filium commentum eſſe Amphictyonicum concilium, cui ab ipſius nomine nomen indiderũt. Hinc Amphyctionicus, ca, cum: ut, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam inuitabantur.

AMPHICYRTOS,(ἀμφίκυρτος)à Græcis appellatur, quod eſt utrinque decliue & gibboſum. Hinc fit, ut & Lunam ἀμφίκυρτον uocemus peculiari epitheto, cum nondum ſemiplena eſt, circa decimum ſcilicet aut duodecimum à coniunctione diem. Tunc enim cornua & conuexitatem quandam oculis noſtris exhibet. Eſt & Amphicyrtos, lignum quoddam incuruum, quo onera geſtari ſolent, non diſſimile illi, quo mulieres quibuſdam in locis aquam geſtitãt, æqualibus utrinque ſitulis propendentibus.

AMPHIDAMAS,(ἀμφιδάμας)Buſiridis fuit filius, quem Hercules una cũ patre hoſpites immolante, interiecit.

AMPHIGENIA,(ἀμφιγένεια)oppidum Peloponneſi in tractu Meſſeniaco, cuius meminit Stat. 4. The. Hinc patere dati, quos fertilis Amphigenia, Plataq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithome. Meminit eiuſdem & Home.

AMPHILOCHI,(ἀμφίλοχοι)Acarnaniæ populi, Argo, Amphilochicum incolentes.

AMPHILOCHVS,(ἀμφίλοχος)Athenienſis philoſophus, & agriculturæ ſcriptor, ut teſtis eſt M. Varro li. 1. de Re ruſtica. Fuit & Amphilochus filius Amphiarai uatis ex Eriphyle ſuſceptus, ut in Odyſſea teſtatur Hom.

AMPHILYTVS,(ἀμφίλυτος)ariolus ex Acarnania, qui Piſiſtrato tertio Athenarũ tyrannidẽ repetẽti auctor fuit, ut noctu Athenienſes inuaderet. Herodo. li. 1. Hic diuina põpa fungẽs Amphilytus Acarnan, uir ariolus, Piſiſtratũ cui adſiſtebat, adiit, atq; hæc hexametro carmine uaticinatus eſt, inquiẽs Eſt nũmus proiectus, item ſunt retia tenta, Nocte meãt thynni claro ſub ſydere lunæ:

AMPHIMACHVS,(ἀμφίμαχος)Cteati filius, unus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homerus in Catalogo.

AMPHIMALIS,{*Golfo de la Suda*}(ἀμφιμαλίς)ſinus eſt Cretæ inſulæ, ut teſtis eſt Ptolem.

AMPHIMACRVS, & AMPHIMACER,(ἀμφίμακρος)pen. cor. pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima & ultima longis, media correpta: ut Pallidi. Sic dictus, quòd utraque parte longam habeat ſyllabam, ἀμφὶ enim utrinque ſonat, & μακρὸς longum. Eſt autem contrarius amphibracho.

AMPHIMALLA,(ἀμφίμαλλα)erant tunicæ gauſapinæ, ex utraque parte pilos habentes, quæ & Gauſapia dicebantur. Pli. li. 8. ca. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia. Quæ uero ex altero tantum latere uillos habebant, Heteromalla dicebantur.

AMPHIMASCALA,(ἀμφιμάσχαλα)ueſtes erant liberorum, duas habẽtes manicas, Heteromaſchala autem quæ ſeruorum ueſtes erant, unam tantum habebant manicam. Vtreque nomen acceperunt ab axillis, quæ à Græcis uocantur μασχάλαι.

AMPHIMEDON, nomen Libyci cuiuſdam, qui in aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans, occiſus eſt. Ouid. 5. Metam. Ecce Syenites genitus Methione Phorbas, Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

AMPHINOME,(ἀμφινόμη)Nympha, à circumpaſcẽdo, quod proprium eſt aquarum, quæ ripas & litora circunquaque depaſcuntur.

AMPHION,(ἀμφίων)pe. pr. Iouis & Antiopes, uel ſecundum aliquos, Mercurii filius, à quo accepta lyra adeo ſuauiter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Hora. Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere ſono teſtudinis. Quod ideo fictum, quia eloquii ſuauitate homines rudes, et incultis moribus, ad obſequii ciuilis pellexit diſciplinã. Quod idem Horatius expoſuit. Nam quum dixiſſet, Sono teſtudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hũc inueniſſe Muſicam. De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis. Hinc Amphionius, a, um.

AMPHIPOLIS,{*Criſopoli*}(ἀμφίπολις)ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.

AMPHIPPI,(ἄμφιπποι)milites, qui duobus equis in bello utuntur, & ex feſſo in recentem tranſiliunt. Liui. lib. 2. Belli puni. Deſultores uocat. & equi ipſi Deſultorii appellantur.

AMPHIRRHOE, Nympha,(ἀμφιῤῥόη)ab undecunque fluendo.

AMPHISBÆNA, ſiue (ut aliis placet) Amphiſibæna, (ἀμφίσβαινα. ἢ ἀμφισίβαινα)ſerpens eſt in Libyæ deſertis, duo habens capita. unde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucan. lib. 9. Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſibæna.

AMPHISCII,(ἀμφίσκιοι)appellantur ii. qui ſub æquinoctiali habitant circulo, eo quòd quadruplici uerberentur umbra. Nam Sole exiſtente in alterutro punctorum ęquinoctialium, hoc eſt, in principio Arietis aut Libræ, umbra eorum matutina iacitur uerſus Occidentem, ueſpertina uerſus Orientem. Sole autem Cancrum, aliquodve ex cæteris ſignis Septentrionalibus perambulante, umbrã habent Auſtralem: contra uero Septẽtrionalem, Sole ſub Capricorno, aliquove alio Auſtralium ſignorum iter faciente.

AMPHISSA,(ἄμφισσα)urbs Locrorum, qui ozolæ dicuntur: ita appellata, teſte Stephano, quòd undiq; montibus cingatur. Luca. li. 3. Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaq; Cyrrha. Hinc Amphiſſæi,(ἀμφισσεῖοι) qui Delphicum templum diripuerunt, apud Demoſthenem in oratione pro Cteſiphonte.

AMPHISTRATVS,(ἀμφίστρατος)pe. cor. ſtatuarii nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

AMPHITANE,(ἀμφιτανή)gemma, quæ alio nomine dicitur Chryſocolla. Inuenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurq; natura eius eadem, quæ magnetis, niſi quod aurum quoq; trahere dicatur. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

AMPHITAPA,(ἀμφίταπος Athenæo)ueſtis genus utrinque uillos habẽs. Varro: Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli. Lucilius: Pluma, atq; amphitapæ, & ſi quid aliud deliciarum. Vtitur hoc uocabulo Vlpia. in. l. ueſtis. ff. de auro & arg. leg. Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

AMPHITHALAMVS, cubiculi genus eſt, quaſi duplex thalamus. Vitru. li. 6. cap. 9. In proſtadis autem dextra & ſiniſtra cubicula ſunt collocata, quorum unum Thalamus, alterum Amphithalamus dicitur.

AMPHITHEATRICA charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plin. lib. 13. cap. 12.

AMPHITHOE,(ἀμφιθόη) Nymphæ nomen eſt, à circũcurſitando dictũ ab ἀμφὶ circum, undequaque, & θέω curro.

AMPHITHEATRVM,{*Amphiteatro*}(ἀμφιθέατρον)pe. pro. ædificium erat rotundum, ueluti ex duobus theatris (quę hemicycli figura erant) cõpoſitũ, circũquaque ſpectandi uſum præbens. Marti. li. 1. Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro. Amphitheatralis, le, adiect. ad amphitheatrum pertinens: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale ſpectaculum. Plin. lib. 11. cap. 24.

AMPHITHETVM,(ἀμφίθετον)poculi genus eſt, quod utrauis ex parte ſtare poteſt. Eraſmus in Prouerbiis ex Heſychii ſententia credit eſſe poculũ, quod ob magnitudinẽ tollitur & reponitur, quod genus Hollandi Buſam uocant. Neque abſurdum fortaſſis fuerit dicere, eſſe poculi genus circa medium, cum clauſum eſt uentricoſum, utrinque baſim habens cui inſiſtat: quod ſi aperias, diuiditur in duo æqualia pocula, in ſeſe, ſi claudas, coeuntia. Qua etiam forma ſalina fieri conſueuerunt, & hac tempeſtate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id eſt, conſtat certe magnum fuiſſe poculum, quo uti ſolent, cum ſtrenue potare uolebant: unde manſit prouerbium, Ex amphitheto bibiſti: cũ aliquẽ ad ebrietatem uſque bibiſſe uolumus iudicare.

AMPHITRITE, tes,(ἀμφιτρίτη)pen. pro. Oceani & Doridos filia quæ fingitur à poetis eſſe uxor Neptuni, & per metonymiam ponitur pro mari. Nomẽ deductum eſt ab ἀμφιτρίβειν, hoc eſt, à circũterendo, quòd mare terram undique terat, & lancinet. Ouid. Metam. 1. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

AMPHITVS,(ἄμφιτος)alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis. Pli. li. 6. ca. 5.

AMPHITRYO,(ἀμφιτρύων)princeps Thebanus Alcei filius, & Alcmenę Herculis matris coniux. à τρύζω gemo, uel τρύχω uexo. Plau. tamen Amphitruo ſcribit, quia uetuſtiſſimi Romani peregrinas literas nõ admittebant. unde & Phruges dicebant, quos nos Phryges, & Sullam, quem nos Syllam. Hinc deducitur Amphitryoniades patronymicum, & per epentheſim Amphitryoniades, quo Poetæ utuntur pro Hercule, Amphitryonis reuera filio: quãuis ob rerum geſtarum magnitudinẽ nonnulli originem eius ad Iouem retulerint. Verg. 8. Aen. Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades armenta.

AMPHORA, p. c. {*Anfora*}(ἀμφορεύς)uaſis fictilis genus, duas habens anſas: unde & nomẽ accepit, quòd ſcilicet anſis utrinque apprehẽſis ferretur: ab ἀμφὶ καὶ φέρω. Hor. in Arte: Amphora cœpit Inſtitui, currẽte rota cur urceus exit? Erat autem hoc uaſis genus uino aſſeruãdo in primis accommodatum. Idẽ 3. Carm. Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora Langueſcit mihi. Erat præterea Amphora, menſuræ genus, capiens cõgios octo, hoc eſt quadraginta octo ſextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à menſuræ eius figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum. Cice. pro Fonteio. Itaq; Tituriũ Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorii nomine exegiſſe. Idẽ in Verr.: Iam non quæro, unde quadringentas amphoras mellis habueris. Hinc Amphoralis, le, quod eſt unius amphoræ capax. Pli. lib. 37. cap. 2. Idẽ Xenocrates auctor eſt, uas amphorale uiſum, & aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor.

AMPHORARIVS,(ἀμφορεαφόρος)qui mercedis gratia amphoram portat.

AMPHOTERODEXIOS,{*Dritto & mancino*}(ἀμφοτεροδέξιος)ideſt, ambidexter.

AMPHRYSVS, (ἄμβρυσος, καὶ ἄμβρυσσος Stephano)pe. pr. fluuius Theſſaliæ, iuxta quem armenta regis Admeti Apollo pauiſſe traditur. Luca. li. 6. Irrigat Amphryſus famulãtis paſcua Phœbi. Hinc Amphryſius, a, um (ἀμφρύσιος) Verg. 6. Aen. Quæ cõtra breuiter fata eſt Amphryſia uates. Itẽ Amphryſiacus, ca, cum. Papinius: Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi. Eſt et nomen duarum urbium. Vide ſupra Ambryſus.

AMPLE, {*Ampiamente*}aduerb. copioſe, magnifice. Ci. 2. de Finib. Si ne hęc quidem ſatis ample, ſatis honeſte dici putas. Amplius, unde infra. Ampliſſime, ut, ampliſſime gerere honores. hoc eſt, cũ ſumma amplitudine & dignitate, Ci. 4. Verr. Ampliter, aduerbium, pro ampleſut, Ampliter acceptus: hoc eſt, cum

magnu apparatu, & copia. Amplιter ſumptum facere.

AMPLECTOR, cteris, amplexus, {*Abbracciare*} (περιπλέκομαι, περιβάλλω) idem eſt quod circũnectere, circumplicare. Plau. in Ciſtellaria: Anus ei amplexa eſt genua. Numeratur à Priſciano inter cõmunia: ſicut & Amplexor, aris eius frequentatiuũ. Lucilius: Quin amplexetur, qui uelit, ego non ſinam me amplectier. Ponitur & Amplecti pro amare. Eos enim amplecti ſolemus, quos uehementer amamus. Cic. Epiſt. Famil. lib. 5. Libenter amplector talem animum. Amplexus, us, ui, nomen, ipſe amplectendi actus. Cice. 1. de Diuin. Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

AMPLIO, plias, {*Ampliare, amplificare*} (πλατύνω) augeo, protraho, dilato. ut Ampliare ætatis ſpatium. Ampliare uires. Pertinet etiã hæc uox ad iudicia. Ad Heren. lib. 4. Nam quid fuit iudices, quare in ſententiis ferẽdis dubitaueritis? aut iſtum hominẽ nefarium ampliaueritis? Liu. lib. 4. ab urbe cond. ſcribit Poſthumiam uirginem Veſtalem ampliatam, deinde abſolutam, pro collegii pontificũ fuiſſe ſententia: hoc eſt, per ampliationem in ſecundam actionem interpoſita dilatione protractam ut ſcilicet bis cauſam dicere poſſet. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nã aut ſtatim ſententia dicebatur à iudicibus, ſi abſoluendus eſſet reus: aut amplius pronunciabatur, ſi cauſa obſcurior eſſet: & tunc duabus hiſce literis N. L. iudices ſignificabant ſibi nõ liquere quid eſſet ſtatuendũ, cauſamq; denuo eſſe dicendam. Hinc Ampliatio naſcebatur, quæ appellata uidetur, quaſi amplius dicendi pronunciatio. Quia qui ampliabatur, interpoſita dilatione, rurſus ad agendam cauſam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicer. 3. in Verrem actione, quum ait, Etſi lex amplιandi faciat poteſtatẽ, tamen iſti ſibi turpe exiſtiment nõ primo iudicare. Differt autẽ Ampliatio à Cõperendinatione, q; Ampliatio certum numerum actionũ non habebat: Cõperẽdinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cice. in Verr. Act. 2. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronunciari.

AMPLIFICO, as, {*Amplificare*} (αὔξω) augeo amplius reddo, extollo. Cic. 1. de Nat. deo. Eamq; facultatem amplificauit Academia. Idem pro domo ſua: A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, atq; ornatus. Hinc Amplificator, uerbale, qui rem aliquam, aut perſonam maiorem aut ampliorem reddit. Idẽ 3. Tuſcul. Pythagoras non ſolum nominis inuentor, ſed etiam rerum ipſarum amplificator fuit. Item Amplificatio, onis, augmentatio, αὔξησις. Cic. 1. Offi. Nec uero amplificatio rei familiaris, nemini nocens, uituperanda eſt. Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone in Partit.) eſt grauior quædã affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

AMPLITVDO, {*Amplitudine, ampiezza. Dant. Non t'inganni l'ampiezza dell'entrare*} (ἀξίωμα) ut Cice. lib. 2. de Inuent. ſcribit, eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Idem ad Lentulum: Tuæ ſapiẽtiæ magnitudiniſq; animi eſt, omnem amplitudinẽ, & dignitatem tuã in uirtute, atq; in rebus geſtis tuis, atq; in tua grauitate poſitam exiſtimare. Amplitudo corporis. Plin. in Epiſt. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinẽ corporis grauior & ſonantior erat.

AMPLIVAGVS, ga, gum, pe. cor. quod in amplum uagatur. Auctor ad Heren. lib. 4. Ampliuagas imagines reddunt. Falſum eſt. Vide amplus.

AMPLIVS, {*Più. Pet. Radoppia i paſſi è più è più s'affretta*} (πλέον) aduerb. ſignificat plus. Et quandoq; iungitur ablatiuo. Cæſar Commen. 7. Ita ut nõ amplius quatuor digitis ex terra eminerẽt. Quãdoq; accuſatiuo. Verg. 1. Aen. Noctem non amplius unam Falle dolo. Quandoq; nominatiuo. Cæſar Comment. 5. Amplius octingentæ, quæ uno erant tempore, à litore diſceſſerant. Ponitur & pro præterea (πλέον ſine caſu) Cic. de Aruſp. reſpon. Quid enim, ſi illi inimiciſſimus eſſet, amplius ad eius laudem minuendam facere potuiſſet?

AMPLVS, a, um {*Ampio, ſpatioſo. Dant. Hor ſe tu hai ſi ampio priuilegio*} (πλατύ, πλατεῖον) dicitur magnum, ſpatioſum, quod late patet, & per multa diffunditur. Ad Heren. Loci præter modum ampliuagas imagines reddunt. Vergil. 6. Aen. Voceq; per ampla uolutant Atria. Eſt item Amplus, idem quod Græcis ἄξιος, hoc eſt, dignitate multa, & auctoritate præditus. Cice. pro Sext. Roſc. Is mihi uidetur ampliſſimus, qui ſua uirtute in altiorem locum peruenit.

AMPLVSTRE, uide Apluſtre.

AMPSAGA, (Ἀμψάγα Ptolemæo) fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

AMPSALIS, (Ἀμψαλίς) ciuitas Sarmatiæ in Aſia, Ptolemæo.

AMPVLLA, {*Ampolla. Arioſt. L'ampolla in ch'era al naſo ſol ſi miſe*} gemino ll, (λήκυθος) uaſis genus ex uitro, aut alia materia, ad ſeruandum oleum in balneis, item in menſis ad aquam, uel potionem, aliosq; uſus accommodatum. Cice. lib. 4. de Finib. Si ad illam uitam quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam uitam potius cui hæc adiecta. Erat autẽ hoc uaſis genus turgidum, ueluti uentre inflato: unde per tranſlationem dixit Horatius: Proiicit ampullas & ſeſquipedalia uerba: pro eo quod eſt, uerba turgentia & ſufflata abiicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones. Suetonius in Domit. Prandebatq; ad ſatietatem, ut non temere ſuper cœnam præter Matianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret.

Eſt etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam uocamus. Græci modo πομφόλυξ, modo φλύκταινα appellant.

AMPVLLARIVS, rii, ſubſtantiuum, artifex ampullarũ. Plaut. Rud. Ni erit tam ſyncerum, ut quiuis dicat ampullarius Optimum eſſe opere faciundo corium & ſynceriſſimũ. Ampullarius, a, um, adiect. ut, Ampullariæ unctiones. Plaut. Stic. Vel unctiones Græcas ſudatorias, uel alius malis maliscas ampullarias. Ampullaceus, a, um, quod ex ampulla eſt: ut, Fruſtum ampullaceum.

AMPVLLOR, laris {*Inſuperbire, gonfiare*} ab Ampulla, pro ſuperbio, turgeo: quo uerbo uſus eſt Suetonius in Domitiano, & Hora. 1. Epiſt. An tragica deſæuit, & ampullatur in arte.

AMPVLLACEA pyra, quę ab ampullę forma nomẽ habẽt. Pli. li. 15. ca. 15.

AMPVTO, tas, {*Potare*} (ἀποκόπτω, περιτέμνω, ἐπικείρω) pe. cor. circũputo, abſcindo, ſeu aufero. Ci. 5. de Finib. Quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat adminicul. tur. Hinc fit aliud compoſitum, Peramputo, perfecte, ſeu totum incido. Colum. lib. 8. Ferro quoq; cautiſſime circũſecari oportet, ne dum amputatur, etiã quod infra eſt animal uulneremus. Id enim quum ſauciatur, uenenatam ſaniem mittit, quæ repreſſum uulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit.

AMPYCVS, (Ἄμπυκος) Titanoros filius, qui ex Chloride, ut ait Apolloniĩ Cõmentator, Mopſum augurẽ ſuſcepit, a quo Ampycides appellat. Oui. li. 12. Meta. Nec tu credideris tantum cecinisse futura, Ampyciden Mopſum &c.

AMSANCTVS, locus eſt in medio Italiæ apud Hirpinos, ſulphureas habens aquas, quæ q; undique ſyluis anguſtiisq; clauſæ ſint, tam piſulentem emittunt odorẽ, ut propius accedentes eo enecentur. Hinc factus eſt locus fabulę, in Amſancti uallibus, inferorum ſpiraculum eſſe. Cic. 1. de Diuin. Quid enim non uidemus, q; ſint uaria terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars eſt, ut & Amſancti in Hirpinis, & in Aſia Plutonia, quæ uidimus. Verg. 7. Aen. Eſt & locus Italiæ in medio ſub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amſancti ualles, &c.

AMVLA, (περιρραντήριον) pen. cor. genus uaſculi ad aquam geſtandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia geſtabatur: dictum quaſi amola ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

AMVLETVM, (ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα) pen. pro. omne genus remediĩ aduerſus cuncta mala medicamenta, & præſertim contra ueneficia. Pli. Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione, foram uaſculi habens: Græci etiam ἀποτρόπαια hæc uocant, ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, quod eſt amoliri, ſummouere, depellere. Dictio hæc frequens eſt apud Plinium.

AMVLIVS, (Ἀμούλιος) Procæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratris abſtulit, atque omnem eius ſtirpem uirilem necauit. Fratris quoque filiæ, Rheæ Syluiæ, per ſpeciem honoris, quum Veſtalem eam legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus ademit. Liu. 1. ab urbe.

AMVRCA, {*Fece de l'oglio*} (ἀμόργη) ſordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ ſequuntur, Fæces uocantur. Verg. Georg. 1. Et nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c, ſcribitur, ſed profertur per g. ut ſit in Caius, & Cneus. Amurca cõtra culices & limaces uim habet maximam. Hinc Examurcatus, ſordibus purgatus. Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de Re ruſt. cap. 10. Dolia, queis uinacea condat, decem, amurcaria decem.

AMVSSIS, {*Archipendolo, ſquadra*} (στάθμη) per duplex ſſ, fabrorum & lapicidarum regula, qua ad dirigenda ligna ſaxaq; utuntur. Sed late pro omni ordine ponitur. Vnde Amuſſim aduerbium, & ab eo compoſitum, Adamuſſim: ut, Iudicium adamuſſim factum apud Gellium: & Examuſſim: id eſt, recte, caſtigate, regulariter. Plaut. in Amph. Si uera hæc loquitur, examuſſim eſt optima. Hinc Amuſſitata dicuntur, quæ adamuſſim facta ſunt. Plaut. in Mil. Iu hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Nonius.

AMVSIVM, uentis diſcernendis excogitatum organum, ut ait Cœlius. Vitru. lib. 1. ca. 6. Collocatur ad libellam marmoream amuſium medus mœnibus: aut locus ita expolictur ad regulam & libellum, ut amuſium deſid retur.

AMVSVS, pen. pro. {*Indotto*} (ἄμουσος) inelegans, & indoctus: hoc eſt, a Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica: unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Vitru. lib. 1. cap. 1. Nec muſicus, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſus.

AMXYRVS, uide Anxyrus.

AMYCLA, (Ἀμύκλη) una e filiabus Niobes, quam tradit Pauſanias cum Melibœa ſorore ſeruatam, implorata Latonæ uenia. Homerus tamen omnes interiiſſe tradit. Hermol. in Plinium lib. 36. cap. 5.

AMYCLÆ, (Ἀμύκλαι) pluraliter nomen eſt urbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati ſunt Caſtor & Pollux. Alia eſt in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Seruium: cuius ciues, quum Pythagoricam ſectam ſequerentur, & abſtinerent cæde animalium, nec uicinæ paludis ſerpentes interimerent, ab illis deleti ſunt. Alii non à ſerpentibus, ſed hoſtium repentino aduentu hanc urbem deletam prodiderunt: Nam cum aliquoties falſo nuntiatus eſſet aduentus hoſtium, poſtea cautum eſt, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improuiſo captæ ſunt Amyclæ. Hinc prouerbium, Loqui uolo: nã ſcio Amyclas tacendo periiſſe. Hinc fit Amycleus, a, um, ἀμυκλαῖος.

AMYCLAS, (Ἀμύκλας) Lacedæmonis filius, ut eſt auctor Dictys Cretenſis in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos compoſuit.

AMYCLON, lege Amydon.

AMYCVS, (Ἄμυκος) Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam conſuetudinem habuit, ut aduenas in Bebrycum nemus ad cæſtuum certamen prouocaret, & inſidiis circumuentos ibidem interficeret. Cum itaque Argonautæ in Bebrycum ueniſſent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus cognitis inſidiis, ſocios conuocauit, & ab iis adiutus Amycum interfecit. Ver. 5. Aen. Qui ſe Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat. Amycus item unus e Centauris fuit, Ixionis & Nubis filius. Alius fuit Aeneæ comes. Verg. li. 9. Inde feratum Vaſtatorem Amycum, &c.

AMYDON, (Ἀμυδών) pen. cor. ciuitas Pæoniæ, quæ auxilia miſit Troianis. Iuuenalis Saty. 3. Hic alta Sycione, aſt hic Amydone relicta.

AMYGDALA, læ, {*Mandorla*} (ἀμυγδάλη) pe. co. nux Græca, quę & Thaſia dicitur. Amygdalum, (ἀμύγδαλον) etiã neutro genere dicitur pro fructu. Palladius. greci aſſerũt naſci amygdala ſcripta, ſi aperta teſta nucleũ ſanũ tollas & in eo quodlibet ſcribas, & iterũ luto, & porcino ſtercore inuolutũ reponas.

AMYGDALVS, (*Mandorlo. Boc. Gio. 3. No. 1. Tutto diſteſo à l'ombra d'uno mandorlo dormirſi*) (ἀμυγδαλῆ) arbor, amygdala, hoc eſt, nuces Græcas proferens. Colu. lib. 3. Amygdalus ſi parum ferax erit, per arborem foratam lapidẽ adigito. Hinc Amygdalinus, na, num, pen. cor. Serenus: Fertur Amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

AMYGDALITES, (ἀμυγδαλοειδὴς Dioſcoridi) herba eſt generis tithymali, a ſimilitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. cap. 8.

AMYLON, {*Amido*} (ἄμυλον) placentæ genus, quod ex tritico fiebat, aut ſiligine ſæpius elota. ita dictum q; ἀπὸ τοῦ μύλου, hoc eſt, ſine mola fieret. Macerabatur enim ſæpius quotidie triticum aut ſiligo, donec ita molleſceret, ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur. A' uulgo Seplaſiorum unica litera immutata Amydon uocatur. Rationem conficiandi amyli uide apud Pli. li. 18. cap. 7. & apud Catonem de Re ruſt. cap. 87.

AMYMONE, (Ἀμυμώνη) una ex quinquaginta filiabus Danai regis. quæ dũ ſe in ſyluis iaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eã facto, uim ei uoluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio ad ab eo paſſa eſt,

ſa eſt, quod a Satyro, formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem lib. 8. Eſt & Amymone apud eundem fons iuxta Lernam, cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 5.

AMYNTAS, (ἀμύντας) pater fuit Philippi Macedonis. Eſt item paſtoris nomen apud Theocritum & Verg. 3. Eclog. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.

AMYNTOR, (ἀμύντωρ) Dolopum rector. Ouid. 12. Metam. Quem Dolopũ rector bello ſuperatus Amyntor. Hic, Homero teſte, Ilia. 2. Pater fuit Phœnicis. Ouid. 8. Metam. Amyntore cretus Phœnix.

AMYSTIS, (ἄμυστις) ſtrenuæ potationis genus erat apud Thracas, cum potus ingurgitabatur, ut uinum in dolium infunditur, neque ſpiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde ἀμυστίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & ſine reſpiratione affatim bibere. Horat. lib. 1. Carm. Baſſum Threicia uincat amyſtide. Alij Amyſtidem poculi ſpeciem interpretantur, quo Thraces utebantur, quoties ἄμυστι, καὶ ἀπνευστί, hoc eſt, citra labrorum contractionem, & ſpiritus reciprocationem, potare uolebant.

AMYTHAONIA, (ἀμυθαονία) Elidis pars eſt, teſte Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

AMYTHAON, (ἀμυθάων) Melãpodis inſignis augurio & medici pater fuit, quem ab illo Amythaonium uocat. Verg. 3. Georg. Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.

AMYZON, (ἀμυζὼν Ptolem.) Cariæ oppidum eſt, cuius meminit Plin. libr. 5. cap. 29.

A ANTE N.

AN, (ἦ, μὴ) aduerbium interrogandi, & pro nunquid ponitur. Cic. An uero Romulus ille aut paſtores aut conuenas congregaſſe uidetur? Sed aliquando tranſit in uim coniunctionis εἰ, quum ſermo dubitatiuus eſt, & tunc ferè ſubiunctiuo iungitur: ut, Neſcio, an pater uiuat.

ANA, ſiue (ut apud Melã legitur) Anas (ἄνας Ptolemæo) fluuiũ nomen eſt apud Hiſpanos, qui Bæticam, hoc eſt, Granatam a Luſitania, quam hodie uocãt Portugalliam, diuidit. Vide Pli. lib. 3. cap. 1. & 22. Vulgo Gaudiana.

ANABASIS, (ἀνάβασις Dioſcoridi) herba quæ Equiſetum Latine dicitur, a Græcis Hippuris. Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam uocant.

ANABASIVS, (ἀναβάσιος) qui emittitur in exteras regiones, rumorẽ aliquẽ diſſeminaturus: qualem Triptolemum fuiſſe, in fabulis legimus, quẽ ſemina per orbem ſparſurum, Cererisq; beneficia annunciaturum a Dea rapidiſſimo curru emiſſum fabulantur. Nomẽ deductum eſt ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν, hoc eſt, ab aſcẽſu curruum ſcilicet, uel equorum. Hieronymus contra Rufinum: Idcirco ne cereales, & anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurrerũt, ut laudes meas legerẽt?

ANABATHRA, (ἀνάβαθρα) ſcalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcanſiles, aut inſtrumenta ſcabellorum, aut ſubſellia: ab ἀναβαίνω idest, ſurſum aſcendo. Iuuenal. Sat. 7. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANABIS, (ἄναβις) oppidum Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi. Ptolemæus.

ANABOLAGIVM, (ἀναβολάγιον) uel Anaboladium (ἀναβολάδιον) Sindonis genus eſt, quo humeri operiũtur, dictum ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλεσθαι, quod interdum Induo ſignificat, interdum reiicio. Solent enim mulieres in negligẽtiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, et cũ uiſum eſſet reiicere.

ANABVRA, (ἀνάβουρα) Piſidiæ oppidum apud Strabonem lib. 12.

ANACACABEA, (ἀνακακάβεα, λωτὸς) a uulgo Græcorũ arbuſcula quædã appellatur, teſte Actio, quæ Homero Lotos dicitur: Galli Alyſam & Alyſarũ nominant: Fructus quoque, eodem Actio teſte, a recentioribus Græcis Anacabon appellatur: Latini uocant Fabam Græcam. Vide Ruellium lib. 1, ca. 95.

ANACAMPSEROS, otis, (ἀνακαμψέρως) herba eſt, cui a Magis reuocandi amoris uis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτω reflecto, & ἔρως amor. Pli. lib. 24, cap. 17. Anacampſerotem celeber arte Grammatica pauló antè, cuius omnino tactu redirent amores, uel cum odio depoſiti.

ANACARDIVM, (ἀνακάρδιον) arbor Indiæ familiaris, fructu auiculæ corculo non diſſimili, unde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quæ ueluti ſanguine ſcateat. Ruellius lib. 1. cap. 37.

ANACE, (ἀνάκη) oppidum Achaiæ apud Stephanum.

ANACEPHALÆOSIS, (ἀνακεφαλαίωσις) pe. pro. breuis recapitulatio, in qua repetitio rerum ſummatim fit. Quint. lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibuſdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis, Græce κεφάλαιον, caput dicitur in ea ſignificatione, qua nonnulli capituli appellatione utuntur.

ANACHARSIS, (ἀνάχαρσις) philoſophus ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ, ut ſcribit Cic. lib. 5. Tuſcu. qui ſtudio cognoſcendi ritus & mores Græcorum in Græciam ſe contulit, eodem tempore, quo ſeptem Sapientes florebant. Huius imaginibus inſcriptum erat Linguæ uentre, pudendis abſtinendum eſſe. Plin. tradit Anacharſim inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu uaſa formãtur. Sed ſi (ut inquit Seneca) apud Homerũ longe antiquior inuenitur figuli rota, non uideo quo mõ Anacharſis eſſe auctor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus: dormiebat in terra, & famẽ pro pulmento habebat. Hic leges aranearũ telis q̃ ſimillimas eſſe dicebat, ꝙ muſcas quidẽ, & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autẽ quo pacto abſtemius fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos poneret. De genere mortis eius tradit Laertius, ꝙ cum in patriam ſe recepiſſet, Græcoq; ritu ſacrificaret, a fratre ſuo Scytharum rege, fuerit interemptus.

ANACHITES, (ἀναχίτης) gemma eſt omnium pretioſiſſima, quam notiore nomine Adamãtem uocamus: ita dicta ꝙ uanos motus, animiq; lymphationes credatur abigere, et aduerſus uenena habere uim antidoti. Vide Pli. li. ult. ca. 4.

ANACHORESIS, {*Eremo, romitorio*} (ἀναχώρησις) eremus, receſſus: unde monachi eremum incolentes, et quicunque procul ab hominibus receſſerint ἀναχωρηταὶ uocari. Caſſianus in Col. Cuius ſectatores anachoritæ, ideſt, receſſores merito nuncupantur, eo ꝙ nequaquam contenti hac uictoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, uaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant.

ANACLINTERIVM, {*Letticciuolo, materazzo*} (ἀνακλιντήριον) lectulus ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrant Florẽtię Tuſcanicæ: et apud Lampridium in Heliogabalo, Accubita: à quibuſdam quoq; Stibadia dicũtur. Spart. in Ceionio Commodo: Nam lectum eminentibus quatuor anaclinterijs fecerat, minuto reticulo undique incluſum.

ANACOLVTHOS, (ἀνακόλουθος) Latine inconſequens unde Anacoluthon figura, eſt cum non redditur quod ſuperioribus reſpondeat, ut ſi in oratione ponatur μέν, & non ſequatur δέ. Aut e contrario, cum particula, quæ non niſi poſteriori loco poni conſueuit, ſola ponatur ſine ea quæ ſolet præcedere: ut ſi, uerbi gratia, relatiuum ponatur ſine antecedente. Verg. 2. Aene. Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis: ubi Seruius Anacoluthon eſt: nam dicit quot, cum non præmiſerit tot.

ANACREON, (ἀνακρέων) nomen proprium poetæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta ſunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ ciuitate: ex qua etiam Hecateus hiſtoricus. Amauit puerum nomine Batyllum inſigni pulchritudine ſpectabilem. Hor. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo, Anacreonta Teium. Perijt acino uuæ paſſæ ſtrangulatus: ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

ANACRISIS, {*Eſamina. Arioſt. Altr' eſſamina in ciò non ſi facea*} (ἀνάκρισις) quæſtio de reo habita, ſiue ea per tormenta fieret, ſiue ſine tormentis. Itẽ interrogatio teſtium, quam uulgus informationem uocat. Vide Budæum in Commẽ.

ANACTORION, (ἀνακτόριον) herba eſt, quæ notioribus nominibus ξίφιον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioſco. lib. 4.

ANACTORIA, (ἀνακτόρεια Stephano) oppidum eſt Acarnaniæ, ad ſinum Ambracium. Pli. lib. 4. cap. 1. Eſt itẽ hoc nomine Ioniæ urbs in minore Aſia, poſtea Miletus appellata: ut teſtatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

ANADEMA, pen. pro. (ἀνάδημα) corona, ſertum, aut ſimile capitis ornamentum. A uerbo ἀναδέω, corono, uel circũligo. Lucret. lib. 4. Et bene parta patrũ ſiunt anademata, mitræ.

ANADENDRADES, pen. cor. (ἀναδενδράδες) uocantur à Græcis uites arbuſtiuæ, quæ ſcilicet arboribus fulciuntur.

ANADENDROMALACHE, (ἀναδενδρομαλάχη) malua arboreſcens, quam Gale. 4. Therapeuticæ eandem facit cum althæa.

ANADIPLOSIS, (ἀναδίπλωσις) pe. pro. dici poteſt reduplicatio. Eſt enim dictionis in ultima parte præcedentis uerſus ſitæ, in prima ſequentis repetitio. Verg. Eclog. 8. Certent, & cygnis ululæ, ſit Tityrus Orpheus, Orpheus in ſyluis, inter Delphinas Arion.

ANADYOMENE, pe. cor. (ἀναδυομένη) participium fœmininum eſt uerbi ἀναδύομαι. Latine reddi poteſt Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum eſt, quod Venerem habebat e mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

ANÆA, (ἀναία Stepha.) urbs Cariæ contra Samũ: à qua ſiunt gentilia, Anæus, (ἀναῖος) & Anaites, ἀναΐτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ philoſophus, & hiſtoriarum ſcriptor egregius.

ANÆTIA, (ἀναιτία) oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

ANAGALLIS, (ἀναγαλλίς) herba eſt quam Morgelinam, uel Gallinæ morſum uulgo uocari, Ruellio credimus. Duæ eius à Plinio traduntur ſpecies floris colore diſtinctæ. Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

ANAGLYPHA, pen. cor. {*Coſe di releuo*} (ἀνάγλυφα) dicuntur uaſa, aliave opera, ſculpturis aſpera, quæ ſcilicet ita exſculpta ſunt, ut in eis imagines emineant: ita dicta ab ἀνά, quod ſurſum ſignificat, uel ſupra, & γλύφω ſculpo: eo ꝙ ſculpturæ in ſuperiori parte emineant: unde & à Gallis Releuata dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. Plin. lib. 33. cap. 11. Nunc anaglypta in aſperitatemq; inciſa circa linearum picturas quærimus. Marti. lib. 1. Nec deſunt tibi uera Gianiana Nec menſis, anaglypta de paternis.

ANAGLYPTES, {*Scultore*} (ἀναγλύπτης) ſculptor qui ita quippiam exſculpit, ut in eo imagines promineant. Vide Anaglypha.

ANAGLYPTICE, ſiue Anaglyphice, {*L'arte del ſculpir di releuo*} (ἀναγλυφικὴ ἢ ἀναγλυπτικὴ) ars & ratio ita ſculpendi, ut in opere imagines emineãt. Huic opponitur Diaglyphice (διαγλυφική) cum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, & ita excauatæ, ut eminentes imagines ceræ, alteriue corpori molli poſſint imprimi: eiuſmodi ſunt annuli & ſigilla tam publica, q̃ priuata, quibus literæ, & diplomata obſignantur.

ANAGNIA, (ἀναγνία Ptolemæo) ciuitas Hernicorũ in Latio, ubi Antonius ſorore Auguſti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam feriri iuſſit. Verg. lib. 7. Quos diues Anagnia paſcit, &c.

ANAGNOSTES, (ἀναγνώστης) Latine lector dicitur. Nam ἀναγινώσκω, lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cice. Atti. Nam puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſitheus deceſſerat.

ANAGYRIS, (ἀνάγυρις) herba eſt grauiſſimi odoris, quæ ob id à ruſticis lignum putidum uocatur. Huius folia, uirgasq; ſiquis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quo non niſi frequenti lotione poteſt liberari. Hinc factus eſt locus prouerbio, ut qui ſibi offutura commoueat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc eſt, Anagyrin mouere dicatur.

ANAITIS, idis, (ἀναϊτίς) Deæ cuiuſdam nomen, quæ in Sacaſena Armeniæ regione præcipue colebatur. Huius deæ miniſterio moris erat optimatum filias forma præſtantiſſimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omnibus corporis ſui copiam feciſſent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps uiris tradebantur. Dies feſtus huic numini dicatus, Sacæ uocabatur, quo ſe uiri mulieribus permiſti ad ſtuporem uino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc feſta in memoriam uictoriæ, quam Cyrus de Sacarum gente retulit eſſe inſtituta. Ferunt enim Sacas Cyri caſtra ingreſſos, quæ ille ſimulata fuga epulis, uinoq; differta reliquerat, ita ſe uino obruiſſe, ut à Cyro omnes ad internecionem pene deleti fuerint prius, quã poſſent expergiſci. Strabo lib. 11.

ANALECTA, {*Immonditie della tauola*} (ἀνάλεκτα) purgamenta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum, ſub menſam cadentes, quæ manu colligi ſolent, & extra triclinium efferri. Marti. lib. 7. Colligere longa turpe nec putat dextra Analecta, quicquid et canes reliquerunt. Dicta Analecta, ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι, hoc eſt, à colligẽdo, propterea ꝙ manu colligerentur, non ſcopis euerrerentur. Inuentis enim lithoſtrotis, cæterisq; id genus pretioſioribus pauimentis, ceſſauit uſus ſcoparũ. Illa enim, ꝙ ex minoribus teſtulis conſtabant, ſcopas nõ admittebant: unde etiã Aſarota dicebantur, ꝙ nõ uerrerentur: ſed ꝙ manu purgamenta colligi ſolebãt, & pauimẽta ipſa ſpõgijs lauari. Mart. lib. 14. In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſ-

ſe: Otia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

ANALECTES, æ, (ἀναλέκτης) dicitur, teſte Cœlio Rhodi. lib. 13. ca. 31. qui multa lectione exercitatus, memoria eſt firmiſſima, ita ut quicquid unquã legerit uel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum eſt à uerbo ἀναλέγεσθαι, quod inter cætera ſignificat, ἀναμφισβόλως ἔχειν. καὶ ἐνθυμεῖσθαι, hoc eſt memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca: Suaſit illi Satellius Quadratus, ut Grammaticos haberet analectas.

ANALECTIDES, (ἀναλεκτίδες) dicuntur, quibus è xylino lino, uel quauis materia, puellæ tanquam puluillis conſtipant ſcapulas prominentes, ut uideri habitiores poſſint. Ouid. 3. de arte aman. Conueniunt tenues ſcapulis Analectides altis: Anguſtum circa faſcia pectus eat. Cœl. lib. 7. cap. 51.

ANALITÆ, (ἀναλῖται) populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

ANALOGIA, {*Proprietà, proportione, conuenienza, ſimilitudine*} (ἀναλογία) accentu in pen. proprietas, proportio, conuenientia, ſimilitudo. Cicer. Quod analogiam Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet. Quin. lib. 1. Analogia præcipue, quã proxime ex Græco transferentes in Latinũ, Proportionẽ uocauerunt. Hæc eſt eius uis, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo nõ quęritur, referat, ut incerta certis probet. ut ſi quæratus, funis maſculi. an fœmi. gene. ſit, ex eius diminutiuo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt.

ANALOGOS, (ἀνάλογος) proportione reſpondens.

ANALOGISMVS, (ἀναλογισμὸς) à Dialecticis uocatur firmiſſimũ illud argumẽti genus, quod à cauſa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogiſmus, qui ſolet ſumi ab effectu, aut certe à cauſa remota. Dicitur autem Analogiſmus à uerbo Græco ἀναλογίζομαι, quod inter cætera ſignificat ratiocinari, & firmiſſimis argumentis aliquid colligere.

ANALYTICA, orum, (ἀναλυτικὰ) nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis quibus ille iudicandi, ſiue (ut alij loquuntur) argumenta reſoluendi, partem exequitur. Nomen deductum eſt à uerbo ἀναλύειν, quod reſoluere ſignificat, nonnunquam etiam diiudicare. Budæus in Commen. ling. Græcæ.

ANALPHABETI, (ἀναλφάβητοι) à Græcis dicuntur qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quos Fulgentius Abeced...rios appellat, in 3. Mythologicon. Budæus in Pand.

ANAMNESIS, (ἀνάμνησις) Latine commemoratio dicitur.

ANANCÆON, (ἀναγκαῖον) neceſſarium Latine dicitur: figura quũ uolumus oſtendere neceſſitudinem, aut naturæ, aut temporis, aut alicuius perſonæ: quale eſt illud Democharis, Nihil ualebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio, quum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ neceſſitudinẽ extinguebat. Rutilius Lupus lib. 1.

ANANCHITIS, ananchitidis, (ἀναγχῖτις) gemma, de qua ſic Plin. lib. 37. cap. 11. Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines Deorum.

ANANTAPODOTON (ἀνανταπόδοτον) ſchema eſt, quo Græci frequentius utuntur, q̃ Latini, cum ſcilicet oratio aliquo membro deſtituitur.

ANAPÆSTVS, (ἀνάπαιστος) pes ex duabus ſyllabis breuibus, & ex tertia longa. Componitur ex ἀνὰ re, & παίω ferio, eo q̃ repercutiat dactylum ſono reciproco. A Græcis ἀντιδάκτυλος dicitur, quaſi dactylo contrarius. Cicer. lib. 2. Tuſcu. Non adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus exhortatio.

ANAPAVOMENOS, (ἀναπαυόμενος) fons eſt in Dodone, Ioui ſacer: ita dictus παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι, eò quòd ſub meridiem quotidie deſinat fluere. De hoc ſic ſcribit Pli. lib. 2. cap. 103. In Dodone, Iouis fons cum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur, accendit. Idẽ meridie ſemper deficit, qua de cauſa Anapauomenon uocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat. Ab eo rurſus ſenſim deficit.

ANAPHE, {*Nanphio*} (ἀνάφη) inſula eſt una Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypalæam, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerſerunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, q̃ Argonautis intermeſtri luna tempeſtate iactatis, opportune apparuerit.

ANAPHALIS, (ἀναφαλίς) herba eſt, quæ notiore nomine Gnaphalium, & à quibuſdam Centunculus appellatur.

ANAPHORA, (ἀναφορὰ) ſeu Epanaphora, (ἐπαναφορὰ) p. cor. figura quam nos Relationẽ ſeu repetitionẽ dicere poſſumus, quæ fit quoties in principio ſingulorũ mẽbrorũ, aut uerſuum eadẽ pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronunciabat. Ver. 1. Aen. Nate meę uires, mea magna potẽtia ſolus, Nate patris ſummi. Anaphoræ etiam ſcanſiones ſeu aſcenſiones ſignorum uocabantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cœli uaria, nũc maiores, nũc minores. Firmicus: Sed iſtis tãdiu uitijs laborabit, quoad ſigni eius fuerit anaphora completa.

ANAPIS, (ἄναπις) pe. pro. Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem ſtadijs procul à Syracuſis in mare defluens. Ouid. 5. Metam. præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

ANAPOLOGETOS, {*Ineſcuſabile*} (ἀναπολόγητος) Latine inexcuſabilis.

ANARCHVS, {*Senza principe, ſenza principio*} (ἄναρχος) ſine principe, uel principio. Ambroſ. lib. Exam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id eſt, principio carentem crederemus.

ANARISCÆ Straboni, Anariaci Plinio (ἀναριάκαι Stephano) populi ſunt ad mare Caſpium ad Ortum incolentes, quorum oppidum Anariace ἀναριάκη commemoratur à Stephano.

ANARRHINON, (ἀνάῤῥινον) quod & Antirrhinum, herba eſt anagallidi ſimilis, radice nulla aut perexigua, ſemine uitulinas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat. Galli Oculum catti. Vide Plin. lib. 25. cap. 10. & Ruellium lib. 3 cap. 131.

ANAS, atis, pe. genitiui co. {*Anitra. Arioſt. Qual buon'aſtor che l'anitra ò colomba*} νῆττα, auis notiſſima ex genere amphibiorũ. ita dicta ab aſſiduitate natãdi. Mart. li. 13. Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tãtũ, Et ceruice ſapit, cętera redde coquo. Huius diminutiuũ eſt Anaticula νησσάριον. Cice. 5. de Fin. Serpere angui culos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boues. Hinc Anatinus, na, nu, p. p. Plau. in Rudẽte: Vtinã fortuna anatina nuc uterer: ut quũ exiſſem ex aqua, arerẽ tamẽ. Eſt & Anas, (ἄνας) fluuius ulterioris Hiſpanię Bæticã diuidens à Luſitania. De quo Pomp. Mela. lib. 2. Antiqui pręterea Anatem uocabant anuũ morbum, quo ſcilicet uetulæ laborabant. Feſtus.

ANASA, (ἄνασα) oppidum Germaniæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

ANASPHOROS, (ἀνάσφορος) à quibuſdam uocatur herba, quam Græci πτερίδιον, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus. Quidam uero hoc ut pleraſque alias herbarum nomenclaturas apud eundem, inter notha referre malunt.

ANASTOMOSIS, (ἀναστόμωσις) à medicis appellatur apertio uenarum, quando ſcilicet uenarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter uaſorum imbecillitatem, aut propter ſanguinis ad orificia affluentis copiã, Gale. lib. 4. & 5. Methodi. Eſt autem nomen hoc deductum à uerbo Græco ἀναστομόω, quod Latine ſonat aperio.

ANASTROPHE, (ἀναστροφὴ) inuerſio, uel peruerſio dicitũ. Eſt. n. (ut docet Diomedes) duorũ uerborũ ordo præpoſterus: ut, Italiá cõtra, pro contra Italiã.

ANATARIVS, (νηττοφύλαξ) qui anates cuſtodit, paſcit've.

ANATARIVS, a, um, {*Quello che è dell'anitra come le penne &c.*} quod ex anate eſt, ut Anatariæ plumæ. Siue quod ad anates pertinet, ut Anataria aquila, νηττοφόνος ἀετός, quæ anates uenatur. Plin. lib. 10. cap. 3.

ANATHEMA, {*Scommunica*} (ἀνάθημα) idẽ quod deteſtatio, uel execratio. Item donum, quod dijs ſuſpenditur in columna, uel pariete templi: ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, hoc eſt, à ſeponendo, uel ſuſpendendo: aut certe ab eo, q̃ nefas eſſet ea loco mouere. Homines quoque ſacri quorum capita deorũ alicui dicata ſunt, Anathemata appellatur. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ.

ANATHEMATIZO, zas, deuoueo, deteſtor.

ANATOCISMVS {*Tutto'l tempo dell'uſura*} (ἀνατοκισμὸς) eſt uſuræ anniuerſaria reuolutio, & quas uſuras uſurarũ uocant. Ci. ad Att. Interim cũ in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum cum anatociſmo anniuerſario.

ANATOME, mes, (ἀνατομὴ) diſſectio, uel conſectio, quum ſcilicet humanum corpus diſſecatur, ut uenæ neruı, & cætera à medicis conſpici poſſunt.

ANAVROS, (ἄναυρος) fluuius Theſſaliæ, ex Pelio monte fluens, quaſi abſq; aura dictus. Luc. lib. 6. Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera nec tenues uentos aſpirat Anauros. De hoc fluuio, uel potius torrente uide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

ANAVSIS, apud Flaccum in Argonau. procus eſt Medeę, Halanorum & Henochorum rex, poſtea à Styro riuali interfectus.

ANAX, (ἄναξ) proprium uiri nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Coel. Rhod. lib. 5. cap. 1.

ANAXAGORAS, (ἀναξαγόρας) pe. c. Clazomenius philoſophus fuit in phyſicis præcellẽs, qui non modo generis gloria & diuitiis, uerũ animi quoque magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totũ patrimoniũ ſuis ſponte reliquit. Et quũ ab eis negligẽtię inſimularetur. Quid ergo, inquit, non'ne uos iſta curatis? Mox abſcedens, ad ſpeculandũ rerum naturã ſe contulit, ſtudio doctrinarũ flagrans, rei & priuatæ, & publicæ omnino negligens, & incurioſus, adeo ut cũ eũ ipſum ita cõpellant: Nulla'ne tibi patriæ cura eſt? dixerit. Mihi uero patriæ cura, & quidẽ ſumma eſt, digitum in cœlum intendens. Hic quum poſt diuturnam peregrinationem in patriam rediiſſet, poſſeſſioneſq; deſertas uidiſſet, non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ periiſſent. Digna profecto uox philoſopho qui pluris faceret culturã ingenij, q̃ prædiorum. Vide plura de hoc apud Laertiũ.

ANAXANDRIDES, (ἀναξανδρίδης) poeta Græcus, Comœdiarum ſcriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. uicit una, ut ſcribit Suidas.

ANAXARCHVS, (ἀνάξαρχος) nomen proprium philoſophi. Abderitæ: ſectatoriſq; Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo cõprehenſus, coniectuſq; in pilam ſaxeam, quã Græco ὅλμον uocant, ibiq; ferreis malleis contuſus, adeo toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, ut uerbum illud memorabile conduplicauerit. Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abſciſſam & commanducatam linguam in os eius ira patulum dicitur expuiſſe. Vide Laertium.

ANAXARETE, (ἀναξαρέτη) puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma inſignis & regia ſtirpe ſuperba, quam cum Iphis infimæ ſortis iuuenis perditiſſime amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia ſeſe ad fores eius ſuſpendit, cuius funus cum Anaxarete ſiccis, immotiſq; oculis intueretur, in ſaxum eſt conuerſa, ut fabulatur Ouid. lib. 14. Metam.

ANAXENOR, (ἀναξήνωρ) citharædus fuit, quem Magneſia ciuitas ualde extulit. ſed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit, ut ſcribit Strabo lib. 14.

ANAXETVM, (ἀνάξετον) apud Dioſco. lib. 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquã non deſunt, qui & hoc malunt inter notha referre.

ANAXILAS, (ἀναξίλας) poetæ comici nomen, cuius meminit Suidas.

ANAXILLAVS, (ἀναξίλαος) Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Meſſanæ in Sicilia conditor, qui ex teſtamento liberos ſuos Mycitho ſeruo ſuæ tutelæ commendauit. Mycithus autẽ prouinciã ſibi impoſitã, tãta fide, modeſtiaq; adminiſtrauit, ut Rhegini, ſerui imperiũ nõ detrectarẽt. Pueris demũ ad legitimã ætatẽ prouectis bona fide & imperiũ, & paternã hæreditatẽ reſtituit, ſibiq; exiguo ſeruato uiatico reliquũ uitæ priuatus peregit. Fuit pręterea Anaxilaus quidã ex Lacedæmoniorũ principibus, q̃ una cũ Lycurgo in uincula cõiectus fuit. & paulo poſt cũ eodẽ abſolutus. Vide Plutarchũ in Alcibiade.

ANAXILIDES, (ἀναξιλίδης) nomen philoſophi, de quo Hieronymus cõtra Iouin. ſcribit q̃ in libro ſecundo philoſophiæ aſſerat Perictionem matrem Platonis phantaſmate Apollinis fuiſſe oppreſſam. quodq; ſapientiæ principem non aliter arbitretur niſi de partu uirginis editum.

ANAXIMANDER, (ἀναξίμανδρος) Mileſius philoſophus Thaletis auditor, primus terræ mariſq; circuitus deſcripſit, & ſphæram inſuper conſtruxit, ut inquit Laertius. Hic dixit infinitum rerum omnium generationis atque corruptionis cauſam eſſe: & partes quidem uniuerſi corrumpi, totum autem eſſe immutabile. Præterea cylindri eſſe terram aſſeruit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia inueniatur.

ANAXIMENES, (ἀναξιμένης) philoſophus fuit Mileſius, Euryſtrati filius Anaximandri diſcipulus ſucceſſorq;, qui eo die obiit, quo Sardis à Cyro captæ fuerunt. Hic principium rerũ aera opinatus eſt, quem genere infinitũ, qualitatibus finitũ aiebat, cuius cõdẽſatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Mo-

tum

tum uero ab æterno eſſe dixit: terram ex ære conſtipato, primum omnium factã latam, magnam: idcirco non abſque ratione ſuper aerem contineri: Solem, Lunam, cæteraſq; ſtellas a terra ortum habere.

ANAXO, (ἀναξώ) Ancæi cuiuſdã filia fuit, quã quidã Alcmenes matrẽ faciũt, non Lyſidicem, ſororem Pytthei ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutar.

ANAXYRIS, {Rumice} (ἀναξυρίς) herba eſt notiſſima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant. ita dicta q; folia eius calceorum ſoleas imitentur, quæ & Anaxyrides quandoque a Græcis appellantur.

ANAZARBA, (ἀναζαρβα Stephano) oppidum eſt Ciliciæ, Dioſcoridis illuſtriſſimi medici patria.

ANCÆSA, {Vaſi intagliati} dicta ſunt ab antiquis uaſa quæ cælata uocamus, q; circum cædendo talia fiunt: Ipſum quoque Cæſare uerbum ab eadem cauſa dictum eſt, d cum l permutata. Feſtus.

ANCÆVS, (ἀγκαῖος) Samiorum rex, qui ſtrenuiſſimus agricola habitus fuit. Huic cum ſeruos nimio labore premeret, prædictum fuit a ſeruo, nullum illum eius uineæ, quã tum plantabat, uinum habiturum. Paucis poſt annis, coacta eius uineæ uindemia, iuſſit ſibi ex lacu uinum hauriri, increpãs eũ, qui futurum prædixerat, ut nunquam eius uineæ uinum biberet. Iamq; calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis uineam uaſtare. Abiecto itaque poculo, cum aprum uellet interficere ab illo dente ictus interiit. Huc alludit Horatius, cum ait. Inter calicẽ ſupremaq; labra Multa cadunt. Vide Eraſmi Adagia. Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

ANCEPS, ancipitis, {Dubbio, dubbioſo. Pet. In dubbio ſtato ſi fidel configlio} (ἀμφίστομος) quod utrinque acutum eſt. Anceps (inquit Feſtus) ſignificare uidetur, quod ex utraque parte caput habet, ut ſecuris, bipennis. Sed magis a capiendo, q; ex utraque parte æque capiatur, appellatum eſt. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. Accipitur pro dubio, ſiue ambiguo, (ἀμφίβολος, ἐπαμφοτερίζων). Cic. pro Marcel. incertus eſt exitus, & anceps fortuna.

ANCHACES, nomen ducis in exercitu Perſæ contra Aetem Colchorum regem, fratrem Perſæ. Val. 6. Argon. Doctus, & Anchaces, patulo uaga uincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

ANCHEMOLVS, (ἀγχέμολος) Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui cum Caſperiæ nouercę ſtuprum intuliſſet, a patre ad ſupplicium petitus, ad Turnum in militiã profugit. Hæc Seruius in illud Verg. 10. Aen. Sthelenum petit, & Rhœti de gente uetuſta Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercę.

ANCHIALE, (ἀγχιάλη) ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo, poſt Zephyrium, inquit, Anchiale ſupra mare. Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, ſed ab Anchiale Iapeti filia conditam uult Cydni matre, a quo nomen uicino flumini. Ex Stephano.

ANCHIALOS, {Anchialo} (ἀγχίαλος) urbs Thraciæ ſita in intimo ſinu, atque ubi potius alterũ ſui flexũ angulo ſinit, nõ procul a magna Apollonia. Hæc Põponius. Eſt & Anchialos, aſtrologi nomẽ, cuius meminit Cic. li. 2. de diuin.

ANCHISES, (ἀγχίσης) Capyos filios, ante bellum Troianum, nemorum latebras & ſolitudines coluiſſe fertur, gregibus & armentis intentus: quibus cum uacaret, a Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus eſt Aeneas apud Simoentis Troiæ fluuium, ut ſcribit Seruius. Porrò cum ſe Veneris concubitu uſum fuiſſe iactaſſet, a Ioue fulmine eſt afflatus. Propterea dicunt eum Troianorum conſiliis non interfuiſſe. Ardente Troia cum nulla ſalutis ſpes appareret, ſenio confectum Aeneas humeris impoſuit, ſecumq; Drepanum uſque Siciliæ urbem uexit, ubi fatis conceſſit. Verg. 1. Aene. Tu'ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undas?

ANCHITES, lege Anachites.

ANCHORA, pen. cor. {Anchora. Pet. Et l'anchora gittar in qualche porto} ferreum inſtrumentum, quo naues retinentur, quod & a Græcis ἄγκυρα uocatur: unde & Latini uocem hanc procul dubio mutuarunt, κ tenue in ſuam aſpiratã, & υ in o commutantes. Cic. 7. Verr. Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. Et quia nautæ tempeſtate iactati, quando feliciter nauigandi nulla ſpes ſupereſt, ad anchoram confugiunt, quã eiecta nauim eodem in loco retinent, donec felicius nauigandi ſe offerat occaſio: factum eſt ut Sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vide Eraſmum in Adag.

ANCHORARIVS, {Anchorato} qui curam anchorę habet, ut eam uel demittat, uel eleuet.

ANCHORARIVS, a, um, quod ad anchoram pertinet: ut, Funes anchorarii. Hirtius. Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt. Anchoralis, his, le. adiect. Pli. lib. 16. cap. 8. Vſus eius anchoralibus maxime nauium piſcantiumq; tragulis. Anchoralis tractus. Liu. 7. bel. Maced.

ANCHVRVS, (ἄγχουρος) Midæ regis filius fuit: de quo hęc tradit. Plu. in Parallel. Circa Celænon Phrygiæ oppidum, terra ingenti hiatu diuiſa, cum Midę reſponſum eſſet, futurum ut terra coiret, ſi res in hiatum pretioſiſſimas deieciſſet, Anchurus regis filius nihil hominis anima pretioſius exiſtimans, conſcenſo equo, ſe in ſpecũ præcipitauit. Nec ita multo poſt terra in priſtinã coiit figuram.

ANCHVSA, (ἄγχουσα) herba eſt lactucæ foliis, radicem habens digitali craſſitudine, colore ſanguineo æſtate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli uocant Orchanettam.

ANCILE, per ſimplex l, pe. pr. ſcutum breue erat, auctore Feſto, ita ex utroque latere receſſum ut nullus angulus uideri poſſet, & ſummũ infimumq; eius latus medio pateret. Dictũ ab Am & Cęſum, quaſi Anciſum: uel ab ἀγκών, quod eſt cubitus: uel ab ἄκος remediũ, quoniã peſtilentiæ remediũ fuit. Fertur Numæ Põpilio tempeſtate de cœlo decidiſſe, unaq; editã uocem, omnium potentiſſimã fore ciuitatẽ quandiu id ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdẽ generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. De hoc Oui. li. 3. Faſtorũ: Ecce leue ſcutũ uerſatum leniter aura Decidit: a populo clamor ad aſtra uenit. Et paulo poſt: Idq; ancile uocat, quod ab omni parte reciſum eſt: Quẽq; notes oculis, angulus omnis abeſt. Liu. li. 1. Salios itẽ duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæ pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicã æneũ pectori tegmen: cœleſtiaq; arma, quæ ancilia appellant, ferre ac per urbẽ ire canentes carmina cũ tripudiis, ſolemniq; ſaltatu iuſſit. Hora. li. 3. Carm. Hoc Ancilium declinauit cũ ait, Anciliorũ nominis, & togę, Iuuenalis uero adiectiuum poſuit, quũ dixit, Clypeis ancilibus.

ANCILLA, {Fante, ſerua. Boc. Gior. 6. No. ult. Vna fante de l'hoſte, graſſa, unta, & aſſumata} (δούλη) mulier ſerua. Nomen deductũ putant Feſtus ab Anco Martio, q; is in bello magnum fœminarum numerũ ceperit. Siue q; antiqui Anculare dicebant miniſtrare. Ex quo dii quoq; ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ. Pli. lib. 2. cap. 63. Terra mortalium ſemper ancilla.

ANCILLVLA, (θεραπαινίδιον) diminutiuum ab ancilla. Cic. 1. de Orat. Iuris ſcientiã eloquentiæ, tanquã ancillulam pediſſequãq; adiunxiſti. Ancillaris, adiectiuum, quod ad ancillã pertinet. Salluſt. in Cic. Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares. Ancillariolus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. Marti lib. 12. Ancillariolũ tua te uocat uxor, & ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

ANCILLOR, aris, {Miniſtrare, ſeruire. Pet. Morir innanzi che ſeruir ſoſtenne} (διακονέω) miniſtro, uel dedico me ad miniſtrandum, ac ſeruiendum, more ancillarum, quæ ſuis miniſtrant ac ſeruiunt heris. Cice. in Salluſt. Non enim uni priuatim ancillatus ſum.

ANCLABRA, uaſa ſunt quibus ſacerdotes utebantur. Anclabris (inquit Feſtus) eſt menſa miniſteriis apta diuinis. uaſa quoq; in ea, quibus Sacerdotes utuntur, anclabra appellantur. Sunt qui legãt Antlabra, ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν, hoc eſt, ab hauriendo.

ANCLARE, Lege Antlare.

ANCON, onis, ſiue Ancona, æ, p. p. {Ancona} (ἀγκών) urbs eſt totius Piceni celeberrima, portũ habẽs inſigni opere à Traiano Cæſare extructũ. Nomẽ habet à ſitu qui cubiti flexurã refert. Gręci n. & cubitũ, & locũ cubiti modo ſinuoſum, ἀγκῶνα appellãt. Pli. li. 3. ca. 13. Ab iiſdẽ colonia Ancon, appoſita promõtorio Cumero in ipſo flectentis ſe oræ cubito. Fuit itẽ Ancon, apud Carthaginẽſes obſcurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat tyrannus.

ANCONISCI, (ἀγκωνίσκοι) inſtrumenta tortoria. Item ferramenta oneribus ſuſtinendis idonea, quæ à Gallis corrupte Angones uocantur: cuiuſmodi in cellarum uinariarum columnis uidemus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à ſimilitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam ut plerique dormientium cubitis, ita hiſce ferramentis onera innituntur.

ANCVS, (ἄγκος) cognomẽto Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilii ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & ianiculũ ponte ſublicio urbi cõiunxit, Romanorũq; limites ad mare uſque promouit, ubi & Oſtiã cõdidit. Reliqua uide apud Liui. lib. 1. ab Vrb. cond. Dictũ aũt uolunt Ancum ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, hoc eſt, à cubito, quẽ incuruũ habebat, nec poterat exporrigere. Vide Seruiũ in illud Verg 6. Aen. Quem iuxta ſequitur iactantior Ancus.

ANCYERES, (ἀγκτῆρες) uincula ſunt, quibus uulnerum labra conſtringuntur, ne latior fiat cicatrix. Gale. 3. Therapeu. Item pars colli, ſuffocationi maxime obnoxia, ἀπὸ τοῦ ἄγχειν. Vide Cœl. Rhodi. lib. 4. cap. 2.

ANCYLOGLOSSVM, {Filello della lingua} (ἀγκυλόγλωσσον) uinculũ neruoſum ſub lingua, in pueris præſertim, quod Filum uulgo appellatur. Eximitur aũt inſtrumẽto, qđ ἀγκυλότομον appellãt. Vide Paulũ Aeginetã li. 6. c. 29.

ANCVLI, & Anculæ, dii, deæq; ancillarum putabantur. Feſtus.

ANCYRA, (ἄγκυρα) nomen duarũ urbium, quarum altera eſt Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in iure pontificio ſæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris nauiũ captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex ſuppetias Gallogræcis miſerat. Vide Stephanum: Et Plin. lib. 5. cap. ulti.

ANCYROMACHVS, (ἀγκυρόμαχος) pen. cor. genus nauigii eſt, ita dictũ q; anchoris, & reliquis nauigii inſtrumentis uehendis ſit aptum.

ANDABATÆ, {Combattenti à la cieca} (ἀνδαβάται) gladiatores erant, qui oculis clauſis digladiabantur. Cice. Trebatio: Quem antea ne andabatam quidẽ defraudare poteramus. De Andabatis ſic ſcribit Eraſmus: Andabatæ fuerint'ne populi clauſis oculis ſoliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clauſis oculis tenderent in aduerſarium, an potius luſus genus, ut propemodum ex Seneca licet coniicere, nondum (ut ingenue fatear) ſatis compertum habeo.

ANDANIA, (ἀνδανία Stephano) oppidum eſt Peloponneſi in tractu Meſſeniaco, cuius meminit & Strabo lib. 8.

ANDANIS, (ἄνδανις) fluuius eſt Carmaniæ regionis, cuius meminit Pli. lib. 6. cap. 23.

ANDEGAVI, Galliæ Lugdunenſis populi, qui & Andes. Corn. Tacitus li. 3. Erupere primi Andegaui ac Turonii, quorum Andegauos, Acilius Auiola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coercuit. Horũ meminit & Plin. lib. 4. cap. 18.

ANDELVS, (ἄνδηλος) ciuitas eſt Hiſpaniæ in Vaſconia non procul à Pompeiopoli, quæ uulgo Pampilona appellatur: metropolis regni Nauarræ.

ANDES, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricenſi, oceanoq; proximi, quos Ligeris flumen alluit. Plin. Andegauos appellat, Cæſar Andes.

ANDES, uicus non procul à Mantua, Vergilii patria. Hinc Andinus, Adiectiuum: ut Andinus uates: cantus Andinus. Sil. lib. 8. Mantua muſarum domus, atque ad ſydera cantu Euecta Andino. id eſt, Vergiliano.

ANDOCIDES, (ἀνδοκίδης) unus ex decem præcipuis Athenienſium Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nauſicaæ poſteris, ut ex Hellanici ſententia tradit Suidas.

ANDRACHNE, {Porcellana porcellacchia} (ἀνδράχνη) herba eſt, quę à Latinis Portulaca dicitur.

ANDRACHNE AGRIA, (ἀνδράχνη ἀγρία) herba eſt maiori ſemperuiuo ſimilis, ſed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca ſylueſtris. Vide Ruellium lib. 2. cap. 140.

ANDRAGO, (ἀνδραγώ) p. p. mulier animum uirilem habens, ἀπὸ τοῦ ἀνδρικοῦ ἄγειν: Latini Viraginem uocant.

ANDRIA, (ἀνδρία) Phrygiæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. ulti. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

ANDRIACA, (ἀνδριάκη Ptolemæo) oppidum eſt in Media: & alterum in Lycia Ptolemæo: Rurſum aliud in Thracia, Straboni.

ANDRICVS, (ἀνδρικὸς) pe. cor. Ciliciæ mons, ut inquit Strabo lib 14. Quin etiam nomine dictum eſt flumen quoddam eiuſdẽ regionis, nõ procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

ANDROBIVS, (ἀνδρόβιος) nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras claſſis Perſicæ incidentem. Plin. lib. 35. cap. 11.

ANDROCLEVS, (ἀνδρόκλειος) fuit philoſophus, Porphyrii diſcipulus, cuius ipſe Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

ANDRODAMAS,(ἀνδροδάμας)lapis eſt ex genere hæmatitarum, colore nigricāte,pondere ac duritia inſignis,qui attritus coti ſuccum reddat ſanguineū. Vide Pli.lib.36.cap.20. Eſt præterea Androdamas,gemmæ nomen,quæ argentum nitorē habet,ut adamas quadrata,& ſemper teſſellis ſimilis:cui Magi putant nomē impoſitum ab eo,ꝙ impetus hominum & iracundias domet,ἀπὸ τοῦ δαμάζειν τοὺς ἄνδρας,hoc eſt à domandis uiris. De hac Pli.li.37.ca.10.

ANDRODAMVS,Rheginus,qui leges condidit Chalcidenſibus qui ſunt in Thracia,ut ſcribit Ariſtoteles.

ANDROCLVS,nomen propriū filij Codri Athenienſium regis, qui Epheſum condidit,& Ionum regnum ibi conſtituit. Fuit & alter Androclus ſeruus,hoſpes,et medicus konis:de quo uide hiſtoriā cognitu digniſſimā apud Aul.Gel.

ANDROGEOS,(ἀνδρόγεως)præclaræ indolis adoleſcens Minois Cretēſiū regis filius fuit,qui ab Athenieſibus & Megarēſibus per inuidiam occiſus eſt, ꝙ palæſtra cęteros ſuperaret. Quapropter ſuſcepto à Minoe excurſus hos populos bello,primo Megarenſes ſubegit,deinde Athenienſes ſibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienſes Minotauro cœpit obijcere.

ANDROGYNI,(ἀνδρόγυνοι)ſunt populi in Aphrica ſupra Naſamonas ut lib.7.cap.2.Plin.ſcribit,utriuſq; naturę inter ſe uicibus coeuntes,Dextera mamma his uirilis,læua muliebris.

ANDROGYNOS,(ἀνδρόγυνος)pe.cor.qui utrunq; habet ſexum, & maris & fœminæ:cuiuſmodi Hermaphroditum fuiſſe Poetæ fabulantur,Mercurii et Veneris filium, Ab,ἀνὴρ,& γυνή.Cic.1.de Diuina. Quid ortus Androgyni? nonne fatale quoddam monſtrum fuit?

ANDROMACHE,(ἀνδρομάχη)pen.cor.Eetionis regis Thebarum, quę in Cilicia ſunt,filia,& Hectoris Troiani uxor,& mater Aſtyanactis,quæ à uirili pugna nomen ſortita eſt.Fuit enim uirili animo ſepta, & quædam ueluti uirago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Moloſſum filium ſuſcepit:poſteaq; Heleno uati Priami filio eam uxorem tradidit, regniq; portionem eidem aſſignauit.

ANDROMACHVS,(ἀνδρόμαχος)adulator Craſſi, à quo tamen Craſſus ipſe Parthis proditus eſt. Auctor Plutarchus. Fuit & Andromachus ſophiſta è Neapoli Syriæ,filius Zonæ,qui grammaticam docuit Nicomediæ,Diocletiani principis tempore,ut auctor eſt Suidas.

ANDROMEDE,(ἀνδρομέδη)pe.cor.Cephei & Caſſiopes filia,quæ ob matris ſuperbiam,quæ ſe Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis ſcopulo fuit alligata,& ceto deuoranda expoſita,ſed Perſei uirtute liberata, qui illac opportune iter faciens,& cetum interemit,& Andromedam uxorem duxit. Poſtremo Mineruæ beneficio inter aſtra collocata dicitur. Oritur in parte piſcium duodecima.

ANDROMON,nomen eſt eius qui Colophonem ædificauit.

ANDRON,{L'Androne}(ἀνδρών)à quibuſdam putatur eſſe locus in ædibus patentibus undiq; ſeptus,ſed ferè ſine tecto. Plin.in Epiſt. Tam alti abditiq; ſecreti illa ratio eſt,ꝙ interiacens andron parietē cubiculi hortiq; diſtinguit,atque ita omnē ſonū media inanitate diſtinguit. Feſtus locū eſſe ait in ædibus longitudine anguſtiorē in quo uiri plurimum uerſantur,ut γυναικεῖος in quo mulieres. Solebant enim uiri publico ſcito in conuiuijs maxime à mulieribus ſeiungi, ne illorū moribus accumberent. Suidas quoq; Andronem interpretatur locum in ædibus,in quē uiri ſolent conuenire. Dicebatur huiuſmodi locus etiā Andronitis:ꝙ in eo uiri ſine interpellationibus mulieris uerſarentur,ut ſcribit Vitruu. li. 6. Eſt etiam Andron(ſicut ſcribit Ptolemæus)oppidū inferioris regionis Nili.

ANDRONICVS Rhodius,philoſophus Peripateticus,cuius meminit Stra. Fuit & alius Andronicus grammaticus deſidioſior in profeſſione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam ſcholam,ut refert Tranquillus. Andronicus item alius fuit hiſtoricus,qui res Alexandri ſcripſit, ut ſcribit Volaterr. Fuit item Andronicus Liuij cognomen, Poetarum Latinorum uetuſtiſſimi: cuius uitam uide apud Crinitum.

ANDRONIVM,medicamentum eſt uuæ,quæ in fine faucium naſci ſolet,curandæ utile. Eius confectionem uide apud Celſum lib.6.cap.14.

ANDROS,ſiue Andrus,{Andro}(ἄνδρος)inſula eſt una Cycladum,Eubœę adiacens:de qua Plin.lib.4.cap.12. Eſt item Andrus,inſula Oceani Septentrionalis,inter Hyberniam & Britanniam. Plin.lib.4.cap.16.

ANDROSÆMON,(ἀνδρόσαιμον)herba eſt ſimilis Hyperico, cauliculis tamen maioribus,ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris,qui digitis attritus,ſuccum emittit ſanguini ſimilem: unde,& nomē habet. Αἷμα enim apud nos ſanguinem ſignificat. De hac herba uide Plin.lib.26.cap.5.

ANDROSACES,(ἀνδρόσακες) herba eſt in maritimis Syriæ locis copioſiſſime prouenienſ,alba,carens folijs,folliculos in cirris habens, & in folliculis ſemen. Vide Plin.lib.27.cap.4.

ANELLVS,{Anelletto. Boc. Gior. 9. No. 5. Recandoli cotali anelletti contrafatti}(μικρὸς δακτύλιος)diminutiuum ab anulo. Hora.in Sermo. Sæpe notatus Cum tribus anellis,modo læua Priſcus inani. Cic. Cuius imaginem non modo in tabulis noſtri familiares,ſed etiam in poculis,& anellis habebant.

ANEMONE,pen.pro.(ἀνεμώνη)herba eſt florem habens eiuſdem nominis, caduca leuitate ſtatim euaneſcentem,quem Poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonidis ab apro interempti. Galli uocant Herbam uenti,ꝙ flante uento floribus ſuis ſpolietur,quos illi Coquelordas appellant. Meminit huius herbæ Nicander in Theriac.& Theocritus in Bucol. Flos eſt purpureus, aſpectu ſatis amœnus,ſed nulla odoris gratia commendatus. Vnde ortum eſt prouerbium ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις,hoc eſt,Roſam cum Anemone confers. Dicta putatur Anemone,ꝙ niſi uento flante(quem ἄνεμον uocant Græci) nō aperiatur.

ANEMO,fluuius eſt in octaua Italiæ regione,apud Plin.lib.3.cap.15.

ANEMOREA,(ἀνεμώρεια Homero)oppidū Phocidis,quod poſtea Anemoleam appellarunt.

ANEMOSPHOROS,(ἀνεμόσφορος)herba eſt ex uaporum generibus,quę receptiore nomine Bunion appellatur.

ANETHVM,(ἄνηθον)genus herbę boni odoris,etiam hodie in officinis nomē retinens,ructus mouens,tormina ſedans,& ſingultus cohibens. Pli.li.20.c.18.

ANFRACTVS,(περίοδοι)dicuntur obliqui uiarū flexus,in ſeſe recurrentes, ab An,& frāgo,quod recta uia crebris meandris undequaq; ſit interrupta. Cęſar: Oppidi murus ab planitie,atq; initio aſcenſus,recta regione,ſi nullus anfractus intercederet. M D D.paſſ.aberat. Transfertur & ad alia,accipiturq; ſimpliciter pro quouis circuitu. Cic.de Parti.Orat. Oratio circumſcripta longo anfractu. Legitur & Anfractum neut.genere apud uetuſtiſſimos. Accius Euryſace,citante Nonio. Super Oceani ſtagna alia patris terrarum anfracta accuſam.

ANGARI,(ἄγγαροι)teſte Suida,nuntij erant regis apud Perſas,qui & ἀστάνδαι uocabantur. Quod tamen nomen poſtea latius uſurpari cœpit pro quibuſuis qui ſeruorum aut iumentorum onera baiularent. Horum diuerſoria, in quæ peracto dici penſo diuertebant. Angara(ἄγγαρα)uocabatur. Quod etiam annotauit Cœl. Rhod.lib.18.cap.8.

ANGARIA,pen.pro.{Angaria,grauezza}(ἀγγαρεία)dictio Perſica, ut inquit Suidas,proprie ſeruitus coacta. Vnde ſi quis cogitur plus ſoluere publicanis ꝙ liceat,angaria eſt. Inde ἀγγαρεύω,cogo. Budæus ſic habet: Apud Perſas erat ἀγγαρεῖον δρόμημα,curſus perniciſſimus equitum, ut ſcribit Herodot. in 8. Vnde nomen angariæ,& perangariæ in libris iuris lectitatum manauit: Eſt enim nomen Perſicum. Noſtrates Poſtas,quaſi poſitos collocatoſq; certis in locis,& ſemper in procinctu excubantes,appellant.

ANGARIS,mons eſt Idumææ,apud Plin.lib.5.cap.13.

ANGELVS,(ἄγγελος)Latine nuntius,nam officij nomen eſt, non naturæ. Sēper enim ſpiritus ſunt,ſed quum mittuntur,uocantur angeli. Angelicum metrū Diomedi,celeritate nuntiis aptum.

ANGERONA,{La Dea del piacere}(ἀγγερώνα)uocitata eſt uoluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur,cui ſacra a Romanis inſtituta ſunt,quum angina ciuitas uexaretur:ab angore tollendo ſic dicta. Eius feſta Angeronalia ſunt uocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo præmiſſo uoto fuiſſe liberatum. Huic Pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciebant.

ANGINA,pe.pro.{La Schilantia}(συνάγχη) genus morbi acutiſſimi,quo fauces anguntur ac ſtrangulantur. Imperitum uulgus medicorum Squinantiam uocat,dicta angina ꝙ angat guttur,uiamq; ſpiritui præcludat. Plaut. Vellem me in anginam uerti,ut hunc aniculæ fauces præoccuparem. Feſtus: Anginam uinariam habere dicuntur,qui uino ſuffocantur.

ANGIPORTVS,quarti ordinis:& Angiportum,{Via ſenza capo, Angiporto. Arioſt. Et faligato inſin'à gli angiporti}(στενωπός)uia eſt exitum nō habens: uel uicus anguſtus et flexuoſus in modum anguis:quaſi anguſtus ad portā uſitus:ab agendo & portu. Vlpian. Angiportum a portu dictum eſt, portus uero concluſus & munitus locus eſt,quemadmodum & ſtatio:ab importandis, exportandiſq; mercibus nomen habens. Terent.in Adelp. Id quidem angiportum non eſt peruium. Cic.4.Verr. Vt omnibus in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuæ ponantur. Alij a Græco ἀγχί,quod ſignificat prope,deductum uolunt,quia non longius extenditur.

ANGITIA,Aeetæ filia,& ſoror Medeæ, quæ prima Marſis remedia contra uenena fertur oſtendiſſe. Silius lib.8. Aeetæ prolem angitiam mala gramina primam Monſtrauiſſe ferunt tactuq; domare uenena.

ANGLIA,{Inghilterra. Boc. Gior. 2. No. 2. Il Re de Inghilterra}(βρεττανία) quæ Britannia ab eruditis dicitur, inſula inſignis in oceano, quæ undique circunfuſo mari complexa eſt,nuſquam iuncta continenti,ſed ab omni orbe noſtro diuiſa: quæ quondā ab albis rupibus,quas mare undique abluit, Albion dicebatur. Hanc primā Troes incoluerunt,qui Troia diſiecta fugerunt excidium patriā Palladiſq; oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt,atque gigantes tunc inſulam tenentes,multis uictos prælijs expugnauerunt. Hanc poſtmodum longo tēporū tractu. Saxones,qui ſunt illuſtres Alemānię populi,oppreſſere, Agroſq; & opes inter legatos Saxonum regina. Angela diuiſit. Atque ut linguæ pariter & gentis memoria in deuicta inſula ſempiterna foret, ab Angela, cuius ductu uicta eſt, Angliā tellurem illā uocarunt. Quanquā plerique Angliam ueluti noſtri orbis angulum prædicent dictam. Sita eſt(ut inquit Pli.li.4.ca.16.)ex aduerſo Galliæ Germaniæ,atque etiam Hiſpaniæ,licet longiore interuallo, Agrippa longitudinē eius prodidit eſſe D C C C. M. paſſ. latitudinē uero C C C. M.

ANGO,angis,{Affannare, anſiare, anſare Pet. Meco ſi ſta chi di e notte l'affanna}(ἄγχω)anxi,ſiue ſupino uſitato,idem eſt quod cruciare,ſuffocare,premere,uexare. Et modo ad animum,modo ad corpus, modo ad utrunque promiſcue pertinet. Ad animum. Cic.epiſt.fami.lib.16. Audio te animo angi. Ad corpus. Colu.li.8. Cauendum eſt ut tenerior ſeparetur a ualidioribus, quia robuſtus angit imbecillum. Ad utrunque promiſcue. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam eſſet,& unam atque alteram pugnam proſpere pugnauiſſet,ſatiſq; angerentur Romani,& pleraque Italia ad regem deſciuiſſet. Plaut.pro abſumo poſuit in Aul. Tum anxiſſe aquam,ſiquis petet. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω,quod eſt ſuffoco,ſtrangulo:a quo Synanche morbus faucium acutus,ut dictum eſt in dictione Angina. Dicimus autem Ango,me animi,uel animo.

ANGOR,oris,{Affanno, doglia. Pet. Miſerere del mio non degno affanno}(ἀδημονία)corporis uel animi cruciatus. Cic.4.Tuſc. Angor, eſt ægritudo premēs. Idem 1.de Fin. Sic robuſtus animus & excelſus,omni eſt liber cura & angore, cum & mortem contemnit. Hinc Anxietas,& anxietudo. Cic.li.2.de Repub. Quartaq; anxietudo prona ad luctum,& mœrens,ſemper ſe ipſa ſollicitans.

ANGRVS,(ἄγγρος)fluuius eſt ex Illyricis,uerſus Boream fluens. Hero.lib.4. Quin ex Illyricis in aquilonem tendens Angrus,planitie Triballiam interfluēs Brongum intrat,Brongus iſte Iſtrum.

ANGVIPER,pen.cor.ſignum cœleſte, quod a Græcis dicitur ὀφιοῦχος: Col. Anguifer cum mane occidit,tempeſtatem ſignificat. Cice.de Natu.Deo. Atque hæc quidem a tergo:prope caput autem Anguitenens.

ANGVILLÆ,{Anguille}(ἐγχέλεις)piſcium ſolæ exanimes non fluitāt:quas non ouo,non coitu procreari ſcribit Ariſt. Dictæ, Anguillæ,quod ſpecie anguē repræſentent. Pli.lib.9.cap.51. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta uiuiſcunt,nec alia eſt earum procreatio. Plaut.in Pſeu. Anguilla eſt,elabitur.

ANGVINEVS,a,um.adiect,quod anguinum eſt, aut quod ex anguibus conſtat,ὀφιώδης: ut, Anguineæ comę Meduſæ,apud Oui.4.Triſtium: & anguineus capillus Eumenidum,apud Catullum. Item quod ad anguis ſimilitudinē accedit:ut anguineus cucumer. Colum.lib.2.cap.9.hoc eſt oblongus,& ad anguis ſimilitudinem contortus. Plinio dicitur Erraticus,lib.20.cap.2.

ANGVINVS,a,um,idem:ut, Anguina uernatio,pro pelle quam uerno tēpore angues exuunt, Pli.lib.30.cap.3. Anguinum ouum. Pli.li.29.ca.3. Pręterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama omiſſum Græcis. Angues innumerī

æſtate

æſtate conuoluti ſaliuis faucium corporumq; ſpumis artifici complexu glomeraotur. Anguinum appellatur.

ANGVIMANVS, ui, elephantorum epitheton eſt, propterea q; proboſcis eorum quæ manus uocatur, in omnem partem, anguium more, facile flectitur, & uertitur. Lucret. lib. 5. Anguimanos belli docuerunt uulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

ANGVIPEDES, a poetis dicti ſunt Gigãtes, quaſi loripedes, q; pedes tortuoſos habuiſſe finguntur, ſicut angues ſe tortuoſos faciunt. Ouid. 1. Meta. qua cẽtum quiſque parabat Inicere anguipedum captiuo brachia cœlo.

ANGVIS, {*Serpente aquatile. Dant. Et un ſerpente con ſei pie ſi lancia*}(ὄφις) tam fœminini quam maſculini generis, ſerpentis genus eſt ſatis notum, & proprie illud (ſi Seruio credimus) quod in aquis degit. Frequentiſſime tamẽ etiam de terreſtribus dictum inuenitur. Verg. 3. Eclog. Frigidus o pueri fugite hinc, anguis in herba. Corn. Taci. Vnam omnino anguem in cubiculo uiſam narrare ſolitus eſt. Frequentius tamen maſculino genere profertur.

ANGVICVLVS, {*Serpentello*} diminutiuum ab Anguis, ut apud Cice. 5. de Finib. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

ANGVITIA, tiæ, Vide Angitia,

ANGVLARIS, & hoc lare, (γωνιαῖος) quod habet angulos. Cato de Re ruſti. cap. 15. Pilas ex lapide angulari.

ANGVLATIM, (κατὰ γωνίας) aduerbium ſignificans per angulos.

ANGVLVS, pe. cor. {*Angelo, cantone, canto*} (γωνία) a Geometris dicitur id, quod reſultat ex duabus lineis in idẽ punctum deſinentibus. In ædificiis item anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. Item in agris & regionibus, ubi duo latera conueniunt, atque in acutum deſinunt, angulus appellatur. Cæſar 5. Belli Gall. Huius lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium, &c. Et quoniam anguli in ædificiis reliquis partibus fere ſunt obſcuriores, & ſecretiores, factum eſt, ut angulus accipiatur pro loco quouis ſecreto, & abdito. Cic. in Catil. Nemo non modo Romæ, ſed ne ullo quidem in angulo totius Italię fuit &c. Angellus, li, paruus angulus. Lucret. lib. 2. Sed magis angellis paulum proſtantibus. Angulatus, a, um. Cic. de Natu. Deo. Eſſe corpuſcula quædam læuia, alia aſpera, rotũda alia, partim autem angulata. Anguloſus, habens plures angulos (γωνιώδης.) Pli. lib. 37. cap. 12. Figura oblonga maxime probatur, deinde quæ uocatur lenticula, poſtea Clypeodes & rotunda, anguloſis minima gratia.

ANGVSTIA, æ, {*Anguſtia ſtrettezza*} (στενοχωρία) locus arctus, & minime amplus, cuiuſmodi ſunt montium fauces. Cæſar 5. Bell. Gall. Tamen anguſtiis uiarum q̃ maxime poteſt, contrà it. Transfertur & ad alias res: ut, Anguſtia orationis, Anguſtia ætatis. Anguſtia etiam corporis & animi. Cæſar: Nemine, qui ei in tot rerum anguſtiis ſubueniret habebat. Anguſtitas atis, uetus nomen, pro Anguſtia. Actius. Sed anguſtitatem incluſam ac ſaxis ſqualidam. Nonius.

ANGVSTVS, a, um, {*Stretto. Pet. Onde per ſtrette à gran pena ſi migra*} (στενός) ab angulus, arctus, eo q; anguli ſuper coarctarentur: ut, Anguſta domus, Cic. 1. de Fini. Anguſtiſſimæ fauces. Cæſar 1. Bel. Ciuil. Anguſtioribus ſoliis, Plin. lib. 13. cap. 21. A' quo Anguſto, as, (στενοχωρέω) quod eſt ſtringo. Luca. lib. 5. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Hinc Anguſtans, Anguſtatus, Anguſtandus, participia. Catul. Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis. Cic. Somn. Scip. Omnis enim terra quæ colitur a uobis, anguſtata uerticibus, lateribus latior. Seneca de Tranquil. uitæ: Anguſtanda certe patrimonia ſunt, ut minus ad iniurias fortunæ ſimus expoſiti. Anguſte aduerb. Cæſar 3. Bel. Ciui. Ad rem frumentariam expediendam, qua anguſte utebantur.

ANHELATOR, {*Vn che non poſſa rihauer facilmente il fiato*} (ἀσθματικός) qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod uitium conſiſtit in ſpirandi difficultate. Plin. 2 a. Anhelatoribus, & in tuſſi uetuſta cum porro ex aceto datur.

ANHELITVS, us, pen. cor. {*Fiato*} ipſe ſpiritus, uel reſpirandi actus. Plaut. in Epid. Animo male eſt, accipiam anhelitum.

ANHELO, as, {*Spirare, fiatare, anſare. Boc. Anſando forte paſsò della preſente uita*} (ἀσθμαίνω) pe. pr. ex Am, & Halo, m, in n, mutata, ſignificat ęgre halo: cum uidelicet ex curſu, aut alio quouis labore uehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur. Colu. li. 1. ca. 3. Sed ante ad preſepia boues religari non expedit, q̃ ſudare, atque anhelare deſierint. Vnde, & pro ardẽter cupio per tranſlationem poni conſueuit. Cic. in Cat. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, &c. Anhelatus, participium. Ouid. in Epiſt. Medeæ ad Iaſonem: Efficit anhelatos non præmedicatus ad ignes. Anhelatio, onis, (πνευματώσις) ſpirandi difficultas. Pli. li. 12. cap. 21. Prodeſt & orthopnoicis, & anhelationi.

ANHELVS, a, um, {*Anhelo, colui che difficilmente puo rihauere il fiato. Dant. Alle ſuo figlio pallido & anhelo*} (ἀσθμαίνων, πνευματώδης) idẽ quod anhelãs ægre anhelitum ducens. Ver. 1. Georg. Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis. Idem 2. Georg. Et ſenibus medicantur anhelis, id eſt ſuſpirioſis.

ANIA, Romana mulier, quam quum propinquus moneret, ut alteri uiro nuberet: eſſe enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciã, inquit. Si enim uirum bonum inuenero, ut ante habui, nolo timere ne perdam: Si malum, quid neceſſe eſt, poſt bonum peſſimum ſuſtinere?

ANICETVM, {*Aniſo*} (ἀνίκητον) a quibuſdam appellari ſemen, quod notiore nomine Aniſum uocamus, auctor eſt Pli. li. 20. ca. 17. propterea q; appetentiam excitet. a Græcis, quæcunque orexim adiuuãt, ἀνίκητα dicuntur, quaſi inuicta. Non aliam etiam ob cauſam Dioſcorides eãdem appellationem anetho tribuit, lib. 3. cap. 60. Vide ea, quæ ibi annotauit Marcellus Vergilius.

ANICIANA, inter pyrorum genera reponuntur. Vide Colum. lib. 5. cap. 10. & Catonem cap. 7.

ANICVLARIS, & hoc Aniculare, (γραώδης) idem eſt quod anilis. Augu. Delirare tibi uideor, auare, cum hæc loquor: anicularia tibi uidentur hęc uerba.

ANIGRVS, pe. pr. (ἄνιγρος) fluuius eſt Theſſalię, in quo Centauri ab Hercule uulnerati abluerunt ſua uulnera. Vnde cum antea haberet aquas puriſſimas, Cẽtaurorum ſanguine ſordidæ redditæ ſunt & impuræ. Auctor eſt. Ouid. Meta. lib. ult. Ante bibebatur, nũc quas cõtingere nolis. Fundit Anigrus aquas, &c.

ANIMA, {*Alma, anima, fiato, & aria. Pet. L'alma ch'è ſol da Dio fatta gentile*} (ψυχὴ) corporum uiuentium, hoc eſt, ſtirpium, & animalium tũ rationaliũ, q̃ ratione carentiũ pars nobilior, qua unumquodq; illorũ uiuit, alitur, ſentit, aut ratiocinatur. Ea in ſtirpibus ſimplex eſt, quã Altricem appellant, qua ſcilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in uniuerſas ſui partes diſtribuunt, illisq; aſſimulant. & quod in alimoniam uerti non poteſt, excernunt. Brutis uero animantibus anima duplex eſt, quæ à nobiliori ſua actione Sentiens appellatur, ſub ſe comprehendens Altricem, non ſecus atque in tetragono trigonus comprehenditur. Longe autem nobiliſſima homini eſt anima, quæ à ratione, qua ſolus homo utitur, Rationalis appellatur. Hæc re quidem una eſt, ex triplici autem actione tria ſortitur nomina, modo Altrix ſiue Vegetatrix, modo Sentiens, modo Ratiocinatrix appellata. Accipitur item Anima, pro animo, pro uita, pro ſpiritu: de quibus uide teſtimonia in dictione Animus.

ANIMADVERTO, {*Conſiderare. Boc. Conſideratí ſuoi coſtumi*} (ἐπιβάλλομαι τὸν νοῦν, προσέχω τὸν νοῦν, αἰσθάνομαι) id eſt, animum aliquò uerto, ſiue ſenſus ad illud, quod fit, intẽdo, cogito, intueor, conſidero. Plaut. Animaduerte hominem ſubalbidum. Cice. 1. de Diuin. Exporrecta nutrix animaduertit dormiẽtem circumplicatum ſerpentis amplexu. Cum accuſatiuo mediante præpoſitione In, ſignificat punire, (κολάζειν) oppugnare, uerberare, iram exercere. Cicer. in Verrem act. 3. Tu qui ſtatueras animaduertere in eos, qui perperam iudicaſſent. Interdum ſine præpoſitione. Idem in Verrem Act. 2. Atque ea ſuot grauiter animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. Inuenitur etiã ablatiuo iunctum, in eadem ſignificatione, mediante præpoſitione A. uel Ab. Teren. in And. Ea primum ab illo eſt animaduertenda iniuria. id eſt, caſtigãda, & uindicanda. Hinc animaduerſio, q; modò conſiderationem ſignificat. Cicer. 1. de Fini. Intereſſe enim inter argumentum, concluſionemq; rationis, & inter mediocrem animaduerſionẽ. Modo punitionẽ, quam κόλασιν Græci uocant. Idem 1. Offi. Omnis autem & animaduerſio, & caſtigatio contumelia uacare debet. Et Animaduerſor, κολαστής punitor. Cice. 1. Offic. Si acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum magna ſæpe intelligimus ex paruis. Et animaduerſus, perſpectus, cognitus. Cæſar: Hac re animaduerſa, Cæſar iubet ſigna conuerti. Item animaduerſus, qui ſupplicio affectus eſt. Pau. Iureccon. Corpora animaduerſorum quibuslibet petentibus, ad ſepulturam danda.

ANIMÆQVVS, a, um, {*Temperato, pacifico, che ſupporta ogni coſa*} (ἐγκρατής, μέτριος) moderatus, tolerans, minime querulus in aduerſis, denique omnia æquo animo ferens. Inde Animæquior, comparat. (ἐγκρατέστερος) qui eſt animo æquiore, & tranquilliore.

ANIMAL, {*Animale. Pet. Contra la morte ogn'animal terreno*} (ζῶον, ἔμψυχον) ab anima, eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Plin. lib. 10. cap. 63. Bipedum ſolus homo animal gignit. Cic. 1. de legib. Animal prouidum & ſagax homo.

ANIMALIS, & hoc Animale, {*Vitale*} (ψυχικός) quod eſt ex animali, ſiue quod habet in ſe animam. Vnde ueteres Animales deos dixerunt, qui de animalibus eſſent facti, ut Penates. Animalis item dicitur ſpiritualis. Ci. li. 3. Tuſc. Siue illi animi ſint animales. Huius contrarium eſt Exanimalis, qui non eſt animalis, uel qui ſine anima eſt. Plaut. in Bacchi. Nam neque Bellona mihi unquam, neque Mars creduit, ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, niue exhæredem fecero uitæ ſuæ. Hinc animalitas (τὸ ψυχικόν) pro ipſa animalis eſſentia. Animabilis, le. adiect. qui animam & ſpiritum habet. Cic. 2. de Nat. deo. Principio enim terra ſita in media parte mundi, circunfuſa undique eſt hac animabili ſpirabiliq; natura, cui nomen eſt aer.

ANIMALIS hoſtia, (θυσία ψυχική) dicebatur quę ob eam ſolum cauſam mactabatur, ut eius anima Deo alicui offerretur. Duo enim (ut inquit Macrob.) erant hoſtiarũ genera: unũ, in quo uoluntas Dei per exta diſquiritur: alterum, in quo ſola anima Deo ſacratur: quas Aruſpices Animales hoſtias idcirco appellãt.

ANIMANS, {*Animante, animale*} ſubſtantiuum fœmi. uel neu. gene. ferè pro animali accipitur, quod Græci ζῶον uocant, Cic. de Natu. Deo. Animantiũ aliæ coriis tectæ, aliæ uillis ueſtitæ. Inuenitur & genere maſcu. Hora. 2. Serm. Sed hic ſtylus haud petet ultro quenquam animantem. Cic. de Vniuer. A quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Nonnunquam latius extenditur Animantis appellatio, præſertim in neutro genere, ad omnia ſcilicet, quæ habent animam, ut ſunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem ineſſe conſtat, quam philoſophi recentiores Vegetatiuam appellant. Itaque uiuere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, ſed animantia nuncupantur, ut docet Seneca lib. 8. Epiſt. mor. Animans uero adiectiuum, (ἔμψυχος) idem eſt quod animam habens. Auctor ad Heren. lib. 4. Sed inuentio ſimilium facilis erit, ſi quis ſibi res oẽs animantes, & inanimantes frequẽter ob oculos poterit ponere.

ANIMATIO, uerbale ab animando. Cic. de Vniue. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum diuinum, atque cœleſte: alterum pennigerum, et aerium: tertium terreſtre: quartum diuinæ animationis.

ANIMATVS, {*Animato inanimato*} (διακείμενος) ab animo fit, ſicut à tunica Tunicatus, à galea Galeatus: & ſignificat idem, quod animo, aut uoluntate aliqua affectus. Ci. D. Bruto: Ita paratus, ſeu animatus eſſe debes, ut nihil facias niſi iuſſus, id eſt, eam uoluntatem habere debes. Et animatus, participiũ (ἔμψυχος) qui habet animam. Cice. Tuſcu. 1. Animatum quod eſt, id motu cietur interiore & ſuo. Huius contrarium eſt Inanimatus, qui non habet animam. Ci. de Amici. Res inanimatæ, atq; mutæ. Animatus, us. uerbale nomen, idem quod animatio. Plin. lib. 11. cap. 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipſo ſpiritu uiuentia docuimus.

ANIMITVS, pen. cor. {*Animatamente*} (ψυχόθεν) ſignificat animo tenus, uel, tanquam ipſum animum: quemadmodum Oculitus & Medullitus.

ANIMO, as, {*Incorare, inanimare. Dant. Et tu à lui lo tuo uer dir m'incora*} (καταθαρσύνω) fortem reddo, & quaſi animum induco, ſiue animum iniicio: et ſic ab Animus deſcendit. Claudianus lib. 3. Qualis peſtiferas animare ad prælia taxos Torua Megæra ruit. Aliquando animare eſt animam inducere, & uiuificare, (ψυχόω) tuncq; ab anima, ſiue ab animo, quum pro anima capitur, deducitur. Colum. lib. 9. Diebus quibus animantur oua, & in ſpeciem uolucrum conformantur.

ANIMOSITAS, {*Animoſità, coraggio. Pet. Sforzati al cielo mio forte coraggio*} (θυμώσις) eſt uehementia, & impetus animi, ſidem habens in corde, quam Speuſippus definit eſſe impetum uiolentum partis animæ irrationalis, abſque ratione & ordine mentis.

ANIMOSVS, {*Animoſo, coraggioſo. Arioſt. Alqual in eſſer fort'e coraggioſo*} (θυμώδης, θυμοειδής) habens in ſe uehementiam animi, ſiue qui eſt iracundus

ſpiritus,qui q ad iracundiam eſt procliuior. Ouid. Pyrrhus Achilleides animo ſus imagine patris. Ci. in Cato. Ea quo fit,ut animoſior etiã ſenectus ſit, q̃ adoleſcentia. Vergilius: Quos animoſi Euri aſſidue franguntq́ feruntq́. Ea quoq; animæ potentia,qua ad iram incitamur, Animoſa,θυμικὴ appellatur. Inuenitur etiam Animoſus,pro nodoſo,per translationem poſitum. Verg. 3. Georg. Luxuriatq́ toris animoſum pectus. Vbi Seruius Animoſum interpretatur nodoſum. Non male tamen Animoſum pectus intelligere poſſumus, quod animoſitatis iudicium eſt. Animoſe,aduerb. magno animo. Cice. 4. Philip. Nec ſolum id animoſe & fortiter,ſed conſiderate etiam,ſapienterq́ fecerunt.

ANIMVLA,{*Animetta*}(ψυχάριον)diminutiuum ab Anima. Seruius Sulpi. ad Cice. lib. 4. in unius muliercul æ animula ſi iactura facta eſt,tantopere commoueris?

ANIMVLVS,diminuti. Plaut. in Caſ. Mi animule, mi Olympio,mea uita.

ANIMVS,& Anima,{*Lo ſpirito humano. l'anima*}(ψυχή)in hoc differunt,q anima ſit uitæ,animus conſilii. Nam anima in homine eſt,qua uiuimus,& ſentimus,& mouemur:ita ut cõtineat uim uegetandi, mouendi, & ſentiendi:quæ omnia cõmunia ſunt nobis cũ cæteris animantibus. Nã ipſa aluntur,creſcunt et gignunt,mouentur præterea,& ſentiunt. Animus(διάνοια)uero eſt,quo homines ſumus,quo ſapimus & intelligimus. Quæ uis non eſt educta de potentia materiæ,ſed à Deo immortali de nihilo creatur eodẽ tẽpore,quo & infunditur in corpus noſtrũ. Cic. lib. 1. Tuſc. ſic diſſerit: Animum autẽ alii, animã etiã ferè noſtri declarant nominiri. Nam & Agere animam,& Efflare animã dicimus, & animoſos,& bene animatos,& ex animi ſententia. Ipſe autem animus ab anima eſt dictus. Sciendum tamen eſt,animum pro anima plerũque ſumi, ut apud eundem in Cato. Qui ſi in hoc erro,q animos immortaleis credã, libenter erro. Eius contrariũ eſt Inanimus,qui anima caret. Similiter Exanimus, ſiue Exanimis. Semianimus.(ἡμιθανής) qui ſemiuiuus eſt. Aliquãdo accipitur pro uoluntate ſiue affectu & delectatione,ψυχαγωγία. Plau. in Epid. Captiuã adoleſcentulã de præda mercatus eſt. Quid ego ex te audio? T. Hoc quod fabulor. E. Quur eam emit? T. animi cauſa. E. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimis(ὁμόψυχος)qui unius eſt animi.i.uoluntatis. Quãdoque pro ſpiritu, ſiue flatu,ac uento. unde anima uel animus nomẽ accepit. Nã ἄνεμον Græci dicunt, quẽ nos Ventum. Cic. 1. Tuſc. Si anima animus eſt,fortaſſe diſſipabitur. Terẽt. in Adelph. Animum recipe.i.reſpira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut opinor) frequentius,q̃ Animus. Cice. de Vniuerſit. Inter ignem & terrã,aquã deus,animamq́ poſuit. Verg. 8. Aen. Quantum ignes,animæq́ ualent. Ponitur etiã Animus pro animoſitate,ſiue fortitudine,& animi alacritate. Cic. Atti. lib. 2. Noſtris animus acceſſit:timor hoſtibus iniectus eſt. Animos quoq; plurali numero,elegãter dicimus,pro ferocula quadam animoſitate, quæ ſcilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum. Cic. pro Flacco: Remittant ſpiritus, comprimant animos,ſedent arrogantiam. Idem pro Cluentio: Noratis animos eius & ſpiritus Tribunitios. Legitur etiã Animus pro memoria, ut annotauit Seruius in illud Verg. 9. Eclog. Omnia fert ætas,animum quoque. Frequẽter etiã anima pro uita accipitur. Salluſt. At nobis eſt domi inopia,foris æs alienũ,mala res,ſpes multo aſperior:denique quid reliqui habemus præter miſerã animã? Iuuena. I nunc,& uentis animã cõmitte. Animã quoque pro animo poſitam legimus,hoc eſt,pro mente. Macrob. Tunc enim anima libera eſt,& nulla corporis cogitatione impedita. Itẽ pro uento,ut ſupra oſtendimus. Sæpe etiã pro halitu oris,ſiue ſpiritu. Plau. in Aſina. Dic amabo,an fœtet anima uxoris tuæ? Verg. 3. Geor. Animas & olentia Medi Ora fouent illo. Teren. Hæc ubi audiui,ad fores ſuſpenſo gradu,placide ire perrexi,acceſſi,aſtiti,animã cõpreſſi,aurẽ admoui. Pro eodem etiam Græci ψυχὰς,dicunt à uerbo ψύχειν, quod eſt refrigero. Nam quæ plus æquo calent,anima,hoc eſt,ſpiritu,refrigeramus. Anima item capitur pro ira. Idem: Animam comprime. Hinc Animoſus,& Animatus,pro iracundo:de quibus ſupra. Varro poſuit Animã pro ſono. Et Phrygias audire animas. Vergilius pro ipſo homine: Ite,ait,egregias animas,quę ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo.

ANIO,anienis pe. pro. {*Teuerone*}(ἀνίων)nomen fluuii in agro Tyburtino,qui è ſublimi in uallẽ ſubiectam præceps fertur. Horat. Et præceps Anio,& Tyburti lucus. Hinc Anienus,na,num. Propert. Siue Aniena tuos tinxerit unda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex Hetruſcorum, qui inſequens Cethegum filiæ raptorem,quum eum aſſequi nõ poſſet,in fluuium inſiliit:ibiq́ extinctus, ut Anio uocaretur,effecit.

ANISVM,(ἄνισον)herba eſt,caulẽ folia,& flores habens fœniculo ſimilia. Vnde etiã à quibuſdam Fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in umbellis cibis condiendis in primis utile,herbæ ſuæ nomine Græcis,Latinis,Germanis, & Gallis cognitum. Plin. lib. 20. cap. 17. Aniſum à Pythagora inter pauca laudatur,ſiue crudum ſiue decoctum:ac uiride aridum'ue omnibus quæ condiuntur,quæq́ intinguntur,deſideratum:fœtorem tollit manducatum:mox uino collutum uultum iuniorem præſtat:appetentiam ciborum facit.

ANITIVS,uiri Præneſtini nomen,qui una cum Cn. Flauio, Appii Cæci ſcriba, Aedilis curulis fuit eo anno,quo uſus annulorum etiam plebi permiſſus eſt, cum antea ſoli Senatores,& equites annulos geſtarent. Vide Pli. lib. 33. cap. 1.

ANIVS,Apollinis fuit filius,& rex in Delo,qui habuit Andrum filium. Verg. lib. 3. Aenei. Rex Anius,rex idem hominum,Phœbiq́ ſacerdos.

ANNITOR,eris,pen. pro. {*Sforzarſi ſare sforzo*}(φιλοτιμέομαι)conor intentius,& incumbo ad aliquid agendum. Salluſt. Poſtea Piſo in exteriorem Hiſpaniam Quæſtor pro prætore miſſus eſt,annitente Craſſo,qui eum infeſtum inimicum Cn. Pompeio nouerat. Cic. in Lael. Sic natura ſolitarium nihil amat,ſemperq́ ad aliud tanquam adminiculum annititur,quod in amiciſſimo quoq; dulciſſimum eſt. Anniſus,& Annixus. Liu. 5. ab urb. Et patres reſiſtere interceſſores legis anniſi ſunt. Idem lib. 4. Patres ſumma ope annixi ſunt. Anniſurus & Annixurus. Liu. 2. ab urb. Anniſuram,ut appareat enixo ſibi iratos,nõ fractos animos eſſe. Idem lib. 1. Quod annixurus pro ſe quiſque ſit.

ANNA,(ἄννα)per duplex n,Beli filia,ſoror Didonis, quæ poſtquam mortuã ſororem uidit,& Carthaginem ab Iarba Getulorum rege occupatam,relicta ſede patria,ad Battum regem,qui Melitæ inſulæ imperabat,curſum arripuit. A quo iure ueteris hoſpitii benigne ſuſcepta,duos & ultra annos ibi manſit. Sed quum Pygmalionẽ fratrem ſuum cum armis aduentare didiciſſet,Battus ueritus potentiam illius, Annã ut inde abiret hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa,dũ Camerã nauigare contẽderet,ui tempeſtatis acta,in Laurentem oram peruenit,ubi iã Aeneas pacatis rebus,& ducta uxore Lauinia,imperabat. Hic tum forte ſolo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errãtem Annam aſpexiſſet,& uix ſibi perſuadere poſſet eã eſſe,tandẽ agnitã cõpellat. Timuit illa principio,ſororis caſum ante oculos ponens, poſtea uero ab illo benigne inuitata,in regiam cum eo profectũ eſt. Cum mox Lauinia amorem cõiugis ſuſpectum habens,tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis a Didone monita,ut infauſtã domum relinqueret, ſtatim per feneſtram exiliit. Quumq́ citato curſu ad Numicium amnem perueniſſet,in eum ſe præcipitẽ dedit. Orta deinde luce,magno clamore eã quæritantes per Laurentẽ agrum proficiſcuntur. Apparent ueſtigia pedum uſque ad Numiciũ amnem, ultra nihil uidetur. Quod dũ admirantes ſecum animis uolutãt,ipſa loqui uiſa eſt: Placidi ſum Nympha Numici, Amne perenne latens, Anna perenna uocor. Quapropter læti cõuiuia celebrarunt,eam pro dea uenerantes,quem ritũ poſtea longiſſimo tẽpore ſeruarũt.

ANNALES,{*Annali*}(ὑπομνήματα ἐνιαύσια)dicuntur res geſtæ, quæ de anno in annum in hiſtorias rediguntur:noſtriq́ temporis eſſe poſſunt unde Verg. 2. Aen. Et uacet annales noſtrorum audire laborum. Hiſtoria res geſtas narrat, & ab ætatis noſtræ memoria remotas. Cic. lib. 2. de Orat. Erat enim hiſtoria nil aliud niſi annaliũ confectio. Gellius ſic habet. Recte annaleis hiſtorias appellaueris:ſed non contincre quicquid hiſtoria fuerit,annaleis appellare poſſis. Sunt enim utræque rerum geſtarũ narratio. Earũ proprie rerum ſit hiſtoria, quibus gerendis interfuit is qui narret: Annales uero,quum res geſtæ plurium annorũ, ſeruato cuiuſque anni ordine,memoriæ traduntur. Quum autem nõ per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur. Diarium.(ἐφημερίς)uocatur. Præterea hiſtoria non ſolum res geſtas longo ordine explicat, ſed & conſilia quibus geſtæ ſunt,exponit,& conciones facit,& acies inſtruit,& ſitus locorum deſcribit. Annales ſingulorum annorum geſta breuiſſime notant. Vnde Annales Piſonis,& Salluſt. hiſtorias dicimus.

ANNALIS,& hoc Annale,{*Annale, annuale*}(ἐνιαύσιος)quod ad annos pertinet. Vnde Legem annalem dixerunt,quę præſcribebat legitimam ad petendũ magiſtratum ætatem. Cic. de Legib. Ciuitatem annali lege ſeruanto. Dicitur et tempus annale,quod eſt unius anni. Varro: Et quoniam tempora duorum generum ſunt,unum annale,quod ſol circuitu ſuo finit:alterum menſtruum:quod luna circumiens comprehendit.

ANNARIVS,a,um,idẽ quod annalis:ut, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua ſiniuntur annui magiſtratus capiendi,ut inquit Feſtus.

ANNASCOR,{*Naſcere appreſſo*}(προσφύομαι)iuxta naſcor. Gellius. Dentes quoque in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos ex utraque parte gigni, & cadere annis ſeptimis,& genuinos annaſci annis ferè bis ſeptenis. Hinc Agnatus & Agnatio in quibus ſubtrahitur n,quæ pro d,poneretur,et mutatur in g.

ANNAVIGO,as, Vide Nauigo.

ANNECTO,as, Vide Necto.

ANNIBAL,{*Annibal, Annibale. Pri. Et Annibal quando all'imperio aſſiſto*}(ἀννίβας)Amilcaris filius fuit,quem adhuc impuberem iureiurãdo ante aras pater aſtrinxiſſe fertur:ut cum primum per ætatem liceret,arma contra Romanos ſumeret. Quapropter iam adultus in Hiſpaniam traiecit, ibiq́ quibuſdam ciuitatibus ſubactis,per Galliam in Italiam traiecit. Alpibus, quo expeditius iter faceret,igni & aceto patefactis. Ibi occurrentẽ ſibi Titum Semproniũ Conſulem apud Trebiã profligauit: Flaminium fudit ad Thraſimenum lacum,cæſis 15000. Romanorum, poſtea tamen uires eius a Fabio Maximo multum ſunt imminutæ. Sed rurſus collectis uiribus,tertio Paulum Aemilium & Terentium Varronem nouos Conſules creatos apud Cannas uicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum,& duo millia,ſupra ſeptingentos equites, cæſa dicuntur,adeo ut tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miſerit. Cum urbẽ capere facillime poſſet,in Campaniam reuertitur,& Capuæ uoluptate detentus,omnem animi uigorẽ remiſit:ita ut apud Cumas a Sempronio Gracchu magna ſuorum cæde repulſus,obſidionẽ reliquit. Poſtea etiam apud Nolam non mediocre damnũ a Marcello accepit. Deinde a Carthaginenſibus,qui a P. Scipione acerrimo bello premebantur,ex Italia reuocatus, cũ eodem apud Zamã Aphricæ oppidum congreſſus eſt:in quo conflictu uiginti millia Pœnorum cæſa ſunt,& totidem capta: Dux ad Antiochum profugit. cuius auxilio bellum redintegrauit. Sed Antiocho quoque debellato Romani Annibalẽ ſibi captiuum dedi petierunt:quod Pœnus ſentiens,ad Pruſiã Bithyniæ regem confugit:a quo cum iterum depoſceretur,Pœnus Pruſiæ leuitatem ſuſpectã habẽs hauſto ueneno quod ſub gemma in annulo geſſerat, uoluntaria morte obiit. De Annibale latius ſcripſere Liuius, & Plutarchus.

ANNIBALES,multi fuere:primus Senior appellatus, Aldrubalis filius,quem Oroſius lib. 4. dicit ob rem male geſtam a Carthaginenſibus lapidibus obrutum. Liuius autem cruci adfixum tradit. Fuit item Annibal huius filius, qui miſſus eſt ab Amilcone duce in Lilybæum, quod a Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos,ut auctor eſt Polybius. Fuit præterea Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginienſis in eodem bello, qui tandem a Romanis interceptus eſt,ut ſcribit Polybius. Fuit poſtremo Annibal Amilcaris filius,qui omnes hos fama uirtuteq́ ſuperauit. Is ſæpius Romanos uicit, fuditq́. Auctores Liu. Plutarchus,& Polybius.

ANNICVLVS,{*D'un'anno*}(ἐνιαύσιος)quod eſt unius anni:ut, Anniculus puer, Annicula puella, Anniculum iumentum. Nec de animalibus tantũ, ſed etiam de inanimatis:ut, Anniculæ uites Plin. lib. 13. Ergo plantaria inſtituunt,anniculasq́ transferunt,& iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & iis omnibus quæ adhuc incrementum accipere poſſunt. Vide Vallam Eleg. lib. 1. cap. 5.

ANNIFER,adiect. Plin. lib. 19. cap. 7. Quædam & radice & ſemine, ut cæpa,allium,bulbi,& ſiquorum radicem anniferorum relinquunt.

ANNILIS,& hoc Annile,pe. pr. {*Vecchio d'età, ſenile*}(πολυετής)dicitũ quaſi ſenilis & ætate grandis. Colu. lib. 2. Parentem omnium terram,ſicut mulebrẽ ſexum ætate annili iam confectam,progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. Quã quam in caſtigatioribus exemplaribus, non Annili legitur, ſed Anili: quod ẽt comparationi illi,quam ibi Colum. ab ætate mulieris ſenio effœtæ, ad terræ ſterilitatem transfert,multo eſt accommodatius. Satius itaque erit,niſi aliud teſtimonium afferatur,ab hac uoce abſtinere. Nam apud Columellã procul dubio

Anilis

Aniſis legendum eſt unico n. Eſt autem Aniſis(γραώδης)denominatiuum ab Anus, idem ſignificans, quod ad anum pertinens: ut Aniſis fabula, Aniſis ætas.

ANNIVERSALIS, & hoc Anniuerſale, {Il giro d'un'anno}(ἐνιαυτός) anni circulus.

ANNIVERSARIVS, a, um, (ἐτήσιος) quod ſingulis annis ſtatuto tempore reuertitur, ſicuti ſacra anniuerſaria. Cic. in Ver. 6. Mercurius ſacris anniuerſarijs colebatur. Scribit Valerius Maximus, q̃ Antipater Sidonius poeta, omnibus annis, uno die natali tantum corripiebatur febre, quæ idcirco anniuerſaria dici poterat. Suetonius de Auguſt. Quaſdam & anniuerſarias, ac certo tempore recurrentis experiebatur.

ANNOMINATIO eſt, inquit auctor ad Heren. lib. 4. cum ad idem uerbum & nomen acceditur commutatione uocum, uel additione unius literæ aut literarum, aut ſyllabæ, aut ſyllabarum: aut cum ad res diſsimiles ſimilia uerba accommodantur. A Græcis uocatur παρονομασία.

ANNONA, æ, p. p. {La ricolta, la uettouaglia. Dant. Et toſto s'auedrà de la ricolta}(βίος) ab anno inclinari uidetur. Hoc enim nomine non ſolum fruges cõprehenduntur, uerum etiã omnia quæ annus ſuppeditat ad alimoniã noſtrã. Colu. lib. 9. Vel lactis annona permittit. Cic. li. 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuuen. His opibus nunquam cara eſt annona ueneni.

ANNONARIVS, a, um, {Coſa che appartiene alla uettouaglia}(σιτηρέσιος) quod ad annonam pertinet: ut Lex annonaria, (τροφικὸς νόμος) quam Clodius tulit, & ſumme popularis fuit. Vegetius Annonarias expenſas uocat, eas frugũ pabuliq́ ſpecies, quas prouinciales militibus expendunt.

ANNOSVS, a, um, {Annoſo, carico d'anni}(πολυετής) quod eſt uetuſtũ, quaſi multorum annorum: ut, Annoſa mater. Colu. lib. 6. cap. 28. Annoſum Falernũ. Mart. li. 6. Annoſa ornus, Verg. 2. Aen. Annoſo degit æuo, Pli. lib. 4. cap. 12.

ANNOTINVS, {D'un'anno} ab Annus, quod eſt unius anni. Colu. lib. 4. ca. 24. Vngues cuſtodum annotinos reſecato.

ANNOTO, as, are, pe. cor. {Annotare}(ἐπισημειοῦμαι, ἀποσημαίνω) iuxta ſiue ad aliquid noto, inſcribo, ſigno. Lactan. li. 5. Et auſus eſt libros ſuos nefarios, ac Dei hoſteis annotare. Annotare etiam dicitur, qui memoriæ cauſa aliquid refert in cõmentarium ſuũ. Colu. lib. 12. cap. 3. Sciret unde daret & meminiſſet, atq; annotaret, quid, & quãdo, & cui dediſſet. Annotator, oris, qui aliquid annotat. Plin. in Panegy. Num enim ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna, ſpectator, annotatorq; conuiuis tuis immunes? Hoc eſt obſeruator, ut uidelicet notes, & obſerues, quantum quiſque aut edat, aut bibat.

ANNONATINVS, na, num, (σιτηρέσιος) pe. pr. quod ad annonam pertinet: ut, Naues annonatinæ, quibus annona cõportatur: ut apud Cæſarẽ in Cõmen.

ANNVLVS, li. Vide Anulus.

ANNVATIM, {Ogn'anno}(κατ' ἔτος) quotannis, ſeu ſingulis annis. Qua uoce uſus eſt Hieronymus, referens Plinium prodidiſſe, ſingula millia talentum turis annuatim pẽſitaſſe Arabas regibus Perſarum. Locus Plinii, quem citat Hieronymus eſt lib. 12. cap. 17. Vbi tamen Annua, legitur, non Annuatim.

ANNVMERO, as. Vide Numero, as.

ANNVNTIO, as, are, {Annontiare} idem quod nuntiare. Pli. lib. 7. ca. 52. Animam relicto corpore errare ſolitam, uagamq; e longinquo multa annuntiare. Cic. Att. Eiq; interea, ut ſcribis, ſalutem annuntiabis.

ANNVO, is, ere, {Aſſentire, accennar deſi col capo}(ἐπινεύω) proprie eſt nutu, idest, capitis ſigno aſſentior. Vergil. 9. Aene. Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Annuere, pro affirmare. Plaut. Bacch. Ego autem uẽturum annuo.

ANNVS, {Anno. Dant. In quella parte del giouanet'anno}(ἐνιαυτός, ἔτος) tempus eſt 365. dierum & horarum circiter ſex, quo Sol curſum ſuum conficit. Nominis ratio uaria traditur. Quidam enim dictum exiſtimant ab Am, circum, & No, fluo Ser. ab anulo deducit, q̃ in ſe redeat, quaſi anulus. Ad quã originẽ etiã Verg. alludere uidetur, cum ait, Atque in ſe ſua per ueſtigia labitur annus. Nam menſibus in ſe currentibus uoluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci ſigna excurrens annũ conficit. Vnde apud Aegyptios, ante inuentas literas, dracone picto ſuam mordente caudã indicabatur. Alij à uerbo Græco ἀνανεόω deriuant, quod ſignificat, renouo, quia ſemper renouatur. Alij à Græco ἔνος unde & τρίενος dicunt, quod nos Trimum. Triplex autẽ olim fuit annus. Lunaris triginta dies habens. Solaris, qui duodecim continet menſes, qui dicitur ſolis anfractus, quum peractis trecentis ſexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem ſyderum loca redit. qui etiã Annus uertens dicitur. Item Magnus annus qui ẽ eſſe uoluerunt omnibus planetis in eundẽ locũ recurrentibus. Et hoc fit ſecundũ Ciceronis Hortenſiũ, poſt annos duodecies mille nongentos, quinquaginta quatuor ſolares. Anni uero quatuor ſunt tempora, diuiſa in ternos mẽſes. Ipſorum quoque tẽporum faciunt talem diſcretionem, ut primo menſe, Ver nouũ dicatur, ſecundo Adultum, tertio Præceps uel extremũ. unde eſt, Extremæ ſub caſum hyemis. Idẽ quoque de æſtate, autumno, & hyeme dicendũ eſt. Annũ primo Eudoxus, poſt Hipparcus, deinde Ptolemæus, ad ultimũ Cæſar deprehẽdit. Annus Saturni, (κρόνου ἐνιαυτός) à quibuſdã dicitur, qui eſt quadraginta annorũ. Anni Arcadum trimeſtres ſunt: Aegyptij Lunæ ſenio annũ terminabant, apud quos etiam ſingula millia annorum quidã uixiſſe produntur.

ANNVS, a, um, {Coſa d'un'anno}(ἐπέτειος, ἐνιαύσιος) quod unius anni ſpatio continetur, ſicut Diurnum, quod diei. Cic. Caſſio lib. 15. Ad hanc prouinciam, quam & ſenatus, & populus annuam eſſe uolunt. Annuum quoque dicimus, quod fit ſingulis annis. Verg. 1. Georg. Atque annua magnæ Sacra refer Cereri. Annua abſolute, dicuntur alimenta in ſingulos annos. Iuuena. Sunt quæ tortoribus annua præſtent. Sueto. de Tibe. Peculio conceſſo à patre, præbitiiſq; annuis fraudauit per ſpeciem publici iuris.

ANODINA, {Mitigatiui di dolore}(ἀνώδυνα) à medicis appellantur pharmaca dolorem ſedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non ſanant, ſed ſenſum eius obſtupefaciunt. Ab α priuatiuo, & ὀδύνη, doleo, ν, litera Euphoniæ gratia interiecta.

ANOMALIA, {Diſugualità}(ἀνωμαλία) inæqualitas: & eſt Analogiæ contraria. Gell. lib. 2. cap. 25. In Latino ſermone, ſicuti in Græco alij Analogiam ſequendam putauerunt, alij anomaliam. Ἀναλογία eſt ſimilium ſimilis declinatio. quam quidam Latine proportionem uocant. Ἀνωμαλία eſt inæqualitas declinationum conſuetudinem ſequens.

ANOMALVM, {Diſuguale}(ἀνώμαλος) pen. cor. dicitur inæqualis: ab ἀ ſine, & ὁμαλὸς, æqualis. Anomalum etiam dicitur aſperum, uarium.

ANONIS, pe. pr. quæ & Ononis(ἀνωνίς, ἡ ὀνωνίς) herba eſt ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarij Reſtam bouis appellant. Vide Dioſco. lib. 3.

ANONYMOS, pro nomine arboris, unde Euonymos.

ANONYMVM, pen. cor. {Scuro ſenza nome}(ἀνώνυμον) ſine nomine & obſcurum. Legimus autem populos eſſe in Aphrica Atlantes dictos, qui ſunt anonymi, hoc eſt, ſine proprijs nominibus, qui in uniuerſum Atlantes tantum uocitantur. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 8.

ANQVINA, pen. pr. funis nauis, quo ad malum antenna conſtringitur. De qua Cinna, Atque anquina regit ſtabilem fortiſsima curſum.

ANQVIRERE, {Informarſi, fare inquiſitione}(ἀμφιζητεῖν) antiquum eſt uerbum. Liu. 4. bell. Pun. Seu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret. ideſt, ut uulgo loquimur faceret inquiſitionem, ſiue informationem: quod Cicero tum Quærere, tum Inquirere in aliquem dicit Budæus.

ANORMIS, me, {Senza regola} ſine norma, (ἀνώμαλος) qui aliorum normã non ſequitur. Hora. 2. Serm. Ruſticus anormis, ſapiens, craſſaq; Minerua.

ANSA, {Manico d'ogni uaſe}(λαβή) uaſis auris, utrinque prominens, quæ ſcilicet manibus teneri ſolet. Verg. in Sileno: Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Anſa quoque manubrium, uel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque pro fibula, ſeu fixula quæ calceis inſuitur, πτέρνα. Tibullus: Anſaq; compreſſos alligat arcta pedes. In catenis, quoque Anſæ uocantur, anuli, ex quorum connexione tota conſtat catena. Per tranſlationem Anſa ponitur pro occaſione. Cic. de Amic. Quinetiam neceſſe erit cupere, ut q̃ ſæpiſsime peccet amicus, quo plures det ſibi anſas ad deprehendendum. Anſatus adiect. quod anſam habet. ut, Vas anſatum. Colu. lib. 9. cap. 15. Anſatus homo. Plaut. Perſa: Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. T. Sed quis hic anſatus ambulat? Anſatũ hominẽ ioco dixit, qui incedit utroque brachio anſatũ in modum ad latera applicato: ſiue, ut ipſe loquitur, qui ſubnixis alis ſeſe infert.

ANSANCTVS, quære Amſanctus.

ANSER, {Oca, papero. Boc. Gior. 8. No. 3. Hauenaſi un'oca al danaio, & un papero giunta}(χήν) auis eſt nota. Hæc nocturnas excubias celebrat: uigilias. n. ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim publice in capitolio alebantur, q̃ cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitauiſſent, & arcẽ ſuis ueluti excubijs à Gallorum ui ſeruaſſent. Anſerum autem alij domeſtici, alij agreſtes: de quibus Pli. li. 10. ca. 22. Hinc Anſerinus, a, um, (χήνειος) quod eſt anſeris. Plin. Tubera, & quæcunque emolliri opus ſit, efficaciſsime anſerino adipe curantur. Anſer item nomen poetæ, quem Ouidius procacem uocat lib. 2. Triſt. Cinna quoque his comes eſt, Cinnaq; procacior Anſer.

ANSERCVLVS, li, {Ocatto, paperino}(χηνάριον) diminutiuum. Colu. li. 8. cap. 14. Ne noceri poſsit excuſsis anſerculis, quos enecant urticæ.

ANSVLA, {Anella della catena}(βρόχος) diminutiuum ab Anſa, quo uſus eſt Auguſt. lib. 8. Confeſsion. pro anulo quo fiunt catenæ, licet per tranſlationem: Ex uoluntate (inquit) peruerſa facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſsitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis (unde catenam appellant) tenebat me obſtrictum dura ſeruitute. In calciamentis quoque Anſulæ uocantur fibulæ, quibus ligantur. Vale. lib. 8. cap. 13. Magnifice & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & anſulis paſſus, de crure eum diſputare incipientem ſupra plantam aſcendere uetuit.

ANTACÆI, (ἀντακαῖοι) piſces ſunt delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin, & Boryſthenis oſtia in glacie effodi, auctor eſt. Strabo lib. 7. Eorum naturam uide apud Aelianum lib. 13. cap. 73.

ANTACHATES, (ἀνταχάτης) gemma, ex Achatæ generibus, myrrham redolens, cum uritur, & ob id mulieribus grata. Plin. lib. 37. cap. 10.

ANTÆ, tarum, {Le bande delle porte}(παραστάδες) tantum pluraliter, oſtiorũ latera dicuntur; à quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta ualuarum, quæ antis appinguntur, hoc eſt, affiguntur. Feſtus: Antes ſunt extremi ordines uinearum: unde etiam nomen trahunt Antæ, quæ ſunt latera oſtiorum. Idem: Antes ſunt quadraturæ, unde & Antæ dictæ ſunt quadræ columnæ. Anta in ſingulari legitur apud Vitruuium. & Antarius, apud eundem lib. 10. cap. 3. His explicatis antarij funes ante laxi collocentur.

ANTÆOPOLIS, (ἀνταιόπολις) Aegypti oppidum, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Stephanus.

ANTÆVS, (ἀνταῖος) cum diphthongo, & ſine h, gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filij, magno ac procero corpore. Quippe qui in quadraginta cubitos excreuerit. Hic cum Hercule congreſſus quoties membra labore defecta eſſent, tactu terræ recreabatur. Qua re animaduerſa Hercules, alte ſublatum terræ contactu prohibuit, pectoriq; ſuo arctius aſtrictum enecuit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tygænam oppidum in ſepulchro Antæi, cadauer inueniſſe. Euſebius in Chronicis ſcribit, Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſsimum, & quorumcunque certaminum, & ob id ſe arbitrari fictũ, q̃ fuerit filius Terræ, & q̃ uiribus reſtauraretur ab ea.

ANTALCIDES, fuit nomen proprium uiri Lacedæmonij, qui præ cæteris uiſus eſt honore præſtitiſſe. Plutar. in uita Pelopidæ.

ANTANACLASIS, (ἀντανάκλασις) ad uerbum transferri poteſt, ex aduerſo refractio: figura quum id, quod ab altero dictum eſt, non ea mẽte, qua dictũ eſt, intelligitur. ſed in aliam, aut contrariam accipitur. Vide Quint. lib. 8. cap. 3.

ANTANDRO, {Antandro. hodie San Dimitrio. Pet. L'altr'è colui che pianſe ſott Antandro}(ἄντανδρος) Phrygiæ urbs, ad Meridiem poſita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Verg. 3. Aen. Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

ANTAPOCHA, Vide Apocha.

ANTAPODOSIS, (ἀνταπόδοσις) pen. cor. figura eſt, cum media primis, et ultimis reſpondent: ut, Veſtrum hoc factum reprehendo P. C. nõ meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum (ut dixi) non meum, ſed ueſtrum.

ANTARCTICVS CIRCVLVS, (ἀνταρκτικὸς κύκλος) qui Arctico ex diametro opponitur, terræq; obiectu à nobis cerni non poteſt. Huius circuli centrum Polus antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppoſitus eſt, & alio nomine Auſtralis appellatur.

ANTE, {Prìa, innanzi} modò aduerbium, modò præpoſitio eſt. Aduerbium,

quando nulli deſeruit caſui, & ſignificat antea. πρότερον. Verg. Eclog. 1. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpoſitionibus. Nec mirum, quando aduerbiis etiam quibuſdam liceat uim præpoſitionis aſſumere, ut pridie Calendas, pridie Nonas. Itaque, Apud, Circum, Ante, Poſt, & reliquæ tunc præpoſitiones iure appellantur, quando caſibus adiunctæ tranſitionem facere oſtenduntur, quod eſt proprium ipſarũ: quando uero ſine caſibus ponuntur, ſunt aduerbia. Sciendum q Ante & Poſt, quum caſibus præponuntur, accuſatiuum exigunt, ut ante multum, Poſt multum: quum uero caſibus ſubiiciuntur, ablatiuum. Plaut. in Aſin. Vix anno poſt exegi. Niſi malis dicere Poſt ibi eſſe aduerbium. Ante præpoſitio (πρὸ) extra compoſitionẽ, quandoque perſonã, quandoque locum, quandoque tẽpus denotat, ut Ante ora parentum, Ante tẽplũ, Ante duos annos. Cõpoſita plerunque ſignificat ſicut ſonat, & cõponitur cũ dictione incipiẽte ab a, ut Anteambulo: c, ut Antecapio: e, ut Anteeo: f, ut Antefero: g, ut Antegradior: l, ut Antelucanus: p, ut Antepono: ſ, ut Anteſto. Ab Ante fiunt deriuatiua, Antica, Anticũ, Antes, Antẽna, et huiuſmodi.

ANTEA, (πρότερον) aduerbium euſdem ſignificationis cum Ante, componitur ex Ante, & ea, ut oſtendit Priſcianus, quãuis tãtũ tẽpus denotet. Horat. Epod. 11. Pecti nihil me, ſicut antea, iuuat ſcribere uerſiculos amore perculſum graui.

ANTE ALIOS, {Innanzi à gl'altri} (πρὸ τῶν ἄλλων) plus aliis, prius aliis, uel præter alios, Verg. 3. Aen. O felix una ante alios Priameia uirgo.

ANTEACTVS, {Coſe fatte innanzi} participium ex Ante, & Actus præteritum ſignificat: ut, Anteacta uita. Cice. pro M. Marcello: ille quidem fructum omnis anteactæ uitæ hodierno die maximum capit.

ANTEAMBVLO, as, (προπέμπω) præcedo, prægredior. Vnde Anteambulones dicti ſunt, qui aliquem honoris gratia deducentes præeunt. Hi & à Græcis προπέμποντες appellantur: qui uero ſequuntur, ἑπόμενοι.

ANTECANIS, à Cic. de Natu. Deo. dicitur ſydus illud quod à Græcis προκύων: inde nomen habens q ante maiorem Canem exoritur. Hic teſte Hygino, in lacteo circulo eſt defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangens. Spectat ad occaſum, utpote qui inter Geminos & Cancrum ſit conſtitutus. Tres tantũ habet ſtellas, Ab aliquibus Anticanis appellatur, ſed illorum error ex Græcæ dictionis compoſitione facile deprehenditur.

ANTECAPIO, is, {Preuenire, anticipare} (προλαμβάνω) præuenio, anticipo. Salluſt. Conſul optimum factu ratus, noctem, quæ inſtabat, antecapere, nequid eo ſpatio nouaretur.

ANTECEDO, pen. pro. {Precedere, andare innanzi} (προέρχομαι) præcedo, anteuado, et conſtruitur tã cum accuſatiuo, q̃ cum datiuo. D. Brutus Ciceroni: Biduo me Antonius antecesſit, itinere multo maiore fugiens, q̃ ego ſequens. Antecedens, participium. Plin. Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate. Anteceſſor, oris, qui antecedit. Suet. in Vitel. Irruperant iam agminis anteceſſores, et ſingula rimabantur. Antecesſio, onis. Cic. 1. Offi. Conſequentia cernit, cauſas rerum uidet, earumq; progresſus, & quaſi antecesſiones non ignorat.

ANTECELLO, {Auanzare. Pet. Benche ſia tal che ogni parlar auanzi} (ὑπερέχω) idẽ eſt quod præcello. Ci. pro Cornelio: Qui eloquẽtia cæteros antecellit.

ANTECELLENS, tis, participium. Cic. pro Mure. Q. Catullũ humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

ANTECESSVS, ſiue Anteceſſum, (πρόδομα) dicitur id, quod prius datur, ut poſt aliquid recipiatur. Sene. lib. 4. de Benefi. Vnde apud me iſtæ expenſorũ, acceptorumq; rationes diſtinguuntur. Ego q cui debeam ſcio, aliis poſt longam diem repono, aliis in anteceſſum eſt. Et alibi. Sed non ero difficilis, bene credi tibi ſcio: itaque io anteceſſum dabo.

ANTECOENIVM, {Merenda} (τὸ μετ' ἄριστον) cibus qui ante coenam ſumitur: Apuleius lib. 2. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecoenia.

ANTECVRSOR, (πρόδρομος) qui præcurrit: ab Ante, & Curſor. Cæſar 1. Bel. Ciuil. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo.

ANTEDICO, is, ere, {Indouinare} prædicare προλέγω. Cic. 2. de Diuin. Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur, uides.

ANTEEO, is, {Andare innanzi. Pet. Mi uanno innanzi, et ermmi ogn'hor addoſſo} (προέρχομαι, ὑπερέχω) tam datiuo q̃ accuſatiuo iungitur: & ſignificat ante uado præcello. Cic. 2. Offi. Barbarum diſtricto gladio iubebat anteire.

ANTE EXPECTATVM, ſiue Antexpectatum, una dictione (ut Seruio placet in illud Vergilii. 3. Georg. Ante expectatũ poſitis ſtat in agmine caſtris) ponitur pro aduerbio temporis, & idẽ eſt, quod ante uel citius, q̃ expectabatur.

ANTEFERO, {Anteporre} (προτιμάω) pen. cor. antepono. Ci. Cecinnæ: Quũ uel iniquisſimam pacem iuſtisſimo bello anteferrem. Antelatus, participium. Cic. de Prouin. Conſul. Cum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus. Anteferendo. Horat. 2. Epiſt. Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo.

ANTEFIXA, dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Feſtus.

ANTEGENITVS, {Primo genito} (προτιγενής) priore loco genitus. Hinc Antegenitalis, adiectiuum. Pli. li. 7. cap. 55. At quanto facilius certiusq; ſibi quenque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitalis ſumere experimento?

ANTEGRADIOR, {Andar innãzi} (προπορεύομαι, προπορεύω) ante uado. Ci. 1. Offi. Quicquid eſt qđ deceat, id tũ apparet, cũ antegreſſa eſt honeſtas.

ANTEHABEO, {Anteporre} (προτιμάω) idem eſt quod præfero, ſicut contra Poſthabeo, poſtpono. Tacit. lib. 4. Ne diuulgata atque incredibilia auide acceptaueris, neque in miraculum corruptis, antehabeas.

ANTEHAC, {Per adrieto, pel paſſato. Boc. Gior. 3. No. 7. Accioche per innanzi meglio gli conoſciate, che per adietro non pare, che habbiate fatto} (πρότερον) non modo ſignificat Ante hoc tempus, ut Teren. in And. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet: ideſt, Ante hoc tempus, ſiue hactenus, uel uſque modo, ſed etiam, Ante illud tẽpus: ſicut Poſthac non tantum poſt hoc, uerum etiam Poſt illud tempus. Salluſt. Sic erat accenſa libidine, ut ſæpius peteret uiros, q̃ peteretur: ſed ea ſæpe antehac fidem prodiderat: ideſt, Ante illud tempus.

ANTELOQVOR, {Parlare innanzi} (προφθέγγομαι) prius loquor, à quo Anteloquium, (προτιμολογία) primus in dicendo locus, ſiue prior locutio. Macrob. Huic aſſenſi omnes, Prætextatu anteloquium detulerunt.

ANTELVCANVS, a, um, {Nanti giorno} (ἀμφιλυκής, λυκαυγής) quod eſt ante lucem. Cic. M. Catoni: Ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimã magna multitudine hoſtiũ occiſa. Sic & Antelucanæ coenæ. Antelucani flatus, (ἀμφιλυκοι ἄνεμοι) uenti ſunt diluculo flantes, uerno præſertim tẽpore, ſole autem inualeſcente cadentes. Oriuntur ex uicinis fluminibus, aut conuallibus, aut ex ſinu aliquo, neque ultrà terræ conſpectum feruntur.

ANTELVCO, as, ſiue Antelucor, pen. pro. {Vegghiare nanti giorno} (ὀρθρίζομαι) ſignificat ante lucem uigilo.

ANTELVCO, {Nanti giorno} (λυκαυγῶς) & Antelucculo aduerbium, quaſi ante lucẽ. Apul. li. 1. Optimũ itaque factu uiſum eſt, antelucculo furtim euadere.

ANTEMERIDIANVS {Nãti mezzo di} (προμεσημβρινός) (ab Ante, & Meridies: quod eſt, uel ſit ante meridiem. Cic. Atti. lib. 3. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi.

ANTEMNÆ, (ἄντεμναι) cum m, ante n, urbs Sabinorum, quaſi ante amnem dicta, q eam amnis præterfluat, de qua Verg. lib. 7. Antemnę Tegmina tuta cauant capitum.

ANTEMVS, untis, (ἀντεμοῦς) fluuius eſt Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

ANTENNA, {Antenna. Pet. Quaſi ſenza gouerno, & ſenza antenna} (κεραία) per duplex nn, lignum per trãſuerſum in malo poſitum, in quo uelum alligatur, à circuntenendo dicta. Ver. 3. Aen. Cornua uelatarum obuertimus antennarũ.

ANTENOR, (ἀντήνωρ) Troianus fuit, patriã prodidiſſe exiſtimatus: quia & legatos, qui ad repetendã Helenam uenerãt, ſuſcepit hoſpitio, & Vlyſſem intra moenia diſſimulato habitu cognitum nõ indicauit. Capta Troia, adiunctis ſibi Henetis & Paphlagonibus, in intimũ maris Adriatici ſinum ſeſe contulit, ibiq; urbẽ condidit non procul à mari, quam de nomine ſuo Antenorium appellauit. Poſtea Patauium dictum eſt, & hodie Padua. De hoc Verg. 1. Aen. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus: & paulo poſt. Hic tñ ille urbem Patauii, ſedeſq; locauit Teucrorũ. Et Liuius in principio primi libri.

ANTE OCVLOS, {Nanti à gli occhi} (πρὸ ὀφθαλμῶν) minus eſt, q̃ Corã, Nam Coram proximitatem ſignificat. Ante oculos poſt etiam de remotiore loco intelligi, modo extra conſpectum non ſit. Terent. in Eunuch. Quę mihi ante oculos amatorem coram adduxit tuum.

ANTEPAGMENTA, {Vſciali} (προσπήγματα) ſunt ualuarum ornamenta q ante ualuas appingantur: ideſt, affigãtur: uel q appingantur antis, ſeu ualuis. Cato cap. 14. Fullonicam unam, antepagmenta, uaſa, torcula duo.

ANTEPILANI, in Romana militia ſecundæ aciei milites erant ſcutati omnes, robuſtiorisq; ætatis, qui q ferè ex optimatibus eſſent, & armis maxime inſignes etiã Principes ſunt appellati. Dicti autem ſunt Antepilani, q ante Pilanos, hoc eſt, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capeſſerent. Ita enim apud Romanos, teſte Liuio, acies inſtruebatur, ut primo loco hoſtes aggrederentur manipuli haſtatorum ex flore iuuenum pubeſcentium collecti: qui ſi hoſtẽ propulſare non poſſent, ſenſim retro cedentes a principibus ſcutatis, quos Antepilanos uocari diximus, in interualla ordinum recipiebantur: principeſq; in eorum locum ſuccedebant. haſtati autẽ poſt eos ſubſequebantur. Si e principibus quoque non ſatis feliciter eſſet pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoq; facto agmine, iam nulla ſpe poſt ſe relicta, una omnes in hoſtem procedebant. Ex his itaque Triarii, qui nouisſimi prælium inibant, Pilani dicti ſunt, q pilis præcipue in bello uterentur. Erat autem Pilum teli genus longum pedes quinque & ſemis, Romanis familiare: quemadmodum Sariſſæ Macedonibus, & Geſa Gallis. Principes uero ſcutati, qui ante hos in acie conſiſtebant, Antepilani dicti ſunt. Hæc ferè Liu. lib. 8. ab urb. cond.

ANTEPONO, nis, {Anteporre} (προτίθημι) proprie eſt, appono, uel ante aliquem pono. Plaut. in Curcul. Quid antepones Veneri à ientaculo? Sæpe etiam accipitur pro præferre. προτιμάω. Cic. in Læl. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

ANTERIVS, {Più primiero} (ἀρχαιότερον) antehac uel prius: fit enim ab Ante: ſicut à poſt, Poſterius. & à ſub, Subterius, quo uſus eſt Boetius. Sido. ad Domitium: Quænam potisſimum anterius caulibus noſtris culina fumaret.

ANTERMINI, (πρόσοροι) qui circum terminos prouinciæ habitant. Feſt.

ANTEROS, otis, (ἀντέρως) Veneris eſt & Martis filius, cuius meminit Cic. lib. 3. de Natu. Deo.

ANTEROTES, (ἀντέρωτες) gemmę ſunt ex generibus amethyſti: de quibus Plin. lib. 37. cap. 9.

ANTES, (ἄντης) mons eſt Achaiæ, non procul ab Argis. Plin. lib. 4. cap. 5.

ANTES, {Capitello} (παραστάται) nomen ab Ante deductum, quo ſignificantur eminentes lapides, ſiue ultimæ columnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica. Hinc dicti uidentur Antiani magiſtratus in urbibus, qui ſemeſtrẽ magiſtratum exercent, qui uelut antes columnæ, totius urbis onera ſibi incumbentia ſuſtinent. Antes etiam dicuntur primi ordines uitium, ſic dicti, q anteſtent, & ſe primos offerant. Verg. li. 2. Georg. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

ANTESIGNANVS, {Capitano di bandiera, confalloniere. Arioſt. Vedi Azzo ſeſto Confalonier della Chriſtiana Croce} (πρόμαχος) ſignorũ, hoc eſt, uexillorum propugnator, ſiue defenſor. Nã ſignum pro uexillo militari ponitur. Liu. li. 4. Signa nunc reſiſtentia deferuntur ab anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. Signifer eſt, qui uexillum fert. Liuius ibidem: Ita primo ſtatim prælio quum Dictator equitatu immiſſo anteſignanos hoſtium turbaſſet, legionũ inde ſigna inferri propere iusſit, ſigniferumq; ex ſuis unũ cunctantẽ occidit.

ANTESTO, as, {Stare innanzi} (προΐσταμαι) cum datiuo conſtruitur, ſignificatq; antecello. Cic. de Inuent. Omnibus corporum uiribus anteſteterunt. Gellius lib. 9. Qui uiribus & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulq; uirtute cęteris anteſtabat: ideſt, antecellebat. Sed hoc per tranſlationem: nam proprie ſignificat ſicut ſonat. Vnde Antiſtes, & Antiſtita, de quibus infra.

ANTESTOR, aris, teſte Budæo, uetus eſt Iuriſconſultorum uerbũ, ſignificãs accipere in teſtem. Apud ueteres enim qui aduerſariũ in ius pertrahere uolebat, prius aliquẽ de præſentibus anteſtabatur, hoc eſt anteſtabatur, uel teſtem capiebat, eius attingens auriculã, & ſic interrogans: Licet'ne anteſtari? illo autẽ reſpõdente, Licet: tũ iniecta manu aduerſarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos anteſtari fas erat. ſerui autẽ teſtes eſſe non poterant. Ad hoc alludit Hora. lib. 1. Serm. Sat. 9. cũ ait: Quo tu turpisſime? magna Exclamat uoce, & licet anteſtari? ego uero Oppono auriculam rapit in ius. Hanc etiã iuris ſolennitatẽ elegãtisſime depingit Plau. in Perſa: Age (inquit ibi Saturio) ambula in ius leno. DORD. Quid me in ius uocas? SAT. Illic dicam apud prætorem: Sed ego in

ius

ſius uoce. DORP. Non'ne anteſtaris? SAT. Tuan'ego cauſa carnifex Cuiquam mortali libero aureis atteram? Quare autem anteſtantes teſtium aures apprehendamus docet Pli. lib. 11. cap. 46. Eſt (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes anteſtamur.

ANTEVENIO, {Venire inanzi} (προφθάνω) præuenio. Salu. in Iugurt. Ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Plaut. in Trinu. datiuo iunxit, pro Coram, ſiue obuiam uenio. Tempori huic hodie anteuenit.

ANTEVERTO, (φθάνω) præcedo, præuenio, anticipo. Cice. in Læl. Idipſum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit: ideſt, præuenit.

ANTEVOLO, as, (προΐπταμαι) Verg. 9. Aene. Anteuolans tardum præceſſerat agmen.

ANTEVORTA, dea eſt Romanorum, quæ futura proſpiceret.

ANTEVRBANVS, a, um, {Propinquo alla città} (προάστειος) quod eſt urbi propinquum. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, urbi propinqua. Feſt.

ANTEXPECTATVM, (ἀπροσδοκήτως) tota una dictio, aduerbium, ſignificans ante, uel citius quam expectabatur. Ver. lib. 3. Geor. Antexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

ANTHALIVM, (ἀνθάλιον) malum eſt rotundum, magnitudine meſpili, in locis Aegypti arenoſis naſcens non procul à Nilo: quod bellariorum uicem in ſecundis menſis apud Aegyptios obtinet. Vide Plin. lib. 20. cap. 15. Theophraſtus Anthali malum uocant, ab Anthalo planta, in qua naſcitur, quam Plinius cyperi folia habere tradit.

ANTHANA, (ἀνθάνα Steph.) urbs eſt Laconica, ita dicta ab Anthe Neptuni filia, ut ex Philoſtephani ſententia tradit Steph.

ANTHARIS, rex Longobardorum Theolindæ maritus, quum ſex regnaſſet annos, inſidiis domeſticorum apud Ticinũ extinctus eſt ueneno poculo. Auctor Paulus Diaconus de rebus geſtis Longobardorum.

ANTHEDON, pen. pro. (ἀνθηδών) meſpili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſeruetur. Flos amygdalæ flori ſimilis, folium magna ex parte fiſſum, quod antequam decidat, ualde rubeſcit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. Vide Plinium li. 15. ca. 20.

ANTHEDON, (ἀνθηδών) urbs Bœotiæ, habitata quondam Thracibus, de qua Pomponius & Strabo lib. 9. Nomen habet (ut Steph. exiſtimat) ab Anthedone Neptuni pronepote. Aut certe, (διὰ τὸ πασῶν ἀνθηροτάτην εἶναι,) hoc eſt, quod omnium floridiſſima ſit. Sita eſt in extremo litore Bœotiæ, e regione Eubœæ inſulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν, hoc eſt, ultimam uel extremam Anthedonem appellat.

ANTHEMION, (ἀνθεμίων) uir Troianus, Simoſii pater. Auctor Homer. li. Iliad. 4. De Simoſio uide in ſuo loco.

ANTHEMIS, (ἀνθεμίς) inſula eſt Thraciæ adiacens, quæ & Imbraſis aliquando uocata fuit, & Parthenia, a Parthenio fluuio. Notiore nomine Samothrace appellatur. Strabo lib. 10.

ANTHEMIS, (ἀνθεμίς) herba eſt fœniculi folio quam nonnulli Leucanthemida, alij Leucanthemum, nonnulli Melanthemon uocant. Hanc medici recentiores barbarè Camomillã uocant. Rueſlius lib. 3. cap. 68. & Pli. lib. 22. cap. 21.

ANTHEMVSIA, (ἀνθεμουσία) oppidum eſt Meſopotamiæ, ad Aborram flumen ſitum. Strabo lib. 16.

ANTHERICEVM, {Balſamo} (ἀνθερίκειον) balſami genus tenui & capillacea coma. Antherices enim ariſtæ dicuntur.

ANTHERICVS, (ἀνθέρικος) ſcapus eſt, ſiue caulis Aſphodeli herbæ, quam Haſtulam regiam quidam hodie appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

ANTHEVS, (ἀνθεύς) cum h, Antenoris filius fuit, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus eſt unus ex Aeneæ ducibus: de quo Verg. Anthea Sergeſtumq́ uocat.

ANTHIA, (ἄνθεια) urbs fuit propinqua Pylo, ſub ditione Agamemnonis, una earum, quas ille Achilli obtulit, ut ſecum in gratiam rediret: ut ſcribit Homerus lib. Iliad. 9.

ANTHIAS, (ἀνθίας) piſcis nomen eſt, qui circa Chelidonias Aſiæ inſulas capitur: cuius naturam uide apud Plin. lib. 9. cap. 59.

ANTHINVM mel, (ἄνθινον μέλι) uocatur, quod Vere factum eſt, quoniam ea floribus faui conſtruuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel uero æſtiuum uocatur ὡραῖον, quod Græci omnes fructus æſtiuos nominant ὡραῖα: quoniam id tempus per excellentiam Horam uocant.

ANTHIVM, (ἄνθειον) oppidum Thraciæ, de quo ſic Plinius in Thraciæ deſcriptione, Aſticæ regio, inquit, oppidum habuit Anthium, nunc eſt Apollonia.

ANTHO, (ἀνθώ) fuit Amulii Albanorum regis filia.

ANTHORES, nomen eſt uiri proprium, de quo Verg. lib. 10. Aene. Egregiũ Anthorem latus inter & ilia figit, Herculis Anthorem comitem.

ANTHOS, (ἄνθος) unus ex filiis Neſtoris eſt, & Latine flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quod flore paſcatur. Vide Anthus.

ANTHRAX, {Carbone, carbonchio} (ἄνθραξ) Latine carbo. Eſt & Anthrax, gemmæ nomen pretioſiſſimæ, rubræ & tranſlucidæ, ita dicta ab igniti carbonis ſimilitudine. unde & a Latinis Carbunculus dicitur. Hoc præterea nomine medici uocant ulceris genus (teſte Galeno lib. 6. de Compoſ. med. ſecundum genera) celeriter cruſtam faciens, cum uehementi totius circunſtantis particulæ inflammatione.

ANTHRACITES, (ἀνθρακίτης) gemma eſt, in qua uelut ſcintillæ ignis diſcurrere uidentur. Plin. lib. 37. cap. 7.

ANTHRACINVS, {Color negro} (ἀνθράκινος) color niger, à carbone, quod carbonis ſimilis ſit, ſiue quod huiuſmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus Varro de Vit. paſto. Propinquę adoleſcentulæ, etiam anthracinia, proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequuntur luctum.

ANTHRISCVM, (ἄνθρισκον) herba eſt ſcandici adeò ſimilis, ut eadem uideri poſſet, niſi tenuioribus, & odoratioribus folijs ab ea diſtingueretur. Peculiaris eius laus eſt, quòd fatigato Venere corpori ſuccurrat, tamq́ ſenio marceſcentes coitus excitet, & alba fœminarum ſiſtat profluuia. De hac Pli. li. 20. ca. 15.

ANTHROPOMORPHON, {Mandragola} (ἀνθρωπόμορφον) à Pythagora dicta eſt herba quædam ſomnifera, quam alio nomine Mandragorã appellamus: ab humana nimirum forma impoſito nomine, quam radix eius utcunque uidetur imitari.

ANTHROPOGRAPHVS, (ἀνθρωπογράφος) dictus eſt Dionyſius, quod nihil aliud quam homines pinxerit. Plin. lib. 35. cap. 10.

ANTHROPOPHAGI, (ἀνθρωποφάγοι) populi Scythiæ, qui humana carne ueſcuntur. Hi populi ſunt ad Orientem ac Septentrionem Maſſagetis uicini: circa quos triſtiſſima ſolitudo, & mare, quod Thabin uocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 30. & Gellium.

ANTROPOMORPHITÆ, {Gente che penſano che gli Dei habbino membri} (ἀνθρωπομορφῖται) dicti ſunt, qui ſimplicitate ruſtica Deum ἀνθρωπόμορφον eſſe, hoc eſt, humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæreſis.

ANTHVS, (ἄνθος) auis eſt, quæ aduentu equorum herbæ pabulo pulſa, ut iniuriam ulciſcatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

ANTHYLLA, (ἄνθυλλα) Aegypti urbs eſt, auctore Herodoto lib. 2. quæ reginæ in calceamenta dabatur.

ANTHYPOPHORA, (ἀνθυποφορά) figura eſt apud Rhetoras, quã Quintil. Subiectionem uocat, cum tacitæ aduerſariorum obiectioni occurrimus, eorumq́ nobis dicta ſententiasq́ proponimus, in hoc tantum, ut illis reſpondeamus. De hac Iul. Rufinianus lib. 2.

ANTHYLLION, (ἀνθύλλιον) herba eſt lenti ſimillima, quę in uino pota uesicam uitijs liberat, & ſanguinem ſiſtit. Plin lib. 26. cap. 8.

ANTHYLLIS, (ἀνθυλλίς) herba eſt chamepityos ſimilitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. Plin. lib. 26. cap. 8.

ANTIA, (ἄντια) uxor fuit Prœti Argiuorum regis, Abantis filij.

ANTIA lex, dicebatur quam Antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriæ tamen obſtinatione nullo abrogãte obliterata eſt. propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea uixit, foris non cœnaſſe, ne legem à ſe latam contemnere uideretur. Vide Macrob. cap. 17. lib. 3.

ANTIÆ, {Capelli di donne} (προκόμιον) ſunt muliebres capilli, in fronte demiſſi, quòd ante faciem ſiti ſint.

ANTIATES, (ἀντιᾶται) dicti ſunt populi Italiæ, qui Antium urbẽ Latij maritimam incolebant. Apud hos fuit inſigne Fortunæ templum, quam Antiatẽ Fortunam uocauere. Horat. lib. 1. Carm. O' diua, gratum quæ regis Antium. Antiates plurimum claſſe ualebant: cuius rei indicio id eſſe poteſt, quod deleto à Romanis Antio, roſtra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, unde ad populum concio haberi ſolet. Vide Titum Liuium. 1. Dec. lib. 6.

ANTIADES, (ἀντιάδες) à Paulo Aegineta dicuntur tonſillæ cum in tumorem obduruerunt, cibi, potusq́, & ſpiritus uiam præcludentes.

ANTIBACCHIVS, (ἀντιβάκχειος) pes Bacchio contrarius. Conſtat ex duabus longis & ultima breui: ut, Natura.

ANTIBACCHIÆ, inſulæ ſunt in ſinu Aethiopico, Bacchijs oppoſitæ: quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

ANTICANTHARVS, (ἀντικάνθαρος) à quibuſdam appellatur flos, quẽ Romani Lilium agreſte uocant.

ANTICA, uide in dictione Poſtica.

ANTICANIS, Vide Antecanis.

ANTICATEGORIA, (ἀντικατηγορία) Latine dici poteſt Recriminatio, ſiue mutua accuſatio. & eſt genus controuerſiæ iudicialis. Quintil. lib. 3. cap. 12. Adiecerunt quidam numero mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία uocatur.

ANTICATONES, (ἀντικάτωνες) dicti ſunt duo libri, quos Cæſar contra Catonem ſcripſit. Sueto. Reliquit & de Analogia duos libros, et Anticatones totidem. Iuuenalis Saty. 6. Quæ pſaltria penem Maiorem, quam ſint duo Cæſaris Anticatones Intulerit. Nomen eſt compoſitum ex Gręco & Latino. Nam (ut Quintilianus inquit) ex peregrino & noſtro componuntur dictiones, ut Epitogium, & Anticato.

ANTICELLIVM, herba eſt lenti ſimillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

ANTICHTHONES, (ἀντίχθονες) populi qui habitant in Zona hyemali. Hos Martianus ſeiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis aduerſam & contra pedes noſtros habitant. Põponius tamen uidetur Antichthones pro Antipodibus accipere.

ANTICIPO, as, {Pigliar tempo, anticipare} (προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω) ante capio, præuenio. Verg. in Roſis: Aeſtiuum ſuadens anticipare diẽ. Cic. Att. Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis? Anticipatio, onis, uerbale (πρόληψις) Cic. 1. de Nat. Deo. quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus.

ANTICITES, (ἀντικείτης) pen. cor. amnis Sarmatiæ Aſiaticæ, non procul à Rombite minore in Mæotim influens. Strabo lib. 11.

ANTICLEA, pen. pro. (ἀντίκλεια) fuit mater Vlyſſis, quæ quum duceretur ad Laertæ nuptias, ab Siſypho latrone, Aeoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt, cum Laertæ iam nupſiſſet, & ad oraculum iam pergeret conſultura, captam à Siſypho latrone, & ut multi putant ex eo Vlyſſem concepiſſe. Quod Aiax apud Ouid. 13. Meta. uitio uertit Vlyſſi, Et ſanguine cretus Siſyphio.

ANTICRAGVS, (ἀντίκραγος) mons Lyciæ, Crago oppoſitus teſte Strabone lib. 14.

ANTICYRA, (ἀντίκυρα) pen. cor. inſula ad ſinum adiacens Maliacum & Oetam montem, cuius meminit Strabo lib. 9. ubi auctore Plinio, elleborum tutiſſime ſumitur. Ouid. li. 4. de Pont. I bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos, Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Vnde quoties inſanum hominem ſignificare uolumus, Anticyra egere dicimus. Horat. Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam Tonſori Licino commiſerit. Eſt & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthiacum conuerſa ſinum, ubi Anticyreo quodam: Herculis ætate, Caparisſus ab Homero dicta. Hanc alij Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepiſſe, quod ſita ſit in promontorio in mare excurrente, e regione Cyrrhæ.

ANTICYRICON, (ἀντικυρικόν) ſeſamoidis herbæ ſpecies, ſimilis Erigeronti, quæ in Anticyra inſula creſcit.

ANTIDORA, {Rimunerratione, guiderdone. Pet. Mia ſpene, el guiderdon d'ogni mia fede} (ἀντίδωρα) pen. prod. ſunt remunerationes, aut quæ a nobis pro

acceptis muneribus redduntur. Vlp.titul.de pet.hære. Plane ſi antidora acceperunt, dicendum eſt catenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, uelut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

ANTIDOSIS, (ἀντίδοσις) pen.cor. Latine retributio, ſignificat enim quicquid ex aduerſo datur: ab (ἀντιδίδωμι) retribuo.

ANTIDOTVM, {*Rimedio contra'l ueneno,*} (ἀντίδοτον) pe.cor. remedium, ſiue medicamentum quod contra uenena datur. Nam & ipſa Antidota ferè uenena ſunt, ut ſit antidotum, quaſi uenenum datum contra uenenum: (ἐξ ἀντί καὶ δίδωμι) id eſt, contra & do. Nam contraria contrarijs curantur. Quint. li. 7. Tyrannus ſuſpicatus à medico ſuo datum ſibi uenenum, torſit eum. Et quũ id dediſſe ſe negaret, accerſit alterum medicum. Ille datum ei uenenum dixit, ſed ſe antidotum daturum. Dicitur & Antidotus, genere fœm. Gel. lib. 14. Huius regis antidotus celebratiſſima, ut quæ Mithridatios uocatur.

ANTIGENES, (ἀντιγένης) pen.cor. nomen pueri ruſtici, apud Ver. in Daphnide: Non tulit Antigenes.

ANTIGENIDES, (ἀντιγενίδης) auctore Suida, Thebanus muſicus, tibicen, Philoxeni diſcipulus, qui primus calceamentis Mileſiis laſciuioribus uſus fuiſſe dicitur. Huius meminit Plin. cap. 36. lib. 16. Hic etiam, ut auctor eſt Cic. in Bruto, diſcipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane et muſis. De eo uide Gellium cap. 17. lib. 15. & Valerium lib. 3. cap. 7.

ANTIGERIO, {*Subito*} ueteres pro Valde, & pro Statim utebantur, quaſi antequam res gereretur. Feſtus.

ANTIGONIA, {*Troia*} (ἀντιγόνεια) oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta eſt. Plin. libr. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13. Eſt præterea eiuſdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

ANTIGONE, (ἀντιγόνη) Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto, ſe uiæ ducem præbuit: fratribusq; ſuis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictum funebre officium præſtitit: ob quam pietatem poſtea una cum Argia Polynicis coniuge iuſſu tyranni eſt interfecta. Hæmon quoque nobilis adoleſcens, qui mutuo eius amore tenebatur, ſuaq; ſeſe manu ad tumulum eius iugulauit. Fuit etiam hoc nomine una filiarum Priami, quam cum formæ ſuæ fiducia nimis arrogantem reddidiſſet, à Iunone in ciconiam mutata eſt. Vide Ouid. lib. 6. Metam.

ANTIGONVS, (ἀντίγονος) pen.cor. nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa ſua in Græcos beneficia Euergetes eſt dictus. Nam cum Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio uiciſſet, Spartamq; cepiſſet, militem uictorem ab omni iniuria continuit, priſtinamq; ciuitati libertatem reſtituit.

ANTIGRAPHEVS, (ἀντιγραφεύς) dicitur, cui id muneris iniunctum eſt, ut obſeruet pecuniam, quam in uſum principis uel ciuitatis collegerunt exactores. Galli ſua lingua Contrarotulatorem uocant: nos Antigrapharium appellare poſſumus. Hos Cicero Cuſtodes appellat, in oratione pro lege agraria contra Rullum, & de reditu ſuo: Et Vlpian. l. 3. de adminiſt. tutor. Budæus in Annotationibus.

ANTIGRAPHVM, (ἀντίγραφον) dicebatur Antigrapheorum nota, ſiue diuerſum exemplar.

ANTILENA, {*Pettorale*} (προστηθίδιον) qua pectus iumenti cingitur: ſicut Poſtilena, quæ ſub cauda ponitur.

ANTILEPSIS, (ἀντίληψις) Græce dicitur, quam Latini interceſſionem, uel interiectionem nominant.

ANTILIBANVS, (ἀντιλίβανος) mons eſt Libano oppoſitus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ deſinens, qui ſunt ſupra Damaſcum. Vide Strabonem lib. 16.

ANTILOCHVS, (ἀντίλοχος) pen.cor. Neſtoris filius maior natu, quem in bello Troiano Memnon Auroræ filius interemit. Vnde patris prece motus Achilles Memnona occidit. Ouidius autem uult ab Hectore fuiſſe occiſum Antilochum. Ita enim ait in Epiſt. Penelopes: Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore cæſum.

ANTILOGIA, {*Contradittione*} (ἀντιλογία) dici poteſt contradictio, refragatio, uel quaſi contraria oratio.

ANTIMACHVS, (ἀντίμαχος) Colophonius poeta Græcus. Is quum poema quoddam obſcurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, q̃ minime illud intelligerẽt, diſceſſiſſent. Plato mihi (inquit) pro omnibus. Hæc Cic. De eodem Plutarchus in Lyſandro. Hic aggreſſus belli Thebani materiã, trigeſimum quartum uolumen impleuit antequam duces Thebas uſque perduceret. Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Aegyptium patria Hieropolitanum qui Coſmopœiam heroico carmine conſcripſit: alterum poetã Melicum cognomento Pſecam. Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri auroq; corruptus, impedimento fuit, quo minus Helena redderetur, quin pro concione Troianos hortatus eſt, ne Menelaum, dũ legatus ad eos in urbem ueniſſet cum Vlyſſe, redire ad ſuos ſinerent: ſed in urbe aſſeruarent, trucidarentq;, Homero auctore lib. Iliad. 11.

ANTIMELON, pen.pro. {*Mandragola*} (ἀντίμηλον) herba eſt Dioſcoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

ANTIMETABOLE, (ἀντιμεταβολή) Latine dici poteſt ex aduerſo mutatio: Figura qua uerba declinata repetuntur: ut, Non ut edam uiuo, ſed ut uiuam edo.

ANTINOMIA, æ, (ἀντινομία) eſt cum duæ leges caſu colliduntur, & euentu, ut inquit Budæus. Quint. lib. 7. cap. 8. Proximum eſt de Legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium ſcriptores conſtat, in antinomia duos eſſe, ſcripti, & uoluntatis, ſtatus, &c.

ANTINOEA, (ἀντινόεια Stephanus) urbs Aegypti, ità dicta ab Antinoo Adriani amaſio, ut ſcribit Hieronymus in Iouinianum.

ANTINOVS, (ἀντίνοος) nomen unius ex procis Penelopes apud Ouidium in Epiſtola Penelopes. Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus tanta formæ elegantia, ut Adrianus Cæſar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam conſtituerit, & urbem quandam Aegypti Antinoean a nomine eius appellarit. Hæc Pauſanias.

ANTIOCHIA, {*Antiochia. Arioſt. can. 17. Quel d'Antiochia, piu d'ogn'altro male.*} (ἀντιόχεια) Syriæ urbs eſt ad Orontem fluuium ſita totius regionis caput à Seleuco Nicanore condita, & à patris ſui nomine Antiochia appellata: ut tradit Strabo lib. 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat eiuſdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam exiſtimat. Alteram in Meſopotamia, quæ & Mygdonia, & Aſtibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus Perſicæ hiſtoriæ ſcriptor, nati dicuntur. Tertiam in Piſidia conſtituit, cuius meminit & Stra. li. 12. Quartam inter Cauam Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus. Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluuium. Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. Septimam ad Callirrhoem lacum. Octauam ad Taurum montem, in Commagena regione. Nonam in Scythia. Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. Vndecimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. Duodecimam eandem facit cum Tarſo Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochenſis, ἀντιοχεύς uel ἀντιοχεῖος.

ANTIOCHVS, (ἀντίοχος) nomẽ ſecundi regis Syriæ, Seleuci filij, huius nominis primi, qui Soter cognominatus eſt, & regnauit annis 20. Secundus Antiochus huius filius dictus Achæos: regnauit annis XX. ueneno ab uxore Laodicea extinctus. Tertius Antiochus Galericus. Antiochus quartus rex, cognomento Magnus, regnauit annis 36. Dictus eſt etiam Hierax, q; accipitris more in capiendis alienis uitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio ſuperauit. Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis ſiue illuſtris, qui regnauit annis 11. Hic Hieroſolymam deſtruxit, & multa mala intulit Iudæis. Sextus Antiochus Syriæ & Aſiæ rex, dictus eſt Eupator. Fuit & alius Antiochus Aſcalonita, philoſophus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

ANTIOPA, (ἀντιόπη) Nyctei filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hanc cum Iupiter in Satyrum mutatus compreſſiſſet, Lycus repudiauit, uxoremq; Dircen ſuperinduxit, quæ Antiopam in carcerem coniecit. Verũ inſtante partus tempore, illa ruptis uinculis, in Cithæronem montem ſe recepit, ubi & Amphionem & Zethum peperit: qui à paſtoribus inuenti & educati, maternæ iniuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecta.

ANTIPARASTASIS, (ἀντιπαράστασις) figura eſt frequens Demoſtheni & Ciceroni, habens confeſſionem quandam cõiunctam cum maiore inficiatione. Sic Demoſthenes aduerſus Leptinem, ubi docuit etiam apud maiores in uſu fuiſſe, ut uiris fortibus præmia perſoluerentur, poſtea oſtendit, ſe ſine cauſæ detrimento, eius contrarium poſſe confiteri, neque ex eo ſequi, immunitates illa ætate uiris de repu. bene meritis conceſſas, ſine manifeſta aliqua culpa eſſe eripiendas, niſi oſtenderet aduerſarius, idem quoque à maioribus eſſe factitatum. Sic etiam Cic. in Orat. pro Rabirio Poſthumo, ubi oſtendit falſum eſſe, Rabirij manu occiſum eſſe Saturninum, ſubdit, ſi integrum ſibi eſſet libentiſſime ſe hoc confeſſurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quód ciuem ſeditioſum à medio ſuſtuliſſet.

ANTIPATER, (ἀντίπατρος) pen.cor. nomen proprium poetæ Sidonii, ſeu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ ſectæ, qui poſt Panætium de officiis ſcripſit. Hic quo die natus fuit, eodem quotannis febre laborauit. Ei quum diu uixiſſet, poſtquam ætatis ſuæ tempus deſtinatum appropinquaſſet, eo die & eodem morbi genere conſumptus eſt. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter Muſas eam cooptat. Ex tempore innumerabiles pene uerſus faciebat, ut teſtantur. Cic. & Quint.

ANTIPATER, alius, Iolai filius fuit, e Palmura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni ſucceſſores, diſcipulus & ipſe Ariſtotelis, uir præter ſcientiam rei militaris, literatiſſimus; ut tradit Suid. De hoc Antipatro ſic ſcribit Plutar. Antipater ſucceſſor Alexandri in regno Macedoniæ, poſt bellum Athenienſibus illatum, legatis ad eum de pace uenientibus, quorum princeps erat Xenocrates, reſpondit ſe in amicitia permanſurum, ſi ſibi Demoſthenes, & Hyperides dederentur: ſi eius præſidium in Munichiam, id eſt Athenarum arcem recepiſſent: ſi denique abſumptam in eo bello pecuniam, acceptaq; damna reſarcirent. Quibus illi conditionibus conſenſerunt. Item Antipater Tyrius, philoſophus Stoicus, & Catonis Vticenſis præceptor, ut auctor eſt Plutarchus in Catone. Alius item Tarſenſis philoſophus, ut idem auctor eſt. Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Aſcalonita, uir maximus, & potentia præditus, de quo Volaterranus in hiſtoria Hieroſolymitana. Fuit & Antipater Hieropolitanus Sophiſta nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res geſtas ſcripſit, ac eidem magiſter epiſtolarum fuit, ut eſt auctor Philoſtratus. Fuere & alij huius nominis, inter quos fuit Caſſandri Macedonum regis filius.

ANTIPATES, (ἀντιπαθής) gemmæ nigræ ſpecies, non tranſlucentis, quę in lacte decocta, id myrrhæ ſimile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

ANTIPATHIA, {*Repugnanza*} (ἀντιπάθεια) naturalis rerum differentia ſiue repugnantia: ad uerbum ſonat contra paſſionem, cui opponitur Sympathia, (συμπάθεια) quæ mutuam quandam rerum inter ſe cognationem ſignificat. Pli. li. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiã uocant, nihil eſt uenenatius uſquam quam in mari paſtinaca. Idem li. 34. ca. 15. A rubigine uindicatur ceruſa & gypſo, & liquida pice. Hæc eſt temperatura, à Græcis Antipathia dicta. Eſt igitur Antipathia, inter ea, quæ ueluti naturali quodam odio inter ſe diſſident: ut braſſica Antipathiam quandam habet cum uite. Contra oſtrea & concha ſympathiam habent: quod pleniluniо plenæ ſint, & decreſcente luna decreſcant.

ANTIPELARGESIS, {*Retributione de benefici*} (ἀντιπελάργησις) pen.pro. ſiue Antipelargia eſt mutua acceptorum beneficiorum compenſatio. Græci enim ἀντιπελαργεῖν uocant de nobis bene meritis officiorum uiciſſitudine reſpondere. Sumpta eſt metaphora à ciconiis, quas illi πελαργοὺς uocant. Illis enim naturalis quædam pietas inſita eſt, qua parentes ſenio defectos alunt, & cum ſub hyemem mutanda ſedes eſt, eos inter ſe medios recipiunt, & deficientes aliis ſuſtinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare uocauerunt.

ANTIPERISTASIS, (ἀντιπερίστασις) Latine circumobſiſtentia, reciprocatio, compreſſio undique circunfuſa: per quam ubi calidum eſt, inde frigus expellitur: ubi frigidum eſt, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illò ſe calor contulit, cedens frigori ſuperiora poſſidenti.

ANTIPHATES, pen.cor. (ἀντιφάτης) rex fuit Læſtrigonum. Melampodis ſeu ut alij uolunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cũ cæte-

ris Læſtrigonibus humana carne veſcebatur. Politianus, Et Lamium Antiphaten, & virgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphateus. Antiphates alius filius nothus Sarpedonis, ut eſt apud Vergil. libr. 9. Et primum Antiphaten &c. Hic Aeneam in Italiam ſecutus à Turno Rutulorum rege occiſus eſt.

ANTIPHELLUS, {*Antifelo*} (ἀντίφελλος) oppidum Lyciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

ANTIPHON, (ἀντιφῶν) Rhamnuſius orator antiquus, Athenis & præcepta dicendi tradidit, teſte Quintiliano, quo neminem melius orauiſſe cauſam capitis quum ſeipſe defenderet, locuples eſt auctor Thucydides lib. 8. Huius meminit Cicero in Bruto.

ANTIPHUS, (ἄντιφος) Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon una cum Iſo fratre, ſed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. Antiphus, filius Theſſali, & Nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta nauium cum alijs Græcis ad Troiam nauigauit, ut eſt apud Homerum li. Iliad. 2.

ANTIPHONA, (ἀντίφωνον) pen. pro. vox reciproca, duobus choris alternatim pſallentibus. Antiphonas Græci primi compoſuerunt, & apud Latinos ſanctus Ambr. inſtituit. Ex hinc in cunctis regionibus occiduis uſus increbuit.

ANTIPHRASIS, {*Parlare inteſo al contrario*} (ἀντίφρασις) pe. cor. ſermo per contrarium intelligendus, ut Parcæ, quia nemini parcant. Sic manes, quod non ſint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

ANTIPODES, (ἀντίποδες) pen. cor. dicuntur qui contra nos poſiti ſunt cōtrarijs veſtigijs. Cic. 4. Acad. Non'ne etiam dicitis eſſe e regione nobis e contraria parte terræ, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? Declinatur, Antipus, Antipodis, uel Antipodos. De his copioſe Ioachimus Vadianus in Melam.

ANTIPOLIS, (ἀντίπολις) apud Ptolemæū urbis nomen eſt in Gallia Narbonenſi: Galli pauculis literis immutatis, etiam hodie Antiblam vocant.

ANTIPOPHORA, Vide Anthypophora.

ANTIPTOSIS, (ἀντίπτωσις) pen. pro. figura eſt quando caſus pro caſu ponitur: ut, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt. Componitur enim ex ἀντὶ pro, πτῶσις caſus, à πίπτω, cado.

ANTIPYRGUS, (ἀντίπυργος) urbs Libyæ eſt Marmaricæ, quæ eadem eſſe creditur, quam vulgo Lucho vocant.

ANTIQUARIUS, a, um, (φιλαρχαῖος) qui verba ab uſu remota, & commentarios Pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatur auctores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, utq́; quædam ſolus ſcire uideatur. Iuuen. Ignotosq́; mihi tenet antiquaria verſus. Sueto. in Auguſto: Cacozelos, & antiquarios pari ſtudio ſpreuit.

ANTIQUO, as, {*Votare, ſcancellare, indebilire, far vano*} (ἀπαρχαΐζω, καταργέω) euacuo, aboleo, abrogo, irritum facio. Vnde Legem antiquatam dicimus, quam populus ſuffragiis ſuis improbauit, neque perferri paſſus eſt. Abrogatam autem dicimus legem quæ cum accepta fuerit, & perlata, poſtea contraria lege fuerit ſublata. Liu. Omnium rerū cauſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos itē, ut video, legem antiquaſtis ſine tabella. Antiquatio, onis, uerbale, abolitio, abrogatio. Gell. Facta mox eſt antiquatio legis.

ANTIQUUS: {*Antico. Pe. Tutti torniamo alla gran madre antica*} (ἀρχαῖος, πρεσβύς) idem quod vetus, ſiue priſcus. ab Ante & Aeuum, ut Varroni placet. Verg. 2. Georg. Antiquaſq; domos auium. Quoniam vero quæ antiquiora ſunt, fere meliora eſſe conſueuerant, ut mores, uinum, & ſimilia: factum eſt ut Antiquum pro probo, bono, & ſimplici dicamus. Terent. in And. Pol. Crito hoſpes antiquum obtines. Cic. pro Sex. Roſcio: In qua muliere veſtigia antiqui officij remanent. Sic & Antiquius dicimus, pro meliore, chariore, potiore, (προτιμότερον, προὐργιαίτερον) Cic. Att. lib. 1. Nihil mihi antiquius noſtra amicitia eſt. Ab Antiquus fit Antiquitas, (ἀρχαιότης) pro vetuſtate. Cice. 1. de Finib. Quod q̄ magnum ſit, fictæ veterum fabulę declarant: in quibus tā tabulis multis, tamq; varijs ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorū paria reperiuntur. Antiquitas, pro ipſis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & caſias fabuloſa narrauit antiquitas. Item in alio ſignificatu accipitur apud Salluſtium. Seruio teſte: Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Ideſt antiqui & præcipui amoris ſiue charitatis: ab eo quod eſt antiquum pro charo. Hinc etiam Antique aduerbium, hoc eſt, ad morem antiquorum: ut, Antique dictum. Horat. 2. Epiſt. Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure Dicere credat eos. & Antiquitus, idem quod olim, uel tempore antiquorum. Cęſar lib. 6. Bel. Gall. Quod ſumma auctoritas antiquitus erat in Heduis.

ANTIRRHIUM, (ἀντίρῤιον) promontorium eſt Aetoliæ, ſitum ad ipſum ſinus Corinthiaci oſtium, e regione Rhij, quod eſt Achaiæ promontorium, ab Antirrhio ſeptem tantum ſtadiorū freto diuiſum. Thucydides utrunque Rhiū appellat cognominibus tantum ea diſtinguens. Nam quod in Peloponneſo eſt, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, a vicina urbe Molycria.

ANTIRRHINUM, (ἀντίρῤινον) herba eſt, eadem cum illa, quā ſupra Anarrhinon appellauimus. de qua uide Plin. lib. 25. cap. 10. & ea, quæ ſupra annotauimus in dictione Anarrhinon.

ANTISCORODON, (ἀντισκόροδον) herba eſt ex generibus allij, quæ & Vlpicum, & allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

ANTISPODA, ſiue Antiſpodia (ἀντίσποδα Dioſcoridi, ἀντισπόδια Galeno) uocantur a medicis omnia ea, quæ eandem cum ſpodio habent facultatem, quæq; in ſpodij inopia pro eo poſſunt ſupponi. Quid autem ſit ſpodos, ſiue ſpodium, uide ſuo loco.

ANTISMOS, quod hic corrupte legebatur, uide Aſteiſmos.

ANTISSA, (ἄντισσα Stephano) Lesbi inſulæ oppidum eſt, ex quo Terpander nobilis Citharœdus originem traxit. Gentile eſt Antiſſæus, ἀντισσαῖος.

ANTISTES, itis, {*Antiſte, preſidente Boc. Al glorioſo choro te habbiamo detto antiſte*} (προστάτης, ἡ προστάτις) ex ante & ſto, tam fœminini quam maſculini generis, à verbo antiquo antiſto, pro anteſto, quod cęteris anteſtet, ideſt excellat: & erant primarij templorum ſingulorum ſacerdotes, qui ſacris pręerant, deq; futuris reſponſa dabant. Ouid. 4. de Pon. Non ſunt illa ſui vanas antiſtitis unquā Eſſe preces. Valer. lib. 1. Ne deq; vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. Per tranſlationem vero Antiſtes dicitur qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Vnde Seruius Sulpitius Quintiliano teſte lib. 11. ca. 1. iuris antiſtes appellatus eſt, item Plato ſapientiæ antiſtes.

ANTISTITA, æ, (προστάτις) Gell. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoque fœminas M. Cic. antiſtitas dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris, atq; illius fani antiſtitæ.

ANTISTHENES, (ἀντισθένης) pe. cor. Socraticus philoſophus, acutus magis q̄ eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concurſu docuiſſet Rhetoricam, audito Socrate, dixiſſe fertur ad diſcipulos, Abite & magiſtrum quærite, ego enim iam reperi: ſtatimq; venditis quæ habebat, & publice diſtributis, nihil ſibi præter palliolum reſeruauit. Patientiam, & duritiam in Socratico ſermone adamauit, ut ſcribit Cic. lib. 3. de Orat. ad Q. Fr. Fuere item alij tres eodē nomine: unus e ſchola Heracliti, alius Epheſius, tertius Rhodius hiſtoricus, ut tradit Diogenes Laertius.

ANTISTITIUM, {*Eccellenza*} (προστασία) excellentia, & apex, & quaſi antiſtitis dignitas. Martianus Capella: Antiſtitio præminebat Athanaſia.

ANTISTITOR, {*Preſidente, prefetto*} (ἐπιστάτης) pe. cor. præſes, præfectus, quaſi anteſtator. Colu. li. 4. Neque enim ſingulis totidem antiſtitores poſſit dare, qui obſeruent, quiq; præcipiant, ne acerbæ uuæ demetantur.

ANTISTO, as, are, antiquum uerbum pro Anteſto, ideſt, antecello, προΐσταμαι Cato cap. 156. Braſſica eſt, quæ omnibus oleribus antiſtat. Lucret. lib. 5. Herculis antiſtare autem ſi facta putabis, Longius à vera multo ratione ferere.

ANTISTOECHON, (ἀντίστοιχον) literarum permutatio, cum ſ. litera pro litera collocatur: ab ἀντὶ pro, & στοιχεῖον, elementum: ut, ſella pro ſedda, & Magalia pro magaria, l. pro r. Nam Magal pro magar dicitur, quod Pœnorum lingua uillam deſignat.

ANTISTROPHE, (ἀντιστροφή) dicitur quum inter coniuncta duo, quæ a ſeſe mutuo pendeant, fit alterna conuerſio, ut Seruus domini, & dominus ſerui. Lyricis autem Poetis Antiſtrophe eſt, ſaltationis genus, quum modo in dexterā, modo in ſiniſtram choros agerent, ac reuocarent.

ANTITAURUS, (ἀντίταυρος) Tauri montis pars eſt, & reliquis Tauri partibus oppoſita. Inſignis olim Comana ciuitate, & Bellonæ fano. Strabo lib. 11. & 12.

ANTITHESIS, {*Contentione, contraſto*} (ἀντίθεσις) pen. cor. color rhetoricus, cum contraria contrariis opponuntur. Quintilianus Contentionem uocat.

ANTITHETON, {*Contrapoſitione*} (ἀντίθετον) pen. cor. figura eſt, qua contrariis opponuntur contraria, ut apud Ouid. 1. Metam. Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus. Perſius: Crimina raſis. Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras laudatur. Ci. ad Brutum: Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, cum contrarijs opponuntur contraria, numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt.

ANTITYPUM, (ἀντίτυπον) pen. corr. Latine exemplar, ſimilis formæ, uel contrarium.

ANTIUM, (ἄντιον) urbs Latij, Volſcorum caput, Romanorū colonia: dictū, quod ante alias urbes in ipſo litore ſita ſit, ad otium, rerumq; urbanarum uariationem accommodata. Habebat hæc urbs celeberrimum Fortunæ templum. Horat. 1. Carm. O' diua, gratum quæ regis Antium. Hinc Antiates dicti ſunt urbis huius incolæ: de quibus uide ſupra ſuo loco.

ANTLARE, (ἀντλεῖν) vetuſtiſſimi dicebant pro haurire, uerbo à Græcis mutuato. Liuius. Andronicus: Florem antlabant Liberi ex carcheſiis. Hinc Exantlare exhaurire: de quo infra.

ANTLIA, æ, {*Inſtromento con che ſi caua l'acqua*} (ἀντλία) machinula ad hauriendam aquam excogitata. Nam ἀντλεῖν, Latinis haurire eſt. Martial. li. 9. Curua laboratas antlia tollit aquas. Et Feſtus: Antlare, haurire: à Græco ἀντλέω, id. ſt, haurio. Liuius. Florem antlabant Liberi ex carcheſiis.

ANTOECI, (ἄντοικοι) populi trans æquinoctialem habitantes circulum, totq; graduum latitudine ab eodem Auſtrum verſus diſtantes, quot nos verſus Septentrionem. Ita dicti, quod zonam nobis, non contrariam, ut Antipodes, ſed diuerſam incolant.

ANTONINUS, cognomento Pius, Romanorū Imperator, qui Aelio Adriano ſucceſſit. Hic cum filium nō haberet, M. Antoninum Philoſophum adoptauit, eumq; moriens imperij ſucceſſorem reliquit. Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui poſt Seuerum Romanum tenuit imperium. Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino ſucceſſit.

ANTONIUS, (ἀντώνιος) nomen uiri proprium. Antoniorum familia Romę nobiliſſima, vetuſtiſſimaq; fuit, utpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata, & oriunda prodatur.

ANTONIUS GNIPHO, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, et à nutritore ſuo manumiſſus. Romę docuit Rhetoricam, & poemata in domo Iulij Cæſaris pueri adhuc. Cuius etiam ſcholam Cicero, & alij nonnulli clari adoleſcentuli frequentaſſe dicuntur. Fuit alioqui miti faciliq; natura: nec unquam aliquid de mercedibus pactus, eoq; plura ex diſcentium liberalitate conſecutus eſt. Vixit annos L. Ex Tranquillo.

ANTONIUS MUSA, medicus fuit Auguſti temporibus, qui Cæſarem periculoſiſſime ægrotantem, potu balneisq; frigidis ſanitati reſtituit. De hoc Plin. lib. 29. cap. 1. & Horatius lib. 1. Epiſt.

MAR. ANTONIUS ORATOR, Triumuiri auus, de quo ſic ſcribit Cicero in Bruto, Nunc ad Antonium Craſſumq; peruenimus. Nam ego ſic exiſtimo hos oratores fuiſſe maximos, & in his primum cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam æquatam. Omnia ueniebant Antonio in mentem: eaq; ſuo quæque loco ubi plurimum proficere & ualere poſſent ab imperatore equites, pedites leuis armatura ſic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpitio, imparatus ſemper adgredi ad dicendum uidebatur: ſed ita erat paratus, ut iudices illo dicente nonnunquam uiderentur non ſatis parati, ad cauendum fuiſſe. Verba ipſa, non illa quidem elegantiſſimo fuerunt ſermone, itaque diligenter loquendi laude caruit. neque tamen eſt admodum inquinate locutus. Interfectus eſt à Mariana factione, una cum pluribus alijs clariſſimis ciuibus, quorum capita in roſtris pēpēdere. Huius filij M. & C. Antonij fuere: quorū M. Antonius gratia Cottæ Conſulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius orę maritimæ nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus eſt. Et ad poſtremum inferens Cretenſibus bellum, ibi morbo interijt. Hunc Salluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & uacuum à curis niſi inſtantibus. Auctor Pæd. C. Antonius, alter oratoris filius, multos in Achaia ſpoliauit nactus de exer-

citu Syllano equitum turmas : quo nomine à Græcis tractus eſt in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæſar etiamtum adoleſcentulus. & cum Lucullus id, quod Græci poſtulabant, decreuiſſet, appellauit Tribunos: iurauitq; ſe ideo eiurare, quod æquo iure uti non poſſet. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Cenſores ſexennio, poſt petitionem conſulatus, ſenatu mouerunt: cauſasq; ſubſcripſerunt, quod ſocios diripuiſſet, quod iudicium recuſaſſet, quod propter æris alieni magnitudinem prædia mancipaſſet, bonaq; ſua in poteſtate non haberet. Pædianus. Hunc item Cic. in Verrinis uocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigarium: Nã inter eos fuit, qui iuſſu Syllæ in Circenſibus, quos ipſe poſt uictoriã fecit, quadrigas agitauerunt. Hic cum Cicerone Conſul fuit: eiq; maxime eſt aduerſatus, ut qui Catilinæ coniurationi faueret. Placatus ab eo demum pactione prouinciæ, rectaq; de Republica ſentire perſuaſus eſt. M. Antonio, oratoris filio, tres filii fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius poſtea Triumuir, cauſa & fax totius belli ciuilis extitit. Nam cum eſſet Tribunus plebis, Cæſariſq; partibus in ciuitate tutandis ſeſe imparem uideret: una cum C. Curione (qui & ipſe Tribunus plebis erat) conducto uehiculo, habituq; maxime miſerabili, in Galliam ad Cæſarem profugit, cumq; adhuc hærentem, ad bellum ſine mora ſuſcipiendum inflammauit. Cæſarem quoque occiſum laudauit pro roſtris: ueſtemq; eius ſanguinolentam oſtendens, & teſtamentum recitans, quo ille Pop. Romano drachmas 75. uiritim legauerat, perfecit ut percuſſores ob metum ab urbe profugerent. Deinde cum D. Brutum Mutinæ obſideret, hortante Cicerone, à Senatu hoſtis iudicatus eſt: & ab Hircio, & Panſa Conſulibus, & Octauio adhuc adoleſcentulo, ingenti prælio ſuperatus. Poſt hæc Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæſarem inito. Brutum & Caſſium in Macedonia apud Philippos ſuperauit. Quo bello cõfecto, Octauius ualetudinis cauſa Romam rediit: Antonius in Græciam Aſiamq; profectus, honore, quaqua uerſus proficiſceretur, ingenti eſt exceptus. Cum illi Oriẽs, Auguſto Occidẽs, Lepido Africa obtigiſſet, multos per Oriẽtem reges & Tetrarchas debellauit: Inter quos Antigonum Iudæorum regem ſecuri percuſſit: quod antea regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipſius gratia nefanda admiſit, eiq; regna multa cõceſſit in Syria. Fuluiam uxorem ſtatim inito Triumuiratu repudiauit, ac octauiã Auguſti ſororem duxit: quam & ipſam deinde ob Cleopatram contempſit. Ad bellum Parthicum, Ventidium legatum miſit. Qui interfecto Pacoro regis filio, ab Antonio miſſus Romã triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remiſſa, per Armeniam Arabiamq; profectus, copias undique contraxit: Cum Phraate Medorum rege prælio congreſſus, ac uictor eum uſque ad Araxem fluuium perſecutus eſt. Dein in Armeniam reuerſus, eius regem in Triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, cauſa fuit inter eum & Octauium diſſenſionis. Quo cum poſtremo ad Actium nauali prælio congrediens, ſuperatus eſt, Alexandriamq; confugiens, atque ibidẽ ab eodem obſeſſus, gladio ſponte occubuit, anno ætatis L V I. Huius uiri illud in primis admirabile dicitur, quod in otio luxurioſiſſimus, in negotio laborioſiſſimus fuit. Nec ob res male geſtas quidquam de ſolita uoluptate remiſit. Hęc ex Plutarcho. L. Antonius Triumuiri frater, apud Peruſiam ab Octauio obſeſſus, fameq; adactus uenit in deditionem cum CCC. aliis: quibus, ut ait Flor. in Epitome Liuii, Octauius pepercit: at uero Tranquillus, omnes ad aram Cæſaris necari crudeliter iuſſit. C. Antonius Lucii. & Marci frater, in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortenſii Manibus, inferias miſſus eſt. Auctor Plutarchus in Antonio, & Bruto. Antonius Iulianus rhetor Romæ perquam fuit honeſti atque humani ingenii: doctrina quoque iſta utiliore ac delectabili, ueterumq; elegantiarum cura & memoria multa fuit. Ad hęc ſcripta omnia antiquiora tam curioſe ſpectabat, aut uirtutes pẽſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium ab eo factum examuſſim diceres.

ANTONOMASIA, (ἀντονομασία) dici poteſt, pro nomine. i. uice nominis poſitio. Diomed. Antonomaſia eſt uocabulum quod ſine nomine poſitum, loco eius fungitur: ut eſt, Arma, uirumq; cano: ubi intelligitur Aeneas. Fit autẽ tribus modis: Ab animo: ut, Magnanimus Anchiſiades. i. Aeneas. A' corpore, ut ipſe arduus. i. Polyphemus. Extrinſecus, ut Infelix puer atque impar congreſſus Achilli. hoc eſt, Troilus. Inde Antonomaſticῶs, hoc eſt, per Antonomaſiam.

ANTRÆ, arum, auctore Feſto, dicuntur conualles, uel arborum interualla.

ANTRONIA, Pomponio Melæ ciuitas eſt Magneſiæ, regionis Theſſaliæ, quæ à Stephano, & Strabone Antron (ἀντρών) dicitur: ab antris nimirum utroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc urbem proceriſſimi gignebantur aſini: unde factum eſt, ut Antronius aſinus, prouerbio dicatur de homine corpulento et robuſto, in quo tamen ingenium & animi uigor deſideretur.

ANTRVM, {*Antro, ſpelonca. Pet. Fior. frondi, herbe, ombre, antri, onde, aure ſoaui*} (ἄντρον, σπήλαιον) Latine ſpecus uel cauerna. Verg. 6. Aene. Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

ANVBIAS, adis, (ἀνουβιάς) à quibuſdã dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & uulgo Cimicaria, ſeu Pulicaria. Legitur hæc uox in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falſoq; Dioſcoridi attributas uideo numerari.

ANVBIS, {*Cane*} (ἄνουβις) genitiuum facit Anubis, uel bidis, & lingua Aegyptiaca dicitur canis, ſub cuius forma colebatur Mercurius, ut inquit Seruius. Ver. 8. Aen. Omnigenumq; deum monſtra, & latrator Anubis. Ouid. in Elegiis, Per tua ſacra precor, per Anubidis ora uerenda. Diodorus ſcribit, Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat, tanquam armorum inſignia. Ex quo Aegyptii canem uenerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

ANVLARIS, re, (δακτυλικόν) quod anuli eſt: ut Digitus anularis dicitur, qui proximus eſt auriculari. Quare autem ueteres in hoc potiſſimũ digito anulos geſtauerint, uide Macrob. lib. 7. cap. 13. Satur.

ANVLARIVS, {*Orefice che fa anella*} (δακτυλιοποιός) artifex qui anulos facit. Cic. 4. Acad. An tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniam gallinariũ inueniſti, Deliacum illum, qui oua cognoſceret?

ANVLATVS, (δακτυλιωτός) anulis ornatus. Plaut. in Pœnulo: Quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus.

ANVLVS, {*Anello*} pro digitorum ornamento à circuitu uocatus eſt, ſiue à rotunditate, quaſi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellauerunt. Cic. 5. Ver. Sæpe enim noſtri Imperatores ſuperatis hoſtibus optime Repub. geſta, ſcribas ſuos anulis aureis in concione donarunt. Fuerunt homines tam inepti qui anulos etiã digitos à Latinis uocari crederent adducti auctoritate Plauti in Pœn. Atque ut opinor, digitos in manibus nõ habẽt. AG. Quid iam? MIL. Quia incedunt anulatis auribus. Sed hi profecto nimis pueriliter delirant, neque poetæ iocum aſſequuntur. Irridet enim ibi Poeta Pœnorũ morẽ, qui ac ſi digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos priſci Vngulũ & Vnguinũ uocabant: poſtea & noſtri & Græci, ſymbolon dixere. Nã ſymbolũ, nota eſt & ſignum. Anuli autẽ equeſtris ordinis notæ erãt. Condulum quoq; & Condalium ueteres anulũ nuncupauere, teſte Feſt. Plaut. in Trin. In thermodolio condalium es oblitus. Mos fuit ueterum gerere anulũ in digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus. Eius rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni læſione eſſet tutiſſima: altera, quia diſſectis humanis corporibus, repertum eſt neruum quendã tenuiſſimũ, ut credi uult, ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideo uiſum eſt ueteribus, ut ille digitus anulo, tanquam corona, circundaretur. Anulus item fluuius eſt Mauritaniæ, in quo elephantes luna noua apparente ſe abluunt. Pli. lib. 8. cap. 1. Auctores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus, ad quendam amnem, cui nomen eſt Anulo niteſcente luna noua, greges elephãtum deſcendere, ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, atque ita ſalutato ſidere in ſyluas reuerti.

ANVS, us, in genitiuo, uel anuis, {*Vecchia. Arioſt. Fin che l'udi la ſcelerata uecchia*} (γραῦς) generis fœminini et prima correpta, uetula dicitur, ab annorũ multitudine ita uocata, quũ antiqui cõſonãtẽ nõ geminarent. Vel ab ἀ, & νοῦς ſenſus, intellectus: quod iam deliret, & quodammodo mente careat. Cic. 1. Tuſc. Quę eſt anus tam delira, quæ timeat iſta quæ uos uidelicet, ſi phyſica non didiciſſetis, timeretis? Terẽ. Heau. Ac. 2. Sce. 3. Mediocriter ueſtitã ueſte lugubri, Eius anuis, cauſa opinor, quæ erat mortua. Hinc fit Anilis, & hoc anile, (γραώδης) quod eſt anus, uel quod ad anũ pertinet. Ver. 4. Aen. Illa gradum ſtudio properabat Anili. Dicitur & Anſcularis, ris, pro anili. Vide ſupra Anilis, & Anicula diminutiuũ, (γραΐδιον) pro uetula. Cic. pro Flac. Aniculæ minime ſuſpicioſę purgat ſe. Anilitas, atis, ſenectus. Catul. Vſque dum tremulum mouens Cana tempus anilitas. Omnia omnibus annuit. Aniliter, aduer. Cic. 3. de Natu. Deo. Neque id dicitis ſuperſtitioſe atque aniliter: ſed phyſica, conſtantiq; ratione.

ANVS, ni, (πρωκτός) generis maſc. & prima prod. pars poſterior uerenda. Cice. Pæto: Anum appellas alieno nomine: cur non ſuo potius? ſi turpe eſt, ne alieno quidem: ſi non eſt, ſuo potius. Dicitur & alio nomine Podex.

ANXIFER, {*Che porta affanno*} (ἀλγεινός) pe. co. quaſi angorem, anxietatẽq; ferens. Cic. lib. 2. Tuſc. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent uertices.

ANXIVS, a, um, {*Anxio ſollecito*} (περιαλγής) ſolicitus, mœſtus, ab ἄγχω. Proprie tamen quid ſit. Cic. 4. Tuſc. oſtendit his uerbis. Itaque dicimus grauedinoſos quoſdã, quoſdã torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint, alii ad metum, alii ad aliã perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui angũtur aliquando, neque anxii ſemper anguntur. Vnde Anxietas, & Anxitudo, ἀδημονία. Cic. de Repub. ut citat Nonius: Quartaq; anxitudo prona ad luctum, & mœrens ſemper. Iuuen. Sat. 13. perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat. Anxie, aduerb. ſolicite, curioſe φροντιστικῶς. Salluſt. in Iugurt. Nobis ſatis compertum eſt, illum magis honore Marii, quàm iniuria ſua excruciatum: neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi adempta prouincia alii, quàm Mario, traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52. Ne in ſe quiſque & auguria anxiè quæerat.

ANXVR, tam maſc. quam neutri generis, urbs eſt Italiæ, quam nunc Tarracinam dicunt. Martial. Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. Dicitur autẽ Anxur (ut Seruius docet) quia illic colebatur Iupiter Imberbis, quem idcirco Anxurum, quaſi ἄνευ ξυροῦ, uocabant, quaſi ἄνευ ξυροῦ, hoc eſt, ſine nouacula. Ver. Aen. 7. Circæumq; iugum, queis Iuppiter Anxurus aruis Præſidet.

ANTGER, ſiue ANIGRVS, uide ſupra Anigros.

ANYTVS, (ἄνυτος) Rhetor Athenienſis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus eſt lib. 1. Serm. Sat. 4. Qualia uincunt Pythagorã, Anytiq; reum, doctumq; Platoni. De hoc uide Plutarchum in uita Socratis.

A ANTE O.

AON, (ἄων) Neptuni filius, ut dicit Lactantius, qui factione ſuorum ex Appulia pulſus, nauigio ad Euboeam uenit, & inde ſe in Bœotiam contulit, ubi populis montes habitãtibus imperauit, eoſq; Aones, ex ſuo nomine appellauit: a quibus Neptuni filius eſt habitus, cum Oncheſti ditiſſimi cuiuſdam Apub filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dymantem reliquit, qui ei in regno ſucceſſit. Perottus.

AONIA, (ἀονία) regio Bœotię, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Appulia pulſum in Bœotiam tradunt ueniſſe, ac de ſuo nomine montanã regionem Bœotiæ uocitaſſe Aoniam, & incolas ipſos Aonas. Hinc Aonius, (ἀόνιος) adiectiuum. Ouid. 1. Metamor. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Item Aonis, idis, (ἀονίς) patronymicum fœmininum: quo Poetæ frequentiſſime utuntur, pro ipſis Muſis. Iuuen. Saty. 7. Aptusq; bibendis Fontibus Aonidum.

AORNOS, (ἄορνος πέτρα) fuit petra apud Indos præceps & inuia, monumentis hiſtoricorum celebrata, ita dicta ob admirandam altitudinem, quaſi ipſis etiam auibus inacceſſa. Scribit Plutarchus, Alexandrum, quum intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe, Nunc locus iſte faciliimus eſt captu. Eſt & Aornos locus in Epiro ita dictus à peſtifera auibus exhalatione, teſte Plinio in Procemio libri. 4. Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Baias, qui poſtea Auernus eſt appellatus. Vide infra.

AORSI, (ἄορσοι) populi Scythiæ intra Imaum, quos Ptolemæus cõllocat non procul ab Iaxarte fluuio, qui in mare Hyrcanium defluit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorſos, quorum alteros maris Caſpii oram maxima ex parte tradit tenuiſſe, alteros iuxta Tanaim habitaſſe, quos ſuperiorum exules eſſe opinatur. Plin. uero libro 4. cap. 12. Aorſos quoſdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

AORTA, (ἀορτή) arteria eſt omnium maxima, ex ſiniſtro cordis uentriculo exoriens, ſpiritum uitalem in totum animantis corpus deferens, natiuumq; calorem per diaſtolen, & ſyſtolen temperans. Hæc ubi primum à corde emerſit, imparibus

bus ſectionibus bifariam diuiditur: quarũ altera, quæ minor eſt, ſurſum fertur, omnibus quæ ſunt ſupra cor partibus, uaſorum propagines præbitura. Altera, quæ maior eſt, fertur deorſum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de Diſſectione arteriarum, & lib. 16. de Vſu partium.

AOROS, (ἄωρος) Cretæ ciuitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex curetibus. Ex Stephano.

AOTI, pen. pro. (ἄωτοι) populi ſunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Iſtro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

AOVS, pen. pro. (ἀῷος) fluuius eſt in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet: non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem appellẽt: teſte Plin. lib. 3. cap. 23.

A ANTE P.

APÆI, (ἀπαῖοι) populi in Aethiopia ſub Aegypto, Memnonibus ad Auſtrum proximi. de quibus Ptolemæus lib. 4. cap. 8.

APAGE, (ἄπαγε) & APAGETE, {*Leua uia, leuate uia*} dictio Comica, ducta à uerbo Græco ἀπάγω, quod ſignificat abduco, abigo, remoueo. Plaut. in Curc. Apage hanc caniculam. Vatin. ad Cice. Apagete cum noſtro Sext. Seruilio: nam mehercule ego illum quoque amo. Apageſis, pen. cor. (quod & ipſum frequens eſt apud Comicos) familiariter corripientis eſt, & ſignificat, aufer uel remoue ſi uis. Apuleius: Apageſis iam cruentos deos. Vel etiam abſolute pro, Abi ſi uis. Plaut. in Pœnulo: Apageſis, ne gotiũ in muliere quantum una eſt.

APALÆSTRI, (ἀπάλαιστροι) Græcis uocãtur ignari palæſtræ, hoc eſt, qui ſe ſe in lucta non exercuerunt.

APAMIA, ſiue Apamea, {*Apamia*} (ἀπάμεια) urbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, à Seleuco Nicanore condita, & à nomine uxoris eius ita appellata: ut teſtatur Strabo lib. 15. Eſt & Apamia, Parthorum ciuitas: Heracleæ, et Rhagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. Tertia eſt in ora maritima Bithyniæ, inter Rhyndaci & Aſcanii oſtia, Antiochi Epiphanis opus: cuius meminit Stephanus, & Ptolemæus li. 5. ca. 1. Quartam collocat Pli. li. 5. ca. 29. in ipſo Marſyæ fluminis oſtio, ubi ſcilicet Marſyas in Mæandrum influit, quam antea Celænas, deinde & Ciboton ait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam ſcribit, & à nomine Apamiæ matris eius (quæ Artabazi filia fuit, et uxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuiſſe appellatam. Fuit hæc urbs olim clariſſima, totiusq; Aſiæ emporium poſt Epheſum celeberrimum.

APAMESTE, oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim magna Græcia dicta eſt. Huius incolæ dicuntur Apameſtini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

APARCTIAS, (ἀπαρκτίας) uentus ab arcto flans, hoc eſt, à Septentrione.

APARINE, (ἀπαρίνη) lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellatur, quod ueſtibus hominum adhærens eos amare uideatur.

APATE, (ἀπάτη) genus intybi apud Theophraſtum, quam Theodorus Fraudem conuertit, eo quod guſtantes amaritudine decipiat.

APATHES, {*Senza paſſione, ſenza perturbatione d'animo*} (ἀπαθής) Latine dicitur ſine paſſionibus, ſine ulla animi perturbatione, quaſi impaſſibilis, qualem Stoici uolebant eſſe ſapientem. Negabant enim ſapientis eſſe aut dolore, aut uoluptate, aut metu, aut odio, aut miſericordia commoueri. Plin. lib. 7. cap. 20. ſcribit quoſdam ſapientiæ ſectatores toruitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruiſſe, qui & ipſi Apathes nominantur. Vnde Apathia, (ἀπάθεια) animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

APATOR, {*Senza padre, baſtardo*} (ἀπάτωρ) dicitur ſine patre: quo nomine à Poetis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt, à Iunone ſine patre eſſe editum. Dicuntur etiam ἀπάτορες, qui incerto patre nati ſunt, quos Latini Spurios uocãt. Vide Plutarchum in problem.

APAVORTENE, pen. pro. (ἀπαυορτηνή) regio eſt Scythiæ, in qua eſt Hyrcania prouincia.

APEDES, uide Apodes.

APELIOTES, tæ, {*Vento da Leuante*} (ἀπηλιώτης) pen. prod. uentus eſt ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subſolanum uocant.

APELLA, {*Circonciſo*} (λειπόδερμος) dici poteſt ſine pelle. Quo nomine uocati ſunt Iudæi circuncisi. Horat. libro 1. Serm. Saty. 5. Credat Iudæus apella Non ego.

APELLES, Apellis, (ἀπελλῆς) nomẽ pictoris eximii, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurosq; poſtea artificio ſuperauit, & picturæ plura ſolus prope contulit, q̃ cæteri omnes. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi uoluiſſe, q̃ ab Apelle. De hoc Ouidius: Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet Apelles, Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis. De hoc uide multa apud Plin. lib. 35. cap. 10. Apelleus, a, um, adiect. Stat. lib. 5. Syl. Vt uel Apelleo uultus ſignata colore.

APELLO, lis, apuli, apulſum, {*Scacciare. Pet. Quando la fera ſcaccia il chiaro giorno*} (ἀπωθέω) ex a, & pello, ſignificat amoueo, ut appulſus ab urbe: ideſt, amotus. Sunt tamen qui putent Aſpello, non Apello ſcribi debere, & componi ex abs, ſeu ab. b, in s. mutata: ne ex Ad compoſitum uideatur. Nam ita in Captiuis Plauti legitur. Hic eſt ille dies, quum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum, Neque exilium exitio eſt, neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat. Cic. 2. Tuſc. Sed longe à læto numine aſpellor Iouis.

APENESTE, lege Apameſte.

APENNINVS, {*Il monte Apennino*} (ἀπέννινον ὄρος) per duplex nn, uel Apænninus cum æ, diphthongo (ut ſcribit Seruius) quaſi alpes Pœni, quod eas Annibal primus ſuperauit. Mons eſt, qui Italiam mediam diuidit, incipitq; à Genua, & ſupra Carnos incumbit. Eius deſcriptionem uide apud Lucanum. Apenninigena, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino uerſatur: ut, Apenninigenæ paſtores. Claud. Apenninigenis cultas paſtoribus aras. Apenninicola, idem. Verg. 11. Aen. Apenninicolæ bellator filius Auni.

APEPSIA, æ, (ἀπεψία) uentriculi uitium eſt, quod Latini Cruditatem appellant: cum. ſ. cibi in uentriculo non immutantur: ſed tales fere egeruntur, quales ſunt ingeſti. Quomodo autem differat à dyſpepſia, & à tertia ſpecie, quam Græci βραδυπεψίαν uocant, uide in dictione Dyſpepſia.

APER, {*Porco ſeluatico, cinghiale. Boc. Gior. 4. No. 9. Prenderai quel cuor di cinghiale*} porcus ſylueſter, à Græco κάπρος remota prima litera. Iuuena. Quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Varro de Lingua Lati. lib. 4. Apri ab eo, quod in locis aſperis uerſantur: niſi a Græcis deductum malis, qui hos κάπρους uocant. Hinc Aprinus, & Aprugnus: de quibus infra.

APERIO, {*Aprire. Pet. A queſti le mie piaghe tutte aperſi*} (ἀνοίγω) ex Ad & Pario (ut inquit Priſc.) abiecta d, (quia d, ſequente p, nonnunquam abiicitur) ſignificat patefacio. Terent. Fores aperi. Habetq; a, correptam. Iuuen. Protulit, ut mos eſt, & aperta palluit agna. Quandoque detego. Hinc Macrob. ait, Iuniores ſolitos eſſe non tam honoris, q̃ ualetudinis excuſa, maioribus caput aperire. Statius: Sic fatus aperto Enſe uocat ſocios. Per translationem Aperire ponitur pro exponere. Plau. Age iam & hoc ænigma aperi nobis. Item pro nudare. Ci. Verentur enim ne ſi quo caſu acciderit, ut partes corporis quædam aperiantur, aſpiciantur non decore. Item pro uulnerare. Iuuen. Fuſte aperire caput, candelã opponere ualuis. Huius uerbi compoſita ſunt Adaperio, quod eſt ualde aperio. A quo Adapertilis, (ἀνοικτός) pen. cor. quod aperitur, uel aperiri poteſt: ut, Verſatilis axis, qui uerſatur uel uerſari poteſt. Ouid. de Triſt. Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio, foris uel ualde aperio. Apertio, onis, uerbale. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 63. Sub terra qui habent frumentum in iis, quos uocant ſyros, quo cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibuſdam interclusa ſit anima. Apertura, ræ. Vitru. lib. 5. ca. 5. Contraq; eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c.

APERTE, aduerb. {*Apertamente*} (φανερῶς) clare, manifeſte. Cic. Attico: Quæ uerba aperte indicant, poſſe rationem haberi etiam abſentis. Hinc Apertius, & Apertiſſime. Idem pro Q. Roſc. Planius, & apertius dicam. Idem Attico: Lætitiam apertiſſime tulimus omnes.

APES, uel Apis, {*Ape*} (μέλισσα) in nominatiuo ſingulari. Colum. lib. 10. Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. Ouid. lib. 13. Metam. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. Hoc nomen compoſitum exiſtimant pleriqué ab a ſine, & pes, quod ſine pedibus naſci uideatur, dicente Vergilio, Trunca pedum primo, Sed quum non ſeruet analogiam, ſicut cætera compoſita. Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis ſimplex iudicandum eſt. Creantur Apes ex boum fimo, ſicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, ueſpæ ex aſinorum excrementis Inde Apecula, ſiue Apicula, (μελίττιον) diminutiuum. Plin. lib. 7. cap. 21. & Plau. in Curcul.

APESVS, ſuntis, (ἀπεσοῦς) pen. cor. montis nomen eſt, qui Nemeæ ſuperiacet, ubi Theſeus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Apeſas nomen erat. Papinius: Nomine Lernæi dicunt Apeſanta coloni. In caſtigatioribus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Apheſanta legitur a nominatiuo Apheſas. Apud Plinium autem lib. 4. cap. 5. Apeſas abſque aſpiratione.

APEX, icis, (κορυφή, ἀκρογωνιαῖος) proprie uirga in ſummo flaminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt: quod primum conſtat ad Albam Aſcanium inſtituiſſe. Hodie Pontificum infula hoc nomine appellari poteſt. Valer. lib. 1. At Sulpitio inter ſacrificandum a capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit. Plerunque tamen ſumitur pro ſumma uerticis parte, quod longe ſit à pedibus, & pro cuiuſcunque rei ſummitate acuminata. Colum. lib. 5. Eiusq; uelut apex pronus imminens uoratur. Cicero uero transfubit ad ſummam rei alicuius dignitatem: Apex (κολοφὼν) inquit ſenectutis eſt auctoritas, quanta fuit in M. Corbo Metello. Apiculus, li, diminu. dicitur filum quo Flamines uelatum apicem gerunt. Feſtus.

APEXABO, onis, {*Boldone, ſanguinaccio*} inteſtinum ſanguine plenum, admiſto pingui, ſic dictum quod in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet. Varr. lib. 4. de Ling. Lat.

APHACA, æ, ſiue Aphace, es, (ἀφάκη) herba eſt in aruis naſcens, paulo altior lente, foliis admodum tenuibus, terna aut quaterna ſemina nigra in ſiliquis ferens. Hæc Plin. lib. 27. cap. 5. Ruellius eandem eſſe putat cum ea, quam uulgus Viciam Agreſtem appellat.

APHÆRESIS, (ἀφαίρεσις) pen. cor. dici poteſt abſciſſio. Figura quæ a principio dictionis literam uel ſyllabam aufert: ut, Pone metum, pro Depone, Ex ἀπὸ, καὶ αἱρῶ.

APHAREVS, (ἀφαρεύς) per tres ſyllabas, pen. cor. patris Lyncei nomen eſt: a quo Ouidius Lynceum prolem Aphareiam uocat lib. 8. Metam.

APHESAS, antos, montis nomen eſt ſupra Memeam, Vide Apeſus.

APHETERIA, {*Le moſſe. Dant. Innanzi ch'Atropos moſſa le dea*} (ἀφετήρια) Græci dicunt carceres, unde equi emittuntur ad curſum. Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbeis accommodata.

APHIOANTES, (ἀφειδάντες) populi ſunt ex Moloſſis (ut inquit Stephanus:) ita dicti ab Aphidante rege.

APHIDNÆ, arum, (ἄφιδνα Stephano) locus celebris in Attica. Seneca in Hippol. Paruas alius calcet Aphidnas.

APHRACTA, {*Barchio, barca*} (ἄφρακτα) ſunt aperta, intectaq; nauigia. Cic. ad Tiro. Noſti aphracta Rhodiorum, nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. Legitur & Aphractus maſcul. gene. Cicero ad Attic. libro 6. Nos Eteſiæ uehementiſſime tardarunt: detraxit uiginti ipſos dies etiam Aphractus Rhodiorum.

APHRICA, (Λιβύη) tertia orbis pars, ab Aſia Nilo fluuio, ab Europa mari Mediterraneo diſcreta: ita dicta, quaſi Aprica, quod ſolis æſtibus maxime ſit expoſita. Alij à Græcis ſumptum putant nominis huius etymon, ut Aphrica dicta ſit, quaſi ἄνευ φρίκης, hoc eſt ſine horrore aut frigore. Eſt enim hæc regio calidiſſima, ut quæ magna ſui parte inter Tropicos ſita ſit. Vide plura ſupra in dictione Africa.

APHRODISIA, (ἀφροδίσια) dicuntur Veneris feſta, uel ueneræ uoluptates.

APHRODISIAS, (ἀφροδισιάς) inſula eſt in mari Perſico, ubi Perſis a Carmania diſpeſcitur: ſic dicta, quod in ea Venus q̃ religioſiſſimè coleretur: alio nomine κολιὰς dicta. Inſulæ huius meminit Plin. libr. 6. cap. 25. Eſt præterea Aphrodiſias Ciliciæ oppidum teſte Stephano. Eſt item inſula in Oceano Hiſpanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

APHRODISIVM, (ἀφροδίσιον) oppidum fuit in Latio maritimum, quod poſtea mutato nomine Antium dictum eſt. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. Apud Græcos hoc nomine ſignificatur ſtatua Veneris, atque adeo res ipſa Venerea. Vnde & ἀφροδισιάζειν dicunt, eò quòd eſt rem Veneream exercere.

APHRODISIVM,(ἀφροδίσιον)Cariæ promontorium eſt Pōponio, quod Aphrodiſias Plin. appellatur. Eſt & Aphrodiſium Ptolem. urbs Africæ. Eſt præterea Aphrodiſium Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, eodē auctore.

APHRODISIVS,(ἀφροδίσιος)præſul Biturcenſis, Petri diſcipulus genere Aegyptius, qui diem ſuum obiit apud Bituriges, teſte Volaterrano.

APHRODITE,(ἀφροδίτη)Veneris cognomen eſt, ductum ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, hoc eſt, à ſpuma. Venerem enim ex ſpuma maris ortam eſſe Poetæ fabulantur.

APHRONITRVM,{*Schiuma di ſalnitro*}(ἀφρόνιτρον)ſpuma nitri: de qua Plin lib. 31. cap. 10. & Mart. lib. 14 Ruſticus es? neſcis quid Græco nomine dicar: Spuma uocor nitri, Græcus es? aphronitrum.

APHRON, Phoſo, herba eſt ex generibus papaueris, foliis (ſi propius intuearis) paſſerum ſpeciem repreſentantibus, radicem habens in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo. A Dioſcoride μήκων ἀφρώδης, hoc eſt, ſpumeum papauer appellatur. De hoc Plin. lib. 20. cap. 19.

APHROSCORODON,(ἀφροσκόροδον)genus eſt allii maioris incremēti, quod à Plinio Vlpicum uocatur. Nominis ratio diuerſa traditur. Nam Columella ab Aphris nomen ſumpſiſſe exiſtimat. Vlpicum (inquit) quod quidā alliū Punicum uocant, Græci Aphroſcorodon. Plinius à ſpuma dictum exiſtimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adhibetur. Ita enim habet libr. 19. cap. 6. Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauerūt allium Cyprium, præcipue Aphricæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increſcat ſpuma.

APHROSELENVS,(ἀφροσέληνος)lapis eſt alio nomine Selenites, dictus διὰ τὸ ὑφίστασθαι αὐτὸν νυκτὸς μεστὸν ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυξήσει. Naſcitur in Arabia colore candido, pellucidus & minime ponderoſus. A Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioſc. lib. 5.

APHTÆ,(ἄφθαι)exulcerationes ſunt in ſummo ore, infantibus peculiares, prouenientes uitio lactis, quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate prouectioribus, cum ora illis intumeſcūt, rubeſcuntq́, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cœl. Rhod. lib. 9. cap. 20.

APHTHONIVS,(ἀφθόνιος)Sophiſtæ cuiuſdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis προγυμνάσματα, hoc eſt, præexercitationes conſcripſit, quæ etiā hodie extant.

APHYA,(ἀφύη)piſcis genus, candidum, molle, ac tenerū, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerb. Aphya ad ignem: in ea quæ celeriter intereunt, aut conſumuntur. Piſcis huius meminit Ariſtoteles li. 6. Animal. Theod. Apuum uertit. Athenienſes πτωχικὸν ὄψον, hoc eſt, mendicorum obſonium uocare ſolent, ob nimiam rei uilitatem. Cic. Atti. lib. 4. Aphyam populi uocat ſentinā, et ſordidos populi. Quare (inquit) ut homini curioſo, ita perſcribere ad me quid primus dies, quid ſecundus, quid Cenſores, quid Appius, quid illa populi aphya: denique etiā quid de te fiat, ad me uelim ſcribas. Vide Cœl. lib. 5. ca. 19.

APHYDNA, Vide Aphidna.

APHYTACORAS, Cteſias, referente Plinio, arbores quaſdam eſſe uoluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes. uoceq́ hac prædulcem ſuauitatem ſignificari tradidit. Vide Plinium lib. 37. cap. 2.

APHYTE, es,(ἀφύτη)ſiue Aphytis (ἄφυτις) oppidum eſt Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo inſigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι Stephano.

APIANVS, na, num, {*Coſa che l'Api mangiano uolentieri, uua moſcatella*}(μελιτηρὸς)quod apes auidæ ſumunt. Vnde apianæ uuæ dictæ ſunt, quas, ut inquit Columella, muſcæ inſectantur nunc uulgò à muſcis, Muſcatellæ dicuntur. Græci ſticam uocant, etiam à quodā ſapore quaſi caſtoreo. Pli. lib. 14. ca. 2. Apianæ apes dedere cognomen præcipue earū auidæ. Colu. li. 3. ca. 2. Magnis etiam dotibus tres apianæ cōmendantur omnes feraces, iugoq́ & arboribus ſatis idoneæ: generoſior tamen una, quæ audis foliis eſt. Nam duæ lanatæ quāuis frondibus, & palmitum pari facie flexuræ qualitate ſunt diſpariles, cum tardius altera recipiat cariem uetuſtatis. Pingui ſolo feraciſſimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcoqui fructus. Ideoq́ frigidis locis aptiſſimæ, uini dulcis, ſed capitis, neruis, uenisq́ non aptæ, niſi mature lectæ. Pluuiis, uentisq́, & apibus afferūt prædam, quarum uocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

APIA,(ἀπία)à Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum uocant.

APIARIVM,{*Luogo doue ſtanno l'api*}(μελισσῶν)locus ubi apes conſident: hoc eſt, ubi aluei apium tenentur, quod Mellarium ſiue Aluearium nominatur. Colu. lib. 8. cap. 14. Nos ſimiliter appellamus apium cubilia apiaria.

APIARIVS,{*Gouernatore, ò poſſeditore dell'api*}(μελιττουργός)qui curat, ſiue qui poſſidet apes. Plin. lib. 21. Prouentum enim ſperant apiarii large floreſcente thymo.

APIASTRA,(μελισσοφάγος)auis dicitur, quæ apes comedit. Alio nomine Merops dicitur: de quo uide infra ſuo loco.

APIASTRVM,(μελισσόφυλλον)herba eſt, qua apes mirum in modum delectantur: unde & Melyſſophyllon, & per ſyncopen Meliphyllon appellatur. Vulgo Meliſſa. Vide latius in dictione Meliſſophyllon.

APIATVS, a, um, ab apibus, ſicut à uermibus Vermiculatus, dicitur quod apiū impreſſam habet ſimilitudinem: ut Apiata menſa, apud Plin. lib. 13. cap. 15. ubi de menſis cedrinis loquitur.

APICÆ, oues, {*Pecore che non hanno molta lana*}(ἀφαιμάδες πρόβατα)dictæ ſunt, quæ non amplo corpore ſunt, nec multam lanam habent circa corpus totū. Pli. li. 8. cap. 48. In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurum uentris ueſtitu: quibus nudus eſſet, Apicas uocabant, damnabantq́.

APICIVS,(ἀπίκιος)omnium nepotum fuit princeps, cui parum uiſum eſt & principum congiaria, & Capitolii uectigal comeſſationibus deuoraſſe, niſi ſuæ etiam gulæ monumentum poſteris reliquiſſet, conſcriptis de gulæ irritamētis aliquot libris. Hunc uixiſſe ſuo ſeculo teſtatur Seneca in lib. de Conſol. ad Albinā.

APICVLA,{*Ape picciola*}(μελίσσιον)diminutiuum, parua apis. Pli. li. 7. Quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis fabricatam et nauem, quā apicula pennis abſconderet. Dicitur & Apecula, ab Apes nominatiuo.

APICVLVS,(κεραίας)diminutiuum, paruus apex: quod & Apiculum dicitur. Feſtus: Apiculum, filum eſt quo flamines uelatum apicem gerunt.

APIDANVS,(ἀπιδανός) fluuius eſt Theſſaliæ, Cui Enipeus, Melas, & Phœnix miſcentur, quos ipſe ſecum in Peneon defert, ut habet Lucanus lib. 1.

Et gurgite uaſto Apidanus: nunquamq́ celer, niſi miſtus, Enipeus.

APINA, & **TRICA**, duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, ut in prouerbii ludibrium tranſierint. Quoties enim rem nullius pretii oſtendere uolumus, Apinas & Tricas nominamus. Martia. lib. 13. Sunt Apinæ, Tricæq́ & ſi quid uilius iſtis.

APINÆ, pe. co. nuces uocantur, (inquit Perottus) quæ cutem uerius, quam putamen, adeo mollem habent, ut ſimul mandatur. Apud Plin. tamen lib. 15. cap. 10. unde Perottus hæc ad uerbum deſcripſit, Sapineum hoc nucis genus, non Apinam, nominatum inuenimus.

APIRIA,{*Ineſperienza*}(ἀπειρία)inexperientia. Cic. de Finib. uertit infinitionem. Quarum inquit incurſionem non ſolum uideamus, ſed etiam cogitemus infinitionem ipſam, quam apirian uocant.

APIS, bouis nomen apud Aegyptios quē pro deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, candida fronte, in tergo alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos uitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demerſum Aegyptii, indicto iuſtitio, ueſte ſciſſa, & laceratis crinibus defunctum plangebant, inuento uero alio mirifice lætabātur. Reſponſa autem dare non ut reliqua oracula ſolitus, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à cōſulentibus, ſecundos euentus, atque omnia proſpera decernebat: ſi uero abnueret, omnia ſiniſtra portendebat. Ideo cum à Germanico Cæſare pabulum oblatum renuiſſet, funeſtum omen & indubiam necem, quæ paulo poſt ſecuta eſt prænuntiauit. Hæc Alexander ab Alex. lib. 6. ca. 2. & eadem fere Marcellinus lib. 12.

APISCOR, eris, {*Acquiſtare*}(τυγχάνω)cuius præteritum uolunt eſſe Aptus ſum, idem eſt quod acquiro. Verbū eſt pene obſoletum, quod non niſi apud antiquiſſimos legitur. Lucre. li. 1. Nec ratione animi, quam quiuis poſſit apiſci. Idē lib. 6. Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci. Ex aliis alios auidi contagia morbi. Huius compoſita ſunt adipiſcor & Indipiſcor: de quibus ſuo loco.

APISTOS,(quod hactenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum eſt)lege Apſyctos.

APIVM,{*Appio*}(σέλινον)herba eſt hortenſis, quam Galli ſua lingua uocāt Du Perſil. Ex hac fiebant apud antiquos coronæ uictoribus in Nemæorum ſacris certaminibus. Iuuenal. Gaudētes fœdo peregrino ad pulpita ſaltu Proſtitui, Graiæq́ apium meruiſſe coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant. unde eſt illud dictum: Quod apex hoc ferre ſolebat. Victoris, ueterum fieret dum more triumphus, Ipſe ſibi talem prior impoſuiſſe coronam Dicitur Alcides. Alii hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipue delectari putantur.

APIVM MONTANVM,(ὀρεοσέλινον)herba eſt cicutæ foliis, quæ Apium agreſte uocatur, in montibus fere, locisq́ petroſis naſcens: unde & nomē habet.

APIVM PALVSTRE,(ἐλεοσέλινον)herba eſt apio ſatiuo maior, ſic dicta quòd in paludibus, & aquoſis locis proueniat.

APIVM SAXATILE,(πετροσέλινον) herba eſt ſemen proferens ammeos ſemini nō diſſimile, ſed odoratius: quæ quoniā in Macedonia optima naſcatur, uulgò Petroſelinum Macedonicum uocari cœpit, naſcitur in petris: unde et nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperā ſubſtituunt, quæ eſt herba à petroſelino omnino diuerſa, quā Latini Oluſatrum appellant. Vide ſuo loco.

APLANES,(ἀπλανής)pe. pr. dicitur non uagus, inerrabilis. Macrob. lib. 1. de Som. Prima illa ſtellifera ſphæra, quæ proprio nomine dicitur cœlum, Aplanes apud Græcos uocatur, continens & arcens cæteras.

APLVSTRE, & in numero plurali Apluſtra, uel Apluſtria, nauis eſt ornamētum in ſummitate mali. & omnino ſcribendum eſt abſque m, quia apud poetas inuenitur prima correpta, quæ ſi per m, ſcriberetur, ratione poſitionis neceſſario produceretur. Cic. in Arata: Nauibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra. Feſtus utroque modo ſcribi poſſe exiſtimauit. Apluſtria (inquit) nauium ornamēta, quæ quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſui, etiam Ampluſtria dicebant. Hæc ille. Nos contra putamus, nō ab aduerbio Amplius, hoc nomē deductū, ſed ab a priuatiua, & uerbo πλέω, quod ad nauigationem nō ſit neceſſariū.

APLISIÆ,(ἀπλυσίαι illotarias uertit Theodorus)ſpongiarum genus uiliſſimum, maximas habens fiſtulas, & reliquam partem admodum ſpiſſam: ita dictum, quod elui non poſſit. Vide Plin. lib. 9. cap. 45.

APOCALYPSIS,{*Reuelatione*}(ἀποκάλυψις)Latine reuelatio, ex ἀπὸ, quæ re in compoſitione ſignificat, & καλύπτω, uelo.

APOCHA, æ, {*Quietanza*}(ἀποχή)pen. cor. ſchedula eſt, qua fatemur nobis de pecunia eſſe ſatisfactum, Vulgo Quitantiam uocant. Antapocha uero eſt, quā debitor dat creditori. Acceptilationis autem nomen generalius eſt, quam Apochæ. Illa enim quamuis liberationem continet, etiamſi nulla præuenerit numeratio: Apocha autem ſolum dicitur, cum pecunia ſoluta eſt. Vlpian. de Acceptil. l. ſi acceptolatum.

APOCLETI, lege apolecti.

APOCOPE,(ἀποκοπή)amputatio, ex ἀπὸ, quæ re uel ab ſignificat, & κόπτω ſcindo, amputo. Figura, quando ultima litera, uel ſyllaba tollitur, ut peculi, pro peculii.

APOCOPI,{*Caſtrati, Eunuchi*}(ἀπόκοποι)dicti ſunt a Iulio Materno caſtrati, quaſi excecti, & ſpoliati.

APOCROTVS,{*Duro, aſpro, ruuido*}idē quod durus, aſper, rigidus, (ἀπόκροτος) Firmicus li. 7. Naſcentur ſerui, miſeri, apocroti, oligochronii, et infelices.

APOCRYPHVS, a, um, {*Aſcoſo, ſecreto, non prouato, non autentico*}(ἀπόκρυφος)pen. cor. Latine abſconditus, ſecretus, ex ἀπὸ, quod exaggerat rem, & κρύπτω abſcondo. Illa uero ſcriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo eſt, et in qua licet inueniatur aliqua ueritas, tamen propter multa falſa, non habet ſcripturæ canonicæ pondus. Qui uero ſint apocryphi libri, quære in Decr. diſt. 15. cap. ſancta Rom. eccleſia.

APOCYNON,(ἀπόκυνον)oſſiculum in ranæ ſiniſtro latere, quod ſi in aquā deiectum fuerit, ſtatum feruere ferunt: amorem eo & iurgia ſi in potionem addatur concitari: multaq́ præterea alia de hoc tradit magica uanitas. Sic ſi dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Vide Plin. lib. 32. cap 5.

APODES,{*Rondoni*}(ἄποδες)pe. co. aues quædā, ex genere hirundinū, ita dictæ quod carent uſu pedū. Alio nomine Cypſeli dicuntur. uolāt plurimū, nidificāt in ſcopulis atque in editioribus domibus. Quies eis niſi in nido nulla: aut

pendent,

pendent, aut iacent. Plin. lib. 10. Plurimum uolant, quæ Apodes uocantur, quia carent uſu pedum.

APODIXIS, {*Proua euidente, demonſtratione chiara*} (ἀπόδειξις) euidens probatio, demonſtratio, ſiue experimentum. Vide Apodixes grammicas Quintilianus uocat potentiſſimas Geometrarum demonſtrationes.

APODOS, pe. p. (ſcribitur enim per ω, ἀπῳδὸς) eſt uox galli intempeſtiua, ſiue immatura, & uox, quæ neque choro, neque fidibus concordat.

APODOSIS. (ἀπόδοσις) pe. cor. ſchema iucundiſſimum, cum præcedentium membrorum ſingulis ſingulæ particulæ reſpondent. Exemplum eius eſt apud Terentium in Andria: Adeon' me ignauum putas? Adeon' porro ingratũ, aut inhumanum, aut ferum, Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor cõmoueat, ut ſeruem fidem? Ibi enim conſuetudo feritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini reſpondet. Latine redditionem ſonat.

APODYTERIVM, {*Stanza innanzi la ſtufa, ſpoglitatoio*} (ἀποδυτήριον) ſpoliatoriũ, locus in quo loturi aut ſudaturi ueſtes deponebãt, quas capſarii ſeruabãt: nã ἀποδύειν exuere dicitur. Pli. ad Apollinarẽ, Inde apodyteriũ balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplũ atq; opacũ.

APOENINVS, Vide Apenninus.

APOGÆVM, (ἀπόγειον) ab Aſtrologis uocatur pars media cœli, quæ & μεσουράνημα dicitur: ſicut contra Hypogæum, pars ima cœli appellatur. Vide Cœl. Rhodig. lib. 2. cap. 21.

APOGÆI, {*Venti da terra*} (ἀπόγαιοι) uenti ſunt a terra flantes. Pli. li. 2. ca. 43.

APOGRAPHVM, {*Eſſemplare*} (ἀπόγραφον) exemplum & deſcriptio libri, & imago tabulæ, Latine Deſcriptum, & Exſcriptum dicitur. Vnde Cic. libros ſuos philoſophicus Apographa uocat, quaſi ſcriptorum Græcorum imagines, & exempla. Plin. lib. 35. cap. 11. Huius tabulæ exemplar, quod Apographon uocat, L. Lucullus duobus talentis emit.

APOLACTIZO, as, {*Aſſaltare co calci*} (ἀπολακτίζω) calcibus inuado. Per tranſlationem paruifacio, contemno. Plaut. in Epid. Auxilia mihi, & ſuppetiæ domi ſunt. apolactizo inimicos omneis.

APOLECTI, {*Eletti fuori di molt' altri*} (ἀπόλεκτοι) ſenatores erãt, ſanctiusq; conciliũ quod ex delectis uiris conſtabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, eo q̃ ex multis ſoleant deligi. Liu. li. 6. Bell. Maced. Conciliũ quidem uniuerſæ gẽtis Aetoli poſt dimiſſos Romanos non habuerunt: per apolectos autem (ita uocãt ſanctius concilium, quod ex delectis conſtat uiris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouaretur. Eſt & genus piſcis, ex pelamidum genere. Plin. lib. 32. ca. 11. Pelamis earum generis maxima, apolectus uocatur, durior tritone.

APOLIS, idis. {*Bandito*} (ἄπολις) Latin extorris dicitur, qui caret ciuitate, quales ſunt exules, aut deportati, aut in Metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum eſt. Martianus. l. quidam de pœnis. Item quidam apolides ſunt, ut ſunt in opus publicum perpetuo dati, & in inſulam deportati.

APOLLINARES, ludi, (ἀπολλώνια) qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum inſtitutione uide Liuium. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt.

APOLLINEVS, a, um, adiect. (φοίβειος) ut Apollinea ars, pro arte medica. Oui. li. 3. Triſt. Nullius, Apollinea qui leuet arte malum, eſt. Et ars Apollinea, p arte uaticinãdi. Oui. in Ibin: Apollinea clarus in arte ſenex. Tireſiã intelligit.

APOLLO, inis, {*Apollo. Pet. Apollo s'ancor uiue'l bel diſio*} (ἀπόλλων) creditus fuit Deus, quẽ Græci etiã φοῖβον, hoc eſt, Solẽ appellãt. Cui, ut Macrobius inquit, uariæ fuerunt poteſtates. Nã fuit auctor carminis, præſes uaticinii, ſagittandi peritiã habuit, artẽ medicinæ percalluit, & citharam adinuenit. Idem dicitur Liber, q; libere uagetur per aerem. Nomius etiam, ideſt, paſtor dictus eſt, ab eo, quod Admeti regis pauerit armenta. Apollinis tripodem unũ aureum fuiſſe conſtat triũm pedum à Vulcano fabrefactam, ac pro munere Pelopi datum, cũ uxorem duceret. Porphyrius ait eundem eſſe Solem apud ſuperos. Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria inſignia circa eius ſimulacrum uidemus: Lyram, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginem monſtrat: Grynæum, quod terrenum numen oſtendit: Sagittas, quibus inferus Deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus eſt ut quidam exiſtimant, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, quod perdo ſignificat, ſiue deſtruo, quod non paucos nimio æſtu crederetur extinguere. Vnde etiam ſpicula ei aſſignauit uetuſtas, quæ tamen nõ dextera geſtat, ſed ſiniſtra, quod ad iuuandum promptior ſit, q̃ ad nocendum. Vnde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀπελαύνειν τὰς νόσους, hoc eſt, ab abigendis morbis, Apollinem dictum exiſtimant.

APOLLODORVS, (ἀπολλόδωρος) nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori ſex memorantur. Primus Athenienſis Comicus: Secundus Celeus, cuius Comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Siſyphus. Tertius Tarſenſis Tragicus. Quartus item Athenienſis Grammaticus, Ariſtarchi diſcipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidii, qui docuit Auguſtum. Sextus Alexandrinus Comicus, Mænandri æmulus.

APOLLONIA, (ἀπολλωνία) oppidum in ea parte Macedoniæ, quę Adriatico mari adiacet, Corinthiorum colonia optimis olim inſtituta legibus. Vulgò his temporibus Valona nominatur. De hac Strab. Condidere Apolloniam Corinthii Corcyræiq; ab Acante fluuio ſtadiis decem, à mari ſexaginta. Eſt & Apollonia inter inſulas Thraciæ, cis Iſtrum amnem locata. Eſt & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria. Vide Steph.

APOLLONIATÆ, (ἀπολλωνιάται) populi Apolloniæ. Vale. Maxim. li. 1. Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

APOLLONIVS, (ἀπολλώνιος) nomen philoſophi Alexandrini, qui Rhodi uixit: unde & Rhodius appellatus eſt. Fuit etiam hoc nomine Alabandenſis Philoſophus, dictus à Suetonio, clariſſimus dicendi magiſter, ſub quo (ut Plutar. ſcribit) Cicero, & Cæſar condiſcipuli fuere. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus philoſophus, & magus, cuius uitã ſcripſit Philoſtratus, Græcorũ omniũ mendaciſſimus. Fertur hic dum Epheſi uitã ageret, & forte in multitudine diſputaret, per eam horã, qua Domitianus interficiebatur, deſixus & elinguis ſtetiſſe, atq; ubi primum loqui potuit exclamaſſe, Euge Stephane pulchre, Stephane percute ſceleratum: pulſaſti, uulneraſti: & interfeciſti.

APOLOGIA, {*Apologia, diffeſa*} (ἀπολογία) reſponſio uel ſatiſfactio, defenſio ſeu excuſatio, quæ & Apologeticon, & Apologema atis, (ἀπολόγημα) dicit unde Apologeticus liber, quo nos purgamus, aut aduerſario ſatiſfacimus.

APOLOGO, as, {*Dimandare*} (ἀπολογέομαι) poſtulo. Seneca epiſt. 47. Et ſæpe illum inuice apologauit, Gallice dicitur Brocarder. Apologatio, onis. Quint. lib. 5. cap. 11. Noſtrorum quidam, non ſane recepto in uſum nomine, Apologationem uocat. De fabulis loquitur.

APOLOGVS, pe. c. {*Fauola. Pet. La mia fauola breue è gia compita*} (ἀπόλογος) fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. nam eſt quædam ea humilibus rebus compoſita forma ac ſpecies accommodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. de Orat. Et ad hoc genus adſcribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quint. lib. 5. cap. 11.

APOMELI, itis, (ἀπόμελι) potus confectus, ex maceratis aqua fauis, mediũ inter mulſam & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus eſt uſus circa Peloponneſum: ut ſcribit Galenus lib. 8. Methodi.

APONVS, {*Abano*} (ἄπονος) pe. co. fluuius, ſeu fons calidis aquis, haud longe à Patauio, uel uicus ipſe, in quo balneæ ſunt. Luca. li. 6. Colle ſedẽs, Aponus terris ubi fumifer exit, Atq; Antenorei diſpergitur unda Timaui. Aponus autem dicitur non tam, quod morbis medeatur, quam quod ſine dolore remediũ afferat.

APOPHASIS, (ἀπόφασις) pen. cor. negatio, abnuentia, depulſio. ab ἀπόφημι. Vide de hac figura Quint. lib. 9. cap. 2. Apophaſis etiam dicitur catalogus et index bonorum, qualis fere fieri ſolet à morte alicuius. Iuriſperiti ſuo quodã more uocant Inuentarium. Dicitur autem Apophaſis in hac ſignificatione ab ἀποφαίνω, quod eſt, in rationes tutelæ refero.

APOPHLEGMATISMI, (ἀποφλεγματισμοί) uocantur remedia, quę in ore retenta, uel manducata, aut linguæ ſubdita, noxios quoſque humores ex capite detrahunt. Fit à uerbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod eſt capitis pituitas expurgo.

APOPHYADES, (ἀποφυάδες) Latine Appendices uocari poſſunt, quæ. ſ. rei alicui adnaſcuntur. Vnde & Ariſtoteles ἀποφυάδας uocat inteſtinorum appendices, quæ & ἐκφυάδες dicuntur.

APOPHORETA, pe. pr. {*Mancia. Daut. Prima di triſta è poi di buona mancia*} (ἀποφόρητα) munera, quæ dari ſolebant Saturnalibus (quem morem hodie quoq; ſeruamus menſe Decẽbri, in natali Saluatoris die) Munuſcula quoq; quę à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebãtur: ita dicta à uerbo Græco ἀποφέρειν, quod auferre ſignificat. Suetonius in Domit. Dabat ſicut Saturnalibus uiris apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis.

APOPHTHEGMA, atis, {*Sentenza ouero detto breue & acuto*} (ἀπόφθεγμα) breuis & acuta ſententia, ſiue argutum dictum, non cuiuslibet, ſed illuſtriũ tantum uirorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. Cic. 1. Offi. Multaq; multorum facete dicta, ut ea, quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ uocant ἀποφθέγματα.

APOPLECTICI, (ἀποπληκτικοί) ſunt quorum uidelicet & corpus, et mẽs ſtupet ictu fulminis, aut morbo. Celſus lib. 3. cap. 26. uocat Attonitos.

APOPLEXIA, {*Goccioła*} (ἀποπληξία) ſiue Apoplexis, eſt ſtupefactio neruorum totius corporis cum priuatione ſenſus & motus. Ita dicta à uerbo Græco ἀποπλήττω, quod eſt percutio, afflo, attonitum reddo. Celſus lib. 6. cap. 26. Attonitos quoque raro uidemus, quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem ca. proxime ſeq. At reſolutio neruorum frequens ubique morbus eſt: ſed interdũ totacorpora, interdum partes infeſtat. Veteres auctores illud Apoplexiam, hoc paralyſin nominauerunt. nunc utrunque Paralyſin appellari uideo.

APORIOR, aris, uerbum ex Græco ἀπορέω tractum quo Interpres Teſtamenti uſus eſt. 2. ad Corinth. cap. 4. Significat autem modo hæreo, & conſilij inops & perplexus ſum: modo ad ſummam anguſtiam redigor: modo indigeo. Aporia, æ, (ἀπορία) indigentia, uel dubitatio, & conſilij inopia.

APORON, (ἄπορον) controuerſiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à Gell. lib. 6. cap. 15.

APORROGAS, (ἀποῤῥῶγας) Græci uocant defluxus quoſdam aerios, qui ad terram labenteis ſtellarum caſus imitantur.

APOSIOPESIS, (ἀποσιώπησις) pe. pr. à Cicerone dicitur Reticentia, à Celſo Obticentia, alij Interruptionem appellant. Nam eſt quaſi interceptum ſilentiũ. Figura indignãtibus familiaris, in qua uerbum extrinſecus ſubintelligitur. Ver. 1. Aene. Quos ego? deeſt enim Puniam, uel quid ſimile. Quint. lib. 9. Omne in quo aliquid deeſt, Apoſiopeſis poterit appellari.

APOSTATA, p. c. {*Sfratato, apoſtata, mancatore, ribello*} (ἀποστάτης) defector, ſiue deſertor: ut qui à duce ſuo ab hoſtes transfugit, aut à Chriſtianis ad Ethnicos, uel Iudæos. Monachos quoque qui ab inſtituto ſuo reſiliunt, Apoſtatas uocamus. Huiuſmodi autem defectio, Apoſtaſia (ἀποστασία) appellatur.

APOSTATO, as, pe. cor. {*Ribellare*} (ἀποστατέω) rebello, abſiſto & oppugno, quod antea defendebam. Cyprian. ad Corn. Eos, qui uelut apoſtatauerunt, & ad ſeculum, cui renunciauerant, reuerſi, gentiliter uiuunt, uel ad hæreticos trãsfugæ facti, contra eccleſiam perniciali arma ſuſcipiunt.

APOSTEMA, atis, pen. pro. {*Poſta, poſtema. Boc. Gior. 4. Nou. 6. Ma ch'alcuna poſta uicino al core gli s'era rotta*} (ἀπόστημα) eſt tumor præter naturam, cum pus ex phlegmone reſolutum, in quendam quaſi ſinum colligitur: uel etiam nulla præcedente phlegmone, cum humor quidam acris ſtatim ab initio in parte aliqua colligitur, ſpatiumq; ſibi moliens uel inter duas tunicas, uel ſub certis membranis, nimia diſtenſione eam excoriat. Tria autem præcipua horum ſunt genera, quorum ſingula propriam appellationem ſunt ſortita à rebus in ipſis contentis. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, Melicerides (μελικηρίδες) appellantur. Si pingue quippiam in morem ſeui, Steatomata, στεατώματα. Quod ſi pultis ſimilitudinem referat, quod in ijs continetur, Atheromata (ἀθηρώματα) dicuntur. Dicitur autem Apoſtema à uerbo Græco ἀφίστημι, quod eſt abſcedo: unde & Latini uerbum ex uerbo exprimentes, Abſceſſum appellarunt. Celſus libro 2. cap. 1. Abſceſſus corporis, quæ Apoſtemata Græci nominant. Plin. lib. 20. cap. 33. Suppurationem interpretatur. caro (inquit) eius interior clauis pedum & ſuppurationibus medetur, quæ Græci uocant Apoſtemata.

APOSTOLVS, (ἀπόστολος) Latine miſſus, ſiue nuncius dicitur. ab ἀποστέλλω, mitto. Apoſtolorum autem quatuor ſunt genera: à Deo miſſi, non per hominem, ut Moſes: à Deo, ſed per hominem, ut Ieſus Naue: per hominem tantum, ſicut noſtris tẽporibus multi fauore uulgi in ſacerdotiũ ſubrogati ſunt: ex ſe ãt;

ſicut ipſi pſeudoprophetæ. Apoſtoli etiā dicebantur, literæ dimiſſoriæ: de quibus Alciatus de Rerum & uerb. ſignifi. Athenis quoq; apoſtoli, magiſtratus quidā erant, quorum officiū erat recte atque ordine curare atq; inſtruere claſſem.

APOSTROPHE, (ἀποστροφή) dici poteſt conuerſio, figura quum ſermonem à iudice uel auditore ad abſentem aliquē conuertimus. Te nunc Alloquor Africane, cuius mortui nomē ſplēdori ac decori eſt ciuitati. ἀποστρέφω enim auerto.

APOSTROPHVS, (ἀπόστροφος) colliſionis nota, in fine alicuius dictionis, denotans uocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum: ut, ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ οὗ.

APOTELESMA, (ἀποτέλεσμα) effectus horoſcopi, hoc eſt, quicquid cœlū ex aſtrorum compoſitione & aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiuſq; efficit. Hinc Apoteleſmatici (ἀποτελεσματικοί) poſt Homeri ætatē dicti ſunt qui nunc Mathematici & Chaldæi uocantur: quorum curioſitas nihil reliquit, quod planetarum non ſubijceret poteſtati: ut in primum lib. Iliad. annotauit Euſtathius.

APOTOMIA, (ἀποτομία) maior pars ſemitoni, quæ à Latinis diſciſſio dici poteſt: à uerbo Græco ἀποτέμνω, quod eſt abſcindo.

APOTHECA. {Caneua, bottega} (ἀποθήκη) cella uinaria, ubi uinum & conſeruatur & uenditur. Plin. Tantum pecuniarum detinent uni apothecæ: nec alia res maius incrementum ſentit. Dicitur etiam Apotheca ſtatio, in qua res uenales exponuntur.

APOTHEOSIS, {Conſecratione, deificatione} (ἀποθέωσις) cōſecratio, ſeu deificatio, relatio in numerum diuorum: quæ quibus ceremonijs apud Romanos fieri ſoleat eleganter ſcribit Herodianus lib. 4.

APOXYOMENOS, (ἀποξυόμενος) ſignum æreum Lyſippi, quod à M. Agrippa ante thermas ſuas dedicatum Tiberius Cæſar detraxit, & in cubiculū ſuum tranſtulit, quod tamen populi clamoribus adactus, poſtea repoſuit. Erat autem imago diſtringentis ſe, ita dicta à uerbo Græco ἀποξύεσθαι, quod eſt diſtringi.

APOZEMA. {Acqua cotta con uarii condimenti} (ἀπόζεμα) aqua cocta cum uarijs condimentis, decoctum ex herbis: à uerbo Græco ἀποζέω, quod eſt deferueſco.

APPARATVS, & Apparatio, uide Apparo.

APPAREO, es, {Apparere. Dant. Da man ſiniſtra m'appare una gente} (φαίνομαι) ſignificat uideor. Verg. 1. Georg. Apparet liquido ſublimis in aere Niſus.

Eſt etiam de improuiſo ſe oſtēdere. Ci. Quum equites Antonij apparuiſſent.

Item obedire, & præſto eſſe ad obſequium, παρίστασθαι. Verg. lib. 12. Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; ad limina regis Apparent. Apparere, comparere. Teren. in Eunu. Ille autem bonus uir nuſquam apparet.

APPARITIO, {Apparitione. Boc. Della apparitione de ſopradetti ſegni} (ἐπιφάνεια) oſtenſio dicitur. Et Apparitio, pro præſtatione officii, ſeu præſentia ad obſequendum, cuiuſmodi ſolet eſſe Apparitorum erga magiſtratus. Cicer. ad Thermum: Ego cum ante ſtudioſe commendabam Marcilium, tum multo nūc ſtudioſius, quod in longa apparitione ſingularem, & prope incredibilem patris Marcilii fidem, abſtinentiam, modeſtiamq; cognoui.

APPARITORES, {Apparitori. Donzelli, birri} (ὑπηρέται, δορυφόροι, οἱ παρεστῶτες) dicti ſunt quod appareant, & præſto ſint ad obſequium: qui & Statores dicuntur, ut ſunt ij, qui magiſtratibus circunſtant, parati ad obſequendum.

Quandoq; apparitores tabellariorum officio fungebantur, dabatur enim comes magiſtratibus, qui & ſalarium à Repub. licet paruum accipiebat. Cicero in Ver. Act. 5. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

APPARITVRA, (παράστασις) ipſum miniſterium. Scribit Sueto. li. de Grāmaticis, Orbilium apparituram feciſſe magiſtratibus: ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumq; magiſtratuum, quod Græci uocant παραστάτην.

APPARO, as, p.c. {Apparare, apparecchiare. Boc. Gior. ult. Nou. 9. Che per adoſſo andargli s'apparecchiano} (παρασκευάζω, ἑτοιμάζω) paro, cōparo, præparo, cum magnificentia quadam & ſplendore adorno. Cic. 3. Philip. Facilius apparabitis ea quæ neceſſitas poſtulat. Idem pro lege Manilia: Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte Vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Hinc Apparatus, (παρασκευή) apparatio, præparatio, & proprie cum quadam magnificētia. Ci. 3. Philip. Quid prandiorum apparatus proferam? Apparate, aduerb. cum apparatu. Cic. Atti. Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucunde, opipare ſane, & apparate. Apparatio, idem quod apparatus. Cice. 2. Offic. Eſt enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum.

APPELLATIO, (πρόσρημα, προσφώνησις) idem quod compellatio, allocutio. Interdum idem quod nominatio. Cice. pro Domo ſua: Regum appellationes uenales erant. Apud Iuriſconſultos Appellatio ſignificat Prouocationem, cum ob ſententiam iniquam, maioris iudicis auxilium imploramus. Vide infra in uerbo Appello.

APPELLO, as, {Nominare, appellare. Pet. Che per uſanza à lagrimar gl'appella} (ὀνομάζω, προσαγορεύω) nomino. Ci. 3. Offi. Pub. Scipione, qui primus Africanus appellatus fit. Item Appellare, eſt comiter ſeu familiariter compellare, alloqui, uocare, (εὖ τινα χαίρειν, καὶ προσλέγειν) Cicero pro Cluentio: Appellat hilari uultu hominem Bulbus, ut blandiſſime poteſt. Hinc etiam appellare, teſte Vlpiano de Iniurijs, eſt blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, (πειρᾶν, λογίζειν, προσφέρειν περὶ συνουσίας. Interdum ſignificat accuſare. Liui. Blaſtius Daſium de proditione appellabat. Item auxilii, uel teſtimonii gratia, quempiam implorare. Cic. pro Sexto Roſcio: Te nunc Publi Scipio appello.

Appellare debitorem, eſt rem nobis debitam à debitore exigere. Quin. Appellabatur à creditoribus, ut ſolueret debitum. Interdum etiam eſt poſt ſententiam, tanquam iniquam, ad ſuperiorem iudicem prouocare, (ἐκκαλεῖσθαι τὴν δίκην, ἐφιέναι, ἐπικαλεῖσθαι) Vlpianus: Qui appellat, maiorem iudicē debet appellare. Dicimusq; Appello principem, & ad principem. Appellator, oris, Verbale, qui appellauit, hoc eſt, qui ab aliquo iudice ad aliū prouocauit. Ci. 6. Verr.

Quo quidem die nihil ægrius factum eſt multo labore meo, q̃ ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. Appellito, as, are, frequentatiuum. Vnde Feſtus: Appellitauiſſe, pro appellauiſſe.

APPELLARE, ex aduerſo, {Por nome al contrario} (καλεῖν κατ' ἀντίφρασιν) eſt nomina per antiſtrophen imponere, ut qui herbam illam omnis duritia carentem ὁλόστεον uocauit, quaſi totam oſſeam.

APPELLO, lis, appuli, appulſum, {Arriuare, giugnere, uenire, applicare, accoſtare Pet. Tal che s'io arriuo al deſiato porto} (προσορμίζω) applico, admoueo. Cic. 2. Verr. Cum Perſæ mille numero nauiū claſſem Delum appuliſſent. Ver. 3. Aen. Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. Legitur etiam Appellere abſolute & ſine caſu, pro accedere. Cic. 2. de Diuina. Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. Hinc Appulſus, us, (καταγωγή, προσβολή) pro acceſſu pecoris ad aquam. Iureconſultus: Totum corrumpat pecoris ad aquam appulſum. Appellere animum, ſignificat animum ad aliquid agendum intendere, προσέχειν, ὁρμᾶν. Terent. in Prolog. And. Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit. Interdum idem quod adduco, compello, cogo. Plaut. in Aſin. Argenti uiginti minæ me ad mortem appulerunt. id eſt, adduxerunt.

APPENDEO, es, {Appendere, attaccare, impiccare} (προσαρτῶμαι) iuxta, ſeu ad aliquid pendeo.

APPENDIX, {Pendice, giunta Pet. Ricercando del mar ogni pendice} (ἀποφυάς, προσθήκη) dicitur, quod alij adiunctum eſt, quaſi ex alio pendeat. Cic. in Horten. Vidit, quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus. Huius diminutiuum eſt Appendicula. Cice. pro Rab. Eſt enim hæc cauſa, quo ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatæ, atque damnatæ. Eſt & Appendix genus ſpinæ, ita dictum, quod baccas puniceas habeat de ſe pendentes, quæ & ipſæ Appendices nominantur. De hac Plin. lib. 24. cap. 13.

APPENDO, is, di, ſum, {Soſpendere, attaccare} (προσαρτάω) ſuſpendo, quaſi ad aliquid pendo: ut, Appendi uuam ad tigna. Plinius: Atque uuas iam maturas ad ſolem appendere. Eſt etiam Appendere, (σταθμίζειν) ad ſtateram, lancēq; ponderare. Cic. in Anto. Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. Item appendere, adiungere: unde Appendia. Appenſus, participium ſuſpenſus. Cice. 5. Tuſcu. in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

APPETO, is, pe. co. {Appetire, deſiderare. Boc. Et quantunque ogni buomo appetiſca uendetta delle offeſe} (ὀρέγομαι, ὀργῶ, ἐφίεμαι, ἐρῶ) auide cupio & tam in bonum, quā in malum, ſicut Expeto, capitur, niſi q; in expeto maior uis eſt propter Ex, quæ maximam in ſe uim continet. Curtius. Hærebat inter cupiditatem pudoremq;, & quò modeſtius quod expectabat, appeteret, eò pertinacius oblaturos eſſe credebat. Falluntur itaque qui differentiam hanc aſſignant inter Appetere & Expetere. Expetere cum ratione eſſe, Appetere qualitercunque: & expeti bona, planeq; honeſta, appeti uero inhoneſta & mala, ex quo Appetitus, quæ eſt immoderata cupiditas. Quod conſtat falſum eſſe. Nā Appeto ad bona atq; honeſta auctores uſi ſunt, & Expeto ad inhoneſta atq; mala. Cic. Caſ. Tu puer me appetiuiſti, ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Idem li. 4. Tuſc. Quoniam ut bona natura appetimus, ſic & à malis natura declinamus. Quod autem Expeto etiam ad uoluptates, & quandoque ad maximum malum pertineat. Cic. oſtendat li. 1. Offi. Expetuntur diuitiæ, cum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. Ad maximum malum. Cic. in Piſonem. A me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes mortuorū expiaretis, id eſt, requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Conſtruitur frequenter cum ablatiuo intercedente præpoſitione, ſicut apud Quint. lib. 9. Ex cognitione rerum, exemplorumq; quibus in primis inſtructus debet eſſe orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore. Aliquando tamen pro requiro, ſiue deſidero, ſolo accuſatiuo cōtentum eſt. Plau. in Caſinæ prologo: Nos poſtquā populi rumore intelleximus ſtudioſe expetere uos Plautinas fabulas. Appeto uero, præter eam, quā prædiximus, ſignificationē, ponitur pro Adeo: quia ſicut dicimus, Adeo Prætorem, ita Appeto Prætorē. Interdū Appetere ſignificat inſtare, appropinquare, (ἐγγίζειν, ἐφίστασθαι) unde, Appetit dies, dicimus, Appetit nox, ueſpera, &c. Interdū pro aggredi (βάλλειν) unde dicimus appetere uitā alicuius, pro eo quod eſt, Mortē alicui moliri. Cic. pro Sext. Roſc. Filii uita infeſta ferro atque inſidiis appetita. Item Appetere oculos, pro Inuadere. Liu. li. 7. Leuans ſe alis, os, oculoſq; hoſtis roſtro & unguibus appetit. Ab Appeto fiunt Appetitor, (ἐπιθυμητής) Appetitus, & Appetentia, & Appetitio, (ὄρεξις) pro deſiderio. Pli. lib. 19. A ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt lactucæ.

APPETENS, {Deſideroſo} nomen ex participio, idem quod rei alicuius auidus. Sallu. in Catil. Alieni Appetens, ſui profuſus. Cic. de Amicit. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui.

APPETENTIA, {Appetito} (ὁρμή) idem quod appetitio, ſeu cupiditas, motusve animi, quo ad aliquid agendum impellimur. Cice. 4. Tuſcu. Vt ægritudo quaſi morbum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. Appetentia cibi, ὄρεξις. Plin. Cibi appetentiam faciunt lactucæ.

APPETITIO, tionis, (ὁρμή) motus eſt & impetus animi, quo ad aliquid agēdum impellimur. Cic. 2. de Finib. Appetitio animi, quæ Græce ὁρμή dicitur.

Accipitur & pro appetentia cibi, quam Græci ὄρεξιν uocant. Gell. libr. 16. cap. 3. Quod cum antehac ſemper edundi fuerit appetens, nunc poſt imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio priſtina elanguerit. Item pro conatu aliquid apprehendendi. Cic. 1. de Diui. Nam cum dormienti ei Sol ad pedes uiſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiuiſſe manibus, cum ſe conuoluens Sol elaberetur, et abiret: eiq; Magos dixiſſe, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum portendi.

APPETITVS, us, (ὁρμή) concupiſcentia, impetus animi, quo ad rem aliquam impellimur: cuius ſedem Philoſophi conſtituerunt in iecore. Cic. 5. Offi. duplex eſt animorum uis atque natura. Vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμή Græce, quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quę docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumve.

APPIANVS, (Ἀππιανός) Alexandrinus nobilis Hiſtoricus, qui Adriani imperatoris temporibus claruit. Scripſit Romanæ hiſtoriæ lib. XXII. quorum nouem tantum ad nos peruenere.

APPIA, uia, (ὁδὸς Ἀππία) uia erat Romæ ſaxo quadrato ſtrata per portam Capenam, Capuam, uel, ut alij uolunt, Brunduſium uſque ducens, ab Appio Claudio cæco ſtrata. Cice. pro Cælio: Appius Claudius cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, uiam muniuit.

APPION, (Ἀππίων) nomē fuit Grammatici Aegyptii, Pliſtonici filii, qui a laboris magnitudine cognominatus eſt Mochtus. Hunc Tyber. Cæſ. per contēptum Cymbalū mundi appellabat, quum publicæ famę tympanū potius uideri poſſet.

poſſet. Immortalitate à ſe donari ſcripſit, ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Ioſephus ſcribit, quòd eſſet malus & indoctus, totiusq; uitæ temporibus importunus calumniator omnium, cor aſini habens. Tu uide Ioſephum. Floruit temporibus Dion. Halicarnaſſei & Ioſephi.

APPIANA poma, (ἀππιανὰ μῆλα) ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus eſt, fere cotoneorum, magnitudo non multo inferior. Pli. lib. 15. cap. 14.

APPIANVM, ni, coloris uiridis genus, apud Plin. lib. 35. cap. 6.

APPINGO, egi, actum, {Aggiungere} (προστίθημι) compoſitum eſt à Pango, idem ſignificans quod addo, uel adiungo. Cic. ad Att. li. 2. Epiſtolam ſuperiorē reſtitue nobis, & appinge aliquid noui. Alterum eſt Appingo, pi, ctum, {Dipingere appreſſo} compoſitum à Pingo, quod ſignificat, iuxta pingo. Hora. in Art. Poet. Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum.

APPIVS CLAVDIVS, qui poſtea Cæcus cognominatus fuit, inter Oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum C. Fabio Cenſor creatus, uiā ex lapide quadrato ſtrauit, quæ à Porta Capena Brunduſium uſque duceret. Aquā quoque quæ ab illo Appia dicta eſt, in urbē duxit. Idē poſtea cæcus factus, cū audiſſet Romanos de Pyrrhi pace conſultare, in Curiā ſeſe deferri iuſſit, grauiſſimaq; oratione obtinuit, ne cū Pyrrho, niſi prius Italia deceſſiſſet, pax iuuerē.

APPLAVDO, {Applaudere. Arioſt. Che dolcemente ne i principij applaude} (ἐπικροτέω) ſignificat alliſdo. Apuleius lib. 9. Incuſſis in eam poſteriorum pedū calcibus, protinus applaudo terræ. Aliquando Applaudere, eſt manuum, uel pedum plauſu fauorem oſtendere. Plaut. Pſeud. Si uultis applaudere, Atque approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum uos uocabo. Ci. pro Sext. Quid ego nunc dicam, quibus uiris, aut cui generi ciuium maxime applaudatur? Applauſor, oris, uerbale, qui applaudit. Pli. in Paneg. idem ergo populus ille aliquādo ſcenici Imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in Pantomimis quoque ad uerſatur. Applauſus, a, um, particip. Oui. 4. Meta. Ille cauis uelox applauſo corpore palmis Deſilit in latices. Applauſus, us, nomen. Cic. 2. de Diui. Ennius qui magno applauſu loquitur, aſſentante populo, &c.

APPLICO, as, pe. cor. aui, atum, & applicui, applicitum, {Applicare, accoſtare, aggiungere} (κατάγω, προσαρμόζω, ἐναρμόζω) ſignificat appello, adiungo, annecto, (ἐπέχω, προσαρμόζω, προσάπτω, παραβάλλω) & conſtruitur cum datiuo, uel accuſatiuo mediante ad. Vergil. 1. Aene. Quæ uis immanibus applicat oris. Cic. Appio Pul. Omnes uires ciuitatis ſe ad Pompeii ductum applicauerunt, i. adiunxerunt. Applicatio, uerbale, actus ipſe applicandi. Cice. in Lælio: Quapropter à natura uidetur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam ſenſu amandi, quàm cogitatione, quantū illa res utilitates eſſet habitura. Applicatus, & Applicitus, particip. Cæſar 3. Bel. Ciu. Applicatiſq; noſtris ad terram nauibus. Plin. in Epiſt. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum.

APPLODO, is, {Applaudere} (ἐπικροτέω) pe. pr. omnino idem eſt, quod Applaudo. Veteres enim Plodo dicebant, quod nos Plaudo. Applodere fulgetras, apud Plinium eſt fauere, teſtariq; honorem illo motu.

APPLORO, as, are, (προσδακρύω) deponere apud aliquem ſuos fletus. Hora. lib. 3. Carm. Contraq; lucrum nil ualere candidum Pauperis ingenium, quærebar apploranſ tibi.

APPLVDA, {Pula, ſemmola} (πίτυρον) pe. pr. Antiquis idē ſignificabat, quod furfur, ut docet Gell. lib. 11. ca. 7. Pli. li. 18. ca. 10. docet appludam uocari purgamenta milii, & panici, & zizaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta Appluda ab applodēdo, quod propter tenuitatem, quia minutiſſima eſt, ſpiritu deiicitur. Næuius: Ne hercle appluda eſt hodie, quàm tu, leuior.

APPLVMBO, as, Vide Plumbo.

APPLVO, as, Vide pluo.

APPONO, Vide Pono.

APPORTO, (προσφέρω) uide Porto.

APPOSCO, is, Vide poſco.

APPOSITVS, a, um. {Poſto appreſſo atto, accommodato} (προστιθέμενος) quod eſt iuxta, uel ad aliquid poſitum. Cic. de Inuent. Gladium prope appoſitū è uagina eduxit, & illum alterum occidit. Aliquando ſumitur pro eo quod eſt conueniens ad propoſitum, (ἐπιτήδειος). Idem ibidem: Eam ipſam ſcripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, ſi quid aut ad id appoſitum ſit, quod uos interpretamur, aut ei quod aduerſarius intelligat, aduerſetur. Hinc Appoſite aduerbium (ἐπιτηδείως) conuenienter, apte. Officium eius facultatis uidetur, dicere appoſite ad perſuaſionē. Alias ſignificationes quære in dictione Pono.

APPOTVS, {Quello c'ha beuuto molto} (ἀνάλωτος) ualde potus, qui multum potauit. Plaut. in Curcu. poſtquam cœnati, atque appoti, talos poſcit in manum.

APPREHENDO, {Apprendere} & in carmine Apprendo (λαμβάνω, ἅπτομαι) ſignificat attrecto, capio, uel ad me traho. Cice. de Natu. Deor. Vites claiculis adminicula, quaſi manibus apprehendunt. Verg. 2. Aene. Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem?

APPRIME, p. pr. {Sopra tutto, in prima, grandemente, molto} (ἐς τὰ πρῶτα) aduerbium ſignificat in primis egregie, ualde. Terent. in And. Nam id arbitror apprime in uita eſſe utile. Fit ab Antiquo nomine Apprimus, quo ueteres uſi ſunt pro longe primo, ut docet Gellius lib. 7. cap. 7. citans illud ex Liuii Odyſſ. Denique uir ſummus, apprimus, Patroclus.

APPRIMO, is, ere, {Premere} ex Ad, & Premo. Pli. lib. 24. cap. 9. Sedare uentris dolores aſſeuerant impoſitam, ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeretur.

APPROBVS, pe. co. {Molto buono} (προσδόκιμος) ualde probus. Gell. Et in uerſu eſt Cæcilii poetæ comici, Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

APPROBO, as, are, {Laudar grandemente, approbare. Dant. Et quel conſiglio per miglior approbo} (δοκιμάζω) idem quod ſimplex probo: uel etiam uehementer probo. Cic. 4. Acad. Nec tamen ego is ſum qui nihil unquam falſi approbē.

Approbatio, uerbale. Cic. 2. Tuſcu. Effectus eloquentiæ, eſt audientium approbatio. Approbator, oris, uerbale, (δοκιμαστής) qui aliquid approbat. Cic. Attic. Quamuis non fueris ſuaſor & impulſor perfectionis meæ: approbator certe fuiſti.

APPROMITTO, is, ere, {Promettere per un'altro} pro altero promitto) (ἐγγυάομαι) Cic. Attico. De Oppio factum eſt ut uolui, et maxime quod DCC Cap-promiſiſti: quæ quidem ego utique uel uerſura facta ſolui uolo. Appromiſſor oris, uerbale, (ἐγγυητής). Vlpianus Appromiſſorem uocat Fideiuſſorem. l. in omnibus. ff. de ſolutionibus.

APPROPERO, as, are. {Affrettare} idē quod propero, uel ualde propero, ac celero, σπεύδω. Teren. in And. Poſtquam ante oſtium Me audiuit ſtare, approperat. Cic. Att. Quare appropera, & uale. Approperatum opus, id eſt acceleratum. Liu. 4. ab urb. Cœptumq; opus adeo approperatum eſt, ut ſole orto, &c.

APPROPINQVO, as, are {Accoſtarſi Boc. Gior. 1. Nou. 4. S'accoſtò chetamente à l'uſcio della cella} (ἐγγίζω) propinquū fieri aut loco, aut tempore. Cæſar 1. Bel. Gal. Hedui in finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant. Cicero ad Q. Fra. Sed eius rei maturitas neque dum uenit, & tamen iam appropinquat.

Appropinquatio, uerbale. Cice. de Senect. Quarta reſtat cauſa, quæ maxime angere, atque ſolicitam habere noſtram ætatem uidetur, appropinquatio mortis.

APRICARI {Eſſere in luogo aprico ſtare al Sole, riſcaldarſi} (ἡλιοῦσθαι, ἡλιάζεσθαι) eſt in aprico loco eſſe, hoc eſt, in loco Soli expoſito uerſari. Varro in miniſteriis: Licet uideret multos quotidie in hyeme in ſole apricari. Pli. lib. 36. de columb. Apricantur aliæ ſcalpentes ſeſe. Cice. in Cat. Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere, uel apricatione melius, uel igni, aut uiciſſim umbris aquisve refrigerari ſalubrius? Apricatio, onis, ἡλίωσις, Verbale. Cice. Att. Sibi habeat ſuam fortunam: unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo Sole malim, quàm omnia iſtiuſmodi regna. Apricitas, atis, eſt hybernus ille tepor in locis apricis. Colum. lib. 8. cap. 15. Cum apricitate dici geſtiunt aues.

APRICVS, a, um, pe. pro. {Eſpoſto al Sole, aprico. Pet. Indi poi n'aſcendemmo in luoco aprico} (προσήλιος, εὐήλιος, πρόσειλος) idem quod Soli expoſitus, quaſi ἄνευ φρίκης, hoc eſt, ſine frigore, quòd aſperata, in π, ſuam tenuem conuerſa. Verg. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Apricus homo, uel Aprica auis, quæ Sole gaudet. Idem 5. Aenei. Apricis ſtatio gratiſſima mergis. Apricior, apriciſſimus. Colum. lib. 11. cap. 3. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem lib. 9. cap. 14. Dum adhuc autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgata domicilia.

APRIES, (ἀπρίης) Pſammis Aegypti regis filius, cui in regno ſucceſſit. Hic, ut teſtatur Herodo. lib. 2 ab Aegyptiis, qui à ſe ad Amaſim defecerant, ſtrangulatus eſt, & ſepultus in paternis monumentis.

APRILIS, {Aprile. Pet. Su l'hora prima il dì ſeſto d'Aprile} (ἀπρίλιος, ἀπρίλις, θαργηλιών) menſis dictus eſt, quaſi aperilis, quòd terram aperiat. Nam uerna tempeſtate plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quaſi Aphrilis, ab ἀφρὸς ſpuma, quòd Venus, cui hic mēſis ſacer eſt, ex ſpuma maris fingitur nata. Horat. 4. Carm. Idus tibi ſunt agendæ, Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem. Accipitur præterea adiectiuè: ut Nonis aprilibus. Cicero ad Lent. Quinetiam Marcellino, & Philippo Conſulibus, Nonis aprilibus mihi eſt ſenatus aſſenſus.

APRINVS, {Cinghiarino coſa di cinghiare} (κάπρειος) ab apro deducitur: ut Aprina caro. Sic ſcribi quidem debet ſecundum analogiam. Antiqui tamen ſcribebant Aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51. Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiſo apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

APPRONARE in genua, {Inginocchiarſi, genocchiarſi} (ἀπονεύειν) dictū eſt, pro eo quod eſt ingeniculari, ut antiqui dicebant. Apul. lib. 1. Planiore in ripæ margine implicitus, in genua appronat ſe, auidius affectans potionem. Videtur eſſe compoſitum ex Ad præpoſitione & nomine Pronus: unde gemino p, ſcribendum eſt.

APRONIA, (ἄμπελος μέλαινα) herba eſt, quam alii Vitem nigram, alii Byroniam, alii Chironiam, alii Cynæcanthen uocant. Plin. lib. 23. cap. 1.

APSYCHON, {Senz'anima} (ἄψυχον) inanimatum, quod eſt ſine anima, & ſpirare non poteſt.

APSIS, idis. Vide Abſis.

APSYCTOS, (ἄψυκτος) gemma eſt nigra & ponderoſa, rubentibus uenis diſtincta: ita dicta quaſi irrefrigerabilis. Nam ſemel igni excalfacta, ſeptem diebus calorem ſeruat. Auctor Plin. lib. 36. cap. 10.

APSORVS, {Oſſero} (ἄψυρος) inſula in mari Adriatico, adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine, ut Ptol. lib. 1. ſcribit.

APSVS, (ἄψος) fluuius eſt in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrhachio. de quo Strabo lib. 7. Lucan. lib. 5. Tellus quā uolucri Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis.

APTERA, (ἄπτερα) neutri generis, urbs in Lycia & altera in Creta à Sirenibus uocatum, quod uictæ ibi cantu à Muſis, præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent. Auctor Stephanus.

APTITVDO, {Attitudine} (κομψότης) eſt conuenientia, pulchritudo, elegātia. Vnde fit apte aduerbium, &

APTO, as, {Adattare, accommodare. Boc. Gior. 3. Nou. 6. Et certe coſe comminciò adattare} (προσάπτω) conuenienter aliquid rei alicui iungo, ſeu accomodo. Cōſtruitur cum datiuo uel accuſatiuo mediante Ad. Cicero in Philip. Cuius denique fortunæ ſtudia tantæ laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarunt? Idē 3. de Orat. Hoc uerbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat. Huius compoſita ſunt Adapto, & Coapto.

APTOTVM (ἄπτωτον) dicitur ſine caſu ab α ſine, καὶ πτῶσις, caſus. Sunt enim Aptota nomina, quæ neq; per caſus, neque per numeros declinantur, ſed permanent indeclinabilia.

APTVS, a, ū, {Atto, accommodato, acconcio} (ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, προσήκων) dicitur quod ad aliquid accommodatum eſt. Perſius Saty. 1. Si forte quid aptius exit. Interdum aptum dicitur neceſſarium. Cic. lib. 3. de Fini. Itaq; natura ſumus apti ad totius conſilia ciuitatis. Interdum elegans, ut apud eundem lib. 3. de Orat. Ita porro uerbis eſt aptus & preſſus, ut neſcias utrum ſententiæ oratione, an uerba ſententiis illuſtrentur. Idem 1. Offi. Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. Interdum connexum. Verg. lib. 2. Georg. Ipſos è torquibus aptos, Iunge pares. Huius compoſitum, et contrarium eſt Ineptus. Eſt etiam Aptus participium ab Apiſcor, idem ſignificans quod Adeptus. Varro: Ea omnibus oſtentat, quæ bello eſt aptus.

APVA, æ, (ἀφύη) piſciculus eſt minimus & uiliſſimus, quē Græci, quod ex pluuia naſcatur, ἀφύην uocant. Vide Pli. li. 31. ca. 8. & ea quæ ſupra annotauimus

in dictione Aphya.

APVANI, {*Genoueſi*} Ligures ſunt teſte Liuio lib. 10. Sempronius (inquit) è Piſis in Apuanos Ligures uaſtando aperuit ſaltus, &c.

APVD, {*Appo, appreſſo, preſſo. Pet. Che mi ſcuſi appo mi dolce mia pena*} (παρά, πρός) præpoſitio eſt, quæ nunquam compoſita reperitur. Appoſita uero caſibus, quandoque locum denotat: ut, Apud Mantuã hæc ſcripſi. Quandoq; perſonã: ut, apud regem. Quandoque loci & perſonæ coniunctionem: ut, Cœnaui apud Pompeium. Sed cum ad perſonam refertur, plerunq; familiaritatem ſignificat, nõ dominium: ut, Fui apud te, id eſt tecum, uel domi tuæ. Penes uero & poteſtatẽ & perſonam, & dominium, (ſed cum datiuo.) Ouid. lib. 1. Faſto. Me penes eſt, unum uaſti cuſtodia mundi. Quanquam etiam ſine dominij ſignificatione aliquando inuenitur: ut latius docebimus ſuo loco. Apud aliquãdo accipitur pro In: ut apud Terentium in Andria: De Dauo modo apud forum audiui. Apud ſe dicitur eſſe, qui omiſsis negocijs ſe in receſſum recipit. Ci. lib. 1. de Orat. Marcus uero Scaurus, quem non longe ruri apud ſe eſſe audio. Magis tamẽ uidetur Apud ſe, in hoc Ciceronis loco accipi, pro domi ſuæ: quemadmodum frequẽter apud Terentium Apud nos, pro Domi noſtræ.

APVLIA, {*Puglia. Pet. Vil femminella in Puglia'l prende è lega*} (ἰαπυγία) Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem tenuit, dicta eſt. Corripit autẽ hoc nomẽ primam ſyllabam, & unico p, ſcribendum eſt: aſſumit tamẽ interdum alterum p, ut eandem producat. Secundam autem ſyllabam ſemper producit. Cõtra Appulus ſemper primam producit & corripit mediam. Horat. lib. 3. Carm. Nutricis extra limen Apuliæ. Iuuena. Vendit agros ſed maiores Appulia uendit, ubi & prima producitur. Hinc Apulus, a, um, ſiue Appulus, adiect. Lucan. lib. 5. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

APVS, odis, uide Apodes.

APYRINON, {*Pomo ò melo granato dolce*} (ἀπύρηνον) genus eſt mali Punici dulciſsimi, ita dictum, quaſi ἄνευ πυρῆνος hoc eſt, ſine nucleo: non q̃ prorſus nucleis careat, ſed q̃ eos habeat minus lignoſos. Quo fit, ut & acinos habeat blandiores & minus amaros. Hæc Plin. lib. 13. cap. 19. Martia. lib. 13. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um: ut Apyrinus fructus, hoc eſt, dulcis, nucleisq; minus lignoſis, quales habent apyrina. Col. lib. de arboribus cap. 23. Eares & fertilem arborem reddet. & primatiuis annis fructum uinoſum: poſtea uero etiam dulcem, & apyrinum faciet.

APYRVM SVLPHVR, (ἄπυρον θεῖον) Plin. lib. 33. cap. 15. uocat ſulphur uiuum, quodq; ignem non eſt expertum. Ἄπυρον enim Græci uocant incoctũ, & quod igni non eſt admotum. Vnde & Apyri tripodes (ἄπυροι τρίποδες) dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario uſui, ſed domorum templorumq; ornatui dicati erant.

APYROTVS, pen. pro. {*Carbonchio*} (ἀπύρωτος) gemma igniti carbonis ſimilitudinem referens, quam Ouid. 2. Metam. Pyropum uocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quod ignem non ſentiat. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id à quibuſdam Apyroti uocati.

A ANTE Q.

AQVA, {*Acqua. Pet. Chiare, freſche, e dolci acque*} (ὕδωρ) componi uidetur ex à & qua: quaſi à qua uiuamus. Vnde aqua & igni interdici ſolebat damnatis. Aquam & ignẽ ſumebant nuptæ, & qui funus proſecuti fuerant, redeuntes ignẽ ſupergrediebantur aqua aſperſi. quod purgationis genus uocabãt ſuffitionẽ. Hoc elementum cæteris omnibus uidetur imperare. Terras enim deuorãt aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoque ſibi uendicant cœlum. Quid eſſe mirabilius poteſt, quam ſtare in cœlo aquas? At illæ non modo in tantam altitudinem, ſed ſecum quoq; piſcium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt: fruges, arbores, frutices iuuant: migrãt in cœlum, ut uitalem animã deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & pene omnibus morborũ generibus auxiliantur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris: aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ hominum tantum cauſa uidentur erupiſſe. Generatim neruis proſunt omnes: aliæ pedibus, aliæ coxẽdicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt aluos, aliæ ſanant uulnera, aliæ capiti auribusq;, & oculis priuatim medentur. aliæ ſterilitatẽ mulierũ, & uirorũ inſaniã abolere produntur: nõnullæ iuuant calculoſos, aliquæ prohibent abortũ. Sunt, quæ tollunt uitiligines: aliæ podagris proſunt, aliæ tertianas febres diſcutiunt, aliæ dentes ſiſtunt, aliæ ungulas etiam iumentorũ indurant: aliæ ſubtiliores faciunt ſenſus, aliæ memoriam auferunt, aliæ obliuionẽ inducunt, aliæ canoras uoces faciunt. Hæc Perottus ex Plinio: quibus illud præterea addit, ſe deduxiſſe aquas in agro Viterbienſi, quæ lethargicos, & hydropicos, & colicos curant, luxatos ſtatim ſanant, dentes collutos ſiſtunt, ſcabiem, lichenas, uitiligines mira celeritate tollunt, famẽ omnino ſublato faſtidio inducunt, fœcunditatẽ mulieribus afferunt, Venerẽ debilitatã excitãt, calculorũ uitia diſcutiũt. Hæc ille. Alij aquã, quaſi equã, hoc eſt, equalẽ dictã uolunt, ablato e, quod aqua, niſi uentis agitetur, nihil ſit equalius.

AQVÆ AVGVSTÆ, (ὕδατα αὐγοῦστα) urbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo: Hanc uulgo Baionem uocant.

AQVÆ CALIDÆ, (ὕδατα θερμά) urbs Britanniæ inſulæ. Ptol.

AQVÆ MORTVÆ, {*Acqua morta*} hodie uocatur oppidũ Narbonenſis prouinciæ, ad alterum ex Rhodani oſtijs ſitum. Ptolemæus Marianas foſſas appellat, à propinqua foſſa, quam Marius ex Rhodano duxit in uicinum lacum, oſtreis (ut ſcribit Strabo) abundantem. De hac foſſa uide Plin. lib. 3. cap. 4. Melam lib. 2. & Strabonem lib. 4.

AQVÆ SEXTIÆ, (ὕδατα σέξτια Ptolemæo) urbs Galliæ Narbonenſis, iuxta quam ſunt aquæ calidæ, quæ ægros curare ſolent: ita appellatæ à Sextio quodam Romanorũ duce, qui perdomitis Salybus oppidum hoc extruxit. Auctor eſt Strabo lib. 4.

AQVÆDVCTVS, us, ui, {*Acquedotto*} (ὑδραγωγία) ab aqua ducenda: eſt enim aquarum deductio. hoc eſt, cum aliunde aqua deriuatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus alio inducatur, ſiue ad bibendum, ſiue ad irrigandum, ut eſt uidere apud Iulium Frontinum in libro de Aquæductibus Romanorum. Erat autem apud ueteres duplex ratio ducẽdæ aquæ. Nam aut per ſubterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriuſque generis etiam hodie Romę non pauca extant ueſtigia. Vlpian. de Seruit. ruſt. præd. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt, hæ, iter, actus, uia, aquæductus.

AQVÆLICIVM, dicitur, cum aqua pluuialis remediis quibuſdam dicitur, quod in magnis ſiccitatibus aliquando factum creditur.

AQVÆ NIVALES, (ὕδατα νιφόεντα) menſæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur ut eſſent ſalubriores. Poſtea colo niuario & ſacco antemabantur, deinde refrigerabantur.

AQVAGIVM, quaſi aquæ agium, (ὑδραγωγία) idem quod aquæductus, ὑδροχόη, ὀχετός. Põp. l. hoc iure. de aq. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciant.

AQVA INTERCVS, {*Idropiſia. Dant. La graue idropiſia che ſi diſpaia*} (ὕδρωψ, ὕδερος) morbus eſt, quem Græci Hydropem appellant, cum inter cutẽ aqua colligitur, qua corpus turgeſcit. Nonius: Aqua intercus, hydrops morbus, quaſi aqua inter cutem. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celſo Aqua inter cutem appellatur. Ita enim habet ille lib. 3. cap. 21. Longus uero fieri poteſt morbus eorum, quos aqua inter cutẽ male habet. Plinius uocat Aquam ſubter cutem fuſam.

AQVALICVLVS, {*Albio, albuolo da porci, trocchio*} (γάστρων) diminutiuũ eſt ab Aqualicus, uas eſt in quo porci ſorbent. Per translationem pro uẽtre ſiue aluo ſumitur, tam occulta, quam apparente, in quam ſordes fluunt. Perſius Sat. 1. Nugaris, cum tibi calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

AQVALICVS, pen. cor. aluus, quo ſordes defluunt. Item genus quoddam lati inteſtini, ex quo ſarcimina fieri ſolent. Apicius: Reple aqualicum, ſic ut laxamentum habeat, ne diſſilat in coctura.

AQVALIS, {*Vrna. Pet. In tanti affanni di che dogliaſe urne*} (ὑδρία) gen. maſculini, genus uaſis ad aquam tenẽdam, quo aqua manibus datur: quod & Matellio dicitur, teſte Varrone. Plaut. in Curcu. Date iſti ſellam ut ſedeat, & aqualim cum aqua.

AQVARIOLA, {*Condotto, chiauiga*} dicuntur lotrinæ, in quas lotura proiicitur, nec in culina tantum, ſed & in tricliniis, & cubiculis, et cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

AQVARIOLI, {*Roffianelli*} dicuntur mulierum impudicarum ſordidiſsimi aſſeclæ. Feſtus.

AQVARIOLVM, ſiue aquarium, locus in quem ſordida aqua demittitur, qui & Lauatrina dicitur à lauando, & per ſyncopen Latrina.

AQVARIVS, rii, {*Acquario*} (ὑδροχόος) undecimum ſignum zodiaci eſt proximum Capricorno, quod oritur. 15. Calend. Februar. Fabulantur Poetæ hunc fuiſſe Ganymedem, quem Iupiter, eius pulchritudine captus, aquila in cœlum raptum, miniſtrum ſuum feciſſe exiſtimatur.

AQVARIVS, ria, rium, ὑδατικός: quod ad aquam pertinet, ut, Cos aquaria, Res aquaria. Gellius: Re aquaria delectos. Plin. li. 34. Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies.

AQVARIVS ſulcus qui aquam educit. αὖλαξ ὑδατικός. Colu. li. 2. Crebroſq; ſulcos aquarios, quos & nonnulli Elices uocant.

AQVATICVS, ca, cum, {*Acquatico*} (ἔνυδρος) qui in aqua degit, ſicut Terreſtris qui in terra uiuit. Plin. Terreſtres & aquatici piſces.

AQVATILIS, pe. cor. idem quod aquaticus, ὑδατικός. Cic. 2. de Natu. Deo. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede uiuentes.

AQVATIO, onis, uerbale, (ὑδρεία) actus aquandi, hoc eſt, aquam ad caſtra afferendi. Cæſ. 4. Bel. Gal. Tamen ſeſe non longius millibus paſſuũ quatuor aquationis cauſa proceſſurum eo die dixit. Aquator, oris, (ὑδροφόρος) qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. Cæſ. 1. Bel. Ciui. Hæc conſultantibus eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi noſtro.

AQVATVS, ta, tũ, {*Adacquato, acquoſo*} aqua infuſum, ὑδαρής: ut, Aquatum uinum. Interdum idem quod aquoſus: ut, Lac aquatum. Plin. lib. 28. cap. 9. Omne autem uernum aquatius æſtiuo.

AQVEVS, a, um, {*D'acqua*} quod ex aqua eſt, ὑδρηρός, ut, Color aqueus.

AQVIFOLIA, (κραταίγονον, ἢ κραταίγονος) Theophraſto, ſpecies eſt ilicis, meſpilum foliis referens. unde & Meſpilus ſylueſtris (μέσπιλος ἀγρία) à nonnullis appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 13. & lib. 27. cap. 8.

AQVILA, {*Aquila. Dant. Vn'Aquila nel ciel con penna d'oro*} (ἀετός) regina auium, quam poetæ Iouis alitem, eandemq; armigeram appellant, et fulmina ei ſubminiſtrare fabulantur. Cui fabulæ occaſionem dedit aquilæ natura, quia ſola auium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniuentibus poteſt aſpicere. Sex autem aquilarũ genera enumerantur à Plinio Melænaetos, quæ & Valeria: Pygargus, Morphnos, quã & Percnon Homerus, Latini Plãcum, & Anatariam uocant: Percnopterus, Oneſios, & Haliæetus. Aquila præterea, ſydus cœleſte eſt, cuius ala dextera circulum æquinoctialem attingit, ſiniſtra autẽ nõ longe à capite Ophiuchi uidetur figurata. Roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornum præueniens. Exoriente Leone, occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite ſtellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. Eſt etiam Aquila, piſcis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετόν appellant: teſte Pli. li. 9. ca. 24. Ab Aquila fit Aquilinus, a, um, (ἀέτειος) ut. Aquilinæ ungulæ. Plaut. in Pſeud. An tu inuenire poſtulas quenquam coquum. Niſi ſit miluinis, & aquilinis ungulis. Vbi Aquilinas ungulas dixit, pro manibus rapacibus, quales ſunt ungues aquilarũ.

AQVILA, {*Aquila*} urbis nomen eſt in Brutiis, ex ruinis Furconii antiquiſsimi oppidi à Longobardis ædificatæ. Volaterr.

AQVILEGIVM, (ὑδραγωγία) aquæ collectio, & aquæductus. Plaut. Si pluet, aquilegio iuuabo.

AQVILEIA, {*Aquilegia*} (ἀκυληία) Carnorum metropolis, iuxta quã defluit Timauus, à legendis aquis dicta. Martialis. Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo. Plinius Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille paſsibus à mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onerariis nauigatur nauibus per Natiſonem fluuium. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit & Rufinus Græce Latineq; eruditus, qui Ioſephum conuertit in Latinum, cuius archetypum eſt Mediolani in ſancti Ambroſii fano, Longobardis characteribus carioſiſsimus.

Aqui-

AQVILEX, pen. cor. {*Colui che raccoglie l'acqua*} qui aquam colligit, ducit, et proprie qui ſignis quibuſdam fontes nouit inueſtigare. ὑδρολόγος. Varro: At hoc pacto utilior te Tuſcus aquilex. Plinius: Subeſſe aquas credunt: & hoc habent ſignum aquileges.

AQVILIFERI, dicti ſunt ſigniferi in Rom. militia, (ἀετοφόροι) ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicauit: fuitque tanquam princeps totius legionis ſignum. Cæſar 3. Bel. Ciu. In eo prælio cum graui uulnere eſſet affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor ſigna, uidelicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ ſingulos ordines anteibãt. Item & dracones: unde Draconarii. Poſtea tamen, repulſis cæteris, unam ſeruauerunt aquilam.

AQVILIVS, (ἀκύλιος) cognomen iuriſconſulti factum à colore ſubnigro.

AQVILO, p. c. {*Aquilone, uento da greco, borea. Pet. Ne i breui giorni quando borea fiede*} uentus Septẽtrionalis, frigidus & ſiccus, ita dictus à uehemẽtiſſimo uolatu inſtar aquilæ. Græce *Βορέας*. De hoc ſcribit Ouid. li. 6. Meta. Flat autẽ teſte Pli. li. 2. ca. 47. inter Septentrionem & Ortum ſolſtitialẽ, è regione Cauri.

AQVILONARIS, re, adiect. (*Βόρειος*) Cice. de Natu. deo. Sed etiam regio, quæ tum eſt aquilonaris, tum auſtralis. Aquilonius, a. um, ut, Loca Aquilonia, in quibus flat aquilo. Pli. lib. 28. cap. 13. Omnes uero herbæ uehementiores effectu uiribusque ſunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis.

AQVILVS color, {*Fosco, alquanto negro*} fuſcus & ſubniger, ab aqua. ὑδατώδης χροιά. Nã cũ antiqui duos omnino naturales colores noſcerẽt, albũ ſcilicet & nigrũ, interuenit is quoque, qui ita neutri ſimilis eſt, ut tamẽ ab utroque proprietatẽ trahat: quẽ potiſſimũ ab aqua nominauerũt, cuius incertus eſt color. Plau. in Pœn. Statura haud magna, corpore aquilo. Suet. in Aug. Naſum à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum cãdidumque.

AQVIMINARII, {*Vaſi da portar acqua*} (ὑδρεῖα) dicuntur omnia uaſa de ferundis aquis deputata. Florentinus Iuriſconſultus lib. 34. Digeſt. Nam & pelues argenteas, & aquiminarios argenteos in ſupellectili eſſe non dubitatur.

AQVINVM, {*Aquino*} (ἀκουΐνον Ptolemæo) oppidum eſt Latii, aut (ut aliis placet) Campaniæ, Diui Thomæ patria, qui ab eo Aquinas dicitur. Cic. 2. Philip. Cum Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam proceſſit magna ſane multitudo.

AQVISGRANVM, Germaniæ nobiliſſima ciuitas, prius Vegerra dicta, Caroli Magni ſepulchro nobilitata.

AQVITANIA, {*Guaſcogna*} (ἀκυιτανία) regio, & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Hæc a Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur: ab occaſu Hiſpaniam: à Septentrion. Lugdunenſem prouinciam: à meridie Narbonenſem. In ea Toloſa, & Burdigala ciuitates. Hinc Aquitanus, na, num. unde Aquitani populi, ἀκυιτανοί.

AQVITES, pen. cor. ſacerdotis nomen apud Phaſidem. Valer. Flac. lib. 6. .. magnique ſacerdos Phaſidis Arctois Aquites errabat in agris.

AQVOR, aris, {*Cauar' acqua, andar per acqua*} (ὑδρεύω, ὑδροφορέω) uerbum caſtrenſe eſt, aquam haurio, ſiue aquam fero, ad uſum exercitus, uel alterius rei. Curtius: Cum miles aquatum profectus eſſet. Ver. Sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione Adaquo.

AQVOSVS, ſa, ſum, {*Acquoſo, abondante d'acqua*} (ὑδατώδης) quod copiam aquæ habet: ut, Hyems aquoſa. Colu. lib. 4. de ficis: Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſeruo. Huius compoſitum, & contrarium eſt Inaquoſus, ἄνυδρος.

AQVVLA, {*Acquetta*} diminutiuum ab aqua. ὑδάτιον. Cic. lib. de Orat. Quæ mihi uidetur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creuiſſe. Eſt & Aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: unde Aquulenſes, quos Aquenſes uocat Plin. lib. 3. cap. 5.

A ANTE R.

ARA, {*Altare. Pet. Et tra gl'altari & tra le ſtatue ignude*} (Βωμός) quaſi anſa, ut Varroni placet, dicta eſt a tripodibus, quod ſacrificantes anſas tenebant: uel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent. Ver. 4. Aen. Talibus orãtẽ dictis araſque tenentem. Primo ergo Anſæ dictæ, deinde commutatione literarũ, aræ. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quod in his uictimæ adolerẽtur. Alii ab ἀράομαι, quod eſt oro, (unde & ἀρά oratio dicitur) quod in ſacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis ſententia: Ad aras uſque me amicum eſſe oportet: qua ſignificauit, neminem amici cauſa aut peierare, aut quippiam inhoneſtum facere oportere. Eſt etiam Ara ciuitas, Arabiæ regia, necnon & inſula Arabiæ adiacens, ut ſcribit Ptolemę. Habet autem hoc nomen priorem ſyllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & ſignificat porcorum, ſeu auium ſtabulũ, συφόρβιον. Ouid. in Epiſt. Penelopes ad Vlyſſem: Tertius immũdę cura fidelis haræ. De hoc plura ſuo loco.

ARABARCHES, (ἀραβάρχης) (ut pulchrè oſtendit Alciatus lib. 1. Præter miſſorum) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo uectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia (ἀραβαρχία) uocatur. Super hac re extat Conſtitutio Valc. Grac. Theo. Imp. in hæc uerba: Vſurpationem totius licentiæ ſubmouemus circa uectigal Arabarchiæ per Aegyptum atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilque ſuper tranſductione animalium uendicari permittimus. Hinc facile intelligi poteſt ſententia horum uerſuum apud Iuuenalem: Atque triumphales inter quos auſus habere Neſcio quis titulos Aegyptius, atque Arabarches. Inuehitur enim in T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Arabarchem uocat, hoc eſt, Aegyptium publicanum.

ARABIA, (ἀραβία) regio inter Iudæam & Aegyptum, ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio. Solinus Arabiam interpretatur, ſacram. Eſt autem triplex Arabia, ſecundum Plin. lib. 2. Vna felix, (ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιβανοφόρος) altera Petræa, (πετρώδης) tertia Deſerta, ἔρημος: de quibus plura in dictione ſequenti. In Arabia eſt mons Sina, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. In eadem & Phœnix auis naſcitur, & Sardonyx gemma. Ab Arabia ſunt Arabs (ἄραψ) gentile, item Arabus, Arabius, & Arabicus (ἀραβικός) adiectiua: Verg. lib. 7. Hircanis've, Arabis've parant. Propert. Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

ARABIA PETRÆA, (ἀραβία πετρώδης) ſic dicta à Petra uetuſtiſſimo oppido, pars illa Arabiæ, quę eſt Aegypto Iudeæque cõfinis, Aut. Prol. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. Poſt Petræã, ſequitur alia Arabię pars, Arabia deſerta Ptolemæo uocata, Straboni autẽ Scenitis, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quod gens uaga & ſine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à Meridie mõtibus Arabiæ Felicis cuncta eſt, à Septentrione Meſopotamiam habet, ab occidente Petræam. Arabia Felix Meridiem uerſus inter duos ſinus Arabicum, & Perſicum, ueluti peninſula excurrit, fluminibus ſcatens: quæ, ut Strabo ſcribit, bis quotannis, ut India, ſeritur ob fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

ARABICE OLERE, (ἀραβικῶς ὄζειν) ſignificat bene olere, & odoribus Arabicis.

ARABILIS, le, {*Arattiuo*} uerbale, quod arari poteſt. Plin. lib. 17. cap. 5. Contra in Byzantio Africæ illum centena, & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum ſiccus eſt, arabilem tauris.

ARABIS, Vide Arbis.

ARABS, bis, (ἄραψ) gentile nomen eſt, quo is ſignificatur, qui ex Arabia ortum traxit. Verg. 8. Aenei. Omnis Arabs, omnes uertebant terga Sabæi.

ARABVS, (ἄραβος) Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Pli. lib. 7. cap. 56. quem medicinæ artis quidam uoluerunt extitiſſe repertorem. Eſt & Arabus lapis, teſte Plin. lib. 36. cap. 21. eburnei candoris, qui in puluerem redactus aptiſſimus eſt dentifriciis.

ARACHNE, (ἀράχνη) nomen puellæ Lydæ, quæ cum de lanificio auſa fuiſſet cum Pallade certare, uictrice dea percuſſa radio, in araneam eſt commutata. Verũ hoc à poetis fictũ eſt. Cõſtat. n. auctore Plinio, Arachnen linũ & retia inueniſſe: Cloſterẽ aũt filiũ eius fuſos in lanificio. Suidas ſcribit ἀράχνιον, filũ eſſe & licium tenuiſſimum: ἀράχνην, fœminini generis, telam, ſeu texturã: maſculino genere ἀράχνην, puſillũ animal ita dictum, quod rara mollisque habeat ueſtigia.

ARACHOSIA, (ἀραχωσία) regio eſt Scythiæ Aſiaticæ, Drangianis, & Gedroſiis finitima: cuius præcipuæ ciuitates ſunt Alexandria, & Arachotus (ἀράχωτος) quæ regioni nomen dedit. Vide Strabonem lib. 11. & Ptolemæum lib 6. cap. 20.

ARACHTHVS, (ἀράχθος) fluuius eſt Epiri non procul à Nicopoli in ſinum Ambracium influens. Meminit huius fluuii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

ARACIÆ FICVS, dicũtur albæ, pediculo minimo, latiſſimæ: de quibus Pli. lib. 15. cap. 18.

ARACYNTHVS, (ἀράκυνθος) mõs eſt Acarnaniæ, teſte Pli. li. 4. c. 2. Eſt et alter in Attica mõs eiuſdẽ nominis: de quo Verg. 2. Eclog. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamẽ, qui putẽt ibi Vergiliũ perſonę paſtoriciæ rõnẽ habuiſſe: ideoque in Attica mõtẽ collocaſſe, qui re uera eſt in Acarnania: cuius generis pleraque etiã apud Theocritũ animaduertimus. Stephanus præterea Aracynthum in Bœotia collocat: à quo Mineruam Aracynthiam dictam ſcribit.

ARADVCA, (ἀραδοῦκα) urbs Luſitaniæ, quam hodie Arzuã ab Hiſpanis uocari uolunt. De hac Ptolemæus lib. 2. cap. 5.

ARADVS, (ἄραδος) inſula eſt, ſiue potius urbs in petra ſita, habens in ambitu ſeptem circiter ſtadia, diſtans a Phœnice, cui adiacet, uiginti ſtadiis. Eſtque ut tradit Strabo li. 16. una ex Phœniciæ urbibus, quæ Tripolim efficiuntur: reliquæ duæ ſunt Tyrus ac Sydon. Huius etiam meminit Pli. lib. 5. cap. 30. in Phœniceo, inquit, mari eſt ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam Andromedam beluæ ferunt, iam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor eſt Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto uſque à uado trahitur. E regione huius inſulæ, ad meridiem, urbs eſt huic oppoſita, quæ olim Antarados, hodie Tortoſa uocatur.

ARÆ FLAVIÆ, urbs Germaniæ, non procul à Danubio fluuio, quã Germani ſua lingua Nordtlinghen uocant.

ARÆTHYREA, (ἀραιθυρέα) regiuncula eſt Achaiæ proprie dictæ, poſtea Aſophis dicta, urbem habens eiuſdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat. ἀραιθυρέην ἐρατεινὴν eam appellans. De hac Plin. libr. 4. cap. 5. & Strabo lib. 8.

ARAGVS, (ἄραγος) fluuius Maſſagetarum agrum irrigans: cuius meminit Strabo lib. 11.

ARAMEI, teſte Plinio lib. 16. cap. 17. ab antiquis dicti ſunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Perſis appellati.

ARANEA, æ, {*Tela de ragni, ragnatelo*} (ἀράχνη) fœminino genere, tela ſeu rete araneorum. Oui. 4. Metam. Non illud opus tenuiſſima uincant Stamina, nec ſummo quæ pendet aranea tigno. Reperitur quandoque tamen Aranea pro ipſo animali. Verg. 4. Georg. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.

ARANEVS, nei, {*Ragno, aragna. Pet. Quanto ſi teſſe al mondo opra d'aragona*} (ἀράχνης) animalculũ ex genere inſectorũ, quod Gręci ἀράχνην appellãt. Huius multa ſunt genera: unũ tamẽ præcipuũ, nullique incognitũ, quod miro quodã artificio telas orditur, quibus muſcæ irretiuntur. Plaut. in Aſina. Iuſſin' columnis deiici opera araneorũ? Sunt et ex araneorũ genere Phalãgia, Italiæ ignota (ut ſcribit Pli. li. 29. c. 4.) quorum noxii morſus, corpus exiguum, uarium, & acuminatũ. Hęc ruſſus in multas ſecantur ſpecies: quas uide apud eundẽ loco iã citato. Sunt & alia araneorũ genera, quæ latius explicat idem Pli. lib. 11. c. 24. Eſt præterea Araneus uitium peculiare uitibus & oliuis, cũ ueluti telæ inuoluunt fructũ, & abſumunt. De hoc Pli. li. 17. c. 24. Eſt etiã piſcis quidã hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorſo ſpinam ferens: de quo Pli. lib. 9. cap. 48. & li. 32. cap. 11.

ARANEVS MVS, (μυγαλῆ) animal eſt ex genere muſtelarum, morſu uenenato, quod ſi orbitam tranſierit, ſtatim emoritur. De hoc Plin. lib. 8. cap. 58. & Aelianus lib 8. cap. 39.

ARANEOLVS, cum accentu in antepenultima (ἀραχνίδιον) diminutiuũ eſt ab Araneus. Verg. in Culice: Atque ut araneoli tenuem formauimus orſum.

ARANEOSVS, a, um, (ἀραχνοειδής) aranearũ faciẽ habẽs: ut, araneoſus caulis. Pli. li. 21. c. 15. Huic ſimilis ẽ ſpina illa quã Gręci Acãthion uocãt, minorib. multo foliis aculeatis per extremitates, et araneoſa lanugine obductis, li. 24. c. 12.

ARARIS, pen. cor. & per apocopen Arar (ἄραρ) fluuius Galliæ Lugdunẽſis, à monte Vogeſo per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. lib. 6. Rhodanumque fluentem Præcipitaunt Arar. Hodie Sagona dicitur. Alius eſt ab eo, qui per Heluetios lapſus, hodie Arola, uulgo Ar, dicitur.

ARARVS, ri, pen. cor. (ἄραρος) fluuius Scythiæ Europææ, in Iſtrum influens: cuius meminit Herodotus lib. 4.

ARATIO, onis, {*Aratione*}(ἀρόωμα) ipſe arandi actus. Pli. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur. Nonnunquam ſumitur, pro ipſo aruo, ſeu agro culto. Nam (ut rectè inquit Valla) nomina, quæ poſitionē habent in io, latius ſignificare ſolent: nec actionem modo, ſed rem etiam & corpus ſignificant. Cic. 5. Verr. Cum dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem ſuum? Inde Aratiuncula diminutiuū. Plaut. in Truc. Male uortit res pecuaria mihi apud uos: nūc uicisſim uolo habere aratiūculā pro copia apud uos. A. Nō aruus hic, qui arari ſolcat, ſed paſcuus eſt ager.

ARATOR, {*Aratore*}(ἀροτὴρ) qui arat: & ſumitur tam pro boue, quam pro homine bouem ducente. Pli. lib. 18. cap. 19. Arator, niſi incuruus, præuaricatur.

ARATOR, poeta Chriſtianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apoſtolorum acta hexametro uerſu conſcripſit, ut notat Volat.

ARATRO, tras, pen. pr. ſiue Artro, litera una per ſyncopen ſublata, {*Souerſciare*}(ἀροτριάω) quaſi arando itero: quod eſt, ſegetes iam natas rurſus arādo proſcindo, quod impinguandi cauſa fit. Pli. lib. 18. cap. 20. At illæ meſſes duplicatę docuerunt, quod nunc uocāt artrare. i. aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit uel incipiente calamo, cum iam is bona, terna ve emiſerit folia.

ARATRVM, tri, pe. pr. {*Aratro*}(ἄροτρον) dictum ab Aro uerbo, ſicut à Lauo Lauacrum, & à Simulo Simulacrum, inſtrumentum eſt quo aratur. Vergil. 7. Aeneid. Et terram centum uertebat aratris.

ARATVS, (ἄρατος) poeta Cilix, Aſtronomiæ peritiſſimus, cuius Phænomena extant Græce, & Latine à Cicerone adhuc adoleſcente uerſa. Fuit & alter Aratus, dux Sicyonius, uir optimus, qui patriam ſuam à tyrannide liberauit: de quo Cice. 3. Offi.

ARAVRIVS, (ἀραύριος) Ptole. uel (ut Straboni placet) Rauraris, fluuius eſt Galliæ Narbonenſis, non procul à Maſſilia.

ARAVSIO, ciuitas eſt Galliæ Narbonenſis, prope Aueniouem, principatu nobiliſſimo inſignis. Vulgo Aurange. Huius oppidi meminit Plin. lib. 3. cap. 4. & Strabo lib. 4.

ARAXES, p. p. (ἀράξης) fluuius eſt Armeniæ, eodem in monte, ex quo Euphrates naſcitur, ortum habens, Armeniamq; ab Atropatia diuidens. Luca. lib. 7. Armeniamq; bibit Romanus Araxem. De hoc copioſe ſcribit Pomponius Mela lib. 3. & Plin. mentionem facit lib. 6. cap. 9.

ARAXVM, Plinio, (ἄραξος. Ptolemæo) promontoriū in occidua parte Peloponneſi, nō procul à Patris. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Ptolemæū lib. 3. cap. 16.

ARBA, {*Arbe*}(ἄρβα) apud Plin. lib. 3. cap. 21. inſula eſt ante Illyricum. Ptolemæus uero lib. 2. cap. ultr. Arbam ciuitatem eſſe tradit Scardonæ, quæ eſt inſula Illyrico adiacens.

ARBII, (ἀρβῖοι ἢ ἀρβῖται Stephano) populi ſunt Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedroſiis: ita dicti ab Arbi uicino fluuio. Recenſentur à Plin. lib. 6. cap. 23.

ARBILLA ARVINA, id eſt, pinguedo corporis. Feſtus.

ARBIS, (ἄρβις) fluuius eſt in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedroſiis: à quo uicini populi Arbij (ἀρβῖοι) dicuntur. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

ARBITER, tri, pen. cor. {*Giudice arbitro*}(διαιτητὴς) iudex non à lege datus, ſed ab ijs qui litigant electus, qui totius rei habet poteſtatem: dictus ab arbitrando. i. exiſtimando. Eius enim officium eſt iudicare, non prout iuris ſit, ſed pro ut ipſe æquum eſſe exiſtimet: Iudex uero ex officio dictus eſt. Terent. in Heaut. Simo & Crito uicini hic ambigunt de finibus, Me cepere arbitrum. Legitur et fœmininum Arbitra. Ambroſ. lib. 1. Offic. Conſcientia uera atque incorrupta, pœnarum præmiorumq; arbitra.

ARBITRAMENTVM, {*Arbitrio*}(δίαιτα) idem quod arbitrium, hoc eſt arbitri ſententia.

ARBITRARIVM, {*Arbitrario*}(τὸ ἐφ' ἡμῖν) dicitur quod alicuius arbitrio eſt relictū: ita dictū ab arbitrorū more, qui totius controuerſiæ ſuo arbitrio finiēdæ poteſtatē habēt. Illi. n. nō ad ſummū iuris rigorē, ſed quod ipſis æquiſſimum uidetur, ſolent decidere. Vnde Arbitraria pœna dicitur, quæ nō lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. Martianus: Quā celebrē cuperent, fictor arbitrarius uariabat. Plau. in Amph. Hoc quidē profectū certū eſt, non arbitrarium.

ARBITRATVS, us, {*Parere, uolontà*}(θέλημα) arbitrium, uoluntas, opinio. Cic. in Læl. Cuius diſputationis ſentētias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu.

ARBITRATIO, ſiue Arbitratiæ. {*Secondo il ſuo parere*} aduerbiū, idē quod pro arbitrio, hoc eſt, pro uoluntate. Plau. Poen. Nunc pol ego perij certo, haud arbitrario.

ARBITRIVM, trij, {*Sentenza arbitraria*}(δίαιτα) ſententia eſt quæ ab arbitro ſtatuitur. Interdum dicitur poteſtas arbitro data. Vnde Arbitrium ſuſcepiſſe dicitur, qui partes iudicis ſuſcepit Cic. in proœmio Offic. Iudicio, arbitrioq; noſtro, quantum quoquo modo uidebitur, hauriemus. Interdum idem eſt quod opinio ſiue uoluntas (γνώμη, τὸ αὐτὸ δοκοῦν) ut, Omnia pro meo arbitrio facio: id eſt, ut mihi uidetur, & ut opinor faciendum.

ARBITROR, traris, {*Giudicare, penſare, eſtimare*}(οἴομαι) pen. c. exiſtimo, cenſeo. Cic. 6. Verr. Si hoc, quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, ſuccedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipia in partes, quas alienas eſſe arbitrabar. Interdum accipitur pro ſpeculari, (κατασκοπεῖν) & inquirere ſeu auſcultare. Plau. in Aul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agāt arbitrarier. Apud Iuriſconſ. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & διαιτᾶν à Græcis dicitur. Vlpianus de receptis arb. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, pœna committetur.

ARBOR, oris, {*Albero, arbore Boc. Gior. 3 Nou. 3. Et uenneſene ſu per un'albero à la fineſtra*}(δένδρον, καὶ δένδρος), τῆ notæ ſignificationis nomen: cuius appellatione continentur plantæ maiores, & diſſolutu contumaces, quæ ſimplici caudice, ramiſq; brachiorum more porrectis aſſurgunt: cuiuſmodi ſunt olea, uitis, quercus, & ſimiles. Plinius in procem. lib. 12. Summumq; munus homini datum, arbores, ſyluæq; intelligebantur. Dicitur, & Arbos in nominatiuo: Verg. 4. Geor. Obuiaq; hoſpitijs teneat frondentibus arbos. Huic Feſtus: Arboſem pro arbore antiqui dicebant, & Roboſem pro robore. Arborem fici, ſicut Arborem ficum, dici poſſe, oſtendit Colum. lib. 6. cum ait, In ſcrobem fici arbuſculam depoſito. Cice. pro Flac. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam uidiſſet, fiſcina ficorum obiecaſti. Quod eſt contra Laurentium Vallam.

ARBOR, piſcis eſt in Oceano Gaditano, tam uaſtis diſpanſus ramis, ut fretum nunquam ingreſſus credatur. Auctor Plin. lib. 9. cap. 4.

ARBORARIVS, a, um, adiect. ut, Arborarius picus, qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. cap. 16. Eouſq; qui arborarij pici roſtrum habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

ARBVSCVLA, {*Arbuſcello*}(δενδρύφιον) diminutiuum ab arbor. Varro lib. 3. de Re ruſt. In eo arbuſculas eſſe oportet, quæ ferant glandem. Significat etiā machinulam, quæ Græce ἁμαξίποδα dicitur: in qua uerſantur rotarum axes concluſi laminis ferreis: de qua Vitruuius lib. 10. cap. 17. Arbuſcula præterea nomen eſt mulieris cuiuſdam mimæ. Horat. 1. Serm. Saty. ulti. Nam ſatis eſt equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis alijs, exploſa Arbuſcula dixit.

ARBORATOR, {*Potatore d'alberi*}(δενδροτόμος) nomen uerbale, ab Arboro ras, quod ſignificat eum qui arbores putat, qui & Frondator dicitur. Pli. lib. 18. Frondem medio die arborator ne cædito.

ARBORESCERE, {*Farſi albero*}(δενδροῦσθαι) arborem fieri, uel in arborem creſcere. Plin. lib. 19. Tradunt auctores, in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

ARBORETVM, (δενδρὼν) uide paulo poſt in dictione Arbuſta.

ARBOREVS, rea, reum, {*D'Arbore*}(δένδρινος) quod eſt arboris. Verg. lib. 1. Geor. Arborei fœtus alibi.

ARBOSES, uide Arbor.

ARBVSTA, {*Luoghi doue ſono molti alberi, arborate, bruoli*}(θάμνοι, δενδρῶνες) loca conſita arboribus uitiferis, hoc eſt, ulmis, populis, uel ſimilibus, in quibus uites extendi ſolent: uel ipſæ etiam arbores uitibus maritatæ, & in ordinē digeſtæ. Colu. lib. 5. cap. 5. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet, ſeminaria prius facere debebit. Docet etiam Plinius quomodo arbuſtum ſit faciēdum. Rurſus Arbuſtum, locus eſt in quo arbores ſunt ad fructum conſitæ, ſicut Salictum, uel Salicetum, in quo ſunt ſalices. Hoc & Arboretum aliqui uocant. Gel. lib. 17. cap. 2. Conualles, inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbum eſt, Arbuſta celebratius.

ARBVSTIVVS, a, um, adiectiuum: ut, Arbuſtiuæ uites, (ἀναδενδράδες, δενδρίτιδες) quę arboribus applicantur, & in ſublime procedunt. Pallad. Locum, quem arbuſtiuis uitibus deſtinabis implere. Col. de arborib. cap. 16. Arbuſtiuam uitem, quàm putare, tam alligare diligenter oportet.

ARBVSTO, ſtas, {*Piantar' alberi per ſoſtegno delle uiti*}(δενδροφυτεύω) agrum arboribus conſero ad maritandas uites. Plin. lib. 17. cap. 13. Tranſpadana Italia, præter ſupradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbuſtat agros.

ARBVTVM, {*Corbezzolo*}(κόμαρον) pomum rubrum ſyluarum, quod Plinius Vnedonem uocat, quod aſperitate ſua plura edi non poſſint. Vergil. lib. 2. Georg. Dant arbuta ſyluæ. Duo eius traduntur eſſe genera Comaron, & Mencylon. De quo uide plura apud Plin. cap. 24. lib. 15.

ARBVTVS, pen. cor. (κόμαρος) arbor folio citro ſimilis, ſed raris frondibus, cuius fructus Arbutum, ſeu Vnedo uocatur. Hæc arbor in Arabia excreſcit in altitudinem. 50. cubitorum. Verg. Eclog. 7. Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra.

ARBVTEVS, a, um, {*Coſa fatta di Corbezzolo*} ex arbuto factum: ut, Arbuteæ crates, & Arbuteæ uirgæ, Verg. 1. Georg. Arbuteæ crates, & myſtica uannus Iacchi.

ARCA, cæ, {*Arca, caſſa*}(κιβωτὸς) ſcriniū, capſa, ab arcendo dicta (ut inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat.) q; ab ea clauſa arceantur fures. Cice. in Parad. Animus hominis diues non arca, appellari ſolet. Hinc Arcula diminutiuum, (κιβώτιον) parua arca. Cic. 2. Offic. Pręmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Eſt & Arca urbs Cæleſyriæ, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: cuius meminit Ioſep. lib. 5. Antiq.

ARCADIA, {*Arcadia*}(ἀρκαδία) Peloponneſi regio intima, à mari undique remota: ab Arcade Iouis filio ex Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filia, ſic appellata. Hæc ut Euſtathius docet, aliquando dicta eſt Pelaſgia, a Pelaſgo rege magno, ſapiente uiro, qui uitæ cultioris auctor eis fuit, & uictum ex ſtirpibus herbarum, arborumq; frondibus tranſtulit ad glādem, maximeq; ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantis, & aliquādo Parrhaſia dicta eſt, teſt. Stephano. Arcas autem cum Pelaſgos in deditionem redegiſſet, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc uniuerſam, uelut penſante equorum incurſus natura, in montes 76. attolli. Habet hæc regio aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt. Habet & lapidem asbeſton, hoc eſt, inextinguibilem. Oppida eius præcipua ſunt Mantinea. Tegea. & Stymphalus. Montes Pholoe, Cyllene, Lyceus, Mænalus, & Nonacris, Fluuij Ladon, & Erymanthus.

ARCADIVS, (ἀρκάδιος) Theodoſii filius, Romanorum Imperator fuit cū Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Ortographia, & alterum de Syntaxi conſcripſit. Suidas.

ARCADICVS, ca, cum, {*D'Arcadia*}(ἀρκαδικὸς) quod eſt ex Arcadia: ut, Arcadici mores, Arcadicum pecus. Et Arcadius, a, um. ut Arcadius deus, pro Pane, apud Propert. Arcadium ſydus, Vrſa, uel Arctos. Senec. in Oedipo.

ARCANVM, {*Secreto. Boc. Gior. 8. No. 9. Egli è troppo gran ſecreto*}(ἀπόρρητον) dicitur ſecretum, abſconſum, occultum ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, tuta manent. Poteſt & ab arce dici, quæ tutiſſima pars urbis eſt. Verg. 1. Aen. Longius & uoluens fatorum arcana mouebo. Arcanè, & Arcanò, aduerbia, ἀπορρήτως. Colu. lib. 2. cap. 2. Sed de hac ſententia, quanquam & ipſe paulo ante id cenſuerim, quid tamē arcanius iudicem, ſuo loco mox dicam. Cæſar 1. Bel. Ciu. Ipſe arcano cum paucis familiaribus ſuis colloquitur. Arcanus, a, um, adiect. ut Arcanus homo, qui, quæ audit, tacet, & continet optime. Plaut. Caue ſic dixeris, me dixiſſe hoc. P. Dixiſti arcano ſatis. Arcanus ſenſus. Verg. 4. Aene. Solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus.

ARCAS, cadis, (ἀρκὰς) nomen Iouis filij ex Caliſto, à quo Arcades originem ducunt. Eſt & gentile ab Arcadia. Ouid. 5. Faſt. Arcadis Euandri nomen tibi ſæpe refertur.

ARCATVS, Vide Arquatus.

ARCELLA, {*Lettighetta*} uideri poteſt diminutiuum ab Arcera, de qua infra. Vnde Arcellata uitis, quæ in formam arceræ eſt diſpoſita. Colu. li. 3. ca. 2. Viſ etiam præcocem uitem, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca conſuetudine Dracontion uocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditate've arcellatæ, baſilicæq́, & Bituricæ comparari poſſit, generoſitate uini Amineæ. Et paulò antè: Omnium quas cognouimus, copioſiſſima arcellata.

ARCEO, es, cui, ſine ſupino uſitato (Nam Arcitum non dicimus: licet in cōpoſitis Exercitum dicamus, & Coercitum {*Tener diſcoſto*} (ἀμύνω, ἀπείργω) idē ferè eſt quod propulſo, abigo, & propriè, prohibeo ne accedas. Ci. in Catil. Tum tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcebis. Aliquando legitur pro ſtringo, ſiue coerceo. Ver. 2. Aen. Teneras arcebant uincula palmas. Arcere uim hoſtium, eſt uim ui propulſare, & operam dare ne noceant. Liu. 1. ab urbe: Ad arcendam uim aduenarū, armati ex urbe atque agris concurrunt. Arcere aquā pluuiā. Idē pro Murana: Ille ſcit ut hoſtiū copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Ab arceo fiunt Arx, arcis, Arctus, a, um, & Artus pro mēbris: de quibus infrà ſuo loco.

ARCERA, {*Lettiga*} (φορεῖον) ab Arca deducitur, & ſignificat plauſtrū tectū undique ex tabulis, quaſi arca quædā magna, ueſtimētis inſtrata, ut inquit Aſconius: quo uehiculi genere et ſenes et ęgroti cubātes uectabant. Gell. li. 20. ca. 1.

ARCESILAS, ſiue (ut apud Laertium legitur) Arceſilaus (ἀρκεσίλας, ἢ ἀρκεσίλαος) Philoſophus fuit, ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, qui relicto natali ſolo, Sardeis ſe primū, deinde & Athenas contulit: ubi initio Crātorem, deinde & Polemonem audiuit. Poſt hęc eximius & ipſe Philoſophus effectus, mediā primus Academiam inuexit. Fuiſſe autem traditur miro ingenii acumine, ſed nimia in diſputando pertinacitate. Fuit enim aſſertor ἀκαταληψίας: unde & Ignorantiæ magiſter à Lactantio, appellatur. Hic eſt ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait euertiſſe omnem Philoſophiam, quemadmodum Gracchi euerterunt Rēpub. Induxit enim Philoſophiæ quoddam genus ἀσύστατον: hoc eſt, quod ſubſiſtere non poteſt: aſſerens nihil omnino ſciri poſſe: quod certe abſque repugnantia intelligi non poteſt. Si enim ſciamus nihil ſciri poſſe, iam aliquid ſciamus. Fuit etiam Arceſilaus unus e quinque ducibus Bœotorum, qui ad Troiam cū quinquaginta nauibus aduenerunt. Home. lib. Iliad. 2.

ARCESIVS, (ἀρκείσιος) Iouis fuit filius, pater Laertis ut teſtatur Vlyſſes apud Ouid. 13. Metamor. Nam mihi Laertes pater eſt. Arceſius illi, Iuppiter huic &c. ſcilicet Arceſio.

ARCESSO, ſis, {*Accuſare*} (κρίνω, ἐλαύνω) ab Arceo naſcitur, & ſignificat accuſo, ſiue ad accuſandū eo. Etenim accuſare alium eſt à maleficiis eū arcere. Et hoc modo cōſtruitur cum genitiuo, & aliquando cū ablatiuo. Lib. 1. ad Heren. Arceſſitur Cæpio maieſtatis. Ci. lib. 2. Offi. atque etiam hoc præceptum officij diligenter retinendum eſt, ne quem unquam innocētem iudicio capitis arceſſas. Eſt & Arceſſo, aduoco, ſiue ad uocandum eo, (μεταπέμπω) ab Adcio, d in r mutata. Antiqui enim (teſte Priſciano) d literam mutabant in r, nos in c. Plaut. in Amph. Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat. Cic. pro Roſc. Amer. Cū ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent. Interdum arceſſere eſt præoccupare, uel ante tempus diſtrahere. Ci. Quando arceſſentur? quo genere uecturæ?

ARCHADIVS, grammaticus, lege Arcadius.

ARCHAISMVS, (ἀρχαϊσμός) Latine Antiquitas dicitur. Figura eſt, uetuſte aliquid dictū ſigni ficans. Teren. in And. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli. Vbi Donatus: Plerique omnes pro una parte orationis dixere ueteres ibidem: Ille inſtat factum. Vbi Donatus, inſtat factum, ἀρχαϊσμός, uetuſte: id eſt, inſtat dicere factum eſſe.

ARCHAGATHOS, (ἀρχάγαθος) medicus ex Peloponneſo, Lyſaniæ filius qui primus e medicis Romam uenit, L. Aemylio, & M. Liuio Coſſ. anno urbis DXXXV. cui & ius Quiritium datum eſt, & taberna in cōpito Acilio. Hic primo Vulnerarius cognominatus eſt: mireq́ gratus aduentus eius initio fuit. Mox à ſæuitia ſecandi urendiq́ Carnifex appellatus. Hæc Pli. li. 29. cap. 1.

ARCHANDER, (ἄρχανδρος) Phthii Achæi filius, & Danai gener: de quo Herodo. lib. 2.

ARCHARIVS, {*Soprastante*} (οἰκονόμος) præfectus & moderator dicitur. Paulus ad Rom. Salutat uos Eraſtus archarius ciuitatis. ἀρχὴ à noſtris principium, à quo ἄρχω, impero, præſum.

ARCHEDICVS, (ἀρχέδικος) poeta Comicus, reſcripſit contra Democharē Demoſthenis propinquum. Fabulæ ipſius Theſaurus, & Diamartanon. Auctor Athenæus in Dipnoſophiſtis.

ARCHELAVS, (ἀρχέλαος) philoſophus Athenienſis, ſeu Mileſius, qui patrem habuit Apollodorū, & fuit auditor ſucceſſorq́ Anaxagoræ, à quo Socrates Philoſophiā audiuit. Hic Phyſicam Philoſophiam ex Ionia Athenas inuexit: eſtq́ Phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit Philoſophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquā ne hic quidē Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt. Fuit & alter Archelaus Antenoris Troiani filius quem Hom. ſcribit rei militaris peritiſſimū fuiſſe. Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. Alius de rerū naturis carmine ſcripſit. Alius Oratoriam docuit. Auctor Diogenes Laertius.

ARCHEMOLVS, uide Anchemolus.

ARCHEMORVS, pe. cor. (ἀρχέμορος) Lycurgi Thracum regis filius, & Hypſipylæ Thoantis filiæ alumnus: quæ cum ſitientibus, qui ad Thebarum expeditionē proficiſcebantur, Langiā fontem oſtenderet, Archemorum puerum ſuper uiridi herba depoſuit, qui à ſerpente uulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus uocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quē Nemæos ludos appellarunt. Vide Statium li. 6. Theb. Alius fuit Anchemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ouidius Antegorum nominat.

ARCHEPTOLEMVS, (ἀρχεπτόλεμος) filius Iphyti, auriga Hectoris, Eniopeo interfecto à Diomede, ſuffectus.

ARCHETYPVS, pe. co. (ἀρχέτυπος) adiectiuum, eſt quodcūq ita primū fabricatum eſt, ut exemplar reliquis ſit. Martial. li. 8. Archetypum Myos argētum ſe dicit habere. Eſt & Archetypum ſubſtantiuum, {*Modello*} quo ſignificatur primum exemplar, quod quis ſibi imitandum proponit. Pli. Iunior ad Antonium: Vt pictores pulchram abſolutamq́ faciem, raro niſi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Dicuntur etiam Archetypa, ſigna, ſtatuæ, uaſa, & tabulæ, non ad aliorum ſimilitudinem efficta, ſed à nobili quopiā artifice primū confecta. Martia. lib. 8. Archetypis uetuli nil eſt odioſius Aucti.

ARCHEZOSTIS, (ἀρχέζωστις Dioſcoridi) herba quam Latini uitem albā uocant, Græci etiam ἀμπελόλευκην, ſatiuæ uiti folijs, ſarmentis, & pampinis ſimillima. Vide Plin. lib. 23. cap. 1. Et Ruellium lib. 3. cap. 153.

ARCHIAS, (ἀρχίας) poeta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorū oratorum, præſertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum diſcederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam uenit, & adſcribi in eandē uoluit: quod & ſua uirtute, & Luculli amicitia facile impetrauit. Poſtea uero mota ei de ciuitate cōtrouerſia, cū eo nomine in iudiciū uocatus eſſet, defenſus eſt à Cicerone breui quidē, ſed tamē ornatiſſima illa oratione, quæ etiā nunc extat, in qua multa de poeticæ, atq; adeo ipſius Archiæ laudibus obiter admiſcētur. Fuit nē Archias, qui cōdidit Siracuſas, ut ſcribit Volaterranus. Rurſum alius Hyblęus quidā præco celeberrimus: qui ter uicit Olympia, & Pythia: ubi icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux. Alius item fuit Mitylenæus, muſicus.

ARCHIATER, & ARCHIATRVS, tri, {*Protomedico*} (ἀρχίατρος) medicorū princeps. ἰατρὸς .n. medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic uulgo Protomedicus appellatur. Archiater dictus eſt Aeſculapius, tanquā præſes deusq́ medicorū. Hieronymo dictus eſt Archiater Saluator noſter, qui languētiū animarū præſentiſſimus eſt opitulator. In Codice Imperatorio legimus priuilegiis imperatorijs archiatros decorari. Caſſianus Archiatros ſalutis magiſtros uocat.

ARCHIBIVS, (ἀρχίβιος) Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ ſub Traiano principe. Fuit etiam alter euſdē nominis Grammaticus, qui Cōmentarios conſcripſit in Callimachi Epigrammata. Vtriuſq; meminit Suidas.

ARCHIDAMVS, (ἀρχίδαμος) pen. cor. nomen uiri Spartani, qui rogantibus ſocijs quantum pecuniarum foret ſatis ad bellum Peloponneſiacum, ita ter reſpondit, Bellum ordinata non quærit.

ARCHIGENES, (ἀρχιγένης) pe. cor. medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini diſcipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Traiani tēporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tāquam in hominem imperitum, ſæpiſſime inuehitur Galenus. Meminit euſdem & Iuuena. Saty. 7. Tunc corpore ſano Aduocat Archigenem.

ARCHIGERONTES, (ἀρχιγέροντες) Latine, principes ſeniorū, ſeu ſummi ſenes. Alciatus de epiſc. & cler. C.

ARCHIGRAMMATEI, {*Gran cancellieri*} (ἀρχιγραμματεῖς) dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutar. Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea Alexandri Magni. Vulgo Cancellarij uocantur.

ARCHILOCHVS, (ἀρχίλοχος) pen. cor. nomen poetæ Lacedæmonij. hic fuit inuentor carminis Iambici, quod ab eo Archilochiū uocatur: quo Lycamben quendā, quòd filiam ſibi pactam alteri locauiſſet, ad ſuſpendium creditur adegiſſe. Hora. in Arte: Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrē in expeditione Troiana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. Alius fuit Siculus, qui Ariciam urbem condidit.

ARCHIMAGIRVS, pen. pro. {*Maſtro de cuochi*} (ἀρχιμάγειρος) princeps & magiſter coquorum, qui coquinæ præeſt. μάγειρος enim Latine coquus. Iuuena. Finxerunt pariter librarius, archimagiri.

ARCHIMANDRITÆ, pen. pro. {*Abbati, priori, guardiani, generali, capi di religione*} (ἀρχιμανδρῖται) dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longe diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti, quòd principes mandræ & agminis ſint. Mandræ quoq; ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolēt ſtabulari. Hinc Epiſcopi Archimandritæ à Græcis dicti poſſunt uideri, non diſſimili ratione, ab ea, qua à nobis dicuntur paſtores. Alciatus ſcribit Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatem. Priſci enim illi monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, in ſpeluncis, & cauis montium habitabant.

ARCHIMEDES, (ἀρχιμήδης) nomē propriū uiri Syracuſii, qui Geometricæ, ac machinalis, ſideraliſq; ſcientiæ conſultiſſimus fuit, & celeberrimus teſtimonio Liuij, & Plinij, & Plutarchi. Hic uelut deus terrenus mechanico artificio ſphærā uitreā fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorū uidebantur. De qua ſic ſcribit Claudia. iura poli, rerumq́ Deorū Ecce Syracoſius trāſtulit arte ſenex. Percurrit proprium mentitus ſigniſer annū, Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarū interdixit, ne Archimedes unus uiolaretur. uerum cū Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, à milite ignaro quis eſſet, interfectus eſt.

ARCHIMIMVS, mi, {*Principe de buffoni*} (ἀρχίμιμος) mimorū princeps. Sunt autē Mimi, qui in ſcena geſtus eorum, quos uolunt irridere, exprimunt et imitantur: à τοῦ μιμεῖσθαι, quod eſt imitari. Tranquillus in Veſpaſiano: Fauor archimimus perſonā eius ferens, ſuſtinensq́ (ut eſt mos) facta & dicta uiri, &c. Vtitur etiam hac uoce Iu... de operis libert. l. patronus. Nam ſi quis (inquit) archimimum, uel pantomimum &c.

ARCHIOTÆ, pe. pro. (ἀρχειῶται) dicebantur qui publico archiuo præerant. In ſcholiis Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe, in quem fontes ducerentur, eumq́ à iunioribus ἀρχεῖον appellari. Alciat.

ARCHIPIRATA, tæ, {*Capitano de corſari*} (ἀρχιπειρατής) prædonū dux, Cice. 2. Offi. Ille, qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſocus, aut relinquitur.

ARCHIPPOCOMVS, p. c. (ἀρχιπποκόμος) dicitur hippocomorum præfectus. Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἱπποκομέω uerbo neutro, quod ſignificat equos curo. Eſt itaque Archippocomus, quē Galli Magnum ſcutarium uocant.

ARCHIPPVS, (ἄρχιππος) nomen philoſophi, qui Thebis ſcholas habuit (ut ſcribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

ARCHITECTOR, ctaris, {*Fabricare. Pet. Queſti fur fabricati ſopra l'acque*} (ἀρχιτεκτονέω) cōſtruo, fabrico. Vitru. lib. 9. cap. 4. Nāq; in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitq́ cardines, tanquam centra. Translate ponitur à Cic. 2. de Fini. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt, ut optime poſſit architectari uoluptates? id eſt, formam & rationē fruendarum uoluptatum cōminiſci & præſcribere: quemadmodū architecti opera minoris ſumptus & magnifica, ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Budæus.

ARCHITECTVRA, {*Architettura Arioſt. Con bella architettura era ſuſſeſo*} ædificandi ſcientia. Græce ἀρχιτεκτονική. Architectone dicitur. Hoc nomine Vitruuius opus ſuum inſcripſit, quod de ædificandi ratione conſcripſit. Cic.

lib. 1. Offi. Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrinæ rerum.

ARCHITECTVS, {*Architetto, ſopraſtante alle fabriche proto. Pet. Non tal dentro architetto com'io ſtimo*} (ἀρχιτέκτων) nomen cõpoſitum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων faber: principalis faber fabricandi artẽ habens, uel qui ſtructuris ædificiorũ præeſt, & quæ fabricanda præſcribit. Architectus (ut inquit Plato lib. de Regno) magno miniſterio nõ utitur, ſed utentibus præſidet. Fabri autẽ, qui aliquid manu faciunt in ædificijs, alij funguntur ingenio, alij opera ualẽt. Cic. Var. Si quis adhibere uolet nõ modo ut architectos, uerumetiã ut fabros ad ædificandã Rempublicã, poterimus & nos libenter accurrere. Martia. lib. 5. Si duri puer ingenij uidetur, Præconẽ facias, uel architectũ. Architecton, onis, idẽ, quod Architectus. Plau. Pœn. Me dolis iam ſuperat architectonẽ. Architectonicus, a, um, adiect. (ἀρχιτεκτονικός) ad architectonẽ pertinens. Vitru. li. 9. cap. 4. E qua per rationes architectonicas, circiniq; deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo. Architectonice, ces, fœmi. gene. (ἀρχιτεκτονική) ars ipſa architectandi. Quinti. lib. 2. Aliæ quoque artes minores habent multiplicẽ materiã, uelut architectonice: námque in omnibus quę ſunt in ædificio utilia, uerſatur.

ARCHITRICLINVS, pe. pro. {*Scalco. Arioſt. Lo ſcalco por la menſa fatto hauea*} (ἀρχιτρίκλινος) qui præeſt triclinio. Erat autem Triclinium cœnaculũ tribus ad accumbendum lectis ſtratum. Iuue. Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare, ut eduliorum uariorum fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, utq; recte omnia diſpoſita eſſent.

ARCHIVVM, {*Cancellaria*} (ἀρχεῖον) armarium librorum, ſeu locus publicus, in quo acta urbis & ciuium recondi conſueuerunt. Romani Tabularium dicunt, Græci Chartophylacium.

ARCHON, ontis. (ἄρχων) ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginẽſcis, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teſte Suida, Archontes nouẽ, quorũ ſex Theſmothetæ, hoc eſt, legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus, qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magiſtratu ſic ſcribit Budæus: Archontes qui fuerint, nõ plane conſtat. Suidas nomẽ fuiſſe auctor eſt, & inter eos numerat Theſmothetas: recte, ut opinor, cũ idẽ ſentire uideatur enarrator Demoſthenis: quippe qui Archontas etiã Theſmothetas appellet. Sed ex his unus erat princeps collegij & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis uocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimã partem conſilij & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem, πρυτανεύοντας, hoc eſt, magiſtratum cum gerentes, & in ſingulos menſes uices mutantes. Verum is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, ſimili etiã ratione Prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor: ita hic Archon Athenis iudicibus præſidebat. Cice. de Fato. Morietur Epicurus, cum duos, & ſeptuaginta annos uixerit, archonte Pytharato.

ARCHONTICI, (ἀρχοντικοί) hæretici quidam à principe appellati, qui uniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

ARCHYTAS, p. p. (ἀρχύτας) Heſtiæi, ſiue (ut alij malunt) Mneſarchi filius, Philoſophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonẽ aduerſus Dionyſij inſidias præſtitit incolumẽ. Hic in Mathematicis maiorem humano captu progreſſum feciſſe traditur, adeo ut & cubum primus inuenerit, & columbam ligneam tam affabre effinxerit, librauerit, & inflauerit, ut uiuæ uolatum imitaretur. Primus etiam platagen, hoc eſt, crepitaculum puerorum traditur inueniſſe, quo pueros nunquam interquieſcentes detineret, & à periculoſioribus ludis auocaret. Hinc factus eſt locus prouerbio, ut deſipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicamus recidiſſe.

ARCHILALIS, (ἀρχιλαλίς) oppidũ eſt Hiſpaniæ, in tractu Bætico. Ptolemæus.

ARCINNA, (ἀρκίννα) oppidum eſt Daciæ, Ptolemæo.

ARCIRMA, {*Carretta Arioſt. Hor pur che di canalli e di carette*} (ἄμαξις) genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. Feſtus.

ARCITENENS, adiect. (τοξοφόρος) Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, q; ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. Verg. 3. Aenei. Quam pius Arcitenens oras & littora circum Errantem, Mycone celſa, Gyaroq; reuinxit.

ARCIO, arcis, arciui, arcitum, {*Porre, immettere*} pro indere, & adigere accepiſſe uidetur Cato de Re ruſti. cap. 40. Surculum aridum, præacutum, inter librũ & ſtirpem arcito primores digitos duos. Et paulo poſt: Surculum aridum, quẽ arcitueras, eximito: coq; arcito ſurculum quem inſerere uoles: librum ad librum uorſum facito, arcito uſque adeo, quo præciueris. Antiquum eſt uerbum.

ARCONICVM, uide infra in dictione Arſenicum.

ARCOPHTHALMON, (ἀρκόφθαλμον) à quibuſdam appellatur herba, quæ Chryſogonon Dioſcoridi dicitur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quę inter Notha Dioſco. à doctioribus numerantur.

ARCOPHYTON, (ἀρκόφυτον) ex iis eſt nomẽclaturis, quæ Bechio, ſeu tuſſilagini herbæ in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus tribuuntur.

ARCTO, ctas, {*Stringere. Pet. Et ſi ſoauemente lega è ſtrigne*} (στενόω) frequentatiuum eſt formatum ab Arctum inuſitato ſupino uerbi Arceo idẽ ſignificans, quod conſtringo. Colu. lib. 12. cap. 43. Nonnulli adiecto defruto, contenti ſunt tranſuerſas perticas arctare. Eſt item Arctare, anguſtius facere. Pli. lib. 3. ca. 6. Etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur.

ARCTOMYS, (ἀρκτόμυς) animal habens ſimilitudinem muris & urſi.

ARCTONNESVS, p. p. {*Chizico*} (ἀρκτόννησος) oppidũ eſt Mileſiorũ, ad Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Pli. lib. 5. cap. ulti.

ARCTON, (ἀρκτῶν) mons, qui imminet Cyzico, ita dictus à Ionis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id eſt, in urſas migraſſe tradunt.

ARCTOPHYLAX, pen. cor. *Artofilace. Arioſt. Et ſtarſi come artofilace è l'orſe*} (ἀρκτοφύλαξ) ſidus iuxta maiorem Vrſam, alio nomine Bootes. Cicero in Phænom. Arati: Arctophylax, uulgo qui dicitur eſſe Bootes. Latine Vrſæ cuſtodem interpretari poſſumus. Nam ueluti cuſtos quidam Vrſæ adhibitus, à tergo eam ſubſequitur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plauſtrum ſequatur: ruſtici enim Septentriones Plauſtra uocant. Fabulantur autem poetæ, hunc eſſe Caliſtus ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit.

ARCTOS, {*Orſo, ò orſa*} (ἄρκτος) apud Græcos urſum, uel urſam ſignificat. Quo fit, ut & pro duobus ſignis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrſæ appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septẽtrionali polo, uelut axe quodam, nixæ, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinata, alterius contegat caput: ſed caput eius quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contẽdat: Alterã maiorem Vrſam ſiue Helicen: alterã minorẽ Vrſam, ſiue Græcorũ lingua, Cynoſuram, id eſt, canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonij obſeruant inter nauigandum. Eſſe duas Arctos, quorum Cynoſura petatur Sidonis, Helicen Graia carina notat. Helicen ſcribit Heſiodus Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filiã fuiſſe. Hanc ſtudio uenationis inductã, relicto patre, ſeſe in ſyluas contuliſſe, factamq; unã ex comitibus Dianæ, à qua cum mirifice amaretur, quodã die ſolã in ſyluis inuẽtã à Ioue compreſſam fuiſſe. Quod facinus quum aliquandiu celaſſet, tandem iuſſam cũ cæteris uirginibus lauari, tumore uteri crimen detexiſſe. Quamobrem indignatã deam, in Vrſæ effigiem eam commutaſſe, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea ſpecie nõ multo poſt filium peperiſſe, quem Arcada nominauit: a quo poſtea dicta eſt Arcadia Peloponneſi regio. Ab Arcto oritur, Arcticus, & Antarcticus.

ARCTOVS, (ἀρκτῷος) pen. pro. adiectiuum ab Arcto, idem quod Septentrionalis. Martia. lib. 10. Felices, quibus urna dedit ſpectare coruſcum, Solibus arctois, ſyderibusq; ducem. Arctous orbis. Luc. lib. 1. Arctoa ſedes, & Arctous polus, Senec. in Herc. Oetæo.

ARCTICVS, a, um, adiect. (ἀρκτικός) ut Polus arcticus, hoc eſt, ſeptentrionalis: cui oppoſitus eſt Antarcticus polus, hoc eſt, meridionalis.

ARCTVRVS, (ἀρκτοῦρος) ſtella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Vrſę, cuius ortus & occaſus tẽpeſtates facit: dictus Arcturus, παρὰ τὴν τῆς ἄρκτου οὐράν, hoc eſt, ab Vrſinæ caudæ ſimilitudine. Verg. 1. Geor. At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

ARCTVS, cta, ctum, {*Stretto*} (στενός) anguſtus, ſtrictus: ab arcendo, id eſt, conſtringendo. Cic. 3. Verr. Mihi credite, arctioribus apud Populum Romanum laqueis tenebitur. Inde Arcte aduerbium. Colum. lib. 3. In tribulum fictile uel cornu arcte inferito.

ARCVLA, æ, {*Caſſetta*} (κιβώτιον) diminutiuum pro ſcriniolo, ſeu parua arca. Cic. 2. Offi. Præmittebat de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres. In auſpiciis quoque arcula dicebatur, teſte Feſto, auis, quæ aliquid fieri uetabat: ab arcendo nomen habens, quod conſulentem à re aliqua aggredienda arceret, hoc eſt, prohiberet.

ARCVLATA, circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

ARCVLVS, {*Archetto*} diminutiuum ab arcus, τοξάριον: à quo fit aliud diminutiuum Arcellus. Arculus præterea teſte Feſto, dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcarum. Item Arculus, ut idem Feſtus teſtatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda cõmodius uaſa quæ ad ſacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienſes, poſtea ad alias quoq; nationes tranſlatus, ut uirgines nubiles Dianæ ſacra capite gererent in caniſtris, (unde Canephorę κανηφόροι dictæ ſunt) circulis quibuſdã ſuppoſitis, ut firmius inhęrerent: hoc ipſo Dianæ fidẽ facientes, ſe uirginitatis pertæſas, cupere exautorari.

ARCVO, as, are, {*Piegar in modo d'arco, inarcare*} (καμπτειν, καμπυλίζειν, κυρτοῦν) in modum arcus curuari. Pli. li. 26. ca. 6. Illam autem, quæ non arcuatur, Scpa Græci uocant, alij Scolopendram. Arcuatus, a, um, particip. curuatus in modum arcus. Liu. 1. ab urb. Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit. Dicitur etiam Arcuatus, correptus ictero, hoc eſt, morbo regio: de quo uide infra Arquatus. Arcuatim, aduerbium, in modum arcus. Pli. li. 29. c. 6. Millepeda, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ, piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens ſeſe.

ARCVS, huius arcus, quartæ tantum declinationis, {*Arco. Pet. Et la pharetra & l'arco hauea ſpezzato*} (τόξον) inſtrumentum eſt notũ, è quo ſagittæ iaculãtur. Cic. de Sen. Appius animũ intentum, tanquam arcum habebat. Dictus eſt autẽ Arcus ab arcendo, q; eminus arceat hoſtẽ, nõ comminus propulſet, quemadmodum enſis aut haſta. Eſt præterea Arcus, (καμάρα, κύρτωμα) curuatura in ędificijs quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc eſt, continẽdo, uel conſtringendo ædificio. Cic. Iam enim atriolum, & arcus duos abſoluerat. Arcus item, ſiue (ut Nonio placet) Arquus (ἶρις) accipitur pro arcu cœleſti quem pluuio tẽpore uarijs coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. Hora. in Arte: Aut flumen Rhenũ, aut pluuius deſcribitur arcus. In hac autẽ ſignificatione, etiã per ſecundã declinationem inflexum legitur. Cice. 2. de Natu. Deo. Cur autẽ arci ſpecies in Deorum numerum non reponitur. Ennius genere fœminino protulit. Formatur autẽ arcus cœleſtis hoc modo. Dũ enim ſol in nubibus rareſcẽtibus ex aduerſo refulſerit, radioſq; ſuos directa linea humori nubilo trãſfundens impreſſerit, fit repercuſſio ſplendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicãs arcus ſpeciẽ format. Sicut enim impreſſa cera anuli imaginẽ exprimit, ſic nubes ex aduerſo et rotunditate ſolis figurã ſumentes, orbẽ efficiunt, & arcus effigiẽ fingunt. Apparet autem hoc non ſemper, ſed cum rareſcunt nubila cœli. Nam rurſus cum coeunt in ſe nubes atque denſantur, confeſtim arcus forma reſoluitur. In nubium enim denſitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Denique ſine ſole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem eſt, quia ex omnibus elemẽtis in ſe rapit ſpecies. De cœlo enim trahit igneũ colorem, de aquis purpureum, de aere album de terris colligit nigrum. Nonius hoc diſcrimẽ ſtatuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicatur Fornix ſuſpenſus: Arquus uutem, non niſi qui in cœlo apparet, quem Irim poetæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos uult, quibus color & oculi uirent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Verum eam differentiam non uſquequaque obſeruari, abunde magno illud eſt argumento, q; & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro ſagittariis.

ARDEA, (ἐρωδιός) auis quædam, quaſi ardua, quoniã uolando alta petit. Ver. 1. Geor. Atque altam ſupra uolat ardea nubem. Huius diminutiuũ eſt Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Ariſtotele: Leucon, ab albedine dictum: Aſterias a fulgore aſtrorũ: et Pelos, ab aduerbio πέλας quod prope ſignificat, quoniam hoc tertium non ita alte uolat. Eſt & Ardea, (Ἀρδέα) nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorũ regia, a Danae Perſei matre, uel, ut alij malũt, a Dauno Pilumni filio condita: & à feruore regionis ſic dicta, quæ decẽ & octo milliaria ab urbe eſt poſita. Martial. Ardea ſolſtitio, Pęſtanaq; rura petãtur, Quiq; Cleonæo ſidere feruet ager. Seruius Ardeam dictam ait, quaſi arduã, id eſt, ma-

gnam

gnam & nobilem. Higinus uero ab augurio auis Ardeam dictam uult. Hanc urbem poſt Turni mortem igne conſumptam, & in auem ſui nominis commutatam eſſe fabulatur Ouid. 14. Metam.

ARDEATES, pen. pro. (ἀρδεᾶται) populi ſunt Ardeæ incolæ. Ardeas, atis, adiectiuum. Cic. 3. de Natu. Deo. Cum in agro Ardeati rem diuinam facere ſolemus. Legitur & Ardeatino.

ARDELIO, {Inquieto, ceruellino, che uorebbe fare ogni coſa} (πολυπράγμων) homo inquietus, & huc atque illuc ſemper uolitãs, ſaliens, & omnibus negotijs ſeſe immiſcens. Mart. ad Attalum. Vis dicam, quid ſis, magnus es ardelio.

ARDEO, ardes, arſi, arſum, {Ardere. Pet. Tremo al piu caldo, & ardo al freddo gielo} καίομαι, πυρῶμαι. ſignificat concremor, flagro, deflagro. Verg. 5. Aene. Namq; uolans liquidis in nubibus arſit arundo. Per tranſlationem Ardere ponitur pro ardenter, ſeu impatienter amare, ſiue alicuius rei cupiditate, uel ſtudio teneri, & ſic modo cũ accuſatiuo, modò cũ ablatiuo conſtruitur. Ver. 2. Eclog. Corydon ardebat Alexim. Horat. in epod. ode 14. Nõ aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium. Cic. Quoniã nimio uidendi te deſiderio ardebã. Et cum infinitiuo. Ver. Patriæq; mori pro mœnibus ardent. Interdũ pro feſtinare, σπεύδειν. Vnde Ardens, pro feſtinãte, ingenioſo, acutoq; ponitur, quod inſtar ignis omnia penetret: ſicut econtrario Segnis dicitur tardus, quaſi ſine igne. Ver. 1. Aen. Inſtant ardentes Tyrij. Interdum pro fulgorem emittere, αἴθω. Idẽ 4. Aen. Tyrioq; ardebat murice læna. Vnde & Ardens (αἴθων) pro fulgido, ſeu flammeo. Interdum furere, uel iraſci, ut apud eundem li. 10. Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen Ardens limitem agit ferro, te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Huc pertinent illa, Ardere bello, auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, inuidia, &c. Huius compoſita ſunt Exardeo, (ἐκφλέγομαι) Inardeo, & Perardeo, in quibus præpoſitio auget uim ſignificationis. Ardens, (πυρικαυστὸς) nomen ex participio: ut, Ardentiſſimæ diei horę. Plin. lib. 21. cap. 3. Ardentiſſimus color. Pli. li. 21. ca. 4. Addidere alij Mileſium, cuius ſit ardentiſſimus color. Ardenter, aduerbium, πυρικαῶς. Pli. li. 12. ca. 19. Auſtros ibi tam ardenter flare, ut æſtatibus ſyluas accendant. Arſurus, particip. futurum. Ouid. 14. Metam. Luridaq; arſuro portabat membra pheretro.

ARDOR, oris, {Ardore} (καῦμα) uehemens calor, & incendium. Cic. 4. Acad. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.

ARDESCO, ſcis, {Diuentre ardente} (φλέγομαι, ἐκκαίομαι) ardens fio: iterum atque iterum ardeo, ignem concipio. Ver. 1. Aen. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. Inde Exardeſco, & Redardeſco. Ouid. de Remed. Flamma redardeſcit, quæ modo nulla fuit.

ARDISCOS, (ἀρδίσκος) teſte Ariſtarco, fluuius Scythiæ, cuius meminit & Herodo. lib. 4.

ARDYS, (ἄρδυς) filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno ſucceſſit, ut ſcribit Herodo. lib. 1.

ARDVENNA, {La ſelua d'Ardenna} ſylua eſt miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Treuirorum finibus, ad Neruios uſque pertigit, & in longitudinem, teſte Cæſare, millibus amplius quingentis patuit.

ARDVM, {Arido} ueteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilij ex lib. 27. Ardum, miſerrimum, atque infelix lignum ſambucum uocat.

ARDVVS, a, um, {Arduo, alto, difficile, malageuole. Boc. Gio. 8. No. 7. Ella è piu malageuole coſa à fare} altus, & aſcenſu difficilis. ἀναφαντος, ἀνωφερής. Ouid. 2. Meta. Ardua prima uia eſt. Per metaphoram accipitur pro difficili, laborioſo, & moleſto. Salluſt. in Catil. At mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. Quod uerbum exponens Gel. lib. 4. cap. 15. inquit: Sed Arduum, Salluſtius non pro difficili tantum, ſed pro eo quoque ponit, quod Græci δύσχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod eſt cum difficile, tum moleſtum quoq; & incommodum, & intractabile. Plin. lib. 2. cap. 46. Tam ardua inuentu perquirere, inter bella præſertim & infida hoſpitia.

ARDVITAS, atis, {Altezza} altitudo, ut, Montium arduitas, atque aſperitas. Var. 1. de re Ruſt. cap. 10.

AREA, {Aia, piazza. Boc. Gior. 8. No. 7. Ella non ſapea bene che coſa fuſſe il mettere in aia con li ſcoiari} (ἅλως καὶ ἅλων) proprie dicitur locus purus in urbe ſine ædificio, quem Græci πλατεῖαν dicunt. Dicta Area, quod ardore ſolis fit facta arida, & non poſſit quicquam generare. Quidam ab ara deducunt, quod ſicut ara pura eſt, ita areæ in urbe, ſiue uico, loca pura ſunt, id eſt, ſine ædificio. Vel quod ſicut aræ flammis, ita areæ ſolis ardore torreantur. Valla: Campus, eſt planities ampla & grandis, ideoq; ſpatioſæ plateæ, areæ'ue, campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: nam locus huiuſmodi uocatur area. Cic. in Paradoxis: Etenim ſi callidi iſti rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimant, quod ei generi quaſi nocere nihil poteſt. Suetonius tamẽ in Cæſare poſuit Aream pro loco puro accommodato foro extruendo, cum inquit: Forum de manubijs inchoauit, cuius area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. Itẽ area dicitur ſolũ terreũ, ſeu planities glabra, id eſt locus purgatus, coæquatusq; & cylindro cõſolidatus, plateis amplitudine ſimilis, ubi frumenta areſcunt & teruntur. Ver. li. 1. Geor. Area tũ primũ ingenti eſt æquanda cylindro. Itẽ Area, & per diminutionẽ Areola, eſt terra probe ſubacta, atque ſata, ſeu ſerenda: qualia ſunt in hortis quadrata quædam & bene ſubacta, & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina iaciuntur. Colu. Areæ ſic informandæ ſunt, ut facile runcantium manus ad dimidiã partẽ latitudinis perueniant. Apud Geometras Area ſumitur pro ſpatio uacuo in aliqua figura, ut in triangulo, uel quadrangulo. Itẽ Area morbus eſt capitis cũ profluuio capillorũ: ita dictus, quod areas quaſdã, hoc eſt, loca capillis uacua in capite efficiat. Celſ. li. 6. cap. 4. Arearum genera duo: commune utrique quod emortua ſumma pellicula, pili primũ extenuantur, deinde decidunt. Ea quę ἀλωπεκία appellatur, ſub qualibet figura dilatatur: fit & in capillo: & in barba. Id uero, quod à ſerpẽtis ſimilitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio, et duorũ digitorũ latitudinẽ non excedit. Hæc ille. Area præterea à quibuſdã nominatur, ſpecies uel imago ſidereæ claritatis illuſtrata undique, quæ & ἅλως à Græcis dicitur: differẽs ab iride, quod hæc aduerſo ſole appareat: Area uero totũ ſidus ambitu ſuo cingat. Vide Commentariũ de Mundo, qui Ariſtoteli adſcribitur.

AREATOR, (ἀλωητὴς) qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. Col. lib. 2. cap. 21. Atque hoc ſupremum areatoria emolumentum percipiendorũ ſeminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen ſententia, Aratoris, hic non Areatoris, legendum eſt.

ARECOMICI, orum, populi ſunt Galliæ Narbonenſis, trans Rhodanum, in occaſum uerſi, quorum metropolis eſt Nemauſum. De his Plin. lib. 3. cap. 4. & Pomponius lib. 2. Strab. Ariconiſcos uocat, Ptolemæus Arecomios.

AREFACIO, {Seccare} (ξηραίνω, αὐαίνω, σκελετεύω) aridum facio. Cato de Re ruſt. cap. 69. Poſtea amurcam eximito, & arefacito. Pli. lib. 13. cap. 22. Quidam caulem incidunt per meſſes, & in ipſa excauant radice, quo ſuccus cõfluat, arefactumq; tollunt. Huius paſſiuum eſt Areſio, ξηραίνομαι pro exiccor.

ARELATE, (ἀρελάτη) ciuitas eſt in Mediterraneo Narbonẽſis Galliæ, à Plinio dicta Colonia Sextanorum, quoniã ex ſexta legione coloni eo deducti ſunt. Eſt & Germaniæ ciuitas in Norico, Ptolemæo: quæ uulgò Lantz appellatur.

AREMORICA, æ, {Guaſcogna} Gallię comatę pars tertia, à Celtis Garumna fluuio diuiſa: alio nomine Aquitania dicta, teſte Plin. lib. 4. cap. 17.

ARENA, (ἀρήνη) Peloponneſi ciuitas eſt iuxta Pylum, quæ flumine Minyeio abluitur. Vrbis huius meminit Home. lib. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.

ARENA, {Arena, ſabbione} (ἄμμος) tenuiſſimus puluis & aridus, ideoq; ab ariditate deductũ nomen quidã exiſtimant. Caret enim omni humore & ſucco unde & plurimum aquæ ebibit: & ita ſine aſpiratione ſcribi debet. Nec quenquã mouere debet, quod Arena habeat primã breuem, Areo uero productã, cum deriuatiua non ſemper primitiuorum naturã ſeruent. Alij per aſpirationem ſcribunt, uoluntq; dici ab hærendo, quod ſibi inuicẽ propter tenuitatẽ cohæreat: uel quod cũ calce parietibus inhæreat, ſicut in fabricis uidemus. Eius uero tres ſunt ſpecies: ſcilicet Foſſilis, fluuiatilis, & marina, inter quas craſſior ſabulum (ψάμμος) nuncupatur. Quandoque tamen Arena ponitur pro loco, in quo pugnabãt gladiatores. Suetonius in Augu. Quodã autem muneris die Parthorum obſides tunc primũ miſſos, per arenã mediam ad ſpectaculũ induxit. Hinc Arenarij dicti ſunt gladiatores, qui in arena depugnabant. Per tranſlationem Arenam dicimus pro foro, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Seneca: Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forũ arenam. Hinc Plin. Arenam ſuam appellat Centumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet raro pluralem numerum habeat, Verg. tamen dixit, Quàm multæ zephyro turbantur arenæ.

ARENACEVS, cea, ceum, {Di Arena} ἀμμώδεις. quod ex arena eſt. Pli. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea arenacea. Idem li. 13. cap. 15. Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

ARENARIVS, ria, rium, {Pertinente all'Arena} ἀμμώνιος: quod ad arenam pertinet, ut Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt. Arenarius, ſubſtantiuum, qui arena depugnat. Calliſtratus: Nec ſi meretrix manumiſſa fuerit, eaſdem operas patrono præſtare debeat: nec arenarius manumiſſas tales operas: quia iſtæ ſine periculo uitæ præſtari non poſſunt.

ARENARIÆ, arũ, {Doue ſi caua la rena} fodinæ in quibus foditur arena. Ci. pro Cluen. In arenarias quaſdam extra portam Eſquilinã productus occiditur.

ARENATVS, ta, tum, {Coſa meſchia con arena} (ψαδυρὸς) quod arena mixtum eſt: ut, Calx arenatus. Cato de Re ruſt. cap. 18. Poſtea cæmentis minutis, & calce arenato, ſemipedẽ unumquodq; corium ſtruitur. Vſurpatur & Arenatum ſubſtantiue, pro eo quod ex arena factum eſt: ſicut Marmoratum, quod ex marmore. Vitruuius: Quæ autem tectoria fundata arenati & marmorati ſoliditate ſunt. Varro de Re ruſt. Vbi libraueris de glarea & calce, arenatũ primo corio facito. Pli. In Græcia tectoriis etiam arenatum quod ducturi ſunt, prius in mortario ligneis uectibus ſubigunt. Arenatum alio nomine Intritam uocamus: Barbari etiam Mortarium: nonnulli & Cæmentum, ſed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides ſignificantur impoliti, uel potius lapidum fruſta, quæ arenato coniunguntur: ut latius docebimus ſuo loco.

ARENOSVS, ſa, ſum, {Arenoſo, abondaute, ò pieno d'arena} ψαδυρὸς, ψαμμώδης: quod arena abundat. Plin. Litus non arenoſum, ſed alga, & fluuiorum ſordibus plenum. Verg. 4. Aen. Littus arenoſum Libyæ.

ARENVLA, diminutiuum ab Arena, (ψαμμάθιον) arena tenuiſſima. Plin. li. 30. cap. 5. Arenulæ, quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ ſtatim liberant dolore.

AREO, res, rui, {Seccare. Pet. Talche ſi ſecchi ogni ſua foglia uerde} (αὐαίνω) aridus ſum. Plaut. in Rud. Vtinã fortuna nunc anatina uterer, ut cum exiſſem ex aqua, arerem tamen. Quidam hoc uerbum ab ara deducunt, in qua quæ diis immolabantur, torreri ſolebant. Alij uero per contrariũ ſenſum, ἀπὸ τοῦ ἀρδεῖν, quod ſignificat irrigare, quod aridum minime ſit irrigatum. Huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, et Subareo de quibus ſuo loco.

AREOLA, diminutiuum ab area, ἀλώνιον. Colu. li. 6. Cum terram bene ſubegeris, areolas facito. Aliter accipitur à Geometris pro ſpatio ſcilicet in figuris uacuo inter lineas.

AREOPAGITÆ, (ἀρεοπαγῖται) pen. pro. illi dicebantur, qui in tẽplo Martis iudicabant, quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. Nã cum Mars, qui Græce dicitur ἄρης, homicidij crimine reus factus eſſet à Neptuno, iudicantibus duodecim diis in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzantius docet: & multi alij Græci. De his uide copioſius apud Alexandrũ ab Alexan. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 11. & lib. 6. cap. 11. Apud Coelium Rhod. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eraſmum in Chiliadibus.

AREOPAGVS, pen. pro. (ἀρειόπαγος Stephano) uicus erat Athenis à tẽplo Martis ſic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcribit Plin. lib. 7. Nam cum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui uim Alcippæ filię ſuę intulerat, occidiſſet, à Neptuno homicidij reus factus eſt, cauſaq; à duodecim Diis in Areopago cognita, ſex ſententiis eſt abſolutus. Meminit huius iudicij Hellanicus 1. Hiſt. Libanius quoque pereleganti declamatione Martis cauſam tuetur.

AREOPOLITÆ, (ἀρεοπολῖται) pen. pro. qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione Moab.

AREPENNIS, apud Gallos mẽſura eſt dimidii iugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Colu. lib. 5. cap. 1. Galli Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum: in agreſtibus autem pedum CL. quod aratores Candetum nominant: ſemiiugerum quoque Arepennem uocant.

ARESCO, ſcis, {Seccarſi. Dant. Se quella con ch'io parlo non ſi ſecca} (ξηραίνο-

μαι, μαραίνομαι, αφαύομαι, ἐξαυμάζομαι, κατασκελέομαι) aridus fio. Au-ctor ad Heren.li.2. Nihil lacryma citius areſcat. Huius compoſita ſunt Adareſco, idem quod areſco. Cato de Re ruſt. Veſtimenta ne tinea tangat, amurcam decoquito ad dimidium, & ungito fundum arcæ, & extrinſecus, pedes, & angulos, ubi ea adaruerit, ueſtimenta condito. Inareſco, intus, ſiue penitus areſco. Colu. lib. 1. Deinde quum prædictum tectorium inaruerit, id eſt, aridum intus, penitus'ue factum eſt. Obareſco, circum uel omnino areſco. Perareſco, ualde areſco. Exareſco, ſiue Exareo, aridus ſum uel fio.

ARESTON, {*Piacimento, conſentimento, conſenſo, decreto, determinatione, ſentenza inappellabile*} (ἀρεστὸν) unico, r, Latine ſonat placitum, à uerbo ἀρέσκω placeo. Hinc factum eſt, ut ſententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione reſcindi non poſſunt, Areſta dicantur. Budæus.

ARETA, (ἀρήτη) fuit Ariſtippi philoſophi filia, quæ ei ſucceſſit in ſchola, ſummũ bonum in uoluptate, quæ maxime ſenſum moueret, poſuit. Huius filius fuit Ariſtippus, qui q̃ à matre Philoſophiam hauſerit, μητροδίδακτος cognominatus eſt. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis uxor: de qua Homerus in Odyſſ.

ARETALOGVS, {*Garrulo, loquace, frappatore, ciarlatore, cianciatore, auantatore. Arioſt. Per che leuato s'hebbe da canto il garrulo heremita*} (ἀρεταλόγος) pe.co. Porphyrione teſte, garrulus & loquax dicitur in oſtentationem uirtutis: unde nomen deducitur: ἀρετὴ enim uirtus eſt, & λόγος ſermo. Sueto. in Aug. Frequentius aretalogos & feſtos & ſolenneis, nonnunquam tantũ iocularitatem celebrabat. Iuue. Sat. 15. Riſum fortaſſe quibuſdam Mouerat, ut mendax Aretalogus. Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte uerborũ. Sed ſic cõtra Porphyrionem ab ἀρέσκω placeo, fieret, ut ſit Aretalogus, facetus, urbanus, quiq́; ſermonis lepore oblectat auditores.

ARETHISSA, unde Arethuſa.

ARETHVSA, {*Aretuſa. Arioſt. can. 6. La uergine Aretuſa paſsò in uano Di ſotto il mar per camin cieco, e ſtrano*} (ἀρέθουσα) uirgo uenatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius uim cũ effugere nõ poſſet, Dianæ miſeratione in fontẽ ſui nominis dicitur cõmutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per ſubterraneos cuniculos in Siciliã aufugit, & iuxta Syracuſas uberrimo aquarũ gurgite emergit. Vnde & Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, forma patronymici fœminini. Ouid. li. 4. Faſt. Vtq́; Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis Claudius. Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: ſextus in Bœotia prope Thebas: Didymus octo eius nominis fontes commemorat: adeo ut epitheton eſſe putetur cuiuſcunq; fontis, ab irrigãdo. Eſt præterea Arethuſa, lacus Armeniæ maioris, põdere omnia ſuſtinẽs, & nitrũ nebulis exhalãs, per quẽ Tigris fluuius tãto fertur impetu, ut aquæ nõ cõmiſceãtur. Vnũ ei piſciũ genus eſt, & hoc trãſcurrẽtis fluuii alueo nõ miſcetur, ſicut nec e Tigri piſces in lacũ tranſnatant. Auctor Pli. li. 6. ca. 27. Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus iuxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuũ: a qua Arethuſii, ut inquit Stra. Eſt itẽ Arethuſa urbs una Eubœæ, altera Syriæ, auctore Volater.

ARETIVM, {*Arezzo. Pet. Ecco Cin da Piſtoia Guitton d'Arezzo*} (ἀρήτιον) ciuitas Tuſciæ, à Græcis condita eo tẽpore, quo populus Iſrael ſub iudicibus regebatur: a qua incolæ dicti ſunt Aretini. Vaſa quoque fictilia, quæ in ea fiebãt Aretina appellabantur. Marti. li. 14. Aretina nimis ſpernas ne uaſa monemus: Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.

ARFERIA, æ, aqua quæ inferis libabatur, ſeu uas uini quod adhibebatur facris, & a Fero deducitur. Feſtus.

ARGÆVS, (ἀργαῖος) Pelopis fuit filius & Alectoris pater. Alius fuit Licymnii, qui ab Hercule abductus, in morbi peregrè periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, ut iuſiurandum, quod dederat ſe illum reducturum ſeruaret. Hunc dicunt primũ fuiſſe, qui crematus ſit, et ab eo deinde morẽ ſeruatum. Eſt item Argæus, (ἀργαῖον) Cappadociæ mons, arduus, & perpetuis pruinis rigẽs, cui Mazaca ciuitas Cappadocum metropolis ſubiacet. Auctor Strab. lib. 12.

ARGANTHONIVS, (ἀργανθώνιος) rex fuit, ut teſtatur Herod. libr. 1. in Arna ciuitate Bœotiæ. Fuit item Arganthonius, Tarteſſiorum rex in Hiſpania quem Plin. ait uixiſſe CXX. annos: Silius autem CCC. qui eius meminit lib. 3. Arganthoniacos armat Carteia nepotes. Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui. Ter denos decies emenſus belliger annos.

ARGATHON, (ἀργαθὼν) mons in Myſia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rheſi coniuge, cui & Argathon, ut monti quoque, nomen fuit.

ARGEA, pe. pr. loca quædam Romæ appellãtur, q̃ in iis ſepulti eſſent quidam Argiuorum illuſtres uiri. Hæc Feſtus: Liuius Argeos uocat maſculino genere. Sic enim ſcribit lib. 1. Ab urbe: Multa alia ſacrificia locaq́; ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices uocant, dedicauit. A' Varrone li. 4. de Lingua Latina, Argeorum ſacraria appellantur. Reliqua (inquit) urbis loca olim diſcreta, cum Argeorum ſacraria in ſeptem & uiginti partes urbis ſint diſpoſita.

ARGEMA, atis, pe. breui (ἄργεμα) morbus eſt oculorum, cum ſcilicet albidum quoddam ulcus oculi infeſtat circulum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine eſt illi, quod Latinis Albugo uocatur, Græcis etiam λεύκωμα. Plin. li. 29. cap. 6. Eadem uis eſt in gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (niſi forte uitiata ſit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominum declinationem: ut li. 20. cap. 5. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas minuere. Item cap. 19. libri eiuſdem: Folia trita cũ oleo argemas iumentorum ſanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt Argemos. A Græcis certe ἄργεμα, ατος, & ἄργεμος, ε, indifferenter effertur.

ARGEMON, herba eſt apud Plin. lib. 24. cap. 19. quæ Lappa canaria dicitur.

ARGEMONE, es, pen. pr. (ἀργεμώνη) herba eſt ſylueſtri papaueri omnino ſimilis: ita dicta ab effectu, q̃ oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. Vide Dioſco. li. 2. ca. 169. Plinius Argemoniam appellat lib. 25. cap. 9.

ARGENNVSA, (ἀργεννοῦσα Stephano) inſula eſt, Leſbo adiacens, iuxta Argennon promontorium: in qua Alcibiades extinctus eſt. Plin. lib. 5. cap. 31. Arginuſam uocat.

ARGENTARIVS, rii, ſubſtantiue, {*Caſſiere, banchiere*} (τραπεζίτης) qui argentum exercet, hoc eſt apud quem pecuniam deponimus, quã tempore loco've alio nobis reddat. Plau. in Curc. Habent hunc morẽ plerique argẽtarii, ut alius alium poſcant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Menſariũ appellamus. Idem ibidem, Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro trapezitã Lyconẽ nouerim. Cice. pro Flacco: Ciuitas, in qua nummus nullus moueri poteſt, ſine quinque prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor menſariis. Proprie autẽ Argentarii dicuntur (ut docet Iurecõſ. ff. de edendo) maiores menſam qui multorũ pecunias acceptas cuſtodiunt, cum opus fuerit, redditurì, & quorum officiũ atq; miniſteriũ publicã habet cauſam: ibiq; rationes cõficiũt. Autor eſt Seneca argẽtarios præeſſe publicis actionibus. Vide Bud. Annotationes in Pãdectas.

ARGENTARIVS, ria, rium, adiectiuum, {*Coſa d'argento, ouero ch'appartiene all'argento*} (ἀργύρεος) quod eſt argenti, aut ad argentum pertinet: ut, Argentaria metalla. Pli. li. 33. ca. 5. Laudationẽ eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Ratio argentaria, id eſt, pecuniaria. Cato de Re ruſt. cap. 2. Rationem putare argentariam, & frumentariam. Auxilium argentarium. Plaut. in Pſeud. Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala, tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.

ARGENTARIA, riæ, {*Banco zecca, ò bottega doue ſi batte l'argento*} menſa, taberna've argentarii, uel etiã officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur. Plaut. Epid. Per myropolia, & lanienas, circumq́; argẽtarias. Significat & Argentaria, officium ſeu functionẽ argentarii. Vlpia. titu. de eden. Sed & quod ſoli conſtituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria uenit. Argentariam facere, uel exercere, ἀργυραμοιβικὴν ἐργάζεσθαι. Idem eodẽ titulo. Is etiã qui deſiit argentariam facere, ad editionem compellitur, ubi argentariã exercuit.

ARGENTATVS, a, um, {*Coperto d'argento*} (ἀργυρωτὸς), argento tectus. Liu. 9. ab urb. Tunicæ auratis militibus uerſicolores, argentatis linteæ cãdidæ.

ARGENTVM VIVVM, {*Argento uiuo*} (ὑδράργυρος) genus eſt metalli liquidi argentum colore, fluida uero conſiſtentia aquam referens: unde et nomẽ accepit. Ariſtoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc eſt, fuſile ſeu liquidum argẽtum uocat. Huius duæ ſunt ſpecies, Natiuum, ſiue Foſſitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrunque Hydrargyros Dioſcoridi dicitur. Plin. Hydrargyron ab argento uiuo diſtinguit, quod foſſile eſt & natiuum, Argentum uiuum quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim habet lib. 33. cap. 3. Aes inaurari argento uiuo, aut certe hydrargyro legitimum erat. Vtraque ſpecies peſtilentem exhalat odorem, auramq; plane exitialem.

ARGENTANGINA, uocabulum eſt Latinum, ex Græco ἀργυράγχη effictum: quo ſignificatur angina ex argento, hoc eſt, pecuniæ cupiditate proficiſcẽs. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad Reipub. commoda iudicant pertinere. Vide infra in dictione Argyranche.

ARGENTINA, uel Argentoratum, (ἀργεντόρατον Ptol.) urbs Galliæ, ad Rhenum fluuium: quam tamen Germani habitant, ſicut pleraque alia cis Rhenum oppida. Vulgo Straſburg dicitur.

ARGENTVM, {*Argento. Dant. Per oro e per argento adulterare*} (ἀργύριον, ὁ ἄργυρος) metallum eſt poſt aurum pretioſiſſimum, quod gignitur (ſi chymiſtis credimus) ex argento uiuo, & ſulphure albo. Eius ſpuma uulnera ſanat, neque ſinit ſuperfluas carnes excreſcere, & ſordes cordis mundificat. Argentum factũ dicitur, quod laboratũ eſt, & in uaſa, aliam've ſupellectilem fabricatum. Græci ἀργυρώματα appellant. Pompo. ff. de auro, & argẽto legat. Argento facto Q. Mutius ait, uaſa argentea contineri, ueluti trullas, paropſides, pelues, & his ſimilia. Huic opponitur Argentum infectum, hoc eſt, rude & nondum laboratum. Argẽtum ſignatum, (ἀργύριον) dicitur pecunia argentea, ab eo, q̃ ſignũ principis, uel magiſtratus habeat impreſſum. Sene. 1. de Benefi. Liberatius donabo argentũ factum, q̃ ſignatum. Interdum etiam Argentum abſolute poſitũ legimus pro argento facto, ſiue ſupellectili argentea. Plau. Tu eſto lectiſternator, tu argentũ eluito. Cic. Cum eſſent triclinia ſtrata, argentũq; expoſitũ in ædibus. Item pro argento ſignato, hoc eſt, pecunia argentea. Terent. in Phorm. Emunxi argento ſenes. Idem in Heaut. Argentum cudo. Argentum primo ſignatum eſt anno Vrbis. 585. Quinto Fab. Conſule, quinque annis ante bellum Punicũ primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt, inde Bigati, & Quadrigati nũmi appellati ſunt. Aureus oſtmus 62. anno poſt argenteũ percuſſus eſt, in quo primo Conſulũ, deinde Imperatorũ capita imprimi cœperunt, & ab iis ſæpe nomina accepere. Argentum puſtulatum, unde infra ſtatim poſt dictionẽ Puſtula.

ARGENTEVS, a, um, {*Fatto d'argento. Pet. Et d'oro ſin ſurſi d'argento*} (ἀργύρεος) quod eſt ex argento: ut Argenteus denarius, & Argenteæ ſphæræ, apud Plin. Argenteum folium, argenti ſplendorem referens, apud eundem lib. 16. cap. 18. Argentea amica, quæ argento uendita eſt. Plaut. in Pſeud. Quid ego ex te audio? amicam tuam eſſe factam argenteam?

ARGENTOSVS, {*Che tien d'argento*} (ἀργυρομιγὴς) cui immiſtum eſt argentum: ut, Aurum argentoſum. Plin. lib. 33. cap. 5. Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum uocant.

ARGENTIFODINA, næ, pe. pr. {*Minera d'argento*} (ἀργυρεῖον, ἀργυρωρυχεῖα) ubi foditur argentũ: quã argenti minã uocamus. Pli. li. 33. cap. 6. Odor ex argentifodinis inimicus eſt omnibus animalibus, ſed maxime canibus.

ARGESTES, {*Vento di maeſtro. Arioſt. canto 18. Al uento di Maeſtro alzò la naue Le uele à l'orza, & all'argoſſi in alto*} (ἀργέστης) uentus flans ab occaſu æſtiuo, qui à Latinis Corus, & Caucus dicitur. Pli. li. 2. ca. 47. Ab occaſu æquinoctiali Fauonius, ab occaſu ſolſtitiali Corus, Zephyron & Argeſten uocant.

ARGEVS, gea, geum, (ἀργεῖος) denominatiuum deductũ ab Argis Peloponneſi urbe, idem ſignificans quod Argiuus. Horat. li. 4. Carm. Tybur Argeo poſitum colono. Argei quoque, teſte Varrone, dicebantur ſcirpeæ effigies, quæ per uirgines Veſtales iaciebantur ſingulis annis in Tyberim per põtem ſublicium. Item Argea (ἀργεῖα) pen. pro. dicebantur Romæ loca quædam ſacra, ab illuſtribus aliquot Argiuis ibi ſepultis.

ARGIA, (ἀργεία) pen. pro. Adraſti regis Argiuorum filia, & uxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate uide Statium lib. 12. Theb.

ARGIÆ, pen. pro. (ἀργεῖαι) inſulæ ſunt numero uiginti, Cariæ adiacentes: ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 31.

ARGILETVM, locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (ut quidã uolunt) ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hoſpitio exceptus, cum in affectati regni ſuſpicionem ueniſſet, ab Arcadibus, inſcio (ut uolunt) Euandro, eſt occiſus. Cui poſtea Euander tumulum erexit, quem de nomine eius Argiletum appellauit. Huc alludit. Verg. 8. Aen. Et letum docet hoſpitis Argi. Alii Argiletum dictum putant, quaſi Argilletum ab argilla, hoc eſt, creta, cuius eo in loco magna erat copia. Vtranque opinionem refert Varro lib. 4. de Lingua Latina.

ARGILLA,{*Creta,terra*}(ἄργιλλος)terra cretoſa, & candida, qua figuli utũtur ad uaſa facienda. Cice. in Piſon. Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horat. 2. Epiſto. ..Idoneus arti Cuilibet, argilla quiduis imitabitur uda. Sunt qui unico l ſcribant, quod etiam conuenire uidetur cum Græca origine: contra tamen uſus obtinuit.

ARGILLACEVS,a,um,{*Coſa fatta di creta*} quod ex argilla eſt, aut quod tenax eſt in modum argillæ. Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba terra, ruſa, columbina argillacea.

ARGILLOSVS,a,um,{*Abondante di creta*}(ἀργιλλώδης)abundãs argilla: ut, Loca argilloſa. Pli. lib. 21. cap. 4. Seri nec pinguibus uult, nec argilloſis locis. Colles argilloſi, Co. Olea maxime collibus ſiccis, & argilloſis gaudet.

ARGILVS,(ἄργιλος)pen. cor. Herod. lib. 7. hiſto. teſte, urbs fuit Aemathiæ, non procul ab oſtijs Strymonis fluuij uerſus occidentem.

ARGINVSA,æ,(ἀργινοῦσα)inſula eſt exigua, Lesbo adiacens inter Methymnam & Mitylenen, iuxta Argennum promontorium, quod uulgò uocatur Capo ſtellaro: unde & nomen habet. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus ἀργινοῦσσαι uocat. Strabo autem lib. 13. tres facit inſulas Arginuſas modico interuallo diſcretas.

ARGIPHONTES,æ,(ἀργειφόντης)cognomen eſt Mercurij, tractũ ab Argo centoculo, Ius cuſtode, quem Iouis iuſſu interfecit. Mythologici interpretãtur Argum ſphæram eſſe ſtellatam, quòd illi inſit ſpecies quædam cœleſtium oculorum. Io autem terram eſſe uolunt, quam Aegyptij in hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt: Hanc Argus, hoc eſt, cœlum ſtellatum, nocturno tẽpore deſuper uidetur obſeruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tũc dicitur occidere, cum luminis ſui magnitudine ſtellas omnes obſcurat earumq́ conſpectum mortalibus eripit. Vide Macrobium Satur. lib. 1. cap. 19.

ARGIPPÆI,orũ,(ἀργιππαῖοι)populi ſunt Scythiæ, iuxta Sarmatas et Thuſſagetas, ab ipſa natiuitate calui, ſimis naribus, & ingenti mento proprio quodã ore ſono, ex arboribus uictitantes. Hi cum arma nulla habeant, à nemine tamẽ afficiuntur iniuria, propterea quòd ſacri putentur. Iidem finitimorum controuerſias dirimunt, & ad ſe confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herodo. lib. 4.

ARGIRIPA,uide Argyrippa.

ARGISSA,(ἄργισσα)Theſſaliæ ciuitas eſt prope Peneum, condita à filijs Lariſſæ deinde Arguſa uocitata: ut ſcribit Strab. lib. 9.

ARGO,(ἀργώ)generis fœminini, prima nauis fuiſſe creditur qua Iaſon, una cũ flore iuuentutis Græciæ, in Colchida nauigauit, uellusq́ aureũ, a Medea adiutus, in Græciam reportauit. Volunt autẽ hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus: Ad charum Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppim iubet & demittere ferro Roborа. Diodorus à uelocitate dictã putat: nam ἀργὸς inter cætera ſignificat uelocem. Alij ab Argiuis, qui in ea uecti fuerunt, nauim appellatam. Quod ſentire uidetur Cic. lib. 1. Tuſcu. quæſt. quũ ait, Et eas anguſtias, per quas penetrauit ea, quæ eſt nominata Argo, quia Argiui in ea delecti uiri uecti, petebant pellem inauratam arietis. Eſt & Argo, ſignum cœleſte, quod & Nauis appellatur. Oritur pridie Idus Mart.

ARGOLICVS,ca,cum,(ἀργολικός)idem quod Argiuus: ut Verg. 2. Aene. ..Argolicis excindi Pergama telis.

ARGOLIS,idis,(ἀργολίς)fœm. gen. id eſt, Argiua. Ouid. 9. Metam. ..at longis anxia curis Argolis Alcmene.

ARGOVS,a,um,(ἀργῷος)idem quod Argolicus. Horat. in Epod. Non huc Argoo contendit remige pinus.

ARGONAVTÆ,(ἀργοναῦται)dicti ſunt heroes illi, qui cum Iaſone in Colchos profecti ſunt numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuere Caſtor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à naui, qua nauigauerunt, De his Orpheus lib. 1. & Apollon. in Catal. heroum, & Flaccus in Argonaut.

ARGOPELASGOS,Homerus uocat Theſſalos.

ARGOS,eos,{*Argo*}(ἄργος, τό)& in plurali numero Argi, orum, clariſſima ciuitas Peloponneſi, non procul à Mycenis, quæ ad diſcrimen aliarũ eiuſdẽ nominis urbiũ Argos hippiũ dicebatur, quòd agrũ haberet paſcẽdis equis in primis idoneũ. Dicitur & Dipſion, ab aquę penuria: quo fit ut plures eodẽ utantur puteo: quod genus eſt apud illos arctiſſimæ ſocietatis. Aliquando & Phoronicũ dictũ eſt, teſte Steph. à Phoroneo 1. rege. Eſt autem hoc nomen in ſingulari numero neut. gene. quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργεος, apud Latinos autẽ tãtũ in uſu habet nominatiuũ, accuſatiuũ, & uocatiuũ. In plurali uero maſculinũ eſt ſecundæ inflexionis. Horat. Aptum dicit equis Argos, diteſq́ Mycenas. Verg. 7. Aen. Ecce autẽ Inachiis ſeſe referebat ab Argis Clara Iouis coniux. Hinc Argiui Græci dicti ſunt, & Argolicus ſinus, {*Golfo de Napoli di Romania*} & Argolici duces, & Argolica regio. Eſt itẽ Argos oppidũ Theſſaliæ, quod & Pelaſgicon dicunt, à Pelaſgis Luca. ..Vbi nobile quondã Nunc ſuper Argos arat. Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatũ, quod Alcmæon eiuſq́ liberi cõdidere, ut inquit Strabo li. 7. Fuit & Argos Apuliæ oppidum, à Diomede conditũ, & primũ a nomine relictæ patriæ Argos Hippiũ appellatum: quod deinde Argyrippã, & poſtremo Arpos uocitarũt. Theſſaliã quoq; aliquando Argos Pelaſgicum appellatã fuiſſe, auctor eſt Pli. li. 4. ca. 7. Ipſam præterea Peloponneſum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellauere: ut ſcribit Strabo li. 8. Eſt itẽ Argos, ſiue Argus, canis nomen apud Home. 17. Odyſſ. qui ſolus Vlyſſem XX. demum anno in patriã redeuntem agnouit.

ARGVMENTATIO,{*Argomentatione*}(ἐπιχείρημα)eſt rei propoſitę, per argumenta probatio. Auctor ad Herennium li. 2. Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant, quam Cic. lib. 1. de Inuent. definit hoc modo. Argumentatio, eſt inuentum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter oſtendens, aut neceſſario demonſtrans.

ARGVMENTOR,aris,{*Argomentare*}(ἐπιχειρέω, συλλογίζω)rationibus utor ad aliquid probandum. Cic. de Fin. 1. Sed & argumentandũ, & accuratẽ diſſerendũ, & rationibus conquiſitis de uoluptate et dolore diſputãdum putãt.

ARGVMENTOSVS,ſa,ſum,{*Argomentoſo, ingenioſo*}(ἐλεγχώδης)quod eſt factum magno argumento, hoc eſt, artificio. Quint. li. 6. ca. 20. Vulgoq́ paulo numeroſius opus, dicitur argumentoſum, id eſt, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentoſa opera uocamus, id eſt, ingenioſa.

ARGVMENTVM,{*Argomento*}(ἐπιχείρημα, πίστις)Quintiliano, eſt ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quę quod eſt dubium, per id, quod dubium nõ eſt, confirmat. Sumitur interdum etiã pro materia, quę aliquo in opere tractatur: quam Græci ὑπόθεσιν uocant. Cic. Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. Sic dicimus Argumentum Comœdiæ, quod Græci Periocham uocant, id eſt, ſummam totius Comœdiæ, paucis uerſibus expreſſam. Interdum pro coniectura. Idem in Catil. Certiſſima argumenta, atque iudicia ſceleris. Item pro ſententia, ab Arguo, pro demonſtro. Cic. lib. 2. Offic. Tabulæ uero nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum? Argumentum præterea pro ingenioſo artificio ponitur. Idem 6. Ver. Ex ebore diligẽtiſsime perfecta erant ædificia in ualuis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentoſa opera, pro ingenioſis.

ARGVO,arguis,argui,argutum,{*Imputare, reprendere, accuſare. Pet. Lui accuſando, il fuggitiuo raggio*}(ἐλέγχω)imputo ſiue accuſo, reprehẽdo. Et genitiuo ſæpius, quàm ablatiuo, iungitur. Curtius: Oſinẽ modo auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. in Amph. Et eccum uideo, qui me miſerã arguit ſtupri dedecoris. Si uero id, quo quis arguitur non exprimitur, accuſatiuum tãtum habet. Lactan. li. 3. Tui ergo te liberi arguunt. Proprie tamen Arguere eſt oſtendere. Ver. 4. Aen. Degeneres animos timor arguit. Aliquando in diſcrimen uocare. Feſt. Argutum iri: id eſt, in diſcrimen uocari. Huius cõpoſita ſunt, Coarguo, & Redarguo, ἐξελέγχω. Sallu. in Catil. Lẽtulum diſſimulantẽ coarguunt ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat. Sciendum eſt, quòd licet Arguo argutum ſupinum faciat, ex quo Argutus, participium tamẽ futuri temporis eſt Arguiturus. Sallu. li. 2. hiſt. Quos aduerſum multi ex Bithynia uolẽtes occurrere, falſum filium arguituri. Nã, ut docet Priſc. quędam ſunt uerba in utum ſupinum formãtia, quorum participia futuri terminant in iturus, & uerbalia in itio, ut Argutũ, arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, ſpuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

ARGVS,(ἄργος)nomẽ proprium regis Argiuorum, filij Apis, à cuius nomine Argiui appellati ſunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Græcia, & habere ſegetes in agricultura, delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitũ Deus haberi cœpit, templo & ſacrificiis honoratus. Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem tranſuectus eſt. Fuit & alius Argus, πανόπτης à Græcis cognominatus, quòd totus oculis ſcateret, quem Poetæ fabulantur à Iunone conſtitutum fuiſſe cuſtodem Ius Inachi filiæ, quam Iupiter in iuuencæ formã cõmutauerat. Hunc poſtea Mercurius Iouis iuſſu interfecit: unde et ἀργειφόντης cognominatus eſt. Iuno autem oculos eius auis ſuæ, hoc eſt, pauonis caudæ inſeruit. Hanc fabulam latiſsime deſcribit Ouid. li. 1. Meta. Mythologici Argum interpretantur ſphæram eſſe ſtelliferam, innumeris oculis, hoc eſt, ſtellis refulgentem: Mercurium autem Solem eſſe uolunt, qui tunc Argum dicitur occidere, cum diurno ſuo lumine ſtellarum lucem obſcurat. Vide Macrob. 1. Saturn. ca. 19. unde, & ἀργειφόντης cognominatus eſt, quòd Argum peremerit. Myſtice autẽ Argus eſt cœlum ſtellatum, luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cœleſtium uidetur oculorum. Argus quoq; uocatus fuit nauis illius architectus, quę ab illo Argo dicta eſt, qua Iaſon, una cum Minyis in Colchidẽ uecti ſunt.

ARGVTIA,tiæ,{*Argutia, ſottigliezza, malitioſa*}(σόφισμα) dicitur acute & malitioſe dictum uel factum. Plau. in Moſtel. Exi à culina: ſis foris maſtigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Ci. Sed nihil eſt, quod illi non aſſequãtur ſuis argutiis. Argutiola, læ, diminutiuum. Gellius lib. 2. cap. 7. Argutiola quippe hæc friuola atque inanis eſt.

ARGVTOR,taris, pe. pr. {*Parlar argutamente*} depon. ab Argutus fit, & ſignificat procaciter loquor, teſte Nonio. σοφίζομαι, ἀντιλογῶ. Nævius: Quandoq; ad ludos uenit, alij cum tacerẽt, totum diẽ argutatur, quaſi cicada. Eſt & Argutari, ſubſilire. Titinn. in Fullonia, ut citat idẽ Nonius. Terra hæc eſt noua, quaſi ubi tu ſolitus argutari, pedibus cretam dum compeſcis, ueſtimentaq; lauas. Reperitur & Arguto, as. Proper. Illa mihi totis argutat noctibus ignes. id eſt, argute obiicit. Hinc Argutatio, (ὑπόχρεμα, ... , ἀντιλογία) ſtrepitus. Catu. Puluinusq; peraeq; & hic & ille Attritus, tremuliq; quaſſa lecti Argutatio, inambulatioq;.

ARGVTVLVS,(σμικρός, ἐγχειρηματικός) diminutiuum ad cõtemptum deriuatum, & non blandiendi cauſa, ut Homunculus, & Homulus.

ARGVTVS,ta,tum,{*Taſſato, ripreſo, accuſato*} participiũ paſſiuũ ab Arguo, idem ſignificans quod accuſatus, uel reprehenſus, ἐλεγχθείς. Plaut. in Pſeud. Argutus malorum facinorum. Quandoque uero eſt nomen, idem ſignificans quod ſubtilis & acutus, ὀξὺς καὶ μυστικός. Plin. in Epiſt. Vitaſſem iandudum, ne uiderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola circuire. Interdum pro canoro reſonantiq;, λιγυρός: ut, Arguta hirundo, & Arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur. Ver. Eclo. 9. Argutos inter ſtrepere anſer olores. Interdum pro exili, breui, & quaſi acuto. Idẽ lib. 3. Geor. Argutumq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga.

ARGVTATOR,oris, uerbale, {*Soſiſta*}(σοφιστικός, σοφιστής)Gell. li. 17. cap. 5. Proceſsiſſet autem argutatori iſti fortaſſe reprehenſio. Argutatorem pro ſophiſta argutulo, uel argumentatore accipit.

ARGYRA,(ἄργυρα)ciuitas Siciliæ, unde ſe Diodorus Siculus oriundum facit: à qua Argyrini. Eſt & Argyra, Taprobanæ inſulæ metropolis: cuius incolæ dicuntur Argyritæ, ἀργυρῖται Stepha.

ARGYRANCHE,(ἀργυράγχη)à Græcis dicitur, quam Latinorum quidã uerbum ex uerbo exprimentes, Argentanginam appellauere. Cuius uocabuli hæc traditur fuiſſe origo Mileſiorum legati Athenas miſſi, cum Demoſthenẽ poſtulatis ſuis magnopere aduerſari uiderent, pecunia eum corrumpunt, ne quid in poſterum commodis ipſorum obſiſteret. Poſtridie itaq;, cum res denuo apud populum ageretur, Demoſthenes collum faſciis obuoluit, anginaq; ſeſe laborare ſimulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus ſubolebat, nõ ſynanchen illam, ſed argyranchen eſſe, exclamauit. Hinc prouerbio locus factus eſt, ut argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi ſunt, eaq; ſuppriment, quæ ex Reipub. uſu eſſe nouerunt.

ARGYRASPIDES,{*Quelli che portano gli ſcudi d'argento*} (ἀργυράσπιδες)dicuntur, qui argentea ſcuta ferunt. Sic Chryſaſpides, ab aureis clypeis nominati. Lampr.

ARGYRIPPA,(ἀργυρίππα Steph.) Apuliæ ciuitas eſt, à Diomede condita: quam primum à nomine relictæ patriæ Argos hippiũ appellauit. Poſtea corrupto uocabulo Argyrippa dicta eſt, & Arpi. Ver. lib. 11. alterũ p, abiecit, me-

ri cauſa. Ille(inquit)urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis aruis.

ARGYRITÆ, arum. pen. pro. (ἀργυρῖται) Agones quidam dicebantur, ab argenteo, pecuniario'ue præmio. Budæus.

ARGYRITIS, {Schiuma d'argento} (ἀργυρῖτις) ſpuma argenti dicitur. Pli. li. 33. ca. 6. Fit in iiſdẽ metallis & quæ uocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chryſitin uocãt: ſecunda, quã argyritem: tertia, quã molybditin.

ARGYROCOPVS, {Banchiere, colui che meaglia l'argento} (ἀργυροκόπος) à Græcis appellatur numularius, campſor, uel ipſe etiam argenti ſculptor. παρὰ τὸ κόπτειν τὸ ἄργυρον, hoc eſt ab incidendo argento.

ARGYROLOGVS, {Camerlingo, teſoriere} (ἀργυρολόγος) à Græcis uocatur, quem Latini Quæſtorem appellant, cuius officium eſt, ut argentum, hoc eſt pecuniam colligat, & in ærarium, ſiue fiſcum redigat.

ARGYRODAMAS, (ἀργυροδάμας) lapillus argenti nitorem habẽs, ut adamas, de quo Pli. lib. 37. cap. 10. addubitat, ſit'ne idem cum eo, quem Androdomanta uocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

ARGYROGNOMONES, {Coloro che cambiano denari, banchieri} (ἀργυρογνώμονες) uocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Latine campſores uocamus, quaſi pecuniæ ſpectatores dicas.

ARGYRONDAS, (ἀργυρώνδας) Aetoliæ fluuius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

ARGYROTOXOS, (ἀργυρότοξος) Apollinis epitheton, quaſi argenteum arcum gerens.

ARIA, (ἀρεία) regio eſt inter Indos & Parthos ſita, iuxta Gedroſios, & Drangianos: quã recentiores Geographi Turqueſtam uocant. Eſt etiam Aria, inſula in Ponto, uerſus Colchos, Marti ſacra, alias Chalceritis dicta. Plin. li. 6. cap. 12.

ARIA, (ἀρία) arbor eſt, apud Theophraſtum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, ut neceſſe ſit, prius quàm terebretur, aqua eam macerari.

ARIABIGINES, (ἀριαβίγνες) fuit Darij filius ex filia Gobryę, qui una cũ Præxaſpe & Megabazo præpoſitus fuit claſſi Xerxis. Herod. lib. 7.

ARIADNA, (ἀριάδνη) filia Minois regis Cretæ ex Paſiphae uxore, cuius induſtria Theſeus ab Athenienſibus Cretam miſſus à Minotauro deuorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, euaſit, occiſo prius Minotauro. Theſeus autem eius amore captus, cum in patriam reuerteretur, eam abduxit, ſed prioris beneficij immemor, abductam in Inſula Chio, ſeu Naxo periurus deſeruit, quam Bacchus poſtea in uxorem duxit, eiuſq; coronam nouem ſtellis ornatam, quã à Venere acceperat, aſtris intulit, uocaturq; corona Gnoſia. Poſtremo à Diana ſagitta dicitur, occiſa, eò q; uirginitatem non ſeruaſſet.

ARIANIS, (ἀριανίς) herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradũt ligna oleo peruncta accendi. Naſcitur apud Arianos: quę eſt Scythica gens, Gedroſiis finitima, à quibus & nomen accepit. De hac Plin. lib. 24. cap. 18.

ARIARATHES, (ἀριαράθης) Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in ſocietatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam ciuitatem condidit in finibus Cappadociæ. de qua Stephanus.

ARICANDVS, fluuius eſt Milyadis, (quæ eſt minoris Aſiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ ſita) qui in Limyrum amnẽ influit. A' fluuij huius nomine uicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtriuſque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

ARICIA, (ἀρικία) urbs in Italia, quam ædificauit Hippolytus Theſei filius, et à nomine coniugis Ariciam appellauit. Abeſt ab urbe ad decimum lapidem. Martialis: Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Luca. Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

ARICINVM NEMVS, erat iuxta Ariciam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui ſolitum ferunt Numam Romanorum regem.

ARICINVS LACVS, erat iuxta Ariciam urbem, quod Speculum Dianæ uocabatur: in quo nunc quoque inſulæ proceris arboribus nobiles conſpiciunt.

ARICOMISCI, populi in tractu Narbonenſis Galliæ, trans Rhodanũ, inter Volcas numerati, quorum metropolis eſt Nemauſum. Pli. lib. 3. ca. 4. & Pomponius li. 2. Arecomicos uocant. Ptolemæus Arecomios. De his ſic ſcribit Strabo lib. 4. Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volcæ, quos Aricomiſcos appellant, maximum incolunt ſpatium, quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.

ARIDA, (ἄχιον) herba eſt, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Dioſcorides lib. 4.

ARIDITAS, quę & Aritudo dicitur, {Aridità ſiccità} (ξηρασία, ξηρότης) ſiccitas. Plin li. 11. cap. 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens ariditatem ampliat. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 12. Quod & beſtiolæ ſiquæ prope naſcuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. Aritudo, pro parſimonia apud Plaut. in Rud. Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

ARIDVS, da, dum, pen. cor. {Secco. Pet. Ne fiume fuggiamai ſecco per pioggia} (αὖος, ξηρὸς σκελετὸς, κατεσκελετευμένος) ſiccum, quod naturalem humorẽ amiſit: ut, Fons aridus. Catull. At qui corpora ſicciora cornu. Aut ſiquid magis aridũ eſt. Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. in Rud. Argento arido. Interdum pro horrifico, acuto, cum de ſono loquimur: quia ea quæ arida ſunt, cum frangi cœperint, nimium atque horrificum ſonum edunt. Ver. li. 1. Geor. Et aridus altis Montibus audiri fragor. Huius diminutiuum eſt Aridulus.

ARIES, tis, pe. cor. {Montone. Dant. Conuerte dal montone ò da la libra} (κριός) mas ouium, & dux gregis, qui integer eſt: & tenetur ad generandam ſobolem, Veruex uero, cui inuerſi uel adempti ſunt teſticuli. Ab ara dictus eſt aries, q; aris impone ad ſacrificia ſoleret. Ver. 3. Eclo. Ipſe aries etiam nunc uellera ſiccat. A cuius ſimilitudine bellica machina Aries appellatur. Vegetius lib. 4. ca. 14. Materia ac tabulatis teſtudo contexitur, quę ne flammis exuri poſſit, corio ſiue cilicio ueſtitur. Intrinſecus recipit trabem, quæ ſi adunco præfigitur ferro, Falx uocatur, ab eo q; incuruata eſt, ut ex muris lapides extrahat. Si uero caput ipſius ferro tegitur, Aries appellatur, q; inſtar arietini capitis fieri ſoleret: uel q; habet duriſſimã frontẽ, qua ſubruat muros: uel q; more arietum retrocedit, ut uehementius feriat. Cæſar 7. bell. Gall. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Pli. li. 7. ca. 56. Equum, qui nũc Aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiã ferunt inueniſſe. Eadẽ & Teſtudo dicitur, a ſimilitudine naturæ teſtudinis: quia ſicut illa modo reducit caput, modo profert, ita huiuſmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, ut uehementius feriat. Eſt & Aries cœleſte ſignum, primum in Zodiaco. Aries etiam marinus piſcis, ſiue marina belua eſt, candore tantum cornibus aſſimilata. De hoc Pli. li. 9. ca. 44. Graſſatur (inquit) aries, ut latro: & nunc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus umbra, ſiquem nandi uoluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquã capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultuſq; adnatans mergit.

ARIETARIVS, ria, rium, (κριοειδὴς) quod ad arietẽ pertinet, ſeu quod arietis habet ſimilitudinem. Vitruuius: Conſtituebatur autem in ea arietaria machina.

ARIETINVS, na, num, pen. pro. {Di Montone} quod eſt ex ariete, ὁ τοῦ κριοῦ. Plin. Arietinum iecur ad id utile eſt.

ARIETO, tas, pe. co. {Percuotere, cozzare. Ario. Anzi cozzaro à guiſa di montoni} κυρίττω. percutio, deiicio. Tractum ab arietũ ſimilitudine, cuius firmiſſimum caput & ſolidiſſima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obiecerit percutiant & deiiciant. Plau. in Truc. Quis proterue noſtras ædeis arietat? Curtius: Macedo gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis Dioxippus arietauit in terram.

ARII, (ἀρεῖοι) populi ſunt iuxta Galliam, Gedroſiis & Drangianis finitimi. Herodo. lib. 4. hiſtor.

ARIMANIVS, (ἀριμάνιος) Plutonis cognomen apud Perſas.

ARIMASPI, (ἀριμασποὶ) populi Scythiæ Europææ, uerſus Aquilonis exortum, ut lib. 7. Plin. refert, qui unicum in media fronte habent oculum, & cum gryphis auri cuſtodibus continue præliantur.

ARIMINVM, {Arimino Arioſt. can. 14. Che tu la foſſi à Arimino, e à Faenza} (ἀρίμινον) ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiuſdẽ nominis ſic dicta. Hæc quondã Vmbrorũ colonia fuit, ſicut & Rauenna: uerũ utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autẽ hæc ciuitas portũ nõ ignobilẽ. nõ procul à Rubicone amne, qui olim Italiã à Gallia diſcernebat. Aedificata eſt aũt anno ante Chriſti exortũ ducenteſimo, ſeptuageſimo, Ptolemæo Lagi filio Aegyptijs imperante, P. Sempronio, & Appio Claudio cõſulibus. Ad quã uiſendã, cõpoſitis Siciliæ rebus, Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Diocletianus repoſuit, fuſiſq; Liburnis arcũ triumphalem in ea extruxit.

ARIMPHÆI, (ἀριμφαῖοι) ſunt populi Aſiæ ſeptentrionalis prope Rhiphęos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ, quam mares, comã tondent. De his Ammianus ſic habet: Vbi mõtes Rhiphęi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iuſti homines, & morum placiditate cogniti.

ARIMVS, rex Myſiæ, ſeu Mæoniæ. Auctor Varro, Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

ARINCA, {Segalla} (ὄλυρα) Gallicum eſt uocabulum, quo teſte Plinio, ſignificatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem uocant. Vide Ruellium lib. 2. cap. 21.

ARIOBARZANES, (ἀριοβαρζάνης) Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeij partes aduerſus Cæſarem fouit.

ARION, pe. pr. (ἀρίων) citharœdus nobilis fuit, & Poeta lyricus ex Methymna Lesbi ciuitate ortus, qui primus Dithyrambos creditur inueniſſe. Hic cũ ex Italia, ubi ingentẽ pecuniæ uim arte ſua recreuerat. Corinthũ traiiceret, uideretq; à nautis qui opibus ſuis inhiabãt, ſibi inſidias ſtrui, nõnihil ſpatij ab iis ſibi cõcedi poſtulauit, quo, ueluti cygnus moriturus, ſuas ſibi exequias caneret. Quod cum impetraſſet, ſtans celſa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, ſe in mare præcipitem dedit: ſtatimq; à delphino exceptus, ad Tænarũ Laconiæ promõtorium eſt peruectus: unde ſeſe ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit: qui emiſſis nauigiis cum militibus, nautas comprehendit: qui rem, uti geſta erat, confeſſi, grauiſſimo ſupplicio eius iuſſu ſunt affecti. Refert hiſtoriam hanc, ſiue potius fabulam Herodotus li. 1. & Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapientum.

ARISARON, (ἀρίσαρον) herba eſt exigua, radicem habens oliuæ magnitudine, maiore acrimonia, quàm Aron. A Plinio Aris appellatur.

ARISBE, (ἀρίσβη) in agro Troiano ciuitas fuit, ab Achille euerſa. Item alia in Lesbo inſula. Vide Strabonem lib. 13.

ARISTA, {Spiga. Pet. Tra la ſpiga e la man qual muro è meſſo} (ἀθὴρ, ἀθέριξ, ἀνθέριξ) ab ariditate dicitur, q; ſit omnino arida. Sunt enim Ariſtæ, extremæ ſpicæ partes, quæ primæ areſcunt, quæ ueluti aculei quidam, ſiue ſpinæ, frumentum ab auium minorum morſu tuentur. Cic. in Catone: fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſus munitur uallo ariſtarum. Apud Poetas quandoque accipitur pro ipſo frumento. Ver. 1. Geor. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Nonnunquam etiam pro ęſtate. Idem 1. Eclog. Poſt aliquot mea regna uidens, mirabor ariſtas. hoc eſt, poſt aliquot æſtates, ſiue aliquot annos.

ARISTÆVS, (ἀριστᾶιος) filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluuii Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnauit, & primus apum, olei, & mellis uſum, lactiſq; coagulum demonſtrauit, & alia quamplurima adinuenit: ut refert Iuſtinus lib. 14. Primus quoque apum ex bubulis uiſceribus reparandarum rationẽ traditur inueniſſe. Nam cum Euridicæ Orphei uxori amore eius captus, uim inferre conaretur, illa per auia fugiens, morſu ſerpentis eſt occiſa, in cuius ultionem Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea conſulendum perduxit: à quo infortunii cauſam edoctus, Euridicen ſacrificiis placare iuſſus eſt: quod cum faceret, tauroſq; quatuor & totidem iuuencas immolaret ingens apum multitudo e bobus erupit, atque hoc pacto apes ſuas recuperauit, ut latis copioſe tradit Verg. ferè in fine libri 4. Georgic. ibi, Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia tempe, &c.

ARISTAGORAS, (ἀρισταγόρας) fuit præfectus exercitus Darii contra Gręcos, teſte Herodoto lib. 5.

ARISTARCHVS, (ἀρίσταρχος) nomen Grammatici, qui tãtum ſibi in Homeri poemate permiſit, ut uerſus quos uellet uelut ſuppoſititios partus, ab Homeri familia ſubmoueret. Vnde etiam hodie Ariſtarchos uocamus alienorum ſcriptorum cenſores. Alius fuit Tegeates, poeta Tragicus, cuius meminit Horat. Fiet Ariſtarchus. Fuit item alius Mathematicus.

ARISTEAS, (ἀριστέας) patria Proconneſius, nobilis poeta fuit, qui Crœſi & Cyri temporibus claruit. Scripſit Theogoniam, & tres libros eorum carminũ, quæ Arimaſpea dicuntur. Suidas.

ARISTIDES, (ἀριστείδης) cognomento δίκαιος, id eſt, iuſtus, Athenis à

Themi

Themiſtocle in adminiſtranda Repu. diſſenſit, quum eſſet diuerſis moribus, Catoni alter, Cæſari Themiſtocles comparandus. Auctor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, ut quoties Imperator deſignaretur, neceſſe eſſet, aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In ſenatum quandoque uocatus, ea excuſatione uſus eſt, quod pallium lauiſſet, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil præter ueru ferreum inuentum eſt. Ciuitas tamen beneficiorum eius non immemor, filias eius ex publico egregie dotauit. Fuit etiã hoc nomine Sophiſta quidam, ex Adrianis Myſiæ, ſiue Bithyniæ urbe ortus, qui cum Smyrnæ proficeretur, aduenienti forte M. Antonio principi unus omnium non proceſſit obuiam, eoq; modo in cognitionem & amicitiam uenit Imperatoris. Ariſtides itẽ Thebanus pictor fuit, Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & ſenſus expreſſit omnes, quos Græci uocãt ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Huius pictura illa præcipue laudatur: Infans adrepens ad mammam matris ex uulnere morientis, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere uidetur, ne è mortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander tranſtulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

A R I S T I P P V S, (ἀρίστιππος) nomen philoſophi Cyrenaici. Hic dicere ſolebat, quod lautior uictus nulli erat impedimento ad bene uiuendum. Socratis etiam auditor fuit, primusq; Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco, & perſona ſimulanda omnino promptũ, & ob hoc Dionyſio præter omnes erat charus. Et ut præſentibus uoluptatibus libenter fruebatur, ita & abſentes facile contemnebat. Hic cum è patria in Græciam philoſophandi cauſa proficiſceretur, iuſſit ſeruos aurũ proiicere, ut expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Voluptatem bonorum, dolorem malorum finem conſtituit: cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum utile putans, ut quæras, ſi quid domi mali aut boni tibi cõtigit. Summum bonum poſuit in leni motu ad ſenſum emananti: id eſt, in uoluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt & in dogmate permanſerunt, ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt Platonẽ dixiſſe, Soli Ariſtippo & chlamydẽ & pannum ferre datum eſt. Horat. Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color & res. Fuit & alter Ariſtippus, huius nepos ex filia. Metrodidactus dictus, quaſi à matre doctus. Hic in nauigio à tempeſtate deprehenſus timuit, & expalluit. Et interrogatus à quodam, quare philoſophus timeret, cum ipſe contra nihil metueret, feſtiuiter reſpondit, Non eandem ſibi & illi cauſam eſſe, quoniam is non eſſet magnopere ſolicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ſeſe autem pro Ariſtippi anima timere.

A R I S T O, (ἀρίστων) philoſophus, cognomento Scepticus quod Latinè quæſitor & conſiderator dicitur. Semper enim in quærendo conſiderandoq; fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia erant, ut inter optime ualere, & grauiſſime ægrotare, nihil intereſſe diceret: quare etiam tanquam uiuturam ipſam excludens, ab omnibus fuit reiectus.

A R I S T O B V L V S, (ἀριστόβουλος) Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi diſcipulus, unus fuit ex illis L X X I I. interpretibus, qui miſſi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominum, uti ſacros libros in Græcum ſermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi, percontantiq; ſapienter reſpondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Auctor Euſebius. Ariſtobulus alter hiſtoricus item Iudæus, qui res geſtas Alexandri Magni conſcripſit, comesq; peregrinationis fuit. Volaterran.

A R I S T O C L E S, (ἀριστοκλῆς) philoſophus fuit Meſſanenſis Peripateticus. Scripſit de philoſophia libros decem. Vter eſſet ſtudio & doctrina prior Homerus'ne, an Plato: in quibus Philoſophorum omnium catalogum contexit, opinionesq; recenſet. Fuit item Ariſtocles Lampſacenus philoſophus. Item alius Megarenſis ſophiſta, ſub Traiano & Adriano, ſcripſit de Rhetorica epiſtolas, & declamationes ad imperatorem. Suidas.

A R I S T O C L E S, (ἀριστοκλῆς) nomen fuit aui paterni Platonis, qui & ipſe Ariſtocles uocabatur: poſtea Plato ab humerorum latitudine dictus.

A R I S T O C L I D E S, (ἀριστοκλείδης) Orchomeni tyrannus, qui Stymphali dem uirginem adamauit. Vide in dictione Stymphalus.

A R I S T O C R A T E S, (ἀριστοκράτης) ciuis quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, ſtrenuitatisq; præ ſe ferret, ciuium omnium conſenſu belli dux delectus eſt: in quo ſpem ſuorum egregie fefellit: utpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener plane apparuerit, & omnino alius, q̃ prima fronte promiſerat. Ex Suida.

A R I S T O C R A T I A, (ἀριστοκρατία) optimatum principatus, ubi optimates Rempublicã tractant: quaſi κ τ̃ ἀρίστων κράτησις. qualis etiam hodie eſt apud Venetos.

A R I S T O L O C H I A: (ἀριστολοχία) herba etiam hodie nomen ſeruãs, cuius duæ ſunt ſpecies, alia longa, alia rotunda. Aurium ſordes emundat, & cum melle miſta ſi in aures inſtillata fuerit, auditum iuuat.

A R I S T O D E M V S, (ἀριστόδημος) pe. pr. nobilis Grammaticus fuit, Põpeii liberorum præceptor: mane Rhetoricã, meridie Grammaticam docebat. Strab.

A R I S T O G E N E S, (ἀριστογένης) medici Thaſii nomen, qui uarios de re medica libros conſcripſit ad Antigonum Macedoniæ regem. Ariſtogenes alter Gnidius, item medicus, ſeruus Chryſippi philoſophi, famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ. Auctor utriuſque Suidas.

A R I S T O G I T O N, (ἀριστογείτων) nomen eſt ciuis cuiuſdã Athenienſis, qui adiutus ab Harmodio Piſiſtratum tyrannum interemit: unde utrique ab Athenienſibus in foro poſitæ ſunt ſtatuæ. Fuit etiam hoc nomine Orator Athenienſis qui Canis dictus eſt ꝙ optimo cuique allatraret. Scripſit enim inuectiuas aduerſus Timotheum, Timarchum, aliosq; complures. Vide Suidam.

A R I S T O L A V S, (ἀριστόλαος) pictor, Pauſiæ diſcipulus, è ſeueriſſimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

A R I S T O M A C H E, (ἀριστομάχη) nomen ſororis Dionyſii tyranni & uxoris Dionis. Vide Plutarchum in uita Dionis.

A R I S T O M A C H V S, pe. co. (ἀριστόμαχος) Solenſis quidam fuit, qui tanto apium amore flagrauit, ut annis duodeſexaginta nihil aliud egerit. Quinetiam librum de earum cura & ratione mellificii edidit. Fuit & alter Ariſtomachus, qui de arte uini apparandi uolumen conſcripſit. Vtriuſque meminit Plinius, illius quidem lib. 11. cap. 9. huius uero lib. 14. cap. 19.

A R I S T O M E N E S, (ἀριστομένης) pen. cor. nomen Meſſenii uiri, qui iuſtiſſimus fuit, ut ſcribit Hierony. Hic Lacedæmoniis quodam tempore nocturna ſacra celebrantibus, quæ uocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium uirgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, exceſſit de finibus Spartanorum: cumq; eas comites eius uellent uiolare, monuit quãtum potuit, ne hoc facerent, & ad extremum quoſdam non parentes interfecit, cæteris metu coercitis. Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, cum Ariſtomenem uiderent cædis reum fieri, tandiu ad patriam non ſunt reuerſæ, quandiu iudicum aduolutæ genibus defenſorem pudicitiæ ſuæ cernerent abſolutum. Hic dux tanta calliditate fuiſſe fertur, ut ſæpe Lacedæmonios deciperet: quorum ſæpe urbem ingreſſus eſt & aliquando captus, atq; in uincula coniectus calliditate ſua aufugit, quod cũ ſemel atque iterum & tertio feciſſet tãdem occiſus eſt à Lacedæmoniis, & execto corpore inuentum eſt cor eius piloſum fuiſſe.

A R I S T O N. onis, (ἀρίστων) pen. cor. ſculptor, cuius meminit Plin. lib. 34. ca. 8. Et iuriſconſultus quidem doctiſſimus apud Gell. lib. 11. cap. 18.

A R I S T O N I C V S, (ἀριστόνικος) eunuchus fuit, ſummus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolemæo plurimum in bello profuit. Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Heſiodi Theogoniam commentarios conſcripſit. Vtriuſque meminit Suidas.

A R I S T O N I D E S, (ἀριστονίδης) ſtatuarii inſignis nomẽ, qui cum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato reſidentem, eiusq; pœnitentiam uellet exprimere, ferrum, & æs miſcuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur uerecundiæ rubor. Plin. lib. 34. cap. 14.

A R I S T O N Y M V S. (ἀριστώνυμος) inſignis Comœdiarum ſcriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit: cuius etiam Bibliothecæ fuit præfectus. Suidas.

A R I S T O P A T R A, (ἀριστοπάτρα) mater Crateri cuiuſdam, qui ſub Alexandro militauit, ut auctor eſt Strabo.

A R I S T O P H A N E S, pe. cor. (ἀριστοφάνης) Poeta comicus ex Lindo Rhodi oppido, lege uero Athenienſis, patre Philippo. maledicus, & in carpendis hominũ uitiis liberrimus ac mordaciſſimus: inuentor tetrametri et octometri uerſus: filios habuit Ararota, Philippũ, Philetærũ, Comicos omnes. Docuit fabulas L I I I I. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeo præpollet, ut Dionyſio rogãti aliquem eius ſermonis eruditum, auctorem hunc miſerint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & inſectatur in Nubibus. Ariſtophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, diſcipulus Callimachi, Zenodoti & Dionyſii. Auctor Suidas. Ariſtophanis Grammatici Quintil. li. 1. mentionem facit.

A R I S T O P H O N, (ἀριστοφῶν) pictoris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

A R I S T O P H O R V M, (ἀριστοφόρον) pe. cor. uas quo prandium defertur: Latine diſcus. ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ, porto.

A R I S T O R, oris, pen. genitiui corr. (ἀρίστωρ) Crotopi filius fuit, & pater Argi centoculi, qui ab eo Ariſtorides uocatur. Ouid. 1. lib. Metam. Donec Ariſtoridæ ſeruandam tradidit Argo.

A R I S T O T E L E S, (ἀριστοτέλης) pe. cor. nomen Stagiritæ philoſophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem uero Phæſtiadem. Fuit paruus, gibboſus, & deformis, balbutiens. ſed diues, ut qui ſocius, & præceptor, & ſecretarius Alexandri eſſet. Septendecim annos natus, Athenas profectus eſt, ubi uiginti annis Platonis ſe auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, decem annis Alexandrum inſtituit: cui q̃ fuerit charus, uel illud unum abunde magno eſt argumento, ꝙ Stagiram patriam eius, quam diruerat, in gratiam eius inſtaurauerit. Alexãdro deinde in Aſiam profecto, Athenas rediit, & in Lyceo 13. annis Philoſophiam profeſſus eſt. Poſtea accuſatus, ꝙ de Diis non recte ſentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibiq; reliquum uitæ tranſegit. Exceſſit ætatis anno 63. ſub idem ferè tẽpus, quo & Demoſthenes extremum uitæ diem clauſit. De hoc Quintil. Quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine, an uarietate operum clariorem putẽ? Hinc fiunt adiectiua Ariſtoteleus, & Ariſtotelicus.

A R I S T O X E N V S, (ἀριστόξενος) Tarentinus Mantineæ tamen agens, philoſophus & medicus nobiliſſimus, audiuit patrem & Lamprum philoſophũ Erithræum: dein Zenophilum Pythagoreum: poſtremo Ariſtotelem, cui morienti conuitium dixit, ꝙ Theophraſtum ſibi in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Scripſit omnis generis libros, muſicos præſertim. Suid. Hic animam dixit harmoniam eſſe, ut tradit. Cice. in Tuſcu. Ariſtoxenus alter Cyrenæus, qui adeo delicatus fuiſſe dicitur in hortorum cura, ut ueſperi lactucas mulſo irrigaret, ut luxurioſius ſucreſcerent, & ſaporis eſſent præſtantioris. Auctor Suidas.

A R I T H M E T I C A, {*Aritmetica*} (ἀριθμητική) numeralis ſcietia, q̃ tractat de numeris & ſupputandi ratione. Hæc inter diſciplinas Mathematicas prima eſſe dicitur, quoniam ipſa nulla alia indiget diſciplina: muſica autem, & Geometria, & Aſtronomia iſtius auxilio egent. Plin. lib. 35. ca. 10: Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue Arithmetice & Geometrice. Dicta Arithmetica ἀπὸ τοῦ ἀριθμεῖν, hoc eſt, à numerando.

A R I T V D O, {*Aridità, ſiccità*} (ἀβροχία) pro ariditate. Varro: Frigus calore atque humore aritudinem miſcet, Vide ſupra Ariditas.

A R I V S, (ἄρειος) fluuius qui Ariam regionem irrigat, quæ eſt inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin. lib. 6. cap. 23.

A R M A, {*Arme, & armi. Pet. Onde uanno à gran riſchio huomini & arme*} (ὅπλα) ab armis dicuntur, id eſt humeris à quibus depẽdent, ut inquit Feſtus: ut ſcutum, gladius, tela, & ea quibus prœliamur. Seruius docet Arma eſſe, quæ armos tegunt. Varro ab arcẽdo Arma dicta exiſtimat, ꝙ his arceamus hoſtes: ut fuſtes, lapides, & huiuſmodi. Quidam à uerbo Græco deriuant ἁρμόζειν, id eſt conuenire. Inutilia enim ſunt arma, niſi ita quadrent corpori, ut neque ampliora ſint neque anguſtiora, ut neque corpus lædatur anguſtia, neque amplitudine impediatur. Sed reuera non ſolũ hoc nomine bellica, ſed etiã omniũ ferè artiũ inſtrumenta intelliguntur. Vnde ruſticorum arma uocamus raſtra, ligones, & huiuſmodi. Verg. 2. Georg. Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma. Arma coquinaria ſunt, lebes, Patella, tripos, olla. Plaut. Quàm elegantet inſtructum coquinariis armis. Arma ſtudioſorum ſtylus, pugillares, libri. Plinius: Cuius arma erat, nõ uenabulũ & lancea, ſed ſtylus, & pugillares. Nautarũ quoque & paſtorũ inſtrumenta arma dicuntur. Ver. lib. 5. Aen. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Et lib. 1. Cerealiaq; arma Expediunt. Quan-

doque Arma capiuntur pro bello, ſicut Toga pro pace: ut Cedant arma togæ. Fraudes quoque & conſilia arma dicuntur. Verg. 2. Aen. Et quærere conſcius arma.

ARMAMENTA, {*Munitione d'arme, & d'altre coſe ſimili*}(ἐργαλεῖα, σκεύη) armorum congregatio. Vnde nauium inſtrumenta uel munimenta, ſicut funes & uela. Armamenta dicuntur. Colu. lib. 4. Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtrisq́. Dicuntur tamẽ etiã de alijs rebus. Nam Plin. etiam uinitorum inſtrumenta armamenta uocat.

ARMAMENTARIA, {*Luogo da riponer l'arme, luogo di munitione, arſenale*} (ὁπλοθῆκαι, σκευοθῆκαι) repoſitoria armorum ſunt, & ferè naualium, quę armamenta uocari, paulo ante oſtendimus. Armamentarium inſigne Athenis Philõ fabricauit, mille, teſte Plinio, capax nauium. Liuius de bello Mace. Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Viſitur etiam hodie ampliſſimũ armamentarium Venetijs, quod illi ſua lingua Arſenale uocant.

ARMARIVM, rij, {*Armaro*} ab armis, locus ubi cibaria, libri, & ſimilia reconduntur. ἄβαξ. Plau. in Capt. Cellas refregit omneis intus, reclusitq́ armarium. Huius diminutiuum eſt armariolum (ἀβάκιον) paruum armarium. Plaut. in Truc. Aut lectus dapſilis, aut armariola Græca.

ARMATI, {*Armati*}(ἔνοπλοι) dicuntur nõ ſolum, qui ſcutis telisq́ parati ſunt, ſed etiam, qui glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus inſtructi.

ARMATVRA, {*Armatura. Ario. can. 41. Vantaggio ha bene aſſai de l'armatura. A' tutta pruoua l'ha buona, e perfetta*}(ὁπλισμός, ὅπλα, πανοπλία, σκεύη) habitum armorum, uel ipſa arma ſignificat. Cic. Habet autem cohortes quadringentarios, ueſtra armatura X X X. id eſt ſimilibus, quibus uos armati armis. Vegetius lib. 3. cap. 14. Tertius ordo diſponitur de armaturis uelociſſimis, de ſagittarijs iuuenibus.

ARMATOR, (ὁπλιστής) & Armatrix, uerbalia ſunt ab Armo, as.

ARMATVS, huius armatus, idem quod armatura. Liu. 7. bel. Mace. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Hoc eſt paribus & ſimilibus armis induti.

ARMENIA, {*Armenia. Arioſt. can 17. Ritornando d'Armenia un mercatante*} (Ἀρμενία) regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montes ſita, & à Cappadocia ad Caſpium uſque mare protenſa: ab Armeno quodã Rhodio (ut ex Antipatri ſententia tradit Stephanus) ita appellata. Et (ut Pli. lib. 6. auctor eſt) duplex eſt, maior ſcilicet, & minor. Maior poſt Mediam ad occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à ſeptentrione Colchidem habet, Iberiam, et Albaniam: ab occaſu magnum Euphratis curſum, qui Cappadociam, minorem Armeniã, Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caſpij aſſurgunt: à meridie Meſopotamiam atque Aſſyriam. Montes in Armenia ſunt Moſchici, qui ſupra partem Ponti ad Cappadociam ſe efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate ſciſſus & Mediam percurrens, poſtremo Abus appellatur: Gordiæus ex quo Tigris oritur. Taurus, ac Niphates, qui Meſopotamiã atque Aſſyriam ab Armenis diſterminant: Caſpij, qui uergunt ad Medos, & Caucaſij, qui ſeptentrionalia, Iberiam uerſus, Albaniãq́ cõcludunt. Flumina ſex Cyrus, qui monte ortus Caucaſo, à ſiniſtris Iberiam Albaniamq́ dimittens, Armeniã à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phaſis, Lycus, Tigris, Euphratesq́. In Armenia pretioſum inter reliqua aromata naſcitur amomum. Armeniam Hebræi Arab uocant. In ea ciuitas inſignis Artaxata. Armenius, a, um, adiect. quod eſt ex Armenia. Hora. 1. Epod. Cantaber Agrippæ, Claudi uirtute Neronis Armenius cecidit. Verg. 5. Eclog. Armenias curru ſubiungere tigres. Pro eodem etiam dicimus Armeniacus, a, um: ut, Malum Armeniacum, de quo uide in dictione ſequenti.

ARMENIACA MALA, {*Armelino, muniaga*}(μῆλα ἀρμενιακά) poma ſunt medium quendam locum obtinentia inter Perſica & pruna. Sunt enim minora perſicis, ſed citius matureſcunt. Oſſibus ad prunum, carne ad Perſicũ quã proxime accedunt. Dioſcorides alio nomine Præcocia uocari teſtatur. Galenus uero lib. 2. de Aliment. facult. & lib. 7. Simplicium medi. Armeniaca diſcernit à præcocibus: hæcq́ illis multo præſtantiora eſſe teſtatur. Illud tamen fatetur, uetus Armeniacorum nomen ſua etiam ætate in uſu eſſe deſiſſe, & utranque ſpeciem nullo diſcrimine præcocium nomine appellari cœpiſſe.

ARMENTARIVS, rij, {*Caſtode de l'armento*}(ἀγελάρχης) armenti cuſtos Verg. lib. 3. Georg. Omnia ſecum Armentarius Apher agit, tectumq́ laremq́. Lucretius lib 6. Præterea iam paſtor, & armentarius omnis.

ARMENTALIS, le, (ἀγελαῖος) quod eſt ex armento. Verg. 11. Aen. Hic natum in dumis interq́ horrentia luſtra Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat teneris immulgens ubera labris.

ARMENTOSVS, {*Ricco ò abondante di beſtiami*}(ἀγελαῖος) armẽtis abũdans, Gel. lib. 11. cap. 1. Quod Italia tunc eſſet armentoſiſſima.

ARMENTINVS, na, num, quod eſt ex armento. ἀγελαῖος. Pli. li. 28. cap. 17. Fimi ceruini, maxime ſubulonis, ſed & bubuli: de armentinis loquor, &c.

ARMENTITIVS, a, um, idem ſignificat. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 10. In alimonijs armentitium pecus ſic continendum.

ARMENTVM, {*Armento. Dant. Del grand'armento che egli hebbe uicino*} (ἀγέλη) inquit Feſtus, id genus pecoris dicitur, quod eſt idoneum ad opus armorum: ut ſunt equi & boues. Nam equis in bellum curritur, clypei uero boũ coriis armantur. Varro autem boues, Armenta uocari uolunt, quaſi Aramenta, tertia litera ſublata, quod eorum præcipue opera in arandis agris utamur. Vnde Colu. li. 7. Iumenta & armenta nomen à re traxere, quod noſtrum laborem, uel onera ſubuectando, uel arando, iuuarent. Proprie itaque Armenta boues dicuntur & equi: quamuis etiam alia minora animalia eo nomine dici poſſint, quamuis ſint ad arandum, aut ad geſtanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non ſunt idonei, inter armenta computantur à Vergilio, lib. 1. cum ait, Hos tota armenta ſequuntur. De hoc uide plura in dictione Grex.

ARMIAGRION, (ἀρμιάγριον) à quibuſdam uocatur herba ea, quam Dioſcorides Dracunculum maiorem appellat.

ARMIFER, a, um, adiect. (ὁπλοφόρος) arma ferens. Sil. lib. 6. Queis cedat togæ. & armiferi gens ſacra Quirini. Armifera dea, periphraſis Mineruæ, Ouid, ad Liuiam. Armiferum aurum Sene. Medea.

ARMIGER, armigeri, pen. cor. {*Seruitore di lancia, ſcudiero*} (ὁπλοφόρος, ὑπασπιστής) qui lanceam, ſcutum, galeamq́ ferens, armatum equitem in prælio ſequitur. Et plane apud antiquos Armigeri fuerunt ſummi uiri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Aeneæ. Plin. li. 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem.

ARMILLÆ, {*Abbigliamenti militari*} ſunt ornamẽta in circulorum modum, quæ uiri militares ab imperatoribus donata in ſiniſtris brachijs gerere conſueuerunt. Hæc Priſcianus Brachialia uocat: quemadmodum Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur autem Armillæ ab armis, ꝙ antiqui humeros cum brachijs Armos uocabant. Vnde arma ab his dependentia ſunt uocata. Liu. libr. 1. Additur fabulæ, ꝙ uulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatosq́ magna ſpecie anulos habuerunt. Blaſonum (ſcribit Bud.) Armillam uulgò uocant. Inde Armillati curſores, quos poſtas dicimus: uidelicet quia id inſigne gerunt, quod poteſt armilla, aut ſpinter dici.

ARMILLATVS, dicitur qui armillas habet, ψελλιοφόρος. Propert. Atq́ armillatos colla Moloſſa canes. Fuit & Armillatus nomen uiri, qui ſub Nerone, & Domitiano uixit.

ARMILLE, neutri generis, inſtrumentum, & apparatus uerſutiarum, ab armis pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6. Ad armille redit.

ARMILLVM, uas uinarium in ſacris, ita dictum, ꝙ armo, id eſt, humero, deportaretur. Varro de uita Popul. Roman. lib. 1. Etiam nunc pocula, quæ uocant Capulas, & Capides, quod eſt poculi genus: item armillum, quod eſt urceoli genus uinarij.

ARMILVSTRVM, feſtum apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis. Item locus, in quo huiuſmodi ludi fiebãt. Varro hoc nomen ab ambitu luſtri dictum exiſtimat: quod ibi circumferretur pompa, & equi currerent.

ARMIPOTENS, {*Potente nell'armi*}(κρατερός, ἀλκιμός) armis ualens, Vnde & Pallas ſiue Bellona, armipotens dicitur. Cic. Antequam uei in exilium: Nam ego te Iupiter opt. max. cuius nutu ac ditione ſolia terrarum gubernantur teq́ particeps connubij, ſocia regni, regia Iuno, teq́ Tritonia, armipotens, Gorgonia Pallas, Minerua. Ver. 2. Aen. Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

ARMISONVS, notæ ſignificationis, ut Pallas armiſona. Verg. 3. Aene. tum numina ſancta precamur Palladis armiſonæ. Armitenens, (ὅπλα ἔχων) qui arma tenet.

ARMO, mas, {*Armare. Pet. L'alma che d'humiltade e non d'altro armo*} (ὁπλίζω) armis induo, ſeu munio. Verg. 8. Aen. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet. Plancus ad Cic. Qui quidem cum in fraudem ſe deductũ uideret, manus quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. Liu. li. 2. de bello Pun. Itaque & muri reficiebantur & propugnaculis armabantur. Compoſita ſunt, Dearmo, quod eſt armis exuo, ἀποπλίζω. Idem li. 4. Conſul. triumphans in urbem redit, Cluilio duce Volſcorum ante currum acto, prælatisq́ ſpolijs, quibus dearmatum exercitum hoſtiũ ſub iugo miſit. Exarmo idẽ ſignificat. Suetonius in Domi. Negantemq́ ultra ſe tueri eum poſſe, ꝙ exarmata eſſet à Ioue. Exarmatas autem feras dicimus, manſuefactas. Lampridius de Heliogabalo: Habuit leones & leopardos exarmatos, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere. Obarmo, circumarmo. Hora. lib. 3. Carm. Mos unde deductus per omne Tempus Amazonia ſecuri Dextras obarmet. Perarmo, perfecte uel pulchre armo. Cur. Hoc modo inſtructo exercitu, ac perarmato, Babylone copias mouit.

ARMOGE, ges, uide Harmoge.

ARMON, Pli. lib. 19. ca. 5. rhaphani ſylueſtris genus Pontica lingua dici oſtendit, quod Latini Armoracium uocant.

ARMORICÆ CIVITATES, à Cæſare appellantur ciuitates Galliæ ad Oceanum occidentalem ſitæ, quas incolebant Rhedones, Curio ſolites, Oſiſmi, Cadetes, & Vnelli.

AROMACEA, ceæ, (ἀρμορακία) teſte Palladio, agreſtis rhaphanus eſt. Plin. Armoracium uocat, ſic ſcribens li. 19. ca. 5. Etiamnum unũ ſylueſtre, Græci ἀγρίαν uocant, Pontici Armon, alij Leuce, noſtri Armoracion, fronde copioſius, quã corpore. Eſt et hoc nomine fluuius, qui de mõtibus Arabiæ deſcẽdẽs in ſtagnum Aſphaltiten erumpit, diuidẽs Moabitidem & Amonitidẽ. Ioſeph. lib. 4.

ARMVS, {*Homero ſpalla. Pe. Sopra gl'homeri hauea ſol due grand'ali*} (ὦμος) humerus. Verg. lib. 3. Georg. Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri proprie eorum ſunt, qui rectũ in cœlum ſpectant: unde hominum ſoli humeros eſſe dicimus. Ver. 4. Aen. Os humerosq́ deo ſimilis. Armi uero ſunt brutorum: quamuis & de hominibus quãdoque dicantur. Horat. Saty. 4. Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

ARNATES, apud Plin. libr. 3. cap. 14. populi ſunt in ſexta regione Italiæ, ab Arna umbrorum ciuitate ita dicti.

ARNE, es, (Ἄρνη) ciuitas eſt iuxta ſinum Maliacum, primum à Bœotiis inhabitata, deinde a Theſſalis occupata: ut eſt auctor Thucydides li. 1. Bell. Pelopon. Sunt & aliæ eiuſdem nominis ciuitates, quæ recenſentur à Stephano.

ARNOBA, ut habet Plinius, Abnoba, ut Ptol. Arnoba ut Cornelius Tacitus, mons eſt ex aduerſo Raurici, Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

ARNOGLOSSVM, {*Piantaggine*}(ἀρνόγλωσσον) Latine Lingua agni, uulgo Plantago dicitur. ἀρνός enim Græci agnum dicunt, γλῶτταν linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuros, id eſt, habens ſeptem coſtas. nam in folio eius ſunt ſeptem coſtæ. Sunt enim ſeptem nerui inſtar coſtarum animalium. Vide Ruellium lib. 1. cap. 20. & lib. 2. cap. 58.

ARNVS, {*Arno Boc. Gior. 8. Nou 6. Vicino alla torricella ſopra la riua d'Arno ſe n'andò*}(Ἄρνος) fluuius eſt Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen ſeruans.

ARO, as, {*Arare. Dant. Forſe colà oue uendemia & ara*} (ἀρόω) proprie ſignificat terram iam proſciſſam rurſus uomere euerto. Plinius: In arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? agrum bene colere. Quid ſecundum? bene arare. Quid tertium? ſtercorare. Per translationem Arare ponitur pro coire. Plaut. Fundum alienum Arat incultum, familiarem deſerit, id eſt, alienas mulieres ſubagitat, uxorem ſuam deſerit. Compoſita huius

uerbi

uerbi ſunt Deаro, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro. Plin. Sunt qui iam natas inarant ſegetes.

AROMA, pen. cor. (ἄρωμα) Lydiæ, ſiue Mæoniæ oppidum eſt, cuius meminit Strabo lib. 24.

AROMATA, {Spetie} (ἀρώματα) ſunt quæ uulgo ſpecies dicuntur, uel alia etiam odoramenta. Colu. lib. 12. cap. 20. Deinde cum uidebitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contuſa, & cribrata paulatim inſperges. Aromaticus, a, um, adiect. odorem habens aromatum.

AROMATOPOLA, {Aromatorro, ſpeciale} (ἀρωματοπώλης) qui aromata uendit, quem nos Aromatarium dicimus.

AROMATITES, (ἀρωματίτης) gēma, quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Pli. lib. 37. cap. 10. Aromatites & ipſa in Arabia traditur gigni: ſed & in Aegypto circa Piſas, ubiq; lapidoſa, & myrrhæ coloris, & odoris, ob hoc reginis frequentata. Eſt item Aromatites, uinum aromatibus conditum. Pli. lib. 14. cap. 13. Lautiſsima erant apud priſcos uina myrrhæ odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Hoc uini genus quo pacto confici ſoleat, docet Dioſco. lib. 5.

ARON, (ἄρον) herba eſt è bulborum genere, teſte Pli. li. 19. cap. 15. ſcillæ proximum amplitudine, folijs lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi craſsitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoque eius in aceto decocta manduntur. Officinæ corrupto, uti ſolent, nomine Iarum appellant. Quidam ea uulgo Pedem uituli, alij Serpentariam minorem uocant.

ARPINUM, {Arpino} (ἀρπῖνον) pe. pr. ciuitas inter Forū & Aquinum, porrecta in monte, ex qua orti fuere. M. Cic. Plautus Comicus, & C. Marius, qui ſeptiés Cōſul fuit. Inde Arpinas, atis, quod modo ſubſtantiuum eſt, ſignificās eū, qui Arpini natus eſt. Modo adiectiuum ea denotans, quæ ad id oppidū aliquo modo pertineāt. Ci. pro lege agraria: Meus paternus auitusq; fundus Arpinas.

ARQUATUS, a, um, ſiue Arcuatus {Inarcato, coſa torta c'ha figura d'arco} adiectiuum ab Arcus, dicitur quicquid arcus figurā ullo modo imitatur. Ouid. 11. Meta. dixit, & arquato coelum curuamine ſignans. Vnde opera illa quibus aqua duci ſolet, Arcuata dicuntur, quòd multis arcubus æqualiter diſtantibus fulciantur. Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἰκτερικοὺς uocant, quòd uirētibus oculis arqui coeleſtis colorem imitentur. Hæc morbus à Varrone Morbus regius dicitur. unde Arcuatū pecus, quod morbu ictenco, id eſt, regio, laborat. Colu. lib. 7. Bilis æſtiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ ueteris urinæ, quæ ipſa remedio eſt pecori arcuatu.

ARQUITES, {Sagittari, arcieri} (τοξόται) dicebant antiqui arcu prœliantes, quos nunc ſagittarios uocant. Vide ſupra in dictione Arcus.

ARRECTARIUS, {Dritto} adiectiuum, à participio Arrectus: quod eſt arrectum: ut aſſer arrectarius in Cratitio pariete, qui arrectus eſt: ſicut Tranſuerſarius, qui in tranſuerſum ponitur. Vitru. lib. 2. ca. 8. Etiam qui ſunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & tranſuerſariorum diſpoſitione.

ARREPTITIUS, qui a dæmone rapitur, qui etiā Arreptitius dicitur. ἀρπαγιμαῖος. Veteres Arreptitium dicebant laruatū, quaſi a laruis arreptū. Perottus.

ARRHA, rhæ, & Arrhabo, onis, pen. cor. {Arra, caparra. Dant. Diede per arra à lui d'eterna pace} (ἀῤῥαβὼν) utrunque ſumitur pro eo quod dari ſolet ad confirmationem contractus. Pli. li. 33. cap. 1. Argumento eſt conſuetudo uulgi, ad ſponſiones etiamnum anulo exiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha uelocior. Terent. Ex relicta arrhabonis eſt.

ARRIA, Romana fuit mulier (licet alij Patauinam faciant) quæ damnato Pæto marito ſuo, corpus gladio fodit, quem uulnere educens, ipſi Pæto quærenti dedit, ut idem faceret. Mart.

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de uiſceribus traxerat ipſa ſuis.

ARRIANUS, (ἀῤῥιανὸς) Philoſophus fuit Nicomedienſis, qui Romę Adriani temporibus floruit: à quo etiam ſummis honoribus eruditionis nomine eſt affectus. Scripſit Epicteti Philoſophi uitam, & Alexandri Magni hiſtoriā, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana aſſeruantur. Fuit etiam Poeta quidam hoc nomine, cuius uerſibus Tyberium Cæſarem unice delectatum ſcriunt.

ARRIDEO, es, {Ridere de coſa che piaccia} (προσγελάω) ridendo applaudo, uel riſu lętitiam oſtendo. Cic. de Somnio Scipionis. Hic leniter arridens Scipio. Accipitur & pro placeo. Idem Attico. Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſplicet.

ARRIGO, gis, (ἵστημι, τείνομαι) uide in dictione Rego.

ARRIPIO, is, {Tor per forza} (προσαρπάζω) ad me rapio, attraho, apprehendo. Cic. 2. de Orat. Si quemcunque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo. Idē pro Seſtio: Qui cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem 2. de Nat. Deo. Quęrit apud Xenophontem Socrates, unde animā arripuerimus.

ARRIUS, (ἄῤῥιος) Philoſophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Auguſtum habitus, ut aliqua ex parte Alexandrinorum ſalutem illi debere fateretur. Tribus enim ea cauſis ſe Alexandrinis pepercitſe aiebat, primum ne una cū urbe Alexandri magni memoriam uideretur delere: ſecundo propter urbis ipſius pulchritudinem, tertio propter Arrium Philoſophum. Auctor Plutarchus in Antonio. Fuit etiam hoc nomine Hæreſiarcha quidam, à quo Arriana ſecta originem cepit.

ARRODO, is. Vide Rodo.

ARROGO, as, pen. cor. {Attribuirſi troppo} (ἀντιποιοῦμαι ἑαυτῷ, ἀλαζονεύομαι) aſſumo, uendico, plus ſatis mihi tribuo, arroganter præſumo: cui opponitur Derogo. Cic. pro Sex. Roſ. Non enim tantum mihi derogo, (tametſi nihil arrogo) ut te copioſius putem, quàm me poſſe dicere. Vnde Arrogans, (ἀλαζὼν) qui ſibi temere atque inſolenter tribuit, quæ in eo non ſunt. Cæſar 3. Bel. Ciu. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere reſtitui, quàm ſuo beneficio uideri receptos: ne aut ingratus in referēda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio uideretur. Ariſt. in Ethicis: Arrogans præclara, & ea quæ non inſunt, & maiora quàm inſint, ſibi fingit: Diſſimulator uero, aut ineſſe ſibi negat, aut imminuit. Arrogantia, (ἀλαζονεία) per quam temeritas atque imprudentia uanam ſibi comparat auctoritatem. Cæſ. 3. bel. ciu. Accidiſſe igitur his quod plerūque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere ſolet: uti eò recurrant, & id cupidiſſimè petant, quod paulò antè contempſerint. Arroganter (ἀλαζονικῶς) aduerbiū ſuperbe. Cice. 2. de Orato. Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi uitio dictum eſſe aliquid uideatur. Item Arrogare, (εἰσποιοῦμαι) eſt in filium ac familiarem aſciſcere: à quo fit Arrogatio, quæ eſt, cum is qui aſciſcit aliquem in filium interrogatur, an uelit illum iuſtum ſibi filium eſſe, & is qui aſciſcitur rogatur, an id fieri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur, quòd per populi rogationem fiat. Vide Aulum Gell. lib. 5. cap. 19.

ARRHOSTEMA, atis, uel Arrhoſtia, æ, {Malatia} (ἀῤῥωστία, ἀῤῥώστημα) Latine ægrotatio, ab ἀῤῥωστέω ægroto. Arrhoſtos, (ἄῤῥωστος) ægrotus. Cic. 4. Tuſcu. Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisq; item oppoſitæ contrariæ offenſiones.

ARRUGIA, {Foſſa d'onde ſi caua l'oro} (χρυσωρυχία) cuniculus ſubterraneus, ex quo effoditur aurum. unde Plin. lib. 33. cap. 4.

ARS, {Arte. Dant. O' tu c'honori ogni ſcienza & arte} (τέχνη) multipliciter dicitur. Nam quædam eſt ars, quæ in ſpeculatione tantum conſiſtit, ut Aſtrologia, Et hæc Theorice, id eſt, ſpeculatiua dicitur, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cuius ſtudium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur, & Practice, id eſt, actiua dicitur: ut ſaltatio. Quædam in effectu, quę operis, quod oculis ſubiicitur, conſummationem, finem accipit: qualis eſt pictura: et ſic definitur: Ars, eſt recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt, à uirtute quā Græci uniuſcuiuſque ſcientiam uocant. Eſt etiam Ars, quæ conſtat ex præceptorum collectione, ab Arcto, ctas, quòd arctis præceptis, id eſt, anguſtis & breuibus concludatur: ut eſt Ars Seruij, Ars Donati, ars Priſciani. Ars etiam aſtutia, ſiue ſit in uirtute, ſiue in uitio, dicitur, qua quis non facile falli, ſed magis alios fallere poteſt, quæ Græce quoque dicitur τέχνη. Ver. 2. Aen. Dolis inſtructus & arte Pelaſga. Ab Ars fiunt compoſita, Iners, Solers, Artifex, & diminutiuum Articula, τεχνίον, τεχνύδριον.

ARSACES, (ἀρσάκης) pen. cor. nomen proprium Parthorum regis, cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæſitum, conſtitutumq; ab eo regnum, ut omnes deinde reges ſuos Arſaces appellauerint, quemadmodum Aegyptij reges ſuos uocauerunt Ptolemæos. Quin & Parthi ipſi, ab eo dicti ſunt Arſacidæ.

ARSACIA, (ἀρσακία) prius uocata Europus, urbs eſt in Media, ſic à Parthis appellata. Auctor Strabo lib. 11.

ARSANIAS, (ἀρσανίας) fluuius eſt Armeniæ, qui cum Tigri circiter quatuor paſſuum millia fluit: deinde diuiſus in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 24.

ARSENICUM, ci, {Arſenico, orpimento} (ἀρσενικὸν) genus eſt coloris lutei, quod à Plinio Auripigmentum uocatur, eo quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius ſunt genera, natiuum, et factitium. Natiuum rurſus eſt duplex: alterū cruſtoſum & in ſquamas ſciſſile, aureo colore micans, nulliq; materiæ permiſtum. Hoc à nonnullis uocatur foliatum. Huius generis magnam uim Caius princeps auri auidiſsimus, excoqui iuſſit, & fecit plane aurum excellens, ſed tā exiguum, ut detrimentum ſentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore ſandaracham referens. Hoc ignobilius eſt nulliusq; ex eo excoquitur aurum. Sæpe in eadem inuenitur gleba cum ſandaracha: à qua ſolo colore differt & coctione, uim alioqui eandem habens. Ex hac ſpecie fit Arſenicum factitiū: quod quo pacto fiat, uide apud Dioſco. lib. 5.

ARSENOGONON, (ἀρσενόγονον) herba ferens ſemen teſtibus ſimile: ita dicta, quòd uino, in quo macerata eſt, epoto mares generari credantur, quemadmodū Thelygono fœminæ. Auctor Plin. lib. 26. cap. ult.

ARSENOTHELEAS, {Dei maſchi & femine} (ἀρσενοθήλεας) deos antiqui eſſe dixerunt utriuſque ſexus participatione, quaſi maſculofœminos. Quo nomine quædā quoque animalia ab Ariſtotele nominantur ſemetipſa ineuntia.

ARSENARIA, (ἀρσεναρία Ptolemæo) Mauritaniæ Cæſarienſis colonia, tribus paſſuum millibus à mari ſita. Recenſetur à Plin. lib. 5. cap. 2. & à Ptolemæo lib. 4. cap. 2.

ARSENIUM, (ἀρσένιον) Germaniæ oppidum apud Ptolemæum li. 2. ca. 11.

ARSIA, Hetruſcorum ſylua fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruſcis pugna celebris.

ARSICORAS, Sardorum rex tempore Annibalis, ut ſcribit Liuius.

ARSINOE, (ἀρσινόη) fuit filia Ptolemæi, Lagi filij, qui Aegyptum poſt Alexandrum tenuit, & uxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtantiſsima: cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater urbem condidit in Cyrenaica regione.

ARSIS: (ἄρσις) Latine uocis eleuatio: ſicut & θέσις poſitio uocis: ut, Arma: ar, eleuatio eſt: ma, poſitio. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur.

ARTABANUS, (ἀρταβανὸς) pe. pro. ultimus Arſacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Perſa interemit, ſuisq; regnum reſtituit, quod poſt Darium regem ab Alexandro uictum ſemper penes Parthos fuerat. Fuit & alter Artabanus, Hyſtaſpis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Gręciam parantem ſiniſtra conatus eſt ab inſtituto reuocare. In ipſa quoque expeditione cum regis conſilia identidem improbare uideretur, ueluti militię inutilis, ad regni adminiſtrationem in Perſidem remiſſus eſt: ubi poſtea Xerxem obtrūcauit. Vide Herodotum lib. 7. & Iuſtinum lib. 2.

ARTABA, æ, ſiue Artabe, es, (ἀρτάβη) menſura eſt frumentaria apud Perſas, capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Auctor Herod. lib. 1.

ARTABAZUS, (ἀρτάβαζος) Armeniæ rex fuit filius Mithridatis, uir in tam remota barbarie omnium tamen literarum peritiſsimus. Hic quòd exercitum Antonij Parthis prodidiſſet, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per urbem circunductus, tandem in carcere necatus eſt. Fuit & alter hoc nomine, ex duobus Xerxis, qui re infeliciter aduerſus Gręcos geſta, cum paucis ſuorum effugit. De hoc Herodotus lib. 9.

ARTABRI, orum, (ἀρταβροι) Hiſpanię populi in extremis finibus Luſitanię, ad Septentrionem & Occaſum, auro, argento, & ſtanno abundantes: ita dicti ab Artabro uicino promontorio. Meminit horum Strabo lib. 3.

ARTACA, ſiue Artace, (ἀρτάκη) in Cyzicenorum inſula, mons eſt arboribus plenus, in fronte habens quandā paruā inſulā eodē nomine: prope eſt promontorium, quod Nigri appellatur, id in prætermauigatione eſt e Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo libro 12. & 13. Eſt etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Mileſiorum colonia: quod tamen Ptolemæus lib. 5. ca. 1. uillam appel-

lat, Plinius portum.

ARTACENA, æ, (ἀρτακηνή) regio eſt Syriæ, Lyco & Capro fluuijs irrigata, in qua Dariũ ab Alexandro uictũ fuiſſe, tradit Strabo in principio libri 16.

ARTACHÆES, (ἀρταχαίης) unus fuit ex duobus Xerxianis, totius exercitus, uno rege excepto, proceriſſimus, quippe cui ad ſtaturam quinque cubitorũ quatuor tantum digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (ubi foſſæ ducẽdæ præerat) fato functũ, Xerxes eximio ſepulturę honore eſt proſequutus.

ARTAXATA, orum, (ἀρτάξατα) clariſſima Armeniæ urbs, ad Artaxem amnem ſita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiaſata (ἀρταξιάσατα) appellata, teſte Strabone, lib. 11.

ARTAPHERNES, (ἀρταφέρνης) Hyſtaſpis filius fuit, & frater Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: ut ſcribit Herodot. lib. hiſtoriarum 7.

ARTAXERXES, (ἀρταξέρξης) nomen proprium Xerxis filij, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis 125. filios ſuſcepiſſe traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathen: quorũ Darius à patre rex declaratus, leuem ob cauſam cũ quinquaginta ex fratribus aduerſus eũ rebellauit: qui poſtea ſuperati, ad unũ omnes cũ uxoribus & liberis iuſſu regis ſunt interfecti. Ab hoc profecta eſt celebris illa ſententia. Beneficium addere longe magis regale eſſe, q̃ auferre. Fuit et alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater, cognomẽto Memor. Huic cũ pauper quidã malũ ingentis magnitudinis obtuliſſet, iucunde ſuſcepit, Per Solẽ, inquiens, hic is mihi uidetur, quẽ urbẽ quoque ex paruis magnam reddere poſſe exiſtimẽ.

ARTAYCTES, (ἀρταΰκτης) Perſa fuit, Seſti præfectus ſub Xerxe, qui cum multa contra deos hominesq; nefarie perpetraſſet, tandem à Xanthippo Athenienſium duce captus, uiuus palo ſuffixus eſt. Herodo. lib. 7.

ARTEATÆ, (ἀρτεᾶται) gens fuit Perſica, ita dicta ab Artea Perſidis regione: de qua Stephanus, & Herodo. lib. 1.

ARTEMBARES, (ἀρτεμβάρης) uir erat in primis clarus inter Medos, cuius filius cum à Cyro adhuc puero, & incognito, iniuria affectus eſſet, Artembares eum apud Aſtyagem accuſans, occaſionem præbuit, ut regius puer, & Aſtyagis nepos agnoſceretur. Vide Herodotum lib. 1.

ARTEMIDORVS, pe. pr. (ἀρτεμίδωρος) Gnidius Philoſophus fuit, Bruto familiaris: à quo cum coniurationis in Cęſarem factus eſſet particeps, oblato Cæſari libello, rem ordine expoſuit, ſed ita iã urgente fato cecidit, ut Cæſar libellum, tanquã alio tempore lecturus, in ſinum reijceret, qui poſtea ipſo interfecto inuentus eſt. Fuit & alter Artemidorus, Philoſophus Daldianus (eſt autẽ Daldis Lydiæ ciuitas) qui de ſomnijs, auſpicijs, & chiromantia libros quatuor conſcripſit. Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pſeudariſtophanem, qui rei culinariæ uoces congeſſit.

ARTEMIS, (ἄρτεμις) Diana dicitur, ſiue Luna, quaſi ἀεροτέμις, id eſt, aerẽ ſecans, ut nõnulli uolũt: uel q; integros faciat partus, ut interpretatur Strab. li. 14.

ARTEMISIA, (ἀρτεμισία) Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & uirum ultra humanę affectionis fidem amaſſe creditur. Nam & mortui cineres uino commiſtos ebibit: & memoriæ eius tam ſplendidum erexit ſepulchrum, ut magnifica omnia monumenta, Mauſolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Eſt & Artemiſia, herba inſignis, abſinthij modo fruticoſa, maioribus folijs pinguioribusq;: cuius duo ſunt genera, alterũ latioribus folijs, alterum minoribus & tenerioribus, non niſi in locis maritimis naſcens. Nomen accepiſſe putatur ab Artemiſia regina, cum antea Parthenis diceretur. Alij ab Artemide cognominatam putant, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Vide Plin. lib. 25. cap 7.

ARTEMISIVM, (ἀρτεμίσιον) ut Demoſthenes pro Cteſiphonte docet, promontorium Eubœæ eſt. Artemiſium item lucus eſt prope Ariciam, Dianæ ſacer, quaſi Dianium dictum: Latini Nemus, & agrum uicinum Nemorenſem dixerunt. unde & Nemorenſis rex dictus eſt ſacerdos illius regionis.

ARTEMISIVS, (ἀρτεμίσιος) apud Macedonas menſis Maius dicitur. Quo nomine etiam uocatur mons Arcadiæ, ſicut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 6.

ARTEMITE, (ἀρτεμίτη) inſignis eſt ciuitas quingentis ſtadiis à Seleucia diſtans. Auctor eſt Strab. lib. 15.

ARTEMIVS, (ἀρτέμιος) Romæ fuit præfectus carceris. qui una cum uxore Candida, & Paulina filia iacent in uia Aurelia, martyres ſub Adriano principe. Auctor Volater.

ARTEMON, monis, {*Artimone. Dant. Chi terzeruola e chi artimon rintoppa*} (ἀρτέμων) quid ſit inter eruditos non ſatis conuenit. Bayſius credit eſſe uelum maximum in naui, eo argumẽto fretus, q; etiam hodie Veneti maximum nauis uelum hoc nomine uocant. Alciatus uero credit eſſe uelũ addititium, q; ſcilicet maiori uelo additur & aſſuitur dirigẽdæ nauis cauſa. Nã Græci ἀρτᾶν dicũt aſſuere, uel appendere, & ἄρτημα appendicem. Alij uero nolunt eſſe nauis antennam, ex qua uelum ſuſpenditur. Vitru. lib. 10. docet Artemonem eſſe, quam noſtri, trochleam, Græci ἐπάγοντα uocant. Hac autẽ in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur, ut merito additamentũ magis, q̃ pars nauis eſſe uideatur. Ait idem ſcriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naues eſſe accõmodatas, fieriq; his trochleis nauium ſubductiones. Fuit & Artemon medicus, quem Pli. li. 28. cap. 1. ex hominis cremati calua aquã propinaſſe ſcribit aduerſus morbum comitialem. Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Pli. li. 35. cap. 11. Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeo ſimilis, ut Laodice, necato Antiocho, regni ſucceſſionem per eum fuerit adepta: ut tradit idem Plin. lib. 7. cap. 12.

ARTEMONA, (ἀρτεμώνη) apud Plautum dicta eſt mulier quædam ab ἀρτίζω, perficio, q; perficeret quæ uellet, q; egregiè dotata.

ARTERIA, {*Arteria, la canna della gola strozza Dant. Questo hinno si gorgogliauan ne la strozza*} (ἀρτηρία) Latine ſignificat uenã uitalem, ſeu ſemitã, in qua eſt uitalis ſpiritus. Pli. li. 11. ca. 37. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. Gell. lib. 3. cap. 10. & lib. 17. cap. 11. & lib. 18. cap. 10. Arteria eſt, inquit, conceptaculum ſpiritus naturalis miſti confuſiq; cũ ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt & minus ſanguinis, quæ motu atque pulſu habitum & modum febriũ demonſtrat. Antiqui arterias uocant Pulſus. Super arterias locantur uenæ, præterquam in dorſo, in quo magna arteria eſt poſita ſuper uenam. Læduntur arteriæ, ſi ante quã uox bene permulſa eſt, acri clamore cõpleantur. Ergo interuallis longioribus uti conuenit. recreatur enim ſpiritu uox, & arteriæ reficẽdo acquieſcunt. Ponitur quandoque uena pro arteria. Perſius: Tange miſer uenas, & pone in pectore dextram, Nil calet hic. Neque enim uenas ægrotorum, ſed arterias pertentamus. Celſus lib. 3. Si protinus uenæ conciderunt, & ſæpius eodem die: ſi inter plures acceſſiones uis perinde corporis deeſt. Dicta eſt autem Arteria ab eo q; aer, hoc eſt, ſpiritus in ea ſeruetur, quaſi τὸν ἀέρα τηρεῖν. Aſpera arteria, (τραχεῖα ἀρτηρία) eſt fiſtula exterior colli, ab ore protenſa ad pulmonem, per quam ſpiritus attrahitur & emittitur.

ARTHRITICVS, {*Colui à chi doglrano le giunture*} (ἀρθριτικός, ἡ ἀρθριτικός) qui laborat arthritide, hoc eſt morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos mẽbrũ ſignificat. Cic. ad Pętũ: Nõ. n. arbitror coquũ etiã te arthriticum habere.

ARTHRITIS, idis, {*Infermità, ò dolor di giunture*} (ἀρθρῖτις) morbus articularis, ita dictus, q; τὰ ἄρθρα, hoc eſt, articulos & iuncturas inficiet.

ARTICVLARIS, & hoc re, quod ad articulos pertinet, ἀρθρικόν: ut, Articularis morbus, (ἀρθρῖτις) ita dictus, q; per omnes artus uagatur. Hoc morbo Ennius laboraſſe fertur. Serenus: Si uero articulos rabies inimica per omnes Hæſerit, ex ficu betas cum melle iugabis: Vel pelagi latices, ſimul & Bacchea dona Sumere curabis, nimio ſed parcito uino. Ennius ipſe pater dũ pocula ſiccat iniqua, Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores. Pro eodem etiam legitur Articularius, a, um. Pli. lib. 21. cap. 20. Articularios morbos ſedat, canisq; morſus. Idem lib. 20. cap. 9. Podagræ autem, morbisq; articularis illini cum rutæ, coriandri, & ſalis mica, hordei farina.

ARTICVLARIVS, rij, ſubſtantiuum, (ἀρθριτικός) qui articulari morbo laborat. Plau. Merc. Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducũt pedes.

ARTICVLOSVS, ſa, {*Nodoſo*} (ἀρθρώδης) plenus articulis. Pli. lib. 24. ca. 16. Alij radice longa, ueluti ſignata, articuloſaq; monſtrauere, tribus omnino calculis. Quintil. lib. 4. cap. 5. Euitanda utiq; maxime conciſa nimium, & uelut articuloſa partitio.

ARTICVLATIO, onis. Plin. lib. 16. cap. 25. Clareq; & tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio.

ARTICVLATIM, (ἐναρθρίως) ſignificat per articulos. Plaut. in Epiſt. Hem iſthic homo te articulatim concidit ſenex. Articulate, idem. Inde dicimus Articulate pronuntiare, id eſt, diſtincte, & quibuſdam ueluti articulis. Interdum ponitur pro clarè, apertè. Cic. Att. Valebis igitur, & puellę ſalutẽ articulatè dices.

ARTICVLVS, {*Nodo, giuntura. Dant. Co'l ſangue ſuo & con le ſue giunture*} (ἄρθρον) diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iunctura ſiue nodo uel parte mẽbri. Pli. Articulis mẽbra diſiunxit. Sed & in uite dicuntur articuli nodi, ex quibus gẽma erumpit. Cic. in Catone: Itaq; ineunte Vere, in ijs quę relicta ſunt, exiſtit, tanquã ad articulos ſarmentorum, ea quę gemma dicitur. Articuli etiam in montibus dicuntur. Plin. in calce operis: Etenim contingit recurrentis Italiæ poſitio in partẽ utiliſſimam, & inter ortus occaſusq; mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocẽtia, ſoli fertilitate, pabuli ubertate. Vbi montium articulos uidetur accepiſſe pro colliculis, & cliuis molliter ſurgentibus, qui editioribus montibus, ueluti corpori mẽbra, ſunt annexa. Sic & Articulos fidei, tanquam mẽbra religionis noſtræ dixerunt. Interdum ponitur pro digito, ut apud Ouid. li. 2. de Ponto: At reditus iã quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile ſollicitis ſupputat articulis. Interdum pro momento, (καιρός) & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto, (ἀκμῇ) ſeu alicuius rei aut temporis particula. Terent. in Adelph. Vide ut in ipſo articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppreſſit eam. Item Articulus membrum eſt periodi, quod etiã à Græcis κῶλον appellatur: de quo Auctor ad Heren. lib. 4. Articulus habetur, cũ ſingula uerba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione. Similiter Articulus (ἄρθρον) à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus diſcernendi generis cauſa præponitur: cuiuſmodi ſunt apud Latinos Hic, hæc, hoc: apud Græcos ὁ, ἡ, τό. Quãquã eſt & aliud genus articulorũ apud Gręcos, quos illi ſubiunctiuos uocat eundẽ uſum præſtãtes, quẽ relatiua apud Latinos.

ARTIFEX, {*Artefice. Boc. Gior. 3. No. 3. Et maritata à uno artefice lanaiuolo*} (δημιουργός, τεχνίτης) qui artem aliquam exercet, aut nouit: dictus q; arte quippiam faciat. Ci. 4. Acad. Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificẽ ab inſcio? Quintil. lib. 2. cap. 14. Artifex eſt, qui percipit artem. Feſtus: Artifices dicti, q; ſcientiam ſuam per artus exercent: ſiue q; apte opera inter ſe arctent: qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt.

ARTIFICIVM, {*Artificio. Dant. Secondo l'artificio figurata*} (τέχνη) ars & ſcientia. Cæſar 7. Bel. Gall. Neque acie uiciſſe Romanos, ſed artificio quodã, & ſcientia oppugnationis. Cic. pro Cluent. Niſi forte hæc cauſa eſt, q; medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præſtare debent. Artificium pro fraude, dolo. Cic. Atti. Quorum artificiis effectum eſt, ut Reſpublica in hunc ſtatum perueniret.

ARTIFICIOSE, {*Artificioſamente*} (τεχνικῶς) aduerbium. Cic. 1. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent.

ARTIFICIALIS, {*Artificiale*} (τεχνικός) quod arte factum eſt. Huius cõpoſitum, & antitheton eſt Inartificialis, (ἄτεχνος) qui arte caret. Quint. lib. 5. cap. 5. Alijs probationibus æque inartificialibus ſoluitur. Artificialiter, aduerbium (τεχνικῶς) artificioſe: cui opponitur Inartificialiter, (ἀτέχνως) hoc eſt, ſine arte. Idem lib. 2. cap. 18. Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

ARTIFICIOSVS, a, um, {*Artificioſo*} (εὔτεχνος) plenus artificio. Cic. 2. de Finib. Epicurus autem, ut opinor, necnon uult, ſi poſſit, plane & aperte loqui, nec de re obſcura, ut phyſici: aut artificioſa, ut mathematici, &c. Sic Artificioſa eloquentia, apud eundem de Inuentione. Dicitur & Artificioſus, qui aliquid arte facit. Cic. 2. de Natu. Deo. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendum.

ARTIGIS, (ἄρτιγις Ptolem.) Hiſpaniæ ciuitas, in tractu Bætico, alio nomine Alhama dicta.

ARTITVS, pen. pro. dicitur bonis artibus inſtructus. Feſt.

ARTO, tas, Vide ſupra, Arcto.

ARTOCHMES, (ἀρτόχμης) unus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam uxorem duxit, ut teſtis eſt Herodo. lib. hiſt. 7.

ARTOCREAS, atis, (ἀρτόκρεας) neut. gen. ſicut ſimplex κρέας ατος, cibi genus eſt ex pane & carne minutim conciſa confectũ. Quod quo pacto fieri conſueuerit,

ſueuerit, uide in eo libello, qui Apicij nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem, an recte, ipſi uiderint, certe apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam uidetur exigere ratio analogiæ, quam habet cū ſimplici. Neque obſtat Perſij auctoritas. Satyr. 6. Oleum artocreasq́; popello Largitor: an prohibes? Nam doctorum omnium iudicio, Artocreas ibi eſt accuſatiuus ſingularis, neut. gene.

ARTOCOPVS, {*Piſtore, Panattere, fornaio*} (ἀρτοκόπος) pen. cor. piſtor, ſeu factor panis. quinquam & pro diſpenſatore accipitur, cui panis diſtribuendi officium incumbit. Iuue. Saty. 5. Salua ſit artocopi reuerentia.

ARTOLAGANVS, ni, pen. cor. (ἀρτολάγανος) panis genus delicatiſſimi, quod cum puſillo uino, lacte, oleo, & pipere coquebatur, ut placet Ruellio li. 2. cap. 14. Plin. li. 18. ca. 11. Panis ipſius uaria genera perſequi ſuperuacuum uidetur: alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearij, alias à delicijs, ut artolagani. Cic. Peto, lib. 9. Epiſt. Dediſcendæ ſunt tibi ſportellæ, & artolagani tui.

ARTOPTA, (ἀρτόπτης) à quibuſdam dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano uel in furno: ab ὀπτάω coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Perſicum, teſte Plinio li. 18. ca. 11. Romani piſtores ſuos habuerunt. Plaut. in Aulu. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. At Pollux dicit eſſe inſtrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. Alij accipiunt pro uaſe in quo farina ſubigitur.

ARTOPTITIVS PANIS, qui ex fermento duriore conficitur, torreturq́; in artopta. Pli. lib. 18. ca. 9. Siligineæ farinæ modius Galliæ, uigintiduas libras panis reddit: Italicæ duabus tribus've amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiciunt libras. Vide Ruel. lib. 2. cap. 14.

ARTOTYRITÆ, (ἀρτοτυρῖται) populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem et caſeum, dicentes à primis hominibus oblationem de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas.

ARTVO, tuas, (διαρθρόω) ab Artus fit: à quo Deartuo, quod eſt per artus diuido. Maternus lib. 5. ut ſic artuatis uiſcerum partibus, membra omnia crudelis artificis præfecti proſecrantur.

ARTVS, artuum, artubus. pluralis tātum numeri, {*Nodi*} (ἄρθρα μέλη) proprie dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum oſſium coeuntibus extremitatibus reſultantes, ita dicti ab arctandis, hoc eſt, cōtinēdis, & colligendis oſſibus. Verg. lib. 5. Et magni membrorum artus. Quidam ſic diſtinguunt Artus à membris, q artus oſſa cum neruis & uenis, Membra autem proprie uocemus carnē artus tegentem. Vnde Membrana, ſuperior membri pars, hoc eſt pellis. Sed hęc ſæpenumero confunduntur. Apud Plautum in Menæc. Artua dicuntur, à nominatiuo Artu: Ita mihi imperas, ut ego huius membra, atque oſſa, atque artua Comminuam illo ſcipione, quem ipſe habet.

ARTYNIA, ſtagnum eſt minoris Aſię, Olympo Myſiæ monti propinquum, & iuxta Miletopolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit, Aſiam & Bithyniam diſterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

ARTVALES FRATRES, dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeq́; inter illos duodecim fratres appellauit, quorum officium erat, Cereri, & Baccho pro frugum & uini ubertate ambaruales hoſtias mactare: quæ ideo Ambaruales dicebantur, q ante quam mactarentur, ter circum arua ducebātur. Vergil. in Georg. Terq́; nouas circum felix eat hoſtia fruges. Et ſacerdotio Accæ Laurentia, quæ poſtea Populum Romanum hæredem inſtituit, Romuli nutrix, tribuit inſulas albas, & ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non niſi uita finitur, exuleſq́; & captos comitatur.

ARVERNI, (Ἀρουέρνοι Steph.) Galliæ populi ad Ligerim ſiti, qui multis hominum millibus cum Vercingentorige contra Cæſarem profecti ſunt, cum prius aduerſus Maximum Aemylianum & Domitium Aenobarbum etiam ducentis hominum milibus conflixiſſent. Strabo lib. 4.

ARVINA, pen. pro. {*Graſſo, lardo*} (λίπος, τό) durum pingue inter cutem, ut auctor eſt Seruius. Verg. lib. 7. Pars læueis clypeos, & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

ARVISIVM, Chij inſulæ promontorium. Inde Aruſia uina Verg. in Daph. Vina nouum fundam calathis Aruſia nectar. Nunc adiecta una litera Maruiſia dicitur.

ARVNCA, urbs fuit antiquiſſima in Italia, ab Auſone condita. Inde Aruncus, a, um. Verg. 7. Aen. Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis) Aruncos ita ferre ſenes. Idem lib. 10. Occurrit Halæſus, Aruncæq́; manus. Rectius ſcribitur Aurunca & Auruncus.

ARVNCVS, {*Barbetta, della capra*} (ἤρυγγος) uillus eſt, à caprarum mento dependens Plinius lib. 8. cap. 50. Dependet omnium mento uillus quem aruncum uocant.

ARVNDINETVM, pen. pr. {*Luogo doue ſono molte canne, canneto*} (καλαμών) locus arundinibus abundans: ſicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis, in quibus magna eſt copia ſalicum, & olearum. Plin. lib. 10. cap. 32. Minores halcyones in arundinetis canunt.

ARVNDO, {*Canna*} (κάλαμος) aquaticus frutex. Liu. 7. Bel. Pun. Erant autē pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta. Et quoniam ex arundinibus fiebant ſagittæ, quandoque Arundo ponitur pro ſagitta. Verg. li. 7. Aen. Actaq́; multo Perq́; uterum ſonitu, perq́; ilia uenit arundo. Hinc Arundineus, nea, neum, (καλάμινος) quod ex arundine. Plin. lib. 10. cap. 29. Addita in tranſuerſas labias, fronde arundinea.

ARVNS uates Thuſcus fuit diuinandi ſcientia inſignis. Luc. li. 1. Acciri uates, quorum qui maximus æuo, Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ, &c. Eſt itē nomen uiri, qui Camillam occidit, de quo Verg. li. 11. Aen. Fuit etiam hoc nomine. Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillū lacum facta eſt, Iunium Brutum interemit, & ab illo uiciſſim (dum uterque hoſtis potius feriendi, quam corporis ſui tegendi rationem habet) haſta traiectus eſt. Vide hiſtoriam apud Liu. lib. 2. ab urb.

ARVNDINACEVS, a, um, {*Coſa che ha forma di canna*} (καλαμοειδής) ſimilis arundini: ut folium arundinaceum. Pli. li. 18. ca. 7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

ARVNDINOSVS, a, um, adiectiuum, {*Abondante di canne*} (καλαμώδης) abundās arundinibus. Catul. Quæq́; Ancona, Cnidumq́; arundinoſum Colis.

ARVNDIFER, adiect. ferens arundines. Oui. 5. Faſt. Tybris arundiferum medio caput extulit alueo.

ARVPENVM, lapidum oppidum in confinio Iſtriæ, & Illirici: cuius meminit Strabo lib. 4. & 7.

ARVSPEX, (οἰωνοσκόπος) uide infra in dictione Haruſpex.

ARVVM, ui, {*Campo. Pet. Solo è penſoſo i piu deſerti campi*} (ἄρουρα) ab arādo dictū, ager aratus, necdū ſatus, qui tamen ſementi datur. Var. 1. de Re ruſti. cap. 29. Aruum quod aratum, nec ſatum eſt. Salluſt. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, q̄ aruo, ſtudent. Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. Truc. Non aruus hic, qui arari ſoleat, Sed paſcuus eſt ager.

ARX, (ἀκρόπολις, ἄκρα) ab arceo, quia arcet, id eſt, prohibet hoſteis accedere. Eſt enim locus urbis in monte ſitus, natura munitus. Inde etiam ſummitatis montium & cuiuſcunq́; altitudinis, ex quibus facile poſſunt depelli hoſtes, Arces dicuntur. Vel (ut Solinus inquit) ab Arcadibus dicta eſt Arx, qui muniſſimos quoſq́; colles ſub Euandro tenuerunt. Verg. 2. Aen. Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem? Cice. in Parado. Hoc opus in apertum ut proferas, nihil poſtulo: non enim eſt tale, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Mineruа Phidię ſed tantum ut ex eadem officina exiſſe appareat.

ARYANDES, (Ἀρυάνδης) Aegypti prætor fuit à Cambyſe conſtitutus, qui aliquanto poſt tempore quum æmulari Darium uellet, ab eo eſt interfectus. Auctor Herod. lib. 4.

A ANTE S.

AS, aſſis, (ἀσσάριον) libra, à Græcis Mna, Mina à noſtris, interpoſitione i literæ quæ ex nonagintaſex drachmis conficitur, ſiue duodecim uncijs. Vncia (οὐγγία) uero ab uno dicitur. Sextans (ἑξαμόριον) unciæ duæ, quaſi ſexta pars aſſis. Quadrans, (τεταρτημόριον) unciæ tres, quarta pars aſſis, qui & Triuncium dicitur. Triens, (τριτημόριον) quatuor unciæ, tertia pars aſſis. Quincunx, unciæ quinq́;. Semis (ἡμιλίτριον) unciæ ſex, dimidium aſſis, ſiue ſelibra. i. media pars libræ, quaſi ſemias. Septunx, unciæ ſeptem. Bes, (διμοιρία) unciæ octo, dempto triente ab aſſe, quaſi Des. Dodrans, (τριμοιρία) unciæ nouem, ab aſſe dempto quadrante, quem & Nonuncium dicimus. Dextans, unciæ decem, dictus, q aſſi deſit ſextans, hoc eſt, unciæ duæ. Deunx, unciæ undecim, quaſi unica dempta ex aſſe uncia. Aeris autem minima pars Sextula dicitur, q ſit ſexta pars unciæ.

Semuncia, dimidia pars unciæ. Sicilicum, ſemunciæ dimidiū, ita dictum, q ſemunciam ſecet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Diuidere: Vnde etiā Siciliæ nomen manſit. Et ſciendum, q uolentes aliquid diuidere in partes ęquales, ut hæreditatem & quiduis ſimile, id Aſſem appellauerunt, et parteis uncias.

Vnde illud Plinij de luna lib. 2. cap. 14. Haud dubium eſt lucere dodranteis ſemuncias horarum ab ſecunda abijcientem uſque ad plenum orbem. Vnde etiā habemus: Ex aſſe hæredem fecit. (ἐξ ὅλου κλήρου) id eſt totius hæreditatis. Sueto. in Cæſare: nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. Interdum etiam As dicitur nummus æreus libralis, q eſſet unius libræ ita dictus ab ære. Hora. Quē ſi diminuas, uilem redigatur ad aſſem. Valebat autē as (inquit Budæus) quaternos denariolos noſtros, paulo pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Seſtertius, duarum librarum & ſemiſſis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & ſimiles partes aſſis apud poetas accipiuntur pro calicibus, uel mēſura poculorum. Propert. Cū fuerit multis exacta trientibus hora. Martia. Te cōuiua leget mixto quincunce. Componitur autem As cum eo quod eſt, Tres, & fit Treſſis. Perſius. Hic Dama eſt, non treſſis Agaſo. Ex Octo & As, fit Octuſſis. Hora. Quanti empta? Parui. Quāti ergo? Octuſſibus. Et ſic per omnes numeros uſq́; ad centum, ut Centuſſis. Perſius: Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

ASÆ, (Ἀσαί) uicus eſt Peloponneſi in agro Corinthio non procul à Genea ciuitate ut auctor eſt Stephanus.

ASACHÆ, populi ſunt in montibus Aethiopiæ, qui abeſſe à mari dicuntur dierum quinq́; itinere, uiuentes elephantorum uenatu. De his Pli. lib. 8. Aſachæ uocantur Aethiopes apud quos maximi naſcuntur dracones.

ASACVS, fluuius eſt Heracleam alluens ciuitatem ſitam ad radices mōtis Oetę teſte Liuio lib. 5. de Bel. Mace. Plin. lib. 4. cap. 10. Apilam uocat.

ASÆA, (Ἀσαία) nomen eſt proprium montis. Auctor Suidas.

ASÆVS, (Ἀσαῖος) unus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Auctor Home. lib. 11. Iliad.

ASANDER, dri, (Ἄσανδρος) uiri proprium apud Strabo. lib. 7. qui Tauricam Cherrhoneſum à continente ſeparauit, ducto per eius Iſthmum muro, à ſinu Carcinitico uſq́; ad Mæotim paludem.

ASARVM, (ἄσαρον) pe. cor. teſte Pli. lib. 12. cap. 13. herba eſt folia habens ſimilia hederæ, rotundioribus tamen & mollioribus, flore purpureo, radice Gallici nardi, ſemen acinoſum, ſaporis calidi, & uinoſi. Hæc herba etiam hodie (ut Ruellio credimus) Gallorum lingua Aſarum appellatur, Baccara, & Cabara. Id certum eſt uel Dioſcoridis teſtimonio eandem herbam eſſe cum ea, quæ alio nomine Baccar dicitur.

ASAROTVM, pen. pro. (ἀσάρωτον) pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum: ſic dictum, q uerri nō debeat. Nam deducitur ab α priuatiua particula, & σαίρω, uerro, ſcopo, Scopæ quoq́; à Græcis σάρον dicuntur. Solebāt quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀσάλευτα uocantur, e pauimento euerri, dū ſubtegulanea pauimenta in uſu erant. Poſtea aſarotis inuectis, ceſſauit uſus ſcoparum, manibuſq́; colligi purgamenta cœperunt, pauimenta uero ſpongijs mundari Xenodorus primus claruit in faciendis aſarotis, quæ miro artificio paruulis teſtulis in uarios colores tinctis, & imagines pictis ſtrauit. Nā Pergami in aſaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis umbra offuſcabat, alia ſibi eſcam eripiente. Papin. li. Syluarum, Varias ubi picta per arteis Gaudet humus, ſuperantq́; nouis aſarota figuris. De hoc uide plura apud Plin lib. 36. cap. 25.

ASBESTINVM, (ἀσβέστινον) genus eſt lini, quod ignibus non abſumitur. Viuum id uocant, ardentesq́; in focis cōuiuiorum ex eo uidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendentes igni magis, q̄ poſſent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbeſtinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 16. cap. 1.

ASBESTVS, {*Coſa che non ſi puo ſpegnere*} (ἄσβεστος) Latine inextinguibilis: & nomen lapidis eſt ferrei coloris, in montibus Arcadiæ naſcentis, qui cū ignē non habeat proprium, tamen ſic ardet, ut non poſſit extingui. De hoc Pli. lib. 37. cap. 10.

ASBITÆ, uide Haſbytæ.

ASBOLVS, numeratur ab Ouid. 3 lib. Meta. inter canes Actæonis. Nomẽ eſt fictitium, dictum à colore pilorum fuliginẽ referente, Ἄσβολος enim apud nos fuliginem ſonat.

ASBOTVS, pen. pro. (Ἄσβωτος) urbs Theſſaliæ, Stephano.

ASBYLVS, Crotoniata, cuius meminit Pauſanias, & Plato in libris de Repu.

ASCA, oppidum eſt Arabiæ, apud Strabonem lib. ulti.

ASCALABOTES, æ, (ἀσκαλαβώτης) animal uenenatum, ex genere ſtellionum, lentigine plenum, acerbi ſtridoris, diuerſum ab eo, quod Itali ſua lingua Tarantulum uocant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4. Dictus autem putatur Aſcalabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλεῖν, τὸ ἡσυχεῖν, καὶ τὸ βοᾶν, καὶ πλεονασμῷ τοῦ α.

ASCALAPHVS, (ἀσκάλαφος) Acherontis & Orphnes Auernalis nymphę filius fuit, poſtea à Proſerpina in bubonem mutatus. Nam poſt raptã à Plutone Proſerpinã, cum Ceres filiæ ſuæ reditum à Ioue ea lege impetraſſet, ſi nihil apud inferos guſtaſſet cibi, Aſcalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malũ comediſſet. Indignata itaq; Proſerpina, ſibi Aſcalaphi indicio negatum eſſe reditum, conuertit eum in bubonem auem funeſtam, & triſtium ſemper rerum nunciam. Ouid. 5. Metam.

ASCALINGIVM, Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie Hildesheym.

ASCALON, (Ἀσκάλων) pen. cor. ciuitas Palæſtinæ, ab Aſcalo Hymenæi filio condita: à qua Aſcalonitæ, (Ἀσκαλωνῖται) homines in ea nati.

ASCALONIVM, {Scalogna} (ἀσκαλώνιον κρόμμυον) cæpæ genus, quòd in Aſcalone plurimum naſcatur. Plin. lib. 19. cap. 6.

ASCANIA, æ, (Ἀσκανία) inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa: de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt & Aſcania, Phrygiæ locus. de qua Plin. lib. 5. cap. ulti. Item alius in ſuperiori Myſia, ſiue Bithynia, iuxta Aſcanium lacum: quam Myſiacam uocat Strabo ad differentiam ſuperioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipſum lib. 12. & 14.

ASCANIVS, (Ἀσκάνιος) Aeneæ filius, teſte Vergilio, ex Creuſa regis Priami filia, & fugæ laborumq; in quærendis ſedibus ſocius. Liu. lib. 1. ab urbe cõdita dubitat Creuſæ'ne, an Lauiniæ filius fuerit, ſed poetæ omnes & cæteri hiſtorici cum Vergilio Creuſæ filium fuiſſe adfirmant. Dictus eſt autem primum Aſcanius ab Aſcanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, poſtea Iulus à prima barbæ lanugine. Vide Verg. 1. Aen. At puer Aſcanius, cui nũc cognomen Iulo Additur: Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno, &c. Huic, cũ auus & pater iam diruta Troia, de fuga diſceptarent, flammula quædam in capitis uertice apparuit, quæ tamen nihil læſionis intulit, neq; etiam manibus extingui potuit: unde illi futuri imperij omen ſumpſerunt. Poſt hæc cum patre poſt multos errores in Italiam uenit, ubi Turno occiſo & patre etiã mortuo, cum apud Lauinium 30. annis regnaſſet, Albam Longam condidit, reſtituta tamen prius in regnum nouerca, quæ antea ob timorem in ſyluas aufugerat. Tandem cũ uniuerſum trigintaocto annis imperij gubernacula tenuiſſet, iam moriens, cum uideret filiũ Iulum Syluium regno non ſatis aptum, Syluium Poſthumũ fratrem, ſed ex diuerſa matre, pietate & iuſtitia præſtantem, regni hæredem reliquit. Eſt præterea Aſcanius, Myſiæ ſuperioris, ſiue Bithyniæ lacus, fluuiũ emittens eiuſdem nominis, qui circa Eubœam in Propontidem illabitur. Verg. 3. Geor. Trãa Gargara, transq; ſonantem Aſcanium. Vide Strab. lib. 12. & 14.

ASCARIDES, (ἀσκαρίδες) uermes ſunt exigui ex genere lumbricorum: de quibus Gale. lib. ulti. Methodi.

ASCENDO, dis, {*Aſcendere, ſalire, montare. Pet. Ma qual fuon poria mai ſalir tant'alto*} (ἀναβαίνω) ex Ad & Scãdo, ſed d abijcitur, ſignificat ſurſum, ſiue ad aliquid ſcando. Teren. in Adelph. Nauem aſcendit. Aſcendere in concionem, hoc eſt in eum locum unde oratio ſolet haberi ad populum. Cice. Atti. Tum ſubito ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit. Hinc Aſcenſio, & Aſcẽſus (ἀνάβασις) pro aſcendendi actu. Cice. pro Domo ſua: Homines audaces ab eius templi aditu, atque aſcenſu prohibuiſti.

ASCETERIA, {*Monaſteri*} (ἀσκητήρια) uocantur monaſteria in Codice Iuſtiniani, à uerbo ἀσκῶ. quod eſt mentẽ exerceo in contemplatione rerũ diuinarum.

ASCIA, æ, {*Aſcia*} (σκέπαρνον) fabri lignarii inſtrumẽtum eſt, quo fabricę materię dolantur. Pli. lib. 16. cap. 40. Molliſſima tilia, eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferunt, quòd citiſſime aſcias retundat. Huius diminutiuum eſt Aſciola.

ASCIBVRGIVM, urbs eſt inter Germanos, quam illi ſua lingua Emerich uocant.

ASCIO, as, {*Aſciare, polire*} (λαξεύω) Aſcia cædo. Vitruu. lib. 7. cap. 2. Sumatur Aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata Aſcietur. Sic Exaſcio, as: unde Exaſciatum opus dicitur à Plauto, pro polito, perfecto. λαξευτόν.

ASCISCO, ſcis, aſciui, aſcitum: uel etiam (ut quibuſdam placet) Aſcio, is, {*Attribuire. Boc. Dica ch'ogn'uno s'attribuiſca & il peſo & l'honore*} (ἐπάγομαι, προσάγομαι, ἰσάγομαι, προσκαλοῦμαι) ſignificat aduoco, aliunde ſumo, accerſo, expeto, aſcribo, adiungo. Accuſatiuum poſt datiuum ſemper ferme poſtulat. Quin. lib. 8. Quo in genere idem præcipue cuſtodiendum, ne id quod ſimilitudinis gratia aſciuimus, aut obſcurum ſit, aut ignotum. Ci. pro Domo ſua: Iſtam ſapiẽtiam mihi nõ aſciſco. Cice. pro Arch. Quod ſi mihi à uobis tribui, cõcediq; ſentiam, perficiam profecto, ut Aulum Licinium non modo nõ ſegregandum, cum ſit ciuis, à numero ciuium, uerum etiam ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe. i. donandum ciuitate. Huic contrarium eſt Deſciſco, (ἀφίσταμαι) quod cum ablatiuo ſemper conſtruitur cũ A, uel Ab: & ultra ablatiuum aliquando habet accuſatiuum mediante Ad: & ut Valla ſcribit lib. 5. cap. 89. ſignificat ſe ab imperio ductuq; alterius ſubtrahere; ut milites à duce, populi à domino, diſcipuli à magiſtro, ad alterius ſcilicet uel imperium, uel ſententiam ſe iam conferentes. Liu. li. 2. Præneſte à Latinis ad Romanos deſciuit. Gellius: Poſuit eam rem Cæcilium non inconſiderate dixiſſe, neq; temere à Menandro, atq; à multorum opinionibus deſciuiſſe. Lactan. lib. 4. Deſciuerunt, à te, & abierunt legem tuam.

ASCITÆ, (Ἀσκῖται) Arabes dicti ſunt ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς uocãt: quoniam bubulos (ut Plin. lib. 6. cap. 29. inquit) utres binos ſternentes, piraticã exercent.

ASCITES (ἀσκίτης) hydropis, hoc eſt, aquæ ſubter cutẽ fuſæ, ſpecies eſt, in qua plus ſeſe humoris promit, ſpiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus ſpiritus eſt, quam aquæ. Vide Celſum lib. 3. cap. 21.

ASCLEPIAS, adis, (ἀσκληπιάς) herba eſt, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numeroſas: ita dicta ab Aſclepio inuentore. De hac Dioſco. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5.

ASCLEPIADES, (Ἀσκληπιάδης) nomen hiſtorici Cyprij, qui floruit eodẽ tempore quo Pygmalion regnabat in oriente: quo etiam tempore ſcribit eſum carnium in uſu non fuiſſe. Alius fuit philoſophus cæcus, quem ferunt (ut Cic. li. 5. Tuſcu. quæſt. ait) cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior.

Fuit & alius Aſclepiades Pruſienſis medicus, qui lapſu ſcalarum interiit.

Fuit & alius Aſclepiades poeta, à quo carmen Aſclepiadæum dictum eſt.

ASCLEPIODORVS, (Ἀσκληπιόδωρος) pen. lon. nobilis pictor fuit, quo nemo felicius ſymmetriam membrorum obſeruauit. Auctor Pli. li. 35. cap. 10. Fuit & Aſclepiodorus Alexãdrinus, ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquiſitionem cognitionemq; herbarum & lapidum, inquit Suidas.

ASICLETARION, (Ἀσκλητάριων) mathematicus, fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iuſſus eſt interfici, & accuratiſſime ſepeliri, ut uanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate diſiecto funere ſemiuſtum canes diſcerpſere.

ASCONIVS Pædianus, Grammaticus fuit & Hiſtoricus, ſub Nerone clariſſimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios. Hic LXXIII. ætatis anno captus luminibus XII. poſtea ſummo cum honore, & hominum gratia uixit annos, auctore Euſebio.

ASCOPERA, pen. pr. {*Sacchetto, borſa di cuoio*} (ἀσκοπήρα) ſacculus pelliceus marſupium, dictum ab ἀσκὸς & πήρα. Sueto. in Nerone: Alterius collo aſcopera deligata. Ex quo datur intelligi, culleí ſymbolum fuiſſe deligatum Neronianæ ſtatuæ. quoniam matricida fuit.

ASCRA, (Ἄσκρα) uicus Bœotiæ in aſpero & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, Heſiodi patria. De quo Gell. lib. 2. Aſcram rus miſerum penes Helicona colebat, Hyberno durum, triſte æſtu, optabile nunquam. Inde Aſcræus, a, um, (Ἀσκραῖος) adiectiuum. Verg. 2. Georg. Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Faſt. Aſcrææ oues.

ASCRIBO, pſi, ptum, {*Sottoſcriuere, attribuire*} (προσγράφω, προσάπτω) ex Ad & Scribo, ſignificat ſubſcribo, hoc eſt, ad ſcriptum aliquod, nomen uel ſententiam meam ſubiungo. Cic. de Leg. 1. Aſcribito me fratris ſententiæ. Idem ad Atticum. Igitur tu, quoque ſalutem utrique aſcribito. Significat quoque aſciſco. Cice. pro Archia: Venit Heracleam, quæ cum eſſet ciuitas antiquiſſimo iure ac fœdere, aſcribi ſe in eam ciuitatem uoluit. id eſt, ciuis fieri uoluit, & alijs natis ciuibus adiungi.

Dicimus autem Adſcribere ciuitati, in ciuitatem, uel in ciuitate.

Item Aſcribere eſt attribuere, adiungere, uel Aſſignare. Cice. Quod uulgo hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. Vbi cum datiuo poni uides. Cum præpoſitione uero in uel ad, idem Offi. li. 3. admiratos eorum fidem tyrãnus, petiuit, ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent, & ad Q. fr. Hunc ad tuũ numerum libenter aſcribito. Et in malam partem, pro imputare, προστίθημι, ἀνατίθεμαι. Cic. neque mihi negligentiam uelim aſcribas. Ab aſcribo Aſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut cæteris colonis adderentur. Item Aſcripti milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quos etiam Accenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Et Velatos, quia ueſtiti inermes ſequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modo ferrent, quæ in hoſtes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent.

ASCRIPTITIVS, {*Colui che è ordinato à qualche coſa*} (παρέγγραπτος, προσεγγραμμένος) adlectus, qui ad aliquã rem aſcriptus eſt, ut qui uulgo in collegis magiſtratuum Extraordinarij uocantur. Et Dij aſcriptitij, qui dijs maiorum gentium opponuntur, de quibus Bud. in Pand. Item ciues aſcriptitij, quòd natis ciuibus adiuncti, ſe iam in alterius Imperium dediderunt. Aſcriptiuus idem eſt, quod Aſcriptitius, apud Plautum in Menæch. Idem iſtuc alijs aſcriptiuis ad legionem ſolet.

ASCRIPTOR, oris, (προσγραφεύς) qui rei alicui nomen ſuum aſcribit, alteriusúe acta approbat. Cic. pro Domo ſua: Denique ille nouitius Ligus uenalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus, cum M. Papirij ſui fratris eſſet teſtamento & iudicio improbatus, mortem eius ſe uelle perſequi duxit. Idem ad Quir. poſt red. Itaque is fuit non modo ſalutis defenſor, uerum etiam aſcriptor dignitatis meæ.

ASCRVIVM, (Ἀσκρούιον) urbs Liburniæ Ptolemæo. Pli. lib. 3. cap. 22. Aſcriuium appellat.

ASCVLVM, {*Aſcoli*} (Ἄσκουλον) oppidum eſt Piceni, memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis Conſulibus: ut late oſtendit Plutarchus in uita Pyrrhi.

ASCYRON, (ἄσκυρον) herba eſt hyperico ſimilis, comas habẽs, quæ manibus tritæ, ſucco ſanguineo manant: unde & Androſæmon appellatur. Vide Plin. li. 26. cap. 4.

ASDRVBAL, (Ἀσδρούβας) gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui poſt eius mortem ſeptem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina demum à ſeruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum. Comprehenſus deinde a circunſtantibus ſeruus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbuit. Auctor Liu. li. 21. Aſdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui cum in Italiam traieciſſet cum magnis copijs, ut fratri ſuppetias ferret, iuxta Thraſymenum lacum a Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Conſulibus uictus eſt, & occiſus: caputq; eius præciſum in Annibalis caſtra proiectum eſt. Hiſtoriam hanc uide latius apud Liuium in ſecundo bello Punico, & Plutarchum in Annibale. Fuit præterea Aſdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniam dux claſsis miſſus, tempeſtate reiectus eſt ad inſulas Baleares, ubi tantiſper, quoad quaſſas reficeret naues, reſedit. De quo plura apud Liuium. Aſdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Aemiliano tanta clade ſuperatus, ut mox ciuitatis ſecuta ſit deditio. Huius uxor, quum paucis ante diebus à uiro impetrare non potuiſſet, ut ad uictorem transfugeret, in medias urbis flammas ſeſe cum filijs iecit. Auctor Liu. lib. 35. Aſdrubal item, Giſconis filius, cuius meminit Plutarchus in uita Scipionis.

ASELLA, {*Aſinella*} (ὀνίσκη) diminutiuum ab Aſina: ſicut aſellus, (ὀνάριον)

ab

ab Aſinus. Ouid. 3. de Arte: Vt rudit a ſcabra turpis aſella mola.

ASSELLIVS SEMPRONIVS hiſtoricus: & Tribunus militaris ſub Scipione Aemiliano apud Numantiam qui illud bellum literis mandauit. Citatur ſæpe teſtis à Gellio. Aſellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum, ſub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. Huius meminit Volaterranus.

ASELLVS, {*Aſinello*} (ὀνάριον) diminutiuum ab Aſinus. Mart. li. 6. Hunc uero acuto capite, & auribus longis, quæ ſic mouentur, ut ſolent aſellorum. Aſellus etiam eſt nomen piſcis, ſic dicti, quod ſit colore cinericio, ſicut aſinus: quem uulgo Merluſium uocamus. De quo uide Plin. li. 9. ca. 17. Eſt & nomen duarum ſtellarum in ſignum Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35. Sunt in ſigno Cancri duę ſtellæ paruæ Aſelli appellatæ.

ASIA, {*Aſia*} (ἀσία) pe. co. nomen tertiæ partis orbis, quo ad numerum: mam quo ad magnitudinē, dimidia reperitur. Eſt autē duplex Aſia, maior ſcilicet & minor. Aſia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiā, Lydiā, Myſiā, & Cariam. Maior autem Aſia diſtinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem, Nilo. Dicta eſt autem Aſia ab Aſia nympha, Oceani, & Tethyos filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: ſiue, ut quidam uolūt, ab Aſiu Manei Lydi filio. Ab Aſia ſit Aſius, ſia, ſium, Aſiacus, Aſiaticus, Aſianus, & Aſis, ſidis: de quibus infra. Eſt & Aſia (ἀσία λίμνη) nomen paludis in Myſia, prope Cayſtrum fluuium, à quo uicinos campos Aſia prata uocauit. Ver. 1. Georg. Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur, prata Cayſtri. In hac autem ſignificatione Aſia primam ſyllabam producit, aliter eandem corripit ut, Europa Atque Aſia pulſus.

ASIANVS, a, um, (ἀσιανός) denominatiuum ab Aſia formatum: unde Aſiani oratores dicti ſunt, qui inflato & redundanti orationis genere utebantur: cuiuſmodi fere fuit oratio eorum, qui in Aſia aut nati erant, aut inſtituti.

ASIACVS, a, um, (ἀσιακός) poſſeſſiuum ab Aſia formatum. Ouid. 12. Meta. Ecquid, ubi Aſiacas caſuras aſpicis arces, Ingemis.

ASIARCHÆ, (ἀσιάρχαι) uiri erant communi Aſiaticarum ciuitatum conſenſu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo lib. 14.

ASIATICVS, a, um, (ἀσιατικός) idem quod Aſianus, uel Aſiacus. Ci. de Cla. Orat. Genera Aſiaticæ orationis duo ſunt. Sic Aſiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

ASIDA, æ, oppidum mediterraneum in Bætica, Hiſpaniæ regione: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

ASINA, uide Aſinus.

ASILAS, (ἀσίλας) auguris nomen, qui Aeneæ in auxilium uenit contra Turnum. Verg. lib. 10. Tertius ille hominum, diuumq́ interpres Aſilas, &c.

ASILVS, {*Taſſano, tauano*} (οἶστρος) pe. pro. muſcæ genus, gregibus maxime infeſtum: unde etiam à Græcis Oeſtros appellatur. Hoc iniecto Iuno pellicem Io mutatam in iuuencam adegit ad inſaniam. De hoc Verg. 3. Georg.

Eſt lucos Silari circa, ilicibus uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Aſilo
Romanum eſt, œſtrum Graii uertere uocantes,
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis.

Diffugiunt Armenta. Naſcitur è lanuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuijs ſupernatant. Vnde circa aquas magna aſilorum copia, ubi id genus beſtiolarum eſt.

ASINARIVS, (ὀνικός) adiectiuum, quod ad aſinos pertinet: ut Mola aſinaria quam circumagit aſinus: & Aſinaria Plauti comœdia, ita dicta, quod de aſinorum uenditione tractet.

ASINARIVS, m, {*Aſinaro*} (ὀνηλάτης) qui aſinos paſcit uel cuſtodit. Cato de Re ruſt. cap. 10. Operarios quinque, bubulcos tres, ſubulcum unum, aſinarium unum.

ASINE, es, {*Paneromeni*} (ἀσίνη) pe. co. oppidum Pelopōneſi in ſinu Meſſenio. Lucan. lib. 8. Quas Aſine cautes, & quas Chios aſperat undas. Hinc Sinus Aſinæus, Strabone lib. 8. & Pomp. Mel. lib. 2. Aſine item inſula eſt una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli uocāt, in mari Adriatico, cuius meminit Pōp. lib. 1. & eius interpres Vadianus.

ASINIVS, (ἀσίνιος) uiri nomen, Aſiniorum Romæ illuſtris familia fuit: ab aſinis dicta ſicut Porciorum à porcis. Ex hac familia erat Aſinius Pollio Auguſti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, ſummamq́ diligentiam, tam longe tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abeſſe, ut ſeculo prior uideatur. Huius filius Aſinius Gallus librum conſcripſit de Comparatione patris ſui & Ciceronis: quem idcirco Aulus Gellius monſtrum uocat uerius, quàm hominem. Vide Aulum Gellium lib. 17. cap. 1.

ASINVS, {*Aſino*} (ὄνος) animal notum, cuius fœmininum eſt Aſina, ὄνος, ἡ. M. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 8. ex equa enim & aſino fit mulus: contra ex equo & Aſina hinnus. Hinc Aſininus, (ὄνειος) quod eſt Aſini: ut, Caro Aſinina. Aſini in Achaia optimi ſunt Arcadici, in Italia Reatini: ut tradit Plin. lib. 8. cap. 43.

ASININVS, a, um, {*Aſinino*} (ὄνειος) adiectiuū, quod eſt aſini: ut, Pullus aſininus, Varro 2. de Re ruſt. cap. 8. Lac aſininum. Plin. lib. 28. cap. 10. aſinino lacte poto uenena reſtinguuntur.

ASIO, onis, (ὦτος) auis eſt ex genere nocturnarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23. Otis bubone minor eſt, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latini Aſionem uocant.

ASIS, idis, (ἀσὶς ἀσιάτις) poſſeſſiuum fœmininum, patronimica forma ab Aſia deductum. Ouid. 9. Metam. Celeriq́ carina Ægæas metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtitues poſitoris habentia nomen.

ASIS, (quod hic corrupte legebatur) uide Aeſis.

ASISIVM, uide Aeſiſium.

ASIVS, (ἄσιος) filius fuit Dymantis, & frater Hecubę, ſed ex diuerſis patribus & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduerſus Græcos auxilium tulit, ut Homerus 2. Iliados tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorum paſſim meminit Homerus. Eſt & Aſius, Ptolemæo, Senonum fluuius iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (ut opinor) cum eo, quem Plinius Aeſim appellat.

ASIVS CAMPVS, ſiue Aſium pratum, (ἄσιος λειμών) campus eſt uliginoſus, iuxta Cayſtrum Myſiæ fluuium, de quo ſupra in dictione Aſia.

ASMATOGRAPHI, (ἀσματογράφοι) dicti ſunt Poetæ, qui ad barbiton, citharam, aliudve muſicum inſtrumentum cantica conſcribebant: cuiuſmodi fuere Automedes, Demodocus, & Lares Corcyræi, & Ithacenſis Phemius: ut poſt Demetrium Phalereum refert Coel. Rhodi. lib. 7. cap. 4.

ASOMATOS, {*Senza corpo, incorporeo*} (ἀσώματος) id eſt, ſine corpore, & impalpabilis. Ci. 1. de Nat. Deo. Quod uero ſine corpore ullo Deum uult eſſe, ut Græci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. Sic econuerſo Origenes σωματικὸν appellat id, quod ſolidum, & palpabile eſt.

ASOPIS, idis, (ἀσωπίς) regiuncula eſt Peloponneſi, in tractu Achaiæ proprie dictæ circa Phliūtem, ita dicta ab Aſopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teſte Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Aſopiam appellat.

ASOPIADES, (ἀσωπιάδης) patronymicum maſculinum, quod apud poetas accipitur pro Aeaco, Aſopi nepote, qui pater fuit Æginæ matris Aeaci. Ouid. lib. 7. Metam. Huic Aſopiades, petis irrita, dixit, &c.

ASOPVS, (ἀσωπός) fluuius Peloponneſi, è Chronio monte Mediam præter fluens Corinthi regionem, in ſinum labitur Corinthiacum. Eſt & alius eiuſdē nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Platæas, & Tanagram præterfluit. Item alius in Aſia proprie dicta, qui una cum Capro fluuio Laodiceen urbem celeberrimam alluit, Lyco flumini impoſitam. Eſt & quartus in Paro inſula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8. Hinc Aſopis, idis, (ἀσωπίς) patronymicum fœmininum, quo poetæ utuntur pro Aegina Aſopi filia.

ASOTIA, {*Incontinenza, luſſuria*} (ἀσωτία) popinatio, incontinentia, luxus. Gellius. Cedere equidem uobis debui ut in tali aſotia. i. luxu, prodigalitate, atq́ nequitia artium nos uinceretis. ex ἀ καὶ σώζω ſoluo.

ASOTVS, {*Laſciuo, prodigo*} (ἄσωτος) p. p. laſciuus, prodigus, propino, helluo. Cice. 2. de Natu. Deo. Poſſe aſotos ex Ariſtippi, acerbos ex Zenonis ſchola exire. Inde aduerbium Aſotus (ἀσώτως) idem ſignificans quod incontinenter & nequiter. Martia ἰχέει ἀσώτως. id eſt, laſciue, incontinenter.

ASPALATHVS, (ἀσπάλαθος) ſpina eſt candida, teſte Pli. lib. 12. cap. 24. magnitudine arboris modicæ flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur. Putatur idem eſſe cum eo, quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellāt. Vide Ruellium lib. 1. cap. 38.

ASPHALTION, (ἀσφάλτιον) ſpecies eſt trifolij, apud Dioſco. lib. 3.

ASPARAGVS, gi, p. c. {*Sparagi*} (ἀσπάραγος) herba eſt fœniculi folio, bacciſq́, cū maturuerint, rubris: etiā hodie tam in ſeplaſiariorum officinis, quā uſu uulgi, indubitata ueteris nomenclaturæ ueſtigia retinens. Duo eius ſunt genera alterum ſatiuum, ſiue altile, quod propriam ſibi aſparagi appellationem uendicauit: Alterum ſylueſtre, quod peculiari uocabulo Corrudam uocauerunt. Pli. lib. 19. cap. 4. Sylueſtres, fecerat natura corrudas, ut quiſq́ demeteret paſſim: ecce altiles ſpectantur aſparagi.

ASPASIA (ἀσπασία) mulier Mileſia fuit, acutiſſima ſophiſtria & (quod in eo ſexu rariſſimum eſt) Rhetorices peritiſſima. Hanc ab Athenienſibus captam Pericles duxit uxorem, infauſto patriæ matrimonio, utpote quod duorum maximorum bellorum Peloponneſiaci, & Samij originem præbuit.

ASPASIVS, (ἀσπάσιος) ſophiſta fuit Rauennas, Demetriani filius, auditor Pauſaniæ & Hippodromi: qui Romæ docuit ſub Alexandro Seuero. Scripſit contra Ariſtonem & maledicos, diuerſas orationes. De hoc multa Philoſtratus. Fuit item Aſpaſius cognomento Byblius, qui de Byblo patria ſua librum cōdidit, ac artem rhetoricam ſcripſit, & Panegyricum in Adrianum principem cuius temporibus floruit. Auctor Suid. Præterea Aſpaſius quidam fuit Tyrius hiſtoricus, qui de Epiro uariam hiſtoriam ſcripſit: ut idem auctor Suidas.

ASPATHINES, (ἀσπαθίνης) ex Perſis unus, qui cū Dario in Smerdim Magum coniurarunt. Herod. lib. hiſto. 3.

ASPECTABILIS, le, {*Coſa che merita d'eſſer ueduta*} dignum quod aſpiciatur. Cice. de Vniuerſ. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Interdum id, quod uideri poteſt. Idem de Vniuerſitate. Corporeum, atque aſpectabile, itemq́ tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.

ASPECTO, as, {*Guardar fiſſo*} (ἐφοράω) ſæpe, aut fixe aliquem intueor. Verg. 1. Aenei. Aduerſaſq́ aſpectat deſuper arces.

ASPECTVS, {*Aſpetto, ueduta. Pet. Por uoſtro fuor de la ueduta mia*} (ὄψις, ἐπίφασις) uiſus & intuitus cuiuſcunque animalis. Verg. 5. Aene. Teq́ aſpectu'ne ſubtrahe noſtro.

ASPELLO, is, {*Rimouere*} (ἀπωθέω) amoueo, abigo, arceo. Cice. 3. Tuſc. Sed longe à letho numine aſpellor Iouis.

ASPELIA, unum ex Cypri inſulæ nominibus, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

ASPENDIVS, citharœdus, (ἀσπένδιος κιθαρῳδός) prouerbium dici ſolet in eos qui rei nullius, quàm priuati ſui compendij rationem habent. Tractum ab artifice quodam Aſpēdio, qui tam leuiter ſiniſtra manu citharæ ſuæ chordas mouebat, ut ſonus ad ipſum tātum citharœdum, aut certe ad proxime aſtantes perueniret. Cice. in 3. Verr. Atq́ etiam illum Aſpendium citharistam, de quo ſæpe audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebāt, ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit, ut etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe uideatur. In quo Ciceronis exemplo Intus canere, prouerbialiter dictū eſt, pro eo, quod eſt, omnia priuatu metiri emolumento.

ASPENOVS, (ἀσπενδὸς Stephano) Pamphyliæ urbs, Argiuorum ædificiū. teſte Pomponio lib. 1. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant: eo q́ auctor eius generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens, primum obuium ſacrificare uouerat. occurrit autem ſus.

ASPER, ra, rum, {*Aſpro, inſuaue. Pet. Coſi nel mio parlar uoglio eſſer aſpro*} (τραχύς) quod uiſu, uel guſtu, uel tactu, aliove ſenſu inſuaue eſt, ut inquit Sipontinus. Videtur deductum à Græco ἀσπερός. Hinc aſperam arteriam uocat Plinius, atque adeo medici omnes, quam Græci τραχεῖαν propter multorum ſemicirculorum aſperitatem. Lene & aſperum contraria. Cic. 2. de Finib. Senſus iudicat dulce amarum, lene aſperum, prope longe &c. Læuis & aſper contraria: Ci. in Part. orat. In locis autem & illa naturalia, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes &c. Aſpera ſignis pocula. Verg. 5. Aenei. Cymbiaq́ argento perfecta, atq́ aſpera ſignis Pocula. Transfertur & ad alia quæ dura ſunt, σκληρός.

Teren. Aſperum pater hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & pro nocente quãdoque capitur. Verg. 3. Georg. Aſper, acerba ſonans. Et pro iniquo. Idem 1. Aeneid. Quin aſpera Iuno. Ci. pro Cn. Plan. Eodemq́; adiungas, quos natura putes aſperos, atq; omnibus iniquos. Pro faſtidioſo, & ingrato. Verg. 8. Aeneid. Rebusq́; ueni non aſper egenis. Aſpera & horrida oratio. Cic. in Ora. Quod ipſum alij aſpera, triſti, horrida oratione, neq; perfecta, neq; concluſa, &c. Aſpri, pro Aſperi, ſyncreſis uſitata poetis. Verg. 2. Aeneid. Improuiſum aſpris preſſit qui ſentibus anguem. Aſperitas, atis, contraria lenitati. Cic. 4. de Finib. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius: nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probauit. Aſperitas animi, ſiue animæ, pro difficultate ſpirandi. Plin. lib. 22. cap. 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur. Aſpredo pen. pro. idem quod aſperitas. Celſus lib. 5. cap. 27. Interdum ſimile his, quæ uocant Græci κεσδυλώματα aſpredine quadam, & magnitudine ſua. Aſpritudo, inis. Celſus lib. 6. cap. 6. Atque alia quoque utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpritudinem fiunt, de qua protinus dicam. Aſpretum, ti, uide ſuo loco. Aſpere, aduerbium dure, & inſolenter. Ci. de Amic. Vt igitur, & monere, & moneri, proprium eſt ueræ amicitiæ, & alterum libere facere, non aſpere, alterum patienter accipere, non repugnanter: ita &c. Aſperiter pro eodem apud Næuium in Pullis. Vbi tu nequaquam cubares aſperiter. Nonius.

ASPER NVMMVS, dici putatur, qui recenter cuſus ſignatusq́; eſt, quod pluſculum habeat aſperitatis, quàm ille qui iam manibus tritus eſt. Perſius: Quid aſper Vtile nummus habet. Sueto. in Nerone: Exigitq; ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum.

ASPERGILLVM. {Aſpergolo} (περιῤῥαντήριον) inſtrumentum, quo nos aquis ſacris aſpergere ſolemus. Sipontinus.

ASPERGO, gis, ſi, ſum, {Spergere, ſpruzzare. Arioſt. Che di ſpruzzar ver me l'acqua incantata} (ἐπιπάσσω, ῥαίνω, βρέχω, ῥαντίζω) ex Ad, & Spargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquantum madefacio. Regit autem uel accuſatiuũ ſolum. Plautus, Aſperſiſti aquam, iam rediit animus. Vel accuſatiuum cum datiuo. Verg. lib. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere uirus. Vel accuſatiuum cum ablatiuo. Plautus in Epi. Ah, guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. Vel accuſa. cum præpoſitione Es. Cice. Fami. 6. Quæ eſt igitur (inquies) ſpes ab irato? eodem ſonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus. Inde Aſperſio, onis, ῥαντισμός. Cice. 2. de Legib. Nam illud uel aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur. Item Aſperſus, huius aſperſus, nomen. Plin. lib. 11. cap. 53. Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.

ASPERGO, inis, {Sprụzzo} (ῥαντισμός) ſignificat actum ipſum aſpergendi, uel madefactionem. Verg. Aen. lib. 3. Salſa ſpumant aſpergine cautes.

ASPERNABILIS, {Degno d'eſſere ſprezzato} (ἐξουδενώσιμος) qui eſt dignus ut aſpernetur. Gellius. Nonnunquam apud me ipſum ſoleo res eiuſmodi paruas quidem minutasq́; & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, &c.

ASPERNOR, aris, {Sprezzare. Pet. Gia per antiqua uſanza odia è diſprezza} (καταφρονέω) compoſitum à Sperno recuſo, auerſor, non agnoſco, faſtidio. Teren. in Phor. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Inde Aſpernatio, (καταφρόνησις) contemptus. Ci. 4. Tuſc. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.

ASPERO, as, pen. cor. {Inaſprire. Pet. Onde come nel cor m'induro è inaſpro} (τραχύνω) aſperum facio. Colum. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint uolantibus lubrici. Vergilius pro Congulo, ſiue, durum facio, poſuit, lib. 3. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.

ASPHALTITES, {Mar morto} (ἀσφαλτῖτις) lacus eſt Iudææ, bitumen gignens: unde & nomen habet. Ἄσφαλτος enim bitumen ſignificat. Nullum corpus uiuum in eo ſubmergitur: unde & Mare mortuum dicitur. Auctor eſt Pli. lib. 5. cap. 15. & 16. & Iuſti. lib. 36.

ASPHODELVS, li, (ἀσφόδελος) herba eſt, quam alio nomine Anthericon uocant, qua Lucianus fingit manes ueſci apud inferos. Eius duæ ſunt ſpecies, ſexu diſcretæ. Marem Albucum nominant, fœminam Haſtulam regiam, quòd dum floret, regij ſceptri effigiem referat. Vide Plin. lib. 20. cap. 17. & Ruellium lib. 2. cap. 99.

ASPICIO, is, ex Ad & Specio, antiquo uerbo (teſte Varrone) e in i mutata: {Vedere, guardare} (ἐφοράω, ἐμβλέπειν) intueri, oculos in rem aliquam intendere. Teren. in And. Interea inter mulieres, Quæ ibi aderant, forte unam aſpicio adoleſcentulam.

ASPIDISCI, (ἀσπιδίσκοι) breuia ſunt ſcuta, & in ſcuti modũ orbicularia ornamenta. Cœl. lib. 13. cap. 61.

ASPILATES, (ἀσπιλάτης) gemma eſt ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in nidum quarundam nido inueniri: traditq; eam ea cameli pilo ſpleneticis alligatam, malo illorum mederi. Eſt & altera eodem nomine, argentei coloris, lymphatis utilis. Vtriuſque meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

ASPIRO, ras, p. p. {Spirare, fauorire} (ἐπιπνέω) idem quod afflo: ex Ad & Spiro, ſed d, abijcitur. Ver. Aſpirant auræ in noctem. Habet autem uel datiuum, uel accuſatiuum cum præpoſitione Ad. Et per metaphoram ponitur interdum pro auxilium præbere, fauere, (ἐπικουρεῖν, ἐπιφορεῖν) Verg. 2. Aen. Aſpirat primo fortuna labori. Tractum à nauigantibus, quibus ſpirantes auræ fauent. Interdum pro incumbere, et quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ἐφίεσθαι: ut Scipio aſpirat ad Conſulatum. Interdum pro iuxta accedere, ſeu prope tangere. ἐφικνεῖσθαι. Ci. Trebatio: Vltro etiam acceſſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.

ASPIRATIO, onis, uerbale, (ἐπίπνοια) actus ipſe aſpirandi, hoc eſt inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. Cice. 2. de Natu. Deo. Animantes autem aſpiratione aeris ſuſtinẽtur. Eſt item aſpiratio, (δασεῖα) ſpiritus aſper, quo literas quaſdam uegetiore ſono efferimus. Cic. 3. de Orat. Maiores nuſquã, niſi in uocali, aſpiratione utebantur.

ASPIS, idis, {Aſpe, aſpide} (ἀσπίς) ſerpens paruus, tardi uiſus, tam præſens habens uenenum, ut nullum ſit morſis remedium, niſi ut partes læſæ confeſtim amputentur. Huic animali tantus eſt amoris affectus, ut uix unquam ſine compare uagetur. Itaq; ſi quis alterã interemerit, tãta eſt alteri ultionis cura, ut interfectorem perſequatur: unumq́; eum in quantouis hominum agmine, agnitũ infeſtat: perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hęc Pli. li. 8. ca. 28. Aſpis, ſi Lucano credimus, in ſola Africa naſcitur, quamuis & in noſtrum orbem auaritia inuexerit. Ita enim de ea ait lib. 9. Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem Sponte ſua, Niloq; tenus metitur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur Huc Libycæ mortes, & fecimus Aſpida merces. Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſparesq́; effectus ad nocendum, de quibus uide Aelianum lib. 9. a ca. 20. uſque ad caput. 29. Eſt & Aſpis, inſula in mari Lycio, de qua Pli. lib. 3. cap. 31. Eſt item aſpis, promontorium in litore Africæ, à forma clypei dictum, urbem habens eiuſdem nominis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius: In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis. Strabo. lib. 6. Coſura inſula eſt ante Aſpidem ſita, Carthaginienſem urbẽ, quam Clypeam uocant.

ASPLEDON, pe. pr. (Ἀσπληδών) Phocẽſium urbs, ut tradit Pauſanias. Hãc Euſtathius uocatam Apricam dicit, tum quod hybernationi locus amœnus ſit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus in catalogo libr. 2. Iliad.

ASPLENVM, ni, pe. pr. (ἄσπληνον) herba ita dicta, quod lienem imminuat: de qua Pli. lib. 27. cap. 5. Hanc alij Scolopendrion, uel Scolopendriam uocant. Arabes, Ceterach: quod nomen uulgus pharmacopolarum adhuc retinet. Quã autem pharmacopolæ falſo Scolopendram uocant, eſt ea, quam Dioſcorides Phyllitim appellat.

ASPORENVS, (ἀσπορηνός) mons eſt prope Pergamum Aſię urbem, ab aſperitate & ſterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Aſporenum, & dea ipſa Aſporena dicitur.

ASPORTARE, {Leuar da un luogo & portar in un'altro} (ἐκφέρειν) auferre quaſi hinc aliò portare. Cice. in Parad. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. Verg. 2. Aene. Nec comitem te hinc aſportare Creuſam. Huius contrarium eſt Importare (εἰσφέρειν) quod eſt aliunde huc portare. Cæſar. Ac plerunque uiuo tum frumento importato. Aſportatio, onis, uerbale, aſportandi actus. Cicero 6. Ver. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit, quod eorum demolitio atque aſportatio difficilis uidebatur.

ASPRETVM, ti, pen. pr. {Luogo aſpro} (τραχών) locus aſper & abruptus. Liu. 9. ab urb. Ad hæc ſaxa erant, & temere iacentia, (ut fit) in aſpretis.

ASSA VOX, (ut Nonius ſcribit) ore tantum prolata, nullis tibiarum, aut aliorũ organorum uocibus admiſtis. Cato de Liberis educandis: Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: unum, quod eſt in aſſa uoce: alterum, quod uocant organicum. Budæus in Pan.

ASSA, (ὀπτά, ὀπταλέα) in neutro genere, uel aſſæ carnes eadẽ ratione dictæ ſunt, qua uox aſſa. Aſſum enim apud ueteres ſolum ſignificat, uel merum: uel quod ſolo igni ſine aliquo liquore coctæ eſſent, uel quod ſine condimento aliquo, aut adiumento alieni ſaporis ſoleant edi. Eadem etiam figura. Merum dicimus, uinum ſolum, & purum, quod nihil aquæ habeat admiſtum. Sic etiam Vox aſſa dicitur, uox ſola, quæ nulla organorum ſymphonia adiuuatur.

ASSACANI, Indiæ regio eſt, in qua Magoſa ciuitas regionis totius caput. Strab. lib. 15.

ASSAMENTA, orum, neutrum plurale, {Tauole da ſegare} tabulæ ſunt ſectiles, quæ aſſes, ſiue potius aſſeres alias dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum uice aliquando tegi ſolent. Pli. lib. 16. ca. 4. Ob id cardinibus, aſſamentisq́; portarumq́; utiliſſima.

ASSARACVS, (Ἀσσάρακος) Trois filius fuit, auus Anchiſæ, & pater Capyos. Verg. 3. Georg. Aſſaraci proles.

ASSARATVM, auctore Feſto, potionis genus erat, ex uino & ſanguine temperatum quod Latini priſci Sanguinem Aſſit uocabant.

ASSARIVS, a, um, (ὀπτός. ὀπταλέος) idem quod aſſus, ſiue aſſatus. Cato de Re ruſt. cap. 132. Daps Ioui aſſaria pecunia, urna uini Iunoni caſtæ.

ASSATVRA, pe. pr. {Arroſto} (ὄπτημα) carnes aſſæ. Flauius Vopiſcus ſcribit Aurelianum Imperatorem conuiuium de aſſaturis maxime dediſſe.

ASSECLA, æ, {Seguitatore} (ἀκόλουθος) ab aſſequendo nomen deductũ, quod ſignificat eum, qui alicuius commodi ſpe alterum aſſectatur, eiq; ad nutum præſto eſt. Liu. lib. 5. Et eo deuolui rem, ut aut patricij, aut patriciorum, aſſeclæ habendi tribuni plebis ſint. Cic. in Salluſt. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.

ASSECTOR, aris, {Seguire, ſeguitare} (παρακολουθέω) alteri honoris gratia aſſidue comitatum præſto. Cic. de Orat. Cum ædilitatem Craſſus peteret, eúq; maior natu & conſularis Sergius Galba aſſectaretur, quod Craſſi filiam Cn. filio ſuo deſpondiſſet. Aſſectatio, onis, παρακολούθησις. Cic. pro Muræ. Hanc in noſtris petitionibus operam atque aſſectationem, &c. Aſſectator, oris, (ἀκόλουθος) qui aſſidue comitatum præſtat. Cic. 7. Verr. Cum ab eo uetus quidam aſſectator ex numero amicorum non impetraret, ut &c.

ASSENSOR, qui alicui aſſentit, (σύμψηφος) Cic. Troiano: Quotidie commemorabant, te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.

ASSENTIO, tis, ſi, ſum, & Aſſentior, iris, {Conſentire. Pet. D'un che non uolſe Conſentir al furor della matrigna} (συνᾴδω, συγκατατίθεμαι, συναινέω, ἀρέσκομαι) idem quod conſentio, ſiue in eadem ſum ſententia. Cic. Lentulo lib. 1. Epiſt. Nam aduertebatur, Pompeij familiares Volcatio aſſentire. Idem 2. de Orat. tibi Senatus breuiter impoliteq; dicenti maximus eſt de rebus aſſenſus. Hinc Aſſenſus, us, uerbale, (συγκατάθεσις) approbatio, conſenſus. Ci. 4. Acad. Quare qui aut uiſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit e uita. Aſſenſio, onis, aliud uerbale eiuſdem ſignificationis. Cic. 4. Acade. Neque peccare quenquam, niſi aſſenſione.

ASSENTOR, aris, {Adulare} (κολακεύω) ſignificat (ut ſcribit Valla lib. 5. cap. 68.) Inſidioſe, & conciliandæ alicuius uoluntatis gratia, effuſus, & plerunque falſo, quempiam laudo. Et proprie aſſentamur uoce, adulamur geſtu, blandimur tactu. Ponitur autem aliquando abſolute. Cic. Ne aſſentari uiderere. Aliquando cum datiuo. Idem in Bruto: Cur ita ſentiam, non dicam, ne me tibi aſſentari putes. Aliquando cum accuſatiuo. Teren. in Eun. Poſtremo imperaui egomet mihi Omnia aſſentari. Hinc Aſſentatio, onis, uerbale, (κολακεία) actus aſſentandi. Cic. de Amicit. Semper auget aſſentatio id quod is, cuius ad uoluptatem dicitur, uult eſſe magnum. Aſſentatiuncula, diminutiuum. Cic. ad Lucceium: Vereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gloriam uideas. Aſſentator,

oris,

oris,(κόλαξ)qui aſſentatur. Cic. 1. Offi. Non benefici, neque liberales, ſed pernitioſi atque aſſentatores iudicandi ſunt. Aſſentatorie, aduerbiū,(κολακευτικῶς) Cic. ad Q. Fr. Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraterne ueto.

ASSEQVOR, eris, {*Giungere, arriuare acquiſtare*}(ἐπικαταλαμβάνω) nanciſcor præeuntem, ad eum, quem ſequor, peruenio. Cice. Att. lib. 1. Ad te quid ſcribam, neſcio. Si enim es Romæ, iam me aſſequi non potes: ſin es in uia, cum me fueris aſſecutus, coram agemus. Per tranſlationem accipitur pro æquare. Cic. 3. de legibus: Quem imitaris, nunquam aſſequere. Idem Lentulo: Nullā partem tuorum erga me meritorum uidear aſſequutus. Quandoque pro acquiro, ἐπιτυγχάνω. Idem poſt reditum ab Exilio: Veſtros denique honores, quos eramus gradatim ſingulos aſſequuti.

ASSERES, {*Tauole da ſegare*}(σανίδες) tabulæ ſectiles, dicti ab aſſidendo, quod admoueātur, hæreātq; parietibus, trabibusq;. Huius nominatiuus ſingularis eſt Aſsis, aſſeris, ſicut puluis, ſiue etiā Aſſer. Pli. Verniſq; aſſeribus contabulare pauimēta oportet. Hinc Aſſo, as, de quo infra. Palladius aſſeres quernas dicit. Aſſerum ſtructuram, Coaſſationem uocamus, ut à tabulis Tabulationē. Interdum Aſſeres accipiuntur pro lignis, quibus utebantur lecticarii. Sueton. in Cali. Ad primum tumultum lecticarij cum aſſeribus accurrerunt. Dicitur & Aſsis, is, pro eodem: unde & Diminutiuum Aſsiculus. Colu. li. 6. ca. 18. Aſsibus roboreis compingitur ſolum. Et paulo poſt. Nec exire alia parte prohibētibus aduerſis aſsiculis. Hinc ſit Aſſula diminutiuū. Aſſerculus autē (σανίδιον) diminutiuum eſt ab Aſſer, ris. Colu. lib. 12. cap. 50. Itaque cum lacus extruxeris aſſerculos inter ſe diſtantes, ſemipedalibus ſpatiis ſupra ſolum ponito.

ASSERO, ris, pe. co. aſſeui, aſsitum, {*Seminar appreſſo*}(προσφυτεύω) iuxta ſemino, uel iuxta planto. Cato de Re ruſt. Arbores facito, uti bene maturæ ſint, uiteſq; uti ſatis multæ aſſerantur.

ASSERO, ris, aſſerui, aſſertum, {*Affermare, approuare. Pet. Ma ricadendo afferma*}(διαβεβαιοῦμαι) ſignificat affirmo, approbo. Cic. Offi. 3. Quod ſi qui proſcribunt uillam bonam (ut ipſi aſſerunt) beneq; ædificatam. Aſſerere item iuris uerbum eſt, idē ſignificans, quod uendicare, ſuumq; eſſe dicere, προσποιεῖσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. Vnde aſſerere in libertatem eſt affirmare aliquem, qui ſeruus creditur, eſſe liberum. Contra Aſſerere in ſeruitutem, eſt aliquem, qui pro libero ſe geſſit, tanquam ſeruum ſuum uindicare. Liu. li. 3. ab urbe condi. M. Clodio cliēti negotium dedit, ut uirginem in ſeruitutem aſſereret: hoc eſt, uindiciarum iudicio pro ſerua uindicaret. Sic etiam dicimus, Aſſerere ſe ab iniuria mortalitatis, aut obliuionis, pro eo quod eſt, rerum geſtarum, aut ſcriptorum monumentis, à quadam obliuionis, aut mortalitatis ſeruitute, cui alioqui ſumus obnoxij, ſe uindicare. Frequens etiam locutio eſt apud ueteres, Aſſerere manu, pro eo quod eſt, in libertatem uindicare. Teren. in Adel. Nam ego illam liberali cauſa manu aſſero. Vbi Donatus: Verba, inquit, ſunt iuris. Nam & Aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis: & ipſa cauſa Liberalis dicitur, quæ actionē in ſe continet libertatis. Item apud Plautum in Curc. Memento promiſiſſe te, ſi quiſquam hanc liberali Cauſa manu aſſereret, mihi omne argentum redditum iri. Legimus etiā aſſerere ſe, abſolute dictum, pro uindicare ſe in libertatem. Ouid. li. 3. Amor. Scilicet aſſerui iam me, fugiq; catenas. Inde Aſſertor dicitur is, qui aliquem in ſeruitutem, aut etiam in libertatem uindicat. Prioris exemplum eſt apud Liu. li. 3. ab urb. cond. Aſſertor, nihil opus multitudine concitata ait, ſe iure graſſari. Vbi Aſſertorem intelligit M. Clodium, qui ab Appio Claudio ſubmiſſus, uirginem in ſeruitutem petebat. Poſterioris exempla paſſim occurrunt. Martial. li. 1. Aſſertor uenias, ſatiſq; præſtes. Vocat autem Camillum Aſſertorem, hoc eſt, publicæ libertatis uindicem, q populum Romanum à Gallorum ſeruitute in libertatem uindicauerit. Contrarium eius eſt Deſertor, qui patriam, principem, aut clientem in periculo deſerit.

ASSERTIO, (διαβεβαίωσις) ipſe aſſerendi actus eſt, hoc eſt, affirmatio. Cic. 1. Acad. Quibus de cauſis nihil oportere neq; profiteri, neq; affirmare quenquā neque aſſertione approbare. Inuenitur nonnunquam poſitum pro ipſis uindiciis ſiue liberali iudicio, Fab. lib. 3. cap. 8. Sit'ne liber, qui in aſſertione eſt.

ASSERVIO, is, ire, {*Seruire*}(ὑπηρετέω) idem quod inſeruio, obſequor. Ci. 4. Tuſc. Qui uolunt exclamare magis, toto corpore contentioni uocis aſſeruiunt.

ASSERVO, as, {*Conſeruare, cuſtodire*}(φυλάττω) ſeruo, cuſtodio. Cic. 3. Ver. Tum iſte imperat, dum res iudicaretur, hominem ut aſſeruarent.

ASSESSOR, {*Aſſeſſore*}(πάρεδρος) nomen uerbale ab Aſsideo, cuius officiū eſt aſsidere Præſidi atque conſulere in cauſis, cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Cic. 1. de Diuin. Lacedæmonij regibus ſuis Augurem aſſeſſorem dederunt.

ASSESTRIX, fœm. uerbale (πάρεδρος, ἡ) quæ iuxta ſedet. Afranius: Dimittit iam aſſeſtricem, me ad ſeſe uocat. Nam uerbalia fœminina ſi formentur à ſupinis in ſum deſinentibus aſſumunt t, ut Expultrix, Tonſtrix, Aſſeſtrix: & non temere aliud inuenias uerbale in Trix, præter hæc tria, cuius maſculinum terminetur in ſor.

ASSEVERO, as, {*Affermare, approuare*}(διϊσχυρίζομαι, διαβεβαιοῦμαι) cōſtanter & ſeuere affirmo, in affirmatione perſiſto. Cic. 1. Acad. Nemo ulla de re poteſt contendere, neque aſſeuerare, ſine certa aliqua eius rei & propria nota. Aſſeueror, paſsiuum. Cic. 4. Ver. Quæ eſt iſta defenſio? utrum aſſeueratur in hoc, ut tentauit? Aſſeueratio, uerbale, (βεβαίωσις) affirmatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione, & perſeuerantia, &c. Aſſeueranter, & Aſſeuerate aduerbia, βεβαίως. Ci. Att. Statius ſcripſit ad me, locutum ſecum eſſe Q. Cic. ualde aſſeueranter, ſe hæc ferre non poſſe. Idē 4. Acad. Multo etiam aſſeuerantius, in Syria, cum eſſet mecum, & paulo ante q̄ eſſet mortuus. Gell. lib. 7. cap. 5. Tragœdias poetarum nobilium ſcite atque aſſeuerate actitauit.

ASSICCO, as, {*Seccare*}(ξηραίνω) diligenter ſiccare. Colu. lib. 12. ca. 15. Tum rurſum in ſole aſsiccauit.

ASSICCESCO, is, {*Seccarſi*} ſiccum fieri, ξηραίνεσθαι. Colu. lib. 12. cap. 9. Expreſſos in cratibus pandere, dum aſsiceſcaut.

ASSIDELÆ, menſæ ad quas ſedentes Flamines ſacra faciebant. Feſtus.

ASSIDEO, aſsides, pe. co. {*Seder, aſſidere. Pet. Et pietoſa s'aſſide in ſu la ſponda*}(παρεδρεύω) compoſitum eſt à Sedeo, idem ſignificans quod iuxta ſedeo. Verbum eſt neutrum, ſicut ſuum ſimplex. Cic. pro Plan. Huic aſsident, pro hoc laborant. Habet etiam interdum accuſatiuum uirtute præpoſitionis, ea qua cōponitur. Salluſt. in Iugurt. Adherbalem dextra aſſedit. Quanquam hoc aliqui uelint eſſe ab Aſsido. Salluſtius, teſte Priſciano, paſsiue protulit, oppidum amiſſum aſsideri, eodē modo, ſicut dicimus, Obſideri & Circūſideri: quod certe rariſsimum eſt. Aſsideo etiam accipitur pro ſimilis ſum. Hora. Parcus ob hæredis curam, nimiumq; ſeuerus, Aſsidet inſano. id eſt, ſimilis eſt inſano. Aſſeſsio, onis, uerbale. Cicero. Mario: Quæ tua fuerit aſſeſsio, oratio, confirmatio animi mei &c. Aſſeſſor, oris, & Aſſeſtrix, icis, uide ſupra ſuis locis. Aſſeſſura, ræ. Vlpian. de proxeneticis: Facilius quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, ſiquis forte conditionis uel amicitiæ, uel aſſeſſuræ, uel alicuius alterius huiuſmodi proxeneta fuerit.

ASSIDO, dis, pen. pro. quemadmodum & ſuum ſimplex Sido. idem pene ſignificat, quod Aſsideo, ſed cum motu quodam: ut ſit quaſi, ad aſsidendum me demitto. Caret proprio præterito & ſupino. Capit autem præteritum à uerbo aſsideo propter ſignificationis affinitatem, & temporum ſimilitudinem: quæ nulla alia ratione, quam accentu, dignoſcas. Vnde in illo Salluſtiano: Adherbalē dextra aſſedit, Priſcianus uult eſſe præteritum ab Aſsido: non proprium tamen, ſed mutuatum à uerbo Aſsideo. Neſcio quid hic ſomniarint qui hoc uerbum Aſsido & ſimplex Sido actiuum eſſe uoluerunt: quibus ſignificationis natura refragatur. Nihil enim aliud ſignificant, quam ad ſedendum, uel aſsidendum, deſcendo. Neque ſtatim ſequitur, ſi Aſsido accuſatiuum habere inuenatur, eſſe uerbū actiuū: cum etiam Accedo eadem ratione eſſet uerbum actiuum. Hoc enim ſit ex natura duntaxat præpoſitionis. Neq; etiam leuius peccauerunt, qui penult. huius uerbi corripi uoluerunt: quod certe falſum eſt: cum & ſimplex & reliqua cōpoſita eandem producant, Verg. 6. Aenei. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Ouid. lib. 1. Metam. Iuſsit & extendi campos, ſubſidere ualles. Multa alia hoc in loco congeſta erant, quæ quod partim falſa eſſent, partim inutilia, omnia reſecuimus.

ASSIDVVS, ab Aſsideo, {*Aſſiduo, continuo, frequente Pet. Et dal continuo lacrimar ſon ſtanco*}(προσλιπαρῶν, συνεχής) iugis, continuus: quod in ea re, quā quis frequenter agit, conſediſſe uideatur. Liu. 3. Bell. Mace. Accedebat, quod alter decimum iam prope annum aſsiduus in oculis hominum fuerat. Vnde Aſsiduitas, (τὸ συνεχές) diligentia. Ci. 2. de Natu. Deo. Aſsiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi: neq; admirantur, neq; requirunt rationes earum rerum, quas ſemper uident. E contrario Deſides dicuntur ſegnes & ocioſi. Aliquando Aſsiduus dicitur frequens, & Aſsidue, frequenter. Verg. 2. Eclog. Tantū inter denſas, umbroſa cacumina, fagos Aſsidue ueniebat. Cice. de Clar. orat. Aſsiduiſsime autem mecum fuit Dionyſius. Aſsiduo, idem quod aſsidue. Plau. Mil. Dum tale facias, quale aſsiduo edes, Cōmunicabo te ſemper menſa mea. Aſsidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & facile, cum id tēpus poſtulabat, munera populo præſtabant. Cic. in Topic. Lex Aelia iubet uindicem aſsiduum eſſe. Vide Gel. lib. 16. ca. 10. Et aſsiduus qui aſſe ſuo, id eſt, ſua pecunia, & ſine ſtipendio militabat. Et tunc ab aſſe, id eſt, ære dando deducitur.

ASSIGNO, as, {*Aſſegnare. Dant. Che gli aſſegnò ſett'e cinque per dieci*}(προστίθημι) attribuo, conſtituo. Cice. pro Domo ſua: Inferiorem ædium partem aſsignauit genti ſuæ Clodiæ. Interdum idem quod imputare, tribuere. Auctor ad Heren. lib. 1. Sed ſi tardius hæc, quam ſtudes, abſoluetur, tum rerum magnitudini, tum occupationibus aſsignare debebis. Hinc aſsignatio, uerbale, idē ſignificans quod attributio. Cice. Rutilio: Cum Cæſar Syllanas uenditiones & aſsignationes ratas eſſe uelit, quo firmiores exiſtimentur ſuæ. Sic aſsignationes agrorum, apud eundem 4. Philip. & de lege agraria.

ASSILIO, lis, p. cor. aſsilui, & aſsilii, aſſultum, ex Ad & Salio, {*Aſſalire, aſſaltare*}(ἐπιπηδάω) ſaltu ad rem aliquam me confero. Cic. 3. de Orato. Nec aſsiliendum eſt ſtatim ad illud genus. Accipitur pro oppugno, inuado, aggredior. Ouid. lib. 11. Metam. Cum ſæpe aſsiliunt defenſæ mœnibus urbis. Etiam Aſsilire dicitur de Animalibus maribus, cum fœminas ineunt. Columel. lib. 7. Nam niſi prius ea marem conceperit aſsilientem admiſſarium calcibus proturbat.

ASSIMILIS, le, ex Ad, & Similis, {*Simile*}(ὅμοιος) prorſus ſimilis. Cic. 2. de Natu. Deo. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſsimilis ſpongijs mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſsima. Aſsimiliter, aduerb. (ὁμοίως) ſimiliter. Plau. Bacchid. Aſsimiliter hodie mihi obtigit.

ASSIMILO, las, {*Aſſomigliare. Dant. Che non potrebbe qui aſſomigliarſi*}(ὁμοιόω) ſimilem facio, uel comparo. Cic. 4. Verr. Literæ, lituræq; omnes aſsimilatæ, & expreſſæ de tabulis in libros transferuntur. Ouid. 1. de Triſt. Aſsimilēq; ſui longa aſſuetudine fecit, Grandia ſi paruis aſsimilare uelis.

ASSIMVLO, las, {*Simulare, fingere*}(ὑποκρίνομαι, προσποιοῦμαι) fingo aliquid eſſe, quod reuera non eſt. Teren. in And. Nunc tuum eſt officium has bene ut aſsimules nuptias. Cic. 3. Offi. Vlyſſes furorem aſsimulauit, ne quo iret. Aſsimulari paſsiue. Teren. Eun. Tum pol ego is eſſem uere, qui aſsimulabar. Aſsimulatio, uerbale. Pli. li. 11. ca. 43. Contra mulierum paucis prodigioſa aſsimulatio.

ASSIPONDIVM, {*Il peſo d'una libra*}(λίτρα) pondus unius aſsis, ſiue libræ. Varro de lingua Latina. Quod unum pondo, Aſsipondium dicebatur, id ideo, quod as erat, libræ pondus.

ASSIS, is, {*Tauola, aſſe. Pet. Come d'aſſe ſi trahe chiodo, con chiodo*}(σανίς) tabula ſectilis. Plin. quernisq; aſsibus contabulare pauimenta oportet. Vide ſupra in dictione Aſſeres.

ASSISIVM, {*Aſciſi. Boc. Gior. 4. Nou. 2. Che mai non fu di ſan Franceſco ad Aſciſi*} Vmbriæ urbs eſt, Diui Franciſci patria, quā Ptolemæus Aſiſiū uocat.

ASSISTO, is, {*Stare, eſſere preſente*}(παρίσταμαι, παρίσταμαι) adſto, præſentem me exhibeo. Teren. in Adel. Hic propter hunc aſsiſte. Aliquando ſignificat patrocinari, quod priſci Adeſſe dicebant. Sic enim eleganter dicimus: Tibi adſum: &, tibi aſsiſto: pro eo quod eſt, aduocatus ſum, cauſamq; tuam defendo. Reliqua uide in dictione Siſto.

ASSIVS, a, um, (ἄσσιος) adiectiuum eſt ab Aſſo Troiadis urbe deductum, unde Aſsius lapis, quoddam ſarcophagi genus, in quo condita cadauera intra dies quadraginta, una cum oſsibus, ſolis dentibus exceptis, conſumuntur. Vide Plin. lib. 36. cap. 17.

ASSO, as, {*Intauolare*}(σανιδόω) tabulis ſterno, uel operio: à quo Coaſſo, pro cōtabulo. Vitru. Cum aſſatū fuerit, ſuper altera coaſſatio ſtruatur, clauiſq; fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Item Aſſare etiam dicimus pro, cibum ad ignem torrere. Vide Inaſſare. Plin. lib. 30. cap. 10. Alij in cibo, in

ſigneis ueribus inſlatum.

ASSOCIO, as, are, {Accompagnare} ſocium ſe adiungere. Stat. 1. Theb. Solers tibi cura futuri Amphiarae datur: iuxtaq; Amythaone cretus Aſſociat paſſus. Significat & adaptare, & coniungere. Claudianus: Cornua ſummis Aſſociant malis.

ASSOLET, p.p. {Suole} (εἴωθε, φιλεῖ) idem quod ſimplex Solet. Legitur autē in tertijs tantum perſonis, & fere imperſonaliter. Cice. de Amic. Cum in hortos D. Bruti, com mentandi cauſa (ut aſſolet) ueniſſemus. Nonnunquam etiam perſonaliter. Teren. in Ad. Adhuc Archillis, quæ aſſolent, quæq; oportet, Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo.

ASSONO, nas, pe. c. {Rebombare. Pet. Et ribombaua tutta quella ualle} (ἐπηχῶ) ſonitum reflecto, uel ſono reſpondeo. Ouid. 3. Meta. Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo.

ASSVEFACIO, cis, {Aſſuefarſi, auezzarſi. Pet. In quanto amaro ha la mia uita auezza} (ἐθίζω) ex Ad præpoſitione, & duobus uerbis nempe Sueo, ſues, & Facio compoſitum: eſt uſu docere. Cice. de Prouin. Conſ. Imperio populi Rom. parere aſſuefecit. Huius paſſiuum eſt Aſſuefio. Ci. 3. de Orat. Quorum ſermo ni aſſuefacti qui erunt, non poterunt non laute loqui.

ASSVERVS, ſicut teſtatur Ioſephus, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui poſt Dariū patruum Perſidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxem apud Græcos uocatum fuiſſe cognomento Longimanum, qui regnauit quadraginta annis.

ASSVESCO, is, ex Ad, & Sueſco compoſitum, {Auezzarſi, aſſuefarſi} (ἐθίζομαι) eſt uſu diſcere, & enti longa conſuetudine aliquid facere. Cicer. 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere. Verg. 8. Aene. ... tua cernere facta Aſſueſcat.

ASSVETVDO {Vſanza, conſuetudine} (συνήθεια) conſuetudo. Oui. 1. Triſtib. Aſſimilemq; ſui longa aſſuetudine fecit.

ASSVETVS, {Aſſuefatto, auezzo} (συνήθης, συνήθης, ἐθάς,) uſitatus, ab Aſſueſco, ſcis. Cice. pro Planc. Vicinitas non aſſueta mendacijs.

ASSVLA, diminu. ab Aſſis, {Tauoletta, aſſicella} (σανιδάλμιs) tabella. Plaut. in Merc. At etiam ceſſo foribus facere his aſſulas. A quo fit aduerbiū Aſſulatim, quod eſt minutatim, κατὰ σανιδάλμιs. Plau. in Menæ. Facis quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atq; hunc ſenem exoſſem reddam, dedolabo aſſulatim uiſcera.

ASSVLOSE, aduerbium, idem quod aſſulatim. Plin. Calamus melior qui aſſuloſe potius quam rhaphani more frangitur.

ASSVLTO, as, are, frequentatiuum ab Aſſilio, {Aſſaltare} (ἐπιπηδάω) Plin. lib. 9. cap. 42. aſſultant illi protinus. Idem lib. 8. cap. 40. Mox ingruit aſſultans, contraq; belluam exurgens.

ASSVLTVS, us, m, uerbale ab Aſſilio, actus aſſiliendi. Verg. 5. Aenei. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat Arte locum & uarijs aſſultibus irritus urget.

ASSVLTIM, aduerb. per ſaltus, uel more ſalientium. Plin. lib. 11. cap. 24. Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morſus, corpus exiguum uarium, acuminatum, aſſultim ingredientium.

ASSVMO, mis, pen. pro. {Aſſumere, prendere. Pet. Che poteſſe al biſogno prender l'arme} modo ſignificat accipio, προσλαμβάνω. Cice. Neq; id onus inuitus aſſumpſit. Modo tribuo, attribuo, arrogo, περιποιοῦμαι, σφετερίζομαι. Idem 1. Offi. Si id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Aſſumptio, onis, uerbale, acceptio. Cice. 3. de Finib. Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus, tum quia ſit in his aliquid dignum aſſumptione, tum &c. Aſſumptiuus, uerbale, quod aſſumit. Cice. 1. de Inuen. Ac iuridicialis quidem ipſa in duas diſtribuitur partes, abſolutam, & aſſumptiuam. Et paulo poſt, Aſſumptiua eſt, quæ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad recuſationem, &c.

ASSVM, unde Adſum.

ASSVO, & ASSVMENTVM, uide in uerbo Suo.

ASSVRGO, gis, rexi, {Leuarſi} (ὑπανίσταμαι, ἐξανίσταμαι) eſt honoris uel beneuolentiæ cauſa ſurgo, uel erigor. Verg. 6. Eclog. Vtque uiro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. Ponitur figurate pro cedere. Verg. 2. Georg. Tmolus & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus. Accipitur item pro excreſcere, & altum fieri. Verg. 3. Georg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu late, ſeptemq; aſſurgit in ulnas. Sic etiam plantas dicimus aſſurgere, cū creſcunt, et in altitudinem accipiunt incrementum. Colles quoque aſſurgere dicuntur, qui non ardui ſunt, ſed accliues, quiq; paulatim in altitudinem tendunt. Col. li. 2. Collem molliter aſſurgētem, montem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidum maxime probauerunt.

ASSVS, ſi geminato, ſi, (ἆσσος) urbs eſt Troadis, teſte Strabone lib. 13. & natura, & arte munita, ab ea parte, qua mare ſpectat, arduum, & erectum aſcēſum habens. Vnde factus eſt locus uulgatiſſimæ illi Stratonici ſententiæ, Qui celeri paſſu Aſſum it, magnum uitæ periculum adit. Circa hanc urbem ſarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita, intra quadrageſimum diem ſolis dentibus exceptis, aſſumebantur. Auctor Pli. lib. 36. cap. 17. Ex hac urbe ortum traxit Cleanthes Stoicus philoſophus, qui Zenoni in ſchola ſucceſſit, quam ipſe Chryſippo tradidit. Aſus autem unico ſ, ſiue (ut apud Pliniū legitur) Aſum, Cretæ oppidum eſt: de quo infra ſuo loco.

ASSVS, a, um, {Arroſto, arroſtito} (ὀπτός) idem eſt quod torrefactum, eo quod igni aſſudeſcit, (ut Varroni placet lib. 4. de lingua Latina ſudandæ enim aſſum diſtillat ob calorem. Vel dicitur Aſſum (ut Nonius mauult) quaſi ſolū: quemadmodum Merum ſolum dicimus, quoniam in obſonijs ſine pigmento ſaporis alieni aſſæ carnes inferebantur. Vide Aſſa.

ASSYRIA, (ἀσσυρία) regio eſt maioris Aſiæ, quam Ptolemæus ab ortu Mediæ parte terminat, ab occaſu Meſopotamia, à Septentrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphaten montem, à Meridie Suſiana. Pli. lib. 5. cap. 12. Aſſyriā docet Syriæ partem eſſe, quæ poſtea uocata eſt Adiabene. Strabo autem longe latiores Aſſyriæ fines aſſignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis uocata eſt, teſte I..ino lib. 1. & Herodoto lib. 7. quanquam multo latiores Syriæ fines fuerunt, ... n Aſſyriæ. Dicta eſt autem Aſſyria, teſte Auguſtino lib. 15. de Ciuit. ab aſſur, filio Sem.

AST, {Ma} (αὐτὰρ) coniunctio eſt, qua poetæ carminis gratia utuntur pro At, ſiue Sed. Verg. 1. Aen. Aſt ego, quæ diuum incedo regina.

ASTA, (ἄστα) ciuitas eſt Bæticæ, inter ſacrum promontorium & Herculeas columnas, de qua Plin. lib. 3. cap. 1. Eſt & Aſta, Inſubriæ urbs, non longe à Nouaria diſtans. De hac Claudianus: Nec plus Pollentia rebus Contulit Auſonijs aut mœnia uindicis Aſtæ. Meminit & Plin. lib. 35. cap. 12.

ASTABORAS, uel Aſtabores, teſte Plin. lib. 5. cap. 9. alter eſt ex alueis Nili, qui Meroen inſulam à ſiniſtra alluit: ille uero, qui à dextera parte eſt, Aſtuſapes appellatur. Strabo uero Aſtaboram fluuium eſſe docet diuerſum à Nilo, circa Meroen inſulam in Nilum influentem.

ASTACES, (ἀστάκης) fluuius eſt in Ponto, Aſiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues paſcunt nigro lacte accolas alentes. Auctor Plinius libro 2. cap. 103.

ASTACI, (ἀστακοί) ex genere ſunt cancrorum, apud Plin. lib. 9. cap. 31.

ASTACVM, Plinio, ſiue Aſtacus, (ἀστακὸς Stephano, & Straboni) Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Aſtaco quodam, Neptuni, & Olbię Nymphæ filio. A quo uicinus ſinus Aſtacenus appellatus eſt, teſtibus Plin. lib. 5. cap. ult. & Strabone lib. 12. Fuit & altera eiuſdem nominis urbs in Acarnania, quæ & ipſa propinquo ſinui Aſtaceno nomen fecit: teſte Strabone lib. 10.

ASTAOTIA, (quod hic hactenus corrupte lectum eſt) uide Aſtyochia.

ASTAPHYLINOS, paſtinaca ſylueſtris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruel. lib. 3. cap. 41.

ASTAPVS, Straboni fluuius eſt circa Meroen, in Nilum influens. Qua in re à Plinio nonnihil uidetur diſſentire. Plin. enim Nilum ipſum ſupra Meroen Aſtapum aſſerit uocari, quod ſæpe terra receptus, uelut e tenebris in lucem erumpat. (Sic enim uocant Aegyptij, aquas e tenebris emergentes) Nili autem nomen ante non aſſumere, quam ſe concordibus aquis iunxerit. Vide Strabonem lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 9.

ASTAPHIS, idis, {Vua paſſa} (ἀσταφίς) à nobis uua paſſa uocatur. Pli. li. 23. cap. 1. Vua paſſa, quam Aſtaphida uocant, ſtomachum, uentrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent.

ASTAPHIS AGRIA, (ἀσταφὶς ἀγρία) herba eſt cauliculis nigris rectis, folijs labruſcæ: fert folliculos uerius, quā acinos, uirides, ſimiles ciceri. Hæc a Romanis, teſte Dioſcoride, Pedicularis herba dicebatur, eo quod nucleos haberet Phthiriaſi curandæ utiles. Vocatur & Staphis agria, prima uocali à capite ſublata. Nam quam ἀσταφίδα Attici, reliqui Græci σταφίδα appellant. Quin etiā hodie ab officinis Staphis agria dicitur.

ASTAROTH, antiqua ciuitas Og regis Baſan in qua habitauerunt gigantes, & poſtea cecidit in ſortem tribus Manaſſes, regionis Bethaniæ. Sunt autē duo caſtella in Bethania hoc uocabulo, nouem inter ſe millibus ſeparata, inter Adaram & Abellam urbes.

ASTARTE, (ἀστάρτη) Syriorum numen erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam uolunt Cic. 3. de Natu. Deo. uult fuiſſe Venerem, quæ Adonidi nupſit. Hanc ſacræ literæ Aſtartem Sidoniorum deam uocant: cui Salomon rex uni pallacarum ſuarum obſequi uolens, altaria condidit.

ASTEISMOS, {Gentilezza, urbanità, ciuilità} (ἀστεισμός) Latine urbanitas & eſt tropus multiplex, numeroſæq; uirtutis. NS Aſteiſmos putatur, quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis urbanitate exponitur: ut apud Verg. 3. Eclog. Qui Bauium non odit amet tua carmina Mæui. ideſt, pro pœna ei contingat, ut diligat Mæuium peiorem poetā: Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. id eſt, faciat ea quæ contra naturam ſunt. Nam ἀστεῖος, urbanus, ἀστεΐζομαι urbanus ſum.

ASTER, & aſtrum (ἀστὴρ, καὶ ἄστρον) hoc modo inter ſe differunt, quod hoc congregationem ſignificat ſtellarum, uel ſignum ex ſtellis coactum, ut eſt Leo, Libra, &c. Illud uero unam tantum ſtellam: Apud Græcos etiam eadem obſeruatur differentia. ἀστὴρ enim apud illos unicam tantum ſtellam. Ἄστρον ſydus totū ſignificat Suidas: Ἀστὴρ ἄστρου διαφέρει. ὁ μὲν ἀστὴρ ... ἄστρον ἐκ πολλῶν συνέστηκε ... καλεῖται. Cic. Cum autem uer eſſe coeperat, cuius initium iſte non à Fauonio, neque ab aliquo aſtro notabat, &c. Idē de Vniuerſ. Has igitur ob cauſas notata ſunt aſtra. Aſtrifer, ri, (ἀστροφόρος) ferens aſtrum. Mart. lib. 8. Au tua multifidum numerauit lana Timauum, Quē prius aſtrifero Cyllarus ore bibit.

ASTER SAMIVS, (ἀστὴρ σάμιος) ſpecies eſt terræ cuiuſdam ad multa in medicinæ uſus conducentis, quæ in Samo inſula effoditur: ita dicta à ſtellæ imagine, quæ illi imprimi ſigillo conſueuit. Huius terræ meminit Galenus libro 9. Simplicium.

ASTER ATTICVS, (ἀστὴρ ἀττικός) herba eſt Plinio, quæ quod præſens eſt inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & uulgo Inguinalis. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

ASTERIA, æ, uel Aſterie, es, (ἀστερία) nomen Latonæ ſororis proprium. Eſt & Aſteria Deli, & Rhodi inſularum nomen, teſte Pli. li. 4. cap. 12. et lib. 5. ca. 31. Significat & gemmam, incluſam quandam lucem pupillæ modo continentem quæ oppoſita ſoli, radios regerit candicantes. Plin. lib. 37. cap. 9.

ASTERIAS, (ἀστερίας) auis ex genere ardeolarum, à fulgore aſtrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

ASTERICVM, ci, (ἀστερικόν) herba eſt, ocymi folio, quę & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eo quod uitreis urceolis detergendis in primis ſit idonea. Naſcitur in tegulis, parietibusq; : unde & Parietaria, & Muralis herba uulgo dicitur. De hac Plin. lib. 22. cap. 17.

ASTERISCVS, (ἀστερίσκος) diminutiuum ab Aſter, ſignum eſt ad paruæ ſtellæ ſimilitudinem, quo utimur cum aliquid in ſcribendo omiſſum eſt, uel cū uariant exemplaria. Hieronym. Qui editioni antiquæ Theodotionis miſcuit aſteriſcos & obelos.

ASTERISCVS, ci, (ἀστερίσκος) herba eſt Dioſcoridi, quæ & Aſter Atticus & Bubonium appellatur.

ASTERION, (ἀστέριον) ciuitas Theſſaliæ, ſic dicta, quod in alto ſita monte, uelut aſtrum quoddā procul aſpicientibus fulgere uideatur, ut tradit Stephanus qui eam ſua ætate Pireſiam uocatam aſſerit. Eſt & altera urbs eiuſ nominis in Syria. Eſt & fluuius Achaię, in Nemeæa ſylua leniter fluens, & fructuū iuxta ripam abundantiſſimus, ut teſtis eſt Lactantius. Item mons Peloponneſi

ad

ad fluuium Argolicum, de quo Plin.lib.4.cap.5. Eſt & herba quædam hoc nomine apud Pauſaniam, in agro Argiuo naſcens ad ripam fluuij eiuſdem nominis, cuius folia Iunoni ſacra accolæ in coronas nectũt. Aſterion item (ἀστερίων) Cometæ filius, qui Iaſonem Colchos nauigantem ſecutus eſt: ut habet Apollonius. Valer.lib.1. Argon. Celer Aſterion, quem matre carentem Clenæus ge mino fouit pater amne Cometes.

ASTERION, m, (ἀστέριον) ſpecies eſt aranei, cuius morſu genua labefactãtur: ut tradit Pli.li.29.ca.4. Eſt & Aſterion herba quæ & Spondiliũ dicitur, quod ſemen habeat aſterij animalculi figura. Vide Dioſc.li.3. in deſcriptione Spodilij.

ASTERIS, (ἀστερίς) p.c. inſula eſt in medio Sami, & Ithacæ ſita, Strab.lib.1.

ASTERNO, is, ere, aſtraui, aſtratum, {*Diſtendere*} (προσκαταβάλλω) iuxta ſterno. Ouid. utitur eius paſſiuo. 2. Metam. Nocte dieq; uocant, aſternunturq; ſepulchro.

ASTERVSIA, (ἀστερουσία) mons Cretæ ad meridiem, mare aſpiciens: à quo et Aſteruſia Indiæ urbs nomen habet, quod illic Cretenſis coloniam collocarint. Huius incolæ Aſteruſiani uocantur & Aſteruſii, ἀστερουσιεῖς Steph.

ASTHMATICVS, (ἀσθματικός) cum h, anhelus, & ſuſpirioſus dicitur: i. cũ ſpirare ſine ſono & difficultate quiſpiam non poteſt. Id autem morbi genus Aſthma (ἆσθμα) uocatur, hoc eſt, ſpirandi difficultas.

ASTIGI, ciuitas Bæticæ, à qua Aſtigitanus ager. Plin.lib.3.cap.1.

ASTICE, (ἀστική) regio eſt Thraciæ, ſupra Boſphorum, Ponto Euxino imminens: cuius urbes ſunt Apollonia, Tinias, Almedeſſes, Deuelton, et Phinopolis. De hac Plin.lib.4.cap.11.

ASTIOCHIA, uide Aſtyochia.

ASTIPVLOR, pe.co. {*Conſentire*} (προσίθεμαι, ἐπιψηφίζω, συγκατανεύω) aſſentior. Liu.6.Bel.Mace. Non pendere ex alterius uultu ac nutu, nec alienis momentis animi circumagi, aſtipularique irato Conſuli Tribuni plebis. Aſtipulatio, aſſenſus. Plin.lib.29.cap.1. Qua de re extat etiam Annei Senecæ aſtipulatio.

Aſtipulatus, us, atteſtatio, uel aſſenſus. Plin.lib.7.cap.47. Conſecratus eſt uiuus, ſentienſq;, oraculi eiuſdem iuſſu, & Iouis deorum ſummi aſtipulatu. Aſtipulator, oris, qui aſſentitur. Cic.4. Acad. Sed illud falſum eſſe & Stoici dicunt, & eorum aſtipulator Antiochus.

ASTITVO, is, aſtitui, aſtitutum, {*Collocare*} (παρίστημι) compoſitum ex Ad, & Statuo: iuxta ſtatuo, præſentem exhibeo. Auctor ad Heren.li.1. Aegrotũ in lecto cubantem facimus, & reum ad lectũ eius aſtituemus. Eſt itẽ aſtituo, ſuo in loco colloco. Plaut. in Capt. Iuben', an non iubes aſtitui aulas, patinas elui?

ASTO, as, aſtiti, aſtitum, {*Eſſere preſente, ſtar fermo in piede*} (παρίσταμαι) ſignificat præſens, aut firmus, ſeu erectus fio. Ponitur interdũ abſolute. Plaut. in Cap. Ego miſer uix aſto præ formidine. Idem in Ciſt. Adoleſcens aſta, atque audi. Interdũ cũ datiuo. Idem in Caſſ. Stultus continui diẽ, dũ aſto aduocatus cuidã cognato meo. Interdũ cũ præpoſitione In. Idem: continuo in genua aſtanti. Et cũ Ad. Cic. pro Arch. Cum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet. Aliquando ſignificat ſimpliciter ſto. Verg. arrectiſq; auribus aſtant. Interdum ſum, cũ de rebus loquimur, quæ cadere non poſſunt, ut cum dicimus terram aſtare.

ASTOMI, (ἄστομοι) Indiæ populi ſine ore, anhelitu tantum uiuentes & odore. ab α priuatiua, & στόμα, quod Latine os ſignificat. Plin.lib.7.cap.2.

ASTRÆA, (ἀστραία) Aſtræi & Auroræ, ſiue (ut alij malunt) Iouis & Themidos filia, Iuſtitiæ antiſtita, quam Poetæ fabulantur aureo illo ſeculo e cœlo in terram migraſſe, & tandem mortalium & ſceleribus offenſam cœlum repetiuiſſe. Ouid.1. Metam. Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

ASTRÆVS, (ἀστραῖος) unus fuit ex Titanibus, qui contra Deos arma ſumpſerunt. Hic cum Aurora fertur concubuiſſe, & ex ea uentos generaſſe: qui ab eo Aſtræi fratres dicti ſunt. Ouid.14. Metam. Aeraq;, & tumidum ſubitis concurſibus æquor Aſtræi turbant, & eunt in prælia fratres.

ASTRAGALIZO, {*Giuocare, à dadi*} (ἀστραγαλίζω) Græcum eſt uerbum, idem ſignificãs quod talis ludo. Vnde Aſtragalizontes, (ἀστραγαλίζοντες) talis ludẽtes: quo nomine dictum fuit opus nobiliſſimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros, talis ludentes: de quo Plin.lib.34.cap.8.

ASTRAGALVS, p.co. (ἀστράγαλος) os eſt pedis in animalibus quibuſdã ſupra calcaneũ, quod à Latinis Talus dicitur. Aſtragalus item ludi genus erat, in quo aſtragalis, hoc eſt, talis utebantur, iiſq; aut naturalibus, aut ad eorũ ſimilitudinẽ ex ebore, aliave materia effictis. de quo ludi genere uide plura in dictione Talus. Aſtragali quoque dicuntur ſeptẽ ſpinæ uertebrę, quibus collũ incumbit, quos αὐχένιον τοῦ τραχήλου Suidas appellat. Vnde Homerus libr.10. Odyſſ. Elpenorẽ tradit in Circes ædibus de ſcalis delapſum, Aſtragalos fregiſſe. Eſt item Aſtragalus, (ut ex Dioſcoride colligit Ruellius) herba quam Montanum uel ruſticum cicer appellamus: In ædificiorum quoque columnis Aſtragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herbæ fortaſſe huius ſimilitudine dictum: cuius meminit Vitruuius, cum ait, Aſtragali faciendi ſunt octauę partis.

ASTRAPIAS, (ἀστραπίας) gemma eſt colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens diſcurrentes: unde & nomen accepit. De hac Pli. lib.ult.cap.11.

ASTREVS, ei, dictio diſyllaba (ἀστρεύς) nomen unius ex iis, qui à Perſeo in Aula Cephei regis ſunt occiſi. Ouid.5. Metam. Occidit & Celadon Mendeſius, occidit Aſtreus.

ASTRAPÆVS, (ἀστραπαῖος) dictus eſt Iupiter, ab Aſtrapæ, quæ eſt coruſcatio. Item Aſtrapeus uentus, qui fulgetras excitat.

ASTRINGO, {*Stringer, legare. Pet. Deh ſtringil'hor che puoi*} (προσδέλλω) unio, coniungo, contraho, coarcto. Colu.li.3. cũ omnes ſurculos, quos arbor patietur, dimiſeris, libro ulmi uel uimine arborẽ aſtringito. Ver.li.1. Geor. Seu durat magis, & uenas aſtringit hiantes. Per tranſlationem Aſtringere ponitur pro obligare, ἐνέχεσθαι: & ſic genitiuo iungitur, ſicut Gellius notauit Sabinum ſcripſiſſe: Qui alienũ iacens lucrifaciẽdi cauſa ſuſtulit, furti aſtringitur, ſiue ſcit, cuius ſit, ſiue non ſcit. Quãdoque pro promittere, quia promiſſa uincula fidei dicũtur. Teren. in Eun. Meam aſtringo fidem. Eſt item Aſtringere (στύφειν) medicorum uerbum quod ſignificat denſare, & poros, ſiue meatus contrahere. Hinc Aſtrictorius, a, um, quod aſtringit, στυπτικός. Pli.li.24.ca.13. Paliuri folia aſtrictoriam uim habent. Aſtricte, aduerb. arcte. Cic.3. de Orat. Qui putat orationem, quę quidem ſit polita, atque facta quodãmodo non aſtricte, ſed remiſſius, numeroſam eſſe oportere. Aſtrictio, uerbale, (στύψις, στυφρότης) actus ſiue facultas aſtringendi. Plin. Guſtus amari cum aſtrictione.

ASTRIOS, otis, gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plin lib.37.cap.9.

ASTROITES, (ἀστροΐτης) gemma quæ oculis piſciũ ſimilis eſſe perhibetur. Auctor Plin.lib.37.cap.9.

ASTROLABIVM, (ἀστρολάβιον) inſtrumentum ex quo aſtrorum motus colliguntur.

ASTROBOLISMVS, m, (ἀστροβολισμός) arborum uitium eſt, cum Caniculæ æſtu (quam Theophraſtus peculiariter ἄστρον appellat) humore abſumpto areſcunt. Latinorum nonnulli Sideratiouem interpretantur. Transfertur & ad animalia, cum pars aliqua corporis cum ipſis etiam oſſibus exareſcit: quod mali genus σφακελισμός à Galeno appellatur.

ASTROLOGIA, (ἀστρολογία) ſcientia tractans de cognitione & motu aſtrorum: quæ & Aſtronomia dicitur: quanquã non deſunt, qui hæc ita diſtinguant, ut Aſtrologia ſit, quæ de motu aſtrorum diſſerit: Aſtronomia autem, quæ de iis dictis agit ad uitam fortunamq; pertinentibus. Verum hæc diſſerentia non obſeruatur. Cic. de Senect. In aſtrologia C. Sulpitium audiuimus. Hinc Aſtrologus, ſiue Aſtronomus, (ἀστρολόγος, ἀστρονόμος) qui aſtrologiæ, ſiue aſtronomiæ, gnarus eſt. Cice.2. de Diuin. Quid aſtrologus? cur ſtella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortum puerorum ſalutaris ſit, Saturni, Martiſve contraria? Aſtrologorum prædictiones, apud eundem ibidem.

ASTROPHE, (quod hic pro una ex Pleiadibus corrupte legebatur) uide Aſterope.

ASTRVM, (ἄστρον) uide in dictione Aſter.

ASTRVO, is, {*Fabricare appreſſo fortificare*} (προσκατασκευάζω) iuxta ſtruo, & ædificium ædificio iungo. Colu.lib.1. Nam cum ueteri aſtruitur recens ædificium, quaſi ſurgenti reluctans, oneri cedit. Hinc per tranſlationem pro affirmare ſumitur. Plin.lib.12.cap.18. Periti rerum aſtruxerunt, non ferre tantũ annuo fœtu, quantum &c.

ASTV, generis neutri, ut cornu, pro ciuitate Athenienſi, quam ἄστυ uocabãt: ſed à Latinis mutatur y, in u, & fit Aſtu, ut inquit Priſcianus. Ter. in Eun. An i aſtu ueniſ? Probus Aemilius in Alcibiade: poſtquã in aſtu uenit, cõcione aduocata uerba ſic fecit. Apud Latinos uero Aſtu, ſiue Aſtus, idẽ eſt, quod calliditas, (πανουργία) quę & Aſtutia dicitur. Feſtus Põpeius: Aſtu apud poetas aſtutiã ſignificat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc eſt, ab oppido, deducitur, in quo qui uerſati aſſidue ſunt, cauti & acuti eſſe uidentur. Interdũ aſtu aduerbialiter pro aſtute ponitur πανούργως. Terẽ. in Eun. Quod ſi aſtu rem tractauit, dij uoſtrã fidẽ Quãtã & quã ueram laudem capiet Parmeno? Aſtus adiectiuum uidetur fuiſſe Plaut. Truc. ſi uenerit Ne iſtum ecaſtor hodie aſtis confertum fallacijs.

ASTVR, ris, (ἀστυρ) gentile nomẽ eſt, eum ſignificans, qui ortus eſt ex Aſturia, Tarraconenſis Hiſpaniæ regione. Martialis pro poſſeſſiuo uſurpauit, Aſturẽ equum dicẽs pro Aſturico, ſiue Aſturicẽſi. Ita enim habet in Diſtichis: Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab armiferis gẽtibus Aſtur equus. Eſt item Aſtur, Hetruſci cuiuſdam proprium nomen, qui Aeneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum. de quo Verg.10. Aen.

ASTVRIA, æ, (ἀστυρία) regio Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, Artabris, Callæcis, Cãtabris, et Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Aſturcones uocati ſunt.

ASTVRA, (ἄστυρα) flumẽ Latij, & inſula in fluuij oſtio. Plin.lib.3.cap.5. Antium colonia, flumen Aſtura & inſula. Et lib.33. Tenuit & noſtra memoria nauẽ Caij principis ab Aſtura Antium nauigãtis. Ab aliquibus & Stura dicitur. Vnde Feſtus: Stura, flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturã uocant.

ASTVRES, (ἄστυρες) ſunt Hiſpanię populi memoratiſſ. Callęcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus nõ uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Pli.li.8. Meminit Aſturum multis lib.3. Silius. Eorum tractus, Aſturiæ nomen habet.

ASTVRICA AVGVSTA, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs in finibus Aſturiæ. Ptolemaeo.

ASTVRCONES, equi, {*Giannetti*} ab Aſturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt ut tradit Pli.lib.8.cap.42. Silius lib.3. His paruus ſonipes neq; matri notus: at idẽ Aut inconcuſſo glomerat ueſtigia dorſo, Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Talem greſſum Gręci εὔδρομον uocant à bonitate curſus. Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tulutum glomerandis.

ASTVS, us, maſc.ge. (πανουργία) idẽ quod aſtu, uel aſtutia à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum ſonat. Nam qui in urbibus frequentes ſunt, ſolent eſſe callidiores. Silius lib.16. Non ars aut aſtus belli, uel dextra deerat. Callidi aſtus, Seneca in Troade. Acris aſtus, Valer.2. Argonautic.

ASTVTVS, ta, tum, {*Aſtuto, malitioſo*} (πανοῦργος) adiectiuum, uerſutus, cautus. Seruius: proprie aſtutos malitioſos uocamus. Ci.3. Offi. Certe nõ aperti, nõ ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non uiri boni: ſed uerſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, ueteratoris, uafri. Plau. Caſina: Nec fallaciam aſtutiorẽ ullus fecit poeta. Aſtutia, tiæ, (πανουργία) calliditas, malitia. Cic.5. de Finib. Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia. Aſtute, aduerb. (πανούργως) callide, uerſute. Cicer. ad Qu. Fra. Nihil tamen nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo.

ASTYAGES, (ἀστυάγης) Cyaxaris filius, Perſarũ & Medorum rex & pater Mandanæ, quæ Cambyſi mediocris dignitatis Perſæ nupta, Cyrũ peperit: quẽ auus, in ſomnis quibuſdã exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus, necandũ tradidit. Qui cum tam crudele miniſterium per ſe ipſum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus illud iniunxit. Erat Mitradati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem ſonat. Hæc tum forte mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnifice curat ſepeliri: Cyrum autem ipſum, tanquam filium ſuum, domi educat. Qui poſtea ab auo agnitus, & in Perſidem ad parẽtes remiſſus, ſimulatq; adoleuit, Harpagi inſtinctu auo bellum intulit, eumq; in pręlio captum, quoad uixit, penes ſe habuit. Ex Herodoti lib.1.

ASTYALVS, uide Aſtilus.

ASTYANAX, (ἀστυάναξ) unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Vlyſſes antequam na-

ues è Sigeo ſoluerit, e turri mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Troiæ, & populi ruinam ulciſceretur. Hector ut plurimum uocabat Scamandrium. Verg. 2. Aen. Paruumq; manu Aſtyanacta trahebat. Latine principem ciuitatis ſonat, quaſi ἄρχε τοῦ ἄστεος.

ASTYANASSA, (ἀστυάνασσα) Helenæ Menelai uxoris ancilla laſciuiſſima, dominamq; prorſus ſe dignam nacta, quæ prima de uarijs concubitus modis librum conſcripſit: cuius exemplum poſtea imitatæ Philænis, & Elephantis, idē argumentum tractarunt. Auctor Suidas.

ASTYDAMAS, (ἀστυδάμας) Athenienſis, & filius eiuſdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerūt, pater ēt ſummus Philoſophus et Socratis auditor. Suidas.

ASTYDAMIA, (ἀστυδάμεια) Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiſo rapuit. Ouidius: Nec referam partus Ormenis Nympha tuos.

ASTYLIS, idis, (ἀστυλίς) lactucæ latioris genus ſine caule, quæ ob inſignem frigiditatem Veneri maxime creditur reſiſtere: unde & Eunuchion & Spadonion à nonnullis eſt appellatum. Vide Ruellium lib. 1. cap. 20.

ASTYLUS, (ἄστυλος) unus fuit ex Centauris, & quoniam augurio ualebat futura prænoſcens, fratres monuerat, ne bellum aduerſus Lapithas aſſumerent, ſed exorto in nuptijs bello, ipſe ſibi timens, una cum Neſſo Centauro fugā arripuit. De hoc ita Ouid. 12. Metam.

Aſtylus ille etiam metuenti uulnera Neſſo,
Ne fuge: ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.

ASTYLUS (ἄστυλος) Crotoniata curſor tribus Olympicis continuus uicit, ſtadio, diaulo & dolicho. Quod autē in ultimo ſe Hieronis magiſtrū ac Syracuſanum à præcone declarari fecerit Crotoniatæ irati, ſtatuam eius fregerint, bona inſuper publicauerunt. Auctor Pauſanias. Meminit eius Plato in legibus, qui eū nō tā curſu, q̄ perpetua uirginitate clarum prædicat. Fuit præterea Aſtyllus quidā Troianus, à Meneptolemo occiſus, teſte Homero in principio 6. Ilia.

ASTYMEDUSA, (ἀστυμέδουσα) Oedipi fuit uxor (hanc enim repudiata matre, quam prius matrimonio ſibi coniunxerat, ſed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis prioris coniugis infenſum parentem faceret (ut fere omnium nouercarum mos eſt) apud patrem eos accuſauit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent quapropter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.

ASTYNOME, (ἀστυνόμη) Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia (unde & Chryſeis dicta eſt) quæ Chryſa oppido à Græcis expugnato, in prædæ diuiſione Agamemnoni ceſſit: Quam tamen poſtea, peſtilentia ab Apolline immiſſa adactus, patri reſtituit. Auctor Homerus 1. Iliad.

ASTYNOUS, (ἀστύνοος) princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, ut ſcribit Homerus lib. 5. Iliad.

ASTYOCHIA, p. p. (ἀστυόχεια) Actoris filia fuit, quæ cum ſola in ſummum paternæ domus cœnaculum aſcendiſſet, à Marte compreſſa creditur. Fuit & altera eiuſdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit. de qua Homerus in Catalogo nauium.

ASTYPALÆA, {*Stampalia*} (ἀστυπάλαια) inſula eſt in mari Carpathio, aut certe Icario, è regione Cnidi, oppidū habēs eiuſdē nominis. De hac Pli. li. 4. cap. 12. Eſt item Aſtypalæa oppidum in Co inſula, cuius meminit Strabo lib. 14.

ASUS, ſiue **ASOS**, (ἄσος Stephano) ſiue (ut apud Plinium legitur) Aſum oppidum eſt Cretæ inſulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

ASYCHIS, (ἄσυχις) Aegyptiorum rex, poſt Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphim: ut teſtatur Herodot lib. 2.

ASYLA, herba eſt, qua ſibi pecora medentur, ſiquando anagallidem fœminā imprudenter guſtauerint. Latini Ferum oculum appellant, teſte Pli. lib. 26. cap. 13.

ASYLIA, æ, (ἀσυλία) ius libertatis, immunitatis, & ueniæ, quod is cōſequebatur, qui ad aſylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obſeruari uidemus in his, qui ad Diuorum templa confugiunt. Budæus in Annota.

ASYLUM, (ἄσυλον) templum aliusve quiuis locus inuiolabilis, & conſecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo auelli non poterant. Dictum Aſylum ab α, priuatiuo, & uerbo, συλάω, quod eſt, rapio, prædor, & ſacrilegio polluo. Seruius tamen Aſylum dictum mauult, quaſi ἄσυρον, à uerbo σύρω, quod eſt traho: propterea, q inde auelli quempiā nefas eſſet. Aſylum autem primū Athenis ſibi conſtituerunt Herculis poſteri, ueriti uim eorū, qui ab illo fuerant uexati. Statius 12. Thebaid. Fama eſt, defeſſos acie poſt buſta paterni Numinis Herculeos ſedem fundaſſe colonos. Hos deinde imitatus Romulus, & ipſe Romæ Aſylum conſtituit inter Capitolium & Palatium in ſacro luco, quod Quercetū dicitur. Vnde Pædianus: Totus Populus Romanus à principio tres fuerunt Tribus: Tatienſes una, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucumone, ſiue à luco, quem Lucum Aſylum uocauerat Romulus. De hoc Verg. lib. 8. Hinc lucum quem Romulus acer Aſylum Rettulit. Scribit Liui. lib. 38. templum Apollinis Delij fuiſſe Aſylum, atq; ſacra templa à Græcis uocari Aſyla.

ASYMBOLUS, (ἀσύμβολος) qui ſymbolum non dedit, & ſine collatione acceſſit ad comeſſationem. Teren. in Phorm. Te'ne aſymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis, &c.

ASYMPHONIA, {*Diſſonanza, diſcordanza*} (ἀσυμφωνία) Latine inconſonantia. ἀσύμφωνος, diſcors.

ASYNDETON, (ἀσύνδετον) ſiue Aſyntheton (ἀσύνθετον) dici poteſt Incompoſitum, uel diſiunctum. Eſt enim figura, cum plura ſine coniunctionis uinculo proferuntur: ut, Veni, uidi, uici. Aſyntheta, (ἀσύνθετα) Pli. appellat cryſtalla, quæ pura ſunt & ſine uitio.

ASYSTATON, (ἀσύστατον) idem quod inſtabile, aut adeo repugnās, ut ſubſiſtere non queat. Vnde genus quoddam philoſophiæ quod Arceſilas introduxit ignorantiæ magiſter, à Gellio Aſyſtaton appellatur. Affirmabat enim Arceſilas, ſeſe, hoc unum ſcire, quòd nihil ſciri poſſet. Cuius aſſertionis ueritas ſubſiſtere nō poteſt. Nam ſi hoc ſcias, nihil ſciri poſſe, ſequitur aliquid eſſe, quod ſciatur: Sic inducitur dogma, ſibiipſi repugnans, ſeq; diſſoluens.

A ANTE T.

AT, {*Ma. Dant. Non hauea pianto ma che di ſoſpiri,*} (ἀλλά) particula principijs apta præſertim cum aut indignationem, aut dolorem exprimere uolumus, ut iræſtū, aut querelas ſignificantius oſtendere ualeamus. Verg. 2. Aen. At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis Dij (ſi qua è cœlo pietas, quæ talia curet) Perſoluant grates dignas. Teren. At tibi dij dignū factis exitium duint. Quandoque ſuperiorū dictorū diſcretiuū eſt, ut apud eundē in And. At mihi ſcrupulus unus reſtat. Quandoque rerum differentiā deuotat: ut, Scipio eſt bellator, at Cato orator. Quandoque ponitur pro ſaltem, γέ. Ouid. Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem? At ſemel æterna nocte premenda fui. Et apud. Verg. 1. Aen. Si genus humanū, et mortalia temnitis arma, At ſperate deos memores fandi atq; nephandi. Quandoque aduerſatiuum. Ver. 4. Aen. At regina graui iamdudum ſaucia cura. Nam cum Aeneas quieſceret, regina turbabatur, quod eſt cōtrariū. Componitur cum Enim, ut Atenim, ἀλλὰ γάρ, καὶ δ' ἰαλλά. Eſt autem hæc particula anthypophoris in primis accommodata. Cic. 2. de Natu. deo. Atenim minora dij negligunt: ſic. n. dicitis. Cic. in Diuin. in Verr. At enim iſtū ſoli Siculi perſequuntur, ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt.

ATABYRIA, æ, (ἀταβυρία) unum eſt ex uetuſtis Rhodi inſulæ nominibus, ductum ab Atabyro rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 31. ſiue (ut alij malunt) ab Atabyri, editiſſimo totius inſulæ monte.

ATABYRIS, (ἀτάβυρις) uentus Apuliæ peculiaris: unde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Incipit ex illo monteis Appulia notos Oſtentare mihi quos torret Atabulus. Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait παρὰ τὸ τὴν ἄτην βάλλειν, hoc eſt, à noxa, detrimentoq; inferendo. Eſt enim frigidiſſimus, teſte Pli. li. 17. ca. 24. & ſi flauerit circa brumam, omnia exurit, frigore areſaciens, ut nullis poſtea poſſint ſolibus recreari.

ATACINI, orum, (ἀτακινοί) populi Narbonenſis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium ſiunt: à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pomponius lib. 2. & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinorū familiam Romæ illuſtrem, nomen hinc traxiſſe exiſtimat.

ATÆON, (quod hic perperam legebatur) uide Actæon.

ATALANTA, (ἀταλάντη) Schenei, uel, ut alij malunt, Iaſij Argiuorū regis filia, uirago & forma, & uiribus corporis præſtans, quæ prima aprum Calydonium ſagitta uulnerauit. Hæc cum mira corporis uelocitate præſtaret, & à nuptijs omnino abhorreret, ſyluis tantum & uenatu ſeſe oblectabat, procisq; ſuis curſus certamen propoſuit, in quo uictum mortis pœna, uictorem coniugij ſui præmium ſequeretur. Multis itaque ſuperatis, tandem ab Hippomene Veneris conſilio uicta nupſit uictori: cumq; in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuiſſet, in leænam conuerſa eſt, & Hippomenes in leonē. Vide fabulam, apud Ouidium lib. 10. Metam. Fuit & Atalanta, uxor Acaſti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta, cum ab eo repulſam tuliſſet, amore in odium commutato, Peleum apud uirū detulit, q uim ſibi inferre conatus eſſet. Quamobrem Acaſtus uxoris delationi temere fidem habens Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica nauigatione ſocius fuerat) in auxilium uocatis, Acaſtum prælio ſuperauit, captaq; Iolco, Atalantam ſupplicio affecit. Ex Suida. Eſt & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quod ibi uenatrix fœmina ſitu & æſtu languida conſederit, & petra uenabulo eius percuſſa, laticem præbuerit, ſicut ſcribit Pauſanias.

ATALANTE, es, {*Talandi*} (ἀταλάντη) exigua eſt inſula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum. cuius meminit Thucydides lib. 2.

ATAGRATA, apud Strabonem lib. 16. deæ cuiuſdam nomen eſt, quæ apud Aſſyrios colebatur. Ab alijs Atergatis dicitur. Vide infra.

ATARNA, æ, (ἀτάρνα Steph.) urbs fuit in ora Myſiæ, e regione Lesbi.

ATARNES, (ἀτάρνης) Darij Perſarū regis frater, filius Hyſtaſpis, cuius filiā unicā nomine Phratagunā Darius uxorem duxit, ut teſtatur Herodotus lib. 7.

ATAT, (ἆ ἆ, αἰ αἰ) interiectio eſt paulatim percepti atque intellecti mali. Teren. in Eunu. Atat, data hercule uerba mihi ſunt. Seruius in Arte. Atat, eſt aliquid de improuiſo deprehendentis. Quandoque eſt interiectio timoris. Teren. in Eunu. Atat mi homo formidoloſus es?

ATAVUS, (δ' ἐπιπάππος) pen. corr. eſt abaui, uel abauiæ pater. Terent. Phorm. Memoriter Progeniem ueſtram uſque ab auo atque atauo proferens. Cice. pro Cœlio: Non patrem tuum uideras, non patruum, non auum, proauum, atauum audieras Conſules fuiſſe?

ATAX, (ἄταξ) fluuius eſt Galliæ Narbonenſis, ortum habens ex Pyrenæo mōte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Lucan. lib. 1. Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

ATE, (ἄτη) Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentesq; ſeducit, & perturbat, cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tanto ſunt tardiores, quanto noxa eſt grauior. Vide Era. in Pro. Ira omnium tardiſſime ſeneſcit.

ATELLA, Vide Atellam.

ATELOS, (quod hic pro inſulæ nomine deprauate legebatur) uide Telos.

ATER, a, um, {*Nero, oſcuro. Pet. Del bel dolce ſoaue nero e bianco*} (μέλας) obſcurum, nigrum, ab atterendo dictum, q quæ atteruntur, liuorem cōtrahant. Ci. 5. Tuſcu. Alba & atra diſcernere non poterat Democritus luminibus amiſſis. Atra bilis, ſuccus eſt, frigidus & ſiccus, qui ex multa aduſtione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν uocant. Cic. 3. Tuſc. Hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, à furore diſiungimus. Græci uolunt illi quidē, ſed parum ualent uerbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi uocant. Quaſi uero atra bili ſolum mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel colore moueatur. Interdum Atrū capitur, pro funeſto: unde Atri dies, aduerſi, & infelices uocabantur, quibus Romani inſignem aliquam cladem acceperant: ut dies ante quartum Calen. Nonas, uel Idus, ater habebatur: q ante quartum Calend. Sextiles clades ad Cannas credatur accepta. Gell. lib. 5. cap. 17.

ATERAMNA, (ἀτέραμνα) à Theophraſto appellantur legumina coctu contumacia: cuiuſmodi Plato ea eſſe tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος, idem eſt quod inconctilis, & indomitus. Vide Ruellium lib. 2. cap. 38.

ATERGATIS, (ἀτέργατις) quam & Atargatam & Derceto, Strabo li. 16. appellat, Deæ cuiuſdam nomen, quæ apud Aſcalonem Syriæ ciuitatem colebatur. Hanc Plinius prodigioſam Atergatim uocat, q ſimulacrum eius monſtro ſimile effingeretur, ſuperiore parte mulierē, reliqua piſcem referens. Hanc ferunt fuiſſe matrem Semiramidis, quæ ob amiſſam pudicitiam tantū animo dolorem concepit, ut ſeſe in lacum præcipitem dederit: cumq; cadauer eius ab urinatoribus inueniri non poſſet, creditum eſt eam in piſcem fuiſſe trāſformatā. Quo fa-

ctum

ctum eſt, ut deinceps à piſcium eſu uicini populi religioſiſſimè abſtinerent. Vnde et Atergatim dictam uolunt, quaſi ἄτερ γατίδος, quod Syris ſine piſcibus ſonat. Macrob. 1. Satur. duo fuiſſe Aſſyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabantur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Cœl. Rhodig. lib. 23. cap. 5.

ATERNVS, fluuius eſt Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. lib. 3. cap. 12.

ATESTE, ciuitas regionis Venetæ, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 10.

ATHAMANES, (ἀθαμανεῖς) populi ſunt Aetoliæ: de quibus Pli. li. 4. ca. 2.

ATHAMAS, (ἀθάμας Suidæ) Aeoli fuit filius & Thebarũ rex, qui Nephelen in uxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed cùm Nephele furore Liberi patris concitata, in ſyluas abiiſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiã ſuperinduxit nouercã: quæ priuignos identidẽ apud patrem accuſans, eo illos cõpulit, ut conſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius uellus à Phryxo Mari conſecratũ, poſtremo inter ſydera relatũ) fuga ſibi cõſulerẽt. Quapropter Iuno irata Furias in Athamantẽ immiſit, quæ in tantã rabiẽ eum duxerint, ut cum Ino ad ſe euntem uideret, hãc leænã, & filios ſuos eiuſdem catulos arbitratus raptum Learchum ex filijs alterum ſaxo illiſerit. Quod Ino uidens cum Melicerta altera prole fugiens, ſe ex rupe in mare præcipitẽ dedit, & Deorum miſeratione in Deã marinã mutata eſt, quam Græci quidam Leucothean. Latini autem Matutã appellant. Vide infra in dictione Ino. Hinc Athamãtis. i. Helle eiuſdem filia. Athamantiades. i. Phryxus, Melicertes, uel Learchus Athamantis filius. Athamas etiam eſt Theſſaliæ mons ut habet Plin. lib. 4. cap. 8. Eſt etiam fluuij nomen qui decreſcente luna ligna ſibi admota incendit, ut auctor eſt. Ouid. 15. Mets. Admotis Athamantis aquis incendere lignum Narratur, minimos cùm Luna receſſit in orbes.

ATHANASIVS, (ἀθανάσιος) præſul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præſule, olim Diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpeſſus inſidias, ad Conſtantem Galliarum principem aufugit. De quo plura Volaterranus.

ATHANATOS, pe. c. {Immortale} (ἀθάνατος) dicitur immortalis, quod nomen Deo opt. max. conuenit. Fuit item Athanatus, uir incredibili corporis robore, quippe quem thorace plumbeo quingentorum pondo, & cothurnis totidẽ pondo indutum, per ſcenam ambulantem Plinius ſe uidiſſe teſtatur lib. 7. ca. 20.

ATHARA, (ἀθάρα) medicamentum ex olyra, ſiue ſiligine infantibus utiliſſimum: quo tamen & adultos illiniunt. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

ATHENÆ, arum, {Atene. Boc. Gior. 10. Nou. 8. Ad imprender Filoſofia il mandò ad Atene} (ἀθῆναι) ciuitas Græciæ totius celeberrima diſciplinarum omniũ altrix, & ampliſſimarum coloniarum fœcundiſſima genitrix, in ea Achaiæ parte ſita, quæ quoniam magna ſua parte litoralis eſt, olim Acte, & deinde Attica uocata fuit, quaſi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, unde & Cecropia dicta eſt: poſtea à Mopſo Mopſopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci. n. Mineruam ἀθηνᾶν dicunt. Horat. 2. Epiſt. Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Vt omittam Græciam, quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe uoluit: atque illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicendi uis & inuenta eſt, & perfecta. Tres autem (ut quidã aſtruunt) fuere Athenæ, ab unis Athenæi: ab alteris Athenienſes, ab alijs Athenopolitæ dicti ſunt.

ATHENÆVM, (ἀθήναιον) locus erat Mineruę dicatus ad quem Poetę, alijq; ſcriptores Græci ſcripta ſua deferebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quem conueniebant ſtudioſi, ut aut Poetas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philoſophos aliarum'ue diſciplinarum profeſſores audirent. Dictum eſt autem Athenæum ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς, hoc eſt, à Minerua ſtudiorum antiſtita. Iulius Capi. Poſtea uero ubi adoleuit, in Athenæo controuerſias declamauit, audientibus etiam Imperatoribus ſuis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum uel poetarum cauſa frequenter proceſſit. Eſt & Athenæum promontorium Campaniæ, non procul à Pompeiis, in extrema ſui parte Mineruæ ſacellum habens, ab Vlyſſe conditum. Auctor Strabo lib. 5.

ATHENÆVS, (ἀθήναιος) Cilix Peripateticæ ſectæ Philoſophus fuit tẽpore Auguſti. Fuit etiã hoc nomine Grãmaticus Naucratites, qui ſub M. Antonino claruit, qui libros Dipnoſophiſtarum uaria eruditione refertos conſcripſit: quos Hermolaus Byſantius in Epitomen cõtraxit. Plura de hoc uide apud Suidam.

ATHENION, (ἀθηνίων) pictor inſignis fuit. Glauconis Corinthii diſcipulus, cuius opera & numerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

ATHENODORVS, (ἀθηνόδωρος) philoſophus fuit Auguſti familiaris, quẽ cũ natura ad irã procliuiorẽ uideret hoc illum præcepto inſtruxit. Cum ira, Cæſar, te ceperit, nihil prius neq; dixeris, neque feceris, quàm ipſa quatuor & uiginti elementa literarũ Gręcarũ tecũ ipſe percurreris, & memoria recenſueris: ut ita cõcitatio illa, quæ momẽtoſa eſt, mẽte alio traducta, parui tẽporis interiectu langueſcat. Hic fuit diſcipulus Dionyſii Areopagitæ. Compoſuit opus uarium, quod Διαφορὰ inſcripſit. Fuit & Athenodorus ſculptor eximius. Plin. lib. 36. cap. 5.

ATHENOPOLIS, (ἀθηνόπολις) oppidum Maſſilienſium. Pli. lib. 3. cap. 4.

ATHEOS, (ἄθεος) impius qui negat Deum eſſe.

ATHEROMATA, {Infiagione} (ἀθηρώματα) tubercula ſunt ex genere apoſtematum ita dicta, quòd humorem pulti ſimilem in ſe contineant. Nam ἀθάρα, Græcis pultis genus eſt ex olyra ſiue ſiligine confectum. Vide Galenum lib. ult. Methodi.

ATHER, eris, (ἀθήρ) in hordeo dicitur ſumma ſpicæ cuſpis: ut ex Galeni auctoritate docet Ruellius lib. 1. cap. 2.

ATHESINVS, (ἀθεσινὸς) pen. pr. fluuius effluens è lacu, qui in Apennino eſt, ſupra Carnos incumbente, & labitur in Iſtrum. Auctor Strab. lib. 4.

ATHESIS, {Adice} (ἄθεσις) pen. co. fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas Padi paludes gradiens, non longe a Brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.

ATHLETA, (ἀθλητὴς) pe. pr. pugil & luctator dicitur: ab ἀθλέω quod eſt certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, παλαιστάς, δρομεῖς, πυκτάς, δισκοβόλους, καὶ ἁλτικούς: hoc eſt, luctatores, curſores, pugiles, item diſco, & ſaltu certantes. Cic. 2. Tuſc. Faciunt idem cum exercentur, athletæ.

ATHLETICA, (ἀθλητική) abſolute dicitur pro arte certandi: Vnde apud Iuriſconſultum legitur ignominioſos non eſſe, qui athleticæ uirtutis gratia exercent. Athleticus, a, um, (ἀθλητικὸς) quod athletarum eſt: ut Athletica certamina. Valere Athleticè, id eſt optimè, & firmiſſime. Plaut. in Bacch. Bene'ne uſq; ualuiſti? C. pancraticè, atque athleticè.

ATHLOTHETES, (ἀθλοθέτης) certaminum iudex: quo uerbo utitur Suet. Athlothetæ in gymnicis ludis erant. hoc eſt, curatores, conſtitutoresq; certaminum, iidem qui βραβευταὶ, & Agonothetę. Horum erant lictores maſtigophori. i. flagriferi, ad ſummouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Budæus.

ATHOS, {Monte ſanto} (ἄθως Stepha.) mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut uſque ad inſulam Lemnon umbram porrigere dicatur. Ita dictus à Gigante eiuſdẽ nominis. Situs eſt hic mons in Cherroneſo, quę Chalcidicæ regioni anguſto iſthmo connectitur: quem Xerxes bellum Græciæ inferens, perforauit, montemq; ipſum à continente abſcidit. Huc alludit Iuue. Saty. 10. Creditur olim Velificatus Athos. Seruius in illud Verg. 12. Aen. Quantus Athos, aut quantus Eryx: Athon metri neceſſitate, non Athos legendum præcipit: exiſtimans nimirum poſteriorem ſyllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, cùm apud Græcos ἄθως ſcribatur per ω magnum.

ATHRAX, uide Atrax.

ATIMETVS, pen. pro. (ἀτίμητος) libertus Cæſaris fuit, ut deprehenditur ex inſcriptione ſarcophagi, quem Homonææ uxori ſuæ defunctæ poſuit cum elegantiſſimo Epitaphio: cuius exemplum uideto infra in dictione Homonæa.

ATINA, (ἀτίνη) pen. pro. ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græce ἄται dicuntur, quos paludis uicinitas creat. Mar. li. 10. Quo ciue priſca gloriatur Atina. Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

ATINIA, æ, genus ulmi, rariſſimam ferens ſameram (ita enim ulmi ſemen uocant) eamq; inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Colu. lib. 5. cap. 15.

ATIZOES, (ἀτιζώης) gemmæ ſpecies argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figurã, odoris iucundi. Vide Pli. lib. 37. cap. 10.

ATLANTICÆ INSVLÆ, {Iſole beate} (ἀτλαντίδες νῆσοι) quas Beatas uocant, ſeptem quidem hæ ſunt, paruo inter ſe diuiſæ mari decem millibus ſtadiorum ab Atlante diſtantes. Imbres illic rari mediocreſq;, uenti autem plurimum ſuaues ac roriferi. Solum uero pingue: nec arari ullo modo, plantari'ue deſiderat, ſed etiã ex ſe abſq; ullo humano ſtudio fructum producit, dulcem quidem, & otioſam multitudinem nutrire ſufficientem. Aer ſyncerus, ac tẽperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflãt uenti, ut Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per uaſta & inania incedẽtes ſpatia fatigantur, & deficiunt priuſquam ad eas inſulas peruenerint. Qui uero à mari perflant Argeſtæ & Zephyri: raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima uero per humiditatem aeris cum ſumma facilitate nutriunt, ut etiam apud Barbaros increbuerit, fides, ibi Elyſios campos eſſe, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

ATLANTICVM MARE, {Mare d'Africa} (ἀτλαντικὰ θάλασσα) ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab occidente alluit: ita dictum ab Atlante mõte, qui eam Oceani partem reſpicit. Cic. de Som. Scipionis: Omnis terra, quæ colitur à uobis, parua quædam inſula eſt, circunfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terra.

ATLANTIDES, (ἀτλαντίδες) uergiliæ dictæ ſunt, Atlas enim ex Pleione Oceani filia, ut ait Higinus: ut alij, Deucalionis, habuit quindecim filias, quę uno uocabulo Atlantides dicuntur. Verum quinque ex his Hyades ſunt nominatæ, à fratre Hyante à ſororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ. Vergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et ſunt ſeptem, quarum ſex clariſſimè apparent: ſeptima uerò, quia Siſypho nupſit, non uidetur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Noſtri Suculas uocant à ſuibus, quoniam ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

ATLAS, antis, (ἄτλας) Mauritanię rex fuit, qui humeris cœlũ ſuſtinuiſſe dicitur, quòd primus curſum Solis & Lunæ, ſiderumq; omnium uerſationũ rationes, uigore animi, ſolertiaq; deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui cùm monitus eſſet oraculo, ut caueret à Iouis filio, nullum hoſpitio ſuſcipiebat: quod Perſeus Iouis ex Danae filius indigne ferens, oſtendit ei caput Gorgonis, quo cõſpecto Atlas in montẽ conuerſus eſt tam excelſum, ut eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Atlas rex Mauritaniæ cœlũ humeris ſuis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & æſtate niuẽ habẽt. Columnã cœli indigenæ appellant. Ab eo populi incolentes Atlantes dicuntur: qui ſoli ſunt anonymi, hoc eſt, ſine nominibus. nam in uniuerſum Atlantes nominantur: ſingulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentemq; dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis, agriſq;. Neque inſomnia uident qualia reliqui mortales. Ph. Solin. Herod. auctores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. Augu. lib. 18. de Ciuita. Frater Promethei Atlas, magnus fuiſſe aſtrologus dicitur: unde occaſionẽ fabulæ inuenit, ut eũ cœlum portare confingeretur: quamuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem uulgi ueniſſe uideatur. Diod. lib. 4. Ferunt Atlantẽ aſtrologię fuiſſe peritiſſimum, deq; ſphæra primum inter homines diſputaſſe, qua ex re uiſus eſt cœlum ſuis humeris ſuſtinere, locum prębente fabulis ſphæræ inuentione. Scribunt quidam duos eſſe montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis Herculis uiciniorem, alterum in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum conuerſo dictus eſt, quem cœli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuiſſe memorantur: Vnus rex Italię & pater Electræ uxoris Coryti. Alter rex Arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua natus eſt Mercurius. Tertius Maurus, qui dictus eſt Maximus. Hic primus nauium conſtruxit nauigauitq;. Sumitur nonnunquã à poetis Atlas pro hominis ſimulachro, ſuſtinente columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinẽ Atlantis cœlum humero torquentis: qui etiam Latino uocabulo Telamones appellantur. Fiebant autẽ ferè gibboſa figura more eorum, qui onera dorſo geſtãt: erantq; omnino duo, interdum auerſi, interdum ſeinuicem ſpectantes. Martialis: Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. Eſt & Atlas, teſte Herodoto lib. 4. fluuius ex Hæmo monte naſcens, et Aquilonẽ uerſus in Iſtrum defluens.

Ab Atlas fit Atlanticus, a, um, ἀτλαντικός: ut, Atlanticum mare: de quo pauló antè. Atlanteus, a, um, pe. pr. Hora. 1. Car. Atlanteuſq; finis Concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ouid. 3. Faſtor. Atlantides, æ, & per epentheſim

Atlantides(ἀτλαντίδης,ἀ' ἀτλαντιάδης)patronymicum maſculinum:quo Poetæ utuntur pro Mercurio Maiæ filio,& nepote Atlantis. Oui.8.Meta. Venit Atlantiades poſitis caducifer alis. Atlantis idis, ſiue Atlantias,adis, (ἀτλαντὶς,ἡ ἀτλαντιάς)patronymicū fœmininū,ſignificans filiā uel neptē Atlantis. Ver.8.Aen.Electra Atlantide cretus. Silius li.26. Vtq; Atlantiadū rubeſecerat ora ſororū. Vbi Atlātiades ſorores uocat Pleiades.de quibus ſupra.

ATLANTIVS NODVS,primus ſpinæ articulus uocatur à Pli.li.28.c.8.

ATNEPOS,otis,filius abnepotis,uel abneptis. Atneptis, filia abnepotis,uel abneptis.Inſtitut.lib.3.

ATOCION,(ἀτόκιον)dicitur omnis medicina,quæ conceptum abigit,hoc eſt, ſpem partus intercipit. Pli.li.29.cap.4. Tertium genus eſt eodem phalangij nomine araneus lanuginoſus,grandiſſimo capite: quo diſſecto inueniri dicuntur intus uermiculi duo,adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum,præſtant,ne concipiant. Vis ea annua eſt,quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali uenia indiget.

ATOMVS,{*Atomo, indiuiſibile*}(ἄτομος)ge.fœm. corpuſculum minutiſſimū, quæ τομὴν,id eſt,ſectionem non recipit. Nam atomos inſecabilis dici poteſt, ab α,& τέμνω diuido,ſeco. Vnde & Atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis,q̄ infuſis per feneſtrā radijs Solis,uidemus. Vnde Epicurus ex ſuis atomis mundum ſtruit,& uniuerſa conformat, & earundem diſſolutione diſſoluit. Cic.1.Acad. Quid eſt.n. magnum, cùm cauſas rerum efficientium ſuſtuleris,de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? Sunt etiam atomi in corpore,ut lapis cum diuiditur uſque ad minutiam quæ diuidi & ſecari non poſſit. Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum,& inſecabile temporis momentum. Similiter in numeris unitas.

ATOSSA,filia fuit Cyri, quæ primùm Cambyſi, & poſt eius mortem Dario nupſit. Herod.lib.3.

ATQVE,(καὶ)coniunctio connexiua eſt: ut, Genus unde Latinum Albaniq; patres,atque altæ mœnia Romæ. Quandoque aduerbium, quod pro Quàm poni ſolet,ἀ' καὶ:ut Perſius: Qui tu impunitior exis, Atque hic? Suetonius in Cæſ. Velut grauius atq; ipſe ſenſiſſet. Cic.in Cat. Simulacrum Iouis cōtra,atq; antea fuerat,ad Orientem conuerſum. Quandoque pro celeriter & ſtatim, καὶ δ' ἀ. Verg. Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Quandoque pro ſæpiuſè,& intrepidè geminatum inuenitur. Ennius: Atque atque aſcendit muros Troiana iuuentus. Quandoque pro poſtquam. Plaut.in Amphy. Neque Luna mutat quoquam,atque exorta eſt ſemel. Atque adeo, particula eſt augmentatiua,qua utimur, cùm ſignificantius grauiuſque uerbum leuiori ſubiungimus. Cic.pro Sext.Roſcio: Hoc conſilio,atque adeo hac amentia impulſi.

ATQVI,{*Ma certamente,percioche*}(ἀμέλει,ἀλλὰ μὴν,καὶ μὴν) ſed, ſedenim, atenim. Terent.in Adelph. Atqui ex me hic non eſt natus,ſed ex fratre. Cic.pro Milone: Atqui excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo.

ATRACES,pe.co.(ἀτρακεῖς)populi ſunt Aetoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluuius per agrum eorum in mare Ionium illabens,teſte Plin.lib.4.cap.2.

ATRACIS,idis,(ἀτρακίς)gentile fœmininum ab Atracibus deductum Aetoliæ populis.aut etiam ab Atrace Theſſaliæ ciuitate. Vnde Ouid. Hippodamiam Pirithoi uxorem Atracidem uocauit. Atracis(inquit)ambiguos traxit in arma uiros.

ATRACIVS,a,um,(ἀτράκιος) poſſeſſiuum deductum ab Atracia Aetoliæ regione: ſiue ab Atrace Theſſaliæ oppido. Vnde Atraciam artem Statius appellauit Magiam,quæ apud Theſſalos plurimum uiguit. Sic enim habet ille li.1.Theb. Qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

ATRACTYLIS,(ἀτρακτυλίς)ſpina eſt, ex qua mulieres colus faciebant, unde & nomen habet. Eius duæ ſunt ſpecies, quarum unam Cartamum agreſtem,alteram Carduum benedictum uocant officinæ. Vide Plinium lib.21.ca.17.& Ruellium lib.3.cap.55.

ATRAMENTARIVM,{*Calamaro doue ſi tien l'inchioſtro*}(μελανοδοχεῖον)uaſculum,quo atramentum continetur.

ATRAMENTVM,{*Inchioſtro. Dant. Non portò uoce mai ne ſcriſſe inchioſtro*}(μέλαν,τὸ) ab atro colore dicitur: cuius duo ſunt genera.ſ.Scriptorium, (μέλαν γραφικὸν,Herm.)quod & Librarium dicitur, quod librarij in tranſcribendis libris eo uterentur: & Tectorium,à tectoris, quo pictores utebantur. Cic.ad Qu.fra. Calamo,& atramento temperato,charta etiam dentata res agitur. Eſt & Sutorium atramentum,(χάλκανθον) quod in inficiendis pellibus ſutores coriarij uſurpant. Vulgò hoc à uitri ſimilitudine Vitriolum nominant. Pli.lib.34.cap.22. Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramēto Sutorio.appellant enim Chalcanthum. Atramentum pro ſanguine eſt ſepijs. Pli.li.9.cap.29. Vbi ſenſere ſe apprehendi,effuſo atramento,quod pro ſanguine his eſt infuſcata aqua abſconduntur.

ATRAMITÆ,populi Arabiæ felicis. Plin.lib.6.cap.28.

ATRANI,populi Hirpinorum in Italia,apud Plin.lib.3.cap.11.

ATRATINVS,oratoris nomen eſt,qui Cœlium accuſauit, defendente Cicerone.

ATRATVS,a,um,{*Fatto nero*}(μελανείμων)adiectiuum ab Ater:ut, Atratus fluuius,atro colore tinctus. Cice.2.de Diuin. Quid, q; fluuius atratus ſanguine fluxit? Atratus item,ueſte lugubri indutum ſignificat. Cic.in Vatin. Cedo,quis unquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre,ut munus ſit funeris,epulæ quidem ipſæ dignitatis.

ATRAX,(ἄτραξ)fluuius Aetoliæ:à quo Atraces quidam populi cognominati ſunt,ut ſcribit Plin.lib.4. Eſt item Atrax,Theſſaliæ oppidum: à quo Hippodamia Pirithoi uxor, Atracis Ouidio dicta eſt:& Atracia ars, Statio pro Magia,quæ apud Theſſalos plurimum uiguit.

ATREBATES, appellantur à Cæſare populi inter Belgas, quos hodie Arteſienſes uocamus.

ATREBATICÆ VESTES,(χιτῶνες ἀτρεβατικαὶ) ueſtes erant coloris Xerampelini,hoc eſt,ſiccatis uitium frondibus ſimiles:quæ apud Atrebates optime fiebant. Suidas Atrabaticas uocat,alij Atrabapticas, à coloris ſ.nigredine. Vide Cœl.Rhodig.lib.16.cap.10.

ATRIA,oppidum fuit inſigne Tuſcorum, portum habens nobilem non procul à Padi oſtijs: à quo uicinum mare Atriaticum uocatum eſt,& poſtea Adriaticum. Auctor Plin.lib.3.cap.16.

ATREVS,diſſyllabum(Ἀτρεύς)Pelopis & Hippodamiæ filius fuit,pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipſo Atridæ dicti ſunt. Fratrem habuit Thyeſtem,qui fratris uxori ſtuprum intulit. Atreus uero fratri filium epulandum appoſuit. Ob quæ facinora,Sol,ne pollueretur,curſum retrorſum dicitur conuertiſſe. Atreus,a,um,(ἀτρεῖος)adiectiuum eſt,trium ſyllabarum. Stat.8.Theb. I precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquā. Atrides,dæ,(ἀτρείδης)pe.pr. pluraliter Atridæ,arum, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus. Verg.1.Aene. Atridas, Priamumq;,& ſæuum Ambobus Achillem. Atrides minor,& maior. Ouid.12.Metam. Non minor Atrides,non bello maior,& æuo.

ATRIDIES,uide ſupra in dictione Ater.

ATRICAPILLA,{*Capo nero*}(μελαγκόρυφος)auis eſt ex ficedularum genere. Feſtus: Melancoryphi,genus auium, quæ Latine uocantur Atricapillæ, eo quòd ſumma earum capita nigra ſint.

ATRICI,{*Portieri, portinari. Dant. Et un portier ch'ancor non facea motto*}(αὐλιοι)à Iureconſultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & Ad lumina uocantur,& Atrienſes.

ATRIENSIS,{*Portinaro*}(αὔλιος)is erat,cui credebatur cura atrij: eſt autem ſeruus præcipuus in familia. Cic.in Piſ. Serui ſordidati miniſtrant,nonnulli etiam ſenes.idem coquus,idem atrienſis. Colu.lib.12.cap.3. Tum ſiſtere atrienſibus,ut ſupellectilem exponant.

ATRIOLVM,(αὐλίδιον)paruum atrium. Cice.ad Qu.frat. Quæ in loco te in porticu ſcribere aiunt,ut atriolum fiat,mihi,ut eſt,magis placebat. neq; enim ſatis loci eſſe uidebatur atriolo.

ATRIPLEX,(ἀτράφαξις Dioſcoridi)herba eſt ſylueſtris & hortenſis,frigidæ & humidæ ſubſtantiæ. Aluum mollit & ictericis prodeſt: ab atro colore, ut quidam aiunt,q; homines liuidos & decolores faciat. Macer: Atriplicem tritam cum nitro,melle & aceto,Dicūt appoſitam calidam ſedare podagram. Accuſatur hæc herba à Pythagora,q; hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Atreplexum ueteres dixere,teſte Feſto.

ATRITAS,atis,{*Nerezza,negrezza*}(μελανότης)nigredo. Plaut.in Pœn. Ita replebo atritate,ut atrior multò fiet Quam Aegyptij. Aliquando pro inmanitate capitur. Gellius Atrorem dicere maluit,lib.2.ca.26. Rubidus autem eſt ruſſus,atrore nigroreq; multo mixtus.

ATRIVM,trij,{*Cortile,corte della caſa.Boc.Gio.1.No.ult. Lo menarono in una freſca corte*}(αὐλὰ)prima pars domus, quæ continet mediam aream in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit, & in qua priſci (ut ait Cato) aperto oſtio epulabantur,ubi etiam pecunias & cętera prætioſiora ſeruabant: ſeruoſq; quibus tanquam honoratioribus eorum cuſtodiam committebāt. Atrienſes appellabant. Vitru.lib.6. In urbe atria proxima ianuis eſſe debent. Gellius lib.16.cap.5. Animaduerti enim quoſdam haud quaquam indoctos uiros,opinari ueſtibulum eſſe partem domus primorem,quam uulgus Atrium uocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis,ut inquit Varro lib.1.de Ling.Lati. quia id genus ædificij Atriæ primum in Hetruria ſit inſtitutum: uel quod à terra oriatur quaſi Aterium: uel quod atrum eſſet ex fumo culinæ. In atrio enim trja erant habitacula:ueſtibulum,locus ſportularum, qui & ipſe Sportula dicebatur:ubi proponebantur eo die,quæ dono danda erant:& culina: quanquam Veſtibulum propriè locus ſit ante ædes. Vide ſuo loco.

ATROPATIA,(ἀτροπατία Steph.)altera eſt ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce,qui eam à Macedonum ui tutatus eſt. Media enim in duas diſtributa eſt partes,quarum altera Media maior appellatur, cuius metropolis Ecbatana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strabonem libr.11.

ATROPATVS,ti,(ἀτρόπατος)uide Atropatia.

ATROPOS,(ἄτροπος)pe.co.una ex tribus Parcis,ita dicta, quaſi immutabilis,q; ad nullius preces conuertatur. Copioſius in dictione Parcæ.

ATROR,uide Atritas.

ATROX,{*Atroce,crudele,aſpro*}(ἀπηνὴς)aſper,crudelis,q; qui atro uultu ſunt aſperitatem & ſæuitiam præ ſe ferunt. Teren.in Hecy. Incredibili re, atq; atroci percitus. Ver.1.Georg. Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur Niſus. Feſtus a Græco nomen hoc deriuat,quod illi ἄτρωμα appellāt,quæ cruda ſunt: ſiue ab eo quod atroces nihil de ſe timeant τρεῖν enim ſignificat timere. Vide & pro conſtanti quandoque ponitur. Hora.lib.2. Carm.Ode.1. Et cuncta terrarum ſubacta. Præter atrocem animum Catonis.

ATROCITAS,atis,{*Atrocità,crudeltà*}(ὠμότης,ἀπήνεια)crudelitas. Cic.6.Verr. Donec populus, atque uniuerſa multitudo atrocitate rei, miſericordiaq; commota,ſenatum clamore coegit,&c.

ATROCITER,aduerb.{*Crudelmente,atrocemente*}(ὠμῶς)crudeliter. Cice.pro Roſc.Ame. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus, aut audimus, etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus.

ATROPHIA,æ,(ἀτροφία)macies uel totius corporis,uel alicuius tātum partis,proueniens ex una uel pluribus naturalis facultatis partibus uitiatis:ut ſi cōtingat,exempli cauſa,partis alicuius facultatem attractricem adeo eſſe imbecillam,ut alimentum ſuum attrahere non poſſit,neceſſe erit, eam partem nutrimento ſuo deſtitutam,macie extenuari & ueluti exareſcere. Idem cenſendum eſt, ſi alia quæ uis ex facultatibus naturalibus munus ſuum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant, Atrophi(ἄτροφοι)appellantur. Vide Galenum in tractatu de Symptomat different.& Celſum lib.3 cap.22.

ATRVM OLVS,{*Petroſemolo,perſemolo*}herba eſt ſatiuo apio multo maior quam Græci propter magnitudinem ἱπποσέλινον uocant.

ATTACVM,(ἄττακον) Hiſpaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib.2.cap.6.

ATTA,(ἄττα)ciuitas Arabiæ fœlicis,auctore Ptolemæo lib.6.cap.8.

ATTABES,& Numenius latrones fuerunt famoſiſſimi,adeò ut Prouerbio locum fecerint: Conuenerunt Attabas & Numenius.

ATTÆ,teſte Feſto,dicti ſunt,qui per uitium crurum,aut pedum,plantas à terra non ſubleuant,& atterunt magis terrā,q̄ ambulent,quod cognomen fuit Quintio poetæ. Horat.li.2.Epiſt.ad Auguſtum: Rectè,nec'ne crocum,floreſq; perambulet Attæ Fabula, ſi dubitem: clament periiſſe pudorem Cuncti penè patres, ea cùm reprehendere coner: Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit.

ATTAGEN, (ἀτταγᾶς Suidæ) pe. co. gen. maſc. & Attagena, æ, auis Aſiatica inter nobiliſſimas habita, maximè uero, quæ in Ionia naſcitur, & inter eſculêtiores aues præcipuo ſapore celebratur. Pli. li. 10. ca. 48. Attagen maximè Ionius celebratus, uocalis alias, captus uerò obmuteſcens, quondã exiſtimatus inter raras aues. Mart. Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarũ guſtus attagenarũ.

ATTALIA, {*Satalia. Arioſt. can. 21. Sopra un nauilio monta in Satalia, E ſon tre meſi, ch'arriuò in Soria*} (ἀττάλεια Stephano) oppidum eſt Aeolidis, apud Plin. lib. 5. cap. 30. item alterum in Pamphylia: cuius meminerunt Ptolemæus lib. 5. cap. 5. & Strabo lib. 14.

ATTALVS, (ἄτταλος) p. co. nomen Pergami regis, pecunia ditiſſimi: & ſplẽdida, abundantiq́; ſupellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta ſunt, ut inquit Pli. li. 8. cap. 48. Proper. Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro. Hic cũ liberis careret, populum Romanum teſtamento ſuo hæredem inſtituit. Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 8.

ATTAMEN, {*Nondimeno*} (ἀλλ' ὅμως) coniunctio eſt compoſita ex At & tamen, idem ſignificans quod ueruntamen. Cic. in Epi. Attamen ne mitterem, unde hoc acciderit. Aliquando etiam legitur diuiſa. Idem 3. de Orat. Atque ei ſi nequaquam parem eius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio, meritam gratiam referre debemus.

ATTAMINO, (μιαίνω) uide in dictione Contamino.

ATTEGIÆ, arum, {*Capanne*} (σκηνώματα, ἀττεγίαι) idest, mapalia, & tuguria. Iuuen. Dirue maurorum attegias, caſtella, Brigantum.

ATTEGRARE, ueteres dixerunt pro integrare, ſiue augere. Feſtus.

ATTEIVS PHILOLOGVS, Libertinus Athenis natus, quẽ Capito Atteius iuriſcõſultus eius patronus, inter grãmaticos rhetorẽ, et inter rhetores grãmaticũ fuiſſe ait. Eum iuuiſſe ſcripta Salluſtii in componẽdo auctor eſt Pollio, Coluit familiariſſimè Salluſtiũ, eoq́; mortuo, Pollionem. Auctor Tranquillus.

ATTELABVS, (ἀττέλαβος) paruæ locuſtæ ſpecies eſt, quæ alis caret. Vide Plinium lib. 29. cap. 4.

ATTELLANÆ, (ἀττελλαναὶ δράματα) Latinæ ſunt fabulæ, quæ ab Attella Oſcorum ciuitate ſumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, & argumentis dictiſq́; iocularibus reſpondebãt ſatyricis fabulis Græcis. Propriè autem Attellanicum dicebatur exordium. Liu. lib. 7. Iuuentus hiſtrionibus tabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus factitare cœpit, quæ exordia poſtea appellata, conſertaq́; fabellis potiſſimũ Attellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus.

ATTELLA, {*Auerſa*} (ἀτέλλα) oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc Auerſam dicimus. Hinc Attellanus, a, um, adiectiuum. Cic. Cluuio: Locutus ſum de agro uectigali municipii Attellani. Et, Attellanius, a, um, aliud adiectiuum. Cic. 2. de Diui. Totum omnino fatum etiam Attellanio uerſu iure mihi eſſe irriſum uidetur.

ATTEMPERO, as, {*Accommodare*} (προσαρμόζω) idem eſt quod adapto. Inde Attemperatè aduerbium, idem ſignificans quod tempeſtiuè. Terent. in Andr. Ita'ne attemperatè uenit hodie in ipſis nuptiis?

ATTENDO, is, {*Attendere, auertire, conſiderare. Dant. Et attend'à ueder quel c'hor ſi ſcocca*} (προσέχω) aduerto, cogito, conſidero, & quaſi animum intẽdo. Ponitur autem interdum abſolutè. Cic. 2. de Inuent. Si diligenter attendimus, hæc apta eſſe inter ſe intelligemus. Nonnunquam cum accuſatiuo. Ibidem: Hoc autem in horum locorum expoſitione oportebit attendere. Aliquando accuſatiuus mutatur in ablatiuum. Terent. Nunc quid petam meã cauſa, æquo animo attendite. Sueto. iunxit datiuo: Inter liberales diſciplinas attendit & iuri, idest, operam dedit. Ponitur quoq; cum præpoſitione Ad. Teren. in Adelp. Nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. Dicimus etiam Animum attendere, pro intendere, mentem in re aliqua fixam habere. Cic. 3. Offi. Et cum animum attenderis turpitudinem uideas adiunctam, Hinc Attentos φιλακροάτους dicimus auditores qui ad ea, quæ dicuntur, intendunt animum. Cic. 3. de Natu. Deo. Præbebo igitur me tibi uiciſſim attentum contra Stoicos auditorem. Et Attentũ patremfamilias, id eſt, conſideratum, prudentẽ. Cic. pro Quintio. Quintius fuit P. Quintii huius frater, ſanè cæterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re minus conſideratus, qui &c. Et Attentam uitam, pro diligente & curioſa. Cic. pro Roſc. Amer. Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio, atq; amandatio appellabatur.

ATTENTE, aduerbium, {*Attentamente*} (φιλακροαμένως) idest, animo intento. Cic. ad Catonem, Scis enim, q̃ attente te audire ſoleam.

ATTENTIO, {*Attentione*} (προσοχή) ut Speuſippus inbuit, eſt contentio animi ad diſcendum. Cic. 3. de Orat. Reliqua quę ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia &c.

ATTENTO, as, {*Tentare*} (πειράω) frequentatiuum, idem quod tento. Pli. in præfa. lib. 6. Nemo apud nos quidem, qui attentauerit. Cice. in Orat. Melius eſt præterire, quàm attentatum deſerere.

ATTENVO, as, {*Attenuare, aſſottigliare*} (λεπτύνω) ſignificat ſubtilem facio, minuo. Ouid. 4. Triſt. Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa uetuſtas, Præterquã curas attenuare meas. Attenuatè, aduerb. Cic. de Claris orat. Oratorum bonorum duo ſunt genera: unum attenuatè, preſſeq́; alterũ ſublatè, ampleq́; dicentiũ: Attenuatio, onis, uerbale. Auctor ad Heren. lib. 4. Defenſoris narratio ſimplicem expoſitionem debet habere cum attenuatione ſuſpitionis.

ATTERO, attriui, attritum, {*Fregare*} (προστρίβω) eſt rem aliquam ad aliam terere, & quodammodo confricare. ut, Atterere gladium coti. Plin. lib. 9. ca. 5. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. Significat & comminuere, frangere. Colu. lib. 5. cap. 6. Nam demiſſum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, & fructũ decutiet. Ver. 4. Georg. Aut etiam bacula campo Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas. Attritus, tior, tiſſimus, nomen ex participio. Cic. 6. Verr. ut rictus eius, ac mentum paulò ſit attritius: quod in precibus & gratulationibus non ſolùm id uenerari, uerum etiam oſculari ſolent. Attritæ opes, apud Liuium pro imminutæ. Attritus, us, pen. pro. uerbale. Plin. lib. 9. cap. 45. Contactos piſces, attrituq́; petræ ſcalpentes pruritum, inuadit.

ATTESTOR, aris, {*Accettar per teſtimonio*} (μαρτύρομαι) in teſtẽ accipio. Ci. pro Mil. Is qui ita natus eſt, & ita conſueuit, te Magne tamen atteſtaretur. Pli. lib. 11. ca. 45. Eſt in aure ima memoriæ locus, quem tangentes atteſtamur. Pro eodem ueteres dicebant Anteſtor. Vide ſuo loco. Ponitur etiam nonnunquam pro teſtimonium dicere, uel affirmare. Plin. in Præfat. libr. 4. Hoc atteſtabatur uel inimico iudici ſe approbare poſſe.

ATTEXO, is, ere, attexui, attextum, {*Teſſere appreſſo, aggiungere*} (προσυφαίνω) addo, adiungo. Cic. de Vniuerſ. Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Varr. lib. 2. ex. 5. Nos interea ſecundum actum de maioribus attexamus. Cæſar: Primæ loricæq́; ex cratibus attexuntur.

ATTHIS, idis, (ἀτθίς) Cranai filia, à qua regio Attica (ut quidã exiſtimant) dicta eſt, cùm prius Actica ab Actæone diceretur: ſiue ab Actęo rege, ut Fauorino & Lycophroni placet: ſiue ab ἀκτῇ, quod litus ſignificat, propterea q; ea regio, ſicut ſcribit Strabo, magna ex parte litoralis ſit. Qua uoce etiã utuntur Latini. Verg. 5. Aen. At procul in ſola ſecretæ Troades Acta Amiſſum Anchiſem flebant. Præcipuæ regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleuſis, Marathon, & aliæ nonnullæ. Atthidem præterea Poetæ luſciniam appellant, ad fabulam nimirum reſpicientes, qua Philomela Pandionis Athenienſiũ regis filia in hanc auem dicitur eſſe transformata. Martialis: Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

ATTICA, æ, (ἀττική) regio eſt Achaiæ, ab agro Megarenſi uſque ad Sunium promontorium extenſa: olim Acte appellata, & Actica, quod maxima ex parte litoralis ſit, teſte Strabone lib. 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleuſinem, Marathonem, & alias nonnullas.

ATTICISMVS, (ἀττικισμός) eſt quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia. Cic. de Clar. Orat. Et ille latinus Atticiſmus ex interuallo reguſtandus.

ATTICISSO, as, (ἀττικίζω) Atticè loquor. Plautus. Non Atticiſſat, ſed Siciliſſat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatiſſimè loquebantur, ita Siculi omnium peſſimè. Vnde etiam Cic. Q. Cæcilium irridet, q; linguã Græcorum non Athenis, ſed in Sicilia didiciſſet.

ATTICVS, ca, cum. (ἀττικός) quod ex Athenis eſt, uel quod ad Athenas pertinet: ut, Regio Attica, ἀττική. Atticè, aduerb. (ἀττικῶς) ut Atticè loqui, hoc eſt lingua Attica. Cic. de Clar. orat. Nã ſi quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odioſe, nec putide, Atticè putat dicere, is rectè niſi Atticum probat neminem.

ATTIGO, {*Attingere, toccare*} ſine n, idem quod attingo: nam ſicut Tango, ita & Tago dicimus. Plaut. in Muſtel. Abſcedite, telis ne attigant:

ATTIGVVS, {*Proſſimo*} (πρόσεγγυς) proximus, ab attingendo, ſicut Contiguus a cõtingẽdo. Apul. lib. 4. Cõtra procliue montis attigui fuga me liberaui.

ATTILIVS REGVLVS, Cõſul Romanus, qui primo bello Punico cùm Carthaginienſis ſæpe uiciſſet, tandem per inſidias captus, & poſtea Romã miſſus eſt à Carthaginienſibus pro permutandis captiuis. ſed cùm Romam ueniſſet, ipſemet permutationes diſſuaſit, & Carthaginem rediens, crudeliſſimè eſt necatus. De hoc multa. Cic. lib. 3. Officiorum.

ATTILVS, pe. pr. piſcis ſatis grãdis, qui in Pado inertia pingueſcẽs, ad mille aliquãdo libras captus eſt, catenato hamo, nec niſi boũ iugis extractus. Pli. li. 9. c. 15.

ATTINERE, {*Pertenere, conuenire. Pet. Quanto par ſi conuenga à gli occhi tuoi*} (προσήκειν, ἀφήκειν) pertinere, decere, conuenire. Terent. in Adelp. Iam'ne me uis dicere, quod ad te attinet? Aliquando ſignificat iuxta, ſiue in manibus tenere. Plaut. in Capt. Nam ſenex eſt in tonſtrina, nunc iam cultros attinet.

ATTINGO, gis, attigi, attactũ, {*Toccare leggiermente*} (ἅπτομαι, ἐπιψαύω) leuiter tango, minus eſt enim quam tango, ut inquit Donatus. Teren. in Adelp. Tetigi'ne tui aliquid? Si attigiſſes, ferres infortunium. Hinc Attactus, us, uerbale. Verg. 7. Aeneid. Ille inter ueſtes, & leuia pectora lapſus Voluitur, attactu nullo.

ATTOLLO, is, {*Eleuare, inalzare. Dant. Poi ch'inalzai un poco piu le ciglia*} (ἐπαίρω) eleuo, erigo. Liu. Cumq́; ſe quiſque attollere, ac leuare uellet. Aliquando ponitur pro Auſero. Pacuuius: Cuſtodite iſtum uos, ne cum quis attollat, ne've quis attingat. Aliquando pro affero. Plaut. in Caſina: Quid ſi propius attollamus ſigna, ſiamusq; obuiam? Hoc uerbum facit præteritum Attuli. Diomedes, affero, attuli, quoniam et à fero Tuli dicimus: quanquam & id perfectũ quod eſt attuli, ex alio uerbo proficiſci reperimus apud ueteres, ex eo quod eſt Attollo.

ATTONITVS, {*Stupefatto, attonito. Arioſt. Immota e come attonita ſtè alquanto*} (ἐμβρόντητος, ἐμβρόντητος) cõſternatus fulmine aut morbo ſtupefactus. Seruius: Attonitus dicitur, cui caſus uicini fulminis, & ſonitus tonitruum dant ſtuporem. Verg. 3. Aene. Talibus attonitus uiſis ac uoce deorum. Nomen eſt ex participio deductum à uerbo Attono: quo uſus eſt Ouid. in Epiſt. Phædræ ad Hippolytum: Aut quas ſemideæ Dryades, Faunuſq; bicornes Numine contactas attonuere ſuo. Attonitè, aduerbium. Plin. lib. 30. cap. 1. Britannia hodieq; eam attonitè celebrat tantis ceremonijs, ut dediſſe Perſis uideri poſſit.

ATTRAHO, his, {*Allettare. Arioſt. La fredda notte ogn'animal'alletta*} (ἐπισπάω) ad me traho, allicio. Cic. Attico: Cùm id malum, quod uitare poteras, ultro acceſſas, atque attrahas.

ATTRECTO, {*Maneggiare*} μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω ſignificat manibus tracto, palpo. Liu. ab urb. Quod id ſignum more Hetruſco, niſi certæ gentis ſacerdos, attrectare non eſſet ſolitus. Sic Cic. de Aruſp. reſpon. Attrectare cõtaminatis manibus. Et Ver. 2. Aen. Attrectare ſacra. Ci. pro Cœlio: Eſt enim, dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores ſuas à cœna redeuntes attrectatas eſſe à Cœlio. Attrectatus, us, uerbale. Cice. 2. Tuſcu. Nam attrectatu, & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem.

ATTREMO, is, ere, ad uocem alicuius contremiſcere. Stat. 8. Theb. Dixerat, atque illi iandudum regia triſtis Attremit orantis.

ATTRIBVO, is, {*Aſſegnare, attribuire. Dant. Et mano e piedi attribuiſſe à Dio*} (προσνέμω, ἀφορίζομαι) impono, committo, aſſigno, aſcribo, deſtino, tribuo. Liuius: Cæterorum curam tuendorum C. Flaminio Quæſtori attribuit. Cæſ. lib. ultimo. Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, ut cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt. Vnde attributæ pecuniæ, quas nunc aſſignationes dicimus. Varro de Ling. Lati. Tributum, inquit, dictum à tribubus, q; ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc ea quæ aſſignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, Tribuni ærarii dicti. Id quod attributum erat, Aes militare dictum.

ATTROPATIA, uide Atropatia.

ATTYLAS,(ἀττύλας)Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas uaſtitates edidit: indeq; domum reuerſus, dum nouis nuptijs operam dat uino plenus, effuſo è naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Hic tot cladibus rem Chriſtianam afflixit, ut apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

ATVACVTVM,(ἀτουάκουτον Ptolemæo)urbs eſt inter Tungros, poſt Tabullam flumen ſita. Sunt qui Antuerpiam eſſe credant, Sed hoc Ptolemæi deſcriptioni non conuenit. Antuerpia enim ſita eſt ad Scaldem fluuium, qui etiã à Cæſare eodem nomine dicitur, Oceanoq; ſinu alluitur: Tungri uerò in mediterraneo ſunt, multum à Scalde diſſiti.

ATYS,(ἄτυς)apud Poetas pueri formoſiſſimi nomen eſt, quem Cybele caſto amore adamauit, eumq; ſacris ſuis præfecit ea lege, ut perpetuo caſtitatem conſeruaret. Sed cùm poſtea uoti ſui parum memor, Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab irata dea in furorem actus, teſtes ſibi execuit: cumq; etiam manus ſibi afferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Vide Ouid. lib. 10. Metam. Atys alius fuit Crœſi, Lydiæ regis filius, qui cùm antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſeruitutem attulit, cum Cyri militem uideret ſublato enſe patri ſuo cædem illaturum, nimia loquẽdi cupiditate linguæ uinculum abrupit, claraq; uoce patris ſui interitum deprecatus eſt. Auctor Herodotus lib. 1. Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta eſt: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus Strabo lib. 5. Atys alius fuit ex India, ex Limnace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptijs occiſus eſt à Perſeo. corripit autem primam. Ouid. lib. 5. Metam. ...erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limnace uitreis peperiſſe ſub undis Creditur.

ATYS SYLVIVS, Albæ Syluij filius, quem Euſebius Aegyptum Syluium uocat, hic cum XXIX. annis regnaſſet, Capy filio relicto, diem clauſit.

ATYPVS, pi,(ἄτυπος)dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ utitur, quaſi aerem non feriens, uel quaſi non ſatis uerba exprimens, conformans'ue. Gell. lib. 4. ca. 2. Balbus autem, inquit, & atypus uitioſi magis, q̃ morboſi ſunt. Huius uitij meminerunt & Iuriſconſulti de Aedilit. edict.

A ANTE V.

AV, interiectio eſt conturbatæ mentis. Terent. in Andr. Dictura'ne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au, interiectionem eſſe ſilentium iniungentis: docet Linacer ex Terentij Eunucho, Au'ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Quod tamen rectius Hau, per aſpirationem legitur.

AVANTICI,(αὐαντικοὶ Ptolemæo)populi Heluetijs finitimi, quos Ptolemæus lib. 1. cap. 9. inter Sequanos collocat.

AVARICVM, oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæſarem de Bel. Gal. Sunt qui credant hoc oppidum eſſe, quod Galli uocant Vuarron en Bery.

AVARVS,{*Auaro auido, ingordo. Dant. Et la miſeria dell'auaro Mida*}(φιλάργυρος)quaſi auidus æris, dictio cõpoſita eſt(ut Nigidius uoluit, referente Gellio)ſiue(quod Gellio magis placet)ſimplex nomen eſt, ab auendo dictum. Et ſemper in reprehenſione eſt. Auidus uero ab auendo, etiam in laude ponitur. Salluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Hora. 1. Epi. Semper auarus eget. Terent. Eun. Ab meretrice auara. Ab Auarus fit Auaritia, cupiditas, φιλαργυρία. Cic. 4. Tuſc. Auaritia eſt opinatio uehemens de pecunia, quaſi ualde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. Auarities, tiei, idem. Lucre. Denique auarities, & honorum cæca cupido. Quę miſeros homines cogunt tranſcendere fines Iuris. Auare, aduerbium,(πλεονεκτικῶς)tenaciter. Cice. 3. Offic. Nihil tamen auarè, nihil iniuſte, nihil libidinoſè, nihil incontinenter eſſe faciendum. Auariter aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis: quod nonnunquam etiam accipitur pro auide. Plaut. Curc. Hoc uide, ut ingurgitat impura in ſe merum auariter. Auara terra dicitur quum id, quod in ſe recipit ampliore fœnore non reddit,

AVCEPS, aucupis,{*Vccellatore*}(ὀρνιθοθήρας)qui uel quæ aues capit. Colum. li. 8. cap. 10. Qui ab aucupibus in hunc uſum nutriti, quaſi allectores ſint captiuorum. Plaut. Aſin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues aſſueſcunt.

AVCTARIVM, rij,{*Accreſcimento, buon peſo, buona miſura*}(ἐπίμετρον, προσθήκη, ἐπίβλημα, πρόσθεμα)quod ſuper menſuram uel pondus iuſtum adijcitur. ut cumulus in modio. Item quod ad iuſtum pretium adijcitur. Plautus: Auctarium adijcito uel mille nummum plus, quàm poſcet.

AVCTIFICVS, pen. cor. adiect.{*Quello ch'accreſce*}(αὐξημός, αὐξητικός) quod auget, quod've momentum aliquod affert ad incrementum. Lucret. lib. 2. Nec porrò rerum genitales, auctificiq; Motus, perpetuò poſſunt ſeruare creata.

AVCTIO, onis,{*Aumento, accreſcimento, uendita all'incanto*}(αὔξησις)nomen ab Augeo, ſignificat augmentum. Vnde etiam ponitur pro uenditione, quæ fit per augmentum pretij,(πρᾶσις)cùm fit publica rerum priuatarum uenditio, et res traditur plus offerenti. Iuuenalis: Si coniugis auctio fiat. Plaut. in Stich. de auctione paraſitica loquens, Nunc auctionem, inquit, facere decretum eſt mihi, ἐκποιητιον, προγράφειν. Auctio uerò haſtæ, eſt uenditio publica bonorũ eorũ, qui damnati, proſcripti've fuerunt. Nã haſtæ ſubijciebãt ea, q̃ publicè uenundabãt, ſicut in bello capta. Inde haſtã Cęſaris refrixiſſe ſcribit Cic. qui alibi ait: Bis iam uidimus haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubijcere præconis.

AVCTIONARIVS, adiectiuum: ut Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cice. de Lege Agr. Vt in atrijs auctionarijs potius, quàm in triuijs, aut in compitis auctionentur.

AVCTIONOR, pen. pr.{*Vendere all'incanto*}(ἐκποιητεῖν, προγράφειν, ἀποκηρύττειν τὰ πατρῷα, λαφυροπωλεῖν)per auctionem uendo. Cic. pro Quintio: Næuius hominem multis uerbis deterret, ne auctionetur.

AVCTO, as,{*Accreſcere*}(αὐξάνω)frequentatiuum eſt uerbi augeo. Plautus in Amph. Et ut res, rationesq; ueſtrorũ omnium Bene expedire uoltis, peregreq; & domi Bono atque amplo auctare perpetuo lucro. Huius compoſitum eſt Adaucto. Accius: Quibus rem ſuam, & patriam noſtram quondam adauctauit pater. Auctito, as, frequentatiuum ab Aucto: ut, Auctitare pecunias fœnore, apud Tacitum.

AVCTOLICVS,(quod hic perperam legebatur)uide Autolycus,

AVCTORATVS, uid. infra Autoratus.

AVCTOR,{*Accreſcitore*}nomen uerbale ab Augeo, pro eo qui auget, cuius fœminini eſt Auctrix. Auctor uerò,{*Autore. Dant. Scerne la uoce del uerace autore*}quẽ Græci αὐτουργὸν, & αὐθέντην, dicunt, ſine c, ſcribendum eſt. Videtur enim fieri à Græco αὐτουργός: quo is ſignificatur, qui per ſeipſum, ſuoq; artificio aliquid perficit. Cic. 2. Offic. Apud Homerum optimum auctorẽ nulla talis eſt de Vlyſſe ſuſpicio. Legitur & in fœminino genere. Ouid. lib. 4. Faſt. Optima tu propriũ nominis auctor eris. Figurateq; per obliquos, ſicut alia uerbalia in or deſinẽtia, neutris adiungitur. Verg. li. 3. Italiã petiit fatis auctoribus, eſto. Eſt autẽ Auctor quaſi operis factor. Vnde poetæ, cęteriq; operũ conditores dicuntur Auctores. Valla li. 4. ca. 32. & li. 5. cap. 30. Neq; ſolũ qui opus aliquod facit, ſed qui princeps eſt, & primus iubet, ut aliquid fiat, aut inductor, perſuaſor've. Auctor uocatur: ut ſi quis populũ ad bella concitauit, uel qui cõcordiã perſuaſit, belli, uel cõcordiæ auctor fuit. Cic. lib. 3. Offi. Atq; huius deditionis ipſe Poſthumus qui dedebatur, ſuaſor & auctor fuit: quaſi dixiſſet, ſuaſor et perſuaſor. Auctor etiam ſignificat promiſſorem, ut apud Liuiũ li. 2. Auctores ſumus tutã ibi maieſtatẽ Romani nominis fore. Itẽ primum propugnatorẽ ſiue defenſorem, aut uindicem. Idem: Sed ut inuentor legis Volero, ſic Lectorius collega eius auctor cùm recentior, tum acrior erat. Item eum, cui quis fidem habet. Idẽ Agitatus deinde conſilijs ex omni parte aſſentiendo multis auditoribus trepidauerat. Item primum denuntiatorem. Idem: Iiſdem auctoribus cognitum eſt Aequos, Volſcoſq; ſumma ui bellum apparare. Similiter approbatorẽ. Idem lib. 3. Multiq; erant, qui mollius conſultum dicerent, quod legũ ab eis latarũ patres auctores fuiſſent. Is etiã in quo eſt ius, poteſtas, dignitas, nec ab alio pendet, poteſt dici Auctor: à quo Auctoritas(αὐθεντία)eſt appellata. Vnde illud apud Liuiũ: Decreuerunt, ut cùm populus regẽ iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. hoc eſt, ſi auctoritatẽ ſuã interponerẽt & ratũ haberẽt. Auctores ſententiæ ſunt, quorũ ſententiã ſequimur. Auctores pupilli in quorũ adminiſtratione res eius ſunt. Paulus Iureconſultus: Etiã ſi non interrogatus tutor auctor fuit, ualet auctoritas eius: cùm ſe probare dicat, quod agitur: id eſt, auctorẽ fieri.

AVCTORAMENTVM, uide infra Autoramentum.

AVCTVARIVM, uide Auctarium.

AVCTVM, uocabatur ſpatium circi, quod ſuper definitum modum uictoriæ adiungebatur. Feſtus.

AVCTVS, us, uerbale,{*Accreſcimento*} αὔξησις. Liu. 4. ab urb. Cuius rei premium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere.

AVCVPATORIVS, a, um,{*Coſa che appertiene à pigliar uccelli*}(ἰξευτικός) quod ad aucupium pertinet. Vnde Aucupatorij calami uiſcati, quibus utimur ad capiendas aues. Pli. li. 16. cap. 36. Cum igitur anno permanſerit mundatiuo, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

AVCVPIVM, & **AVCVPATIO**,{*Vccellagione*}(ὀρνιθοθηρία) auium captio. Plaut. in Aſin. Hic noſter quæſtus aucupij ſimillimus eſt. Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. de Oratore: Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium.

AVCVPOR, pe. co. depon.{*Vccellare*}(ὀρνιθοθηρῶ, ἰξεύω)aues capio. Per tranſlationem uero ſignificat artificio quodam & ſolertia quæro, θηρῶμαι: ut, Aucupari gratiam alicuius. Cic. ad Lucceium lib. 5. Nõ uereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. Aucupari rumuſculos imperitorum hominum. Cic. lib. 3. de Legib. Reperitur etiam Aucupo, as, uoce actiua. Plaut. Muſtel. Circumſpice dum, nunquis eſt Sermonem noſtrum qui aucupet.

AVDACIA,{*Audatia, ardire, temerità*}(θράσος)inquit Speuſippus, eſt ſecuritas qua quis malum neque futurum expectat, neq; præſens horreſcit. Et fere accipitur in malam partem pro omnia confidentia, qua quis ſine ullo aut periculi metu, aut pudoris reſpectu rem aliquam temere aggreditur. Cic. Nec uires eis, nec audacia, nec tela defuere. Saluſtius: Audacia pro muro habetur.

AVDACITER, & **AVDACTER**, per ſyncopen,{*Audacemente*}(θρασέως.)Cice. pro Roſc. Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbè feciſti. Idem de Clar. orat. Magis audacter, q̃ paratè, ueniebat ad dicendum.

AVDACVLVS, diminutiuum. Gel. Aderat reprehẽſor audaculus uerborum.

AVDAX,{*Audace, ardito*}modò fidens dicitur, τολμηρὸς, uel quod Atticis proprium eſt, τολμηεις. Verg. 5. Aen. Quique pedum curſu ualet, & qui uiribus audax. Modò temerarius. Plaut. Pergin' audax hoc facinus perſequi?

AVDENTER, aduerbium,{*Audacemente*}(θαρραλέως) idem quod audacter. Tacitus lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus uiſebantur.

AVDEO, audes, auſus ſum, ſignificat fidentem eſſe,{*Ardire, eſſere audace*}(τολμῶ). Plaut. Vix domo egredi audet. Iungitur aliquando cum accuſatiuo. Oui. lib. 6. Metam. Et nihil eſt, quod non effræno captus amore Auſit: nec capiunt incluſas pectora flammas. Aliquando temere præſumere. Verg. 12. Aene. Hæc præmia, qui me Ferro auſi tentare ferunt. Audens participium, non timidus, Verg. 10. Aen. Audentes fortuna iuuat. Audens nomen ex participio. Quint. lib. 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum, ut Cicero exiſtimat, laterum, quæ proſopopeiæ dicuntur. Verg. 6. Aene. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Audendum, Tibul. 1. Eleg. Audendum eſt. fortes adiuuat ipſa Venus. Auſus, a, um, participium. Liu. Exules, obærati, auſi capitalia plerique. Ouid. 3. Triſt. Conſcia percuſſit meritorum pectora Colchis Auſa, atque auſura multa nefanda manu. Auſum, auſi, nomen ſubſtantiuum: Verg. 6. Aen. Auſi omnes immane nephas, auſoq; potiti.

AVDIO, dis, audiui, auditum,{*Vdire*}(ἀκούω)proprie ſignificat ſonum auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς: id eſt, à uoce, cuius propriũ eſt, ut audiatur. Verg. audiẽdi uocabulum etiam ad ea tranſtulit, quæ auribus, & ſenſu carent, cùm ait lib. 1. Geor. Et fruſtra retinacula tendens. Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. Aliquando Audire eſt intelligere, aduertere. Verg. 1. Aen. Progeniẽ ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. Interdum eſt audita petenti concedere. Verg. 9. Aen. audiit: & genitor cœli de parte ſiniſtra intonuit læuum. Interdum credere, accedere. Cic. in Tuſc. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptũ ait. Interdum præcipienti parere, ὑπακούειν. ἀκούειν: & hoc tam cum accuſatiuo, q̃ cum datiuo. Cice. Audies te, id eſt, auſcultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius dicimur, cùm eis paremus. Cum datiuo. Idem: Et audiens eſſet huic ordini, id eſt, obediens. Inuenitur & Audio cum aduerbio bene, quod ſignificat commendor, laudor,(καλῶς ἀκούω Ariſtoph.)Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius uerbi compoſita ſunt. Exaudio, Inaudio, bene uel perfectè audio. Plautus Inaudiſſe, inquit, pro Valde audiſſe. Cic. Par-

fæ,

ſe,pro ſimplici poſuit:Quorum erupit illa uox,de qua ego ex te primum inaudieram. Inauditum tamen dicitur pro eo quod nunquam auditum eſt, ἀνήκουστος, ἄπυστος:ut,Res inaudita.Ci.pro Ligario: Rem certe nouam & ante hãc diem inauditum. Et Inauditum quandoque dicitur,quod non audit, ἀκήκοον. Varro: Animalium aliud alio ſenſu caret,quædam enim à natura gignũtur aut inodorata,aut inaudita. Obaudio etiam ueteres dixerunt pro non obedio, & Subaudio,quod modo parum audio ſignificat,modo intelligo.

A V D I T I O,ipſe audiendi actus. ἀκρόασις. Cic. 5. de Finib. Dantq; ſe ad ludendum fabellarumq; auditione ducuntur. Dicitur & audientia pro eodem. Plau. Exurge præco,fac populo audientiã,hoc eſt,fac ut populus audiat. Ci. 1. Verr. Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit. Hinc Auditiuncula,diminutiuum. Gell.lib. 13.cap. 18. Auditiuncula quadam de Catonis familia aſperſus eſt.

A V D I T O R I V M,{Auditorio}(ἀκροατήριον)locus ubi auditur Præceptor, aut Orator. Quint.lib. 2.cap. 11. Sed cuius rei gratia plenum ſit auditorium.

Per metonymiam accipitur pro ipſa auditorum turba. Plin. in Epiſtolis. Nã proximè frequenti auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clarè iocabantur. Auditorium etiam pro foro & tribunali ponitur. Paulus in. l.contra. de re iudi. Is qui ad maius auditorium uocatus eſt,ſi litem inchoatam deſeruerit,contumax non uidetur. Significat etiam Auditorium propriè ſcholam Rhetorum, Grammaticorum,aut Philoſophorum, in qua diſcipuli præceptorem audiunt, aut certè diſputationibus,aut declamationibus ſeſe exercent: atque ita foro opponitur. Quint.lib. 10.cap. 1. Sed alia ratio eſt litium diſputationum,fori & auditorij,præceptorum & periculorum.

A V D I T O R,oris,uerbale,{Auditore}(ἀκροατὴς) diſcipulus, qui profeſſorem audit,aut Rhetorem declamantem,aut Poetam carmina ſua recitantem. Cice. Att.lib. 16. Sed notentur Eclogarij,quos Salutius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. Iuuen. Sat. 1. Semper ego auditor tantum?

A V D I T V S,us,{Vdito}(ἀκοὴ)ſenſum audiendi ſignificat:hoc eſt,potentiam illam,qua ſoni percipiuntur. Cic.pro Mar. Vereor ut hoc quod dicam, nõ perinde intelligi,auditu poſſit,atque ego ipſe cogitans ſentio.

A V E,(χαῖρε)uerbum defectiuum: in ſecunda perſona ſingulari Aue, & plurali Auete:in infinitiuo Auere,teſte Diomede lib. 1. Mart.lib. 5. Exprimere, Ruſe, fidiculæ licet cogant, Aue Latinum, χαῖρε non poteſt Græcum.

A V E H O,is,{Condurre altroue}(ὑπάγω) abduco, ſiue alio ueho. Terent. in Adelp. Is uenit,ut ſecum auehat.

A V E L L A,uide Abella.

A V E L L A N A,æ,{Nocciuola,nocella nocchia.Boc.Lagrime che pareano nocciuole}(λεπτοκάρυον)nux eſt coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica,q in Aſiam,Græciamq; primo e Ponto uenerit:eadem & Præneſtina dicitur,quod Præneſtini his abundent,ſiue (ut Macrobio placet) q Præneſtini ab Annibale obſidione cincti,his nucibus famem tolerauerint. Primùm autem dictæ fuere Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido,quod à Vergilio appellatur Abella à Silio Auella. Pli.li. 15.cap. 21. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: ut in auellanis,& ipſo nucum genere,quas antea abellinas uocabant.

A V E L L O,lis,auelli,& auulſi,auulſum,{Sbarbicare, ſtirpare à forza}(ἀποσπάω)a loco uello,abſtraho,auſero. Cic.de Sen. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt,ui auelluntur. Ver. 2. Aen. Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo. Palladium. Hinc Auulſor,(ἀποσπαστής)et Auulſio,(ἀπόσπασμα)uerbalia. Pli. lib. 17. cap. 10. Aut enim ſemine prouueniunt,aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione. Idem lib. 9. cap. 45. Vbi auulſorem ſenſere,contractæ multo diffi cilius abſtrahuntur.

A V E N A,æ,pe.pr.{Auena}(βρῶμος)herba eſt nota ex frumentaceo genere, equorum præcipue pabulis naſcens,tritico foliis & culmo ſimilis,ſemen habens eiuſdem nominis,è ſummo pendens culmo, locuſtarum quandam ſimilitudinem referens,duplici crure diuaricatarum. Nomen accepiſſe putatur ab eo,q ad fructũ non ueniat. Numeratur.n. inter uitia ſegetis,ueluti quidã frumenti abortus. Soli enim cœliq; uitio interdum accidit,ut triticum, hordeum ve in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit uitio ſeminis,ſi illud aut imbecillum fuerit,aut carioſum. Vide Pli.li. 18.ca. 17. Eſt & alterum auenæ genus,quæ Auena Græca à Plinio uocatur, & à Græcis αἰγίλωψ, q morbum curet eiuſdem nominis. Hæc in hordeo naſci gaudet,ut lolium in tritico,multiplicíq; radice ſolum emacians,illi præripit alimentum. Ponitur interdum auena pro calamo,ſiue culmo ſegetis,ex quo paſtores ſibi fiſtulas conficere ſolent: quo fit,ut & pro ſtylo,ſiue charactere bucolicu accipiatur. Verg. 1. Eclo. Syluestrem tenui Muſam meditaris auena. Hinc Auenaceus,a,um,quod ex auena cõfectum eſt. Pli. lib. 30. Vel cum farina hordeacea,uel auenacea.

A V E N A R I A,cicadæ ſpecies eſt,quam nonnulli frumentariam uocant, quoniã ſimul cum frumentis areſcentibus apparet. Auctor Plin.lib. 11.cap. 27.

A V E N I O,onis,{Auignone}(Αὐενίων Steph.)oppidũ eſt Narbonenſis Galliæ, ad Rhodanum, Cauarũ metropolis:de quo Pli.li. 3.cap. 4. Hodie Pontificiæ ditionis eſt. Clementi enim ſexto eius nominis Pontificij urbem hanc cũ uicino agro uendidit Ioanna Siciliæ regina:ut eſt uidere apud Volaterranum.

A V E N T I N V S,ni,(Αὐεντῖνος)pe.pr. unus ex ſeptem urbis Romæ mõtibus; cuius radicem Tyberis præterlabitur:ita dictus,ab auibus(ut ex ſententia Næuij refert Varro)quarũ ob ſitus opportunitatem, amnisq; uicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Auentino Albanorũ rege,qui in eo extinctus eſt,& ſepultus. Vel ab aduentu hominũ,qui ad Dianæ templũ, quod eo in monte à communi Latio conditũ fuit,commeabant. Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat.n. hic mons à reliquis paludibus diſcretus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur,quadrãtẽ pro naulo perſoluentes. Fuit item Auẽtinus, cognomẽto Syluius, Albanorũ rex, Romuli ſyluij filius,& pater Procæ, a quo nõnulli Auentino monti(in quo ſepultus eſt)nomen factum exiſtimant. Eſt præterea Auentinus apud Verg. 7. Aene. nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit. Eſt & adiectiuum Auentinus,a,um, ut, Arx auentina,apud Ouid. 6. Faſt. Et Auentinum iugum apud eundem lib. 3.

A V E O,es,{Deſiderare, appetire}(γλίχομαι)uerbum defectiuum ſine præterito, & ſupino,ſignificat concupiſco. Cice. Att.lib. 1. Valde aueo ſcire, quid agas.

Auere etiam à nimia cupiditate pro gaudere ponitur. Vnde ſalutantes quoq; Aue,(χαῖρε)dicimus,id eſt,gaude & lætare. Auens,participium. Hora. 2. Sermo. Non eſt mihi tempus auenti Ponere ſigna nouis præceptis.

A V E R N I,Vide Aruerni.

A V E R N V S,{Il lago Auerno. Ario.can. 33. Merlin col libra,ò foſſe al lago Auerno}(Ἄορνος)generis maſculini,in plurali Auerna,orum,locus Campaniæ,prope Baias,quem locum Plutoni dicatum,& inferorum limen eſſe rudis uetuſtas credidit. Vnde & pro inferorũ ſede à Poetis uſurpatur. Dictus Auernus,quaſi ἄορνος,hoc eſt,auibus carens, ſiue q aues ſuperuolantes graui eius odore enecentur,ſiue q ſulphureæ exhalationes aerem uſq; adeo extenuent, ut aues ſuſtinere non poſſit. Luc.lib. 6. Principio q Auerna uocant,non nomen id ab re impoſitum eſt,quia ſunt auibus contraria cunctis. Strab.lib. 6. Contiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus,intra quem Auernus eſt. Auernus,a,um,adiectiuũ. Ver. 2. Georg. Tyrrhenusq; fretis immittitur æſtus Auernis. Auernalis, le, adiect. ut, Aquæ auernales. Horat. 5. Epod. Auernales Nymphæ. Ouid. 5. Metam.

A V E R R V N C O,as,{Rimouere, ſcacciare}(ἀποτρέπειν, ἀποπομπεῖν)idem quod auerto uel depello:quod uerbum putatur à runcando deductum eſſe. Eſt autem runcare,herbas,uel frutices noxios,ex agro euellere. Liu. 8. ab Vrbe: Placuit ad auerruncandam Deũ iram uictimas cædi. Inde Auerruncaſſo, pro eodem. Lucil. lib. 26. Dij malint meliora,atq; amentiam auerruncaſſint tuam.

A V E R R V N C V S,ci,(ἀποπομπαῖος) dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare,hoc eſt,depellere, atq; auertere putabatur. Cuiuſmodi apud Græcos habebãtur Hercules & Apollo,quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποπομπαίους,uel ἀποτροπαίους appellabant. Pacuuius apud Varr.lib. 6. de Ling. Lati. Deus qui meis rebus præeſt Auerruncus.

A V E R S A   V E N V S,(κατάπυγοσύνη)dicitur præpoſterus coitus, qui infandus eſt & execrandus. Iul. Cap. de Clodio Albino: Mulierarius fuit inter primos amatores,auerſæ ueneris ſemper ignarus,& talium perſecutor.

A V E R S O R,aris,{Abominare, uolgere il uolto in altra parte}(ἀποστρέφομαι, ἀποτρέπομαι)deteſtor,abominor,ab aliqua re, quam odio habeo, uultum auerto,ut illam repellere uideri poſſim. Ouid. in Faſt. Officioq; leuem non auerſatus honorem. Columella: Nam nec rubos auerſatur capra. Auerſatio,uerbale. Quint.lib. 8. cap. 3. Ego certè mihi cernere uideor eorum, qui aderant, tantam auerſationem,ac timidam uerecundiam.

A V E R S V S,a,um,{Quello che uolge le ſpalle uer noi}(ἀπεστραμμένος)qui faciem a nobis auertit,tergumq; oſtendit:cuius antitheton eſt Aduerſus, (ἐναντίος)qui frontem,anterioremq; corporis partem nobis obiectam habet. Cice. 3. de Orat. Aduerſus,& auerſus impudicus es,hoc eſt,ab anteriore parte,& à poſteriore. Sic hoſtes aduerſos aggredi dicimur,cum eos à fronte inuadimus: auerſos autem,cum fugientes à tergo adorimur. Per metaphoram Auerſum uocamus iratum,iniquum,contrarium,& male cupientem. Cic. Att.li. 8. Deos auerſos eſſe à ſalute populi Romani. Verg. 4. Aen. Talia dicentem iandudum auerſa tuetur. Vbi Seruius, Auerſa,inquit,hoc eſt,irata. Nam ſi intueretur,quomodo auerſa,niſi irata.

A V E R T Æ,tarũ,ſunt lora(ut Bud.ſcribit in Annot. Poſt.)latiora,quę per terga equi iugalis excurrunt,ſub alis eius ſuccincta. Accurſius Auertam, equorũ pectorale uult eſſe,ita dictum q auerſum collocetur: Sicut Poſtilena Plauto mcurũ illud coriũ dicitur,quod à ſella in caudam deſinit:ab eo, q poſt ſellã ſit. Alciato placet,hoc uocabulo ornamentũ capitis intelligi,quo habenę figuntur: & id quoq; ab auertendo,q equi per eam uertantur,prout leſſori uiſum eſt.

A V E R T O,tis,{Rimouere,uolgere altroue}(ἀποτρέπω) aliò uerto, amoueo. Verg. 1. Aene. Nec poſſe Italia Teucrorũ auertere regem? Huius antitheton eſt Aduerto. Vnde Aduertere oculos,uel mentem, dicimus pro eo quod eſt ad ſe aliquam aciem oculorum uel mentis intendere. Auertere autem eſt remouere,et aliorſum flectere. Cic. de Amic. Tu uelim animum parumper à me auertas,Lælium loqui ipſum putes. Eſt item Auerto nonnunquam idem ferè quod interuerto,hoc eſt,intercipio,& efficio,ne res ad eũ perueniat,cuius eſt. Cic. 3. Verr. Is auerſa pecunia publica aufugit. Idem in Frumentaria: Frumentum auerſum à Rep. abreptum ab aratoribus.

A V E R T O R,eris,(ὑποτρέπομαι)deponens,idem quod auerſor, hoc eſt, contemno,uel ſperno: à moribus,& conſuetudine hominum ducta ſignificatione. Ab ijs enim quæ nobis ſunt contemptui,faciem noſtram auertimus. Boethius: Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure,id eſt,ſpernit,dedignatur. Aliud eſt Auertor paſſiuum ab Auerto: à quo ſit Auerſus,de quo ſupra.

A V F E I A   A Q V A,olim dicta fuit,quę poſtea Martia dici cœpit,omniũ aquarum toto orbe,Plinio teſte,clariſſima,frigoris ſalubritatisq; laude cæteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorum,tranſit Marſos & Fucinũ lacũ a mua ſpecu merſa,in Tyburtina ſe aperit, nouem paſſuum millibũ fornicibus perducta. Primus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius, unus è regibus: poſtea Q. Martius Rex in Pratura: à quibus Martiæ aquæ nomẽn accepit,cum antea Aufeia diceretur. Hæc ferè Plin.lib. 31.cap. 3.

A V F E R O,aufers,abſtuli,ablatũ,{Togliere,rapire}(ἀποφέρω, ἀφαιρέω)ex Ab & Fero cõpoſitũ,teſte Cicerone in Oratore,ſignificat tollere. Terent. in And. Vos iſthæc intro auferte. Cic. 3. de Fin. Cõmentarios quoſdam,inquã Ariſtotelicos,quos hic ſciebam eſſe,ueni ut auferrem:quos legerem,dum eſſem otioſus.

A V F I D I V S,cognomento Lurco, qui primus pauones ſaginare aggreſſus eſt, ex eo quæſtu reditum ſexagenorum millium ſeſtertiorum percipiens. Auctor Pli.li. 10.cap. 20. Aufidius Baſſus, nobilis Hiſtoricus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis hiſtoriam conſcripſit.

A V F I D E N A,æ,pe.pr.(Αὐφιδηνα)oppidum eſt in quarta regione Italiæ, ſub Frentanis ſitum,teſte Ptolemæo lib. 3.cap. 1. Hinc Aufidenates, (Αὐφιδηνάτοι)populi,quorum Plinius inter Samnites meminit,lib. 3.cap. 12.

A V F I D V S,di,pen.cor.(Αὔφιδος Straboni)fluuius eſt in Hirpinorum montibus naſcens,& præter Canuſium in mare Adriaticum influens: quem ex clade Cannenſi, Romanorum ſanguine aliquandiu rubuiſſe, tradit Liuius in tertio Bell. Punico.

A V F V G I O,is,pen.cor.{Fuggire altroue}(ἀποφεύγω) aliò fugio. Terent in Hecy. Denique hercle aufugerim Potius,q̃ redeam,ſi eo mihi redeundum ſit.

Inuenitur aliquando accuſatiuo iunctum, quemadmodum ſimplex Fugio. Cic. 1. de Natu. deo. Andromeda aufugiens conſpectum mœſta parentis. Sæpe etiam abſolutè,& ſine caſu. Idem in Epiſt. ad Vatiniũ. Dionyſius,cùm multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impunè laturũ putaret,aufugit. Interdum cum abla-

tiuo mediante præpoſitione A, Ab, uel Ex. Liuius: Iam aliquantum ſpatij ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat.

AVGASII, (αὐγάσιοι) populi ſunt inter Maſſagetas, apud Stephanum.

AVGA, æ, uel Auge, es, uel Augea, æ, (αὔγη, ἡ αὐγεία) mater fuit Telephi, quã Euripides dicit ab Aleo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe: Sed Palladis prouidentia urnam ad Caici oſtia trãſmiſſam euaſiſſe, & Augen ad Teuthram te exceptam, eidem nupſiſſe, illumq́; Telephum pro filio educaſſe, & regni ſucceſſorem inſtituiſſe. Verba ſunt Strabonis lib. 13. Aliter Diodorus lib. 5. Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre grauida deprehenſa, nauclero cuidam tradita eſt ſubmergenda. Sed antequam ad mare perueniret, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter uirgulta abdidit, qui poſtea inuentus, à paſtoribus Corytho regi datus eſt, & Telephi nomine appellatus, q̃ à paſtoribus inuentus eſſet pendens ab uberibus ceruę. Auge uero à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata eſt, ubi poſtea à Telepho filio fuit agnita.

AVGEAS, pe. pr. (αὐγέας Suidæ) Athenienſis Comicus fuit, ut eſt auctor Athenæus. Fuit & Augeas Eleorum rex, quẽ Hercules ſuſtulit. Vide infra Augias.

AVGEO, es, xi, auctum, {*Accreſcere, far maggiore. Boc. Gio. 3. No. 8. Accrebbero ſenza fine la fama della ſantità dell'abate*} (αὔξω, αὐξάνω) maius facio, amplifico, addo, acceſſionem facio, cumulo, multiplico. Et tum ad res, tum ad perſonas refertur. Ad perſonas. Ci. Att. Auctus Antonij beneficio ſum. Ad res. Idem in Ver. Nam locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo, quæ uehementiam ſignificant. Terent. in Heau. Hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſiet. Idem: Ibi cõcurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Ab Augeo fiunt Aucto, as: Auctus, a, um, αὐξηθείς: Auctus, us, Auctor, & Augifico, ficis. Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius: Et tabes numeros augificabit ſuos.

AVGESCO, cis, {*Accreſcere, aumentarſe, ingroſſarſe*} (αὐξάνομαι) creſco, incrementum accipio. Sumitur enim paſſiue, & ſemper intranſitiue ponitur. Plin. lib. 11. Augeſcunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu: minuuntur ſiccis, & aridis, & ſiti. Cic. in Cat. Quæ & ſucco terræ, & calore ſolis augeſcens, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.

AVGIA, ſiue Augea, pen. pr. (αὐγεία Steph.) nomen eſt duarũ urbiũ, quarũ altera in Locride ẽ, cuius in Catalogo nauiũ meminit Homerus: altera in Laconia.

AVGIAS, ſiue Augeas, pe. pr. (αὐγέας) nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis aduentum: unde etiam inter Herculis labores enumeratur huius ſtabuli repurgatio. Vide Eraſmum in prouerbio, Augiæ ſtabulum.

AVGIFICO, as, uide Augeo.

AVGMEN, inis, {*Accreſcimento*} (αὔξημα) idem quod augmentum. Lucre. lib. 3. Perfectum corporis augmen. Augmine donare, pro augere. Idem lib. 2. unde abeunt, minuunt: quo uenere, augmine donant.

AVGVR, auguris, (οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος, ὁ ἐπ' οἰωνοῖς μαντευόμενος) qui ex uolatu, paſtu, aut cantu auium futura diuinat. ita dictus, teſte Feſto, ab auiũ garritu, ſiue à geſtu earũ, quem augures ſolent obſeruare. Cic. in Cat. Augurq́; cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reipub. ſalute gererentur. Hinc Augurium, (οἰωνοσκοπία) pro ipſa diuinatione, quaſi Augeriũ dictum, uel Augarrium: pro quo antiquiſſimi etiam Augurum dixerunt per tres ſyllabas, ut Accij teſtimonio confirmat Nonius. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. nam aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illę quidem Præpetes, iſtæ oſcines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum paſtu, cum pullis gallinaceis e cauea depromptis eſca porrigebatur. Si enim ita auidè edebant, ut cibus ore excidens terram pauiret, hoc eſt, feriret, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiabatur, & feliciter ceſſurum quicquid ille animo concepiſſet: contra omnia infauſta portendebantur, ſi eſcam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatũ prædixerunt pulli, qui eſcam non ceperunt, ſed ex cauea euolarunt. De auguribus, augurijsq; uide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectas. Sumitur etiam latius Augurij nomen pro quauis diuinatione, ſiue coniectura. Cice. 4. Philip. O mea ſemper fruſtra ueriſſima auguria rerum futurarum.

AVGVRACVLVM, raculi, (οἰωνοσκοπεῖον) ueteres dicebant, quam nos arcem uocamus, quòd ibi aues publicè auſpicaretur. Feſtus.

AVGVRALIS, le, (οἰωνοσκοπικός) ad augurem pertinens. ut, Auguralis cœna, quæ & Adicialis dicitur. Var. 3. de Re ruſt. cap. 6. Primus hos Q. Hortẽſius augurali cœna poſuiſſe dicitur. Ci. ad Gallum: In eas cum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum. Augurales libri, Auguralia inſignia. Porta auguralis. Tacit. lib. 2. Nocte porta egreſſus augurali per occulta, & uigilibus ignara, uno comite, &c. Augurale, inſigne augurum. Seneca de Tranquil. uitæ. cap. 11. Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c. Vir auguralis. Cice. de Cla. ora. Auguralis uirga (οἰωνοσκοπική ῥάβδος) Baculus erat breuis, qui & Lituus appellatus eſt, in ea parte, qua robuſtior erat, incuruus.

AVGVRO, as, idem quod auguror. {*Augurare, indouinare*} (οἰωνίζομαι.) Ver. lib. 9. Et ſi quid ueri mens augurat opto. Hinc Inauguro, & Exauguro, compoſita contrariæ ſignificationis. Nam Inaugurare eſt per augurium conſecrare.

Exaugurare autem, quod inauguratum erat, contrario augurio prophanare. Cicero de Antonio Cæſaris Flamine: Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem: uide, qui te inauguret. Liu. 1. ab urbe: Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet, tota Iouis templiq́; eius, quod inædificaretur, exaugurare fana, ſacellaq́; ſtatuit.

AVGVROR, pe. co. (μαντεύομαι, οἰωνοσκοπῶ) propriè eſt ex auium cantu, geſtu, uel paſtu futura diuino: quanquam etiam latius accipitur, pro quouis modo coniicio. Regit autem uel accuſatiuũ. Cic. de Diuin. 1. Calchas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. Vel ablatiuũ. Idem Att. Etenim quantum coniectura auguramur. Item cũ præpoſitione De. Idem in Brut. Sed quid de illo augurer, lubet dicere. Et cũ Ex. Idẽ Cecinna: Non igitur ex alitis uolatu nec ea cantu ſiniſtro oſcinis, nec è tripudijs ſoliſtimis, aut ſomnijs tibi augurer.

AVGVRATVS, us, (οἰωνοσκοπία) ſcientia, uel dignitas auguris. Ci. 1. de Diuin. Cuius cum tẽtaret ſcientiam auguratus, dixit ei, cogitare ſe quidquam. Ibidem: Quid lituus iſte ueſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, unde nobis eſt traditus?

AVGVRATO, aduerbium, per augurium: ſicut Auſpicatò, per auſpiciũ. Liui. 1. Dec. lib. 1. Accitus Numa, ſicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque deos conſuli iuſſit.

AVGVRATIO, onis, (οἰωνοσκοπία) ipſe augurandi actus. Cic. 3. de Diuinat. Quæ tandem iſta auguratio eſt ex paſſeribus?

AVGVRIVM. Vide Augur.

AVGVRIVS, a, um, (οἰωνοσκοπικός) idem quod auguralis. Cice. Epiſt. lib. 2. Cum ipſam cognitionem iuris augurij conſequi cupio.

AVGVSTA CÆSAREA, (αὐγούστα καισάρεια) urbs ſupra Iberum ſita. Diſtat à Numantia ad octoginta ſtadia. Vulgus Hiſpanorum Saragoſſam uocat.

AVGVSTA EMERITA, ciuitas Luſitaniæ, quæ à militibus emeritis conditoribus, & Auguſto nomen ſortita eſt. Nam, ut Dion dicit refert, quo tempore Cæſar Auguſtus Cantabris & Aſturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites, qui ſupra ætatem forent, atque conceſſit ipſis, ut in Luſitania Auguſtam Emeritam conderant.

AVGVSTA VINDELICORVM, Germaniæ urbs eſt celeberrima, ad Lycum amnem ſita, quam Germani ſua lingua Auſpurg uocant. Auguſta Treuirorum, eſt Metropolis Treuirorum ad Moſellam flumen ſita. Vulgo Triere à Germanis dicitur, à Gallis Treues.

AVGVSTALE, is, {*Palazzo de magiſtrati*} (πρυτανεῖον) domus principis uel magiſtratus, à recentioribus appellata fuit, quę à ueteribus dicebatur Prętorium. In caſtris quoq; Imperatoris tabernaculum, Auguſtale dictum legimus.

AVGVSTALES, teſte Vegetio lib. 2. Rei militaris, appellabãtur, qui primos in bello ordines ducebant. ita dicti q̃ ab Auguſto ad id munus eſſent delecti.

AVGVSTE, aduerbium, (σεβασμίως) ſanctè, piè, religioſè, & cum quadam ueneratione. Cic. 2. de Nat. deo. Hunc dico Liberum Semele natum: non eum, quem noſtri maiores auguſtè, ſanctèq; Liberum cum Cerere & libera conſecrauerunt. Dicere de religione auguſtius. Cic. de Claris orat.

AVGVSTODVNVM, (αὐγουστόδουνον) Heduorum metropolis, quam Galli ſua lingua Auſtun uocant.

AVGVSTORITVM, (αὐγουστόριτον Ptolemæo) urbs eſt Pictonum, quam Gallicè Poictiers uocamus.

AVGVSTVS, a, um, {*Auguſto, uenerando per religione. degno di riuerenza*} (σεβάσμιος, σεμνός, ἱερός) dicitur ſanctus, & dignus, quem religioſa quadam ueneratione obſeruationeq; colamus. Vnde Auguſta templa, & ſimulacra, auguſta forma, & auguſta dignitas &c. Ouid. 1. Faſt. Sancta uocant auguſta patres: auguſta uocantur Templa, ſacerdotum ritè dicata manu. Cice. 5. Tuſc. Ex hoc igitur Platonis quaſi quodam ſancto, auguſtoq; fonte, noſtra omnis manabit oratio. Sed & Octauius Cæſar primum, indeq; reliqui ab illo Cæſares, Auguſti (σεβαστοί) cognominati ſunt, cũ ob ſingularem eorum uirtutem, meritaq; in Rempub. maxima, tum ut cæteri tam auguſto, ſplendidoq; nomine ſibi adepto, ad eaſdem egregias uirtutes imitarentur. Item quia menſe Sextili Octauius Cæſar primum Conſulatum iniit, triumphos in urbem intulit: Aegyptus quoq; hoc menſe in poteſtatem Popul. Rom. redacta, & finis ciuilibus bellis impoſitus eſt: placuit Senatui, ut qui antè Sextilis, deinde Auguſtus appellaretur, ut qui imperio feliciſſimus fuerit.

AVGVSTÆ, coniuges dicebantur Imperatorum: Diuæ autem poſt mortem iſtum Auguſtarum nomina hæc ſunt, Liuia Auguſti, Agrippina Agrippæ filia uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ quas enumerat Volaterranus lib. 14.

AVIA, æ, (μάμμη) patris uel matris mater. Cic. de Aruſp. reſpon. Te te Cn. Lentule, cuius ab auia Mater Deum manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe uoluit. Hinc componuntur Proauia, Abauia, Atauia, & Tritauia.

AVIARIVM, rij, (ὀρνιθών) locus, in quo aues nutriuntur, uel clauduntur, uel cuſtodiuntur, uel quo ſe aues recipiunt, ita dictum ab auibus, ſicut Apiariũ ab apibus. Cic. 5. Fratri: Nihil reſtabat, præter balnearia, & ambulationẽ, & auiarium. Col. lib. 8. cap. 1. Quæ nos ſimiliter appellamus, apum cubilia apiaria, uel nantium uolucrum, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, auiaria: uel etiam pecudum ſylueſtriũ, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, uiuaria. Auiaria quoq; à Vergilio dicuntur loca nemoroſa, & ſecreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. Geor. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Vbi Seruius: Auiaria, ſecreta nemorum, quæ aues frequentant.

AVIARIVS, {*Colui che tiene cura d'uccelli*} (ὀρνιθοκόμος) qui curam auium gerit. Col. lib. 9. de Gallinis: Sic tamen ut illuſtria ſint loca, quò commodius habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

AVICVLA, diminutiuũ, {*Vccellino augellino. Bembo. Et ſi com'augellin di ramo in ramo*} (ὀρνιθάριον) parua auis. Gell. lib. 2. Auicula eſt parua, nomen eſt Caſſita, niduleturq; in ſegetibus.

AVIDVS, cupidus, {*Auido, ingordo, deſideroſo. Pet. Com'huom ch'è infermo e di tal coſa ingordo*} (πλεονέκτης) ab auendo, hoc eſt, à cupiendo. Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum. Hinc Auiditas, atis, πλεονεξία. Cic. de Senect. Habeoq; ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. Auidè, aduerbium. Cic. de Senect. Græcas literas ſenex didici, quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione Auarus.

AVILLA, {*Agnellino, pecorino*} quaſi ouilla, agnus recentis partus. Feſtus.

AVIS, is, {*Vccella, augello. Pet. Et come augelli in ramo oue non teme*} (ὄρνεον) uolucris omnis, quæ oua parit, & pennis decorata eſt: ita dicta (ut quibuſdã uidetur) ab auijs, hoc eſt, locis ſecretioribus, quibus aues maximè delectãtur. Auctor ad Heren. lib. 1. Auium dulcedo ducit ad auium. Volucres autem (πτηνά) dicuntur, quæcunque uolare poſſunt. Vnde apes, ueſpæ, muſcæ, & papiliones, uolucres quidem ſunt, non tamen aues. Veſpertilio quoq; à quibuſdã inter aues non numeratur, eò quod pennata non ſit, ſed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra auium naturam. quò fit, ut media quædam ſpecies inter auem, & murem eſſe uideatur: tametſi Valla ab auium genere eã non excludat.

AVITVS, a, um, pen. pro. (παππῷος, προγονικός) quod ab auo, aut auia ad nos peruenerit. Cic. in Verr. Act. 1. Nulla res cuiuſquam tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abiudicaretur.

Auus,

AVIVS, a, um, {*Senza uia, ſuiato, diſuiato*}(ἄβατος) quod lõgius diſtat à uia aut quod eſt ſine uia. Verg. lib. 2. Georgic. Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris. Salluſtius in Iugurtha. Ipſe nocturnis auijs itineribus ignoratus repente Romanos Palantes aggreditur. Lucretius. Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita ſolo.

AVLA, {*Regia, palazzo, corte di principe*}(αὐλή) proprie eſt principũ domus uentis perflatilis, ut annotauit Athenæus. Vnde apud Homerum loca ſubdialia hoc nomine intelliguntur. Verum quoniam principum ædes habere ſolent ampliſſima hypæthra, factũ eſt, ut aula pro regia ponatur. Seneca: Notiſſima uox eſt eius, qui in cultu regum conſenuerat, cum quidam illũ interrogaret, quo modo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem? Iniurias (inquit) accipiendo, & gratias ſæpe agendo. Antiqui Aulas dicebãt, quas nos Ollas, id eſt, uaſa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. in Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Huius diminutiuum eſt Aulula (à qua Plauti Comœdia Aulularia uocata eſt) hoc eſt, parua olla. A quo rurſus fit aliud diminutiuum Auxilla: ut eſt auctor Feſtus. Ab Aula fit Aulicus Aulica, um, denominatiuum: ut, Aulicus apparatus. Et Aulicus ſubſtantiue, {*Cortigiano*} qui aulæ ſectator eſt aſſiduus. Sueto. in Nero. Nam forte accidit, ut in publica fama Alexandrina nauis nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexiſſe.

AVLÆVM, aulæi, uel (quod magis in uſu eſt,) Aulæa, orum, pluraliter, {*Panno d'arazzo, Razzi*}(αὐλαία) ſunt uela picturata, & uerſicolori textura ſpectabilia, quæ à Græcis περιπετάσματα, & περιστρώματα nominantur, quibus in ſplendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. Dicta Aulæa, ab aula Attali Aſiæ regis, in qua primum inuenta ſunt. Vnde etiam Attalica aulæa uocantur. Propert. Nobilis aulæis porticus Attalicis. Beluata tapetia (ζωωτά) dicit Plaut. à textura, beluarũ, quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Ciceronẽ in Oratione pro Cælio: Deinde ſcabella cõcrepant, aulæũ tollit. Legit & Aulæa fœm. gen. apud Q. Curtiũ: Nec quicquã (inquit) eorũ quę inuicem iactata erant, rex ignorabat, cũ poſt aulęam, qua lectos abduxerat, ſtaret.

AVLERCI, apud Cæſarem, Galliæ Celticæ populi ſunt, ad Oceanũ ſiti, inter ciuitates Armoricas. Orontius credit eos eſſe, quos hodie uocamus Rhotomagenſes.

AVLETES, pe. pr. (αὐλητής) Latine dicitur Tibicen, à Græcis etiã Aulœdus. Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi, patris Cleopatræ, qui præter reliquam uitæ mollitiem, etiam choraulam exercuit: unde & nomen nactus eſt. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit: a quo Senatui commendatus eſt, & à Gabinio in regnum reductus. Auctor Strabo lib. 17.

AVLETICVS, a, um, pen. cor. (αὐλητικός τοῖς αὐλοῖς) hoc eſt, tibijs idoneus ut Auleticus calamus. Plin. lib. 16. cap. 36. Orchomenius eſt continuo foramine peruius, quem Auleticon uocant.

AVLETRIS, (αὐλητρίς) mulier tibicina. nam αὐλός, tibia eſt.

AVLICOQVA, antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc eſt, ollis coquuntur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur, in ollis elixa. Auctor Feſtus.

AVLICVS, a, um: & Aulicus, ci, ſubſtan. uide Aula.

AVLIS, lidis, (αὐλίς) regiuncula eſt ſaxoſa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Eubœæ, una cum oppido eiuſdem nominis, quod portũ habet exiguũ, quinquaginta non amplius nauium capacem. Huc Græcorum claſſem conueniſſe ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidemq́; maris tempeſtate retentum Agamemnonem, filiam ſuam Iphigeniam Dianæ ſacrificaſſe. Straboni tamen lib. 9. placet, non in hunc portum tam anguſtum Græcorum claſſem coactam fuiſſe, ſed in alterum maiorem & profundiorem, qui Tanagræorum uico proximior eſt.

AVLOEDVS, (αὐλῳδός) qui tibiis canit, quas Græci αὐλούς uocant. Cic. pro Muræna: Ia Græcis artificibus eos aulœdos eſſe aiunt, qui citharœdi fieri non poſſent.

AVLOCRENE, nes, pen. pro. regiuncula minoris Aſiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſya uictus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14. & lib. 5. cap. 29.

AVLON, (αὐλών) mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni uini. Mart. lib. 13. Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo eſt et oppidũ eiuſdem nominis. Eſt & nomen duarum urbium, quarum una eſt in Macedonia, quæ uulgo hodie Valona nominatur: alia in Cilicia.

AVO Pomponio, Auius Ptolemæo, fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum ſupra Bracaras & Gronios agrum alluit. Vide Melam lib. 3. & Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

AVOCAMENTA, ſunt negotia iucundiora, ſiue ſolatia, animum à mœrore auocantia, id eſt, reuocantia. Plin. in Epiſt. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati poſſit. Bud.

AVOCO, as, pen. cor. {*Chiamare altroue. Pet. Chiamar tu tanto in dietro da gli ſcogli*}(ἀποκαλέω) alio uoco: & per tranſlationem abſtraho, diſiungo, auerto, ἀποτρέπω. Lactan. lib. 1. Et ad ſtudia pacis à rebus bellicis auocauit. Cic. pro Roſc. Amer. Non neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à prælijs auocabat.

AVOLO, as, pen. cor. {*Volare altroue*}(ἀφίπταμαι) aliò uolo, ſiue aliò ſubito diſcedo. Cic. ad Atti. Experiar certe, ut hinc auolem.

AVRA, {*Aura, uento piaceuole. Pet. L'aura che'l uerde lauro, e l'aureo crine*}(αὔρα) uentus lenior, teſte Seneca in Natural. quæſt. Verg. lib. 4. Aen. At illi Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Interdum Aura ponitur pro ſplendore. Idem in 6. Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Interdum pro afflatu & fauore, quia cum flat aura æſtate, uidetur æſtuantibus fauere. Idem ibidem: Iã quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. Horatius per tranſlationem poſuit pro uenuſtate, & illecebris mulierum, & quodam quaſi philtro, quo illæ amantes ad ſe alliciunt. Sic enim habet 2. lib. Carm. Ode 9. Te ſuis matres metuunt iuuencis, Te ſenes parci, miſeræq́; nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. Metaphora ſumpta eſt à nauigantibus, quorum curſum aduerſi uentorum flatus ſæpe remorantur. Fit autem (ut quidam uolunt) Aura ab aere, q̃ motus aer & ſplendorem facit & uentum: & procul dubio Græcum eſt. Suidas, αὔρα, ἡ τοῦ πνοή. Aura, inquit, id eſt ſpiritus, uel, ſi mauis, flatus.

AVRAMENTVM, (χρύσωμα) uidetur inſtrumentum eſſe effodiendo, aut purgando auro accommodatum. Plin. lib. 33. cap. 3. Hiſpania ſtrigiles uocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur, cum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

AVRARIA fodina, {*Miniera d'oro*}(χρυσωρυχία) ubi foditur aurum: quæ et Aurifodina dicitur.

AVRARIVS, a, um, adiectiuum, ut Auraria metalla. Plin. lib. 37. cap. 12. Aurarium negotium. Plaut. Bacchid.

AVRARII, {*Orefici*}(χρυσοχόοι) aurifices, qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant. Aurarij etiam fautores dicuntur, teſte Seruio, à nomine Aura, q nonnunquam pro fauore accipitur.

AVRAS, (αὔρας) fluuius ab Hæmo in Iſtrum defluens. Herodo. lib. 4.

AVRATA, {*Orata, orada*}(χρυσόφρυς) piſcis, qui ab auri colore nomẽ accepit: cuius amator Sergius, Orata cognominatus eſt, ut refert Macrobius, quaſi Aurata: ſicut Ploſtrum pro Plauſtrum. Martialis lib. 13. Non omnis pretium, laudemq́; aurata meretur.

AVRATVS, a, um, {*Dorato, indorato*}(διάχρυσος, χρυσοβαφής) quod in ſuperficiem habet aurum. Cicero poſt red. in ſena. Lentuli beneficio excellenti, atq; diuino, non ſolum reducti ſumus in patriam, ſicut nonnulli clariſſimi uiri: ſed equis inſignibus, & curru aurato reportati. Sueton. in Nerone: Piſcatus eſt reti aurato, purpura, coccoq́; funibus nexu. Abuſiue tamen Auream domũ, & Auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati. Liu. 9. ab urbe: Tunicæ auratis militibus uerſicolores.

AVREÆ, {*Teſtiere*}(παρώτια) ſunt freni, qui circa aures equorum religantur, imo pars habenæ, quæ circa aures ponitur. Feſtus.

AVRELIA, æ, (αὐρηλία) nomen matris Cæſaris Dictatoris: ut eſt uidere apud Suetonium in Cæſare. Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (ut Feſto credimus) oriunda, cui locus publice deſignatus erat, in quo Soli ſacra faceret. Ex hac Aurelij plerique illuſtres Romani originem traxerunt, primum Auſelij dicti, ſicuti Papyſij, qui poſtea Papyrij.

AVREOLVS, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Aureus. Aureolum collum, auri colorem referens. Varr. 3. de Re ruſtica cap. 9. Aureolus libellus. Cic. 4. Acad. Malum aureolum, Catullo. Aureolus, ſubſtantiuum, diminutiuum ab Aureo nummo. Martia. lib. 5. Qui crepat aureolos, forſitan unus erit. Idem lib. 10. Aureolos ultro quatuor ipſa petit.

AVRES, {*Orecchio, orecchia. Pet. Diſſemi intro l'orecchie bomai ti lece*}(ὦτα) ab auriendis ſonis dictæ ſunt, detracta aſpiratione. Verg. 3. Aene. Vocemq́; his auribus hauſi. Alij à Græco αὐδή deduci malunt, quod uocem ſignificat, quæ ſolo aurium inſtrumento percipitur: aut certe à uerbo Audio, ut Aures dictæ ſint, quaſi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes, q̃ ipſa foramina. Lucret. lib. 6. Sollicitæ porro, plenæq́; ſonoribus aures. Aures item dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Anſas uocamus. Verg. 1. Geor. Binę aures, duplici aptãtur dentalia dorſo. Hinc Inauris, (ἐλλόβιον) & Auritus, ὠτώεις: de quibus infra. Auribus prouchi, ἀκοαῖ προσάγεσθαι, dicimur, quando audientes aliquid delectabile laborem pedum non ſentimus, tanquam aures nos uehant. Apuleius: Me uſque ad iſtam ciuitatis portam meis auribus prouecto.

AVREVS, ſubſtantiuum, {*Moneta d'oro, ſcudo d'oro*}(χρυσοῦς) nummus eſt ex auro cuſus. Plin. lib. 35. cap. 10. Immane tabulæ pretium accepit, aureos menſura non numero.

AVREVS, a, um, {*Coſa fatta d'oro*}(χρυσοῦς, χρύσεος) quod ex auro eſt confectum. Cic. 4. Philip. Sedebat in roſtris Cæſar, in ſella aurea coronatus. Idem quod auri colorem habet. Verg. 3. Eclog. Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. Interdum idem quod pulchrum. Idem 10. Aen. At non Venus aurea contra Pauca refert.

AVRICHALCHVM, Vide Orichalcum.

AVRICOMVS, pen. cor. {*Biondo. Pet. O chiome bionde di che'l cor m'annoda*}(χρυσοκόμος) qui aureos crines, ſeu auream comam habet. Vnde Phœbus uocatus eſt Auricomus, Batauus auricomus. Silius lib. 3.

AVRICVLA, (λοβός, ὠτίον) quamuis diminutiui formam habeat, non tamen paruam aurem ſignificat, ſed exteriorem auris partem, aut certe mollem illã particulam, quæ etiam infima: uel ima auris appellatur. Cic. Q. Fratri: auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Martialis tamen pro tota aure poſuiſſe uidetur, cũ ait lib. 5. Auriculam Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc: garris Neſtor in auriculam.

AVRICVLARIVS, a, um, (ὠτικός) quod ad aures pertinet. Vnde Auricularium ſpecillum, chirurgorum inſtrumentum, quod curandis, purgandisue auribus adhibetur. Pro eodem etiam dicimus Auricularis, & hoc re: ut, Vermiculatio auricularis, cum putridę aures uermibus ſcatent. Et auricularis digitus, paruus, quo aures inundantur.

AVRIFERVM, {*Che produce oro*}(χρυσοφόρος) quod fert aurum: unde Aurifera flumina dicũtur, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Aſia, Ganges in India. Aurifera arbor. Cic. 2. Tuſc. Auriferum nemus, Plin. lib. 5. cap. 1. Aurifera terra, Martial. lib. 10.

AVRIFEX, ficis, {*Orefice, oraſo*}(χρυσοχόος) faber aurarius, qui auri laborandi artifex eſt. Cic. 1. de Orat. Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Hinc Aurificina, pro aurificis officina.

AVRIFVR, {*Rubator d'oro*}(χρυσοκλέπτης) qui furatur aurum. Plau. Et mihi hic aurifur eſt.

AVRIGER, ra, rum, (χρυσοφόρος) adiectiuum: ut, Auriger taurus. Cice. 2. de Diuina. Aurigeris diuum placantes numina tauris. Arbor aurigera, Valer. 8. Argonaut.

AVRIGA, pe. p. et generis cõmunis, ſecũdũ Priſcianũ, {*Carrattiero*}(ἡνίοχος) qui, uel quæ currũ regit. Quæ uox ab aureis agendis dicta uidetur. Sunt autem Aureæ (ut ſupra ex Feſto docuimus) lora quædã, quæ circa equi iugalis aures religantur. Ver. 12. Aen. Circũſtant properi aurigæ, manibusq́; laceſſunt Pectora plauſa cauis. Hinc Aurigo, as, uerbũ (ἡνιοχῶ) currum regere. Suet. in Calig. Nec ullis, niſi ex Senatorio ordine aurigãtibus. Aurigatio, onis, (ἡνιοχεία, ἡνιόχευσις) uerbale. Gel li. 7. ca. 8. Quibus uerbis delphini amãtis, & pueri nõ abhorrentis, cõſuetudines, luſus, geſtationes, aurigationes refert. Aurigarius, uidetur uſurpari à Sueto. in Nero. cap. 5. pro eo, qui curã habet inſtruendi aurigas in ſpectaculis. Perfidiæ uero, inquit, tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum

coemptarum,ſed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIGO,ginis,pen.pro.{Oppilatione}(ἴκτερος)morbus regius: à colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repræſentat. Hinc Auriginoſus,(ἰκτερικός) dicitur,qui eo morbo laborat.

AVRIGO,as,uide Auriga.

AVRIGOR,aris,{Guidare,reggere, frenare. Pet. Voglia mi ſprona amor mi guida e ſcorge}(ἡνιοχέω)moderor,rego. Varro Modio: Natura aurigatur,nō neceſſitudo.

AVRILEGVS,pe.c.(χρυσολόγος,χρυσοκλέπτης)qui aurū legit,id eſt furat.

AVRIPIGMENTVM,ti,{Orpimento}(ἀρσενικόν)genus eſt coloris quod in Syria inuenitur in ſumma tellure,auri ſplendore,ſed fragile,lapidum ſpecularium ſimilitudine. Vide Plin.lib.33.cap.4. Duo autem ſunt auripigmenti genera:quæ uide ſupra in dictione Arſenicum.

AVRIS,ris:Vide Aures.

AVRISCALPIVM,(ὠτογλυφίς)inſtrumentum quo aures purgantur.

AVRITVS,a,tum,pe.p.{Orecchiuto}(ὠτώεις)qui magnas habet aureis. Verg. 3. Aen. Auritoſq; ſequi lepores. Auritus item dicitur,qui bene audit. Horat.1. lib.Carm. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. Auritus populus, apud Plaut.in Aſin.ideſt,aures intentas habens.

AVRORA,æ,pe.pr.{L'aurora. Pet. Quand'io uegg'a dal ciel ſcender l'aurora}(ἠώς)prima diei lux,qua ſub Solis aduentum aer illuſtratur. Item tēpus ipſum, hoc eſt,prima pars diei,qua lux quædam dubia in Oriente cernitur,aduenìente Sole. Varr.6.de Lingua Latina. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, q ab igne Solis aureo aer aureſcit. Poetæ fingunt Auroram deam eſſe Tithoni coniugem,& matrem Memnonis,quæ q maritum habeat ſenem,relicto eius cubili,ortum Solis anteuertit.

AVRVM,ri,{Oro Pet. Oue tolſ'amor l'oro e di qual uena}(χρυσός)pretioſiſſimū omniū metallorum,ab aura,hoc eſt, à ſplendore ita appellatum: aut certe à Græco αὔρος,quod diuitē & potentem ſignificat. Pli.li.33.ca.1. Vtinam poſſet è uita in totum abdicari aurū,ſacra fames,ut celeberrimi auctores prodidere proſciſſum conuicijs ab optimis quibuſque,& ad perniciem uitę repertum. Aurum factū,(χρυσὸς ἐργασμένος) dicitur, quod artificis manu aliquē in uſum eſt laboratum. Vlpianus l.Q. Mutius.ff.de Auro & argent.leg. Cui aurū uel argentū factū legatū eſt,ſi fractū,uel colliſum fuerat, non continetur. Seruius enim exiſtimat,aurum,uel argentum factum id uideri,quo commode uti poſſimus. Huic opponitur Aurum infectum,hoc eſt,rude,& non laboratum. Verg. 10. Aen. Sunt auri pondera facti,infectiq; mihi. Aurum ſignatum, eſt pecunia ex auro cuſa. Ibidem: Si autem aurum,uel argentum ſignatū legatum eſt,id paterfamilias uidetur teſtamento legaſſe,quod aliqua forma eſt expreſſum, In eadē etiam ſignificatione legimus Aurum, abſolute,et ſine ulla adiectione poſitum. Plaut.in Aulul. Effodio aulam auri plenam. Ponitur item Aurum pro ornamētis muliebribus,ex auro confectis. Teren.in Eunu. Interea aurum ſibi clam mulier demit,dat mihi ut auferam. Aurum coronarium,quod Imperatori triumphaturo in coronā decernebat. Triūphalis enim corona, quæ antiquitus,incorruptis adhuc Romanorū moribus,ex lauro fiebat, poſtea ex auro fieri cœpit.

AVRVNCA,Latij ciuitas fuit,ab Auſone Vlyſsis & Calypſus filio cōdita: à qua Aurūci dicti fuerūt uetuſtiſſimi Latij populi,quorū meminit Pli.li.3.c.5.

AVSCARIPEDAM,dixerunt ueteres pro uermiculo piloſo,qui ſolet in fronde naſci cum multis pedibus,teſte Varr.lib.6.de Lingua Latina.

AVSCI,populi ſunt Aquitaniæ in Gallia. Plin.lib.4.cap.19.

AVSCVLARI,{Baſciare}ueteres pro oſculari dicebant. Et ab oſculo,hoc eſt, paruo ore deducitur,quod Auſculum dicebant. Feſtus.

AVSCVLTO,as,{Aſcoltare,udire, ſtar attento. Pet. Voi ch'aſcoltate in rime ſparſe il ſuono}(ἀκροάομαι)cum accuſatiuo ſignificat audio, & diligenter attēdo. Hinc illud Catonianum, Auditas enim,non auſcultatas,tanquam pharmacopolam. Aliquādo obedio(πείθομαι,προσέχω)ſed cum datiuo. Terent.in And. Pamphilum ne adiutem,an auſcultem ſeni. Itē aſpicio,cerno. Afran. Priuigno, ut citat Nonius, Ludos hanc auſcultaui procul. Hinc Auſcultatio, & Auſcultator, uerbalia.

AVSER,uel AVSERIS,fluuius eſt Hetruriæ,non procul à Luca. Stra.lib.5. Aeſarem uocat.

AVSIM,auſis,auſit,{Habbia ardire}(τολμῴην)ponitur pro Audeam, audeas, audeat. Liu.in Procemio lib.1.ab urbe: Nec ſi ſciā,dicere auſim. Verg.1.Geor. Auſim uel tenui uitem committere ſulco.

AVSONIVM MARE,(αὐσόνιος πόντος,ἡ αὐσόνιον πέλαγος) Ionij maris pars eſt, quæ ab Orientali Siciliæ parte uſque ad Salentinos extenditur, in tres diuiſa ſinus,ut ex Polybij ſententia tradit. Plin.lib.3.cap.5. & 10. Strab. lib.5.alio nomine Siculum mare uocari teſtatur. Auſonium autem dictum putatur,ab Auſonibus populis,qui eo in tractu primum habitarunt,auctore Pli, lib.3.cap.10.quod tamen loco iam citato negat Strabo. Feſtus ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio mari huic nomen factum exiſtimat.

AVSONIA,(αὐσονία)olim pars Italiæ dicebatur,in qua ſunt Beneuentum,& Cales:ita dicta,teſte Feſto,ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio, qui & Auruncam traditur condidiſſe. Huius regionis incolæ proprie Auſones(αὔσονες)dicti ſunt,& Auſonij:quanquam id nomen poſtea toti Italiæ fuerit communicatum.

AVSONIVS,(αὐσόνιος)ſophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum,ut ait Suidas. Fuit et Auſonius poeta Gallus,patria Burdegalenſis, cuius extant epigrammata,& opuſcula quædam.

AVSPEX,icis,{Pronoſticatore}(οἰωνοσκόπος)proprie dicitur,qui ex auiū uolatu,cantu,aut paſtu futura diuinat:quem & Augurem appellari,ſupra oſtendimus. Cic. Atti.lib.1. Latores,& auſpices legis curiatæ. Auſpices etiam dicebātur,(νυμφοστόλοι, παράνυμφοι) qui nuptias contrahendas præerant, à parte ſponſi adhibiti, quemadmodum pronubæ à parte ſponſæ. Ita dicti ab auſpicando,q de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerēt. Vnde apud Suetonium legimus, Sporum puerum Neroni nupſiſſe,dote inter auſpices conſignata. Auſpicē præterea uocamus,cuius ductu,& auctoritate rei aliquid gerimus. Horat.libro 1. Carm. Ode 7. Nil deſperandum eſt Teucro duce,& auſpice Teucro.

AVSPICATO,aduerbium,idem ſignificans,quod augurato,hoc eſt,bono auſpicio,auibus addicentibus. Cic.2.de Diuina. Romulus urbem auſpicato condidit. Sumitur nonnunquam pro fœliciter. Terent.in And. Haud auſpicato me huc appuli. Huius compoſitum eſt Inauſpicato,hoc eſt,infœliciter, uel nullo auſpicio præuio.

AVSPICATVS,a,um,uide Auſpicor.

AVSPICIVM,cij,{Auſpicio. Arioſt.can.33. Con l'auſpicio di Proſper Colonneſe}(οἰωνισμὸς,οἰωνοσκοπία)augurium, diuinatio ſumpta ex geſtu uel cantu auium. cuius inuentionem Tireſiæ Thebano aſſignat. Plin.lib.7.ca.56. Dictū Auſpicium,quaſi auiſpecium,ab auibus ſpectandis:quemadmodum Augurium quaſi auigarrium,ab auium ſcilicet garritu,quem auſpicantes obſeruabant. Cic. 2.de Diuina. Nihil publice ſiue auſpicijs neque domi,neque militiæ gerebatur. Sumitur etiam latius,ut ad alia diuinandi genera extendatur. Cic.3.de Diuina. Fulmen optimum auſpicium habetur,ſi ſiniſtrum fuerit. Ponitur et pro ductu, fortuna,& auctoritate. Verg.6. Aen. En huius,nate, auſpicijs illa inclyta Roma Imperium terris,animos æquabit Olympo. Nonnunquam etiam pro imperio,& poteſtate. Idem 4. Aen. Communem hunc ergo populum,paribuſq; regamus Auſpicijs.

AVSPICALIS,le,{Augurale}(οἰωνοσκοπικός)quod ad auſpiciū pertinet:ut, Auſpicalis piſciculus,qui aliquid portēdit,aut ſignificat futurū. Pli.li.32. ca.1.

AVSPICOR,aris,{Augurare,communciare. Pet. Et quel che commenciò por la gran torre}(οἰωνίζομαι)auſpicia ſumo,de cœlo ſeruo,ex auium cantu geſtuq; futura diuino,de rei euentu aues conſulo. Cic.1.de Natu. Deo. Gracchus cū pomerium tranſiret,auſpicari eſt oblitus. Et quoniam ueteres nihil,niſi auſpicato: gerebant,fit,ut auſpicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. Suetonius in Aug. Militiam auſpicantibus non tribunatum modo legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit. id eſt,militiā incipientibus,& fœlici auſpicio inchoātibus. Colu.li.2. Poſſit ab Idibus Ianuarijs auſpicari culturā officia.

AVSPICO,as,antiqui dixerunt pro auſpicor. Plaut. in Perſa. Ego auſpicaui in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie iſti auſpicaui rei. Nonius.

AVSTER,{Vento Oſtro. Arioſt. Come ſoſpenta ſuol da Borea ò d'Oſtro}(νότος) uentus meridionalis.ab hauriendis aquis dictus,licet nō aſpiretur in principio. Nam nebuloſus atque humectus eſt: unde etiam Græce eadem ratione νότος appellatur,quoniam νοτὶς Latine humor dicitur. Verg.4.Georg. Frigidus ut quondam ſyluis immurmurat Auſter. Ab Auſter ſunt duo adiectiua, Auſtralis,& Auſtrinus,νότιος. Cic.de Som.Scip. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille,in quo qui inſiſtunt,aduerſa nobis urgent ueſtigia. Plin.libr.16. cap.26. Pirus & amygdala,etiam ſi non pluat,ſed fiat auſtrinum cœlum,atque nubilum,florem amittunt.

AVSTERVS,a,um,pen.pr.{Acerbo,aſpro. Pet. Coſi nel mio parlar uoglio eſſer aſpro}(αὐστηρός)immitis,ſubacerbus,qualis eſt ſapor fructuum,qui nondū plenam maturitatem ſunt conſequuti. Differt autem ab acerbo(ut docet Plato in Timęo,& Gal.lib.3.de Facult.Simpl.)tanquam minus à maiore. Vtraq; enim guſtata aſtringunt & contrahunt linguam: minus tamen eam exaſperant, quæ auſtera ſunt. Hinc Auſterum uinum dicimus,quod uulgus uiride appellat. Per translationem accipitur pro duro,aſpero,graui. Horat.in Ser. Molliter auſterū ſtudio fallente laborem. Propert.li.3.Eleg. Qui uolet auſteros arte ferire uiros. Auſteritas,atis,contraria ſuauitati,στρυφνότης. Quintil.lib.2.cap.2. Non auſteritas eius triſtis,non diſſoluta ſit comitas. Auſtere,aduerbium. Cic.pro Murena: Attamen agit mecum auſtere,& Stoice Cato.

AVSTRANIA,inſula eſt in Oceano Septentrionali,alias Gleſſaria dicta. Pli. lib.4.cap.13.

AVSTRIA,{Auſtria}regio eſt Germaniæ ad Danubium,olim Pannonia ſuperior dicta,Metropolim habens Viennam,frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam.

AVSTRO,as,{Bagnare}(νοτίζω)humecto. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.

AVSTRVM,uide Hauſtrum.

AVSVM,ſi,(τόλμημα)audax,temerarius; conatus. Verg.6. Aen. Auſi omnes immane nefas,auſoq; potiti.

AVT,{Ouero,ouer amente. Pet. Sol quando parla ouer quando ſorride}(ἤ)coniunctio ſeparatiua. Ver.1. Aen. Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Aliquādo dubitatiua.ut, Aut librā uolo,aut pretiū. Si ſemel ſubiiciatur,diminutiua eſt.ut apud Verg.1. Aen. Aut age diuerſas. Quod enim grauiſſimum erat, Iuno primum optabat, ut ſcilicet ſubmerſas puppes obrueret. Aut ſi id grauius uideretur,ut ſaltem in partes diuerſas eas diſiiceret. Aliquando coniunctiua: ut apud Verg.9. Aen. Me primā abſumite ferro, Aut tu magne pater diuum miſerere.

AVTARIATÆ,(αὐταριᾶται Stephano)populi in Illyrico bellicoſiſſimi,qui cum Triballos,& Ardiæos uicinos ſuos debellaſſent,poſtea a Scordiſcis attriti,& tandem à Romanis penitus deleti ſunt. Auctor Strabo lib.7.

AVTEM,{Ma}(δὲ)pro,ſed,ſiue uerum,coniunctio eſt tantum ſubiunctiua.

AVTHE,Alcyonei gigantis filia fuiſſe perhibetur,quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis ſororibus ſe in mare præcipitauit. Sex autem Alcyonei filiæ fuiſſe creduntur,Phoſonia, Authe, Auſtere, Alcippe, Methone,& Drimo,quę ob deſiderium patris ab Hercule occiſi,cum in mare ſe deiicere uellent,in Alcyones aues ſunt mutatæ. Apud Suidam tamen,unde hæc uidentur eſſe deſcripta, ἀνθη legitur,non αὔθη.

AVTHEPSA,(αὐθέψης)ollæ æneæ fuit genus, ita dictum, quaſi per ſe ipſum coquēs,q tam artificioſe factum eſſet,ut minimo ſuppoſito igne facile bulliret. Meminit huiuſmodi ollæ Cic.pro Sext.Roſ.Amerino, cuius tantum pretium fuiſſe dicit,ut prætereuntes audito pretio totum fundum uenire arbitrarentur.

AVTHENTICVM,{Autentico,approbato}(αὐθεντικόν)dicimus Gręcos ſecuti,quod Latine Autoratum diceremus. Hinc lex Authentica, & decretum Authenticum,quod multorum auctoritate comprobatum eſt.

AVTINI,(αὐτῖνοι)Hyberniæ populi ſunt. Ptolemæo.

AVTOCHTHONES,(αὐτόχθονες)epitheton eſt Athenienſium, & aliorū nonnullorum populorum,quaſi indigenæ,& in eodem nati ſolo,quod incolūt, eiuſq; terræ primi cultores,ut quæ illis ſedes eadem ſit,& origo. Cic. Atti. Cuius autem ipſe ſenſit, quantum uellet à me diligi,& eo ſum admodum delectatus:& me hercule eſt,quem facile diligas. αὐτόχθων in homine urbanitas:ideſt ingenita natiua.

AVTODIDACTVS,(αὐτοδίδακτος)qui ſeipſum magiſtrū habet, qualis

fuit

fuit diuus Auguſtinus eccleſiæ doctor eximius.

AVTOGRAPHVM. {*Scritto di propria mano*} (αὐτόγραφον) dicimus propria manu ſcriptum. Vnde Autographa epiſtola, (αὐτόγραφος ἐπιστολή) apud Suetonium in Auguſto, ipſius manu ſcripta ſignificatur. Autographa uero, reſcripta.

AVTOLECYTHVS, (αὐτολήκυθος) pen. cor. mendicus, ſcurra. Nam λήκυθος eſt urceolus olei, αὐτὸς ipſe: quoniam non aliud poſſidet, ait Suidas. Vide Eraſmi Adagia.

AVTOLIA, (quod hic corrupte legebatur pro matre Vlyſsis) uide Anticlea.

AVTOLYCVS, (αὐτόλυκος) fur maximus perhibetur, auus paternus Sinonis, & maternus auus Vlyſsis. Martial. lib. 8. Non fuit Autolyci tam piccata manus. Alter fuit Parnaſsi incola, de quo Strabo lib. 9. ſcribit, quod furto uicinorum bona ſurripuerit.

AVTOLOLES, pen. cor. (αὐτόλολες) populi ſunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Pli. lib. 5. cap. 1. & 2. Sil. lib. 3. Necnon Autololes leuibus, gens ignea plantis, Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis: Tanta fuga eſt.

AVTOMALAX, Ptolemæo, Straboni **AVTOMALA,** caſtellum eſt in intimo Cyrenaici ſinus receſſu ſitum, Sunt qui hodie Eſtam uocari credant.

AVTOMATA, (αὐτόματα) ſunt inſtrumenta arte mechanica ita ſubtiliter fabricata, ut ſua ſponte, nullaque apparente cauſa, moueantur: qualia ſunt horologia machinæque uerſatiles. αὐτόματον enim interpretatur ultroneum, & ſuæ ſpontis. Scribit Vitruuius hydraulicas machinas et aquarum expreſsiones Automatas à Cteſibio primo repertas fuiſſe. Mors naturalis & fatalis dicitur à Demoſthene αὐτόματος: quaſi ſuæ ſpontis, & nulla extrinſecus ui coacta.

AVTOMEDON, (αὐτομέδων) pen. corr. nomen Aurigæ Achillis. Verg. 2. Aen. Et quorum agitator Achillis Armiger Automedon.

AVTOMOLÆ, ſiue Automoli (αὐτόμολοι) à Græcis dicuntur profugi. Pomponius ſcribit, Aethiopum alios uocari à uitæ ſpatio Macrobios, alios quia ex Aegypto aduenere Automolas. ita enim Græci profugos appellant.

AVTONOE, noes, (αὐτονόη) Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Ariſtæo mater, qui & ipſe à nomine matris Autonoeius uocatur ab Ouid. lib. 3. Metam.

AVTONOMIA, (αὐτονομία) libertas uiuendi ſuis legibus.

AVTONOMVS, (αὐτόνομος) pen. cor. qui uiuit ſuis legibus.

AVTOPHOROS, {*Ladro manifeſto compreſo nel furto*} pen. pro. (αὐτόφωρος) à Iuriſconſultis uocatur fur manifeſtus, qui ſcilicet in ipſo furto, aut cum rem furtiuam ante quam, quo deſtinauerat, pertuliſſet, eſt deprehenſus. Vetuſtiſsimi enim Græci φῶρα uocauerunt, quem recentiores κλέπτην uocant.

AVTOPYROS, (αὐτόπυρος) pen. corr. epithetum panis, ex quo furfures non ſunt ſublati, quaſi totum in ſe triticum non imminutum habens. Celſus li. 2. ca. 17. Firmius eſt triticum, quam milium, id ipſum, quam hordeum: & ex tritico firmiſsima ſiligo, deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt, quod autopyron Græci uocant. infirmior eſt ex polline: infirmiſsimus cibarius panis. Ex quibus Celſi uerbis ſatis conſtat, non eundem eſſe panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium uocat. Autopyros enim (qui et συγκομιστός à Galeno appellatur) is eſt ex quo nihil neque pollinis, neque furfuris excretum eſt. Cibarius uero dicitur, cui bona pars pollinis adempta eſt, quique magna ex parte furfuraceus eſt, quem Paulus Aegineta ῥυπαρὸν uidetur appellare.

AVTOR, lege in nomine Auctor.

AVTORAMENTVM, {*Obligatione*} (ὀψώνιον) ſumitur pro obligatione, nexuque, ac ueluti ſtipendio, pretioque eius, qui fit autoratus, id eſt, obligatus. Cic. li. 1. Offi. Mercedem ait eſſe autoramentum ſeruitutis. Vbi Autoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede, cogitur ſeruire. Seneca: Ad finem operis magno autoramenta labor peruenit.

AVTORARE, {*Obligarſi alcuno con ſacramento*} (πορίζειν, ὁρκίζειν) eſt aliquem aut ſacramento, aut præmio obligare: & habet o, productum. Sueton. De legendo, uel autorando milite, ac legionum, & auxiliorum diſcretione. Cic. in Epiſt. Famil. Quia cum depreſſus in ludum, bis gratis depugnaſſet, autorari ſeſe nolebat, & ad populum confugerat.

AVTORATVS, {*Obligato mercenario*} (ὀψωνιασμένος) autoramento obligatus, mercede conductus, quod nomen ad gladiatores refertur, qui uitam ſuam uenalem habent, ubique mercede ad apertiſsima pericula ſeſe addicunt. Huic opponitur Exautoratus, hoc eſt, autoramento ſolutus. Hinc Exautorati dicuntur milites, quaſi exobligati, ſolutique à militari ſacramento & obligatione, quod interdum per ignominiam, interdum citra ignominiam fit. Plin. lib. 14. uindemiatorem autoratum dixit, hoc eſt, mercede conductum, & ſublimitate uitis periclitantem lib. 36. Populum Roma. Autoratum appellat, in ſpectaculis periclitantem, inſtar gladiatorum. A Liuio Autoratus proditor dictus, quaſi obligatus. Manilius lib. 5. Aſtronomicon, miniſtros perpetuo quaſi epitheto Autoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatosque dominis, à quibus mercede comparãtur. Sic enim ait: Atque autoratos in terna iura miniſtros. Sic Seruius dixit ſolos parentes habere poteſtatem autorandi.

AVTORITAS: {*Autorità, poteſtà grauità, ualore, forza, credito*} (τὸ κῦρος, ἡ πίστις, τὸ ἀξίωμα τινὸν, αὐθεντία) eſt pondus, & eminentia quædam, uitæ probitate, ſcientia, ætate, meritis, potentia, uel honoribus parta, cuius gratia dictis factisque cuiuſpiam plurimum deferimus. Cic. 2. de Diuin. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, auctoritate tamen hos minutos philoſophos uinceret. Liu. lib. 2. ab urbe: Nec ante mouerunt de ſententia Conſulem, quam Tribuni ſe in auctoritate patrum futuros eſſe polliciti ſunt.

AVTOSCHEDIOS, {*Forma rozza*} (αὐτοσχέδιος) adiectiuum eſt idem ſignificãs, quod extemporalis, rudis, ſiue impręmeditatus, à uerbo αὐτοσχεδιάζω, quod eſt rudíter, extempore, & impræmeditate aliquid ago.

AVTRICVM, (αὔτρικον) apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Galliarum urbs eſſe creditur, quæ uernacula lingua Chartres appellatur, à Cæſare Carnutum.

AVTVMO, as, pen. cor. {*Stimare, affirmare*} (ὑπολαμβάνω) exiſtimo, cenſeo, affirmo. Cic. in Top. Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri. Plau. Niſi hoc ita factum eſt, perinde ut factum eſſe autumo, non cauſam dico cum quin ſimiles probri. Vide Gell. lib. 15. cap. 3.

AVTVMNVS. {*Autunno. Dan. Come d'autunno ſi leuan le foglie*} (ὀπώρα, φθινόπωρον) una ex quatuor anni partibus, inter æſtatem, & hyemẽ media, qua uindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab unguento quidã autumnum dictum putant, quod eo tempore coactis fructibus agricolarũ opes maxime augeantur. Verg. 1. Georg. Quid tempeſtates autumni, & ſydera dicam? Hinc autumnitas autumni, tẽpeſtiuitas: ſicut Oliuitas, quãdo olea legitur. Cato de re ruſtica cap. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Et Autumnale adiectiuum, ὀπωρινόν: ut Tempus autumnale. Varro lib. 3. ca. 39. Nonne uidemus alia florere uerno tempore, alia æſtiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno?

AVVNCVLVS, {*Zio da lato di madre*} (θεῖος πρὸς μητρός, μητράδελφος) non eſt diminutiuum, quia nõ ſeruat ſignificationem integri, ſed eſt matris meę frater: ſic dictus, quod æque tertius à me, ut auus, eſt, ſed non eiuſdem iuris: ideoque uocabuli facta diminutio eſt, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus quod aui locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios: quemadmodum frater patris, à patre patruus (πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρὸς) appellatur, quod ſit quaſi alter pater. Vnde & ipſi fratrum ac ſororum filii nepotes ex fratre & nepotes ex ſorore dicuntur. Cic. 3. de Finib. Eamque controuerſiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino, ac ſingulari uiro. Auunculus maior, (θεῖος ὁ μέγας Theophilo) eſt auiæ maternæ frater. Perſ. Maior auunculus exit.

AVVS, {*Auolo. Dant. La oue andaua l'auola à la cerca*} (πάππος) patris, uel matris pater, ab æuo nominatus, quod patre antiquior ſit: uel à Græco αὔω, quod ſiccũ ſignificat & aridũ. Aut certe à uerbo αὔω, quod inter cætera ſignificat clamo ſtrepo. Eſt enim ætas illa clamoſa, & impẽdio loquacior. Hinc Proauus (πρόπαππος) aui paterni, uel materni pater, quod ſit prope auũ, Abauus (ἀπόπαππος) proaui paterni uel materni pater, quod ſit iam procul ab auo. Atauus, qui eſt Abaui, uel Abauiæ pater Tritauus, quaſi Tetartauus, quod quartus ſit ab auo. Poſt tritauum Maiores, (πρόγονοι, προγεννήτορες) dicuntur.

AVXILIOR, aris, {*Aiutare aitare. Pe. Che poſſi & uogli al gran biſogno aitarmi*} (βοηθέω) adiuuo auxilio ſum: & datiuo conſtruitur. Terẽt. in Adelph. Vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari.

AVXILIARIS, & Auxiliarius, {*Aiutatore d'altri*} (βοηθητικὸς ἐπικουρικὸς, συμμαχικὸς) opifer, medicinalis, ſuppetias ferens. Pli. lib. 23. cap. 1. Vinumque et acetum ex his factum auxiliarem contra eandem uim habent, Aſinius Pol. Ciceroni: Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullũ quoquam miſi: Auxiliaria cohors, apud Cice. de prouinciis conſularibus.

AVXILIVM, lii, {*Aiuta. Pet. Che quando piu'l tuo aiuto mi biſogna*} (βοήθεια) ſubſidium, adiumentũ, quam & opem Latine dicimus. Cic. in ea oratione, quã habuit, antequam iret in exilium: In meis miſeriis diuinum aliquod auxiliũ, & numen oſtendite. Accipitur & pro ipſis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cic. 6. Philip. Non ut ex ea acie auxilium haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum. In qua tamen ſignificatione frequentius utimur plurali numero. Idem pro Deiotaro: Et Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Dictum autem putatur Auxilium ab augendo, quod uires eius augeat, cui accedit.

AVXILLAM, ollam paruulam dicebant, ut inquit Feſtus.

AVXIMVM, {*Oſimo*} (αὔξιμον) pe. pr. Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti ſunt, quorum meminit Pli. li. 3. cap. 13. Vulgo Oſimum dicitur.

A ANTE X.

AXAMENTA. carmina quæ à Saliis in uniuerſos homines componebantur. Feſtus.

AXANTOS, inſula eſt in Oceano ſeptentrionali poſt Hyberniam. Plinius li. 4. cap. 16.

AXARE, {*Nominare*} antiqui pro nominare poſuerunt. Feſtus.

AXENVM mare {*Mar maggiore*} (ἄξενος πόντος) olim dicebatur quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur: ſic à truci accolarum barbarie appellatum ἄξενος enim inhoſpitalis eſt. Nam, ut Strabo lib. 7. tradit, ſolebãt Scythæ maris huius accolæ, hoſpites immolare, eorumque carnibus ueſci: caluisque uti loco poculorum. Ouidius de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

AXIACÆ, (ἀξιάκαι) populi ſunt Sarmatiæ Europęæ. inter Tyrã & Boryſthenẽ amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis naſcente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos iuſtiſsimos fuiſſe tradit Pomponius li. 2. ut qui furti omnes ignari, nec ſua cuſtodirent nec aliena contingerent. Meminit horum & Plinius li. 4. ca. 12. & Ptolemæus lib. 3. cap. 5.

AXIACES, (ἀξιάκης) fluuius eſt Sarmatię Europęæ, in Peucinis iugis naſcẽs qui Carpatho monti cohæret: à quo uicini populi Axiacæ nominati ſunt. ut docent Mela lib. 2. Ptolemæus lib. 3. cap. 5. & Plin. lib. 4. cap. 12.

AXIES, mulieres dicebantur, ſiue dii una agentes. Feſt.

AXILLA, {*Aſcella. Dant. Due man hauea peloſe infin l'aſcelle*} (μασχάλη) locus concauus ſubter brachium, ubi naſcuntur pili. Quidam putauerunt diminutiuũ eſſe ab Ala. Cicero tamen in Oratore autor eſt alam potius ex Axilla contrahi ſublata aſperitatæ literæ x: ut ex Maxilla malam, & ex Paxillo, Palum.

AXIOCVS (ἀξίοχος) nomen Philoſophi, cui Plato librum de morte ſcripſit, & dicauit.

AXIM, pro egerim. Pacuuius Periboea: Vt quæ egi, ago, uel axim uerruncent bene. Nonius.

AXINOMANTIA, (ἀξινομαντεία) genus magicę diuinationis, per dolabellas ſecureſque, quas Græci ἀξίνας uocant. Pl. li. 36. ca. 19. de gagate lapide: Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant axinomantiam.

AXIOMA, pen. pro. {*Sentenza, parlar perfetto, ſuttero*} (ἀξίωμα) dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratũ: uel etiam autoritas, quã δύναμιν Græci uocant. Dictũ Axioma, à uerbo Græco ἀξιόω, quod inter cætera ſignificat dignũ iudico. Axiomata item à Dialecticis dicuntur diſciplinarum principia, & propoſitiones quædam demonſtrabiles, quæ in communi ſenſu, cõceptuque uerſantur, neque ulla egent probatione, ſed per ſe ipſas fidem faciunt. cuiuſmodi eſt illud, quæ ſunt æqualia eidẽ, inter ſe quoque æqualia eſſe neceſſe eſt. Accipitur itẽ Axioma, pro oratione perfecta, ueri aut falſi ſignificatiua, quam Cic. nunc Pronuntiatum, nunc Effatum, Varro Profatum & Proloquiũ appellat nonnulli ex recẽtioribus Propoſitionẽ nominãt cuiuſmodi ſunt, Annibal Pœnus fuit: Scipio Carthaginẽ deleuit. Gel. li. 6. ca. 8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atque perfecta uerborum ſentẽtia, ut id neceſſe ſit aut uerum aut fal-

ſum eſſe,id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum eſt. Eſt præterea Axioma,quod alii adiunctum,alii Connexum dixere συνημμένον ἀξίωμα,nonnulli ex recentioribus Propoſitionem Hypoteticam appellauere. Cuius generis ſunt hęc,Si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies eſt ſol eſt ſuper terram. Gel. lib. 16. cap. 8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta uerborum ſententia,ut id neceſſe ſit aut uerum,aut falſum eſſe,id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum eſt.

A X I O N,(ἄξιων)frater fuit AlpheſibϾ,quę Alcmęoni nupſit,à quo Alcmęō ipſe interfectus eſſe creditur. uel ut ſentire uidetur Ouidius,a filiis Callirrhoes.

A X I S,{Aſſe,cardine,polo. Pet. Hor uede inſieme l'uno e l'altro polo}(ἄξων)proprie ſignificat lignū illud teres,circa quod rota currus uertitur: ita dictū ab agēdo,q rota circa illud agatur,hoc eſt moueatur. Verg. 3. Geor. Poſt ualido nitēs ſub pondere faginus axis. Nonnunquam tamen figurate pro toto curru ponitur: ut apud Iuuenalem, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. In coelo item, Axem uocant mundi diametron,hoc eſt,lineam quandam imaginariam, quæ ab uno mūdi cardine in alterum tēdit. Alio modo pro ipſis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur,q circa eos rotari orbis uideatur. Vnus auſtralis,ſiue Antarcticus(ἀνταρκτικός)appellatur Arctico oppoſitus,qui terræ obiectu à nobis cerni non poteſt: alter Septentrionalis,ſiue Arcticus,ſiue Arctous, aut Boreus,(ἀρκτικός,βόρειος)qui nunquā occidens,ſemper conſpicitur. Verg. 1. Geor. Hic uertex nobis ſemper ſublimis.at illum Sub pedibus Styx atra uidet,manes profundi. Cice. 1. Tuſc. Tum globum terræ eminentē è mari, fixū in medio mundi uniuerſi loco duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum Quarum altera,quā nos incolimus,ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem,unde Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues, Altera Auſtralis ignota nobis, quā uocant Græci ἀντάξονα. Item Axis dicitur totum coelum. Verg. 4. Aeneid. Vbi maximus Atlas Axem humero torquet,id eſt,coelum ſuſtinet. Item Axes, tabulæ ſectiles ſunt inquit Feſtus,quæ & à Græcis Axones appellātur: cuiuſmodi erāt Athenis,quæ leges Solonis habebant inſculptas. Gell. li. 2. cap. 12. In legibus Solonis illis antiquiſſimis,quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt. Axis quoque fera eſt in India,hinnuli pelle,pluribus candidioribusq; maculis,ſacra Libero patri,ut eſt autor Plin. lib. 8. cap. 21.

A X I T I O S I,{Fattioſi}à ueteribus dicti ſunt factioſi, cum plures una quid agerent,facerentq;. Autor. Feſtus.

A X I V M,(ἄξιον)urbs in Myſia inferiori, Ptolemæo.

A X I V S,{Vardari}(ἀξιός)fluuius Macedoniæ,in ſinum Thermaicū influens de quo Plin. li. 4. ca. 10. Europus,inquit,ad Axium fluuiū. & paulo poſt: Mox in ora Ichnæ fluuius Axius.

A X O N,(ἄξων)Iliorum fluuius in minore Aſia. Plin. li. 5. cap. 27.

A X O N A,æ,pen.cor.(ἄξονα)fluuius eſt in extremis finibus Rhemorum. Auſonius in moſella: Non tibi ſe Liger anteferret,non Axona præceps.

A X V N G I A{Sugna,Sungia}(στέαρ ὕειον Dioſcor. ἀξούγγιον Aeginetæ) interior porci pinguedo inueterata: ab Axe plauſtrorū ungēdo dicta,ut facilius circa cū rota uertatur. Hæc quāto uetuſtior,tāto utilior eſt & multas uires habere creditur,quoniā id animal herbarum radicibus ueſcitur. Vide Pli. li. 28. ca. 9.

A X Y L V S,(ἄξυλος)Phrygis cuiuſdam nomen eſt,ſingulari beneuolentia, & humanitate erga hoſpites: quem Diomedes apud Troiam interemit: ut tradit Home. Iliad. 6.

A ANTE Z

A Z A,æ,(ἄζα)oppidum eſt Armeniæ minoris,cuius meminit Pli. li. 6. cap. 9.

A Z A N,anis,(ἀζάν)mons eſt Arcadię,Cybele deorum matri ſacer,à quo nōnulli uicinam regionem Azaniam uocatam uolunt: quam tamē Stephanus ab Arcadica quadam muliere nominatam mauult,cui Azano nomen erat. Statius: Venit & Idæis ululantibus æmulus Azan.

A Z A N I,norum,(ἀζανοὶ Stephano)oppidum eſt in ea parte Phrygiæ,quæ Epictetica cognominatur: de quo Strabo lib. 12.

A Z A N I A,æ,(ἀζανία Stephano)regio eſt Arcadiæ,ita dicta, à monte editiſſimo,cui Azan nomen eſt: ſiue(ut Stephano placet)ab Arcadia quadam muliere,quæ Azano dicebatur, Huius regionis incolæ.

A Z A N E S(ἀζανεῖς)dicti ſunt, Arcades enim eodem Stephano teſte, olim in tres præcipuos diuiſi erant populos, Parrhaſios, Azanes, & hiſce recentiores Trapezuntios. In hac regione fons fuit,cuius aquam guſtātibus tantū deinceps aquarū oboriebatur faſtidiū ut ne,odorem quidem earum ferre poſſent. Nō me latet,pleroſq; in ea fuiſſe ſententia. Azani fontis aquas,uini non aquæ faſtidium generare. quorum iudicio quo minus ſubſcriberem,fecit Eudoxi ipſius autoritas,cuius uerba ex Sexto de terræ circuitu libro refert Steph. hunc in modum: Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας, ἢ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος, ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ ὕδατος ἀνέχεσθαι. Huic fonti contrariam uim obtinet,qui in agro Clitorio eſt cuius aquas qui guſtauerit,abſtemius redditur,ut tradit Pli. li. 31. cap. 2. & Oui. 15. Metamor.

A Z I R I S,(ἄζιρις)Ptolemæo ciuitas eſt Armeniæ minoris.

A Z O T V S(ἄζωτος)pen.pro.urbs Syriæ,inter Aſcalonem & Ioppen,quam, ut ait Stephanus,condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine uxoris ſuæ Azæ. Hæc eſt una è quinque Philiſtinorum urbibus,quondam clariſſima. Eſt & Azotus: urbs Achaiæ: cuius meminit idē Stephanus. Hinc Azotius,a, um, adiect.(ἀζώτιος)ut Viri Azotii,(ἀζώτιοι)qui Azotum habitant.

A Z I M V S,a,um,(ἄζυμος)ſine fermento: unde Azymi panes,hoc eſt,infermentati. Per tranſlationem accipitur pro ſyncero, & non elato. Nam infermentata conſperſio non attollitur.

DELLA LETTERA B.

B È ſeconda lettera quaſi anchor'ella à tutte le nationi del mondo ne' loro Alphabeti,chiamandola gl'Italiani,gli Spagnuoli,i Franceſi, i Tedeſchi, & qualche altra natione per ſola nome di ſe ſi eſſa,perferendola B,quaſi come ſe haueſſe appreſſo la lettera E,Be, ma tal ſuono ſi fa riſtretto, & quaſi mezo tra la E,& la I. Alcuni ſogliono proferirla Bi dicendo l'A, bi, ci, ma ciò è coſa brutta & fuor di ragione: Le nationi d'oltramare la chiamano tutti con nome intero come della A ſi diſſe,dicendola i Greci Βῆτα, che Vita la proferiſcono, Gli Ebrei Beth,& coſi ogn'altra ſecondo i lor modi, & ſe ne ſeruono per ſegno del ſecondo numero. Quello che tal lettera B ſola col punto appreſſo,ò con la riga di ſopra B.o raddoppiata BB. ſignifichi ſi dirà con le parole Latine iſteſſe. Nella lingua Italiana non ſignifica mai coſa alcuna per ſe ſola, ſe non che alcuni di Corte ſogliono ſcriuere V B.o ſua B. cioè Voſtra Beatitudine,o ſua Beatitudine,ſcriuendo al Papa ò di lui. Vſano anco il B. Stefano,cioe' il beato Stephano,ma cio' è piu toſto abuſo moderno,o' uogliamo dire uſo particolare, che proprio,& commune della lingua.

B ANTE A.

B LITERA muta eſt,quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Gerit uirtutem & poteſtatem mediā inter p,& ph. Quare nos ob literarum affinitatē dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p, & ph in illam cōuertimus,ut cum apud Græcos πύξος ſcribatur apud nos buxus: et quod illi ἄμφω,nos ambo tranſcribimus. At è contrario, quod illi per b ſcribunt, nos in ph,commutamus: ut θρίαμβος,triumphus. Conuertitur quandoq; b,in u,euphoniæ uel differētiæ cauſa,idq; in duobus tātum uerbis,teſte Cicerone, Auſero pro abſero, Auſugio pro abſugio. Tranſit etiam in f,ut Sufficio: in c,ut Occurro: in g, ut Suggero: in m,ut Summitto: in p,ut Nubo,pſi.

B A A L,(βαάλ Suidæ)ait Auguſt. eſt nomen apud Tyrios,quod datur Ioui. Nam Baal Punici uidentur dicere dominum,unde Baalſamen,quaſi dominum coeli dicunt: Samen quippe apud eos coelum appellatur.

B A B A C T E S,(βαβάκτης)unum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod eſt uociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quoſdam ululatus edebant.

B A B Æ,(βαβαί)aduerbium Græcum, quo nos Interiectione admirantis Papæ utimur. Plaut. Pſeud. Babæ,nunc demum mihi animus in tuto eſt loco.

B A B B A, Plinio,(βαβαὶ Stephano) Africæ oppidum eſt,ad Atlantem montem. Huc ab Auguſto colonia tranſlata eſt, & à nomine auunculi Iulia campeſtris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

B A B Y L O N,(βαβυλών)pen.cor.urbs nobiliſſima,ad Euphratem fluuiū ſita olim Chaldææ totius caput,à qua magna Meſopotamiæ, Aſſyriæq; pars Babylonia appellata eſt: ut ſcribit Plin. li. 6. cap. 26. Hanc Strabo lib. 16. à Semiramide conditam tradidit. Hebræorum uero literæ originem eius ad Nembroth gigantem referunt: & à linguarum confuſione ita nominatam uolunt. Hæc poſtea a Nino uel Semiramide inſtaurata,moenibus ac hortis pēſilibus, temploq; ac arce maxime fuit admirabilis: campi planitie undiq; cōſpicua,natura loci lætiſſima, caſtrorum facie,moenibus paribus per quadrū diſpoſita, Murorū eius uix credibilis relatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinem cubitos 50. habuerint,in altitudinem ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta ſtadiorum fuiſſe traditur: Euphrate fluuio mediam eam interfluente. Murus coctili latere,atque interfuſo bitumine compactus. Quem tam latum fuiſſe quidā ſcribunt,ut quadrigæ ſibiinuicem occurrentes, facile pertranſire poſſent. Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus late patens uice amnis circunfluit. A fronte murorū centum portæ æreæ. Hæc urbs cum aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultum corporis occupata eſſet, ſoluta adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec prius decorem capillorū redegit in ordinem,q̄ urbem in ſuam poteſtatem reſtitutam uidit. Eſt & Babylon Aegyptij caſtellum,ut ait Strabo lib. 17. natura munitum,à Babyloniis quibuſdam conditum,qui relicta patria ſedem ibi, permittente rege, ſibi delegerant. Hic poſtea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Aegypto præſidii gratia impoſitæ erant. A Ptolemæo Babulis (βαβυλίς) appellatur. Non procul diſtat à Delta Nili inſula,eam partem ſpectans, in qua ſita eſt Memphis ampliſſima Aegypti urbs,quæ hodie Cayrum appellatur.

B A B Y L O N I A,æ,(βαβυλωνία)regio eſt maioris Aſiæ,à Septentrione Meſopotamiæ partem ſpectans,ab Ortu Suſianam,à Meridie ſinus Perſici partē, & ab occaſu Arabiam deſertam: ita dicta à Babylone urbe ſplendidiſſima,quę olim Aſſyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

B A B Y L O N I C V S,a,um,{Veli teſſuti di uarii colori}(βαβυλωνικός) poſſeſſiuum à Babylone formatum: unde Babylonicæ ueſtes, & Babylonica ſtragula dicta ſunt,quæ diuerſos colores habebāt intextos: quod genus Babylone maxime celebratum fuit,teſte Pli. li. 8. cap. 48. Eadem & Babylonica ſubſtantiue dicuntur. Plin. loco iam citato: Metellus Scipio Babylonica tricliniaria ſeſtertium octingentis millibus uæniſſe,in criminibus Capitonis poſuit.

B A B Y L O N I V S,(βαβυλώνιος)gētile nomen à Babylone formatum. Cice. 2. de Diuina. Nam quod aiunt,quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis,experiundiſq; pueris,quocunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, falſunt. Babylonius,a,um. Luc. lib. 6. Moenia mirentur refugi Babylonia Parthi.

B A B Y R S A,caſtellum muniriſſimum Atropatiæ regionis Mediæ prope Artaxata urbem, Strabo lib. 11.

B A C A L E S,(quod huc ex Herodoto corrupte tranſlatum erat) uide Cabales.

B A C C Æ,geminato cc, & ſine aſpiratione(τὰ ἀκρόδρυα)continent intra ſui nominis ambitum fructus diuerſorū generum,lauri,oliuæ,corni,myrti, & aliorū huiuſmodi. Differunt ab Acinis,q Acini denſius naſcantur, ut in uuis: Baccæ diſperſius, & rarius. Vide Plin. lib. 15. ca. 16. & Vall. li. 6. ca. 14. Cic. 1. Tuſcu. Ergo arbores ſeret diligens agricola,quarum aſpiciet baccā ipſe nunquam. Idē 1. de Diuin. Vt agricola cum florem oleæ uidet,baccam quoque ſe uiſurum putat. Eſt & Bacca,(μαργαρίτης)gemma candida, & baccæ more rotunda,quā & unionem dicimus. Ver. in Culice: Nec Indi Conchea bacca maris pretio eſt. Hinc Baccatus,a,um,(διάλιθος)gemmatus,unionibus, ſeu margaritis ornatus. Verg. 1. Aene. Colloq; monile Baccatum. Baccifer, ferens baccas. Plinius lib. 16.

lib. 16. cap. 10. Ex omnibus ſola baccifera. Sene. in Oedip. Hædera baccifera.

BACCALIA, lauri ſpecies eſt, à baccarum fertilitate dicta. De qua uide Plin. li. 15. cap. 30.

BACCHA. Bacchæ, (Βάκχη, μαινάς) Bacchi ſacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres quoque tertio quoque anno ad Cithæronem montem cateruatim cum thyrſis conuenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ouid. 9. Metamor. Vtq; tuo motæ, proles Semeleia, thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Cice. Fabio, lib. 7. Bacchis uero ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt, noui optime, & ſæpe uidi.

BACCHANAL, uel Bacchanale. (διονύσιον, βακχεῖον) locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plaut. in Aul. Ad Bacchas ueni in Bacchanal coquinatum.

BACCHANALIA, quæ & Dionyſia, (διονύσια) Bacchi feſta, in quibus uiri per noctem fœminis, & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolum. Vnde eſt illud apud Iuuenalem Saty. 2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuũt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoque celebrabantur. Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitiuum Bacchanalium, uel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorum nominibus obſeruatur.

BACCHARIS, is, (βάκχαρις Dioſcoridi) herba eſt radice odorata, folio aſpero, magnitudine inter uiolam & uerbaſcum, anguloſo caule, quę coronis admiſceri ſolet. Ruſtici in Gallia Diuæ Marię chirothecas appellant, ut tradit Ruellius lib. 3. cap. 37.

BACCHARI, {Impazzire, furiare} (βακχεύειν) proprie eſt Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quanquam & latius ſumitur pro furere, inſanire, & clamoribus, tumultuq; omnia implere. Ver. 4. Aen. Sæuit inops animi, totamq; incenſa per urbem Bacchatur. Hinc Bacchatus participium. Verg. 10. Aene. Medias Italum bacchata per urbes. Legitur et Bacchatus, in paſſiua ſignificatione, pro eo quod eſt, à Bacchantibus frequentatus, aut peragratus. Ver. 2. Geor. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra acri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius. Item Bacchans, antis, aliud participium. Cic. 4. in Catil. Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchãtis. Bacchatio, onis, uerbale. (βάκχευσις. Cic. 3. Ver. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac uigiliis. Huius uerbi compoſitum eſt Debacchor.

BACCHATIM. (βακχικῶς) aduerbium ſignificat, more bacchantium. Apul. Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus?

BACCHEIS, idos, (βακχηΐς) denominatiuum fœmininum à Baccho formatum. Stat. 2. Syl. Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.

BACCHEVS, a, um, per tres ſyllabas, quarum penultima producitur (βακχεῖος) poſſeſſiuum à Baccho deductum. Colu. lib. 10. Per omiſſa ſilentia Muſis Pierij nemoris Bacchea uoce frementem. Verg. ei diphthongum diuidens, per quatuor ſyllabas extulit, lib. 2. Georg. Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?

BACCHIADÆ, (Βακχιάδαι) dicti fuerunt, qui è Corintho exules in Siciliã deuenerunt, & urbem inter Pachinum & Pelorum ædificãtes Siculi facti ſunt. Hi à Bacchia Dionyſii filia originem duxerunt. Strab. lib. 8. de Corintho loquens, Bacchiadæ, inquit, annis ferme CC urbem dominatione tenuerant, & tyranni & locupletiſſimi, & numero plurimi, & genere clari euadentes, emporiũ ipſum adempto metu fructuoſum poſſidere, &c. Ouid. 5. Metam. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

BACCHICVS, a, um, (βακχικός) poſſeſſiuum à nomine Bacchus deductum. Ouid. 1. Triſt. De me meis hederis Bacchica ſerta comis.

BACCHIDES, (Βακχίδες) pe. cor. patronymicum maſculinum à Baccho formatũ, quo ſignificatur Bacchi filius ael nepos. Fuit & Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduerſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

BACCHIVM, ſiue Baccheum, pen. pro. (βακχεῖον) genus uaſis uinarij, quo in ſacrificijs Bacchi utebantur. Quin ipſum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

BACCHIVS, ſubſtantiuum, (βακχεῖος) genus pedis eſt ex tribus ſyllabis cõſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ duæ longæ: ut Honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: cui cõtrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & ultima breui: ut, Fortuna.

BACCHVS, {*Bacco Dio del uino. Pet. Qual Bacco Alcide, Epaminonda à Thebe*} (Βάκχος) Iouis ex Semele filius, putatus eſt deus uini, & pro ipſo uino poni conſueuit. Hic multinominis fuit. nam primũ Dionyſius, deinde Liber pater dictus eſt, & poſtremo Bacchus à Bacchis mulieribus, quas in Indiã expeditionem parans, multas ſecũ habuiſſe fertur. Idem & Oſiris dicitur, & Bromius, et Lenæus. A Græcis etiam διμήτωρ quòd bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres, habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue iam grauidam, cùm ab amatore Deo (qui ſe illi daturũ, quicquid petiiſſet, per Stygiã paludem iurauerat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, ut talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte una concũberet, fulmine fuiſſe exuſtam, pueruq; utero exemptũ, Iouis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarũ peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omniũ triumphauit uectus Indico elephanto, ut ſcribit Diodo. Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema regum ac triumphũ inuenit. Dictus Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quæ illũ βακχεύουσαι, hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes in Indiam ſunt ſequutę: ſiue (ut Euſtathio placet) ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, hoc eſt, à uociferãdo, & ululando, adiecta litera κ, quo uaſtior ille Mœnadũ ſonus in ipſo Dei nomine redderetur.

BACCVLA, diminutiuum, parua bacca. Plin. lib. 25. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, ut cappares.

BACELI, pen. pro. (βάκηλοι) ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte Suetonio, à Bacelo quodã eunucho, (at Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, ſed adeò ſtolidus, ut ceſſerit in prouerbium.

BACRIONEM, dicebant genus uaſis longioris manubrij, quod alij trullam appellant. Feſtus. De uſu autem huius uaſis uide infra in dictione Trulla.

BACTES, (βάκτης) Bacchi nomẽ, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id eſt, clamo, uociferor. Solent enim Baccho, hoc eſt uino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam, & incondito clamore replere.

BACTRA, orũ, (Βάκτρα) Scythiæ prouincia, ultra Aſſyriã, à flumine Bactro cognominata. Verg. lib. 2. Georg. Non Bactra, neque Indi laudibus Italiæ certẽt. Eius prouinciæ populi Bactri, Bactri, & Bactriani (Βάκτριοι, Βακτριανοὶ, καὶ Βακτριανοί) uocati ſunt, quorũ rex fuit Zoroaſtres, magicæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferunt. Bactra item, ſiue Bactrum (ut apud Plinium legitur lib. 6. cap. 16.) oppidũ eſt eiuſdem regionis, Bactrianorũ regum regia, & totius regni caput, ita dictum à Bactro fluuio, cũ antea Ariaſpe appellaretur. de Bactrianorum moribus memoriæ proditum eſt ab Oneſicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales uocãt quibus patres morbo, ætateve confectos obijciunt dilacerandos. Mulieres autem earum ſplendido cultu & unguentis uti, à ſeruis & ancillis multo magis q̃ uiros coli, nec niſi equo inſidẽtes, magnoq; & auri & gemmarũ apparatu excultas in publicũ prodire: matrimonii autẽ caſtitatẽ non ſeruare, ſed tam ſeruis q̃ aduenis, promiſcue ſeſe commiſcere: nec à uiris eo nomine accuſari, quibus ipſæ dominari uidentur.

BACTROS, fluuius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum urbs nomen ſumpſit. Luca. lib. 3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

BACVLVS. li maſcu. gene. {*Baſtone Boc. Ma io lo caccierò con queſto baſtone*} (βάκτρον, ῥωπάλιον) fuſtis, ſtipes: ſcipio: pro quo legitur & Baculum neut. gen. Ouid lib. 15. Metam. Baculumq; tenens agreſte ſiniſtra. Hinc fit diminutiuum Bacillum neutri generis. Cic lib. 2. de Fin. bo. Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. Bacillus in maſcu. gen. in uſu non eſt: à quo tamen uidetur manaſſe compoſitum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

BACVNTIVS, Pannonię fluuius eſt, in Sauum influẽs. Autor Pli. li. 3. ca. 25.

BADAS, Syriæ fluuius eſt Memnonis Sepulchro nobilitatus. Strab lib. 15.

BADACVM, ci, (Βάδακον) ciuitas eſt Norici, apud Ptolemæum lib. 2. ca. 14. quam nonnulli putant eandem eſſe cum ea, quam hodie à Saltza uicino fluuio Saltzburgum uocant.

BADIVS COLOR, (φοινίκεον χρῶμα) is eſt, quẽ & Phœniceũ uocamus, à colore dactylorum, quas φοίνικας uocant Græci. Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo, quod termitem unà cũ fructu a palma reuulſum Græci σπάδικα, καὶ βαΐον appellant uide Thyleſii libellum de coloribus.

BADIZARE, {*Andare*} (βαδίζειν) ſignificat ire. Plaut. in Aſin. Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas.

BÆNIS, (Βαῖνις) apud Strabo lib. 3. fluuius eſt Luſitaniæ, omnium eius regionis fluuiorum longe maximus, cuius fons eſt apud Cantabros. Alio nomine a ... catur. Minius.

BÆTIRÆ, (Βαιτίραι) urbs Galliæ Narbonenſis Ptolem. lib. 2. cap. 10.

BÆTICA, {*Il Regno di Granata*} (Βαιτική) Hiſpaniæ regio Auſtralis, à Luſitania Ana fluuio diſcreta: ita dicta à Bæti amne, qui in eam mediam perfluit. De hac Pli. lib. 3. cap. 1. & 2. Hodie bona huius regionis pars Granata dicitur, à grani tinctorii copia, quod Græco nomine Cocum appellamus.

BÆTIS, (Βαῖτις) fluuius eſt ulterioris Hiſpaniæ qui ex Tarraconenſis agri finibus labẽs, Auſtralemq; Hiſpaniæ regionẽ, quæ ab eo Bætica appellatur, mediã percurrens, tandem non procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Huius fluuii aquis lanas optime tingi, autor eſt Martialis, cum ait, Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.

BÆTICVS, a, um adiectiuũ, (βαιτικός) ut, Bæticus color obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hiſpanię regione uellera natura pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi ueſtes conficiunt, quæ fideliſſime colorem ſuum ſeruant, neq; facile maculis inficiuntur. Bæticatus, a, um, aliud adiectiuum, pullatus, Martia. li. 1. Et bæticatus, atque leucophæatus.

BÆTICOLA, læ, pen. cor. accola Bætis fluuii. Silius lib. 1. Et uulgus Iberum, Bæticolasq; uiros ſpatiis agitabat iniquis.

BÆTVLO, (Βαιτούλων) Hiſpaniæ fluuius eſt in Tarraconenſi tractu, circa mõtem Iouis, non procul à Barcinone in mare influens. Hiſpani hodie ſua lingua Beſoncm uocant. Meminit huius fluuii Pompo. Mela. lib. 2. Eſt item Bætulonis oppidi nomen in eodem tractu: quod recenſetur à Plinio li. 3. cap. 3. & Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

BAGOAS, (Βαγώας) teſte Curtio, eunuchus fuit Alexandro magno turpiter adamatus. Hunc Orſines ſatrapes inter Perſas nobiliſſimus, cum regis amicos omnes muneribus affeciſſet, ſolum præteriit, admonitusq; à quodam, eum regi eſſe chariſſimum, reſpondit, ſe amicos regis, non ſcorta colere.

BAGRADA, (Βαγράδας) pen. cor. fluuius Africæ proprie dictæ, qui iuxta Vticã labitur, apud quẽ ab Attilio Regulo, & à toto exercitu baliſtis & catapultis, ſerpens centum & uiginti pedes longus occiſus eſt. Autores Pli. li. 8. ca. 14. Gell. lib. 6. cap. 3. & Strabo lib. ulti. Lucanus lib. 4. Primaq; caſtra locat cano procul æquore, qua ſe Bagrade lentus agit ſiccæ ſulcator arenæ. Silius Ital. lib. 6. Lentus arenoſo ſpumabat Bagrada campo.

BAHAL, (Βαάλ) numero ſingulari, inquit Hieronymus, Tyriorum Deus habebatur. Bahalim pluraliter, Deos ſiue idola ſignificat, & eſt maſcu. gen. Vbicũq; enim in fine Hebraici ſermonis Im ſyllabam legimus in numero plurali, eſt generis maſculini. Vbi autem oth, numero plurali, eſt generis fœminini.

BAIÆ, arum (Βαΐαι) ciuitas Campaniæ ſecus Campanium mare ſita, ſitus amœnitate, & aquarũ ſalubritate celeberrima: ita dicta, à Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidę ſunt, & ad uoluptatem, & ad uarios morbos commodæ. Silius, docet ille, tepentes Vnde ferant nomen Baiæ, comitemq; dediſſe Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat. Hinc fit Baianus, a, um: ut Sinus Baianus, qui hinc Miſeno monte, illinc Puteolis exauditur. Baiana littora, & Oræ Baianæ apud Statium.

BAIVLO, as. {*Portar*} (βαστάζω) porto. Plaut. in Aſin. Ego baiulabo, tu, ut decet dominũ, ante me ito inanis. Quintil. lib. 6. cap. 1. Ego te baiulare no poſſum

BAIVLVS, pen. cor. {*Facchino baiulo. Dant. Di quel che fe co'l baiulo ſegarme*} (φορτοβάκτης, φορτηγός, βαστάζων) operarius, & proprie qui uecturas onerũ corpore ſuo, uictus quærendi gratia portat Cic. in parad. Virũ potius de bonis

eſt quærendum quid baiuli atq; operarii an quid homines doctiſſimi ſenſerint.

BALVS, Seruio, (Βαῖος) uel Baias Straboni (Βαΐας) unus ex ſocijs Vlyſſis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur.

BAIVS COLOR, {Baio} (φοινίκεον χρῶμα) idē eſt cum ſpadiceo, ſiue badio in equis in primis laudatus: ita dictus παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem una cum fructu auulſum, qui huius eſt coloris.

BALÆNA, æ, {Balena} uaſtiſſima maris belua ex genere cetorum, quā Plinius tradit in Occano Indico ad quaternum iugerum magnitudinē excreſcere. Græcis φάλαινα dicitur, παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι. Vnde & Latini Balænam appellant, β aſpirata in φ mediam ſuam conuerſa. Vide Plin. lib. 9. cap. 3. 4. 6.

BALANEA, Plinio, (Βαλανεῖαι Stephano) oppidū in cōfinio Syriæ, & Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

BALANI SARDIANI, {Caſtagne} (βάλανοι σαρδιανοί) à Græcis olim appellabantur, quas nos caſtaneas dicimus. Primūm enim Sardibus creduntur prouenisse: ut tradit Plin. lib. 15. cap. 23.

BALANITIS, idis, {Marroni} (βαλανῖτις) genus caſtaneæ rotundius, & maxime purgabile, & ſponte proſiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum Plinius lib. 15. cap. 23.

BALANITES, huius balanitæ, (βαλανίτης) gēma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea uena. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

BALANVS, ni, pen. cor. gene. fœmi. (βάλανος) generale nomē eſt, omnia cōtinens, quæ apud nos Glandis uocabulo cōprehenduntur. Præcipue tamē hoc nomine dactyli appellātur: & oliuæ, & ſiqua ſint alia, quæ nucleos intus habēt.

Balanus myrepſice (βάλανος μυρεψική Dioſcoridi) fructus eſt arbuſculæ, myricæ ſimilis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice odoriferus liquor exprimitur, quē uocant Oleum balaninū. Sunt qui credant eſſe glandē eam, quā uulgo nucem muſcatam uocant: quibus tamē non arbitror adhibendam fidem; cum deſcriptio ei non conueniat: Conſtat enim glandē myrepſicam lignoſo intus eſſe oſſe, quod nux odorata non habet. Satius itaque Ruellio crediderim nucē odoratā, quā nos Muſcatam uocamus, ueteribus fuiſſe incognitam. Glandē autem myrepſicam Plin. uno nomine uocat Myrobalanū, quaſi dicas glandē unguentariam. Ita enim de eo ſcribit lib. 12. cap. 21. Myrobalanum, Troglodytis, & Thebaidi: & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt naſcens unguento, ut ipſo nomine apparet. Quo item indicatur, glandē eſſe arboris, heliotropio, quā dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus, magnitudine auellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanū Celſus uidetur accepiſſe pro unguento ipſo, quod ea glandis myrepſicæ commiſſo liquore conficitur. Ita nāq; ait lib. 4. cap. 9. Fit ex unguento & palmulis, quod Myrobalanon uocant. Ad hanc etiam ſignificationem alluſiſſe uidetur Martia. lib. 14. Quod nec Vergilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat, & ea Balano. Nam ſi de glande ipſa intelligas, non uideo, quomodo dicat Myrobalanum conſtare ex balano & unguento. A balanus fit Balanatus, hoc eſt balanino oleo perfuſus Perſius Saty. 4. Tu cūm maxillis balanatum gauſape pectas. Balaninus, a, um, aliud adiectiuum, ex balano factum: ut Balaninum oleum. Plin. lib. 23. Balaninum oleum repurgat uaros. Balanus etiā à Græcis uocatur extrema membri uirilis pars, quam etiā Latine Glandem uocamus. Hoc etiam nomine uocantur, quæ à pharmacopolis uocantur Suppoſitoria, quæ ad ſubducendam aluum podici inſeruntur, ita dicta, quod figura glandis ſimilitudinem referant.

BALARE, {Belare} (βληχᾶσθαι) proprium eſt uocis ouis, aut hœdi. Quintil. li. 1. ca. 5. Iamne balare quidē aut hinnire forte diceremus, niſi iudicio uetuſtatis niterētur. Ouid. 4. Faſt. Tactaq; fumanti ſulfure balet ouis. Hinc frequentatiuum Balito, as. Plaut. in Bacch. Paſtor harum dormit, cūm eæ eunt ſic à pecu balitantēs. Balatus, us, nomen, βληχή, βλήχημα. Plin. Guſtatum a pecore capriſq; balatum concitat.

BALATRONES, (inquit Feſtus) & Blateas antiqui appellabant. bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamētorū ſoleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii uidetur accepiſſe Varro de re Ruſti. lib. 2. cap. 5. cum inquit: Videbo iam uos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. Dicti autem putantur Balatrones a balatu & uaniloquētia, ut annotauit Porphyrion in illud Horat. 1. Serm. Saty. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœſtum, ac ſolicitum eſt cantoris morte Tigelli.

BALAVSTIVM, {Fior di mela grana} (βαλαύστιον) flos mali punici, utilis non modo medicinis, ſed etiam tingēdis ueſtibus quas ſibi concolores facit. Proprie autem hoc nomine appellatur ſyluestris punicæ flos: nam ſatiuæ Cytinus dicitur. Hinc Balauſtinus, a, um, pen. cor. ut Balauſtinus color, a floris huius ſimilitudine dictus.

BALBINA, uirgo Romana & martyr filia Quirini, liberata a ſtrumæ uitio per Alexandrum pontificem, ſepulta in uia Appia iuxta patrem: qui ambo ſub Traiano ſunt paſſi. Volaterranus.

BALBVCINARI, (ψελλίζειν, ψελλίζεσθαι) ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes.

BALBVS {Balbo. Dant. Mi uenne incontro una femina balba} (ψελλός) qui uitio linguæ non bene poteſt exprimere uerba, & obſcure loquitur. Ci. 1. de Ora: Cumq; ita balbus eſſet ut eius ipſius artis, cui ſtuderet primam literam non poſſet dicere, &c. Balbe, aduerbium obſcure, imperfecte, blæſe.

BALBVTIO, tis, {Balbetare} (ψελλίζω, ψελλομαι) imperfecte loquor, quadā linguæ hæſitatione & confuſione trepido. Cic. 5. Tuſc. Me quidem autore etiā Peripatetici, ueteresq; Academici balbutire, deſinant aliquando.

BALDRACA, puella generis obſcuri, peregrinæq; conditionis quæ quamuis multarum rerum ob paupertatem eſſet indiga, noluit tamen corporis ſui facere copiam Othoni Imperatori, quāuis multa promittenti, ut Scribit Volaterranus

BALEARES, {Maiolica, & Minorica} (βαλεαρίδες) duæ inſulæ ante Hiſpaniā, 30000 paſſuū interuallo a ſe inuicē diſtātes, quarū maior, quæ Orientē ſpectat, 100000. paſſuū lōgitudinē habet, circuitū paſſuū 480000: cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia alterius in 60000 tantū paſſuum millia longitudo extenditur, circuitus autē in paſſuū 150000. Dictæ Baleares, (ut quidā uolūt) a Baleo quodā Herculis comite ibi relicto. Aut certe ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc eſt, a iaculādo, propterea q; fundæ iaculatione Baleares peritiſſimi habiti ſunt. Tradit enim Lycophrō, & poſt eum Florus li. 3. cap. 8. eſt hiſce inſulis obſeruatā fuiſſe conſuetudinē, ut eſurientibus filiis a matribus ientaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius funda deiecissent. A Græcis dictæ ſunt γυμνησίαι, eo q; nudi aliquandiu uitam egiſſe dicantur, nec ueſtibus utentes, nec calceis. In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teſte Pli. lib. 8. cap. 55. ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti. Hodie ab Hiſpanis, quorū imperio parent, Maiorica, & Minorica appellantur. Baleares etiam dicuntur incolæ harum inſularum. Inde fit poſſeſſiuum Balearis, & are. Verg. lib. 1. Geor. Stuppea torquentem Balearis uerbera fundæ. Item Balearicus, ca, cum: ut, Balearica funda. Ouid. 2. Meta. Non ſecus exarſit, q̄ cum Balearica plumbū Funda iacit: uolat illud, & incandeſcit eundo. Balearica uim. Pli. lib. 1. cap. 7. Balearica una ex inſulis conferuntur Italiæ primis Balearicæ cochleæ, quæ herbis non uiuunt, ſed uitæ modo inter ſe cohærent, è terræ cauis non prorepentes: unde & Cauaticæ à Balearibus appellantur. Auctor Plin. lib. 8. cap. 39.

BALINEVM. {Bagno} (βαλανεῖον) & Balineæ, arum, idem quod Balneum & Balneæ, arum. Cic. Atti. lib. 2. Balineum calefieri iubebo. Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc eſt, à glandibus, quæ in balneis ſuccendi ſolent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquiſſimos, cortices uero earum igni alimenta præbuiſſe.

BALIMENSES, populi in Latio, qui alias Trebulani dicuntur. Pli. li. 3. ca. 5.

BALESIVM, auctore Plinio, Apuliæ oppidum eſt maritimum, non procul à Brunduſio. Plin. lib. 3. cap. 11.

BELIARDVS, philoſophus quidā Gallicus ac Peripateticus, Pariſiis prodiit uir doctiſſimus, ab orthodoxis tamen in quibuſdam aberrans, à quibus nec per ſynodum iuſſu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit, ſed in quodā loco deſerto, cum ſocijs nonnullis omne æuum abſtinendo exegit. Volat. lib. 22.

BALIAS, ſiue Balius, (nam & in Græcis quibuſdam codicibus βαλίας legitur, in aliis βάλιος) unus fuit ex equis Achillis, à balio colore ita dictus. Commemorat autem Home. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro uento, & Podarge Harpyia progenitos: tertium autem mortalem, nomine Pedaſum.

BALIENVS, auunculus Catilinæ, Lucretium Aſellum, conſulatum contra uoluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis ſtatum petentem, occidit iuſſu Syllæ tunc Dictatoris, accuſatus poſtea, ac damnatus. Pædian.

BALIVS COLOR, {Baio} (βαλίον χρῶμα) in equis laudatiſſimus eſt, à quo Homerus unum ex equis Achillis Balium, ſiue Baliam appellauit. Nonnulli uarium interpretantur, maculiſq; multis diſtinctum. Thyleſius autem in libello de coloribus, eundem eſſe exiſtimat cum eo, qui & Spadiceus, & Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur.

BALLARIA, æ, à Romanis appellata eſt herba, quæ à Dioſcoride λυχνὶς ςεφανωματική, hoc eſt, Lychnis coronaria, & à Gallorum uulgo Candelaria dicitur. Vide Ruellium lib. 3. cap. 57.

BALLISTA, gemino ll {Baleſtra. Arioſt. Non ſaſſo, merlo, trauo, arco, ò baleſtra} à βάλλω, iacio: machina eſt, qua ſaxa torquentur, uel ſagittæ. De ſaxa iaciente (quæ & maior balliſta appellari poteſt.) Vale. Maxi. lib. 1. Cūm telorum iactu perforari nequiret (intelligit ſerpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis uerberibus procubuiſſe, &c. Et ſiue trabs, quæ uerſilis appellatur, fuerit, ſiue alterius generis, modo ſaxa, maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. De ſagittas iaciente (quæ & minor) Lucan. lib. 2. Tortaq; per tenebras ualidis balliſta lacertis Multifida iaculata faces, & D. Hieronymus contra Iouin: Balliſta quāto plus retrahitur, tanto fortius emittitur. Hanc Græci βαλλιςραν dicunt, quam & Phœnicas inueniſſe Pli. tradit lib. 7. cap. 56. aliis Saturnū à Ioue pulſum & in Græciam profugum balliſtarum uſum docuiſſe ſcribentibus.

BALLISTARIVM. locus ubi ſita eſt balliſta. Plaut. Intenta eſt balliſta probe, quam ego haud multo poſt emittam e balliſtario. Vbi etiam Balliſtam accipere uidetur pro telo.

BALLOTE, pe. pr. (βαλλωτή) herba eſt marrubio ſimilis. quæ & Melamprasion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubeſtrum uocant aut Marrubiū nigrum. Vide Dioſco. lib. 3. Plin. lib. 27. cap. 8. & Ruellium lib. 3. cap. 58.

BALLVCA, cæ, uide B lux.

BALNEARIA, orum, ea pars uillæ, ſiue ædium, in qua balneæ ſunt, & nonnunquam etiam ipſum balneum. Cic. ad Q. Fratrem lib. 3. Sed tamen nihil ei reſtabat, præter balnearia, & ambulationem, & aluearium. Ibidem: In balnearijs aſſa in alterum apodyterij angulum promoui.

BALNEARIVS, a, um, ſiue Balnearis, re, {Coſa appertinente à bagni} quod ad balneum pertinet: ut Veſtis balnearia, Seruus balnearius, Item Balnearia inſtrumenta, cuiuſmodi ſunt ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia abſolute dixit Apuleius lib. 3. Milonem iuſſit cum balnearibus aſſequi.

BALNEATOR, (βαλανεύς) qui curam habet balnearū. Cic. pro Cœl. Familiaris facta erat balneatori. Plau. Truc. Omnes amatores balneatores fiunt. Huius fœmininū eſt Balneatrix (βαλανίς) mulier cui balnei curandi cura incūbit.

BALNEATORIVS, a, um, quod ad balneum pertinet. Martianus Iureconſ. Inſtrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ uſum ſuum præbere non poſſunt,

BALNEOLVM, diminutiuum eſt. Iuuena. Saty. 7. Cūm iam noti celebreſq; poetæ Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos Tentarent.

BALNEVM, {Bagno} (βαλανεῖον) et in plurali numero Balneæ, arum, uel Balnea, orū, loca ſunt publica uel priuata, in quibus aut ſanitatis, aut abſtergendarū ſordiū cauſa lauamur. Cic. Terentiæ uxori: Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Illud autem ferè obſeruatur à ſcriptoribus, ut Balneæ, uel Balneam plurali numero de publicis tantū dicantur. Balneū in ſingulari, locus in domo noſtra, ubi priuatim lauamur. Ratio huius diuerſitatis uidetur, q; in publicis balneis plura ad lauandū fuerint loca. Habebant enim mulieres Lauationes ſuas à uiris ſeparatas. Erāt præterea in balneis tria: ueluti cœnacula, (niſi regiones malis appellare) quorū ſummū plenū erat aeris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta. Hæc balneorū pars Laconicū uocabat: In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ: Ex his facile oſtēdi poteſt quid ſit diſcriminis inter Balneas, & Thermas. Balnea enim tantū dicuntur, in quibus lauamur. Vide ſumma illa balneorū pars, quam Laconicum uocari diximus. & cryptæ quædam ſiccæ in litore Baiano calidi aeris plenæ, balneorum appellatione non ueniunt,

quæ

quæ tamen Thermæ aptè dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſiue illa ſicca ſint, ſiue calidis lotionibus accommodata. frigidũ itaque balneum ſub Thermarum appellationem non uenit. Nam θέρμα calorem ſignificat. Valla in Raudenſem huiuſmodi ponit differentiam, ut Thermæ dicantur, quæ natura calidæ ſunt. Balnea etiam, quæ calefiunt igni. Quod non omnino uerum eſſe conſtat multis tum Martialis, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas uocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur Balneum, uide ſuprà in dictione Balneum.

BALSA, (Βάλσα) à Pli. lib. 5. cap. item 5. numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. Eſt etiam hoc nomine urbs Luſitaniæ, nõ procul à Sacro promontorio, & Anæ fluuij oſtijs, quæ uulgò nunc Tauila dici creditur. Commemoratur à Plinio lib. 4. cap. 22. & Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

BALSAMELÆON, (Βαλσαμέλαιον) ſuccus eſt oleo perſimilis, qui ineunte autumno, ex imis balſami fruticis partibus ſacrificatis profluit: ut poſt Aetiũ refert Ruellius lib. 1. cap. 35.

BALSAMVM, {Balſamo} (Βάλσαμον) neutri generis, arbuſcula uni terrarum Iudææ quondam conceſſa, uiti ſimilior, quàm myrto. Ver. 2. Geor. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaq́ue, & baccas ſemper frondentis acãthi? Seritur malleolis, ut uitis, & colles implet uinearum modo, ſubſtinẽs ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur uitro, lapide, oſſeis've cultellis, et ſuccũ emittit eximiæ ſuauitatis, quem Opobalſamum dicunt. Nã ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Summa Opobalſami probatio eſt, ut lac coaguIet, & in ueſte maculas non faciat. Lignum quoque eius in pretio eſt, Xylobalſamum appellatum, quod officinæ unguẽtariorũ pro ſucco ſubſtituebãt. Carpobalſamũ, fructus balſami. καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Pli. li. 12. cap. 25. Hinc Balſaminus, a, um, adiectiuum, pe. co. ut, Balſaminum oleum. Pli. li. 23. ca. 13. Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax.

BALTEVS, & Balteum in ſingulari, in plurali numero tantum, {Correggia, cinta da ſpada} (ζωστὴρ) militare cingulum, uel zona bullis ornata. Ver. 12. Aeneid. Infelix humero cùm apparuit alto Balteus. Liu. lib. 9. Auratæ uaginæ, aurata baltea, illis erant.

BALTIA, inſula eſt in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

BALVX, ucis, minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cuiuſmodi in arrugijs, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullaq́ue opus habentes coctione. A Græcis χρυσάμμος, quaſi aurea arena dicitur. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſæ. Nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alij Palacranas. idem, quod minutum eſt, Balucem uocant.

BAMBACION, {Bambagia. Boc. Si la bambagia del farſetto tratto gli hauea} (βαμβάκιον βάμβαξ, καὶ βαμβάκι Suidæ) lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Pli. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem, quæ de hiſcens uelut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde ueſtes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur, à peritioribus Xylinæ, uel Goſſipinæ. Vulgus cotonum uocat, à ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quæ foris in malo cotonco gignitur. Vide Ruellium lib. 2. cap. 150.

BANIBILIVS, lege Bombilus.

BAMBORVL, flumen Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 1.

BAMBYCE, (Βαμβύκη) Straboni Meſopotamiæ ciuitas eſt, ſiue (ut Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc eſt, ſacra ciuitas appellatur, & Edeſſa. Vide latius in dictione Edeſſa.

BANACVRA, uide Baracura.

BANASA, apud Plin. lib. 5. cap. 1. Romanorum colonia eſt in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

BANAVSVS, {Mecanico, artigiano, artiere. Boc. Secondo l'openione de mecanici} (βάναυσος) propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quiq́ue opera ſua igni conficit. βαῦνος enim Peloponneſiis caminus eſt, & αὔειν incendere. Per tranſlationem tamẽ latius ſumitur ad uiliores omnes operas, quæ manuum opificia uictum quæritant. Id quod & Hieronymus annotauit lib. 1. aduerſus Pelagium. Ariſtoteles in Polit. inter ſeruum & banauſum hoc unum intereſſe ait, quòd ille batura ſeruit, banauſus mercede.

BANCHVS, (Βάγχος) piſcis marini genus, quem & Myxona uocari auctor eſt Plin. lib. 32. cap. 7. Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem uocat.

BANVRRI, Gætuli ſunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ ut ſcribit Plin. libr. 5. cap. 2.

BAPHIA, pe. pr. {Tintoria} (Βαφεῖα) dicuntur loca tincturæ, in quibus tinguntur panni: nos Tinctoria dicimus, Lampridius in Alexan. ſcribit, Probũ fuiſſe baphijs præpoſitum. Βαφὴ enim tinctura dicitur, unde Dibapha, bis tincta.

BAPTÆ, (Βάπται) Athenis erant ſacerdotes Cotyttus, impudicitiæ deæ, cui nocturna ſacra peragebant, ſaltationibus, & omni uoluptatum generi indulgẽtes. Dicti autem ſunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quòd qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Iuuenal. Saty. 2. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. In hos Eupolis Comœdiam conſcripſit, quam ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt, & ſubmerſus. unde plura de his apud Suidam, & Politianum Miſcellaneorum cap. 10.

BAPTES, (Βάπτης) gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris Plin. libr. 37. cap. 10.

BAPTISMVS, & Baptiſmum, {Batteſimo} (Βαπτισμὸς) & Baptiſma, atis, (Βάπτισμα) Latinè immerſio uel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. Grego. Βάπτισμα Græca eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo ſpiritu gratiæ in melius immutatus, & longè aliud quàm erat efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri dealbatione uirtutum.

BAPTISTERIVM, {Lauatoio} (βαπτιστήριον) eſt ueluti lacus quidam, ex ligno aut lapide ædificatus, in quo lauãdi gratia mergi ſolẽt. Hoc in cellis, id eſt, in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluimur. Plin. ad Appollinarem: Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum, atque opacum.

BARACVM, (Βάρακον) oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap item 5.

BARACVRA, (Βαράκουρα) emporium Indiæ extra Gangẽ, autore Ptolemæo lib. 7. cap. 2. hodie Bangella, ciuitas fœcundiſſima, & regnum latiſſimum.

BARAGASA, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. libro 6. cap. 29. Aliqui unũ Aethiopiæ oppidum ultra ponunt in litore, Baragaſa.

BARAMALACVM, Nabatæorum oppidum non ſpernendũ in ea parte Arabiæ, quæ eſt contermina Syriæ, ut autor eſt Plin. lib 6. cap. 28.

BARATHRVM, {Abiſſo. profondità} (Βάραθρον) locus Athenis fuit immẽſæ profunditatis, in imo mollis & cœnoſus. in quem noxios, & dãnatos deturbabant. Hinc factum eſt, ut loca omnia profunda, unde quis emergere nõ poſſit, ab illius ſimilitudine Barathra dicãtur: cuiuſmodi apud inferos Tartarũ fingũt Poetæ, qui Bis patet in præceps tantum, tenditq́ue ſub umbras: Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum. Hoc etiam nomine appellãtur terræ cauitates, quæ fluuios hauriũt, alijs in locis ſurſus emerſuros. Trãſfertur quoq; ad alia. Martialis Barathrum fœmineũ, pro locis muliebribus dixit. Idẽ ſtomachi inexpleti hiatum baratrũ appellauit, cum ait: Extremo ructus ſi uenit e barathro. Hora. in Serm. uſurpat pro ingluuie & uoragine. Apud Demoſthenẽ ponitur pro pernicie, ut annotauit Harpocration.

BARATHRO, {Laſſorioſo, goloſo} luxurioſus dicitur, uel goloſus qui in barathrum gulæ inſumit totum patrimonium.

BARBA, {Barba Dan. Lunga la barba & di pel bianco moſtra} (πώγων) utrinque numero non ſolum hominum, ſed & Brutorum quadrupedũ eſt Plaut. Bacch. Cano capite, atque alba barba. Verg. 2. Aenei. Squallentem barbã, & cõcretos ſanguine crines. Plin lib. 28. Afferunt & magi ſua cõmenta, primũ omnium rabiẽ hircorũ, ſi mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit lib. 13. Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiã, & ſecundam declinationem: ut Imberbis, & hoc imberbe: & Imberbus, a, um, quod eſt ſine barba. Barbula, læ. diminutiuum. Cicer. pro Cœlio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis: non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed, &c.

BARBARA, uirgo Nicomedienſis: Dioſcori nobilis uiri filia, à quo in turrim eſt coniecta, quòd ſe Chriſtianam profiteretur: ac poſt omnibus probris nudatum, conuerberatumq́ue corpus, ab eodem ad præſidem ducta, iugulataq́ue in eadẽ urbe ſub Maximiano eſt. Demũ Venetijs (quo tranſlata eſt) condita. Autor Volaterranus lib. 14.

BARBARIVM, (Βαρβάριον) apud Strabonem lib. 3. promontorium eſt Luſitaniæ, inter Tagi & Chalybis oſtia.

BARBARVLVS, pen. cor. Diminutiuum à Barbarus.

BARBARALEXIS, (Βαρβαρόλεξις) figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi: ut Gaza & Magalia, apud Vergilium.

BARBARI, {Barbari. Dãt. Quai barbare fur mai, quai ſaracine} (Βάρβαροι) factitio nomine, inquit Strab. lib. 14. dicti ſunt ab initio, qui difficulter, aſpere, atq; duriter loquebantur, quaſi duriloqui, & craſſilingues: quemadmodũ blæſi atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti ſunt. Dicti Barbari è βάρβαρα abſona uoce in quã peregrini homines Athenas aduentantes, cũ primum Græce loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui craſſe loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti ſunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Næuium poetam Latinum Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine excẽpti ſunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, ſi quis non rectè proferat, barbare loqui dicitur. In ſumma, Barbari dicũtur illiterati, malis moribus, feri, crudeles Cicero pro Fonteio, Immanis, ac barbara conſuetudo hominum immolandorum.

BARBARE, aduerbium: ut, Barbare loqui, Cice. 2. Tuſcu. Vt enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbare loquatur.

BARBARIA, (Βαρβαρία) pen. cor. Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quale bellum nulla unquam Barbaria cum ſua gente geſſit.

BARBARICARII, {Teſſitori di panni de arazzo} textores artificesq́ue barbaricæ ueſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciatus.

BARBARICVM, neutri generis, clamor exercitus dicitur: quòd eo uociferandi genere barbari utantur. Feſtus.

BARBARICVS, a, um, (Βαρβαρικός) pen. cor. eiuſdem ſignificationis eſt cũ Barbarus: hoc eſt, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Vergil. Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria aducto, Aenei. 2. Barbarico poſtes auro, ſpolijſq́ue ſuperbi Procubuere. Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebãtur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia, & ſiliceis pauita: de quibus Plin. lib. 36. cap. 25.

BARBARIES, (Βαρβαρότης) ad imitationem pertinet, & ſignificat inciuilitatem feritatemq́ue Cic. pro Cor. Balbo: Inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq́ue delerant. Accipitur etiam pro ipſis barbaris. Idem 1. de Nat. Deo. Aegyptij, & Syri, & fere cuncta barbaries. Item pro uitioſo, & inquinato ſermone. Idem de cla. Orat. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hãc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

BARBARISMVS, (Βαρβαρισμός) eſt contra Romani ſermonis legẽ, aut ſcripta, aut pronũtiata uitioſe dictio. Fitq; duobus modis, ſcripto & pronuntiatione: & hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, trãſpoſitione. literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut Relliquias Danaum pro reliquias: ſyllabæ, ut Mauors pro Mars: temporis: ut, Italiam fato profugus. ubi prima ſyllaba cum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut Agrippa, pro Argyrippa, apud Vergil. 11. Aeneid. ſyllabæ, ut Salmentum, pro Salſamentum: temporis: ut, Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ fit barbariſmus, ut Olli pro illi: ſyllabæ, ut Pernicies pro pernicies: temporis, ut Vnius ob noxam. Tranſpoſitione literæ, ut Fymbre, pro Tym-

ber Temporis,ut dominus pen.pro.

BARBATVS,{*Barbuto Boc.Gior.2.No.8.Era diuentato barbuto*}(πώγων) dicitur qui barbam habet. Vnde illud: Si promiſſa facit prudentē barba, quid obſtat Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato? Cice.1.de Natu.Deo. Iſto enim modo dicere licebit, Iouem ſemper barbatum.

BARBATVLVS,diminutiuum:ut, Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. Cice.in Para. Barbatulos mullos exceptare de piſcinis. Idem ad Atti.li.1. Concurſabant barbatuli iuuenes,totus ille grex Catilinæ.

BARBESVLA,Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt,in conuentu Gaditano:et fluuius,qui urbi nomen fecit. Vide Plin.cap.1.lib.3.

BARBIGER,ra,rum,adiect.(πωγωνοφόρος)qui barbam gerit:ut, Barbigeræ pecudes. Lucre.lib.5. Quippe uidere licet pingueſcere ſæpe cicuta Barbigeras pecudes:homini quæ eſt acre uenenum.

BARBITIVM,ponitur pro barba. Apul. Hircino barbitio philoſophum mentiebatur.

BARBITOS,{*Cetera,cetra.Pet.Et la Cetera mia riuolta in pianto*}(βάρβιτος)p.c.gen.maſc.inſtrumētum muſicum quod pulſatur plectro uel calamo. Hora.lib.1.Car.Ode 32. Age dic Latinum Barbite carmen, Leſbio primum modulate ciui. Fœminino autem genere,uſus eſt. Ouid.in Epiſto. Sapphus ad Phaonem: Nec facit ad lacrymas barbitos ulla meas. Dicimus etiam Barbiton in neutro genere. Auſonius in Philomuſum: Hoc genere et chordas & plectra & barbita conde.

BARCE.(Βάρκη)una eſt ex quinque Libyæ Cyrenaicæ urbibus,quæ Pentapolim efficiunt:ita primum dicta à Berce regina: poſtea Ptolemais appellata: ut teſtantur Strabo lib.ulti.& Pli.lib.5.cap.item 5. Hinc Barcæi(Βαρκαῖοι) regiones huius incolæ. Verg.4.Aen. Hinc deſerta ſiti regio,Lateq; furētes Barcæi. Eſt item Barce promontorium in occidua Africæ parte,Oceano imminens:cuius meminit Plin.lib.5.cap.1.

BARCENIS,ſylua eſt Germaniæ,Sueuos à Cheruſcis diuidens. Volaterranus credit eā eſſe,quæ hodie Sylua nigra uocatur,non procul ab agro Badēſi.

BARCHA,cognomen fuit nobiliſſimæ apud Carthaginienſes familiæ,ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. Inde Barchina factio dicta eſt, quæ Barcharum potentiæ fauebat,& eorum in gerendo bello auctoritatem ſequebatur: Frequens eorum mentio eſt apud Liu.2. Bello Punico.

BARCINO,pe.co.{*Barzellona*}(Βαρκίνων Ptolemæo)urbs eſt apud Hiſpanos,totius tractus Tarraconenſis celeberrima,quæ uulgo Barcelona dicitur. Auſonius ad Paul. Tarraco,& oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

BARDERATE,urbs eſt Galliæ Togatæ ad Apēnin. Auctor Pli.li.3.c.5.

BARDESANES,(Βαρδησάνης)nomen proprium hiſtorici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnoſophiſtas diuidit,quorum alterū appellat Bragmanas,alterum Samaneos:qui tantæ continentiæ ſunt, ut uel pomis arborum iuxta Gangem fluuium,uel publico orizæ & farinæ alantur cibo.& cum rex ad eos uenerit,adorare illos ſolitus ſit. Hic doctrina rerum cœleſtium, omniū Chaldæorum excellentiſſimus fuit. Cuius mētionem facit Euſebius lib.6. Præparat. Euang.

BARDOCVCVLLVS,genus ueſtis omni tempore commodæ,cū qua etiā cubare ſoliti erant imbrium tempore in caſtris milites,& in agris ruſtici. Martial. Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. Sunt qui dicant Bardocucullum eſſe tegmen capitis uilloſum, cuius uſus translatus ſit à populis Galliæ,qui dicuntur Bardi.

BARDVS.{*Stolto*}(βλάξ)ſtultus,à tarditate ingenij. Ci.pro Cecio. N.audacem,nimisq; bardum. Idem de Fato: Stupidum eſſe Socratem dixit,& bardū, q iugula concaua non haberet. Bardi etiam apud Gallos uates erant, aut philoſophi,qui uirorum fortium laudes decantabant:de quibus Lucan. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

BAREA.oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris. Bæticæ tamen adſcriptum,ut ſcribit Plin.lib.3.cap.3.

BARGENI,populi ſunt Africæ,ex Troglodytis,ut ſcribit Pli.lib. 6. cap.29. in deſcriptione ſinus Maris rubri, Troglodytici,& Aethiopici.

BARGVS,Thraciæ fluuius eſt in Hebrum cadens. Pli.lib.4.cap.11. Flumina in Hebrum cadentia Burgus,Sucmus.

BARGYLVS,mons Syriæ,in confinio Phœnices,cuius meminit Pli.ca.20. lib.5.

BARGYLLA,orum.(Βαργύλια Stephano)oppidum eſt Cariæ,ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite,qui ex Pegaſi ictu interijt. Bargylitici campi,quorum meminit Plin.lib.5.cap.29.

BARIS.{*Barca*}(βάρις)apud Aegyptios dicebatur cymba,qua cadauera uectabant ad ſepulturam. Propert.lib.3. Baridos & contis roſtra Liburna ſequi. Eſt item Baris Pamphyliæ oppidum,in præfectura Piſidica:cuius meminit Ptolemæus lib.5.cap.item 5.

BARIVM.{*Bari*}(Βάριον Ptolemæo) Apuliæ oppidum eſt,teſte Plin.lib.3. cap.11.quod ſeruato antiqui nominis aliquo ueſtigio, uulgo Barri uocatur. Hora Saty.5. Bari mœnia piſcoſi. Vbi Bari dixit,pro Barij.

BARNICHIVS,(Βαρνίχιος)fluuius eſt Peloponneſi in Alpheū influens, qui & Enipeus appellatur à Strabone lib.8.

BARONES,{*Baroni*}uiros fortes uidetur appellaſſe Cice.in Epiſt.ad Atticū lib.5. Apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia poſuit, De Epicureis loquutus,quos Philoſophorum nomine non dignatur, ſed Barones ironice appellat,hoc eſt,uiros fortes,cum tamen innuere uelit, molles eſſe, & effœminatos. Varia tamen lectio hanc dictionem omnibus alijs teſtimonijs deſtitutam,in dubium reuocat.

BAROPTENVS,Pli.lib.37.cap.10.gemma eſt nigri coloris,ſanguineis & albis nodis diſtincta.

BARRITVS,us,pen.pro.uox elephantis. Barritus etiam dicitur Romanorū clamor militum.qui fit,cum utraq; acies ſe iunxerint. Auctor Vegetius.

BARRVS,ri,{*Elefante*}(ἐλέφας) maximū animalium terreſtrium,quod Elephantē uocāt Græci pariter & Latini. Hora.in Epod. Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris? Hinc Ebur dictū putāt Elephātis dentes,q fit è barro.

BASABOCATES,Galliæ populi ſunt,teſte Pli.li.4.c.19. Pictonib. uicini.

BASALTES,ſ,(βασάλτης)genus eſt marmoris ferrei coloris,& duritiæ,ab Aegyptijs in uicina Aethiopia inuentum:cuius generis longè maximum Veſpaſianus Cæſar in templo pacis dedicauit. Auctor Plin.lib.36.cap.7.

BASANISÆ,uel(ut alijs placet)Baniſæ,per tres ſyllabas,(Βασανίσαι, ἢ Βανίσαι)populi ſunt Thraciæ,Stephano.

BASANITES,tis,(βασανίτης)lapis ex quo fiunt cotes. Plin.lib.36.cap.20. Experimentum eius eſſe in cote ea lapide baſanite. Dictus Baſanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν,quod eſt explorare,uel examinare: unde & βάσανον dicunt Græci prin indice,cuius attritu exploratur aurum.

BASSCAVDA,uas Britannicum,poſtea in Romanorū uſum receptū. Iuuen. Saty.12. Adde & Baſcaudas,& mille eſcaria. Martial.lib.14. Barbara depictis uenit baſcauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma ſuam.

BASERA,pen.pro.(Βάσηρα)oppidum Phœnices,Stephano.

BASILEA,æ,pe.pro.{*Baſilea*}(Βασιλεία)Rauracorum urbs celeberrima, ad Rhenum fluuium in agro Gallico ſita,à Germanis tamen(ut pleraque cis Rhenum loca)habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Auguſta Rauracorum Ptolemæo appellatur.

BASILEI,orum,(Βασίλειοι Straboni) populi ſunt Sarmatiæ Europææ, ad utranque Iſtri ripam incolentes,Iazygibus,& Vrgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus,hoc eſt,paſtoribus conſtantes: ijdem(opinor)cum ijs,quos Pomponius à regijs moribus Baſilidas uocari tradit.

BASILIA,(Βασιλεία)inſula in Oceano ſeptentrionali, immenſæ magnitudinis,diſtans à Scytharum litore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur,teſte Plin.lib.4.cap.13.

BASILICA,cæ,{*Luogo publico doue ſi fanno le facende d'importanza*}(Βασιλική)principio dicta fuit domus ampla & ſpatioſa,cauſarum cognitioni deſtinata: dicta ab eo,q principes eò ad ius dicendum conuenirent, aut recte, quod Græci τοῦ βασιλέως appellatione etiam iudicem intelligerent,aſtipulante etiam Heſiodo,qui δωροφάγους appellat βασιλῆας,hoc eſt,doniuoros iudices, interprete Budæo. Pli.in Epi. Deſcenderā in Baſilicā Iuliā,auditurus,quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Erat autem Baſilica templo perſimilis,ambulationibus ampliſſimis inſtructa,ad quā multi tota ex urbe,alij cauſas agendi,alij conſultandi,alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde uenuſtū in primis eſt illud. Cice.ad Atti.lib.2. De pangendo quod me crebro hortaris, fieri non poteſt.baſilicam habeo,non uillam,frequentia Formianorum. Poſtea etiam baſilicæ ædificatæ fuerunt in uſum negotiorum, eæq; in locis calidiſſimis,foroq; proximis,ut haberent mercatores, quo ſe hibernis menſibus ſubitò ingruente tempeſtate poſſent recipere. Vide Vitruuium lib.5.

BASILICE.aduerb.{*ſplendidamente*}(βασιλικῶς)regiè,magnificè, ſplendidè,egregiè. Plaut.in Pœn. Baſilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

BASILICVS,a,um,(βασιλικός)regius,ſiue regalis. Plaut.in Capt. Baſilicas edictiones,atque imperioſas habet. Et in Pſeu. Baſilicus ſtatus,& baſilicus incitus id eſt,regalis & excellens,& Baſilica facinora,hoc eſt,regia. Baſilica nux, ſiue Baſilicon abſolutè(βασιλικὸν κάρυον)iuglandis genus optimum,quod et Perſicum dicitur,q ex Perſide primum fuerit aduectum. Dictum autem uidetur Baſilicon,ſiue à præſtantia,q inter nuces principatum obtinere uideatur: ſiue à regibus,qui eas primi è Perſide in Græciam tranſtulerunt: ut non obſcurè innuit Plin.lib.15.cap.22.

BASILICVS SINVS,(βασιλικὸς κόλπος)qui Ioniam, Aſiæ minoris regionem,alluit. Plin.lib.5.cap.29.

BASILIDÆ,(Βασιλεῖδαι)populi ſunt,Sarmatiæ Europææ,Gerrho amne à Nomadibus diſcreti,ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regijs moribus,ut tradit Pomponius lib.2. Meminit horum & Plin.lib. 4.cap.12.

BASILIDES,(Βασιλείδης)nomen proprium cuiuſdam hæretici,qui trecentos ſexagintaquinque cœlos eſſe credebat,quo dierū numero annus includitur: cuius ſectatores dicti ſunt Baſilidiani.

BASILINDA,(βασιλίνδα)ludi genus eſt,quo rex ſorte creatus,negotij aliquid miniſtro ſimiliter ſorte creato imperat.

BASILIS,(Βάσιλις)ciuitas Arcadiæ,Stephano.

BASILISCVS,{*Baſiliſco*}(βασιλίσκος)genus ſerpentis,quod(teſte Plin.li. 8.cap.21.)in ſolitudinibus Aphricæ habitat, candida in capite macula, uelut quodam diademate,adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem uergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat,ut ſolus regnare uideatur. Luca.lib.8. Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes Ante uenena nocens, latè ſibi ſubmouet omne Vulgus, & in uacua regnat Baſiliſcus arena. Latinorum nonnulli Regulum uocant.

BASILIVS Magnus(Βασίλειος ὁ μέγας)Cæſarienſis fuit,qui unà cum Gregorio Nazianzeno,& Ioanne Chryſoſtomo,ſub Valente, indefeſſus Chriſtianæ religionis contra Arrianos extitit propugnator.

BASILIVS,(Βασίλειος)fluuius inter Euphratem & Tigrim fluens: cuius meminit Strabo lib.16.

BASINNI,(Βασιννοί)populi Arabiæ, Stephano.

BASIO,as. Vide Baſium.

BASIS,{*Baſi.ſoſtegno*}(βάσις)à noſtris dici poteſt. Suſtentamētum. Sunt enim baſes,fulcimenta,& quidam ueluti pedes columnarum,ſtatuarum, ſeu fabricarum,quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ ſuſtinent pondus. Cic.5.Tuſc. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentē, in qua inerat ſphæræ figura & cylindri: quò cùm patefactus eſſet aditus, ad uniuerſam baſim acceſſimus: apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum. A qua ſimilitudine orbiculi illi,quibus uaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur,uocari ſolent baſes. Trebat. Iureconſ. de Legat.libr.5. Cui Corinthia uaſa legata eſſent,& baſes huic quoq; horum uaſorum collocandorū cauſa paratas,deberi reſpondi. Eſt et Baſis,figura in narrationibus, cùm omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur,ut apud Terent.in Eunu. Matri mercatos dono dedit,mater ubi accepit,&c.

BASIVM,ſii,{*Bacio*}(φίλημα)idem quod oſculum uel ſuauium. Martia.li.2. Baſia dimidio quòd das mihi Poſthume labro. Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium. Donatus tria ponit oſculādi genera,oſculum, Baſium,& Suauium: quæ ſic diſtingunt,ut oſcula ſint officiorum, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinum uel amorum. Quæ differentia aut nulla eſt, aut certè non obſeruatur.

natur: ut latius infrà oſtendemus in dictione Oſculum. Hic ſatis fuerit hoc oſtẽdere, baſia ſæpenumero impudicorum affectuum eſſe. Catullus ad Lesbiam: Da mi baſia mille, deinde centum. Idem ad Iuuentium: Nunquam iam poſthac baſia ſurripiam. Hinc Baſiare uerbum eſt. Baſiator uero & Baſiatio uerbalia, Mart. lib. 6. Et bis, terq; quaterq; baſiauit. Idem li. 7. Hybernas Line baſiationes. Catul. Quæris quot mihi baſiationes tuæ Lesbia ſint ſatis ſuperq;.

BASSARIS, is, uel idis, (βασσαρίς) Baſſarei, hoc eſt, Bacchi ſacrificula. Perſ. Saty. 1. Et ſectũ uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. Eſt etiam ueſtis genus ad talos uſque demiſſæ, qua in Bacchi ſacrificijs utebãtur ſacerdotes. Dictus autem eſt Bacchus Baſſareus à Baſſara Lydię oppido, ubi præcipue colebatur: uel ἀπὸ τοῦ βάζειν, qđ eſt clamo, ꝙ eius ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur. Hora. li. 2. Car. Ode. 18. Nõ ego te candidè Baſſareu inuitũ quatiã.

BASISTANI, Straboni lib. 3. populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Bætico, qui & Baſtuli dicuntur.

BASOROPEDA, regio Medorum Armeniæ cõtributa, ut tradit Stra. li. 11.

BASSIANVS, patria Syracuſanus, Romã ſtudiorum cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus, Rauennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis pręſul electus ibidẽ deceſſit nonagenarius 14. Calen. Febr. clarus prodigijs: ab ulceroſis maxime inuocatur: Emicuit Ambroſii temporibus quem ægrotantem adijt mortiq; interfuit. Auctor Volaterranus. Fuit item Baſſianus Antonius cognomento Caracalla, Seueri filius, eiuſdemq; in Romano Imperio ſucceſſor, quem Macrinus de medio ſuſtulit: ut ſcribit Herodianus lib. 4.

BASSVS, poeta Epicus, cuius fuit, teſte Quintiliano, uehemens ac poeticum ingenium: nec ipſum ſenectute maturum, præueniente fato, quemadmodũ & Valerio Flacco cõtigit. Item Aufidius Baſſus, hiſtoricus Quintiliani temporibus, qui bellum Germanicum ſcripſit. Cæſius item Baſſus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo ſic ſcribit Probus: Cæſium Baſſum poetam Lyricum fama eſt in prædijs ſuis, ardente Veſeuo, & late uagantibus ignibus, cum uilla ſua flagraſſe. Quintilianus quoque ſe eum uidiſſe ait. Baſſus item Romanus medicus fuit, cuius unguentum arthriticum citatur ab Aetio lib. 12. Præter hos fuit Baſſus martyr ſub Decio clauis ferreis confixus. Auctor Volaterranus.

BASTARNÆ, (Βαστάρναι Stephano) populi ſunt Sarmatię Europææ, ad Boryſthenem amnem non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolemęus li. 3. cap. 5. Plin. lib. 4. cap. 15. & Strab. lib. 7.

BASTVLI, Bæticæ Hiſpanię populi prope Turdulos, quorũ oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod et ab Hiſpanis Vbida: Mõs itẽ Calpe, circuitu quidẽ nõ magnus, cæterũ adeò erectus, ut procul aſpiciẽtibus columnæ effigiẽ repræſentet. Vide Strabonẽ lib. 3. Ptolemæum li. 2. ca. 5. & Pli. li. 3. ca. 1. & 3.

BAT, uox eſt, qua uti ſolemus, cũm quempiam corripimus, iubemusq; eum tacere. Plau. Poen. Quid opus eſt? P. Potiũ, aliam rem ut cures. C. at P. bat. C. crucior. P. cor dura. C. Non poſſum. P. ſic poſſis.

BATA, orum, (βάτα, τὰ) uicus eſt, & portus in Sarmatia Aſiatica, ſupra Boſphorum Cimmerium, non procul à ſinu Cercetico. Vide Ptolemæum lib. 5. ca. 9. & Strabonem lib. 11.

BATALA, antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum alijs eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS, li, (βάταλος) Epheſius tibicen fuit, teſte Libanio, qui omnium primus in ſcena calceamentis fœmineis uſus eſt, & fractis cantibus artem tibiarum emolliuit. Vnde factum eſt, ut effœminati & parum uiri, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demoſthenes ab inimicis notatus eſt, ut ipſe teſtatur in oratione pro Cteſiphonte.

BATAVIA, {*Olanda. Arioſt. can. 21. C'hera nomato Hermonide d'Olanda*} Germaniæ prouincia, duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa, quæ hodie Hollandia appellatur. Hinc Batauus, a, um, pen. indifferente. Luc. lib. 1. Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Corn. Tacit. de ſitu Germaniæ. Omnium harum gentium uirtute præcipui Batauj, non multum à ripa inſulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani Imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantũm in uſum præliorũ ſepoſiti, uelut tela atque arma bello reſeruantur. Hæc ille. Fuerunt autem Bataui olim craſſitæ, & ſtupiditatis notati: quò fit, ut Auris Batava, prouerbio dicatur de craſſo, ſtupido, & nullius iudicij homine. Vide Eraſmi Adagia.

BATAVODVRVM, (Βαταυόδουρον Ptolemæo) Batauorum oppidum ad Rhenum fluuium: cuius meminit Tacitus Annalium lib. 21. Creditur idem eſſe cum eo: quod in agro Traiectino hodie Vicum appellant.

BATEA, ſiue Batia, pen. pro. (Βάτεια) filia Teucri Scamandri fluuij filii, uxor Dardani. Diodorus lib. 5.

BATHYLLVS, li, (Βάθυλλος) poeta Tragicus fuit inſignis, in Comœdijs nõ æque felix. Fuit itẽ Bathyllus, Samius adoleſcẽs, Anacreontis Poetæ amaſius. Hora. in Epod. Nõ aliter Samio dicũt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teiũ.

BATIÆ, (Βάτιαι) ciuitas eſt mediterranea Epiri: cuius meminit Strab. libr. 7.

BATIOLA, (Βάτιολ) uaſis genus, quo uinum è cado hauſtum ad menſam ferebatur. Plau. in Colace, ut citat Nonius: Batiolam auream octo pondo habebat.

BATIEA, pen. pro. (Βατίεια Stephano) locus eſt editus in agro Troiano, qui et Ilii tumulus appellatur, teſte Strabo. lib. 13.

BATILLVM, {*Paletta da fuoco, pala, badile, uanga*} ferreũ inſtrumẽtũ eſt ſimilitudine palæ, quo pruna colligitur: primũm Batulũ dictũ, quaſi patulum: à quo deinde diminutiua forma deductũ eſt Batillũ. Pli. li. 33. ca. 8. Baſillis ferreis cãdẽtibus ramento argenti impoſito, quod candidũ permanet, probatur. Apicius de petaſone: Et armillã illius cãdenti Batillo uris, & melle contegis. Batillũ etiã ruſtici uocant ferreum inſtrumentũ, quo ad ſulcos, ilices, foſſasq; in agris faciundas utuntur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 6. Itaque paſtorem earum cũ Batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere ac conſeruare: quod & ad agriculturã idoneum eſt. Eſt item Batillum meſſorium inſtrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de Re ruſt. cap. 50. Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ferrula ferrea: hęc cũm cõprehendit faſcẽ ſpicarum deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, ut poſtea ſubſecentur.

BATIS, idis, uel Batus, ti, (βατίς, ἡ βάτος) piſcis mollis, & delicatiſſimi ſpecies eſt, quẽ Pli. li. 32. cap. ult. enumerat inter eos, qui mari peculiares ſunt. Hinc βατιδοσκόποι homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piſcis fel recens quidem, ſed uino inueteratum auribus medetur, teſte Plinio lib. 32. cap. 7.

BATIS, (κρίθμον) herba eſt fructicoſa, pingui folio in modũ Portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quã Dioſcorides κρίθμον, ſiue κρίθαμον appellat. Eius duo ſunt genera, quorum alterum in locis petroſis & marinis naſcens, ad nos defertur ſale & aceto conditum. Hoc officinæ Cretam marinam appellant. Alterum in hortis naſcitur, quod Plinius à quibuſdam Aſparagum Gallicum uocari tradit. Columella Olus chordum appellauit, quaſi ſerotinum, quemadmodũ & Fœnum cordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus Bacilias uocat, quaſi baticulas. Vide Dioſco. lib. 2. & Ruellium lib. 2. cap 61.

BATO, (Βάτων) Hiſtoricus fuit Sinopæus, qui hiſtoriã de rebus Perſicis ſcripſit. Strabo lib. 12.

BATOS, (βάτος) frutex ſpinoſus, lenta habens flagella per terram ſparſa: quem Latini Rubum appellant: de quo Dioſco. lib. 4. cap. 40. Diuerſas eius ſpecies uide apud Ruellium lib. 3. cap. 93.

BATRACHITES, (βατραχίτης) lapis ranæ uiridi ſimilis colore, atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 10.

BATRACHIVM, pe. cor. (βατράχιον) coloris ſpecies, quo ante inuentas perſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes, Pauſania auctore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. Eſt & genus herbæ quam & Latini Ranunculum uocant: de qua Plin. lib. 25. cap. 13. Eſt & Batrachium chymiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex diuino, quem uocant, latice proueniens, cui tanta ineſt ueneni uis, ut uel ſolo halitu incautũ interficiat. Vide Coel. Antiq. lect. lib. 28. cap. 9.

BATRACHOMYOMACHIA, (βατραχομυομαχία) ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conſcripſit libellum.

BATRACHVS, chi, pe. co. (βάτραχος) medicis eſt tumor quidam ſub lingua naſcens cum inflammatione, quam Ranulam uocat Auicenna. Eſt item Batrachus piſcis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui una cum Sauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

BATTIADES, dictus eſt Callimachus Poeta Elegiographus, à Batto patre. Oui. in Ibin: Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.

BATTIS, (Βαττίς) puella fuit formoſiſſima, quam Philetas Poeta Elegiographus adamauit, ſuisq; carminibus celebrauit. Ouid. lib. 1. Triſti. Nec tãtũ Coo Battis amata ſuo.

BATTON, onis, (Βάττων) Poeta Comicus fuit, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

BATTOLOGIA, {*Cicaleria, ciancium̃e*} (βαττολογία) uerborum redundantia, eiuſdem rei uitioſa repetitio. Nomen deductum eſt à Batto quodam inepto Poeta, qui in carmine ſuo eadem ſępius repetebat, eandemq; iterum atq; iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconiſmus, cum Lacedæmoniorũ more ſermonis ſtudemus compendio.

BATTVS, (βάττος) paſtoris nomen eſt apud Ouid. 2. Metamor. quem Mercurius in indicem commutauit. Fuit item rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeo impeditæ fuiſſe ferunt, ut uerbum βατταρίζειν ab eo originem traxiſſe putetur. Battus item inepti cuiuſdam Poetæ nomen eſt de quo paulo ante in dictione Battologia.

BATVLVM, caſtellum eſt Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium uenerunt aduerſus Aeneam. Vergil. libro 7. Aeneid. Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, &c.

BATVO, is, {*Battere*} (ὑλακάω) uerbero Plaut. in Caſina. Quid quæſo potius, quàm ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Suet. de Cali. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Cicero Pæto, tranſlubi ad rem obſcœnam, cum inquit: Equidem iam etiam non obſcœna uerba, pro obſcœnis ſunt. Batuit, enim impudenter, Præcidit, multo impudentius, atqui neutrum eſt obſcœnum.

BATVS, ti, (βάτος) hebraicæ menſuræ genus fuit, teſte Ioſepho Antiquitati lib. 8. quæ continebat ſextarios 72. ut docet Budæus in Commentario de Aſſe.

BAVBARI, deponens, {*Abbaiare*} (βαΰζω) factitium uerbum à uoce canum cũ latrant. Lucil. lib. 5. Et cum deſerti baubantur in ædibus omnes.

BAVCIS, (Βαυκίς) anus paupercula eſt apud Ouid. lib. 8. Metamor. quæ cum Philæmone marito Iouem & Mercurium ſuſcepit hoſpitio.

BAVLI, uillæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum Baiarumq; lacum flexo mari alluitur. Seruius cauſam nominis inde factam memorat, ꝙ olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primo Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

BAXEÆ, {*Pianelle, zoccoli*} ſunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei philoſophorum, ut oſtendit Apul. in lib. de Aſino aur. qui ait, Nec quid pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbitio philoſophum fingeret. Plau. in Menæ. Quis is eſt peniculus, qui extergentur baxeæ?

B ANTE E.

BDELLIVM, (βδέλλιον) arbor nigra, magnitudine oleę, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipſum Bdellium uocatur. Maxime commendatur, quod in Bactriana naſcitur: quanquam & in Arabia, & India, & Media, & Babylonia prouenıat. Gal. lib. 6. Simpl. duo bdellij conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magisq; reſinoſum. Arabicum tranſlucidius & ſiccius. Vnde plura de hoc apud Pli. lib. 12. cap. 9. & apud Dioſco. lib. 1. cap. 69.

BEATVS, a, um, {*Beato. Dant. Et ſenti dir beati chi alcuna*} (μακάριος) felix, fortunatus, qui ita eſt ſua ſorte contentus ut eam cum nullo uelit commutare.

Qui ſint dicendi beati Sene. lib. 6. Epiſto. declarat his uerbis: Hoc nos docet beatum non eum eſſe, quem uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, ſed illum, cui bonum omne in animo eſt: erectum & mirabilia calcantẽ: qui neminem uidet cum quo ſe commutatum uelit: qui hominem ea ſola parte æſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur, ad illius leges componitur: ſic uiuit quomodo illa præſcripſit: cui bona illa nulla uis excutit: qui mala in bo-

num conuertit:certus iudicij,inconcuſſus,intrepidus:quem ſi aliqua uis mouet, nulla perturbat:quem fortuna cum in eum,quod habuit,telum nocentiſſimũ ui maxima intorſit,pungit,non uulnerat. Sed talẽ hactenus uidere haud licuit. Nemini enim ſumma illa beatitudo niſi exuto corporis impedimento,poteſt cõtingere:adeo ut ueriſſima uideatur Solonis illa apud Poetam ſententia, Scilicet ultima ſemper Expectanda dies homini eſt,diciq; beatus Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet. Cic.lib.5.Tuſc.Hos exiſtimo beatos,qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Accipitur & pro diuite:quæ ſignificatio ex uulgi opinione tracta eſt,q; ſolos diuites felices exiſtimat. Iuue. Saty.1. Optima ſummi Nũc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ. Hora.lib.2.Carm.Ode.4. Neſcias, an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. Transfertur & ad alia. Vnde beatam uocem dixit Quintilia.pro ſonora, & rara, cuiq; ad perfectionem nihil deſit. Huius diminutiuum eſt Beatulus. Perſius Saty.3. Tandemq; beatulus alto Compoſitus lecto.

BEATITAS,& **BEATITVDO**,{*Beatitudine*}(μακαριότης)Ciceronis ſeculo uocabula fuerunt dura,quæ tamen ille putauit uſu fieri poſſe molliora. Sic enim ſcribit lib.1.de Natu.Deo. At iſta ſiue beatitas,ſiue beatitudo dicẽda ſit, (utrũq; enim durum,ſed uſu molliẽda uerba ſunt)uerum ea quęcunque eſt,cur aut in Solem illum,aut in hunc mundum,aut in aliquam mentem æternam, figura membriſq; corporis uacuam,cadere non poteſt?

BEATE,{*Beatamente*}aduerbium,feliciter,& ſine mali alicuius contagione.Cic.1.de Finibus:quoniam igitur omnis ſumma Philoſophiæ ad beate uiuẽdum refertur.

BEATRIX,uirgo Romana & martyr ſub Diocletiano, Fauſtinum & Simplicium item martyres fratres,quos prius tumulauit, poſt paulo eodem ſupplicio ſecuta eſt,q; prædium cuidã potenti uendere noluerat. Hæc enim diues erat, ac una cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat. Auctor Volaterranus.

BEBIVS,cui cognomen fuit Maſſa,delator inſignis fuit Veſpaſiani tẽporibus, cuius meminit Iuuena.Saty.1. Quem Maſſa timet,quem munere palpat Carus. Fuit & Bebius Pamphilus conſul Romanus,cum P.Cornelio eo anno, quo Numæ Pompilij libri in agro C.Petilij effoſſi ſunt. Vide Valerium Maximum lib.1.cap.1.

BEBRIACENSES AVES,uide Bebriacum.

BEBRIACVM,ci,uicus eſt inter Cremonam & Veronam, apud quem Vitellius Othonem ſuperauit. Iuue.Saty.2. Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati. Corn.Tacit. Annalium lib.18. Eo die,quo Bebriaci certabatur,auem inuiſitata facie apud Regium Lepidi celebri luco conſediſſe in colle memorant, nec deinde cœtu hominum,aut uolantium alitum territam,pulſamve, donec Otho ſe interficeret. Hunc uicum Itali hodie Labinam uocant. Hinc fit adiectiuum Bebriacenſis,ſe:ut, Aues Bebriacenſes, ita dictæ, q; eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commiſſa eſt, primum in Italia apparuerunt. Plin.lib.10.cap.49. Venere in Italiam Bebriacẽſes bellis ciuilibus trans Padum,externæ & nouæ aues,(ita enim adhuc uocantur)turdorum ſpecie,paulum infra columbas magnitudine,ſapore gratæ.

BEBRYCES,(Βέβρυκες Stephano)uel Bebrycij,populi à Thracibus oriundi qui eam partem Aſiæ incoluerunt,quæ poſtea Bithynia,& aliquãdo Mygdonia dicta eſt:ut eſt uidere apud Strabonem lib.7.& 12. Hos Arrianus originẽ à Bebryce trahere una filiarum Danai ſcribit,quæ una cum Hypermneſtra præter iuſſa patris uiro pepercit.quare fugiens parentem, una cum uiro in hæc loca peruenit,incolaſq; ritus docuit Aegyptios:pro quibus meritis regionẽ ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum uſque ad Epheſum & Magneſium Ioniæ oppidum,ut ſcribit enarrator Apollonij. Charontem adducens auctorem,qui dicit Lampſacenorum regionem, olim Bebryciam appellatam. Ea Volaterr.

BEBRYCIA,{*Natolia*}(Βεβρυκία)regio eſt minoris Aſiæ ad Propontidem, poſtea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis,& Bithynia à Bithyno rege appellata. Bebryces populi eiuſdem regionis,quos Strabo lib.7.& 12. Thraces fuiſſe putat. Bebrycium nemus,de quo ſupra in dictione Amycus.

BEBRYCIVS,a,um,(Βεβρύκιος)poſſeſſiuũ à Bebrycia, Aſiæ regione. Ver.5.Aenei. Qui ſe Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat.

BEBRYX,ycis,(Βέβρυξ)rex fuit in montibus Pyrenæis,teſte Silio, quos etiã à Pyrene illius filia nomen traxiſſe,idem auctor eſt. Eſt item Bebryx, nomẽ gentile,eum ſignificans,qui ex Bebrycia ortus eſt:de quo uide paulo ante in dictione Bebryces. Huius autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à Poetis,ſecundam ſyllabam modo producentibus,modo corripientibus. Vale. Flacc. 2. Argon. Bebrycis,& Scythici procul inclementia ſaxi. Silius lib.3. Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula.

BECHION,(Βήχιον)herba eſt,Latine Tuſſilago dicta,quia tuſſim ſedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur παρὰ τὸ τὴν βῆχα θεραπεύειν, hoc eſt,à tuſſi ſananda. Plin.lib.16.cap.6. Officinæ Vngulam caballinam uocant.

BECHICA,medicamenta(βηχικὰ φάρμακα)à medicis appellantur,quæ tuſſi medentur. βῆχα enim Græci tuſſim appellant.

BECHIRES,Plinio,(Βέχειρες Stephano)populi Themiſcyræ, Aſiæ regionis,Cappadociæ conterminæ:de quibus Plin.lib.6.cap.4. Hi cum Attylæ ductu in Italiam ueniſſent,uinumq; antea ipſis incognitum guſtaſſent,breui mortalium omnium bibaciſſimi euaſerunt.

BEDA,natione Anglus,ob uitæ modeſtiam Venerabilis cognomẽtum adeptus, claruit ſub Ioanne ſexto pontifice,cum Saraceni ea Africa ſoluentes Hiſpaniam inuaſerunt:ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam ſolicitauit: Græce Latineq; eruditus fuiſſe traditur. Scripſit in Acta Apoſtolorum & in Lucã, edidit librum de temporibus,& Homilias,quibus Gallici ſacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem,& Aymonem,doctos etiam uiros, quorũ alter homilias quaſdam non ineruditas,alter in Geneſim ſcripſit. Bedæ corpus Genuæ conditum eſt. Auctor Volaterranus.

BEDVINI,ex Arabum,ac Saracenorum ſecta,aliis addicti opinionibus ſunt, quapropter hæretici ſunt appellati. Ii nulla ratione,inermeſq; una cũ Saracenis in bellum ruunt,dicentes mortem uitari non poſſe,fatoq; omnia referũt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

BEELPHEGOR,(Βεελφεγώρ)idolum fuit Moabitarum,nomine Beel ſiue Baal,quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno:ut annotauit Cæl.Rhod.Antiq.lect.lib.13.cap.23.

BEELZEBVB,(Βεελζεβούλ)idolum fuit Accaronitarum:quo nomine Idolũ muſcæ ſignificatur. Bel(inquit Hieronymus)& Beel, & Baal, idem Hebræis eſt:nam iis uocibus indicatur idolum. Zebub autem muſcã ſignat: unde Beelzebub(etiamſi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam muſcæ dicatur idolum. Sed & pro demonarcha ponitur,hoc eſt,dæmoniorum principe.

BEEMOTH,Hebræis maligni dæmonis nomẽ,qui & Leuiathan dicitur. Hieronymus eo nomine animal,ſiue beſtiam ſignificari aſſerit.

BEERGIOS,(quod hic pro Neptuni filio corrupte legebatur)lege Bergion.

BELA,Pannoniæ rex, regio per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus,populos à multis uectigalibus immunes fecit. primus Byzantios nummos,argenteamq; monetam percuſſit. Deceſſit poſt annos regni tres, membris equi lapſu fractis:ſepultus in cœnobio S.Seruatoris,ab eo cõſtituto. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges,ut auctor eſt Volaterranus lib.8.

BELBINA,(Βέλβινα)Stra.li.9.inſula è regione Amphlyſtiorum,apud quos Panos templum eſt,& aliud Veneris Coliadis.

BELBITON,(quod hic corrupte legebatur)uide Bolbiton.

BELBVS,quæ & hyæna.(ὕαινα)ferarum omnium aſtutiſſima, quæ imitatur ſub noctem humanos gemitus,ut homines pietate motos, & ad ſuccurrendum egredientes deuoret.

BELENIVM,(Βελένιον)Ariſtoteli, (ſi modo Ariſtotelis opus ſit, quod de Plantis nomine eius circumfertur)olim deliburorum in Perſide uenenum erat translatum autem in Aegyptum & Palæſtinam, ſine periculo mandi cœpit. Putatur idem eſſe,quod Crateias medicus Helenium Aegyptum uocat. Vide Ruellium lib.2.cap.12.

BELGÆ,arum,{*Piccardi*}(Βέλγαι)populi Galliæ comatæ,inter Sequanam & Scaldẽ fluuios ſiti,in quindecim olim populos diuiſi. Plin.lib.4.cap.17. Gallia omnis comata uno nomine appellata,in tria populorũ genera diuiditur: a Scalde ad Sequanam Belgica:ab eo ad Garumnam Celtica,eademq; Lugdunenſis: inde ad Pirenæi montis excurſum Aquitania. Hinc deducitur poſſeſſiuum Belgicus,a,um: ut, Eſſedum Belgicum, currus quoddam genus,apud Belgas primum inuentum. Verg.3.Georg. Belgica uel molli melius ferat eſſeda collo.

BELGITES,Pannoniæ populi apud Plin.lib.3.cap.25.

BELGIVM,gij,apud Cæſarem 3.Bel.Gal.oppidum eſt inter Belgas, aut certe ipſa Belgarum regio.

BELIDES,huius Belidæ,pen. longa.(Βελίδης)patronymicum maſc. quo ſignificatur filius,ſeu aliquis de genere Beli. Verg.2. Aene. Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis &c.

BELIS,huius Belidis,(Βελίς)patronymicum fœmininũ, quo ſignificatur filia uel neptis Beli. Vnde Belides dictæ ſunt, quinquaginta filiæ Danai, Beli filii: quas cũ Aegiſthus Danai frater(quẽ alij Aegyptum uocant)totidem filiis ſuis peteret uxores,Danaus deſpõdere noluit:didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectũ iri. Sed poſtea coactus à fratre promiſit ſe Aegiſthi petitioni ſatisfacturũ. In nuptiarũ autẽ nocte filias ſubornauit, ut clam ſe cultris armarent, & uiros iam uino luxuriaq; ſopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tẽpore necarunt uiros. unaquæq; ſuum,excepta ſola Hypermneſtra, quę Linceo ſeu Lino uiro ſuo pepercit. qui poſtea occiſo Danao regnum apud Argos inuaſit. Hæ & Danaides appellantur,à patre Danao. Vnde Danaidum doliũ,prouerbio celebratur,pro barathro quodã inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à Poetis,Danai filię apud inferos eo ſupplicii genere perpetuo damnatas eſſe,ut doliũ quoddã pertuſum aquæ conẽtur implere, unde tantũ effluat,quantũ illæ poſſint infundere. Ouid.4. Meta. Moliriq; ſuis letũ patruelibus auſę. Aſſidue repetũt,quas perdãt Belides undas. Vide Belus.

BELION,(Βέλιον)herba,quæ à Dioſcoride πόλιον ὀρεινόν, hoc eſt, Polium montanum appellatur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis,quę inter notha Dioſcoridis à doctioribus numerantur.

BELIPPO,oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano,apud Plin.lib.5.cap.1.

BELISARIVS,(Βελισάριος Suidę)feliciſſimus pro Iuſtiniano principe belli dux fuit,qui Perſas in Oriente,Gothos in Italia, Vuandalos in Africa pręlio ſuperauit,eorum rege Gilimere in triumphum ducto. Hic tam ſtrenuus belli dux & in hoſtibus perdomandis feliciſſimus,inuidiam uincere non potuit. Nimia eius potentia eum apud Iuſtinianum in ſuſpitionem affectati imperii adduxit,qui utrunque ei eruit oculum. Quare cum principis ingratitudinem aliter ulciſci non poſſet,exiguum extra urbẽ tuguriolum extruxit,ubi per omnẽ uitã, à prætereuntibus ſtipem emendicauit:illud identidem repetens: Da obolum Beliſario uiator,quem inuidia,non culpa excæcauit. Vide Crinitum,et Volaterranũ.

BELLA,uide Abella.

BELLARIA,orum,plu.nu.(τραγήματα,ἐπιδορπίσματα,πέμματα,τραγήματα)fructus,& cibi ſaccharo aut melle conditi,aut alia id genus gulę irritamenta,quæ & ſecundæ menſæ appellantur. Macr.in Satu. Adhuc dicente Furio, ſecundæ mẽſæ illata bellaria:nouo ſermoni principium dedere. Vina quoque dulciora eſt inuenire in comœdiis antiquioribus hoc uocabulo appellata,dictaq; eſſe ea Liberi bellaria. Gell.lib.13.cap.11.

BELLARIA, (quod quidam pro lychnide herba huc male ingeſſerunt) uide Ballaria.

BELLATOR,oris,{*Combattitore,guerriere*}(πολεμιστής)bellicoſus, uel qui bellum gerit. Cic.4.Tuſc. An accuſatori maiores noſtri maiora præmia,q̃ bellatori eſſe uoluerunt? Dicitur etiam de brutis animalibus. Vnde Verg.libr.10. equum animoſum & ad prælium incitatum Bellatorem uocat,cum inquit: Et inter Bellatoris equi caua tempora conijcit haſtam.

BELLATRIX,icis,{*Guerriera*}(πολεμίστρια)mulier quæ bellum gerit,ſeu bellicoſa eſt. Ver.1. Aen. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

BELLATVLVS,a,um,uocabulum blandientis, eiuſdem ſignificantiæ cum Bellulus. Plaut. Cur ergo imus cubitum bella bellatula.

BELLAX,acis,adiectiuum,{*Armigero*}(πολεμικός,μαχιμός) idem quod bellicoſus,uel belli appetens.

BELLE,aduerbium{*Bellamente*}(καλῶς)idem quod bene,pulchre. Plau.Tru. Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habens. Dolab. Ciceroni: Terentia

minus belle habuit: ſed certum ſcio, iam conualuiſſe eam. Cic. Terentiæ: Belliſſime uel mecum, uel in noſtris prædijs eſſe poteris.

BELLEROPHONTES, tæ, (βελλεροφόντης) ſeu Bellerophon, tis, fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore cõſpicuus, & uirtutis maxime. Hic cum à Sthenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus eſſet, ueritus hoſpitalis Iouis irã, laſciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulſa mulier, apud uirũ innocentem hoſpitem accuſauit, qui hoſpiti iure motus, illum domi interficere non ſuſtinuit, ſed datis codicillis ad Iobatem ſocerum in Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Iobates in ultionem criminis ad Solymos domãdos Bellerophõtem miſit, ut ſub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verum cum & Solymos facile uiciſſet, Bellerophontes, & alijs pleriſque periculis obiectus, ſemper uictor rediiſſet, poſtremo ad interimendam Chimæram miſſus eſt: quem etiam laborem nactus Neptuni beneficio Pegaſum equum ſumma cum laude ſuperauit. Quapropter Iobates iuuenis uirtutem admiratus, alteram illi ex filiabus cũ regni parte uxorem dedit: ex qua Iſandrum, Hyppolochum, & Laodamiã ſuſcepit, ut libr. 6. Iliados refert Homerus. Quod cum audiſſet Sthenobœa ſibi ipſi mortem cõſciuit. Bellerophontes autem fœlici rerum ſucceſſu elatus, cum in cœlum euolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo a Ioue œſtro, equo excuſſus eſt, decidítq; in eum campũ, qui poſtea Aleius appellatus eſt. Pegaſus autem à Ioue inter ſydera eſt relatus. Hic primum Hipponous dictus eſt, Bellerophontes poſtea appellatus à Bellero quodã Corinthiorum primate, quẽ de medio ſuſtulit.

BELLERVS, (βέλλερος) Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus eſt, cum antea Hipponous diceretur. Vide Cœl. Rhod. lib. 13. cap. 9.

BELLIATVS, a, um, adiectiuum, idem quod Bellulus. Plau. in Rud. Hem tibi aquam mea tu belliata. Sunt tamen qui hoc in loco Bellatula legere malint, quàm Belliata.

BELLICA, cæ, dicebatur columnella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam iaciebant haſtam cum bellum indicerent. Feſtus.

BELLICOSE, aduerbium, {*Ferocemente*} (πολεμικῶς) fortiter, ferociter, ut uirum bellicoſum decet.

BELLICOSVS, a, um, {*Feroce*} (πολεμικὸς) fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. Saluſt. in Iugur. Libyes, q̃ Getuli, minus bellicoſi erant. Liu. 9. ab urb. Cepiſſe eum eos non Romanam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam uirtutem, ferociamq;.

BELLICVM, ci, ſubſtantiuum, ſonus tubę, quo ſignũ dabatur militibus incundæ pugnæ. Vnde Bellicum canere, propriè eſt milites tubæ cantu ad prælĩu animare. Per metaphoram accipitur pro inſtigare ſeu inflammare ad diſſidiu. Cic. 6. Philip. Atque idem bellicum me cecinìſſe dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitator fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum.

BELLICREPA, genus ueteris ſaltationis à Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant.

BELLICVS, a, um, adiectiuum, {*Di guerra*} (πολεμικὸς) quod ad bellũ pertinet: ut, Bellica diſciplina. Cic. 2. de Nat. Deo. Bellica corona, quę bellatoribus uictoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ouid. 3. Faſt. Dea bellica Pallas.

BELLIFER, a, um, {*Bellicoſo*} (πολεμικὸς) bellicoſus. ad bellum gerendum idoneus. Claudianus in Ruſinum: Quid belliferam cõmunibus urunt Italiam maculis?

BELLIGER, a, um, {*Atto alla guerra*} (πολεμικὸς) ad bellum gerendũ. Marti. lib. 15. Hermes belligera ſuperbus haſta.

BELLIGERO, as, {*Guerreggiare*} (πολεμῶ) bello, bellum gero. Ci. pro Fonteio C. Marius qui iſti par in belligerando eſſe poſſit.

BELLIPOTENS, pen. cor. {*Poſſente in guerra*} (ἐν πολέμῳ, δυνάμενος) qui bello pollet. Cic. 3. de Diui. Acacidæ bellipotentes magis ſunt, quam ſapientipotentes.

BELLITANI, populi Edetaniæ, quæ eſt regio citerioris Hiſpanię ad Iberum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 3.

BELLITVDO, inis. {*Bellezza*} (κάλλος, τὸ) ornatus, pulchritudo. Feſtus.

BELLO, as, {*Combattere guerreggiare*} (πολεμῶ) oppugno, bellum gero, confligo. Plin. lib. 5. ca. 1. Romana arma primum Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cęſare interemptum ulciſcente liberto Aedemone. Cic. pro lege Man. Fuit proprium Popu. Roma. longe à domo bellare. Eſt & bellor, aris, deponens. Verg. 11. Aen. Et pictis bellantur Amazones armis. Compoſita ſunt Debello & Rebello. de quibus infra ſuis locis.

BELLO, (quod hic pro oppido Hiſpaniæ perperam legebatur) uide Belon.

BELLONA, æ, {*Bellona*} (ἐνυώ) pen. pro. bellorum dea, & Martis ſoror. Ver. 9. Aen. Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. Huic proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat, quæ bellica dicebatur, ſuper quam haſtam iaciebat Fecialis bellum indicens: ut poſt Feſtum annotauit Alexander ab Alexan. lib. 3. cap. 12.

BELLONARII, ſacerdotes Bellonę, qui lacertos humeroſq; concidebant, ſanguine ſuo Bellonæ ſacrificantes. Acron.

BELLOSVS, a, um, {*Bellicoſo*} (πολεμικὸς) uetuſtum eſt nomen, idem ſignificans, quod bellicoſus. Cœlius apud Nonium: Tantum bellum ſuſcitare conari aduerſarios contra belloſum genus.

BELLOVACI, (βελλοάκοι) populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes ſuperarunt, quos Cęſar duce eorum interfecto, in poteſtatem redegit. Bellouacum, pe. co. oppidum Bellouacorum, apud Cęſarem Commen. li. 8. Vulgo Beauuais.

BELLVLVS, a, um, {*Bellino*} diminutiuum formatum a Bellus, idẽ quod pulchellus. Plau. in Mil. Aedepol equidem bellula ea. A quo aduerbium Bellulè. Plaut. Nam ſum is bellulè ſe habet.

BELLVM, {*Guerra. Dant. Romagna tua non fu mai ſenza guerra*} (πόλεμος) propriè eſt diſcordia hoſtium, arma ſibi mutuo inferentium: cui opponitur Pax. Item totum illud tempus, quo hoſtes in armis ſunt: Prælium autem eſt conflictus ipſe, & hoſtium congreſſio, quæ & Pugna dicitur, & Certamen, quãuis hoc etiã uirdis uerbis peragi poſſit. Hęc differentia non obſcure colligitur ex Liuio, cum ait, Populum Roma. nullo bello, multis uero prœlijs fuiſſe ſuperatum. Itẽ ex loco Vergilij 11. Aene. Infantem fugiens media inter prælia belli Extulit exilio comitem. Aliquando tamen Bellum capitur pro prælio. Saluſt. In eo bello trecenti milites deſiderati. Dictum bellum (ut Priſcianus ſentit) per antiphraſim, q; minimè bonum ſit. Alij à bono deducunt, non tamen per cõtrarium, ſed q; boni gratia bella olim ſuſciperentur, nec ad inferendam, ſed ad propulſandam iniuriam, pacemq; parandam. Alij à Duello deriuant, adiecto d, & digamma in b conuerſo. Feſtus à Belluis, q; belluarum ſit mutuo ſe laniatu conficere.

BELLVS, a, um, per duplex ll, {*Bello, buono. Dant. Et et tanto m'è bel, quanto à te piace*} (κομψὸς) diminutiuum eſt à Bonus, Varro: ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas. id eſt, bona omnia. Idem: Venio nunc ad ultimum teſtamentum, quod dicitur phyſicon, in quo Græci belliores, q̃ Romani noſtri. Et quoniam bonum quandoque pulchrum ſignificat, (ut apud Terentiũ Forma bona fortaſſe) Bellum quoque pro pulchro accipitur: ut, Bellus puer, Bella puella, Bellum corpus: Martialis: Bella es, nouimus: & puella, uerũ eſt. Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formoſi, atq; elegantes & feſtiui dicuntur. Hinc Bellior comparatiuum: de quo paulo ante citauimus ex Varrone teſtimonium, & belliſſimus ſuperlatiuum idem ſignificans, quod optimus, uel pulcherrimus. Teren. in Adel. Ego iam proſpiciã mihi, atq; unumquodque quod erit belliſſimum, carpam.

BELLVTVS, ſiue Belutus, beſtiæ ſimilis. Feſtus.

BELON, (βελὼν) per ſimplex l, nomen urbis, & fluuij in Hiſpania Bętica, Strabonis lib. 3.

BELONE, {*Aguora, anguſello, anguſigola*} (βελόνη) per ſimpl. l, piſcis eſt, qui alio nomine dicitur Acus: utroq; nomine à tenui, recta, et oblonga figura deducto, qualẽ ferè in acu ſartoris cernimus. De hoc Pli. li. 9. c. 51. Acus (inquit) ſiue belone, unus piſcium dehiſcente propter multitudinem utero parit: à partu coaleſcit uulnus: quod & in cæciliña ſerpẽtibus tradunt. Vulgo Anguſigula dicitur.

BELOS, eos, {*Saetta, frezza. Pet. Con arc'in mano, & con ſaette à fianchi*} (βέλος) ſagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod ſignificat iacere. Carus de uerb. ſign. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: coq; nomine uulgo quidem id ſignificatur quod ab arcu mittitur.

BELVA, æ, ſiue (ut alij malunt) Bellua geminato ll, {*Beſtia. Dant. Tal mi fece la beſtia ſenza pace*} (θὴρ, θηρίον) immanis fera, à bello, hoc eſt bono, uel pulchro, κατ' ἀντίφρασιν (ut quidam exiſtimant) dicta: aut (ut alijs placet) à ſubſtãtiuo Bellum, q; beſtiarum ſit, bellum ſibi mutuo inferre, quibus natura ad hoc ipſum arma uidetur conceſſiſſe. Terent. in Eunu. Eo'ne ea ferox, quia habes imperium in beluas. Belua etiam per conuicium dicitur in hominem. Terent. in Phor. Sed quid pertimui autem belua?

BELVATA TAPETIA, (ζωωτὰ) dicta ſunt à Plauto in Pſeud. beluarum figuris picta, intextaq;.

BELVINVS, a, um, {*Beſtiale. Pet. Che ſuperbia conduſſe à beſtial uita*} (θηριώδης) quod eſt beluæ: ut, Belùina rabies. Ambro. Tum ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, ut neque belùina uaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

BELVNIVM, {*Monte belluno*} Venetiarum oppidum in Italia, ut Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

BELVOSVS, a, um, ſiue Belluoſus (θηριώδης) quod abundat beluis. Vnde Oceanus dictus eſt beluoſus, (κητώδης) a beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi ſunt. nã inter beluas marinas numerantur balenæ, priſtis, phyſeter, & orca. Hora. 4. Car. Te beluoſus, qui remotis Obſtrepit Oceanus Britannis.

BELVS, (βῆλος) per ſimplex l, nomen proprium primi regis Aſſyriorum, et patris Nini, a ſole deductum, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur. Huic uita functo templum erexerunt Babylonij, diuiniſq; cum honoribus ſunt perſequuti. Fuit item Belus, cognomento Priſcus, Epaphi uel (ut alij malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Iſis poſt Apidis mortem nupſit regnãte Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus, & Argyptus, quem alij Aegiſthum uocant: à cuius etiã nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt: ut paulo ante oſtẽdimus ſuo loco. Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, ubi primo repertum fuiſſe uitrum Pli. ſcribit li. 5. ca. 19. Ioſeph. li. 1. belli Iudaici, Stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem diſtare, iuxta quem ſepulchrum Memnonis ſit, & uitrea in rotunda ualle arena, quam uenti ex circundatis iugis conuehant, inexhauſta ſeculis ui, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in uitrum, quæ attigerit, metalla.

BELVS, alius fuit Phœnices rex, & pater Didus, uir militaris ſcientiæ peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicum litus infeſtantes piratica ſubegit, ut eſt apud Ver. lib. 1. Aen. Genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum &c. Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Seruius. Hinc patronymicũ Belides, æ, (βηλίδης) hoc eſt, Pygmalion Beli filius. Item poſſeſſiuũ Belіacus, a, um: ut Belìaca Cyprus, apud Calentium. Belua præterea Stephano, oppidum eſt Hiſpaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortaſſis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur.

BELVS, gemma eſt uitrea ſpecie, magnitudine nucis iuglandis, in Arbelis naſcens, ut ex Democriti ſententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

BEMARCHIVS, (βημάρχιος) ex Cæſarea Cappadocię ſophiſta, qui ſcripſit res geſtas Conſtantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quaſdam, & orationes. Auctor Suidas.

BEMBINA, (βεμβίνα Stephano) Nemeæ uicus eſt, quem Hellanicus Bembinon (βέμβινον) appellat: unde Nemeæus leo à poetis Bembinatis belua dicitur. Plaut. in Mil. Bembinatidis beluæ inſtar. hoc eſt, Nemæi leonis inſtar.

BEMBINADIA, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Pli. li. 4. cap. 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia uocitata. Sic enim legit Hermolaus, cuius uerba hæc ſunt: Legendum eſt Bembinadia. fuit enim uicus Bembina: unde Nemeæus leo à poetis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur Bombamatides elutum inſtar, cogitent legentes, an emendandum ſit. Bembinatidis beluæ inſtar, hoc eſt, Nemeæi leonis inſtar. Vide Bembina.

BENACVS, {*Lago di Garda*} (βήνακος) pen. pro. lacus ciſalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt, aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenæ Carpiones uocant, nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padum. De hoc lacu. Verg. lib. 2. Georg. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino.

BENDIDIA, (βενδίδεια) ſacra fuiſſe apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem ſumpſere. Vide Cœl. Rhodig. Lect. antiq. lib. 18. cap. 23.

BENE, es, (βήνη Stephano) oppidum Cretæ, ſub Gorthyne ſita, cuius incolæ dicuntur Benæi, βηναῖοι.

A T T Y L A S,(ἀττίλας)Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas uaſtitates edidit: indeq; domum reuerſus, dum nouis nuptijs operam dat uino plenus, effuſo è naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Hic tot cladibus rem Chriſtianam affixit, ut apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

A T V A C V T V M,(ἀτουακουτον Ptolemæo)urbs eſt inter Tungros, poſt Tabullam flumen ſita. Sunt qui Antuerpiam eſſe credant, Sed hoc Ptolemæi deſcriptioni non conuenit. Antuerpia enim ſita eſt ad Scaldem fluuium, qui etiã à Cæſare eodem nomine dicitur, Oceaniq; ſinu alluitur: Tungri uerò in mediterraneo ſunt, multum à Scalde diſiti.

A T Y S,(ἄτυς)apud Poetas pueri formoſiſſimi nomen eſt, quem Cybele caſto amore adamauit, eumq; ſacris ſuis præfecit ea lege, ut perpetuo caſtitatem conſeruaret. Sed cùm poſtea uoti ſui parum memor, Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab irata dea in furorem actus, teſtes ſibi exciuit: cumq; etiam manus ſibi afferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Vide Ouid. lib. 10. Metam. Atys alius fuit Crœſi, Lydiæ regis filius, qui cùm antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſeruitutem attulit, cum Cyri militem uideret ſublato enſe patri ſuo cædem illaturum, nimia loquẽdi cupiditate linguæ uinculum abrupit, claraq; uoce patris ſui interitum deprecatus eſt. Auctor Herodotus lib. 1. Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta eſt: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus Strabo lib. 5. Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedei nuptiis occiſus eſt à Perſeo. corripit autem primam. Ouid. lib. 5. Metam. –erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limniace uitreis peperiſſe ſub undis Creditur.

A T Y S S Y L V I V S, Albæ Syluij filius, quem Euſebius Aegyptum Syluium uocat, hic cum X X I X. annis regnaſſet, Capy filio relicto, diem clauſit.

A T Y P V S, pi,(ἄτυπος)dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ utitur, quaſi aerem non feriens, uel quaſi non ſatis uerba exprimens, conformans've. Gell. lib. 4. ca. 2. Balbus autem, inquit, & atypus uitioſi magis, q̃ morboſi ſunt. Huius uitij meminerunt & Iuriſconſulti de Aedilit. edict.

A A N T E V.

A V, interiectio eſt conturbatæ mentis. Terent. in Andr. Dictura'ne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au, interiectionem eſſe ſilentium iniungentis docet Linacer ex Terentij Eunucho, Au'ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Quod tamen rectius Hau, per aſpirationem legitur.

A V A N T I C I,(αὐαντικοὶ Ptolemæo)populi Heluetijs finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Sequanos collocat.

A V A R I C V M, oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæſarem de Bel. Gal. Sunt qui credant hoc oppidum eſſe, quod Galli uocant Viarron en Bery.

A V A R V S,{*Auaro auido, ingordo. Dant. Et la miſeria dell'auaro Mida*}(φιλάργυρος)quaſi auidus æris, dictio compoſita eſt(ut Nigidius uoluit, referente Gellio)ſiue(quod Gellio magis placet)ſimplex nomen eſt, ab auendo dictum. Et ſemper in reprehenſione eſt. Auidus uero ab auendo, etiam in laude ponitur. Salluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Hora. 1. Epi. Semper auarus eget. Terent. Eun. Ab meretrice auara. Ab Auarus fit Auaritia, cupiditas, φιλαργυρία. Cic. 4. Tuſc. Auaritia eſt opinatio uehemens de pecunia, quaſi ualde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. Auarities, tiei, idem. Lucre. Denique auarities, & honorum cæca cupido. Quę miſeros homines cogunt tranſcendere fines Iuris. Auare, aduerbium,(πλεονεκτικῶς)tenaciter. Cice. 3. Offic. Nihil tamen auaré, nihil iniuſte, nihil libidinoſè, nihil incontinenter eſſe faciendum. Auariter aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis: quod nonnunquam etiam accipitur pro auidè. Plaut. Curc. Hnc uide, ut ingurgitat impura in ſe merum auariter. Auara terra dicitur quum id, quod in ſe recipit ampliore fœnore non reddit,

A V C E P S, aucupis,{*Vccellatore*}(ὀρνιθοθήρας)qui uel quæ aues capit. Colum. li. 8. cap. 10. Quę ab aucupibus in hunc uſum nutriti, quaſi allectores ſiut captiuorum. Plaut. Aſin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues aſſueſcunt.

A V C T A R I V M, rij,{*Accreſcimento, buon peſo, buona miſura*}(ἐπίμετρον, προσθήκη, ἐπίβλημα, πρόσθεμα)quod ſuper menſuram uel pondus iuſtum adijcitur ut cumulus in modio. Item quod ad iuſtum pretium adijcitur. Plautus: Auctarium adijcito uel mille nummum plus, quàm poſcet.

A V C T I F I C V S, pen. cor. adiect. {*Quello ch'accreſce*}(αὔξιμος, αὐξητικὸς) quod auget, quod've momentum aliquod affert ad incrementum. Lucret. lib. 2. Nec porro rerum genitales, auctificiq; Motus, perpetuò poſſunt ſeruare creata.

A V C T I O, onis, {*Aumento, accreſcimento, uendita all'incanto*}(αὔξησις)nomen ab Augeo, ſignificat augmentum. Vnde etiam ponitur pro uenditione, quæ fit per augmentum pretij,(πρᾶσις)cùm fit publica rerum priuatarum uenditio, et res traditur plus offerenti. Iuuenalis. Si coniugis auctio fiat. Plaut. in Stich. de auctione paraſitica loquens, Nunc auctionem, inquit, facere decretum eſt mihi, Ἐκποιεῖν, προγράφειν. Auctio uerò haſtæ, eſt uenditio publica bonorũ eorũ, qui damnati, proſcripti've fuerunt. Nã haſtæ ſubijciebãt ea, q̃ publicè uenundabãt, ſicut in bello capta. Inde haſtã Cæſaris refrixiſſe ſcribit Cic. qui alibi ait: Bis iam uidimus haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubijcere præconis.

A V C T I O N A R I V S, adiectiuum: ut Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cice. de Lege Agr. Vt in atrijs auctionatus potius, quàm in triuijs, aut in compitis auctionentur.

A V C T I O N O R, pen. pr. {*Vendere all'incanto*}(ἐκποιεῖν, προγράφειν, ἀποκηρύττειν τὰ πατρῷα, λαφυροπωλῶ)per auctionem uendo. Cic. pro Quintio: Næuius hominem multis uerbis deterret, ne auctionetur.

A V C T O, as, {*Accreſcere*}(αὐξάνω)frequentatiuum eſt uerbi augeo. Plautus in Amph. Et ut res, rationesq; ueſtrorũ omnium Bene expedire uoltis, peregreq; & domi Bono atque amplo uictare perpetuo lucro. Huius compoſitum eſt Adaucto. Accius: Quibus rem ſuam, & patriam noſtram quondam adauctauit pater. Auctito, as, frequentatiuum ab Auctauit, Auctitare pecunias fœnore, apud Tacitum.

A V C T O L I C V S,(quod hic perperam legebatur)uide Autolycus.

A V C T O R A T V S, uid. infra Autoratus.

A V C T O R, {*Accreſcitore*}nomen uerbale ab Augeo, pro eo qui auget, cuius fœmininũ eſt Auctrix. Auctor uerò, {*Autore. Dant. Scriuè la uoce del uerace autore*}quẽ Græci αὐτουργόν, & αὐθέντην, dicunt, ſine c, ſcribendum eſt. Videtur enim fieri à Græco αὐτουργός: quo is ſignificatur, qui per ſeipſum, ſuoq; artificio aliquid perficit. Cic. 2. Offic. Apud Homerum optimum auctorẽ nulla talis eſt de Vlyſſe ſuſpicio. Legitur & in fœminino genere. Ouid. lib. 4. Faſt. Optima tu propriũ nominis auctor eris. Figuratecq; per obliquos, ſicut alia uerbalia in or deſinẽtia, neutris adiungitur. Verg. li. 3. Italiã petiit fatis auctoribus, eſto. Eſt autẽ Auctor quaſi operis factor. Vnde poetæ, cęteriq; operũ conditores dicuntur Auctores. Valla li. 4. ca. 32. & li. 5. cap. 30. Neq; ſolũ qui opus aliquod facit, ſed qui princeps eſt, & primus iubet, ut aliquid fiat, aut inductor, perſuaſor ve. Auctor uocatur: ut ſi quis populũ ad bella concitauit, uel qui cõcordiã perſuaſit, belli, uel cõcordiæ auctor fuit. Cic. lib. 3. Offi. Atq; huius deditionis ipſe Poſthumus qui dedebatur, ſuaſor & auctor fuit: quaſi dixiſſet, ſuaſor et perſuaſor. Auctor etiam ſignificat promiſſorem, ut apud Liuiũ li. 2. Auctores ſumus tutã ibi maieſtatẽ Romani nominis fore. Itẽ primum propugnatorẽ ſiue defenſorem, aut uindicem. Idem: Sed ut inuentor legis Volero, ſic Lectorius collega eius auctor cùm recentior, tum acrior erat. Item eum, cui quis fidem habet. Idẽ: Agitatus deinde conſilijs ex omni parte aſſentiendo multis auditoribus trepidauerat. Item primum denuntiatorem. Idem. Iiſdem auctoribus cognitum eſt Aequos, Volſcosq; ſumma in bellum apparare. Similiter approbatorẽ. Idem lib. 3. Multiq; erant, qui mollius conſultum dicerent, quod legũ ab eis latarũ patres auctores fuiſſent. Is etiã in quo eſt ius, poteſtas, dignitas, nec ab alio pendet, poteſt dici Auctor: à quo Auctoritas(αὐθεντία)eſt appellata. Vnde illud apud Liuiũ: Decreuerunt, ut cùm populus regẽ iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. hoc eſt, ſi auctoritatẽ ſuã interponerẽt & ratũ haberẽt. Auctores ſententiæ ſunt, quorũ ſententiã ſequimur. Auctores pupilli in quorũ adminiſtratione res eius ſunt. Paulus Iureconſultus: Etiã ſi non interrogatus tutor auctor fuit, ualet auctoritas eius: eũ ſe probare dicit, quod agitur: id eſt, auctorẽ fieri.

A V C T O R A M E N T V M, uide infra Autoramentum.

A V C T V A R I V M, uide Auctarium.

A V C T V M, uocabatur ſpatium circi, quod ſuper definitum modum uictoriæ adiungebatur. Feſtus.

A V C T V S, us, uerbale, {*Accreſcimento*} αὔξησις. Liu. 4. ab urb. Cuius rei premium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere.

A V C V P A T O R I V S, a, um, {*Coſa che appertiene à pigliar uccelli*}(ἰξευτικός) quod ad aucupium pertinet. Vnde Aucupatorij calami uiſcati, quibus utimur ad capiendas aues. Pli. li. 16. cap. 36. Cum igitur anno permanſerit inundatiuo, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

A V C V P I V M, & **A V C V P A T I O**, {*Vccellagione*}(ὀρνιθοθηρία) auium captio. Plaut. in Aſin. Hic noſter quæſtus aucupij ſimillimus eſt. Per tranſlationem accipitur pro illecebris. Cic. de Oratore: Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium.

A V C V P O R, pe. co. depon. {*Vccellare*}(ὀρνιθοθηρῶ, ἰξεύω)aues capio. Per tranſlationem uero ſignificat artificio quodam & ſolertia quæro, θηρῶμαι: ut, Aucupari gratiam alicuius. Cic. ad Lucceium lib. 5. Nõ uereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. Aucupari rumuſculos imperitorum hominum. Cic. lib. 3. de Legib. Reperitur etiam Aucupo, as, uoce actiua. Plaut. Muſtel. Circumſpice dum, nunquis eſt Sermonem noſtrum qui aucupet.

A V D A C I A, {*Audacia, ardire, temerità*}(θράσος)inquit Speuſippus, eſt ſecuritas qua quis malum neque futurum expectat, neq; præſens horreſcit. Et ſere accipitur in malam partem pro nimia confidentia, qua quis ſine ullo aut periculi metu, aut pudoris reſpectu rem aliquam temere aggreditur. Cic. Nec uires eis, nec audacia, nec tela defuere. Salluſtius: Audacia pro muro habetur.

A V D A C I T E R, & **A V D A C T E R**, per ſyncopen, {*Audacemente*}(θρασέως.)Cice. pro Roſc. Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbè feciſti. Idem de Clar. orat. Magis audacter, q̃ paratẽ, ueniebat ad dicendum.

A V D A C V L V S, diminutiuum. Gel. Aderat reprehẽſor audaculus uerborum.

A V D A X, {*Audace, ardito*}modò fidens dicitur, τολμηρός, uel quod Ἀττικώτερον eſt, τολμητής. Verg. 5. Aen. Quique pedum curſu ualet, & qui uiribus audax. Modò temerarius. Plaut. Pergin' audax hoc facinus perſequi?

A V D E N T E R, aduerbium, {*Audacemente*}(θαρσέως) idem quod audacter. Tacitus lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus uiſebantur.

A V D E O, audes, auſus ſum, ſignificat fidentem eſſe, {*Ardire, eſſere audace*}(τολμᾶν). Plaut. Vix domo egredi audet. Iungitur aliquando cum accuſatiuo. Ouid. lib. 6. Metam. Et nihil eſt, quod non effræno captus amore Auſit: nec capiunt incluſas pectora flammas. Aliquando temere præſumere. Verg. 12. Aene. Hæc præmia, qui me Ferro auſi tentare ferunt. Audens participium, non timidus, Verg. 10. Aen. Audentes fortuna iuuat. Audens nomen ex participio. Quint. lib. 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum, ut Cicero exiſtimat, laterum, quæ proſopopœiæ dicuntur. Verg. 6. Aene. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Audendum, Tibul. 1. Eleg. Audendum eſt: fortes adiuuat ipſa Venus. Auſus, a, um, participium. Liu. Exules, obærati, auſi capitalia pleraque. Ouid. 3. Triſt. Conſcia percuſſit meritorum pectora Colchis Auſa, atque auſura multa nefanda manu. Auſum, auſi, nomen ſubſtantiuum: Verg. 6. Aen. Auſi omnes immane nephas, auſoq; potiti.

A V D I O, dis, audiui, auditum, {*Vdire*}(ἀκούω)proprie ſignificat ſonum auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς: id eſt, à uoce, cuius propriũ eſt, ut audiatur. Verg audiẽdi uocabulum etiam ad ea tranſtulit, quæ auribus, & ſenſu carent, cùm ait lib. 1. Geor. Et fruſtra retinacula tendens. Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. Aliquando Audire eſt intelligere, aduertere. Verg. 1. Aen. Progeniẽ ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. Interdum eſt audita petenti concedere. Verg. 9. Aen. audit: & genitor cœli de parte ſiniſtra intonuit læuum. Interdum credere, accedere. Cic. in Tuſc. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptũ ait. Interdum præcipienti parere, ὑπακούειν, ἀκούειν: & hoc tam cum accuſatiuo, q̃ cum datiuo. Cice. Audies te, id eſt, auſcultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius dicimus, cùm eis paremus. Cum datiuo. Idem: Et audiens eſſet huic ordini, id eſt, obediens. Inuenitur & Audio cum aduerbio bene, quod ſignificat commendor, laudor,(καλῶς ἀκούω Ariſtoph.)Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius uerbi compoſita ſunt. Exaudio, Inaudio, bene uel perfectè audio. Plautus Inaudiſſe, inquit, pro Valde audiſſe. Cic. Pau-

ſe,

ſæ, pro ſimplici poſuit: Quorum erupit illa uox, de qua ego ex te primum inaudieram. Inauditum tamen dicitur pro eo quod nunquam auditum eſt, ἀνήκουστος, ἄπυστος: ut, Res inaudita. Ci. pro Ligario: Rem certe nouam & ante hūc diem inauditum. Et Inauditum quandoque dicitur, quod non audit, ἀκήκοον. Varro: Animalium aliud alio ſenſu caret, quædam enim à natura gignutur aut inodorata, aut inaudita. Obaudio etiam ueteres dixerunt pro non obedio, & Subaudio, quod modo parum audio ſignificat, modo intelligo.

AVDITIO, ipſe audiendi actus. ἀκρόασις. Cic. 5. de Finib. Dautq; ſe ad ludendum fabellarumq; auditione ducuntur. Dicitur & audientia pro eodem. Plau. Exurge præco, fac populo audientiā, hoc eſt, fac ut populus audiat. Ci. 1. Verr. Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit. Hinc Auditiuncula, diminutiuum. Gell. lib. 13. cap. 18. Auditiuncula quadam de Catonis familia aſperſus eſt.

AVDITORIVM, {Auditorio}(ἀκροατήριον) locus ubi auditur Præceptor, aut Orator. Quint. lib. 2. cap. 11. Sed cuius rei gratia plenum ſit auditorium.

Per metonymiam accipitur pro ipſa auditorum turba. Plin. in Epiſtolis. Nā proxime frequenti auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clare iocabantur. Auditorium etiam pro foro & tribunali ponitur. Paulus in l. contra. de re iudi. Is qui ad maius auditorium uocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruerit, contumax non uidetur. Significat etiam Auditorium propriè ſcholam Rhetorum, Grammaticorum, aut Philoſophorum, in qua diſcipuli præceptorem audiunt, uut certè diſputationibus, aut declamationibus ſeſe exercent: atque ita foro opponitur. Quint. lib. 10. cap. 1. Sed alia ratio eſt litium diſputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

AVDITOR, oris, uerbale, {Auditore}(ἀκροατὴς) diſcipulus, qui profeſſorem audit, aut Rhetorem declamantem, aut Poetam carmina ſua recitantem. Cic. Att. lib. 16. Sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio dumtaxat legat. Iuuen. Sat. 1. Semper ego auditor tantum?

AVDITVS, us, {Vdito}(ἀκοὴ) ſenſum audiendi ſignificat: hoc eſt, potentiam illam, qua ſoni percipiuntur. Cic. pro Mar. Vereor ut hoc quod dicam, nō perinde intelligi, auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio.

AVE, (χαῖρε) uerbum defectiuum: in ſecunda perſona ſingulari Aue, & plurali Auete: in infinitiuo Auere, teſte Diomede lib. 1. Mart. lib. 5. Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant, Aue Latinum, χαῖρε non poteſt Græcum.

AVEHO, is, {Condurre altroue}(ἀπάγω) abduco, ſiue aliò ueho. Terent. in Adelp. Is uenit, ut ſecum auehat.

AVELLA, unde Abella.

AVELLANA, næ, {Nocciuola, uoſella nocchia. Boc. Lagrime che pareano nocciuole}(λεπτοκάρυον) nux eſt coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, q in Aſiam, Græciamq; primo è Ponto uenerit: eadem & Præneſtina dicitur, quod Præneſtini his abundent, ſiue (ut Macrobio placet) q Præneſtini ab Annibale obſidione cincti, his nucibus famem tolerauerint. Primum autem dictæ ſunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quod à Vergilio appellatur Abella à Silio Auella. Pli. li. 15. cap. 21. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: ut in auellanis, & ipſo nucum genere, quas antea abellinas uocabant.

AVELLO, lis, aulſi, & auulſi, auulſum, {Sbarbicare, ſterpare à forza}(ἀποσπάω) a loco uello, abſtraho, aufero. Cic. de Sen. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui auellantur. Ver. 2. Aen. Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo. Palladium. Hinc Auulſor, (ἀποσπαστὴς) et Auulſio, (ἀπόσπασμα) uerbalia. Pli. lib. 17. cap. 10. Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione. Idem lib. 9. cap. 45. Vbi auulſorem ſenſere, contractæ multo diffi cilius abſtrahuntur.

AVENA, æ, pe. pr. {Auena}(βρῶμος) herba eſt nota ex frumētaceo genere, equorum præcipue pabulis naſcens, tritico folijs & culmo ſimilis, ſemen habens eiuſdem nominis, è ſummo pendens culmo, locuſtarum quandam ſimilitudinem referens, duplici crure diuaricatarum. Nomen accepiſſe putatur ab eo, q ad fructū non ueniat. Numeratur n. inter uitia ſegetis, ueluti quidā frumenti abortus. Soli enim coeliq; uitio interdum accidit, ut triticum, hordeumue in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit uitio ſeminis, ſi illud aut imbecillum fuerit, aut carioſum. Vide Pli. li. 15. ca. 17. Eſt & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à Plinio uocatur, & à Græcis αἰγίλωψ, q morbum curet eiuſdem nominis. Hæc in hordeo naſci gaudet, ut lolium in tritico, multiplicīq; radice ſolum emacians, illi præripit alimentum. Ponitur interdum auena pro calamo, ſiue culmo ſegetis, ex quo paſtores ſibi fiſtulas conficere ſolent: quo fit, ut & pro ſtylo, ſiue charactere bucolico accipiatur. Verg. 1. Eclo. Syluestrem tenui Muſam meditaris auena. Hinc Auenaceus, a, um, quod ex auena cōfectum eſt. Pli. lib. 30. Vel cum farina hordeacea, uel auenacea.

AVENARIA, cicadæ ſpecies eſt, quam nonnulli frumentariam uocant, quoniā ſimul cum frumentis areſcentibus apparet. Auctor Plin. lib. 11. cap. 27.

AVENIO, onis, {Auignone}(αὐενιὼν Steph.) oppidū eſt Narbonenſis Galliæ, ad Rhodanum, Cauarū metropolis: de quo Pli. li. 3. cap. 4. Hodie Pōtificiæ ditionis eſt. Clementi enim ſexto eius nominis Pontificij urbem hanc cū uicino agro uendidit Ioanna Siciliæ regina: ut eſt uidere apud Volaterranum.

AVENTINVS, m, (αὐεντῖνος) pe. pr. unus ex ſeptem urbis Romæ mōtibus, cuius radicem Tyberis præterlabitur: ita dictus, ab auibus (ut ex ſententia Næuij refert Varro) quarū ob ſitus opportunitatem, amnisq; uicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Auentino Albanorū rege, qui in eo extinctus eſt, & ſepultus. Vel ab aduentu hominū, qui ad Dianæ templū, quod eo in monte à communi Latio conditū fuit, commeabant. Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat n. hic mons à reliquis paludibus diſcretus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur, quadrātē pro naulo perſoluentes. Fuit item Auētinus, cognomēto Syluius, Albanorū rex, Romuli ſyluij filius, & pater Procæ, a quo nōnulli Auentino monti (in quo ſepultus eſt) nomen factum exiſtimant. Eſt præterea Auentinus apud Verg. 7. Aene. nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit. Eſt & adiectiuum Auentinus, a, um, ut, Arx auentina, apud Ouid. 6. Faſt. Et Auentinum regnum apud eundem lib. 3.

AVEO, es, {Deſiderare, appetire}(γλίχομαι) uerbum defectiuum ſine præterito, & ſupino, ſignificat concupiſco. Cic. Att. lib. 1. Valde aueo ſcire, quid agas.

Auere etiam à nimia cupiditate pro gaudere ponitur. Vnde ſalutantes quoq; Aue, (χαῖρε) dicimus, id eſt, gaude & lætare. Auens, participium. Hora. 2. Ser. mo. Non eſt mihi tempus auenti Ponere ſigna nouis præceptis.

AVERNI, Vide Aruerni.

AVERNVS, {Il lago Auerno. Ario. can. 33 Merlin col libro, ò foſſe al lago Auerno}(ἄορνος) generis maſculini, in plurali Auerna, orum, locus Campaniæ, prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen eſſe rudis uetuſtas credidit. Vnde & pro inferorū ſede à Poetis uſurpatur. Dictus Auernus, quaſi ἄορνος, hoc eſt, auibus carens, ſiue q aues ſuperuolantes graui eius odore enecentur, ſiue q ſulphureæ exhalationes aerem uſq; adeo extenuent, ut aues ſuſtinere non poſſit. Luc. lib. 6. Principio q Auerna uocant, non nomen id ab re Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis. Strab. lib. 6. Contiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus, intra quem Auernus eſt. Auernus, a, um, adiectiuū. Ver. 2. Georg. Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus Auernis. Auernalis, le, adiect. ut, Aquæ auernales. Horat. 5. Epod. Auernales Nymphæ. Ouid. 5. Metam.

AVERRVNCO, as, {Rimouere, ſcacciare}(ἀποτρέπειν, ἀποπομπεῖσθαι) idem quod auerto uel depello: quod uerbum putatur à runcando deductum eſſe. Eſt autem runcare, herbas, uel frutices noxios, ex agro euellere. Liu. 8. ab Vrbe: Placuit ad auerruncandam Deū iram uictimas cædi. Inde Auerruncaſſo, pro eodem. Lucil. lib. 26. Dij mabint meliora, atq; amentiam auerruncaſſint tuam.

AVERRVNCVS, ci, (ἀποτρόπαιος) dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc eſt, depellere, atq; auertere putabatur. Cuiuſmodi apud Græcos habebātur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποπομπαίους, καὶ ἀποτροπαίους appellabant. Pacuuius apud Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Deus qui meis rebus præeſt Auerruncus.

AVERSA VENVS, (κατὰ τὰ πυγήν συνουσία) dicitur præpoſterus coitus, qui infandus eſt & exectandus. Iul. Cap. de Clodio Albino: Mulierarius fuit inter primos amatores, auerſæ ueneris ſemper ignarus, & talium perſecutor.

AVERSOR, aris, {Abominare, uolgere il uolto in altra parte}(ἀποστρέφομαι, ἀποτρέπομαι) deteſtor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo, uultum auerto, ut illam repellere uideri poſſim. Ouid. in Faſt. Officioq; leuem non auerſatus honorem. Columella: Nam nec rubos auerſatur capra. Auerſatio, uerbale. Quint. lib. 8. cap. 3. Ego certè mihi cernere uideor eorum, qui aderant, tantam auerſationem, ac timidam uerecundiam.

AVERSVS, a, um, {Quello che uolge le ſpalle uer noi}(ἀπεστραμμένος) qui faciem a nobis auertit, tergumq; oſtendit: cuius antitheton eſt Aduerſus, (ἐναντίος) qui frontem, anterioremq; corporis partem nobis obiectam habet. Cic. 3. de Orat. Aduerſus, & auerſus impudicus es, hoc eſt, ab anteriore parte, & à poſteriore. Sic hoſtes aduerſos aggredi dicimur, cum eos à fronte inuadimus: auerſos autem, cum fugientes à tergo adorimur. Per metaphoram Auerſum uocamus iratum, iniquum, contrarium, & male cupientem. Cic. Att. li. 8. Deos auerſos eſſe à ſalute populi Romani. Verg. 4. Aen. Talia dicentem iandudum auerſa tuetur. Vbi Seruius, Auerſa, inquit, hoc eſt, irata. Nam ſi intueretur, quomodo auerſa, niſi irata.

AVERTÆ, tarū, ſunt lora (ut Bud. ſcribit in Annot. Poſt.) latiora, quę per terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſuccincta. Accurſius Auertam, equorū pectorale uult eſſe, ita dictum q auerſum collocetur: Sicut Poſtilena Plauto magmentū illud coriū dicitur, quod a ſella in caudam deſinat: ab eo, q poſt ſellā ſit. Alciato placet, hoc uocabulo ornamentū capitis intelligi, quo habenę figuntur: & id quoq; ab auertendo, q equi per eam uertantur, prout ſeſſori uiſum eſt.

AVERTO, tis, {Rimouere, uolgere altroue}(ἀποτρέπω) aliò uerto, amoueo. Verg. 1. Aene. Nec poſſe Italia Teucrorū auertere regem? Huius antitheton eſt Aduerto. Vnde Aduertere oculos, uel mentem, dicimus pro eo quod eſt ad rē aliquam aciem oculorum uel mentis intendere. Auertere autem eſt remouere, et aliorſum flectere. Cic. de Amic. Tu uelim animum parumper à me auertas, Lælium loqui ipſum putes. Eſt item Auerto nonnunquam idem ferè quod interuerto, hoc eſt, intercipio, & efficio, ne res ad eū perueniat, cuius eſt. Cic. 3. Verr. Is auerſa pecunia publica aufugit. Idem in Frumentaria: Frumentum auerſum à Rep. abreptum ab aratoribus.

AVERTOR, eris, (ἀποτρέπομαι) deponens, idem quod auerſor, hoc eſt, contemno, uel ſperno: à moribus, & conſuetudine hominum ducta ſignificatione. Ab his enim quæ nobis ſunt contemptui, faciem noſtram auertimus. Boethius: Heu heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure, id eſt, ſpernit, dedignatur. Aliud eſt Auertor paſſiuum ab Auerto, à quo fit Auerſus, de quo ſupra.

AVFEIA AQVA, olim dicta fuit, quę poſtea Martia dici cœpit, omniū aquarum toto orbe, Plinio teſte, clariſſima, frigoris ſalubritatiſq; laude cæteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, tranſit Marſos & Fucinū lacū, mox ſpecu merſa, in Tyburtina ſe aperit, nouem paſſuum millibū fornicibus perducta. Primus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius, unus è regibus: poſtea Q. Martius Rex in Prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, cum antea Aufeia diceretur. Hæc ferè Plin. lib. 31. cap. 3.

AVFERO, aufers, abſtuli, ablatū, {Toglere, rapire}(ἀφαιρέω, ἀφαρπάζω) ex Ab & Fero cōpoſitū, teſte Cicerone in Oratore, ſignificat tollere. Terent. in And. Vos iſthæc intrò auferte. Cic. 3. de Fin. Cōmentarios quoſdam, inquā Ariſtotelicos, quos hic ſciebam eſſe, ueni ut auferrem: quos legerem, dum eſſem otioſus.

AVFIDIVS, cognomento Lurco, qui primus pauones ſaginare aggreſſus eſt, ex eo quæſtu reditum ſexagenorum millium ſeſtertiorum percipiens. Auctor Pli. li. 10. cap. 20. Aufidius Baſſus, nobilis Hiſtoricus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis hiſtoriam conſcripſit.

AVFIDENA, æ, pe. pr. (αὐφίδηνα) oppidum eſt in quarta regione Italiæ, ſub Frentanis ſitum, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hinc Aufidenates, (αὐφιδηνάται) populi, quorum Plinius inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 12.

AVFIDVS, di, pen. cor. (αὔφιδος Straboni) fluuius eſt in Hirpinorum montibus naſcens, & præter Canuſium in mare Adriaticum influens: quem ex clade Cannenſi, Romanorum ſanguine aliquandiu rubuiſſe, tradit Liuius in tertio Bell. Punico.

AVFVGIO, is, pen. cor. {Fuggire altroue}(ἀποφεύγω) aliò fugio. Terent in Hecy. Denique hercle aufugerim Potius, q̄ redeam, ſi eo mihi redeundum ſit.

Inuenitur aliquando accuſatiuo iunctum, quemadmodum ſimplex Fugio. Cic. 1. de Natu. deo. Andromeda aufugiens conſpectum mœſta parentis. Sæpe etiam abſolutè, & ſine caſu. Idem in Epiſt. ad Vatiniū. Dionyſius, cùm multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturū putaret, aufugit. Interdum cum abla-

tiuo mediante præpoſitione A, Ab, uel Ea. Liuius: Iam aliquantum ſpatij ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat.

AVGASII, (αὐγάσιοι) populi ſunt inter Maſſagetas, apud Stephanum.

AVGA, æ, uel Auge, es, uel Augea, æ, (αὔγη, ἡ αὔγεια) mater fuit Telephi, quã Euripides dicit ab Alæo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe: Sed Palladis prouidentia urnam ad Caici oſtia trãſmiſſam euaſiſſe, & Augen ad Teuthram te exceptam, eidem nupſiſſe, illumq; Telephum pro filio educaſſe, & regni ſucceſſorem inſtituiſſe. Verba ſunt Strabonis lib. 13. Aliter Diodorus lib. 5. Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre grauida deprehenſa, nauclero cuidam tradita eſt ſubmergenda. Sed antequam ad mare perueniret, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter uirgulta abdidit, qui poſtea inuentus, à paſtoribus Corytho regi datus eſt, & Telephi nomine appellatus, ꝙ à paſtoribus inuentus eſſet pendens ab uberibus ceruę. Auge uero à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata eſt, ubi poſtea à Telepho filio fuit agnita.

AVGEAS, pe. pr. (αὐγέας Suidæ) Athenienſis Comicus fuit, ut eſt auctor Athenæus. Fuit & Augeas Eleorum rex, quẽ Hercules ſuſtulit. Vide infra Augias.

AVGEO, es, xi, auctum, {*Accreſcere, far maggiore. Boc. Gio. 3. No. 8. Accrebbero ſenza fine la fama della ſantità dell'abate*} (αὔξω, συναύξω) maius facio, amplifico, addo, acceſſionem facio, cumulo, multiplico. Et tum ad res, tum ad perſonas refertur. Ad perſonas. Ci. Att. Auctus Antonij beneficio ſum. Ad res. Idem in Ver. Nam locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo, quæ uehementiam ſignificant. Terent. in Heau. Hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſiet. Idem: Ibi cõcurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Ab Augeo fiunt Aucto, as: Auctus, a, um, αὐξηθείς: Auctus, us, Auctor, & Augeſco, ſcis. Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius: Et tabes numeros augificabit ſuos.

AVGESCO, cis, {*Accreſcere, aumentarſe, ingroſſarſe*} (αὐξάνομαι) creſco, incrementum accipio. Sumitur enim paſſiue, & ſemper intranſitiue ponitur. Plin. lib. 11. Augeſcunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu: minuuntur ſiccis, & aridis, & ſiti. Cic. in Cat. Quæ & ſucco terræ, & calore ſolis augeſcens, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.

AVGIA, ſiue Augea, pen. pr. (αὐγεία Steph.) nomen eſt duarũ urbiũ, quarũ altera in Locride ẽ, cuius in Catalogo nauiũ meminit Homerus: altera in Laconia.

AVGIAS, ſiue Augeas, pe. pr. (αὐγείας) nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis aduentum: unde etiam inter Herculis labores enumeratur huius ſtabuli repurgatio. Vide Eraſmum in prouerbio, Augiæ ſtabulum.

AVGIFICO, as, uide Augeo.

AVGMEN, inis, {*Accreſcimento*} (αὔξημα) idem quod augmentum. Lucre. lib. 3. Perfectum corporis augmen. Augmine donare, pro augere. Idem lib. 2. unde abeunt, minuunt: quo uenere, augmine donant.

AVGVR, auguris, (οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος, ὁ ἐκ τῶν οἰωνῶν μαντευόμενος) qui ex uolatu, paſtu, aut cantu auium futura diuinat. ita dictus, teſte Feſto, ab auiũ garritu, ſiue à geſtu earũ, quem augures ſolent obſeruare. Cic. in Cat. Augurq; cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reipub. ſalute gererentur. Hinc Augurium, (οἰωνοσκοπία) pro ipſa diuinatione, quaſi Augeriũ dictum, uel Augarium: pro quo antiquiſſimi etiam Augurum dixerunt per tres ſyllabas, ut Accij teſtimonio confirmat Nonius. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. nam aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illę quidem Præpetes, iſtæ oſcines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum paſtu, cum pullis gallinaceis è cauea depromptis eſca porrigebatur. Si enim ita auidè edebant, ut cibus ore excidens terram pauiret, hoc eſt, feriret, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiabatur, & feliciter ceſſurum quicquid ille animo concepiſſet: contra omnia infauſta portendebantur, ſi eſcam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatũ prædixerunt pulli, qui eſcam non ceperunt, ſed ex cauea euolarunt. De auguribus, augurijsq; uide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectas. Sumitur etiam latius Augurũ nomen pro quauis diuinatione, ſiue coniectura. Cice. 4. Philip. O mea ſemper fruſtra ueriſſima auguria rerum futurarum.

AVGVRACVLVM, raculi, (οἰωνοσκοπεῖον) ueteres dicebant, quam nos arcem uocamus, quod ibi aues publicè auſpicaretur. Feſtus.

AVGVRALIS, le, (οἰωνοσκοπικός) ad augurem pertinens. ut, Auguralis cœna, quæ & Aditialis dicitur. Var. 3. de Re ruſt. cap. 6. Primus hos Q. Hortẽſius augurali cœna poſuiſſe dicitur. Ci. ad Gallum: In eas cum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum. Augurales libri, Auguralia inſignia. Porta auguralis. Tacit. lib. 2. Nocte porta egreſſus augurali per occulta, & uigilibus ignara, uno comite, &c. Augurale, inſigne augurum. Seneca de Tranquil. uitæ. cap. 11. Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c. Vir auguralis. Cice. de Cla. ora. Auguralis uirga (οἰωνοσκοπική ῥάβδος) Baculus erat breuis, qui & Lituus appellatus eſt, in ea parte, qua robuſtior erat, incuruus.

AVGVRO, as, idem quod auguror, {*Augurare, indouinare*} (οἰωνίζομαι.) Ver. lib. 9. Et ſi quid ueri mens augurat opto. Hinc Inauguro, & Exauguro, compoſita contrariæ ſignificationis. Nam Inaugurare eſt per augurium conſecrare.

Exaugurare autem, quod inauguratum erat, contrario augurio prophanare. Cicero de Antonio Cæſaris Flamine: Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem: uide, qui te inauguret. Liu. 1. ab urbe: Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet, tota Iouis templiq; eius, quod inædificaretur, exaugurare fana, ſacellaq; ſtatuit.

AVGVROR, pe. cu. (μαντεύομαι, οἰωνοσκοπῶ) proprie eſt ex auium cantu, geſtu, uel paſtu futura diuino: quanquam etiam latius accipitur, pro quouis modo coniicio. Regit autem uel accuſatiuũ. Cic. de Diuin. 1. Calchas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. Vel ablatiuũ. Idem Att. Etenim quantum coniectura augurantur. Item cũ præpoſitione De. Idem in Brut. Sed quid de illo augurer, lubet dicere. Et cũ Ex. Idẽ Cecinna: Non igitur ex alitis uolatu nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, nec è tripudijs ſoliſtimis, aut ſomnijs tibi auguror.

AVGVRATVS, us. (οἰωνοσκοπική) ſcientia, uel dignitas auguris. Ci. 1. de Diuin. Cuius cum tẽtaret ſcientiam auguratus, dixit ei, cogitare ſe quidquam. Ibidem: Quid lituus iſte ueſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, unde uobis eſt traditus?

AVGVRATO, aduerbium, per augurium: ſicut Auſpicatò, per auſpiciũ. Liui. 1. Dec. lib. 1. Accitus Numa, ſicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque deos conſuli iuſſit.

AVGVRATIO, onis, (οἰωνοσκοπία) ipſe augurandi actus. Cic. 3. de Diuinat. Quæ tandem iſta auguratio eſt ex paſſeribus?

AVGVRIVM. Vide Augur.

AVGVRIVS, a, um, (οἰωνοσκοπικός) idem quod auguralis. Cice. Epiſt. lib. 2. Cum ipſam cognitionem iuris augurij conſequi cupio.

AVGVSTA CÆSAREA, (αὐγούστα καισάρεια) urbs ſupra Iberum ſita. Diſtat à Numantia ad octoginta ſtadia. Vulgus Hiſpanorum Saragoſſam uocat.

AVGVSTA EMERITA, ciuitas Luſitaniæ, quæ à militibus emeritis conditoribus, & Auguſto nomen ſortita eſt. Nam, ut Diomedes refert, quo tempore Cæſar Auguſtus Cantabris & Aſturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites, qui ſupra ætatem forent, atque conceſſit ipſis, ut in Luſitania Auguſtam Emeritam conderent.

AVGVSTA VINDELICORVM, Germaniæ urbs eſt celeberrima, ad Lycum amnem ſita, quam Germani ſua lingua Auſpurg uocant. Auguſta Treuirorum, eſt Metropolis Treuirorum ad Moſellam flumen ſita. Vulgo Trere à Germanis dicitur, à Gallis Treues.

AVGVSTALE, is, {*Palazzo de magiſtrati*} (πρυτανεῖον) domus principis uel magiſtratus, à recentioribus appellata fuit, quę à ueteribus dicebatur Prytaneum. In caſtris quoq; Imperatoris tabernaculum, Auguſtale dictum legimus.

AVGVSTALES, teſte Vegetio lib. 2. Rei militaris, appellabãtur, qui primos in bello ordines ducebant: ita dicti ꝙ ab Auguſto ad id munus eſſent delecti.

AVGVSTE, aduerbium, (σεβασμίως) ſanctè, piè, religioſè, & cum quadam ueneratione. Cic. 2. de Nat. deo. Hunc dico Liberum Semele natum: non eum, quem noſtri maiores auguſtè, ſanctèq; Liberum cum Cerere & libera conſecrauerunt. Dicere de religione auguſtius. Cic. de Claris orat.

AVGVSTODVNVM, (αὐγουστόδουνον) Heduorum metropolis, quam Galli ſua lingua Auſtun uocant.

AVGVSTORITVM, (αὐγουστόριτον Ptolemæo) urbs eſt Pictonum, quam Gallicè Poictiera uocamus.

AVGVSTVS, a, um, {*Auguſto, uenerando per religione, degno di riuerenza*} (σεβάσμιος, σεμνός, ἱερός) dicitur ſanctus, & dignus, quem religioſa quadam ueneratione obſeruationeq; colamus. Vnde Auguſta templa, & ſimulacra, auguſta forma, & auguſta dignitas, &c. Ouid. 1. Faſt. Sancta uocant auguſta patres: auguſta uocantur Templa, ſacerdotum ritè dicata manu. Cice. 5. Tuſc. Ex hoc igitur Platonis quaſi quodam ſancto, auguſtoq; fonte, noſtra omnis manabit oratio. Sed & Octauius Cæſar primum, indeq; reliqui ab illo Cæſares, Auguſti (σεβαστοί) cognominati ſunt, cũ ob ſingularem eorum uirtutem, meritaq; in Rempub. maxima, tum ut cæteri tam auguſto, ſplendidoq; nomine ſibi adepto, ad eaſdem egregias uirtutes imitarentur. Item quia menſe Sextili Octauius Cæſar primum Conſulatum iniit, triumphos in urbem intulit: Aegyptus quoq; hoc menſe in poteſtatem Popul. Rom. redacta, & finis ciuilibus bellis impoſitus eſt: placuit Senatui, ut qui antè Sextilis, deinde Auguſtus appellaretur, ut qui imperio feliciſſimus fuerit.

AVGVSTÆ, coniuges dicebantur Imperatorum: Diuæ autem poſt mortem tãtum Auguſtarum nomina hæc ſunt, Liuia Auguſti, Agrippina Agrippæ filia uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ quas enumerat Volaterranus lib. 14.

AVIA, æ, (μάμμη) patris uel matris mater. Cic. de Aruſp. reſpon. Te te Cn. Lentule, cuius ab auia Mater Deum manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe uolunt. Hinc componuntur Proauia, Abauia, Atauia, & Tritauia.

AVIARIVM, rij, (ὀρνιθών) locus, in quo aues nutriuntur, uel clauduntur, uel cuſtodiuntur, uel quo ſe aues recipiunt, ita dictum ab auibus, ſicut Apiariũ ab apibus. Cic. 5. Fratri: Nihil reſtabat, præter balnearia, & ambulationẽ, & auiarium. Col. lib. 8. cap. 1. Quæ nos ſimiliter appellamus, apium cubilia apiaria, uel nantium uolucrum, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, auiaria: uel etiam pecudum ſyluestriũ, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, uiuaria. Auiaria quoq; à Vergilio dicuntur loca nemoroſa, & ſecreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. Geor. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Vbi Seruius: Auiaria, ſecreta nemorum, quæ aues frequentant.

AVIARIVS, {*Colui che tiene cura d'uccelli*} (ὀρνιθοκόμος) qui curam auium gerit. Col. lib. 9. de Gallinis: Sic tamen ut illuſtria ſint loca, quò commodius habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

AVICVLA, diminutiuũ, {*Vccellino augellino. Bembo. Et ſi com'augellin di ramo in ramo*} (ὀρνιθάριον) parua auis. Gell. lib. 2. Auicula eſt parua, nomen eſt Caſſita, nidulaturq; in ſegetibus.

AVIDVS, cupidus, {*Auido, ingordo, deſideroſo. Pet. Com'huom ch'è infermo e di tal coſa ingordo*} (πλεονέκτης) ab auendo, hoc eſt, à cupiendo. Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum. Hinc Auiditas, atis, πλεονεξία. Cic. de Senect. Habeoq; ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. Auidè, aduerbium. Cic. de Senect. Græcas literas ſenex didici, quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione Auarus.

AVILLA, {*Agnellino, pecorino*} quaſi ouilla, agnus recentis partus. Feſtus.

AVIS, is, {*Vccello, augello. Pet. Et come augelli in ramo oue non teme*} (ὄρνεον) uolucris omnis, quæ oua parit, & pennis decorata eſt: ita dicta (ut quibuſdã uidetur) ab auijs, hoc eſt, locis ſecretioribus, quibus aues maximè delectãtur. Auctor ad Heren. lib. 1. Auium dulcedo ducit ad auium. Volucres autem (πτηνά) dicuntur, quæcunque uolare poſſunt. Vnde apes, ueſpæ, muſcæ, & papiliones, uolucres quidem ſunt, non tamen aues. Veſpertilio quoq; à quibuſdã inter aues non numeratur, eò quod pennata non ſit, ſed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra auium naturam. quò fit, ut media quædam ſpecies inter auem, & murem eſſe uideatur: tametſi Valla ab auium genere eũ non excludat.

AVITVS, a, um, pen. pro. (παππῷος, προγονικός) quod ab auo, aut auia ad nos peruenerit. Cic. in Verr. Act. 1. Nulla res cuiuſquam tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abiudicaretur.

Auias,

AVIVS,a,um,{*Senza uia,iſuiato,diſuiato*}(ἄβατος)quod lōgius diſtat à uia aut quod eſt ſine uia. Verg.lib.2.Georgicum Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris. Salluſtius in Iugurtha. Ipſe nocturnis auijs itineribus ignoratus repente Romanos Palantes aggreditur. Lucretius. Auia Pieridum peragro loca,nullius ante Trita ſolo.

AVLA,{*Regia,palazzo corte di prencipe*}(αὐλή) proprie eſt principū domus uentis perflatile,ut annotauit Athenæus. Vnde apud Homerum loca ſubdialia hoc nomine intelliguntur. Verum quoniam principum ædes habere ſolent ampliſſima hypæthra,factū eſt,ut aula pro regia ponatur. Seneca: Notiſſima uox eſt eius,qui in cultu regum conſenuerat,cum quidam illū interrogaret, quo modo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem? Iniurias(inquit) accipiendo,& gratias ſæpe agendo. Antiqui Aulas dicebāt,quas nos Ollas,id eſt, uaſa figulina,quibus cibaria coquuntur. Plaut.in Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Huius diminutiuum eſt Aulula (à qua Plauti Comœdia Aulularia uocata eſt)hoc eſt,parua olla. A quo rurſus fit aliud diminutiuum Auxilla:ut eſt auctor Feſtus. Ab Aula fit Aulicus Aulica,um,denominatiuum:ut, Aulicus apparatus. Et Aulicus ſubſtantiue,{*Cortigiano*}qui aulæ ſectator eſt aſſiduus. Sueto.in Nero. Nam forte accidit, ut in publica fama Alexandrina nauis nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexiſſe.

AVLÆVM,aulæi,uel(quod magis in uſu eſt,) Aulæa,orum,pluraliter,{*Panno d'arazza,Razzi*}(αὐλαῖαι)ſunt uela picturata, & uerſicolori textura ſpectabilia,quæ à Græcis περιπετάσματα, & παραπετάσματα nominantur, quibus in ſplendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. Dicta Aulæa,ab aula Attali Aſiæ regis,in qua primum inuenta ſunt. Vnde etiam Attalica aulæa uocantur. Propert. Nobilis aulæis porticus Attalicis. Beluata tapetia(ζωωτά) dixit Plaut. à textura, beluarū,quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Ciceronē in Oratione pro Cælio: Deinde ſcabella cōcrepant,aulæū tollit. Legiī & Aulæa fœm.gen.apud Q.Curtiū: Nec quicquā(inquit)eorū quę inuicem iactata erant,rex ignorabat,cū poſt aulęam,qua lectos abduxerat,ſtaret.

AVLERCI,apud Cæſarem,Galliæ Celticæ populi fuit,ad Oceanū ſiti,inter ciuitates Armoricas. Orontius credit eos eſſe,quos hodie uocamus Rhotomagenſes.

AVLETES,pe.pr.(αὐλητής)Latine dicitur Tibicen,à Græcis etiā Aulædus. Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi,patris Cleopatræ, qui præter reliquam uitæ mollitiem,etiam choraulam exercuit: unde & nomen nactus eſt. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit: a quo Senatui commendatus eſt,& à Gabinio in regnum reductus. Auctor Strabo lib.17.

AVLETICVS,a,um,pen.cor.(αὐλητικὸς τοῖς αὐλοῖς)hoc eſt,tibijs idoneus ut Aulericus calamus. Plin.lib.16.cap.36. Orchomenius eſt continuo foramine peruius,quem Auleticon uocant.

AVLETRIS,(αὐλητρίς)mulier tibicina.nam αὐλὸς,tibia eſt.

AVLICOQVA,antiqui dicebant,quæ in aulis,hoc eſt,ollis coquuntur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur,in ollis elixa. Auctor Feſtus.

AVLICVS,a,um:& Aulicus,ci,ſubſtan.uide Aula.

AVLIS,lidis,(αὐλίς)regiuncula eſt ſaxoſa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Eubœæ,una cum oppido eiuſdem nominis, quod portū habet exiguū, quinquaginta non amplius nauium capacem. Huc Græcorum claſſem conueniſſe ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidemq́; maris tempeſtate retentum Agamemnonem, filiam ſuam Iphigeniam Dianæ ſacrificaſſe. Straboni tamen lib.9. placet, non in hunc portum tam anguſtum Græcorum claſſem coactam fuiſſe, ſed in alterum maiorem & profundiorem,qui Tanagræorum uico proximior eſt.

AVLOEDVS,(αὐλῳδὸς)qui tibiis canit,quas Græci αὐλοὺς uocant. Cic.pro Muræna: In Græcis artificibus eos aulœdos eſſe aiunt,qui citharœdi fieri non poſſent.

AVLOCRENE,nes,pen.pro.regiuncula minoris Aſiæ,in conuentu Apameno,per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur,ex qua pependit Marſya uictus ab Apolline. Plin.lib.16.cap.14.& lib.5.cap.29.

AVLON,(αὐλών)mons Calabriæ contra Tarentinam regionem,ferax boni uini. Mart.lib.13. Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo eſt et oppidū eiuſdem nominis. Eſt & nomen duarum urbium,quarum una eſt in Macedonia,quæ uulgo hodie Valona nominatur: alia in Cilicia.

AVO Pomponio, Auius Ptolemæo, fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris,qui Celerinorum populorum ſupra Bracaras & Gronios agrum alluit. Vide Melam lib.3. & Ptolemæum lib.2.cap.6.

AVOCAMENTA,ſunt negotia iucundiora, ſiue ſolatia, animum à mœrore auocantia,id eſt,reuocantia. Plin.in Epiſt. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo,dum admittere auocamenta,& cicatricem pati poſſit. Bud.

AVOCO,as,pen.cor.{*Chiamare altroue. Pet. Chiamar i tanto in dietro da gli ſcogli*}(ἀποκαλέω)aliò uoco: & per tranſlationem abſtraho,diſiungo,auerto, ἀποτρέπω. Lactan.lib.1. Et ad ſtudia pacis à rebus bellicis auocauit. Cice. pro Roſc. Amer. Non neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos,quos iam ætas à prælijs auocabat.

AVOLO,as,pen.cor.{*Volare altroue*}(ἀφίπταμαι)aliò uolo,ſiue aliò ſubito diſcedo. Cic.ad Atti. Experiar certe,ut hinc auolem.

AVRA,{*Aura,uento piaceuole. Pet. L'aura che'l uerde lauro,e l'aureo crine*}(αὔρα)uentus lenior,teſte Seneca in Natural.quæſt. Verg.lib.4. Aen. At illi Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Interdum Aura ponitur pro ſplendore. Idem in 6. Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Interdum pro afflatu & fauore,quia cum flat aura æſtate,uidetur æſtuantibus fauere. Idem ibidem: Iā quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. Horatius per tranſlationem poſuit pro uenuſtate,& illecebris mulierum,& quodam quaſi philtro,quo illæ amantes ad ſe alliciunt. Sic enim habet 2.lib.Carm. Ode 9. Te ſuis matres metuunt iuuencis,Te ſenes parci,miſeræq́; nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. Metaphora ſumpta eſt à nauigantibus,quorum curſum uduerſi uentorum flatus ſæpe remorantur. Fit autem (ut quidam uolunt) Aura ab aere q motus aer & ſplendorem facit & uentum: & procul dubio Græcum eſt. Suidas,αὔρα,ἡ τοῦ πνοή. Aura,inquit,id eſt ſpiritus,uel,ſi mauis,flatus.

AVRAMENTVM,(χρύσωμα) uidetur inſtrumentum eſſe effodiendo, aut purgando auro accommodatum. Plin.lib.33.cap.3. Hiſpania ſtrigiles uocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur, cum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

AVRARIA fodina,{*Minera d'oro*}(χρυσωρυχεῖον)ubi foditur aurum: quæ et Aurifodina dicitur.

AVRARIVS,a,um,adiectiuum,ut Auraria metalla. Plin.lib.37.cap.12. Aurarium negotium. Plaut.Bacchid.

AVRARII,{*Orefici*}(χρυσοχόοι)aurifices,qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant. Aurarij etiam fautores dicuntur,teſte Seruio,à nomine Aura,q nonnunquam pro fauore accipitur.

AVRAS,(αὔρας)fluuius ab Hæmo in Iſtrum defluens. Herodo.lib.4.

AVRATA,{*Orata,orada*}(χρυσόφρυς)piſcis,qui ab auri colore nomē accepit: cuius amator Sergius,Orata cognominatus eſt,ut refert Macrobius,quaſi Aurata. ſicut Ploſtrum pro Plauſtrum. Martialis lib.13. Non omnis pretium, laudemq́; aurata meretur.

AVRATVS,a,um,{*Dorato,indorata*}(διάχρυσος. χρυσόβαφής) quod in ſuperficiem habet aurum. Cicero poſt red. in ſena. Lentuli beneficio excellenti,atq; diuino,non ſolum reducti ſumus in patriam, ſicut nonnulli clariſſimi uiri: ſed equis inſignibus,& curru aurato reportati. Sueton.in Nerone: Piſcatus eſt reti aurato,purpura,coccoq́; funibus nexu. Abuſiue tamen Auream domū,& Auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati. Liu. 9.ab urbe: Tunicæ auratis militibus uerſicolores.

AVREÆ,{*Teſtiere*}(παρώτια)ſunt freni,qui circa aures equorum religantur, imo para habenæ,quæ circa aures ponitur. Feſtus.

AVRELIA,æ,(αὐρηλία)nomen matris Cæſaris Dictatoris: ut eſt uidere apud Suetonium in Cæſare. Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit,à Sabinis (ut Feſto credimus)oriunda,cui locus publice deſignatus erat, in quo Soli ſacra faceret. Ex hac Aurelij plerique illuſtres Romani originem traxerunt, primum Auſelij dicti,ſicuti Papyſij,qui poſtea Papyrij.

AVREOLVS,a,um,diminutiuum ab adiectiuo Aureus. Aureolum collum, auri colorem referens. Varr. 3.de Re ruſtica cap.9. Aureolus libellus. Cice.4. Acad. Malum aureolum,Catullo. Aureolus,ſubſtantiuum,diminutiuum ab Aureo numo. Martia.lib.5. Qui crepat aureolos,forſitan unus erit. Idem lib.10. Aureolos ultro quatuor ipſa petit.

AVRES,{*Orecchio,orecchia. Pet. Diſſemi intro l'orecchie homai ti lece*}(ὦτα) ab auriendis ſonis dictæ ſunt,detracta aſpiratione. Verg.3. Aene. Vocemq́; his auribus hauſi. Alij à Græco αὐδή deduci malunt,quod uocem ſignificat,quæ ſolo aurium inſtrumento percipitur: aut certe à uerbo Audio, ut Aures dictæ ſint,quaſi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes,q̃ ipſa foramina. Lucret.lib.6. Sollicitæ porro,plenæq́; ſonoribus aures. Aures item dicuntur in rebus inanimatis,quibus rem aliquam apprehendimus,quas alio nomine Anſas uocamus. Verg.1.Geor. Binę aures,duplici aptātur dentalia dorſo. Hinc Inauris,(ἐλλόβιον)& Auritus,ὠτώεις: de quibus infra. Auribus prouchi,ἀκοῇ προάγεσθαι,dicimur,quando audientes aliquid delectabile laborem pedum non ſentimus,tanquam aures nos uehant. Apuleius: Me uſque ad iſtam ciuitatis portam meis auribus prouecto.

AVREVS,ſubſtantiuum,{*Moneta d'oro,ſcudo d'oro*}(χρυσίον) nummus eſt ex auro cuſus. Plin.lib.35.cap.10. Immane tabulæ pretium accepit, aureos menſura non numero.

AVREVS,a,um,{*Coſa fatta d'oro*}(χρυσοῦς,χρύσεος)quod ex auro eſt confectum. Cic.4.Philip. Sedebat in roſtris Cæſar,in ſella aurea coronatus. Idem quod auri colorem habet. Verg.3.Eclog. Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. Interdum idem quod pulchrum. Idem 10.Aen. At non Venus aurea contra Pauca refert.

AVRICHALCHVM,Vide Orichalcum.

AVRICOMVS,pen.cor.{*Biondo. Pet. O chiome bionde di che'l cor m'annoda*}(χρυσόκομος)qui aureos crines,ſeu auream comam habet. Vnde Phœbus uocatus eſt Auricomus,Batauus auricomus. Silius lib.3.

AVRICVLA,(λοβὸς,ὠτίον)quamuis diminutiui formam habeat,non tamen paruam aurem ſignificat,ſed exteriorem auris partem, aut certe mollem illā particulam,quæ etiam infima: uel ima auris appellatur. Cic. Q. Fratri: auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Martialis tamen pro tota aure poſuiſſe uidetur,cū ait lib.5. Auriculam Mario grauiter mirans olere: Tu facis hoc: garris Neſtor in auriculam.

AVRICVLARIVS,a,um,(ὠτικὸς)quod ad aures pertinet. Vnde Auricularium ſpecillum,chirurgorum inſtrumentum,quod curandis,purgandiſve auribus adhibetur. Pro eodem etiam dicimus Auricularis,& hoc re: ut, Vermiculatio auricularis,cum putridę aures uermibus ſcatent. Et auricularis digitus, paruus,quo aures inundantur.

AVRIFERVM,{*Che produce oro*}(χρυσοφόρος)quod fert aurum: unde Aurifera flumina dicūtur, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Aſia, Ganges in India. Aurifera arbor. Cic.2.Tuſc. Auriferum nemus, Plin.lib.5.cap.1. Aurifera terra, Martial.lib.10.

AVRIFEX,ficis,{*Orefice,oraſo*}(χρυσοχόος)faber aurarius, qui auri laborandi artifex eſt. Cic.1.de Orat. Ad ea probanda,quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Hinc Aurificina,pro aurificis officina.

AVRIFVR,{*Rubator d'oro*}(χρυσοκλέπτης)qui furatur aurum. Plau. Et mihi hic aurifur eſt.

AVRIGER,ra,rum,(χρυσοφόρος)adiectiuum: ut, Auriger taurus. Cice.2.de Diuina. Aurigeris diuum placantes numina tauris. Arbor aurigera, Valer.8. Argonaut.

AVRIGA,pe.p.et generis cōmunis,ſecūdū Priſcianū,{*Carrattiero*}(ἡνίοχος) qui,uel quæ currū regit. Quæ uox ab aureis agendis dicta uidetur. Sunt autem Aureæ(ut ſupra ex Feſto docuimus)lora quædā, quæ circa equi iugalis aures religantur. Ver.12. Aen. Circūſtant properi aurigæ,manibusq́; laceſſunt Pectora plauſa cauis. Hinc Aurigo,as,uerbū(ἡνιοχῶ)currum regere. Suet. in Calig. Nec ullis,niſi ex Senatorio ordine aurigātibus. Aurigatio,onis,(ἡνιοχεία,ἡνιόχευσις)uerbale. Gel li.7.ca.8. Quibus uerbis delphini amātis,& pueri nō abhorrentis,cōſuetudines,luſus,geſtationes,aurigationes refert. Aurigarius,uidetur uſurpari à Sueto.in Nero.cap.5. pro eo,qui curā habet inſtruendi aurigas in ſpectaculis. Perfidiæ uero,inquit, tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum

coemptarum, ſed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIGO, ginis, pen. pro. {*Oppilatione*} (ἰκτερός) morbus regius, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repræſentat. Hinc Auriginoſus, (ἰκτερικός) dicitur, qui eo morbo laborat.

AVRIGO, as, uide Auriga.

AVRIGOR, aris, {*Guidare, reggere, frenare. Pet. Voglia mi ſprona amor mi guida e ſcorge*} (ἡνιοχέω) moderor, rego. Varro Modio: Natura aurigatur, nõ neceſsitudo.

AVRILEGVS, pe. c. (χρυσολόγος, χρυσοκλέπτης) qui aurũ legit, id eſt furat.

AVRIPIGMENTVM, ti, {*Orpimento*} (ἀρσενικόν) genus eſt coloris quod in Syria inuenitur in ſumma tellure, auri ſplendore, ſed fragile, lapidum ſpecularium ſimilitudine. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Duo autem ſunt auripigmenti genera: quæ uide ſupra in dictione Arſenicum.

AVRIS, ris: Vide Aures.

AVRISCALPIVM, (ὠτογλυφίς) inſtrumentum quo aures purgantur.

AVRITVS, a, tum, pe. p. {*Orecchiuto*} (ὠτώεις) qui magnas habet aureis. Ver. 3. Aen. Auritosq; ſequi lepores. Auritus item dicitur, qui bene audit. Horat. 1. lib. Carm. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. Auritus populus, apud Plaut. in Aſin. id eſt, aures intentas habens.

AVRORA, æ, pe. pr. {*L'aurora. Pet. Quand'io veggo dal ciel ſcender l'aurora*} (ἠώς) prima diei lux, qua ſub Solis aduentum aer illuſtratur. Item tẽpus ipſum, hoc eſt, prima pars diei, qua lux quædam dubia in Oriente cernitur, adueniente Sole. Varr. 6. de Lingua Latina. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, q ab igne Solis aureo aer aureſcit. Poetæ fingunt Auroram deam eſſe Tithoni coniugem, & matrem Memnonis, quæ q maritum habeat ſenem, relicto eius cubili, ortum Solis anteuertit.

AVRVM, ri, {*Oro. Pet. Oue tolſ'amor l'oro e di qual uena*} (χρυσός) pretioſiſsimũ omniũ metallorum, ab aura, hoc eſt, à ſplendore ita appellatum: aut certe à Græco αὐρὸς, quod diuitẽ & potentem ſignificat. Pli. li. 33. ca. 1. Vtinam poſſet è uita in totum abdicari aurũ, ſacra fames, ut celeberrimi auctores prodidere proſciſſum conuiciis ab optimis quibuſque, & ad perniciem uitę repertum. Aurum factũ, (χρυσὸς ἐργασμένος) dicitur, quod artificis manu aliquẽ in uſum eſt laboratum. Vlpianus l. Q. Mutius. ff. de Auro & argent. leg. Cui aurũ uel argentũ factũ legatũ eſt, ſi fractũ, uel colliſum fuerit, non continetur. Seruius enim exiſtimat, aurum, uel argentum factum id uideri, quo commode uti poſſumus. Huic opponitur Aurum infectum, hoc eſt, rude, & non laboratum. Verg. 10. Aen. Sunt auri pondera facti, infectiq; mihi. Aurum ſignatum, eſt pecunia ex auro cuſa. Ibidem: Si autem aurum, uel argentum ſignatũ legatum eſt, id paterfamiliae uidetur teſtamento legaſſe, quod aliqua forma eſt expreſſum. In eadẽ etiam ſignificatione legimus Aurum, abſolute, et ſine ulla adiectione poſitum. Plaut. in Aulul. Effodio aulam auri plenam. Ponitur item Aurum pro ornamẽtis muliebribus, ex auro confectis. Teren. in Eunu. Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam. Aurum coronarium, quod Imperatori triumphaturo in coronã decernebat. Triũphalis enim corona, quæ antiquitus, incorruptis adhuc Romanorũ moribus, ex lauro fiebat, poſtea ex auro fieri cœpit.

AVRVNCA, Latij ciuitas fuit, ab Auſone Vlyſsis & Calypſus filio cõdita: à qua Aurũci dicti fuerũt uetuſtiſsimi Latii populi, quorũ meminit Pli. li. 3. c. 5.

AVSCARIPEDAM, dixerunt ueteres pro uermiculo piloſo, qui ſolet in fronde naſci cum multis pedibus, teſte Varr. lib. 6. de Lingua Latina.

AVSCI, populi ſunt Aquitaniæ in Gallia. Plin. lib. 4. cap. 19.

AVSCVLARI, {*Baſciare*} ueteres pro oſculari dicebant. Et ab oſculo, hoc eſt, paruo ore deducitur, quod Auſculum dicebant. Feſtus.

AVSCVLTO, as, {*Aſcoltare, udire, ſtar attento. Pet. Voi ch'aſcoltate in rime ſparſe il ſuono*} (ἀκροάομαι) cum accuſatiuo ſignificat audio, & diligenter attẽdo. Hinc illud Catonianum, Auditis enim, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam. Aliquãdo obedio (πείθομαι, προσέχω) ſed cum datiuo. Terent. in And. Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni. Itẽ aſpicio, cerno. Afran. Priuigno, ut citat Nonius. Ludos hinc auſcultaui procul. Hinc Auſcultatio, & Auſcultator, uerbalia.

AVSER, uel **AVSERIS**, fluuius eſt Hetruriæ, non procul à Luca. Stra. lib. 5. Aeſarem uocat.

AVSIM, auſis, auſit, {*Habbia ardire*} (τολμῴην) ponitur pro Audeam, audeas, audeat. Liu. in Proœmio lib. 1. ab urbe: Nec ſi ſciã, dicere auſim. Verg. 1. Geor. Auſim uel tenui uitem committere ſulco.

AVSONIVM MARE, (αὐσόνιος πόντος, ἢ αὐσόνιον πέλαγος) Ioniĳ maris pars eſt, quæ ab Orientali Siciliæ parte uſque ad Salentinos extenditur, in tres diuiſa ſinus, ut ex Polybii ſententia tradit. Plin. lib. 3. cap. 5. & 10. Strab. lib. 5. alio nomine Siculum mare uocari teſtatur. Auſonium autem dictum putatur, ab Auſonibus populis, qui eo in tractu primum habitarunt, auctore Pli. lib. 3. cap. 10. quod tamen loco iam citato negat Strabo. Feſtus ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio mari huic nomen factum exiſtimat.

AVSONIA, (αὐσονία) olim pars Italiæ dicebatur, in qua ſunt Beneuentum, & Cales: ita dicta, teſte Feſto, ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio, qui & Auruncam traditur condidiſſe. Huius regionis incolæ proprie Auſones (αὔσονες) dicti ſunt, & Auſonii: quanquam id nomen poſtea toti Italiæ fuerit communicatum.

AVSONIVS, (αὐσόνιος) ſophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas. Fuit et Auſonius poeta Gallus, patria Burdegalenſis, cuius extant epigrammata, & opuſcula quædam.

AVSPEX, icis, {*Pronoſticatore*} (οἰωνοσκόπος) proprie dicitur, qui ex auiũ uolatu, cantu, aut paſtu futura diuinat: quem & Augurem appellari, ſupra oſtendimus. Cic. Atti. lib. 1. Latores, & auſpices legis curiatæ. Auſpices etiam dicebãtur, (νυμφοστόλοι, παράνυμφοι) qui nuptiis contrahendis præerant, à parte ſponſi adhibiti, quemadmodum pronubæ à parte ſponſæ. Ita dicti ab auſpicando, q de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerẽt. Vnde apud Suetonium legimus, Sporum puerum Neroni nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata. Auſpicẽ præterea uocamus, cuius ductu, & auctoritate rei aliquid gerimus. Horat. libro 1. Carm. Ode 7. Nil deſperandum eſt Teucro duce, & auſpice Teucro.

AVSPICATO, aduerbium, idem ſignificans, quod augurato, hoc eſt, bono auſpicio, auibus addicentibus. Cic. 2. de Diuina. Romulus urbem auſpicato condidit. Sumitur nonnunquam pro fœliciter. Terent. in And. Haud auſpicato me huc appuli. Huius compoſitum eſt Inauſpicato, hoc eſt, infœliciter, uel nullo auſpicio præuio.

AVSPICATVS, a, um, uide Auſpicor.

AVSPICIVM, ciĳ, {*Auſpicio. Arioſt. can. 33. Con l'auſpicio di Proſper Colonneſe*} (οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία) augurium, diuinatio ſumpta ex geſtu uel cantu auium. cuius inuentionem Tireſiæ Thebano aſsignat. Plin. lib. 7. ca. 56. Dictũ Auſpicium, quaſi auiſpecium, ab auibus ſpectandis: quemadmodum Augurĩ quaſi augarrium, ab auium ſcilicet garritu, quem auſpicantes obſeruabant. Cic. 2. de Diuina. Nihil publice ſine auſpiciĳs neque domi, neque militiæ gerebatur. Sumitur etiam latius, ut ad alia diuinandi genera extendatur. Cic. 3. de Diuina. Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. Ponitur et pro ductu, fortuna, & auctoritate. Verg. 6. Aen. En huius, nate, auſpiciĳs illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo. Nonnunquam etiam pro imperio, & poteſtate. Idem 4. Aen. Communem hunc ergo populum, paribusq; regamus Auſpiciĳs.

AVSPICALIS, le, {*Augurale*} (οἰωνοσκοπικός) quod ad auſpiciũ pertinet: ut, Auſpicalis piſciculus, qui aliquid portẽdit, aut ſignificat futurũ. Pli. li. 32. ca. 1.

AVSPICOR, aris, {*Augurare, comminciare. Pet. Et quel che comminciò por la gran torre*} (οἰωνοσκοπέω) auſpicia ſumo, de cœlo ſeruo, ex auium cantu geſtuq; futura diuino, de rei euentu aues conſulo. Cic. 1. de Natu. Deo. Gracchus cõ pomerium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. Et quoniam ueteres nihil, niſi auſpicato gerebant, fit, ut auſpicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. Suetonius in Aug. Militiam auſpicantibus non tribunatum modo legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit. id eſt, militiã incipiẽtibus, & fœlici auſpicio inchoãtibus. Colu. li. 2. Poſſit ab Idibus Ianuariis auſpicari culturã officia.

AVSPICO, as, antiqui dixerunt pro auſpicor. Plaut. in Perſa: Ego auſpicaui in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie iſti auſpicaui rei. Nonius.

AVSTER, {*Vento Oſtro. Arioſt. Come ſoſpinto ſuol da Borea ò d'Oſtro*} (νότος) uentus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licet nõ aſpiretur in principio. Nam nebuloſus atque humectius eſt: unde etiam Græce eadem ratione νότος appellatur, quoniam νοτὶς Latine humor dicitur. Virg. 4. Georg. Frigidus ut quondam ſyluis immurmurat Auſter. Ab Auſter fiunt duo adiectiua, Auſtralis, & Auſtrinus, νότιος. Cic. de Som. Scip. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, aduerſa nobis urgent ueſtigia. Plin. libr. 16. cap. 26. Pirus & amygdala, etiam ſi non pluat, ſed flat auſtrinum cœlum, atque nubilum, florem amittunt.

AVSTERVS, a, um, pen. pr. {*Acerbo, aſpro. Pet. Coſi nel mio parlar voglio eſſer aſpro*} (αὐστηρός) immitis, ſubacerbus, qualis eſt ſapor fructuum, qui nondũ plenam maturitatem ſunt conſequuti. Differt autem ab acerbo (ut docet Plato in Timæo, & Gal. lib. 3. de Facult. Simpl.) tanquam minus à maiore. Vtraq; enim guſtata aſtringunt & contrahunt linguam: minus tamen eam exaſperant, quæ auſtera ſunt. Hinc Auſterum uinum dicimus, quod uulgus uiride appellat. Per tranſlationem accipitur pro duro, aſpero, graui. Horat. in Ser. Molliter auſterũ ſtudio fallente laborem. Propert. li. 3. Eleg. Qui uolet auſteros ante ferire uiros. Auſteritas, atis, contraria ſuauitati, στρυφνότης. Quintil. lib. 2. cap. 2. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas. Auſtere, aduerbium. Cic. pro Murena: Attamen agit mecum auſtere, & Stoice Cato.

AVSTRANIA, inſula eſt in Oceano Septentrionali, alias Gleſſaria dicta. Pli. lib. 4. cap. 13.

AVSTRIA, {*Auſtria*} regio eſt Germaniæ ad Danubium, olim Pannonia ſuperior dicta, Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam.

AVSTRO, as, {*Bagnare*} (νοτίζω) humecto. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.

AVSTRVM, uide Hauſtrum.

AVSVM, ſi, (τόλμημα) audax, temerarius, conatus. Verg. 6. Aene. Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.

AVT, {*Ouero, ouueramente. Pet. Sol quando parla over quando ſorride*} (ἤ) coniunctio ſeparatiua. Ver. 1. Aen. Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Aliquãdo dubitatiua: ut, Aut librũ uolo, aut pretiũ. Si ſemel ſubiiciatur, diminutiua eſt: ut apud Verg. 1. Aen. Aut age diuerſas. Quod enim grauiſsimum erat, Iuno primum optabat, ut ſcilicet ſubmerſas puppes obrueret. Aut ſi id grauius uideretur, ut ſaltem in partes diuerſas eas diſiiceret. Aliquando coniunctiua: ut apud Verg. 9. Aen. Me primã abſumite ferro, Aut tu magne pater diuum miſerere.

AVTARIATÆ, (αὐταριάται Stephano) populi in Illyrico bellicoſiſsimi, qui cum Triballos & Ardiæos uicinos ſuos debellaſſent, poſtea à Scordiſcis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti ſunt. Auctor Strabo lib. 7.

AVTEM, {*Ma*} (δέ) pri, ſed, ſiue uerum, coniunctio eſt tantum ſubiunctiua.

AVTHE, Alcyonei gigantis filia fuiſſe perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis ſororibus ſe in mare præcipitauit. Sex autem Alcyonei filiæ fuiſſe creduntur, Phoſonia, Authe, Auſterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quę ob deſiderium patris ab Hercule occiſi, cum in mare ſe deiicere uellent, in Alcyones aues ſunt mutatæ. Apud Suidam tamen, unde hæc uidentur eſſe deſcripta, ἀνθὴ legitur, non αὐθὴ.

AVTHEPSA, (αὐθέψης) ollæ æneæ ſunt genus, ita dictum, quaſi per ſe ipſum coquẽs, q tam artificioſe factum eſſet, ut minimo ſuppoſito igne facile bulliret. Meminit huiuſmodi ollæ Cic. pro Sext. Roſ. Amerino, cuius tantum pretium fuiſſe dicit, ut prætereuntes audito pretio totum fundum uenire arbitrarentur.

AVTHENTICVM, {*Autentico, approbato*} (αὐθεντικόν) dicimus Græcos ſecuti, quod Latine Autoratum diceremus. Hinc lex Authentica, & decretum Authenticum, quod multorum auctoritate comprobatum eſt.

AVTINI, (αὐτινοι) Hyberniæ populi ſunt. Ptolemæo.

AVTOCHTHONES, (αὐτόχθονες) epitheton eſt Athenienſium, & aliorũ nonnullorum populorum, quaſi indigenæ, & in eodem nati ſolo, quod incolũt, eiuſq; terræ primi cultores, ut quæ illis ſedes eadem ſit, & origo. Cic. Atti. Curius autem ipſe ſenſit, quantum uellet à me diligi, & eo ſum admodum delectatus: & me hercule eſt, quem facile diligas. αὐτόχθων in homine urbanitas, id eſt, ingenita natiua.

AVTODIDACTVS, (αὐτοδίδακτος) qui ſeipſum magiſtrũ habet, qualis

fuit

fuit diuus Auguſtinus eccleſiæ doctor eximius.

AVTOGRAPHVM. {*Scritto di propria mano*} (αὐτόγραφον) dicimus propria manu ſcriptum. Vnde Autographa epiſtola, (αὐτόγραφος ἐπιστολή) apud Suetonium in Auguſto, ipſius manu ſcripta ſignificatur. Antigrapha uero, reſcripta.

AVTOLECYTHVS, (αὐτολήκυθος) pen. cor. mendicus, ſcurra. Nam λήκυθος eſt urceolus olei, αὐτὸς ipſe: quoniam non aliud poſſidet, ait Suidas. Vide Eraſmi Adagia.

AVTOLIA, (quod hic corrupte legebatur pro matre Vlyſſis) uide Anticlea.

AVTOLYCVS, (αὐτόλυκος) fur maximus perhibetur, auus paternus Sinonis, & maternus auus Vlyſſis. Martial. lib. 8. Non fuit Autolyci tam piccata manus. Alter fuit Parnaſſi incola, de quo Strabo lib. 9. ſcribit, quod furto uicinorum bona ſurripuerit.

AVTOLOLES, pen. cor. (αὐτόλολες) populi ſunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Pli. li. 5. cap. 1. & a. Sil. lib. 3. Necnon Autololes leuibus, gens ignea plantis, Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis: Tanta fuga eſt.

AVTOMALAX, Ptolemæo, Straboni **AVTOMALA,** caſtellum eſt in intimo Cyrenaici ſinus receſſu ſitum, Sunt qui hodie Eſtam uocari credant.

AVTOMATA, (αὐτόματα) ſunt inſtrumenta arte mechanica ita ſubtiliter fabricata, ut ſua ſponte, nullaque apparente cauſa, moueantur: qualia ſunt horologia machinæque uerſatiles. αὐτόματον enim interpretatur ultroneum, & ſuæ ſpõtis. Scribit Vitruuius hydraulicas machinas et aquarum expreſſiones Automatas à Cteſibio primo repertas fuiſſe. Mors naturalis & fatalis dicitur à Demoſthene αὐτόματος: quaſi ſuæ ſpontis, & nulla extrinſecus ui coacta.

AVTOMEDON, (αὐτομέδων) pen. corr. nomen Aurigæ Achillis. Verg. 2. Aen. Et quorum agitator Achillis Armiger Automedon.

AVTOMOLÆ, ſiue Automoli (αὐτόμολοι) à Græcis dicuntur profugi. Pomponius ſcribit, Aethiopum alios uocari à uitæ ſpatio Macrobios, alios quia ex Aegypto aduenere Automolas. ita enim Græci profugos appellant.

AVTONOE, noes, (αὐτονόη) Cadmi Thebarum cõditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Ariſtæo mater, qui & ipſe à nomine matris Autonoeius uocatur ab Ouid. lib. 3. Metam.

AVTONOMIA, (αὐτονομία) libertas uiuendi ſuis legibus.

AVTONOMVS, (αὐτόνομος) pen. cor. qui uiuit ſuis legibus.

AVTOPHOROS, {*Ladro manifeſto compreſo nel furto*} pen. pro. (αὐτόφωρος) à Iuriſconſultis uocatur fur manifeſtus, qui ſcilicet in ipſo furto, aut cum re furtiua ante quàm, quo deſtinauerat, pertuliſſet, eſt deprehenſus. Vetuſtiſſimi enim Græci φῶρα uocauerunt, quem recentiores κλέπτην uocant.

AVTOPYROS, (αὐτόπυρος) pen. corr. epithetou panis, ex quo furfures non ſunt ſublati, quaſi totum in ſe triticum non imminutum habens. Celſus li. 2. ca. 17. Firmius eſt triticum, quàm milium, idipſum, quàm hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt, quod autopyron Græci uocant. infirmior eſt ex polline: infirmiſſimus cibarius panis. Ex quibus Celſi uerbis ſatis conſtat, non eundem eſſe panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium uocat. Autopyros enim (qui et συγκομιστὸς à Galeno appellatur) is eſt ex quo nihil neque pollinis, neque furfuris excretum eſt. Cibarius uero dicitur, cui bona pars pollinis adempta eſt, quique magna ex parte furfuraceus eſt, quem Paulus Aegineta ῥυπαρὸν uidetur appellare.

AVTOR, lege in nomine Auctor.

AVTORAMENTVM, {*Obligatione*} (ὀψώνιον) ſumitur pro obligatione, nexuque, ac ueluti ſtipendio, pretioque eius, qui fit autoratus, id eſt, obligatus. Cic. li. 1. Offi. Mercedem ait eſſe autoramentum ſeruitutis. Vbi Autoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede, cogitur ſeruire. Seneca: Ad finem operis magno autoramento labor peruenit.

AVTORARE, {*Obligarſi alcuno con ſacramento*} (ὁρκίζεσθαι, ὀψωνίζεσθαι) eſt aliquem aut ſacramento, aut præmio obligare: & habet o, productum. Sueton. De legendo, uel autorando milite, ac legionum, & auxiliorum diſcretione. Cic. in Epiſt. Famil. Quia cum depreſſus in ludum, bis gratis depugnaſſet, autorari ſeſe nolebat, & ad populum confugerat.

AVTORATVS, {*Obligato mercenario*} (ὠψωνισμένος) autoramẽto obligatus, mercede conductus, quod nomen ad gladiatores refertur, qui uitam ſuam uenalem habent, uilique mercede ad apertiſſima pericula ſeſe addicunt. Huic opponitur Exautoratus, hoc eſt, autoramento ſolutus. Hinc Exautorati dicuntur milites, quaſi exobligati, ſolutique à militari ſacramento & obligatione, quod interdum per ignominiam, interdum citra ignominiam fit. Plin. lib. 14. uindemiatorem autoratum dixit, hoc eſt, mercede conductum, & ſublimitate uitis periclitantem lib. 36. Populum Roma. Autoratum appellat, in ſpectaculis periclitantem, inſtar gladiatorum. A Liuio Autoratus proditor dictus, quaſi obligatus. Manilius lib. 5. Aſtronomicon, miniſtros perpetuo quaſi epitheto Autoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatoſque dominis, à quibus mercede comparãtur. Sic enim ait: Atque autoratos in tertia iura miniſtros. Sic Seruius dixit ſolos parentes habere poteſtatem autorandi.

AVTORITAS: {*Autorità, poteſtà, grauità, ualore, forza, credito*} (τὸ κῦρος, ἡ πίστις, τὸ ἀξιωματικόν, αὐθεντία) eſt pondus, & eminentia quædã, uitæ probitate, ſcientia, ætate, meritis, potentia, uel honoribus parta, cuius gratia dictis factiſque cuiuſpiam plurimum deferimus. Cic. 2. de Diuin. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, auctoritate tamen hos minutos philoſophos uinceret. Liu. lib. 2. ab urbe: Nec ante mouerunt de ſententia Conſulem, quàm Tribuni ſe in auctoritate patrum futuros eſſe polliciti ſunt.

AVTOSCHEDIOS, {*Forma rozza*} (αὐτοσχέδιος) adiectiuum eſt idem ſignificãs, quod extemporalis, rudis, ſiue impræmeditatus, à uerbo αὐτοσχεδιάζω, quod eſt rudiiter, extempore, & impræmeditate aliquid ago.

AVTRICVM, (αὔτρικον) apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Galliarum urbs eſſe creditur, quæ uernacula lingua Chartres appellatur, à Cæſare Carnutum.

AVTVMO, as, pen. cor. {*Iſtimare, affirmare*} (ὑπολαμβάνω) exiſtimo, cenſeo, affirmo. Cic. in Top. Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri. Plau. Niſi hoc ita factum eſt, perinde ut factum eſſe autumo, non cauſam dico cum quin ſimiles probri. Vide Gell. lib. 15. cap. 3.

AVTVMNVS. {*Autunno Dan. Come d'autunno ſi leuan le foglie*} (ὀπώρα, φθινόπωρον) una ex quatuor anni partibus, inter æſtatem, & hyemẽ media, qua uindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab unguento quidã autumnum dictum putant, quod eo tempore coactis fructibus agricolarũ opes maxime augeantur. Verg. 1. Georg. Quid tempeſtates autumni, & ſydera dicam? Hinc autumnitas autumni, tẽpeſtiuitas: ſicut Oliuitas, quãdo olea legitur. Cato de re ruſtica cap. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Et Autumnale adiectiuum, ὀπωρινός: ut Tempus autumnale. Varro lib. 3. ca. 39. Nonne uidemus alia florere uerno tempore, alia æſtiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno?

AVVNCVLVS, {*Zio da lato di madre*} (θεῖος πρὸς μητρός, μητράδελφος) non eſt diminutiuum, quia nõ ſeruat ſignificationem integri, ſed eſt matris meæ frater: ſic dictus, quod æque tertius à me, ut auus, eſt, ſed non eiuſdem iuris: ideoque uocabuli facta diminutio eſt, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus quod aui locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios: quemadmodum frater patris, a patre patruus (πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρός) appellatus, quod ſit quaſi alter pater. Vnde & ipſi fratrum ac ſororum filii nepotes ex fratre & nepotes ex ſorore dicuntur. Cic. 3. de Finib. Eamque controuerſiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino, ac ſingulari uiro. Auunculus maior, (θεῖος ὁ μέγας Teophilo) eſt auiæ maternæ frater. Perſ. Maior auunculus exit.

AVVS, {*Auolo. Dant. La oue andaua l'auolo à la cerca*} (πάππος) patris, uel matris pater, ab æuo nominatus, quod patre antiquior ſit: uel à Græco αὔω, quod ſiccũ ſignificat & aridũ Aut certe à uerbo αὔω, quod inter cætera ſignificat clamo ſtrepo. Eſt enim ætas illa clamoſa, & impẽdio loquacior. Hinc Proauus (πρόπαππος) aui paterni, uel materni pater. quod ſit prope auũ, Abauus (ἐπίπαππος) proaui paterni uel materni pater, quod ſit iam procul ab auo. Atauus, qui eſt Abaui, uel Abauiæ pater Tritauus, quaſi Tetartauus, quod quartus ſit ab auo. Poſt tritauum Maiores, (πρόγονοι, προγεννήτορες) dicuntur.

AVXILIOR, aris, {*Aiutare, aitare. Pe. Che poſſi & uogli al gran biſogno aitarmi*} (βοηθῶ) adiuuo auxilio ſum: & datiuo conſtruitur. Terẽt. in Adelph. Vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari.

AVXILIARIS, & Auxiliarius, {*Aiutatore d'altri*} (βοηθητικὸς ἰατρικός, συμμαχικός) opifer, medicinalis, ſuppetias ferens. Pli. lib. 23. cap. 1. Vinumque et acetum ex his factum auxiliarem contra eandem uim habent, Aſinius Pol. Ciceroni: Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullũ quoquam miſi: Auxiliaria cohors, apud Cice. de prouinciis conſularibus.

AVXILIVM, lĩ, {*Aiuto. Pet. Che quando pru'l tuo aiuto mi biſogna*} (βοήθεια) ſubſidium, adiumentũ, quam & opem Latine dicimus. Cic. in ea oratione, quã habuit, antequam iret in exilium: In meis miſeriis diuinum aliquod auxiliũ, & numen oſtendite. Accipitur & pro ipſis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cic. 6. Philip. Non ut ex ea acie auxilium haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum. In qua tamen ſignificatione frequentius utimur plurali numero. Idem pro Deiotaro: Et Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Dictum autem putatur Auxilium ab augendo, quod uires eius augeat, cui accedit.

AVXILLAM, ollam paruulam dicebant, ut inquit Feſtus.

AVXIMVM, {*Oſimo*} (αὔξιμον) pe. pr. Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti ſunt, quorum meminit Pli. li. 3. cap. 13. Vulgo Oſimum dicitur.

A ANTE X.

AXAMENTA. carmina quæ à Saliis in uniuerſos homines componebantur. Feſtus.

AXANTOS, inſula eſt in Oceano ſeptentrionali poſt Hyberniam. Plinius li. 4. cap. 16.

AXARE, {*Nominare*} antiqui pro nominare poſuerunt. Feſtus.

AXENVM mare {*Mar maggiore*} (ἄξενος πόντος) olim dicebatur quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur: ſic à truci accolarum barbarie appellatum ἄξενος enim inhoſpitalis eſt. Nam, ut Strabo lib. 7. tradit, ſolebãt Scythæ maris huius accolæ, hoſpites immolare, eorumque carnibus uesci: caluiſque uti loco poculorum. Ouidius de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

AXIACÆ, (ἀξιάκαι) populi ſunt Sarmatiæ Europeæ. inter Tyrã & Boryſthenẽ amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis naſcente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos iuſtiſſimos fuiſſe tradit Pomponius li. 2. ut qui furti omnes ignari, nec ſua cuſtodirent nec aliena contingerent. Meminit horum & Plinius li. 4. ca. 12. & Ptolemæus lib. 3. cap. 5.

AXIACES. (ἀξιάκης) fluuius eſt Sarmatię Europęæ, in Peucinis iugis naſcẽs qui Carpatho monti cohæret: à quo uicini populi Axiacæ nominati ſunt: ut docent Mela lib. 2. Ptolemæus lib. 3. cap. 5. & Plin. lib. 4. cap. 12.

AXIES, mulieres dicebantur, ſiue dii una agentes. Feſt.

AXILLA, {*Aſcella. Dant. Due man haue a peloſe inſin l'aſcelle*} (μασχάλη) locus concauus ſubter brachium, ubi naſcuntur pili. Quidam putauerunt diminutiuũ eſſe ab Ala. Cicero tamen in Oratore autor eſt alam potius ex Axilla contrahi ſublata aſperitate literæ x: ut ex Maxilla malam, & ex Paxillo, Palum.

AXIOCVS (ἀξίοχος) nomen Philoſophi, cui Plato librum de morte ſcripſit, & dicauit.

AXIM, pro egerim. Pacuuius Periboea: Vt quæ egi, ago, uel axim uerruncent bene. Nonius.

AXINOMANTIA, (ἀξινομαντεία) genus magicę diuinationis, per dolabellas ſecureſque, quas Græci ἀξίνας uocant. Pl. li. 36. ca. 19. de gagate lapide: Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant axinomantiam.

AXIOMA. pen. pro. {*Sentenza, parlar perfetto, intero*} (ἀξίωμα) dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratũ: uel etiam autoritas, quã δύναμιν Græci uocant. Dictũ Axioma, à uerbo Græco ἀξιόω, quod inter cætera ſignificat dignũ iudico. Axiomata item à Dialecticis dicuntur diſciplinarum principia, & propoſitiones quædam demonſtrabiles, quæ in communi ſenſu, cõceptuque uerſantur, neque ulla egent probatione, ſed per ſe ipſas fidem faciunt. cuiuſmodi eſt illud, quæ ſunt æqualia eidẽ, inter ſe quoque æqualia eſſe neceſſe eſt. Accipitur itẽ Axioma, pro oratione perfecta, ueri aut falſi ſignificatiua, quam Cic. nunc Pronuntiatum, nunc Effatum, Varro Profatum & Proloquiũ appellat nonnulli ex recẽtioribus Propoſitionẽ nominãt cuiuſmodi ſunt, Annibal Poenus fuit: Scipio Carthaginẽ deleuit Gel. li. 6. ca. 8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atque perfecta uerborum ſentẽtia, ut id neceſſe ſit aut uerum aut fal-

lib. 16. cap. 10. Ex omnibus ſola baccifera. Sene. in Oedip. Hædera baccifera.

BACCALIA, lauri ſpecies eſt, à baccarum fertilitate dicta. De qua uide Plin. li. 15. cap. 30.

BACCHA Bacchæ, (Βάκχη, μαινάς) Bacchi ſacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres quoque tertio quoque anno ad Cithæronem montem cateruatim cum thyrſis conuenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ouid. 9. Metamor. Vtq; tuo motæ, proles Semeleia, thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Cice. Fabio, lib. 7. Bacchis uero ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt, noui optime, & ſæpe uidi.

BACCHANAL, uel Bacchanale. (διονύσιον, βακχεῖον) locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plaut. in Aul. Ad Bacchas ueni in Bacchanal quoquo matum.

BACCHANALIA, quæ & Dionyſia, (διονύσια) Bacchi feſta, in quibus uiri per noctem fœminis, & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolum. Vnde eſt illud apud Iuuenalem Saty. 2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuũt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoque celebrabantur. Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitiuum Bacchanalium, uel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorum nominibus obſeruatur.

BACCHARIS, is, (βάκχαρις Dioſcoridi) herba eſt radice odorata, folio aſpero, magnitudine inter uiolam & uerbaſcum, anguloſo caule, quę coronis admiſceri ſolet. Ruſtici in Gallia Diuæ Marię chirothecas appellant, ut tradit Ruellius lib. 3. cap. 37.

BACCHARI, {Impazzire, furiare} (βακχεύειν) proprie eſt Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quanquam & latius ſumitur pro furere, inſanire, & clamoribus, tumultuq; omnia implere. Ver. 4. Aen. Sæuit inops animi, totamq; incenſa per urbem Bacchatur. Hinc Bacchatus participium. Verg. 10. Aene. Medias Italum bacchata per urbes. Legitur et Bacchatus, in paſſiua ſignificatione, pro eo quod eſt, à Bacchãtibus frequentatus, aut peragratus. Ver. 2. Geor. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra acri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius. Item Bacchans, antis, aliud participium. Cic. 4. in Catil. Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchãtis. Bacchatio, onis, uerbale, (βάκχευσις. Cic. 3. Ver. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac uigiliis. Huius uerbi compoſitum eſt Debacchor.

BACCHATIM. (βακχικῶς) aduerbium ſignificat, more bacchantium. Apul. Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus?

BACCHEIS, idos, (βακχηΐς) denominatiuum fœmininum à Baccho formatum. Stat. 2. Syl. Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.

BACCHEVS, a, um, per tres ſyllabas, quarum penultima producitur (βακχεῖος) poſſeſſiuum à Baccho deductum. Colu. lib. 10. Per omiſſa ſilentia Muſis Pieriis nemoris Bacchea uoce frementem. Verg. et diphthongum diuidens, per quatuor ſyllabas extulit, lib. 2. Georg. Quid memorandum æquè Bacchea dona tulerunt?

BACCHIADÆ, (βακχιάδαι) dicti fuerunt, qui è Corintho exules in Siciliã deuenerunt, & urbem inter Pachinum & Pelorum ædificãtes Siculi facti ſunt. Hi a Bacchia Dionyſii filia originem duxerunt. Strab. lib. 8. de Corintho loquens, Bacchiadæ, inquit, annis ferme CC. urbem dominatione tenuerant, & tyranni & locupletiſſimi, & numero plurimi, & genere clari euadentes, emporiũ ipſum adempto metu fructuoſum poſſidere, &c. Ouid. 5. Metam. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

BACCHICVS, a, um, (βακχικός) poſſeſſiuum à nomine Bacchus deductum. Ouid. 1. Triſt. De me meis hederis Bacchica ſerta comis.

BACCHIDES, (βακχίδης) pe. cor. patronymicum maſculinum à Baccho formatũ, quo ſignificatur Bacchi filius uel nepos. Fuit & Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduerſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

BACCHIVM, ſiue Baccheum, pen. pro. (βακχεῖον) genus uaſis uinarĩ, quo in ſacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipſum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

BACCHIVS, ſubſtantiuum, (βακχεῖος) genus pedis eſt ex tribus ſyllabis cõſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ duæ longæ: ut Honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: cui cõtrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & ultima breui: ut, Fortuna.

BACCHVS, {Bacco Dio del uino. Pet. Qual Bacco Alcide, Epaminonda à Thebe} (Βάκχος) Iouis ex Semele filius, putatus eſt deus uini, & pro ipſo uino poni conſueuit. Hic multinominis fuit, nam primũ Dionyſius, deinde Liber pater dictus eſt, & poſtremo Bacchus a Bacchis mulieribus, quas in Indiã expeditionem parans, multas ſecũ habuiſſe fertur. Idem & Oſiris dicitur, & Bromius, et Lenæus. A Græcis etiam διμήτωρ q; bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue iam grauidam, cùm ab amatore Deo (qui ſe illi daturũ, quicquid petiſſet, per Stygiã paludem iurauerat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, ut talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte una concũberet, fulmine fuiſſe exuſtam, puerũq; utero exemptũ, Iouis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarũ peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omniũ triumphauit uectus Indico elephanto, ut ſcribit Diodo. Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema regum ac triumphũ inuenit. Dictus Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quæ illũ βακχαζούσαι, hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes in Indiam ſunt ſequutæ: ſiue (ut Euſtathio placet) ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, hoc eſt, à uociferãdo, & ululando, adiecta litera a, quo uaſtior ille Mænadũ ſonus in ipſo Dei nomine redderetur.

BACCVLA, diminutiuum, parua bacca. Plin. lib. 25. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, ut cappares.

BACELI, pen. pro. (βάκηλοι) ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte Suetonio, à Bacelo quodã eunucho, (ut Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, ſed adeò ſtolidus, ut ceſſerit in prouerbium.

BACRIONEM, dicebant genus uaſis longioris manubrĩ, quod alii trullam appellant. Feſtus. De uſu autem huius uaſis uide infra in dictione Trulla.

BACTES, (βάκτης) Bacchi nomẽ, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id eſt, clamo, uociferor. Solent enim Baccho, hoc eſt uino madidĩ, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam, & incondito clamore replere.

BACTRA, orũ, (βάκτρα) Scythiæ prouincia, ultra Aſſyriã, à flumine Bactro cognominata. Verg. lib. 2. Georg. Non Bactra, neque Indi laudibus Italiæ certẽt. Eius prouinciæ populi Bactri, Bactrii, & Bactriani (βάκτροι, βάκτριοι, καὶ βακτριανοί) uocati ſunt, quorũ rex fuit Zoroaſtres, magicæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferunt. Bactra item, ſiue Bactrum (ut apud Plinium legitur lib. 6. cap. 16.) oppidũ eſt eiuſdem regionis, Bactrianorũ regum regia, & totius regni caput, ita dictum à Bactro fluuio, cũ antea Ariaſpe appellaretur. de Bactrianorum moribus memoriæ proditum eſt ab Oneſicripo, canes apud illos ali, quos Sepulchrales uocãt quibus parẽtes morbo, ætateve confectos obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem earum ſplendido cultu & unguentis uti, a ſeruis & ancillis multo magis q̃ uiros coli, nec niſi equo inſidẽtes, magnoq; & auri & gemmarũ apparatu excultas in publicũ prodire: matrimonii autẽ caſtitatẽ non ſeruare, ſed tam ſeruis q̃ aduenis, promiſcue ſeſe commiſcere: nec a uiris eo nomine accuſari, quibus ipſæ dominari uidentur.

BACTROS, fluuius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, a quo Bactra regio, & Bactrum urbs nomen ſumpſit. Luca. lib. 3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

BACVLVS, li maſcu. gene. {Baſtone Boc. Ma io lo caccierò con queſto baſtone} (βάκτρον, βακτηρία) fuſtis, ſtipes: ſcipio: pro quo legitur & Baculum neut. gen. Ouid lib. 15. Metam. Baculumq; tenens agreſte ſiniſtra. Hinc fit diminutiuum Bacillum neutri generis. Cic lib. 2. de Fin. bo. Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. Bacillus in maſcu. gen. in uſu non eſt: a quo tamen uidetur manaſſe compoſitum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

BACVNTIVS, Pannonię fluuius eſt, in Sauum influẽs. Autor Pli. li. 3. ca. 25.

BADAS, Syriæ fluuius eſt Memnonis Sepulchro nobilitatus. Strab lib. 15.

BADACVM, ci, (βάδακον) ciuitas eſt Norici, apud Ptolemæum lib. 2. ca. 14. quam nonnulli putant eandem eſſe cum ea, quam hodie a Saltza uicino fluuio Saltzburgum uocant.

BADIVS COLOR, (φοινίκεον χρῶμα) is eſt, quẽ & Phœniceũ uocamus, a colore dactylorum, quas φοίνικας uocant Græci. Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo, quod termitem una cũ fructu a palma reuulſum Græci σπάδικα, καὶ βαΐον appellant uide Thyleſii libellum de coloribus.

BADIZARE, {Andare} (βαδίζειν) ſignificat ire. Plaut. in Aſin. Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas.

BÆNIS, (Βαῖνις) apud Strabo lib. 3. fluuius eſt Luſitaniæ, omnium eius regionis fluuiorum longe maximus, cuius fons eſt apud Cantabros. Alia nomine uocatur. Minius.

BÆTIRÆ, (Βαιτῖραι) urbs Galliæ Narbonenſis Ptolem. lib. 2. cap. 10.

BÆTICA, {Il Regno di Granata} (Βαιτική) Hiſpaniæ regio Auſtralis, a Luſitania Ana fluuio diſcreta: ita dicta a Bæti amne, qui in eam mediam perfluit. De hac Pli. lib. 3. cap. 1. & 2. Hodie bona huius regionis pars Granata dicitur, a grani tinctorii copia, quod Græco nomine Cocum appellamus.

BÆTIS. (Βαῖτις) fluuius eſt ulterioris Hiſpaniæ qui ex Tarraconenſis agri finibus labẽs, Auſtralemq; Hiſpaniæ regionẽ, quæ ab eo Bætica appellatur, mediã percurrens, tandem non procul a Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur Huius fluuii aquis lanas optime tingi, autor eſt Martialis, cum ait, Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.

BÆTICVS, a, um adiectiuũ, (βαιτικός) ut, Bæticus color obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hiſpaniæ regione uellera natura pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi ueſtes conficiunt, quæ fideliſſime colorem ſuum ſeruant, neq; facile maculis inficiuntur. Bæticatus, a, um, aliud adiectiuum, pullatus, Martia. li. 1. Et bæticatus, atque leucophæatus.

BÆTICOLA, læ, pen. cor. accola Bætis fluuii. Silius lib. 1. Et uulgus Iberum, Bæticolasq; uiros ſpatiis agitabat iniquis.

BÆTVLO, (Βαιτούλων) Hiſpaniæ fluuius eſt in Tarraconenſi tractu, circa mõtem Iouis, non procul a Barcinone in mare influens. Hiſpani hodie ſua lingua Beſoncin uocant. Meminit huius fluuii Pompo. Mela. lib. 2. Eſt item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu: quod recenſetur a Plinio li. 3. cap. 3. & Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

BAGOAS, (Βαγώας) teſte Curtio, eunuchus fuit Alexandro magno turpiter adamatus. Hunc Orſines ſatrapes inter Perſas nobiliſſimus, cum regis amicos omnes muneribus affeciſſet, ſolum præteriit, admonitusq; a quodam, cum regi eſſe chariſſimum, reſpondit, ſe amicos regis, non ſcorta colere.

BAGRADA, (Βαγράδας) pen. cor. fluuius Africæ proprie dictæ, qui iuxta Vticã labitur, apud quẽ ab Attilio Regulo, & a toto exercitu baliſtis & catapultis, ſerpens centum & uiginti pedes longus occiſus eſt. Autores Pli. li. 8. ca. 14. Gell. lib. 6. cap. 3. & Strabo lib. ulti. Lucanus lib. 4. Primaq; caſtra locat cano procul æquore, qua ſe Bagrade lentus agit ſiccæ ſulcator arenæ. Silius Ital. lib. 6. Lentus arenoſo ſpumabat Bagrada campo.

BAHAL, (Βαάλ) numero ſingulari, inquit Hieronymus, Tyriorum Deus habebatur. Bahalim pluraliter, Deos ſiue idola ſignificat, & eſt maſcu. gen. Vbicũq; enim in fine Hebraici ſermonis Im ſyllabam legimus in numero plurali, eſt generis maſculini. Vbi autem oth, numero plurali, eſt generis fœminini.

BAIÆ, arum (Βαΐαι) ciuitas Campaniæ, ſecus Campanium mare ſita, ſitus amœnitate, & aquarũ ſalubritate celeberrima: ita dicta, a Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidę ſunt, & ad uoluptatem, & ad uarios morbos commodæ. Silius, docet ille, tepentea Vnde ferant nomen Baiæ, comitẽq; dediſſe Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat. Hinc fit Baianus, a, um: ut Sinus Baianus, qui hinc Miſeno monte, illinc Puteolis exauditur. Baiana littora, & Oræ Baianæ apud Statium.

BAIVLO, as. {Portar} (βαστάζω) porto. Plaut. in Aſin. Ego baiulabo, tu, ut decet dominũ, ante me ito inanis. Quintil. lib. 6. cap. 1. Ego te baiulare nõ poſſum

BAIVLVS, pen. cor. {Facchino baiulo. Dant. Di quel che ſe co'l baiulo ſeguente} (φορτοβάστης, φόρταξ, ὁ βαστάζων) operarius, & proprie qui uectigas onerã corpore ſuo, uictus quærendi gratia portat Cic. in parad. Vtrũ potius de bonis

eſt quærendum quid baiuli atq; operarii an quid homines doctiſſimi ſenſerint?

BAIVS, Seruio, (Βαῖος) uel Baias Straboni (Βαίας) unus ex ſocijs Vlyſsis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur.

BAIVS COLOR, {Baio} (φοινικοῦν χρῶμα) idē eſt cum ſpadiceo, ſiue badio in equis in primis laudatus: ita dictus παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem una cum fructu auulſum, qui huius eſt coloris.

BALÆNA, æ, {Balena} uaſtiſſima maris belua ex genere cetorum, quā Plinius tradit in Oceano Indico ad quaternum iugerum magnitudinē excreſcere. Græcis φάλαινα dicitur, παρὰ τὸ ἐκ φυσᾶν ἅλλεσθαι. Vnde & Latini Balænam appellant, β aſpirata in φ mediam ſuam conuerſa. Vide Plin. lib. 9. cap. 3. 4. 6.

BALANEA, Plinio, (Βαλανέαι Stephano) oppidū in cōfinio Syriæ, & Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

BALANI SARDIANI, {Caſtagne} (βάλανοι σαρδιανοί) à Græcis olim appellabantur, quas nos caſtaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur prouenisse: ut tradit Plin. lib. 15. cap. 23.

BALANITIS, idis, {Marroni} (βαλανῖτις) genus caſtaneæ rotundius, & maxime purgabile, & ſponte proſiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum Plinius lib. 15. cap. 23.

BALANITES, huius balanitæ, (βαλανίτης) gēma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea uena. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

BALANVS, ni, pen. cor. gene. fœmi. (βάλανος) generale nomē eſt, omnia cōtinens, quæ apud nos Glandis uocabulo cōprehenduntur. Præcipue tamē hoc nomine dactyli appellātur: & oliuæ, & ſiqua ſint alia, quæ nucleos intus habēt.

Balanus myrepſica (βάλανος μυρεψική Dioſcoridi) fructus eſt arbuſculæ, myricæ ſimilis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice odoriferus liquor exprimitur, quē uocant Oleum balaninū. Sunt qui credant eſſe glandē eam, quā uulgo nucem muſcatam uocant: quibus tamē non arbitror adhibendam fidem, cum deſcriptio ei non conueniat: Conſtat enim glandē myrepſicam lignoſo intus eſſe oſſe, quod nux odorata non habet. Satius itaque Ruellio crediderim nucē odoratā, quā nos Muſcatam uocamus, ueteribus fuiſſe incognitam. Glandē autem myrepſicam Plin. uno nomine uocat Myrobalanū, quaſi dicas glandē unguentariam. Ita enim de eo ſcribit lib. 12. cap. 21. Myrobalanum, Troglodytis, & Thebaidi: & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt naſcens unguento, ut ipſo nomine apparet. Quo item indicatur, glandē eſſe arboris, heliotropio, quā dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus, magnitudine auellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanū Celſus uidetur accepiſſe pro unguento ipſo, quod ex glandis myrepſicæ commiſto liquore conficitur. Ita nāq; ait lib. 4. cap. 9. Fit ex unguento & palmulis, quod Myrobalanon uocant. Ad hanc etiam ſignificationem alluſiſſe uidetur Martia. lib. 14. Quod nec Vergilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat, & ex Balano. Nam ſi de glande ipſa intelligas, non uideo, quomodo dicat Myrobalanum conſtare ex balano & unguento. A balanus fit Balanatus, hoc eſt balanino oleo perfuſus Perſius Saty. 4. Tu cùm maxillis balanatum gauſape pectas. Balaninus a, um, aliud adiectiuum, ex balano factum: ut Balaninum oleum. Plin. lib. 23. Balaninum oleum repurgat uaros. Balanus etiā à Græcis uocatur extrema membri uirilis pars, quam etiā Latine Glandem uocamus. Hoc etiam nomine uocantur, quæ à pharmacopolis uocantur Suppoſitoria, quæ ad ſubducendam aluum podici inſeruntur, ita dicta, quod figura glandis ſimilitudinem referant.

BALARE, {Belare} (βληχᾶσθαι) proprium eſt uocis ouis, aut hœdi. Quintil. li. 1. ca. 5. Iam ne balare quidē aut hinnire forte diceremus, niſi iudicio uetuſtatis niterētur. Ouid. 4. Faſt. Tactaq; fumanti ſulfure balet ouis. Hinc frequentatiuum Balito, as. Plaut. in Bacch. Paſtor harum dormit, cùm eæ eunt ſic à pecu balitantes. Balatus, us, nomen, βληχή, βληχηθμός. Plin. Guſtatum a pecore caprisq; balatum concitat.

BALATRONES, (inquit Feſtus) & Blateas antiqui appellabant. bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamētorū ſoleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii uidetur accepiſſe Varro de re Ruſti. lib. 2. cap. 5. cum inquit: Videbo iam uos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. Dicti autem putantur Balatrones à balatu & uaniloquentia, ut annotauit Porphyrion in illud Horat. 1. Serm. Saty. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœſtum, ac ſolicitum eſt cantoris morte Tigelli.

BALAVSTIVM, {Fior di mela grana} (βαλαύστιον) flos mali punici, utilis non modo medicinis, ſed etiam tingēdis ueſtibus quas ſibi concolores facit. Proprie autem hoc nomine appellatur ſyluestris punicæ flos: nam ſatiuæ Cytinus dicitur. Hinc Balauſtinus, a, um, pen. cor. ut Balauſtinus color, a floris huius ſimilitudine dictus.

BALBINA, uirgo Romana & martyr filia Quirini, liberata a ſtrumæ uitio per Alexandrum pontificem, ſepulta in uia Appia iuxta patrem, qui ambo ſub Traiano ſunt paſſi. Volaterranus.

BALBVCINARI, (ψελλίζω, ψελλίζεσθαι) ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes.

BALBVS {Balbo. Dant. Mi uenne incontrō una femina balba} (ψελλός) qui uitio linguæ non bene poteſt exprimere uerba, & obſcure loquitur. Ci. 1. de Ora. Cumq; ita balbus eſſet ut eius ipſius artis, cui ſtuderet primam literam non poſſet dicere, &c. Balbe, aduerbium obſcure, imperfecte, blæſe.

BALBVTIO, tis, {Balbetare} (ψελλίζω, ψελλίζομαι) imperfecte loquor, quadā linguæ hæſitatione & confuſione trepido. Cic. 5. Tuſc. Me quidem autore etiā Peripatetici, ueteresq; Academici balbutire. deſinant aliquando.

BALDRACA, puella generis obſcuri, peregrinæq; conditionis quæ quamuis multarum rerum ob paupertatem eſſet indiga, noluit tamen corporis ſui facere copiam Othoni Imperatori, quāuis multa promittenti, ut Scribit Volaterranus

BALEARES, {Maiolica, & Minorica} (Βαλεαρίδες) duæ inſulæ ante Hiſpaniā, 30000 paſſuū interuallo a ſe inuicē diſtātes, quarū maior, quæ Orientē ſpectat, 100000. paſſuū lōgitudinē habet, circuitū paſſuū 480000: cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia alterius in 60000 tantū paſſuum millia longitudo extenditur, circuitus autē in paſſuū 150000. Dictæ Baleares, (ut quidā uolūt) a Baleo quodā Herculis comite ibi relicto. Aut certe ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc eſt, a iaculādo, propterea q; fundæ iaculatione Baleares peritiſſimi habiti ſunt. Tradit enim Lycophrō, & poſt eum Florus li. 3. cap. 8. eā hiſce inſulis obſeruatā fuiſſe conſuetudinē, ut eſurientibus filiis a matribus ientaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius funda deieciſſent. A Græcis dictæ ſunt γυμνησίαι, eo q; nudi aliquandiu uitam egiſſe dicantur, nec ueſtibus utentes, nec calceis. In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teſte Pli. lib. 8. cap. 55. ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti. Hodie ab Hiſpanis, quorū imperio parent, Maiorica, & Minorica appellantur. Baleares etiam dicuntur incolæ harum inſularum. Inde fit poſſeſſiuum Balearis, & are. Verg. lib. 1. Geor. Stuppea torquentem Balearis uerbera fundæ. Item Balearicus, ca, cum: ut, Balearica funda. Ouid. 2. Meta. Non ſecus exarſit, q̄ cum Balearica plumbū Funda iacit: uolat illud, & incandeſcit eundo. Balearica uina. Pli. lib. 1. cap. 7. Balearica uina ex inſulis conferuntur Italiæ primis Balearicæ cochleæ, quæ herbis non uiuunt, ſed uitæ modo inter ſe cohærent, è terræ cauis non prorepentes: unde & Cauaticæ à Balearibus appellantur. Auctor Plin. lib. 8. cap. 39.

BALINEVM, {Bagno} (βαλανεῖον) & Balineæ, arum, idem quod Balneum & Balneæ, arum. Cic. Atti. lib. 2. Balineum calefieri iubebo. Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc eſt, à glandibus, quæ in balneis ſuccendi ſolent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquiſſimos, cortices uero earum igni alimenta præbuiſſe.

BALIMENSES, populi in Latio, qui alias Trebulani dicuntur. Pli. li. 3. ca. 5.

BALESIVM, auctore Plinio, Apuliæ oppidum eſt maritimum, non procul à Brunduſio. Plin. lib. 3. cap. 11.

BELIARDVS, philoſophus quidā Gallicus ac Peripateticus, Pariſiis prodiit uir doctiſſimus, ab orthodoxis tamen in quibuſdam aberrans, à quibus nec per ſynodum iuſſu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit, ſed in quodā loco deſerto, cum ſocijs nonnullis omne æuum abſtinendo exegit. Volat. lib. 22.

BALIAS, ſiue Balius, (nam & in Græcis quibuſdam codicibus βαλίας legitur, in alijs βάλιος) unus fuit ex equis Achillis, à balio colore ita dictus. Commemorat autem Home. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorum duos Balium & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro uento, & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedaſum.

BALIENVS, auunculus Catilinæ, Lucretium Aſellum, conſulatum contra uoluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis ſtatum petentem, occidit iuſſu Syllæ tunc Dictatoris, accuſatus poſtea, ac damnatus. Pædian.

BALIVS COLOR, {Baio} (βαλιὸν χροιά) in equis laudatiſſimus eſt, à quo Homerus unum ex equis Achillis Balium, ſiue Baliam appellauit. Nonnulli uarium interpretantur, maculisq; multis diſtinctum. Thyleſius autem in libello de coloribus, eundem eſſe exiſtimat cum eo, qui & Spadiceus, & Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur.

BALLARIA, æ, à Romanis appellata eſt herba, quæ à Dioſcoride λυχνὶς ἡ φαρμακευτική, hoc eſt, Lychnis coronaria, & à Gallorum uulgo Candelaria dicitur. Vide Ruellium lib. 3. cap. 57.

BALLISTA, gemino ll {Baleſtra. Arioſt. Non ſaſſo, merlo, traue, arco, ò baleſtra} à βάλλω, iacio: machina eſt, qua ſaxa torquentur, uel ſagittæ. De ſaxa iaciente (quæ & maior balliſta appellari poteſt.) Vale. Maxi. lib. 1. Cùm telorum iactu perforari nequiret (intelligit ſerpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis uerberibus procubuiſſe, &c. Et ſiue trabs, quæ uerſilis appellatur, fuerit, ſiue alterius generis, modo ſaxa, maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. De ſagittas iaciente (quæ & minor) Lucan lib. 2. Tortaq; per tenebras ualidis balliſta lacertis Multifida iaculata faces, & D. Hieronymus contra Iouin: Balliſta quāto plus retrahitur, tanto fortius emittitur. Hanc Græci βαλλίστραν dicunt, quam & Phœnicas inueniſſe Pli. tradit lib. 7. cap. 56. aliis Saturnū a Ioue pulſum & in Græciam profugum balliſtarum uſum docuiſſe ſcribentibus.

BALLISTARIVM, locus ubi ſita eſt balliſta. Plaut. Intenta eſt balliſta probe, quam ego haud multo poſt emittam è balliſtario. Vbi etiam Balliſtam accipere uidetur pro telo.

BALLOTE, pe. pr. (βαλλωτή) herba eſt marrubio ſimilis. quæ & Melamprasion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiaſtrum uocant aut Marrubiū nigrum. Vide Dioſco. lib. 3. Plin. lib. 27. cap. 8. & Ruellium lib. 3. cap. 58.

BALLVCA, cæ, uide B. lux.

BALNEARIA, orum, ea pars uillæ, ſiue ædium, in qua balneæ ſunt, & nonnūquam etiam ipſum balneum. Cic. ad Q. Fratrem lib. 3. Sed tamen nihil ei reſtabat, præter balnearia, & ambulationem, & aluearium. Ibidem: In balnearijs aſſa in alterum apodyterij angulum promoui.

BALNEARIVS, a, um, ſiue Balnearis, re, {Coſa apertinente à bagni} quod ad balneum pertinet: ut Veſtis balnearis, Seruus balnearius, Item Balnearia inſtrumenta, cuiuſmodi ſunt ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia abſolute dixit Apuleius lib. 3. Milonem iuſſit cum balnearibus aſſequi.

BALNEATOR, (βαλανεύς) qui curam habet balnearū. Cic. pro Cœl. Familiaris facta erat balneatori. Plau. Truc. Omnes amatores balneatores fient. Huius fœmininū eſt Balneatrix (βαλανίς) mulier cui balnei curandi cura incūbit.

BALNEATORIVS, a, um, quod ad balneum pertinet. Martianus Iureconſ. Inſtrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ uſum ſuum præbere non poſſunt,

BALNEOLVM, diminutiuum eſt. Iuuena. Saty. 7. Clim iam noti celebresq; poetæ Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos Tentarent.

BALNEVM, {Bagno} (βαλανεῖον) et in plurali numero Balneæ, arum, uel Balnea, orū, loca ſunt publica uel priuata, in quibus aut ſanitatis, aut abſtergendarū ſordiū cauſa lauamur. Cic. Terentiæ uxori: Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Illud autem ferè obſeruatur à ſcriptoribus, ut Balneæ, uel Balnea in plurali numero de publicis tantū dicantur. Balneū in ſingulari, locus in domo noſtra, ubi priuatim lauamur. Ratio huius diuerſitatis uidetur, q; in publicis balneis plura ad lauandū fuerint loca. Habebant enim mulieres Lauationes ſuas à uiris ſeparatas. Erāt præterea in balneis tria: ueluti cœnacula, (niſi regiones malis appellare) quorū ſummū plenū erat aeris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta. Hæc balneorū pars Laconicū uocabatur: In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ: Ex his facile oſtēdi poteſt quid ſit diſcriminis inter Balneas, & Thermas. Balnea enim tantū dicuntur, in quibus lauamur. Vide ſumma illa balneorū pars, quam Laconicum uocari diximus. & cryptæ quædam ſiccæ in litore Baiano calidi aeris plenæ, balneorum appellatione non ueniunt,

quæ

quæ tamen Thermæ aptè dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſiue illa ſicca ſint, ſiue calidis lotionibus accommodata. frigidũ itaque balneum ſub Thermarum appellationem non uenit. Nam θέρμη calorem ſignificat. Valla in Raudenſem huiuſmodi ponit differentiam, ut Thermæ dicantur, quæ natura calidæ ſunt. Balnea etiam, quæ calefiunt igni. Quod non omnino uerum eſſe conſtat multis tum Martialis, tum aliorum teſtimonijs, qui Neronis & Titi balnea Thermas uocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur Balneum, uide ſuprà in dictione Balneum.

BALSA, (Βάλσα) à Pli. lib. 5. cap. item 5. numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. Eſt etiam hoc nomine urbs Luſitaniæ, nõ procul à Sacro promontorio, & Anæ fluuij oſtijs, quæ uulgò nunc Tauila dici creditur. Commemoratur à Plinio lib. 4. cap. 22. & Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

BALSAMELÆON, (Βαλσαμέλαιον) ſuccus eſt oleo perſimilis, qui ineunte autumno, ca[...]imis balſami fruticis partibus ſacrificatis profluit: ut poſt Aetiũ refert Ruellius lib. 1. cap. 35.

BALSAMVM, {Balſamo} (Βάλσαμον) neutri generis, arbuſcula uni terrarum Iudææ quondam conceſſa, uiti ſimilior, q̃ myrto. Ver. 2. Geor. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaq́; & baccas ſemper frondentis acãthi? Seritur malleolis, ut uitis, & colles implet uinearum modo, ſubſtinẽs ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur uitro, lapide, oſſeis've cultellis, et ſuccũ emittit eximiæ ſuauitatis, quem Opobalſamum dicunt. Nã ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Summa Opobalſami probatio eſt, ut lac coagulet, & in ueſte maculas non faciat. Lignum quoque eius in pretio eſt, Xylobalſamum appellatum. quod officinæ unguẽtariorũ pro ſucco ſubſtituebãt. Carpobalſamũ, fructus balſami. καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Pli. li. 12. cap. 25. Hinc Balſaminus, a, um, adiectiuum, pe. co. ut, Balſaminum oleum. Pli. li. 23. ca. 23. Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis dicimus, contra omnes ſerpentes efficax.

BALTEVS, & Balteum in ſingulari, in plurali numero tantum, {Correggia, cinta da ſpada} (ζωστήρ) militare cingulum, uel zona bullis ornata. Ver. 12. Aeneid. Infelix humero cũm apparuit alto Balteus. Liu. lib. 9. Auratæ uaginæ, aurata baltea, illis erant.

BALTIA, inſula eſt in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

BALVX, ucis, minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cuiuſmodi in arrugijs, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullaq́; opus habentes coctione. A Græcis χρυσὸς ἄμμος, quaſi aurea arena dicitur. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſæ. Nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alij Palacranas. idem, quod minutum eſt, Balucem uocant.

BAMBACION, {Bambagia. Boc. Si la bambagia del farſetto tratto gli hauea} (Βαμβάκιον. Βάμβαξ, καὶ Βαμβάκι Suidæ) lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Pli. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ auci non diſſimilem, quæ dehiſcens uelut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde ueſtes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur, à petitionibus Xylinæ, uel Goſſipinæ. Vulgus cotonum uocat, à ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruellium lib. 2. cap. 150.

BANIBILIVS, lege Bombilis.

BAMBORVL, flumen Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 1.

BAMBYCE, (Βαμβύκη) Straboni Meſopotamiæ ciuitas eſt, ſiue (ut Plinio placet) Syriæ Cœlis, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc eſt, ſacra ciuitas appellatur, & Edeſſa. Vide latius in dictione Edeſſa.

BANACVRA, uide Baracura.

BANASA, apud Plin. lib. 5. cap. 1. Romanorum colonia eſt in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

BANAVSVS, {Mecanico, artigiano, artiere. Boc. Secondo l'openione de mecanici} (βάναυσος) propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quiq; opera ſua igni conficit. Βαῦνος enim Peloponneſis caminus eſt, & αὔειν incendere. Per tranſlationem tamẽ latius ſumitur ad uiliores omnes operas, quę manuum opificio uictum quęritant. Id quod & Hieronymus annotauit lib. 1. aduerſus Pelagium. Ariſtoteles in Polit. inter ſeruum & banauſum hoc unum intereſſe ait, q illic natura ſeruit, banauſus mercede.

BANCHVS, (Βάγχος) piſcis marini genus, quem & Myxona uocari auctor eſt Plin. lib. 32. cap. 7. Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem uocat.

BANVRRI, Gætuli ſunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ ut ſcribit Plin. libr. 5. cap. 2.

BAPHIA, pe. pr. {Tintoria} (Βαφεῖα) dicuntur loca tincturæ, in quibus tinguntur panni. nos Tinctoria dicimus, Lampridius in Alexan. ſcribit, Probũ fuiſſe baphijs præpoſitum. Βαφὴ enim tinctura dicitur, unde Dibapha, bis tincta.

BAPTÆ, (Βάπται) Athenis erant ſacerdotes Cotyttus, impudicitię deæ, cui nocturna ſacra peragebant, ſaltationibus, & omni uoluptatum generi indulgẽtes. Dicti autem ſunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν q qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Iuuenal. Saty. 2. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. In hos Eupolis Comœdiam conſcripſit, quam ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt, & ſubmerſus. unde plura de his apud Suidam, & Politianum Miſcellane rum cap. 10.

BAPTES, (Βάπτης) gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris Plin. libr. 37. cap. 10.

BAPTISMVS, & Baptiſmum, {Batteſimo} (Βαπτισμὸς) & Baptiſma, atis, (Βάπτισμα) Latine immerſio uel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. Grego, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo ſpiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat efficitur. Primum enim ſordi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddamur pulchri dealbatione uirtutum.

BAPTISTERIVM, {Lauatoro} (Βαπτιστήριον) eſt ueluti lacus quidam, ex ligno aut lapide ædificatus, in quo lauãdi gratia mergi ſolẽt. Hoc in cellis, id eſt, in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ. in quibus tepida aqua abluimur. Plin. ad Appollinarem: Cella frigidaria. in qua baptiſterium amplum, atque opacum.

BARACVM, (Βάρακον) oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap item. 5.

BARACVBA, (Βαρακούρα) emporium Indiæ extra Gangẽ, autore Ptolemęo lib. 7. cap. 2. hodie Bangella, ciuitas fœcundiſſima, & regnum latiſſimum.

BARAGASA, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. libro 6. cap. 29. Aliqui unũ Aethiopiæ oppidum ultra ponunt in litore, Baragaſa.

BARAMALACVM, Nabatæorum oppidum non ſpernendũ in ea parte Arabiæ, quæ eſt contermina Syriæ, ut autor eſt Plin. lib 6. cap. 28.

BARATHRVM, {Abiſſo, profondità} (Βάραθρον) locus Athenis fuit immẽſæ profunditatis, in imo mollis & cœnoſus. in quem noxios, & dãnatos deturbabant. Hinc factum eſt, ut loca omnia profunda, unde quis emergere nõ poſſit, ab illius ſimilitudine Barathra dicãtur: cuiuſmodi apud inferos Tartarũ fingũt Poetæ, qui Bis patet in præceps tantum, tenditq; ſub umbras: Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum. Hoc etiam nomine appellãtur terræ cauitates, quæ fluuios hauriũt, alijs in locis rurſus emerſuros. Trãſfertur quoq; ad alia. Martialis Barathrum fœmineũ, pro locis muliebribus dixit. Idẽ ſtomachi imũ hiatum baratrũ appellauit, cum ait: Extremo ructus ſi uenit a barathro. Hora. in Serm. uſurpat pro ingluuie & uoragine. Apud Demoſthenẽ ponitur pro pernicie, ut annotauit Harpocration.

BARATHRO, {Luſſurioſo, guloſo} luxurioſus dicitur, uel guloſus qui in barathrum gulæ infamis totum patrimonium.

BARBA, {Barba Dan. Lunga la barba & di pel bianco miſtra} (πώγων) utroque numero non ſolum hominum, ſed & Brutorum quadrupedũ eſt. Plaut. Bacch. Cano capite, atque alba barba. Verg. 2. Aenei. Squallentem barbã, & cõcretos ſanguine crines. Plin lib. 28. Afferunt & magi ſua cõmenta, primũ omnium rabiẽ hircorũ, ſi mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit lib. 13. Indociles nunc propexis in pectora barbis Vertere humum. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiã, & ſecundam declinationem. ut Imberbis, & hoc imberbe: & Imberbus, a, um, quod eſt ſine barba. Barbula, læ. diminutiuum. Cicer. pro Cœlio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis: non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed, &c.

BARBARA, uirgo Nicomedienſis: Dioſcori nobilis uiri filia, à quo in turrim eſt coniecta, q ſe Chriſtianam profiteretur: ac poſt omnibus probris nudatum, conuerberatumq́; corpus, ab eodem ad præſidem ducta, iugulataq; in eadẽ urbe ſub Maximiano eſt. Demũ Venetijs (quo tranſlata eſt) condita. Autor Volaterranus lib. 14.

BARBARIVM, (Βαρβάριον) apud Strabonem lib. 3. promontorium eſt Luſitaniæ, inter Tagi & Chalybis oſtia.

BARBARVLVS, pen. cor. Diminutiuum à Barbarus.

BARBARALEXIS, (Βαρβαρόλεξις) figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi. ut Gaza & Magalia, apud Vergilium.

BARBARI, {Barbari Dãt. Quai barbare fur mai, quai ſaracine} (Βάρβαροι) factitio nomine. inquit Strab. lib. 14. dicti ſunt ab initio, qui difficulter, aſpere, atq; duriter loquebantur, quaſi duriloqui, & craſſilingues: quemadmodũ blæſi atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti ſunt. Dicti Barbari à βαρβαρ abſona uoce in quã peregrini homines Athenas aduentantes, cũ primum Græce loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui craſſe loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti ſunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Næuium poetam Latinum Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exẽpti ſunt Latini, q hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, ſi quis non recte proferat, barbare loqui dicitur. In ſumma, Barbari dicũtur illiterati, malis moribus, feri, crudeles Cicero pro Fonteio, Immanis, ac barbara conſuetudo hominum immolandorum.

BARBARE, aduerbium: ut, Barbare loqui, Cice. 2. Tuſcu. Vt enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbare loquatur.

BARBARIA, (Βαρβαρία) pen. cor. Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quale bellum nulla unquam Barbaria cum ſua gente geſſit.

BARBARICARII, {Teſſitori di panni de arazzo} textores artificesq; barbaricæ ueſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciatus.

BARBARICVM, neutri generis, clamor exercitus dicitur: q in uociferandi genere barbari utantur. Feſtus.

BARBARICVS, a, um, (Βαρβαρικὸς) pen. cor. eiuſdem ſignificationis eſt cũ Barbarus: hoc eſt, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Vergil. Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria aduecto, Aenei. 2. Barbarico poſtes auro, ſpolijsq; ſuperbi Procubuere. Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebãtur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia, & fiſtucis pauita: de quibus Plin. lib. 36. cap. 25.

BARBARIES, (Βαρβαρότης) ad imitationem pertinet, & ſignificat inciuilitatem feritatemq; Cic. pro Cor. Balbo: Inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; deleuit. Accipitur etiam pro ipſis barbaris. Idem 1. de Nat. Deo. Aegyptij, & Syri, & fere cuncta barbaries. Item pro uitioſo, & inquinato ſermone. Idem de cla. Orat. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hãc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

BARBARISMVS, (Βαρβαρισμὸς) eſt contra Romani ſermonis legẽ, aut ſcripta, aut pronũtiata uitioſe dictio. Fitq; duobus modis, ſcripto & pronuntiatione: & hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, trãſpoſitione. literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut Relliquias Danaum pro reliquias: ſyllabæ, ut Mauors pro Mars: temporis: ut, Italiam fato profugus. ubi prima ſyllaba cum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut Agrippa, pro Argyrippa, apud Vergil. 11. Aeneid. ſyllabæ, ut Salmentum, pro Salſamentum: temporis: ut, Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ fit barbariſmus, ut Olli pro illi ſyllabæ, ut Pernicies pro pernicies: temporis, ut Vnius ob noxam. Tranſpoſitione literæ, ut Tymbre, pro Tym-

ber Temporis,ut dominus pen.pro.

BARBATVS{*Barbuto.Boc.Gior.2.No.8.Era diuentato barbuto*}(πωγωνίας) dicitur qui barbam habet. Vnde illud: Si promiſſa facit prudentē barba, quid obſtat Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato? Cice.1.de Natu.Deo. Iſto enim modo dicere licebit, Iouem ſemper barbatum.

BARBATVLVS,diminutiuum:ut,Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. Cice.in Para. Barbatulos mullos exceptare de piſcinis. Idem ad Atti.li.1.Con curſabant barbatuli iuuenes,totus ille grex Catilinæ.

BARBESVLA,Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt,in conuentu Gaditano: et flu uius,qui urbi nomen fecit. Vide Plin.cap.1.lib.3.

BARBIGER,ra,rum,adiect.(πωγωνοφόρος)qui barbam gerit:ut, Barbigeræ pecudes. Lucre.lib.5. Quippe uidere licet pingueſcere ſæpe cicuta Barbigeras pecudes: homini quæ eſt acre uenenum.

BARBITIVM,ponitur pro barba. Apul. Hircino barbitio philoſophum mentiebatur.

BARBITOS,{*Cetera,cetra.Pet.Et la Cetera mia riuolta in pianto*}(βάρβιτος)p.c.gen.maſc.inſtrumētum muſicum quod pulſatur plectro uel calamo. Hora.lib.1.Car.Ode 32. Age dic Latinum Barbite carmen, Lesbio primum modulate ciui. Fœminino autem genere,uſus eſt. Ouid.in Epiſto. Sapphus ad Phaonem: Nec facit ad lacrymas barbitos ulla meas. Dicimus etiam Barbiton in neutro genere. Auſonius in Philomuſum: Hoc genere et chordas & plectra & barbita condo.

BARCE,(Βάρκη)una eſt ex quinque Libyæ Cyrenaicæ urbibus,quæ Pentapolim efficiunt:ita primum dicta à Berce regina: poſtea Ptolemais appellata: ut teſtantur Strabo lib.ulti.& Pli.lib.5.cap.item 5. Hinc Barcæi(Βαρκαῖοι) regiones huius incolæ. Verg.4.Aen. Hinc deſerta ſiti regio,Lateq́ furētes Barcæi. Eſt item Barce promontorium in occidua Africæ parte,Oceano imminens: cuius meminit Plin.lib.5.cap.1.

BARCENIS,ſylua eſt Germaniæ,Sueuos à Cheruſcis diuidens. Volaterranus credit eã eſſe,quæ hodie Sylua nigra uocatur,non procul ab agro Badēſi.

BARCHA,cognomen fuit nobiliſſimæ apud Carthaginienſes familiæ,ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. Inde Barchina factio dicta eſt, quæ Barcharum potentiæ fauebat, & eorum in gerendo bello auctoritatem ſequebatur: Frequens eorum mentio eſt apud Liu.2.Bello Punico.

BARCINO,pe.co.{*Barzellona*}(Βαρκίνων Ptolemæo)urbs eſt apud Hiſpanos,totius tractus Tarraconenſis celeberrima,quæ uulgo Barcelona dicitur. Auſonius ad Paul. Tarraco,& oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

BARDERATE,urbs eſt Galliæ Togatæ ad Apēninū. Auctor Pli.li.3.c.5.

BARDESANES,(Βαρδησάνης)nomen proprium hiſtorici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnoſophiſtas diuidit,quorum alterũ appellat Bragmanas,alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ ſunt, ut uel pomis arborum iuxta Gangem fluuium,uel publico oryzæ & farinæ alantur cibo: & cum rex ad eos uenerit,adorare illos ſolitus ſit. Hic doctrina rerum cœleſtium, omniũ Chaldæorum excellentiſſimus fuit. Cuius mētionem facit Euſebius lib.6. Præparat. Euang.

BARDOCVCVLLVS,genus ueſtis omni tempore commodæ,cũ qua etiã cubare ſoliti erant imbrium tempore in caſtris milites,& in agris ruſtici. Martial. Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. Sunt qui dicant Bardocucullum eſſe tegmen capitis uilloſum, cuius uſus translatus ſit à populis Galliæ,qui dicuntur Bardi.

BARDVS,{*Stolto*}(βλάξ)ſtultus,à tarditate ingenij. Ci.pro Cecio. N.audacem,nimisq; bardum. Idem de Fato: Stupidum eſſe Socratem dixit,& bardũ, q iugula concaua non haberet. Bardi etiam apud Gallos uates erant, aut philoſophi,qui uirorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucan. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

BAREA,oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris. Bæticæ tamen adſcriptum,ut ſcribit Plin.lib.3.cap.3.

BARGENI,populi ſunt Africæ,ex Troglodytis,ut ſcribit Pli.lib.6.cap.29. in deſcriptione ſinus Maris rubri, Troglodytici, & Aethiopici.

BARGVS,Thraciæ fluuius eſt in Hebrum cadens. Pli.lib.4.cap.11. Flumina in Hebrum cadentia Burgus,Suemus.

BARGYLVS,mons Syriæ,in confinio Phœnices,cuius meminit Pli.ca.20. lib.5.

BARGYLLA,orum,(Βαργύλια τὰ Stephano)oppidum eſt Cariæ,ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite,qui ex Pegaſi ictu interijt. Bargylitici campi,quorum meminit Plin.lib.5.cap.29.

BARIS,{*Bara*}(Βᾶρις)apud Aegyptios dicebatur cymba,qua cadauera uectabant ad ſepulturam. Propert.lib.3. Baridos & contis roſtra Liburna ſequi. Eſt item Baris Pamphyliæ oppidum,in præfectura Piſidica: cuius meminit Ptolemæus lib.5.cap.item 5.

BARIVM.{*Bari*}(Βάριον Ptolemæo) Apuliæ oppidum eſt,teſte Plin.lib.3. cap.11.quod ſeruato antiqui nominis aliquo ueſtigio, uulgo Barri uocatur, Hora.Saty.5. Bari mœnia piſcoſi. Vbi Bari dixit,pro Barij.

BARNICHIVS,(Βαρνίχιος)fluuius eſt Peloponneſi in Alpheũ influens, qui & Enipeus appellatur à Strabone lib.8.

BARONES,{*Baroni*}uiros fortes uidetur appellaſſe Cice.in Epiſt.ad Atticũ lib.5. Apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia poſuit, De Epicureis loquitur,quos Philoſophorum nomine non dignatur, ſed Barones ironice appellat,hoc eſt,uiros fortes,cum tamen innuere uelit, molles eſſe, & effœminatos. Varia tamen lectio hanc dictionem omnibus alijs teſtimonijs deſtitutam,in dubium reuocat.

BAROPTENVS,Pli.lib.37.cap.10.gemma eſt nigri coloris,ſanguineis & albis nodis diſtincta.

BARRITVS,us,pen.pro.uox elephantis. Barritus etiam dicitur Romanorũ clamor militum,qui fit,cum utræq; acies ſe iunxerint. Auctor Vegetius.

BARRVS,ri,{*Elefante*}(ἐλέφας) maximũ animalium terreſtrium,quod Elephantē uocāt Græci pariter & Latini. Hora.in Epod. Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris? Hinc Ebur dictu putāt Elephāti dentes,q fit è barro.

BASABOCATES,Galliæ populi ſunt,teſte Pli.l.4.c.19. Pictonib. uicini.

BASALTES,f,(βασάλτης)genus eſt marmoris ferrei coloris,& duritię,ab Aegyptijs in uicina Aethiopia inuentum: cuius generis longè maximum Veſpaſianus Cæſar in templo pacis dedicauit. Auctor Plin.lib.36.cap.7.

BASANISÆ,uel(ut alijs placet)Baniſę,per tres ſyllabas,(Βασανισαί, ἢ Βανισαί)populi ſunt Thraciæ,Stephano.

BASANITES,tis,(Βασανίτης)lapis ex quo fiunt cotes. Plin.lib.36.cap.20. Experimentum eius eſſe in cote ex lapide baſanite. Dictus Baſanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν,quod eſt explorare,uel examinare. unde & βάσανον dicunt Græci pro indice,cuius attritu exploratur aurum.

BASSCAVDA,uas Britannicum,poſtea in Romanorũ uſum receptũ. Iuuen. Saty.12. Adde & Baſcandas,& mille eſcaria. Martial.lib.14. Barbara de pictis uenit baſcauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma ſuam.

BASERA,pen.pro.(Βαίσαρα)oppidum Phœnices,Stephano.

BASILEA,æ,pe.pro.{*Baſilea*}(Βασιλεία)Rauracorum urbs celeberrima. ad Rhenum fluuium in agro Gallico ſita,à Germanis tamen(ut pleraque eis Rhenum loca)habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Auguſta Rauracorum Ptolemæo appellatur.

BASILEI,orum,(Βασίλειοι Straboni) populi ſunt Sarmatiæ Europææ, uel utranque Iſtri ripam incolentes,Iazygibus,& Vagis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus,hoc eſt,paſtoribus conſtantes: ijdem(opinor)cum ijs,quos Pomponius à regijs moribus Baſilidas uocari tradit.

BASILIA,(Βασιλεία)inſula in Oceano ſeptentrionali, immenſæ magnitudinis,diſtans à Scytharum litore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur,teſte Plin.lib.4.cap.13.

BASILICA,cæ,{*Luogo publico doue ſi fanno le facende d'importanza*}(βασιλική)principio dicta fuit domus ampla & ſpatioſa,cauſarum cognitioni deſtinata: dicta ab eo,q principes eò ad ius dicendum conuenirent, aut rectè, quod Græci τοῦ βασιλέως appellatione etiam iudicem intelligeret,uſtipulante etiam Heſiodo,qui δωροφάγους appellat βασιλῆας,hoc eſt,doniuoros iudices, interprete Budæo. Pli.in Epi. Deſcenderã in Baſilicã Iuliã,auditurus,quibus proximè comperendinatione reſpondere debebam. Erat autem Baſilica templo perſimilis,ambulationibus ampliſſimis inſtructa,ad quã multi tota ex urbe,alij cauſas agendi,alij conſultandi,alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde uetuſtũ in primis eſt illud. Cice.ad Atti.lib.2. De pangendo quod me crebro hortaris, fieri non poteſt. baſilicam habeo,non uillam,frequentia Formianorum. Poſtea etiam baſilicæ ædificatæ fuerunt in uſum negotiorum, eæq; in locis celeberrimis,foroq; proximis,ut haberent mercatores, quo ſe hibernis menſibus ſubitò ingruente tempeſtate poſſent recipere. Vide Vitruuium lib.5.

BASILICE,aduerb.{*ſplendidamente*}(βασιλικῶς)regiè,magnificè, ſplendidè,egregiè. Plaut.in Pœn. Baſilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

BASILICVS,a,um,(βασιλικός)regius,ſiue regalis. Plaut.in Capt. Baſilicas edictiones,atque imperioſas habet. Et in Pſeu. Baſilicus ſtatus,& baſilicus incetus id eſt,regalis & excellens,& Baſilica facinora,hoc eſt,regia. Baſilica nux, ſiue Baſilicon abſolutè(βασιλικὸν κάρυον)iuglandis genus optimum,quod et Perſicum dicitur,q ex Perſide primum fuerit aduectum. Dictum autem uidetur Baſilicon,ſiue à præſtantia,q inter nuces principatum obtinere uideatur: ſiue a regibus,qui eas primi è Perſide in Græciam tranſtulerunt: ut non obſcurè innuit Plin.lib.15.cap.22.

BASILICVS SINVS,(βασιλικὸς κόλπος)qui Ioniam, Aſiæ minoris regionem,alluit. Plin.lib.5.cap.29.

BASILIDÆ,(Βασιλείδαι)populi ſunt,Sarmatiæ Europeæ,Gerrho amne à Nomadibus diſcreti,ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regijs moribus,ut tradit Pomponius lib.2. Meminit horum & Plin.lib. 4.cap.12.

BASILIDES,(Βασιλείδης)nomen proprium cuiuſdam hæretici,qui trecentos ſexagintaquinque cœlos eſſe credebat,quo dierũ numero annus includitur: cuius ſectatores dicti ſunt Baſilidiani.

BASILINDA,(Βασιλίνδα)ludi genus eſt,quo rex ſorte creatus,negotij aliquid miniſtro ſimiliter ſorte creato imperat.

BASILIS,(Βασιλίς)ciuitas Arcadiæ,Stephano.

BASILISCVS,{*Baſiliſco*}(βασιλίσκος)genus ſerpentis,quod(teſte Plin.li. 8.cap.21.)in ſolitudinibus Aphricæ habitat, candida in capite macula, uelut quodam diademate,adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem uergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat,ut ſolus regnare uideatur. Luca.lib.8. Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes Ante uenena nocens, latè ſibi ſubmouet omne Vulgus, & in uacua regnat Baſiliſcus arena. Latinorum nonnulli Regulum uocant.

BASILIVS Magnus(Βασίλειος ὁ μέγας)Cęſarienſis fuit,qui unà cum Gregorio Nazianzeno,& Ioanne Chryſoſtomo,ſub Valente, indefeſſus Chriſtianæ religionis contra Arrianos extitit propugnator.

BASILIVS,(Βασίλειος)fluuius inter Euphratem & Tigrim fluens: cuius meminit Strabo lib.16.

BASINNI,(Βασιννοί)populi Arabiæ, Stephano.

BASIO,as. Vide Baſium.

BASIS,{*Baſi,ſoſtegno*}(βάσις)à noſtris dici poteſt. Suſtentamētum. Sunt enim baſes,fulcimenta,& quidam ueluti pedes columnarum,ſtatuarum, ſeu fabricarum,quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ ſuſtinent pondus. Cic.5.Tuſc. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentē, in qua inerat ſphæræ figura & cylindri: quò cùm patefactus eſſet aditus, ad uniuerſam baſim acceſſimus. apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum. A' qua ſimilitudine orbiculi illi,quibus uaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur,uocari ſolent baſes. Trebat. Iureconſ. de Legat.libr.5 Cui Corinthia uaſa legata eſſent,& baſes huic quoq; horum uaſorum collocandorũ cauſa paratas,deberi reſpondi. Eſt et Baſis,figura in narrationibus, cùm omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur,ut apud Terent.in Eunu. Matri mercator dono dedit,mater ubi accepit,&c.

BASIVM,ſii,{*Bacio*}(φίλημα)idem quod oſculum uel ſuauium. Martia.li.2. Baſia dimidio quòd das mihi Poſthume labro. Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium. Donatus tria ponit oſculãdi genera,oſculum, Baſium,& Suauium: quæ ſic diſtinguunt,ut oſcula ſint officiorum, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinum uel amorum. Quæ differentia aut nulla eſt, aut certè non obſeruatur.

natur: ut latius infrà oſtendemus in dictione Oſculum. Hic ſatis fuerit hoc oſtẽdere, baſia ſæpenumero impudicorum affectuum eſſe. Catullus ad Lesbiam: Da mi baſia mille, deinde centum. Idem ad Iuuentium: Nunquam iam poſthac baſia ſurripiam. Hinc Baſiare uerbum eſt. Baſiator uero & Baſiatio uerbalia, Mart. lib. 6. Et bis, terq́; quaterq́; baſiauit. Idem li. 7. Hybernas Lane baſiationes. Catul. Quæris quot mihi baſiationes tuæ Lesbia ſint ſatis ſuperq́;.

BASSARIS, is, uel idis, (βασσαρίς) Baſſarei, hoc eſt, Bacchi ſacrificula. Perſ. Saty. 1. Et ſectũ uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. Eſt etiam ueſtis genus ad talos uſque demiſſæ, qua in Bacchi ſacrificijs utebãtur ſacerdotes. Dictus autem eſt Bacchus Baſſareus a Baſſara Lydię oppido, ubi præcipue colebatur: uel ἀπὸ τοῦ βάζειν, qđ eſt clamo, q eius ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur. Hora. li. 2. Car. Ode. 18. Nõ ego te candidẽ Baſſareu inuitũ quatiã.

BASISTANI, Straboni lib. 3. populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Bætico, qui & Baſtuli dicuntur.

BASOROPEDA, regio Medorum Armeniæ cõtributa, ut tradit Stra. li. 11.

BASSIANVS, patria Syracuſanus, Romã ſtudiorum cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus, Rauennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis pręſul electus ibidẽ deceſſit nonagenarius 14. Calen. Febr. clarus prodigijs: ab ulceroſis maxime inuocatur: Emicuit Ambroſii temporibus quem ægrotantem adijt mortiq́; interfuit. Auctor Volaterranus. Fuit item Baſſianus Antonius cognomento Caracalla, Seueri filius, eiuſdemq́; in Romano Imperio ſucceſſor, quem Macrinus de medio ſuſtulit: ut ſcribit Herodianus lib. 4.

BASSVS, poeta Epicus, cuius fuit, teſte Quintiliano, uehemens ac poeticum ingenium: nec ipſum ſenectute maturum, præueniente fato, quemadmodũ & Valerio Flacco cõtigit. Item Aufidius Baſſus, hiſtoricus Quintiliani temporibus, qui bellum Germanicum ſcripſit. Cæſius item Baſſus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo ſic ſcribit Probus: Cæſium Baſſum poetam Lyricum fama eſt in prædijs ſuis, ardente Veſeuo, & late uagantibus ignibus, cum uilla ſua flagraſſe. Quintilianus quoque ſe eum uidiſſe ait. Baſſus item Romanus medicus fuit, cuius unguentum arthriticum citatur ab Aetio lib. 12. Præter hos fuit Baſſus martyr ſub Decio clauis ferreis confixus. Auctor Volaterranus.

BASTARNÆ, (Βαστάρναι Stephano) populi ſunt Sarmatię Europææ, ad Boryſthenem amnem non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolemęus li. 3. cap. 5. Plin. lib. 4. cap. 15. & Strab. lib. 7.

BASTVLI, Bæticæ Hiſpanię populi prope Turdulos, quorũ oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod et ab Hiſpania Vbida: Mõs itẽ Calpe, circuitu quidẽ nõ magnus, cæterũ adeò erectus, ut procul aſpiciẽtibus columnæ effigiẽ repræſentet. Vide Strabonẽ lib. 3. Ptolemæum li. 2. ca. 5. & Pli. li. 3. ca. 1. & 3.

BAT, uox eſt, qua uti ſolemus, cùm quempiam corripimus, iubemusq́; eum tacere. Plau. Pers. Quid opus eſt? P. Potin', aliam rem ut cures. C. at P. bat. C. crucior. P. cor dura. C. Non poſſum. P. fac poſſis.

BATA, orum, (Βάτα, τά) uicus eſt, & portus in Sarmatia Aſiatica, ſupra Boſphorum Cimmerium, non procul à ſinu Cercetico. Vide Ptolemæum lib. 5. ca. 9. & Strabonem lib. 11.

BATALA, antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum alijs eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS, li, (Βάταλος) Epheſius tibicen fuit, teſte Libanio, qui omnium primus in ſcenis calceamentis fœmineis uſus eſt, & fractis cantibus artem tibiarum emolliuit. Vnde factum eſt, ut effœminati & parum uiri, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demoſthenes ab inimicis notatus eſt, ut ipſe teſtatur in oratione pro Cteſiphonte.

BATAVIA, {*Olanda. Arioſt. can. 21. Ch'era nomato Hermonide d'Olanda*} Germaniæ prouincia, duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa, quæ hodie Hollandia appellatur. Hinc Batauus, a, um, pen. indifferente. Luc. lib. 1. Vangiones, Batauiq́; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Corn. Tacit. de ſitu Germaniæ. Omnium harum gentium uirtute præcipui Bataui, non multum à ripa inſulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani Imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum præliorũ ſepoſiti, uelut tela atque arma bello reſeruantur. Hæc ille. Fuerunt autem Bataui olim craſſitiæ, & ſtupiditatis notati: quò fit, ut Auris Batauа, prouerbio dicatur de craſſo, ſtupido, & nullius iudicij homine. Vide Eraſmi Adagia.

BATAVODVRVM, (Βαταυόδουρον Ptolemæo) Batauinum oppidum ad Rhenum fluuium: cuius meminit Tacitus Annalium lib. 21. Creditur idem eſſe cum eo: quod in agro Traiectino hodie Vicum appellant.

BATEA, ſiue Batia, pen. pro. (Βάτεια) filia Teucri Scamandri fluuij filii, uxor Dardani. Diodorus lib. 5.

BATHYLLVS, li, (Βάθυλλος) poeta Tragicus fuit inſignis, in Comœdijs nõ æque felix. Fuit itẽ Bathyllus, Samius adoleſcẽs, Anacreontis Poetæ amaſius. Hora. in Epod. Nõ aliter Samio dicũt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teiũ.

BATIÆ, (Βάτιαι) ciuitas eſt mediterranea Epiri: cuius meminit Strab. libr. 7.

BATIOLA, (Βάτιον) uaſis genus, quo uinum è cado hauſtum ad menſam ferebatur. Plau. in Colace, ut citat Nonius: Batiolam auream octo pondo habebat.

BATIEA, pen. pro. (Βατίεια Stephano) locus eſt editus in agro Troiano, qui et Ili tumulus appellatur, teſte Strabo. lib. 13.

BATILLVM, {*Paletta da fuoco, pala, badile, uanga*} ferreũ inſtrumẽtũ eſt ſimilitudine palæ, quo pruna colligi ?: primùm Batulũ dictũ, quaſi patulum: à quo deinde diminutiua forma deductũ eſt Batillũ. Pli. li. 33. ca. 8. Batillis ferreis cãdẽtibus ramento argenti impoſito, quod candidũ permanet, probatur. Apicius de ptiſane: Et annullã illius cãdenti Batillo uris, & melle contegis. Batillũ etiã ruſtici uocant ferreum inſtrumentũ, quo ad ſulcos, ſlices, foſſasq́; in agris faciundas utuntur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 6. Itaque paſtorem earum cũ Batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere ut conſeruare: quod & ad agriculturã idoneum eſt. Eſt item Batillum meſſorium inſtrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de Re ruſt. cap. 50. Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ferrula ferrea: hęc cùm cõprehendit faſcẽ ſpicarum deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, ut poſtea ſubſecentur.

BATIS, idis, uel Batus, ti, (Βατίς, ἢ Βάτος) piſcis mollis, & delicatiſſimi ſpeciei eſt, quẽ Pli. li. 32. cap. ult. enumerat inter eos, qui mari peculiares ſunt. Hinc βατιδοσκόποι homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piſcis fel recens quidem, ſed uino inueteratum auribus medetur, teſte Plinio lib. 32. cap. 7.

BATIS, (κρίθμον) herba eſt fruticoſa, pingui folio in modũ Portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quã Dioſcorides κρίθμον, ſiue κρίθαμον appellat. Eius duo ſunt genera, quorum alterum in locis petroſis & maritimis naſcens, ad nos defertur ſale & aceto conditum. Hoc officinæ Cretam marinam appellant. Alterum in hortis naſcitur, quod Plinius à quibuſdam Aſparagum Gallicum uocari tradit. Columella Olus chordum appellauit, quaſi ſerotinum, quemadmodũ & Fœnum cordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus Bacilias uocat, quaſi baticulas. Vide Dioſco. lib. 2. & Ruellium lib. 2. cap. 61.

BATO, (Βάτων) Hiſtoricus fuit Sinopæus, qui hiſtoriã de rebus Perſicis ſcripſit. Strabo lib. 12.

BATOS, (Βάτος) frutex ſpinoſus, lenta habens flagella per terram ſparſa: quem Latini Rubum appellant: de quo Dioſco. lib. 4. cap. 40. Diuerſas eius ſpecies uide apud Ruellium lib. 3. cap. 93.

BATRACHITES, (Βατραχίτης) lapis ranæ uiridi ſimilis colore, atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 10.

BATRACHIVM, pe. cor. (Βατράχιον) coloris ſpecies, quo ante inuentas perſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes, Pauſania auctore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. Eſt & genus herbæ quam & Latini Ranunculum uocant: de qua Plin. lib. 25. cap. 13. Eſt & Batrachium chymiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex diuino, quem uocant, latice prouenięs, cui tanta ineſt ueneni uis, ut uel ſolo halitu incautũ interficiat. Vide Coel. Antiq. lect. lib. 28. cap. 9.

BATRACHOMYOMACHIA, (Βατραχομυομαχία) ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conſcripſit libellum.

BATRACHVS, chi. pe. co. (Βάτραχος) medicis eſt tumor quidam ſub lingua naſcens cum inflammatione, quam Ranulam uocat Auicenna. Eſt item Batrachus piſcis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui una cum Sauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

BATTIADES, dictus eſt Callimachus Poeta Elegiographus, à Batto patre. Oui. in Ibin: Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo teq́; tuosq́; modo.

BATTIS, (Βαττίς) puella fuit formoſiſſima, quam Philetas Poeta Elegiographus adamauit, ſuisq́; carminibus celebrauit. Ouid. lib. 1. Triſti. Nec tãtũ Coo Battis amata ſuo.

BATTON, onis, (Βάττων) Poeta Comicus fuit, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

BATTOLOGIA, {*Cicaleria, ciancione*} (Βαττολογία) uerborum redundantia, eiuſdem rei uitioſa repetitio. Nomen deductum eſt à Batto quodam inepto Poeta, qui in carmine ſuo eadem ſępius repetebat, eandemq́; iterum atq; iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconiſmus, cum Lacedæmoniorũ more ſermonis ſtudemus compendio.

BATTVS, (Βάττος) paſtoris nomen eſt apud Ouid. 2. Metamor. quem Mercurius in indicem commutauit. Fuit item rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeo impeditæ fuiſſe ferunt, ut uerbum βατταρίζειν ab eo originem traxiſſe putetur. Battus item inepti cuiuſdam Poetæ nomen eſt de quo paulo ante in dictione Battologia.

BATVLVM, caſtellum eſt Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium uenerunt aduerſus Aeneam. Vergil. libro 7. Aeneid. Quiq́; Rufas, Batulumq́; tenent, &c.

BATVO, is, {*Battere*} (ὑλακτέω) uerbero Plaut. in Caſina. Quid quæſo potius, quàm ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Suet. de Cali. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Cicero Pæto, tranſtulit ad rem obſcœnam, cum inquit: Equidem tam etiam non obſcœna uerba, pro obſcœnis ſunt. Batuit, enim impudenter, Præcidit, multo impudentius, atqui neutrum eſt obſcœnum.

BATVS, ti, (Βάτος) hebraicæ menſuræ genus fuit, teſte Ioſepho Antiquitati lib. 8. quæ continebat ſextarios 72. ut docet Budæus in Commentario de Aſſe.

BAVBARI, deponens, {*Abbaiare*} (βαΰζω) factitium uerbum à uoce canum cũ latrant. Lucil. lib. 5. Et cum deſerti baubantur in ædibus omnes.

BAVCIS, (Βαυκίς) anus paupercula eſt apud Ouid. lib. 8. Metamor. quæ cum Philæmone marito Iouem & Mercurium ſuſcepit hoſpitio.

BAVLI, uillæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum Baiarumq́; lacum flexo mari alluitur. Seruius cauſam nominis inde factam memorat, q olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primo Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

BAXEÆ, {*Pianelle, zoccoli*} ſunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei philoſophorum, ut oſtendit Apul. in lib. de Aſino aur. qui ait, Nec quid pallio, baculoq́;, & baxeis, & hircino barbitio philoſophum fingeret. Plau. in Menæ. Quis is eſt peniculus, qui extergentur baxeæ?

B ANTE E.

BDELLIVM, (Βδέλλιον) arbor nigra, magnitudine oleę, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus caudans, quod & ipſum Bdellium uocatur. Maxime commendatur, quod in Bactriana naſcitur: quanquam & in Arabia, & India, & Media, & Babylonia prouenit. Gal. lib. 6. Simpl. duo bdellij conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magisq́; reſinoſum: Arabicum tranſlucidius & ſiccius. Vnde plura de hoc apud Pli. lib. 12. cap. 9. & apud Dioſco. lib. 1. cap. 69.

BEATVS, a, um, {*Beato. Dant. Et ſenti dir beati chi alcuna*} (μακάριος) felix, fortunatus, qui ita eſt ſua ſorte contentus ut eam cum nullo uelit commutare.

Qui ſint dicendi beati Senc. lib. 6. Epiſto. declarat his uerbis: Hoc nos docet beatum non eum eſſe, quem uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, ſed illum, cui bonum omne in animo eſt: erectum & mirabilia calcantẽ: qui neminem uidet cum quo ſe commutatum uelit: qui hominem ex ſola parte æſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur, ad illius leges componitur: ſic uiuit quomodo illa præſcripſit: cui bona illa nulla uis excutit: qui mala in bo-

num conuertit: certus iudicii, inconcuſſus, intrepidus: quem ſi aliqua uis mouet, nulla perturbat: quem fortuna cum in eum, quod habuit, telum nocentiſſimũ ui maxima intorſit, pungit, non uulnerat. Sed talẽ hactenus uidere haud licuit. Nemini enim ſumma illa beatitudo niſi exuto corporis impedimento, poteſt cõtingere: adeo ut ueriſſima uideatur Solonis illa apud Poetam ſententia, Scilicet ultima ſemper Expectanda dies homini eſt, diciq́; beatus Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet. Cic. lib. 5. Tuſc. Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Accipitur & pro diuite: quæ ſignificatio ex uulgi opinione tracta eſt, ꝙ ſolos diuites felices exiſtimat. Iuue. Saty. 1. Optima ſummi Nũc ſia proceſſus uetulæ ueſica beatæ. Hora. lib. 2. Carm. Ode. 4. Neſcias, an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. Transfertur & ad alia. Vnde beatam uocem dixit Quintilia. pro ſonora, & rara, cuiq́; ad perfectionem nihil deſit. Huius diminutiuum eſt Beatulus. Perſius Saty. 3. Tandemq́; beatulus alto Compoſitus lecto.

BEATITAS, & BEATITVDO, {Beatitudine} (μακαριότης) Ciceronis ſeculo uocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit uſu fieri poſſe molliora. Sic enim ſcribit lib. 1. de Natu. Deo. At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicẽda ſit, (utrũq; enim durum, ſed uſu mollienda uerba ſunt) uerum ea quęcunque eſt, cũ aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam, figura membriſq; corporis uacuam, cadere non poteſt.

BEATE, {Beatamente} aduerbium, feliciter, & ſine mali alicuius contagione. Cic. 1. de Finibus: quoniam igitur omnis ſumma Philoſophiæ ad beate uiuẽdum refertur.

BEATRIX, uirgo Romana & martyr ſub Diocletiano, Fauſtinum & Simplicium item martyres fratres, quos prius tumulauit, poſt paulo eodem ſupplicio ſecuta eſt, ꝙ prædium cuidã potenti uendere noluerat. Hæc enim diuca erat, ac una cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat. Auctor Volaterranus.

BEBIVS, cui cognomen fuit Maſſa, delator inſignis fuit Veſpaſiani tẽporibus, cuius meminit Iuuena. Saty. 1. Quem Maſſa timet, quem munere palpat Carus. Fuit & Bebius Pamphilus conſul Romanus, cum P. Cornelio eo anno, quo Numæ Pompilii libri in agro C. Petilii effoſſi ſunt. Vide Valerium Maximum lib. 1. cap. 1.

BEBRIACENSES AVES, uide Bebriacum.

BEBRIACVM, ci, uicus eſt inter Cremonam & Veronam, apud quem Vitellius Othonem ſuperauit. Iuue. Saty. 2. Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati. Corn. Tacit. Annalium lib. 18. Eo die, quo Bebriaci certabatur, auem inuſitata facie apud Regium Lepidi celebri luco conſediſſe in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut uolantium alitum territam, pulſamve, donec Otho ſe interficeret. Hunc uicum Itali hodie Labinam uocant. Hinc fit adiectiuum Bebriacenſis, ſe: ut, Aues Bebriacenſes, ita dictæ, ꝙ eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commiſſa eſt, primum in Italia apparuerunt. Plin. lib. 10. cap. 49. Venere in Italiam Bebriacẽſes bellis ciuilibus trans Padum, externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc uocantur) turdorum ſpecie, paulum infra columbas magnitudine, ſapore gratæ.

BEBRYCES, (Βέβρυκες Stephano) uel Bebrycii, populi à Thracibus oriundi qui eam partem Aſiæ incoluerunt, quæ poſtea Bithynia, & aliquãdo Mygdonia dicta eſt: ut eſt uidere apud Strabonem lib. 7. & 12. Hos Arrianus originẽ à Bebryce trahere una filiarum Danai ſcribit, quæ una cum Hypermneſtra præter iuſſa patris uiro pepercit. quare fugiens parentem, una cum uiro in hæc loca peruenit, incolaſq; ritus docuit Aegyptios: pro quibus meritis regionẽ ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum uſque ad Epheſum & Magneſium Ioniæ oppidum, ut ſcribit enarrator Apollonii, Charontem adducens auctorem, qui dicit Lampſacenorum regionem, olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterr.

BEBRYCIA, {Natolia} (Βεβρυκία) regio eſt minoris Aſiæ ad Propontidem, poſtea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. Bebryces populi eiuſdem regionis, quos Strabo lib. 7. & 12. Thraces fuiſſe putat. Bebrycium nemus, de quo ſupra in dictione Amycus.

BEBRYCIVS, a, um, (Βεβρύκιος) poſſeſſiuũ à Bebrycia, Aſiæ regione. Ver. 5. Aenei. Qui ſe Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat.

BEBRYX, ycis, (Βέβρυξ) rex fuit in montibus Pyrenæis, teſte Silio, quos etiã à Pyrene illius filia nomen traxiſſe, idem auctor eſt. Eſt item Bebryx, nomẽ gentile, eum ſignificans, qui ex Bebrycia ortus eſt: de quo uide paulo ante in dictione Bebryces. Huius autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à Poetis, ſecundam ſyllabam modo producentibus, modo corripientibus. Vale. Flacc. 2. Argon. Bebrycis, & Scythici procul inclementia ſaxi. Silius lib. 3. Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula.

BECHION, (Βήχιον) herba eſt, Latine Tuſſilago dicta, quia tuſſim ſedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur παρὰ τὸ τὴν βῆχα θεραπεύειν, hoc eſt, à tuſſi ſananda. Plin. lib. 26. cap. 6. Officinæ Vngulam caballinam uocant.

BECHICA, medicamenta (βηχικὰ φάρμακα) à medicis appellantur, quæ tuſſi medentur. Βῆχα enim Græci tuſſim appellant.

BECHIRES, Plinio, (Βέχειρες Stephano) populi Themiſcyræ, Aſiæ regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. lib. 6. cap. 4. Hi cum Attybe ductu in Italiam ueniſſent, uinumq́; antea ipſis incognitum guſtaſſent, breui mortalium omnium bibaciſſimi euaſerunt.

BEDA, natione Anglus, ob uitæ modeſtiam Venerabilis cognomẽtum adeptus, claruit ſub Ioanne ſexto pontifice, cum Saraceni ex Africa ſoluentes Hiſpaniam inuaſerunt: ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam ſolicitauit: Græce Latineq; eruditus fuiſſe traditur. Scripſit in Acta Apoſtolorum & in Lucã, edidit librum de temporibus, & Homilias, quibus Gallici ſacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem, & Aymonem, doctos etiam uiros, quorũ alter homilias quaſdam non ineruditas, alter in Geneſim ſcripſit. Bedæ corpus Genuæ conditum eſt. Auctor Volaterranus.

BEDVINI, ex Arabum, ac Saracenorum ſecta, aliis addicti opinionibus ſunt, quapropter hæretici ſunt appellati. Ii nulla ratione, inermeſq; una cũ Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem uitari non poſſe, fatoq; omnia referũt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

BEELPHEGOR, (Βεελφεγώρ) idolum fuit Moabitarum, nomine Beel ſiue Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno: ut annotauit Cæl. Rhod. Antiq. lect. lib. 13. cap. 23.

BEELZEBVB, (Βεελζεβούλ) idolum fuit Accaronitarum: quo nomine Idolũ muſcæ ſignificatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal, idem Hebraice eſt: nam iis uocibus indicatur idolum. Zebub autem muſcã ſignat: unde Beelzebub (etiamſi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam muſcæ dicatur idolum. Sed & pro demonarcha ponitur, hoc eſt, dæmoniorum principe.

BEEMOTH, Hebræis maligni dæmonis nomẽ, qui & Leuiathan dicitur. Hieronymus eo nomine animal, ſiue beſtiam ſignificari aſſerit.

BEERGIOS, (quod hic pro Neptuni filio corrupte legebatur) lege Bergion.

BELA, Pomponiæ rex, regio per fratris cædem potius, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis uectigalibus immunes fecit. primus Byzantios nummos, argenteumq́; monetam percuſſit. Deceſſit poſt annos regni tres, membris equi lapſu fractis: ſepultus in cœnobio S. Seruatoris, ab eo cõſtituto. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges, ut auctor eſt Volaterranus lib. 8.

BELBINA, (Βέλβινα) Stra. li. 9. inſula è regione Anaphlyſtiorum, apud quos Panos templum eſt, & aliud Veneris Coliadis.

BELBITON, (quod hic corrupte legebatur) uide Bolbiton.

BELBVS, quæ & hyæna. (ὕαινα) ferarum omnium aſtutiſſima, quæ imitatur ſub noctem humanos gemitus, ut homines pietate motos, & ad ſuccurrendum egredientes deuoret.

BELENIVM, (Βελένιον) Ariſtoteli, (ſi modo Ariſtotelis opus ſit, quod de Plantis nomine eius circumfertur) olim delibutorium in Perſide uenenum erat: translatum autem in Aegyptum & Palæſtinam, ſine periculo mandi cœpit. Putatur idem eſſe, quod Crateias medicus Helenium Aegyptium uocat. Vide Ruellium lib. 2. cap. 12.

BELGÆ, arum, {Piccardi} (Βέλγαι) populi Galliæ comatæ, inter Sequanam & Scaldẽ fluuios ſiti, in quindecim olim populos diuiſi. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia omnis comata uno nomine appellata, in tria populorũ genera diuiditur: a Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eademq́; Lugdunenſis: inde ad Pirenæi montis excurſum Aquitania. Hinc deducitur poſſeſſiuum Belgicus, a, um: ut, Eſſedum Belgicum, currus quoddam genus, apud Belgas primum inuentum. Verg. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.

BELGITES. Pannoniæ populi apud Plin. lib. 3. cap. 25.

BELGIVM, gii, apud Cæſarem 3. Bel. Gal. oppidum eſt inter Belgas, aut certe ipſa Belgarum regio.

BELIDES, huius Belidæ, pen. longa. (Βηλίδης) patronymicum maſc. quo ſignificatur filius, ſeu aliquis de genere Beli. Verg. 2. Aene. Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis &c.

BELIS, huius Belidis, (Βηλίς) patronymicum fœmininũ, quo ſignificatur filia uel neptis Beli. Vnde Belides dictæ ſunt, quinquaginta filiæ Danai, Beli filii: quas cũ Aegiſthus Danai frater (quẽ alii Aegyptum uocant) totidem filiis ſuis peteret uxores, Danaus deſpõdere noluit: didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectũ iri. Sed poſtea coactus à fratre promiſit ſe Aegiſthi petitioni ſatisfacturũ. In nuptiarũ autẽ nocte filias ſubornauit, ut clam ſe cultris armarent, & uiros iam uino luxuriaq; ſopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tẽpore necarunt uiros. unaquæq; ſuum, excepta ſola Hypermneſtra, quę Linceo ſeu Lino uiro ſuo pepercit, qui poſtea occiſo Danao regnum apud Argos inuaſit. Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum doliũ, prouerbio celebratur, pro barathro quodã inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à Poetis, Danai filię apud inferos eo ſupplicii genere perpetuo damnatas eſſe, ut doliũ quoddã pertuſum aqua conẽtur implere, unde tantũ effluat, quantũ illæ poſſint infundere. Ouid. 4. Meta. Moliriq; ſuis letũ patruelibus auſę. Aſſidue repetũt, quas perdãt Belides undas, Vide Belus.

BELION, (Βέλιον) herba, quæ à Dioſcoride πόλιον ὄρεινον, hoc eſt, Polium montanum appellatur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quę inter notha Dioſcoridis à doctioribus numerantur.

BELIPPO, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano, apud Plin. lib. 5. cap. 1.

BELISARIVS, (Βελισάριος Suidę) feliciſſimus pro Iuſtiniano principe belli dux fuit, qui Perſas in Oriente, Gothos in Italia, Vuandalos in Africa prælio ſuperauit, eorum rege Giliſmere in triumphum ducto. Hic tam ſtrenuus belli dux & in hoſtibus perdomandis feliciſſimus, inuidiam uincere non potuit. Nimia eius potentia cum apud Iuſtinianum in ſuſpitionem affectati imperii adduxit, qui utrunque ei eruit oculum. Quare cum principis ingratitudinem aliter ulciſci non poſſet, exiguum extra urbẽ tuguriolum extruxit, ubi per omnẽ uitã, à prætereuntibus ſtipem emendicauit: illud identidem repetens: Da obolum Beliſario uiator, quem inuidia, non culpa cæcauit. Vide Crinitum, et Volaterranũ.

BELLA, uide Abella.

BELLARIA, orum, plu, nu. (τραγήματα, ἐπιδορπίσματα. πέμματα, τρωγάλια) fructus, & cibi ſaccharo aut melle conditi, aut alia id genus gulę irritamenta, quæ & ſecundæ menſæ appellantur. Macr. in Satu. Adhuc dicente Furio, ſecundæ mẽſæ illata bellaria: nouo ſermoni principium dedere. Vina quoque dulciora eſt inuenire in comœdiis antiquioribus hoc uocabulo appellata, dictaq; eſſe ea Liberi bellaria. Gell. lib. 13. cap. 11.

BELLARIA, (quod quidam pro lychnide herba huc male ingeſſerunt) uide Ballaria.

BELLATOR, oris, {Combattitore, guerriere} (πολεμιστής) bellicoſus, uel qui bellum gerit. Cic. 4. Tuſc. An accuſatori maiores noſtri maiora præmia, ꝙ bellatori eſſe uoluerunt? Dicitur etiam de brutis animalibus. Vnde Verg. libr. 10. equum animoſum & ad prælium incitatum Bellatorem uocat, cum inquit: Et inter Bellatoris equi caua tempora coniicit haſtam.

BELLATRIX, icis, {Guerriera} (πολεμίστρια) mulier quæ bellum gerit, ſeu bellicoſa eſt. Ver. 1. Aen. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

BELLATVLVS, a, um, uocabulum blandientis, eiuſdem ſignificantiæ cum Bellulus. Plaut. Cur ergo imus cubitum bella bellatula.

BELLAX, acis, adiectiuum, {Armigero} (πολεμικός, μαχητικός) idem quod bellicoſus, uel belli appetens.

BELLE, aduerbium {Bellamente} (καλῶς) idem quod bene, pulchre. Plau. Tru. Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habens. Dolab. Ciceroni: Terentia

minus

inſanus belle habuit: ſed certum ſcio, iam conualuiſſe eam. Cic. Terentiæ: Belliſſi me uel mecum, uel in noſtris prædiis eſſe poteris.

BELLEROPHONTES, tæ, (βελλεροφόντης) ſeu Bellerophon, tis, fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore cõſpicuus, & uirtutis maxime. Hic cum à Sthenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus eſſet, ueritus hoſpitalis Iouis irã, laſciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulſa mulier, apud uirũ innocentem hoſpitem accuſauit, qui hoſpiti iure motus, illum domi interficere non ſuſtinuit, ſed datis codicillis ad Iobatem ſocerum in Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Iobates in ultionem criminis ad Solymos domãdos Bellerophõtem miſit, ut ſub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verũ cum & Solymos facile uiciſſet. Bellerophontes, & aliis pleriſque periculis obiectus, ſemper uictor rediſſet, poſtremo ad interimendam Chimæram miſſus eſt: quem etiam laborem nactus Neptuni beneficio Pegaſum equum ſumma cum laude ſuperauit. Quapropter Iobates iuuenis uirtutem admiratus, alteram illi ex filiabus cũ regni parte uxorem dedit: ex qua Iſandrum, Hyppolochum, & Laodamiã ſuſcepit, ut lib. 6. Iliados refert Homerus. Quod cũm audiſſet Sthenobœa ſibi ipſi mortem cõſciuit. Bellerophontes autem fœlici rerum ſucceſſu elatus, cum in cœlum euolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo a Ioue œſtro, equo excuſſus eſt, decidit in eum campũ, qui poſtea Alcius appellatus eſt. Pegaſus autem à Ioue inter ſydera eſt relatus. Hic primum Hipponous dictus eſt, Bellerophontes poſtea appellatus à Bellero quodã Corinthiorum primate, quẽ de medio ſuſtulit.

BELLERVS, (βέλλερος) Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus eſt, cum antea Hipponous dicretus. Vide Cœl. Rhod. lib. 13. cap. 9.

BELLIATVS, a, um, adiectiuum, idem quod Bellulus. Plau. in Rud. Hem tibi aquam mea tu belliata. Sunt tamen qui hoc in loco Bellatula legere malint, quàm Belliata.

BELLICA, cæ, dicebatur columnella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam iaciebant haſtam cum bellum indicerent. Feſtus.

BELLICOSE, aduerbium, {*Ferocemente*} (πολεμικῶς) fortiter, ferociter, ut uirum bellicoſum decet,

BELLICOSVS, a, um, {*Feroce*} (πολεμικὸς) fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. Salluſt. in Iugur. Libyes, q̃ Getuli, minus bellicoſi erant. Liu. 9. ab urb. Cepiſſe eum eos non Romam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam uirtutem, ferociamq́ue.

BELLICVM, ci, ſubſtantiuum, ſonus tubę, quo ſignũ dabatur militibus ineundæ pugnæ. Vnde Bellicum canere, propriè eſt milites tubæ cantu ad prœliũ animare. Per metaphoram accipitur pro inſtigare ſeu inflammare ad diſſidiũ. Cic. 6. Philip. Atque idem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum.

BELLICREPA, genus ueteris ſaltationis à Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant.

BELLICVS, a, um, adiectiuum, {*Di guerra*} (πολεμικὸς) quod ad bellũ pertinet: ut, Bellica diſciplina. Cic. 2. de Nat. Deo. Bellica corona, quę bellatoribus uictoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ouid. 3. Faſt. Dea bellica Pallas.

BELLIFER, a, um, {*Bellicoſo*} (πολεμικὸς) bellicoſus, ad bellum gerendum idoneus. Claudianus in Rufinum: Quid belliferam cõmunibus urunt Italiam maculis?

BELLIGER, a, um, {*Atto alla guerra*} (πολεμικὸς) ad bellum gerendũ. Martia. lib. 15. Hermes belligera ſuperbus haſta.

BELLIGERO, as, {*Guerreggiare*} (πολεμῶ) bello, bellum gero. Ci. pro Fonteio C. Marius qui iſti par in belligerandu eſſe poſſit.

BELLIPOTENS, pen. cor. {*Poſſente in guerra*} (ὁ ἐς πόλεμον δυνάμενος) qui bello pollet. Cic. 3. de Diui. Aeacidæ bellipotentes magis ſunt, quam ſapientipotentes.

BELLITANI, populi Edetaniæ, quæ eſt regio citerioris Hiſpaniæ ad Iberum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 3.

BELLITVDO, inis {*Bellezza*} (κάλλος, τὸ) ornatus, pulchritudo. Feſtus.

BELLO, as, {*Combattere guerreggiare*} (πολεμῶ) oppugno, bellum gero, confligo. Plin. lib. 5. ca. 1. Romana arma primum Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cęſare interemptum ulciſcente liberto Aedemone. Cic. pro lege Man. Fuit proprium Popu. Roma. longe à domo bellare. Eſt & bellor, aris, deponens. Verg. 11. Aen. Et pictis bellantur Amazones armis. Compoſita ſunt Debello & Rebello. de quibus infra ſuis locis.

BELLO, (quod hic pro oppido Hiſpaniæ perperam legebatur) unde Belon.

BELLONA, æ, {*Bellona*} (ἐνυὼ) pen. pro. bellorum dea, & Martis ſoror. Ver. 9. Aen. Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. Huic proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat, quæ bellica dicebatur, ſuper quam haſtam iaciebat Fecialis bellum indicens: ut poſt Feſtum annotauit Alexander ab Alexan. lib. 3. cap. 12.

BELLONARII, ſacerdotes Bellonę, qui lacertos humerosq́ue concidebant, ſanguine ſuo Bellonæ ſacrificantes. Acron.

BELLOSVS, a, um, {*Bellicoſo*} (πολεμικὸς) uetuſtum eſt nomen, idem ſignificans, quod bellicoſus. Cœlius apud Nonium: Tantum bellum ſuſcitare conari aduerſarios contra belloſum genus.

BELLOVACI, (βελλοάκοι) populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes ſuperarunt, quos Cęſar duce eorum interfecto, in poteſtatem redegit. Bellouacum, pe. co. oppidum Bellouacorum, apud Cęſarem Commen. li. 8. Vulgo Beauuais.

BELLVLVS, a, um, {*Bellino*} diminutiuum formatum a Bellus, idẽ quod pulcellus. Plau. in Mil. Aedepol equidem bellula es. A quo aduerbium Bellule. Plaut. Nam mirus bellule ſe habet.

BELLVM, {*Guerra. Dant. Romagna tua non fu mai ſenza guerra*} (πόλεμος) propriè eſt diſcordia hoſtium, arma ſibi mutuo inferentium: cui opponitur Pax. Item totum illud tempus, quo hoſtes in armis ſunt: Prælium autem eſt conflictus ipſe, & hoſtium congreſſio, quæ & Pugna dicitur, & Certamen, quãuis hoc etiã mediis uerbis peragi poſſit. Hęc differentia non obſcure colligitur ex Liuio, cum ait, Populum Roma. nullo bello, multis uero prœliis fuiſſe ſuperatum. Itẽ ex loco Vergilii 11. Aene. Infantem fugiens media inter prælia belli Extulit exilio comitem. Aliquando tamen Bellum capitur pro prælio. Salluſt. In eo bello trecenti milites deſiderati. Dictum bellum (ut Priſcianus ſentit) per antiphraſim, quod minimè bonum ſit. Alii à bono deducunt, non tamen per cõtrarium, ſed quod boni gratia bella olim ſuſciperentur, nec ad inferendam, ſed ad propulſandam iniuriam, pacemq́ue parandam. Alii à Duello deriuant, adiecto d, & digamma in b conuerſo. Feſtus à Belluis, quod belluarum ſit mutuo ſe laniatu conficere.

BELLVS, a, um, per duplex ll, {*Bello, buono. Dant. Et es tanto m'è bel, quanto à te piace*} (καλὸς) diminutiuum eſt à Bonus, Varro: ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas. id eſt, bona omnia. Idem: Venio nunc ad ultimum teſtamentum, quod dicitur phyſicon, in quo Græci belliores, q̃ Romani noſtri. Et quoniam bonum quandoque pulchrum ſignificat, (ut apud Terentiũ Forma bona fortaſſe) Bellum quoque pro pulchro accipitur: ut, Bellus puer, Bella puella, Bellum corpus: Martialis: Bella es, nouimus: & puella, uerũ eſt. Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formoſi, atq́ue elegantes & feſtiui dicuntur. Hinc Bellior comparatiuum: de quo paulo ante citauimus ex Varrone teſtimonium, & belliſſimus ſuperlatiuum idem ſignificans, quod optimus, uel pulcherrimus. Teren. in Adel. Ego iam proſpiciã mihi, atq́ue unumquodque quod erit belliſſimum, carpam.

BELLVTVS, ſiue Belutus, beſtiæ ſimilis. Feſtus.

BELON, (βελὼν) per ſimplex l, nomen urbis, & fluuii in Hiſpania Bętica, Strabonis lib. 3.

BELONE, {*Aguora, anguſello, anguſigola*} (βελόνη) per ſimplex l, piſcis eſt, qui alio nomine dicitur Acus: utroq́ue nomine à tenui, recta, et oblonga figura deducto, qualẽ ferè in acu ſartoris cernimus. De hoc Pli. li. 9. c. 51. Acus (inquit) ſiue belone, unus piſcium dehiſcente propter multitudinem utero parit: à partu coaleſcit uulnus: quod & in cæciliis ſerpẽtibus tradunt. Vulgo Anguſigula dicitur.

BELOS, eos, {*Saetta. frezza. Pet. Con arc'in mano, & con ſaette à fianchi*} (βέλος) ſagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod ſignificat iacere. Casus de uerbo ſign. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoq́ue nomine uulgo quidem id ſignificatur quod ab arcu mittitur.

BELVA, æ, ſiue (ut alii malunt) Bellua geminato ll, {*Beſtia. Dant. Tal mi fece la beſtia ſenza pace*} (θηρ, θηρίον) immanis fera, à bello, hoc eſt bono, uel pulchro, κατ' ἀντίφρασιν (ut quidam exiſtimant) dicta: aut (ut aliis placet) à ſubſtãtiuo Bellum, quod beſtiarum ſit, bellum ſibi mutuo inferre, quibus natura ad hoc ipſum arma uidetur conceſſiſſe. Terent. in Eunu. Eõ'ne es ferox, quia habes imperium in beluas. Belua etiam per conuicium dicitur in hominem. Terent. in Phor. Sed quid pertimus autem belua?

BELVATA TAPETIA, (ζωωτὰ) dicta ſunt à Plauto in Pſeud. beluarum figuris picta, intextaq́ue.

BELVINVS, a, um, {*Beſtiale. Pet. Che ſuperbia conduſſe à beſtial uita*} (θηριώδης) quod eſt beluæ: ut, Belluina rabies. Ambro. Tum ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, ut neque beluina uaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

BELVNIVM, {*Monte belluno*} Venetiarum oppidum in Italia, ut Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

BELVOSVS, a, um, ſiue Belluoſus (θηριώδης) quod abundat beluis. Vnde Oceanus dictus eſt beluoſus, (κητώδης) a beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi ſunt. nã inter beluas marinas numerantur balenæ, priſtis, phyſeter, & orca. Hora. 4. Car. Te beluoſus, qui remotus Obſtrepit Oceanus Britannis.

BELVS, (βῆλος) per ſimplex l, nomen proprium primi regis Aſſyriorum, et patris Nini, a ſole deductum, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur. Huic uita functo templum erexerunt Babylonii, diuinisq́ue eum honoribus ſunt perſequuti. Fuit item Belus, cognomento Priſcus, Epaphi uel (ut alii malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Iſis poſt Apidis mortem nupſit regnãte Athenis Cecrope. Huius filii fuerunt Danaus, & Argyptus, quem alii Aegiſthum uocant: à cuius etiã nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt: ut paulo ante oſtẽdimus ſuo loco. Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, ubi primo repertum fuiſſe uitrum Pli. ſcribit li. 5. ca. 19. Ioſeph. li. 1. belli Iudaici, Stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem diſtare, iuxta quem ſepulchrum Memnonis ſit, & uitrea in rotunda ualle arena, quam uenti ea circundatis iugis conuehant, inexhauſta ſeculis iis, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in uitrum, quæ attigerit, metalla.

BELVS, alius fuit Phœnices rex, & pater Didus, uir militaris ſcientiæ peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicum litus infeſtantes piratica ſubegit, ut eſt apud Ver. lib. 1. Aen. Genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum &c. Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Seruius. Hinc patronymicũ Belides, æ, (βηλίδης) hoc eſt, Pygmalion Beli filius. Item poſſeſſiuũ Beliacus, a, um: ut Beliaca Cyprus, apud Calentium. Belus præterea Stephano, oppidum eſt Hiſpaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortaſſis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur.

BELVS, gemma eſt uitrea ſpecie, magnitudine nucis iuglandis, in Arbelis naſcens, ut ex Democriti ſententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

BEMARCHIVS, (βεμάρχιος) ex Cæſarea Cappadocię ſophiſta, qui ſcripſit res geſtas Conſtantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quaſdam, & orationes. Auctor Suidas.

BEMBINA, (βέμβινα Stephano) Nemeæ uicus eſt, quem Hellanicus Bembinon (βέμβινον) appellat: unde Nemeæus leo à poetis Bembinatis belua dicitur. Plaut. in Mil. Bembinatidis beluæ inſtar. hoc eſt, Nemæi leonis inſtar.

BEMBINADIA, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Pli. li. 4. cap. 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia uocitata. Sic enim legit Hermolaus, cuius uerba hæc ſunt: Legendum eſt Bembinadia. fuit enim uicus Bembina: unde Nemeæus leo à poetis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur Bombamatides elutum inſtar, cogitent legentes, an emendandum ſit. Bembinatidis beluæ inſtar, hoc eſt, Nemeæi leonis inſtar. Vide Bembina.

BENACVS, {*Lago di Garda*} (βήνακος) pen. pro. lacus ciſalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt, aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenæ Carpiones uocant, nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padum. De hoc lacu. Verg. lib. 2. Georg. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino.

BENDIDIA, (βενδίδεια) ſacra fuiſſe apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem ſumpſere. Vide Cœl. Rhodig. Lect. antiq. lib. 18. cap. 23.

BENE, es, (βήνη Stephano) oppidum Cretæ, ſub Gorthyne ſita, cuius incolæ dicuntur Benæi, βηναῖοι.

BENE, {*Bene. Pet. Ben ſapeu'io che natural conſiglio*} (εὖ) aduerbiũ, à Bonus formatũ. Teren. in And. O factum bene. Aliquando ponitur pro cõmode: ut, Bene habito. Cic. 2. Offi. Domus bene, & ratione ædificata. Interdum fœliciter, ſiue proſpere. Ci. 3. de Diuin. Quæ autem deorum inconſtantia eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis? Nonnunquam pro ualde. Idem 3. de Orato. Habetis ſermonem bene longum. Bene cogitare, (εὖ φρονεῖν) uel male cogitare, (κακῶς φρονεῖν) referuntur ad alterum, ſignificantq; beneficiũ, aut perniciem. Plin. Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddes. Cic. de Senectute: Carthaginem diu male cogitantem non prius timere deſinam, quàm excíſam cognouero. Bene de te mereor, (εὖ ποιῶ) id eſt, bonum te confero, aut bene tracto. Bene uertere, (καλῶς φέρεσθαι) eſt in utilitatem uertere, ſicut male uertere, eſt in perniciem. Bene uolo tibi (εὐνοϊκῶς ἔχω, εὐνοῶ) amo. Hinc Beneuolus (εὔνους) & beneuolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſiderio bene faciẽdi.

BENEDICE, pen. cor. aduerb. (εὐφήμως) Plaut. in Aſina. Aliam, atque olim, quum illicichas blande ad te & benedice.

BENEDICO, {*Laudare, benedire. Pet. Io benedico'l giorno'l temp'e l'hora*} (εὐλογέω, εὐφημέω) bene loquor, duæ ſunt ſeparatæ dictiones. Et conſtruitur cum datiuo. Cic. pro Seſt. Cui bene dixit unquam bono? bene dixit? imo quem, &c. Nonnunquam una eſt dictio, quæ in ſacra ſcriptura accipitur pro laudo, quod non temere inuenias apud ueteres, teſte Valla lib. 1. cap. 12.

BENEDICTA, (εὐφημία) bona uerba, placida, et beneuolẽtia plena: quibus opponuntur Maledicta. Teren. in Phorm. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Bene dicta etiam diuiſis dictionibus dicimus pro ijs quæ commode, prudenter, et appoſite dicta ſunt. Cic. de Natu. Deo. lib. 2. Bene dicta, male interpretari.

BENEDICTVS, patria Nurſinus, primo Sublacum ſeceſſit, ubi ordinem monachorum inſtituit, in Italia primum, quem antea Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde cum à frequentibus adiretur, uitandæ gloriæ gratia. Caſinum uenit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptiſtæ dedicauit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi uaticinij gratia dicitur incognitus ueniſſe, ſeruo præmiſſo cultu regio, ab eoq; patefactus fuiſſe. Deceſſit Caſinij Benedictus, ubi & ſepultus cum Scholaſtica ſorore, imperante Iuſtino ſeniore. Fuit & alter eiuſdem nominis, eodem fere tempore, quo ſuperior Benedictus, qui à Gregorio tertio memoratur in dialogis. Viuebat monachus in Latio, XL. ab urbe lapide.

BENEDICVS, pen. cor. {*Benedicente*} (εὔφημος, χρυσολόγος) qui uerbis beneuolentiam præ ſe fert. A quo aduerbium benedice. Plau. in Aſin. Cum illicie bas me ad te blande & benedice.

BENEFACIO, {*Ben fare. Pet. Onde à ben far per uno eſſempio ntenſi*} (καλῶς πράττω) recte, & quod me decet, facio. Terent. in Eunu. Bene facis: merito te amo. Vbi Donatus: Bene facis, non iudicantis, ſed gratias agentis eſt. Bene facio cum datiuo eſt beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cic. 2. de Inuent. Ab ijs quibus bene fecerimus, male tractari.

BENEFACTVM ſubſtantiuum, {*Ben fatto. beneficio*} (εὐεργέτημα) beneficiũ. Liu. 5. bel. Pun. 3. Reſpondit, non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Cic. 2. Offi. Benefacta male collocata, malefacta arbitror. Bene facta item diuiſis dictionibus dicuntur, quę recte atque ordine geſta ſunt. Idem 4. Tuſcu. Omnia cum bene facta in luce ſe collocari uolunt.

BENEFICENTIA, æ, {*Beneficenza*} (εὐεργεσία) benignitas, beneficiorum collatio. Cic. 1. de Natu. Deo. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate, aut beneficentia?

BENEFICIVM, {*Beneficio Dant. Del beneficio tuo ſenza giurarla*} (εὐεργέτημα) meritum. Terent. in Eunu. ut ſolidum parerem hoc mihi beneficiũ Chęrea.

BENEFICIARIVS, {*Quello che ha riceauto beneficio*} (εὐπαθῶν) qui beneficium accepit. Vnde & à ueteribus Beneficiarij dicti ſunt illi, quos Imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar lib. 1. Belli Hiſpanici: Petreius uero non deſerit ſeſe, armat familiam: cum hac, & Prætoria cohorte certamen iniit, barbarisq; equitibus paucis, beneficiarijs ſuis.

BENEFICVS, {*Benefico, che fa beneficio*} (εὐεργέτης) liberalis, qui beneficium præſtat. Cic. 1. de Natu. Deo. Vt enim omittam uim & naturam deorum ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos, & benignos fuiſſe. Comparatiuum habet Beneficentior, & ſuperlatiuum Beneficẽtiſſimus. Cic. ibidem: Iupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus. Legitur tamen & Beneficiſſimus apud antiquos: ut apud M. Catonem. De Ptolemæo rege optimo & beneficiſſimo. Hinc Beneficentia (εὐεργεσία) de quo paulo ante. Cic. 1. de Nat. Deo. Quid enim melius aut præſtantius bonitate & beneficentia?

BENE IVDICO, {*Ben iudica*} Cenſeo, Opinor, Exiſtimo. ad meipſum referũtur, rectumq; conſilium oſtendunt. & è contrario. Male iudico.

BENE MEREOR, diuiſis dictionibus, {*Ben meritare. far bene, trattar bene, portarſi bene*} (εὐεργετῶ) beneficium in aliquem confero, beneficijs meis aliquẽ mihi deuincio. Cic. in Lælio: Ciues de patria bene merentes.

BENEVENTVM, {*Beneuento*} (Βενεβεντὸν Ptol. Βενέβεντος Suidæ, & Stephano) Hirpinorum urbs, quæ cum eò colonia deduceretur, boni ominis gratia ita uocari cœpit. Nam antea Maleuentum uocabatur. Hæc urbs à Diomede condita fertur: apud quam XXX. millia Samnitum cæſa fuerunt, Sulpitio & Petilio Conſulibus. De hac Plin. lib. 3. cap. 11.

BENEVOLVS, a, um, adiectiuum, {*Beneuolo. Boc. Intendo di renderми beniuola la tua manſuetudine*} (εὔνους) bene cupiens alicui. Cice. 2. Ver. beneuolo animo me, ut magnopere cauerem, præmonebat.

BENEVOLE, aduerb. pen. cor. {*Benignamente*} (εὐνόως) benigne, amice. Cic. de Amic. Et hæc accipienda amice cum beneuole fiunt.

BENEVOLENS, idem quod beneuolus. Plaut. in Cap. Ecquem alium beneuolentem uideris.

BENEVOLENTIA, æ, {*Beniuolenza*} (εὔνοια) ſtudium, fauor, amor. Ci. 1. Offi. Beneuolentia beneficijs capitur maxime.

BENEVOLENTIOR, oris, comparatiuum à beneuolus, ſiue ab antiquo. Beneuolens, quo Plaut. identidem utitur, ut paulo ante oſtendimus ſuo loco. Cic. lib. 1. Epiſt. Beneuolentior tibi, quàm fueram, nihilo ſum factus.

BENIGNE, aduerb. {*Benignamente*} (ἐλευθερίως. εὐμενῶς) liberaliter, amice, beneuole. Cic. 1. Offi. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Idẽ pro Flacco: Iſta ciuitas neque ſeuere Flaccum oppugnauit, neq; benigne defendit. Idem in Verrem. Act. 4. Frumentum (inquit) me abs te emere oportet. Optime. Modium denario. Benigne, ac liberaliter.

BENIGNITAS. tatis, {*Benignità*} (εὐεργεσία. ἐλευθεριότης) liberalitas, munificentia. Teren. Eunu. Nuncubi meam Benignitatem ſenſim in te claudier? ubi Donatus: Benignitas eſt in quantitate rerum, aut in facilitate præſtantis. Nam plerumque ingrata dona ſunt, in quibus facultas non apparet. Cic. 1. Offi. Ne maior benignitas ſit quàm facultas.

BENIGNITER, idem quod benigne. apud Titiniũ in Geminis, ut citat Nonius: Nimium te patrocinari cenſeo benigniter.

BENIGNVS, {*Benigno. Dant. Tanto benign'hauea di fuor la pelle*} (εὐεργετικός, ἐλευθέριος, ἐπιεικής) liberalis, munificus: à bene gignendo, ut quibuſdam uidetur. Vnde Benignam terram dicimus, fructus abunde reddentẽ. Pli. de Aegypto: Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. de Natu. Deo. Ne homines quidem, niſi imbecilli eſſent, futuros benignos, & beneficos fuiſſe. Plaut. Rud. Quando ergo, tibi benignus fuit?

BENNA, æ, teſte Feſto, lingua Gallica genus eſt uehiculi. Vnde Combennones, in eadem benna ſedentes. Cato de Re ruſt. cap. 23. Bennæ emantur, oleæ caducæ ſaliantur.

BEO, as, {*Beatificare, beare. Pet. Beata ſe che puo beare altrui*} (μακαρίζω) beatũ facio, & per tranſlationem conſolor. Plau. in Truc. Hoc me beat ſaltem quoniã perduelles uicit, & domum compos laudis reuenit. Terent. in And. O factum bene: Beaſti, metu à Chryſide. Hinc Beatus, beatior, beatiſſimus: de quibus paulo ante.

BERECYNTIA, (Βερεκυντία) (inquit Seruius) mater deum, dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cuius ultima ſyllaba caret aſpiratione, quã addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. Eſt autem tenuis iſta diſcretio, quibus nominibus ſubtrahi debeat aſpiratio. Nam Riphæi montes Arcadiæ, non ſcribuntur cũ aſpiratione: quã addimus, cũ Riphęos mõtes Scythię ſignificamus. Hęc Seruius in illud Vergilij li. Aen. 9. Ipſa Deum fertur genitrix Berecyntia, &c.

BERECYNTVS, (Βερέκυντος Stephano) nomẽ montis eſt Phrygiæ, & nomen, oppidi in quo Cybele mater deum priſcorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta eſt. Plin. lib. 16.

BERECYNTIVS, a, um, adiectiuum (Βερεκύντιος) ut, Cornu Berecyntiũ, apud Hora. 1. Carm. hoc eſt, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ ſacerdotes. Tibia Berecyntia. Idem 3. Carm.

BERENICE, es, pen. pro. (Βερενίκη) Ptolemæi Lagi uxor, et regina Aegypti, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius filius, inſignem urbem, quam in ſinu Arabico condidit, Berenicen appellauit. Auctor Plin. lib. 6. cap. 29. Fuit et alia eiuſdem nominis Aegypti Regina, Ptolemæi Philadelphi & Arſinoes filia, quæ Ptolemæo Euergetæ fratri ſuo nupſit: qui cũ paucis à nuptijs diebus, in Aſiam expeditionem ſuſcepiſſet, Berenice crinem ſe detonſuram uouit, ſi ille ſaluus reuerteretur: cuius uoti damnata, abſciſſam comam in templo Veneris conſecrauit: quæ cum poſtridie nõ apparuiſſet, ægre id ferenti regi. Conon Mathematicus regis gratiam per adulationem captans, inter ſydera collocatã affirmauit, ſeptem et figura uacuas oſtendens ſtellas, in quas Berenices crinem mutuatum aſſerebat. Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filij ex Salome ſorore neptis, cuius meminit Stra. lib. 16. Berenice præterea a Valerio Maximo appellatur lib. 8. cap. 6. quam Plin. lib. 7. cap. 41. Pherenicen uocat, cui ſoli ex mulieribus, quòd filia, mater, & ſoror eſſet Olympionicarum, conceſſum eſt, ut gymnicos ludos poſſet ſpectare, fœminis omnibus interdictos.

BERENICE, es, (Βερενίκη) multarum urbium nomen eſt, quarum prima in Libya Cirenaica eſt, in extimo maioris Syrtis cornu ſita una ex ijs, quę Lentapolin efficiunt: de qua Plin. lib. 5. cap. 5. Secunda, ad ſinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipſo ſolſtitij die hora ſexta umbras penitus abſumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. Tertiam cognomento Panchryſon, & quartam Epidiren dictam, enumerat idem Plin. loco iã citato. Duæ præterea eiuſdem nominis urbes recenſentur à Stephano, quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim uocatam aſſerit.

BERENICES COMA, (κόμη Βερενίκης) ſidus ad caudam Leonis ſitum, ex ſeptem conſtans ſtellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetæ fratris ſui uxoris, quos cum illa uoti ſoluendi gratia detondiſſet, & poſtridie nuſquam apparerent, in haſce ſtellas creditum eſt eſſe commutatos. Vide latius paulo ante in dictione Berenice.

BERENICIDE, (Βερενικίδαι) Ptolemaicæ tribus populi apud Athenienſes. Stephano.

BERENICIS, idis, (Βερενικίς) tractus Africæ Cirenaicæ, qui eſt circa Berenicen urbem. Lucanus lib. 9. Nam quicquid puluere ſicco Separat ardentẽ tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

BERGIDIVM, (Βεργίδιον) oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, qui Vaſconibus proximus eſt.

BERGION, & **ALBION**, gigantes filij fuere Neptuni, ab Hercule interfecti, ut ſcribit Pomp. Mela lib. 2. Vide ſupra Albion.

BERGOMVM, {*Bergamo*} oppidum eſt Italię, trans Padum à Plinio in nona Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinens. Hinc Bergomates eius oppidi incolæ dicti ſunt.

BERILLVS, Vide Beryllus.

BERNAVA, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, non procul à Cæſarea Auguſta, Celtiberis & Beſſetanis ad Orientem proximum.

BERNARDVS, abbas inter Burgundos nobili ortus genere, anno ferè uiceſimo ſecundo ætatis, ſub abbate Stephano, qui tertius fuerat in cœnobio Ciſtercienſi, paulo ante inſtituto, una cum triginta ſocijs monachum profeſſus, doctrinæ, uitæq; laudata fama adeo profecit, ut Claraualenſi cœnobio tunc primum Roberti uiri illuſtris impenſis conſtructo, præpoſitus fit. cui annos triginta ſex præfuit. Plurima reliquit ſcripta: Commentarios in Cantica, Cõſiderationes diuinæ contemplationis. Ad Eugenium Pontificem, Vnde Pontificij muneris ratio ducatur. Varias inſuper epiſtolas, ſermones etiam in diebus ſolennibus habitos. Auctor Volaterranus.

BEROE, (Βερόη) Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quã ſe mutauit Iuno, Semele perſuaſura, ut à Ioue uctam illius formam peteret, qua cum Iunone

congredi

congredi ſoleret: ut ſuperius de Baccho dictum eſt. Ouid. Meta. 3. Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix. Beroes, quoque cuiuſdam Dorcyli Iſmarij cõiugis meminit Verg. lib. 5. Fit Beroe Iſmarij coniunx longæua Dorcyli, &c. Eſt item Beroe Stephano, urbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ alias Beroea, ſiue (ut quidam malunt) Berrhoea uocatur. Vide infra ſuo loco.

BEROEA, ſiue BERROEA, {Verria} (Βέροια, Stephano, Βέῤῥοια Suidę) urbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluuium ſita, nõ procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit urbis huius Plin. lib. 4. ca. 10. Eſt etiam in Caua Syria huius nominis oppidũ, in quo Baſſianus Rhetor natus traditur: a quo dicti ſunt Beroenſes (Βεροιεῖς) quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

BERONICE, uide Berenice.

BEROSVS, collis eſt Taurorum, tres habens fontes, ſine remedio, & ſine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

BEROSVS, Chaldæus fuit, Aſtrologiæ peritiſſimus, cui propter admirandam prædicendi futura ſcientiam, Athenienſes in Gymnaſio poſuerunt ſtatuam lingua inaurata. Auctor Plin. lib. 7. cap. 37.

BERSABE, urbs Iudææ, quæ Puteus iuramenti interpretatur, quia cum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, mactatis ſeptem ouibus in fœdus, mutuo iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promiſſionis, poſſeſſa à populo Iudæorum, poſtquam reuerſus eſt ex Aegypto, & tenditur uſque ad Dan, ſpatio in longum CLX. milium, ſicut ſcribit Hieron. ad Dardanum.

BERSANE, uidua fuit Damaſcena, ab Alexandro Magno adamata. Auctor eſt Diodorus.

BERYLLVS, (Βήρυλλος) Boſtrenæ urbis Arabicæ Præſul fuit, qui cum plura rectè pro religione ſcripſiſſet, poſtremo omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à ueritate abhorrentia. Quamobrem conuocata Præſulũ non paucorum ſynodo, maximè annitente Origene, ad ſanitatem reductus eſt. Vide Volaterranum lib. 6.

BERYLLVS, li, (Βήρυλλος) gemma eſt ſubuiridis, & tranſparens, uix alibi unquam, quam in India reperta: cuius nouem enumerantur ſpecies apud Plin. lib. 37. cap. 5. Probatiſſimi tamen ſunt ex iis qui uiriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Propert. lib. 3. Et ſolitum digito beryllon adederat ignis.

BERYTOS, {Baruti} (Βηρυτὸς) pe. pr. urbs eſt Phœnices, in ora Libano mõti ſubiectà, Iuſtiniani temporibus legum ſtudiis celeberrima. Vulgo Barutũ uocant. Hinc Berytia uua, hodie quoque nominatiſſima: de qua Plin. li. 15. ca. 17.

BES, beſſis, (δίμοιρον) maſ. ge. compoſitũ eſt ab aſſe, octo ſignificans uncias. Feſtus. Bes appellatus eſt, quod bis triens ſit: quamuis dura compoſitio ſiat beſſis ex triente. Ci. ad Att. Fœnus ex triente. Idem Quint. factum erat beſſibus. Pli. li. 18. ca. 11. Græci in binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermenti conſtituere. Legitur & nominatiuus Beſſis apud Feſtũ, modo emendata ſit lectio: Beſſis (inquit) unciæ octo trieas quatuor. Bes etiam eſt Geometrarum menſura, contines octo partes iugeri in duodecim partes diuiſi. Vide Col. lib. 5. cap. 1.

BESA, ſimplici ſ, (Βῆσα) fons eſt Theſſaliæ inter oſſam, & Olympum, iuxta Cycleſium oppidum: de quo Strabo lib. 8. Eſt & Beſa tribus nomen in agro Attico: cuius meminit idem Strabo lib. 9.

BESSA, geminato ſſ, (Βῆσσα Stephano) campus eſt Locridis, denſis arbuſtis refertus: unde & nomen accepit. Βῆσσαι enim ſaltus à Græcis nominantur. Vide Strabo lib. 9. Eſt & Beſſa eiuſdem regionis oppidum, apud Steph.

BESBICVS, {Calonno} (Βέσβικος Stephano) inſula eſt exigua Propontidis, XVIII. M. paſſ. circuitu è regione oſtij Rhyndaci fluuii. Vide Pli. li. 5. c. ult.

BESIPPO, (Βεσιππὼ Ptolemæo) Hiſpaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria urbe, patria Pomponij Melæ, ut ipſe teſtatur Geographiæ ſuæ libro ſecundo.

BESSARA, (Βήσσαρα) ciuitas eſt Aſſyriæ apud Ptolemæum lib. 6. cap. 1.

BESSI, (Βέσσοι) populi Thracum teſte Plin. lib. 4. cap. 11. magna ex parte Hæmum montem incolentes, rapto & latrociniis uictitantes, de quibus Ouid. lib. 6. Triſt. Viuere quàm miſerum eſt inter Beſſoſq; Getaſq;.

BESSYGA, pe. co. (Βήσσυγα, τὰ) emporium in India, ubi & amnis Beſſygas. unde Beſſygitæ populi, qui humana carne ueſcuntur. Stephanus.

BESTIA, {Beſtia. Dant. Tal mi fece la beſtia ſenza pace} (θηρίον) crudelitatem uidetur exprimere. Belua magnitudinem, & quaſi monſtroſitatem: fera opponitur cicuri. Vlpi. Beſtias accipere debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere, quæ proprio morſu, uel unguibus ſæuiunt: ut pardi, leones, tigrides: à uaſtãdo. Beſtiæ Ciceroni etiam piſces, & uolucres appellantur. 5. Tuſc. Nanque alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe uoluit: alias uolucres cœlo frui libero: ſerpẽtes quaſdam eſſe gradientes. Beſtia quoque prænomine L. commemoratur à Salluſtio inter eos, qui cum Catilina aduerſus rempub. coniurarunt.

BESTIOLA, læ, diminutiuum, {Beſtiuola} Plin. lib. 11. cap. 6. Apes alueum illinunt amarioribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum auiditates.

BESTIARII, (θηριομάχοι) dicebantur qui cum beſtiis depugnare damnati erant. Hinc à Seneca ludus beſtiariorum nuncupatur, quo beſtiarij depugnabant. Cic. pro Seſtio: Præclara ædilitas, unus leo, ducenti beſtiarij. Idem in Vatin. Milonem dicas gladiatoribus, & beſtiariis obſediſſe rempub.

BETA, tæ, {Bieta} (σεῦτλον) herba eſt notiſſima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd inſipida ſit, fatua peculiari quodam Epitheto appellatur. Mart. lib. 13. Vt ſapiant fatuæ, fabrorum prandia, betæ. O quam ſæpe petet uina, piperq; coquus! Betæ quoque à Diogene appellabantur, homines molles, & cinædi. Vnde & Betizare dixit Auguſtus, pro languere, & effœminari. Cœl. li. 15. ca. 11.

BETANOMANTIA, (quod in quibuſdam editionibus huc perperam fuit ingeſtum) Vide Botonomantia.

BETARMONES, (Βεταρμονες) ab Homero Corybãtes uocãtur, Odyſ. 8.

BETHACARMA, uicus inter Hieroſolymam, & Thecuam in monte ſitus. Compoſitum nomen ex lingua Syriaca, & Hebræa.

BETHANIA, (Βηθανία) uilla ſecundo milliario ab Hieruſalem, in latere montis Oliueti, Marthæ, ac Magdalenæ memoria inſignis. Eſt & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volater.

BETHEL, urbs Samariæ, quã Iebuſæi cõdiderunt, quę prius uocabatur Luza.

BETHLEEM, (Βηθλεέμ) nomen ciuitatis Dauid, quæ alio uocabulo dicitur Ephrata, Chriſti Seruatoris noſtri natalibus inſignis. Nunc uiculus eſſe dicitur qui ab Ioppe quadraginta millibus diſtat. In hac ciuitate ortus, atq; cõſumptus eſt Dauid. Ibi Rachel occubuit, & ſepulchrum Ieſſe patris Dauid oſtenditur.

Eſt autem hic locus in tribu Iuda, ſexto ab Hieruſalem milliario poſitus contra meridiem, in itinere, quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora ſua pauit, loco Bethleem nomen impoſuit, quod domus panis interpretatur: propter eum panem, qui ibi de cœlo deſcendit. A Stephano Βηθλεέμα appellatur neutro genere, & plurali numero. Hinc Bethleemitæ, pen. prod. dicti ſunt eius incolæ.

BETHPHAGE, (Βηθφαγή) pen. pro. uici nomen eſt in Iudæa, non procul ab Hieroſolymis, quod Syris domum oris, uel maxillæ ſonat.

BETHSAIDA, (Βηθσαϊδά) Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ, & Philippi patria, ad lacum Tyberiadis ſita.

BETHSAMVS, nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa ſigna feciſſe: à qua Bethſamitæ populi.

BETHSVRA, & BETHSVRÆ, tantum plural. pen. pro. munitum fuit Iudæorum præſidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

BETIS, fluuius Hiſpaniæ ulterioris, unde Bætis.

BETO, is, {Andare} uado, quaſi bene ito. Varro: Mulierem quòd parere ea non poterat, foras betere iuſſit. Plaut. in Curc. Si illa ad me betet.

BETONICA, (κέστρον Dioſcoridi) herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula, teſte Plin. lib. 25. cap. 8. Eſt & altera Betonicæ ſpecies teſte Aegineta, herba unicaulis, ramulos habens pulegij, ſed tenuiores, & guſtu fatuos: quę a ſuperiore ſpecie differt, non effectu.

BETVLLA, gemino ll, (σημύδα) arbor eſt uirgis aptiſſima, cortice cãdidiſſimo: quam Romani ex Gallia in Italiam tranſtulerunt, & ex ea faſcea conficiebant, qui Magiſtratibus ſolent præferri. Huius meminit Plin. lib. 25. cap. 8.

BETVLO, Hiſpaniæ fluuius, eſt in tractu Tarraconenſi, Barcinonenſem agrum irrigans: Rectius ſcribitur Bætulo per diphthongum. Vide ſupra ſuo loco.

B ANTE I.

BIÆON, (Βίαιον) uini factitij genus erat, ualetudinis cauſa excogitatum: ſiebat ex uuis ad ſolem ſiccatis, & aqua marina: dictum eſt à cura: quia multum in eo condendo laboris adhibebatur: ſiue quia uiolentum eſſet, & efficax contra morbos: ſiue à feſtinatione, atque impetu Pli. lib. 14. cap. 8. Apud Græcos iure clariſſimum nomen accepit, quod appellauerunt Biæon ad plurimos ualetudinum uſus excogitatum. Fit autem hoc modo: Vuæ paulum ante maturitatem decerptæ, ſiccantur acri Sole, ter die uerſatæ per triduum, quarto exprimuntur: dein cadis Solæ inueterantur.

BIARCHI, {Maeſtri di caſa} (Βίαρχοι) qui præſunt commeatibus, uitæq; neceſſariis comparandis. Βίος enim Græcis non modò uitam, uerum etiam uictum ſignificat.

BIANOR, (Βιάνωρ) nomen uiri, qui & Ocnus dictus eſt, filius Mantus fatidicæ, & Tuſci fluminis, qui Mantuã urbem à nomine matris appellauit. Ver. Eclog. 9. Nanque ſepulchrum Incipit apparere Bianoris, hic ubi denſas, &c. Fuit item unus ex Troianis principibus qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus eſt, teſte Homero lib. Iliad. 11.

BIAS, Biantis, (Βίας) nomen philoſophi Prieneſis, qui fuit unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus. Hic (Laertio teſte) uir fuit totus regius, & ciuium ſuorum princeps, quos diu aduerſus pericula tutatus eſt. Sed tandem capta patria, cùm uniuerſi fugerent, rerum precioſiſſimarũ ſarcinulis onuſti, ipſeq; ter rogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret. reſpondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona ſua non numerabat.

BIATIA, Ptolemæo oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, fortaſſe idem cum eo, quod hodie Beza nominatur.

BIBACITAS, atis, (φιλοποσία) naturalis propenſio ad largius bibendum.

BIBACVLVS, diminutiuum à nomine Bibax, {Beuitorello, ubbriachetto} (φιλοπότης) qui largius, & frequentius bibit. Item nomen fuit poetæ, quem Hier. in Chronicis Cremonæ natum ſcribit, paulò minorem Cicerone.

BIBAGA, inſulæ nomen eſt ante Indiam ſitæ, conchyliis præcipuè abundans. Plin. lib. 6. cap. 21.

BIBAX, & BIBOSVS, {Beuitore, cincglione. Boc. Come s'egli foſſe cinciglione} (πότης, ποτικός) qui eſt bibendi auidus, uel nimius potator. Gell. lib. 3. cap. 12. Bibendi auidum. P. Nigidius in Commentariis Grammaticis, bibacem, & biboſum dicit. Laberius: Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax. Biboſus tamen, ſi Gellio credimus, uocabulum eſt nouum, & à Laberio uocum innouatore confictum. Nomina enim in oſus, potius ſiunt à nominibus, quàm à uerbis.

BIBERIVS, Tyberij Cęſaris agnomen per deriſum, propter nimiam uini auiditatem.

BIBESIA, æ, (φιλοποσία) uocabulum eſt à Plauto confictum pro nimia bibendi auiditate: quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & uoracitate. Feſtus.

BIBIANA, ſeu potius Vbiana, uirgo Romana, et martyr ſub Iuliano, quę una cum parentibus martyrum corpora ſepeliebat. Sepulta eſt apud Palatium Licinianum. Auctor eſt. Volater. lib. 3.

BIBLIA, ſiue (ut alij uocant) Billia, uxor Duellij Romani, qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit: quæ tantæ pudicitiæ fuit: ut illo ſeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non uitium. De hac memoriæ proditum eſt, quòd cùm Duellio in iurgio quodam oris grauocolentia obiecta eſſet, eoq; nomine à uiro illa accuſaretur, quòd uitij eius ipſum nunquam monuiſſet, Bibliam reſpondiſſe, id quidem ſe facturam fuiſſe, niſi uiros omnes credidiſſet ita olere.

BIBLIA, bibliorum, (Βιβλία) plur. nume. libri: quo nomine libri ſacri per excellentiam appellantur.

BIBLO, is, uerbum eſt factitium, à ſimilitudine ſoni, qui ſit in uaſe, Næuius. Biblit amphora. Feſtus.

BIBLIOGRAPHVS, {Scrittore de libri} (Βιβλιογράφος) librarius, παρὰ τὸ βιβλίον, καὶ γράφω.

BIBLIOLATHAS, à Demetrio Trezenio dictus eſt Didymus Gramma-

ticus: quoniã ſupra ter mille quingentos libros cõſcripſit. Vide Cœl. li. 19. ca. 9.

BIBLIOPOLA, pe. pr. {*Libraio uenditore di libri*} (βιβλιοπώλης) qui Libros uendit. Mart. Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon. Componitur autem ex βιβλίον, quod eſt liber, & πωλῶ uendo, per ω in prima.

BIBLIOTAPHI, (βιβλιοτάφοι) ab eruditis appellantur, qui ut ſoli ſapere uideantur, librorum aliquid inſignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, ſed in arca, uelut in ſepulchro quodam, incluſos aſſeruant.

BIBLINA, æ, (βιβλίνη) Thraciæ regio, uino generoſo inſignis, quod Biblinũ ab ea appellatur: tametſi alij à biblia uite appellatum malint. Demus autem. Delius Biblinum uinum Naxium interpretatur, eo quòd Biblus Naxi inſulæ fluuius ſit, Vide Stephanum.

BIBLIOTHECA. {*Libraria*} (βιβλιοθήκη) pen. pro. tam librorum per ſe magnus numerus, quàm locus ubi libri ſunt, appellatur, ut lib. 32. Digeſtorum ſcribit Vlpia. Ci. ad Sulp. Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros ſurripuiſſet &c. Latinis Libraria dicitur. Gel. Fortè in libraria ego, & L. Paulus Poeta uir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. Eſt & Bibliotheca titulus, ſiue inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit. Plin. in Proœmio operis: Apud Græcos deſiit nugari Diodorus, & Bibliothecas hiſtoriam ſuam inſcripſit. Bibliothecæ, ut ſcribit Vitruuius, ad Orientem ſpectare debent. Vſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen.

BIBLIOTHECALIS, le, quod eſt bibliothecę: ut apud Martianum Bibliothecalis copia.

BIBLIS, uide Byblis.

BIBLOS. {*Giunco*} (βίβλος) fœm. gen. iuncum ſignificat, item Aegypti arborem, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autem ad nauigia utebantur. Lucr. lib. 3. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBLVS, (βίβλος) Naxi inſulæ fluuius, à quo nonnulli Biblinum uinum nominatum putant. Vide ſupra in dictione Biblina.

BIBO, bibis, bibi, bibitum, {*Bere. Pet. Non piu beuè del fiume acqua che ſangue*} (πίνω) potum haurio, humorem attraho. Plaut. in Stic. Vide quot cyathos hos bibimus. Verg. lib. 11. etiam his iunxit, quæ uim attrahendi humoris nullã habent. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit, uirgineumq́ alte bibit acta cruorem. Bibere etiam accipitur pro auſcultare, ſeu ſtudioſe audire. Horat. lib. Carm. 2. Pugnas, & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure uulgus. Huius compoſita ſunt Adbibo, quod ſignificat præbibo, (προπίνω) uel etiam ualde bibo. Terent. in Heaut. Ia mihi ubi adbibit, plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Combibo, ſimiliter bibo. Cice. 2. de Finib. Sed inſici debet his artibus, quas ſi combiberit, dum tener eſt, ad maiora ueniet paratior. Vnde & Combibones dicuntur compotores. Cic. Pæto: In his controuerſiis, quas habeo cũ tuis cõbibonibus Epicureis, optima opera uti eius ſoleo. Exbibo, extra bibo, exhaurio, ἐκπίνω. Plaut. in Amph. Factum illud eſt, ut ego illic uini cuneã ebiberim meri. Per tranſlationem Ebibere ponitur pro conſumere. Idem. Non ego cum uino ſimul ebibi imperium tuum. Præbibo, ante bibo, προπίνω. Hieron. Nec uenenatam metuam, cum antidotum præbibero. Imbibo, humorem attraho. Cic. in Ver. An nunquam iſte bonam de ſe ſpem habuiſſet, niſi de nobis opinionem imbibiſſet? Perbibo, totum bibo, διαπίνω. Lactan. li. 2. Infecti ſunt enim perſuaſione, ac penitus eorum mentes ſuccum ſtultitiæ perbiberunt. Subbibo parum bibo, ὑποπίνω. Suetonius in Ner. Si paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe afferre tinnitiorum Græco ſermone promiſit. Et hæc omnia habent pen. cor. Inuenitur etiam paſſiuum huius uerbi Bibo in tertia perſona. Iuuenalis: Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

BIBRACTE, Heduorum oppidum eſt apud Gallos, auctore Cęſare. Hodie Sequanis, hoc eſt Burgundis annumeratur. Vulgò Beaulne.

BIBVLVS, a, um. πότης, ποτικὸς quod facilè ſorbet. Verg. ad Meſſalam: Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo. Lumen enim bibit oleum, id eſt, ardendo conſumit. Vnde & Bibulorum cognomen dictum eſt, & Bibula papyrus, quæ ſorbet attramentum. Lucan. conficitur bibula Memphitis charta papyro. Hinc ſit Meribibulus, de quo alibi. Horat. paſſiue dixit Bibulum Falernum: Potores bibuli media de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula.

BIBVLVS, collega Cæſaris fuit in Conſulatu, nomine potius quàm re. Cæſar enim ſolus quicquid uiſum erat, inconſulto collega, pro ſuo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Caio & Cæſare Coſſ. geſtũ dicebant. Vide Eraſmum in Apoph. Extat etiam apud Tranquillum in uita Cæſaris ea de re diſtichon huiuſmodi:

Non bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt.
Nam bibulo fieri conſule nil memini.

BICEPS, itis, {*Coſa che ha due capi*} (δικέφαλος) qui habet duo capita. Pli. lib. 10. cap. 62. Serpentes coeunt complexu, adeo circumuolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit. Cic. 1. de Diuin. Et ſi puella nata biceps eſſet.

BICLINIVM, {*Luoga doue ſtanno due letti*} (δικλίνιον) locus ubi duo lecti ſunt, ſicut Triclinium ubi tres. Eſt autem hæc dictio ex Latino & Græco compoſita, nam Bis Latinum eſt, & κλίνη Græcum, quod lectum ſignificat. Plaut. in Bac. in Biclinio cum amica ſua uterque cubitum eatis.

BICOLOR, adiectiuum, {*Di due colori*} (δίχρως) duorum colorum. Ouid. 11. Metam. Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

BICORNIS, ne, {*Di due corna*} (δίκερως) quod habet duo cornua: ut, Bicorne ferramentum. Colu. lib. 10. cap. 5. Bicornes furcæ. Verg. 1. Georg. Exacuunt alij uallos, furcaſq́ bicornes.

BICORPORIS, {*Di due corpi*} duorum corporum. Cice. 2. Tuſcul. Hæc bicorporem affixit manum. Veriſimile tamen eſt hoc eſſe à nominatiuo Bicorpor.

BICVBITALIS, le, {*Di due cubiti*} (διπήχυς) quod duorum eſt cubitorũ: ut Bicubitalis caulis. Plin. lib. 20. cap. 23.

BICVRDIVM, (Βικούργιον Ptolemæo) Hermaniæ urbs eſt, quam Erfordiam hodie uocant.

BIDENTAL, locus erat, aut ædificium fulmine tactum, ita dictum ab oue bidente, quæ ad prodigij procurationem à ſacerdote immolata ibi ſepeliebatur. Horat. Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental Mouerit inceſtus: Certè furit, ac uelut urſus. Nonius Marcel. Bidental dici uult, quòd binæ pecudes mactarentur.

BIDENTES, quidam intelligunt oues, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. Nam Hyginus dicit: quæ bidens hoſtia, oportet dẽtes habeat octo, ſed ex his duos cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætatę in maiorem tranſcendiſſe. Alij hoſtias Bimas, id eſt, duos annos habentes, hoc nomine intelligunt, quòd in commentarijs ad ius pontificũ pertinentibus legatur Bidentes primo dictas, d litera ex ſuperfluo interiecta (ſicut in Redeo) ad hiatũ duarum uocalium præcauendum. Ergo bidentes primò dictæ ſunt quaſi Biennes, poſtea autem uocabulo longo uſu loquendi corrupto, quæ prius Biennes dicebantur, poſtea bidentes ſunt dictæ. Vide Gellium lib. 16. ca. 4. Ver. 4. Aen. Totidem lectas de more bidentes. Item bidens (ἀμφινὴ) inſtrumentum ruſticum foſſorium, quòd duos dentes habeat. Iuue. Viue bidentis amãs, & culti uillicus horti.

BIDINI, populi ſunt Siciliæ, Citarijs, & Cacirinis uicini: ut auctor eſt. Plin. lib. 3. cap. 8.

BIDVVM, {*Il ſpatio di due giorni*} (δύο ἡμέραι) ſpatium duorum dierum: à quo Biduanus, a, um, ut Biduanæ induciæ. Teren. in Eunu. Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum, Saltem ut concedas ſolum. Biduo continenti, ſignificat duobus diebus continentibus. Suet. in Calig. Per hunc pontem ultro citro commeauit biduo continenti.

BIENDVIM, citerioris Hiſpaniæ portus eſt, apud Plin. libr. 4. in deſcriptione citerioris Hiſpaniæ.

BIENNIS, {*Di due anni*} (διετὴς) qui eſt duorum annorum, ſicut, Triennis, qui trium.

BIENNIVS, {*Il ſpatio di due anni*} (διετία) ſpatium duorum annorum. Cic. de Amic. Primò Gabinia lege: biennio autem pòſt Caſſia.

BIFARIAM, {*In due parti*} (διχῶς) & Trifariã, (τριχῶς) aduerbia ſunt, quibus ſignificatur quod duobus uel tribus modis, uel quod in duas uel tres partes fari poteſt. Cic. 3. Tuſc. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt. nam duæ, &c. Sic Multifariam, Omnifariam, Plurifariam ſignificat multorum generum, omnis generis, plurium generum ſiue in multas, in omnes, & in plures partes: ſiue quod multis, omnibus, et pluribus modis fari poteſt, Dicimus & Bifariè, Trifariè, Multifariè, &c. Bifarius, a, um. Suet. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Apuleius: Omnifario ſermone depinxit.

BIFERVS, a, um, (διφόρος, δικαρπος) quod bis quotannis fructum fert. Verg. 4. Geor. Biferiq́ roſaria Pæſti. Biferæ ficus, Colu. lib. 5. cap. 10. Fabulantur poetæ Alcinoi Phæacum regia pomaria fuiſſe bifera, hoc eſt, bis quotannis fructum protuliſſe.

BIFIDVS, a, um, pe. pr. {*Feſſo in due parte*} (δίχηλος) quod in duas partes fiſſum eſt. Ouid. 4. Meta. Bifidoſq́ relinquit Rima pedes. Bifidatus, a, um, adiectiuum, idem quod Bifidus, Pli. li. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone lateribus in ſeſe bifidatis, bellas primum demonſtrauere gemmas.

BIFORIS, re, {*Che ha due porte*} (δίθυρος) quod habet duas ianuas. Oui. 3. de Ponto. Nox erat, & bifores intrabat Luna feneſtras. Biforis cantus. Verg. 9. Aen. Vbi aſſuetis biforẽ dat tibia cantũ. Vbi Seruius: Biforẽ, biſonũ imparem.

BIFORMATVS, a, um, adiectiuum, {*Di due forme*} idem quod biformis. Ci. 2. Tuſc. Non biformatus impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

BIFORMIS, is, & hoc biforme (δίμορφος) duas habens formas. Vergil. 6. Aen. Mixtumq́ genus, prolesq́ biformis.

BIFRONS, tis, {*Di due fronti*} (διμέτωπος) qui duas frontes habet, Eſt autem hoc Iani Epitheton, quem ideo dicimus bifrontem, quòd præterita ſciuerit, & futura præuiderit: uel quia ſuperum, & inferum ianitor eſt. Verg. 12. Aen. Latonæq́ genus duplex, Ianumq́ bifrontem.

BIFVR, plus quàm fur, ſiue qui bis in furto eſt deprehenſus.

BIFVRCATVS, qui et Bifurcus, {*Biforcato*} (ἀμφίτομος) geminas furcas habens, ut, Bifurcum ferramentum, Colu. lib. 3, cap. 18. Bifurci ramuſculi, lib. 5. cap. 11.

BIGÆ, {*Carretta di due caualli, Biga. Dant. Se tal fu l'una ruota della biga*} (συνωρὶς, ζεῦγος) currus duobus equis uecti ita dicti, quaſi Biiugi, quòd duorum equorum iugo agantur. Equi uero ipſi Biiugi, Biiuges ue dicũtur. Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum iugo trahi ſolent. & equi ipſi, Quadriiugi. Verg. 5. Aen. Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat. Apud ueteres tamẽ Bigam. & Trigam, & Quadrigam inuenimus. Sueto. in Tybe. Vix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Papin. in Theb. Roriferum gelida tenuauerat aera biga. Plin. In ſummo Mauſoleo eſt quadriga marmorea. Bigas primum iunxerunt Phrygij, quadrigas Erichthonius, teſte Plin. lib. 7. cap. 56.

BIGAMVS. {*Rimaritato*} (δίγαμος) qui duas uxores duxit: à quo Bigamia. γάμος enim nuptiæ dicuntur.

BIGARGITANI, populi ſunt Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

BIGATI, numi bigas impreſſas habentes. Plin. lib. 33. ca. 3. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatiq́ dicti. Tacitus de Germa. Pecuniam probant ueterem, & diu notam ſerratos, bigatoſq́.

BIGEMMIS, me. quod habet duas gemmas. Colu. lib. 6. Pro materijs longioribus pollices quaternum aut quinum gemmarum relinquuntur, pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces efficiunt in ea.

BIGENERA, (δίγονα) animalia ex diuerſo genere nata, ut Leopardus ex leæna & pardo, non (ut alibi putant) ex leone & panthera. Varro lib. 2. de Re ruſt. Nam muli & hinni bigeneri, atque inſititi, non ſuopte genere ab radicibus. Ex equa enim & Aſino fit mulus: contra ex equo & aſina hinnus.

BIGERONES, Aquitaniæ populi ſunt, apud Cæſarem, Tarbellis & Sontiatibus uicini.

BIGERRA, (Βίγερρα Ptolemæo) Hiſpaniæ ciuitas eſt, Setabis conterminа, quæ hodie Beiar ab incolis uocatur.

BIGNÆ, {*Gemelle*} geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt. Feſtus.

BIIVGI, {*Due caualli ad un giogo*} (δίζυγοι) equi dicuntur, cum bini ad unũ iugum nexi ſunt. Verg. 10. Aen. Interea biiugis infert ſe Lucagus albis.

BILÆVS, (Βιλλαῖος) fluuius eſt Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

BILANX, cis, {*Bilancia*} (ζυγὸς) ſtatera, quæ duas habet lances: alio nomine Libra dicitur.

BILBILIS, is, (Βίλβιλις) oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi,

ad

ad Salonem fluuium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Mart. Poeta originem traxit: ut ipſe multis in locis teſtatur.

BILIBRIS, bre, (*Di due libre*) (διλιτρος) duarum librarum. Mart. lib. 11. Nunc ut emam grandem've lupum, mullum've bilibrem.

BILINGVIS, (*Bilingue. fallace*) (δίγλωττος) qui duas habet linguas, hoc eſt, qui modò unum, modo aliud loquitur, uel qui aliud dixit, & aliud cogitat. Vnde etiam pro fallaci poſuit Verg. 1. Aen. Quippe domum timet ambiguam, Tyrios'q́ bilingues.

BILIS, is, (*Colera*) (χολή) nomen eſt commune duobus præcipue humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus eſt & ſiccus, ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter, qui frigidus eſt & ſiccus, quoniam nigræ familiæ colorē imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrunque genus rurſus in duas primarias ſpecies findítur, in Naturalem. ſ. & non naturalē. Bilis flaua naturalis (quæ Bilis appellationem ſibi peculiariter uendicauit) rurſus duplex eſt: Quædam enim apta eſt nutritioni, quæ unà cū ſanguine miſcetur in uenis, partim ut ille hoc ueluti uehiculo commodius penetret in uenas exiliores, partim ut aliæ partes naturæ ſuæ affines, hoc eſt calidas & ſiccas. Deinde munere ſuo functa, quod reliquum eſt, una cum ſudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permiſtione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipſa à naturali q̃ minimum recedit. Altera excrementitia eſt, & inepta nutritioni, quæ à ſanguine expurgata, recipitur in ueſiculam bilis, q̃ χοληδόχον Græci appellant: & inde proprio meatu in inteſtina delabens, deiectionem ſtimulat, & tingit excrementa. Non naturalis uerū in quatuor diſtinguitur ſpecies, in Vitellinam (λεκιθώδη) quę fit ex bile pallida, acrimonia caloris non naturalis uſta: in Porraceam (πρασοειδῆ) in æruginoſam (ἰώδη) & in eam quæ cæruleo colore glaſtum imitatur: unde ἰσατώδης à Græcis appellatur. Tres hæ poſteriores ſpecies potiſſimum fiunt in uentriculo, ex alimentis acribus, ut porro, ſinapi, & ſimilibus: ex quibus primum fit porracea bilis, deinde æruginoſa, & poſtremò cærulea. Nonnunquam etiam in iecinore ex uitellina uehementius uſta, ut accidere ſolet in morbis ardentiſſimis. Atra bilis & ipſa in Naturalem diuiditur, quā propriè μέλανα χυμόν, id eſt, atrum ſuccum, ſiue ſuccum melancholicum medici appellant, & Non naturalē: & Naturalis rurſus in aptam nutritioni, quæ miſcetur ſanguini in uenis, alitq́ partes frigidas & ſiccas, oſſa. ſ. & cartilagines: & in Excrementitiam, quę nihil aliud eſt, q̃ excrementum ſanguinis, quod à iecore lien ad ſe allicit, eiusq́ tenuiſſima parte alitur, reliquum per proprium meatum (quem & Stomachū uocāt) in uentriculum regurgitans, ut illū aſtringat et roboret: ubi munere ſuo functa, unà cum excrementis per inteſtina deiicitur. Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur) in triplici eſt differentia. Alia enim fit ex ſucco melācholico, putredinis, aut caloris ui in cinerem quodammodo conuerſo. Alia ex bile uitellina, primùm in porraceam, deinde in æruginoſam, & poſtremò in cæruleam mutata. Alia ex pituita in uenis putreſcente, & uehementius uſta. Hæc tam exactè diſcutere, ad medici forſan officium magis attinebat: uerum quoniam hic tā craſſe impegiſſe uidebamus Dictionariĳ huius conſarcinatores, ut atram bilem eam eſſe traderent, quæ à ueſicula fellis excipitur, flauam autem bilem inteſtinorum uitium interpretarentur, uiſum fuit hæc paulo altius repetere, ut intelligerent uel rei medicæ imperiti, aliud eſſe ſpecioſis doctorum titulis lectori fucum facere, & putria fallamenta (quod dici ſolet) origano condere, aliud ex fumo lucē præbere, & præter ſummam fidem & diligentiam, iudiciĳ etiam nonnihil ad opus aliquod afferre. Accipitur item Bilis pro ira, quæ à Bile excitatur. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Tantùm maledicit utrique, uocando Hanc Furiam, hunc aliud iuſſit, quod ſplendida bilis.

BILIOSVS, a, um, (*Coleroſo*) (χολώδης) in quo bilis abundat: ut, Sanguis biloſus, Sputum biloſum, apud Corn. Celſum.

BILIX, adiectiuum à licium, (*Maglia à due licci*) ut, bilix lorica à Vergilio dicta, quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum, lib. 12. Aen. Rumpitq́ infixa, bilicem Loricam.

BILIS, quod hic pro nomine fluuiĳ corrupte legebatur, uide Bilæus.

BILVSTRIS, ſtre, (*Di due luſtri*) (διπενταετής) ut, Bellum biluſtre, quod duo luſtra, hoc eſt decem annos durauit. Ouid. 2. Amor. Pergama cūm caderent bello ſuperata biluſtri.

BILVTES, lege Belutus.

BIMARIS, re, adiectiuum, pen. cor. (*Coſa poſta tra due mari*) quod inter duo maria ſitum eſt: ut, Bimaris Corinthus. Horat. 1. Carm. Aut Epheſum, bimaris've Corinthi Mœnia.

BIMARITVS, qui duas uxores habuit, (δίγαμος.)

BIMATER, (*Di due madri*) (διμήτωρ) agnomē Bacchi, q duas matres habuerit, Semelem, et Iouem matris fungentē officio. Vide ſupra in nomine Bacchus.

BIMATVS, us, pen. pro. ætas duorum annorum, uide infra in dictione Bimus.

BIMEMBRIS, (*Di due parti*) (διμελής) duarum partium quaſi membrorū. Ouid. Et male confiſum pedibus formaq́ bimembri. Et Bimembres, ſubſtantiue pro Cētauris. Oui. 12. Meta. Ecce ruunt uaſto trepidi clamore Bimembres. Verg. 8. Aen. Tu nubigenas inuicte Bimembres, &c.

BIMENSIS, huius bimenſis, (*Spatio di due meſi*) tempus duorum menſium. Liu. Dec. 5. lib. 3. Et ad opera quæ locaſſent probanda, anni et bimenſis tempus prorogaretur.

BIMESTRIS, ſtre, (*Che ha due meſi*) (δίμηνος) duos mēſes habens, aut duos annos à luna computatos. Horat. lib. Car. & porco bimeſtri Cum famulis operū ſolutis. Sic Trimeſtris, Quadrimeſtris, Quinquemeſtris. Plin. Caſtrari agnos niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

BIMVLVS, pen. cor. (*Di due anni*) (διετής) qui in bimatu eſt. hoc eſt, qui duos annos ætatis habet. Et propriè de ĳs dicitur, teſte Valla, quæ poſt eam ætatem adhuc incrementum poſſunt accipere: ut puerum propriè bimulum dicas, bouē aut canem non ita.

BIMVS, (δίετος) Trimus, Quadrimus, Quimus. (unde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus,) pro eo, quod ętatem habet duorū, triū, quatuor, aut quinque annorū. Var. 2. de Re ruſt. ca. 5. Vnum anniculum, alterū bimū. Bima ſententia. Cice. ad App. De hac quoque ſententia bima decedat. i. qua cenſuit ut per duos annos remanerē in prouincia. Pli. li. 8. ca. 45. Vita fœminis quindecim annorum longiſſima, maribus uiginti, robur in quimatu. Suet. in Augu. Quadrimus patrem amiſit. Pli. li. 11. cap. 21. Vita ueſparum bimatum non tranſit.

BINARIVS, (δυαδικός) numerus duorum.

BINI, æ, a, (*Duerni, à due à due*) (δισσοί) propriè diſtributiui numeri uox eſt, idē ſignificans quod duo per ſingula. Cic. 4. Verr. Deſcribebat Cenſores binos per ſingulas ciuitates Timarchides. i. duos in ſingulis ciuitatibus. Idem Att. Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum hoc eſt, utricunq; duos. Sic Binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere, hoc eſt, duos, tres, quatuor, aut quinque, in ſingulis lineis, aut ordinibus. Nonnunquam etiam ſimpliciter accipitur pro duobus: & ſic frequentius ĳs iungitur, quæ ſingulari numero deſtituuntur. Sic Binas literas dicimus, & Bina caſtra, non duas literas aut duo caſtra. Cic. 6. Verr. Cn. Pompeius cum P. Vectio intra bina caſtra collocutus eſt. Idem 2. Ver. Vt dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam Caſtra pro militum tentoriis. & Ludi pro magnificis & ſplendidis ſpectaculis, ſingularem numerum non agnoſcunt. Aliquando tamen etiam in hac ſignificatione ĳs coniungitur, quæ utrunque habent numerum: ſed hoc frequentius apud Poetas. Ver. 1. Aen. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Idem 8. Aen. Frænaq́ bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas. Interdum etiam in oratione ſoluta. Pli. li. 9. cap. 30. In noſtro mari loligines capiuntur quinum cubitorum, ſæpe binum. Cic. 3. de Orat. Demoſthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis remiſſiones continebat.

BINOMINIS, (*Di due nomi*) (διώνυμος) dicitur, qui geminū habet nomen, ut Iſter, & Danubius: Iulus, & Aſcanius. Binominis, ne, idem. Ouid. 14. Metam. Inde ſub Aſcaniĳ ditione binominis Alba, Resq; Latina fuit.

BION, (Βίων) Boryſthenites philoſophus fuit, & ſophiſta callidus, qui philoſophiam uario orationis flore ueſtiuit. Hic primū Cratetis Cynici philoſophi auditor fuit: à quo ſeſe ad Theodorum contulit. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie uorauerat, Terra Amphiaraum abſorbuit, ſed terram tu. Fuerunt & aliĳ eiuſdem nominis Philoſophi, quos uide apud Laertium.

BIOTHANATOS, (*Verſo uiolentemente*) (βιοθάνατος) ex βία uiolentia, & θάνατος mors. i. uiolenter mortuus: ut eſt qui ferro, uel alia ui interficitur, & non ſua. i. naturali morte moritur, quę naturaliter cōtingit, et mors ipſa Biothanata dicitur, quæ per uim infertur. De qua intellexit. Verg. cūm dixit, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem. Scribit Lampridius prædictum fuiſſe Heliogabalo ipſum Biothanatum futurum. Iul. Fir. Si luna, inquit, applicuerit ſe Saturno deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Seruius ait Biothanatorum animas non recipi in originem ſuam.

BIPALIVM, (*Vanga Boc. Credo che la zappa e la uanga*) inſtrumentum ruſticum, quo terra foditur. Varro: Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ferunda, & arundinetum: ad prius bipalio uortito, &c. Liu. 3. ab urb. Ibi adlegatis ſeu foſſam fodiens bipalio innixus, ſeu cūm araret, &c.

BIPALMIS, me, (*Di due palmi*) duorum palmorum. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 7. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos, tabulæ fixæ ſint bipalmes, quo utantur ueſtibulo, ac prodeant.

BIPARVS, a, um, qui uel quæ bis peperit, δίτοκος.

BIPATENS, pen. cor. (*Che s'apre da due parti*) (δίθυρος) quod ex utraque parte aperitur: ut, Bipatentes portæ, pro geminis. Verg. 2. Aen. Portis aliĳ bipatentibus adſunt. Hoc eſt utrinque apertis.

BIPEDALIS, le, (*Di due piedi*) quod habet longitudinem duorum pedum: ut, Trabs bipedalis. Cęſar Bel. Gal. li. 4. Inſuper bipedalibus trabibus immiſſis.

BIPEDANVS, a, um, ſiue Bipedaneus idem, quod bipedalis. Colu. lib. 2. ca. 2. Frumentis autem ſat erit, ſi æque bona ſuberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde eſt.

BIPEDIMVI, Galliæ in Aquitania populi, de quibus uide Pli. ca. 19. lib. 4.

BIPENNIS, ne, (*Bipenne. Ariſt. Ma ne quella ne ſcure ne bipenne*) (δίπτερος) quod duas habet pennas. Pli. lib. 11. cap. 28. de inſectorum pennis: Nullis eorum pennæ renaſcunt auulſæ: nullum, cui aculeus in aluo eſt, bipenne eſt. Bipenne item dicitur, teſte Nonio, quod utrinque eſt acutum. Verg. lib. 11. Ferro ſonat acta bipennis Fraxinus. Eſt & Bipennis (πέλεκυς) ſubſtantiuum, quod ſignificat ſecurim, aliud've inſtrumentum ex utraque parte aciem habens. Ver. 4. Geor. Vre ſata, & ualidam in uites molire bipennem. Bipennifer, a, um (πελεκυφόρος) ferens bipennem. Ouid. 8. Metam. Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas. Idem 5. Triſt. Oſſa bipenniferi ſic ſint malè preſſa Lycurgi.

BIPERTIO, is. & Bipertior, iris, (*Diuidere in due parti*) (διχάζω) in duas partes diuido. Colu. lib. 11. cap. 2. Vndecimo Calendas Maias Ver bipertitur, pluuia, & nonnunquam grando. Cic. in Cat. Atque ibi in proximis uillis ita bipertiti fuerunt, ut Tyberis inter eos & pons intereſſet. Hinc aduerbium Bipertito, (δίχα, διχῆ) bifariam, dupliciter. Cic. 2. de Inuent. Nam id fit bipertito, niſi tum cauſa, tum res ipſa remouetur. Cæſ. 1. bell. Gall. Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt. Hoc eſt duobus locis.

BIPES, bipedis, adiect. (*Che ha due piedi*) (δίπους) quod habet duos pedes. Iuuen. Atque alium bipedem ſibi quærat aſellum. Ponitur etiam ſubſtantiue, eò q facile in eo intelligatur ſubſtantiuum. Cic. pro domo ſua: Hoc miniſtro omnium non modò bipedum. ſed etiam quadrupedum impuriſſimo.

BIRACELLVM, Tuſciæ oppidum eſt Ptolemæo: hodie Vicarellum.

BIREMIS, (*Fuſta. Ariſt. Paſſò una lor fuſta à terra à terra*) (δίκροτος) nauis, quæ duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (ut creditur) primùm inuenta. Plin. lib. 7. cap. 57. Biremem Damaſtes auctor eſt Erythræos feciſſe, triremem Thucydides Aminoclem Corinthium: quadriremem Ariſtoteles Carthaginienſes. Verg. 8. Aen. Geminasq; legit de claſſe biremes.

BIROTVM, pen. cor. (*Carro di due ruote*) (δίτροχον) genus uehiculi duas rotas habentis.

BIS, aduerbium, (*Due fiate*) (δίς) duabus uicibus. Cic. de Amic. Bis unà conſules. Multa habet compoſita de quibus partim ſupra dictum eſt, partim infra dicetur.

BISALTÆ, (Βισάλται Stephano) populi liberi Thracię ad Strimonem amnē, teſte Pli. li. 4. ca. 11. qui famem in bello lacte concreto, & ſanguine equino tolerant. Ver. 3. Geor. Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus. Cūm fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum, Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

BISALTIA, (Βισαλτία Stephano) regio Thraciæ lib ra, ad Strymonem amnem, ita dicta à Biſalte Solis & Terræ filio, aut a Biſalte uicino fluuio.

BISALTIS, idis, (Βισαλτίς) gentile fœmininum a Biſaltia Thraciæ regione

formatũ. Oui.6. Meta. Tu uiſus Enipeus Gignis Aloidas aries Biſaltida fallis.

BISANTHE,(Βισάνθη Stephano)oppidum eſt Thraciæ, non procul à Melanæ fluuio, eoq; oppido, cui μακρὸν τεῖχος hoc eſt Longus murus, nomen eſt. Vide Plin.lib.4.cap.11.

BISARGIS,(Βισαργὶς)oppidum Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, ad Iberum fluuium: cuius meminit Ptolemæus lib.2.cap.6.

BISELLIVM,lij,(δίφρον)ſubſellium duorum capax. Auctor Varro 4.de Lingua Latina.

BISETA,porca dicitur, à cuius ceruice ſetæ biſariam diuiduntur, cùm iam eſſe incipit maior ætate ſex menſium. Feſtus.

BISEXTVS,ſiue Biſſextus,{Biſeſto}(ἐμβόλιμος ἡμέρα)dies intercalaris, qui quarto quoque anno interſcritur, ut anni ratio cum curſu Solis conueniat. Inuẽta eſt autem hæc intercalandi ratio à Cæſare Dictatore. Is.n. cùm animaduertiſſet, Solem curſum ſuũ conficere diebus 365. & horis circiter ſex, quarto quoque anno diem unum curauit adiiciendum. Dictus eſt autem Biſſextus, q bis, hoc eſt, duobus diebus continuis numerarent Sex. Calen. Mart. duos uidelicet dies pro uno computantes. Vnde qui eſt natus biſexto Calẽdas, nihil refert(ut inquit Celſus de uerb.ſign.l.Cum Biſextus)utrum priore, an poſteriore die natus ſit, cùm illud biduum pro uno tantum die habeatur. Erat autem huic intercalationi conſtitutus dies certus, qui eſt poſt XXIII. Februarij diem inter Terminalia iam peracta, & Regifugiũ. Februarius uerò duabus de cauſis huic rei aptiſſimus uiſus eſt, tum q pauciſſimos haberet dies, tum etiam, q inter menſes ultimum haberet locum. Nam cùm antea decem tantùm eſſent menſes, quorum primus erat Martius, duo poſtea in fine ſunt adiecti, Ianuarius, & Februarius.

BISON,tis,(Βίσων Pauſaniæ)animal ferum, & deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, ceruí figura, media fronte inter aures unum cornu habens. Mart. in Amphitheatro. Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon.

BISTONES,(Βίστονες)populi Thraciæ, inter Neſſum, & Hebrũ fluuios, ita dicti à Biſtonide lacu, ſiue(ut Steph. placet)à Biſtone rege. Inde Biſtonis(Βιστονὶς)patronymicũ fœminini generis, quod ſæpiſſime tamẽ accipitur adiectiue et poſſeſſiue. Oui. in epiſt. Paridis ad Helenã: Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.

BISTONIA,æ,(Βιστονία)regio Thraciæ, inter Neſſum & Hebrum fluuios, ita dicta à uicino lacu, quem Biſtonidem appellant: ſiue(ut quibuſdam placet)à Biſtone rege. Biſtonia præterea Stephano oppidũ eſt eiuſdem regionis non procul ab Abderis. Hinc Biſtonius, a, um, (Βιστόνιος)poſſeſſiuum: quod Poetæ ſuo more accipiunt pro Thracio. Ouidius: Brachia Biſtonia candidiora niue. Idem: Feſſaq; Biſtonia membra lauabis aqua.

BISTONIS,(Βιστονὶς)ſiue Biſtonius lacus, in Biſtonia Thraciæ regione eſt, non procul ab Abderis oppido: in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit, à uerbo.ſ. Græco βυθίζω, quod eſt demergo. Vnde & Byſtonis per y Græcum ſcribendum uidetur. Stephanus tamen & Suidas Βίστων, Βιστονία, & Βιστονὶς ſcribunt per ι, quartam Græcorum uocalem.

BISVLCVS,{Chi ha l'ugnie feſſe}(δίχηλος)qui ungulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas. Oui 7. Meta. Puluereumq; ſolũ pede pulſauere biſulco. Accipitur et latius pro omni eo, quod in duas cuſpides diuiſum eſt. Vnde Biſulcã caudã dixit Pli.lib.9.ca.29. & Biſulcos arborum ſurculos. Columella de Arbor.cap.6.

BISVLTOR, Martis cognomen, à bis ulciſcẽdo impoſitum. Auguſtus enim, cum Brutum & Caſſium uiciſſet, & ſigna à Parthis recepiſſet, Marti templũ dedicauit, quem Biſultorem cognominauit, quod primum C.Cæſaris, deinde et Craſſorum necem ultus eſſet. Ouid. 5. Faſt. Rite deo templumq; datum, nomenq; Biſultor.

BISVRGIS, Straboni lib.7. Germaniæ eſt fluuius, ſexcentis à Rheno ſtadijs diſtans. Pomponius Viſurgim appellat lib.3.

BITHIA, Pharaonis filia, quæ Moſen adoptauit.

BITHYÆ,(Βιθυαι)populi ſunt Thraciæ, apud Stephanum, quorum auctor fuit Bithys Martis, & Setæ ſororis Rheſi filius. Bithyæ quoque mulieres fuerunt in Scythia, in ſingulis oculis binas habentes pupillas, ideoq; uiſu effaſcinãtes: ut ex ſententia Apollonidæ tradit Plin.lib.7.cap.2.

BITHYS, uide Bithiæ.

BITHYMVM mel, uide infra in dictione Thymum.

BITHYNIA,{La Natolia}(Βιθυνία)regio minoris Aſiæ, aduerſa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ ut Solinus ſcribit & Seru. primum Bebrycia, poſtea Mygdonia, deinde Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyſſa eſt, ubi Annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribãt Thynos populos tranſiſſe ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti ſunt, & regio ipſa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. Ex Bithynis fuerunt uiri in diſciplinis memorabiles, Xenocrates philoſophus, & Dionyſius dialecticus, & Hipparchus, & Theodoſius, & filij eius mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Aſclepiades medicus Pruſienſis. Hinc fit adiectiuum Bithynus, a, um, Βιθυνὸς Stephano. Iuuen. Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq; Bithyni. Vbi illud animaduertẽdum eſt, à Iuuenale corripi primam nominis huius ſyllabam, quæ à cæteris omnibus producitur. Item Bithynicus, a, um, aliud adiectiuũ, Βιθυνικὸς: quod Romanorum quibuſdã in cognomen ceſſit à deuicta numinũ Bithynia. Martialis: Iam te rem factam Bithynice credis habere. De origine Bithynorũ uide latius apud Strabonem lib.12. Herodotũ lib.7. & Dionyſium Afrum de Situ orbis.

BITHYNIVM,(Βιθύνιον Stephano) ciuitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienſes populi dicti ſunt.

BITIAS, fuit unus ex Carthaginienſium principibus. Seruius in illud Verg. 1. Aen. Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait, Bitiam fuiſſe præfectum claſſis punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiuſdam Verg. li.9. qui frater Pandari fuit, ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Aenea poſt Troiæ excidium in Italiam uenerunt, & cum apertis etiam portis auſi eſſent Rutulos, abſente Aenea, laceſſere, ab uſdem ſunt trucidati.

BITON,(Βίτων)alter fuit ex filijs Argiæ ſacerdotis, & frater Cleobis: de quibus ſic ſcribit Cic.3. Tuſc. Primũ Argiæ ſacerdotis filij Cleobis & Biton prædicantur. Nota fabula eſt. Cum.n. illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificiũ curru uehi ius eſſet ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturq; iumenta: tunc iuuenes ij, quos modo nominaui, ueſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt. Ita ſacerdos aducta in fanum, precata à dea dicitur, ut illis præmiũ daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit à Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, manè inuentos eſſe mortuos. Hæc ille.

BITVITVS, Aruernorum rex in Gallia, ſpecie colloquij comiter hoſpitio inuitatus, à Cn. Domitio & uinctus eſt, & Romam deportatus.

BITVMEN,inis,{Bitume. Arioſt. Ma poi che'l zolfo e la pace e'l bitume}(ἄσφαλτος)limus quidam eſt tenax, & ſulphurei odoris, in Iudææ lacu emergens qui inde Aſphaltites dicitur. Inuenitur & durum in Syria, non procul à Sidone, terreæ glebæ, uel eorum carbonum ſimilitudine, qui in uſum ferrariarum fabricarum, è terra effodiuntur. Eſt præterea & liquidum bitumen, in Zacyntho inſula, & circa Babylonem naſcens, & in agro Apolloniatarum, quod Græci (πισσάσφαλτον)appellant, argumento picis et Bituminis. Gignitur et pingue, liquoris oleacei, in Sicilia. Agragantino fonte inficiens riuum, quo incolæ utuntur ad lucernarum lumina olei uice. Huius generis Bitumen apud Prutenos et ſaxis effluit, ex quo maris frigiditate, in quod defluit, ſuccinum ſiue Electrum coaleſcit. Apud Babylonios bitumẽ calcis uſum præbet, ita ferruminatis Babylonia muris. Vide plura apud Plin.lib.35.cap.15.

BITVMINO,as,(ἀσφαλτόω)bitumine linio. Vnde aqua bituminata, apud Plin.lib.31.cap.6. cui admiſtum eſt bitumen, uel quæ per uenas terræ bituminoſas tranſit. Et Bitumineus, a, um, ut Bitumineæ uites. Ouid. 5. Metam. Siue bitumineæ rapiunt incendia uires.

BITVRGIA,æ,(Βιτουργία)oppidum fuit Tuſciæ, teſte Ptolemæo lib.3.cap.1. non procul à Manliana, hodie Pontificum uilla.

BITVRIGES, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, teſte Pli.li.4.cap.19. quorum frequens eſt mentio apud Cæſarem. Hi uno die uiginti oppida incenderunt, ut Cæſarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Auaricũ erat: hodie Bourges en Berry. Singularis nominatiuus eſt Biturix, quo uſus eſt Lucanus lib.1. Et Biturix, longiſq; leuca Axones in armis.

BIVIVM,{Di due uie}(ἀμφόδον)quod duas uias habet, ſicut Triuium, Quadriuium, quod tres aut quatuor habet anfractus. Verg.9. Aen. Locum inſidijs conſpeximus ipſi. Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

BIVMBRES,(ἀμφίσκιοι)populi ſunt, quicunque inter Tropicos habitant, ad meridiem. quandoque enim incidentes habent umbras, cũ à meridie ſol ad gnomonem accedit rectum ad ſubiacens planum: quandoque autem in aduerſum, cum ſol in aduerſum conſiſtit. Verba ſunt interpretis Strab.lib.2.

BIZEN, ciuitas Thraciæ. Stephanus, (Βίζυη, πόλις Θρᾴκης, τὸ πρῶτον ἐγὼν Βασιλειον.)Plin.lib.4.cap.11. Biziam uocauit: Bizia, inquit, arx regum Thraciæ, à Teres nephaſto crimine inuiſa hirundinibus.

BIZIA, arx eſt regum Thraciæ, teſte Plin.lib.4.cap.11. ad quam hirundines nõ aduolant. Eius rei cauſa ad Teres inceſtum, & Prognes flagitium refertur à Græcis ſcriptoribus. Vide Bizen.

BIZON, Thraciæ oppidum fuit inter Apolloniam, & Calatidem ſitum, magna ex parte terræmotibus hauſtum. Plin.lib.4.cap.11. & Strabo lib.7.

B ANTE L.

BLACTERO,ras, uide Blatero.

BLABERVRA,(Βλαβέρουρα)oppidum eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ, nõ procul à Pyrenæis montibus: cuius meminit Stephanus in uoce Ἰνδικὴ.

BLAENA, triſyllabũ, Ponti regio ferax: per quã Amnias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomẽto Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præſens ſed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens ſeruatus eſt, & inde in Italiã nauigauit. Verba ſunt interpretis Stra.li.12.

BLÆSVS.{Balbo, tardo al parlare}(βλαισὸς, τραυλὸς)qui linguam habet impeditam, aut qui inter pronuntiandum aliquam literam aut excludit, aut male profert: quo uitij genere Demoſthenem laboraſſe accepimus, qui aliquandiu primam artis ſuæ literam enuntiare non potuit. Iuue. Blæſis atque mero titubantibus. Mart.lib.10. Os blæſum tibi, debilisq; lingua eſt. Græci et iam hoc nomen ad alia membra transferunt. Blæſosq; appellant, quibus membrum aliquod ſolutum eſt, quos & Paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod eſt mẽbrũ, quod actiones ſuas commodè obire nõ poſſit, quod'ue ſitu aut figura ſit deforme: qualia ſunt, qui crura habent in diuerſum acta, quos Latini Valgios, & Varios appellant. Vide Cœl. Rhod.lib.8.cap.1. & Budæum in Annota. Pand.

BLANCHNON,(quod hic ꝓ filicis ſpecie corruptè legebatur) lege Blechnõ.

BLANDA,æ, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine, & Parthenio portu. Plin.lib.3.cap.5. Eſt & Blanda, ſiue Blande, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Barcinonenſi, iuxta Lainum flumen.

BLANDE, fluuius eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Barcinonenſi, iuxta oppidum ſui nominis. Auctor Plin.lib.& cap.3.

BLANDE, & BLANDITER, aduerbia, uide Blandus.

BLANDICVLVS, & Blandicellus, diminutiua ſunt à Blandus: ſicut ab eo quod eſt Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam Blandicus, & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi uoluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoſcunt. Inde Blandicella uerba, apud Feſtum.

BLANDIDICVS,{Chi da belle parole}(χαριτολόγος)qui blande loquitur. Plaut. Pœnulo: Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo treis facile corios contriuiſti bubulos.

BLANDIFICO,(ἠπιάω)blandum facio. Perottus.

BLANDILOQVVS, pen.cor. {Luſinghiere}(χαριτολόγος)qui blanda uerbis loquitur: ut, Vox blandiloqua. Sene. in Agam. Quid uoce blandiloqua mala conſilia dictas? Blandiloquens, pen.cor. idem. Macrob.2. Saturn. Submiſſa placidè blandiloquens oratio. Blandiloquentulus, Plaut. Trinum. Blandiloquentia, tiæ, χαριτολογία. Cice.3. de Natu. Deo. Nam & ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

BLANDIMENTVM, ti, {Carezze, luſinghe}(χαριτολογία, ἐπαγωγή)idem quod blanditia, oblectamentum, illecebræ. Cic. pro Cœlio: Multa enim blandimenta nobis natura ipſa genuit.

BLANDIOR, iris, {Luſingare Pet. Amor con ſue parole luſingando}(θωπεύω, αἰκάλλω, κολακεύομαι)aſſentor, adulor, Blanditias dico. Cic. de Amic. Qui aduerſario aſſentatur, & litigare ſe ſimulans blanditur. Refertur & ad ſenſus interiores, pro eo quod eſt, placeo, arrideo, animum uel affectũ titillo. Cic.1. Acad. Vide q̃ ſuauiter uoluptas ſenſibus blandiatur. Blandior calamitatibus meis, dixit Quintilianus. pro eo quod eſt mitigo, leuo calamitates, uel æquo in calami-

tatibus

tatibus me animo gero. Huius compoſitũ eſt Eblandior, blanditijs extorqueo. Liu. 7. cap. 3. Bel. punici: Neque enim omnia emebat, ſua eblandiebatur: ſed tum etiam flagitijs adhibebat. Vnde Eblandita ſuffragia dicuntur, quæ precibus & blanditijs impetrãtur. Cic. pro Plan. Comitijs Aedilitijs ſtudia eſſe non iudicum populi: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

BLANDITVS, us, ui, {*Il luſingare*}(χαριτολογία, ἴυγξ) ipſe blandiendi actus, ſiue blanditiæ, & quædam quaſi illecebræ ſenſum titillantes. Lucret. li. 2. Ve res per Veneris blanditum ſecla propagent. Eſt & Blanditus, a, um, participium à uerbo Blandior. Pli. li. 10. ca. 23. Hanc principio blãdita peregrinatione auide profectã, pœnitentia, in uolatu cum labore. ſ. ſubit. Vbi Blanditã peregrinationẽ dixit, pro grata, iucunda, quæq; principio ſibi blandiebatur, & arridebat.

BLANDVLVS, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Blandus.

BLANDITIA, æ, & Blanditiæ, tiarum, {*Carezze*}(χαριτολογία ἴυγξ) adulatio, illecebræ. Cic. pro Plan. Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis. aſpicitur, non attrectatur. Idem 1. de Finib. Blanditijs præſentium uoluptatum deliniti, atque corrupti.

BLANDVS, adiect. {*Piaceuole*}(χαριτολόγος, εὐπροσήγορος) placidus & comis in ſermone, & hilaris. Cic. Att. Scis me minime eſſe blandum. Blandè, aduerbium. Cic. Att. Sed amabo te, mi Attice: unde'ne quam Blande? Idem pro Cluen. Tum appellat hilari uultu hominẽ Bulbus ut blandiſsimè poteſt. Blanditer, idẽ quod blandè. Plau. Pſeud. Magis cogito, ſæuiter, blanditer'ue alloquar.

BLANDVSIA, in agro Sabino regio eſt, in qua Horatius habuit uillam, & in ea fontem, quem celebrat eleganti carmine, cuius principium eſt: O fons blanduſiæ ſplendidior uitro, &c.

BLAPSIGONIA, (βλαψιγονία) quaſi prolis detrimentum, cùm apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Pli. lib. 11. ca. 19. A' βλάπτω, noceo, & γόνος fœtus, ſiue proles.

BLASCON, (βλάσκων) inſula in Rhodani oſtio, prope Metinam. Pli. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

BLASPHEMIA, {*Beſtemmia*}(βλασφημία) pen. cor. execratio, maledictio, uituperatio, conuicium, & quaſi nocens dictum, ſacrilega infamatio, uel obtrectatio nefaria. Budæus.

BLASPHEMO, as, {*Beſtemmiare*}(βλασφημῶ) pen. pr. ſignificat execror, maledico, & uerbis calumniam infero, ac dignitati honoriq; alterius derogo.

BLATERO, as, & Blatio, is, {*Parlare goffamente, cinguettare*}(στωμύλλω, ψιλλίζομαι) ueteres dicebant, pro inconditè, et inaniter loqui: ut ſunt, qui extra propoſitum loquuntur, uel uerba immoderata emittunt, & quorũ lingua (ut ait Gel. li. 1. ca. 15.) tam prodiga, infrænisq; ſit, ut fluat ſemper & æſtuet colluuione uerborũ teterrima. Hoc hominum genus Locutuleios, & Blaterones, & linguaces Latini dixerunt. Plau. in Amph. Qui malũ intelligere quiſquã potis eſt? ita nugas blatis. Idem in Aulul. Vbi tu es, quæ blaterauiſti iam uicinis omnibus, meæ me filiæ daturũ dotẽ? Sunt autem ficticia uerba, à camelorũ uoce tracta, qui cùm uocẽ edunt, blaterare dicuntur. Quidam tamen à Græco deducũt, apud quos βλάξ dicitur, qui ſe inaniter iactat, quapropter c literã addentes, blacteronẽ & blacterare exiſtimãt ſcribendum. Oui. de Phil. (Si tamen credamus hoc carmen eſſe Ouidij) produxit. Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. Horat. in Serm. fine c, & prima correpta. Audit, cùm magno blateras clamore, furisq;.

BLATERO, onis. {*Cicalone, ciarlone*}(βλάξ) homo immoderatæ loquacitatis, & iactantiæ: à Blaterando dictus. Gell. lib. 1. cap. 15. Nec minus inſigniter ueteres quoque noſtri, hoc genus homines in uerba prouectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

BLATTA, {*Tarma*}(σίλφη) uermis, qui aluearia lędit: à βλάπτω noceo. Colu. lib. 10. appellat Lucifugas blattas. Martia. tamen poſuit pro uerme libros & ueſtes rodente. Conſtrictos (inquit) niſi das mihi libellos, Admittam tineas, trucesq; blattas. Horat. in Serm. Cui ſtragula ueſtis, Blattarum ac tinearum epulę, putreſcat in arca. Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidonius in Paneg. Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. Blattam recentiores ſcriptores uermiculum Bombycẽ intellexerunt, cuius textu ueſtes Sericæ cõficerẽtur. unde Blattea ueſtis, & Blatteum paludamentum apud Lãprid. Capitolinumq;, pro ſerico & pretioſo: uel (ut Paulus Aegi.) pro purpura: quoniã Indicũ cõchyliũ uulgò Blatta dicitur. Sic Caſsiod. in epiſtolis Blatteum pro purpureo cepit: Chamæleon (inquiens) modò praſina, modò cyanea, modò blattea uarietate ſe commutat. Eutropius ſcribit Neronem ſolitum piſcari reti auro blatteis funibus annexo: cum ab Oroſio dicatur Purpureis. A quo colore Blatta etiam frumentum dicitur: quod rubidum ſit, ſementi accommodatius, in purpuram declinans.

BLATTARIA, herba eſt, uerbaſco ſimilis, folijs minus cãdidis, cauliculis pluribus, flore luteo. hæc abiecta blattas in ſe contrahit: unde & nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 9.

BLATTEVS, a, um, {*Roſſo*}(πορφύρεος) purpureus. Eutropius in Nerone: Nero inuſitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ, frigidis & calidis lauaretur unguentis, hamis aureis argenteisq; piſcaretur, quæ blatteis funibus extrahebãtur. Sueto. uocat purpureos: Piſcatus eſt (inquit) reti aurato, purpura, coccoq; funibus nexis. Oroſius: Luxuriæ, inquit, tam effrænatæ fuit Nero, ut retibus aureis piſcaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur. Caſsiod. in Epiſt. Chamæleon modo praſina, modo cyanæa, modo blattea uarietate ſe commutat.

BLAX, {*Troppo delicato, ſtolto*}(βλάξ) ſtolidus, mollis, delicatus, laſciuus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter iactat, Feſtus.

BLECHNON, (βλῆχνον Dioſco.) herba eſt notiſsima, quam Græci πτερίδα, Latini Filicem marem appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

BLECHON, (βλήχων) Plinius ſylueſtre eſt pulegium, ſimile origano, minoribus folijs, q̃ ſatiuum: quod à pecore guſtatum balatum excitat: unde etiam literæ unius commutatione βλῆχον, appellatum eſt, ἀντὶ τοῦ γλήχων, ſic. n. Græci pulegium uocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 14.

BLEMMYES, Pli. li. 5. ca. 8. ſiue Blemyes unico m, (Βλέμυες Stephano) populi ſunt in Aethiopia uerſus Auſtrum, capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis: ita dicti, Stephano teſte, à Blemye quodã, uno ex tribus ducibus, qui ſub Dionyſio in ijs regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ uocantur.

BLENÆ, arum, populi ſunt Aphricæ, faciem in pectore habentes. Claudius. Errat Per Meroen, Blenasq; feros, atramq; Syenen. Quo tamen in loco Blemyas, legendum crediderim. Vide in præcedenti dictione.

BLENNOS, ſtultos eſſe Plaut. in Bacch. indicat, qui ait: Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus.

BLEPHARO, (βλεφαρώδης) dicitur ſuperciliosus homo, qui habet ſupercilia magna. Plaut. in Amph. Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter.

BLEPTÆ, (βλέπται) populi Africani, ſine capitibus, habentes oculos in pectore. Eoſdem & Blemyas uocat Pomponius, lib. 1.

BLERANI, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonenſibus, & Capenatibus uicini. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5.

BLITERÆ, oppidum prouinciæ Narbonenſis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5. In mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Bliterę Septimanorum, Arauſio Secundanorum.

BLITVM, (βλίτον Dioſc. βλίτος Suidæ) olus eſt betæ folijs, teſte Hermolao, iners, nulliusq; ſaporis, aut acrimoniæ. Inde Bliteum dicitur, quod uile eſt & nullius pretij. Vnde apud Menandrum, teſte Pli. li. 20. ca. 21. uxores per conuicium Blitæ uocantur a maritis, & apud Plautum in Trucu. meretrix blitea.

B ANTE O.

BOA, æ, ſerpentis genus eſt, quod in miram magnitudinem excreſcit: ita dictũ, q̃ lactis bubuli ſucco primum alatur. De hac ſic ſcribit Pli. li. 8. ca. 14. faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tãtam magnitudinem exeuntes, ut Diuo Claudio principe, occiſę in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco: unde & nomen traxere. Hæc ille. Eſt etiam Boa morbi genus, cùm corpora papularum multitudine rubent, à fimo bubulo, cuius litu maximè tollitur, ita dictum. Plin. lib. 28. cap. 18. Boas fimus bubulus abolet: unde & nomen traxere. Idem lib. 26. cap. 11, Ebuli folia contrita, & è ueteri uino impoſita, boam ſanant, id eſt, rubentes papulas. Creditur hic morbus eſſe, qui pueros præcipuè infeſtat, quem Rubellam uocant.

BOAGRIVS, Locrenſium amnis, ſiue potius torrens, qui Thronion urbem præterfluit, interdum tam exiguus, ut ne pedes quidem tranſeuntis tingat: interdum tam latus, ut ad bina diffundatur iugera. Strabo lib. 9.

BOALIA, (βουφόνια apud antiquos Atticos) quæ & bubetiæ dicuntur, ludi boum gratia instituti.

BOARIA lappa, herba nota, cuius radix è uino potata, articulis mirificè prodeſt.

BOARIVM forum, (βοῶν ἀγορὰ) Romæ dicebatur locus, in quo boues uendebantur. Huius meminit Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34. cap. 2.

BOBIVM, oppidum ad Apennini iuga ſitum, ubi nobile cœnobium uiſitur, à Theodolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper huiuſcemodi libri reperti ſunt, Rutilius Numatianus: Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus: Maurus de literis, ſyllabis, et metris omnis generis: Cæſius Baſsus, Velius Longus de Ortographia: Adamantius Martyrius de litera & muta B, & V, uocali: Probi Catholica: Cornelij Frontonis Elegantiæ Latinæ: Seruius grammaticus de litera. liber perſimilis Iulio Polluci de uocabulis rerum: Paraphraſis ſuper ſex Vergilij libris: Trium Eclogarum Vergilij enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

BOCALIVM, Arcadiæ oppidum eſt, iuxta Megalopolim & Catinam: teſte Plin. lib. 4. cap. 6.

BOCAS, inquit Feſtus, genus piſcis, à boando. i. clamando appellatum. Hæc ille. Boces, βῶκες (ut ex Speuſippo annotauit Hermolaus) ſunt leucomænides, hoc eſt, mænæ candidiores, quas nos Girros, ſiue Girrulos uocamus.

BOCATIVS, ſcriptor Italus fuit, ſua lingua, quam Latina terſior. Scripſit Latinè Genealogiam deorum, de Illuſtribus mulieribus, item de fluminibus & mõtibus, & pleraque alia ſua lingua.

BOCCHYRIS, (Βόκχυρις) pen. pr. nomen uiri, qui in Aegypto iuſtè, ſynceriterq; iudicaſſe fertur, adeo, ut eius nomen in prouerbium uenerit iuſtiſsime iudicantium.

BOCCHVS, rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Salluſt. in Iugurth.

BOCHIANA, oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin. lib. 6. cap. 29. in deſcriptione ſinus maris rubri, Troglodytici & Aethiopici.

BOCCORI, qui & Concordienſes, populi ſunt Luſitaniæ, teſte Pli. li. 4. ca. 22.

BOCENSES, Sardiniæ populi, teſte Plin. lib. 3. cap. 7.

BOCES. (βῶκες) uide Bocas.

BODELLION, (quod hic perperam legebatur, ut pleraque omnia ex Brunfelſij Onomaſtico huc tranſlata) uide Bdellion.

BODERIA, Ptolemæo, æſtuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum in uita Agricolæ.

BODINCOMAGVM, oppidum eſt ad Padũ, alio nomine Induſtria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quaſi fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

BODINCVS, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluuius, propter immenſam altitudinem, quaſi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

BODOTRIA, æſtuariũ maris Britannici, apud Tacit. in Vita Iulij Agricolæ.

BOEA, oppidum eſt Peloponneſi in ſinu Argolico, non procul ab Epidauro, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 5 in deſcriptione Achaiæ.

BOEBE, es, (Βοίβη) oppidum eſt Cretæ, non procul à Gortyne. Stephanus. Eſt & Bœbe Theſſaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo libro 9.

BOEBIS, idis, ſiue Bœbias, adis, ſiue Bœbeis, idis, (Βοίβη, ἡ Βοιβιάς, ἡ Βοιβηὶς λίμνη Steph.) lacus in Theſſalia ad radices Oſſæ. Luc. lib. 7. Ire per Oſſeam rapidus bœbeida ſanguis. Valer. Flaccus. Perderet & pingui miſeros in Bœbide cranis.

BOEMIA, {*Boemia*} regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidẽ latitudine, Hercynia ſylua undique cincta, & Albi fluuio irrigata: ab Oriente ſpectans Morauos, ab arcto Saxones, ab Occidente Noricum, à Meridie ſuperiorem Pannoniam, quæ Auſtria hodie dicitur. Huius incolæ Boemi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnibus diſtincti. Vide plura de his apud Aeneam Syluium, qui Boemorum hiſtoriam conſcripſit.

BOEOTIA, (Βοιωτία) regio eſt in finibus Græciæ, Eubœæ inſulæ obiecta, ab Attica autem Cithærone monte diſcreta: ita dicta (ut nõnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus, peruenit ad eum locum, ubi poſtea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit. Ouid. 3. Meta. Alij alias afferunt no-

minis huius rationes : quas uide apud Steph. Olim etiam Aonia dicta eſt, & Ogygia, & Hyantis, & Meſſapia, et Cadmeis Thucydidi. Hinc Bœotii (Βοιωτοὶ) dicti ſunt regionis huius incolæ: qui ſtupiditatis, & craſſi ingenij nomine malè audierunt. Hinc eſt illud Horatij lib. 2. Epiſt. Bœotium in craſſo iurares aere natum. Bœotius, a, um, adiectiuum. Cic. 1. de Diuin. Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam uaticinantibus, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. Et Bœotus, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. 12. Metam. Bœotaq; tellus Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.

BOETHI, {Coadiutori} (βοηθοὶ) à Græcis adiutores dicuntur, ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν, hoc eſt, ab adiuuando. Vnde ſcribarum adiutores Boethi uocantur ab Imperatore in l. unicuique. C. de Prox. ſacr. ſcriniorum. Hinc etiam Seuerinus Boethus dictus eſt, non Boethius, ut uulgò ſcribitur.

BOETHIVS, Zenone imperante ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege ex ſuo damnatus: deinde cuſtodiæ traditus, plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore, ſocero ſuo, alijsq; præſtantibus uiris interficitur, ut ait Euſebius.

BOETHVS, ineptus quidam Poeta fuit Tarſenſis, qui Philippenſem Antonij uictoriam carmine conſcripſit: quo nomine præter alios ſummos honores, quibus ab illo eſt affectus, Gymnaſij etiam Tarſenſis præfecturam eſt aſſecutus. Vide Strabonem lib. 14.

BOETVS, ut inquit Strabo, Hiſpaniæ fluuius, ex eiſdem naſcens locis, ex quibus Anas, & Tagus.

BOGADIVM, Ptolemęo oppidū eſt Germanię, quod hodie Forſtleiſz uocāt.

BOGES, fortiſſimi cuiuſdam Perſæ nomen eſt, qui ab Athenienſibus obſeſſus, cum nihil commeatus supereſſet, maluit uxorem primùm & liberos, deinde ſeipſum interficere, q̃ uiuus in hoſtium manus peruenire. Herodotus lib. 7.

BOGVO, udis, pen. genitiui cor. rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana uocata eſt, teſte Pli. li. 5. ca. 2. Fuerunt autem plures eiuſdem nominis, ex quibus poſtremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes ſequutus, ab Agrippa ſupplicio affectus eſt. A Strabone Bogus appellatur lib. 8. barbara uoce in ſuauiorem ſonum, & terminationem declinationi aptiorem tranſmutata.

BOGVS, uide Bogud.

BOIÆ, arum, (κλοιαὶ) genus uinculorum tam ligneorum, q̃ ferreorum, teſte Feſto, ſeu torquis damnatorum, q quaſi iugum io boue ſit. Plaut. in Aſina. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoresq; acerrimos.

BOIANVM, hodie Bouianum, oppidi nomen eſt inter Samnites, Ptolemæo.

BOII, (Βοῖοι Straboni) populi fuerunt Galliæ Lugdunenſis, teſte Pli. li. 4. ca. 18. qui putantur agri Borbonienſis tractum incoluiſſe. Hi poſtea Alpes tranſgreſſi, iuxta Padum conſederunt, ubi & Laudem Pompeiam urbem condiderunt, teſte eodem, lib. 3. cap. 17. Iidem poſtea à Romanis expulſi: in Germaniam ſe contulerunt, teſte Stra. lib. 7. ubi Hercyniæ ſyluæ partem incoluerunt, quæ Pannonijs proxima eſt : quæ regio ab eis primum Boiohemia, & poſtea abiectis aliquot literis Boemia appellata eſt.

BOIN, oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico, Plin. lib. 5. cap. 5.

BOION (Βοῖον Stephano) Doridis oppidum in Græcia, teſte Plin. lib. 4. cap. 7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

BOLA, (Βῶλαι Stephano) oppidum agri Campani in Italia: cuius meminit T. Liuius. Vnde Bolani, Coriolani & Fidenatibus uicini, apud Plin. libro 3. cap. 5. Verg. 6. Aen. Pometios, Caſtrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;.

BOLVLÆ, inſulæ nomen in mari Aegæo, non procul à Teo: ut refert Plin. in deſcriptione inſularum, ante Aſiam, lib. 5. cap. 31.

BOLBITINVM, à Plin. lib. 5. cap. 19. numeratur inter oſtia Nili.

BOLBITON, ti, {Letame di Bue} (βόλβιτον) Græcis fimum ſignificat, & propriè Bubulum. unde Imbulbitare dictū putat. Feſt. pro eo quod eſt, puerili ſtercore inquinare. Pli. li. 28. cap. 17. Fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli (de armentinis loquor: quidam Bolbiton uocant) cinis, cochlearium trium in mulſi hemina, bouis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero ſexu in uiris.

BOLENTIVM, Pannoniæ ſuperioris oppidum eſt, apud Ptolemæum, quod illi ſua lingua Rachelſpurg uocant.

BOLENIA, gemma, quæ nimbo inuenitur glebę ſimilitudine. Pli. li. 37. ca. 10.

BOLETVS, (βωλίτης) Aeginetæ genus fungi, inter omnes optimi : de quo abunde. Plin. lib. 22. ca. 22. Iuuen. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis: Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

BOLINGÆ, populi ſunt Indiæ, Plin. lib. 6. cap. 19.

BOLIS, idis, {Dardo} (βολίς) à Græcis dicitur haſta miſſilis, iaculum : παρὰ τὸ βάλλω. iacio. Ad cuius ſimilitudinem faces quædam igneæ bolides uocantur, quę in ſuprema aeris regione gignuntur. Pli. li. 2. ca. 26. Duo genera earum: lāpades uocant, plane faces. alterā bolidas, quale Mutinēſibus malis uiſum eſt. Diſtant, q faces ueſtigia longa faciunt, priore ardente parte, bolis uerò perpetua ardens, longiorem trahit limitem. Bolis (κατὰ τὰ πρόσρημα τὸ βολίς) etiam eſt perpendiculum nauticum, hoc eſt funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinem explorant. Eius meminit Lucas in Act. Apoſtol.

BOLVS, {Boccone. Boc. Alle giouane i buoni bocconi, alle uecchie i ſtrangoglioni} (βῶλος) pen. pro. cuiuſq; rei fructum: unde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, maſſam argenteam. Teren. in Heaut. Crucior, bolum tātum mihi ereptum tam ſubito è faucibus. Quod dici ſolet, inquit Eraſ. in Chilia. quoties commoditas, quæ iam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: tranſlatione (ut ait Donat.) ab animalibus ſumpta, quibus aufertur præda. Bolus autem pen. breui, iactum ſignificat, uel rete ipſum piſcatorium quod Fundam uocamus. Plaut. in Rud. O Neptune lepide ſalue. Nec te aleator ullus eſt ſapientior: profecto Nimis lepide iecisti bolum, periurum perdidiſti. Verba ſunt Trachalionis ſerui ad Neptunum exiſtimantis lenonem naufragio periiſſe. Perdere autem, perimere & uertere interdum ſignificat: Vnde iocus reſultat. Aleatores enim & piſcatores bolum iaciunt. Perdidiſti igitur Neptune hominem perditiſſimum: id eſt, lenonem maximè perdendum, propterea Neptune alcam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum feciſti. Hæc ex Budæo in Pand.

BOLVS ARMENIA, (βῶλος ἀρμενία) gleba eſt terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina eſt, colore ochræ miram ad deſiccandum uim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara eſt inuentu. Nam quā Seplaſiarij hodie pro bolo Armenia uendunt, aut ex Hiſpania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.

BOMAREI, Aſiæ populi ſunt à Caſpiis montibus Orientem uerſus incolentes, ut auctor eſt. Plin. lib. 6.

BOMBAX, à ueteribus uſurpatum eſt pro aduerbio contemnentis, uel negligentis. Plaut. in Pſeud. Fur. Bal. Bahæ. P. fugitiue. A. Bombax. C. Fraus populi. B. Planiſſumè.

BOMBILO, as, pe. co. {Rimbombare} (βομβέω) eſt bōbū emitto, et propriè eſt apū. Auctor carminis de Philomela : Bombilat ore legens munera mellis apis.

BOMBILATIO, (βόμβος) ſonus apum.

BOMBINA, lege Bembina.

BOMBOS, Ciliciæ fluuius. Plin. lib. 5. cap. 27. Præterea intus flumina Liparis, Bombos. Paradiſus.

BOMBVS, {Rimbombo} (βόμβος) ſonus tubarum raucus, nec ualde acutus : uox tracta ab ipſo ſonitu, ſicut mugitus boum. Perſius : Torua Mimallonéis implerunt cornua bombis. Eſt etiam bombus ſonus apum.

BOMBYCINA, orum, (βομβύκινα) ueſtes ſunt tenuiſſimæ, ex bombyce confectæ. Martialis: Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.

BOMBYCINVS, na, num, pen. cor. (βομβύκινος) quod ex bombyce eſt confectum: ut, Panniculus bombycinus, apud Iuuenalem Sat. 6. Quarum Delicias & panniculus bombycinus urit.

BOMBYLIS, uermis genus eſt, ex quo Necydalus, & deinde bōbyx procreatur. Plin. lib. 11. ca. 22. Eſt & alia bombycum origo è grandiori uermiculo gemina protendens ſui generis cornua. Hi crucæ ſunt. Fit deinde, quod uocatur Bombylis: ex ea Necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyces.

BOMBYLIVS, (βομβύλιος) apis quoddam genus obſtreperum, à bombo, quem edit appellatum.

BOMBYX, {Bigatti che fanno la ſeta} (βόμβυξ) per y, uermis genus eſt ſimile Erucæ, qui apud Indiam, Aethiopiam, & Seres in aranearum morem tenuiſſima fila ducit ad ueſtem faciendam. Primum Bombylis: deinde Necydalus, demum bombyx appellatus. De hoc Ariſto. & Plin. ferè idem tradunt. In ſex mēſibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad ueſtem luxumq; fœminarum, quæ bombycin appellantur. Primò eas in filum torquere, & rurſus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.

BOMI, (Βῶμοι) Aetoliæ colles ſunt: quorum incolæ Bomii (Βώμιοι) commemorantur à Thucydide lib. 3.

BOMILCAR, Carthaginienſis fuit, Amilcaris filius, qui cūm apud ſuos in ſuſpitionem ueniſſet, q cum Agathocle ſentiret, in crucem ſublatus eſt. Vide Iuſtinum Trogi abbreuiatorem lib. 22.

BOMITÆ, oppidi nomen eſt in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin. lib. 5. cap. 22.

BOMOLOCHVS, (βωμολόχος) pe. co. dictus eſt apud Græcos, qui facile, atque idē humilis, omnia lucri gratia perfert iocando, cauillandoq;, quales apud nos Scurræ appellantur, qui ut ſumptuoſioribus cœnis interſint, à nullo ſcurrilitatis genere ſe continent. Sed propriè, qui altaris inſidiantur, ut furentur oblata quaſi περὶ τοὺς βωμοὺς λοχῶντες. Vide Cœl. Rhod. Antiq. lect. li. 10. ca. 6.

BONA CADVCA, facultates quæ hæredem non habent, uel quæ non habent firmitatem, quales ſunt res damnatorum.

BONA DEA, (ἀγαθὴ θεός) quam ueteres Faunam, ſiue Fatuam, ſiue Sentam dixere. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitię fuiſſe, ut nemo illam, dum uixit, præter uirum, mas uiderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam deam appellabant. Vide Alexandrum ab Alexand. lib. 6. cap. 8.

BONÆ FIDEI POSSESSOR, (κάτοχος ἐπιεικὴς) eſſe uidetur, qui rem poſſidet non ſuam, quam tamen ſuam eſſe putat, & eum, qui uendidit, ius uendendi habuiſſe, puta procuratorem, aut tutorem fuiſſe. Contrà uerò Malæ fidei poſſeſſorem dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, et eam ſcit ſuam non eſſe. Bona fides, ἐπιείκεια, χρηστότης: & Bona fide, ἀπὸ τοῦ ἀκεραίου.

BONÆ FRVGI HOMINEM, (χρηστὸν) dicimus cum laude, hoc eſt, utilem, & bonum. Apul. lib. 4. Statui iam dolis abiectis aſinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula uetus admodum uidetur, & penè obſoleta: frequentius tamen apud Plautum & ueteres Iuriſconſultos occurrit, q̃ ut librariorum culpæ debeat aſcribi. Illud tamen dubium nō eſt, uſitatius dici bonæ frugis hominem, q̃ Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc eſt, ad bonos mores, probitatemq;. Reliqua uide infra in dictione Frugi.

BONA HÆREDITARIA, (κλῆρος) ex patrimonio prouenientia.

BONASVS, (βόνασος) pe. pr. fera eſt, quę, ut ſcribit Ariſtot. in monte Meſapo, qui Pæoniæ ac Mœſiæ limes eſt, inuenitur, cuius meminit & Pli. li. 8. cap. 15. Habet caput taurinum, corpus uero & iubas equi: latiore tamen corpore eſt, q̃ bos, ſed pilo molliore, q̃ iuba equina, et compoſitiore: Color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos uſque demiſſa. Cornua adunca, multo flexu in ſe recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: uocem ſimilem boui emittit: caret ſuperiore dentium ordine, crura hirſuta habet, & pedes biſulcos. Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam Bonaſum naſci tradit.

BONA VENIA, (ἐπιεικῶς) dicimus, quod eſt ſine ira, ſine indignatione. Terent. in Phor. Adoleſcens, primum abs te bona uenia peto.

BONAVENTVRA, Franciſcanus theologus, ex oppido Bagnea regio, ob uirtutē, & cōmentarios editos, in Cardinalium numerū ex Generali ordinis (quo nomine, ut peculiari, utuntur Franciſcani) à Gregorio decimo relatus eſt. Habitum, quo nunc utuntur Franciſcani Cardinales, inſtituit, cum prius aliorū Cardinalium modo incederent. Dum priuatus eſſet, ne gratis uictitaret, ſacros aliquot libros ſcriptitare ſolebat, ac cuſtodi tradere mercedis loco uenundandos. Poſtremò à Sixto IIII. in diuorum catalogū relatus eſt. Huius poſtea libros in epitomen redegit Guihelmus Fulginas eiuſdem ordinis. Auctor Volaterranus. Fuit item Bonauentura alter eiuſdem ordinis Patauinus in Cardinalium numerum ab Ioanne XXII. aſcitus, qui eximiæ doctrinæ ſanctitatem adiecit, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carrarienſi principe ſagitta peremptus, dum eccleſiæ libertatē cōtra tyrannos tueretur. Vtriuſq; auctor Volaterranus li. 21.

BONI CONSVLERE, {Pigliare in buona parte} (εὖ νομίζειν) hoc eſt, bene ſtatuere, in bonam partem, ut aiunt, accipere.

BONI-

BONICIVS, præſul Aruernenſis, uir ſanctitate clarus, cuius tunica etiam hodie monſtratur, qua à diua genitrix fuit donatus in exceſſu mentis, eademq; primum ſacrificauit. Volaterranus.

BONIFACIVS, Romanus apud Tarſum Aglaes diuitis uiduæ res procurabat: cum qua rem habebat, ebrietate, cæteriſq; moribus infamis. Factus repente alius, martyrium ſub Diocletiano ſubiit: corpuſq; eius Romã relatum eſt: ubi & templum ei in Auentino dicatum eſt, quod et Alexio poſtea commune fuit. Alius fuit præſul Maguntinus, qui & ipſe apud Phryſios martyrium ſubiit, ꝗ iuſſu Stephani ſecundi Pontificis Pepinum Caroli patrem regem oleo ſacro perunxiſſet. Alius eius nominis Præſul Carthaginenſis, Zenone imperante. Alius item Præſul Ferentinas, ambo confeſſores. Quintus prçterea martyr Boſnenſis, Othonis tertii conſanguineus. Auctor Euſebius. His additur à Volaterrano Bonifacius Africæ comes, ſub Honorio Aetii ducis æmulus. Auguſtino amiciſſimus. Fuit item Bonifacius Romanorum Pontifex, qui Cœleſtino Pontificatum aſtu præripuit. Vide Platinam.

BONITAS, {Bontà}(ἀγαθότης) capitur, pro uirtute, et honeſtate, atque iuſtitia. Cic. 2. Offi. Cum enim fidem alicui, bonitatemq; laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. Huic contraria eſt malitia. Frequentius tamen Bonitas pro benignitate, & quadam ingenii ſimplicitate ponitur Pli. Bonitas, et ſimplicitas uxoris. Malitia econtrario pro uerſutia: unde Malitioſum, callidum ac uerſutum dicimus. Cic. Virtutis contraria eſt Vitioſitas: ſic enim malo, ꝗ malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. nam Malitia certi cuiuſdam uitii nomen eſt, Vitioſitas omnium. Eſt & alia Bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura proueniens. Cic. 2. Offi. Quæ & bonitate ingenii multi aſſequuntur. id eſt, excellentia & dote ingenii. Huic ſimiliter contraria Malitia eſt. Plin. Quod modo cœli, modo terræ malitia facit.

BONNI, (quod hic corrupte legebatur) uide Bomi.

BONONIA, {Bologna} princeps Hetruriæ colonia, Felſina olim uocitata, in octaua Italiæ regione: ut tradit Plin. lib. 3. cap. 15.

BONOSVS, Romanorũ tyrannus miræ bibacitatis, de quo Aureliani illud celebratur, nõ ut uiueret illũ eſſe natũ, ſed ut biberet. Hic quantũlibet bibiſſet, ſemper ſecurus erat, & ſobrius, & nunquã non uino prudentior, et quantũ bibiſſet, tantundem reddebat ueſica ad æquilibriũ. Hunc ad laqueũ cum coegiſſet Probus Imperator, iactatum eſt militari ioco, Amphoram pendere, non hominem.

BONVS, a, um, {Buono. *Pet. Che per dolce à cattiui & à buoni acerba*}(ἀγαθός) dicitur qui opponitur malo. Cic. 2. Offi. Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. Bonum abſolute à Philoſophis appellatur, quod ſui cauſa expetitur. Vnde Ariſtoteles τ' ἀγαθὸν, hoc eſt, bonum appetitus ſenſitiui obiectum facit. Idq; duplex eſt, Verum, & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non ꝗ reuera bonum ſit, ſed quod eiuſmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod eſſet rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in uita naturæ conuenientę. Epicurei in animi uoluptate, ſiue indolentia. Cyrenaici in uoluptate corporis, alii aliis in rebus collocabãt. Peripatetici triplicia conſtituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quo fit, ut opes, & facultates à noſtris etiam Bona (οὐσία, χρήματα) appellãtur. Ci. pro Cecina: Ad incertum reuocari bona, fortuna, poſſeſſioneſq; omnium. Bonum itẽ dicitur, quod exequitur officium ſuum, quodq; actiones ſuas probe obit. Hinc ſi uirum bonum dicimus intelligimus probum: ſi bonum militem, fortem: ſi bonum Imperatorem prudẽtem: ſi bonum Grammaticum, literatum, ſi bonũ Oratorem, facundum: ſi bonum Iudicem, iuſtum. Sic econtrario. Malum generale eſt nomen, & turpia ſimul, & detrimentoſa complectens. Vnde Malum uirum dicimus flagitioſum: malum militem, imbellem: & ſic de reliquis. Aliquando bonum ſumitur pro bonitate: ut cum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. Aliquando pro magno. Salluſtius. Bona pars militum inde diſceſſerat. Aliquando pro non uili, quia (ut Donatus ait) boni non ſunt uiles. Terent. in Phorm. Illam ciuem eſſe Atticam bonam, bonis prognatam. Hinc etiam Optimates dicimus, pro magni pretii uiris, dignitate & auctoritate præſtantibus. Aliquando pro utili: ut, Bonum eſt pecuniæ parcere. Item pro otio & quiete: ſicut Malum, pro labore. Seneca: Delicatus, & bono ſemper affuetus. Item pro miti, & fauente. Statius: Tu corda parumper Huc aduerte libens, atque has bonus accipe uoces. Item pro pulchro. Vnde forma bona, apud Terentium in And. Item pro apto & idoneo. Verg. 2. Georg. Et bona bello Cornus. Item pro docto. Hora. Quandoque bonus dormitat Homerus.

BONVS, presbyter Romanus ſimul cum Fauſto & Mauro diaconis, Romæ ſub Valerio principe paſſus. Sepulti omnes in uia Latina. Auctor Volat.

BOO, as, {*Mugghiare, rimbombare*}(μυκάομαι) mugio, clamo: à *βοάω*, uel à boũ mugitibus. Plaut. in Amph. Tela frangunt, boat cœlum fremitu uirũ. Et Boo, bois, boere, euſdem ſignificationis, uerbum antiquum. Varro: Parmenone, ut citet Nonius: Exeunt citi, ſtrepunt, bount. Pacuuius Medea apud eundem. Clamore & ſonitu reſonantis bount. Bouare dicuntur boues, cum uocem emittunt, teſte Varrone li. 6. de Lin. Lati. Verũ Boarẽ magis eſt in uſu. Hinc Reboo, as.

BOO, is, ere, uide ſupra Boo boas.

BOOS, uide Bos.

BOOSCOETE, (Βοὸς κοίτη) Helleſponti urbs eſt quæ Germanicopolis poſtea dicta eſt. Plin. lib. 5. cap. ult.

BOOSVRA, (Βοὸς οὐρά) quaſi Latine Bubulam caudam dicas, urbs eſt Cypri inſulæ, cui uicina eſt Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Auctor eſt Strabo lib. 14.

BOOTES, tis, uel Bootes, tæ, (Βοώτης) à boue deductum nomen, Latine Bubulcus. cœleſte ſydus, quod Arctophylax uocatur, & more bubulci plauſtrum ſequi uidetur. Fuit autem Bootes (ut refert Higinus) Iouis ex Caliſto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui una cum matre in cœlum eſt translatus: & illi uelut cuſtos appoſitus. Cic. 2. de Nat. Deo. Septentriones autem ſequitur Arctophylax, uulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arcton. Claudius: Arctophylax formam terga ſequentis habet. Iuuen. Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ. Habet quatuor ſtellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gel. lib. 2. cap. 21.

BORAMA, Phœnices oppidum eſt, non procul à Beryto. Auctor Stra. lib. 16.

BORCANI, populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut auctor eſt Plin. lib. 3. cap. 11.

BORCOBE, es, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli uicinum, ut auctor eſt Plin. lib. 4. cap. 11.

BOREAS, reæ, {Borea. *Pet. Ne breui giorni quando borea fiede*}(Βορέας) uentus frigidus & ſiccus, ſpirans inter Septẽtrionem, & exortum ſolſtitialem, teſte Plin. lib. 2. cap. 47. a quo Hyperborei montes nomen traxerũt. De hoc in dictione Aquilo. Dictus Boreas ἀπὸ τ̃ *βοῆς καὶ ῥεῖν*: quoniam ut uiolẽti flatus eſt, ita etiam ſonori. Verg. 1. Georg. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strimonis filius, raptor Orithyæ, Erichthonii Athenarum regis filiæ: unde poetis fabulandi occaſio ſubminiſtrata eſt, Orithyiam a Borea uento fuiſſe raptam, eiq; Zethen & Calain pepeiſſe.

BOREÆ, gemmæ ſunt ex Iaſpidum generibus, cœlo autumnali matutino ſimiles, unde & Aerizuſæ appellantur. Vide Pli. li. 37. ca. 8.

BOREVS, a, um, (Βόρειος) pen. pro. idem eſt quod ſeptentrionalis, ut Axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ouid. 4. Triſt. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

BOREOSTOMA, pen. co. (Βορεόστομα) unum eſt ex oſtiis Danubii fluminis. Plin. lib. 4. ca. 12. de Danubii oſtiis: Primum oſtium Peuces: mox ipſa Peuce inſula: a qua proximus alueus appellatus, XIX. M. paſſ. magna palude ſorbetur: Ex eodem alueo & ſupra Iſtropolim lacus gignitur, LXIII. M. paſſuũ ambitu: Halmiran uocant. Secũdum hoſtium, Naracoſtoma appellatur. Tertiũ, Caloſtoma iuxta inſulam Sarmaticam. Quartum, Pſeudoſtoma & inſula Conopò diabaſis. Poſtea Boreoſtoma & Spireoſtoma. Singula ora & oſtia tãta ſunt ut prodatur in XL. M. paſſuũ lõgitudinis uinci mare, dulcẽq; intelligi hauſtũ.

BORGODI, Aſiæ populi, in inſula Aſgilia, teſte Pli. li. 6. cap. 28. in deſcriptione Arabiæ.

BORIÆ, uide Boreæ.

BORION, ſiue Boreon, pen. pro. (Βόρειον Ptolemæo) Africę promontoriũ eſt, quod maiorem Syrtim includit, dicente Pli. lib. 5 cap. 4. Promontorium quod maiorem includit, (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Huius etiam meminit Strab. li. 17. Vltra Berenicem eſt paruum quoddam promontorium nomine Borium, quod eſt Syrtis oſtium.

BORON. eſt Troglodytarum oppidum, ut tradit Pli. lib. 6. ca. 29.

BORSYCITES. Pli. lib. 37. ca. 11. gemma eſt, in nigro ramoſa, candidis, aut ſanguineis frondibus.

BORYPTES, gemma nigra ſanguineis & albis nodis. Pli. lib. 37. cap. 10.

BORSIPPA, (Βόρσιππα) ciuitas eſt Meſopotamiæ, Dianæ & Apollini ſacra in qua præcipue uiguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima eſt ueſpertilionum copia qui ad eſum conduntur Stra lib. 16.

BORYSTHENES, (Βορυσθένης) pen. cor. fluuius Scythiæ ſecũdum Iſtrum omnium maximus, cuius aquæ ad potandum ſunt ſuauiſſimæ, & magnos piſces alunt nulla habentes oſſa. Eſt item Boryſthenes oppidum, quod Boryſthene amne abluitur: unde & nomẽ accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teſte Strabone li. 7. & Ptol. li. 3. ca. 5. Pompon Mela Boryſthenidem appellat lib. 2. Eſt & inſula eiuſdem nominis, ante fluuii huius oſtia ſita: cuius etiã meminit Ptolemæus loco iam citato Lacus quoque eſt eiuſdem regionis qui & ipſa Boryſthenes appellatur. teſte Pli. li. 4. ca. 12. Boryſthenius, a, um, adiectiuum. Oui. 4. de Pont. Cumq; Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyaſpes.

BORISTHENIDE (Βορυσθενῖται Steph.) populi ad Boryſthenem amnem, Olbiam urbem incolentes, quæ & ipſa Boryſthenes, ſiue Boryſthenis appellatur. Propertius: Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

BOS, bouis, {Bue. *Pet. Et co'l bue zoppo andrò cacciando l'aura*}(Βοῦς) generis cõmunis, datiuum & ablatiuum plur. Bobus per ſyncopam facit, & more ueterũ Bubus. Cic. de Nat. deo. Quid de bubus loquar? Idem de Senec. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, cum humeris ſuſtineret bouem uiuũ. Hinc fiunt adiectiua, Bouinus, a, um. Cuius diminutiuum eſt Bouillus: Bubulus, Bucerus, ra, rum, & Boarius, a, um. Vnde Forum boarum, ubi uendebantur boues Dictus bos ἀπὸ τ̃ *βόσκω*, ꝗ eſt paſco, ꝗ homines paſcat laboribus ſuis. Iuuenci autem in bubulo genere dicuntur iuniores, qui iam uituli eſſe deſierunt, ſecundo ſcilicet ætatis anno. ita dicti à iuuentute teſte Varrone li. 2. de Re Ru. ca. 5. ubi quatuor ponit ætates in genere bubulo: ut prima ſit uitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum.

BOSCHIS, idis, uolucris eſt, teſte Col. lib. 8. cap. 15. quæ clauſa paſcitur, quemadmodum anates, & coturnices.

BOSGOEDARIZA, locus eſt in confinibus maioris Armenię ſitus, Auctor Strabo lib. 12.

BOSMORVS, teſte Strabone lib. 15. frumenti religioſi genus eſt, tritico minus apud Indos inter amnes proueniens, quod excuſſum protinus torretur: iuramentoq; adiguntur meſſores, non aſportaturos prius, ꝗ coxerint, ne ſemẽ in alias terras transferri poſſit. Apud Diodorum Boſporon uocatum legimus, corruptis (ut uidetur) exemplaribus.

BOSPHORVS, pen. corr. (*Βόσπορος* Græce, ſine aſpiratione: & ita ratio uera poſtulat) anguſtas maris fauces ſignificat, a meabili bouis tranſitu impoſito nomine: ut teſtatur Pli. li. 6. ca. 1. quaſi *τ̃ βοὸς πορεία*. Sunt autem duo Boſphori, Thracius & Cimerius, tanta uterq; anguſtia, ut & auiũ cantus, & canũ latratus ab ulteriore littore inuicem audiantur: manente etiam humanæ uocis inter duos orbes commercio. niſi cum id auferunt uenti. Thracius Boſphorus iuxta Bizantium eſt, quingentorum non amplius paſſuum freto Aſiam dirimens ab Europa, qua Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Valerius Flaccus li. 4. Argona. fabulatur Io puellam in uaccam commutatã per haſce anguſtias in Aſiam tranauiſſe: indeq; fretum illud Boſphori nomẽ traxiſſe. Alter in introitu eſt Mæotidos paludis, iuxta Tauricam Cherſoneſum, duorum millium paſſ. latitudine, per quem palus Mçotica in Pontum defluit. Hic, Cimmerius Boſphorus dicitur a Cimmeriis populis, qui partem eius frigidiſſimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur. Inter Boſphorũ Thracium & Cimmerium, ut ex Polybii ſententia ſcribit Pli. lib. 4. cap. 12. interiacent millia quingenta. Hinc Boſphoranus, & Boſphorius. Cic. pro l. Man. Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet. Oui. 2. Triſt. Egerit Ionio, Boſphorioq; mari. Eſt item Boſphorus Steph. duarum urbium nomen: quarum alteram ad ſinum Cimmeriũ, & fretum eiuſdem nominis collocat quæ & Boſphoropolis dicitur: alteram in India conſtituit.

BOSTAR,{*Stalla de buoi*}(βουςάθμον)locus,ubi boues ſtare conſueuerunt.

BOSTRA.(Βόςρα)Phœnices ciuitas eſt,ad mare ſita. Strabo lib.16.

BOSTRYCHITES,(βοςρυχίτης)gēma crinib. mulierū ſimilis Pli.lib.37.cap.10.

BOSTRYCHVS,{*Zazzera*}(βόςρυχος)dicitur capillus plexus,& cæſaries,in modum muliebris comæ ornata. Firmicus lib.3. Venus criſpos crinium facit,& boſtrychis comatos.i.capillis muliebribus cæſariatos.

BOTIÆI,ſiue Bottiæi duplicato t,(Βοττιαῖοι)populi ſunt Thraciæ quorum meminit. Plin.lib.4.cap.11.

BOTIEVM.(Βοτίειον Stephano)oppidum Phrygiæ, Artęam habens paludē ſale fœcundam.

BOTANOMANTIA,(βοτανομαντία)magiæ ſpecies,quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluiſſe poetæ prodiderunt.

BOTRODIVS,uicus non longe a Segobria:quondam oppidum,ſed a Tyberio Graccho dirutum,ut refert Polybius.

BOTRVS,tri.{*Grappolo,racemo*}uua,racemus:a Græco βότρυς: quod παρὰ τὸ βοᾶ τὸ πατεῖν,Moſcopulus deduci arbitratur.

BOTRYO,onis,(βοτρύων)botrus,uel uua,præſertim condititia. Martial.li.11 Nec toto dignam ſe botryone putat.

BOTRYTIS,cadmiæ ſpecies quæ teſtudini ærarium fabricarum uuæ modo adhæret:unde & nomen habet. Vide Gal.lib.9.Simpl.

BOTRYPES,(quod hic pro nomine gemmæ corrupte legebatur)uide Boryptes.

BOTRYS,(βότρυς Dioſcoridi)herbæ genus,quod alio nomine Ambroſia,& a quibuſdam Artemiſia uocatur,ita dictum,ꝙ circa imum caulem ſemē habeat in ramulis,uuarum modo deprehendens,odore uinoſo. βότρυς enim Græci racemum uocant. Vide Plin.26.cap.4

BOTRYS.(βότρυς Steph.)oppidum eſt Phœnices,cuius mentionem facit Pl. lib.5.cap.20.in deſcriptione montis Libani.

BOTRYTES,(βοτρυίτης)gemma,quæ incipienti uuæ ſimilis eſt , alia nigra, alia pampinea. Vide Pli.lib.37.cap.10.

BOTVLVS,ſiue Botellus,{*Salciccia. Boc. Gior.8.No.3. Ben godi doue ſi legano le vigne con le ſalciccie*}farciminis genus ex carne Suilla:a bolis,id eſt, fruſtulis carnis,ut quidam putant,appellatus Martialis lib.5. Et pultem niueā premens botellus. Idem lib.14. Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ , Saturni ſeptem uenerat ante dies.

BOVATIM,ad ſimilitudinem bouis. Nigidius Figulus apud Non. Sunt & as ſimilanter dicta hæc canatim,Suatim,Bouatim,quæ ab animalibus ſumunt ur

BOVIANVM,Samnitium colonia uetus,dicente Pl.lib.3.cap.12. Samnitium, quos Sabellos , & Græcis Saunitas dixere,colonia Bouianum uetus,&c.

BOVICIDA,{*Mazza buoi*}(βουφόνος)qui bouem cædit,a quo Bouicidium.

BOVILIA,{*Stalle de buoi*}(βουςάσια)dicūtur loca in quibus boues morātur ſicut Ouilia in quibus oues. Co.li.2. Domitis armētis duplicia bouilia ſunt, hyberna,atq; æſtiua. Eadē etiā Bubilia dicuntur. Pla. Perſa: Enim metuo ne poſſim In bubile reiicere,ne uagētur. Cato c.4. Bubilia bona,beneq; ędificata,&c.

BOVILLÆ,arum,(Βοΐλλαι)Steph.)oppidum fuit in Latio haud procul ab urbe Roma,uia quæ Ariciam ducebat,ut inquit Aſcon. Nā ad bouillas interſectus eſt Clodius, Aricia rediens. dictæ bouillæ , quaſi bouis hillæ,quod eo uulnerata bos ſua trahēs inteſtina deuenerit. Vnde populus Bouillanus dictus eſt.

BOVILLVS,a,um,{*Di bue*}idē eſt,qđ bouinus,licet ſit diminutiuū Plinius: Bouillæ carnis iure facile curatur in eadem ſignificatione dicimus,& Bubulus.

BOVINOR,aris,pen.pro.{*Schernire,calunniare,sbeffare*}(λοιδορέομαι)conuitior,& quaſi in aliquem mugio. Vnde Bouinatores dicti ſunt, (λοίδοροι)quos deriſores dicimus: & Bouinatio,(λοιδορία)conuitium . Hæ tamen dictiones ab Aul.Gel.lib.11.cap.7.numerantur inter obſoletas,& deſitas,eaſq; iuxta ſententiam Cæſaris, non minus ꝙ ſcopulum præcipit eſſe fugiendas.

BOX,ocis,(βώξ)genus piſcis marini,a boando,ut putatur,dictum: cuius meminit Pli.li.32.cap.ult. Vide ſupra Bocas.

B ANTE R.

BRABASTHENES,mons quem Liu.lib.4.de bello Macedonico decē millibus paſſuum a Lacedæmone diſtare dicit.

BRABEVTÆ,(βραβευταὶ)a Gręcis dicuntur iudices ſpectaculorū,qui uictoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui uero præfectus eſt certaminis ἀγωνοθέτης dicitur. Gręci(autore Philoſtrato)ludis Olympicis decē iudices præficere ſolebant. Suet.de Ner. Nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat,ꝙ Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens. Suid. βραβευτὴς, διοικητὴς,κριτὴς,ἐφετὴς,καὶ βραβεῖον,ἐπινίκιον,ἀμοιβή. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores,quos etiam Latine Deſignatores uocamus: qui.ſ.cuiq; incedendi ordinem præſcribunt. Vide annot. Budæi.

BRABIVM,(βραβεῖον)pen.pro.& per literam b.in ſecunda ſyllaba,dicitur uictoria uel certaminis præmium.

BRACHÆ,(περισκελῆ,ἀναξυρίδες)a quibuſdam accipiuntur ueſtes fluxæ, in longæq; ac uarii coloris,quibus utebantur frigidioris plagę gētes,ut inquit Diodo.lib.6.& a quibus Brachata Gallia uocata eſt Narbonenſis prouincia, qđ ueſtes ferre intōſas,& uarii coloris. Brachas uſos fuiſſe Scythas docet Oui.ſcribēs: Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis. Vide Alex.ab Alex.li.5.c.18.& Gel.li.10.ca.21. Pomp. Mela,Brachati ſunt inquit,totum corpus Sarmatæ,& niſi,qua uident etiam ora ueſtiti Suet.in Cæſ. Iidem in curia Galli brachas depoſuerunt,latum clauum ſumpſerunt. Cor. Tac.lib.8.ſic ait. Ornatum Cecinnæ municipia,& coloniæ in ſuperbiā trahebāt,ꝙ uerſicolori ſagulo brachas barbarū tegmē indutus,togatos alloqueretur. Alii ſcribūt gemino c, ſine aſpiratione.

BRACARI,ſiue Bracares,populi Hiſpaniæ Tarraconenſis,ad Minium fluuiū, qui unū cōſtituunt ex ſeptē Hiſpaniæ citerioris cōuētibus,quē Bracarū conuentū uocat. Pli.li.3.cap.itē 3. Nunc(inquit)uniuerſa prouincia diuiditur in conuētus ſeptem,Carthaginenſem,Tarraconenſem,Cæſar auguſtanum, Cluneſem, Aſturum,Lucenſem,Bracarum. Ptolemæus li.2.ca.6.Bræcaros appellat, eos ꝑ inter Gallæcos annumerat:eorumq; metropolim Bræcaram. Auguſtam uocat.

BRACHARA,uide ſupra Bracari,& infra in dictione Bræcara.

BRACHARII,Bracharum ueſtium confectores Lampri. Ob quod Alexander Imperator uectigal inſtituit bracharioruim,linteonum,& pellionum

BRACHATVS,bracha indutus. Cice. pro Font. Si exiſtimatis eos hic ſagatos, Brachatoſq; uerſari animo demiſſo,atque humili,ut ſolent ii,qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices inferiores confugiunt.

BRACHATAM,Galliam, Plinii teſtimonio,conſtat dictam eſſe Galliam Narbonenſem, Romanorum prouinciam,à Brachis genere ueſtis , quo eius regionis homines præcipue utebātur. Hæc alpibus ab Italia diſcernitur,& Varo amne. Reliqua autem Gallia à ſtudio nutriendæ comæ Comata dicta eſt .

BRACHIALE,{*Giontura della mano.& mantle*}(καρπὸς , Theod.)dicitur nodus,quo manus cū brachio iungitur,coarctaturq;. Vel ſic, Brachialia,(περιβραχιόνια)brachiorum ornamenta,& tegumenta,ſicut Ventralia uentris, Frōtalia Frontis, Tibialia tibiarum. Plin.lib.18. Lais, & Salpe canum rabioſorum morſus,& tertias quartanaſq; febres aiunt leniri,menſtruo in lana arietis nigri, & argenteo brachiali incluſo.

BRACHIATVS,ta,tum,quod eſt ad brachiorum modum factum,& ad uites præcipue pertinet. Colum.lib.6. Alii capitatas uineas,alii brachiatas magis probant,quibus cordi eſt,in brachia uitem componere.

BRACHIVM,{*Braccio*}(βραχίων,ονος)aliquando totum membrum cū manu comprehendit. Verg.lib.5. Et cunctis attollit brachia palmis. Aliquādo ab humero ad cubitum,id eſt,pars ſuperior,quæ Armus dicitur. Nam armos,humeros cum brachiis,ſed non econtrario dicimus: à cubito uero uſque ad uertebram magnus, Lacertus nuncupatur. Ouid.lib.1. Meta. Laudat digitoſq; manuſq; Brachiaq;,& nudos media plus parte lacertos. Transfertur interdum ad maris,& montium ſinuoſos flexus. Ouid.1. Metam. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Brachiolum,li,diminutiuū. Catul. Mitte bracchiolum teres, Prætextate,puellulæ.

BRACHMANES,uel Brachmanæ,(βραχμᾶνες Stephano)Indiæ ſapientes diligentiſſimi ſyderum obſeruatores. Horum uitam deſcripſit Bardeſanes Babilonius(ut ſupra admonuimus)qui Gymnoſophiſtarum duo tradit genera: quorum illi,qui ex generis ſucceſſione ueluti hæreditariam ſapientiæ poſſeſſionem amplectebantur, Brachmanes dicti ſunt,qui uero electione ad Philoſophiæ profeſſionem aſſumebātur, Samanei. Ad hos profectus eſt Apollonius Thyaneus, ut Iarcham in ſolio aureo ſedentem de ſiderum motu audiret diſſerentem: ut teſtatur Hieronymus in præfatione Bibliorum .

BRACHODIS,(βραχώδης)promontorium eſt Africæ proprie dictæ,in extimo Syrtis paruæ cornu. Auctor Ptol.lib.4.cap.3.

BRACHIBII,à Dionyſio uocantur Aethiopes à uitæ breuitate . Siquidem quadrageſimum annum non excedunt.

BRACHYCATALECTON,(βραχυκατάληκτον)breuis terminatio uerſus,cui deſunt in fine ſyllabæ. Nam in eo,ut perfectus ſit,deeſt integer pes. Vnde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

BRACHYLOGIA,(βραχυλογία)breuiloquium, Laconiſmus. Vide Quintilianum lib.9.cap.3.

BRACTEA,& Lamina,{*Lama,laſtra,piaſtra*}(ut ſcribit Valla lib.4. ca.57.) ſic differunt,quod Lamina craſſior eſt,ex qua armatura conficitur,& qua inceſa olim homines torquebantur. Poteſt autem eſſe ferrea, ærea, & argentea,electrea,orichalcea,plumbea,aurea,lignea,cornea,ſiue ex alia materia. Bractea tenuis magis eſt,& ſua ſponte placabilis,quæ crepitat. Verg.lib.6. Sic leni crepitabat bractea uento Bracteis inaurari ſimulachra ſolebant ,ſed unguibus plerunque auferebātur. Martialis: An magis aſtuti deraſa eſt,ungue miniſtri Bractea. Et ſeruus qui Bracteam deraſerat,apud Suetonium,damnatus eſt. Dicta Bractea ἀπὸ τοῦ βράχειν,hoc eſt, à reſonando.

BRACTEARIVS,{*Lamieri,piaſtrieri,batti l'oro*}qui bracteas facit : cuius ars, Bractearia:& Bracteatum,quod bracteis tegitur. Bud.in Pand.

BRACTEATOR,idem quod Bractearius. Firmi. Quicunque habuerit horoſcopum in 17.parte Scorpii,erit aurifex,inaurator,& Bracteator .

BRACTEOLA,diminut.foliolum auri,alteriuſ've metalli , Iuuen. Qui bracteolam de Caſtore ducat.

BRACTIA,inſula,unde Brattia .

BRÆCARA Auguſta,oppidū Tarraconenſis Hiſpaniæ, non procul à Minio fluuio. Vide Ptolemæū li.2.c.6. & ꝙ ſupra annotauimus in dictione Bracari .

BRAGADAS,(βραγάδας)pen.cor.fluuius qui iuxta Vticam labitur , apud quem Attilio Regulo,& à toto exercitu cum baliſtis & catapultis ſerpens centum & uiginti pedes longus occiſus eſt . In caſtigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluuius,non Bagrada .

BRANA,Turdulorum oppidum eſt in Hiſpania,in conuentu Cordubenſi. Pli. lib.3.cap.1.

BRANCHIDÆ, Apollinis Didymei ſacerdotes ſunt apud Poſideum oppidū & promontorium Ioniæ:qui locus,teſte Plinio lib.6.cap.29.prius Branchidarum oraculum dicebatur , deinde Didymei Apollinis : à litore diſtans ſtadiis 20. Vide Strabonem lib.14.

BRANCHIÆ,arum,(βράγχια)dicuntur in piſcibus, ſecundum ceruicem ſolitū more hiantes partes, quibus anhelitū reddere ,ac per uices recipere exiſtimantur. Pli.li.9.ca.18. Branchiæ non ſunt balænis,nec delphinis . Hæc duo genera fiſtulis ſpirant,quæ ad pulmonem pertinent,balænis a fronte,delphinis à dorſo.

BRANCHVS,(βράγχος)raucedo,& aſperæ arteriæ paſſio cū humor ad guttur deſcendit,ita ut madente interiore pellicula uox raucefcat . Vnde & Arteriacum hoc uitium appellant,ꝙ aſperam arteriam peculiariter infeſtet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum,nimia uociferatione , uel frigidi aeris inſpiratione,ut & Aegineta aſſerit,& experientia ipſa confirmat.

BRANCHVS,ut ſcribit Lactantius,filius fuit Apollinis,ex filia Iaucis & Sucronis coniuge ſuſceptus,qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet , ab eo captus,coronam & uirgam accepit,cœpitq; uaticinari, & ſubito nuſquam apparuit: poſt hoc ingens templum eſt ei ædificatū,quod Branchiadon nominarunt. Idem auctor alibi dicit Branchum,quondam Theſſalum fuiſſe,ab Apolline maxime dilectum,cui poſt mortē in ſuo templo ſacra fieri idem iuſſit. Hinc Apollo Branchiades dictus eſt,& Branchiadæ communes Apollinis et Branchi ſacerdotes,qui Apollinis Didymei oraculo præfuerunt. Branchi meminit Statius li. 3. Theb. Strabo lib.14.

BRANCOSI,populi ſunt Indiæ,quorum meminit Plin.lib.6.cap.20.

BRASIDAS,(βρασίδας)Lacedæmoniorum dux fuit,qui circa Amphipolim cum pauciſſimis cinctus ab Athenienſibus,quā hoſtiū copiæ tantiſſimæ erant, ſibi

ſibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

BRASSICA, {*Cauolo Bor il ſecco era pieno di ſtronzuti cauoli*} (κράμβη) pecor. herba eſt uulgo caulis nomine nota: ita dicta quaſi Præſeca, teſte Varrone, quia ex eius ſcapo, quem maximum habet, folia minutatim præſecãtur. Cato de Re ruſt. cap. 156. & 157. Braſſicarum tria facit genera: Vnum cateníis folijs, caule magno: alterum criſpo folio, quam Apianam uocant & Schnada: tertium minutis caulibus. Hinc herbæ tantum traditur eſſe cum uite diſſidiũ, ut uitis, ſi prope ſe ſata ſit braſſica, in diuerſam refugiat partem. Ci. de Nat. Deo. Iam uero uites ſunt clauiculis adminicula, tãquam manibus apprehendunt, atque ita ſe erigunt: ut animantes: quinetiam à caulibus, braſſicisq; ſi prope ſata ſint, ut à peſtiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.

BRATTIA, inſula eſt, una ex ijs, quæ Illyrico adiacent. Scribit enim Pli. lib. 3. cap. ult. Illyrici horam, q uadoſum ibi ſit mare, mille amplius inſulis frequentatam eſſe: inter quas enumerat Brattiam, bobus, & capris laudatam.

BRAVIVN, unde Brabium.

BRAVRON, (Βραυρών) Atticæ oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ ſacellum eſt. Auctor Strab. lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

BRAVVM, (Βραῦον) urbs Hiſpaniæ Tarraconẽſis, ſub Cantabris ſita, auctore Ptolemæo, quæ eadẽ eſſe creditur cum ea, quam illi ſua lingua Burgos uocant.

BREGMA, (βρέγμα) à Medicis propriè appellatur pars anterior capitis ſupra frontem capillis tecta: quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite poſitum inuenitur.

BRENDA, à Poetis breuitatis cauſa appellatur Apuliæ urbs Brunduſium. Vide ſuo loco.

BRENNVS, uel (ut alijs placet) Brenno, (Βρέννος) dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ urbem ædificauit: quę poſtea literarum mutatione Verona dicta eſt. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, primum Romanos apud Alliam fluuium profligauit: deinde ad urbem pergens, eandem cepit, totamq; excuſſit præter Capitolium, in quo nobilior iuuentus, confugerat: ſed cum & illud aggrederetur. Romani cum illo conuenerunt, ut acceptis aliquot auri talentis obſidionem relinqueret. Cum igitur aurum penderetur, ipſe dux gladium ſuum Vagina educens, & hunc penſari imperauit: ſed cũ hoc Romani, ut rem iniuſtam recuſarent, atque ita inuicem cõtenderent, Camillus exul, qui abſens Dictator creatus erat, collectis ijs, qui Roma profugerant Gallos, ex improuiſo adortus eſt: qui relicto auro, cum maximo ſuorum detrimento fuga ſibi conſulere coacti ſunt. Camillus uero eos continuo perſequens ex Italia expulit. Poſtremo Brennus Apollinis Delphici templum prędę cauſa ingreſſus, ira numinis ſe interfecit. Propert.

Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum.

Vide quoque prouerb. Quid uictis, niſi dolor?

BRENTESIVM, unde infra Brunduſium.

BREPHOTROPHIA, (Βρεφοτροφεῖα) Latinè paruulorum hoſpitalia: quibus infantes expoſititij aluntur. βρέφος enim infans nominatur, τρέφω educatio. De quibus in Decretis. 23. q. 8.

BREPIVM, promontorium eſt Achaiæ, teſte Plin. lib. 4.

BRETENA, urbs Italiæ ſub Venetia Ptolemæo Brintum hodie.

BRETOLÆVM, Ptolemæo, Luſitaniæ oppidũ eſt, quod hodie Britiũ dicit̃.

BREVCI, teſte Pli. lib. 4. cap. 35. ſunt Pannoniæ populi ad Sauum fluuium.

BREVNI. Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim ſcribit lib. 3. cap. 20. Gentes, Alpinæ deuictæ, atque ſub imperium populi Romani redactæ, Trumplini, Camuni, Vennones, Venoncteſ, Hiſarci, Breuni &c.

BREVE, {*Breue, corto, picciolo, raccolto. Pet. Breue conforto à ſi lungo martiro*} (βραχύ) dicitur quod opponitur longo. Cic. pro Archia. Quid eſt, quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? Ho Horat. 4. Carm. Sed Cynarę breues Annos fata dederunt. A quo Breui aduerbium, quod ſignificat paucis uerbis, ſiue breuiter, uel breui tempore. Cic. Curioni. Breui tamen ſic habeto, in eum ſtatũ temporũ tuum reditum incidere. Poteſt eſſe et ablatiuus, ut ſubintelligatur Tempore. Ci. in Ver. Breui poſtea mortuus eſt. Idem ad Terentiam ſuam ſcribens Tempore comunxit: Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames in urbe ſit. Et ad Octauium poſuit cum præpoſitione In. O miſeram, & in breui tam celerem, & tam uanam reip. commutationem. Aliter Gel. lib. 13. cap. 17. Fuit autem inquit Aeſchylus non breui antiquior Euripide: hoc eſt, non multo tempore ante Euripidem. Breuiter aliud aduerb. idem quod breui. Cic. de Amic. Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter & commode dicta, memorię mãdabam. Breuiſſime. Cic. 7. Ver. Tantum breuiſſime dico Iudices. Hinc etiam deducuntur Breuio, as, are, βραχύνω. Quint. lib. 1. ca. 9. Quia & breuiare quædam, & exornare ſaluo modo Poetæ ſenſu, permittitur. Et breuiloquus, (βραχυλόγος) qui aliud paucis ſcribit, aut dicit. pro quo Breuiloquens, tis, dicitur. Cic. ad Atti. lib. 7. Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit. Et Breuiloquentia, ſiue Breuiloquium, βραχυλογία. Cic. de Repub. ex Gell. lib. 12. cap. 1. Breuiloquentiam in dicendo, colat. Item breuitas, atis, (βραχύτης) ut Breuitas arboris, Breuitas diei. Ci. Offic. lib. 2. Breuitatis cauſa uno exemplo contenti erimus. Breuis item, & Breue, maſc. & neut. generis à quibuſdam dicuntur in eo ſignificato, quo uulgus uſurpat. Breue Apoſtolicum, ἐπιτομή. Lamprid. Milites ſuos ſic ubique ſciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium. Flauius Vopiſc. in Aurel. Breue nominum conſcripſit.

BREVIA, um, (βραχέα Thucydidi) uadoſa loca ſunt in mari, nauibus inſidioſa. Verg. Aen. 1. In breuia & Syrtes urget.

BREVIARIVM, {*Sommario*} (ἐπιτομή) compendium, ſummarium, opus conciſum. Plin. lib. 18. Verum ut pariter omni) culturæ breuiarium peragatur. Sueto. in Aug. Fecit & breuiarium totius Imperij, quãtum militum ſub ſignis ubique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & uectigaliorum reſiduis.

BREVIO, as, are, unde Breue.

BRIAREVS, (Βριάρεως) gigas, Cœli & Terræ filius, quem poetæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta uentres. Hunc fingit Homerus, cum Pallas, Iuno, Neptunus, aliiq; ex dijs nonnulli, aduerſus Iouem cõiuraſſent, per ſuaſum à Thetide in cœlũ aſcendiſſe, ut Ioui ſuppetias ferret, deosq; cõiuratos illius aduentu territos à ceptis deſtitiſſe, & cum Ioue in gratiam rediſſe. Hæc Homerus 1. Ilia. ubi etiam hoc addit, à ſuperis quidem Briareum dictũ fuiſſe, ab hominibus autem Aegæonem, Alij Briareum inter eos numerant gigantes, qui aduerſus Iouem conſpirarunt. unde à Verg. li. 6. cum alijs monſtris in ueſtibulo inferorũ collocatus. Dictus Briareus à corporis robore. Nã βριαρὸν Græci Pro forti dicunt, & robuſto.

BRIAS, BRIADIS, (Βρίας) urbs eſt Piſidiæ regionis in Aſia. Autor Str. lib. 12. Artemidorum antiquum ſcriptorem citans.

BRIGANTES, (Βρίγαντες) Hyberniæ populi ſunt, teſte Ptolemæo lib. 2. ca. 2. Horum ciuitas hodie Ganaſneda uocatur.

BRIGANTIVM, oppidum eſt Rhætiæ, ad lacum Acronium, ſiue Podamicum, qui & Brigantinus ab oppidi huius nomine appellatur.

BRIGIANI, populi inter Alpinas gentes Plinio numerantur lib. 3. cap. 20.

BRIGIDA, mulier uitę ſanctitate inſignis Romam uenit e Suetia, Vrbano V. Pontifice Maximo, quatuor liberos mares, ac totidem fœminas, omnes ſanctos habuit, inter quos Catharinam, quæ cum uiduam Romam comitata eſt: cuius etiam cura atq; opera in patriam relata eſt. Autor Volaterranus.

BRILESSVS, Atticę mons eſt, Plinio lib. 4. cap. 7.

BRILETVS, Atticæ mons, in quo bina leporibus ſunt iocinora, ceruis renes quaterni, pennatis autem & ſquamoſis nulli: ut ſcribit Pli. lib. 11. ca. 37. Suſpicor eundem eſſe cum eo, quem idem lib. 4. cap. 7. Brileſſum uocat: unde & Brilettus ſcribendum uidetur Atticorum more, qui dictiones eas, quæ κοινῶς per duplex σς ſcribi ſolent, geminato ττ efferunt.

BRIMO, (Βριμώ) unum eſt ex Hecates, ſiue Proſerpinę nominibus: ἀπὸ τῆς βριμῆς hoc eſt, à terrendo impoſitum: eo q nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur: ut ex Apollonij interpretibus annotauit. Cœl. Rhodig. libro. 11. cap. 16.

BRISA, æ, (Βρίσα) promontorium Leſbi, in quo Dionyſius colitur, qui ab eo Briſæus appellatur. Stephanus.

BRISA, æ, uinaceorum maſſa, ex qua uini uel aquę affuſione fit uinum ſecundarium. Colu. lib. 12. ca. 39. Poſtea uinaceos calcare, adiecto recentiſſimo muſto, quod ex alijs uuis factum fuerit, quas per triduum inſolaueris: tuo permiſcere, & ſubactam briſam prælo ſubijcere, paſſumq; ſecundarium ſtatim uaſis oblinitis includere, ne fiat auſterius.

BRISABRITÆ, Indiæ populi trans Indum fluuium, quorum mentionem facit Pli. lib. 6. cap. 20. in deſcriptione Indi fluminis.

BRISEIS, pe. pro. (Βρισηΐς) Lyrneſſia puella fuit a patre Briſea ita appellata, cum uero nomine Hippodamia uocaretur. Hęc, capta Lyrneſſo urbe, Achilli uictori in ſortem ceſſit, & poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis diſſidij cauſa fuit inter Agamemnonẽ, & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium: neq; unquam adduci potuit, ut arma ſumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad uindictam extimulauit. Extat huius Briſeidos ad Achillem epiſtola apud Ouidium in Epiſtolis Heroidum.

BRITANNIA, {*Inghilterra*} (Βρεταννία) Straboni per duplex nn, inſula in Oceano ſeptentrionali, omnium, quæ Europeæ adiacent maxima. unde et orbẽ alterũ quidã ex Poetis appellauere. a Britone rege Britãnia dicta: cũ prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigantibus primo apparẽt. Hodie in duas diuiſa eſt partes, quarum alterã, quæ in Septentrionẽ uergit, Scoti incolunt, Caledoniæ ſyluæ nomine cognitam alteram, quæ cultior eſt, & Belgis uicinior, Angli tenent Saxoniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulſis Hæc Ab Ortu Germanico, ab Occaſu Hybernico, a Septentrione Caledonio Oceano abluitur: ad Meridiẽ uero anguſto freto a Belgis dirimitur. Porrigitur in longũ octingentis millibus paſſuum. Io ex Gagates lapis inuenitur, qui ardet in aqua, & oleo reſtinguitur. Vrbem habet Londinum, nũc Londram, copia negotiatorum celebrem. Inter Septẽtrionem & occidentem (ut celebres Geographi tradunt) duæ ſitæ ſunt inſulæ, Britannia, & Hybernia paulo minor Britannia. ultra quas ſunt quadraginta inſulæ Orcades appellatæ, modicis ſpatijs inter ſe diſtinctæ. Apud Britannos longiſſimus, dies 17. horarum deprehenditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes, autore Plin.

BRITANNICA, Plinio lib. 25. cap. 3. herba eſt folijs oblongis & nigris radice item nigra, neruis, & dentibus ſalutaris, & contra anginas, & ſerpentũ morſus efficax remedium habens. Huius flores Vibones uocantur quibus ante tonitrua deguſtatis, milites aduerſus fulminum ictus prorſus ſecuri reddebantur. Scribit Plinius loco iã citato, promotis a Germanico trans Rhenum caſtris, in maritimo tractu fontem fuiſſe inuentum aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderunt, compagesq; in genibus ſoluerentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiſſe, a Friſijs Romano militi commonſtratam.

BRITANNICVS, a, um, {*D'Inghilterra Ingleſe*} (Βρεταννικός) poſſeſſiuũ eſt a Britannia deductũ. Iuue. Sat. 7. Quantum delphinis balæna Britannica maior. Ci. 3. de Nat. Deor. Quid æſtus maritimi, uel Hiſpanienſes, uel Britannici, eorũq; certis temporibus uel acceſſus, uel receſſus ſine Deo fieri nonne poſſunt?

BRITANNICVS, item nomen fuit filij Claudij Cæſaris, ex Meſſalina quẽ primo Germanicum, & mox Britannicũ appellauit: qui quamuis adhuc infans a patre in caſtris ſæpe circumlatus fuiſſet, & militibus commendatus, Neronis tamen opera ueneno ſublatus eſt. ut eſt uidere apud Tacitum lib. 13.

BRITANNVS, ni, {*Ingleſe*} (Βρεταννός) gentile a Britannia inſula deductũ. Verg. Eclog. 1. Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

BRITIVM, Luſitaniæ oppidum, apud Pli. lib. 4. cap. 21.

BRITOMARTIS, puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate, Iouis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc eſt, a retibus, quorum uſum in uenatione traditur inueniſſe. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamaſſe, cuius uim cum alioqui effugere non poſſet, ex alta ſe ſe rupe in mare præcipitauit. Vide Verg. in Ciri, & diodorum lib. 5.

BRITONA, puella Cretenſis fuit inſignis forma, & Dianæ in primis dilecta, q̃ cum Minois uim alioqui declinare non poſſet, in fluuium ſe pręcipitauit: iacturam uitæ q̃ pudicitiæ iacturam facere. Hæc a Diodoro lib. 5. & Verg. in Ciri, Britomartis dicitur.

BRITONES, {*Bertoni*} populi ſunt minoris Britanniæ, quæ eſt Galliæ Celticæ regio, ad mare oceanum ſita. Normannis, ac Pictauis conterminata. Hi olim Britanniam inſulam dicuntur incoluiſſe, indeq; ab Anglis Saxoniæ populis expulſi, in aduerſo litore ſedes fixiſſe. Iuuenal. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

BRYSEVS,(Βρυσεὺς)unum ex agnominibus Bacchi,ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod ſignificat inundare & madefacere: uel(ut alij malunt)à Bryſea Laconiæ ciuitate. Vide dictionem præcedentem.

BRYSIÆ,(Βρυσιαὶ)urbs Elidis,Stephano.

BRYTON,(Βρύτον)potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt Sophocles in Triptolemo,& Aeſchylus in Lycurgo. Ariſto. πῖνον uocat.

B ANTE V.

BV,(Βοῦ)particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere,à magnitudine, ſcilicet bouis. Hinc Bupædas,magnos pueros:Bupodas, magnos pedes: Bulimiam,magnam famem dixere.

BVA,(Βρῦν, Ariſtop.)puerorum infantium potio eſt. Varro,Cum cibum ac potionem Pappas,& Buas uocent,& matrem Mammam,& patrem Tatam. Luci.lib.8.Cum uinulentas diceret,uini buas deſignauit.

BVBALVS,{Bufolo}(Βούβαλις)pen.cor.animal eſt ſimile boui: uel ſylueſtris bos,colore niger,fortiſſimis cruribus,& breuibus reſpectu ſui corporis,cornua habet longa,& inflexa nigraq́, parui pili,& paruæ caudæ.præterea eſt magnæ uelocitatis.Plinii ætate bubali Romæ erant ſolo nomine noti. Vnde non mirū uideri debet,ſi ceruꝰ aut uituli figura eſſe dixerit, Primi autem bubali credūtur ex Africa eſſe aduecti: nunc autem tanta eorum in Italia copia eſt, ut uice alio animali ad agriculturam utantur. Itali etiam hodie unica litera immutata Bufalum uocāt. Hinc fit adiectiuum Bubalinus,a,um: ut, Thoraa bubalinus ung collet de buffle. Bubalina ſtragula à Iureconſulto dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant,ex pellibus.n.bubalinis fiebāt antiquitus ſtragula ad equos. Bayſius.

BVBALVS,pro pictoris nomine uide Bupalus.

BVBASTIS,(Βούβαστις Herodoto)ſiue Bubaſtus(Βούβαστος Stephano) Aegypti urbs,in qua quotannis cōuentus celebrabatur in honorem Dianæ: quæ & ipſa Bubaſtis ab urbis huius nomine fuit appellata. Oui.9.Meta. Cum qua latrator Anubis,Sanctaq́ Bubaſtis. Hinc Bubaſites nomos,appellabatur quędā ex Aegypti præfecturis:urbi huic proxima: cuius meminit Ph.lib.5.cap.9.

BVBASVS,Cariæ regio eſt,cuius mulieres ab Ouidio uocantur Bubaſides,cū inquit lib.4.Metam.Bubaſides uidere nurus.

BVBEIVM,natio eſt,uel oppidum Cyrenes,teſte Plin.lib.5.cap.5.

BVBETANI,Campaniæ populi,Corioláis uicini. Auctor Plin.lib.3.cap.5.

BVBETIA,Vide Bupetiū.

BVBILE,is,pen.pro.{Stalla da buoi bouile}(Βουστασία,Βούσταθμον) boum ſtabulum,quod & Bouile dicitur.Colum.li.2.Lata bubilia eſſe oportet pedes decē. Plaut. Perſa: Metuo ut poſſim,in bubile reiicere,ne uagentur.

BVBINDA,fluuius eſt in Orientali latere Hyberniæ apud Ptolemæum libro & cap.2.

BVBINO,as,pen.pro.{Imbouinare}menſtruo mulierum ſanguine inquino: cuius compoſitum eſt Imbubino.Lucilius apud Non.Hæc te imbubinat: at hic contra te imbulbitat. Nam Imbulbitare(βολβιτίζειν) eſt pueri ſtercore fœdare. Tractum à fimo,quod βόλβιτον Græci uocant.

BVBO,nis,{Alocco}(Βύας)gen.maſc.& fœm.ſecundum Priſcianum, auis feralis,debilis ad uolandum,in cauernis commorans,à bouis mugitu,quem imitari uidetur,ita appellata. Ver.lib.4.Solaq́ culminibus ferali carmine bubo. Bubones(Βουβῶνες)tumores quidam ſunt pręter naturam,in quacunque corporis parte prouenientes,ſed maxime circa inguina:unde & nomen acceperunt:Nam & inguina quę Græci βουβῶνας appellant.

BVBON,(Βουβών)ciuitas eſt Cabaliæ,quæ Lyciæ eſt regiuncula, tribus oppidis habitata,Onoanda,Balbura,& Bubone. Auctor Plin.lib.5.ca.27. Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit,quemadmodum & Balburam ab alio latrone,nomine Balburo.

BVBONA,boum,dea habita eſt:quemadmodum Pomona pomorum.

BVBONIVM,(Βουβώνιον)herba eſt, quæ alio nomine After Atticus dicitur à capitulis quibuſdam,quæ in cacumine habet,ſtellæ in modū radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione,qua à Græcis Bubonium, ꝙ ſcilicet præſentaneum ſit affectorum inguinum remedium. Vide Plinium li.27.cap.5.

BVBONOCELE,pen.pro.(Βουβωνοκήλη)teſte Manardo,herniæ ſpecies eſt, cum inteſtinum aut omentum non intra ſcrotum deſcendit, ſed in inguine retentum,ipſum tumefacit. Latini Inguinis ramicem appellant.

BVBSEQVA,pen.cor.{Guardiano de buoi, uaccaro. Sannaz. Oue trouai da dieci uaccari}bubulcus qui boues ſequitur,βουκόλος.Sidon.ad Eutropium.Si relinquare inter bubſequas ruſticanos,ſubulcosq́ runcantes, tunc eſt tibi ſumma uotorum beatitudo.

BVBVLA,(quod hic pro Libyæ Cyrenaicæ oppido male legebatur)uide Bulubia.

BVBVLCITOR,aris,(Βουκολέω)pen.cor.bubulci officiū facio,Plaut.in Moſtel.Decet me amare,& te bubulcitarier.

BVBVLCVS,{Biſolco.Petr.Ne paſtori appreſſauan ne biſolci}qui bobus arat, ſiue qui boues fundi aratorios paſcit,βουκόλος.Cic.1.de Natu.Deo.Hoc uero eum ſomnio commotum,mane bubulco præſto ad portam fuiſſe,quæſiſſe ex eo quid eſſet in plauſtro.

BIBVLVS,a,um,pen,cor.{Bouino}(Βόειος) adiectiuum à boue formatum, idem ſignificans,quod Bouinus. Plin. Stomachum exulceratum lactis aſinini ac bubuli potus reficit. Colu.lib.7.defricari bubula urina conuenit. Pro eodem dicimus & Bouilius.

BVCA,oppidum eſt Frentanorum in quarta Italiæ regione. Auctor Plin.lib.3. cap.12.

BVCARDIA,(Βουκαρδία)lapillus bubulo cordi ſimilis,in Babylone tantum naſcens. Plin.37.cap.10.

BVCCA,æ,{Bocca Dant. La bocca mi baſciò tutta tremante}(κόρρη, γνάθος) oris concauitas intra malas à mēto ad oculos, quæ ſpiritu à pulmone reuocato & oppreſſis labiis retento inflatur. Hora.li.1.Ser.Quid cauſæ merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plau.in Tru.pro maxillis exterioribus poſuit:Quæ iſtas buccas tā belle purpuriſſatas habes:id eſt,ipſas malas. Et ſonus ille qui ex inflatione buccarū erumpitur,fictitio nomine Scloppus dicitur. Perſius:Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas. Buccas inflare eſt τὰς γνάθους φυσᾶν & apud Lucia.κατὰ φυσῶν. Quicquid in buccam uenerit ſcribere,aut loqui dicimus:pro eo quod eſt,Quicquid in mentem uenerit, ex tempore & impræmeditate προχείρως.Cic. Ad Att.Si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit ſcribito. Item Bucca tuba dicitur. Iuu.Sat.6.Et Phrygia ueſtitur bucca tiara. Hinc Buccina.

BVCCEA,cææ,{Boccone}(ψωμὸς,ψωμός,βλωμός)a bucca fit pro ore,& ſignificat fruſtulum alicuius rei eſui aptæ quantum ſcilicet bucca commode capit:ꝙ & Bolus dicitur. Aug. Cæſar ad Tiberium:Ne Iudæus quidem,mi Tyberi,tā diligenter ſubbatis id ieiunium ſeruat quam ego hodie ſeruaui,qui in balneo demum poſt horam primām noctis,duas bucceas manducaui priuſquam ungi inciperem. Martial.lib.7.buccas dixit pro Bucceas,uel Bucellas,Bucas (inquit) placentæ ſordidas linit mappas.

BVCCELLA,(ψώμιον)diminutiuum a buccea.

BVCCELLARIVS,Suidas buccellarios Gallogræcos fuiſſe ſcribit: & Buccellariorum regionem,Gallogræciam. Copioſius Alciatus libro Diſpunc.

BVCCELLATVM,{Pan biſcotto,pan biſcottato,biſcotto,}(ἰψωμισμένον) panis caſtrenſis & frumentacei genus,de quo Spart ſcripſit, Peſcenium Imperatorem prohibuiſſe piſtores exercitum ſequi,ac iuſiſſe milites omnes bucellato in locis pacatis accepto eſſe contentos, Ammianus uero ſic ſcribit: Viginti dierū frumentum,ex eo quod erat in ſedibus conſumendum ad uſus diuturnitatem excoctum bucellatum,ut uulgo appellant,humeris impoſuit libentium militum. Vbi bucellatum accipere uidetur pro pane nautico, quem uulgus Bis coctum appellat. Dictum eſt ex eo,ꝙ in bucellas,& quaſi teſſelata fruſta confectum ſit Codicis uolumine legimus militia expeditionis tempore bucellatū prinuidiebus,mox lardum,carnem ueruecinam accipere debere.

BVCCINA,æ,pen.cor.{Corno,tromba}(σάλπιγξ,βυκάνισμα) proprie eſt cornu recuruum,quod tubæ modo inflatur:ita dictum a Bucca, cum tubam ſignificat. Hieronymus ad Dar. Bucca uocatur tuba apud Hæbreos, deinde per diminutionem Buccina dicitur Ouidius Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latum. Eſt quoq́ Buccina paſtoralis,qua oues & porci appellantur. Colum. lib.7. Ab quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt,cum paſtorali ſigno,quaſi receptus canitur. nam id quoq́ ſemper crepuſculo fieri debet, ut ad ſonum buccinæ,pecus ſi quod in ſyluis ſubſtiterit,ſepta repetere conſueſcat, Buccinas a tubis nonnulli ſic diſtinguunt,ꝙ illæ ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære,argentoue confici ſoleant,ad animos militum & equorum inflammandos. Apuleius certe lib.3.Florid.buccinam manifeſte a tuba fecernit,cum ait:Siquidē uox hominis & tuba rudiore toruior,& lyræ concentu uariatior,& tibiæ queſtu delectabilior,& fiſtulæ ſuſurro iucundior,& buccinæ ſignificatu longinquior. Sæpe tamen Buccinam pro tuba poſitam inuenimus,aut certe pro inſtrumento tubæ ſimili,eundem in bello uſum habente. Cicero pro Muræna:Te Gallorū, illum buccinatorum cantus exuſcitat:tu actionem inſtruis, ille aciem inſtruit. Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia,cuius meminit Dionyſius. Quo nomine etiam dicta eſt inſula, Pontiani pontificis exilio,& morte clara.

BVCCINO,{Sonare di cornetto}(σαλπίζω)pen.cor.buccina cano. Varro. 2. de Re Ruſt. Primo cum incluſerunt, cum buccinatum eſt,aperiunt,ut exire poſſint,&c. Vnde Buccinator (σαλπιγκτὴς,βυκανιστὴς)ꝙ buccina canit, ad incitādos ad prælium militum animos. Cæſ.2.belli ciui. Qua re animaduerſa Varus & terrore exercitus cognito,buccinatore in caſtris,& paucis ad ſpeciem caſtrorum in tabernaculis relictis,de tertia uigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit. Per tranſlationem etiam Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cicero Ttroni:Quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id, conſtantiq́ animo facias.

BVCCINVM,nii,(σάλπιγξ,βυκανίσμιον)idem quod buccina, hoc eſt cornu recuruum,quod tubæ modo inflatur. Buccinum item conchæ genus purpura minus,quod petris adhæreſcit,& circa ſcopulos legitur Plinius li.9.ca.36.uno in loco utranq́ ſignificationem expreſſit; Buccinum eſt,inquit,minor cōcha, ad ſimilitudinem eius buccini,quo ſonus edatur. unde & cauſa nominis,rotunditate oris margini inciſa.

BVCCONES,{Sciocchi}qui tumidioribus ſunt buccis, qui a Metopoſcopis leues iudicantur,inepti,& futiles. Vnde & pro ineptis & ſtultis uſurpauit Plautus in Bacchid. Stulti,ſtolidi,fatui fungi,bardi,blenni,buccones, ſolus ego omnes anteeo ſtultitia

BVCVLA,{Bocchina}per duplex cc,diminutiuum a Bucca oris parte:id eſt: puſilla bucca. Apul.lib.6.de Aſino:Tūc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuq́ ad os ſuum relata combaſiauit. Quandoq́ ponitur pro parte caſſidis, per quam mittitur ſpiritus,ita dicta,ꝙ buccam tegat:unde & buccarum tegmen a Cæſare appellatur. Caſſis enim caput buccula autē Barbatas partes armat. Aut certe pro ſummo galeæ conno,in quo defiguntur criſtæ,ꝙ buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. Iuuenal. Lorica,& fracta de caſſide buculapendes.

BVCCVLENTVS,qui magnam habet buccam. Plaut.in Merc. Ego dicam tibi canum,uarum,uentroſum,bucculentum.

BVCEA,per ſimplex c,folliculus grani fabæ int rior,qui albus eſt.

BVCENTAVRVS,{Bucentoro Venetus}(Βουκένταυρος)compoſita dictio a βοῦ quod magnū quoddā ſignat,& Centaurus:id eſt,magna nauis Centauro inſignata. Veteres enim ſolebant magnis rebus βοῦ ſyllabam præponere, a magnitudine ſcilicet bouis.

BVCENTES,{Tafano}(Βουκέντης)tabanus a,pungēdis bobus.κεντεῖν enim pungere ſignificat. Latini hoc inſecti genus Aſilum uocant Græci alio nomine οἶστρον. diſſimile eſt apibus,quamuis maiore corpore armentis præcipue infeſtū, De quo ita Verg.in Geor. Eſt lucos Silari circa, ilicibusq́ uirentem Plurimus Alburnum uolitans,cui nomen Aſilo Romanum eſt,œſtrum Grai uertere uocantes Aſper,acerba ſonans,quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta.

BVCENTRVM,(Βούκεντρον)ſtimulus,quo boues agitantur.

BVCEPHALVS(Βουκέφαλος)pen.cor.quaſi bouis caput: quo nomine dictus eſt equus Alexandri,ab aſpectu toruo,ſeu ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. In cuius demortui memoriam Bucephalam Indiæ urbem condidit.

BVCEPNALVS,(Βουκέφαλος)herba eſt eadem cum tribulo,ita dicta,ꝙ bubuli capitis imaginem referat duobus cornibus,& rictu. Vide Marcellū Vergilium in Dioſcoridem.

BVCEPHALIA,Plinio(Βουκεφάλεια.Stephano)Indiæ oppidum eſt ad Hydaſpem fluuium ab Alexandro Magno cōditum,& a nomine Bucephali equi ita appellatum,qui ibi interfectus fuit,eo in prælio,quo Alexāder Porum uicit.

Vide Plinium lib.6.ca.20.

BVCEPHALAS,(Βυκεφάλας)portus eſt in ſinu Saronico, non procul ab Iſthmo Peloponneſi: cuius meminit Pli.lib.4.cap.5.

BVCERIA,eriæ, boum armentum, ſiue bubulę generis grex. Lucret.lib.2. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Buceriæq́ greges.

BVCERVS,a,um,(Βούκερως)pen.cor. bubulę generis, epitheton eſt, idem ſignificans quod bubula habens cornua: ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ τῶν κεράτων. Ouid. in Metamorph. Armentaq́ bucera pauit.

BVCERAS,(Βούκερας,)herba eſt Theophraſto, quæ notiore nomine Fœnogræcum appellatur: ita dicta a figura ſeminis, quod corniculorum ſimilitudinē quandam præ ſe fert. Vide Plin.lib.24.cap.ulti.

BVCHIA,(quod hic pro Ioniæ loco perperam legebatur, uide Buthia.

BVCINNA,inſula eſt exigua Siciliæ adiacens, a Lilybeo promontorio in Africam uergens. Vide Pli.lib.3.cap.8.

BVCOLICA,orum,(βουκολικά)paſtorale carmen ita dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων, hoc eſt à bubulcis: quod paſtorum genus maximo apud ruſticos habetur in pretio.

BVCOLICON,(βουκολικόν)genus eſt Panacis, quod ex Macedonia affertur ita dictum quòd armentarii ſuccum eius ſponte profluentem excipiant. Vide Plin.lib.25.cap.4.

BVCOLIDN(Βουκολίων)Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea Nimpha Pædaſum, & Aeſepum ſuſcepit, Auctor Home.6.Iliad.

BVCRANIVM,(βουκράνιον)herba eſt, Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruellium lib.3.cap.131.

BVCVLA,{Vacchetta,}(βοΐδιον)per ſimplex c.diminutiuum eſt a boue, uaccā iuuenem & adhuc tenram ſignificans. Verg.li.1.Geor. Aut bucula cœlum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Item buculus maſculinum, paruus bos Colum lib.6.cap.2. Cum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

BVDA.{Buda} Vngariæ, ſiue Pannoniæ Metropolis eſt, non ita procul a Danubii ripa diſſita, olim munitiſſimum totius Germaniæ propugnaculum, nunc Turcarum ditioni paret, ut pene tota Pannonia, Germani uocant Offen.

BVDEA,penul.longa,)Βούδεια,) Stephano Magneſiæ ciuitas, a Budeo quodam cōditore dicta: a qua etiam Mineruæ, quæ in ea ciuitate colebatur, Budea dicta eſt. Hom. Βούδειον appellat. Eſt & Budea Phrygiæ oppidum Stephano.

BVDDA,Gymnoſophiſtarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex uirginis latere natum fuiſſe, credi uoluerunt. Cœl. Rhodigi.lib.14.cap.1.

BVDEI,(Βουδεῖοι) Medeæ populi, Stephano.

BVDINI,(Βουδῖνοι,)Scythiæ Europææ populi non procul a Boriſthene amne, Gelonis, Thuſſagetis, & Baſilidis finitimi: quorum meminit Plin.libr.4.cap.12.

BVDDRÆ,inſulæ duæ prope Cretam inſulam, ut ſcribit Pli.li.4.ca.12.

BVDORGIS,a Ptolemæo dicta creditur, Germaniæ ciuitas in Schleſiæ tractu, quæ hodie Vratislauia dicitur, uulgo Breſzlau.

BVDDRIS,Germanię urbs ē ſub ditione Comitis Palatini uulgo Heydelber.

BVDDRVM,(Βούδορον,)promontorium eſt apud Salaminem. Stephanus.

BVPO,{Botta, roſpo. Arioſt. Vna gonfiata & uelenoſa botta,}(φρύνος)rana terreſtris uenenata. Vergil.1.Georgicor. Inuentusq́ cauis buſo, & quæ plurima terræ monſtra ferunt.

BVGES,amnis eſt Schythiæ Europææ, qui flexū Mœotidis ſecat, ut autor eſt Pompo. Mela. Supra Bugē uero, amnes ſunt Agarus, quem Sagarim Ouidius nominat, & Lycus, clariſſimi Ptolem. Plinio auctore lib.4.cap.12. Buges lacus eſt, non fluuius, a Coreto Mæotides ſinu petroſo diſcluſus dorſo, & foſſa in mare emiſſus.

BVGLOSSVM,ſiue Bugloſſos,{Borrana, borragine. Bocc. Et cantar l'acqua corre alla borrana.}(βούγλωσσον,)herba eſt officinis & herbariis Boraginis nomine nota, diuerſa ab ea, quam uulgus hodie bugloſſam uocat. Nam ea Cirſion eſt, ſiue Bugloſſum maius. Dictum autem eſt Bugloſſum a linguæ bubulæ ſimilitudine. Alio nomine Euphroſynum dicitur, propterea q̀ in uinum deiecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin.li.25.cap.8.

BVGDNES,(Βουγονεῖς,)a Græcis dictæ ſunt apes, quoniam ex boue putrefacto naſci perhibeantur. Var. de Re ruſt.lib.2.cap.5.

BVLAPATHVM,(βουλάπαθον)herba eſt ex Lapathi generibus, ab oxylapatho ſola radicis altitudine differens. Vide Plinium libro.20.cap.21. & Ruellium li.2.cap.49.

BVLBINE,es. teſte Plinio lib.20.cap.9. herba eſt, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ uulneribus mirum in modum utilis eſt. Officinæ Maurorum uocabulo Bubigerim appellant, teſte Ruellio lib.2.cap.100.

BVLBITO,as, penult.cor.(βολβιτίζω,)pueruli ſtercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

BVLBVS,{Cipolla maligia. Bocc. Gior. 8. Nou.2. Et alcuna uolta un mazzo di cipolle maligie,}(βολβός,) Latine, Allium agreſte, ſiue Allium marinum, caulem & folia habens lilio ſimilia: cepæq́ genus eſt non abſimile Aſcaloniæ, quod Venerem impendio excitat, Martial.lib.12. Cum ſit anus coniunx, cum ſint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis, quam ſatur eſſe potes. Colum. lib.10. Quæq́ uiros acuunt, armantq́ puellas, Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi. Generaliter uero apud idoneos autores bulbi ſunt radices rotundæ, membranis ſuis tunicatæ, ſiue pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, ſiue quadantenus diſtinctæ ſeparentur: cuiuſmodi ſunt croci, narciſſi, collocaſiæ, ſcillæ, & arundinum. Pallad. Nunc & liliorum bulbos ponemus, uel lilia ante habita ſariemus ſumma diligentia, ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbos ſauciemus, qui a matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Idem: Violarum plantæ, & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro & Apicius ita ſcribunt: Aqua decoquant bulbos, qui Veneris uſum quærunt. Ex bulborum genere Cato maxime celebrauit Megaricos, ita dictos, quod e Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alii Scillam nobiliſſimam faciunt, medicamenti, & aceto exacuendo natam. Vide Plin. libro.19.cap.5. A bulbus deducitur bulboſus: ut Radix bulboſa, in qua bulbi conſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib.21. cap. 17. Semipedali radice, bulboſa, molli, tribus, aut quatuor agnatis.

BVLEVTA,tæ,{Conſigliere, ſenatore}(βουλευτής)Latine dicitur conſiliarius, ſenator, decurio: à βουλή, ſenatus, conſilium. Pli. in Epi. Claudiopolitani quoq; in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balneum defodiunt magis, q̄ ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ addunt beneficio tuo.

BVLEVTERIDN,{Luogo ò ſala doue ſi fanno i conſigli, corte}(βουλευτήριον)Græci uocant ædificium amplum, conſiliis publicis deſtinatum, Latine curiam uocare poſſumus. Cic.4. Verr. Deinde ut in curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterion uocant. Pli.li.36.cap.15. inſigne buleuterion Cyzici fuiſſe tradit, ſiue ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, ut eximerentur trabes ſine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religioſum fuit, poſtea quam Coclite Horatio defendente ægre reuulſus eſt.

BVLGÆ,garum,{Bolgie, biſaccie. Dant. Per ueder della bolgia ogni contegno} auctore Feſto, ſacculi erant ex corio, aut alia materia confecti, quibus circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia uitę neceſſaria: à Græcis ab equis, quibus ferebantur, ἱπποπῆραι appellabantur. Lucil. Sat.lib.6. Cui iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus, Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe: Cum bulga cœnat, dormit, lauat: omnis in una ſpes hominis bulga: hac deuincta eſt cætera uita:

BVLGARI,populi ſunt Mœſiæ, ad Danubium fluuium, à Scythis(ut creditur)oriundi.

BVLGARIA,à recentioribus appellatur, Europæ regio ſupra Thraciam, inter Danubium, & Pontum Euxinum ſita, Daciæ & Mœſiæ conterminā.

BVLIMIA,{Gran fame}(βουλιμία, ἡ βούλιμος) immodica appetentia interpretari poteſt, cum ſcilicet cibo quantolibet ſumpto fames non extinguitur. Cōponitur ex βοῦ particula, quæ magnum quid indicat in compoſitione, & λιμὸς fames. Eſt et Bulimia, ſiue Bulimos Galeno.2. Apho. orificii uētriculi morbus, & caſus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidē inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuo cibum appetit: ſumptumq́ ſtatim euomit.

BVLIS,(Βοῦλις)Phocidis oppidum inter Parnaſſum, & Heliconem ſitum: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulii & Bulienſes. Cic. in Piſonem: Parthenii, & Bulienſes illuſi.

BVLLA,(βοῦλλα)inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent aduerſus inuidiā ualentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta(περιπόρφυρος)quæ magiſtratuum erat, etiā in uſu puerorum nobilium uſurparetur ad omen & uota conciliandæ uirtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Erat hæc bulla rotunda(ut Macrobius ſcribit)in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes, ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia eam cauebāt. Dicta eſt autem Bulla, teſte Macrobio, παρὰ τὴν βουλὴν. hoc eſt, à conſilio: quod effrænis illius ætatis impetus, conſilio præcipue eſſet regendus. Primus autem Tarquinii Priſci filius, q̀ ſe in bello uiriliter geſſiſſet, bulla aurea donatus eſt, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris facta eſt communis, quorū parentes Curulē magiſtratum geſſiſſent. Libertinorum uero filii, lorum in collo pro bullæ decore geſtabant. Aſco. Bulla ſuſpēdi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie. Plutarcho auctore in Problem. dicta bulla(πομφόλυξ)tumor quidam excreſcens tam in aqua cum bullit, q̄ in urina cum ſpumam facit, et repente euaneſcit. Ex quo etiā prouerbialiter apud Varro dicitur, Homo bulla, q̀ ſcilicet ſimilis bullæ uita hominis ſit fluxa, & momento caduca. Plaut. in Aſin accepit bullam pro capite clauorum: Iuſſiſti in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? Nam clauorū capita more bullæ quaſi turgentia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorandas. Sic Cicero tradit Verrem Bullas aureas ex ualuis templi magnificentiſſimas abſtuliſſe. Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorātur. Calph. in Buco. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Apud Apul. lib 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis extuberantibusq́, quibus tāquam oculis ephippia equorū, & pectoralia, & habenę exornari ſolent: ait enim: Bullis multis aureis inoculatum, uelut ſtellis relucentem.

BVLLA REGIA,liberum eſt Numidiæ oppidum, teſte Plin. lib.5.cap.3.

BVLLATVS,ta, tum, bulla inſignitus: Veſtis bullata, in qua erat bulla. Accipitur pro inani, tumido, & inflato. Perſius, Non equidem hoc ſtudeo bullatis, ut mihi nugis Pagina turgeſcat.

BVLLEVM,(Βούλλαιον)Britanniæ inſulæ oppidum, apud Ptol.lib.2.cap.3.

BVLLIONES,Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Pli.lib.4.cap.23. Apollonia, quondam Corinthiorum colonia. VII. M. paſſuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nympheum accolunt Barbari, Amantes, & Bulliones. Hæc Plinius.

BVLLIO,is, iui, itum,{Bollire. Pet. Che non bolle la poluer d'Ethiopia}(ἀναβράζω, ὑπερζέω)ſignificat feruere, dictum à bullis, quas in aqua feruida uidemus. Celſus lib.5.cap.19. Aut ſpumæ argenti ſelibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, coctis donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adiectū. Huius compoſitum eſt ebullire,(ἐκφυσάομαι)efferueſcere, & inter bulliēdum effundi, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens, non ſeipſam capit, ſed intumeſcit, et effunditur. Per metaphorā accipitur pro iactare, uel oſtentare. Cic. 3. de Fini. Dixerit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidē ſolet ebullire nonnunquā.

BVLLIS,idis,(Βουλλίς)oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia, teſte Ptolemæo libr.3.cap.13. Plin. Bullidenſem coloniam uocat, libro 4. capite.10. & populos ipſos Bulliones. libro.3. capite 23.

BVLLO,as,(ἐκφυσάομαι)idem quod Bullio. Cato de Re ruſt. Vinum Græcū ſic facito. Muſti quadrantalia uiginti in aheneum, aut plumbum infundito, ignē ſubdito, ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. Plin. Magna ſigna ſunt urinæ bullantis, & craſſæ. Sic ebullo: id eſt, erumpo, crepo. Perſius, O ſi Ebullet patrui præclarum funus.

BVLLVLA,diminutiuum,(φυσαλλίδιον)parua bulla. Celſ.libr.2. de Vrina: Aut ſi quaſdam(inquit)maculas repræſentet, ut ſi bullulas excitet.

BVLVA,{Bodona}(Βούλουα)oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluuio. Ptolemæus lib.2.cap.17.

BVLVBA,Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. & cap.5.

Bu-

BVMAMMA, ſiue (ut apud Macrobium lib. 3. Saturna. cap. 3. legitur) Bumammia uua eſt eadem, quæ & Bumaſtos dicitur. Vide in ſequenti dictione.

BVMASTOS, (βύμαστος) fœminini generis, uitæ genus craſsioris, mammæ cuiuſdam modo intumeſcētis: à βȣ augmentatiua particula, et μαστὸς mamma: quaſi magnam mammam dixeris. Pli. lib. 14. cap. 1. Tument uero mammarum modo bumaſti.

BVMELIA, (βυμελία) fraxini ſpecies in Macedonia ampliſsima & lentiſsima, cuius folia contra ſerpentes ſucco expreſſo ad potum, & impoſita ulceribus maxime proſunt. Plin. lib. 16. cap. 13.

BVNIAS, adis, (βουνιὰς) napi ſpecies eſt, diuerſa à Bunio. Pli. lib. 20. ca. 4. duas napi ſpecies facit, quarum altera Bunion, altera Bunias uocatur. Bunion autem anguloſis foliorum caulibus eſſe tradit, eiuſq; decoctum purgationibus fœminarum, & ueſicæ, & urinę utile eſſe, idq; Dioſcorides à Romanis Scopā regiā uocari aſſerit. Buniada autem idem Plinius rhaphano, & rapo ſimilē facit, cuius ſemen antidotis, quę contra uenena fiunt admiſceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita eſt. Bunium autem id eſſe, quod uulgus Gallorum Carpentariam herbam uocat, plerique ſuſpicantur. Vtriuſque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum uidetur. Nam colles, terræq; tumores βȣνȣ̀ς Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine, ne Columella quidē ignorauit, qui ſic ſcribit. lib. 10. Atque Amiternnis defertur Bunias aruis.

BVNION, Vide Bunias.

BVNITIVM, (βουνίτιον) urbs Germaniæ in climate magis Septentrionali. de qua Ptolemæus lib. 2. cap. 11.

BVNNVS, (βȣ́ννος) Illyridis oppidum eſt: cuius gētile eſt Bunnius, βȣ́ννιος. Stephanus.

BVPÆDAS, (βȣ́παιδας) magnos pueros dicunt Græci, qui fecerunt finem excreſcendi: Latini uocant Exoletos.

BVPALVS, li, (βȣ́παλος) pictoris inſignis nomē, qui cum Hipponactē Poetam deformi figura pictum omnium riſui expoſuiſſet, tam mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus, ut laqueo uitam finiret. Horat. in Epod. Qualis Lycambę ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bupalo. Bupali huius meminit & Pli. lib. 36. cap. 5.

BVPETII, (βȣ́φονοι) dicebantur, qui ludos boum cauſā celebrabāt: quibus in ludis ſolemnis taurorum uenatio edi ſolet: eoſq; ipſos ludos Bupetia appellabāt, Vide Plin. lib. 18. cap. 3.

BVPHIA, æ, (βȣφία) Sicyoniæ uicus apud Stephanum.

BVPHONVM, (βȣ́φονον) genus herbæ, quæ à bobus deuorata anginam procreat, eoſq; necat. Græce quippe φόνος dicitur mors. Hanc herbam quidā Chamelæontem uocant: alij Cynozolon, q; fœtore eius ricini è canum auribus decidant. κύων enim canis. ὄζειν fœtere. Vide Plin. lib. 22. cap. 18. ubi tamen Vlophonum legitur, non Buphonum.

BVPHTHALMVS, (βȣ́φθαλμος) herba eſt, quam Romani Boariā appellauere cauliculis teneris & ſubtenuibus, folijs fœniculi, floribus luteis, maioribus q̃ anthemidis, & bubulorum oculorum ſimilitudinem referentibus: unde & nomen accepit. Vide Plinium lib. 25. cap. 8. Buphthalmos etiam apud Dioſcoridem recenſetur inter appellationes Sedi, ſiue Semperuiui maioris.

BVPLEVRON, (βȣ́πλευρον) herbæ nomen, quam ſic deſcribit Plin. lib. 22. cap. 22. Bupleuron ſponte naſcentium herbarum numero Græci habent, caule cubitali, folijs multis, longiſq;, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate in medicina à Glaucone, & Nicandro.

BVPRASIVM, (βȣπράσιον) Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium. Plin. lib. 4. cap. 5. Achaiæ proprie dictæ annumerat.

BVPRESTIS, (βȣ́πρηστις) ut ſcribit Plin. lib. 30. cap. 4. animal eſt ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile, uenenatum, rarum in Italia: fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomen inuenit. Apud Iureconſ. Titulo ad legē Corneliam ſcribitur. Si cui temere pigmentarii dederit pytiocampas, aut bupreſtes, quæ ambo uenenata ſunt, tenetur pœna legis Corneliæ de ſicarijs & ueneficijs. Eſt & Bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. Vide Ruel. lib. 2. cap. 127.

BVRA SIVE BVRIS, (ἐχέτλη) pars aratri poſterior, quę manu bubulci tenetur: ita dicta, quaſi βοὸς οὐρά, q; ad ſimilitudinem bubulæ caudæ ſit incuruata. Varro lib. 1. de Re ruſt. Et ſæpe fracta bura relinquunt uomeres in aruo. Verg. lib. 1. Georg. Continuo in ſyluis magna ui flexa domatur In burim. Fuit item Bura (βȣ̃ρα) Achaiæ proprie dictæ urbs, ad ſinum Corinthum ſita, olim florentiſsima, nunc una cū Elice uicina urbe maris impetu hauſta: de qua Oui. lib. 15. Meta. Si quæras Elicen, & Buran, Achaidas urbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolēt cum mœnibus oppida merſis. de qua etiam Plin. lib. 2. cap. 92.

BVRCHANA, inſula (ut lib. 3. cap. 13. Plin. docet) in Oceano Germanico, à Romanis Fabaria, a frugis ſimilitudine ſponte prouenientis appellata.

BVRDEGALA, ſiue (ut apud Suidam legitur) Burdigala, (βȣρδίγαλα) Galliæ Aquitanicæ urbs clariſsima, Auſonii Poetæ patria. Strabo Burdigalliam appellat, uulgó bordeau'.

BVRDO, (ἡμίονος) dicitur qui ex equo & aſina natus eſt. Vtitur hac uoce Vlpianus Iureconſ. de Leg. 3. Litem legato.

BVRGVNDIA, {Borgogna} Galliæ prouincia Celticę, ducatus titulo inſignis cum antea ſub regibus fuerit, à qua Burgundi, & Burgundiones. Eam olim Sequani, ac Hedui tenuerunt, Burgundiones. Plin. lib. 4. cap. 14. inter genera Germanorum ponit. ſic enim ſcribit: Genera Germanorum quinque, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones.

BVRNISTÆ, Plin. lib. 3. cap. 21. popul' Illyrici ſunt, Scultinis & Albonenſibus finitimi,

BVRRHANICVM, genus uaſis, Ex Feſto.

BVRRHANINA, genus potionis, lac ſapa miſtum, à ruſo colore nomen ductum. Feſtus.

BVRRHVS, {Roſſo} color à ueteribus dicebaẗ, qui hodie Rufus dicitur. Græci enim πυῤῥὸν rubrum, ſeu rufum, uocant. Vnde qui ex prælarga potatione rubeſcunt Burrhi, ſiue Byrrhi ſunt appellati. & Burrhæ, ueſtes rufi coloris.

BVRTINA, apud Ptolemæum lib. 2. ca. 6. Ilergetū ciuitas eſt in Hiſpania Tarraconenſi.

BVRSAONENSES, Hiſpaniæ citerioris populi ſunt, Calaguritanis, & Cōplutenſibus uicini. Vide Plin. lib. 3. cap. item. 3.

BVSÆ, (βȣ̃σαι) Herodo. lib. 1. populi ſunt Medorum quos ſubegit Dioces.

BVSELINVM, (βȣσέλινον) herba eſt ſatiuo apio ſimilis, folijq; caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Auctor Plinius lib. 20. cap. 12.

BVSICON, (βȣ́συκον) ficus erat precipue magnitudinis, ſed fatuo ſapore, quę alio nomine Mariſca dicitur. Ex Feſto.

BVSIRIS, (βȣ́σιρις) pen. pro. Neptuni & Libyes filiæ Epaphi filius, crudeliſsimus Aegyptiorum tyrannus fuit quo tēpori Danaus Argiuis imperitauit. Hic cum hoſpites omnes Ioui immolaret, ab Hercule in Aegyptum delato, cū eaſdem illi inſidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & miniſtris aræ, interfectus eſt. Huius dictionis media ſyllaba producitur. Ver. 3. Geor. Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Statius tamē li. 12. Thebaid. (ſi modo emendata ſit lectio) corripuit. Sic enim ibi legitur, Non trucibus monſtris Buſirim, nefandumq; dediſti Cercyona. Eſt & Buſiris nomen urbis in Aegypto, ad Nilum fluuiū, a Buſiride condita, in qua fuit templum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica præfectura, apud Strabonem, lib. 17.

BVSTVARII, {Spadaccini} (ἐπιτύμβιοι) gladiatores dicti ſunt, qui ante ſepulchra in honorem defuncti digladiabantur. Cicero in Piſonem: Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

BVSTVM, {Tomba. ſepolchro ſepoltura} (τύμβος) proprie dicitur locus in quo mortuus cadauer combuſtum eſt, et ſepultum. dicitur q; Buſtum, quaſi bene uſtū. Hæc Feſtus. Seruius uero in XII. Aen. Pyra, inquit eſt lignorum congeries: Rogus, cum ardere cœperit dicitur: buſtum uero iam cauſtum uocatur. Quem ordinem ſeruat poeta, dicens: Cōſtituere pyras. Item: Subiectiſq; ignibus atris, Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos. Item poſtea. Se miniſtiq; ſeruant Buſta. Liu. quoque li. 5. ſcribit locum fuiſſe iuxta Aequimeliū nomine Buſta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia uſſerant Galli. Cic. uero lib. 3. de Legibus Buſtum appellauit tūbam, aut monumentum. Pœna (inquit) fuit Solonis lege conſtituta, ſi quis buſtum, aut uiolaſſet, aut deieciſſet.

BVTADÆ, (βȣτάδαι) populi Attici ex Aegeide tribu: apud Stephanum.

BVTEO, ex accipitrum genere auis eſt, quam Greci a numero teſtium τριόρχην uocant. ὄρχις enim teſticulus dicitur. Huic aui Phœmonoe Apollinis filia in auguriis principatum dedit. Buteonum item nobilis Romæ familia fuit ita dicta à buteone aue, quæ proſpero auſpicio in Fabii ducis naue conſedit: referēte Plinio lib. 10. cap. 8.

BVTES, (βȣ́της) filius fuit Amyci, Bebryciorum regis, qui ob ſæuitiam patris ab Argonautis cæſi, regno pulſus, paruo nauigio Drępanum in Siciliam cōfugit, ubi a Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt, à qua cum ob formæ, morumq; & ætatis elegantiam diligeretur, eius concubitu uſus, Erycem filium ex ea ſuſcepit: & quoniam Lycaſſe ob eximiam pulchritudinem uenus uocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. Contra Verg. li. 5. Aenei. Butē a Darete iuxta tumulū Hectoris occiſum tradit. Alius fuit Butes Troianus, a Camilla occiſus, ut eſt idem autor lib. 11. Commentatorus Apollonii, Alterius quoque Butæ meminit, filii Cecropis cuiuſdam, Eſt et Butes, Scytharum fluuius cui propinqui ſunt Agathyrſi & Sarmatæ.

BVTHIA, (βȣθία) Ioniæ oppidum, teſte Stephano, aut certe regiuncula, ut idē refert ex ſententia Theopompi.

BVTHROTVM, SIVE BVTHROTOS. pe. pro {Butronto} Romanorū colonia eſt (teſte Plinio lib. 4. cap. 1.) in finibus Epiri, ad ſinū Ambracium. Apud Græcos nominatiuus eſt βȣθρωτὸς. Stephanus de Vrbibus: Βȣθρωτὸς νῆσος περὶ κέρκυραν ἐστι, καὶ πόλις. Sic etiam Ouid. lib. 13. Metam. Epiros ab his regnataq; uati Buthrotos Phrygio. Cicero ad Pitonem: Septimum iam diē Corcyræ tenebamur: quintus autem pater & filius Buthroti. Seruius explicans illud Vergil. 3. Aeneidos, Portuq; Subimus Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus arcem, inquit, Buthroti, id eſt, Buthrotium. Ex quo loco, ſi emendata eſſet lectio, uideretur Buthroti genitiuum eſſe conciſum per Synizeſin a nominatiuo Buthrotium: quem tamen nuſquam arbitror reperiri. Quo fit apud Seruium Buthrotum legendum putem: & ita in uetuſtiſsimis quibuſdam exēplaribus ſcriptum inuenimus.

BVTHYSIAM, (βȣθυσίαν) magnum ſacrificium appellauere, qualis eſt Hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarum. Sueto. in Nero. Inter Buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit. Deducitur a βȣ̃ augmentatiua particula, et θυσία, quod hoſtiam, uel ſacrificium ſignificat. Plautus Buthitas appellat ſacerdotes.

BATHOS. uide Butos.

BVTIO, uide Buteo.

BVTOS, (βȣ̃τος) oppidum eſt Agypti apud Ptolemæum lib. 4 cap. 5. & Pli. li. 5. ca. 10. Stephanus alterum eiuſdem nominis oppidum in Gedroſia collocat.

BVTOMVM. (βȣ́τομον) frutex eſt in paludibus naſcens, folia ferens iridis proxima, ex una radice non ſingulos ſcapos, ſed plures ueluti uirgas emittens, ad uitilium nexus utiles. Frondibus autem boues maxime oblectantur. unde & nomen accepit, Vulgus hodie Iuncum cabacinum appellat: quod ex folijs eius ſportulæ texantur, quibus ficus, & uuæ paſſæ ad nos afferuntur. Vide Ruelliū lib. 2. cap. 127.

BVTRIVM, trii. (βȣ́τριον) oppidum Italiæ non procul a Rauenna: cuius meminit Strabo lib. 5.

BVTVA, {Bodoua} à Plinio inter oppida Liburniæ recenſetur, li. 4. ca. 12.

BVTVNTINENSES, populi ſunt Calabriæ in Italia, quorū meminit Plinius lib. 3. cap. 11.

BVTTVBATA, ueteres uſurpauerunt pro eo, quod nugatorium eſt, et nullius ualoris, Feſtus ex Næuio.

BVTTRVM, {Butiro Venetiis onto ſottile, altri ſmalzo} (βȣ́τυρον) portio lactis pinguior, q̃ frequēti agitatione, a ſero ſeparatur, dictum Butyrū, quaſi βοὸς τυρὸς, hoc eſt, bubulus caſeus. Fit enim, teſte Pli. li. 28. ca. 9. ex lacte bubolo, ut plurimum. Habet autem penultimam ſyllabam indifferentem, quamuis apud ueteres poetas non temere inuenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius uero, aliiq; nonnulli produxerunt.

BVXENTVM,(πυξοῦς)oppidum Lucaniæ,quod Græci Pyxunta uocant, à buxo arbore,quæ copioſa illic prouenit.Plin.lib.3.cap.5.

BVXETVM,{Luogo doue ſono molti boſſi}locus buxis cōſitus,πυξεών. Martial. Non otioſis ordinata myrteis, Viduaq; platano, tonſiliq; buxeto Ingrata lati ſpatia detinet campi.

BVXEVS,a,um,{Di boſſo}(πυξινός)quod ex buxo eſt, uel quod buxi colorē imitatur. Mart. Et tres ſunt tibi Maximina dentes,Sed plane piceiq;,buxeiq;.

BVXVS,{Boſſo}(πύξος)arbor exigua,ſemper uirens & tonſilis. Producit ex ſe uiſcum,& ſemen,ſeu granum,quod Cartegon dicūt,omnibus animalibus inuiſum,Lignum habet adeo durū,ut cariem non ſentiat, & tam ponderoſum,ut in aqua ſubſidat. Hoc Buxum appellatur. Nā in pleriſque nominibus arbores ſunt fœm. gen. fructus uero & ligna neutri. Ver: Dant arbuta ſyluæ: Cruſtaq; myrta: & Cerea pruna, Volubile buxum. Quandoque tamen Buxus dicitur pro ligno. Verg. lib.9. Buxusq; uocat Berecynthia mater. Et buxo fiunt tibiæ multiforatiles,& pectines ad capillos explicandos,& pyxides ad uſus plurimos. Buxoſus,a,um,quod buxo ſimile eſt,(πυξοειδής)ut, Lignum balſemi buxoſum. Plin. lib.12.cap.25. Ex hoc buxoſum eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum. Buxifer,(πυξοφόρος)ferens buxum: ut, Buxifer Cytorus, Catullo.

BVZÆ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur,lib.6.cap.20.

BVZERI,gens Themiſcyræ regioni in Aſia Plin.lib.6.cap.4. Vide Byzeres.

BVZIGEVS,mons eſt Theſſaliæ. Plinio lib.4.cap.8.

B ANTE Y.

BYBASSVS,(Βύβασσος)Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybaſſo paſtore,qui Aeſculapium maris tempeſtate in Cariam delatum ſeruauit.

BYBE,(Βύβη)Thraciæ oppidum apud Stephanum,cuius incolæ Bybi(Βυβοὶ) appellantur à Stephano.

BYBLESIA,Cariæ regio, ab Iſthmo Cnidiorum initium ſumens: de qua ſic ſcribit Herodotus libr.1: Nam cum initium Byblenæ ex peninſula auſpicetur, ſintq; Cnidij propemodum circumfluꝰ,eam partem,qua Boream ſpectat,Ceraunius claudit ſinus,auſtralem uero Symanum,Rhodiumq; mare: reliquam frontem,hoc eſt,Iſthmum,qui perexiguus eſt nempe quinque ſtadiorum, Cnidij tentauerunt perfodere.

BYBLIS,idis,(Βυβλὶς Suidæ)filia Mileti fuiſſe fertur ex Cyanea nympha, quæ à fratre Cauno,cuius amore deperibat,repulſa,impatientia amoris in fontē ſui nominis eſt mutata. Vide Latius totam fabulam apud Ouid.9. Metam.

BYBLIS,{Milo}(Βύβλις)parua maris mediterranei inſula eſt cum oppido, alio nomine Melos dicta. Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum & Acyton uocant. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Verba ſunt Plinij lib.4.cap.12.

BYBLVS,eſt Phœnices urbs,Beryto uicina,in qua Adonidis olim inſigne fuit templum. Eā tyranno oppreſſum Pompeius liberauit,illo ſecuri percuſſo. Sita eſt in excelſo quodā loco,non procul à mari. Hæc ex Strab. li. 16. Hodie Gæta.

BYCVS,Sarmatiæ Europæ fluuius eſt apud Ptolemæum,qui Pomponio Bugis dicitur.

BYLLIS,(Βύλλις)apud Stephanum,Illyrici oppidum eſt, quod à Ptolemæo Βύλλις appellatur,& in ea parte collocauit Macedoniæ,quæ Adriatico mari imminet,in Illyrici confinio: ubi & Plin. bullidenſium meminit.

BYMAZVS,(Βύμαζος)urbs Pæoniæ,Stephano.

BYRSA,{Cuoio. Dant. In ſu le uecchie e'n ſu le nuoue cuoia}(Βύρσα)corium ac tergus Græcis dicitur: unde & Βυρσία contrarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginenſium urbe Byrſa appellata. Dido enim cum fratrem fugiens in Africam perueniſſet,emit ab Iarba rege tantū ſoli,quantū taurino tergore poſſet circundare. Diſſecto deinde tergore in minutiſſimas laminas, tātū loci eo circūdedit,quantū arci extruendæ ſat eſſet. Ad hāc fabulā alludit Vergilius cum ait, Mercatiq; ſolū facti de nomine Byrſam, Taurino quātū poſſet circūdare tergo.

BYSSVS,{Biſſo}(Βύσσος)tenuiſſimi lini genus,proximam abasbeſto dignitatem obtinens,ex quo ſubtiliſſime fiunt ueſtes,quæ mulieribus olim præcipue in delicijs erant. Plin. circa Elim Achaiæ naſci credidit: Pollux uero ex India & Aegypto gigni prodidit. Philoſtratus autor eſt,byſſum ex quadam arbore naſci,quæ altitudine populos æquat,folijs autem ſalicibus æquiparatur. Quam cū uidiſſet Apollonius gauiſus eſt,quod fuſco amictui,quem geſtabat,nō diſſimilis admodū eſſet. Hinc fit adiectiuum Byſſinus,a,um,(Βύσσινος)quod ex Byſſo confectum eſt: ut, biſſinæ ueſtes,quæ lutei coloris erant, & fulgore aurū imitabātur,quanquam poſtea inuenta eſt ratio byſſum quouis colore inficiendi.


BYZANTIVM,{Conſtantinopoli}(Βυζάντιον)urbs Thraciæ, ad ipſum ſita Boſphorum,primum à Pauſania Spartanorum rege condita: poſtea à Conſtantino in maius aucta,& ſacri Imperij ſede eo tranſlata,ab illius nomine Conſtantinopolis dicta eſt. Hodie non ſine grauiſſima orbis Chriſtiani ignominia crudeliſſimi Turcarum Tyranni paret Imperio. Byzantius,a,um,adiect.ut Litera Byzantia. Ouid. 1. Triſt. Byzantij exules. Cic. pro domo ſua. Eſt item Byzātium, Libyphœnicum regio in Africa: quam ſic deſcribit Plin. lib.5.cap.4. Libyphœnices appellantur,qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium paſſuum,per circuitum,fertilitatis eximiæ,cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Thapſus. Hæc ille.

BYZERES,pen. pro.(Βύζηρες Stephano)populi in Ponto,qui Straboni Byzeres uocantur,olim Chalibes,& deinde Chaldæi dicti. Valer. Flac.5. Argon. Byzereſq; uagi, Philyreq; à nomine dicta Littora. Plin.lib.6.cap.4. Buxeros uocat. Ab his portus quidam ponti, Buzericus(Βυζηρικὸς λιμὴν)appellatur: cuius meminit & Stephanus.

DELLA LETTERA C.

C È terza lettera dell'Alfabeto Latino, & di tutte quelle lingue che della Latina rimaſero alterate o corrotte, come ſono l'Italiana, la Spagnuola, la Franceſa, & ancora, come uuole Eraſmo, la Tedeſcha. Le nationi Oltramarine trapaſſano queſta lettera nell'ordine di loro Alfabeti, & in luogo d'eſſa, cioè nel terzo luogo pongono la loro G. Onde i Greci hanno il Gamma per terza, gli Hebrei la Gimel, & coſi poi tutte l'altre. Nella lingua Latina la C per ſe ſola ha piu ſignificationi come ſi dirà a' lor luoghi. Italiana queſta lettera per ſe ſola non ſignifica mai e non ſola lettera, cioè ſe ſteſſa, & ſignifica anco numero di cento, & quando ſono due CC uagliono dugento, quando C C C trecento, quando C C C C quattrocento. Dipoi ſi pone la D. che ſignifica cinquecento, & con la C appreſſo ſignifica ſeicento D C coſi con due C C ſettecento D C C & coſi de gli altri di mano in mano.

C ANTE A.



LITERA muta eſt,quæ ante n,ſequente uocali in eadē ſyllaba ponitur,ſed profertur ſub uoce g. ob cognationem literarum. ut Cnidius, Cicnus tranſit etiam per compoſitiones, & deriuationes in g, ut quadringenti, pro Quadricenti. In ſ, ut Parco, parſi, In x, Duco duxi, Noceo noxa.

CABALACA, Albaniæ in Aſia oppidum Plin. lib.6.ca.10. Præualent oppida Albaniæ Cabalaca: Iberiæ Harmaſtis iuxta flumen,&c.

CABALES,(Καβαλεῖς)populi ſunt Lyciæ regionis Aſiæ,quorum regio Cabalia appellatur in qua ſunt urbes Oenoanda,(quam Strabo Oenoandron uocat) Balbura, & Bubon. Vide Plinium lib.5.cap.27. & Herodotum lib.4.

CABALIS,(Καβαλίς)oppidum eſt Cabaliæ regionis Aſiæ, cuius meminit Stephanus. Eſt autem Cabalia Lyciæ pars.

CABALVS,equus,{Cauallo. Pet. Hor fa caualli hor naui}(ἵππος) Lucil. lib. 2. Succuſſator tetri, tardiq; caballi. Hinc Caballinus,a,um, penul. prod. ut Caballina caro, Plin. lib.28. cap.20.

CABALLINVS fons,(ἱπποκρήνη)eſt in monte Helicone Bœotiæ quem Pegaſus, in eo loco ſaxum feriens, aperuit: unde & Pegaſeus uocatur. Autor Strabo. Vide infra in dictione Helicon.

CABASSVS,(Καβασσός)uel Cabeſſus (Καβησσὸς Homero)oppidum Cappadociæ: quod tamen alij trans Hæmum montem collocant. Appion uero uicum eſſe ait inter Tarſum, & Mazacam. Vide Stephanum.

CABELLIO, Narbonenſis prouinciæ oppidum eſt,prope Druentiam fluuiū & Carpentoracte. A Strabone Caballio uocatur. Vulgo Cauaillon.

CABERA, Protei filia fuiſſe fertur,quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidēq; nymphas Caberides, quibus omnibus dicata fuiſſe tēpla autor eſt Str. l. 10

CABERON, Aſiæ fluuius eſt, ut tradit Plinius libro 6.cap.23. in deſcriptione Carmaniæ.

CABIRIA,æ,(Καβειρία)oppidum citerioris Aſiæ,quod Cabiri inhabitabāt. Sunt & Cabiri Bœoti populi. Vtriuſq; auctor Stephanus.

CABVLLINVM,(Καβύλλινον Ptolemæo) Sequanorum oppidum eſt ad Ararim,quod alio nomine Catalaunum, Gallice Chalon ſur Saune dicitur.

CABVRA,æ,fons Meſopotamiæ,præter aquarum omnium naturam,egregie odoratus: cuius fabuloſam rationem reddunt: quod Iuno eo aliquando fuerit perfuſa. Vide Plinium lib.31.cap.3.

CABYLE,(Καβύλη)urbs in Thracia, ut inquit Polybius

CACA,ſoror fuit Caci,quam quidam uolunt fratris furtum Herculi indicaſſe,& ob id meruiſſe ibidem diu ara ſacriſq; uenerari. Sed longe aliter Vergil. libr. 8. & Ouid. lib.1. Faſt. ſentiunt.

CACABO,as,pen. cor. proprie eſt uocis perdicum,{Cantar de ſtarne}κακκαβίζειν, τιτυβίζειν. Ouid. de Philomela: ſi modo id carmē Ouidij dicēdum ſit, Cacabat hinc perdix, hinc gracitat improbus anſer.

CACABVS,{Laueggio calderone}(λέβης, κάκκαβος)pe. co. uas æneū in quo pulmentarium coquimus. Pli. li.23. ca.6. Succus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine. Paulus Iureconſult. Inter Ahenum quod ſupra focum pēdet, & cacabum non multū intereſt. Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandū caleſcit. Antiqui enim calidā & frigidā cœnis adhibebant. Apicius capita porrorum ſimul elixabis in cacabo nouo,ut aqua ad tertiam deferueat.

CACALIA(κακαλία)herba eſt,quæ & Leontice uocatur, in montibus ſine naſcens,folia ferens candida,& magna inter quæ ſemen dependet eiuſdem nominis minutis margaritis ſimile. Autores Pli. li.25. ca.11. & Dioſcorides li.4. ca.108. Officinis Carui agreſte uocatur, teſte Ruellio lib.3.cap.128.

CACATVRIO,{Deſiderare di cacare}(χεζητιῶ)cacare deſidero. Martia. lib. 11. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CACABE,es(Κακάβη) olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione Καρχηδών.

CACEPHATON,(κακέμφατον) uel Cacophathon,(κακόφατον) durior in oratione ſonus,ex mala ut plurimum compoſitione naſcens: quale eſt illud, Numerum cum nauibus æquat. Item illud, O fortunatam natam me conſule Romam. Huic contraria eſt Euphonia. εὐφωνία.

CACHEXIA,(καχεξία)a medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, cum longo morbo uitiata corpora, etiā illo uacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non cōuertunt. Qui hoc uitio laborant, Cachectici(καχεκτικοὶ)appellantur.

CACHINOR,aris,deponens,& Cachinno,as,neu.{Ridere immoderatamente}(καγχάζω)immoderate rideo. Cic. 5. Verr. Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius: niſi forte exiſtimatis eum in uino, ac luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo ac exitio ſuo riſum tenere non poſſit Dicitur & de alio quouis ſono uehementiore. Accius: Sæua ſonando crebritu elegantes cachinnant.

CACHINNATIO,{Riſo diſſoluto} (καγχασμός)diſſolutior riſus. Cic. 4. Tuſcu. ut ridere conceſſum ſit, uituperetur tamen cachinnatio,

CACHINNVS, ſolutus riſus {Riſo immoderato} (καγχασμός) à ſono riſus fictum uocabulum. Iuue. Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni. Hinc Seneca præcipit, ut riſus ſit ſine cachinno, uox ſine clamore. Apud antiquos non

de riſu

de riſu tantum dicitur,ſed & de quouis alio ſono uehementiore. Catul. Procedu ot, leuiterq́; ſonant clangore cachinni.

CACHLA, Plinio lib. 25. cap. 8. herba eſt, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide ſupra.

CACHRYES, (κάχρυες) ſunt oblonga panicularum modo nucamenta, quæ ſquamarum compacta propendet è ramis. Creſcunt hyeme, uere dehiſcunt in flaueſcentes ſquamulas, & folio prodeunte decidunt. qualia multa in abiete, picea, cæterisq́; id genus arboribus conſpiciuntur. Vide Plin. lib. 16. cap. 7.

CACIA, {*Malitia, uitioſità*} (κακία) Græca dictio in Latinorum uſum non recepta, quam Cicero uitioſitatem interpretari mauult, q̃ malitiam, cum Vitioſitas nomen ſit generalius ad omnia uitia pertinens. Malitia ſpecialius. Apud ueteres Malitia inter adiaphora, hoc eſt, indifferentia connumerabatur, quaſi ſit & bona, & mala: ut dolus bonus, & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude: Te ciuem ſumma omni malitia.

CACIDIRI, inter celeberrimas Scytharum gẽtes, Plinio ponuntur li. 6. ca. 17.

CACIRINI, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 8.

CACO, as, {*Cacare*} (χέζω) aluum exonero, uentris onus depono, excerno. Martialis: Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro: Baſſe bibis uitro, carius ergo cacas. Concaco, cacando fœcundo, κατατιλάω. Cacatus, a, um, excrementis fœdatus. Catul. Annales Voluſi cacata charta. Cacaturio, ris, deſideratiuum à Caco. Martial. lib. 11. in Vacer. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CACOCHYLA, ſiue Cacochyma (κακόχυλα, καὶ κακόχυμα) dicuntur illa, quæ malum ſuccum habent: quibus contraria ſunt Euchyla, (εὔχυλα) & Euchyma, εὔχυμα.

CACODÆMON, {*Spirito notturno, ſpirito di notte, ſpirito maligno*} (κακοδαίμων) à noſtris Larua, aut malus genius interpretatur.

CACOETHES, dictio tetraſyllaba, neutr. gene. & pen. pro. {*Cattiua creanza, mala conſuetudine*} (κακόηθες) mala & præpoſtera conſuetudo. Nam κακὸν malum & ἦθος morem uel conſuetudinem ſonat. Iuuenalis pro ambitione ſumpſiſſe uidetur per tranſlationem, quæ cum ſemel animo inſederit, non facile amoueri poteſt. Tenet (inquit) inſanabile multos Scribendi cacoethes. Herm. in Caſtig. Budæ. in Pandec. Politianus Miſcel. cap. 49. Cacoethe præterea à medicis appellantur ulcera maligna, quæ cum omnia recte atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipſo ulceris loco Galeno teſte, ineſt malignitas ſanari ea prohibens, cum in aliĳs ulceribus, malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

CACOSTOMACHOS, {*Quello che ha debole ſtomacho*} (κακοστόμαχος) qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt, uentriculum. Os enim uẽtriculi, qui ſtomachus dicitur, pro ipſo uẽtriculo ſumi ſolet. Cic. ad Tiro. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio: ſed plane curationes eius nõ probo: tus enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes.

CACOSYNTHETON, {*Mala compoſitione*} (κακοσύνθετον) mala, ſeu deformis compoſitio, ut apud Verg. Terga fatigamus haſta.

CACOTECHNIA, {*Mal'arte*} (κακοτεχνία) ars mala interpretatur, & ad perniciem inuenta. Quintil. lib. 2. cap. 20. Cacothechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

CACOZELIA, {*Goffa, e cattiua imitatione*} (κακοζηλία) dicitur mala & indecora affectatio, quoties inſcite uirtutẽ aliquã imitantes, in uitiũ labimur. Veluti ſiquis Atticiſmum affectãs, ieiunus fiat & aridus: aut cõtra copiæ ſtudẽs, in ineptã incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare. Quintil. lib. 2. cap. 3.

CACOZELVS, {*Goffo imitatore*} (κακόζηλος) pen. pro. ineptus imitator.

CACTOS, (κάκτος) herba eſt, teſte Pli. li. 21. ca. 16. in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet è radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam Cactos uocant. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis Carduus, Græcis Cinara uocatur.

CACVBALVM, herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis uero q̃ ſtrumis medeatur, ab effectu ſtrumum appellatur. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

CACVLA, (κακοῦλος) pen. co. militis ſeruus, fuſtibus, clauisq́; ligneis armatus ad tutelam dominorum: dictus ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt, à lignis quæ ferebat. Plautus: Video caculam militarem.

CACVMEN, pe. pr. {*Cima, ſommità. Pet. Tien di noſtra natura e'n cima ſiede*} (κορυφή) ſummitas cuiuſque rei: ut, Cacumina montium, Cacumina arborum. Cæſar 7. bell. Gall. Itaque truncis arborũ, aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum delibratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Ver. 6. Aen. De hinc ſumma cacumina linquunt. Cacuminare, acutum reddere. Ouid. 3. Meta. Dat ſpatium collo ſummasq́; cacuminat aures. De Actæone loquitur in ceruum mutato. Hinc cacuminatus, a, um, adiectiuum. Pli. lib. 10. cap. 52. Auium oua ex calore fragilia, ſerpentum ex frigore lẽta, piſciũ ex liquore mollia, aquatiliũ rotũda, reliqua fere faſtigio cacuminata.

CACVMINO, & **CACVMINATVS**. Vide Cacumen.

CACVS, (κάκος) filius fuit Vulcani, qui Latium undique latrociniis, & incendiis infeſtabat: demum Herculis quoque ex Hiſpania, occiſo Geryone, redeuntis & apud Euandrum hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrum ſuũ: quas cũ mane diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent, ſcire poſſet, forte fortuna ad hoc antrum peruenit. ſed cum ueſtigia omnia foras uerſa uideret, cũ reliquis abiit. Abeuntibus autem cæteris, occluſæ boues aliarum deſiderio, mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptaq́; claua iratus recurrit, ſed Cacus ſpelunca fretus, in eadem ſe abſcondit, clauſis foribus ingenti ſaxo. Quod Hercules uidens, ad montis cacumen tendit, & ad extremũ deiecto ſilice, qui antri ori ſummo incumbebat, intrepidè deſiliens, Cacum ſtrãgulauit, bouesq́; ſuas recepit, ut copioſe deſcribit Verg. lib. 8. Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuiſſe ſeruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio uaſtauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouidius fabulatur illum tricipitem fuiſſe, cũ inquit: Meualio iacuit fuſus tria tempora ramo. Cacus, &c. Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſſimũ ſeruũ, ac furẽ. Nouimus autẽ malum à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant. poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena. Ignem autem dictus eſt uomere: quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacrũ meruit, in quo q̃ per uirgines Veſtas ſacrificabatur. Hæc Seruius enarrãs cum Verg. locum li. Aen. 2. Hic ſpelunca fuit uaſto ſubmota receſſu, ſemihominis Caci, &c.

CADAVER, pen. pro. {*Corpo morto. Boc. Gior. 4. Nou. 6. Furon trouati e preſi col corpo morto*} (τὸ νεκρὸν, ὁ νεκρός) corpus mortuum, à cadendo (ut inquit Hieron.) ab eo q̃ poſt mortem cecident. Cæſar. 7. Bel. Gal. Quid hominum milibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, conſanguineisq́; noſtris animi fore exiſtimatis, ſi pene in ipſis cadaueribus prælio decertare cogẽtur? Transfertur & ad alia, ut etiam, de oppidis ſolo æquatis quandoque dicatur. Seru. Sulp. Ciceroni: Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Seruius etiam à Carendo deducit. Cadauerosus, a, um: quod cadaueris ſimilitudinem habet: ut, Cadauerosa facies, apud Terent. in Hecyra.

CADVSII, Straboni lib. 11. populi ſunt Mediæ, prope Albanos & Caſpios.

CADENA, regia fuit in urbis modum inſtructa in montibus Lycaoniæ, ut auctor eſt Strabo lib. 12.

CADI, orum, apud Strabonem lib. 12. Phrygiæ urbs eſt: quam tamen nonnulli ad Myſiam pertinere dicunt.

CADISCVS, {*Il buſſolo delle ballotte, Venetiĳs*} uaſculum quo ſuffragia colliguntur. Græce καδίσκος, diminutiuum à cadus. Eſt etiã Cadiſcus mons Cretæ. Plinio lib. 4. cap. 12.

CADIVVS, pen. pro. {*Caduto da per ſe*} (αὐτόματος) quod per ſe cecidit: unde Cadiua poma dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terram cecidere, & Cadiua folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, cadiua ſeparari ſtramẽtis, ſtoriis, paleis've ſternis.

CADMITES, (καδμίτης) gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CADMEA, (καδμεία) auctore Plutarcho in uita Pelopidę, arx fuit Thebana, licet nonnunquam pro ipſa ſumatur urbe. Hinc Cadmeus, a, um, idem eſt quod Thebanus: & Cadmea uictoria (καδμεία νίκη) hoc eſt, Thebanorum uictoria, quod prouerbium habet, quoties ſignificare uolumus, tam magno conſtitiſſe uictoriã, ut non ita multum interſit inter uictoris ſortem, & uicti. Tractum eſt adagiu à bello Thebano inter duos fratres geſto. Vide Eraſmum in Adagĳs. Stephanus auctor eſt, ipſa etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuiſſe appellatã.

CADMEIS, idis, (καδμηΐς) pen. pro. regio eſt Achaiæ, e regione Eubœæ ſita, quæ poſtea dicta eſt Bœotia. Auctor Thucydides Belli Peloponneſiaci libr. 1.

CADMIA, (καδμεία) corpus eſt metallicum, cuius duo ſunt genera, alterum, quod in riuis & montibus reperitur earum regionum, in quibus ęris ſunt metalla: idq́; Cadmiam lapidoſam uocat Galenus lib. 9. Simpl. Nã reuera nihil aliud eſt, quam pyrites æroſus, ex quo excoquitur æs. Atque hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit qui eius ſic meminit lib. 34. cap. 13. Fit & æs è lapide æroſo, quem uocant Cadmiam. Item cap. 10. eiuſdem libri. Namque ipſe lapis, ex quo fit æs, Cadmia uocatur. Alterum eſt genus cadmię, quod in ęrariĳs officinis inuenitur, idq́; rurſus duplex. Nã quod ex fuligine ſiue fauilla, quæ ex fornace perpetuo egeritur, ſenſim colligitur, altioribusq́; ædium partibus in quibus æs excoquitur, adhæreſcit, Botryitis appellatur, q̃ uuæ quandam imaginem repræſentet. Alterum in fornacibus ipſis inuenitur ſupra diphriges, cruſtæ ſimilitudine, unde & Placitin appellauere. Vide Galenum lib. 9. Simpl. et Agricolam de Metallica.

CADMVS, (κάδμος) Agenoris Phœnicũ regis filius fuit, qui à patre miſſus ad quærendam Europam ſororem, iuſſusq́; ſine ea non reuerti, deſperato reditu, Thebas in Bœotia condidit. Ab huius nomine ipſæ etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur, à Cadmo conditore. Propertius: Cum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Poſtea autem a Zetho, & Amphione regio pulſus, ad Illyrios ſeſe contulit, ubi deorum miſeratione, & ipſe, et uxor in ſerpenteis mutati ſunt. Filias habuit Semelem, Agauen, Ino, & Autonoen. Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in gręciã detuliſſe, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adieciſſe ξ θ φ χ. Et totidem poſt eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Aiunt quoque Cadmum hiſtoriã inueniſſe, & primum proſaicam orationem inſtituiſſe. Paulo iunior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius uero hoc aſcripſit Pherecydi. Fertur item inueniſſe auri metalla, atque conflaturã. Hinc fit Cadmeius, a, um, per quatuor ſyllabas (καδμεῖος) ut Aemon Cadmeius. Stat. Theb. 8. Leuius Cadmeius Aemon tela rotat. Item Cadmeus, a, um. per tres ſyllabas, & pen. prod. καδμεῖος. Stat. 8. Theb. Pudeat Cadmea iuuentus. Item Cadmeis, idis, (καδμηΐς) fœm. gen. patronymicum à Cadmo. Ouid. 4. Metam. Aequore diſtringunt ſummas Cadmeides alis. Eſt & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Auctor Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 26.

CADMVS, item Maleſius fuit, teſte Suida, Orpheo aliquanto recentior, qui de Mileti origine, & rebus Ionicis libros. 4. cõſcripſit. Hic primus fuiſſe creditur, teſte Plinio lib. 5. cap. 29. qui proſam orationem ſcribere aggreſſus ſit.

CADO, is, {*Cadere, caſcare. Pet. Cade uirtu' da l'inſiammate corna*} (πίπτω) cecidi, caſum, proprie ſignificat corruere, uel præcipitari, uel labi. Cic. in Orat. Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum datiuo. Plaut. in Menæc. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus, quum te pater à patria auehit? Men. Septuennis. nam tum dentes mihi cadebant primulum. Cum præpoſitione Ab. Pli. li. 16. cap. 18. de auibus: Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Cicero per aduerbium dixit: Magnum tamen periculum non adibit, alte enim cadere non poteſt. Cum præpoſitione De. Cic. De Fato: Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. Cum prępoſitione Ex. Pli. lib. 17. ca. 20. Perſtringi ſolum debet ſupra ex Nouemb. menſe in Februariũ, quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore atque ſubnaſcuntur. Habet hoc uerbum multas egregias & uenuſtas tranſlationes, locutionesq́;. Terent. in Adelp. Laudarier te audis libenter, facio te apud illum Deum: Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas homini theo lacrumæ cadunt Quaſi puero, gaudio. Verg. Eclo. 1. Maioresq́; cadunt altis de montibus umbræ. Idem: Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus, pro Occidit, moritur. Item Cadere commodè, opportune, optate, pro euenire, contingere. Cadere in ſuſpicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem, pro incidere, uenire. Cadere cauſa, uel à cauſa pro amittere litem. Cadere formula, pro rem ipſam per formulas non recte explicare. Cadere animum: cadere oculos, uultus, uerba, &c. Pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cice. in Orato. Quod uerba melius in ſyllabas longiores cadunt, pro terminant, deſinunt. Idẽ ad Atticum. Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum, et clariſſimorum ciuium deſero, cadendum in unius poteſtatem, prouenire, redigi, poni. Tracta eſt metaphora à ludo talorum. Tunc enim talis fœliciter cadere dicebatur

tur, cum in ſummitate Venerem. hoc eſt, numerum ſeptenarium oſtenderet, aut etiam ſenionem, contra ſiniſtre uel infœliciter cadere dicebatur, cum unionem, quem illi Caniculam uocabant, in ſummo latere oſtenderet. Hoc etiam res nobis fœliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro uoto obtingit. Cice. ad Att. Nihil mihi fœlicius cadere potuit. Huius cōpoſita ſunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quę habent pen. corr. Deriuatiua ſunt, Caſa, Caſo, as, & Caſito, de quibus infra.

CADVCEVM. (κηρύκειον) Mercurii uirga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia et diſcordias tollendas utebatur, à cadendo dicta, quod contentiones, & bella cadere faciat. Nam quemadmodum per Feciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immerito itaque Mercurio qui orationis Deus, & Deorum nuntius habebatur aſſignatum eſt caduceum, quod diſſidētium animi oratione præcipue ſedentur. Caduceum Aegyptii in ſpeciem duorum draconū maris & fœminæ figurauerunt, qui parte media ſui uoluminis, nodo, quem Herculeum uocant, ſibi alligantur, primiſq; partibus reflexi, in modum circuli oſcula iungunt. Hanc uirgam Apollo dicitur inueniſſe, & Mercurio donauiſſe, Lyra uiciſſim ab illo accepta. De draconibus autē caduceo additis in dictione ſequēti rationē explicabimus. Hinc Caduceatores (κήρυκες) dicuntur legati pacē petentes: à caduceo quem manu geſtabant. Cato: Caduceatori nemo homo nocet. Liu. 6. bell. Pun. Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, &c.

CADVCIFER, nomen quo Mercurius uocitatus eſt. Cum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ ſeptichordem, ad Atlantidum numerum inſtituiſſet, quod Maia mater eius ex illarum numero eſſet, ac non multo poſt deprehenſus fuiſſet ab Apolline boues ſuas abigere, quò facilius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur conceſſiſſe, ut lyram à ſe primo inuētam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt uirgam quandam Mercurio dediſſe, quam cū manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, inuentos ab eo fuiſſe dracones duos ſimul ligatos, & inter ſe mutuo pugnantes: quo uiſo, uirgam interpoſuiſſe, et dicto citius prælium diremiſſe. Qua re conſpecta, huiuſmodi uirgam pacis gratia creditum eſt eſſe conſtitutam. Vnde factum eſt, ut legati pacis Caduceatores dicerentur, poſteriq; eius rei exemplo Mercurio uirgam deinceps duorum draconū ſimilitudine ubiq; affinxerint. Huius uirgę poteſtatē deſcribit Ver. Aen. 4.

Cum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallenteis, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila.

CADVCITER, aduerbium antiquum, teſte Nonio, idem ſignificās quod præcipitanter. Varro: Frigidos imbos aquis iſta caduciter mentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

CADVCVS, a, um, pen. pro. {*Caduco, mortale, fragile. Pet. Che ſe poca mortal terra caduca*} (ἐπίπτωμος) non ſolum momētaneum ſignificat, quod facile cadit, ſed, & id, quod cadere facit. Vnde Caducus morbus, ꝗ correptum faciat cadere. Firmicus lib. 7. Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtultos, lentos, fatuos, & caducos efficiet. Plin. lib. 17. In drupis quoq;, quę matureſcentes, tunc ſunt præcipue caducæ, id riguis magis euenit, etiam ſi non ceciderint, faſtidiendis. Quādoque caducus mortuus dicitur. Verg. lib. 6. Hinc multum fleti ad ſuperos, belloq; caduci Dardanidæ. Caduca hæreditas dicitur, cum hæredes ceciderint. hoc eſt, quæ legitimum hæredem non habet, & Caducarii, qui huiuſmodi hæreditatē accipiunt. Caducum, quod ſub aliqua conditione legatū eſt. Iuuenalis: Legatum omne capis, nec non dulce Caducū. Caduca auſpicia ueteres dicebāt, cum aliquid in templo excidit, ueluti de manu uirgæ. Caducæ literæ γράμματα ἐξίτηλα) quæ obſcuriores ſunt, & uiſum propemodum fugiunt. Pli. lib. 13. cap. 12. Scabritia leuigatur dente, concha'ue: ſed literæ caducæ fiunt.

CADVENI, Sardianæ iuriſdictionis in Caria populi, ut auctor eſt Plin. lib. 5. cap. 29.

CADVRCVM, tentorium, ſiue culcitra, qua merces teguntur, à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præſtantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenalis: Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci. Sunt qui putent eſſe uela illa penſilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratū quale eſt illud, ſub quo & ſacroſanctam hoſtiam geſtari, & principes in ſolennioribus pompis uehi uidemus. Iuuenalis: –Viulato pœna cadurco.

CADVRCI, (καδοῦρκοι) Galliæ Aquitanicæ populi, Plinio lib. 4. cap. 19. Vulgo Cahors.

CADVS, {*Barile, botte*} (κάδος) uas uinarium, quo uinum conditur, ut uult Acron: cuius prima corripitur. Mart. in Vaticanis condita muſta cadis. Continet congios decem, uel (ut alii uolūt) duodecim. Prima in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

CADVSII, (καδούσιοι) Aſiæ populi, inter mare Caſpium, & Pontum. Strabo libro 11.

CADYTIS, urbs Syriæ maxima. Herodoto lib. 2.

CÆA, (quod hic pro inſulæ nomine corruptæ legebatur) uide Cea.

CÆCATVS, a, um, {*Accecato*} cæcus factus, obſcuratus. Cic. de Clar. Orat. Rabida, & celeritate cæcata oratio. Cæcatus initiis, apud eundem. 4. Tuſc.

CÆCIAS, (καικίας) uentus qui ita flare dicitur ab Ariſtot. non ut nubes propellat, ſed ut ad ſe uocet. Flat inter aquilonem & exortum æquinoctialem. Plin. li. 2. cap. 47. Narrant & in Ponto Cæciam in ſe trahere nubes. De hoc uide multa apud Eraſm. Adagiis.

CÆCILIA, prænomine Caia, Tarquinii Priſci uxor, maximi animi mulier & lanificii peritiſſima. quæ prius Tanaquil dicebatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 48. & Liu. lib. 1. ab urbe.

CÆCILIA, genus ſerpentis cæci, unde & nomen cœpiſſe uidetur. Colu. lib. 7. Eſt & magnorum animalium noxium uirus. Nam & uipera, & cæcilia ſæpe cum in paſcuo bos improuide ſupercubuerit, laceſſita onere morſum imprimit.

CÆCILIVS, Epirota libertus Attici equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Verg. & alios poetas nouos prælegere cœpiſſe: quod etiam Domitii Marſi uerſiculus indicat, Epirotę tenellorum nutricula uatum. Ex tranquillo. Huius etiam meminit Macrob. Cæcilius Gallus, in diſciplina iuris, atque legibus pop. Rom. noſcendis interpretandiſq; ſententia, uſu auctoritateq; illuſtris fuit tempore Gellii: cuius etiam ipſe meminit, dicitq; librum ſcripſiſſe de Verborum ſignificatione, quæ ad ius ciuile pertinerent. Cęcilius itē Claudius Iſidorus, qui C. Aſinio Gallo, & Martio Cyrino Coſſ. ad VI. Calē. Feb. teſtamento ſuo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamē relinquere ſeruorum quatuor millia CXVI. Iuga boum tria millia. DC. reliquum pecoris CCLVII. millia: in numerato H-S. DC. M. Auctor Pli. lib. 33. cap. 10. Fuit & Cæcilius Callantianus, (Callantis autem ciuitas Siciliæ eſt) Iudęorum religionis ſectator, qui Romæ docuit ſub Auguſto uſque ad Adrianum. Scripſit librum contra Phrygas, dictionarium ex ordine literarum, Comparationē Demoſthenis, & Ciceronis, & alia. Auctor Suidas. Præter hos Cæcilius Argiuus, uerſificator fuit, qui ſcripſit de piſcibus, Auctor Suidas. Cæcilius itē Statius poeta Comicus, quem Cic. ad Att. malum Latinitatis auctorē uocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidam Mediolanenſem faciunt. Deceſſit anno poſt Ennium: ſepultus in Ianiculo. Auctor Euſebius.

CÆCINVM, (καίκινον Stephano) oppidum in finibus Italiæ, inter Locros, & Rheginos, à Cæcino uicino amne ita appellatum.

CÆCINOS, (καίκινος) fluuius in finibus Italiæ, qui Rheginum agrum à Locrenſi diuidit. Plin. lib. 3. cap. 10.

CÆCITAS, atis, {*Cecità, l'eſſer cieco. Boc. Qual cecità d'animo*} (τυφλότης) tā ad corpus, ꝙ ad animum refertur. Cic. de Aruſp. reſpon. An tibi luminis obeſſet cæcitas, plus ꝙ libidinis? Idem pro domo ſua: Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis eſt conuerſa.

CÆCIGENVS, a, um, {*Nato cieco*} (τυφλογενής) qui cæcus natus eſt. Lucret. lib. 2. Nam cum cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam Aſpexere, tamen cognoſcant corpora tactu.

CÆCO, as, {*Accecare*} (τυφλόω) cæcum facio. Cic. 4. Phili. Sed ſpes rapiendi, atque prædandi, cæcat animos eorum. Cuius compoſita ſunt, Excæco, quod eſt ualde, ſeu perfecte cæco. Plin. ut Cum lauatur, ſi oculos attingat excæcet. Obcæco, de quo infra.

CÆCVBVM, (καίκουβον Straboni) uinum generoſiſſimum, ſic dictum à cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur. Plin. lib. 4. Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Martial. lib. 13. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis.

CÆCVLVS, dimin. à Cæcus. Eſt & nomen proprium filii Vulcani: huius mater cum iuxta ignem ſederet, forte fortuna ſcintilla quædam in eiuſdem gremiū euolauit, ex qua mulier concepit, peperitq; filium, quem poſtea ob oculorum paruitatem, Cæculum uocauit, à quo Cæcilios ortos putant, quorū familia Romę nobiliſſima fuit. Hic collecta multitudine, poſtquā diu latrocinatus eſſet, Prænestinā ciuitatem in montibus condidit, & cū ad ludos uicinos populos inuitaſſet, cœpit eos admonere, ut ſecum habitarent, & pro gloria iactare ſe filiū Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano ut ſe filiū cōprobaret, omnis illius multitudinis chorus eſt flāma circundatus. Quo facto cōmoti omnes ſimul habitauerunt, & Vulcani filiū eſſe crediderūt. Hæc Seruius in illud Ver. lib. Aen. 7. Nec Prænestinę fundator defuit urbis: Vulcano genitū, pecora inter agreſtia, regem Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas, Cæculus, &c.

CÆCVLTO, as, {*Veder poco. contrafare i ciechi*} (ἀμβλυωπέω) obtuſum uiſum habeo, & quaſi cęco ſimilis ſum. Feſtus: Cęcultare, eſt cęcos imitari. Plau. Num nam mihi oculi cæcultant? eſt'ne hic noſter Hermio?

CÆCVM uallum, in quo præacuti pali affixi herbis uel frondibus occuluntur. Item cæcum inteſtinum, quod inter ileon, & colon ſitum, paruo oblongoq; uentri ſimile eſt: cæcum appellatum ab eo, ꝗ ingreſſum exitum aduerſum non acceperit, ſed hos tam uicinos habeat, ut plerunque in unum coire, & exitu carere uideatur.

CÆCVS, {*Cieco. Pet. Cieco non già ma pharetrato 'l aggio*} (τυφλός) oculorū uſu carens, quaſi oculis captus. Quādoque idē eſt quod inſidioſus, occulte malus, latens, tacitus, qui uideri non poteſt, ἀδιόρατος. Colu. lib. 1. Ex quibus ſępe contrahuntur cæci morbi, quorum cauſas ne medici quidē perſpicere queunt. Cic. Contra Rullum: Cur hoc eſt tam obſcurum, atque cæcum? Idem de Orat. Res cæcæ, & ab aſpectus iudicio remotæ. Sic Verg. etiam Vada cæca, & Cæcos ſcopulos uocat, qui ita ſub aquis occultantur, ut oculos fallant. Transfertur etiam ad animum. ut cum aliquem cæcum eſſe auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cic. pro Sex. Roſ. Ipſos cæcos reddit cupiditas, atque auaritia. Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non uidemus. Veſtigia quoque cæca dicuntur, quæ in obſcura aut incognita uia uerſantur. Verg. 6. Aen. Cæca regens filo ueſtigia. Item Locus cæcus dicitur, in quo non uidemus. Cęcæ foſſæ, cęci aditus, qui ſunt obſepti. Hinc Cæcitas oculorum, tam animi, ꝙ corporis orbitas.

CÆCVTIO, {*Veder poco, eſſer bornio. Dant. Che n'hauean tutt'in borni à ſcernder prea*} (ἀμβλυωπέω) parum uideo: & Cæcutiens, quaſi ſemicæcus. Varr. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi ſeruos in armis contra dominos? Hiero. ad Pauli. Vt rarus ſit, qui non earum cæcutiat lectione.

CÆDES, is, {*Vcciſione morte uiolenta*} (φόνος) mors ferro, aut alia ui illata, præſertim ab eo, qui occidere, aut ferire uolebat. Cic. in Bruto: Nam cum in ſylua ita facta ſua cædes eſſet. Ouid. 8. Metam. –Modo uulnera fratrū Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago. Inde dicimus aliquem commiſiſſe cædē. Huius diminutiuum eſt cædicula.

CÆDITIÆ TABERNÆ, dictæ ſunt à Cæditio quodam, qui eas in uia Appia ædificauit.

CÆDO, is, cecidi, cæſum. Verbum actiuum, pen. pro. {*Percuotere*} (τύπτω, παίω, μαστιγόω) percutio, ferio, uerbero. Terent. And. Verberibus te cæſum in piſtrinū, Daue, dedā. Interdum idem quod amputo uel abſcindo. Cic. 3. de Diuin. Arbores ſimul cū luna feneſcentes tempeſtiue cædi. Et paulo poſt: Qui robur illud, cecidit, dolauit, inſcripſit. Item occido. Verg. 2. Aen. Cæduntur uigiles. Ponitur quandoque pro immolare, ut apud eundē: –Cædunt binas de more bidentes. Item pro frangere. Cic. 3. Ver. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro. Cædi teſtibus, apud eundem ad Q. Fratrem eſt teſtiū multitudine urgeri, premi, cōuinci. Huius compoſita ſunt, Abſcido, Cōcido, circūcido, (περιτέμνω) Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido: quorū pen. producitur. At Cedo ſine diphthongo (χωρέω) ceſſi preteritum, & ſupinum ceſſum facit, multaq; ſignificat. Nam quandoque Cedere ſignificat abire, & locum uictori dare. ἀναχωρεῖν, Cic. Cui quidē exercitus noſtri, Imperatoreſq; ceſſerunt. Quādoque diſcedere, uitare atque ſubtrahere. Plaut. Cedamus inibi. Hinc Ce-

dere

dere iræ,(ὑπεξάγεσθαι τοῦ θυμοῦ)dicimus dare locũ iræ,& quaſi ab ira diſcedere.

Cedere bonis,diſcedere à bonis,& quicquid noſtrum erat tradere creditori. ἐκςῆναι τῶν ὄντων. Cedere iuri,diſcedere à iure, ius quod habemus alteri tradere:quod & De iure cedere,dicimus. Cedere item,eſt in ius alicuius uenire : ut, Cedunt mihi ea bona: id eſt,in ius meum ueniunt. Et cum accuſatiuo mediante In. Hieronymus ſuper Mat. Ita fiebat,ut oblatio liberorum ſub occaſione tẽpli,& Dei,in ſacerdotum lucra cederet. Rurſus cedere ponitur pro dare. Enn. Salucte optima corpora,cedite manus ueſtras,meaſq; accipite. Pro concedere, obſequi,non repugnare,παραχωρεῖν. Ver.2. Aen. Cedo equidem,nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere,ſeu in ſortem cõtingere. Idem. Ceſſerit Auſonio ſi fors uictoria Turno. Pro incidere. Plaut. Aul. In hoſtem abſolutus cedas. Inueniatur & cedo,imperatiuum,dic,φέρε δή,εἰπὲ:nec habet aliam perſonam,niſi tantum Cedite pluraliter,habetq; primam correptam. Teren.in And. Cedo,cuium puerum appoſuiſti hic ante ianuam. Cic.in Cato. Cedo, qui ueſtrã Remp. tantam amiſiſtis?id eſt,dic. Terent.in Phorm. poſuit pro da. Quin tu mihi argẽtum cedo. PHOR. Imo uxori tu cedo. Cedere diem,(χωρεῖν τὴν ἡμέραν)inquit Vlpianus ſignificat incipere deberi pecuniam: ſicut Venire diem,ſignificat eum diem ueniſſe,quo pecunia peti poſſit. Cedere è uita,eſt mori. Cice.de Clar. Orat. Hortenſius è uita ceſſit. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcedo, Accedo, Concedo, Decedo, Diſcedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Prẹcedo, Procedo, Recedo,(ἀφίσταμαι.)Retrocedo, Secedo, & Succedo: quæ habent pen.prod.

CÆDVA SYLVA,{*Selua da tagliare*}(κευομένη ὕλη)à cædendo dicta, quæ ſcilicet religioſa non eſt,ſed quoties opus eſt,ad ignis, uel ædificiorũ uſum cæditur. Plin.lib.13.cap.4. Cæduæ palmarum ſyluæ. Contra Incidua ſylua dicitur,quæ non cæditur. Eiuſmodi erant Luci religioſi, quos uiolare nefas erat, qualem deſcribit Lucanus Pharſaliæ ſuæ lib.3. Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo,&c.

CÆLAMEN,inis,{*Intaglio*}(γλυφή)idem quod cælatura. Ouid.13. Metamor. Neque enim clypei cælamina nouit, Oceanum, & terras, cumq; alto ſydera cælo.

CÆLEBS,{*Huomo, ouer donna non maritati*}(ἄγαμος, ἤιθεος)generis communis,uir ſine uxore, aut mulier ſine marito uiuens, dictus cælebs (ut inquit Hieronymus)quod cœlo dignã uitam agat,qui coitu careat. Auguſt. Cælebs qui non habet uxorem,uel quæ non habet maritum, qualia ſunt numina in cælo,quæ abſque coniuge ſunt,ſi agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tam pro uxore carentibus q̃ pro caſtis & omni Venere abſtinentibus. Sed proprie dicitur Cælebs,qui uxorem non habet, etiamſi concubinas habeat. Nã cælebs & Maritus contraria ſunt. Martial.lib.12. Corrumpis ſine talione cælebs. Hoc eſt,corrumpis alienas uxores, cum ipſe uiuas in cælibatu, nec habeas uxorem,quam illi uiciſſim poſſint corrumpere. Cic.de Leg. Cælibes eſſe prohibeto. Inde dicimus Torum cælibem,& Vitam cælibem, actam in cælibatu. Ouid. Quæ ſi non fuerat,cælebs te uita deceret. Hinc Cælibatus,us,(ἀγαμία) pro uita,quæ agitur ſine uxore. Sueto. Verum amiſſa uxore Lepida, duobusq; ex ea liberis,manſit in cælibatu.

CÆLESTIS,ſte,{*Celeſte*}(οὐράνιος)diuus,diuinus,è cælo exiſtens. Verg.1. Aen. Tantæ'ne animis cæleſtibus iræ? Liu.4.ab urb. Siccitate eo anno plurimũ laboratũ eſt. nec cæleſtes modo defuerunt aquę,ſed terra quoq; ingenito humore egens. Cæleſtes etiam ſubſtantiuè dicimus pro cælitibus, & dijs ſuperis: Cic.6. Philip. Quid eſt,quod de uoluntate cœleſtium dubitare poſſimus?

CÆLESTINI,populi Vmbriæ ſunt, qui à Plinio lib.3.cap.14. in ſexta Italiæ regione collocantur.

CÆLIA,potus genus ex frugibus confectũ: cuius meminit Plin.lib.22.cap.25.

CÆLIBARIS HASTA dicebatur,qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſteti ſſet, ut ſicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris,ſic cum uiro noua nupta eſſet copulata. Feſtus.

CÆLICOLA,{*Habitatore del cielo*}(οὐρανίων) qui uel quæ cælum habitat. Verg.2. Aen. Me ſi cælicolæ uoluiſſent ducere uitam.

CÆLICVS,a,um,{*Celeſte*}(οὐράνιος)idẽ eſt quod cæleſte,ut Cælica regna.

CÆLIFER,(οὐρανοφόρος) Atlantis epitheton eſt, quem Poetæ ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cœlum. Vergil.6. Aene. Vbi cælifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

CÆLITES,cælitum, pen.corr.{*Dei celeſti*}(οὐράνιοι) dij cæleſtes, qui cælum inhabitant. Cœlum autem appellabant ueteres, illam mundi partem quam nos Aethera,ſiue Aethereum mundum uocamus:hoc eſt omne illud, quod eſt ſupra elementum ignis, Vnde Solem,& Lunam, & cæteros planetas inter deos cœleſtes numerabant. Cic.2.de Diu. Ego deum genus eſſe ſemper dixi, et dicã, cælitum. Legitur,& apud Ouid.5.de Ponto,ſingulare Cælite: Quale tamẽ potui de cælite,Brute,recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. Vbi uocat Auguſtum Cælitem.

CÆLITVS,{*Dal cielo*}(οὐρανόθεν)pen.cor.aduerbium,ſignificat è cælo:ſicut Diuinitus,à Deo Hierony. Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguã in oſculantis ſe faciem expuit.

CÆLIVS, mons urbis Romæ ex ſeptem: à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Thuſco dictus,quod Romulo aduerſus Latinum regem cum auxiliaribus uenerit. à quo Cælimontia,aut Cęlimontana porta. Hunc montem Tul. Hoſtil. urbi addidit,ibiq; ipſe habitauit,quo frequentius habitaretur, ut inquit Liuius. In eo habitauit Ennius poe. Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

CÆLIVM,oppidum Calabriæ,non procul à Brundiſio, apud Pli.li.3.cap.11.

CÆLIVS,orator acerrimo ingenio fuit, diſcipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani Elogium, Longiore illum uita,& meliore mente dignum fuiſſe. Hic poſtea ab Atratino quodam accuſatus,q; cũ Catilina conſpiraſſet in perniciem Reipub. quodq; aurum à Clodia Clodij ſorore extorſiſſet,eiq; uenenum propinaſſet,defenſus eſt à Cicerone elegantiſſima illa Oratione,quę hodie quoque habetur in manibus. Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui ius dicendi,cum picus capiti eius inſediſſet,ab Aruſpice reſponſum eſt. dimiſſa aue, hoſtium uictoriam fore: occiſa,Reipublicæ: eum tamen interiturum qui eam occidiſſet:intrepide tamen auem occidit: unde non ita multo poſt cum quadraginta ſuæ familiæ hominibus eſt interfectus.

CÆLO,as,{*Scolpire.intagliare. Pet. Per iſcolpirlo imaginando in parte*}(γλύφω)ſculpo. Cic.1.de Diuin. Hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento,& noſter expreſſit Archias uerſibus. Verg. Cælatáq; in auro fortia facta uirum. A quo Cælata uaſa dicuntur,quæ ueteres Ancæſa uocabant,q; circumcidendo fiant:et Cœlum,(γλυφεῖον)ipſum inſtrumentum,quo quippiam cælatur. Plin.lib.33. conſtruxit hoc uerbum inſtar eorum,quæ prætium ſignant. L. Craſſus(inquit) orator duos ſcyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertijs centum confeſſus eſt tamen,nunquam ſe his uti propter uerecundiam auſum. Cælator, oris,γλυφεύς. Quintil.lib.2.cap.4. Cælator cælum deſiderat,& pictor penicilla. Argenti cælatores,Plin.lib.34.cap.8.

CÆLATVRA,{*Intaglio*}(γλυφή)ars eſt cælandi, aut ipſa ſcalptura & inciſio. Plin.lib.35.cap.12. Qui plaſticen matrem ſtatuariæ,ſculpturæq;, & cælaturæ eſſe dixit.

CÆLLO,cællis,{*Percuotere,rompere*}(πλήττω.τύπτω)diphthongo,& gemino ll,ſcriptum uerbum antiquum,& quo ſolum in compoſitis utuntur, ſignificat percutio,aut frango. Præteritum facit Cecul,uel Culſi,et ſupinum Culſum. Hinc fiunt compoſita Percællo,& Procællo,& Recællo. Percællo idem eſt, quod percutio,pulſo,& frequenter ad animum transfertur. Terent.in And. Perculſit illico animum. Procællo idem eſt,quod Propello,uel euerto. Inde Procella:de quo ſuo loco dicemus. Item Recællo idem quod reclino. Eſt & Cello, ſine diphthongo ſcriptum:de quo uide infra.

CÆLOS,Thraciæ portus apud Plin.lib.4.cap.11.

CÆLSVS,Vide Celſus.

CÆLVM,{*Scalpello*}(γλυφεῖον,γλυφίον)inſtrumentum quo utuntur argentarij,dum uaſa ſculpunt,aut quo ſcalptores, aut ſtatuarij utuntur in ligneis, aut lapideis ſimulacris ſcalpendis. Vnde eſt illud: Cælo fabricata Myronis. Cælum item,{*Cielo*}(οὐρανός)uno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ eſt ſupra elementum ignis, quam Philoſophi Aethera appellant: ita dictum à cęlando, hoc eſt,occultando: q; inferiora omnia celet, & tegat: ſiue à ſtellarum imagine quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambro.lib. Hexam. Cælum,q; impreſſa ſtellarum lumina habeat,quaſi Cęlatum appellatur: ſicut argentum,quod ſignis eminentibus refulget, cęlatum dicimus. Varro Cœlum, quaſi κοῖλον,hoc eſt cauum,dictum putat: & ſic per œ,diphthongum ſcribẽdum uideretur. Cice. pro Pompeio: Pompeium omnes,ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum,ſed de cælo lapſum intuentur. In cælo eſſe metaphoricos dicitur pro eo quod eſt, omneris omnibus fœlicẽ eſſe, & ſummis laudibus celebrari,ὑπερευδαιμονεῖν. Itẽ in cœlum ferre,uel tollere,eſt ſummis honoribus afficere. Cic. Att.lib.3. Salamini eos in cælum decretis ſuis ſuſtulerunt. De cœlo detrahere,eſt de ſummo honoris gradu deturbari. Cic.6. Philip. Collegam de cœlo detraxiſti. Philoſophi, decem cælos eſſe dixerunt,quorum ſeptem à planetis appellauere: octauum,ſidereum,ſeu ſtellatum,nonum uero,cum neſcirent cuius conditionis eſſet, uocauerunt,cælum aqueum,cryſtallinum'ue,non à frigiditate, ſed tranſparentia, q; per illud ſidera appareant,& pelluceant. Decimum locum ſibi uendicat cælũ illud, quod ultimum philoſophi putantes,Primum mobile uocauerunt. Vndecimum cælum beatorum ſedes,ab Ethnicis philoſophis ignoratum: quod idcirco Theologi Empyreum uocauerunt,non q; colore,ſed ſplendore,& claritate cæteris antecellat. Sunt igitur undecim cœli ſcilicet cælum empyreum,primum mobile,cęlum cryſtallinum,cælum ſtellatum,cælum Saturni,cælum Iouis, cælum Martis,cælum Solis,cælum Veneris,cælum Mercurij,& cælum Lunę. Hęc fuſius tractantur in li.de Cælo ab Ariſtotele. Cic.6. Tuſc. Cœlum hoc,in quo nubes, imbres,uentiq; coguntur,quod & humidum,& caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. De cælo ici,eſt fulmine afflari. Cic.lib.2.de Diui. Summanus de cælo ictus. De cælo ſeruare,eſt cæli ſtatu obſeruato,auſpicijs obnunciare. Auſpicia enim non niſi ſereno cælo,rata erant: contra fulmine, aut pluuia turbabantur. Cic.in Vatin. Quod eo die ſcires de cœlo eſſe ſeruatum. Plin.lib.11.ca.37. Cælum capitis,cranium uidetur appellaſſe,eo q; caput totum eo tegatur ut inferiora hæc cælo. Hoc(inquit)eſt uiſcerum excelſiſſimum, proximumq; cælo capitis,ſine carne,ſine cruore, ſine ſordibus. Interdum Cælum ſumitur pro aere. Verg.1. Aen. Ni faciat,maria,ac terras,cœlumq; profundum. Lucret. In hoc cęlo,qui dicitur Aer. Pli.li.2. Et hoc Cælum appellauere maiores, quod alio nomine Aera. Hinc grandines ſunt,& pruinæ,imbres,procellæ,turbines uentorũ.

CÆLVM,(οὐρανός)antiquiſſimum deorum fingunt Poetæ, qui terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bætillum, Dogana,& Atlanta genuit. A cuius nomine formoſiſſimum ſupremum corpus Cælum dicunt fuiſſe appellatũ.

CÆMENTARII,{*Muratori*} dicuntur cæmentorum,hoc eſt, ædificiorum, quæ ex lapidibus fiunt,ſtructores,quos fabros murarios appellant.

CÆMENTITIVS,a,um,quod ex cæmento eſt,ut parietes cæmentitij. Vitru.lib.2.cap.8. Itaque pilis lapideis,ſtructuris,teſtaceis, parietibus cæmentitijs altitudines extructæ.

CÆMENTVM,(χάλιξ)à cædo,ut quidam putant. Sunt enim cæmenta omnis rudior materia,qua ędificia conſurgunt,quales ſunt rudes lapides nulla arte ad ædificiũ accõmodati,aut politi,ſed quales inueniuntur temere congeſti. Podinas quoq; ruſtici Campaniæ Cæmentarias appellant. Liu. Nec erat difficile murum ſubruere,quod cæmenta non calce durata erant,ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. Aliquando ponitur pro ipſo opere: id eſt ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. Plin. Pallidus lapis in cæmento raro utilis: licet enim contra iniurias fortis,ad ſtructurã tamẽ infidelis eſt. Interpres utiẽ in Biblijs pro calce aqua ſabuloq; fermentata. Habuerunt lateres pro ſaxis,& bitumẽ pro cæmẽto.

CÆNE,(καινὴ Ptolemæo)ſinus Laconici,oppidum,non procul à Tænaro promontorio. Hinc Cænites portus,apud Plin.lib.4.& Cęneus Iupiter dictus eſt. Ouid. Victor ab Occhalia (æneo ſacra parabat Vota Ioui. Cæne item parua quædam inſula in mari Siculo,in Africam uerſa, cui uicina eſt Gaulos & Melitæ, Plinio ſcribitur lib.3.cap.8.

CÆNEVM,(καίναιον)promontorium eſt Eubœæ ad Septentrionem: de quo Plin.lib.4.cap.12.

CÆNEVS,Elati filius, à prima ætate puella fuit forma uetuſtiſſima, adeo ut Neptunus illius forma tractus,cum ea concubuerit, in mercedem autẽ concubitus petiit illa,ut in uirum mutaretur,& eſſet innumerabilis: quod factũ eſt. Cæterũ cũ poſtea Cæneus ſuperbia elatus contẽptis Dijs,iuberet Lapithas, quibus imperabat,per haſtam ſuam iurare, Iupiter illius ſuperbiam ultus eſt. Nam pugnans cum centauris, cum ferro uiolari nõ poſſet, tanta arborũ mole oppreſſus eſt,ut uiuus ſub terram detruderetur,atq; hoc modo interiit. Poſt mortem au-

tem in auem mutatum dicit Ouid. lib. 12. Metam. Salue Maxime uir quondam, ſed auis nunc unica Cæneu. Verg. uero lib. 6. Aen. Poſt mortem in ſexum rediſſe dicit.

It comes & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rurſus & in ueterem fato reuoluta figuram.

CÆNICA, Thraciæ regio, Plin. auctore lib. 4. cap. 11.

CÆNINA, à Plin. inter Latij oppida nominatur, lib. 3. cap. 5. Hinc Cæninenſes populi, à Romulo uicti, ut eſt uidere apud Liu. lib. 1. ab urbe.

CÆNIS, uide ſupra in dictione Cæneus.

CÆNITES, pen. pro. Achaiæ portus fuit, non procul à Saturnino ſinu, querno nemore exornato. Plin. lib. 4. cap. 5.

CÆNIS, (καινύς) Italiæ promontorium eſt, quod aduerſum habet Pelorum in Sicilia. XII. ſtadiorum interuallo. Auctor Plin. lib. 3. cap. 6.

CÆPE, gen. ne. & indeclinabile, {Cipolla} (κρόμμυον) à capitis magnitudine dicitur. unde & prima uocalis diphthongum accepit. Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis ſeparatum ſemen cæpe caula ſeritur, ſeparatim cæpe ſeminis. Dicitur & Cæpa, cæpæ. Ouid. 4. Faſt. Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Inuenitur etiam ſecundum Priſcia. Cæpitius, a, um, & Cæpitium ſubſtantiuum. pro eo quod eſt ex genere cæparum. Cæparum plura ſunt genera, nobiliſſima Aſcalonia, ab Aſcalone oppido Iudææ. Nam (ut refert Strabo li. 16.) Aſcalonenſium regio præcipue fert cæpas. Colu. Pompeiam uel Aſcaloniam cæpam eligito, et componito in fidelia. Cæpa oculos mordet: unde à Græcis nomen impoſitum κρόμμυον, quaſi pupillam oculi cõprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſt. in Problem. Vnde Lacrymoſa dicitur à Columella.

CÆPORI, Hiſpaniæ citerioris populi ſunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

CÆPVLA, diminutiuum à cæpa. Pallad. Hoc menſe cæpulas ſeris.

CÆRA, & eius deriuata, uide Cera.

CÆRE, (καιρή Steph.) neutro genere, & indeclinabile, urbis inſignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondã Agyllam nominatam, & à pelaſgis è Theſſalia profectis conditam ferunt. Deinde uero Lydis, quos poſtea Tyrrhenos nominauerunt, aduerſus Agyllinos bellum gerentibus, cũ quidam murum ſubiens, urbis eius nomẽ percontatus fuiſſet, eiq; à Theſſalo quodã de muro χαῖρε reſponſum eſſet eo ueluti omine a Tuſcis accepto, captam urbem, mutato priori nomine, Cære uocauere. Verum tã ſplendidæ, tamq; glorioſæ ciuitatis, Strabo lib. 5. Aſſerit, uix ulla ſua ætate extitiſſe ueſtigia: & ſolo uicinorum balneorum nomine, quæ Cæretena dicebantur, fuiſſe celebratam. Feſtus: Cæremoniarum cauſam aliqui ab oppido Cære dictam exiſtimant. Declinatur, & Cæres, itis, pen. obliquorum cor. Verg. Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. Legitur & ablatiuus Cærete, pen. pro. tanquam à nominatiuo Cæres, etis. Verg. 10. Aen. Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in aruis. Quanquam non deſunt, qui Cærete ibi adiectiuum eſſe contendant. Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ ſunt, in quas Cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuabant. Nam urbe à Gallis capta cum Cæretani eos, qui una cũ ſacris, æternoq; Veſtæ igne ad ſe profugerant, comiter hoſpitio ſuſcepiſſent, Romani deinde reſtituta in ſtatum meliorem urbe, ſatis malignã illis gratiam retulerunt. Nam ciuitate quidem eos donauerunt, ſuffragij autem ius eis non conceſſerunt. Hinc factum eſt, ut cum aliquem ignominia, & contumelia dignum uolumus ſignificare, Cærite cera eum dignum eſſe dicamus.

CÆREMONIÆ, pe. co. {Cerimonie} (θρησκεία τελετή) uel ab oppido Cære, uel à carendo dictæ ſunt. Nam urbe a Gallis, capta cũ Veſtales uirgines ſimulacra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidum Cære potiſſimum conuenere, ubi benignè fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec a Gallis ciuitas per Camillum liberata ſuit. In cuius beneficij memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis diuinus cultus Cæremoniæ, à Cære diceretur. Liu. lib. 5. ſcribit, L. Albinum de plebe uirum, uirgines ſacerdotes, ſacraq; plauſtro Cære inuexiſſe, unde Cæremonijs ſit ductum nomen. Macrob. lib. 2. cap. 3. innuit Cæremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (inquit) Religionem eſſe dictam tradidit, quæ propter ſanctitatẽ aliquã remota, & ſepoſita à nobis ſit, quaſi à relinquendo dicta, ut à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandũ eſt dici etiã Cæremonia in ſingulari. Cæſar. 7. bel. Gal. Quod more eorũ grauiſſima cæremonia cõtinetur.

CÆRETE, uide Cære.

CÆRETVM. {Ciarreta} Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nurſiã, à quo Cæretani appellantur, totum orbem uano quodam ac turpi ſuperſtitionis genere ludificantes: ob quam cauſam fere continue peregrinantur, familia atque uxoribus domi relictis.

CÆRINTHE, uide Cerinthe.

CÆROMA, uide Ceroma.

CÆRVLEVS, a, um, (κυάνεος) quod cœli puri, & nubibus uacui colorẽ imitatur: quaſi cæluleus. Vnde & mare, quod a cęlo colorem ſuum accipit, proprie Cæruleum dicimus. Ver. 12. Aen. Fonteſq; fluuioſq; uoco, quæq; ætheris alti Religio, & quæ cæruleo ſunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Nat. Deo. Neptuni oculos dixit eſſe cæruleos, ad maris nimirum colorem reſpiciens.

CÆRVLEVM, arenæ genus eſt, quæ in auri atque argenti metallis naſcitur pictorum uſui: cuius tria ſunt genera, Aegyptium, Scythicum, et Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

CÆRVLVS, a, um, pen. cor. (θαλάσσιος) idem eſt quod Cæruleus. Catul. Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis, & apud Verg. lib. 10. Aen. Freta cærula. Cærulum ſubſtantiuum ſeu potius in plurali numero Cærula, pro mari frequentiſſime accipitur apud Poetas. Verg. 3. Aen. Adnixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt.

CÆSA, quæ & inciſa uocantur, ſunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα uocant: differuntq; à membris, quæ Græci dicunt κῶλα. Membrum enim eſt pars periodi ex pluribus uerbis abſolute aliquid ſignificans, hoc modo: Etſi uereor Iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipientem timere. Cæſum autem pars orationis eſt, ex duobus, aut pluribus uerbis, nondum quicquã abſolute ſignificans, hoc modo: Et ſi uereor Iudices, ne turpe ſit. Cęſa oratio dicitur cum non efficiuntur membra ex cõnexione uerborum, ſed ſingula uerba aliquid ſignificantia proferuntur hoc modo. Quis eſt ille: Gellius? armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, concitator tabernariorum latrator fori. Veteres etiam Cæſa uocabant, quæ poſtea Cæſa dicta ſunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, ſicuti Romanis Pila, & Macedonibus ſariſſæ. Varro: Qui gladijs cincti ſine ſcutis, cum binis cæſis eſſent.

CÆSALE, (quod hic corrupte legebatur) uide Caſale.

CÆSAR, (καῖσαρ) cognomen Iuliorum eſt. Ille enim, qui primus Cęſaris nomẽ adeptus eſt, ab eo dictus fertur, q; cæſo matris utero fuerit natus: uel ab elephanto in pugna occiſo, qui lingua Maurorum Cæſar appellatur: uel q; oculis cæſius hoc eſt, glaucis fuerit: uel à cæſarie, cum qua natus proditur. Iulius autem Cæſar, à quo familia Cæſarum poſtea prorogata eſt, non eſt natus cæſo utero materno, qui matrem Aureliam habuit, quã amiſit, cum in Gallia bellum gereret: cuius etiã pater Cæſar eſt nuncupatus, qui Pręture functus Piſis obijt. Hic Iulius Cæſar omnem Galliã quę à ſaltu Pyreneo, alpibuſq;, & monte Gebenna, fluminibuſq; Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formã redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt, & Britãnos, ignotos antea, ſuperatiſq; pecunias, & obſides impetrauit. Deinde cum obtinere non potuiſſet, ut ſui abſentis in Conſularibus comitijs ratio haberetur, arma in patriã conuertit: nemineq; repugnante Galliã Ciſalpinã, Picenum, Vmbriã, & Hetruriam occupauit: Pompeiumq; Italia expulit. Poſt hæc in Hiſpaniã tranſgreſſus, ualidiſſimas Pompeij copias, quæ ſub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, et M. Varrone erant, ſuperauit. Pompeium funeſtiſſimo in campis Pharſalicis pręlio ſuperauit. Ptolemæum in Aegypto ſubegit. In Africa deuicit Scipionem et Iubam. In Hiſpania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies, primum de Gallia, poſtea de Alexandria, deinde de Ponto, de Africa, & de Hiſpania. Liberaliſſimus fuit omnium, & maxime poſt hos triumphos: de quibus Sueto. Cæſares præterea duo alij fuerunt, Caius, & Lucius: quorũ Caius Poeta Tragicus fuit, & Orator, (ut teſtatur Pædianus) frater uterinus Catuli Oratoris: cuius, & Cicero ſic meminit in Bruto. C. Cæſar. L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit, Oratorq; fuit minime ille quidem uehemens, ſed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo ſuauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus ſicut ex eiuſdem Tragœdijs lenitas eius ſine neruis perſpici poteſt. Hactenus Cic. Lucius uero, huius frater Prætor, & Conſul fuit: ambo Syllam ſequuti, iuſſu Marij interfecti ſunt: quo tempore item Antonius Orator, Craſſi æqualis, ſimili fato perijt. Cæſar præterea alius fuit, prænomine Lucius, M. Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, miſſus utrinque aliquoties orator de pace. Poſtremo inter proſcriptos ab Octauio relatus eſt, & interfectus. in cuius locum obtinuit Antonius, ut M. Cicero item proſcriberetur. Vide Plutarchum in Auguſto, & Cicerone, & Antonio.

CÆSAREA, (καισάρεια Stephano) pen. pr. urbs Palæſtinę in litore maris magni, quæ turris Stratonis uocabatur: ſed poſtea ab Herode in honorem Cæſaris nobilius ædificata, Cæſarea eſt appellata. In qua idem Herodes in honorem Cæſaris magnificam domum albo marmore conſtruxit, ubi nepos eius Herodes ab angelo percuſſus, eò q; non dediſſet honorem Deo, conſumptus à uermibus expirauit. In hac Cornel. Centurio à Petro baptizatus eſt. Altera Cæſarea Philippi, à Philippo Herodis filio in honorem Cęſaris ad radices montis Lybani ædificata, ubi duo fontes Ior ſcilicet, & Dan oriuntur. Tertia Cappadocię, ſic à Tyberio nominata, pulſo Archelao, cũ ante Maza diceretur. Auctor Euſe. Quarta Mauritaniæ, nobili portu inſignis, ante Iol uocitata: quam cum Iuba Ptolemæi pater muniret, Cæſaream appellauit. Auctor Stra. lib. 17.

CÆSARAVGVSTA. (καισαραυγοῦστα) urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis: quã Strabo Auguſtam Cæſaream nominat: antea Numantia dicta, teſte Pomponio. Vulgus Hiſpanorum Saragoſſam uocat.

CÆSAREVS. a, um, ut, Domus Cæſarea. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 1. Vultus Cæſarei, idem 2. de Ponto, Eleg. 8. Et Cæſarianus, a, um. Cic. ad Att. lib. 16. Facile me ille eſſet aſſecutus. aiunt enim cum Cæſariana uti celeritate.

CÆSARIES, riei, {Zazzera} coma. (κόμη, κουρά) à crebra cæſione: ideoq; proprie uirorum eſt. Plaut. in Mil. Vide Cæſaries q̃ decet. Cęſaries promiſſa, id eſt longa, apud Liu. Bell. Pun. 8. Vnde Cæſariati, comati dicuntur. Plau. in Milit. Quis miles admutiletur cæſariatus.

CÆSARIENSES, Ioniæ populi, in Epheſiorum conuentu. Pli. lib. 5. ca. 29. Epheſum uero, alterum Aſiæ lumen, remotiores conueniunt Cæſarienſes, Metropolitæ, Cylbiani.

CÆSARIENSIS MAVRITANIA, uide infra in dictione Mauritania.

CÆSARIVM, Aegypti emporium eſt, & receſſus quidam. Strab. lib. 17.

CÆSAROBRICENSES, Luſitaniæ Hiſpaniæ populi, apud Plin. cap. 22. libro. 4.

CÆSENNA, {Ceſenna} urbs flaminiæ prouinciæ, à cædendo, q; exiguo amne cæſa, id eſt, diuiſa ſit: uel q; ager eius duobus fluminibus, Sapi, et Rubicone ſit diuiſus. Hinc Cæſennates dicti ſunt, Cæſennam habitantes, & Cęſennatia uina, quæ inter generoſa numerabantur.

CÆSIM, {A' pezzi, à minuto, à brano à brano, di taglio. Ario. Co denti la ſtracciaua à brano à brano} aduerbium ſignificat cædendo, ſiue per inciſionem gladij: (κατὰ τὰ φέρας, κοπτικῶς, τμήδην) ſicut Punctim, (ἐκ τοῦ ἐπιλείψεως) pungendo. Liu. 2. Bel. Pun. Hiſpano punctim magis, q̃ cæſim aſſueto petere bellũ. Col. lib. 5. Maior autem pars operis in uincam ductim potius, q̃ cæſim facienda eſt: id eſt, cum maturitate potius, q̃ uno impetu. Cæſim uero gemino ſſ, et ſine diphthongo aliud ſignificat: de quo uide infra ſuo loco.

CÆSITIVM (ij). linteolum erat purum. & candidum: dictum q; cædendo ad candorem perueniret. uel q; oras circuncíſas haberet. Plaut. in Epid. Linteolum cæſitium. Ex Nonio.

CÆSIO, onis, uerbale, {Tagliatura} idem ſignificans quod inciſio. Colu. lib. 4. cap. 33. Et poſt quinquennium cæſa, more ſalicti recreatur. atq; in palum formata, ferè uſque in alteram cæſionem perennat.

CÆSIVS COLOR, (γλαυκὸν χρῶμα) oculorum proprius eſt, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellauerunt. quemadmodum & Gręci γλαυκὸν, quod nocturnorum oculorum ſimilitudinem repræſentet. Eſt autem hic color ſubuiridis, igneo quodam ſplendore intermicans: qualem in leonis oculis potiſſimum conſpicimus. Huiuſmodi oculos Mineruæ Poetę tribuerunt bellorũ præſidi, utpote pręferocis animi iudices, unde et γλαυκῶπις à Gręcis, à noſtris Cæſia peculiari epitheto appellaĩ. Eſt autẽ hic color diuerſus à Cæruleo, manife

ſte

ſte eos diſtinguente. Cic. 1. de Natu. Deo. ubi ſic habet: Apollinem ſemper imberbem. Cæſios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni.

CÆSONES, pen. prod. qui cæſo matris utero nati ſunt. Plin. libr. 7. cap. 9. Primusq; ex Cæſarum familia, à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones dicti.

CÆSPES, {Ceſpo, ceſpite, zoppa Venetiis} (βῶλος) gen. maſc. à Cædo fit, & ſignificat terram cum herba auulſam: ſeu in modum lateris cęſam. Ver. 1. Eclo. Pauperis, & tuguri congeſtum cæſpite culmen. Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. Luca. lib. 1. Et ſubitus raptus munimine cæſpitis agger Præbet ſecuros intra tetoria ſomnos. Docet Vege. lib. 3. qua altitudine, ac latitudine cæſpes circuncidi debeat. Hinc Cæſpititius, a, um, quod fit ex cæſpitibus. Vnde Tribunal cæſpititium, uocatur ſuggeſtum ex cæſpitibus factum. Flauius Vopiſcus, Deinde con curſus ad cæſpititium tribunal. Aræ cæſpititiæ, ex cæſpite congeſtæ. Iulius Capito. Centum aræ uno in loco cæſpititiæ circuitu.

CÆSPITO, as, {Scapucciare, inciampare} (προσκόπτειν βαδίζω) pen. co. pede aliquid percutio, quo quaſi ruere cogar ut ſit Cæſpitare, quaſi ad cęſpitem offendere, uel in cæſpitem ferri. Vnde cæſpitatores equi, qui ſæpe in cæſpitem, uel lapidem, aut aliquid huiuſmodi impingunt.

CÆSTRVM, inſtrumentum, quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11. Lala Cyzicena perpetua uirgo Varronis iuuenta Romæ pinxit, & cæſtro in ebore imagines mulierum maxime, &c. Ibidem. In encauſtice pingẽdi duo fuiſſe antiquitus genera cõſtat, cera, et in ebore cęſtro, id eſt, uiriculo, donec claſſes pingi cœpere.

CÆSVLLÆ, à uetuſtiſſimis dicti ſunt, qui cæſis ſunt oculis. Feſtus.

CÆSVRA, æ, {Taglio} (διαιρεσις) proprie inciſura. Pli. lib. 17. Ante calendas Martias creſcit ad brumam uſque, deſinitq; cum dureſcere incipit hoc ſignum, quod tempeſtiuam habet cęſuram. Cæſura item in carmine dicitur, quum in medio uerſus uox promunciantis quaſi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, ſiue ſemiquinaria: alia Hepthemimeris, ſiue Semiſeptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. Penthemimeris eſt, cum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: ut, Arma uirumq; cano. & Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. Hepthemimeris eſt, cum poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba dictionem terminans inuenitur: ut, Arma uirumq; cano Troiæ. Continet n. ſeptenarĩ medietatem. Trochaica eſt, cum poſt duos pedes trochæus par em orationis perficit: ut, Nil noſtri miſerere. Bucolica, cum poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinens, & inuenitur trochæus partem orationis terminans. ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

CÆSVRATIM, {Succintamente breuemente} (συντόμως) ſignificat ſuccincte breuiter, per cæſuræ commata. Vtitur hac uoce Sidonius in Epiſtula quadã ad Claudianum.

CÆSTVS, us, (πυγμή) genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens. quo Daretem, & Entellum pugnaſſe legimus, à cædendo dictum. Verg. lib. 5. Sin crudo fidit pugnam committere cæſtu. Ceſtus uero ceſti, ſine diphthongo ſumitur pro cingulo, & zona illa uirginea, quam maritus prima nocte diſſoluebat, & eſt fœm. gen. quamuis, & maſc. reperiatur: à uariis punctis ſic dicta: κεντεῖν enim pungere eſt, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martẽ, & Iuno Iouem conciliabant, à poetis Ceſtus, (κεστός) dicitur. Mar. Vt Martis reuocetur amor, ſummiq; tonantis, A te Iuno petit Ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum, aut opus interpunctum, acu've pictum, commune ornamentum fœminarum, Ceſton Græci uocant. Proinde Celſus Aphricanus, cõtra quem ſcripſit Orige. 24. libros edidit, quos à rerũ uarietate κέστους appellauit. Hinc Inceſtus: & Ceſtillus diminutiuum. De Veneris ceſto uide multa apud Homer. lib. 14. & eius interpretem Euſtathium.

CÆTERA, Cæterum, abſque recto maſculino in ſingulari numero uſitato ex Græco, καὶ ἕτερος, id eſt, & alius. Terent. in Hecy. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus. Cic. 4. Aca. Cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum appoſuerat. Cętera doctus, figurata locutio, deriuata à Gręcis, qui κατὰ præpoſitionem frequenter ſubaudiunt. Cic. 1. de Natu. Deo. Non ſolum enim poeta ſuauis, uerumetiam cætera doctus, ſapiensq; traditur. Nominatiuo ſingulari Cæterus in maſc. gen. uſus eſt Cato de Re ruſt. cap. 22. ubi ſic habet, Cæterus ornatus domi Pompeiis emptus eſt.

CÆTERO, aduerbium. Plin. lib. 10. ca. 58. Palumbes fœmina incubat poſtmeridiana in matutinum, cæterò mas, hoc eſt, quod reliquum eſt temporis. Cæteroquin, pro alioquin. Cic. de Orat. Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic ſubtilis iſquem, niſi quod ſolum, cæteroquin recte quidem uocant Atticum.

CÆTERVM, {Ma, quanto al reſto} (λοιπόν) coniunctio, ſiue aduerbium, pro ſed, ſiue id, quod dicere ſolemus, quod reliquum eſt. Plau. Poen. Dehinc cæterũ ualete. Cætera etiam quandoque aduerbialiter (τἆλλα) capitur pro deinceps. Verg. 9. Aen. Cętera parce puer bello. Curtius: Cętera opimam prædam fore. Id eſt, in poſterum.

CÆTOBRIX, (καιτόβριξ) Luſitaniæ urbs eſt, alio nomine dicta Cetimbria. Ptolemæus lib. 2. cap. 5.

CAICVS, (Κάϊκος) pen. prod. fluuius eſt Myſiæ, in Theutrania naſcens, & per campum ſui nominis in Elaiticum ſinum defluens. Verg. 4. Georg. Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caicus.

CAIETA, nomen mulieris Troianæ, quam alii Aeneæ, alii Aſcanii, alii Creuſę nutricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reuerſus fato ceſſiſſe inueniens, eã nõ longe à Baiano ſinu ſepeliit: ibiq; & urbem condidit, quã unà cũ adiacenti portu Caietam dixit. Ver. lib. 7. Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famã Caieta dediſti. Strabo autem lib. 5. Caietam à ſinus curuitate appellatam exiſtimat, Laconũ idiomate, qui curua omnia ita ſolẽt uominare.

CAINAS, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Auctor Plin. lib. 6. cap. 17.

CAIVS, (Γάϊος) prænomen à parentum gaudio ſumptum. Et eſt dictio diſſyllaba, niſi per diæreſim ex i, conſonante factãs uocalem, ut apud Martialem, Perugili in pluma Caius ecce iacet. Profertur per G, & notatur per C, quę inuerſa Ↄ, mulierem Caiam declarat, Quintiliano auctore, li. 1. cap. 13. Cic. pro Muræna: Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari. Apud priſcos autem pro Domino ponebatur, ſicut, et Caia (γαΐα) pro domina. Vide Plutarchum, Caianus, a, um: Stat. lib. 4. Sylu. Emptum plus minus aſſe Caiano.

CALÆ, {Baſtone} teſte Seruio, à maioribus dicebantur fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur: Nam cõſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & uallum: uallum autem dicebant Calas. Luci. Scinde calam ut caleas. id eſt, ſcinde lignum, & focum accende, ut caleſias.

CALABRA CVRIA, Romæ erat proxima caſæ Romuli, à calando, id eſt, uocando dicta, q ibi ante faſtorum cognitionem Pontifex conuocata plebe pronunciabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. Hinc curia, ipſa teſte Macr. lib. 1. cap. 15. Calabra dicta eſt, q in ipſam populus calaretur.

CALABRIA, {Calauria} (Καλαβρία) pen. cor. extrema Italiæ regio eſt, peninſulæ formam referens, cuius Iſthmus eſt, uiuus diei uia, quæ à Tarento Brunduſium ducit. Aliis nominibus Meſſapia, & Salentina, et Peucetia dicta eſt, teſte Stra. lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. Oppida eius præcipua ſunt Brunduſiũ, & Hydrus totius Italiæ extremum. Hora. 1. Carm. Ode. 31. Non æſtuoſæ grata Calabriæ Armenta. Inde Calaber, bri. Calabriam incolens. Et Calaber, bra, brum. Ouid. lib. 3. de Arte: Ennius emeruit Calabris montibus hortos. Dicitur ἀπὸ τοῦ καλὸς, καὶ βρύειν, q ſit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur. Calabricus, a, um. ut, Calabrica olea. Colu. lib. 12. ca. 49. Veruntamen habetur præcipua in hos uſus olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum uocant.

CALABRI, {Calaureſi} (Καλαβροί) Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorũ regio Calabria eſt, fructibus in primis abundans. quos quoniã hoſpitibus obtrudebãt, ſibi alioqui nulli uſui futuros, factũ eſt, ut Dona Calabri hoſpitis in prouerbiũ ceſſerint, pro nullius pretii muneribus, q̃ donãti oneri magis ſunt, q̃ uſui.

CALABRIVS, pro auis nomine, uide Charadrius.

CALENVS, (Καλενός) fons Lyciæ, apud Steph. qui & Calbius dicitur.

CALAGVRITANI, Hiſpaniæ citerioris populi in conuentu Cæſarauguſtano, quorum, alii Naſciſci, alii Fibularenſes cognominati ſunt. Vtrorumq; oppidum Calagurium dictum eſt.

CALAIS, Boreæ ex Orithyia coniuge filius alatus, qui una cum Zethe fratre ſimiliter alato cum Argonautis Colchos profectus eſt. Quam expeditione, cũ à Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyias, quę regnum illius infeſtabãt, perſequi conſtituerunt: quas cum & alarum auxilio, et ſagittandi peritia in Plotas uſque inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Iouis canes ulterius perſequerentur. Inde itaque retrorſum conuerſi, duabus illis inſulis, in quibus Harpyias reliquerunt à conuerſione ſua Strophadas appellarunt, cum antea Plotæ dicerentur. Poſtremo ab Hercule occiſi dicuntur, & in uentos commutati, qui Caniculæ exortum dies fere octo præcedunt: unde πρόδρομοι, id eſt, præcurrentes appellantur. Eſt etiam Calais gemma ſapphiro ſimilis, candidior tamen, & litoroſo mari ſimilis. Hanc plerique eandem eſſe exiſtimant cum Augite.

CALAMAGROSTIS, (καλαμάγρωστις) graminis genus, ſoboium magnitudine ad arundinem penè accedens iumenta apud Babylonem, (ubi iuxta uias copioſe naſcitur) enecans, Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

CALAMARIVM, {Pennaiuolo} (καλαμοθήκη) theca, id eſt, repoſitorium calamorum: quod & Theca calamaria dicitur.

CALAMETHA, pen. pro. apud Columellam lib. 4. cap. 27. ponuntur pro fragmentis ueterum calamorum, hoc eſt, pedamentorum, quæ ex calamis, hoc eſt, ex arundine fiebant.

CALAMINTHA, æ, (καλαμίνθη) herba eſt montibus familiaris, folia habens ocymi incana, ſurculos aridos, caules anguloſos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ ſeruata propemodũ antiqua appellatione. Calamentum uocant. Sunt & aliæ duæ Calaminthę ſpecies: quarũ altera pulegio eſt ſimilis, & figura, & odore licet aliquanto maior ſit. unde & Pulegiũ ſylueſtre à uulgo appellatur. Altera mentaſtru ſimilis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, q̃ ſuperior. Vide Dioſc. lib. 3. cap. 34. & Ruel. lib. 3. cap. 30.

CALAMIS, idis, nomen ſtatuarĩ, qui equos abſolutos, & perfectos effinxit. Ouid. Vendicat, ut Calamis laudem, quos fecit, equorum. Huius meminit Pli. lib. 34. cap. 8. & Quint. lib. 12. cap. 10.

CALAMISTRVM, {Ferro da increſpare i capegli} (καλαμὶς, ίδος) generale eſt, (καλαμίστρον) acus maior, qua calefacta, & adhibita, criſpantur capilli. Cic. poſt Redi. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamiſtri notata ueſtigiis, in eam cognitionẽ adducebat? Vnde Calamiſtratus puer (καλαμιστός) pro criſpulo, cirratoq; qui anulatos capillos habet. Cic. ibidẽ: Cur in heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris, tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Varro refert calamiſtrũ parari ob ornatũ, q calefactum in cinere capillos ornet. Qui aũt calamiſtrũ adminiſtrat, à cinere Cinerarius, et Ciniflo uocat.

CALAMISVS, Locrorum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 3.

CALAMOCHNVS, (καλαμόχνους, αἰδ ἀχνος) eſt falſa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnaſcens, ex aqua dulci, & marina, ubi ſe miſcent. Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 10.

CALAMOS, Phœniciæ oppidum in ora ſubiecta Libano monti. Pli. li. 5. c. 20.

CALAMITÆ, {Ranocchi piccioli} (καλαμῖται) ranæ minimæ ſunt, & uiridiſſimæ, quæ à quibuſdam Dryopetæ uocantur: ſic dictæ q inter calamos uerſentur. Plin. lib. 32. cap. 7.

CALAMITAS, tis, {Grandine, calamità, miſeria} (χάλαζα) grando, q cõminuat calamos, hoc eſt, culmos, & ſegetes. Plau. Caſina: Profecto hercle non fuit quicquam olerum, Niſi quicquid erat calamitas profecto attigerat unquam. Terent. in Eunu. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Sed translatio in hoc exẽplo eſt. Ibi. u. calamitas pro infortunio, et miſeria accipitur, ſiue ærumna. συμφορά. Vnde Calamitoſum (οἰζυρόν) dicimus, malis, ac calamitatibus prægrauatũ. Cic. Et honoris ampliſſimi putu eſſe, et accuſare improbos, et miſeros, calamitoſosq; defendere. Calamitoſe, aduerbiũ miſere. Ci. 3. Offi. Nã qđ aũt, minima de malis. i. ut turpiter potius, q̃ calamitoſe: nu eſt ullũ maius malũ turpitudine.

CALAMITES, gemma, à calamo nomen habens, q plures ſimul iunctæ inueniantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

CALAMVS, pen. cor. {Canna ſottile, penna da ſcriuere} (κάλαμος) arũdo magis minuta, habens internodia longa, & recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebãt. Verg. 3. Eclo. Quum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. Pli. li. 16. Calamis populi orientis bella conficiunt. Eſt & Calamus, quo ſcribi ſolet.

Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in diſtichis: Dat carthis calamos habiles Memphitica tellus: Texãtur reliqua tecta palude tibi. Eſt & calami genus concauum, & fiſtulis, quas Syringas uocant, conficiendis accommodatum. Ad quod uidetur alludere Verg. 6. Eclo. Nec calamis ſolù equiparas, ſed uoce magiſtrum. Huius primum inuentorem fuiſſe Pana uolunt Poetæ. Idem 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures inſtituit. Calamus item eſt uirga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos piſces: ſimiliter uirga ad capiendas aues uiſco illita. Martia. Galbula decipitur calamis: & retibus ales. Aliquando accipitur pro ſtipula, & pro quacunque re tereti, ac fiſtuloſa ad ſimilitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac uitium calamos dicimus: id eſt tereres particulas, & uirgas ad ſerendum in terra aptas. Plin. Qui ſi longius efferantur pomorum calami, rapis infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Eſt etiam Calamus menſura ſex cubitorum, & palmi.

CALAMVS ODORATVS, (κάλαμος μυρεψικὸς Dioſcoridi) arundini ſimilis eſt aſpectu, multis geniculatus nodis, caſiæ ſapore, tactu mollis, & cum frangitur ſciſſilis, intus araneoſus, locum in quo naſcitur, ſuauiſſimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plin. lib. 12. cap. 20. In officinis appellationem retinet.

CALANTICA, [Cuffia da donna] (ταινία) tegmen muliebre quod capiti innectitur. Cic. in Clod. Tu'ne, cum uincirentur pedes faſcijs, cum calanticam capiti accommodares, &c.

CALANVS, (κάλανος) pen. pro. fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, cum apud Paſagardas ægrotare cœpiſſet, facta pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, in ea cubans combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, cum Alexander Magnus rogaret eum, ſi quid uellet, dixiſſe propediem te uidero. Quod non multo poſt contingit. Nã in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Lege Arrianũ de geſtis Alexandri, Indi autem quenque ſapientem Calanon uocant, ut ſcribit Suidas.

CALAPIS, Pannoniæ amnis eſt, in Saum influens iuxta Siſciam, duobus alueis inſulam efficiens, quæ Segeſtica uocatur. Plin. lib. 3. cap. 25.

CALARIS, ciuitas in Sardinia apud Plin. libr. 2. cap. 108. cuius meminit, & Claudianus de bello Gildonico: uide in dictione Sardinia.

CALARITANI, Sardiniæ populi, ad Meridiem ſiti: quibus Calaris oppidũ nomen fecit, cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 108.

CALARITANVM, Sardiniæ promontorium Africam ſpectans: apud Plin. lib. 3. cap. 7.

CALASSIS, auctore Feſto, ueſtis genus fuit apud ueteres, quod Græci καλάσιριν uocant. Sunt qui dicant, tunicæ muliebris nodum eſſe, quo circa ceruicem connectitur.

CALATHA COMITIA, uide in dictione Comitium.

CALATHE, (καλάθη) quam alij Calathuſam uocant, nomen urbis ad Herculis columnas ſitæ. Auctor Stephanus. Plin. uero lib. 4. cap. 12. Calathuſam inſulam eſſe aſſerit in mari Aegæo, non procul à Cherroneſo ſitam.

CALATHIANA VIOLA, flos eſt præter uiolarum naturã autumno proueniens, lutei coloris, folijs minutis, ſine odore: à calathi figura appellatus. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

CALATHVS, pen. cor. {Ceſta, paniere. Boc. Gio. 8. Nou. ult. Vn grandiſſimo paniere pieno di coſe} (κάλαθος, τάλαρος) ab aliquibus Qualus, & Quaſillus ab aliquibus Fiſcella, uas uimineum, ſecundum Porphyrionem, in quo mulieres penſa uel tramam reuoluunt, aut in quo flores, uel fructus, aut aliquid ſimile geſtantes ſerũt. Verg. in Alexi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphę calathis. Erat autem calathi forma ſuperne latior, paulatim in anguſtum deſinens, qualem etiã in turbine conſpicimus. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Ver. in Daphnide: Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar, Seruius ait eſſe uas æneum, in quo lac, uel recens caſeus diſtrahitur. Calathiſcus, diminutiuum, (καλαθίσκος) paruus calathus. Catul. Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera uirgati cuſtodibant calathiſci.

CALATHVS, filius Iouis & Antiopes, ut auctor eſt Homerus in Odyſſea.

CALATHVS, (καλαθοῦσα) à Plin. lib. 4. cap. 11. numeratur inter inſulas deſertas, quæ inter Cherſoneſon, & Samothracen interiacent.

CALATIS, (κάλατις Stephano) Thraciæ ciuitas, non procul a Tomis, Ponto Euxino imminens: cuius meminit Plin. lib. 4. ca. 11. & Strabo lib. 7. Ex hac ciuitate ortus fuit Iſter Poeta, qui de ratione ſcribendæ Tragœdiæ opus inſigne conſcripſit.

CALATIÆ, (καλατίαι) Indiæ populi, apud Steph. Calatiæ præterea inter urbes Italiæ ponuntur à Plin. lib. 3. cap. 5. non procul à Bouillis, & Caſino.

CALATORES, {Schiaui} (καλάτορες) dicebãtur ſerui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod eſt uocare: q; ſemper uocari poſſent ob neceſſitatem ſeruitutis.

CALAVREA, ſiue Calauria, {Sidra} (καλαυρεία Stephano) inſula eſt in ſinu Argolico contra Trœzenem, nulla alia re, q̃ morte Demoſthenis, nobilior. In hac etenim inſula templum erat Neptuni, quo Demoſthenes, audito Archiæ ſatellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne uiuus in Antipatri poteſtatem perueniret, hauſto ueneno ex calamo, uitam finiuit. Hanc nonnullis in locis Calabriã appellatam inuenimus, ſed mendoſe.

CALBEI, auctore Feſto, dicebantur apud ueteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob uirtutem donabantur.

CALBIS, Cariæ amnis, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 1.

CALBIVS, uide Calænus.

CALCANEVS, & Calcaneum, {Calcagno} (utroque enim modo dicitur) (πτέρνα) pars poſterior pedis imi. Verg. in Moreto: Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

CALCAR, caris, pen. prod. {Sprone. Pet. Tal'hor ti uidi tali ſproni a' fianchi} (πλῆκτρον, κέντρον) ferreus ſtimulus ad urgendos equos: ſic dictus, q; ad calcẽ alligetur. Cic. 3. de Orat. Quod dicebat Iſocrates Doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro egere: contra autem in Theopompo frænis uti ſolere. Currenti calcar addere, prouerbialiter metaphora, pro eo quod eſt, cum qui ſua ſponte ad rẽ aliquam ſatis incitatus eſt, uehementius adhuc inflammare.

CALCARIA FORNAX, {Fornace da calcina} in qua calx coquitur, κάμινος ἀσβέστου. ſicut ſulphuraria, in qua ſulphur. Plin. lib. 17. cap. 9. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcarijs fornacibus. Eſt autẽ adiectiuum Calcarius, a, um, Calcarius uero ſubſtantiuè, qui præeſt fornaci calcariæ. Cato de Re ruſt. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

CALCATA, ædificia, (πηλοκονιατά) dicuntur calce contecta: quam artem Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipue ſi læue politum've fuerit, ut ſuper induci poſſit penicullis uel albarium, uel pictura, uel aliud quippiam ad uenuſtandam ſtructuram.

CALCATORIVM, apud Palladium lib. 1. cap. 18. uidetur eſſe ſemita quædam editior in cella uinaria, inter duos lacus. Verba eius ſunt hæc. Cellam uinariam Septentrioni debemus habere oppoſitam, ita inſtructam neceſſarijs, ut non uincatur à fructu: ſic autem diſpoſitam, ut baſilicæ ipſius forma calcatorium habeat altiore loco conſtructum: ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda uina hinc inde depreſſi ſunt, gradibus tribus fere, aut quatuor aſcendatur. Et paulo poſt: Quod ſi cupis locum ſuum deputabimus, is locus ad calcatorij ſimilitudinem, podijs breuibus, & teſtaceo pauimento ſolidetur. Dictum autem uidetur calcatorium, ſiue à calcando hoc eſt, cundo. ſiue ab opere calcato, hoc eſt, loricato, ex quo conficiebatur.

CALCE, à Strabone lib. 5. numeratur inter Campaniæ ciuitates, non procul à Theano Sidicino.

CALCEAMEN, & Calceamentũ pro ipſo calceo, {Scarpe} (ὑπόδημα.) Pli. lib. 19. Hinc calceamina, & paſtorum ueſtis. Cic. 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythi cum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.

CALCEATVS, us, {Scarpa} idem quod calceamen. Plin. Itaque longo itinere ſine calceatu atteruntur pedes. Idem lib. 11. cap. 45. Pes imus ueſtigio carnoſo: qua de cauſa in longiore itinere ſine calceatu ſatiſcunt.

CALCEOLARIVS. [Calzolaio] qui calceos conficit. ὑποδηματοποιός. Plaut. in Aul. Propolæ, linteones, calceolarij.

CALCEOLVS, diminut. a calceus, ὑποδημάτιον. Cic. 1. de Natu. Deo. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

CALCEARIVM, rij, (ὑποδήματα, ὑποδήσεις) in ſingulari numero pluralis uim habet, quemadmodum & Veſtiarium. Nam cum alicui calcearium, aut Veſtiarium legatum dicimus, non calceum unum, non ueſtem unam ſignificamus, ſed tantum ueſtium, aut calceorum, quantum illi corpori honeſte tegendo, pedibusq; armandis fuerit ſatis. Vlpia. de ali. leg. Diarijs, uel cibarijs relictis, neque habitationem, neque ueſtiarium, neque calcearium deberi palam eſt.

CALCEVS, à calce, {Scarpa} (ὑπόδημα, καλτίκιον) pedis indumentum, quod ſit ex pellibus animalium. Cic. lib. 1. de Inuen. Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum uenire oportebat.

CALCENDIX, Feſto, conchæ genus eſt.

CALCHAS, antis, (κάλχας) proprium nomen Græci auguris, Theſtoris filij (à quo Theſtorides à Poetis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionẽ Troiæ profectus eſt: & quoniam diuinandi arte plurimum præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. Nam in Aulide oſtendit quomodo placata Diana, uenti ſedari poſſent. & apud Troiam in caſtris docuit, quę ratio. Apollinis, ut peſtilentia ceſſaret, foret. & ex paſſere, quæ cum nouem pullis à Dracone uorabatur, indicauit, decennalem obſidionem Troiæ futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeo ut eius præſidio plerunque defenderetur, præcipue uero cum ſuaderet, Chryſeidem patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon non ſolum in uatem, ſed etiam in ipſum Achillem incenſus ferebatur. Diruta autem Troia reuerſus cum Amphiloco Amphiarai filio terreſtre itinere Colophonem (quæ urbs eſt Ioniæ) cum in luco Apollinis Clarij extra urbem apud ſanum in Mopſum præſtantiſſimum Augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore cõtabuit, q; propoſita ſibi à Mopſo caprifico (ut refert Heſiodus) aut (ut Pherecydes mauult) ſue grauida, connicere nõ potuiſſet, quot in illa ficus eſſent, quot've hæc utero ſuculas gereret: quod tamen Mopſus ſine ullo errore diuinauit. De Calchante uide multa apud Homerum lib. 1. Iliad. & Verg. 2. Aen.

CALCIFRAGA, æ, {Rompe pietra} (ἡμιόνιον) herba eſt in maritimis petris ferè naſcens, a calculis frangendis ita dicta: de qua uide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruell. lib. 2. cap. 129.

CALCIO, & CALCEO, as, {Calzare. Boc. La fece ueſtire & calzare} (ὑποδέω) calceos induo. Et modo accuſatiuum habet eius rei, qua quis calceatur, modo ablatiuum. Accuſatiuo iunxit Plin. lib. 36. ca. 5. Arceſilaum quoque (inquit) magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent ſoccos, omnes ex uno lapide. Ablatiuo autem idem iunxit lib. 7. cap. 20. Nos quoque uidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum põdo calciatum per ſcenam ingredi. Item Gellius. Die feriato tunicis, et lacernis indutos, & gallicis calciatos. Calciari item equi dicuntur, cum pedes eorum aduerſus ſaxorum iniuriam ferramentis muniuntur. Teſtimonium uide apud Suetonium in Veſpaſiano. Huius compoſitum eſt. Excalcio. Suet. in Vitel. Pro maximo munere à Meſſalina petijt, ut pedes præberet ſibi excalciandos.

CALCIOLI, (q; hic corrupte legebatur) uide Carſioli, & Carſeoli.

CALCIOPE, (χαλκιόπη) filia Aeetæ Colchorũ regis, ſoror Medeæ, & Abſyrthi, & coniunx Phryxi, ex quo Cyorũ peperit. Oui. in Epiſ. Helenæ ad Par. Nõ erat Aeetes ad quem deſpecta rediret Non Ipſea parens, Calciopeq; ſoror.

CALCITRO, as, pen. cor. {Trare di calci} (λακτίζω) pede percutio. Plin. lib. 30. cap. 6. Mulas non calcitrare cum uinum biberint. Hinc Calcitrones dicti ſunt equi qui calcibus infeſtant. Gell. lib. 4. cap. 2. Equus mordax aut calcitro uitioſus, non morboſus. Huius compoſitum eſt Recalcitro.

CALCITRATVS, us, {Il trar calci} nomen uerbale (λακτισμὸς) actus ipſe calcitrandi. Pli. lib. 8. cap. 44. Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu.

CALCITROSVS, (λακτιστής) qui ſæpe calcibus ferit. Colum. lib. 2. Iuuencumq; reſte tractum, calcitroſum reddit.

CALCO, as, {Premere co'l piè calcare} (πατέω) proprie ſignificat pede comprimo. Verg. 12. Aen. Miſtaq; cruor calcatur arena. Idem 3. Triſt. Durum calcauimus æquor. Transfertur etiam ad animum: ut idem ſignificet quod contemno. Auctor carminis ad Piſonem. Raraq; non humilem calcat faſtoſa clientem. Sic dicimus, Calcare uoluptates, aut alias animi paſſiones. Compoſita ſunt, Conculco, Inculco, & Proculco.

CALCVLO, as, {Calculare, far conto} (λογίζομαι) rationes ſubduco, rationem facio.

facio. ψηφίζομαι unde Calculator, (λογιστής) à Calculis, id eſt, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. Martial. lib. 10. Nec calculator, nec notarius uelox Maiora quiſquam circulo coronetur.

CALCVLVS, {Saſſo piccolo} (ψῆφος, λιθίδιον) lapis breuis terræ admiſtus: ſic dictus, quòd moleſtiã calcantibus exhibeat: uel, quòd calcem, hoc eſt pedẽ offendat. Verg. 2. Georg. Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus aruis. Cice. 3. de Orat. Demoſthenes coniectis in os calculis ſumma uoce aduerſus multos uno ſpiritu pronuntiabat. Eſt item Calculus lapillus in renibus, aut ueſica generatus, meatum urinæ prohibens, aſperrimumque gignens cruciatũ: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. Qui autem eo morbo laborant, Calculoſi dicuntur. Plin. lib. 20. cap. 21. Hic & calculoſis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celſus lib. 7. cap. 26. de curatione calculoſorum. A Græcis (λιθιῶντες, λιθιῶντας) Pli. lib. 21. Vtuntur ad alopecias, lithiaſicos, opiſthotonicos. Item Calculus (ψῆφος) dicitur, quem Latronem ſeu Latrunculum antiqui appellauerunt, uulgus Scacum uocat. Mart. Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Quoniam autẽ calculis ſubducere rationes ſolemus, Calculus pro ipſis rationibus ponitur. Hinc reuocare, ſiue reducere ad calculum, eſt aliquid exactius ſupputare. Cic. de Amic. Hoc eſt quidem nimis exigue, & exiliter ad calculum reuocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum. Calculis item olim ſuffragia colligebant: candidis abſolutionem, nigris condemnationem ſignificantibus. Vnde factum eſt, ut Calculum pro ſuffragio, ſententia, & iudicio ponamus. Calculoſus, a, um, calculis plenus. Colu. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum, & ſaxoſa amat. Et apud Plin. lib. 35. cap. 14. Calculoſum ſolum.

CALDARIVM, {Caldaia} (λέβης, ὑπολέβης) ahenum quo aqua calida hauritur: uel in quo aqua igni admouetur. In balneis item Caldarium erat, locus in quo calida lauabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida, & Tepidarium, in quo tepida.

CALDARIVS, a, um, adiect. ut, Caldaria cella, {Stuffa} in qua calida lauabantur. Plin. lib. 5. Epiſt. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui ſol benignisſime præſto eſt, caldariæ magis, prominet enim. Caldarium æs, ex quo caldaria, hoc eſt, ahena fiebant. Plin. lib. 34. cap. 8.

CALDIVS, militari ioco dictus eſt Claudius Cæſar, pro Claudio, quemadmodum, & Biberius pro Tyberio, & Mero pro Nerone. Suetonius in Tyberio: In Caſtris tyrocinium propter nimiam uini auiditatem pro Tyberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus eſt.

CALDOR, oris, {Calore} (θέρμη) idẽ quod calor. Varro li. 1. de re Ruſt. ca. 55. Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis, caldore fraceſcit, et oleũ fœtidum fit.

CALEDONIA ſylua, in ea parte Britanniæ fuiſſe putatur, quæ hodie Scotia dicitur, feruisſimis olim urſis nobilitata. Martia. Nuda Caledonio ſic uiſcera præbuit urſo. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonij dicuntur à poetis. Idem: Quinte Caledonios Ouidi uiſure Britannos. Corripit autem hoc nomen in hac ſignificatione antepenultimam ſyllabam, ſecundam uero producit. Apud Græcos enim ſcribitur per η. Contra, cum Aetoliæ ſyluam ſignificamus, ſecunda ſyllaba ſcribitur per y Græcũ, & ubique corripitur, ſequens autẽ producitur, eò quòd apud Græcos ſcribatur per ω. Vide plura de hoc ſuo loco.

CALEFACIO, & CALFACIO, {Scaldare. Pet. Scaldaua'l ſol gia l'uno e l'altro corno} θερμαίνω, calidum reddo. Cic. 2. de Nat. Deo. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito. Transfertur & ad animum. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Eodem die Gabinium ad populum luculẽter calefecerat Memmius. Id eſt uexarat, exagitarat. Calefactus, participium. Ouid. in Ibin: Vtque petit primo plenum flauentis arenæ Nondum calfacti uelitis haſta ſolum. Calfactus, ctus, nomen: Pli. li. 29. ca. 3. Cibo quot modis iuuent, notum eſt, cum tranſmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foueant. Calfacto, as, are. Horat. 2. Epiſt. Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum. Hinc Excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, θερμαντικός. Idem: Excalfactorias habet uires. Concalfacio, calidum reddo: συνεκθερμαίνω. Cic. Et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum ſolere pugnare.

CALEFIO, {Scaldarſi} (θάλπομαι) calidus fio, ſub uoce neutrali paſſiuam habet ſignificationem. Cic. ad Atti. lib. 2. Balneum calefieri iubebo. A quo Concalfio, & Excalfio.

CALEGIA, Ptolemæo Germaniæ ciuitas putatur inter Saxones, quam uulgò Vuitenbergam uocant.

CALENA, apud Ptolemæum ciuitas in Anglia eſſe creditur, quæ hodie Oxonia appellatur.

CALENDÆ, (καλάνδαι, Plutarch.) primus dies menſis: à καλέω uoco. Tũc enim pontifex calato, id eſt, uocatu populo, quot dies à Calẽdis ad Nonas ſupereſſent pronuntiabat. Confluere autem Nonarum die in urbem populus ſolebat, ut addiſcerent, quid eo menſe in diuinis, humaniſque rebus facto opus eſſet. Hinc Nonas quidam dictas putãt, quaſi nouæ initium obſeruationis: uel quòd ab eo die ad Idus nouem putentur dies. Apud Thuſcos Nonæ plures habebantur, quòd nono quoque die regem ſuum ſalutarent, & de ſuis conſulerent negotijs. Sciendũ cum dico Tertio Calendas, certum ſemper diem me ſignificare. Ad tertium uero Calendas, etiam incertum: ut, qui eſt circiter tertium Calendas.

CALENDARIS, re, quod ad Calendas pertinet: ut, Iuno Calendaris dicta, quod Calendarum dies ei ſacer eſſet. Macrob. lib. 1. cap. 14. Idus, inquit, Ioui dedicatæ, Calendæ Iunoni: unde Laurentes Calendarem Iunonem appellauere.

CALENDARIVS, a, um, idem eſt: ut, Calendarius liber, {Calendario. Boc. Gior. 2. Nou. ult. Vn calendario buono da fanciulli} (ἀπογραφή, ἐφημερίς.) Calendaria dicebant tabulæ, ab obſeruatione ſingulorum mẽſium. ut Diaria, à ſingulorum dierum ratione obſeruata. Accipitur etiam Calendarium apud Iuriſconſultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpia. Calendarij quoque curatio, & quæſtura in aliqua ciuitate inter honores nõ habetur, ſed perſonale munus eſt Africanus: Itaque ipſæ pecuniæ ſi adhuc calendario, id eſt nominibus faciendis, deſtinatæ eſſent, fidei commiſſo cedere ſolent. Budæus.

CALENVM, (κάληνον) teſte Plinio, Campaniæ oppidum eſt, non procul à Capua, in cuius agro mite, et generoſum uinum naſcitur. Inde Caleni populi dicti, qui hanc urbem, aut agrum uicinum incolunt. Horum meminit Pli. lib. 3. ca. 5. Hoc etiam oppidum Cales, ium, in numero plurali appellatum inuenitur. Verg. 7. Aen. Quique Cales linquunt, amniſque uadoſi Accola Vulturni. Item Horat. li. 4. Carminum: Sed preſſum Calibus ducere Liberum Si geſtis.

CALENVS, a, um, (καληνός) poſſeſſiuum à Calibus, ſiue Caleno, Campaniæ urbe deductum Horat. lib. 1. Carm. Ode 20. Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes uuam.

CALEO, les, lui, per ſimplex l, {Scaldarſi. Pet. Ne ſi freddo uoler che non ſi ſcaldi} (θέρομαι) ferueo, calidus ſum. Verg. 1. Aen. Ture calent aræ. Lactant. lib. de Opifi. Qui autem ignem putauerunt, hoc uſi ſunt argumento, quòd præſente anima corpus caleat, recedente frigeſcat. In quo oſtenditur primitiui, & deriuatiui diuerſa ſignificatio: ut Caleat intelligatur calidum ſit: Frigeſcat, frigidum fiat. Calere dicitur res, per tranſlationem, dum adhuc recens eſt. Plau. Pœn. Atenim nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. Tracta eſt metaphora à ferrarijs fabris, qui ferrum candens ſimulac igni exemerunt, ſtatim cudunt: ne mora interpoſita durum fiat, & intractabile. Aliter tamen Calere res apud Ciceronem, accipitur 3. Verr. Poſteaquã ſatis calere res Rubrio uiſa eſt, quæſo, inquit, Philodame &c. Id eſt, ubi uidit eos inflammatos, & accenſos multa compotatione. Compoſita ſunt, Concaleo, & Incaleo, Caletur, impersonale à Caleo.

CALEPIVM, (καλέπιον) oppidũ in Cenomanis, ad XIIII. lapidem à Bergomo Brixiam uerſus, ad colles in ſiniſtra parte poſitum: à bonitate uini denominatum. καλός bonus, καὶ πίνω bibo.

CALES, ium, Campaniæ oppidum, in cuius agro generoſisſimum naſcebatur uinum, quod Calenum dicebatur, unde in dictione Calenum.

CALESCO, ſcis, {Scaldarſi} (θερμαίνομαι) calidus uel calidior fio. Plin. lib. 20. cap. 21. Succuſque tribus modis exprimitur in fictitis, caleſcitque uereo ſole modicè. Ouid. 6. Faſt. Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo. A quo Concaleſco, & Incaleſco.

CALESTRA oppidum eſt Theſſaliæ ad mare ſitum, iuxta quod axius fluuius in mare Aegeum defluit. Herod. lib. 7.

CALETE, ignobilis inſula inter Samothracen et Cherſonneſum Pli li. 4. ca. 12.

CALETI, uel (ut alij uolunt) Calethes populi ſunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum urbs à Ptolemæo Geſoriacum nauale uocatur. hodie Caletz. Plin. lib. 19. cap. 1. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominũ exiſtimati Morini, imò uerò Galliæ uniuerſæ, uela texunt. Apud hos erat Icius portus, ex quo breuisſimus erat in Britanniam traiectus: cuius frequens eſt mentio in Commentarijs Cæſaris.

CALETRANVS AGER, non longe à Vadis Volaterranis in Tuſcia. Pli. In eadẽ parte oppidorũ ueterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus.

CALIANASSA, & Calianira, uide Callianaſſa, & Callianira.

CALICADNVS, uide Calycadnus.

CALICVLVS, li, {Calicetto} (κυλίκιον) diminutiuum à calice deductum, eſt uas potorium ſignificat. Cato de Re ruſt. cap. 108. Vinum ſi uoles experiri, duraturum, ſit nec'ne, polentam grãdem dimidium acetabuli in calculum nouum indito.

CALIDVS, a, um, {Caldo} à calore fit, & modo feruentem ſignificat θερμόν. Verg. 9. Aen. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumẽ. Modo ferocem, in conſultum. Pacu. Caueſis, ne nimis calide loquaris, & turbam concites. Modo uelocem. Varro: Quum hæc dixiſſet, ecce calidis pedibus quidam nauicularis irrumpit in curiam. Dicitur & Caldus per ſyncopam. Martial. Frigida non deerit, non deerit calda petenti.

CALIENDRVM, ornatus eſt muliebris capitis, uel certe coma aſcititia, ut interpretatur Acron in illud Horatij 1. Ser. Altum Saganæ caliendrum Excidere atque herbas, atque incantata lacertis Vincula cum magno riſuque, iocoque uideres.

CALIGA, {Calza} (καλίγα) pen. co. tegumentum tibiarum: cuius diminutiuũ eſt Caligula. Cic. 2. Philip. Cum caligis, & lacerna cucurriſti. A caliga fit Caligatus: ut, miles caligatus Iuuen. Veniam caligatus in agros. Dicebantur autem milites caligati, tenuisſimæ ſortis, & poſtremarum claſſium milites. Nam primæ, & ſecundæ claſſis milites ocreas æneas geſtabant. Auctor eſt Liu. lib. 1. ab urb. cond.

CALIGARIVS, a, um, ut Caligarius clauus. Plin. lib. 10. cap. 18. In quibus piſces omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris atque præacutis, clauorum caligariorum effigie. Idem lib. 34. ca. 14. Aliud breuitate ſola placet, clauiſque caligarijs. Dicitur & Caligaris, & hoc caligare. Plin. li. 22. cap. 22. Si enim caligaris clauus, ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo, &c.

CALIGO, pen. pro. {Nebbia folta} (ζόφος) tenebræ, obſcuritas, opacitas, aeris ſpisſitudo. Verg. 4. Aen. Quis globus, ò ciues, caligine uoluitur atra? Hinc caliginoſus, a, um, (γνοφώδης, ζοφώδης) pro obſcuro dicitur. Cic. 1. Tuſc. Vt penetret & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, uentique coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

CALIGO, as, (ἀμβλυώττω) cæcutio. Plin. lib. 20. cap. 22. Inungunt quoque ſcabras genas, aut caligantes oculos cum melle. Caligans participium. Verg. 4. Georg. Et caligantem nigra formidine lucum Ingreſſus. Caligatio, onis, uerbale, ἀμβλυωπία. Plin. lib. 20. cap. 6. Aquilæ miſto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, ſuffuſioneſque oculorum.

CALIGVLA, dictus fuit Caius Imperator: à caligis quas margaritis refertas primus portauit. Vel potius à caliga militari, qua frequẽter in exercitu utebatur ad conciliandos ſibi militum animos. Id enim militibus gratisſimum fore credebat, ſi Imperatorem ueſtibus nihil à gregario milite differre uiderẽt. Auſonius: Caius cognomen caligæ cui caſtra dederunt. In exercitu enim natus erat.

CALIM, ueteres pro clam uſurparunt. Auctor Feſtus.

CALINGÆ, populi ſunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes feruntur concipere, octauum autem uitæ annum non excedere. Auctor eſt Plin. lib. 6. cap. 17.

CALINGII, Arabiæ populi, quorum oppidum eſt Mariaba. Auctor Plin. lib. 6. cap. 26.

CALINIPAXA, Indorum oppidum, non procul à Gange fluuio. Plin. lib. 6. cap. 17.

CALISTO, us, (καλλιστώ) Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Ioue cõpreſſa, grauidaque effecta, cum ſimul cum Pallade lauaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulſa, Arcadem filium in Syluis peperit: à quo poſtea Arcadia dicta eſt. Hæc poſtea à Iunone in urſam commutata, & Iouis miſeratione in Cœlo collocata, maiorẽ efficit urſam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Proper. lib. 2. Cali-

ſto Arcadios errauerat urſa per agros: Hæc nocturna ſuo ſidere uela regit.

CALIX, {*Calice. Arioſt. L'amariſſimo calice nel gozza*}(κύλιξ) genus poculi, quo bibimus, ita dictu quod eo calidam bibebant. nam & calidam: & frigidam, conuiuiis ueteres adhibebant. Plaut. in Capt. Aulas calicesque omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Quandoque ponitur pro maiori uaſe. Cice. 1. Tuſcul. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Quandoque pro uaſe in quo legumina, et olera coquuntur. Ouid. lib. 5. Faſt. Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Varro: Calix, à caldo, quod in ea calida puls apponebatur. Calyx uero per y, in poſteriore (κάλυξ) et priore longa, dicitur qui uis folliculus, quo flores, uel fructus teguntur, ut amygdalæ, nuces, & caſtaneæ habent ſuos calyces, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, hoc eſt, à contegendo. Plin. libr. 15. cap. 22. Necnon & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis. Calyculus, diminutiuum. Plin. lib. 16. cap. 44. Quod uero in ſpina fullonia gignitur hypophæſton calyculis inanibus, foliis paruis.

CALLA, herbæ genus eſt aro ſimile, in arationibus naſcens, uſusque eoſdem habens, quos arum. Eſt & altera callę ſpecies, quam Anchuſam, nonnulli alii Rhinochiſiam appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

CALLÆI, (κάλλαιοι) gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quod colorem purpureū, quem κάλλαιον Græci dicunt, imitantur. Vide Cœl. Rhodig. lib. 11. cap. 16.

CALLAIS, idis, (καλλαΐς) gemma eſt ex uiridi palleſcens, oculi figura extuberans, leuiterque adhærens petris, non ut agnata, ſed ut iiſdem appoſita. Naſcitur in finibus Indiæ, amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plinium lib. 37. cap. 8.

CALLAICI, (καλλαϊκοί) à Ptolemæo lib. 2. ca. 6. appellantur Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, ad occidentalem Oceanum ſiti, Artabris & Aſturibus finitimi: qui à Plinio Galleci appellantur.

CALLARIAS, piſcis eſt mari peculiaris, ex aſellorum genere, ni minor eſſet. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

CALLEO, les, lui, {*Fare il callo*}(τυλλόω) propriè calloſus ſum. Plau. in Pſeu. Neque ego homines magis aſinos unquam uidi: ita plagis coſtæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. Transfertur & ad animum. Cic. Sulpitio. Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdum Callere, eſt perfectè ſcire, (ἐπίστασθαι) quod ſicut pes uel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus uerſatur. Et ſic neutrum tranſitiuum eſt. Perſius: Dicenda, tacendaque calles. Horat. in Arte: Legitimumque ſonum digitis callemus, & aure. Huius compoſitum eſt, Occalleo: à quo Occaleſco: Plaut. in Aſin. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occallunt animus, apud eundem per tranſlationem, pro obdurunt, et longa conſuetudine confirmatus eſt. Callens, nomen. Pli. lib. 21. cap. 31. Halicacabi radicem bibunt, qui ſunt uaticinandi callentes.

CALLET, oppidum ulterioris Hiſpaniæ, in conuentu Gaditano. Auctor Plin. lib. 3. cap. 1.

CALLIÆ, (καλλίαι) una ex tribus Aetoliæ urbibus, teſte Stephano.

CALLIANASSA, (καλλιάνασσα) et Callianira (καλλιάνειρα) duo Nympharum marinarum nomina, alterum à bene imperando, alterum a uiris honeſtandis dictum.

CALLIARVS, ri, (καλλίαρος) Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio. ut ex ſententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit huius oppidi & Strabo lib. 9.

CALLIAS, (καλλίας) Athenienſis Poeta fuit, Comœdiarum ſcriptor, quem Schœnion appellatum fuiſſe Suidas tradit, quod ob paupertatem funes torqueret. Callias item, Lacoplutus cognominatus, dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerſem miſſus: Auctor utriuſque Suidas. Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alpheum, Sapphoque poetas enarraſſe.

CALLIBLEPHARON, (καλλιβλέφαρον) medicamen accommodatum uitiis oculorum, præſertim cum palpebræ cohæreſcunt, & ulcera oculorum male curata ſunt. Plin. lib. 23. cap. 4.

CALLIA, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

CALLICRATES, (καλλικράτης) ſculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parua fecit ex ebore, ut earum partes cerni non poſſent. Vide Plinium lib. 36. cap. 8.

CALLIDE, aduerbium, {*Aſtutamente, accortamente*}(πανούργως) aſtutè, uafrè malitioſè. Cic. 3. de Orat. Callide, argutèque dicere. Idem 2. de Finib. Sed omnia callide referentem ad utilitatem.

CALLIDITAS, atis, {*Accortezza, aſtutia*}(πανουργία) uafritia, aſtutia. Cic. 1. Offic. Scientia, quæ eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia, appellanda eſt.

CALLIDORVS, uiri propriū, (καλλίδωρος) quaſi munus pulchritudinis.

CALLIDROMVS, (καλλίδρομος) mons eſt iuxta Thermopylas. Pli. lib. 4. cap. 7.

CALLIDVS, {*Scaltrito, aſtuto*}(πανοῦργος) per duplex ll, aſtutus: differtque à uerſuto, quod callidus ſit ille (ut ſcribit Cic.) cuius animus uſu, ut manus opera, cō calluit: uerſutus, cuius mens celeriter uerſetur. Cic. 4. Acad. Ego enim, ut agitator callidus, prius quàm ad finem ueniam, equos ſuſtinebo.

CALLIELÆA, (καλλιέλαια) olea ſatiua. Vide Ruellium lib. 1. cap. 104.

CALLIGONON, (καλλίγονον) herba eſt quam nonnulli Sanguinariam dicunt: à multitudine ſeminis, & denſitate fruticis ſic dicta. Plin. lib. 27. cap. 32. Dicitur & Polygonon.

CALLIMACHVS, (καλλίμαχος) pen. cor. nomen poetæ Cyrenenſis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. Fuit & alius hiſtoricus Aegyptius, filius Batti, & Meſatmæ, diſcipulus Hermocratis Iaſei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum uſque ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduerſarium poema acerbiſſimum ſcripſit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ouid. poeta, nomen & argumentum mutuatus eſt. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque cō plura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam in lauacrum Palladis, & quoſdam hymnos in deos. Callimachus alius ſculptor fuit, qui ſe κακιζότεχνον nominari uoluit, quaſi artis interpolatorem, & qui iam in tenuiorē exquiſitioremque diſciplinam reduxiſſet. τέχνην enim liquefacere conflareque eſt. Nam ipſe primus lapidē perforauit, minutatimque tractauit. Auctor Pauſanias.

CALLIMVS, (κάλλιμος) lapis eſt ex genere actitarum: de quo Plin. libr. 36. cap. 21.

CALLINICVS, (καλλίνικος) Sophiſta Syrius, uel Arabs, qui Athenis profeſſus eſt. Scripſit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus geſtis Alexandri, & alia quædam. Auctor Suidas.

CALLION, (κάλλιον, στρύχνος ὑπνωτικός) herba eſt, quam alii nominibus Solanum ſomniferum, Halicacabum, & Veſicariam appellant. Vide Plinium lib. 21. cap. 31.

CALLIONYMVS, (καλλιώνυμος) genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat, & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Plin. lib. 32. cap. 7.

CALLIOPE, (καλλιόπη) pen. co. una Muſarum, & quidem præſtantiſſima, quæ etiam Calliopea, (καλλιόπεια) dicitur. ſicut Penelope Penelopea: à pulchra uoce dicta. Præeſt heroicis uerſibus. Eſt item Calliope, oppidum Parthorum, Stephano.

CALLIPPIA, (καλλιππία) fons eſt Epheſiorum, apud Plinium lib. 5. ca. 29.

CALLIPIDÆ, (καλλιπίδαι) populi Scythiæ, Hypanim fluuium accolentes, ut auctor eſt Herodotus.

CALLIPPOS, (κάλλιππος) philoſophus, qui honeſtati uoluptatem adiunxit, ſicut & Dinomachus.

CALLIPOLIS, {*Gallipoli*}(καλλίπολις) urbs Thraciæ in extremo Helleſponto, è regione Lampſaci, à quo quadraginta tantū diſtat ſtadiis: ut ſcribit Strabo lib. 13. Eſt item Callipolis Peloponneſi ciuitas, in tractu occidentali, nō procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen, & Patras: cuius meminit Pomponius Mela lib. 2. Callipolis præterea inſula eſt maris Aegæi, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLIPPVS, (κάλλιππος) Athenienſis, Platonis auditor, interfectus à Syracuſanis, quod tyrannidem poſt Dionyſium aggrederetur, Dionemque patriæ liberatorem prodidiſſet. Plutarchus in Dione.

CALLIROE, (καλλιρόη) fons apud Athenas. Papinius li. 12. Theb. Et quos Calliroe nouies errantibus undis Implicat. Hic poſtea à tyrannis reparatus, ἐννεάκρουνος dictus eſt: Valla ex Thucydide Nouem fiſtulas uertit. Martianus de hoc fonte, Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroe prædicatur.

CALLIROE, Lyci crudeliſſimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberauit ab inſidiis patris, qui hoſpites omnes immolabat, à quo cum ſe deſertam uideret uitam laqueo finiuit. Fuit item Calliroe, Acheloi fluminis filia, quę Alcmæoni nupſit. ut ſupra docuimus in dictione Alcmeon.

CALLIS, lis, {*Calle ſtrada*}(τρίβος) uia callo perdurata. Verg. lib. 8. Rara per occultos ducebat ſemita calles.

CALLISCERE, (ἀποτυλλοῦσθαι) ueteres dixerunt pro calleſcere, ſiue occalleſcere. Cato. Aures nobis calliſcunt ad iniurias. i. occalluerunt. Nonius.

CALLISTE, {*Santorini*}(καλλίστη) inſula maris Aegęi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLISTEPHANOS, (καλλιστέφανος) genus eſt oleaſtri, quo uictores Olympiorum coronabantur, unde & nomen accepit. Auctor Pauſanias.

CALLISTHENES, (καλλισθένης) pe. co. nomen philoſophi Olynthii, Alexandro Magno familiaris, eiuſdemque ſub Ariſtotele cōdiſcipulus, quem ille poſtea in Aſiam accerſiuit, ut res ſuas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, grauitasque inuiſa regi, quum haud quaquàm aſſentantium accommodatus ingenio eſſet. Nam cum Alexander ex Perſico bello arrogantior factus regio more adorari uellet, acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit, palam dictitans, Alexandrum non adorandum eſſe: quæ res & illi, et multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem Alexander Calliſthenem propter adorationis Perſicæ interpellatum morem, coniurationis cōſcium fuiſſe criminatus eſt, eumque truncatis membris, abſciſſiſque auribus, ac naſo, labiiſque deformatum, cū cane in cauea clauſum circunferri iuſſit, diuque tortum tandem necauit. Vide hęc latius apud Qu. Curtium de Geſtis Alexandri.

CALLISTRATVS, (καλλίστρατος) pen. cor. nomen ſtatuarii, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

CALLISTRVTHIÆ, (ψυκτικαί) ficorum omnium frigidiſſimæ. Plin. lib. 15. cap. 18.

CALLISTVS, (κάλλιστος) libertus fuit Claudii Cæſaris potentiſſimus, qui ipſum etiā Craſſum opibus longe ſuperauit. Hic ſcenam Romæ ædificauit, triginta ſolidis ex onyche columnis fultam. Vide Pli. li. 36. ca. 7. et lib. 33. cap. 10.

CALLITRICHON, (καλλίτριχον) herba eſt, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quod multos, & pulchros crines nutriat. nam in uino cocta cum ſemine apii, adiecto oleo copioſe, & fluere capillum prohibet, & criſpum denſumque facit. Dioſcorides Adiantum appellat, quo nomine, & Plinius utitur lib. 22. ca. 21. Aliud (inquit) adianto miraculum. ęſtate uiret, bruma non marceſcit: aquas reſpuit perfuſum, merſumque ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur, unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon uocant, alii Polytrichon, utrunque ab effectu. Hæc ille. Legitur & nominatiuus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14. Aſtragali radix in puluerem trita, humidis ulceribus prodeſt, item callitrix decocta in aqua.

CALLITRIX, icis, (καλλίτριξ) animal eſt ex genere ſimiarū, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54. Callitriches toto pene aſpectu a ſimiis differunt, barba eſt in facie, cauda late diffuſa primori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio, niſi Aethiopiæ, quo gignitur, cœlo.

CALLON, (κάλλων) ſtatuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruit: teſte Plin. lib. 34. cap. 8. Et Quintil. lib. 12. cap. 10.

CALLVS, m masc. genere. & Callum, li, (utroque enim modo dicitur) {*Callo*} (τύλος, τύλη) eſt cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, parte've alia corporis denſior facta, cuiuſmodi eſt in ſuis roſtro, ceruice bouis, animaliū plantis, & durities illa quæ in manibus ex labore naſcitur. Plau. in Perſa: Plus calleo quàm aprugnum callum callet. Eſt autem Callum aprugnum caro apri calloſior, & ob id ſaporis iucundioris. Et in Capt. Quanta ſumma abſumedo? quanta callo calamitas? Vnde Callum obducere dolori, uel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod eſt, longa aſſuetudine ita nos comparare, ut laboris, uel doloris moleſtiam non admodum ſentiamus. Cic. 9. Famil. Conſuetudo diutur-

diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo.

CALLOSVS, adiectiuum, {*Pieno di calli*}(τυλλώδης)durus, callis plenus. Colum.lib.3.ca.1. Humido loco ſciet non recte mandari fructus teneri, & amphoras acini, ſed calloſi, & anguſti. Auctor Carminis ad Piſonem, quod Ouidio à quibuſdam tribuitur: Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra.

CALO, as, {*Chiamare*}(καλέω, καλῶ)idem eſt quod uoco. Hinc dicta ſunt calata Comitia, quę pro collegio Pontificum haberi ſolēt, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Dicta autem ſunt Calata comitia, q̄ claſſes per ordinem calarentur, hoc eſt, uocarentur. Equites enim uocabantur primi, octoginta deinde primæ claſſis centuriæ, & deinceps ſuo ordine cęteræ inferiores claſſes. Budæus.

CALONES, calcei ex ligno: quo etiam nomine ſerui militum caſtra ſequentes dicuntur, qui clauas ligneas, & fuſtes gerebant, uel qui militibus ligna ſubminiſtrabant. ξυλοφόροι. Horatius. Hunc permiuxerunt calones atq; caballi. Liu.3. Bel.Pun. Impedimenta ſubſequi iuſſit, calones, lixasq;, & inualidos milites uallum ferre. Quidam tamen Calones à calando deriuant, q; ad miniſterium aduocarentur. alij à Calendis, q; Calendarum die cibaria caperent pro tota menſe.

CALOPHANTA,(καλοφάντης)deſſor. Plaut. in Curc. Calophantam, ac ſycophantam.

CALOPODION,(καλοπόδιον)calceamenti lignei genus eſt, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum.

CALOPVS,(καλόπους)animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, auſterum ac uelox, cornibus longis, quibus arbores deiicere fertur.

CALOR & CALIDITAS, {*Caldo*}(θερμὸν, ὑλία)idem ſignificans, à calēdo. Plaut. in Mil. Nam mihi nimius calor Comburebat gutturem. Dicitur & Caldor, de quo ſupra ſuo loco.

CALORICES,(quod hic corrupte legebatur)uide Chlorites.

CALORIFICVS, a, um, quod calorem facit, θερμαντικὸν: ſicut à frigore frigorificus.

Καλὸς λιμὴν, id eſt bonus portus, ita Græci nominarunt, à re ſcilicet, ut ſolent frequentiſſime, Scythiæ Europeæ portum in Euxino ſuper Tauricos. Pompo. libro.2.

CALOSTOMA,(καλόστομα)commemoratur à Plinio lib.5.ca.12. inter Danubij fluuij oſtia. Vide ſupra in dictione Boreoſtoma.

CALPAS,(κάλπας Stephano)Bithyniæ portus eſt prope Rheſum fluuium & Sangarium. Auctor Plin.lib.6.ca.1. Straboni tamen amnis eſt. ſic enim ſcribit lib.12. Inter Chalcedonem, et Heracliam multi amnes fluunt, è quibus eſt Pſillis, & Calpas, & Sangarius.

CALPE,(κάλπη)Hiſpaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppoſitus Abylæ mōti Aphricæ, altera ex columnis Herculis, in cuius radicibus urbs eſt nomine Calpe, ut inquit Strabo. Quæ etiam nomine dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades, anguſto diſcreta freto.

CALPAR,(κάλπαρ)dolium, & uini genus, quod ſacrificij cauſa è dolio emittebatur, prius q̄ guſtaretur. Var.lib.1. de Vita populi Romani: Quæ antequā nomen dolij prolatum eſſet, cum etiam id genus uaſorum. Calpar diceretur, id uinum Calpar appellatum. Feſtus docet eſſe genus uaſis fictilis.

CALPHVRNIA, mulier fuit importuniſſima, quæ ſexus ſui uerecundiæ oblita, per ſeipſam cauſas egit, adeoq; moleſtiam ſe iudicibus præbuit: ut occaſionē dederint edicti, quo tantum eſt, ne mulieri, in poſterum cauſas agere liceret.

CALPHVRNIVS BESTIA, nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus rem aduerſus Iugurtham male geſſit. Hinc à M.Cæcilio accuſatore obiectum eſt, q; uxores ſuas dormientes interemiſſent, genitalibus earū aconito oblitis. Vide Plin.lib.27.cap.2.

CALTHA,(κάλθα)uiola eſt lutei coloris. Verg. in Buco. Mollia luteola pingit uaccinia caltha. Vide latius apud Plin.lib.21.ca.6. Vulgus Gallorum Solſiam uocat, quaſi ſolſequiam.

CALTHVLA, læ, ueſtis, à calthæ uiola coloris lutei. Plaut. Induſiatam, paragautam, calthulam ac crocotulam.

CALVA, æ,(κρανίον)dicitur os capitis, ubi capilli eſſe conſueuere. Martialis: Philotro faciemq; Iauas, & dropace caluam.

CALVARIA, æ,(τὸ βρέγμα)totum caput carne nudum, & tam de brutis, q̄ de hominibus dicitur. Caper Caluam uocat. Palladius: Equæ caluaria, ſed non uirginaria intra hortum ponenda eſt, uel potius aſinæ. Caluariæ deſcriptionem uide apud Celſ.li.8.cap.1. & Caluarię, loca ſepulturæ publica,(πολυάνδριον) ſeu loca in quibus ſupplicio afficiebantur damnati.

CALVASTER,(ὑποφαλακρίας)ſubcaluus, cui capilli partim deciderunt.

CALVATA VINEA,(φαλάκρα)in qua uites quidem ſunt, uerum paucæ, raræq; ut in caluitiem capilli. Plin.lib.17.cap.22. Cato de Re ruſt.cap.33.

CALCVLA, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ ex ſtipendiariis. Plin.lib.3.cap.4.

CALVEO, es, {*Eſſere caluo*}(φαλακρέω)caluus ſum. Plin.lib.11.cap.37. Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli, & corui aquatici. Hinc componitur Recalueo,(ἀναφαλακρόομαι)quod eſt rurſus in caluitiem reuertor.

CALVEFIO, fis, {*Diuenir caluo*}(ἀναφαλακριάω, γίγνομαι)caluus fio. Varro de Re ruſt lib.1.cap.37. Ergo iſta etiam, inquit Agrafius, non ſolum in ouibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſeruo, ne decreſcente luna tondens caluefiam.

CALVESCERE, eſt caluum fieri, φαλακροῦμαι. Plin.lib.11. Proprium huic caluſcere omnibus annis, cum ſeritur rapa. Dicitur & de agris. Colu.lib.5. Propter mures atque talpas ſæpe nouella caſtaneta caluſcunt, id eſt rareſcunt.

CALVINARIVS PORCVS.(quod hic corrupte legebatur)uide Columaris.

CALVITIES, & CALVITIVM, {*Caluezza*}(φαλάκρα, φαλάκρωμα)defluuium capillorum à capite, ſeu locus capitis, ex quo iam capilli defluxerunt. Sueto. In Cæſare: Caluitij uero deformitatem iniquiſſime ferebat, ſępe obtrectatorum iocis obnoxium expertus, ideo deficientem capillum reuocare à uertice conſueuerat. Cic.3.Tuſc. Proinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.

CALVMNIA, {*Calunnia*}(διαβολή)uexatio alicuius in litibus per fraudē, & fruſtrationem: aut rei alicuius malitioſa interpretatio. Nonius malitioſam, et mendacem infamationem interpretatur. Cic. in Sall. Sed eſt quædam calumnia, quam unuſquiſque noſtrum, teſtante animo ſuo, fert de eo, qui falſum crimē bonis obiectat.

CALVMNIATOR, {*Calunniatore*}(συκοφάντης)qui calumniam facit, id eſt, qui falſum crimen obiicit. Vnde in lege XII. tabularum, Calumniator idē patiatur quod reus, ſi conuictus fuerit. Cic. pro cluent. Eſt hic Ennius egens quidem calumniator, mercenarius Oppianici.

CALVMNIOR, aris, {*Calūniare*}(διαβάλλω, συκοφαντέω)ſignificat per fraudem & ſubdolam rationem cauſa uincendi in litibus, mendacia alios uexo uel falſa crimina intēdo. Cic. ad Varr. Nam q; antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam.

CALVMNIOSVS, qui calumniam inferre ſolet, συκοφαντικός. Auguſt. Nemo illic calumnioſus tendiculam uerborum requirit. Calumnioſe aduerb. συκοφαντικῶς.

CALVO, as {*Far caluo*}(φαλακρόω)caluum facio, a quo Decaluo & Recaluo, primum ſignificat Valde caluo: ſecundum Ab anteriore capitis parte caluo.

CALVO, uis, {*Ingannare*}(κατασοφίζομαι)decipio, fruſtror cuius paſſiuū eſt Caluor, tractum a caluis militibus, qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui Salluſtius in 3. hiſtoriarum: Contra ille calui ratus. Hoc eſt decipi. Inuenitur etiam Caluor deponens. Plautus in Caſ. Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur, id eſt, decipit.

CALVVS, {*Caluo*}(φαλακρός)dicitur a cuius capite capilli defluxerunt, ſiue qui ſine capillis natus eſt. Vnde Pli.li.11. docet eſſe gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur. Sueto. in Cæſa. Vrbani ſeruate uxores, mœchum caluum adducimus.

CALX, {*Calcagno*}(πτέρνα, σφυρόν)pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur qui & pes imus appellatur, a calcando dictus. Verg.5.Æn. Calcemq; terit iam calce Diores. Vnde & pro fine metaphorice ponitur: ut, A uertice ad calcē. Cic. Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati. Aliquādo pro ictu calcis, & percuſſione pedum(λακτισμός)plagaq;. Terent. in Phor. Nam quæ inſcitia eſt, Aduorſum ſtimulos calces. Iuuen. Aut dic, aut accipe calcem. Et tā pro calcaneo, q̄ percuſſione, modo maſculino, modo fœminino genere uſurpari ſolet. Silius: Iam compos uoti ferrata calce cruentat Cornipedem. Verg. Cornipedemq; citum ferrato calce fatigat.

CALX, {*Calcina*}(ἄσβεστος, ἡ)fœm. gene. lapis uſtus, ex quo arenæ admiſſione fit intrita: ita dictus a calcando. nam ita lapides ſimul aſtringit, ut calcati uideātur. Cic. pro Mil. Repente lyntribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atq; arma conuexit, Palladius: Calx quæ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo, ſtructuris conuenit, ex fiſtuloſo uero, aut molliore lapide, tectoriis adhibetur utilius. Vide Pli.lib.36.cap.23.

CALYBA,(καλύβη)Thraciæ urbs eſt, a Philippo Alexandri patre condita. Strabo.lib.7.

CALYCDANVS(καλύκαδνος)Ciliciæ fluuius eſt, Seleuciam prætelabēs iuxta Sarpedonem promontorium Strabo.lib.14.

CALYCVLVS, uide ſupra in dictione Calix.

CALYDIVM, Italiæ oppidum eſt in uia Appia, qua Brunduſium itur. Strab. lib.5.

CALYDNA,(κάλυδνα)inſula eſt una Sporadū, Calymnis proxima, teſte Plinio lib.4.ca.12. Homerus Iliad.2. duas facit Calydnas inſulas. Vide Strabonem ad finem lib.10. Eſt etiam teſte Stephano, Calydna oppidum Cariæ, cuius meminit & Plinius libro.5.capit.27. Vnde Calydneus,(καλυδνεύς)nomen gentile.

CALYDON,(καλυδὼν Stephano)pen.cor. Aetolorum ciuitas, regia Oenei patris Meleagri: a qua regio uicina Calydonia,(καλυδωνία)dicitur. Diſtat a mari, ſeptem millium quingentorum paſſuum ſpatio, per quam Euenus fluit. Lucan. Et meleagreā maculatus ſanguine Neſſi Euenos Calydona ſecat. Hinc Calydonius, a, um, & Calydonis, dis. Ouid.8. Metam. Plangunt ſe matres Calydonides. Ab hac etiam urbe uicina ſylua Calydonia, dicta eſt, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipſi poetæ Calydonium aprum uocant. Fuit præterea in ea Britanniæ parte, quam hodie Scotiam uocant, Caledonia ſylua. Sed hoc fere obſeruant poetæ, ut cum Aetolię ſyluam denotare uelint, ſecundam nominis huius ſyllabam per y, græcū ſcribant, eandēq; corripiant, producant autem antepenultimam. Contra cum Britanniæ ſyluā uolunt ſignificare ſecundam ſyllabam per e ſcribant, eandemq; producant, correpta antepenultima. De quo plura ſuo loco.

CALYMNA,(κάλυμνα)inſularum duarum nomen eſt inter Sporadas, non procul a Calydna. Vide Plin.lib.4.cap.12.

CALYPSO,(καλυψώ)nympha Oceani & Tethyos filia: uel(ut aliquibus placet) Athlantis. Regnauit in Ogygia inſula, Lacinio promontorio adiacente, quam poſtea a nomine ipſius Calypſus inſulam nominarunt: ubi Vlyſſem naufragum humaniter excepit, & in ſeptimum uſque annum apud ſe retinuit, coniugium illi ſuum immortalitatem offerens: quæ tamen ille patriæ, & Penelopes ſuæ amori omnia poſthabuit. Vide Homerum Odyſſ.lib.5.

CALYPTRA, æ.(καλύπτρα)genus ueſtimenti, quo mulieres capita tegebāt: a καλύπτω tego.

CALYX,(κάλυξ)ſignificat folliculum, quo primum flos, & deinde ſemen herbarum, uel fructus arborum cooperitur, a καλύπτω, cooperio. Vide ſupra in dictione Calix.

CAMACÆ, populi inter Scythicas gentes Plinio commemorantur libr.6.capit 17.

CAMÆ, populi inter Scythicas gentes, Plin.lib.6.cap.17.

CAMALDVNVM, Plinio oppidum eſt Britanniæ lib.2.cap.75.

CAMARA,(καμάρα Steph.)Vrbs Cretæ eſt, Lato prius dicta.

CAMARICA, Ptolemæo, eſt urbs Hiſpaniæ, quam alio nomine Victoriam uocant.

CAMARINA,(καμάρινα Steph.)teſte Seruio, Palus eſt Siciliæ, iuxta oppidum eiuſdem nominis cuius aquæ cum fœtore ſuo peſtē generarent, cōſuluerūt Apollinem, expediret ne ipſis camarinam exiccari, quibus ab Apolline reſponſum eſt, Camarinam non eſſe mouendam. Neglecto tamen oraculo ſiccauerunt

paludem, per quam mox ingreſſis hoſtibus contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manauit prouerbium, Camarinam mouere, pro eo quod eſt, ſibi malum accerſere. Alii dicunt Camarinam fruticem eſſe, cuius ramos ſiquis cõmoueat quatiatq́, tetrum quendam edere odorem. Vide Eraſmi Adagia.

CAMBADES, uide Chambades.

CAMBALA. CAMBALORVM, Aſiæ locus eſt in Cyſpiritidæ regione, ubi auri metalla effodiuntur. Strab. li. 11.

CAMBALIDVS, mons, Caucaſi ramus in Suſianis. Pli. lib. 6. cap. 27.

CAMBIO, is, pſi, (Cambiare) (μεταλλάσσω) commuto. Apud antiquos uero Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: a quo cãpſo, as, quod eſt iter flecto.

CAMBODVNVM, Vindelicorum urbs eſt in Germania, Hodie Monachum.

CAMBOLECTRI POPVLI, inter Galliæ Narbonenſis gentes Pli. commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

CAMBVSIS, Aethiopiæ urbs eſt. Pli. lib. 6. cap. 29.

CAMBYSES. (καμβύσης) pen. pro. mediocris dignitatis Perſa fuit, cui Aſtyages Perſarum & Medorum rex, Mandanen filiam ſuam collocauit, ex qua natus eſt Cyrus, qui poſtea uicto auo regnum inuaſit Cambyſes item alius fuit, Perſarum & medorum rex, Cyri filius, & ſuperioris Cambyſæ nepos: qui patriis regnis Aegyptum adiecit. Sed offenſus illorum ſuperſtitionibus, Apidis, cæterorumq́; deorum ædes diui iuſſit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum miſit, qui in Libya deſerta arenis obrutus, uniuerſus interiit. Vide Herodotum lib. 1. & 2. Eſt etiam hoc nomine fluuius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucaſiis, Septentrionem uerſus per Iberos & Albanos defluens. Auctor Plin. lib. 6. cap. 13.

CAMELANI, Italiæ populi ſunt, qui a Plin. lib. 3. cap. 14. in ſexta Italiæ regione collocantur, Narnienſibus, & Nucerinis uicini.

CAMELIDES, inſulæ duæ ſunt, Ioniæ adiacentes, non procul a Mileto. Auctor. Pli. lib. 5. cap. 31.

CAMELLA, genus uaſis eſt apud Ouidium li. 4. Faſtorum: ubi ſic habet: Dõ licet, appoſita, ueluti cratere, camella, Lac niueum potes, purpureamq́ ſapam.

CAMELOPARDALIS, (καμηλοπάρδαλις) animal eſt cameli proceritate, colore pantheræ, maculis ueluti florentibus uariegatum, poſtremæ infra aluũ partes humi ſubſident, ſicut in leonibus uidemus: humeri pedeſq́; priores, atque item pectus præter cęterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix, camelo capite ſimile, pedibus & cruribus boui.

CAMELOPODION (καμηλοπόδιον) herba eſt quibuſdam, quam Dioſcorides πράσιον, Latini Marrubium uocant.

CAMELVS, ſimplici l. (κάμηλος) animal quadrupes, quod crura prolixa, collũ oblongum habet, Sitim per triduum tolerat, ſed cum inuenit aquã, tãtum bibit, ut & præteritæ, & futuræ ſiti ſatisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, ut ſcribit Diodo. Sed in hoc differunt, q̄ Arabici in dorſo bina habent tubercula (hos Dromedarios uocant. Bactriani ſingula, De camelis multa Pl. li. 8. ca. 18. Ci. 2. de Nat. Deo. Cameli adiuuantur proceritate collorũ. Horat. 2. Epi. Diuerſum confuſa genus pãthera camelo. Hinc Camelinus, a, um. ut, Camelinũ lac. Plin. lib. 28. cap. 9 Dulciſſimum lac humani camelinum, efficaciſſimum ex aſinis. Eſt & camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Euangelio. Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, q̃ diuitem in regnum cœlorum.

CAMERA, pen. cor. (Volto) (καμάρα) arcus ædificium ſuſtinens, tectumq́; detectum & incuruatum: quod & Fornix & Teſtudo à Latinis appellatur. Seruius deductum exiſtimat ab adiectiuo Camurus, quod curuum ſignificat et inflexum. Cic. ad Q. F. Cameras quaſdam non probaui, mutariq́; iuſſi. Sall. in Catil. Eum muniunt undiq́; parietes, atq́; inſuper camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris.

CAMERO, as, are, (Edificare in uolto) (καμαρόω) cameram, id eſt, fornicẽ & teſtudinem facio, a quo Concamero. Pli. lib. 24. Dinocrates architectus Alexandri, Arſinoes templum concamerare inchoauerat. Inde Concamerata loca, dicimus teſtudinea, hoc eſt, quæ fornicibus conſtant. Camerata uehicula, quę Gręci καμαρωτὰ uocant, qualia ſunt penſilia, quibus matronæ geſtantur: cuiuſmodi etiam hodie fiunt corio contecta. Bud.

CAMERARIVS, a, um, adiect. Plinius loquens de cucurbitis lib. 19. ca. 5. Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ uocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi ſerpit.

CAMERINVM. pen. pro. (Camberino) (καμέρινον Ptolem.) Vmbriæ urbs præclara, a curuitate ſitus ita appellata. quam Liuius ſcribit. P. Scipioni in Africam traiecturo, cohortem unam ſexcentorum militum præbuiſſe. Hinc Camertes appellati ſunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno conterminis. quorũ meminit Pli. li. 3. ca. 14. & Stra. li. 5. Cicero pro Cor. Balbo: Neq́; Fulginatium, neq́; Camertium fœdere eſſe exceptum. Rectus ſingularis eſt Camers. Silius li. 8. Et armis, Vel caſtris laudande Camers. Adiectiuum. Cicero pro Syl. In agro Camerti, Piceno, uel Gallico. Camertinus, a, um. Cicero pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Appium fortiſſimum uirum ſingulari uirtute præditum, ciuitate donauit, cum Camertinum fœdus ſanctiſſimum, atque æquiſſimum ſciret eſſe.

CAMERIVM. Latii oppidum iuxta Collatiam apud Pli. lib. 3. cap. 5.

CAMESENE, uide Cameſes.

CAMESES, ſiue Cameſis, Italiæ indigena fuit, conſors Iani, qui cum illo bonã Italiæ partem Tyberi uicinam poſſedit, potentia ita participata, ut regio, Cameſene, oppidum, Ianiculum uocaretur. Vide. Macrob. Satur. lib. 1. cap. 7.

CAMILLA, (καμίλλα) regina Volſcorum, Metabi & Caſmillæ filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam ſuorum pulſus. Dianæ eam uouit, cum autẽ iã adoleſceret, ſolis armis ſtuduit: iamq́; in omni armorum genere inſtructiſſima, Turno & Latinis aduerſus Aeneam in auxilium uenit, & poſt multas res præclare geſtas, ab Arunte occiſa eſt. ut copioſe deſcribit Vergilius lib. 11. Matriſq́; uocauit Nomine Caſmillæ mutilata parte Camillam.

CAMILLVS, (κάμιλλος) proprie puer ingenuus, qui Flamini diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas uocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua Camillus, quaſi deorum miniſter dictus eſt.

CAMILLVS, qui & alter Romulus dictus eſt, Romanorum ſuæ ætatis clariſſimus fuit, qui Veios toto decennio obſeſſos per cuniculos cepit. Nec multo poſt, cum crimini illi daretur, q̄ albis equis triumphaſſet, & prædam inique diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeã conceſſit. Mox cum Galli Senones urbem diripuiſſent, ipſumq́; Capitolium arctiſſima premerent obſidione, abſens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorũ reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppreſſit. Poſt hæc Pop. Romanum Veios migrare uolentem, elegantiſſima illa, quæ apud Liuium legitur, concione retinuit, in qua omnes urbis dotes laudeſq́; licet agnoſcere. Tertium deinde Dictator creatus, Satricum ſociam Pop. Romani urbem, ab impetu Latinorum tutatus eſt. Quartum Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus ualetudinem excuſauit. aliumq́; ſibi ſurrogandum curauit. Quintum Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos, ſuperauit. Poſtremo Romæ octogenarius peſtilentia interiit. Ex Liuio, et Plutarcho. Galloſq́; qui capta urbe Capitolium obſidebant, Italia expulit, patriamq́; in libertatem uindicauit. Vitam eius inde apud Plutarchum.

CAMINO, as, are, facere in modum fornacis. Plin. lib. 16. cap. 6. Aceruí confertis taleis recentibus luto caminantur. Idem lib. 17. cap. 15. In prunis palmo amplius, & ubique caminata foſſura ore compreſſiore fuit.

CAMINVS, ni, pen. prod. (Fornace, camino) (κάμινος) Latine fornax dicitur. Verg. lib. 3. Ruptis flammam expirare caminis. Eſt etiam ſtructura quæ fumum excipit, uel in quo ignis ſtruitur. Cic. ad Att. Luculento camino utendum cenſeo. Sueto. in Vitel. Nec ante in prætorium rediit, q̃ flagrante triclinio ex conceptu camini.

CAMIRVS, (κάμειρος) urbs fuit in Rhodo, ita dicta à Camiro Herculis filio, quem Iole Euryti regis filia ſuſceperat, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium.

CAMMARON, (κάμμαρον) herbarum ueneno ſiſſima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur Cammaron autem dictum exiſtimant, à radicis flexura, quam Dioſcorides ſcorpionis caudæ aſſimilat. Mandragoram item herbã non nulli Cammaron appellant.

CAMMARVS, pen. cor. (Gambaro) piſcis eſt ex cancrorum genere, molliorem teſtam habens pro cute. Vide Plinium lib. 31. cap. 8. Martialis lib. 2. Concolor in noſtra cammare lance rubes.

CAMOENÆ, cum œ diphth. Muſæ, Iouis, & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictę, Varro auctor eſt ab antiquis, Carmœnas, et Caſmœnas dictas fuiſſe, quæ poſtea abiecto r, uel ſ, Camœnæ appellatæ ſunt. Alter Feſtus: Camœnæ (inquit) à carminibus ſunt dictæ, uel q̄ canunt antiquorum laudes, uel q̄ ſint caſtæ mentis præſides. Verg. 3. Eclog. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Dicimus etiam Camœna numero ſingulari. Perſ. Satyra. 5. Tibi nunc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille uocali genitus Camœna.

CAMPANA, (Campana) (κώδων) inſtrumentum notum populo ad concionẽ, aut ſacrum conuocando idoneum, à quo campanula. Hiero. ad Euſto. Quouſq́; campanula in clauſtro pulſabatur. Malleus campanæ, (Batocchio) dicitur Rhopalum, (ῥόπαλον) quo item nomine dicitur inſtrumentum, quo pulſatur uſtiũ.

CAMPANIA, (Terra di lauoro) (καμπανία) regio Italiæ fertiliſſima, in qua ſummum eſt Liberi patris (ut uenuſte a Plinio dictum eſt) & Cereris certamẽ ſic dicta q̄ campeſtris ſit. Iuuenalis: Prouida Pompeio dederat Campania febres. à qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes pręcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliaſq́; complures Campanus, a, um, adiectiuum. ut, Vrbs Campana. Verg. 10. Aen. Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Litus Campanum. Stat. 3. Sylu. Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. Campanum ob morbum in faciem permulta iocatus.

CAMPE, (κάμπη) plur. numeri tantum & neu. gen. uermis genus hortenſis, herbas, & arborum frondes infeſtans, à uerbo Græco κάμπτειν, quod eſt flectere: eo q̄ flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Colu. lib. 10. Nec ſolum teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirſutaq́; campe. Hinc Hippocampæ, piſces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt.

CAMPESTRIA, loca plana, (Piano, campagna. Pet. Di frondel boſco e la campagna d'herbe) (πεδινὰ χωρία) à campo deductum nomen. Campeſtria item (περιζώματα) dicuntur genitalium ſuccinctoria, eo q̄ ludentes in campo ueſtibus omnibus exuebantur, & nudi ludebãt ſolis campeſtribus tecti uirilia. Horat. Penula ſolſtitio campeſtre niualibus auris. Vnde qui ita ſuccincti ſunt, campeſtratos uulgus appellat.

CAMPESTRIS, tre, (πεδινός) denominatiuum à campo formatum: ut campeſtres operarii, qui in campo Martio ſeruilem operã candidato impertiebãtur.

CAMPI DIOMEDIS, in Apulia ſunt, & eſt regio quæ Diomedi ceſſit in Apuliæ diuiſione.

CAMPONI, populi inter Aquitanicas gentes Plin. commemorantur libro 4. cap. 19.

CAMPSIANI, Germaniæ populi indigentia laborantes, cõmemorantur Strabone lib. 7. Sunt (inquit) alii Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campſiani, cæteriq́; complures.

CAMPSOR, oris, (κολλυβιστὴς) qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit.

CAMPVS, (Campo. Pet. Per mondar i noſtri dolci campi) (πεδίον) eſt grande atque amplum ſpatium terræ planæ, ut Plateæ, areæq́. Oppius. 3. Bel. Ciu. Sed cum eſſet inter bina caſtra campus, circiter milliũ paſſuum ſex, Domitius caſtris Scipionis aciem ſubiecit. Verg. 7. Aen. Filius ardentes haud ſecius æquore campi Exercebat equos. Dictus Campus à capiendo, q̄ animalium, ſeu rerum aliarum multitudinem facile capiat: ſeu q̄ ueteres ex agro tantum plano capiebant fructus. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis ſtudium habeat. Cic. 4. Acad. Cum ſit enim campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta cogimus? Latiſſimũ dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ quam uocant.

CAMPVS LAPIDEVS, (λίθινον πεδίον) Galliæ Narbonenſis campus eſt, centenum fere ſex ſtadiorum diametrum habens, lapidibus qui ſinguli manũ im-

implerant pleniſſimus: ſub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur ubertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſaliſq; uis magna. Vniuerſa circum adiacens ora, uentis expoſita eſt. Validiſſimè autē Melamboreo uenti procellis infeſtatur: quo ſaxa ipſa uolui traduntur, hominesq; ex curribus excuti, et ui uectorum armis ueſtibusq; nudari. Huius rei originem ad huiuſmodi referūt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filijs pugnantem, cum deficientibus telis in uitæ diſcrimen uenisset, Iouem patrem oraſſe, ut ſibi tela miniſtraret, ſtatimq; imbrem lapideum ea in loca decidiſſe, quo gigantes fuerūt interempti. Vide de hoc plura apud Strabo lib. 4.

C A M V R A, ræ, pen. pro. uaſis genus, quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis utenſilia. Feſtus.

C A M V R V S, a, um, {Torto, piegato} (ἐπικαμπής, καμπύλος) idem quod inflexus, ſeu curuus. Verg. 3. Georg. Camuris hirtæ ſub cornibus aures.

C A M V S, mi, {Laccio, fune. Dant Cercati al collo & troncrai la fune} (κημός, φιμός) genus uinculi. Plaut. in Caſ. poſuit pro fune, quo damnati alligantur fures, cum ait Camum, & furcam feras. Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. Græcis etiam cadum iudicialem ſignificat, cum figurā referentem, in quem iudices calculos conijciebant. Eſt & genus tibiæ, pabuli, et filii, & quædam herba. Item mechanicum inſtrumentum igniferum. Chamos aſpiratū, idolū eſt, quod alio nomine dicit Beelphegor, ut inquit Hieronymus.

C A N A, ſiue Canæ, Strabonis lib. 13. promontorium Aſiæ quod contra Lectum conſurgens, Adramyttenum ſinum efficit, cuius pars eſt Elaiticus. Sunt & Canæ, eodem, Locrorum oppidulum, ſitum in agro Canæo. Cana præterea uicus Galilææ eſt, & urbs Lycaoniæ, κανά.

C A N A A N, (χαναάν) nomen filij Cam filij Noah: à quo Cananæus, a, um: ut, Mulier Cananæa.

C A N A B I S, Vide Cannabis.

C A N A C E, (κανάκη) Aeoli filia fuit, quæ cum fratre Macareo corpore mixto, puerum peperit, cuius & mater erat, & amica: qui cum per aui aulam, à nutrice efferretur, uagitu ſuo Aeolo proditus eſt, eiusq; iuſſu canibus obiectus. Filiæ autem pater enſem per ſatellitē miſit, ut illo pro meritis uteretur, eoq; ſibi necē illa traditur cōſciuiſſe. Extat epiſtola Canaces ad Macareū fratrē inter Ouidianas.

C A N A C H E, ab Ouidio. 3. Metam. numeratur inter canes Actæonis: quod nomen ἀπὸ τῆς καναχῆς, hoc eſt, à clamore, & ſtrepitu impoſitum uidetur.

C A N A I V S, amnis Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

C A N A L I C O L Æ, pen. cor. forenſes homines pauperes: dicti quod circa canales fori conſiſterent. Feſtus.

C A N A L I C V L A, diminutiuum, {Canaletto. Boc. in princip. Canaletti aſſai belli & artificioſamente fatti} (ὀχετεύσιον) parua canalis. Gell. li. 7. ca. 13. ipſum autem Eraſiſtratum dicere, duas eſſe quaſi canaliculas quaſdā, ſeu fiſtulas, &c.

C A N A L I C V L A T V S, a, um, {A' ſimilitudine di canale} (σωληνοειδής) qđ in Canalis modum factum. Plin. lib. 19. Quibuſdam anguſta, et canaliculata: ut cumino: paucis folia cea, & lata, ut atriplici.

C A N A L I C V L V S, (σωληνάριον) diminutiuum à Canalis in maſcu. genere. Colu. lib. 9. Largiore cibo celerius pingueſcit. ſemper tamen etiam canaliculi mi lio repleti apponuntur.

C A N A L I S, lis, pen. pro. & tam maſc. q̃ fœm. gen. (σωλήν) à canna fit, una litera detracta. Eſt autē Canalis, lignum ad cannę ſimilitudinem cauatū, quo aqua deducitur. Feſtus: Canales, per quos aqua confluit in uijs lapide ſtratis. Ver. in 3. Georg. Greges ad ſtagna ſubeto Currentem ilignis potare canalibus undā. Dicitur, & hoc Canale. Sta. li. 1. Syl. Flumina demerſo trahit intemerata canali.

C A N A L I T I V M, autum, dicitur in puteis effoſſum, quod uenarum canalibus per ſaxa uagatur huc, atque illuc, & per latera puteorum. Pli. li. 33. ca. 4. Quod puteis foditur, Canalitium uocant, alij canalienſe, marmoris glareæ inhærens.

C A N A N, dicta eſt Arabia à Cam, qui in ea conſedit: à qua Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deū ignorauit, quia princeps eius, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaque ignorantiā diuinitatis minoribus reliquit.

C A N A N Æ A, (χαναναία) Syriæ regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupauit.

C A N A N I T I S, dis, (χαναναῖτις) pen. corr. poſſeſſiuum eſt patronymici fœminam forma deductum à nomine Canaan, ut, Regio Cananitis.

C A N A R I A, herba eſt, quam uernacula noſtra lingua etiam Herbam canis uocamus, quod canes ægroti ea præſentem uomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8. Inuenerunt, & canes canariam qua faſtidium deducunt, eamq; in noſtro conſpectu mandunt, ſed ita, ut nunquam intelligatur, quæ ſic etenim depaſta cernitur. Ruellius humilem eſſe herbulam oſtendit, folijs tritici multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodijs tibiarum modo in ſe inſertis, quæ tracta ſuis ex uaginulis exeruntur: euandē ſpicę loco paniculā habens, denique folio, & culmo triticum, cacumine arundinē imitans.

C A N A R I A, {Canaria} inſula eſt Atlantici Oceani, ad læuam Mauritaniæ, una ex ijs, quas ueteres ob inſignem aeris temperiem Fortunatas uocauere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex Iubæ ſententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodie omnes illæ inſulæ, quas ueteres Fortunatas dixere, noua nomine Canariæ appellantur: quorum nobiliſſima eſt Palma, præſtantiſſimo ſaccharo, quod Canarium uocant, inſignis.

C A N A R I I, Africæ populi ſunt, circa Atlantem, habitantes in ſaltibus plenis elephantorum, ferarum, & ſerpētum, ita dicti, q; canum uictus ipſis promiſcuus ſit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

C A N A R I V S, a, um, {Canino. cagneſco} κυνικός: quod ad canem pertinet, ut, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 3. Augurio canario agendo dies conſtituatur, prius q̃ frumenta uaginas exeant, & ante q̃ in uaginas perueniant.

C A N A S, oppidum Lyciæ regionis Aſiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27.) L X. oppida habuit, nunc X X X V I. habet. Ex his celeberrima, præter ſupradicta, Canas, Candyba, Podalia.

C A N A S T R Æ V M, (καναστραῖον) promontorium eſt Macedoniæ, Pallenæ proximum, in ſinu Thermaico. Plin. lib. 4. cap. 10.

C A N A T H A, (κάναθα Stephano) oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

C A N A T I M, {Cagneſcamente, in cagneſco. Boc. Gior. 8. Nou. 2. Guatatala un poco in cagneſco.} (κυνηδόν) aduerbium ſignificans ad ſimilitudinē canis, ſicut Bouatim ſimilitudinem bouis. Nigidius Figulus in Comment. Grammat. ut citat Nonius. Sunt etiā aſſimilanter dicta hęc Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

C A N C A N O S, (κάγκανος) herba eſt Galeno, quæ Dioſcoridi & Plinio Cacalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium lib. 3. cap. 128.

C A N C E L L A R I I, {Secretari, cancellieri,} (ἀρχιγραμματεῖς,) degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandis'ue diplomatibus utebantur. Vtitur hac uoce Flauius Vopiſcus, ſcribens a Carino Imperatore factum eſſe præfectum urbis unum ex Cancellariis ſuis.

C A N C E L L A T I M, ad ſimilitudinem cancelli, δικτυωτοειδῶς. Pli. lib. 11. ca. 37. Terreſtriū alijs uenter denticulatæ aſperitatis, alijs cancellatim mordacis.

C A N C E L L I, lorum, {Geloſie, Ferrate} (κιγκλίδες, δρύφρακτοι) ligna, aut ferramenta, modicis interuallis in tranſuerſum inſtar retis inuicem annexa, quibus ſcenæ, & tribunalia, atque feneſtrę muniri ſolent, aditusq; eorum præcludi. Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi extant per baſilicas diſtributi, ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineolæ extrinſecus in quincuncem ſuperpoſitæ foramina linquunt, quibus cum aer aſpectusq; admittatur, prohibetur acceſſus, ſeruatq; uſus eiuſmodi clauſtra uinceis pro ualuis, foribusq; apponi. Cicero pro Seſtio: Tantus eſt a fori cancellis plauſus excitatus. Cancellos alicui circundare, per tranſlationem dicitur pro eo quod eſt, limites quoſdā anguſtos cuipiam præſcribere, extra quos non liceat euagari. Idem pro Quintio Si extra hos cancellos, quos mihi ipſe circundedi, declinauero. Sunt & Cancelli loca cancellatim, hoc eſt, teſſelatim facta tranſuerſarijs lignis, accommoda ſeſſui. Ouid. Cancellis primos impoſuiſſe pedes. In ſacris literis Cancelli uocantur ſpecula foraminibus plena, & tranſuerſim plagulis feneſtrata, quas uulgus zelotypias uocitat. Vnde in Prouerbiis: De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi iuuenem. Hos cancellos delicioſos Cic. li. 1. de perfecto genere dicendi, appellat Tranſenas, ab oculorum uidelicet & foraminum tranſitu enim: Quaſi per tranſenam prætereuntes ſtrictim aſpicimus.

C A N C E L L A T V S, a, um, adiectiuum quod cancellorum figuram imitatur, Pli. li. 8. ca. 10. Duriſſimum dorſo tergus, uentres molles, ſetarum nullum tegumentum, ne in caudis quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (nanq; id & tanta uaſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & inuitans id genus animaliū odore. Ergo cum extenti receperē examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. Vbi cancellatam cutem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam, hoc eſt teſſelatim quadratam, & in modum capſularum factam.

C A N C E L L O, as, {Cancellare, caſſare, torre uia} (διαγράφω) concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. Nam ſicut ea tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis, delendis ſcripturis tranſuerſo calamo notæ lineæq; atramentariæ. Iureconſ. ut, de his quæ in teſtamento delentur. Cancellarat quæ teſtamentum, uel induxerat.

C A N C E R, cri, {Gambaro} (καρκίνος,) piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento: cuius multæ ſunt ſpecies, quas uide apud Pli. li. 9. ca. 31. Eſt itē Cancer unum ex duodecim Zodiaci ſignis, a quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictum, eò quod Sol menſe Iunio ſignū, hoc perambulans, paulatim incipit a nobis recedere, & curſu retrogrado ferri, in modū cancri. Refert Higinus, hunc fuiſſe cancrum, qui a Iunone in Herculem, cum Hydra Lernæa pugnantē immiſſus fuit: qui cum pedem eius momordiſſet, ab Hercule occiſus eſt, & a Iunone inter ſidera collocatus. Cancer item (καρκίνος, καρκίνωμα) morbus eſt ab atra bile efferueſcente proficiſcens cum alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infeſtant, quæ menſtruo non purgantur. Dictus Cancer, uel quod paulatim ſerpat cancri piſcis ſimilitudine, uel quod uenas circa ſe habeat extenſas, inſtar brachiorum cancri, uel quod pertinaciter hæreat, ut ſolet cancer ſiquid chelis apprehenderit. Eſt autem & in ſignificatione, uti in duabus præcedentibus, maſculini generis & ſecundæ declinationis. Cato de Re ruſt. Eadem braſſica uulnera putrida, cancresq; purgabit, ſanosq; faciet. Grammaticorū nonnulli in hac ſignificatione neu. gen. eſſe tradiderunt, & tertiæ declinationis, de Ouidii loco, quem opinionis ſuæ corroborandæ cauſa ſolēt adducere. Vtq; malū late ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas uitiatis addere partes. Qua in re nimiū profecto pueriliter falluntur, nō animaduertentes, adiectiuū Immedicabile, non cum nomine Cancer, ſed cum dictione Malum, cohærere. Cancros Orci, dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus ſtationibus, quaſi cancellos.

C A N C H L E I, Arabiæ populi, Cedreis, & Nabathæis finitimi. Auctor Plin. lib. 5. cap. 11.

C A N C H R I S, (κάγχρυς) Libanotidis fœtidæ ſemen eſt, Dioſc. lib. 3. cap. 70.

C A N D A C E, es, (κανδάκη Suidæ) Aethiopum regina fuit, tempore Auguſti, quæ maximi animi mulier, tantiq; in ſuos meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Strab. lib. 17. Candace per noſtra tempora Aethiopibus imperauit, uirilis ſane mulier, ſed altero oculo capta. Pli. li. 6. cap. 29. Regnare fœminam Candacem: quod multis iam annis nomen ad reginas tranſijt.

C A N D A R A, (κάνδαρα) Paphlagoniæ oppidum, tribus ſchœnis a Gangris diſtans, & Thariba uico. Gentile eſt Candarenus, κανδαρηνὸς Sthephanus.

C A N D A R I A, promontorium eſt in Coo inſula Auctor Strab. li. 14.

C A N D A V I A, mons eſt in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum uergit, L X X. M. paſſ. a Dyrrhachio diſtās. Luca. li. 6. Deuia qua uaſtos operit Cādauia ſaltus. Pli. Candauias montes, multitudinis numero appellat li. 3. ca. 23.

C A N D A V L E S, (κανδαύλης) Lydorum rex fuit, qui cum uxorem haberet formoſiſſimam, non contentus ſecreta uoluptatum ſuarum conſcientia, eam Gygi amico nudam oſtendit. quo facto ſodalem forma reginæ captum, ex amico hoſtem fecit, & tanto propoſito præmio in necem ſuam pellexit uxoremq; & regnum dotale ueluti in manum tradidit.

C A N D A V L V S, (κάνδαυλος) obſonii genus fuit ex carne elixa, pane, & caſeo Phrygio, cum anetho, & pingui iure Vide Coel. Rhod. lib. 12. ca. 14.

C A N D A X, Vide Candace.

C A N D E B O E A palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis: de qua Plin. lib. 36. cap. 26. Pars eſt, inquit, Syriæ, quæ Phœnice dicitur finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candebea nominatur. Ex ea creditur naſci Belus amnis.

CANDEFACIO {*Imbiancare,*} (λευκαίνω,) candidum facio. Plautus in Moſt. Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. Aliquando etiam Can defacere, (ἐμπυρίζειν) eſt candentem, hoc eſt ignitum reddere. Pli. li. 34. cap. 8. Vbi inter lapides candefactos funditur. Hinc Excandefacio, candens & ignitũ facio: unde Ferrum excandefactum, hoc eſt, candens, & ignitum. Per tranſlationem accipitur pro ira inflammare, θυμοῦν.

CANDEI, popu. ſunt in ſinu Arabico, qui, quod ſerpentibus veſcantur, Ophiophagi uocãtur. Auctor Pli. li. 6. ca. 29. Pomp. li. 3. in deſcriptione ſinus Arabici.

CANDELA, {*Candela,*} (λύχνος, κηρός,) a candore luminis dicitur. Iuuen. Sa ty. 9. Candelam apponere ualuis. Hinc Candelabrum, (λυχνεῖον, λυχνία, λυχνοῦχον,) in quo candelæ figuntur. Cicero. 6. Verr. Iam uero lectos æratos, & candelabra ænea, num cui præter iſtum, Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Sunt autem Candelę quacunque conſtent materia, ſcirpis, teda, ſeuo, cera. Varr. Candelabra a candela. in his enim funiculi ardentes figebantur. Martia. de Candelabro Corint. Nomina candelæ nobis antiqua dederunt: Non norat parcos uncta lucerna patres.

CANDELABRVM, {*Candeliero*} uide Candella.

CANDEO, es, {*Eſſere bianco,*} (λευκός εἰμί,) candidus ſum. Ouid. 11. Metamorph. Candida de nigris, & de candentibus atra. Significat etiam ignitum eſſe, αἴθειν, ἐκπυροῦσθαι. Cic. 1. Offi. Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum. A candeo fit Candeſco, (πυροῦμαι,) ignitus fio, igneſco. Ouid. 2. Metam. Curruſq; ſuos candeſcere ſentit. Candeſcere etiã albũ fieri ſignificat. Tibull. li. 1. Lacteaq; caput candeſcere canis. Compoſita, Excandeo, & Incandeo: a quibus Excandeſco, proprie uehementer incendor, inflammorq;. Cato de re Ruſt. Nam ſi ſub tecto coquas, cum bitumẽ & ſulphur additum eſt, excandeſceret, hoc incendetur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram, (πυροῦσθαι.) quod ea eſt, uelut ignis animum incendens, & uultum hominis quodam candore perfundens: uel quia, ut ſol quanto candidior tãto ardentior: ita animus, dum ira concitatus eſt, inflammatus, incenſus, & excãdeſcens dicitur, ut tanta mentis commotio ſignificetur. Cælius Cic. Id poſtquã reſciit, excanduit, & me cauſam inimicitiarum quærere clamauit. id eſt, ira uehementer incenſus eſt. Hinc Excandeſcentia, quæ eſt, (ut Cice. 4. Tuſcul. inquit) ira naſcens, & ſine modo exiſtens. θύμωσις. Incandeſco, & candens, & ignitus fio. Oui. Meta. li. 7. Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum Funda iacit: uolat hoc atq; incandeſcit eundo: Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes. Eſt & Recandeo: a quo Recandeſco, quod eſt rurſus candeſco: & accipitur pro calefio, Ouid. lib. 1. Met. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recẽti, Solibus æthereis, altoq; recanduit æſtu.

CANDICO, cas, pen. cor. (ὑπολευκαίνομαι) candorem habeo, ſubcandidus ſum. Pli. li. 8. Inſigne ei in dextro latere, candicans macula. Hinc Candicantia, æ, pro albedine, λευκασμός. Pli. lib. 37. Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt.

CANDIDATVS, qui luce quadam oſtente perfuſus eſt. Vnde Lactant. Immortalitate nos ueluti candidatos eſſe, eleganter dixit. Candidati etiam dicebãtur, q̃ ad alicuius magiſtratus, aut dignitatis petitionẽ aſpirabãt (οἱ τηρεῖν ἐθέλοντες τὰς ἀρχάς. οἱ λευχειμονοῦντες,) a toga cãdida quã per id tempus induebãt, ſiue ad denotandũ integritatem, quod ſolus hic color ſyncerus ac purus, & minime inquinatus eſt. ſiue ut perſpici ab omnibus poſſet, eos pecuniam non habere qua ciues corrumperent. Item autem candidati per comitia ſolebant, ſuadendo, rogando ſubmittendo ſe omnibus & nudato etiã corpore, cicatrices oſtendendo. Ci. pro Muræ. Nec candidatis iſta benignitas adimẽda eſt, quæ liberalitatẽ magis ſignificat, quam largitionem. Inde per tranſlationem aliarum quoq; rerũ petitores. Candidati dicuntur, ſicut a Quintil. Candidatus eloquentiæ: & a Pl. in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo Cãdidatus fidei. Ex quibus oſtenditur Candidatus conſtitui cũ genitiuo: ut ſit Candidatus Cõſulatus, Præturæ, Quæſturæ, qui petit Conſulatum, Præturam, Quæſturam.

CANDIDATORIVS, a, um ut candidatorium munus. Cicero ad Att. li. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummã adhibebimus diligẽtiam.

CANDIDO, as, {*Imbiancare, far bianco.*} λευκαίνω, candidum facio. Pomp. Veſtem lixiuio candidans. Pli. Cuius radices utuntur ad candidandos capillos.

CANDIDVS, da dum, {*Candido, bianco. Arioſt. Candido come neue ch'l ſuo ueſtire,*} proprie dicitur, quod lucentem quandam habet albedinem: unde niuem candidam, & cygnum candidum magis proprie dixeris, quam album. Seruius in 3. Georg. Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe uicinum. Sumitur etiam Candidum (αἶθον) pro ignito. unde ferrum candidum uocamus: cum accenſum eſt, & ignitum.

Et quia inter colores candidus puriſſimus eſt, accipitur etiam Candidum pro puro, & ſyncero, & minime fucato. Hora. 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex. Hinc aduerbium Candide, idem ſignificans, quod pure, ſyncere, & benigne, ἀπερίττως. Cælius Ciceroni: Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter: & candide poſuiſſe inimicitias uidearis.

CANDIDVM, (λευκόν) Zeugitanæ regionis (quæ proprie Africa dicitur) promontorium eſt. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teſte Pli. li. 5. ca. 4. Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiſcens copias ſuas expoſuit: mox Apollinis aduerſum Sardiniæ, & Mercurii aduerſum Siciliæ: quæ in altum procurrẽtia, duos efficiunt ſinus, Hipponenſem, & Diarrhytum. Interdum Candidus ponitur pro fœlici tractum a Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduerſum, nigro lapillo deſignarunt. Catull. Fulſere uere candidi tibi ſoles.

Horat. lib. 2. Ser. Hunccine ſolem Tam nigrum eſſe mihi? id eſt, triſtem & exitioſum.

CANDIDVLVS, a, um, diminutiuum. Cic. 5. Tuſcul. Canduli dentes, uenuſti oculi, color ſuauis.

CANDIFICO, as, (λευκαίνω) candidum facio. Næuius. Poliens ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

CANDIOPE, (Κανδιόπη,) Oenopionis filia, & Orionis ſoror, (ut Theodotius aſſerit) quam cum frater in uenatione in antrum traxiſſet, uim illi intulit, et ex ea Hippolagum ſuſcepit: quod cũ Oenopion reſciuiſſet, indignatus, filiũ cũ latum abire iuſſit, qui oraculo edoctus uerſus orientem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus eſt, ubiq; inſignes uirtutes in magno prælio fuit.

CANDYBA, (Κάνδυβα, τά, Steph.) Lyciæ regionis ciuitas eſt, ubi laudatur, Oenium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

CANDOR, oris, {*Biancheʒʒa, candore*} (λευκότης) albedo ſplendori cõiuncta. Cic. 1. de Nat. Deo. Nam ſolis calor, & candor illuſtrior eſt, q̃ ullius ignis: quippe qui immenſo mundo tam longe lateq; illucet. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro ſynceritate, & puritate animi.

CANDOSOCCVS, in uitibus quis dicatur, docet Colu. lib. 5. cap. 4. his uerbis. Nonnullos tamen in uineis characatis animaduerti, & maxime heluenaci generis, prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ab arundines erigere, & in fructum ſummittere: quos noſtri agricolæ Mergos, Galli Candoſoccos uocant.

CANE, oppidum Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

CANENS, entis, Nympha fuit, Pici Laurentum regis uxor, quæ cum uirum à Circe in auem mutatum ſupra modum lugeret, catabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, ubi hæc contigerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam hanc unde lębus apud Ouidium 14. Metam.

CANENTAS, capitis ornamenta ueteres dixere. Feſtus.

CANEO, es, ui, {*Venir canuto*} (πολιόω) proprie de capillis dicitur in ſenibus, cũ albeſcunt: & per tranſlationem de aliis etiam rebus, quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ, hoc eſt, albæ ſunt, matutino rore aſperſæ. Ver. 3. Geor. Luciferi primo cum ſidere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 2. Georg. Et glauca canentia fronde ſalicta. Vnde

CANESCO, is, (λευκαίνομαι τὴν τρίχα) canus fio, & proprie de ſenibus dicitur, cum capilli eorum in albedinem uergunt. Per tranſlationẽ autem accipitur pro ſeneſcere. Cic. 1. de Legi. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eaq; (ut ait Scęuola) de fratris mei Mario caneſcet ſeculis innumerabilibus.

CANEPHORA, (κανηφόρος) pen. cor. uirgo dicitur, quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat. κανοῦν enim Græci dicunt, quæ nos Caniſtra, & per diminutionem Caniſtella. Cic. in 6. Ver. Habe Canephoras, deorum ſimulacra reſtitue.

CANGRÆNA, unde Gangræna.

CANI, orum, pluraliter tantum, capilli albi in capitibus ſenum. Cic. de Sene. Non cani, non rugæ, repente auctoritatem afferre poſſunt.

CANIA, æ, urticæ ſyluestris genus. Plin. lib. 21. ca. 15. Et in ſyluestri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

CANICÆ, {*Semola, cruſca*} furfures ab antiquis dicebantur, teſte Feſto, eò q̃ canes iis paſcerentur. Vnde Canicaceum panem furfureum dicimus. Pacuuius: Qui apud te, quaſi ſeruus, eſt canicaceum panem.

CANICEPS, (κυνοκέφαλος) genus animalis faciem caninam habens. Plin. lib. 7. cap. 2. tradit in Aſiæ montibus genus hominum eſſe canino capite, pro uoce latratum edentium, quos uocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites uocare poſſumus.

CANICVLA, (κυνίδιον) dimin. à cane, cum eſt fœm. gen. Cic. 3. de Nat. Deo. At illud non modo non arrogantis, ſed potius prudẽtis, intelligere ſe habere ſenſum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. Accipitur & pro ſigno cœleſti, σείριος. Colu. lib. 10. Cumq; peracto ſolſtitio uſque ad ortum Caniculæ, qui fere dies triginta ſunt. Hinc Caniculares dies, αἱ ἡμέραι τὴν σείριον ἐμφαίνουσαι. Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod unitatem oſtendebat, in quod coniectio talo, deponebatur ab eo, qui iactauerat, nummus unus, aut quantum inter ſe pacti fuerant, ſine aliquo lucro. idcirco damnoſa canicula uocabatur. Perſius: Damnoſa canicula quantum Raderet. Canicula item genus piſcis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

CANICVLVS, {*Cagnolino, cagnoletta*} (κυνάριον, κυνίδιον) Catulus, Catellus, diminutiua ſunt à Canis gen. maſc.

CANIDIA, unguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam in ueneficam, ſæpe inuehitur Horatius.

CANINIVS, ſeptem horarum Cõſul fuit: in quem iactatum eſt ſcomma illud Ciceronis, Mira fuit Caninii Conſulis uigilantia, qui toto ſuo Conſulatu ſomnum non uidit.

CANINVS, a, um, (κυνικός) quod eſt ex cane. Plin. Sanguine canino nihil contra toxica præſtantius eſt. Vnde Canini dentes, poſt primores: de quibus in dictione Dens. Et Caninum prandium, abſtemium, in quo nihil uini potatur, quoniam canis uinum non bibit. Vnde Aul. Gell. lib. 23. cap. 29. Canina cœna, idẽ. Plaut. in Caſ. Hac ibo, caninam cœnam ſpero meliorem fore.

CANIS, {*Cane*} (κύων) gen. com. animal latrabile: piſcis marinus: & ludi taloris ſignum, quod unum duntaxat punctum continebat: ideo damnoſus canis appellatur. Propert. Semper damnoſi ſubſiluere canes. Canis animal à canendo dicitur, quod nocte in cuſtodia, & in uenando ſignum uoce det. Terent. in Phorm. Introiit in ædes ater alienus canis. De hoc Colu. lib. 7. cap. 12. Quis hominum clarius, aut tanta uociferatione beſtiam uel furem prædicat, q̃ iſte latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilãtior? quis denique ultor, aut uindex cõſtantior? genere autem, & natura canum, uide Plin. lib. 10. cap. 63. & Xenophontem in opere de Venatione. Canis fidus leporem fugientem ſequitur. habet in lingua ſtellam unam, quæ proprie appellatur Canis, magnam quidem, & ſplendidam: in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cœlo, maior ſcilicet, & minor: ſed Canem dicẽdo, maiorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur, quæ quia integrum diem ſuo ortu, atque occaſu Canem præcedit, à Græcis προκύων uocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur, Cic. Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur decimo ſeptimo Calend. Auguſt. Occidit, ſed non tota, poſt dies quadraginta: idq; dierum ſpatium Dies caniculares appellamus, eò q̃ ſidus hoc iis diebus in medio cœli centro ſit coniunctumq; cum Sole duplicet calorem, quo diſſoluuntur corpora, & euaporantur. Dicta canis, quod corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere uideatur.

CANISTRVM, & **CANISTER**, {*Caneſtro, ceſto, paniere*} (κανοῦν) fiſcella, ciſta uiminea: a Græco κάναστρον, α, in i, mutato. Vergilius, Cereremq; caniſtris Expediunt. Pallad. Salignis caniſtros fieri debere uirgultis, quia genus hoc ulcum dicitur adiuuare. Hinc fiunt diminutiua Caniſtellum, & Caniſtellus, κανάριον, κανίσκιον.

CANITIES, et **CANITVDO**, {*Biancheʒʒa, canuteʒʒa*} (πολιότης) capillorum albedo, qualem in ſenibus conſpicimus, Plin. lib. 11. cap. 37. Canities ho-

mini

mum tantum,& equis. Plau. Stultus eſt aduerſus ætatem,et capitis canitudinē.

CANIVS. poeta fuit temporibus Martialis,eiq; familiaris,qui natura ita hilaris erat,ut ſemper rideret. De quo idem Martial. lib. 1. epigram. ad Maximum.

CANNA,{Canna}(κάννα,δόναξ)arūdo,licet minor ſit,et maior calamo. Oui. Et pigrā uelabat canna paludem. Hinc fit adiectiuum Canneus,a,um,quod ex cannis conficitur. Vnde Col. Canneas tegetes uocat,ſtoreas ex cannis cōlectas, quæ ad excipiendā oliuā arboribus ſubſterni ſolebāt. Sic.n.ait li. 12. ca. 50. Vt eæ quibus oleū progeritur,canneæ tegetes,quibus oliua excipitur. Str. ſcribit in Africa ad cubitos quinos longas,craſſitudine uero digiti minoris cannas naſci.

CANNABIS. pen. corr.{Canapo}(κάνναβις)herba eſt,ex qua fiunt chordæ. Perſius: Tu'n' mare tranſilias? tibi torta cannabe fulto. Cœna ſit in Tranſtro? Dicitur & Cannabum. Pallad. lib. 3. cap. 5. Hoc tempore cannabum ſeris. Hinc Cannabaceus,a,um,& Cannabinus,a,um,(κανναβινος)quod eſt ex cannabe. Colum. lib. 7. Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.

CANNÆ,arum,(κάνναι)tantum pluraliter,uicus in Apulia,Romanorum clade clarus. Luc. lib. 7. Non illum Pœnus humator Conſulis.& Libya ſuccenſę lampade Cannæ Compellunt,hominum ritus ut ſeruet in hoſtes. Cannenſes populi Cannas inhabitantes,Cornenſibus,& Collatinis uicini, teſte Pli. li. 3. cap. 11. Pugna Cannenſis,Propert. lib. 3. Cannenſis calamitas,Cic. de Clar. Orat.

CANNENVFATES,populi ſunt inſulani, Batauis finitimi, apud Plinium lib. 4. cap. 15.

CANNETVM.{Cannetto}(κάννων)ubi cannarum copia eſt. Pallad. Lilieta canneta ponenda ſunt.

CANNITIÆ cameræ,dicuntur in agreſtibus ædificiis ex cannis conſtructæ (καλαμιναι καμάραι)ut eſt apud Palladium lib. 1. titu. 13.

CANO,is, cecini, cantum,{Cantare. Pet. Che volendo parlar cantaua ſempre}(ᾄδω)ſed eius compoſita faciunt præteritum in ui,diuiſis ſyllabis, ſignificatq; propria,canere,uoce modulari. Pli. li. 10. ca. 29. Merula canit æſtate, hyeme balbutit. Cic. 4. Acad. Cum cornix cecinerit. Hinc canere poetę dicuntur quoniam uerſus rhythmica ratione compoſitos,cantando pronunciare cōſueuerunt. Ver. 1. Aen. Arma uirumq; cano. Canere etiā is dicitur,qui fides, organa'ue pulſat, aut qui tibias inflat. Cice. 1. Tuſcu. legitur Epaminundas,princeps meo indicio Græciæ,fidibus pręclare cecinisſe dicitur. Idem. 2. de Orat. Quemadmodum tibicen ſine tibijs canere,ſic Orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poteſt. Canere receptui,ſignificat poſt cōflictum milites à pugna reuocare,quod fit cantu tubarum & clangore. Liu. 6. bel. Pun. Legionum ardor ingens ad hoſtem inſequendum fuit: ſed Flaccus receptui cani iuſſit. Contra Canere bellicū, eſt milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cic. in Orat. Alter incitatior fertur,& de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. Sed quia ueteres laudare,& uaticinari uerſibus ſolebant,factum eſt: ut Canere pro laudare capiatur. Verg. 7. Aen. Regemq; canebant. Et pro uaticinari. Idem 6. Aene. Ipſa canas oro. Et pro prædicare,& cum quodam,ut exaudiri poſſit, canore proferre: Martialis: Quicquid fama canit,donat arena tibi. Canere eandem cantilenam, dicitur is,qui moleſtus eſt,ſæpius eadem inculcans. Terent. in Phor. Cantilenā eandem canis. Intus canere,dici ſolebat ia,qui priuati commodi ſtudioſus,quicquid agit,id omne ad domeſticam fert utilitatem. Cice. in Rull. aduerſus legem agrariam: Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non nobis, ſed ſibi intus canit. Huius uerbi cōpoſita ſunt, Accino quod eſt ad aliquid,uel iuxta cano, προσᾴδω, προσαυλῶ, ἐπαυλῶ. Concino,ſimul cano. Intercino,inter agendum cano. Occino,ſiue Occano,(ἀντᾴδω)contrarium facio. Percino,canēdo perſequor. Procino,canendo profero. Præcino,prædico,prædiuino,& ante cano. Recino,rurſus cano. Horat. lib. 1. Carm. Quem Deum cuius recinit iocoſa Nomē imago. Interdum ſignificat in contrarium cano. Inde frequentatiuum Recantare,idem ſignificans quod retractare,& quod ſemel à nobis male aut dictū aut ſcriptum eſt reuocare,& corrigere,quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. Idem lib. 1. Carm. Nunc ego mitibus. Mutare quæro triſtia, dum mihi Fias recantatis amica Opprobriis. Eſt & Succino, quod eſt ſummiſſa uoce cano. Et omnia habent pen. corr.

CANORVS,& CANOBITÆ, Vide Canopus.

CANON,(κανών)tributum erat frumentarium,quod Aegyptus, Africa,& Sicilia ſtatum populo Romano quotannis pendebant. Aſconius Pedianus tria facit tributorum genera,Canonem,ut in portoriis,& uectigalibus. Oblationē, ut in uini diſtractione: & Indictionem,quæ & Cullatio,& Collecta dicitur à Cicerone lib. 2. de Oratore.

CANON, onis,pen. genitiui cor.{Regola}(κανών)Latine regula. Cic. ad Tiro. Sed heus tu,qui κανών eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, ualetudini fideliter,inſeruiendum? Canon etiam lorum ſcuti,in quod brachium immittitur. Canonicus,a,um,(κανονικός)regularis.

CANONIZO,as,(κανονίζω)regulo,ad regulam examino.

CANOPICVM,(κανωβικόν)Zeugitanæ regionis, quæ proprie Africa, & Minor Africa Plinio dicitur,oppidum eſt,eodem auctore lib. 5. cap. 4. Eſt itē Canopicum unum ex Nili oſtijs Africæ proximum, quo Aegyptus à Libya Mareotica dirimitur. Plin. lib. 5. cap. 30.

CANOPITANVM,oppidum liberum Zeugitanæ regionis,ſiue Africæ minoris. Plin. lib. 5. cap. 4.

CANOPVS,(κάνωβος Suid.)penultima producta, ciuitas Aegypti diſtans ab Alexandria. CXX. ſtad. ex qua ortum ferunt Claudianum poetam: dictus quaſi Canobus,à Canobo Amyclæo Menelai nauis gubernatore, ibi ſepulto. Nam deuicta Troia,in Aegyptum ui uentorum delatus cum Helena,gubernatorem ictu ſerpentis,quem Hæmorrhoida uocant, amiſit, in eiusq; memoriam urbem condidit. relictis ibi iis,qui ad nauigendum inutiles erant. Hæc ſalubris aeris benignitate homines allicit. Iuuenalis Satyra. 15. Sed luxuria quantum ipſe notaui Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Eſt ibi Nili oſtium, quod Canopicum,(κανωβικὸν στόμα)uocant,cuius meminit Strabo libro ultimo. Plinius libr. 5. cap. 10. Pomponius libro. 1. Ammianus libro 22. Hinc Canopitæ,penultima producta, qui Canopum habitant. Canopicus,a,um, poſſeſſiuum à Canopo. Varro: Nobis Sarpedæ uidemur, cum ſimus Canopici. Sunt exemplaria quædam,in quibus Canobum,& Canobitas legimus. Eſt præterea Canopus ſyderis nomen,cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 22. in deſcriptione Taprobanæ inſulæ.

CANOR,oris,{Canto,concento,eleganza}(μέλος,)cantus,& elegantia quædā ac conſonantia. Ouid. li. 5. Metam. Nec tamen illæ canor mulcendas natus ad aureis. Verg. 4. Geor. Namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

CANORVS,a,um,adiec.{Sonoro,canoro}(λιγυρός, φωνήεις, μελῳδικός)uocalis,ſonorus. Ci. De Senect. Omnino canorum illud in uoce ſplēdeſcit. Ver. 6. Aen. Threicia fretus cithara,fidibusq; canoris.

CONOROSVS,a,um,idem. Gell. Collectam coactamq; uocem, et magis claros,canoroſosq; ſonitus facit.

CANTA,pro cantata ueteres uſi ſunt. Feſtus.

CANTABRI,(κάνταβροι)pen. cor. Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Aſturibus finitimi: a quibus proximus Oceanus Cantabricus,appellatur. Hi eſſe ti ſunt,& nullā uitā ſine armis eſſe exiſtimant. Sil. Ital. Cantaber ante omneis hyemisq;,æſtus,famisq; Inuictus. Cantabrorū regio Cantabria (κανταβρία) dicitur. Hinc Cantabrius,a,um,Cantabria gens. Cantabricus,a,um. ut, Cantabricum bellum,& Cantabrica herba de qua Pli. li. 25. cap. 7. Memoriæ proditum eſt,Cantabros ſolitos canere pæana lætitiæ ſuffixos cruci ab hoſtibus.

CANTAMEN,inis,{Incantamento,incanto,incanteſimo}(γοητεία)pro incantatione accipitur. Proper. O utinam magicæ noſſem cantamina Muſæ.

CANTARVS,uide Cantharus.

CANTES,pluralis numeri tantum & fœminini generis,fiſtulæ ſunt organorū.

CANTHARIAS,gemmæ ſpecies,quæ ſcarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους uocant ſcarabæos, Pli. li. 37. cap. 11.

CANTHARIS cantharidis.(κανθαρίς)uel Cantharida,æ,{Cantarella} uermis terrenus uiridis,auri colore ſuperlucens: in ſummitate ramorū fraxini et oliuæ naſcens: cuius ſuccus in uenas ingreſſus,ut uenenum interimit, & humano corpori applicitus ueſicas plenas humore facit. Ouidius: Cantharidū ſuccos dāte parente bibat. Ci. ad Pætum,lib. 9. Caius accuſante L. Craſſo cātharidas ſumpſiſſe dicitur.

CANTHARIS,idis,{Fumaterra}(κανθαρίς)a quibuſdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioſcoridi,Latinis Fumaria,& Officinis Fumus terræ dicitur.

CANTHAROLETHROS,(κανθαρόλεθρος)locus Thraciæ exiguus, a cantharì exitio dictus q; ibi ex omni animalium genere ſolus necetur cātharus.

CANTHARVS,(κάνθαρος)pen. co. poculū,quod Baccho tribuitur,ſicut Scyphus Herculi. a catharo,nauigii genere. Pli. li. 33. ca. 11. C. Marius poſt uictoriam Cimbricam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur. Vergilius Eclog. 6. Et grauis attrita pendebant cantharus anſa, Vlpian. ſcribit Cantharos eſſe,per quos aquæ ſaliunt. Et Cantharus piſcis nomen eſt apud Pli. li. 32. c. 11. Colum. li. 8. Nam & halecula modo capta,& cantharus exiguusq; gobio. Eſt item Cantharus Græcis,quæ Latini Scarabæum uocant, ex genere inſectorū, qui circa animalium fimum fere uerſatur,pilulas ex eo conficiens,auerſisq; pedibus uolutans. De hoc multa Pli. li. 11. ca. 28,& Ariſtophanes in Canthαro. Eſt item Cantharus,cœleſte ſignum in Aquario,ex tribus conſtans ſtellis. Cantharus item Comicus Athenienſis fuit,cuius ſcripta memorantur a Suida.

CANTHERIVM,(κανθήλιον)uehiculi genus,de quo Seneca. Ep. 87. M. Cato Cenſorius canthenio uehebatur Aethiopico.

CANTHERIVS,{Canthero}genus iugi in uinea: de quo Col. li. 4. c. 12. Itaque aut ueteres,ne nouæ radicem agant,arundines binas ſingulis uitibus applicabimus: aut ſi regionis conditio permittit,uetera deponemus haſtilia, quibus annectuntur ſingulæ tranſuerſæ perticæ,in imam partem ordinis, quod genus iugi Cantherium uocant ruſtici. Hinc Cantheriatus,a,um. Colum. li. 5. Quę pedaminibus adnixę,ſingulis iugis imponūtur,eas ruſtici Cantheriatas appellāt.

CANTHERIVS,{Cauallo caſtrato}(κανθήλιος)equus,cui teſtes amputati ſunt,ut fiat manſuetior. Varro. Et ideo q; ſemine carent ii, Cantherii appellātur: diſtat ab equo,ſicut capus a gallo. Cantherii item dicuntur, qui ſubiici ſolent à fabris materiariis,dum moles arborum ſecant uulgus Caballos uocat. Hinc Cāntherinus,a,um,adiectiuum. Plautus in Menæ. Certe hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare,auctore Pli. li. 10. cap. ulti.

Cantherinum hordeum, Colum. lib. 2. cap. 9. Cantherinum lapathum Latini Rumicem appellant. Pli. li. 20. ca. 21. Item Cantherii tigna dicuntur. Vitruuius li. 5. Et cantherii prominentes ad extremam ſuggrundinationem, ſupra cantherios templa. Item Cantherius,ut auctor eſt Varro,mons eſt in Sabinis.

Cantheriolus diminutiuum,pro paruo pedamento Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde cum fecerint caulem humilioribus quaſi cantheriolis interpoſitis, rigorem fulcrorum conſeruatio,&c.

CANTHVS,thi,(κανθός)ferrum,quo rotæ extremitates uinciuntur. Perſius: Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. Canthos etiam Græci angulos oculorum uocant.

CANTHVS, Abanthis filius fuit,qui ab iis,qui Argonautica ſcripſerunt, numeratur inter Argonautas.

CANTIOEBEIS,(καντιοιβίς)Ptolem. lib. 2. cap. 11. urbs eſt Germaniæ ad Albim fluuium,quæ uulgo Hamberga dicitur.

CANTICVM,(ᾠδή)proprie eſt elegans & laſciuus cantus. Quint. Sit poetæ lectio cum ſuauitate quadam grauis,& non quidem proſæ ſimilis(quia carmē eſt,& ſe poetæ canere teſtantur)non tamen in canticum diſſoluta.

CANTILENA,{Canzone.}(μελῳδία ᾆσμα,)carmen,canticum. Cic. 1. de Orat. Neque ex ſcholis cantilenam requirunt. Accipitur & pro uerborum iactatione,denuntiatione,& rumore. Brutus ad Cic. li. 11. Nam de tuo periculo,crede mihi iactatione uerborum & denuntiatione periculi,ſperare eos,te pertimefacto,adoleſcente impulſo poſſe magna conſequi præmia. & totum iſtam cantilenam ex hoc pendere,ut q̄ plurimum lucrifaciant.

CANTIO,onis,{Canto,}(ᾆσμα)idem quod cantus. Plaut. in Sticho, Lepidam & ſuauem aliquam cantionem occipito. Hinc Cantiuncula diminutiuum, ᾀσμάτιον, Cic. 5. de Finibus. Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi cātiunculis tantus uir irretitus teneretur.

CANTITO,as,pen. cor.{Cantar ſpeſſo}frequentatiuum a Canto frequētatiuo formatum. Terent. And. Facturum credo,ut habeas qui cum cantites. Cicer. de Clar. Orato. Vtinam extarēt illa carmina,quæ multis ſeclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis,&c.

CANTIVM,(κάντιον)apud Ptole. lib. 2. cap. 3. Britanniæ eſt promontorium, a quo regio ipſa Cantia dicta eſt,& ciuitas Cantuaria, uulgo Cantelberghen.

CANTO,as,{*Cantare*,}(ᾄδω,)frequentatiuum a cano. Pli.li.11.cap.26. Mares cantant in utroque genere. Item Cantare,pro incantare. Verg. in Pharmaceutria: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dũ incantatur. Nam gerundius modus ab omni uerbo ſimiliter procreatur uode modo Cantando a Paſſiuo,ait,cum ſupra ab actiuo dixerit,Cãtando tu illum. Cantare item pro celebrare,tollere laudibus,ἐγκωμιάζειν.Ci.ad Atti. Nam ut ſcis,iam pridem iſtum canto Cæſarem. Ab hoc uerbo fiunt Cantatio (ᾠδή,) Cantator(ᾠδὸς,μουσουργὸς)qui conſueuit canere.Martial.li.13.Cantator cygnus funeris ipſe ſui.Cantatrix,ψάλτρια.Claudianus:Imploret citharas cantatricesq́; choreas.Cantatus participium.Stat.1.Syl. Aſteris & Battis totam cantata per urbem.Compoſita ſunt Accanto,Excanto,Incanto,& Recanto.

CANTOR,& **CANTRIX**.{*Cantore*}uerbalia,qui uel quæ cãtus exercet. Plaut. Trinum. Cantrices,ciſtellatrices,nuntii,raptores panis & peni. Cic.1. de Orat.Ita & tibi Iuriſconſultus ipſe per ſe nihil niſi leguleius quidam cantus & acutus,præco actionum,cantor formularum,auceps ſyllabarum.

CANTVS,us,a Cano,{*Canto.canzone*,}(μέλος,)eſt inflexio uocis,& pro cãtione cuiuſcunque rei dicitur.Verg.8. Aen.Tum Salii ad cantus incenſa altaria circum Populeis adſunt euincti tempora ramis.Cic.de Orat.2.Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? Cantus etiam pro incantatione,ſeu magicis carminibus accipitur. Tibull. Nempe hæc eadem dixit amores Cantibus,aut herbis ſoluere poſſe meos.

C. CANVLEIVS Trib.Pleb.rogationes duas tulit, Vt connubia plebis cum patribus eſſent communia:& ut alter Conſul de plebe crearetur.Orationẽ eius aduerſus COSS. Vide apud Liu.lib.4.

CANVS,a,um,{*Canuto,bianco. Pe. Mouesi'l uecchiarel canuto e bianco*,}(πολιός)cui canent,ſiue albent capilli præ ſenectute,Plaut.in Bacch. Cano capite, atq; alba barba. Transfertur & ad alia:ut Cani montes,albi ex niue.Cana fides Verg.1. Aen.Cana fides & Veſta. Vbi Nonius,Canam fidem,ueterem,& antiquam interpretatur.Cana ueritas. Varro in Eudæ. Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana ueritas, Atticę philoſophiæ alumna.Cani, orum, ſubſtantiue, pluraliter tantum,capilli albi in capitibus ſenum Cicero de Senectu. Non cani,non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt.

CANVSIVM, (κανύσιον,) Apuliæ oppidum,ad Aufidum fluuium,laudatiſſimæ lanæ ferax,quæ Canuſina dicitur,cuius color rutilus. Vnde Canuſinatus dicitur,qui eſt indutus Canuſina ueſte. Martial.li.9. Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

CAPACITAS,atis,{*Cappacità*,}locus qui capere & continere poteſt. Cice.1. Tuſc. Vtrum capacitatem aliquam io animo putamus eſſe,quo tanquam in aliquo uaſe,ea quæ meminimus,infundantur?

CAPANEVS,per tres ſyllabas,(καπανεύς,)pen.cor. Argiuus fuit,qui una cũ Polynicæ ad bellum Thebanum profectus,cum ſcalas muris admouere uellet, a Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus eſt locus fabulæ Capaneum cum Deorum contemptor eſſet,a Ioue fulmine eſſe percuſſum. Vergetius lib.4. de re militari. Qui ſcalis(inquit)in obſidione urbium utuntur,frequenter periculum ſuſtinent,exemplo Campanei,a quo primum ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta:qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis,ut fulminibus dicatur extinctus. Vnde Oui.lib.4. Triſtium:Cum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu. Capaneus,a,um,adiectiuum tetraſyllabum,& penu.prod.(καπάνειος,)ut Capanea pinus apud Statium. 8. Theb. Capaneaq; pinus Iam procul Aonus,uolet agnoſcenda cateruis. Capaneius,a,um,aliud adiectiuum. Sta. 12. Theb. Auſa ante alias Capaneia coniux.

CAPARA,(κάπαρα,)urbs Hiſpaniæ in tractu Luſitaniæ, apud Ptolemæum lib.2.cap.5.

CAPASTITE,a Plinio lib.5.cap.9.numerantur inter Aegypti præfecturas, quas uocant Nomos.

CAPAX,acis,(δεκτικὸς,δεκτὸς)omnis generis quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt.. Plin.lib.10.cap.33. Hirundines utero capaci Idem li. 12. cap. 1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cic. in Orat. Tamen non ſemper aures meas:ita ſunt auidæ,& capaces,& ſemper aliquid immenſum, infinitũq; deſiderant.

CAPEDO,inis,(οἰνοχοΐα,)uas amplum & capax,a capiendo dictum. Cic. in Para. Minus'ne grata diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quam delicatas aliorum pateras arbitramur? Capedunculа,diminutiuum. Ci.3. de Nat. Deo. Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus iure pontificio,& more maiorum.capedũculis,quas Numa nobis reliquit.

CAPELLA, Vide in dictione Capra.

CAPENA,penul. prod. oppidum uicinum Romæ, iuxta fontem Aegeriæ. Hinc Capenas,atis,gentile. Capena porta Romæ,a Capena urbe, quam Italus rex ædificauit,ut inquit Soliuus. Hæc etiam porta Appia dicta eſt, per quam Capuam itur,ut Frontinus lib. de aquædu. hodie portam Diui Sebaſtiani uocant. Dicta eſt & Triumphalis,quod triumphantes per eam potiſſimum in urbem inuehi ſolebant.

CAPER,pri,{*Caprone*.}(τράγος,)mas caſtratus in genere caprino. Martial. Deum iugulas hircum,factus es ipſe caper. Nam uergilius improprie Caprum pro hirco poſuit,cum dixit: Vir gregis ipſe caper,ſicut etiam improprie brutum animal Virum appellauit. Dicitur Caper ſiue Capra a carpendis uirgultis. Rodit enim omne uirgultum,& in primis uites,propter quod Baccho immolari caper ſolebat. A Capra fit diminutiuum Capella:quod frequens eſt apud Verg. in Bucol. Eſt & Caper nomen proprium Grammatici.

CAPER, Straboni lib.12.fluuius eſt.qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyco & Aſopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

CAPERO,as,pen. corr. {*Creſpar la fronte*,}(συστέλλω τὴν ὄψιν,) frontẽ rugis contraho,& Aſperitatem uultus oſtendo.quod a criſpis caprorum frontibus, uel a cornuum caprinorum ſimilitudine tractum eſt. Vnde & Caperatũ (συνεσταλμένον)rugoſum dicitur, Plaut. Quid illud eſt:q; illi caperat frons ſeueritudine?

CAPESSO,is,iui,itum,ſecundum Priſciam uerbum actiuũ.{*Caprire pigliare Pet. Mio ben non cape in intelletto humano*,}Idem quod capio, ſiue ad capiendum eo. ἐφάπτομαι, ἐπιχειρέω, ἐπιβάλλω, ἀντιλαμβάνομαι. Sall.lib.2.hiſtor. Diuitiis,uti ſolet rebus perditis capeſſiuit. Liu.lib.1. Ergo ut ſegregaret pugnam,capeſſit fugam. Verg.poſuit pro Exequendum ſuſcipio: Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plaut.in Aſin pro immitto,recipio. Quo magis te in altum capeſſis tam æſtus te in portum referet. Idem in Amphit. Nunc pergam,hera imperium exequi,& me domum capeſſam.

CAPTVS,pen.cor. Albæ rex fuit,Capyos filius,& Tyberini pater.

CAPHAREVS,triſſyllabum pen.prod.(καφηρεύς)Eubœę mons altiſſimus uerſus Helleſpontum,ad quem Græcorum claſſis à Troia rediens Nauplii dolo magna ea parte alliſa,naufragium fecit. Nam cum ab Vlyſſe Palamedes eius filius proditionis falſo accuſatus iniquo Græcorum iudicio eſſet interemptus: Nauplius,ut iniuſtam filii necem ulciſceretur,obſcura nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem oſtendit.unde illi portum arbitrantes impegerunt in ſcopulos. Caphareus,a,um,adiect.tetraſyllabum: ut, Saxa Capharea. Propert.lib.3. Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga cum uaſto Græcia tracta ſalo eſt.

CAPHARNAVM,(καπερναούμ)ſeu potius Capernaum,totius Galilææ metropolis fuit,multis Chriſti ſeruatoris miraculis nobilitata.

CAPHERIS,inter deſertas inſulas, quæ inter Cherſonneſum & Samothracen ſunt,numeratur à Plin.lib.4.cap.12.

CAPHVRA,(καφουρα)Aetio,& Actuario Indiæ arbor eſt tantæ magnitudinis,ut ſub ſingulis hominum centuriæ poſſint quieſcere. Naſcitur in montibus mari uicinis materie leui,& ferulacea:gummiq́; exudat eiuſdem nominis,quod à recentioribus unguentis admiſcetur:cuius longe maximus eſt prouentus, cũ cœlum ſulgetris coruſcat. Officinæ Camphoram appellant.

CAPIDVLVM,{*Capuccio*}(inquit Feſtus) genus ueſtimenti, quo caput tegebatur.

CAPILLAMENTA,{*Crini. Pet. Con la fronte di roſe e co i crin d'oro*} (τριχώματα)dicuntur ipſi capilli. Plin.lib.21. Herba croci eſt folio anguſto, pene in capillamenti modum. Transfertur quoque ad herbas,& arbores. Colum.lib.5. Qui non ſolum in eo errabant, q; primi anni capillamenta ſeminum intecta patiebantur,&c.

CAPILLARE,huius capillaris,neut.gen.{*Reticella*.reticulum muliebre, quo capillos inuoluunt. Mart.li.3. Nõ erubeſcit murice aureo nobis Diuidere mœchæ pauperis capillare. Capillaris,& Capillata arbor appellabatur, in qua tonſum capillum adoleſcentes ſuſpendebant,quando deponebant comam, deo eam ſacrantes. Erat & in urbe Roma, teſte Feſto, arbor antiquiſſima, quam ſupra trecentos & ſeptuaginta annos duraſſe compertum eſt, quæ capillata appellabatur, q; uirginum Veſtalium capillos ad eam deferre mos erat:cuius arboris meminit & Plin.lib.16.cap.44.

CAPILLO,as,are,{*Mettere capegli*}(τριχόω)eſt capillos facere. Plin.libr.37. cap.11. Polythrix in uiridi capillatur,ſed defluuia comarum facere dicitur. Vnde Capillatus,a,um,qui crines longiores habet,τριχωτὸς. Cic.de lege Agr. Nõ minus bene nummatus,q̃ bene capillatus.

CAPILLITIVM,(κόμη)idem quod capillamentum. Sic enim à capillo capillitium dicitur,ut à famulo famulitium,à ſatellite Satellitium. Capillitium flauum. Apul.

CAPILLVS,{*Capello. Pet. Fur i biondi capelli all'hor uelati*}(κόμη)quaſi capitis pilus. Cic.in Piſ. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, Quamuis,& pro omni pilo ſumatur θρίξ. Pli.lib.7.ca.3. Oſſibus humanorum capitum bibere, quibusq; cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Mart. Quot ſunt,mentula quos habet capillos? Gelius Capillum pro hordino pilo poſuit,cum ait: Nam ſi ouium lacte hœdi,aut caprarum agni alerentur,cõſtat ferme in his lanam duriorem,in illis capillum gigni teneriorem.

CAPILLVS Veneris,(ἀδίαντον)herba ſic dicta,q; delapſos poſt alopeciam capillos recreat: ſiue q; capillorum fluores coercet. Plin. Adiantũ, Polytrichon, & Callitrichon appellat.

CAPILLATI.populi inter Alpinas gentes. Plin.lib.3.cap.27. Capillatorum plura genera ad confinium Liguſtici maris.

CAPIO,is,{*Pigliare. Pet. Et tal tende la rete che non piglia*}(λαμβάνω)cepi, captum,ſignificat accipio. Verg.lib.4. Georg. Cape ſaxa manu, cape robora paſtor. Sed differunt:quia Capere eſt cum affectu: Accipere cum quis non ſic accipit,ut habeat. Ideo ut Vlpian.ſcribit,non uidetur quis capere,quod eſt reſtiturus. Et capere eſt ſponte,uel non ſponte. Accipere tantum ſponte. Vnde dicimus Cepi labores,Cepi moleſtiam,Cepi uel ſuſcepi inimicitias: Accepi calamitatem cladem.contumeliam,uolnus. Valer. Max. Vt non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere uideretur. Habet interdum reciprocum uſum.ut idem ſit,Cepi uoluptatem,&,Cepit me uoluptas: Cepiſti dolorem, cepit te dolor, ὀδύνην ἔλαβον. Quandoque ſignificat facere. Terent. in Andr. Non ſi capiundus mihi ſciam inimicos homines omnes. Quandoque delectare(τέρπειν)ineſcare, irretire,ex tranſlatione ferarum,uenatuq;, Horat.2. Serm. Te coniux aliena capit, meretricula Dauum. Quandoque propitiari. Lucret.lib.2. Nec bene pro meritis capitur,nec tangitur ira. Quandoq; decipere, ἐξαπατάω. Ver.2. Aen. Captiq; dolis,lacrymisq; coactis. Quandoq; eligere,αἱρέω. Terent.in Hecy. Cum illum gnatum cepimus. Quandoque perpeti:ut apud eundem in Heaut. Dum abs te abſum,omnes mihi labores quos cepi,fuere leues. Quandoque tenere, χωρεῖν: ut in Eun. Dii boni quid turbæ? ædes noſtræ uix capient. Quandoque inuadere,occupare,χειρόω. Cic. Nauem quandam piratarum præda onuſtam cepere. Varro: Quid hic uenator non capit? Hinc uincti. Captim dicuntur,q; nõ ſui iuris ſunt,ſed in poteſtatem aliorum redacti.αἰχμάλωτοι. Quoniam autem qui ita capti ſunt,non ſunt amplius ſui iuris,ſed libertate orbati,ideo. Captos quandoq; pro priuatis,ſiue impeditis accipimus. Mente capti, amentes,hoc eſt,qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis,qui officio oculorum priuati ſunt. Aliquando capere eſt amore accendere:unde Capti,amantes dicuntur. Luril. Ne aſpectu & forma capiare aliena. In ſumma hoc uerbum ſua habet ſignificata pro diuerſitate rerum,cum quibus iungitur:ut,Capere manu,eſt comprehẽdere. Capere oculis,uidere: Capere auribus,audire: Capere mente,intelligere. Capere cõſilio,eligere: Capere aſtu uel dolis,decipere: Capere cãtu aut uoluptate,delectare. Verg.4. Georg. Carmine quo captę dum fuſis mollia penſa Deuoluunt. Capere conſilium,eſt deliberare,συμβουλὴν λαμβάνειν. Cice. Cum autem conſilium hoc princeps cepiſſet. Capere rationem,eſt modum inuenire. μέθοδον εὑρεῖν. Plautus: Rationem cepi,ut,& amanti obſequerer, & patrem non offenderem.

Huius

Huius uerbi compoſita ſunt, Accipo, à quo Præaccipo, Concipio, Decipio, Excipio Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, & Suſcipio, & Vſucapio, quæ antepenultimam correptam habent. Deriuata ſunt, quæ ſequuntur Auceps, Forceps, Princeps, Municeps.

CAPIS, idis, poculi genus à capiendo. Liu. li. 10. ab urbe: Qui Iouis Opt. Max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem uectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur cum capite & lituo, capite uelato uictimam cædat. Cuius diminutiuum eſt Capidula.

CAPISSENÆ, Aſiæ populi, Capiſſam urbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 33.

CAPISTERIVM, genus uaſis ruſtici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) ſcaphiſterium, (σκαφίς) melius dicitur. Colu. lib. 2. cap. 9. Quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit, & ſemper quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum.

CAPISTRO, as, {Incapeſtrare, incaueʒʒare} (κημόω) capiſtrum impono. Pli. lib. 18. cap. 19. Si inter arbores, uiteſq; aretur, fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Colu. lib. 11. cap. 2. Vt iuga umeris imponuntur, & capiſtrentur.

CAPISTRVM, {Capeſtro, legame, fune} (κημὸς) capitis uinculũ, quod equis, & huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet, ne fugiant. Martial. Paret purpureis aper capiſtris. Colu. lib. 5. Vitibus attribuit, cum inquit. Quare cum ad ſummũ palum recta uitis extenta eſt capiſtro, conſtringitur, ne fœtu grauata ſubſidat, curueturq;. Et Capiſtrum dicitur, quod circa os brutorum inuoluitur, ne cibos decerpant.

CAPITA DEORVM, dicebantur faſciculi facti de uerbenis. Feſtus.

CAPITALE, & per Apocopẽ Capital, (ἀξιόπιστον κακόν) dicitur facinus, quod capitis pœna luitur. Plaut. in Menæch. Tametſi capital fecerit, facile aſſeruabis. Nonius docet Capital eſſe capitis periculum: Varro uero faſciolam, qua capilles nectimus.

CAPITALIS, le, adiect. {Capitale, mortale} quod capitis ſupplicium meretur, ut capitale crimen. Cic. 7. Verr. Primum inſimulatio eſt repentina, capitalis, atque inuidioſi criminis. Capitalis homo, nõ ſolum pro ſceleſto, qui eſt dignus puniri capite: (ὁ ἐσχάτης τιμωρίας ἄξιος) ſed etiam, qui promptus eſt ad cædem, φονικός. Cicero in Antonium. Capitalem, & peſtiferum M. Antonij reditum à Brunduſio expectabamus. Capitalis oratio, ὀλέθριος λόγος. Cice. lib. 1. Offic. Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ita ab Horatio dicitur ero mortifera. Capitale odium, (ἔσχατον μῖσος.) Capitalis morbus, quòd caput & uitam hominis petant. Capitalis locus dicebatur, ubi ſi quid uiolatum erat, capite uiolatoris expiabatur. Capitale pactum, capitale uitium: id eſt, propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti. Capitaliter, aduerbium. Plin. Epiſt. 5. Præterea reminiſcebatur, quòd capitaliter meipſum apud Centumuiros laceſſiſſet.

CAPITALIA, mons eſt totius Indiæ altiſſimus. Plin. lib. 6. cap. 20.

CAPITATVS, a, um, quod in caput latius creſcit. κεφαλωτός. Vnde Capitatum porrum. Colu. lib. 12. Cultus autem porri capitati aſſidua ſarritio, & ſtercoratio eſt. Item Capitata uinea ab eodem dicitur, ſicut & Brachiata, lib. 5. cap. 5. Nam duæ ſpecies huius quoque culturæ ſunt: alij capitatas uineas, alij brachiatas magis probant.

CAPITATIO, onis, tributum, quod in capita ita diſtributum erat, ut Iugatio in iuge boum. l. immunitates. & l. ſeq. C. de Agric. & cenſ. lib. XI. Capitatio itẽm pro Annona, in tit. C. de Annonis & capitatione. Budæus.

CAPITE CENSI, dicebantur eiuſmodi, qui in plebe Romana perquã pauco, aut nullo ære cenſebantur, τὸ ἐσχατον τελοῦντας: à cenſione capitum, quòd ſolis capitibus cenſerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur: quòd opes ei utrum obſidum loco ducerent, metuerentq; ne infimæ ſortis homines, qui nihil quod amittere poſſent, in urbe reliquiſſent, aut ſegniter pugnarent, aut facile ſpe lucri ad hoſtes deficerent. Proletariorum autem conditio paulo erat honeſtior. Nam his rebus aſperis in militiam admittebantur, armaq; illis ſumptu publico præbebantur. Horum cenſus erat ad mille, quingentum æris, Capite cenſi autẽ non amplius 375. æris, in cenſum deferebant. Dicti autem ſunt Proletarij, à munere officioq; prolis edendæ, quòd cum re familiari parua minus poſſent Rempub. iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.

CAPITELLVM, li, {Capitello} (κεφαλίς, κεφαλίδα) diminutiuum eſt à Capitulum, quod ſignificat paruum caput, id eſt craſſiorem ſummitatem cuiuſcunque rei. Plin. Inde ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes. Item Capitellum dicitur Epiſtylium: id eſt caput columnarum. nam Baſis, inferior pars eſt: hoc et Capitulum uocatur. Recentiores inſuper medici Capitellum ſumunt pro uaſe illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & ſimilia: ut igni ſuppoſito ea eis aqua exprimatur.

CAPITIS DIMINVTIO, (κεφαλῆς ἐλάττωσις) eſt prioris ſtatus permutatio: cuius tria ſunt genera (ut ſcribit Paul.) Maxima, minima, media. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cum hæc omnia amittimus, maximam eſſe capitis diminutionem: ut eſt deportatio. Cum uero amittimus ciuitatem: & libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem: ut eſt in colonias Latinas tranſportatio, Cum libertas & ciuitas retinetur, & familia tantum mutatur, minimam eſſe capitis diminutionem conſtat, uelut eſt adoptatio.

CAPITIVM, {Capello, beretta} interprete Nonio, capitis tegumẽtum eſt. κάλυμμα τῆς κεφαλῆς. Contra Varro non obſcure innuit muliebre tegumẽtum fuiſſe, quo illæ pectus uinciebant: & à capiendo, id eſt comprehendendo, non à capite, eſſe deductum. Capitium (inquit lib. 4. de Lin. Lat.) quod pectus capit, id eſt, comprehendit. Idem lib. 4. de Vita Pop. Rom. ut citat Nonius: Neque id ad orbita matrumfamilias inſtitutum, quod ex pectore, ac lacertis eſſent apertis, nec capitia habebant. Vlp. ff. Veſtis. ti. de Aur. & argen. leg. Muliebria ſunt ueluti ſtolæ, pallia, capitia, zonæ.

CAPITOLINVS, M. Manlij fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta aſſumptis mille iuuenibus arcem Capitolinam ab hoſtium iniuria defendit: unde & nomen inuenit. Hic cum poſtea in ſuſpitionem affectati regni ueniſſet, ab ea ipſa rupe Capitolina, quam ſeruauerat, præcipitatus eſt. Fuit etiam Hiſtorici cognomen, qui Cæſarum uitas conſcripſit.

CAPITOLIVM, {Campidoglio,} (καπιτώλιον, alij καπετώλιον,) templum erat Iouis in cliuo Tarpeio, dictum a capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Ante enim Tarpeia arx dicebatur, a uirgine Veſtali Tarpeia quæ ibi a Sabinis necata, atq; ſepulta fuit.

CAPITONES, {Teſtarecci, di ſuo capo, oſtinati,} (ἀτέραμνοι,) dicuntur duri, qui nunquam de ſua ſententia immutantur, ut apud Plautum in Perſa. Dicitur & capito, qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. Deo. Redeo ad deos, ecquos inſigni nota ſtrabones, aut petulos eſſe arbitramur, ecquos næuum habere ecquos ſilos, ſiccos, frontones, capitones? Eſt item capito piſcis apud Catonem de Re Ruſt. cap. 158.

CAPITOSVS, a, um, qui magnum caput habet Interdum dicitur qui eſt; duri capitis, qui & Ceruicoſus appellatur.

CAPITVLATIM, aduerb. per capita Pli. li. 2. cap. 12. Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq; capitulatim attingam.

CAPITVLATVM (κεφαλωτὸς,) dicitur quod in ſummo craſſum quiddam habet in morem capitelli. Plin. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida, & in cacumine capitulata.

CAPITVLVM (κεφάλιον) diminutiuũ ſignificat paruum caput. Plau. Curc. Vbi quid ſurripuere operto capitulo caldum bibunt. Eſt & uox blandientis. Terent. Olepidum capitulum: aliquando dicitur initium ſententiæ, quòd per metaphoram etiam caput uocatur κεφάλαιον. Ci. 1. de Legib. Nec uero ferent, ſi audierint te primum capitulum optimum prodidiſſe: in quo ſcripſit, Nihil curare Deum, nec ſui, nec alieni. Item Capitulum dicitur caput columnarum. Pl. li. 36. Proximum columnis ſpiræ ſubditæ, & capitula addita. Eſt præterea Capitulum urbs Italiæ prope Bouillas & Calatias.

CAPNIAS, capniæ, (καπνίας,) gemma eſt ex Iaſpidum generibus, quodam ueluti fumo infecta. unde & nomen accepit. Pli. lib. 37. cap. 9.

CAPNION, Vide Capnos.

CAPNITIS, (καπνῖτις,) herba eadem cum fumo terræ. Eſt itẽ Capnitis Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ e fornacibus flamma atq; flatu egeſta cameris, lateribusq; fornacum adhæret. Vide Plinium libro. 34. cap. 10.

CAPNOBATÆ, penul. corr. (καπνοβάται,) Myſiæ populi dicti ſunt, quaſi fumi, conſcenſores, quòd tranquillam agant uitam ſolis ſacrificiis, & deorum cultibus intenti: Vide Strabonem lib 7.

CAPNOMANTIA. (καπνομαντεία,) diuinationis genus quod fiebat ex fumi diſſectione, qui e thure in ara accenſo emanabat. Qui uero hoc augurij genere utebantur, Capnomantes dicti ſunt.

CAPNOS, {Fumo} (καπνὸς) fumus. Hinc ἄκαπνα dicta ſunt ligna ſicca, quæ ſine fumo ardent. Et, uinum capnias, (οἶνος καπνίας, hoc eſt fumoſum. Capnos etiam, ſiue Capnion (καπνεῖς. Dioſcoridi) herba eſt quæ & Fumus terræ uocatur: naſcitur in ſegete hordeacea. Hæc lacrymas ut fumos prouocat, Plin. lib. 16. cap. 7. & lib. 25. cap. 13.

CAPOTE, Aſiæ mons eſt, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Pli. lib. 5. cap. 24.

CAPPA, (κάππα,) nomen literæ Græcæ pro qua Latini utuntur c. Græci (ut Suidas docet) cum malum hominem uolunt prouerbio ſignare, unum cappa, cum peiorem, duorum peſſimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eũ intelligi eſſe Cretenſem, Cilicũ, Cappadocũ: qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur. Vide Eraſmum in prouerbio, Tria κάππα peſſima.

CAPPADOCIA, {Cappadocia Boc. Gio. 2. Nou 7. Che il Re di capadocia domandaua} (καππαδοκία) Pontica regio eſt, ut ſcribit Solinus, quæ læuo latere utraſq; Armenias, Comagenemq; tangens, dextro multis Aſiæ populis circunfuſa, ad Tauri iuga & ſolis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appian. minoris Armeniæ partem, Ptolemæus uero minorẽ Armeniã eſſe ſcribit dicta Cappadocia, a Cappadoce amne, ante Leucoſyria uocata. Vnde Cappadoces Leucoſyrii. Hinc Cappadox, cis, (καππάδοξ) pen. cor. pro eo qui eſt ex Cappadocia. Perſius: nec ſit præſtantior alter Cappadocas rigida pingues clauſiſſe cataſta. Cappadocus, a, um, poſſeſſiuum. Martialis libro. 10. Nec de Cappadocis eques cataſtis. Cappadocius, cia, cium apud Apuleium.

CAPPAGVM, Hiſpaniæ oppidum eſt in Bætica prouincia, Gaditani cõuentus Pli. lib. 3. cap. 1.

CAPPARIS, pen. cor. {Cappari} (κάππαρις) frutex eſt firmioris ligni ſenticoſus & humilis, baccis oleæ, ſed minoribus, quibus fatiſcentibus emicat flos roſeus candidus, odoratusq;. qui poſtquam decidit, glans extuberat oblonga, ſeminis acinoſi plena, Naſcitur præcipue in parietinis, hoc eſt muris ueteribus, et ſpleneticis prodeſt: ſeritur quoque in locis ſiccis, area circum effoſſa parieteq; ex lapidibus circunducto, ne latius euagata, ſteriles reddat agros. Flos, & baccæ in ciborum condimentis laudantur, eo quòd & appetentiam excitent, & lienem laxẽt, & pituitam per aluum exigant. Columel. Capparis, & triſtes inulæ, ferulæq; minaces, Dicitur & Cappar. Pal. Hoc menſe menta, & paſtinaca, thymum, & origanum, & cappar.

CAPRA, {Capra Boc. Caualcar la capra uerſo'l chino} (αἴξ) quaſi carpa, quòd uirgulta carpat: uel quòd captet aſpera: uel a crurum crepitu. Vnde & Crepas eas antiqui uocabant. Idem de Re Ruſt. lib. 2. cap. 3. Studioſe enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur, atque in locis cultis ungulis carpunt: itaque a carpendo Capræ nominatæ. Eſt etiam Capra ſignũ cœleſte, quæ (ut poetis placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus eſt Iupiter quare poſtea rerum potitus inter aſtra eam collocauit. Colu. lib. 11. cap. 2. Decimo Calen. Ianuar. Capra occidit mane, tempeſtatem ſignificat. Capella, æ, diminutiuum a capra, (χίμαιρα) Colu. lib. 7. cap. 6. Anniculæ uel bimæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) ſummitti hordum non oportet. Vergil. 3. Ecl. Tityre paſcentes à flumine reiice capellas.

CAPRARIVS {Capraio} (αἰπόλος, αἰγονόμος) cuſtos exercitorq; caprarum. Varro 2. de Re Ruſt. cap. 3. Ia enim cum in ſuburbano haberet agrum iugerũ mille, & a caprario quodam, qui adduxit cappellas ad urbem, denario ſibi in dies ſingulos dare adiſſet, &c. Colu. lib. 3. cap. 10.

CAPRARIA, {Capraia} inſula in mari Tuſco ſeu Liguſtico capris abundans, quam Græci Aegilon dicunt. Plin. lib. 3. cap. 6.

CAPRASIA, apud Plinium lib. 3. ca. 19. unum eſt oſtiis Padi fluuij.

CAPREA, pen. co. (δορκὰς, ἀπὸ τοῦ δέρκειν: id eſt, a uidendo.) animal ſylu. ſim,

non ſolum uidens ſeu perſpiciens acerrime, ſed & aliis uiſum præbens. Aſſerunt enim medici huic animali intra uiſcera humorum quondam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoſque uiſus exacuat. Martialis in diſtichis: Pendentem ſumma capream de rupe uidebis: Caſuram ſperes, decipit illa canes Capreatum genera uide apud Plinium. Eſt & Caprea uitis, dicta (ut inquit Varro) quod pariat capreolum.

CAPREÆ, (καπρίαι, ἢ καπρία Steph.) inſula ultra Surrentum Campaniæ urbem, circiter octo millia paſſuum, teſte Plinio lib. 3. cap. 6. Tiberii ſeceſſu infamis, & abundans coturnicum multitudine, quæ ex Italia uolantes, illac principio autumni capiuntur.

CAPREOLVS, li: {Capriolo} (δορκάδιον,) diminutiuum a Caprea. Verg. 2. Ecloga. Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti Capreoli, ſparſis etiā nunc uallibus albo. Sunt etiam Capreoli claiculi intorti in uitibus, & ueluti quiddā cincinni in tenerioribus pampinis apparentes, quibus uitis, ueluti manibus quibuſdam, adminicula complectitur. Præterea Capreolus, inſtrumentum ruſticū eſt bicorne. Columella. li. 11. ca. 3. Vere deinde, prius quā coeperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti eſt) terra commoueatur

CAPRIA, lacus eſt apud Strabonem in deſcriptione Pamphyliæ lib. 14.

CAPRICORNVS, {Capricorno} (αἰγόκερως,) cœleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, qui in Aegypto repentino aduentu Thiphonis gigantis perterritus poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem uero in formam hirci cōmutauit: cuius ingenium admiratum Iouem ferunt hanc figuram in cœlum trāſtuliſſe. Alii uolunt Capricornum Iouis fuiſſe collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, cum ipſa lac non haberet, aluit eū lacte capræ quę duos habebat hœdos, quos Iupiter una cum matre in cœlum tranſtulit. Stellam habet in naſo unam, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem in uentre ſex, in cauda duas. Cic. 2. de Natu. Deor. Tum gelidū ualido de pectore frigus anhelans Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

CAPRIFICARI, (ἐρινάζεσθαι,) ficuum proprium eſt, cum culices ex caprifici fructu, quas groſſos appellant) ad ipſas aduolantes, lacteum humorem in eis cōtentum abſumunt, eaſque ad maturitatem perducunt, Pli. lib. 16. cap 27. In C. ca inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu frequens euocatur, ſequenti tertius: hoc fici caprificantur.

CAPRIFICATIO, onis (ἐρινασμός, συκασμός,) ut hactenus interpretati ſunt quotquot Onomaſtico huic manus ſunt admoliti) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello ſunditur, ut cōmodius corrūpat, & creſcant, ſimilitudine caprifici, quæ ruptis muris intumeſcens exit. Qua in re quā longe à ueritate aberrarint, ſatis docebunt Plinii uerba lib. 15. ca. 19. quæ hic ſubiecimus: Caprificus (inquit) culices parit. hi fraudati alimēto in matre, putri eius tabe, ad cognatam uolant, morſuque ficorum crebro, hoc eſt auidiore paſtu, aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus ſolem primo ſecum inducunt, cereales auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc eſt infantiam pomi abſumunt. quod fit & ſponte. Ideoque ficetis caprificus permittitur ad rationē uenti, ut flatus euolantes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter ſe colligatæ, inicerentur fico: quod in macro ſolo & Aquilonio nō deſideratur, quoniam ſponte areſcunt loci ſitu, rimiſque eadem, quæ culicum opera, cauſa perficit nec non ubi multus puluis, quod euenit maxime frequenti uia appoſita. Nanque & pulueri uis ſiccandi, ſuccumque lactis abſorbendi: quæ ratio puluere, & caprificatione hoc quoque præſtat, ne decidant, abſumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoſo. Ex quibus Plinii uerbis conſtat, Caprificationem nihil aliud eſſe quā rationem quandam perficiendi, ut culices e groſſis enati, ad ficus aduolent, humoreque earum lacteo conſumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem ſolet fieri duobus modis, Aut enim circum ficeta ita ſolent diſponi caprifici, ut uentorum flatu culices e groſſis enati ad ficus ferrentur Aut groſſi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem iniiciebantur.

CAPRIFICVS, ci, pen. pro. {Ficaia ſeluatica,} (ἐρινεός,) ficus eſt ex ſylueſtriū genere nunquā matureſcens, ſed quod ipſa non habet, aliis tribuens. Gignit enim culices, qui ad ficus alias aduolantes, ipſis maturitatem conferunt. Vide Pli. lib. 15. cap. 19. Dictam autem uolunt Caprificum a carpendo quod parietes & maceries, atque adeo laxa ipſa ſibi obſtantia diſcerpat. Martialis: Marmora Meſſalę findit caprificus.

CAPRIFICIALIS dies, Vulcano ſacer fuit, quo Attici æſtiui mellis uindemias auſpicabantur. Vide Pli. lib. 11. cap. 15.

CAPRIGENVS, a, um, pen. corr. {Caprigno} (αἰγογενής) quod eſt ex caprarum genere. Plautus in Epid. Baprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

CAPRILE, pen. prod. {Caprile.} (αἰγών,) locus ubi capræ ſeruantur: ſicut Ouile ubi boues Pli. lib. 29. cap. 10. Atque in totum difficilius ſe recolligentes a ſerpentum ictu, in caprilibus optime conualeſcunt.

CAPRILLVS, a, um, {Caprigno,} (αἴγειος) idem quod caprinus, ſicut ab oue Ouillus: ut ſtercus caprillum, & ouillum.

CAPRIMVLGI, aues ſunt merulæ aſpectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non uidentur nec ipſi uident: intrant paſtorū ſtabula, caprarūque uberibus propter ſuccum lactis aduolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hos Ariſtot. a caprarum mammis αἰγοθήλας uocat. Pli. lib. 10. cap. 40.

CAPRIMVLGVS, {Quello che mulge capre} (αἰγοβοσκός, αἰγονόμος,) dicitur, qui capras mulget. Catul. Suffenus unus caprimulgus, aut foſſor Rurſus uidetur.

CAPRINVS, a, um, (αἴγειος,) idem quod capreus: ut, Caprinus grex, Liui. 2. bell. Pun. Caprina pellis, Cice. 1. de Natu. Deo.

CAPRONÆ, arum (προκόμιον,) iubę, ſeu comę in fronte deuexæ, quaſi a capite pronæ. Lucil. lib. 7. Satyr. (ut citat Nonius) Aptas caput, atque comas fluitare capronas Altas, frontibus immiſſas, ut mos fuit illis. Hæ alio nomine dicuntur Antiæ. Ex Feſto, & Nonio.

CAPROTINAM, Iunonem ueteres dixerunt, quod illi Nonis Caprotinis ſub Caprifico ſacra fierent ab ancillis ſimul & liberis. Nam poſt urbem captam, cum ſedatus eſſet Gallicus tumultus, exhauſta Republ. finitimi opportunitatem inuadendi Romani Imperii aucupati, præfecerunt ſibi Poſthumium Liuium Fidenatum Dictatorem qui feciale ad Senatum miſſo poſtulauit, ut ſi uellent reliquias ſuæ urbis non deleri, matreſfamilias & uirgines omnes ſibi dederentur. Cumque Patres eſſent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Phylotis, uel (ut alii malunt) Tutela, aſſumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, uirginumque habitu ſumpto, nomine dominarum ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ cum à Liuio in caſtris diſtributæ eſſent, hoſtes plurimo uino prouocauerunt, diem feſtū apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſomno obrutis, ex caprifico dato ſigno hoſtes trucidati ſunt. Memor itaque popu. Roma. accepti ab ancillis beneficii, omnes iuſſit manumitti, dotemque eis ex publico aſſignauit. diemque ipſum Nonas Caprotinas appellauit, ab illa caprifico ex qua ſignum acceperat: ſacrificiumque annuum Iunoni Caprotinæ ſub caprifico inſtituit. cui etiam lac, ex caprifico ad rei memoriam adhibetur.

CAPRVNCVLVM, uas fictile, ſic dictum quod capax ſit. Feſtus.

CAPSA, {Caſſa. Boc. Gior. 2. Nou. 1. Et io meſſegli in una mia caſſa} ciſta & repoſitorium, à capio, quod res in ſe reconditas capiat. uel à κάμπτω, quod eſt curuo Cic. in Diuin. in Ver. Mihi quā multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero. Cuius diminutiuum eſt Capſula: à quo Capſella. Plin. lib. 30. ca. 11. Stellionem incluſum capſulis ſubiiciunt capiti. Catul. Hæc una è multis capſula me ſequitur.

CAPSACES, pen. cor. (λήκυθος) uas olearium. Cyprianus lib. 2. Epiſt. Fidelis fratris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

CAPSARIVS, {Caſſiere} qui mercedis gratia ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarū. Suet. in Nero. Conſtat, quoſdam cū pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos. Item capſarius qui portat libros, inquit Vlpia.

CAPSIS, {Piglia ſe uuoi} antiqui dicebant pro eo, quod eſt Cape ſi uis, ſicut Sodes, pro ſi audes. Capſit, prehenderit, teſte Feſto, Obſoletum uerbum à capio, quod eſt prehendo.

CAPSITANI, populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

CAPSVS, carruca undique tecta.

CAPTATORIVS, a, um, {Fraudolente} (κολακευτικός) ut, Captatoriæ ſcripturæ, & Captatoriæ inſtitutiones. id eſt, adulatoriæ, ut interpretantur Papinianus, & Caius Iuriſconſulti, quæ ſcilicet ideo factæ ſunt, ut uiciſſim hæres ſcribaris, aut ſaltem legatum conſequaris ab eo, quem inſtituiſti. Nam captare proprie eſt illecebris donis obſequio, & maiorum ſpe aliquid aucupari.

CAPTATOR, uide Capto.

CAPTIO, (ὑπαγωγή) ipſe actus capiendi, ſeu id per quod quis capitur. Captio in uerbis. Cic. de Clarib. Orat. Quanta eſſet in uerbis captio, cum in cæteris rebus, cum in teſtamentis, &c. Captio, deceptio. Plaut. Epid. Verum ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt. Huius diminutiuum eſt Captiuncula. Gell. Quid autem legis aſtutus propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt?

CAPTIOSVS, a, um, {Captioſo, pieno d'inganni} (αἰρετικός) quod capit, ſeu decipit, & dolis plenum eſt. Gell. Non captioſis quæſtionibus reſpondendum. Cic. pro Qu. Roſc. Quo nihil captioſius, neque indignius dici poteſt. Captioſe aduerbium. Cic. 4. Acad. Sic me, inquit, ante ſuſtinebo, nec diutius captioſe interroganti reſpondebo.

CAPTIVVS, {Cattiuo, prigione. Arioſt. Et poi menaſſe lor galee cattiue} (αἰχμάλωτος) qui in bello captus eſt, ea in hoſtium poteſtate detinetur. Cic. 8. Philip. Diutius ſeruitutem perpeſſi ſumus, quā captiui frugi, et diligentes ſolent. Ver. 9. Aen. Pręterea bis ſex genitor lectiſſima matrum Corpora, captiuoſque dabit. Hinc Captiuo, as, quod eſt captiuum facio. ἀνδραποδίζω, αἰχμαλωτίζω, αἰχμάλωτον ποιῶ. Captiuitas, ipſa detentio. αἰχμαλωσία. Tacitus: Quocunque oculos Romanus intenderet: captiuitatem, cædemque, & dira omnia oculis obuerſari.

CAPTO, (θηρεύω) frequentatiuū à Capio: licet à primitiuā ſignificatione non nihil deſciſcat: idem eſt, quod blanditiis, & illecebris aliquid uenor: ut, Hic obloquendo captat auram popularem. Cic. in Piſ. Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pene puerorum: captare plauſus, uehi per urbem, conſpici uelle. Hinc Captator, uenator. θηρευτής. Cic. Captator ille popularis auræ. Et Captatio, uenatio, θήρα, Plin. in Proœ. lib. 14. Poſtquam cœpit eſſe captatio in quæſtu fertiliſſimo. Aliquando Captare eſt conari, decipere, θηρεῖν, αἱρεῖν. Teren. Hecy. Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios: aut quia uia captent te illi, eadem ipſos cape. Mart. lib. 9. Dum me captares mittebas munera nobis, Poſtquā cepiſti, das mihi Rufe nihil. A Capto rurſus deducitur Captito, aliud frequentatiuum.

CAPTVRA, ræ, {Preſaglia} (ἄγρα, λῆψις) actus ipſe capiendi feras aues: aut aliquid eiuſmodi. Plin. lib. 19. cap. 1. Ad piſcium & altium capturam. Interdū præda, quæ capitur. Idem lib. 10. ca. 10. Platea nominatur aduolans ad eas, quę in mari ſeſe mergunt, & capita earum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Accipitur & pro quæſtu. Sueto. in Calig. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarum, quantum quæque uno concubitu mereret.

CAPTVS, a, um, (ἁλούς) uide Capio.

CAPTVS, us, {Capacità} (κατάληψις) comprehenſio, capacitas, intelligendi facultas. Cic. lib. 2. Tuſc. Gręci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum: quaſi diceret, tam prudentes, quā capax prudentiæ eſt hominū natura. Apul. dixit, ſupra captum cogitationis: pro eo quod eſt, ſupra quā quiſquam cogitatione capere, & complecti poſſit. Accipitur item Captus pro ſorte & conditione. Terent. in Adel. Præterea (ut captus eſt ſeruorum) non malus. hoc eſt, ut ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Donatus.

CAPVA, {Capua} (καπύη Steph.) totius olim Campanię urbs præſtantiſſima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine, in quibus ſita eſt, ita dicta, ut inquit Cic. Liu. a Capy Samnitum duce dictam exiſtimat. Alii a falcone, ſub cuius augurio condita eſt, qui priſca Thuſcorum lingua Capys dicebatur. Verg. à Capy Aenee commilitone, qui eā condidit. Strabo, quod eſſet XII urbium caput. hoc eſt, ipſa duodecima reliquis undecim præeſſet, dictam exiſtimat. Quidam à capacitate, quod omnem uitę fructum capiat. Euſtathius etiam ab urbe, cui nomen Campus eiicit: uel à camporum planitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone COSS. Exædificatā eam tradit. Sueto. certe in Cæſare dictatore, urbis huius originem, & nomenclaturā ad Capyn conditorem refert: in cuius ſepulchro æneam tabulam inuentam tradit, quæ Cæſari necem denuntiabat.

CAPVLA,uas uinarium,quo ueteres utebãtur,ita dictum,quod facile capi poſſet. Varro:Capis,& minores Capulæ à capiendo nominantur,quod anſatæ ſunt: Vel à Græco,quod Calpim,& Calpium,digitatos,anſatosq́ crateras, Erythris fingi ſoli tos Philemon,& Pamphilus ſcripſere. Capulis item utebantur in uaſis olearijs deplendis:unde & uerbum Capulare manauit:de quo poſtea.

CAPVLARIS,re,adiectiuum:ut,Capularis ſenex,(τυμβογέρων)id eſt, morti contiguus,& mox capulo efferendus. Reum item capularem dicebant,quod capulo dignus eſſet. Stamen capulare,pro uita breui,etiam capulo uicina. Plautus in Aſin. Tam capulari ſtamine tibi diu uideor uiuere.

CAPVLATOR,qui capulis oleum deplet. Colu.lib.12.cap.50.

CAPVLO,as,are.dolia olearia capulis deplere. Cato de Re ruſt.cap.67. Ligna in torculario ne cædat,oleum frequenter capulet.

CAPVLVS,& CAPVLVM,à capiendo,{*Cateletto. ſepolcro,manico di ſpada ouer pugnale*}(νεκροφόρον)id quo mortui efferũtur. Item ipſe Sarcophagus, quod corpora capiat. νεκροφόρον. Et Capulus item,(κώπη, λαβὴ) manubrium gladij,quod manu capiatur. Ver.2. Aen. Capulo tenus abdidit enſem. Sueto.in Calig. Veniam(inquit)ueniam & hic me cum,capulum gladij crebrò uerberans, quo cinctus erat.

CAPVS,pi,& Capo,onis,{*Capone*}gallus cui teſtes ſunt auulſi. Varro 3.de Re Ruſt. Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. Sipõtinus: Galli quibus teſtes auelluntur,libidinis abolendæ cauſa,ut magis pingueſcant,capi uocantur: cum merito Galli à ſimilitudine ſacerdotum Matris Deum dici poſſe uiderentur: itaque à contrario ſenſu Gallos appellatos quidam exiſtimant.

CAPVT,itis,{*Capo,teſta. Pet. Che ſe'l ſolle amator del capo ſcemo*}(κεφαλή)dicitur totum illud quod collo ſuſtentatur: unde dictum quod ab eo initium capiunt nerui,per quos totum in corpus diſtribuitur ſenſus & motus. in ſummo enim à natura collocatum eſt,quod in eo regimen totius animantis reſideret. Alij ἀπὸ τῆς κεφαλῆς,quod eſt caput,uel ἀπὸ τοῦ κάρα, eiuſdem ſignificationis. Terent. in Adelp. Colaphis tuber eſt totum caput. Partes capitis diſtinguuntur: nam eminentior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in Frontem anteriorem,& Occiput poſteriorem partem: media uero ſunt Tempora,quibus aures inhærent. Aliquando Caput(ἀρχὴ)dicitur origo,& principium. Cice. pro Flacco: Caput eſt omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites. Aliquando pro uita ponitur. Vt,Capitis res eſt: id eſt,de uita periculum eſt. Plaut. in Trinum. Et nimirum crederem,cum ſi capitis res ſiet, nummum nunquã credam plumbeum. Aliquando pro ſumma prima in pecunia, à qua fœnus aut alius quæſtus fit,uelutis res principium quam & ſortem,(ἀρχαῖον)dicunt. Capita item initia parua in libris,quæ capitula apud uulgares dicuntur. Gel. quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptum eſſe diximus. Caput facere dicitur de ſuppurationibus,cum apoſtemata franguntur. Plin. de Furunculis: Remedio ſunt quæ diximus folia trita cum polenta,ſi non caput fecerint.

CAPYS,(κάπυς)nomen Troiani cuiuſdam,qui Capuam ædificauit. Ver. li.10. Et Capys,hinc nomen Capuanæ ducitur urbi. Huius meminerunt Dictys Cretenſis,& Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poetæ in li.12.qui cũ maieſtate Homeri uidetur quaſi contendere. Fuit item Capys,filius Aſſaraci et pater Anchiſæ. Ouid. in Faſtis. Tros eſt generatus ab illo: Aſſaracũ creat hic, Aſſaracusq́ Capyn. Capys item Sylu ius, Albanorum rex,& Capeti pater.

CARA,radix eſt herbæ eiuſdem nominis,qua lacti admiſta Hircius ſcribit Cæſaris exercitum diu inopiam leuaſſe.

CARABIS,(κάραβις)fluuius eſt apud Seras,Scythiæ populos, cuius meminit Plin. lib.6.cap.17.

CARABVS,(κάραβος)pen.cor.genus cancri. Plin. lib.9.cap.31. Cancrorum genera carabi,aſtaci,maiæ,paguri,heracleotici,leones,& alia ignobiliora. Carabi à cæteris cancris cauda diſtant. In Phœnice ἵπποι uocantur,tantæ uelocitatis,ut conſequi non ſit.

CARACALLA,læ,indumenti genus fuit ad talos uſque demiſſum ab Antonino Imperatore populo datum,unde & Caracallæ agnomen inuenit. Auctor Sext. Aurelius in Antonino.

CARACRA,oppidum eſſe in Hiſpania creditur, quod hodie uulgò Guadalaira dicitur.

CARALITANVM,& Caralitani, (quæ huc perperam ingeſta erant) uide Calaritanum,& Caralitani.

CARAMBIS,{*Capo piſello*}(κάραμβις)promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum,arietinæ frontis habens formam,quod longo ſpatio pelago incumbens,Scythicæ obiectum peninſulæ, Euxinum Pontum bimarem uidetur efficere.

CARAMBVCIS,fluuius eſt Scythiæ ad montes Rhiphæos. Pli. lib.6.ca.13.

CARANA, Ponti oppidum, à quo Caranenſis regio dicitur: ut ſcribit Strabo lib.12. Geographiæ.

CARANITIS,præfectura eſt Armeniæ maioris. Plin. lib.5.cap.24.

CARANVS,Macedoniæ rex,cuius hiſtoriam pluribus perſequitur Iuſtinus li.7. Eius etiam meminit Solinus ca.12. Eſt item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum urbem. Vide Strabonem lib.16.

CARASENI,populi Tauricæ regionis. Plin. lib.4.cap.12.

CARASTASCI,Plin. lib.6.cap.7.populi ſunt circa Mæotin.

CARAXVS,(quod hactenus huc ut uitioſe ſcriptum, ita alieno loco collocatũ fuit) uide Charaxus.

CARBANA,æ,(κάρβανα)urbs Lyciæ eſt,apud Stephanum.

CARBANIA, Pomponio Melæ libr.2. commemoratur inter paruas inſulas Tyrrheni maris,Italiæ adiacentes.

CARBAS,{*Garbino*}(λίψ) à Vitruuio appellatur uentus ab occaſu brumali flans quem uſitatiore nomine Africum uocamus. Itali Garbinum uocant,nomine à Carba,ut uidetur, deducto.

CARBASVS,(κάρβασος)pen.cor.in ſingulari frequentius fœminini generis, interdum etiã maſculini,in plurali uero neutri. Propertius: Exhibuit, niuos carbaſus alba focos. Apud Valerium Maximum in maſc. genere inuenitur. Ita.n. ait lib.1. Cum carbaſum,quem optimũ habebat foculo impoſuiſſet,ſubito ignis emicuit. Eſt autem Carbaſus genus lini miræ tenuitatis in Hiſpania primum repertum,ut ſcribit Pli. lib.19.cap.1. Ex carbaſo fiebant uela nauium, quæ & ipſa Carbaſa,(κάρβασα)dicuntur. Verg.3. Aen. Et auræ Vela uocant,tumidoq́ inflatur carbaſus Auſtro. Nonius docet Carbaſum eſſe pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ cauſa,ut ſerico,aut tenui lino. Ver.8. Aen. Eum tenuis glauco uelabat amictu Carbaſus. Carbaſeus,a,um. ex carbaſo factus. Cice.7. Ver. Tabernacula carbaſeis intenta uelis collocabat Carbaſei uenti. Tabul. libr.3. Poſt hæc carbaſeis humorem tollere uentis. Carbaſinus,a,um: ut,Carbaſina uela,apud Plinium lib.19.cap.2. Quint. Curtius: Carbaſinis ueſtibus Indi & Arabes corpora uelant,quæ ſunt auro,purpuraq́ diſtinctæ. Carbaſineus,a,um. idem. Varro de uita Pop. Roma. lib.4. Eadem poſtea carbaſineo magis,ut pellibus tegerentur togæ.

CARBATINÆ,(καρβατίναι)calceamenti ruſtici genus,ex recentiore corio bubulo: unde Carbatinæ crepidæ,apud Catullum. Ariſto. lib.2. de animalibus ſcribit camelos calceari carbatinis, ne ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant.

CARBILIVS,cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticã mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius,cognomento Ruga,primus Romæ uxorem,quod ſterilis eſſet,repudiauit,præſtito ante iuramento,ſe uxorem liberorum cauſa quærere. Auctor Gellius.

CARBO,(κάρβων)prænomine Cneus, ter Conſul fuit, & in tertio Conſulatu iuſſu Pompeij,quod Marianas partes ſequeretur,dum aluum exonerabat,in Sicilia fuit interfectus. Fuit & C.Carbo huius frater ſummus orator, cuius meminit Cicero in Bruto,quod uoluntaria morte à ſe iudicum ſeueritate uindicauit. Fuit & alius Carbo,huius filius,quem Cic. Oratorem non ſatis acutum fuiſſe ait,uerborum tamen grauitatem ei tribuit,& naturalem quandam orationis auctoritatẽ. Hic ab exercitu ſuo interfectus fuit, quem bellis ciuilibus ſolutum ad diſciplinam reuocare conabatur.

CARBO,onis,{*Carbone. Pet. Diſcinta e ſcalza, e deſto haura'l carbone*}(ἄνθραξ)proprie dicitur,cum extincta fuerit pruna. Perſ. Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. Aliquando dicitur Carbo,cum eſt ignitus. Pli. lib.18. Et cum cinis in foco concreſcit,& cum carbo uehementer perlucet.

CARBONARIVS,{*Carbonaio*}(ἀνθρακεύς)qui carbones conficit. Plaut. in Caſ. Sine modo rus ueniat,remittam ad te uirum Cum furca in urbem, tanquã carbonarium. Eſt & adiectiuum Carbonarius,a,um: ut, Fornax carbonaria: Carbonarium negotium exercere. Pli. de Viris illuſt. Nam pater eius, quamuis patritius,ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

CARBVLO,auctore Plin. lib.3.cap.3.oppidum eſt Bæticæ prope Cordubam.

CARBVNCVLVS,dimin.(ἀνθράκιον)paruus carbo Plaut. in Moſt. Amburetur miſero ei corculum,ut carbunculus. Ad Heren. lib.4. Ipſe à uicinis cũ teſta ambulans carbunculos arrogaret. Eſt item Carbunculus(ἄνθραξ) tumor præter naturam,ſiue ulceris genus celeriter cruſtam faciens,cum uehemẽti partis inflammatione: ita dictus à carbonis igniti ſimilitudine. Eius hæ notæ ſunt, rubor eſt,ſuperq́ cum non minimum puſtulæ eminent,maxime nigræ, interdũ ſubliuidæ,aut pallidæ. In his ſanies eſſe uidetur, infra color eſt niger, ipſum corpus aridum & durius,quàm naturaliter oportet. Plin. lib.23.cap.4. Nomas repurgant,carbunculos rumpunt. Eſt item Carbunculus(ἀνθρακίτης) gemma igniti carbonis ſimilitudinem referens, ipſisq́ etiam noctibus lucens, & quibuſdam quaſi radijs refulgens: quæ apud Indos,& Garamantas inuenitur. Pli. li.37.ca.7. Principatum habent carbunculi,à ſimilitudine ignium appellati, cũ ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam Apyroti uocati. Sumitur quandoq́ Carbunculus,pro terra,ubi teſſellæ lapideæ,& nigræ reperiuntur. Palladius: In Ianuario menſe carbunculus,niſi ſtercoretur,macras uineas reddit. Pli. lib.16. Maximeq́ ſabulum humidũ,aut carbunculũ,aut tophaceam formam. Hinc Carbunculoſus ager dicitur,in quo id genus carbunculi abundat. Colu. li.3.cap.11. Nã carbunculoſum agrum niſi ſtercore iuues,macras uineas efficere dixerunt. Carbunculus præterea(σφακελισμὸς)in uitibus & arboribus dicitur, cum earum flores aduruntur,& ad carbonis ſiccitatem nigredinemq́ rediguntur. Plin. lib.17.cap.24. Sideratio tota e cœlo conſtat: quapropter & grando ijs in cauſis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim Verno tempore imitatis,et erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens adurit lacteſcentes uitium oculos: quod in flore Carbunculum uocant. Hinc deducuntur Carbunculo,as,neu. abſolutum,& Carbunculor,aris,deponens(σφακελίζω)pro eo quod eſt carbonis ſimilitudine aduro,ſeu inflammo. Pl. li.12.cap.7. Verum & his ſua iniuria eſt,atq́ cœli intemperie carbunculantur, fiuntq́ ſemina caſſa,& inania. Idem lib.18.ca.28. In hoc temporis interuallo res ſumma uitium agitur,decretorio,uuis ſydere illo, quod Caniculam appellauimus: unde carbunculare dicuntur,ut quodam uredinis carbone exuſto.

CARCASES,populi ſunt Narbonenſis Galliæ,quorum oppida ſunt Amtilia, Aena, Bormannico. Macina,& Cabellio. Auctor Plin. lib.3.cap.4.

CARCASVM,à Plin. libr.3.cap.4. uocatur oppidum Galliæ Narbonenſis, quod hodie Carcaſſonam uocant.

CARCATHIOCERTA,Armeniæ maioris urbs Tigri proxima, ut auctor eſt Plin. lib.6.cap.11.

CARCER,ceris,{*Carcere,prigione*}(δεσμωτήριον,φυλακὴ)locus, in quo ſeruantur noxij: uel undecunque quis exire prohibetur, quaſi Coarcer: à coercendo,ut docet Varro: quod uincti in eo cuſtoditi prohibeantur exire. Cic.7. Ver. Cur carcer ædificatus? cur tot ſupplicia in improbos more maiorum conſtituta? Vnde & in circo,unde emittebãtur equi. Carceres,(βαλβίδες,ἀφετηρία) ſunt appellati,quod coerceantur equi ne inde exeant, antequam magiſtratus ſignum miſerit. Terminũ autẽ ad campi finem,ubi curſum ſiſtunt, Metam dicimus. Hinc Metaphoricῶς Carceres pro principio. Metam pro fine ponimus. Et licet quidã dicant in ſingulari tantũ ſignificare cuſtodiã publicam,in plurali currentium equorum repagula, uel funes, qui equis ad metam currere uolentibus opponuntur. Cicero tamen utrunque indifferenter poſuit. Nam in Catone ſic inquit: Nec uero uelim quaſi decurſo ſpatio,ad carceres à calce reuocari. Et lib.4. ad Heren. Quaſi ſi quis ad Olympiacum curſum uenerit, & ſteterit,ut emittatur,impudenteſq́ illos dicat eſſe,qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. Carceres tamen interdũ pro furibus ſeu captiuis poni ſolẽt. Græce δεσμῶται,idq́ per Metonymiã,continens pro cõtentis quemadmodũ etiã Ergaſtula ſæpe accipimus, pro iis,qui ergaſtulis ſunt incluſi. Cic. in Epiſt. Quacunq́ iuit, ergaſtula ſoluit.

CARCERARIVS,a,um,(εἰρκτικὸς)quod ad carcerẽ pertinet. Plaut. in Capt. Atque mihi eſt,hunc quæſtum facere carcerarium.

CARCHEDON, pen. prod. (καρχηδών) à Græcis appellata eſt urbs Africæ totius olim potentiſſima, infeſtiſſimaq; Romani imperij æmula. Vnde Carthaginienſes ipſi ab iiſdem Carchedonij (καρχηδόνιοι) appellãtur. Hanc etiã Plau. Comœdiam ſuam Pœnulum, Carchedoniam nominauit. Carbunculos quoq; Garamanticos Plin. auctor eſt lib. 37. cap. 7. ab huius urbis opulentia Carchedonios fuiſſe uocatos, non q; circa Carthaginem inuenirentur, ſed q; à Pœnis negotiatoribus Romam afferretur. Dicta Carchedonia Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed Vulgatior fama eſt, conditam fuiſſe a Didone. De hac multa Euſtrathius in Dionyſium.

CARCHEDONIVS, (καρχηδόνιος, σμαραγδίτης) genus inter metalla æris repertum, uiliſſimum, minimumq; idem fragile, & colore incertum: ac uirentium in caudis pauonum, columbarumq; collo plumis ſimile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plinium lib. 37. cap. 5.

CARCHESIVM, (καρχήσιον) poculi genus. Ver. 5. Aen. Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Tradunt Iouem, quando cum Alcmena concubuit, in pretium ei cõcubitus carcheſium aureum dediſſe. Eſt autem id uaſis genus procerum, ac circa mediam partem compreſſum, anſatum, mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Eſt præterea Carcheſium in nauibus ſuprema pars mali, à qua uelo latera, quæ Cornua uocantur, utrinque diffunduntur: à cuius figura Aſclepiades, referente Macrobio, uaſcula eiuſdem nominis dicta arbitratur. Mali autem omnium in tres omnino partes diſtinguuntur, quarum infima Pterna uocatur, media τράχηλος, ſuprema Carcheſium uocabatur. Plura de hoc uide apud Macrobium, Crinitum, & Bayſium.

CARCINA, (καρκίνα) ciuitas eſt Scythiæ Europææ, à qua ſinus Carcynites. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomp. lib. 2. ubi & Carcinites amnis, eam ciuitatem præterfluens, ut auctor eſt Ptolemæus lib. 3. cap. 5.

CARCINETHRON, (καρκίνεθρον) genus herbæ, quod Græci Polygonõ uocant: cuius ſuccus naribus infuſus ſupprimit ſanguinem: & cum uino potus cuiuslibet partis profluuium excreationesq; cruentas inhibet. Geniculatam Latini uocant. Plin. lib. 27. cap. 12.

CARCINIAS, (καρκινίας) gemma eſt marini cancri colore. Pli. li. 37. ca. 11.

CARCINODES, neu. gen. (καρκινῶδες) uitium, ſeu morbus, cancri naturã imitans, ſimili modo ſerpens. Plin. lib. 20. cap. 17. Narium quoque carcinodes conſumit illitum ex aqua.

CARCINOMA, atis, pen. pr. {Cancaro} (καρκίνωμα) cancer morbus: de quo Plin. lib. 20. cap. 9. Cato de Re Ruſt. Et ſi quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, braſſicam tritam apponito, ſanum faciet. Celſus tria facit eius genera primum Cacoethes, cũ ulcus quidem preſſum eſt, ſed q̃ circa ſunt intumeſcunt: ſecundum ſine ulcere: tertium quod Thymum uocat. Vide plura in dictione Cancer.

CARCINVS, pen. cor. {Gambaro, granchio, cancero} (καρκίνος) cancer animal & ſignum cœleſte. uide in dictione Cancer. Luca. 9. Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens. Humidus Aegoceros. Eſt item Carcinus (καρκίνος) duorum Poetarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenienſis fuit, alter Agrigentinus: quorum ſcripta enumerat Suidas.

CARDACES, apud Perſas appellabantur, qui ex rapto uiuebant: nam Carda apud eos bellicoſum, & uiolentum ſignificabat. Auctor Stra. lib. 15.

CARDAMINE, (καρδαμίνη) ſiſymbrij genus eſt, quod Officinæ Naſturtiũ aquaticum uocant. Vide Dioſcoridem lib. 2. cap. 117. & Ruellium li. 2. ca. 60.

CARDAMOMVM, (καρδάμωμον) frutex eſt amomo ſimilis, odoratus, oblongo ſemine, & anguloſo. metitur eodem modo, quo amomum. Vide Pli. lib. 12. cap. 13.

CARDAMON. (κάρδαμον) à Græcis uocatur herba, in hortis paſſim prouenien, quam Latini Naſturtium hortenſe uocant. Cardamum autem dictum putatur ἀπὸ τῆς καρδίας, quod cor foueat, & in ſyncope illa, quam Cardiacam uocant plurimum ualeat. Alij diuerſa ratione uſi, ſic dictum arbitrantur, q; caput edomet, quaſi καρηδαμον. Nam arcem mentis obſidens ſuo ſenſit acrimento, & ignea ui præditum caput tentat. Capitis tamen uitia purgare creditur. Vnde ortum eſt prouerbium ἔσθιε κάρδαμον, hoc eſt, ede naſturtium: in eos dici ſolitum, quibus ſanum non eſt cerebrum.

CARDAMYLA, (καρδαμύλη) urbs fuit Peloponneſi propinqua Pylo, ſub dominio Agamemnonis, una earum, quæ reconciliationis ergo Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homerum lib. 9. Iliad.

CARDEA, ſiue Cardinea dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat, quaſi Cardina. Vide Carna.

CARDIA, {Cuore} (καρδία) Latine Cor. quanquam etiam à priſcis medicis, teſte Galeno, pro ſuperiori uentriculi orificio ponebatur: quo pacto ipſum etiam Hippocratem aliquando locutum eſſe oſtendit. Hinc factum eſt, ut Cardiacus morbus dictus ſit, non qui cor, ſed ipſum infeſtet uentriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & uenenatis, in uentriculo congeſtis, nimioq; dolore ſyncopen afferentibus, quam Cardiacam appellant. Cardiacus, aci, pro illo, qui cardiaco morbo tentatur. Cic. 1. de Diui. Ego autem haud ſcio, an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis. Iuuena. Cardiaco nunquam cyathum, miſſurus amico. Eſt & Cardia nomen urbis in Thracia, ad Melanem ſinum, à cordis ſimilitudine uocata, teſte Plin. lib. 4. cap. 11.

CARDIALGIA, (καρδιαλγία) dolor cordis, & mentis triſtitia. Item uentriculi eroſio, quæ & cardiogmus dicitur. Vide infra.

CARDINALIS, & Cardineus adiectiua ſunt a cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli uſi ſunt pro præcipuo, ſeu principali.

CARDINEA, dea, quæ & Cardina dicta eſt, cardinibus præeſſe dicebatur.

CARDINVM, (quod hic pro Naſturtio hortenſi perperam legebatur) uide Cardamum.

CARDIOGMVS, mi, (καρδιωγμός) morbus eſt uentriculi, ortum habẽs ex humoribus acribus & mordacibus ipſum uentriculi orificiũ (quod priſci Græci, teſte Galeno, etiam καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione eroſioneq; infeſtantibus, nonnunquam etiam ſyncopen inducentibus. Ea enim pars corporis ex acutiſſimo tactus ſenſu eſt prædita, propter inſigne par neruorum ad eam à cerebro tranſmiſſum. Quo fit ut dolores ea in parte ſint maximi, quibus cum uires ferendis pares non ſint, ſolet ſubſequi ea ſyncope, quam ſtomachicã uocãt.

CARDISCE, (καρδίσκη) gemma eſt, quæ fit ex draconis cerebro, niueaq; abſciſſo: alio nomine Draconitias dicta. Plin. lib. 37. cap. 10. Draconites, ſiue draconitias è cerebro fit draconum: ſed niſi uiuentibus abſciſſo nunquam gemmaſcit, inuidia animalis, mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt, ut morientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur, & cardiſce.

CARDO, inis, {Gangherro} (γίγγλυμος, στρόφιγξ, στροφεύς) ferramentum, circa quod fores uertuntur. Verg. 6. Aen. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, ſiue Cardinea, quæ cardinibus præerat, quaſi Cardina. Cardines etiam dicuntur duæ cœli partes immobiles ſibi mutuo oppoſitæ, quarum altera eſt ad ſeptentrionem, altera ad auſtrum, Græci πόλους uocãt: unde & ſtella borealis polo proxima, quæ eſt in cauda minoris Vrſæ, Polaris ſtella uocatur, non q; ſit polus ipſe: ſed q; ſua circumuolutione circulũ minimum efficiat, cuius polus eſt centrum. Linea autem illa recta, quam aſtronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur, propterea Axis appellatum. Sæpe tamen Coſmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas, cœli regiones intelligunt, Ortũ, Occaſum, Septentrionem, & Meridiem. Cardo etiam in agrorum limitatione appellatus limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: ſicut Decumanus uocatur limes ille, qui ſecat agrum ab Exortu ad Occaſum, ut inquit Plinius, & Colum. Ponitur interdum cardo pro opportunitate, ἀκμὴ καιρός. Verg. 1. Aen. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum exiſtimat, q; in prouerbio dicitur, Res in cardine eſt. Et circa id uerti cardinem dicimus, in quo ſumma rei eſt. Cardinatus, a, um: ut Tignum cardinatũ. Vitru. lib. 10. cap. 21. Coniuncta capitibus tranſuerſario cardinato tigno, & altero mediano inter duos ſcapos cardinato.

CARDOPOS, {Caſſa del pane} (κάρδοπος) ſignificat arcam piſtoriam.

CARDVCHI, (καρδοῦχοι Stephano) Parthorum populi, ad Tigrim fluuium quorum meminit Strabo lib. 16.

CARDVELIS, {Gardarello, gardello, gardellino} (ἀκανθίς) auis parua, capite rubro, alis luteis albo nigroq; diſtinctis: dicta q; carduorum ſemine paſcatur. Plin. lib. 10. cap. 42. Minimæ auium carduelis imperata faciunt: nec uoce tantum, ſed pedibus ore pro manibus.

CARDVVS, {Cardo} (κινάρα μος) herba uulgo nota, à qua Carduelis auis appellata, Verg. 1. Georg. Segnisq; horreret in aruis Carduus.

CARE, aduerbium à Carus, magno pretio, & pluris, q̃ pro rei ualore: ut, Care æſtimare, Care uenire. Cic. ad Bru. Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit. Varro: Quæ pingues, uæneunt care.

CARECTVM, cti, (δονακών) locus caricibus plenus. Verg. 3. Eclog. Tu poſt carecta latebas. Colum. lib. 6. cap. 12. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, q̃ lapidoſis locis durantur ungulæ.

CARENSES, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Complutenſibus uicini. Plin. lib. 3. cap. item 3.

CARENTANI, Italiæ populi ſunt in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 12. locati, prope Frentanos.

CAREO, es, carui, & caſſus ſum, & caritum, & caſſum, ſecundum Priſcianum, {Mancare, eſſere ſenza. Pet. D'eſſer ſenza i Roman riceuer torto} (στέρομαι) eſt rem deſideratam non habere: & proprie de eo dicitur, teſte Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. Ita enim ait Tuſcu. 1. Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur hæc uis, Habuit quis, non habet, deſiderat, requirit, indiget. Et mox: Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere uelis. Ineſt enim uelle carendo, niſi cum tanquam in febri dicitur, alia quadam notione uerbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias: etiamſi id facile patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet Carere non modo de ijs rebus dici, quæ ad noſtrum uſum, naturamq; accommodata ſint, ſed etiam de alijs. ut, Carere febri, Carere dolore, Carere moleſtia, & his ſimilia. Conſtruitur autem hoc uerbum aliquãdo cum genitiuo. Teren. in Heau. Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues, præterquã tui carendum q; erat. Aliquando cum accuſatiuo. Plaut. in Curc. Sed quid eſt, q; lubet perditum dicere te? P H. Quia id, quod amo, careo. Sæpius uero cum ablatiuo: ut, Carere domo, patria. Cic. pro Milo. Comprehẽſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta eſt confitenti ſica de manibus: caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico: id eſt, in forum non uenit, in ſenatu non fuit, in publico nõ uerſatus eſt. Idem Fam. lib. 6. Aegypta ad me uenit pridie Idus April. is etſi mihi nuntiauit te plane febri carere, & belle habere, tamen q; negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit. Quod autem Plaut. in Curc. dixit, Caruit'ne febris te heri, uel nudius tertius? hypallage quædam eſt, & præpoſtera utcunque locutio. Aliquando ponitur pro abeſſe. Cic. Att. lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi.

CARES, pro ſtatuarij nomine, uide Chares.

CARES, (κᾶρες) numero plurali, populi Cariæ, qui ſub Minoe Leleges dicebantur, & inſulas habitabant. Poſtea Aſiæ minoris partem meridionalẽ occupauerunt, quæ Rhodum ſpectat, ab eaq; Cares appellati ſunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius oræ rege. Deſpectiſſimam olim fuiſſe hanc nationem clariſſime oſtendit Cic. in Orat. pro L. Flacco: ueſtra, inquit, Aſia, ut opinor, conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an ueſtrũ hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? Quid de tota Caria, non'ne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt, ſi quid cum periculo experiri uelis, in Caria id potiſſimum eſſe faciundum.

CARESVS, (κάρησος) fluuius eſt Troadis. Homero. 12. Iliad. celebratus, cuius Plin. ait nulla ſua ætate extitiſſe ueſtigia, lib. 5. cap. 30.

CARETHA, inſula eſt in mari Lycio, quæ poſtea Dionyſia dicta eſt. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

CAREVM, ſiue Carium Plin. (κάρος Dioſcoridi) herbæ genus eſt, gentis ſuæ cognomento ita appellatum, ſemen habens eiuſdem nominis. Athenæus Paſtinacam maiorem interpretatur, uulgata paſtinaca multo præſtantiorem. Officinæ Carui appellant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 43.

CAREX, icem. gen. (δόναξ) herba & acuta & duriſſima, ſimilis ſpartho, uliginoſis & paluſtribus locis plurima naſcens. Verg. 4. Georg. Et carice paſtus acuta. Colu. lib. 11. cap. 2. Filix quoque aut carex ubicunque naſcitur, Auguſto menſe recte extirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculæ exortum.

CARIA, (καρία) regio minoris Aſiæ inter Lyciam, & Ioniam. Strabo Cariam

à Bo-

à Borea Mæandro flumine clauſit, ab occidente Icario, & Myrtoo pelago, à meridie Rhodienſi, ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamq́; Tauri montis partem in Caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis eſt. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria auium dicitur inueniſſe. Huius populi Cares (κᾶρες) dicti, de quibus ſuo loco.

CARIATIS, uide Caryatis.

CARICA, æ, genus fici, à loco ſic dictum. Plin. lib. 13. cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores in ficorum genere, caricas, et minores eius generis, quæ coctona uocant. Cic. 2. de Diuin. Cum M. Craſſus Exercitum Brunduſii impo neret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.

CARICO, as, pen. co. {*Caricare. Pet. Ella carca di ricca merce honeſta*} idem eſt quod onero. Hiero. Origenes maiora cogitans, propriumq́; ingenium ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe: & cum ſic incedere non poſſet, ruina magna deuolutus eſt.

CARICON, (καρικὸν) locus eſt in Memphide, à reliquis ſeparatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati ſunt, Auctor Stephanus.

CARICVS, a, um, pen. cor. (καρικὸς) quod eſt ex Caria, ut, Carica charta. Stat. 4. Syl. Chartæ Thebaicæ've, Caricæ've.

CARIES, ei, {*Tarlo. Pet. Che legno uecchio mai non roſe tarlo*} (σήψις) putrilago ex uetuſtate. Lucil. lib. 4. Ne ſurculum obſidat caries, ne uermiculiq́. Proprie autem Caries in lignis dicitur, cum à uermiculo, qui à Græcis κὶς dicitur eroduntur. Colum. lib. 12. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente, ab uigeſima uſque in trigeſimam, quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Hinc Carioſus, a, um, quod eſt carie plenum σαπρώδης. Ouid. 2. Amor. Quid precer iratus? niſi uos carioſa ſenectus Rodat. Vide Catonem cap. 34. & Plin. lib. 17. cap. 5.

CARILLÆ, arum, Piceni oppidum fuit, à Romanis ſecundo Bello Punico deletum. Meminit huius oppidi Silius lib. 8. ...Et exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ.

CARINA, næ, pe. pro. (τρόπις, σεῖρα) pars nauis eſt, quam aluum, aut uentrem uocant, hoc eſt ipſa nauis concauitas. Eſt & infima trabs, cui inædificatur nauis, quæ q́ illi eſt pro fundamento. Ouid. 14. Metam. ...Mediiſq́; carina Subdita nauigiis, ſpinæ mutatur in uſum. Cæſar 1. bel. ciuil. Carinæ primum, hac ſtatumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium uiminibus contextum coriis integebatur. Poetæ κατὰ συνεκδοχὴν Carinam pro tota accipiunt naui. Verg. 1. Georg. Cum iam portum tetigere.

CARINÆ, arum, nomen uici Romani ad pedem cliui Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Verg. 8. Aen. Paſſimq́; armenta uidebat Romanoq́; foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, q́ hinc oritetur caput ſacræ uiæ. κάρα, Latine caput dicitur.

CARINARE, eſt in modum carinæ formare, τρόπιδι δίκην διαπλάττειν. Plin. lib. 9. Saliunt pectines, & extra uolitant, ſeq́; & ipſi carinant. id eſt, ſua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex teſta efficiunt. Aliquando Carinare eſt probra obiicere, q́ qui ſe mutuis probris inſectantur, ſint infimæ ſortis homines, ſicut & carina nauis pars eſt infima.

CARINATIM, ſignificat ad ſimilitudinem carinæ.

CARINATVS, a, um, {*Concauo*} (καμπύλος) adiectiuum eſt à Carina deductum, idem ſignificans, quod concauus, & in carinæ modum incuruatus. Plin. lib. 11. cap. 37. Pectus homini latum tantum reliquis carinatum.

CARINI, Germaniæ populi, Plin. lib. 4. cap. 14.

CARIOSVS, uide Caries.

CARIOTA, tæ, uide Caryotæ.

CARIOSVELITES, Galliæ Lugdunenſis populi ſunt apud Plin. libro 4. cap. 18.

CARISA, cognomine Aurelia, ciuitas eſt Hiſpaniæ, ad Bætim fluuium, in Gaditano conuentu. Plin. lib. 3. cap. 1.

CARITAS, {*Careſtia, inopia*} ſine h, à Careo, ſignificat exuberans rei alicuius pretium, ex penuria fere & raritate proueniens. Cic. 5. Ver. Biennio prouinciam obtinuit, cum alter annus in uilitate, alter in ſumma caritate fuerit. Liu. libr. 11. Caritas primum erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia, q́ Caritas ſit rerum penuria, quę adhuc extant. Inopia earum, quæ non extant. Cic. pro domo ſua: qua ex re primum caritas nata eſt, deinde inopia.

CARIVS, (κάριος) nomen filii Iouis & Torrhebiæ, qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuiſſe, & ab eis Muſicam didiciſſe, eamq́; apud Lydos propagaſſe. Quapropter diuinos honores apud ſuos meruit, templo illi magnifice extructo in monte, qui & ipſe Carius à nomine eius appellatus eſt. Auctor Stephanus.

CARMANIA, {*Chermanda*} (καρμανία) regio eſt Indis cõtermina, quam duplicem eſſe Ptolemæus tradit, cultam alteram, alteram deſertam. Huius regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthyophagi cognominati, q́ ſolis piſcibus ueſcãtur, quorum etiam coriis ueſtiuntur. Pomp. lib. 3. Carmani ſine ueſte, & fruge, ſine pecore, ac ſedibus piſcium cute ſe uelant, carne ueſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti.

CARMELVS, pen. pro. (κάρμηλος) & unico l, duorum montium, nomen teſte Hieronymo, quorum alter eſt in Galilæa, ad auſtralem plagam, in quo habitauit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter Phœnices, iuxta Ptolemaidẽ mari imminens, in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Poſteriores huius meminit & Plin. lib. 5. ca. 19. Promontorium (inquit) Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

CARMEN, {*Verſo. Pet. Lacrimando e cantando i noſtri verſi*} (ᾆσμα) quaſi canimen à canendo, dici poteſt, quicquid eſt metrice ſcriptum. Vnde Verg. 3. Aene. uerſum unum Carmen dixit, Et rem carmine ſigno: Aeneas hæc de Danais uictoribus arma. Et duos ſimiliter, in Daphnide: Tumulo ſuperaddite carmen: Daphnis ego in ſyluis, &c. Tota inſuper Aeneis, heroicum carmẽ dicitur: item Eclogæ uniuerſæ, carmen bucolicum. Quandoque Carmen dicitur incantatio, ἐπῳδή, ut, Carmina de cœlo poſſunt deducere lunam. Dicebantur etiam Carmina apud ueteres formulæ quædam conceptis uerbis ad ſolemnitatem aliquam compoſitæ: Vnde Iuriſconſulti illi uetuſtiſſimi dicuntur habuiſſe carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cic. pro Muræna: Prætor interea ne pulchrum ſe, ac beatum putaret, atq́; aliquid ipſe ſua ſpõte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum cæteris rebus abſurdum, tum uero uulli uſui, Iſtam uiam dico, mite uiam, &c. Erant & Saliis ſua carmina, quæ Saliaria uocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & Feciales ſuum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum indicendum deſtinatum. Habebant & Patres patrati ſua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur: quorũ formulam depingit Liu. lib. 1. ab Vrbe cond. Erat aliud carminis genus in urbium obſidionibus ſolenne, quo Dii Tutelares, ne cum illas, quoque bellum ſuſceptum uideretur, ſolent euocari. Hoc, teſte Macrobio, fere his uerbis conſtabat. Si Deus, ſi dea eſt, cui populus, ciuitasq́; Carthaginienſis eſt in tutela: teq́; maxime, qui huius urbis tutelam recepiſti, precor, ueneror q́; ueniamq́; à uobis peto, ut uos populum, ciuitatemq́; Carthaginienſem deſeratis, loca ſacra, templa, urbemq́; eorũ relinquatis: abſque iis abeatis, eiq́; populo & ciuitati metũ iniiciatis, proditiq́; Romam ad me, meoſq́; ueniatis: noſtraq́; uobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior, probatiorq́; ſit, mihi populoq́; Romano, militibuſq́; meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus intelligamuſq́. Si ita feceritis, uoueo uobis templa, ludoſq́; facturũ. Erat & aliud carminis genus, quo hoſtium exercitus ſolent deuouere, cuius formam Macrobius tradit Saturnal. lib. 3. cap. 9.

CARMENTA, (καρμέντα) & Carmentis, Euandri mater: ita cognominata à Carminibus, quibus dabat reſponſa, (erat enim fatidica mulier) cum proprie Nicoſtrata uocaretur. Hinc Carmentalis porta quę poſtea Scelerata dicta eſt, q́ per eam ſex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egreſſi, aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes interfecti ſint. Ouı. 2. Faſt. Carmentis portæ dextro eſt uia proxima Iano. Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet. Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos. Porta uacat culpa, ſed tamen omen habet.

CARMINO, as, are, {*Pettinare, carminare. Boc. Gior. 2. Nou. 1 Martellino ſenza pettine carminato*} (ξαίνω) eſt pectere, & lanas ab immunditiis repurgare. Plin. lib. 19. cap. 1. Iuſtum eſt, ẽ quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari. Idem lib. 9. cap. 38. Quinis lana potat horis, rurſuſq́; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. Carminatio, uerbale. Idem lib. 11. Hanc ab his quoque gigni, ſubigiq́; ur gurum carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Hinc Carminatores dicti ſunt, qui lanas pectunt, eaſq́; ab adhærentibus ſordibus repurgant.

CARMON, (κάρμων) eſt locus in Meſſenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneſo.

CARNA, (κάρνα) ſiue Cardinea, dea quæ uitalibus humanis ſeu cardinibus præeſſe exiſtimabatur. Ouid. lib. 6. Faſt. Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc eſt. Hæc ſtriges nocturnas, puerorum, ut dicebant, cunas infeſtantes, à liminis ſummouebat.

CARNAPÆ, populi ſunt circa Mœotin. Plin. lib. 6. cap. 7.

CARNARIVM, {*Carnaio*} proprie locus, ubi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. Plin. Quippe è macello, aut carnario uiuendum eſt. Plau. in Cap. Aduenienti modo deturbauit totum cum carne carnarium. Quandoq́ etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo uenduntur. κρεοπώλιον. Plaut. Cœnã è carnario emit, tam factus ſatur. Varro Tabernam carnariam uocat. Interdum Carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut Cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium parant, ridiculus, ad ientandum. Carnarium item inſtrumentum dicitur, cum pluribus uncis, quibus ſuccidiæ, hoc eſt, carnes ſalitæ appenduntur.

CARNARIVS, {*Beccaio*} (κρεοπώλης) qui carnes uendit: ac etiam, qui carne delectatur. Martialis lib. 11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. Hoc eſt, carnoſa muliere delector, pingui non delector.

CARNARIVS, a, um, (σαρκικός) quod ad carnem pertinet: ut Carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

CARNEVS, a, um, {*Di carne*} (σαρκώδης) quod ex carne eſt. Cor. Gallus: Carnis ad officium carnea membra placent.

CARNE, (κάρνη) Phœnices oppidum eſt ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20. Eſt item Carne Stephano, Aeolidis ciuitas: à qua fit gentile Carnæus: à ſuperiori uero Carnites.

CARNEADES, (καρνεάδης) Cyrenæus nouæ Academiæ princeps fuit, qui aduerſus Zenonem Stoicæ ſectæ principem ſcripturus, Cerebrum helleboro candido purgauit, ne quid ex corruptis ſtomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & conſtantiam uigoremq́; mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuiſſe perhibetur, ut cum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus ueniſſet, M. Catoni reddiderit legationem ſuſpectam, qui identidem Senatum monuit, ut ab illorum eloquentia caueret, qua quicquid uellẽt etiam ab inuitis poſſent extorquere. Auctor eſt Gellius lib. 16. Idem etiam pene dicit Quintil. lib. 12. cap. 1. Fuit & alter Carneades, Philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus: cuius meminit Suidas.

CARNI, (κάρνοι) populi ſunt Iſtris finitimi, ab ea parte, qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui à Plin. collocantur in decima regione Italiæ ad Tergeſtem fluuium, qui in Venetiarum ora in ſinum Adriaticum influit.

CARNIFEX, {*Boia, manigoldo. Arioſt. Martano è deſignato in man al boia*} (δήμιος) qui carnes ex hominibus facit. Cic. 7. Ver. Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq́; ſociorum, & ciuium lictor. Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Terent. in Heaut. Huiuſmodi ſemper comminiſcere, ut me excarnifices.

CARNIFICINA, æ, pen. pro. {*Luogo della giuſtitia*} (κολαστήριον) locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus homines ſontes à carnificibus occiduntur. Suetonius, de Tyberio: Carnificinæ eius oſtenditur locus Capreis, unde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat. Carnificina item dicitur ipſa excarnificatio & cruciatus. Plaut. in Capt. Vel carnificinam hanc facile poſſum perpeti. Cic. pro Seſtio: Non ea eſt medicina, ſed carnificina, atque crudelitas. Cato Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis, & crudelitatibus. βασάνους. Vbi ſocietas (inquit) ubi fides maiorum? inſignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plaut. in Ciſtel. ſingulari uſus eſt. Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cic. 1. Tuſ. per tranſlationem uſus eſt. Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animũ, excarnificatumq́; conficit.

CARNIFICIVM, ipſe actus carnificis, quod & Carnificina dicitur. Carnificium cribrum, adiectiue, legitur apud Plautum in Moſtel. O carnificium cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per uias Stimulis.

CARNIFICO, as, (κρεουργέω, κρεανομέω) corpus humanum in fruſta diſſeco, more carnificis. Liu. 4. bel. Pun. Quod ubi tribuni militum Graccho nuntiauerũt, neminem ſtantem iam uulnerari hoſtem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita eſſe, ſignum dari propere iuſſit.

CARNIVORVS, (*Deuoratore de carni*) (σαρκοφάγος) carnes uorans. Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus ueſcatur. Plin. lib. 10. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

CARNODVNVM, (καρνόδουνον) oppidum eſt Vindeliciæ, ad Danubium, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 13.

CARNOSITAS, (πολυσαρκία) muſculorum plenitudo, qualis in obeſioribus eſſe conſueuit.

CARNOSVS, a, um, (*Carnoſo, graſſo, corpulento, pieno di carne*) (πολύσαρκος) carne, ſeu muſculis abundãs: ut Carnoſum femur, Carnoſum palatum. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed in guſtatu, linguæ uice carnoſum aquatilibus palatum.

CARNVNTI, populi Germaniæ inter Danubium, & ſyluam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. Superiora inter Danubium & Hercynium ſaltum uſque ad Pannonica hyberna Carnunti tenent, Germanorumq́; ibi confinium eſt.

CARNVNTVM, oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium ſaltum. Plin. lib. ult. Abeſt centum M. paſſuum à Carnunto latus Pannoniæ, quo à Germania ſuccinum importatur.

CARNVTES, ſiue Carnuti (καρνοῦτοι) Galliæ Lugdunenſis populi, Andegauenſibus, & Turonenſibus finitimi: apud quos Druydes ſuas habebant ſedes, teſte Cæſare lib. 6. comment. Horum oppidum eſt Carnutũ, quod Galli ſua lingua Chartres appellant.

CARO, nis, (*Carne. Pet. Che quando io ſia di queſta carne ſcoſſa*) (κρέας, σάρξ) proprie mortuorum animalium eſt, quòd careat anima, inquit Donatus. At Hieron. inter Carnem & Pulpam ſic diſtinguit, ut caro ſit, quę ſanguine, uenis, oſſibus, neruisq́; conſtringitur: pulpa, quæ manducatur, eo quòd pulſetur, & cõcidatur. Plin. lib. 6. cap. 30. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maxime uiuentes: Pamphagi, omnia mandentes. Antropophagi, humana carne ueſcentes. Et non ſolum de animalibus, ſed etiam de piſcibus, pomisq́; Caro dicitur. Plin. lib. 9. ca. 17. de mullis piſcibus: Et aliorum piſcium carne. Idem lib. 16. ca. 38. Atque in toto corpore arborum cutis, ſanguis, caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ. Quidam hoc nomen a Græco deriuant κρέας, à quo ſit Creo uerbum.

CARODVNVM, uide Carnodunum.

CARONIVM, (καρώνιον) oppidum eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ, in tractu Callaicorum, non procul a Nerio promontorio. Auctor Ptolemæus li. 2. ca. 6.

CAROMEMPHITÆ, Vide Carıcon.

CAROS, (*Crapula, ſouerchio mangiare e bere*) (κάρος) crapularis redundãtia: à καρόω perturbo, uexo, agito: ſeu à (καρηβαρέω) quod eſt capite aggrauor, obliuiſcor, uelut ab oppreſſura capitis, & ingenij offenſione. Apud Medicos Caros eſt, ſomnus iuſto profundior, proueniens ex humore frigido, & uiſcido, cerebrũ, & præcipue anteriores eius uentriculos occupante, ſenſumq́; pariter & motum ad tempus impediente, ſpiratione tamen integra relicta. Hæc Gal. lib. 4. de locis affectis lib. 2.

CAROS, (κάρος) Dioſcoridi lib. 3. ſemen eſt exiguum, aniſo proportione reſpondens, cuius radix paſtinacæ modo eſitur. Plin. Careum, ſiue Carum dicitur, Officinis Carui.

CAROTIDES VENÆ, (καρωτίδες φλέβες) circa colli iugulum ſunt, quæ & σφαγίτιδες Ariſtoteli, id eſt, iugulares dicuntur: Carotides appellatæ quod ijs uehementius compreſſis, Caros morbus gignatur.

CARPASIVM, Cypri inſulæ oppidum eſt, apud Plinium lib. 5. ca. 31. Stephanus Carpaſiam (καρπασίαν) uocat, & à Pygmalione conditum aſſerit. Carbaſiam etiam nonnulli appellarunt inſulam inter Cretam & Rhodum ſitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbaſiam maluit appellare, quòd ad uentum καρβᾶν, hoc eſt, Africum, ſita uideatur.

CARPATHVS, (*Scarpanto*) (κάρπαθος) pen. cor. inſula contra Aegyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum ſtadiorum circuitum habens, quatuor inſignis urbibus: à qua uicinum mare ad Aegyptum uergens Carpathium, (καρπάθιον πέλαγος) dictum eſt. Homerus 2. Iliad. duabus literis tranſpoſitis κράπαθον appellat. Νίσυρόν τ' εἶχον, κράπαθόν τε, κάσον τε.

CARPATHIVM MARE, Vide Carpathus.

CARPATVS, ſine aſpiratione, (καρπάτος) mons eſt Iazygibus Metanaſtis, & Dacis imminens, & in Myſiam inferiorem ad ipſa pene Danubij oſtia excurrens. Vide Ptolemæum in tabula nona Europæ.

CARPENTARIVS, (*Legnaiuolo. Boc. Gior. 4. Nou. ult. Alla bottega di queſto legnaiuolo noſtro uicino*) (ἁμαξουργός) faber qui carpenta facit, faber lignarius. Hierony. Carpentarius artifex fecit ſcamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit: Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet.

CARPENTORACTE, Plin. lib. 3. cap. 4. ciuitas eſt Galliæ Narbonenſis. Vulgò Carpentras.

CARPENTVM, (*Cocchio carretta. Arioſt. Hor poi che di caualli e di carrette*) (ὄχημα) uehiculi genus, ita dictum, quaſi carmentum, a Carmenta Euandri matre. Ouid. lib. 1. Faſt. Nam prius Auſonias matres carpenta uehebant: Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

CARPETANOS, (καρπητανούς) populos Plin. lib. 3. cap. 3. in Hiſpania collocat ad Tagum fluuium, iuxta Vacceos.

CARPHEOTVM, thuris genus puriſſimum & candidum, quod autumno legitur ex partu æſtiuo. Auctor Plin. lib. 12. cap. 14.

CARPHOS, herbæ genus, quæ alio nomine Fœnogræcum dicitur, & Buceras à ſimilitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam ægoceras, quod ſemen eius caprarum cornibus ſimile ſit. Græci τῆλιν nominant. Plin. libe. 24. cap. 19. Nec fœnogræco minor auctoritas, quòd Telin uocant. alij Carphos. Gallice Senegren.

CARPI, populi ſunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. Plin. lib. 5.

CARPINVS, (*Carpino*) (ζυγία) pen. co. arbor nota de acerum genere. Colum. lib. 6. Quinctiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & ſalix à pleriſque in hoc ipſum diſponitur. Palladius. Carpinus ultima arbor. Carpineus, a, um, ex carpino factum. Plin. lib. 16. cap. 43. Hyginus manubria ruſticos carpinea fieri iubet.

CARPIO, onis, (*Carpione*) à Benaci lacus accolis appellatur, piſcis uni huic lacui peculiaris, quem auteis arenulis uictitare tradunt. Caue autem accipias pro illo piſce, quem Carpam uulgò dicimus: nam longe ab eo diuerſus eſt. Vocatur autem carpa, à quibuſdam Cyprinus.

CARPIS, (κάρπις) Scythiæ fluuius eſt. Herod. lib. 4.

CARPO, pis, carpſi, ptum, (*Torre, carpire, pigliar con uiolenza. Dant. Che gia per lui carpir ſi ſu la ragna*) (δρέπομαι) decerpo. Verg. Eclog. 9. Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. Item eligere. Terent. in Adel. Vnumquodque quod erit belliſſimum, carpam. Item reprehendere, διασύρειν. Martial. Carpere uel noli noſtra, uel ede tua. Item lædere: ut, Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina. Carpere uiam eſt ambulare. Carpere uitales auras, eſt haurire ſpiritum. Carpere lanam, eſt pectere, & attenuare, ξαίνειν ἔριον. Vergil. lib. 1. Georg. Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem. Carpere linum, eſt euellere. Carpere cibum eſt paſci. Carptor, oris, uerbale, qui reprehendit. Gell. lib. 19. cap. 7. Quale illud eſt, quod uituperones ſuos, ſubducti ſupercilij carptores appellauit. Compoſita ſunt Decerpo, Excerpo, & Diſcerpo, de quibus locis ſuis.

CARPOBALSAMVM, (καρποβάλσαμον) balſami fructus eſt. Nam καρπὸς Græcis fructum ſignificat. Vide Plinium lib. 12. cap. 25.

CARPOCRATES, (καρποκράτης) nomen cuiuſdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

CARPOPHORVS, pen. cor. (*Fruttifero*) (καρποφόρος) Latine fructifer. Hierony. ad Euſt. de morte Paulæ. Salue Ephratha regio uberrima, atque καρποφόρε, cuius ſterilitas Deus eſt. Fuit etiam Carpophorus proprium nomẽ cuiuſdam ex familiaribus Domitiani Cæſaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit Martialis in Amphitheatro.

CARPTIM, aduerbium, (ἀκροθιγῶς) hinc atque illinc carpendo, non ipſam ſeriem ſequendo. Salluſt. in Catil. Statui res geſtas populi Rom. carptim, ut quæque memoria digna uidebuntur, perſcribere.

CARPTVS, huius carptus, & Carptura, ræ. ipſe decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plin. lib. 24. cap. 10. Flos cuiusq; generis trium digitorum carptu, dyſenterias & aluum citam emendat, in uino auſtero bis die potus, hoc eſt, quantum tres digiti decerpere poſſunt. Varro 2. de Re ruſt. cap. 16. Necnon etiam aliud diſcrimen ſequuntur in carptura &c.

CARPTVRA, ræ. Vide Carptus.

CARPOPHILLON, li, (καρπόφυλλον) genus lauri, non niſi in montibus naſcens: folijs mollioribus: unde etiam ad opera topiaria longe aptiſſimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatiſſimum: de quo Plin. lib. 15. cap. 30.

CARRHA, ræ, (κάῤῥα) ciuitas Arabiæ ad rubrum mare: à qua Carrhæi dicti ſunt populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Carrhæi lætiſſimos & fertiliſſimos agros. Sed Carrhæ, arum, (κάῤῥαι Stephano) ciuitas Meſopotamiæ trans Edeſſam, Craſſi & Romani exercitus cruore nobilis. Lucanus lib. 1. Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carrhas.

CARRVCA, pen. cor. (*Carrucola*) (δίτροχον) genus uehiculi duas habens rotas, quod & Ciſium dicitur. Mart. lib. 5. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. lib. 33. cap. 11. At nos carrucas argento cælare inuenimus. Hinc Carrucarius, qui carrucam regit. Vlpian. in l. item quæritur, in princ. ff. loca. Si ciſiarius, i. carrucarius, dum cæteros tranſire contendit ciſium euertit.

CARRVCARIVS, a, um, quod ad carrucam pertinet. Pomponius: Pleraſq; mulas carrucarias tales eſſe, ut transiungi non poſſint.

CARRVS, & Carrum, (*Carro*) (ἅμαξα) currus quatuor rotarum, cuiuſmodi erant, quibus exercituum impedimenta uehebantur: à ſono, ut quidam putant, & rotarum ſtridore dictus. Hircius lib. 6. Pompeius eo die per uiarum anguſtias carra complura, multosq́; laniſtas retraxit. Cęſar bel. Gal. lib. 1. alteri ad impedimenta, & carros ſuos ſe contulerunt.

CARSEOLI, oppidum eſt in uia Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipſi etiam incolæ Carſeoli dicuntur. Horum meminit. Ouid. 4. Faſt. Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ſerendis Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager. Carſeolanus, a, um. Ouid. 4. Faſto. Nam dicere certam Nunc quoque lex uulpem Carſeolana uetat.

CARTA, ſine h, nomen unius ex Darij ſatrapis, apud Curtium.

CARTALLVS, li, (κάρταλλος) Græca dictio ſignificans caniſtrum.

CARTEIA, (καρτηΐα Ptolemæo) oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in tractu Baſtulorum, ad radicem Calpes promontorij. Tarteſſos (ταρτησσός) à Græcis dictum, Vnde Carteſius, a, um, ut Latus Carteſium, in quo freti anguſtiæ ſunt.

CARTENNA, Auguſti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. lib. 5. cap. 2.

CARTHÆA, (καρθαία. Steph.) urbs eſt in Cea inſula. Hæc apud Pli. lib. 4. ca. 12. corrupte (ut ſuſpicor) Cartheia appellatur: certe apud Stephanum per αι diphthongum ſcribitur. Hinc ſit Carthæius, a, um. Ouid. lib. 12. Metam. Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ. Et Carthæus, adiect. Idem. 10. Metam. Nanq; ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arua Ingens ceruus erat.

CARTHAGINIENSIS, (καρχηδόνιος) dictio ſex ſyllabarum eſt: nam auctore Priſciano inter n, & e, interponitur i. Ait enim lib. 4. Si tertiæ ſint declinationis, abijciunt extremam genitiui, & aſſumunt, enſis, ut Piſtor, Piſtoris, Piſtorenſis: Carthago, Carthaginis, Carthaginenſis. Ennius: Hoſtem qui feret, mihi erit, Carthaginienſis.

CARTHAGO, (καρχηδών) urbs Aphricæ totius celeberrima, quæ poſt Troianum bellum (ut docet Euſebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Aemiliano penitus euerſa. Eſt & alia Carthago in Hiſpania, quã Aſdrubal condidit, quæ Noua perpetuo epitheto dicitur, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Hæc etiam à ſparti copia, quod in eius agro copioſiſſime prouenit, Spartaria appellata eſt. Carthaginis ante nomen quidam à Charta oppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero uero lib. 3. de Natu. Deo. ſcribit dictam à Carthagine Herculis filia, cum Byrſa prius diceretur.

CARTHEGON, buxi granum eſt. Plin. lib. 16. cap. 30.

CARTII, populi Perſiæ, ut ſcribit Strabo lib. Geograph. 11.

CARTILAGO, inis, (χόνδρος) pars ſimilaris corporis ex ſpermate genita, quæ tamen neque os eſt, neque caro, ſed quoddam intermedium, qualis eſt tota auris, & extremæ partes oſſium motoriorum. Plin. lib. 9. cap. 24. Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet.

CARTILAGINEVS, a, um, (χονδρώδης) quod ex cartilagine conſtat. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellauimus. Et Cartilagineus, a, um. Plin. lib. 12. cap. 25. Quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem ammoniaci, minimeq; lignoſum.

CARVNCVLA, {*Carnicina*} (σαρκίον, κρεάδιον) à Caro diminutiuum eſt. Carnicula uero à Carnis nominatiuo antiquo. Cic. 2. de Diui. An tu, inquit, carunculæ uitulinæ mauis, q̃ Imperatori ueteri cedere?

CARVS, a, um, {*Caro. Per Cara la uita e dopo lei mi pare*} (προσφιλής) idem eſt quod gratus, dilectus, iucundus, ſuauis. Verg. 4. Eclo. Cara Deum ſoboles. Cic. poſt reditum ad Quirites: Mihi uero & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, uita ſunt mea cariores. Et quia, quod omnibus gratum eſt, magno pretio ſolet uendi, hinc eſt factum, ut carum etiam ſignificet, quod magno conſtat. Cic. 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita diſtinguant, ut Charus per aſpirationem ſignificet idem quod Dilectus: Carus ſine aſpiratione, quod magno uenditur. Hanc tamen differentiam non eſſe ueram, uel ex eo ſolum oſtenditur, q alteram ſignificationem ex altera uidemus eſſe deflexam. Satius itaque erit utrunque ſine aſpiratione ſcribere, cum dictiones ſint prorſus Latinæ. Nam ijs qui à Græca dictione χάρις deduci uolunt, refragatur primæ ſyllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, cum χάρις eandem corripiat.

CARVSII, populi ſunt Troglodytis finitimi pariter & Aethiopibus, in finibus Aphricæ, ad latus meridiem ſpectans inhabitantes. Sipontinus.

CARYA, (καρύα) ciuitas Peloponneſi, quæ cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit: unde poſtea à Græcis deleta fuit. Vitru. lib. 1.

CARYANDA, (καρύανδα) lacus eſt & inſula eodem nomine Cariæ regionis non procul à Myndo. Ex Strabonis Geogr. lib. 14.

CARYATIDES, ſtatuæ mulicbres in ædificijs, ut ait Vitruu. ſicut uiriles, quæ mutulos, aut columnas ſuſtinent Telamones à noſtris, ἄτλαντες à Græcis appellatæ. Nam euerſa Carya Peloponneſi ciuitate, & interfectis uiris, matronæ in ſeruitutem adductæ fuerunt: nec paſſi ſunt uictores eas ſtolas deponere, ut æterno ſeruitutis exemplo graui contumelia preſſæ, pœnas pendere uiderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificijs publicis deſignauerunt oneri ferendo, ut etiam poſteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

CARYCA, (καρύκη) pen. corr. genus edulij ex ſanguine & uarijs condimentis conſtans, quod & καρυκεῦμα à Græcis dicitur. Vide Cœl. Rhod. lib. 27. cap. 23. Carica uero per i noſtrum ficus genus eſt: ut ſupra docuimus ſuo loco.

CARYITES, per tres ſyllabas, media producta, tithymalli ſpecies, folijs myrti acutis & pungentibus. Vide Plinium lib. 26. cap. 8.

CARYON, ij, neut. gen. (κάρυον) quamuis Græcis generale ſit ad omne nucis genus uocabulum, unde κάρυον ποντικὸν auellanam, & κάρυον βασιλικὸν in glandem appellant, peculiariter tamen, καὶ κατ᾽ ἐξοχὴν hoc ſibi nomen iuglandes uendicarunt. Plin. lib. 15. cap. 22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Hinc Carynus, a, um, adiectiuum: ut, Carynũ oleum. Idem lib. 23. cap. 4. E nuce uero iuglande oleum, quod carynum appellauimus alopecijs utile eſt, & tarditati aurium infuſum.

CARYOPOS, pi, (καρυόπος) genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. lib. 13. cap. 28. In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.

CARYOTÆ, ſiue Caryotides, (καρυωτίδες) palmulæ genus eſt in Iudæa præcipue circa Hiericuntem naſcens: ita appellatum, à capitis grauedine, quam gignit. Plin. lib. 13. cap. 4. Ab his caryotæ maxime celebrantur, & cibo quidem, ſed & ſucco uberrimæ: ex quibus præcipua uina Orienti, iniqua capiti: unde pomo nomen. Varro libr. 2. Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non poſſe? Papin. in Syluis: Prægnantes caryotides cadebant.

CARYSTOS, ſiue Caryſtus, {*Cariſto*} (κάρυστος) Eubœæ inſulæ oppidum, in litore ſitum, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri: cuius meminerunt Pli. lib. 4. cap. 12. & Pomponius lib. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobiliſſimum, & macularum uarietate in primis commendatum, quod à loco Caryſtium appellabant. de quo uide Strabo lib. 10. & Plin. libr. 36. cap. 6. Lucan lib. 5. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Hinc Caryſtius, a, um. Plin. Epiſt. 101. Vitem quatuor columellæ Caryſtię ſubeunt. Item Caryſteus, a, um, pen. pro. Ouid. 3. Faſt. Quaq; Caryſteis frangitur unda uadis.

CARYVM, unde Carya.

CASA, æ, {*Caſa*} (καλύβη) domus ruſtica, ita dicta, quaſi caua, ut nonnulli exiſtimant, eo q primi agricolæ in cauis montium, hoc eſt in antris ſolebant habitare. Alij à caſu, id eſt ruina deductum malunt: propterea q ruſtica ædificia, cum ex leuiore fere materia conficiantur, minus ſint diuturna, magisq; ruinæ obnoxia. Verg. 2. Eclog. Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos. Diminutiuum eſt Caſula.

CASABVNDVS, (πτώσιμος) crebro cadens.

CASANDRA, inſula in Oceano meridionali, contra Perſidem. Plin. lib. 6. cap. 25. Contra Perſidem, inquit, inſulæ. Philos, Caſandra, Aracia, &c.

CASARIA, {*Guardiana di caſa*} dicitur mulier quæ caſam cuſtodit. Feſt.

CASCANDRVS, inquit Plin. lib. 6. cap. 25. inſula eſt deſerta in Oceano Indiam uerſus.

CASCVS, a, um, {*Vecchio*} (κάσκος) ſignificat uetus: cuius uerbi origo Sabina eſt. Ennius: Quam primum caſci populi genuere Latini. Refert Varro Manlij nomine celebratam fuiſſe hanc ſententiam: Caſcum duxiſſe caſcam, non mirabile eſt, i. uetulam nupſiſſe ſeni. Vide Eraſmi Adagia.

CASEVS, {*Formaggio, Caſcio*} (τυρός) à coeundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur: nam fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, uitulino've coagulo. Verg. in Buco. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus urbi. Cice. de Senect. Villa quæ tota locuples eſt, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Caſeus muſteus: id eſt, recens & mollis, qui magis alibilis, q̃ uetus et aridus. Caſeus oxygalacticus commendatur à Galeno, diciturq; quaſi acetoſum lac, nã Græci τὸ ὄξος acetum uocant, & γάλα lac. Caſeorum uaria genera uide apud Plin. lib. 11. cap. 42.

CASEALE, lis, neut. gen. locus aluo exonerandæ deſtinatus: quam Sellam familiarem uocat Varro. Colu. lib. 2. cap. 15. Nam ubi greges quadrupedum uerſantur, quædam quotidie, ut culina, & caſeale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari.

CASEARIVS, a, um, adiectiuum à caſeo formatum: ut Taberna caſearia. Vlpian. l. ſicuti. §. Ariſt. ff. ſi ſeruit. uend. Ariſto. Cerelio Vitali reſpondit non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ędificia iure immitti poſſe: niſi eius rei ſeruitutem talem admittat.

CASIA, {*Caſſia*} unico ſ, quamuis apud Græcos κασσία gemino σσ, ſcribatur, frutex eſt Theophraſto ſalicis Amerinæ magnitudine, multis ſarculoſisq; brachiatus ramis, craſſiore q̃ cinnamomum, ſarmento, ſoloq; cortice commẽdatus. Verg. 2. Georg. Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui. Dioſcorides lib. 1. tria facit præcipua caſiæ genera: unum ex nigro purpuraſcens, & roſæ odorem referens, Zyger appellatum: alterum longius & anguſtius, & fiſtulis plenum, aromatum & uini muſtum odorem repræſentans: quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. Tertium genus, ſuperioribus paulo uilius, quod Rubum moſylicum uocitarunt. Hyginus auctor eſt, à Latinis Caſiam appellari, cocci. Cnidij fruticem, quem Græci Cneorum, uocãt & Thymelæam: cuius folia & in coronamenta ueniunt. Vnde eſt illud apud Verg. 2. Eclog. Tum caſia, atque alijs intexens ſuauibus herbis: quanquam ibi caſiam herbam quandam, non fruticem uidetur deſignare.

CASIA FISTVLARIS, (κασσία συριγγώδης) à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Aegyptiam malunt nominare. Eſt autem ſiliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non una coaleſcens ſerie, ſed ex interuallis lignoſis tenuibusq; membranis ſeptum, oſſaq; quædam habens immerſa, non diſſimilia ijs, quæ noſtra profert ſiliqua.

CASIGNETE, (κασιγνήτη) herbæ genus eſt, apud Plinium lib. 24. cap. 17. ita dictum, q cum ſui generis herbis tantum naſcatur, Eandem & Dionyſionymphadem appellant, quod uino mire conueniat.

CASILINI, Italiæ populi ſunt, in agro campano, quorum oppidum etiam Caſilinum appellabatur, quod Plinij temporibus interciderat, ut ipſe teſtatur libr. 3. cap. 5.

CASINA, pen. cor. Plauti fabula eſt, nomen habens à Caſina ancilla, quam Stalino ſenex, eiusq; filius, certatim deperibant. Scribitur autem unico ſ, ut facile colligi poteſt ex fabulæ eius argumento, in quo uerſuum literę capitales Caſinę nomen exprimunt.

CASINVM, pen. pro. Campaniæ oppidum eſt in Italia. Silius lib. 4. Mittebant ſaxa & nebuloſi rura Caſini, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

CASIOTIS, (κασιῶτις Ptolemæo) reguncula eſt Arabiæ petrææ, Peluſio oſtio ab Aegypto diuiſa: in qua Caſius mons eſt, Pompeij Magni tumulo inſignis, à quo & regio ipſa nomen accepit.

CASITO, tas, uide infra Caſo.

CASIVS, mons, (κάσιον ὄρος) trans Peluſium eſt, extremum Nili oſtium, in ea Arabiæ petrææ parte, quæ ab hoc monte Caſiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iouis Caſij templum erat, et Magni Pompeij tumulus ab Adriano inſtauratus, ut in Adriano teſtatur Capitolinus. Hinc fit adiectiuum Caſius, a, um. Luca. lib. 10. Lucifera Caſia proſpexit rupe. Eſt & in Syria Antiochem Caſius mons ſupra Seleuciam, cognomine Pieriam, ut auctor eſt Plin. lib. 5. cap. 22. cuius altitudo in directum eſt quatuor millium paſſuum. Ptolemæus præterea libr. 5. cap. 18. Caſium quendam montem collocat in Meſopotamia, non procul à Singra altero eiuſdem regionis monte: cuius meminit & Suidas.

CASMAR, ſenex dicitur Oſcorum lingua. Feſtus.

CASO, as, are, {*Cadere ſpeſſo*} frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuum Caſito, as. Paul. Iureconſul. de ſeruit. urb. prædio. l. ſeruitutes. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea uel ex tabulato, uel ex alia materia caſitare non poteſt.

CASOS, pen. cor. {*Caſſo*} (κάσος) inſula iuxta mare Carpathium ambitu. 80. ſtadiorum, in qua eſt oppidum eiuſdem nominis, à Caſo Cleomachi patre dicta. qui eò colonos deduxit: à quo & Caſius mons nomen traxiſſe creditur. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

CASPIÆ PORTÆ, (κάσπιαι πύλαι) anguſtiæ ſunt circa mare Caſpium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia paſſuum, teſte Solino, in longitudinem extenſæ, latitudine tam exigua, ut uix plauſtro ſint peruiæ. Non ſatis tamen conuenit inter auctores ad quam maris partem coniungantur. Quidam Amazones, portis Caſpijs egreſſas, ad Alexandrum ueniſſe in Hyrcaniam prodidere: ſed illæ Caucaſiæ fuerunt, per quas tranſitus eſt ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoq; principis comminatio ad Caſpias portas (ut inquit Pli.) ad eum tranſitum reſpiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interruptus, quaſi portis quibuſdam pertranſitur in Armeniam, in Ciliciam, et in Mediam. Sed illæ tantum Caſpiæ portæ appellantur, quæ apud Medos exiſtunt, ſicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has tranſitus eſt ea Babylone, & Perſide ad mare Caſpium. Vnde etiam Caſpiæ dictæ ſunt. Iuga uero Caſpia procul hinc abſunt, & ad Armenios, ulterioresq; populos pertinent.

CASPII, populi Scythæ ad Caſpium mare, ut auctor eſt Põponius lib. 3. apud quos ſæuiſſimi ſunt canes, ut ſcribit Valerius Flaccus lib. 6.

CASPIVM MARE, {*Mare de Bachan*} (κασπία θάλασσα) immenſæ magnitudinis lacus eſt inter Caſpios & Hyrcanos monteis, à quibus nomen accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuiſſe creduntur, qui deinde cœli clementioris deſiderio adducti, primum Armenija, deinde reliquis Aſię populis ſua ſede pulſis, & bona Europæ parte occupata, à ſinu Perſico ad uſque mare Adriaticum imperium ſuum extenderunt.

CASPERIA Rhœti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiſcuit. Vide Anchemolus. Eſt item Caſperia oppidum in Sabinis, fortaſſe idem cum eo, quod Silius Caſperulam uocat. Ver. 7. Aen. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq́; Seuerum, Caſperiamq́; colunt.

CASPERVLA, Sabinorum oppidum eſt apud Silium.

CASPIRVS, penult. prod. (κασπειρος) urbs Parthorum, finitima Indiæ cuius incolæ curſu uelociſsimi ſunt, ut ex Dionyſii Baſſaricis annotauit Stephanus.

CASSANDRA, (κασσάνδρα) Priami & Hecubæ filia, quæ cum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis ſui copiam promiſit, ſi uates ab illo fieret, quod Apollo ſe facturum iuramento firmauit. Sed cum illa promiſsis non ſtaret, iratus Deus fecit, ut eiuſdem uaticiniis nulla fides adhiberetur cum es Helenæ raptu futura incōmoda prædiceret. Poſtea deſponſata fuit Chorœbo: ut ait Maro. (Homerus uero Orthryon eum nominat) qui in auxilium Troianis ueniens in poſtrema nocte periit. Hanc quoque Aiax Oili in Mineruæ templo uitiauit, ut ſuperius auditum eſt. Tandem deuaſtata Troia, Agamemnoni in ſortem contigit, cui omnia fata, quæ a coniuge ſeruarentur, prædixit: ſed more ſolito nihil ei creditum eſt. Veniens igitur cum Agamemnone domū, cum eodem in conuiuio iuſſu Clytemneſtræ occiſa eſt. Verg. 3. Aen. Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. Alia fuit Caſſandra Iobatis filia quam Bellerophonti nupſiſſe Homerus auctor eſt. Eſt & Caſſandra oppidum, & Caſſandria colonia, {Caſſandria} de quibus infra in Potidæa.

CASSANDANE, filia fuit Pharnaſpi, uxor Cyri, & mater Cambyſæ teſte Herodoto hiſtoriarum lib. 2. quam immatura morte ſublatam, & Cyrus ipſe defleuit, & publico regnorum ſuorum luctu decorari uoluit.

CASSANITÆ, (κασσανῖται) populi ſunt in litore maris rubri incolentes: Stephanus.

CASSERA, Macedoniæ oppidum, apud Plinium lib. 4. cap. 10. in deſcriptione Macedoniæ.

CASSIANVS, Brixienſis eccleſiæ, in Tridentinis ſaltibus Præſul, qui apud Forum Cornelium, quo peregrinationis ergo ſe contulerat, Chriſti uerbum annuntians, iubente Iuliano diſcipulorum ſtylis confoſſus eſt, & ibidem ſepultus. Alius eiuſdem nominis fuit Alexandrinus, qui cum ſub Iouiniano in Italiam ueniſſet apud Ortanum, templum conſtruxit, cuius & præſul eſt electus: inde peregrinando Auguſtodunum uenit, eiusq́; urbis epiſcopo Simplicio uiro ſancto ſucceſsit. Alius monachus fuit Honorii tempore, qui Hieroſolymitana Eccleſia ab hæreticis erectus, Maſsiliam uenit, ubi duo condidit cœnobia. Scripſit de monachorum inſtitutis, aſſerens cibi abſtinentiam omnium uirtutum eſſe fundamentum. Volaterranus.

CASSIS, huius caſsis maſc. gen. {Rete} (δίκτυον) rete præſertim uenatorum: q̃ caſſum, hoc eſt rarum ſit: unde & à raritate Rete dictum. Ouid. 2. de Arte: Incidit in caſſes præda petita meos. Verg. 4. Geor. Aut inuiſa Mineruæ In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.

CASSIS, huius caſsidis, fœm. gen. {Elmo, elmetto} (κόρυς) galea, q̃ uacua ſit ad caput recipiendum. Cæſar 7. bel. Gall. Mulionesq́; cum caſsidibus, equitum ſpecie, ac ſimulatione collibus circumuehi iubet.

CASSICVLVS, (ἀρκύον) diminutiuum à Caſsis, pro reti. Hieron. Nequaquam aranearum mihi opponas caſsiculos. Dicitur & Caſsiculum neu. gen. Feſtus: Caſsiculum, reticulum, à caſsibus per diminutionem dictum.

CASSIDA, æ, idem quod galea, κόρυς. Propertius: Aurea cui poſtquam nudauit caſsida frontem. Vergil. 11. Aene. Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea uati Caſsida. Vbi Seruius: Caſsida, accuſatiuus Græcus pro nominatiuo Latino Caſsis.

CASSINVM, teſte Varrone lib. 6. de Ling. Latin. oppidum Samnitium fuit, quæ à Sabinis ortum traxerant: ita dictum à uetuſto nomine Caſcus, quod Sabinorum lingua antiquum ſignificabat: unde & forum uetus, Caſsinum appellatum eſt.

CASSIODORVS, (κασσιόδωρος) Rauennas fuit, Theodorici Gothorū regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus. Pſalterium Dauidis explanauit. Extant & eius ad Theodoricum Epiſtolæ. Volaterranus.

CASSIOPE, (κασσιόπη) ſiue Caſsiopea, Cephei regis Aethiopum uxor & Andromedes mater: quæ q̃ gloriaretur Nereidibus ſeſe corporis pulchritudine præſtare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ. n. iactantia eius irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiſerunt, filiamq́; eius unicam, nomine Andromedem, ſaxo alligarunt, cetoq́; deuorandam propoſuerunt. quæ tamen Perſei uirtute liberata, eidem nupſit. Caſsiope uero tādem generi meritis in cœlum tranſlata traditur, & in ſiliquaſtro ſedens, uertente ſeſe cœlo, reſupinato capite ferri, pedibus ipſius in ipſa Arctici circuli circunductione poſitis. Aeſtiuum circulum capite, & dextera manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo diuiditur, non procul à Cephei ſigno. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario: In capite eius ſtella oſtenditur una, in utroque humero ſingulæ, in mamilla dextera clara una, in lumbis una: in ſiniſtro femore duæ, in genu una, in pede ipſius dextero una, in quadrato, quo ſignum eius circunſcribitur, una in utriſque angulis ſingulæ cæteris clarius lucentes. Eſt item Caſsiope, {Caſopo} oppidum Epiri mediterraneum, à quo Caſsiopæi populi dicti ſunt, quorum meminit Pli. in Proœ. li. 4. Stephanus Caſſopam (κασσώπην) appellat. Item oppidi nomen in Corcyra inſula, apud eundem lib. 4. cap. 12. apud Ptolemæo Caſsiopolis dicit̃.

CASSITA, pen. pro. {Lodola} (κορυδαλλὸς) auis, quam alii Alaudam, alii Galeritam dicunt. Pli. lib. 10. cap. 37. Vide apud Gellium Apologum de caſsita, lib. 2. cap. 29.

CASSITEROS, (κασσίτερος) pen. cor. Latine plumbum album dicitur. Pli. lib. 34. cap. 16. Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretioſiſsimum candidum à Græcis appellatum caſsiteron. Vnde Caſsiterides, (κασσιτερίδες) inſulæ decem in Oceano, ex aduerſo Celtiberiæ, in quibus plumbum album effoditur. Plin. lib. 4. cap. 16. Ex aduerſo Celtiberiæ complures ſunt inſulæ, Caſsiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi.

CASSIVS, (κάσσιος) proprium nomen uiri, à quo uia ſtrata Caſsia dicitur. Fuit & alter Caſsius unus ex interfectoribus Cæſaris: qui poſtea ab Auguſto & Antonio in campis Philippicis uictus, ſibi manus intulit. Fuit & Iuriſconſultus eius nominis cognomine Longinus, tanta in iure reddendo ſeueritate, ut eius tribunal reorum ſcopulus diceretur. Hic q̃ Caſsii interfectoris Cæſaris nomen & ſtemmata habebat, à Nerone iuſſus eſt mori. M. Audius Caſsius, Antonini principis in Oriente legatus, dum Imperator ipſe res in Germania gerit contra Marcomannos, ab eo defecit. Qua re Audita Antoninus, relicta Germania, aduerſus eum copias educit, & prælio ſuperat: cæſi tamen caput, cum ad ſe afferretur, priſtinæ amicitiæ memor aſpicere noluit. Caſsius item alius Præſul Narnienſis fuit, tempore Totilæ Gothorum regis, cui infenſo animo Narniā ſe conferenti occurrit, precibusq́; ab eo impetrauit, ne quid ciuitati detrimenti inferret. Ante hoc fuit & Sp. Caſsius, qui cum in affectati regni ſuſpicionem ueniſſet, capite damnatus eſt, interemptoq́; domus eſt ſuperiniecta, eaq́; in area ædes Telluris ædificata. Auctor Valerius lib. 6. cap. 3.

CASSO, as, unde Quaſſo.

CASSOPA, pen. pro. (κασσώπη Stephano) oppidum eſt Moloſſorum, quod à Plin. Caſsiopen uocari, ſupra oſtendimus.

CASSVS, a, um, {Caſſo, uacuo, voto} (φροῦδος) quod eſt inane & uacuum, fragile, atque omni re carens. ut, Caſſa nux à Plauto, & Horatio dicta. Luca. Caſſa fraude parat. Plaut. in Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem. Verg. lumine caſſum: & Aethere caſſos, dixit pro uita priuatos & uiduos. Vnde & Caſsis, & per diminutionem Caſsiculus. Hinc Incaſſum, (εἰς κενὸν) aduerbium.

CASTABALA, (καστάβαλα Stephano) Ciliciæ oppidum, apud Plinium lib. 5. cap. 27.

CASTALIVS, (κασταλία) in Phocide, ad radices Parnaſi montis, fons non procul à Delphis: unde & Apollini, & Muſis ſacer creditur: ita dictus à uirgine Caſtalia, quæ Apollinem fugitans præcipitata, & in fontem uerſa eſt: à cuius nomine Muſæ ipſæ Caſtalides appellantur.

CASTA mola, (ἁγνὰν θῦμα) dicebatur ſacrificii genus, quod ueſtales uirgines faciebant.

CASTANEA, {Caſtagna} (κάστανα) à Caſtano Magneſię urbe, ut putatur, dicta: tam fructum, q̃ ipſam arborem ſignificat. Verg. 2. Eclog. Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Plin. lib. 17. cap. 20. Caſtanea pedamentis cornibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pertinacia.

CASTANETVM {Caſtagnetto} locus caſtaneis conſitus. Colu. lib. 4. cap. 33. Propter quæ ſæpe nouella caſtaneta caluefcunt.

CASTANINVM oleum, ex caſtaneis factum.

CASTELLANVS, a, um: ut, Caſtellanus triumphus, id eſt, de caſtello capto actus. Cic. de Clar. orat. Malim mihi L. Craſsi unam pro M. Curii dictionem q̃ caſtellanos triumphos duos.

CASTELLANI, {Caſtellani} (κωμῆται) dicti qui caſtellum habitant. Liu. 4. Bell. Maced. Decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit. Salluſt. in Iugurtha: Iter caſtellanorum anguſtum, undique præciſum. Dicti autem ſunt caſtellani à caſtello ea forma, qua ab oppido Oppidani, & à uico Vicini.

CASTELLATIM, aduerbium, (κατὰ φρούρια) quaſi turmatim per caſtella. Liu. lib. 7. Vt hoſteis, & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſsipatos, aggrederentur.

CASTELLVM, li, {Caſtello} diminutiuum à caſtro, paruus uicus muris circundatus. ἐπιτείχισμα, φρούριον, προβολή. Cice. pro Cecin. Ecce ipſe Ebutius in caſtellum uenit. Cæſar: Cunctis oppidis, caſtellisq́; deſertis. Dicebantur etiam Caſtella quædam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes uiarum anfractus, aqua per uncias & digitos diuidebatur. Frontinus: Omne plumbū, & omnes impenſæ ad aquæ ductus, & caſtella, & lacus pertinentes, inde erogantur. Qui autem huiuſmodi caſtellis præerant, Caſtellarii dicti ſunt.

CASTERIA (στάσις) ſignificat locum, ubi cum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula reponuntur. Plautus. Quin ſi pol repoſiti remum ſola ego in caſteria. Vbi quieſco. Lactantio dicitur pertica, quam in naui hortator remigum tenet, qua ſi inceſſerit, remiges non deſinunt: ſi depoſuerit, conquieſcunt à labore.

CASTHENES Traciæ ſinus iuxta Byzantium. Plinius lib. 4. in deſcriptione Thraciæ.

CASTIFICVS, a, um. Sene. in Hippol. Expelle facinus mente caſtifica horridum. Id eſt, quæ, te caſtum faciat.

CASTIANIRA, (καστιάνειρα) uxor Priami pulcherrima, quam ex Aeſymo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homerus libro Iliad. 8.

CASTIGO, as, pen. pro. {Caſtigare. Arioſt. Quando la rota che non pur caſtiga} proprie uerbis reprehendo, quaſi caſtum, id eſt, honeſtum ago. παιδεύω, σωφρονίζω. Verg. 5. Aen. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Quandoque Caſtigare eſt uindicare, punire, κολάζειν. Idem li. 6. Caſtigatq́; dolos, ſubigitq́; fateri. Hinc Caſtigatus dicitur correctus, emendatusq́; σωφρονισμένος. Cice. 1. Tuſcul. Vides'ne, ut obmutuerit, non ſedatus corporis, ſed caſtigatus animi dolor. Caſtigatio, onis, uerbale, (κόλασις) actus caſtigandi. Cic. 1. Offic. Animaduerſio, & caſtigatio omnis contumeliā uacare debet. Caſtigator, oris, qui reprehendit, & obiurgat. Plaut. in Trin. Ibo ad meum caſtigatorem. Horatius in Arte. Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: cenſor, caſtigatorq́; minorum.

CASTITAS, {Caſtitade, pudicitia} (σωφροσύνη, ἁγνότης) & pudicitia, paria putantur, nam ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his continens eſt, & remota, præterea & religioſa munditia, & puritas. Cice. 2. de legib. Et colendæ uirgines præſint, ut aduigiletur facilius ad cuſtodiā ignis, & ſentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem pati.

CASTIMONIA, Caſtitudo, (ἁγνότης) idem ſignificant, quod caſtitas. Liu. lib. 9. Belli Maced. Decem dierum caſtimonia opus eſſe. Accius: Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem. Dicebant etiam ueteres pro eodem Caſtus, huius Caſtus, per quartam declinationem. Varro: Et religiones & caſtus id poſſunt, ut es periculo eripiant noſtro.

CASTOLOGI, à Plin. numerantur inter Belgas, lib. 4. cap. 17.

CASTOLVS, pen. pro. (κάστωλος) Lydiæ urbs, ita dicta a Doribus conditoribus, quos Lydi κάστωλον appellant. Hinc Caſtoli cāpus, (καστωλοῦ πεδίον) apud Xenophontem. Vide Stephanum.

Ca-

CASTOR, {*Caſtore*} (κάστωρ) animal ex genere amphibio, quod Latine fiber Ponticus appellatur: ex cuius teſticulis medicamentum conficitur, quod Caſtorium (καστόριον) medici appellant. Hic comprehenſa hominis parte, non ante, quàm fracta concrepuerint oſſa, morſum reſoluit. Habet caudam piſcium, cætera ſpecies lutræ, pilus mollior pluma. Et licet ſint, qui dicant caſtor à caſtrare ſe, ne à uenatoribus capiatur, quòd ſciat ſe expeti propter teſticulos, qui medicinis adhibentur: Seſtius tamen diligentiſſimus medicinæ conditor, negat teſtes amputari ab ipſo caſtore, cum capitur, quinimo paruus eſſe ait, ſubſtrictoſque, & adhærentes ſpinæ, ne adimi ſine animalis uita poſſe: uerum folliculos geminos eſſe ex uno neruo dependenteis, qui amputentur, quorum uis medica ſit. Plin. libr. 32. cap. 3. Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris, & in equa uictus aſt, ſicut & fibris, quos Caſtores uocant.

CASTOREVS, a, um, adiectiuum: ut Caſtoreus odor. Pli. li. 12. ca. 24. Aſpalathi probatio eſt in colore rufo uel igneo, tactuque ſpiſſo, & odore caſtoreo, hoc eſt, fœtido, & putri, uel acuto. Caſtorea, orum, auctore Pli. lib. 32. ca. 3. uocantur teſtes caſtoris. Caſtoreum item appellatur, pharmaci genus, ex caſtoris auulſis teſticulis (ut creditur) compoſitum. Idem lib. 26. cap. 11. Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo, & uerbenaca ex uino.

CASTOR, & Pollux (κάστωρ καὶ πολυδεύκης) fratres gemini fuerunt, Iouis ex Leda filij, qui & Tyndaridæ paſſim à Poetis appellantur, quemadmodum Helena ſoror ipſorum, Tyndaris. Hi, ubi primum adoleuerunt, mare piratis liberauerunt, & ob id dij maris habiti ſunt, quos in tempeſtate nautæ ſolent implorare. Poſt hæc Colchos cum Argonautis profecti ſunt: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, inſidias ſibi ſtruentem interfecit. Deinde domum reuerſi, Helenam ſororem à Theſeo raptam, receperunt, Aphidna urbe, Theſeo abſente, expugnata. Tãdem cum Caſtor diem ſuum obiiſſet, ferunt. Pollucem (qui eodem cum Helena ouo natus immortalis erat) fratris deſiderio à Ioue petiiſſe, ut immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri: qua re impetrata alternis eos & mortem oppetiiſſe & reuixiſſe. Cui fabulæ occaſionem dedit Geminorum natura: quorum altero oriente, alter occidit, & econuerſo. A Græcis διόσκουροι, hoc eſt, Iouis filii κατ᾽ ἐξοχὴν appellati ſunt, & inter deos apotropæos, hoc eſt, malorum depulſores ſunt annumerati: quibus etiam Romæ inſigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis aduerſus Latinos, periculoſiſſimo in prælio ſuppetias tuliſſe crederentur. Nam (ut Dionyſius lib. 6. Antiquitatum ſcribit) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma auguſtiore, ducentes equitatum Romanũ aduerſus Latinos, haſtaſque ferebant, propellebantque aduerſarios, ſocios uero cohortabantur. Quæ potiſſimum cauſa fuit, ut Latini fugarentur, & caſtra caperentur. Iidem mox uiſi ſunt ſudorem equorum abluere iuxta fontem Iuturnæ: deinde è conſpectu mortalium ſe ſubduxerunt. Hinc Accaſtor aduerbium iurandi, quaſi per ædem Caſtoris, quo ſolæ mulieres utebantur, quemadmodum uiri ſoli per Herculem iurabant: Aedepol uero erat iuſiurandum tam uiris, quàm mulieribus commune.

CASTOR, (κάστωρ) medicus antiquiſſimus, docuit piperitim herbam, quam alio nomine ſiliquaſtrum nominant, bibi contra morbos comitiales. Auctor Plin. lib. 20. cap. 17.

CASTRA, plurali numero, {*Campo, alloggiamento, ſteccato. Pet. Et duro campo di battaglia'l letto*} (στρατόπεδον) appellantur loca in quibus milites tentoria fixerunt, uel ipſa tentoria, in quibus milites diuerſantur. Cicero ad Attic. cum Cæſar ad oppidum caſtra haberet. Vnde & de nauibus Vergil. dixit, Nos caſtra mouemus, quoniam in illis milites eſſent. Cæſar 5. belli Gall. Atque iis imperat, ut coactis omnibus copiis caſtra naualia de improuiſo adoriantur, atque expugnent. Dicta à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, ualloque quaſi muro circundari ſolent.

CASTRA CORNELIA, locus Zeugitanæ Africæ. Plin. lib. 5. cap. 4.

CASTRAMETOR, pen. pro. {*Accampare, attendare. Arioſt can. 1. Re Carlo era attendato alla campagna*} (στρατοπεδεύω) caſtra loco, ſiue pono. Liu. 9. ab Vrbe. Eo COSS. cum ualido exercitu uenerunt: & primo circa ſaltus, cum utrinque ad hoſtem iniqua uia eſſet cunctati, caſtrametatique ſunt.

CASTRATA, ſiliginis genus eſt apud Plin. lib. 18. cap. 9. quod in Campania proueniebat, Piſano magis rufum.

CASTRO, as, are, {*Caſtrare*} proprie eſt uirilia amputare. ἐκτέμνειν, ἀνορχίζειν, ὀρχοτομεῖν. Iuuenal. Nullius ephebum Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus. Licet & de quacunque truncatione, ſiue priuatione quandoque dicitur. Pacuuius. Vt eſſet aliquis qui linguam eius caſtraret. Caſtrare aluearia, eſt alueos fauis ſpoliare, & mellis uindemiam facere: quod qua ratione faciendum ſit, docet Colu. lib. 9. cap. 15. Hinc Caſtratio uerbale, uirilium amputatio. Colu. lib. 26. cap. 26. Id optimum genus caſtrationum, quod adhibetur genus teneræ ætatis, & Caſtratura, ræ, idem. Plin. lib. 18. cap. 9. Iuſtum eſt è grano Campanę, quam uocant caſtratam, è modio redire ſextarios quatuor ſiliginis, uel è gregali ſine caſtratura ſextarios quinque.

CASTRENSIS, & hoc caſtrenſe, (στρατιωτικός) quod ad caſtra pertinet. Vnde Caſtrenſes uigiliæ, quæ in caſtris diſponuntur. Caſtrenſe peculium, eſt quòd à parentibus uel cognatis in militia argẽti donatum eſt: uel quod ipſe filius familias in militia acquiſiuit, quod niſi militaret, non acquiſiturus fuiſſet. Et Caſtrenſia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamilias non acquirantur, ita tamen ſiunt ipſius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent, ut ſunt ea, quæ ex officiis acquiruntur. Ordo caſtrenſis, qui in caſtris ſeruatur, pro uniuſcuiuſque officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Conſuli, & Magiſter equitum Dictatori.

CASTRIMONIENSES, Italiæ populi, apud Plinium lib. 3. cap. 5. Cubulterini, Caſtrimonienſes, Cingulani, &c.

CASTRITIVS, Syllanæ factionis uir fuit, qui cum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obſides petenti ne ad Syllam deficerent, conſtanter denegauit, minanteque Carbone ſe multos gladios habere, Et ego, inquit, annos. Fuit & T. Caſtritius Rhetorices profeſſor Romæ Adriani temporibus, cui eruditionis, morumque nomine in primis erat carus. Vide Gellium lib. 13. cap. 10.

CASTRVM, {*Caſtello*} (ἔρυμα) numero ſingulari, locus eſt muris munitus, dictus à caſa, quòd ſit coniunctio quædam caſarum. Cic. ad Caton. li. 15. Epiſt. Vallo & foſſa oppidum circundedi: ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi.

CASTRVM NOVVM, Italiæ oppidum eſt, non procul ab oſtiis Tyberis. apud Pompon. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5.

CASTVLA, læ, palliolum quo puellæ nudæ infra pupillas præcingebantur. Varro: Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hæc & περίζωμα, & Præcinctorium appellatur.

CASTVLONENSES, {*Di Caslona*} populi ſunt Hiſpaniæ in conuentu Carthaginienſi, apud Plin. lib. 3. cap. 3. Quorum oppidum Caſtulon in Bætica eſt regione, ad Anam fluuium. Vulgo Caslona.

CASTVS, a, um, {*Caſto, immaculato. Pet. E'l ſaggio e caſto Ioſeph dal padre allontanarſe un poco*} (ἁγνός, σώφρων) purus, continens, & à libidinis labe immunis. Plau. in Poen. Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe à culpa caſtas. Verg. 2. Georg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Vnde dicimus Vxorem caſtã, & Caſtum cantum, in quo nihil eſt laſciuiæ: & Caſtam manum, quæ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Ver. 6. Aen. Quique ſacerdotes caſti, dum uita maneret. A Caſtus fiunt aduerbia, Caſte, id eſt, pudice, cõtinenter, (ἁγνῶς) caſtius, caſtiſſime. Cic. pro lege Manil. Caſte, integreque uerſatus eſt labor meus in priuatorum periculis. Idem de Aruſp. reſpon. Quod cum Deiotarus religione ſua caſtiſſime tueretur.

CASVENTILLANI, Italiæ populi in ſexta regione, apud Plinium libro. 3. cap. 14.

CASVENTVM. fluuius eſt in ſinu Tarentino, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

CASVRA, æ, {*Caduta*} caſus, ſeu cadendi actus. πτῶμα. Hierony. Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

CASVRGIS, Ptolemæo, lib. 2. cap. 11. oppidum eſt in Septentrionali parte Germaniæ, Quidam longitudinis, et latitudinis coniectura ducti, arbitrantur idem eſſe cum Praga, Boemiæ totius capite.

CASVS, us, {*Caſo, fortuna, ruina. Pet. La notte che ſeguì l'horribil caſo*} (πτῶσις) proprie idem quod ruina, à cadendo. Curtius: Inopinato rhedæ caſu oppreſſus. Interdum idem quod fortuna, uel inopinatus euentus, σύμπτωμα, τύχη. Cic. de Ami. Vt ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint. Modo calamitas, & infortunium, σύμβαμα. Verg. 2. Aen. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Caſus temerarius à Græcis αὐτόματον dicitur à Cicerone Temeritas. Item Caſus dicuntur uocabulorum formæ, quibus in aliam, atque aliã cadunt effigiem. Hinc etiam ueteres Caſcum antiquum uocabant, quaſi iam cadentem.

CATABANES, populi ſunt Arabiæ deſertæ apud Plin. lib. 5. cap. 11. quorum meminit & Strabo lib. 16.

CATABASIS, (κατάβασις) inferior Solis meatus, deſcenſus.

CATABATHMVS, (καταβαθμός) uallis eſt & oppidum in finibus Cyrenaicę regionis, ea in parte, qua Cyrenaica à Mareotide dirimitur, LXXXVI. M. paſſuum a Parætonio diſtans. Catabathmi autem à re ipſa nomen accepit, eo quòd ea in parte, qua Mareotidem contingit admodum decliuis ſit, quodque non niſi præcipiti deſcenſu adeatur. Nam καταβαίνειν, deſcendere eſt: unde κατάβασις, & καταβαθμὸς, idem quod deſcenſus, Plin lib. 5. cap. 5. Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum & uallis repente conuexa.

CATACECAVMENE, (κατακεκαυμένη) Mæoniæ regio, non procul ab Epheſo, arboribus carens, uite excepta, quæ generoſiſſimum fert uinum, quod κατακεκαυμενίτην appellant. Vide Strabonem lib. 13.

CATACETI, Aſiæ populi, circa Mæotin, ut docet Plin. lib. 6. cap. 7.

CATACHRESIS, pen. pro. {*Abuſione*} (κατάχρησις) tropus, quẽ nos Abuſionem, uel Vſurpationem dicimus, cum alienis abutimur perinde ac propriis cum propria deficiunt: ut cum piſcinam dicimus pro natatione in qua nulli ſunt piſces. Simile eſt illud, Facieſque ſimillima lauro: nam Facies proprie hominis eſt. Dicta Catachreſis παρὰ τὸ καταχρῆσθαι, quod eſt abuti.

CATACLISTA, (κατακλειστός) ueſtis undique clauſa: dicta à uerbo κατακλείω, id eſt, undique claudo.

CATACLYSMVS, {*Diluuio*} (κατακλυσμός) diluuium & inundatio dicitur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 1. Thebæ, quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens eſt Cataclyſmi mentio apud ueteres philoſophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cuius hyems eſſet Cataclyſmus, Ecpyroſis uero hyems.

CATACRISIS, {*Condennaggione*} (κατάκρισις) condemnatio, decretum, ſanctio: à uerbo Græco κατακρίνω, quod eſt condemno, ſtatuo, ſancio. Vtitur hac uoce. Cic. in Epiſt. ad Atticum.

CATADROMVS, {*Corſo*} (κατάδρομος) Latine decurſorium: καταδρομῶ enim decurro. Sueto. in Nerone: Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit: id eſt, per ſtadium, in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio, ut ſit ſæpe in Gallia, principe ſpectante: Licias uocant. Eſt etiam, teſte Vitruuio, machinæ genus hoc nomine, quo architecti utuntur ad ſubleuanda, uel demittenda onera. quę apud Iuriſconſultos, Catadromus γεράνος, uocatur, quaſi dicas Decurſorium gruis, à figura fortaſſis, quòd collum haberet extenſum more gruis: quales machinas etiam hodie uidemus in maritimis emporiis, ad exoneranda nauigia accommodatas, quas etiam hodie Grues uocamus. Fuit & alius catadromi uſus cuius meminit Iulius Pollux lib. 4. cap. 19. cum ex ſublimi theatri parte per machinam quis dilapſus aliquem rapit, & ſecũ ſurſum aſportat, ut cum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedẽ, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere uidentur intelligẽda eſſe uerba Pauli Iuriſconſulti lege penult. de Actione empt.

CATADVPI, Aethiopum populi ad Nouiſſimum Nili cataractem, ubi inter occurſantes ſcopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia ſoni uehementia auditus inſtrumentum uitient, & accolas plane ſurdos reddant. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo fluuio. Subinde impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremo incluſus montibus, nec alibi torrentior, uectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi uocantur, nouiſſimo cataracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere.

CATAGRAPHE, (καταγραφή) futuræ picturæ delineatio eſt, quam & deſcriptionem uocant Latini. Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ea uno tantum latere ſeſe oſtendentes, interprete Plinio lib. 35. cap. 8.

CATALECTICVM metrum, (καταληκτικόν) dicitur, cui una tantum

deeſt ſyllaba, ut apud Horat. Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenariũ Iambicum perfectum, una ſyllaba minus. Acatalecticum, (ἀκατάληκτικόν) dicitur quod legitimo fine clauditur, cuiq; ad perfectionem nihil deeſt. ut, Nec fonte labra prolui caballino. Eſt enim Iambicum ſenarium perfectum.

CATALEPSIS, (κατάληψις) occupatio, comprehenſio, cognitio. Cicer. 4. Acad. Et lib. 3. de Fin. Cognitiones autem, uel ſi hæc uerba aut minus placẽt, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. Eſt præterea Catalepſis medicis affectus cerebri, et potiſſimum poſterioris eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri uentres, præcipue poſteriores, occupantibus, reſpiratione tamen integra manente, oculiſq; ut in uigilia, apertis.

CATALOGVS, pen. cor. {Catalogo, tauola} (κατάλογος) ſermo uel ſcriptura, quæ numerum, uel ordinem recenſet. Plaut. in Milite: Si nimis cum cura, aut catalogo loquendi lectura fiet.

CATAMIDIARE, {Beffare, dileggiare} uerbum Græcum eſt, ad Latinam declinationem deflexum, quo labaſcente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli uſi ſunt pro deridere. Spartianus de conſtitutionibus Adriani loquens. De coctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ auctoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iuſſit: id eſt, deridendos omnibus per theatrum præberi. à Græco καταμωκιᾶν, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat. Vnde id propemodum ludibrij genus eſſe ſuſpicor, quo polygami afficiũtur. id eſt, qui multis uxoribus abutuntur, cum initellati in ſcalario ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: initrare id appellãt. Cui non diſſimile eſt illud, quod Traducere Latine dicitur, Budæus.

CATAMITVS, pen. pro. (γάνυμος) puer, quo quis ad præpoſteram Venerem abutitur: μισθὸν Græci mercedem dicunt. quaſi κατὰ μισθόν: id eſt, pro pretio. Cic. 2. Philip. O hominem nequam. quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinato cum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret. Auſon. Aut Iouis elyſii tu catamitus eris.

CATANA, pen. cor. {Catania} (κατάνη Stephano) Siciliæ oppidum, ad radicẽ Aetnæ montis ſitum, patria Charondæ, inter Athenienſium legiſlatores in primis celebrati. Catanæ ſimulacrum fuit Cereris, teſte Cice. 7. Verr. quod à uiro non modo tangi, ſed ne aſpici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam uocalem in ſecunda ſyllaba. Silius lib. 13. Tum Catina ardenti nimium uicina Typhoeo.

CATANANCE, (κατανάγκη Dioſcoridi) herba eſt, qua ad amorũ ueneficia Theſſaliæ mulieres utebantur: unde & Theſſalam herbam nonnulli appellarũt. Eius duo ſunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi ſimilia, radicem gracilem, iunceamq;: capitula autem ſex aut ſeptem, in quibus eruo ſimile ſemen eſt, quod cum ſiccatur, ad ſpeciem unguium exanimati milui contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam oliuæ magnitudine: folia autem figura coloreq; oleaginis ſimilia. Poſterius hoc genus Officinæ Biſtortam appellarunt: nam ſuperius herbarijs noſtris eſt incognitum.

CATAONIA, (κατᾳονία) Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Auctor Plin. lib. 6. cap. 2. & 3.

CATAPHRACTVS, {Armato d'ogni parte} (κατάφρακτος) undique munitus, à uerbo Græco καταφράττω, quod eſt obſepio, & munio. Vnde Cataphractæ naues dicutur, quas nos cõſtratas, aut tectas dicimus. Seru. in 11. Aen. Cataphracti equites, qui & ferro muniti ſunt, et equos ſimiliter munitos habẽt. Salluſtius: & ſequebantur equites cataphracti. Eſt etiam Cataphracta, (καταφράκτη) lorica, ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitum Romanum pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liu. lib. 37. Pedites loricatos, cataphractos uocat. Cataphractarij, qui cataphractis muniti ſunt. Lampridius de Alexandro Cataphractarios, quos illi clibanarios uocant, decem millia in bello interemimus.

CATAPHRYGÆ, hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priſcilla & Maximilla. Hi ſpiritus ſancti donum non apoſtolis, ſed ſibi traditum aſſerebant.

CATAPHYSIS, (κατάφυσις) herba eſt pulicaris, quæ Pſyllion Dioſcoridi dicitur. Eſt autem ex ijs nomenclaturis, quæ ueluti notæ à doctioribus ex Dioſcoride abiecta ſunt.

CATAPLASMA, atis, {Empiaſtro} (κατάπλασμα) malagma, quod conſtat ex floribus, eorumq; ſurculis, & axungia. Plin. lib 20. cap. 16. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum apio.

CATAPOTIA, {Pilole} (καταπότια) pilulæ dicũtur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod eſt deuorare, uel bibere proprie: quoniam neque eſtur, neque lingitur id genus, ſed deuoratur. Plin. lib. 26. cap. 8. Eſt & ſemen in uſu cum melle decoctum ad catapotia, ſoluendæ alui gratia.

CATAPVLTA, tæ, (καταπέλτης) machina bellica, qua tela, aut ſaxa excuti ſolent. Plaut. in Curc. Atque ita te neruo torquebo, ut catapultæ ſolent. Cæſar 2. Bel. Ciu. Centones inſuper iniecerunt, ne aut tela tormẽtis emiſſa tabulationem perfringerent: aut ſaxa ex catapultis la teritium diſcuterent. Catapultarium pilũ: hoc eſt ſagitta, ſiue iaculum, quod catapulta emittitur. Plaut. Curc. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

CATARACTA, ſiue Cataractes, ſiue etiam geminato r. Catarrhacta, uel Catarrhactes, (καταῤῥάκτης. ἀ καταῤῥάκτης) locus eſt abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potius, quàm fluit. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine: Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi uocantur, nouiſſimo exaractæ inter occurſantes ſcopulos, non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Dictæ autẽ ſunt Cataractæ a uerbo Græco καταῤῥάττω, ſiue καταῤῥάσσω, quod inter cætera ſignificat, cum impetu decido. Dicuntur item Cataractæ, portæ quædam ex funibus aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti poſſunt, cuiuſmodi in urbium portis uidemus, ad hoſtium irruptionem propulſandam accommodatas: item in fluminibus quibuſdam emittendæ uel retinendæ aquæ idoneas. Liuius: Pendulas & recidenteis portas cataractas. Idem: Porta cataracta deiecta clauſa erat: eam partim funibus ſubducunt in tantum altitudinis, ut ſubire recte poſſent. Eſt item Catarrhactes, Pamphyliæ fluuius poſt Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. Strabo lib. 12. Poſt Olbiam eſt qui Catarrhactes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra deſcendens, adeo ut longiſſime ſtrepitus audiatur. Meminit huius fluuii & Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Pamphyliæ. Sunt prǽterea Cataractæ, aues quædam fulicis ſimiles, ſed dentatæ, oculoſq; habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nuſquam terrarum apparent, niſi in inſula Apuliæ adiacenti, Diomedis tumulo nobili: ubi & aduenas Barbaros clãgore infeſtant, Græcis tantum adulantur, miro diſcrimine, ueluti generi Diomedis hoc tribuentes. Vide plura de ijs apud Plinium lib. 10. cap. 44.

CATARI, Pannoniæ populi ſunt. Plin. lib. 4. cap. 25.

CATARNIA, (quod corrupte hic legebatur) uide Cataonia.

CATARRHVS, {Catarro ſceſa, diſceſa} (κατάῤῥοος, ῥοῦς) Latine fluxio, ſiue deſtillatio. Differt à Coryza, & Brancho. κόρυζα enim dicitur, cum pituita nares tantum obſidet, Grauedo Latine dicta: Catarrhus uero, cum fauceis, palatumq;: at βράγχος cum & guttur, & arteria corripitur, ob id, & Artericum quandoque id uitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas uocat, noſtri Deſtillationes, quia Græce καταῤῥοοί nominantur in commune. Dictus eſt autem Catarrhus à καταῤῥέω, defluo, deſtillo.

CATARRHYTVS, {Bagnato, acquoſo} (κατάῤῥυτος) pen. cor. Latine irriguus, à uerbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam Plin. libro 5. cap. 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum uocatum fuiſſe tradit propter aquarum irrigua.

CATASCOPIVM, {Fregata} (κατασκόπιον) genus nauigij exploratorij, quòd circunquaque ſpeculetur. Cice. ad Attic. Aphracta Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud cataſcopium.

CATASCOPVS, {Spia, Spione} (κατάσκοπος) Latinæ ſpeculator. eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.

CATASTA, (τὰ βάθρα Luciano) locus erat, ubi uenales ſerui exponebantur, à καθίστημι uerbo Græco, quod ſignificat expono. Tib. lib. 2. Eleg. 3. Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & Cataſta, machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua ſerui uincti tenebantur. Plin. libr. 35. cap. 18. Tandem in cataſta uidere Chryſogonum Syllæ.

CATASTROMA, (κατάστρωμα) pen. pro. nauis partem ſignificat, per quam nautæ diſcurrunt. Latini Tranſtra uocant.

CATASTROPHE, (καταστροφή) Latine ſubuerſio, uolumen. ἀπὸ τοῦ στρέφειν, id eſt, à conuertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ καταστροφή appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætum conuertantur exitum, ut in Comœdiis fieri ſolet: aut contra res lætæ triſtem ſortiuntur exitum, ut in Tragœdijs. Tranſumitur etiam pro cuiuſuis rei exitu, & pro ipſa etiam morte ponitur, quæ eſt extremus noſtræ uitæ actus.

CATATYPOSIS, (κατατύπωσις) figura eſt, quæ fit, cum aliquid ad typũ, hoc eſt formam alterius deſcribitur. ut apud Verg. lib. 4. Aen. Omnia Mercurio ſimilis, uocemq; coloremq; Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

CATAX, {Zoppo Pet. Et fuggo anchor coſi debile e zoppo} à ueteribus dictus eſt, teſte Feſto, qui hodie Claudus.

CATECHESIS, pen. pro. (κατήχησις) dicitur inſtitutio, uel inſtructio rerum ſacrarum, quæ uiua uoce tradi ſolet ijs, qui ſacris myſterijs initiabantur. Nam Aegyptij Theologi, à quibus hic ritus fluxiſſe creditur, nefas arbitrabantur, arcana ſuæ religionis ſcriptis committere, ſatiusq; illis uiſum eſt, eos qui illorum myſterijs uellent initiari uiua uoce inſtitui & ita religionis ſuæ cæremonias uelut per manus ad poſteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua eccleſia, qui ad baptiſmum admitti cupiebant, prius fidei Chriſtianæ myſteria ab Apoſtolis uiua uoce accipiebant. Huiuſmodi inſtitutionis genus κατήχησιν appellabant, ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod eſt uiua uoce inſtruere. Illi autem qui ad hunc modum ſacris myſteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

CATECHVMENVS, pen. co. (κατηχούμενος) qui ſacris nondum eſt initiatus, ſed adhuc imbuitur elementis religionis, necdum ad ſacra ſpectanda introductus: cui miſt. ria fidei uiuæ uocis miniſterio concredebantur. Budæus.

CATEGOREMATA, (κατηγορήματα) prædicamenta. Cice. 4. Tuſcul. Diſtinguitur illud etiam, ut libido ſit earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut de quibuſdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut habere diuitias, capere honores.

CATEGORIA, {Accuſa} (κατηγορία, ας) accuſatio, à κατηγορέω. accuſo: unde & κατήγορος, accuſator. Categoriæ item ſiue Categoremata Ariſtotelis dicuntur prædicamenta. Quin & poſitiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas Prædicatorias Latinæ dicere poſſumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ uerſari uidetur omnis quæſtio, οὐσία, id eſt, Eſſentia, Qualitas, Quantitas, ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas uero Categorias conſtat, ut inquit Augu. in Dialect. propterea quòd nõ poſſunt, niſi à ſubiectis agnoſci. Quis enim, quid ſit homo, poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectũ hominis?

CATELLVS, & Catella, {Cagnolino, cagnoletto} (σκυλάκιον) diminutiua à Catulus, paruus canis, uel canicula. Plautus in Stic. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci. Cicero de Diuinatione: Erat autem mortuus catellus eo nomine.

CATENA, {Catena. Pet. E ſcior il cor da l'empia tua catena} (σειρά) uinculum eſt ferreum, quo uel ſeruos, uel captiuos, uel animalia irretimus, ne effugiant: ita dicta, quòd ſe capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Cic. 7. Verr. Iſte hominibus miſeris innocentibusq; inici catenas imperat. Tranſumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Luci. Vna eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor uitæ. Cic. pro Seſt. Hanc tetram immanemq; belluam uinctam auſpicijs, alligatam more maiorum, conſtrictam legum ſacrarum catenis, ſoluit ſubito legum Conſul, &c.

CATENATVS, a, um, {Catenato} (πεδήτης) Cœl. ad Ciceron. Vellem quidẽ Venere prognatus tantum animi habuiſſet in ueſtro Domitio, quantum ipſe catenatus in hoc habuit. Catenati labores, per tranſlationem, hoc eſt, ſeſe uiciſſim ſequentes. Martial. lib. 1. Expectant curæq;, catenatiq; labores. Catenatio pro coniunctione & arctatione ſtricta trabium uel aliarum rerum inter ſe. Vitruu. lib. 2. cap. 9. Et in commiſſuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiant catenationes. Catenarius, a, um. Sene. lib. 3. de ira. Iraſceris catenario cani & hic cum multum latrauit, obiecto cibo manſueſcit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur cauſa cuſtodiæ.

Ca-

CATENVLA,{*Catenella. Dant. Non hauea catenella non corona*}(ἁλυσείδιον)diminutiuum à catena. Catella,uel Catellum, aliud diminutiuum. Liu.9. Bell. Mac. Quintius alter Prętor ſuos equites catellis,& fibulis donauit. Plau. Curc. Delicatū te hodie factā,cū catello ut accubes Ferreo. Horat. 1.Epiſt. Nota referr meretricis acumina,ſæpe catellam,Sæpe periſcelidem raptam ſibi flētus.

CATERVA,{*Compagnia*}(σπεῖρα)proprie Gallorum legio,ſicut Phalanx Macedonum:eaq; certo numero conſtabat. Nam auctore Veget.lib.2.cap.2. in caterua erant ſena militum millia. Horat. 1.Epiſt. Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ. Plærunq; tamen pro quauis multitudine ſumitur. Cice. 1. Tuſc. Cateruæ contradicentium. Verg. 2. Magna comitante caterua.

CATERVARII,{*Vniti in frotta*}cateruatim conglobati. οἱ συστροφοί, Sueto. in Auguſto: Sed & cateruarios oppidanos inter anguſtias uicorum temere & ſine arte pugnantes.

CATERVATIM,aduerbium,{*In frotta*}(ἰλαδόν)per uarias cateruas. Liu. bel. Pun. 3. Iam primi conſeruerant manus,cum alij cateruatim currerent. Gallice, par bandes. Colum.lib.3.cap.19. Sed illud etiam dicendum eſt,an plurium generum uites habendæ ſint,eæq; ſeparatæ,& diſtinctæ ſpecialiter,an confuſæ & mistæ cateruatim.

CATHARMATA,(καθάρματα)hoſtiæ, quæ pro peſte, alio've morbo expiando immolabantur dijs: Romani Piacula uocabant. Erat autem interdum hoſtia humana,interdum ex brutorum genere,in cuius caput mala omnia, quæ ciuitati imminebant,ſeſe credebant auertere.

CATHARTICVS,a,um,{*Purgatione*}(καθαρτικός) quod purgat: unde Medicamentum catharticum dici poteſt,quod nos purgationem uocamus. Celſus: Sed medicamenta ſtomachum fere lædunt: ideoq; omnibus catharticis aloe miſcenda eſt.

CATHEDRA,dre,{*Sedia. Pet. A weder preparar ſua ſedia in cielo*}(καθέδρα) proprie eſt ſella ſublimior profeſſorum,recitatorum,aut declamatorum. Iuuen. Cuius apud molles minima eſt iactura cathedras. Horat. 1.Serm.Sat.10. Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras. Cathedrarios philoſophos uocat Seneca,umbratiles illos,quibus ſatis eſt de uirtute in cathedris garrire.

CATHEDRALITIVS,a,um,ut cathedralitius ſeruus, qui in cathedra herum defert. Martial. Cum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros, Et Libys in longo puluere ſudet eques.

CATHMEA,(quod hic ut perperam ſcriptum erat, ita alieno loco ingeſtum) uide Cadmia.

CATHOLICVS,{*Catolico,uniuerſale*}(καθολικός) dici poteſt uniuerſalis quaſi circa omnia uerſetur,fit enim ex κατὰ,ideſt,circa,& ὅλον totum. Inde etiam Catholicon medicamentum,quod omnibus humoribus ſimul uacuandis utile eſt. Item præcepta uniuerſalia,uel perpetua,catholica uocant, ait Quintil. lib.2.cap.13.

CATHON,inſula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plinio tamen præterita: niſi quis Cothonem,quam Plin.in Laconico ſinu eſſe ait,intelligere uelit. Ex Vadiano.

CATI,pro Germaniæ populis,lege Chatti.

CATIFONS, dicebatur ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cuiuſdam Cati. Auctor Feſtus.

CATILINA,ciuis Romanus fuit, coniuratione contra patriam inita notiſſimus,cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppreſſi ſunt. Luca.lib.7. Pacificas ſæuus ſenſit Catilina ſecures. Vide Salluſt. de bello Catilin.

CATILLO,as,are,{*Leccare i piatti*}(λιχνεύω)catinos lingere. Plaut. in Caſ. Operam uxoris polliceor foras, Quaſi catillatum.

CATILLATIO,{*Il leccar i piatti*}(λιχνεία) graue opprobrium obiiciebatur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas popu. Rom. expoliaſſent, quod eorum bona ligurriſſe uiderentur. Feſtus.

CATILLONES,{*Quelli che leccano i piatti*}(λίχνοι)qui catillos lingunt,et pro guloſis accipi ſolent. Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quod ſtercora circa ripas catillarent, ideſt, deuorarent. Vide Macrob. lib.3. Saturnal. cap.16.

CATILLVS,filius fuit Amphiarai,qui cum fratribus Cora et Tiburto in Italiam uenit,ibiq; reliquis adiuuantibus Tybur condidit, & à nomine fratris nomen impoſuit. Ver.7. Aen. Catilluſq; acerq; Coras, Argiua iuuentus. Silius li. 8. Et Tybur Catylle tuum: In emendatioribus tamen Vergilij exemplaribus Catyllus legitur per y.

CATILLVS,{*Macigno ſorano*}pars ſuperior molæ, ſicut Meta pars inferior. Paul.in l.cum de lanionis.§.idem conſultus.ff. de fundo inſtructo.

CATINA,{*Catania*}(κατάνη)pen.cor. urbs Siciliæ. Sil.lib.13. Tum Catinæ nimium ardenti uicina Typhæo. Strabo tamen, Diodorus, & Ptolem. non Catinam,ſed Catanam ſcribunt, unde Cataneus Charundas, qui leges Athenienſibus dedit, ἀπὸ τοῦ κάτω, καὶ ἄνω dicitur, quod quum ignes ex Aetna erumpunt, ſuperiora ima fiunt. Vide Catana.

CATINVS,{*Catino conca. Dan. In queſto fondo de la triſta conca*}(τρύβλιον) quod & Catinum dicitur, pen.pro. uas immenſum eſcarium, quo pultem aut iurulenti quid ponebant: à capiendo appellatum. Perſ. Saty.3. Poſitum eſt algente catino Durum olus, & populi cribro decuſſa farina. Catinus item dicebatur uas,in quo metalla purgabantur. Pli.lib.33.ca.44. Quæ e catino iactatur ſputitia,in omni metallo uocatur ſcoria. A Catinus fit diminutiuū Catillus: à Catinum Catillum,uel Catinulum, παροψίδιον. Colu.li.12.cap.57. Hanc miſturā cum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Vide Bayf. de Vaſe.

CATIZI,teſte Plinio lib.4.cap.11. Pygmæi dicti ſunt, qui circa Geraniam Thraciæ urbem incoluerunt, à gruibus, ut creditur, fugati.

CATONVM familia ex Tuſculano municipio ortum traxit: ex qua primus Romam ſeſe contulit M. Porcius Cato, poſtea Cenſorius appellatus, perſuaſione atque amicitia Valerij Flacci adductus. Hic tribunus militum in Cilicia fuit: Prætor Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis inſtitutus, cum iam natu grandior eſſet. Conſul deinde cum eodem Flacco creatus, citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi rebus fœliciter geſtis urbium omniū muros, quę intra Bætim erant, uno die ſolo ęquari iuſſit. Auctor Polybius. Hunc Plinius ſummis laudibus extollit, abſolutum eum Imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans. Scripſit librum de Re ruſt. item alium de Originib. urbiū Lati, & Orationes quaſdam. Huius duo fuerunt filii, quorum alter ſub Paulo Aemilio magna cū laude in Macedonia militauit. Alter, qui ex nomine matris Salonius fuit cognominatus, patre adhuc ſuperſtite, iam Prætor deſignatus, extinctus eſt, egregiis de Iure ciuili uoluminibus relictis. Auctor Gellius li.2.ca.14. M. Cato Vticenſis, M. Porcii nepos fuit, quem & uitæ, Stoicæq; diſciplinæ ſeueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus breuiq; toga in publicum prodibat, ſeſe adſuefaciens, non niſi turpibus rebus erubeſcere. Conſulatum fruſtra petiit, quod uirtuti ſuæ fidēs, populo non nimium ſubmiſſe uoluerit ſupplicare. Martiam coniugem roganti Hortenſio amico liberorum cauſa conceſſit: eandemq; poſt Hortenſii mortem recepit. Id quod Cęſar auaritiæ cauſa ab eo factū fuiſſe, calumniatus eſt. Dimiſit, inquit, inopem ut locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonſus fuit. Poſt Pharſalicā pugnam Vticam ſeſe recepit: reque a Scipione infœliciter geſta, perlecto Platonis de Animæ immortalitate Dialogo, qui Phædon inſcribitur, necem ſibi conſciuit. Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cuius meminit Tranquillus.

CATOBLEPAS,{*Baſiliſco*}(καταβλέπας,)feræ genus eſt, ſolis Aethiopibus cognitum ſolo uiſu hominem interficiens. Pli.li.8.ca.21. Eſt, inquit, apud Heſperios Aethiopes fons Nigris, Nili, ut pleriq; exiſtimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæteriſq; membris iners, caput tantum prægraue ægre ferens, idq; deiectum ſemper in terram: alias internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius uidere, confeſtim expirantibus. De eodē uide & Aelianum lib.7. ca.1. apud quem καταβλέπων dicitur.

CATOCHE,(κατοχή,)morbus eſt ueterno ſimilis, ex melancholicis & bilioſis humoribus proueniens, cerebrum occupantibus, perpetuoſq; ſopores inuehētibus. Latini uigilantem ſoporem interpretantur. Differt a Catalepſi, quod in ea oculi maneant aperti, in cathoche autem claudantur.

CATOCHITES,(κατοχίτης)gemma Corſicæ inſulæ impoſitum manum uelut gummi retinens. Pli.lib.37.cap.10.

CATOGEVM,{*Habitatione terrena.*}(κατώγεων,)domicilium ſubterraneū.

CATONI,Plinio populi ſunt Scythiæ, circa Mœotin agentes lib.6.cap.7.

CATOPTROMANTIA,(κατοπτρομαντεία)diuinatio quæ fit per ſpeculum, de qua uide infra in dictione Magia.

CATOPIRETIS,(κατοπυρίτης,)gemma, quæ ex Cappadocia uenit. Pli.li. 37.cap.10.

CATORTHOMA,pen pro.{*Ben fatto,*}(κατόρθωμα,)opus uirtutis rectū. Cicero, Perfectum Officium interpretatur & Recte factū. Catorthoſis,(κατόρθωσις,)recta effectio. κατορθόω, egregie cum uirtute aliquid facio. Ci.3.de Fin. Quæ nos aut recta, aut recte facta dicamus, ſi placet: Illi autem appellāt, κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continent.

CATORTHOSIS,pen.pr.(κατόρθωσις,)recta effectio interprete Cicerone lib.3.de Finib. A uerbo Græco κατορθόω, quod eſt egregie, & cum uirtute aliquid facio.

CATTITERIDES,uide Caſſiteros.

CATVLARIA,porta Romæ dicta eſt, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ ſidus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur. Feſtus.

CATVLINVS,a,um,{*Di Cagnolino*}(σκυλάκειος)quod eſt ex catulo: unde Plautus Catulinam carnem eſitauiſſe Romanos oſtendit. Plin. libr. 29. capit. 4. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis Deum etiamnum ponitur catulina.

CATVLIRE(σκυζᾶν)eſt geſtire, & coitum maris appetere: & proprie de canibus dicitur, quamuis etiam ad alia transferatur. Varro. Fœturæ principiū ad mittendi faciunt ueris principio, tum cum dicuntur catulire, i. naturæ inſtinctu in Venerem rapi. Plautus: Quia meam uxorem uidi catulientem. Hinc Catulitio,(σκυζηθμός)quæ proprie dicitur de canibus, cum ſtatis anni temporibus ad Venerem incitantur. Plinius li.16.ca.25. ad terram tranſtulit. Catulitionem(inquit)uocant, geſtiente natura fœtum accipere, eaq; animam inferente omnibus ſatis.

CATVLLVS,poeta Veronenſis, natus anno ante Salluſtium, Syllæ, Marijq; temporibus, in poematis cum laſciuus, tum mordax, quippe qui Cæſari maximo tunc uiro minime pepercit, Iambis eum criminatus, reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus eſt, ut auctor eſt Tranquillus. Scripſit de paſſere ſuæ Lesbiæ: celebrauit nuptias Mallii, amauit Ipſithillā, & Clodiā, quā ficto nomine Lesbiam uocat. Scripſit & alia multa. Mortuus eſt Romę. Oui. lib.2. de Triſtibus, Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe Catullo Fœmina, &c.

CATVLVS,pen.cor.{*Cagnolo, picciol cane*}(σκύμνος)proprie ſignificat caniculum, hoc eſt, minorem, uel iuniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod ſagacem ſignificat. Varro: Catulus a ſagaci ſenſu & acuto. Cic.2. de Nat. Deo. Bene igitur idem Chryſippus, qui ſimilitudines adiungens omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora, ut in equo, quam in equulo: in cane, quam in catulo: in uiro, quā in puero. Sed ponitur large pro fœtu omnium animalium, præterquam auium, ſiue immanium, ſiue mitium: unde de colubro. Verg. Catulos tecta atq; oua relinquēs. Et de leonibus Pl. Raptor appropinquāte tigridis fremitu, Abiicit unū ea catulis. Idem: Simiæ geſtāt catulos, quos manſuefactæ intra domos peperere. Idem: Murium quoq; catuli oſtentum faciunt. Idem delphinum catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorum ſerpentium ſoboles Catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuum Catellus. Accipitur quandoq; Catulus pro ipſo cane. Apuleius: Catulos ſecum ducens uenatricos, atq; ſagaces. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

CATVLORVM,familia, Romæ nobiliſſima fuit: ex qua fuit Q. Luctatius Catulus, qui Pœnos apud Aegades inſulas nauali prælio ſuperauit, ſexcētis eorum nauibus aut captis, aut depreſſis. Fuit & alter Catulus, C. Marii in quarto Conſulatu Collega, & in Cimbris profligandis adiutor, a quo poſtea rerum potito mori iuſſus, hauſtis uiuis carbonibus ſe præfocauit. Hic eſt ille Catulus, cuius poſtea Manes Sylla Marii Iunioris morte placauit.

CATVRACTONIVM(κατουρακτόνιον)Britanniæ inſulæ oppidum eſt, Ptol.lib.2.cap.3.

CATVRIGES,Italiæ populi ſunt, trans Padum a Plin.lib.3.cap.16. in undecima Italię regione collocati.

CAVTVS, a, um, {*Accorto, ſagace*}(κοῖρυς) ueteribus idē erat quod callidus & ſagax: unde etiam Catuli dicti ſunt, teſte Varrone: Horatius lib. 1. Car. Qui feros cultus hominum recētū, Voce formaſti cautus, & decoræ More palæſtræ. Idem in Serm. Poſt hæc ille cautus, quantumuis ruſticus, ibit.

CAVARES, Narbonenſis Galliæ populi ſunt, quorum metropolis eſt Auenio. Autores Plin. lib. 3. cap. 4. & Mela. lib. 2.

CAVÆDIVM, dii, {*Corte, chioſtro*}(ut Plin. Iunior in Epiſt. dictione mutilata) ſiue Cauum ædiū, ut Varro duabus integris dictionibus, locus eſt ſub dio uacuus, cinctus undiq; porticibus, ad communē omnium uſum. Huius tria ſunt genera. Tuſcanicum, Corinthiū, Tetraſtylon diſpluuiatum, & teſtudinatum. Pli. Epiſt. 41. A tergo cauædium, porticum, aream, &c.

CAVCALIS, lis, genus herbæ fœniculo ſimilis, breui caule, flore candido. Pli. lib. 22. cap. 22.

CAVCASVS, (καύκασος) pe. cor. mons Indiæ editisſimus ad ſeptentionē uerſus Scythas, indiam a Scythia dirimens, aſper & inhoſpitalis. Verg. 4. Aen. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Hic fertur tantæ altitudinis eſſe, ut ab eo aſtra maiora uiſantur, & eorum ortus occaſusq; diligenter perſpiciantur: quo fit, ut Scythæ, eius montis accolæ, rei aſtronomicæ peritisſimi ſint habiti. A Caucaſo fit Caucaſius, a, um, καυκάσιος. Verg. 6. Eclog. Caucaſiasq; refert uolucres.

CAVCHÆ, campi ſunt, quos Tigria fluuius ſeptentrionem uerſus flexus ſecat. Pli. lib. 6. cap. 27.

CAVCON, (καύκων) herba eſt, quę etiam Ephedra, & Anabaſis appellatur. Naſcitur uentoſo ferè tractu, ſcandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirrhis numeroſis, qui ſunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc Plin. libro. 26. capit. 7. Vulgus Prelam appellat: qua mulierculæ utuntur ad purganda uaſa culinaria.

CAVCON, onis, (καύκων) Triphylię fluuius eſt, a quo uicini populi Caucones appellati ſunt. Autor Strabo lib. 8.

CAVDA, {*Coda*}(οὐρά) quam ueteres etiam Codam dicebant. Cicer. 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Verg. 3. Georg. Extremæq; agmina caudæ Soluūtur. Vnde Caudati, & Codati, (κερκώδεις) dicuntur, qui caudas habent. Interdū ponitur Cauda pro uirili membro. Horat. in Ser. Accedit ut quidam teſtes, caudamq; ſalacem Demeteret ferro.

CAVDECÆ, ciſtellæ appellatæ ſunt ex iunco, ad ſimilitudinem caudæ equæ factæ. Feſtus.

CAVDEX, uel Codex, {*Corteccia, ſcorza*}(κορμός) dicitur in fruticibus et arboribus, id quod a radice ſupra terram ſimplex aſſurgit: ſiue in quod b uticis uel arboris a radice defertur alimentū. differtq; in hoc a caule, ut caulis ad herbas, caudex uero ad frutices, & arbores pertineat. Verg. 2. Geor. Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu) Truditur e ſicco radix oleagina ligno. Eſt præterea Caudex plurium tabularum contextus unde tabulæ Codices dicuntur, quaſi caudices: & naues quibus commeatus ſubuehuntur, Caudicariæ, appellantur. Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus eſt, quoniam primus Romanis perſuaſit nauem conſcendere. Seneca de Breuitate: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum cōtextus, caudex apud antiquos uocatur. Ponitur & pro diuo ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerunq; ex truncis fieri ſolet. Iuuenalis. Horrida quale facit reſidens in codice pellex. Hominem præterea ſtultū, metaphoricωs, Caudicem appellamus. Terenti in Heaut. Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus plumbeus. Apud ueteres Caudex et codex pro eodem leguntur, ſicut Plauſtrum & Ploſtrum. Et certe utriuſq; eadem debet eſſe ſignificatio: quamuis hodie Codicem frequentius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

CAVDEVS, a, um, quod eſt ex caudice. Plau. in Rud. ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto uidulo.

CAVDICALIS, {*Coſa atta à fendere legna.*} ad caudices ſcindendos idoneus. Plaut. in Pſeu. Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ. Id eſt, præpono te oneri ſcindendorum lignorum, quæ caudicis nomine appellantur.

CAVDICARIVS, a, um. ut, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberinum ſubuehunt, q ea lignis craſſioribus cauatis fierent. Fitq; a caudice, dum pro Trunco ſeu tabula ponitur: quæ Codicariæ dicuntur.

CAVDIS, uel Caudium, oppidum Samnitium: unde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ inſigni ignominia, quam Romana exercitus ſub. Sp. Poſthumio a Samnitibus acceperunt. Lucan. lib. 2. ultra caudinas ſperauit uulnera furcas. Caudinæ fauces, apud Silium li. 8.

CAVEA, ueæ {*Caua ſotterra, gabia,*}(σπήλαιον) a cauo fit, ſignificatq; ſpecum, uel antrum ſubterraneum. ſed quoniam in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarū cubilia, caueas pro ipſis ferarum receptaculis uſurpamus. Apu. Beſtiam immittimus caueæ. Suetonius: Beſtiarum more quadrupedes cauea coercuit. Et ab harum ſimilitudine pro ſeptis ex ligno, ſiue ex ebore, alia ue materia factis, in quibus auiculas tenemus, οἰκίσκια, οἰκίδια. Plaut. in Curc. Quia enim cauea ſi forent concluſi, itidem ut pulli gallinacei. Item Cauea, eſt area in medio theatri (θεατρον) in qua equitum ſubſellia conſtituta eſſe conſueuerunt, q uelis tecta caueæ ſimilitudinem haberent. Pla. in Amph. Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus. Quandoq; ponitur pro populi conſeſſu. Verg. 5. Aeneid. Hic totum caueæ conſeſſum ingentis, &c.

CAVEO, es, cautum, {*Schiffare, prouedere cautamente*}(εὐλαβέομαι) ſignificat cautionem, hoc eſt diligētiā adhibere, prouidere, conſulere, proſpicere, ne aliquid præter ſpem accidat, Varia huius conſtructio eſt. Interdum abſolute ponitur. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdum cum datiuo, Cic. Famil. lib. 7. Tu qui cæteris cauere didiciſti, in Britannia ab eſſedariis ne decipiaris, caueto, quo in loco Cauere uerbum eſt proprium Iuriſconſultis & patronis. Illi enim dicebantur Cauere ſuis clientibus, cum proſpiciebāt, ne quid illis damni inferretur. Ci. in Proœ. Topicor. ad Treb. Etenim cum tu mihi, meiſq; multa ſæpe cauiſſes, ueritus ſum, ne, ſi grauiter, aut ingratū id, aut ſuperbum uideretur. Terent. in Eunu. Iſthuc eſt ſapere: ut hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco. Cum datiuo & accuſatiuo: Cato de Re ruſt. cap. 5. Scabiem pecori & iumentis caueto, id eſt, uideto ne ſcabie inficiantur. Cum datiuo & ablatiuo mediante præpoſitione. Ab. Plau. in Pſeud. Hercule, quin ut tu prædicas, Cauendū eſt mihi abs te irato. Cum accuſatiuo. Cic. Atti. Bibulum Pompeium fecerat certiorem, ut caueret inſidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formę: ut, Caue facias, pro Caue ne facias, Caue faxis, pro Caue ne feceris. Caue reſponderis, pro Caue, ne reſpondeas. Quæ omnia ſine Vt, aut Ne, Latine dixeris, aut etiam cū illis. Teren. in Andr. Tum id cauit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet. Cū ut, Plaut. in Bacch. Quid ibi caueam? Quin & in iure uſus eſt huius uerbi, cum ſcilicet (ut tradit Alciatus) ſignificat ſecurum facere. Is autem ſecurus eſt, cui uel pignore, uel fideiuſſione conſultum. Ad hanc ſignificationem huiuſmodi locutiones genera referuntur: ut, Cauere capite, pro Capitis periculo ſe obligare, & alium ſibi eodem uinculo obſtringere. Cauere teſtamento. Cic. de Fini. lib. 2. Sed ut ſit, etiam ne poſt mortem coletur, idq; teſtamento cauebit is, qui nobis quaſi oraculum ediderit, nihil ad nos poſt mortem pertinere? Idem in Bruto: At uero (inquam) tibi ego Brute, non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum: ideſt, niſi à te ſpondente ſatis accepero. Sic, Cauere obſidibus de pecunia, eſt dare obſides, quoad pecunia diſſoluatur. Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro acceptis obſidibus ſe ſecurum facere. Et, Cauere alicui obſidibus, pro obſides dare. Inuenitur & Cauo is, in eadem ſignificatione. Horat. in Serm. Vade, uale, caue, ne titubes, mandataq; frangas. Vbi, ue, ſyllabæ breuitas ſatis arguit tertiæ coniugationis imperatiuum eſſe non ſecundæ, qui neceſſario produceretur. Huius componitur Præcaueo, quod eſt diligenter caueo. Terent. Hoc tempus præcauere mihi me monet.

CAVERNA, næ, {*Spelunca, cauerna Sannaz. Grotte, rupe, Spelunche, antri, e cauerne*}(ἄντρον) ſpecus, uel antrum ſubterraneum, uel terrę concauitas. Cic. 1. de Nat. Deo. Quod magna uis terræ cauernis contineatur caloris, eaq; hyeme ſit denſior. Verg. 2. Aen. Inſonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ. Inde Cauernoſus, a, um, (ἀντρώδης) pro loco paſſim uacuo, & ueluti cauernis pleno.

Cauernula, læ, diminutiuum. Pli. lib. 16. cap. 11. Ipſi qua pediculis adhęrent, cauernulas habent, & intus ſemen.

CAVIARES hoſtiæ, quæ & Cauiæ, erant partes hoſtiæ caudatenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontiacum quotannis ponebantur. Feſtus.

CAVILLA, læ, & Cauillus, li, {*Scherzo*}(σκῶμμα) irriſio quædam iocoſa. Plaut. in Truc. Quid id eſt amabo iſthæc ridicularia: cauillationes uis: Oportet dicere: ita ut pauxillum differat à cauillis.

CAVILLOR, aris, {*Scherzare, beffare, ingannare*}(σκώπτω, κερτομῶ) deponens, à Caluo, is, teſte Nonio, ſignificat iocari, ſiue etiam irridere. Cic. 2. de Ora. Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Idem 4. de Natu. Deo. Atque etiam in eum cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum. Eſt & Cauillari (σοφίζεσθαι) in diſceptationibus fallacia & dolo uti. Hinc Cauillatio, ſubdola (ut Caius iuriſconſultus debuit) ratio, quam conſcij nobis mendacij uincendi tamen cauſa proferimus. Vnde Boethius ſuper Topic. ſcribit, cauillationem partem quandam Logices eſſe, cum inquit: Colligendi facultas triplici diuerſitate tractatur. Aut enim ueris & neceſſariis argumentationibus diſputatio decurrit, & Diſciplina uel Demonſtratio dicitur. Aut tantum probabilibus. & Dialectica dicitur. Aut apertisſime falſis, & Sophiſtica, & Cauillatoria prohibetur. Sic Seneca & Cicero, Cauillationes dixerunt, quæ Græce σοφίσματα nuncupantur. Vlpia. in l. natu. ff. de uerb. & rer. ſignific. Cauillationis natura, quā Gręci σωρείτην appellauerunt. hæc eſt, ut ab euidenter ueris, per breuisſimas mutationes diſputatio perducatur. Eſt item Cauillatio arguta irriſio. quam Græci κερτομίαν, uel σκῶμμα appellant. Cic. 2. de Orat. Cum duo (inquit) ſint facetiarum genera, alterum ęqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutū & breue. ſuperior Cauillatio, altera Dicacitas nominata eſt. Sueto. in Veſpa. Et maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut inuidiam aliqua cauillatione dilueret, trāsferretq; ad ſales. Cauillator. φιλοκέρτομος, φιλόψογος. Cic. ad Att. lib. 1. Conſul autem ipſe paruo animo, & prauo, tamen cauillator, &c. Plaut. Cauillator facetus, uel conuiua commodus item ero.

CAVLA, læ, {*Stalla*}(ἔπαυλις, ἡ μάνδρα) Latine ſtabulum, dicitur, in quo oues recondu ntur, addita c ad αὐλή, (ut quidam putant) q non ſolum atrium uel aulā ſed etiā ſtabulū, & omnia ſepta deſignat. Feſtus à Cauo Caulā deriuant, q antiqui ante uſum tectoriū, oues in antra ducebant. Sed uerius ἀπὸ τῶν καυλῶν, nā etiā nunc fiunt ea uiminibus ſepta. Ver. 9. Aen. Ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouili. Cum fremit ad caulas. A ueteribus uero Caula pro quocunque receptaculo accipiebatur. Lucre. li. 6. Diſpergunt animas per caulas corporis omnes.

CAVLESCO, is, {*Creſcere nel gambo, & nelle foglie*}(καυλοῦμαι) in caulem excreſco, caulam produeo, licet quandoque ponatur pro folia producere, unde et Decauleſcere & contrarium, quod ſignificat folijs fieri, ἀποκαυλίζεσθαι. Pli. lib. 19. Raphanus uti iucundior detractis folijs antequam decauleſcat.

CAVLIAS, liæ, (καυλίας) ſuccus ea caule laſerpitij, qui in uaſa coniectus admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Pli. li. 19. ca. 3.

CAVLICVLVS, (καυλίον) diminutiuum à Caulis. Plin. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior, tenerior q; cauliculus.

CAVLINVM, uinum iuxta Capuam prouenies ab agro ita nominatum. Pli. lib. 4. cap. 6. Campania excitauit nuper nouis nominibus auctoritatem ſiue cura, ſiue caſu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in ſuo agro Trebulanis.

CAVLIS, huius Caulis, maſ. gen. {*Il gambo de l'herbe*}(καυλός) in herbis dicitur ipſum robur, ſiue ſtipes: id eſt, ea herbæ pars, unde ſe producūt folia aut ramuſculi. Pli. lib. 18. cap. 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodijs. Similiter in arboribus & in uite Caulis dicitur, ad quē alimentū defertur, quique ſupra terrā exurgit. Radix autē plantæ eſt, unde alimentū attrahitur à terra. Ramus: q à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro: Ex ſarmento caules qui nati ſunt, de his plurimū ualent. Ver. lib. 12. Puberibus caulē folijs. Ponitur & pro quibuſcunque oleribus. Iuuen. Saty. 1. Caulas miſeris, atque ignis emendus. Caulis item in uolucrū pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quo plumea illa lanugo erumpit. Pli. lib. 11. cap. 39. Pennarum, caules omnium auium præciſi non creſcunt, nulli autem renaſcuntur. In animalium quoque caudis dicitur illud, unde pili naſcuntur. Idem lib. 11. Boum caudis longisſimus caulis atque in ima parte hirtus. Quandoque (ſicut docet Seruius) ſumitur pro uirili membro, quandoque pro ferro & pro quolibet haſtili. A Caulis fiunt compoſita, Vnicaulis, & Multicaulis. Idem li. 12. Eſt & illa differētia, q quædā in his multi caulis, ramoſaq; ſunt, ut carduus.

Caulo-

CAVLODES, (καυλώδης) braſſicæ ſpecies eſt, lata habens folia, è caule exeuntia: unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. 20. cap. 9.

CAVLON, onis, (καυλών) oppidum eſt in prima Italiæ fronte apud Locros, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Verg. 3. Aen. Caulonisq́; arces, & nauſfragum Scylaceum. Quanquam ibi Poeta non tam de oppido, quam de promontorio loqui uidetur. Hanc urbem Strabo lib. 6. Pomponius lib. 2. & Stephanus de urbibus Cauloniam (καυλωνίαν) appellant.

CAVMA, atis, {Calore} (καῦμα) Latine calor, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι, quod eſt uror.

CAVNIÆ, (καυνίαι) ſiue Cauneæ, fici genus minutū, quod è Cauno maritima Cariæ urbe aduehebatur. Ci. 2. de Diui. Cum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidā in portu caricas Cauno aduectas uēdēs Cauneas clamitabat.

CAVNVS, {La roza} (καῦνος) Cariæ oppidū maritimū, è regione Rhodi, non procul ab oſtijs Calbis fluuij, æſtate & autumno ad inhabitandū graue, ob calorem & pomorū copiā: ut ſcribit Stra. lib. 14. Ob id Caunij peſtilenti cælo eſſe dicuntur. Hos cum intuitus eſſet Stratonicus citharœdus, homo ſalibus plenus, illum ex 6. Iliad. uerſiculum in eos protulit. Οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. id eſt, Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Colorē uidelicet, quo omnes palebant, ſuggillans. Caunij uero quum hominem inceſſiſſent acrius, q urbē ut morbidā carperet: Ego, inquit, non morbidā dicere auſim ubi mortui ambulant? urbanius multo acriusq́; q̃ prius illudens. Ab hac ciuitate aduehebantur fici, Cauneæ dictę, de quibus dictum eſt in dictione ſuperiori.

CAVO, as, {Cauare, uotare. Boc. Cauo la terra doue men dura le parue} κοιλόω, κοιλαίνω. euacuo, cauum facio. Liu. 1. bell. Pun. Itaque ingens coacta uis nauiū eſt, lintriumq́; temere ad uicinalem uſum paratarum. nouasq́; alias primū Galli anchoantes cauabant ex ſingulis arboribus. Ouid. 1. de arte: Saxa cauātur aqua. Verg. 3. Georg. -Cauatq́; Tellurem, & ſolido grauiter ſonat ungula cornu. Cauator, oris, uerbale: ut, Cauator, arborum picus Martius. Pli. lib. 10. cap. 18. Huius compoſita ſunt, Concauo, Excauo, & Recauo, pen. corr. Ouid. lib. 2. Meta. Eſt locus, in geminos ubi brachia concauat arcus.

CAVPO, onis, gen. maſ. {Hoſte, hoſtiere, tauernaere} (κάπηλος, οἰνοπώλης) cuius fœmininum eſt Caupona, eſculentorum poculentorumq́; uenditor. Vlpian. in l. 1. §. caupona autem. ff. nautæ, caup. ſtab. Caupones autē & ſtabularios æque eos accipiemus, qui cauponam uel ſtabulum exercent, inſtitores'ue eorū. Mart. lib. 1. Non potes, ut cuperes, uendere caupo merum. Cic. 1. de Diuin. Cum duo quidam Arcades admodum familiares iter una facerent, & Megaram ueniſſent, alterum ad cauponem diuertiſſe, ad hoſpitem alterum, &c.

CAVPONA, pen. pro. {Hoſteria, tauerna} (καπηλίς) uocatur tam mulier, quæ uinum & eſculenta uendit, q̃ ipſa taberna uinaria. Cic. in Piſo. Non'ne tibi nos erat pro diē? non ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido? Inde Cauponula diminutiuum. Cic. 2. Philip. Delituit in quadam cauponula, atque ibi ſe occultans, perpotauit ad ueſperum.

CAVPONARIA, {L'arte de l'hoſte} ars cauponandi. καπηλική.

CAVPONIVS, a, um, {Coſa che appartenga à l'hoſte} καπηλικός: quod ad cauponem pertinet, ut ars cauponia. Iuſtin. lib. 1. Iuſſitq́; cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere. Martianus de fund. inſtr. & inſtr. leg. l. pictoris. Et inſtrumento caupono inſtitorum.

CAVPONOR, cauponaris, pen. pro. {Vendere à l'hoſteria} (καπηλεύω) Cauponariam exerceo, uel re aliqua lucri cauſa ad quæſtum abutor. Ennius apud Cic. de Offic. lib. 1. Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.

CAVRIVM Ptolemæo, Luſitaniæ oppidum, alio nomine Caura, uulgò Corra.

CAVROS, (καῦρος) inſula erat, quæ poſtea dicta eſt Andros, deinde Antandros. Plin. lib. 4. cap. 12.

CAVRVS, (ἀργέστης) uentus ab occaſu ſolſtitiali flans, qui & Corus dicitur. Verg. 3. Georg. Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

CAVSIA, (καυσία) regium capitis tegmen apud Macedones. Valerius Maxi. lib. 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua uelatum caput, More Macedonum, habebat. Alibi etiam tenuiores cauſia uſos legimus. Plaut. Perſa: Tunicam, atque zonam, & chlamydem afferro, & cauſiam.

CAVSON, uel Cauſos, {Ardore, calore eceſſiuo} (καῦσος ἢ καύσων) æſtus ſeu ardor. Inde ab Hippocrate Cauſon febris æſtuans appellatur.

CAVSA, {Cauſa, cagione. Pet. Cagion m'e laſſo d'infiniti mali} (αἰτία) proprie dicitur id, ex quo, uel propter quod, uel per quod, uel à quo aliquid fit. Cic. de Fato: Cauſa eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa: ut uulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Et paulo poſt. Nulla igitur earū eſt cauſa, nulla earum rerū ſua ui efficit id, cuius dicitur cauſa. Differt autem Cauſa à Ratione. q cauſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uero ordo gerendorum ex cauſa uiuentiū. Eſt & illud frequens bonis auctoribus. Quid cauſæ eſt? (πῶς δεῖ;) id eſt, negare ne quiſquā poteſt, uel cauſam aliquam afferre? &, Cauſam haud dicam: id eſt, per me licet, non recuſabo. Quatuor autem cauſarū genera ſcripſit Ariſtot. Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit. Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, cauſam cauſarum eſſe affirmat. Per tranſlationem tamen Cauſa dicitur omnis actio, quam in ſenatu uel in foro habemus, δίκη. Vnde tria eſſe cauſarū genera ſcribit Cic. Demonſtratiuum, τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος. Deliberatiuum, τὸ συμβουλευτικόν: & Iudiciale, τὸ δικανικόν. Ex his tamē magis proprie cauſa dicitur, quæ iudicialis eſt: unde & cauſam pro lite ac controuerſia ponimus: ut, Cicero diligenter egit cauſam Milonis. Cic. 2. de Orat. atque in ciuiū cauſis, diſceptationibusq́; diuerſantur. Hinc Cauſidici (ῥήτορες) dicuntur patroni, qui in cauſis iudicijsq́; uerſantur. Interdum Cauſa dicitur occaſio, ἀφορμή. Terent. in Eunu. Iam diu aliquam cauſam quærebat, quamobrem aliquid inſigne faceret. Interdum dicitur excuſatio, ἀπολογία: ut Honeſta eſt cauſa mei diſceſſus. Interdum ratio, λόγος. Ouid. 1. Faſt. Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum. Interdum origo, ἀρχή. unde & quidam cauſam à caſu dictam exiſtimant, q initia & origenes rerum, quæ cauſæ ſunt, caſu eueniant. Nonnulli à chaos, detracta aſpiratione, q confuſa illa materia prima omnium cauſa fuerit. Alij à Græcis καύσεως, quod ardorē, ſeu incendiū ſignificat, q cauſa ſit, quæ nos accendit ad aliquid agendū: Alij à cauendo, q ea ſit, quæ cauet ut aliquid agatur, aut non agatur. Cauſa item pro partibus accipitur. Lucanus lib. 1. Victria cauſa deis placuit, ſed uicta Catoni. Diminutiuum à cauſa eſt Cauſula. Cicero in Orat. Sed quia & priuatas ille pleraſque, & eas ipſas alijs, & paruarū rerū cauſulas ſcripſit, uidetur eſſe ieiunior.

CAVSARII MILITES, (ἀπόμαχοι, οἳ ἐξ αἰτίας τινὸς ἀπολυόμενοι) dicūtur a Liu. lib. 7. qui propter honeſtā cauſam, puta ualetudinem, a militia ſoluuntur, quaſi ualetudinem, ſiue ſontici, aut qui omnino cauſam & miſſionē habebant ex morbo, ſeneƈtuteve: Tertius: inquit, exercitus ex cauſariis ſenioribusq́; a L. Quintio cōſcribatur, qui urbi mœnibusq́; præſidio ſit Sic Cauſaria miſſio dicitur, per quam milites ſoluuntur a ſacramento militari. Vlpianus: Cauſaria inquit, miſſio eſt, quæ propter ualetudinem a laboribus militiæ ſoluit. Cauſarie, aduerb. Martian. in l. milites agrum. §. is etiam. ff. de Re milit. Ideo & ad eum, qui Cauſarie miſſus eſt, poteſt dici pertinere, cū huic quoq́; præmium præſtetur.

CAVSATIO, {Excuſatione} (πρόφασις) prætextus, excuſatio, uel color: quandoq́; ponitur pro uitio interiore, & ægritudine. Pallad. lib. 1. Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſatio.

CAVSATIVVS, a, um, {Quello che da cagione di far qualche coſa} (αἴτιος) quod eſt cauſa ut aliquid fiat, ut, Nimia repletio eſt cauſatiua infirmitatis, quamuis etiam aliquando Cauſatiuum uocetur, quod antecedētem cauſam ſignificat: ſicut & Cauſale, (αἰτιολογικόν) ut Coniunctiones Cauſales, ſeu cauſatiuæ.

CAVSIDICVS, pē. corr, {Auocato. Dante: Quel auocato de templi chriſtiani} (δικολόγος) dicitur patronus, qui in cauſis iudicijsq́; uerſatur. Cic. 1 de Or. Non. n. cauſidicū neſcio quem neque proclamatorē, aut rabulam conquirimus.

CAVSIFICOR {Eſcuſarſi} cauſam dico, excuſationē affero, recuſo. αἰτιολογοῦμαι, σκήπτομαι, Plau. in Aul. Nō cauſificor, quin ego illā habeā potiſſimū.

CAVSOR, aris, deponens, {Eſcuſarſi, narrare il fatto. Pet. Io mi ſoglio accuſare & hor mi ſcuſo} (προσχηματίζομαι) ſignificat rei geſtæ cauſam affero ſeu repeto, & excuſationem adduco Sueton. in Nerone. Cauſatus nondum eſſe fatalem horam. Gell. Negotium ſibi eſſe cauſatur. Verg. Eclog. 9. Cauſando noſtros in longum ducis amores. Cauſari etiam culpare eſt, αἰτιᾶσθαι.

CAVSTICA MEDICAMENTA, (καυστικὰ φάρμακα) ſunt q̃ habent uim cauſticā, id eſt uſtiuā. Plin. lib. 2. cap. 9. Stirpium braſſicæ aridorū cinis, inter cauſtica intelligitur. Martialis: Cauſtica teutonicos accēdit ſpuma capillos.

CAVSTON, (καυστόν) Latine dicitur Vſtile. Plin. Quartum cauſtum ad ellychnia.

CAVTE aduerbiū. {Cautamente, prudentemente, ſcaltritamente,} (πανούργως, πεφυλαγμένως.) prudenter, callide. Plaut. in Curcull. Caute ut incedas uia. Cautim. idem. Teren. in Heau. Sed hæc ita, ut ſunt, cautim & paulatim dabis.

CAVTELA, læ, {Cautela. Bocc. Con molta cautela informatoſi del nome della ſtrada.} pro cautione. Paulus in l. ſi defunctus. §. qui ad communi. ff. de procur. Qui ad communi diuidundo iudicium datus eſt, ad agendū idem, & defendendum uidebitur datus, duplici cautela interponenda. Pompon. in l. quamuis conuenit. ff. de pig. act. Prius idonea cautela a debitore pro indemnitate et pręſtāda

CAVTERES, (καυτῆρες) iidem cum cauterijs, quos Palladius habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit.

CAVTERIATVS, a, um, quod eſt cauterio notatum, (κεκαυτηριασμένος) unde ab Apoſtolo Cauteriata conſcientia dicta eſt.

CAVTERIVM, rii, (καυτήριον) inſtrumentum eſt, quo notæ imprimuntur, et morbi alioqui inſanabiles inuri ſolent. Pli. li. 22. cap. 23. Tempeſtiue etiam datū cauterij uim obtinet: aſſuetis etiam utilius, q̃ expertibus. Præterea Cauteriū in pictorum inſtrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæq́; cōglutinationes concoquuntur: maxime in ea pictura, quæ ἐγκαυστική appellatur, quæ fit carbonibus uuſtis, reſolutis igne ceris. Martianus Titulo de fundo inſtructo, ſic refert: Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaq́; horum legato cedunt: item penicula, & cauteria, & conchæ.

CAVTES, huius cautis, {Saſſi aſperi & grandi} (ῥαχία) fœm. ge. ſaxū aſperum & abruptū. Verg. 6. Aen. Quā ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Cæſar. 3. Bel. Gal. Et ab æſtu derelictæ, nihil ſaxa & cautes timerent.

CAVTIO, onis, {Cautione, ſigurtà} prouidentia quædam, qua auertimus & uitamus ne quid mali nobis accidat. Ci. 4. Tuſ. Quoniam ut bona natura appetimus ſic a malis natura declinamus: quæ declinatio cum ratione fiet, cautio appellatur: eaq́; intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Cautio eſt, locutio frequēs eſt apud Comicos, pro cautione eſt opus, ſiue, cauendum eſt. Terent. in And. Puerum autē ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. Cautiones etiam a Iuriſconſultis uocātur fideiuſſiones, (ἐγγύησις) aut aliæ etiam ſtipulationes quibus nobis cauemus idcſt, ſecuros nos reddimus. Vlpianus l. ſta autē. §. Iulianus. ff. de adminiſtratione tutelæ. Nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus.

CAVTIONALIS, le, adiect. ut, Cautionales ſtipulationes Prętoriæ, apud Vlpi. de Præt. ſtip. lib. 46. Digeſtorum. Prætoriarum ſtipulationum tres uidētur eſſe ſpecies, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et paulo poſt: Cautionales autem ſunt, quæ inſtar actionis habent.

CAVTOR, {Quello che difende gli altri} qui cauet & prouidet alijs: quales erāt Iuriſconſulti & patroni, qui conſultoribus, aut clientibus ſuis cauere ſolent, & uidere ne quid cauſa eorum detrimenti acciperēt. Plaut. in Epid. Iam cautor ipſe captus eſt: Cic. pro Seſt. At ille ſceleratiſſimus, ex omnium ſcelerum colluuione natus, parum ſe fœdus uiolaturum arbitratus, niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet, &c.

CAVTVM EST, ſignificat prouiſum eſt, ὑπείρηται, διείρηται.

CAVTVS, {Cauto, prouidente. ſicuro ſcaltrito, accorto} prudens circūſpectus, et qui ſibi ſcit cauere. εὐλαβής, φρόνιμος, πεφυλαγμένος. Terent. in Phormio. Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. Nonnunquam pro re cui cautum. Cic. pro Cæc. Quo res mulieri eſſet cautior. Vnde incautus, (ἀπερίσκεπτος) qui neſcit ſibi cauere. Liu. lib. 3. In incautum hoſtem decumana porta erupit.

CAVVS, a, um, {Voto, cauato, concauo} (κοῖλος) proprie concauum, uacuum: ut Chaos, quod quaſi uorago quædam erat inanis. Verg. 3. Aen. -Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo.

CAVVS, {Luogo cauato, buco} (κοίλωμα) ſiue Cauum, locus cauatus, ſeu concauus. Varro. Facere his cauos oportet laxiores, ubi pullos parere poſſit. Col. ſcribit Cauum eſſe locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut eſſet. Hor. 1. Epiſt. Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti. Pl. li. 10. c. 18. Pullos in cauis educant auium ſoli. Cauaticus, a, um: ut Cauaticę cochleæ. Pl. lib. 30. ca. 6. Sunt Balearicæ, quas cauaticas uocāt, quoniā in ſpeluncis naſcuntur

CAYCVS, uide Caicus.

CAYSTER,(καΰστρος Stephano)fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, cygnis abundans:qui multos amnes ſecum deferens Epheſum abluit. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίεσθαι:quod eſt,amburi,quoniam propinquus ſit Catacecaumenæ: quæ para eſt Epheſiæ prætorridæ & deuſtæ,fertilis nulla,præter uitē,arbore,ſed uino ꝓſtantiſsimo,quod Vitruu.& Pli. Catacecaumeniten ea hac origine denominãt. Hinc Cayſtranus campus,καϋστριον πεδίον. Strabo.li.13. Poſt egreſſum Cayſtri amnis,lacus eſt Seleuſius cognomine,in alterũ ſtatim lacum influens. Vergil.1.Georg. Et quæ Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

CAYSTRI CAMPI,(καΰστρια πεδία Stephano) cāpi ſunt fœcundiſſimi ſub Sardibus,Lydorũ urbe,Cori & Hermi cãpis cõtingui:ita dicti a Cayſtro uicino fluuio. Verg. Cayſtri prata uocat,li.1.Geor. Vide plura apud Stra.li.13.

CAYSTRVS,(καΰστρος)oppidum eſt Ciliciæ mediterraneum, teſte Ptolemæo lib.5.cap.8.

C ANTE E

CE,ſyllabica adiectio eſt:de qua uide infra in particula Met.

CEA,ſiue **CEOS**,(Ζέα)utroq; enim modo appellari auctor eſt Pli.li.4.c.12.) inſula eſt ſub Eubœa,bombycinarũ ueſtium textrinis olim nobilitata. In hac.n. inſula Pamphila Latoi filia prima adorta eſt bombycũ telas retorquere, casq; rurſus texere,ut teſtatur idem Pli.li.11.ca.22. Hinc Cęę ueſtes dictæ ſunt, quæ in hac inſula ex bombyce tenuiſſimæ texebantur in uſum fœminarum. Proper. Et tenues Cea ueſte mouere ſinus: Ptolemæus hanc inſulam Ciam appellat, ut hodie quoq; uulgus nautarum. Vrbes olim habuit tres Carthæam, Iulidem, & Careſſum.

CEAOVS,(κέαδος)Ciconum rex fuit pater Trœzeni,& auus Euphemi : cuius meminit Home.2. Iliad.

CEBES,etis,(κέβης)Thebanus fuit Philoſophus,cuius etiam hodie extant Dialogi,quibus ille duplicem humanæ uitæ ſpeciem in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam,& Laertium.

CEBRENIA.(κεβρηνία)regiuncula eſt Troadis cum oppido eiuſdem nominis,non procul a Scepſi: cuius meminit Pli.li.5.ca.30. Sit & Cebrenia in Thracia,dicẽte Strabone lib.13. Eſt Fluuius quidam Ariſtus in Thracia,prope quẽ Cebrenii Thraces habitant. Multa enim apud Troes,& Thraces eiſdem nominibus appellantur:ut Scæi Thraces quidam,& Scæus amnis,& Scæus murus & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces,& Xanthus Troię fluuius. Item Rheſus apud Troiam fluit. Rheſus etiam Thracum rex fuit. Dicta eſt autem Cebrenia uel ab amne Cebrine(ut ex ſententia Herodiani refert Stephanus) uel,ut alii malunt,à Cebrione Priami Notho: quanquam Straboni magis placet, Cebrionem potius a Cebrenia, uel(ut apud eũ legitur)Cebrenia urbe nomen accepiſſe. Cebrenis,huius Cebrenidis,(κεβρηνίς)fœmi. Patronimicum. Ouid. 11. Metam. Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa. Cebrenus,pen.pro.(κεβρηνός)nomen gentile. Auſonius: Sic qui uænalis tam longa ætate Cebrenus Non habet emptorem,ſit tibi pro pretio.

CEBRIONES,(κεβριόνης,)filius fuit Priami ſed illegitimo thoro natus,qui a Patroclo ſaxo ictus,interiit. Ilia.π.

κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος πριάμοιο.id eſt,
Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

CECINNA,fluuius eſt Tuſciæ,ad Volaterras, auctore Pomponio lib.2. & Plinio lib.3.cap.5.

CECINNA,prænomine Aulus,eques Romanus fuit,ex municipio Volaterrano,Ciceronis familiaris,& ab eo in cauſa quadam hereditatis defenſus,de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli ciuilis non contentus Pompeii partes ſequi,edito etiam in Cæſarem libro acerrime eum inſectatus eſt ut eſt uidere apud Ci.in Epiſt. Famil. Scripſit & librum de fulminum procuratione,quẽ Seneca ſe fatetur imitari. Fuit etiam Cecinna quidam ex Octauii Cæſaris ſcribis,cuius meminit Ci.in Epiſt.ad Atticum. Cecinna item alius fuit,ex Vitellii ducibus,qui apud Bebriacũ cum Othonianis fœliciter dimicauit. Meminit,& Sueton.in Tito cuiuſdam Cecinnæ,qui ob ſuſpicionem coniurationis ab Imperatore ad cœnam inuitatus,per proditionem interfectus eſt.

CECROPS.(κέκροψ)primus Athenienſium rex,qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas inſtaurauit. Hinc.

CECROPIVS,cecropia,cecropium,(κεκρόπιος)poſſeſſiuum Vergil.lib.4. Georg. Cecropias innatus apes amor urget habendi. Et Cecropia,oppidum a Cecrope conditore:nunc eſt arx Athenis. Pl.li.7.ca.56. Oppidum, inquit, Cecrops a ſe appellauit Cecropiam,quæ nunc eſt arx Athenis.

CECROPIS,idis,(κεκροπίς)patronymicum fœmininum.

CECROPIDÆ,(κεκροπίδαι)Athenienſes dicti ſunt,a Cecrope rege. Oui.7 Metam. Phocus in interius ſpatium,pulchrosq; receſſus Cecropidas duxit.

CECRYPHALEA,pen.pr.(κεκρυφάλεια)promontoriũ,ſeu inſula Peloponneſi,iuxta quam Athenienſes ab Aeginetis prælio ſuperati fuerunt. Stephan.

CECVBVM. Vide Cæcubum.

CEDAR,(κηδάρ)regio Arabiæ,ut apud Eſaiam: Auferetur omnis gloria Cedar. Nam(ut inquit Hieronymus)ex Iſmaele Cedar,& Agareni,qui peruerſo nomine Saraceni uocantur,generati dicuntur.

CEDITIÆ TABERNÆ,ædificia quędam Romæ,ita dicta a domini nomine,qui Ceditius uocabatur.

CEDO,cedis,ceſſi,ceſſum,(παραχωρῶ)& Cedo,cedite. Vide Cædo.

CEDRAS,(quod hic pro Cariæ oppido corrupte legebatur)uide Cedreæ.

CEDREÆ,(κεδρέαι,)Cariæ oppidum,cuius incolæ Cedreatæ,& Cedræi appellantur. Stephanus.

CEDREI,Arabiæ populi ſunt Canchleis,& Nabathæis finitimi:quorum meminit Pli.lib.5.cap.11.

CEDRELATE,tes,fœmin.gene.(κεδρελάτη)genus cedri. Pli.li.24. cap.5. Cedrus magna,quam Cedrelatam uocant,dat picem,quæ Cedria uocatur,dentium doloribus utiliſſimam.

CEDRIVM,pix liquida,& primaria quæ ex teda excoquitur. Pli.lib. 16. cap. 11. Pix liquida in Europa e teda coquitur naualibus muniendis, multosq; ad alios uſus. Lignum eius conciſum,furnis undiq; igni extra circundato,feruet primus ſudor aquæ modo canali fluit. Hoc in Syria Cedrium uocatur,cui tãta uis eſt,ut in Aegypto corpora defunctorum eo perfuſa ſeruentur.

CEDRIA,(κεδρία)pix eſt,quæ cedrelate,hoc eſt ex maiore cedro defluit. Plini lib.29.cap.3. Scabiem corporum,ac pruritum oleo & cedria miſtis tollunt. Vide Ruel.lib.1.cap.62.

CEDRIDES,pen.cor.(κεδρίδες)fructus cedri,ſicut Daphnides, fructus lauri. Plin.lib.24.cap.5. Cedrides,hoc eſt fructus cedri,tuſſim ſanant, urinã ciunt.

CEDROPOLIS,(κεδρόπολις)oppidum in Caria:à quo Cedropolitæ.

CEDROSTIS,(κέδροστις)uitis alba,quam nonnulli Ampeloleucen uocant. Pli.lib.23.cap.1. Vitis alba,quam Græci Ampeloleucen,alii Ophioſtaphylon, alii Melothron,alii Pſilothron,alii Archezoſtin,alii Cedroſtin,alii Madon appellant. Hæc & Brionia à Dioſcoride appellatur.

CEDRVS,(κέδρος)arbor eſt perpetuo uirens, iunipero non abſimilis, radicibus raris,per ſumma terræ diſperſis,folio duro,acuto mucrone,capillato,& ſpinoſo,ligno contorto,nodoſo,medulla rubente odorata,baccis myrti, flauis,odoratis & eſculentis,nouo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatiſſima in Creta naſcitur,item in Africa,& Syriæ montibus. Cedro ęterna materies,cariem non ſentiens:unde claſsibus & domorum tectis ędificandis in primis eſt idonea Plinius duo cedri facit genera, maioris & minoris diſcrimine: minorem rurſus in duas ſecans ſpecies:quas Lyciam appellat, & Phœniciam, utramq; iuniperi ſimilitudine,ſed foliis differentē. Nam quæ acutũ,ſpinoſum,et durum habet folium Oxycedrus nominatur. Altera odore præſtat. Maioris itē cedri duo facit genera. Nã quæ floret,fructũ non fert:fructifera nõ floret, ſed in ea antecedentē fructũ nouus occupat. Cedrus in Cypro maxima naſci traditur centum triginta pedũ longitudine,craſſitudine autem ad quinum hominum cõplexum. Vide plura de hac arbore apud Pli.li.13.ca.5. Ver.2.Geor. Dant alios aliæ foetus,dant utile lignum Nauigiis pinos domibusq; cedrum,atque cupreſſos. Vitru.lib.2. Auctor eſt,ex cedro oleum naſci, quo libri, aliæ've res perunctæ,à tineis & cariæ non læduntur. Ad quod pertinere uidetur illud Perſii Saty.1. Et cedro digna locutus. Item illud Ouid.1.Triſt. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Hinc fit nomen poſſeſſiuum Cedrinus,a, um,(κέδρινος) quod eſt ex cedro Plin.lib.13.ca.5. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus,Seleucia aduectus. Cedratus,a,um,cedrino oleo perunctus. Plin.lib.13. cap.13. Et libros cedratos fuiſſe,propterea arbitrarier tineas non tetigiſſe.

CELADON,pen.corr.(κελάδων) amnis eſt ignobilis, in Alpheum influens apud Strabonem lib.Geogr.8. Eſt etiam Celadon nomen unius ex iis, qui una cum Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Perſeo uim inferre conati, perierunt. Ouid.5.Metam. Occidit & Celadon Mendiſius,occidit Aſtreus.

CELADONE,nes,pen.pro.(κελαδώνη)oppidum Locridis, apud Stephan.à quo Gentile,Celadonæus,a,um.

CELADVSA,(κελαδοῦσα)exigua eſt inſula maris Aegæi, Delo proxima,tã anguſto freto ab ea diuiſa,ut catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene,& Artemite dicitur. In hac Delii mortuos ſuos ſepeliebant, religione ſcilicet prohibiti,ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem Belli Peloponneſiaci lib.4.& Plin.lib.4.ca.12. Sunt item Celaduſæ, paruæ aliquot maris Adriatici inſulæ,Liburniæ adiacentes: quarum meminit Pli.li.4.ca.26.

CELÆNÆ,arum,(κελαιναί)collis eſt Aſiæ proprie dictæ, in quo urbs fuit eiuſdem nominis,ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellauit. Auctor Strabo lib.11. Plin. uero lib.5.cap. 29. Celænas eaſdem facit cum Apamia. Tertius(inquit) conuentus Apamiam uadit,ante appellatam Celænas. Circa hanc urbem fluit. Marſyas amnis: ibiq; uolunt Poetæ Marſyam tibiarum cantu cum Apolline certaſſe. Celænas item alias collocat. Plin.lib.5.cap.32. in ea parte Aſiæ,quæ Phrygiæ ſuperioſa eſt, iuxta Andriam, Ancyram,& Coloſſas.

CELÆNO.(κελαινώ)cum diphthongo,fuit una ex harpyis. ἀπὸ τοῦ κελαινοῦ, hoc eſt à nigredine ita appellata. Verg.3. Aen. Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno Infiligis uates.

CELATIM.{Aſcoſamente.celatamente}(κρυβδόν) aduerbium idem ſignificans,quod clam,uel abſcondite. Gel.lib.12.cap.15. Siſennam citans li.6. Hiſto. Quam maxime celatim poterat,in inſidiis duo diſponit.

CELASTRVS,Theophraſto,arbor eſt æterna frondens coma,cultura degenerans,& omnium tardiſsime fructus ſuos perficiens: uſus eius ad baculos,& ſcipiones accommodatus. Vide Ruel.lib.1.cap.63.& 138.

CELEBRESCO,celebris fio. εὐδοκιμῶ. Accius : Et qualiſcunque fama celebreſcat tua. Ex Nonio.

ÇELEBRIS,& hoc celebre,uel Celeber,bris,bre,{*Famoſo,celebre. Sannaz. La ſepultura tua famoſa e celebre*}(ἐνδοξος περιβόητος,εὐδοκιμώτατος) pen. cor. diſtinguitur à frequēti,ꝗ frequens dicatur creber,ſiue de loco, ſiue de re animata:ut Frequens miles.frequens ſenatus:id eſt,creber,copioſus, multus: Frequentes domus:id eſt,crebræ,multæ. Aliquandu dicitur quod ab aliis, frequentatur:ut,Frequens templum,in quod multi conueniunt. Vnde & Infrequens,parum frequentatum:ut,Infrequēs forum,in quod pauci uel rari cõueniunt. Phœnix infrequens auis:id eſt,quæ rara reperitur. Cic.ad Q.Fr. Sum Romæ infrequens. Celebris uero idem eſt quod clarus, & famigeratus & qui in omnium ore uerſatur. Cic.de Diuin. Nunquam illud oraculum tam celebre, aut tam clarum fuit. Sæpe etiam accipitur pro frequenti, & hoc paſſiue tam ad rem, ꝗ̃ ad perſonam relatum. Auctor ad Heren.lib.2. Locus quæritur celebris 'ne ſit,an deſertus.i.qui celebratur. Hinc Celebritas,(πολυπάθεια)frequentia.& hominũ cœtus. Cic. Att. Odi celebritatem:fugio homines,lucem aſpicere uix poſſum. Interdum celebritas idem eſt quod famæ claritas,qua apud multos innoteſcimus. Idem pro Archia: Hac tanta famæ celebritate cum eſſet abſentibus notus, Romam uenit. Cice.3. Offic. Itaque nos,qui in maxima celebritate,atque in oculis quondã ciuiũ uiximus,nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominũ, &c.

CELEBRITER,{*Honoratamente*}aduerbium(ἐπιφανῶς),cum celebritate, cultu,& honore.

CELEBRO,as,{*Celebrare*}φοιτάω.frequento. Ci.4 de Orat. Q.Mutii ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. Eſt item Celebrare, idem quod prædicare,& illuſtrare ἐπιφανῆ ποιεῖν. Cic.pro Rab. Hæc mira laus eſt, quæ non poetarum carminibus,non annalium monimentis celebratur,ſed prudentiũ iudicio expenditur. Hinc Celebrare laudibus, ἐπιφημίζειν.δοξάζειν:& Virtutũ celebritatē,ἑορτὴν.εὐφημίαν.ἐπιφάνειαν dicimus Item Celebriorē,& Celeberrimum,pro illuſtriore,& illuſtriſſimo Celebrare ludos,eſt cum celebritate quadã ludos facere. Cic.6. Philip. Ludi Apollinares incredibili M.Bruti honore ce-

re celebrati. Celebrare diem feſtum (ἑορτάζειν) eſt feriari. Idem in Catil. Quapropter Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis ueſtris. Celebratio, onis, uerbale, celebrandi actus. Cic. ad Att. lib. 15. De celebratione ludorum Bruti tibi aſſentior. Celebratus, nomen ex participio. Cic. 2. Philip. Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium uerſari.

CELEGERI, Mœſiæ, quæ Pannoniæ iungitur, populi. Auctor Plin. libr. 4. cap. 26. in deſcriptione Mœſiæ.

CELENDRÆ, arum, oppidum Ciliciæ, cum portu eiuſdẽ nominis, apud Strabonem lib. 14. & Pomponium Melam lib. 1. in Ciliciæ deſcriptione, Luca. lib. 8. Sequitur pars magna ſenatus. Ad profugum collecta ducem, paruiſq; Celendris, Quo portu mittuntq; rates, recipitq; Selinus.

CELEIA, {*Ceglia*} Norici oppidum. Plin. lib. 4. cap. 24. uulgò Cilia.

CELER, celeris, {*Preſto, ueloce. Pet. Ma com'hor preſto à quel ch'io bramo e ſpero*} ταχύς. idem eſt quod uelox. Cic. ad Octauium: O miſeram, & in breui tã celerem & tam uariam Reip. commutationem. Horat. lib. 1. Epiſt. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatum celeres, agilem grauumq; remiſſi. Hinc Celerrimus ſuperlatiuum: pro quo uetuſtiſſimi dicebant Celeriſſimus. Mantilia in Iliade apud Priſcianum: Celeriſſimus aduolat Hector.

CELERINI, citerioris Hiſpaniæ populi ſunt ſupra Braccaras & Gronios: quorum ager Auo fluuio irrigatur, ut indicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

CELERO, celeras, pen. cor. {*Far preſto, affrettare*} ταχύνω. celeriter aliquid facio. Verg. 9. Aen. Tum celerare fugam, patriaq; excedere ſuadet. Hinc Accelero compoſitum de quo ſupra ſuo loco.

CELERITAS, atis, {*Preſtezza, uelocità*} (ταχύτης) uelocitas. Cice. 7. Verr. Hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate.

CELERITVDO, idem ſignificat. Varro 3. de Re Ruſt. Lucius Aelius putabat dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

CELERIPES, pedis, {*Veloce*} (ὠκύπους) qui leuis eſt pedibus. Cic. ad Att. li. 9. Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Saluius dixerat.

CELERITER, celerius, celerrimè, aduerb. {*Velocemente*} (ταχὺ) uelociter. Cæſar. 5. bel. Gal. Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. 2. de Fin. Celerrimeq; multa ſimul agitantem. Celeranter, idem quod celeriter. Accius apud Nonium: Sed quis hic eſt, qui matutinum curſum huc celeranter rapit? Celeratim, aliud aduerbium, pro celeriter. Siſen. hiſto. lib. 5. ut citat Nonius: Quo magis celeratim poterat, in inſidiis ſuos diſponit.

CELETES, (κέλητες) pen. pro. uocantur equi, qui ad curſum ſoli adhibẽtur, ſine bigis, uel quadrigis. Latinè dicũtur Deſultorij, quòd ex his facile deſilitatur. Pli. lib. 34. ca. 5. uidetur Celetas poſuiſſe pro ſtatuis equeſtribus. Equeſtres (inquit) ſtatuæ Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant in ſacris uictores: poſtea uero & qui bigis & quadrigis uiciſſent. Celetes item dicebantur nauigia actuaria, quæ unico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appellant. Hinc Celetizontes (κελητίζοντες) à Græcis dicuntur æquitaſtes, et equum celerem regentes. Qua uoce uſus eſt, & Plin. lib. 35. cap. 8. Hegiæ (inquit) Minerua, Pyrrhusq; rex laudatur, & celetizontes pueri.

CELEVSMA, {*Grido unito di piu perſone*} (κέλευσμα) clamor nautarum & aliorum, cùm uno aliquid iubente, omnes uniformiter reſpondent, quaſi ſibi inuicem iubentes. Martial. lib. 3. Quorum per uada tarda nauigantes Lentos ſingitis ad celeuſma remos.

CELEVSTES, celeuſtæ, maſculini gener. (κελευστής) qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator: qui à Plauto Latine Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco Celeuſmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

CELIA, potus ex frugibus confectus, qui Hiſpanis præcipuè in uſu erat, ſicut ceruiſia Gallis. Plin. lib. 22. cap. ult. Eſt item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strabo libr. 4. & Ptolemæus lib. 3. cap. 2.

CELLA, {*Cella. Pet. Qual cella di memoria in cui s'accoglia*} dicta eſt, quòd in ea celentur, quæ eſſe uolumus occulta. Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponuntur: quamuis propriè ἀποθήκη cella uinaria ſit. Cice. Att. li. 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidẽ ego totam uillam, cellamq; tradidi. Capit autem Cella ſignificationem, pro ratione adiectiuorum, quæ illi iunguntur: ut Cella uinaria, οἰνών: Cella olearia, ἐλαιών. Cella farraria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cella libraria, Cella caſearia. Deni que omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cic. de Senect. Semper n. boni aſſiduiq; domini referta eſt Cella uinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Terent. Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Ver. item 4. Geor. fauorum cauernas (κυψέλας) Cellas uocant, cum ait: Diſtendunt nectare cellas. Item loca in quibus lauamur, aut ungimur in baloeis Cellæ dicuntur. Vnde Caldariã cellã, frigidariam, & tepidariam dicimus. Cella item pars tẽpli erat ſacratior, in quam ingredi cuiuis fas non erat, ἄδυτον. Vnde apud Gel. legitur. Scipionem in Capitolium ſæpe ueniſſe, iuſſiſſeq; cellam Iouis aperiri, ibiq; ſolũ demoratum fuiſſe. Liu. lib. 3. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret caul.

CELLARIA, {*Cantina, canoua del uino*} locus ubi conditur uinũ, οἰνών. Plau. in Mil. Ego eĩcitur cellaria. Et Cellaria (ταμία, Home.) quæ præeſt cellę. Idem in Mil. iampridem, quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria.

CELLARIVM, rij, {*Repoſtiglio*} (ταμεῖον) uidetur ea figura dici, qua Granarium, Penarium, ut pro cella ac repoſitorio accipiatur. Hanc & Cellam promptuariam, ſeu Promptuarium appellant, in qua conduntur, & ex quo promuntur ad uictum neceſſaria. Plin. lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quàm iſtorum cellaria. Idem & Penarium, & Penaria, ſcilicet penuaria cella à penu nuncupatur. Cic. in Ver. M. Cato ſapiens cellam penuariam Reipub. noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Huius diminutiuum eſt Cellariolum.

CELLARIVS, {*Prepoſto alla menſa, diſpenſiere*} (ταμίας) qui in cella prapoſitus eſt penui promendo, uel condendo. Colu. Vt cibus & potus ſine fraude à cellario præbeatur. Plaut. in Capt. Prome quoduis, te facio cellarium. Hunc etiam Promum condum appellabant. Plaut in Pſeu. Promus & condus ſum, procurator peni. Auſo. Promusq; quàm condus magis.

CELLARIS, re, adiect. ut Columbi cellares. Col. lib. 8. cap. 8. Hac eadem ratione palumbos, columbosq; cellares pinguiſſimos facere continget.

CELLO, is. ſiue diphth. Antiquiſſimis in uſu fuit procedo: nunc compoſitis tantum utimur, Excello, & Præcello, quæ ſignificant excedo, & antecedo. Vide in dictione Cællo.

CELO, as, {*Aſcondere, appiatare Pet. Piu non aſconde ſue bellezze noue*} (ἀποκρύπτομαι, κρύπτω) abſcondo, clam habeo. Cõſtruitur modo cum uno dũtaxat accuſatiuo. Cic. 1. de Natu. Deo. Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos. Modo cum duobus. Plaut. in Bacch. Aedepol feciſti furtum ætatis malã, cum iſthæc flagitia me celauiſti, & patrem. Eodem modo Græci ἀποκρύπτομαί σε τὸ πρᾶγμα. Interdum loco unius accuſatiui habet datiuum. Terẽt. in Phorm. Si hoc celetur patri, in metu ſum. Modo cum ablatiuo mediante præpoſitione. Ci. Treba. Sed Baſſus noſter de hoc me libro celauit. At cum paſſiuè ponitur, res ſiue perſona, quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Teren. in Eun. Vbi ubi eſt, diu celari non poteſt. Celatus, participium. Cic. pro Cluẽ. Non eſt profecto de illo ueneno celata mater: nihil eſt ab Oppianico, ſine conſilio mulieris cogitatum.

CELOX, {*Fregata*} (κέλης, κελήτιον) nauigii exigui genus fuit, quod uno remorum ordine agebatur: à celeritate nomen habens. Pla. in Aſin. Quo hanc celocẽ conferam. Apul. lib. de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii inuenerunt.

CELSENSES, populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, apud Pli. lib. 3. cap. 3.

CELSVS, plagiarius, fuit Horatii tẽporibus, qui ueterum poetarum ſcripta ſuppilabat: quem ſic notat lib. 1 Epiſt. ad Iulium Florum ſcribens: Quod mihi Celſus agit monitus, multumq; monendus, Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo: Ne, ſi forte ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Fuit & Cornelius Celſus, uariæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricã multo quàm antea diligentius explicauit, & de re militari diligentiſſime ſcripſit: nullumq; pene diſciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad noſtra tempora nihil peruenit præter octo elegantiſſimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

CELSVS, celſa, celſum, {*Alto, ſublime, eccellente*} (ὑψηλός) altus, ſublimis, excellens. Pli. li. 13. ca. 24. Firmiores, celſioresq; infantes fore. Ci. 2. de Nat. deo. Quę primum eos homo excitatos, celſos, & rectos conſtituit. Deducũ quidam uolunt hoc nomen à Cello antiquo uerbo. Feſtus à Græco κέλης, quod qui equo uehũtur, ſublimes ſint. Hinc Celſitudo, inis. pro excellentia, ἐξοχή.

CELSITAS, tatis, {*Altezza*} (ἐξοχή) altitudo, excelſitas. Cic. in Offic. Celſitas animi & magnitudo.

CELTÆ, (κελταί) populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, ſi Appiano credimus. Pomponius Mela li. 3. Populorũ Comatæ Galliæ tria ſumma nomina ſunt: terminantur fluuiis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanã Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. A Celtis etiam Celtiberi Hiſpaniæ populi originem traxiſſe creduntur, qui cum ueniſſent ad Iberum Hiſpaniæ fluuium, ibiq; conſediſſent, aſſumpto ad nomen ſuum fluuii nomine, iuxta quẽ conſederant, Celtiberi (κελτίβηρες) dicti ſunt: & regio eorum Celtiberia. Luca. li. 3. Profugiq; à gente uetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi. Inde Celtibericus, a, um. (κελτιβηρικός) nomen poſſeſſiuum: ut, Bellum Celtibericum.

CELTIACA, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ in conuentu Hiſpalenſi, ut ſcribit Pli. lib. 3. cap. 1.

CELTICA, (κελτική) tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluuios ſita. Pli. li. 4. ca. 17. Gallia, (inquit) Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maxime diſtincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunenſis. Inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania, Armorica ante dicta.

CELTICVM, (κελτικόν) promontorium eſt Hiſpaniæ citerioris, in Gallecorũ tractu, in Oceanum, Occidentem uerſus, quàm longiſſime excurrens: idem cum eo quod Ptolemæus Nerium, & uulgus nautarum hodie Finem terræ appellat. Vide Pomp. Mel. lib. 3.

CELYDRVS, lege Chelydrus.

CEMA, Narbonenſis prouinciæ fluuius, ex Alpium monte Cemeno profuſus, Pli. lib. 3. cap. 4.

CEMELION, oppidum liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 5.

CEMENVS, (κίμμενος ὄρος) mons Narbonenſis Galliæ, non procul a Varo fluuio, ex quo Cema amnis profunditur: Vnde & montis nomen factum uidetur. Vide Pli. lib. 3. cap. 4.

CEMVS, (κημός) herba eſt apud Pli. li. 27. cap. 8 cuius deſcriptionem ſe idcirco prætermittere ait, quòd folia in amatoriis uſum habeat. Dioſ. li. 4. eandem eſſe oſtendit cum leontopodio. Cemus autem uidetur appellata ex floris, ſiue calcis figura: quoniam pyxidacula Athenis ita nominabatur, per quam ſuffragia in ſubiectũ uaſculum, quod Cadiſcum uocabant, demitti conſueuerant. Vide Ruel. lib. 3. cap. 130.

CENCHREÆ, arum, (κεγχρέαι) portus eſt Corinthiorum, ad ſinum Saronicũ quemadmodum Lecheẽ alter portus ad ſinum Criſſęum, ſiue Corinthiacũ. Spatium autem inter duos hoſce portus medium, Iſthmus appellatur. Pli. lib. 4. ca. 4. Anguſtiæ, unde procedit Peloponneſus, Iſthmos appellatur. In eo loco irrumpentia è diuerſo duo maria, omnem ibi latitudinem uorant, donec contrario incurſu æquorum tantorum, in quinq; M. paſſ. interuallo, exeſis utrinq; lateribus anguſta ceruice Peloponneſum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini lõgo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo paluſtris tranſuehi prohibet.

CENCHRIS, huius cenchridis, (κεγχρίς) auis ex accipitrum genere, quã Ariſtot. lib. 6. de animalibus ſolam ex adunco genere quaterna, & eo plura oua parere dicit: Pli. li. 29. ca. 6. Turturis fimus albugines extenuat: item cochlearum cinis & fimus cenchridis. dicta Cenchris, quaſi miliaria, Latini a tinnitu uocis Tinnunculum appellant. Eſt itẽ Cenchris ſerpens maculis plenus, Thebano marmori ſimilis. Luc. li. 9. Et ſemper recto lapſurus limite Cẽchris, Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum. Pli. lib. 20. cap. 22. Serpyllum aduerſus ſerpẽtes ef-

ficax, maxime cenchrin, & ſcolopendras.

CENCHRITES, (κεγχρίτης) gemmæ ſpecies, quæ ueluti ſparſis milii granis diſtincta uidetur. Pli. li. 37. ca. 11.

CENCHRIVS, (κέγχριος) fluuius eſt Ioniæ, non procul ab Epheſo, lucũ Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperiſſe. Tacitus lib. 3. de Epheſiorum legationibus ad ſenatum miſſis. Primum (inquit) omniũ Epheſi adiere, memorantes, non ut uulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu grauidam, & oleæ, quę tum etiam maneat, adniſam, edidiſſe numina, deorumq; monitu ſacratum nemus.

CENCHRON, adamantis genus eſt, ꝙ ſit milii magnitudine: κέγχρος enim milium dicitur. Pli. lib. 37. cap. 4.

CENÆVM, uide Cænæum.

CENEVS, Vide Cæneus.

CENINA, Latii oppidum fuit, a Romulo deletum: cuius meminit Pli. li. 3. ca. 5. Rectius Cænina.

CENOMANI, (κενομανοί) fuerunt populi Galliæ Ciſalpinæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 19. quorum caput Brixia fuit. Sunt etiam Galliæ Celticæ populi Andegauis finitimi: quorum etiam meminit Pli. lib. 4. cap. 18. Vulgo les Maceaulx: & regio ipſa Cenomania, uulgo le Maine.

CENOTAPHIVM, {*Sepolchro, auello, depoſito uacuo*} (κενοτάφιον) uacuũ ſepulcrum. κενὸς enim uacuus dicitur, & τάφος ſepulcrum, a θάπτειν ſepelire. Eſt enim ut capſa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorũ. Verg. 3. Aen. deſcribit Cenotaphium ſic: Solennes tum forte dapes, & triſtia dona Libabat cineri Andromache, maneſq; uocabat Hectoreum ad tumulum: uiridi quẽ ceſpite inanem, Et geminas, cauſam lacrimis, ſacrauerat aras. Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium eſſe dicit. Cenotaphiorum autem uſum adinuenit ſuperſtitioſa ueterum opinio; qui credebant defunctorũ animas, ſi honore ſepulcri carerent, ſtygiam paludem tranare non poſſe. Vnde ſacerdotibus inuentum eſt exequiarum genus, quod terræ iniectionem uocabant, ut etiam iis qui naufragio periiſſent, aut quorum corpora haberi non poſſent, iuſta perſoluerentur. Tumulũ itaq; ex ceſpitibus, aut alia materia congerebãt, ubi abſente defuncti cadauere, tanquam præſente, ſolenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Huiuſmodi autem ſepulcrum, in quod nullę illatæ erant reliquiæ, Cenotaphiũ, hoc eſt inane ſepulcrum uocabatur. Suetonius Honorarium tumulum appellat in Claudio: Cæterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quẽ deinceps ſtato die quotãnis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publice ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructũ, cũ corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic uocari poſſunt hodie, quas repræſentationes in anniuerſariis exequiis uocamus Budæus.

CENSEO, cenſes, cenſui, cenſum. pe. co. {*Eſtimare, penſare, giudicare. Pet. Laſſo non ſo che di me ſteſſo eſtime*} (ἀξιόω, τιμάω) ſignificat exiſtimo, puto, arbitror. Terentius Eun. Cenſen' poſſe me obfirmare, &c. Liuius lib. 6. Bell. Pun. Cẽſent eo uenturum obuiam Pœnum. Item conſtituere, deliberare ſententiam dicere, ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nam ſenator cenſet, cum ſententiam dicit de eo, quod ſibi detur: aſſentitur, cum alienam approbat. Cic. in Catil. Quid ſenatus cenſuerit, exponam. Idem pro Flac. Cuius patrem armis pellendum a ſuis moenibus cenſuiſſent. Item Cenſere, ſuccenſere ſignificat. Varr. Ne uobis cenſeam, ſi ad me referetis. Eſt item Cenſeri, (τιμᾶσθαι) æſtimatis facultatibus in cenſum redigi. Boet. in Topic. Quoniam faciendi liberi tres ſunt partes: una quidem, ut cenſu liber fiat. Cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Cenſiti autem dicebantur, cũ bonorum ſuorum cenſum, hoc eſt, ualorem apud Cenſores profitebantur: quorũ etiam nomen à cenſu deductum eſt. Cicero pro Flacco: Verũ eſto, glorioſus fuiſti, uoluiſti magnum agri modum cenſeri, & illius agri, qui diuidi plebi Romanæ non poteſt. Legitur & Cenſus ſum uel fui, in actiua ſignificatione, tanquam à deponente Cenſeor. Idem ibidem: Cenſus es mancipia Amyntæ. Compoſita à Cenſeo ſunt, Accenſeo, Percenſeo, (διεξέρχομαι) quod eſt perfecte cenſeo, numero Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, parteſq; ſi uelimus eius percenſere, uix numero comprehendemus. Recenſeo, quod eſt, enumero: & Succenſeo, ſubiraſcor.

CENSIO, onis. {*Caſtigatione, correttione*} (τίμησις) caſtigatio: unde Cenſionẽ facere dicebantur Cenſores, cum mulctam cuipiam, irrogabant, uel equiti equũ adimebant, uel ſenatorẽ ſenatu mouebant, uel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Pla. in Rud. Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.

CENSIO HASTARIA, uocabatur cum militi mulctæ nomine ob delictũ militare indicebatur, ut haſtas daret.

CENSITOR, oris, uerbale ab antiquo uerbo Cenſio, is, quartæ declinat. idem quod cenſor. Vlpianus in l. forma. §. illam æquitatem. ff. de cenſib. Illam æquitatem debet admittere cenſitor, ut officio eius congruat.

CENSOR, oris, {*Cenſore, correggitore. Bocc. Se di tutti facendo compagno & correggitore*} (τιμητὴς) qui cenſuram gerit. Cenſores magiſtri morum erant, a cenſendo. i. arbitrando dicti, ꝙ illis ſummum arbitrium erat aliorum morũ. Vel à Cenſu, ꝙ quinto quoque anno pop. Rom. cenſum agerent. Varr. Cenſor ad cuius cenſionem. i. arbitrium cenſeretur populus. Ci. 3. de Legi. Ex Leg. XII. tab. Cenſores, populi ætates, ſoboles, familias, pecuniaſq; cenſento: urbis templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia tuento. Feſtus: Cenſores dicti, ꝙ quiſq; tãti ſua æſtimaret, quantũ illi cenſuiſſent: quod non abſurdum uidetur, quia & rerũ & morum cenſores erant. Vnde Plutar. in Aemilio: Cẽſura maxime omnium magiſtratuum reuerentiæ, plurimæ poteſtatis, tum in aliis rebus, tũ maxime ad morum emẽdationem. Nã ſenatores e ſenatu remouere poteſt, equitibus equos adimere, ex plebeiis ærarios facere, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere. Erant autem duo Cenſores, qui quinto quoque anno creabantur. Vide Liu. l. 4. Decadis. 1. ubi docet Cenſores ab agendo populi cenſu nomen fuiſſe ſortitos.

CENSORIÆ VESTES, ἱμάτια τιμητικὰ dicebantur, quibus Cenſores merito uti poſſent.

CENSORIVS, (τιμητικὸς) ad hominem relatum eum ſignificat, qui aliquando cenſura fuerit functus: quemadmodum Conſularem, & Prætoriũ uocamus qui aliquando aut Conſulatum geſſerit, aut Præturam. Ci. 2. de Orat. Quid. n. poterit dicere? Conſularem ſe eſſe hominem & Cenſorium: Et paulo poſt: Id autem committere, uide quam ſit homini turpe Cenſorio. Frequenter tamen iungitur rebus, ut Cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorẽ pertinet & Cenſoria uirgula. Quint. lib. 1. ca. 2. Veteres Grammatici non uerſus modo cenſoria quadam uirgula notare, & libros qui uiderentur falſo inſcripti, tanquã ſubdititios ſubmouere familia permiſerunt ſibi, &c. Cenſorium non eſt. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimẽ cenſoriũ eſt.

CENSVALIS, le. Vlpia. l. forma. ff. de cenſib. Forma cenſuali cauetur, ut agri ſic in cenſum referantur. Vincula cenſualia. Idem ead. l. §. ſi quis inquit. Si quis inquilinum uel colonum non fuerit profeſſus, uinculis cenſualibus tenetur.

CENSVI AGRI, dicebantur, qui emi & uenire iure ciuili poterant. Feſtus.

CENSVM, (quod hic pro Euboeæ promontorio corrupte legebatur) unde Cæneum.

CENSVRA, ræ, {*Correttione, ſeuerità, cenſura, reprenſione*} (τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχή) Cenſoria dignitas, ſicut à Prætore Prætura. Liu. lib. 4. ab urb. Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram grauem eſſe. Accipitur modum pro ſeueritate, correctione, decreto, & lege. Plin. in Paneg. Nam a ita principis, cenſura eſt, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Apud Græcos Cenſuræ genus, δοκιμασία.

CENSVS, us, {*Cenſo, intrata, rendita, tributo*} dicebatur æſtimatio rerum & bonorum facta, ſecundum quam tributa pendebantur. Vnde, cenſum agere, eſt recenſere hominum facultates. Liu. 1 ab urb. Cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio. Cenſus item annuus redditus, & quicquid fortunarũ quis habet, οὐσία τιμητόν. Iuuena. Protinus ad cenſum: de moribus ultima fiet Quæſtio. Cic. 2. de Leg. A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinque uſque ad minam. Vnde qui centum millia æris in profeſſionẽ detuliſſent, Cenſi dicebantur. Cenſus equeſtris conſtabat ex ſeſtertiis quadringentis.

CENSVS, ſi, (τιμηθεὶς) ſignificat eum de cuius bonis factus eſt cenſus. Cic. pro Arch. Eum, qui ſit cenſus, ita ſe geſſiſſe iam tum pro ciue. Capite cenſus, unde ſupra ſuo loco.

CENTAVREA, æ, ſiue Cẽtaurion, rĳ, (κενταύριον Dioſcoridi) herba eſt, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui ea curatus dicitur, cùm Herculis hoſpitis ſui arma pertractanti, ſagitta decidiſſet in pedem. Eius duo ſunt genera, maius, & minus. Maioris radix, quæ ſola in uſu eſt, in Officinis pro rheo Pontico magno errore oſtenditur. Minus uero Centaurion (quod à Plinio Centaurion lepton dicitur, & a nonnullis Limneſion, propterea ꝙ rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet: tametſi à quibuſdam Febrifugia, & Fel terræ dicitur. Verg. 4. Georg. Centaureum appellauit, pen. pro. Cecropiumq; thymum, & graue olentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

CENTAVRETVS, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiſo, equo eius potitus, eum ouans conſcendit. Quod ille indignè ferens, preceps in abrupta deſiliit, unaq; cum ſeſſore eſt exanimatus: ut ex Philarchi ſententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

CENTAVRIS, Plin. tertia eſt centaurĳ ſpecies, cognomento Triorches, eo ꝙ qui eam ſecat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7.

CENTAVRI, {*Centauri*} (κένταυροι) Theſſaliæ populi, ſecus Pelion montem habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factũ eſt, ut à uicinis populis primùm conſpecti, membra partim humana, partim equina habuiſſe crederentur. De horum origine ſic fabulantur Poetæ: Ixionem à Ioue Deorum immortalium menſæ adhibitum, Iunonis amore captum fuiſſe, eamq; de ſtupro interpellaſſe. Quod cùm illa uiro ſuo indicaſſet, Iouem Ixioni nubem ſubieciſſe in uxoris imaginem transformatam, eamq; Ixionem pro Iunone compreſſiſſe, & ex ea Centauros generaſſe: qui inde Nubigenæ dicti ſunt. Cui fabulæ anſam præbuiſſe uidetur, caſtellum nomine νεφέλη, Centaurorum ſedes. νεφέλη enim Latine nubẽ ſonat. Hi cũ in nuptiis Pirithoi uino madentes ſponſam rapere conarentur, à Theſeo et Lapithis partim cæſi, partim in fugam acti ſunt. Iidem & Hippocentauri dicti, ꝙ equis inſidentes, boues œſtro agitatos, ſtimulis ad tecta reuocarint. Eſt enim κεντεῖν ſtimulare & pungere. Centaurorum nomina, qui magis inſignes fuerunt, hæc ſunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Amnæus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem ſuſcepiſſe dicitur hoſpitio. Luca. lib. 6. Hoſpes & Alcidę magni Phole. Eſt etiam Centaurus nauis nomen apud Ver. 5. Aen. Centauro (inquit) inuehitur magna.

CENTAVRVS, (εὔηνος) fluuius Aetoliæ eſt, qui prius Euenus dicebatur, poſt Neſſi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus uocitatur.

CENTENVS, a, um, Plin. lib. 33. cap. 10. Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia. itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut ſæpius dicantur. Verg. 10. Aen. It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctũ Verberat aſſurgens. Hoc eſt, centum ingentibus remis.

CENTICEPS, pitis, {*Di cento capi*} (ἑκατοντακέφαλος) qui centum habet capita. Horat. 2. Carm. Ode 13. Illis carminibus ſtupens Demittit atras bellua centiceps Aures.

CENTENARIVS, & ſimilia in arius, denotant nõ multiplicationem ſui, ſed numerum aliarũ rerum, quæ non nominantur: ut Lapis cẽtenarius, non ꝙ cẽtuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, non ꝙ ſit centumgeminus, ſed ꝙ habeat centum annos. Centenarius numerus gregũ, Var. 2. de Re ruſt. ca. 5.

CENTENARIÆ COENÆ, dicabantur, in quibus lege Licinia non plus centuſſibus. hoc eſt, centum aſſibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Feſtus.

CENTESIMVS, a, um, (ἑκατοστὸς) proprie ordinis numerus eſt ſignificãs poſtremum, uel unum ex centenario. Plau. in milite: Haud centeſimam partem dicam, neque otium ſi ſit, poſſem expromere. Interdum multiplicandi uim habet, & pro centuplo accipitur: ut cùm dicimus, Centeſimum fructum ager attulit: hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. Centeſima fruges, idem. Plin. lib. 5. cap. 4. ita appellatur regio CCL. M. paſſuum fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra.

CENTESIMAS CALENDAS, Iuriſcoſ. uocant centeſimum menſem: unde Centeſimis Calendis aliquid dare, hoc eſt, intra annos octo, et menſes quatuor: ut annotauit Alciatus in parerg.

CENTESIMARE, & Decimare exercitum, caſtrenſia uerba ſunt, pro eo quod eſt centeſimum, uel decimum militem ſupplicio afficere. Solent cum

Imperatores,cum grauius quippiã milites deliquiſſent, eam moderationẽ adhibere,ut neque uniuerſum exercitum delerent , neque facilitate ueniæ alios ad ſimilia inuitarent. Conuocatis itaque uniuerſis, centeſimum aut, ſi uideretur, decimum quemque ſorte proditum ſecuri percutiebant, cæterosq; metu liberabant.

CENTESIMA,æ,(ἑκατοστή)genus uſuræ,quæ centeſimo menſe explet ſortẽ, utpote cum centum librarum ſors ſingulis menſibus libram unam uſuræ parit, hoc eſt,duodecim libras ſingulis annis. Vide Budæum de Aſſe.Cic. Att.lib. 1. Nam à Cecilij propinquis minore centeſimis nummum mouere non poſſum. Plin.Epiſt.205. Proinde prima quaque occaſione mitte, appoſitis quidem uſuris,quas ego(non poſſum parcius)centeſimas computabo.

CENTIFOLIA,roſæ gentis,in Campania potiſſimum prouemens: à foliorũ multitudine ita appellatum:de quo uide Plin.lib.21.cap.4.

CENTIGRANVM,genus tritici:dictum q̃ ferat centum grana. Pli.lib.18. cap.10.

CENTIMANVS,{*Di cento mani*}(ἑκατόγχειρ) qui centum habet manus: qualem fuiſſe Briareum gigantem. Verg.6. Aen.refert.Ouid.3.Meta. Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea. Centimanus Gyges.Horat.2.Carm. Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

CENTINODIA,uide Polygonon.

CENTINVM,{*Saſſorrato*}(κέντινον)Vmbriæ oppidum,apud Ptolemæum lib.3.cap.1. Alij Sentinum ſcribunt per ſ,quibus etiam Plin. ſuffragatur, qui in Vmbriæ deſcriptione Sentinatium meminit.

CENTIPEDA,(ἴουλος)uermis eſt piloſus,multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus Multipeda,ab alijs Millepeda dictus. Differt à ſcolopendra, quæ & minor eſt,& perniciofior,ne me arcuatim ſerpens. Auctor Plin.lib.29.ca.6.

CENTIPELLIO,onis. Plin.lib.28.cap.9.de ceruis. Teſtes quoque eius inueterati,uel genitale maris ſalutariter dantur in uino:item uentres qui centipelliones uocantur.

CENTIPES,(ἑκατόμπους)piſcis eſt alio nomine Scolopẽdra dictus,à terreſtris animum ſcolopendræ ſimilitudine : qui hamo deuorato omnia interanea euomit,donec hamum egerat:deinde reſorbet. Auctor Plin.lib.9.cap.43.

CENTO,onis,{*Schiauina*}(κέντρων,ἐπίσαγμα,σύῤῥαμμα)uelum laneum,lina aut tomento conſertum,quibus olim in bello uti ſolent,ad machinas obtegendas,ne tormentorum ictibus perfringerentur. Cæſar: Centonesq; iniecerunt,ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent,aut ſaxa ex catapultis laterentium diſcuterent. Siſen.lib.3.Hiſto. Aceto madefactis centonibus integuntur. Quidam Centonem capiunt pro ſtraguli genere,quod cubantibus inſterni ſolent. Cato de Re Ruſtic.cap.10.& 11. Culcitras octo,ſtragula octo,puluinos ſexdecim,operimenta decem,mappas tres,centones pueris ſex. Similiter et Macro. Dum ſcropham ſub centonibus iacent ſcribit, ruſticum ſtragulum eſſe declarat. Fieri autem centones conſtat ex pannis diuerſorum colorum, uel lanis in unum condenſatis,atque conſutis. Vnde ad eorum ſimilitudinem Centonem uocant carminis genus ex diuerſis carminum fragmentis hincatque illinc acceſſitis,contextum,quaſiq; conſutum. Greci κέντρωνας uocant. Extant adhuc Homerocentones, ὁμηρόκεντρα, & Vergiliocentones,à Proba Falconia conſuti:item alij ab Auſonio,qui etiam centonum legem praſcribit his uerbis: Variis,inquit, de locis,ſenſibusq; diuerſis quædam carminis ſtructura,ut unum ſoluatur uerſum,ut cocunt, aut cæſi duo,aut unus, & ſequens cum medio. nam duos iunctim locare ineptum eſt.

CENTRONES,populi ſunt,qui inter Alpinas gentes Plin. commemorantur cap.20.lib.3.

CENTRVM,tri,{*Il centro. Dant. Dal centro al cerchio, & ſi dal cerchio al centro*}(κέντρον)punctum ſphæræ,aut urbis mediũ. Apuleius in coſmographia: Cardinem,inquit,mundi(ſic enim dixerim centrum)habet tellus. Cic.1.Tuſcu. Perſuadent enim Mathematici terram in medio mõdo ſitam ad uniuerſi cœli complexum,quaſi puncti inſtar obtinere,quod centrum illi uocant. Centra in marmore,ſunt quidam ueluti duriores nodi,ad claui ſimilitudinem, inimica ferris:qui in interna etiam lignorum parte inueniuntur. Pli.li.16.cap.39. Inueniuntur,& in quibuſdam arboribus,ſicut in marmore centra. Id eſt duritia claui ſimilis,inimica ferris. Et quædam forte accidunt,lapide recepto,aut comprehenſo in corpus,aut alterius arboris ramo. Eſt item centron cryſtalli quoddã uitium, durum & fragile,quod & Salem appellant. Pli.li.37.cap.2. Infeſtantur cryſtalli plurimis uitiis,ſcabro ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando uomica, prædura fragiliq; centro,& ſale appellato. Hinc fit centralis adiectiuum, κεντρικός. Plin.lib.2. Quindecies & pluribus ſuberit,q̃ terra centralis inueniuntur. Centroſus,a,um:ut,Centroſa ſcobs,i.limatura admodum dura, ueluti centrum quod in marmore,uel iunipero inuenitur. Pli.lib.37.cap.7. Adulterantur uitro ſimillimæ,ſed cote deprehenduntur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis,& centroſa ſcobe deprehenduntur, & pondere quod minus eſt uitreis,aliquando puſtulis argenti modo relucentibus.

CENTVM,{*Cento. Pet. Et de gli amanti piu ben per un cento*}(ἑκατόν) nomen numerale & indeclinabile. Cic.pro Mil. His centũ dies penes accuſatorẽ cũ fuiſſent,ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. Accipitur aliquando. Centũ indefinite pro pluribus. Sic,Centũ greges apud Horatium 2.Carm. Ode.16.& Centum iuuenci apud eundem,lib.Epod. Centũ puer artium 4.Carm. Cõpoſita tamen uariantur,ut Ducenti,tæ,ta, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingẽti, Nongenti. Hinc Centenus,a,um:ut,Centena millia. Sic Ducentenus, Trecentenus, Quadringentenus, Quingentenus, Sexcentenus, Septingentenus, Octingẽtenus, Nongẽtenus, Centuplus, Ducentuplus, Trecẽtuplus,& reliqua. Cẽteſimus,& deinceps. Centies quoq; aduerbiũ,{*Cento uolte*}(ἑκατοντάκις) Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcẽties, Septingenties, Octingenties, Nongenties. Centenarius, Decentenarius,&c.

CENTVMCAPITA,(ἑκατοντακέφαλον)herba eſt ex aculeatarum genere. quæ alio nomine Eryngę alba,ſiue Eryngium dicitur,(ἠρύγγιον)caule & radice in cibos a Græcis recepta. Plin.lib.22.cap.8.

CENTVMPONDIVM,pro immani pondere legitur,etiam ſi centum pondo excedat. Plaut.in Aſin. Ad pedes quando alligatus eſt æquorum centumpõdium. Cato cap.13. Cellas duas,trutinam unam, centumpondium incertum unum,& pondera certa.

CENTVMVIRI,{*Il magiſtrato de cent'huomini*}magiſtratus Romę,qui ita iudicabant. Nam cum eſſent Romæ triginta quinq; tribus,quæ & Curiæ ſunt dictæ terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum,& Centumuiri appellati,qui licet quinque ſupra centum fuerint,tamen quo facilius nominarentur Centumuiri dicti ſunt. Feſtus. Cic.pro Cecin. Et hoc loco Scæuolã dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe. Centumuiralis,le.quod ad centumuiros pertinet:ut Iudicium centumuirale. Ci.1.de Ora. Quodquod item in centumuirali iudicio,certatum accepimus. Centumuirales cauſæ,& Centumuiralia iudicia,& Centumuiralis haſta,&c.

CENTVNCVLVS,{*Schiauuetta,Schiauina picciola*}(ἐπιπόκιον)diminutiuum a Cento,pro uili ac ſordido ſtragulo. Seneca li.11.Epiſt. Diuitiũ accepit,in centunculo dormit. Accipitur & pro uiliori operimẽti genere quod clitellis ſubſterni ſolet. Liu.4.ab urb. Multis ſtrata detrahi iubet,binis tantum centunculis relictis. Cẽtunculus item,teſte Dioſcoride,a Romanis uocatur herba quã Græci Gnaphalion,& Chamæzelum uocant. Ratio nominis tracta uidetur a molli foliorum lanugine,qua ad infarciendos centones tomenti inopia ſuppleri poſſet. Vide Dioſ.li.3.ca.112. Pli.autem li.24.ca.15.auctor eſt,Centunculum Italis appellatum fuiſſe tertium clematidis genus roſtratis folijs,ad ſimilitudinem capitis penularum iacens in aruis.

CENTVPLEX,icis,{*A cento doppi*}(ἑκατονταπλάσιον)Plaut.in Perſa. Hæc niſi inde abierit,centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt.

CENTVPLICATO{*Radoppiato cento uolte*}aduerbium. Pli.li.6. cap.23. Quæ apud nos centuplicato ueneunt.

CENTVPLVS,a,um idem quod centuplex.

CENTVRIA,riæ,{*Compagnia di cent'huomini*}(ἑκατοντὰς τάξις, ἑκατοστύς)in re militari centum continet homines,qui ſub uno Centurione ſunt,quod tunc centenarius iuſtus eſt numerus. Cic.2.de Diuin. Primum uide, ne in cuius dixerint,qui rogator centuriæ fuiſſet. Centuriæ in agris,dicebantur ducenta iugera. Centuria a centũ iugeribus uocabatur,ſed mox duplicata nomen retinuit, inquit Col.li.6. Sicut Tribus dictæ,primum a partibus populi tripartitu diuiſi, quæ tamen nunc multiplicatæ,priſtinum nomen poſſident.

CENTVRIATVS,us,nomen(ἑκατονταρχία)dignitas & officium centurionis. Ci.pro lege Manil. Quem enim poſſumus imperatorem aliquo in numero putare,cuius in exercitu ueneant centuriatus,atq; uenierint. Liu.2.bel.Pun. Vbi ad Decuriatum,aut centuriatum conueniſſent.

CENTVRIATIM,(κατὰ τάξεις)ſignificat,per centurias,quemadmodum Tributim per tribus. Cic.pro Flac. Diſtributis partibus tributim et centuriatim deſcriptis ordinibus,claſſibus,ætatibus.

CENTVRIO,{*Centurione, capitano di cento ſoldati*}(ἑκατοντάρχης, ταξίαρχος)dicitur qui centum peditibus præeſt. Cic.pro Marcel. Nihil ſibi ex iſta laude Cẽturio,nihil Præfectus,nihil cohors,nihil turma decerpit. In exercitu autẽ miles Centurioni,Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Cõſuli obediebat:ſed ſeorſum Magiſter equitum ſoli dictatori obtemperabat. Centurio autẽ primæ cohortis dicebatur Primipilus,teſte Plinio. Veteres cum uiderent commiſſo prælio,acies facile turbari,ut hoc incommodum euitarent, cohortes in cẽturias diuiſere,& ſingulis centuriis ſingulos cẽturiones præfecerunt,qui primo Centurioni uocabantur,quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in ſingulis legionibus,ſed prima, quæ reliquas & numero militum et dignitate præcedebat,aquilam habebat,quod præcipuum erat ſignũ Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima cẽturia primipilum uocabatur,q̃ circa ſignum grauis armaturæ conſtituta erat. Centuriæ ipſe primipili Centurio dicebatur,& Primipilus. Hic non modo aquilæ præerat,ſed quatuor centurias,hoc eſt,quadringentos milites in prima acie gubernabat,& tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur,& commoda. Martialis: Grata pudens meriti,tulerit cum præmia pili.

CENTVRIO,centurias,{*Ordinare ſoldati à cento à cento*}(κατατάττω, καταγράφω, καταριθμῶ)in centurias ordino. Ci.ad Quin.poſt reditum. Ego cum homines in Tribunali Aurelio palàm conſcribi,centuriariq; audiſſem. Ager cẽturiatus,qui in ducenta iugera deſinitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducẽta iugera diſtribuit. Et milites centuriati,qui in centurias ordinabantur, τεταγμένοι. Liu.lib.29. Scipio poſtq̃ in Siciliam traiecit, uoluntarios milites ordinauit,centuriauitq;. Centuriata comitia,ut Aſconius ſcribit dicuntur, cum ab omni ſexu,& ætate fertur ſuffragium,quod per centenas turmas diuiſus erat popu.Ro. Hinc Succenturio,a quo Succenturiati dicuntur milites,non primæ, ſed ſecundæ centuriæ,ubi ad inſidiandum maxime collocabantur. Vnde Succẽturiatus dicitur,quaſi in inſidiis poſitus. Terẽ.in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in inſidiis ero hic ſuccenturiatus,ſiquid deficies. Proprie autem Succẽturiare ſignificat,explendæ centuriæ gratia militum numerum ſupplere,uel in locum occiſorum,uel exauctoratorum militum alios ſubſtituere. Gell.elegãter ad cibos tranſtulit,cum in locum ciborum qui auferuntur,alii ſtatim ſubſtituuntur.

CENTVRIONVS,ab antiquis dicebatur,teſte Feſto,qui poſtea Centurio appellatus eſt,ſicut Curionus,et Decurionus,qui nũc Curio et Decurio nuncupãtur.

CENTVRIPE,es,ſiue Centuripe,arum,(κεντόριπαι Ptolemæo) oppidum eſt Siciliæ ſub Aetna monte,Symætho fluuio & Catanæ urbi proximum:ut tradit Strab lib.6. Hinc Centuripini populi,quorum meminit Pli.li.3 ca.8. & Crocum Centuripinum,apud eundem li.21.cap.6.

CENTVSSIS,pecuniæ genus fuit apud Romanos,centum aſſes,ſeu(quod in idem recidit)quadraginta ualens ſeſtertios. Perſius: Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

CEPÆA,Plin.herba eſt ſimilis portulacæ,nigriore radice,ſed inutili,naſcens in littoribus arenoſis. guſtu amara.

CEPE,ſiue Cepa. Vide Cæpa.

CEPHALALGIA,(κεφαλαλγία)generale nomen eſt ad omnes capitis dolores:continetq; ſub ſe Hemicraniam,Cephalæam & ſimiles.

CEPHALAS,(κεφαλάς)promontorium altum & ſyluoſum,maioris Syrtis initium. Strab.lib.ult.

CEPHALEDIVM,Straboni,Cephaledis Plin.oppidum eſt Siciliæ, non procul ab Himera fluuio. Vide Plin.li.3.ca.8.& Strabo.lib.6.

CEPHALOTOMI,(κεφαλοτόμοι)Colchicæ regionis populi. Auctor Pli. lib.6.cap.5.in deſcriptione regionis Colchicæ.

CEPHALEA(κεφαλαία) diuturnus,& inueteratus capitis dolor,æ ſomni,ſ[illegible]

dore, uel odore uehementiore, & nonnunquam a meri potu proueniens. Differt ab hemicrania, quod ea dimidium tantum capitis partem infeſtet, Cephalea totũ caput occupet. Pli. lib. 20. cap. 13. Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & roſaceo illita. Si uero fit cephalea cum farina ordeacea, uel aceto. Sed & Celſus Cephaleam acutum quoddam peſtilensq; malum appellat.

CEPHALENE, {Cefalonia} (κεφαλληνία) Cephalenia. (κεφαλληνίας) cum e longo poſt I, inſula Ionii maris, a Cephalo Amphitryonis ſocio: uel a Cephalo Deionei filio dicta. De hac Strabo lib. 10. Non dubitauere plerique Cephaleniam eãdem, & Dulichium appellare, & Thaphium. Alii Thaphios et Cephalenios eoſdem dixere, & Theloboas, & aduerſus illos Amphitryonem exercitum duxiſſe, aſſumpto ſocio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Inſula deinde Amphitryonem potitum. eam Cephalo tradidiſſe, ab eoq; nomen habuiſſe inſulam. Hinc populi Cephalenes, (κεφαλλῆνες) qui Vlyſſem ad bellum Troianum ſequuti ſunt: ut eſt uidere apud Homerum in Catalogo nauium.

CEPHALOCRVSTES, (κεφαλοκρούστης) uermis, qui in foliis perſici inuoluitur.

CEPHALVS, (κέφαλος) piſcis eſt in metu caput occultans, totum ſe abſconditum exiſtimans: cephalus dictus a capitis magnitudine. Hinc Cephaleus, cephalea, um: ut, Cato cephalea. Luci. li. 1. Saty. Abdomina, thynnia uenientibus priua Dabo, cephalacamq; carnem. Vide Gellium lib. 10. cap. 20.

CEPHALVS. (κέφαλος) Aeoli filius, ſiue ut alii tradunt Deionei, & Aeoli nepos. Hic procrin Erichthei, uel ſecundum Seruium, Hyphili regis filiam uxorẽ habuit ſed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapẽ, & duo haſtilia, omnia, quæ uellet, cõtingentia (erat enim uenator inſignis) dederat. Quapropter uxor ſuſpicans maritum ſuum alterius mulieris amore captum, furtim eum in ſyluam ſecuta eſt, ut experiretur an alteram adamaret, inter uirgulta ſe abſcondit. Laſſus itaq; æſtu laboreq; Cephalus, cum ſe ad uirgulta recepiſſet, ſub arboris cuiuſdam umbra recumbens, auram inuocabat: Quapropter ſuſpicata Procris, pellicem eſſe eo nomine, quam ille uocaret, quo rem omnem melius cognoſceret, propius uoluit accedere. Videns itaque Cephalus uirgulta commoueri, feram ratus, iaculum immiſit, atq; ita inſciens uxorẽ interfecit. Vide latius hanc fabulam apud Ouidium. 7. Met. Hunc poſtea ab Aurora raptũ, idẽ Ouidius auctor eſt li. 3. de Arte amandi. Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori. Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ. Neq; tamen deſunt, qui a Ioue in lapidem conuerſum tradunt. Alter fuit Cephalus, Athenienſis orator, qui primus procemia & epilogos induxit. Auctor Suid. Huius Cephali Aeſchines et Demoſthenes in orationibus aduerſarus meminerunt.

CEPHENES, {Calauroni} (κηφῆνες) recentes fucorum foetus, cum formam capere coeperint. Pli. li. 11. cap. 16. Rex apum ſtatim mellei coloris ut electo flore ex omni copia factus: neq; uermiculus, ſed ſtatim pennige. Cætera turba cũ formam capere coeperit, nymphæ uocantur, ut fuci ſirenes, atq; cephenes. Cephenes item fuerunt Aſiæ populi, qui poſtea a Perſe Iouis & Andromedes filio Perſæ appellati ſunt. Auctor Herodotus lib. 7.

CEPHEVS. (κηφεύς) teſte Ouidio, Aethiopum rex fuit, Andromedæ pater quã Perſeus periculo liberatam, uxorem duxit. Hic poſtea una cũ uxore Caſſiopea, Andromede filia, & genero Perſe, in coelum trãſlatus dicitur. Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni. Hoc ſidere nati, erunt ſeueri, ſicut Catones. Cepheius, a, um, Ouid. 4. Meta. Cephea conſpicit arua.

CEPHIS, ſtatuarius nobilis, cuius meminit Pli. li. 34. cap. 8.

CEPHISIA, (κηφισία) Attica regio. nam Cecrops Athenarum conditor omnẽ eius regionis multitudinẽ in XII. urbeis digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omneis in unam Athenienſium ciuitatem congregauit. Dicta Cephiſia a Cephiſo amne. Eſt & Cephiſia fons Atticæ, ſicut Latine Gallirrhoe.

CEPHISIS, (κηφισίς) lacus eſt iuxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrũ uocant, q; ſole feruefactum electrum e limo dare creditus iri: ut ex Aſarubæ ſententia tradit Pli. lib. 37. cap. 2.

CEPHISODORVS, (κηφισόδωρος) Athenienſis Tragicus, antiquę tragœdiæ ſcriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. Cephiſodorus item ſtatuarius, Praxitelis filius. Alius præterea inter præcipuos pictores. Pli. 35. cap. 9.

CEPHISODOTVS, (κηφισόδοτος) ſtatuarius apud Plinium lib. 34. Fuit item Cephiſodotus Athenienſium dux, qui rei male geſtæ damnatus, in obſidione Alopeconneſi, quinque talentis mulctatus eſt. Auctor Suidas.

CEPHISVS, pen. pro. (κηφισός) fluuius eſt, per Boeotiam fluens, magna ex parte torrentis inſtar in mare Phalereum ſe condit. Ortum habet in radicibus Parnaſſi montis. Luc. li. 3. Boeoti coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua, &c. Vbi Cephiſi aquas fatidicas dicit propter Themidis oraculũ, fluuio huic uicinum, a quo Deucalioni, & Pyrrhæ, ratio oſtenſa eſt, qua genus humanum poſſet reparari. Cephiſides undæ & Cephiſia ora, apud Ouidiũ. Huius etiam meminit Pli. lib. 4 cap. 7.

CEPHVS, animal e apud Aethiopes, pedes poſteriores humanis pedibus, et priores hominis manibus ſimiles habens. Hoc animal à Pompeio, cũ ludos faceret, in Theatro fuit oſtenſum, & poſtea Romæ non uiſum. Pl. lib. 8. cap. 19.

CEPIDINES, (quod hic corrupte legebatur) uide Crepedines.

CEPINA, ſiue potius Cæpina, (κρομμυών) Columellæ libr. 11. cap. 3. herba eſt hortenſis, eadem cum cæpa. Cæpina (inquit) magis frequenter ſubactam poſtulat terram, quã altius conuerſam. Et paulo poſt: Sed cæpina uel ſæpius, certe non minus debet, quã quater, ſarriri.

CEPIO, nomen Romani ciuis, qui cũ Druſo inimicitias habuit. unde origo ſocialis belli, & ciuilia rerum: ut Aſcon. & Vale. Maxi. teſtantur. Fuere & alii Cepiones. nam & Catonis Vticenſis frater Cepio dictus eſt. Et Cepio Seruilius is cuius culpa Roman. exercitus a Cimbris delctus eſt: quo homine accuſatus damnatusq; in exilio periit. Fuit & Q. Cepio Seruilius, qui de Cilicibus triumphauit. ſed poſtea reus, damnatusq;, in Gemoniis ſcalis manu carnificis laceratus traditur a Valerio Maximo.

CEPIONIDES, gemmæ cryſtallini nitoris: quæ imagines reddunt, ut ſpeculum. Pli. li. 37. cap. 10.

CEPITES, ſiue CEPOCAPITES, gemma cãdida eſt, uenarum nodis coeuntibus candore imaginem referens. Pli. lib. 37. ca. 10.

CEPÆ, Pli. (κῆπος Suidæ) urbs eſt ad Boſphorum Cimmerium, Maleſiorum colonia: cuius meminit & Pomp. lib. 1.

CEPVRICA, (κηπουρικά) Græci appellant, quæ noſtri Hortenſia, olera. ſ. quæ in horto ſeruntur. Vnde Sabinus Tiro librum Cepuricõ ſcripſit, hoc eſt hortenſium, quem Mecœnati dicauit.

CERA, {Cera} (κηρός) ſatis notę ſignificationis eſt, nempe illud, quod melle ex fauis expreſſo, remanet. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera fit expreſſis fauis, ſed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili. Cera etiam ueteres, ante inuentum papyri uſum, pugillares ſuos obducere ſolebant: unde etiam pro epiſtolis & pugillaribus poſitum inuenitur. Iuuε. Nec te libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Plin. Epiſt. libr. 1. Erat in promptu, non uenabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares, meditabar aliqua, enotabamq;: ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarẽ. Hinc profectæ ſunt illæ loquendi formulæ, quę ſæpe apud ueteres occurrunt. In prima cera, In ſecunda cera, Ima cera, & extrema cera. Ro. enim ſua teſtamẽta in tabulis ceratis perſcribebant. Suet. in Cæſ. Q. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera, hoc eſt in ultima parte teſtamenti. Inter ceras optima creditur Punica candidiſſima proxima maxime fulua. Cerula, læ, diminutiuum. Cic. ad Att. lib. 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

CERACHATES, (κηραχάτης) gemma eſt ex achatæ generibus, ceræ colorẽ præ ſe ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

CERAITIS, (κεραΐτις) à quibuſdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις. Latinis Foenograecum dicitur. Ceraitis dicta, quod fructum habeat corniculo ſimilem.

CERAMICVS, (κεραμεικός) Cariæ ſinus eſt non longe ab Halicarnaſſo nobiliſſima urbe. Auctor Pompo. lib. 1. Cariæ deſcriptione, & Plin. li. 5. cap. 29. Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas ſcribit, his uerbis. Athenis Ceramici, loci duo erant, unus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello ceciſſent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Qui uero in urbe erat, locus erat, & certa, conſtitutaq; ſedes meretricibus. Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida auctore, in quo lampadum certamina peragebantur: de quibus uide Eraſmum in Prouerb. Lampadem tibi curſu trado. Ceramici meminit etiam Plin. cuius ex trigeſimoſexto uerba hæc ſunt, Opera Praxitelis ſunt Athenis in Ceramico. Poteſt autẽ uideri ex eo deriuatum, quod κέραμος regulam ſignificat.

CERAMITES, gemma eſt teſtæ colorem habens, unde & nomen accepit: nã κέραμος teſtam, uel tegulam ſonat. Meminit huius gemmę Pli. lib. 37. ca. 10.

CERAMVS, (κέραμος) oppidum Cariæ, in conuentu Alabandico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

CERARIVM, apud Ciceronem quinto Verrina uidetur accipi pro eo, quod ceræ nomine penditur: cuiuſmodi eſt quod etiam hodie pro diplomatum ſigillis eroluimus. Cic. 5. Ver. Ea omni pecunia, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione, & collybo, deinde neſcio pro quo cerario.

CERAS AMALTHEAS, (κέρας ἀμαλθείας) dicitur Cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quam fabulantur Iouem caprino lacte nutriuiſſe. Vide infra Cornucopiæ.

CERASBOLA, (κερασβόλα) ſemina ſunt, quæ tempore ſementis bubula cornua attigerint. Ea ueteres crediderunt, neq; ignis conſumi, neq; facile coqui. Vnde & ἀτεράμονα nominat Plutarchus in Sympoſiacis quaſi incoctilia. Hinc homines duri, & contumaces nõ inuenuſta metaphora κερασβόλοι appellãtur.

CERASTES, (κεράστης) genus eſt ſerpentis, quod teſte Plin. lib. 8. ca. 23. quadrigemina cornua præfert ſimillima arietum, unde & nomen habet: nam κέρας, κέρατος, cornu dicitur. Luca. ſpinaq; uagi torquente ceraſtæ.

CERASTÆ, inſulæ ſunt in latere Arabię prope Syenen, quę in fine eſt Aethiopiæ. Auctor Plin. lib. 5. cap. 9.

CERASTIS, (κεραστίς, καὶ κεραστία Steph.) dicta eſt Cyprus, quoniam homines ceraſtas cornibus inſignes eam olim tenuiſſe quidam ſcribunt. Alii q; procurrentibus promontoriis, uelut in ſ. ſtis cornibus aſſurgat.

CERASVS, ſi, pen. cor. {Ciregio arbore. Boc. Le dure ſcorze del marlido ciregio} (κέρασος) arbor nota, à Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta, quam cum Lucullus deleuiſſet, inde illam Romam tranſtulit, & à ciuitate Ceraſum appellauit. Sane arbor Ceraſus dicitur, fructus uero Ceraſum. Ouid. de nuce: Audiat hoec ceraſus, ſtipes inanis erit. Pli. lib. 15. cap. 25. Ceraſorum Apronianæ maxime rubent. Et paulo poſt inter ceraſa principatum obtinent Duracina. Galenus lib. 2. de Alimen, κεράσια uocat. Ceraſa Aquitanica dici poſſunt, quæ Galli uocant des Guiſnes, q; ab Aquitania, quæ ab illis Guienne appellatur, primũ ſint aduecta. Dicitur & Ceraſum pro arbore. Col. Ceraſa & tuberes, & armeniaq; & amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commode.

CERASVS, untis, (κερασοῦς) urbs Ponti, à Lucullo expugnata: unde ceraſa primum in Italiam tranſlata ſunt. Hiero. ad Marcel. Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem: ſiquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit Pompo. Raræ urbes, Ceraſus & Trapezas maximè illuſtres.

CERATHVS, fluuius Cretæ, Gnoſſum urbem præterlabens: à quo Gnoſſus ipſa aliquando & Cerathus uocata fuit, teſte Strabone lib. 10. Hinc Cerathæus, a, um. Verg. in Ciri. Carpathium fugiens & flumina Cerathea.

CERATIA, tiæ, genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8. Ceratia uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo coeliacis, & dyſentericis medetur.

CERATIAS, cometæ genus, ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc eſt, à cornu, cuius ſpeciem habet. Plin. lib. 2. cap. 25. Ceratias, cornu ſpeciem habet, qualis fuit, cum Græcia depugnauit apud Salamina.

CERATINÆ, (κερατῖναι) apud Quintilianum, uocantur argumentationes quædam ſophiſticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiã Argumenta cornuta uocantur: dictæ à cornibus, hoc eſt, à materia ipſa, qua uterentur, uerborum: cuiuſmodi eſt, Quod non perdidiſti, habes: cornua nõ perdidiſti: cornua ergo habes.

CERATIVM, (κεράτιον) minimum pondus, quod apud nos Siliqua dicitur. Tres ſiliquæ conficiunt obolum. Ceration item Græcis appellatur arbos ſiliquas ferens corniculorum ſimilitudine: unde & nomen habet. Latini Siliquam Græci appellant, Colu. lib. de Arborib. cap. 23. Siliquam Græcam, quã quidam κεράτιον uocant, deinde perſicum ante brumam per autumnum ſerito.

CERATVM, ſiue Ceratum, {Cirotto}(κήρωτον) malagmatis genus, quod mulieribus ſolet ſuper imponi: conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitum molleſcit, ſed corpori admotum dureſcit, & pertinacius hæret. Dictum uidetur à cera, quæ fere omnibus ceratis adhiberi ſolet. Plin. lib. 13. cap. 22. Facienq; inuadunt ignes ſacri, ob id cerato prius illinunt.

CERATVRA, æ, (κήρωσις) ipſa ceratio. Colum. lib. 12. cap. 50. Cætera non crediderim, propter olei ſuccum, ceraturam pati.

CERATONIA, (κερατωνία) Galeno arbor eſt, quæ Latinis Siliqua dicitur, cuius fructus etiam Græco nomine Ceration appellatur, propterea q; corniculorum ſimilitudinem referant.

CERAVNOBOLVS, (κεραυνοβόλος) dicta eſt Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta, quaſi τὸν κεραυνὸν βάλλων, hoc eſt fulmen torquens. Plin. lib. 35. cap. 10.

CERAVNIA, niæ, gemma eſt candida. Plin. lib. 37. cap. 9. Eſt inter candidas et quæ Ceraunia uocatur, fulgorem ſiderum rapiens.

CERAVNIA, ſiue Ceraunij, (κεραύνια) montes ſunt Epiri, in mare uſque extenſi, ubi Ionium mare ab Adriatico ſeparatur: ita dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν, hoc eſt, à fulminibus, quibus ſæpe impetuntur. Ouid. 2. de Ponto. Eleg. 6. Cum poteram recto tranſire Ceraunia uelo, Vt fera uitarem ſaxa, monendus eras. Pro iiſdem etiam Acroceraunia, uel Acroceraunios montes dicimus. Horat. libr. 1. Carm. Ode 3. Qui uidit mare turgidum, & infames ſcopulos Acroceraunia. Plin. in Procemio li. 4. Tertius Europæ ſinus Acrocerauniis incipit mōtibus. Sunt & Ceraunij montes in Aſia, in Caſpium pelagus obuerſi, ut eſt auctor Pompo. lib. 1. Quin & Taurus mons in uniuerſum Ceraunius appellatus fuit, teſte Plin. lib. 5. cap. 27.

CERAVNI, populi ſunt Dalmatiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 22.

CERAVNOS, (κεραυνός) cognomen unius ex Ptolemæis Aegypti regibus, ab audacia et ingenij uelocitate impoſitum. Auctor Pauſanias. Eſt item Ceraunus, Cappadociæ fluuius, ita dictus, q; fulminis uelocitatem imitari uideatur. Nam κεραυνὸς Græci fulmen appellant. Meminit huius fluuij. Pli. lib. 6. ca. 3.

CERAVNIVM, tuberis genus, in Thracia naſcens. Plin. lib. 19. cap. 3.

CERBALVS, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

CERBERVS, pen. cor. {Cerbero. Dant. Cerbero fiera crudele e diuerſa}(κέρβερος) à Poetis fingitur eſſe canis triceps, inferorum cuſtos: quem ab hercule catena ab inferis tractum eſſe iidem fabulantur. Mythologici terram interpretātur dictumq; uolunt Cerberum, quaſi κρεοβόρον, hoc eſt, carnem uorantem: quod terræ proprium eſt, quæ ſibi credita corpora omnia conſumit. Alij ſerpētem fuiſſe uolunt in Tænaro Laconiæ promontorio: cuius ueneno mortales extinguebātur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, Ditis canem dixerūt, quem cum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula. Canem tricipitem intereniſſe: quanquam hoc alij ad uirtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta uitia terrena contempſit ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexandri Epirotæ, leonibus congrediens.

CERCASI, Aegypti populi, iuxta quos ſcinditur Nilus, in Peluſium fluens, et Canopum. Auctor Herodotus lib. 2.

CERCEIS, (κερκηΐς) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κερκὶς enim radium textorium ſignificat.

CERCETIE, populi ſunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teſte Plin. lib. 6. cap. 5. & Stra. lib. 11. & Pomp. lib. 1. Cerceticos uocat.

CERCETI, montes ſunt Theſſaliæ. Plin. lib. 4. ca. 8. In Theſſalia ſunt quatuor atque triginta mōtes quorum nobiliſſimi Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa, &c.

CERCINA, inſula eſt maris Libyci cum urbe eiuſdem nominis, ex aduerſo minoris Syrtis ſita. Auctor Pomp. & Plin. lib. 5. cap. 7.

CERCINITIS, parua inſula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem uerſus ponte iungitur. Auctor Pli. lib. 5. in deſcriptione inſularum, quæ ſunt ex aduerſo Africæ.

CERCITAM, (κερκίτας) Pauſanias Grammaticus ait uocari temonis genus, à populis inuentoribus, qui Cercitæ appellabantur in terra India.

CERCIVS, qui & Circius dicitur, uentus eſt uiolentiſſimus Galliæ Narbonenſi peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus. Vide Aulum Gell. lib. 2. ca. 22. & Plin. lib. 2. cap. 47.

CERCOPES, pe. pr. (κέρκωπες) populi fuerunt Pithecuſæ inſulæ, qui cum nullo flagitij genere abſtinerēt, à Ioue in ſimias mutati ſunt: ut fabulatur Oui. 14. Meta. Cercopes item fratres duo fuerunt, Paſſalus, & Achemon, ſiue (ut apud Suidam legitur) Acmon: de quibus uide ſupra in dictione Achemon.

CERCOPITHECVS, pen. pro. {Gatto mammone} (κερκοπίθηκος) nomen compoſitum eſt κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quam Maimonem uulgo dicimus. Plin. lib. 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Mart. lib. 13. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

CERCOS, (q; hic pro accipitris genere corrupte legebatur) uide Circos.

CERCVRVS, (κέρκουρος) nauis Aſiana prægrādis, auctore Nonio, à Cypriis inuenta, teſte Pli. lib. 7. ca. 56. Plaut. in Sticho: Cercurum, quo ego me maiorem non uidiſſe cenſeo. Eſt item Cercurus, uiliſſimi oleris genus: unde natū eſt illud Græcorum prouerbiū, καὶ κέρκουρος ἐν λαχάνοις. Eſt & Cercurus inter olera.

CERCYON, (κερκυών) latro fuit inſignis, quem Theſeus totam Atticam regionem latrociniis infeſtantem, immani ferocia & membrorum robore curuantem trabes, & altiſſimas pinus ad terram trahentem, ut hoc modo homines diſcerperet, apud Eleuſim Atticæ urbem interemit. Ouid. lib. 7. Cercionis lethum uidit Cerealis Eleuſis. Fuit & Cercyon, Theſſaliæ rex, qui Aloten urbem ab Alopes filiæ ſuæ nomine appellauit.

CERCYRA, {Corfu}(κέρκυρα) inſula eſt maris Ionij, quę à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgo Corphu.

CERDANITÆ, (κερδανῖται) populi fœlicis Arabiæ Stephano.

CERDONIA, oppidum eſt in uia Appia, qua iter erat Brunduſiū. Strabo li. 6.

CERDONES, {Artieri uili che ſolamente attendono al guadagno} (βαναυσοί) artifices ſordidi, & qui artes illiberales, quæſtus gratia exercēt, quales ſunt ſutores ueterum calceorum, qui à Suetonio Veteramentarij appellantur. Martial. lib. 3. Ebrius es: nec enim faceres hoc ſobrius unquam, Vt uelles corio lude ae cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. Deo. Orpheum poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe, et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiuſdam fuiſſe cerdonis. Dicti autem ſunt Cerdones, à Græco κέρδος, quod lucrum ſignificat. unde & Lucriones à Latinis appellantur. Cerdo etiam nomen fuit hæretici: à quo Cerdoniani, qui Chriſtum nec natum à fœmina, neque habuiſſe carnem, nec uere mortuum, uel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem dicebat.

CERE, uide Cære.

CEREALIS, quæ alio nomine Ebura dicitur, Plin. commemoratur inter Hiſpaniæ Bæticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

CEREALIS, le, {Ciò che s'appartiene à Cerere}(δημητριακός) quod ad Cererem pertinet: unde Cereales ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum auctor fuit C. Iulius Cæſar. Cereales ludi, in honorem Cereris facti, Liu. 10. bel. Pun. Cœna Cerealis. Plau. Menæc. Cereales cœnas dat, ita menſas extruit &c. Cereale papauer. Ver. 1. Georg. Nec non & lini ſegetem, & cereale papauer. Vbi Seruius. Cereale papauer, uel q; eſt eſui, ſicut frumentum: uel quo Ceres uſa eſt ad obliuionem doloris.

CEREALIA, orum, {Sacrifici di Cerere}(δημήτρια, τὰ) dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Theſmophoria uocat, à Cerere Theſmophoria, hoc eſt, legum latrice. Plutarchus quoq; Adonia uocat. Hæc autem feſta tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, ſiquis eo tempore cum uxore concubuiſſet. Vnde extat elegans Elegia apud Ouidium, qua cum Cerere expoſtulat, q; eius feſtu ſibi cum amica concumbere non liceret. Præterea in ſacrificiis Cereris uinum non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aulul. iocandi anſam ſumpſit, Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum, q; nihil uini ad nuptias eſſet allatum.

CEREBRVM, {Ceruello. Boc. Quantunque alla grandezza del noſtro ceruello ſia picciola}(ἐγκέφαλος) inquit Pli. eſt uiſcerum excellentiſſimum, proximūq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Ci. 1. Tuſc. Aliis pars quædam cerebri uiſa eſt animi principatum tenere. Aliis nec cor ipſum placet, nec cerebri quandam partem eſſe animum. ſed alij in corde, alij in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum. A cerebro proficiſcitur, ſomnus. Quę cerebrum non habent, non dormiunt. A cerebro fit diminutiuum Cerebellum. Pli. lib. 29. cap. 5. Morſis à cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebellu gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt poſteriorem cerebri partem: quam παρεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus ſecluſam, eoq; duriorē et ſicciorem: cuius pars extrema per ſpinę fiſtulam illapſa, in oſſis ſacri imum traiicitur à qua duriores nerui, ut ex arboris caudice rami, proferuntur.

CEREBROSVS, {Ceruellino, ceruel leggiero, oſtinato}(αὐθάδης, παράφρων) cui uitiatum eſt cerebrum, quiq; præceps fertur in iram, totusq; ſuo conſilio hæret & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur. Horat. lib. 1. Serm. Donec cerebroſus proſilit unus. Dicitur & de brutis. Colu. lib. 2. quod eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

CERES, {Cerere}(δημήτηρ) dea frugum putabatur, à creando dicta, Saturni et Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit: uel (ut Cic. lib. 4. de Nat. Deo. ſcribit) dicta eſt, tanquā geres, à gerendis frugibus, caſu prima litera immutata. A Græcis δημήτηρ quaſi γημήτηρ dicitur, hoc eſt, terræ mater, q; cunctarum frugum creatrix ſit, & altrix. Græci Cererem etiam Teſmophoron uocant, hoc eſt, legum latricem quia ante q̃ illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nulla lege uiuebant: poſtea uero Cereris beneficio monſtrato uſu frugum cœptū eſt de agrorum finibus, qui antea nulli erant uſui, diſceptari: quam primā uoluit fuiſſe legū, & iuris originē. Hæc quandoq; Luna dicitur, ſicut liber pro Sole ponitur. Verg. lib. 1. Geor. Vos o clariſſima mundi Lumina, labentē cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. Ponitur interdum Ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro uino. Terent. Eunu. Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

CERETVM, & Ceretarij, uide Cæretum.

CEREVS, a, um, {Di Cera}(κήρινος) quod ex cera fit: ut, imago cerea. Cic. 3. de Nat. Deo. Vt enim ſi omnis cera cōmutabilis eſſet, nihil eſſet cereum quod cōmutari non poſſet. Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. Horatius Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper. Item pro flauo. Verg. 2. Eclog. Addam cerea pruna, à ceræ uidelicet colore. Inde ficedulæ pingues ab Accio Cereæ uocantur, tranſlucente nimirum per cutem flaua pinguedine. Quandoque pro uncto. Martialis: Cerea ſi pendet lumbis & trita lacerta.

CEREVS, {Cereo, torchio. Boc. Gior. 1. in fi. Et fatti i torchi accendere} ſubſtantiuum, (κηρός) eſt funale, uel candela ex cera confecta. Mart. Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. Huius diminutiuū eſt Cereolus. Hieron. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant huiuſmodi cereolis illuſtrandos.

CERIA, æ, potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hiſpani. Pli. lib. 12. cap. 15.

CERIFICARE, {Far cera}(κηροποιεῖν) apes dicuntur, cum ceram faciunt. Plin. lib. 9. cap. 38. Cum cerificauere, fluxos habent ſuccos. Quędā tamen exemplaria hoc in loco habent, fortificauere.

CERINTHE, es, uel Cerintha, æ, (κηρίνθη) genus herbę eſt, mellis cum cera miſti, ſaporem habens. Verg. 4. Georg. Cerinthæ ignobile gramen. Habet folium candidū, incuruum, capite concauo, cuius florum apes ſunt auidiſſimæ. Dicitur & Cerinthus (κήρινθος) & à Dioſco Ceranthe, ab Ariſt. Erithace. Vulgo eam uocare ſolēt Carbinā, in Hetruria præſertim & Liguria: quia flatu Africi naſci creditur, quem, ut inquit Vitruuius, Carbā nautę, uel Carbinum cognomināt.

CERINTHVS, (κήρινθος) oppidum in Eubœa inſula Plin. lib. 4. cap. 12.

CERINTHVS, hereticus, cuius meminit Dionyſius, cum de Ioannis reuelatione diſſerit. Cerinthus, inquit, adfirmabat futurum regnum CHRISTI uoluptarium, mores ſuos ſaſſus, q; gulę luxurięq; deditus eſſet. Irenęus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebii lib. 3.

CERINVS, a, um, {Simile alla cera} quod cerę ſimile eſt: ut. Cerinus color. Pli. Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini ſmaragdi, apud eundem lib. 37. cap. 5. Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, ſubuteſ lige ueſtimentum: quod & Melinum ab eodem dicitur, à mellis colore, quod μέλι Gręci appellant.

CERION, (κηρίον) ulceris genus, achoribus ſimile, maiuſculis foraminibus, in

quibus ſanies melli ſimilis, inſtar ſaui apum continetur: unde et nomen accepit. nam κηρίον Græcis fauum ſignificat. Plin. lib. 20. ca. 2. Sanat radix ulcera concreta in modum faui, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. cap. 7. Cum melle itē ulceribus, quæ Ceria uocantur, illinuntur.

CERITES, pen. pro. (κηρίτης) gemma eſt cerei coloris: cuius meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

CERITES, pen. cor. uide ſupra in dictione Cære.

CERITVS, (συμφόλητος) pen. pro. quaſi cereritus, hoc eſt, Cereris ira & indignatione uexatus. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à Baccho Bacchantem dicimus: ſic à Cerere Ceritum. Hora. in Serm. Ceritus fuit, aut commotæ crimine mentis. i. inſanus & furioſus. Plau. in Amph. Tu certe laruatus es, aut ceritus. Idem: Iube hanc pro cerita circumferri.

CERMORVM, oppidum Macedoniæ apud Plinium lib. 4. cap. 10. in deſcriptione Macedoniæ.

CERNA, uel **CERNE**, inſula eſt Aethiopici maris, de qua ſic Pli. ſcribit c. 31. lib. 6. Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Aethiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente conſtat. Aethiopas tantum populos habere traditur.

CERNETANI, qui & Mariani dicti ſunt, Italiæ populi ſunt, iuxta Caſinum & Bouillas. ita dicti à Cerneto oppido, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

CERNO, is, creui, cretum, {*Vedere. Pet. Che mi fea non ueder quel ch'io uedea*} (βλέπω) uideo. Verg. 3. Aen. Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo Aetnæos fratres. Transfertur & ad ſenſus interiores, ut idem ſit quod animaduertere, ſiue conſiderare. Cic. lib. 3. Epiſt. Cerno iam animo, quando omnia uberiora futura ſint. Quandoq; iudicare, ſtatuere, deliberare, τυπόω. Cic. de Leg. Quotcunque Senatus creuerit, populus've iuſſerit, tot ſunto: regio imperio duo ſunto. Lucil. Poſtquam præſidium caſtris educere creuit. Quandoque diuidere, ſecernere, cribrare: quod & Incernere dicitur: unde & incernicula cribros uocamus. Pli. lib. 18. cap. 11. Rurſus quum tranſit, arctiore cernitur. Vnde & Crines dicti ſunt, q ſint diſcreti. Quandoque dimicare. Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. Quandoque adire, (ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν) unde cernere hæreditatem filij parentum dicti ſunt. Cic. ad Dolabellam: A te petii, ut me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. Cretio, onis, uerbale, ſolennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. ad Att. li. 11. Galeonis hæreditatem creui. Du. o enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniā ad me nulla miſſa eſt. Varro 5. de lin. Lati. Facito uideant te hæredem: itaq; in cretione adhibere iubent teſtes. Theodoſius Imp. lib. 6. Cod. tit. de iure delib. Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputare decreuimus. Compoſita huius uerbi ſunt Concerno Decerno, Diſcerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno: quorum ſignificationes uide ſuis locis.

CERNVVS, a, um, {*Chino inchinato. Pet. Humidi gl'occhi ſempre e'l uiſo chino*} (ἐπικεκυφὼς) propriæ inclinatus, quaſi qui terram cernat. Verg. lib. 10. Erectoq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius: Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt ſtantes, Cernui uocantur: ut etiā Varro in ludis theatralibus docet.

CEROFERARII, (δαδοῦχοι, ἀκόλυθοι, καὶ κηροφόροι) dicti ſunt à deportandis cereis in ſacris.

CEROFERARIVM, inſtrumentum erat, quo cereus fixus continetur. Vnde illud in Decret. diſtin. 23. Acolythus accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda lumina mancipari.

CERO, as, {*Incerare*} (κηρόω) idem eſt quod cera obduco. Colum lib. 12. ca. 50. Sexta quoque oliuuate dolia cerari oportere, antiqui dixerunt. Hinc Tabulæ ceratæ dicebantur, cera ſuperinductæ. Hinc fit compoſitum Incerare. Iuuenalis Genua incerare deorum.

CEROMA, (κήρωμα) oleum quo ſeſe athletæ perungere ſolent, adhibitu quodā terræ genere. Cœl. lib. 4. cap. 26. uocat πάτος: cui ſi ſudor acceſsiſſet κηρίπατος uocabatur ab ijs, qui nimis Attici uideri uolebant, ut inquit Galenus. Arenam autem qua Athletæ ſe aſpergebant, poſt huiuſmodi unctionem ἁφὴν uocabant. Martial. Et flaueſcit haphe. Fiebat autem ceroma ex oleo, terraq; nec ex omni terra, ſed ex quibuſdam generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus, atque algores reddebantur firmiora: & erat albida quædā terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Batanus puluis. Adhibebatur autē oleum, tum ad agilitatem præſtandam, ut corpora lubrica fierent: tum q natura olei eſt, tepefacere membra, & contra algores munire: Terra uero ad indurādos magis artus, & aduerſus æſtum firmandos admiſcebatur. Stat. de Palæſtris: Poſtquam oleo gauiſa cutis, petit æquor uterque Procurſu medium, atque hauſta ueſtitur arena. Tum madidos artus alterno puluere ſiccant. Ponitur & pro loco in quo palæſtritæ ungebantur, quem Vitruuius Κονίστρα uocat. Pli. lidē palæſtras athletarum imaginibus, & ceromata ſua illuſtrant.

CEROSVS, a, um, {*Che ha della cera meſchia*} (κηρώδης) quod ceram admiſtā habet: unde Mel cerosum dicitur, nondum ſatis expurgatum. Plin. Liquore uelut mellis ceroſi.

CEROMATICVS, a, um, quod ceromate perunctum eſt. Iuue. Sat. 3. Et ceromatico fert niceteria collo.

CERETANI, populi ſunt Citerioris Hiſpaniæ, in montibus Pyrenæis, Vaſconibus proximi. Plin. lib. 3. cap. 3.

CEROSTROTVM, pen. pro. {*Tarſia, intarſiamento*} (κερόστρωτον) compoſitum à κέρας cornu & στρωτὸς ſtratus: & eſt picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur uariis coloribus, deinde uermiculatim ligno inſeruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum, poſtea cœpere tingi animalium cornua, dentes elephantorum ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox totum operari. Plin. li. 11. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc q Ceroſtrota, picturæ genere dicūtur. Proprietā dicuntur Ceroſtrota, cornibus ſtrata: ſicut Lithoſtrota, lapidibus ſtrata.

CERRVS, (αἰγίλωψ) arboris glandiferæ ſpecies eſt, cuius glande ſuilla caro firmior redditur. Plin. lib. 16. cap. 6. Glans optima in quercu atque grandiſsima, mox æſculo: Nam roboris parua, Cerro, triſtes, horrida, echinato calyce, ceu caſtaneæ. Cerrinus, a, um: ut, Cerrinus calix. Plin. lib. 30. ca. 10. Quidam pectus eius bibendum cenſent, & in cerrino calice. Cerreus, a, um: ut, Cerrea glans. Plin. lib. 16. cap. 6. de glande fagina loquens: Prox. mam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram.

CERTAMEN, {*Battaglia, abbattimento, contraſto. Pet. Et duro campo di battaglia il letto*} (ἀγὼν, ἆθλος) conflictus, qui fit inter duos, aut plures. Ouid. 10. Meta. Mors pretium tarditatis lex certaminis eſto. Interdū res ipſa de qua certatur. ſ. uter columbam ſagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Verg. 2. Geor. Velocis iaculi certamina ponit in olmo. Græcæ certamina celebratiſsima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Iſthmia, & Nemeæa, in quibus Græci magnos honores conſtituerunt uictoribus athletis. Nam Olympia, iuxta Olympiā, Elidis ciuitatem quinto quoque anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur, & qui uiciſſet, corona ex oleaſtro, qui Philoſtephanus dicitur, donabatur: inſtitutaq; ſunt anno mundi quadringenteſimo ſupra quatuor millia: in eoq; certamine Hercules primus coronatus eſt. Pythia, Apollinis ſacra erant, in memoriā Pythonis ſerpentis ab Apolline occiſi inſtituta: Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine uictor coronam lauream cum malis reportabat. Nā quod Ouidius Pythiorum uictori æſculeam coronam uidetur tribuere lib. 1. Metam. cum ait.

Ne've operis famam poſſet delere uetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu, pedibus've, rota've.
Vicerat, æſculeæ capiebat frondis honorem.

Id nō ea animi ſententia affirmat ſed ut commodiorem faceret tranſitum ad fabulā Daphnes. Subdit enim, Nondum laurus erat. Iſthmia, ab Iſthmo Peloponneſi, ubi celebrabantur in honorē Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui uiciſſet, coronam ex pinu reportabat. Nemeæa, à Nemea ſylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant quorū uictores apio coronati abibant. De hiſce quatuor ſacris Græcæ certaminibus extat etiam hodie nobile Archiæ poetæ Græcum epigrāma.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & Spectacula. Certamen ſignificat etiam priuatam contentionem. Salluſt. Diu magnum inter mortales certamen fuit, ui'ne corporis, an uirtute animi res militaris magis procederet. Certamen, prælium. Cic. 4. de Finib. Sed ut magnū, et difficile certamen iniens, cum ſibi cum capitali aduerſario dolore depugnādum uideret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. Plancus Ciceroni: Aut ipſe à certamine belli tam neceſſarij remouiſſem.

CERTATIM, aduerb. {*A gara. Arioſt. Correno à morte quei miſeri à gara*} (φιλοτίμως) cum certamine, contentione, & emulatione. Verg lib. 8. Tunc lecti iuuenes certatim, aræq; ſacerdos Viſcera toſta ferunt taurorum.

CERTATIO, onis, {*Conteſa*} (φιλονεικία) actus contentioq; certantium. Cic. 2. de Legib. Ludis publicis (q ſine curriculo, & ſine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

CERTATVS, us, m, nomen, idem quod certamen. Stat. lib. 3. Syl. Ridetq; benigna Parthenope gentile ſacrum, nudoſq; uirorum Certatus, & parua ſuæ ſimulacra coronæ.

CERTE, {*Certo. Pet. Coſtui certo per ſe gia non mi ſpiacque*} (ἀμέλει, νὴ δία) aduerbium affirmantis. Cic. de Finib. 3. Satis ne hoc concluſum uidetur? certe. Interdum idem quod certo (σαφῶς) hoc eſt, clare, & manifeſte. Cic. Q. Fratri Certe. n. ſcio, te feciſſe cum cauſa. Interdum idem eſt, quod ſaltem. Cic. pro Marcello: Victi ſumus igitur, aut ſi uinci dignitas non poteſt, certe fracti, et abiecti.

CERTO, {*Chiaramente*} (σαφῶς) clare, liquido. Teren Eunuc. Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe eſſe aiebat. Cic. in Epiſtolis: Etſi certo ſcio, &c.

CERTIORO, as, {*Certificare*} (δηλῶ, πληροφορῶ) certiorem facio: quod uerbum non temere alibi reperias, q apud Iuriſcon. Vlpianus, de eo qui pro tut. li. Sed neceſſarios pupilli non certiorauit. Idem. l. i. ff. de Act. empt & uendit. Hæc ita uera ſunt, ſi emptor ignorauerit ſeruitutes: quia non uidetur eſſe celatus, qui ſcit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

CEDTISSO, as, certus fio. Pacu. apud Nonium: Vocāt cocos, unde certiſſent.

CERTITVDO, {*Certezza*} à certus, (ἀσφάλεια πληροφορία) unde Incertitudo, notæ ſignificationis.

CERTO, as, {*Contendere, combattere. Pet Combattea in me con la pieta'l deſire*} (ἀγωνίζομαι) aliquando rei bellicæ cōuenit, pro pugno, ſeu prælio. Tacit. li. 1. Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certauit. Aliquando extra hanc ſignificationem eſt omni re contendo: & tam in bonam partem, q in malam accipitur. Cum datiuo. Verg Eclo. 5. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. Cum ablatiuo. Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Cum ablatiuo & præpoſitione De. Liu. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro cū ſæpe bello certaſſent. Cum præpoſitione. Cum. Sallu. Sed (uti mos eſt illius gentis) equitare, iaculari, curſu cum æqualibus certare. Cum præpoſitione Inter. Cic. Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos. Et cum aduerbijs mecum, tecum, ſecum. Plin. Iun. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. Inde Certamen, & Certatio, ἀμφισβήτησις. Hinc componuntur Decerto, & Concerto.

CERTVS, a, um, {*Certo, chiaro. Pet. Le ſperanze dubbioſe e'l dolor certo*} (ἀκριβής, δῆλος) clarus, & indubitatus, à Cerno pro uideo, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata ſunt. Plaut. Mercu. Quid illud ſit negotij, lubet ſcire me ex hoc, ut ſim, certus metu. Gell. Certi ſumus non ignorare te, quid uerum appellai. Interdum Certus, dicitur conſtitutus, hoc eſt, tantus, & talis, quantum ac qualē uolumus. Vnde Certum uulnus feciſſe aliquem dicimus, cum nec plus nec minus fecit, q uoluit. Mart. O quam certa fuit librato dextera ferro! Interdum diſcretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos fere plurali numero dicimus pro eo quod eſt Quoſdā, quaſi à cæteris diſcretos. Cic. Is enim cum certis aliis ad Cæſarē miſſus, paulo ante diſceſſerat. Sallu. Apud latera certos locauit. Item Certus, firmus non uacillans. βέβαιος. Ouidius: Da mihi quod petitur certo cōtingere telo. Et Certum dicimus deliberatum, in quo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: ut, Certum eſt mihi (διέγνωμαι) in Aſiam nauigare. Ver. in Gallo: Certū eſt, in ſyluis inter ſpelæa ferarum Malle pati. Hinc certior, & Certius cōparatiua, pro cōpertiore, exploratiore, & peritiore. Seneca in Hippol. loquens de Cupidine: ipſumq; Phœbū, tela qui neruo regit, Figit ſagitta certior miſſa puer. Facere certiorem, (δηλοῦν πληροφορεῖν) eſt notum facere, indicare, & dicere ita eſſe.

Cicer.6.Ver. Adſunt Segeſtani clientes tui ſocii Pop.Rom.atque amici:certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta,&c. Plau.in Caſ. Face me certiorem, quid meus uir me uelit. Teren.in Phorm. Quantum potes, me certiorē face.

CERVARIA, locus eſt in Galliæ,& Hiſpaniæ confinio, non procul a templo Veneris. Pomp.lib.2.

CERVARIVS, a, um, (ἐλάφειος,) adiectiuum a ceruo deductum: unde Lupus ceruarius, {*Lupo Ceruiero*} (θῶς Ariſtotelis, ſi Theodori uerſioni credimus) dicta eſt fera, lupi effigiem habens, & pantheræ maculas, nomine (ut opinor) a ceruina pernicitate impoſito. Pli.li.8.ca.22. de lupis: Sunt in eo genere qui Ceruarii uocantur, qualem e Gallia in Pompeii Magni arena ſpectatum diximus. Ceruarium uenenum. Pli.li.27.ca.11. Limeum herba appellatur a Gallis qua ſagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant.

CERVCHVS, pe.pro. {*Cornuto*} (κερoῦχος) Latine dicitur Cornutus: quaſi κέρατα ἔχων. In nauibus autem Ceruchi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, ſuasq; habentes in puppe anſas, ad quas religātur. Heſychius Ceræuchos uocat, quaſi τὰς κεραίας ἔχοντας. Flaccus. 1. Argon. Temperet ut tremulos Zeuthes, fraterq; ceruchos.

CERVI, {*Ceruo. Pet. Et in un ceruo ſolitario e uago*} (ἔλαφοι) animalia ſatis nota: ita dicta q magna cornua gerant, quaſi gerui, g in c mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt, a cornibus, quæ primum bimis oriuntur ſimplicia quidem & recta ad ſubularum ſimilitudinem: quamobrem Subulones per id tempus appellātur. Pli.li.8.ca.32. Ceruis quoq; eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium. Cerua, uæ, fœmininum. Pli.li.26.ca.8. Simplicius ceruæ monſtrauere elephaboſkon, de qua diximus. Cerui item dicuntur furcæ, quæ ad caſæ ſuſtentationem figuntur, ad ſimilitudinem cornuum cerui. Verg.2. Ecl. Atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos.

CERVINVS, a, um, {*Di ceruo*} (ἐλάφειος) quod ad ceruum pertinet: ut, Ceruinum cornu. Varro.3. de Re Ruſt. Circum caueas oportet incendendum cornu ceruinum, ne qua ſerpens accedat. Ceruinus color, qualis eſt pellis cerui, uel caſtaneæ. Palladius li.4.ca.13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, giluus &c. Pellis ceruina. Horat. 1. Epiſt. Venaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in ſyluis catulus.

CERVICALE, & per Apocopen Ceruical, pen.pro. {*Guanciale*} (προσκεφάλαιον) ſignificat ceruicis ſuſtentamentum, & munimentum, cui ſcilicet dormientis caput, & ceruix innituntur. Iuuenalis: Conducit comites, ſellam, ceruical, amicas.

CERVISIA, {*Ceruogia.*} potus ex aqua & frugibus cōfectus, & præcipue ex hordeo madefacto, & rurſus clibanis ſiccato, addito lupi ſalictarii flore: quo potus genere etiam hodie pleraq; Galliæ, & Germaniæ loca, Britanniaq; uniuerſa uini inopiam ſupplent. Pli.lib.22.cap.25. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia, & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura alia genera in Gallia.

CERVIX, {*Coppa. Dant. Sopra le ſpalle dietro de la coppa*} (αὐχήν) poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinā. Nā quę anterior eſt, Gula dicitur. Ceruicis hæc comoditas eſt, ut ad dextram, ſiniſtramve, prorſum, retrorſumq; uertatur. Conſtat enim ex oſſibus orbiculatim uertebratis ex quibus fit ad circumſpectum facilis. Hinc eſt, q qui nec flecti, nec cogi poſſunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quaſi indomabilem, ſiue inexorabilem, atq; contumacem: qui & Ceruicoſus dicitur, αὐθάδης. Antiqui uero (ut Quintil. ait.) Ceruices pluraliter dicebant, primusq; Hortēſius Ceruicem dixit. Cic.in Vat. Inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. Cato: Si caput, aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito. Hinc ceruicula diminutiuū. Cice. 5.Verr. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo ſe ad coronam daturum.

CERVS, Vide Cerrus.

CERVSSA, penult.prod. {*Biacca. Dant. Oro & argento ſia & cocco e biacca,*} (ψιμύθιον) plumbo in acuto aceto ſoluto comparatur. Vitru. docet quomodo fiat, dicens, Rhodii in dolii ſarmenta collocantes, aceto ſuffuſo ſupra ſarmenta collocant plumbeas maſſas, deinde ea operculis obturant, ne ſpiramentum obturata emittant: poſt certum tempus aperientes inueniunt è maſſis plumbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt æruginem. Ceruſſa uero cum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex caſu didicerunt homines, ex eo multo meliorem uſum præſtari, q̄ quæ de metallis per ſe nata foditur. Vtcunque igitur ita ceruſſa comparetur, neq; acutum neque lancinans quicquam habet, neq; diſtrahens, ſed emplaſticum, ac refrigerans. Vſta autem, inquit Aetius pura ceruſſa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici Sandyca uocant. Vide Galenum lib.9. Simpl. & Plinium lib. 34.cap.ult.

CERVSSATVS, a, um, {*Imbiaccato*} ut, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris cōparandi gratia ceruſſa utuntur. Martialis li.2. Ceruſſata timet Sabella ſolem. Ceruſſata cutis, Ceruſſatæ buccæ, Martial.lib.7. Cic.in Piſo.

CERIX, (κῆρυξ) Latine præco & Caduceator: unde Euſebius ſcribit a Nerone Ceryces fuiſſe certamine ſuperatos. Seneca ad Serenum: Non uis niſi Cōſul aut prytanis, aut Ceryx, aut Suffes adminiſtrare Rempub. hoc eſt, caduceator & magiſtratus ad Rempub. gerendam.

CESENA, {*Ceſena*} oppidum eſt Piceni non procul a Citerna, etiam hodie nomen retinens. Pli.lib.3.cap.15.

CESPERIA, Vide Caſperia.

CESPES, Vide Cæſpes.

CESSATIO, onis, uerbale, {*Indugio,*} (μέλλησις, χαλαστώσις) Cicero. 1. de Nat. Deor. Profecto Epicurus, quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat.

CESSATOR, oris, {*Indugiatore, ocioſo*} (μελλητὴς, χαλαστὴς) uerbale a Ceſſo, as, cunctator, otioſus, qui ceſſat & nihil agit. Cicero Pæto libro.9. Hæc tibi antea non reſcripſi: non quo ceſſator eſſe ſolerem, præſertim in literis: ſed quia &c.

CESSATVS, a, um, participium ſine uerbi origine ſicut Regnatus, & ſimilia: enim Regnor, aut Ceſſor non dicimus. Hinc ceſſata arua, id eſt, neglecta, & non culta. Oui.4. Faſt. Largaq; prouenit ceſſatis meſſis in aruis.

CESSERO, Narbonenſis Galliæ oppidum, in tractu Memminorum, non procul a Carpentoracte. Pli.li.3.cap.4.

CESSIM, ire, {*Ritrarſi, tornare ia dietro. Pet. Che'l pie ua inanzi e l'occhio torna ia dietro,*} (ἀναχωρεῖν,) ſignificat regredi, retrocedere. Iuſti.li.2. Commiſſo prælio ite ceſſim, inhibete remos, & a bello diſcedite. Et apud legum conſultos tit.ad l. gem Aquiliā, Interim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cœpit. Fit autem a Cedo, ſed cæſim, ſimplici ſ, a cædendo id eſt feriendo, contrarium aduerbio Punctim. De hoc antea.

CESSIO, onis, uerbale a Cedo, eſt iuris noſtri in alium transfuſio. Cicero in Topi. Abalienatio, eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio nexu, aut in iure ceſſio inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

CESSO, as, {*Ceſſare, aſtenere,*} (παύομαι) abſtineo, ab opere uaco. Vergil.7. Ecl. Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra: id eſt (inquit Ser.) ſi potes breue otium tibi perſuadere. Dicimus autem Ceſſare in re aliqua, & Ceſſare a re. Cicero. Neque unquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſauit. Liu. Nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum a leuibus præliis eſt. Item Ceſſare, (ὀκνεῖν, ῥᾳθυμεῖν) tardare remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Vergil 6. Aenei. Ceſſas in uota, preceſq;? id eſt, tardus es in uota facienda. Teren.in Eun. Paululum ſi ceſſaſſem, Pythia, Domi non offendiſſem, ita iam adornabat fugam. Et ceſſare dicimus eos, quorum officium deſideramus. Gell. in fabula caſtitæ: Amici iſti magnam in partem ceſſatores ſunt, ὀκνηροί, Breuiter ſic accipere, q Ceſſare interdum ſignificat, nihil agere, uacare: Interdū conquieſcere, uel reſpirare. & his duobus modis abſolute ponitur, ut apud Ciceronem de Natu. De. Cur tam multos deos nihil agere, & ceſſare patitur? & apud Terentium in Eunucho, & Adelph. ut dictum eſt. Cum uero pro intermittere, deſiſtere, deſinere, uel finem facere ponitur: habet alium ſecum infinitiuum. Cicero ad Qu.fr. Si te quoque inimici uexare cœperint, ne ceſſaris me certiorem facere, ut accurram. Terent And. Ceſſas alloqui. & in Phorm. abſenti tibi te indignas, ſeq; dignas contumelias nunquam ceſſauit hodie dicere. id eſt, toto die nihil aliud q̄ contumelias locutus eſt. Huius compoſitum eſt Conceſſo. Plautus in Pœnulo. Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

CESTICVLVS, {*Cintolino,*} (κεστὸς μικρὸς) paruum cingulum.

CESTICILLVS, auctore Feſto, circulus eſt, quem mulieres imponūt capiti, quo commodius onera ferant.

CESTROSPHENDONA, (κεστροσφενδόνη) telum erat ſemicubitale, bipalme ſpiculum infixum habens digiti craſſitudine, cui ad libramen pinnæ tres, ueluti ſagittis ſolent, circundabantur. Nomen inuenit a figura, & uſu, quorum utrunque medium habet inter telum & fundam, κέστρον enim Gręcis teli genus eſt, Perſico bello inuentum, σφενδόνη autem id eſt, quod Latini Fundam uocant. Nam fundæ modo librabatur. Inuentum autem fuit hoc teli genus, auctore Liuio, in bello Macedonico.

CESTREVS, duabus tantum ſyllabis, (κεστρεύς) piſcis genus, qui & Cephalus, & Mugil uocatur, publicis adulterorum ſuppliciis deſtinatus apud Athenienſes. Vide Cœl. Rhodig. li.27.cap.4.

CESTRIA, Epiri oppidum Pli.li.4. cap. 1. & Ceſtrini, Ceſtriæ incolæ, eodem auctore, in Proœmio.li.4.

CESTRVS, (κέστρος,) fluuius eſt Pamphiliæ, apud Strabon.li.14.

CESTRVM (κέστρον) inſtrumentum, quo cauatur ebur. Suidas putat eſſe genus teli Perſico bello inuenti. Latini Viriculum appellant. Iul. Pollux pro ſtimulo, ſiue ſtylo accipit. Eſt & herba Ceſtron, quæ & Betonica dicitur, a uarietate remediorum, & efficacia nomine impoſito. Pli lib.25.capi.8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, a Græcis Ceſtron, aut Pſychotrophō.

CESTVS Veneris, inde m dict. Cæſtus, & Politian. Miſc.cap.11.

CETARIÆ, arum, loca iuxta mare ſtagnante lacu, in quibus thynni & alii huiuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. Plin. libro.37.cap.5. Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermię iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis.

CETARII, (κητώνηλαι) qui cetos, hoc eſt, marinos piſces maiores capiunt, aut uendunt. Colu.li.9. Salſamentorū omniū p rgamenta, quæ cetariorū officinis euertuntur, præberi conuenit. Varro: Aduertis cetarios, cum uidere uolunt in mari turmas, aſcendere in malum alte ut penitus per aquam perſpiciant.

CETHEGVS, orator fuit facūdiſſimus Africani maioris ætate, quem Ennius (ut Quintilian. refert) Suadæ medullam uocat. Meminit eius & Cice. in Bruto Fuit etiam Cethegus unus ex principibus Catilinariæ coniurationis: cuius frequens eſt mentio apud Ciceronem in Catilinam.

CETII, populi ſunt Aſiæ, Cilicibus finitimi, a Cetio agri illius fluuio nominati. Strabo lib 13,

CETIVS mons eſt in Norico, Germaniæ regione, Ptolemæo libro.2.capi.14. Vulgo Calemberg.

CETRA, træ, ſcutum breue loreum, quo utuntur Aphri, & Hiſpani. Vergili.7. Aen. Læuas cetra tegit. Liu. 1. Bel. Pun. Hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimēta coniectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes, flumen tranſnatauere. Hinc Cetrati dicti ſunt, milites cetris muniti, quos Peltiſtas uocant. Hircius Bell. ciuil. li. 1. Erant legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea ſcutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter octoginta. Liuius lib. 1. Bell. Maced. Nocte cetratos, quos Peltiſtas uocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.

CETVS, ti, (κῆτος) nomen eſt maioribus omnibus marinis piſcibus commune, iis præſertim, qui animal pariunt, non ouum: cuiuſmodi ſunt balænæ, orcæ, priſtes, thynni, & ſimiles. Vnde Cetarii appellātur, teſte Nonio, qui maiores in mari piſces capiunt. Pli.li.32.ca.1. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe, tradit Iuba, pinguiq; eius negotiatores & omnium piſcium adipe Camelos perungi in eo ſitu, ut aſilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iiſdem plurali tantum numero, nullaq; caſuum inflexione. Verg. 5. Aeneid. Immania cete.

CEV, {*Come. Pet. Com'huom che à uoler lungo tempo aſpetta,*} (ὡς, οἷον) aduerbium ſimilitudinis, idem ſignificans quod tāquam: uel quaſi: magisq; eſt poetarum, q̄ oratorum: ſed quo multi, & præſertim Plinius, utuntur. Vergil.2. Aeneid. Aduerſi rupto ceu quodam turbine uenti Confligunt. Pli.lib.8.ca.16. Incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur.

CEVA,æ,genus uaccæ humilioris. Colum,lib.6.cap.23. Melius etiam in hos uſus altinæ uaccæ probantur,quas eius regionis incolæ Ceuas appellant. Eæ ſunt humilis ſtaturæ,lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generoſum pecus alienis educatur uberibus.

CEVCI, populi Citerioris Hiſpaniæ, in conuentu Lucenſi: de quibus Plinius lib.3.cap.3.

CEVERE,(ϭουλοπρωκτιᾷν, καλλικανίζειν. πυγίζειν.) Ariſtophani in Auibus.σαίνειν,pen.prod.eſt clunes mouere, quod fit ut adulando, ut in canibus uidemus,aut in re uenerea turpis operando, & propriæ de maribus dicitur:criſſare uero(σεισοπυγεῖν)de mulieribus. Perſi. An Romule ceues?

CEVS,uide Cœus per œ diphthongum.

CEYX, ycis,pen.genitiui prod.Ceicę.Pet. Alcione & Ceice in riua al mare } κύυξ Suidæ) rex fuit Thraciniæ; Luciferi filius, & maritus Alcyones filiæ Aeoli,qui cum ob caſum fratris in accipitrē mutati,ad Clarium oraculum conſulendum nauigaret,tempeſtate deprehenſus eſt & ſubmerſus.Quare cum ſtatuto tempore non rediret, Alcyone multa quotidie uota pro uiri ſalute ſuſcipiebat. Tandem in ſomnis monita,naufragio eum periiſſe cum ad deflendum miſerabilem uiri caſum mane ad litus ueniſſet, unde ille ſoluerat, cadauer quoddam fluctibus ad litus uidit expelli: quod cum uiri ſui eſſe cognouiſſet, ac per undas ad illud exilire uellet, Deorum miſeratione in Alcyonem conuerſa, ad os mariti aduolauit: qui & ipſe oſcula uxoris ſentiens in Alcyonem commutatus eſt. Fabulam hanc refert Ouid. 11. Metamorph.

C ANTE H

CHAA,Peloponneſi urbs eſt,Lepræo proxima,ad campum Ephaſium,cuius cauſa bellum inter Arcades & Pylios conflatum eſt. Vide Strabonem lib.8.

CHAASA, uicus eſt Aegypti apud Strabonem lib. 16.

CHABARENI,(χαβαρηνοὶ)populi Scythici, ad Chalybem fluuium habitantes,qui peregrinarum mulierum, quas nanciſci poterant, mammas crudas edebant, & pueros deuorabant. Stephanus ex ſententia Eudoxi.

CHABRIA, uicus eſt Aegypti in ea parte, quæ Arabiæ eſt contermina. Strabo.lib. 17.

CHABRIAS,(χαβρίας)Athenienſis philoſophus, & Imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitū ceruorū duce leone, q̄ leonū, duce ceruo. Huius res geſtæ recēſeni a Demoſthene in oratione aduerſus Leptinem.

CHADISIA,(χαδισία)fluuius eſt,& oppidū eiuſdē nominis in Cappadocia ſiue Leucoſyria,in finibus Themiſcyre nō procul a Lycaſto. Auctor Pl.li.6.c.3

CHADRAMOTITÆ,(χαδραμωτῖται)populi ſunt Arabiæ,Troglodytis proximi. Pli.lib.6.cap.28.

CHÆREMON,onis,(χαιρήμων) poeta Comicus, cuius fabulas enumerat Suidas. Fuit & alter eiuſdem nominis, qui Hieroglyphica ſcripſit, cuius etiam meminit Suidas.

CHÆREPHON, (χαιρεφῶν)Athenienſis Philoſophus fuit, diſcipulus Socratis, qui iam pertinaciter Philoſophiæ incubuit, ut maximum inde pallorē & maciem contraxerit. Inde ortum eſt prouerbium, οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος: hoc eſt, Nihil a Chærephonte differs, quoties hominem pallore & macie confectum uolumus indicare. Auctor Suidas.

CHÆRIS,(χαῖρις)chitaredus ineptus fuit,cuius meminit Ariſtophanes in Comedia quæ inſcribitur(ἀχαρνεῖς)Suid.

CHÆRONEA,æ, (χαιρώνεια)uicus eſt Bœotiæ, Plutarchi patria. Athenienſium clade nobilitatus. Huius meminit Plin.lib.4.cap.7.

CHÆROPHYLLON, (χαιρέφυλλον)herba eſt, paſtinacæ erraticæ, ſiue dauci folio,aliquanto tenuior, radicula candicante ſubamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam chærephylli nomen recentius eſt, a comæ luxuria, & aſpectus iucunditate(ut uidetur) impoſitum. Hodie a uulgo herbariorum Chærofolium appellatur,Græca & Latina uoce in unam coaleſcentibus.

CHALEON,teſte Pli.lib.4.cap.3,Locrorum portus,VII.M. Paſſuum diſtans a Delphis.

CHALASIS,(χάλασις,)a medicis appellatur laxatio articulorum, cū ſcilicet ex laſſitudine nimio'ue labore, aliave ex cauſa euenit,ut laxatis uinculis membrum excidat: ut ſi radius in brachio a cubito ſubmoueatur, ita ut locus quidam in medio uacuus relinquatur.

CHALASIS, pen.cor. tunicæ genus, quod & Græci χαλάσειρα uocant a laxitate: uel(ut quidam dicunt)nodus tunicæ muliebris, quo coniecta circa ceruicem tunica ſubmittitur.

CALASTRA,(χαλάστρα)urbs Macedoniæ, iuxta quam Axius influit in Thermæum ſinum,inquit Strabo, Chalaſtra,proximo portu dicta. Hinc Chalaſtricus,rica,um,adiectiuum: ut,Chalaſtricum nitrum, Plin.lib.31.cap.10.

CHALAZA,{Ganghola,nata.(χάλαζα)collectio ſub cute,buboni,& Aegyptiæ fabæ ſimilis,dolorem,ſi tangatur,afferens a Latinis Grando dicitur.

CHALAZIAS,(χαλαζίας)gemma, quæ grandinum colorem, & figuram habet,adamantinæ duritiæ, Plin lib. 37.cap.11.

CHALAZION(χαλάζιον) tuberculum eſt in oculorum palpebris,non diſſimile illi. quod a Græcis κριθὴ appellatur: diuerſæ tamen figuræ,& mobile,ſi huc atque illuc pellatur. Recentiores medici Grandinem appellant.

CHALCANTHVM, {Vetriolo} (χάλκανθον)corpus eſt metallicū, quod a Latinis,Atramentum ſutorium appellatur. Eſt autem duplex foſſile & factitium. Foſſitium aliquando eſt cœruleum, aliquando pallidum,aliquando candidum & pellucidum in morem uitri, unde & Vitriolum a uulgo appellatur.

Factitium uero ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis, qui ad metalla ſunt damnati, in uaſa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concreſcit. Dictum Chalcanthum,quaſi flos æris. Atramenti autē ſutorii nomen accepiti q, ex eo aqua diſſoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioſcoridem lib.5.& apud Plinium lib.34.cap.12.

CHALCE,(χάλκη)inſula eſt cum oppido,circa Rhodum, Plinius libro.5. cap.11.

CHALCEDON,Calcidona(χαλκηδὼν)urbs Bithyniæ, iuxta Boſphorum Thraciū,ex oppoſito Byzantii. Hāc Magarenſes cōdidere, Cæci idcirco appellati,q nō potius oppoſitum litus elegiſſent in quo poſtea condita eſt Byzantiū, tāto feliciore modis omnibus ſede. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt quę inter octo numeratur,quibus Romana eccleſia præcipuum impertitur honorē.

CHALCEOS, herbæ genus eſt, apud Plinium libro.21.cap.18.ſpinoſas habens aculeos.

CHALCERITIS, idis inſula eſt in Ponto Marti ſacra. Vnde etiam Aria dicitur, Plin lib.6.cap.12.

CHALCETVM, herbæ etiam genus eſt apud eundem lib.26.cap.7. Item herba Chalcetum e uinceis contrita imponitur.

CHALCIA,inſula maris Aegæi,quam inter Sporadas Plinius enumerat libro.4.cap.12.

CHALCIDENE, Syriæ fertiliſſima regio, ut ſcribit Plin.in deſcriptione Cœles Syrię.lib.5.

CHALCIDIX,(quod hic legebatur pro ſerpentis genere) Vide Chalcis.

CHALCIOPE, pen.cor.(χαλκιόπη) Aeetæ regis Colchorum filia fuit,ſoror Medeæ,& uxor Phryxi. Huius meminit Flaccus lib 9. Argonaut.

CHALCEVTICE,(χαλκευτική)ærarita fabrica. Nam χαλκεύς, faber ærarius eſt, quem excuſorem, Quintilianus interpretatur.

CHALCIS, idis,)χαλκίς)ſerpentis genus eſt e genere lacertarum, quaſdam æreii coloris lineas in tergo habens unde & nomen habet. Plin.lib.32.cap. 4. Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur aduerſus phalangia & araneas ex mulſo: aduerſus chalcidas cum myrtite. Idem lib.29 cap.5.Lacerta, quam hi Sepa,alii Chalcidem appellant. Chalcidas lacertæ meminit & Ariſt. de Animalibus. Eſt & Chalcis Homero, auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. Plinius lib. 10.cap.8.cymindin uocat. Eſt & Chalcis, piſcis quidam ex genere chombrorum,apud Pli.lib.32.ca.11.

CHALCIS, idis,{Negroponte} (χαλκίς)Eubœæ urbs præcipua,ab Aulide,Bœotiæ portu,exiguo Euripo diuiſa, uetus Athenienſium colonia: ita dicta(ſit Stephano credimus)a Chalcide filia Aſopi: aut certe, q ærariæ fabricæ ibi primum fuerint repertæ. Eſt & alia Chalcis,agri Corinthii oppidum. Tertia Aetoliæ, Acheloo fluuio irrigata, Quarta Syriæ, a Monico Arabe condita. Sunt & aliæ eiuſdem nominis urbes, quæ enumerantur a Stephano. A Chalcis deducitur Chalcidicus,a, um,(χαλκιδικὸς poſſeſſiuum a Chalcide formatum. Vergil.5 Aeneid. Chalcidicaq; leuis tandem ſuper adſtitit arce. Vbi Chalcidicam arcem uocat Cumas,Chalcidenſium coloniam.

CHALCITIS,(χαλκῖτις)inſula eſt e regione oſtii Rhyndaci, Bithyniæ fluuii. Eſt item Chalcitis,corpus metallicum,mediæ inter myſi & ſory ſubſtantiæ, illo craſſior,hoc tenuior, unde & in metallis inter hæc duo media inuenitur. Dicta Chalcitis,tum q ad æris colorem tendat,tum q ea æs augeatur. Hodie Seplaſiarii pro Chalcitis Chalcanthum ſubſtituūt. Vide Galenum lib.9.Simplicium, & Plinium lib.34.cap.12.

CHALCITES,(χαλκίτης)gemma æreis coloris,ſed nigrioris. Plinius libro. 37.cap.15.

CHALCOPHONOS,(χαλκόφωνος)gemma, quæ illiſa, æris tinnitum reddit, Plin.lib.37,cap. 10.

CHALCOSMARAGDOS,(χαλκοσμάραγδος)gemma ex genere ſmaragdorum,æneis uenis turbida, Pli.lib.37.cap 5.

CHALCVS, {Bagattino.Bocc.Coſto' delle lire preſſo à cento di bagattini,}exiguum pondus erat apud Atticos,quod decies ſumptum, Obolum conficiebat. Plin.lib.31,cap.ult. Drachma Attica denarii argentei habet pondus, eademq; ſex obolos pondere efficit: Obolus decem chalcos.

CHALDÆA, cum æ diphth.(χαλδαίας χώρα)Aſiæ maioris regio, Arabiæ contermina,plana,fontium indiga,in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat inſtituit, & a ſe Arphaxat eos nominauit,ut inquit Ioſephus. Chaldæi Aſſyriorum magi ex gentis uocabulo dicti ſunt, qui diuturna obſeruatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet,quid cuiq; euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet. Horum multa erant genera. Nam quidam Occheni dicebantur, quidam Borſipeni, alii aliis nominibus, pro ratione ſectarum,quas amplectebantur. Tantum autem hac in arte ualuerunt Chaldæi, ut quicunque Aſtronomiā iudiciariam profiterentur,quāuis in ſe iunctiſſimis regionibus orti,ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellātur,et Mathematici. Chaldæos quoque ſua ætate,dictos fuiſſe Ponti populos, qui antea Alizones & Chalibes dicebantur,auctor eſt Strabo.li.12.

CHALEPI uerſus,(χαλεποὶ μέτρα)dicūtur duri,aſperi,ac prolatu difficiles: qualis eſt uerſus Virgilianus: Quadrupedāte putrē ſonitu qualit ungula cāpū.

CHALESTRA, uide Calaſtra.

CHALISIA,(χαλισία)urbs Libiæ,& alia Ponti,tertia Amazonum. Vide Stephanum.

CHALYBES,(χάλυβες)cum y correp.populi in Ponto iuxta Thermodoōtem fluuium, qui, & Alizones Homero dicti ſunt, & poſtea Chaldæi, teſte Strabone li.12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Verg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi: At Chalybes nudi ferrum. Ponitur tamen quandoque Chalybs,(χάλυψ) pro ipſa ferri materia. Verg.8. Aen. Vulnificuſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit. Eſt & Chalybs fluuius in Hiſpania,in quo ferrum optime temperatur: iuxta quem & Chalybas populos collocat Iuſtinus lib.ult. de quibus Grammaticorum nōnulli putant intelligendum illud Vergilii, At Chalybes nudi ferrum.

CHAMÆACTE,ctes,(χαμαιάκτη)ſambuci genus eſt humilius,quod a Latinis Ebulum appellatur Pli.lib.24.cap.8. Sambucus habet alterum genus magis ſylueſtre,quod Græci Chamæacten,alii Helion uocant,multo breuius.

CHAMÆCERASI(χαμαικέρασοι)ex ceraſorum genere humillimæ, terna raro altitudinis cubita excedentes. Plin lib.15.cap.25 Sunt & Macedonicæ paruæ arboris,raroq; tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæceraſi.

CHAMÆCYPARISSOS,(χαμαικυπάρισσος)herba quæ ex uino pota,cōtra uenena ſerpentiū omnium,ſcorpionumq; pollet. Pli.li.24.ca.15. Ruellius docet, pumilum eſſe fruticem, in hortis ſeri ſolitum, foliis incanis, cupreſſi arboris folia odore & figura referētibus, Vnde & a uulgo Cypreſſus appellatur.

CHAMÆCISSOS,(χαμαίκισσος)genus hederæ,quæ nunquā ſe ab humo attollit. Compoſita dictio ex χαμαὶ,quod humi,ſiue ad terram ſignificat,et κισσὸς hedera. Sic Chamæplatani,uocantur humiles platani,& coactæ breuitatis.

CHAMÆDAPHNE,(χαμαιδάφνη)Plini. herba eſt in hortis ſeri ſolita,in funiculi modū ſeſe porrigēs,& uicina quæq; uinciens: unde & Vincaperuinca

ab eodem appellatur. Folia habet lauro ſimilia: ideo chamædaphne, hoc eſt, parua laurus appellatur: florem autem uiolę ſimilem. de hac Plin. lib. 11. ca. 11. Dioſcoridi ἀλεξανδρεία δάφνη dicitur. Eſt & altera Chamædaphnes ſpecies, cuius idem Pli. meminit lib. 24. ca. 15. Chamędaphne (inquit) unico ramulo eſt, cubitali fere, folio tenui, lauri ſimilitudine: cuius ſemen rubens a dimiſſum folijs, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani Laureolam aut Lauraginem appellant: Dioſcorides autem, & Galenus hanc ſolam chamædaphnes nomine nouerunt.

CHAMAEDRYS, (χαμαίδρυς) herba eſt Plini. libr. 24. cap. 15. quæ Latine Triſſago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alij Teucrion appellauere. Dicitur autem Chamædrys quaſi humilis et terreſtris quercus. Vulgo Serratula appellatur, teſte Ruellio lib. 3. capi. 56.

CHAMAELAEA, (χαμαιλαία) herba quæ ſimilitudinem foliorum oleæ habet. Pli. lib. 25. cap. 7. Multum infra hunc ſuccum eſt, qui in Gallia fit ex herba Chamælæa, granum cocci ferente. Idem lib. 24. cap. 15. Chamælæa ſimilitudinem foliorum oleæ habet. ſunt autem amara, odorata, in petroſis, palmum altitudine non excedente. Vulgus a foliorum ſimilitudine Oliuellam uocat.

CHAMAELEON, chamæleontis, (χαμαιλέων) herba eſt ex genere aculeatarum: ita dicta a uarietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, alibi uiridis, alibi cyaneus, alibi croceus. Quibuſdam in locis uiſcum gignit ſub alis foliorum, unde & Ixia appellatur. Eius duo ſunt genera, album, & nigrum, radicis colore diſtincta. Album Latini Carduum ſuarium, quod ſues enecet, officinæ Cardopatium appellant. Nigrū Galli Cardonettam uocant, Latini Vermilagium, uel Carduum nigrum. Vide Plinium lib. 22. cap. 18.

CHAMAELEON, tis, {Camaleonte} (χαμαιλέων) quaſi paruus leo, animal eſt diuerſa uarietate conſperſum, ut pardus, & ad colores quos uidet, conuerſione facillima uariatur. Naſcitur in India, figura & magnitudine lacertæ, niſi quod crura habet recta & excelſiora. Latera uentri iunguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatē deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus: ungues adunci, motus tardior, ut teſtudini, aſperum corpus, ut crocodilo. habet oculos corpori concolores, nunquā eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quam aeris alimēto: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. libr. 28. cap. 8.

CHAMAELEVCE, (χαμαιλεύκη) herba quæ Tuſſilago dicitur: naſcitur circa fluuios, folio populi, ſed ampliore. Pli. lib. 24. cap. 15. Vulgus uocat Vngulam caballinam. Barbarus Populaginem, & Bechion.

CHAMAEMELON, {Camamilla} (χαμαίμηλον) herba ē uulgo nota, ab odore mali ſic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatˀ. Medici recentiores Chamomillam barbare uocant. Eius tria ſunt genera, floribus tātum diſtantia, Leucanthemon, Chryſanthemon, & Eranthemon. de quibus latius ſuis locis.

CHAMAEMYRSINE, (χαμαιμυρσίνη) frutex ex quo ſcopæ fiūt, alias Ruſcus. Nonnulli ſylueſtrem myrtum uocant, ex quo fit oleū chamæmyrſynum. Vide Plin. lib. 23. cap. 9.

CHAMAEPEVCE, (χαμαιπεύκη) herba eſt folia habens laricis folijs ſimilia, lumborum & ſpinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

CHAMAEPITYS, yos, (χαμαίπιτυς) herba eſt Plin. lib. 24. cap. 6. a Latinis Auiga, ſiue (ut alij legunt) Abiga uocata, ab abortu. ſ. quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria ſunt genera: unum ſeſquipedalibus ſurculis, flore & odore pinus. alterum breuius, & incuruum: tertium folijs ſcabris, digitali cauli craſſitudine. Vulgus Iuam appellat.

CHAMAEROPS, opis, (χαμαίρωψ) herba eſt myrteis circa caulem geminis folijs, capitulis Græculæ roſæ, quæ ex uno pota lateri, renibus, conuulſis, & ruptis medetur. Auctor Plinius lib. 26. cap. 8. Ruellius eandem eſſe exiſtimat, quam a Mithridate inuentore Mithridation appellant.

CHAMAERIPES, (χαμαίριπες) arbores ſunt ex ſpecie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia naſcuntur, folio latiore, ac molli, & ad uincula utiliſſimæ. Vide Plinium lib. 13. cap. 4.

CHAMAESICE, (χαμαισύκη) herba eſt lentis folia habens nihil ſe attollentia, in aridis petroſiſque naſcens. Vide Plinium lib. 24. capi. 15.

CHAMAETERAE, quæ & Chamæterides, (χαμαιτερίδες) a Græcis dicūtur humiles & depreſſæ imagines: quales ſunt ſeruarū & pediſſequarū, quæ ſe iuxta humi ſedentes finguntur. χαμαὶ enim Gręcorum aduerbium Latine ſignificat Humi. Scribit Plin. lib. 36. ca. 5. Scopam feciſſe Apollinem Palatinum, Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis, duaſque chamęteras circa eam.

CHAMAEZELON, (χαμαίζηλον) herba eſt teſte Plinio lib. 27. cap. 10. quā quidam eandem eſſe credunt cum gnaphalio, cuius folia ita alba et mollia ſunt, ut plane uideantur tomentum, & pro tomento uſurpentur. Eſt & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon a Gręcis, & a Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 9.

CHAMBADES, pars eſt Tauri montis, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

CHAMELOPARDALIS, & CHAMELVS, Vide Camelopardalis & Camelus.

CHAMOS, teſte Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodum Aſtarte dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

CHAONIA, (χαονία) pars montana Epiri: licet quandoque ſumatur pro tota Epiro. Hinc Chaones, (χάονες) populi a Troiano Heleni fratre Chaone nominati: quem cum Helenus in uenatione imprudēs occidiſſet, ad extincti ſolatium, regni ſui populos a nomine eius Chaones, & regionem Chaoniam appellauit. Verg. 3. Aen. Chaoniamque omnē Troiano a Chaone dixit. Iidem poſtea & Moloſſi dicti ſunt, a Moloſſo Pyrrhi filio, teſte Strabone lib. 7.

CHAONIDES, (χαονίδες) canum genus ex chais, hoc eſt, ex lupis ceruarijs conceptum, ut uidetur ſentire Hermol. in Pliniū. Veriſimilius tamē eſt, a Chaonia regione dictos, quemadmodum & Moloſſos a Moloſſia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem a Vulcano fabricatum.

CHAOS, {Confuſione, Chaos} (χάος) Heſiodus in Theog. omnium rerum initium uocat, quod ante omneis deos, deaſque natum ſit: de quo et Orpheus initio Argonaut. Alij appellant materiam cœli & terræ confuſam atque informem, quæ primum ex nihilo facta eſt, de qua poſtmodum omnia ſigillatim per ſpecies uarias, formaſque proprias prodierunt, de qua ſcriptura loquitur: Qui feciſti mundum de materia informi. Lactant. uero ſic habet: Nemo quærat ea quibus iſta materijs tam magna, tā mirifica opera Deus fecerit. omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi ſunt poetæ, qui aiunt Chaos, in principio fuiſſe, id eſt, cōfuſionem rerum atque elementorum, poſtea uero Deum diremiſſe omnem illam cōgeriē, ſingulisque rebus ex confuſo aceruo ſeparatis, in ordinemque deſcriptis, inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe. Eſt autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum. hoc modo, τὸ χάος τοῦ χάους, τῷ χάει. Apud Latinos tantum in uſu eſt Chaos, & ablatiuus Chao, quamuis Priſcianus per ſecundam declinationem declinauerit Chaus, Chai &c. Vergili. libr. 4. Georg. Atque Chao denſos diuum narrabat amores. Dictum Chaos a χέω fundo, quod fuerit fuſio, id eſt, confuſio elementorum omnium.

CHARACATVS, adiectiuum a Græco χάραξ, κος, quod inter cætera uallum ſignificat, ſiue pedamentum, cui uitis alligatur. Vnde Characata uitis: quæ quo pacto fieri ſoleat, docet Colum. libr. 5. cap. 4. Mox (inquit) quæ defixis arūdinibus circum munitæ, per ſtatumina calamorum, materijs ligatis, in orbiculos, gyroſque flectuntur, eas nonnulli Characatas uocant.

CHARACIAS, (χαρακίας) Plin. lib. 26. cap. 8. primum eſt tithymali genus, ramos habens digitali craſſitudine, cuius ſemen cum melle decoctum in uſu eſt ad catapocia, hoc eſt, pilulas faciendas, ſoluendæ alui gratia. Hanc officinæ corrupto uocabulo Cataputiam uocant. Alia quoque Characias eſt (uulgo Chirancia) quæ ſepti modo in hortis feneſtriſque per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac ueteres nihil. Hermol. Corol.

CHARACTER, {Carattere, ſegno, figura, forma,} (χαρακτήρ) Latinē dicitur ſignum, inſigne, ſiue figura & forma. Colum. lib. 11. cap. 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Item Character, genus & figura dicendi Gel. lib. 7. cap. 14. Et in carmine, & in ſoluta oratione genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας uocant. Cicer. in Orat. Sed iam ipſa forma reſtat, & character ille, qui dicitur.

CHARACTERISMOS, (χαρακτηρισμὸς) Latine deſignatio: figura, qua orator uitas morum, de quibus loquitur, deformat: ut eſt apud Iuuenalem: Et caluo ſeruiret Roma Neroni. id eſt, Domitiano.

CHARADRIVS, (χαραδριὸς) auis maritima magna, & ingluuioſa, quam aſpicientes icterici morbo liberantur, teſte Aeliano lib. 15. cap. 26. Alio nomine Icterus appellatur, & a Latinis Galgulus, ut exiſtimat Pli. lib. 30. cap. 11.

CHARADRA, dræ, (χαράδρα) urbs Phocidis, non procul a Lilæa. Gentile Charadræas. Stephanus.

CHARADRVS, (χάραδρος) Ciliciæ fluuius eſt. a quo & lacus, & ſtatio propinqua nomen ſumpſerunt. Papinius libr. 4. Thebaidos: Quæque pauet longa ſpumantem ualle Charadron, Neris. Eſt item Charadrus, oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima eſt. Plin. lib. 5. capi. 20.

CHARAX, (χάραξ) oppidum eſt, in intimo ſinu fœlicis Arabię ſitum, ab Alexandro magno conditum. Auctor eſt Plinius libro 6. cap. 27. Eſt etiam hoc nomine emporium in Africa, ubi olim Carthaginienſes uinum ſucco & ſilphio permutabant. Strabo libr. 17.

CHARAXVS, (χάραξος) frater Sapphus poetriæ, qui captus fuit Rodopes meretricis amore, cuius cauſa opes ſuas omnes dilapidauit: et ad ſummam redactus inopiā, piraticā exercuit. Oui. in Epiſ. Sapphus: Gaudet, & e noſtro creſcit mœrore Charaxus Frater, & ante oculos itque, reditque meos. Et pauloante: Arſit inops frater uictus meretricis amore: Miſtaque cum turpi dāna pudore tulit. Factus inops agili percurrit cęrula remo: Quasque male amiſit, nūc male quęrit opes.

CHARES, etis, pen. genitiui prod. (χάρης) Athenienſium dux, ad promittendum facilis, et promptus. Vnde prouerbium natum: χάρητος ὑποσχέσεις. id eſt Charetis pollicitationes. Auctor Suidas. Fuit et Chares Lyndius ſtatuarius Lyſippi diſcipulus, qui Rhodi Solis coloſſum fecit. Auctor Plin. lib. 34. cap. 7.

CHARIDEMVS, (χαρίδημος) dux fuit copiarum Cherſobleptæ Thraciæ regis. Huius frequens eſt mentio in oratione Demoſthe. contra Timocratem.

CHARIENTISMOS, {Piaceuolezza, ciuiltà nel ragionare,} (χαριεντισμὸς) eſt urbanitas, lepos, & uenuſtas ſermonis: a uerbo Græco χαριεντίζομαι, quod ſignificat iocor, & facete cauillor. Sumitur etiā pro figura illa, quæ alio nomine εὐφημισμὸς à Græcis dicitur, qua ſcilicet, dura dictu mitius et gratius proferuntur: ut ſi roganti, an ſe quiſpiam quæſiuerit, reſpondeas, Bona fortuna: item ſi uixiſſe dicas, quem mortuum eſſe uelis ſignificare.

CHARILAVS, (χαρίλαος) Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

CHARIS, charitis, (χάρις) Latine gratia, feſtiuitas, beneficium, munus. A quo Chariſma, (χάρισμα) in eadem ſignificatione.

CHARISIAE, (χαρισίαι) urbs Arcadiæ, ita dicta a Chariſio Lycaonis filio. Stephanus.

CHARISIVS, (χαρίσιος) nomē cuiuſdam Grammatici, quem Priſcia. citat. Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cuius meminit Ci. in Bru. lib. 2. Eſt & panis, ſeu (ut Suidas ait) placentulæ ſpecies.

CHARISTIVM marmor, (quod hic ut uitioſe ſcriptum erat, ita perperam interpretatum) uide Caryſtium.

CHARISTIA, (χαριστήρια) neu. gene. & numeri plur. feſta uocabantur, quibus cognati conueniebant, & munera mutuo mittebant. Ouid. lib. 2. Faſt. Proxima cognati dixere Chariſtia chari: Et uenit ad ſocios turba propinqua deos. Valer. lib. 2. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, idque Chariſtia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

CHARITAS, & CHARVS, uide Caritas, & Carus.

CHARITES, {Le Gratie.} (χάριτες) Gratiæ tres finguntur: Aglaia, Thalia, & Euphroſyne, Iouis & Eurynomes, (ut in Theogonia tradit Heſiodus) aut Veneris & Liberi filiæ: quas ueteres nudas pinxerunt, quod gratias inter amicos minime deceat eſſe fucatas. Tres autem ea ratione dicūtur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria ſeneſcat. Ridētes, quod hilariter dandū ſit. Et eū duæ nos aſpiciant, una pingi auerſa: quo ſignificari uolunt, quod pro accepto beneficio duplex a nobis gratia debeat reuerti.

CHARITONIVS, a, um, (χαριτώνιος) adiectiuum, interpretatur gratiam uenalem habens. Vnde propie puellis conuenit, quæ gratia ſua ad quæſtum & ad expilandos amatores abutuntur.

CHARMANDES, es, (χαρμάνδης) urbs eſt trans Euphratem, iuxta portas Babilonias. Gentilia ſunt Charmandæus, & Charmanduteni. Steph.

CHARMIS, (χάρμις) Sardiniæ oppidum, Carthaginienſium opus, Gentile Charmites. Stephano.

CHARMIONE, (χαρμιόνη) (ut ſcribit Plutarchus in uita Antonij) Cleopatræ ancilla fuit, ſpontaneam dominæ mortem imitata.

CHARON, (χάρων) Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darij floruit: ſcripſit Aethiopica libris duobus: item Cretenſia, Græcanica, et alia. Charon item Carthaginienſis hiſtoricus, qui Tyrannorum, quotquot in Aſia Europaq; fuerunt, item illuſtrium uirorum & mulierum uitas conſcripſit. Tertius eiuſdem nominis, Naucratica fuit hiſtoricus, qui de ſacerdotibus, regibus, & geſtis Aegyptiorum Hiſtoriam ſcripſit. Charontem quoque inferorum porthmea fingunt poetæ triente animas tranſuehentem ad inferos. Auctor Suidas.

CHARON, tis, (χάρων) à poetis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad alteram ripam tranſuehit. De hoc Vergi. libr. 6. Aeneid.

CHARONEA, orum, (χαρώνεια) regio Aſiæ eſt, ad Meandrū fluuium, uicina Hierapoli, Characi, Magneſiæ, & Myunti, terram habens cauernoſam, putridam, & incendijs obnoxiam. Vide Strabonem ad finem lib. 15.

CHARONEA PORTA, (χαρώνειος θύρα,) appellabatur una ex portis Athenienſis nomophylacij, per quam damnati ad ſupplicium ducebantur.

CHARONIVM, (χαρωνεῖον) antrum eſt inter Trallis & Nyſam, ubi ægroti ſolemnibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberari credebātur. Vide Strabonem libro 14.

CHARONDAS, (χαρώνδας) cognomēto Thurius, patria Catanæus, Athenienſibus leges quaſdam tulit, quibus cum capitis poenam ſtatuiſſet in eos, qui gladijs armati concioni intereſſent, imprudenter, ut fere ueniebat, gladio accinctus in concionem prodijt: monitus deinde ab eo, qui proximè aſſidebat, cūm culpam diſſimulare poſſet, gladio quo accinctus erat incumbens, uiolatæ legis à ſe poenas exegit. Valer. libro 6. cap. 5.

CHAROPS, (χάροψ) Home. libr. Iliad. 11. uir Troianus, Hippaſi filius, et Soci frater, quos ambos uno die Vlyſſes interemit. Eſt & nomen cuiuſdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quintio Flaminio Conſuli Romano contra Philippum bellum gerenti, fauit. Auctor Plutarchus in uita eiuſdem Flaminij.

CHAROPVS, pen. cor. {*Amabile, piaceuole, gratioſo.*} (χαροπός) Latine amabilis, blandus, gratioſus dicitur, à χάρις, et ὤψ, ὠπός, aſpectus. Vnde Charopus color (χαροπὸν χρῶμα) qui dilutam habet uiriditatem, igneo quodā ſplendore intermicantem: qualem in leonum oculis conſpicimus.

CHARTA, {*Carta, Pe. Ch'inegegn'human non può ſpiegar in carte*} (χάρτης) cū ch aſpirato, papyrus, in qua ſcribimus: propriéq; ea, quam ueteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant: cuius ſpecies, uariaq; nomina, & præparandi rationem uide apud Plinium lib. 13. cap. 11. 12. et 13. Quanquam etiam latius chartæ nomen poſtea coepit extendi, ut etiam de ijs dicatur, quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur. Suet. in Nerone: Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Plin. lib. 13. cap. 11. Chartam Alexandri Magni uictoria repertam, auctor eſt. M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuiſſe chartarum uſum, palmarum folijs primò ſcriptitatum. deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici coepta, aut ceris. A charta fiunt Charteus, Chartularius, et Chartaceus, a, um, (ē in χάρτης) quod eſt ex charta. Vlpianus de leg. 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, uel chartaceis, uel etiā eboreis: uel alterius materiæ. Item Chartarius, a, um: ut Chartariæ officinæ. Pli. lib. 18. cap. 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæq; ut untur. Charta uirgo, quæ nunquam peperit, hoc eſt, quæ nōdum tranſcripta eſt, dicitur à Martiale: Cuſtodiat ipſe uirginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ, cūm ex ijs exempla ſumuntur. Item Charta urbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine a ſeſe conditam urbem Carthaginem appellaſſe.

CHARTILAGO, Vide ſuprà Cartilago.

CHARTOPHYLACIVM, (χαρτοφυλάκιον) ſcrinium eſt, uel conclaue, uel ipſa etiam domus, in qua chartæ aſſeruantur: Latini Tabularium uocant. nam φυλακὴ cuſtodia eſt, φυλάττω, cuſtodio.

CHARTVLA, (χάρτιον) diminutiuum. Hieron. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

CHARVS, a, um, Vide Carus.

CHARIBDIS, (χάρυβδις) et Scylla, duo mōſtra ſunt in freto Siculo de quibus Vergil. 3. Aeneid. Dextrum Scylla latus, læuū implacata Charybdis Obſidet. Eſt autem Charybdis locus, ſicuti ſcribit Salluſtius iuxta Tauromenitanum litus: extatq; fabula Charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, quæ cūm Herculis uaccas rapuiſſet, a Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa. Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quod contrarijs fluctuum curſibus colliſionem facit, & rapta quæque abſorbet & reijcit. Ouidius. Et uomit epotas ſæua Charybdis aquas. Seneca ad Lucilium. Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus, optimè ſcio: Charybdis an reſpondeat fabulis, perſcribi mihi deſidero. Fac nos certiores, utrum uno tantùm uento agatur in uertices, an omnis tempeſtas mare illud contorqueat: & an uerum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi. Thucid. libro 4. ſcribit eſſe fretum inter Rhegium mare & Meſſanam, à quo breui ſpatio Sicilia à continente diſtet, & Charybdim appellatum.

CHASMA, tis, {*Feſſura, apertura. Dant. Vna feſſura che lagrime goccia*} (χάσμα) Latinè hiatus, fiſſura, rictus, à χάσμαω hio. Fit autem Chaſma non ſolum in coelo, ſed etiam in terra: unde ait Iurecōnſult. de cenſibus. l. forma. §. qua re ſi. Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. Ammianus eleganti uocabulo Chaſmaticum appellat terræ motum, quo patefactis ſubito uoratrinis, terrarum partes per hiatum abſorbentur.

CHATTI, populi ſunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plini. lib. 4. cap. 14.

CHAVS, lupi ſpecies eſt, pardorum maculas habentis, quem alio nomine Lupum ceruarium uocant. De quo Plinius libro 8. cap. 19. ita ſcribit: Pompeij Magni primùm ludi oſtenderunt chaum, quem Galli Rhaphium uocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulo poſt eodem li. ca. 22. Sunt in eo genere qui Ceruarij uocantur, qualem è Gallia in Pompeij magni arena ſpectatum diximus.

CHELÆ, arum, {*Branche de gambari, e de granchi.*} (χηλαί) ſcorpiorum & cācrorum brachia, ita dicta a foſſiculis dētaculatis, quos Græci χηλάς uocāt Verg. 1. Georg. Quà locus Erigonem inter, chelaſq; ſequentes. Ambroſius de cancro loquens: Et periculoſum eſt, inquit, ſi chelam eius includat.

CHELIDONIA, ſiue Chelidonium. (χελιδόνιον) herba, ab hirundinibus appellata, quæ Græce χελιδόνες dicuntur. Eo enim uiuitur genere aduentu naſcitur, & diſcedente extinguitur. Fertur etiam hirūdines oculos pullis ſuis excæcatis ea herba reſtituere. Plini libr. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. Chelidoniæ duæ ſunt ſpecies, quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet. Minorem autem, quod ſtrumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli uocāt, ſiue quòd ſtrumoſam habeat radicem, Scrophulariam appellant. Chelidonia item uocatur Fauonius uentus, à die ſexto ante Februarias Idus, uſque ad VII. Calend. Martias: eò quod ijs diebus hirundines primùm cōſpici incipiant. Auctor Plini lib. 2. cap. 47. Eſt etiam Chelidonia, gemmæ nomē altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis, unde & nomen accepit. De hac Plinius lib. 37. cap. 10. Item genus aſpidis, ut Galenus auctor eſt. Chelidonia præterea inter ficorum genera recenſetur Plinio libro 15. cap. 18. & Col. lib. 10. Purpureæq; chelidoniæ, pinguesque mariſcæ.

CHELIDONIÆ, (χελιδόνιαι πέτραι Stephano) duæ ſunt inſulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, peſtilentiſſimi aeris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea, Circa has inſulas anthias piſcis maxima in copia capitur: ut eſt uidere apud Plinium.

CHELIDONIVM, (χελιδόνιον) unum eſt ex Tauri montis promontorijs. Plinius lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois ueniens litoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur.

CHELONIA, (χελωνία) gemma eſt Indicæ teſtudinis oculo ſimilis, quam Magorum uanitas tradidit linguæ impoſitam, futurorum diuinationem præſtare. Auctor Plini. lib. 37. ca. 10.

CHELONITIS, (χελωνῖτις) inſula eſt in ſinu Arabico, apud Pli. li. 6. ca. 28.

CHELONIVM, (χελώνιον) teſtudinis tegumentum eſt. Nam teſtudinem Græci χελώνην appellant.

CHELONOPHAGI. (χελωνοφάγοι) populi ſunt in Carmaniæ angulo, ab alia, quàm teſtudinum carne ueſcentes, earumque teſtis caſas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proueniunt, ut ſingulæ ſingulis caſis tegendis ſufficiant, & nauigantibus Chelonophagis ſcapharum uſum præbeant. Vide Plinium lib. 6. cap. 25. & Strabonem libro 16.

CHELYDROS, {*Teſtudine marina*} (χέλυδρος) eſt teſtudo marina. Nam χέλυς, teſtudinem Græcis, & ὕδωρ aquam ſignificat: quaſi teſtudinem aquaticā dixeris. Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citātes illud Iuue. Donant arcana chelydros. Quo tamē in loco alij cylindros legere malūt.

CHELYS, (χέλυς) proprie eſt teſtudo animal: quamuis etiam pro inſtrumēto muſico accipiatur, quod & Latini Teſtudinem appellant. Nā ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio, conſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibus neruis.

CHEMNIS, Pompon. Melæ: ſiue Chemmis (χέμμις Herodoto) inſula eſt in quodam Aegypti lacu natans: quod omnino incredibile uidetur, cum auguſtum Apollinis templum, & lucos ſuſtineat.

CHENA, næ, (χῆνα) urbs Laconiæ, a qua Gentile Chenieus.

CHENALOPECES, (χηναλώπεκες) ex anſerum ſunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plinium lib. 10. cap. 22. Eſt autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς, καὶ ἀλώπεκος hoc eſt, ex anſere, & uulpe compoſitum. unde & Vulpanſerem Aeliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, uulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facile propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, ut interim pullis elabendi ſpatium præbeat. Vide Aelianum libro 15. cap. 51.

CHENISCVS, (χηνίσκος) Latinis anſerculus eſt. Vnde & puppis extremū, quod ornatus gratia ad anſeris ſimilitudinē effictū erat, Cheniſcū appellarunt. Apuleius: Puppis intorta cheniſco. Lucianus in eo Dialogo, qui πλοῖον, ἢ εὐχαὶ inſcribitur: Ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένον. Κατ' ἀντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῷρα ὑπερβέβηκεν ἐς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη, τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν. Hoc eſt, ut uero ipſa puppis ſenſim aſſurgit inflexo, aureo cheniſco, (hoc eſt, anſerculo) ornata regione autem proportione prora prominet in longum producta, habens utrinque ſignum Iſidis deæ, quæ cognomentum naui indidit. Idē in ueris narrationibus: Ὅ τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο, καὶ ἀνεβόησε. Hoc eſt, Cheniſcus enim (ſiue anſerculus) qui ad puppim erat, repente alis plaudere coepit, & clangorem edere. Formam cheniſci uide apud Bayfium de re nauali.

CHENOBOSCIA, (χηνοβοσκία) urbs Aegypti, e regione Dioſpolis, ab anſerum, ut uidetur, paſcuis dicta, qui tantum illic nulli apparent. Huius incolæ dicuntur Chenoboſciatæ, qui circa Crocodilos occupantur.

CHENOBOSCION, pen. pr. (χηνοβοσκεῖον) locus ubi anſeres, alięq; id genus nantes uolucres aluntur: nam χὴν χηνὸς, anſer dicitur. Col. li. 8. ca. 14. Qui uero greges nantium poſſidere ſtudent chenoboſcia conſtituant.

CHENOMICON, herba ad cuius aſpectum expauēſcunt anſeres. Alijs nominibus Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quod noctibus luceat. Vide Plin. libr. 21. cap. 11.

CHENOPVS, podis, (χηνόπους) Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. Pli. libr. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborū ſatorumq; floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

CHENOTROPHIA, æ, penul. product. (χηνοτροφεῖα) nantium uolucrum auiaria.

CHEOPES, ſiue Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus eſt maxima totius Aegypti pyramis: ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cæpa, & allio mille ſexcenta talenta expendiſſe. Auctor Herodotus libro 2.

CHERAMIDES, genus lapilli pretioſi, qui (ut Strabo lib. ult. refert) Mauritaniæ campeſtribus naſcitur. Pli. lib. 37. capi. 10. Cheramides eadem eſſet, quam Oſtraciten uocant, niſi q; hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CHERIA, a quibuſdam appellatur Raphanus ſylueſtris, quem latini Armoraciam appellant. Vide Ruellium lib. 2. cap. 123.

CHERILVS, uide Chœrilus.

CHERNITES, (χερνίτης) lapidis genus eſt ebori ſimillimus, in quo defunctorum

ctorum cadauera condebantur. Pli.lib 36.cap. 17 Mitior eſt autem conſeruan dis corporibus,nec abſumendis,cheraites ebori ſimillimus:in quo Darium conditum fuit.

CHERRONESVS,(χεῤῥόνησος)quaſi(χερσόνησος,ἀπὸ τῆς χέρσου,καὶ νήσου): terra eſt in inſulæ modum mari cincta,uno tantum,eoq; anguſto ſpatio continenti adiuncta: Latini Peninſulam uocant. Quinque autem inſigniores commemorantur Cherroneſi:quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. Secunda quæ in uicina continente Thracia dicitur,cuius Iſthmus ab occaſu Melane ſinu,ab ortu Propontide abluitur. Tertia,quæ Saxoniæ adhęrens,a Cimbris,qui eam tenuerunt,Cimbrica appellata eſt : hodie Dania dicta. Quarta inter Pontum Euxinum,& Mæotidem paludem ſita,a Tauris Scythiæ Europææ populis Taurica appellata. Quinta,quam Auream cognominant,in India ſita ſupra Gangem,Ortum uerſus, iuxta ſinum quem Magnum appellat Ptolemæus.

CHERSINA,æ,genus eſt teſtudinis terreſtris,in aridiſſimis Africæ deſertis,roſcido humore uiuens. Auctor Pli.lib.9.cap.10.

CHERSIDAMAS,(χερσιδάμας)uir Troianus,quem Vlyſſes in bello interemit,ut ſcribit Homerus lib.Iliad.11.

CHERSONESVS,(χερσόνησος)idem quod Cherroneſus Vide ſupra.

CHERSYDROS,(χέρσυδρος)ſerpens,qui tam in aquis,quam in terris moratur,nam componitur ex χέρσος,terra,& , ὕδωρ aqua,quaſi uiuens in terra, & in aqua.

CHERVSCI,(χερούσκοι)populi Germaniæ circa Albim : quorum meminit Pli.lib.4.cap.14.

CHIA TERRA,(χία γῆ)terra eſt albida,ſiue cineritia, Samiæ ſimilis, quæ cutem erugat,totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Auctor Dioſc.lib.5.cap.101.

CHIAFICVS,ſiue Chia abſolute,(σῦκον χῖον)fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, uiniq; ueteris,ſalisq; ſaporem referens. Mar.lib 7. Infanti melimela,dato,fatuasq; mariſcas: Nam mihi,quæ nouit pungere,Chia placet. Idem lib.13.Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia miſit : Ipſa merum ſecũ portat,& ipſa ſalem.

CHIDNÆI,(χιδναῖοι)populi iuxta Pontum: teſte Orpheo,in Argonaut.

CHIDORVS, fluuius eſt Macedoniæ,& per Mygdoniam in Axium influens,unus ex ijs,qui a Xerxiano exercitu dicuntur fuiſſe epoti : Vide Herodotum lib.7.

CHILIARCHVS,{*Colonello di mille fanti*}(χιλίαρχος)qui præeſt mille hominibus. A Græcis tamen ſcriptoribus,quoties de Romanorum militia ſermo eſt,Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari,quemadmodum in ciuitate Demarchus,(δήμαρχος)pro tribuno plebis :nã auctore Ioſepho,ordo in Romanorũ militia hic erat: ut milites ad Cẽturiones,illi ad Tribunos,quos Gręci Chiliarchos uocant,mane conuenirent ſalutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones,qui centum militibus præerant. Pentecoſtarchi, qui quingentis. Decarchi,qui & a Latinis Decuriones,qui decem militibus præerant.

CHILIAS,dis,(χιλιάς)numerus qui mille cõtinet.Chilia enim mille.hinc Chiliarchus,qui mille præeſt militibus.

CHILIOPHYLLON,(χιλιόφυλλον)herba eſt,quę notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba(στρατιωτική) dicitur : Chiliophylli nomen accepit a multitudine foliorum.

CHILIODYNAMIS,(χιλιοδύναμις Dioſcoridi) Chiliodyname Plinio, herba eſt, quæ alio nomine Polemonia dicitur a regum certamine, qui eius inuentionem ſibi certatim uendicauerunt. Chiliodynamis autẽ a Cappadocibus nominata eſt,propter uarios in medicina uſus. Vide Plinium lib. 25.c.6.

CHILONES,(χείλωνες)quibus immodica ſunt labra,qui et à Latinis Labeones dicuntur. Nam χεῖλος Græcis labrum eſt.

CHILO,(χίλων)Philoſophus Lacedæmonius,unus ex ſeptem ſapientibus Gręciæ. Eius, Plinio teſte lib.7.cap.32.tria hæc aurea præcepta fuerunt,Delphis in templo Apollinis conſecrata: ſcilicet. Noſce teipſum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni,atque litis eſt miſeria. Quin et funus eius,quum, uictore Olympiæ filio, gaudio expiraſſet,tota Græcia proſecuta eſt.

CHIMASTRVM,(χείμαστρον)ueſtis eſt ruſticorum, qua hyeme utuntur: ἀπὸ τοῦ χειμάζειν,quod nobis ſonat, hyemare.

CHIMÆRA,(χίμαιρα)mons eſt Lyciæ igniuomus,in cuius cacumine leones habitant: in medio uerum,ubi paſcuis abundat,capræ : in radicibus autem ſerpentes. Hinc factus eſt locus fabulæ, Chimæram monſtrum eſſe, quod flammas euomat,caput & pectus leonis habens,uentrẽ aũt caprę,et caudã draconis. Luc Prima leo,poſtrema draco,media ipſa chimęra. Et qm̃ Bellerophõtes Glauci filius montẽ hunc habitabilem reddidit,Chimęrã fingitur occidiſſe. Hæc fere Seru.in illud Vergilii.6. Aen. Flammisq; armata Chimæra. Pli.lib.2.cap.106. Flagrat in Phaſelide mons Chimęra,et quidẽ immortali diebus et noctibus flãma. Ignẽ eius accẽdi aqua,extingui uero terra aut fœno,Cnidius Cteſias tradit.

CHIMERINOS,pen.cor.(χειμερινός)Græcis idem eſt quod hybernus,ſiue hyemalis. Mar.de Earino: Si daret autũnus mihi nomẽ,Oporinos,eſſem Horrida ſi brumę ſidera,Chimerinos. Hinc Capricorni Tropicus, ad quẽ accedente ſole dies breuiſſimi fiunt,à Græcis Chimerinos appellatur,quẽadmodũ & à nobis Brumalis. Plaga quoq; Auſtralis habitabilis, a Coſmographis Chimerine appellat̃. Duę.n.ſunt plagę orbis habitabiles.q̃ à nobis incolit θερινή nominat : altera q̃ incolunt Antichthones,Chimerinæ,a nobis Hyemalis:q̃ q̃ ad Auſtrũ deflexa ſit, Auſtralis quoq; nuncupatur,cũ noſtra Septẽtrionibus ſuppoſita ſit.

CHIONE,(χιόνη)nobile ſcortũ fuit,nomen habẽs à candore niuis. χιὼν enim Græcè niuem ſignificat:In hanc extat feſtiuũ illud Mar. Epigr.li.5. Digna tuo cur ſis,indignaq; nomine,dicam: Frigida es,& nigra es:non es & es Chione.

Fuit & Chione filia Dædalionis,cuius nuptias cum ob formæ elegantiam multi ambirent proci,tãdẽ Pęonin Epidaurienſi nupſit. Redeunte aũt Mercurio à Cyllene mõte,et Phœbo Delphis,ab utroque cõſpecta eſt: qui ſtatim amore eius capti,ſeparatim eam de ſtupro interpellant. Cumq; Apollo concubitum in noctem diſtuliſſet, Mercurius moræ impatiens,caduceo eam tangens, Altiſſimo ſopore oppreſſit,dormientemq; uitiauit. Sub noctẽ deinde Apollo accepta anus forma ad eam ingreſſus,uoti ſui compos factus eſt. Ex utroque itaq; grauida effecta, Mercurio Autolycũ peperit, Apollini uero Philãmona, qui carmine & lyra plurimum ualuit. Poſtea q̃ diis placuiſſet,ſuperbia elata,nõ uerita fuit ſeſe Dianæ pulchritudine præferre: qua iniuria commota Diana ſagittis eam interemit. Fabula refertur ab Ouid.11. Metam.

CHIOS,{*Scio,Chio*}(χίος)inſula Aegæo nongentorũ circiter ſtadiorũ ambitu Ioniæ adiacẽs,inter Samum & Lesbũ.in qua laudatiſſima naſcitur maſtiche. Hanc Ephorus priſco nomine Aethaliam,Cleobulus Chiam appellauit, à Chione Nympha,ſiue à niue: alij & Macrin & Pityuſam. Montem habet Pellenæũ,& Marmor Chium. item templum Apollinis,qui inde Chius appellatur:& promontorium Arutſium à quo Arutſia uina. Habet autem hoc nomen cum primitiuum eſt pen.cor. Luc.li.8. Quas Aſinæ cautes,& quas Chios aſperat undas, Sunt qui quadrigeminã Chiũ eſſe putent:ut prima ſit Chios inſula cũ oppido eiuſdem nominis:ſecunda Chariæ urbs,ſub monte Pelleniæo:tertia in Eubœa:quarta in Cherroneſo Rhodiorum,iuxta Triopũ. A Chios ſit Chius,a,um,(χῖος)pen.pro. Tibul.li.2. Nec mihi fumoſos ueteris proferte Falernos Conſulis,& Chio ſolute uincula cado. Hęc inſula protulit memorabiles uiros, Ionem tragicum, Theopompum hiſtoricum,& Theocritum ſophiſtam.

CHIRAGRA,{*Gotta di mano.* Boc. *Non almeno da gotte gl'infermani*} (χειράγρα)pen.cor. morbus articularis manum infeſtans. Martialis. Sed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt. Hinc Chirager,& Chiragricus, (χειραγρικὸς)qui chiragram patitur.

CHIRIDOTA,(χειριδωτὸς)tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit,q̃ cũ chiridota tunica,id ẽ,manicata,accubuerit. Has ueſtes Pli. uocat manuleatas. Dicta eſt aũt chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν,hoc eſt,à manibus quas tegebat

CHIROGRAPHVM,{*Scritto di mano*}(χειρόγραφον)eſt qđ noſtra manu perſcripſimus in fidem alicuius Aſcon. ſcribit Chirographa dici,in quibus tãtum quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent. In ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit,& non numerata pecunia,aut non integrè numerata pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolet. Iuuen. Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni. Cice.3.de Nat. Deo. Id quoque L. Labienus fecit, cum chirographum ſex primorum imitatus eſt. Hinc Chirographarius à Iurecon. ponitur pro eo,qui ſuo Chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice.

CHIROGYLIVM,inſula eſt ante Lyciam,è regione Chimæræ montis, de qua Plin.lib.5.cap.31.

CHIROMANTIA,(χειρομαντεία)in manibus diuinatio,quæ ex linearum, quæ in manibus ſunt,inſpectione fieri ſolet. à μαντεία καὶ χείρ.

CHIRONION,(χειρώνιον) tertium panacis genus, ab inuentore Chirone Centauro,ita dictum : folium lapatho ſimile,florem aureum, radicem paruam habens. Pli.lib.25.cap.4. Eſt præterea Chironium herba eadem cum centaurio maiore: ita dicta à Chirone Cẽtauro,qui ea curatus eſſe dicitur,cum Herculis arma pertractanti telũ in pedẽ decidiſſet. Vide ſuprà in dictione Centaurea.

CHIRO,onis,(χείρων)Centaurus, Saturni & Phillyrę filius,dimidia ſui parte equus,reliqua homo. Fabulantur enim Poetæ, Saturnũ,cum Phylirã Oceani filiã adamaret,eiusq; frueretur concubitu, Opis uxoris interuentu turbatũ, ſubito ſe in equum conuertiſſe. Philyram autem ex eo grauidam effectam, fœtum peperiſſe,cuius anterior pars hominẽ,poſterior equum referret,cumq; Chironem nominaſſe,qui ubi primum adoleuit,in ſyluas ſeſe contulit, ibiq; herbarũ uires edoctus,in præſtantiſſimum medicum euaſit: à quo etiam Cẽtaurion herba nomen accepit,& Chironium ulcus,quod maximè fit in pedibus et cruribus,duas habens oras calentes,tumentesq; dolore modico,ſic dictum, quod Chironis opem exigat. Hic poſtea à Peleo,& Thetide accitus,propter probitatem,peritiam,& iuſtitiam,quibus cæteris multum antecellebat, Achillis pædagogus conſtitutus eſt,quem & citharæ artem & herbarũ uſum docuit. Ab eodem & medicinam Aeſculapius,& Aſtrologiam Hercules dicuntur accepiſſe. Poſtremo cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet,armaq; eius pertractaret, euenit, ut ſagitta quędam hidræ Lernææ ueneno imbuta,illi in pedes decideret. Quod malum cum nulla ope ſanari poſſet,diriſſimis cruciatibus conficiebatur : mori tamen non potuit,quòd utroque parente immortali natus eſſet. Tandem cum à ſuperis impetraſſet,ut immortalitatem ſibi morte liceret commutare, in cœlũ tranſlatus eſt: ubi & Sagittarii ſignum efficit.

CHIRONIA VITIS,(χειρώνειος,ἄμπελος)herba eſt ſmilacis foliis, clauiculis ſuis arbores uitis modo conſcendens,pro ſemine acinos habens uuæ modo dependẽtes,initio herbaceos,poſtea nigricãtes,radice foris atra,intus buxei coloris. Alio nõie Vitis nigra,(ἄμπελος μέλαινα)appellat Vide Pli. li.23.c.1.

CHIRONOMIA,(χειρονομία)manuum geſticulatio inter ſaltãdum,uel ſaltationis quoddam genus,quod manuum geſticulationem habebat adiunctam: cuiuſmodi olim fuit Pyrrhica Quin.li.1.c.19.legẽ geſtus interpretatur:à χείρ manus & νόμος lex. Sunt enim manuũ motus quidã præſcripti,quibus ſaltantes utuntur:quod potiſſimũ in Græcorũ uſu fuit. Apud Rom.autẽ,integris adhuc urbis moribus,ſaltatio in ſolo theatro exercebatur, & maximè pyrrhicha.

CHIRONOMVS,(χειρονόμος)propriè qui inter ſaltandum manibus geſticulatur:quamuis etiam ad reliqui corporis geſtus transfertur. Iuue. Saty.6. Chironomon Ledam molli ſaltante Batillo, Tuccia uеſicæ non imperat. Inde χειρονομεῖν Græcis,idem eſt,quod manibus geſticulari: cuius uerbi participio uſus eſt idem Iuuen. Saty.5. Structorem interea,(nequa indignatio deſit) Saltantem ſpectas : & χειρονομοῦντα uolanti Cultello, donec peragat dictata magiſtri Omnia, nec minimo ſanè diſcrimine refert Quo geſtu lepores,& quo gallina ſecetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit,quaſi manibus geſticulantem, & certo quodam manuum geſtu eſcas diuidentem.

CHIROTHECA,{*Guanto.* Pet. *Candido leggiadretto e caro guanto*} (χειροθήκη)manuum uagina,quæ etiam Manica dici ſolet. Cic.in Phil. Solet enim cito ipſe accipere manicas. Græci etiam Dactylothecam uocant.

CHIRVRGIA,(χειρουργία)licet nomen generale ſit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam, propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ ſectione, uel uſtione,aut alia quauis ratione, quæ manu adminiſtretur,morbos curat. Cice.ad Atti. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Eadem & Chirurgice appellatur. Celſ.in Proœ.li.1. Medicinæ: Iiſdemq; temporibus in tres partes medicina diducta eſt,ut una eſſet,quę uictu,altera quæ medicamentis,tertia quæ manu mederetur. Primam Diæteticẽ, ſecundum Pharmaceuticen,tertiam Chirurgicen Græci nominauerunt.

CHIRVRGVS,{*Cerufico*}(χειρουργός)medicus uulnerarius, à manuum operatione ſic dictus. Mar. lib. 2. Chirurgus fuerat, nunc eſt ueſpillo Diaulus. Hinc Chirurgicus, a, um, (χειρουργικός)ut, Ars Chirurgica, Inſtrumētum chirurgicū.

CHLAMYS, ydis, {*Sopraueſta militare*}(χλαμύς)propriè ueſtis militaris, pallio breuior multo, ac ſtrictior. Ver. 8. Aene. Ipſe agmine Pallas in medio chlamyde & pictis conſpectus in armis. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus eſſe chlamyde, machæra, & petaſo. Similiter Iull. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconſulti uero inter ueſtimenta puerilia numerant chlamydes. A Numa Roman. rege chlamydem repertam, Suidas auctor eſt. Quidam deducunt a χλιαίνειν, tepefacere. Chlamyde fit Chlamydatus, (χλαμυδωτός) qui eſt chlamyde indutus. Plau. in Pſeu. Quis hic homo chlamydatus eſt? aut unde eſt? aut quē quæritat? Chlamydula diminutiuum, (χλαμύδιον) Idem tu ſume chlamydulam.

CHLÆNA, (χλαῖνα) ueſtimenti genus, quod pallijs, hyberno præſertim tempore, ſuperinduebatur: Latinis Læna appellatum. Vnde natum eſt apud Græcos prouerbium, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, περὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀρμοζούσοις χρωμένων. Hoc eſt, æſtate Clænam deteris. In eos dici ſolitū qui alieno tempore rebus neceſſarijs abutuntur. Dicta eſt autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc eſt, à calfaciendo, propterea quod denſitate ſua & pondere geſtantes calefaceret.

CHLAMYDIA, æ, (χλαμυδία) inſula eſt maris Aegæi, una Cycladum, quę notiore nomine Delos appellatur. Auctor Pli. li. 4. cap. 12.

CHLORION, (χλωρίων) auis eſt lutei coloris, perpetuas cum coruo inimicitias exercens, altero alterius ouis inſidiante. Vide Plinium libro. 10. capi. 29. & 74.

CHLORIS, (χλωρίς) florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta eſt: quæ cum Zephyro nupſiſſet, à marito muneris loco impetrauit, ut florum omnium haberet poteſtatem. Oui. 4. Faſt. Chloris eram, quæ Flora uocor. De hac Claudian. de Raptu proſerpinæ. Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quę Neleo nupſit, eiq; Neſtorem, aliosq; complures filios peperit. Hæc poſtea ob matris ſuperbiam, quæ ſe Latonæ pręferre non uerebatur, una cum fratribus & ſororibus Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Fabulam refert Ouid. 6. Metam.

CHLORITES, (χλωρίτης) gemma eſt herbacei coloris, quæ in Scyllæ auis uentre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigioſa quædam miracula utilem. Vide Plin. lib. ult. cap. 10.

CHLORVS, fluuius eſt Ciliciæ prouinciæ, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 27.

CHOA, ſiue Chus, (χόα ἢ χοῦς) menſuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium, hoc eſt, ſextarios ſex, ſiue cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum de Aſſe.

CHOASPITES, (χοασπίτης) gemma eſt uiridis, auri fulgore intermicante, ita dicta à Choaſpi fluuio in quo inuenitur. Auctor Pli. li. 37. cap. 10.

CHOASPIS, (χόασπις) Medorū fluuius, ad fines Perſidis in Tigrim defluēs cuius aquæ tam ſunt ſuaues, ut Perſarum reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibullus lib. 4. Nec quà uel Nilus, uel regia lympha Choaſpis Profluit.

CHOATRÆ, populi ſunt ad Mæotin, Auctor Pli. lib. 6. cap. 7.

CHOENIX, icis, (χοῖνιξ) nomen menſuræ, duos capiens ſextarios. Hac menſura ſeruis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma eſt, Super chœnice non ſedendum: hoc eſt, per inertiā & otium alienum cibum non eſſe ſectandum, ſed ſua quenque induſtria ſibi uitæ neceſſaria debere parare.

CHOENICIO, (χοινίκιον) inſtrumentum eſt chirurgorum, quo minora oſſicula excecant. Latini Modiolum uocant. Celſ. lib. 8. ca. 3. Exciditur uerò os duobus modis: ſi paruulum eſt, modiolo ſi ſpatioſum, terebris.

CHOERADES. {*Scrofole*}(χοιράδες) nihil aliud ſunt, quam indurati adenes, in collo præcipuè, in alis, & inguinibus naſcentes: Latino uocabulo Strumæ appellatę. Choerades autem dictæ uidentur, ἀπὸ τοὺς χοῖρους, hoc eſt, a ſuibus, qui hoc malo peculiariter infeſtantur.

CHOERILVS, pen cor. (χοίριλος) Poeta fuit Samius, ſeruili conditione natus, qui cum ex Samo Athenas profugiſſet, ab Herodoto Hiſtorico exceptus eſt & inſtitutus. Scripſit Athenienſium uictoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in ſingulos uerſus ſingulos accepit aureos ſtateres. Scripſit & geſta Lyſandri Lacedæmoniorū ducis, (cuius in expeditione comes erat) ut in uita illius tradit Plutarch. Horatius Auctor eſt, etiam Alexandri Magni geſta ſcripſiſſe Chœrilū, et pro ſingulis uerſibus ſingulis Philippeis fuiſſe donatū. Sic enim ſcribit lib. 2. Epiſt. Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille Chœrilus, incultis qui uerſibus, et malè natis Retulit acceptos, regale numiſma Philippos. Sūt qui tradāt, Alexandrum hac lege cū Chœrilo pepigiſſe, ut pro ſingulis bonis uerſibus ſingulos acciperet Philippeos, pro ſingulis autem malis ſingulos colaphos: opere autem perfecto uix ſeptem fuiſſe inuentos, qui poſſent probari. Fuit & Alter Choerilus, Poeta Tragicus. Vtriuſque meminit Suid.

CHOLARGVS, (χόλαργος,) uicus eſt in agro Athenienſi, tribus Acamantidis. Stephanus.

CHOLAS, lapis eſt ex genere ſmaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi referente Pli. lib. 37. cap. 5.

CHOLERA, choleræ, {*Colera*}(χολέρα) morbi genus eſt præcipitis, in quo et uomitus & Deiectio ſimul fiunt. Corn. Celſ. lib. 4. cap. 11. Primo facienda eſt mentio choleræ, quia commune id ſtomachi atque inteſtinorum uitium uideri Poteſt. Nam ſimul & deiectio, & uomitus eſt, præterq; hæc inflatio: inteſtina torquentur: bilis, ſuprà infraq; erumpit, primum aquæ ſimilis, deinde ut in ea recens caro lota eſſe uideatur: interdū alba, nonnunquā nigra uel uaria. Accipitur & pro bile, χολή. Lāpri. Alexāder inquit, Cæſar iudices, qui furtorū fama laboraſſent, ſi caſu aliquo uideret, cōmotione animi et ſtomachi Cholerā euomebat.

CHOLIAMBI, (χωλίαμβοι) qui & Scazontes dicuntur, dicti quaſi claudi Iambi Græci enim χωλὸν claudum dicunt Verſus ſunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis diſtantes, quàm quod in quinta ſede ſemper habeant Iambum, in ſexta uerò Spondeum.

CHOLOBETENE, (χολοβητηνή) Armenię pars, quæ Tigrani paruit. Gentile eſt Cholobetenus, χολοβητηνός. Stephanus.

CHOMA, atis, neut. gent. (χῶμα) agger ſiue tumultus, Budæ. in Pand. Chomata ſunt aggeres qui terra aggeſta facti ſunt, quibusq; Nili aqua coercet. Vlpianus de extraor. crimi. Lege Saccularij: In Aegypto qui chomata rumpit.

CHOMPSO, (χομψώ) inſula Nili inter Aethiopiam, & Aegyptum: cuius meminit Herodotus lib. 2. Gentile eſt Chompſoetes. χομψοίτης.

CHONDROS XIPHOIDES, (χόνδρος ξιφοειδής) à medicis appellatur corpus quoddam Cartilagineum, quod ab extremo pectoris oſſe dependet, uentriculi orificio ſuperiori reſpondens: ita dictum quod acuminatum ſit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

CHONDROS, (χόνδρος) Græcis pars eſt ſimilaris, in corpore animalis, ex ſemine generata, mediam inter oſſa & carnem duritiem obtinens: quam Latini Cartilaginem uocant.

CHORAGIVM, gīi, (χορήγιον) propriè ædificium amplum poſt ſcenam, unde promebantur omnia ad ludos neceſſaria. Vitruu. lib. 5. Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendæ, uti cum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro: choragiaq; laxamentum habeant ad chorum parandum, uti ſunt porticus Pompeianæ. Feſtus Choragium interpretatur, ipſum ſcenicum inſtrumentum, quo ſcena inſtruitur, & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus χορηγός. Plaut. in Trinummo: Ipſa ornamenta à chorago hæc ſumpſit ſuo periculo. Transfertur item Choragium ad cuiuslibet alterius rei apparatum. Auctor ad Heren. lib. 4. Aut aliquod fragile falſæ Choragium gloriæ compararetur. Apuleios lib. 5. de Aſino: Iam feralium nuptiarum miſerrimæ uirgini choragium ſtruitur. Dictum Choragium à uerbo Græco χορηγῶ, quod eſt ſuppeditō, & ſubminiſtro.

CHORAGVS, gi. (χορηγός) dux chori, & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, & expenſarum, inquit Budæus. Sueton. in Aug. cum primum iſtorum conduxit menſa choragum, Sexq; deos uidit, Mallia, ſexq; deas.

CHORAMNÆI, (χοραμναῖοι) genus quoddam hominum ſylueſtrium Perſide, tantæ uelocitatis, ut ceruos comprehendant curſu. Steph.

CHORASMIE, es, (χορασμίη) urbs Parthorum, Orientem uerſus: cuius incolę Choraſmij commemorātur ab Herodo. li. 3. in catalogo Xerxiani exercitus.

CHORAVLA, (χοραυλία) appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo culpat Ptolemæum Aegypti regem, quod præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

CHORAVLES, uel etiam Choraula (χοραύλης) à choro & tibijs dicti ſunt, qui modulantur ad choros, uel qui in choro fiſtulas inflant. χορὸς namque chorum, & tripudium ſignificat. αὐλὸς uerò fiſtulam, ſeu tibiam: unde Choraulæ dicti, quod tibijs ad choreas canunt. Martial lib. 11. Non ſit cum citharœdus aut choraules. Plinius lib. 37. ca. 1. Præterquam Iſmeniam choraulē, multis fulgentibusq; uti ſolitum. Choraules monumentarij, (ἐπιτάφιοι αὐληταί) ſunt tibicines, qui ad ſepulchra defunctorum canebant: quales priſci Siticinas uocant, qui apud ſitos, id eſt, defunctos canunt.

CHORDA, dæ, {*Le corde de gli inſtrumenti muſicali*} (χορδή) funiculus in inſtrumento muſico, qui Latino uocabulo fides dicitur. Cic. 3. de Ora. Nam ut ea, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quenque tactum reſpondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua.

CHORDAPSVS. (χορδαψός) morbus eſt inteſtinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum uocant. Eadem etiam ratione Græci χορδαψόν uocaure, παρὰ τὴν χορδήν: ita enim inteſtinum uocant, quod peculiariter hoc morbo infeſtatur.

CHORDI AGNI, qui dicantur, declarat Varr. lib. 2. de Re ruſt. capi. 1. his uerbis: Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in uuluis intimis, χόριον uocant, à quo chordi appellati.

CHORDVS, a, um, (ὀψίγονος) quod ſerotina fœtura natum eſt: ut, Chordi agni, qui poſt tempus debitum naſcuntur. quos uulgus uocabulo inde deducto Chordiſcos uocat. Varr. lib. 2. de Re ruſtic. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in uuluis intimis: uocant χόριον inde Chordi dicti. Plin. lib 8. cap. 47. de ouibus loquens: Gerunt partum diebus CL. poſtea concepti inualidi: Chordos uocabant antiqui poſt id tempus natos. Dicitur & de hominibus: unde plerique ſerius nati Chordorum cognomen traxerunt. Vnde Chordi cuiuſdam Cremetij meminit Suetonius: item alterius Iulius Capitolinus in Vita Gordianorum. Quintilia. quoque libr. 1. à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curioſè ſcrutetur: cuiuſmodi ſunt Agrippa Opiter, Chordus & Poſthumus. Transfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum dicitur, quod autumno ſecatur. Columel. lib. 7. ca. 3. Aluntur autumnalia fœno, quod Chordum uocatur. Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ ſerò matureſcunt. Apud pleroſque animaduertimus Cordū ſcribi ſine aſpiratione: quæ tamen ſcriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

CHOREA, reæ, pen. indifferente, {*Ballo. Pet. Deſtami al ſuon de gli amoroſi balli*}(χορεία) à χορεύω ſalto pro ipſa ſaltatione uſurpatur. Vergi. 6. Aenei. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Idem: Immemores noſtri feſtas ducere choreas.

CHORETES. (χορευτής) quilibet ex choro uocatur. Budæus.

CHOREVMA, (χόρευμα) a Platone uocatur canticū, quod à choro canitur & ſaltatur.

CHORIAMBVS. (χορίαμβος) pes ex prima & ultima productis, duabus medijs breuibus: ut, filiolis. Dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc eſt trochæo conſtet, & iambo.

CHORINÆVS, Rutili nomen, ab Aſyla Troiano interempti apud Verg. libro. 9. Emathiona Liger, Chorinæum ſternit Aſylas.

CHORIVS. ſiue Choreus, (χόρειος) pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, conſtans ex duabus ſyllabis, prima longa, & ſecunda breui: ut, Muſa.

CHOROBATES, (χοροβάτης) pen. cor. eſt regula longa circiter pedes. XX quæ habet transuerſaria aquarum librationibus dicata, ut eſt uidere apud Vitruu. lib. 8. cap. 6.

CHOROCITHARISTÆ. {*Quelli che cantano & ſuonano in coro*} (χοροκιθαρισταί) qui in choro citharizant: ſicut pſallocithariſtæ, qui pſallunt, id eſt, canunt ad citharam. Suet. in Domi. certabatur etiam & proſa oratione, Græcè, Latineq;: ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoque & pſallocithariſtæ.

CHORODIDASCALVS, li, {*Maeſtro di coro*} (χοροδιδάσκαλος) magiſter eſt chori, Platoni & Ariſtoteli, Budæus.

Chorœbus,

C H O R OE B V S, Athenienſis quidam, qui primus figlinum inuenit ut teſtatur Plin.lib.7.cap.56. Eſt item Choroebus, adoleſcentis nomen apud Vergilium 2. Aen. cui Priamus Caſſandram filiam ſuam deſponderat: qui etiam ſuprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion ſtultum inducit: quem etiam ſequutus Verg. ſententiam ei tribuit, ſanę mentis homine indignam, Dolus, an uirtus quis in hoſte requirat? Turpiſſima enim uictoria cenſeri debet, quæ dolo quęritur.

C H O R O G R A P H I A, (χωρογραφία) regionis alicuius particularis deſcriptio. Geographia uerò, eſt totius terrarum orbis deſcriptio. Hinc fit Chorographus, regionis alicuius deſcriptor.

C H O R O S T A T E S, (χοροστάτης) chori præcentor, eſt quem uulgus Intonatorem uocat, qui.ſ. chorum ſymphoniacum moderatur.

C H O R V S, ri, {*Coro, moltitudine di quelli che cantano, ouero ſaltano.*} (χορός) propriè multitudo eſt canentium, aut ſaltantium. Nam multorum uocibus, & concentu conſtat, ut Seneca et Macr. tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Vnde apud Iurecon. lib.3. de lega. Si chorus legetur, perinde eſt, ac quaſi ſinguli homines legati ſint. Et à χαρᾷ (ſecundum Pla. lib.2. De leg.) quæ eſt lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat: habetq; primam corr. Verg.6. Aen. Illa chorum ſimulans, ouantes orgia circum Ducebat Phrygias. Vbi Seruius Chorum, hoc eſt, multitudinem in ſacra collectam. Idem 1. Georgi. Omnis quam chorus, et ſocij comitantur ouantes. Vbi rurſus Seruius: Choros propriè eſt conuentum cantus, atq; ſaltatio. Transſumitur & ad res incorporeas, ſumiturq; pro conſentienti rerum aliquarum multitudine. Cic.3. Offi. Poteſt igitur quicquam utile eſſe, quod ſit huic talium uirtutum choro contrariũ. Hinc Chorea, & Choraules. Hierony. ad Dardanum ſcribit Chorum eſſe muſicum inſtrumentum ex ſimplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primã inſpiratur, & per ſecundam ſonus emittitur.

C H O S R O E S, (χοσρόης) Perſarum rex fuit, Græcæ Philoſophiæ peritiſſimus, qui ſibi Ariſtotelem non minus familiarem reddidit, quàm Demoſthenes Thucydidem. Huius uitam & ſtudia latiſſimè exequitur. Suidas.

C H R E S T O N, (χρηστὸν) intubi erratici ſpecies, quæ Aegyptio nomine Cichorium, Romano Ambubeia appellatur. Chreſton appellatum ab inſigni utilitate teſte Plin. lib.20. capi.8.

C H R E S T V S, (χρηστός) nomen Byzantij Sophiſtæ fuit, qui Adriani temporibus Romę Herodis Attici auditor fuit. Auctor eſt Philoſtratus.

C H R I A, (χρεία) eſt commemoratio alicuius dicti, uel facti, uel utriuſq; ſimul celebrem habens demonſtrationem: ut Iſocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus uerò dulces. Eſt autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius in Progymnaſmat. definit χρείαν hoc modò: χρεία ἐστὶ ὑπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον. Hoc eſt, Chria breuis eſt cõmemoratio, commodè ad perſonam aliquam relata Chriæ uſum & genera latius exequitur Cœl. Rhodig. lib.26. cap.27. Dicta Chria, quòd maximè ſit utilis & neceſſaria. χρεία enim, & uſum & neceſſitatem ſignificat.

C H R I S M A, atis, (χρίσμα) unguentum, ſiue unctio: a uerbo χρίω, unguo: unde & Chriſtus (χριστὸς) unctus.

C H R I S T O D O R V S, (Χριστόδωρος) Poeta Aegyptius fuit ex Copto urbe, tempore Anaſtaſii Imperatoris, qui Iſaurica conſcripſit, hoc eſt, Iſauricæ urbis expugnationẽ. Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui Aucupij rationem, item uitam Diuorũ Coſmæ, & Damiani carmine complexus eſt. Vtriuſq; auct. Sui.

C H R O M A T A, (χρώματα) pręter uulgatam illam apud Græcos ſignificationem, qua colores denotantur, quæ propria uiſus ſunt obiecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium: qui & Colores à Latinis appellantur. Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Muſicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamię nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuiſſe traditur.

C H R O M B V S, genus piſcis eſt, cuius tres enumerantur ſpecies, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib.32. capi.11.

C H R O M I O S, (χρόμιος) filius Nelei, & Cloridos, qui in ea pugna, quã Pylij & Meſſenij aduerſum Herculem geſſerunt, cum decem fratribus occiſus eſt. Alius fuit Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus. Fuit & Chromius quidam Argiuus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecẽtos Lacedæmonios, totidemq; Argiuos commiſſa eſt, ſolus ex ſuis cum Alcenore incolumis euaſit. Auctor Hero. libro 1.

C H R O N I A, orum, (χρόνια) Saturni feſta.

C H R O M I S, apud Plin. lib.32. ca.11. piſcis eſt in aqua nidificans. Fuit etiam hoc nomine Herculis filius de quo Papinius. It Chromis, Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.

C H R O N I C A, orum, {*Cronica, annali*} (τὰ χρονικὰ) generis neutri (nõ Chronica, æ, ut indocti uſurpant) annales, ſiue hiſtoriæ, temporum memoriam conſeruantes, quibus.ſ. res geſtæ, ſeruato temporum ordine, digeruntur. Inuenitur et Chronicus, a, um. Gell. lib.7. cap.21. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruiſſent Græci, ſimul atq; Romani uiri. Chronici, qui de temporibus ſcribunt. Plin. lib.35. Quod & ipſius Timagorę carmine uetuſto apparet, Chronicorum errore non dubio.

C H R O N I S S O, as, (χρονίζω) Græcum uerbum eſt, idem ſignificãs, quod moror, ſubſiſto, & ex itinere identidem quieſco. Quo uerbo uſus eſt Lucr. lib.2. Et ſatiati agni ludunt, blandeq; chroniſſant.

C H R O N O S, (χρόνος) Latinè tempus dicitur. Cic.2. de Nat. Deor. Saturnum autem eum eſſe uoluerunt, qui curſum & conuerſionem ſpatiorum ac temporũ contineret: qui Deus Græcè idipſum nomen habet: κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος .i. ſpatium temporis. Hinc factus eſt locus fabulæ, Chronon, hoc eſt, Saturnum filios ſuos deuorare, & eoſdem rurſus euomere: qua nihil aliud ſignificatur, quàm temporis ſucceſſu omnia gigni & rurſus conſumi.

C H R Y S A, æ, ſiue Chryſe, es, (χρύση) oppidũ fuit Troadis, Apollinis Sminthij delubro inſigne: cuius meminerunt Pli. lib.5. cap.30. Strab. lib.13. & Homerus Iliad.1. Ouid.13. Metam. Chryſenq; & Cillan Apollinis urbes. Stephanus item Chryſen quandam collocat circa Lemnum & ipſam Apollini ſacram. Eſt item Chryſe inſula Indiæ adiacens: de qua paulò pòſt.

C H R Y S A L I S, dis, (χρυσαλίς) erucæ genus eſt ex rore naſcens, quę rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Pli. lib.11. cap.32.

C H R Y S A N T H E M O N, (χρυσάνθεμον) genus eſt anthemidis ſiue chamęmeli, luteis per ambitum folijs à leucãthemo diſtinctum, de quo ſeparatum agit Dioſc. lib.4. Meminit Chryſanthemi & Plin. lib.26. capi.8.

C H R Y S A N T H V S Alexandrinus, Romę, quò iuuenis uenerat, factus Chriſtianus, ſub Numeriano Imperatore in foſſam demiſſus, ac terra ſaxiſq; obrutus fuit. Volaterranus.

C H R Y S A O R, (χρυσάωρ) Neptuni filius, quem ex capite Meduſæ, ut & Pegaſum, natum ſcribit Heſiodus in Theogonia.

C H R Y S A O R I S, idis, (χρυσαορίς) Cariæ ciuitas à Lycijs condita, quę poſtea Adrias nominata eſt: ut ex Apollonij ſententia refert Stephanus.

C H R Y S E, (χρυσῆ Stephano) inſula eſt ante oſtium Indi fluuij, tam ferax auri, argentiq; metallis, ut nonnulli prodiderint, ſolum eius aureum eſſe, atq; argenteum. Huius inſulæ meminit. Plin. lib.6. cap.21.

C H R Y S E L E C T R V M, (χρυσήλεκτρον) electri ſpecies in colorem luteum declinans: de quo Plin. li.37. cap.4.

C H R Y S E N D E T O N, (χρυσένδετον) pen. cor. uaſis genus aureis cruſtis illigatum. Mart. lib.6. Si uidere poteſt miſeri chryſendeta Cinnæ.

C H R Y S E S, æ, (χρύσης) Apollinis ſacerdos fuit, pater Aſtinomes, quæ à nomine eius Chryſeis cognominata fuit: quam cùm Græci, expugnatis Thebis Cilicijs, urbe Eetionis, abduxiſſent, & Agamemnoni in prædæ diuiſione tradidiſſent, Chryſes Apollinis inſignibus exornatus, ad Gręcorũ caſtra acceſſit, filiãq; ſibi petijt reſtitui. Quod cum impetrare non potuiſſet, Apollinis auxiliũ implorauit, qui tam grauem Græcis peſtilentiam immiſit, ut Agamemnon patri puellam reſtituere fuerit coactus Cuius loco cùm Achilli Bryſeidem eripuiſſet, indignè id ferens Achilles, in poſterum à prælio omni abſtinuit, donec morte Patrocli nunciata, intermiſſa arma recepit. Auctor Homer. 1. Iliad.

C H R Y S E I S, pe pro. (χρυσηίς) Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia fuit, quæ uerò nomine Aſtynome dicta fuit Chryſeis à nomine patris cognominata. Vide in dictione Chryſes.

C H R Y S I P P E A, pęę, herba à Chryſippo inuentore dicta: cuius meminit Plin. lib.26. cap.9.

C H R Y S I P P V S, (χρύσιππος) Apollonij filius, patria Solenſis, ſiue ut alij malunt, Tarſenſis, Stoicę ſectę Philoſophus fuit, auditor Zenonis & Cleantis: poſt quos etiam ſcholæ præfuit. Ingenij acumine plurimũ ualuit, ut qui in multis etiam à præceptoribus diſſenſerit. In dialectica clariſſimus fuit: ita ut non illepidè dicerent quidam, Si apud deos dialectica haberetur, non temere alia eſſet, quàm quæ à Chryſippo inuenta fuit. Scripſit librorum uolumina ſupra quinque & ſeptuaginta. Ferunt Carneadem Philoſophum Cyrenæum, perlectis Chryſippi libris, ita dixiſſe: Niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem. De exitu eius uaria traduntur. Quidam uolunt à diſcipulis ad ſacrificium uocatum, cùm uinum dulce affatim hauſiſſet, anhelitus difficultate laborare cœpiſſe, atque ita quinto demũ die fato conceſſiſſe, annos iam natum circiter tres & ſeptuaginta. Alij ferunt, nimio riſu expiraſſe. Nam cùm ficus rure allatos aſinum comedentem uideret, ancillæ iuſſiſſe aiunt, ut & uinum aſino bibendum daret: eiuſq; dicti urbanitate tantopere ſibi placuiſſe, ut nimio riſu fuerit ſuffocatus. Mortuo Athenienſes ſtatuam poſuerunt in Ceramico. Fuit præterea Chryſippus filius Pelopis, quem cùm pater ualde amaret, nouerca eius Hippodamia id indignè ferens, liberos ſuos Atreum & Thyeſtem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelope pulſi, in exilio uitam degerunt, donec pater è uiuis excederet.

C H R Y S I T E S, (χρυσίτης) gemma eſt in Aegypto naſcens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Atticæ Plinius lib.37. cap.10. Numeratur item Chryſites inter genera lapidis mortariorum, à Plinio lib. trigeſimoſexto, cap.22.

C H R Y S I T I S, (χρυσῖτις) quæ dicatur, docet Plin. lib.33. capit.6. his uerbis: Fit (inquit) in iiſdem metallis & quæ uocatur ſpuma argenti: genera eius tria: optima, quam Chryſitin uocant: ſecunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditim. Et plerunque omnes hi colores in iiſdem tubulis inueniuntur. Probatiſſima eſt Attica, ſecũda Hiſpanienſis. Chryſitis ex ipſa uena fit: Argyritis, ex argento, Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ Puteolis fit. unde & nomen habet. Eſt item Chryſitis herbæ genus, quæ alio nomine Chryſocome appellatur: de qua uide paulò pòſt in dictione Chryſocome.

C H R Y S A S P I D E S, {*Soldati ch'anno li ſcudi d'oro*} (χρυσάσπιδες) appellati ſunt milites armati clypeis auro cælatis.

C H R Y S O B E R I L L I, {*Brilli*} (χρυσοβήρυλλοι) berylli quidem pallidiores, ſed colorem aureum fulgore prę ſe ferentes. Eſt autem Beryllus, gemma proxima ſmaragdis. Plin. lib.37. capi.5.

C H R Y S O C A L I S, (χρυσοκαλίς) à quibuſdam uocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Eſt autem ex iis nomenclaturis, quæ inter Notha. Dioſc. à doctoribus reiiciuntur.

C H R Y S O C A R P V M, (χρυσόκαρπον) hederæ ſpecies eſt, ab aureo acinorũ colore ita appellata. Auctor Pli. lib.16. cap.34.

C H R Y S O C E R A S, (χρυσόκερας) promontorium Thraciæ ad Boſphorum ſitum: in quo ſitum eſt oppidum Byzantium, liberæ conditionis, antea Lygos dictum. Auctor Plinius libro 4. cap.11. Ratio nominis ducta eſt partim à figura quæ ceruino cornu ſimillima eſt, partim à prouentu, quòd maxima ibi pelamidum copia capiatur.

C H R Y S O C O L L A, {*Boraſo*} (χρυσοκόλλα) humor qui in metallis per uena defluit, craſſeſcente humore, rigoribus hybernis, uſque in duritiam pumicis. Laudatiſſima eſt in ærariis metallis: proxima in argẽtariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem ijs metallis fit & cura multũm infra naturalem, immiſſis in uenam aquis leuiter hyeme tota uſque in Iuniũ mẽſem, deinde ſiccatis in Iunio & Iulio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud eſſe chryſocollam, quàm uenam putrem. Natiua autẽ ab hac duritia multũm diſtat, quam luteam uocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam quam luteam appellant, ut natiuam ementiatur. Hæc autem duo genera in uſu ſunt pictoribus. Eſt & tertium chryſocollæ genus, quod aurifices ſibi uendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen Accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vulgus Boracem uocat. Vide plura de hac re apud Plin. lib.33. cap.5.

CHRYSOCOME, (χρυσοκόμη) herba eſt, quæ alio nomine Chryſitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opacisq; naſcens.

CHRYSOCOMVS, pen. cor. {Biondo} (χρυσοκόμης) comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ ſunt Solis aureę.

CHRYSOGONVM, (χρυσόγονον) herba eſt folio querno flore coronarij uerbaſci, radice rapi, uehementer intus rubente, foris nigra, quę trita & impoſita cũ aceto, muris aranei morſibus auxiliatur, Auctor Dioſc. lib. 4. capi. 46. Nomen autem accepit ab aurei ſeminis colore.

CHRYSOGONVS, (χρυσόγονος) Syllæ libertus, ſectator Roſcij Amerini, ut eſt apud Ciceronem in oratione pro Roſcio Amerino. Fuit & Chryſogonus martyr, teſte Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec cõſulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit, iugulatus eſt ad ſcalas Gemonias. Latinè fœtum aureum ſonat. nam χρυσὸς, aurum, γονὴ fœtum ſignificat.

CHRYSOLACHANON, (χρυσολάχανον) Dioſcoridi herba eſt eadem cum atriplice. Pli. uerò lib. 27. cap. 8. duo facit Chryſolachani genera: unum in pinetis naſcens, lactucæ ſimile: alterum flore aureo, & folijs oleris.

CHRYSOLAMPIS, (χρυσόλαμπις) lapillus in Aethiopia naſcens, nocte ignei coloris, licet die palleſcat. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHRYSOLECTRVM, uide Chryſelectrum.

CHRYSOLITVS, pe. cor. (χρυσόλιθος) lapis pretioſus, aureo uitore tranſlucens. χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quaſi aureus lapis. Ouid. 2. Metam. Per iuga chryſolithi, poſitæq; ex ordine gemmæ. Vide Pli. lib. 37. cap. 9.

CHRYSOMA, atis, (χρύσωμα) Græci uocãt, quod nos aurum factum, quod ſiue uaſa, aut alium uſum laboratum eſt.

CHRYSOMALLOS, (χρυσόμαλλος) epitheton eſt arietis illius, qui Phryxus trans Helleſpontum eſt: ab aureo nimirum uellere, quod illi Poetarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς uellus ſignificat, ſiue lanam.

CHRYSOMELA, (χρυσόμηλα) mala ſunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinantia, & inciſuris quibuſdam criſpata: eadem, ut opinor, cũ ijs, quæ Verg. Aurea mala appellat. Vide Pli. libr. 15. cap. 11.

CHRYSOS, {Orata} piſcis aurei coloris, cuius Ouidium in Halieuticis meminiſſe, auctor eſt Pli. lib. 32. ca. 11. Sunt qui ſuſpicentur eundem eſſe, quem nunc Auratam dicimus.

CHRYSOPOLIS, (χρυσόπολις) teſte Pli. lib. 5. cap. ult. oppidum eſt Bithyniæ, prope Chalcedonem, ita dictum, ꝗ Perſæ ibi tributum colligerent ex cæteris Aſiæ ciuitatibus. Eſt & altera Chryſopolis in Cilicia teſte Steph.

CHRYSOPASTVS, (χρυσόπαστος) auro aſperſus. πάσσω enim ſpargo ſignificat.

CHRYSOPRASVS, pen. co. {Griſopatio} (χρυσόπρασος) gẽma eſt ex genere topaziorum, à porracea uiriditate nonnihil in aurum declinans. πράσον enim Græci porrum uocant. Inde Praſinus color. i. porraceus. Vide de hac gemma Plinium libr. 37 cap. 8.

CHRYSORHOAS, (χρυσοῤῥόας) fluuius eſt Syrię circa Damaſcum incipiens, qui penè totus deriuationibus exhauritur. Auctor eſt Strab. libr. 16. & Pli. lib. 5. cap. 18. Chryſorrhoas etiam dictus eſt Pactolus, propter aureas arenas: ut auctor eſt idem Pli. lib. 5. cap. 29.

CHRYSOTHEMIS, (χρυσόθεμις) filia Agamemnonis, & Clytemneſtræ, ſoror Oreſtis, Electræ, & Iphigeniæ: ut ſcribit Homerus lib. 9. Iliad.

CHRYSORHOÆ, (χρυσοῤῥόαι) populi dicti ad Phaſim fluuium, ꝗ in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes fiũt. Vnde fabulis occaſio de uellere apud Colchos aureo.

CHRYSOSPERMON, (χρυσόσπερμον) à quibuſdam appellatur herba, quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur.

CHRYSOSTOMVS, (χρυσόστομος) nobiliſſimi ſcriptoris eccleſiaſtici cognomen, patria Antiocheni, Epiſcopi autem Conſtantinopolitani, ab eloquentię ſuauitate impoſitum, Latinè ſonat os aureum habentem.

CHRISOTHOAS, uide Chryſorrhoas.

CHRYXVS, ducis Boiorum nomen eſt apud Silium Italicum libro 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem eius originem refert.

CHTONIA, (χθονία) unum ex uetuſtis Cretæ inſulæ nominibus, teſte Stephano in dictione κρήτη.

CHVS, (χοῦς) ſiue Chos, genus menſuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſiue cotylas Atticas duodecim. Budæus.

CHYTRA, {*Pentola. Boc. Ne cacciano in cucina ad annouerar le pentole e ſcodelle*} (χύτρα) & Chytron, uel etiam Chutron, Latinè olla. Inde Chytrapus, odis, olla quæ pedes habet, (χυτράπους) uel inſtrumentum ferreum, ſuper quod olla apud ignem collocatur, ut in ea cibi coquantur. Cato. Vbi in chutra feruefeceris ad lotium, ſub ſellam ſuppoſito pertuſam.

CHYTROPVS, uide Chytra.

CHYMVS, (χυμὸς) quamuis apud Grecos quemuis ſuccum ſignificet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro maſſa ſanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è uentriculo per meſenterium attracto: quæ deinde exactius in uenis excocta, et per earum oſcula ad uniuerſas corporis partes delapſa, uertitur in illarum alimẽtum, inſtauratq; quod à calore naturali fuerat diſſipatum.

CHYTRIVM, (χύτριον) locus Ioniæ, in quo poſtea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C ANTE I

CIA, {Zea.} (κέα Ptolemæo) inſula eſt ſub Euboea, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iulidem, Carthæam, & Careſſum. Hinc deducitur adiectiuum Cius, κεῖος, & κῖος per craſin.

CIBALIS, & hoc Cibale, {*Coſa che appartiene al cibo*} (ἐδώδιμον) quod ad cibum pertinet. Varro: Eſt enim lac omnium rerum, quas cibali cauſa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum, Sic enim hactenus lectum eſt in omnibus, quotquot uidere contigit, Dictionarij huius editionibus: cũ tamen in emendatioribus Varronis exemplaribus, Cibi cauſa, legatur, nõ Cibali. Locus Varronis eſt de Re ruſt. lib. 2. ca. 11. quem ideo indicare uiſum eſt, ut lectori diligentiæ noſtræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potius noſtri ſomnio, ꝗ optimorum exemplarium fide freti, uideremur emendaſſe.

CIBARCI, à Plin. lib. 4. cap. 20. inter Hiſpaniæ citerioris populos numerãtur, in conuentu Lucenſi.

CIBARIA, orum, {*Nodrimento, cibo. Pet. del cibo onde'l ſignor mio ſempre abonda*} (ὁ βίος, τὰ ἐδώδιμα, ἡ δίαιτα, τροφή) alimenta non modò hominum, uerumetiam quorumuis animalium. Cic. ad Att. lib. 6. Reſpondi, me non inſtituiſſe ijs dare cibaria, quorum opera non eſſem uſus. Cic. pro Sex. Roſ. Anſeribus cibaria publicè locantur.

CIBARIVS, a, um, (τρόφιμος, σιτικὸς) quod ad cibum pertinet. Macr. lib. 3. Saturnal. Sylla mortuo, Lepidus Conſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato. n. ſumptuarias leges, cibarias appellat. Cibarius panis, (ῥυπαρὸς ἄρτος Aeginetæ) dicitur panis ſecundarius, qui fit ex farina ſecundaria ex qua flos antè excuſſus eſt. Corn. Celſus lib. 2. cap. 17. Firmius eſt triticum, ꝗ milium: id ipſum, ꝗ hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo: deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt, ꝗ αὐτόπυρον Græci uocant. Infirmior eſt ex polline: infirmiſſimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. 1. Tuſc. Cui cùm peregrinanti in Aegyptum, comitibus non ſecutis cibarius, in capſa panis datus eſſet nihil uiſum illo pane iucundius. Cibarium uinum, pro ignobili. Var. Potus meus uinum cibarium. Sic Cibarius homo, ab eodem dicitur pro ſordido, et plebeio. Ait enim. Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus. Cibarium oleum. Col. lib. 12. cap. 50. Cauendum eſt itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

CIBATVS, huius cibatus, {Cibo, *reficiamento*} (σιτίον, βίος) idem ferè quod cibus. Plin. Truncos quidem gratiſſimo in cibatu habent. Plau. in Milite: Interclude inimicis commeatum: tibi muni uiam, Qua cibatus commeatuſq; ad te, & legiones tuas Tutò poſſit peruenire.

CIBILLA, æ, {*Menſa*} teſte Varrone lib. 4. de Ling. Lati. menſa erat eſcaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & poſtea rotunda. Feſtus item Cilibã interpretatur menſæ rotundæ genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim, pro cibilla.

CIBO, as {*Nodrire, cibare. Dant. O benedetto l'angel che ti ciba*} cibum infero, alo, nutrio, σιτίζω. Col. lib. 9. Atque ea genera, quæ intra ſepta uillæ cibantur, ferè perſecuti ſumus.

CIBORIVM, (κιβώριον) Dioſcorides interpretatur utriculos quoſdam in faba Aegyptia, (quam & Colocaſiam uocat Pli.) ueſparum fauis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarum modo emergẽtes. Idem & Cibotium appellari teſtatur, quaſi ſcriniolum: propterea quod ſeratur faba hæc indito in madentem glebam ſemine, ſicq; in aquam proiecto. Habet autem faba Aegyptia folia latiſſima, petaſi ſiue galeri ſimilitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis utebantur, teſtibus Plin. lib. 20. cap. 15. & Strabone libro 17. A quorum etiam ſimilitudine poculi quoddam genus Cibotium, ſiue Ciboriũ uocari, auctor eſt Athenæus. In qua etiam ſignificatione uſus eſt hac uoce Horat. libr. 2. Carm. Ode 7. Obliuioſo læuias Maſſico ciboria exple.

CIBOTVS, Aſiæ ciuitas eſt eadem cum Apamia. Auctor Pli. li. 5. capi. 29.

CIBVS, {Cibo} (σιτίον καὶ βίος) omne id quo ueſcimur. Donatus cibum diſtinguit à uictu, ꝗ Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in paruis, aridisq; alimonij conſtitutus ſit. Terent. in Andri. Lana ac tela uictum quæritans. Idem in Eun. Vide'n' otium & cibus quid faciat alienus?

CIBYRA, æ, (κίβυρα Pto.) oppidum Aſiæ propriè dictæ, non procul à Meandro fluuio. Cic. 6. Ver. Hoſce opinor Cibyre cùm in ſuſpicionem ueniſſent ciuibus, famam expilaſſe Apollinis. Et paulòpòſt: Cibyram cum inanibus ſyngraphis uenerat. Inde Cibyrates, uel Cibyrata, nomen gentile. Cicer. ibidem. Eò cùm uenio, Prætor quieſcebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant. Item poſſeſſiuum Cibyraticus, a, um. Ibidem: Inuitebantur illico Cibyratici illi canes, qui inueſtigabant, & perſcrutabantur omnia.

CICADA, dæ, {*Cicala. Arioſt. Sol la cicala co'l noioſo metro*} (τέττιξ) inſecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, non niſi æſtiuis menſibus apparens: unde et Cicadam quidam dictam uolunt, quaſi cito cadentem, hoc eſt euaneſcentem. Vergi. 3. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Pli. lib. 11. cap. 26. auctor eſt, cicadam ex omnibus quę uiuunt, ſine ore eſſe, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ ſimile, quo rorem lambit, & pectus ipſum fiſtuloſum, quo uocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, et nouiſſimæ pereũt. maiores quæ canunt, uocantur Achetæ.

CICATRICOSVS {*Pieno di ſegni di ferite*} (οὐλώδης) cicatricibus plenus. Col. de arb. cap. 11. Tum etiam uitis minus cicatricoſa fit. Quint. lib. 4. cap. 1. Turbari memoria, uel continuandi uerba facilitate deſtitui, nuſquam turpius: cùm uitioſum procemium poſſit uideri, ut cicatricoſa facies.

CICATRIX, {*Il ſegno della ferita*} (οὐλὴ) propriè eſt ſignum uulneris obducti, quaſi circa cutem, uel quaſi obcæcatrix. Eſt enim calloſa caro pro cute inducta ubi hiatus uulneris, quod iam coiuit, fuerat. Teren. in Eunu. Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas Oſtentat. Cicer. 7. Phil. Luculentam ipſe plagam accepi, ut docet cicatrix. Hinc cicatricare, teſte Feſto, pro eo quod eſt cicatricem ducere.

CICCVM, dicebant antiqui membranam tenuem, quæ eſt in malo punico uelut cellularum diſcrimen. Feſtus: Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum.

CICER, ris, {*Cece. Boc. A tauola parimente hebbero dei ceci*} (ἐρέβινθος) genus leguminis. Plin. libro 18. ca. 12. Ciceris natura eſt, gigni cum ſalſilagine: ideo ſolum urit, nec niſi madefactum pridie, ſeri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. Sermon. Satyr 6. Inde domum me ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum.

CICERA, æ, leguminis genus, à Colu. inter pabula annumeratum, à cicercula ſolo differens colore. Eſt enim obſoletior & nigro propior. Græcis ὦχρος dicitur, ſi Theodori uerſioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam et eruiliam uertit.

CICERCVLA, æ {*Cicerchia*} (λάθυρον) leguminis genus ciceri nõ diſſimile, ſed minutius, inæquales angulos habens, ueluti piſum. Plin. lib. 18. capi. 12. Eſt & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, ueluti piſum. Col. lib. 2. cap. 10 Cicercula, quæ piſo eſt ſimilis, menſe Ianuario, aut Februario ſeri debet, læto loco, coelo humido.

CICERCVLVM, neutro genere, genus ſinopidis. Plinius libr. 35. cap. 6. Spe-

cies

cies ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimę in libras XIII. denarij. Vſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare libeat, Eius quæ ex Africa uenit, octoni aſſes: Ciceraculum appellant.

CICERO, (κικέρων) cuius uitam Tyro Tullius eius libertus tribus uoluminibus ſcripſit, teſte Pædiano, præceptores ſe habuiſſe fatetur, in Philoſophia quidem Philonem Academicum tunc Romæ commorantem: In iure ciuili, Scæuolam: in dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Molonē. S. Roſcium Amerinum parricidij reum, natus annos XXII. Vt tradit Nepos, ut alij, XXVII. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea cauſa offenderat, in Græciam abiit, Aſiamq; ſimulata ualetudinis cauſa adijt: ubi ſe, ut ipſe ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemq; Adramyttenum, Dionyſium Magneſium, & Menippum Carem audiuit, Rhodi uerò Apollonium Molonem magiſtrum dicendi habuit: feruntq; Poſidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuiſſe, ac protinus exclamaſſe, q; ſolam Græcis dicendi relictam gloriam uideret ad Latinos per eum transferri. Poſtea quum multis muneribus in Repub. functus eſſet, conſul coniurationem Catilinæ repreſſit, legem, Agrariam repulit, Murænam defendit. Cuius uitam omnem, & uitæ ſtudia uide apud Plutarchum. Cic. eius filius inter eos, qui a parentibus degenerauerunt, ponitur Valerio. Binos enim congios haurire ſolitum ſcribit Pli. per temulentiamq; M. Agrippæ ſchyphum impegiſſe. Quintus Cicero Marci frater, legatus Cęſaris in Gallia primum, deinde ad regendam Aſiā Proconſul miſſus, admonetur a fratre per epiſtolam totius officii. Duxit uxorē Pomponij Attici ſororem. Miſerandus demum eius exitus. Proſcriptus enim unà cum filio, (quandu & Marcus frater) rogauit percuſſorem, ſe ante filium interfici: Filius contra, ſe ante patrem, Vterq; igitur ſimul interfectus. Auctor Appianus. Ciceronianus, a, um, quod eſt Ciceronis, uel accedit ad Ciceronem: ut Ciceroniana ſimplicitas Pli. in Præfatione totius operis.

CICHORIUM, pen. pro. {*Cicoria, radicchio*} (κιχώριον Dioſcoride) herba eſt, quam alio nomine Intubum erraticum uocant. Plin. lib. 20. ca. 8. Cichorium refrigerat in cibo ſumptum. Idem lib. 18. cap. 8. Eſt & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium uocant. Horatius dictionis huius penul. ſyllabam produxit, corripuit autem antepenultimā, perinde ac ſi apud Græcos κιχόριον ſcriberetur: Me (inquit) paſcunt oliuæ, Me cichoria leueſq; maluæ. Poſterior uerſus eſt Dactylicus Alcmanius Acatalecticus, conſtans duobus dactylis, et duobus ſpondeis.

CICI, (κίκι, ἢ κρότων) frutex eſt paruæ fici magnitudine, folia habens platano ſimilia, maiora tamen nigrioraq;, & maiore læuore mollia, ſemen autem in racemis aſperis, quod cortice nudatum ricino uermi ſimile eſt, ex quo colligitur, id quod Ricininum oleum uocant, lucernarum luminibus, & emplaſtris utile. Ab huius ſeminis ſimilitudine Romani ipſum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα. Vide Dioſcoridem lib. 4. ca. 145. & Pli. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie Cataputiam maiorem uocat. Hinc Cicinus, a, um, adiectiuum: ut, Oleum cicinum, (κίκινον ἔλαιον Dioſcoridi) quod & Ricininum appellari, paulo ante docuimus. Pli. li. 23. ca. 4. Oleum cicinum bibitur ad purgationes uentris cum pari calidæ menſura.

CICIMENI, populi ex Iaxamatarum genere: à Medis oriundi, Tanais fluuiū accolentes: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

CICINA, (quod hic pro aue nocturna legebatur) uide Cicuma.

CICINDELA, pen. pro. {*Lucciola Dant. Vede lucciole giu per la uallea*} (πυγολαμπὶς, Ariſt.) genus muſcarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: a Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam Noctilucam, alij Nitedulam uocant. Non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compreſſu obumbrata. Ab hac lychnus penſilis, quem uulgo Lampadem uocant, Cicindela appellatur, quæ noctę tota ſeruatur accenſa, & lampyridis inſtar lucet.

CICONES, pen. cor. (κίκονες) populi Thraciæ, iuxta Hebrum fluuium inhabitantes. Tibul. Nam Ciconum ille manus aduerſis reppulit undis.

CICONIA, {*Cicogna*} (πελαργός) auis quæ ſerpentibus pullos nutrit, teſte Plin. lib. 10. cap. 13. Iuu. Saty. 14. Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Quę etiam nomine ab Hiſpanis uocatur lignum roſtratum, quo è puteis hauriri aqua ſolet: quod & Tolenon agricolæ uocant. Item Ciconia menſuræ genus eſt, ſiue inſtrumenti, quo ruſtici uti ſolent in ſulcis & foſſis ducendis, ne qua pars alijs aut profundior eſſet, aut altior. Col. lib. 4. Sed huic operi erigendo, quaſi quandam machinam commenti maiores noſtri regulam fabricauerunt, in cuius latere uirga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet, contingit ſummam ripæ partem. Id genus menſuræ Ciconiam uocant ruſtici.

CICONIUS, (κικώνιος) nomen eius qui Brixiam condidit.

CICUMA, æ, {*Mottola, pipiſtrello Dant. Non hauea penne, ma di pipiſtrello*} auis eſt nocturna, teſte Feſto. Cœl. lib. 17. cap. 11. nycticoracem interpretatur.

CICUR, cicuris, pen. cor. {*Animal di ſeluatico fatto domeſtico*} (τιθασσός) adiectiuum eſt ſignificans, quod ex fera factum eſt manſuetum: ut aper, ceruus, leo, et quicquid circurari. i. manſueſieri poteſt. Quod enim à fero diſcretum eſt, id Cicur dicitur. Cic. 5. Tuſ. Earum ipſarum partim ſolitiuagas, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terraq; tectas. Cicur ingenium dicitur mite, ac manſuetum, Var. de Lng. Lat. lib. 6.

CICURO, as, {*Domeſticare*} (τιθασσεύω) manſuefacio, uerbum uetus: quod alio uerbo dicitur Exarmo.

CICUTA, pen pro. (κώνειον) herba uenenoſa, teſte Plin. lib. 25. cap. 13. caule uiridi & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibusq; ramoſa, folijs coriandri tenuioribus, grauis odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua, nullius uſus, nam ſemini tantum & folijs refrigeratoria uis eſt. Cicutæ famam Athenienſes auxerant, ſucco eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuue. Sat. Hunc inopē uidiſtis Athenæ. Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas. Eſt item Cicuta (ut Ser. docet.) in cannis, calamiſue, quod interceptum eſt inter duos nodos. Ver. 2. Eclo. Eſt mihi diſparibus ſeptem cōpacta cicutis Fiſtula.

CIDARIS, ris. pen. cor. (κίδαρις) tegumenta capitis quo Perſarū reges peculiariter utebantur, albis maculis in cæruleı coloris faſcia intermicātibus. Q. Curtius lib. 3. Cidarim regum capitis uocant inſigne. Hieronymus item auctor eſt, Hebræorum Pontifices cidari uti ſolitos, in qua Dei nomē habebant inſcriptū.

CIEO, es, Cio, is, ambo ciui, citum faciunt {*Mouere turbare*} ſed à Cieo, es, fit Citum pen. cor. Cio uerò producitur. Oui. lib. 1. Metam. Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis. Idem lib. 1. Triſt. Accitus toties in genus omne ioci.

Et Cieo quidem ſignificat turbare, commouere, ὁρμάω, κινέω. Verg. 4. Aen. Tonitu cœlum omne ciebo. Cio uerò, uoco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando mouere eſt. ſicut & Ciere uocare, adeò ut alterū pro altero quandoque ſumi poſſe uideatur. Ver. 6. Aen. Miſenum Aeolidem, quo non præſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu. Col. lib. 7. ca. 5. Cio, is, poſuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore & minime æſtate utile eſt, boues in curſum concitari: nam ea res cit aluum. Liu. li. 1. Principes utrinque pugnam ciebant. A Cieo igitur pro moueo, fit Citus. i. uelox (ταχύς) concitus, commotus: & Percitus, in furorem, iracundiamve motus. Cito, as, frequentatiuum: a quo Concito, Excito, Incito, Recito, Suſcito, Reſuſcito, Exuſcito, Oſcito, Procito. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & ſi qua ſunt alia cōpoſita. Primum ſignificat commoueo uel conuoco. Liu. Galli, quos prædæ populationumq; conciuerat ſpes. Secundum, foras moueo & excito. A Cio fit Excio, euoco, Statius lib. 4. Theba. Suus excit in arma Antiquā Tirynthia Deus. Accio, ſiue Arcio: de quibus ſupra. Procio, prouoco, ſiue à longè uoco. Percio, pulſo, tango, percutio, & ualde commoueo. Concio, ſimul uoco, congrego. Hinc Concio, onis, quod tria ſignificat, auctore Gellio, populum ipſum, qui ad audiendum conuenit: orationem ipſam, quæ coram multitudine habetur: & locum ipſum, ſiue ſuggeſtum, ex quo habetur oratio. A concio, Excio, Procio, rurſus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentatiua. Porrò q; præterita & ſupina eadem amborum ſimplicium ſunt, itemq; compoſitorū, orta eſt non parua interpretandi ea uerba difficultas. Nam Cito, as, frequentatiuum eſt amborum primitiuorum. Cio, & Cieo, ideo aliquando uocito, aliquādo frequenter moueo ſignificat. Pro uocito, (προσαγορεύω) Cic. in Ver. Act. 4. Citatur reus, cauſa agitur. Pro crebrò moueo. Col. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Igitur non ſomniculoſè ſpectanda ſunt frequentatiua, compoſita, præterita, participiaq; compoſitorum, ut quæ uocationis magis proprietatem habent, a Cio: quæ uerò motionis a Cieo ſumantur.

CILICIA, {*Cilicia, hodie Caramania*} (κιλικία) regio eſt in minori Aſia, Syriæ proxima, tota ferè campeſtris, Tauro mōti ſubiecta: quę a Cilice nomen ſortita eſt, quem priſtina ætas, penè ultra ęuum memorię abſcondit, Phœnice ortū qui apud gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriente Amano clauditur, a Septentrione Tauri iugis, ab Occidēte Pāphylia. Huius metropolis eſt Tarſos, quā interſecat Cydnus amnis. Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulo poſt. Gentile fœmininum eſt Ciliſſa, ſicut à Phœnix Phœniſſa: qđ & adiectiui uice poſitū aliquando legimus. Oui. in Ibin: nam neque quot flores Sicula naſcantur in Hybla, Quotve ferat dicam terra Ciliſſa crocos. Cilicenſis autem denominatiuum eſt, non gentile: ut, Pręfectus uel Procōſul Cilicenſis. Cic. Q. fratri lib. 1. Nā ſi te interioribus uicinis tuis Cilicēſi & Syriaco anteponis, ualde magnū facis. Cilicius, a, um, poſſeſſiuū ut, Cilicię portę, hoc eſt, Amani mōtis anguſtiæ, q̄bus Cilicia à Syria dirimit.

CILICIUM, cij, {*Cilicio, ueſtimenta teſſuto di peli di diuerſi animali. Dant. Di uil cilicio tutti eran ueſtiti*} (κιλίκιον, διφθέρα) à Cilicibus populis dictū eſt, apud quos (ut inquit Varro. 2. de Re ruſt. cap. 11.) Cilicia primū confecta ſunt Cic. 3. Ver. Cum iſte ciuitatibus frumētum, coria, cilicia, ſaccos imperaret. Fiūt autem ex uillis hircorum, atque caprarum: adhibenturq; (ut Veget. inquit) ad excipiendum impetum ſagittarum. Aſcon. ſcribit Cilicia tecta eſſe ex pilis, in caſtrorum uſum atque nautarum. Inde Cilicina ueſtis, quæ ex Cilicio, uel ei ſimilis.

CILIUM, {*Ciglio. Pet. Et di doppia pietade ornata il ciglio*} teſte Plin. lib. 9. capi. 37. antiqui uocauerunt extremum ſuperioris genæ ambitum: unde & ſupercilia. Genas autem intelligit Plin. folliculos, quibus oculis integitur, et à quibus palpebræ, hoc eſt, pili dependent. Alij Cilia intelligunt folliculos ipſos, quibus oculus integitur. Nam quas Gręci uocāt βλεφαρίδας, Theodorus cilia uertit. Lactantius quoque de Opif. oculos ciliorum tegminibus occultatos ſcribit. Cilium (inquit Feſtus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & ſupercilium. Idem alibi: Supercilium dicitur quod ſuper cilium ſit. i. integumentū oculi ſuperius.

CILIX, cis, (κίλιξ) nomen propium Phœnicis filij: à quo dicta eſt Cilicia. Cilix etiam gentile eſt, ſignificans eum, qui à Cilicia ortus eſt. Cilices piratæ fuerunt, quos Gn. Pompeius uictos in deditionem accepit, & eorum poſtea fideli opera uſus eſt in bellis ſuis naualibus aduerſus Cæſarem, Luc. lib. 3. Itq; Cilix iuſta, iam non pirata, carina. Crocus Cilix, pro Cilicio. Luc. lib. 2. Et cum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.

CILIBÆ, pen. cor. {*Tauola rotonda*} (τραπέζαι) menſæ rotundæ. Hæ tamen à Var. Cibilę uocantur, à cibo. Ita enim ſcribit de Lng. Lat. lib. 4. Menſam eſcariam Cibilam uocant: ea erat quadrata, ut etiam nunc eſt in caſtris: à cibo Cibila dicta: poſtea rotunda facta.

CILLEO, {*Mouere*} (κινέω) antiqui uſurpauerunt pro moueo: unde etiam Furcillæ appellatæ ſunt. Auctor Seruius in 2. lib. Georg.

CILLA, (κίλλα) urbs prope Thebes Aetioneas, ubi Cillei Apollinis templū erat: ut habet Strabo lib. 13. Ouid. 13. Metam. Chryſenq; & Cillam Apollinis urbes.

CILLIBANTES. (κιλλίβαντες) inſtrumenta erāt tribus pedibus fulta, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati: ut ex Ariſtophane annotauit Cœlius li. 8. capi. 16.

CILLIBANTUM, uide Cylibantum.

CILLUS, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomanū ueniſſet, obijt: cuius nomine Cilla oppidum, templumq; Cillei Apollinis à Pelope conditum eſt. Strab. lib. 13.

CILONES, (φοξοί) dicti ſunt quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt: uel quibus frons eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtraq; reciſa uideatur. Cic. in Sal. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in urbe &c.

CIMA, uide Cyma.

CIMACIA, uide Cymatia.

CIMBRI, (κίμβροι) populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninſulam incolentes, quæ ab ipſis Cimbrica Cherroneſus dicta eſt. Hi anno ab urbe

condita ſexcenteſimo & quadrageſimo unà cum uxoribus & liberis Narbonẽſem prouinciam ingreſſi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. Refert Val. Maximus, Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanquam glorioſe & fœliciter eſſent exceſſuri: lamentari uero in morbo, quaſi turpiter eſſent perituri. Hodie Dani appellantur, & qui ipſum peninſulæ Iſthmum inhabitant, Holſatij.

CIMBRICA CHERONESVS, uide Cimbri.

CIMMERII, (κιμμέριοι) populi fuerunt à Scythis oriundi, dexterã Ponti partem habitantes non procul à Boſphoro, qui a nomine ipſorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi aerem craſſum habuiſſe feruntur, & denſis exhalationibus nebuloſum: quod & ipſum Homerus teſtatur Odyſſ. lib. 11. ubi ſic habet:

Ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται.
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro dẽſiſſima caligine. Lactãt. lib. 4. O cæcum pectus: o mentem Cimmerijs, ut aiunt umbris atriorem. Ephorus ſcribit Cimmerios in Italia quoq; fuiſſe iuxta lacum Auernum, eoſq; in ſubterraneis habitaſſe domicilijs, quorum morem patrium eſſe, ut nemo ſolem aſpiciat: noctu uero egrediantur. Eorũdem meminit & Feſtus. Cimmerij (inquit) dicũtur homines, qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione in qua conuallis ſatis eminẽti iugo circũdata eſt: quæ neq; matutino, neq; ueſpertino, tempore Sole cõtegitur. Cimmericus Boſphorus. {*Lo ſtretto di Caffa*} (κιμμερικὸς βόσπορος) unde nominatur, cuius longitudo eſt ducentorum & uiginti ſtadiorum.

CIMMERIS, urbs eſt Phrygiæ, quæ à ueteribus Edonis dicta fuit, deinde et Aſſus Apollonia, & Antaudros. Auctor eſt Pli. li. 5. cap. 30.

CIMEX, {*Cimice*} (κόρις) uermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcẽs, chartiſq; & Paleis. Martial. lib. 11. Nec toga, nec focus eſt, nec tutus cimice lectus.

CIMOLIS, pen. prod. Paphlagoniæ opp dum eſt teſtibus Pomponio lib. 2. & Pli. li. 6. cap. 2. Eſt etiam urbs eiuſdem nominis in Galatia, teſte Ptolemæo lib. 5. cap. 4.

CIMOLIA CRETA. uide in dictione Cimolus.

CIMOLVS, pe. pro. (κίμωλος Suidæ) inſula eſt in mari Cretico, è regione Zephyrij promontorij, unde optima creta aduehitur, qua fullones utuntur in abluẽdis ueſtium maculis. Ouid. 7. Metam. Hinc humilẽ Myconem, cretoſaq; rura Cimoli. Hinc deducitur adiectiuum Cimolus, a, um: ut Cimolia creta: cuius diuerſa ſunt genera, ut uidere eſt apud Plinium li. 6. ca. 17. Dioſcorides li. 5. ca. 94 duas Cimoliæ terræ ſpecies facit: unam candidam, alteram ad purpuræ colorem uergentem: quarum utrinque maximas in medicinis uires tribuit.

CIMON, (κίμων) Athenienſis fuit, Miltiadis filius, miris erga ciues liberalitate ac munificentia utpote qui, refractis agrorum ſuorum & hortorum ſepibus ciuibus faceret poteſtatem, quod uiſum eſſet, ex illis decerpendi. Domi quoq; tam largo apparatu inſtruxit conuiuium, ut non modo familię, ſed multis etiam pauperibus undiq; confluentibus abunde ſufficeret. Vide latius uitã eius apud Plutarchum, qui eum cum Lucullo in contentionem adducit.

CINÆDIÆ, lapilli, qui inueniuntur in cerebro cinædi piſcis, maris habitum colore præſagientes. Pli. lib. 37. cap. 10.

CINEDICVS, a, um, pen. cor. (κιναιδικός) adiect. à Cinædus, Plau. in Sticho Lepidam & ſuauem cantationem aliquam occipito cinædicam.

CINÆDVS, (κίναιδος καταπύγων) cum ęԁiph, qui muliebria patitur. παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. Catullus Epigram. 52. Cinædus mollior cuniculi capillo, uel anſeris medulla, uel imula moſticella. Alij Cinædos, quaſi pudore uacuos appellant, κενὸς enim uacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur ſaltatores, uel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate ſe exercerent. Hos alio uocabulo Petauriſtas uocãt, eo q; ſaltibus leuioribus mouerentur, ut nulla durities in corpore uideretur. Pla. in Aulul. In fuſtibus ſum mollior magis q̃ ullus cinædus. Cinædus etiam genus piſcis, de quo Pli. lib. 32.

CINARA, Vide Cinyra.

CINARÆ, {*Carcioſi*, *Venetus Articiocchi*} (σκόλυμοι) cardui ſunt maiores, quos uulgus Articocalos uocat, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter pręcipuas menſarum delicias habiti ſunt. Col. li. 10. Hiſpida ponatur cinara, quę dulcis Iaccho Potanti ueniat nec Phœbo grata canenti, &c. Nominis originẽ referunt ad Cinaram puellam in herbam ſui nominis mutatam. Alij à cinere deductum putant, quod cinere in primis hæc herba gaudeat ſtercorari.

CINCIA, locus Romæ, ubi cincinnorum monumentum fuit. Feſtus.

CINCINNI, {*Capelli creſpi*} (κίκιννοι) per duplex nn, ſunt crines intorti qui etiã Calamiſtrati dicũtur. Iuuc. Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos uocat: ait enim, Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro: Is eſt coliculus uiteus intortus, ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cic. in Piſonem. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorũ fimbriæ. Inde Cincinnati dicti, qui capillos intortos geſtant. Ci. poſt reditum in Senat. Quo uultu cincinnatus ganeo non ſolum ciuium lachrymas, uerum etiam patriæ preces repudiauit? Plau. Capt. Subrufus aliquãtum, criſpus cincinnatus. Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro Dictaturam uocatus, Aequos uinctos ſub iugum egit, & decimo ſexto die, à quo magiſtratum acceperat, Dictatura ſe abdicauit.

CINCIVS, Romani Senatoris nomen, qui ſeculi ſui luxui infenſus, uehementiſſimus ſuaſor fuit legis Fanniæ ſumptuariæ: orationeq; ad populũ habẽs acerrime inuectus fuit in mores ſuæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui ſolidos porcos Troianos in conuiuium inferebant, Ita enim uocabat aprum qui incluſis interioribus animalculis grauidus erat, quemadmodũ equus Troianus grauidus erat armatis, Vide Macr. lib. 3. cap. 13.

CINCLVS {*Coda tremola*} (κίγκλος Suidæ) auis eſt exigua, perpetuũ caudam mouẽs, unde & Motacilla à nõnullis appellatur. Hãc poſteriore ſui parte tã debilẽ eſſe aiũt, ut nidũ ſtruere nõ poſſit, ſed in alienis nidis oua pariat, Quæ res fecit locum prouerbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Auctores Suidas, & Aelianus lib. 15. cap. 28.

CINCTICVLVS, {*Cintola*. Boc. Gior. 3. No. 10. *Mi mandò una borſa & una cintola*} (διαζωμάτιον) diminutiuum a Cinctus, amiculi genus, quod ſ.re ſub umbilico præcingitur, & ad dimiduum crus porrigitur. Plau. in Bacch. Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres.

CINCTVS, us, {*Cinto*, *cintola*} (διάζωμα) à Cingo, ſicut cingulum. Varro de Lingua Latina: Cinctus, & cingulum a Cingendo: alterum uiris, alterũ mulieribus attributum. Quamuis & pro ueſtitu ſumatur. Verg. 7. Aen. Ipſe Quirinali trabea, cinctuq; Gabino Inſignis. Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus eſſe infra pectus aptatæ, à quo Cinctutos Cethegos Horatius nominauit. Cinctum Gabinum eſſe dicunt, togam ſic in tergum reiectam, ut una eius lacinia reuocata hominẽ cingat, hoc genere ueſtimenti Conſul Romanus utebatur bellum indicturus. Hoc item ueſtis genere indutos fuiſſe duos Decios, cum ſe pro exercitu deuouerent, auctor eſt Liuius.

CINCTVTVS, a, um {*Cinto*} pen. pro. cinctu indutus: quod ueſtis genus antiquiſſimis Romanis in uſu fuit. Vnde Hora. in Arte, cũ antiquiſſimos illos denotare uellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba eius ſunt hæc: ſi forte neceſſe eſt Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum, Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget. Hoc eſt, iis ſeculis nunquam audita, quibus Romani cinctu utebantur. Alij Cinctutos intelligunt bellicoſos, quaſi ad militiam accinctos: ſicut contrà Diſcinctos, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatij loco magis uidetur conuenire.

CINEAS, (κινέας Plutarcho) uir Theſſalus fuit, Pyrrho amiciſſimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes, cuius tanta fuit eloquẽtia, ut Pyrrhus faterẽ, plures a Cinea oratione, q̃ à ſe armis eſſe ſubactos. Hic legatus Romã miſſus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obſiſtẽte ſibi Appio Claud. Cæco, re infecta reuerſus eſt. Interrogatus deinde à Pyrrho de ſtatu urb. & Senat. rãdit, Senatum ſibi Deorum conſeſſum uiſum eſſe, populi autem tantam eſſe turbã, ut uereretur, ne regi cum hydra quadã Lernæa res eſſet. Huic tanta fuiſſe fertur memoriæ fœlicitas, ut poſtridie q̃ Romam aduentaſſet, ſine ulla nomẽclatoris ope Senatui, equeſtriq; ordini ſua nomina reddiderit. Auctor Pli. li. 7. c. 24.

CINEFACIO, cinefacis, unde Cinefactum.

CINEFACTVM, {*Ridotto in cenere*, *incenerito*} (τεφρωθέν) in cinerem diſſolutum, à Cinefacio, quod eſt in cinerẽ reduco, σποδόω, τεφρόω. Figuratio eſt (inquit Nonius) ut Tepefactum, et Labefactum. Lucil. lib. 3. At nos horrifico cinefactum te propè buſto Inſatiabiliter defleuimus.

CINESIAS, æ, (κινησίας Suidæ) dithyramborum ſcriptor, qui impietatis, improbitatiſq; nomine malè audiuit. Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomẽ a corporis agilitate impoſitum, Fertur enim Pyrrhicam ſaltationem uehementer, excoluiſſe, & à ſuo nomine eam appellaſſe. Vnde natum eſt prouerbium, πυῤῥίχην ἐμαθεν ὄνος, hoc eſt, Cineſiæ Pyrrhicã didicit, uel quòd in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem cineſias corpore pigro & fracto crure, uulgoq; male audiebat impietatis, & improbitatis nomine, ut ſcribit Suidas.

CINGA, Hiſpaniæ fluuius eſt in Iberum influens. Luca. lib. 1. Quos Cinga pererrat Gurgite, &c.

CINGO, is, xi, ctũ, {*Cingere*. *Pet*. *Eran quei che'l Re di Sir la cinſe*} (ζώννυμι) notæ ſignificationis eſt, & cum accuſatiuo ablatiuum habet Ouid. 5. Faſt. Suſtulit hoc Nymphæ, cinxitq; decentibus armis. Cic. 3. de Nat. deo. Diligẽtiusq; urbem religione, q̃ ipſis mœnibus cingitis. Per translationem Cingere ponitur pro circuire, & circumſepire, περιβάλλειν. Liu. lib. 1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quam nondum munierat, cingere parat. Aliquando tamen accuſatiuo ſolo contentum eſt. Pli. Cum eum ſaltum uenatores cinxiſſent. Dictum Cingo, quaſi circum ago. Cinctus, participium. Cic. pro. Flac. Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, partibus diſtincta, inſulis circundata eſſet, &c. Huius compoſita ſunt Accingo, Circumcingo, Diſcingo, de quibus ſuis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liu. lib. 10. Incinctum Gabino cinctu ſuper telum ſtantem. Intercingo. Pli. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Aphricæ parte. Præcingo, idem quod cingo, διαζώννυμι. Plau. in Bacc. Inde de hippodromo, & palæſtra, ubi reueniſſes domũ, Cincticulo præcinctus, in ſella apud magiſtrum aſſideres. Interdum præcingere, eſt præparare, παρασκευάζειν. unde Præcinctos (εὐζώνους) ſtrenuos, & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo Procinctus, apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos feciſſe in procinctu, cum ad expeditionem, aut ad iter eſſemus parati & accincti. Oui. Hæc in procinctu carmina facta puta. Pli. V inum curas, uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta claſſis uocabatur, cum exercitus cinctus erat confeſtim pugnaturus. Recingo, quod cinctũ erat, diſcingo. Oui. li. 1. Metamor. Velantúr caput, tunicaſq; recingunt. Succingo, ſubtus cingo, & ad cingulũ alligo, παραζώννυμι, ὑποζώννυμι. Cic. 13. Phil. Serg. Galbam eodem pugione ſuccinctũ quo in caſtris uidetis. Et Succingere, eſt cinctu ueſteis ita colligere, ut breuiores uideantur, fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & Succinctam Orationem, breuem dicimus, & Succinctè, breuiter, συντόμως. Hinc Succingulum: balteum dicimus, ζωστήρ. & Succinctoriũ ueſtis genus breuiſſimæ, quo uenter & uerenda teguntur, quod & Semicinctium uocatur, quòd medium hominem cingat, id eſt, ueſtiat.

CINGRIÆ, tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent, ſubtilioribus tamẽ modis inſonabant.

CINGVLA, æ, {*Cigna*} (ζῶμα) qua cinguntur iumenta. Oui. de Reme. Et noua uelocem cingula lædat equum.

CINGVLVM, {*Cintolo*, *cintura*} (ζώνη) hominis cinctorium dicitur, & propriè mulierum. Varr. 4. de Ling Lat. Cinctus & cingulum à cingendo: alterũ uiris, alterum mulieribus attributum. Feſt. Cingulo noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto ſoluebat. In cœlo quoque Cingula dicũtur, quæ & zonę. Cicer. in Somno Scip. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitã & circundatam cingulis. Quandoque pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

CINGVLVM, ciuitas eſt inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui & hodie habentur in pretio. Hinc Cingulani populi, quorũ meminit Pli. li. 3. c. 13.

CINIFLONES, qui et Cinerarij, dicti ſunt, q̃ calamiſtros in cinere calefactis

capil-

capillos criſpabant Horat. Cuſtodes lectica, ciniflones, paraſiti.

CINIS, cineris, ab antiquo nominatiuo Ciner, hodie maſculini gener. olim etiã fœm. {*Cenere. Pet. Et ua piangendo il ſuo cenere ſparſo*} (τέφρα) puluis, in quẽ materia uſta reſoluitur. Ver. 6. Aen. poſtquam collapſi cineres, & flamma quie uit. Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, ſiue memoria Cicer. 3. Ver. Homo importuniſsime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hãc dolorem cineri eius atque oſsibus inuſsiſti? Ver. 4. Aen. Nec patris Anchiſę cineres, manesve reuelli. Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Caluus apud Noniũ: Cum iam fulua cinis fueris. Cineraceus, a, um, cineris colorem referens. Pli. lib. 33. Terra eſt alias rufa, alias cineracea. Cinereus, a, um, quod è cinere eſt, uel quod cinereum refert colorem. Cinerarius, rij, pro ciniflone. Catullus: Nunc tuũ cinerarius tondet os: Miſer, ha miſer Concubinę nuces da. Cinericius, a, um, ut, Panis cinericius, ἐγκρυφίας ἄρτος, qui coctus eſt ſub cinere. Hinc. Cinefacio, cinefacis: a quo Cinefactus, a, um: de quo paulo ante.

CINNA, ciuitas Theſſalię, à Cinno gigante, & Cori fratre dicta. Eſt etiam Cinna ciuitas Hiſpaniæ in regno Caſtellæ à qua Cinnenſes populi, quos commemorat Pli. in conuentu Tarraconenſi, lib. & cap. a. Fuit etiam Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudeliſsimus, quatuor Cõſulatibus functus, qui primo Conſulatu: ſeruis ad pileum uocatis, aduerſarios uicit, Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertio ſe conſulem fecit. Quarto Conſulatu, cũm bellum contra Syllam pararet, Anconæ, ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occiſus eſt. Fuit etiam Poeta eruditiſsimus hoc nomine, cuius meminit Verg. in Bucolicis: Nam neque adhuc Vario uideor, neque dicere Cinna Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

CINNABARI, ſiue Cinnabarim (κιννάβαρι) Plin. lib. 33. cap. 7. ſaniem putauit eſſe draconis eliſi elephantorũ morientium pondere permiſtio animalis utriuſque ſanguine. Quod tamẽ falſum eſſe, manifeſtius eſt, q̃ ut debeat refelli. Dioſcorides à minio diuerſum eſſe oſtendit, q Cinnabari ex Libya, minium ex Hiſpania afferretur: quid tamen reuera eſſet, non indicauit. Hic tantum teſtatur, tã exiguam eius copiam afferri ſolere, ut uix uariandis in pictura lineis pictoribus ſufficeret. Quod autem hodie Cinnabrium uocãt, ex ſulphure & argento uiuo ſimul uſtis conficitur.

CINNAMOMVM, {*Canella*} (κιννάμωμον) frutex eſt in Aethiopia Troglodytis contermina, humilis, & ſurculoſus, duorum cubitorum altitudine, omnẽ in cortice dotem habens: nam lignum eius, quod Xylocinnamomum uocant, propter quidam origani acrimoniam in faſtidio eſt. Cinnamomum etiã hodie in officinis nomen retinet: uulgus à quadam canalium figura Canellam appellat Vide plura de hoc apud Plin. lib. 12. cap. 19.

CINNAMVM, pen. cor. (κίνναμον) frutex, ſiue arbuſcula naſcens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, preſtantiſsimum exudans odoramentum, qđ & ipſum Cinnamum dicitur. Vide Plin. lib. 12. ca. 19. Ouid. 3. Faſt. Cinnama tum primum captiuaq; thura dediſti.

CINNARIS, herba eſt auctor Pli. quæ ceruis aduerſus uenenata pabula eſt remedio. Plin. lib. 8. cap. 27. Ceruus herba cinnare uenenatis pabulis reſiſtit.

CINNVS, per duplex nn, eſt plurimarum rerum præſertim liquidarum, commiſtio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur quod κυκεῶνα Græci appellat. Ci. de Orat. Cinnus utriuſque particeps, uel utriuſque, ſi uerum quærimus, expers. Et eleganter Picus Mirãdula ad Angel. Politi. tu ita utrunque imples, ut utrum magis, haud ſatis conſtet, qui & Græcam, & noſtram Mineruã pulchre amplectaris, quaſi cinnus utriuſque linguæ, ut quæ inſititia ſit, quæ germina, non facilẽ diſcerni poſsit.

CINXIA, (γαμήλιος) Iuno dicebatur q nuptiis præeſſet. Initu enim coniugio ſoluebatur cingulum, quo noua nupta erat cincta. Feſtus.

CINIPS, uide Cynips.

CINYRAS, (κινύρας Suide) Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, aſtu nutricis deceptus, concubuit: ex qua & Adonin ſuſcepit, quem Venus poſtea in deliciis habuit: qui cũ maiore animo: q̃ uiribus, feras ſectaretur, apri dente in inguine uulneratus, interemptus fuit, & in florẽ Anemonem conuerſus. Vide Ouid. lib. 10. Metam.

CIOS, Phrygiæ emporium fuit, à Mileſiis conditũ in loco, qui Aſcania Phrygiæ appellatur. Plin. lib. 5. cap. 32.

CIPERVM, (quod hic corrupte legebatur) uide Cyperos.

CIPPVS, (στύλος) columnam ſignificat, quæ cum inſcriptione ad conſeruandã rei alicuius memoriam ſoleat erigi: cuiuſmodi etiam inde functorum monumẽtis erigi conſueuerunt. Horat. 1. Sermo. Sat. 8. Hic miſeræ plebi ſtabat cõmune ſepulcrum. Pantolabo ſcurræ, Nomentanoq; nepoti. Mille pedes in fronte, trecẽtos cippus in agrum. Hic dabat, hæredes monumentum ne ſequerentur. Cippus item inſtrumentum erat ligneum, quo ſeruorum, & captiuorum pedes colligabantur.

CIRCA, {*Intorno. Pet. Che ſanno intorno à ſe l'aer ſereno*} (περί) præpoſitio eſt accuſatiuo ſeruiens caſui, idem ſignificans, quod iuxta. Ci. de leg. agrar. cõtra Rullum: Cum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occuparit. Ponitur & pro circiter, ut tempus denotet. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius. q̃ circa eum mẽſem uiſuntur. Inuenitur etiam aduerbialiter poſitum, & ſine caſu. Cic. Att. li. 2. Noſtram ambulationem & ea quæ circa ſunt, uelim, cum poteris, inuiſas Hinc fiunt compoſita Quocirca, & Circumcirca: de quibus ſuis locis.

CIRCANEA, auis dicitur quæ uolando circuitum facit. Feſtus.

CIRCE, (κίρκη) Solis & Perſes Nymphæ filia, & Aeetæ Colchorum regis ſoror, ueneficiorũ peritiſsima. quæ Sarmatarũ rege, cui nupſerat, ueneno ſublato, regnoq; per ſcelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulſa, in Italiam profugit, & in Circęo mõte (qui antiquis olim Latij terminus erat, & efficaciſsimis herbis abundabat) ſedem ſibi delegit: ubi cum Glaucum marinũ deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infectis fontibus, in monſtrũ marinũ commutauit Vlyſſem item ui tempeſtatis ad ſe delatũ hoſpitio ſuſcepit, ſociosq; eius, quos in porcos commutauerat, eidem reſtituit: cui & Telegonum filiũ peperit Poſtremo & Picum Latinorum regem, q uxorem ſuam nomine Canentẽ ſibi præferret, in auem ſui nominis commutauit. A Circe fit Circęus, a, um, (κιρκαῖος) ut Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Circæos quidam appellarunt. Hinc Circæenſes populi. Liu. lib. 6. Ad hoc Latini Hernicię acceſſerunt, & Circæenſium quidam. Cic. lib. 3. de Nat. deo. Circen quoque coloni noſtri Circæenſes religione colunt. Circæi uero quondam inſula fuit, immenſo mari circũdata (ſi Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo libr. 5. Poſt Antium Circæum eſt ſtadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus inſtar inſulæ circumdatus. Habet etiam caſtellum, & Circes ſacellum, & Mineruæ aram. Verg. li. 7. Aen. Proxima Circææ raduntur littora terræ, Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſsiduo reſonat cantu. Vide plura apud Homerum 10. Odyſſ.

CIRCÆA, (κιρκαία) herba eſt ſtrichno ſatiuo ſimilis, flore nigro & puſillo, ſemine milij magnitudine, naſcente in quibuſdam corniculis radice ſemipedali. Autor eſt Pli. lib. 25. cap. 13. Fuerunt qui eandem crederent cum Circæio, quod tamen falſum eſſe ex utriuſque deſcriptione facile deprehenditur.

CIRCÆIVM, herba, quæ & Mandragora dicitur. Vide Plinium libro. 25. cap. 13.

CIRCENSES LVDI, (ἱπποδρομίαι) uel Circenſes, ſine adiectione, certaminis curulis genus erat, in honorem Conſi conſiliorum dei inſtitutũ: ita dictũ q in circo peragerentur, non autẽ ab enſibus, (ut Seruius nugatur) in circuitu diſpoſitis. Liu. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca patribus, equitibusq; urbis, ut ſpectacula ſibi quiſq; facerent. Vergi. 8. Aen. Nec procul hinc Romam, & captas, ſine more Sabinas Conſeſſu caueæ, magnis Circenſibus actis addiderat. Circenſium ludorũ ſeptem erant curricula ſolennia, Gel. li. 3. cap. 10. Ex Varrone.

CIRCENSE TOMENTVM, dicitur quod fit ex ſummitatibus arundinũ mollibus, lanæ ſimilibus. Mart. lib. 14. Tomentum conciſa palus circenſe uocatur: Hoc pro Lingonico ſtramina pauper emit.

CIRCERVS, pen. pro. nauis Aſiana prægrandis, ut inquit Noni. Plau. in Sti Clim percunctor portitores, ecquę nauis uenerit ex Aſia, negant ueniſſe. Conſpicatus ſum interim circerum, quo ego meliorem non uidiſſe cenſeo.

CIRCINO, as. pen. cor. {*Ritundare, compaſſare, circuire*} (περιάγω) rotundũ facio, uel circino circulum facio. Pli. lib. 16. ca. 38. Cætera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam. Significat etiam circumire: ut, Circinare auras apud Ouid. 2. Metam. Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces incinat curſus, & eaſdem circinat auras.

CIRCINVS, ni, pe. cor. {*Seſto. compaſſo*} (διαβήτης) inſtrumentum, quo circuli uertendo deſignantur. Plin. lib. 2. ca. 15. Omnia autem hæc cõſiſtant ratione circini ſemper indubitata.

CIRCITER, {*Intorno, circa*} (περίπου) à Circa fit, idemq; ſignificat: & refertur modo ad tempus. Plau. in Moſtel. Redito huc circiter meridiem. Cæſar 1. Bel. Gall. Ita dies circiter 15. iter fecerunt. Modo ad numerum. Sall. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa. Modo ad locum. Plau. in Ciſtel. Loca hæc circiter excidit mihi. Circiter aduerbium. Cic. ad Att. Verum hæc in Arpinati ad ſextum circiter Idus Maias nõ deflexmus. Caſsius Hemina: Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arce iunctum.

CIRCITES, pen. cor. circuli ex ære facti, teſte Feſto. Eſt & genus oleæ apud Colum. lib. 5. cap. 7.

CIRCIVS, uentus nulli uiolentia inferior, ſic dictus, q omnia turbet, ac circũuertat. Hic peculiaris eſt Galliæ Narbonenſis: de quo Gellius: Galli uentum ex ſua terra flantem, quem ſęuiſsimum patiuntur, Circium appellant, à turbine, opinor eius ac uertigine. Lucanus: Solus ſua littora turbat Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci. Ventus circius, cum loquare, buccam implet: armatũ hominẽ, & plauſtrum oneratum percellit. Cato Cercium, non Circium appellat. Eſt item Circius Tauri montis pars apud Pli. lib. 5. cap. 27.

CIRCITORES, Vide Circuitores.

CIRCIVS, (quod hic pro inſula Myſiæ adiacentes, corrupte legebatur) uide Cyzicus.

CIRCOS, (κίρκος) auis eſt ex accipitrum genere, altero pede clauda, proſperrimi augurij nuptialibus negotijs, & re pecuaria. Auctor Pli. lib. 10. ca. 8.

CIRCVEO, ablata m, uel Circumeo, circuiuit (περίειμι) circumambulo, ambio. Ci. Att. li. 4. Antonij cõſilia narrabat, illum circumire ueteranos. Rectius ſcribitur per m, quæ tamẽ inter pronuntiandum eliditur. Vnde Circumitio uel Circuitio uerbalia, & Circuitus, tus, περίοδος. Vide in dictione Circumeo.

CIRCVITORES, {*Sopra le guardie, riueditori delle ſentinelle*} ἐφοδεύοντες, περίπολοι. uigiliarum recognitores. Hoc etiam nomine (ut docet Vlpianus l. cumque. § ſed & eos. ff. de inſtit. act.) uulgo appellantur, quibus ueſtiarij, uel lintearij dant ueſtem circumferendam uel diſtrahendam.

CIRCVITVS, {*Circuita*} Vide Circumeo.

CIRCVLARIS, re, adiectiuum. {*Circolare*} (κυκλικός) quod ad circulum pertinet: ut, Figura circularis. Circulares item magiſtratus dicũtur, qui in orbẽ deferuntur, quæ & περιοδικαὶ πολιτεῖαι à Demoſthene appellantur.

CIRCVLATIM, {*Circondatamente*} κατὰ κύκλον, ſignificat per circulos. Suet. In ſummo publico luctu, exterarũ gentiũ multitudo circulatim ſuo quęque more lamentata eſt.

CIRCVLATOR, {*Il Canta in banco, il ciaratano*} (ἀγύρτης, ἀπατεὼν) qui hominum cœtu circundatus, fabulis eos præſtigijs oblectat, quive in foro, hominumve coronis ſeſe oſtentare ſoletsquẽ & Circumforaneum dicimus. Ci. li. 5. Epiſt. Circulator auctionum notiſsimus. Apul. lib. 1. de Aſino. Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatam præacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Paul. Iureconſul. ff. de Extraord. crim. In circulatores qui ſerpentes circumferunt, & proponũt ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, pro modo admiſsi actio dabitur. Dictus Circulator à circulo, hoc eſt, hominum corona.

CIRCVLATORIVS, a, um, (ἀγυρτικός) quod ad circulatorẽ ſpectat. Vnde Quint. præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatẽ ſpectandam, hoc eſt, garrulam illam circulatorum feſtiuitatem non eſſe aucupãdam. Idem Quint. lib. 2. ca. 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio ex uix ſurgendi mora, circulatoriæ uere iactationis eſt.

CIRCVLATRIX, icis, quæ in foro, hominũq; circulis uerſatur, ſpectatores aut ſaltando, aut canendo, aut laſciuioribus fabulis remorãs, inq; ſibi ratione uictum quærens. Martialis li. 10. Linguam circulatricem dixit pro petulanti, & maledica. Vernaculorum (inquit) dicta, ſordidum dentẽ, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poeta quidam clancularius ſpargit.

CIRCVLO,as,are,{*Cerchiare,circōdare. Dan Cerchiādo'l mōdo del ſuo caro duce*} περιβάλλω,pro circūdare legitur.Col.li.12.Iſq; debebit antè circulari foſſula,quæ repleatur lapidibus et calce.Ci.de Claris Oratoribus poſuit pro in circulum caput circunferre. Videt(inquit)oſcitantem iudicem,colloquentē cū altero,nonnunquam etiam circulantem.

CIRCVLVS,diminutiuū à Circus,{*Cerchio.Pet.Se io traſcorro il ciel di cerchio in cerchio*}(κύκλος)figura eſt anularis.Cic.2.de Nat.deo.Cumq; duę formæ præſtantes ſint,ex ſolidis globus,(ſic enim Sphæram interpretari placet)ex planis autē circulus aut orbis,qui κύκλος Græcè dicitur,&c. A mathematicis definitur eſſe figura plana,unā tantum linea contenta,in cuius medio punctus eſt,à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ,ſunt æquales. Hæc omnium planarum figurarum eſt perfectiſſima.Vnde Circularem ſcientiā dicimus,pro abſoluta omnium ſcientiarū cognitione, quā Græci ἐγκυκλοπαιδείαν uocant Circulus per translationem pro cœtu hominum in orbem collectorū ſumitur. Tacitus li.3.Nec ignoro in conuiuijs et circulis incuſari iſta,& modum poſci. Liui.li.4.Decade quinta.In omnibus circulis atque,etiam(ſi diis placet)in conuiuiis,ſunt qui exercitus in Macedoniam ducant.

CIRCVM.{*Intorno.Pet.Morte mi s'era intorno il cuor auuolta*}(περί)præpoſitio,et componi ſolet,& ſeparari.Separata locum tantū ſignificat,ſicut et cōpoſita:ut,Circum theatrum. Quandoq; loco aduerbij ponitur. Ver.4.Aene. Anne uides toto properari littore circùm? Componitur uero cum dictionibus ab a incipientibus,ut Circūago:c,ut,Circuncido:d,ut Circūduco:e,Circumeo:f,ut Circumfluo:i,ut Circumiacio:à quo Circumiectus:l,ut Circumlinio:m,ut Circummunio:n,ut Circūnaſcor:p,ut Circumpono:q,ut, Circumquáque:ſ, ut Circūſcribo:t,ut,Circumtuli:u,ut Circumuenio. Verum iuncta uocalibus integra ſcribi,ſed non proferri debet,ut circumago,circumeo ſcribantur,ſed proferantur circuago,circueo. Vnde Priſcianus ait,Circumeo, & circumago & ſimilia non paterentur eliſionem in pronunciatione,ſi tranſiret in ſequentem ſyllabam m,Si uero iungatur cum c d f q t,mutatur m in n,Circuncido,Circūdo, Circunfero,Circunquaque,Circuntuli.Cum alijs remanet,m integra : ut Circūſcribo,Circumuolo.

CIRCVMAGGERO,as.Pli.lib.19.cap.5.Terra minuta,fimoq; circumaggeratas reſiſtere frigori radices.

CIRCVMAGO,gis,{*Menare intorno,in uolta,d'ogni intorno*} περιάγω, περιάγομαι. ſignificat circunduco.Liu.1.ab urb.Prius penè q̄ Romulus,quiq; cū eos equites erant,circumagerent fratris equos,terga uertunt.Interdum rurſus fugo,ἐλαύνω Curtius.Nec uulneratum,& fere ſeminecem circumagere deſtiterunt.Inde Circumactus uerbale,(περιαγωγή)conuerſio ſiue motus in gyrum. Pli.in ponte prætérea duabus capellis obuijs e diuerſo,circumactum anguſtiæ non caperent,nec reciprocationem longitudo.

CIRCVMAMBVLO,as,in circuitu ambulare,περιπατεῖν Paul.in.l.poſſideri.in princ.ff.de acquiren.poſſeſſ.Vt qui fundum poſſidere uelit , omnes glebas eius circumambulet.

CIRCVMASPICIO,cis,(περισκέπτομαι)Plin.lib.8.cap.33.Nec pupillæ motu,ſed totius oculi uerſatione circumaſpicit.

CIRCVNCELLIONES.dicti ſunt qui circum cellas uagātur,ἀλῆται.Solent enim ire,hac atque illac,nuſquam habentes ſedes.

CIRCVNCIDO,dis,{*Tagliare intorno*}(περικόπτω)circū, uel per circulū incidere & amputare.Col.lib.3.Eiuſdem ſpolij corticem circuncidito,& materiem delibrato.Circuncidere uinum,pro eo quod eſt, uini uſu intercedere.Celſ. lib.4.ca.20.Deinde ubi ad ſe redit,circuncidendum uinum eſt in totum annū. Idem lib.6.cap.9.In dentium autem dolore,qui ipſe quoque magnis tormentis annumerari poteſt,uinum toto circuncidendum eſt uinum omnino non eſt bibendum.Circuncido abſolute poſitum.Cic.5.de Finib.Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarū,quæ circuncidat,amputet,erigat.Circunciſus,participium.Cice. 1.de Finib.ut ſapiens ſolum amputata,circunciſaq; inanitate, & errore,naturæ finibus contentus.Circuncidaneus,a,um,ut uinum circūcidaneum, quod.ſ.poſtremo exprimitur,uinaceis,ubi fluere deſierint,circūquaque accīſis . Cato cap. 23.Tortiuum muſtū circuncidaneū ſuo cuiq; dolio diuidito,additoq; pariter. Circūciſitius,a,um: ut,Circunciſitium uinum,idem quod circuncidaneū. Var. de Re ruſt.lib.1.ca.54.Cum deſijt ſub prælo fluere,quidam circuncidunt extrema et rurſus,premunt,et rurſum,cūm expreſſum circunciſitium appellant:ac ſeorſum quod expreſſum eſt ſeruant,quod reſipit ferrum.Circunciſe,aduerbium Suet.de Clar.Rhet.Tum ne uſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circunciſe,ac ſordidè:& tantummodo triuialibus uerbis egit,uerūm rarius.Circunciſio,onis,περιτομή.Lactant.lib.4.cap.17.Sed ire atque inuidiæ ſuæ alias cauſas præferebant,q; circunciſionem uacuefaceret.Circunciſura,ræ,inciſio in orbē facta.Pli.lib.16.cap.30.Stateſq; à circunciſa ſiccatæ fideliores.

CIRCVNCINGO,gis,{*Circondare,cingere intorno*}(περιζώννυμι, περιβάλλω)circundo.Silius li.10.Ceu fera quæ telis circūcingentibus ultro Aſſilit in ferrum,& per uulnera colligit hoſtem.

CIRCVNCIRCA,{*D'intorno.Pet.D'intorno innumerabili mortali*}compoſitum ex duobus præpoſitionibus,(ἀμφί, περί)ab omni parte:ut,Circuncirca proſpicere.Plau.in Aulul.Occœpit ibi ſcalpturire ungulis Circuncirca.

CIRCVNCLVDO,dis,circuncluſi,circuncluſum,{*Serrar d'intorno*}(περικλείω)undiq; claudo.Pli.lib.18.cap.35.Si urbes ſolem circuncludant. Cic.in Catil.5.Num inficiari potes,te,illo ipſo die meis præſidiis,mea diligentia circūcluſum,commouere te contra Remp.non potuiſſe?

CIRCVNCOLO,lis,circuncolui,circuncultum {*Habitare intorno*}(περιοικέω)circum habito.Liu.r.Bel.Maced.Is timore omnes,qui circuncolunt Bœbē paludem,relictis urbibus,montes coegit petere.

CIRCVNCOLVMNIVM,(περιστύλιον)locus eſt circūquaque porticus habens,uel ſaltem à tribus lateribus,qualia fieri in monaſterijs ſolent.

CIRCVNCVLCARE,circuncirca conculcare,{*Calcare intorno*}Col.li.5. ca.6.Sin minus terra ſubacta,operiamus,& circunculcemus ipſum ſemina co dicem.Ibidem: Ac diligenter circunculcari.

CIRCVNCVRRO,is,{*Correre intorno*}(περιτρέχω)Quint.lib.2.ca.22. Hanc autem,quam nos materiam uocamus.i.res ſubiectas quidā,modo infinitam,modo non propriam Rhetorices eſſe dixerunt,eamq; artē circuncurrentē, uocauerunt,q; in omni materia doceret.

CIRCVNCVRSO,as,are,{*Correre ſpeſſo in torno*}frequentatiuum à circūcurro.Terent.Heau.Hac,illac circuncurſa:inueniendum eſt tamen argentum,

CIRCVNDO,{*Circondare*}(περιβάλλω περιλαμβάνω) Circūeo,(περίειμι)inter ſe differunt quoniam dicimus,Hercules circuniuit terram,non Circūdedit:& Anulus circundat digitum,non circumit. Circuitus nomē utrūque cōplectitur.Ci.Catoni.Vallo & foſſa circundedi.Plau.in Aſin. Circundato me Brachijs,meumq; collum circumplecte.Ceſar.3.bel.Ciuil.Octauius quinis caſtris oppidum circundedit.Horat.1.Serm.Sat.2.Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla Plurima. Armis circundatus.i.armatus,Verg.9.Aen.Celſus li. 8.cap.10.Quinto die idem faciendum,ferulæq; circundandæ.

CIRCVNDOLO,as,are,{*Polir intorno*}eſt circunquaque dolare,ſeu polire Plin.lib.16.ca.32.Sed maxime mirum, Antandri Platanus etiam circundolatis lateribus reſtibilis ſponte facta.

CIRCVNDVCO,cis,pen.pro.{*Menare intorno*}(περιάγω) in orbem duco, Ci.1.Philip.Caſilinum coloniā deduxiſti quæ erat paucis annis ante deducta, ut uexillum uideres,& aratrum circunduceres.Circunducere apud Iureconſultos metaphoricōs pro abolere,delere,&abrogare accipitur. Paul Lacta.ff.de re iud. Acta apud ſe habita ſi partes conſentiant,poteſt iubere iudex ea die circunduci,niſi uel negotium,uel lis terminata eſt. Vlp.l.& poſt edictum.ff.de iud. Quod ſi is,qui edictum peremptoriū impetrauit,abſit die cognitionis,tunc circunducendum erit edictum peremptorium.Circunducere aliquem per dolos,eſt decipere παρακρούεσθαι.Pla.Pſeu.Per ſycophātiam,atque per doctos dolos ,Eſ circunducam lepidule.Circunducere argento,idem:Plau. Te uelle amantem argēto circundare.Idem Bacch.Quadrigentis Philippeis filius me & Chryſalus circunduxerunt.Circunductio deceptio,παράκρουσις.Plau.in Capt.Nec pueri ſuppoſitio nec argenti circunductio.

CIRCVMEO,is,it,{*Andare intorno,circōdare*}(περίειμι)ambio.Liui.1.ab urbe.Sed ipſe.Romulus circumibat,docebatq;.patrum id ſuperbia factum,qui cōnubia uicinis negaſſent. Prædia circumire,Cic.pro Cecina.Circuitus,participium.pe.co.circunductus.Seneca in Med.Orbem circuitis cornibus alligat.id eſt,circunductis,& totum globum cingentibus.Circuitus,us,ui,(περίοδος) nomen uerbale.Cic.2.de Nat.Deo.Circuitus enim ſolis orbiū quinque: diebus LX.&CCC.quarta fere dici parte addita,conuerſionem conficiunt annuam. Celſus lib.3.cap.5.Sed tertianarum quartanumq;,quarum & certus circuitus eſt,& finis integre eſt.Quint.lib.1.cap.10.Ergo etiam id fieri poteſt, ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur.Circumitio,uel Circuitio,uerbale. Liu.3.ab urb.Circuitio,ac cura Aedilū plebis erat:ad eos ſumma rerū:ac maieſtas conſularis imperij uenerat. Terent. And.Ita aperte ipſam rem modo locutus,nihil circuitione uſus es.Ci.1.de Diui.Ergo, hic circuitione quadam deos tollens,certe non dubitat diuinationem tollere.

CIRCVMEQVITO,as,are, {*Caualcar intorno*}(περιιππεύω)equo circūeo.Liui.10.ab urb.Ne quam occultam in fraudem incautus rueret,duas turmas ſociorū Latini nominis circumequitate mœnia , atque explorare omnia iubet.

CIRCVNFERO,pen.cor.{*Portare intorno*}(περιφέρω)circumporto,circūduco.Sallu.Fuere item ea tempeſtate,qui dicerent Catil.oratione habita,cūm ad iuſiurandum populares conſcios ſceleris ſui adigeret humani corporis ſanguine uinum permiſtum pateris circūtuliſſe.Per tranſlationem ponitur pro luſtrare,ſeu purgare.Verg.lib.6.Idem ter ſocios pura circuntulit unda, Spargens rore leui.Nam luſtratio à circunlatione dicta eſt,uel cæde,uel uictima.

CIRCVNFIRMARE,{*Fermare intorno fortificare*}(περιφράττειν)circūſcpire,circunquaque munire.Colu.li.4.ca 17.Nam ubi magna uis & incurſus eſt pluuiarum,proceſſarumq;,ubi frequētibus aquis uitis labefactatur, ubi præcipitibus cliuis uelut pendens plurima præſidia deſiderat,ibi quaſi quadrato circunfirmando eſt agmine,

CIRCVNFLECTO,ctis,circunflexi,circunflexū,{*Piegare intorno*}(περικάμπτω)in gyrum flecto.Verg.5.Aen.Conſtituit ſignum nautis pater,unde reuerti Scirent,& longos ubi circunflectere curſus.Circunflexus,participium,undique,flexus. Inde accentus circunflexus(περισπώμενον προσῳδία)ex acuto graui factus.Circunflexus,us,ui,nomen,περικαμπή.Pli.lib.8.ca.11.Vt & ipſos circumflexu facili ambiant.

CIRCVNFLO,as,are,{*Soffiare intorno*})περιπνέω)undique afflāre.Cice. 5.Verg.Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus atq; editus in altum,ut ab omnibus uentis inuidiæ circunflari poſſe uideatur.Circunflantibus Auſtris,Statius lib. 11.Theb.

CIRCVNFLVO, {*Scorrere intorno*}ὑπορρέω,abundo,Ci.in Lxl.Et circūfluere omnibus bonis,copiis,atque in omni rerum abundantia uiuere.Propriè tamen Circunfluere,eſt circum aliquid fluere,decurrere,περιρρέω,Pli.Id oppidum circunfluit amnis.Interdum cōcurrere,ἐπιρρέω.Idem Poſtquam uariq; undiq; gentes circunfluxere.

CIRCVNFLVVS, a,um,(περίρροος)quod circūfluit.Ouid.15.Me.Scinditur in geminas partes circunfluus amnis. Item in paſſiua ſignificatione,Inſula circunflua,quam aqua circumfluit.Ouid.15.Met.Vnde Coronidem circunflua Tybridis alti Inſula Romulæ ſacris acceſſere urbis.

CIRCVNFORANEA DOMVS,(περιφόρητος οἶκος)apud Apuleiū pro ea,quæ mobilis & ambulatoria eſt,facilis ad circunferendum.

CIRCVNFORANÆ HOSTIÆ,dicuntur non tam quæ circum fora, q̄ quę circum agros & urbeis in ambaruali ſacrificio circunferuntur:à circunferendo dictæ.

CIRCVNFORANI,ſeu Circūforanei,{*Ciurattani, cāta in banco*}ἀγύρται) qui circa fora crebro uerſari ſolent,quales nugatores,impoſtoresq;,qui fucis & ſtrophis captant quæſtum.Cic.pro Cluent. Tum repente Acontianū quendā L.Clodium pharmacopolam circunforaneū,qui caſu tum ueniſſet, aggreditur. Aes circunforaneum,qd' à danistis in foro tractatur Cic. Att.li.Tuſculanum & Pompeianum ualde me delectant:niſi q; me ære,nō Corinthio,ſed hoc circūforaneo obruerunt.Hoc eſt,ære alieno,quod è foro à daniſtis fœnori ſumpſi.

CIRCVNFODIO,fodis,{*Cauare intorno*}(περιορύττω)in gyrum fodio Plin.li 17.ca.18 Circunfodi autem omnibus annis à ſolſtitio duum cubitorū, ſcrobe bipedali altitudine.Circunfoſſor,uerbale. Plin.lib.17.ca.26. Aut circunfoſſor iniurioſo ictu uerberauit. Circunfoſſura,ræ.Pli.ibidem:Cupreſſus aſpernatur

natur

natur circumfoſſuram.

CIRCVNFORO,as, περιτρύω. Plin.lib.17.cap.27. Stipite ab ima parte circunforato.

CIRCVNFRICO,as,{*Fregare intorno*} περιτρίβω. Cato ca.26. Priuas ſcopulas in dolia facito habeas illis in,queis labra doliorum circunfrices.

CIRCVNFVLGEO,ges,{*Splendere intorno*} περιφαίνομαι. Plin. libr.2. cap.37. Hominum quoque capita ueſpertinis horis magno præſagio circunfulgent.

CIRCVNFVNDO,dis,{*Spargere intorno*}(περιχέω) circuncirca aſpergo. Cic.2. de Natu.deo. Principio autem terra ſit in media parte mundi, circunfuſa undique eſt hac animabili ſpiritaliq; natura,cui nomen eſt aer.

CIRCVNGELATVS,{*Gelato intorno*} participium. Plin. lib.13.cap.12. Sed qui circungelatus uideri poſſit.

CIRCVNGEMO, mis,{*Gemere intorno*} Horat. Epod.16. Nec ueſpertinus circungemit urſus ouile.

CIRCVNGESTARE,{*Portare intorno*} περιφέρειν. Cice.ad Qu. fratrem lib.1. Nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circungeſtabat.

CIRCVNGLOBO,as, περιστρογγυλόω. Plin.lib.9.cap.47. Adeoq; nihil non gignitur mari, ut cauponarum etiam æſtiua animalia, pernici moleſta ſaltu, aut quæ capillus maximè celat exiſtant: & circunglobata eſcæ ſæpe extrahuntur.

CIRCVNIACEO,ces,cui,{*Giacere intorno*}(περιτίθεμαι) in circuitu iaceo. Liu. Nam & Lycaonia, & Phrygia utraque. Piſidia omnis, & Cherſoneſus,quæq; circumiacent Europæ, in ueſtra ſunt poteſtate.

CIRCVNIICIO, cis,ieci,iectum, à iacio compoſitum, {*Gettare intorno*} (περιβάλλειν.) Liu.3. Bel. Maced. Poſtquam læuo latere nudato, circunieciſe haſtas in uenientem ex tranſuerſo hoſtem conati ſunt. Circunicere uallum, apud eundem, pro circumædificare. Et Circunijcere ambitu extrema cæli. Cice. de Vniuer. Extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circuniecit. hoc eſt, circumamplexus eſt. Vnde Circuniectus,a,um, pro circumpoſitus: ut, Circumiecta urbi loca. Liuius. Et Circuniectus,us, Ci. de Nat.deo. Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

CIRCVNLAMBO,bis,{*Leccare intorno*} περιλείχω. Plin. lib.11.cap.37. Sed ſupra dictis capillamentis tenuitate: cæteris ad circumlabenda ora.

CIRCVNLIGO,as,{*Ligare intorno*} περιδέω. Liu.1. Bell. Pun. Id ſicut in pilo quadratum ſtuppa circunligabant, linebantq; pice. Cic.3. de Diuin. De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, ut circunligatus fuerit angui.

CIRCVNLINIO,linis,liui, linitum,{*Ongere intorno*}(περιχρίω) circum ungere, uel fricare, aut aliquid leuiter digito, aut aliquo inſtrumēto alicui rei circumducere, & molliter ac leniter circum imprimere, non autem craſsè. Plin.li.8. Nec pictura, in qua nihil circunlinitum eſt, eminet.

CIRCVNLINO, in præterito, circunliui, uel circunleui, & circunliui, eſt circumcirca leuiter induco. Plin. Circunlini aluearia fimo bibulo, utiliſsimum. Vnde Circunlitio, onis, actus ipſe circunliniendi. In picturis item Circunlitiones (κονιάματα) dicebantur, ſupremæ operis expolitiones: quemadmodum etiam hodie in uſu eſt, ut tabulæ iam perfectæ iuniperi gummi illinantur. Plin.lib.35. cap.11. Hic eſt Nicias de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quę maximè opera probaret ſua in marmoribus, Quibus Nicias cum manum admouiſſet: tantū circunlitioni eius tribuebat.

CIRCVNLVO,luis,lui,{*Scorrere intorno*}(περιρρέω) circunfluo. Liuius 5. Belli Pun. Quo in peninſulæ modum pars maior circunluitur. Circonluuio. onis, uerbale. Cice.1. de Orat. Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.

CIRCVMMITTO,{*Mandar intorno*}(περιπέμπω.) Liu.4. ab Vrbe: Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit.

CIRCVMMVLCERE,{*Loſingare intorno*}(περικατοψᾶν) molli attactu circuncirca abblandiri. Plin.lib.28.cap.3. Ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

CIRCVMMVNIO,{*Fortificare intorno*}(περιφράττω) circunſepio, circumroboro. Colum.lib.3. Priuſquam pomarium conſtituas, q̄ magnum habere uoles circummunito maceriæ aut foſſa, ita ut non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit: Plaut. Capt. Ita uinclis cuſtodiisq; circummuniti ſumus. Circummunitio,(περιφραγμα) uerbale. Cæſar: Id ne fieri poſſet, obſidione, oppidiq; circummunitione fiebat.

CIRCVMNASCOR,{*Naſcere intorno*}(περιφύομαι) Plin. lib.2.cap.103. Lacus Sinnaus in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur.

CIRCVMOBRVERE, περικαταχῶν. Plin.lib.19.cap.5. Confert alterum folia circumobruere.

CIRCVMPADANVS,a,um,{*Chi habita intorno'l Pò*} qui habitat in circuitu Padi. Liu.1. Bel. Pun. Conſiſtere iuſſit militibus Italiam oſtentat, ſubiectoſq; Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin.lib.14.cap.20. Liguriæ maximè circumpadaniſq; muſtis utilitas.

CIRCVMPANGO, περιφυτεύω. Plin.lib.17.cap.13. Ramis terra circumpactis.

CIRCVMPAVIO,uis, circumpauire. Plin.lib.12.cap.14. Aliubi area circumpauita.

CIRCVMPEDES, pen.cor. idem qui & A pedibus dicuntur. Cic.3. Verr. Seruos artifices pupilli cùm haberet domi, circumpedes autem homines formoſos & literatos, ſuos eſſe dicebat.

CIRCVMPLECTOR,cteris,{*Abbracciare intorno*} περιπλέκω. Cice.de Vniuerſ. Vndique eſt eos circumplexus. Circumplexus,us, nomen. περιπλοκή Plin.lib.10.cap.63. Lacertæ, ut ea quæ ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem nouere.

CIRCVMPLICO,cas, pen.cor.(περιπλέκω) circumiecto. Cic.1. de Diuin. Expergefacta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

CIRCVMPONO,nis,{*Mettere intorno*} περιτίθημι. Horat.2. Serm. Sat.4. Primus & inuenit piper albū cū ſale nigro Incretū, puris circumpoſuiſſe catillis.

CIRCVMPOTATIO,onis,(ἐπικυκλοποσία) uerbale à circumpoto. Cic.2. de legib. Hæc præterea ſunt in legibus de unctura, quibus ſeruilis unctura tollitur omniſq; circumpotatio.

CIRCVNRADO,dis,{*Radere intorno*} περιψάω. Pli.lib.17.cap.26. Veluti detractio ſanguinis circunraſi corticis.

CIRCVNRETIO,tis,(περιπλέκω) impedio, & implico. Lucret.lib.5. Circunretit enim uis, atq; iniuria quenque: Atque unde exorta eſt, ad eum plerunq; reuerti. Cic.7. Verr. Num ego tibi ullam ſalutem, ullum perfugium putem, cùm te implicatum ſeueritate iudicum, circunretitum frequentia populi Romani eſſe uideam.

CIRCVNRODO,dis, penult.prod.{*Rodere intorno*} Plin.lib.32.cap.2. Polypum hamos appetere, brachiiſq; complecti, non morſu: nec prius dimittere, quàm eſcam circunroſerit. Circunrodere per tranſlationem accipitur pro meditari, & quodammodo ruminare. Cic.ad Att.li.4. Quid q iam dudum enim circunrodo, quod deuorandum eſt) ſubturpicula mihi uidebatur eſſe παλινῳδία. Item pro detraho, obtrecto. Horatius.1. Epiſtol. Dente Theonino cùm circunroditur.

CIRCVNSCALPO,(περικνίζω) Pli.lib.20.cap.5. Radice eius circunſcalpti dentes dolore liberantur.

CIRCVNSCARIFICO,cas,(περισκαριφάω) Pli.lib.22.cap.23. Pedum clauos circunſcarificatos ferro, miſtum ceræ extrahit.

CIRCVNSCINDO,dis, περικαταρρήγνυμι. Liu.2.ab urb. Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circunſcindere, & ſpoliare lictor.

CIRCVNSCRIBO,bis,{*Circonſcriuere. Dant. Non circonſcritto ma per piu amore*}(περιγράφω) colligo comprehendo, intra finem quendam complector, definio. Cicero.6. Philipp. Vigula ſtantem circunſcripſit, iuſſitq; ut reſponderet, prius quàm ex illa circunſcriptione excederet. Colum. Diophanes Bithynus Viicenſem totum, Dionyſii Pœni Magonis interpretem, per multa diffuſum uolumina, ſex epitomis circūſcripſit. Cice. in Parad. Exilium terribile eſt illis, quibus circunſcriptus eſt habitandi locus. Id eſt, conſtitutus. Per tranſlationem accipitur pro circumuenio, & decipio. παρακρούομαι. Idem 1. Academ. Alterum eſt, quod captioſis & fallacibus interrogatiunculis circunſcripti & decepti quidam cū eas diſſoluere non poſſunt, deficiunt à ueritate. Plinius lib.7. Vana mortalitas, & ad circunſcribendam ſeipſam ingenioſa. Circunſcriptè, aduerb. Cic.2. de Nat. Deor. Id q ratione concludimus, ſingulaſq; res diffinimus, circūſcriptèq; complectimur. Circunſcriptor, qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuen. Saty.15. Pupillum ad iura uocantem Circunſcriptorem. Circunſcriptio, onis. uerbale. Cicero.1. Tuſculan. Cum totam terram contueri licebit, eiuſq; cum ſitum, formam, circunſcriptionem, tum & habitabiles regiones. Verborum quadam circunſcriptione comprehendere concludereq; ſententiam, Cicero de Clar. Orat. Circunſcriptio,(παρακρουσις) pro deceptione & fraude, Cicero pro Cluent. Cum omnis ab his fraus, omnes inſidiæ, circunſcriptioneſq; adoleſcentum uſerentur.

CIRCVNSECO,cas,{*Tagliare intorno*}(περικόπτω) circuncido. Colum. libro.7.cap.5. Tuberculum cui ſubeſt uermiculus, ferro quàm cautiſsimè circunſecari oportet.

CIRCVNSECVS, aduerb pen.cor. ſignificat in circuitu à lateribus. Apule. li.5. Quique circunſecus uenantur.

CIRCVNSEDEO,des, & Circunſideo,des, circunſedi, circunſeſſum. {*Aſſediare d'ogni intorno*}(περικάθημαι, πολιορκέω) ſignificat circundare, obſidere. Celius ad Cicero lib.8. Niſi ſi mauult Pompeium Brunduſii circunſidere. Cicero.ad Att.libro.9. Popul. Roman. exercitus Cn. Pompeium circunſidet, foſſa & uallo ſeptum tenet, fuga prohibet. Circunſedent item, qui inſident utrinq; alicui. Ci.4. in Catil. Nec tamē ego ſum ille ferreus, qui fratris cariſsimi atq; amantiſsimi præſentis mœrore non mouear, horumq; omnium lachrymis à quibus me circunſeſſum uidetis. Circunſeſsio. Cic.3. Verr. Te huius circunſeſsionis tuę cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe.

CIRCVNSEPIO,pis,(περιελαύνω, περιφράττω) Cic.ad Auguſt. Sed quoniam cohortibus armatis circunſeptus Senatus. Liu.1.ab urb. Conſcius deinde, male quærendi regni ab ſeipſo aduerſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circunſepſit.

CIRCVNSERO,ris, περιφυτεύω. Pli.li.21.ca.12. At genuſtas circunſeri aluearis gratiſsimum.

CIRCVNSIDO,idis, idem quod circunſedeo, niſi quod motum quendam habeat coniunctum: ut circunſidere dicantur, qui ſe iam ad ſedendum componunt uel qui ipſo actu oppidum uel arcem caſtris, uel exercitu circundant. Liuius.9. ab urb. Et ſpe abiecta Straculæ tuendæ, Pliſtiā ipſi ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti rederent, circunſidunt.

CIRCVNSIGNARE. Colum.lib.de Arbor.cap.26. Eam duobus digitis quadratis circunſignato, ut medio gemma ſit.

CIRCVNSISTO,is,{*Stare intorno, circondare,*}(περιΐσταμαι) p circundo ponitur: ſiue ad obtinendum, defendendum, ſeu offendendum circūſto. Liu.li.1. Centuriones Metium circunſiſtūt. Cæſar: Si quis grauiori uulnere accepto deciderat, circunſiſtebant. id eſt, circumaſtabant fauentes ei, & tela ab eo arcentes. Verg. At feſſi tandem ciues infanda furentem Armati circunſiſtunt.

CIRCVNSONO,as,are{*Sonare d'ogni intorno,*}(περιηχέω) undique ſono, Liuius.9. belli Maced. Eos deducere in locum, qui circunſonet ululatibus cantuq; ſymphoniæ, & cymbalorum, & tympanorum pulſu ne uox quiritantis, cū per uim ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit.

CIRCVNSPERGO,gis,(περιπάσσω) Colum.li.11.ca.2. Magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere, &c.

CIRCVNSPICIO,cis,{*Guardare d'ogni intorno,*}(περισκοπέω) ex Circū & Specio, uerbo antiquo, quod aſpicio ſignificat. Eſtq; Circunſpicio, huc, atque illuc oculos uerto, & circunſpicio: omnia oculis colluſtro. Iuſtin.li.1. Primo latebras circunſpicit. Cice. pro Roſcio: Circunſpicit, æſtuat. Terent. in Andr. Circunſpicio: nuſquam. Significat etiam animaduertere, & diligenter uidere. ſiue conſiderare. Cic.4. Acad. Deinde cum dicant, poſſe accidere ſapienti, ut cum omnia fecerit, diligentiſsimeq; circunſpexerit, exiſtat aliquid, quod & uериſimile uideatur. Circunſpicere ſe, pro Gloriari, & ſeipſum admirari, ſibi placere. Cicero: Vſque eone te diligis, & magnifice circunſpicis, ut, &c. Circunſpectus, ſigni-

ficationis eſt actiuæ. & ſignificat eum, qui in omnem partem circunſpectat, hoc eſt, qui prudens eſt, & ſagax. (περιφυλαγμένος, περισκεπτος). Colum. Nam illa ſolennia ſunt omnia circunſpectis, ut ergaſtuli mancipia cognoſcant. Hinc Circunſpecto, as, frequentatiuum, (περισκοπέω καὶ περισκοποῦμαι). Ci. 2. de Nat. deo. Iam uero illa etiam notiora, quanto ſe opere cuſtodiant beſtiæ, ut in paſtu circunſpectent, ut in cubilibus delitetcãt. Circunſpectus paſſiue, qui circunſpicitur: ut, Verba non circunſpecta. i. nõ perpenſa, & conſiderata. Ouid. 5. Faſt. Verba mouent iras non circunſpecta deorum. Vires non circũſpectæ. Ouid. 5. Meta. Sed furit, & cupiens alte dare uulnera collo, Non circunſpectis exactum uiribus enſem Fregit in extrema percuſſæ parte columnæ. Id eſt, non circunſpiciens, quo uires, & feriendi impetum recte dirigeret. Circunſpectus, us, ui, actus ipſe circũſpiciendi. Ci. 12. Phil. Hæc ego in urbe præuideo: facilis eſt circunſpectus, unde exeam, quo progrediar: quid ad dexteram, quid ad ſiniſtram ſit. Pli. li. 11. ca. 37. Ceruix flexilis ad circunſpectum, articulorum nodis iungitur. Circunſpicientia idem. Gel. li. 14. ca. 2. Multa, & anxia cura, & circunſpicientia indigeas. Circunſpectio, aliud uerbale. Ci. 4. Acad. Sin ex circunſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod uiſum ſit, id ſe dicent ſequi, tamen exitum non habebũt. Circunſpecte, aduerbium. Quin. li. 9. ca. 2. Parcius & circunſpectius faciendũ. Circunſpectator, & Circunſpectatrix, uerbalia. Plau. Aul. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras Circunſpectatrix cum oculis emiſſitiis.

CIRCVNSPICVVS, à circunſpicior, (περίβλεπτος) qui circunquaq; aſpici poteſt.

CIRCVNSTIPO, as, comitum agmine cingo: ut, Amores uirum circumſtipant. Claudianus. 2. Panegyr.

CIRCVNSTO, ſtas, circunſtiti, circunſtitum, {*Stare intorno. circõdare*} (περιίσταμαι) Circundare. Ci. in Catil. Fortiſſimi ciues, qui circunſtant ſenatum. Ouid. 3. Metam. ad Circunſtantes uertit ſua brachia ſyluas. Circunſtantia æ actus ipſe circunſtandi. Gel. lib. 3. cap. 7. De loci importunitate, & loci circunſtantia.

Circunſtantiæ item (περιστάσεις) quæ in unaquaq; controuerſia quæri ſolẽt & quaſi quæſtionem circunſtant. Ex circunſtantia dicere argumentum. Q. lib. 5. ca. 10. Circunſtatio, onis, uerbale. Gel. li. 7. ca. 4. Ea circunſtatio militum, Corona appellata ſit.

CIRCVNSTREPO, pis, {*Far ſtrepito intorno*} (περιψοφέω) in circuitu ſtrepitum facio. Tacitus: Tum certatim cæteri circunſtrepunt.

CIRCVNSTRVO, ſtruis, {*Edificare intorno*} περιοικοδομέω. Pli. li. 11. ca. 6. His deinde fores quoque latioras circunſtruunt.

CIRCCVNSVDO, das, Pli. li. 14. ca. 1. Stipatæ innaceis circunſudantibus.

CIRCVNSVO, ſuis, περιρράπτω. Pli. lib. 34. ca. 16. Vitilibusq; nauigiis circunſutis corio aduehi.

CIRCVNTEGO, gis, {*Coprire intorno*} (περικαλύπτω) circuncirca operio. Pla. Mil. Meus herus elephanti corio circuntectus, non ſuo eſt.

CIRCVNTEXO, xis, {*Teſſere intorno*} Verg. 1. Aen. Et circuntextum croceo uelamen acantho. Circuntextum, ti, amictus genus, quod purpuram circum habeat. Feſtus.

CIRCVNTONDEO, des περικείρω. Sueton in Auguſto, ca. 45. Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circuntonſam matronã miniſtraſſe compererat, per trina theatra uirgis cæſum relegauerit.

CIRCVNTONO, nas Hor. 2. Serm. Saty. 3. Quem cepit uitrea fama, Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis. Silius lib. 6. Iamq; ubi feralem ſtrepitu circumtonat aulam Cornea gramineum perſultans ungula campum

CIRCVNTREMO, mis, {*Tremare intorno*} Lucret. lib. 1. Atq; ideo totum circuntremere æthera ſignis.

CIRCVMVADO, pen. prod. {*Aſſalire d'ogni intorno*} περιπελάζω. Liuius. 2. Bell. Maced. Repente anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circumuaſit.

CIRCVMVAGVS, gi, ut, Oceanus circumuagus. Horat. Epo. 16. Aethereæ moles circumuaga flammæ, Auctor carminis ad Piſonẽ. Periphraſis eſt Solis.

CIRCVMVALLARE (περισταυρῶν, περιτειχίζειν) uallo munire. Cæſ. 7. Bell. Gall. Oppidum oppugnare inſtituit, idq; biduo circumuallauit. Cicero ad Attic. li. 9. Cum mihi epiſtola affertur à Lepta, circumuallatum eſſe Pompeiũ.

CIRCVMVEHO, his, here, {*Menare intorno*} περιελαύνω. circum porto, Liu. 3. ab urb. Dictator quantum nocte proſpici poterat, equo circumuectus, contemplatusq; qui tractus caſtrorum, quæque forma eſſet. Circumuehi claſſe. Liu. 8. ab urb. Circumuectio, onis, uerbale. Cic. ad Att. li. 2. Illud tamẽ, quod ſcribit, animaduertas uelim de portorio circumuectionis. Circũuecto, as, frequẽtatiuũ. Verg. 3. Geor. Singula dum capti circumuectamur amore.

CIRCVMVENIO, {*Circondare, circonuenire.*} κυκλόω. idem quod circundo. Liu. li. 1. Vt & hoſtibus circumueniri ſe à tergo ratis, terror ac fuga uinceretur. Salluſt. Petere conſulatum C. Antonium, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem nobilem, familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumuentũ. Aliquando decipere ſeu inſidiis inuoluere. (πλεονεκτέω, παραγκρούομαι) tractum à uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire ſolent. Cic. li. 2. Offic. Suum quiſq; teneat, et neq; tenuiores propter humilitatem circumueniantur, nec locupletibus ad ſua uel tenẽda, uel recuperanda obſit inuidia. Aliquãdo opprimere, Salluſt. Cuiq; optimo literas mittit ſe falſis criminibus circumuentũ.

CIRCVMVERTO, ti, ſum, περιστρέφω. Pla. Perſa: Iam à foro argentarii abeunt, in curſu rotula circumuertitur. Circumuertere aliquem argento. Plaut. Pſeud. Aut de pacto faciunt conſutis dolis, Qui me argento circumuertant. Id eſt, dolis auferant à me argentum.

CIRCVMVERSARI. Lucret. lib. 6. Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt, Quærentesq; uiam, circumuerſantur, & ignis Semina conuoluũt è nubibus.

CIRCVMVESTIRE. {*Veſtire d'intorno.*} περιτιθέναι, περιβάλλειν. Ci. 3. de Orat. Quandoquidem iſte circumueſtit dictis, ſepit ſedulo.

CIRCVMVINCIO, cis, περιδέω. Plau. Rud. Quaſi murteta iuncis, item ego uos uirgis circumuinciam.

CIRCVMVISO, circumuiſis, frequentatiuũ à circumuideo, περισκοπέω. Pla. Sed angues oculis omnibus circumuiſere.

CIRCVMVOLO, las, {*Volare intorno*} περιπέτομαι. Horat. 2. Serm. Sat. 1. Mors atris circumuolat alis. Circumuolatus, participium paſſiuum, à Circumuolor. Plin. lib. 10. cap. 32. Halcionem uidere rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu & circa ſolſtitia brumamue, naue aliquando circumuolata, ſtatim in latebras abeuntem.

CIRCVMVOLITO, frequentatiuum: iterum atque iterum circumuolo. Huius propriꝰ uſus eſt apud Verg. lib. 1. Georg. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Colum. per tranſlationem pro Crebro uſu, ſeu pro Celeriter circundo, uſus eſt: An honeſtius dixerim mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium, circumuolitantis limina potentiorum.

CIRCVMVOLVERE, {*Volgere intorno*} περιειλεῖν. Vergil. Interea magnum ſol circumuoluit annum. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.

CIRCVS, ci, maſc. ge. {*Cerchio, circolo Pet. Ne la su' ſopra'l cerchio della luna*} (κύκλος) omnis in gyrum ambitus, à circumeundo, ſecundum Seruium. Mathematici definiunt eum, figuram planam, una tantũm linea cõtentam, in cuius medio punctus ſit, è quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ inter ſe ſunt æquales. Et differt Circus à Globo, q; circus eſt planities rotunda, ut circinus: Globus ſoliditas undique rotunda, ut eſt ſphæra, & filamentum glomera. Circus, (κίρκος Athenæo lib. 13.) etiam dicitur locus muris ſeptus, in quo curulia certamina peragebantur. Verg. li. 5. Mediaq; in ualle theatri Circus erat. Cic. 3. Philip. Neſcis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorũ fuiſſe? Vnde Circenſes ludi, q; in Circo fierent. Fueruntq; tres Circi Romæ. Circus maximus inter Palatium & Auentinum. Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neron. in Vaticano. Candens Circus, (γαλαξίας) id eſt, orbis lacteus. Cice. in Arato: Vidiſti magnum candentem ſerpere Circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Cicero in ſomnio Scipionis. Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas Circus elucens, quem uos, (ut à Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis.

CIRIS, {*Lodola*} (κεῖρις) eſt auis, quam alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poetæ fabulantur fuiſſe Scyllã Niſi regis filiã, quæ cũ patrem fatali crine ſpoliatum Minoi prodidiſſet, mutata eſt in auẽ Cirim. Nominis huius etymon Ouidius deducit à Græco uerbo κείρω, quod eſt tondeo: alludens nimirum ad fabulam qua Scylla purpureum Niſi patris crinem fertur totondiſſe. Sic enim ait lib. 7. Metam. Plumis in auem mutata uocatur Ciris, & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

CIRNEA, æ, uas uinarium, nam κιρνῶ miſceo ſignificat. Plaut. in Amph. Inde impleuit cirneam,

CIRRHA, (κίρρα) urbs eſt in Phocide ad radicem Parnaſi montis, à qua campi uicini Cirrhæi dicti ſunt. Plin. lib. 4. cap. 3. Et Apollo Cirrhæus & Templa Cirrhæa, hoc eſt, ædes Apollinis, apud Senecam in Hercule Oetæo.

CIRRI, {*Capelli creſpi*} (βόστρυχοι, πλόκαμοι) à quibuſdam appellantur capilli contorti, ac perinde criſpati, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt. Oſtreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri. Martial. lib. 7. Et oſtreorum rapere liuidos cirros. Inde Cirratus, id eſt, capillatus. Perſius. Te cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? Alii cirros capillos capitis attonſos putãt, à κείρω attondeo, inſido. Cato de liberis educãdis, Itaq; Ambraciæ, primùm puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere ſolent. Inde Perſius Cirratos, uocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri conſecrent detonſam.

CIRSI, (κιρσοί) ab Hippocrate uocantur uarices, hoc eſt tumores pedum, et nonnunquam circa imam partem uentris, atque adeo circa ipſos teſtes. Ariſtoteles ἰξίας uocat.

CIRTA, ſiue potius Cirtha, (κίρθα) Numidiæ fuit urbs munitiſſima in qua Iugurtha Adherbalem necauit, ut eſt uidere apud Sallu. in Iugurth. Vide & Strabonem lib. ult.

CIS, (κίς) uermiculus in tritico præcipuè & hordeo naſcens, ſeminaq; illa cuſpide ſua exiguis foraminibus penetrans, à cuius ſimilitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appellatus, q; fiſtuloſus ſit, & multis foraminibus pertuſus.

CIS. & Citra, {*Di qua. Pet. Aſſai di qua dal natural coſtume*} (ἐπὶ τάδε, ἔπ' ἐπὶ τάδε περαῖα) differunt, q; Cis magis propriis nominibus fluminum uel montium præponi ſolet, reliquis magis Citra: ut Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ἐπὶ τάδε τῶν Ἄλπεων. Citra forum, citra templum, hoc eſt, ab hac parte templi, aut fori. Harum duarum præpoſitionũ ſignificationi opponitur Vltra, quod ſignificat Trans, uel ab alia parte: ut, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Hæ item particulæ Citra, Intra, Vltra, ut docet Gellius, apud ueteres ſingulis ſyllabis appellabantur. Cis & Vls. Dicebaturq; Cis Tyberim: & Vls Tyberim. mox dici cœptum eſt, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim: & Intra Calendas Citra Calendas. Cis etiam per compoſitionem nominibus montium, uel fluuiorum coniungitur: ut, Ciſalpinus, Ciſpadanus. Et quamuis habeat uim localem, per tranſlationem tamen & in tempore, & in aliis rebus uti poſſumus: ut, Cis definitum tempus ueniſti: ſicut, Vltra tempus à nobis datum ueniſti. Cis naturæ leges: hoc eſt, minus, q̃ patiantur naturæ leges. Citra etiam quandoque pro ſine (χωρὶς) ponitur. Colum. In agricultura uoluntas facultasq; citra ſcientiam ſæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sueton. in Cæſ. Alii citra ſenatus, populiq; auctoritatem. id eſt, ſine auctoritate. Quint. lib. 1. Tum neque citra Muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta. Plin. lib. 3. Citra faſtidium nominentur. Quandoque ponitur pro Ante. ut, Citra Calendas: id eſt, ante Calendas. Sueto. in Aug. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum, dignumq; cognitu, &c. Fit autẽ Citra à Cis, à Citra aũt Citer, Citerior, Citimus.

CISALPINA GALLIA, {*Lombardia*} quæ & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluuio Rubicone finitur, cuius baſim Alpes efficiunt. Cic. pro lege Manil. Inde cũm ſe in Italiam recepiſſet, duabus Hiſpaniis, & Gallia Ciſalpina præſidiis ac manibus confirmata, &c.

CISAMVS, (κίσαμος) urbs eſt Cretæ apud Ptolemæum, quæ hodie Ephiſſa appellatur.

CISAPENNINA Italia, à Caton. in Orig. dicitur, qua reſpectu, Romanorũ cis Apenninum montem eſt. ſicut Tranſapennina, quæ trans Apenninum eſt.

CISIANTHI, populi ſunt inter Scythas, qui Oceanum accolunt, Cimmeriis uicini. Plin. lib. 6. cap. 13.

CISIVM, (δίφραξον) genus uehiculi, duas habent rotas: à quo Ciſiarii, qui ciſium regunt. Cic. Delituit in quadam cauponula, atque ſe ibi occultans, perpotauit ad ueſperum: inde ciſio celeriter ad urbem uectus, domũ uenit capite inuoluto.

luto. Ciſtarius, ciſij moderator ſiue auriga. Iureс. lib. 20. Digeſ. Si ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit uel occidit, puto ex locato eſſe in eum actionem.

CISPELLO, as, are, apud uetuſtiſſimos inuenitur pro eo quod eſt, citeriorẽ partem pellere. Plau. in Amph. Inde optimè ciſpellam uerum.

CISPIVS, mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Ciſpij dictus ut inquit Feſt. Var. lib. 1. de Ling. Latin. Exquilinus eſt Ciſpius mons ſexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

CISSA, Ptol. fluuius eſt Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret.

CISSANTHEMOS, pe. co. (κισσάνθεμος) altera cyclamenij ſpecies eſt, quã uulgus hodie, teſte Ruellio, Diuæ Mariæ ſigillum uocant.

CISSEVS, (Κισσεύς) rex Thraciæ, pater Hecubæ, uxoris Priami: à quo Ciſſeis Patronymicum: ut, Hecuba Ciſſeis, apud Euripidem.

CISSIBIVM, ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον uocant. Meminerunt Theocritus & Homerus Pollux ait poculum illud paſtorale ſic dictũ, q̃ hedera circundatum ſit: nam κισσὸς, hederam ſignificat.

CISSITES, (κισσίτης) gemma eſt ad ſimilitudinem folij hederæ candicans. Pli. lib. 37. ca. 11. Ciſſites in candido collucet hederæ folijs, quæ totam tenent. Et apud eundem eiuſdem libri cap. 10. Ciſſites circa Copton naſcitur candida: & uidetur intus habere partum, qui ſentiatur etiam ſtrepitu.

CISSVS, (κισσός) hederæ genus eſt, quæ ſola ſine adminiculo ſubſiſtit, neque arboris, aut muri, alterius' ve pedamenti eget ſuſtentaculo. Vnde etiam Orthociſſus à Græcis dicitur, quaſi recta hedera. Fabulantur Græci Ciſſum Liberi patris puſionem in hanc herbam conuerſum, ei nomen feciſſe.

CISTA, {*Ceſta, paniero, canestro. Boc. Gior. 5. No. ult. Sotto una ceſta di polli che u'era lo fece ricourare*} (κίστη) genus uaſis uiminei apud Col. lib. 12. cap. 52. Ouid. 2. Met. Clauſerat Actæo texta de uimine ciſta. Fit etiam Ciſta ex aſſeribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia uſui noſtro neceſſaria. Cic. 5. Verr. Quaternos H-S. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtã transferam ex fiſco. Iuue. Nanque uetus Græcos ſeruabat ciſta libellos. Huius diminutiuum eſt Ciſtula. Mar. lib. 1. Parcæ ciſtula non capax oliuæ. Hinc aliud diminutiuum Ciſtula. Terẽ. Eun. Ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis. A quo curſus Ciſtellula. Plaut. Rud. Vbinam ea fuit ciſtellula? Auctor ad Herẽ. li. 1. Ciſtellam pro uaſe poſuit, quo ſuffragia populi in creãdis magiſtratibus, legibusq; ferẽdis colligebãtur, cũ ait. Saturninus legẽ ferre cœpit, collegæ intercedere: ille nihilominus ciſtellam detulit. Ciſtifer, a, um, qui fert ciſtam. Martialis: Nupſiſti Gellia ciſtifero. Ciſtatrix, cis. Pla. Trin. Nox datur, ducitur familia tota. Cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntij, raptores panis & peni. Videtur ſignificare ancillam quæ caniſtrum fert hederæ.

CISTERNA, {*Ciſterna. Dant. Ella ruuina in ſi fatta ciſterna*} (δεξαμενή) locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos Vlp. l. 1. ff. de fonte. Ciſterna aquam uiuam non habet. Et quidem ciſternæ imbribus cõcipiunt, ſed per glareã immiſſam in ſpongias purificatis. Idẽ. l. uulgaris. §. ſed & ſi de naui. ff. de furtis. Et quidẽ ſi ciſterna uini ſit, quid dices? aut aquæ ciſterna? Hinc Ciſterninus, a, um, Col. li. 13. ca. 43. Tota deinde uaſa in aqua fontana uel ciſternina põderibus impoſitis merga.

CISTHVS, (κίσθος) quem & Ciſtaron uocant, ſiue Ciſſaron, eſt frutex maior thymo, folijs ocymi: cuius duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Maſculus enim florem habet roſaceum, fœmina album. Vide Plin. lib. 24. cap. 10. Vulgus Roſaginem, ſiue Roſam caninam appellat. Sub hoc frutice naſcitur hypociſthis: de quo ſuo loco.

CISTENA, Pomponio lib. 1. urbs eſt Aeolidis in Iſthmo, qui eſt inter Elaiticum ſinum & Idæum. A Plinio Ciſthene uocatur. lib. 5. cap. 30.

CISTOPHORVS, (κιστοφόρος) nummi ſpecies, ſic dictũ à Canephoris Paladis Atticæ uirginibus miniſtris, quarum imaginem) habebat impreſſam. Cic. Att. lib. 11. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis, & uicies, Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facile tuebere. Idem pro Domo ſua: Vt ſi in Aſia Ciſtophorum flagitaret.

CITARII, populi Siciliæ, Auctor Plin. lib. 3. cap. 8.

CITARISTA, Vide Citharista.

CITATVS, a, um, participium, {*Citato, chiamato, ueloce,*} (προσκεκλημένος) idem quod uocatus. Citatus nomen idem quod acceleratus. uel citus, aut uelox, ὠκύς. Apul. Citato, non teſtudineo greſſu. Liu. lib. 8. bel. Pu. Citato gradu in hoſtem ducebant. Idem: Citato uadere equo. Liu. 7 belli Pun. Nero ea nocte quæ ſecuta eſt pugnam, citatiore quàm inde uenerat agmine, die ſexta ad ſtatiua ſua atque ad hoſtem peruenit: Ibidem, lib. 2. Quàm citatiſſimo poterant agmine ſeſe abripuerunt.

CITATIM, aduerbium, {*Preſta*} (ταχύ) celeriter. Hircius de Bel. Afri. Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

CITERIA, appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cælium: Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denique credo in pompa uectitatum iri ludis pro citeria atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum? Feſtus.

CITERIOR, & Citimus, {*Vltimo*} à Citra, uel à Citer uocabulo obſoleto. Ci. ad Att. lib. 12. Hircius ad me ſcripſit, Sextum Pompeiũ Corduba exiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem, Aetas citerior. Valer. lib. 8. tit. de ſtudio & induſtria. Citerioris ætatis metas, ſed non parui tamen ſpatii Chryſippi uiuacitas flexit. Hoc eſt, ad recentiorem noſtræq; propiorem ætatem peruenit. Quæ enim nobis proxima ſunt, citima appellantur. Cic. de Vniuer. Hanc autem citimam, à mediana ſiunta direxit ad læuam: ſed principatum dedit ſuperiori.

CITHARA, æ, {*Cetera*} (κιθάρα) pe. cor. inſtrumentum muſicũ, alio nomine Lyra appellata, quam Hieron. ſcribit fieri in modum Δ literæ, cũ chordis uiginti quatuor, & per digitos uarijs uocibus, tinnulisq; ictibus in diuerſis modis concitari. Pli. li. 7. cap. 56. Citharã Amphion, ut alii, Orpheus, ut alij, Linus inuenit. Citharã Verg. pro ipſa muſica & harmonia accepit. 12. Aenei. Agnũ, cit harãmq; dabat, celeresq; ſagittas Quin. li. 2. cap. 8. Nam ſicut cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummũ omnibus intenta neruis conſentiat.

CITHARIS, (quod hic pro pontificis pileo legebatur) uide Cidaris.

CITHARISTA, ſiue Citharistes, (κιθαριστής) promontorium Galliæ Narbonenſis: teſtibus Ptolemæo lib. 2. cap. 10. & Antonino, qui in ſuo Itinerario ab hoc promontorio Maſſiliam uſque nauigio triginta millia paſſuum facit. Eſt etiã Citharista, qui citharam tantum pulſat, non etiam accinit: nam is teſte Moſcopulo, propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aſpendium citharistam, de quo ſæpe audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit.

CITHARISTRIA, (κιθαρίστρια) {*Quella che canta in ſu la cetera*} quæ cithara canit, ſicut à tympano tympaniſtria. Teren. Phorm. Continuo quandam nactus eſt puellulam Citharistriam. Ibidem. Terentius eandem uocat Fidicinã: Ille, qui illam amabat fidicinam. Sunt autem Citharistes, & Citharistria, uerbalia, à Græco uerbo κιθαρίζω, quod eſt cithara cano.

CITHAREDVS, {*Chi canta ſu la cetera, citariſta. Dan. Et com'à buon cantar buon citariſta*} (κιθαρῳδός) qui cithara canit: & proprium (ut Moſcopulus annotauit) qui & citharam pulſat, & ore accinit. Cic. 5. Tuſc. At uocem citharœdi non audiunt. Hinc Citharœdicus, a, um, κιθαρῳδικός: ut Citharœdica ars, apud Plinium li. 9. cap. 8. & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerone: Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

CITHÆRON, (Κιθαιρών) per, i, noſtrum, mons eſt Bœotiæ. teſte Strabone cuius radicem Aſopus amnis alluit. Seruius credidit alterum eſſe ex iugis Parnaſi: quod omnium Geographorum iudicio ſecus ſe habet. Eſt enim Cithæron mons à Parnaſo diſcretus, & ab eo plus quàm triginta paſſuum millibus diſſitus. Hic mons Libero patri ſacer erat: unde etiam ibi eius Orgia celebrabant. Ouid. 3. Metam. Vadit, ubi ſeſtus facienda ad ſacra Cithæron Cantibus, & clara Bacchantum uoce ſonabat.

CITIMVS, pen. cor. {*Vltimo*} ſuperlatiuum à Cis uel Citra, uel potius ab antiquo nomine Citer, idem eſt, quod proximus nobis. Vnde Citima uocantur, quæ in cœlo infima ſunt, & nobis proxima, ἐγγύτατα. Cic. in Somnio: Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

CITO, aduerbium, {*Subito, toſto, preſto. Dant. Et per a dirte preſta non la dico,*} (ὀξέως, ταχέως) Cic. Varroni lib. 4. Quid ergo potiſſimum ſcribam? quod uelle te puto, cito me ad te eſſe uenturum. Citius, comparatiuum. Verg. Aene. 1. Hæc ait, & dicto citius tumida æquora placat. Citiſſimè, ſuperlatiuum. Pli. lib. 16. ca. 4. Citiſſimè aſcias retundit.

CITO, as, {*Citare, chiamare. P. S. Fatto citar dinanzi à la reginal*} (προσκαλοῦμαι, προσφέρω) frequentatiuum à Cieo quod eſt uoco: & modò eſt iudiciale uerbum, pro in ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere: modò uero extra forum, pro fidem auctoritatemq; alicuius obteſtari, & (ut nonnulli) allegare, ſiue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. De primo ſignificationis genere, Cic. Ver. 4. Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſator M. Pacilius, neſcio quo caſu, non reſpondit, non adfuit. De altera ſignificatione, Idem de Natu. Deo. lib. 1. Tu ipſe paulo antè cum tanquam Senatum philoſophorum citares, ſummos uiros deſipere dicebas. Huius compoſita ſunt, Concito pen. cor. quod ſignificat ad iram prouoco. Hinc cõcitatus, iratus. Gell. Erat. n. aliquãdo concitatior. Incito, Excito, Suſcito, &c. uide in dictione Cieo.

CITORVS. Vide Cytorus.

CITRA, (ἐντός) præpoſitio. uide in dictione Cis.

CITREA, malus, {*Cedro*} quæ & Medica (μηδική) nominatur, arbor eſt toto anno pomifera, alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs ſubnaſcentibus pomis. Folia habet lauri, intercurſantibus ſpinis, fructum uerò aureo colore, et odore gratiſſimo, quem Verg. 2. Geor. miris laudibus celebrauit ibi, Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem fœlicis mali. Præcipuè mali huius dotes ſunt, oris grauеolentiam commendare, & ueſtes à tineis illæſas conſeruare. Varia citri mali genera uide apud Ruellium lib. 1. cap. 69.

CITRO, uide infra in dictione Vltro.

CITRVS, arbor eſt duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuo uirens eadem eſt cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris grauеolentiam emendans, & ueſtium commendans odorem, eaſdemq; à tineis conſeruans. Altera ſylueſtri cupreſſo ſimilis eſt & caudice, & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè naſcens: unde in Italiam ad pretioſiſſimarum menſarum materiam aduehebatur, quæ & Cedrinæ appellantur a Plin. lib. 13. ca. 15. Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibuſdam etiam Thya appellatur, præcipuam in radicis criſpitudine dotem habens. Citrum, neutri generis, citri arboris lignũ, Varro. 3. de Re ruſt. capite. 2. Numcubi hic uides citrum, aut aurum. Martialis lib. 9. Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. Idem lib. 10. Et citrum uetus, indicosq; dentes. Hinc Citreus, a, um, quod ex citro confectum eſt. Cice. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream, à Q. Lutatio Diodoro (qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus eſt) omnibus ſcientibus Lilybæi abſtuliſti. Citreã menſam cum aurea comparat Martialis in Diſtichis: Accipe fœlices, Atlantica munera, menſas: Aurea qui dederit dona, minora dabit. Citrinus color, à citri ſimilitudine dictus. Plinius lib. 19. cap. 5. de cucumere loquens, Creſcunt, qua coguntur, forma, in Italia uirides, & quàm minimi: in prouincijs quàm maximi, & citrini, aut nigri.

CITTA, (κίττα) deprauatus mulierum prægnantium appetitus cum inutiles cibos appetunt, quod fere contingere ſolet ſecundo aut tertio a conceptu menſe, ex alimento in uentriculo corrupto, fœtu exiſtente tam imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit, ut copioſæ in uentriculo redundantiæ accumulentur, quæ uarium abſurdumq; gignunt appetitum, ut carbonem, cretæ, & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc κίτταν, hoc eſt, picam appellauere, ab auis eius uarietate ſumpta ſimilitudine.

CITTAMPELOS, (κιττάμπελος) herba eſt quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis parietaria dicitur. Vtitur hac appellatione Paulus Aegineta li. 6.

CITTIVM, (Κίττιον) oppidum Cypri: unde Cittiens Zeno, (Κιττιεύς) apud Laertium lib. 7.

CITTOSIS, (κίττωσις) uuarum uitium eſt, cum acini à racemis dilapſi pereunt. Vide Cœl. Rhodig. Antiquar. lect. lib. 6. cap. 1.

CITVS, Veloce. Pet. Intelletto ueloce piu che pardo} (ὀξύς) celer, uelox. Liu. 6. Bell. Pun. Eques citus ab Roma uenit. Hinc Citior, citiſſimus. Plau. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor, Citiſſimus omniũ rediit. Eſt & Citus participium à Cieo, pro citatus uel agitatus. Verg. lib. 8. Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

præſertim tam multæ, variæq; ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. Claritudo vocis, (εὐφωνία) Gel. lib. 7. cap. 5. Hiſtrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui geſtu, & vocis claritudine, & uenuſtate cæteris anteſtabat.

CLARIVM oraculum, (κλάριον μαντεῖον) in Ionia fuit iuxta Clarum oppidum non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus eſt: ibi enim ſpecus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita ſunt, breuiore tamen uita bibentiũ. Huius Pli. li. 2. ca. 103. & alicubi Macrob. meminerunt.

CLARO, as, (Far chiaro) (δοξάζω) clarum facio. Auſonius. Pollet Ariſtides, ueteres qui clarat Athenas. Cic. 1. de Diui. ex antiquo poeta: Iuppiter excelſa clarabat ſceptra columna. Horat. Illum non labor Iſthmius Clarabit pugilem. Luc. lib. 4. Multaq; in his rebus querendum, multaq; nobis Clarandum eſt, planè ſi res exponere auemus. Hinc Declaro, as.

CLAROS, (Calamo) (Κλάρος) Ioniæ ciuitas Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tireſiæ filia condidit, fugiens Thebanorũ uictores Epigonos. Quæ cum patriæ cladem lugeret & ſuam, manantibus ubertim lacrymis fontem fecit: unde Claros, ἀπὸ τοῦ κλαίειν locus appellatus. Nearchus uero auctor eſt, inde urbi huic nomen factum, q Apollini per ſortem Claros obtigit. Nam ſortem: κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus eſt, qui illic & fanum habuit, in quo reſponſa, epota aqua, edebantur. Eſt & Clarus inſula in mari Myrtoo, & ipſa Apollini ſacra: de qua nonulli intelligunt illud Ou. 1. Me. Mihi Delphica tellus, Et Claros, et Tenedos, Patareaq; regia ſeruit.

CLARVS, a, um (Chiaro, lucente, piano, operto. Pet. Que duo be' lumi aſſai piu che'l ſole chiari) (αἴθριος, λαμπρὸς) propriè dicitur quod eſt lucidum, nõ obſcurum. ut Clara dies Cic. in Som. Scip. Oſtendebat autem Carthaginem, de excelſo, & pleno ſtellatum, illuſtri, & claro quodam loco. Ver. 1. Georg. Et claro ſyluas cernes Aquilone moueri. Figuratè tamen pro inſigni atque excellenti accipitur, (ἔνδοξος, εὐδόκιμος) & eo, qui ueluti fulgore quodam famæ reſplendet: qui & Inclytus dicitur. quamuis plus ſit Inclytus, ꝗ Clarus, propter lu, quæ ibi auget. Cic. 1. de Fin. Claris, & fortibus uiris commemorabilis. Item quoniam quæ, clara ſunt, ab omnibus cernuntur, clarum etiam pro aperto, et manifeſto (σαφὴς) ſumitur. Cic. 7. Ver. Res erat clara, neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. Interdũ ponitur pro audibili aut ſonorum, Clara, uox, εὔφωνος. Cic. pro Sylla: Atque ut idem omnes exaudiant, clariſſima uoce dicam. Clare, aduerbium ὀξύ. Teren. And. Vnde eſt dic clare. Cic. ad Att. lib. 2. Varietas in re nulla ſit, aperteq; loquantur et iam clarè gemant. Cælius Ciceroni, libr. 8. Et quo propius ea contentio, ꝗ fieri neceſſe eſt, accedit, eo clarius id periculum apparet.

CLASSIARII, (ἐπιβάται) propriè dicuntur claſſis milites. qui. ſ. in claſſe ſtipẽdia merent. Hircius lib. 3. Belli ciui. Itemq; per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit. Suet. in Galba: Nam cum claſſiarios, quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, ad priſtinum ſtatũ redire cogeret. Apuleius uſurpauit pro tubicine, aut eo qui claſſicum canit, cum ait: Et laudum eius claſſiarius, atq; aſſiduus præco. Vbi pro eodem penè uidetur accepiſſe Præconem laudum & Claſſiarum. Quo in loco Perottus mentem Apuleij non ſatis aſſequutus arbitratur Claſſiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine uocabant Aſſiduos.

CLASSICVS, a, um, (ναυτικός) quod eſt claſſis, uel quod ad claſſem pertinet: ut Claſſicum bellum, bellum nauale. Propert. lib. 2. Et canerem Siculæ claſſica bella fugæ. Et Claſſici, οἱ ὑπερτελεῖς, οἱ τελοῦντες, οἱ ἐν τιμήματι) primæ tantum claſſis homines, de quibus mox. Etiam Claſſici dicebantur præcones (κήρυκες) qui tuba uel cornu iuſſu magiſtratuum ex arce, uel circum muros populum ad comitium uocabant, dicti à Calando. i. uocando, ſiue à Clangore. Vide Claſſica pro ipſis tubis, σάλπιγξ, ſ. ſυνθεμα... Verg. li. 7. Claſſica nanq; ſonant. Vbi Seruius: Claſſicum dicimus, & ipſam tubam, & ſonum. Claſſicum autem eſt flexilis tuba. Liu. li. 5. Vocatis claſſico ad concilium militibus. Claſſicum item ineundæ pugnæ ſignum appellatur, quod tuba dari ſolet: unde Claſſicũ canere, (σημαίνειν τὴν ἐφοδον) hoc eſt, ſignum dare, quo milites pugnam ineant. Contra, Canere receptui, (ἀνακαλεῖν) eſt a pugna reuocare. Accipitur etiam latius Claſſici uocabulum pro quouis tubæ ſono, qui prodeunte Imperatore, aut eius iuſſu in caſtris fieri ſolent. Cæſar: 3. Bel. Ciui. Põpeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit: ſuum cum Scipione honorem partitur, claſſicũq; apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi. Verg. 2. Georg. Necdum etiam audierant inflari claſſica.

CLASSIS, æquiuocũ eſt, ſignificat enim nauium multitudinem, ςόλος, ἀπὸ τῶν ξύλων, hoc eſt, à lignis: quamuis abuſiuè pro una tantum naui ponatur. Verg. lib 6. Lyciæ ductorem claſſis Orontem. Significat & ciuium partes pro cenſus ratione diſtributas, τιμήματα. Nam Liu. de Ser. Tul. rebus geſtis ſcribit, urbem in quinque claſſes diuiſam, cenſumq; ab eo inſtitutum fuiſſe, rem ſaluberrimam tanto futuram imperio, quo pacis belliq; munia, non uiritim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tunc claſſes centuriasq; ad hunc ordinẽ ex cenſu deſcripſit. Qui centum millia æris, aut maiorẽ cenſum haberẽt, inter primarios numerabantur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta ſeniorum, quadraginta iuuenũ. Seniores, ad urbis cuſtodiã: iuniores, ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc ut tegumenta corporis eſſent. Præterea tela in hoſtem, haſtæ, et gladius. Additæ ſunt fabrorum duæ centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. Hinc Claſſici, huius primæ tantum claſſis homines dicebantur, qui (ut docet Gel. lib. 7. cap. 13.) centum & uiginti quinq; millia æris, ampliusve, cẽſi erant. Hinc & Claſſici teſtes, hoc eſt, aſſidui, & locupletes: qui (ut inquit Feſtus) ſignãdis teſtamẽtis adhibebantur, hoc eſt primæ claſſis homines, quaſi primæ auctoritatis, et idonei ueritatis cenſores. Et metaphoricῶs Claſſicos auctores uocat Gellius lib. 19. cap. 8. Quaſi primæ notæ ſcriptores, Latinæq; elegantiæ teſtes idoneos, cuiuſmodi ſunt, Cicero, Cæſar, Salluſtius. Verg. Oui. Hora. T. Liu. Ex ijs uerò, qui intra centum, ad ſeptuaginta quinque millia erant, cenſi, uiginti ſeniorum, & totidem iuniorum centurias cõſcripſit, quibus pro ſcuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, ſunt imperata. Tertia claſſis à ſeptuagintaquinque ad quinquaginta millia. Arma, ut in ſuperiore, præter ocreas. In quarta claſſe à quinquaginta ad uigintiquinque millia, centuriæ uiginti ſeniorum, uiginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter haſtam, & uerutum datum. Quinta claſſis centurias triginta habuit, fundas, lapideſq; miſſiles gerentes, & homines quintæ claſſis: pro tenuibus & minimæ auctoritatis dicuntur, ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου τέλους. In his erant accenſi, cornicines, tibicines in tres centurias digeſti, qui non ultra undecim millia cenſebantur. Creata eſt præterea una centuria quæ ſuit immunis militia. Infra claſſem autem eſſe dicebantur ſecundæ claſſis, cæterarumq; omnium claſſium, qui minore ſumma æris, ꝗ claſſici illi, cenſebãtur. Significat, & claſſis, equitum ordines. Verg. 3. Aenei. Scio me Danais è claſſibus unum. Vnde & Claſſis procincta, (παρεσκευασμένος ςόλος) dicitur exercitus inſtructus. Apud antiquos Claſſes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. Claſſes quoque in ſcholis ſunt ordines diſcipulorum. Quin. li. 1. ca. 2. auctor eſt, à præceptoribus ſuis pueros olim in claſſes diſtributos, ordinemq; diſcendi ſecundum uires ingenij datũ.

CLATERNA, à Pomponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Piceni.

CLATHRO, as, (Stangare, metter la ſtanga) ſignificat clathris claudere, κλειθρῶ. Colum. lib. 9. Satis eſt autem uacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſq; tranſuerſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Hinc Feneſtra clathrata apud Plautum in Mil. Nam certò neque ſolarium apud nos eſt, neq; hortus ullus, neq; Feneſtra, niſi clathrata.

CLATHRVS, & **CLATHRVM**. utroque modo dicitur, (Stanga) κλεῖθρα, à κλείω claudo. Sunt autem Clathra, ligna, quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimusve, ut feneſtræ, quæ uulgo ferratæ dicuntur. Horatius: Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros. Col. poſuit pro lignis cãcellatim compactis, quibus glebæ contunduntur: Hirpicem Varro appellat.

CLAVA, (Mazza. Arioſt. Non porta ſpada ne lancia ne mazza) fuſtis teres ad claui ſimilitudinem capitatus. κάλον, κορύνη, ῥόπαλον. Cic. de Seneċt. Sibi igitur habeant alij arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, &c. Plinius de lino: Interdum deinde in filo politur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua, textũq; rurſus tunditur clauis, ſemper intuitia melius. Hinc Claua Herculis, qua ille utebatur.

CLAVARIVS, appellatus eſt Suetonij pater, ab eo q præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites diſpertiendo. Vnde Corn. Tacit. ſcribit, Clauariũ donatiui nomen eſſe, qui ait, Seditioſæ militum uoces terrebant Clauarium: donatiui nomen eſt.

CLAVATOR, (κορυνήτης, κορυνηφόρος) qui huiuſmodi claua utebatur, inquit Feſtus. ſeruus. ſ. qui claua armatus dominum comitabatur. Plautus Merc. Egomet mihi comes, clauator, eques, agaſo, armiger. Idem Rud. Aedepol eccum clauator aduenit.

CLAVATVS, a, um, (ἡλωτὸς) quod eſt aculeis clauorum modo prominẽtibus circundatum Nam & Clauatæ ueſtes (πλατύσημα ἱμάτια) hinc uocantur, quas uulgus à uerrucis clauo ſimilibus Verrucatas appellat, etiamſi non ex auro ſed aut ex cocco, aut alijs coloribus uerrucas habeant. Lamprid. in Alex. conuiuium neq; opimum, neq; nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit: ita tamẽ ut pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, aurata uerò nunquam.

CLAVDIA, (Κλαυδία) nomen uirginis Veſtalis, quę cum in ſuſpicionem ſtupri ueniſſet, & ſimulacrum matris Ideæ in uado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, fertur cingulo duxiſſe nauem, quam multa hominũ milia trahere nequiuerant. Eadem cum patrem triumphantem ab inimico Tribu. pleb. de curru detrahi animaduerteret, pietate mota in currum inſilijt, patrẽq; tam arctè eſt amplexa, ut diuelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tribunum concitauit, ut ille iram metuens deſtiterit ab incœpto. Auctor Valer. lib. 5. cap. 4.

CLAVDIA, Plin. li. 3. cap. 24. Norici oppidum eſt, quod à Pto. Claudiuium appellatur.

CLAVDIA familia, ab Appio Clauſo Sabino cognomen accepit, qui poſt exactos reges cum quinque millibus clientum Romam uenit, partemq; urbis habitandam accepit. Ex hac familia fuit Appius Claudius cæcus, qui uiam Appiam ſtrauit, & aquam Appiam in urbem duxit. Pyrrhumq; intra urbem non eſſe recipiendum, ſua ſententia obtinuit. Ex hac familia Nerones & Druſi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes & ſtrenui dicũtur. Druſi autem cognominati a Cl. Druſo, qui occiſo Druſo Gallorum duce primus ſibi & poſteris hoc cognominis indidit. Auctor Tranquillus in Claudio. Fuit & Appius Claudius Regillianus, unus ex Decemuiris legibus ſcribendis creatis, ſumma inter collegas auctoritate, qui poſt multa imperioſè & crudeliter geſta, tandem Virginiæ amore captus, ſubmiſſo quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in ſeruitutem eam aſſerere eſt conatus. Qua re intellecta, accurrens è militia pater exiguum cum filia colloquendi ſpatium petit, eamq; paululum extra turbam abductam, cum alia ratione pudicitiã eius & libertatẽ aduerſus Decemuiri libidinem tueri non poſſet, non inuitam interficit: quo nomine Decemuir in carcerem coniectus, ſibi manus intulit. Præter hos fuit & Cl. Appius, Caudex cognominatus, q primus Romanis auctor fuerit caudices ſecandi, & claſſis conficiendę. Hic Carthaginienſes Meſſana expulit, Hieronem prælio uictum apud Syracuſas, in deditionem accepit. Fuit & Claudius Nero, Liuij Salinatoris in Conſulatu collega, qui Aſdrubalem ſecundo bello Punico Annibali fratri ſuppetias ferentem, acie ſuperauit, occiſiq; caput in fratris caſtra abijciendum curauit.

CLAVDIANA tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut ludis factis poſt ſcenam conuectus lapidum ita fieret in circumactum peluim, ut ueri tonitrui ſpeciem repræſentaret. Vide ſuprà Bronteum.

CLAVDIANVS, (Κλαυδιανὸς) poeta Aegyptius, ut Græci & Latini affirmant, & ipſe de ſe teſtatur. Floruit ſub Theodoſio, & Honorio Auguſtis. ſcripſit de raptu Proſerpinæ libros. 3. Itẽ Laudes Honorij, Arcadij, Stiliconis, Olibrij, & aliorum: cum aliquot inuectiuis.

CLAVDICO, as, are, (Zoppicare, andar zoppo) (χωλεύω) altero tantum pede incedo, uel alterum pedem infirmum, & inſtabilem, aut curtũ habeo, ac uacillo. Cic. lib. 2. de Orat. Nam quod Sp. Carnilio grauiter claudicanti ex uulnere ob Remp. accepto, & ob eam cauſam uerecundanti in publicum prodire &c. Translatè dicatur de omni eo, quod ſuis partibus rectum non eſt Cic. 1. de Finibus: Qui uerentur, ne ſi amicitiam propter noſtram, uoluptatem expetendã putemus, tota amicitia quaſi claudicare uideatur. Liu. 2. Bel. Pu. Si altera parte claudicet Reſpub. malis conſilijs ac bonis, idem iuris & poteſtatis erit. Hinc Claudicatio, (χωλεία) uerbale Cic. 1. de Nat. Deo. in quo ſtante atque ueſtito, leui-

ter apparet claudicatio non difformis. Et

CLAVDITAS,(χωλεία)idem: hoc eſt,ipſum claudicandi uitium. Pli. Repulſu durioris materiæ claudítatem illico affert.

CLAVDIOPOLIS,(Κλαυδιόπολις)Cappadociæ urbs: cuius mentionē facit Pli.lib.5.cap.24.

CLAVDIVS,(Κλαύδιος)nomen Romani Imperatoris & Caligulæ patrui. Hic Britanniam inſulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit Imperio. Poſtremò ab Agrippina uxore uenenato boleto ſublatus eſt, ut Nero filius imperio potiri poſſet. Fuit & alius Claudius Romanorum itē Imperator,qui Gothos Illyricum uaſtantes bello adortus,incredibili clade ſuperauit. Vnde in curia clypeum aureum,& in Capitolio auream ſellam habere promeruit. Sed cum duobus ferè annis imperaſſet,apud Smyrnam morbo interijt.

CLAVDO,ſi, ſum,{*Chiudere.ſerrare.Pet.Di qua dal paſſo anchor che mi ſi ſerra*}(κλείω) obſtruo.obſero,includo. Vergi lib.3.Georg. Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant. Interdum ponitur pro circuire, ſiue circundare, περιλαμβάνειν ita enim interpretatur Nonius illud Vergilij Ec.6. Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus. Interdum pro obſiſtere,arcere, ut apud eundem lib.10. Ecce maris magna claudit nos obiice pontus. Vlp.l.ſi quis graui.§ iubentur autem.ff.ad ſenatuſc. Sylla.clauſos pro uinctis accipit(εἰργμένους)ſi modò itaninctis ſint,ut omni modo erumpere non poſſint.

CLAVDVS,{*Zoppo.Pet.Et fuggo anchor coſi debile zoppo*}(χωλός) quaſi pedibus clauſus.i.impeditus,qui ex pedibus, aut cruribus femoribusve uitiatis, æquis paſſibus incedere non poteſt. Vnde etiam Appius Claudius,à quo Claudia familia originem traxit,primum Appius Clauſus dicebatur. Plaut. in Aul. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic.in Piſo. Iſte claudus (quomodo aiunt)pilam retinere.

CLAVICVLA,læ,(κλειδίον)diminutiuum à claui, uel à claua uirga. Dicitur quoq; Clauicula, capreolus,ſiue pampinus in uite. Cic. de Senect. Vitis quidem,quæ natura caduca eſt,&,niſi fulta ſit,fertur ad terram,eadem,ut ſe erigat, clauiculis ſuis,quaſi manibus,quicquid eſt nacta,complectitur.

CLAVICVLARIVS,(κλειδοῦχος)qui clauiculam id eſt, uirgam uel clauem gerit.

CLAVICVLVS,(γομφίον)diminutiuum à clauo. Significatur etiam hoc nomine Capreolus in uite,qui ἕλιξ Græcè,& Pampinus à noſtris dicitur.

CLAVICVLATVS,a,um,(ἑλιγμυτώδης,ἑλικοειδής) clauiculis inſtructus.

CLAVIGER,(κορυνηφόρος)qui clauam fert. Ouid.7.Meta. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

CLAVIS,{*Chiaue.Pet.Del mio cor Donna l'una e l'altra chiaue*}(κλεὶς) eſt qua oſtia.arculæ,& id genus multa & clauduntur, & aperiuntur: à Clam, quia quæ celare uolumus,hac claudere ſolemus. Cic.pro domo ſua: Scilicet tu helluoni ſpurciſsimo ,omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias,omnes mancipes oēs horreorum claues lege tua tradidiſti. Habet & clauim in accuſatiuo. Plau.in Moſt. Clauim mihi harunce ædium ounc iam iube afferri. Vnde Conclauia,loca quę ſub una eademq; claue clauſa ſunt: & Conclauatus locus una claue clauſus. Clauem Theodorus Samius primò monſtrauit à quo Faber clauicularius,κλειδοποιός.

CLAVOLA, læ, (ξυλάριον,ξυλήφιον,κλάδος) ſurculus arboris uel fruticis utrinque præciſus, & plantationi aptus: quam & Taleam uocant Latini. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.40. Demum in oleagineis ſeminibus arboris uidendū, ut ſint de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præciſa,quas alij clauolas,alij taleas appellant,ac faciunt circiter pedales.

CLAVSTRARIVS,(κλειθροποιός)qui ſepta,et cætera ad claudendum opera facit.

CLAVSTRVM,{*Chioſtro,clauſtro.Pet.Per adornar i ſuoi ſtellati chioſtri*}(κλεῖθρον)clauſura,ſiue quo aliquid clauditur. Verg.7.Aene. Portarum ingentia clauſtra. Ci.pro Flac. Omnes ſinus,promontoria,litora inſulas, urbes maritimas clauſtris imperij noſtri cōtineri. In plurali tam maſc.ꝙ neutro ge.eſt, Apud antiquos Cloſtra pro Clauſtris dicebantur.

CLAVSVLA,dicitur id quod aliquid claudit,hoc eſt,finit. Pli.lib.11.cap.45. Vngues,qui clauſulæ neruorum ſummæ exiſtimantur,omnibus his,quibus & digiti. Item pro exitu. Cic.pro Cælio: Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulæ: in quo cum clauſula non inuenitur,fugit aliquis è manibus: deinde ſcabella cōcrepant,aulæum tollitur. Hinc etiam Clauſula profententia accipitur,quam Græci περίοδον dicunt,ita dicta,ꝙ ſententiam claudat. Nonnunquam etiam accipitur pro ſententia quæ epiſtolam uel carmen claudit,quam uulgò Concluſionem uocamus. Cic. Famil.2. Quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum eſt, utar ea clauſula,qua ſoleo.

CLAVSVM,ſubſtantiuum,{*Serrato*}(κλεῖθρον) pro tecto,ſiue loco concluſo. Col.lib.9 cap.8. Nam diebus requies danda, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clauſum alantur. Verg.4.Georg. Sic poſitum in clauſo linquunt.

CLAVSVS, antea Claudius dictus,rex fuit Sabinorum,qui poſt exactos reges,cum quinque millibus clientum & amicorum Romam uenit, & ſuſceptus habitandam urbis partem ſuſcepit,ab eo poſtea & tribus & familia Claudia uocata eſt,ut habetur apud Maron.lib.7. Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum Agmen,agens Clauſus,magniq; ipſe agminis inſtar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus,& gens.

CLAVVS,{*Chiodo.Pet.come d'aſſe ſi trahe chiodo con chiodo*}(ἧλος) dictus eſt, ꝙ claudat , figat,atque contineat: à claudendo: nam ideo clauum figimus, ut claudat ſeu contineat aliquid. Cæſar.3 Belli Gall. Tranſtra ex pedalibus in altitudinē trabibus confixa clauis ferreis,digiti pollicis craſsitudine. Clauus itē (πηδάλιον)nauis eſt gubernaculum,ſiue temo,ꝙ eā dirigat,rectamq; teneat. Cic.in Catil. Ille autem clauum tenens,quietus ſedet in puppi. Item Clauus genus tuberculi,quod & ἧλον Græci appellant,rotunda ſpecie, coloris albi: fit in plantis digitisq; pedis maximè ſic appellatū,quia ita pungit,ut quaſi clauus ferreus infixus uideatur. Nam caro durescit in callū ſemper ferè pungentem. Alij Clauum intelligunt,quem δοθιῆνα Græci, Celſus Furūculum appellat,ſola duritie à phymate differentem. Aegineta definit,eſſe tumorem cū abſceſſu,à craſsis humoribus genitū,qui in carnoſis præcipue locis cōſiſtit,mitis alioqui, niſi profundior ſit:nam tunc malignitatem habet coniunctam. Eo morbo Silius Italicus interijſſe fertur. Pli. Epiſt.51. Erat illi natus inſanabilis clauus,cuius tędio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit. Fiunt & calloſa quædam in candido oculi tubercula,quæ claui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiuſmodi patiuntur,qui & Fungus, & Patella dicitur,ut inquit Pl.li.17 cap.24. Idem ſcribit clauos innaſci naribus,& purgari ſucco pyracanthi. Sunt & Claui caligares,à caligis militaribus ,quibus ſuffigebantur. Item li.9.cap.8. In quibus piſces omnibus annis Vergiliarum exortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris atque præacutis,clauorum caligarium effigie. Præterea Clauus eſt ueſtimenti genus,uel uti quibuſdam clauis aureis diſtinctum: quod & à palmarum ſimilitudine Palmatum uocabatur , & à uerrucis clauo ſimilibus Verrucata ueſtis. ꝙ ſi latior ipſa ueſtis erat,Latusclauus(πλατύσημον) dicebatur. Hac ſoli Senatores & Patricij induebantur. Hor.li.1.Serm. Et latum demiſit pectore clauum. Vnde Laticlauos appellari Senatores legimus. Suet. de Nero. A laticlauo,cuius uxorem attractauerat,cæſus. Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro Senatoria dignitate,illo uerſu: Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Sueton.de Aug. Clauo nec latu,nec anguſto. Hinc & Clauata,dicūtur ueſtimēta clauis intexta,uel calciamenta clauis confixa. Et clauati ſocci,ꝙ ſoleas habeant clauis intertextas. Clauata uerò ſunt ueſtimenta,quæ ex auro,aut ex cocco,aut alijs coloribus clauos & uerrucas habent. Lampr.in Alex. Conuiuium,neque opimum,neque nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit , ita tamen ut pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata,aurata uerò nunquam. Quæ autē cum auro, Auroclauata dicuntur,& Auroclauatę ueſtes,à textura aureorum clauorum. Clauus annalis,qui figebatur in parietibus ſacrarum ædiū, per annos ſingulos,ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuiū ſcribit, Dictatorem creatum fuiſſe cauſa tantum figendi claui ad peſtilentiam ſedandā. Hinc Clauo trabali beneficium figere,prouerbiali metaphora dicitur,pro eo qđ eſt,alta mente beneficium reponere,& inextinguibili memoriæ commendare: de quo uide infrà in dictione Trabalis Præclauium, pars ueſtis quæ ante clauum texitur. Afranius apud Nonium: Tertium diem præclauium unū texere.

CLAZOMENÆ,(Κλαζομεναί)pen.cor. urbs Ioniæ Aſiaticę,quam condidit Paralus. Hæc prius Gryna nominabatur,uicina Colophoni , unde & Apollo Grynæus dictus eſt apud Verg ꝙ ibi eſſet eius oraculum.

CLAZOMENIA,inſula ante Ioniam quæ & Marathuſa(μαραθοῦσσα)dicitur:à qua Clazomenii,(Κλαζομένιοι)Ioniæ populi originem traxerunt.

CLEANTHES,(Κλεάνθης)nomen philoſophi,qui Zenonis Cittienſis ſcholā ſucceſſor excepit. Hic Phanii Aſij filius,egregius pugil,cum Athenas ueniſſet, Zenoni adhærens,generosè philoſophatus eſt,& in eiuſdem Permanſit dogmatibus. Hic cum ualde pauper eſſet,mercenariam uitam agebat. Noctu quidē in hortis aquam hauriebat:per diem uerò in ſtudijs exercitabatur. unde Phreantes appellatus eſt, quaſi puteos hauriens. Tradunt illum quæ à Zenone audierat,oſsibus boum & teſtis fictilibus preſcribere ſolitum,cum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas. Huius inſignis diligentia & acerrima cenſura abiit in prouerbium. Nā cum aliquid ſumma cura,induſtriaq; elaboratū uolumus ſignificare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam eſſe euigilatum.

CLEARCHVS,(Κλέαρχος)philoſophus fuit,cuius meminit Hieron. contra Iouin. Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat, exercitum imperatorem plus,ꝗ hoſtem metus debere. Auctor Frontinus lib.4.

CLEMA,(κλῆμα) herba eſt tithymali generibus aſsignata,Cypariſsiæ non abſimilis,quæ Dioſcoridi Pityuſa,Officinis Eſula dicitur. Vide Dioſcoridem lib.4.cap.148 & Ruellium.3.ca.146. Clema item Pli.inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

CLEMATIS DAPHNOIDES,(κληματὶς δαφνοειδής)herba eſt ſarmenta habens prælonga,iunceæ craſsitudinis,folia autem lauri,unde & Daphnoides cognominata eſt. Notiore nomine Vincapervinca dicitur. Eſt & altera clematis,ramis rubentibus,quibus ſe arboribus circumuoluit. ut ſmilax:unde ab officinis uolubilis maior appellatur. Commemoratur & tertia Clematidis ſpecies,à Pli.lib.24.cap.15. Italis Centunculus appellata,eadem fortaſſe cum ea quam Dioſco. Gnaphalium appellat.

CLEMENTIA, & CLEMENTER, Vide in dictione Clemens.

CLEMENS,tis,{*Clemente,piaceuole,liberale,manſueto pio*}(πρᾶος, ἐπιεικής)lenis, mitis,manſuetus,humanus qui remittit de eo, quod poſſit proſequi. Cicero.2.de Finibus. Et ſi ſatis clemens ſum in diſputando,tamen interdum ſoleo ſubiraſci. Differt à Placido,ꝙ Clemens ſit circa rectè agentes , Placidus circa delinquentes: & clementis eſt nullos lædere,placidi arridere omnibus: clemens,animo,placidus uultu. Teren.in Adelph. Ille ſuam ſemper egit uitam in otio,in conuiuijs,clemens,placidus,nulli lædere,os arridere omnibus. Hinc clementia,(πραότης, ἐπιείκεια)quæ eſt illius,qui nunquam iraſcitur. Cic.de Inuē. Clemētia eſt, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Teren. Adel. Facilitate nihil homini eſſe melius, neque clementia. Clementer aduerbium(πράως)modeſtè,& moderatè. Cic.6. Ver. Leuiter hominem clementerq; accepit. Clemēter,et moderatè ius dicere,apud Cæſarem.3.Bel.Ciu. His contraria ſunt, Inclemens, Inclementia,& Inclemēter.

CLEMENS,hiſtoricus,ſcripſit de Regibus & Imperatoribus Romanis,item ad Hieronymum de figuris Iſocratis. Auctor Suidas. Clemens item Alexandrinus præſul,Pantheni diſcipulus Origenis præceptor,floruit ſub Seuero , & Antonino principibus. Hieron. & Euſebius lib 6.

CLEOBIS,(Κλέοβις)alter fuit ex Argiæ ſacerdotis filijs,qui cum fratre Bitone,cum iumenta morarentur,iugum ſubijt,matriſq; currum ad ſanū pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater ſuperos precata eſt, ut filijs præmium darent, quod longè maximum homini dari poſſet à Deo. Poſtridie itaque ambo mortui ſunt in lecto mortui,tāquam ita Dij iudicarint maiorem homini felicitatem non poſſe obtingere , quam ſtatim ex huius mundi eripi calamitatibus. Vide ſuprà in dictione Biton.

CLEOBVLVS,li,(Κλεόβουλος)Lyndius. Euagoræ filius , unus ex ſeptem ſapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulyna,alio nomine Eumetis dicta,quę uerſu hexametro ænigmata quædam conſcripſit. Meminit puellę huius Plutarchus in Conuiuio ſeptem ſapientum.

CLEOCRITVS,(Κλεόκριτος)apud Comicos taxatur ut mulieroſus, & cinędus,& obſcurus,et ut Cybeles filius. Nam in myſterijs Rheę molles tantū interſunt.

terſunt. Hæc Suidas.

CLEODAMAS, (κλεοδάμας) Thaſius philoſophus, Platonis tempore in geometria floruit. Alius Cleodamas Achnæus (Achne autem ciuitas eſt Theſſaliæ) ſcripſit de cura equorum, auctore Stephano.

CLEODORA, pen. prod. (κλεοδώρα) Nymphæ nomen, matris Parnaſſi, à quo Parnaſſus mons nomen accepit. Vide Cœl. lib. 16. cap. 19.

CLEOMACHVS, (κλεόμαχος) magneſius pugil, qui in cinædi cuiuſdam & ancillæ amorem incidens, quæ a cinædo alebatur, cinædorum & orationem et mores eſt imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, poſtea Alexander Aetolus, ſed in ſoluta oratione Lyſis, etiam adhibito cantu. Auctor Strab.

CLEOMBROTVS, (κλεόμβροτος) Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorũ dux. Qui timens ne uideretur cum Epaminonda hoſte ſentire, temere cum eo pugnauit: ſeq́; & patriã in præceps dedit: nam & ipſe ulneratus occubuit, & exercitus deletus eſt. Fuit & alter huius nominis, Academicæ ſectæ Philoſophus: qui cum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem aſtruit relegiſſet, ſeipſum ex ſublimi ſaxo præcipitauit, ut citius ad beatorum cœtum perueniret. Cic. in Tuſcu.

CLEOMEDES, (κλεομήδης) Aſtypalæenſis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui cum Epidaurium quendam pugilem interfeciſſet, uictoriæ præmija fraudatus, doloris impatientia inſanus factus eſt: Aſtypalæamq́; reuerſus, ſe in puerorum ludum recepit, apprehenſamq́; manu columnam, cui tectum innitebatur, mediam confregit, plurimosq́; pueros ruina tecti oppreſſit. Quamobrem cum ad ſupplicium peteretur, ſe in ſepulchrum quoddam coniecit, adductumq́; operculum intus tanta ui retinuit, ut ne à multis quidem ſimul adnitentibus potuerit reuelli. Conciſo deinde ferramentis ſepulcro, Cleomedes neque uiuus inuentus eſt, neque mortuus. Conſulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum eſſet, reſponſum eſt, Vltimus Heroum Cleomedes Aſtypalæus.

CLEOMENES, (κλεομένης) Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono uictus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primum magno in honore habitus, mox calumnia cuiuſdam Nicagoræ regi ſuſpectus redditus, in carcerem plenum captiuorum coniectus eſt, qui omnes inſtincti Cleomenis mutuis concurrentes u ulneribus, ſpontanea morte ſe tyranni crudelitati eripuerunt. Cuius facinoris cum Cleomenem auctorem fuiſſe Ptolemæus comperiſſet, mortuum cacoriari iuſſit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarchus in uita eius.

CLEON, (κλέων) Cleænti filius, dux Athenienſium in reipublicæ adminiſtratione aduerſari ſolitus Niciæ Niceratis filio, qui miſſus in Thraciã cũ exercitu, multas urbes cepit. Eum inſectatur Ariſtophanes in Comœdia, quæ inſcribitur ἱππεῖς, id eſt, equites. Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica ſcripſit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus eſt, ut eius enarrator ſcribit. Fuit item Cleon Halicarnaſſeus orator, qui Lyſandro Lacedemonio orationem compoſuit. Auctor Suidas.

CLEONE, (κλεωνή) & Cleonæ, arum, mediocre oppidum, diſtans ab Argis ſtadijs cẽtum uiginti, à Corintho nonaginta, non procul à Nemeæa ſylua Oui. 6. Metam. Humileſq́; Cleonæ, Et Nelea Pylus. Vnde Cleonæus, a, um, (κλεωναῖος) ut Leo Cleonæus, qui & Nemeæus. Lucanus: Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

CLEONICION, (κλεωνίκιον) herba eadem cum clinopodio, teſte Plinio libro. 24. cap. 15.

CLEONYMVS, (κλεώνυμος) Athenienſium dux fuit timidiſſimus, qui in prælio abiecto clypeo ſuos deſeruit: unde & ῥίψασπις dictus eſt. Hunc inſectatur Ariſtophanes in Nubibus.

CLEOPATRA, (κλεοπάτρα) Aegypti regina, Auletæ filia, ſoror et uxor Ptolemæi ultimi, mulier impudiciſſima, à Cæſare primum adamata: cui filiũ Cæſarionem peperit: deinde ab antonio iuſtæ uxoris loco habita fuit, relicta Octauia Auguſti ſorore. Poſtea uicto apud Actium prælio nauali Antonio, admotis corpori aſpidibus ſeſe interemit.

CLEOPHANTVS, medicus, cuius meminit Pli. li. 24. cap. 16. Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut idem Pli. 35. cap. 3.

CLEOPHON, (κλεοφῶν) poeta tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

CLEOSTRATVS, (κλεόστρατος) antiquiſſimus philoſophus qui primus in Zodiaco ſigna Arietis, & Sagittarij deprehendit. Auctor Plin. li. 2. ca. 8.

CLEOXENVS, & Democlitus, (κλεόξενος, καὶ δημόκλειτος) hiſtoriam de rebus Perſicis ſcribere aggreſſi, quam ab illis inchoatam fatetur ſe abſoluiſſe Polybius Megalopolitanus. Auctor Suidas.

CLEPO, is, pſi, ptum, {*Rubare, furare*} furor, furto ſurripio: tractum à uerbo Græco κλέπτω. unde Cleptum, furto ſubtractum. Liui. Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, ne've cui cleptum erit. Plaut. Rape, clepe, harpaga. Cic. de Rep. Non modo ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere diſcunt.

CLEPSYDRA, pe. cor. (κλεψύδρα) uas quoddam uitreum graciliter fiſtulatum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtendebat. Ad cuius etiã fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ per aquæ diminutionem, quod eſſent, uideri poterant. Dicta eſt autem Clepſydra ab aquæ furto, q aquam aut celet, aut furetur. Cic. de Ora. At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. Mar. lib. 6. Septem clepſydras magna tibi uoce petenti Arbiter inuitus, Ceciliane, dedit. Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris uaſcula illa apud nos uſitatiſſima, quæ in medio inſtar duorum turbinũ coarctantur: ex quibus puluiſculus per foramen minutum ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Apud ueteres oratoribus acturis cauſas forẽſes præſcribebatur tempus dicendi datis clepſydris, quibus exhauſtis, amplius dicere uetabantur. Pli. in Epiſ. Dixerã horis penè quinque: nam tribus clepſydris, quas ſpatioſiſſimè acceperam, ſunt additæ quatuor. Eſt item Clepſydra aſtronomicũ organum, ſidera dimetiens. Martianus: Clepſydris lunæ magnitudo cognoſcitur. Eſt item Clepſydra nomen fontis, in arce Meſſeniorum, in Arſinoen alterũ fontẽ influẽs. Fuit & Athenis in arce eiuſdem nominis fons, ita dictus, q flare incipientibus Eteſijs abundet, ijſdemq́; deſinentibus exareſcat. Vide Cœl. Rhod. lib. 8. cap. 39.

CLEROMANTIA, æ, (κληρομαντεία) diuinationis genus, quod fit per ſortes.

CLERVS, ri, (κλῆρος) uermiculus eſt, teſte Ariſtotele, in aluearum pauimentis naſcens, quo excreſcente, uelut aranea obducitur alueus, & faui carie pereunt, ipſis ſcilicet, una cum fœtu, putrefactis: quod uitij genus Clerum quoque eruditiores appellant, hoc eſt, faui fœtusq́; putrefactionem. Plin. lib. 11. cap. 16. clerum interpretatur apum abortum, & quandam amaræ ceræ duritiem, cũ inde fœtũ apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut infœcunditate naturali. Græcis item κλῆρος ſortem ſignificat, uel hæreditatem: unde Cleronomus (κληρονόμος) hæres & Cleronomia (κληρονομία) hæreditas.

CLIBANVS, ni, {*Teggbia, teſto*} (κλίβανος) inſtrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatum, quod antiquitus ex teſta, ſeu opere figulino fieri ſolet, poſtea etiam ex ferro, uel ære. Colum. lib. 3. Scrobẽ clibano ſimilem eſſe debere, ut imus, quàm ſummus, patentior ſit, ut latius radices agantur. Pli. lib. 19. Cortices quoque decuſſi clibanis & furnis præbent uſum. Differt autem Clibanus a furno, quod hic maior ſit, & immobilis: Clibanus autem minor, ut quocunque uſum fuerit, poſſit transferri. Hinc κλιβανίτης ἄρτος a Græcis appellatus, qui non in furno, ſed in clibano coctus eſt: quẽ Varro li. 4. de lingua Latina Teſtaceũ appellat, quod ſcilicet in calido teſtaceo (ſic enim clibanum teſtaceum appellat) coqueretur.

CLIBANVS, ni, (κλίβανος) mons, eſt in extremis Italiæ finibus, non procul a Lacinio promontorio. cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 10. Eſt item Clibanus oppidum Iſauricæ, quæ eſt Aſiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliam ſita. de quo idem Pli. lib. 5. cap. 27.

CLIBANARIVS, {*Homo d'arme, armato*} (κατάφρακτος) qui bene ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Conſtant. Operimento ferri, equi homines obſepti: clibanarijs in exercitu nomen eſt. Dicti Clibanarij, quoniam more teſtudinis arcuatis armis (quæ clibani forma eſt) utebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eoſdem eſſe tradit, cum ijs, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

CLIDEMVS, pen. prod. (κλείδημος) ſcriptor antiquiſſimus fuit, cuius opus de plantis ſæpe citatur à Theophraſto. Scripſit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

CLIDIVM, (κλείδιον) thymi iugulus eſt, qui præcipuè in recenti hoc piſce commendatur. Pli. lib. 9. cap. 15. Thynni membranis cæſi, ceruice, & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoq graui ructu a cætera parte plenis pulpamentis ſale aſſeruantur.

CLIDVCHVS, (κλειδοῦχος) Græcis clauigerum ſignificat, ἀπὸ τῆς κλειδός, hoc eſt, à claue. Pli. lib. 34. cap. 8. Fecit & quadrigas, bigaſq́;, & Cliduchon eximia forma.

CLIENS, {*Cliente*} (πελάτης, θεράπων) qui ſub tutela et patrocinio alterius eſt: & eſt correlatiuum Patroni: nam Patronus defenſor cauſæ eſt dictus, quaſi pater: Cliens autem defenſione indigens, id eſt, litigator qui patronum colit, & ſequitur: ut ab eo defendatur. Sed ut rectius uim uocabuli intelligas, ſcito quemadmodum Budæus in Pand. ſcribit, moris fuiſſe apud antiquos, ut prouinciales & ſocij Populi Romani in clientelam ſeſe darent proceribus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant, non modò publice, ſed etiam priuatim: ij q́; ut clientes eorum dicerentur, inter ſe uero hoſpites. Ferebat autem id huiuſmodi neceſſitudo, ut clientes perpetuo patronorũ ſuorum patrocinio caput ac fortunas ſuas tuerentur: uiciſſimq́; ipſi patronos ſuos omni obſeruantia atque obſequio colerent, & uenerarentur. Cicero in Diuin in Verrem: Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq́; ducebant ab hoſpitibus, clientibusve ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia Popu. Roma. ditione eſſent, iniurias propulſare, eorumq́; fortunas defendere. Quinetiam (ut idem ſcribit) quos Vaſallos uocare ſolent, Clientes appellare poſſumus: & Clientelam, obſeruantiam ipſam & obſequium, quod Homagium dicunt Clientelaris officij ſponſionem, agnitionemq́;. Huius diminutiuum eſt Clientulus. Hinc Clienta, tæ, fœmininum, quo uſus eſt Plaut. in Mil. Habeo ancillam clientam meam, meretricem adoleſcentulam. Idem in Ruden. Iam clientas reperi.

CLIENTELA, {*Sicurtà, clientela*} (πελατεία) clientũ multitudo, qui potẽtem aliquem ciuem, principem've fauore proſequuntur, & cuius dignitatem factionemq́; tuentur, ducti aliqua mercede, uel beneficio. Cic. ad Atti. li. 14. Scis q diligam Siculos, & q illam clientelam honeſtam iudicem. Item Clientela dicitur clientum officium erga patronos: unde Committere, uel dedere ſe in clientelam alicuius, eſt ſeſe alterius clientem profiteri, eius patrocinio, ſiue (ut Gallorũ uulgus loquitur) Saluæguardiæ ſe committere. Teren. in Enu. Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem.

CLIMA, atis, {*Clima. Pet. Coſa fu mai in qualche ſtrano clima*} (κλίμα) Græca dictio, quæ ſpatium ſignificat duobus reſpondens parallelis, quo dici longitudo ad dimidiatam horam uariatur. Vitruu. libro. 1, capi. 1. Diſciplinam uero medicinæ nouiſſe oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίματα dicunt.

CLIMACTERICVS, a, um, (κλιμακτηρικός) Latine dici poteſt Scalaris, ἀπὸ τῶν κλιμακτήρων quo nomine Græci ſcalarum gradus ſignificãt. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & ueluti ſcalas quaſdã paulatim aſcendimus: qualis eſt numerus, qui ex nouem nouenarijs reſultat: Nã unitas ter ſumpta conficit ternarium: Ternarius in ſe ductus, nouenariũ: Nouenarius autem nouies ſumptus conficit 81. qui eſt numerus Climactericus. Hũc autem numerũ in humanæ uitæ annis maxime formidabilem eſſe, a ueteribus proditum eſt, quippe qui raro ſine uitæ, aut fortunarum periculo ſoleat tranſmitti. Hoc enim anno ætatis Plato philoſophus, Diogenes Cynicus, Dionyſius Heracleotes, Eratoſthenes geometra diẽ ſuũ obierunt. Alij annũ ætatis 63. in primis periculoſum iudicarũt, qui cõſtat ex ſepties tribus ter multiplicatis, quẽ etiã Climactera uocabãt. Vnde Auguſtus Caiũ nepotẽ lætum natalẽ diem ſuum celebrare iubet, q annum illum omnibus ſenibus periculoſiſſimum euaſerat. Fuerunt etiam qui annum unde quinquageſimum maxime formidarent: partim quod ſit numerus quadratus, quem potentiſſimum credidit antiquitas, partim etiam q ex ſeptenario ſepties multiplicato reſultet: cui inter omnes numeros ueteres plurimum detulerunt: adeo ut per omnem uitam ſeptimum quemque an-

num periculoſum & criſimum eſſe uoluerint, ſed cum præcipuè qui per ternas hebdomadas aſcenderet, qualis eſt annus primus & uigeſimus, qui ex tribus ſeptenarijs conſtat; item quadrageſimus ſecundus, & ſexageſimus tertius, & omnium maximus octogeſimus quartus.

CLIMAX, {Scala} (κλῖμαξ) Latinè ſcala uel potius ſcalæ: & figura, quę dicitur Gradatio: qua paulatim ueluti per ſcalas aſcendimus: ut apud Ouí. Videratque hanc, uiſamque cupit, potiturque cupita.

CLYMENOS, ſiue Clymenon, (κλύμενον) herba eſt fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſe inflexis, ut in polyporum cirrhis. Ita dicta Clymeno rege, teſte Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus hodie partim Cypriam, partim Saponariam appellat.

CLINAMEN, inis, neu. gen. {Inclinatione} idem quod inclinatio, ſiue propenſio. Lucre. de inclinatione elementorum & primorum corporum. Sed ne res ipſa neceſſum inteſtinum habeat cuncta in rebus agendis, Et deuicta quaſi cogatur ferre patique: Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

CLINGO, {Cingere} ueteres pro cingo uſurparunt: à Græco κλείειν. Feſtus.

CLINIAS, (κλεινίας) muſicus, & Philoſophus ſectæ Pythagorę, qui ſi quando ad iram prouocaretur, ſumpta ſtatim cithara, motus animi leniebat, haud aliter quàm Achilles, cum iratus ſtabat ad litus, animi ſui dolorem citharæ cantu leniebat. Auctor Aelianus de Varia hiſtoria.

CLINICE, ces, (κλινική) medicina, quæ uictu, & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur. n. Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ uictu medetur: et Pharmaceuticen, quæ medicamētis curat. Plin. li. 29 cap. 1. Is cum fuiſſet mos, liberatos morbis ſcribere in templo Dei, qui auxiliatus fuiſſet, ut poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur: atque (ut Varro apud nos credit) iam templo cremato, inſtituiſſe medicinam hanc, quæ Clinice uocatur.

CLINICVS, pen. cor. (κλινικός) medicus qui ægros curat, aut medicamētis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare ſolet, quaſi Lecticularius. Martia. Sote filia clinici. id eſt, medici. Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è lecto nō poſſint, nullaque amplius de eorū ſalute ſpes ſit. Pli. lib. 25. cap. 5. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uertiginiſ, melancholicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, &c.

CLINO, as, {Chinare. Pet. Chinaua à terra il bel guardo gentile} (κλίνω) Græcum eſt, idem ſignificans, quod inclino, & licet non ſit in uſu, eius tamen compoſita uſurpantur, quæ ſunt Acclino, Declino, Inclino, & Reclino, pen. prod. Verg. lib. 12. Defigunt telluri haſtas, & ſcuta reclinant.

CLINOPALE, (κλινοπάλη) res Venereæ aſſiduitas dicitur, quaſi palæſtra lecti. κλίνη Græcè lectus, πάλη palæſtra, ſiue lucta. Suetonius in Domi. Aſſiduitatem concubitus, uelut exercitationis genus, Clinopalen uocabat. Sic Vergilius, Nocturna bella nominat colluctationes Venereas, & ab Apuleio Militia amatoria dicitur.

CLINOPODION, (κλινοπόδιον) herba eſt ſerpyllo ſimilis, ſurculoſa, palmi altitudine. Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu ſpeciem lecti pedum præbens: unde & nomen accepit. Hęc Pli. lib. 24. cap. 15. Putatur eſſe eadem, quam Officinæ pulegium montanum appellant.

CLIO, (κλειώ) una Muſarum ex nouē, apud Heſio. in Theog. ἀπὸ τοῦ κλέους id eſt, à gloria, quòd poetis gloria ex carmine naſcatur.

CLISTHENES, (κλεισθένης) primus oſtraciſmi auctor apud Athenienſes, primusque eo genere exilij mulctatus. Vide Coel. lib. 21. cap. 44.

CLITARCHVS, (κλείταρχος) Hiſtoricus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiam res geſtas conſcripſit, ſed ea uanitate, ut fidem Hiſtorici non mereatur. Auctor Quint.

CLITELLÆ, arum, {Basti} (ἀνάφορα, ἐπισάγματα, ἀγρίβαι, φορμοῦχα) dicuntur, quibus ſarcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis, portantur, qui uulgo Baſti uocantur. Hora. in Saty. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Cice. ad Atti. lib. 5. Clitellæ boui ſunt impoſitæ: hoc eſt, homini inepto, & nequaquā idoneo, delegata eſt prouincia. Vide Eraſmi Adagia. Hoc etiam nomine ſignificatur locus Romæ, teſte Feſto, propter ſimilitudinem clitellarum, & in uia Flaminia loca quædam deuexa ſubinde, & accliuia. Item quoddam tormenti genus teſte eodem.

CLITELLARIVS, qui clitellis utitur, ἐπισαγματοφόρος, ἀνθοφόρος. Vnde Clitellarij muli dicuntur, qui neque ephippiati ſunt, neque deſultorij. nec bigas, aut quadrigas aut currus ducunt, ſed clitellati ferunt onera. Pla. in Muſt. Muliones mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni ſunt, onera quicquid imponas, uehunt.

CLIVERNIA, {Celano} Pompon. lib. 2. Italiæ oppidum eſt, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem. Vulgò Celano. Ptolemæo Cliteruum.

CLITOMACHVS, pen. pro. (κλειτόμαχος) Philoſophus Carthaginienſis qui Athenas uenit, annos natus quadraginta, audiuitque Carneadem, cuius & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum, Supra quadraginta uolumina conſcripſit, de quo Cic. lib. 3. Tuſcu. mentionem facit. Clitomachus alter, athleta, & Pancratiaſtes nobilis fuit, qui pudicitia tāta fuiſſe dicitur, ut canes ſi fortè coeuntes uidiſſet, ſtatim uultum auerteret: in conuiuio ſiquis ſermo laſciuus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

CLITOR, oris, (κλείτωρ) oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo uicinus fons Clitorius appellatur, ei qui guſtauerit uini faſtidium inducens. Meminit huius oppidi Ptolem. lib. 3. ca. 16.

CLITORIVS, (κλειτορία) fons Arcadiæ, qui ſemel potus, perpetuum uini odium inducit. Ouid. lib. 15. Meta. Clitorio quicunque ſitim de fonte leuauit, Vina fugit: gaudetque meris abſtemius undis.

CLITVMNVS, agri Faliſci fluuius eſt, cuius aquę potatæ candidos faciunt boues. Auctor Pli. lib. 2. cap. 130. Verg. 2. Aene. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima. Silius: Et lauat ingentem profundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

CLITVS, (κλεῖτος) Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus nunquam poſtea apparuit. Fuit præterea Clitus (κλεῖτος) inter præcipuos Alexādri Macedonis familiares, eidemque chariſſimus, tum quòd filius eſſet nutricis ipſius, tū quòd ab illo in dubio uitæ diſcrimine fuiſſet ſeruatus. Hunc tamen ipſum in conuiuio quodam liberius in Perſicos mores inuectum, rex iam temulentus ſpiculo tranſiecit. Cuius facti cum poſtridie tanta coepit poenitentia, diſcuſſa iam ebrietate, ut totum triduum cibo abſtinuerit, decreueritque omnino mediā ſibi necem conſciſcere, amicumque optime de ſe meritum ad inferos perſequi. Tandē ægre admiſſa amicorum conſolatione, qui Clitum iure occiſum aſſerebant ſumptuoſiſſimo eum funere ſepeliuit. Hiſtoriam hanc uide latius apud Arrianum, Q. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

CLIVIA, auſpicia, (κωλυτικὰ τῶν ἐπιχειρημάτων) quæ aliquid (inquit Feſtus) fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia: unde & Cliui.

CLIVINA, auis, in augurijs dicebatur, quæ alio nomine uocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cliuijs auſpiciis dicta, quæ teſte Feſto, dicebantur aduerſa, quibusque aliquid fieri prohibebatur. Hanc autem ſuo ſeculo fuiſſe incognitam, auctor eſt Pli. lib 9 cap. 15.

CLIVVS, ui, {Collina} (γεώλοφον) eſt locus molliter arduus. & pro colle ponitur. Verg. 9. Eclog. Qua ſubducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo. Cliuus Capitolinus. Cice. ad Att. lib. 2. Quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero à principe collocatam. Huius compoſita poſſunt eſſe tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis: ut Accliuus, a, um, & Accliuis, & hoc accliue. Decliuus, & Decliuis: Procliuus & Procliuis: quæ habent pen. prod. Dictus Cliuus à Clino pro inclino. Vide Vallam lib. 4. cap. 43.

CLIVVLVS, li, diminutiuum à Cliuus. Colum. lib. 6. cap. 36. Duos parietes aduerſo cliuulo inædificatos habet.

CLIVOSVS, a, um, adiect. (βουνώδης) frequenter habens cliuos. ut Cliuoſa loca. Colum. de Arborib. cap. 4. Curandum autem eſt, ut locis aridis & cliuoſis altius uites deponantur, quàm ſi humidis & planis. Verg. 2. Geor. Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris.

CLOACÆ, pen. prod. {Cloace, chiauche} (ὑπόνομοι, ἀφεδρῶνες) loca caua, ſiue ea publica ſint, ſiue priuata, quò ſordes confluunt. Vnde arcem facere ex cloaca, dixit Cic. in Oratione, pro Plancio, pro eo quod eſt, rem humilem & nullius ferè momenti ſupra modū extollere. Fiſtulæ quoque foſſæ, & uiæ illæ ſubterraneæ parietibus in modū aquæductus munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra urbem, uel in fluuium dilabentes, urbis ſordes ſecum rapiunt, Cloacæ dicuntur, (ὀχετοί) quòd urbem immunditijs purgent. Dicta eſt autem Cloaca, ut putatur, à colluendo: quaſi colluaca. Feſtus à cloacando, hoc eſt, inquinando deriuat: cum tamē potius contra Cloacare uerbū à cloaca deductū uideatur. Cic. pro Cecin. Qui de foſſis, de cloacis, de minimis aquaūr, itineribusque contrauerſijs interdicit. Plau. uerò in Curc. ſtomachum immundæ uetulæ & aluum, Cloacam nominauit: Age, inquit, effunde hoc citò in Barathrum, properè prolue cloacam.

CLOACALE flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluuie: ut annotauit Feſtus.

CLOACARE, {Imbrattare, macchiare} (μολύνειν) inquinare: unde Cloacam dictam putauit Feſtus.

CLODIA Romana, (à qua Cicero prædiū emere uolebat) copioſa & locuples fœmina fuit, de qua ſic Cice. ad Att. lib. 13. Sed quando (inquit) Clodia Romæ futura eſt, & quanti rem æſtimas, eo prorſus expecto: non quin illud malim, ſed & magna res eſt, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

CLODII FORVM, Italię oppidum in octaua regione, ut ſcribit Plin. libro 3. capi. 19.

CLODIORVM FAMILIAM, à Clodio Aeneæ ſocio dictam putauit Feſtus. Verius tamen eſt, Clodios (qui & Claudij dicuntur) a Sabinis ortū traxiſſe, nominisque originem cepiſſe ab Appio illo Clauſo, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus ſe Romam contulit.

CLODIVS, prænomine Publius, adoleſcens fuit nobilis ex antiquiſſima Claudiorum familia, ſed ciuis factioſus, & notiſſimæ libidinis: ut qui & tres ſorores per inceſtum polluerit, & in ſacris Bonæ deę muliebri ueſte deprehenſus ſit. Hic grauiſſimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, ut maius negotium faceſſere poſſet, Tribunatum plebis petijt: quem cū per leges obtinere non poſſet, quòd patritius eſſet, cuidam ex plebe ſe adoptandum dedit: atque ita tribunatū nactus, non quieuit, donec Ciceronem per uim ciuitate expelleret. Verum cū & Pompeio moleſtus eſſe coepiſſet, & optimū quemque laceſſeret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio reuocari: qui in urbem reuerſus, Milonis auxilio inimici impetum conſpicuit. à quo etiam Clodius ipſe in uia Appia fuit interfectus. De hoc ſic ſcribit Cic. ad Atti. lib. 1. Credo (inquit) te audiſſe, cum apud Cæſarem pro populo fieret, ueniſſe eo muliebri ueſtitu uirum, idque ſacrificium cum Virgines inſtaurāſſent, mentionem a Q. Cornificio in ſenatu factam: is fuit princeps ne tu forte aliquem noſtrum putes. poſtea rem ex S. C. ad Virgines atque Pontifices relatam: idque ab ijs nefas eſſe decretum: deinde ex S. C. Conſules rogationē promulgaſſe. uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. In hac cauſa Piſo amicitia P. Clodij ductus operam dat, ut ea rogatio quam ipſe fert, & fert ex S. C. & de religione, antiquetur. Hactenus Cic. Fuit & Clodius Pulcher, orator Romæ inter patronos, ſimul cum Cice. in cauſa Scauri. Pædianus. Clodij cuiuſdam meminit Plutar. in Numa, qui temporum argumentū ſcripſit. Sextus Clodius rhetor Siculus, Latinæ, Græcęque eloquentiæ profeſſor, male oculatus, familiaris ue præceptor M. Anto. triumuiri, cuius meminit Cic. in Philip et Tranquillus. Clodius Quirinalis Arelatenſis, rhetor, Romæ docuit, circa Neronis tēpora, teſte Euſebio. Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, poſt mortē Pertinacis principis ab exercitu Imperator ſalutatus, & a Seuero iuxta Lugdunū acie ſuperatus. Auctor Herodianus.

CLOELIA, nobilis uirgo Romana fuit, quæ cum alijs nonnullis uirginibus Porſenæ Hetruſcorum regi obſes data, deceptis cuſtodibus una cum reliquis uirginibus incolumis ad ſuos per Tyberim renauit. Quamobrem Romani nouam in fœmina uirtutem nouo honoris genere ornandam rati, ſtatuam ei equeſtrem in ſumma ſacra uia poſuerunt. Auctor Liu. 1. ab. Vrbe.

CLONIVS, (κλόνιος) unus è quinque ducibus Boeotorum, qui cū quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, ut ſcribit Home. lib. Ilia. 2.

CLOSTRVM, {Chiostro, clauſtro} idem quod clauſtrum, κλεῖθρον, Cato de

Reruſti.cap.13. Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris.

CLOTHO,(κλωθὼ) una Parcarum, quæ humanæ uitæ ſtamina diſpenſant. Græcè κλώθω circumuolo, neo, deſtruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluraq; tradit in magica ſua, ſed inuoluta, & obſcura. Heſiodus autē in Theog. Themidos filias facit, & Iouis: Clotho, Lachesin, & Atropon, & θνητοῖς ἀνθρώποισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε.

CLOTA, Ptolemæo, æſtuarium maris in Britannia inſula, exiguo terræ ſpatio à Bodotria altero, æſtuario diremptum. Cornel. Tacitus in Vita Agricolæ Glotam uocat.

CLVDO, is, {*Chiudere, ſerrare*, Pet. *Quando moſtra da chiuder gl'occhi, aperſi*} (κλείω) idem quod claudo: quo uerbo ueteres utebantur. Cic. 2. de Nat. Deo. Ipſum autem mare ſic terram appetens litoribus cludit. Mart. lib. 11. Sed mora uocis iter properauit cludere blandè. In ueteribus quoq; numiſmatibus legimus, Ianum cluſit. Huius compoſita magis ſunt in uſu Accludo, Concludo Circuncludo, Excludo, Includo, Intercludo, Introcludo, Occludo Plau. Occluſit oſtiū ancillæ. Præcludo, antè claudo. Colum. lib. 7. Hirūdo adhærens faucibus ſanguinem ducit, & incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo, aperio. Ver. 1. Aene. Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo, ſeorſum claudo. Subtercludo, quæ habent pen. prod.

CLVENTIVS, ex municipio Larino, accuſatus à matre Saſſia, q Oppianicū uitricum interfeciſſet: defenſus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

CLVEO, es, ere, {*Eſſere ſtimato, nominato*} perhiberi, putari nominari. Plautus in Trin. Ita ſis, ut nomen cluet. Idem in Epid. Senati qui columen cluent. id eſt, habentur, & reputantur columen ſenatus. Idē in Pœn. Vt uolupe eſt homini in ea ſeros, ſi quod agit, cluet uictoria. id eſt. uictoriæ tribuatur. Dicimus & Clueo, is, per tertiam inflexionē, quod ſæpe pro ſplendeo accipitur. Prudent. Qui patria uirtute cluis. Cice. De claris ora. Tum duo Cæpiones multum cluentes conſilio, & lingua, plus auctoritate tamen & gratia ſubleuabant. Interdum etiam propugnare. Pli. li. 15. ca. 29. Depoſitis armis in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant.

CLVMÆ, (ἔλυτρα, ἄχυρα) ſunt folliculi hordei. Feſtus.

CLVNADVM, culter ſanguinarius: q ad clunes dependeat, uel quia clunes hoſtiarum diuidat. Auctor Feſtus.

CLVNIS, nis, ſæpius in plurali Clunes, clunium, {*Natiche*} (πυγαὶ) nates, ſiue natium tumor. tam maſculi. q̄ fœmi. gen. Iuue. Tremulo deſcendunt clune puellæ. Plaut. Quaſi lupus ab armis ualeo, cluneſq; infractos gero. Hora. Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix. Hinc ſimias Clunas appellatas uolunt, q clunes tritas gerant. Huius diminutiuum eſt Clunicula. Gellius: Cæterarum auium atque altilium, niſi tantum apponatur, ut à clunicculis inferiore parte ſaturi fiant, conuiuium putabant inopia ſordere.

CLVNIA oppidum eſt Hiſpaniæ in extremis Celtiberorū finibus. Vnde unus ex Hiſpaniæ citerioris conuentibus Cluniēſis dictus eſt. Sunt enim ſeptem (inquit Plin. lib. 3.) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæſarauguſtanus, Clunienſis, Aſturum, Lucenſis, Braccarum.

CLVPEA, quæ & Clypea dicitur, ciuitas Aphricæ propriè dictæ, in promontorio Mercurij ſita, ita dicta à Clypei figura: unde & Aſpis dicitur, teſte Solino: quod etiam annotauit Hermolaus in Pli. & Vadianus in Melam. Sil. li. 3. in clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis. Luca. li. 4. Et Clupeam tenuit ſtationis littora notę. Ptolemęus uerò duas urbes propinquas collocat in Hermęo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aſpidem appellat. Clupea etiā exiguus piſciculus eſt apud Plin. lib. 9. cap. 15. Qui uenam quandam in faucibus Thynni erodens, ipſum exanimat.

CLVSINVS, dictus eſt Ianus, q pace templi eius Portæ clauderentur. Verg. 1. Aene. Claudentur belli portæ, furor impius intus Sæua ſedens ſuper arma, & centum uinctus ahenis.

CLVSINVM FAR, adorei, ſiue farris genus eſt candidiſſimum: ita dictum a Cluſio Hetruriæ urbe. Colum. lib. 2. cap. 6. Adorei autem uidimus in uſu plerunq; genera quatuor. Far, quod appellatur Cluſinum, candoris nitidi. Far, quod uocatur. Vermiculum, rutilum: atque candidum: ſed utrunque maioris ponderis, q̄ & Cluſinum. Semen ſemeſtre, quod dicitur Alicaſtrum.

CLVSIOLVM, oppidum Vmbriæ, qđ interijt: cuius meminit Pli. li. 3. c. 14.

CLVSIVM, {*Chiuſi*} oppidum eſt Tuſciæ mediterraneum, ubi Porſena Hetruſcorum rex ſepultus creditur Pli. lib. 36. cap. 13.

CLVSIOS, Galli nominant dæmones quoſdam, quos nonnulli exiſtimant ſpiritus eſſe elemento aereo compoſitos.

CLYMENE, (κλυμένη) pen. cor. Oceani & Tethyos filia, Iapeti uxor, teſte Heſiodo in Theogonia: de qua Verg. lib. Georg. 4. Inter quas Clymene curā narrabat inanem. Fuit & altera Clymene mater Phaetontis, ut ſcribit Oui. lib. Metam. 1. quę quum forma ualeret, Soli placuit, qui concubitu eius potitus ex ea Phaethontem, & ſorores genuit. Ouid. lib. 1. Metam. Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem. Inde Clymeneis, idos. patro. & Clymeneius a, um: ut Clymeneia proles. id eſt, Phaethon. Tertia fuit miniſtra Helenæ, decoris oculis prædita, ut eſt apud Home. lib. Ilia. 3. Huius meminit & Ouid. in Epiſt. Helenes ad Paridem. Cætera per ſocias Clymenē, Aethramq; loquemur: Quæ mihi ſunt comites, conſiliumq; duæ.

CLYPEVS, & **CLYPEVM**, ſiue Clupeus, y in u conuerſa, {*Scudo*. Pet. *Contra del qual non uale elmo ne ſcudo*} (ἀσπίς) ſcutum maius, et tantū peditū ſicuti Scutū equitum, Seruio auctore. Liu li. 6. Clypeis antē Romani uſi ſunt: deinde poſtquā ſtipēdiarij facti ſunt, ſcuta pro Clypeis fecere. dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, q celent totū corpus: uel à clepere, quod eſt furari ab ictibus. Pli. lib. 35. ca. 3. (ἀπὸ τοῦ γλύφειν,) hoc eſt, ſculpēdo, cælandoq; deducit, ut dicatur clypeus quaſi γλυπτός, id eſt, ſculptus, g in c. mutata. Scutis inquit quibus pugnatū eſt apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas uoluit, à cluendo. Hinc Clypeatus, clypeo munitus. Plau. in Curc. Clypeatus elephantum ubi Machęra diligit. Sic apud Verg. 7. Aene. Clypeata agmina. Inſequitur nimbus peditum, clypeataq; totis Agmina denſantur campis. Clypeum quoq;(ut Feſt. ſcribit) antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum.

CLYSMVS, (κλυσμός) Latinè purgatio, ſiue lotio dicit̄. Vnde Cataclyſmus, de quo ſuprà.

CLYTÆMNESTRA, (κλυταιμνήστρα) nomen propriū uxoris Agamēnonis, quæ ob amorē Aegiſthi adulteri uirū occidit. Vnde etiam ab Oreſte filio in patris ultionē fuit occiſa: de qua Euripides in Oreſte, et Homerus ī Odiſſea.

CLYSTER, eris, pen. pro. {*Criſtero, argomento, ſeruitiale*} (κλυστήρ) quod & Clyſterium (κλυστήριον) dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere. nam clyſtere aluum ægrotantiū lauare, ſeu purgare ſolemus. Plin. Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum omnium uitijs medetur. Macer tamen huius nominis pe. cor. Appoſitis digitis aut intus clyſtere fuſis: quem ea in re nō imitabimur. Accipitur itē Clyſter pro ipſo inſtrumento, quod ad proluenda uentris recrementa ſedi inſeritur, quodq; inteſtinorū, ut ita dicam, lauamentū aluo inijcitur. Vlpia. L. Itē ſi obſtetrix. ad leg. Aquil. Siquis per uim, uel perſuaſum alicubi medicamentū infudit, uel ore, uel clyſtere. Oricularius clyſter. Celſus li. 7. ca. 37. Idē humor roſa mixtus in ipſum uulnus oriculario clyſtere agendus eſt.

CLYTIA, æ, uel Clytie, es, (κλυτίη) una fuit, ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitu Orchamo patri eius indicauit. Quare iratus Apollo, Clytien grauiſſimo odio proſequutus eſt. Illa uerò amoris impatientia cibo & potu abſtinens, manè orientem, & ueſperi occidentem ſpectabat Apollinem: & quacunque ille iter faciebat, Clytie oculis ſequebatur. Vnde tandem fame, & dolore conſumpta mutata eſt in heliotropium. Fabulam hanc refert Ouid. 4. Metam.

CLYTIVS, (κλύτιος) filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Home. lib. 20. Iliad. Eſt & Clytius, adoleſcentis nomen apud Verg. 10. Aene. quē Cydon quidam in delicijs habuit.

C ANTE N & O.

CNECION, (κνήκιον) quibuſdam herba eſt, quā notioribus nominibus Sampſuchum, & Amarachum uocamus: quamquam non deſunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam exiſtiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioſcoridis Notha reijciunt doctiores.

CNEMIDES, (κνημῖδες) oppidum Locrorum, ad ſinum Opuntium, ſecundū Daphnuntem, è regione Cænei Eubœæ promontorij: à quo Locrorum quidā Epicnemidij cognominati ſunt. Vide Strab. lib. 9. & Pompo. lib. 2. Plinio Cnemis dicitur ſing. nume. lib. 4. cap. 7.

CNEORON, (κνέωρον) frutex eſt coronarius, cuius duo ſunt genera, nigrum & candidum: utrunq; germinat poſt æquinoctium autumnale, diuq; floret. Hyginus Caſiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioſcorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cneſtrum appellat.

CNEVS, (κνέος) per c. ſcribitur, ſed profertur per g. prænomen fuit Romanis peculiare: à neuo (ut uolunt) tractum, q eo prænomine præcipue nominarentur, qui eum aliquem naſcentes attuliſſent. Feſtus à Græco γνωστός deducit.

CNICVS, uel **CNECVS**, (κνῆκος Dioſcoridi, nonnullis κνίκος) herba eſt, oblonga habens folia, inciſuris diuiſa, aſpera & aculeata: ex cuius ramulis diuulſis ſanguineus effluit liquor. Ruellius Cartamum ſatiuum uocant.

CNIDOS, {*Capo crio*} (κνίδος) eſt urbs, in extremo cornu peninſulæ Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta eſt. Poteſt etiam ſcribi Gnidos per g. Eſt & herbæ nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Pli. lib. 23. cap. 4.

CNOPVPOLIS, (κνωποῦ πόλις) Ioniæ ciuitas, quæ alio nomine Erythra dicitur Stephanus.

COA ueſtis, (βομβύκιον ἱμάτιον) ſiue ſubſtantiue Coa, in plurali numero, ſubtiliſſimum erat ueſtis genus ex bombyce, adeo tenue, ut corpus pelluceret. Dictā à Co inſula, in qua et Bombycem naſci ſolere, ſicut in Cea inſula, auctor eſt Pl. lib. 11. cap. 23. Oui. de Arte amandi: Siue erit in Tyris, Tyrios laudabis amictus: Siue erit in Cois, Coa decere puta. Fuerūt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarent pro hac ueſte, decepti auctoritate Horatij in Satyr. Altera nil obſtat, Cois tibi penè uidere eſt, ut nudam. Qui profectò error nimiū eſt puerilis, cum Cois ibi non nominatiuus ſit, ſed ablatiuus. Eadē & Ceæ ueſtes dicuntur a Cea inſula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycum telas retorquendi, eaſq; ruſum texendi: ut teſtatur Pli. lib. 11. cap. 22.

COACCEDO, dis. {*Accoſtarſi inſieme*} ſimul accedo. Plau. Curcu. Quia de illo emi uirginem Triginta minis, ueſtem aurum, & decem pro his coaccedunt minæ.

COACERVO, uas, {*Accreſcere, congregare, ammaſſare, raunare*} (ἐπισωρεύω, συμφορέω) cumulo, congrego, addo. Liui. 5. ab. urb. Armorumq; cumulus, ut mos illis eſt, coaceruare. Cæſa. 8. Bel. Gal. His delectis, & coaceruatis cadaueribus. Cice. 2. pro lege Agra. Antè pecuniæ coguntur, & coaceruantur, q̄ gleba una ematur. Coaceruatio, onis. Cice. in Partit. Atque hæc quidem utrique, maxime in peroratione: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuerſa, alteri ſi planè cauſam redarguendo explicarit.

COACESCO, {*Inacetire, diuenir acido*} (συνοξύζω) ex Con & Aceſco, ſed in abijcitur, ſignificat ſimul ſeu totum acidum fieri. Cice. in Cati. Vt enim nō omne uinum, ſic non omnis ætas naturæ uetuſtate coaceſcit.

COACTILIA, inuolucra dicuntur, ueſtibus inuoluendis, circumferēdiſq; idonea. Vlp. l. Argumento. de auro, & argento leg. Ariſton etiam coactilia ueſti cedere ait & tegumenta ſubſelliorum huic legato cedetur.

COADDO, {*Aggiungere inſieme*} (προσδίδωμι) ſimul addo. Cato cap. 4. Sumito tibi ſurculum durum, cum præacuito: ſalicem Græcam diſcindito, argillam, uel cretam coaddito.

COADVNO, {*Adunare*} (ἑνόω, συνενόω) in unum cogo. Pli. de uiris illuſtrib. Ipſi coadunatis paſtoribus, ciuitatem condiderunt. Brachium ſtatuæ coadunatæ, Iulianus in l. tigni appellatione § idem eſt. ff. ad exhib.

COÆDIFICARE, arctè ædificare, ædificijs frequentare: ut, Coædificatus locus, cui opponitur uaſtus. Cice. in Partit. Culti, an inculti: celebres, an deſerti: coædificati, an uaſti.

COÆQVO, as, at, {*Agguagliare*} (ὁμαλίζω) idem quod æquare. Salluſt. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile eſt. Colum. li. 3. ca. 12. Duabuſq; gemmis ſupra terram eminere paſſi, repoſita humo cætera coæquant. Coæqualis, le, idem quod æqualis, (ἴσος, ὁμαλός) Colum. lib. 8. cap. 14. Atq; ubi ſe paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur.

COÆQVVS,a,um,{*Vguale*}(ἰσ@ ὁμήλιξ)idem quod æquus. Pli.lib.6.ca.29. Mirumq; dictu,ex innumeris populis pars coæqua in commercijs,aut latrocinijs degit. Quo tamen loco in caſtigatioribus exemplaribus, Aequa legitur,non Coæqua.

COÆVVS.{*D'una iſteſſa età*}(ὁμῆλιξ)eiuſdem ęui.Cic.in Vatin. Hūc tu mo rem ignorabas? nunquam epulum uideras? nunquam puer, aut adoleſcens inter coæuos fueras?

COÆTANEI,{*Coetanei,d'una medeſima età*}(ἡλικιῶται)qui eadem ætate uixerunt.Portius Latro in declam. in Catil.Marco ſiquidem Catoni, aut Scipioni Coætaneo ſuo. Vide ſupra in dictione Aequalis.

COAGMENTA,{*Congiuntioni*}(συμφυΐ,συςάσεις,συναρμόσματα)coniunctiones arctę,& compares:à cogendo.i.ſtringendo Plau.Moſt.Viden coagmenta in foribus.

COAGMENTO,as,{*Congiungere.Pet.Col bel nodo d'amor teco congiunge*}(συνίστημι,συναρμόζω,καταρτίζω)congiungo, & compares coniunctiones cogo,ac ſtringo,Cic.in Catil. iam: Viuendi finis eſt optimus,cum integra mẽte,certiſq; ſenſibus,opus ipſa ſuum,eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Et tranſlatè,apud eundem de Orat.Verba enim uerbis quaſi coagmentare negligat.i.ne nimium diligens ſit in uerbis coniungendis. Pli.paſſiuum protulit: Mox pluribus coagmentatur nucleis,& his ſeparatim ueſtitis. Coagmentatio,Cic.1.de Nat.Deo.Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis?

COAGVLO,as,cogo,conſtringo,πήγνυμι.Gell.Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur,coagulatur.fitq; ad capiendum figuram idoneum. Plin.lib.12.cap.25.Summa probatio eſt,ut lac coagulet. Coagulatio, uerbale.Plin.lib.18.ca.10.Nam id quoq; ueneuum,eſt in prima lactis coagulatione.

COAGVLVM,{*Caligarino,coagolo,conaglio*}(πυτία)à cogendo.i.denſando,ſiue ſtringendo,dicitur illud quo ad denſandum lac utimur. Oui.3.Meta. Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda Seruatur, partem liquefacta coagula durant. Per metaphoram,quicquid connectit,ac coniungit,Coagulum dicitur.Gel. Vinculum illud coagulum animi,atq; amoris.

COALEO,les,)συνίστημι,συμφύομαι)cohæreo,increſco. Pli.lib.15.cap.1. Vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit.Gel.lib.12.ca.1.Cuius in corpore cuiuſq; ea ſanguine concretus homo & coalitus ſit. Tacitus: Vetuſtate imperij coalita audacia.

COALESCO,is,coalui,{*Creſcere,aumentare.Pet.Viuace amor che ne gl'affanni creſce*}συνίστημι,συμφύομαι.concreſco.Colu.de Arboribus: Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuæ.Salluſt. Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere,diſſimili lingua,alij alio more uiuentes,incredibile memoratu eſt,quàm facilè coaluerunt. Eius ſimplex protulit Var.lib.1.de Re ruſt. Quemadmodum quicquam feri,aut aleſcere,aut meti poſſit.

COAMICVS,ci,Ci.de Amic.ex comœdia quadam antiqua: Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes Verſaris:atq; luſeris lautiſſimè.

COANGVSTO,as,{*Stringere*}(στενοχωρέω)Cic.3 de Legib. Atq; hæc lex dilatata in ordinem cunctum,coangultari etiam poteſt. Coanguſtor,aris, paſſiuum.Celſus lib.7.cap.27.Quo facilius claudatur,uel certè coanguſtetur.

COARCTARE,{*Stringere,comprimere*}(ἀντιπεριστάω)comprimere, intro cohibere.Cic.1.de Orat.Sed tu hoc nobis da Scęuola,& perfice,ut Craſſus hæc quæ coarctauit et peranguſtè refarſit in oratione ſua dilatet nobis,atq; explicet. Hinc coarctatio ἀντιπερίστασις: id eſt,cohibitio,& compreſſio undiq; circunfuſa,dictio frequens apud Phyſicos.Liu.7. Belli Pun. Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat.

COASPIS, Vide Choaſpis.

COARGVO,is,{*Riprendere,manifeſtare*}(ἐλέγχω)reprehendo,redarguo, indico.Cic.de Inuen. Aut alijs quoq; conſtitutionibus factum coarguetur. Liu.2.ab urb.Sed eam occaſionem,ut literæ legatis darentur,quæ deprehenſæ rem coarguere poſſent, expectabat. Plin.lib.11.cap.16. Quam probabilem alias ſententiam futurorum euentus coarguit.

COASSO,as,per duplex ſſ.{*Intauolare,tauolare*} quod & Coaxo dicitur pro contabulo,σανιδόω: unde Coaxatio,(σανίδωσις)contabulatio,ab axibus:qui uis reuera aſſeres tabulæ non ſint,teſte Vitruuio ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia: ab aſſidendo parietibus atq; tignis appellati, ut inquit Feſtus. Plin.lib.36.cap.15.Neceſſarium binas per diuerſum coaſſatione ſubſterni.Eſt & Coaxare,proprium uocis ranarum, κοάζειν. Auctor Carminis de Philomela: Garrula limoſis rana coaxat aquis.

COASTRÆ,ſiue potius Choatræ,Indiæ populi ſunt,apud quos arbores in tã tam altitudinẽ excreſcunt,ut ne ſagittis quidem queant adæquari. Auctor Pli. lib.7.cap.2. Lucan lib.1. Aethera tangentes ſyluas liquere Choatræ.

COAVGMENTARE,uide Coaugmentare.

COBIO,piſcis quidam ex genere Chrombrocum. Plin.lib.32.cap.ult. Chromborum genera Cyprinus, Chalcis,Cobio.

COBION,ſeptima tithymali ſpecies eſt apud Pli.lib.26.cap.8.quę δενδροειδής, hoc eſt arboreſcens Dioſcoridi cognominatur.

COBORIS, inſula eſt in ſinu Arabico,apud Pli.lib.6.cap.28.

COBRYS,(κωβρυς)urbs Thraciæ. à qua ſit gentile Cobrytes,κωβρύτης Ste.

COCALVS,(κώκαλος)Siciliæ rex,ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quẽ illuc uſq; perſecutus eſt Minos Cretenſium rex:ſed à Cocali filiabus (ut Ariſt. refert) interfectus eſt.

COCANICVS,Siciliæ lacus,ex quo ſalem Cocanicum nominamus. Auctor Pli.lib.31.cap.7.

COCEVS,ſiue **COCCINEVS**,a,um,{*Di grana,granatino*}(κοκκοβαφής κόκκινος)quod cocci,hoc eſt,grani tinctorij colorem habet: ut Coccinei acini, apud Plinium,& Coccea indumenta,apud Lampridium.

COCCINVM,ſubſtantiuum,pen.cor.ueſtis Coccinea, κόκκινος χιτών. Marti.Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ.

COCCINATI,dicuntur qui coccineis ueſtibus ſunt induti,Mar.li.5.Clamat coccinatus Euclides.

COCCINVS,a,um,pen.cor.(κόκκινος)quod cocco tinctũ eſt,ſiue quod cocci colorem refert. Hic Color exuberantiam quandam ac ſplendorẽ ruboris oſtẽdit,qui & Spadiceus,& Phœniceus, & Rufus uocatur. Coccina ueſtis, cocco infecta. Cocceneus a,um,aliud adiectiuum,ut,Coccinei acinĩ.Pl.li.21 cap.31.Quos inuitat hederæ florum ſimilitudo,in duobus eius generibus:quorũ alterum,cui acini coccinei,granoſi foliculi,halicacabum uocant. Coccineum autem colorem non eundẽ eſſe cum purpureo,oſtendit Vlp.l.Si cui lana. de leg. 3. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram cõtineri puto: ſed coccum non continebitur: buccinum, & ianthium continebitur.

COCCVM,ci,uel etiam Coccus,{*Grana cocco.Dant. Or' et argento fin et cocco et biacca*}(κόκκος)eſt granum ex arbuſcula ilici ſimili, quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plin.lib.21.ca.8.In quibus unguento uiciſſe naturã gaudens luxuria,ueſtibus quoq; prouocauit eos flores,qui colore commendantur. Hos animaduerto tres eſſe principales,unũ in cocco,qui in roſis micat: gratius nihil traditur aſpectu,ut in purpuras Tyrias,dibaphaſq;,ac Laconicas. Coccũ a Dioſcoride κόκκος βαφική dicitur: hoc eſt granum tinctorum. Frutex eſt fullonius,cui adhærent grana,quibus fit color lanarum præcipuus:cuius copia ſumma in ea parte Hiſpanię,quę Tudertana appellatur.ut eſt auctor Strabo li.10

COCCYS,ycis,{*Cucco*}(κόκκυξ)auis eſt ex genere accipitrũ,quãuis aduncis unguibus careat,uerno tẽpore procedens,& ſub Caniculæ exortum ſeſe occultans.Latini Cuculum appellant.Oua parit ſingula in alienis nidis, & maximè palumbium: cuius rei cauſa putatur,quòd ſciat ſe reliquis auibus eſſe inuiſam. Vide Pli.lib.10.cap.9 Hinc κοκκύζειν,Gręci dicunt pro eo quod eſt coccycis more eandem ſemper ingerere cantilenam, quam & κοκκυσμὸν appellant. Eſt & coccys,piſcis cuiuſdam nomen, apud Græcos,quem et Latinorum nonnulli Cuculum uertunt.

COCETVM,edulij quoddam genus ex melle & papauere confectum: ſic dictum,quòd ad ignem coquatur.

COCHLACÆ,dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem.Feſtus.

COCLEA,{*Lumaca,bumbo*}(κοχλίας. ἢ κοχλίας)ex genere eſt limacum, & propriè is,qui teſtam habet. Nam limax,quamuis aliquando generis nomen ſit propriè tamen de ijs dicitur, qui teſta carent.Cochleę autem nomen iis propriũ eſt,quæ domicilium ſuum circunferunt(ſiue eę terreſtres ſint, ſiue aquatiles)bina prætendentes cornua,quibus iter explorant,quòd oculis ſint deſtitutæ. Plaut.in Pœn.Viciſti cochleam tarditudine. Plin. lib.18.cap.17. Limaces naſcuntur in uicia & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentes eam. Cochlea etiã in torculari uocatur lignum erectum ſtrias habens paulatim aſcendẽtes, quod cũ uertitur,attollit trabem preli,aut demittit: Galli ſua lingua Viſam uocant. Eſt præterea Cochlea hauſtorium organũ.quod uulgò Pompã uocant.cuius machinæ conficiendæ rationem Vitruuius lib.10 ca.11.deſcribit,ſic inquiens:Eſt autem etiam cochleæ ratio,quæ magnam uim haurit aquę,ſed nõ tã alte,tollit, quàm rota.Cochlea ẽt eſt genus oſtij. Varro 2.de Re.ruſt. Oſtium habere humile, & anguſtum,& potiſſimum eius generis quod Cochleam appellãt,ut ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent. Cochleæ etiam lapides ſunt ex flumine, rotundi ad cochlearũ ſimilitudinẽ,quæ & Cochlacę(κοχλάδες,ἢ κόχλακες) dicuntur.Similiter Cochlea,ſiue Cochlis,idis,turris dicitur, ſiue ſcalæ rotundæ,ad cochlearum ſimilitudinem,quibus in editiorem partem ædium per circuitum conſcendimus:quemadmodum & torcularia inſtar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Huius diminutiuum eſt Cochleola.

COCHLEARE,{*Cucchiaio*}(κοχλιάριον)& per apocopen Cochlear,inſtrumentum quo cochleæ,& alia huiuſmodi ueſcendo ſumuntur,Mart. in Diſtichis: Sum cochleis habilis,ſed non minus utilis ouis: Num quid ſcis potius, cur cochleare uoces?

COCHLEARIVM,rij,menſura minima rerum liquidarum, quæ duodecies ſumpta explet cyathum.Cyathus enim continet myſtra duo Myſtri tertia pars eſt cyame,quæ capit duo cochlearia Pli.lib.21.cap.27. Arida tuſa hydropicis datur in aqua,cochlearij menſura. Eſt & Cochlearium,cochlearum, uiuarium, in quo cochleæ propagationis ergo aſſeruantur. Varr.3.de Re ruſt. ca.14. Nã & idoneus ſub dio ſumendus locus cochlearis, quem circum totum aqua claudas,ne quas ibi poſueris ad partum,non liberos earum,ſed ipſas quæras.

COCHLIDIVM,quod & Cochleam et Cochlidem uocamus:(κοχλίδιον) ſcalæ rotundæ,per quas in turrim,uel in editionem ædificij partem conſcendimus. Strab.lib.ult.Hæc eſt etiam altitudo quædam manufacta,turbinea, petroſæ ripæ perſimilis,in quam per cochlidium aſcenditur.

COCHLITES,gemmæ ſunt, quæ in Arabia ingentibus glebis naſcuntur,et ſeptem diebus cum melle coquuntur,donec terrenũ uitioſumq; puluerem amittant. Vide Pli.lib.37.cap.12.

COCLES,uir Romanus,qui Porſena rege.ut docet Liu.lib.2.Decad.1.per ſublicium pontem tranſire conante,ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, donec à tergo pones à ſocijs frangeretur: quo fracto,ſe cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læſus in coxa fuerit,Tyberim tamen tranando ad ſuos peruenit. Vnde eſt illud ab eo dictum,cum ei in comitijs coxæ uitium obijceretur, Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Vale.lib 3.cap.2. Verg.quoq; Aene 8 Illum indignanti ſimilem,ſimilemq; minanti Aſpiceres, pontem auderet quòd uellere Cocles.

COCLITES,pen.cor.{*Loſchi,c'hanno un'occhio ſolo*}luſcos dixerunt antiqui hoc eſt,qui unum tantum haberent oculum,quaſi Oclites,μονόφθαλμοι. Nã & Cyclopas Coclytes legimus,unum oculũ in fronte habentes. Plau. in Curc. Vno cule ſalue. Ex Coclitum proſapia te eſſe arbitror:nam ſic ſunt unoculi.

COCOLOBIS,Hiſpanis uuæ genus eſt, quam Dyrrhachini Baſilicam uocat: eius duo ſunt genera, quæ uide apud Pli.lib.14.cap.2.

COCTIÆ Alpes,uide Cottiæ alpes.

COCTILIS,& hoc le,pen.cor.{*Coſa cotta*}(ὀπτός)accipitur pro re quæ cocta eſt,& non cruda: ſicut Fictile, quod factum eſt à figulo, Plin. lib.7.Epigenes apud Babylonios ſeptingentorum uiginti annorum obſeruationes ſiderũ coctilibus laterculis inſcriptas docet.

COCTIBILIS,le.{*Facile da cuocere*}(εὔεφθος)quod facilè coquitur: ut coctibilis caro. Pli.lib.16.cap. 6.Glans fagea ſuem hilarem facit,carnem coctibilem ac leuem,& utilem ſtomacho.

COCTILICIA TABERNA,apud Iul.Capito.in Pertinace, à quibuſdã interpretatur,in qua ligna uendebantur cocta,ne fumum emitterent:cuius generis fuerunt,quæ Greci ἄκαπνα uocarunt. Verba Capitolini ſunt: Pater eius coctilitiã tabernã in Hetruria exercuerat.Solere autem ligna coqui, auctor eſt Vlpi.

pi.

pi.l.L. igni appellatio. de uerb. ſignif. Sed & titiones (inquit) & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

COCTITO, (ἑψήσω) frequentatiuum, quo Plau. ſæpe utitur.

COCTIVVS, a, um, pen. pro. {Che facilmente ſi cuoce} (εὔεφθος) quod facilè coquitur, uel maturatur: ut Coctiua poma, Coctiuum legumen, Coctiuę caſtaneæ .i. nigræ, quæ magis in uſu ſunt. Pli. lib. 15. cap. 23. Laudatior Corelliana, ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ Coctiuæ uocantur.

COCTONA, uide Cottana.

COCTVRA, æ, (ἕψησις) idem quod Coctio, aut id quod coquitur. Col. li. 12. cap. 18. Si quinta pars picis Bruttiæ in uniuerſam cocturam adiiciatur, utiliſſimum ſit omni uindemię. Coctura dicitur etiam cœli temperies, à perfecta fructuum coctione. Pli. li. 14. ca. 4. Cùm C. Gracchus Trib. Pl. b. ſeditionibus agitatis fuit interemptus, ea cœli temperies fulſit, quam Cocturam uocant, &c.

COCTVS, a, um, {Cotto} (ἑφθός) à coquendo, quod crudū non eſt, ſed aſſum, elixum, aut frixum, aut alio modo eſui aptum redditum. Mar. lib. 3. Eſſe negas coctum leporem, poſciſq; flagella. Accipitur & pro maturo: unde & Cocturam uocamus cœli temperiem, quâ fructus mature ſcunt. Huius compoſitum eſt Recoctus, hoc eſt, bis coctus: ut, Crambe recocta. Vide in uerbo Recoquo.

COCVLVM, uas æneum coctionibus aptum. χαλκίον. Plautus. Aeneis oculis excocta eſt mihi omnis materia. Alii Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obſonia. Auctor Feſtus.

COCVLVS, pen. cor. diminu. paruus Cocus, μαγειρίσκος.

COCVS, per ſimplex c, nam primam corripit: ſiue Coquus per q à Coquo, is, {Cuoco, cucinere} (μάγειρος) qui cibos coquit. Mart. Non ſatis eſt ars ſola coco, ſeruire palato: Nanque coquus domini debet habere gulam. Cic. in Piſ. In ea Cœna cocus meus, præter ius feruens, nihil potuit imitari.

COCYNTHVM, (Κόκυνθον) Italiæ promontorium, quod meridianam plagam ſpectans, Ionium, & Siculum mare diſcriminat. Polyb. lib. 2. & Plin. lib. 3. capi. 10.

COCYTIA, (κωκύτια) ſacra erant: quę fiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluuio nominata. Auctor Porphyrio in illud Horatii in Epod. Inultus ut tu riſeris Cocytia.

COCYTVS, (Κωκυτός) p. p. Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus eſt Inferorum fluuius à Styge profluens. κωκύειν enim gemere, ac lamentari ſignificat. Verg. 6. Aen. Cocyti ſtagna alta uides, Stygiamq; paludem.

CODAM, {Coda} ueteres dicebant, quam caudam dicimus. Varro: Sed ut canis ſine coda. Nonius.

CODANVS, ſinus maris eſt ante Albim fluuiū, totius Germaniæ maximus, in quo ſita eſt Scandinauia incompertæ magnitudinis inſula. Pli. lib. 4. cap. 13.

CODANONIA, Pōponio, inſula eſt una ex Hemodibus, earum, quæ in Codano ſinu ſunt, longè maxima fortaſſe eadem cum illa, quam Plin. Scandinauiam uocat.

CODETA, auctore Feſto, dicta ſunt ab antiquis loca trans Tyberim, q; in his uirgulta naſcerentur equinis caudis ſimilia.

CODEX, qui & Caudex, {Tronco} (κορμός) truncus, uel ſtipes arboris, cui cortex detrahitur. Colu. lib. 4. cap. 8. Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enaſcuntur. Codex robuſtus, pro ſupplicii genere apud Plau in Pœn. Ego iam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atque robuſtum codicem. Locus dicitur, Feſto Pompeio, quo præcipitabatur malefactorum genus. Codex etiam dicitur liber. Cic. 3. Ver. Itaq; L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita interceſſit, q; iſte aliter, atque edixerat, decreuiſſet. Codex iterum in negotiatorum rationibus, dicitur præcipuus liber, data continens & accepta, in quem transferuntur omnia, quæ in aduerſariis ad tēpus ſcribuntur. Ci. pro Q. Roſ. Non habere ſe hoc nomen in codice accepti, & expenſi relatū confitetur, ſed in aduerſariis patere contendit. Litura codicis, Cic. 5. Ver. Legere codicem, Cice. in Vatin. Referre in Codicem, Cic. pro Sylla. Scribere codicem, Cic. pro Roſc. Com.

CODIAMINON, Plin. lib. 21. ca. 11. herba eſt bis quotannis florens, Vere et autumno, ęſtates atq; hyemes fugiēs: Ruellius bulbi genus eſſe exiſtimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipſum li. 11. cap. 100.

CODICARIÆ, naues, erāt naues grauiores & firmiores, è codicibus, hoc eſt, craſſioribus truncis confectæ. Varro: Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant: à quo naues codicarias in Tyberi appellamus. Salluſ. Et quanquam ad id naues codicariæ occulte per hyemem fabricatæ aderant.

CODICILLVS, {Codicillo} (γραμμάτιον) diminutiuum à diminutiuo Codiculus. Sunt autem Codicilli literæ, hoc eſt, epiſtolæ. Cic. ad Q. fratrem lib. 2. Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Idem Leptę lib. 6. Simul ut accepi à Seleuco tuo literas, ſtatim quæſiui è Balbo per codicillos, quid eſſet in ſecun. editi. Anno. ſcribit Codicillos eſſe diplomata .i. Chartulas complicatas, et lino traiectas, obſignataſq;. Codicillaris, re, adiectiuum: ut, Poteſtas codicillaris L̃ampridio, eſt poteſtas conficiendi codicillos, quę beneficio principis & diplomate regio obtinetur, uel quia mandatur munus publicis. l. iudicū. C. de dig. li. 12.

CODICVLVS, (βιβλίον) diminutiuum à codex: dum pro libro ponitur: paruus codex.

CODION, flos eſt bulbi initio ueris, atque iterum ſub æſtatis exitum erumpēs, frigus ſimul & æſtum fugiens. Vide Ruel. lib. 2. ca. 100.

CODRVS, (Κόδρος) nomen proprium regis Athenienſis, qui pro patrię ſalute certiſſimæ ſe morti obiectauit. Reſponſum enim acceperāt Peloponnenſes, ita demum ſe ſuperaturos, ſi hoſtium regem nō occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu pauperis, eoſq; in ſuam necem per iurgia prouocando, a nullo cognitus, fecit fidē oraculo. Vnde Verg. 5. Eclo. Si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Huius tanta fuit nobilitas, ut locum fecerit prouerbiali hyperbolæ. Nam cùm nobilitatem cuiuſpiam uolebant extollere, eum Codro nobiliorem eſſe dicebant. Hinc Codridę dicti ſunt Codri poſteri.

COELA, æ, (Κοῖλα) Atticæ regiuncula eſt, Miltiadæ, & Thucydidis ſepulchris nobilitata: cuius meminit Marcellinus in Vita Thucydidis.

COELESYRIA, ſiue Syria cœle, (Κοιλησυρία) ea Syrię pars eſt, teſte Strabone lib. 16 quæ ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiā recedit, propterq; ea, quæ Libano & Antilibano includitur: ita dicta à cauitate, quā Græci κοιλότητα nominant. Pomp. Mela lib. 1. Syria latè litora tenet, terraſq; etiam latius introrſus, aliis aliiſq; nuncupata nominibus: nā & Cœle dicitur, et Meſopotamia, & Damaſcene, Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

COELIACVS MORBVS, (κοιλιακὴ νόσος) qui infernum ſtomachi orificiū infeſtat, quod à Gręcis dicitur πυλωρός. Hunc morbum Celſus li. 4. ca. 12. deſcribit his uerbis: In ipſius uentriculi porta conſiſtit is, qui & longus eſſe conſueuit, κοιλιακός à Græcis nominatur. Sub hoc uenter indureſcit, dolorq; eius eſt. Aluus nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem transmittit: extremæ partes frigeſcunt, difficulter ſpiritus redditur. Qui hoc morbo laborāt etiā Cœliaci (κοιλιακοί) appellantur. Pli. lib. 23. cap. 1. Decoctum eorum ueteres dyſentericos & cœliacos iuuat. Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur Cœliacę dicuntur. Var. Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atq; uri a potu refici. Pli. lib 20. cap. 18. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multoq; magis, quas uocant Lexipyretas, quaſq; pepticas & cœliacas.

COELOS, (Κοῖλος) Thraciæ portus eſt, ubi Lacedæmonii ab Athenienſibus nauali prælio ſuperati ſunt. Mela lib. 2. Eſt & portus Cœlos, Athenienſibus et Lacedæmoniis nauali acie decernentibus, Laconicæ claſſis ſignatus excidio. Quæ Pomponii uerba nonnulli referunt, ad prælium illud nauale, quo Lacedæmonios uicerunt Athenienſes, Traſyllo, & Traſybulo, ducibus. Alii ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios iuxta Thraciæ Cherroneſum nauali prælio ſuperaſſe, auctores ſunt Plutarchus & Iuſtinus.

COELOSTOMIA, (κοιλοστομία) uitium pronunciationis, cùm uox ex receſſu oris uelut à cauo quodam auditur.

COELVM, li, Vide Cœlum.

COEMENTVM, Vide Cæmentum.

COEMETERIVM, {Cimiterio. Boc. Gior 8. Nou. 9 Al cimiterio de frati minori} (κοιμητήριον) à κοιμάω ſopio, idem eſt, quod dormitorium. Vnde locum ſepulturæ deſtinatum uocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quaſi mortuorum dormitorium. A quibuſdam dicitur Sepulchretum.

COEMO, mis, {Comperare} (ὠνοῦμαι) idem quod emo, uel coemptionem facio. Terent. Coemiſſe, hinc quæ illuc ueheres, multa. Ci. 5. Ver. Deinde ipſos ſibi frumentum coemiſſe. Coemptio uerbale, quo Iuriſconſulti ferè utuntur, pro imaginario uenditionis genere, quo uxor ueniebat in ius mancipiumq; mariti, aut filius adoptiuus in ius mancipiumq; adoptantis. Cic. 1. de Orat. Nam neque illud eſt mirandum, qui, quibus uerbis coemptio fiat, neſciat: eundem eum mulieris, quæ coemptionem fecerit, cauſam poſſe defendere.

COENA, næ, {Cena. Pet. Vn duro prandio una terribil cena} (δεῖπνον) apud antiquos dicebatur (auctore Feſto) quod nunc eſt prandium. Veſpera autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à κοινός, quod eſt communis, quia multi in commune cœnare conſueuerant. Græcè δεῖπνον. Cic. 5. Tuſc. Vbi cùm tyrānus cœnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod cœnare caput erat, delectatum. Quæ ſit cœna recta, uide in dictione Recta. A cœna fit Domicœnium, (οἰκοσιτία) quo uſus eſt Mart. libr. 6. Et triſti domicœnio laborat. Pla. Incœnem, dixit ſine cœna, ſiue incœnatum.

COENACVLARIA, æ, quæſtus qui fit ex cœnaculorum ablocatione. Vnde cœnaculariam facere, ſiue exercere, dicebantur, qui domus totas conductas per ſingula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæſtum facerent, pluris in ſummam locādo. Vlp. l. ſi uero. §. ſed et ſi quis. ff. de his qui deie. uel effu. Si quis cœnaculariam exercens, modicum hoſpitium ſibi retinuerit, reſiduū locauerit pluribus omnes tenebuntur. Sic Cœnacularius homo (ὁ ἐπιμισθωτὴς οἰκιῶν) qui cœnaculum conduxit. Idem l. ſolutum. §. plane. ff. de pignor. actio. Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hoc conueniſſe, ut non pactio cœnacularii proficiat domino, ſed ſua propria.

COENACVLVM {Cenacolo} (δειπνητήριον, ὑπερῷον, ἀνώγεων, συνοικία) à cœnando nomen aſſumpſit, locus ad cœnandum idoneus. Varro: Sicut Penarium, ubi penus: ubi cubabant, Cubiculum: ita ubi cœnabant, Cœnaculum. Sed poſtquam in ſuperiori parte cœnitare cœperūt, ſuperior domus uniuerſa Cœnaculum dicta eſt, ad quod ſcalis, ſiue cochleis aſcēditur, ut ſcribit Feſtus. Hęc autem incolebant tenuiores, & inquilini, ut Iuue. Sat. 10. docuit: Lateranorum obſidet ædes Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles .i. ad inquilinos et pauperes, qui in conducto habitant. Cic. de Leg. Agr. Romam in montibus poſitam, et cœnaculis ſublatam atq; ſuſpenſam, &c. Solet tamen Cœnatio, et Cœnaculū, & Dieta accipi pro loco, in quo æſtate cœnatur.

COENATICVS, a, um, {Ciò che s'appartien' à cena} (συμποσιακός) quod ad cœnam pertinet: ut Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Varro: Cœna cœnatica, et ſpes cœnatica .i. ſpes cœnandi. Pla. Cap. Nunc ibo ad portum hinc: eſt illic mihi una ſpes cœnatica.

COENATIO, (δειπνητήριον) locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat: unde Iuuenalis: Et algentem rapiet cœnatio ſolem. Sueto. in Ner. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus uice mundi circumageretur.

COENATIVNCVLA, diminutiuum. Plin. in Epiſt. Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu factus ibi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

COENATORIVS, a, um, (δειπνητήριος) quod ad uſum cœnæ pertinet. Et

COENATORIA, orum, plurali numero, pro ueſte cœnatoria, cum qua diſcūbere in conuiuiis ſolebant, quæ et alio nomine Triclinaris toga dicebatur. Martial. lib. 10. Pugnorum reus, ebrieq; noctis, Cœnatoria mittat aduocato.

COENATVRIO, {Deſiderare di cenare} (δειπνητιάω) cupio, uel appeto cœnare: quā ſignificationem habent ferè in rio deſinentia: ut Mulier parturit .i. nititur ut pariat. Mart. In omnibus Vacerra, quod conclauibus conſumit horas, et tota die ſedet, cœnaturit, non cacaturit .i. laborat ut cœnet.

COENATVS, {Quello che ha cenato} qui cœnauit, ut Pranſus, Potus, Lotus, qui prādit, potauit, lauit. Ci. pro Deio. Quid igitur cauſæ excogitari poteſt, cur te lautum uoluerit. cœnatum noluerit occidere? Cœnatum eſt: Liui. 2. ab urb. Nam cùm pridie, q̃ legati ad Tarquinios proficiſcerentur, cœnatum forte apud Vitellios eſſet, &c.

COENIPETA, pen. cor. (δειπνολόχος) qui ambit alienas cœnas, & pranſi ſæpe perſonam induit, &c.

COENO, as, aui, & cœnatus ſum {Cenare} (δειπνέω) cœnā ſumo. Ci. ad. Q. F.

Eo dic cœnaui apud Craſsipedem. Hinc Cœnito frequentatiuum, frequenter cœno. Cicer. lib. 9. Epiſtol. Itaque deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, cœnitare.

COENOBIVM. {*Conuento de fratti, doue ſi uiue à commune, Cenobio*} ([illegible]) locus ubi communis uita ducitur. κοινὸς enim communis, βίος uita. Hinc Cœnobitæ, pen. pro. qui in commune uiuunt.

COENOCNVM, Ptolemæo, urbs eſſe creditur Germaniæ, quæ uulgò Louſenberg uocatur.

COENVLA, diminutiuum, δειπνίδιον. Cic. 5. Tuſcul. Quid uos heſterna, inquit, cœnula, non intellexiſtis me pecunia non egere? Mart. lib. 10. Vna ponetur cœnula menſa.

COENVM, {*Fango. Pet. C'hanno poſto nel fango ogni lor cura*} (βόρβορος) lutum dicitur. Cic. 4. Tuſc. Sic ſe dicere omnes ſtultos inſanire, ut male olere omne cœnum. Per metaphoram poſitum pro abiecto & nullius dignitatis homine. Cic. pro Seſtio: Habeo quem opponam labeculæ illi atque cœno. Hinc cœnoſus, a, um, (βορβορώδης) plenus cœno. Col. lib. 7. cap. 10. Nec ulla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoſo lacu uolutari.

COEO, coiſ, coiui, coitum, ex Con, & Eo, ſed n abiicitur, & eſt tam actiuum, quàm neutrum, {*Congiungerſi, eſſere inſieme. Pe. Ivi m'aggiunſe & mi congiunſe amore*} ſignificatque conuenio, coniungo aduno, contraho, ſocio, colligo, congrego, ([illegible]). Teren. Eun. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeo. Verg. lib. 11. Coeant in fœdera dextræ Quà datur. Lactant. de ira. Denique ſi atomorum coitio et conglobatio efficeret omnia. Cicero cum accuſatiuo uſus eſt, pro inire 2. Philip. Vtinam Cn. Pompeii cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Gel. protulit paſſiuum: Coibatur ſocietas inſeparabilis. Nã propriè coiri ſocietas dicitur. Sic ab Vlpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur. Coire etiam aliquando concumbere dicitur, ὀχεύειν. Lactantius li. 3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Hinc coitus, pro concubitu, ὀχεία. Gel. lib. 19. cap. 2. Hippocrates autem diuina uir ſcientia de coitu Venereo ita exiſtimabat, partem eſſe quandam morbi teterrimi, quem noſtri comitialem dixere. Aliquando congredi, συνελθεῖν: unde Coitio pro congreſſu. Teren. in Phorm. Vide quid agas. Prima coitio eſt acerrima, ſi eam ſuſtinueris, poſt illam iam, ut lubet, ludas licet. Vbi bona tranſlatio à prælio. nam & Congredi milites, & Coire dicuntur. Eſt item Coire, idem quod conuenire, aut congregari, ex communi conſenſu, & ferè in deteriorem partem, hoc eſt, ad factionis aliquid perpetrandum. Cice. pro Cluentio: Qui eorum coit, coierit, conuenerit. Inde Coitio, pro eiuſmodi conuentu, congregatione, aut conſpiratione. Cic. pro Planc. Dubitatis, an coitio facta ſit.

COEPI, {*Commenciai. Pet. Commenciai à mirar con tal diſio*} (ἐπιβαλλόμην, ἤρξαμην, ἤρχόμην) uerbum defectiuum, à Cœpio pro incipio, quod apud antiquos in uſu erat. Cato. Cœpiam ſeditioſa uerba loqui. Nunc tantùm præterita eius tam pro ſuo tempore, quàm præſenti utimur cum ſuis deriuatis. Cœperam, Cœpiſſem, Cœpero, Cœpiſſe, Cœptum ire. Tere. Adelp. Prius olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit. Salluſt. in Catil. Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere. Ver. 3. Geo. Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Hinc cœptum, ti, pro principio. Ouid. 1. Metam. Dii cœptis (nã uos mutaſtis et illas) Aſpirate meis. Cœptus, huius cœptus, idem. Gel. lib. 2. cap. ult. Nos uerò ut cœptus noſter eſt. Cœpto, as, are, idem quod incipere. Teren. in Eun. Quid cœptas Thraſo?

COERCEO, es {*Riſtringere, conſtringere*} (κατείργω) ex Con, & Arceo, ſed n abiicitur, & a in e mutatur, ſignificatque reſtringere. Cic. in Lael. Quem ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum. Item refrænare, continere. Lactan. libro. 3. Illud ſatis eſt ad coercendum furioſi hominis errorem. Item circundare, ſiue ſimul ſtringere. Ouid. 1. Metam. Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos. Luca. lib. 4. Campoſque coercet Cinga rapax, hoc eſt, cingit, aut circundat. Item compellere lib. 3. ad Here. Prudentiæ partibus utemur in dicendo, ſi commoda cum incommodis conferemus, cùm alterum ſequi, alterum uitare coercemur. Alii ita ſignificationem huius uerbi diſtinguunt, ut aliquando uim in ſe contineat, atque caſtigationem, aut certè reprehenſionem, atque animaduerſionem, & pro repellere, ſiue punire ponatur: aliquando ſimpliciter ſine ui, pro continere, complecti, cõprehendere: propriè tamen de iis, quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt.

COERCITIO, {*Caſtigo*} (κατάσχεσις) uerbale à Coerceo, idem eſt quod cohibitio uel caſtigatio. Liu. lib. 4. ab urbe: Pronũciaueruntque ex collegii ſententia, C. Valerio Coſ. ſe damnum, aliamue coercitionem, aduerſus interceſſionẽ collegæ delectus cauſa detrectantibus militiam inſubenti, auxilio futuros. Fit autem hoc uerbale regulariter à ſupino Coercitum: Vnde etiam participium Coercitus. Oui. Epi. Heroid. Cauſa domo teneor, grauibuſque coercita uinclis. Legitur & uerbale Coertio, & fortaſſe ſæpius quàm coercitio: quod dici poteſt aut per ſyncopen factum eſſe à uerbali Coercitio abiecta media ſyllaba: aut, quod ueriſimilius uidetur, ab antiquo uerbo Arcio: quod etiam apud Feſtũ legitur, quod ratione analogiæ facere debet ſupinum Artum: ſicut Farcio, fartum, & Sarcio, ſartum. Inde compoſitum Coercio mutatione primæ uocalis in ſecundam, ſicut à farcio Refercio, & ſupinum Coertum, ſicut à refercio Refertum. Itaque inuenimus regulare uerbale Coertio. quanquam Arcio, & Coercio nunc non ſunt in uſu. Poterimus itaque utrouis modo ſcribere Coercitio, ſiue Coertio.

COETVS, cum œ, diph. {*Conuento, congregatione*} (συνουσία, σύστημα) conuentus, congregatio, à coeundo, id eſt, conueniendo in unum. Cic. de Sene. O præclarum diem cùm ad illud diuinum animorum concilium cœtumque proficiſcar, cumque ex hac turba, & colluuie excedam. Seneca libr. 3. Decla. Cœtum eſſe ait, nomen magnæ multitudinis coeuntis ex conſenſu quodam.

COEVS, (Κοῖος Heſiodo) per œ dipht. fuit terræ filius frater Iapeti & Tiphoei, quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos eſſe fabulatur Verg. lib. 1. Geor. Cœumque Iapetumque creat, ſæuumque Tiphoea, Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.

COEXERCITATVS, Quint. lib. 2. cap. 17. artem conſtare ex præceptionibus conſentientibus & coexercitatis ad finem utilem uitæ.

COGAMVS, fluuius eſt Mæoniæ, ad radicem Tmoli montis: de quo Plin. libro 5. cap. 29.

COGGYGRIA, arbor eſt adrachnæ non abſimilis, fructũ lanugine, quã Pappum uocant, amittens: quod nulli alii arbori euenit. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.

COGITATIM. {*Penſatamente*} ([illegible]) aduerbium pro cogitatè ponitur, hoc eſt, conſulto, & præcedente cogitatione.

COGITO, as, {*Penſare. Pet. In guiſa d'huom che penſi e pianga e ſcriua*} ([illegible]) frequentatiuum a Cogo, propterea quod mẽs plura in unum cogit, unde quæ ſibi uideantur optima, uel utiliſſima elicere poſſit. Nam Cogo et cogito, ſic ſe habent ut Ago & Agito, Facio & Factito. Veruntamen ſic modo animus hoc uerbum ſibi uẽdicauit, ut nõ quod alibi, ſed quod in animo colligitur, cogitari propriè iam dicatur. Cogitare itaque eſt ſenſus interiores ad originem ſuam reuocare, ſiue mentem agitare, & ueluti in mora eſſe conſilii explicandi. ([illegible]) Cic. 5. Tuſc. uiuere cdocto uiro eſt cogitare. Idem 2. de Legi. Nam illo loco libentiſſimè ſoleo uti, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aut ſcribo, aut lego. Vnde Cogitatio, ([illegible]) quæ eſt uelut Coagitatio, id eſt, longa conſilii explicandi agitatio. Hinc Cogitatio, Cogitatè & Cogitatum aduerbia, (ἐκ προνοίας) pro conſultò, accuratè. Cic. pro Archia: Quæ uerò accuratè, cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic uidi probari, ut ad ueterũ ſcriptorum laudem peruenirent. Cogitabilis, le, Sene. Epiſt. 59. Cogitabile eſt, quod eſt generale. Cogitatum, ti, ſubſtantiuum. Cic. 1. de Leg. Agr. Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum uidentur. A Cogito fiunt compoſita, Excogito, ([illegible]) quod propriè eſt, perfectè cogito: licet pro inuenio ſumatur: quod idcirco fit, quòd cùm quis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & inuenit. Cic. 1. Tuſc. Quid illa uis, quæ tandem eſt, quæ inueſtigat occulta, quę inuentio atque excogitatio dicitur. Præcogito, (προνοέομαι) prius cogito, & cogitando præuideo. Quint. lib. 12. Licet tamen præcogitare plura, & animũ ad cauſas componere. Recogito, iterum atque iterũ cogito.

COGNATI, {*Parenti. Pet. Il ſonno ueramente è qual huom dice Parente della morte*} (συγγενεῖς) ab eo dicti putãtur, quaſi unà communiter'ue nati, uel ab eodem orti progenitore. Cic. Pro reditu Pompilii nulli cognati & affines deprecati ſunt. Pli. per tranſlationem poſuit pro ſimili, & eiuſdem generis. Eadem (inquit) cauſa eſt, ut pleræque aliuum oculos hominum potiſſimum appetant, quòd effigiem ſuam in iis cernentes, uelut ad cognata ſua deſideria tendant, id eſt, ſibi proxima, & ſuæ naturæ quodammodo ſimilia. Cognatorum autem ſignificatio latius extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà cognati in agnatis. Cõſobrinos cognatos quidem dicũtur, cùm agnati tamen non ſint. Illi enim ſoli, qui paterna linea nobis cõiunguntur, Agnati uocantur: Cognati etiam illi, qui materno genere nobis ſunt coniuncti.

COGNATIO, onis, {*Parentela*} (συγγένεια) modò naturæ eſt, & ſanguinis. Cic. 4. Verr. Quo quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxima manus tua putabatur. Modo aliarum rerum etiam Cognatio dicitur, id eſt, coniunctio, & ſimilitudo. Cicero pro Arch. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam cõmune uinculum, & cognatione quadam inter ſe continentur.

COGNITOR, oris, {*Conoſcitore*} (ὁ γνώστης) qui cognoſcit. Cic. de Aruſp. reſpon. Cum in me cognitorem harum omnium rerum, in flamma coniiciebat. Eſt & cognitor forenſe uerbum, quo olim appellabantur, qui hodie procuratores iudiciales dicuntur. Cice. pro Sext. Roſc. Quid intereſt inter eum qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat. Quamuis propriè Cognitor is dicatur, qui litem alterius coram eo, cui datus eſt, tractat: Procurator autem (ἐπίτροπος) abſentis nomine actor eſt. Aſconius, & Budæus in Poſterioribus annot.

COGNITVS, ti, {*Conoſciuto*} (γνωστὸς) idem quod notus. Cic. 1. Offici. Incognita pro incognitis ne habeamus, uitandum. Cognitior, i. magis notus. Oui. 4. Triſt. Sed magis hæc, quò ſunt cognitiora, et grauant. Cognitiſſimus, ſuperlatiuus. Catul. Tibi hæc fuiſſe, & eſſe cognitiſſima Ait Phaſelus.

COGNOBILIS, {*Che ſi conoſce*} (εὔγνωστος) qui cognoſcitur. Gell. His ſolis cognobiles fuerunt.

COGNOMEN, {*Cognome*} (ἐπίκλησις) quod ab euentu imponitur alicui. Ci. 7. Verr. Quid? de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Geminio cognomen eſt, præteriri poteſt? Liu. 1. ab Vrb. Manſit Syluius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Dicitur & Cognomentum, παρωνυμία. Cic. pro Milone: Caſſinius cognomento ſchola, &c. Vnde cognomines, qui eiuſdem nominis ſunt, ὁμώνυμοι. Sic à Plauto duæ ſorores Bacchides nominatæ, uocantur Cognomines. Declinanturque hic & hæc Cognominis, & in genitiuo huius cognominis. Nam apud Plautum legitur: Illa mea cognominis fuit. Idem Bac. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Plin. lib 6. cap. 2. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat.

COGNOMINO, as, cognomẽ impono, ἐπικαλέω. Fit autem ex Con, & Nomino, n, in g mutata. Plin. li. 21. cap. 3. Suaria cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarii cuiuſdam negotiatoris.

COGNOSCO, is, {*Conoſcere, intendere. Pet. E'l pentirſi e'l conoſcer chiaramente*} (γινώσκω) ex Con, et Noſco, mutata n, in g ut ſiat conſonantior uox. Eſt autem Cognoſcere, noſcere eos qui prius incogniti erant: cùm Agnoſcere (ἐπιγινώσκειν) dicatur propriè de olim notis. Vergi. 4. Eclo. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. Varro: Vereor, ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoſcat nemo. Confunduntur tamen ſæpenumero. Donatus: Cognoſcere, eſt diligenter, attenteque conſiderare. Terent. in Hecy. Poſtquam ipſe ſeſe, & illam, et hanc quę domi erat, cognouit ſatis. Cognoſcere ex literis, nuntiis, et id genus idem eſt quod certiorem fieri Ci. Att. lib. 2. De me Imperatore, ſcribis te ex Philotimi literis cognouiſſe. Interdum idẽ quod intelligere. Cic. in Horten. Vnde autem facilius, quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur? Interdum Concumbere, uerecundiæ cauſa: ut in Euang. Et non recognouit eam. Aliquãdo ad forum pertinet. ut cognoſcere de hæreditate, eſt iudicium de hæreditate exercere, Auoir la cognoiſſance. Cognoſcere de actis alicuius, eſt de actis eius inquirere, S'enquerir, d'aucun. Cognoſcere cauſas, eſt in cauſis iudicis officio fungi, Iuger des cauſes. Cic. 2. lib. Offi. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cũ quibus cauſas cognouit. Vnde cognitio, iudicium, iudicatio, γνῶσις. Cice. 1. Academicarum. Cœleſtia autẽ uel procul eſſe à naturæ cognitione cenſeret. Idẽ 2. de Nat. Deo. Quæ primùm eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut Deorum cognitionem Cœlũ intuentes capere poſſent. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Præcognoſco, (προγινώσκω)

anti

antè ſcio. Planc. Cicer. Quòd ſi latro præcognito noſtro aduentu, ruſus in Italiam ſe recipere cœperit. Præcognoſco, διαγινώσκω. Plau. in Truc. Vtrinſq; percognoui probè. Recognoſco, de quo alibi.

COGO, is, coegi, coactum, {Conſtringere sforzare}(συνάγω) ex con, & Ago, in quo a, et n, abijciuntur, niſi in ſupino, ubi ſeruatur a. Eſt autem Cogere, in unū colligere, Cic. 1. Tuſc. Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur. Terent. in Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coegi. Quandoq; urgere, ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι. Idē lib. 3. Offic. Diogenes contrà: Num te temere coegit? Quādoq; mulgere, πιέζειν Sic enim interpretatur Nonius illud Verg. 3. Eclo. Cogite oues pueri: ſi lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus ubera palmis. Quandoq; coagulare, congelare, denſare ſiue durum facere, πήγνυειν. Idē lib. 4. Georg. Nam frigore mella Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit. Quandoq; imprimere, ſeu intus ponere, καταφέρειν. Idem: Quadrifidā quercum cuneis tum fortè coactis Scindebant. Quandoque in ordinem ponere, διατάττειν: ut omnes arbores in ſulcum cogendæ ſunt. Verbalia ſunt Coactio, onis: ut, Coactio argentaria, munus ipſum cogendi pecunias. Sue. in Veſp. Vbi deinde uenit, & miſſione impetrata, coactiones argentarias factitauit. Idē Coactor, oris, qui pecuniam coegit, hoc eſt, colligit, quo nomine dicebantur, qui nunc Receptores particulares. Cic. pro Cluētio: Ne multa: perquiritur à coactoribus: inuenitur ea ferula ad Stratonē perueniſſe. Et coactus, huius coactus, idem quod Coactio. Cice. 4. Verr. Eum quoque oſtendam, ſi quando iudex ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit iudicaſſe. Idem ad Brutum. Coactu tuo ſcribam quod ſentio. Cogere aliquem in ordinem, eſt eum cæteris parem facere, neq; plus ei deferre, q̄ cæteris, & quaſi coercere intra ordinem & ſtatum reliquorum. Gallicè mettre au rang des autres. Liu. lib. 5. Bel. Pun. Nunquid uidetis, inquit, uos in ordinem coactos eſſe?

COHÆREO, res, {Accoſtarſi}(συγκολλᾶσθαι) idem ferè quod adhæreo. Ci. 1. Acad. Neq; enim materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla ui cōtineretur: neque uim ſine aliqua materia. Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio conuenit & concordat. Teren. And. Hem, Paululum obſoni, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ Non cohærent. Cohæreſco, ſcis, Cic. de Nat. Deo. Quæ interiecto inani, cohæreſcunt tamen inter ſe, et aliæ alias apprehendentes continuantur. Cohærentia tiæ. Cic. de Nat. Deo. Iam uerò circuitus Solis & Lunæ, reliquorūq; ſiderum quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & ſpectaculum hominibus præbent. Cohærarius, rij, uidetur pro eo accipi poſſe quem lingua Gallica appellat Adioinct. Cic. 3. de legi. At ſi quid erit, q extra magiſtratus cohærario uſus ſit, qui cohæret, populus creato, eiq; ius cohærendi dato.

COHÆRES, huius cohæredis, {Herede inſieme}(συγκληρονόμος) qui ſimul hæres inſtitutus eſt. Cic. Att. lib. 3. Dolabellam uideo Liuiæ teſtamento cum cohæredibus eſſe in triente.

COHIBEO, es, {Conſtringere, reprimere, raffrenare.}(ἐπέχω, κατασέλλω) ex Con, & Habeo, quaſi meum habeo, & retineo apud me, conſtringo, fræno. Plin. & impetum furentis blanda oratione cohibuit Plau in Mil. Cohibet intra limen etiam uos parumper, hoc eſt, continet. Cohibitio, uerbale, ipſe cohibendi actus. Cic. 5. Verr. Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, uim adhibebat pactioni non uoluntatem.

COHONESTO, as, are, {Far'honore, honorare}(ἐπιτιμάω, τιμάω) idē quod honeſtare, decorare. Cic. antequam iret in exil. Tantùm a uobis illud Equites Romani & peto & rogo, ut quem ſæpenumero ueſtra laude cohoneſtatis, eundem in dubijs uitæ periculis ueſtra uirtute conſeruetis.

COHORREO, res, uel Cohorreſco, ſcis, (φρίττω) magno horrore afficior. Cic. in Somn. Scipio. Quem ut agnoui equidem cohorrui.

COHORS, {Compagnia di fanti à piedi}(σπεῖρα, τάγμα) à cohortando dicta eſt, q Tribunus eam ut ſequatur, hortari ſoleat: ſeu q ipſa ſe mutuò frequēter ad pugnam hortetur. Cæſar 3. Bel. Gal. Illi eductis quatuor cohortibus, quę præſidio caſtris relictæ, integrę ab labore erant. Eſt autem propriè Cohors peditum, ſicut Turma equitum. Cic. Pro Marcello: Huius gloriæ, Cæſar, quā es pauló antè adeptus, ſocium habes neminē: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Hoc eſt, neq; pedites tibi quippiam decerpunt, neq; equites. Cohors etiam pro congregatione, quorūcunq; hominum ponitur. Sue. in Galba: Per hæc gratiſſimus Claudio, receptusq; in cohortem amicorum, magnę dignationis eſt habitus. Horat. 1. Epiſt. Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit. Item pro comitatu & ſatellitio, & familia magiſtratus, qui ibat in prouinciam. Vnde Cohors prætoria, quę Cōſuli aut Prętori in prouincia præſtò ſemper erat, quaſiq; latus eius cingebat. Cic. in Ver. Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. Hor. Laudat Brutum, laudatq; cohortem Erant autem duæ Prætoriæ cohortes: una euocatorū, altera uoluntariorum, qui proconſules in expeditionem comitabantur, ut uſu rerum peritiores domum redirent. Eſt & cohors (ἔπαυλις) locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Ouid. Abſtulerat multas illa cohortis aues. Vnde etiā militares cohortes dictæ uidētur. Var. 4. de ling. La. Cohors, q ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit unum, ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In illa uerò Cohors dicitur, q circa eum locum pecus coerceretur. Hinc Cohortales gallinæ (ὀρνίθες ὀρνιθῶν) uocantur apud rei Ruſticæ ſcriptores, quæ in cohorte domeſtiluntur. Poſſunt etiam dici Cohortes ab horto. nam cùm ueteres Hortos, uicos dicerent, q qui arma ferre poſſent, ibi naſcerentur, inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem uico ad pugnam excuntium, q illi eſſent ex eodem horto i. uico geniti. Nam & Gallia, ut eſt apud Cęſarem, hoc modo pugnabant. Quiſq; enim pagus per ſe pugnam capiebat. Dicitur & Cors pro auium ſepto. Varro: In urbana quoque domo, cortē facere poterimus: in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres, & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos. Mart. Raucę cortis aues. Cortalis, le, ut Gallina cortalis in corte nutrita. Col. in Præf. totius operis: Et ut à pecoribus recedam, quorum in parte auium cortalium & apium cura poſita eſt.

COHORTARI, {Eſſortare}(προτρέπειν) id eſt, ſimul, aut uehementer hortari. Cic. ad Teren. lib. 14. Eum ut potui per literas cohortatus ſum. Cohortatio, onis uerbale. Cic. ad Brut. Erectior Senatus erat, non ſententijs ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus.

COHVM, lorum, quo temo buris cū iugo colligatur: à cauo dictum, inquit Varro, ſiue (ut Feſtus mauult) à cohibēdo. Cohum etiam poetæ cœlum dixerūt, teſte eodem Feſto, à chao, ex quo putabant cœlum eſſe formatum.

COINQVINO, as, pen. cor. {Imbrattare}(κοινόω) idem quod ſimplex inquino. Horatius. Merdiſq; coinquiner albis. Cic. de Nat. Deo. Periculum matres coinquinare regias.

COIS, Vide Coa ueſtis.

COIX, cis, (κοῖξ) genus ſtirpis, cuius folia ad textum ſunt utilia ſimilia iunceis, atque palmeis. Auctor Strabo. Eſt item Coix, uas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores κοῖα appellant.

COLAICVM, promontorium eſt Taprobanæ inſulæ Auctor Plinius libro 6. capit. 21.

COLAPHIZO, as, {Dar de pugni, dar punzoni, Boc. Gior 9. No. 8. Meſſer Philippo come uide Biondello gli die nel uiſo un gran punzone}(κολαφίζω) pugno clauſo uerbo, colaphum impingo. Græcum uerbum eſt, quod apud Latinos extra ſacras literas haud temere reperias.

COLAPHVS, & Colaphum, pen. cor. {Guanciata, mostacione, punzone}(κόλαφος) eſt alapa. Teren. in Adelp. Colaphis tuber eſt totum caput. Dare Colaphos infringere alicui. (κολαφίζειν) pro illidere, infligere, apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuue. παίειν ἐπὶ κόρρης.

COLAPIS, ſiue Colapis, Pannoniæ fluuius eſt, in Sauum influens iuxta Siſciā, gemino alueo inſulam efficiens, quæ Segeſtica appellatur: De hoc Plinius libro 3. cap. 25.

COLAPIANI, Pannoniæ populi, iuxta quos Colapis fluuius in Sauum influit: unde & nomen acceperunt. Meminit horum Plini. lib. 3. cap. 25.

COLASIS, (κόλασις) genus pœnæ eſt, quod adhibetur caſtigandi uel emendādi gratia. Euſtrathius in 3. Ethicorum interpretatur refrænationem affectuum.

COLAXES, apud Flaccum lib. 6. Argon. nomen eſt cuiuſdam Biſaltæ Iouis ex Ora nympha filij, qui ab Iaſone fuit interfectus.

COLAX, (κόλαξ) Latinè aſſentator dicitur, à κολακεύω, adulor.

COLCHIVM, {ermodattilo}(κολχικὸς) bulbus eſt agreſtis, exitu autumni croceum edens florem & poſterius folia pinguiora, q̄ bulbi, caule ſemipedem alto, ſemine ruſo, Quidam Ephemeron letale appellant: Guſtatum eum fungorum more iugulat. Maxima eius copia in Colchide naſcitur. unde et nomen accepit. Officinæ Hermodactylon appellant. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 72.

COLCHIS, idis, (κολχίς) regio Aſiæ iuxta Pontum, regnum Aeetæ regis, & Medeæ patria, Corace monte (qui eſt Tauri pars) à Septentrione, ab Ortu Iberia, à Meridie Phaſide, ab Occidente Euxino ponto clauſa. Huc ferunt Iaſonem cum Argonautis nauigaſſe, Medeæq; artibus adiutum, aureum uellus retuliſſe Huius regionis incolæ dicuntur Colchi, κόλχοι Hinc fit poſſeſſiuum Colchicus, a, um, κολχικὸς. Horat. 2. Carmin Ille & uenena Colchica, Et quicquid uſquam concipitur nefas Tractauit. Item Colchiacus, a, um. Propertius: Colchis Colchiacis urat ahena focis. Vbi ipſam Medeam gentilitio nomine Colchidem appellat.

COLES, is, (πέος, τὸ) dicitur haſta, ſiue uirga membri uirilis, unde dependent colei. Eius ſuprema pars Glans dicitur, Græcè βάλανος: pellicula uerò, quæ glandem tegit, Præputium uocatur.

COLIS, huius colis, unico l (καυλὸς κλῆμα) eſt tener in uite uel in herba ramuſculus, quem in uite etiam Pampinum uocant. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 31. Pampinare, eſt ex ſarmento coles, qui nati de ijs, qui plurimum ualent, primum ac ſecundum nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Inde fit diminutiuum Coliculus. Col. lib. 1. cap. 2. Sed & faba eandem culturam exigit, ſi iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis excreuerit.

COLEVS, teſtis, ſiue teſticulus per diminutionem, (ὄρχις) à colo, is, q colat mulieris pubem: unde illud in Priap. Stamus ſub Ioue coleis apertis. Cicero Pæto, lib. 9. Teſtes, uerbum honeſtiſſimum in iudicio, alio loco non nimis: at honeſti colei Lanuuij, Cliternini non honeſti. Dicitur etiam Culeus apud Poetas quinta uocali pro quarta ſuppoſita ratione carminis. Mart. Cùm depilatos Chreſte culeos portas.

COLICVLVS, (καυλίον) per ſimplex l, eſt exiguus ac tener braſſicę, uitis, uel alterius herbæ caulis. Varro libro 1. cap. 31. Ex altera parte caprea dicta, q pariit capreolum, is eſt coliculus uiteus intortus, ut cincinnus Colum. libr. 11. cap. 2. Sed & faba eandem culturam exigit, ſi iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit.

COLIDOS, pen. cor. inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe perhibetur, ut illic aues non aduolent.

COLINA, per ſimplex l, Cucina}(μαγειρεῖον) à Colo, is, quā poſtea Culinā, deinde à coquendo Coquinam uocauere: q ibi colebant ignem locupletiorem.

COLIPHIVM, {Foccaccia, ſchiacciata ſotto la cenere cotta}(κωλίφιον) panis genus, quo athletæ utebantur: ita dictum ἀπὸ τοῦ κώλου καὶ ἶφι, hoc eſt, à robore membrorum: uel ἀπὸ τοῦ κόλλικος. Eſt enim Colia ſubcineritius panis. Plau. Coliphia mihi ne incocta detis. Iuue. Sat. 2. Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Mart. lib. 7. cùm coliphia ſexdecim comedit.

COLITIÆ, Vide Collitiæ.

COLLA, læ, {Colla}(κόλλα) à Græcis dicitur, quod nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Vtimur autem tantùm eius compoſitis: ut, Sarcocolla, Ichthyocolla, Chryſocolla.

COLLABI, {Pirroli della cetera, o d'altri ſtromenti ſimili}(κόλλαβοι) Græco uocabulo appellantur fidium epitonia, hoc eſt, clauiculi in cithara, aut teſtudine, quibus intenduntur & remittuntur fides. Cœl. lib. 9. capi. 16.

COLLABOR, beris, {Cadere}(πίπτω, συμπίπτω) labi, uel ſimul cum alio labi. Plau. Truc. Clanculum collapſus eſt hic in corruptelam ſuam Ouid. 6. Met. Hæc fruſtra fugiens collabitur. Collapſus dicitur is, cui præ dolore cōcidit animus. Verg. 8. Aen. Hæc genitor digreſſu dicta ſupremo Fundebat: famuli collapſum in tecta ferebant. Collabaſco, ſcis, ſcere, ruinā minitari. Plau. Sticho: Si labant Res laſſæ, itidem amici collabaſcunt. Collabeſio, ſis, collabeſieri. Cæſar 2. Bel. Ciu. Illæ adeo grauiter incitatæ conflixerunt, ut uehementiſſimè utręque ex concurſu laborarent: altera uerò perfracto roſtro tota collabeſieri. Collabefacto, as, are, idem quod ſimplex labefactare. Ouid. 1. Faſt. Et factum motu collabefactat opus Vnde Collabefactari teſtula, (ἐξοστρακισθῆναι) ſignificat eijci ex urbe per ſigna teſtarum, quod exilij genus Oſtraciſmum uocabant.

COLLABELLO, {*Giungere labbra à labbra*} labra adiungo. Laberius apud Nonium: Perge iam, collabella oſculum, hoc eſt, iunctis labris oſculare.

COLLACRYMO, & **COLLACRYMOR**, {*Lagrimare, piangere*} (προσαποκλαίειν) dicitur. Cic. in Somnio Scip. Ad quem ueni, complexus me ſenex collacrymauit. Collacrymatio. Cic. 2. de Orat. Signa doloris tui uerbis, ſententijs, uoce, uultu, collacrymatione deniq; oſtendens.

COLLARE, huius collaris {*Collare*} (περιτραχήλιον, περιδέραιον) uinculi genus, quo canum colla aſtringuntur, quod Mellum uocauit antiquitas. Fit ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 1. de Re ruſt. Ne uulnerentur à beſtijs, imponuntur his collaria.

COLLARIA, riæ, fœmini. generis, pro ferro rotundo, quo conſtringuntur colla malefactorum. Plau. in Cap. Hoc quidem haud moleſtū eſt iam, q collus collaria caret.

COLLACTANEVS, {*Fratello di latte*} (ὁμογάλακτος) qui eiſdem mammis eſt nutritus: ſicut Collacteus, (σύντροφος) qui uno & eodem lacte. Iuue. Sat. 6. Quid dicat notæ collactea Mauræ. Martian. Sed q ſororis eius amica, & indiſcreto fœdere collactea uideretur.

COLLATIA, ciuitas fuit in prima regione Italiæ, quā Tarquinius conſtituiſſe dicitur, qui (ut erat ſuperbus) eam ex collata pecunia conſtituit: unde & Collatia dicta eſt. Poteſt tamen fieri ut Albanis fundata ſit, & aucta à Tarquinio. Auctor Seruius enarrans illud Verg. 6. Aenei. Hi tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam, Hi Collatinas imponent montibus arces.

COLLATINVS, Tarquinij cognomen fuit, Lucretię mariti, qui primus poſt exactos reges cum Iunio Bruto factus eſt Conſul. Poſtea nō aliam ob cauſam, q̄ q Tarquinius appellaretur, populo ſuſpectus, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, & in exilium proficiſci. Liu. libro 2. ab Vrbe.

COLLATINA PORTA Romę, à Collatia oppido dicta prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Feſtus.

COLLATINA DEA, quæ collibus præſidebat.

COLLATIO, dicitur quod in unum confertur, {*Comparatione, ſimilitudine*} ἔρανος, εἰσφορά. Budæus Collationem antiqui uocabant, quæ Indictio alias Latinè dicitur: uulgus Taleam uocat. Plin. in Panegyr. Nam mihi cogitanti cū dem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, cōgiarium obtuliſſe, &c. Liui. 4. ab Vrb. Patres benè cœptam rem perſeueranter tueri: cōferre ipſi primi: & quia nondum argentum ſignatum erat, æs graue plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant. Eſt item Collatio nonnunquam idem quod comparatio, παραβολή. Plaut. in Mil. Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum, Haud uereor, ne nos ſubdola perfidia peruincamur. Collatio (inquit Cic. 2. de Inuent.) eſt oratio rem cū re ex ſimilitudine cōferens.

COLLATIS SIGNIS PVGNARE, (συμβάλλειν) ſignificat unum in locum perlatis ſignis, ad pugnam congredi.

COLLATITIVS, a, um, (εἰσενεγκόμενος, συνεισφερόμενος) quod collatū eſt. Apul. lib. 4. Choraula doctiſſimus collatitia ſtipe de menſa paratus. Collatitia inſtrumenta. Seneca in conſolatione ad Martiam, uocat ea quæ à pluribus commodantur. Collatitia et ad dominum rediturís inſtrumentis ſcena adornata eſt. Sic Quin. Decla. lib. 6. Collatitiam uocat ſepulturam, quę à pluribus confertur.

COLLATIVVS, a, um, idem quod collatius, quod. i. à pluribus collatū eſt: ut, Collatiuum ſacrificium, ἡ ἐξ ἐράνου θυσία. Collatiuum autem uentrem uocat Plautus, magnum & turgidum, eò quòd in eum edulia multa conferantur. Collatiuum etiam neutro genere dicimus, eadem forma, qua Donatiuū, pro pecunia, quam populus principi uel reip. confert.

COLLATO, as, are, {*Ampliare, dilatare*} (πλατύνω, διατείνω) idem quod ampliare. Cic. in Orat. Quod ſi anguſta quædam atque conciſa, & alia eſt collatata & diffuſa oratio, neceſſe eſt id non literarum accidere natura, ſed interuallorum longorum & breuium uarietate.

COLLATOR, oris, uerbale à Confero. Plau. in Curc. Symbolorum collatores apud forum piſcarium.

COLLATVS, us, ui. Hircius de bel. Hiſp. lib. 6. In collatu pari erant cōditione.

COLLAVDO, das, {*Lodare*} (ἐπαινέω) laudo, approbo. Cic. Lentulo: Illud tibi affirmo, ut cùm redieris, ab omnibus collaudere. Hinc Collaudatio, onis, uerbale, ἐγκώμιον. Cice. 2. de Inuen. Primum ſcriptoris collaudatione, & loco communi, &c.

COLLECTA, æ, {*Ragunanza, raccolta*} (σύμβολον) quæ à pluribus colligitur: Symbolum alias dicitur: & uulgo Scotum, le ſcot. Cice. 3. de Orat. Quoniam collectam à conuiua Claſſe exigis.

COLLECTANEVS, a, um, (συλλογιμαῖος) quod miſtum eſt, & ex diuerſo uſu conflatum Aes collectaneum. Pli. lib. 34 capi. 9. Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio ęris collectanei. Vnde Collectanea, orum, dicuntur ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis in unum lecta ſunt.

COLLECTIVVS, a, um, idem quod collectus, uel ex multis comparatus, ſiue ad exercitum, copias, manum, uim, gratiam, beneuolentiam, famam, rumorē, inuidiam, aut aliud quodlibet referatur. Cic. Mario: Signa ex tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit.

COLLEGÆ, arum, {*Compagni in officio*} (συνάρχοντες) pen. prod. dicuntur duo uel plures in dignitate & honore ſocij: ita dicti, teſte Varrone, quod ſimul lecti ſint. Vnde Conſules & Prætores Collegę erant, teſte Gellio lib. 13. ca. 14. q. ſ. ijſdem comitijs creabantur. Cic. 4. Ver. Qui ſe non Timarchidis ſed ipſius Veneris collegam & ſocium eſſe dicebat. A collegis dictum eſt Collegium, (συνέδριον, συναρχία) quod eſt propriè collegarum ſocietas. Tres numero collegium facere exiſtimauit Horatius Priſcus: quod magis ſequendū affirmat Marcellus, q̄ quod plerią; ſcripſerunt, maiorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Cic. 6. Verr. Tum ex ampliſſimo collegio decemuirali, &c. Collegium item congregationem, & ſocietatem quorumcunq; hominum ſignificat. Pli. in Epi. Tu domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL. ego attendam, ne quis niſi faber recipiatur.

COLLEVO, as, {*Mitigar far lieue*} (συνεπικουφίζω) leuis reddo, mitigo. Plin. lib. 23. cap. 1. Prodeſt renibus, iocinori, & ulcerantis ueſicę: colleuat enim ea. De muſto loquitur.

COLLIBERTI, (συναπελεύθεροι) dicuntur, qui ab eodē domino, cuius ſerui fuerunt, libertate donati ſunt. Plau. in Pœn. Quin hercle collibertus meus faxo eris. Pau. in l. duo. §. duo. ff. pro ſocio. Duo colliberti ſocietatē coierunt, &c.

COLLIBERTI, uel Collubet, (συνδοκεῖ) in tertijs tantum perſonis, idem eſt quod Libet, aut placet. Salluſt. in Cic. An non ita à pueritia uixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Hor. 1. Ser. Si collibuiſſet, ab ouo Vſq; ad mala citaret, Io. Bacche. Cic. ad Craſſum libro 15. Vt ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurat.

COLLICIÆ, interprete Feſto tegulæ ſunt, per quas aqua, in uas deſſluere poteſt. Solent & in agris humidioribus colliciæ conſtitui, per quas aqua in foſſas eliceretur. Pli. li. 18. ca. 19. In uſu eſt, & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant. Col. Colloquias uocat, libr. 2. ca. 8. Sed quamuis (inquit) tempeſtiuè ſementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebrosq; ſulcos aquarios: quos nonnulli Elices uocāt, faciamus, & omnem humorem in colloquias, atque inde extra ſegetes deriuemus.

COLLICVLVS, per duplex ll, {*Collina picciola*} (λόφος, γεώλοφον) ſignificat paruum collem. Apul. libr. 1. Flor. Colliculus ſepimine conſecratus.

COLLIDO, is, pen. pro. {*Percuotere inſieme*} (συμβάλλω, συντρίβω, συγκρούω) ſimul percutio. Cice. 3. de Nat. Deo. Humor ita mollis eſt ut facile premi collidiq; poſſit. Lactantius de Ira: Duris ſimul rigoris materiæ ſi ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur. Hinc Colliſio, quæ eſt duorum, aut plurium corporum mutua confricatio, πρόσκρουσις, συγκρουσμός, σύγκρουσις. Colliſus huius colliſus, Idem. Pli. lib. 9. capi. 35. Ceu ſono quoq; & colliſu ipſo margaritarum.

COLLIGO, is, pen. cor. {*Cogliere, ridurre ad uno. Pet. Non potrei coglier mai ramo ne foglia*} (συγκομίζομαι, συναγείρω, συλλέγω) in unum redigo, Verg. 5. Aen. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Quandoq; autem, Lucilius: Ruis huc, & colligis omnia furtim. Quandoque lego, decerpo. Vergi. in Roſis. Collige uirgo roſas. Cùm uerò dicimus: Colligo me, collige te, tunc pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum recipere ponitur, ἀναλαμβάνειν, ἀναζωπυρεῖν. Cic. 2. de Ora. Craſſus colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanū contulit. Idem 4. Tuſc. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſus in ſuum locum congerere? Quòd ſi alium caſum addamus, ut, Collegit ſe in arma: idem eſt, quod parauit, muniuitq;, ἀνέλαβε. Collegit ſe in iram, id eſt, excitat. Ver. 12. Aen. Subſtitit Aeneas, et ſe collegit in arma. Collectio, onis, uerbale συλλογή, συγκομιδή. Cic. pro Pomp. Vt eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam, ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Pli. lib. 20. cap. 8. In cibo ſumptum, & illitum collectiones, ſuccusq; decocti uentris ſoluit. Collectiuus, a, um, quod colligit. Quin. lib. 7. ca. 2. Ratiocinatiua atq; collectiua quæſtio oritur.

COLLIGERE rationem, (λογίζεσθαι) dicitur rectè computare, ità ut quæ colligenda ſunt, colligantur: & quæ deducenda, hoc eſt, detrahenda, detrahantur.

COLLIGO, as, {*Legare ad uno*} (συνδέω) pen. cor. ſimul ligo. Teren. Eun. Colligauit primum eum miſeris modis. Cic. pro Rabir. perduel. I lictor, colliga manus. Colligare ſeu cum alijs per tranſlationem. Cic. ad Pætum, lib. 9. Quid faciat tamen non habet, ita ſe cum multis colligauit. Id eſt, impediuit, & irretiuit. Cic. in Ora. Annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligauit. Id eſt, complexus eſt. Colligatio uerbale, σύνδεσμος. Cic. 1. de Ora. Qui colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo, &c. Colligatum, ſubſtantiuum: ut, omne colligatum ſolui poteſt, Cic. de Vniuerſ.

COLLIMARE, {*Trarre à mira*} (στοχάζεσθαι, ἐπιστοχεῖν) oculorum proprium eſt, cùm eos in angulum retorquentes, obliquè aliquid aſpicimus, penitusq; in rē aliquam defigimus: quemadmodum ſagittarij ſolent, cùm aliquid ſibi ad ictum deſignant. Plau. Collimatis oculis ad umbram meam. Cic. lib 2. de Diuinatione uidetur poſuiſſe pro eo quod eſt ſignū oculis deſtinatum ferire. Quis eſt (inquit) qui totum diem iaculans, nō aliquando collimet. Quanquam non deſunt, qui Collineet, ibi malint legere. q̄ Collimet.

COLLINA PORTA, Romæ in colle Quirinali ſita: unde & nomen accepit. Ouid. Templa frequentari Collinæ proxima portæ Nunc decet: à Siculo nomina rege tenent: Eadem nunc Salaria uocatur: quod nomen quoq; uia eſt, in quam exit. Cornel. Tacitus: Tertium agmen per Salariam Collinę portæ appropinquabat. per eam ſalem Sabini deferebant, ideo Salaria uocitata.

COLLINEO, as, (στοχάζω, ἐπιστοχεῖν) ad rectam lineam dirigo, oculos in ſcopum intendo, & nonnunquam rem deſignatam iaculo contingo. Cic. 3. de Fini. ut ſi cui ſit propoſitum collineare haſtam aliquò, aut ſagittam. Idem 1. de Diuinatione: Quis eſt enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet. Quā lectionem eruditis magis uideo probari, q̄ quæ uulgatis editionibus occurrit, Collimet.

COLLIQVESCO, ſcis {*Diuenir liquido*} (συντήκομαι) idem quod liqueſco. Col. lib. 12. cap 22. Vſq; eo, dum ea quæ addideris, in pice colliqueſcant. Colliqueſcere, συντήκω. Cicer pro Cluent. in pane datum uenenum facilius ne potuit, quam in poculo? latentius potuit additum in aliqua parte panis, q̄ ſi totum colliquefactum in potione eſſet.

COLLIQVIÆ, arum, Vide Colliciæ.

COLLIS, per duplex ll, {*Colle, collina, monticello,*} (βουνός, λόφος) minor mōs à colendo dictus. Varro: Quod primùm ex agro fructus capiebant, Campus dictus eſt: poſteà q̄ ſuperiora loca colere cœperunt, à colēdo colles appellauerunt. Cic. 5. Ver. Quos ego campos antea, collesq; nitidiſſimos uiridiſſimosq; uidiſſem. Colles Romę ſeptem fuerunt: unde & ſepticollis dicta eſt. Palatinus ſcilicet. Quirinalis, Auentinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, ſiue Capitolinus. Colles item dicuntur dorſi eminentiæ utrinq; a ſpina) quæ in medio depreſſa, quandam ualleculæ ſpeciem referre uidetur) colliculorū modo extantes. Collinus, a, um, pen pro. ut, Collina uinea, quæ in colle plantata eſt. Colu. libr. 21. Eius defruti ſextarius in duas urnas muſti adijcitur, ſi muſtum ex uineis collinis eſt: ſed ſi ex cāpeſtribus, &c. Collina uina in collibus nata. Collina aqua. Colum. lib. 1. ca. 5. Tertia putealis uel collina, uel quæ non infima ualle reperitur.

COLLOCO, as are {*Collocare, riponere. Pet. Me riponete oue'l piacer ſi ſerba*} (τίθημι) pono. Cic. 7. Ver. Vbi iſte per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ collocarat. Idem 1. Offic. Quamobrem melius apud bonos, q̄ apud fortunatos, beneficium collocari puto. Collocatio uerb. θέσις, τάξις. Cic. 3. de Oratore. Sequitur continuatio uerborum, quæ duas res maximè collocationē primū, deinde

deinde modum quendam, formamq́ꝫ deſiderat.

COLLOCVPLETO, as, are, {*Arricchire*} (πλουτίζω) idem quod ſimplex locupleto. Terent. Heaut. Dum propter te errans patria careo demens ut interea loci Collocupletaſti te Antiphila. Ad Heren. lib. 2. Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa.

COLLOOIS inſula eſt Sardiniæ adiacens, de qua Pli. lib. 3. cap. 7.

COLLOQVIVM, & **COLLOCVTIO**, {*Ragionamento*} uide Colloquor.

COLLOQVOR, eris, colloq. *Ragionare, parlare. Pet. Di lor obietto ragionar inſieme*} (συνομιλεῖν) ſimul loqui. Cic. 1. de Oratore: Hoc uno præſtamus uel maximè feris, q colloquimur inter nos, et q exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Collocutio, uerbale. Cic. 1. Tuſcu. Nec uerò id collocutio hominum, aut conſenſus efficit. Colloquium, quij, idem quod collocutio. Cice. 2. Philipp. Amicorum abſentium colloquia, epiſtolæ.

COLLVCEO, ces, cere, {*Lucere, riſplendere*} (φέγγω, λάμπω, φαίνω) idem quod ſimplex luceo. Verg. 5. Aen. Quę iam infœlicis Eliſæ Collucent flammis. Cic. 2. de Nat. Deo. Nam ſolis calor & candor illuſtrior eſt, q̃ ullius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longè lateq́ꝫ colluceat.

COLLVCO, as, pen. pro. {*Sboſcare, tagliare rami di ſelua ombroſa*} (κλαδεύειν, κλαδοτομεῖν) apud Catonem ſignificat profanæ ſyluæ ramos decido officientes lumini. Col. lib. 2. cap. 22. Neq; arborem ferijs collucare permittitur.

COLLVCTOR, aris, (συμπαλαίω) ſimul luctor. Pli. lib. 27. capi. 2. Cum eo ſolo colluctatur, uelut pari intus inuento. Colluctatio, uerbale. Col. lib. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

COLLVDO, dis, dere, {*Scherzare, burlare. Dan. Che ſempre à guiſa di fanciullo ſcherza*} (συμπαίζειν) ſimul ludere. Cic. 4. Ver. Niſi tecum colluſiſſet, et tuę potius exiſtimationi ſeruiſſet q̃ ſuæ. Verg. 1. Geor. Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas. Hinc Colluſor oris, qui unà cum altero ludit. Cice. 2. Phil. Licinium Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuum reſtituit. Colludere apud Iureconſultos dicuntur inter ſe litigantes, cùm actor et reus litem inter ſe ſimulant, alterq; ſe patitur ſuperari, ut tertio cuipiam præiudicium afferatur: uel cum alter ex procuratoribus cauſam domini prodit, & cùm uincere poſſet, patitur tamen ſeſe condemnari. Vlp. l. Et eleganter. ff. de Dolo malo. Si dolo malo procurator paſſus ſit aduerſarium meum, ita ut abſolueretur: pro actionē de dolo non competere, ſi paratus ſit reus transferre iudicium in ſe ſub exceptione hac, Si colluſum ſit. A Colludo fit uerbale Colluſio, onis, colludendi actus. Cice. 5. Ver. Cùm uerò uerbo iudicium ſit in edicto, re quidem uera tuorum comitum hominum nequiſſimorum colluſio cum Decumanis ſocijs tuis, atque adeo procuratoribus: tamē audes illius iudicij mētionem facere? Colluſor, oris, (συμπαίκτωρ) qui cum altero ludit. Cice. 2. Phi. Hunc tu compranſoribus tuis, & colluſoribus diuidebas. Colluſoriè, aduerbium. Vlp. l. ſi ſeruus plurimum. ff. de leg. j. Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit non agentem cauſam, uel colluſoriè agentem, nihil hic nocebit legatarijs.

COLLVM. per duplex ll. {*Collo. Pet. Cinto di ferr' i pie le braccia'l collo*} (τράχηλος, δειρή) pars corporis caput ſuſtentans: à Colo, is, qui hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit. Cic. 5. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus ſuis locis. Legitur & Collus apud Plau. in Captiuis: Collus collaria caret. Collum obſtrictū, (τράχηλος παρεσφιγμένος) ſeu collum obtortum, uerbum eſt iuris: nam in ius collo conſtricto rei trahebantur. Plau. in Curc. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Hieronym. Obtorto collo me in ius trahit.

COLLVO, is, {*Lauare*} (νίζω) idem eſt quod lauo: ut, Colluere os, Colluere dentes dicimus, & Colluere guttur apud Perſium. Item colluere amphoram, apud Catonem de Re ruſt. cap. 88. Amphoram defricato, colluitoq́ꝫ: puram impleto aqua pura. Plin. lib. 20. cap. 6. Vel ſi decocta aqua colluantur.

COLLVSTRO, as, are. {*Guardare intorno*} (περισκοπῶ) circunſpicio. Verg. 3. Aene. Omnia colluſtrans, hanc primùm in littore claſſem Conſpexi uenientē. Cice. 5. Tuſcu. Ego autem cùm omnia colluſtrarem oculis, animaduerti columellam, &c. Idem in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

COLLVTVLO, pe. co. {*Sporcare*} (πηλόω) fœdo, dedecoro. Pla. in Tri. Hęc famigeratio te honeſtet, & me collutulet, ſi ſine dote duxeris.

COLLVVIARIA, orum, (ὀχεταί) dicta ſunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies, & immundicię eiectantur. Vitruuius lib. 8. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ ſpiritus relaxetur.

COLLVVIARIS, porcus dicitur, qui in colluuie nutritur, cibo permiſto. Feſtus.

COLLVVIES, ei, (συγχλύς) fœmin. generis ſordes, aut immunditiæ, quæ ex concurſu alicuius rei contrahuntur. Plin. libro 24. cap. 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiem potui ſi, uel ex lacte & uino. Colluuies per translationem apud Cic. ad Atticum libr. 9. Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, q̃ cum hoc in ea, quę perſpicitur futura, colluuie regnare. Colluuio, onis, idem. Cic. pro Seſtio: Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluuione natus. Liui. libro 3. Ne cui in colluuione rerum contumeliæ maieſtatem ſuam offerent.

COLLYBISTES, æ, ſiue Collybiſta, {*Banchieri*} (κολλυβιστής) nummularius, qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit.

COLLYBVS, bi, pen. cor. {*Il cambio, perdita de gl'aggi*} (κόλλυβος) id detrimentum pecunię eſt, quod in ratiocinijs Emptionem aiunt appellant, & uulgo Cambium dicitur, cùm pecunia ad cæteras nationes exportanda eſt, & apud illas multis alijs ſpeciebus cōmutanda. Vt ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecunię abrogata et antiquata, aut quouis modo repudiata in una prouincia, alio quo genere permutanda ſint rato, receptoq́ꝫ, & promulgato in ea prouincia: id idem, quod ex ſumma apud nummularium deciditur, et ueluti deperit, Collybus uerbo Gręco appellatur. Cice. 5. Ver. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebāt: primùm pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia Iudices non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt uocabula. Nā collybus eſſe qui poteſt, cùm utātur omnes uno genere nummorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quaſi intertrimentum. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγή, id eſt, pecunię permutatio. Hactenus Budæus Pandec. Cic. ad Att. De Cœlio uide quæſo ne qua lacuna ſit in auro: ego iſta non noui: ſed certè in collybo eſt detrimenti ſatis, &c.

COLLYRA, {*La Torta*} (κολλύρα) pe. co. panis triangulus & modicus, quē Itali Tortam uocant. Pla. in Perſa: Cœl. lib. 2. capi. 30.

COLLYRIVM, (κολλύριον) medicamentum oculorum. Horat. 1. Serm. Sat. 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Celſus lib. 5. Nec ignoro multis placuiſſe linamentum in modum collyrij compoſitum, tractum melle demitti. Non tamen ſolis oculis collyrium adhibetur, ſed aluo quoq; ſubijcitur in cura equorum & boum, ut auctor eſt Colu. qui lib. 6. cap. 6. ſcripſit: Salis ſextans, cum decem cæpis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittitur aluo, atque ita citatus, bos agetur. Hoc etiam nomine peculiariter uocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuerſum ab aſtio Samio, propterea q pręcipuus eius uſus ſit in collyrijs. Vide Dioſc. libro 5.

COLO, as, {*Colare. Boc. Niun uecchio bauoſo à cui colino gl'occhi*} (ἠθέω) pen. pro. Manilius. Et colare uagos inductis retibus amnes. Eſt autem Colare paulatim liquorem aliquem, ſtillatimq́ꝫ emittere, uel rem aliquam per colum purgare. Apul. lib. Flo. de gymnoſophiſtis: Non illi norunt aruū colere, uel aurum colare, uel equum domare. Vnde & Cola, (ἠθμοί) dicta, per quæ liquor emittitur. Verg. in Geor. Colaq; prelorum fumoſis diripe tectis. Inde compoſita Percolo, (διηθέω) Excolo, ὑπεξηθέω. Col. lib. 8. Nam maximè refert primo quoq; tempore ferrum percolari.

COLO, is, colui, cultum, {*Adorare, riuerire, amare, con honore, lauorare, habitare. Pe. O fidanza gentil che in Dio ben cole*} (σέβομαι, λατρεύω, τημάω) adoro, ueneror. Vergi. libr. 9. Summe deum ſancti cuſtos Soractis Apollo. Quem colimus. Hinc Cultus & Cultura, quam Græci λατρείαν uocant. Colimus item pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficijs, hoc eſt, proſequimur amore, officio, & ſimilibus. Plau. Ciſt. Quia me colitis, et magnifacitis. Terent. Adel. Et nos coluit maximè. Item Colere, exercere, ἀσκεῖν, ἐκπονεῖν. Liui. lib. 1. Abi, nuntia Romanis, cœleſtes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum ſit, proinde rem militarem colant. Idem habitare, νέμεσθαι, οἰκεῖν. Ver. 2. Ecl. Pallas, quas condidit arces ipſa colat. Vnde & Cœlicolas dicimus, q cœlum colant. i. habitent, tanquam quidam cœli coloni. Item diligere. Terent. in Heaut. Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt. Itē ducere, διάγειν. Verg. lib. 3. Georg. Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini. Item arare, ſeu quoquo modo terras aptare, γεωργεῖν. Colu. lib. 1. Nam ubi ſedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus: de quibus ſuis locis. Item ornare, καλλωπίζειν. Plau. Quin tu te colis anteq̃ exeas domum. Cicer. Erat enim non tam grauis q̃ elegans & faceta, & culta oratio. Hinc cultus corporis, καλλωπισμὸς dicitur ornatus: de quo infrà in dictione Cultus. Cultum, ti, ſubſtantiuum. ut, Pinguia culta, Claudianus in laude Serenæ. Cultor, oris, uerbale. Liu. 4. ab urb. Famem cultoribus agrorum timentes. Cic. 2. de Natu. Deo. Quid tam de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terræ conſtituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Cultrix, uerbale fœmininum. Cice. 5. de Finib. Eorumq; augendorum & alendorum quandā cultricē eſſe, quæ ſit ſcientia, &c. Cultura, ræ, unde infra ſuo loco: Cultio, onis, idem quod cultus. Cic. 5. Ver. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris? A colo fiunt compoſita, Accolo, Circumcolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, penult. correp.

COLOBIVM, (κολόβιον) genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur: ſic dictum q ſine manicis eſſet ac mutilatum. Nam κολοβὸν breue, mutilatum, truncum ſignificat. Hæc & Catacliſta ueſtis dicitur.

COLOBAMATA, (κολοβώματα) aurium, narium, uel labrorum decurtationes naturales, cùm. ſ. iuſto breuiores ſunt, aut aliqua illis particula deeſt. Celſus lib. 7. cap. 9. Curta appellet.

COLOBOTÆ, (κολοβωταί) uerborum decurtatores, quorum. ſ. in ſermone extremæ ſyllabæ audiri non poſſunt. uerùm eas quodammodo deuorant, degluntiuntq́ꝫ. A uerbo Græco κολοβῶ, quod eſt, abbreuio, decurto.

COLOBONA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Hiſpalenſi: cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 1.

COLOCASIA, (κολοκασία) faba Aegyptia, latiſſima habens folia, ex quibus Alexandrini ſibi pocula conficere ſolebant. Palla. Hoc menſe colocaſiæ bulbos ponimus: Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè ſemper poſſunt, ſi tanquam citrea tegumentis defrudantur à frigore. Colocaſium neutro genere dixit Verg. in Pollione: Miſtaq; ridenti colocaſia fundit acantho. Vide ſuprà in dictione Cibotium.

COLOCYNTHIS, idis, (κολοκυνθίς) ſylueſtris cucurbitæ genus eſt, ſatiua minus, mediocris pilæ magnitudinis fructum ferens, purgationibus alui accommodatum. Vide Pli. lib. 20. cap. 3. Vulgus herbariorum Coloquintam uocat.

COLOMESTRVM, Romani appellauerunt ſecundam aconiti ſpeciem, teſte Dioſco. quam idem & Cinoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominauit.

COLON, (κῶλον) pen. pro. eſt craſſius inteſtinum, tabulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, qua egerunt, plurimas cellulas atque cauernas habēs, ad renem ſiniſtrum religatum. Gel. li. 17. ca. 11. aluum uocat: Ac deinde, inquit ardiora ex ijs incrementa in aluum conuenire, quod Græce κῶλον dicitur. Celſus libr. 1. cap. 8. Laxius inteſtinum, uertit: Et ſi, inquit laxius inteſtinum dolere conſueuit, quod κῶλον nominant, cùm id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt, ut, concoquat aliquis, ut lectione & alijs generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoq; et potionibus calidis: denique omni modo frigus uitet: itemq́ꝫ dulcia omnia, leguminaq́ꝫ, et quicquid inflare conſueuit. Eſt autē Colon, quintum in ordine inteſtinorum, medium inter Cęcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris caua obrepit, ubi folliculi bilis attingens, illiq; nonnunquam annexum, amatorem coloremq́ꝫ luteum contrahit: indeq; paulùm exurgens, uentriculi fundo infernitur: & rurſus ad ſiniſtrum hypochondria cōtendēs lieni accumbit: poſt hæc in poſteriora demergitur, cohęretq́ꝫ reni ſiniſtro: a quo demum laxius apud coxam ſiniſtram emittit. Serenus dictionis huius priorem ſyllabam cōtra artem corripuit, cùm ait: Cùm colon inuiſum morbi genus intima carpit, Mande galeritam uolucrem, quam nocuinę dicūt, Aut pani-

di leporis madefacta coagula pota. Niſi quis forte Colum. ibi malit legere, Latina terminatione, ut poſterior ſyllaba per ellipſim abſumatur. Eſt item Colon Græcis, quod Latinè Membrum uocamus: unde per translationem etiā membra orationis Cola nuncupantur, quod ex iis, ueluti membris, conſtet periodus. Cicero de Clar. Orato. Comprehenſio & ambitus ille uerborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci uocant diſpertiebat orationem libentius. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod unimembre eſt, hoc eſt, ſimplex & ex uno tantum carminis genere conſtans: Dicolon, hoc eſt, bimēbre, quod ex duobus uerſuum generibus conſtat, & ſic de aliis. A' Colon Colicus, a, um: ut Colicos dolor, qui in colo generatur, & Colicus homo. Pli. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos cenſet: Pliſtonicus, & colicis. Colicon medicamentum ad dolorem inteſtini plenioris. Celſus lib. 1. cap. 14.

COLONÆ, Troadis locus eſt, non procul a Lampſaco, Mileſiorum colonia. Sunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Helleſponti, ſtadiis centum & quadraginta ab Ilio diſtantes. Meminit utriuſque loci Strabo libro 13.

COLONIA AGRIPPINENSIS, Vbiorum ciuitas potentiſſima, cis Rhenum fluuium ſita, ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quę ut ſociis quoque nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, coloniam ex ueteranis deduci imperauit. Auctor Tacitus Annal. libr. 12.

COLONIA, {*Colonia, habitatione*}(ἀποικία) gens ad habitandum aliquam terram miſſa: ab incolendo, hoc eſt, inhabitando terram dicta. Cęſar 8. Bel. Gal. in togatam Galliam mittit ad colonias ciuium Romanorum tuendas. Cice. de lege Agr. contra Rullum: Hoc in genere, ſicut in cæteris Reipub. partibus, eſt operæ pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii eſſe uiderentur. Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ ſunt, aliæ ex utriſque conflatæ. nonnullæ ex peditibus uel equitibus, cum in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſa mitterentur. Bononia Latina colonia eſt, Mutina & Parma Rom. ciuium. Erat & aliud genus coloniarū, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut poſſent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ: id eſt, ut ius petendi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur.

Coloniarum autem huiuſmodi ratio erat. Cūm in urbe Roma multos ex ueteribus nouiſq; incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuiri à Senatu creabantur, qui locis primum conſideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum conſtitui, noua edicta proponebant, danda eſſe nomina ab illis, qui nouam coloniam deduci uellent: ſicq; urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratia datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor ſex, aut ſeptem agri iugera, et quandoque plura. Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paul. Seruus qui coloniæ aſcriptus eſt, ad periculū coloni pertinebit. Græcè ἐργαζομένη γῆ. Plaut. in Pſeud. Det nomen ad molariam coloniam.

COLONICVS, a, um, (γεωργικός) quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. Var. Atque etiam leges colonicas tollis. Colonicum pecus, dicitur hirſutum, cum molle dicatur tectum. Plin. libr. 8. capit. 47. Ouium ſumma genera duo tectum & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuis delicatius: quippe cum tectum rubis ueſcatur. Cohortes colonicæ. Cæſar: Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, cum eo caſu ueniſſet, tuendi cauſa apud ſe retinent. Decuriones colonici. Suet. in Auguſto: Excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus urbicis Decuriones colonici in ſua quiſq; colonia ferrent.

COLONVS, m, {*Contadino, habitatore. Pet. M'ben ſirto habitator d'ombroſo boſco*}(ἄποικος) à colendo, id eſt, habitādo, ſiue ab agrorum cultura, duo ſignificat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (ſic enim ciuitas dicebatur, quæ coloniam emittebat) in alium locū habitandi cauſa deducebantur: iiq; non propriis, ſed metropolitarum utebant legibus. Cic. 3. de Natu. deo. Quanquam Circen quoque coloni noſtri circeienſes religioſè colunt. Vergi. 1. Aenei. Vrbs antiqua fuit, Tirii tenuere coloni. Aſcribere colonos nouos, Cic. 2. Phil. Aſſignare agros donis, Cice. 1. de lege Agr. Deducere colonos, Cicero 2. de lege Agr. Quandoque uerò Coloni, agrorum cultores (γεωργοί) dicuntur. Cice. pro Cecin. Qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum. Verg. 1. Aene. Vt quamuis auido parerent arua colono. Colona, næ, dicitur coloni, hoc eſt, agricolæ uxor. Ouid. de Nuce: Et condit lectas parca colona nuces.

COLONIS, inſula eſt in ſinu Argolico, contra Hermonium agrum: cuius meminit Plin. libro 4. capi 12.

COLONOS, (κολωνός) agger fuit, ſiue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigraſſe: unde Sophocles tragędia de Oedipi calamitatibus conſcriptam, Oedipum Coloneum appellauit. Erat autem hic locus Neptuno ſacer, ubi etiam equeſtris ciui ſtatua fuit, quē admodum & Theſei, Pirithoi, Adraſti, & Oedipodis. In hoc aggere fuit et Timonis turris, qui à ſolitudine, hominūq; odio, μισάνθρωπος cognominatus eſt. Hęc Pauſanias in Atticis. Pollux uerò lib. 7. auctor eſt, duo huius nominis loca in Attica fuiſſe: alterum ἵππειον appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro iuxta Euryſacium ἀγοραῖον cognominatum.

COLONVS, a, um, (γεωργικός) adiectiuum, quod culturæ idoneum eſt. Cicer. 5. Philipp. Vt C. Panſa, A. Hirtius Conſules, alter, ambo'ue cognoſcerent, qui ager colonus eſſet.

COLOPENA, æ, (κολοπηνή) Cappadociæ pars eſt, Sebaſtiam, & Sebaſtopolin urbes habens. Vide Plin. lib. 6 cap. 3.

COLOPHON, pen. cor. (κολοφών) urbs eſt Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii nauales opes ſatis amplas habuere, & in equeſtribus certaminibus tantū excelluere, ut uictoriam ſibi certam pollicerētur, quibus Colophonius acceſſiſſet equitatus: Hinc factus eſt locus prouerbio, κολοφῶνα ἐπέθηκε, hoc eſt, Colophonem addidit, cūm ſumma operi manus imponebatur. Ex Colophone originem duxerunt Mimermnus tibicen, et poeta Elegiacus, Xenophanes Phyſicus, & Polymaſtus Muſicus: quibus nonnulli ipſum etiam adiiciunt Homerum. Verg. in Ciri: Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

COLOPHONIA, æ, (κολοφωνία) herba eſt, notiore nomine Scammonia appellata, ſuccum habens eiuſdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatiſſima aduehebatur. Vide Dioſ. lib. 4. cap. 152.

COLOPS, magnus, (κόλοψ ὁ μέγας) Ptolemæo, Zeugitanæ prouinciæ urbs, hodie Giger, regia ciuitas.

COLOR, oris, {*Colore. Pe. Che mi faret di ſuoi color dipento*}(χρῶμα) obiectū proprium uiſus, corpora omnia nobis conſpicua reddens. Cice. 2. de legibus. Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt, tum in cæteris, tum in maxime textili. Duo ſunt principales colores, Albus. i. Niger: alii non dicuntur colores, niſi per participationem. Colores item appellantur ipſa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiuſmodi ſunt cretula, purpuriſſum, cæruleum, auripigmentum, ceruſſa, ſinopis, & ſimilia. Plin. libr. 35. cap. 6. Sunt autē colores auſteri aut floridi: utrunq; natura aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, Armenium, cinnabaris, &c. Et paulo poſt, cap. 10. Sed & in officina imperitè multa diſſerenti ſilentium commeer ſuadebat, rideri eum dicens à pueris, qui colores tererent. Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta, id eſt, figuræ, quæ à Gręcis σχήματα dicuntur & τρόποι. Nam (ut ſcripſit Cicero) ſunt actori, ut pictori, colores ad narrandum. Cicero ad Atticum lib. 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, ſubito deformatum, non ſine magno dolore uidi. Hora. in Arte: Nec ſic enim tragico differre colori. Vt nihil interſit, Dauus'ne loquatur, an audax Pythias. Accipitur item Color pro uelamēto, ſuco ſiue prętextu, quo ueritas obſcuratur, aut culpa excuſatur. Iuuen. Saty. 6 Sed iacet in ſerui complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem, ſodes, dic Quintiliane colorem. Ab hoc nomine ſiunt compoſita, Cōcolor. (ὁμόχροος) eiuſdem coloris. Diſcolor, Verſicolor, (ποικιλόχροος) diuerſi coloris. Decolor, (κακόχροος) quod eſt colore uitiato, & habent pe. cor. Dicitur & Colos, ſicut Arbos, & lepos.

COLOBRASVS, nomen hæretici, qui uitam omnium hominum in ſeptem ſyderibus conſiſtere adfirmabat.

COLORIÆ, ueſtes, ſunt quæ ex lana non tincta, hoc eſt, natiuo colore factæ ſunt.

COLORO, ras, pen. pro. ({*Colorare, dar colore*} colorem induco (χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώννυμι) cuius contrarium eſt Decoloro. Cic. 1. de Nat. deo. Formare, fucare, colorare, animare nō poſſent. Decoloratur (κακοχροεῖ) id, cuius color uitiatur, non mutatur: ut eſt uidere in facie ægroti, quæ pallorem contrahit, aut liuorem: coloratur id, cuius alia fiunt, quàm ſit, facies. Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Maxim. lib 8. cap. 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. Coloratæ uuæ. Colum. lib. 11. cap. 2. Cum coloratas et perlucidas uuas animaduertiſſent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata Cicero de Claris Ora. Quòd non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio. Coloratus pro fucato. Seneca Epiſ. 16. Quæ ſcribit in de ueniant, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata. Coloratior. Plin. lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur, in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem. Colorius, a, um, adiectiuum: ut, Colorię ueſtes, quę ex lana nō tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt Valla lib. 6. cap. 53.

COLOS, (κῶλος) fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum et arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus pontum attrahens. Auctor Strabo lib. 7.

COLOSSÆ, arum, oppidum fuit Phrygiæ non procul à Laodicea, quod ſub Nerone teſte Oroſio cum Laodicea & Hierapoli terræmotu concidit. Meminit huius oppidi & Plin. libr. 5. cap. 32.

COLOSSVS, {*Coloſſo, ſtatua grande*}(κολοσσός) dicebatur ſtatua immodicę proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lyſippi diſcipulo ex ære, altitudine LXX. cubitorum. Vnde etiam inter ſeptem orbis miracula numeratur. A Coloſſus fit Coloſſeus adiectiuum, quod ſignificat altū, & ad coloſſi formam factum. Pli. li. 33. ca. 7. Nero princeps iuſſerat ſe coloſſeum pingi CXX. pedum in linteo. Pro eodem etiam legimus Coloſſicus. Plini. libro 34. cap. 8. Item duo ſigna, quæ Catulus in eadem æde poſuit, palliata: & alterum coloſſicum nudum.

COLOSSINVS COLOR, (κολοσσινὸν χρῶμα) à Coloſſe Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens, & purpurans. Vide Thyleſium in libello de coloribus.

COLOSTRVM, & Coloſtra, æ, {*Caſo di latte, fior di latte*}(πυετία) ſpōgioſa lactis denſitas à partu prima. Mart. lib. 13. Surripuit paſtor, quæ nondum ſtantibus hœdis, De primo matrū lacte coloſtra damus: Palladius: Coloſtrum uocant paſtores illud exiguum lactes, in quo eſt ſpiſſior natura. Eſt & Coloſtratio, morbus quo lactantes tentantur, ſi biduo a partu maternum lac guſtauerint denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt. Plini. libro 11. capi. 41. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe letale eſt, Genus mali uocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur.

COLOTES, nomen pictoris Teii, cuius meminit Quinti. libr. 2.

COLOTOS, (κωλώτης) uel Colotes (κολώτης) pe. p. Aſtibotch lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem uocant, Itali Tarantulam. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

COLOVS, (κολόη) lacus eſt Lidiæ, quadraginta ſtadiis à Sardibus diſtans, qui & Gygæus à Poetis nominatur: iuxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloenæ, ubi ſimiæ ſolennibus diebus ſaltare dicebantur. Vide Strabonem lib. 13.

COLPE, es, (κόλπη) Ioniæ ciuitas fuit, cuius meminit Plin. libr. 5. cap. 29.

COLPOS, (κόλπος) à rei anotomicæ peritis appellatur ea uberum pars quæ in ſe, tanquam in ſinu quodam lac continet, unde et nomen accepit. Nam κόλπον Græci ſinū uocant, hoc eſt, litoris obliquitatem, quibuſdam ueluti brachiis mare amplectentem. Vide Corn. libr. & cap. 4.

COLVBÆ, populi Plinio inter gentes Indicas numerantur libro 6. cap. 19.

COLVBER, pen. cor. {*Serpe, ſerpente, biſcia. Pet. Orſi, lupi, leoni aquile e ſerpi*}(ὄφις) ſerpens qui umbras nemorum incolit: Anguis & Hydrus, qui in aquis: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, templi: ſed ſæpe confunduntur. Pli. li. 32. ca. 5. Coluber eſt in aqua uiuens, huius adipem & fel habentes, &c. Ouidius 15. Metamorph. Niueiſq; frequens, Sinueſſa colubris. Hieronymus ad Preſſ. Coluber

ad

ad bibendum ueniens, in aqua uenenum deponit, ne cum uenenum aqua cōcretum occidat. Nudum hominem timet, ueſtitum perſequitur, caput tamen ſuum celat, ubi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpēs quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin uerò iterum percutiatur, cōfirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus uincitur. Igitur Ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, ut illę ſibi eſcam præbeant. Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucilio libr. 20. Saty. Iam diſrumpetur medius, iam ut Marſus colubras, Diſrumpit cantu uenas cùm extenderit omnes.

COLVBRARIA, inſula eſt in mari Liguſtico quæ à Græcis Ophiuſa uocatur. Vtrunque nomen ductum eſt à ſerpentum noxiorum multitudine, quibus tota inſula infeſtatur. Plin. lib. 3. cap 5. Ebuſi terra ſerpentes fugat: Colubrariæ parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus.

COLVM, pen. pro. {Colatoio}(ἠθμὸς) uas eſt ex uiminibus contextum, ad uinū colandum aptum. Verg. 2. Georg. Colaq; prelorum fumoſis diripe tectis. Colum niuarium, uas ex lapide ſpongioſo factū, ad colādas niues. Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tyberius princeps dicitur, cùm prius ignotus eſſet. Plin. lib. 26. capi. 1.

COLVMBAR, genus uinculi. Plaut. in Ruden. Illic in columbam credo leno uortitur: Nam in columbari collus haud multò pòſt erit.

COLVMBARIA, (quod hic pro inſulę nomine corruptè legebatur) uide Colubraria.

COLVMBARIS, re, adiectiuum, {Di colombo}(περιστερικὸς) idem quod columbinus: ut Columbare ſtercus, & Columbaris cella. Colum. lib. 9. Cæterùm cibos iuxta parietem conuenit ſpargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

COLVMBARIVM, rij, {Columbaia}(περιστερεὼν, περιστεροτροφεῖον) locus ubi habitant columbæ. Palla. Columbarium poteſt accipere ſublimis una turricula in prætorio conſtituta, læuigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamē Columbarium, loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. cap. 7. Singulis paribus columbaria ſiunt rotunda, in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeāt quo introire & exire poſſint. Colu. lib. & cap. 8. Paxillis actis tabulæ ſuperponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis ueſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

COLVMBARIVS, rij, {Chi ha cura de colombi}(περιστεροτρόφος,) qui columbas curat. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Ipſæ propter pullos, quos habent, uti que redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut ab accipitre interceptę, quos columbarij ſolent interficere.

COLVMBATIM, aduerbium, (περιστεροειδῶς) ad ſimilitudinem columbæ. Vnde, Columbatim oſcula iungere, frequens eſt apud Catullum.

COLVMBINVS, a, um, {Di colombo}(περιστεροειδὴς) quod eſt ex columbis. Plin. Columbinus ſimus in aqua decoctus. Columbinum ouum. Horat. 2. Serm. Saty. 4. Pulli columbini.

COLVMBVS, et Columba, {Colombo, colomba. Pe. Mi dara penna à guiſa di colombo}(περιστερὰ) auis nota. Ver. 2. Aen. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Varro lib. 3. cap. 7. duo facit columbarum genera, quæ in periſterotrophio eſſe ſolent: unum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes à colore Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſticæ uerò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel econtrario, naſcitur genus tertium columbarum: a noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorum generum commiſtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguūtur autem columbæ a palumbis, quòd hi feri, & maiores ſint, & in arboribus aut ſepibus nidificent: colūbæ minores, & manſuetiores, ut quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Sunt prę terea palumbes colūbis longe uiuaciores. Viuunt n. (ut quidam tradiderunt) in trigeſimum, & quadrageſimum annum, cùm columbarum uita octo ferè annorum ſpatio ſit concluſa. Vide Plin. libr. 10. cap. 34. & 35.

COLVMELLA, {Colonella} pen. pro. diminutiuum eſt a columna. Cicero 1. de Legib. Nam ſuper terrę tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus digitis altam. Eſt & cognomen Lucij Moderati, genere Gaditani qui de agricultura tam uerſu, quàm proſa elegantiſſimè ſcripſit. Appellatur præterea Columella a medicis quædam ueluti pellicula, in fine palati dependens, ut in hiante homine conſpicitur: quæ ſi inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella (κίων) ſi uerò rotundam, Vua (σταφυλὴ) appellatur.

COLVMELLARES, dentes, caninis proximi. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 7. Incipientes quartum agere annum, iidem eijciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt, & incipiunt naſci, quos uocant Columellares.

COLVMEN, pen. cor. (στῦλος, ἔρεισμα) a Columus, id eſt, Culmus, ſignificat culmen, uel columnam. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Quod habetur in turribus, ac columinibus uillæ. Per translationem accipitur pro ſuſtentatione, ornamento, & ſalute. Terent. in Phorm. Bone cuſtos ſalue, columen uerò noſtræ familiæ, Cui commendaui filium hinc abiens meum: Vbi Donat. Columen familiæ, ſuſtentatio, decus: unde Columnæ dictæ. Plaut. in Caſſ. Sed eccum egreditur ſenati columen, præſidium populi.

COLVMIS, me, et Incolumis, me, pen. cor. {Sano. ſaluo}(σῶος) ſanus, integer. Lib. 1. Herenn. Caſu, & fortuitò nauis in portum incolumis delata eſt. Hinc Columitas & Incolumitas, pro ſalute, σωτηρία. Idem Treb. Itaque ſi quis erit mihi aditus de tuis fortunis. i. de tua incolumitate qua ſunt omnia agenda. Et lib. 3. ad Herenn. Dicebat nullam utiliorem eſſe incolumitate.

COLVMNA REGIA, ciuitas in agro Brutio, ut eſt apud Pomponium libro 2. Hunc locum Græci στυλίδα uocant, id eſt, Columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit. Hodie à multis appellatur Stylaron.

COLVMNÆ, {Colonne pilaſtri. Pet. Dinanzi una colonna criſtallina,} dictæ ſunt, quòd culmina ſuſtineant. Pilaria uulgo a noſtris uocantur. Inter Columnas (κίονας) & Pilas (στήλας) hanc differentiā eſſe uolunt, quod columnæ uno ſcapo conſtant: id eſt, lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem ſtructura conſtant lapidea, aut cæmētitia, aut lateritia. Non raró tamen etiam ſtructiles columnas apud ueteres legimus. A' columna fit Intercolumnium (μεσοστύλιον) quod eſt ſpatium inter columnas. Lib. 4. ad Heren. Aedes, intercolumnium, angulū, fornicem. Columnarum tria ſunt genera: teretes, quadrangulæ, ſtriatæ. Quę ſuperponuntur columnis, Epiſtylia, hoc eſt, Capitella: quę ſupponūtur, Baſes, ſiue Spiræ dicuntur. Ipſum autem columnæ corpus Scapus uocatur, teſte Budęo. Antiqui, teſte Quintiliano, Columnā dicebant, detracta n, litera. pro Columna. Vnde per diminutionē Columella dicitur, pro Columnella. Cæſar 2. belli Ciuil. Primùm trabes in ſolo æquè longè, diſtantes inter ſe pedes quatuor collocātur: inq; eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c. Columnatus, adiectiuum, columna ſuſtentatus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt ultrà rotundus columnatus, ut eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas.

COLVMNÆ Herculis, {Colonne d'Hercole. Pet. Et Granata, & Marocco, & le colonne}(ἡρακλέος, στῆλαι) duæ eſſe perhibentur in occidente: quia ex oceano mare noſtrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam uocāt: alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe ſinxerunt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus geminas columnas uideri dicunt. Alij dicunt colūnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas profiſciſci ſolebant qui nauigationem abſoluiſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.

COLVMNATIO, (στήλωσις) columnarum extructio. Apul. lib. 3. Floridor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio? proſcenij contabulatio? ſcenæ columnatio?

COLVMVS, à ueteribus dicebatur, qui nunc Culmus.

COLVRNVS, a, um, dicitur, quod eſt ex materia coryli, teſte Seruio in illud Vergilij: Pinguiaq; in ueribus torrebimus exta colurnis. Feſtus tamen a corno arbore deduci ait, his uerbis: Columna haſtilia, ex corno arbore facta potius, quam ex corylo.

COLVRI, duo ſunt circuli in ſphæra, ſeſe mutuò ad angulos rectos ſphęrales diſpeſcentes circa polos mundi, Zodiacumq; ità interſecantes, ut unus eorum per principia Arietis & libræ feratur, alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta ſui conuerſione. quippe Græci κόλουρον imperfectum uocāt: Nunquam enim integri apparent: nam pars in Antarcticum uergens, noſtris ſe non ingerit obtutibus. Boet. de Arith. lib. 2. & Macrob. in Somnium Scipion. Colura quoq; animalia ſunt caudam non habentia, uel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificijs non offerebantur.

COLVS, li, maſculini generis, tormenti genus, quod fit ex corio: ſicut ſcribit Feſtus.

COLVS, li, {Rocca da filare, conocchia. Dant. L'una trahendo à la rocca la chioma}(ἠλακάτη, ἀτρακτυλὶς) fœminini generis, tam quartæ, quàm ſecundæ declinationis, inſtrumentum quod penſa continet, a quo fuſo fila ducūtur, habetq; penul. correp. Ouidius lib. 4. Metamorph. Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis. Cice. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea, Quando ad me uenis cum tua colu, & lana?

COLVTEA, (κολουτέα Theophraſto) arbor ſylueſtris apud Theophraſtum. 3. de plantis, fructum ferens in ſiliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri magni ætate haud temere alibi, quam in Lipara inſula, naſcebatur: hodie etiam in Gallia paſſim prouenit. Baguenaudæ nomine uulgò nota. Vide Ruellium libro 1. cap. 70. Coluteum autem neutro genere, Plautus in Perſa uidetur appellaſſe quoddam mali genus. Commiſce (inquit) mulſum: ſtruthea, coluteaq; appara.

COLYCÆ, arum, ſpecus quædam, in quibus aphronitum inuenitur, teſte Plinio libr. 31. cap. 10.

COLYMBADES, (κολυμβάδες) uocabantur oliuæ quædam conditiuæ, (ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod natare eſt: propterea quòd propter ſuam leuitatem ſalſilagini innatabant. Pli. lib. 23. cap. 3. Colymbades ſordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. Qua autem conditura ratione hoc oliuæ genus ſoleat parari uide apud Ruellium libr. 1. cap. 104.

COMA, æ, {Chioma, zazzera. Pet. Il ſucceſſor di Carlo che la chioma}(κόμη) capillus, interprete Feſto, aliqua cum cura compoſitus: ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν, hoc eſt, ab ornando dictus: unde & Comere Latini deduxerunt. Cic. 3. Tuſculan. Scindens dolore identidem intonſam comam. Ouid. 2. Metamorp. Permulcetq; comas, chlamydemq; ut pendeat aptè Collocat. Coma metaphoricωs etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Vergilius. 4. Geor. Ille comam mollis iam tum tondebat achanti. Comans, comātis, participium ſine uerbo: qui longiorem habet comam. Verg. 2. Aeneid. Sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; inſigne decorum Induitur. Equorum colla comantia, apud Verg. 12. Aeneid.

COMA, atis, (κῶμα) morbus grauem ac diuturnum inducens ſomnū, quem Latini Veternum interpretātur. Eſt & altera Comatis ſpecies, quem Vigilantem ſoporem nonnulli appellant, cùm neque lumina, urgente ſomno, attollere, neque tranquillè dormire poſſumus, alijs atq; alijs imaginationibus ſomni tranquillitatem identidem interpellantibus. Auctor Galenus in eo Commentario, quem de Comate nominatim inſcripſit.

COMAGENE, herbæ nomen, de qua in dictione Comagena.

COMAGENA, pen. pro. (κομμαγηνὴ) pars Syriæ, ſupra Ciliciam in ortum ſita, trans Amanum montem, excurrens uſque in Meſopotamiam, a qua Euphrate fluuio dirimitur. Hinc Comagenum medicamentum dictum eſt, quod fiebat ex adipe anſerino, in uaſe ęreo cum cinnamo multa niue obruto, addita etiā herba quæ Comagena appellabatur. Plin. libro 10. cap. 22. Reperit Syriæ pars, quæ Comagene uocatur, adipem anſerum in uaſe æreo cum cinnamo multa niue obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad uſum præclari medicaminis, quod a gente dicitur Comagenum. Idem libro 29. cap. 4. Fit ex anſerum adipe medicamentum in Comagenæ Syriæ parte, cum cinnamo, caſia, pipere albo, herba quæ Comagene uocatur, obrutis uaſis niue, odore iucundo, &c. Comagenus, a, um, Iuuenal. Satyr. 6. Spondet amatorem tenerum, uel diuitis orbi Teſtamentum ingens, calidæ pulmone columbæ Tractatu, Armenius uel Comagenus aruſpex.

COMANA, orum, ciuitas eſt in conuallibus Antitauri montis, inſigni Bellonę fano celebris. Inde Comani dicūtur ſacri ſerui Bellonę, quorum Strabo ſua gta-

te ſupra ſex millia fuiſſe tradit, qui omnes ſacerdotis imperio patebant, & ſtatis quibuſdam Bellonæ feſtis ſeſe mutuis laniabant uulneribus. Fuerunt et Comana Pontica eidem Deæ conſecrata, ſani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ ſumpto, in quo etiam ſimili ritu Bellonæ ſacra fiebant. Vtriuſq; auctor eſt Strabo libro 12.

COMAROS, (κόμαρος) arbuti genus eſt, cuius etiam pomũ Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plinius libro 15. cap. 24. Duobus unedonem nominibus appellant Græci, Comarõn & Mecylon. Ex quo apparet, totidem eſſe genera & apud nos.

COMARI, populi inter Scythas, ad Caſpium mare incolentes. quorum meminit Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Aſię.

COMARVS, ri, (κόμαρος) portus ad ſinum Ambracium, iuxta Nicopolim, iſthmum ſtadiorum ſexaginta efficiens. Auctor Strabo libro 7.

COMATVS, a, um, participium ſine uerbo, {*Quello che ha la chioma longa.*} (κομήτης) qui longiorem habet comam. Martia lib. 1. Caluus cùm fueris, eris comatus. Sylus comata. Catul. Epigram. 4. Vnde

COMATA Gallia, uno nomine appellata eſt omnis Gallia Tranſalpina, à ſtudio nutriendæ comæ: ſicut Narbonenſis, Gallia Brachata dicta eſt, à Brachis ueſtimenti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Pli. lib. 4. cap. 17. Galliam Comatam in tres partes diuidit, amnibus diſtinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam. Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunenſem Galliam appellat. Inde ad Pyrenęi mõtis excurſum Aquitaniam uocat. Ex hac deſcriptione ſatis conſtat Galliam omnem quæ à Cæſare deſcribitur, uno nomine uocari Galliam Comatam, excepta fortaſſis Romanorum prouincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

COMATVLVS, pen. cor. diminutiuum à comatus. Vnde Hieronymus Comatulos pueros dixit.

COMOSVS, a, um, adiectiuum, à coma, (κομώδης) Plin. lib. 16. cap 6. Hemeris uocatur, breuior, & in orbem comoſa. Idem lib. 29. ca. 6. Comoſiſſimum ex omnibus maximè cauliculis.

COMBE, es, (κόμβη) Aſopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam traditur inueniſſe: unde & Chalcis eſt cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ouidij 7. Metamorph. Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis Ophius effugit natorum uulnera Combe.

COMBENNONES, interprete Feſto, dicti ſunt in eadem benna ſedentes. Benna autem uehiculi genus fuit, Gallis præcipuè uſitatum.

COMBIBO, bis, {*Beuere in compagnia*} (συμπίνω) ſimul bibo, compoto. Oui. Epiſt. 11. Et cogor lacrymas combibere ipſa meas. Combibere artes, per trãſlationem. Cicer. 3. de Finib. Sed tamen inſici debet his artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior. Combibo, combibonis, maſculini gene. (συμπότης) compotor. Cic. Pæto, lib. 9. In his contiuuerſus quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

COMBINO, as, pen. prod (συνδυάζειν) coniungo, conglutino. Hinc Combinatio, quam Græci ἐπιζεύξιν uocant, cùm in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur. Verg. 9. Aene. Me me adſum qui feci.

COMBRETVM, herba eſt baccari ſimilis, ſed procerior, foliorum exilitate uſque in fila extenuata. Auctor eſt Plin. libr. 21. cap. 6.

COMBVRO, is, pen pro. ex con, & uro, b interpoſita, {*Abbruſciare, conſumare, Dant. Ma perche mi ſarei bruſciato & cotto*} (κατακαίω, πυρπολέω.) ſimul cũ aliis uro: uel, ut ſuum ſimplex, uro, cremo, exuro. Cic. pro Clu. Puer ante noctem mortuus, & poſtridie antequàm luceret combuſtus eſt. Et per tranſlationem. Plau. Mil. Nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

COME, (τραγοπώγων) herba eſt, quam Barbam hircinam uocant: à comæ ſimilitudine, quod folia in circuitu ſpargat. Plinius libro 21. capi. 15. Et lib. 17. cap. 13.

COMEDIM, pro Comedam, ſcripſerunt Veteres: quod & Nonius obſeruauit. Plaut. in Bacchi. Quod dem ſcortis, quodq; in luſtris comedim, congræcer pater. Cicero ad Pætum: Cura, ſi me amas, ut ualeas. ne ego te iacente bona tua comedim.

COMEDO, is, penult. corept. & Comedo, comes, comeſt, in infinitiuo Comedere, uel Comeſſe, {*Mangiare*} (φάγω, ἐσθίω.) idem ſignificat quod ſuum ſimplex Edo. Martial. Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Cicer. Sed ad extremum pollicetur prolaturum ſe, quæ comeſt. Supinum Comeſum & Comeſtum. Salluſt. Comeſa matrimonia, Comeſa patina. Vbi translatè ponitur pro cõſumere, diſſipare.

COMEDO, onis, & Comedus, di, pen. cor. qui bona ſua conſumit, ut interpretatur Feſtus. Varro apud Nonium. Putat fore hoc, quod comedonibus uenit uſu, quibus, nota uoluptate cùm edunt, duntaxat gula gaudet.

COMES, itis, com. gen. {*Compagno. Pet. Benigne ſtelle che compagne ferſi*} (ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ὀπαδός.) qui uel quæ ſequendo aliquem ſe minorem comitatur, Cice. de Amic. Neque ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. Lucan. libr. 6. Scire Senatus auet, miles te Magne ſequatur, An comes. Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, ut cùm plures idem iter ingrediuntur, ſibi mutuo comitatum præſtant συνέμποροι. Plau. Epid. Age, age, abſolue, atq; argentum numera, ne comites morer. Auctor ad Here. Qui cùm antè lucẽ ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamauit. Prius enim dixerat, Et ſecum aliquãtum nummorum ferentem eſt comitatus. Differt autem Comes à Socio, & Sodali, quod Comes dicatur, qui quouis modo alterius ſequitur ductum. Socius plerũque in negotijs ſeriiſq; rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis: Sodalis (ἑταῖρος) in leuioribus, ac ſæpe uoluptuoſis, ut pote qui eiuſdem erãt collegij, unaq; epulabãtur. Vnde Cic. Norbanum Quæſtorem ſuum appellat Sodalem. Idem de Sene. Epulabar cum ſodalibus omnino modicè. Comes uerò pro dignitate, etiã generis com. eſt, quamuis apud uulgus fœmina Comitiſſa dicatur. Ab Ammiano Largitionum comes dictus eſt, qui præerat largitionibus imperatoris. Alii pro dignitate Comarchum (κώμαρχον) uſurpant.

COMESSATIONES, (δόρπα, κῶμοι) conuiuia ſunt nocturna poſt cęnã, & alia intempeſtiua: ſicut Merenda, cibus qui ante cœnam ſumitur, & lentaculum ante prandium. Comeſſari (κωμάζειν) enim eſt poſt cœnam cibum & potũ ſumere: & laſciuè intemperanterq; agere. Quod uerbum à Como deducũt com potationem nocturnarum inuitæq; genialis præſide. Sueton. in Vitel. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, et comeſſationes. Liu. lib. 40. refert Demetrium poſt cœnã, qua ſodales acceperat, dixiſſe, Quin comeſſatum ad fratrem imus. Vnde Comeſſabundi, et Comeſſatores, qui comeſſationibus indulgent. Cic pro Cælio: Non idem iudicium comeſſatorumq; conſpectus. Li. 9. ab urb. Temulento agmine comeſſabundus inceſſit. Habet autem hoc nomen primam productam. Martial: Non Albana mihi ſit comeſſatio tanti.

COMESSANS, tis, (ἐπίκωμος, κωμαστής, κωμάζων) idem quod Comeſſator. Cur. li. 9. Si quid uictis ſaltem aduerſus comeſſantes animi fuiſſet, mille hercle uiri modo, & ſobrii ſeptem dierum crapula graues in ſuo triumpho capere potuerunt. Modo comeſſantium aliquid agere, Liu. 3. ab urb.

COMETES, uel Cometa, pen. pro. {*Comete. Dant. Fiammando forte à guiſa di comete*} (κομήτης) generis maſculini, ſtella crinita. Lucanus li. 1. Ignota obſcuræ uiderunt ſidera noctes, Ardentemq; polum flammis, cœloq; uolãtes Obliquas per inane faces, crinemq; timendi Sideris, & terris mutãtem regna cometem. Cic. 2. de Nat. deo. Tum facibus uiſis cœleſtibus, tum ſtellis his quas Græci cometas, noſtri cincinnatas uocant: quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum pronunciæ. Verg. 1. Georgi. Nec diri toties arſere cometæ.

COMETES, (Κομήτης) unus ex Argonautis eſt apud Valerium Flaccum, frater Aſterionis.

COMICVS, ci, Vide Comœdus.

COMINI, populi fuerunt Italiæ, in tractu Aequicolarum. Pli. lib. 3. cap. 12. In hoc tractu interierunt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Aedici.

COMINVS, pen. cor. aduerbium {*Da preſſo. Pe. Arder da lunge & aggiacciar da preſſo*} (ἐγγύθεν, σχεδόν) non eſt idem, quod propè: ſed (ut ſic dicam) è propè, quemadmodum Eminus, à Longè: ut, Cominus te inceſſebãt lapidibus: hoc eſt, è propinquo loco. Cice. 2. de Diuin. Nunc cominus agimus, experiamurq; &c. Significat etiam ſtatim, ſine intermiſſione. Verg. lib. 1. Georgi. Quid dicam, iactu qui ſemine cominus arua Inſequitur.

COMINIA, genus oliuæ, apud Plin. lib. 15. cap. 3.

COMIS, {*Benigno facile, piaceuole, humano, ſoaue*} (εὐπροσήγορος) humanus, benignus, facilis, & ſuauis, qui non grauatè aliis inſeruit. Cicer. 2. de Finib. Quis quis illum neget & bonum uirum & comem humanumq; fuiſſe. Idẽ pro Corn. Balbo: Comes benigni, ſuaues, faciles homines dicuntur. Hinc Comitas, humanitas, & morum ſuauitas, φιλοφροσύνη. Cic. de Amic. Sed Amicitia remiſſior eſſe debet, & liberalior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior. Comiter, ſuauiter, mãſuetè, φιλοφρόνως. Comiter, ac benignè appellare aliquem, Liui. 2. ab urb. Oui. 2. Faſt. Comiter excipitur: ſanguine iunctus erat.

COMITATVS, participium à Comitor, {*Accompagnato. Pet. Liete paſſar & compagnate e ſole*} (παραπεμφθείς καὶ παραπεμφθεὶς) actiuè & paſſiuè accipitur. Actiuè. Plin. Quicunque eum comitati fuerant. Paſſiuè. Cic. Inuect. 2. in Catilinam: Illud etiam moleſtè fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Vergi. 1. Aen. Ipſe uno graditur comitatus Achate. Idem in ſignificatione paſſiua Incomitatus poſuit, cùm ait: Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

COMITATVS, comitatior, comitatiſſimus. Cic. 5. Tuſcul. puero ut uno eſſet comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37. Eſt enim ars illis, inter ſe blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores reuerti. Sic Comitatiſſimum hominem dicimus, quem uulgo beneaſſociatum dicunt. Budæus.

COMITATVS, us, {*La compagnia, il ſeguito*} (οἱ παραπέμποντες) ipſi comites dominum, uel patronum, uel alium quemuis officii uel honoris gratia ſubſequentes. Cic. ad Lepidum: Eius Falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio: ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Salluſt. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant.

COMITIALIS, le, (ἀρχαιρεσιακός) quod ad comitium pertinet: ut Dies comitialis, qui comitiis gerẽdis aptus, ſiue dicatus eſt, quo cum populo agi licebat ut inquit Macrob. & quò populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Cice. ad Quint. Frat. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. Comitialis morbus, {*Mal caduco, Venetis brutto,*} (ἐπιληψία) qui cum totius corporis conuulſione principales cerebri operationes tollit, toto cerebro, uel duobus eius uentriculis affectis. Gignitur ex craſſis humoribus, ſpiritus meatum in cerebri uentriculis obſtruentibus, neruorum principio ſeipſum concutiente, ut quod noxium eſt, excutiat. Dictus Comitialis, quod comitia uitiare diceretur. Interrumpebantur. n. comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet. Cato: Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi ignotum fuit. Serenus: Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat. Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora lucæ Conceptum, talis quem ſæpe ruina profudit. Hic morbus alio nomine dicitur ſacer, & morbus maior, propter grauitatem, quoniam homo ſubito concidit, & ſpumæ ore mouentur. Docet etiam Ariſt. hunc morbum à priſcis Herculeum fuiſſe nominatum, quia Hercules eo laboraſſe fertur: idq; ex atra bile pleriſque contingere tradit. Plato & Apul. diuinum nuncuparunt, quod animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſſe uidetur, obſideat. Græci (ἐπιληψίαν) uocant, a uerbo ἐπιλαμβάνεσθαι, quod ſenſus comprehendat & inuocat, ita ut eo correptus mortuus non magnopere differre uideatur. Comitialis homo, (ἐπιληπτικός) qui huuc morbum patitur. Plin. Fel teſtudinum naribus illitum comitiales erigit, attolitq;. Plautus tamẽ Comitiales homines in Pœnulo appellat litigioſos, qui in comitio propter lites quaſi habitare uidentur, inquietantes tribunal prætoris: qui ſi nihil eſt, litium, litem ſerunt. Hinc Comitialiter aduerbiũ, ἐπιληπτικῶς. Plin lib. 22. cap. 21. Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamſi id comitialiter accidat. id eſt, etiamſi contractiones fiant ex morbo comitiali.

COMITIARIVS, adiectiuum: ut, Comitiaria ſtatio, quæ in modum comitiorum celebrabatur. Liu. 3. belli Pun. In hac comitiaria iam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nuntiãt Marcello, nocturna colloquia inter plebem, & Pœnos fieri.

COMITIA, orum, plurali numero, {*Congregatione, conſiglio, ragunanza*} (ἀρχαιρεσίαι, καὶ τὰ ἀρχαιρέσια) cõuentus populi, qui fiebat, quando magiſtratus creabãt.

creabantur, à ſimul itando ſic appellata. Ex comitijs autem alia erant Conſularia, alia Prætoria, alia Quæſtoria, alia tribunitia, alia Aedilitia: quibus. ſ. Conſules, Prætores, Quæſtores, Tribuni, aut Aediles creabantur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magiſtratus, & ad leges ferendas dicebantur comitia: quorum alia Calata erant, alia Centuriata, alia Curiata. Calata comitia uocabantur, quæ pro collegio Pontificum haberi ſolebant, aut Regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa. Curiata (ſimile eſt apud Græcos, κατὰ φυλάς) quæ ex curijs, id eſt, tribub. quæ triginta quinq; erant, et ex cenſu & ætate per lictorem curiarum procalari. i. conuocari ſolebant. Centuriata, quæ habebantur in creandis Conſulibus, cum centuriatim. i. per ſingulas centurias calculus unus pro ſuffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis diuulgabantur. Dionyſius lib. 7. Hiſtor. ſcribit in comitijs curiatis omnē poteſtatem creandi magiſtratus fuiſſe penes populum, in centuriatis penes diuites. Comitium, tū ſingulari numero, locus erat Romæ iuxta forum & curiam, ita dictus a coeundo, teſte Varrone, eò quod populus tū litiū, tū curiatorū comitiorū cā eò ſoleat coire, Cic. 4. Verr. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? huius argento domus ueſtras, huius ſignis & tabulis forum, comitium ornari? Tempus comitiorum habendorum id erat, quod augures deſignabant.

Antiqui præterea commune, & ampliſſimum concilium, Comitium appellabant. Vnde eſt illud in XII. tabulis: De capite ciuis, niſi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cice. 3. de Leg.

COMITIATVS, us, dicitur populi in comitio congregatio. Cic. 3. de Legib. Tum leges præclariſſimæ de XII. tabulis tralatæ duæ, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, uetat.

COMITIATI TRIBVNI MILITARES, qui dicantur, docet his uerbis Aſcon. Pædianus in. 2. contra Verr. Tribunorum militarium duo genera: Primum eorum, qui Rufuli dicuntur. hi in exercitu creari ſolent. Alij ſunt Comitiati, qui Romæ comitijs deſignantur.

COMITIALITER, aduerbium, ἐπιληπτικῶς. Pli. lib. 22. cap. 21. Folia heliotropij infantium diſtillationibus, quod Siriaſin uocant, illita medetur. item contractionibus, etiam ſi id comitialiter accidat. Id eſt, etiam ſi contractiones fiāt ex morbo comitiali.

COMITOR, pen. cor. {*Accompagnare. Pet. L'inſegne Chriſtianiſſime accompagna*} (συμπαραμαρτεῖν) depon. ſector, aſſector, comitem me exhibeo: & proprie eſt minorum erga maiores. Plin. quicunque eum comitati fuerant. Pro eodem & Comito, as, actiuè dicitur. Ouid. lib. 2. de Pont. Quem pia nobiſcum proles comitauit euntem. Comitor etiam in paſſiua ſignificatione nonnunquā inuenitur, παραπέμπομαι: unde non malè inter uerba cōmunia poteſt numerari: quod & ex participio præteriti temporis Comitatus poteſt deprehēdi, quod tam eum ſignificat, qui alterum honoris, aut officij cauſa deducit, q̄ eum, qui deducitur. Cic. de inuen. In itinere quendam proficiſcentem ad mercatum eſt comitatus. Idem in Catil. Moleſtè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

COMMA, atis, per duplex mm. {*Inciſione, taglio, diſtintione*} (κόμμα) inciſio: à κόπτω incido, minutiſſimæ diſtinctionis genus eſt, quod Inciſum, à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Cæſum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Conſtat. n. periodus omnis ex commatibus & colis, tanquam partibus. Ex his Cola, dicūtur partes maiores periodi, cum. ſ. oratio penè eſt perfecta, ita tamen ut animus audientis nondum conquieſcat: Commata uerò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola rurſus, uelut in partes diſſecantur. Commata etiam dicuntur aquarum emiſſoria, et inciſa, primum in Aegypto ad hoc inuenta ſtructaq; ut pro arbitratu accolarum Nilus uiciſſim admittatur in campos arualeſ, aut intra alueum contineatur. Vlpia. de extraordin. crimin. lege, Sacculari: Commata (inquit Budæus) & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

COMMACVLO, as, {*Macchiare*} (ῥυπαίνω) idem quod maculo. Commaculare ſe ambitu, metaphoricōs. Cic. pro Cælio. Nunquā enim tam Cælius amēs fuiſſet, ut ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterū accuſaret.

Commaculare manus ſanguine alicuius. Verg. de Medea Eclog. 8. Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manus. Id eſt, polluere nece filiorum ſuorum.

COMMADEO, des, {*Eſſere humido*} (βρέχομαι, ὑγρὸς εἶμι) idem quod ſimplex madeo. Cato cap. 156. Coquito uſque dum ea commadebit bene, aquam defundito.

COMMANDVCARE, {*Mangiare, maſticare*} (μασᾶσθαι) dentibus molere, quod Cicero Mandere dicit. Pl. li. 29. cap. 8. Cum priores ob religionē eam minimè commanducarent. Valerius: Protinusq; dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam in eum expuit. Vnde Commāducatus cibus (μεμασημένον βρῶμα) dici: ur à Pli. lib. 20. cap. 3. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quam Manſum Quint. uocat. Commanducatur deponēs, apud Lucil. lib. 4. legitur pro comedit, uel deuorat: Aſſequitur (inquit) nec opinantē in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Commanducatus, us Plin. lib. 24. cap. 4. Vlcera commanducatu, impoſituq; efficaciſſime ſanari.

COMMANIPVLO, onis, miles eiuſdem manipuli, apud Spartianū. Budęus.

COMMEATVS, us, {*Licenza, ſaluocondotto uettouaglia*} (ἄδεια) facultas abeundi, ſiue quod dicitur Saluus conductus, quem dat Imperator militi, præpoſitus inferiori, eundi quò uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. Auctor ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non uenit, q̄ eum aquæ interclu ſiſſent. Liu. lib. 23. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Aliquando accipit̄ pro cibarijs ad alimoniam exercitus, aut Reipu. aut multitudinis, uel etiā priuati alicuius τροφή. Cic. pro leg. Manil. Iam commeatu & priuato, & publico prohibemur Cæſar. 1. belli Ciuil. Reliquas merces commeatusq; ad obſidionem urbis, ſi accidat, reſeruant. Aliquando pro tranſitu multitudinis. Apul. li. 6. Sed cuneatim ſtipato commeatu difficultates tranſabiremus.

COMMEDITOR, aris, {*Penſare, imaginare*} (μελετῶ) idem quod ſimplex Meditor. Auctor ad Heren. lib. 3. Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuo nobis hærere poſſint. Lucre. lib. 6. Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur. Id eſt, exercet, facit, reddit.

COMMEMINI, (μέμνημαι) idem quod ſimplex memini. Cic. 1. Tuſc. Ego autem non commemini, antè quàm ſum natus, me miſerum.

COMMEMORO, pen. co. {*Ricordare, ridurre in memoria*} (ἀπομνημονεύω, διηγοῦμαι, λέγω) commonefacio, in memoriam reduco. Cice. in Catil. Pythagoræorumq; more, exercendæ memoriæ cauſa, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro ueſperi.

COMMEMORATIO, uerbale, {*Ricordanza*} ὑπόμνησις Teren. in Andr. Nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobatio eſt immemoris beneficij.

COMMEMORABILIS, le, (ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος) dignus qui cōmemoret. Cic. de Nat. deo. Multaq; alia in alijs locis cōmemorabilia proferre poſſum.

COMMENDATITIVS, a, um, (συστατικός) quod commendari ſolet, uel in quo quis, uel quid commendari ſolet. Cicero. Et ſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

COMMENDO, as, {*Laudare, raccomandare*} (ἐπαινῶ) ex Con, & mando, idē quod laudo, & ſic duobus ferè Conſtrui ſolet modis. Nam q̄nq; accuſatiuum tantū habet. Cic. Poſt reditum. Cum eum, præter ſimulatam triſtitiam, nulla res commendaret. Val. Max. li. 10. Quapropter non ludicram artem commēdauit.

Q̄nq; ultra accuſatiuum conſtituitur cum alio accuſatiuo mediāte Apud, aut huiuſmodi præpoſitione: ut, Commendauit te apud prætorem. Q̄nq; poſt accuſatiuum iungitur datiuus, & ſignificat quaſi charum quid committo, (ἐπιτρέπω) ſed non recedit à ſignificatione uerbi Laudo. Semper. n. fit cum charitate & laude eius, qui commendatur. Cic. Q. Frat. Quàm multos mecum egiſſe putas, ut ſe Statio commendarem. Plaut. Quali'ue amico mea commēdauit bona? Probo et fideli, et fido, Cic. 3. de Fin. Quorum uterq; tibi teſtamēto liberos ſuos cōmendauit. Ter. Eunu. Ego me tuæ commendo & committo fidei. Hinc

COMMENDATVS, a, um, participium, idem quod cōmiſſus, laudatus, aut fidei alicuius concreditus. Cic. pro Roſc. Amer. Cui fama mortui fortunæ uiui commendatæ ſunt atq; concreditę. Plancus Ciceroni: Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

COMMENDATVS, nomen ex participio. Cic. pro Corn. Bal. Quis eſt. n. noſtrum, cui non illa ciuitas ſit huius ſtudio cura, diligentia, commendatior? Idē ad Bru. Cum ipſi per ſe tibi commendatiſſimi ſint.

COMMENDATIO, onis, uerbale, {*Raccommendatione*} Cic. ad Lent. lib. 1. Noſtra, cæterorumq; amicorum commēdatione gratiſſimus in prouincia fuit. Idem: Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Conſulatus tui. Commendator, & Commendatrix qui, uel quę commendat aliquem alteri. Cic. 1. de Legib. Sed profectò ita ſe res habet, ut quę uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. Commendatitius, a, um, ut, Comēdatitię literæ, in quibus aliqui commendantur. Cic. Antonio, lib. 5. Etſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias. Commendabilis, le, dignū quod laudetur. Col. li. 5. c. 6. Sed ut denſum arbuſtū cōmēdabile fructu et decore eſt, ſic ubi, etc.

COMMENTACVLVM, culi, (inquit Feſt.) uirga qua in ſacris utebantur ad ſacrificia euntes, ut a ſe obuios homines amouerent.

COMMENTARI, frequentatiuum eſt à Comminiſcor, {*Trattare, diſputare, commentare, dichiarare, eſporre. Pet. Ogni impreſa crudel per me ſi tratti*} (διαλογίζεσθαι, πραγματεύεσθαι) cogitare, agitare, tractare mentionem facere, diſputare, Cic. ad Att. lib. 4. Veruntamen id ipſum mecū in his locis commentor, ut iſta improbem. Idem in Lel. cū in hortos D. Bruti cōmentandi cā (ut aſſolet) ueniſſemus: hoc eſt, tractādi uel diſputādi. Interdū ſignificat comminiſci, (πλάττειν) confingere fallaciā. Plau. in Caſin. Vt citò commētatus eſt, ecquid te pudet? Interdū cōmentariū ſcribere, (ὑπομνηματίζειν) ſcribendo aliquid cōponere. Pli. lib. 18. c. 25. Id eo ipſo anno, cum commentaremur hæc, notatum eſt, prouentū eorum ter repetita frigore extinctum. Commentatus, participium quod modò paſſiuè accipitur, Cic. ad Tironē li. 16. Iſq; diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, uide ut probare poſſit te non peccaſſe. Modo actiuè. Cic. Att. lib. 5. Cum in uilla Metelli complures dies commentatus eſſet. Cōmētatio, uerbale (σκέψις) meditatio, atq; contemplatio. Cic. 1. Tuſ. Tota enim philoſophorum uita, ut ait idem commentatio mortis eſt.

COMMENTARIENSIS, dicitur is, qui commentarios cuſtodiarum, hoc eſt, eorum qui in cuſtodia detinentur, conficit, & ad quem periculum eorum, ſiquis elabatur, pertinet. Budæus.

COMMENTARIVM, Commentarius, & Commentarij. orum. plurali numero (ἀπομνημονεύματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί) pro una eademq; ſignificatione ſumuntur. ſ. pro libris, in quibus non latè diffuſeq; res, ſed q̄ breuiſſimè poterant, explicantur, ſimpliciterq; & quaſi per capita deſcribunt. Cic. Bruto: Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentariū paulò plenius. Sic Cæſaris commentarij dicuntur, quos Plutar. ἐφημερίδας appellat, inquiens, καῖσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν, in quibus ad exequendā hiſtoriam alijs uidetur, materiam ſubieciſſe. Vnde Seneca li. 3. Decla. Sine cōmentario nunquam dixit Seuerus Caſſius, nec hoc cōmētario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gellius: Eſt adeò Probi Grammatici commentarius ſatis curioſè factus. Eſt iterum: Nonnulli Grammatici, qui commentaria in Vergi. compoſuerunt. Idem: Noſter Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptum reliquit. Præterea Commentarius quandoq; dicitur ipſe commentator, (ὑπομνηματιστής) hoc eſt, qui commentariū cōpoſuit. Seruius ſuper primo Georg. Superfluā mouent quęſtionem cōmentarij.

A Commentarium fit diminutiuum Commentariolum, ὑπομνημάτιον. Cic. 4. de Fin. Quæ quidē res effecit, ne neceſſe ſit ijſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neq; à commentariolis ſuis diſcedere.

COMMENTITIVS, a, um, {*Finto, fittitio*} (πλασματώδης, πεπλασμένος) fictum, & ad tempus commentum, & excogitatum. Cice. 1. de Orat, Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.

COMMENTOR, oris, uerbale, {*Inuentore*} qui aliquid comminiſcitur, ſiue excogitat: ut, Vuæ commentor dicitur Bacchus. i. inuentor. Ouid. 3. Faſt. Luce ſua ludos uuæ commentor habebat.

COMMENTVM, {*Commento fittione. Pet. Per fittion non creſce'l uer ne ſcema*} (σκέψις) ſignificat fictionē, uel aliquid ingenioſe excogitatū. Tere. in And. Atqui ipſis commentū placet. Cic. de Clar. Ora. Vt ſua commenta, & ſcripta meminiſſet. Deducitur à uerbo Comminiſcor, quod facit ſupinum commentum.

COMMEO, as, ex Con, & Meo, (φοιτᾶν) aliquo ſe conferre, animo redeundi abire, ultro citroq; ire. Col. lib. 1. cap. 3. Qui libentius commeaturus ſit, ſi uexationem uiæ non reformidet. Plau. Rud. Eum ad carnificem eſt æquius, quàm

ad uenerem commeare. Inde commeatus dari dicitur: id eſt, tempus quo ire & redire commodè poſſis. Lact. lib. 3. Quid ergo interfuit, qui animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet? Teren. in Hecy. Nam ſenex rus abdidit ſe, huc rarò in urbem commeat.

COMMERCOR, aris, {Comperare}(ἀγοράζω) idem quod mercari, uel multas res ſimul mercari. Plautus Cap. Pater captiuos commercatur alios, tantum ſtudens, ut natum recuperet.

COMMERCIVM, (ἐμπορία) eſt libera commeandi contrahendiq́ facultas, conceſſa iis qui merces ultro citroq́ conuehunt. Aliter Commercium eſt uiciſſitudo dandi, & accipiendi, à Con, & Merces, mercium commutatio, quæ uictus cauſa inuenta fuit. συνάλλαγμα, ἀλλαγή, ἐπιμιξία. Pli. in Paneg. Diuerſasq́ gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes gentes natum eſſe uideretur. Accipitur & pro uſu & conſuetudine, (κοινωνία) & tunc præpoſitioni Cum, iungitur. Cic. de Senec. Nec habet ullum cum uirtute commercium.

COMMEREO, res, uel Commereor, reris, {Errare, peccare}(ἁμαρτάνω) committo, malè ago, delinquo, pecco. Teren. in And. quid feci? quid commerui? aut peccaui pater? Vbi Donat. Commerui, maioris culpæ eſt: peccaui, multo minoris, uel leuioris. Idem in Phorm. Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe arbitrabitur Commeruiſſe culpā. i. (inquit Donatus) commiſiſſe. Idē in Hecy. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt pater, quod nollem & ſæpe quod uellem meritam ſcio. Vbi Donatus: Aduerte, (inquit) proprietatem Commerendi Mereri bona dicimus, Commereri mala. i. delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro præſtitiſſe dixit Cic. de Orat. Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè diceret. Interdum etiam in bonam partē accipitur pro mereri. Plau. in Moſtel. Quid grauaris, quaſi gratiam non commeream?

COMMETIOR, tiris, {Miſurare}(μετρέω) idem quod metiri. Cic. 1. de Inuētio. Nam ſæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & uidere, poteritne uut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo tranſigi tempore. Commenſus, us, ui, ſymmetriam ſignificat. Vitruu. lib. 3. ca. 1. Reliqua quoq; membra ſuos habent commenſus proportionis, &c.

COMMETO, as, pen. co. Vetuſtiſſimi dixerunt pro commoueo, (φοιτάω) hoc eſt, ito, aliquò me confero. Næuius: Cum ad lupam noſtram tam multi crebrò commetant lupi.

COMMIGRO, as, {Andar ad habitar altroue}(μετοικέω) idem eſt quod migro, & habitationem in locum aliquem transfero. Teren. in And. Mulier quædam abhinc triennium commigrauit huc uiciniæ. Liu. 5. ab urb. Quid ſi non Galli hoc, ſed ueteres hoſtes ueſtri, Aequi, Volſci've faciant, ut commigrēt Romam? Cic. ad Q. fra. lib. 2. Sed ut ſpero, paucis menſibus poſt Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

COMMILITONES, {Compagni alla guerra}(συστρατιῶται) dicuntur, qui ſimul militant. Suet. in Cæſa. Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militum. Cic. pro Deiot. Hic uerò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles in Græcia commilito fuit. Commiles, tis Cæſar belli. Ciuil. Commilitesq́ nonnulli grauiores ſermones militum uulgo durius accipiebant.

COMMILITIVM, (συμμαχία, συστρατεία) ipſa belli ſocietas. Iuſtiu. li. 5. Deinde cogitatione legum ſacrarum, tum ueteris per tot bella commilitij, orat miſereatur ciuiū exulum. Tacitus lib. 1. Chauci cum auxilia pollicerentur, in cōmilitiū adſciti ſunt. Apud Apuleium etiam Commilitia legitur ſœm. genere.

COMMINISCOR, {Fingere, imaginarſi}(συμπλάττω, πορίζομαι) fingo, uel excogito. ab antiquo uerbo Meniſcor: unde & Reminiſcor. Tere. in Hecyra, Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali. Cic. 4. de Finib. Ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur. Liu. 7. belli Mace. Nihil aduerſus tale machinationis genus parare aut comminiſci oppidani conabantur. Commentus, participium, actiuæ ſignificationis. Cic. 2. de Nat. Deo. Monogrammos deos & nihil agentes commentus eſt Epicurus. Commentus paſſiuè. Ouid. 6. Metamor. Dat gemitus fictos, commentaq́ funera narrat.

COMMINVS, uide Cominus.

COMMINISTRO, as, are, {Miniſtrare}(ὑπηρετέω) idem quod miniſtrare. Pli. lib. 28. cap. 8. Super omnia eſt, q extremam fiſtulam inteſtini contrà iudiciū ac poteſtatem iniquitates commonſtrant, & ad ſucceſſus petitionum, iudiciorumq; ac litium euentus.

COMMINOR, aris, ari. {Minacciare}(ἀπειλέω) idem quod minor. Sueto. in Cæſa. cap. 62. Vt aquiliſero moranti, cuſpide ſit comminatus. Comminatio, uerbale, ἀπειλή. Cice. 3. de Orat. Orationis autem ipſius tanquam armorū eſt, uel ad uſum comminatio, & quaſi petitio uel ad uenuſtatem ipſa tractatio.

COMMINVO, nuis, {Minuire} συντρίβω, διαθρύπτομαι) Plin. lib. 20. cap. 4. Statim uerò decocti, mane poti, ad ternos cyathos, comminuunt, et eiiciūt calculos.

COMMISCEO, ſces, ſcere, {Meſchiare meſcolare}(συμμίγνυμι) idem quod permiſcere. Plaut. Perſa: Commiſce mulſum, ſtruthea, coluteaq́ appara. Cic. 2. de Nat. Deo. Deinde partes corporis & ad procreandum & ad concipiendū aptiſſimæ, & in mare, & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. Commiſtus, participium, συμμικτός. Verg. 2. Georg. Magnus alit magno, commiſtus corpore fœtus.

COMMISENA, (Κομμισηνή) Armeniæ pars eſt apud Strab. lib. 11.

COMMISERESCO, ſcis, ſcere {Hauer miſericordia}(οἰκτίζω) idem quod miſereſcere. Teren. Hecy. Ibi demum ita ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem, Si adeſſet, credo ibi eius miſereſceret.

COMMISEROR, raris, rari, (οἰκτείρω) idem quod miſerari, ſeu miſericordiā mouere. Ci. 1. Verr. Quid cum commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te trāſicere cœperit? Commiſeratio, uerbale. Cicero. 1. de Orat. Quid de Q. Regis commiſeratione dicam?

COMMISSVRA, {Commiſſure, gionture}(ἁρμογαί, ἀλληλουχία) iuncturæ, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. Cic. de Vniuerſ. Deinde in orbē torſit, ut & ipſę ſecū, & inter ſe ex cōmiſſura, quę è regione eſſet iungerent.

COMMISTOR, (συμμίκτης) à Commiſceo, unde Miſceo.

COMMITIGO, as, pen. co. {Mitigare}(καταμαλάσσω) ſignificat mitigare. Teren. in Eunu. Tibi uti commitigari uideam ſandalio caput. Vbi Donat. Commitigari, eſt tundendo deprimi, atq; deponi.

COMMITTO, tis, {Commettere, imponere, Pet. Il gouerno Commiſi entrando all'amoroſa uita}(ἐπιτρέπω, πιστεύω) alicuius fidei trado. Tere. in Eunu. Ouē lupo commiſiſti. Quandoq; Committere eſt iniungere aliquid faciendum, et quaſi commendare, ἐπιτάττειν. Cic. pro Domo ſua: Cn. Pōpeio plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. Quādoq; peccare, πλημμελεῖν. Ci. 1. Ver. Ego etiam, quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Verg. 1. Aene. Quid meus Aeneas in te committere tantum, Quid Troes potuere? Inde commiſſa dicuntur, peccata, πλημμελήματα, ἁμαρτήματα. Aſcon. Cōmiſſa dicuntur facta contra uoluntatem conditoris. Quandoq; ſociare, coniungere, συνάπτειν. Verg. 3. Aene. Delphinum caudas utero commiſſa luporum.

Quandoq; facere, (ἐπιδείκνυσθαι) perpetrare. Sall. in Catil. Sempronia, quæ multa ſæpe uirilis audaciæ commiſerat. Quandoq; incipere, ἐξάλλεσθαι, καθίστασθαι. Ver. lib. 5. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Salluſt. Quibus dictis mox prælium commiſere, πόλεμον καθιστάναι. Quandoq; idem quod permittere, uel occaſionem præbere, (παρέχειν) idq; ferè negatiuè, ſubſequente particula Vt. Cic. Att. li. 1. Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Idem. 6. Philip. Ego nolo ciuem committere, ut morte mulctandus ſit. Aliquando etiamſine negatione. Idem li. 2. Offi. Periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominetur. Quandoq; contentionē deducere, συμβάλλειν, συγκρούειν, συῤῥηγνύναι. Suet. in Ca. Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atq; inter ſe omnes committere in certamen mittere. Committere prælium, (μάχεσθαι) eſt præliari. Cic. lib. 4. Epiſt. Fam. Sed ut rationem ineo, quo die prælium Panſa commiſit, eodē die à Gadibus naues profectæ ſunt. Propriè tamē rōne præpoſitionis Cō, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere, συζευγνύναι. Gellius: Gordium nomē eſt urbis, quam Sangarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, ſpeciem inſulæ prębet: ac niſi tenue diſcrimen obijceret, maria quæ nunc diuidit, committeret. Vide plura de hoc uerbo apud Vallā lib. 2. ca. 38. et lib. 3. c. 62.

Commiſſus, participium. Cic. pro Fonteio: Atq; ita, ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Verg. 5. Aene. E tuba cōmiſſos medio canit aggere ludos.

Committendus, aliud participium. Cic. Att. lib. 10. Fortunæ ſunt committēda omnia: ſine ſpe conamur ulla. Commiſſum, ſubſtantiuum, (ἁμάρτημα) delictum, peccatum. Cic. pro Sylla: E quod huius factum aut commiſſum, nō dicam audacius, ſed quod cunquam paulo minus conſideratum uideretur. &c. Cōmiſſio, onis, uerbale, pro propriè ſignificatur binorum uel pugilum, uel muſicorū, uel poetarum, uel rhetorum exhibitio, ad artis aut uirium oſtentationem. Huiuſmodi autem certaminibus Prætores, uelut Agonothetæ præſidebant. Suet. in Auguſto: Componit tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò, & à præſtantiſſimus, offendebatur: admonebatq; Prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. Pli. Epiſt. 144. Proximis ſacerdotalibus ludis productis in cōmiſſione pantomimis, cum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c. Cōmiſſorius, a, um, ut, Lex cōmiſſoria. i. exceptio adiecta actioni, contra quā ſiquid commiſſum fuerit, conuentio reſcinditur. Vide Vlpia. in l. ſi fundus. ff. de leg. cōmiſſ. Commiſſura, ræ, iunctura tabularum, uide commiſſuræ.

COMMISSVM, ſubſtantiuum, {Peccato}(ἁμάρτημα) pro peccato accipitur Ver. 1. Aene. Pōſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Vide Committo.

COMMODATA, res, (χρῆμα κεχρησμένον) propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta uel conſtituta, utenda res data eſt. Nam commodatū debet eſſe gratuitum. Hinc Commodatarius, cui res data eſt commodatò.

COMMODITAS, {Commodità, commodo}(ἐπιτηδειότης) aptitudinē quandam conuenientiamq; ſignificat, & utilitatem. Cic. 4. de Finib. Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates, corporis, tamq́ productæ temporibus, tamq́ multæ. Ouid. Epiſt. 15. Cogimur ipſius commoditate frui.

COMMODO, as, pen. c. {Commodare, impreſtare, aſſettare. Pet. Et preſta à mia ſoſpir ſi largo uolo}(συνωφελέω) obſequor, commoditati alicuius inſeruio, ſeu commoditatē præſto. Cic. ad filiū: Cui ego quibuſcunq; rebus poterò, libentiſſimè cōmodabo. Ci. Cæſari: Quicquid ei cōmodaueris, erit mihi gratū. Contra incommodo, moleſtus ſum, & noceo ſignificat, βλάπτω. Ter. in And. Magis adeò, ut mihi incōmodet, q̄ ut ob ſequatur gnato. Cōmodare item, (χράω, κιχράω) eſt utendū dare hoc eſt, alicuius rei uſum ad tēpus cōcedere. Cic. Dādo & accipiēdo mutuandisq; facultatibus, ac cōmodandis nulla re egemus. Nec rei tātū mobilis commodatio dicitur, ut Vlpianus exiſtimauit, ſed et ſoli. li. 4. ad Herē. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodaſſe. Et licet (ut multi aſſerunt) commodentur, quæ redduntur in eodem numero, & ſpecie, ut ueſtis equus, libet: mutuentur quæ non redduntur eadem numero, ſed ſpecie, ut uinū, frumentum numi: Cicero tamen in Verr. Act. 6. uſus eſt etiam de ijs, quæ, non eadem redduntur, ſed ſimilia. At publicè (inquit) commodaſti, non ſine magno quidem prouinciæ Siciliæq; detrimento, tritici ſexaginta.

COMMODVM, di, p. c. {Commodo, commodità}(ὠφέλεια, εὐχρηστία) utile, emolumentū, opportunitas. Cuius contrariū eſt Incōmodū, pro dāno, δυσχρηστία. Lib. 2. ad Heren. Cauſa eſt, qua induxit eū cōmodorū ſpe, aut incōmodorū uitatione. Et infrà. Hic accuſator in ſpe cōmodi cupiditatē oſtendet, aduerſarij & in uitatione incōmodi formidinē augebit. Qñq; Cōmodū dicitur bonū, aptū, conueniens: quaſi cum mō & rōne. (ἐπιτήδειον) Incōmodū, malum, ineptū, atq; inconueniens. Pro quibus ēt in uſu ſunt cōmoditas et Incōmoditas Teren. in And. Nempe Incōmoditas denique huc omnis redit: Si eueniet (quod dij prohibeant) diſceſſio: At ſi corrigatur, quot cōmoditates, uide. Aliqñ utrūuis mō accipi poſſunt, ut apud eūdē in Hec. Multa ex quo fuerint cōmoda eius incōmoda æquum eſt ferre. Inuenitur etiam Commodū, (κατὰ τοῦτο) aduerbium, & ſignificat Iam, tunc, id temporis, eo momento. Apul. Commodum limen euaſerant, & fores ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt. Idem li. 1. Igitur inefficaci celeritate fatigatus, cōmodum ueſpera oratione ad balnea proceſſeram. Gell. lib. 2. Taurus ſectatoribus commodum demiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. Commodū ſequente Cum, ſignificat Vix, uel tantum. Cic. Atti Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius uenit. Item peu opportunè. Plaut. Merc. Commodum obuiam uenies patri. Idem ſignificat Commodè, ut Commodè agere, audire, dicere, &c. i. bene, uel optimè, aptè. Cic. Famil. li. 1. Sed ex illo ſenatuſconſulto, quod te referente factum eſt, tibi decernit, ut re-

gem

geret reducens, ꝙ cōmodè facere poſſis. i. cōmodo tuo, facilè, ſine moleſtia. Quo loquendi modo, quaſi per parentheſim interpoſitio, uti ſolemus. Hinc cōmodius, & Commodiſſimè. Cic. Attic. li. 13. Poſthac enim poterimus commodius Colere in Tuſculano. Hinc etiam formauit Plau. in Sticho diminutiuū Commodulè. Hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris, ſatis commodulè nucibus, fabulis faculis, Olea, interrupto lupillo, &c.

COMMODVS, a, um, {Commodo, utile} (πρόσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιός) utile, aptum, tempeſtiuum ſiue opportunum. Teren. And. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. Vbi Diuus admiratur, quod in ipſo articulo periculi ſuperuenerit Crito. Pli. in Epiſt. Hanc illa ita ſimus parauit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus: quinimo & quoties cubiculum eius intraret, uiuere filium atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat. id eſt, paululum iā à morbo eſſe confirmatum. Cornelius Cel. Sed inter omnia maximè commodum eſt, modicè exercere.

COMMODVS, M. Antonini Philoſophi filius fuit, patris diſſimillimus, cui etiam in imperio ſucceſſit. Vitam eius, ea ꝙ dignum exitū uide apud Herodianū lib. 1. De hoc ſic ſcribit Auſonius in Tetraſtichis Cæſarum: Commodus inſequitur pugnis maculoſus arenæ, Threcidico princeps bella mouens gladio: Eliſo tandem perſoluens gutture pœnas Criminibus, faſſus matris adulterium.

COMMOEREO, {Contriſtarſi, recondolerſi, ammaricarſi. Pe. Madonna hor mi ſpauenta hor mi contriſta} (κατηφέω) totus, uel in totum triſtor. Plau. in Epi. Neſcio edepol quid tu timidus es, trepida Epidice, ita uoltum uideor uidere commœruiſſe.

COMMONE, inſula eſt adiacens Epheſo urbi: ut author eſt Pli. lib. 5. cap. 31.

COMMOLIOR, iris, iri, (μηχανάομαι) idem quod molior. Ci. 3. de Nat. deo. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commolior, Scio quicquam.

COMMOLO, lis, lere, (συναλέθω) mola contero. Col. lib. 12. cap. 50. Cauendum eſt itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium: quod uno modo uitari poterit, ſi quis protinus illata de agro bacca, commolita & expreſſa erit.

COMMONEFACIO, cis, {Ammonire. Pet. Canzon io t'ammoniſco} (ὑπομιμνήσκω) commoueo, in memoriam adduco, Salluſt. in Cic. Videlicet ut nos cōmonefacias, quam conuerſa ſit Reſpub. cum in ea domo habitares, &c. Huius paſſiuum Commonefio. Cic. 7. Verr. Nemo, eſt, quin tui ſceleris, & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

COMMONEO, es, pen. co. {Ammonire} (ὑπομιμνήσκω) idem quod admoneo (inquit) & conſtruitur cum genitiuo. Quin Grammaticos ſui officij commonemus. Tere. in And. Aliorum exempla commonent. Ad Heren. lib. 4. Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Commonitus, participium. Liu. 4. Belli Maced. Commonitos ꝗ, in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, et in quo relinqueret, dimiſit. Commonitio, (ὑπόμνησις) uerbale. Quin. lib. 4. c. 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

COMMONSTRO, as, are, {Moſtrare. Pet. E mi moſtri la uia d'andar al cielo} (δείκνυμι) idem quod ſimplex monſtro. Cic. 2. de Orat. Si aurum cui, ꝙ eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare uellem.

COMMORDERE, {Mordere} (δάκνειν) idem quod ſimplex mordere. Pli. lib. 24. cap. 11. Non n accepit, ꝙ à cane commorſos rabiem ſentire non patitur.

COMMORIOR, raris, {Morire inſieme} (συναποθνήσκω) ſimul morior. Pli. lib. 27. cap. 2. Mirumꝗ, exitialia per ſe ambo cum ſuerint duo uenena, in homine commoriuntur, ut homo ſuperſit. Commorientes, nomen fabulæ Plau. Teren. in Prologo Adel. Sinapothnecontes Diphili comœdia eſt, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

COMMOROR, raris, {Tardare, indugiare, aſpettare. Pet. Non u'indugiate ſu l'eſtremo ardore} (χρονίζω) idem cum ſimplici Moror. Cic. ad App. libro 3. Fuitꝗ mecum familiariter triduum illud quo ego Epheſi commoratus ſum.

Commorari aliquem, (ἐπέχειν) eſt detinere, & in mora tenere. Plau. Merc. Malefacias, properantem qui me commorare, ſolabit. Commoratio, uerbale, quod interdum pro habitatione ſumitur. Cic. ad Leptam lib. 6. Nam & uilla, et amœnitas illi commorationis eſt, non diuerſorij. Interdum pro mora, ſeu tarditate. Cic. Quin. Frat. li. 3. Quod multos dies epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. Commoratio figura Rhetorica. Auctor ad Heren. lib. 4. Commoratio eſt, cum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius & eodem ſæpius reditur.

COMMORTALIS, le, ut, Commortalis natura. Colum. lib. 3. cap. 20. Sed interdum) quod ait diuinus auctor Plato) nos uos pulchritudo trahit, uel ea conſectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ conſequi nequeamus.

COMMOSIS, pen. pro. (κόμμωσις) primum melliſſicij fundamentum, ex tenaci & uiſcoſa conſtans materia: ita dictum à Græco nomine κόμμι, quod nos Gummi dicimus. Vide Pli. lib. 11. cap 7.

COMMOVEO, es, pen. cor. {Perturbare commouere. Pet. Ma l'aduerſaria mia che'l ben perturba} (διαταράττω) perturbo. Teren. And. Commoui hominem.

Interdum ſignificat, à propoſito deflecto, & quod uolo, perſuadeo. Cic. lib. 1. Epiſt. Viſi ſumus Senatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Interdum lædere. Colum. lib. 2. Ne in radicem maiore nixu uomis impactus culla commoueat. Interdum, recedere, ἀποχωρεῖν. Cic. Tyroni: Tu & cura ut ualeas, & te iſthinc ne temere commoueas. Cōmotus, participiū, idem quod motus, uel concuſſus: Commotæ columnæ, apud Cic. 3. Ver.

Tripodes commoti, Senec. in Medea: Tripodas agnoſco meos Fauente cōmotos dea. Nonnunquam idem quod perturbatus. Teren Phorm. Quidnā ille commotus uenit? Commotior, comparatiuus. Cice. de Clar. Ora. Habitus eſt ſanè (ut ita dicam) luculentus patronus, aſper, maledicus, genere toto paulò ferundior atꝗ commotior. Commotio uerbale, perturbatio: ut, Commotio animi, Cic. 3. Tuſc. Alicui rei commotionem inijcere, Quin. lib. 5. cap. 10. Commotiuncula, diminutiuum, Cic. ad Att. lib. 12.

COMMVLCEO, ces, {Placare, far molle} (καταψάω, καταθέλγω) mollire, placare. Gell. lib. 7. cap. 3. In principijs autem patroni, qui pro reis dicunt, cōciliare ſibi & complacare iudices debent: ſenſuſꝗ eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos rigentes, honorificis uerecundisꝗ ſententijs commulcere, non iniurijs, atque imperioſis comminationibus confricare.

COMMVNICO, as, pen. co. {Communicare, conferire} (κοινόω, κοινῶ) à nomine Cōis, ſignificat cōe facere, participare, conferre, impartiri, ut cū quod priuatum eſt, fit uniuerſorū. Varia huius uerbi conſtructio eſt. Cū accuſatiuo. Cic. de Amic. Nā & ſecūdas res ſplendidiores facit amicitia, & aduerſas partiens, communicansꝗ leniores. Cum accuſatiuo & ablatiuo habente pręppoſitionē Cū. Cic. pro Corn. Balbo: Eſt. n. in pop. Rom. graue nō poſſe uti ſocijs excellenti uirtute prędita, qui uelint cū periculis noſtris ſua cōmunicare. Idē Fam. 15. Nā ut illa omittā, quę ciuitate teſte feciſti, cū mecū inimicitias cōmunicaſti. i. qū oſtēdiſti te ēt eſſe inimicū aduerſariorū meorū, &c. Idē ad Att. Nihil mihi ſcio nunc tā deeſſe, quā hominē eū, qui cum ea, quę me cura aliqua afficiūt, unà cōmunicem. i. cū quo ea loquar, quę uehemēter me iā ſolicitant. Cū accuſatiuo et prępoſitione Inter. Cic. Sed hęc (ut ſpero) breui inter nos communicabimus.

Interdum præter præpoſitionem inter, uel cum, habet & alteram prępoſitionem De. Cic. Fam. 15. Tum ut quibus de rebus uellemus, tu tum, ego meis inter nos communicaremus. Idem Lentulo, Fam. 1. Etenim Pompeium, qui mecū ſæpiſſime non ſolum à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe. Communicatio uerbale. Cic. pro Corn. Balb. Cuius auctoritate & exemplo nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio, & communicatio ciuitatis.

COMMVNIO, nis, nire, {Fortificare intorno} (περιφράττειν) circum munire. Plau. Rud. Oppidum magnum communibo. Cæſar. Præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Cōmunitus participium, ſeptus, firmatus, fultus. Cic. 3. Verr. Situs urbis communitus & præclarus ad aſpectum. Idem pro Cecinna: Quid refert habere fundum, ſi parum ſit communitum ius?

COMMVNIS, ne, {Commune Pet. Del commune nemico in guardia poſe} (κοινός) quod multorū eſt, & nō priuatū: ab ijſdem munijs, ſiue muneribus: unde & Immunis deducitur. Vſus eius multiplex eſt Nā interdum ponī ſine caſu. Cic. Off. 1. Magnū eſt. n. eadē habere monumenta maiorum, eiſdē uti ſacris, ſepulchra habere cōia. Interdū cū datiuo. Plau. in Rud. Mare quidē cōe certū eſt omnibus. Cum datiuo & ablatiuo, pręcunte pręppoſitione Cū. Cic. Fam. 13. Cum Patrone epicureo mihi omnia cōia ſunt, niſi ꝙ in philoſophia uehemēter ab eo diſſentio. Et aliqū ſine datiuo. Cic de Sen. Quod illud eſt crimē ſeneƈtutis, cum illud uideatis cum adoleſcentia eſſe cōe? Cum genitiuo. Terē. in Adel. Commune omnium uitium, quod nimium ad rē attenti ſunt ſenes. Cic. in Ver. Communis omniū inimicus. Cum pręppoſitione Inter. Tere. in Adel. Nam uetus uerbum hoc quidem eſt, Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

COMMVNITER, {Communemente} aduerbium, κοινῶς. Cic. de Senec. Quo uterꝗ noſtrum communiter uteretur.

COMMVNE, nis, ſubſtantiuè, {Commune} (κοινόν) pro cōi Republica, inquit Aſconius. Cic. 3. Ver. Pro Quæſtore uero quō iſte cōmune Myliadū uexarit.

COMMVNITAS, tatis, {Communità} (κοινότης) ut, Communitas uitæ & uictus. Cic. 6. Philip. Quæ uobis poteſt cum hoc gladiatore, cōditionis, æqui ſtatis legationis eſſe communitas? Conſociatio hominum, atꝗ cōmunitas, Cic. 1. Offi. Communitas hominis cum Deo, Cic. 1. de Nat. Deo.

COMMVNIO, onis, idem quod communitas, uel participatio. Cic. 1. de Leg. Inter quos porrò eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt.

COMMVNES DIES, (κοιναὶ ἡμέραι) apud ueteres erāt, qui alio nomine uocabantur Interciſi: ita dicti ꝙ Dijs, hominibusꝗ eſſent cōmunes. Erant enim dij inter feſtos, & profeſtos: & quibuſdam horis fas erat ius dicere, quibuſdam non. Nam cum hoſtia cædebatur, fari nefas erat: cæſa autem & porrecta fari licebat: rurſus cum adolebatur hoſtia, non licebat.

COMMVRMVRO, ras {Mormorare} (μορμύρω) idem quod ſimplex Murmuro. Plin. lib. 10. cap 13. Pythonos comen uocant in Aſia patentibus campis ubi congregatæ inter ſe commurmurant. Silius li. 15. Cluſo cōmurmurat ore.

Commurmuror, raris, deponens. Cic. in Piſon. Ita cum fuiſt perſcriptæ ſatē & literatè, ut ſcriba ad ærarium qui eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans commurmuratus ſit, &c.

COMMVTO, as, {Mutare, commutare} (ἀλλάττομαι, καταλλάττομαι) p. pr. idē qđ muto, permuto: qđ fit, cū una res pro alia datur: cum ꝗ, quis alteri quod habet, cōcedit, ut aliud quippiā aſſequatur. Cic. 5. Verr. Vt nō modò ceteo agris uectigal nouū nullū imponerent, ſ. d ne legē quidem uenditionis decumanum, neve uendundis aut tempus, aut locū cōmutarent. Plin. in Epiſt. Librū tuum legi, & ꝙ diligentiſſimè potui, annotaui, quę cōmutāda, quęꝗ eximēda arbitrarer. Cōmutare uerba, (μεταβάλλειν τοὺς λόγους) eſt ꝓ bonis dictis mala ingerere. i. iracundia in maledicta cōpelli, altercari, et iurgia habere, ἀντιλοιδορεῖν. Teren. in And. Nunquam hodie tecum cōmutaturū putem unum eſſe uerbū. Idē in And. Vt eſt ille bonus uir, tria non commutabitis hodie uerba inter uos. Inde Commutabilis, le, (μεταβλητός) quod facile mutatur. Cice. de Amic. Nam cū amicitiæ uis ſit in eo, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus, quo fieri poterit, ſi ne in uno quidē, quoꝗ unus animus erit, Idēꝗ ſemper, ſed uarius, cōmutabilis, multiplex? Commutatus, us, ui, uerbale, μεταβολή. Lucre. lib. 1. Quapropter quin quæ dicimus ante in commutatū ueniunt. Commutatio, onis, aliud, uerbale eiuſdem ſignificationis. Cæſar. 5. bel. Gal. Propter crebras commutationes æſtuū. Eſt & Commutatio Rhetorum figura, de qua uide ad Heren. lib. 4.

COMO, is, pſi, ptum, {Ornare la chioma, comare, Arſſ. Arte che tanto il parlar orna e coma} (κομῶ) ſignificat comam compono, orno. Teren. Heaut. Dū moliuntur, dum comuntur. annus eſt. Ouid. 2. Amo. Comere ſed ſolas digna Cypaſſi deas. Tibul lib. 1. Nec nitidum parca compſerat arte caput. Hinc Comptus, a, um, ornatus, politus. ἀναλελιπασμένος. Verg. 10. Aeneis. Sanguine turpantem comptos de more capillos. Comptulus. κομμωτής.

COMOEDIA, {Comedia} (κωμῳδία) fabulę genus, ciuilis priuatęꝗ uitę imaginē, ueluti in ſpeculo repræſentans, quemadmodū contra in Tragœdia regū præcipue & heroū mores depinguntur. Nā in comœdia nō niſi humiles, aut ſaltē priuatę perſonę, in Tragœdia uero principes, heroes, atꝗ adeò dij ipſi introducūtur. Quod ſi in comœdia deorū aut principum perſonas contingat admiſceri, ea nō propriè Comœdiæ ſed Tragicomœdię appellantur. Ad hæc in Comœdia turbulentū principiū læta ferè excipit Cataſtrophe: contra Tragœdię triſtiſſimus ferè eſt exitus. Dicta eſt autē Comœdia ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc eſt a uicis, ut quidā uolunt: propterea ꝙ Athenienſibus nondū in urbē coactis, et adhuc per uicos diſperſis, prima poemata huius rudimēta à iuuentute inuicem cantabatur, ſiue, ut alij malunt, à Como, laſciuię & comeſſationis Deo, cui inuentum ueluti

gens, rudia et inculta carmina profundebat: quibus quos uidebatur, nominatim perſtringebat. Verum cum eo genere licentiæ Poetæ nimis petulanter abuterētur, atque optimi cuiuſque nomen inuaderent, lege cautum eſt, ne hoc poematis genere cuiquam in poſterū uti liceret. Vertere ergo ſtylū (ut inquit Horatius) formidine fuſtis & in ueteris Comœdiæ locum noua ſucceſſit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanæ uitæ ſimilitudinē ueluti penicillo quodam exprimere. Cic. 1. Offi. Duplex omnino eſt iocandi genus, &c. Alterū elegans, urbanum, ingenioſum, facetum: quo genere non modo Plautus noſter, et Atticorum antiqua Comœdia, ſed etiam Philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt. Idem de clar. Ora. Eius improbitatem ueteres Atticorum Comœdiæ notauerunt.

COMOEDICE aduerbium, {*Manſuetamente, ſoauemente*}(κωμῳδικῶς, κατὰ κωμῳδίαν) ſignificat manſuete, ſuauiter, ſicut Tragœdice, crudeliter, Plautus Euge aſtitiſtis & dulcè, & comœdicè. Feſtus.

COMOEDVS, di, {*Che recita le comedie, hiſtrione*}(κωμῳδός) qui repræſentat comedias, ſiue comœdiarum actor, ſicut Galliopius apud Terentium, et Q. Roſcius apud Ciceronem. Facere Comœdum in pronuntiando, Quin. lib. 2. ca. 12. Fieri Comœdum ex peſſimo hiſtrione, Cic. pro Roſcio Comœdo. Comicus, (κωμῳδοποιός, κωμικός) qui comœdias componit, ut Teren. Plautus, & ſimiles. Pli. lib. 13 ca. 1. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Comicus, a, um, adiectiuum. ut, Comicus uerſus, Plin. li. 14. cap. 14.

Artificium comicum, Cic. pro Roſc. Comœdo: Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. Res comica, Horat. in Arte: Verſibus exponi tragicis res comica non uult.

COMOSANDALOS, (κωμοσάνδαλος) flos eſt, quē notiore nomine Hyacinthum nominamus (ut tradit Pauſanias,) ex quo Hermioneſes ſolennibus Chthoniæ deæ feſtis coronas complicabant.

COMOSIS, uide Commoſis.

COMOSVS, uide poſt Comotulus.

COMOSTRIÆ, {*Che ornano le chiome*} (κομμώτριαι) Latinè comptrices dici poſſunt, uel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Veſtæ miniſtræ auctore Feſto, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ ſex erant numero, ut ſingulæ partes populi ſingulas haberent Sacrorum miniſtras.

COMOTRION, (κομμώτριον) dicitur inſtrumentum, quo comptrices capillos adornant. Latinè Calamiſtrum appellatur, uel Diſcerniculum.

COMPACTVM, {*Patto*}(σύνθεσις) dicitur quod inter aliquos cōuenit. Plau. Rem de compacto gerit. i. ex pacto, & quemadmodum inter uos conuenit.

COMPAGINO, as, pen. co. {*Congiongere, giongere inſieme. Pe. Con bel nodo d'amor teco congionge*} (συναρμολογεῖν) coniungo, copulo, à nomine Compages, ſiue Compago, quæ coniunctionem ſignificant. Auguſtinus: ut Autem ſimus membra eius, unitas nos compaginauit.

COMPAGO, ginis, & Compages, compagis, pen. prod. {*Congiontione*} (ἁλληλουχία) coniunctio & compoſitio. Oui. 1. Meta. Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ. Ci. de Senect. Nā dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius: Saluete gemini mei compages ſanguinis. Ver. 1. Aen. Compagibus arctis claudentur belli portæ.

COMPAR, idem quod par, {*Pari, ſimile, uguale*}(ἴσος.) Liuius: Comparē cladem ad Aegates inſulas Carthaginienſium prælio nauali acceptam qua fracti Sicilia ac Sardinia ceſſere. Idem lib. 1. ab Vrbe: Id enim demum compar connubium fore. Inuenitur & Compar ſubſtantiuum pro ſocio, ſeu coniuge. Plaut. in Caſſ. Meus ſocer, compar, commaritus, uillicus. i. ſocius, uel æqualis. Pl. li. 18 cap. 23. Coniuga ferme uagantur, nec niſi cum compare uita eſt. Rhetores Cōpar id eſſe dicunt, quod duabus aut pluribus ſententijs breuibus, & inter ſe paribus exigitur, πάρισον.

COMPARABILIS, le, (παραβλητός) quod cum alio poteſt comparari. Cic. 1. de Inuen. Comparabile autem eſt, quod in rebus diuerſis ſimilem aliquā rationem continet: cuius partes ſunt tres, imago, collatio, & exemplum.

COMPARATIVVS, a, um, (συγκριτικός) quod per comparationem adhibetur: ut Comparatiua iudicatio. Cice. de Inuen. Deinde oportebit illam ipſam cōparatiuam iudicationem exponere, tanquam cauſam deliberatiuam. Hinc etiam Grammatici Comparatiuum gradum appellarunt, cuius proprium eſt ſuperare poſitiuum in ea qualitate quam obtinet, licet quandoque pro poſitiuo ponatur. Eſt autem Comparatio, ut docet Priſcianus ad unum uel ad plures, tam ſui generis, quā alieni: quamuis Græci honoris cauſa ſuæ gentis magis, quā rōne ueritatis dicant, non poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem. Statius lib. 8. Thebaidos: Sed pectora flectas, Et melior ſis, quæſo deis. Valerius Max. li. 4. Idem ſentit Fabricius. Licinius, honoribus & auctoritate omni ciue tēporibus ſuis maior. Et lib. 7. Tertium te importuniorem ſuperioribus, habere cœpimus rectorē. Comparatiua & ſuperlatiua, quæ à præpoſitionibus ueniunt, præter ſuā conſtructionē ablatiui & genitiui, aliquando accuſatiuo iunguntur. Ci. ad Octauium. Propius urbem Sall. Proximē Hiſpaniam Mauri ſunt.

COMPAREO, res, {*Comparere*(φαίνομαι)} idem quod Appareo. Cic. 7. Ver. Quærite nunc ueſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Liuius: Prima luce nec auctor, nec cauſa terroris comparuit. Comparere pro Extare Liuius: Viſebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet.

COMPARO, comparas pe. cor. {*Comparare, aſſimigliare*} multiplicis uſus eſt. Significat enim aliquando comparationem facere, ſiue adequare, συμβάλλειν. Et tunc habet uel datiuum. Cic. de Amic. Memineram Paulum, uideram Galum, ſed ij nec comparantur Catoni maximo, & ſpectato uiro. Vel ablatiuū cum præpoſitione Cum. Idem de Senect. Quæ ſunt igitur uoluptates corporis cum auctoritatis præmijs comparandæ? Vel accuſatiuum cum præpoſitione inter. Idem Offi. 3. Etenim non modò pluris putare, quod utile uideatur, quā quod honeſtum: ſed hæc etiam inter ſe comparare, & in his du..tare, turpiſſimū eſt. Vel cum præpoſitione Ad. Teren. in Eun. Act. 4. Sem. 4. Hau, ne comparandus hic quidem ad illam eſt. Vel accuſatiuum ſolū ſine præpoſitione. Cicer. in Bruto: ut crebrò conferant pugnantia, comparent contraria. Sæpe etiā Compare accipitur pro conſtituo, adapto, παρασκευάζειν. Ci. de Nat. Deo. Ego me ita comparaui. Et, Natura ita comparatum eſt, (οὕτως πέφυκε) id eſt, conſtitutum. Teren. in Phorm. Quàm iniquè comparatum eſt, hi, qui minus habent ut ſemper aliquid addant diuitioribus. Item præparo, paro, quæ uidetur propria eſſe ſignificatio huius uerbi, συσκευάζειν. Ci. Verr. 2. Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium comparabat. Sic comparare copias, exercitum: & per tranſlationē, Comparare riſum, dolum, inſidias, malum alicui. Item do. Idem ibidem: Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Item ſocio, cōiungo, ἁρμόζω. Plau. in Aſin. Prehende auriculas, compara labella labellis. Itē compono, machinor, συσκευάζομαι. Siſen. lib. 4. Hiſt. Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſilijs comparauerint. Et comparare, emere, πορίζομαι, ἀντικαταλλάττομαι. Cato de Re ruſt. Prædium cum cōparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liu. lib. 2. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandū miſſi, alij in Volſcos, alij Cumas. Item habita ratione rerum & hominum, aliquid ſtatuo: et comparatio, eiuſmodi conſtitutum. Liu. His Volſci ſine ſorte ſine comparatione prouincia data, ideſt, ſine conuento, et certo cōſtituto, ἄνευ συνθέσεως. Accipitur etiam pro quęrere, ſiue acquirere. Cic. Offi. 2. Prima eſt adoleſcenti cōmēdatio ad gloriā, ſi qua ex bellicis rebus cōparari pōt. Idē de Orat. Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. Hinc.

COMPARATIO, uerbale, {*Comparatione*}(παρασκευή) idem quod apparatus: ut, Comparatio noui belli, Cic. pro lege Manil. Item acquiſitio, ut, cōparatio uoluptatis, Cic. 2. de Fini. Item conſtitutio. Liu. His uolſci ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt. Eſt etiam id quod Analogia Græce dici, Cic. de Vniuerſ. Compatio item dicitur, rei unius cum alia ex aliqua ſimilitudine collatio, quæ à Græcis παραβολὴ dicitur. Cic. 1. Offi. Primum igitur de honeſto, tum de utili, poſt de comparatione eorum diſſerendum.

COMPARATE, aduerbium, (παραβολικῶς) alterius comparatione. Cic. in Top. Cum autem quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Ea petenda'ne ſit gloria: Comparatè, Præponenda'ne ſit diuitijs gloria.

COMPASCO, is, {*Paſcere con gl'altri,*} συννέμομαι, ſimul paſco. Varr. Colonis in agro ſurculario ne capras compaſcat. Pli. li. 9. cap. 54 Nuper excogitatū, famem longæ aduectionis à Brundusio, compaſcere in Lucrino. Compaſcuus, paſſiuum. Var. 1. de re ruſt. c. 1. Meſſe facta, ſpicilegium uenire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci. Ius compaſcendi habere, Scæuola in. l. teſtatrix. § plures. ff. ſi ſeru. uend. Inde compaſcuus ager, apud Ciceronem in Topicis, (σύννομος ἀγρός) qui relictus eſt ad paſcendum communiter uicinis. Valer. lib. 6. cap. 7. Ius compaſcuum, pro compaſcēdi.

COMPEDES, pen. cor, & fœm. gen. {*Ceppi. Pet. Diſs'hor me'l giogo le catene e i ceppi*}(πέδαι ποδοκάκη) à nominatiuo ſingulari Cōpes, qui non eſt in uſu, uinculi genus, quo captorum pedes conſtringuntur. Tere. Phorm. Molendum uſque in piſtrino, uapulandum, habendæ compedes. Cic. Att lib 8. Ageſ has compedes, falces (inquam) hos laureatos, referre ex Italia, quàm moleſtum eſt.

Compeda, dæ. antique. Varr. Parm. Lepuſculi timentes, hoc quadrangulum dedit Diana rete oextie, ac uiſcum fuge, lineamq; compedam. Legitur etiam nominis huius numerus ſingularis præſertim ablatiuus Compede. Hor. Niſsili compede uinctus. Iuue. Saty. 4. Squallidus in magna faſtidit cōpede foſſor. Genera compedum ſunt Numellæ, Boiæ, Pedicæ. Neruus.

COMPEDIO, compedis, pe. cor. compediui, ditum, {*Legare i piedi*}(πεδάω) ſignificat pedes ligare, & uincire. Varro: Domum intro, & pedes comagis compedio. Hinc

COMPEDITVS, participium, {*Legato in ceppi*}(πεπεδημένος) cōpedibus ligatus). Plau. in Ca. Io lapidicinas compeditum condidi.

COMPELLO, is, compuli, compulſum (συνελαύνειν, συνωθεῖν) propriè ſignificat (inquit Seruius) diuerſa, uel diuerſorum generum animalia eodem cogere. Verg. lib. 7. Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in unum. Quod etiā de hominibus dici ſolet. Cic. de Inuen. Qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſyluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum: & cōgregauit. Liu. ab urb. 3. Cōpulſis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapſa cū Antium rediſſet, &c. Accipitur et pro cogo adigo, & inuitum ad aliquid faciē dum adduco, κατείργω. Plin lib. 36. ca. 5. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminū diſtrinxit in tantū, ut credatur aliquibus ad laqueū eos cōpuliſſe. Et per tranſlationem. Plau. in Aſi. Quæ uolet faciemus, qui hoſce amores Noſtros diſpulſos cōpulit. Cic. Acad. 4. Cum ſit enim cāpus in quo poſſit exultare oratio, cur eā in tantas anguſtias, et in Stoicorum dumēta cōpellimus?

COMPELLATIO, onis. Vide Compello, as.

COMPELLO, as, {*Fauellare. Pet. Amor par ch'allorecchie mi fauelle*} προσλέγομαι, ἐντυγχάνω. alloquor. Verg. li. 2. Vltro flens ipſe uidebar Compellare uirum. Cic. poſt Reditum in Sen. Neque ſolum id dixit, ſed quos ei cōmodū fuit cōpellauit. Aliqñ infamo, accuſo, προσκαλέομαι. Suet. in Cæſ. Eodē modo Nomiū quęſtorē q; cōpellari ad ſe maiorē poteſtatē paſſus eſſet, &c. Cic. ad Att. lib. 2. Nigidiū minari in concione, ſe iudicem qui non adfuerit, compellaturū, et incuſaturum. Compellatio uerbale. Cic. ad Cornifi. Itaque crebras uel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſeq; urbem recepit inuitus.

COMPELLVCEO, ces, cere. (διαφαίνομαι) Vnde compellucidus, pen. cor. διαφανής. Plau. Perſa: Nihil eſt macrum, nihil è nigro compellucidum.

COMPENDIARIVS, a, um, {*Breue, ſuccinto*}(σύντομος) breuis, ſuccinctus, & ueluti ad certam metam per compendium ducens. Cic. lib. 2. Offi. Præclare Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quaſi cōpendiariā dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet. Compendiario aduerbiū συντόμως. Sene. Epiſt. 120. Ad maximas diuitias te compendiario uoco.

COMPENDIFACIO, cis, (συντέμνω, μικρολογέω) orationis cōpēdio utor. Plaut. in Moſtel. Orationis operam compendifacio. Nonnunquam etiam lucrifacio. Plau. in Perſa: Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies.

COMPENDIOSVS, a, um, {*Molto utile,*}(λυσιτελής) ualde utilis. Col. lib. 1. Quod & per partes nōnunquā damnoſum eſt, in ſumma tū ſit cōpēdioſum.

COMPENDIVM, {*Lo ſparagno*}(σύντομον) eſt id quod parſimonia quadā ſeruamus: ſicut ecōtrario Diſpendiū quod uel incuria, uel immoderatione profundimus, aut perdamus. Pli. Bubulas carnes, caules caprifici magno lignorū compēdio percoquunt. Idem: Magno ad lignorum diſpēdio ſit addito ſalicuā perco qui integro die uix poſſunt Compendium dicitur ēt utilitas, lucrū, ὠφέλεια: ſicut diſpendiū (βλάβη) damnum. Tibullus: Nec uagus ignotis repetens cōpendias

dia terris, Preſſerat externa multa merce ratem. Item lib. 4. ad Heren. Duæ res ſunt, quę poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia. Compendium pro uia compendiaria & breui accipitur. Pli. lib. 5. cap. 5. Compendium uiæ quatridui deprehenſum eſt. Item Compendium, (ἐπιτομὴ) quęuis breuitas dicitur, in qua tamen utilitas eſt, qualea ſunt libri in quibus breuiter ſumma operis alicuius colligitur. Vnde Plaut. in Mil. Quã potes, tã uerba confert ad compendium.

COMPENSO, as, {Compenſare, remunerare,} (ἀντημείβομαι, ἀντικαταλλάσσομαι) exæquo, retribuo, refundo: quaſi pari pondere rependo. Ci. pro Murę. Atque hæc à nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quæ a nobis cõſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. Ouid. Epiſt. 3. Tot tamen amiſſis te compẽſauimus unum. Vale. Maxi. Tarditatemq́ſupplicij grauitate compenſat.

Inde compenſatio, (ἀμοιβὴ) quæ eſt, auctore Modeſtino. l. j. ff. de compenſat. debiti & crediti inter ſe contributio. Cic. 5. Tuſc. Itaque hac uſurum compẽſatione ſapientum, ut uoluptatem fugiat. Ad Heren. lib. 4. Fortitudo eſt contẽptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compenſatione commodorũ.

COMPERENDINO, as, pe. cor. {Prolungare di di in di} (ἀμβάλλομαι, ὑπερημερίαν) ſignificat de die in diem differo. Cic. 1. Ver. Tua ratio eſt, ut ſecũdum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. Vnde comperẽdinatio, (ἀμβολὴ) quæ eſt (ſicut docet Aſconius) ab utriſque litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem, ne. l. alter litigatorum imparatus tergiuerſari poſſet. Comperendinari autem reus dicebatur, cum iudices adhuc incerti, quid deberent pronuntiare, cauſam in aliud tẽpus differebant. Dictum eſt autem Comperendinare quaſi in diem perendinum differre. Dicebantur enim propriè Comperendinatio, teſte Gellio, quando reus in tertium diem reijciebatur. Cum uero in poſterum diem eã differebatur, hoc, Diem diffundere appellabant. Vide Gel. lib. 14. cap. 2. Accipitur tamen pro quãtumuis longa iudiciali dilatione. Cic. Verr. 3. Vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum comperendinatum iudicaret. Dies comperendini, (κύριαι ἡμέραι) quibus uadimonium iuberi licet, ut inquit Macrob. Vide Val. lib. 2. c. 33. & Bud. in Annot. Comperendinatus, us, in. Cicer. 3. Verr. Adimo enim comperatum, quod habet lex moleſtiſſimum, bis ut cauſa dicatur. Vbi Aſconius, Comperendinatum, inquit, pro Comperendinatione poſuit.

COMPERIO, {Trouare, hauer per chiaro} & Comperior deponens differunt, auctore Diomede, q̃ comperiri eſt ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere κατειλημμένον. Sallu. in Iugur. Sed ego comperior, Bocchũ magis Punica fide, q̃ ob ea quæ prædicabat, ſimul & Romanos, & Numidã ſpe pacis detenuiſſe. Comperire uerò ab alio conoſcere, ἐφευρίσκειν. Tere. And. Item alio die quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere. Ea tamen differentia, ut pleræq; aliæ Grammaticorum, ab auctoribus paſſim contemnitur. Compertum eſt mihi, & Exploratum eſt mihi: hoc eſt, per inueſtigationem cognoui, [illegible], Ariſt. & πληροφοροῦμαι. Compertus, participium, ſeu nomen ex participio. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 31. Equiti Romano iuſiurandi gratiam fecit, ut uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum antè iurauerat. Id eſt deprehenſam. Compertus ſtupri. Liu. 2. belli Pun. Tum q̃ duæ Veſtales eo anno Opimia atq; Floronia ſtupri compertæ. Compertò, abſolutè, id eſt, cum compertum eſſet. Tacit. lib. 3. Neq; dũ cõperto, quos illa uis perculiſſet. Tabolenus in. l. Pantomimus. §. pro hærede. ff. de acqui. hæred. Pro hærede geſſiſſe filium placuit, qui moriens, comperta matrem ſuam inteſtatam deceſſiſſe.

COMPERNES, dicuntur homines genibus plus iuſto coniunctis, ut Feſto placet, uel qui longos habent pedes, ut interpretatur Nonius Lucil. lib. 17. Sat. Compernem, aut uaram fuiſſe Amphitryonis coniugem Alcmenam.

COMPES, uide Compedes.

COMPESCO, is, {Raffrenare, contenerſi Pe. L'anima al dipartir preſto raffrena} (συστέλλω, ἀνείργω) cohibeo contineo, coerceo: quaſi ab eodem (ut Feſto placet) a pabulo contineo. Plin. lib. 20. cap. 7. Semine trito & ex uino poto libidinum imagines in ſomno compeſci. Plin. in Epiſt. Nullum denique inſtrumentũ ad incendia compeſcenda. Iuuen. Digito compeſce labellum.

COMPETENTER, (μετρίως) mediocriter. Vlp. Sol. matrim. l. ſi cum dotẽ: Quatenus filiu & patri competenter conſulatur.

COMPETO, is, pen. co. {Competere} (συμμετιέναι) honorem, uel coniugium, uel aliud quicquam cum alio peto. Pli. de Viris illuſt. Et unam ſpecioſam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit. Vnde Competitores, (συμπαριέντες) dicuntur, qui in magiſtratibus, officijs, & honoribus petendis concurrunt. Cic. ad Att. li. 1. Competitores cui certi eſſe uidebantur, Galba & Antonius. Competitrix, icis. Cic. pro Muræ. Nam nos quoque habuimus ſcenã competitricem. Aliquando competere, teſte Nonio, eſt parem eſſe, uel conuenire, συνιέναι, συμπίπτειν. Vnde in æſtimatione rerum dicimus, hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Colum. li. 2. Nec omnino cunctabimur, quo minus ſub tectum congeratur: uel ſi non competet, ut aut in uillam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur: certe in metas extrui conueniet. Hinc Competentia, (ἀναλογία) pro conuenientia. Gel. lib. 2. Comprehenſa autem mẽſura Herculani pedis, ſecundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus eſt. Item quandoque animi uel corporis parte aliqua compotem eſſe, & ut Nonius inquit, conſtanter ualere. Sall. lib. 1. Hiſt. Si uerò quaſi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus, aut lingua competeret.

COMPILO, as, p. pr. {Pigliar d'ogni parte} (συλλαμβάνω, περιαυλέω) undiq; ſurripio. Dictũ à πιλῶ, quod eſt cõplano, non à pilis uellendis, cuius prima corripitur: aut certè ab eo q̃ Pilotas fures Græci appellant. Vnde Cõpilare, et Expilare hæreditatẽ dicimus i. fraudare & diripere. Cic. 1. de Nat deo. Tot millia latrocinantur morte propoſita: alij omnia, quę põt, fana compilant. Horat. Ne me Cõpilaſſe putes Criſpini ſcrinia lippi. Interdũ Cogo. ([illegible]) & in unũ congero. Vnde Cõpilatores ([illegible]) qui multa in unum cogunt. Cõpilatio uerbale. Ci. Cælio, li. 2. Quid? tu me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorũ compoſitiones, ut uadimonia dilata, & Creſti cõpilationem mitteres? Compilatus, a, um, ([illegible]) qui furtũ paſſus eſt, teſte Nonio, q̃ qui è domo ſupellectilem detrahunt, æquare omnia & cõplanare uideantur.

COMPINGO, is, compegi, cõpactũ, {Cacciare, ſpingere, congiungere} (συμπήγνυμι) compoſitum a Con, et Pango, contrudo cõpello, detrudo. Plau. in Amph. Quid faciam nunc, ſi tres uiri me in carcerem compegerint. Cic. 1. de Orat. quã in aliquod piſtrinum detrudi, & cõpingi uidebam. Plau. Menæ. Et ob eã rẽ te in carcerẽ eſſe cõpactũ ſcio. Interdũ cõpono cõiungo, συμπήγνυμι. Verg. 2. Eclo. Eſt mihi diſparibus ſeptem cõpactis cicutis Fiſtula. Ci. 3. de Fin. Quid n. aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius, aut in operibus manu factis tam cõpoſitum, tamq; compactum & coagmentatum inueniri põt? Huic opponitur Incompactũ, hoc eſt, disiunctum, male compoſitum, ἀσυνάρμοστον.

Poteſt et eſſe compoſitũ, à Pingo. Lactant. lib. 7. Vt ſummam illam, quę cõtinet uniuerſa, & compingerent, & adimplerent. Compactum, pro conuento, uel compromiſſo. Suet. in Iul. Productusq; pro roſtris auctores ex compacto nominare. Compacto, uel de compacto aliquid agere. i. ex compoſito. Plaut. Capt. Nemo ridet: ſciũ extemplo rem de cõpacto geri. Liu. 5. ab urb. Vt multò uериſimilius ſit, cõpacto eã rẽ, & cõi fraude patriciorum actã. Verum hoc potius uidetur à uerbo Paciſcor eſſe deductum. Compactio uerbale, cõpoſitio, cõiunctio, ut Compactio membrorũ. Ci. 5. de Fin. Videamus ea, quę terra gignit corticibus, & radicibus ualida ſeruari: quod contingit animalibus ſenſuũ diſtributione, et quadã compactione membrorũ. Compactilis, le, quod compactũ eſt. Pli. li. 11. cap. 18. Optimæ apes breues, uariæq;, & in rotunditatẽ compactiles. Vitru. lib. 4. cap. 7. appellat trabes compactiles, ſubſcudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles poſtes.

COMPITA, pe. cor. {Luoghi doue quali ſi ua per diuerſe uie} (ἄμφοδα) dicunt loca, quę petunt, hoc eſt, adeunt, per diuerſas uias: cuiuſmodi ſunt triuia et quadriuia, in q̃ plures coeunt uię. Ouid. In terras cõpita ſecta uias. Ver. 2. Geor. Prę miaq; ingentes pagos, & cõpita circũ. Antiquis in uſu erat, et cõpitus, maſc. ge. ut annotauit Non. Varro de Scenicis originibus li. 3. Vbi Cõpitus erat aliquis.

COMPITALIA, orum, (ἀμφόδια) feſta, quę in compitis peragebant, à Seruio Tullio Dijs Laribus inſtituta, ut eſt auctor Pl. li. 37. ca. ult. Cato de re ruſt. cap. 5. Rem diuinam, niſi Cõpitalibus, in cõpito aut foco ne faciat. Hinc Cõpitalitius, a, um. ut. Dies compitalitius, quo compitalia celebrabantur: et Deus cõpitalitius, (ἀμφόδιος) qui compitis, & uijs præeſt. Vide plura de his apud Gell. li. 10. c. 24. Cõpitalitiæ ambulationes. Cic. ad Att. li. 7. Ego qui IIII. Nonas Ianu. Compitalitius dies eſt, nolo eo die in Albanum uenire moleſtus familiæ. Et ad Att. lib. 2. Sed hoc ambulationibus compitalitiis reſeruemus. Compitalitia, orum, ſubſtantiuè. Ci. in Piſon. Tu cum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidiſſent, Sex. Claudium, &c. Compitalis, le, adiect. Suet in Augu. Compitales lares ornare bis anno inſtituit, uernis floribus & æſtiuis.

COMPLACEO, {Piacere ſommamente} (ἀρέσκω) ualde placeo. Terent. in And. Poſtquam amare cœpi, tibi complacita eſt. Præteritum facit Complacui, uel Complacitus ſum: ut ſuperiore exemplo, & apud Plau. in Rudẽ. Hoc Deo complacitum eſt.

COMPLACO, cas, {Placare} (ἐξιλάσκομαι, ἱλάσκομαι) idem quod placo. Gel. lib. 7. cap. 3. In principijs autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare iudices debent.

COMPLANO, as, pen. pro. {Spianare. Pet. Quanti ſpianati inanti e in dietro poggi} (χθαμαλόω, ὁμαλύνω) plano, planum reddo. Cato ca. 151. Dimidiatum digitum terram aliam ſuccernito: id bene tabula, aut manibus, aut pedibus cõplanato. Cic. pro Domo. Sp. Melij regnum appetentis domus eſt complanata. i. deducta, ſolo æquata. Cæſar: Sed propè iam conſtituta opera cum complanarent, id eſt, perficerent, extremam manum imponerent.

COMPLAVDO, dis, dere, (κροτέω, κροταλίζω) plauſu certatim cõprobare. Cic. de Amic. Stantes complaudebant in ficta.

COMPLECTOR, complexus ſum, {Abbracciare, comprendere. Pe. Vorrei il uero abbracciar laſciando l'ombre} (περιπλέκομαι) amplector, comprehendo, Teren. in And. Accurrit, mediã mulierẽ cõplectitur. Cic. pro Roſc. Quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe uideantur. Complector te amore. i. amo te, quod & ſine ablatiuo dicitur. Cic. Curioni. de ipſo. T. Annio tantũ tibi polliceor, te maioris animi erga te, ſi complecti hominem uolueris, habiturũ eſſe neminẽ. Complector cogitatione, cogito: Complector animo (τῷ νῷ περιβάλλω Theodoro) conſidero. Cic. in Catone. Etenim cũ cõplector animo, quatuor reperio cauſas, cur ſenectus miſera eſſe uideatur. Complector, et paſſiuè legit. Scæuola in. l. ſi ſic ſtipulatus ſim. ff. de uerb. obli. Nã ſicut & ipſius, & hęredis caput, ita & ipſius uis & hæredis uel ſæpius facta cõplectitur, ut condemnetur quanti intereſt. Complexus, participium paſſiuum. Cic. pro Roſc. Amer. Atque eiuſmodi, quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe uideantur.

COMPLEO, ex Con. & Pleo, {Empire pienamente, compire, finire. Dan. Che le capre fornisce poco panno} (συμπληρόω, συμπληρόω) ad ſummũ, ſeu penitus impleo. Ventus à latere ſæuiens nauẽ undis compleuerat. Reperitur ſine ablatiuo Cic. de Som. Sci. Quis eſt, qui cõplet aures meas, tantus & tam dulcis ſonus? Per trãslationem pro finire, πληρόω. Idem in Catone: Leontinus Georgias centu & ſeptẽ compleuit annos. Interdum pro ſupplere, perficere, integrare. Sallu. Duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum complet.

COMPLEMENTVM, (πλήρωμα) idẽ quod completio, uel ſupplemẽtũ. Ci. in Ora. Inculcata reperias inania quędã uerba, quaſi cõplementa numerorum.

COMPLETVS, a, um, {Fornito Pe. Et fornito'l mio è tempo mezzo gl'anni} (τέλειος) perfectus, abſolutus. Cic. in Ora. Aures perfecto, completoq; uerborum ambitu gaudent.

COMPLEX, {Complice, cõpagno in qualche ſceleraggine} (συστάτης, συνεργέτης) particeps ſceleris, et qui in eodẽ crimine ueluti complexus eſt, à complectendo.

COMPLEXVS, us, {Abbracciamento} (συμπλοκή) nomen, à complector. Cicero pro Fon. Num etiam de matris hunc complexu lectiſſimæ, miſerrimæq; fortunę uobis inſpectantibus auellet, atq; abſtrahet? Complexus pro amore. Cic. 5. de Fin. Serpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, poſt uicinitatibus cũ ciuibus, & ijs qui publice ſocij, atq; amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

COMPLEXIO, uerbale, (συμπλοκή, συμπλοκή) idem quod Complexus. Cicer. in Orat. Nec ſeparatim multa frequentans, una complexione deuinciet. Cõplexiones, copulationes, & adhæſiones. Cic. 1. de Fin. Complexio item à Rhetoribus appellatur, quod Græci δίλημμα, Latinorum nonnulli Argumentũ cornutum appellant, duas habens partes, quarum utram conceſſeris, non effugis reprehenſionem.

COMPLICO,{*Piegare inſieme*} (συμπλέκω)ſimul plico. Pla. in Ruden. Dū tibi hanc rudentem, quam trahis, complico. Ad hunc modum dicimus complicare epiſtolam, pro eo quod eſt claudere. Cic. ad Att. Cum complicarem hanc epiſtolam, &c. Significat etiam contrahere, & quod latum erat, anguſtū reddere: ut cum dicimus, Complicare uela. Eius contrarium eſt euoluo, quod. ſ. implicatum & inuolutum erat, expedio. Cic. 3. Offi. At uerò ſi quis uoluerit animi ſui complicati notionem euoluere.

COMPLODO,is, pen. pro. (συγκρούω)concutio, colliſido: ut, Complodere manus, Complodere pedes, eſt manuum uel pedum colliſione ſtrepitū edere. Quin. lib. 11. Nam & complodere manus, ſcenicum eſt, & pectus cædere. Seneca lib. 6. de Ira: Comploſæ ſæpius manus.

COMPLORO,ras,{ *Piangere inſieme, compiangere. Dan. Donn' è gentil nel ciel che ſi compiagne*}(ἀποδύρομαι)defleo, deploro. Liu. 5. ab urb. Complorati omnes pariter uiui mortuiq́; totam penè urbem lamentis impleuerunt. Cic. pro domo ſua. Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. Comploratio, uerbale, id eſt, Lamentatio. Liu. 6. belli. Pun. Cōploratio eorum, flebileſq; uoces. Comploratus, us, ui, ut, Comploratu iuſto proſequi mortuos, Liu. 5. belli Pun.

COMPLVRES, Complura, & Compluria, {*Molti*} (συχνά, συχνοτέρα) ſine numero ſingulari, idem quod multi. Gellius poſitiui eſſe gradus, non comparatiui, lib. 5. cap. 21. docet. Cæſar. 8. belli. Gall. Quod ubi accidit, complures hoſtium magno noſtrorum impetu pulſi uulnerantur. Cic. 4. Verr. Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas. Teren. Phorm. Noua hic cōpluria. Vbi Donatus: Secundum regulam locutus eſt Terentius. nam hoc Complure, & hæc Compluria dicitur. Sic ueteres, quod noſtri dempta ſyllaba Complura dicunt. Sic Cato Originum 2. Fana hoc loco compluria, Cic. in Orat. Confirmandi genera compluria. Credo, quia ueteres hoc Plure, non hoc Plus, dicebant. Compluſculi, orum, diminutiuum. Terē. Hecy. Dies compluſculos Bene conueniebant ſane inter eas.

COMPLVRIES,{*Piu e piu uolte*} (πλεονάκις)aduerbiū, factum ab eo qđ eſt complura, & ſignificat ſæpe. Cato: Contumelias mihi dixiſti complurie. Plaut. Perſa: Metuo herclè uerò: ſenſi ego iam compluries.

COMPLVTENSES, Hiſpaniæ, populi, ſic à Compluto urbe dicti, Plinius lib. 3. cap. 3.

COMPLVVIVM,uij,{ *Fogna*}à pluuia dicitur locus in ædibus, quò de diuerſis tectis aqua pluuialis defluit. Colum. lib 4. cap. 24. At ſi longius, q̄ ratio agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachijs in aliorum compluuia perrepſerit, &c.

COMPLVVIVS,a, um, adiect. ut, Compluuius lacus: qui ex pluuia aqua colligitur. Var. 1. de Re ruſt. ca. 13. Vna, ut interitus compluuium habeat lacum, ubi aqua ſaliat: quæ intra ſtylobatas cum uenit, fit ſemipiſcina.

COMPLVVIATVS, adiect. ad compluuij modum factum: ut, Compluuiata uinea. Pli. lib. 17. cap. 21. Compluuiata copioſior uino eſt, dicta à cauis ædiū compluuijs. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 8. Iugationis ſpecies duæ: una directa ut in agro Canuſino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia pleræq;.

COMPONO,is, pen. pro. {*Componere, mettere inſieme*} (συντίθημι)ſimul pono, coniungo. Verg. 8. Aene. Componens manibusq; manus, atque oribus ora.

Item diſponere, conſtituere, συντάττειν, κατασκευάζειν. Cicero pro Deiotaro: Locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus te rex munerare conſtituerat. Idem 3. de Ora. Collocationis eſt componere, & ſtruere uerba, ſic ut ne've aſper eorum concurſus, ne' ue hiulcus ſit, ſed quodam modo coagmentatus & leuis. Accipitur etiam pro ædificare, (κατασκευάζειν) Verg. 3. Aen. Quā tuta poſſis urbem componere terra. Item comparare, (συμβάλλειν) quoniam quæ comparantur, iuxta ſe ponuntur. Salluſt. in Iugur. Vbi Metelli dicta cum factis componit. Verg. 1. Eclog. Sic paruis componere magna ſolebam. Quandoq; ornare, κοσμεῖν: nam compoſitio apta ornatum affert. Idem 4. Geor. Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Quandoque colligere, συλλέγειν. Cic. in Diui. in Verr. Si ab iſto libro, quē tibi magiſter ludi, neſcio quis, ex alijs orationibus compoſitum dedit. Quandoque reficere, recreare. Ver. 4. Geor. Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra. Quandoque lenire, πραΰνειν. Ambroſius li. 1. Offi. Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quā animos noſtros rō componat Quandoque finire, claudere. Verg. 1. Aene. Antè diē clauſo componet ueſper olympo. Quandoq; concordare, συναλλάττειν, καταρτίζειν. Verg. Eclo. 3. Non noſtrum inter uos tantas componere lites.

Quādoque cōuenire, paciſci, συντίθεσθαι. Vnde dicimus Compoſito aliquid agere, (ἐκ συνθήκης)pro eo quod eſt, ex conuentione, uel quemadmodum inter nos conuenit. Plinius: Nihil non compoſitò fecimus, pactum ſeruauimus.

Quandoque fingere, ſimulare, πλάττειν. Sallu. Non ſunt compoſita mea uerba: parui id facio: ipſa uirtus ſatis oſtendit. Vnde Compoſito aliquid agere, hoc eſt, ſimulatè, & data opera. Teren. in Phorm. Compoſito factum eſt, quomodo hanc amans habere poſſit ſine dote. Eſt & Compoſitè, aliud aduerbiū, idem ſignificans quod aptè Cic. 1. de Orat. Sin oratoris nihil uis eſſe, niſi compoſitè, ornatè, copioſè eloqui, id eſt, eleganter. Compoſitus, Compoſitior, Cōpoſitiſſimus, nomen ex participio. Ci. 2. Veri. Et ex accuſatione perficiam, ut nemo unq̄ poſt hominum memoriam paratior, uigilantior, cōpoſitior ad iudiciū ueniſſe uideatur. Idem ad Att. lib. 6. Admiratus ſum, ut uidi obſignatam epiſtolam, breuitatem eius ut aperui, ruſus σύγχυσιν literularum, quæ ſolent tuæ compoſitiſſimæ & clariſſimæ eſſe. Compoſtus per ſyncopen Ver. 1. Aen. Nunc placida compoſtus pace quieſcit. Compoſitor, oris, uerbale. Cic. in Orat. Nō enim inuentor, aut compoſitor, aut actor, hæc complexus eſt omnia. Ouid. 2. Triſt. Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo. Compoſitio, onis, uerbale, ut Cōpoſitio unguentorum. Pli. lib. 20. cap. 24. Sed diceſſuri ab hortenſibus rebus, unam compoſitionem ex his clariſſimam ſubtexemus. Cic. 2. de Legib. Totaq; huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem cæremoniamq; declarat. Compoſitio, diſcordiarum pacificatio. Cæſ. 1. Bel. Ciui. Legatos ad Pompeium de compoſitione mitti oporteret. Cic. 2. Philip. Pacis, concordiæ, cōpoſitionis auctor eſſe non deſtiti. Compoſitura, iſ, uel Compoſtura. Cato. de Re ruſt. ca. 25. Trapetus emptus eſt in Sueſſano nummis quadringentis, & olei, P. L. compoſturæ nummis ſexaginta &c. Gel. lib. 5. cap. 28. Solœciſmus eſt impar & inconueniens compoſitura partium orationis.

COMPORTO,as,{*Portare in un luogo*} (συμφορέω)congrego, in unum locum porto. Cic. in Piſonem: Cum ſeruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce & palam comportarentur. Comportare frumentum ex agris in loca tuta, Cic. Att. lib. 5. Horat. 2. Serm. Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.

COMPOS,{*Colui che ha ottenuto qualche coſa*}(ἐγκρατής, ἐπίβολος, ἐπιτυχής.)dicitur, qui habet, uel aſſecutus eſt aliquid. Valer. Maxim. lib. 1. Imperatores compotes uictoriarum. Compos animi, (νουνεχής, ἔμφρων)qui animū ſuum habet in poteſtate, uel qui habet ſanum animum. Teren. in Adelph. Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Huic opponitur Impos. ut, Impos animi, pro inſano, furioſo, amente, qui animo ſanus non eſt, qui 'ue animi inſtrumentū habet uitiatum. Plaut. in Capt. Eripite iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi. Sic Compos uoti, & Impos uoti. Cicero: Nam quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciunt, ſic uictos e contrario Voti impotes, qui non poſſunt facere quod uolunt. Legimus etiam nonnunquam Compos miſeriarum. ut etiam in malam partem accipiatur. Plau in Epid. Cedo manum mihi accipe ærumnarum, & miſeriarum compotē. id eſt, qui ſimul tecum miſerias ſit habiturus Sunt autem Compos & impos generis communis, compoſita ab antiqua & inuſitata uoce Pos, potis: unde & poſſum & Poſſideo. Pos autem idem eſt, quod potes, cuius genitiuo Potis uſi loco nominatiui ueimus. Ver. 3. Aene Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. Teren. in Phor. Adoleſcens primū abs te hoc bona uenia peto, Si tibi placere potis eſt, ut reſpōdeas mihi. Hoc eſt, ſi poteſt, ſiue poſſibile eſt. Quod autem Perſius dicit, Qui pote? uis dicam? nugari. Pote pro potis accipitur metri cauſa. Iungitur quādoq; Compos cum ablatiuo. Sallu. Neq; animo, aut lingua ſatis compos. Liu. lib. 3. Prædaq; ingenti compotē exercitum, ſuis etiam rebus recuperatis, quę populatione agrorum amiſſæ erant, reducit. Quo in loco compotem, quaſi affluentem, & lætum ſignificare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

COMPOSITE, & Compoſitò aduerbia, uide in uerbo Compono.

COMPOSITIO,onis, {*Compoſitione*}(σύνθεσις)compoſitio, ſtructura, confectio, Cic. 1. Offi. Apta compoſitio membrorum. Interdū idem quod diſpoſitio. Idem. 1. Offic. Ordo eſt compoſitio rerum aptis atq; accommodatis locis.

Nonnunquam idem quod pactum, conuentio, tranſactio, compromiſſum. συνθήκη. Idem 5. Philip. Pacis, concordię, compoſitionis auctor eſſe non deſtiti.

COMPOTO,as, pen. pro. {*Beuere con gl'altri*} (συμπίνω)ſimul poto. Compotatio, (συμπόσιον)conuiuium. Cic. de Sene. Bene maiores accubationē epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt melius q̄ Gręci, qui hoc idem tum Compotationem, tum concœnationē uocāt.

Compotor, oris, uerbale, συμπότης. Cice. 2. Philip. Tum adhibes ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. Compotrix, cis, (συμπότρια)fœmininum. Teren. And. Quia compotrix eius eſt.

COMPRÆDES, (σύνεγγυοι)appellantur eiuſdem rei ſponſores. Feſtus.

COMPRANSOR,oris, {*Quello che deſina inſieme con gl'altri*} qui ſimul prādet. Cicero. 2. Philip. Hunc tu agrum compranſoribus, & colluſoribus diuidebas.

COMPRECOR,aris, {*Pregare*}(ἐύχομαι)à Precor compoſitum eſt, idem ſignificans quod ſimplex, Teren. in Adelph. Abi donum, ac deos comprecare, ut uxorem accerſas. Comprecari cœleſtium fidem dixit Catullus, pro eo quod eſt, Deorum auxilium implorare: Cœleſtumq; fidem ſuprema comprecor hora. Hinc uerbale Comprecatio, genus precationis, quæ ſolēni quodam ritu ab uniuerſo populo fiebat apud Romanos, ut docet Gel. lib. 13. cap. 21. Liu. 9. belli Maced. Nulli unquam concioni, Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolennis deorum comprecatio fuit, quæ uos admoneret, &c. Nos Supplicationes uocamus, qua etiam uoce ueteres uſi ſunt.

COMPREHENDO,is, comprehendi, henſum, {*Pigliare, comprendere, intendere. Pe. Io nol poſſo ridire & nol comprendo*} (λαμβάνω, συλλαμβάνω) propriè eſt manu capio. Cic. de Natu. 1. Quid opus manibus, ſi nihil comprehendatur? Sic comprehendere hoſtem, et comprehendere aliquem in fuga, apud Cæſar. & comprehendere arma apud eundem, pro capere. Sed per translationem ponitur aliquando pro percipere, uel intelligere. Cic. Fam. lib. 6. Quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentia pulcherrime à ſapientiſſimis uiris tradita, memoria & ſcientia comprehēdiſti, iis hoc tempore utare. In qua ſignificatione dicimus quoque, Comprehendere animo, mente, ratione, ſenſibus, intelligentia, &c. Aliquando ponitur pro perſtringere, concludere, uel complecti. Cic. de Ora. Ac ne plura, quę ſunt pene innumerabilia, conſectēr, comprehendam breui. Aliquando pro proſequi. Cic. Fam. 13. Sed ut redeam ad id, unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis: id eſt, complexus fueris. Vnde

COMPREHENSVM, ſubſtantiuè, κατάληπτον. Cic. 4. Acad Cum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti. Cōprehenſibilis, le, καταληπτός. Cic. 1. Acad. Id autem uiſum cum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile feretis. Comprehenſio, κατάληψις. Cic. 3. de Finib. Cogitationes, comprehenſioneſq; rerum. Accipitur item pro ipſo comprehendendi, ſiue capiendi actu. Cic. 2. Philip. Nam cum comprehenſio ſontū mea, animaduerſio Senatus fuerit.

COMPRIMIS, pen. pro. (ἐς τὰ πρῶτα)idem quod in primis. Ci. pro Quintio: L. Albius uir bonus, & comprimis honeſtus.

COMPRIMO,is, pen. cor. { *Comprimere, ſtrengere, premere. Pe. Pregan pur che'l bel pie gli prema ò tocchi*}(συμπιέζω)premo, ut uuę comprimuntur, quò uinum effluat. Plau. Pſeud. Comprimere dentes uideor poſſe aliquo modo.

Item cohibeo, compeſco συνέχω. Teren. in Heaut. At tu tibi iſtas poſthac Comprimito manus. Comprimere audaciam alicuius. Cic. ad Catonem.

Comprimere aluum, hoc eſt ſiſtere, cohibere. Celſus lib. 5. cap. 18. In hoc autem caſu neque acribus cibis utendum, neque aſperis, neque aluum comprimentibus. Comprimere, ſupprimere. Cicero Attic. lib. 3. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſeram ut nunquam emanaturum putarem. Comprimere uirginem, pro uitiare (φθείρειν) Liui. 1. ab urb. Compreſſa Veſtalis cum geminum partum edidiſſet, &c. Mart. Villica ut dicis compreſſa eſt nupta, coloni, Incaluit quoties ſaucia uena mero.

Vnde

Vnde compreſſus, us, ui, pro coitu φθορά. Plautus: Nunc ad amicam decimo die Athenas uſo, quam grauidam hic reliqui cõpreſſu meo. Teren. Adel. Virgo ex eo cõpreſſu grauida facta eſt. Compreſſiuncula, læ, diminutiuum. Plautus: Dulces amantium compreſſiunculæ. Compreſſio, onis, uerbale. Cic. de Clar. Orat. Grandes erant uerbis, crebri ſententijs, compreſſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri. Compreſſe, aduerbium, ſuccinctè, arctè, συντόμως. Cic. 2. de Finib. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat: quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autẽ compreſſius.

COMPROBO, bas, {*Lodare, affermare, approuare. Pet. La uita'l fin, e'l di loda la ſera*}(δοκιμάζω, ἀποδέχομαι) idem quod approbo. Cæſ. 5. Bell. Gall. Comprobat hominis conſilium fortuna. Laudare, & uehementiſſime comprobare. Cic. pro leg. Manil. Comprobator, oris, δοκιμαστής, uerbale. Cice. 1. de Inuent. Deinde eius facti qui ſunt principes et inuentores, qui denique auctoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. Comprobatio, tionis, δοκιμή. Cic. 5. de Finib. Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non moueatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis?

COMPROMITTO, {*Compromettere, far compromeſſo*}(ἐπιτρέπω) eſt præeunte utriuſque litigatoris promiſſione litem arbitrio boni uiri ſubmitto. Promittebat enim uterq; ſe arbitri ſententiæ pariturum. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Tribuniti candidati compromiſerunt. H-S quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere eius arbitratu, ut qui contrà feciſſet, ab eo condẽnaretur. Inde compromiſſum, (ἐπιτροπή) dicitur poteſtas decidendi controuerſiam aliquam, datã arbitro à litigatoribus per utriuſque promiſſionẽ, qua polliciti ſunt, ſe eius iudicio obtemperaturos, aut muctam, quæ inter eos conuenerat, perſoluturos. Cic. ad Cornif. lib. 12. Sed à magiſtris cum contenderem de proferendo die, probarunt mihi, ſeſe, quò minus id facerent, compromiſſo & iureiurando impediri. Compromiſſum facere de re aliqua. Cic. pro Roſc. Comœdo: Quę cum ita ſint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis H-S. IↃↃↃ. de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris. Ex cõpromiſſo ad arbitrum, ire, Proculus in l. ſocietatem. ff pro ſocio. Compromiſſarius, adiectiuum: ut, Compromiſſarius iudex. Calliſtratus in l. cum lege Iulia. ff. de recep. arb. Neminem licere minorem uiginti annis cõpromiſſarium iudicem eligere.

COMPSACVS, (κόμψακος) fluuius eſt Thraciæ, non procul ab Abderis, in Biſtonidem lacum influens. Auctor Herodo. lib. 7.

COMPSANI, Hirpinorum populi in Italia. Plin. lib. 3. cap. 11.

COMPTVM, (inquit Perottus) genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant. Apud Feſtum tamen: à quo hanc uocem ille iiſdem uerbis ſeruatis, in Dictionarium ſuum tranſtulit, Coniptum legitur, non comptum: à uerbo nimirũ Græco κονίζω, quod eſt puluere aſpergo.

COMPTVS, participium, unde Como.

COMPTVS, us, pro ornatu, {*Ornamento*}(καλλώπισμα. Donatus in Eunuc. Terentij: ut eò magis hæc amanda ſit, quæ naturæ beneficio non factis comptibus, aut induſtria facta eſt pulchra. Vnde Comptulus, diminutiuum à Cõptus. Virginei comptus, Lucr. lib. 1. id eſt, cultus puellares, quibus uirgunculæ comi conſueuerunt.

COMPVGNO, as, are, {*Contendere*}(ἀμφισβητῶ) ſimul pugno, & per metaphoram uerbis contendo. Gell. lib. 14 cap. 5. Eaq; inter eos contentio cum longius duceretur, non arbitratus ego operæ pretium eſſe, hæc iſta diutius audire, clamantes compugnanteſq; illos reliqui.

COMPVLSO, as, (συμπλήττω) identidem colliſo. Colum. lib. 1. Eadem quę ſemper mare conſpicit, compulſatur ac fluctu conſpergitur.

COMPVNCTVS, {*Segnato*}(ἐστιγμένος) ſignatus. Cice. lib. 2. Offi. Barbarum, & eum quidem (ut ſcriptum eſt) compunctum notis Threicijs, diſtricto gladio iubebat anteire.

COMPVNGO, compunxi, ctum, {*Pungere. Pet. Vna man ſola mi riſana e punge*}κατανύσσω, κατοστίζω. idem quod pungere. Col. lib. 8. ca. 14. Cauẽdũq; eſt, ne aut aculeis urticæ compungantur. Senſum compungere dicunt, quæ ſenſus offendunt, ut ſplendor oculos, guſtum amaritudo, tactum res uel calidæ nimis, uel frigidę, uel aſperę, auditum ſoni uehementia, de quo uide Lucretiũ lib. 2. Compunctio uerbale, κατάνυξις. Pli. lib. 21. cap. 19. Hæc quoq; potio mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & ueſicæ calculos.

COMPVSA, (κόμπουσα) Bithyniæ oppidum, ad Thracij Boſphori anguſtias ſitum, non procul à Chalcedone. Auctor Pli. lib. 5. cap. ulti.

COMPVTO, as, pen. cor. {*Potare, bruſcare, giudicare, eſtimare, computare, numerare*}(κλαδεύω, κλαδεύομαι, ἀποτέμνω) idem quod putare, ſiue ramos ſuperuacuos abſcindere. Frequentius tamen ad mentem refertur, pro exiſtimo, iudico, ſiue reputo, λογίζομαι. Pli. lib. 9. cap. 15. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabritius in triumphum tulerint, & imaginetur eorum fercula. Lactan. lib. 3. Eamq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia computat. Item connumero, ſiue rationes ſubduco, quod uulgò dicitur, Cõputum facio. Cic. in Lælio dixit, ad Calculum reuocare. Pli. in Epiſt. Si computes annos, exiguum tẽpus. Interdum imputo. Plautus in Mer. computat uxor. id eſt, imputat. Hinc computatio, uerbale. Pli. lib. 17. cap. 22. Operarum iſta cõputatio eſt. Et Computabilis, le, quod computari poteſt, & numerari.

COMPVTRESCO, ſcis, (σήπομαι) idem quod putreſco, uel cum uariæ res mutuo contactu putreſcunt, συγκατασήπομαι. Pli. lib. 13. ca. 13. Propterea arbitraner eos non computruiſſe. Col. li. 5. ca. 10. Quoniam mutuo contactu aut computreſcent, aut uermibus interibunt.

COMVM, {*Como*}(κῶμον Ptolemęo) ciuitas Galliæ ciſalpinę iuxta Larium lacũ. Hęc primum mediocris erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, et deinde à Pompeio inſtaurata: poſtremò autem à Iulio Cæſare multis partibus aucta, miſſis eò quinq; millibus colonorũ: quo tempore etiam pro Como Nouumcomum cœpit appellari, & incolæ Nouocomenſes, qui antea Comenſes dicebantur. Meminit huius oppidi Plinius in nona regione Italiæ, lib. 3. cap. 17.

COMVS, (κῶμος) Deus apud ueteres habitus comeſſationum, nocturnaruq; ſaltationum preſes: in cuius militia auctorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, muſiciſq; inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi canendiq; gratia concurrebant, procaciterq; laſciuiebant, ut fores nonnunquam effringerent: quòd optimè deſcribit Philoſtratus περὶ εἰκόνων, Imagine tertia. Hinc Comeſſari uerbum (κωμάζειν) & Comeſſatio, ut inquit M. Varro. Item Cręp alocomus, uinolentorum hymnus apud Ariſtop. in Ranis.

CON, & CVM, {*Con. Pet. Queſti fur con coſtui gl'inganni miei*}(σύν) idẽ ſignificant: ſed Cum tantum ſeparata. Con uero ſemper compoſita reperitur. et ſignificant ſimul: ut Coniungo. Interdum contrà ut Contendo. Interdũ ualde, ut Concrepo. Et eſt ſciendum, q quando componitur cum dictione à uocali, uel ab h, incipiente, ſemper n abijcitur: ut Coapto, Coerceo, Cohortor, Cohibeo: in Comedo, n mutatur in m: in Cogo, n & a tolluntur. Quando componitur cum b, m & p, tranſit n in m, ut Combibo, Commoueo, Compareo: cum c uero, d, f, g, n q, ſ, t, i, & u, conſonantibus, manet n integra: ut Concurro, Condo, Confugio, Cõgero, Conuecto, Connecto, Conquiro, Conſequor, Contineo, Conuenio. In reliquis n mutatur in ſequẽtẽ literam: ut, Colligo, Colluuies, Corrigo.

CONAMEN, minis, {*Forza*}(πεῖρα) conatus, niſus. Ouid. 2. Met. Dextraq; molarem Suſtulit, & magnum magno conamine miſit.

CONAMENTVM, ti {*Sforzo. Pet. Laccio che nullo ſforzo è che ſoſtegna*} Pli. lib. 19. cap. 2. de ſparto loquens: Ad reliquos uſus laborioſe euellitur, ocreatis cruribus, manibuſq; tectis manicis, conuolutum oſſeis, ligneiſ've conamentis. hoc eſt adiumentis. & fulcimentis ligneis.

CONAROS, (κόναρος) ab Alexandrinis appellatur frutex quidã aculeatus, teſte Agathocle, qui à Dioſcoride Paliurus uocatur. Vide Ruel. lib. 1. cap. 107.

CONATVS, us ui, {*Sforzo, eſperienza*}(πεῖρα) niſus, experientia. Cicer. 2. de Natu. Deo. Dedit autem eadem natura belluis & ſenſum, & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Idem de Clar. Orat. Populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatumq; iracundiæ ſuæ morte ſedauit.

CONCACO, as, (μιαίνω, βολβιτίζω) Seneca: Puto concacauit me. Idẽ: Quid autem fecerit neſcio: omnia certè concacauit.

CONCÆDES, concædium plura. nume. ſepimenta, ſiue munitiones ex arboribus confectæ. Tacitus lib. 1. Romanus agmine propero ſyluam Cæſiam, limitemq; à Tiberio cœptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum uallo, latera concædibus munitus. Vide Cœl. Rhodig. lib. 5. cap. ult.

CONCALEO, les, {*Scaldarſi*}(θέρομαι) idem quod caleo. Plau. Amph. Prius abis, q̃ lectus, ubi cubuiſti concaluit locus. Concalefacio, cis, uel Concalfacio cis, (θερμαίνω) calidum reddo. Cic. 2. de Ora. Et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum ſe ſolere pugnare. Concalefio, fis, neutropaſſiuum. Var. 3. de re ruſt. c. 9. Curator oportet circumeat, diebus interpoſitis aliquot, ac uertere oua, ut æquabiliter concalefiant. Concalefactus, a, um Cic. 1. Tuſc. Illam uerò funditus reijciamus in indiuiduorum corporum leuium & rotundorum concurſionem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactam, & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe uoluit. Concalefactorius, a, um. Plin. lib. 21. cap. 10. Vis ei concalefactoria, hoc eſt excalefaciens, et nata calorem excitare. Concaleſco, ſcis, calidum fieri, uel calidum eſſe, θερμαίνομαι. Cic. 1. Tuſcu. Calidior eſt enim, uel potius ardentior animus, q̃ eſt hic aer, quem modò dixi craſſum, atque concretum: quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terrena principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.

CONCALLEO, les, {*Far il callo*}(τυλόομαι) idem quod calleo, callos acquiro, callis obducor. Cic. 3. de Natu. Deo. Verſutus eos appello, quorum celeriter mens uerſatur: Callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.

CONCAMERARE, {*Fabricare in uolto*}(καμαροῦν) eſt ad fornicis formã & arcuato opere ædificare. Plin. lib. 11. cap. 24. Specus ipſa, qua concameratur architectura. Inde Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Idem lib. 6. Si hypogæa concamerationeſq; inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores. Concamerationes etiam dicuntur pergulatum hortenſium tecta, ad arcuati operis ſimilitudinem facta, quæ aut uitibus aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra ſolent obduci.

CONCASTIGO, gas, {*Caſtigare*}(σωφρονίζω, παιδεύω, κολάζω) idem quod caſtigo. Plau. Trin. Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxa.

CONCAVVS, {*Concauo*}(κοῖλος) ſinuoſus, uacuus: cuius antitheton eſt Conuexus. Vnde Concauitas. Ouid. 4. Meta. Impulſaq; tympana palmis, Concauaq; æra ſonant. Cic. de Fato: Stupidum eſſe Socratem dixit & Bardum, q iugula concaua non haberet. Concauo, uas, uare, (κοιλοῦν, κοιλαίνειν) idẽ quod ſimplex Cauare. Concauare brachia in duos arcus, id eſt, inflectere & ſinuare, ut formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 2. Metam. Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arcus Scorpius.

CONCEDO, dis, pen. pro. {*Concedere, permettere, dar licenza*}(παραχωρέω, ἐφίημι) pro do, permitto. Cice. Diuin. in Verrem: Da mihi hoc, concede quod facile eſt. Item recedere, ἀναχωρέω. Ter. in Hecy. Hic uideo me eſſe inuiſam immeritò, tempus eſt alio concedere. Aliquando credere, conſentire. συγχωρέω. Teren. Phorm. Nunquam'ne hic hodie cõcedes mihi, neq; intelliges? Cõceſſum, ſi, ſubſtantiuum. Ci. pro Cœlio: Sed abhorret non modò ab huius ſeculi licentia, uerum etiam a maiorum conſuetudine atq; cõceſſis. Id eſt, permiſſionibus atq; conſtitutionibus. Conceſſus, us, ui pro permiſſu. Cice. pro Cælio: Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati. Conceſſio, onis, (συγχώρησις) idem quod conceſſus. Cic. ad Att. Et noſtra conceſſione omnem uim ſui iuris amiſerint.

CONCELEBRO, bras, {*Celebrare*}(φοιτῶ) idem quod celebro, hoc eſt, frequento. Concelebrare diem feſtum, (ἑορτάζειν) eſt feriari. Concelebrare conuiuium, uel exequias, eſt cum quadam celebritate exhibere, uel inſtruere. Cic. de pet. Conſul. Et in conuiuijs quæ facere te oportet, & amicis tuis concelebrent, & paſſim & tributim.

CONCELO, as, are, {*Celare*}(ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω) idem quod celo. Gel. lib. 11. ca. 9. Nõ id poſtea cõcelauit: quin glorię quoq; hoc ſibi aſſignauit.

CONCENTOR, (συνῳδός) in Decretis canonicis dicitur is, qui conſonat et concinit canenti ſicut Succentor, qui uoce ſubſequens canendo reſpondet. Pręcentor, qui uocem præmittit in cantu.

CONCENTVRIO, as, dictum eſt à Plauto in Pſeudolo pro colligere. Concenturio (inquit) in corde ſycophantias. Nonius.

CONCENTIO, onis uerbale a concino. Cic. pro Seſtio: Nam cum ageretur Togata, ſimulans, ut opinor, caterua tota, clariſſima concentione in ore impuri hominis imminens concionata eſt.

CONCENTVS, us, {*Concento, conſonanza, melodia. Pet. Facean piangendo un dolce concento*} (συμφωνία) harmonia ex diuerſis reſultans uocibus. Verg. lib. 1. Georg. Hinc ille auium concentus in agris.

CONCEPTACVLVM aut Conceptabulum, {*Recettacolo*} (ὑποδοχή, ἐνδοχεῖον) quod aliquid continet, ut uena eſt conceptaculum ſanguinis: id eſt, in qua ſanguis continetur. Pli. lib. 11. cap. 37. Superbiæ alubi conceptaculum, ſed in ſuperciliis ſedem habet.

CONCEPTA VERBA, (διειλημμένα ῥήματα, καὶ ἐξαντά) certa uerborum formula, quæ uti præſcribitur, concipitur ue, ita enunciatur, nec aliquid præpoſterè dici fas eſt. Sæpe iuſiurandum deferri ſolet conceptis uerbis. Plau. in Aſin. Vbi uerbis conceptis, aliquid ſciens periuraris. Vide Concipere uerba.

CONCEPTIVÆ FERIÆ, (παραγγελτοὶ ἑορταί) ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus in dies certos, uel incertos concipi conſueuerunt. Erant autem apud ueteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam aut Statiuæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis obſeruabantur, & eodem ſemper die in faſtis annotabantur: nos hodie Feſta immobilia uocamus. Aut Conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, ſed modò hoc, modo illo tempore, ut magiſtratui uidebatur, quales erant Latinæ feriæ, Sementiuæ, Compitalia, & Agonalia. Imperatiuæ uerò, quæ quotannis fieri non conſueuerāt, ſed propter ualetudinem Principis, aut inſignem uictoriam, aut etiam imminens periculum à magiſtratu imperabantur. Nundinę autem feriæ erant ruſticorum cauſa, nono quoque die inſtitutę, ut cum octo diebus in agris fuiſſent, ad emenda neceſſaria nono die in urbē cōuenirent. Vide hęc latius apud Macro. li. 1. Satur. c. 19.

CONCEPTIO, onis, {*Concettione, generatione*} (σύλληψις) idem quod conceptus. Plin. lib. 21. cap. 22. Chryſippus & conceptionibus eam putat conferre multum. Contra naturam conceptio, Cic. 2. de Diuina. Formularum conceptio, Pau. in l. actio negotiorum. ff. de neg. geſt. In extraordinariis iudiciis, ubi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Conceptio apud Grammaticos ſchema eſt, cùm unum genus concipit, hoc eſt, ſimul apprehendit aliud genus, uel una perſona aliam.

CONCEPTVS, a, um, (συνειλημμένος) participiū, apprehenſus, ſiue deſtinatus ac cōtractus Cic. de Aruſp. Reſp. ex uirginis furtiuo ſtupro cōceptus. Concepta æſtu peſtis. Col. li. 7. ca. 5. Conceptus, us, ui, pro ipſo fœtu. Pli. lib. 20. cap. 22. Non edendum grauidis niſi mortuo conceptu. Conceptus, actus ipſe concipiendi, idem quod conceptio. Cic. 1. de Diuina. Quædam etiā ex hominum pecudum've conceptu & ſatu, oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt.

CONCERNO, is, (διακρίνω) idem quod Cerno. Q. Cic. de Petit. conſul. Quod ſi ſatis grati homines eſſent, hæc tibi omnia parata eſſe debebāt, ſicut parata eſſe concerno.

CONCERPO, is, ex Con. & Carpo, {*Squarciare, rompere*} (διασπάω, διασπαράσσω) idem quod Diſcerpo, lacero. Liui. 8. Bel. Mace. Librumq; rationis eius, cùm Lucium fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe, indignatum, &c.

CONCERTO, tas, {*Contendere, combattere. Pet. Sempre conuien che combattendo uiua*} (ἀμφισβητῶ) ſimul certo, cōtendo, Cic. antequam iret in exil. Nūc igitur ſi lingua eſt concertandum, innocentiæ uirtute fretus ſupero. Concertatio, onis, uerbale. Pli. lib. 20. cap. 18. Qua de cauſa magna concertatio extitit. Concertatorius, a, um. Cic. de claris Orat. Thucydides enim rerum geſtarum pronunciator ſyncerus, & grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus. Concertatiuus, a, um. Quint. lib. 7. cap. 3. Mutua accuſatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν uocant, noſtri quidem concertatiuam.

CONCESSO, as, {*Ceſſare*} (ἀπεχονόμαι) idem quod ſimplex Ceſſo, hoc eſt, quieſco, ab opere uaco. Plaut. Pœnulo: Poſtquam aurora eſt, nunquam cōceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari. Hinc Conceſſatio, uerbale, (ἀποπαύσις) ceſſatio, quies: Col. lib. 11. cap. 1. Nam ut in itineribus conficiundis dimidio maturius peruenit is, qui grauiter, et ſine ullis conceſſationibus permeat, &c.

CONCHA, æ, (κόγχη) Gręca uox eſt, qua ſignificatur omne genus piſcis firmiorem habens teſtam. Quinetiam teſtæ ipſæ duriores propriè Conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum atq; concharum Ouid. Oſtrea quæ in conchis tuta fuere ſuis. Concharum genera enumerat Pli. lib. 9. cap. 33. & earum naturā explicat eodem lib. cap. 35. In conchis naſcuntur margaritæ, ut ibidem docet Pli. Vaſis quoq; genus quoddam concauum, ac ſuperius patulum, Concham uocamus. Pli. Ruſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ſiccaturq;. Alio nomine Alucos & Alucolos dicimus, & præſertim in longum porrectos, ligno excauato more lyntrium quæ uocantur Monoxyla. Item genus uaſis uinarii, in qđ è dolio hauritur uinum. Iuuena. Cùm bibitur concha. Aliquando ponitur pro tuba. Oui. lib. 1. Meta. Cæruleum Tritona uocat, conchaq; ſonaci Inſpirare iubet. His buccinis utebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Conchā uerò linguam habere, & Veneri eſſe conſecratam, auctor eſt Actia. lib. 3. Conchæ Cytheriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipue cōuenientes: & ob id Cytheriacę dicebant, quia Veneri gratę. Mart. Leuior ò cōchis Galle Cytheriacis. Vocant alio nomine conchę margaritiferę.

CONCHIS, huius conchis (κόγχις) fabę genus, ſiue edulū ex fabis. Iuuena. Saty. 3. Cuius cōchę tumes? quis tecū ſectile porrum Sutor, et elixi ueruecis labra comedit? Sunt qui dicant eſſe fabā cū cortice ſuo elixam ad differētiā fabæ frixę, quę ſine cortice coquitur: à ſimilitudine concharū, q; fracto cortice uelut implicita conchis ſuis carūncula uideatur. Mart. li. 13. Si ſpumet rubra cōchis tibi pallida teſta, Lautorū cœnis ſępe negare potes. Huius diminutiuū eſt cōchicula.

CONCHOS, (κόγχος) mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo enim nomine apud Græcos ſignificatur oculorum concauitas. Vide Ruellium lib. 2. cap. 20. & Cœl. Rhodig. lib. 16. cap. 1

CONCHYLE, lis, pen. pro. uel Conchylium, lii, {*Cocchiglia*} (κογχύλη, κογχύλιον) genus conchæ, idem cum murice, cuius ſanie pretioſiſſimę lanę tingebantur, auſterum in glauco colorem, & iraſcenti mari ſimilem referentes. Eſt autem diuerſum a purpura, teſte Pl. li. 9. ca. 35. Conchylia (inquit) & purpuras omnis ora atterit. Hinc Cochyliata ueſtis, (κογχυλιωτὴς ἐσθής) dicitur, quæ conchylio, ſiue murice tincta eſt. Cic. 2. Philipp. Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres. Ponitur quandoq; Cōchylium pro ipſo colore, ſicut & Purpura, & Murex. Pli. lib. 9. cap. 36. Concharū ad purpuras & conchylia eadem eſt materia. Alio nomine Oſtrum dicitur, eo q; ex marinarum cōcharum teſtis eximatur. Conchyliū itaq;, Muricē, & oſtrū, in eadē ſignificatione accipimus. Verg. 4. Aene. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro Iuuen. Saty. 3. Horum ego nō fugiam conchylia? hoc eſt, luxurioſas ueſtes, & murice infectas.

Conchylium nonnunquam generale nomen eſt ad omnes conchas Pli. lib. 9. cap. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo eſt.

CONCHYLIATVS, a, um, (κογχυλιωτός) ut, Conchyliata ueſtis, quæ murice tincta eſt. Pl. lib. 9. cap. 39. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino. Conchyliata periſtromata, quæ infecta ſunt ſucco conchyliorum.

CONCHYTA, tæ, (κογχυλιευτής) maſc. gen. qui conchylia quærit in mari. Plaut. in Ruden. Saluete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicuntur etiam Conchyliatii.

CONCIDO, is, pen. prod. concidi, conciſum, {*Tagliare minutamente*} (συγκόπτω, κατακόπτω) ſimul uel minutatim cædo. Pli. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Item frangere, κατακλᾶν. Pli. Et Nucleus dentibus conciſus ſuper uulnus imponitur. Ab hoc Conciſa oratio, (περιτετμημένος λόγος) quæ non continua, ſed ueluti membratim cæſa eſt. Et Conciſus ſonus, fractus. Conciſe, (συντόμως) aduerbium. Quint. Quanquam ea non eſt tam minute ac conciſe in orationibus utendum, q̄ in diſputationibus. Conciſura, ræ. Seneca Epiſt. 101. Deſit ſanè uarietas marmorum, & conciſura aquarum è cuniculis interfluentium.

CONCIDO, is, pen. cor. concidi, concaſum, {*Cadere, rouinare*} (καταπίπτω) corruo, in totum cado. Cic. 3. Tuſcu. Quòd ſicut ut ait idem, ſimul animus cū re concidit, à grauioribus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt, nō ab his uoluptuariis.

CONCIEO, es, ere: uel Concio, is, ire, eiuſdem ſignificationis, {*Conuocare, commouere, concitare*} Nam modò ſignificant conuocare, συγκαλεῖν Liu. li. 5. Bel. Pun. 2. Galli quos ſpes prædæ concinerat. Modo commouere, concitare, κινεῖν. Tere. Hecy. Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc cōciuerit.

Concitus, participium à Concio, pen. pro. à Concieo uero eandem correptam habet Lucan. lib. 5 Inde ruunt toto concita pericula mundo. Concitor oris, (κινητής) uerbale: ut, Belli concitores, Tacit. lib. 4. Concito, as, are, frequentatiuū uide ſuo loco.

CONCILIABVLVM, {*Luogo doue ſi fa concilio*} (σύλλογος, συνέδριον) locus in quē concilium conuenit. Liu. Qui nundinas et conciliabula obire ſolet.

CONCILIABVNDVS, (προσαγωγὸς, συναπτικός) à Concilio uerbo, Conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens.

CONCILIATRIX, (προξενήτρια) dicitur mulier, quæ uiros mulieribus, & uxores uiris conciliat: inquit Feſtus. Idem. 1. de Legib. Oratio cōciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis. Conciliatricula, læ. diminutiuum. Ci. pro Seſt. Erat enim hominū opinioni nobilitate ipſa blanda conciliatricula cōmēdatus.

CONCILIATOR, oris, {*Conciliatore, ſenſale*} (προξενητής) conciliationis interpres. Conciliator ſuillæ carnis lanius, Varro li. 2. ca. 5.

CONCILIO, as, {*Conciliáre, pacificare*} (προσάγομαι, ἐπισπῶμαι, συνάγω) beneuolū facio, aut amore cōiungo. Liu. li. 1. Aeneas aduerſum tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, &c. Reconciliare uerò quū dicitur, cùm poſt inimicitias ruſus aliquem in gratiam reducit, καταλλάττειν. Item cōtrahere, ſeu comparare, & hoc tam in malum, q̄ in bonum, προξενεῖν, ἐπάγεσθαι. Teren. in Heaut. Exeo ergo, ut pacem conciliem. Sic dicimus, Concilio mihi odiū, inimicitias, quod eſt quaſi cōparo, acquiro, Sic & Recōcilio. Quin. Nam & plus auctoritatis afferunt ea, quæ non præſentis gratiæ litis ſunt comparata, & laudem ſæpe maiorem, q̄ ſi noſtra ſint, reconciliant. Hinc Cōciliatus participium. Fœmina conciliata uiro, Catullus. Conciliatum mancipium, pro empto. Teren. Prodi malè conciliate: id eſt, magno pretio empte, ut interpretatur Donatus. Conciliatus, nomen adiectiuum. Quin. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem & attentiorem. Cōciliatio, ipſe conciliandi actus. Cic. 4. Acad. Honeſtum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ. Conciliatio etiam (συνθήκη) pro conuentione. Plaut. Eſtat conciliatio, ſeruanda promiſſa. Conciliatura, ræ, pro conciliatione. Seneca Epiſ. 98. Cum clodius iiſdem uitiis gratioſus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipſa cauſæ dictione. Conciliatus, us, aliud uerbale. Lucr. libr. 2. Nec quicquam commutari ſine conciliatu. id eſt, ſine congregatione & coagmētatione ſeminū.

Inde Denſus, & paruus conciliatus apud eundē pro denſa & parua miſtione.

CONCILIVM, lii, à concalando, ſiue conciendo, hoc eſt, a conuocando (συνέδριον, σύλλογος) ſenatus, uel cœtus conſiliariorum. Ver. 10. Aen. Cōciliumq; uocat diuum Pater atq; hominum rex. Concilium etiam pro coagmentatione ſiue copulatione ponitur. Lucre lib. 1. Corpora ſunt porrò partim primordia rerum, Partim, concilio quæ conſtant principiorum. Eſt etiam Concilium flos Iaſiones herbæ, unico conſtans folio, ſed ita implicato, ut plura uideantur. Plin. lib. 22. cap. 22. Iaſione (inquit) olus ſylueſtre habetur in terra repēs, cum multo lacte: florem fert candidum, Concilium uocant.

CONCINNATITIVS, a, um, (εὐάρμοστος) quod breuiter collectum & apte ſitum eſt. Apul. lib. 2. Nam Milonis boni concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.

CONCINNE, aduerbium, {*Ornatamente, conuenientemente*} (κοσμίως) ornatè, compoſitè, conuenienter. Cic. 2. de Orat. Hæc quidem ſunt concinnè diſtributa, ſed non peritè. Idem pro Quintio: Hunc rogat blande, & concinnè.

CONCINNITAS, tis, {*Ornato, eleganza*} (κοσμιότης, ἁρμονία) ornatus, elegantia Cic. de Clar. Orat. At quid eſt tā fractum, tā minutū, tā in ipſa, quam tā conſequitur, concinnitate puerile? Ornata ſententiarum concinnitas, Ibidem.

CONCINNITVDO, conuenientia. ὁμολογία, ἁρμονία. Ci. li. 2. de Inuē. Splendoris & feſtiuitatis, & concinnitudinis minimum.

CONCINNO, as, per duplex nn, {*Adornare, acconciare*} (συντίθημι, συναρμόζω, συναρμόττω) aptè compono, & quaſi conuenire facio: quod uernacula lingua dicimus accoutrer: ut Pellis cōcinnata eſt ad calceos. Plau. Auceps quādo concinnauit aream, eſcas effudit. Concinnare ueſtem, Cōcinnare uiam Concinnare

nare lutum, apud eundem Plautum. Concinnare uinum, Plin. lib. 14. capi. 20. Concinnare pelles, pro perpolire, apud eundem. Concinnatores cauſarum uel redemptores, (δικαιοδίαι, συγκολλητοὶ τοῦ ἔργου λόγου) Vlp. in l. nec quicquam. ff. de offi. procon. Circa aduocatos patientem eſſe Procõſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis eſſe uideatur: nec adeo diſſimulare, ſi quos cauſarũ concinnatores, uel redemptores deprehendat. Concinnatorius, a, um: ut, Vaſa concinnatoria. Paul. in. l. inſtrumentum. ff. de penu. leg. Inſtrumentum piſtrini, item uniuerſa uaſa concinnatoria penu non continentur.

CONCINNVS, a, um, {Conciato, adorno, polito} (ἐμμελὴς, κόμψος, εὐαρμόστος, εὐθέμων) idem eſt quod compoſitus, et ornatus, politus, facetus, ex Con, & Cinnus: ut, Oratio cõcinna, (ἡ κατεσκευασμένος λόγος) id eſt, cõpta, & aptè cõpoſita. Plaut. in Perſa: Sat Pol concinna facie.

CONCINO, is, concinui, concentum, {Cantare in compagnia} (συμφωνέω) ſimul cano. Cic. 4. Tuſc. Hæc cum preſſis & flebilibus modis concinnuntur, difficile eſt, &c. Per tranſlationem ſumitur pro conuenio, conſono, ὁμολογεῖν. Idem 1. de Nat. Deo. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere uidentur, uerbis diſcrepare. Accipitur & pro prædicere, uaticinari. Idem pro Seſtio: Hæc tum à me, tanquam fata, in ipſa re gerenda concinebantur.

CONCIO, is, concivi, {Conuocare, chiamare piu perſone, commouere} (συγκαλέω) conuoco, ut, Concire multitudinem, Liuius. Item commouere. Terent. in Hecy. Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit: Vide Cieo, & Concieo.

CONCIO, onis, (ἐκκλησία) à Concio, is, tria ſignificat: ſcilicet ſuggeſtum unde uerba fiunt. Liui. lib. 1. Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Item multitudinem populi aſſiſtentis cõuocatam uel magiſtratus iuſſu, uel publico ſacerdotis, uel auctoritate eius, qui cũ populo eſt acturus, ἀγορὰν Græci uocant, & Cice. in Læl. Concio quę ex imperitiſſimis cõſtat, tamen iudicare ſolet. Tertiò orationem ipſam, (δημηγορίαν) quæ ad populum habetur. Cic. Dolabellæ. Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius. Conciuncula, læ, diminutiuum. Cic. ad Atti. libr. 2. Quæ mihi uidetur una conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura.

CONCIONABVNDVS, da, (δημηγορῶν) idem ferè quod concionans, concionem habens, concionatorem agens. Liui. 5. ab Vrb. Hæc propalam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum.

CONCIONALIS, {Atto à predicare} qui idoneus eſt ad concionandum: aut qui concionari conſueuit, qualis hodie uulgò Prædicator appellatur. Curius Ci. Quod quidem ſi inter uos ſenes concionalis uenale proſcripſerit, egerit nõ multum. Concionalis clamor. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Sed eodem die uehementer actũ de agro Campano clamore Senatus propè concionali.

CONCIONATORIVS, a, um, (δημηγορικὸς) quod ad cõcionem pertinet. Gell. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoq; illa concinnatoria in mentẽ uenit. Concionarius, a, um, idem. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. Vehementer eſſe prouidendum ne opprimatur, concionario illo populo à ſe propè alienato.

CONCIONOR, pe. p. {Far oratione, predica} (δημηγορέω, ἐκκλησιάζω) orationem habeo. In Epiſt. Fami. Cic. Quòd cùm Lepidus concionaretur, atq; omnibus ſcriberet ſe conſentire cum Antonio. Hinc concionator, (δημηγόρος) eſt qui orationem habet. Hierony. in Prolog. Salomon. Eccleſiaſten Græco nomine appellat. Cic. 4. in Catil. Intellectum eſt, quid interſit inter leuitatem concionatorum, & animum uerè popularem.

CONCIPILO, as, apud Næuium, ponitur pro corripio, & inuoluo: ut annotauit Feſtus. Qua uoce uſus eſt & Plaut. in Trucul. Quem ego Affatim iam concipilabo.

CONCIPIO, is, pen. cor. ſimul capio, apprehendo, {Pigliare, apprendere, ingenerare} συλλαμβάνω. Vnde Concipere mulieres dicuntur, (ἀποκυΐσκειν, κυεῖν) cùm genitale ſemen apprehenditur ad fœtum faciendum. Lactant. libr. 3. Quid, q uxor poteſt eſſe communis, filius non poteſt: quoniam concipi non niſi ex uno neceſſe eſt. Inde Conceptus, & Conceptio. Transfertur ad animum, pro διανοεῖν λαβεῖν, ἐμβαλλεῖν νοεῖν. Quintil. Nec tantũ concipere animo ſcelus potui. Hinc conceptus mentis, (ἔννοιαι) dicuntur, quæ comprehendimus & imaginamur. Et apud Geometras, cõmunes animi Conceptiones uocantur, quę omnes tanquam manifeſta & indubitata profitētur: ut, Omne totum eſt maius ſua parte. &, Si ab æqualibus æqualia demas, quę remanēt, inter ſe ęqualia ſunt. Interdum Cõcipere eſt deliberare ac deſtinare, βουλεύεσθαι. Verg. 12. Aeneid. Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus. Interdum congregare, in unum reducere, συναθροίζειν. Colum. lib. 1. Nec cùm à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat.

CONCIPERE VERBA frequens eſt apud ueteres, pro eo quod eſt, certam quandam uerborum formulam alicui dictare, quam ille totidem uerbis referat. Vnde concipere uerba iuramenti, eſt præmeditari, præſcribere, & dictare iuraturo, quibus uerbis uelimus fieri iuramentum. Liui. lib. 7. ab Vrbe. Procul inde ire omnibus iuſſis, cultrum ſtringit, & ſuper lectum ſtans, ferro intento, niſi in quæ ipſe concepiſſet, uerba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſa cõcilium plebis nunquam habiturum, ſe cum extemplo transfixurũ minatur. Conceptis itaq; uerbis iurare, eſt iuramentum pręſtare certa quadam uerborum formula ab eo, qui iuramentum defert, præmeditata et præſcripta. Ad hunc etiam modum ueteres dixerunt Concipere uadimonium, hoc eſt, dictare formulam uadimonij. Cic. ad Q. Fratrem. Negat in tanta multitudine eorum, qui unà eſſent, quenquam fuiſſe, qui uadimonium concipere poſſet.

CONCITO, as, p. c. {Concitare, commouere. Pet. I ſuoi ſoſpiri & hor altri commoue} (παρορμάω, παροξύνω) frequentatiuum, à Concieo, cõmoueo, perturbo, & tumultuo. Cic. 4. Acad. Quò enim ſpectat, cùm artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? Sic Concitare diſcordiam, apud eundem. Et Concitare equum contra aliquem, Liu. 1. ab Vrbe. Hinc Concitatus, participium: ut, Concitatus ardore animus: Cic. 2. de Finib. Admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus. Cicer. de Clar. Orat. Concitatus nomen: ut, Concitatior curſus, id eſt celerior, Liui. 4. Bell. Maced. Concitatiſſimi equi, Idem 5. bel. Maced. Concitator, oris, qui commouet. Cæſ. 8. bel. Gall. Quod Corbeus auctor belli, concitator multitudinis eſſet interfectus. Concitatrix, fœmininum: ut, Concitatrix uis, apud Pli. lib. 26. cap. 10. Concitatio, onis, cõmotio: ut Concitatio multitudinis, apud Cic. pro Cluen. Vehementiores animi concitationes, apud eundem ad Q. Fratrem lib. 1.

CONCLAMO, as, are, {Gridare inſieme, gridare. Pet. Ma taci grida ſi fin che ſarle honore} (συμβοάω) ſimul clamare. Cic. 6. Phil. Cùm uos uniuerſi una mẽte atq; uoce iterum à me conſeruatam eſſe Rempub. conclamaſtis. Conclamare pro ſimplici, clamare. Cæſ. 1. Bell. Gall. Quos cùm apud ſe in caſtris Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente conclamauit, quid ad ſe uenirent? Conclamare uaſa, militaris eſt locutio, pro denuntiare inter milites, ut uaſa colligant: quod fiebat cùm exercitu moturus erat caſtra. Cæſar lib. 1. Bel. Ciui. Quo cognito, ſignum dari iubet, et uaſa militari more conclamari. Conclamatio, onis, uerbale, clamor multorum. Seneca: Cum aliqua Conclamatio eſt, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. Conclamito, tas, frequentatiuum. Plau. Merc. Conclamitare tota urbe, & prædicare.

CONCLAMATVM EST {Egli è finito} (πέπρακται) hoc eſt, tranſactũ & finitum eſt. Quod locutionis genus ab ijs tractum putatur, qui morientibus aſſiſtunt. Solent enim illi cadauerum recens exanimatorum faciem identidẽ frigida abluere, nomenq; eorum clara uoce inclamare, ne fortè ſyncope correptos pro mortuis funerarent. Nam qui animi deliquium patiuntur, mortuis ſimillimi ſunt: unde & nonnullos pro mortuis elatos, et à rogo relatos accepimus. Cum itaq; adfuſa ſubinde frigida, nomineq; ſæpius inclamato nihil proficeretur, poſt ultimam conclamationem re iam deſperata comburebantur. Hinc corpora conclamata dicuntur, hoc eſt, deplorata, quibusq; extremum hoc cõclamationis pręſtitum eſt officium. Lucanus: Corpora nondum Conclamata iacent.

CONCLAVATÆ RES, inquit Feſtus, quæ ſunt ſub eadem claue.

CONCLAVE, uis, pe. pr. neu. ge. {Conclaue, luogo ſecreto, apparato} (μυχὸς) locus ſecretior in interioribus tectis, unam habens clauem communem domeſticis, intra quem multa loca clauſa ſunt adhærentia triclinio. Ci. 3. de Ora. de Scopæ interitu loquẽs. Hoc interim ſpatio conclaue, ubi epulabatur Scopas, concidit. Quintil. eandem referens hiſtoriam, Triclinium appellat, quod à Cicerone dicitur Conclaue. Verba eius ſunt hæc: Vix illo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit. Conclauium, idem ſignificat. Plaut. in Aul. Et Conclauium mihi peruium facitis.

CONCLVDO, is, pr. pr. {Conchiudere} (συγκλείω, καθείργω, συγκατακλείω) ſimul claudo, uel me unà cum alio in eodem loco includo. Cice. de Vniuer. Intelligentiam in animo, animum in corpore cõcluſit Deus. Item pèrorare, id eſt, orationem terminare, συμπεραίνειν, ἐπιλέγειν. Cic. 6. Verr. Vt aliquando totã huius generis orationem concludam, ac definiam. Vnde Cõcluſio dicitur, quã Græci ἐπίλογον, noſtri modo Perorationem, modò Cumulum uocant. Nã Cumulus propriè aceruus eſt, & in concluſione omnia, quaſi in unum aceruũ, colliguntur. Vocis moderatio & uerborum concluſio, Cic. 3. de Orat. Acutæ concluſiones, Quin. lib. 5. cap. 14. Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata concluſio, Quin. lib. 7. cap. 4. Concluſiuncula diminutiuum, apud Ci. 4. Acad.

CONCOCTIO, uide Concoquo.

CONCOLOR, oris, om. ge. {D'un medeſimo colore} (ὁμόχροος) eiuſdem coloris: ut, Concolor cicatrix, Plin. li. 28. cap. 9. Verg. 8. Aen. Candida per ſyluam cum fœtu, concolor albo Procubuit uiridiq; in littore, conſpicitur ſus.

CONCOQVO, quis, pen. cor. {Cuocere, padire} (πέψω) idem eſt quod ſimplex Coquo. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 10. Ad focum ligna afferre & cibum concoquere. Concoquere etiam frequentiſſimè accipitur pro eo quod eſt mutare cibum in qualitatem corpori noſtro conuenientem. Martial. lib. 1. Bene concoquit Charinus, & tamẽ pallet. Interdũ etiã Metaphoricòs accipitur, pro æquo animo ferre, & pati. Liui. lib. 4. ab Vrbe: Vt quem Senatorem concoquere ciuitas uix poſſet, regem ferret. Tracta eſt tranſlatio à cõcoctione, quæ fit in ſtomacho. Concoquere odium. Cice. ad Q. fratr. lib. 3. De epiſtola Vatinij riſi: ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. Concoctio, uerbale, (πέψις) una ex naturalibus animæ facultatibus, qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ conuenientem. Concoctionis autem partes ſunt tres, quarum prima in uentriculo, ſecunda in iecore & uenis conficitur, tertia in ipſis partibus nutriendis. Pli. Multumq; in ſummo cibo cõcoctionibus confert uel folio, uel ſemine.

CONCORDIA, {Concordia} Venetiæ oppidũ, nõ procul ab Altino, & flumine Liquentia: cuius meminit Pli. lib. 3. ca. 18. Eſt item Cõcordia cognomẽto Iulia, Hiſpaniæ Bæticæ oppidũ, in conuentu Hiſpalenſi, teſte eodem Plin. li. 3. ca. 1. Huius incolæ dicuntur Concordienſes, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 20. Concordia item dea apud Romanos, cuius ædẽ C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani ſumma inuidia nobiliũ, teſte Liu. li. 9. ab Vrb. Cice. pro domo ſua: Si ſedem ipſam ac templum publici conſilij regione Cõcordię deuouiſſet. Cella Concordiæ. Cic. 2. Philip. Cum in hac cella Concordiæ, (o dij immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, &c.

CONCORDARE, {Concordare, accordare, eſſere d'accordo. Pet. S'accordan le dolciſſime parole} (ὁμογνωμονεῖν) conuenire, concordem eſſe. Ouid. 10. Metam. Et ſenſit uarios, quamuis diuerſa ſonarent, Concordare modos.

CONCORDIA, {Concordia, accordo. Pet. Che concordia era tal dell'altre coſe} (ὁμόνοια) unanimitas, & conſenſus diſcordiæ contrarius. Salluſt. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Dicitur Concordia à corde cõgruente. Diſcors concordia, dicitur rerum, quę cum inter ſe diuerſæ ſint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius uires temperat & coercet. Oui. Met. Quippe ubi temperiẽ ſumpſere humorq; calorq; Cõcipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Cumq; ſit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omnes Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt. Diſcordem concordiam uocat Lucanus ſimulatam amicitiam: ut cum illum amplecti & colere uidemur, quẽ tamen tacito odio proſequimur. Verba eius ſunt libr. 1. Cæſare et Pompeio: Temporis exigui manſit concordia diſcors, Paxq; fuit, nõ ſponte ducum: nam ſola futuri Craſſus erat belli medius mora.

CONCORDIALIS, (ἀργεμώνη) herba eſt ſylueſtri papaueri ſimilis, quæ q argemati oculorum medeatur, à Dioſcoride Argemone eſt appellata.

CONCORDITAS, atis, {Concordia} (ὁμόνοια) pro cõcordia apud Pacuuiũ aliosq; ueteres: Concorditatem (inquit) hoſpitio adiunctam, & perpetem probitatem conſeruetis.

CONCORDITER, {Concordemente} (ὁμογνωμόνως) unanimiter, pari cõſenſu. Cic. pro Rab. Et tibi acerbior patruus mors eſt, quem nunquam uidiſti, q illi

eius fratris, qui cum concordiſſime uixerat.

CONCORPORO, {*Incorporare*}(συσωματόω) in unum corpus redigo: quod fit, quum duæ, plures've res miſtæ unum quid efficiunt. Plin. lib. 22. capi. 24. Semper mulſum ex uetere uino, facillimeq́ cum melle concorporatur.

CONCORS, {*Concorde, d'accordo*}(ὁμόνοος, ὁμογνώμων) à coniunctione cordis dicitur, qui unius cordis, ſiue unius animi eſt. Ci. 1. Tuſ. Aliis cor ipſum animus uidetur: ex quo Excordes, Vecordes, Concordesq́ dicuntur. Pli. li. 7. cap. 12. Diuerſarum quidem gétium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem. Parcæ concordes, Verg. 4. Eclog. Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis, Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

CONCRATITIVS, a, um, adiect. ſignificat quod ex conſertis cratibus fit. Inde Paries concratitius dicitur qui inſertis cratibus conſtruitur. Papinia. in l. ſi fratres. Digeſt. pro ſocio: Si uicini ſemipedes inter ſe contulerint, ut ibi concratitium parietem inter ſe ædificarent, ad onera utriuſque ſuſtinenda, &c.

CONCREDO, is, {*Credere, commettere alla fede*}(ἐμπιστεύω) idem quod credere, ſeruandum dare, & fidei alicuius tradere. Cic. pro Quin. Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas. Concredere mari nauigia, Ventis aliquid concredere, Catullus. Ci. pro Roſc. Am. Cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ ſunt atq́ concreditæ. Concreduo, duis, dixere ueteres. Plau. in Aul. Ne tu me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo.

CONCREMO, as, pen. co. {*Abbruſciare*, Dant. *Si ch'el uiſo abbruſciato non diſeſe*}(καίω) idem quod cremo. Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouiſſimo pompę ſuæ die concremauit. Concremare igni, Liu. 6. ab Vrb. Vrbs concremetur, Seneca Theb.

CONCREPO, as, pe. c. {*Fare ſtrepito, riſonare*}(διακτυπέω) perſono. Et plus eſt quàm ſono. Nam, Con, ibi auctiuũ eſt. Teren. Sed oſtium concrepuit. Cõcrepare digitis, Cic. 3. Offi. Concrepare gladiis ad ſcuta, Liu 8. bel. Pun. Cõcrepare actiuè poſitum. Oui. 1. Faſt. Rurſus aquam tangit Temeſæaq́ cõcrepat æra.

CONCRESCO, concreui, cõcretum, {*Creſcere inſieme*}(συμφύομαι) ſimul creſcere, uel conglutinari. Non rarò tamen accipitur pro congelari, & coagulari, συμπήγνυσθαι. Verg. 3. Geor. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Sic etiam dicimus Lac, uel aerem concreſcere, pro condenſari. Concretus, participium. Cice. 1. Tuſc. Craſſus hic, & concretus aer. Aer concretus in nubem cogitur, Idem 2. de Nat. Deo. Cœlum craſſum atq́ concretum, & Aer purus & tenuis, uelut oppoſita ponit Cic. 1. de Nat. deo. Concretum, ti, ſubſtantiuũ, coniunctum & conglutinatum. Cic. 1. de Nat. deo. Quę nil concreti habeat, nil ſolidi, nil expreſſi. Concretus, us, ui. Plini. lib. 12. cap. 16. In planum autem probatio eſt minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis ſucci. Concretio, onis. Cice. 1. de Nat. deo. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit.

CONCRIMINOR, naris, {*Incolpare*}(ἐπικατηγορέομαι) idẽ quod ſimplex criminor. Plau. Mil. Vt ſi illic cõcriminatus ſiet aduerſus militẽ meus Cõſeruus.

CONCRVCIOR, aris, {*Eſſere cruciato*}(ἀλγέω) doleo, torqueor ut. Concruciari omni corpore. Lucr. lib. 3. Et quaſi cum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis: non omni concruciamur Corpore.

CONCVBIENSES, populi ſunt in Vmbria ſexta Italiæ regione, ut eſt apud Plin cap. 14. lib. 3.

CONCVBITOR, (συγκοίμητος) qui cum alio cubat: quamuis per tranſlationem accipiatur pro eo qui rem Veneream exercet.

CONCVBINVS, & Concubina, uide in Verbo Concubo.

CONCVBIVM, (μεσονύκτιον, τὸ μέσον νυκτῶν) noctis primus ſomnus: ita dictum quòd eo tẽpore ferè omnes cubent. hoc eſt, illa pars noctis quę eſt inter Primam facem, & noctem intempeſtam. Secabatur enim apud ueteres illos Romanos dies & noctis tempus in diuerſas particulas, quas propriis ſuis nominibus diſcernebant. Incipiebant autem diem eiuſdem à medio noctis: quòd illud tempus finis eſſet præcedentis diei & principium ſubſequentis. Tempus proximum De media nocte, uocabant: Deinde Gallicinũ, cũm Galli canere incipiunt: inde Cõticiniũ, cũm canere deſinunt galli. Poſtea diluculum, tempus ante lucem uocatur. Poſt hoc proximũ eſt Manè, cũm lux Solis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod ad meridiem uocamus: deinde medius dies, quem Meridiẽ, quaſi Medidiem, uocamus. Tempus, quod meridiẽ ſequitur, A meridie uocatur: deinde ex ordine ſubſequuntur Suprema tempeſtas, Veſper, Crepuſculum, cũm crepera, hoc eſt, dubia lux eſt. Deinde illud tempus, quo lumina accẽduntur, quod antiqui primã facẽ appellabant. Proximum huic tempus uocatur Concubium: Inde Nox intẽpeſta, ita dicta, quòd illud tẽpus intempeſtiuũ ſit rebus agẽdis. Quod reliquum deinde eſt temporis, Ad mediam noctẽ dicitur. Hæc ferè tradit Cenſorinus de Die natali, 19. cap & Macr. Sa. lib. 1. cap. 2. Nox concubia. Siſen. lib. 4. Hiſto. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtiũ munitionem ſuccedunt. Pli. lib. 29. cap. 6. Alii excoquunt ipſum & nocte concubia in plumbeum uas condunt. Cic. 1. de Diuin. Qui ut cœnati quieſcerent, concubia nocte uiſum eſſe in ſomnis ei qui erat in hoſpitio, &c.

CONCVBO, as, p c. ſiue, quod uſitatius eſt, Cõcumbo, is, {*Dormire in compagnia*}(συγκαθεύδω) ſimul dormio, ſimul geſco: et per trãſlationẽ coeo, ὀχεύω. Oui. 3. de Arte: Credere uix poſſum, niſi cogat credere partus Vos ego cum ueſtris concubuiſſe uiris. Vnde & Concubinus, (σύνευνος) & Cõcubina, (ὁμεύνετις) quòd ſimul cubent. Quint. lib. 1. cap. 3 Noſtras amicas, noſtros concubinos uident. Cic. 1. de Orat. Mater in concubinæ locum duceretur. Hinc & Concubitus, us, (συνουσία, μῖξις) coitus. Pli. lib. 10. cap. 63. Cęteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus: homini omnibus horis diurũ, nocturnuq́. Concubinatus, us, ui. Sue. in Ner. cap. 18. Super ingenuorum pædagogia, & nuptiarum concubinatus, Veſtali uirgini Rubriæ uim intulit.

CONCVMBO, is, uide Concubo.

CONCVLCO {*Conculcare, premere*}(καταπατέω, ἐνάλλομαι) idem quod calco, calcibus premo, obtero. Cic. ad Att. lib. 8. Conculcari, inquam, miſerã Italiam uidebis proxima æſtate ab utriuſq́ municipiis ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem, Cic. pro Flac. Conculcatio, onis. Plin. lib. 8. Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

CONCVPISCENTIA, & Concupiſco, uide Concupio.

CONCVPIO, pis, {*Deſiderare*. Pe. *Poco prezzando quel ch'ogn'huom deſia*} (ἐπιθυμέω) idem quod cupio. Cic. pro Quintio: Sicut tu ſemper ſummè concupiſti. Concupiſco, ſcis, eiuſdem ſignificationis. Cic. 4. de Finib. Vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat Idem 1. Acad. Nihil enim deſiderabile concupiſcant. Concupiſcor paſſiuum. Pli. li. 11. capi. 6. Id ſe facturas conſcie, quod concupiſci poſſit. Cic. 4. Tuſc. Lætitia ut adepta iam aliquid concupitum, efferatur, & geſtiat. Hinc concupiſcentia, (ἐπιθυμία) quæ eſt bonarum æquè, ac malarum rerum appetitus.

CONCVRO, as, {*Hauer cura*} idem quod ſimplex Curo. Plaut. Bac. Pro dignitate obſonii hæc concuret coquus.

CONCVRRO, ris, {*Concorrere*}(ἀμφιδρομέω, συνθέω) ſimul curro. Ci. 4. Ver. Tantus in curia clamor factus, ut omnes cocurrerent. Cõcurrere dicuntur milites, cum irruunt in hoſtem Verg. 1. Aen. Audetq́ uiris cõcurrere uirgo. Trãſfertur ad inanimata. Terent. Heau. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animũ exaugeant. Concurrere, (συῤῥεῖν) cõfluere. Celſus lib. 1. ca. 12. Si in ſtomachum quædam biliosa concurrunt. Concurritur, impersonale: ut, Concurritur undiq́ ad commune incendium reſtinguendum, Ci. 10. Phil. Concurritur, pro committitur prælium. Hor. 1. Serm. Sat. 1. Militia eſt potior, quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors uenit, aut uictoria lęta. Concurſus, us, (συνδρομή) nomen uerbale. Cic. ad Brut. Concurſus eſt ad me factus. Concurſio, onis, aliud uerbale. Cic. 1. de Finib. Ille atomos quas appellat, id eſt, corpora indiuidua, propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant. Concurſo as, are, frequentatiuum. Ci. pro Sex. Roſ. Qui armati noctes dieſq́ concurſabant. Huc, illuc caſu, & temere concurſare, idem 2. de Nat. deo Lucr. lib. 2. Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concurſant. Concurſator, oris Liu. 2. bel. Mac. Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam, nec pedes cõcurſator. Concurſatio, onis. Cice. pro lege Agr. Quàm acerba, quàm formidoloſa, quàm quæſtuoſa concurſatio?

CONCVRSVS, us, Concurſio, onis, & Concurſo, as, uide Concurro.

CONCVTIO, tis, {*Commouere, crollare*. Pet. *Da bagnar l'herbe e da crollar i boſchi*,}(διασείω) commoueo. Ouidi. 1. Metam. Terrificam capitis concuſſit terq́ quaterq́ Cæſariem. Concuſſus, us, ui commotio. Pli. lib. 35. cap. 16. Coquitur in calicibus crebro concuſſu. Concuſſura, pro Concuſſione utitur Tertullianus in lib. de Fuga in perſecutione.

CONDALIVM, (δακτυλίδιον) anuli genus, teſte Feſto. Plaut. in Trin. Inter eos'ne homines condalium redipiſci poſtulas? Et paulò antè: In thermopolio cõdalium eſt oblitus. Dictum autem uidetur Condalium ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc eſt, à digitorum articulis, ſiue nodis, qui anulis exornantur: quanquam & Condyli, ſiue Condub nomine etiam anulum ſignificari, idem Feſtus eſt auctor.

CONDALVS, (κόνδαλος) Mauſoli Cariæ regis in Lydia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex: de quo tradit Ariſtoteles in Politicis, quòd cum Lycios maximo comæ nutriendæ ſtudio teneri animaduerteret, occaſionem ſibi eam oblatam ratus, qua auri quàm plurimum & ſibi poſſet congerere, & ad regem mittere, litteras ſibi à Mauſolo allatas ſimulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere: Si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, ſe daturum operam, ut in Græcia coemerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis auide accipientibus, mirum dictu quã tam eo commento pecuniæ uim extorſerit.

CONDATE, Ptolemęo. lib. 2. cap. 8. Rhedonum urbs eſt in Gallia, quam credimus eſſe eandem cum ea, quam hodie uocant Renes en Bretagne.

CONDECET, pen. co. {*Conuenire, ſtar bene*. Pet. *Fratel ne gl'anni onde ched'er conuenne*}(πρέπει) a Decet compoſitum, idem ſignificans, quod ſimplex. Plau. Pſeud. Sed unde ao ornatus hic me ſatis condecet. Vnde condecens, πρέπων: Condecenter. πρεπωδέστερος. Gell. libr. 6. cap. 12. Commode hæc quidem omnia, & condecenter. Condecentia εὐσχημοσύνη. Cic. 3. de Orato. Sic uerbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiam, ſententiis uerò ad grauitatem orationis utatur.

CONDECORO, p. c. {*Ornare*}(κοσμέω, τιμάω) orno, honeſto, coheneſto. Ter. in Prol. Hecy. Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos. Pli. lib. 35. cap. 10. Dignis digna loca picturis condecorauit. Condecorè, aduerb. Gell. lib. 14. cap. 4. Condignè me hercule, & condecore Chryſippus depinxit.

CONDEMNO, as, ex Con & Damno, {*Condannare*. Pe. *O' gli condanna al ſempiterno pianto*}(καταγινώσκω, καταψηφίζω) propriè iudicis eſt, cũ mulctam reo, uel pœnam per ſententiam irrogat. Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Cic. 3. de Ora. Cuius reſponſo ſic exarſerunt iudices, ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent Idem pro L. Flacco: Scæuola aliis multis criminibus condemnatus. Extenditur etiam interdum condemnandi uerbum etiam ad accuſatorem, ut idem ſit quod reum peragere, uel efficere ut quis damnetur. Cic. 2. Verr. Ego hoc uno crimine illum condemnem neceſſe eſt. Item extra forum. ut, Condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, impudentiæ, hoc eſt, negligentiæ, inertiæ, uel impudentiæ uitio eum affinem uel obnoxium iudicare. Ci. 2. de Ora. Cæteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, pòſt etiam impudentiæ. Idem Curioni: Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. Condemnator, etiam pro accuſatore qui reum peregit, apud Tacitum lib. 4. ubi Domitium Afrum uocat condemnatorem Claudiæ Pulchræ, cum antè retuliſſet, fuiſſe ab eo accuſatam.

CONDEMNATVS VOTI, uide latè in uerbo Damno.

CONDENSO, as, are, {*Condenſare, inſpeſſire*} (συμπυκνόω) cogere, ſpiſſare. Col. lib. 7. Torrido ſale contingitur, ſurſus ponderibus condenſatur. Pro eodem etiam apud antiquos legitur, Condenſeo, ſes, ſet. Lucr. lib. 1. Quòd ſi forte aliquis, cum corpora diſſiluere, Tum putat id fieri, qua ſe cõdẽſeat aer, Errat. Condenſus, a, um Plin. lib. 10. cap. 73. Inſident in eadem Africa pardi condẽſa arbore. Condenſa acies, Condenſa turma, Liu. 6. bel. Pun. & Hircius lib. 5. Condenſæ columbæ, Verg. 2. Aeneid. Condenſa arboribus uallis, Liu. 5. Bel Pun.

CONDEPSO, is, ere, {*Meſcolare, miſchiare*} commiſcere, à Græco δέψω, tractum. Pomponius Nuptiis: Partem inſipui, concluſui, cõdepſui. Hæc Noni. Cato cap 76. Poſtea farinæ L. I I. conſpergito, condepſitoq́.

CONDICO, is, pe. p. {*Determinare*}(διαμολογέομαι, ἀφορίζω) ſimul determino, conſtituo, denuntio. Iuſtin. lib. 3. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant. Item paciſcor, ineo. Liui. libro 2. ab

Vrbe

Vrbe: Hoc anno induciæ, quæ antea ſemper uugatæ ſuerant, cum Latinis cõdictæ ſunt. Dicimus etiam Condicere cœnam pro prædicere, ſeu prænuntiare, ſeu promittere. Suet. in Tyb. Scr. Claudio libidinoſo ac prodigo ſeni cœnā ea lege conduxit, ne quid ex conſuetudine immutaret. Inde Condicta cœna, hoc eſt, promiſſa, uel denuntiata. Sueto. Velut ad ſubitam, condictamq́ cœnulam inuitaret populum. Condicere rem aliquam, Iuriſconſultis uſitatiſſimum eſt, pro repetere. Iul. l. ſi alienum. ff. de mortis cauſa don. Si alienā rem mortis cauſa donauero, eaq́ uſucapta ſit, uerus dominus condicere eam nõ poteſt. Plau. Hic ſcit poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator. Condicere rerum, aut litium, antiqui dixerunt, pro denuntiare res aut lites. Liu. 1. ab urbe: Quarum rerum, litiū, cauſarum condixit Paterpatratus popu. Rom. Quiritium, Patripatrato priſcorum Latinorum: hoc eſt, quas res, lites, cauſas Paterpatratus denuntiauit.

CONDICTIO, (ut docet Feſtus) in diem certum eius rei, de qua agitur denuntiatio eſt. Condicere enim priſca lingua, eſt dicendo denuntiare. Actio in perſonam Condictio appellatur. Vlpia. in. l. actionum genera. ff. de act. & obl. Actionum genera duo ſunt. In rem, quæ dicitur uendicatio. & In perſonā, quę Condictio appellatur.

CONDICTITIVS, a, um. ut, Actio cõdictitia, qua aliquid cõdicimus, & repetimus: in iure ciuili Cõdictitia uocatur. Vlp. in. l. ſi duo §. idem Iulianus. ff. de iureiurando. Idem Iulianus ſcribit, eum qui iurauit, furtum ſe cõfeciſſe, uide ri de toto iuraſſe: atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur. De condictione furtiua intelligit.

CONDICTVM, (ὁμολογημένον) quod in commune eſt dictum: id eſt, promiſſio, ſeu pactum inuicem factum. Feſtus.

CONDIGRAMMA, Carmanię oppidum, apud Plin. lib. 23. cap. 6.

CONDIGNVM, {Degno} (ἄξιον) pro digno ab aliquibus uſurpatur. Plau. in Amph. Accaſtor cõdignum donum, qualis eſt, qui donum dedit. Condignè, aduerb. ἀξίως. Plau. Caſ. Noctu ut condignè recubes curabitur. Condignè, & condecorè, Gell. lib. 14. cap. 4.

CONDIO, is, condiui, uel condij, conditum, pen. p. {Condire, far ſaporito. Pe. Che condia di dolcezza ogni agra ſtile} (ἡδύνω, ταριχεύω, ἀρτύνω) ſapidum facio, quod fit cùm epularum ſapor, aut pinguedine, ſeu aromatibus commendatur. Iuuen. Et quadringentis nummis condire guloſum Fictile. Et per tranſlationem, Condire triſtitiam hilaritate. Cic. ad At. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Hinc Condimenta (ἀρτύματα, ἡδύσματα) dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obſonia fiunt. Cicer. lib. 3. Offici. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortaſſe nonnihil, utilitatis certè nihil habebit. Facetiæ omnium ſermonum condimenta, apud eundem 3 de Orat. Conditus, pen. pr. nomen ex participio: ut, Condita oratio, per metaphoram ſalibus quibuſdam aſperſa. Cic. 2. de Ora. Nec enim concio maior unquam fuit, apud populum grauior oratio, q̃ huius contra collegam in cenſura nuper. neq; lepore & feſtiuitate conditior. Conditio, onis, ſecunda ſyllaba prod. actus ipſe condiendi. Cic. 1. de Nat. deo. Perſpicuum eſt enim quò compoſitiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia proceſſerint. Conditus, us, pe. pro. idem quod conditura. Colum. lib. 2. cap. 22. Vuas itemq́ oliuas conditui legere licet. Conditor, oris. Cic. poſt reditum: Hi ſunt conditores inſtructoresq́ conuiuij: ij dem expendunt atq; æſtimant uoluptates.

CONDISCO, is, ere, {Imparare} (μανθάνω, συμμανθάνω) idem quod diſco, Cic. pro Plan. Condiſcas cenſeo, mihi pauló diligentius ſupplicare.

CONDISCIPVLVS, li, {Compagno ad imparare} (συμμαθητής) qui cum alio diſcit. Cic. 1. Tuſc. Dicæarchum uerò cum Ariſtoxeno æquali & condiſcipulo ſuo, doctos ſanè homines omittamus. Condiſcipulatus, us. Iuſtinus lib. 12. Multum profuere et Calliſthenis philoſophi preces, cõdiſcipulatu apud Ariſtotelem familiaria illi. Condiſcipula, læ, fœmininum apud Martia. li. 10. Hac condiſcipula, uel hac magiſtra Eſſes doctior, & pudica Sappho.

CONDIMENTARIVS, (ταριχοπώλης) dicitur qui condimenta conficit, aut uendit. Eſt et Condimentarius, a, um, (ἀρτυματικός) adiectiuū, quod ad condimenta pertinet. Pl. lib. 9. cap. 8. Hęc apud nos habet uocabulum aliud, Saturneia dicta, in condimentario genere.

CONDITANEVS, (ἀρτυτικός) modò à condendo, hoc eſt, recondendo, ſiue reponendo, modò à condiendo fit, & ſignificat quod condi, uel condiri poteſt. Vnde apud Varronem: Conditaneam oleam in agro craſſo & calido maximè conferre conuenit.

CONDITIO, {Conditione} (κατάστασις) ſine c, à Condo, is, fit: & pro fortuna, ſiue ſorte, aut qualitate fortunarum, temporum, & rerum poni ſolet. Cice. O miſeram conditionem adminiſtrandi conſulatus. Conditiones pacis, hoc eſt, conuentiones, pacta, leges. Cic. in Epiſt. Feruntur omnino conditiones pacis ab illo, ut Pompeius eat in Hiſpaniam. Homo bonæ conditionis, qui in bona fortuna eſt: hoc eſt, qui diues eſt. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Sic apud Terẽtium amatores Chryſidis tulerunt cõditionem, (πρόκλησιν) ſi uellet eis morem gerere, ſe daturos illi pretium: ipſa uerò accepit cõditionem, id eſt, pactionem, promiſſionemq́ conſenſit. Teren. Heau. Harum duarum conditionum nunc utram malis uide. Conditionalis, le, Martianus in. l. cum heres. ff. de acquir. hæred. Solus hęres futurus eſt omnino, niſi habeat in conditionalem partem ſubſtitutum. Conditionaliter, aduerb. Inſtit. de leg. §. longè magis. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud iuris eſt.

CONDITITIVS, a, um, {Coſa condita & ſerbata} (ἀπόθετος) quod conditum eſt & ſeruatum. Colu. lib. 9. de columbis. Duobus aut tribus modò menſibus accipiant conditiua cibaria, cæteris ſe ipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

CONDITIVVS, a, um, {Ciò che è atto à condirſi} (ἀποκείμενος, ὑπερῷος, ἀποκείμενος) quod conditum, ſeu repoſitum eſt, ſiue quod aptè condi, & ſeruari poteſt. Varro lib. 1. de Re ruſti. Conditiua mala, ſtruthea, cotonia, ſcantiana, muſtea, in loco arido & frigido ſuperpoſita paleæ, ſeruari rectè putant. Colum. lib. 8. Itaque manè, priuſquam procedant in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis herbis citetur aluus. Conditiuum, ui, ſubſtantiuum, pro Sepulcro. Seneca Epiſto. 61. Qui uerò latitant, & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditiuo.

CONDITOR, pe. cor. {Autore fattore. Dant. Scerne la uoce del uerace auttore} (ἀρχηγός, δημιουργός, κτίστης, ἀρχηγός) à uerbo Condo, qui aliquid facit, uel rei alicuius auctor. ut, Conditor legum, Plaut. in Epid. Conditor diſciplinæ militaris, Plin. in Epiſt. Conditor uerò pen. pro. à Condio, is, qui fercula condit, ὁ ὀψαρτυτής. Cic. poſt red. Conditor, inſtructorq́ conuiuij.

CONDITORIVM, à condendo, (ἀποθήκη) locus in quo aliquid reponitur. Vnde & pro ſepulcro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cineres reconduntur. Petronius Arbiter: In cõditorium etiam proſecuta eſt defunctū, poſitumq́ in hypogæo Græco more corpus cuſtodire cœpit. Sueto. accipit pro ipſa capſa, in qua mortui reconduntur, cùm ait, Alexãdri Magni conditorium aureū fuiſſe. Conditorium muralium tormentorum, apud Ammianum, pro repoſitorio machinarū. Pli. Epi. 96. Tā rara in amicis fides, tā parata obliuio mortuorū, ut ipſi nobis debeamus cõditoria cõſtruere, omniaq́ hæredum officia præſumere.

CONDITVRA, æ, idem quod condimentum. ἡδυσμός, ἄρτυμα. Epiſt. 96. Inuentæ ſunt mille conditurę, quibus auiditas excitaretur.

CONDO, dis, didi, {Aſcondere, riporre} (ἀποτίθημι, καλύπτω, ἀποτίθημι, ἀποκρύπτομαι, τυμβεύω) in interiorem locū ad cuſtodiam do, repono, recõdo. Vergi. 2. Aen. Et nota cõduntur in aluo. Pli. ſi libeat credere, ut ſub una ficu turmę condantur equitum. Quandoq; conſtituo, ædifico, (κτίζω) quaſi ſimul do: ut, Troiam Romam condiderunt. Et, Cicero multos libros condidit: id eſt, compoſuit, συντέταχεν. Verg. Eclog. Pallas quas condidit arces Ipſa colat. Quandoq; potior: ſic enim interpretatur Nonius illud Verg. lib. 7. Optato conduntur Tybridis alueo. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcondo, & recondo.

CONDOCEFACIO, {Inſtruire, ammaeſtrare, inſegnare} (συμπαιδεύω, ἐθίζω) inſtruo, aſſuefacio. Cic. 5. Tuſc. Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq́ condocefaciat, ut ea quæ bona, mala'ue audiantur, poſſit contemnere.

CONDOCEO, ces, idem. Hircius lib. 5 Equoq́ frænato, uti condocuerat.

CONDOLEO, les, {Dolerſi} (συναλγέω, συμπαθῶ, συμπάσχω) propriè eſt dolore alterius commoueri. quanquam etiam uõ raró pro ſimplici accipitur Cic. 3. de Orat. Nanque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremq́ multum conſecutum eſſe audiebamus. Condoleſco, is Cic. 1. Aca. Cumq́ perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq́ & condoleſcere, & concupiſcere, et & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent.

CONDONO, as, {Donare Pe. Donar' altrui la ſua diletta ſpoſa} (δωρέομαι) idem quod Dono Cic. ad Philip proconſulem. Vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones. Condonare peccatum, (συγγινώσκειν) eſt ignoſcere. Salluſt. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Condonatio. Cic. 2. Ver. Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionumq́ cõtra omnium inſtituta addictio, et condonatio.

CONDORMIO, mis {Dormire inſieme} (συγκαθεύδω) ſimul dormio. Plau. Moſtel. Abimus omnes cubitum, condormiuimus. Cõdormiſco, is, ere. Plau. Rud. Obſecro hoſpes, da mihi aliquid loci, ubi condormiſcam parum. S. Iſtic ubi uis condormiſce, nemo prohibet, publicum eſt.

CONDRILLON, ſiue CONDRILLA, Plinio, (χονδρίλλη) Dioſcoridi) herba eſt caule & flore ambubeiæ, hoc eſt, agreſti intubo ſimilis: unde & intybi ſpeciem aliqui eſſe dixerunt: tota tamē tenuior eſt. Inueniturq́ in imis ramulis gummi, fabæ magnitudine, ſimilitudine maſtiches, quod tritum, & cum myrrha in linteolo oliuæ quantitate fœminis ſubditum, mēſes earum ducit Eſt & alterum condrillę genus, folium habens ueluti circumroſum, oblongum, per terram ſtratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuē in mucronem deſinentem, inanem, rotundam, flaueſcentem, eodem liquore plenam. Vtriuſque Condrillæ meminit Dioſco. lib. 2. cap. 125.

CONDRIS, ſiue potius Chondris herba eſt, quam nonnulli Pſeudodictamū, uocant, et ferè ubiq; creſcit, dictamo folio ſimilis ramulis minoribus. Auctor Plin. lib. 25. cap. 8.

CONDVCIBILE, {Vtile} (λυσιτελής, σύμφορον) qđ utile eſt, Plau. in Bac. Non ego iſtuc facinus mihi conducibile eſſe arbitror. Itē quod cõduci poteſt.

CONDVCO, is, pe. co. {Congregare, condurre. Pet. Poi mi conduſſe in piu di mille ſcogli} (συνάγω) ſimul duco, congero, cõgrego. Cic. 2. de Inuē. Tunc Crotoniatæ publico de conſilio uirgines in unū locū conduxerunt, & pictori quas uellet eligendi poteſtatem dederunt. Interdum conuerto. Lucil. Et uirtute tua & claris conducere chartis. Interdum pretio utendum accipio, mercede operam alicuius emo, μισθοῦμαι Cic. pro Cælio: Cælius domum conduxit in palatio. Conducere etiam (μισθοῦν) is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere dicitur. Cic. de Diui. 2. Qui columnā illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. Conducit, in tertia autem perſona uel conducere in infinito, ſignificat utile eſſe, συμφέρειν, συμβάλλεσθαι. Et ſi de homine loquamur, cum datiuo tantùm conſtruitur. Colum. lib. 1. Nam id maximè conducit agricolæ. Si autem de re alia, tunc quoq; accuſatiuū mediante præpoſitione admittit. Plaut. in Capt. Vt potiſſimum quod in rem rectè conducat tuam, id petam, id proſequar corde, animo, atq; uiribus. Cice. Lent. Et Reipub. rationibus putem conducere. A' Conduco fit participium Conductus, a, um, μεμισθωμένος. Plaut. Epid. Parabo Doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit. Cice. pro Seſt. Erat autem contentio non cum uictore exercitu, ſed cum operis conductis. Conductum. ſubſtātiuum: ut, Habere aliquid conducti. Cic. pro Cluen. Solet enim extra portā aliquid habere conducti. Conductor, oris. uerbale, (μισθωτής) qui rem aliquam, aut operam alicuius pecunia conducit: ut Fundi conductor, hoc eſt, inquilinus. Item qui pretio opus aliquod faciendū ſuſcipit. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. Nicephorum uillicum tuum ſane probauis quæſtumq́; ex eo, quid ei de illa ædificatiuncula Laterij, de qua mecū locutus es, mãdauiſſes: Tum is mihi reſpondit, ſeipſum eius operis H-S. XVI. Cõductorem fuiſſe: ſed ec poſtea multa addidiſſe ad opus, nihil ad pretiū: itaq; id ſe omiſiſſe. Conductio, onis, μίσθωσις. Cic. pro Ceci. Qui colonus habuit conductū de Ceſennia fundum, cùm idem ex eadem conductione fuerit in fundo. Conductio, pro collectione Cic. 1. de Inuen. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex cõtrario complecti oportet, in breuibus ad ſolum, quod conficitur, exponere. Conducibilis, le, utile, uide ſuo loco.

CONDVCTITIVS, a, um, {Che è ſolito à condurſi} (μισθωτός) quod cõduci ſolet, ſiue ex eorum numero eſt, quæ conducuntur. Plau. in Epid. Sed una res me turbat, ratioq́. Ap occidi qui modo oſtendam fidicinam aliquam conductitiam. Conductitia domus, (ἡ ἀπὸ μισθοῦ, οἶκος) tamen dicitur, quæ conducta

eſt. Sic Conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta eſt. Varro: Omnes hi agri coluntur hominibus ſeruis, aut liberis, aut utriſq: liberis autem, cum ipſi colunt, ut pleriſque pauperculi cum ſua progenie, aut mercenariis & conductitiis operis liberorum.

CONDVLVS {*Anello*} (δακτύλιος) idē quod anulus, teſte Feſto: ita dictus, ut uidetur ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc eſt, a digitorū articulis, aut nodis: ſiue q̃ anulis digiti exornari ſoleant, ſiue q̃ in digitis anuli ueluti nodi quidam emineant. Priſci etiam Vngulum uocauerunt, & Symbolum, teſte Pli. lib. 33. capi. 1.

CONDVPLICO, as, are, {*Raddopiare. Pet. Raddoppia à l'alta impreſa il mio ualore*} (διπλασιάζω) idem quod ſimplex duplico. Tere. Phor. Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauit. Diuitias conduplicare, Lucr. lib. 3. Ci. 1. de Diuin. Tenebræ conduplicantur. Conduplicatio, onis, διπλασιασμός. Plaut. Poen. Quid hoc eſt conduplicationis? quæ hæc congeminatio? Eſt & Conduplicatio, figura Rhetorum, Auctor ad Herennium lib. 4. Conduplicatio eſt unius uerbi uel plurium iteratio.

CONDVRDON, herba eſt ſolſtitialis, flore rubro, quæ è collo ſuſpenſa comprimit ſtrumas. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

CONDVS, dicitur is, qui condendis, hoc eſt, reponendis cibis præpoſitus eſt: quemadmodum Promus, qui cibum promit, hoc eſt, profert. Et quia eiuſdem ſerè officium eſſe ſolet, cibos promere & recondere, factum eſt, ut qui ei muneri præeſſet, compoſito nomine Promuſcondus diceretur. Plaut. Pſeud. Cōdus promus, procurator peni.

CONDYLOMA, atis, pe. pr. (κονδύλωμα) tuberculum infamabile (ut Iulius Pollux inquit) quod naſcitur circa coronam ani, ſiue podicis, ſanguinem iugiter profundens: ita dictum à ſimilitudine condylorum, hoc eſt, nodorum, qui in digitis, ſtricta in pugnam palma, eminēt. Curationem huius morbi uide apud Celſum libr. 6. cap. 18. Vulgus uocat Morbum S. Fiacrij.

CONDYLVS, pen. cor. {*Giontura, nodo delle dita*} (κόνδυλος) iunctura, & nodus articulorum in digitis eminens, ſtricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut ſcribit Ariſtoteles, ternos habent condylos pollex uerò duos. Græci et κόνδυλον pugnum uocant, qui fit complicatis digitis in condylos. Vnde Plutarchus ſcribit, eum quem Caſtor condylo percuſſiſſet, ſtatim mortuum. Martia. lib. 1. Caput illi uirga comminuens, eiſdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, cumplicatiſq; in condylos digitis uulnerabat.

CONE, inſula eſt ad oſtium Iſtri Lucan. lib. 3. Et barbara Cone, Sarmaticas ubi perdit aquas, &c.

CONFABVLO, as, are, & Cōfabulor, aris, (συνομιλῶ) colloquor. Plau. Moſtel. Hiſce hodie hanc confabulabunt fabulam.

CONFARREATIO, genus erat ſacrificij inter uirum & uxorem, in ſignū firmiſſimæ coniunctionis: ſicut Diffarreatio ſimile erat ſacrificiū, quo coniuges per confarreationem coniuncti, diſſoluebantur. Sed huiuſmodi matrimonij aut diuortij genus ſolis ſacerdotibus erat in uſu. Auct. eſt Boe. in Top. Cic. Pli. lib. 18. cap. 3. Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis uinculu erat: nouæq; nuptæ farreum præferebant. Corn. Tac. libr. 4. Nam patritios confarreatis parētibus genitos tres ſimul nominari, ex queis unus legeretur uetuſto more: neq; adeſſe, ut olim, eā copiā, omiſſa cōfarreandi cōſuetudine, aut inter paucos retēta.

CONFATALIS, le, (συνειμαρμένος) quod eadē fati neceſſitate tenetur. Cic. de Fato: At ſi ita fatum ſit, Naſcetur Oedipus Laio: non poterit dici, ſiue fuerit Laius cum muliere, ſiue non fuerit: copulata enim res eſt, & confatalis.

CONFECTOR, Confectio, & Confectura, uide Conficio.

CONFERCIO, is, {*Impire*} ἐμφορέω, συσσάττομαι. ex Con & Farcio ſignificat compleo. Pli. lib. 12. cap. 15. Myrrham paſſim à uulgo coemptam in folles conferciunt. Confertus, participium, idem quod condenſatus. Cice. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti. Inde Confertus, a, um, (ἀθρόος, συνεσκευασμένος) a quo Confertior Confertiſſimus. Liu. 1. ab urbe: Præterquam q̃ confertiores ſteterant. Confertim, aduer. denſe. Liu. Cum confertim Romam, ut ſolent, denſatis excepiſſent curiis.

CONFERO, confers, {*Portare in un luogo, paragonare. Pet. Si paragona per co i piu perfetti*} (συμφορέω) in unum fero, congero. Cic. lib. 3. Offi. Omnes curas cogitationeſq; meas conferebam. Ponitur aliquando pro conſero, hoc eſt, coniungo. Vnde Conferre pedē, (ὁμόσε χωρεῖν τινὶ) eſt pedem pedi conſerere, & loco non cedere. Conferre manum, eſt pugnare manū conſerrere. Vergil 9. Aen. Et conferre manum, & procedere longius audet. Conferre gradum, eſt gradum coniungere, & æquis paſſibus incedere. Idem 3. Georg. Iunge pares, et coge gradum conferre iuuencos. Conferre ſigna, eſt duorum exercituum ſigna in eundē locū ferre animo ineundæ pugnæ. Liu. li. 1. ab urbe: Aliquoties Latinus exercitus cominus cū Romanis ſigna contulerat. Conferre etiā cū accuſatiuo loci ſæpe ſignificat idē quod Eo, uel Accedo. Cic. in Epiſt. Excluſus ab Antiochia Dolabella Laodiceam ſe contulit. Quandoq; pro diſputo, ſeu in cōparationem deduco, συμβάλλω. Et dicimus, Conferre te illi, & cum illo. Ouid. Cōfer Amyclæis medicatū uellus ahenis, Murice cū Tyrio, turpius illud erit. Quandoq; pro paco, diſpono. Plau. in Curt. Ita tuū cōferto amorē ſemper, ſi ſapis, Ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro. Quandoq; pro impono, iniicio, trāſfero, ἐπάγω. Idē in Amp. Ne poſterius in me culpā conferas. Quandoq; pro cōmunico. Ter. in Heau. Syrus cū illo noſtro conſuſurrat, conferuntq; conſilia adoleſcētes. i. ſimul cōmunicāt, κοινοῦσι. Quandoq; pro coniungo, συνάπτω. Cic. ad Octa. Nā ut ordiar à principio, & perducam ad extremū, & nouiſſima conferā primis. Conferre uerba in pauca (διὰ βραχέων, εἰπεῖν) pro concludere, reducere, & uerborū cōpendio uti. Plau. Nunc uerba in pauca conferā.

Quandoq; pro transfero, traduco, aliò fero, μεταφέρω. Tere. in Eu. Metuet ſemper quē ipſa nunc capit fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Quandoque pro utilitatē affero, ſeu proſum. συμφέρω, ἀντιλέγω. Colu. lib. 1. Cæterū ad æſtiuos temperandos calores, plurimum conferunt ſalientes riui. Conferre beneficium in aliquem, eſt aliquem beneficio afficere, uel beneficium apud aliquē collocare. Exempla paſſim occurrunt apud Ciceronem in officijs. Inde Collatio, Collator, Collatus, us, Collatitius, a, um, quæ uide ſuis locis.

CONFERRVMINO, uide Ferrumino.

CONFERTVS, a, um, & Confertim, aduerbium, uide Confercio.

CONFERRVA, quid ſit, declarat Pli. li. 27. ca. 9. his uerbis. Peculiaris (inqt) eſt Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando, ſpongia aquarū dulcium uerius, q̃ muſcus, aut herba, uilloſæ denſitatis, atq; fiſtuloſæ. Curatum ex ſcio omnibus ferè oſſibus confractis prolapſum ab arbore alta putatorē, circundata uniuerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus, quoties inareſceret, &c.

CONFERVEO, es, ſimul ferueo, uel idē quod ſimplex ferueo, {*Bollire*} (ζέω) & per tranſlationē pro quouis modo incaleſco. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Mea cū conferbuit ira. Accipitur itē Conferueo, pro ferruminor, coeo, cōſolidor. Celſus lib. 8 cap. 10. Si quando oſſa non conferbuerint, quæ ſæpe ſoluta, ſæpe mota ſunt, in aperto deinde curatio eſt poſſunt enim coire. Hinc Conferua herba nomē accepit, q̃ ea oſſa fracta cōferueant, hoc eſt, ferruminent, de qua uide paulo antè. Itē Conferueſco, cis. Colum. lib. 12. Nec poſtea, tangitur, donec conferueſcat.

CONFESSOR, qui confitetur rogatus, (ὁμολογητής) Non temere tamen hāc uocem inuenias apud ueteres. Nam apud Cice. lib. 2. Epiſt ad. Attic. Confeſſorem legendum eſt, non Confeſſorem. Verba Cice. ſunt hæc: Præclarum ſpectaculum mihi propono, modò te conſeſſore ſpectare liceat, hoc eſt, ſi tu ad ſpectandum unà mecum conſideas.

CONFESTIM {*Incontanente, ſubito*} (παραχρῆμα, παραυτίκα) ſtatim, ex ſtigio. Cæſ. 5. bel. Gal. Cæſar præmiſſo equitatu, cōfeſtī legiones ſubſequi iuſſit.

CONFIBVLA, læ, à Catone cap. 12 de Re ruſti. numeratur inter inſtrumenta torculari neceſſaria, cuius præcipuus erat uſus, ut dehiſcentibus arboribus induceretur, ad hiatum earum comprimendum. Verba Catonis ſunt hæc: Seras (inquit) tres fibulas, X L. uectes X L. confibulas ligneas queis arbores comprimat, ſi dehiſcent, & cuneos ſex.

CONFICIO, confeci, confectum, compoſitum ex Con & Facio, {*Finire, eſpedire, fornire*} (περαίνω, διαπράττομαι, πράττω, τελέω) facio, perficio, exequor. Cic. Fam. 5. de Dionyſio, ſi me amas, cōfice: quācunq; ei fidē dederis: præſtabo. Huc pertinent uariæ loquendi formæ. Cic. Phili. 9. At ille, ꝓperās, feſtinanſq;, mandata noſtra conficere cupiens. Cōficere officiū legationis, apud Cæſ. Bel. Ciu. 3. Cōficere nuptias. Ter. in And. Nā ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex unis geminas mihi conficies nuptias. Cōficere negotium. Plau. in Ciſt. Nemo exibit, omnes intus conficient negotium: Vbi id erit factum ornamenta ponent.

Conficere pacē. Cic. pro Flac. Pacem maritimam ſumma uirtute, atq; incredibili celeritate confecit. Conficere iter. Cic. ad Att. Nunc iter conficiebā æſtuoſa, & puluerulenta uia. Sic Conficere annos, uitæ curſum, curriculum. Cice. 1. de Nat. deo. Sol curſus annuos cōficit, cuius luſtrationem menſtruo ſpatio luna complet. Conficere annales, librum: pro ſcribere, componere. Conficere pecuniam, pro curare comparare. Cice. pro Syl. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut uerſura, aut tributo. Conficere exercitum. Cic. pro leg. Manil. Pōpeius difficili tempore exercitum confecit. Cōficere bibliothecam. Cic. Att. 1. Velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. Conficere bellum. Cic. Fam. 5. Nā ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam. Admittit quoq; in hoc genere præpoſitionem, Cic. ad Att. 12. Tu tamen cum Appella Chio confice de columnis. Cōficere cibum, eſt mādere, & dentibus molere. Cic. de Nat. deo. Eorum aduerſi acuti morſu diuidūt eſcas, infimi autem conficiunt. i. conterunt. Conficere argentum, pro decoquere, & dilapidare ſeu male abſumere. Et Ter. in Phor. Egomet ire ſenibus Sunū Dicam ad mercatum, ancillulam emptum quā dudum dixit Geta. Nam cū hic non uideant me, conficere credant argētum ſuum. Sic patrimonium conficere. Cic pro Flac Patrimonium, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorū cōuiuiis maluit diſſipare. Conficere hominem, eſt uulneribus interficere & dilaniare: & proprie hoc uerbum (ut inquit Don.) conuenit gladiatoribus iis qui grauiſſimis uulneribus ſe mutuò dilaniant. Ci. in Piſo. Plagas confectum ante oculos tuos cecidiſſe. Quin & Lactan. Firmi. lib. 2. hoc uerbū non inueniſſe ad elementorū pugnā tranſumpſit. Ignis quidē (inquit) permiſceri cū aqua non poteſt quia ſunt utraq; inimica: et ſi cominus uenerint, alterutrū quod ſuperauerit, cōficiat alterū, neceſſe eſt hoc eſt, perdat & cōſumat. Trāſfertur quoq; ad moleſtiarum, dolorūq; magnitudinē. & idē ferè eſt, quod enecare, et excruciare. Et interdū actiue. Cic. Att. 11. Me cōficit ſolicitudo, ex qua etiā ſumma infirmitas corporis. qua lenta, cro unà cum eo, qui negotium gerit. Interdum paſſiue, & cum ablatiuo. Cic. Offi. 3. Quid ſi Phalarim crudelem tyrannū & immanem, uir bonus, ne ipſe frigore conficiatur, ueſtitu ſpoliare poſſit, non'ne faciet? Interdū abſolute. Idē: Conficior ueniſſe tempus, cū iā nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſim. Ab hoc uerbo deducuntur Cōfectio, uerbale. Cic. ꝓ Flac. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi cōfectio ulla recitatur. Belli cōfectio, Cic. 14. Philip. Annalium confectio, Idem 2. de Orat. Eſcarum confectio à lingua adiuuari uidetur, apud eundem 3 de Nat. deo. Confector, oris. Cic. 2. de Natu. deo. Atq; hic noſter ignis, quem uſus uitę requirit, cōfector eſt, & conſumptor omnium idemq; quodcunq; inuaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. Confectura, ræ. Plin. lib 13. ca. 12. Proximum amphitheatricæ datum fuerat, à confecturæ loco. Colum. lib. 9. cap. 14. Confectura mellis.

CONFIDO, is, p. p. {*Confidare, ſperare*} (πέποιθα, θαῤῥέω) nihil addubito, ſ dem in aliquo repoſitā habeo, pro certo duco. Iungiturq; uerbis tam præſentis, q̃ præteriti, & futuri temporis: ut etiam annotauit Valla lib. 5. cap. 50. Cic. Att. Confido rem, ut uoluimus, eſſe. Idem 6. Verr. Ego mei officij rationē cōfido omnibus probatā fuiſſe. Idem 4. Tuſc. Quē te & opto eſſe, & confido futurū. Cōfidere arcæ alicuius. Cic. Att. li. 1. Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ cōfidito, hoc eſt, cōfide futurum, ut pretium tibi ex arca noſtra perſoluatur. Sibi cōfidere, eſt ſeipſo niti, & aliunde nō pendere. Cic. de Leg. Vir excellens & fortis cōfidere ſibi debet, & ſuæ uitæ, & actæ, & conſequenti. Hinc Confidens, entis, (τολμηρός, θρασύς) nomen ex participio: quod ferè in malā partē accipitur, pro audaci, impudenti, improbo, quiq; leges et iura contemnat. Terēt. in Phor. Homo confidens, q̃ illū Dij omnes perdant. Hinc Confidentia, (θράσος) quę eſt audacia cū improbitate coniuncta. Ter. And. O ingentem confidentiā. Aliquando tamen Cōfidens ponitur pro conſtanti, & graui (θαῤῥαλέος). Idē ibidē: Neſcio quis ſenex uenit modò, ellum cōfidens, cautus. Vbi Donatus: Confidētem ꝓ cōſtanti nō in mala ſignificatione poſuit. Sæpius tamē in deteriorē partem accipitē. Cic. Tuſ 3. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniā cōfidēs mala cōſuetudine loquendi in uitio ponitur: Ductū uerbum à cōfidendo, quod laudis eſt. Ex quibus Cic. uerbis conſtat, quod laudis ſit Confidere, Cōfidens uerò & Cōfidentia ab ipſo uerbo facta in uitio ponatur. Cōfidenter, τεθαῤῥηκότως, cōſtanter. Plau. Quæ nō deliquit, decet audacē eſſe cōfidēter. Quādoq; & temerarie,

merariè, θρασέως. Accius: Qui in puellæ domũ tã cõfidẽter irrupit. Cõfidenti loquius, cõparatiuũ à Cõfidẽtiloquus deductũ: quo utiĩ Plau. in Trin. .. Nihil eſt profecto ſtultius, neq; ſtolidius, neq; mẽdaciloquius, neq; argutũ magis, Neq; cõfidẽtiloquius, neq; periurius, q̃ &c. Confiſus, p.p. particip. Verg. 5. Aen. O' nimiũ cœlo & pelago cõfiſe ſereno. Copia & facultate cauſæ cõfiſus. Cic. pro Roſc. Comœ. Confiſio, onis. Cic. 4. Tuſ. Et ſi fidentia, id eſt, firma animi cõfiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio grauis, non temerè aſſentiens.

C O N F I G O, p.p cõfixi, cõfixũ, {Conficcare} (διαπήγνυμι) ferè idẽ eſt, qđ ſimplex figo, uel trãſfigo. ut, Cõfigere tabulã aculeis, Colu. li. 7. ca. 3. Cõfigere ſagittis. Cic. 4. Acad. Cõfigere tabulas inter ſeſe, Cato ca. 21. Cõfigere curas oẽs in ſalute Reipu. per metaphorã dixit Cic. 7. Phil. pro eo quod eſt, omnes cogitatio nes ad ſalutẽ Reip. dirigere. Niſi (inquit) talis Cõſul eſſet, ut omnes uigilias, curas, cogitationes in Reip. ſalute cõfigere, Cõſulem non putarem. Confixus participi. Cic. 12. Philip. Meminerant, eius ſententia confixum Antonium. Dicimus etiã Cõfigere ſpem noſtram in aliquo, pro eo quod eſt ſpem noſtram in aliquo repoſitam habere. Configere cornicũ oculos prouerbialiter dicitur, teſte Eraſmo in Adagiis, pro eo quod eſt, ueterum ſcientiã nouo inuẽto obſcurare, efficereq; ut ſuperiores nihil uidiſſe, ſciſſe nihil uideantur. Aut certè (ut interpretatur Budæus) callidos homines & uerſutos, aſtutia et callid tate ſuperare. Ci. pro Muræna: Inuentus eſt ſcriba quidam, Cn Flauius, qui cornicũ oculos confixit.

C O N F I G V R O, as are, συσχηματίζω. Colum. lib. 4. cap. 20. Ne prauitas ſtaminum ad ſimilitudinem ſui uitem configuret.

C O N F I N G O, gis. {Fare, fingere} (πλάττω) idẽ quod ſimplex fingo. Pli. lib. 10. cap. 33. Hirundines eadẽ materia nidos cõfingunt. Significat etiã cõminiſci, & cõmẽtari: ut, Cõfingere dolũ inter ſeſe. Plau. Capt. Cic. 5. Verr. Cõcedes, nõ hoc crimẽ nos in te cõfingere. Cõfictus, partic. ut, Confictæ lachrymæ, Ter. And. Cõfictio, cõfictionis. Ci. p Roſ. Am. Criminis cõfictionẽ Erucius ſuſcepit.

C O N F I N I S, p.p. {Confinante} (ὅμορος) cõterminus, eoſdẽ habens fines. unde Cõfines agros dicimus, quorũ fines cõiuncti ſunt. Liu. 4. ab Vrbe: Excurſiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. Cõfinis meus etiã dicitur, qui agrũ, aut uillã habet meæ contiguam, uel uicinam. Mart. lib. 2. Vexat ſæpe meum Patrobus confinis agellum. Cõfine, Per tranſlationem, idem ferè quod ſimile. Quint. lib. 6. cap. 4. Et confine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem.

C O N F I N I V M, oĩ, {Confine. Pet. Aſſai di qua dal natural confine} (μεθόριον) eſt finis agri, ubi cũ altero coniungit. Cic. 2. Offi. Cõuenit autẽ cũ in dando munificum eſſe, tũ in exigendo nõ acerbũ. in omniq; re contrahenda, uendẽdo, emẽdo, conducendo, locando, uicinitatibus & confiniis æquum & facilem multa multis de iure ſuo cedentem. Per trãſlationẽ pro quauis uicinitate, aut propinquitate ponitur: Lactan. Ex quorum confinio naſus exoriens, æquali porrectus iugo, utranq; aciem ſimul & diſcernit & munit. Confinia, nium, plura. numeri, declinationis tertiæ. Seneca lib. 1. de Ira: In confinibus hoſtis arcendus eſt.

C O N F I O, is. {Eſſere fatto} (συμπράττομαι) paſſiuæ ſignificationis, idem quod fio, ſiue conficior. Verg. 4. Aen. .. Nunc qua ratione, quod inſtat, Confieri poſſit, paucis (aduerte) docebo.

C O N F I R M O, as, are {Confirmare, affermare} (κρατύνω, βεβαιῶ, κυρῶ) firmũ facere, robur addere. Cic. pro lege Manilia: Mithridates autẽ & ſuã manũ iam confirmarat. Aliquando aſſeuerare. Cic. de Ami. Nemo unquã erit, & (ut cõfirmare poſſum) nemo certè fuit. Vnde Confirmatio: Cic pro Clu. Vnus & alter dies interceſſerat, cũ res parum certa uidebatur, ſequeſter & confirmator pecuniæ deſiderabatur. Confirmatio, onis Cic. de Finib. Inuenta uitæ uia eſt, confirmatioq; omnium officiorum. Eſt & Cõfirmatio orationis Rhetoricæ pars, argumẽta cõtinens, quibus cauſæ noſtræ fidẽ quærimus, auctoritatẽ, et firmamẽtũ, de qua Cic. 1. de Inuen. Cõfirmitas, cõfirmitatis. Plau. Mili. Os habet, linguã perfidiã, malitiam, atq; audaciam, Confidentiã, confirmitatem, fraudulẽtiã.

C O N F I S C A R E. {Conſiſcare} eſt in fiſci ius reducere. Aſconius: Quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, q̃ priuatæ, factũ eſt, ut Fiſcus pro publica pecunia, & inde Cõfiſcare dicatur. Suet. in Octa. Aug. ca. 101. Legionariis trecenos nũmos, quam ſummam repræſentari iuſſit. Nã & confiſcatam ſemper, repoſitamq; habuerat. Hereditates confiſcare. Suet. in Domit. Confiſcare item non ſolum de bonis, ſed etiam de hominibus dicitur. Suet in Caligula: Et quondam proximo colluſori demandata uice ſua, progreſſus in atrium domus, cum prætereuntes duos eqtes Romanos locupletes ſine mora corripi, cõfiſcariq; iuſſiſſet, exultans rediit, dicens, ſe nunquam feliciore alea uſum. Vide Fiſcus.

C O N F I T E O R, eris, ſus, {Confeſſare} (ὁμολογῶ) profiteor, agnoſco, fateor. Lactan. li. 5. Vt doceret quibus poenis affici oporteret qui ſe cultores Dei confiterẽtur. Plau. Cap. Hæc tu eadem ſi confiteri uis, ex te tua feceris. Ter. Heau. Egone confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus? Hinc confeſſus, a, um, quod modo actiue accipitur: ut, Reus confeſſus. Oui. 2. de Pon. Nõ eſt confeſſi cauſa tuẽda rei. Aliquando paſſiue: ut, Confeſſa res, hoc eſt clara, & de qua nulla eſt cõtrouerſia. Cic. 5. Verr. Confeſſa res eſt, et manifeſta. Ex confeſſo. Quin. lib. 3. ca. 5. Et uituperare quæ ex confeſſo ſunt turpia. In confeſſo eſt. Sene. de Benef. li. 3. cap. 11. Horum in confeſſo merita ſunt. In confeſſum uenire. Pli. Epi. 30a. Vt neceſſe ſit, in ea re, quæ & in confeſſum uenit, & exemplis defenditur, deliberare. Confeſſio onis, (ὁμολογία) onis. Liu. 1. ab urbe: Ea erat cõfeſſio, caput rerum Romam eſſe. Confeſſor, non is qui peccata alterius audit, ut imperitũ uulgus appellat, ſed qui propria confitetur rogatus. Nonius aſſignat differentiam inter Confiteri, & profiteri, q; illud neceſſitatis, hoc uoluntatis ſit. Cice. pro Man. Hoc ego non ſolum confiteor, uerumetiam profiteor.

C O N F L A G E S, pen. pr. dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant uenti, à Conflo, as. Feſtus.

C O N F L A G R A R E, {Ardere, abbruſciare} (συμφλέγεσθαι) eſt ardere, aut flãmis cõſumi. Pli. de uiris illuſt. Fulmine ictus cũ regia cõflagrauit. Cõflagrare inuidia, eleganter dicimus pro inuidia grauari, aut inuidioſum eſſe. Liui. 10. bel. Mac. Si innocẽs ſum, ne inuidia cõflagrẽ, cũ crimine nõ poſſim, deprecor.

C O N F L A R E, ſimul flare, {Soffiare, gonfiare} (συμπνέειν) cum. ſ. diuerſi uẽti ſimul ſpirant. Itẽ flando, congerere. Sta. 9. Theb. Cõflataq; uentis Tẽpeſtas. Interdum eſt ſufflare, φυσᾶν. Pli. lib. 35. cap. 11. Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignẽ cõflãte puero. Interdũ liquefacere et ſignare, (χωνεύειν) quia hoc nõ niſi cõflato igne fieri poteſt. Vnde cõflare argenteã ſuppellectilẽ, eſt liquefacere et in maſſam redigere: & Cõflata pecunia, hoc eſt, ſignata. Interdũ ex cõpoſito, & cõſenſu multorum adorno. Cic. Verr. 3. Vnde hoc totum ductũ & cõflatum mẽdacium eſt, συντεθειμένον, [illegible]. Interdum concitare, contrahere, & ut plurimum de malis dicitur. συνάγειν, ἐπισπᾶσθαι. Dicimus. n. Tu tibi hodie conflaſti inuidiam, inimicitias, odium. Sallu. Magnam illi inuidiam conflauerant. Item, Mihi conflaui æs alienum: quod eſt feci me debitorem alienæ pecuniæ. Cui correſpõdet, Diſſoluo æs alienum, quod eſt, æs alienum quod conflaueram, reſtituo. Cic. Patri perſuaſi, ut æs alienum filii diſſolueret. Interdum congregare. Lactan. lib. 2. Ita conflauit ex his omnibus populum. Interdum conficere, creare. Idem lib 7. Et quicquid eſt in hoc opere mundi conflauit, ac perfecit ex nihilo: Verg. lib. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem, hoc eſt, cuduntur, fabricantur.

C O N F L A T I L E. pe. co. (χωνευτός) quod conflando factum eſt, qualia ſunt ſigna ænea, aurea, aut argentea.

C O N F L A T V R A, ræ, (χώνευσις) conflandi ratio. Pli. lib. 7. capi. 56. Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis, ut alii Ceacus auri metalla, & conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangæum montem.

C O N F L I C T I O, onis, {Conflitto,} (συμβολή) cõflictus, contentio, colliſio, concurſus. Cic. de Inuen. Conſtitutio eſt prima conflictio cauſarum ex depulſione intentionis profecta. Idem de parti. Rerum inter ſe pugnantium conflictio. Quin. lib. 3. cap. 6. Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio.

C O N F L I C T O, as, are, & Conflictor aris, deponens, {Combattere, far giornata} (διαμάχομαι, δυσχεραίνω, [illegible]) pugno, percutio, affligo. Terent. Phor. Nec cum huiuſmodi unquam uſus uenit ut conflictares malo. Tacit lib. 5. Plura per ſcelera Remp. conflictauiſſet. Auctor ad Heren. li. 2. Malo magno eſt hominibus auaritia, idcirco q; homines magnis, & multis incommodis conflictantur. Conflictatus, participium, agitatus, uexatus. Plin. lib. 23. cap. 1. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum. Conflictatæ ſæuiſſima hyeme uolucres, Pli. lib. 18. cap. 25. Conflictatio. Gel. lib. 6. cap. 3. Tota exercitus conflictatione opugnatus ſerpens inuſitatæ immanitatis.

C O N F L I C T V S, us, ui, (σύγκρουσις) idem quod colliſio. Cic. 2. de Diui. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit.

C O N F L I G O, igis, pe. pr. {Far fatto d'arme} (συμβάλλω, συῤῥήγνυμι, συμπίπτω) dimico, acie decerno, prælium committo. Cæſ. 7. bel. Gal. Fore uti pars cum ciuitatis parte confligat.

C O N F L V E R E, ſimul fluere, {Concorrere inſieme} (συῤῥεῖν, συμβάλλειν.) Pli. li. 13. ca. 22. Et in ipſa excauant radice quo ſuccus confluat. Et per tranſlationẽ pro cõuenire. Cic. 2. Tuſc. Quod accidet et noſtris, ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint. Hinc Confluxus, et Confluuium, (σύῤῥοος) quo multi riui ſimul fluunt. Cõfluus, cõflua, cõfluũ, quod ſimul fluit. Cõfluctuari impersonale. Senec. Medea. .. Haud aliter metu Cõfluctuatur: ira pietatem fugat, Iramq; pietas.

C O N F L V E N S, maſc. ge. {Corrente, congiongimento di due fiumi} (σύῤῥοια) eſt alueus in quem duo flumina conueniunt. Luca. lib. 1. ab urb. Vbi Anienem tranſit, ad confluentes collocat caſtra.

C O N F L V G E S, p.p. (σύῤῥοοι) loca ſunt, in quæ riui diuerſi defluunt. Nonius.

C O N F O D I O, is, {Cauare} (ὀρύσσω) idem quod fodio. Pli. lib. 17. ca. 10. Confodi iubent menſe Aprili. Interdum idem quod tranſfigo, διελαύνω. Vnde Confoſſus participium, hoc eſt, transfixus. Verg. 9. Aen. Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum Confoſſus &c.

C O N F O E D V S T I, apud ueteres dicebantur fœdere coniuncti. Feſtus.

C O N F O E T A S V S, dicebatur quæ cum omnia fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Feſtus.

C O N F O R E. {Hauere ad eſſere} (ἔσεσθαι) compoſitum à uerbo defectiuo Fore, idem ſignificans quod futurum eſſe. Teren. Andr. Reſtat Chremes, Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.

C O N F O R I R E, ueteres uſurparunt pro fœdare, aut concacare. Pomp. Conforiſti me Diomedes.

C O N F O R M I S, conforme, {Conforme, ſimile, uguale. Pet. Coſi ueſtiſſe d'un color conforme} (σύμμορφος) qđ eſt eiuſdem formæ. Per tranſlationem ſumitur pro conueniẽti & congruo, ſύμφωνος. Vnde conformo, as, (μορφόω) propriè ſignificat in formam redigere, & configurare. Cic. 1. de Fin. Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Col. lib. 9. Diebus quibus animantur oua, in ſpeciem uolucrũ cõformantur. Vnde et pro conuenire, adaptare, aſſimilare ponitur. Ci. Lentu. Veruntamen ipſe me conformo ad eius uoluntatem. Idẽ pro Archia poeta: Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam. Conformatio, uerbale. Cic. 1. Tuſ. Quaſi uero intelligant, qualis ſit in ipſo corpore quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. Eſt etiam Conformatio, color rhetoricus, de quo uide Priſcia. in præexercitamentis rhetorices. Conformatus, participium. Mundus à natura cõformatus, Cic. lib. 3. de Nat. Deor.

C O N F O R N I C O, as, are, {Fare in uolto} (καμαρῶ) in fornicem formare, apud Vitr. lib. 4. cap. 5.

C O N F O V E O, confoues, ere, ſimul fouere. Cato cap. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & ſtercore addito confoueto.

C O N F R A G O S V S, {Aſpro} (ἀπότομος) idem eſt, quod præruptus, aſper, & durus. Liu. 8. ab urb. Confragoſa loca, & obſitos uirgultis tenebant colles.

C O N F R A G V S, confragi à Confringo. Luca. lib. 6. .. Et confraga denſis Arboribus dumeta tegunt. Id eſt, aſpera & inacceſſa.

C O N F R E M O, is, {Fremere} (φρυάττω, συμφρυάττω) idem eſt quod Fremo, uel ſimul fremo: ut, Agmina confremunt, Sta. lib. 1. Syl. Cœlum confremuit, Silius lib. 16. Omnes confremuere, Ouid. 1. Metam.

C O N F R I C O, as, are, {Fregare inſieme} (συντρίβω) propriè ſimul fricare. ut cum duo corpora mutuo tactu ſeſe atterunt. Interdum idẽ quod ſimplex Frico, ψάχω, τρίβω. Plau. Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricãtur.

C O N F R I N G O, is, {Frangere, rompere, ſpezzare} (διαῤῥήγνυμι) idem qđ frango. Plau. Cap. Aulas, calicesq; omnes confregit. Confringere conſilia. Cice. 3. Verr. Confringat iſte ſanè ui ſua, conſilia Senatoria, quæſtiones omnium perrumpat. Confringere nauem, pro naufragium facere. Teren. And. Nauem confregit apud Andrum. Confractus, participium: ut Cõfracta nauis eſt illis. Id eſt, naufragium fecerunt. Plaut. Rud.

C O N F V G I O, is, ere, {Fuggire} (καταφεύγω) idẽ qđ fugere. Ci. 4. Ver. Quid te futurũ eſt? quò confugies? In agros cõfugere. Cic. At. li. 3. Confugere in arcẽ, Cic. 2. Tuſc. Confugere ad aliquem auxilii gratia. Verg. 1. Aeneid. Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco. Ci. 1. Tuſ. Priamum tãta progenie orbatum,

cum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. Cõfugium gñ, καταφυγή. Ouid. 4. Triſt. Qui ueritus non es portus aperire fideles Fulmine percuſſis cõfugiumq́; ratis. Commune confugium ægris animantibus, Stati. 12. Theb.

C O N F V L C I O, is, ire, {*Soſtentare fortificare*}(ἐρείδω, στηρίζω) idẽ quod fulcio Corpora conſulta exiguis interuallis, Lucre. lib. 2.

C O N F V L G E O, es, ere, {*Riſplendere*}(διαλάμπω) reſplendeo. Plau. Amph. Totæ ædes conſulgebant tuæ, quaſi eſſent aureæ.

C O N F V N D O, dis, {*Confondere, perturbare*}(συγχέω, συνταράττω) perturbo, & omnia in unũ miſceo. Plau. Moſt. Quaſi cũ unà multa iura cõfundit coquus. Venerẽ cõfundere cũ multo uino. i. libidinẽ cũ ebrietate cõfundere, Oui. 2. Triſt. Cõfuſus participiũ, perturbatus. Liu. 6. ab urb. Cõfuſam eã ex recenti morſu animi cũ pater forte uidiſſet, percontatus, Satin' ſalue? Migrat & in uomen: unde confuſio. pauor, apud Pli. lib 7. Cõfuſurus, a, um. futuri tẽporis participiũ. Oui. 6. Met. ... Sed faſq́; nefaſq́; Confuſura ruit pœnęq́; in imagine tota eſt. Confuſio, onis, (σύγχυσις) perturbatio. Confuſio omniũ rerũ, Cic. 2. de Finib. Perturbatio uitæ, & magna confuſio, Idẽ 1. de Nat. deo. Confuſio pro animi perturbatione, Plin. Epiſt. 22. Confuſè aduerb. Cic. 1. de Inuen. In præſentia tantummodo numeros, & modos, & partes argumentandi confuſe et permiſte diſperſimus, poſt deſcripte & electe. Confuſim, aliud aduer. Pli. lib. 18. cap. 16. Vinum de ea & cytiſo uolumen Amphilochus fecit confuſim.

C O N F V T O, as, pe. pr. {*Confutare, abbattere, conuincere, riprouare*}(ἀπελέγχω) refello, diluo, redarguo: ab antiquo uerbo, Futo, ſi Feſto credimus, quo antiquos uſus ait pro arguo. Cic. 2. de Diui. Cotta ſic diſputat, ut Stoicorũ magis argumenta confutet, q̃ hominũ deleat religionem. Interdũ idẽ quod comminuere: ſic enim interpretatur Nonius illud Terẽ. in Phor. Confutauit uerbis admodũ iratum patrem. Inde confutatio, contrariorum locorum diſſolutio, ἀνασκευή. Apud antiquos etiam legitur pro commouere, ſeu confundere. Titinnius Setina: ut citat Nonius: Coquus magnũ ahenum, quãdo feruit, paula confutat trua.

Nonnunquam etiam pro committere. Varro Mario, apud eundem: Harum ædium ſumma atria confutabant architectones.

C O N G E D V S, amnis eſt Celtiberorum, erumpens circa Bibilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis Martia. lib. 1. Tepida natabis lenẽ Congedi uada, Molleſq́; Nympharum lacus.

C O N G E L O, as, pe. co. {*Aggelare, agghiacciare. Dan. Quindi Cocito tutto s'aggelaua*}(κρυσταλλοῦμαι, συμπήγνυμαι) cõglacio, frigore aſtringor, coeo, coagulor. Per translationẽ etiã accipitur pro eo quod eſt in otio degere, pre otio marceſcere, quod & Frigere dixit Teren. Cice. Cœlio lib. 2. Epiſt. Erat in eadem epiſtola, Veternus ciuitatis: gaudebam ſanẽ, & congelaſſe amicum noſtrũ lætabar otio. Legitur & Congelor paſſiuum, ab actiuo Congelo. Colu. lib. 2. Oleũ quod minus prouenit, ſi congelatur flacceſcit. Congelatio uerbale. Pli. lib. 31. cap. 5. Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

C O N G E M I N O, as are, {*Raddoppiare*}(διπλασιάζω, διπλόω) idẽ eſt quod ſimplex gemino, hoc eſt, duplico. Plau. Amph. Tu peperiſti Amphytrionẽ, ego alium peperi. Soſiam: Nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminauimus.

Inuenitur etiam poſitum pro multiplicare. Verg. li. 12. Aen. Et crebros enſibus ictus congeminant. Congeminatio uerbale. Plau. Pœnu. Quid hoc eſt cõduplicationis? quæ hæc Congeminatio?

C O N G E M O, is, ere, {*Gemere inſieme, & dolerſi*}(συστενάζω) ſimul gemo, & condoleo. Cic. pro Mur. Congemuit ſenatus frequens: neq; tamen ſatis ſeuerẽ pro rei dignitate decreuit. Lucre. Quid mortẽm congemis & fles? Ver. 2. Aen. transtulit ad fragorem cadentis arboris. Vulneribus (inquit) donec paulatim euicta ſupremum Congemuit.

C O N G E N E R O as, are, {*Generare, accompagnare*} adiũgere, aſſociare. Accius apud Noniũ: Quẽ mihi cogenerat affinitas. Congener, pe. cor. huius cõgeneris, adiectiu. ut Degener: (ὁμογενής) eiuſdem uel conſimilis generis. Pli. li. 15. cap. 24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

C O N G E N V L A R E, {*Inginocchiarſi, cader ginocchione*}(γονατίζω) eſt genu replicato cadere, uel genibus flecti. Cęcilius: Ipſe regis ſemi pectus aduerſum congenulat, percuſſu deſicit dominum.

C O N G E R, uide Congrus.

C O N G E R I E S. uide Congero.

C O N G E R M I N O, as, are, (συμφύεσθαι) coaleſcere, coniungi, uel conſociari. Varr. rerum hum. lib. 3. Poſtea cum his unam remp. conuocti et congerminati tenuere. Congerminaſcere. Quadrigarius apud Nonium: Facite exemplo eorum ut uos cum illis congerminaſcere ſciatur.

C O N G E R R O, onis, (συνόμιλος) cum quo familiariter uerſamur, & facete confabulamur. Plaut. in Truc. Nequam ueniunt ad ſcorta congerrones, hoc eſt, quaſi ſimul cum ſcortis garrientes.

C O N G E R O, is, pe cor. {*Congregare, adunare, ammaſſare. Pet. Adunar ſempre quel ch'umbora ſgombra*}(συμφορέω) congrego, & coaceruo. Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi congregat auro. Cõgeſtus, participiũ. Cic. 2. de Diui. Grana tritici in os pueri Midę cogeſta. Cõgeſtus, us, ui, Col li. 9. Cõgeſtu culmorũ & frondiũ ſuper tegemus. Cõgeſtus arenæ, Lucr. lib. 6. Copiarũ cõgeſtus, Tac. lib. 18. Cõgeries, ei, coadunatio, cumulus, agger. Pli. lib. 10. ca. 43. Ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie quæ pot uro ſufficeret. Bonorum congeries, Claud. 8. Paneg. Pulueris congeries Luc. lib. 8. Syluę congeries, Oui. 9. Met. Congeſtitius, a, um, (συμφορητός) quod congeſtum eſt. Colu. lib 2. cap. 10. Nouo deterius tamen etiam pinguibus arenis, uel congeſtitia humo prouenıunt. Locus congeſtitius, non ſolidus ad facienda fundamenta. Vitr. lib. 3. ca. 3. Si autem ſolidus non inuenietur, ſed locus erit congeſtitius, &c.

C O N G I A R I V M. rij, {*Dono ſplendido, imperiale*}(λαμπρὰ ἐπίδοσις) munus imperatoriũ (ut ſcribit Sene. lib. 4. de Benefi.) quo donabatur populus, ſicut donatiuo milites. Sic Pli. in Paneg. laudat Traianũ, q congiariũ populo dediſſet quo locupletæ ſunt tribus, cũ donatiuũ milites accepiſſent. Huius cõgiarii diuerſæ fuerũt ſummæ. Tyberius. n. congiarium populo trecentos nũmos uiritim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis ſeſtertijs: Nero quadragenos nummos populo diuiſit. Eſt & congiarium menſuræ genus, apud Paul. Iureconſul. Quint. lib. 6. Congiarium commune eſt liberalitatis, atq; menſuræ.

C O N G I V S, gij, (χοεὺς, χοῦς) menſuræ liquidæ genus eſt, capiens ſex ſextarios. Alio nomine dicitur Chus. Pli. li. 14. cap. 10. Librã & quadrantem in congios duos muſti macerãt. Ab hoc mẽſuræ genere Nouellius Torquatus Mediolanensis

dictus eſt Tricongius, q unico hauſtu, inſpectãte Tyberio Cæſare, tres ſextarios congios: de quo uide Pli. li. 14. ca. 22. Congialis, le, adiectiuũ. ut, Fidelia congialis, quæ congiũ capit. Plau. Aul. Muſti congialem plenã faciam bis fideliam. Congiarius, ria, rium: ut Congiarius cadus, qui congium cõtinet. Pli. Ipſe cum rediit ex Aſia, millia cadum congiarium diuiſit amplius centum.

C O N G L A C I A R E, {*Agghiacciare. Pet. Che'l ſangue uago per le uene agghiaccia*}(κρυσταλλοῦσθαι) eſt in glaciem conuerti. Cic. 2. de Na. Deo. Qui neq; conglaciret frigoribus, neq; niue, pruinaq́; concreſceret. Cælius Cic. lib. 8. Curioni noſtro Tribunatus conglaciat. Id eſt, prorſus nihil agit Curio.

C O N G L O B O, as, p. c. {*Adunare, ammaſſare*}(εἰλέω) a Globus fit, ſignificatq́; coaduno. Liu. 8. ab Vrb. Qui Latinorũ pugnę ſuperfuerãt, multis itineribus diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent, Veſtia urbs receptaculum fuit. Conglobatio, onis. Seneca Natur. Quæſt. 1. Multa conglobatione ignium indigena, cũ ingens eorum orbis matutini amplitudine ſolis interdum exuberet. Conglobatus, particip. Conglobatum corpus in pilæ modum. Pli. lib. 9. ca. 46. Hinc Cõglobatim, aduerbium, quod ſignificat per globos. (ἀθρόως, σφαιρηδόν.)

C O N G L O M E R O, as, are, {*Inuiluppare, inuolgere, ſopraggiugnere*}(συνειλέω) Glomus, eris, inuoluere, ſuperaddere Ennius Thyeſte: Heus mea fortuna, ut oĩa in me cõglomeras mala. Conglomerari paſſiue. Lucr. libr. 3. Quã tenui conſtet textura, quamq́; loco ſe Contineat paruo, ſi poſſit conglomerari.

C O N G L V T I N O, as, (συγκολλάω) glutine ferrumino: & per metaphoram coniungo, copulo. Cice. de Senect. Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit, natura diſſoluit.

C O N G R A T V L O R, aris {*Congratularſi, rallegrarſi*} (συνήδομαι, συγχαίρω) ob fœlicitatem alicuius uel honorem lætitiam præ ſe ferre, eamq; uerbis, uel ſcriptis teſtari. Cic pro Seſt. Mihi denique homines præcipuè congratulabantur.

Congratulatio, onis. Cic. ad Brutum, Sed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatioq; me commouit.

C O N G R Æ C O R, aris, depon & Congræco, as, neutrum {*Tauernare, ſtrauizare, cucinare. Boc. Gio. 8. Nou. 6. Menarolo alla tauerna che egli ſi ceneria*} (συμπίνω) compotationibus indulgere, genialem uitam agere. Plaut. in Bacch. Quodq; in luſtris comedam, & congræcem pater. Tractum eſt ex more Græcorum, qui compotationibus ac delicijs plus æquo indulgebãt. Dicimus etiam in eadem ſignificatione Pergræcor quod magis eſt in uſu.

C O N G R E D I O R, {*Ridurſi in compagnia, andare inſieme à contendere, uenire alle mani*}(συνδιατρίβω, συνέρχομαι), ſimul gradior, coeo. Varro. Omnesq; in unam domum congreſſi ſimul diſcubuere. Itẽ ad pugnandum, uel diſputandum ire, συμφέρεσθαι, συμπλέκεσθαι, προσιέναι. Gel. Qui iter cum hoſte cõgreſſus, uictor rediit. Verg. 12. Aen. Vix hoſtem alterni, ſi cõgrediamur, habemus. Cic. 2. de Nat Deo. Næ ego incautus, qui cũ Academico, & eodẽ rhetore congredi conatus ſum. Congreſſus, us, ui, Ci. de Ami. Vt congreſſus hominum fugiat, atq; oderit. Congreſſus pro conflictu ſeu prælio. Salluſt. Multi in eo cõgreſſu perierunt. Congreſſio aliud uerbale. Cic. 2. Philip. Eumq; a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio iure & poteſtate prohiberet.

C O N G R E G O, as, are, a grege deriuatũ. {*Congregare, adunare*}(συναθροίζω) cõtraho, cogo, in unũ cõpello. Cic 4 Philip. Ciues unũ ſe in locum ad curiam congregabant. Congregatus, participiũ. Cic. pro domo ſua: Multitudo hominum ex ſeruis conductis congregata. Congregatio uerbale Ci. 4. de Finib. Natosq; eſſe ad congregationem hominum. Congregabilis, le, quod facile congregari poteſt. Cic. 2. Offi. Atq; ut apum examina non fingendorum fauorum cauſa cõgregantur: ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos.

C O N G R E S S V S, & Congreſſio, uide Congredior.

C O N G R E X, {*Aggiunto al gregge*}(συναγελαστής) dicitur gregi copulatus, cõmiſtusq́;. Apul. lib. 7. Nanq; me congregem paſtor egregius aliquando permiſit. Sic Segrex, (ἀτιμαγελής) a grege ſegregatus ob excellẽtiam, Seneca in Hippol. Segreges ſparſi per agros.

C O N G R V O, is, grui, {*Conſarſi, conuenire*}(συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ὁμονοεῖν) conuenio, conſentio. Tractum a gruibus, teſte Feſto, quæ non ſe ſegregant, ſiue cum uolant, ſiue cum paſcunt. Cic. 4. Verr. Quòd ſuos dies menſeſq; congruere uolunt cum ſolis lunæq; ratione. Congruens, tis, participium. Plin. in Paneg. Ita charitas mutua ita congruens tenor uitæ. Congruentia, tiæ, conuenientia, ſimilitudo Suet. in Othone: Neroni inſinuatus, facile primum inter amicos locum tenuit congruentia morum. Vnde congruum, (ἀκατάλληλον) & Incongruum, (ἀκατάλληλον) Congruens, & Incongruens. Lactan. li. 2. Eſt autem peruerſum & incongruens, ut ſimulacrum hominis in ſimulacro Dei colatur. Congruenter, aduerbium, conuenienter. Cice. 3. de Orat. Vt ad id quodcunq; agetur, apte congruenterq́; dicamus.

C O N G R V S, ſiue Conger, (γόγγρος) piſcis eſt oblongus, & lubricus, magnæ anguillæ non diſſimilis, etiam hodie nomen retinens. Teren. Et congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper.

C O N G R V V S, C O N G R V E N T I A, & **C O N G R V E N T E R**, uide in uerbo Congruo.

C O N G Y L I S, uide Gongylis.

C O N I A D E S, (Κωνιάδης) ſcriptor Græcus, cuius opus de Apparatu uini, citat Plib. 14. cap. 19.

C O N I A T E S, (κονιάτης) Græco uocabulo appellãtur, qui parietes incruſtat, aut tectorium ijs inducit. Item qui athletas luctã inituros ceromate ungebat.

C O N I B R I C A. Luſitaniæ oppidum, ut auctor eſt Plin. cap. 21. libr. 4. in deſcriptione Luſitanię.

C O N I E C T A R I V M. (εὔστοχος) efficax, atq; perfectum. Cic. 4. de Finib. Illud uerò mihimet coniectarium Nonius.

C O N I E C T O, as, frequentatiuum, {*Per congiettura, congietturare*}(τεκμαίρομαι) exiſtimo, iudico, diuino. Terent. in Eunu. Neq; ſcio quid dicam, aut quid coniectem. Liui. 5. ab urbe: Poſtea euentu rem coniectantibus uiſum ad damnationem ipſius Camilli, captæ deinde urbis, &c.

C O N I E C T O R, oris, {*Interprete, ſpianatore de ſogni*} (ὀνειροπόλος) interpres ſomniorũ a cõiectura, hoc ẽ, directiõe quadã rõnis ad ueritatẽ. Ci. 2. de Di. Deferi ad cõiectorẽ quidã ſomniaſſe, ſe ouũ pendere ex faſcia lecti cubicularis.

C O N I E C T V R A. {*Congiettura, ſegnale*} (στοχασμός) ut ait Speuſip. eſt rei latentis iudicium, & eſt id, quod quis per rationes, et ſigna, & tempora, et huiuſmodi conijcit, id eſt, cogitat, & colligit. Cice. Corniſi. Quantum copiarum haberet

beres, tum ipſa coniectura conſequi poteram, tum ex literis tuis cognoui. Quin. lib. 3. Cõiectura dicta eſt à cõiectu, i. directione quadã rationis ad ueritatẽ: unde etiã ſomniorũ, atq; monſtrorum interpretes, Coniectores uocamus. Coniecturo, ras, rare, idem quod conijcere, Seneca lib. 9. Nat Quæſt. nobis coniecturare tantum illa in occulto libet, nec cum certa inueniendi fiducia, nec ſine ſpe.

CONIECTVRALIS, le, {Coſa che ſi giudica per congettura} (στοχαστικὸς) adiectiuum, quod per coniecturam colligitur, & proponitur. Vnde coniecturale ſtatum uocant Rhetores, cum per coniecturas quæritur an aliquid factũ ſit. Auctor ad Heren. lib. 1. Coniecturaris eſt, cũ de facto controuerſia eſt: hoc modo, Aiax in ſylua, poſtquam reſciuit quæ feciſſet per inſaniam, gladio incubuit, Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, è corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrem occiſum, & inimicum fratris cum gladio cruentato uidet capitis accerſit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur de facto erit cõtrouerſia, & ex eo conſtitutio cauſę coniecturalis nominatur.

CONIECTVS, us, {Il gettare} (βολή) iactus, coniectio. Pli. li. 26. cap. 4. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa omnia aperiri. Sic coniectus radiorum, apud eundem. et, Coniectus oculorum, Cic. pro Plan. Nõ enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, ſed dignitatẽ, ſed oculorum coniectum, ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerint.

CONIFERA ARBOR, (κωνοφόρον δένδρον) dicitur, quæ conos fert, hoc eſt, nuces pineis ſimiles. Oui. Et coniferę cypariſſi. Coniferos, (κωνοφόρους) uocabant. Græci, qui in Bacchi exercitu, dum in Indiam proficiſceretur, thyrſos ferebant, conis & ſtrobilis exornatos.

CONIICIO, is, {Gettare, congetturare. Bo. Cominciò à ſaettare & gittar pietre l'un contra l'altro} (ῥίπτω, βάλλω) iacio, iaculor, ſimul iacio. Liu. 1. ab urb. Clamore ſubito undiq; in unum hoſtem tela conijciunt. Conijcere ſe aliquò, eſt cum feſtinatione ſe aliquò recipere. Teren Heau. Hæc ubi aperuit oſtiũ coti nuo hic ſe coniecit intro. Conijcere ſe in pedes, uel in fugam, idem eſt quod fugere, uel fugam arripere. Ter. Pho. Hinc me conijcerem protinus in pedes. Cõijcere in uincula Salluſt. Ex eo numero cõplures Q. Metellus Celer Prætor ex ſenatuſcõſulto cauſa cognita in uincula coniecerat. id eſt, ἔδησε. Conijcere ueſtem in collum: Plaut. in Epid. Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum conijce: id eſt, ἐπίβαλλε. Conijcere aliquem in lætitiã, eſt lętitia afficere. Teren. in Heaut. Sine me, obſecro ne me in lætitiã fruſtra cõijcias. Per translationem uerò ſignificat interpretari, cogitare, colligere, diuinare, συμβάλλειν, στοχάζεσθαι. Teren. in Phor. Tu cõijcito cætera. Et Plau. in Curc. Mane ſis, dum huic conijcio ſomnium. Cic. 2. de Diui. Num igitur aut aruſpex, aut augur, aut uates quis, aut ſomnians melius coniecerit aut ex morbo euaſurũ ægrotũ, aut ex periculo nauem, aut ex inſidijs exercitum, q̃ medicus, q̃ gubernator, q̃ Imperator?

Coniectio uerbale. Cic. pro Cecin. Neq; ictu cominus neq; coniectione telorum. Coniectus, participium. Cic. de Ami. Sed exiſtimare debes, omnium oculos in te eſſe coniectos: unum te ſapientem & exiſtimant, & appellant.

CONILA, æ, ſiue Conile, es, (κονίλη) olus eſt cicutæ ſimillimũ, quod à Dioſc. Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomẽ in quibuſdã Dioſcoridis exẽplaribus quãquã doctiores malint numerare inter ea, quæ ſcriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certe in Theriacis Conilam eandem facit cum origano.

CONION, p. pr. {Cicuta} (κώνειον) Græco nomine appellatur herba pernicioſiſſima, publica Athenienſium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

CONISALVS, (κονίσαλος) deus habitus eſt apud Athenienſes, qui ſimili fere ritu colebatur, quo apud Lampſacenos Priapus. Auctor Strab. libr. 13.

CONISCO, as, {Aſſaltar con le corna} (κορύπτω) eſt cornu petere more arietum, qui procurrentes capita inter ſe collidunt. Lucre. libr. 2. Vt ſatiati agni ludunt, blandeq; coniſcant.

CONISIVM, Teuthraniæ oppidum, non procul à Caico fluuio, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

CONISTICÆ, aues, (ὄρνιθες κονιστικαί) quæ a nonnullis Pulueratrices appellantur: utroq; nomine ab earum conſuetudine deducto, q; ſe pulueri ſoleant immergere. Vide Cœl. lib. 7. cap. 26.

CONISTICA, æ, (κονίστρα) arena, ſiue paleſtra: ita nominata ὑπὸ τῆς κόνεως, hoc eſt, à puluere, quo athletæ ſe mutuò ſolent aſpergere.

CONISTORSIS, urbs Hiſpaniæ citerioris, in tractu Celtico: cuius meminit Strabo lib. 3.

CONIVGALIS, le, {Matrimoniale} (γαμήλιος) quod ad coniuges, ſiue ad coniugium pertinet, Coniugalis torus, lectus coniugum. Dij coniugales dicũtur, qui coniugijs præſunt. Iuno, Venus, Hymẽ. Seneca in Medea: Dij coniugales, tuq; genialis tori Lucina cuſtos. Legitur et Coniugialis, in eadẽ ſignificatione. Oui. 5. Meta. Fremitu regalia turbæ Atria complentur, nec coniugialia feſta Qui canat, eſt clamor, Sed qui fera nunciet arma. Fœdus cõiugiale. Oui. 11. Meta. Tunc quoq; manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt Fœdus. Iura coniugialia. Ouid. 6. Met. Nec mea uirginitas, nec coniugialia iura.

CONIVGATA, (σύζυγα, συζυγούμενα, συζυγοῦντα) apud Rhetores ſunt quæ ab uno genere ueluti iugo flectuntur: ut à Iuſtitia, Iuſtus, Iuſte, Iuſtum. Hinc Locum à Coniugatis dicimus, cum ita argumentamur: Si riſus gaudium eſt, ergo & ridere gaudere.

CONIVGO, as, p. c. {Congiungere} (συζυγνύω) coniungo, quaſi in unũ iugũ iungo. Cic. 1. Offi. Eſtq; ea iucundiſſima amicitia, quã ſimilitudo morũ coniugauit. Vnde Coniugatio, (συζυγία) in uerbis dicta eſt apud Grammaticos, q multa tempora ad unum thema: uelut iugum quoddam aſtringat. Cic. in Catone propriè dixit, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio.

Cõiugator, oris, ut, Boni amoris coniugator, de Hymenæo dixit Catu. in Epithal. Coniugus, pe co. (σύζυγος) quod coniugatum eſt. Pli. li. 8. ca. 23. Coniuga lemme uagantur, nec niſi cũ cõpare uita eſt. Coniugulus, a, um: ut, Cõiugula myrtus, apud Catonẽ cap. 133. Pli. lib. 15. ca. 19. Cato tria genera myrti prodidit. candidã, nigrã, coniugulam, fortaſſis à cõiugijs, ex illo Cluacinæ genere.

CONIVGIVM, {Matrimonio} (συζυγία, ἐπιγαμία) matrimonium. Verg. 1 Aenei. Coniugio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. Coniugium pro coniu. Verg. 3. Georg Sæpe ſine ullis Coniugijs uento grauidæ.

CONIVGVS, a, um, Coniugulus, a, um, Coniugator, & Coniugatio, uide Coniugo.

CONIVM, (κώνειον) Græco nomine appellatur genus herbę noxium, quod Latini Cicutam uocant.

CONIVNCTIO, onis, Coniunctus, a, um, Coniunctè, & coniunctim, uide Coniungo.

CONIVNGO, is, xi, ctum, {Congiungere. Pet. Col bel nodo d'amor teco congiunſe} (συνάπτω) ſimul iungo, copulo. ut, Cõiungere boues ferijs, apud Cato. de Re ruſt ca. 138. Verg. 2. Eclo. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Coniunctus, participium. ut, Homines beneuolentia cõiuncti. Cic. in Verr. Quæ eſt enim tanta facultas & dicẽdi copia, quæ iſtius uitã tot uitijs, flagitijsq; coniunctam, aliqua ex parte defendere poſſit? Coniunctus, nomen ex participio. Cic. de Ami. Tũ etiã cũ ijs & inter ſe cõiunctiſſimos fuiſſe. M. Curiũ, et T. Coruncaniũ memoriæ proditum eſt. Coniunctio, uerbale, σύζευξις. Pli. lib. 15. cap 29. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni & hunc arbori Venus præeſt. Coniunctio, pro mutua amicitia. Cic. ad Brutum: Coniunctio tua cum collega, concordiaq; ueſtra, quæ literis communibus declarata eſt. Societas coniunctionis humanæ, Cic. 5. de Finib. Coniunctè, aduerbium, Cic. 2. de Orat. Et ſi coniunctè ſit elatum, &c. Pli. Epiſt. 94. Huius eſt hæres Maximus noſter quem & ipſe amo, ſed coniunctius tu. Coniunctiſſime & amantiſſime cum aliquo uiuere, Cice. de Amic. Coniunctim, aliud aduerbium. Cæſ. 6. bel. Gall. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur.

CONIVNX, {Moglie, ouero marito} ſecũdũ Priſcianũ, à Cõiungo, is, ſiue Coniux, ſine n, ſecundũ Phocã, à Coniugo, as, (ὁμόζυγος) uxor, ſeu maritus. Oui. 5. Met. Hoc certe factũ cõiux mea neſciet, inquit. Debita cõiux, i. promiſſa et ſponſa. Oui. Epiſt. 7. Quondam ſi debita coniux. Deiectam coniuge eſſe, maritum amiſiſſe. Verg. 3. Aen. Heu quis te caſu deiectam coniuge tanto Excipit.

CONIVRO, as, pen. pro. {Congiurare. Pet. Che m'hanno congiurato à torto incontro} (συνόμνυμι, συνόμνυμαι) ſimul iurare, cũ ſcilicet multi in alicuius perniciẽ iurant, hoc eſt conſpirant. Sallu. Sed antẽ coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. Interdum etiam in bonam partem accipitur, cum plures eidem iuramento honeſtã ob cauſam ſeſe aſtringunt. Vnde Mutius Scæuola apud Liui. lib. 1. Trecenti (inquit) coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur. Hor. de Arte poet. per translationẽ poſuit pro conſentire, ſiue ſibi mutuo opem ferre. Alterius ſic Altera poſcit opem res, & coniurat amice.

Eſt etiam Coniurare ſimpliciter iurare. Gell. Age malitiã ſaltem defende, tu uerbis conceptis coniuraſti ſciens, ſcienti animo tuo. Vnde Coniuratio, uerbale, conſpiratio. Ter. in Hecy. Prò deum atque hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres æquẽ ſtudeant, nolintq; omnia.

CONIVRATI, orũ, {Quelli che ſon congiurati inſieme} (οἱ συνώμοται) qui inter ſe coniurauerunt. Cic. in Catil. Ego quanta manus eſt cõiuratorum, quam uidetis eſſe permagnam, tãtam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe uideo.

Interdum coniungitur cum genitiuo: ut, Coniuratus Getarum, qui cum Getis conſpirauit. Clau. 1. in Ruf. Tunc proditor ille Impius imperij, coniuratusq; Getarum Diſtulit inſtantes, eluſo principe, pugnans.

CONLATRO, as, are, {Abbaiare} (καθυλακτέω) latratu infeſto obloquor. Seneca de uita beata: Siquis ex his qui philoſophiam conlatrant, quod ſolent, dixerit, Cur ego melius loqueris, q̃ uiuis?

CONLVTVLO, uide Collutulo.

CONNATO, pen. pro. {Nuotare inſieme} (συννήχομαι) ſimul nato. Connatat nobiſcum, dixit Plaut. per translationem, pro, ſimilis eſt.

CONNECTO, ctis, {Annodare inſieme} (συμπλέκω, συνείρω) ſimul necto. Quint. lib. 5. cap. ult. Quę apprehenſa Gręci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. Falces ſcalasq; cõnectere, Tacitus lib. 19. Connexus, participium. Cic. 2. de Nat. deo. Inde fides leuiter poſita, connexaq; uidetur. Connexus, us, ui, συμπλοκή. Lucr. li. 2. Differre neceſſe eſt Interualla, uias, connexus, pondera, plagas. Connexu corpus adhæret, Lucr. lib. 3. Connexum, xi, pro concluſione. Cic. 4. Acad. Ipſa enim ratio connexi cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. Connexio, onis, (συμπλοκή) connectendi actus. Et pro concluſione apud Quint. lib. 5. ca. 14.

Connexiuus, a, um, quod aptum eſt connectere: ut, Connexiua coniunctio, apud Gell. lib. 10. cap. 29. pro copulatiua.

CONNEXVS, a, um, Connexus, us, ui, & Connexio, onis, uide Connecto.

CONNITOR, eris {Sforzarſi, far ſuo potere, partorire} (συντείνομαι) ſimul uel uehementer niti, & dare operam. Cic. 5. de Fin. Cum autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo utuntur & ſenſibus, conitunturq; ut ſeſe erigant. Conniti, pro eniti, & parere, (ἀποτίκτειν) Vergi. Eclog. 1. Hic inter denſas corylos modò namq; gemellos Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.

CONNIVEO, ius, uel xi, ctum, (συσκαρδαμύττω, καταμύω) oculos genis intego, oculos claudo, & aperio. Plin. lib. 11. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idẽ: Columbæ & ſimilia utraq; gena conniuent. Transfertur etiam ad alia: unde Gel. li. 15. dixit Conniuere caua uentris & ſtomachi, pro ſtipari, claudi, et contrahi. Conniuere itẽ, (συσκαρδαμύττειν) eſt clauſis oculis aliquid diſſimulare. Cic. 4. Phi. Quibuſdã in rebus etiã cõniueo. Suet. in Cæſ. Delicta neq; obſeruabat omnia, neq; pro modo exequebatur, ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. i. reliqua uitia oculis uelut clauſis prætenibat, tanquã diſſimulanter illa contueretur. E contrario Inconiuens, (ἀσκαρδάμυκτος) dicitur, qui oculis eſt uigilantibus & aliqua in re fixis ſine mutatione. Gell. de Socr. Inconniuens, immobilis in ijſdem ueſtigijs perſtabat. Habet hoc uerbum ni ſyllabã productam. Silius: Conniuent, ſolemq; pati nil deprendere uiſu. Perſius Saty. 6. Væ, niſi conniues.

CONNIVENTIA, ę, diſſimulatio. l. 1. C. de fund. & ſalt. rei dom. libr. 11. Quod ſi uenalis procuratorum conniuentia ut id deinceps teneetur admiſerit, eos grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

CONO, as, are, (συννήχομαι) ſimul nare, unde Nato.

CONNVBIVM, {Legge del matrimonio} (συγγαμία) ius legitimi matrimonij à Nubo, cuius prima producitur, cũ in cõnubio quãdoq; propter neceſſitatem corripiatur. Verg. 1. Aen. Connubio iungam ſtabili, eſt enim Syſtole figura, qua ſyllaba natura longa, corripitur. Cice. 1. Offi. Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus plures propinqui. Cõnubialis, le, ut Carmen connubiale apud Claudianum 7. Paneg. Vincla connubialia, Statius 5. Thebaid.

CONNVDO, as, are, pen. pr. {Nudare} (γυμνόω) idem quod nudo. Pli. lib. 18. cap. 7. Iam primum abigi grandines turbinesq;, contra fulgura ipſa in menſe cũ q;

nudata, ſic auerti uiolentiam cœli.

CONOIDES, (κωνοειδὴς) à Græcis dicitur, quicquid coni, hoc eſt, metæ for mam habet unde cupreſſus fœmina hoc ueluti proprio epitheto à mare diſtinguitur, eo quod faſtigium habeat in metæ formam conuolutum: cum mas extra ſe ramos ſpargat.

CONON, (κόνων) Athenienſium dux fuit, qui prælio uictus à Lyſandro Lacedæmoniorum duce, ſponte abijt in exilium ad Artaxerxem Perſarum regem, cuius auxilio patriam, cui ſeruitutem attulerat, in libertatem reſtituit. Auctor Plutarc. Fuit & alius Conon Samius aſtrologus, de quo Propertius libr. 4. Eleg. 1. Me creat Architæ ſoboles, Babylonius Orops Horon, et à proauis ducta Conone domus Hic ſeptem libros de aſtrologia edidit.

CONONIENSES, apud Plin. lib. 3. cap. 4. Galliæ Narbonenſis populi ſunt Aquitaniæ contermini.

CONOPAS, pen. pro. (κωνώπας) minimæ ſtaturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Iulia Auguſti neptis in delicijs habuit. Auctor Pli. lib. 7. cap. 16.

CONOPE, es, pen. pro. (κωνώπη) Acarnaniæ urbs eſt, teſte Stephano, cuius incolæ Conopei dicuntur, & Conopitæ.

CONOPEVM, {*Padiglione, da letto*} (κωνωπεῖον) tentoriũ ſeu uelum, et papilio ille lineus, uel laneis, ſeu bõbycinus, qui toto circundatus ad arcẽdũ culices: quo maximè utuntur Alexandrini, quod ex Nilo culices cõfluant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει diphthõgum. Poetæ tamen Latini ſuo quodã iure abijciunt uocalẽ ſubiunctiuã, et penultimam corripiunt. Propertius: Fœdaque Tarpeio conopea tendere ſaxo. Et apud Horatium lib. Epod. Et inter ſigna turpe militaria Sol aſpicit conopeum. Poſterius carmen eſt iambicum dimetrum, cuius ultima ſedes poſcit Iambum. Ineptiſſime autem lapſi ſunt, qui per ει, diphthongum hanc dictionem ſcribendam præceperunt.

CONOPION, (κωνώπιον) oppidum fuit ad Mæotin, ubi lupos piſces aiunt prædæ parte conductos, piſcatorum rei aſſeruare, mercede uero fundatos retia & prædam populari. Auctor Stephanus.

CONOPON DIABASIS, (κωνώπων διάβασις) inſula eſt iuxta quartũ Iſtri oſtium, quod Pſeudoſtoma appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

CONOPS, (κώνωψ) à Græcis appellatur minoris muſcæ genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, ut iam docuimus.

CONOR, aris {*Sforzarſi*} (πειρῶμαι) niti, & dare operam, ut aliquid fiat. Ter. in And. Tum autem hoc timet, Ne deſeras ſe. P. Hem egone iſtuc conari queã? Idem ibidem: Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo Conari manibus, pedibus, noctesque & dies Capitis periculum adire, dum proſim tibi. Conatus, us, Conamen, & Conamentum, unde ſuis locis.

CONQVADRARE, (τετραγωνίζω) in quadratã figurã redigere. Col. lib. 8. cap. 3. Cõquadratæ deinde foratis duobus aduerſis parietibus induuntur, &c.

CONQVASSARE, {*Conquaſſare*} (συσσείειν, διασπαράττω) concutere eſt, uel cõfringere, cõterere. Cato cap. 52. Qualum inciſito prope imũ: ſi uerò calix erit, cõquaſſato: cũ eo qualo aut calice in ſcrobem ponito. Corpus cõquaſſatũ, Lucre. lib. 3. Cõquaſſari terræ motibus Cice. 1. de Diuinat. Apulia maximis terræ motibus cõquaſſata eſt. Cõquaſſare nationes, per trãſlationẽ, pro uaſtare, & conterere. Cic. pro Seſt. Etiã exteras nationes illius anni furore cõquaſſatas uidebamus. Conquaſſatio, uerbale. Cic. 4. Tuſc. Itaque illa duo, morbus, et ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis cõquaſſatione et perturbatione gignũt.

CONQVEROR, conquereris, {*Lamentarſi dolerſi*} (μέμφομαι) idem cũ ſimplici Queror. Cic. Metello, lib. 5. Epiſ. Satis habeas, nihil me etiã tecũ de tui fratris iniuria conqueri. Conqueſtus, us, ui, (μέμψις, μεμψιμοιρία) querela Liui. 8. ab urb. Tum libero conqueſtu coortæ uoces ſunt. Conqueſtio, aliud uerbale. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. Vbi nullum auxilium nulla conqueſtio.

CONQVIESCO, {*Acquetarſi*} (ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω) idem quod eſt ſimplex quieſco. Cic. 5. de Finib. Videmus igitur, ut conquieſcere ne infantes quidẽ poſſint. Conquieſcere in reliqua, eleganter accipitur pro re aliqua delectari. Cice. Curioni: Aetas noſtra iam ingraueſcens in amore, atque in adoleſcentia tua conquieſcat.

CONQVINISCO, is, conquexi, {*Chinare il capo*} (ὑποκύπτω) caput inclino. Plaut. Faciendum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.

CONQVIRO, is, {*Cercare con diligenza*} (ζητέω) eſt diligenter quærere, & inueſtigare, uel quærẽdo in unũ cõtrahere. Ci. 5. Ver. Cum undique homines nequiſſimos conquiſiſſet. Inde Cõquirere milites eſt delectum habere, Et Conquiſitio militum, eſt ipſe militum delectus: cũ ſcilicet Imperator pro ſua auctoritate, quos ei uiſum fuerit ad militiam conſcribit etiã inuitos: quod in maioribus tantum reipublicæ periculis fieri conſueuit. Alioqui enim contenti erant ijs, qui ultro nomina dabant. Cic. de Prouincijs Cõſ. exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione coactus, omnis interijt. Homines autem illi per quos milites conquirebantur, Conquiſitores dicti ſunt. Cic. ad Att. Nullus uſquam delectus: nã cõquiſitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Conquiſitus, nomen ex participio: ut, Menſæ cõquiſitiſſimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tuſc. Conquiſitè, aduerbium, pro doctè, & diligenter. Gell. lib. 3. cap. 10. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſite.

CONREI, {*Correi, rei in compagnia*} dicũtur qui ſimul ob eandem cauſam rei facti ſunt. dictio frequens eſt apud Iuriſconſultos, ut apud Vlpian. in l. liberationem. §. nunc de effectu. ff. de Liber. legat.

CONREGIONE, Veteres pro, E regione dixerunt Feſtus.

CONSABVRENSES, populi Hiſpaniæ citerioris, in conuentu Carthaginienſi ut ſcribit Pl. lib. 3 cap. 3.

CONSALVTARE, {*Salutare inſieme*} (προσαγορεύειν, συνασπάζεσθαι) eſt ultro, citroque ſalutationem dare. Cic. lib. 2. de Orat Qui cum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent. Conſalutatio, uerbale. Cic. ad Att. lib. 2. Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica.

CONSANGVINEI, orum, {*Parenti*} (συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίσποροι) dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Cic. ad Att. li. 2. Sed Βοώπιδος noſtri cõſanguineus, nõ mediocres terrores iacit, atque denũtiat. Cõſanguineorũ appellatione cõtinentur etiam fratres ex eodem patre nati. lib. 3. Inſtitu. tit. de legi. agn. ſucceſſ. § j. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati ſibi ſunt, qui & Conſanguinei uocantur. Arma conſanguinea, Claudi. in bel. Gild. Turba conſanguinea, Ouid. Epiſt. 14. Sopor conſanguineus lethi, Vergi. 6. Aeneid.

CONSANGVINITAS, {*Parentado*} (συγγένεια πρὸς αἵματος) ipſa ſanguinis coniunctio. Liu. 7. ab urb. Ceritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Propinquus conſanguinitate alicui, Vergi. 2. Aeneid.

CONSANO, as, {*Sanare*} (ἰάομαι) curo, ſano. Col. libr. 4. ca. 24. Quo plerumque fit, ut quod præcidi debeat, perfrigatur, et ſic uitis laniata ſcabrataque putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur. Conſaneſco, is, ſanus fio. Cice. Sulpit. lib. 4. Nunc autẽ hoc tã graui uulnere, etiã illa quę conſanuiſſe uidebãtur, recrudeſcit.

CONSARCINARE, {*Cuſire inſieme*} (συρράπτειν) ſimul ſarcire ſignificat & nullo delectu coniungere. Gel. lib. 13. cap. 23. In quo uerſu non oportet alterum uideri uerbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum, & conſarcinatum. Eſt enim hoc inane admodum & futile.

Compoſitum eſt à Sarcino, quod apud ueteres Iuriſconſultos frequentiſſime legitur pro ſarcire, & Sarcinator pro ſartore.

CONSARRIO, is, ire, {*Zappare, cauare*} (συσκαλεύω) idem quod ſarrio. Colu. lib. 11. cap. 3. Deinde ſulci omnes conſarriendi.

CONSAVCIO, as, actiuum. {*Ferire*} (κατατραυματίζω) à quo Cõſaucior, aris, paſſiuum. Auctor ad Heren. lib. 4. In hoc autem, crebro & celeri uulnere corpus conſauciari uidetur.

CONSCENDO, is. {*Entrare in naue per nauigare, aſcendere*} (ἐπιβαίνω) nauim ingredior, nauigandi cauſa. Verg. 1. Aen. Bis denis Phrygium cõſcendi nauibus æquor. Ponitur aliquando abſolute. Cic. Att. lib. 9. Idibus Martij Põpeium à Brundiſio conſcendiſſe. Scopulũ cõſcendere. Verg. 1. Aen. Currũ conſcendere, Liui. 8. bell. Maced. Equum conſcendere, Liui. 5. bell. Pu. Conſcendere in equum, Oui. 6. Meta. Conſcenſio, onis, uerbale, (ἐπίβασις) Cic. 1. de Diuin. Eumque dixiſſe, remigẽ quendã ex quinqueremi Rhodiorũ uaticinatum, madefactũ iri minus XXX. diebus Græciam ſanguine, rapinas Dyrrachij, & conſcenſionem in naues cum fuga: à quo Conſcenſus, (ἐπίβασις.)

CONSCELERARE, {*Sporcare di ſceleraggine*} (μιαίνειν) eſt ſcelere conſpurcare. Liu. 10. bel. Mace. Agite, conſcelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi. Conſcelerare oculos dicuntur, qui nefandũ aliquod facinus aſpiciunt. Oui. lib. 7. Meta. Cur non et ſpecto pereuntem, oculosque uidendo Conſcelero? Hinc Conſceleratus, a, um, (ἀσεβής) ut conſcelerata mẽs. Cice. in Catil. Et pro Cluen. Conſcelerata exectio linguæ. Conſceleratus uultus, ibidem, A' filijs conſceleratiſſimis furiæ domeſticæ & aſſiduæ pœnas parentum dies noctesque repetunt. Cice. pro Sext. Roſc. Amer.

CONSCIENTIA, {*Conſcienza*} (συνειδὸς, συνείδησις) ſui ſcitia, ſiue certiſſima ſcientia, et ueluti certitudo eius rei, quę animo noſtro ineſt, ſiue bona ſit, ſiue mala. In bonam partem accepit Cic. 5. Phili. In ipſa conſcientia rectè factorum ſatis magnus laborum fructus eſt. In deteriorem partem idem poſuit 3. in Catil Inuect. Recitatis literis, conſcientia conuictus repente conticuit.

CONSCINDO, is, ere, {*Lacerare, ſpezzare, ſquarciare*} (διασχίζω) in multas partes ſcindere. Teren. Eun. Veſtem omnem miſeræ diſcidit, tum ipſam capillo cõſcidit. Cur ę conſcindunt hominẽ ſolicitũ, Lucr. lib. 5. Conſcindere ſibilis, per tranſlationẽ, pro Exſibilare, & Explodere. Cic. ad Atti. lib. 2. Tãgladiatores quàm dominus, quàm aduocati, ſibilis conſciſſi. Conſcindere aliquem, pro criminari, & alicui cõuiciari. Cic. ad Att. li. 8. Is enim me ab optimatibus ait conſcindi. Conſciſſura, ræ, ipſa ruptio. Pli. lib. 34. cap. 8. Dein cum pretio periſſet gratia artis, detractum eſt aurum, pretioſiorque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conſciſſuris, in quibus aurum hæſerat remanentibus.

CONSCIO, (σύνοιδα) apud Horatium in Epiſto. legitur pro eo quod eſt, alicuius rei mihi conſcius ſum. Hic (inquit) murus aheneus eſto, Nihil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa, hoc eſt, nullius rei ſibi conſcium eſſe.

CONSCISCO, is, cõſciui, itum, {*Conſentire*} (συμψηφίζεσθαι, ὁμοῦ ψηφίζεσθαι) cõſentio, cõmuni cõſilio ſtatuo, decerno. Liu. li. 1. Cẽſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellũ cũ priſcis Latinis fieret. Valla lib. 5. ca. 89. ſcribit hoc uerbũ ad mortẽ tantũ pertinere: ut, Cõſciſcere ſibi mortẽ, παραλύειν τοῦ ζῆν ἑαυτόν. ποιεῖσθαι τὸν βίον. Cic. de Claris Orat. Themiſtocles ſibi mortẽ cõſciuit. Per trãſlationẽ ponitur pro cõtrahere, ἐπισπᾶσθαι. Colu. lib. 8. Diligensque paſtor ſtabuli quotidie cõuertit, nec patitur ſtercus humorẽ cõſciſcere. Sciẽdũ eſt, quod Cõſciſco, Aſciſco, Deſciſco, Præſciſco, et Reſciſco, faciũt præterita in iui, ſicut eorũ primitiua. & Cõſcio quidẽ, Deſcio, et Reſcio, rarò ſunt in uſu, ſed magis Cõſciſco, Deſciſco, et Reſciſco. Aſcio & Pręſcio inueniũtur: quãuis Aſcio nõ ita frequẽter, ſicut Præſcio. Hinc Aſciſco, & Pręſciſco: licet magis Aſciſco, quàm Præſciſco, eò quod Aſcio minus in uſu ſit, Præſcio uerò magis. Cũ ergo Cõſciſco, Deſciſco, et Reſciſco uſurpẽtur, nõ mirũ eſt, ſi Cõſcio, Deſcio, et Reſcio, obſoluerũt: quoniã ſcilicet ſuperfluũ eſſet in eadẽ ſignificatione utraque habere. E' diuerſo aũt Scio frequẽtiſſime reperitur, rarius aũt Sciſco. Apud Plau. tamẽ legitur Sciſcam, in Amphitryone: Ocyus accurro, ut ſciſcam quid uelit. Præſcio in uſu eſt, Præſciſco minus: quod tamen & ipſum legitur apud Verg. lib. 4. Geor. Cõtinuoque animos uulgi trepidantia bello Corda licet longè præſciſcere. Aſcio, apud Colu. in Præfat. Et pecoribus parandis conſeruandisque: quoniam & hanc aſcimus, quaſi agriculturæ partem. Quo tamen in loco emẽdatiora Columellæ exemplaria Aſciuimus habent, præterito tempore, quod ab Aſciſco potius, quàm ab Aſcio eſſe uidetur.

CONSCIVS, {*Conſcio, conſapeuole*} (συνειδώς) proprie qui rem ſcit Ci. M. Rutilio: Cum & mihi conſcius eſſem, quanti te facerem. Nonius de Verb. different. Scius (inquit) ſecum, Conſcius cum altero. quam tamen differentiam liceat à ſcriptoribus non obſeruari. Nam poſtquam Scius in uſu eſſe deſijt, Conſcius utriuſque locum occupauit Salluſt. Populares conſcios ſceleris ſui. Verg. 1. Aen. Et mẽs ſibi cõſcia recti. Cic. 3. Offi. Sibi autem nullius eſſent cõſcij culpæ.

CONSGRIBELLO, pro conſcribo, ueteres dixerunt, ἐπιγράφω, ἐγγράφω. Varro: Itaque eas in cerram conſcribellauit. Herculis ad litem. Nonius.

CONSCRIBO. {*Scriuere*} (συγγράφω) ſimul ſcribo, aut ſimpliciter ſcribo. Ci. ad Att. li. 12. De Antonio quoque Balbus ad me cũ Oppio cõſcripſit. Idẽ: Legẽ Cõſules cõſcripſerũt, qua Põpeio per quinquenniũ omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Conſcribere milites, eſt cogere, & in certum numerum ac ſcriptum redigere: quod Galli dicunt enrollèr. Conſcripta, (προσγεγραμμένοι) qui in ſenatu ſcriptis annotati erant, qui per inopiã ſenatorũ ex equeſtri ordine in ſenatorum numerũ recipiebãtur. Liu. lib. 2. Deinde quò plus uirium

in ſenatu

in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrū numerum, primoribus equeſtris gradus electis, ad trecētorum ſummam expleuit. Traditum inde fertur, ut in ſenatum uocarētur, qui patres, quiq; cōſcripti eſſent: conſcriptos uidelicet in nouum ſenatum appellabant lectos.

CONSCRIPTIO, onis, (συγγραφή) compoſitio, actus conſcribendi. Cice. pro Cluen. Falſæ conſcriptiones quæſtionum.

CONSECO, as, are, {Tagliare} (τέμνω, διατέμνω) idē quod ſeco, uel in multas partes ſeco. Pl. li. 36. c. 26. Acies tāta quacūq;, ut citra ullū ſēſum ad oſſa cōſecet, quicquid afflauerit corporis. Oui. 3. Triſt. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Cōſecare in tenues mēbranas, Pli. lib. 30. cap. 4. Conſectio, uerbale, ἀφαίρεσις. Cic. 2. de Natu. deo. Arborum autem conſectione, omniq; materia, & culta, & ſylueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, &c.

CONSECRANEVM, {Che è conſacrato} (ἀφιερωμένον) quod eſt cōſecratum, Vocabulum ferè in caſtris repertum, qualia ſunt conterraneum, Commilitaneū, Militaneum, Suffarraneum, Limitaneum. Iulius Capito in cōcione quadam Maximini Cæſaris: Commilitones (inquit) ſacrati, imò uerè conſecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam, dixit. Tertullianus Conſecraneos uocat, qui quaſi uni ſectæ mancipati ſunt.

CONSECRATIO, onis, {Conſacratione} (καθιέρωσις) dedicatio. Cice. pro Domo ſua: Cōſecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis. Ibidem: In conſecratione ſtatuebantur aræ, quæ religionem afferent.

CONSECRO, as, pen. cor. {Conſacrare} (καθιερῶ ἱεροῦν) idē quod ſacro id eſt, deo dico, & ſacrum facio. Cic. 2. Tuſc. Quaſi addicti & conſecrati.

CONSECTANEVS, a, um, (ἀκόλουθος) qui alios aſſectatur: ut, Conſectanea turba. Hinc conſectanei dicuntur, (ὁμογνώμονες) qui aliorum opinionem uel ſententiam ſequuntur.

CONSECTARIVM, rij, (ἀκόλουθον) eſt argumentum breuiter aſtrictū, in quo cōcluſio neceſſario ſequitur antecedēs. Ci. 4. de Fin. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ Cōſectaria eſſe dicebas: & primū illud quo nihil poteſt eſſe breuius, Bonū omne laudabile, Laudabile autē omne honeſtū, Omne igitur bonū honeſtū. Cōſectarius, Adiectiuū. Cic. 4. de Fin. Illud uerò minimè cōſectariū, ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominū gloriatione dignā eſſe beatam uitam, quæ non poſſit ſine honeſtate contingere, ut iure quiſquam glorietur.

CONSECTOR, aris, {Seguitare audacemente} (ἀκολουθεῖν, προσδιώκειν, ἐπιδιώκω) auide inſequor, uel frequēter ſequor. Cæſ. 6. Bel. Gal. Redeūtes equites, quò poſſunt, cōſectantur, atq; occidunt. Ci. ad Att. lib. 2. Fiſi ū clamoribus, et cōuicijs, & ſibilis conſectari. Per metaphoram accipitur pro aucupari, ſiue affectare, θηρᾶν. Ci. in Piſo. Leuitatis eſt, inanē aucupari rumorē, et oēs umbras, etiā falſæ gloriæ cōſectari. Ci. 1. Offi. Alexāder beneuolētiā Macedonū largitione inſectabatur. Cōſectari paſſiue. Laberius apud Noniū Vxorē tuam, et meam nouercam à populo lapidibus conſectari uideo. Conſectatio, uerbale. Cic. in Ora. In huius concinnitatis conſectatione Gorgiā fuiſſe principem accepimus. Conſectator, et Cōſectatrix, uerbalia. Cice. 3. Offi. Eſt enim temperantia libidinum inimica: libidines autem conſectatrices uoluptatis.

CONSEMINEVS, a, um, dicitur de re, in qua uaria ſemina cōmiſta ſunt. Vt Cōſeminee uineæ ſunt, in quibus diuerſa uitiū ſemina aceruatim cōfuſa ſunt, nec proprijs generibus diſtincta. Col. lib. 3. cap. 21. Iam illa ſeminum ſeparatio ſummam commoditatem habet, quòd uinitor ſuam cuiq; faciliùs putationem reddet cū ſcit cuius notæ ſit hortus, quem deputet: idq; in uineis conſemineis ſeruari difficile eſt. Sic etiam Syluā conſemineam uocant, quæ ex uarijs arborum generibus confuſè conſita eſt. Idem lib. 12. ca. 45. Syluam ſiquis barbaricā, hoc eſt, conſemineam, uelit facere. Pro eodem etiam legitur Conſeminalis apud eundem lib. 12. cap. 45. Propter quod et Conſeminalium uinearum non eſt tā firmum uinum, quàm ſi per ſe ſyncerum aminneum, uel apianum condideris.

CONSENSIO, {Conſentimento. Pet. Ma ſe conſentimento è di deſtino} (ὁμόνοια, συμφωνία) ut Speuſippus ait, communio rerum omnium, cogitationum, ſuſpicationumq; concordia. Cic. ad Caſſ. Populi uerò Romani, totiusq; Italiæ mira conſenſio.

CONSENTIA, ciuitas eſt in Agro Brutio. Auctor eſt Pli. lib 3. cap. 6. Conſentini, eius oppidi incolæ.

CONSENTIA SACRA, quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta. Feſtus.

CONSENTIO, is, {Cōſentire, Pe. Hor già Dio & natura nō'l conſenta} (ὁμολογέω, ὁμοδοξέω, προσίεμαι συμφωνέω, συναινέω) conuenio, idē ſentio. Cic. 3. de Fin. Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. Conſentiens, participiū. Cic. 2. de Diui. Animorum Conſentientium multitudine cōpletum eſſe mundum. Conſenſus, participium, (ὁμολογούμενος) confeſſus. Gell. lib. 15. ca. 26. Syllogiſmus eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam & conceſſis, aliud quid, quàm quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſario conficitur. Conſenſus, us, ui, nomen (ὁμόνοια) concordia, conuenientia. Cic. 3. de Nat. Deo. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuq; naturæ.

CONSENTANEVS, a, um, {Conſentaneo} (σύμφωνος, ὁμολογούμενος) conueniens. Cic. 5. de Fin. Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium, ad uirtutem, & ad eas actiones, quæ uirtuti ſunt conſentaneæ, refertur.

CONSEPIO, is, ire, {Circondare di ſiepe} (περιφράττω) idem quod ſepire. Cic. de Senect. Cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atq; humanū fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum, & diligenter conſitum oſtendiſſe. Conſeptū, pti, (περίφραγμα) quod undiq; clauſum, munitumq; eſt. Col. lib. 1. ca. 4. Difficiliora .n. conſepta, non ſolum pluris ædificabimus, ſed etiam impenſis maioribus tuebimur. Conſeptum etiam fori dixit Quint. lib. 8. pro ipſis cancellis.

CONSEPTVM pti, uide Conſepio.

CONSEQVENTIA, tiæ, {Conſeguenza} (ἀκολουθία) conſecutio. Ci. 1. de Diui. Qui curſum rerum euentorumq; conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt, &c. Eſt & conſequentia neceſſitas concluſionis, quæ ex præcedētibus infertur. Ci. ad Trebat. Ea .n. dico cōſequētia, quę rē neceſſario cōſequūtur.

CONSEQVIÆ, ſequelæ, à ſequendo, ſicut ab exequendo, Exequiæ. Apul. lib. 10. Nouiſſimis trahebantur conſequijs.

CONSEQVOR, pen. cor. {Seguitare di fatto} ἀκολουθέω, immediate ſequor, Verg. lib. 5. Aen. Quē deinde Cloanthus cōſequitur. Item obtineo, adipiſcor, τυγχάνειν. Ci. in Ver. Act. 1. Quod ego meo labore, & uigilijs conſecutus ſum. Itē exprimere, ἐξερμηνεύειν. Idē Cæſari Iuniori: Extrēmā uerò quanta & qualia ſint, uerbis conſequi non poſſum. Conſequens, tis, participiū. Cic. de Senect. Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni conſequentes. Conſequēs, nomen, argumenti concluſio. Ci. 4. de Fin. Cum conſequens aliquod falſum ſit, illud cuius id conſequens ſit, non poſſe eſſe uerum. Conſequenter aduerb. ἀκολούθως, Vlp. l. ſed & ſi quid §. ultim. ff. de uſufruct. & quemadmod. quis uta. & fru. Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere fundo ſeruitutē non poteſt, retinere autem poteſt.

CONSERO, pen. cor. conſerui, conſertum {Meſcolare, meſciare. Dan. Meſchiato ſon à quel cattiuo coro} (συμπλέκω) cōiungo, connecto. Verg. 3. Aen. Loricā cōſertā hamis, auroq; trilicē. Coſerere manus, eſt manus cōiungere, et dextras mutuo apprehēdere. Vnde manū cōſerere dicebantur litigantes, cū in agrū, aut aliā rē, de qua cōtrouerſia erat, profecti, rē litigioſam, aut aliquā eius particulā manu apprehendebant, ita q; ſuū in re præſenti uindicabant. Poſtea tamē propagatis Italiæ finibus, Prætoribusq; alijs negocijs diſtentis, placuit, ut litigātes ſine Prætore in agrū proficiſcerentur, glebāq; inde inius ad Pretorē deferrent, & in ea, tanquā in toto agro uindicarent, aduerſariūq; ex iure manu conſertum (id enim formulæ nomē erat) ad Pretorē uocarent. Pugnantes ita manū cōſerere (ἀψιμαχεῖν) dicuntur, cū cominus rē gerunt, & quaſi manū manui admouent. Cic. ad Att. At illū ruere nuntiāt, & iā iamq; adeſſe, nō ut manū cōſerat, (qui cū enim?) ſed ut fugā intercludat. Pro eodē et dicimus, Prælū, ſiue pugnā cōſerere. Ver. 2. Aen. Multaq; per cęcā congreſſi prælia noctem Conſerimus.

Conſertus, participiū, connexus, cōtextus. Fab. lib. 5. ca. 10. Vt ſunt tria tēpora, ita ordo rerū tribus momētis cōſertus eſt. Cōſertè, aduerb. Cic. de Fato: Si oīa antecedētibus cauſis fiunt, omnia naturali colligatione cōſertè, contexteq; fiūt. Conſertor, oris. Pli. li. 33. ca. 1. Quod ſi impedimentū potuit in ea aliqd intelligi, et cōſertoria uſu, argumētū eſt, manus in læua fuiſſe, qua ſcutū rapit.

CONSERO, pe. co. conſeui conſitū, {Piantare e ſeminare, inſitare} (φυτεύω) locū aliquē ſeminibus, ſeu plantis oppleo. Agri enim cōſeri dicuntur, ſemina aūt uel plantę ſeri. Ver. 1. Eclog. En quis conſeuimus agros. Lactan. lib. 2. Quē in partibus orientis omni genere ligni arborūq; conſeuit. Inde Cōſitio, φυτεία, φυτουργία. Cic. in Catone. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiā inſitiones quibus nihil inuenit agricola ſolertius. Conſitus, pe. cor. participium: ut, Cęca mentis caligine conſitus, Catul. Conſitor, oris, φυτουργός. Ouid. 4. Metam. Et cum Lenæo genialis conſitor uuæ. Conſitura, ræ, (φύτευμα) idem quod conſitio. Cice. de Repub. Quæ uidelicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ indicijs interpretabatur. Nonius.

CONSESSVS, (συνέδριον) nō eſt cōſeſſio, ſed homines in uno loco ſedentes: ſicut Conuentus, non eſt conuentio, ſed homines qui in unum locum cōuenitūt. Cice. de Senect. Quibus cum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, facere nolle.

CONSERRATVS, a, um, {Che hai denti à guiſa di ſega} (πριωνωτός) ſerrę in modum denticulatum. Pli. lib. 11. cap. 37. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis corpore conſerratum: nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum iure dixeris, ſed peculiare.

CONSERVATIO. Conſeruator, & conſeruatrix, uide Conſeruo.

CONSERVO, as, are. {Conſeruare. Pe. Conſerua uerde il premio d'honeſtade} (φυλάττω, ἐπιτηρῶ) idē quod ſeruo, tueor, cuſtodio, obſeruo. Cic. ad Att. lib. 6. Iis literis reſpondebo, ſic .n. poſtulas: nec οἰκονομίαν inſtituā, ſed ordinē cōſeruabo tuū. Idē Att. lib. 5. Vt nos eam neceſſitudinē, quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſeruare patiantur. Idē Metello: Beneuolentiā certo iudicio ſuſceptā, quoad uoles, conſeruabo. Interdū Conſeruare, idem quod incolumē ſeruare, & a certiſſimo periculo eripere, σώζειν. Ci. in Catil. Nō minus iucūdi ſunt dies illi quibus conſeruamur, quàm quibus naſcimur. Conſeruatus, participiū. Ci. Lentulo, li. 1. Illud quidē certe noſtrū conſiliū iure laudandū eſt, quòd meos ciues, & à me cōſeruatos, & me ſeruare cupiētes, ſpoliatos ducibus, ſeruis armatis obijci noluerim. Cōſeruator, oris, σωτήρ. Ci. pro Seſ. Optimatū principes, auctores, et cōſeruatores ciuitatis. Cōſeruatrix, cis, σώτειρα. Ci. 4. de Fin. Oīs natura uult eſſe cōſeruatrix ſui, ut et ſalua ſit, et in genere cōſeruet ſuo. Cōſeruatio, onis. Ci. 1. Of. Et ſi attētos animos ad decori cōſeruationē tenebimus.

CONSERVVS, ui, {Conſeruo. Pe. I ſuoi infelici & miſeri conſerui} (σύνδουλος) qui cum alio eidem domino ſeruit. Cic. ad Caſſium: O' rem miſerā dominum ferre non potuimus, conſeruo ſeruimus. Conſerua, uæ, Teren. in Eun. Summa forma ſemper conſeruā domi uidebit. Conſeruitium, tij. Plau. Capt. Perq; conſeruitium commune, quod hoſtica euenit manu.

CONSIDEO, es, antepen. cor. {Sedere inſieme} (συγκάθημαι) ſignificat ſimul ſedeo. Cic. in Bru. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. Aliquando ſignificat manere. Cic. de Fin. Cuius in mente cōſedit iuſtitia. Aliquando rei humilitatē habet, & quaſi denegatam altius euolandi facultatē. Cice. Cōſedit utriuſq; nomē in Quæſtura. Aliquando ponitur pro conquieſcere: ut cōſidere in otio. Aliquando pro ſedari. Liu. Vbi ira conſedit. Aliquando pro cōmorari, uel conſiſtere. Ci. Philip. 13. Martiam legionē Albæ conſediſſe ſciebat. Conſeſſor, oris, (σύνεδρος συγκάθεδρος) qui una cū alio ſedet. Cic. ad Att. li. 2. Præclarū ſpectaculū mihi propono, modò te cōſeſſore ſpectare liceat.

CONSIDERATVS, Conſideratio, & Conſideratio, uide Conſidero.

CONSIDERO, as, are {Conſiderare} (σκοπέομαι) diſpicio, iudico, cogito: a ſiderū cōtemplatione, ut Feſto placet, dictū. Cic. Teren. Reliquū eſt, quod ipſæ optimè conſiderabitis, ueſtri ſimiles fœminæ ſint'ne Romæ. Ter. Heaut. Et cū egomet nunc mecū in animo uitā tuā conſidero. Conſideratus, participiū. Ci. de Aruſp. Reſp. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil nō diu cōſideratum, ac multo ante meditatum. Cōſideratus homo (περιεσκεμμένος) qui agēda conſiderat, non qui conſideratur. Cic. pro Cæcin. Verbum & illud conſiderati hominis eſſe putauit. Conſideratio, onis, σκέψις. Ci. 4. Acad. Conſideratio cōtemplatioq; naturæ, eſt animorum ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum. Conſideratè, aduer. Cic. pro Quintio: Prætores ut conſideratè fieret cōparauerunt. Ibidem: Quid feci non conſideratiſſime?

CONSIDO, dis, conſedi, conſeſſum, {Afferrmarſi in maggio} (συγκαθίζω) ſimul aſſido: differtq; à Conſideo, quod illud quietem, Conſido motum afferat. Cic. ad Atti. libro. 5. Antequam alio loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu literas expectabis. Accipitur interdum Conſi-

dere pro eo quod eſt ſedes aliquo in loco figere. Verg. 1. Aen Vultis & his me cum pariter conſidere regnis? Interdum idem quod deſidere, uel dehiſcere. Liuius. 3. Bel. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit. Conſiditur impersonale. Cic. 3. de Orat. Cùm placuiſſet idem cæteris, in ſyluam uenitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

CONSIGNARE, {Sugellare} (σημειοῦμαι, σφραγίζω) eſt eiuſdẽ penè ſignificationis cum ſuo ſimplici, hoc eſt, ſigno notare, uel ſignum rei alicui clauſę imprimere. Sic propriè dicimus Conſignare epiſtolas, cù illis complicatis anulum noſtrum imprimimus. Plaut. in Curcu. Eamus intrò, ut tabulas conſignemus. Conſignare pecuniam inter aliquos, eſt deponere. Suet. in Claud. Quã cùm comperiſſet ſupra probra & flagitia C. etiam Silio nupſiſſe, dote inter aruſpices conſignata ſupplicio affecit. Conſignatus, participium. Laudatio alicuius cõſignata creta, Cic. pro Flac. Conſignatio, uerbale, (σφραγισμός) ſigilli impreſſio. Conſignationes item dicuntur quas uocamus documenta, uel chirographa Quin. lib. 12. cap. 8. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.

CONSILEO, es, ere, {Tacere} (κατασιγᾶν) pro conticere poſuit Ennius, teſte Feſto. Conſileſco, is. Gell. lib. 12. cap. 1. Omnisq; impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.

CONSILIARIVS, {Conſigliero} (βουλευτής, σύμβουλος) qui ab aliquo in conſilium adhibetur. Cic. 3. de Legib. Augur meminiſſe debet, Ioui Opt. Maxi. ſe conſiliarium, & adminiſtrum datum. Conſiliarius, a, um, adiect. Plaut. in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium.

CONSILIGO, inis, (ἀδίαντον Dioſcoridi) herba eſt, teſte Ruellio, quæ à Gallis Pomelea, quaſi pulmonea uocatur, ab herbariis Pata leonis. Cõſiliginis autem nomen à ruſticis ei creditur inditum, q. in aruis inter ſiliginem frequentiſſime inuenitur. Vide Pli. lib. 25. cap 8. & Ruellium lib. 2. cap. 134.

CONSILINVM. Apuliæ oppidũ eſt, teſte Mel. lib. 2. non procul a Tarẽto.

CONSILIO, as, {Conſigliare, deliberare} (βουλεύομαι) conſulo, delibero, uel conſulto. Taci. lib 18. Et redire Bononiam omnes ſimul conſiliaturi. Inde Conſiliator dicitur, qui alicui dat conſilium Pli. in Epiſ. Ille in gerendis meis honoribus conſiliator & rector.

CONSILIO, is, lui, uel liui, conſultum, ſimul ſalio συνάλλομαι. Vnde conſulto, as, frequentatiuum.

CONSILIVM, {Conſiglio} (βουλή, βούλευμα) definitore Ci. lib. 1. de Inuen. aliquid faciendi, non faciendi'ue ratio excogitata. Cice. Terentiæ: Veſtrũ iam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit uobis faciendum. Quandoq; ſumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roſc. Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem ex Senatu in hoc cõſilium delecti eſtis propter ſeueritatẽ. Et infrà: Dii prohibeant Iudices, ut hoc, quod maiores conſilium publicum uocari uoluerunt, pręſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum à Con, & Sileo, (ut quidam uolunt) q. uno conſulente cæteri conſileant. Siue (ut alii malunt) à Con, & Salio, eò q. in unam ſententiam plurium mentes conſiliant, & conueniant. Vt. n. Exilium ab Exilio, is, ita Conſilium à conſilio deſcendit. Non deſunt tñ, qui pro conſiliariorum conſeſſu, ſiue iudicibus deputatis, Concilium per ſecundam conſonantem ſcribendum præcipiant, & à conciendo, ſiue concalando hoc eſt, conuocando, dictum uelint. Conſilium dare, eſt ſuadere. συμβουλεύειν. Quint. Cum Ciceroni dabimus conſilium, ut Antonium roget. Conſilioſus, à Catone dictum, teſte Gel. lib. 4. cap. 9. pro ſapiente, quiq; ſanis conſiliis abundat.

CONSIMILIS, le, {Simile} (ὅμοιος) idem quod ſimilis: cuius cõtraria ſunt diſſimilis & Abſimilis. Plau. Amph. Ain'tu alterum te reperiſſe conſimilem Soſiam domi? Teren. Eunu. Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum. Cic. 2. Philip. Quòd cum rem geſſiſſet, conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram, me potiſſimum, &c.

CONSISTO, is, conſtiti, {Fermarſi} (ἐφίσταμαι) proprie eſt iter inceptũ mora interrumpere: & intranſitiue ponitur. Teren. Otioſe nunc iam illico hic cõſiſte. Vbi Don. Conſiſtere eſt audacter, & conſtanter ſtare. Sic cõſiſtere in anchoris, uel ad anchoram apud Cæſ. Sed transfertur: ut, Conſiſtere in ſententia. Cic. ad Quin. Fra. 2. Tantus clamor à noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neq; mente, neq; lingua, neq; oratione conſiſteret. Cato de re. ruſt. ca. 125. Et ſi aluus nõ conſiſtet. i. non deſinat fluere. Varr. Vt ſi pluerit, aqua nõ conſiſtat. Dicimus itẽ, ſalutẽ noſtrã aut ſpẽ in hoc aut illo cõſiſtere, hoc eſt ab illo pendere, & ſine eo nullã eſſe. Ci. pro Marcel. Salus Reipub. in mortalis unius anima conſiſtit. Cõſiſtimus quoq;, cũ recuperatis uiribus firmiores incipimus eſſe, et ualidiores, ita ut ſine ulla corporis imbecillitate poſſimus ingredi Cic. Fa. 7. In eas herbas cũ incidiſſem in cęna augurali apud Lẽtulũ, tãta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primũ uidear cõſiſtere. Ver. pro erigor poſuit: Cõſtitit ĩ digitos

CONSOBRINI, {Cugini} (ἀνεψιοί) qui ex duabus ſororibus ſunt editi quaſi Conſororini. Patrueles aũt, qui ex duobus fratribus à Græcis dicuntur ἀδελφιδοῖ, uel etiam ἀνεψιοί. Amitini, qui ex ſorore & fratre propagantur. Sed ferè uulgus omnes iſtos communi appellatione Cõſobrinos uocat: quemadmodum & eos, qui ex fratribus, patruelibus, aut conſobrinis propagantur, uel amitinis. Cic. ad Cælium lib. 2. Nam q. ad me Curius conſobrinus tuus, ut ſis mihi maxime neceſſarius. Conſobrina, æ, (ἀνεψιά) materteræ meæ filia. Cice. pro Quin. Quintii conſobrinam habet in matrimonio.

CONSOCER, ri, Conſoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Sueto. in Claudio: Appium Syllanum conſocerum ſuum crimine incerto, nec data defenſione occidit.

CONSOCIO, as, are, {Accompagnare} (κοινωνέω, συναγελάζω) ſocietatem in eo cõmunico, coniungo. Plau. Rud. Vel conſociare mihi quidem tecũ licet: Aequas habemus partes. Liu. 8. ab urbe: Sed q. tędio imperii Romani cũ Gallis gente efferata arma quondam conſociaſſent. Conſociatus, participium. Ci. in Parad. Qui uidet domi tuæ pariter accuſatorum atq; iudicum conſociatos greges, qui nocentes & pecunioſos reos, &c. Conſociatio, uerbale. κοινωνία, συναγελασμός. Cic. 1. Offi. Sequemurq; & id, quod acutum & perſpicax natura eſt: & id, quod ad hominum conſociationem accommodatum eſt.

CONSOLIDO, as, are, {Saldare. Pe. Ch'ei medeſmi porrian ſaldar la piaga} (συμπαγιόω) redintegrare, & in unum cõgerere, quod prius ruptũ aut diuiſum fuerat. Rationes conſolidatæ. Cic. Epiſt. 75. Illud quidem certe factum eſt, quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates rationes confectas & cõſolidatas deponeremus. Vſusfructus conſolidatus: id eſt, confirmatus. Vlp. l. idẽ Neratius. ff. de uſufru. accreſ. Nec nouum: nam & ſi duobus uſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus, ius accreſcendi non perit: nec et apud quẽ cõſolidatus eſt, nec ab eo: & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem & nunc amittit. Conſolidatio, onis, uerbale, cuius propriam ſignificationem dignoſces ex. § Item finitur. Inſtitu. de uſufructu.

CONSOLABVNDVS, (παρηγορικός) agens conſolatorem, cõſolatoris officio fungens.

CONSOLATIO, onis, {Conſolatione} (παραμύθιον) leuamen, leuatio, doloris confirmatio. Cic. pro Milo. Nunc me una conſolatio ſuſtentat.

CONSOLOR, pen. pro. {Conſolare} (παραμυθέομαι, παρηγορέω) ſolatium preſto, dolorem minuo, mœrorem leuo, ſiue id re fiat, ſiue uerbis. Ci. Epiſt. 51. Virtuti tuæ magis gratulari debeo, q̃ conſolari dolorem. Ci. Sulp Dices, quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi perpetuis Reipublicæ? Inuenitur & in ſignificatione paſſiua. Aſinius: Sed cum ob ea quæ ſperaueram dolebam, conſolabor ob ea, quæ timui. Hinc Conſolatorius, a, um, quod cõſolatur: ut, Epiſtola conſolatoria, παραμυθικός. Cic. ad Att lib. 12. A' Cæſare literas accepi cõſolatorias. Conſolabilis, le. Ci. ad Sulp. Eſt omnino uix cõſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio. Reperitur & Conſolo actiuum apud Var. in Oedipo Thyeſtæ: Per idem tempus Oedipus Athenis exul uiuere dicebatur, qui Cõſolaret. Conſolator, oris, παρακλήτωρ. Ci. 3. Tuſ. Cõſolatores ipſos confiteri ſe miſeros, cũ ad eos, impetum ſuum fortuna conuertent.

CONSONO, pe co. {Conſonare} (συμφωνέω) ſimul ſono. Varro de Apibus: Cum iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant uehementer, perinde ut milites faciunt, cum caſtra mouent. Verg. 5. Aen. Tum plauſu, fremituq; uirum ſtudiisq; fauentum cõſonant omne nemus. Conſonare ſibi, pro conſtare. Seneca Epi. 31. Vt perfecta uirtus ſit æqualitas ac tenor uitæ per omnia conſonans ſibi. Conſonans, nomen adiectiuum ex participio. Ci. in Partit. Atq; ẽt eſt hæc diſtinctio in uerbis: altera natura, tractatione altera. Natura, ut ſint alia cõſonantiora, grauiora, &c. Conſonantes literæ à Grammaticis dicunt, (σύμφωνα) quod cum uocalibus, nõ per ſe ſonent. Conſonus, a, um. Silius li. 17. Armorumq; habitus noti, & uox cõſona linguæ. Ci. ad Att. li. 4. Credo Platonẽ uix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ętatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet. Conſonantia, tiæ, uocũ cõcordãtia, quę Gręce συμφωνία dicitur.

CONSOPIO, pis, pire, {Indurre in ſonno} (κατακοιμάω) in ſomnum inducere. Cicer. 1. Tuſ. Num igitur eum curare cenſes, cũ luna laboret, a qua cõſopitus putatur, ut eum dormientẽ oſcularetur. Ibidem: Quid melius q̃ in mediis uitæ laboribus obdormiſcere, & ita cõuenientem ſomno conſopiri ſempiterno?

CONSORANNI, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, ut ſcribit Pli. in deſcriptione Aquitaniæ lib. 4.

CONSORS, tis {Di una iſteſſa ſorte & conditione} (κοινωνός, ὁμότιμος) eiuſdem ſortis: id eſt, conditionis & fortunæ, & qualitatis in omni re, & negotio. Sappho ad Phaonem: Non tantũ Alcæus conſors patriæq;, lyræq; Laudes habet Cic. 5. Verr. Soſtratus & Numenius, & Nymphodorus eiuſdem ciuitatis cum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, q. iis plus frumenti imperabatur, &c. Conſors, particeps: ut, Cõſors conſilii publici, Pli. Epiſt. 167. Generis cõſortes. i. cõſanguinei, & propinqui, Oui. Epi. 3. Socrus & conſors liberis, Cic. de Clar. Orat. Thalami conſors, (ὁμόλεκτρος, ὁμοδέμνιος) Ouid. 10. Metam. Thalami conſorte carebat. Conſortem Propertius poſuit pro ſimili, cum inquit: Tu qui conſortem properas euadere caſum.

CONSORTIVM, tii, {Conſortio, compagnia} κοινωνία, ἑταιρεία, ſocietas. Papin. l. ſi inter fratres §. idẽ Papin. ff. pro ſocio. Si inter fratres uolũtariũ cõſortiũ initũ fuerit, &c. Dicitur & Conſortio, nis. Liu. lib. 6. Quænam iſta ſocietas, quænã cõſortio eſt? Ci. 3. Offi. Diſſoluatur neceſſe eſt omnis humana cõſortio.

CONSPERGO, gis, {Spargere. Pet. Spargi con le tue man le chiome al uento} (καταπάσσω) aſpergo Plau. Curc. Vbi uino has conſperſi fores. Cic. 3. de Orat. Vt porrò conſperſa ſit quaſi uerborum ſententiarumq; floribus, id nõ debet eſſe fuſum æqualiter, &c. Conſperſum ſtellis caput. Cic. 1. de Nat. deo.

CONSPICIENDVS, a um, {Illuſtre, nobile, degno d'eſſere guardato} (περίβλεπτος) dignus qui conſpiciatur, illuſtris, inſignis. Auctor ad Heren. lib. 1. In geſtu nec uenuſtas cõſpicienda, nec turpitudo ſit, ne aut hiſtriones, aut operarii uideamur eſſe. Tibullus lib. 1. Eleg. 2 Inſideat celeri conſpiciẽdus equo.

CONSPICIO, is, pe. cor. {Guardare, mirare. Pet. Queſta che col mirar gli animi fura} (ἀφορῶ) uideo, cerno. Pla. in Amph. qui ipſus equidẽ nunc primũ iſtanc tecũ cõſpicio ſimul. Vnde Conſpectus, pro aſpectu, ὄψις, πρόσοψις. Ver. 1. Aene. Vix è cõſpectu Siculæ telluris in altũ Vela dabant læti. Dicitur et de mente: Cic. pro Cor. Bal. Vt Conſpiciatis cum mentibus, quem oculis non poteſtis. Conſpicere pro attendere. Cic. pro Mur. Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuicio, neq; temere Cõſulẽ pop. Rom. ſaltatorem uocare, ſed conſpicere quibus præterea uitiis affectum eſſe neceſſe ſit, cum, cui uere illud obiici poſſit. Conſpicere ſibi, quæ ſint in rem ſuam. Plau. Trinum. Conſpicior, eris paſſiuum. Ci. in Catil. Carere me aſpectu ciuium, q̃ infeſtis oculis omnium conſpici mallẽ. Conſpectus nomẽ ex participio. Liu. 2. Bell. Pun. Plebeium conſulem ſua plebs perſecuta, turba, q̃ dignitate, conſpectior.

CONSPICILLVM, {Occhiale} (δίοπτρα) dicitur, unde clanculum conſpicere poſſis. Plau. In conſpicilio aſſeruabam. Item quod oculis adhibemus, ut melius intueamur, uulgò Ocularia dicuntur. Idem: Cedò uitrum, neceſſe eſt conſpicilio uti. Sunt qui utrobique legant Conſpicillum.

CONSPICOR, aris, {Vedere} (ἰδεῖν, ὁρᾶν) à præpoſitione Con, & antiquo uerbo Specio, idem quod conſpicere. Teren. in Eunu. Cur ego te in his conſpicor regionibus? Cęſ. 2. bell. Ciui. Hunc conſpicatæ naues, ſublatis anchoris ſequi ceperunt. Sic ẽt Deſpicor pro Deſpicio. Vtrunq; autem corripit penultimam: unde clarum eſt, q̃ pueriliter delirent, qui aut a ſpica, aut ſpiculis deriuari putant, quæ ſpi, ſyllabam producunt. A' ſpica aut ſpiculo fit uerbum Inſpicio, media producta, quo utitur Ver. 1. Geor. Ferroq; faces inſpicat acuto: de cuius ſignificatione ſuo loco dicemus.

CONSPICVVS, a, um, {Sagace ſcaltrito, accorto} a Conſpicio, ſicut Perſpicuus a Perſpicio, modò ſignificat ſagacẽ, perſpicacem, acutum, ἔμφρων. Quint. Cõſpicuus, ſagax, callidus. Modo clarum, & qui ab omnibus conſpicitur,

περι-

περίβλεπτ@. Vnde Martial. Conſpicuum amphiteatrum appellat, lib. 1. Hęc ubi conſpicui uenerabilis amphithratri Erigitur moles. Conſpicuus homo, qui in ſe omnium oculos conuertit. Liu. 1. ab urb. Iam & Romanis conſpicuum eum nouitas diuitiæq; faciebant.

CONSPIRO, ras, pen. pro. {*Spirare inſieme, congiurare, Pet. Che m'hanno congiurato à torto contra*} (συμπνέω, συμπράττω) ſimul ſpiro, confluo. Col. lib. 4. Cœleſtes admittat imbres, eoſq; alendis ſeminibus diſpēſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret. Per tranſlationem ſumitur pro conſentio, ſiue communi animo aliquid aggredior. ὁμονοέω. Ci. cōtra Rullum: Conſentite nobiſcum, conſpirate cum bonis Col. lib. 12. Nihil erat, quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret, ſed in commune conſpirabatur ab utroque. Hinc Conſpiratio, (ὁμόνοια) pro concordia & conſenſu. Ci. lib. 2. Off. magnas utilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atque conſenſu. Et pro domo ſua, Hanc noſtram conſpirationem in Repub. bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. Accipitur item Conſpirare in deteriorem partē pro coniurare, et (ut Cicero loquitur) coire, συνίστασθαι. Vnde conſpiratio, (σύστασις) pro coniuratione. Cic. pro Deiotaro: Conſpiratio certorum hominum contra dignitatem tuam Dicitur & Conſpiratus, us, quo Gell. utitur lib. 1. c. 11. Conſpirare quoq; ponitur pro conuoluere, (συνειλεῖν) dictum à ſpiris, quæ ſunt reuolutiones, ſiue circuli, qui in ſeipſos recurrunt. Vnde nō in elegāter, Conſpirare ſerpentes dicimus, cū ſe in orbem conuoluunt. Pli. de Viris illuſt. Anguis è ſedibus eius elapſus, uenerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & ſe in Volumnij tabernaculo conſpirauit. Conſpirati, orū, (οἱ συστασιασταί) qui cōſpirauerunt, & coniurarunt. Suet. in Cæſ. cap. 82. Aſſidentem conſpirati ſpecie officij circumſteterunt. Conſpiratæ res, quæ uelut conflatæ ſunt in unum corpus. Sene. Epiſt. 85. Talem eſſe animū noſtrum uolo, ut multæ in illo artes ſint, multa pręcepta, multarum ætatum exempla, ſed omnia in unum cōſpirata.

CONSPISSO, as, are, {*Speſſire*} (συμπήγνυμι) cōdenſo. Pli. li. 35. c. 6. Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conſpiſſataq;. Col lib. 2. ca. 18. Priuſquā conſpiſſatum, & herbis colligatum ſit ſolum.

CONSPONDEO, es, {*Promettere inſieme con un'altro*} (συνεγγυάομαι) cū alio ſpondeo. Vnde conſponſores dicuntur, duo uel plures eiuſdem rei ſponſores. Cic. Att. lib. 5. Velim des operam, ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſit'ne ita. Idem Epiſt. Fami. 92. De negotio tuo, quod ſponſor es pro Pōpeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit, non deſinam cum illo communicare.

CONSPVO, is, ere, {*Sporcare qualche coſa col ſputo*} (καταπτύω) ſputo aliquem fœdo, cuius paſſiuum Conſpuor. Plau. Ab omnibus deriſus atque conſputus. Conſputo, as, are, frequentatiuum. Plau. Cur. Culpant eum, conſputatur uituperatur. Cic. ad Q. Fra. lib. 2. Hora fere nona, quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

CONSPVRCO, as, are, {*Sporcare*} (μιαίνω) commaculare. Colum. lib. 8. ca. 3. Nam ſuperſiliens auis proluuie uentris cibus & aquam conſpurcat. Sapore tetro conſpurcare omnia, Lucr. lib. 6.

CONSTABILIO, is, ire, {*Stabilire, fermare*} (καθίστημι, ἀσφαλίζομαι) ſtabile, & firmum facio. Plau. Capt. Aedepol rem meam Cōſtabilius, cū illos emi de præda à Quæſtoribus. Teren. Adel. Dis quidem eſſes Demea, Ac tuam rē conſtabiliſſes.

CONSTANS, antis, {*Coſtante*} Conſtantia, æ, & Conſtanter aduerbium, uide in uerbo Conſto.

CONSTANTIA, (κωνσταντεία Stephano) Cypri urbs eſt, alias Salamis dicta. Eſt item Conſtantia, Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Gannodorum appellatur. Conſtantia Iulia, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Hiſpalenſi: cuius meminit Pli. lib. 3. ca. 1.

CONSTANTINOPOLIS, (κωνσταντινούπολις) urbs à Conſtantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione Byzantium.

CONSTERNIVM, (ἀποδυτήριον) dicebatur locus prope thermas, ubi ueſtes deponebantur.

CONSTERNO, as, aui, atū, {*Sbigottire, perdere d'animo. Pe. Onde ſi sbigottiſce e ſi conforta*} (συστέλλω, ἐκπλήττω) perturbo, & propriè de animo dicit; teſte Vall. lib. 5. Sallu. Qua uictoria elati hoſtes, noſtri territi, atque animis conſternati diſceſſere. Idem: Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucij conſternant. i. ἐκπλήττονται. πτύρονται. Inde Conſternatio, (συστολή, ἔκπληξις) quæ eſt concitatio quædam ſubita, ex aliquo metu: & à ſternutamento deduci uidet, q eo toto concutimur corpore: uel potius à uerbo Sterno, quod ſignificat deijcere. Illi enim qui ictu aliquo humi ſternuntur, maximè perturbantur.

CONSTERNO, is, conſtraui, {*Diſtendere*} (καταστορέω, καταβάλλω) idē quod ſterno, uel ſternendo operio. Verg. 4. Aene. It ſtridor & altè Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes. Sic Conſternere aream ſilicibus & lapide, quod Galli dicunt Pauér. Colum. lib. 1. Area ſi competit, ita conſtituenda eſt, ut uel à domino, uel certe à procuratore deſpici poſſit: eaq; optima eſt ſilice conſtrata. Conſtratus, a, um, participium à Cōſternor, eris, uerbo paſſiuo, (στρωτός, κατεστρωμένος) idem eſt quod tectus. Cicero pro Seſtio: Forum corporibus ciuium Romanorum conſtratum cede nocturna. Inde naues conſtratę dicuntur quę ab aliquibus uocantur tectæ, quæ. ſ. ſua habebant cataſtromata, in quibus propugnatores conſiſtebant. Cic. 5. Verr. Erat enim ſola illa nauis conſtrata & ita magna, ut propugnaculo cęteris poſſet eſſe. Quæ autem carebant cataſtromatibus, Naues apertæ dicebantur. Hircius de bello Alexā. Magnoq; impetu quatuor ad eas conſtratæ naues, & complures apertæ contenderunt.

CONSTIPO, as, {*Condenſare, ſpeſſire. Pe. Di doloroſa nebbia il cor denſoſo*} (πιέζω) idem eſt quod condenſo, & in unum cogo. Cice. de Leg. Agraria oratione 2. Sed ne conſtipari quidem tantum hominum numerū poſſe in agrū Campanum intelligetis. Cæſar. 5. bell. Gallici: Hic dies noſtris longè grauiſſimè fuit: ſed tamen hunc habuit euentum, ut eo die magnus numerus hoſtium uulneraretur, atque interficeretur, ut ſe ſub ipſo uallo conſtipauerāt, receſſumq; primis ultimi non dabant.

CONSTITVO, {*Deliberare, conſtituire Boc. Gio. 7. No. 3. Non altra pena hauere conſtituita, che eſſi conſtituirona à colui*} (βουλεύομαι) ſtatuo, propono, decerno. Teren. Phorm. Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Vergil. 1. Aen. Qui teneant (nam inculta uidet) homines'ne, feræ'ne, Quærere cōſtituit. Item locum, ſiue tempus determino, ἀφορίζω, τάττομαι, διομολογοῦμαι. Teren. Eunu. Dati anuli, locus, tempus conſtitutum eſt. Ad conſtitutū uenire: ſubaudi, diem uel tempus. Cic. pro Cecinna: Homines inermes, qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia uenissent. Cic. Mario: Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quandoque ſignificat cōuenire, & pactum facere, κατατάττειν, συντάττειν. Teren. Hecyra: Nam conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conuenturum. Cic. 1. Offi. Vt ſi cōſtitueris te cupiam aduocatum in rem præſentem eſſe uenturum. Conſtituere pecuniam, hoc eſt aſſignare, quod Greci dicunt, κατατάξασθαι τὸ ὄφλημα. Aliquando Conſtituere, eſt gubernare, moderari, regere. καθιστάναι, διοικεῖν. Cice. Ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda, & regenda eſt prudentia. Interdū decernere (διατάττειν) à quo Cōſtitutiones, decreta, διατάξεις, παραδόσεις. Nonnunquam parare, συσκευάζειν. Cice. Tametſi erat ignarus quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur.

CONSTITVTIO, onis, {*Conſtitutione, ordinatione, ſtatuto*} (διάταξις) ordinatio, ſtatutum, decretum: à uerbo Conſtituo, quod inter cętera ſignificat decerno, ſancio, præſcribo, ordino. Vnde conſtitutiones principum, uel pontificū dicimus, pro decretis, uel ordinationibus. Interdum idem quod inſtitutio. ut, Religionum conſtitutio, apud Cice. 3. de Leg. Idem Bruto lib. 3. Illud neceſſe me ad te ſcribere, quid ſentirem tota de conſtitutione huius belli. Conſtitutio corporis, (ἕξις) eſt quam uulgus medicorum Complexionem uocat. In qua ſignificatione eſt uocabulum medium: unde & bonam & malam corporis conſtitutionem dicimus, quas Græci εὐεξίαν, καὶ καχεξίαν appellant. Eſt item Conſtitutio Rhetoribus prima cauſarum conflictio, quæ alio nomine ſtatus (στάσις) appellatur. Auct. ad Heren. li. 1. Hæc exoratio in coniecturali conſtitutione cauſæ fermè ſemper neceſſaria eſt. Ci. 1. de Inuent. Conſtitutiones apud Rhetores ſunt quatuor, coniecturalis, definitiua, generalis, tranſlatiua: qui ſtatus etiam dicuntur.

CONSTITVTVS, a, um, participium, {*Ordinato, determinato*} (διατεταγμένος) ordinatus, decretus, pactus, propoſitus. Cōſtituta in menſem Ianuariū auctio, Cice. de lege Agr. Corpus bene conſtitutum, (εὐεκτικὸν σῶμα) quod bono præditum eſt habitu, quod imperiti Bene complexionatum appellant.

Conſtitutorius, a, um, ut, Actio conſtitutoria. l. neque enim. ff. de conſtitut. pecun. Neque enim quod creſcit peculium, aut decreſcit, pertinet ad conſtitutoriam actionem.

CONSTITVTVS, us, (σύστημα) multitudo eſt hominum ſimul conſiſtentium. Feſtus.

CONSTO, as, conſiti, conſtitum, & conſtatum, {*Conſtare, perſeuerare, eſſere manifeſto*} Lucan. lib. 7. Cōſtatura fides ſuperū. Mar. Cōſtatura fuit Megalenſis purpura centum. Eſt autem Conſtare, conſtanter permanere, perſeuerare, ratum habere, ἐμμένειν. Cic. Epiſt. 13. Qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam auctoritatem cum ſalute recuperaſſent. Conſtare ſibi, eſt ſibi ſimilem eſſe, & in eadem opinione conſtanter permanere. Idem. 1. Tuſc. Et ſi tibi quidē conſtare uis, (κατὰ λόγον εἶναι) omnes quicunque nati ſunt, eruntve, non ſolum miſeri, ſed etiam ſemper miſeri. hoc eſt, ſi hanc ſententiam quòd mors malum ſit, firmam ratamq; habere uis. Conſtare mente, uel animo, eſt animi uel mentis compotem eſſe eiuſq; functiones probe obire. Interdum etiam hoc uerbum ad rerum uenalium pretium refertur: unde magno uel paruo aliquid conſtare dicimus, hoc eſt, magno uel exiguo pretio eſſe comparatum. Cic. 6. Verr. Metuiſti ne æs alienum tibi creſceret, ſi H-S. VI M tibi conſtarent ea, quæ tu facilè poſſes uendere H-S. CC. millibus? Idem Att. Id propè dimidio minoris conſtabit. Ci. 1. de Nat. Deo. Homo, qui ex animo conſtat & corpore. Interdum ſimul ſtare. Siſen. lib. 4. hiſtoriarum: Multitudinem procul hoſtiū conſtare uiderunt. Interdum ſuppetere, παρεῖναι Iuuen. Sat. 6. Quis feret uxorem cui conſtent omnia? hoc eſt, cui nihil deſit. In tertia perſona ſumitur pro manifeſtū eſt, φανερόν ἐστι, σαφές ἐστι Ci. in Epiſ. Sant moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. Rurſus pro conuenit, (ὁμολογεῖται) ut, Hoc mihi tecum conſtat. i. conuenio tecum in hoc, & aſſentior tibi. Lib. 1. ad Heren. Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare, (ὁμογνωμονεῖν) cum cæteris ſcriptoribus Rationē conſtare, ſignificat æquam, legitimamq; rationem aut oſtēdi, aut apparere oſtēdi poſſe. Vlpian. Planè ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare oportet. i. rationem eum iuſtam aut oſtendere, aut facilè poſſe oſtendere. A' Conſto, quantum ad primam ſignificationem, fit Conſtans, pro eo, qui firmus eſt, & tenax propoſiti, εὐσταθής. Cic. ad Len. Hoc tantam uim habet, ut magiſtratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis Senatus conſilium eſſe uideat. A' quo Conſtantia, animi firmitudo. εὐστάθεια. Cic. ad Att. O' conſtantiam promiſſi, & fidem miram. Plin. in Epiſt. Nam cū omnibus uirtutibus abūdet, tum hac præcipue, quòd habet maximam in animo conſtantiam. Et Conſtanter aduerb. σταθερῶς, βεβαίως. Cic. de Ami. Multaq; eius & in ſenatu, & in foro, uel prouiſa prudenter, uel acta conſtanter, uel reſponſa acutè ferebantur. His contraria ſunt Inconſtans, (ἀστατής) Inconſtantia, & Inconſtanter. Vnde auctor ad Herennium lib. 3. Inconſtanti geſtu, Teſtimoniorum inconſtantiam, & Inconſtanter locutum dixit.

CONSTRATVS, uide Conſterno.

CONSTREPO, is, ere, {*Far ſtrepito*} (κτυπεῖν) idem quod Strepere. Gel. li. 4. ca. 1. Atq; omnium horum & teſtimonijs & exemplis conſtrepebat.

CONSTRINGO, is, ere, {*Stringere*} (συστέλλω) ſignificat arctare: ut, Conſtringere ſarcinam, Plau. Trinum. Cic. 1. de Ora. Quæ rem diſſolutam diuulſamq; conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret Conſtringendum ſe tradere libidinibus. Cic. 1. de Fin. Victi & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos. Conſtrictus participium: ut Habere aliquem conſtrictum in ſuis uinculis, apud Quin. lib. 2. cap. 4. Apertis uerbis conſtricta oratio, Cice. de Claris. Ora.

CONSTRVERE, {*Conſtruere, ordinare, fabricare*} (συντιθέναι, κατασκευάζειν) ſimul ſtruere, ordinare, fabricare. Cic. in Catone: Vt nauem, aut ędificium idem deſtruit facillimè qui conſtruxit, ſic hominem eadē optimè quæ cōglutinauit natura diſſoluit. Cic. 2. Philip. Itaque tanti acerui nummorū apud iſtum conſtruuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ. Conſtructus participium. Cic. 2. de Natu. Deo. Dentibus autem in ore conſtructis mādiтur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. Conſtructior domus. Cic. 1.

de Inuent. Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus conſtructior eſt rebus & apparatior, quàm ea, quæ temere & nullo conſilio adminiſtratur. Conſtructio, uerbale. Cic. 4. Acad. Et totam conſtructionem hominis fabricata eſt natura. Idem. 1. de Orat. Et ipſa oratio conformanda, non ſolùm electione, ſed etiã conſtructione uerborum.

CONSTVPRO, as, are, (μοιχεύω, καταμοιχεύω) idem quod Stuprare ſimplex. ut, Conſtuprare matronas, Liu. 9. bel. Pun. Q. Ci. de petit. conſul. Qui tan tum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denicq; in libidine artis & efficacitatis, ut propè in parentũ gremijs prætextatos liberos conſtrupant. Idem ad Att. lib. 1. Afflicta reſp. eſt empto conſtupratoq; iudicio.

CONSVADEO, es, ere, {*Perſuadere*} (πείθω) idẽ quod Suadeo. Plau. Merc. Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo. Conſuaſor, oris. Cicero pro Quintio: Hæc omnia Quintius agebat auctore & conſuaſore Næuio.

CONSVALIA, orum, uide Conſus.

CONSVANATES, Vindeliciæ populi, Octauij Auguſti auſpicijs Rom. imperio ſubiecti, ut refert Pli. lib. 3. ca. 20.

CONSVARANI, populi in ora Narbonenſis prouinciæ, quorum meminit Pli. lib. 3. cap. 4.

CONSVDO, as, are, {*Sudare*} (ὑδρόω) idem quod ſimplex ſudo. Plau. Pſeud. Iube ſis te operiri: beatus ſi conſudaueris. Col. lib. 12. cap. 7. Et ſale conſperſa biduo ſub umbra, dum conſudant, reponuntur. Cat. cap. 96. Sinito biduũ aut triduum conſudent. Conſudaſco, is, ere. idem. Col. lib. 12. cap. 48. Sicq; triginta dies pati conſudaſcere.

CONSVESCO, cis, eui, & conſuetus ſum, {*Auezzarſi, eſſere conſueta, Pet. In quanto amaro ho la mia uita auezza*} (ἐθίζομαι) pro conſuetudine habeo, in cõſuetudinem accipio. Verg. 2. Geo. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt. Colum. lib. 9. Nec magis humo, quàm ſtagnis conſueuerunt. Cic. 2. de Orat. Imò uero rogemus Antonium, qui & poteſt facere id, quod requiris, & conſueuit.
Interdum conſueſco eſt familiaritate alicuius utor. Vnde & Conſuetudinẽ dicimus pro uſu & familiaritate. Cic. pro Sext. Roſcio: Erat mihi cum eo nõ modo hoſpitium, uerumetiam domeſticus uſus & conſuetudo. Dicitur item Cõſueſco de re uenerea, quod & Conſuetudinem habere (συγγίνομαι) dicitur. Cic. 6. Verr. Huc omnes mulieres, quibus iſte conſueuerat, conueniebant. Idem Phor. Cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.

CONSVEFACIO, is, {*Aſſuefare*} (ἐθίζω): uſu doceo, cuius contrarium eſt, Diſſuefacio. Teren. in Adelph. Nihil prætermitto, conſuefacio. Ibidem: Ea ne me celet, conſuefeci filium. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 9. Conſuefaciunt quoque, ut poſſint alligari primum leuibus numellis.

CONSVETVDO, inis, {*Conſuetudine, uſo, conuerſatione, prattica*} (συνήθεια) Plau. in Mil. Hoc adeo fieri credo conſuetudine. Cato ad Cic. Contra conſuetudinem meam hæc ad te pluribus ſcripſi. Et pro conuerſatione, ac familiaritate. Teren. in And. Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor, &c. Cicero ad Curionẽ: Ego te abfuiſſe tandiu à nobis, & doleo, quod carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis, &c. Conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit, teſte Feſto. Conſuetus, participium, & nomen ex participio. Terent. And. Tum illa, ut cõſuetum facile amorem cerneres, Reiecit ſe in eum, flens quã familiariter. Ouid. 12. Metam. Exprimit inceſſus, uultumq;, ſonumq; loquendi Adijcit, & ueſtes, & conſuetiſſima quæq; Verba.

CONSVL, is, (ὕπατος, πρόβουλος) Plutar. ſummum erat apud Romanos dignitatis faſtigium, poſt exactos reges à Iunio Bruto primum introductũ ducenteſimo xliiij. ab urbe condita anno. Dicti autem ſunt Conſules a Conſulẽdo, ſiue q; reipublicæ conſulerent, ſiue q; à ciuibus conſulebantur. De eorũ officio uide Feneſtellam de Rom. Magiſt. Cicero in Piſon. Animo Conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto denique munere Conſulatus, omni officio. Proconſul (ἀνθύπατος) qui cum poteſtate extraordinaria, ad aliquam prouinciam Conſularem adminiſtrandam mittitur.

CONSVLARIS, uir (ὑπατικὸς) qui Conſulatum geſſit, quemadmodũ Prætorius, qui iam Præturam geſſit. Cic. Lentulo. Q. Maximo, qui filium Conſularem amiſit. Conſularis ætas, in qua Conſulem eſſe licebat: quæ erat annorum trium & quadraginta. Cic. 5. Philip. Quid Macedo Alexander, cũ ab ineunte ætate res magnas gerere cœpiſſet, nonne in tertio & triceſimo anno mortem obijt: quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quàm conſularis. Conſulariter, aduerb. Liu. 4. ab urb. Quinque conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; om nis conſulariter acta.

CONSVLATVS, us, (ὑπατεία) officium, uel dignitas, ſiue tẽpus, quo Conſul in officio eſt. Pli. lib. 14. cap. 15. Epulo uerò in tertio Conſulatu ſuo Falernũ, Chium, &c. Cice. pro Muræn. Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ: ſic ut ei iam exploratus & domi conditus conſulatus uideretur. De Catilina.

CONSVLO, is, conſului, conſultum, pe. cor. cum accuſatiuo. {*Dimandare conſiglio*} (προσαναβαίνομαι) conſilium peto, ut, Conſulus doctos. i. à doctis conſilium peti. Quin. Ego aures conſulens meas. Inuenitur etiam apud uetuſtiſſimos in hac ſignificatione habere duos accuſatiuos. Ibo & conſulam hanc rẽ amicos, quid faciundum cenſeant. Conſulo autem cum genitiuo Aequi uel Boni, ſignificat in meliorem partem interpretari. Pli. li. 33. Quærebat argentũ auaritia, boni conſuluit (ἀγαπᾶν μόνον) interim inueniſſe minium, rubentiſq; terræ, excogitauit uſum. Cum datiuo neutrum eſt, & ſignificat conſiliũ do, συμβουλεύω: ut, Medicus conſulunt mihi, Interdum prouideo, proſpicio, & præſidiũ fero, προνοέομαι. Sed hoc ſæpius in rebus inanimatis fit: ut, Cõſule honori tuo, Conſule, rebus tuis. Conſule ſaluti tuæ. i. prouide. Interdum ẽt de rebus animatis. Cicero Trebatio: Cõſuli quidẽ te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallẽ: hoc eſt, mallẽ q; Cæſar prouideret tibi, quã te interrogaret. Aliquãdo poſt datiuum iungimus accuſatiuũ: ut, Conſulo tibi cõmodũ tuum: hoc eſt, do tibi conſilium, quod ſit futurũ commodum, συμβουλεύω. Quandoq; accuſatiuum cum Io, pro contra, βουλεύομαι. Teren. Peſſimè iſtuc in te, atque illũ conſulit. Interdum eſt deliberare, ſed in plurali tantũ, & abſolutè: ut, Conſulunt ſenatores. i. deliberant, βουλεύονται. Cæſ. 7. Bell. Gall. Bis magno cũ detrimento repulſi Galli, quid agant conſulunt. Et grauiter de ſe conſulere, eſt aliquod pernicioſum ſibi conſilium capere, quod aut uitæ, aut fortunis: detrimenti aliquid afferat. Vnde de illis propriè dĩ, qui ſibi manus inferũt. Liui. Vt quicquã de ſe grauius cõſulerẽt, cõſcientia impulerat. κακόν τι περὶ ἑαυτοῦ βουλεῦσαι, δεινόν τι εἰς ἑαυτὸν διανοεῖσθαι. Conſulor, eris, paſſiuũ: ut, Conſulor de hac re. i. conſilium à me petitur. Ci. 3. Verr. Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuib conſuli ſolent. Senatus nihil conſulitur, Cic. Octauio.

CONSVLTE, aduerbium, {*Prudentemente*} prudenter. Plau. Rudẽt. Ille qui conſulte, docte, atque aſtute cauet.

CONSVLTO, as, {*Conſultare, deliberare*} (βουλεύομαι) delibero. Cic. 2. Off. In quibus deliberare homines, & conſultare de officio ſolent. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipu. conſultabit.
Cõſultatio, uerbale, Teren. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt. Cic. 3. Off. Sapientem & bonum uirum fugimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus.

CONSVLTO, aduerbiũ deliberatè, βεβουλευμένως, ἐκ προνοίας, Plau. Pſeu. Conſultò hoc factum eſt, mihi ut inſidiæ fierent. Gellius Conſulta opera, pro Cõſulto dixit lib. 6 cap. 17. Non ſponte, neq; conſulta opera. Cic. 1. de legib. Itaq; ad hominum commoditates & uſus tantam rerum ubertatem natura largita eſt, ut ea quæ gignuntur conſulto nobis, non fortuito nata uideantur.

CONSVLTOR, oris, {*Conſultore, conſigliere Pet. Di ciò m'è ſtata conſiglier ſol eſſa*} (ὁ συμβουλευόμενος) qui alium conſulit. i. qui conſilium ab alijs inquirit. Cic. pro Muræna: Vigilas tu de nocte: ut conſultoribus tuis reſpondeas.
Accipitũ quandoq; pro eo, qui alij conſulit. σύμβουλος, βουλευτής. ut apud Salluſtium in Iugur. ſimul ab eo petijt, ut fautor, conſultorq; ſibi adſit. Et in illo uerſu prouerbiali. Conſilium malũ conſultori peſſimum eſt. Conſultrix, fœmi. Cic. 2. de Natu. Deo. Ipſius uerò mundi qui omnia complexu ſuo coercet & continet, natura non artificioſa ſolùm, ſed plane artifex, ab eodẽ Zenone dicitur conſultrix, & prouida utilitatum, opportunitatumq; omnium.

CONSVLTORIA HOSTIA, (συμβουλευτική) erat qua diuina uoluntas per exta diſquirebatur. De hac Verg. Mactat lectas de more bidentes. Duo enim hoſtiarum genera à Macrobio enumerantur: quarũ altera animalis uocatur, cũ idcirco ſolùm hoſtia mactabatur, ut eius anima, hoc eſt, ſanguis et uita Deo alicui offerretur: altera Conſultoria, cuius exta ab aruſpice inſpici ſolent & Deum uoluntas ex illis explorari.

CONSVLTVS, (συμβουλευθείς) quando participium eſt, ſignificat eum, qui cõſulitur, hoc eſt, à quo conſilium petitur: ut, Medicus conſultus dixit te febri laborare. Cic. pro Milone: Nihil de eius morte populus conſultus. Quãdoq; nomẽ eſt, & ponitur pro prudenti & ſapienti, φρονιμός. Ouid. lib. 1. de Arte amãdi: ſit tibi credibilis ſermo, conſultaq; uerba. i. prudentiæ ac ſapientiæ plena. Eſt aũt nomen duobus modis. ſ. cum per ſe ponitur. Hora. Eris tu, qui modo miles, Mercator: tu conſultus modò, ruſticus. Vel quando habet genitiuum. Liu. 10. Callidos, ſolerteſq; iuris, atque eloquentiæ conſultos. Hinc dicimus Conſultus iuris, (ἐξηγητὴς τῶν νόμων) & Iuris conſultior, & cõſultiſſimus. Idẽ li. 1. Conſultiſſimus iuris, ut illa quiſquam ætate eſſe poterat. Sic Inconſultus habet tam ſignificationem participij, quã nominis. nõ tamen dici poteſt participiũ: quòd non habeat uerbi originẽ. Et Conſultum, (συμβούλευμα) in neutro genere, idẽ eſt quod ſtatutum, ſiue decretũ. Hinc dicimus Senatuſconſultum, pro eo quod Senatus decreuit. Hora. in Epiſt. Qui conſulta patrũ, qui leges, iuraq; ſeruat. Dicimus ẽt, Opus eſt conſulto: hoc eſt: opus eſt conſulere, ut illud Salluſt. Nam & priuſquam incipias, conſulto & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt. i. conſulere, ſiue ut conſulas.

CONSVMMO, as, per duplex mm, {*Finire, condurre à fine*} (ἀποτελέω) perficio, conficio. Cic. 6. Phili. Bella, quæ à conſulibus geſta & cõſummata ſunt. Idem 1. Off. Latiſſime uidentur patere ea, quæ de officijs tradita à Philoſophis & præcepta ſunt, & conſummata. Pl. Epiſt. 2 56. Cogor petere à te, non ſolum ob theatrum, uerum etiam ob hæc balnea, mittas architectum diſpecturum, utrũ ſit utilius, poſt ſumptũ, qui factus eſt, quoquomodo conſummare opera ut inchoata ſunt, an quæ uidentur, &c. Sacrum conſummare, peragere ſacrum, Sene. Hippo. Conſummatus, a, um, (τέλειος) perfectus. Martia. Quod magni Thraſeæ, conſummatiq; Catonis. Col. Nullius eſt conſummatæ ſapientiæ.
Conſummatio, perfectio, Col. lib. 2. Hac conſummatione operum, colligitur poſſe agrum &c.

CONSVMO, is, pen. prod. {*Conſumare, diſtruggere. Pe. Che dolcemente ſi conſuma e ſtrugge*} (ἀποδαπανάω) in nihilum redigo. Ci. 1. de Legib. Sed cùm ea tempeſtas, uetuſtaſve conſumpſerit. Salluſt. Ego non rem familiarem modo, uerum etiam ædem conſumpſi. Conſumor, paſſiuum, abſumor. ut Conſumor ſiti. Cæſar. 8. Bell. Gall. Conſumi incendio, Liu. 4. Bel. Pun. Conſumi ſenio & mœrore. Liu. 10. Bell. Maced. Conſumptus, participium, abſumptus: ut, Conſumptus peſte, Pli. lib. 11. cap. 28. Morte conſumptus, Tibull. lib. 1. Conſumpta oratio, Salluſt in Iugur. Conſumpta & exhauſta actio, Cic. de Ora.
Conſumptio, onis, Cic. de Vniuer. Itaque ſeipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. Conſumptor, oris. Cic. 2. de Nat. Deo. Atque noſter ignis, quẽ uſus uitæ requirit, confector eſt, & conſumptor omnium.

CONSVO, is, ſimul ſuo, {*Cuſcire inſieme. congiungere*} (συῤῥάπτω) compono, coniungo. Plau. in Amph. Aduenſti audaciæ columẽ, cõſutis dolis. Imo equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis. Conſutura, ræ. Sue. in Vitel. ca. 2. Cuius filius ſectionibus & conſuturis uberius compendium nactus, &c.

CONSVRGO, is, ere, {*Leuarſi inſieme*} (συνανίσταμαι) ſimul ſurgere. Sall. Cõſurrexere omnes, ſimulq; in eum impetum fecerunt. Cic. ad Quint. Frat. lib. 3. Conſurrexit Senatus cum clamore ad unum ſic ut ad corpus eius accederet.
Conſurgitur, impersonale. Cice. 6. Verr. Itaque in curiam uenimus, honorificẽ ſanè conſurgitur. Conſurrectio, onis. Cice. de Aruſp. Reſp. Cepi equidem fructũ maximum & ex conſurrectione omnium ueſtrum, &c.

CONSVS, (ἱππος ποσειδῶν) conſiliorum Deus putabatur, qui ideo templum ſub tecto circo habebat, ut oſtenderetur tectum eſſe debere cõſilium. Hinc Cõſualia, ludi, (κωνσουάλια) qui fiebant in honorem Conſi. Liu. li. 1. Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolennes, Conſualia uocant. Pli. de uiris illuſtri. Quibus negatis, ludos conſualia ſimulauit, ad quos cum utriuſque ſexus multitudo ueniſſet, dato ſuis ſigno, uirgines raptæ ſunt. Varro. 4. de Ling. Lat. Cõſualia dicta à Conſo, quòd tum feriæ publicæ ei Deo, & in circo ad aram eius ab ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinæ raptæ.

CONSIDERO, as, uide Conſidero.

Conſygne,

CONSYGNE, es, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, ob laſciuiorem cum uiro iocum à cane lacerata. Auctor Pli. lib. 8. cap. 40.

CONTABEO, es, uel Cõtabeſco, is, {*Corromperſi, ammarcirſi*}(μαραίνομαι, συντήκομαι) idem eſt quod ſimplex Tabeſco, hoc eſt, in tabem conuertor. Cice. 3. Tuſcul. Vt Artemiſia illa Mauſoli Cariæ regis coniux, quæ nobile illud Halicarnaſſi fecit ſepulchrum, quandiu uixit, uixit in luctu, eodemq; etiã confecta contabuit. Plaut. Merc. Cur ædepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcat.

CONTABVLARE, {*Intauolare*}(σανιδοῦν) eſt tabulis, hoc eſt, aſſeribus aliquid tegere. Sueton. in Caligula: Aemulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquantó anguſtiorem Helleſpontum contabulauerat. Pli. lib. 36. ca. 25. Quemiaq; axibus contabulare. Cõtabulare murum turribus, Cæſar. 7. bel. Gal. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt. Contabulare turres, Cæſ. 5. bell. Gall. Turres contabulantur, pinnæ loricæq; ex cratibus attexuntur. Contabulatio, uerbale. Cæſ. 2. Bell. Ciui. Vbi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem, eam in parietes inſtruxerunt, ita ut, &c. Et paulò poſt apertè declarat, quid ſignificet contabulare.

CONTADESDVS. Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianẽ, Agrianes autem in Hebrum, qui iuxta Aenum oppidum in mare influit. Vide Herodotum lib. 7.

CONTAGIVM, & Contagio, et Contages, pen. pr. {*Male attaccaticcio*} morbus qui ex contactu contrahitur: ex Con, et Tago, is, quod eſt tango. Verg. Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Lucr. lib. 4. Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt. Contagioſus, a, um, adiectiuum: ut, Contagioſa febris. Cõtagioſus morbus, & Peſtis contagioſa à Celſo dicuntur, quibus qui laborant ſolo contactu alios inficiunt.

CONTAMINO, as, pen. cor. {*Contaminare, macchiare*}(μιαίνω) ex Con, & Tamino & eſt fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo. Vnde cũ res rei ita immiſcetur, ut neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Terẽ. in prologo. Andr. Contaminari non decere fabulas, & Liu. lib. 4. Contaminari ſanguinem ſuum patres, confundiq; iura gentiũ rebantur. Hinc contaminatus, a, um, μιαρός. Ibidem: An eſſe ulla maior, aut inſignior contumelia poteſt, q̃ partẽ ciuitatis, uelut contaminatam, indignã connubio haberi? Huius contrarium eſt. Incontaminatus, Idem ibidem: Quaa, quantai ꝗ res C. Cannuleiũ aggreſſum, colluuionẽ gentium, perturbationem auſpiciorum publicorũ priuatorumq; afferre, ne quid incontaminati ſit. Sunt & Attamino, & Intamino, quæ ſunt contraria. Horatius. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus. i. incorruptis & indiminutis.

CONTECHNOR, aris, {*Machinare, taccagnare*}(μηχανῶμαι) commachinor, & fallaciam aliquam componi. Plau. Pſeud. Vide modò, ne illic ſit contechinatus quidpiam.

CONTEGO, pe. cor. {*Coprire*}(περιστέλλω, καλύπτω) cooperio. Pli. lib. 15. cap. 19. Paruarum genus arborum poſt autumnum fimo contegunt. Cice. pro Seſt. Meſſoria ſe corbe contexit. Contectus, participium. Caſa Contecta ſtramine. Ouid. 5. Meta.

CONTEMERO, as, are, {*Violare, macchiare, ſporcare*}(καταμιαίνω, βιάζομαι) contaminare, fœdare, polluere, uiolare. Mart. lib. 1. Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum, Auſus tam notas contemerare manus.

CONTEMNO, is, pſi, ptum, ſperno, uilipendo, {*Sprezzare, diſprezzare*. Pet. *Gia per antica uſanza odia e diſprezza*}(ὑπεροψίαν ἔχω, ὀλιγωρέω.) Pla. in Aſin. Tu uerbero imperium meum cõtempſiſti. Et eſt minus, quã deſpicio. Cice. de Seneſt. Contemni ſe putant, deſpici, illudi. Componitur autem ex præpoſitione Con & uerbo Temno: quo etiam Vergilius uſus eſt. 6. Aene. Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos. Contemptor, aris, ari, frequentatiuũ à contemno. Plaut. Mirari noli, neque me contemptarier. Contemptus, participium, ſpretus. Cic. pro Seſtio: Qui nullo præmio propoſito, præter hoc quod iam cõtritũ & contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, &c. ſuſcepit. Contemptus nomen ex participio. Plau. Poen. Contemptiores magis erunt, atque audi minus. Temniſſimus uictus, atque contemptiſſimæ eſcæ, Cic. 2. de Fin. Contemnendus. Cic. de Clar. Ora. Ne Titus quidem Poſthumius contemnendus in dicendo. Contemptor, ris, uerbale. Deum contemptor Mezentius, Verg. 8. Aene. Contemptrix. Plin. lib. 19. cap. 8. Eruca præcipuè frigorum contemptrix. Contemptio, uerbale. Fortunæ contemptio, Cic. in Parad. Contemptus, us, deſpectio, ὀλιγωρία: ut, tu es omnibus contemptus: id eſt deſpicieris ab omnibus. Contemptim aduerbium. Plaut. in Poen. Ne nos tam contemptim conteras.

CONTEMPLATIO, {*Contemplatione*}(ἀνάγνωσις, θεωρία, σκέψις) cõſideratio ſiue meditatio rerum occultiorum, teſte Cicerone. 4. de Fin. Idẽ. 1. Acad. Eſt enim animorum naturale quoddam quaſi pabulum, cõſideratio, contemplatioq; naturæ. Contemplatiuus, a, um, θεωρικός. Vnde contemplatiua uita, quæ contemplatione dedita eſt. Sene. epi. 95. Ars nulla contemplatiua ſine decretis ſuis eſt: Philoſophia autem contemplatiua ſimul & actiua.

CONTEMPLOR, aris, {*Contemplare, conſiderare coſe occulte*. Pe. *Pur à ueder et contemplare il fine*} (κατοπτεύω, ἀποσκοπέω) diligenter intueor, & res abditas conſidero: uerbum dictum à templo. i. à loco qui ab omni parte aſpici poteſt, uel ex quo omnis pars poteſt uideri, quem Augures Templum nominabant. Cic. pro Deiot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lactan. lib. 6. Vel ſi cœleſte lumen, quod dicimus ſolem, contemplari uelint. Inuenitur & contemplo. Plau. in Aſin. Hem meum caput contempla, ſi quidem ex te conſultas tua Ennius: Contempla, & templum Cereris ad læuam aſpice. Contemplatus, us, ui. Oui. 5. Triſt. A' contemplatu ſummoueoq; mali. Contemplator, oris: ut, Contemplator cœli, Cic. 1. Tuſc.

CONTEMPORANEVS, a, um, {*Del medeſimo tempo*}(σύγχρονος) eiuſdem temporis, coætaneus.

CONTEMPTIBILIS, à contemno: {*Diſprezzabile*}(εὐκαταφρόνητος) idem quod contemnendus. Vnde contemptibilitas, item Contempte. Contemptim, (ὀλιγωρητικῶς) & Contemptibiliter, aduerbia.

CONTENDO, {*Andare, contendere, domandare affaticoſamente*}(στέλλομαι) proficiſcor, iter inſtituo, quaſi contra tendo. Cæſar lib. 1. Ipſe de quarta uigilia, eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit. Item ἀμφισβητεῖν, certare. Verg. lib. 4. Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contẽdere bello?

Item cum conatu, ac nixu petere, ſeu aliquid agere, σπουδάζω, διατείνομαι, φιλοτιμεῖσθαι. Vnde Contenta corpora dicimus, (τὰ τεταμένα σώματα) quæ omni nixu intenduntur aduerſus labores, ut in arcu uerum. Cic. 1. Tuſc. Sunt quædam animi ſimilitudines cum corpore, ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Hinc ẽt ſit Contentio uerbale, quod ſignificat uehemẽtem conatũ ad aliquid agendum. Cic. 3. de Orat. Permulta tum uehementiſſima contentione animi, ingenij, uirium, ab eo dicta conſtabat. Eſt præterea Cõtentio, (ἀγών) oratio acris, ad confirmandum, & confutandũ accommodata: quæ à Plin. in Epiſt. dicitur. Oratio pugnax, & contentioſa, ἐγκληματικός, φιλόνεικος. Conſtat autem contrarijs uerbis, quæ ἀντίθετα, id eſt contrapoſitũ pariunt. Vt illud pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorẽ audacia, rationem amentia. Item continuare, ut lib. 3. de Orat. Nihil perniciosius, quã ſine intermiſſione contentio. συντονία. Item feſtinare, προθυμεῖσθαι, κατατείνεσθαι, ἐπείγεσθαι, Verg. 1. Aene. Quæ littora proxima, curſu Contendunt petere. Itẽ aſtringere, intorquere, συντείνειν: ut li. 4. Geor. Tanto nate magis contẽde tenacia uincla. Item comparare, ἀμιλλᾶσθαι, παρεξετάζειν, συνεξετάζειν, ἀντιπαραβάλλειν, & ad uerbũ ἀντιπαρατείνειν, συμπαρατείνειν: à quo Contentio, ἡ τῶν παραλλήλων, τιθεμένων ἐξέτασις, καὶ θεωρία. li. 1. ad Herennium Si noſtram cauſam laudando extollemus, & aduerſariorum per contentionem deprimemus. Item extorquere, διαζεύξασθαι Cic de Amic. Extremum autem præceptum in beneficijs operaq; danda, ne quid contra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere, βάλλειν, κατατείνειν. Verg. 5. Aen. Qui tamen acrius telum contendit in auras. Item intendere, ἐπιτείνειν. Hinc Contendere arcũ uel citharam dicimus, cum chordas intendimus. Et per tranſlationem Contendere neruos ingenij, corporis, ſiue induſtriæ, hoc eſt, uires omnes in re aliqua explicare. Cic. 2. Verr. Magnum ſanè onus, ſed dignum in quo omnes neruos ætatis induſtriæq; meæ contenderem. Hinc Contentio, (διάτασις) pro intentione, ſiue uehementi tentione. Contentè, aduerbium, contentius, contentiſſime. Cice. 5. Tuſc. Socratem ferunt cũm uſque ad ueſperam contentius ambularet, quæſitumq; eſſe ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, Se quo melius cœnaret obſonare ambulando famem. 2. Tuſ. Genu me hercule M. Antonium uidi, cũ contentè ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere. Contentioſus, a, um, φιλόνεικος. Pli. Epiſt. 19. Oratio de qua loquor, pugnax & contentioſa eſt. Contentioſe, aduerbium, ut, Contentioſe agere, id eſt, pertinaciter.

CONTENEBRARE, {*Farſi ſera*}(σκοτάζομαι) uerbum neutrum eſt, pro aduesperaſcere. Varr. de R. ruſt. ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt, quoad contenebrauit.

CONTENTVS, a, um, {*Contenuto, contento*. Pet. *Et tu per me ne fui contento e ſatio*}(περιεχόμενος) cum eſt participium à contineor, ſignificat illud, quod ab alio continetur. Quando uerò ſignificat eum qui animo ſatiatus eſt, neq; quicquam præterea deſiderat (ἀρκούμενος) nomen eſt, non participium. quãdo quidem neque tempus retinet, neque ſignificationem Teren. in Eunucho: Neq; tu uno contenta eras, neque ſolus dedit. Vnde ſuperflua uidetur prolixa illa apud Vallam diſputatio, an Contentus actiuam retineat ſui uerbi ſignificationẽ, an paſſiuam: cum omnino uerbi ſui ſignificationẽ non retineat. Neq; n. Contentus is dicitur, qui continet, aut qui continetur: ſed qui nihil extra ſortem ſuam deſiderat. Eſt etiã Contentus participium à Contendor, idẽ pene ſignificans quod extenſus, ἐπιτεταμένος. Cic. in Tuſcul. Baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atque adducta uehementius.

CONTERMINVS, ni, {*Finitimo, uicino, confinante*}(ὅμορος) finitimus, et uicinus, quaſi eundem terminum inhabitans. Col lib. 1. cap. 3. Niſi Autolicus ille unquam potuit tolerabilis eſſe conterminus, aut Auentini montis incola Palatinus ullum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit. Plin. li. 12. ca. 8. Contermina Indis gens Ariana. Stabula ripæ contermina, Oui 8. Meta.

CONTERO, is, ere, {*Ridurre in poluere, conſumare*}(συντρίβω) in puluerem redigere. Varr. de R. ruſt. cap. 7. faſtidium ſabendi eſt, ſcillæ modicum conterunt cum aqua. Conterere radicem in puluerem, Pli. lib. 26. cap. 11. Diem cõterere i. conſumere. Plau. Caſ. Conterin diem Dum adſto aduocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus, Cic. 1. de legib. Contritus participiũ. Plin. libro. 20. capi. 13. Datur & dyſentericis cum caſeo in uino contrita. Cice. 2. de Finib. An uerum eſt hoc uetuſtate contritum prouerbium, Dignus, qui cum in tenebris mices. Contritor, oris, uerbale, Plautus Perſa: Contritor compedum.

CONTERRANEVS, {*Di una medeſima terra*}(ὁμόχωρος) dicitur, qui ex eadem terra eſt, quapropter Catullum conterraneum ſuum Plinius in Præfatione prima uocat, qui non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat. Verbũ eſt in caſtris natum, quemadmodum pleraq; eodem fine deſinentia.

CONTERREO, es, ere, (ἐκπλήττω) notæ ſignificationis. Liu. 1. ab urb. Nouũ pugnæ conterruit genus. Conterret latratu canis aduenientem. Col. lib. 7. cap. 12. Conterere uultu aſpectuq; loquacitatem alicuius, Cice. 1. de Orato. Verg. 3. Aene. Aſpectu conterritus hæſit.

CONTESTANIA, regio citerioris Hiſpaniæ, in qua ſita eſt Carthago noua. Auctor Pli. lib. & ca. 3.

CONTESTOR, aris, {*Chiamare in aiuto*}(ἐπιθεάζω) obteſtor, imploro, precor. Cice. 6. Verr. Deos homines conteſtans, clamare cœpit. Conteſtari litem (διαμαρτυρεῖν, προκαταρχὴν δίκης) inquit Feſtus, dicuntur duo aut plures aduerſarij, q̃ ordinato iudicio, utraq; pars dicere ſolet, teſtes eſtote. Cic ad Att. lib. 16. Neq; n. illi litem conteſtabuntur. Hinc Litis conteſtatio dicta, quæ naſcitur ex petitione actoris, & reſponſione rei. Conteſtatus participium: ut conteſtata uirtus. Cic. pro Flac. Cumq; ab hac perenni, conteſtataq; uirtute maiorum non modo non degenerauit L. Flaccus, ſed id, &c.

CONTEXO, is, ere, {*Teſſere inſieme, congiungere*}(συνυφαίνω) ſimul texere. Cice. de Na. Deo. Quid enim oues aliud afferunt, niſi ut earum uillis confectis atque contextis, homines ueſtiantur. Contexere, coniungere. Pli. Epiſt. 101. Sub his per latus omnes uineæ porriguntur, unamq; faciem longè lateq; contexunt. Contexere amores, Catull. Contexere interrupta, Cic. 1. de Legib.

Contexere carmen, Cice pro Cælio. Contexere crimen, Cice. pro Deiotaro. Contextus participium. Argentos & auro contextus, Tibull. li. 1. Conte-

xtus,us,ui,(συμπλοκή).Cic.5.de Fini.Pennarumq; contextu corpori tegumẽta faciebat. Contexte,aduerbium Cic.de Fato: Omnia naturali colligatione conſertè contexteq; fiunt. Contextim,aliud aduerb. Pli.lib.10.ca.53. Turdi in cacuminibus arborum luto ædificantes,pene contextim in ſeceſſu generant.

CONTICEO,es,pen.cor.{Tacere inſieme}κατασιγάω.ſimul cum cæteris taceo. Verg.2.Aene.Conticuere omnes,intentiq; ora tenebant.Cic.in Catil.Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conſcientia conuictus repentè conticuit. Hinc

CONTICESCO,is,cum alijs tacitus fio,κατασιωπάω.Pli.lib.11.cap.10.Tum repentè omnes conticeſcunt.

CONTICINIVM noctis,(πρῶτον ὕπνου,νυκτὸς ἀωρί.Poll.)primum tẽpus, quo omnia quieſcendi gratia cõticeſcunt.Plau.in Aſin.Redito huc conticinio. Macrobius tamen & Cenſorinus Conticinium uocant,eam partem noctis quæ media eſt inter gallicinium,& diluculum: & inde dictum uolunt, q gallitum conticeſcant.Vide ea,quæ ſuprà annotauimus in dictione Dies.

CONTIGNO,as,{Congiongere traui}(κατασανιδόω,συνάπτω.) quaſi tigna cõiungo.unde in dictione Tignus. Hinc contignatio,(σανίδωμα)quę eſt ſolarium domus,ſiue ſtratum ſit gypſo,lateribusve, ſiue non ſtratum: qualia ferè ſunt ſolaria domorum in Apulia.Eoq; pro miraculo apud Liuium refertur,bouem in tertiam contignationem conſcendiſſe.Pli.Seſquipedalis paries nõ plus, quàm unam contignationem tolerat.Eſt enim ſuperior et inferior contignatio. Galli Eſtagias uocant.

CONTINENS,participiũ,{Che contiene,continente,terra ferma.}(τὸ περιέχον)ea poteſt ſignificare,quæ continent.Continens etiam ille dicitur,qui ſe ab omni turpitudine continet,hoc eſt,caſtus,& ſobrius.Teren.in Eunu. Hoc nemo fuit Minus ineptus,magis ſeuerus quiſquam,nec magis continens. Continens uerò fœminini generis,(ἤπειρος)ſumitur pro terra,quæ nõ eſt inſula,quã uulgo terram firmam appellant,qualis eſt Italia. ut,Ex Sicilia ad continentem parum intercapedinis eſt.Nam inſula eſt, quæ mari circundatur,ut Sicilia,Sardinia. Cherroneſus autem peninſula dicitur,quæ penè tota mari circundat̃,aliqua tamen ſui parte continente coniungitur:ut Peloponneſus.Iſthmos uerò eſt anguſta terra,peninſulam cum continente coniungens. Continens neutri generis à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis,τὸ συνέχον Ci.in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc Continentia uocentur, quaſi firmamenta defenſionis: quibus ſublatis defenſio nulla ſit. Accipitur item Continẽs,pro continuo,ſeu propinquo. Vnde Vlpianus ſcribit,Continentes prouincias accipi debere,quæ Italiæ coniunctæ ſunt. Tryphon.de Excuſat. tut.l.Titius teſtamento Romæ concepto,aut in cõtinentibus ſubaudi Locis.

CONTINENTER,aduerbium,{Continentemente ſobriamente,congiuntamente}ἐγκρατῶς,συνεχῶς.modo ſignificat parcè,ſobriè et pudice. Pla. Quanquam illum pater arctè & continenter habet. Modo coniunctè, iugiter,q συνεχῶς. Idem: Trium dierum ſitim continenter tulit. Cæſar: Belgæ cũ Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium eius eſt Incontinenter,(ἀκρατῶς,ἀκροαλῶς)hoc eſt,intemperanter,& impudice.

CONTINENTIA,{Continenza,temperanza}(ἐγκράτεια)fit à Continẽs de qua Cic.lib.2.Offi.Sed ualetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis,& obſeruatione earum rerum,quæ aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe:et continentiam in omni uictu,omniq; cultu corporis tuendi cauſa,& in prætermittendis uoluptatibus.Huic contraria eſt Incontinentia,ἀκράτεια.

CONTINEO,es,pen.cor.continui,contẽtum,{Tenire,contenere}(λαμβάνομαι)idem quod tenere,& quodammodo ſtringere.Plau.Rud.Perij, animo male ſit: contine quæſo caput.Idem Caſina: Contine pectus,face uentulum amabo pallio. Continemus fluuium ſuo alueo,aut ripis:uel beluas ſeptis. Item continemus nos domi,cum in publicum non prodimus. Ponitur aliquando pro moderari,temperare,uel coercere,κατασχέλλειν. Vnde Cõtinẽs,(ἐγκρατής),pro abſtinente & integro:cuius contrarium eſt Incontinens,ἀκρατής. Lactan.li.3. Da libidinoſum,adulterum,ganeonem: iam ſobrium,caſtum,continentẽ uidebis. Aliquando eſt intra ſe tenere,περιέχειν:ſic dicimus, Vrbem continere homines,& Locum continere locatum. Item continuare,(συνέχειν)unde et Cõtinens,(τὸ συνεχές)dicitur continuatum.Liuius: Continens imperiũ uſq; ad nos habebitis.Suet.in Calig.Per hunc pontem ultro citroq; commeauit,biduo continenti.i.continuo.Curtius: Omnia uelut continenti incendio ardere uiſa.Cic.1.Tuſ.Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Item lib.2.Offi.pro ſimul tenero poſuit,(συνέχειν)& quaſi inuitum tenere,cũ inquit:Nec ulla res tam uehementer Rempublicam continet, quàm fides.

CONTINGO,gis,contigi,contactũ,{Toccare,accadere}(ἅπτομαι,κατάπτομαι)idem quod tango.Col.li.1.Plurimis & his anguſtis illuſtratum feneſtris, atque a terra ſic editis,ue manu contingi poſſint.Verg.2.Aenei. Funemq; manu contingere gaudent. Ponitur & pro accidere,ſiue euenire: ſed hoc duntaxat in tertijs perſonis,ὑπάρχειν,ἐνδέχεσθαι Cic.5.Tuſ.Quod non modò ſingulis hominibus ſed potiſſimis philoſophis contingit.Impersonale uerò cũ infinitiuo:ut,Contingit,mihi eſſe felici,uel felicem. Quandoque abſolute,ut apud Teren.Hanc mihi expetiui,contigit:conueniunt mores.Ex quo datur intelligi, non ſemper ſeruari quod aiunt,Contingere eſſe de malis,quę ſumus ueriti,Obtingere de optatis,Accidere de inopinatis,tam bonis quàm malis. Contingens participium.Cic.2.de Diuin.Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur,terram pene contingens. Contingens, nomen adiectiuum: unde à Dialecticis Contingentia dicuntur, quæ in utranque partem accidere poſſunt. Hinc Contactus participium:ut,Contactus religione dies. Liu.Si diem contactum religione, inſignemq; nomine eius loci timeãt Romani. Et contactus,huius contactus,nomen.Col.lib.13.cap.3.Contactu eius langueſcunt incrementa uirentium. Contiguus,a,um, quod contingit.Plin. lib.2.cap 9 Sed alijs admota cœlo,aliàs contigua montibus.Ouid.4. Meta. Contiguas habuere domus.

CONTINVO,as,{Continuare, perſeuerare}διατελέω. perſeuero, perago. Apul.Scaphas aſcendere,mare iter continuare. Sic Continuare ſermonẽ, συνείρειν τοὺς λόγους.Et continuare perpotationem.Pli.lib.14.cap.22.Biduum,duobusq; noctibus perpotationem continuauit. Vnde Continuatio,uerbale,Cic. 2.de Nat.Deo.Eſt mirabilis quædam continuatio ſeriesq; rerũ,ut alia, ex alia annexa,et oẽs inter ſe aptę,colligatęq; uideantur. Continuitas,atis, idem quod continuatio. Pli lib.8 capi.30.Collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectiq;,niſi circumactu totius corporis,nequit.

CONTINVO,aduerbium,{Di fatto,di ſubito, incontanente}(παραυτίκα) idem eſt quod ſtatim,aut confeſtim.Teren.in Eunucho:Continuo accurrit ad me. Eleganter etiam ponitur interrogatiuè, uel negatiuè pro Num ideo,uel Non ideo.Cic.pro Roſc.Amer.Non continuò,ſi me in gregem ſicariorum cõtuli,ſum ſicarius. Hoc eſt,Si me in gregem ſicariorum contulerim, non ideo ſequitur,me eſſe ſicarium. Interrogatiuè apud eundem.2.de Ora. Ac ſi tibi ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent,num continuò,ſi quis populi motus factus eſſet,id C.Norbano in nefario crimine eſſet ponendum? Num continuo dixit pro Num ideo.

CONTINVVS,a,um,{Continuo,ſenza interuallo.}(διηνεκής)quod eſt ſine interuallo: & opponitur intermiſſo. Plaut.in Mil. Quin ubi triduum continuum fuerit,iam odioſus ſiet.Pli.in Epiſt. Litus ornant uarietate gratiſſima,nunc continua,nunc intermiſſa tecta uillarum.

CONTINVSA,inſula Hiſpaniæ adiacens,in freto Gaditano,alijs nominibus Gadira, & Tarteſſus appellata Vide Pli.lib.4.cap.22.

CONTOPHORI,(κοντοφόροι)equitum genus,qui in bello contis utebant̃, hoc eſt,haſtis oblongioribus. Diſtinguit enim Iulius Pollux li.1.Onomaſtici,equites in ſpecies,ſeptem,Hippotoxotas.ſ.doratophoros,hypaſpiſtas, ſcenophoros,hippagogos,& amphippos,hoc eſt deſultorios.

CONTOR,aris,{Scandagliare,}(ἐξετάζω,ἐπιζητέω)uerbum deductũ à conto nautarum pertica,qua illi maris profunditatem explorãt,idẽ ſignificãs quod inquiro, & tanquam conto exploro, & ita ſcribendum eſt ſine c per n literam. Nam cunctor alterius eſt ſignificationis:quanquam chalcographorum quorũdam imperitia in quibuſdam exemplaribus alterum pro altero poſitũ inuenias. Cic.ad Att.lib.11.Cumq; ex eo de me contaretur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat,ſe mihi eſſe inimiciſſimum. Hinc ſit compoſitum Percontor,diligenter & exactè inquiro: & Percontator uerbale.

CONTORQVEO,es,etc,{Lanciare,trarre}(λυγίζω,περιάγω,συστρέφω)in ambitum & gyrum torquere.Plin.lib.11,capi.37. Erecta autem, rugarumq; ambitu contorta.Cic.2.de Na.Deo.Non eſt enim ætheris ea natura, ut ui ſua ſtellas complexa contorqueat.Ibidem lib.3. At q̃ rhetoricè,q̃ copiosè,quas ſententias colligit? quę uerba contorquet? ut licere cuiuis rhetori intelligas. Contortulus,diminutiuum à contortus.Cic.2.Tuſcu.Sit'ne igitur malum dolor, nec'ue,Stoici uiderint,qui cõtortulis quibuſdã ac minutis concluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus,effici uolunt,non eſſe malum dolorẽ. Contortio,onis. Cic.de Fato: Maius eſt enim has contorſiones orationes,q̃ ſignorũ ortus obitusq; perdiſcere. Contorte,aduerbium.Cic.1.de Iuuen. Hinc conſiderandũ erat,nequid perturbate,nequid contorte dicatur. Contorquendus.Cic.2.de Ora.Qui tanquam machinatione aliqua tum ad ſeueritatem,tum ad remiſſionem animi,tum ad triſtitiam,tum ad lætitiam eſt contorquendus.

CONTORTVPLICARE,{Volgere tortamente}contorte inuoluere quaſi contorte plicare: quo uerbo uſus eſt Plautus in Perſa:Ita ſunt Perſarum mores longa nomina,Contortuplicata habemus.Hoc eſt,adeo dura & quaſi confragoſa,ut uix efferri poſſint.

CONTORTVM,{Torto diſtorto}dicitur id,quod cũm ſequitur, non conuenit cum ſuperiore,συνεστραμμένον.Et contortæ res,(συμπεπλεγμένα)dicuntur perplexę,& perturbatę, & ſibijpſis minime cohærentes.Cic.lib.1.de Ora.Contortas,& ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus.

CONTRA,{Contro}(ἀντί,κατά cum genitiuo)præpoſitio eſt,quæ & ſeparatur,& componitur: ſignificatq; aduerſum,locumq; uel perſonã deſignat. Separata eſt apud Vergilium:Contra Neptunum,& Venerem,contraq; Mineruã. Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d,ut Contradico:e,ut cõtraeo:u,ut Contrauenio.Inuenitur etiam Contra pro è regione,ſiue ex oppoſito,ἐναντίον:& hoc tam cum caſu,quàm ſine caſu.Verg.1.Aene. Italiam contra.Iuuen.Stat cõtrà,ſtariq; iubet. Aliquando ponitur pro uiciſſim.αὖ,πάλιν. Teren in Adelph.In eo me oblecto ſolum,& charum ille ut item contrà me habeat,facio ſedulò.

CONTRADICO,{Contradire}(ἀντιλέγω)refragor.Cic.1.Tuſc. Vt cũ is,qui audire uellet,dixiſſet,quid ſibi uideretur,tum ego contradicerem. Contradictũ,cti.Quin.in Procem.lib.4.Diſſoluere contradicta. Contradictio, uerbale,ἀντιλογία.Quin.lib.2.cap.18.Ponuntur hæ quandoque in ſecundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones.Id eſt, Inſtantiæ & obiectiones, quas uocant.

CONTRAHO,is,contraxi,contractũ,{Riſtringere,raunare.Pet.Era la mia uirtute al cor riſtretta}(συστέλλω,συλλέγω)colligo, & in unum congrego. Verg.3.Aenei Contrahimusq; uiros. Pomponius Lentulo & Marce. Epiſto.ad Att.lib.8.Vos hortor,ut quodcunque militum contrahere poteritis,cõtrahatis. Contrahere auxilia,apud Liu.de Bel. Pun. Contrahere pecuniam Pli.Epiſt.311. Contrahere amicitiam. Cic.de Amic.Quæ in rerum natura, totoq; mundo conſtarent,quæque mouerentur,ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiã. Quandoque compono,conflo,ἐπισπάομαι:ut, Aes alienum contraxi.Pli.Epiſt.55.Vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis cauſis.Cic.Q fratri.lib.1.Conſtare inter omnes uideo, abs te ſummã adhiberi diligentiam,nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. Quandoque cõmitto.Cic.ad Q.Frat. Ea moleſtiſſime homines ferre debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt. Quandoque paciſcor,(συντίθεμαι) & conuentionẽ facio,ut fit in emendis,uendẽdisq; mercibus.Idem li.1.Offi.Nulla uitæ pars neque publicis,neque priuatis,neque forenſibus,neque domeſticis in rebus, neq; ſi tecum agas quid,neque ſi cũ altero contrahas,uacare officio poteſt.i.ſi negotiũ aliquid cum alio geras. Inde Contractus,(ἀλλαγή,συμβόλαιον) hoc eſt, negotiũ,ſiue pactum,quod cum alio inimus.Quandoque conſtringo,retraho, (συστέλλω)puta cum nerui contrahuntur rigore,aut metu, ita ut extendi nequeant.Vnde Contractio,συστολή.Idem.1.Tuſc.Sed eò quòd in hoc eſt omnis animi contractio ex metu mortis. Quandoque conquiro, ἀντιποιοῦμαι. Lib.1.ad Heren. A' noſtra perſona beneuolentiam cõtrahemus,ſi noſtrum officium ſine arrogantia laudabimus. Contrahere frontem,(ἀνασπᾶν τὸ μέτωπον)eſt frõti rugas inducere.Plau.in Prologo in Amph. Quid cõtraxiſtis frõtem,quia tragœdiam dixi hanc? Contractus,participium:ut,Cõtractus exercitus,

citus,Liu.7.Bel.Pun. Contracta breuitas,Cice.3.de Orat. Contractæ res, Idem.1.Offi. Paupertas contracta apud Horatium,&c. Contractus,nomen ex participio.Cice.in Parad. Accipias igitur hoc paruum opuſculum lucubratū his iam contractioribus noctibus. Col.lib.5.cap.5.Sed neq; ſpatioſiora,quā decem pedum,neque contractiora,quàm quatuor. Contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt Dialectica.Cice.de Cla.Ora.Contractio, uerbale.Cice.3. de Orat. Aut contractione breuius fieret,aut productione longius. Superat horum remiſſio,& contractio,apud eundem.3.Offi.Idem 4. Tuſcu. Eodem enim in uitio eſt effuſio animi in lætitia,quo in dolore contractio. Contractiuncula,læ,diminutiuum.Cic.3.Tuſc.Hoc detracto, quod totum eſt uoluntariū, ægritudo erit ſublata illa mœrens: morſus tamen & contractiunculæ quædā animi relinquentur.

CONTRA LICEOR,eris,{Mettere all'incanto contra alcuno}ex aduerſo liceor.Cæſ.Bel.Gall.Propterea ꝙ illo licente contrà liceri audeat nemo.

CONTRAPOSITVS,{Contrapoſto}(ἀντίθετος)adiectiuum,pro oppoſito.Quin.De æquo,uero,iuſto,bono,deq; iis,quæ ſunt contrapoſita,diſputat.

CONTRARIVS,{Contrario}ἐναντίος à contra ſit, ſignificatq; oppoſitū, & repugnans,Cice.de Vniuer.Eos qui propè copulentur, contrariaq; regione, aut pone quos,aut antè labantur,&c.Cic.1.de Inuen.Contrarium eſt,quod poſitum in genere diuerſo,ab eodem,cui co[ntrar]ium eſſe dicitur,plurimum diſtat.
Contrariè, aduerbium,ἐναντίως.Cic.1.de Orat.In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum,aut contrariè.

CONTRASTO,as,{Contraſtare}(ἀντίσταμαι,ἐναντιοῦμαι)aduerſor, repugno,reſiſto.Næuius:Contraſtat mihi,nec me ſinit loqui.

CONTRAVENIO,is,{Contraporſi}(ἀνταμείβω)ex aduerſo occurro. Cæſar 7.Bel.Gall.Hoc animo,ut ſi qua ex parte contrauenīretur,acie inſtructa depugnarent.Ci.lib.1.Tuſc.Ego uero facile ſum paſſus,ne in mentem mihi aliquid contrauenīret,ita iſti fauco ſententiæ.

CONTRECTO,as,are,{Maneggiare,toccar ſpeſſo}(ψηλαφάω)frequētatiuum à contraho,attingere ſignificat, ſeu frequenter tangere. Col.lib.12.cap.4. Ne contrectentur pocula. Oculis contrectare,Tacit.lib.3. Nam quò pertinuit nudare corpus,& contrectandum uulgi oculis permittere? Contrectatio, onis.Cic.1.de Nat.Deo.Quod ni ita eſſet,cur nō geſtiret taurus equæ contrectatione,equus uaccæ? Contrectabiliter,aduerbium.Luc.li.4. Leuiſſima corpora debent Contrectabiliter caulas intrare palati.

CONTREMO,is,ere,pe.co.{Tremare}(τρέμω,τρομέω)idem quod ſimplex Tremo.Cic.3.de Ora.Cœlum tonitru contremuit.Idem pro Seſt.Cuius in mea cauſa nunquam fides utriuſque contremuit. Contremiſco,is,ere,idem quod cō tremere.Ci.1.de Ora.Et tota mente,atque omnibus artubus contremiſcam.Seneca.Epiſto.66. Fortes ſimus aduerſus fortuita, non contremiſcamus iniurias,non uulnera,non egeſtatem.

CONTRIBVO,is,ere,{Dare inſieme}(συμφορέω)ſimul tribuere & conferre.Cic.14.Philipp. Vrbem ad eam rem pecuniam dare,contribuere, & ſoluere iubeant.Oui.7.Meta.Necnon Peneus, necnon Sperchiades unde Cōtribuere aliquid.Contributio,uerbale.Papin.in l.j.ff.ad leg.Rhod.de iactu. Lege Rhodia cauetur,ut ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt,omnium contributione ſarciatur,quod pro omnibus datum eſt.

CONTRIBVTA IVLIA,Bæturiæ oppidum eſt in tractu Celtico,qui eſt inter Bætim & Anam fluuios. Auctor Pli.lib.3.ca.1.

CONTRISTO,as,are,{Contriſtare}(λυπέω)triſtitia afficio.Cœlius.Ci.lib.8.Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium,& ſcio eum queſtū eſſe cum Scipione. Val.Flac.lib.6.Argon. Iuppiter,heu mœſto contriſtat ſydera uultu.

CONTROVERSIA,{Controuerſia,litigio,conteſa}(ἀμφισβήτησις)eſt certarum perſonarum de re propria contentio.Cic. Actio proconſuli: Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuerſiā eum hodie habiturum.Sine controuerſia,ſignificat ſine dubio.ὁμολογουμένως.Idem lib.3.Off. Panætius, qui ſine controuerſia de officiis accuratiſſimè diſputauit.

CONTROVERSIOSVS,{Litigioſo}(ἐπίδικος,ἀμφισβητήσιμος). litigioſus,Liu.lib.3.Quum enim ſine hoc priuatæ rei iudicem feciſſet, ut controuerſioſam adiudicaret rem.

CONTROVERSOR,aris,{Contendere,litigare}(ἀμφισβητέω)ex Contra & Verſor,per mutationem a in o,ſignificat contendo.Cic.in Protagora: Nūc à uobis Protagora & Socrates poſtulo,ut de iſto concedatis alter alteri, & inter uos de huiuſmodi non controuerſemini.

CONTROVERSVS,a,um,{Litigioſo,dubio}(ἀμφισβήτητος)ambiguū, litigioſum,& quod eſt in controuerſia.Ci.de Diuin.Sed iſti ſumunt pro certo, quod dubium,controuerſumq; eſt.Gellius: Argumēta autem cenſebat aut probabilia eſſe debere,aut perſpicua,& minime controuerſa. Item controuerſa res dicitur illa,de qua eſt controuerſia.Cicer. de Legib.Res controuerſa, & plena diſſenſionis.

CONTRVCIDO,as,pen.pro.{Tagliare à pezzi}(ἀποκτείνω) idem quod trucido.Ci.pro Seſ. A' quibus hic multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato,ſe abiecit exanimatus.

CONTRVDO,is,pen.pro.{Spingere per forza}(συνωθέω)ſimul trudo, compingo.Cic.7.Verr.Et quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat,intellexit,&c. Contrudi in nauis,Cic.in Sallu. Contrudi in dolia plena uinaceorum. Varro.1.de Re ruſt.

CONTRVNCARE,{Troncare}(κολοβόω)eſt truncum,uel mutilum reddere,uel etiam imminuere. Plau.in Sticho: Dum equidem hercle quod edant addas,meum ne contruncet cibum.

CONTVBERNIVM,{Alloggiamento}(ὁμωροφία)uerbum caſtrēſe, ſicut ſcribit lib.1.de Re milit. Vegetius,ſignificans decem milites ſub uno papilione degentes, quibus præerat decanus,ſiue decurio,qui caput erat contubernij. Quin ipſe etiam papilio eo nomine dicebatur.Cæſar.3.Bell.Ciuil.Depoſitis in contubernio armis,uallum relinquebant. Vnde accipitur pro conuictu,& ſodalitate.Cic.7.Verr. Vbi illud contubernium muliebris militiæ,in illo delicatiſſimo litore. Pli.in Epiſt. Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuū tenuit.i.conſuetudinem,familiaritatēq; domus tuæ.Inde Cōtubernales,(συσκηνίται,σύσκηνοι,σύσσιτοι)dicuntur,qui iiſdem contuberniis utuntur. Cic.ad Papyrium,lib.9.Habuiſſes enim non hoſpitem,ſed contubernalem.Colum. lib.1. Sed qualicunq; uillico contubernalis mulier aſſignata eſt quæ,contineat eum. Dictum Contubernium à tabernis.

CONTVEOR,eris,pen.pro.{Guardare fiſo}(ἐμβλέπω,ἐφορῶ)fixo obtutu aſpicio.Cic.4.de Natu.Deo.Similiter facis,ac ſi me roges,cur te duobus contuear oculis,& non altero contuear,cùm idem uno aſſequi poſſim.Plin lib.7.ca.1.Contuentes ſolem immobilibus oculis. Contuitus,us,ui,aſpectus, Cice. pro Seſt.Facit enim,Iudices,ueſter iſte in me animorū oculorumq; contuitus, ut mihi iam licere putem remiſſiore uti genere dicendi.

CONTVMAX,pen.cor.(Contumace,diſubidiente)(αὐθάδης,ἀπειθής)pertinax,propoſiti tenax,quiq; nullis rationibus a propoſito poteſt abduci. Et proprie inferiorum eſt in ſuperiores.Cic. Att.Sarám nefarium cognoui hominē,præterea in me contumacem. Auctor ad Heren.lib.In ſuperiores cōtumax, in æquos & pares faſtidioſus.Dictum autem uolunt Contumacem ſiue à contemnendo,ſiue,ut aliis placet,à tumore,hoc eſt,ſuperbia. Vnde à Iuriſconſultis Contumax dicitur,qui tribus propoſitis edictis,uel uno pro tribus, quod uulgo peremptorium appellatur,iudiciisq; literis euocatus,præſentiā ſui facere cōtemnit. Contumax(inquit Donatus)dicitur contemptor potiorum. Mar.lib.2. Me ne dixeris eſſe contumacem. Dicitur quandoq; etiam in bonam partem. Corn.Tacitus:contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorū fides. Hinc Contumacia,inobedientia, ἀπείθεια,αὐθάδεια.Cic.pro Roſc.Eſt tuæ contumaciæ, arrogantiæ,uitæq; uniuerſæ uox. Accipitur aliquando in bonum,quēadmodum & Contumax.Cic.1.Tuſc. Adhibuitq; liberam contumaciam,a magnitudine animi inductam,non à ſuperbia. Contumaciter,aduerbiū,(αὐθαδῶς) inobedienter.Liu.2.ab Vrb.Nec ulla ui domari poterant,tantum certamen animis imbiberant.ſegniter,otioſe,negligenter,contumaciter omnia agere. Contumaciter ſpernere imperia ualidorum.Col.lib.6.cap.2. Contumaciter repudiare morem patrium,Cic.2.de Diuin.

CONTVMELIA,{Ingiuria,uillania di parole}(ὕβρις)conuicium,uel iniuria. Vocabulum tractum eſt(ut Vlpianus & Seneca aiunt)à contemptu: Teren.in Eunu. Hanccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam? 5.Verr.Retinere ſolitus erat aratores,atque ab iis non modo per iniuriam, ſed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti,quantum Apronius imperaſſet.

CONTVMELIOSVS,{Ingiurioſo}(ὑβριστής)qui contumeliam inferre ſolet.Cic.Philip.3.At quàm contumelioſus in edictis,ꝗ barbarus,ꝗ rudis. Contumelioſe,aduerbium.Cic.1.de Orato.Dimitto autem eos,non tam contumelioſe,quàm philoſophum illum.

CONTVMVLO,as,{Sepelire}(θάπτω)tumulo tegere. Mar.li.8. Collegitq; ſinu fragmenta nouiſſima fracti Oris,et aggeſta contu[m]ulauit humo.Humo patria contumulari,Ouid.3.Triſt.Plin.lib.10.capi.13.Perdices ouis ſtragulū molli puluere contumulant.

CONTVNDO,is,contudi.penul.præteriti corr.contuſum,{Peſtare}(συντρίβω,φλάω,κατακόπτω)ſimul,ſiue totum tūdo,frango,cōminuo,percutio.Hora.li.1.Epiſt.Diram qui contudit hydram. Inde Cōtuſum,(συντετριμμένον) confractum.Col.lib.7.Plus etiam eiuſdem radix contuſa prodeſt.

CONTVOR,eris,{Guardare}(ἐμβλέπω,ἐφορῶ)uideo et aſpicio.Plau.Aſi. At hercle ipſum adeo contuor,quaſſanti capite incedit. Contueor tamen frequentiori eſt in uſu.

CONTVOLI OCVLI,ſunt in anguſtum coacti,continentibus palpebris: à contuendo,id eſt,ſimul aſpiciendo dicti: Feſtus.

CONTVRBARE,{Turbare,conturbare}(συγχεῖν,συγκυκᾶν)proprie eſt confundere res aliquas,& inter ſe commiſcere. Vnde Catullus eleganter dixit, Conturbare baſia,pro eo quod eſt, Baſiorum numerum confundere. Transfertur etiam ad animum,& ſignificat turbationem afferre.Cic.pro Cluentio. Vnū eſt,quod me maxime conturbat. Conturbare abſolute, uel Conturbare rationes,frequens eſt apud ueteres pro decoquere,& pecuniam diſſipare: quod Itali uocant fare banqua rotta. Vlpia.l.quicunque.Digeſt.de Inſtitor.act.Deinde pecunia accepta præſenti ut per dies ſingulos ei panes præſtare,Conturbauerit.Cice.pro Plancio:Verùm fac me debere multis & in iis Plancio, utrum igitur me conturbare oportet,an cæteris,cùm cuiuſq; dies uenerit, hoc nomen quod urget,nunc cū petitur,diſſoluere.Sic etiam accipiendū eſt illud apud Martia.9.Epig.li.4.Grandis in æthereo licet auctio fiat Olympo,Cogāturq; dei uendere quicquid habent,Conturbabit Atlas.hoc eſt,etiā ſi ſuperi facta auctione diuendāt quicquid poſſident,ea tamen eſt æris alieni magnitudo,quo ſuperi tibi ſunt aſtricti,ut cœleſtium omniū poſſeſſiones in pecuniā redactæ ſatis facere non poſſent tanto æris alieni cumulo. Atlas itaque ubi uiderit cœlum ſoluendo non eſſe,conturbabit,hoc eſt,coniiciet ſe in pedes, quemadmodum mercatores ſolent,cum uident ſe non eſſe ſoluendo.Inde Conturbator dici poteſt, quē uulgo uocamus un Banquerottier. Conturbatio,uerbale.Ennius apud Cic.4.Tuſcu.Conturbatio eſt metus excutiens cogitata.

CONTVS,ti,{Haſta longa,picca,lancia}(κοντὸς Suidæ)ſudes,ſiue haſta longior,duriorq; ad percutiendum apta. Verg 9. Aenei. Telorum effundere cōtra Omne genus Teucri, & duris detrudere contis. Vnde Contatos milites Vegetius appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente,qua nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. Verg.6. Aeneid. Ipſe ratem conto ſubegit.Hinc Percontor,aris,teſte Donato,pro inquiro, & quaſi conto prætento.

CONVADOR,pen.cor.aris,{Conſtringere à far ſicurtà}(κλητεύω)idem eſt quod ſimplex Vadari,hoc eſt uadimonio obſtringere.Plau.in Curc. Vbi tu es, qui me conuadatus es Venereis Vadimoniis?

CONVALEO,es,uel Cōualeſco,{Guarire,riſanarſi}(ῥώννυμι)eſt ualetudinē, & robur recipere.Cic.ad Cornifi.lib.12.Hircius noſter tardius conualeſcit. Mart.lib.10.Hæredem ſcripſit me Numa,conualuit.Cicero antequam iret in exilium:Ne rei crudelitas experrecta in me,in uos conualeſcat.hoc eſt,uires & robur aſſumat.

CONVALLIS,{Valle}(συνάγκεια)planities ex omni parte cōprehenſa mōtibus,collibusq; dicta(ut inquit Varr.)quaſi cauata uallis. Liu.1. ab urb. Romani Sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant prælium. Pli.lib.33.cap.4.Conuallis & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur.

CONVASO,as,penul.prod.{Far fardello per rubare}(ἀνασκευάζομαι) ſignificat

furto omnia colligo. Teren. in Phorm. Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me proti nus coniicerem in pedes. Nonius: Conuaſare, dicitur furtim omnia colligere.

CONVEHO, is, ere, {*Portare inſieme*} (συγκομίζομαι) comportare. Pli. lib. 12. Tus collectum Sabotam camelis conuehitur. Cic. pro Mil. Repente lyntribus in eã inſulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit. Conuecto, as, frequentatiuum. Verg. 9. Aeneid. Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.

Conuector, oris, qui in eadem nauigat naui. Cice. ad Att. lib. 11. Quin etiã nauis eius me, & ipſo conuectore uſuram puto.

CONVELLO, is, {*Suellere*} (καταρρήγνυμι) uello, uel auello. Pli. epiſt. 139. Ac mihi domus ipſa nutare, conuulſaq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uidetur. Id eſt emota. Conuellere, pro auferre, abrogare, deſtruere. Cic. pro Corn. Balb. Cur ea, quæ mutare non poſſumus, conuellere malumus, quàm tueri? Conuellere pro eo quod & Confutare, dicimus. Cic. 1. de Diuin. Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidẽ non uidentur poſſe conuelli profectò hominibus à Dijs futura ſignificari neceſſe eſt. Conuulſus, participium: ut, Conuulſus muſculus, hoc eſt, cuius fibræ contractæ ſunt uerſus ſuam originem. Conuulſi nerui, & Conuulſi tendones, hoc eſt contracti, & uelut complicati. Pli lib. 20. cap. 7. Conuulſa, & luxata cũ bulbis tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Conuulſio, onis. σπασμός. Pli. lib. 20. cap. 15. Liguſticum aliqui panacem uocant, ſtomacho utile eſt, item conuulſionibus & inflammationibus. Conuulſiones uulgò retractiones dicuntur: de quibus Galenus libro de locis affectis.

CONVELO, as, are, {*Velare*} (συγκαλύπτω) idẽ quod ſimplex uelare. Pli. li. 17. cap. 22. Plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres, & ad terram uerti, quàm leuiſſima cicatrice acie falcis exacta, plagaq; conuelata.

CONVENÆ, pen. cor. {*Foreſtiere che inſieme ſi ragonano in un luogo*} (συνήλυδες) dicuntur qui ex diuerſis populis gentibusq; in una mœnia cõuenerũt, ſimulq; coaleſcunt. Cice. 1. de Ora. An uero tibi Romulus ille paſtores & cõuenas conſilio & ſapientia congregauit?

CONVENIENS, entis, {*Conueniente*} (προσήκων) congruens, cõſentaneus. Cic. 2. de Fini. Nihil ſcriptum ab eo conueniens congruensq; decretis eius reperies. Hinc Conuenienter aduerbium, hoc eſt, congruẽ, aptè, conſentaneè. Cic. 2. Offi. Conuenienter naturæ uiuere, hoc eſt, cum uirtute congruere ſemper. Horatius: Viuere naturæ ſi conuenienter oportet.

CONVENIENTIA, æ, {*Conuenienza, conueneuolezza*} (ὁμολογία, ἁρμονία) congruentia, conſenſus. Cic. 2. de Natu. Deo. Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam, tam uarijs curſibus in omni æternitate conuenientiam temporum, non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. Apud antiquos etiã legitur pro conuentu. Plau. Mil. Facerent conuenientias.

CONVENIRE, {*Venire inſieme, conuenire, concordare*} (συνιέναι) ſimul uenire, congregari, coire. Salu. Poſtquam uniuſm in locum omnes conuenere. Hinc Conuentus, πανήγυρις, πρόσοδος. Per tranſlationem quandoque cõcordare, ὁμολογεῖν. Oui. Non bene conueniunt, nec in una ſede morantur Maieſtas & amor. Conuenire item dicimus pro eo quod eſt in iudicium uocare, ſiue actionem aduerſus aliquẽ inſtituere, (δίκην γράφεσθαι) quod locutionis genus frequens eſt apud Iuriſconſultos. Quandoque ſtatuere. συντίθεσθαι. Apuleius: Conuenimus, ad portum quam primum ire. Quandoque alloqui. ἐντυγχάνειν. hinc Conuentio, ἔντευξις. Teren. in And. Conueni hodie aduenienſ quendã mei loci hinc atque ordinis hominem. Cic. 2. Verr. Non dubitat, quin ſi ipſe Verrem conueniat, æquitate cauſæ, auctoritate ſua cõmouere hominem poſſit. Quandoque aptum, conueniens, & decẽs eſſe, προσήκειν. Cicero in Hortenſ. Nam quid ueteris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, quæ ſpectat ad hortandum? Quandoque placere, pactum facere, & controuerſia carere, (ὁμολογούμενον εἶναι, συμφωνεῖν) ſed in tertia perſona frequentius; idq; interdũ cum nominatiuo expreſſo. Cic. lib. 1. de Fin. Hoc mihi cum tuo fratre cõuenit. i. ſine controuerſia eſt, & concordes ſumus. Nonnunquam ſine nominatiuo. Iuuena. Sæuis inter ſe conuenit urſis. Item Tere. in Adelph. Hæc fratri mecũ non conueniunt, neque placent. i. diſſentimus ab inuicem in his, & diſſimiles ſumus. Plau. in Cap. Nunc ita conuenit inter me, atq; hunc, Tyndare. Et iterum: Dicito patri, quo pacto mihi conuenit de huius filio. Varijs itaque modis huiuſmodi orationes efferimus: ut, Hoc conuenit mihi tecum, uel conuenit mihi tecũ de hoc, uel Conuenit inter nos. Sic dicimus: De pretio conuenit. i. concordes ſumus. Conuenire in manu, uel in manũ uenire, uxores dicebantur, cũ per coemptionẽ in familiam & mancipiũ uiri & omnium bonorum conſortiũ ueniebant. Nam (ut auctor eſt Boethius in Topica Ciceronis) tres erant habendæ uxoris modi: per Confarreationem quæ ſolis Pontificibus conueniebat. Vſu, cũ mulier non in omnium fortunarum, ſed in lecti ſolum participationem ueniebat: & Coemptione, quæ certis ſolennitatibus fiebat. Nam ſeſe coemendo inuicẽ interrogabant. Vir ita, an mulier ſibi materfamilias eſſe uellet. Illa reſpondebat, uelle. Itẽ mulier interrogabat uirũ, utrum ſibi paterfamilias eſſe uellet. Ille reſpondebat, uelle. Itaq; mulier conueniebat in manum, & uocabantur hæ nuptiæ Per coemptionem. Et erat mulier materfamilias. Matrona autẽ dicebatur quæ tantũ uſu uxor erat. Gel. lib. 18. Matrẽ familias (inquit) appellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu eſſet, à matris nomine nuncupatam, &c.

CONVENTA conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptijs, & earũ conditione habebatur. Auctor Feſtus.

CONVENTICVLVM, {*Adunanza, maſſa*} (συνουσία) plerunque in malã partem accipitur: hoc eſt, pro conuentu ſeditioſorum, aut ſceleratorum. Nonnunquam etiam in meliorem partem. Cice. pro Seſt. Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur.

CONVENTIO, {*Conuentione, congregatione, patto, accordo*} (τὸ σύμφωνον, ὁμολογία, συνθήκη) nomen generale eſt ad omnia pertinens, (ut ſcribit Vlpia. l. 1. de pactis.) de quibus negotij contrahendi, trãſigendiq; cauſa cõſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ſicut Conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unũ locum coeunt, ita qui ex diuerſis animi motibus conſentiunt, & in unã ſententiã concurrunt. Adeoq; Conuentionis nomen generale eſt, ut nullum eſſe contractum, nullam eſſe obligationem dicat, quæ non habeat in ſe conuentionẽ, ſiue re uerbis, ſiue re fiat.

CONVENTVM, neutri generis, {*Patto, accordo*} συνθήκη. conuentionẽ ſignificat, In Pand. Græcis conuenta τὰ συνθέσματα dicuntur. Cic. 2. de Ora. At uero in foro tabulas, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, uita denique eorum, qui in cauſa uerſantur, tota cognoſcenda eſt. Vlpia. l. iuris gentium. § quinimo. ff. de pactis. Solemus enim dicere pacta conuenta ineſſe bonæ fidei. Silius lib. 1. Ter Marte ſiniſtro Iuratumq; Ioui fœdus, conuentaq; patrum Sidonij fregere duces.

CONVENTVS, us, {*Conuento, ridotto*} (σύνοδος) dicitur, cum homines ſimul uenerint: quod tribus ferè modis fieri ſolet. Vno cum ſignificatur multitudo ex pluribus hominum generibus cõtracta in unum locum. Ci. 3. Verr. Cur prudentiſſimas, lectiſſimasq; fœminas in tantum uirorum cõuentum inſolitas inuitasq; prodire cogis? Secundò, cum à magiſtratibus iudicij cauſa populus congregatur. Erant enim in prouincijs ſtatuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plinius de Hiſpania citeriore: Nunc uniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem conuentus. Idem lib 3. Scribit in Bætica fuiſſe iuridicos cõuentus, quatuor, uidelicet Gaditanum, Cordubenſem, Aſtygitanum, Hiſpalenſem. Tertiò, cum aliquem in locum frequẽtia hominum, ſupplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro coniugio Iuue. Cõuentum tamen, & pactum, & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras. Quanquã, ueriſimilius eſt hoc eſſe a nominatiuo Conuentum.

CONVERBERO, as, {*Battere, flagellare*} (μαστιγόω) idem quod Verbero. Pli. li. 13. c. 22. Nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens.

CONVERRO, ris, rere, (συγκαλλύνω, σαίρω) ſimul uerro, uel idem quod ſimplex uerro. Plau. Sticho: Hercle uero capiam ſcopas, atque hoc conuerrã lubẽs. Ibidem: Reuerram hercle hoc, quod conuerri modò. Col. li. 7. cap. 9. Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere. Conuerritor apud Apuleium in Apologia pro Magia, Conuerritorem prandianæ reliquiæ, ac ſi ſupinum eſſet conuerritum. Conuerſe, aduerbium, pro nitide. Cato cap. 143. Villam conuerſe, mundeq; habeat.

CONVERSOR, {*Conuerſare. Pet. E i buon conſigli e'l conuerſar'honeſto*} (διατρίβω) frequento, conſuetudine alicuius utor. Hinc Conuerſatio, διατριβή. Pli. lib. 10. cap. 33. Neve cui frequentior conuerſatio ſuſpecta ſit. Tutior cõuerſatio, Quin. lib. 1. cap. 2. Conuerſatio, pro conuerſione. Seneca epiſto. 75. Sciatq; illa ipſa, quibus lædi uidetur, ad conuerſationem uniuerſi pertinere: & ex iis eſſe, quæ curſum mundi conſummant.

CONVERSO, as, are, {*Volgere ſpeſſo*} (περιστρέφω) frequentatiuum à Conuerto. Cic. de Vniuer. Quippe qui ex eadem uinctione, alteraq; natura, adiuncta materia temperatione, trium partium proportione compacta, ſe ipſe conuerſans, cũ materiam mutabilem arripuiſſet, &c.

CONVERTO, {*Volgere, uoltare conuertire. Pe. Tosto conuien che ſi conuerta in pioggia*} (στρέφω) idem quod uerto: ut, Conuertere ſe domum, hoc eſt, reuerti. Teren. in Adelph. Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Pli. de uiris illuſt. Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex ad uerſo in conſpectu illorum poſuerunt. Cice. de Orat. Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoque genere uidebis. Liu. 1. ui. 2. bel. Pun. In ad mirationem & ipſum, & omnes qui circa erant, cõuerterunt. Ci. Appio, lib. 4. Gratulabor tibi prius, (ita enim rerum ordo poſtulat) deinde ad me conuertar. Conuertere, pro interpretari, ſiue ex una lingua in aliã uertere. Cice. de opt. genere Ora. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias. Ibidem: Quod igitur eſt eorũ in orationibus è Græco conuerſis faſtidium? Conuerſus participium. Cice. in Som. Scip. Huius quidem anni nondum uigeſimam partẽ eſſe conuerſam. Cõuerſio, onis. ut, Conuerſio ueſicæ. i. inuerſio & reuolutio. Pli lib. 8. cap. 42. Vuluarum Conuerſio, apud eundẽ lib. 20. cap. 22. Conuerſio uerborum. Cic. 3. de Ora. Et efficiendũ eſt illud modo uobis, ne fluat oratio, ne uagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius, ut membris diſtinguatur, ut conuerſiones habeat abſolutas: Neque ſemper utendum eſt perpetuitate, & quaſi conuerſione uerborum: ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt.

CONVERTOR, eris, deponens, {*Volgere*} (στρέφω) quo antiqui uſi ſunt pro Conuerto Plau. Amph. Sed tamen in fugam ſe nemo conuertitur.

CONVESTIO, is, ire, {*Veſtire, ornare*} (ἀμφιέννυμι, κοσμέω, περιβάλλω) ueſtire, & exornare: ut, Conueſtiuntur herbis prata, Cic. 1. Tuſcul. Idẽ ad Q. frat. lib. 3. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, &c. Idem pro domo ſua: Ergo eius domum euerſam duobus lucis conueſtitam uidetis.

CONVEXO, as, (περισύρω) idem eſt, quod ſimplex uexo Gel. lib. 10. cap. 6. Sed utinam reuiuiſcat frater, aliamq; claſſem in Siciliam ducat, atque iſta multitudinem perditum eat, quæ me male miſeram nunc conuexauit. Verba ſunt filiæ Appij Claudij cæci.

CONVEXVM, {*Piegato in arco, in uolto*} concauo oppoſitũ eſt, quod. f. eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cœli, quod ex omni parte ad terram uerſus declinatum eſt. Verg. 4. Aenei. Tædet cœli conuexa tueri. Id eſt, cœlũ conuexũ. Hinc Conuexitas, ipſa porrectio aduerſua nos. Pli. lib. 18. cap. 25. Super omnia eſt mundi conuexitatis, terrarumq; globi differentia. Idẽ lib. 31. cap. 3. Reperiuntur in conuallibus maximè, et quodã conuexitatis cardine, aut mõtium radicibus. Tracta a concauitate nauium, quæ extrinſecus huiuſmodi formã habent. Vnde etiam proeodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

CONVICIOR, aris, {*Calunniare, dir uillania*} λοιδορέομαι. Cõtumeliam dico. Quin. lib 3. Contra ſentientibus inhumanè conuiciabantur. Vnde Conuiciator, (λοίδορος) qui conuicium dicit, uel facit. Ci. pro Muræna: Si uerè obijcitur, uehementis accuſatoris: ſin falsò, maledici conuiciatoris.

CONVICIVM, {*Maldicenza, ingiuria di parole*} (λοιδορία) cõtumelia, inquit Labeo iuriſconſult. quaſi conuocium, mutata litera: a concitatione, uel conuẽtu, ſiue collatione uocum. Cum enim in unum complures uoces conferunt, Cõuicium dicitur: cũ autem nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, non propriè Conuicium nominatur. Feſtus tamen à uicis, in quibus primo habitatũ eſt, deriuat. Alij dicunt Conuicium eſſe maledictum cum contumelia, & à uitio deriuari, uel à Conuitio, (ut Vallæ placet) unde etiam per t, nonnulli ſcribere maluerunt. Valla tamẽ fatetur poſſe ſcribi per c. Significationẽ huius dictionis optimè oſtendit Ci pro Cœlio: Maledictum autem nihil habet propoſiti, præter contumeliã: quæ ſi petulantius iactatur, Conuicium: ſin facetius, Vrbanitas nominatur: De hoc nomine uide Vallam. lib. 6. cap. 52.

CONVICTOR, {*Famigliare de la tauola, che uiue inſieme*} (συμβιωτής) dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiſcum uiuit familiariter. Horatius: Nũc

quia

quia ſum tibi Mecænas conuictor. Sueto in Tyber. Nihilo lenior in conuictores Græculos. Oui. 4. de Ponto. Ille ego conuictor, denſoque domeſticus uſu. Cic. Troni: Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis & illis probatiſſimis.

CONVICTVS, us, ui, {Conuerſatione, commercio} (συμβίωσις) conuerſatio, & commercium: quod qui unà uerſantur, ſæpe etiam una uiuãt, & epulentur. Col. lib. 11. cap. 1. Inprimis conuictum domeſticum, multoque etiam magis externũ uitet. Conuictus humanus, & ſocietas, Cic. 3. Offic. Luccius Ciceroni, lib. 5. Vt iſtis te moleſtijs laxes, & ad conuictum noſtrum redeas, & ad conſuetudinem, uel noſtram communem, uel tuam ſolius ac propriam.

CONVINCO, is, {Conuincere} (ἀπελέγχω, νικάω) idem quod Vinco: ut, Conuincere aduerſarium auctoritatibus & teſtibus, Cic. 7. Verrin. Idem de Amic. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſque conuincunt. Idem 2. in Catili. cùm ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuiſſet.

CONVIVALE, {Coſa che appartiene à conuiuio} (συμποτικόν) quod ad conuiuium pertinet. Liui. Multaque conuiualia ex auro & argento uaſa. Conuiualia oblectamenta. Liui. 9. bel. Maced. Tunc pſaltriæ, ſambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ conuiuales, Tacit. lib. 5.

CONVIVARI, {Mangiare inſieme} (ευωχεῖσθαι, ἑστιᾶν) conuiuium facere, aut ſimul cibum ſumere. Teren. in Heaut. Sc[illegible] uolunt, crebrò conuiuarier. Vnde Conuiuator, (δαιτυμών, ἑστιάτωρ) dicitur, qui parat cõuiuium. Liu. 5. bel. Mace. Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidẽſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris. Conuiuæ uerò, dicuntur, qui ſunt inuitati ad conuiuiũ συνδαιτυμόνες. Terent. in Heaut. Egomet conuiuas moror.

CONVIVIVM, {Conuito} (συμπόσιον, συνδειπνον) à uiuo fit, de quo Cice. de Sene. Bene enim maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt: melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant. Terent. Eunuch. Vnà in conuiuio erat hic, quem dico.

CONVIVO, is, ere, {Viuere e far' una ſpeſa inſieme, mangiare in compagnia} (συνεστιάομαι) ſimul uiuere, & comeſſari. Plaut. in Amphit. Miſiſti ad nauim Soſiam, ut hodie tecum conuiueret.

CONVIVA, & CONVIVATOR, Vide Conuiuari.

CONVOCO, cas, are, {Conuocare, congregare} (συγκαλεῖν, ἀγείρειν) congregare, ſimul uocare. Cic. 3. Offi. Piſcatores ad ſe conuocauit, et ab ijs petiuit, &c. Conuocare in concionem, & ad concionem, apud eundem 3. de lege Agrar. Conuocatio, onis, Cic. poſt reditum in Sen. Nulla ad Rempu. defendendam populi Romani conuocatio.

CONVOLO, as, are, {Volare inſieme} (συμπέτομαι) ſimul uolare et per trãſlationem concurrere, ſiue feſtinanter conuenire. Cic. 3. Tuſc. Et illi quidẽ pugnãt, & quidem uicinorum fidem implorant multi autem ſunt qui ſtatim cõuolent.

CONVOLVO, is, ere, {Volgere inſieme} (συμπλέκω) ſimul uoluo. Cice. 1. de Diuinat. Cùm ſe conuoluens ſol elaberetur & abiret.

CONVOLVOLVS, pen. cor. (ἴψ) uermiculus minor eruca, erodens pubeſcẽtes uuas, quem alij Voluocem appellant: à conuoluendo, quia ſe inuoluit in pãpino. à Plauto Inuoluulus, à Colum. Inuoluola, à Suida ἴψ appellatur. Pli. lib. 17. ca. 28. Simili modo, ne cõuoluolus fiat in uinea, amurcæ congios duos, &c. Conuoluolus item (κλημάτις ἑτέρα) eſt herba per fruteta naſcens, florẽ ferens nullo odore, nullisque intus crocis tantũ candorẽ lilij referentẽ, ueluti rudimentum naturæ lilia facere cõdiſcentis. dictum, quod ſeſe rei cui adhæret, inuoluat. Hæc Plini. lib. 21. cap. 4. Vulgus Campanellam uocat, aut Volubilem maiorẽ.

CONVOTI, {Obligati à quelli medeſimi uoti} dicebantur ijſdem uotis obligati. Feſtus.

CONVS, ni, {Pigna} (κῶνος) nux pinea, & cognatarum arborum fructus, piceæ nucis ſimilitudinem referens. Colu. lib. 7. Remedio ſunt cupreſſini quindecim coni, totidemque gallæ. Hinc Coniferæ arbores dictæ ſunt, quæ conos ferũt, hoc eſt, nuces pineis ſimiles. Verg. 3. Aen. Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. A nucis huius ſimilitudine Geometræ conũ nominarunt figurã ex lato in acutũ deſinentem, quæ turbini contraria eſt. Serenus: Donec in anguſtũ conſcendat tera coni: Vnde Conoides (κωνοειδὴς) dicitur, quicquid coni, hoc eſt, inuerſi turbinis figurã habet: de quo plura diximus ſuo loco. In galea item Conus (λόφος) appellatur, ſummus apex in acuminatam deſinẽs figurã, cui criſtæ inſeri conſueuerunt. Verg. 3. Aene. Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes.

CONVVLNERO, as, are. {Ferire} (τιτρώσκειν) idem quod uulnerare, uel multis uulneribus afficere. Plin. lib. 11. cap. 37. Ipſe conuulneratus, & captus, ſemel per cauernam latomiarum euaſit.

CONYZA, æ, (κόνυζα) herba eſt, teſte Plin. lib. 21. cap. 6. quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgo a necandis pulicibus, & cimicibus, Pulicaria, & Cimicaria appellatur, teſte Ruellio lib. 3. cap. 63.

COON, (κόων) ontis, apud Homer. lib. 11. Iliad. Antenoris filij nomen eſt ab Agamemnone occiſi.

COOPERIO, is, ire, {Coprire} (καλύπτω) tego. Cooperire lapidibus aliquem, hoc eſt, lapidare. Cic. 3. Verr. Quem iſte collegã niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro. Coopertus ſceleribus. Cic. 3. Verr qui iſtum tot, tantis, tam nefarijs ſceleribus coopertum, iuratis ſententia ſua liberarent. Coopertus miſerijs. Salluſt. in Iugurt. Sic ti ſcelera, extorrem patria, domo inopem, & coopertum miſerijs, effecit, ut ubiuis tutius, quàm in meo regno eſſem.

COOPERCVLVM, li, {Coperchio} (πῶμα, κάλυμμα) quo quid operitur: ut, Coopercalum doliorum, Plin. lib. 14. cap. 21.

COOPTO, as, are, {Eleggere} (ἐπιλέγομαι) eſt eligere inter pares, aut ferè pares, auctore Vall. lib. 5. ut, Milites cooptant, quem uolunt, ducem. Cice. pro lege Agr. Ab ea parte qui eſſet factus, is à Collegio cooptaretur. Cooptatio, onis. Cice. 3. de leg. Neminem in ſummum locum, niſi per populum uenire, ſublata cooptatione Cenſoria.

COORIOR, tris, iri, pen. pr uel Cooreris, pe. c. {Naſcere} (ἀνίσταμαι) idem quod oriri, uel ſimul oriri: ut, Coorta tempeſtas, Cæſ. 1. bel. Ciu. Cic. 3. Verr. Tum ſubitò tempeſtates coortæ ſunt maximæ.

COOS, ſiue COS, ſiue Coa (κῶς) inſula in mari Icario, Rhodo proxima et Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit, et optimè habitata, et aſpectu iucũdiſſima ijs, qui eo nauigabant. Ambitus eius quingentis et quinquaginta ſtadijs clauditur, tota fertilis, & optimo uino abũdans. Eſt item urbs eiuſdem nominis, inſulæ huius caput, in quam Coi relicta per ſeditionem Aſtypalæa, frequentes cõmigrarunt. Eadem & Meropis dicta eſt, à Merope quodã terrigena, ſi Stephano credimus. Quãquam hoc nomen & Strabo agnoſcit qui in principio li. 15. Indiam deſcribens Macedonas ait in India quinque millia & nouem urbes tenuiſſe, quarum nulla minor fuerit Co Meropidej. Ex hac inſula orti ſunt uiri illuſtres non pauci, et in primis Hippocrates medicorum clariſſimus, qui primus rẽ medicam denſiſſima nocte latentẽ, in lucẽ reuocauit: Apelles pictor eximius, ſimus medicus, Philetas Poeta, ac Orator, Nicias Coorum tyrannus, Ariſtõ Peripateticus & Theomneſtius, uir Repub. adminiſtratione in primis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fouit. Hinc Cous, a um, pe. pro. (κῶος) qui in Co oppido ſiue inſula natus eſt. Ouid. Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles. In primitiuo prima corripitur. Pap. in Syluis. Hũc ipſe Coo plaudente Philetas. In ſuburbanu Coi, Aeſculapij templum fuit ualde inſigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quã poſtea Octauius Auguſtus Cæſari patri, tanquam generis parentem Romæ dicauit. Solẽt in hac inſula fieri ueſtes tenuiſſimæ ex bombyce ad fœminarum ornamẽtum, quæ Coa uocabantur. Ouid. de Arte: Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus: Siue erit in Cois, Coa decere puta.

COPES, ſiue COPIS, {Copioſa} (εὔπορος) ueteres, teſte Nonio, pro Copioſus poſuerunt. Plaut. Pſeud. Atque ego nunc ut glorioſum faciã, & copi pectore. Hinc Copona primum, deinde Caupona, taberna uinaria, propter copiam rerum quæ ibi uenduntur, & ipſa etiam cauponis uxor.

COPHINVS, p. c. {Coffino, corba} (κόφινος) Latinè corbis: uas eſt ruſticum è uimine contextum. Iuue. Cum dedit ille locum cophino, fœnoque relicto.

COPIA, {Copia, abondanza} (εὐπορία) ab antiquo nomine Copes, ſiue Copis, quod copioſum ſignificabat. Pacuuius Periboea, ut citat Nonius. O' multis modis uariè dubium, & proſpere copem diem. Inde Copia, quod abundantiam ſignificat. Cic. in Parad. Etenim diuitiarum eſt fructus in copia: copiã autem declarat ſacietas rerum, atque abundantia. Copia pro Cõmeatu, ſeu annona. Tacit. lib. 15 Contraque prodiderat Corbulo, Parthos inopes copiarũ, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem. Copia, pro facultate & poteſtate aliquid faciendi, (ἐξουσία) plerunque cum uerbo Facio, uel Do, iungitur. Vergi. 1. Aenei. Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi. In plurali peculiariter ſignificat exercitus multitudinem, δυνάμεις: ut, Copiæ Pompeij, Copiæ Cæſaris. Cice. 1. Tuſcu. Copias maximas duxit ad Troiam. In qua tamen ſignificatione aliquando etiam Copiam legimus ſing. numero. Cic. ad Att. lib 8. Vt Brunduſium ducerem hanc copiam. Contrà etiam inuenimus Copias in plurali nonnũquam pro abundantia accipi, ſiue diuitijs, aut facultatibus. Cic. de Amic. Quid autem dulcius, quam ut plurimum copijs, facultatibus, opibus poſſint cætera parare? A' copia Copioſus a, um, εὔπορος, abundãs. Cic. 3. Verr. Magnificè, & ornatè, ut erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat. Copioſe, abundanter. Cic. de Sen. Quàm copioſè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari.

COPIOR, aris, {Adunare genti} Caſtrenſe uerbum eſt, pro copias cogere. Gell. lib. 12. cap. 2. Et Romani multis armis, & magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. Quod uerbum haud facile reperias apud ciuilium cauſarum oratores: eſtque eadem figura eſt, qua Lignantur, & Pabulantur, & Aquantur.

COPO, onis, {Hoſte, hoſtiere} apud ueteres nonnunquam inuenitur pro Caupo, & Copona pro Caupona. Feſtus.

COPTA, {Biſcotto} Panis duriſſimi genus fuit, quod è Rhodo aduehebatur: quantum conijcere licet ex Mart. lib. 14. Peccantis famuli pugno ne percute dẽtes. Clara Rhodos coptam quam tibi miſit, edat.

COPTVS, (κόπτος) Plin. lib. 37. cap. 3. oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum & Arabum emporium, uergens ad mare rubrum, uicinas habens cautes, è quibus eruuntur ſmaragdi. Iuue. Sat. 1. Geſta ſuper calidæ referremus mœnia Copti.

COPVLA, læ, {Legame, lacciuolo, congiontione} (ἅμμα, σύνδεσμος) uinculũ uel nexus quo aliquid copulatur, hoc eſt, coniungitur. Ouid. Copula detrahitur canibus. i. uinculũ colli. Plau. in Epi. poſuit Copulas pro loris ad colligandum accõmodatis, cũ ait, Quæritant me, in manibus geſtant copulas. Hinc & Grãmatici coniunctiones Et, Que, cum ſimilibus, Copulas uocauere, quod earum nexu uerba uerbis, & orationes orationibus coniungantur. Dicitur & Copula (συνδυασμός) cuiuslibet rei duplex numerus: unde Copula matrimonij.

COPVLATIO, onis, & Copulatè aduerbium, uide Copula.

COPVLO, as, are, {Congiongere} (συνάπτω, συνδυάζω) colligare, uincire cõiũgere. Cic. in Parti. Conſtructioque uerborũ tum coniunctionibus copuletur, tũ diſſolutionibus relaxetur. Copulor, aris, deponẽs, idẽ ſignificat. Plau. in Epid. Caue ſis cũ filia mea Hanc copulari, neque cõſpicere. Copulatus, partici. Cic. 4. Tuſcul. Hæc, quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differũt, re uerò copulata ſunt. Copulatus, nomen ex participio. Cic. 1. Offic. Nihil autem eſt amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum. Copulatio, onis, uerbale, (συνδυασμός, σύνεξις) connexio, coniunctio. Cic. 1. de Fini. Ita effici cõplexiones, & copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe. Copulatè, aduerbium. Gell. li. 10. cap. 24. Dicquinti, pro aduerbio: copulate dictum eſt.

COPVLATIVVS, a, um, {Congiontiuo} (συναπτικός) quod copulat, uel copulare poteſt. Vnde Coniunctio copulatiua: à Copulo, coniungo.

COQVINA, {Cucina} (μαγειρεῖον, ὀπτανεῖον) pe. pr. locus in quo dapes coquũtur. Nonius: Culinam ueteres coquinam dixerunt.

COQVINARI, {Eſſercitare l'arte del cuoco, cucinare} (μαγειρεύειν) eſt coquinariam artem exercere. Plaut. Aulul. Nunquid ego unquam, niſi hodie, ad Bacchas ueni, in Bacchanal coquinatum.

COQVINARIA, riæ, {Cucinerìa} (μαγειρική) ars coquendi, quæ ad uictum ſpectant.

COQVINARIVS, a, um, {Ciò che à cucina s'appartiene} (μαγειρικός) quod ad coquinam pertinet: unde Vaſa coquinaria dicta à Plin lib. 33. cap. 11.

COQVITO, as, pe. c. {Cucinar ſpeſſo} frequentatiuum eſt à Coquo: quo Plautum uſum eſſe pro Coctitare, auctor eſt Feſtus.

COQVO, is, xi, ctum, {Cocere, cucinare} (ἕψω, ὀπτάω) eſt cibum eſui aptũ reddo. Inde Carnes coctæ (ἑφθὰ κρέα) dicuntur carnes elixæ, ſiue aſſæ, ſiue alio mo

do ad edendum paratæ. Coquere cœnam, prandium, cibum, Plaut. Aſina. & Rudente. Plin. lib. 3. cap. 1. Huius proprietas, ut uentiletur in coquendo, donec deſinat olere. Coquere bellum, & conſilia per tranſlationem, hoc eſt, parare, & moliri clanculum. Liu. 8. ab urb. Omnibus cõſultationibus inter ſe principes occultè Romanum coquebant bellum. Coquit me cura. Cic. de Senect. O' Tite, ſi quid ego adiuto, curam've leuaſſo, Quæ nunc te coquit, & uerſat ſub pectore fixa. Fructus etiam coqui dicuntur, cùm Solis calore ad maturitatem perducuntur. Verg. 2. Georgi. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Coquere item uẽtriculus dicitur, cùm cibum in chilum conuertit. unde & Coctio dicitur una ex naturalis animæ functionibus, qua cibus mutatur in qualitatem pacti nutriendæ conuenientem. Huius compoſita ſunt Concoquo, Decoquo, Diſcoquo, Excoquo, Incoquo, Præcoquo, & Recoquo: quorũ ſignificata uide ſuis locis. Nã ea hic ruſſus inculcare, hominis fuerit otio plus ſatis abutentis. A' Coquo ducitur uerbale Coctio, onis, (πέψις) ipſe coquendi uctus: unde Coctionem facere, pro concoquere, & conficere cibum in uentriculo, quod uulgus Digerere uocat. Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur & in melle cibi gratia, maximè ut coctionem facias. Et coctura, quod uide ſuo loco.

COQVVS, (μάγειρος) Vide Cocus.

COR, dis, {Cuore, coraggio. Pe. O' amoroſi penſier il cor m'ingombra} (καρδία) præcipuum inter uiſcera, & uitę ſedes, & arteriarum, ac coloris natiui, quo animal regitur, quaſi fons quidam et domicilium. Vide Gal. lib 6. de uſu partium, & lib 7. Anotom. adminiſt. Cic. 3. de Orat. Nullum animal, quod ſanguinẽ habet, ſine corde eſſe poteſt. Et quoniã ex ueteribus nõnulli mentis ſedem in corde collocauerunt, (quod tñ ſecus ſe habet) factum eſt, ut Cor, pro animo ſiue mẽte poſitum inueniamus. Cic. 4. Tuſ. Aliĩs cor ipſum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, & concordes dicti. Hinc etiam dicimus Cordi eſt, hoc eſt, placet animo meo. Cic. de Amic. Iſq; mihi eo magis cordi eſt.

CORACINVS, pe. pr. (κορακῖνος) coruinus. Eſt item Coracinus, piſcis Nilo familiaris, cuius carnes ſcorpionum ictibus medentur. Auctor Plini. lib. 32. cap. 5. Mart. lib. 13. Princeps Niliaci raperis coracine macelli.

CORALIVM, {Corallo} (κοράλλιον) frutex eſt mollis, ſub aqua naſcens, colore uiridi, baccas ferens candidas, (teſte Theophraſto in tractatu de gemmis) qui ex aqua exemptus, confeſtim lapideſcit, ruboremq; contrahit. Naſcitur in mari rubro, ſed uilius, laudatius in Oceano Septẽtrionali iuxta Orchadas inſulas: item in mari Siculo circa Heliam & Drepanum. Scribendum eſt autem Coralium unico l, contra cõmunem abuſum. Inuenitur enim ſæpe apud probatiſſimos poetas antepenul cor. Ouidi lib 4. Metamor. Nunc quoque coraliis eadem natura remanſit. Idem 5. Metam. Sic & Coralium quo primum contigit auras. Claudianus geminauit l, literam, ut ſyllabam breuem extenderet: Mergit ſe ſubito, uellitq; coralia Clotho.

CORALIVS, (κοράλιος) Phrygiæ fluuius eſt, qui alio nomine Sangarius dicitur. Auctor Plin libr. 6. cap. 1.

CORALLI, populi ſunt Pontici, immanitate inſignes. Ouidi. libr. 4. de Pont. Hic mea cui recitem, flauis niſi ſcripta Corallis?

CORALOACHATES, gemma eſt, ex Achatæ generibus, ſimilis coralio aureis guttis diſtincto. Plin. lib. 37. cap. 10.

CORAM, {In preſenza. in paleſe. Pet. Che'n ſua preſenza M'è piu caro'l morir che'l uiuer ſenza} (πρὸς cùm genitiuo) præpoſitio eſt, quæ contrariam habet ſignificationem præpoſitioni Clàm. ut Coram ſenatu orationem habui. Differt tamen à Palam, q Coram magis ad perſonas certas, Palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, palàm non indiget. Et differt ab ante, q Ante oculos, lõgè intelligi poteſt: Coram proximitatem ſignificat. Terent. in Eunuc. Quæ mihi ante oculos coràm amatorem obduxti tuum.

CORAMBE, es, (κοράμβη καὶ καράμβη, ἡ κράμβη) herba eſt nota quam nos braſſicam uocamus, ita dicta quaſi Corambile. παρὰ τὸ ἀμβλυνειν τὰς κόρας, hoc eſt ab eo quod oculorum pupillas hebetet.

CORASINI, (ſic enim hic perperam legebatur pro quibuſdam Aſiæ populis.) Vide Choraſmij.

CORAX, acis, uel acos, (κόραξ) Rhetoris antiquiſſimi nomen, qui primus in Sicilia poſt Hieronis mortem artem dicendi conſcripſit. Huius ſic meminit Cicero in Bruto: Itaque ait Ariſtoteles, cùm ſublatis iam in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur, tum primum (q eſſet acuta illa gẽs, & controuerſa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe. Hæc Cicero. Fertur item Corax primus extitiſſe, qui artem hanc mercede fuerit profeſſus. Tiſiamq; ea lege inſtituẽdum ſuſcepiſſe, ut mercedis partem prę ſentẽ numeraret, reliquam tum demum perſolueret, cùm in iudicio cauſa perorata, uictoriam reportaſſet. Cùm itaque Tiſias non parum in arte profeciſſet, cauſam tamen nullam reciperet, idq; fraudefacere uideretur, ne reliquam mercedis præceptori perſolueret: Corax hominem in ius uocat, cauſamq; omnẽ in huiuſmodi confert dilemma: Diſce (inquit) ſtultiſſime adoleſcens, utroque modo futurum, quod poſtulo, ſiue uiceris, ſiue cõdemnatus fueris. Nã à uictore merces mihi ex pacto debebitur: cùm ita inter nos conuenerit, ut cùm primam ex iudicio uictoriam reportaſſes, reliquum mihi mercedis perſolueretur. Sin ego uicero, nihilominus iudicij laqueis teneberis, utpote ſentẽtijs iudicum cõdemnatus. Ad hæc Tiſias, Imo (inquit) tu potius diſce, præceptor ſapientiſſime, neutro modo futurum, quod poſtulas. Nã ſi tu uiceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces: quandoquidem ita conuenit, ut eam tum demum perſoluerem, cum cauſa perorata uictor diſceſſiſſem. Sin ego uicero, quid quęſo expectes à uictore, iudicum calculis abſoluto? Hiſce auditis iudices adoleſcentis ingenium admirati, qui telum in ſe contortum, tam aſtutè in præceptorem retorſerat, feruntur acclamaſſe illud, quod etiam hodie prouerbij locum obtinet, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν: id eſt Mali corui malum ouum. alludentes uerum ad Coracis nomen, quod Latinis coruum ſignificat. Eſt item Corax, Sarmatiæ Aſiaticæ mons, Colchidẽ habens à Meridie: de quo Ptolemæus lib. 5. ca. 9. Plin. Coraxicum appellat lib. 5. cap. 27. Eſt item Corax, Aetoliæ mons, non procul à Callidromo. Auctor Ptolemæus lib. 3. cap. 15.

CORBIS, is, {Corbe, corba, paniere, gabbia della naue} (κόφινος) uas ex uiminibus factũ. Cic. pro Seſt. Meſſoria ſe corbe cõtexit. Dicta ſecundum Var. ab eo, q ſpicas aliud've quid eò corruebant. Olim. n. ſpicas demeſſas in corbes coniiciebant, atq; ita in areas ferebant: teſte eodem Varr. lib. 1 Rei ruſt. cap. 50. Huius diminutiuum eſt Corbula. Vnde Cato de Re ruſt. cap. 11. ſcribit uillicũ habere oportere corbulas Amerinas quatuor. Dicimus autem hic uel hæc Corbis. Corbis etiam inter naualia inſtrumenta numeratũ. Eſt enim uas quod in ſummitate mali ſuſpenditur, unde deſuper tela in hoſtium naues deiiciuntur.

CORBITÆ, pe. p. naues onerariæ: dictæ q in earum malo ſummo corbes ſolerent ſuſpendi, unde & longiuſculè diſſita proſpici, & tela è ſuperiore loco in hoſtium naues coniici poſſent. Cic. ad Att. lib. 16. Corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, et ſi oneraria, ſtatim'ne freto, an Syracuſis.

CORBITO, as, are, in corbitam immittere. Plaut. in Caſin. Ego noui ambas eſtrices, corbitant, Vbi comeſſe poſſunt. Per tranſlationem dixit, Corbitant, pro eo, quod eſt, uentrem implent, quaſi nauigium onerent.

CORBONAM, pen. cor. (κορβονᾶν) Iudæi ſacrum theſaurum dicunt, Ioſepho & Euſebio auctoribus.

CORCHORVS, (κόρχορος) herba eſt humilis, altitudine palmum non excedens, quæ alio nomine Anagallis, & uulgò Morgelina, ſeu gallinę morſus appellatur. Numeratur autem inter uiliſſima olera: unde locus factus eſt prouerbio, (κόρχορος ἐν λαχάνοις, hoc eſt, Corchorus inter olera: quod de ijs dici ſolet, qui fortuna ſua ampliores uenantur honores, et ſeſe intra ſuam pelliculam cõtinere non poſſunt. Vide Eraſmum in Adagijs.

CORCVLVM, {Cuore piccolo} diminutiuum à Cor. Plaut. Meum corculũ, meus molliculus caſeus. Fuit etiam hoc P. Naſicæ cognomen. Cic. 1. Tuſ. Et Naſica ille prudens, bis Cõſul, Corculum appellatus. Corculum enim, teſte Feſto, dicebant antiqui ſolertem, & acutum. Plin. lib. 7. cap. 31. Catos, Corculos apud Roma. Cognominatos eſſe refert, qui ſapientia præſtiterunt.

CORCYRA, p. p. (κόρκυρα) inſula in Ionio mari, Vlyſſis naufragio, et Alcinoi hortis clara: olim Phęacia à Pheace dicta, qui genitus fuit ex eiuſdem nominis Nympha, Aſopi filia, rapta à Neptuno, et ad inſulã delata, cui nomẽ fecit. Vbi grauida facta, Neptuno peperit Phęacẽ, qui fuit pater Alcinoi, Luca. lib. 2. Hinc latè patet oẽ fretũ. ſeu uela feràtur, In portus Corcyra tuos, ſeu læua petatur Illyris. Huius meminit & Homerus Odyſſ. ζ. Pli. lib. 4. ca. 12. Inſula ãt ex aduerſo Theſprotiæ Corcyra, à Buthroto XII. M. paſſ. eadem ab Acroceraunijs quinquaginta millibus, cum urbe eiuſdem nominis liberæ cõditionis, et oppido Caſſiope, tẽploq; Caſij Iouis. paſſus XCVII. in longitudinem patẽs: Homero dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plin. Eſt & altera eiuſdem nominis inſula cognomento Melæna, hoc eſt, nigra, uiginti tantum paſſ. M. diſtans ab Iſſa, quam Pompo. lib. 2. inter Electridas numerat. Meminit eius & Plini. lib. 3. capi. ulti.

CORDATE, aduerb {Coraggioſamente} (σοφῶς, νουνεχῶς, πεφροντισμένως) ſapiẽter, prudẽter. Plau. Pœn. Quas tu ſapientes, doctè, & cordatè, et catè, &c.

CORDATVS, homo, {Huomo prudente, coraggioſo} (ἔμφρων, νουνεχὴς, νουνεχής) prudens, qui ſolertia multa pollet & ingenio. Cic. 1. Tuſc. Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

CORDAX, pes, ſiue mẽſura metrica eſt, quæ alio nomine appellatur Trochęus. Cic. 3. de Orat. Trochæus, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordax ab Ariſtotele appellatur.

CORDIACVS morbus, uide Cardiacus.

CORDILIO, Stoicæ ſectæ Philoſophus fuit, patria Pergamenus, qui cũ omnium & regum, & principum amicitias ſperneret, à Catone tamẽ ſe exorari paſſus eſt, ut illum in caſtra comitaretur. Volater. libr. 14.

CORDOLIVM, {Cordoglio} (καρδιαλγία) commiſeratio', & quaſi dolor cordis: quod uocabulum in quotidiano ſermone eſt uſitatiſſimum: quo & uetuſtiſſimi auctores utuntur. Plaut. mihi cordolium eſt.

CORDVBA, æ, pe. c. (κόρδυβα) oppidum Hiſpaniæ Bæticę, utriuſq; Senecę, & Lucani patria: ut teſtatur Mart. lib. 1. ad Lucianũ: Duoſq; Senecas, unicũq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. Hinc Cordubenſis cõuentus dictus eſt, unus ex iuridicis Bæticæ conuentibus: qui ſunt omnino quatuor Aſtigitanus, Hiſpalenſis, Cordubenſis, & Gaditanus: de quibus Plin. lib. 3. capi. 1.

CORDVS, a, um, {Tardo, che naſce doppo il tempo debito} (ὄψιμος) quod ſerotina fœtura natum eſt. ut Cordum fœnum, autumnale, quod. ſ. autũno ſecat. Col. lib. 7. ca. 3. Aluntur autumnali fœno, quod Cordum uocatur. Sic corda frumenta dicta ſunt, quę ſero mateſcunt. Et cordi agni, ſerotini, qui poſt tempus debitũ naſcuntur, quos uulgus uocabulo inde deducto cordiſcos nominat. Plin. lib. 8. ca. 47. de ouibus loquens: Gerunt partus diebus CL. Cordos uocabant antiqui, poſt id tempus natos. Dicitur & de hominibus, ultra tempus legitimum in utero geſtatis. Vnde apud Suet. Cordi Cremetij nomẽ legitur. Quo nomine etiam dictus eſt ſcriptor hiſtoriarum, quem ſequi ſe ait Iul. Capito. in uita Gordianorum. Quinetiam Quint. lib. 1. præcipit ſcrutandas eſſe à ſubtili præceptore origines nominum, unde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Poſthumus dicantur. Varr. de Re ruſt. lib. 2. cap. 1. per aſpirationem ſcribit Chordum, ἀπὸ τὸ χόριον deriuat, quod ſignificat uoluam intimam, ſiue inuolucrum, quo fœtus in utero matris inuoluitur: Latini Secundas uocant.

CORDYLA, p. pr. (κορδύλη) thynni partus uocatur, dũ adhuc paruus eſt, qui poſtea Pelamidis, & poſt annum, cùm iam adoleuit, Thynni nomen capit, teſte Plin lib. 9. cap. 15. Mart. lib. 11. Mox uetus, & tenui maior cordyla lacerta.

CORESSA, Helladis. i. Grecię inſula. Plin. lib. 4. capi. 12. At in Hellade, inquit, etiamnum in Aegæo Lycades, Scarphia, Coreſſa, Phocarra, compluresq; aliȩ, ex aduerſo Atticæ ſine oppidis, & ideo ignobiles.

CORFINIVM, oppidũ eſt in Pelignis, quod belli ciuilis tempore Domitius cũ pro Pompeio occupaſſet, obſidione coactus Cæſari dedit. Hanc Marſi poſtea Italicam appellauere, belliq; Marſici tempore aduerſus Romanos receptaculum, atq; adeo propugnaculum ſibi cõſtituere: ut eſt uidere apud Strabonem libr. 5. Corfinienſes, eius oppidi incolæ. quorum meminit Plin. lib 3. cap. 12.

CORGO, {Certamente} aduerbium apud Veteres pro profectò, quaſi ea corde ago, id eſt, loquor. Feſtus.

CORIACESIA, herba eſt, qua Magi tradiderint aquam conglaciari, quo & nomine à Pythagora celebrata fuit, teſte Plin. libr. 24. cap. 17.

CORIACEVM, {Di cuoio} quod ex corio eſt, σκύτινον.

CORIAGO, ſeſta (ut Col. inquit lib 6.) peſtis bubulo pecori, cũ. ſ. pellis ita tergo adhæret, ut apprehẽſa manibus deduci à coſtis nõ poſſit. Ea res nõ aliter accidit, q ſi bos, aut ex languore aliquo ad maciẽ perductus eſt, aut ſudãs in opere faciendo refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. Vide Col. li. 6. ca. 12.

Coriandrum

CORIANDRVM, (κόριον Dioſcoridi) herbæ genus etiam hodie nomen retinens, cuius ſemen ſaccharo conuestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plin. lib. 20. cap. 20.

CORIARIVS, (Cuoiaio) (βυρσοδέψης) qui coria conciunat præſertim craſſiora. Plin. lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. Coriarius præterea eſt frutex, ſiue herba ſylueſtris, folijs myrti, cauliculis breuibus, uenena & tineas pellens: cuius aridis folijs, ut malicorio, coria perficiuntur. Alio nomine Rhus appellatur, teſte Plin. lib. 24. cap. 11.

CORIAS, (quod hic pro piſcis genere corruptè legebatur) uide Colias.

CORICÆ, inſulæ duæ ſunt, ante Peloponneſum. Pli. lib. 4. cap. 11.

CORINIVM, (κορίνιον) Liburniæ urbs eſt apud Ptolemæum libro 2. ca. 17. quæ Corinium Plinio dicitur. Eſt etiam hoc nomine apud Ptolemæũ urbs Britanniæ, quæ uulgo Claudioceſtria uocatur.

CORINNA, (κόριννα) doctiſſimarum aliquot poetridum nomẽ fuit: quarum prima Thebana fuit ſeu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ, filia, & Myrtidis diſcipula, quę lyricorum principem Pindarum quinquies uiciſſe, & Epigrãmatum quinq; libros edidiſſe fertur. Secunda fuit Theſbia, ueterum monumẽtis plurimũm celebrata. Tertia floruit Ouidij temporibus, ipſi Poetæ chariſſima. De hac Mart. Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.

CORINNVS, (κόριννος) Ilienſis Poeta fuit, qui primus Iliada conſcripſiſſe creditur, & Homero maioris operis argumentum ſuppeditaſſe Suidas.

CORINTHAS, adis, herba alio nomine Menais dicta, cuius ſucco in aqua decocto ſerpentium ictus protinus ſanari, prodidit Democritus, referente Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHIACVS, a, um, (κορινθιακός) quod ex Corintho eſt. Ouid. lib. 3. Triſt. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.

CORINTHIARIVS, a Suetonio poſitum eſt pro amatore nimio Corinthiorum uaſorum.

CORINTHIA VASA, (κορίνθια σκεύη) dicuntur ex ære Chorinthio fuſa, quæ tanta olim in pretio habita ſunt, ut ſępe argẽti, nõnunquam etiam auri æſtimationem excederent. Aeris autẽ Corinthij non naturalis erat, ſed artificio quæſita nobilitas, auro, argentoq; æri permiſto. Hæc autem metallorum commiſtio caſu primùm eſt adinuenta, confuſis ex Corinthij incẽdio metallis. Tria autem ſunt genera Corinthij æris, ut docet Plin. lib. 34. cap. 2. Candidum, quod nitore accedit q̃ proximè ad argentum: in quo. ſ. argenti miſtura præualuit. Alterum, in quo auri fuluus color inſpicitur. Tertium in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. 2. Tuſcu. Scis igitur, ſi quid de Corinthijs tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſuppellectilem ſaluam.

CORINTHVS, (κόρινθος) urbs Achaiæ, fere in medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita: (Iſthmos autem Gręci uocant anguſtias, quibus à peninſula ad continẽtẽ eſt aditus) ab ortu Saronicum, ab occaſu Criſſæum ſinum habens, qui et Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus, quorum Lechæũ Ionio, Schęnus Aegæo imminet mari: Vnde et Bimarem Corinthum poetę peculiari epitheto appellarunt. Oui. 4. Faſto. Adriacumq; patens latè, bimaremq; Corinthum. Fertur autem Corinthus primò à Siſypho latrone Aeoli filio condita fuiſſe, et Corcyra nominata, auctore Strabone: poſtea Ephyre, deinde euerſa, & inſtaurata à Corintho Marathonis, ſeu Pelopis (ut Suidæ placet) ſiue, ut alij malunt, Oreſtis ſeu Iouis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc urbs montem præruptum, ijſdẽ mœnibus concluſum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Muſis ſacer. Hanc urbem Cicero pro lege Manilia, Græciæ totius lumen appellat. Eò cum potentiæ propter ſitus opportunitatem excreuit, ut uix Romanæ urbi concederet: tantumq; in faſtum euaſit, ut populi Roma. legatos iniurioſius appellare, & (ſi Straboni credimus) etiam ſordibus perfundere non dubitaret. Qua re commoti patres, cum etiam antea creſcentem in dies urbis potentiam ſuſpectam haberent, bellum illi inferendum cenſuerunt. Miſſus itaq; in Græciam L. Mummius, Corinthum obſedit, tandemq; captam incendit, ſoloq; æquauit, adeò ut uix ullum Corinthi ueſtigium fuerit relictum. Quo incendio quãtę opes fuerint abſumptæ, docet Florus his uerbis: Quid ſignorũ, (inquit) quid ueſtium, quid'ue tabularum raptum, incẽſum, proiectũ eſt? Quantas opes uictor & abſtulerit, & cremauerit, hinc ſcias, quod quicquid Corinthi æris toto orbe laudatur, incendio hunc ſuperfuiſſe comtet. Nam & æris prætioſiorem notã ipſa opulentiſſimæ urbis fecit iniuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulacris, æris, argenti, auriq; uenæ in commune fluxerunt. Apollodorus auctor eſt, fuiſſe et alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum una fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide. A' Corinthus fiunt Corinthius, & Corinthienſis adiectiua, quæ ſic ab inuicem diſtinguuntur: ut Corinthij (κορίνθιοι) ſint qui Corinthum habitant, ſeu qui ex Corintho nati ſunt: Corinthienſes qui alibi nati ſunt, ſed negotiantur Corinthi. Corinthiacus, uide ſuo loco.

CORIOLANA PYRA quæ dicantur, uide Plin. lib. & cap. 15.

CORIOLANVS, Martij ciuis Romani nobiliſſimi cognomen fuit, ab eo in memoriam Coriolorum urbis a ſe expugnatæ uſurpatũ. Hic plebis odio in exilium actus, Volſcis pop. Rom. hoſtibus ſe coniunxit, patriæq; infeſtiſſimum bellum intulit: neq; à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit, niſi à Veturia matre & Volumnia uxore. Vide hiſtoriã latius apud Liu. li. 2. ab urb. Hũc Cice. in Bruto cum Themiſtocle cõfert, his uerbis. Bellũ (inquit) Volſcorũ illud grauiſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, idẽ ferè cum Perſarum bello fuit, ſimiliſq; fortuna clarorum uirorum. Siquidem uterq; cum ciuis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatumq; iracundiæ ſuę morte ſedauit. Hæc Cic. Coriolani uitam uide latius apud Plutarchum.

CORIOLI, (κοριόλλα Stephano) Latij oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipſe Coriolanus dictus eſt. Coriolani eius oppidi incolę. Plin. lib. 3. cap. 4.

CORION, (κόριον) herba eſt, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutę, odore acri, ſemine in ſiliqua nigro alijs nominibus Hypericum, & Chamæpitys appellata: teſte Plin. lib. 26. ca. 8. In officinis Hyperici nomen retinet. Vulgus Perforatam, & D. Ioannis herbam appellat.

CORIS, (κόρις Dioſcoridi) frutex eſt folio ericæ, ſed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, ſapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. Plin. libr. 26. cap. 8. Eſt & aliud hypericon, quod alij Corin appellant, folio tamaricis, & ſub ea naſcens, ſed pinguioribus folijs, & rubentibus.

CORITVS, uide Corythus.

CORIVM, (Cuoio, pelle) (βύρσα, σκῦτος, δέρμα) animaliũ eſt præſertim eorũ quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem, quamuis quandoq; de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. Cæſ. 2. bell. Ciu. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic. 1. de Nat. Deo. Quarũ aliæ corijs tectæ ſunt, aliæ uillis ueſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Apud Plinium, Corium terræ eſt, non tam cutis eius, facieſq; ſumma, quam tectorium, et ſtatumen quoddam craſſius, cui & aliud quoq; ſubeſſe poteſt corium. Nam in parietibus ſtruendis, ordines ipſi laterum Coria à Vitruuio dicũtur, hoc eſt, quę uulgò turba opificum appellat Curſus. Budęus in Annotationib. in Pand. Dicitur & Corius maſc. gen. Plaut. in Pœnu. Heri in tergo meo tres facile corios contriuiſti bubulos. A' corium fit Excorio, as, (δείρω) quod eſt corium detraho: de quo latius ſuo loco.

CORNE, collis ſuburbanus agri Tuſculani, qui olim lucum habuit faginum, antiqua religione Dianæ conſecratum. de quo Plin. lib. 16. capi. ult.

CORNEATES, populi ſunt Pannoniæ, apud Plini. lib. 3. cap. 25.

CORNELIA, (κορνηλία) matrona nobiliſſima fuit, Sẽpronij Gracchi uxor, & Tyberij & Caij Gracchorum mater, & maioris Africani filia, quæ à Valerio Maxi laudatur, quod matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtẽtanti non aurum, non gemmas, non deniq; ueſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarũ ornamenta. Fuit hæc mulier doctiſſima, et Latinæ puritatis diligẽtiſſima obſeruatrix: quæ & Epiſtolas terſiſſimè ſcriptas reliquit: quarũ meminit & Cic. in Brut. Legimus, inquit, epiſtolas Cornelię matris Gracchorũ: apparet filios nõ tã in gremio educatos, q̃ in ſermone matris. Quintilianus itẽ Corneliæ eloquentiã cõmendat his uerbis: Magni intereſt (inquit) quos quiſq; audiat quotidie, quibuſcum loquatur à puero: quemadmodũ patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tẽpore plurimũ contulit. Hæc Quintilianus. Fuit & Cornelia P. Seſtij uxor, cuius meminit Cic. li. 5. Epiſt. Fami. his uerbis. Non ſatis, inquit credidi homini prudenti tam ualde eſſe mutatam uoluntatem tuam: ſed poſteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Qu. Cornelio locutus ſum, adhibui diligentiam quotieſcunq; ſenatus fuit, ut adeſſem. Hæc ille ad P. Seſtium lib. Epiſt. 5.

CORNELIORVM familia Romæ fuit in primis illuſtris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Coſſus, qui cũ Tribunus eſſet militum in exercitu, Volumnium Lartem Veientum regem occidit, ſecundaq; opima ſpolia Ioui Feretrio retulit, Coſſus cognominatus a corporis rugoſitate. Coſſos enĩ eos qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, a ſimilitudine uermium, qui in ligno nutriũtur, Feſtus dicit uocari.

CORNELIVS ASINA, cum fundũ emiſſet, ſponſorq; pretij ab eo expeteretur, poſtera die aſinam ſacculis pecuniæ plenis in forum adduxit pro ſponſore, unde cognomentum accepit. Auctor Macrobius.

CORNELIVS BALBVS, genere Gaditanus fuit, à Cn. Pompeio Magno ciuitate donatus: qui deinde eo nomine in ius accerſitus, quaſi imperitiam legis cum ciuitate Pompeius donaſſet, Ciceronis patrocinium meruit. Hic poſtea ex Cęſaris familiaribus factus, plurima apud eũ & gratia et auctoritate polluit. Cicero Atti. Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum, Cæſaris familiarem.

CORNELIVS CENTIMALVS, & Sulpitius Galba cõſules, cum Anniba moenibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione, extra urbem caſtra habuere. Plutarchus in Annibale.

CORNELIVS EPITADIVS, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum, quẽ Sylla de ſuis rebus geſtis imperfectũ reliquit, ſuppleuit. Trãquillus.

CORNELIVS GALLVS, Poeta fuit elegiographus, Forolulienſis, qui Augusti fauore cõſcẽdit ad gradũ Prętaræ. Fuit primũ ſummus Octauij amicus, ſed poſtea ſuſpicione cõiurationis, quã in eius odiũ impegiſſet, ſibi ipſi mortẽ cõſciuit anno ætatis 43. Oui. lib. 3. Eleg. Sãguinis atq; aĩæ ꝓdige Galle tuæ. Cornelius Gallus (inquit Seruius) primus Aegypti pꝛ̃fectus fuit, & Poeta eximius. Nã & Euphorionẽ Græcũ tranſtulit in Latinũ ſermonẽ, & amorũ ſuorũ de Cytheride cõſcripſit libros quatuor. Hic primũ in amicis Auguſti Cæſaris fuit: poſtea cũ uenaſſet in ſuſpicionẽ q; cõtra eũ cõiuraſſet, occiſus eſt. Fuit ãt amicus Vergilij, adeò ut quartus Geor. à medio uſq; ad finẽ eius laudes teneret: quas poſtea iubente Auguſto in Ariſtæi fabulã cõmutauit. Hic Gallus amauit Cytheridẽ meretricẽ, libertã Volumnij: quę eo ſpreto, Antoniũ eũtẽ ad Gallias eſt ſecuta: propter quod dolorem eius conſolatur Verg. Eclog. 10. Hęc Seruius. Cytheridem autem, quam deperibat, mutato nomine, Lycorim uocauit. Oui. Gallus & Heſperijs, & Gallus notus Eois, Et ſua cum Gallo nota Lycoris erat.

CORNELIVS MERVLA, Conſul, contra Boios in Galliam miſſus, duodecim milia hoſtium cecidit. Auctor Liu. de bell. Maced. lib. 5.

CORNELIVS MERVLA, ſuperioris nepos, Flamen Dialis partium Syllanarum, ingreſſo urbem Mario, in Iouis æde, uenis ſucciſis, ſe necando mortis contumelioſæ damnationem effugit: ſacerdotiiq; ſui ſanguine foci uetuſtiſſimi madu.ere. Valerius de Morte.

CORNELIVS NEPOS, Ciceronis tempore, uir diſertus, uitas illuſtrium uirorum ſcripſit, quarum tantùm Pomponius Atticus extat, totiuſq; æui hiſtoriã, tribus (ut Martialis uerbis utar) chartis explicuit. Huic Valerius Catullus Veronenſis opus ſuum dedicat, ut indicat primũ eius operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum.

CORNELIVS SEVERVS, inter poetas Epicos ab antiquis auctoribus relatus eſt. Ingenio fuit magno, & in ſcribendis uerſibus facili. Cõſtat eũdẽ fuiſſe uerſatum in declamationibus, qua in re ingeniũ ſuum atque eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio eſſent alij complures, ut Aſinius Pollio, Põpeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Baſſus. A' Fabio Quinti. ita cõmẽdatur, ut uerſificator q̃ poeta melior habitus ſit. Scripſit inter alia multa, opus de bello Siculo, qđ ab eo abſolutum non eſt, propter immaturam mortẽ. Quod opus ſi abſoluere potuiſſet, meritò ſibi ſecũdum locũ uendicaſſet, ut idẽ Quint. auctor eſt. Extat eius carmen illud, quo eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum: quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum eſt: Oraq; magnanimum ſperantia pene uirorum In noſtris iacuere ſuis. ſed enim abſtulit omnes, Tanquam ſola foret, rapti Ciceronis imago, &c.

CORNETVM, ti, (κρανεών) locus cornis abundans, ſicut Oliuetum, in quo oleæ abundant.

CORNEVS, a, um, (κεράϊνος) quod ex cornu eſt. Plaut. Duram ac corneam uirgam. Cornea pyxis, Pli. lib. 21. cap. 10. Venabula cornea, Ouid. epiſto. 4. Virgulta cornea, Verg. 3. Aen. Poteſt etiam eſſe à cornu deductum nomē, κεράτινος. Vnde hybernæ coronę Corneæ dictæ ſunt, quū negante tum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri ſolebant. Vnde Corneū roſtrū. Cic. 2. de Nat. deo. Ibi aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; roſtro. Corneus color, qui cornu, uel corni ſimilitudinem refert, Plinius. Inde Corneolus, diminutiuum. Cice. de Nat. deo. 2. Sed duros, & quaſi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus: quòd his naturis relatus amplificatur ſonus.

CORNICEN, pe. cor. (κεραύλης, βυκανιστὴς) qui cornu canit. Iuue. Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia dotem Cornicini, ſiue hic recto cātauerit ære. His ſe olim etiam in prælijs utebantur quemadmodum & tubicinibus. Liui. 2. ab urbe. Cornicines, tubicinesq; in equos impoſitos canere ante uallum iubet.

CORNIGOR, aris, p. p. deponens, {*Gracchiare, cornacchiare*} (κρώζω) ſignificat more cornicū garrio: Perſius Sat. 5. Neſcio qd tecū graue cornicaris inepte.

CORNICVLARIVS, nomen eſt ordinis in militia, ſicut Commentarienſis, & Accenſus. Docet Aſcon. Corniculariū à corniculo ſic inclinari, ut à cornu Cornicinem. Nam qui corniculo militabat, is et Cornicularius dicebatur. Maternus uidetur oſtendere Cornicularium officium fuiſſe ſuper ſententijs damnatorum, cūm ait lib. 2. Quòd ſi in his locis Mars ſe aliqua ſocietate coniunxerit, uel ſi cum his fuerit inuentus, erunt homicidijs publici præpoſiti, & exceptores earum ſententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularij, aut commentarienſes, ſed quibus iura committantur.

CORNICVLVM, diminut à cornu. κεράτιον. Plin. lib. 11. c. 28. Alijs cornicula ante oculos prætenduntur ignaua. Idē lib. 9. c. 32. de cochleis. Oculis carēt, itaq; corniculis prætentant iter. Hoc ēt nomine uocatū eſt oppidū iuxta Tarquinios, (κόρνικλον) Steph. à quo oppidani Corniculani (κορνικλανοὶ) appellati ſunt. Et Corniculum, ornamenti genus, quo donabantur milites ab imperatoribus pro re bene geſta. Liui. libr. 10. ſcribit, Papyrium Conſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis, armillisq; argenteis.

CORNIFICIVS, Poetę eruditiſſimi nomē fuit, cuius egregia opera uſus eſt Auguſtus in bello Siculo. Hic milites fugientes non infacetè Galeatos lepores ſolet appellare: à quibus tandem deſtitutus, ab hoſtibus circūuentus eſt, & occiſus. Huic ſoror fuit nomine Cornificia, cuius carmē magno 1 pretio habitū fuit.

CORNIGENVS, a, um, {*Cornuto*} (κερατοφυὴς) quod eſt ex genere cornua habentium, ſicut Caprigenum, quod eſt ex genere caprarum.

CORNIGER, p. c. {*Cornigero, cornuto*} (κερατοφόρος, κερασφόρος) gerens cornua: ut, Ceruus corniger, Ouid. 7. Meta. Caput cornigerum, Oui. epi. 5. Fuluius corniger, Verg. 8. Aen. Taurus corniger, apud Cice. 2. de Nat. deor. Bacchus etiam corniger dictus eſt, quia ſimulachro Liberi patris cornua adijciebātur, q uini inuentor fuerit. Homines. n. nimio uini potu truces redduntur.

CORNIPES, p. co. (κερατόπους) animal corneos habens calceos, ſicut equus & capra, & huiuſmodi unguium aut pedum animalia. Ouid. lib. 2. Faſt. Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

CORNISCARVM DIVARVM locus, trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, q in Iunonis tutela cornices eſſe putabantur. Auctor Feſtus.

CORNIX, {*Cornice, cornacchia*} (κορώνη) auis uiuaciſſima, minor coruo, quæ cæterarū auium dux eſſe dicitur. Annoſa cornix, Hor. 3. Carm. Improba cornix, Verg. 1. Georg. Idem 9. Eclo. Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.

Cornices ēt accipi ſolent pro ijs, qui ſe ſapientiores ac duces aliorū uideri uolunt. unde Cornicum oculos configere, prouerbio dicimus, pro eo quod eſt ueterum ſcientiam nouo inuento obſcurare, & efficere, ut priores nihil ſciſſe uideāt. Cic. pro Muræn. Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, et a prudentibus iuris ſapientiam ipſorum compilarit. Huius diminutiuum eſt cornicula. Hieronymus ad Paulinū: Malo aliem operis interpres exiſtere, q̄ (ut quidā faciunt informes corniculę) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculā illā, quę (ut eſt 1 fabulis) alienis pēnis ornata, reliquis auibus aliquandiu nō paruæ fuit admirationi, donec deprehēſo fuco, ſuas quæq; aues pennas repetentes, nudā corniculam deſtituerunt. Quam fabulam ita tangit Horat. in Epiſt. Ne, ſi repetitum uenerit olim Grex auium pennas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Eſt etiam Cornix annulus ferreus, quo oſtium pulſatur, à figura, aut potius, à garrulitate ſic dictus.

CORNV, et hic Cornus {*Corno. Pet. Vna candida cerua con due corna*} (κέρας) ſecundum Priſcian. à cruore (ut ſcribit Varro) nominatur. Plin. libr. 28. cap. 11. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Hinc fiunt Vnicornis, (μονόκερως), Bicornis, (δίκερως): Tricornis, Quadricornis. Per tranſlationē Cornua, fluminum dicuntur flexus, et curuitates alueorum q multis in locis ad cornū ſimilitudinem flectantur. Cice. Att. li. 9. Ab utroq; portus cornu moles iacimus.

Item cornua antennarū, (κεραῖαι) ſignificant utranq; partem antennæ. Vergi. 3. Aene. Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Similiter in prælio Cornua (κέρατα) dicūtur aciei partes ab utroq; latere prominentes. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu, et quod inter utrunq; eſt, dicitur Media acies. Terent. in Eunu. In medium huc agmen cūm uecti Donax: Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum. Item Cornu, (βυκάνη) genus eſt tubę obtortę, à quo Cornicines (βυκανισταὶ) dicti ſunt.

CORNVCOPIÆ, (κέρας ἀμαλθείας) cornu fuiſſe exiſtimatur, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato cōgreſſus ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitijs refertum, copiæ conſecrarunt: unde apud Ouid. Achelous. Rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit: Naiades hoc pomis & odore flore repletum Sacrarunt, diuesq; meo bona Copia cornu eſt.

CORNVPETA, pe. co. (κερυτιστὴς) animal quod cornibus petit. i. ferit.

CORNVS, {*Cornolo*} (κράνεια) fœ. ge. tam quartæ. q̄ ſecundæ declinationis, Secundum Priſcianum: arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus ſimiles, fructū circa ſolſtitia ferens, primò candidū, poſteà ſanguineū. Verg. 2. Geor. Et bona bello Cornus. i. apta haſtilibus. Itali cornus, Verg. libro 9. Conrecto ſternit iaculo, uolat Itala cornus. i. telum ex cornu factum. Cornum (κράνειον) gener. neut. fructus. Idem 3. Aeneid. Baccas, lapidoſaq; corna Dant rami.

CORNVTVS, a, um, {*Cornuto. Boc. Gio. 8. No. 9. Egli uerrà per te una beſtia cornuta*} κερατώδης, κεράτινος, qd' habet cornua. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. Aetas cognoſcitur equorum, & ferè omnium qui ungulas indiuiſas habent, et etiam cornutorum. Poteſt etiam dici Cornutū, quod procedit ex cornu. Mart. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornutę quadrupedes, à Veteribus dicebantur elephanti, nam quos in his dentes multi dicunt, cornua ſunt.

CORNVTVS, (κορνοῦτος Suidæ) Philoſophus fuit ex Lepti ciuitate Africę, qui teſte Suida, non pauciores diſcipulos morum comitate, q̄ eruditionis nomine ad ſe pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiā fuit interfectus. Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Cic. tēporibus: de quo ſic ſcribit lib. Epiſto. 10. Placuit nobis, inquit, ut ſtatim ad Cornutū Pr. urb. literas deferremus, qui q COSS. aberant, Conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Item ad Atticu. lib. 1. Epiſt. 9. Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto uerò Pſeudocatone.

COROEBVS, ſine aſpiratione (κόροιβος Suidæ) filius fuit Mygdonis, (unde à Verg. Mygdonides appellatur) qui incenſus amore Caſſandræ, quam etiam Priamus pater ei deſponderat, ad Troiam uenit, ſocero & Phrygibus laturus auxilium, quamuis à ſpōſa ipſi exitium, niſi abiret, eſſet prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium cecidit, occiſus eſt à Peneleo quodam Græco. Verg. lib. 2. Aene. Iuuenisq; Coroebus Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore. Vide prouerbium, Stultior Coroebo.

COROLLA, {*Coronetta*} ςεφάνιον. diminutiuum, parua corona. Proper. Me iuuat externis poſitum languere corollis.

COROLLARIVM, {*Dant. Darotti un corollario anchor per gratia*} (ἐπιφορά, προσθήκη τοῖς ἄθλοις, ἐπίμετρον, ἐπιμέτρησις) auctore Var. li. 1. ſignificat id, quod additum eſt ſupra menſuram, præter q̄ quod debitum eſt, tanquam auctarium quoddam: à corollis nomen deductum, q hę cūm placuerāt actores, in ſcena dari ſolitæ ſint: unde & Corollaria, dicuntur ipſæ coronæ. Suet. in Augu. Itaque corollaria & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis, crebra, et grādia de ſuo offerebat. Plini. lib. 21. Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis mox et Corollarijs poſtquā è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Cic. in frumētaria: Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotū bonis, ac de ſcenicorum corollarijs decumā emerunt. Hæc autem cūm pretij parui forent, factum eſt, ut Corollarium, pro re leuiori accipiatur. Pli. lib. 9. capi. 35. At illa corollariū id eſſe, ſumptuūq; ea in cœna taxationem confirmans. Apul ſymbolicæ Corollarium uocaut poſticum concubitum, cūm ait, Mihi iam fatigato de propria liberalitate, Photis puerile obtulit corollarium.

CORON, (κόρον Dioſcuridi) herba eſt eadem cum ſylueſtri ruta.

CORONA, {*Corona, diadema, cerchio d'huomeni. Pet. Vſono hora gli ſcettri e le corone*} eſt quā Gręci ςέφανον uocāt, à noſtris olim Strophium, ἀπὸ τοῦ ςρέφειν, quod eſt uertere. Poſtea per diminutionē Strophiolum eſt appellatum: deinde etiam Serta in plurali numero à ſerendo. Et cum uideatur corona à choro dici, caret tamen aſpiratione. Cice. 6. Verr. Vnxiſſe unguentis, cōpleſſe coronis et floribus. Fuerunt autem apud Romanos diuerſorum generum Coronę in magno pretio habitæ. ſ. Triumphalis, quæ Imperatoribus poſt uictoriam ad urbē redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hęc antiquitus ex lauro fiebat: poſtea ēt ex puriſſimo auro fieri cœpta: quod etiā inde aurum coronarium uocatur. Obſidionalis, quā liberati ab obſidione dabāt ei, qui ipſos liberauerat, ex gramine decerpto inde, ubi obſeſſos ille ſeruaſſet. Nā (ut ait Plin.) ſummum apud antiquos ſignum uictoriæ erat, uictos porrigere herbam è terra. Ciuica, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtē uitæ ſalutisq; perceptæ dat: & hæc erat primò iliginea, poſtea magis placuit ex quercu. q ante inuentas fruges, arboris eius glandibus homines uictitarint. Muralis erat, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ſubijſſet, inq; oppidum hoſtium per uim aſcendiſſet. Hęc corona, ad incitandos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Caſtrenſis dicitur, ſimiliter aurea, habens inſigne ualli. Hæc donabatur qui primus hoſtium caſtra pugna introiſſet. Naualis quoq; aurea, quibuſdā quaſi roſtris nauium inſignita, qua donari cōſueuerat, qui primus maritimo prælio, in nauem hoſtium ui tranſilijſſet. Oualis myrtea erat qua utebantur Imperatores, qui ouantes introibant ciuitatem. Ouātes autem Imperatores poſt uictoriā urbē introibant, quoties bellum nō rite indictum erat, neq; cum iuſto hoſte geſtū, utpote ſubactis ſeruis, aut piratis, aut humili alio quouis hoſte: aut ēt quoties facta repentè deditione, uictoria citra puluerem (quod dici ſolet) obtigerat. His itaq; mittebatur corona ex myrto, quæ eſt arbor Veneri ſacra, q huiuſmodi uictorias Venereas magis iudicarēt, quàm Martias. Corona etiā dicitur ornamentum muliebre. Hora. lib. 1. Carm. Et ſcandit hærentem coronā crinibus.

Item ponitur pro conuentu hominū circunſtante. Cice. de Milone Non. n. corona ueſter cōſeſſus cinctus eſt, ut ſolebat. Item pro circulo circa lunā, ὁ ἅλως.

Item pro ſigno cœleſti ſupra humerum Artophylacis. Verg. li. 1. Geor. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ. Ferunt Ariadnam coronam dono accepiſſe à Theſeo, unde nupſiſſe Libero patri: & poſt eius mortem coronam à Libero in cœlo fuiſſe collocatam. Alij dicunt hanc coronā dediſſe Bacchum Ariadnæ, cūm ad Minoē in Cretā ueniſſet. Alij dicunt coronā fuiſſe Baccho datā a Venere, cūm Ariadnen uxorem duceret. Hæc Cancro, et Leone exoriēte occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobrís, habet ſtellas nouem in orbem diſpoſitas.

CORONAMENTVM, ti, (ςεφάνωμα) coronarum materia, hoc eſt, flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarum cōfectioni congruentes. Plin. lib. 21. cap. 1. In hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato. Idem lib. eodem, cap. 9. Folia ſimilacis, & hederæ in coronamenta ſe dedere, coronæq; earum obtinent principatum.

CORONARIVS, rij, (ςεφανοπλόκος) qui coronas nectit: cuius fœmininū eſt Coronaria, (ςεφανοπλόκος, ἡ) mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. ca. 2. Factum. i. ex ingenio Glyceræ coronariæ, dilectæ illi. Coronarius, a, um, adiectiuum, quod ad coronas pertinet, (ςεφανωτικὸς) unde, Aurum coronariū, ex quo coronæ conficiebantur. Cice. pro lege Agrar. Quod ad quenque peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. lib. 15. cap. 30. Ramos ſpargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis.

CORONE, es, pe. pr. ſiue Corona, æ, (κορώνη) Peloponēſi oppidum eſt, ad ſinū Meſſeniacum, non procul à Pamiſi fluminis oſtio: etiam hodie nomen ſeruans.

Hinc Coronęus, a, um, (κορωναῖος) ut, Sinus Coronęus, (κόλπος κορωναῖος) qui & Meſſeniacus, ab Acrita promontorio, ad Tænarum uſq;, agri Laconici pro-

promontorium extenſus. Vide Plin.lib.4.capi 5.& Strabonem libro 8.

CORONEA, (κορώνεια) urbs eſt Bœotiæ, nõ procul ab Helicone, in colle ſitar is dicta (ut Stephano placet) à Corono Therſandri filio. In huius agro negant talpas aut gigni, aut aliunde illatas uiuere poſſe. Eſt & altera eiuſdem nominis urbs in Phthiotide, non procul à Pagaſis: cuius meminit Strabo lib.9. Plin.lib. 4.cap.7. Iuxta Cephiſum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephia, Coronea, Cheronia. Stephanus & alias eiuſdem nominis urbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum inuenerimus, hoc conſultò prætermiſimus.

CORONEOLA, genus roſæ eſt autumni tempore in rubro proueniens. Plin. lib.21.cap.4.

CORONIS, coronidis, p.pr.fœ.ge. {Sommità, cima, altezza} (κορωνίς) ſummitas, ſeu apex alicuius rei, uelut montis, aut ſtructuræ alicuius. Significat & extremam nauis partem, hoc eſt, incuruum quiddã ſupra puppim in roſtri modũ eminens. Denique Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & ultima manu rei alicui impoſita, ſiue etiam pro eo quod rei abſolutę ornatus magis, quàm neceſſitatis ergo accedit. Mar.lib.10. Sed nimius uideor, ſeráq; coronide longus Eſſe liber: legito pauca, libellus ero. Poſtremo Grammatici, quoties perſona actoris eodem metri genere finit, quo cœperat, Coronidem uocant: eamq; notant ueluti roſtri figuram exprimentibus lineis.

CORONIS, idos, (κορωνίς) alio nomine Arſinoe, Nympha fuit, Phlegyæ, uel, ut alij tradunt, Leucippi filia, quæ cum forma eſſet non ineleganti, Apollini placuit, à quo & uitiata et grauida facta eſt. Verùm cùm poſtea Iſchidi cuidã Theſſalo, mutuo eius amore capta, ſui copiam faceret, à coruo deprehenſa eſt: ex quo cùm Apollo amicæ perfidiam cognouiſſet, telis eam confodit: puerũq; (qui poſtea Aeſculapius appellatus eſt) ex utero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ouid.lib.2. Meta. Pulchrior in tota, q̃ Lariſſæa Coronis Non fuit Aemonia, &c. Vide latius in dictione Aeſculapius.

CORONO, as, {Coronare, incoronare} (στεφανόω) coronã capiti impono. Vergi.1. Aeneid. Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Coronatus, participium Cic.2.de legib. Sequebantur epulę, quas inirent propinqui coronati.

CORONVLA, diminutiuum, (στεμμάτιον, στεφάνιον) parua corona.

CORONOPVS, (κορωνόπους) oblonga herba eſt fiſſis folijs, per terram repens, cuius radix cœliacis præclare facit in cinere toſta Pli.li.22.ca.19.et li.21. cap.16. hanc herbam inter graminis genera aſſignat, & à Romanis Gramẽ aculeatum uocari aſſerit. Vulgo ab altoribus Dens canis appellatur Ruellius.

COROPHIVM, piſcis de genere cancrorum. Plin.lib.32.cap.11.

CORPILLI, populi ſunt Thraciæ, Hebrũ accolentes, ut ſcribit. Pl.li.4.c.11.

CORPORALE, {Corporale, corporeo.} (σωματικόν) quod eſt, uel habet corpus: Incorporale, ἀσώματον. Seneca Epiſto.59. Dicimus quædam corporalia eſſe, quædam incorporalia. Aliquando accipitur pro eo quod eſt corporis: unde Corporalia bona, apud Gellium lib.18.cap.1. & Corporalia uitia apud Senecam Epiſt.54. Corporalis poſſeſſio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. Papin.l. Debitor.ff.de pign.act. Soluta pecunia, creditor poſſeſſionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet.

CORPORATIO, {Corporatura} (σωμάτωσις) quantitas uel habitus corporis. Col.lib.7. Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, uel ſtatura, uel uiribus impar cum uiolentiore iungatur: nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.

CORPORATVRA, {Corporatura quantità del corpo} corporis quantitas, hoc eſt, habitus & ſtatus ipſius corporis. Vege.lib.1. Scribit corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Colu.lib.7. Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarij debet eſſe. Vitru. lib.6. Sed ex cœlo roſcidus per in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

CORPOREVS, a, um, {Corporeo} (σωματικός, σωματώδης) quod eſt ex ſubſtantia corporis, ut lapis: è diuerſo Incorporeum, quod corpus non habet, ut uirtus. Cic.2.de Nat.deo. Contrà ille corporeus, uitalis & ſalutaris, omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuq; afficit.

CORPORO, as, {Incorporare, unire in un corpo, uccidere} (σωματοποιῶ) cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. Plin.lib.7.ca.15. Semine è maribus coagulo modo hoc in ſe glomerante, quod deinde tempore ipſo animatur, corporaturq;. Hinc Concorporo, & Incorporo, compoſita: de quibus ſuis locis. Apud antiquos Corporare legimus pro interficere, quaſi corpus ſolum ſine anima relinquere. Ennius apud Nonium. Corpus contemplatur, unde corporet uulnere. Accius: Corporare abs tergo es auſus.

CORPORATVS, a, um, (σωματικός) idem quod corporeus, ſiue corpus habens. Cic.de uniuerſ. Semper'ne fuerit, nullo generatus ortu: & ſi ortus ſit, ab aliquo temporis principatu ortus ſit: quandoquidem cernitur et tangitur, & eſt undique corporatus.

CORPVLENTVS {Corpulento, graſſo} (μεγαλόσωμος) dicitur homo obeſi corporis. Plau.in Epid. Euge, corpulentior uidere, q̃ agilior. Sic corpulentum pecus apud Col.lib.6.cap.3. Hinc Corpulentia, carnoſitas, πάχος. Pli.lib.11. cap.53. Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.

CORPVS, poris, {Corpo} (σῶμα) generaliter dicitũ ſubſtãtia oĩs uiſu tactu've perceptibilis. Cic.2.de Orat. Etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt. Aliquando Corpus accipitur pro maſſa totius animalis ex partibus ſimilaribus & organicis compacta, quæ unà cũ anima totũ conſtituit animal. Cic.pro Marcello. Vita corpore et ſpiritu continetur. Aliqñ pro ſola carne ponitur. Ci.Gallo: Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & uires & corpus amiſi. Mart. utranq; ſignificationẽ uno uerſu complexus eſt. Viuebant laceri mẽbris ſtillantibus artus, Inq; omni nuſquam corpore corpus erat. Corporũ tria genera Pòponius eſſe affirmat: Vnũ quod una ſpecie côtinetur: ut, Homo, Lapis, Lignum. Alterũ, quod ex contingentibus, hoc eſt pluribus inter ſe cohærẽtibus côſtat, ut Aedificiũ, Nauis, armarium. Tertiũ, quod ex diſtantibus côpactũ eſt, ut puta ex pluribus corporibus, uni nomini ſubiectis: ut Populus, Legio, Grex. Aliter Philoſophi corpora diſtinguunt: ut quædã ſint Inanimata, ut lapis, ferrũ: alia Animata, ut arbor, leo. Ex his rurſus quædã ſunt alia uegetatiua duntaxat prędita: ut plãtæ: quædã ſenſibilia, ut bruta oĩa animalia: quędã rõnali, ut ſoli homines. Corpus, pro opere aliquo ſcripto, & uolumine. Cic ad Lucc.lib.5. A principio coniurationis uſq; ad reditũ noſtrũ, uidetur mihi modicũ quoddã corpus confici poſſe. Corpus pro parte, ſeu tribu ac multitudine populi. Liui.1.ab urb. Sui corporis creari regem uolebãt. Corpus ciuitatis. Liu.6.Bel.Pun. Corpus nullũ ciuitatis, nec Senatum, nec plebis conſiliũ, nec magiſtratus eſſe. Collegiorum corpus. Caius in.l.j.§ in collegia.ff.quod cuiuſq; uniuerſ. Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Senatuſconſultis, atq; conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt. Corpuſculum, diminutiuũ (σωμάτιον) paruũ corpus: unde atomos Corpuſcula uocat Cic.1.Acad.& 1.Tuſc. Iuuen.Sat.10. —Mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula.

CORRADO, is, pen.pr. (συνάγω) ſimul rado, & in unum contraho. Terent.in Adel. Minas decem corradet alicunde.

CORREPO, is, ere, {Rampare, rampegare} (ἕρπω) idem quod ſimplex Repo. Lucil.lib.8. Exiguam uector pauidus correpſit in alueum.

CORRIDEO, es, ere, (συγγελάω) ſimul rideo. Lucr.libr.4. Omnia corrident concepta luce diei.

CORRIGIA, giæ, {Correggia cinta cintolo} (ζώνη) cingulũ, quo cingimur. Cic.2.de Diu. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, et abruptio corrigiæ, et ſternutamẽta erũt obſeruãda. Quidã hoc nomẽ à corrigendo deducũt, uoluntq; corrigiam primum lori quoddam genus fuiſſe dictum, quo ſerui corrigebãtur.

CORRIGO, is, pen.cor. correxi, correctum, {Correggere, emendare} διορθόω, εὐθύνω. ex con, & rego, ſignificat emendo. Ci.ad Q. F.lib.1. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigã tarditatem tum equis, tum uelis. Inde corrector, emendator, ἐπανορθωτής. Teren.in Adel. Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Corrector atq; emendator. Cic pro Corn.Balb. Aſperitatis corrector, Horat.epiſt.1.

CORRECTIO, onis, {Correttione} (διόρθωσις) emendatio. Cic.4.de Finib. Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris & emendatio, &c. Correctio etiam figura eſt apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum eſt, & pro eo quod magis idoneum uidetur, reponit. Exemplum eius eſt in Rhetoricis ad Herennium: Nam poſtquam iſti uicerunt, atque adeo uicti ſunt: eam enim quomodo uictoriam appellem, quæ uictoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

CORRIPIO, is, pe.cor. {Riprendere, ammonire. Pet. Si c'hor ſi marauiglia, hor ſi riprende} (ἐπιτιμάω, ἐπιλαμβάνομαι) reprehẽdo, arguo, obiurgo. Pli. in Epiſt. Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis, q̃ uerberibus. Propriè aũt eſt aliquid celeriter rapere, (λαμβάνομαι, ἀντιλαμβάνομαι) Verg.1.Ae. Cõſtitit hic, arcũq; manu, celereſq; ſagittas Corripuit. Adaptatur aũt hoc uerbum ad oẽs actus humanos: ut, Corripitur ſomno, Corripitur febribus, hoc eſt, inuaditur, & multa alia huiuſmodi. Corripere item (συστέλλειν) abbreuiare eſt, et cõtrahere. unde correptas ſyllabas dicimus.

Correptus, participium. Cic. antequam iret in exil. Ego repentè in tribunitia correptus, non modo loquendi liberè in iudicio, ſed ne cõſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem. Correptor, oris, Senec.2.de ira: Placidus itaque ſapiens, & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium.

CORRIVARE, per riuos aquã eundẽ in locũ ducere. Pli.lib.6.ca.14. Anguſtias impedit corriuatus ſalis è cautibus liquor. Hoc eſt, multis ueluti riuis eũdẽ in locũ fluens. Idẽ li.3.ca.5. Albula è media ferè longitudine Apennini, ex finibus Aretinorũ profluit, tenuis primo, nec niſi piſcinis corriuatus. Hoc eſt, ex piſcinarũ riuulis eundẽ in locũ confluentibus ortus. Sic Corriuari amnes & torrẽtes dicuntur, qui ex multis riuis eodem confluentibus oriuntur. Idem lib.31.capi.3. Plerunq; uerò damnoſi torrentes corriuantur, detracta collibus ſylua.

CORRIVALES, {Riuali} (ἀντεραστοί) qui duo, aut plures eandem amicam habent, uel q̃ eundem riuum accedere uideantur, uel q̃ inuicem contendant, ut feræ, quæ ex eodem riuo hauſtum petunt. Quinti.14. Declam. Si patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia.

CORRIVATIO, onis, (σύρροια) aquæ eundem aliquem in locum deductio, ſiue confluxus. Plin.lib.31.cap.3. Salix enim erratica & alnus, aut uitex, aut hedera, ſponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem à ſuperioribus defluentis, augurio fallaci.

CORROBORO, as, p.c. {Confermare, fortificare} (κρατύνω, κρατυνόω, ἐπισχυρίζω) robuſtum & fortem reddo. Cic.5.de Finib. ad quorum etiam cognitionem, & uſum iam corroborati, natura ipſa præeunte, deducimur. Per tranſlationem, Cic.in Cati. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt. Idem Caſſio, lib.12. Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie.

CORRODO, is, ere, {Rodere, conſumare rodendo} (κατατρώγω) rodendo conſumo, uel idem quod ſimplex rodo. Cic.2.de Diu. Nos autem ita leues atq; inconſiderati ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus. Var.3.de Re ruſt.ca.17. Cum eodem tempore inſulas Lydiorum ibi corroſas uidiſſes. Oſſa corroſa, Iuue.Sat.15.

CORROGO, as, (ἐρανίζω) idem eſt, quod rogãdo corradere, ſiue multis precibus contrahere. Liu.3.Bel.Mace. Magiſtros nauium mercatoreſq; inuitare iuſſit, & uela cum antennis ex nauibus corrogari iuſſit, ut umbra cœnãtibus in litore fieret. Cic.pro Quintio: Ipſe ſuos neceſſarios ab atrijs Licinijs et à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Seſtiã ſibi adſint. Inde Corrogati auditores, dici poſſunt qui ambitione doctoris, alioqui fortaſſe ſurdis parietibus occẽturi, undique corrogantur. Corrogata ad neceſſarios uſus pecunia, Cæſ.3.bel.Ciui.

CORRVDA, p.p. (ἀσπάραγος ἄγριος) ſylueſtris aſparagus Cato: In arundineto corrudam ſerito, unde aſparagi. Col lib.10. Prodit & aſparagi corruda ſimillima filo. Plin.lib.20.cap.10. Sylueſtrem aſparagum aliqui Corrudam, aliqui Lybicum uocant. Attici Orminum.

CORRVGO, as, are, pe.pro. {Creſpare} (συνοφρυόω) in rugas contrahere: ut, Corrugare frontem, apud Plautum (συνάγειν τὸ μέτωπον) eſt præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horat.1.Epiſt.5. —Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares.

CORRVGI, ſunt aquæ ex montium iugis ductæ ad lauandum aurum ita dictæ à corriuatione, auctor Plin.lib.33 cap.4.

CORRVMPO, is, {Corrompere, guaſtare} (διαφθείρω) contamino, uitio, deſtruo. Pli.lib.3.cap.22. Quæ nec aqua, nec igni poſſet corrũpi. Ter.in Adel. Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrũpantur cautio eſt. Transferĩ & ad animũ. Cic.1.Offi. Sed corrupti mores ſunt deprauatiq; admiratione diuitiarũ. Animus largitione corruptus, apud eundem ad Atti.li.8. Aliqñ eſt ſubornare, inuitare, & illicere muneribus, καταδωροδοκεῖν. Cice.pro Planc. Doce, quod

debes, per quem ſequeſtrem quo diuiſore tribus corrupta ſit. Et paulò antè: Quũ quiſq; tribum turpi largitione corrumperet. Hinc Corruptus, a, um, quod modò participiũ eſt: ut, Iudiciũ corruptũ, hoc eſt, pecunia à iure, & æquitate abductũ. apud Ci. pro Clu. Modo nomẽ ex participio: unde Corruptior, & Corruptiſſimus. Pli. li. 15. ca. 17. Dẽptis forcipe corruptioribus acinis. Idẽ li. 13. c. 3. Quã et corruptiſſimũ in genere. Aliqñ eſt ſubornare, inuitare, et allicere muneribus, ἀκτικὸς προάγειν. Corruptor, (φθορεύς) uerbale, qui corrũpit: ut, Corruptor iuuẽtutis, Ci. in Cati. Iuu. Sat. 1. Nuncus corruptor auaræ. Corruptrix, fœmininũ. Ci. ad Q. fr. li. 1. Tam deprauatis moribus, tã corruptrice prouincia. Corruptè, aduer. Cic. 1. de Finib. De quibus neq; deprauatè iudicant neq; corruptè.

CORRVPTELA, (διαφθορά) idem quod corruptio. Teren. in Add. Communis corruptela noſtrum liberum.

CORRVO, is, pe. c. {*Cadere, rouinare*} (συμπίπτω) concido, ſimul ruo. Cice. ad Q. Fr. lib. 2. Et ille penè timore, ego riſu corrui. Corruere pro labi, & errare. Cic. de Senec. Nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.

CORS, cortis, (ἐπαυλις) unde in dictione Cohors.

CORSEÆ, (κόρσεαι Stephano) inſulæ ſunt Ioniæ adiacentes, è regione Sami. Plin. lib. 5. cap. 31. Ioniæ ora Aegæas & Corſeas habet.

CORSICA, pe. co. (κύρνος Ptolemæo) inſula eſt maris Liguſtici, longa paſſuũ CL. M. lata autem quinquaginta, ſexaginta circiter ſtadijs diſtans à Sardinia. Caſtella habet Bleſinos, Caracem, Eniconias, Vapanen. Tota autem malignè colitur, quòd aſpera ſit, & multis in locis inacceſſibilis. A Græcis Cyrnos dicit à Cyrno, ut Fabio Pictori placet, Herculis filio. Corſicã ãt appellatã uolunt, à quadã bubulci ancilla, cui Corſe nomen erat: ut refert Stephanus. Huius inſulæ incolæ Corſi (κορσοὶ) appellãtur. quorum Strabo ſcribit miram ſua ætate fuiſſe morum feritatem, adeo ut ex rapto uiuerent, ipſaſq; etiam beluas immanitate ſuperarent. Vide plura de hac inſula apud Strabonem lib. 5. & Pli. lib. 4. ca 6. Hæc die Genuenſibus paret, Ademarci nauarchi auſpicijs Mauris erepta.

CORSOIDES, (κορσοειδὴς) lapis canitiei hominis ſimilis. Pli. li. 37. cap. 10.

CORTEX, {*Scorza, corteccia. Pet. Che tien di me quel dentro & io la ſcorza*} (φλοιὸς, κέλυφος, λέπισμα, λέπος) tam maſ. q̃ fœ. ge. eſt uelut coriũ cuiuſq; rei: ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædã ad tegendũ data. Nã coriũ propriè animalium eſt. Oui. libr. 1. Met. Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus. Verg. 7. Aene. Raptus de ſubere cortex. Huius diminu. eſt Corticula, φλοίδιον. Colu. libr. 12. capi. 47. Tum reſolutis corticulis eximimus eã.

CORTICOSVS, a, um, {*Scorzoſo, pieno di ſcorza*} (φλοιώδης) corticibus plenum. Plin. li 12. ca. 14. Quod in arbore hæſit, ferro depectitur, ideo corticoſum. Corticatus, a, um, quod corticem habet. Colum. lib. 12. capi 23. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

CORTINA, p. p. multa ſignificat. Nam Cortinæ ſunt uaſa, in quibus pigmenta coloreſq; coquuntur, quibus lanæ intinguntur, et uela pingunt immerſa. Pli. lib. 35. cap. 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. Ser. in illud Verg. 6. Aen. Neq; te Phœbi cortina feſellit. Cortinam interpretatur tripodem Apollinis, unde oracula reddebantur: uel quod Apollinis tripus corio Pythonis ſerpentis tectus eſſet, uel quòd certa illic reſponſa funderentur: quaſi Certina: uel quòd illic cor uatis teneret. Illuc. n. raptæ Phœbades uaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebãtur, quòd in eum potiſſimum uſum fierent, ut Apollini Delphico dicarentur. Plin. lib. 34. cap. 3. Ex ære factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cato cortinam plumbeam accipit pro uaſe, quo oleũ fluit, cùm in torcularis à factoribus premitur. Ait. n. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quò oleum fluat. Item Cortinæ. (παραπετάσματα) dicuntur aulæa, & uela ad locum aliquem contegendum. Vnde Hierony. in Exod. Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæc etiam Velaria a uelis dicta ſunt. Nam Velum, Plagæ, & ſtragula, inter ſe germana ſunt. Item locus uelatus in theatro, ex quo egrediuntur hiſtriones et mimi, Cortina dicitur. Verg. Magni cortina theatri.

CORTINALE, à cortina, ſumit pro loco in quo ſunt cortinæ, hoc eſt, uaſa quibus ſapa decoquitur. Col. li. 1. cap. 6. Cortinale quo defrutum fiat, nec anguſtũ, nec obſcurum ſit, ut ſine incommodo miniſter, qui ſapã decoquit, uerſari poſſit.

CORTON, (κόρτων) Theſſaliæ ciuitas, diſtans à Cranone centum circiter ſtadijs. Stephanus ex Strabone.

CORTONA, æ, ſiue Corton onis, Tuſciæ oppidum fuit, non procul ab Aretio: cuius incolæ Cortonenſes appellantur: quorum meminit Pli. lib. 3. capi. 5.

CORTINA, ſiue GORTYNA, (γόρτυς, Steph. γόρτυνα Str.) inſignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethæus amnis. Pli. li. 4. cap. 12. & Pomp. Mela lib. 2. Circa hanc urbem calami naſcebantur ſagittis cõficiendis in primis idonei. Vnde Cortynia tela, dixit Silius lib. 1. Celſis Cortynia maris Tela ſonante fugat neruo. Item: Eois quamuis certet Cortyna ſagittis. Cortyna ueſtis, pro uenatoria, apud Claudianum lib 2. de Rapt. Proſerp. Vnde Dianæ Criſpatur gemino ueſtis Cortynia cinctu.

CORVNCANVS, primus Romæ Pontifex maximus fuit de plebe, quem Cicero pro domo ſua ad Pontifices, Põtificij iuris peritiſſimum fuiſſe teſtatur. Ia cum legatus ad Teucam Illyricorum reginam miſſus eſſet, in reditu contra ius gentium interfectus eſt. Fuit & alter Coruncanus, qui aduerſus Amilcarem Barcham in Siciliam miſſus eſt, cuius meminit Polybius.

CORVS, ſine h p. pr. (ἀργέστης) uentus flans ab Occaſu ſolſtitiali, Aquiloni oppoſitus: teſte Plin. lib. 2. cap. 47. Iuuen. Atq; habites Coro ſemper tollendus & auſtro. Quandoq; mutantes, o, in au, Caurum dicimus. Vergil. 3. Geor. Semper hyems, ſemper ſpirantes frigore Cauri. Eſt item Corus (κόρος) menſuræ genus, quadragintaquinque modios cõtinens: Modius uero capit 22. ſextarios. In qua ſignificatione prior huius dictionis ſyllaba corripitur.

CORVSCARE, {*Riſplendere à guiſa di baleno*} (ἀστράπτειν, στίλβειν) interminare, ſplendere: & propriè cœli eſt cum in eo ignis oſtenditur ſine tonitru. Ci. 3. de Orat. Flamma inter nubes coruſcat, cœlum tonitru contremuit. Vergi. 4. Georg. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant. Interdũ accipitur pro uibrare, habetq; accuſatiuum adiectiuum. ut Coruſcare gladium, uel haſtã. Vergi. 10. Aeneid. Talia uociferans ſequitur haſtamq; coruſcat. Interdum abſolutè pro uibrari, & concuti. Iuue. Sat. 3. Longa coruſcat Sarraco ueniente abies. Coruſcus, a, um, reſplendens. Verg. 2. Aen. Stat ferri acies mucrone coruſco. Ignis coruſcus. Hora. 1. Carm. Ode 34. Auro coruſcus. Verg. 9. Aen. Radij coruſci. Oui. 1. Metam. Syluæ coruſcæ, hoc eſt, criſpæ, uel criſpantes. Vergi. 11. Aene. Tum ſyluis ſcena coruſcis Deſuper.

CORVVS, {*Coruo. Pet. Qual deſtro coruo ò qual manca cornice*} (κόραξ) nota auis omnium nigerrima Cic. 1. de Na. Deo. Miluo eſt quoddã bellũ quaſi naturale cum coruis. Græcis κόραξ dicitur: quo uerbo aliquando et Latini utuntur. Cice. Quare coracẽ iſtum ueſtrum patiamur nos, quòd pullos excludat ſuos. Inde Coruinus, (κοράκινος) ut Coruinũ roſtrũ, Coruinus adeps, Coruinũ ouũ. Refert Perottus, cũ apud Alphonſum Siciliæ regem Neapoli ſub Caliſto pontifice eſſet, ſe uidiſſe coruũ à Rege Britanniæ miſſum, miro candore conſpicuum.

CORYBANTES, (κορύβαντες) Cybeles ſacerdotes, qui ſacro correpti furore cymbala pulſabant, capitaq; ſaltando iactantes, alios in ſimilem rabiem agebant. Homerus βητάρμονας uocat. Hinc (inquit Strab. lib. 10.) qui capita ſaltãdo iactant, & numinis aſpiratione, furijſq; agitantur, Corybãtas dicimus. Hi primum, Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicuntur: poſtea autem in Cretam nauigaſſe, montemq; quendam incoluiſſe, quem à nomine relictæ ſedis, etiam Idã appellarunt: ubi & Iouem infantem aluerunt, tympana iugiter pulſantes, ne Saturnus (cui cum Titano fratre conuenerat, ut ſobolem omnem maſculam interficeret) puerum uagientem audiret. Sunt qui Curetas & Corybantas, & Cabiros & Idæos dactylos eoſdem eſſe putent. Dictos uolunt à κορύπτειν, quod eſt caput ſaltando iactare: uel (ut Herm. in Caſt. ſentit) à pupillis oculorum, & genis, quas Græci κόρας uocant, quippe qui cùm Iouis cuſtodes eſſent, non modo excubare, ſed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν eſt inſanire, & κακοδαιμονεῖν hoc eſt, malo quodam genio agi. Diodorus Corybantẽ ſcribit Iaſonis & Cybeles filium fuiſſe, ac ſimul cum Dardano ſacra matris deũ in Phrygiam detuliſſe, eoſq; qui in ſacrificia eius deæ incumbere uoluerunt, de ſuo nomine Corybantas appellaſſe. Alij à galea dictos uolũt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quod galero quodam capita tecti inſaniendo luderent.

CORICÆI, {*Curioſi ſpie*} (κωρυκαῖοι) per æ, diphthongum dicuntur exploratores. Cic. ad Att. Omnes. n. Corycæi ſubauſcultare uidentur quod loquor. Nã tota Coryci montis Aſiatici, ſeu (ut quidam dicunt) promontorij in Creta præter nauigatio latronibus plena fuit, qui diſperſi per portus ad mercatores furtim accedebant, & ſubauſcultabant quid rerũ ferrent, & quo nauigarent: ut poſtea diſcedentes adorirentur, ac diriperent. Ex quo factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes, Corycæi dicerentur: & in prouerbium ceſſerit, Hunc Corycæus auſcultauit: quod de eo dici ſolet, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

CORYCIVM, {*Bolgia, biſaccia da caualcare*} (κωρύκιον θυλάκιον) diminutiuum eſt, à (κώρυκος) quod ſignificat peram, qua æquites utuntur ad circunferendum uiaticum, uel aliud quiduis, uel etiam panariũ, quod & θυλακίδια Græci appellant, uel rete, (πλέγμα) capiens panem. Suidas.

CORYCVS, p. c. (κώρυκος) nomen eſt urbis, & montis excelſi in Cilicia, optimum crocum ferentis: à qua Corycius, a, um, (κωρύκιος) ut Crocum corycium. Mart li. 11. Vltima Corycio quæ cadit aura croco. Specus Corycius nõ longè abeſt ab urbe Coryco: à quo Corycides Nymphæ dictæ ſunt. Oui. lib. 1. Met.

CORYDALVS, pe. co. {*Lodola*} (κορυδαλός) auis eſt habens in uertice capitis pennas aliquot erectas, quæ cons galeæ ſpeciem præbent. Vnde & nomen accepit. Nam κορὺς galeam ſignificat. Latini Galeritam appellant, et Gallico uocabulo Alaudam.

CORYLVS, pe. co. (κόρυλος Theophraſto) arbor ferens auellanas. Vergi. lib. 2. Geor. Plantis eduræ coryli naſcuntur. Hinc Colurnus, a, um: ut, Colurna oppera, ex corylo arbore facta.

CORYLETVM, locus eſt frequentibus corylis conſitus. Ouidi. 2. Faſto. Illa modò in ſyluis inter coryleta iacebat.

CORYMBI, {*Coccole d'ellera*} (κόρυμβοι) uuæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibul. Sed uarij flores, & frons redimita corymbis. Plini. lib. 16. ca. 34. de hedera loquens. Racemis in orbem circumactis, qui uocãtur Corymbi. Eſt etiam Corymbus fructus chryſocomæ, ſiue chryſitidis herbæ, & aliarum, quæ uuas ferunt hederaceis ſimiles. Pli. li. 2. cap. 8. Chryſocome, ſiue Chryſitis non habet Latinam appellationem: palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra.

CORYMBIA, æ, ferulæ caulis decoctus, muriaq; & melle conditus. Pli. lib. 19. cap. 9. Semen ferulæ in Italia cibus eſt. conditur quippe, duratq; in urceis anni ſpatio. Duo ea genera, caules & racemi Corymbiam hanc uocant, corymboſq;, quos condiunt.

CORYMBION, (κορύμβιον) herba eſt, quam Dioſcorid. λυχνίδα στεφανωτικὴν, hoc eſt, Lychnidem coronariam appellat.

CORYMBIFER, (κορυμβοφόρος) qui fert corymbos, ſiue hederam. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

CORYMBITES, (κορυμβίτης) tithymali ſpecies, alias πλατύφυλλος uocata, à foliorum latitudine. Piſces necat, aluum ſoluit radice, uel folijs, uel ſucco. Plin. lib. 16. cap. 8.

CORYNETA, (κορυνήτης Suidæ) latro fuit famoſiſſimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hoſpites claua quadã, quæ coryna dicebatur peremit: unde hoc nominis ſibi ſumpſit. prius enim Periphatum uocatum tradunt. Hunc Theſeus interfecit

CORYPHÆVS, (κορυφαῖος) eſt cuiuſcumque ordinis caput, & præcipuus, παρὰ τὴν κορυφὴν, hoc eſt, à uertice capitis. Cice. 1. de Natu. Deo. Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, cùm Athenis eſſem, audiebam frequenter.

CORYPHÆVS, (κορυφαῖον) mons eſt circa Epidaurum, Dianæ ſacer. Stephanus.

CORYPHASIVM, (κορυφάσιον) regiuncula eſt agri Laconici, circa Pylum, Stephanus.

CORYTHIA, quæ & Colycia, ex genere muricum ſunt, æquè turbinata, ſed multò minora, oris halitus conſeruando in primis idonea. Auctor Plini. lib. 32. cap. 7.

CORYTI, pen. prod. {*Carcaſſa, turcaſſo*} (γωρυτοὶ) ſunt thecæ arcuum, ſiue ſagittarum, quamuis ſagittarum propriè dicantur pharetræ. Statius lib. 9. Theba. Cœleſtibus implet Coryton telis. Verg lib. 10. Corytiq; leuca humeris, & letifer arcus. Apud Græcos ſcribitur per γ, γωρυτὸς, ut uidere eſt apud Homer. Οδυσσ. φ.

Corythus,

CORYTHVS, (κόρυθος) pen. cor. oppidum Tuſciæ, prope Aretium in paruo colle eiuſdem nominis ſitum, à Corytho rege ita appellatum. Verg. lib. 9. Nec ſatis extrema Corythi penetrauit ad urbes.

CORYZA, æ, (κόρυζα) corruptæ & fœtidæ naturæ deſluxio, nares obturans, & uocem obtundens: quam Latini Grauedinem appellant. Celſus lib. 4. cap. 6. Grauedo nares claudit, uocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet: ſub eadem ſalſa eſt ſaliua: ſonant aures: uenæ mouentur in capite: turbida urina eſt. Hæc omnia κορύζας Hippocrates appellat: nunc uideo apud Græcos in grauedine hoc nomen ſeruari.

COS, cotis, fœ. ge. {Cote} (ἀκόνη) lapis quo cultri acuuntur. Liui. 1. ab Vrbe. Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum. Hinc Cotes, ſiue acones olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferrum acuendū oleo, has aqua madefacimus. Huius diminutiuum eſt Coticula, de quo infra ſuo loco. Eſt & Cos, (κῶς) inſulæ, & ciuitatis nomen: ut docuimus ſupra in dictione Coos.

COSCINOMANTIA, æ, (κοσκινομαντεία) diuinationis genus, quod fit per cribrum.

COSMANATES, (quod hic pro Liguriæ populis corrupte legebatur) uide Caſmonates.

COSMETA, {Camertere, che ha cura d'ornare il padrone} (κοσμητὴς) pe. pr. ornator, ſeruus in familia, cui dominæ, domini'ue exornandi cura incumbit. Iuue. Saty. 6. Ponunt Coſmetæ tunicas, tarde uenisse liburnus Dicitur.

COSMICVS, {Mondano} (κοσμικὸς) adiectiuum, idē quod mundanus. Martial lib. 7. Coſmicus eſſe tibi Semproni Tucca uideris: Coſmica Semproni tam mala, quàm bona ſunt.

COSMITTO, {Commettere, imporre} pro committo, m, literam in s uertentes ueteres dixere, teſte Feſto.

COSMOGRAPHIA, (κοσμογραφία) mundi deſcriptio. Differt āt à Geographia, tanquam totū à parte. Geographi n. ſolius terræ ſitū deſcribunt, præcipuasq; eius regiones fluminibus & montibus diſtinguunt. Coſmographi autē mundi totius tam elementaris, q̄ ætherij, cognitionem inquirunt, terræq; ſitum non fluuijs aut montibus, ſed cœleſtibus circulis diſcriminant.

COSMVS, mi, (κόσμος) nobilis unguentarius fuit Romæ. Martialis: Quod Coſmi redolent unguenta, focoq; deorum. Hinc Coſmianum unguentū: Petronius: Affer nobis alabaſtrū Coſmiani. Κόσμος autē Græcis ornatū ſignificat, & totum uniuerſum, quod cœli ambitu cōplectitur. Cic. de Vniuerſitate: Hinc uarietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos Mundum nominamus.

COSSA, (Κόσσα Stephano) oppidum eſt in Vmbria Italiæ regione. Auctor Plini lib. 3. cap. 5. Hodie Orbitellum uocant.

COSSES, à Plinio uocantur uermiculi in ligno naſcentes libr. 30. cap. 13. quos alijs in locis Coſſos uocat. Coſſes, (inquit) qui in ligno naſcuntur ſanant ulcera omnia. Vide Coſſi.

COSSI, (σκώληκες ἐν τῷ δένδρῳ) uermes in ligno editi, qui apud Phryges & in Ponto pro delicatiſſimis cibis ſumuntur. Pli. lib. 17. Prægrandes roborū uermes delicatiore ſunt in cibo (coſſos uocant) atq; etiā farina ſaginati. Idē libr. 11. cap. 33. Nec n. coſſi tantū in eo, ſed etiā tabani ex eo naſcuntur. A ſimilitudine horū uermiū homines rugoſi corporis, ab antiquis Coſſi dicti ſunt: unde et Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt, ex qua fuit Coſſutia uxor Cæſaris, cuius meminit Sueto. in uita eius. Similiter & Coſſenij, & Coſſutiani.

COSSVTII, uide Coſſi.

COSTÆ, arum, {Coſte} (πλευραὶ) ſunt oſſa illa ſpinę cohærentia, inteſtinaq; ſuo complexu coercentia. Vergi. libr. 3. Georg. Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas.

COSTVS, fœ. ge. ſiue Coſtum, neu. (κόστος Dioſcoridi, κόστος Straboni) frutex eſt exiguus in Arabia, India, & Syria naſcens, radicem ferens eximij odoris, quam non ſecus, ac thus, dijs ſuis adolebat antiquitas. Plini. libr. & cap. 12. Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice alias inutili.

COSYRA, (Κόσυρα) pe. pr. inſulæ nomen eſt in mari Libyco, cuius incolę Coſyrę, (Κοσυραῖοι) dicuntur. Ouid. 3. Faſto. Fertilis eſt Melite, ſterili uicina Coſyræ, Inſula, quam Libici uerberat unda freti.

COTARIA, æ, {Luogo d'onde ſi cauano le coti} locus unde eruuntur cotes. Alphenus. l. Cæſar. ff. de public. Cæſar cum inſulæ Cretę cotarias locaret, legem ita dixerat: Ne quis prętet redemptorum poſt Idus Mart. cotem ex inſula Creta fodito, ne'ue eximito, ne'ue auellito.

COTHON, onis, (κώθων) inſulę exiguæ nomen, quæ Byrſæ Carthaginienſium arci ſubiacebat, Euripo circundata, circūquaq; naualis uſum præbens. Auctor Strabo lib. 17. Seruius uerò in illud Vergilij 1. Aeneid. Hic portus alij effodiunt, portus manu factos Cothonas uocari aſſerit. Eſt & Cothon, genus poculi fictilis, paruum quidem, ſed militum uſui accommodatiſſimum, ut quod nullo negotio geſtari poſſet, & in pera militari circumferri. Auctores Suidas et Athenæus lib. 11.

COTHVRNVS, {Borzachino, coturno. Pet. Materia da coturni non da ſocchi} (κόθορνος) calciamenti genus erat ſubere ſubleuatum, quo Tragœdiarum actores in ſcena utebantur ut proceriores uiderentur. Erat āt calciamentū ἀμφοτεροδέξιον, hoc eſt tā dextro, q̄ ſiniſtro pedi cōueniens, & de ſuris ſolet religari. Vnde illud apud Verg. 1. Aene. Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.

Poteſt etiā hoc nomine appellari hoc calceamenti genus ſubere ſuffultū quo in Italia mulieres hodie utuntur, ut Heroidū illā proceritatē uideantur referre, cuius meminit Iuuena. Si breue parui Sortita eſt lateris ſpatium, breuiorq; uidetur Virgine Pygmęa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro ſublimiori dicēdi genere. Verg. Eclo. 7. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. A cothurno, fit Cothurnatus, a, um, Martia. Grande cothurnati pone Maronis opus.

COTINVS, p. c. (κότινος) oleaſtri genus, quo Olympionicæ coronabantur: Ariſtoteles Philoſtephanon appellat. Eſt & frutex hoc nomine in Apennino, ad liniamenta modo conchylij colore inſignis. Auctor Plin. lib. 16. cap. 18.

COTICVLA, læ, {Coterella, paragone, tocca} (βάσανος) diminutiuū à cote. Pli. lib. 31. cap 9. Contraq; ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

Accipitur item pro lapide, quo fit auri, uel argenti experimētum, qui alio modo Index, uel Lapis Lydius uocatur. Modicus eſt, & raro quaternas uncias lōgitudinis, binasq; latitudinis excedens. Plin. lib. 33. cap. 8.

COTIDIE, {Ogni giorno} (ἑκάστην ἡμέραν, καθ' ἡμέραν) quāuis à quoto & die componatur, per c, & non per q ſcribendum eſſe quidam (ut Victorin. de Ortographia) exiſtimant, quia tanta eſt affinitas inter c & q, ut q in c mutari facile patiatur, ut ſequor ſecutus, loquor locutus, quis cuius. Vnde Quinti. lib. 1. Inſt. Frigidiora his alia: ut Quicquid c quartam haberet, ne interrogare bis uideremur: & Quotidie, non Cotidie, ut ſit, quot diebus. Verum hæc iam inter ipſas ineptias euanuerunt.

COTISO, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Auguſti Legato in Pannonia ſuperatus.

COTONEA, æ, (σύμφυτον πετραῖον) à Venetis dicta fuit herba, quam Galli Halum appellant, ſimilis cunilę bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui & ſitim ſedans. Vide Pli. lib. 26. cap. 7.

COTONEVM, nei, {Pomo cotogno} (κυδώνιον) mali genus, primū à Cydone Cretæ urbe aduectū: unde et Cydonion à Græcis appellatur: nam Cotoneorum nomen à Catone primum profectum putatur. Eius uaria ſunt genera. Quę dam enim inciſuris diſtinguuntur, colore ad aurum inclinato: unde et Chryſomela dicuntur. Alia candidiora, præſtantiſſimi odoris, Noſtratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodem genere Struthea, ſerotini prouentus, ſed odoratiora. Sunt & præcocia muſtea: item ſylueſtria minora, ſed à ſtrutheis odoratiſſima. Hæc Plin. lib. 15. cap. 11.

COTTA, clariſſimus Orator fuit Ciceronis coætaneus quem etiam interlocutorem inducit in lib. de Orato. Fuerunt eodem tēpore & alij Cottæ duo, quorum alter contra Mithrydatem infeliciter pugnauit, & Syllam Cæſari conciliauit: Alter legatus Cæſaris in Gallia, inſidijs circumuētus ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus eſt. Pędianus.

COTTABVS, bi, (κότταβος) ænea phiala, quā peracto cōuiuio menſæ imponere ſolebant uino plenā, deinde in minora pocula ab alto miſcentes, ſonū edere: qui ſi illiſu maior ederetur, ab amaſijs amari ſe augurabantur. Accipitur & pro ipſo ſono, qui hoc pacto edebatur. Vnde κοτταβίζειν uerbum Græci uſurparunt, pro eo quod eſt, ſonum huiuſmodi edere: & κοτταβεῖον, pro hoc ludi genere: item κοττάβια, pręmia uictori huius ludi dari ſolita, quæ, teſte Athenæo, fuerunt πυραμοῦντες, hoc eſt, triticeæ placentulæ & ſeſamineæ. Ariſtophanes quoq; qui hoc genere ludi ſe recreabant, μεθυσοκοττάβους appellauit, quod uix aliter, q̄ uino madentes id agerent. Plaut. in Trinumo Cottabum uidetur appellaſſe, ſonum flagrorum, qui inter uerberādum redditur. Caue ſis, (inquit) ne cottabi bubuli crebri in te crepent.

COTTANA, (κόττανα) ficus exiguæ, uerūm iucundiſſimo ſapore, Syriæ peculiares. Plin. lib. 14. cap. 5.

COTTIÆ ALPES, pars Alpium Lepontijs proxima, duodecim olim ciuitatibus inſignis quæ Cottianę dicebātur, nomine accepto à Cottio rege, Auguſti Cæſaris amico, qui eū tractū ſtructis molibus tranſitu cōmodiorē reddidit.

COTVRNIX {Starna, coturnice} (ὄρτυξ) auis aduena, terreſtris magis, quā ſublimis. noſtri Quilcam dicūt. De huius auis conſideratione plurima cognitu digniſſima tradit Plin. lib. 10. cap. 23. Coturnices (inquit) ſemper ante ueniunt, q̄ grues: parua auis & cum ad nos aduolat terreſtris magis, q̄ ſublimis. Aduolant non ſine periculo nauigantium: quippe uelis ſępe inſidēt, & hoc ſemper noctu, merguntq; nauigia. Iter eſt his per hoſpitia certa: non uolant, humido ſcilicet & grauiore uento: aura tamen uehi uolunt propter pondus corporū, uiresq; paruas. Hinc uolantium illa conqueſtio, labore expreſſa Aquilone itaq; maxime uolant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua uide apud Plini.

COTYLA, lę, (κοτύλη) menſuræ genus, quod alio nomine Hemina dicitur, cōtinens dimidium ſextarij. In oſſibus item Cotylæ dicuntur, quæ & Cotyledones, hoc eſt, caua quædam acceptabula, quibus aliorum oſſium capita inſeruntur: cuiuſmodi ſunt in coxendicibus, oſſium femoris capita excipientia. Accipitur et pro cōcaui uaſis genere, cuiuſmodi Diogenē uſum fuiſſe docet Laertius, ante quā puerū ex concaua manus uola bibentem uidiſſet. Accipitur et pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, ſtringebatq; alterq; impoſitis in eas genibus, tollebatur, ſuis manibus oculos geſtantis obtegens. Ad hunc igitur modum geſtantis, ἐν κοτύλῃ geſtari dicebatur.

COTYLEDON, (κοτυληδών) herbæ genus eſt, quæ teſte Ruellio Vmbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomē et hodie ſeruant Officinæ. Cotyledonē āt Græci putantur appellaſſe, propter figurā folij, in acetabuli formā tornati, & modice concaui. Cotyledones itē in mulieribus appellantur ora uaſorum, in uterum deſinentia, per quæ ſanguinis redundantia ſingulis menſibus, ex omni corpore in uterum deriuatur, & per quæ ſemen alimentum ad ſe attrahit.

COTYLVM, (κότυλον) ſcribit Strabo uocari collem in Ida monte centum uigintimilibus paſſuum, à Sceptſi diſtantem, in quo Scamandri & Granici & Aeſepi fluminum origo. Vnde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum, & acceptaculum ſignificat.

COTYS, Thraciæ rex fuit, qui in bello ciuili Pōpei partes ſecutus eſt. De hoc tradit Plutar. quòd cum ſibi eſſet conſcius modum ſe in caſtigandis ſeruis egredi, pocula quædam, pretioſa quidem, attamen fragilia, ab hoſpite dono accepta, ubi donatorem benigne remunerauerat, uniuerſa confregit ueritus, ne ſi à miniſtris frangerentur, in iram excandeſceret, & nimis atrocem in illos pœnam ſtatueret.

Fuit & alius eiuſdem nominis, Thraciæ rex, qui Tiberij tempore Rheſcuporis patrui fraude circumuentus eſt & occiſus. Auctor Tacitus lib. 2.

COTYTTIA, orum, (κοτύττια) ſacra erāt nocturna, quæ Athenis fiebāt à Baptis, in honorem Cotyttus impudentiæ deæ. Vide ſupra in dictione Baptę.

COTYTTO, us, (κοτυττὼ) dea impudentiæ habita eſt, cui Athenis à Baptis (eo nomine uocabāt eius ſacerdotes) nocturna ſacra fiebant, quę ab illa uocabātur Cotyttia. Hanc Probus ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: unde etiam ſacerdotes eius laſciuis ſaltationibus mores eius referebant. Iuuen. Satyr. 2. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. Vide Politiani Miſcel. capi. 10.

COVINVS, {Caretta} uehiculi falcati genus fuit, quo Britāni, & Galli in prælijs utebantur. Pomp. Mela: Dimicant non equitatu modo aut pedite, uerum et bigis, et curribus Gallice armati: Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. Inde Couinarius dicitur auriga qui couinū regit, aut qui ex couino pugnat. Tacitus in uita Agric. Media campi couinarius, & eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.

COVS, (κῷος) denominatiuum eſt à Co inſula, Hippocratis patria. Vnde Couſ

uinum, Coi populi, Cice. 6. Verr. Artifex Cous dicitur Appelles κατ' ἐξοχήν. Ouid. 4. de Ponto: ut Venus artificis labor eſt & gloria Coi. Cous præterea Græcè, Latinè Senio, numerus eſt in talo, Canis cõtrarius, qui & Venus dicitur: quem qui ieciſſet, ſex lucriſaciebat: qui uero canem, nummũ unum addebat: unde etiam Damnoſa canicula à poetis uocatur.

COXA, & COXENDIX, {Coſcia} (ἰσχίον) pro eodem accipiuntur. Sunt. n. Coxendices, ſiue Coxæ, oſſa duo, ſacro oſſi utrinq; aſtricta, cauaq; quędam habentia acceptabula, quibus oſſium femoris capitula inſeruntur. Græcè ἰσχία appellantur: unde Iſchiadicus morbus, qui coxendices infeſtat. Vnde Iſchiadici dicuntur, è coxendicibus laborantes. Pli. lib. 25. Coxendicibus & articulis omnibus cũ axungia utiliſſima. Cato incantamentũ docet ad ſanandas coxendices luxas, hoc eſt, loco ſuo motas. Sueto. de Auguſto: Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro, nõ perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret. Pli. in Ep. Hunc dũ ſequitur colligitq; per læue, & lubricum pauimentum, fallente ueſtigio cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coiit.

C ANTE R.

CRABRONES, {Calabroni} (ἀνθρῆναι, σφῆκες) inſecta uolucria, ueſpis ſimilia, ſed maiora. Degunt in ſylueſtrium arborum cauernis: uita, biennatum nõ tranſeunt, creantur ex equis. Vide Plin. lib. 11. cap. 22. & lib. 20. cap. 13. & libr. 29. cap 4. Spicula crabronum, Ouid. 11. Metam. Aſper crabro, Verg. 4. Georgi. Irritare crabrones. Plaut. Amphit.

CRAGVS, (κράγος Stephano) mons Lyciæ, Tauri pars, ut ſcribit Pomponius li. 1. & Pli. cap. 27. lib. 5. ex oppoſito habens montem Anticragum, ſic dictus à Crago Tremiletis ex Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm. Syluis aut uiridis Cragus, &c. Ouid. Metamo. lib. 9. Iam Cragon, & Lymuræ, Xanthiq; reliquerat undas.

CRAMBE, es, fœ. ge. (κράμβη) braſſicæ ſpecies eſt apud Plin. lib. 29. cap. 9. armati ſaporis, tenuioribus folijs & ſimplicibus, non ingrato guſtu, ſed quæ recocta faſtidium pariat & nauſeam. Vnde profectum eſt prouerbium, Crambe recocta mors eſt. Græcis tamen Crambe generale nomen eſt, ad ea omnia extenſum, quæ Latinis Braſſicæ appellatione continentur. Crambe dicta, (ut quidam putant,) quaſi κοράμβη παρὰ τὸ τὰς κόρας ἀμβλύνειν. hoc eſt ab eo quod oculorũ pupillas obtundat, hebetetq;. Vnde & κοράμβη ab Atticis appellatur. Quanquã ſunt, qui uocis huius etymon ad aliam eius herbę naturam malint referre, ut Crambe dicta ſit, quaſi κραιπάλῃ ἀμβη, ſeu potius ἀντίβη, hoc eſt, quaſi crapulæ occurrat, ſeu reſiſtat. Nã uino aduerſatur, ut inimica uitibus: unde ſumpta in cibis ebrietatem arcet, & crapulam iam contractam diſcutit.

CRAMBVSA, (κράμβουσα) inſula eſt circa Seleuciam Iſauriæ. Auctor Strabo libro 14.

CRANAVS, (κραναός) Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceſſit, à quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt.

CRANEVM, (κράνειον) gymnaſium erat apud Corinthum. Cice.

CRANEA, pe. pr. (κράνεια) caſtigua regia eſt Ambraciotarum: cuius incolæ dicuntur Craneates. Stephanus.

CRANEVS, (κρανεύς) primum Macedonum rex, à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo interuallo reges circiter 37. in Macedonia regnarunt. Auctor Volater. lib. 13.

CRANION, nij, (κράνιον) Cephaleniæ ciuitas eſt, quam Tucydides libro 5. κρανίους uocat plurali numero.

CRANON, onis, (κρανών) urbs Theſſalię Pelaſgiotidis, in campis, qui Tempe appellantur: centum ſtadijs diſtans a Cortone Stephanus ex Strabone.

CRANIVM. {La caluitie del capo} (κρανίον) eſt calua capitis, et poculi genus, caluæ figuram referens.

CRANTOR, (κράντωρ) Solenſis, Academicus philoſophus fuit, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis, & Palæmonis, qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. hic ſcripſit librum de Conſolatione, quem Cicero æmulatus eſt. Perijt aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorum indolentiã, quæ eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominem ſaxeum eſſe uelimus, et omni ſenſu carentem. Horat. lib. 1. Epiſt. Troiani belli ſcriptorem, Maxime Lolli, Dum tu Declamas Romę, Pręneſte relegi, Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Planius ac melius Chryſippo & Crãtore dicit. Alius fuit Pelei armiger, de quo Ouid. lib. 12. Metamor.

CRAPVLA, {Crapula} (κραιπάλη) id eſt, iactatio capitis, & omnis noxa à uinoſitate proficiſcens. Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, & exhala. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitium reſinatum nulli cõducit, capitis dolorem et uertigines facit: ab hoc dicta Crapula eſt. Vbi hoc uidetur innuere, Crapulam dici ἀπὸ τοῦ τὸ κάρηνον πάλλειν. hoc eſt, ab eo quod caput uertigine concutiat. Ariſtoteles in Problemat. in eo diſtinguit Crapulam ab ebrietate quòd Ebrietas unà cum mente adimat & ſenſum doloris. Crapula uerò conſtante mente caput affligat. Hinc Acrępala, (ἀκραίπαλα) à Græcis uocantur medicamenta, quæ Crapulæ reſiſtunt: inter quæ numeratur & braſſica.

CRAPVLOR, aris, deponens, (κραιπαλάω) eſt cibo, & uino ſe ingurgitare.

CRAS, {Dimane, domani, domattina} (αὔριον) aduerbium temporis, idẽ ſignificans quod die proxime futuro, ſicut Heri, die proxime elapſo. Hora. Quid ſit futurum cras fuge quærere. Accipitur interdum pro nomine ſubſtantiuo, idẽq; ſignificat quod dies craſtinus. Martis. Cras te uicturũ, cras dicis Poſthume ſemper: Neſcio cras illud poſthume quãdo uenit. Nõnunquã ponitur indefinite pro quouis tempore futuro. Plau. in Aulu. Quæ cras ueniet, perendie feratur foras.

CRASIS, (κρᾶσις) ut in Medicis accipitur, idem eſt quod temperamentum, hoc eſt, proportio quædam primarum qualitatum, conſiſtentium in elementis, ex quibus corpus mixtum eſt, & conditum. A' Grammaticis Craſis accipitur pro contractione duarum ſyllabarum, in unam coaleſcentium: ut (τοίχους, pro τοῖχος). Dicta Craſis, ἀπὸ τοῦ κεραννύμι, quod eſt, miſceo, ſiue tempero.

CRASSAMEN, inis, {Graſſume} à Craſſus. Colu. libr. 12. cap. 35. Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

CRASSAMENTVM, (πάχος) craſſities. Gel. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamẽto, eiuſdẽ longitudinis, derafi, atq; ornati, ſimiles. Sic colu. Craſſamentũ uini fæculenti dixit: & lib. 12. cap. 25. Craſſamen, pro ſedimento.

CRASSESCERE, {Diuentar graſſo, ingraſſare} (παχύνεσθαι) eſt craſſum fieri, uel pingue. Pli. lib. 2. Qui neq; in nebulã denſetur, nec craſſeſcat. i. craſſus fiat.

CRASSITIVS, genere Surrẽtinus, ordinis libertini cognomine Paſides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitq; inter alios Iulum Antonium, Antonij Triumuiri filium. Auctor Tranquillus.

CRASSIVENIVM, aceris arboris genus uilius, a uenarum craſſitudine dictum. Pli. lib. 16. cap. 15.

CRASSVS, {Graſſo, corpulento} (παχυλός, παχύς) ſpiſſus, denſus, pinguis, ac ponderoſus. Ter. in Hecy. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Cic. 1. Tuſc. Craſſus, & concretus aer. Plau. in Pſeu. Suram ubi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Hinc Craſſities & Craſſitudo, pro pinguedine σύστασις, παχύτης. Cæſ. 2. bell. Ciu. Craſſitudo parietum quinq; pedum. Item Craſſare, (παχύνειν) et quod uſitatius eſt, Incraſſare, hoc eſt, craſſum, & pingue facere. Craſſa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, ſimplicius q;, quaſiq; indoctius ſit, non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura. Hor. 2. Sermo. Ruſticus, abnormis, ſapiens, craſſaq; Minerua. Craſſe, aduerbium, παχυλῶς. Colum. lib. 12. cap. 43. Lata uaſa in modum patinarum fieri iubebat, eaq; intrinſecus & extrinſecus craſſe picari.

CRASSVS, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditiſſimus fuit, qui negabat quempiam habẽdum eſſe diuitem, niſi qui exercitum annuo reditu poſſet alere. Hic poſtea cum Pompeio & Cæſare Triumuir factus, cupiditate auri, ut fertur, in Parthos expeditionem ſuſcepit: à quibus ipſe cum filio adoleſcente et uniuerſo exercitu deletus eſt.

P. CRASSVS, Oratoris frater, iuris peritiſſimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ cũ Marianarũ eſſet partiũ, nec incideret in manus inimicorũ, ſeipſum interemit. Huius filius M. Craſſus, Romanorũ ditiſſimus, cum Pompeio & Cęſare Triũuiratũ init: quorũ planè auctoritate Reſpu. aliquot annos regebatur. Ad bellũ miſſus gladiatorũ, qui duce Spartaco in Cãpania inſurrexerant, Vatiniũq;, Gelliũ, ac Lentulũ Romanos imperatores fugauerãt, duodecim millibus hoſtiũ unà cũ eorũ duce cæſis, apud Rhegiũ iuxta Leucadis paludẽ uictoria potitus: ex quo urbẽ ouans ingreſſus eſt. Poſtremo cũ ei Syria ſorte obueniſſet, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amiſit. Ipſe demum infeliciter rẽ gerens, à Surena regis præfecto captus, atq; interfectus eſt. Auctor Cic. in Paradoxis. Alter Craſſi filius, Cæſaris legatus fuit in bell. Gall. & in Cæſariana tandẽ partibus adoleſcens occubuit: fuit autem diſcipulus. Cic. De quo hęc in Orato. Erat enim Craſſus (inquit) cum inſtitutus optimè, tum etiã perfectè planeq; eruditus: grauis, & ſine ſegnitie uerecundus eſſe uidebatur. Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ: quia nauauerat miles operã imperatori, imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. Hæc Cicero.

L. CRASSVS, orator, ſuperioris filius, qui cum Antonio à Cice. introducitur in libris de Orato. mirifico quodam pudore præditus fuit, qui tamen non modò nõ obeſſet eius orationi, ſed etiã probitatis cõmendatione prodeſſet. Accuſauit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens: ex quo ſummã ingenij non laudẽ modò, ſed etiam admirationẽ eſt cõſecutus. Defendit poſtea Liciniam uirginem, cum annos XXVII. natus eſſet, in ea ipſa cauſa fuit eloquentiſſimus, orationisq; eius ſcriptas quaſdam partes reliquit. Voluit adoleſcẽs in colonia Narbonenſi cauſæ popularis aliquid attingere: eamq; coloniam, ut fecit, ipſe deducere. Hæc ex lib. de Orato. & Bruto Cicer. in quo lib. eſt elegantiſſima ipſius Craſſi cum Antonio & Scæuola comparatio. Deploratur multis uerbis Craſſi mors à Cicerone, in Exor. 3. lib. de Orato.

CRASSVS P. LICINIVS, ante ætatem Pont. Maxi. factus (qđ aliquã intra contigit) Conſul creatus, profectus eſt contra Ariſtonicum, Eumenis filiũ. In quo prælio, profligato exercitu, ipſe ne in manus hoſtiũ ueniret, baculo Barbarum quendam, in acie oculo conuerberato, in ſui necem prouocauit.

CRASTINO, aduerbium, {Domani} (αὔριον) idem quod cras. Gell. Si dominus menſium ad amicos reiecit, craſtino ſeges non metetur.

CRASTINO, as, {Allungare di di in di} (αὐριάζειν) ſignificat de die in diem traho, & differo. Hinc Procraſtino, & Recraſtino, eiuſdem ſignificationis.

CRASTINVS, na, num, {Coſa del giorno ſeguente} (ὁ αὔριον) pen. co. à Cras fit: ſicut ab Heri, Heſternus. ut, Dies craſtinus, id eſt proxime aduenientes. Verg. 1. Georg. Nunquam te craſtina fallet Hora, nec inſidijs noctis capiere ſerenæ.

CRATEGONON, ſiue Cratæogonon, (κραταιόγονον) genus Satyrij herbę ſemine lini maiore, duræ radicis, cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

CRATER, eris, p. p. {Coppa. Boc. Gior. 4. Nou. 1. Fattoſi uenire una bella coppa d'oro} (κρατήρ) uaſis genus capacius, quo in libationibus, et ſolenioribus epulis uti ſolent. Verg. 9. Aen. Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat. Ab huius uaſis ſimilitudine, Crater in monte Aetna appellatus eſt, foramen illud, per quod ignis euomitur. Oui. Et pronos currus medio cratere recepit. Et Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur, in quod fiſtulis aqua decurrit. Item ſignum coeleſte, quod oritur 16. calendas Martij, ueſpere. Item ſinus in litore Campano à Miſeno Athenæum uſque extenſus, duobusq; penè coeuntibus promontorijs incuruatus. ut eſt auctor Strab. lib. 8.

CRATERA, æ, pen. pro. Idem quod crater. Hor. in Sermo. Siue grauis ueteri crateræ limus adhæſit.

CRATERRA, ab antiquis dicta eſt, teſte Nonio, quam nos Situlã uocamus. Cice. 2. de Nat deo. Io medioq; ſinu fulgens craterra relucet. Loquitur de urna Aquarij, cœleſtis ſideris.

CRATERITES, gemma eſt prædurae naturæ, inter chryſolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. capi. 10.

CRATERVS, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius geſtas ſcripſit, cuius meminit in Ariſtide Plutar. De hoc Perſius tertia Satyra: Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

CRATIS, {Gratticcio, grata} (ταρσός) eſt rara quædam lignorum, uel uiminum uel etiam ferramentorum connexio. Cæſ. 7. bel. Gall. Proximam foſſam cratibus contegunt.

CRATITIVS, a, um, {Coſa fatta di gratticcio} quod ex cratibus fit: ut Cratitij parietes, qui cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus erectis, tranſuerſiſq; in modũ cratis. Alio nomine uocantur Intergerini, quòd uicinorum cœnacula his dirimerẽtur. Vitru. lib. 2. Cratitij parietes uelim ne inuenti quidem eſſent: Quantum. n. celeritate & loci laxamento proſunt, tanto maiori & communi ſunt calamitati, quòd ad incendia, uti faces, ſunt parati.

CRATES.

CRATES, (κράτης) nomen eſt philoſophi Thebani: qui, ut philoſophię uacare poſſet, proiecto in mare non paruo auri pondere, abite (inquit) peſſum malę cupiditates: Ego uos mergam, ne ipſe mergar a uobis. neq; putauit ſe poſſe et uirtutes, & diuitias ſimul poſsidere. Suidas aũt tradit, Cratetẽ omnẽ pecuniã in ſubſtantiã redegiſſe, & apud trapezitam depoſuiſſe, ex lege, ut ſi filij philoſophi eſſicat, eam eg̃enæ plebi diuideret: ſin idiotæ, eis, quod acceperat, bona fide reſtitueret. Ita enim iudicabat uir ſapientiſsimus, homini philoſopho, ſapientiæ ſectatori nihil deeſſe ad beate uiuendum. Fuit & Poeta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. Item & Grammaticus, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Ariſtophanis Grammatici, Criticus, ſiue Homericus cognominatus. Scripſit in Ilia. & Odyſſ. lib. 9. Cõmen. Auctor Suidas. Hic, ut ait Trãquil. ſtudiũ grãmaticę primũ Romã intulit: miſſus enim ad Senatũ ab Attalo rege. ſub ipſam Ennij mortem, plurimas acroaſes fecit, aſſidueq; per omne tempus legationis diſſeruit: noſtris quoq; exemplum fuit admirandũ. Hæc ille.

CRATHIS, cum th, aſpirato, (κρᾶθις) nomen eſt duorum fluuiorum, quorum unus eſt in Achaia proprie dicta, prope Aegas oppidum in ſinum Corinthiacũ influens: cuius meminit Strab. lib. 8. Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis comiſq; flauum colorem inducere tradit Strabo. li. 6. Oui. li. Faſto. 3. Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes Paruus ager.

CRATICVLA, {*Gratella, graticola*} à cratis diminutiuum, in qua cibi torrẽtur. Mart. lib. 14. Parua tibi curua craticula ſudet oſella.

CRATINAS, (quod hic pro fluuij nomine corrupte legebatur) uide Cratis.

CRATINVS, (κρατῖνος) fuit poeta comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus in Dionyſiis Athenis, ſatyricam fabulã induxit. Hor. Eupolis atq; Cratinus Ariſtophaneſq; poetæ. Hic autem fuit ſupra modũ gulæ ac omni uoluptatum generi deditus, præcipue ebrietati: ad quod alludit Horat. in Epiſt. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino, Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt, Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

CRATIO, is, ire, {*Arpegare*} ταρσεύω, idem quod occo. Pli. li. 18. cap. 28. Vtiliſsimum ſimul & herbę arare, deinde cratire, ſerere florem ex ſenilibus, atque ex præſepibus ſœno delapſum ſpargere, priuſquam crattantur.

CRATIPPVS, (κράτιππος) Mitylenæus Philoſophus fuit, Ciceronis filij præceptor, qui Pompeo Pharſalico prælio uicto apud Mitylenen occurrens, uerbis ex Philoſophiæ penetralibus petitis, ad meliorem ſpẽ eum erexit. Plutarchus in Pompeio.

CRATIS, ſine aſpiratione, (κρᾶτις) Africę fluuius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

CRATTLVS, pen. cor. (κρατύλος) nomen Philoſophi, cui Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

CREARE, {*Creare, produrre. Pet. Creomi amor penſier mai nella teſta*} (κτίζειν, δημιουργεῖν) producere, gignere. Cic. 5. de Finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Dicimus quoque Creare fraudẽ alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Magiſtratus quoq; creari dicũtur. Cęſ. 7. Bel. Gall. Cum ſinguli magiſtratus antiquitus creari, atq; regiam poteſtatem annũ obtinere conſueſſent. Hinc Creator, (δημιουργὸς) effector, genitor, conditor. Cice. pro Corn. Bal. Quod princeps ille creator huius urbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idẽ. 2. de Diui. Nobis hæc portenta Deum dedit ipſe creator. Creatio, onis, creandi actus. ut, Creatio magiſtratuum, Cice. 3. de Legi. Creatrix, icis, ut, Rerum creatrix natura, Luc. lib. 2. Creatura, (κτίσις.) Compoſita, Procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo, (ἀναλαμβάνω) pro inſtauro, reficio. Pli. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

CREBENIA, uide Cebrenia.

CREBER, crebra, crebrum, {*Frequente. ſpeſſo*} (συχνὸς, θαμινὸς) frequẽs, quaſi creſcens numero, denſus. Verg. 3. Geo. Non tam creber agens hyemẽ, ruit ęquore turbo. Hinc aduerbium Crebro, (συχνῶς) frequenter. Cice. Att. lib. 2. Velim obuiàs mihi literas omnibus de rebus crebro mittas. Crebritas, et Crebritudo, (συχνότης) frequentia, & ſpiſsitudo. Cic. ad Att. lib. 13. Colloqui uidebamur, in Tuſculano cum eſſem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritaſq; ſententiarum, apud eundem de Claris oratoribus.

CREBRESCO, is, brui, {*Eſſere fatto celebre, eſſere diuolgato*} (διαθρυλλοῦμαι) celeber fio, & diuulgor. A' quo Percrebreſco. Pli. Epiſt. 137. ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, auribuſq; prætendere: tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ auræ crebreſcunt. Verg. 3. Aen. Sermonem crebreſcere, Idem 12. Aene.

CREBRISVRVS, ſignificat uallũ crebris ſuris, hoc eſt palis munitũ. Feſtus.

CREDIBILE, {*Credibile, credeuole*} (πιστὸν, πιθανὸν) quod ita uerisſimile eſt ut facile credi poſsit. Cic. 4. Verr. Multa cum, quę ſcio abs te eſſe cõmiſſa, q; aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, prætermittã. Credibiliter aduerbium. Ci. pro Deiot. At q̃ non modo nõ credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidẽ.

CREDITOR, oris, {*Creditore*} (χρήστης, δανειστής) dicitur cui debetur ex quacunq; actione, uel perſecutione, uel iure. Caius de uerb. ſign. Creditorũ appellatione, nõ hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt. ſed oẽs, quibus ex qualibet cauſa debetur, ſi cui ex empto, uel ex locato, uel ex alio ullo contractu debetur. Hora. 2. Serm. Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto.

CREDITVM, {*Credito*} (δάνεισμα) appellatur id, quod nobis debetur: ut Pupilli creditum, apud Quin. lib. 5. cap. 10. Seneca de Benef. lib. 2. Accipiã ergo, tanquam creditum, non beneficium.

CREDO, is, credidi, creditum, {*Credere, hauer fede, commettere alla fede d'alcuno, dare in preſtito, penſare*} (πιστεύω) ſignificat dictis uel factis fidem habeo, adhibeo, auctoritatẽ attribuo, uel adiũgo. Et ponitur uel abſolute. Ci. in Bruto. Audiui equidẽ iſta de maioribus natu, ſed nũquã ſum adductus, ut crederem. Vel cum accuſatiuo. Ci. Att. 7. Omnia facilius credere, poſſum, q̃ q̃ ſcribitis. Vel cũ accuſatiuo, & datiuo, Idẽ. Famil. 13. Hoc mihi, ut teſti, uelim credas. Vel cum datiuo ſolo. Idẽ Fami. 5. Nõ ſatis credidit homini prudenti. Verg. 2. Eclog. Nimium ne crede colori. Vel cũ præpoſitione De. Idem Fam. 3. Bis ad te ſcripſi me purgãs diligẽter, te leuiter accuſans, in eo, q; de me cito credidiſſes.

Aliquando fidei committere, ſeu ſeruandum tradere, παρακατατίθημι. Plau. in Aulu. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. li. 4. ad Heren. Nã cum canes funguntur officijs luporum, cuinã pręſidio pecuaria credemus? Et non ſolum tradere, ſed ẽt reuelare, ac manifeſtare ſignificat. Lacton. lib. 4. Iudęi quoq;, quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat. Interdum mandare. Colum. lib. 2. Vt iam percenſeamus, quot operis in aream perducantur ea, quæ terrę credidimus. Quandoq; mutuum dare, δανείζειν. Mart. Dimidium donare Lino, q̃ credere totum Qui mauult, mauult perdere dimidium. Cum accuſatiuo mediante In, ſignificat immittere, iniicere. Vergil. lib. 2. Georg. Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere. Interdum ponitur pro puto: & hoc uel abſolute. Cic. Fam. 9. Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudẽtia uincis, omnia credo uidiſti, nihil omnino te fefellit. Vel ſequente Quod, uel Quoniã, uel Quia. Idem Famil. 13. Quòd ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexiſti, credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. Inter credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum, Eccleſiaſtici hoc intereſſe putãt, q; Credere Deum, eſt credere Deũ eſſe: Credere Deo, eſt fidem habere Deo, ſiue uerbis eius: Credere in Deum. eſt fide bona ſe cõijcere in Deum, & in eo ſpem omnem noſtræ ſalutis repoſitam habere. Huius uerbi compoſita ſunt Accredo, Concredo, quę uide ſuis locis.

Veteres Creduas pro credas dicebãt. Plau. Ipſius nec amat, nec tu creduas.

Creditur, impersonale, Cic. pro Sex. Roſc. Tamen non temere creditur, neq; leui coniectura res penditur. Hora. 2. Serm. Pratenſibus optima fungis Natura eſt: alijs male creditur.

CREDVLVS, a, um, {*Credulo facile al credere*} (εὔπειστος) qui omnia facile, uel temere credit. Ci. de Amic. Hæc etiam in fabulis ſtultiſsima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum. Vnde Credulitas (ταχυπειθεια) credendi facilitas. Mart. lib. 5. Et tumidus Galla credulitate fruar. Incredulus, qui non facile credit, δυσπειθής, ἄπιστος.

CREMASTERES, (κρεμαστῆρες) nerui, à quibus teſtes dependent. Colum. lib. 7. Priuſquàm ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellãt, q; ex illis genitales partes dependent.

CREME, es, (κρέμη) urbs Ponti, à qua gentile Cremeſius.

CREMENTVM, {*Accreſcimento*} (αὔξησις) à creſco, id eſt, augmentum.

CREMERA, (κρεμέρα) pe. cor. fluuius Tuſciæ, apud quem Fabij a Veientibus occiſi fuere, auctore Liu. lib. 2. Deci. 1. Oui. 2. Faſt. Vt celeri paſſu Cremerã tenuere capacẽ, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuu. Quid Cremerę regio?

CREMIVM, {*Carne ſoffritta, fritta in la padella*} (φρύγανον) caro frixa in frixorio, quæ quò magis torretur, eò magis uirtus & humor euacuatur. Vtitur hac uoce Pſalmorum interpres. Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Quidam frixorium uolunt eſſe: alij durum illud, quod in frixorio remanet.

CREMMYON, (κρεμμυὼν Stephano) oppidum nõ procul a Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem, quæ omnes agros deuaſtabat, occidit. Oui. lib. 7. Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus, &c. Vbi alterum m, uerſus gratia, a poeta eſt eliſum. Crommyon autẽ per o, urbs eſt iuxta Aſcalonẽ: de qua infra.

CREMO, as, {*Abbruſciare, ardere*} (καίω) comburo. Pli. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbem. Huius cõpoſitum eſt Concremo, καταφλέγω. Liu. Incluſi cum coniugibus ac liberis, domos ſuper ſeipſos concremarunt.

CREMONA, Vrbs eſt Galliæ Ciſalpinæ, non procul a Mantua, quę etiã hodie nomen retinet. Cuius ciues cum cõtra Auguſtum cum Antonio ſenſiſſent, Cæſar uictor, ueteranis ſuis eorum agros dedit: qui cũm non ſuffeciſſent, acceperunt etiam uicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc Verg. Eclog. 9. Mantua, uæ, miſeræ nimium uicina Cremonæ. De hac Stra. lib. 5. ſic ſcribit: Cis Padum uerò, circumq; Padum, celeberrimæ ſunt ciuitates, Placentia, & Cremona, media in regione propinquiſsimæ: inter has & Ariminum, ſunt Parma, Mutina, Bononia.

CREMOR, oris, {*Amido*} (Hermolaus κρίμνον dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato. Celſus: Cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

CRENÆ, {*Tagli, tagliature*} (γλυφίδες) ſunt inciſurę, a quibus Crenata herbarum folia uocant: hoc eſt, ſerrata, ſactaq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis ſigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ſcrulis deſcriptum habẽt, crenę appellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio, in quam neruus inſeritur, Crena dicitur Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur, ſedetq; neruus. Crenę item dicuntur aſperitates quædam œſophagi, in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decreſcentibus crenis quicquid appropinquat uentri.

CREO, as, are. Vide Creare.

CREON, ontis, (κρέων) nomen Corinthiorum regis, qui Creuſam filiam Iaſoni deſpõſauit, de quo Seneca in Medea. Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum ſocer, & pater Iocaſtæ. Fuerunt & alij hoc nomine.

CREON, ontis, (κρέων) mons eſt Lesbi inſulæ, cuius meminit Pli. lib. 5. ca. 31.

CREONTIADES, Herculis filius ex Megara, quem pater cum Therimacho fratre ab inferis rediens, & in furorem uerſus a Iunone, q; Lycum interfeciſſet, interemit.

CREOPHILVS, (κρεώφιλος) pen. cor. nomen Samij poetæ, qui Homeri hoſpes & æmulator fuiſſe fertur. Vide Apuleium in Floridis.

CREPAX, acis, a crepando, ſicut ab edẽdo Edax. Vnde Crepacem malam, quodam in Carmine dixit Mecœnas, referente Seneca Epiſt. 115.

CREPÆ, a principio capræ ſunt appellatæ, q; cruribus crepent. Feſtus.

CREPERVS, a, um, pe. co. {*Dubbio, dubbioſo*} idem quod dubius: unde Creperum bellum, anceps & dubium. Luc. lib. 5. Exæquataq; ſunt creperi certamina belli. Hinc etiam crepuſculum dicitur, tempus medium inter diem & noctem, q; tum crepera, hoc eſt, dubia lux ſit.

CREPI, luperci dicti ſunt, a crepitu pelliculartum, quę faciunt uerberantes. Mos enim erat Romanis, nudos diſcurrere in Lupercalibus, & obuias quaſq; fœminas pellibus ferire Feſtus.

CREPIDA, æ, pen. co. {*Pianella*} (κρηπὶς) Tuſcum calciamẽtum, teſte Seruio, quod corrigijs ligabatur. Apud Latinos poetas corripit primã, quamuis apud Græcos ſcribatur per uocalem longã η. Perſius: Non hic, qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuum eſt Crepidula, κρηπίδιον. Gell. lib. 13. cap. 12. Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum in fine tegun-

tur, cætera propè nuda, et teretibus habenis iunctis ſunt, Soleas dixerunt, nonnũ quã uoce Græca Crepidulas. Hora. in Serm. Chryſippus dicat, Sapiens crepidas, ſibi nunquam, Aut ſoleas fecit. Quidã hoc nomen à crepitu: hoc eſt, à ſono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen eſt, ex Gellij & Perſij auctoritatibus dicere uocem eſſe Græcam. Hinc Crepidarius, rij, (κρηπιδάριος) qui crepidas conficit. Et crepidarius, a, um, quod ad crepidas pertinet: ut, Crepidarius cultellus.

CREPIDATVS, a, um, {*Che ha le pianelle*} (κρηπιδωτός) crepidis indutus. Cic. in Piſo. Is nocte intempeſta crepidatus ueſte ſeruili nauim conſcendit.

CREPIDO, dinis, {*Riuiera bagnata dall'acqua, la bocca del pozzo*} (κρηπίς) p.p. ſignificat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, q ibi aqua alluens crepitat cũ currit, aut undas appellit. Col. lib. 9. Præiaciuntur in gyrũ moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. Per tranſlationẽ uerò & putei extremam oram, quæ ad ipſum puteum reſpicit, quæ uulgò dicitur Os putei: & editioris cuiuſq; loci extremitatẽ ſolemus Crepidinẽ appellare, ut apud Hierony. In crepidine uię. Seneca: Quis crederet iacẽtẽ ſuper crepidinẽ Mariũ, aut fuiſſe, aut futurum Conſulem? Vnde ẽt pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Verg. lib. 10. Forte ratis celſi cõiũcta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis, et põte parato.

CREPITACVLVM, {*Cembalo*} (σεῖστρον, κρόταλον) ſiſtrum æreum inſtrumentum quod manibus percuſſum reddit ſonũ, in Iſidis ſacris ſolenne, teſte Val. lib. 4. cap. 29. Col. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut teſtarum plerunq; uulgo iacentiũ ſonitu terreatur fugiens iuuentus. Quin. lib 9. cap. 4. Et ſonum edant puerilium crepitaculum. Crepitacillum, diminutiuum à crepitaculo. Lucre. lib. 5. Nec crepitacillis opus eſt.

CREPITO, as, {*Far ſtrepito*} (ψοφῶ) pe. co. crepitum edo: & proprie de cymbalis, & huiuſmodi dicitur, quamuis & de alijs rebus dici poſſit. Pli. lib. 12. c. 17. Myrtata reprehenduntur, crepitantq; in igne.

CREPICVLVM, ornamentũ capitis, q in capitis motu crepitũ facit. Feſtus.

CREPITVS, tus, {*Strepito*} (ψόφος, κορκορυγὴ, βρόμος) ſonitus eſt, qui ex concuſſione & impulſu reſultat. unde pedentis ſonũ Crepitum uẽtris dicimus, quem Stoici ęquè liberum eſſe debere, atq; ructum affirmabant. Plau. in Curc. Vbi quid ſurripuere, operto capitulo calidum bibunt: Triſtes atq; ebrioſi incedunt: Eos ego ſi offendero, ex unoquoq; eorum eijciam crepitum polentarium.

Et crepitus plagarum dixit Cic. in Verr. 7. Crepitus dentium, Cic. 4. Tuſc. Crepitus armorum, Pli. lib. 2. cap. 57. Crepitus forium, Plau. in Curcu. Crepitus frænorum, Varr. lib. 2. cap. 7. Crepitus gladiorum, Hircius lib. 6. Crepitus imbrium, Pli. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedũ, Cic. in Topicis.

CREPO, as, pui, pitum, {*Far ſtrepito. ſuonare*} (λακεῖν) ſignificat ſonare. Oui. Et crepat ad medios laurus aduſta focos. Per tranſlationem ponitur pro dolere, queri, accuſare. Hora. li. 1. Carm. Quis poſt uina, grauem pauperiẽ crepat?

Hinc componuntur, Concrepo: id eſt, perſono, διαλακέω. Vnde Concrepare digitis, eſt digitis ſonum edere. Cic. Offi. 3. Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod etiam eſt crepitum uel ſonum emittere. Item reprehendere, ſed ueluti cũ crepitu, id eſt, uerborum, pedum've ſtrepitu. Cic. 4. Acad. Sed tamẽ illis uerſibus increpant eorum arrogantiam, quaſi irati. Percrepo, ualde crepo. Cic. in Verr. Locum iſtum litoris percrepare totum mulierum uocibus, cãtuq; ſymphoniæ. Et habent pen. cor.

CREPVNDIA, orum, {*Ornamenti da bambini*} dicuntur prima munuſcula, quæ dantur pueris: ut ſunt faſciolæ, linteoli, ueſtes, bullæ, coralia, enſiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiuſmodi, quibus pueri delectantur. à crepando id eſt, tinniendo dicta, qm̃ infantes crepitaculis maximè gaudẽt. Plau. in Rud. Sunt crepundia. D. Ecca, uideo, qua facie ſunt. Enſiculus eſt aureolus, primum literatus. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula anceps, item aurea, literata eſt. Poſt ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ: Et ſucula, & bulla aurea eſt, pater quã dedit mihi natali die. Pli. lib. 11. Semeſtris locutus eſt Crœſi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum.

CREPVSCVLVM, {*Luce dubia quando ſi fa ſera ouero giorno*} (δείλη) lux dubia, quæ fit ante ſolis ortum, & ante occaſum, ἀμφιλύκη: à crepero, hoc eſt, dubio, quia tunc multis dubium eſt, dies ſit iam, an nox. Lucanus. Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo. Hinc Crepuſci apud Sabinos nominati, qui eo tẽpore erant nati, & Sidonius horã ueſpertinam Crepuſculaſcẽtẽ dixit.

CRES, Vide Creta.

CRESCO, is, creui cretum, {*Creſcere, aumentare*} (αὐξάνω, προκόπτω, φύομαι) augeor. Iuuen. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Hinc Crementum pro augmento, αὔξησις. Huius compoſita ſunt Accreſco, adaugeor, ἐπιφύομαι. Concreſco, ſimul creſco, & coniungor, συμπήγνυμαι. Vnde Concretum, (συμπεπηλός) conglutinatum. Decreſco, diminuor. Excreſco, & Increſco ualde creſco, unde Incrementum. Recreſco, rurſus creſco, ἀναφύομαι. Succreſco, inferius uel paulatim creſco. Supercreſco: quæ unde ſuis locis.

CRESSA, (κρῆσσα) oppidum Paphlagoniæ eſt, teſte Stephano, poſt excidium Troianum à Merione conditum. Eſt & portus Cariæ, Rhodo inſulæ oppoſitus. Pli. lib. 5. cap. 28. Creſſa etiam dicitur mulier ex Creta inſula. Vide in dictione Creta.

CRESSÆA, Hero. li. 7. regio Pallenæ uicina, ac Thermæo ſinui contermina.

CRESTON, oppidum de quo Herodo. lib. 1. Qua lingua Pelaſgi ſunt uſi, affirmare non poſſum, ſed coniectura ſignorum, licet dicere eadem qua nunc Pelaſgi utuntur, qui ſupra Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores uocantur. Eſt & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iuſtinus lib. 38.

CRETA, tæ, & Crete, tes, {*Creta, Candia*} (κρήτη) inſula in medio ponto, centũ urbium fama clara, quę (ut ſcribit Strabo) à Septẽtrione Aegæo alluitur ſimul & Cretico pelago: ab Auſtro Libyco: ad Occidentem Aegilam & Cytherã ſpectat: ad Orientem Carpathon. Habet in lõgitudine ducenta ſeptuaginta millia paſſuũ, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingenta octoginta nouem millia paſſuum complectitur. Hodie Candiam uocant. Inſignes in ea urbes ſunt Gortyna, Cydon, Gnoſſus Minois regia, et Strabonis coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxiũ eſt, optimiq; uini fertiliſſima eſt, de qua Verg. 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idęus ubi, et gentis cunabula noſtræ, Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Primum dicta Cureta, ab habitãtibus curetibus, & per ſyncopã Creta. Alij dicũt Cretam dictã, à Crete quodã Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Heſperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo, ſed à Cres, Cretis genitiuũ faciente, nominatam dicit: ſic enim uocatum ait eum, qui Iouẽ abſcõdit in mõte Lycæo. A' quo etiam eius inſulæ populi Cretes uocantur, & mulieres Creſſæ, κρῆσσαι. Similiter Creſſeus, & Creſſius, κρήσσιος. Sunt autẽ hæc nomina quę ex maſculino fœmininum ad ſimilem formã mittunt: ſcilicet Cres Creſſa, Libys Libyſſa, Phœnix Phœniſſa, Thrax Threiſſa. Tibullus: Etiã Phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſonius: Pręcepetibus pennis ſuper aerea uectus homo Cres. A' Crete uerò fiunt Creticus, (κρητικός) & Cretenſis. Eſt & Creta oppidum Scythię. Val. Flacc. lib. 1. Quoties paucos ad littoris ictus Deficiam Scythicum metuens Pontumq; Cretamq;.

CRETA, ę, terra tenax. {*Creta. terra tenace*} (κιμωλία γῆ) uel à Creta inſula, in qua optima prouenit: uel à creſcendo, quoniam proprietas eius eſt, ut macerãdo creſcat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam uocant ſaxum, quæ nõ niſi poliendis ueſtibus adhibebatur, ijsq; duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum unum, & alterũ ad purpuriſſum inclinãs, utrunq; ueſtibus aptum. Hac medici aduerſum morbos utunt. Laudatur et creta Theſſalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argẽteũ reddens. Viliſſima erat creta qua pedes uęnalium trans mare aduectorum notare mos erat. Creta Aſiatica. Cic. pro Flac. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quę eſt ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Verg. 1. Georg. Cretula, diminutiuum. Cic. 6. Ver. Cum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula.

CRETACEVS, a, um, adiectiuum: ut, Cretacea ſiligo, quę creuit in loco cretoſo. Pli. li. 18. c. 9. Ruſior illa, at Piſana candidior, ponderoſior uerò cretacea.

CRETATVS, ta, tum, {*Cretato, incretato*} quod eſt creta inſperſum: unde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales ſolent eſſe ſeruorum pedes qui trans mare uęnales aducebãtur. Vnde Pli. inter prodigia inſolẽtis fortunæ commemorat, libertos aliquot Prętorijs ornamentis decoratos rediſſe eò, Vnde cretatis pedibus aduenirent. Ad hoc alludit Iuuenalis, cum ait: Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

CRETÆVS, a, um, (κρηταῖος) quod ex Creta inſula eſt. Ouid. Strataq; Cretæum belluis ſtrauit humum.

CRETERRA, uide Craterra.

CRETHEVS, diſſyllabum, genitiuo Cretheos. (κρηθεύς) Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aeſonum genuit, Alcimedontem, et Amythaonem. Inde Cretheus denominatiuum: ut, Virgo Crethea apud Flaccum lib. 1. dicitur Helle Crethei neptis.

CRETHON, onis, filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orſilocho ad bellum Troianum Græcis auxilium laturus profectus eſt: ſed cum hi duo nimium ſuis uiribus confiderent, cum Aenea congredi non dubitauerunt: à quo etiam ambo ſunt interfecti. Quin & eorum cadauera uix à Menelao & Antilocho ex hoſtium manibus ſubtrahi potuerunt.

CRETICVS, a, um, {*Di Candia*} (κρητικός) adiectiuum formatum à Creta inſula: ut, Creticum mare, Hora. 1. Carm. Ode 26.

CRETENSIS, (κρής) nomen gentile à Creta inſula deductum. Vide prouerbium. Cretizare cum Cretenſi, apud Eraſmum in Chiliadibus. Cic. 3. de Natu. Deo. Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius.

CRETICVS, ſubſtantiuum, (κρητικός) genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis & media breui: ut Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

CRETIO, onis, Iuriſconſultorum uerbum eſt, quod pro aditione hæreditatis accipitur. Ci. ad Att. Ex eo cognoui cretionem, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. Cretio (inquit) Alciatus lib. 3. Diſpunct. ca. 7. eſt certus dierum numerus, in quo inſtitutus hęres aut adit hęreditatem, aut finito tẽpore excluditur. Cretio dicta à decernendo, q eo tempore hæres debeat decernere.

CRETOSVS, a, um, quod eſt creta plenum: ut Ager cretoſus.

CREVSA, (κρέουσα) Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iaſon, repudiata Medea, uxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios uerò præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur uidendi cupida, nihilq; mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuo euolauit ignis, Creuſamq; & totam Creontis regiam exuſſit. Ouid. lib. 1. de Arte, cui non defleta eſt Ephyrææ nata Creuſæ. Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ coniunx, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Aenea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filiumq; manu ducebat, perditã fuiſſe in itinere, dum uias notas exceſſiſſet, tradit Maro lib. 2. Aene. Sed nonnulli eã ab ipſo Aenea ex pactione cum Græcis facta occiſam uolunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Verum his refragatur fabula de Heleno & Caſſandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

CREVSIS, (κρεῦσις) oppidum eſt in confinio Bœotiæ, Locrorum, & Aetolorum: ut annotauit Vadianus in Pomponium lib. 2.

CRIBRO, as, {*Criuellare, uagliare*} (σήθω) purgo, Cribramus enim triticum & huiuſmodi, ut à puluere, & rebus immundis ſecernatur. Pli. lib. 25. c. 5. Præterea mirum inuentum eſt, q inciſum ſorficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet. Cribrarius, ria, rium, (κοσκινικός) quod ad cribra pertinet. Pli. li. 18. Iſte cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

CRIBRVM, {*Cribro, uaglio*} (κόσκινον, ἠθμός) inſtrumẽtum ex pellibus ſiliis, ut plurimum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. Ouid. ra, Meta. Vt've liquor rari ſub pondere cribri. Cribro aquam haurire, uel gerere, Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pſeud. Non plus refert, q ſi imbrem in cribrum geras. Sunt & Cribra, quæ è ſetis equorum, farinæ à furfuribus ſeparandæ gratia, facta ſunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excuſſoria è lino, & Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta ſunt.

CRIMEN, {*Delitto, mancamento, colpa, difetto*} (αἰτία) proprie dicit̃ delictũ. Eodem ego te condemnabo crimine. Item appellatur id, quod per contentionem alicui obijcitur, (ἔγκλημα) & obtrectatio. Cic. in Phil. Hereditatem mihi negaſti obueniſſe: utinam hoc tuum uerum crimen eſſet. Et ſic dicitur à Cerne, ſicut

ſicut a Diſcerno Diſcrimen. Ver.7. Aen. Diſſice compoſitam pacem, ſere crimina belli, id eſt, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oritur. Aliquando ponitur pro falſa ſuſpicione. Idem 11. Aene. Formidine crimen acerbat.

CRIMINALE, (ἐγκληματικόν) quod eſt criminum, ut Criminalis cauſa.

CRIMINARI, {Incolpare, accuſare calonniare} (ἐγκαλεῖν, διαβάλλειν) eſt culpare, accuſare, contumelioſe reprehẽdere. Ci. ad Att. Me tantum cõperiſſe omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, uel apud illum. Teren. Hoc metuis ne me criminaretur tibi. Cic. 3. Offi. C. Marius Q. Metellũ apud populum Romanum criminatus eſt, bellum illum ducere. Criminat, pro Criminatur apud Ennium li. 3. Saty. Nam is non bene uult, tibi qui falſo criminat apud te. Criminatio, ipſa contentioſa contumelia. Cic. pro lege Agr. Nunquid eſt cauſæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, nõ ſolum meam, ſed etiam ueſtram diligentiam, prudentiamq́ deſpexerit?

CRIMINOSVS, a, um, {Ingiurioſo, che ha diffetto in ſe} qui crimen infert. Cic. pro Cluen. Hic Tribunus plebis modeſtus, prudens, non modo nõ ſeditioſus, ſed etiã ſeditioſis aduerſarius: Ille aut acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbulentus. Criminoſum, quod in ſe crimen habet. Colum. lib. 1. Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe. Vnde Criminoſe, aduerbium. Cice. pro Roſc. Ame. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur.

CRIMISSA, æ, (κρίμισσα) oppidum eſt in extremis Italię finibus, iuxta Thurium & Crotoniatã ita dictum a Crimiſſa Nympha. Gẽtile eſt Crimiſſæus. Strab. lib. 7.

CRINANTHEMON, (κρινάνθεμον) flos notiſſimus, quem Dioſcorides κρίνον βασιλικόν, Romani Lilium appellant.

CRINES, {Crini, capelli. Pet. Con la fronte di roſe, e co'i crin d'oro} (τρίχες) capilli, ἀπὸ τοῦ κρίνειν hoc eſt, a diſcernendo dicti. Verg. 4. Aen. Et crines flauos. Crinis etiam piſcium dicitur. Pli. lib. 9. cap. 30. de Polypo piſce: Nanque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. Crinis etiam uidetur eſſe genus uinculi ex crine equinæ caudæ confecto. Pli. li. 17. ca. 21. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculo've, ut in Hiſpania, Brũduſioq́. Crinalis, le, adiectiuum quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Oui. 9. Meta. Crinalem capiti uittam natæ q́ſibiq́ Detrahit. Crinale, ſubſtantiuum, neut. gene. 5. Met. Ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curuum crinale capillos. Criniger, ra, rum, qui multos habet crines. Lucan. lib. 1. Et uos crinigeros bellis arcere Caicos Oppoſiti, petitis Romam.

CRINIRE, {Mettere i capelli} (τριχοφυεῖν) eſt crines emittere: quod uerbum legitur apud Statium 4. Thebaid. Vatem cultu Parnaſſia monſtrant Vellera frondenti crinitur caſſis oliua.

CRINITVS, a, um, {Crinito, che ha i capelli} (κομήτης) quod crines habet. Verg. Aen. Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. Crinita Stella. Cice. 2. de Natu. deo. Tum ſtellis his, quas Græci cometas, noſtri Crinitas uocant. Idẽ 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atq; abſtulit. Galea crinita triplici iuba, Verg. 1. Aen. Malè crinita mulier, Oui. 3. de Arte.

CRIMISVS, (κριμισός) Siciliæ fluius, Segeſtæ urbi uicinus: de quo Seruius huiuſmodi refert fabulam. Cum Laomedon Neptuno et Apollini mercedẽ pro ædificatione murorum Ilij recuſaret, Neptunus iratus Troię cetum immiſit, ut eam uaſtaret. Coſultus Apollo ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilicet, beluæ eſſe obijciẽdas. Hippotes igitur nobilis Troianus timens, ne & Hegeſta filia ſua ceto, ut Heſiona exponeretur, naui eam impoſuit, ut potius ſe non uidente mergeretur fluctibus, q̃ coram deuoraretur. Sed illa caſu in Siciliã delata, Crimiſo placuit, qui in canem, ſeu urſum mutatus, eam oppreſſit, ſuſcepitq́ ex eo concubitu Aceſten, Siciliæ regem. Verg. li. 5. Aen. Troia & Crimiſo conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

CRINOMENON, (τὸ κρινόμενον) a Rhetoribus appellatur contentio quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod uerſatur certamen totius controuerſiæ. Latini Quæſtionem uocant, teſte Cice. in Topicis.

CRINON, (κρίνον) Pli. lib. 21. cap. 5. lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea Syriæ & Phaſelide laudatiſſimũ proueniens. Dioſcorides tamen Græciq; ferè omnes nullo diſcrimine τοῦ κρίνου appellatione omnia lilij genera intelligunt. Theophraſtus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox poſt uiolam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

CRINONIA, æ, (κρινωνία) frutex eſt lilij, teſte Suida: nã Lilium Græci κρίνον appellant.

CRIONA, æ, (κριωνία Stepha.) uicus eſt Athenienſium in tribu Antiochide.

CRIOS (κριὸς) ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant ab arietini capitis figura: a qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant. Fuit etiam Crios (κριὸς) proprium nomen Athletę cuiuſdam ex Aegina inſula, apud Græcos cantatiſſimi.

Κριοῦ μέτωπον, id eſt, arietis frons, Cretę inſulæ promontorium eſt ad Occidentẽ, uerſus Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio. Hic procul ingens Inclinat rupes ſeſe, obuia fluctibus altis. Et paulò poſt Vt ferus ora Eſt aries, ultroq; minax petit obuia fronte? Vide Pomponium Melam lib. 2. in deſcriptione Cretæ inſulæ, & Plin. lib. 4. cap. 12.

CRISIS, (κρίσις) iudicium, iudicatio, ſentẽtia. Vnde Dies Critici dicti, ſiue (ut Cenſorino placet) Criſimi, (κρίσιμοι) hoc eſt, iudiciales, et decretorij: de quibus infrà.

CRISPO, as, are, {Increſpare. Pe. Et po'il raccoglie e'n bei nodi l'increſpe} criſpũ reddere. Pli. lib. 28. cap. 8. Fimi cinere criſpari capillum. Criſpari terra herbis, dicitur per tranſlationem. Col. lib. 10. Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus. Criſpans, tis, particip. Verg. 1. Aene. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Criſpatus, a, um: ut, Buxus criſpata cacumine. Claud. 2. de rap. Proſerp. Criſpiſulcans adiectiuum: ut Criſpiſulcans fulmen. Cic. in Top. At cum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum fulmen iniectum eſt, inflammatur nauis neceſſario.

CRISPVS, a, um, {Creſpo, torto, intorto, Pet. Teſſendo un cerchio al'oro torto & creſpo} adiecti. eſt. ut, Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plau. in Truc. Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpum folium, Pli. lib. 12. cap. 15. Folium oliuæ, uerum criſpius, & aculeatum. Criſpiſſimum folium, apud Columel. lib. 11. cap. 3. Criſpa abies. Cic. 3. Tuſcu. Criſpioris elegantiæ materies, & ob id Perſis gratiſſima, Pli. lib. 13 cap. 9.

CRISPVS SALLVSTIVS, Latinæ hiſtoriæ princeps fuit, teſte Martiale, cuius hoc de illo extat elogium. Criſpus Romana primus in hiſtoria. Thucydidi, ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicẽdi. Attica breuitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem a Pollione, ut nimis antiquarius, et ex Catonis originibus uerba mutuatus: Trogo iam q; orationibus nimis longis uſus, ſicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriuſque inuectiuis conſtat. Eius de auaritia ſententiã laudat Gell cap. 1. lib. 3. Auaritia (inquit) pecuniæ ſtudium habet: quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus, animumq́ uirilẽ effœminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt: neq; copia, neq; inopia minuitur. Idẽ Gel c. 18. li. 17. de Criſpo Sallu. ſic ſcrib. Marcus Varro (inquit) in literis, atque uita, fide homo multa, et grauis in libro quẽ inſcripſit Pius, aut De pace, Criſpũ Salluſtiũ ſcriptorẽ ſerię illius & ſeueræ orationis, in cuius hiſtoria notiones Cenſorias fieri atq; exerceri uidemus, in adulterio deprehẽſum ab Annio Milone, & loris bene cæſum dixit, & quũ dediſſet pecuniam, dimiſſum Hæc Gellius. Fuit & Criſpus Conſtantini Cæſaris filius, a patre interfectus. Criſpus item Vibius, ore cõpoſitus, et iucundus. priuatis tamen cauſis, q̃ publicis melior, ut ait Quintilianus.

CRISPVLVS, diminutiuum a Criſpus. Mart lib. 5. Criſpulus iſte quis eſt: uxori ſemper adhæret Qui Marianæ tuæ, criſpulus iſte quis eſt?

CRISSA, æ, (κρίσσα) oppidum maritimũ Phocidis, a Criſſo Phoci filio conditum: unde Criſſæus ſinus, (κρισαῖος κόλπος) qui & Corinthiacus appellatur, per octo ſtadiorum fauces, quæ inter Rhium ſunt et Antirrhium, in Ioniũ mare ſeſe exonerans.

CRISSARE, (πυγίζειν) et Ceuere, non niſi poſito pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierum apte ſe motantium, dum in re Venerea ſunt. Iuue. Frictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum, dum pædicantur. Martia. Sed pædicaris, ſed pulchre Nęuole ceuis. Ceuere etiam adulantium geſtus ſignificat. Perſius: An Romule ceues?

CRISTA, {Creſta, pennacchio} (λόφος) dicitur corua ille in uertice galli, & aliarum quarundam auium. Pli. lib. 10. c. 25. Vpupa obſcœna alias paſtu auis criſta uiſenda plicatili. Ad huius ſimilitudinem etiam Criſtam uocamus, conum galeæ. Verg. Aene. Tum galeam Meſſapi habilem, criſtisq; decoram Induit. Criſta etiam herbæ ſpecies eſt, cuius meminit Pli. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos Criſta dicitur, folia habet ſimili gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem & ſemen nigrum in ſiliquis. Ruellius eandem eſſe credit cum ea, quæ Gallicè Verucna dicitur. Criſtula, læ, Diminutiuum. Col. lib. 8. ca 2. Rectis, rutilisq; criſtulis. Criſtatus, a, um, qui criſtas habet: ut, Criſtatę aues: eſtq; periphraſis gallorum gallinaceorum. Martia. lib. 14. Criſtatęq; ſonant undique lucis aues. Criſtata galea, Liuius.

CRITHOTE, es, (κριθωτή Stephano) urbs eſt Thraciæ ad Helleſpõtum, octoginta ſtadijs à Cardia diſtans: cuius meminit & Pli. lib. 4 cap 11.

CRITIAS, (κριτίας) philoſophus fuit, qui dixit animam eſſe ſanguinem, ſicut & multi alij. unde Ver. Purpuream uomit ille animam. Fuit itẽ Critias quidam unus è triginta tyrannis, Athenienſibus a Lacedemonijs impoſitis, eloquẽs quidem cæterum omniũ auariſſimus, atq; crudeliſſimus, qui cum plurimis incommodis ciuitatem affeciſſet, tandem a Thraſibulianis, eo in prœlio quod circa Munychiam fuit geſtum eſt interfectus. Vide Xenophontem Rer. Græcarũ lib. 2. Huius meminit Ci. lib de Orat. 2. Conſecuti ſunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lyſias: multa Lyſiæ ſcripta ſunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rurſum idem lib. 3. Quid Critias? Quid Alcibiades? Ciuitatibus ſuis quidẽ non boni, ſed certè docti atque eloquentes, non'ne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

CRITÆ, (κριταὶ) a Græcis dicuntur iudices, qui muſicis agonibus, & ſcenicis certaminibus præerant.

CRITHE, {Orzolo} (κριθή) tuberculum paruum eſt in palpebra ſuper pilorum locum, ita dictum a ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum a recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Celſum lib. 7. cap. item 7.

CRITICVS, a, um, {Giudiciale, che fa giudicio} pe. co. (κριτικός) idem quod iudicialis uel iudicem agens: ἀπὸ τοῦ κρίνειν, hoc eſt, a iudicando: unde & poematum cenſores, & iudices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt. quales fuerunt Ariſtarchus, & Ariſtophanes Grammatici, qui tantum ſibi in ipſum & Homerum permiſerunt, ut plurimos etiam uerſus, tanquam nothos & ſubdititios, ex eius operibus ſummouerint. Hora. 2. Epiſt. Ennius & ſapiens, et fortis, & alter Homerus, Vt critici dicunt. Critici dies uocantur, qui a medicis Iudiciarij dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione fieri iudiciũ poteſt: eos noſtri Decretorios uocare poſſunt.

CRITO, (κρίτων) nomen Philoſophi Athenienſis, qui ita Socratem amauit, ut nunquam aliquid ex ijs, quæ ſunt ad uitam neceſſaria, ipſi deeſſe paſſus fuerit. Crito itẽ Pieriota (Pieria autem, urbs eſt Macedonię) hiſtoricus fuit: ſcripſitq; res Perſicas, Siculas, & Macedonicas. Fuit præterea alius, Naxius genere, hiſtoricus & ipſe. Auctor Suidas.

CRITOBVLVS, (κριτόβουλος) medicus fuit inſignis, qui ſub Philippo Amyntæ filio, Macedonum rege claruit. Pli. lib. 7. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

CRITOLAVS, (κριτόλαος) Peripateticæ ſectæ Philoſophus fuit, qui unà cum Carneade, & Diogene Stoico Romam miſſus fuit Legatus, ut ſcribit Ci. lib. 2. de Orat. De Critolai libra ſcribit idẽ Ci. Tuſc. quæſt. lib. 5. Quo loco, inquit, quæro, uim quã habeat libra illa Critolai, qui quũ in alterã lancẽ animi bona imponat, in alterã corporis & externa, tantũ propendere illam boni lancẽ putet, ut terram & maria deprimat. Alter Critolaus, Achæorum dux, belliq; Achaici concitator: unde & Corinthi euerſionem illi imputat Cic. lib. 3. de Natu. Deo. Critolaus (inquit) euertit Corinthum, Carthaginẽ Aſdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plu. in Parallelis Horatio Curiatiorum uictori comparat in eo, q uterq; ſororem occiderit, idq; eadem omnino de cauſa, q ſcilicet cæteris omnibus uictori applaudentibus, ſolæ fratri ſuo non eſſent gratulatæ. Hic poſtremo a Q. Cæcilio Metello uictus apud Thermopylas, ueneno ſibi mortem conſciuit. Auctor Liuius.

CRITHEIS, (κριθηΐς) ut ex Ephoro refert Plutar. in uita Homeri, filia fuit Arellis, quam poſt mortem ſuam Meonis fratris tutelę reliquit. Hic aũt quum puellam uitiaſſet, grauidamq́ feciſſet: atq; ob id factũ ueretur infamiam, Phemiu eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa uerò non multò poſt, quum ad lauacra: quæ prope Meletem fluuium erant, proficiſceretur, Homerum iuxta fluuiũ peperit: ob idq; Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cumæi nanq; & Iones oculis captos Homeros appellant, q Homeris, id eſt, itineris ducibus egeant.

CROBIALVS, (κρωβίαλος) oppidulũ eſt iuxta Heracleam Ponticam, cuius meminit Apollonius Argonaut. lib. 3.

CROBYLOS, (κρώβυλος) aureus uel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idq; propriè in uiris: nam in mulieribus potius Corymbum, et in pueris Scorpium uocamus.

CROBYZI, (κρώβυζοι Stephano) populi Iſtri accolę, quorum meminit et Pli. lib. 4. cap. 12.

CROCALLIS, gemma eſt ceraſum repræſentans, teſte Pli. lib. 37. cap. 10.

CROCARE, & Crocire, (κρώζειν) uerba fictitia à uoce corui. A' quibus Crocatio, teſte Feſto, et Crocitus, tus, pen. pro. ipſa uocis corui prolatio. κρωγμός. Et Crocito, tas frequentatiuum. Plaut. Simul radebat pedibus terram, & uoce crocitabat ſua.

CROCEA, æ, (κροκέα) urbs Laconiæ, una ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ. Stephanus.

CROCEATVS, ta, tum, {*Tinto in giallo, inzafferanato*} (κροκοβαφής) croco tinctus, uel infectus: unde dicimus Pannum croceatum, Veſtem croceatam.

CROCIAS, (κροκίας) gemmæ ſpecies, à croci ſimilitudine ſic dicta. Auctor Pli. lib. 37. cap. 11.

CROCINVM unguentum, (κρόκινον μύρον) quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo maceratis: ut docet Dioſcorides li. 1. Proper. lib. 3. Et crocino nares murrheus ungat onyx. Vide Pli. lib. 13. ca. item 13.

CROCINVS, na, num, & Croceus, {*Giallo, che è di color di zafferano*} κροκώδης, κροκωτὸς quod eſt lutei coloris. Pli. lib. 21. cap. 19. Semen his optimũ crocinum, nec anniculo uetuſtius, & in umbra ſiccatum.

CROCIS, (κροκίς) herba eſt, cuius contactu phalangia emoriunt̃, ut ex Apollodori ſententia tradit Plin. lib. 37. cap. 17.

CROCODILINVS, na, num, (κροκοδείλειον) quod ad crocodilum pertinet: ut, Crocodilinæ ambiguitates. Quint. lib. 1. cap. 10.

CROCODILON, ſiue Crocodilorum oppidum, (κροκοδείλων πόλις) oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen extabat: ut ipſe teſtatur li. 16. Meminit & Pli. li. 5. cap. 19. Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Arſinoitica præfectura, ad Nilum fluuiũ: ita dictum, quod in eo crocodili pro dijs colerentur. Hanc urbem poſtea Arſinoen appellarunt, teſte Strab. lib. 17.

CROCODILVS, {*Coccodrillo*} (κροκόδειλος) pen. pro. animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, q̃ in aqua uiuẽs, figura lacertæ nõ admodum diſſimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, ſoli Aegypti, & ijs regionibus, quę Nilo alluuntur, cognitum, cute uſque adeo dura, ut in nulla ſui parte, niſi in ſolo uentre penetrari poſſit. Vnde etiã delphini, qui perpetuũ cũ crocodilo bellum gerunt, non ignorãtes qua potiſſimum parte hoſtis lędi poſſit aquam ſubeunt, pinnaq́, quam in dorſo gerunt, illi aluum ſubſecant. Habet & alterum hoſtem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morẽ illapſus, inteſtina eius erodit. Nullum eſt animal quod à tam paruis initijs in tantam excreſcat magnitudinem. Parit ſiquidem oua anſerinis non maiora: ſed hoc huic animali peculiare creditur, ut quandiu uiuat, nullum creſcendi faciat finem. Quatuor menſes hyemales non comedit, & ſola beſtiarum non habet linguam. Terribilis hæc belua contra fugaces eſt, fugax contra inſequẽtes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi uiſus. Cõſpecto homine emittit lachrymas, mox appropinquantẽ deuorat. Vnde factus eſt locus prouerbio, Crocodili lacrymę, quod de ijs dici ſolet, qui ſub ſpecie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum ſumunt, q κρόκον δειλοῖ, id eſt, crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto ſternunt, ne mel abſumant crocodili, quoniam mirum in modum eo delectantur.

CROCODILVS, pen. pro. (κροκόδειλος) mons eſt Ciliciæ apud Pli lib. 5. cap. 27.

CROCODILÆA, (κροκοδείλεια) fimus eſt crocodili terreſtris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. Crocodilorum enim duo cõmemorantur genera: quorum alterum aquaticum eſt, Nilo tantum familiare, et lacubus Nilo uicinis. de quo in dictione ſua. Alterum terreſtre, odoratis tantum ueſcens herbis, quem Scincum (σκίγκον) Dioſcorides appellat. Huius excrementa in primis odorata ſunt, mulieribuſq; fucis expetita. Hora. in Epod. Colorq; Stercore fucatus crocodili. Pli. lib. 28. cap 8. ubi crocodili aquatici naturã multa explicuit, ſtatim ſubdit. Alter illi ſimilis, multum infra magnitudinẽ, in terra tantum, odoratiſſimis floribus uiuit: ob id eius inteſtina diligentiſſime exquiruntur, iucundo nidore referta: Crocodilæam uocant.

CROCODILIVM, (κροκοδείλιον) herbæ ſpecies eſt, chamæleontis figura, radice longa, guſtu naſturtij, ſemine rotundo, duplicis clypeoli forma. Pli. lib. 27. cap 8. Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa æqualiter craſſa, odoris aſperi.

CROCOMAGMA, atis, (κροκόμαγμα) unguenti crocini fæx, & retrimẽtũ, quod ſupereſt crocino unguento ex croco, cæteriſq; aromatibus expreſſo. Nam in confectione crocini unguenti oleum ante omnia quibuſdam aromatibus ſolet ſpiſſari, poſteaq; crocum eo conijci, idq; poſt dies aliquot diffundi: ex aromate & croco oleũ poſt hæc exprimi ſolet: quodq; reliquũ erat, Crocomagma dicebatur: idq; in paſtillos conformari conſueuit, & multum in tẽpus aſſeruari. optimum eſt, quod guſtatum ſaliuam denteſq; inficit. Vide Dioſcoridem libr. 1. Et Pli. lib 21. cap. 20.

CROCOMERION, (κροκομήριον) herba, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

CROCOPEPLOS, (κροκόπεπλος) Auroræ epitheton eſt, quaſi croceam habens ueſtem: nam eum colorem imitatur, cum primum incipit apparere. Poſtea enim, aduenientẽ iam die rubeſcens, à roſeo colore ῥοδοδάκτυλος appellat̃.

CROCOTA, (κροκωτὸς) ueſtis muliebris eſt crocei coloris. Cice. de Aruſp. reſpon. P. Clodius à crocota, à mitra à muliebribus ſoleis, purpureiſq; faſciolis, eſt factus repente popularis. Crocotula, (κροκωτίον) diminutiuum. Plaut. in Epid. Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. Crocotularius, crocotarum ueſtium infector. Idẽ in Aulu. Cum incedunt infectores crocotularij.

CROCOTILVM, Veteres ualde exile dicebant. Plau. Extortis talis cũ crocotilis cruſculis. Feſtus.

CROCOTVS campus, (κροκωτὸν πεδίον) campus eſt iuxta Theſſaliam, ad Amphryſum fluuium. Steph. in dictione Δημήτριον.

CROCVS, {*Zafferano*} (κρόκος) uel Crocum, flos qui Safranum uulgo dicit̃, à Croco puero (ut poetæ fabulantur) dictus, qui cum Smilacem puellam tenerrime deperiret, amoris impatientia uerſus eſt in florem ſui nominis. Ouid. 4. Meta. Et Crocon in paruos uerſum cum Smilace flores. Salluſt. Paſtus nemore, in quo crocum gignitur. Præſtãtiſſimum naſcitur circa Corycũ Cilicię mõtẽ. Proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Prouenit & in Gallia Narbonenſi, licet bonitate inferius. Hinc Croceus, a, um (κρόκινος, κρόκιος) pro colore, qui uulgo dicitur Gialdus: ut, Veſtis crocea. Verg. 1. Aen. Et circumtextum croceo uelamen acantho. In eadem etiam ſignificatione Crocinum legimus, & Crocatum. Plin. lib. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum, nec anniculo uetuſtius. Idem lib. 16. c. 34. Alicui & ſemen nigrum, alij crocatum.

CROCVTA, fera eſt Aethiopiæ familiaris, ex hyæna, & leęna Aethiopica naſcens, quæ & ipſa hyænæ more humanas uoces imitatur. Pli. lib. 8 cap. 30. ubi hyænæ naturã multis explicuit, ſtatim ſubdit: Huius generis coitu leæna Aethiopica parit crocutam, ſimiliter uoces imitãtem hominum pecorumq́. Acies ei perpetua in utraq; parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur.

CROESVS, (κροῖσος) rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium, quos hominum memoria celebrat, ditiſſimus unde etiam hodie, cum immenſas opes ſignificare uolumus, Crœſi diuitias dicimus. Hic cum ſe omnium mortalium feliciſſimum crederet, monitus eſt à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum, q quoad uiuimus periculum ſit, ne inſtabilis huius mundi felicitas, dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis ſententiam ueriſſimam eſſe, Crœſi calamitas poſtea declarauit. Victus enim à Cyro, pyræq; impoſitus, tandẽ ſalubre Solonis conſilium agnouit, eiuſq; nomen ſæpius inclamauit. Vnde admiratus Cyrus, quiſnam eſſet deorum, hominum've, quem ille in extremo periculo ſolũ inuocaret, remq; totam edoctus, humanæ uiciſſitudinis memor, Crœſum ab incendio liberauit, ſummoq; ſemper apud ſe in honore habuit. Auctor Plutar. in Vita Solonis, & Herod. lib. 1.

CROMMYON, onis, (κρομμυών) urbs Palæſtinę, non procul ab Aſcalone. Item alia in Lybia, Gentile eſt Crommyonius, κρομμυώνιος. Auctor Steph.

CROMMYONNESVS, (κρομμυόννησος) inſula eſt Aſiæ adiacens è regione Smyrnæ, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 31.

CROMNA, (κρῶμνα) Paphlagoniæ oppidum eſt, apud Strabo. lib. 12. De hoc Val Flac. li 5. Mox etiam Cromnam, atq; iugo pallente Crytoron.

CRONIA, niorum, (κρόνια) Saturni feſta erant, quę celebrabantur Romę 14. Calendas Ianua. ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου, hoc eſt, a Saturno: unde & Saturnalia a Latinis appellãtur. Horum Macrobius latè meminit, citata ẽt antiqui poetæ auctoritate apud quem legerat. Maxima pars Graium Saturno, et maxime Athenæ Conficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iterantur ab illis.

CRONION PELAGVS, (κρόνιον πέλαγος) à nonnullis appellatũ fuit mare concretum, teſte Pli. lib. 4. cap. 16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα, hoc eſt Cronium mare pro Adriatico poſuit, (ſi interpreti eius credimus) eo q Italiam alluat, quam olim Saturnum uolunt tenuiſſe.

CRONIVS, (quod hic pro Cẽtauri nomine corrupte legebat̃) uide Chromis.

CROTALIA, (κροτάλια) a Pli. lib. 9. cap. 35. dicuntur margaritæ, ita in ornamentis collocatæ, ut ex colliſione ſonum generent. Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina, & tædia exquiſita perditiore portatu. Siquidem cũ id fecere, Crotalia appellant, ceu ſono quoq; gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.

CROTALVM, pen. cor. {*Campanella, naccara*} (κρόταλον) crepitaculum ex ligno, ære, alia've materia ita concinnatum, ut efficere ſonum queat, ſiquis manu uerſet. Vnde & Aegyptiorum ſacerdotum ſiſtra, quibus in Iſidis ſacris utebantur, a nõnullis etiam Crotala appellantur: ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt, a percutiendo. Quidam putant fuiſſe annulum æreum, qui ferreo baculo quateret̃. Alij circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, ſiue orbiculos mobiles, qui colliſi ſonum edebant. qualibus ẽt hodie Luſitanos nautas in ſaltationibus ſuis uti uidemus. Verg in Copa: Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

CROTALVS, (κρόταλος) maſcu. gene. dicitur, qui lingua eſt expeditiore, & uoce ſonãti, ac prope tinnula, quiq; loquacitate ſua neminem non obtundit. Ducta eſt metaphora a crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

CROTAPHITÆ, (κροταφῖται) muſculi ſunt duo, os claudentes, quos et Latini Temporales appellant, quod tempora ueſtiant: unde etiam Graecum nomẽ traxerunt: nam κροτάφους illi appellant, quæ nos Tempora.

CROTO, ſiue Croton, (κρότων) urbs fuit maritima in ea parte Italię, quę olim magna Græcia dicta eſt, non procul a Tarento, tanta ſalubritate aeris, ut unde ortũ ſit prouerbium, Crotone ſalubrius. Vrbs hæc a Diomede condita credit̃, cum pleriſq; alijs in eodem litore. Huius incolæ Crotoniatæ dicti ſunt, eo nomine celeberrimi, q maximam in exercendis corporibus, curam ponerent. Vnde etiam frequentiſſime ex ſacris certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates qui integrum uno die bouem fertur abſumpſiſſe.

CROTON, onis, (κρότων) frutex eſt ad magnitudinem paruæ ficus aſſurgens folio platani, ſed læuiore, ac nigriore, ramis, ac caudice arundinum modo concauis, ſemine uuarum aſpero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræſentat: unde & nomen accepit. Nam ricinum uermem Græci etiam κρότωνα appellant: hoc ſemine exprimitur oleũ, cibis quidem fœdum, ſed lucernis & emplaſtris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cic. unde ẽt oleũ ipſum Cicinum, & Ricinum appellatur.

CROTOPVS, pen. pro. rex Argiuorum fuit, pater Pſamathes, quę ab Apol-

lini

ſiue compreſſa Linum peperit: quem cum inter uepres abſcondiſſet, canes extra ctum dilacerarunt. Hinc Crotopiades patronymicum maſcu. Ouid. in Ibin: Quiq; Crotopiaden diripuere Linum.

CRVCIATVS, CRVCIAMENTVM, CRVCIO, CRVCIABILITER, CRVCIFIGO, Vide Crux.

CRVDARIA, argenti uena quæ in ſumma ſodina reperitur Pli. lib. 33. cap. 6

CRVDELIS, {*Crudele, aſpro*} (ὠμὸς) immitis, & aſper. Ci. pro Deiot. Crudeles Caſtor, ne dicā ſceleratū & impiū, qui nepos auū in diſcrimē capitis induxerit. Quidā à Cruore dictū uolūt, quē crudeles effundūt: ego malim à Cruditate deriuare. Nā quēadmodū in pomis, quæ mitia nō ſunt, cruda dicuntur, ita et homines immites Crudeles dicuntur Verg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantē Salmonea pœnas. Vnde crudelitas, tatis, (ὠμότης) inclemētia. Ci. pro Roſ. Am. Veſtrū nemo eſt quin intelligat popu. Roma. qui quōdā in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Crudeliter, aduerbium, (ὠμῶς) atrociter, inclementer. Ci. 1. Offic. De euertendis autem, diripiendisq; urbibus ualde conſiderandum eſt, nequid temere, nequid crudeliter ſiat.

CRVDESCERE, {*Incrudire, incrudelire*} (ὠμοῦσθαι) eſt crudum uel crudum fieri, à Crudeo, es, Ver. 3. Georg. Sin in progreſſu cœpit crudeſcere morbus.
Inde Incrudeſco & Recrudeſco, quaſi renouari, & ad priſtinam acerbitatem redire.

CRVDVS, a, um, {*Crudo, non cotto*} (ὠμὸς) quod coctum non eſt: unde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ ſunt, neq; aſſæ, neq; alio quouis modo eſus aptę redditæ. Fructus uē crudos appellamus, qui iuſtam coctionem, hoc eſt maturitatem nō ſunt aſſecuti. Cic. de Senect. Poma, quæ cruda ſunt, ui auelluntur: quę autem cocta, matura, decidunt. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti ſunt in uentriculo. Iuuena. Et crudum pauonem in balnea portas. Crudū item hominē dicimus, cuius uentriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. de Finib. Aſoti, qui in menſam uomant, crudiq; poſtridie ſe rurſus ingurgitent. Ci. de Senect. Caret ergo etiā uinolentia, & cruditate, & inſomniis. Col. lib. 7. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi. Crudum uulnus, hoc eſt, recens & adhuc cruentum. Plin. Epiſt. 111. Vt enim crudum adhuc uulnus medētium manus reformidat, deinde patitur, atq; ultro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reiicit, ac refugit, mox deſiderat, & clementer admodum acquieſcit. Hinc Cruditas, tatis, (ἀπεψία) uentriculi ui tium cibum ægre concoquentis.

CRVENTO, as, {*Inſanguinare*} (αἱμάττω, αἱμόω) cruore inficio. Cicer. de Aruſp. Reſp. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit. Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoq; ſaliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

CRVENTVS, a, um, {*Sanguinoſo*} (αἱματηρὸς, αἱματωδὴς) ſanguinolentum, quod cum cruore eſt: ut Cruenta uictoria Sal. in Catil. Cauete, ne inulti animā amittatis, neu capti potius, ſicut pecora, trucidemini, q̄ uirorū more pugnantes, cruentam atq; luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquatis. Aliquando ponitur pro crudeli: ut Cruenta uox, & Cruenta oratio. Huius contrarium eſt, Incruentus, a, um, (ἀναίμακτος) quod eſt ſine ſanguine. Idem: Neq; tamē exercitus Popul. Romani lætam aut incruentam uictoriam retulit.

CRVMENA, pe. pro {*Borſa. Dant. In una borſa giala uidi azurro*} (βαλάντιον) loculus, à κρεμάω ſuſpendo, q; plerūq; ſuſpenſa geſtetur. Horat. 1. Epiſt. Et mundus uictus non deficiente crumena. Crumenula diminutiuum eſt.

CRVNI, orum, (κρουνοί, Stephano) Thraciæ urbs eſt maritima, teſte Plin. lib. 4. cap. 11. quæ poſtea Dionyſiopolis dicta eſt: nomen habet fontium ſcaturiginibus, quibus abundat. Eas enim Græci κρουνοὺς appellant.

CRVOR, oris {*Sangue. Pet. Non piu beuue del fiume acqua che ſangue*} (αἷμα, ἰχώρ) ſanguis, qui ex aliquo uulnere ſpargitur. Verg. 8. Aene. Tepidusq; cruor fumabat ad aras. Idem li. 4. uſurpauit in numero plurali. Atq; atros ſiccabat ueſte cruores, quod Seruius tāquam noue dictum annotauit, cum alioqui neq; Sāguines dicamus, neq; Cruores.

CRVPPELLARII, quantum ex Corneliī Tacit. lib 3. poſſumus coniicere, milites erant arma geſtantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, ſed eo pondere, ut inferendis ictibus non eſſent idonea. Verba Taciti ſunt hæc Cæteri cum uenabulis & cultris, quæq; alia uenantibus tela ſunt, adduntur è ſeruitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Cruppellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

CRVRICREPIDÆ, arum. Plau. in Trinum. dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

CRVS, cruris, {*Gamba*} (σκέλος) à currendo dictum nonnulli putant, q; crurum miniſterio in curſu utamur: ſiue (ut aliis placet) à Græco uerbo κρούω, q; inter ingrediendum huc atq; illuc feriant. Sunt autem Crura a genibus uſq; ad imū pedem. Celſus: Crus ex duobus oſſibus conſtat ex tibia & ſura. Hinc ſit diminutiuum Cruſculum, σκελίδιον Martia. Pectus ereadę, cruſculumq; formicę.

CRVSMA, atis {*Cembalo*} (κροῦσμα, σεῖστρον) proprie dicitur ſiſtrum, & uelut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtiētes mulieres oblectabātur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt, a pulſando, quod ſonum emitteret, dum pulſaretur. Martia. li. 6. Edere laſciuos ad Bętica cruſmata geſtus. Et Gaditanis ludere dicta modis. Bętica autem cruſmata uocat, q; iis mulieres Hiſpanæ uti ſolerent: quēadmodū & hodie Venetæ puellę: uocāt autē ſua lingua, un cymbano.

CRVSTA, æ, {*Croſta*} (πλάξ, ὄστρακον) ſignificat id excrementum, quod uel ob putredinem, uel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur. Vergil. li. 4. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Item Cruſta qua quid integitur, ut Cruſta locuſtæ, Plin. lib. 19. cap. 30. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret ſanguine. In parietibus item, atq; in pauimentis Cruſtæ dicuntur, tenuia marmoris, uitri, alteriusve materiæ ſegmenta, quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6. Secandi marmora in cruſtas neſcio an Cariæ fuerit inuentum. Et paulo poſt: Primū Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe Cornelius Nepos tradidit Mamurram. In uaſis item aureis argenteisve Cruſtæ dicebantur, quæ ex diuerſi generis materia illis illigabantur. Argēteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureæ, uel emblemata innectebantur: quæ inde Cruſtata (χρυσένδετα) appellant. Cic. 5. Verr. Vaſis cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. Cruſtas item, (ἐσχάρας) medici appellant, duros quoſdam ueluti cortices, q̄bus uulnera ulcerave obducūt, medicamēto aliquo cauſtico aduſta.

CRVSTARE, {*Incroſtare*} (κρυστῶ) cruſtam inducere, & materia aliqua dura integere. Plin lib. 15. ca. 17. Mala uero generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo uel cera. Vnde Cruſtati parietes (κατασμαρμαρωμένοι τοῖχοι) id eſt, cruſta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. Primus apud Roma. Mamurra uir equeſtris ordinis, præfectus fabrorū Cæſaris, Formis natus, domus ſuæ, quæ in Cælio monte erat, parietes cruſta marmoris traditur operuiſſe: ut ex Corneliī Nepotis ſententia tradit Plin. lib. 36. ca. 6. Item uaſa argentea, quæ auro illigabātur, etiam Cruſtata dicebantur, quę Græco nomine Chryſendeta uocantur. Et Cruſtata animalia, cruſtis intecta Plin. lib. 11. cap. 37. In marinis cruſtata & cartilaginea priores dentes habent. Cruſtoſus, a, um, quod cruſtam habet. Plin. lib. 12. ca. 9. Facilius hoc & cruſtoſius, amariusq; & gummoſum.

CRVSTARIVS. (κρουστής) qui incruſtat, Pli. lib. 33. cap. 12. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

CRVSTARIVS, a, um, quod ad cruſtas pertinet. Vnde Cruſtariæ tabernę, in quibus cruſtata opera uenduntur.

CRVSTVLA, æ, (πλακίδιον) diminutiuū à Cruſta. Apuleius: Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.

CRVSTVLATA, æ, placentæ genus, quod & Cruſtulum. Spartianus: Pēta pharmacum eduliī genus eſt, ex quinq; confectū, quod reperiſſe dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator: hoc eſt, ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata, & aprugna.

CRVSTVM. (ψώμιον) eſt fruſtum eorum quæ comeduntur, ſiue ſit pars panis uel placentæ, uel alterius eduliī. Verg. 7. Aene. Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti. Vnde per diminutionem Cruſtulum. Horat. lib. 1. Epiſto. Pueris dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Quod genus dulciariī eſſe putat Porphyrio. Varro. 4. de lingua Latina: Cruſtulum a cruſta pultis, eo q; ut corium exuritur, Cruſta dicta.

CRVSTVMERIVM, (Κρουστομερία Stephāo) oppidum in Latino, Albanorum colonia: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Verg lib. 7. Aene. Ardea, Cruſtumeriq; & turrigeræ Antemnæ.

CRVSTVMINA, pyra, {*Pere ghiacciuole*} ſunt ex parte rubentia, Glaciola nūc dicta: a Cruſtumino agro, qui Tiberi fluuio à Veienti dirimitur, ſic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Vergilius Cruſtumina pyra uocat. 2. Georg. Cruſtumiis, Syriisq; pyris, grauibusq; uolemis.

CRVSTVMIVM, oppidum Tuſciæ iuxta Veios a quo Cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumia pyra, & Cruſtuminū uinum laudatiſſimū.

CRVSTVMIVM, apud Lucanum lib. 2. fluuius eſt ex Apennino ortum trahens, Ariminumq; prēterlabens, In læuum (inquit) cecidere latus ueloxq; Metaurus, Cruſtumiumq; rapax & iunctus Sapis Iſauro. Meminit huius fluuii & Plin. lib. 3. cap. 15.

CRVX. {*Croce, forca*} (σταυρὸς) furca, ſiue patibulum, in quo damnati figuntur dicta à κρούειν, quod eſt ferire pulſare. Ci. 7. Verr. Statim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. Crux etiam dicitur, quicquid nos cruciat, torquet, & affligit. Teren. in Eunuc. Et illis crucibus, quæ nos noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc Veteres Gabalum uocauere: Varro: Nos barbari, q; innocentes in gabalum ſuffigimus homines: uos non barbari, q; noxios abſoluitis. Hinc Crucio, as torqueo, affligo, αἰκίζω. Teren. in Eunu. Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. A quo Cruciatus, tus, λύπη, tormētum, afflictio. Cice. ad Atti. Confectus, cruciatu ſummo dolore. Cruciamentum, eiuſdem ſignificationis. Cic. Philip. 6. Nec grauiora ſunt tormenta carnificum, q̄ cruciamenta morborum. Cruciabilis, le, Apul. de aſi. aur. lib. 10. Sed illo cruciabili ſilentio diutiſſime fatigata. Cruciabilitas, atis, Plau. Ciſt. Qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus. Cruciabiliter, aduerb. Hircius 5. bell. Afric. Sic extra uallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Cruciarius, a, um, cruce dignus, apud Apuleium de Aſino aureo li. 10. Crucifigo is, (ἀνασταυρόω σταυρόω) in crucem tollo. Sueto. in Domit. Auctorem ſummarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit.

CRYA, (Κρύα Stephano) urbs Lyciæ.

CRYASSVS, ſi, (Κρυασσός) urbs Cariæ, ita dicta à Cryaſſo Caretis filio. Ste.

CRYPTA, (κρύπτη) cauerna, uel teſtudo ſubterraneo uel in monte excauata: à κρύπτω, occulto. Iuuena. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.

CRYPTICVS, a, um, {*Occulto, fedele*} (κρυπτικὸς) ſignificat occultū & ſubterraneum. Sidonius: Potens antiquitus crypticis artubus fornicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

CRYPTOPORTICVS, nomen compoſitum ex Gręco Latinoq;, & ſignificat ſubterraneum porticū, cū amplis feneſtris, qua refrigerandi gratia per æſtatem utimur. Poteſt etiam dici Porticus undiq; ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plin. in Epiſto. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaq; aere ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

CRYSTALLVS, fœmi. gene. {*Criſtallo*} (κρύσταλλος) & Cryſtallum neutri, gemma candida, & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ στέλλεσθαι ὑπὸ τοῦ κρύους hoc eſt, ab eo q; gelu contrahatur. Plin. li. 37. cap. 2. Contraria huic cauſa cryſtallū facit, gelu uehementiore concreto. Nec alibi certe reperitur, q̄ ubi maxime hybernæ niues rigent: glaciemq; eſſe certum eſt: unde & Græci nomen dedere. Hæc ille. Inde Cryſtallinus, a, um, (κρυστάλλινος) pen. cor. quod eſt ex cryſtallina, maxima rurſus Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & Berenices. In digito factus pretioſior.

C ANTE T.

CTEATVS, pe. cor. (Κτέατος) pater Amphimachi, unius ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem ſunt profecti: ut teſtatur Homerus in Catal. nauium.

CTENES, (κτένες) quatuor ſunt dentes anteriores, a cibo ſcindendo dicti: unde & τομεῖς appellantur: Latini Primores appellant: Græci etiam γελασῖνους: q; inter ridendum, detegantur. Cœl. Rhod. lib. 4 cap. 1.

CTENEATRI, {*Mareſcalchi*} (κτηνίατροι) ſunt medici iumentorum & pecorum, quaſi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nōnnunquam etiā pecus immolationi aptum παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὸ φονεύειν, Firmicus: Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum

uitritor,aut mulomedicus, aut equitarius. Hinc Columel. & Varro Veterinarium uocant: uulgus Mareſcalcum.

CTESIAS,(κτησίας)Cteſiarchi,uel ut alij malunt, Cteſiochi filius, medicus fuit Cnidius,qui Artaxerxem cognomento Mnemonem curauit,& hiſtoriã Perſicam 23.libris conſcripſit. Auctor Suidas.

CTESIPHON,pen.cor.(κτησιφῶν)nomẽ architecti,qui tẽplũ Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe,opus mirabile,& toto orbe celebratum:quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit,hac tãtã de cauſa,ut facinore illo nominis immortalitatem ſibi cõpararet. Fuit & Cteſiphon locus Parthorũ.Strab.lib.15. Prope Seleuciam uicus maximus eſt nomine et re Cteſiphon,in quo Parthorum reges hyemabant.Hic uicus ciuitatis potentiã & magnitudinẽ habebat,adeò ut Parthorum multitudinẽ & apparatum omnẽ reciperet,ac uenalia neceſſariaq; artificia illis ſuppeditaret.Quin & Cteſiphontẽ Babylonici regni caput fuiſſe Pli. li. 6.ſcribit.Cteſiphõ etiam Athenienſis ciuis fuit nobiliſſimus,qui Atheniẽſibus auctor fuit decreti,quo Demoſthenem aurea corona in theatro coronandũ decreuerunt:Ob quam ſententiam ab Aeſchine qui contrarias Demoſtheni in Republica partes fouebat,tanquã pernicioſi decreti auctor accuſatus,elegãtiſſima illa Demoſthenis oratione,quam περὶ στεφάνου inſcripſit,defenſus eſt. Vide Ciceronem libro de Optimo genere oratorum.

CTESIPPVS,(κτήσιππος)Chabriæ filius,quem Phocion,mortuo Chabria amico,diligenter ſingulariq; humanitate excepit,quo impuros adoleſcentis mores componeret:cuius tamen cum duro,tum minime liberali ingenio nuſquã adduci potuit,ut curam & laborẽ in illo inſtituendo dimitteret:cuius ineptias nõ modò pertulit patienter,uerumetiam ſtudioſe tegebat.Quanquam ſemel aiunt, Phocionis cõſtantiam importunitate leuiſſimi hominis ſuperatam. Nam quũ ille imperatorum quoddam munus ſtudio accuratiore obiret:Cteſippus,ut erat futilis deliruſq; grauiſſimum peritiſſimumq; Imperatorem cœpit ſatuis quibuſdam interrogatiunculis obtundere,atq; illum monens, docensve importunius perurgere.Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt:O'Chabria Chabria,cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſoluo,qui nati tui deliramenta ſuſtineo. Auctor Plutar.in uita Phoc.

C ANTE V.

CVBA,Sabinis uocatur,quam militares Lecticam:unde uidetur deriuatum eſſe Cubiculum.Feſtus.

CVBATVS,us,(κοίμησις)cubandi,ſiue dormiendi uctus. Idem lib. 10.ca.57. Medicina in fama,& cubatus in fumo.

CVBICVLARE,ris,(θαλαμικὸς)quod ad cubiculum pertinet:ut, Veſtis cubicularis,qua in cubiculis utimur:& Cubicularis lectus,apud Cice.5.Tuſcu.

Cubicularis pro cubiculario.Sueto.in Nerone,cap.38.Incendit urbem tam palàm,ut pleriq; conſulares,cubiculareſq; eius,cum ſtuppa tædaq; in prædijs ſuis deprehenſos non attigerint.

CVBICVLARIVS,{Cameriere}(κατακοιμιστὴς)qui in cubiculo miniſtrat. Cice.5.Verr.Hunc ueſtri ianitores,hunc cubicularij diligunt.

CVBICVLVM,{Camera Pet.Per le camere tue fanciulle e uecchi}(κοιμητήριον κοιτὼν)locus uno uel pluribus cubilibus inſtratus,nocturnæq; quieti deſtinatus.Cice.5.Ver.In cubiculum introductus.

CVBILE,p.p.{Letto}(κοίτη,εὐνὴ)lectus,q in eo cubetur.Ci.5.Tuſc. Terra cubile erat Anacharſi. Cubilia itẽ dicuntur loca,in quibus feræ cubant. Ci.2 de Natu Deo.Delitescunt cubilibus beſtiæ. Dicitur & de ſtructura. Pli.li.35. Ea inquit,maxima moles fuit,nec ſedit in cubili. Vtitur hac uoce & Vitru.li. 2.in eadem ſignificatione.Cubile ſaluatorium, dicitur in quo ſimulachra deorum imponi ſolent:quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin.lib.15.ca.11. Omnia iam & uirorum ſaluatorijs cubilibus incluſa.

CVBITALE,lis,uel per apocopen Cubital,cubiti ornamentũ.Hora.in Sermo. Ponas inſignia morbi faſciolas,cubital,focalia.

CVBITO,as,frequentatiuum,{Dormire nel letto}κοιτάζω.Ci.pro Cœl. Et propter nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.

CVBITVS,ti & Cubitum,{Gomito, braccio da miſurare}(πῆχυς,ἀγκὼν) curuatura brachij,ubi lacerto iungitur. Pla.Stic.Cubitis depulſa de uia. Innixa cubito,Verg.4.Aen. Oſſa ingentia cubiti,Oui.12.Metam. A'medicis tamẽ Cubitus uocatur os illud brachij,cui innitimur, quod ab ima manu ad brachij curuaturam extẽditur. Sunt enim in ea parte brachij duo oſſa,quorum inferius Cubitum,ſuperius Radium uocant. Accipitur etiã pro menſura cubiti Pli.li.7.ca.16.Inuenimus in monumentis Salaminã Euthimenis filiũ in tria cubita triennio adoleuiſſe. Cõſtat autem cubitum ex ſex palmis,hoc eſt,digitis uigintiquatuor:ut auctor eſt Vitru.li.3.Seſquipes enim hoc eſt, pes unus cũ dimidio,facit cubitum. Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro,cubitus quarta. Eſt præterea cubitus regius,qui maior eſt communi cubito tribus digitis ſicut refert Herodo.lib.1. Eſt & Cubitus geometricus,qui tantum ualet, quantum ſex noſtra cubita,ut Origenes, Auguſtinusq; tradiderunt. A'Cubitus pro menſura fit adiectiuum Cubitale,(πηχυαῖος)ut,herba cubitalis apud Plin.Cauea cubitalis apud Liui.id eſt,uno cubitu alta.

CVBO,as,bui,bitum,{Giacere,riposarſi}quamuis Cubatio,nõ Cubitio:ſicut et eius cõpoſita,quæ tã primæ q̃ tertiæ cõiugationis inueniuntur:ut Accubo,as, & Accumbo,is,Decubo,as,& Decumbo,is,Incubo,as,& Incumbo,is,Recubo,as,& Recumbo,is,Occubo,as,& Occumbo,is,Verg.Nec adhuc crudelibus occubat umbris.i.iacet mortuus.Idẽ:Seu uerſare dolos, ſeu certæ occumbere morti.Secubo,as,& Secumbo,is,quod eſt ſeorſum,& ſeparatus cubo.Propert.Miles depoſitis annoſus ſecubat armis.Liui.lib.39.Per iocum adoleſcens uetat eũ mirari,ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa,ut uoto pro ualetudine ſua facto liberetur.Habet tamen Cumbo aliqua compoſita,quæ nõ habet Cubo:ut Diſcumbo quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, non Diſcubo.Procumbo,nõ Procubo.Similiter Cubo habet aliqua cõpoſita,quę nõ habet Cumbo,ut Excubo,nõ Excumbo:Supercubo,nõ Supercumbo. Eſt autẽ Cubare, iacere:(ἀνακεῖσθαι,κοιμᾶσθαι)ut,cubare in lecto. Plaut.Cubare in ſpecu, Plin.

Cubare in faciẽ eſt cubare ſupinũ,apud Iuuen.Et abſolute apud Ci 5.Ver. Cum iſte etiã cubaret,in cubiculum introductus. Sic ire cubitum,& Surgere cubitu.Cat.Dicitur & de ægrotis.Hora.Cubat hic in ualle Quirini.i.ægrotat ſicut interpretes exponunt.Cic.4.Tuſc.Itaq; narrabat cum grauiter & copioſe nihil eſſe bonum,niſi quod honeſtum eſſet,cubantem diſputaſſe. Colum.lib.6. Cubitorem bouẽ appellat,qui ſæpe decumbit ex pertinaci cõtumacia. Quod quidem uitium fame & ſiti tollendum eſſe cenſet,non igni,alijsve tormentis.

CVBVS,(κύβος) eſt figura ex omni latere quadrata:quales ſunt teſſeræ,quibus in alueolo luditur,quæ etiam κύβοι à Græcis ſunt appellatæ. In numeris etiã Cubus dicitur,cum omne latus euiſdem numeri æqualiter in ſe ſoluitur:ſicut fit quando ter terna dicuntur,atq; idem ipſe numerus triplicatur.

CVCVBO,as,p.c.(κικκαβάζω)proprium eſt uocis noctuæ. Vt in carmine de Philomela,quod falſo Ouidio aſcribitur:Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

CVCVLIO,eſt(ut Capitolinus docet)genus pilei uiatorum, quo capite obtecto uagari nocte ſolent. Cato de Re ruſti.cap.2.uidetur oſtẽdere ueſtis ruſticæ genus fuiſſe,qua operę aduerſus tempeſtatum iniuriam tegebantur,Cum tempeſtates(inquit)pluuiæve fuerint,uideto quot dies, quæve opera per imbrẽ fieri potuerint,dolia lauari,picari,uillam purgari,funes ueteres,nouoſq; centones fieri,cuculionesve familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.

CVCVLVS,(κόκκυξ)ſimplici c,& unico l,ſcribendum eſt,& fere ſemper media producit, teſte Eraſmo in adagio Cuculus. Horat.in Serm.Cui ſæpe uiator Ceſſiſſet,magna compellans uoce cuculũ. Martialis tamẽ penultimã corripuit: Quãuis per plures cuculus cantauerit annos. Eſt autẽ Cuculus uuis notiſſima quę in aliarũ auium nidis oua parit,q ſciat ſe omni auium generi eſſe odioſam, neq; confidat pullos in ſuo nido tuto futuros.Quare nõ uideo quid Gallis uenerit in mentẽ,qui adulteræ maritũ Cuculum uocant,cui multo rectius Curruca nomen conuenirit,quæ aliena oua pro ſuis fouet. Pla.recte in Aſina.Cuculũ uocat adulterum,q ſcilicet ex alienis uxoribus liberos gignat,quos mariti pro ſuis educent. Plaut.in Aſina. At etiam cubat cuculus:ſurge amator,i domum.

CVCVLLVS,{Veſte che ha il capuzzino,ſcartozzu}geminõ l, genus ueſtis eſt. Iuue.Sat.6.Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos. Vnde cõſtat monachos noſtros male uti hoc uocabulo Cuculla fœmi.ge.Sunt qui accipiãt pro nautico aut ruſtico tegmine ad arcendas pluuias.Colu.Cultã ueſtitãq; familiã magis utiliter,q̃ delicate habeat,munitã diligenter a uento,pluuiaq;, quę cũcta prohibentur pellibus manicatis,centonibus cõfectis,uel ſagis,aut cucullis.Iuuena.Contentuſq; illic Veneto duroq; cucullo.Cucullus etiam pro tegmẽto papyraceo,quo pigmẽtarij utuntur,ſumitur. Martia.li.3. Vel thuris piperiſq; ſis cucullus.Cucullatus,a,um,qui cucullo indutus eſt,apud Colum.lib.1.

CVCVMA,æ,p.c.{Bronzino,cuccume}uas æneũ calefaciendæ aquę idoneum: Petronius Arbiter in Saty. Frangitur ceruix cucumæ, ignẽq; ualeſcentem reſtinguit. Cucuma itẽ appellatur tuguriolum exiguum,in quo pauperiores habitabant. Martia.lib.10.Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit:cucumam fecit Otacilius. Budæus ſcribit Cucumam eſſe genus baculi ferrati.Iuriſcõ.ad legẽ Iuliã de ſicarijs:Sed & ſi claua percuſſerit, aut cucuma in rixa:quãuis ferro percuſſerit,tamẽ nõ occidẽdi animo,leniendam eius pœnam.

Hinc Cucumella,diminutiuũ. Alphenus.l.ſi quãdo.ff.ſi ſerui.uẽdi.Et Seius in eu ſyluam ſeruiſſet,neq; non labra,crateras,cucumellas poſitas haberet,&c.

CVCVMER,ſiue Cucumis,p.p cucumeris,ſiue cucumis in genitiuo{Cocomerу}(σίκυος,ἥμερος)herba eſt ſarmẽtis prælongis humi repentibus,& in ramos uitis modo ſe diffundentibus folio rotundo,cucurbita aliquãto minore,flore luteo,fructu oblongo,& ubi maturuerit,flauo,maculis quibuſdã diſtincto: qui & ipſe herbæ ſuæ cognominis eſt. Varr.li.4.de lingua Lati.auctor eſt, Cucumeres à curuitate dictos,quaſi curuimeres. Vnde Tortũ cucumerẽ uocat Ver. 4.Geor.Tortus per herbã Creſceret in uentrẽ cucumis. Pli.tria enumerat cucumerum genera,Laconicum,Scytalicum,& Bœoticũ. Vide ipſum lib.19.ca.5.

CVCVMERARIVM,(σικυὼν)locus,cucumeribus conſitus.Cyprianus pro tugurio cuſtodiarum poſuit. Solet enim fieri tuguriolum,in quo cuſtos uigilãter obſeruat,ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

CVCVMIS ANGVINVS, ſiue ſylueſtris, (σίκυος ἄγριος)herba eſt ſolo fructu a ſatiuo cucumere diſtãs,quẽ multo minorẽ habet,glãdibuſq; lõgiuſculis ſimilem. Officinæ Cucumerem aſininum appellant.Succum eius Elaterium uocant ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν,hoc eſt,ab expellendo:ſiquidem & menſes mulierũ retentos expellit,& grauidis abortum facit. Vide Plin.lib.20.cap.1.

CVCVMIS,genus piſcis,ex genere concharum,cuius meminit Pli.li.32.c.11.

CVCVRBITA,æ,{Zucca}(κολοκύνθη)herba hortenſis eſt notiſſima,etiã hodie in Officinis nomen retinens,fructus magnitudine omnes tum herbarũ,tum arborum fœtus exuperans. Pli.li.19.ca.5.duo eius facit genera,Plebeiũ,quod humi repit,& Camerariũ,facili ſcãbiliq; ramorũ curuitate tecta,pergulas,& teſtudines operiẽs. Verba eius ſunt hæc.Cucurbitæ duo prima genera,Camerarium,& Plebeiũ,quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hęc enim modo faſtigiatur,uaginis maxime uiminibus,cõiecta in eas,poſtquã defloruit.Creſcit,qua cogitur,forma, plerũq; & draconis intorti figura:libertate uero penſilis conceſſa,iã uiſa eſt nouem pedum longitudinis. Hæc ille. A'fructus huius ſimilitudine apud Celſum lib.2.cap.11.Cucurbitam,& per diminutionem Cucurbitulam,eam appellari legimus,quę nũc uulgo Ventoſa dicitur. Prima.n.huiuſmodi uaſcula ex cucurbitis fiebant, Ait enim: Vſus cucurbitulæ præcipuus eſt,ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua uitium eſt.Ibidẽ:Cucurbitularum duo genera ſunt:æneum, & corneum. Aenea altera parte patet,altera clauſa eſt. Cornea altera parte æque patens,altera foramen habet exiguum,&c. Iuuena.Sat.14. Vacuumq; cerebro Iam pridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat.

CVCVRBITINA,{Pere zuccole}(κολοκυνθίνη)pyra dicimus,& Cucurbitinas ficus,ob cucurbitæ ſimilitudinem,Cato de Re ruſti.cap.7.

CVCVRBITARIVM,rij,(κολοκυνθεὼν)locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

CVCVRBITARIVS,(φιλοκολόκυνθος) amator cucurbitarum.

CVCVRBITVLA,unde Cucurbita.

CVCVRIO,uis,p.p.(κοκκύζω)gallorũ propriũ eſt, Auctor carminis de Philomela,quod falſo Ouidio aſcribitur,Cucurire ſolet Gallus,gallina gracillat.

CVDO,is,cudi,{Battere,ſtampare,improntare,coniare} non cuſi, ut quibuſdã ui detur,ſupinum facit cuſum,unico ſ,ut Excudo,excudi,excuſum:nam Excuſſum,eſt ab Excutio. Verg.1.Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Vbi Seruius:Excudit.i.feriendo elicit,nam Cudere ferire eſt,κόπτειν,τύπτειν, κολάπτειν:unde & Incus dicitur,quod illic aliquid cudamus,id eſt ferimus.

Cudi pecunia dicitur,cum illi ſignum principis,uel reipublicæ imprimitur.

Terent.

Terē. in Heaut. Argentū cudo, quod tibi dem. Paſſiuum protulit idē Terē. in Eunu. At. n. in me iſthæc cudetur faba. quod eſt, an me hoc malū recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Metaphora ducta eſt ab area, in qua fabæ triturantur, hoc eſt, ſiliquis ſuis excutiuntur. Ibi. n. quāuis faba præcipue cudatur, tamē oēs ictus in aream recidunt. Huius cōpoſita ſunt, Accudo, Excudo, Incudo, procudo, Percudo, & Recudo, quod eſt iterum cudo. Varro: Vt hi ſolent qui uetera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

CVDO, onis, maſcu. gene. ſignificat capitis tegumentum ex corio confectū, quo uice galeæ uti ſolent. Silius lib. 16. Scipio contorquens haſtam, cudone comantes Diſiecit crines.

CVIAS, cuiatis. {Di qual patria, di qual natione di qual ſetta} (ποδαπός) ſignificat Vnde, et non tantum patriam, gentem, nationem〈q〉 innuit. (ut apud Ci. 5. Tuſcu. Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanū inquit. Totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur) ſed ēt partes & ſectā: ut, Cuiates philoſophi uos eſtis: Stoici'ne, an Epicurei? Sic Noſtras & Veſtras. Cice. Non ſolum ēt iſta ueſtra oratoria, ſed & hæc ēt leuia noſtratia. Dicitur & Cuiatis communi genere: unde apud Plautum frequenter legitur Cuiatis es? id eſt, cuius patriæ & gentis? Accius Telepho: ut citat Nonius: Qui neque cuiatis eſſet, unquam potuimus, multa rogantes, ſcire.

CVIVS, cuia, cuiū, {Di chi} adiectiuū eſt, per tria genera declinabile. ut, Meus, mea, meum: Refertur aūt ad perſonā poſſeſſoris. Verg. Eclog. 3. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Pro eodem interrogamus per cuius, genitiuum à Quis, quæ, quod, uel quid: ad quē reſpondetur ēt in eodē caſu præterquam in poſſeſſiuis tā pronominibus, q̄ nominibus. Vt cū quærimus, Cuius eſt hæc ueſtis? reſpondemus mea, uel herilis. Cuia res eſt. Cic. 3. Verr. Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuium periculum. Cuia intereſt. Ci. pro Mil. Ea cædes potiſſimum crimini datur ei, cuia interfuit, nō ei cuia nihil interfuit. Antiquitus Quoius ſcribebatur: ut eſt uidere in emēdatis Plauti exēplaribus.

CVIVSMODI, {Di qual maniera} uox eſt indeclinabilis, cōpoſita ex duobus genitiuis Cuius, à quis, & Modi a modus. Ponitur autē relatiue, infinite, interrogatiue & ēt admiratiue. Plau. in Men. Cuiuſmodi homines erāt? E. Ego, & Menæhmus, & paraſitus eius. Et aliter apud Ci. 2. de Inuen. Quod ſi hęc cū ſumme inutilia, tum multa turpiſſima ſint, legē cuiuſmodi ſit, in præſentia cōſeruari a iudicibus. id eſt, en la ſorte que elle eſt. Pro eodē dicimus, Cuiuſmodicunq;. Cic. pro Cluen. Nam illud me non præterit, cuiuſmodicunq; mater ſit, tamen in iudicio filij de turpitudine, parentis dici uix oportere, id eſt, quelle qu'elle ſoit. Id Salluſtius diuiſim enunciauit: Neq; ſolū ciues, ſed cuiuſcunq; modi genus hominum, quod modò bello uſui foret, &c.

CVLCITRA, pe. co. {Letto, materazzo} (ἐφάπλωμα) nō ſtragulum eſt, quo dormientes integimur, (ut quidā perperam tradiderunt) ſed potius id, quod plumis, tomentis, floccis, alia'ue materia fultu dormituris ſubſternitur. Nomē autē habet a calcando, ſiue inculcādo, q calcibus, hoc eſt, pedibus infercialtur. Cic. 4. Tuſc. Exquiramus huic ægritudinē, quo modo collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus. Culcitula, diminutiuum. Plau. Moſt. Is mei ſuam quidem pol opeat culcitrulam.

CVLCITVLA, faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur. Feſtus.

CVLEOLA, ſunt cortices nucum uiridium, ſimilitudine culeorum, quibus oleum, aut uinum continetur. Hæc Feſtus.

CVLEVS, {Sacco. Pet. L'auara babilonia ha colmo il ſacco} (κωλεός) uel etiā Culeum, neut. gen, uel (ut alij ſcribunt) Culleum gemino l, uter, ſiue ſaccus, ex lino, uel cannabe, uel corio factus, ab occulendo. i. claudendo. Eo utimur ad portāda frumenta. Pli. li. 7. cap. 20. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, uehicula cū culeis donec exinanirent, ſuſtinere ſolitus. Factus eſt ēt Culeus pœna parricidarū. Nā parricidę ſanguineis uirgis uerberati, ī culeo cū cane, ſimia, gallo, & ſerpente incluſi mari inijciebantur. Vnde Iuuena. Quis tam Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius ſupplicio non debuit una parari Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus. Eſt & Culeus nomē menſuræ uiginti amphorarum capacis, uel quadraginta urnarum, ut eſt apud Pli. lib. 24. cap. 4. & Col. lib. 3. cap. 3. Hinc Seſquiculeare dolium, apud Columellam, eſt triginta amphorarum, quaſi culeum & dimidiatum.

CVLEX, {Zanzara} (κώνωψ) uermiculus paruus alatus: de cuius natura uide Pli. lib. 11. cap. 2. Plau. in Curcu. Vt muſcæ, culices, pulicesq;, & cimices.

CVLIGNA. (κυλίχνη) potorium uas, teſte Feſto. Cato cap. 132. Ioui dapali culignam uini, quantum uis polluceto. Idem alibi: Culignam in ſcenogræco ponito, ut bene oleat.

CVLINA, pe. pr. {Cucina} (μαγειρεῖον) (ut Varro de uita pop. Rom. ſcribit) dicta eſt ab eo, q ibi colebant ignem locupletiorem domus. Plau. in Cel. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuen. continens pro contento poſuit, ſcilicet pro cibis coctis, cum inquit: Sequitur ſua quemque culina. Inde Culinarius, (μαγειρικός) & Culinor, aris, (μαγειρεύομαι) quod eſt, culinam exerceo.

CVLVLLVS, cadix fictilis, quo in ſacris utebantur pontifices, & Veſtales Virgines, teſtibus Porphyrione & Acrone. Accipitur & pro urceolo. Hora. in Arte: Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quē perſpexiſſe laborant.

CVLMEN, {Colmo, tetto, ſommita d'alcuna coſa} (ὄροφος, τό) dicitur uertex, uel faſtigiū domus, uel alterius rei. Ab antiquis culmina dicta ſunt tecta, quia ædificia è culmo, id eſt, paleis e meſſibus collectis, contegebant. Ver. 1. Eclog. Pauperis & tuguri congeſtū ceſpite culmē. Culmen, ſummitas alicuius rei. Pl. lib. 9. ca. 35. Principium ergo, culmenq; omnium rerum pretij margaritę tenēt. Culmen pro culmo, ſiue ſtipula Ouid. 4. Faſt. Sanguis equi ſuffimen erit, uitulęq; fauilla. Tertia res, duræ culmen inane.

CVLMVS, {Gamba del frumento} (καλάμη, κάλαμος, καῦλος) frumēti calamus, a radice uſq; ad ſpicā. dictus, quod colatur: unde olim & Columus dicebatur, ſicut & Columē primò quod poſtea Culmē. Ver. 1. Geor. Ne grauidis procumbat culmus ariſtis. Ibidem. Culmumq; leuem, ſtipulasq; uolantes. Vbi Seruius. Culmus dī ipſe calamus: ſtipulę uero, folia quę ambiunt culmū.

CVLPA, {Colpa} (αἰτία) ut ſcribit Donatus, eſt eius, qui inſciens aliquē læſit. Cic. 1. Offi. Ne maior pœna quā culpa ſit, cauendum. Iuriſconſulti duo faciunt culparum genera Latam, & Leuem: Latam culpam appellātes dolum præſumptum: Leuem uerò, negligētiā, cūm ſcilicet quis eam diligētiam in rebus alienis non præſtitit, quam prudens paterfamilias ſolet.

CVLPO, as, are, {Inculpare. Pet. Perche d'ogni mio mal te ſola incolpo} (μέμφομαι) contrarium eſt uerbo Laudare. Plaut. in Bacch. Illum laudabunt boni, hūc etiam ipſi culpabunt mali Culpatio, uerbale. Gell. lib. 10. cap. 12. Ne ipſi quoq; culpationes huiuſmodi mereantur. Vnde Culpito as are, frequētatiuum. Plau. in Ciſtel. Verum haud metuo, ne iuſiurandum noſtrum quiſquam culpitet.

CVLTER, {Coltello} (μάχαιρα) dicitur omne inſtrumentū, quo aliquid ſcinditur. Plau. Epid. Acutum cultrum habeo. Qui ſeni exenterē marſupiū. Vnde Culter tonſorius, dicitur nouacula, qua tonſores barbas radunt. Cic. 2. Offi. de Dionyſio ſuperiori loquens: Qui cultros tonſorios metuēs, ſibi cādente carbone adurebat capillum. Itē Culter uenatorius, dicitur, uenabulum uel potius ferramentum uenabuli. Culter etiam dicitur uomer aratri, quo terra, priuſquā proſcindatur, ſecatur, futurisq; ſulcis ueſtigia præſcribuntur. Auctor Pli. li. 18. cap. 18. Veteres etiam in nominatiuo Cultrum dixerunt. Propert. Et canis in noſtros nimis caperrecta dolores, Cum fallenda meo pollice cultra forent. A' Culter fit diminutiuum Cultellus. Iuuen. Saltantem ſpectans & chironomunta uolanti Cultello. Purgare ungues cultello, Hora. 1. Epiſt.

CVLTELLATVS, a, um, {Che ha forma di coltello} (μαχαιροειδής) formā cultelli habēs: ut, Dorſum cultellatū. Pli. li. 32. ca. 2. Cultratus, a, um: ut, cultratus mucro, qui ſcindit, uelut culter. Pl. lib. 13. ca. 4. Folia cultrato mucrone.

CVLTIO, onis, uerbale a Colo: ut, Cultio agri, (γεωργία) Cic. de Seneēt. Qui ſe agri cultione oblectabant.

CVLTRARIVS, miniſter qui uictimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. Admota altaribus uictima, ſuccinctus pōparū habitu, elato alte malleo cultrarium mactauit.

CVLTVS, us, {Il culto, il colto} uerbale eſt a uerbo Colo. unde etiam totidē penè habet ſignificata, quot ſuum primitiuum: Interdum. n. Colo ſignificat, terrā ad ſuſcipiendū ſemen præparo. Inde Cultus, (γεωργία) eſt huiuſmodi terrę præparatio. Ci. 2. de Leg. Nullius agricolæ cultu ſtirpes tam diuturnæ ſeminantī. Alias Colo ſignificat idē quod orno: ut apud Ouidium: Forma colis modico fine uiris amat. Vnde fit Cultus, idē ſignificans quod ornatus, ſiue curatio, κόσμημα, σκευή. ut, Cultus corporis, Cultus animi. Cic. 1. Offi. Ob easq; cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum, & ad uictum. Eſt præterea Colo idem quod ueneror. a quo etiam Cultum deorum dicimus, hoc eſt, uenerationem. Græci λατρείαν uocant. Cice. 1. Tuſcu. Hæc (Philoſophiam intelligit) nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit.

CVLTVS, cultior, cultiſſimus, adiectiuum, {Colto, ornato} Col. li. 8. capi. 8. Nā quanto eſt cultior, tanto lætior auis conſpicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is deniquem cultiſſimum rus habebit, qui & colere ſciet, & poterit, & uolet. Animus cultus. Cic. 2. Tuſcu.

CVLTVRA, ræ, idem quod cultus: ut, Cultura agri. Ci. 5. Verr. Deinde cū audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continentur, &c.

CVM, {Con, concioſia} (σύν, μετά cum genitiuo) propoſitio copulatiua, quæ ablatiuo ſolet coniungi notanti ſocietatē & coniunctionē animi: ut, Summa cū beneuolentia, ſumma cū hilaritate illum excepi. Interdum denotat comitatū: ut, Cum Socrate profectus ſum. Aliquando accipitur pro contra, πρός. ut, cum hoſte pugno. In cōpoſitione uerò poſtpoſita inuenitur: ut, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuſcum. Aliquando aduerbium eſt, & accipitur pro quando, ὅτε. ὁπηνίκα. Verg. 3. Eclog. Cum faciam uitulā pro frugibus, ipſe uenito. Iungitur modo indicatiuo. ut, cum dico, Cum dicebam, Cum dixi, Cum dicam. Modo ſubiunctiuo. ut Cum dicerē. Interdū accipitur pro dū, ἐπειδή. Cic. cum me in Africā contuliſſem. Interdum pro Quāuis. & exigit poſt ſe Tamen, iungiturq; ſubiunctiuo. Cic. pro Deio. cum in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi cōmoueri ſoleā, tamen in hac multa ita me perturbant. Aliquando pro Quoniam, ut cauſam denotet: et ſimiliter ſubiunctiuo iungitur: ut, Cum inuenirē Latinos proprio ſermone hæc parum attigiſſe, conatus ſum pro uiribus. Iungitur quandoq; cū, & Tum, (καί, καί,) quę licet idē ferè ſignificēt, diuerſo tñ modo ordināt. Nā in cū eſt quiddā minus, in tū quiddā maius: & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, et ſequatur ſpeciale: aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic: Quin. Quod cum omnibus cōfitendū eſt, tum nobis pręcipue, qui rōnē dicendi à bono uiro non ſeparamus. i. omnibus multum, mihi autē maxime. Altero modo. Idē: Quod opus Marcelle uictori tibi dicamus, quē cū amiciſſimū nobis, cū eximio literarū amore flagrantē, digniſſimū hoc mutuę in nos charitatis pignore iudicamus. i. multum propter amorē tuum in nos, plus tamen propter amorē literarum. Aliquando & Cum et Tum coniunctiuum iunguntur. Cic. Curio. lib. 2. Epiſt. Grauis teſte priuatus ſum amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo uiro, qui cū ſuis uirtutibus, tum uerò te filio ſuperaſſet omnium fortunas, ſi te antē uidiſſet quā è uita diſcederet. Qū aūt fit ſub duobus uerbis fieri debet ſub eodē modo et tempore. Ci. Att. li. 1. Itaq; cū meus me mœror quotidianus conficit, tū uerò hęc addita cura uix ullā mihi reliquā facit. Quanquā ēt interdū diuerſorū modorū et tēporum uerbis iuncta inueniunt. Idē eodē li. 3. Quod cum ſemper antea intelligerē, tum uerò proxime iudicaui. Idē in proœ. lib. 1. de Nat. Deo. Cum multę res in philoſophia nequaquā ſatis adhuc ſint explicatę, tū difficilis Brute (quod tu minime ignoras) quęſtio eſt de Nat. Deo. Ponitur quoq; Tum ſine cum, geminatum uel triplicatum in rebus paribus. Quin. Nec indignetur Herodotus ęquari ſibi Titum Liuium, tum in narrādo miræ iucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus ſupra q̄ enarrari pōt, eloquentē: ita dicunt omnia tum rebus, tum perſonis accomodata. Ponitur nonnunquā Tum pro aliquando, ποτὲ μέν, ποτὲ δέ, & ſic ferè geminatum. Ci. Tum hoc, tum illud arguc. i. modo hoc, modo illud. Quandoq; pro tunc, τότε. Ver. 8. Aen. Tum primum noſtri Cacum uidere timentē. Quandoq; eſt aduerbium ordinis pro deinde, εἶτα. Idem. 6. Aen. Ipſe Atri uelleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnęq; ſorori Enſe ferit, ſterilēq; tibi Proſerpina uaccā: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoq; pro præterea. Ter. in Prolog. Eunuc. Si quiſquam eſt, qui ſe ſtudeat ſacere bonis Quamplurimis, & minime multos lędere, In his Poeta nomē profitetur ſuū. Tū ſi quis eſt, qui dictū in ſe inclementius Exiſtimet eſſe, &c. Sunt qui diſtinguant, ut quando præpoſitio eſt, cū c ſcribi debeat, quando aduerbium ſeu coniunctio, cum q. Sed cum ratio non ſit ſatis ponderoſa, iam doctorum uſus obtinuit, ut cum c, ſemper ſcribatur: quare unuſquiſque prout uoluerit ſcribet.

Antiquitus, cùm aduerbium erat, Quom ſcribebatur.

CVMALTER, una particula, antiqui pro cum altero uſurpabãt breuitatis gratia, ut annotauit Feſtus.

CVM DICTO, {*Subito detto*} (ἅμα λόγῳ, σὺν τῷ λόγῳ) ſignificat, ſtatim poſt uerba, & uix dum finito ſermone. Apul. Et cum dicto ſutili centunculo, faciem ſuam iam dudum punicantem præ pudore obtexit.

CVM IMPERIO eſſe, (ἄρχειν) dicebatur, cui nominatim demandabatur à populo imperium.

CVMMAXIME, ({*Grandiſſimamente*} (ὅτι μάλιστα) uehementiſſime, uehementius q̃ aliàs unquam. Ci. pro Cluen. Mater, quæ multos iam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit.

CVM PARTIM, ueteres dixere pro partim. Cato: Ibi pro ſcorto fuit in cubiculum, ſurrectauit è conuiuio cum partim illorum iam ſæpe ad eundem modũ erat. Vide ea, quæ ex Gellio annotauimus in dictione Partim.

CVM POTESTATE ESSE, {*Eſſere con magiſtrato*} (ἄρχειν, ἐν ἀρχῇ εἶναι) dicebatur, qui à populo alicui præficiebatur negotio, ſeu qui magiſtratũ gerebat. Cic. lib. 2. de Inuen. Felix, an infelix: priuatus, an cum poteſtate ſit.

CVMPRIMIS, (ἐς τὰ πρῶτα) ſignificat in primis. Cic. 3. Verr. Homo domi ſuæ cumprimis locuples. Cũprime, olim dicebatur pro Cõprimis. Q. Quadrigarius: Nam M. Manlius, quem Capitolium ſeruaſſe à Gallis nuper oſtẽdi, cuiusq; operam cũ M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortẽ Reſpu. ſenſit, &c.

CVM STOMACHO ALIQVID FACERE, (κακοστομάχως) dicimus, hoc eſt, cum indignatione, ſiue faſtidio.

CVM TEMPORE, (χρόνῳ) hoc eſt, cum mora & ſpatio temporis.

CVM VENIA TVA, (σοὶ πειθόμενος, συγχωροῦντός σου) dicimus, hoc eſt, pace tua, & te permittente.

CVMA, (κύμη) urbs Aeolidis ea aduerſo Lesbi ſita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter XXX. Ab hac ciuitate cognominata eſt Sibylla Cumæa (κυμαία) quã aliqui à uicinitate loci Erythreã appellarunt, quæ profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata eſt. Item patria fuit Ephori, uiri doctrina clari, & Iſocratis oratoris familiaris: præterea & Heſiodi Poetæ, qui patrem ſuũ, relicta Aeolica cuma, in Boetiam migraſſe dicit. Huius oppidi incolæ Cumæi (κυμαῖοι) dicti ſunt, qui ſtupiditatis nomine male audierũt. Olim. n. uulgatũ erat tota Aſia prouerbium, Cumæos ſero ſapere. De cuius origine duæ afferũtur ſententię. Sunt enim qui dicant, Cumæos cũ ad mare urbẽ opportunã haberent, & tamẽ nullũ ex ea reciperent prouentũ, uix demũ trecenteſimo anno ab urbe condita intellexiſſe, ex portorio reditum non contemnendum poſſe confici. Alij pecunia fœnori accepta, ampliſſimas eos porticus tradunt ædificaſſe: quam pecuniã cum conſtituta die non exoluiſſent creditores in ipſarum porticum poſſeſſionẽ fuiſſe miſſos: qui deinde ciues à deambulatione arcebant. Verum cum ingens pluuia repente ingruiſſet, creditores ſtatim edictum promulgaſſe, ut Cumæi ſe in porticus reciperet. Pręcone itaq; identidẽ acclamãte, Subite porticus, uiri Cumæi, qui tibi tunc aderant hoſpites rem in iocum uerterunt, tãquam non intelligerẽt Cumæi, niſi iuſſi, pluuiæ tempore porticus eſſe ſubeundas. Hęc Stra. lib. 13.

Sunt & aliæ eiuſdem nominis urbes: quas uide apud Stepha.

CVMÆ, arum, (κύμη) ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Euboeæ uenerunt. Seruius in illud Verg. li. 3. Aen. Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem. Eubœa, (inquit) inſula eſt, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas, & haud longe a Baijs (qui locus a ſocio Vlyſſis Baio illic ſepulto nomen accepit) inuenerũt uacuum litus: ubi uiſa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabant) ciuitatẽ cõdiderũt, quã Cumas appellauerũt, ſiue ἀπὸ τοῦ κύοντος hoc eſt, à prægnante, ſiue ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nã τὸ κῦμα undam ſignificat, υ, aũt Latini in u, conuertunt, ut Byrrhia Burrhia. Inde Cumani et Cumęi, κυμαῖοι: quãuis κυμαῖοι ẽt dicãt a Cumea ciuitate Aeolica.

CVMATILIS color, (κυματίας) a fluctuum ſimilitudine appellatus, qui et Cæruleus alio nomine dicitur. Nã Græci κύματα fluctus uocant. Plau. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc ẽt colorẽ periphraſticωs deſignat Oui. lib. 3. ſuæ Artis, cum ait, Hic undas imitatur: habet quoq; nomen ab undis.

CVMERA, p. c. {*Bugnola*} uas ingens uimineum, uel ẽt fictile, quo frumenta conduntur, ut inquit, Acron. Feſtus uerò auctor eſt, Cumeras ex ſparto, palmarum'ue folijs confici ſolere. Horat. lib. 1. Sermo. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris?

CVMERVM, antiquis uaſis genus erat, quod opertum in nuptijs ferebatur, in quo erat nubentis ſuppellex. Feſtus, Cumerũ (inquit) uas nuptiale, a ſimilitudine cumerarum, quę fiunt palma uel ſparto ad uſum popularem, ſic appellatum.

CVMINVM, ſiue **CYMINVM**, pe. pr. (κύμινον) herba eſt notiſſima, folio fœniculo non diſſimilis, radice ſubrotunda, ſemen ferens copioſum, & canaliculatum, quod in uino epotum palliorem fertur generare. Vnde etiam ab Hora. li. 1. Epiſto. Exangue cuminum appellatur. Quod ſi pallerem caſu, biberẽt exangue cuminum. Perſ. Saty. 5. Pallentis grana cumini. Galli hoc ſemen uocãt du Cumin. Eſt item Cuminum agreſte, (κύμινον ἄγριον) ſatiuo multo efficacius, in collibus ferè prouenicns: de quo uide Dioſcoridem.

CVMVLO, as, are. {*Accumulare, ammaſſare*} (σωρεύειν, ἐπισωρεύειν) implere, coaceruare, & quaſi ad cumulum addere. Verg. 1. Aen. Et nunc ille quidẽ ſpe multum captus inani Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis. Tractũ a mẽſuris, quibus nonnihil ſolet addi. Dicimus, Cumulo tibi honores, & Cumulo te honoribus. Cic. ad Att. lib. 14 Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, q̃ uulgo hominum opinio ſociũ me adſcribat tuis laudibus. Hinc Cumulatim, aduerb. pro aceruatim, σωρηδόν. Varro de Re ruſt. lib. 3. c. 15. Quibus in tenebris cum cumulatim poſitum eſt, in dolijs fiunt pingues. Cumulate, abundanter. Cic. 2. Diuin. Quæ ut bene, cumulateq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.

CVMVLVS, pe. cor. {*Cumulo, mucchio, maſſa*} (σωρός) proprie dicitur maiorũ rerum ueluti aceruus quidam Liu. 10. ab Vrbe: Conſulis corpus eo die quia obrutum ſuper ſtratis Gallorũ cumulis erat, inueniri nõ potuit. Verg. Cumulũ pro altitudine, & quaſi magna aquæ mole poſuit. 1. Aen. Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. Cumulus itẽ eſt, qui additur menſurę plenę, (ἐπίδομα) ut inquit Feſtus, & per translationem accipitur pro quauis acceſſione. Cic. pro Sext. Roſcio: Vt ad illam opimam prædam damnatio Sext. Roſciĩ, uelut cumulus accedat.

CVNABVLA, Vide Cunæ.

CVNÆ, arum, et Cunabula, orum, {*Cuna, culla. Pet. Et credo dalle faſcie & dalla culla*} (λίκνα, σπάργανα) pro eodẽ accipiuntur: dicta quaſi Cynæ, & Cynabula. Nã (κυεῖν) Græci eniti dicunt, & parere. Latini autem ſuo more υ, in u, conuertũt. Sunt autem lectuli, in quibus infantes ſolent iacere, uel loca, in quibus naſcuntur. Cic. 1. Tuſc. Idẽ ſi puer paruus occidit æquo animo ferendum putant: ſi uero in cunis, ne querendum quidẽ. Dicuntur & Incunabula: nam in, præpoſitio hoc loco nihil ſignificat, ſicut & in aliquot alijs dictionibus, ut Columis, & Incolumis. Sunt qui Cunabula, & Incunabula a cunis diſtinguant, & ea proprie dici exiſtiment, quæ ad cunas inſtruẽdas, & ornandas pertinent: Cunas uero exiguũ illud fulcrum, ex ligno alia'ue materia, in quo infantis lectulus ſternitur. Plau. in Amph. Sed puer ille, quem ego laui, ut magnus eſt, et multũ ualet: nec eũ quiſpiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Tru. Faſcis opus eſt, puluinis, cunis, incunabulis. Per translationẽ idẽ in Pſeudolo: Sed iſtic ſeruus Caryſto huc qui aducnit, quid ſapit uſq; a cunabulis. i. uſq; ab infantia, uel uſq; a puero: hoc eſt, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Liu. li. 4. Ab incunabulis imbutũ odio Tribunorũ. Ver. lib. 3. Cunabula pro initijs poſuit: Mons Idęus ubi, & gẽtis cunabula noſtræ Centum urbes habitant. Cic. in Salluſt. An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis? Vbi rudimenta pro initijs, & incunabula pro fomentis, ſiue augmentis poſuit. Quãdoq; Incunabula uocamus nutritionẽ puerilem: unde locum incunabulorum uocamus eum, in quo ab ipſa ſtatim infantia educati ſumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis uagire conſueuimus. Suet. in Veſp. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum aſſidue frequentauit.

CVNCTATOR, {*Allungatore, che tiene in tempo*} (μελλητής, χαλαστής) dilator, procraſtinator. Cælius Ciceroni: Noſti Marcellum, q̃ tardus, & parũ efficax ſit: itemq; Seruius q̃ cunctator. Hoc cognomen ab ę mulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia uires Hannibalis fregit. Vnde illud Enniarum: Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

CVNCTI, {*Tutti*} (σύμπαντες) ſignificat quidem omnes, ſed qui ſunt coniuncti: Omnes uero, etiam ſi ſint disiuncti, & diuerſis locis. Verg. 1. Geor. Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.

CVNCTOR, aris, atus, cum c. ante t, {*Indugiare, differire di dì in dì*} (μέλλειν, ὀκνεῖν) uerbum deponens eſt, idẽ ſignificans, quod moror, ſiue procraſtinor, & de die in diem differo. Ver. 4. Aen. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorũ expectant. Cæſ. 1. bel. Ciu. Si cunctetur, atq; agat lenius, nequicquam eius auxiliũ, ſi poſtea uelit, Senatum imploraturum. Cunctatio, uerbale (μέλλησις, ὄκνος, σχολαιότης) tardatio, mora. Cic. 1. Offi. Sed ijs, qui habent a natura adiumenta rerũ gerendarũ, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, & gerenda Reſpu. eſt. Cũctans, cunctantior, cunctantiſſimus. Liui. 10. bel. Pun. Sic ut dubites, utrum ingenio cunctatior fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat: ſic nihil certius eſt, q̃ unum hominem cunctãdo nobis rẽ reſtituiſſe. Cunctabundus. Liuĩ. 6. ab urb. Quod ubi aciem iam inſtruenti Camillo Centuriones renunciauerunt, turbatas militũ mentes eſſe, ſegniter arma capta, cuncta bundosq; & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, etc. Cunctãter, aduerbium (σχολαίως) cum mora. Liu. 1. ab urb. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cutem ferunt. A' Cunctor fiunt compoſita, Percunctor, & Recunctor, quod eſt iterum moror.

CVNEARE, {*Puntellare*} (σφηνοῦν) eſt cuneis adactis firmare. Pli. li. 16. cap. 40. Ab his proxima eſt cornus: quãquã non põt uideri materies propter exilitatem, ſed lignum non alio penè q̃ ad radios rotarum utile, aut ſiquid cuneandum ſit in ligno, clauisq; figendum, ceu ferreis. Cuneari item eſt in cunei formam coarctari. Vnde Pli. lib. 3 ſcribit Hiſpaniam anguſtijs quibuſdã cuneari.

CVNEATIM, (κατὰ σφῆνα) per cuneos. Ammian. Imperator cuneatim ſtipatus. Cæſ. 7. bel. Gall. Hoſtes re noua perterriti, muro, turribusq; deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

CVNEATVS, a, um, {*Puntellata*} (σφηνοειδής) quod eſt in formam cunei factum, hoc eſt, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. Vnde a Liuio forma ſcuti Cuneatior appellatur, cuius ſummum latius, imũ ſtrictius erat. Item Cuneatus ager, apud Col. lib. 5. cap. 2. in cunei forma in factus, ut puta cum eſt longus pedes centum, latus ex altera parte pedes uiginti, ex altera pedes non amplius decem. Oui. 13. Meta Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis. Hinc fiunt compoſita, Excuneatus, & Diſcuneatus: de quibus uide infrà ſuis locis, & ea, quæ annotauimus in dictione Cuneus.

CVNEVS, {*Conio*} (σφήν) inſtrumẽtum eſt ferreum, aut ẽt ligneũ, quo finduntur ligna. Huius prima pars acutior eſt, ut quãuis rimulam, facile intret, ſequẽs autẽ latior & amplior. Ver. 1. Geor. Nã primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Per translationẽ ſumitur pro peditum multitudine, in cunei formã redacta, teſte Vegetio lib. 2. quæ Græcis σφήν dicitur, hoc eſt, quæ ita diſpoſita eſt, ut eius pars prima anguſtior, deinde latior procedat. Ab huius ẽt ſimilitudine Cunei dicti ſunt loca in theatro, id eſt, gradium ordines, in quibus uulgus ſpectatorum ſtabat inter ſedentium ſubſellia. Iuuena. Cuneis an habẽt ſpectacula totis, Quod ſecurus ames? Vitr. li. 7. Cunei ſpectaculorũ in theatro ita diuidanĩ, ut anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigãt aſcẽſus, ſcalasq; inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum elegãti epitheto a Vergilio Cuneatum dicitur. Excuneati, ab Apul. dicti ſunt, quibus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatam turbam, Cuneos dicimus. Cyprianus: Stipatus clientum cuneis. Verg li. 2. Geor. Hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim populiq; patrumq; Corripuit.

CVNEOLVS, li, diminutiuum a Cuneus hoc eſt, eſt clauus ligneus, quo duo uel plura tigna connectuntur. Cicero de Vniuerſ. Crebris quaſi cuneolis inſectu unum efficiebant ex omnibus corpus.

CVNEVS, (σφὴν Straboni) ager eſt, aut, ſi mauis, promontorium Luſitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hiſpania in Occidentem quàm longiſſime excurrit. nomen habẽs a figura cunei, quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata eſt, paulatim in latitudinem procedens, unde etiam Artemidorus promontorium hoc nauali roſtro aſſimilauit. Pompo. lib. 3. Luſitania trans Anã

qua

quæ mare Atlanticum ſpectat, in tria promontoria diſpergitur. Anç proximum, quia lata ſede procurrens paulatim ſe ac ſua lata faſtigiat, Cuneus ager dicitur: ſequens, Sacrum uocant: Magnum, quod ulterius eſt. Hæc ille. Ptolemæus non leui errore hoc promōtorium Sacrum eſſe exiſtimauit: ut apertiſsime docet Vadianus in locum Pomponij iam citatum.

CVNICVLVS, {Coniglio}(δασύπους) animal lepori ſimile, quod ſub terra effoſſa latere ſolitum eſt. Martial. Gaudet in effoſsis habitare cuniculus antris. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 12. Cuniculi dicti ab eo, quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris. Eſt & Cuniculus, foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendas urbes inuentum. ὑπόνομος. Plin. Tentata per cuniculum fuga. Vnde Cuniculis oppugnare, per translationem, hoc eſt, dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui faceſſere. Et Agere cuniculos, (ὑπονομεύειν) quod uulgus Minare dicit, uel Minas facere. Cæſ. 8. bel. Gal. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plin. lib. 9. ca. 38. Singulis aquæ amphoris centenas atq; quinquagenas medicaminis libras exæquant, ac modico uapore torrent, & ideo lōginquæ fornacis cuniculo.

CVNICVLATIM, aduerb. cuniculi modo. Plin. lib. 9. ca. 33. Iam diſtinctione uirgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

CVNICVLARIÆ, inſulæ ſunt in mari Liguſtico, Corſicæ adiacentes. Auctor Plin. lib. 3. cap. 6.

CVNICVLARIVS, rij, ſubſtantiuum, qui ſub terris cuniculos fodit. Vegetius lib. 2. cap. 15. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium uidebatur, nunquam deeſſet in caſtris, uſq; eò, ut etiam cuniculari os haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, muriſq; intra fundamēta perfoſsis, improuiſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.

CVNICVLOSVS, a, um, plenus cuniculis. Catullus: Tu præter omnes uni de capillatis Cuniculoſæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

CVNILA, (κονύζα Dioſcoridi) herba eſt, quā uulgus a necandis pulicibus Pulicariam appellat: Latini etiam Cunilaginē: de quo pauló antè latius egimus in dictione Conyza. Huius uerò herbæ multa ſunt genera. Nam quędam Bubula appellatur, & ſemen pulegij habet, quod contra ſerpentes in uino bibitur. Quædam Gallinacea, a Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia a Græcis Maſcula, a noſtris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignoſæ, folijs aſperis: cuius manipulum ſi quis in domo poſuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodeſt aduerſus omnia uenenata. Hæc Plin. libr. 20. cap. 16.

CVNILAGO, inis, tertium genus eſt cunilæ, quam Greci Maſculam appellāt odorem fœdo, radice lignoſa, folio aſpero: ad quam in ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur. Auctor Plin. lib 20 capi. 16.

CVNINA, dea, quā priſci coluerunt, quæ cunis infantium præſidere putabatur.

CVNIRE, (inquit Feſtus) eſt ſtercus facere. Dictum a cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

CVNNILINGI, dicebantur homines ſordidiſsimi, a cunnis lingendis.

CVNNVS, per duplex nn, pars mulieris pudēda. Lucia. τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον. Vox eſt apud Martialem crebro repetita.

CVNYZAMIS, midis, (κυνυζαμίς) herba, quæ alio nomine Cunilago dicitur. Auctor Plin lib. 19 cap. 8.

CVPA, ſiue, (ut alij malunt) Cuppa {Botta}(πίθος) uas uinarium amplum, in quo uinum in apotheca conditum ſeruabatur. Vlpianus de Legat. 3. l. Cuius. Vaſa (inquit uinaria, id eſt cupæ & dolia, quæ in cella fixa ſunt. Cupis etiam utebātur ad naues, quæ reficiendæ erant, ſuſtinendas. Lucanus: Nanq; ratem uacuæ ſuſtentant undiq; cupæ.

CVPEDINARII, {Viuanderi}(ζωμοποιοί) qui eſculenta & poculenta delicatiora cocta uendunt. Terent. in Eunuc. Ad macellum ubi uenimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

CVPEDINARIVM forum, & Cupedinis forum, in quo delicatiores epulæ coctæ uendebantur. ita dictum a cupiditate, uel quod ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Varro lib. 1. Rerū huma. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt eorum bona & ædes ubi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus eſt locus, in quo uendebantur ea quæ uefcendi cauſa in urbem erant allata. Itaq; ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.

CVPEDO, dinis, (ἐπιθυμία) idem quod cupido, ſiu cupiditas. Luc. li. 5. Quātæ tum ſcindunt hominem cupedinis acres ſollicitum curę? Et lib. 6. Et finem ſtatuit cupedinis atq; timoris.

CVPEDIA, orum, {Cibi delicati} a Romanis appellabantur lautiores cibi, ſiue a Cupedine Romano equite, cuius ędes ſolo equite arcam foro cupedinario exſtruendo præbuerunt. ſiue quod delicatiores eiuſmodi cibi rebus Cupedinis alimenta prębeant. Plau. in Stic. Melius dicis, nihil moror cupedia. Cupedia, cupedię idem. Cic. 4. Tuſc. Aegrotationi autem talia quędā ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, temulentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia. Quo in loco Cupediā uidetur poſuiſſe pro uitioſo cupediorū appetitu. Cupedula, æ, dimi. Gel. lib. 6. cap. 13. Conſectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum. Eſt etiam Cupes, qui lautiores cibos frequētat. Plau. in Trinum. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

CVPENCVS, lingua Sabinorum ſacerdos appellatur.

CVPES, is, adiectiuum, quo antiqui utebantur pro eo quod eſt, cupediis et liguritioni deditus. Plaut. in Trinum. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus, Elegans, deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor.

CVPIDITAS, atis, {Cupidità, cupidegia}(ἐπιθυμία) auiditas, libido, appetitus. ut Cupiditas cibi, Celſ. lib. 8. & Cic. 4. Acad. Cic. in Parad. Neq; enim unquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Cæca & temeraria dominatrix animi cupiditas, Cice. 1. de Inuen.

CVPIDO, dinis, maſc. gen. {Cupido, Amore Dio. Pet. Queſt' è colui ch'el mondo chiama Amore} (ἔρως) amoris Deus, quē Heſiodus natū uult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arceſilaus ex Nocte & Aethere: Alcæus, ex Lite & Zephyro: Sappho ex Venere & Cœlo: Seneca ex Venere & Vulcano. Duplex autē eſt, Ouidio dicente, Alma faue dixi geminorum mater Amorum, &c. Honeſtus uidelicet & turpis: illumq; ex Venere & Ioue patre natum uolunt: hunc autē Erebi & Noctis filiū eſſe, quod & ipſum refert Cic. lib. 3. de Nat. deo. Fingitur a poetis armatus flāmis, et telis, aureo uidelicet & plumbeo, (ut patet ex Ouidii lib. 1. Metam. de Daphne & Apolline.) Itē cęcus, nudus alatus, arcitenens, uolatilis, &c. Eius quoq; formæ deſcriptio extat multis uerbis apud Apul. de Aſino aureo. Verg. de Vino & amore. Bellū ſępe petit ferus exitiale Cupido. Hinc Cupidineus, a, um, ἐρωτικός: ut, Cupidineæ ſagittæ, Oui. 1. de Remed. amor. Cupido uerò fœmi. gen. πλεονεξία, ἐπιθυμία) pro cupiditate accipitur: quāuis cupiditas leuior ſit, quàm cupido. Lucil. li. 19. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquā tollitur, quod cupiditas pars ſit tēperatior defluens a cupidine. Eſt aūt animi affectio, à libidine & cupiditate proficiſcens: qualis eſt auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionē appetimus, & ſimilia. Verg. 6. Aen. Quæ lucis miſeris tam dira cupido? Plaut. Pœn. Quanquam cupido uerſatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Oui. in Ibin. Quodq; ferunt Brotean feciſſe cupidine mortis. Inuenitur etiā nonnunquā in maſculino genere. Horat. 2. Carm. Ode 16. Nec leuas ſummos timor, aut cupido Sordidus aufert.

CVPIDVS, {Auido, ingordo, bramoſo}(ἐπιθυμῶν) auidus, qui q; rei alicuius deſiderio tenetur. Terent. in Hecy. Eius uidendi cupidus. Cupide, aduerbiū. Ci. pro Roſc. Ego uerò cupide & libenter mentiar tua cauſa. A cupidus fiūt comparatiua & ſuperlatiua, Cupidior, Cupidiſsimus. Cice. ad Atti lib. 4 Cupidiſsimus mei. Cupidiſsimus pacis, Aſinius Pollio ad Cice. lib. 10. Epiſt.

CVPIO, is, cupiui, cupitū, {Deſiderare, diſiare}(ἐπιθυμῶ) opto, deſidero. Cic. de Orat. Neq; uerò nobis cupiētibus atq; optantibus fructus otii datus eſt. Cupere alicui, pro bene uelle. Ci. Q. Fratri lib. 1 Quid? ego Fūdanio nō cupio? nō amicus ſum? non miſericordia moueor? nemo magis. Cupire in quarta coniugatione apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1. Perfringere ut arcta Naturę primus portarū clauſtra cupiret. Cupiens, nomē, idē quod cupidus. Plau. in Mil. Huius cupiens corporis eſt. Cupientiſsimus, Salluſt, Martius cupiētiſsima plebe Conſul factus. Cupitus pen. pro. participium. Oui. 3. Faſt. Mars uidet hāc, uiſamq; cupit, potiturq; cupita. Cupitor, oris, pe. pro. Verbale. Tacitus lib. 12. Neq; tamen repertus eſt, niſi unus, talis matrimonii cupitor. Cupienter aduerbium. Plau. in Pſeud. Cum quid cupienter dari Petimus nobis.

CVPRA, Piceni ciuitas eſt, nō procul ab Aſculo: cuius meminit Pli. li. 3. ca. 13.

CVPRESSVS, ſi, {Cipreſſo}(κυπάρισσος) arbor, pcera, caudice oblongo et recto, folio pini, ſed carnoſiore, molliore q;, neq; ita pungente, fronde indecidua, odore uehemēti. Duo eius ſunt genera: Fœmina, quæ ſterilis eſt: ad metæ formā in faſtigiu conuoluta: & Mas, latius ſpargens ramos, conoſq; proferens pineę nuci nō abſimiles, licet multo minores. Mira huius eſt inter arbores fœcunditas, quippe quæ trifera eſt, fructuſq; habet & Ianuario, & Maio, & Septēbri maturos, nulli tamē rei utiles, imo potius noxios, quēadmodū ipſa arbor, cuius etiā umbra noxia creditur. Græci κυπάρισσον uocant, a Cypariſſo puero in arborē hanc (ut Poetæ fabulātur) cōuerſo. ſiue potius παρὰ τὸ κύειν παρίσους, hoc eſt, ab eo, quod ex æquo & ramos, & fructus creet. Numeratur Cupreſſus inter arbores funeſtas, eo quod & tarde creſcat, et ſucciſa nō repullulet. Ideo funebri ſigno ante defunctoru ædes eā poſuere maiores. Legitur & Cupreſſus, us, per quartam declinationē. Oui. 3. Triſtium. Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu.

CVPRESSINVS, a, um, pr. cor. {Di cipreſſo} (κυπαρίσσινος) quod eſt ex cupreſſo. Plin. libro 23 cap. 4. Cupreſsinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum.

CVPRESSEVS, a, um (κυπαρίσσινος) quod ex cupreſſu confectū eſt. Liu. 7. Belli Punici: Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur.

CVPRESSETVM, ti, pen. pro. {Luogo che ha molti cipreſſi} (κυπαρισσών) locus cupreſsis conſitus. Cice. 1. de Legib. In cupreſſetis Gnoſiorum.

CVPRESSIFER, a, um, {Che produce cipreſſi} (κυπαρισσοφόρος) ferēs cupreſſos. Oui. Epiſt. 9. Vt Tegeæus aper cupreſsifero Erimantho Incubat.

CVPRVM, (κύπριος χαλκός) genus quoddam æris, quod à Plinio Aes Cypriū uocatur. Galli uocant du Cuyure. Vnde apud Palladium Cuprini claui dicuntur. Cupreus, a, um, ut, Cupreum uas. Plin. lib. 23. cap. 3. Cogitur in cupreo uaſe ad craſsitudinem mellis.

CVR, {Perche? perche cagione?} interrogandi aduerbium, idem ſignificans quod quare, (τίνος, ἕνεκα, διὰ τί;) licet quidā Quur per q, ſcribendum putent, & à Quare per ſyncopen, atq; apocopen deductū, a & e literis detractis. Terēt. in And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meā ſenectutē huius ſolicito amentia? Aliquando etiam relatiue accipitur, uel infinite. Cice. pro Roſc. Com. Nō fuit cauſa, cur tantum laborem caperes.

CVRA, {Cura, penſiero, trauaglio}(φροντίς) ſolicitudo, anxietas, ita dicta, quod cor edat, & excruciet. Teren. Phorm. Cura & ſumptu abſumit. Verg. 1. Aen. Quādo hæc te cura remordet. Quādoq; ponitur pro ſtudio & diligentia: ut, Salus tua eſt mihi curę. i. ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Martial. Teq; piget curę pręmia ferre tuę. i. præmia operis abs te facti. Quandoq; pro amore. Verg. 4. Aen. At regina graui iandudū ſaucia cura. Quādoq; pro munere, quo curator fungitur: uulgo Curatela dicitur. Vlpia. l. hęres abſens. §. ſi quis tutelā. ff. de iudic. Si quis tutelā, uel curā, uel negotiū, uel argentariam, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit. Verg. etiā apud inferos, inter monſtra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quaſi duas aliquas: Et ultrices poſuere cubilia Curæ.

CVRATIO, {Cura. Pet. Però ſignor mio caro haggiate cura} (θεραπεία) ut docet Donatus, medicorū eſt, Cura mentis, Curatura diligentię. Cic. ad Tiron. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio, ſed planè curationes eius non probo. Inuenitur etiam Curatio pro iniunctione muneris, ἐπιστασία. Cic. in Orat pro Rab. Poſth. R. uarias curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. Curatio, onis, pro cura, ſiue prouincia alicui delegata. Cice. 1. de Natu. deo. Ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent.

CVRATOR, {Curatore, tutore} (ἐπίτροπος κύριος, κηδεμών, ἐπιμελητής, ἐπιστάτης, ἔφορος) generali nomine dicit præpoſitus alicui negotio. ut, Reficiēdis muris curator Demoſthenes fuit, Cic. de opt. gene. orat. Curatores urbis et annonæ ędiles. Idē 2. de Legib. Inſti. de curatorib § 1. Maſculi quidem puberes & fœminæ uiripotētes, uſque ad uiceſimumquintum annum completum curatores accipiūt: quia licet puberes ſint, adhuc eius ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſsint. Feſtus ſcribit Curatorē eſſe, qui pupillis loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curam gerat. Sic Curator, qui rei frumentariæ & agris diuidundis prępoſitus eſt. Hoc etiam pacto a Gellio Catullus dicit Cu-

rator reſtituendi Capitolij. Sueto. in Calig. Curatorem munerum ac uenationū, per continuos dies in conſpectu ſuo catenis uerberatum, nō prius occidit, ꝗ offē ſus putrefacti cerebri odore. Salu. Cæterū de Repub ueſtra, cuius huc curator miſſus es, paucis accipe. A' Iuriſconſultis peculiariter Curator dicitur, cui bonorum furioſi, aut prodigi, cui bonis eſt interdictum, adminiſtratio cōmittitur.

CVRATORIA, æ, (ἐπιτροπεία) curatoris pupillorū munus. Herē. lib. j. ff. de excuſat. tuto. Conſcribens librum (ut mihi uidetur) utiliſſimum, quem excuſationum tutelę & curatoriæ uocaui, huc tibi miſi. Ibidem L. ij. Excuſantur à tutela, & curatoria, qui ſeptuaginta annos compleuerunt.

CVRATVS, participium, cum diligentia & cura factus. Bene curata cute nitidus, Hora. 1. Epiſt. Plin lib. 18. cap. 6. Abduxit filiam ualidam atq; bene curatam ac ueſtitam. Curate, (ἐπιμελῶς) aduerbium, pro accurate. Taci. li. 2. Eius negotij initium, ordinem, finem curatius edifferam.

CVRAX, cis adiectiuum, {Diligente, uigilante} (ἐπιμελὴς, σπουδαῖος) diligēs, curæ & uigilantiæ plenus. Caius l. ſi quid uenditor ff de ædil. edic. Verbi gratia, ſi conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut uigilacē eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, tardus, comeſſor inueniatur, &c.

CVRATORIVS, a, um, (ἐπιμελητικὸς) quod ad curatorem pertinet: ut Curatoria actio.

CVRCVLIO, pen. cor. huius curculionis, maſcu. gene. {Tignuola} (τρὼξ) animal paruum frumentum corrodens: quaſi gurgulio, eò q; nihil in eo penè aliud ꝗ guttur uideatur. Verg. 1. Geor. Populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Eſt etiā Curculio, (γαργαρεών) uia patens, ſeu fiſtula colli exterior per quā ſpiritus attrahitur, atq; emittitur. Conſtat autem ex cartilagine molli & flexuoſa quaſi ex annulis in catenæ modum compactis, ſed imperfectis. Dicitur etiam ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, ut ſpiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem corq; defertur. Trachiam arteriam medici appellant. Pli. Arteriam aſperam: cuius operculum eſt Epiglottis. Scribitur autem Curculio, per c, non Gurgulio per g, ut conſtat ex Argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionē inſcripſit: in qua primæ uerſuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

CVRES, (κύρεις) pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius ciues Quirites, (κυρῖται) dicebantur. Conuenerunt q; Romulus & Tatius in hanc ſententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romā migrarent, Romaq; nomē retineret: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Oui. li. 2. Faſt. Te Tatius paruiq; Cures, Cenmaq; ſenſit. Hinc etiam populi Cures. Verg. lib. 9. Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris.

CVRETES, (κουρῆτες) populi Cretæ inſulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati ſunt. ex Ida Phrigiæ monte (ut quidam uolunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretę montem, quem primum inſedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teſte Strabone lib. 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς, hoc eſt, à tonſura. Anteriorē enim capitis partem detonſam geſtabant, ne hoſtes eos cæſarie apprehenderent. Alij Curetas dictos putant ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eò quòd Iouem aluiſſe dicantur. Auctor eſt idem Strabo, loco iam citato, Curetas in Græciam quoq; traieciſſe, tandemq; conſediſſe trans Acheloum fluuium: ibiq; cum intonſa ſeruarent capita, Acarnanas uocari cœpiſſe.

CVRIA, {Corte} (βουλευτήριον, ἀρχεῖον) à cura dicta. Curia, inquit Feſtus locus eſt, ubi publicas curas gerebant: item ſedes ac templum publici conſilij. Cic. de Senect. Non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Eſt autem Curia duplex, ſacrorum ſcilicet et ſenatus. In curijs enim uel ſacerdotes res diuinas, uel magiſtratus humanas curabant. Et nō ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus ſumitur, βουλὴ Luca. Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Curiæ etiam nominantur, populi partes, quales fuerunt ex, in quas Romulus populū diſtribuit, numero triginta: quas, quoniam tunc Rempu. curam per earum partium ſententiam expediebat, Curias appellauit. His poſtea additæ aliæ quinq; fuere, ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret, feriasq; obſeruaret. Curia in qua habebatur ſenatus, Templum erat. Habebatur autē modò in æde Apollinis, modo in delubro Concordiæ, modo in hoc, modò in illo templo. Curia Calabra, à calando, hoc eſt, à uocando, dicta eſt, q; calata, hoc eſt, uocata in Capitolium plebe, iuxta hanc curiam Pontifices pronūtiare ſolēt, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent. Curia Hoſtilia, quam primū ædificauit Hoſtilius rex Romanorum. Ci. pro Milone curiam uocat Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium ſedem ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini.

CVRIALES, dicuntur, qui ſunt eiuſdē curiæ, (φυλέται, πατριῶται) ſicut Tribules, eiuſdem tribus. Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aulul. Nam neque quiſquam curialium Venit, neq; magiſter, quem diuidere argentū oportuit. Cice. 2. Offic. Theophraſtus quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.

CVRIATVS, a, um, adiectiuū: ut Curiata lex, à curiatis comitijs dicta, id eſt, tributim coactis. Cic. ad Atti. Qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex curiata ferretur. Et Curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gell. lib. 15. cap. 27. Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id eſt, conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri, teſte Cic. pro domo ſua. Idē ꝓ lege Agr. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auſpiciorum cauſa remanſerunt. De his uide ſupra in dictione Comitium.

CVRIO, nis ſacerdos curiæ. In curijs enim ſacerdotes ita res diuinas curabant, ſicut ſenatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat: ut ſcribit Varro. Nō inepte fortaſſis etiam noſtros hodie ſacerdotes, quos uulgus Curatos uocāt, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam Curam barbare appellamus. Curio maximus (ἀρχιερεύς) dicebatur cuius auctoritate curia, omnesq; Curiones regebātur. Curiones quoq; dicti ſunt præcones. Iul. Capitolinus: Ille per curionem dici iuſſit, impoſturam fecit, & paſſus eſt. Plau. uero in Aul. agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum, confectumq;. unde a contrario Apul. in Flor. agnum opimum, & pinguem dicere uolens, appellauit Incurioſum. Item Curiones dicti ſunt quidam Romani ciues.

CVRIONATVS, us, Curionis dignitas.

CVRIONIA SACRA, quæ a Curionibus in curijs fiebant. Feſtus.

CVRIONIVM, dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Feſtus.

CVRIO, prænomine Quintus, inſignis Orator fuit, qui Cæſarem in quadā oratione omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierē appellauit. Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primum bellum ciuile inter Pompeium & Cæſarem exarſit: & cum ex perditiſſimo luxu ſeſe ære alieno obruiſſet, Cæſarem ad bellum ciuile incitauit, cauſamq; illius abſentis defendendam ſuſcepit. Vnde etiam à Lucano Venalis lingua fuiſſe, dicitur. Perijt in Africa, cui à Cæſare erat præpoſitus, a Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus.

CVRIOSVS, {Curioſo. Pe lui era il curioſo Dicearco} (περίεργος, πολυπράγμων) multa cura dicitur, ſiue in bonum, ſiue in malum. In malum, quoties plus diligentiæ, ꝗ oporteat, rebus uel noſtris, uel alienis adhibetur. In bonū, cum cura ſupra modum utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur Curioſus, qui multū, ſiue diligenter aliquid curat. Cic. Appio Pulc. Ita eſt homo, non modo prudēs, uerumetiā æquus uir, & curioſus. In bonam quoq; partem Col. li. 3. uſus eſt aduerbio: Sin autem (inquit) ipſam uitem ſternere uoles, iuxta radicem ita ne ipſam lędas, curioſe fodito, μετ' ἐπιμελείας. Similiter incurioſe, ἀμελῶς, ἀπερίεργως. Gel. ſi quis non incurioſe legat. Non eſt ergo Curioſus, a praua tantū cura, ut Valla putauit, ſed etiam a diligenti & optima. De deriuatione quoq;, cum dicit, Curioſus non tam a cura, ꝗ a curia uidetur deſcendere, cuius compoſitum magis eſt in uſu, Incuria, (ἀμέλεια) id eſt, negligentia: etſi Curia a Cura dicatur: non ei aſſentio, neq; de compoſitione, ut a curia componatur incuria: ſed dico ita uenire Curioſus a cura, per adiectionem literę i, quemadmodum & curia, niſi a Curio ſumere uelimus. Similiter Incuria, per adiectionem i, liquet non a curia, ſed a cura componi, quod ſignificatio eorum aperte declarat. Nā Cura & Incuria, ſunt oppoſita, et ex contraria eorum ſignificatione facile monſtratur Incuria a cura componi. quoniam In, negatiue ſtat: et alterius ſignificatio ex contrario alterius edocetur: eo q; ſicut Cura, diligētia eſt, ita Incuria negligentia, ut Cice. in Lælio oſtendit. Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria. Quod nō ſignificaret, ſi a curia componeretur. nam eſſet locus a curia diuerſus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura ſacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in Curioſus, Incurioſus & Incuria, niſi euphoniæ cauſa factam puto, quod non recte ſonet Curoſus & Incuroſus & Incura. Curia uerò accepiſſe i, arbitror, ut aliam a cura ſignificationem caperet, & nihilominus primatiui naturā ſēper oleret. A' curioſus fit Curioſitas, (πολυπραγμοσύνη) pro affectione & diligentia. Cic. ad Att. lib. 2. Sum in curioſitate ὀξύπεινος: ſed tamen facile patior te id ad me, &c. Et Curioſe, aduerbium, ἐπιμελῶς. Cic. ad Att. lib. 9. Cum de eo curioſe quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius.

Ab Incuria Incurioſus & Incurioſe. Plini. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus. Aliquando Incurioſus capitur pro pingui, q; illi potiſſimum qui omni prorſus cura ſunt liberi pulcherrime pingueſcant. Vnde Apuleius in Flor. agnū egregie obeſum uocat Incurioſum.

CVRIS, {Haſta} (κύρις) lingua Sabinorum haſta dicitur: unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus: & Romani a Quirino Quirites dicuntur. Et Iuno Curitis, quæ & ipſa haſtam ferre putabatur. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9. & Seruium in 1. Aeneid.

CVRIVM, rij, (κούριον) urbs Cypri inſulæ, ita dicta a Curio Cyniræ filio. Eſt item eiuſdem nominis oppidum in Aetolia ꝗ. Vtriuſq; meminit Stephanus.

CVRIVS, (κούριος) nomen Romani ciuis exactiſſimæ frugalitatis, & perfectæ fortitudinis. Hic cum in ſcamno ſedens, rapas in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, inuitarentq; ut eo uti uellet: reſpondit, M. Curium malle imperare locupletibus, ꝗ locupletem fieri: & qui acie uinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe. Hunc omnium primum de Sabinis triumphaſſe, auctor eſt Liui. Idem etiam Pyrrhum Epirotarum regem acie uictum, Italia expulit: populoq; uiritim quaterna agri iugera diuiſit, ſibiq; nihilo plus ſeruauit.

CVRO, as, are, {Hauer curà, por cura, affatticarſi} (σπουδάζειν) operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. In qua ſignificatione ponitur interdū abſolute. Terē. in And. Perterrefacias Dauum, obſerues filium Quid agat quid cum illo conſilij captet. SOS. Sat eſt: curabo. Et hoc aliquando cum Vt. Cic. Fam. 16. Cura igitur nil aliud, niſi ut ualeas. Aliquando Cum Ne. Idem Fam. 2. Vnum illud te præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut temporis. Interdum cum accuſatiuo. Cic. Att. 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curionis deſcriptus, uelim cures ad eum perferendum. Et Fam. 7. Mandatum tuum curabo diligenter: ſed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud uenire ꝗ plurimi. Sic Curare pecuniam, (πορίζειν) ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere, et comparare. Idem: L. Cincio H-S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. Et Curare ſe, uel curare corpus, pro reficere, ἀναλαμβάνειν. Cic. Fam. 16. Cura igitur te, & confirma. Verg. Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. Significat quoq; hoc uerbum mederi, curationem adhibere, ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. Cice. de Senect. Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur. In paſſiua ſignificatione ſic uſus eſt. Cic. Tuſc. 3. An cū corpora curari poſſint, animorum nulla medicina ſit? Et cum ablatiuo addita pręppoſitione Ab. Idē pro Cluent. Mulier, exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Huius compoſita ſunt, Accuro: unde Accuratus, & aduerbium Accurate. Concuro, Procuro, Percuro, quæ uide ſuis locis.

CVRRICVLO, aduerbium {Correndo, preſtamente} (δρομαίως, δρομάδην) curſim, ſtatim, celeriter. Plaut. in Epid. Nam ut apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi. Terent. in Heaut. Curriculo percurrere.

CVRRO, ris, cucurri, curſum, {Correre. Pet. Correa gelata al ſuo antico ſoggiorno} (τρέχω) cuius cōpoſita quādoq; gemināt ſyllabā, quādoq; nō. Verg. lib. 4. Decurrere iugis, alij de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. Cato contra Piſonē: Videò hac tēpeſtate concuſſiſſe omnes aduerſarios. Terē. in Hecy. Vna illarum interea propere præcurrit. Eſt autē currere, celeriter ire, gradū præcipitare, intenta celeritate uiam quaſi uorare. Cic. At. 10. Pręteriit uillam meā Curio, iuſſitq; mihi nuntiari, mox ſe uenturum cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur.

Sic Currere curſum, Currere ſpatium dicimus. Interdum accipitur pro fluere ῥεῖν. Vergilius 3. Georgico. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Plinius libro 11. cap. 51. Delijs etiam manibus currit eadem, concauo uel tecto

parietum

parietum ſpatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 2. de Finib. Ab hoc uerbo participium eſt Currens. Vnde Currentem incitare dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquam incumbentem inſtantius hortari uel impellere. Cic. Attic. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Legitur quoque Curritur impersonaliter. Terent. in prolo. Heaut. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Compoſita huius uerbi ſunt Accurro, Concurro, Circumcurro, Decurro, Diſcurro, Excurro, Incurro, Intercurro, Occurro, Præcurro, Procurro, Percurro, Recurro, Succurro, & Tranſcurro; quæ omnia uide ſuis locis.

CVRRVCA, (πελλαίς, ὑπολαίς, parua auis, quæ alienos pullulos pro ſuis educat. Iuuen. Satyr. 6. Tu tibi nunc curruca places, fletumq́; labellis Exorbes.

CVRRVS, us, uehiculi genus, {Carro. Pet. Non'l carro ſtellato in giro mena} (ἅμαξα, ὄχημα) dictum ab eo, quod eo ueteres uterentur ad curſum. Ver. 12. Aeneid. Quadriiugo uehitur curru. Hoc nomine Bigæ etiam & Quadrigæ, continentur. Vnde etiam triumphantium Quadrigæ, Currus triumphales dicebant. Per tranſlationem ponitur pro triumpho. Cic. ad Catonem, lib. 5. Quem ego currum, aut quam lauream cũ tua laudatione conferrem? Huius diminutiuum eſt Curriculum, breuiſſimũ uehiculi genus, quod eo ueteres ad curſum in ludis circenſibus uterentur. Plaut. Merc. Quin pedes uos in curriculum conijcitis?

Eſt etiam Curriculum curſus, δρόμος, δόλιχος. Cic. 2. de Legib. Ludis publicis, quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu et fidibus, et tibijs moderante, eam cum diuum honore iungunt. Curriculum uitæ. Cice. pro Rab. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. Item Curriculum ſignificat tempus. Vergil. libro 8. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactę Curriculo expulerat ſomnum, i. medio tempore. Curriculum item locum ſiue interuallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem. Græci ἱππόδρομον appellant. Hora. 1. Carm. Sunt quos curriculo puluerem olympicum Collegiſſe iuuat. Curriculò, aduerb. pro curſim, δρομαίως δρομαίως. Terent. Heaut. Curriculo percurre.

CVRSIM, aduerbium, {Correndo} (δρομαίως) ſignificat currendo. Cicer. 11. Philip. Alter in Aſiam irrupit curſim.

CVRSO, {Correre ſpeſſo} (ἀποτρέχω) ſæpe, uel multum curro. Cic. 1. de Diui. Fuſcaq; nonnunquam curſans per littora cornix. Hinc aliud frequẽtatiuum Curſito, Diom. Sunt & quædam iteratiuorum iteratiua, quę ſæpe in tres gradus deducunt uerba: quale eſt Video, deinde Viſo, & quod plus eſt, Viſito. Itẽ Curro, deinde Curſo, & Curſito. Terẽ. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitando atq; ambulando totum hunc contriui diem.

CVRSOR, {Curſore. Pet. Turba d'amanti & miſeri curſori} (δρομεύς) qui currit. Cicer. 2. Tuſcu. in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt. Curſor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Marti. Curſorem ſexta tibi Rufe remiſſimus hora.

CVRSORIVS, a, um. {Ciò che s'appartiene à corſo} (δρομικός) quod ad curſum pertinet: ut Nauis Curſoria. Sidonius. Typhim curſoriam aſcendit.

CVRSVRA, æ. {Corſo} (δρόμημα) idem quod curſus. Varr. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admiſſuram, alij ad curſuram.

CVRSVS, us, et Curſio, {Corſo. Pet. Come un per forza rallentar'il corſo} (δρόμος) currendi actum ſignificant: & tam de nauigante, & equitante, quàm pedibus iter faciente poteſt intelligi. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto curſu per ſinus impellunt. Cice. ad Caſſ. Sin oppreſſus ibi erit, omnis hominum curſus eſt ad uos.

CVRTIVS, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis fuit, qui ſe pro ſalute patriæ Dijs Manibus deuouit. Nam cum terra in medio foro ingenti hiatu deſcediſſet, reſpõſumq́; eſſet, non coituram labem, niſi quiſquam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum deiecisſet, Curtius acceptam à patria uitam, eidem impendere non dubitauit: conſcenſoq; equo, ſine mora ſe in ſpecum præcipitauit. Vnde etiam Curtius lacus nomen creditur ſeruaſſe. Curtius prænomine Quintus, nobilis Hiſtoricus fuit, qui Alexandri Magni geſta memoriæ prodidit.

CVRTIVS FONS, inſignis aquæ ductu memorabilis, ut qui à quadrageſimo lapide in urbem fuerat perductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile diſtribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

CVRTVS, a, um, {Corto, breue. Pet. Et uedi il uiuer noſtro quanto è corto} (κολοβός) breuis, paruus, mutilus. Horatius: Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel ſi libet uſq; Tarentum. Sic Curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Perſius Curtam ſupellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam ſententiam, hoc eſt, decurtatam. Celſus quoq; lib. 7. cap. 9. in auribus, naribus, ſeu labris Curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Hinc Curto, as, diminuo. Hor. 2. Serm. Saty. 3. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum, &c. A quo Decurto, κολοβόω.

CVRVAMEN, {Piegatura, curuatura} (ἐπικαμπή, κλίμα) curuatio, ſiue curuitas. Ouid. lib. 2. Metam. Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes. Gell. Sub alio atque alio cœli curuamine.

CVRVESCO, {Diuenir torto} (κυρτόομαι) curuus fio. Huius cõpoſitum eſt, Incuruaſco: quo uſus eſt Cic. 3. Tuſc. Ramos baccarum ubertate incuruaſcere.

CVRVIPES, (κυλλόπους) qui curuos habet pedes.

CVRVLIS, & hoc Curule, adiectiuum eſt, à curru formatum, abiecto altero r. ut Aedilis curulis, Dignitas curulis, & apud Horat. Ebur curule: Cuilibet (inquit lib. 1. Epi.) hic faſces dabit, eripietq; curule, Cui uolet importunus ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratum, hoc eſt, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quam conſiderent. Curulis etiam in fœmi. gene. accipitur pro ipſa ſella, quia faci le poteſt intelligi eius ſubſtantiuum. Lucan. libro 3. Prætor adeſt, uacuæq; loco ceſſere curules.

CVRVO, as, {Piegare, torcere} (καμπυλόω, κάμπτω, κυρτόω) flecto, uel curuum efficio. Verg. 2. Georg. Ituræos taxi curuantur in arcus. Lact. lib. 2. Quia curuant cœleſte animal ad ueneranda terrena. Curuatus, participium. Stat. 5. Syl. Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos. Curuatio, uerbale, ἐπικαμπή. Plin. lib. 17. cap. 23. In curuatione materiæ. Curuatio uitis. Colum. lib. 4. cap. 12. Curuatura, æ, Plin. lib. 17. cap. 19. Ne curuatura fugiat. Ouid. 2. Metam. Aurea ſummæ Curuatura rotæ. Huius compoſita ſunt, Accuruo, quod eſt iuxta curuo, Colu. lib. 4. Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & accuruata, cum deponeretur, cœperat uitiũ. Recuruo, et Incuruo, unde ſuis locis.

CVRVVS, a, um, {Torto, piegato} (ἐπικαμπής, καμπύλος) inflexus, tortus. Verg. 2. Georg. Et curuæ rigidũ falces conflantur in enſem. A quo Incuruum, ualde curuũ. Terent. in Eunu. Incuruus, tremulus labijs demiſſis. Donat. Incuruus, (κυρτός) ualde curuus. Procuruus, idẽ. Verg. 2. Georg. Neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus, idem quod ſimplex Curuus. Vergil. 7. Aene. Cornuq; recuruo Tartaream intendit uocem.

CVSPIS, pidis, fœm. gene. {Punta. Pet. Ne l'arme mie punta di ſdegno ſpezza} (ἐπιδορατίς, αἰχμή) acuta pars gladij, haſtę, claui, & huiuſmodi. Mart. Aeolia cuſpide fixit aprum. Cuſpis longa pro ueru. Mart. lib. 14. Spumeus in longa cuſpide fumet aper. Cuſpides, pro tubulis fictilibus. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 8. Inde enim aliquod colligatis libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor aduentitius tranſire poſſit. Hinc componitur Tricuſpis, adiectiuum, (τριγλώχις) quod tres habet cuſpides, qualis fingitur eſſe Neptuni tridens.

CVSPIDO, as, {Far la punta à qualche coſa} (ἐπιδορατίζω) cuſpidem rei alicui induco: quo uerbo uſus eſt Plin. lib. 11. Vrorum cornibus barbari ſeptẽtrionales potant, urnisq; binis capitis unius cornua implent: alij præfixa his pila cuſpidant. Cuſpidatus, qui Cuſpidem habet. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.

CVSPIDATIM, aduerbium, {Acutamente, aguzzamente} idẽ eſt, quod acutè, & ad ſimilitudinem cuſpidis. Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuſpidatim decíſus deſcendat in rimam calamus.

CVSTODELA, à ueteribus cuſtodia dicebatur. Feſtus.

CVSTODIA, ſtodiæ, {Guardia} (φυλακή) ipſe cuſtodiendi actus. Horatius lib. 2. Epiſt. Vt piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. Celſus lib. 2. cap. ſimiliter 2. Qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habent. Sæpe etiã poſitũ inuenitur pro ipſo loco, in quo quis cuſtoditur, hoc eſt pro ipſo carcere. Colum. lib. 1. Nam illa ſolemnia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſę ſedes cuſtodiæ ſatis tutę munitæq́; ſint. Quandoque etiam ponitur pro eo, qui cuſtodit. Tibul. Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia uicta eſt. Quandoque pro eo, qui cuſtoditur, ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Suet. in Domit. Nec niſi ſecreto atq; ſolus, plerasq; cuſtodias, receptis quidẽ in manu catenis audiebat. Et, Digeſt. de reorum cuſtodia ſcribitur. Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat. Et alibi: Et ſi cuſtodia ſe interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur.

CVSTODIO, is, iui, itum, {Cuſtodire, guardare. Pet. Che uatura mi tolſe e'l ciel mi guarda} (φυλάττω, σώζω) ſeruo, obſeruo. Cice. Dolabellæ: Fac ut diligẽtiſſimè te ipſum mi Dolabella cuſtodias. Cuſtodio, pro obſeruo, Q. Cicer. de Petit. Conſul. Fac itaque ut ſe abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant. Cicer. 1. in Catil. Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt.

CVSTODITE, aduerbiũ. Plin. Epiſt. 1. 11. Quàm ſtudioſe, quàm intelligẽter lectitabat? ut parcè, cuſtoditeq; ludebat?

CVSTODITIO, (φύλαξις) eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta.

CVSTODITVM, (πεφυλαγμένον) quod cum cuſtodia eſt. Incuſtoditum, (ἀφύλακτον) quod ſine cuſtodia eſt. Mart. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas.

CVSTOS, odis, {Cuſtode, guardiano} (φύλαξ) qui rem aliquam tuetur & curat. Terent in Eunu. Num nam tu hic relictus es cuſtos, Ne quis forte internũtius clàm à milite ad iſtam curſitet? Interdum etiam cuſtos ſignificat prohibitorem: ut apud Verg. de Priapo. Et cuſtos furum atque auium. Ibi enim Cuſtos furum non dicitur, qui eos cuſtodit, ſed qui eos arcet. Vnde cuſtodem oſtij, (θυρωρόν) dicimus, qui curat ne quis iniuſſus ingrediatur. Cuſtodem horti, (κηπουρόν) qui prohibet aliquem in eum ingredi, uel damnum facere. Cuſtodem ſacrorum, (θεωρόν) qui ſacra miniſtrat atq; obſeruat. Verg. 8. Aen. At domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. Cice. lib. 2. Offi. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis, metus. Cuſtos etiã dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accuſatorem obſeruare, ne à reo corrumperetur. Cic. in Diuin. in Verr. Cuſtodem inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad capſas meas admiſero? qui non ſolum, ne quid enuncies, ſed etiam ne quid auferas, cuſtodiẽdus ſis. Cuſtodes etiam in uitibus dicuntur nouelli palmites, duarum uel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine Reſeces, aut Præſidiaris palmites uocantur. Plin. lib. 17. cap. 12.

CVTILIA, agri Reatini lacus eſt, in quo ſyluoſa inſula innatat, quæ nunquã die & nocte eodem permanet loco. Auctor Plin. lib. 2. cap. 95. & li. 3. cap. 12.

CVTIS, pellis ſiue coriũ {Cotenna, pelle, cuoio} χρώς, δέρμα. Iuuenal. Satyr. 6. Tres iuge ſubeant, & ſe cutis arida laxet. Huius diminutiuum eſt Cuticula, δερμάτιον. Iuuen. Sat. 11. Noſtra bibat uernum cõtracta cuticula ſolem. Compoſita ſunt, Intercus adiectiuũ, idem quod intercutaneum, quod intra cutẽ eſt. Subcutaneum, quod eſt ſub cute: Subtercutaneum, quod ſubter cutem eſt.

Recutiti etiam à cute dicuntur Iudæi, id eſt, circumciſi, & cute, hoc eſt, præputio, priuati.

C ANTE Y

CYAMEA, (κυαμεία) gemma quę fracta fabæ ſimilitudinẽ præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

CYAMOS, (κύαμος) herba Aegypto peculiaris latiſſimis folijs, quæ & Colocaſia dicitur, & Faba Alexandrina. Plini. lib. 21. cap. 15. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocaſia, & Ciborium.

CYAMVS, (κύαμος) faba genus leguminis, à cuius eſu Pythagoram religioſiſſimè ferunt abſtinuiſſe.

CYANE, es, (κυάνη) Nympha Sicula fuit, quę in fontem ſui nominis cõuerſa fertur, cuius transformationẽ deſcribit Ouid. lib. 5. Metamor. Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quàm primam ſyllabam. Ouid. lib. 5. Metam. Inter Sicelides Cyane pulcherrima Nymphas. Et paulò pòſt: Venit & ad Cyanen. Nimis ſordè itaque lapſi ſunt, qui mediam indifferentem eſſe affirmãt, freti corrupta Ouidis auctoritate libro 9. Metamorp. ubi ſic legunt: Cognita Cyane præſtanti corpore nympha. Ibi enim Germana lectio non habet Cyane, ſed Cyanee per quatuor ſyllabas. Neq; ibi Poeta de Cyane Siculæ Nympha loquutus, Sed de Cyanee Mæandri fluminis filia, quæ à Mileto compreſſa Caunum & Byblidi genuit. Fuit præterea Cyane quædam puella Syracuſana, quæ à patre

in tenebris uim paſſa, cum poſtea ex anulo cognitum, capillis ad aram pertraxit, illumq́; primum, deinde ſeipſam interfecit. Vide latius paulò pòſt in dictione Cyanippus.

CYANE, es, (κυανέη) oppidum eſt Lyciæ, apud Plin. libro 5. cap. 27. Eſt item Cyane, fontis nomen in agro Syracuſano, in quem poetæ fabulantur eiuſdē nominis Nympham fuiſſe commutatam, cùm Plutoni Proſerpinam rapienti obſiſtere conaretur. Hic Anapo miſtus, iuxta Ortygiam inſulam in mare illabitur. Ovi. 3. de Ponto: Quaq́; ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

CYANEÆ, (κυανέαι) ſiue Cyaneæ, inſulæ, ſeu magis ſcopuli ſub Thracio Boſphoro, modico ſpatio inter ſe diſtantes. Vnde factus eſt locus Poetarum fabulis, qui Cyaneas inter ſe concurrere tradiderunt, quòd ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, naue uerò paululum in alterum latus deflexa, una tantum uidebatur. Multa de his inſulis mentio eſt apud Valerium Flacc. lib. 4. Argonau. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

CYANEE, (κυανέη) per quatuor ſyllabas, Mæandri Phrygiæ fluminis filia fuiſſe fertur, quæ à Mileto compreſſa Caunum & Byblida genuit. Ovi. lib. 9. Metam. Hæc tibi, dum ſequitur patriæ curuamina ripæ, Filia Mæandri toties redeūtis eodem cognita Cyanee præſtāti corpore Nympha, Byblida cum Canno prolem eſt enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam ſyllabam & ultimam, duas autem medias corripit, ut conficiat Choriambum, Cyane uerò pro Siciliæ Nympha tres tantum habet ſyllabas, quarū ultima longa eſt, duæ priores corripiuntur, ut ſit Anapæſtus. Quod ideo admonere uiſum eſt, quòd non paucos etiam magni nominis uiros hic in errorem uideamus impegiſſe.

CYANIPPVS, (κυάνιππος) Syracuſanus fuit, qui cum Bacchi Orgia cōtēneret, ab irato Deo tanta perfuſus eſt ebrietate, ut filiæ Cyane in tenebris, quamuis reluctanti, uitium intulerit. Filia uerò cognito ex anulo, quē uiolatori detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem diſſimulauit: poſtea autem ingenti exorta peſtilentia, cum ab Apolline remedium promitteretur, ſi ab auctore flagitij pœnas ſumerent, admirantibus omnibus, quodnam eſſet tantū ſcelus, quod etiam ſuperis curæ eſſet auctoris morte expiari: Conſcia rerum Cyane arreptū capillis patrem ad aram pertraxit, eoq́; primum mactato, ſibi quoq; manus intulit. Auctor Plutarchus in Parallelis.

CYANOS, (κύανος) fluuius eſt Colchidis, qui iuxta Aeam oppidum in Phaſim influit. Auctor Plin. lib. 6. cap. 4.

CYANOS, {*Turchina*} (κύανος) auctore Plini. lib. 37. cap. 9. Gemma eſt ex iaſpidum genere, colore cæruleo. Vnde quibuſdam eadem eſſe creditur, quę hodie ab Italis Turchina uocatur, à Gallis, Vne Torquoiſe. Alij hoc nomine Laſuli lapidem malunt ſignificari, qui cōtuſus in puluerem, præſtantiſſimum pictoribus cærulei coloris genus ſuppeditat. Quorū opinio idcirco mihi uerisimilior uidetur, quòd Pli. loco iā citato prodiderit, cyanū ſæpe aureo puluiſculo interm̄icare: quod in Laſuli lapide frequenter inuenit, ut qui ferè in auri fodinis inueniatur: in ea uerò gemma, quam uulgus Turchinā uocat, (nos Eranum eſſe credimus) id nunquā compertum eſt. Hinc Cyaneus adiectiuum idem ſignificans, quod cæruleus, q. ſ. cyani gemmæ colorem refert. Varro. Cyanea penula amictus graſſatur. Dyanos etiam flos eſt cærulei coloris in ſegetibus naſcēs, quē Galli, teſte Ruellio, Blaueolum appellant. Plin. lib. 21. cap. 11. In Italia uiolis ſuccedit roſa, huic interuenit lilium, roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

CYAXARES, (κυαξάρης) Phraortis regis Perſarum & Medorum filius, cui ſucceſſit in regno. Hic primus Aſiæ populos in prouincias diſtinxit, primusq́; in ſuum quoſq; ordinē diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, quum prius omnia promiſcua eſſent atque implicita. Hic & cum Lydis ſigna contulit, & omnem trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Mortuus eſt XL. imperij ſui anno. Eiusq́; filius Aſtyages in eius locum ſuffectus eſt. Auctor Herodot. lib. 1.

CYATHISSO, as, {*Dar da bere*} (κυαθίζω) potum ſubminiſtro. Plaut. Non ſcis quis ego ſim, qui tibi ſæpiſſime Cyathiſſo, apud nos quando potas?

CYATHVS, {*Bichiere*} (κύαθος) calicis genus, à χύειν, quod eſt fundere, dictum, mutatione literæ aſpiratæ in tenuem. Succeſſit autem in ſimpuli locum in conuiuijs, ut docet Varro. Iuuen. Saty. 5. Cordiaco nunquam cyathum miſſurus amico. Inde translatus eſt ad menſuram, quorum duodecim ſextarium complent. Ad cyathum ſtare, uel à Cyathis eſſe (κυαθίζειν) dicebatur οἰνοχόος, qui potius menſuram cyathis (id quod antiqui ſolebant) metiebatur. Apuleius Pocillatorem dixit, alij Pincernam. Plin. lib. 22. ſcribit, Cyathum per ſe pendere drachmas decem. Cyathus etiam fluuij nomen eſt in Aetolia, ad Arſinoen, apud Polybium, ut notat Coel. Rhod. Anti. lect. lib. 15.

CYBELE, es, p. c. (κυβέλη) (nam, ut docet Seruius, anapæſtus eſt in hac dictione Cybele) fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrigię monte ſeu oppido, ubi eius ſacra primò ſunt inſtituta. Scribit Feſtus Cybelen à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem, quippe Græci κυβιστᾶν, in caput ſaltare dicunt: qua uoce etiam utitur Homer. 16. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas ſcribit Rheam quoq; uocari, & montanam eſſe deam: ideo uehi leonum iugo. Cynædi ei ſacri ſunt. Hæc primum Ops, & Terra dicta fuit, quòd ſit dea telluris, quę & Veſta dicitur, propter quod curru uehi à poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis ſuſtineri, quia rotatur ſemper et uoluitur mundus. Mater deū, quia omnia gignit. Et mater alma ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrigiæ, quem plurali numero Dindyma uocāt. In eo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit: à quo Dyndime, et Dindymene a nonnullis uocatur. Itē Berecynthia, à mōte Phrigiæ, qui Βερέκυντος appellatur. Et Pales, quòd ſit pabulorum dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quod terra affluēs ſit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Peſſinuntia à Peſſinunte Phrigiæ emporio. Claud. Turrige namq; petit Cybelen. Mart. Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus. Ex Apuleij ſententia eadem erat dea Cybele, Bellona, et Iſis. Quandoq; tamen metri gratia ſcribitur per duplex ll, & fit Cybelle, ut ſit Bacchius pes, ex prima breui & duabus longis. Propertius: Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. Lucan. lib. 1. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

CYBELEA, æ, pe. pr. (κυβέλεια) urbs Ioniæ, teſte Stephano.

CYBIRA, (κύβιρα) oppidum eſt Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. Verr. Hoſce opinor Cybiræ cūm in ſuſpicionem ueniſſent ciuibus ſanū ex expilaſſe Apollinis. Et paulò pòſt: Cymbirā cum inanibus ſyngraphis uenerat, Inde Cybirates, uel Cybirata, nomen gentile. Cic. Ibidē: Eò cūm uenio, Prætor quieſcebat, fratres illi Cybiratę inambulabant. Item poſſeſſiuum Cybiraticus, a, um. Ibidē: Immittebantur illico Cybiratici illi canes, qui inueſtigabant & perſcrutabantur omnia. Sunt qui ſcribant Cybira, tranſpoſitis uocalibus.

CYBISTETERES, {*Quelli che nuotano ſotto acqua, quelli che fanno tombole*} (κυβιστητῆρες) urinatores dici poſſunt, qui τοὺς κυβιστῆρας, hoc eſt aquarū gurgites ſubeunt. Quo nomine & ſaltatores quidā appellati ſunt, qui in caput conuoluti, manibus, pedibusq́; adductis didicerant: à cubo. i. teſſera, uerbo deducto, qui cum in alueolum iacitur, hoc modo cōuoluitur. Vnde Cybiſtema, neutri generis, illud genus ſaltationis & exercitij dicitur à Luciano in cap. de gymnaſijs. Bud. in Anno.

CYBIVM, bij, (κύβιον) piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, ut medium æquè pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum. Mart. lib. 5. Diuiſus cybium latebat ouis. Cybium ſcribit Budęus, etiam appellatum illud uas à Gręcis, quod Latini Quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ ſuperius poſita eſt in cybio piſce.

CYCHRAMVS, auis, quę coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat. Pli. lib. 10. cap. 23. Semperq́; hunc abeuntes coturnices comitatum ſollicitant: abeuntq́; una perſuaſæ glottis, otis, & cychramus.

CYCHREVS, ei, (κυχρεύς) Neptuni & Salaminis filius, qui ob morū aſperitatem ὄφις, hoc eſt ſerpens cognominatus eſt. Hunc Eurylochus, cùm inſulā uaſtaret, expulit: ſuſcepit autem eū Ceres in Eleuſine, ſuumq́; fecit ſacerdotem. ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquandiu Cychrea appellata eſt. Vide Stephànum.

CYCLADES, pen. co. (κυκλάδες) inſulæ ſunt maris Aegæi, teſte Strabone libro. 10. circa Delum in orbem ſitæ: unde & nomen acceperūt. Oui. 1. Triſtiū. Cyclades Aegæas obſtupuiſſe reor. Alij dicunt uocari Cyclades, non quia in rotūditatem ſitæ ſint, ſed quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. Vnde & Verg. 3. Aen. Sparſaſq́; per æquor) dixit) Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

CYCLAMINVS, fœminini generis, (κυκλάμινος) uel Cyclaminum, herba eſt, quam noſtræ ætatis ruſtici Panem Porcinum uocant, quod eius pabulum porcis in primis iucundum eſſe, ſubulci experiantur. De hac Plin. lib. 12. cap. 9. In uepribus, inquit naſcitur cyclaminum: de quo plura alias. Flos eius coloſſinus in coronas admittitur.

CYCLAS, adis, (κυκλάς) ueſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulū, & κυκλόω circundo dicunt. Iuuen. Hæ ſunt, quæ tenui ſudant ex cyclade. Proper. Et cyclade longa Verrit humum. Videtur autem eſſe ueſtis tenuiſſima explicatilis & ſpatioſa, qualem ſolent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenſes mulieres in Italia geſtare.

CYCLI, (κύκλοι) quaſi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia uænibāt. Id aūt nomen eſt tractum à circulari circunſiſtentia uendendorum. Cyclus enim rotundum ſignificat. Quare Menander ait: Itaque ego mihi uideor per deos immortales uidere, me ipſum indutum currere circum, ac uænire.

CYCLOBORVS, fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. Vide prouerbium Cyclobori uox.

CYCLOPES, pe. pr. (κύκλωπες) gigantes, ſeu populi antiquiſſimi in Sicilia, iuxta Aetnam, uno oculo in fronte. qui omnium primi æris fabricam inueniſſe traduntur: hinc factus eſt locus fabulæ, ut Vulcani miniſtri credantur, & Iouis fulmina fabricare. Inter hos præcipue celebrantur à Poetis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Verg. lib. 8. Aene. Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro, Brōteſq́; Steropeſq́;, & nudus membra Pyracmon, &c. Dicti autē putantur Cyclopes ab eo quod oculum unum orbicularem in fronte haberent, κύκλος enim circulum ſignificat, ὢψ lumen, ſiue oculum.

CYCNVS, uide Cygnus.

CYDA, (κύδας) proprium uiri Cretenſis, de quo ſic Ci. Philip. 5. ſcribit, Anteſignanos, inquit, & manipulares & alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O' conceſſum iudicium præclarum, o dignitatem conſilij admirandam, pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere, Cydam Cretenſem, portentumq́; inſulæ, hominem audaciſſimum & perditiſſimum: ſed fac ita non eſſe, num Latinè ſcit? num ex iudicum genere & forma? num leges noſtras moresue nouit? num denique homines? eſt enim uobis Creta notior quàm Roma Cydæ. Hæc Cic.

CYDIAS, (κυδίας) pictor, Argonautas pinxit, quam tabulā CLXIIII. talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eiq́; ædem in Tuſculano ſuo fecit. emicuit Olympiade CXIIII. Pli. lib. 35.

CYDIPPE, (κυδίππη) puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut ſuperius traditum. Ouid. Littera Cydippen pomo prælata feſellit. Inſciaq́; eſt uerbis capta puella ſuis. Eſt etiā nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Geor.

CYDNA, æ, (κύδνα) olim dicta ſunt Macedoniæ ciuitas quæ poſtea corrupto nomine Pydna appellata eſt. Auctor. Steph.

CYDNVS, (κύδνος) Ciliciæ fluuius, non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens: puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Huius meminit lib. 11. Iuſtinus. Tibullus lib. 1. At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis Cęruleus placidis per uada ſerpis aquis. Solinus ſcribit amnē à candore, Syrorum lingua nomen ſortitum. Vitr. li. 8. c. 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprime ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: de cuius rei experientia Caſſij Parmenſis poetæ, ad M. Antonium epiſtola extitit, ut li. 12. adnotauit Pli. Conſtat Apollonium aliquando per epiſtolam Tarſenſes ſugillaſſe, quòd iuxta Cydni aquas otiantes, tāquā fluuiatiles aues ſederēt quietæ aquę pulchritudine quaſi ebrij facti ut Philoſtratus ſcribit lib. de eius uita primo.

CYDONIA, (κυδωνία) inſula eſt ante Lesbon, dicente Pli. lib. 2. cap. 103. in Cydonia inſula (inquit) ante Lesbon fons eſt calidus, Vere tantum fluit.

CYDON, (κυδωνία) inſigne Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a, um. Oui. 8. Metamorph. Cydonio fundebat ſpicula cornu. Verg. Eclog. 10. Ire libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellauit. Plin. lib. 15. cap. 11. His proxima amplitudine mala, quę uocamus Cotonea, et Gręci Cydonia, ex Creta inſula aducta. Seren. Aut quæ poma Cydon Cretæus miſit ab oris. Inde Cydonites appellat Palladius cibum ex Cydonijs decoctis, & melle confectum. Cotoneatum uulgo dicitur. Cydones item dicuntur urbis huius incolæ, ſagittandi peritia inſignes. Eſt item uiri proprium apud Verg. 10. Aeneid. Cum ſequeris Clytium

tiſ infelix noua gaudia Cydon. Quē in locum Seruius annotauit, nomen hoc, cùm uiri proprium eſt priorem producere: eandemq; corripere, quando eſt gentile. Idem 11. Aen. Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit.

CYGNVS, uel potius Cycnus, {Cygno}(κύκνος) Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutam uocem habens, præſertim imminente iam morte: tunc. n. doloris magnitudine in querelam fertur erūpere, & ſibi adhuc uiuæ lugubre carmē canere. Ci. 1. Tuſc. Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt ſ. q ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cū cātu & uoluptate moriantur. Marti. lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Rauci cygni. Vergi. 11. Aen. Dant ſonitū rauci per ſtagna loquacia cygni. Fuit autem Cygnus (ut Poetæ fabulanē) Ligurū dux, Phaetontis amator, qui poſt illius interitum diutino fletu in hāc alitem mutatus eſſe fertur. Huius filium Cupauonem, Verg. lib. 10. dicit habere cycni pennas in galea, ad formę paternæ inſigne monſtrandum: Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſierim Cycne, et paucis comitate Cupauo, Cuius olorinæ ſurgunt de uertice pēnæ. Cygneus, a, um, media producta (κύκνειος) ut, Vox cygnea, quæ eſt cygni. Cygnea cantio, Prouerbium cōueniens in eos qui ſupremo uitæ tempore facundē differunt. Vide Eraſm. Chiliades. Ci. 3. de Ora. Illa tanquā cygnea fuit diuini hominis uox & oratio, quā quaſi ſpectātes poſt eius interitum ueniebamus in curiam: ut ueſtigiū illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur. Quandoque Cygneus dicitur candidus. Fuit inſuper Cygnus filius Martis: de quo Heſiodus in aſpide, ἔνθ᾽ ἄρα κύκνος μεν ὑπερμενέος δ᾽ ἐς υἱὸς Κρονίωνος μεμαῶς ἀσπίδι ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος. id eſt, Vbi certē Cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidere promptus, ſcuto iniecit æream haſtam. Fuit & alius Cygnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis: cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, cūm fruſtra eum iaculis appetiſſet, tandē re intellecta humi eū proſtrauit, genibusq; collo innixus, animam eripuit: cumq; cadauer ſpoliare uellet, arma uacua inuenit, Cygnumq; in auem ſui nominis uidet commutatum. Vide Ouid. 12. Metam.

CYLBIANI MONTES, (κυλβιανὰ ὄρη) maioris Phrygiæ colles ſunt, ex quibus Cayſter fluuius profluit. Auctor Plin. lib. 5. ca. 29.

CYLINDRACEVS, a, um, (κυλινδροειδής) quod eſt factum ad ſimilitudinem cylindri hoc eſt, teres et oblongum. Plinius ſcribit ſiliquas piſi, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Anaximander item dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.

CYLINDRITES, (κυλινδρίτης) lapis eſt oblongus & teres, ex genere pyritarum, colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

CYLINDRVS, {Pietra longa e tonda}(κύλινδρος) colūnula lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent. Verg. 2. Geor. Area tū primum ingenti eſt æquāda cylindro. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδειν, id eſt, à uoluendo. Neq; uerò ſolùm de hoc ruſtico inſtrumento Cylindrus dicitur, uerùm etiam de eo omni, quod figuram habet abſolute teretem ita, ut facilè uolui poſſit. Cic. de Fato: Sed reuertatur ad cylindrum, & turbinem ſuū, quæ moueri incipere, niſi pulſa nō poſſunt. Id autem cùm accidit ſuapte natura, q ſupereſt, & cylindrum uolui, & uerſari turbinem putat. In gemmarum quoque generibus Cylindri dicuntur ueteres, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus ſolent ſuſpendere. Iuue. Sat. 2. Donat arcana cylindros. Plini. libr. 37. cap. 5. de beryllis loquens: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, q̄ gemmas, qm̄ eſt ſumma condemnatio in lōgitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos eſſe, gemmas uerò quadratas, anguloſas, aut rotūdas. Solinus ſimiliter ſcribit, Indicos regea gēmas i lōgiſſimos cylindros fingere cōſueuiſſe.

CYLLARVS, (κύλλαρος) nomen unius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, ſecundum Verg. 3. Georg. Talis Amyclęi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorū Graij meminere poetæ. Atqui Caſtor equorum domitor fuit, ſed fratrem pro fratre poſuit, poetica licentia: ut, Quaa illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à ſanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Seruius.

CYLLEBORVS, Stheleni filius, qui uigente bello Troiano cū Aegiale Diomedis uxore conſuetudinem habuit. Seruius.

CYLLENE, (κυλλήνη) mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compreſſa, Mercurium peperit: ut auctor eſt Verg. lib. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum uertice fudit. Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

CYLLENIVS, pe. pr. (κυλλήνιος) & per duplex ll, Mercurius dicitur, ſiue quod omnem rem ſermone, ſine manibus cōficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ uocantur: ſiue q in Cyllena urbe, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: ſiue, q in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipſe etiam Verg. Sequitur lib. 8. Aene. cuius uerba citauimus paulò antè in dictione Cyllene. Luca. lib. 1. Motuq; celer Cyllenius hæret.

CYLLO, cyllonis, uidetur idem ſignificare, quod mutilus, debilis, & cui Craſſa ſunt genitalia. quod genus hominum etiam Gręci κυλλοὺς uocant. Cic. in Salluſt. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorū fuit in urbe, municipijs, colonijs, Italia tota, &c.

CYMA, {Cima. Dan. Com' la fronde che flette nella cima}(κῦμα) tenerior delicatiorq; cum aliarum herbarū, tum præcipuè braſſicę cauliculus qui in prima germinatione in ſumma ſtirpe prouenit. Nam cum uernum tempus appetit, primo quoq; ſoliorum pullulatu, præcluſis adhuc florum calycibus, quidā quaſi turiones in herbis enaſcuntur, in quibus floris primum, mox & ſeminis foetus concluditur. Plin. lib. 19. cap. 8. Cymas Braſſica à prima ſectione pręſtat proximo uere. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druſo Cæſari faſtiditus, nō ſine caſtigatione Tyberij patris. Et deinde: Poſt cymam ex eadem braſſica cōtingunt æſtiui autumnaleſq; cauliculi, mox hyberni, iterumq; cymæ, nullo ęque genere multifero. Idem libr. 20. ca. 9. Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, etſi inutilis habetᷣ, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam exiſtimarunt Cymæ nomine à Plinio peculiari braſſicę quoddam genus intelligi: qui error in hoc etiam dictionarium irrepſerat, quem nos hac editione, ut multa alia id genus, fideliter emendauimus. Neque enim hoc ſentit Plinius ex multis braſſicæ generibus cæteris ſuauitate præſtare illud, quod Cymam uocāt: ſed hoc potius, in omnibus braſſicæ generibus partem plantæ totius ſuauiſſimā eſſe Cymam. Celſus: Mali eſt ſucci braſſica, magiſq; etiam cyma eius. Cola. Maior pars eius braſſica in Cymam proſilit. Pro eodem etiam dicimus Cyma, atis. Colu. libr. 10 Frigoribus caules, & ueri cymata mittit.

CYMA, (κύμη) y more Latinorum in u mutata, Cuma, oppidum eſt Aeolidis: de quo uide paulò antè copioſius in dictione Cuma.

CYMATILIS, ueſtis (κυματίας) dicitur, quæ undarū colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. Colorē hunc περιφανῶς deſignat. Ouid. lib. 3. de Arte: Hic undas imitatur: habet quoque nomen ab undis: Videtur itaq; color hic cæruleus eſſe, aut certè cæruleo proximus.

Sunt tamen qui Cymatilem ueſtem eſſe putant, quam nos undulatam uocamus, q undis quibuſdam ſit uariegata. Si tamen Ouidij locum propius inſpicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere ſentire, qui & Thalaſſicus dicitur, non de texturæ uariegatione, quæ cuſpitudine quadam undarum ſimilitudinem referat.

CYMBA, {Barca}(πορθμεῖον, κύμβα) genus nauis piſcatoriæ. Cic. 3. Offi. Opipare à Pythio apparatum conuiuium cymbarum ante hortulos multitudo, pro ſe quiſque quod ceperat afferebat. Eſt item Cymba, portitorū nauicula, qua amnes aut lacus traijciuntur: unde etiam Poetæ Charonti Cymbam aſſignarunt. Vergi 6. Aene. Gemuit ſub pondere cymba. Cymbula, ę, diminutiuum. Plin. in Epiſt. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerarijs adhæreſcunt.

CYMBALISTÆ, (κυμβαλισταί) qui pulſant cymbala: ſicut tympaniſtæ, qui tympana pulſant. Apul. de Deo Socratis: Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarū, & tympaniſtarum, & choraularum.

CYMBALVM, {Cembalo}(κύμβαλον) inſtrumentum muſicum, quod in ſacris Matris deum cum tympanis habebatur. Cic. in Piſonem: Quos neque hercule ego neq; ſupercilium tuum, neq; collegæ tui cymbala, ac crotola fugi. Vnde Cymbaliſſare, (κυμβαλίζειν) cymbala quatere. Caſſius Hemina li. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat.

CYMBION, (κύμβιον) poculi genus eſt oblongum et Anguſtum, teſte Didymo, ſimile nauigio, quod κύμβην uocant. Dyoniſius Samius, referēte Athenęo, idem putat eſſe Cymbion cum eo quod Homerus κισσύβιον uocat: ita dictū, (ut quidam putant) quod ea ciſſi, hoc eſt hederæ ligno confici ſoleat.

CYMINDIS, (κύμινδις) accipitris genus, noctu tantum uolans, rarū etiā in ſyluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, ſępeq; deprehenduntᷣ cohęrentes. Auctor Pli. lib. 10. ca. 8. Home. χαλκίδα uocat, quaſi χαλκίζουσαν τὴν χρόαν.

CYMINI SECTOR, (κυμινοπρίστης) homo auarus, & ſordidus dicitur, qui uel uiliſſimis ex rebus lucrum quærit, miniaq; parſimonia rem augere ſatagit. Tractū eſt adagium à cymini ſeminis uilitate ſimul et exilitate. Vide Eraſmi Adagia.

CYMINVM, pe. pr. {Comino}(κύμινον) herbæ genus, cum ſemine eiuſdem nominis, quod nos y, in u uertentes, Cuminū dicimus. Eius duo ſunt genera: quæ uide ſupra in dictione Cuminum.

CYMINVS, pe. c. (κύμινος) Hetrurię lacus eſt, ad ſex millia paſſuum ab urbe Viterbio, Cymino monti ſuppoſitus: ut Appianus oſtendit. De huius lacus origine talia refert Seruius: Aliquando Herculem ad hos populos ueniſſe: et quum à ſingulis prouocaretur, ad uirium oſtentationem, uectem ferreum, quo exercebatur humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet euellere, Herculem tandē eum ſuſtuliſſe: tantamq; repentè aquæ uim erupiſſe, ut Cyminū efficeret lacum. Hæc Seruius illud Vergilij explicans Aen. 7. Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua, Et Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos.

CYMODOCE, uel Cymodocea, (κυμοδόκη) Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teſte Heſiodo in Theog. Verg. 10. Aenei. Cymodoceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Aeneę in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarū (inquit) quæ fandi doctiſſima, Cymodocea.

CYMOTHOE, p. c. (κυμοθόη) Nympha marina, Nerei & Doridis filia, teſte Heſiodo in Theogon. ita dicta, quod per fluctus diſcurrat. Verg 1. Aenei Cymothoe, ſimul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naues ſcopulo. Eſt item Cymothoe, fons notiſſimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cuius meminit Plin. lib. 4. cap 5.

CYNA, æ, arbor eſt in Arabia, folio palmæ ſimili, ex quo Arabes ueſtes ſibi cōficiunt. Auctor eſt Plin. li. 12. cap. 11. Cyna etiam κυνῆ pilei genus fuit, quo Lacedæmonij uti ſolent. Vide Bayſium de Re ueſtiaria.

CYNACANTHA, {Vua criſpina}(κυνάκανθα) arbuſcula, quæ acinos uelu ti uuæ producit. Latini Caninam ſentem, & uulgò Vuam ſpineam nominant.

CYNÆTHA, (κύναιθα) oppidum eſt Arcadiæ iuxta Lepreon: ita dictum ab Aeneæ ſocio uita functo, & ſepulto, ut placet Dionyſio lib. 1. Antiquit. aut (ut Steph. mauult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit huius oppidi Pli. li. 4. c. 6.

CYNAMOLGVS, auis eſt Arabiæ peculiaris, ex cinnami ſurculis nidū conſtruens, quem deinde accolæ plumbatis ſagittis deijciunt. Auctor Pli. li. 10. ca. 33. Apud Achatium hæc auis nō Cynamolgos, ſed Cynnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plinium legendum ſuſpicantur.

CYNANCHE, es, (κυνάγχη) morbi genus eſt, ſpirationis difficultatem, et ſuffocationis periculum afferens: Latine Angina appellatur. Proprie tamen Cynāche dicitur, cum Laryngis, hoc eſt, gutturis interiores muſculi inflammant. Nā cum exteriores eiuſdem muſculi inflammationem patiuntur παρακυνάγχη appellatur. Eſt & ex anginarū genere Synanche, per ſ in prima ſyllaba, (συνάγχη) qui peculiaris eſt Pharyngis, ſiue faucium morbus, cùm illarum muſculi interni inflammantur, quemadmodum & παρασυνάγχη, cum exteriores earūdem muſculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera Cynanches nomine complexus eſt.

CYNARAS, (quod hic corruptè legebatur.) Vide Cinyras.

CYNEAS, lege Cyneas per i.

CYNEGETICA, (κυνηγετικά) dicuntur uolumina de uenatione conſcripta. Nam κυνηγὸς, καὶ κυνηγέτης Gręcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiuſdam fragmentum. Flauius quoque Vopiſcus refert Olympium Nemeſiam ſcripſiſſe Cynegetica.

CYNEGIRVS, Athenienſis ciuis fuit, cuius tanta in prælio nauali aduerſus Perſas inito fuit pertinacia, ut nauem hoſtium dextera iniecta ui retinuerit, eaq; amputata, iniecerit & ſiniſtram: quam et ipſam cum amiſiſſet, morſicus nauim

uinum, Coi populi, Cice. 6. Verr. Artifex Cous dicitur Appelles κατ' ἐξοχὴν. Ouid. 4. de Ponto: ut Venus artificis labor eſt & gloria Coi. Cous præterea Græcè, Latinè Senio, numerus eſt in talo, Cani cõtrarius, qui & Venus dicitur: quem qui ieciſſet, ſca lucrifaciebat: qui uero canem, nummũ unum addebat. unde etiam Damnoſa canicula a poetis uocatur.

C O X A, & C O X E N D I X, {Coſcia} (ἰσχίον) pro eodem accipiuntur. Sunt. n. Coxendices, ſiue Coxæ, oſſa duo, ſacro oſſi utrinq; aſtricta, cauaq; quędam habentia acceptabula, quibus oſſium femoris capitula inſeruntur. Græcè ἰσχία appellantur: unde Iſchiadicus morbus, qui coxendices infeſtat. Vnde Iſchiadici dicuntur, i. coxendicibus laborantes. Pli. lib. 25. Coxendicibus & articulis omnibus cũ axungia utiliſſima. Cato incantamentũ docet ad ſanandas coxendices luxas, hoc eſt, loco ſuo motas. Sueto. de Auguſto: Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro, nõ perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret. Pli. iu. Epi. Hunc dũ ſequitur colligitq; per læue, & lubricum pauimentum, fallente ueſtigio cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coijt.

C A N T E R.

C R A B R O N E S, {Calabroni} (ἀνθρηνοί, σφηκίαι) inſecta uolucria, ueſpis ſimilia, ſed maiora. Degunt in ſyluestrium arborum cauernis: uita hiematum nõ tranſeunt, creantur ex equis. Vide Plin. lib. 11. cap. 22. & lib. 20. cap. 13. & libr. 29. cap. 4. Spicula crabronum, Ouid. 11. Metam. Aſper crabro, Verg. 4. Georgi. Irritare crabrones. Plaut. Amphit.

C R A G V S, (κρᾶγος Stephano) mons Lyciæ, Tauri pars, ut ſcribit Pomponius li. 1. & Pli. cap. 27. lib. 5. ex oppoſito habens montem Anticragum, ſic dictus a Crago Tremiletis ex Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm. Syluis aut uiridis Cragus, &c. Ouid. Metamo. lib. 9. Iam Cragon, & Lymiræ, Xanthiq; reliquerat undas.

C R A M B E, es, fœ. ge. (κράμβη) braſſicæ ſpecies eſt apud Plin. lib. 20. cap. 9. amari ſaporis, tenuioribus folijs & ſimplicibus, non ingrato guſtu, ſed quæ recocta faſtidium pariat & nauſeam. Vnde profectum eſt prouerbium, Crambe recocta mors eſt. Græcis tamen Crambe generale nomen eſt, ad ea omnia extenſum, quæ Latinis Braſſicæ appellatione continentur. Crambe dicta, (ut quidam putant,) quaſi κοράμβη παρὰ τὸ τὰς κόρας ἀμβλύνειν. hoc eſt ab eo quod oculorũ pupillas obtundat, hebetetq;. Vnde & κοράμβη ab Atticis appellatur. Quanquã ſunt, qui uocis huius etymon ad aliam eius herbę naturam malint referre, ut Crambe dicta ſit, quaſi κραιπάλῃ ἀμβῇ, ſeu potius ἀντιβῇ, hoc eſt, quaſi crapulæ occurrat, ſeu reſiſtat. Nã uino aduerſatur, ut inimica uitibus: unde ſumpta in cibis ebrietatem arcet, & crapulam iam contractam diſcutit.

C R A M B V S A, (κραμβοῦσα) inſula eſt circa Seleuciam Iſauriæ. Auctor Strabo libro 14.

C R A N A V S, (κραναός) Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceſſit, à quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt.

C R A N E V M, (κράνειον) gymnaſium erat apud Corinthum, Cice.

C R A N E A, pe. pr. (κράνεια) exigua regio eſt Ambraciotarum: cuius incolæ dicuntur Craneates. Stephanus.

C R A N E V S, (κρανεύς) primum Macedonum rex, à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo interuallo reges circiter 37. in Macedonia regnarunt. Auctor Volater. lib. 13.

C R A N I O N, nñ. (κράνιον) Cephalleniæ ciuitas eſt, quam Tucydides libro 5. κρανίους uocat plurali numero.

C R A N O N, onis. (κρανών) urbs Theſſalię Pelaſgiotidis, in campis, qui Tempe appellantur: centum ſtadijs diſtans a Cortone Stephanus ex Strabone.

C R A N I V M, {La caluitie del capo} (κρανίον) eſt calua capitis, et poculi genus, caluæ figuram referens.

C R A N T O R, (κράντωρ) Solenſis, Academicus philoſophus fuit, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis, & Palæmonis, qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. hic ſcripſit librum de Conſolatione, quem Cicero æmulatus eſt. Perijt aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorum indolentiã, quæ eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominem ſaxeum eſſe uelimus, et omni ſenſu carentem. Horat. lib. 1. Epiſt. Troiani belli ſcriptorem, Maxime Lolli, Dum tu Declamas Romę, Pręneſte relegi, Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Planius ac melius Chryſippo & Crãtore dicit. Alius fuit Pelei armiger, de quo Ouid. lib. 12. Metamor.

C R A P V L A, {Crapula} (κραιπάλη) id eſt, lucta capitis, & omnis noxa à uinoſitate proficiſcens. Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, & exhala. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitiam reſinatum nulli cõducit, capitis dolorem et uertigines facit: ab hoc dicta Crapula eſt. Vbi hoc uidetur innuere, Crapulam dici ἀπὸ τοῦ τὸ κάρηνον πάλλειν. hoc eſt, ab eo quod caput uertigine concutiat. Ariſtoteles in Problemat. in eo diſtinguit Crapulam ab ebrietate quod Ebrietas unà cum mente adimit & ſenſum doloris. Crapula uerò conſtante mente caput affficit. Hinc Acrępala, (ἀκραίπαλα) a Græcis uocantur medicamenta, quæ Crapulæ reſiſtunt: inter quæ numeratur & braſſica.

C R A P V L O R, aris, deponens, (κραιπαλᾶν) eſt cibo, & uino ſe ingurgitare.

C R A S, {Dimane, domani, domattina} (αὔριον) aduerbium temporis, idẽ ſignificans quod die proxime futuro, ſicut Heri, die proxime elapſo. Hora. Quid ſit futurum cras fuge quærere. Accipitur interdum pro nomine ſubſtantiuo, idẽq; ſignificat quod dies craſtinus. Martia. Cras te uicturũ, cras dicis Poſthume ſemper: Neſcio cras illud poſthume quãdo uenit. Nõnunquã ponitur indefinite pro quouis tempore futuro. Plau. in Aulu. Quæ cras ueniet, perendie feratur foras.

C R A S I S, (κρᾶσις) ut a Medicis accipitur, idem eſt quod temperamentum, hoc eſt, proportio quædam primarum qualitatum, exiſtentium in elementis, ex quibus corpus miſtum eſt, & conflatum. A' Grammaticis Craſis accipitur pro contractione duarum ſyllabarum, in unam coaleſcentium: ut (ταὐχος, pro τοῦ χειρὸς). Dicta Craſis, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod eſt, miſceo, ſiue tempero.

C R A S S A M E N, inis, {Graſſume} a Craſſus. Colu. libr. 12. cap. 35. Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

C R A S S A M E N T V M, (πάχος) craſſities. Gel. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamẽto, eiuſdẽ longitudinis, deraſi, atq; ornati, ſimiles. Sic colu. Craſſamentũ uini fæculenti dixit: & lib. 12. cap. 25. Craſſamen, pro ſedimento,

C R A S S E S C E R E, {Diuentar graſſo, ingraſſare} (παχύνεσθαι) eſt craſſum fieri, uel pingue. Pli. lib. 1. Qui neq; in nebulã denſetur, nec craſſeſcat. i. craſſius fiat.

C R A S S I T I V S, genere Surrentinus, ordinis libertini cognomine Paſides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitq; inter alios Iulianũ Antonium, Antonij Triumuiri filium. Auctor Tranquillus.

C R A S S I V E N I V M, aceris arboris genus uiliius, a uenarum craſſitudine dictum. Pli. lib. 16. cap. 15.

C R A S S V S, {Graſſo, corpulento} (παχυλός, παχύς) ſpiſſus, denſus, pinguis, ac ponderoſus. Ter. in Hecy. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Cic. 1. Tuſc. Craſſus, & concretus aer. Plau. in Pſeu. Suram ubi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Hinc Craſſities & Craſſitudo, pro pinguedine συστάσις, παχύτης. Cæſ. 2. bell. Ciu. Craſſitudo parietum quinq; pedum. Item Craſſare, (παχύνειν) et quod uſitatius eſt, Incraſſare, hoc eſt, craſſum, & pingue facere. Craſſa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, ſimpliciusq;, quaſiq; indoctius ſit, non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura. Hor. 2. Sermo. Ruſticus, anormis, ſapiens, craſſaq; Minerua. Craſſe, aduerbium, παχυλῶς. Colum. lib. 12. cap. 43. Lata uaſa in modum patinarum fieri iubebat, eaq; intrinſecus & extrinſecus craſſe picari.

C R A S S V S, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditiſſimus fuit, qui negabat quempiam habẽdum eſſe diuitem, niſi qui exercitum annuo reditu poſſet alere. Hic poſtea cum Pompeio & Cæſare Triumuir factus, cupiditate auri, ut fertur, in Parthos expeditionem ſuſcepit: à quibus ipſe cum filio adoleſcente et uniuerſo exercitu deletus eſt.

P. C R A S S V S, Oratoris frater, iuris peritiſſimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ cũ Marianarũ eſſet partiũ, nec incideret in manus inimicorũ, ſeipſum interemit. Huius filius M. Craſſus, Romanorũ ditiſſimus, cum Pompeio & Cęſare Triũuiratũ init: quorũ planè auctoritate Reſpu. aliquot annos regebatur. Ad bellũ miſſus gladiatorũ, qui duce Spartaco in Cãpania inſurrexerant, Vatiniũq;, Gelliũ, ac Lentulũ Romanos imperatores fugauerãt, duodecim millibus hoſtiũ unà cũ eorũ duce cæſis, apud Rhegiũ iuxta Leucadis paludẽ uictoria potitus ex quo urbẽ ouans ingreſſus eſt. Poſtremo cũ ei Syria ſorte obueniſſet, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amiſit. Ipſe demum infeliciter rẽ gerens, à Surina regis præfecto captus, atq; interfectus eſt. Auctor Cic. in Paradoxis. Alter Craſſi filius, Cæſaris legatus fuit in bell. Gall. & in Cæſarianis tandẽ partibus adoleſcens occubuit: fuit autem diſcipulus. Cic. De quo hęc in Orato. Erat enim Craſſus (inquit) cum inſtitutus optimè, tum etiã perfectè planeq; eruditus: grauis, & ſine ſegnitie uerecundus eſſe uidebatur. Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ: quia nauauerat miles operã imperatori, imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. Hæc Cicero.

L. C R A S S V S, orator, ſuperioris filius, qui cum Antonio à Cice. introducitur in libris de Orato mirifico quodam pudore præditus fuit, qui tamen non modò nõ obeſſet eius orationi, ſed etiã probitatis cõmendatione prodeſſet. Accuſauit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens: ex quo ſummã ingenij non laudẽ modò, ſed etiam admirationẽ eſt cõſecutus. Defendit poſtea Liciniam uirginem, cum annos XXVII. natus eſſet, in ea ipſa cauſa fuit eloquentiſſimus, orationisq; eius ſcriptas quaſdam partes reliquit. Voluit adoleſcẽs in colonia Narbonenſi cauſæ popularis aliquid attingere: eamq; coloniam, ut fecit, ipſe deducere. Hæc ex lib. de Orato. & Bruto Cicer. in quo lib. eſt elegantiſſima ipſius Craſſi cum Antonio & Scæuola comparatio. Deploratur multis uerbis Craſſi mors à Cicerone, in Exor. 3. lib. de Orato.

C R A S S V S P. L I C I N I V S, ante ætatem Pont. Maxi. factus (quod antiquã antea contigit) Conſul creatus, profectus eſt contra Ariſtonicum, Eumenis filiũ. In quo prælio, profligato exercitu, ipſe ne in manus hoſtiũ ueniret, baculo Barbarum quendam, in acie oculo conuerberato, in ſui necem prouocauit.

C R A S T I N O, aduerbium, {Domani} (αὔριον) idem quod cras. Gell. Si dominus menſium ad amicos reiecit, craſtino ſeges non metetur.

C R A S T I N O, as, {Allungare di di in di} (αὐριάζειν) ſignificat de die in diem traho, & differo. Hinc Procraſtino, & Recraſtino, eiuſdem ſignificationis.

C R A S T I N V S, na, num, {Coſa del giorno ſeguente} (ὁ ἐπιών) pen. co. a Cras fit: ſicut ab Heri, Heſternus. ut, Dies craſtinus, id eſt proxime aduemens. Verg. 1. Georg. Nunquam te craſtina fallet Hora, nec inſidijs noctis capiere ſerenæ.

C R A T E G O N O N, ſiue Cratæogonon, (κραταιόγονον) genus Satyrij herbę ſemine lini maiore, duræ radicis, cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

C R A T E R, eris, p. p. {Coppa. Boc. Gior. 4. Nou. 1. Fattoſi uenire una bella coppa d'oro} (κρατήρ) uaſis genus capacius, quo in libationibus, et ſolemnioribus epulis uti ſolent. Verg. 9. Aen. Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat. Ab huius uaſis ſimilitudine, Crater in monte Aetna appellatus eſt, foramen illud, per quod ignis euomitur. Oui. Et pronos currus medio cratere recepit. Et Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur, in quod fiſtulis aqua decurrit. Item ſignum cœleſte, quod oritur 16. calendas Martij, ueſpere. Item ſinus in litore Campano a Miſeno Athenæum uſque extenſus, duobusq; penè coeuntibus promontorijs incuruatus. ut eſt auctor Strab. lib. 8.

C R A T E R A, æ, pen. pro. Idem quod crater. Hor. in Sermo. Siue grauis ueteri crateræ limus adhæſit.

C R A T E R R A, ab antiquis dicta eſt, teſte Nonio, quam nos Situlã uocamus. Cice. 2. de Nat. deo. In medioq; ſinu fulgens craterra relucet. Loquitur de urna Aquarij, cœleſtis ſideris.

C R A T E R I T E S, gemma eſt prædurę naturæ, inter chryſolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. capi. 10.

C R A T E R V S, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius geſtas ſcripſit, cuius meminit in Ariſtide Plutar De hoc Perſius tertia Satyra: Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

C R A T I S, {Gratticcio, grata} (ταρσός) eſt rara quædam lignorum, uel uiminum uel etiam ferramentorum connexio. Cæſ. 7. bel. Gall. Proximam foſſam cratibus contegunt.

C R A T I T I V S, a, um, {Coſa fatta di gratticcio} quod ex cratibus fit: ut Cratitij parietes, qui cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus erectis, tranſuerſiſq; in modũ cratis. Alio nomine uocantur Intergerini, quod uicinorum cœnacula ijs dirimerẽtur. Vitru. lib. 2. Cratitij parietes uelim ne inuenti quidem eſſent: Quantum. n. celeritate & loci laxamento proſunt, tanto maiori & communi ſunt calamitati, quod ad incendia, uti faces, ſint parati.

C R A T E S,

CRATES, (κράτης) nomen eſt philoſophi Thebani: qui, ut philoſophię uacare poſſet, proiecto in mare non paruo auri pondere, abite (inquit) peſſum malę cupiditates: Ego uos mergam, ne ipſe mergar a uobis. neq; putauit ſe poſſe et uirtutes, & diuitias ſimul poſſidere. Suidas autē tradit, Cratetē omnē pecuniā in ſubſtantiā redegiſſe, & apud trapezitam depoſuiſſe, ea lege, ut ſi filij philoſophi eſſent, eam egenæ plebi diuideret: ſin idiotæ, eis, quod acceperat, bona fide reſtitueret. Ita enim iudicabat uir ſapientiſſimus, homini philoſopho, ſapientiæ ſectatori nihil deeſſe ad beate uiuendum. Fuit & Poeta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. Item & Grammaticus, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Ariſtophanis Grammatici, Criticus, ſiue Homericus cognominatus. Scripſit in Iliа. & Odyſſ. lib. 9. Cōmen. Auctor Suidas. Hic, ut ait Trāquil. ſtudiū grāmaticę primū Romā intulit: miſſus enim ad Senatū ab Attalo rege ſub ipſam Ennij mortem, plurimas acroaſes fecit, aſſiduęq; per omne tempus legationis diſſeruit: noſtris quoq; exemplum fuit admirandū. Hæc ille.

CRATHIS, cum th, aſpirato, (κρᾶθις) nomen eſt duorum fluuiorum, quorum unus eſt in Achaia proprie dicta, prope Aegas oppidum in ſinum Corinthiacū influens: cuius meminit Strab. lib. 8. Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis comiſq; flauum colorem inducere tradit Strabo. li. 6. Oui. li. Faſto. 3. Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes Paruus ager.

CRATICVLA, {*Gratella, graticola*} à cratis diminutiuum, in qua cibi torrētur. Mart. lib. 14. Parua tibi curua craticula ſudet ofella.

CRATINAS, (quod hic pro fluuij nomine corrupte legebatur) uide Cratis.

CRATINVS, (κρατῖνος) fuit poeta comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus ut Dionyſius Athenis, ſatyricam fabulā induxit. Hor. Eupolis atq; Cratinus Ariſtophanesq; poetæ. Hic autem fuit ſupra modū gulæ ac omni uoluptatum generi deditus, præcipue ebrietati: ad quod alludit Horat. in Epiſt. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino, Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt, Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

CRATIO, is, ire, {*Arpegare*} ταῤῥίζω, idem quod occo. Pli. li. 18. cap. 28. Vtiliſſimum ſimul & herbę arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno delapſum ſpargere, priuſquam cratiantur.

CRATIPPVS, (κράτιππος) Mitylenæus Philoſophus fuit, Ciceronis filij præceptor, qui Pompeo Pharſalico prælio uicto apud Mitylenen occurrens, uerbis ex Philoſophiæ penetralibus petitis, ad meliorem ſpē eum erexit. Plutarchus in Pompeio.

CRATIS, ſine aſpiratione, (κρᾶτις) Africę fluuius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

CRATYLVS, pen. cor. (κρατύλος) nomen Philoſophi, cui Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

CREARE, {*Creare, produrre. Pet. Creonui amor penſier mai nella teſta*} (κτίζειν, δημιουργεῖν) producere, gignere. Cic. 5. de Finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Dicimus quoque Creare fraudē alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Magiſtratus quoq; creari dicūtur. Cæſ. 7. Bel. Gall. Cum ſinguli magiſtratus antiquitus creari, atq; regiam poteſtatem annū obtinere conſueſſent. Hinc Creator, (δημιουργός) effector, genitor, conditor. Cice. pro Corn. Bal. Quod princeps ille creator huius urbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idē. 2. de Diui. Nobis hæc portenta Deum dedit ipſe creator. Creatio, onis, creandi actus. ut, Creatio magiſtratuum, Cice. 3. de Legi. Creatrix, icis, ut, Rerum creatrix natura, Luc. lib. 2. Creatura, (κτίσις.) Compoſita, Procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo, (ἀναλαμβάνω) pro inſtauro, reficio. Pli. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

CREBENIA, uide Cebrenia.

CREBER, crebra, crebrum, {*Frequente, ſpeſſo*} (συχνός, θαμινός) frequēs, quaſi creſcens numero, denſus. Verg. 3. Geo. Non tam creber agens hyemē, ruit ęquore turbo. Hinc aduerbium Crebro, (συχνῶς) frequenter. Cice. Att. lib. 2. Velim obuias mihi literas omnibus de rebus crebro mittas. Crebritas, et Crebritudo, (συχνότης) frequentia, & ſpiſſitudo. Cic. ad Att. lib. 13. Colloqui uidebamur, in Tuſculano cum eſſem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritasq; ſententiarum, apud eundem de Claris oratoribus.

CREBRESCO, is, brui, {*Eſſere fatto celebre, eſſere diuolgato*} (διαθρυλλεῖσθαι) celeber fio, & diuulgor. A' quo Percrebreſco. Pli. Epiſt. 137. Ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, auribuſq; prætendere: tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ auræ crebreſcunt. Verg. 3. Aen. Sermonem crebreſcere, Idem 12. Aene.

CREBRISVRVS, ſignificat uallū crebris ſuris, hoc eſt palis munitū. Feſtus.

CREDIBILE, {*Credibile, credeuole*} (πιστόν, πιθανόν) quod ita uериſimile eſt ut facile credi poſſit. Cic. 4. Verr. Multa enim, quę ſcio abs te eſſe cōmiſſa, quæ aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, prætermittā. Credibiliter aduerbium. Ci. pro Deiot. At quā non modò nō credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidē.

CREDITOR, oris, {*Creditore*} (χρήστης, δανειστής) dicitur cui debetur ex quacunq; actione, uel perſecutione, uel iure. Caius de uerb. ſign. Creditorū appellatione, nō hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed oēs, quibus ex quabbet cauſa debetur, ſi cui ex empto, uel ex locato, uel ex alio ullo contractu debetur. Hora. 2. Serm. Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto.

CREDITVM, {*Credito*} (δάνειον) appellatur id, quod nobis debetur: ut Puplicum creditum, apud Quin. lib. 5. cap. 10. Seneca de Benefi. lib. 2. Accipiā ergo, tanquam creditum, non beneficium.

CREDO, is, credidi, creditum, {*Credere, hauer fede, commettere alla fede d'alcuno, dare in preſtito, penſare*} (πιστεύω) ſignificat dictis uel factis fidem habeo, adhibeo, auctoritatē attribuo, uel adiūgo. Et ponitur uel abſolute. Ci. in Bruto. Audiui equidē iſta de maioribus natu, ſed nūquā ſum adductus, ut crederem. Vel cum accuſatiuo. Ci. Att. 7. Omnia facilius credere, poſſum, quā quod ſcribitis. Vel cū accuſatiuo, & datiuo. Idē. Famil. 13. Hoc mihi, ut teſti, uelim credas. Vel cum datiuo ſolo. Idē Fam. 5. Nō ſatis credidit homini prudenti. Verg. 2. Eclog. Nimium ne crede colori. Vel cū præpoſitione De. Idem Fam. 3. Bis ad te ſcripſi me purgās diligēter, te leuiter accuſans, in eo, quod de me cito credidiſſes.

Aliquando fidei committere, ſeu ſeruandum tradere, παρακαταθέσθαι. Plau. in Aulu. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. lib. 4. ad Heren. Nā cum canes funguntur officijs luporum, cuinā prȩſidio pecuaria credemus? Et non ſolum tradere, ſed et reuelare, ac manifeſtare ſignificat. Lactan. lib. 4. Iudęi quoq;, quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat. Interdum mandare. Colum. lib. 2. Vt iam percenſeamus, quot operis in aream perducantur ea, quæ terrę credidimus. Quandoq; mutuum dare, δανείζειν. Mart. Dimidium donare Lino, quā credere totum Qui mauult, mauult perdere dimidium. Cum accuſatiuo mediante In, ſignificat immittere, iniicere. Vergil. lib. 2. Georg. Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere. Interdum ponitur pro puto: & hoc uel abſolute. Cic. Fam. 9. Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudētia uincis, omnia credo uidiſti, nihil omnino te fefellit. Vel ſequente Quod, uel Quoniā, uel Quia. Idem Famil. 13. Quòd ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexiſti, credo, quia διὰ συμβόλων ſcripſeram. Inter credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum, Eccleſiaſtici hoc intereſſe putāt, quod Credere Deum, eſt credere Deū eſſe: Credere Deo, eſt fidem habere Deo, ſiue uerbis eius: Credere in Deum, eſt fide bona ſe cōijcere in Deum, & in eo ſpem omnem noſtræ ſalutis repoſitam habere. Huius uerbi compoſita ſunt Accredo, Concredo, quę uide ſuis locis.

Veteres Creduas pro credas dicebāt. Plau. Ipſius nec amat, nec tu creduas.

Creditur, impersonale, Cic. pro Sex. Roſc. Tamen non temere creditur, neq; leui coniectura res penditur. Hora. 2. Serm. Pratenſibus optima fungis Natura eſt: alijs male creditur.

CREDVLVS, a, um, {*Credulo facile al credere*} (εὔπειθής) qui omnia facile, uel temere credit. Ci. de Amic. Hæc etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum. Vnde Credulitas (εὐπείθεια) credendi facilitas. Mart. lib. 5. Et tumidus Galla credulitate fruar. Incredulus, qui non facile credit, δυσπειθής, ἄπιστος.

CREMASTERES, (κρεμαστῆρες) nerui, à quibus teſtes dependent. Colum. lib. 7. Priuſquàm ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellāt, quod ex illis genitales partes dependent.

CREME, es, (κρέμη) urbs Ponti, à qua gentile Cremeſius.

CREMENTVM, {*Accreſcimento*} (αὔξημα) à creſco, id eſt, augmentum.

CREMERA, (κρεμέρα) pe. cor. fluuius Tuſciæ, apud quem Fabij a Veientibus occiſi fuere, auctore Liu. lib. 2. Deci. 1. Oui. 2. Faſt. Vt celeri paſſu Cremerā tenuere capacē, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuu. Quid Cremerę regio?

CREMIVM, {*Carne ſoffritta, fritta in la padella*} (φρύγανον) caro frixa in frixorio, quæ quò magis torretur, eò magis uirtus & humor euacuatur. Vtitur hac uoce Pſalmorum interpres. Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Quidam frixorium uolunt eſſe: alij durum illud, quod in frixorio remanet.

CREMMYON, (κρομμύων Stephano) oppidum nō procul a Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem, quæ omnes agros deuaſtabat, occidit. Oui. lib. 7. Quod quę ſuam ſecurus arat Cremyona colonus, &c. Vbi alterum m, uerſus gratia, a poeta eſt eliſum. Crommyon autē per o, urbs eſt iuxta Aſcalonē: de qua infra.

CREMO, as, {*Abbruſciare, ardere*} (καίω) comburo. Pli. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbem. Huius cōpoſitum eſt Concremo, κατακαίω. Liu. Incluſi cum coniugibus ac liberis, domos ſuper ſeipſos concremarunt.

CREMONA, Vrbs eſt Galliæ Ciſalpinæ, non procul a Mantua, quę etiā hodie nomen retinet. Cuius ciues cum cōtra Auguſtum cum Antonio ſenſiſſent, Cæſar uictor, ueteranis ſuis eorum agros dedit: quibus non ſuffeciſſent, acceperunt etiam uicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc Verg. Eclog. 9. Mantua, uæ, miſeræ nimium uicina Cremonæ. De hac Stra. lib. 5. ſic ſcribit: Cis Padum uerò, circumq; Padum, celeberrimæ ſunt ciuitates, Placentia, & Cremona, media in regione propinquiſſimæ: inter has & Ariminum, ſunt Parma, Mutina, Bononia.

CREMOR, oris, {*Amido*} (Hermolaus χύλισμα dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato. Celſus: Cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

CRENÆ, {*Tagli, tagliature*} (γλυφίδες) ſunt inciſurę, a quibus Crenata herbarum folia uocant. hoc eſt, ſerrata, factaq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis ſigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habēt, crenę appellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio, in quam neruus inſeritur, Crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur, ſedetq; neruus. Crenę item dicuntur aſperitates quædam œſophagi, in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decreſcentibus crenis quicquid appropinquat uentri.

CREO, as, are. Vide Creare.

CREON, ontis, (κρέων) nomen Corinthiorum regis, qui Creuſam filiam Iaſoni deſpōſauit, de quo Seneca in Medea. Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum ſocer, & pater Iocaſtæ. Fuerunt & alij hoc nomine.

CREON, onis, (κρέων) mons eſt Lesbi inſulæ, cuius meminit Pli. lib. 5. ca. 31.

CREONTIADES, Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem uerſus a Iunone, quod Lycum interfeciſſet, interemit.

CREOPHILVS, (κρεώφιλος) pen. cor. nomen Samij poetæ, qui Homeri hoſpes & æmulator fuiſſe fertur. Vide Apuleium in Floridis.

CREPAX, acis, a crepando, ſicut ab edēdo Edax. Vnde Crepacem malam, quādam in Carmine dixit Mecœnas, referente Seneca Epiſt. 115.

CREPÆ, a principio capræ ſunt appellatæ, quod cruribus crepent. Feſtus.

CREPERVS, a, um, pe. co. {*Dubbio, dubbioſo*} idem quod dubius: unde Creperum bellum, anceps & dubium. Luc. lib. 5. Exæquataq; ſunt creperi certamina belli. Hinc etiam crepuſculum dicitur, tempus medium inter diem & noctem, quod tum crepera, hoc eſt, dubia lux ſit.

CREPI, luperci dicti ſunt, a crepitu pelliculārum, quę faciunt uerberantes. Mos enim erat Romanis, nudos diſcurrere in Lupercalibus, & obuias quaſq; fœminas pellibus ferire. Feſtus.

CREPIDA, æ, pen. co. {*Pianella*} (κρηπίς) Tuſcum calciamētum, teſte Seruio, quod corrigijs ligabatur. Apud Latinos poetas corripit primā, quamuis apud Græcos ſcribatur per uocalem longā η. Perſius: Non hic, qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuum eſt Crepidula, κρηπίδιον. Gell. lib. 13. cap. 12. Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum in fine tegun-

tur, cætera propè nuda, et teretibus habenis iuncta ſunt, Soleas dixerunt, nonnũ quã uoce Græca Crepidulas. Hora. in Serm. Chryſippus dicat, Sapiens crepidas, ſibi nunquam, Aut ſoleas fecit. Quidã hoc nomen à crepitu: hoc eſt, à ſono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen eſt, ex Gellij & Perſij auctoritatibus dicere uocem eſſe Græcam. Hinc Crepidarius, rij, (κρηπιδοποιὸς) qui crepidas conficit. Et crepidarius, a, um, quod ad crepidas pertinet: ut, Crepidarius cultellus.

CREPIDATVS, a, um, {*Che ha le pianelle*} (κρηπιδωτὸς) crepidis indutus. Cic. in Piſo. Is nocte intempeſta crepidatus ueſte ſeruili nauim conſcendit.

CREPIDO, dinis, {*Rimera bagnata dall'acqua, la bocca del pozzo*} (κυματωγὴ) p. p. ſignificat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat cũ currit, aut undas appellit. Col. lib. 9. Præiaciuntur in gyrũ moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. Per translationẽ uerò & putei extremam oram, quæ ad ipſum puteum reſpicit, quæ uulgò dicitur Os putei: & edi tioris cuiuſq; loci extremitatẽ ſolemus Crepidinẽ appellare, ut apud Hierony. In crepidine uię. Seneca. Quis crederet iacẽtẽ ſuper crepidinẽ Mariũ, aut fuiſſe, aut futurum Conſulem? Vnde & pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Verg. lib. 10. Forte ratis celſi cõiũcta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis, et põte parato.

CREPITACVLVM, {*Cembalo*} (σεῖστρον, κρόταλον) ſiſtrum æreum inſtrumentum quod manibus percuſſum reddit ſonũ, in Iſidis ſacris ſolenne, teſte Val. lib. 4. cap. 29. Col. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut teſtarum plerunq; uulgo iacentiũ ſonitu terreatur fugiens iuuentus. Quin. lib 9. cap. 4. Et ſonum edant puerilium crepitaculum. Crepitacillum, diminutiuum à crepitaculo. Lucre. lib. 5. Nec crepitacillis opus eſt.

CREPITO, as, {*Far ſtrepito*} (ψοφῶ) pe. co. crepitum edo: & proprie de cymbalis, & huiuſmodi dicitur, quamuis & de alijs rebus dici poſſit. Pli. lib. 12. c. 17. Myrrata reprehenduntur, crepitantq; in igne.

CREPICVLVM, ornamentũ capitis, quòd in capitis motu crepitũ facit. Feſtus.

CREPITVS, tus, {*Strepito*} (ψόφος, καρκαρυγὴ, βρόμος) ſonitus eſt, qui ex concuſſione & impulſu reſultat: unde pedentis ſonũ Crepitum uẽtris dicimus, quem Stoici ęquè liberum eſſe debere, atq; ructum affirmabant. Plau. in Curc. Vbi quid ſurripuere, operto capitulo calidum bibunt: Triſtes atq; ebrioſi incedunt: Eos ego ſi offendero, ex unoquoq; eorum eijciam crepitum polentarium.
Et crepitus plagarum dixit Cic. in Verr. 7. Crepitus dentium, Cic. 4. Tuſc. Crepitus armorum, Pli. lib. 2. cap. 57. Crepitus forium, Plau. in Curcu. Crepitus frænorum, Varr. lib. 2. cap. 7. Crepitus gladiorum, Hircius lib. 6. Crepitus imbrium, Pli. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedũ, Cic. in Topicis.

CREPO, as, pui, pitum, {*Far ſtrepito ſuonare*} (λακεῖν) ſignificat ſonare. Oui. Et crepat ad medios laurus aduſta focos. Per tranſlationem ponitur pro dolere, queri, accuſare. Hora. li. 1. Carm. Quis poſt uina, grauem paupertẽ crepat?
Hinc componuntur, Concrepo: id eſt, perſono, διαλακεῖν. Vnde Concrepare digitis, eſt digitis ſonum edere. Cic. Offi. 3. Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod etiam eſt crepitum uel ſonum emittere. Item reprehendere, ſed uelut cũ crepitu, id eſt, uerborum, pedum've ſtrepitu. Cic. 4. Acad. Sed tamẽ illis uerſibus increpant eorum arrogantiam, quaſi irati. Percrepo, ualde crepo. Cic. in Verr. Locum iſtum litoris percrepare totum mulierum uocibus, cãtuq; ſymphoniæ. Et habent pen. cor.

CREPVNDIA, orum, {*Ornamenti da bambini*} dicuntur prima munuſcula, quæ dantur pueris: ut ſunt faſciolæ, linteoli, ueſtes, bullæ, coralia, enſiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiuſmodi, quibus pueri delectantur: à crepando id eſt, tinniendo dicta, quòd infantes crepitaculis maximè gaudẽt. Plau. in Rud. Sunt crepundia. D. Ecca, uideo, quæ facie ſunt. Enſiculus eſt aureolus, primum literatus. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula anceps, item aurea, literata eſt. Poſt ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ. Et ſucula, & bulla aurea eſt, pater quã dedit mihi natali die. Pli. lib. 11. Semeſtris locutus eſt Crœſi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum.

CREPVSCVLVM, {*Luce dubia quando ſi fa ſera ouero giorno*} (δείλη) lux dubia, quæ fit ante ſolis ortum, & ante occaſum, ἀμφιλύκη: à crepero, hoc eſt, dubio, quia tunc multis dubium eſt, dies ſit iam, an nox. Lucanus. Longa re percuſſo nituere crepuſcula Phœbo. Hinc Crepuſci apud Sabinos nominati, qui eo tẽpore erant nati, & Sidonius horã ueſpertinam Crepuſculaſcẽtẽ dixit.

CRES, Vide Creta.

CRESCO, is, creui cretum, {*Creſcere, aumentare*} (αὐξάνω, προάγομαι, φύομαι) augeor. Iuuen. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Hinc Crementum pro augmento, αὔξησις. Huius compoſita ſunt Accreſco, adaugeor, ἐπιφύομαι. Concreſco, ſimul creſco, & coniungor, συμπήγνυμαι. Vnde Concretum, (συμπεπηλὸς) conglutinatum. Decreſco, diminuor. Excreſco, & Increſco ualde creſco, unde Incrementum. Recreſco, rurſus creſco, ἀναφύομαι. Succreſco, inferius uel paulatim creſco. Supercreſco: quæ uide ſuis locis.

CRESSA, (κρῆσσα) oppidum Paphlagoniæ eſt, teſte Stephano, poſt excidium Troianum à Merione conditum. Eſt & portus Cariæ, Rhodo inſulæ oppoſitus. Pli. lib. 5. cap. 28. Creſſa etiam dicitur mulier ex Creta inſula. Vide in dictione Creta.

CRESSÆA, Hero. li. 7. regio Pallenæ uicina, ac Thermæo ſinui contermina.

CRESTON, oppidum de quo Herodo. lib. 1. Qua lingua Pelaſgi ſunt uſi, affirmare non poſſum, ſed coniectura ſignorum, licet dicere eadem qua nunc Pelaſgi utuntur, qui ſupra Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores uocantur. Eſt & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iuſtinus lib. 38.

CRETA, tæ, & Crete, tes, {*Creta, Candia*} (κρήτη) inſula in medio ponto, centũ urbium fama clara, quę (ut ſcribit Strabo) à Septẽtrione Aegæo alluitur ſimul & Cretico pelago: ab Auſtro Libyco: ad Occidentem Aegilam & Cytherã ſpectat: ad Orientem Carpathon. Habet in lõgitudine ducenta ſeptuaginta millia paſſuũ, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingenta octoginta nouem millia paſſuum complectitur. Hodie Candiam uocant. Inſignes in ea urbes ſunt Gortyna, Cydon, Gnoſſus Minois regia, et Strabonis coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxiũ eſt, optimiq; uini fertiliſſima eſt, de qua Verg. 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idæus ubi, et gentis cunabula noſtræ, Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Primum dicta Cureta, ab habitãtibus curetibus, & per ſyncopẽ Creta. Alij dicũt Cretam dictã, à Crete quodã Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Heſperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo, ſed à Cres, Cretis genitiuũ faciente, nominatam dicit: ſic enim uocatum ait eum, qui Iouẽ abſcõdit in mõte Lycæo. A' quo etiam eius inſulæ populi Cretes uocantur, & mulieres Creſſæ, κρῆσσαι. Similiter Creſſicus, & Creſſius, κρήσσιος. Sunt autẽ hæc nomina quę ex maſculino fœmininum ad ſimilem formã mittunt: ſcilicet Cres Creſſa, Libys Libyſſa, Phœnix Phœniſſa, Thrax Threiſſa. Tibullus: Etiã Phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſonius: Prępetibus pennis ſuper aerea uectus homo Cres. A' Crete uerò fiunt Creticus, (κρητικὸς) & Cretenſis. Eſt & Creta oppidum Scythię. Val. Flacc. lib. 1. Quoties paucos ad littoris ictus Deficiam Scythicum metuens Pontumq; Cretamq;.

CRETA, ę, terra tenax, {*Creta, terra tenace*} (κιμωλία γῆ) uel à Creta inſula, in qua optima prouenit: uel à creſcendo, quoniam proprietas eius eſt, ut macerãdo creſcat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam uocant ſaxum, quæ nõ aliſ polliendis ueſtibus adhibebatur, ijsq; duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum unum, & alterũ ad purpuriſſum inclinãs, utrunq; ueſtibus aptum. Hac medici aduerſum morbos utunt. Laudatur et creta Theſſalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argẽteũ reddens. Viliſſima erat creta qua pedes uęnalium trans mare aduectorum notare mos erat. Creta Aſiatica. Cic. pro Flac. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quę eſt ferè omnibus nota uobis. Tenax creta, Verg. 1. Georg. Cretula, diminutiuum. Cic. 6. Ver. Cum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula.

CRETACEVS, a, um, adiectiuum: ut, Cretacea ſiligo, quę creuit in loco cretoſo. Pli. li. 18. c. 9. Ruſſior illa, at Piſana candidior, ponderoſior uerò cretacea.

CRETATVS, ta, tum, {*Cretato, incretato*} quod eſt creta inſperſum. unde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales ſolent eſſe ſeruorum pedes qui trans mare uęnales aduehebãtur. Vnde Pli. inter prodigia inſolẽtis fortunæ commemorat, libertos aliquot Prętorijs ornamentis decoratos rediſſe eò, Vnde cretatis pedibus adueniſſent. Ad hoc alludit Iuuenalis, cum ait: Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

CRETÆVS, a, um, (κρηταῖος) quod ex Creta inſula eſt. Ouid. Strataq; Cretæum bellua ſtrauit humum.

CRETERRA, uide Craterra.

CRETHEVS, diſſyllabum, genitiuo Cretheos. (κρηθεὺς) Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aeſonem genuit, Alcimedontem, et Amythaonem. Inde Cretheus denominatiuum: ut, Virgo Cretheia apud Flaccum lib. 1. dicitur Helle Crethei neptis.

CRETHON, onis, filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orſilocho ad bellum Troianum Græcis auxilium laturus profectus eſt: ſed cum hi duo nimium ſuis uiribus confiderent, cum Aenea congredi non dubitauerunt: à quo etiam ambo ſunt interfecti. Quin & eorum cadauera uix à Menelao & Antilocho ex hoſtium manibus ſubtrahi potuerunt.

CRETICVS, a, um, {*Di Candia*} (κρητικὸς) adiectiuum formatum à Creta inſula: ut, Creticum mare, Hora. 1. Carm. Ode 26.

CRETENSIS, (κρὴς) nomen gentile à Creta inſula deductum. Vide prouerbium. Cretizare cum Cretenſi, apud Eraſmum in Chiliadibus. Cic. 3. de Natu. Deo. Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius.

CRETICVS, ſubſtantiuum, (κρητικὸς) genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis & media breui: ut Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

CRETIO, onis, Iuriſconſultorum uerbum eſt, quod pro aditione hæreditatis accipitur. Ci. ad Att. Ea eo cognoui cretionem, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. Cretio (inquit) Alciatus lib. 3. Diſpunct. ca. 7. eſt certus dierum numerus, in quo inſtitutus hęres aut adit hęreditatem, aut finito tẽpore excluditur. Cretio dicta a decernendo, quòd eo tempore hæres debeat decernere.

CRETOSVS, a, um, quod eſt creta plenum: ut Ager cretoſus.

CREVSA, (κρέουσα) Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iaſon, repudiata Medea, uxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios uerò præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur uidendi cupida, nihilq; mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuo eo lauit ignis, Creuſamq; & totam Creontis regiam exuſſit. Ouid. lib. 1. de Arte, cui non defleta eſt Ephyrææ nata Creuſæ. Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ coniunx, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Aenea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filiumq; manu ducebat, perditã fuiſſe in itinere, dum uias notas exceſſiſſet, tradit Maro lib. 2. Aene. Sed nonnulli eã ab ipſo Aenea ex pactione cum Græcis facta occiſam uolunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Verum his refragatur fabula de Heleno & Caſſandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

CREVSIS, (κρεῦσις) oppidum eſt in confinio Bœotiæ, Locrorum, & Aetolorum: ut annotauit Vadianus in Pomponium lib. 2.

CRIBRO, as, {*Criuellare, uagliare*} (σήθω) purgo, Cribramus enim triticum & huiuſmodi, ut à puluere, & rebus immundis ſecernatur. Pli. lib. 25. c. 5. Præterea mirum inuentum eſt, quòd inciſum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet. Cribrarius, ria, rium, (κοσκινευτὸς) quod ad cribra pertinet. Pli. li. 18. Itẽ cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

CRIBRVM, {*Cribro, uaglio*} (κόσκινον, ἠθμὸς) inſtrumẽtum ex pellibus ſubtilis, ut plurimum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. Ouid. 12. Meta. Vt've liquor rari ſub pondere cribri. Cribro aquam haurire, uel gerere, Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pſeud. Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras. Sunt & Cribra, quæ è ſetis equorum, farinæ à furfuribus ſeparandæ gratia, facta ſunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excuſſoria è lino, & Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta ſunt.

CRIMEN, {*Delitto, mancamento, colpa, difetto*} (αἰτία) proprie dicit delictũ. Eodem ego te condemnabo crimine. Item appellatur id, quod per contentionem alicui obijcitur, (ἔγκλημα) & obtrectatio. Cic. in Phil. Hereditatem mihi negaſti obueniſſe: utinam hoc tuum uerum crimen eſſet, Et ſic dicitur à Cerno,

ſicut

ſicat a Diſcerno Diſcrimen. Ver.7. Aen. Diſiice compoſitam pacem, ſere crimina belli, id eſt, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. Aliquando ponitur pro falſa ſuſpicione. Idem 11. Aene. Formidine crimen acerbat.

CRIMINALE, (ἐγκληματικὸν) quod eſt criminis, ut Criminalis cauſa.

CRIMINARI, {Incolpare, accuſare calonniare} (ἐγκαλεῖν, διαβάλλειν) eſt culpare, accuſare, contumelioſe reprehēdere. Ci. ad Att. Me tantum cõperiſſe omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, uel apud illum. Teren. Hoc metui ne me criminaretur tibi. Cic. 3. Offi. C. Marius Q. Metellū apud populum Romanum criminatus eſt, bellum illum ducere. Criminat, pro Criminatur apud Ennium li. 3. Saty. Nam is non bene uult, tibi qui falſo criminat apud te. Criminatio, ipſa contentioſa contumelia. Cic. pro lege Agr. Nunquid eſt cauſæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, nõ ſolum meam, ſed etiam ueſtram diligentiam, prudentiamq́ deſpexerit?

CRIMINOSVS, a, um, {Ingiurioſo, che ha diffetto in ſe} qui crimen infert. Cic. pro Cluen. Hic Tribunus plebis modeſtus, prudens, non modò nõ ſeditioſus, ſed etiā ſeditioſis aduerſarius: Ille aut acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbulentus. Criminoſum, quod in ſe crimen habet. Colum. lib. 1. Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe. Vnde Criminoſe, aduerbium. Cice. pro Roſc. Ame. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur.

CRIMISSA, æ, (Κρίμισσα) oppidum eſt in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crotonem: ita dictum a Crimiſſa Nympha. Gētile eſt Crimiſſæus. Strab. lib. 7.

CRINANTHEMON, (κρινάνθεμον) flos notiſſimus, quem Dioſcorides κρίνον βασιλικὸν, Romani Lilium appellant.

CRINES, {Crini, capelli. Pet. Con la fronte di roſe, e co'i crin d'oro} (τρίχες, capelli, ἀπὸ τοῦ κρίνειν) hoc eſt, a diſcernendo dicti. Verg. 4. Aen. Et crines flauos. Crinis etiam piſcium dicitur. Pli. lib. 9. cap. 30. de Polypo piſce: Nanque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. Crinis etiam uidetur eſſe genus uinculi ex crine equinæ caudæ confecto. Pli. li. 17. ca. 21. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculo've, ut in Hiſpania, Brūduſioq́. Crinalis, le, adiectiuum quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Oui. 9. Meta. Crinalem capiti uittam natæq́; ſibiq́; Detrahit. Crinale, ſubſtantiuum, neut. gene. 5. Met. Ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curuum crinale capillos. Criniger, ra, rum, qui multos habet crines. Lucan. lib. 1. Et uos crinigeros bellis arcere Caicos Oppoſiti, petitis Romam.

CRINIRE, {Mettere i capelli} (τριχοφυεῖν) eſt crines emittere: quod uerbum legitur apud Statium 4. Thebaid. Vatem cultu Parnaſſia monſtrant Vellera frondenti crinitur caſſis oliua.

CRINITVS, a, um, {Crinito, che ha i capelli} (κομήτης) quod crines habet. Verg. Aen. Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. Crinita Stella. Cice. 2. de Natu. deo. Tum ſtellis his, quas Græci cometas, noſtri Crinitas uocant. Idē. 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atq́; abſtulit. Galea crinita triplici iuba, Verg. 1. Aen. Malè crinita mulier, Oui. 3. de Arte.

CRINISVS, (Κρίμισος) Siciliæ fluuius, Segeſtæ urbi uicinus: de quo Seruius huiuſmodi refert fabulam. Cum Laomedon Neptuno et Apollini mercedē pro ædificatione murorum Ilij recuſaret, Neptunus iratus Troię cetum immiſit, ut eam uaſtaret. Coſultus Apollo ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilicet, beluæ eſſe obijciēdas. Hippotes igitur nobilis Troianus timens, ne & Hegeſta filia ſua ceto, ut Heſiona exponeretur, naui eam impoſuit, ut potius ſe non uidente mergeretur fluctibus, q̃ coram deuoraretur. Sed illa caſu in Siciliā delata, Criniſo placuit, qui in canem, ſeu urſum mutatus, eam oppreſſit, ſuſcepitq́; ex eo concubitu Aceſten, Siciliæ regem. Verg. li. 5. Aen. Troia & Criniſo conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

CRINOMENON, (τὸ κρινόμενον) a Rhetoribus appellatur contentio quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod uerſatur certamen totius controuerſiæ. Latini Quæſtionem uocant, teſte Cice. in Topicis.

CRINON, (κρίνον) Pli. lib. 21. cap. 5. lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea Syriæ & Phaſelide laudatiſſimū proueniens. Dioſcorides tamen Græciq; ferè omnes nullo diſcrimine τῷ κρίνον appellatione omnia lilij genera intelligunt. Theophraſtus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox poſt uiolam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

CRINONIA, æ, (κρινωνία) frutex eſt lilij, teſte Suida: nā Lilium Græci κρίνον appellant.

CRIONA, æ, (Κριῶα Stepha.) uicus eſt Athenienſium in tribu Antiochide.

CRIOS (κριὸς) ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant ab arietini capitis figura: a qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant.

Fuit etiam Crios (Κριὸς) proprium nomen Athletę cuiuſdam ex Aegina inſula, apud Græcos cantatiſſimi.

Κριοῦ μέτωπον, id eſt, arietis frons, Cretę inſulæ promontorium eſt ad Occidentē, uerſus Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio. Hic procul ingens Inclinat rupes ſeſe, obuia fluctibus altis. Et paulò poſt Vt ferus ora Eſt aries, ultroq; minax petit obuia fronte? Vide Pomponium Melam lib. 2. in deſcriptione Cretæ inſulæ, & Plin. lib. 4. cap. 12.

CRISIS, (κρίσις) iudicium, iudicatio, ſentētia. Vnde Dies Critici dicti, ſiue (ut Cenſorino placet) Criſimi, (κρίσιμοι) hoc eſt, iudiciales, et decretorij: de quibus infra.

CRISPO, as, are, {Increſpare. Pe. Et po'il raccoglie'n bei nodi l'increſpe} criſpū reddere. Pli. lib. 28. cap. 8. Fimi cinere criſpari capillum. Criſpari terra herbis, dicitur per translationem. Col. lib. 10. Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus. Criſpans, tis, particip. Verg. 1. Aene. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Criſpatus, a, um: ut, Buxus criſpata cacumine. Claud. 2. de rap. Proſerp.

Criſpiſulcans adiectiuum: ut Criſpiſulcans fulmen. Cic. in Top. At cum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum fulmen iniectum eſt, inflammatur nauis necesſario.

CRISPVS, a, um, {Creſpo, torto, intorto, Pet. Teſſendo un cerchio al'oro torto & creſpo} adiecti. eſt: ut, Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plau. in Truc. Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpum folium, Pli. lib. 12. cap. 25. Folium oliuæ, uerum criſpius, & aculeatum. Criſpiſſimum folium, apud Columellam lib. 11. cap. 3. Criſpa abies, Cic. 3. Tuſcu. Criſpioris elegantiæ materies, & ob id Perſis gratiſſima, Pli. lib. 13. cap. 9.

CRISPVS SALLVSTIVS, Latinæ hiſtoriæ princeps fuit, teſte Martiale, cuius hoc de illo extat elogium. Criſpus Romana primus in hiſtoria. Thucydidi, ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicēdi, Attica breuitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem a Pollione, ut nimis antiquarius, et ex Catonis originibus uerba mutuatus: Trogo iam q; orationibus nimis longis utai, ſicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriuſque inuectiuis conſtat. Eius de auaritia ſententiā laudat Gell cap. 1. lib. 3. Auaritia (inquit) pecuniæ ſtudium habet: quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus, animumq́; uirile effœminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt: neq; copia, neq; inopia minuitur. Idē Gel c. 18. li. 17. de Criſpo Sallu. ſic ſcrib. Marcus Varro (inquit) in literis, atque uita, fide homo multa, et grauis in libro quē inſcripſit Pius, aut De pace, Criſpū Salluſtiū ſcriptorē ſeriæ illius & ſeueræ orationis, in cuius hiſtoria notiones Cenſorias fieri atq; exerceri uidemus, in adulterio deprehēſum ab Annio Milone, & loris bene cæſum dixit, & quū dediſſet pecuniam, dimiſſum. Hæc Gellius. Fuit & Criſpus Conſtantini Cæſaris filius, a patre interfectus. Criſpus item Vibius, ore cõpoſitus, et iucundus: priuatis tamen cauſis, q̃ publicis melior, ut ait Quintilianus.

CRISPVLVS, diminutiuum a Criſpus. Mart lib. 5. Criſpulus iſte quis eſt: uxori ſemper adhæret Qui Marianæ tuæ, criſpulus iſte quis eſt?

CRISSA, æ, (Κρίσσα) oppidum maritimū Phocidis, a Criſſo Phoci filio conditum: unde Criſſæus ſinus, (Κρισσαῖος κόλπος) qui & Corinthiacus appellatur, per octo ſtadiorum fauces, quæ inter Rhium ſunt et Antirrhium, in Ioniū mare ſeſe exonerans.

CRISSARE, (πυγίζειν) et Ceuere, non niſi poſito pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierum apte ſe motantium, dum in re Venerea ſunt. Iuue. Fictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum, dum pædicantur. Martia. Sed pædicans, ſed pulchre Nęuole ceues. Ceuere etiam adulantium geſtus ſignificat. Perſius: An Romule ceues?

CRISTA, {Creſta, pennacchio} (λόφος) dicitur conus ille in uertice galli, & aliarum quarundam auium. Pli. lib. 10. c. 25. Vpupa obſcœna alias paſtu auis criſta uiſenda plicatili. Ad huius ſimilitudinem etiam Criſtam uocamus, conum galeæ. Verg. Aene. Tum galeam Meſſapi habilem, criſtiſq́ decoram Induit. Criſta etiam herbæ ſpecies eſt, cuius meminit Pli. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos Criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem & ſemen nigrum in ſiliquis. Ruellius eandem eſſe credit cum ea, quæ Gallicè Verucna dicitur. Criſtula, læ, Diminutiuum. Col. lib. 8. ca 2. Rectis, rutilisq́; criſtulis. Criſtatus, a, um, qui criſtas habet: ut, Criſtatę aues: eſtq́; periphraſis gallorum gallinaceorum. Martia. lib. 14. Criſtatęq́; ſonant undique lucis aues. Criſtata galea, Liuius.

CRITHOTE, es, (Κριθωτὴ Stephano) urbs eſt Thraciæ ad Helleſpõtum, octoginta ſtadijs à Cardia diſtans: cuius meminit & Pli. lib. 4 cap 11.

CRITIAS, (Κριτίας) philoſophus fuit, qui dixit animam eſſe ſanguinem, ſicut & multi alij. unde Ver. Purpuream uomit ille animam. Fuit itē Critias quidam unus è triginta tyrannis, Athenienſibus a Lacedemonijs impoſitis, eloquēs quidem cæterum omniū auariſsimus, atq; crudeliſsimus, qui cum plurimis incommodis ciuitatem affeciſſet, tandem a Thraſibulianis, eo in prælio quod circa Munychiam fuit geſtum eſt interfectus. Vide Xenophontem Rer. Græcarū lib. 2. Huius meminit Ci. lib. de Orat. 2. Conſecuti ſunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lyſias: multa Lyſiæ ſcripta ſunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rurſum idem lib. 3. Quid Critias? Quid Alcibiades? Ciuitatibus ſuis quidē non boni, ſed certè docti atque eloquentes, non'ne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

CRITÆ, (κριταὶ) a Græcis dicuntur Iudices, qui muſicis agonibus, & ſcenicis certaminibus præerant.

CRITHE, {Orzolo} (κριθὴ) tuberculum paruum eſt in palpebra ſuper pilorum locum, ita dictum a ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum a recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Celſum lib. 7. cap. item 7.

CRITICVS, a, um, {Giudiciale, che fa giudicio} pe. co. (κριτικὸς) idem quod iudicialis uel iudicem agens: ἀπὸ τοῦ κρίνειν, hoc eſt, a iudicando: unde & poematum cenſores, & iudices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt: quales fuerunt Ariſtarchus, & Ariſtophanes Grammatici, qui tantum ſibi in ipſum et Homerum permiſerunt, ut plurimos etiam uerſus, tanquam nothos & ſubdititios, ex eius operibus ſummouerint. Hora. 2. Epiſt. Ennius & ſapiens, et fortis, & alter Homerus, Vt critici dicunt. Critici dies uocantur, qui a medicis Iudiciarij dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudiciū poteſt: eos noſtri Decretorios uocare poſſunt.

CRITO, (Κρίτων) nomen Philoſophi Athenienſis, qui ita Socratem amauit, ut nunquam aliquid ex ijs, quæ ſunt ad uitam neceſſaria, ipſi deeſſe paſſus fuerit. Crito itē Pieriota (Pieria autem, urbs eſt Macedonię) hiſtoricus fuit: ſcripſitq́ res Perſicas, Siculas, & Macedonicas. Fuit præterea alius, Naxius genere, hiſtoricus & ipſe. Auctor Suidas.

CRITOBVLVS, (Κριτόβουλος) medicus fuit inſignis, qui ſub Philippo Amyntæ filio, Macedonum rege claruit. Pli. lib. 7. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

CRITOLAVS, (Κριτόλαος) Peripateticæ ſectæ Philoſophus fuit, qui unà cum Carneade, & Diogene Stoico Romam miſſus fuit Legatus, ut ſcribit Ci. lib. 2. de Orat. De Critolai libra ſcribit idē Ci. Tuſc. quæſt. lib. 9. Quo loco, inquit, quæro, uim quā habeat libra illa Critolai, qui quū in alterā lancē animi bona imponat, in alterā corporis & externa, tantū propendere illam boni lancē putet, ut terram & maria deprimat. Alter Critolaus, Achæorum dux, belliq́ Achaici concitator. unde et Corinthi euerſionem illi imputat Cic. lib. 3. de Natu. Deo. Critolaus (inquit) euertit Corinthum, Carthaginē Aſdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plu. in Parallelis Horatio Curiatiorum uictori comparat in eo, q; uterq; ſororem occiderit, idq́; eadem omnino de cauſa, q; ſcilicet cæteris omnibus uictori applaudentibus, ſolæ fratri ſuo non eſſent gratulatæ. Hic poſtremo a Q. Cæcilio Metello uictus apud Thermopylas, ueneno ſibi mortem conſciuit. Auctor Liuius.

ſtat compreſſa Linum peperit: quem cum inter uepres abſcondiſſet, canes extra ctum dilacerarunt. Hinc Crotopiades patronymicum maſcu. Ouid. in Ibin: Quiq; Crotopiaden diripuere Linum.

CRVCIATVS, CRVCIAMENTVM, CRVCIO, CRVCIABILITER, CRVCIFIGO, Vide Crux.

CRVDARIA, argenti uena quæ in ſumma fodina reperitur Pli. lib. 33. cap. 6.

CRVDELIS. {*Crudele, aſpro*} (ὠμός) immitis, & aſper. Ci. pro Deiot. Crudelis Caſtor, ne dicā ſceleratū & impiū, qui nepos auū in diſcrimē capitis induxerit. Quidā à Cruore dictū uolūt, quē crudeles effundūt: ego malim à Cruditate deriuare. Nā quēadmodū in pomis, quæ mitia nō ſunt, cruda dicuntur, ita et homines immites Crudeles dicuntur Verg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantē Salmonea pœnas. Vnde crudelitas, tatis, (ὠμότης) inclemētia. Ci. pro Roſ. Am. Veſtrū nemini eſt quin intelligat popu. Roma. qui quōdā in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Crudeliter, aduerbium, (ὠμῶς) atrociter, inclementer. Ci. 1. Offic. De euertendis autem, diripiendisq; urbibus ualde conſiderandum eſt, nequid temere, nequid crudeliter fiat.

CRVDESCERE. {*Incrudire, incrudelire*} (ὠμίζω) eſt crudum uel crudius fieri, à Crudeo, es, Ver. 3. Georg. Sæuo progreſſu cœpit crudeſcere morbus. Inde Incrudeſco & Recrudeſco, quaſi renouari, & ad priſtinam acerbitatem redire.

CRVDVS, a, um, {*Crudo, non cotto*} (ὠμός) quod coctum non eſt: unde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ ſunt, neq; aſſæ, neq; alio quouis modo eſui aptæ redditæ. Fructus itē crudos appellamus, qui iuſtam coctionem, hoc eſt maturitatem nō ſunt aſſecuti. Cic. de Senect. Poma, quæ cruda ſunt, ui auelluntur: quę autem cocta, matura, decidunt. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti ſunt in uentriculo. Iuuena. Et crudum pauonem in balnea portas. Crudū item hominē dicimus, cuius uentriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. de Finib. Aſotos, qui in menſam uomant, crudiq; poſtridie ſe ruſus ingurgitent. Ci. de Senect. Caret ergo etiā uinolentia, & cruditate, & inſomnijs. Col. lib. 7. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi. Crudum uulnus, hoc eſt, recens & adhuc cruentum. Plin. Epiſt. 111. Vt enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atq; ultro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reijcit, ac refugit, mox deſiderat, & clementer admodum acquieſcit. Hinc Cruditas, tatis, (ἀπεψία) uentriculi uitium cibum ægre concoquentis.

CRVENTO, as, {*Inſanguinare*} (αἱματόω, αἱμάσσω) cruore inficio. Cicer. de Aruſp. Reſp. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit. Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoq; ſaliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

CRVENTVS, a, um, {*Sanguinoſo*} (αἱματηρός, αἱματώδης) ſanguinolentum, quod cum cruore eſt: ut Cruenta uictoria Sal. in Catil. Cauete, ne inulti animā amittatis, neu capti potius, ſicut pecora, trucidemini, q̄ uirorū more pugnantes, cruentam atq; luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquatis. Aliquando ponitur pro crudeli: ut Cruenta uox, & Cruenta oratio. Huius contrarium eſt, Incruentus, a, um, (ἀναίμακτος) quod eſt ſine ſanguine. Idem: Neq; tamē exercitus Popul. Romani lætam aut incruentam uictoriam retulit.

CRVMENA, pe. pro. {*Borſa. Dant. In una borſa giala uidi azurro*} (βαλάντιον) loculus, a κρεμάω ſuſpendo, q plerūq; ſuſpenſa geſtetur. Horat. 1. Epiſt. Et mundus uictus non deficiente crumena. Crumenula diminutiuum eſt.

CRVNI, orum, (Κρουνοί, Stephano) Thraciæ urbs eſt maritima, teſte Plin. lib. 4. cap. 11. quæ poſtea Dionyſtopolis dicta eſt: nomen habet fontium ſcaturiginibus, quibus abundat. Eas enim Græci κρουνούς appellant.

CRVOR, oris. {*Sangue. Pet. Non piu beuue del fiume acqua che ſangue*} (αἷμα, ἰχώρ) ſanguis, qui ex aliquo uulnere ſpargitur. Verg. 8. Aene. Tepidusq; cruor fumabat ad aras. Idem li. 4. uſurpauit in numero plurali. Atq; atros ſiccabat ueſte cruores, quod Seruius tāquam noue dictum annotauit, cum alioqui neq; Sanguines dicamus, neq; Cruores.

CRVPPELLARII, quantum ex Cornelij Tacit. lib. 3. poſſumus conijcere, milites erant arma geſtantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, ſed eo pondere, ut inferendis ictibus non eſſent idonea. Verba Taciti ſunt hæc Ceteri cum uenabulis & cultris, quæq; alia uenantibus tela ſunt, adduntur è ſeruitijs gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Cruppellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

CRVRICREPIDÆ, arum. Plau. in Trinum. dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

CRVS, cruris, {*Gamba*} (σκέλος) à currendo dictum nonnulli putant, q crurum miniſterio in curſu utamur: ſiue (ut alijs placet) à Græco uerbo κρούω, q inter ingrediendum huc atq; illuc feriant. Sunt autem Crura a genibus uſq; ad imū pedem. Celſus: Crus ex duobus oſſibus conſtat ex tibia & ſura. Hinc fit diminutiuum Cruſculum, σκελίδιον Martia. Pectus cicadę, cruſculumq; formicę.

CRVSMA, atis {*Cembalo*} (κροῦσμα, σεῖστρον) proprie dicitur ſiſtrum, & uelut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtiētes mulieres oblectabātur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt, a pulſando, quod ſonum emitteret, dum pulſaretur. Martia. li. 6. Edere laſciuos ad Bętica cruſmata geſtus. Et Gaditanis ludere docta modis. Bętica autem cruſmata uocat, q ijs mulieres Hiſpanæ uti ſolerent: quēadmodū & hodie Venetæ puellę: uocāt autē ſua lingua, un cymbano.

CRVSTA, æ, {*Croſta*} (πλάξ, ὄστρακον) ſignificat id excrementum, quod uel ob putredinem, uel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur. Vergil. li. 4. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Item Cruſta qua quid integitur, ut Cruſta locuſtæ, Plin. lib. 19. cap. 30. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret ſanguine. In parietibus item, atq; in pauimentis Cruſtæ dicuntur, tenuia marmoris, uitri, alteriusve materiæ ſegmenta, quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6. Secandi marmora in cruſtas neſcio an Cariæ fuerit inuentum. Et paulo poſt: Primū Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe Cornelius Nepos tradidit Mamurram. In uaſis item aureis argenteisve Cruſtæ dicebantur, quæ ex diuerſi generis materia illis illigabantur. Argēteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureæ, uel emblemata innectebantur: quæ inde Cruſtata (χρυσένδετα) appellant. Cic. 5. Verr. Vaſis cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. Cruſtas item, (ἐσχάρας) medici appellant, duros quoſdam uelutī cortices, q̄bus uulnera ulcerave obducūt, medicamēto aliquo cauſtico aduſta.

CRVSTARE, {*Incroſtare*} (κονιάω) cruſtam inducere, & materia aliqua dura integere. Plin. lib. 15. ca. 17. Mala uero generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo uel cera. Vnde Cruſtati parietes (κονιαμένοι τοῖχοι) id eſt, cruſta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. Primus apud Roma. Mamurra uir equeſtris ordinis, præfectus fabrorū Cæſaris, Formis natus, domus ſuæ, quæ in Cælio monte erat, parietes cruſta marmoris traditur operuiſſe: ut ex Cornelij Nepotis ſententia tradit Plin. lib. 36. ca. 6. Item uaſa argentea, quæ auro illigabātur, etiam Cruſtata dicebantur, quę Græco nomine Chryſendeta uocantur. Et Cruſtata animalia, cruſtis intecta Plin. lib. 11. cap. 37. In marinis cruſtata & cartilaginea priores dentes habent. Cruſtoſus, a, um, quod cruſtam habet. Plin. lib. 12. ca. 9. Facilius hoc & cruſtoſius, amariusq; & gummoſum.

CRVSTARIVS. (κονιατής) qui incruſtat. Pli. lib. 33. cap. 12. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

CRVSTARIVS, a, um, quod ad cruſtas pertinet. Vnde Cruſtariæ tabernę, in quibus cruſtata opera uenduntur.

CRVSTVLA, æ. (πλακίδιον) diminutiuū à Cruſta. Apuleius: Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.

CRVSTVLATA, æ, placentæ genus, quod & Cruſtulum. Spartianus: Pēta pharmarum edulij genus eſt, ex quinq; confectū, quod reperiſſe dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator: hoc eſt, ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata, & aprugna.

CRVSTVM. (ψώμιον) eſt fruſtum eorum quæ comeduntur, ſiue ſit pars panis uel placentæ, uel alterius edulij. Verg. 7. Aene. Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti. Vnde per diminutionem Cruſtulum. Horat. lib. 1. Epiſto. Pueris dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Quod genus dulciarij eſſe putat Porphyrio. Varro. 4. de lingua Latina: Cruſtulum a cruſta pultis, eo q ut corium exuritur, Cruſta dicta.

CRVSTVMERIVM, (Κρουστομερία Stephano) oppidum in Latino, Albanorum colonis: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Verg lib. 7. Aene. Ardea, Cruſtumeriq; & turrigeræ Antemnæ.

CRVSTVMINA, pyra, {*Pere ghiacciuole*} ſunt ex parte rubentia, Glaciola nūc dicta: a Cruſtumino agro, qui Tiberi fluuio à Veienti dirimitur, ſic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Vergilius Cruſtumina pyra uocat. 2. Georg. Cruſtumis, Syriisq; pyris, grauibusq; uolemis.

CRVSTVMIVM, oppidum Tuſciæ iuxta Veios a quo Cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumia pyra, & Cruſtuminū uinum laudatiſſimū.

CRVSTVMIVM, apud Lucanum lib. 2. fluuius eſt ex Apennino ortum trahens, Ariminumq; prēterlabens, In læuum (inquit) cecidere latus ueloxq; Metaurus, Cruſtumiumq; rapax & iunctus Sapis Iſauro. Meminit huius fluuii & Plin. lib. 3. cap. 15.

CRVX. {*Croce, forca*} (σταυρός) furca, ſiue patibulum, in quo damnati figuntur dicta à κρούειν, quod eſt ferire pulſare. Ci. 7. Verr. Statim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. Crux etiam dicitur, quicquid nos cruciat, torquet, & affligit. Teren. in Eunuc. Et illis crucibus, quæ nos noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc Veteres Gabalum uocauere: Varro: Nos barbari, q innocentes in gabalum ſuffigimus homines: uos non barbari, q noxios abſoluitis. Hinc Crucio, as torqueo, affligo, ἀνιάω. Teren. in Eunu. Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. A quo Cruciatus, tus, λύπη, tormētum, afflictio. Cice. ad Atti. Confectus, cruciatu ſummo dolore. Cruciamentum, eiuſdem ſignificationis. Cic. Philip. 6. Nec grauiora ſunt tormenta carnificum, q̄ cruciamenta morborum. Cruciabilis, le, Apul. de aſi. aur. lib. 10. Sed illo cruciabili ſilentio diutiſſime fatigata. Cruciabilitas, atis, Plau. Ciſt. Qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus. Cruciabiliter, aduerb. Hircius 5. bell. Afric. Sic extra uallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Cruciarius, a, um, cruce dignus, apud Apuleium de Aſino aureo li. 10. Crucifigo is, (ἀνασταυρόω σταυρόω) in crucem tollo. Sueto. in Domit. Auctorem ſummarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit.

CRYA, (Κρύα Stephano) urbs Lyciæ.

CRYASSVS, ſi, (Κρυασσός) urbs Cariæ, ita dicta à Cryaſſo Caretis filio. Ste.

CRYPTA, (κρύπτη) cauerna, uel teſtudo ſubterraneo uel in monte excauata: a κρύπτω, occulto. Iuuena. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.

CRYPTICVS, a, um, {*Occolto, ſedele*} (κρυπτικός) ſignificat occultū & ſubterraneum. Sidonius: Potens antiquitus crypticis arcubus fornicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

CRYPTOPORTICVS, nomen compoſitum ex Grēco Latinoq;, & ſignificat ſubterraneum porticū, cū amplis feneſtris, qua refrigerandi gratia per æſtatem utimur. Poteſt etiam dici Porticus undiq; ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plin. in Epiſto. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaq; aere ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

CRYSTALLVS, fœmi. gene. {*Criſtallo*} (κρύσταλλος) & Cryſtallum neutri, gemma candida, & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ στέλλεσθαι ὑπὸ τοῦ κρύους hoc eſt, ab eo q gelu contrahatur. Plin. li. 37. cap. 2. Contraria huic cauſa cryſtallū facit, gelu uehementiore concreto. Nec alibi certe reperitur, q̄ ubi maxime hybernæ niues rigent: glaciemq; eſſe certum eſt: unde & Græci nomen dedere. Hæc ille. Inde Cryſtallinus, a, um, (κρυστάλλινος) pen. cor. quod eſt ex cryſtallina, maxima rurſus Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & Berenices. In digito factus pretioſior.

C ANTE T.

CTEATVS, pe. cor. (Κτέατος) pater Amphimachi, unius ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem ſunt profecti: ut teſtatur Homerus in Catal. nauium.

CTENES, (κτένες) quatuor ſunt dentes anteriores, a cibo cōcidendo dicti: unde & τομεῖς appellantur: Latini Primores appellant: Græci etiam γελασῖνοι: q inter ridendum, deteguntur. Cœl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

CTENEATRI, {*Mareſcalchi*} (κτηνιατροί) ſunt medici iumentorum & pecorum, quaſi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nonnunquam etiā pecus immolationi aptum παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὸ φαίνειν, Firmicus: Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum

nutritor, aut mulomedicus, aut equitarius. Hinc Columel. & Varro Veterinarium uocant: uulgus Mareſcalcum.

CTESIAS, (κτησίας) Cteſiarchi, uel ut alij uolunt, Cteſiochi filius, medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Mnemonem curauit, & hiſtoriã Perſicam 23. libris conſcripſit. Auctor Suidas.

CTESIPHON, pen. cor. (κτησιφῶν) nomẽ architecti, qui tẽplũ Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum: quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, hac tãtũ de cauſa, ut facinore illo nominis immortalitatem ſibi cõpararet. Fuit & Cteſiphon locus Parthorũ. Strab. lib. 15. Prope Seleuciam uicus maximus eſt nomine et re Cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic uicus ciuitatis potentiã & magnitudinẽ habebat, adeò ut Parthorum multitudinẽ & apparatum omnẽ reciperet, ac uenalia neceſſariaq; artificia illis ſuppeditaret. Quin & Cteſiphonẽ Babylonici regni caput fuiſſe Pli. li. 6. ſcribit. Cteſiphõ etiam Athenienſis ciuis fuit nobiliſſimus, qui Athenienſibus auctor fuit decreti, quo Demoſthenem aurea corona in theatro coronandũ decreuerunt: Ob quam ſententiam ab Aeſchine qui contrarias Demoſthenis in Republica partes foucbat, tanquã pernicioſi decreta auctor accuſatus, elegãtiſſima illa Demoſthenis oratione, quam περὶ στεφάνου inſcripſit, defenſus eſt. Vide Ciceronem libro de Optimo genere oratorum.

CTESIPPVS, (κτήσιππος) Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ſingulariq; humanitate excepit, quo impuros adoleſcentis mores componeret: cuius tamen cum duro, tum minime liberali ingenio nuſquã adduci potuit, ut curam & laborẽ in illo inſtituendo dimitteret: cuius ineptias nõ modò pertulit patienter, uerumetiam ſtudioſe tegebat. Quanquam ſemel aiunt, Phocionis cõſtantiam importunitate leuiſſimi hominis ſuperatam. Nam quũ ille imperatorum quoddam munus ſtudio accuratiore obiret: Cteſippus, ut erat futilis deliruſq; grauiſſimum peritiſſimumq; Imperatorem cœpit fatuis quibuſdam interrogatiunculis obtundere, atq; illum monens, docensve importunius perurgere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt: O Chabria Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſoluo, qui nati tui deliramenta ſuſtineo. Auctor Plutar. in uita Phoc.

C ANTE V.

CVBA, Sabinis uocatur, quam militares Lecticam: unde uidetur deriuatum eſſe Cubiculum. Feſtus.

CVBATVS, us, (κοίμησις) cubandi, ſiue dormiendi actus. Idem lib. 10. ca. 57. Medicina in fama, & cubatus in fumo.

CVBICVLARE, ris, (κοιτωνικὸς) quod ad cubiculum pertinet: ut, Veſtis cubicularis, qua in cubiculis utimur: & Cubicularis lectus, apud Cice. 5. Tuſcu. Cubicularis pro cubiculario. Sueto. in Nerone, cap. 38. Incendit urbem tam palàm, ut pleriq; conſulares, cubiculareſq; eius, cum ſtuppa tædaq; in prædijs ſuis deprehenſos non attigerint.

CVBICVLARIVS, {*Cameriere*} (κατευναστὴς) qui in cubiculo miniſtrat. Cice. 5. Verr. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt.

CVBICVLVM, {*Camera Pet. Per le camere tue fanciulle e uecchi*} (οἴκημα κοιτὼν) locus uno uel pluribus cubilibus inſtratus, nocturnæq; quieti deſtinatus. Cice. 5. Ver. In cubiculum introductus.

CVBILE, p. p. {*Letto*} (κοίτη. εὐνὴ) lectus, q̃ in eo cubetur. Ci. 5. Tuſc. Terra cubile erat Anacharſi. Cubilia itẽ dicuntur loca, in quibus feræ cubant. Ci. 2 de Natu. Deo. Delitefcunt cubilibus beſtiæ. Dicitur & de ſtructura. Pli. li. 35. Ea inquit, maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Vtitur hac uoce & Vitru. li. 2. in eadem ſignificatione. Cubile ſalutatorium, dicitur in quo ſimulachra deorum imponi ſolent: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. ca. 11. Omnia iam & uirorum ſalutatorijs cubilibus incluſa.

CVBITALE, lis, uel per apocopen Cubital, cubiti ornamentũ. Hora. in Sermo. Poſtas inſignis morbi faſciolas, cubital, focalia.

CVBITO, as, frequentatiuum, {*Dormire nel letto*} (κοιτάζω) Ci. pro Cœl. Et propter nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.

CVBITVS, ti & Cubitum, {*Gomito, braccio da miſurare*} (πῆχυς, ἀγκὼν) curuatura brachij, ubi lacerto iungitur. Pla. Stic. Cubitis depulſa de uia. Innixi cubito, Verg. 4. Aen. Oſſa ingentia cubiti, Ouid. 12. Metam. A medicis tamẽ Cubitus uocatur os illud brachij, cui innitimur, quod ab ima manu ad brachij curuaturam extẽditur. Sunt enim in ea parte brachij duo oſſa, quorum inferius Cubitum, ſuperius Radium uocant. Accipitur etiã pro menſura cubiti Pli. li. 7. ca. 16. Inuenimus in monumentis Salamiã Euthimenis filiũ in tria cubita triennio adoleuiſſe. Cõſtat autem cubitum ex ſex palmis, hoc eſt, digitis uigintiquatuor: ut auctor eſt Vitru. li. 3. Seſquipes enim hoc eſt, pes unus cũ dimidio, facit cubitum. Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro, cubitus quarta. Eſt præterea cubitus regius, qui maior eſt communi cubito tribus digitis ſicut refert Herodo. lib. 1. Eſt & Cubitus geometricus, qui tantum ualet, quantum ſex noſtra cubita, ut Origenes, Auguſtinuſq; tradiderunt. A Cubitus pro menſura fit adiectiuum Cubitale, (πηχυαῖος) ut, herba cubitalis apud Plin. Cauea cubitalis apud Liui. id eſt, uno cubitu alta.

CVBO, as, bui, bitum. {*Giacere, riposarſi*} quamuis Cubatio, nõ Cubitio: ſicut et eius cõpoſita, quæ tã primæ q̃ tertiæ cõiugationis inueniuntur: ut Accubo, as, & Accumbo, is, Decubo, as, & Decumbo, is, Incubo, as, & Incumbo, is, Recubo, as, & Recumbo, is, Occubo, as, & Occumbo, is, Verg. Nec adhuc crudelibus occubat umbris. i. iacet mortuus. Idẽ: Seu uerſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo, is, quod eſt ſeorſum, & ſeparatus cubo. Propert. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liui. lib. 39. Per iocum adoleſcens uetat eſſe mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa, ut uoto pro ualetudine ſua facto liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua compoſita, quæ nõ habet Cubo: ut Diſcumbo, quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, non Diſcubo. Procumbo, nõ Procubo. Similiter Cubo habet aliqua cõpoſita, quę nõ habet Cumbo, ut Excubo, nõ Excumbo: Supercubo, nõ Supercumbo. Eſt autẽ Cubare, iacere: (κατακεῖσθαι, κοιμᾶσθαι) ut, cubare in lecto. Plaut. Cubare in ſpecu, Plin. Cubare in faciẽ eſt cubare ſupinũ, apud Iuuen. Et abſolute apud Ci. 5. Ver. Cum iſte etiã cubaret, in cubiculum introductus. Sic ire cubitum, & Surgere cubitu. Cat. Dicitur & de ægrotis. Hora. Cubat hic in ualle Quirini. i. ægrotat ſicut interpretes exponunt. Cic. 4. Tuſc. Itaq; narrabat cum grauiter & copioſe nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaſſe. Colum. lib. 6. Cubitorem bouẽ appellat, qui ſæpe decumbit ex pertinaci cõtumacia. Quod quidem uitium fame & ſiti tollendum eſſe cenſet, non igni, alijſve tormentis.

CVBVS, (κύβος) eſt figura ex omni latere quadrata: quales ſunt teſſeræ, quibus in alueolo luditur, quæ etiam κύβοι à Græcis ſunt appellatæ. In numeris etiã Cubus dicitur, cum omne latus eiuſdem numeri ęqualiter in ſe ſoluitur: ſicut fit quando ter terna dicuntur, atq; idem ipſe numerus triplicatur.

CVCVBO, as, p. c. (ὑΐζω) proprium eſt uocis noctuæ. Vt in carmine de Philomela, quod falſo Ouidio aſcribitur: Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

CVCVLIO, eſt (ut Capitolinus docet) genus pilei uiatorum, quo capite obtecto uagari nocte ſolent. Cato de Re ruſti. cap. 2. uidetur oſtẽdere ueſtis ruſticæ genus fuiſſe, qua operę aduerſus tempeſtatum iniuriam tegebantur, Cum tempeſtates (inquit) pluuiæve fuerint, uideto quot dies, quæve opera per imbrẽ fieri potuerint, dolia lauari, picari, uillam purgari, funes ueteres, nouoſq; centones fieri, cuculionesve familiam oportuiſſe ſibi farcire.

CVCVLVS, (κόκκυξ) ſimplici c, & unico l, ſcribendum eſt, & fere ſemper mediã producit, teſte Eraſmo in adagio Cuculus. Horat. in Serm. Cui ſæpe uiator Ceſſiſſet, magna compellans uoce cuculũ. Martialis tamẽ penultimã corripuit: Quãuis per plures cuculus cantauerit annos. Eſt autẽ Cuculus auis notiſſima quę in aliarũ auium nidis oua parit, q̃ ſciat ſe omni auium generi eſſe odioſam, neq; confidat pullos in ſuo nido tuto futuros. Quare nõ uideo quid Gallis uenerit in mentẽ, qui adulteræ maritũ Cuculum uocant, cui multo rectius Curruca nomen conueniat, quæ aliena oua pro ſuis fouet. Pla. certe in Aſina. Cuculũ uocat adulterum, q̃ ſcilicet ex alienis uxoribus liberos gignat, quos mariti pro ſuis educent. Plaut. in Aſin. At etiam cubat cuculus: ſurge amator, i domum.

CVCVLLVS, {*Veſte che ha il capuzzino, ſcartozzo*} geminũ l, genus ueſtis eſt. Iuue. Sat. 6. Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos. Vnde cõſtat monachos noſtros male uti hoc uocabulo Cuculla fœmi. ge. Sunt qui accipiãt pro nautico aut ruſtico tegmine ad arcendas pluuias. Colu. Cultũ ueſtitũq; familiã magis utiliter, q̃ delicate habeat, munitã diligenter a uento, pluuiaq;, quę cũcta prohibentur pellibus manicatis, centonibus cõfectis, uel ſagis, aut cucullis. Iuuena. Contentuſq; illic Veneto duroq; cucullo. Cucullus etiam pro tegmẽto papyraceo, quo pigmẽtarij utuntur, ſumitur. Martia. li. 3. Vel thuris piperiſq; ſis cucullus. Cucullatus, a, um, qui cucullo indutus eſt, apud Colum. lib. 1.

CVCVMA, æ, p. c. {*Bronzini, cuocome*} uas æneũ calefaciendæ aquę idoneum: Petronius Arbiter in Saty. Frangitur ceruix cucumæ, ignẽq; ualeſcentem reſtinguit. Cucuma itẽ appellatur tuguriolum exiguum, in quo pauperiores habitabant. Martia. lib. 10. Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit: cucumam fecit Otacilius. Budæus ſcribit Cucumam eſſe genus baculi ferrati. Iuriſcõ. ad legẽ Iuliã de ſicarijs: Sed & ſi clauis percuſſerit, aut cucuma in rixa: quãuis ferro percuſſerit, tamẽ nõ occidẽdi animo, leniendam eius pœnam. Hinc Cucumella, diminutiuũ. Alphenus. l. ſi quãdo. ff. ſi ſerui. uẽdi. Et Seius in eo ſyluam: ſeuiſſet, neq; non labra, crateras, cucumellas poſitas haberet, &c.

CVCVMER, ſiue Cucumis, p. p. cucumeris, ſiue cucumis in genitiuo {*Cocomero*} (σίκυος, σίκυς) herba eſt ſarmẽtis prælongis humi repentibus, & in ramos uitis modo ſe diffundentibus folio rotundo, cucurbita aliquãto minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flauo, maculis quibuſdã diſtincto: qui & ipſe herbæ ſuæ cognominis eſt. Vart. li. 4. de lingua Lati. auctor eſt, Cucumeres à curuitate dictos, quaſi curuimeres. Vnde Tortũ cucumerẽ uocat Ver. 4. Geor. Tortus per herbã Creſceret in uentrẽ cucumis. Pli. tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticũ. Vide ipſum lib. 19. ca. 5.

CVCVMERARIVM, (σικυήλατον) locus, cucumeribus conſitus. Cyprianus pro tugurio cuſtodiarum poſuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo cuſtos uigilãter obſeruat, ne cucumeres ſuſtrahantur ex cucumerario.

CVCVMIS ANGVINVS, ſiue ſylueſtris, (σίκυος ἄγριος) herba eſt ſolo fructu a ſatiuo cucumere diſtãs, quẽ multo minorẽ habet, glãdibuſq; lõgiuſculis ſimilem. Officinæ Cucumerem aſininum appellant. Succum eius Elaterium uocant ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν, hoc eſt, ab expellendo: ſiquidem & menſes mulierũ retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plin. lib. 20. cap. 1.

CVCVMIS, genus piſcis, ex genere concharum, cuius meminit Pli. li. 33. c. 11.

CVCVRBITA, æ, {*Zucca*} (κολοκύνθη) herba hortenſis eſt notiſſima, etiã hodie in Officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tum herbarũ, tum arborum fœtus exuperans. Pli. li. 19. ca. 5. duo eius facit genera, Plebeiũ, quod humi repit, & Camerariũ, facili flexibiliq; ramorũ curuitate tecta, pergulas, & teſtudines operiẽs. Verba eius ſunt hæc. Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeiũ, quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hęc enim modo faſtigiatur, uaginis maxime uitilibus, cõiecta in eas, poſtquã defloruit. Creſcit, quę cogitur, forma, plerũq; & draconis intorti figura: libertate uero penſili conceſſa, iã uiſa eſt nouem pedum longitudinis. Hæc ille. A fructus huius ſimilitudine apud Celſum lib. 2. cap. 11. Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quę nũc uulgo Ventoſa dicitur. Prima. n. huiuſmodi uaſcula ex cucurbitis fiebant, Ait enim: Vſus cucurbitulæ præcipuus eſt, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua uitium eſt. Ibidẽ: Cucurbitularum duo genera ſunt: æneum, & corneum. Aenea altera parte patet, altera clauſa eſt. Cornea altera parte æque patens, altera foramen habet exiguum, &c. Iuuena. Sat. 14. Vacuumq; cerebro Iam pridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat.

CVCVRBITINA, {*Pere zuccole*} (κολοκυνθίνα) pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ ſimilitudinem, Cato de Re ruſti. cap. 7.

CVCVRBITARIVM, rĩj, (κολοκυνθῶν) locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

CVCVRBITARIVS, (φιλοκολόκυνθος) amator cucurbitarum.

CVCVRBITVLA, uide Cucurbita.

CVCVRIO, uis, p. p. (κοκκύζω) gallorũ propriũ eſt, Auctor carminis de Philomela, quod falſo Ouidio aſcribitur, Cucurire ſolet Gallus, gallina gracillat.

CVDO, is, cudi, {*Battere, ſtampare, improntare, coniare*} non cuſi, ut quibuſdã uidetur, ſupinum facit cuſum, unico ſ, ut Excudo, excudi, excuſum: nam Excuſſum, eſt ab Excutio. Verg. 1. Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Vbi Seruius: Excudit. i. feriendo elicit. nam Cudere ferire eſt, κρούειν, τύπτειν, κολάπτειν: unde & Incus dicitur, quod illic aliquid cudamus, id eſt ferjamus. Cudi pecunia dicitur, cum illi ſignum principis, uel reipublicæ imprimitur.

Terent.

Terē. in Heaut. Argentū cudo, quod tibi dem. Paſſiuum protulit idē Terē. in Eunu. At. n. in me iſthæc cudetur faba. quod eſt. in me hoc malū recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Metaphora ducta eſt ab area, in qua fabæ triturantur, hoc eſt, ſiliquis ſuis excutiuntur. Ibi. n. quū una faba præcipue cudatur, tamē uſq; ictus in aream recidunt. Huius cōpoſita ſunt, Accudo, Excudo, Incudo, procudo, Percudo, & Recudo, quod eſt iterum cudo. Varro: Vt hi ſolent qui uetera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

CVDO, onis, maſcu. gene. ſignificat capitis tegumentum ex corio confectū, quo uice galeæ uti ſolent. Silius lib. 16. Scipio contorquens haſtam, cudone comantes Diſiecit crines.

CVIAS, cuiatis, {Di qual patria, di qual natione, di qual ſetta} (ποδαπός) ſignificat Vnde, et non tantum patriam, gentem, nationemq; innuit. (ut apud Ci. 5. Tuſcu. Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanū inquit. Totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur) ſed ēt partes & ſectā: ut, Cuiates philoſophi uos eſtis: Stoici'ne, an Epicurei? Sic Noſtras & Veſtras. Cice. Non ſolum ēt iſta ueſtra oratoria, ſed & hæc ēt iam noſtratia. Dicitur & Cuiatis communi genere: unde apud Plautum frequenter legitur Cuiatis es? id eſt, cuius patriæ & gentis? Accius Telepho: ut citat Nonius: Qui neque cuiatis eſſet, unquam potuimus, multa rogantes, ſcire.

CVIVS, cuia, cuiū, {Di chi} adiectiuū eſt, per tria genera declinabile. ut, Meus, mea, meum: Refertur aūt ad perſonā poſſeſſoris. Verg. Eclog. 3. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Pro eodem interrogamus per cuius, genitiuum à Quis, quæ, quod, uel quid: ad quē reſpondetur ēt in eodē caſu præter quam in poſſeſſiuis tā pronominibus, ꝙ nominibus. Vt cū quærimus. Cuius eſt hæc ueſtis? reſpondemus mea, uel herilis. Cuia res eſt. Cic. 3. Verr. Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuium periculum. Cuia intereſt. Ci. pro Mur. Ea cædes potiſſimum crimini datur ei, cuia interfuit, nō ei cuia nihil interfuit. Antiquitus Quoius ſcribebatur: ut eſt uidere in emēdatis Plauti exēplaribus.

CVIVSMODI. {Di qual maniera} uox eſt indeclinabilis, cōpoſita ex duobus genitiuis Cuius, à quis, & Modi a modus. Ponitur autē relatiue, infinite, interrogatiue & ēt admiratiue. Plau in Men. Cuiuſmodi homines erāt? E. Ego, & Menæchmus, & paraſitus eius. Et aliter apud Ci. 2. de Inuen. Quod ſi hęc eſt ſumme inutilis, tum multa turpiſſima ſint, legē cuiuſmodi ſit, in pręſentia cōſeruari a iudicibus: id eſt, en la ſorte que elle eſt. Pro eodē dicimus, Cuiuſmodicunq;. Cic pro Cluen. Nam illud me non præterit, cuiuſmodicunq; mater ſit, tamen in iudicio filij de turpitudine, parentis dici non oportere, id eſt, quelle qu'elle ſoit. Id Salluſtius diuiſim enunciauit: Neq; ſolū ciues, ſed cuiuſcunq; modi genus hominum, quod modò bello uſui foret, &c.

CVLCITRA, pe. co. {Letto, materazzo} (ἰφάπλωμα) nō ſtragulum eſt, quo dormientes integimur, (ut quidā perperam tradiderunt) ſed potius id, quod pluma, tomento, floccis, alia'ue materia ſultū dormituris ſubſternitur. Nomē autē habet a calcando, ſiue inculcādo, ꝙ calcibus, hoc eſt, pedibus infercaitur. Cic. 4. Tuſc. Expiamus huic ægritudinē, quo modo collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus. Culcitrula, diminutiuum. Plau. Moſt. Is me ſuam quidem pol optat culcitrulam.

CVLCITVLA, faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur. Feſtus.

CVLEOLA, ſunt cortices nucum uiridium, ſimilitudine culeorum, quibus oleum, aut uinum continetur. Hæc Feſtus.

CVLEVS, {Sacco. Pet. L'auara babilonia ha colmo il ſacco} (κωλεός) uel etiā Culeum, neut. gen, uel (ut alij ſcribunt) Culleum gemmo l, uter, ſiue ſaccus, ex lino, uel cannabe, uel corio factus, ab occulendo. i. claudendo. Eo utimur ad portāda frumenta. Pli. li. 7. cap. 20. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augu ſti centurio, uehicula cū culeis donec exinanirent, ſuſtinere ſolitus. Factus eſt ēt Culeus pœna parricidarū. Nā parricidę ſanguineis uirgis uerberati, i culeo cū cane, ſimia, gallo, & ſerpente incluſi mari inijciebantur. Vnde Iuuena. Quis tam Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius ſupplicio non debent una parari Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus. Eſt & Culeus nomē menſuræ uiginti amphorarum capacis, uel quadraginta urnarum, ut eſt apud Pli. lib. 24. cap. 4. & Col. lib. 3. cap. 3. Hinc Seſquiculeare dolium, apud Columellam, eſt trigiota amphorarum, quaſi culeum & dimidiatum.

CVLEX, {Zanzara} (κώνωψ) uermiculus paruus alatus: de cuius natura uide Pli. lib. 11. cap. 2. Plau. in Curcu. Vt muſcæ, culices, pulicesq;, & cimices.

CVLIGNA, (κολίχνη) potorium uas, teſte Feſto. Cato cap. 132. Ioui dapali culignam uini, quantum uis polluceto. Idem alibi: Culignam in ſcenogræco ponito, ut bene oleat.

CVLINA, pe. pr. {Cucina} (μαγειρεῖον) (ut Varro de uita pop. Rom ſcribit) dicta eſt ab eo, ꝙ ibi colebant ignem locupletiorem domus. Plau. in Caſ. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuen. continens pro contento poſuit, ſcilicet pro cibis coctis, cum inquit: Sequitur ſua quemque culina. Inde Culinarius, (μαγειρικός) & Culinor, aris, (μαγειρεύομαι) quod eſt, culinam exerceo.

CVLVLLVS, cadus fictilis, quo in ſacris utebantur pontifices, & Veſtales Virgines, teſtibus Porphyrione & Acrone. Accipitur & pro urceolo. Hora. in Arte: Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quē perſpexiſſe laborant.

CVLMEN, {Colmo, tetto, ſommita d'alcuna coſa} (τέγος, τὸ) dicitur uertex, uel faſtigiū domus, uel alterius rei. Ab antiquis culmina dicta ſunt tecta, quia ædificia è culmo, id eſt, paleis e meſſibus collectis, contegebant. Ver. 1. Eclog. Pauperis & tuguri congeſtū ceſpite culmē. Culmen, ſummitas alicuius rei. Pli. lib. 9. ca. 35. Principium ergo, culmenq; omnium rerum pretij margaritę tenēt.

Culmen pro culmo, ſiue ſtipula Ouid. 4. Faſt. Sanguis equi ſuffimen erit, uituliq; fauilla. Tertia res, duræ culmen inane.

CVLMVS, {Gamba del frumento} (κάλαμος, καλάμη, ἀνθέριξ) frumēti calamus, a radice uſq; ad ſpicā: dictus, quod colatur: unde olim & Columus dicebatur, ſicut & Columē primò quod poſtea Culmē. Ver. 1. Geor. Ne grauidis procumbat culmus ariſtis. Ibidem. Culmumq; leuem, ſtipulaſq; uolantes. Vbi Seruius: Culmus dr ipſe calamus: ſtipulę uerò, folia quę ambiunt culmū.

CVLPA, {Colpa} (αἰτία) ut ſcribit Donatus, eſt eius, qui inſciens aliquē læſit. Cic. 1. Offi. Ne maior pœna quā culpa ſit, cauendum. Iuriſconſulti duo faciunt culparum genera Latam, & Leuem: Latam culpam appellātes dolum præſumptum: Leuem uerò, neglig. ntiā, cùm ſcilicet quis eam diligētiam in rebus alienis non præſtitit, quam prudens paterfamilias ſolet.

CVLPO, as, are, {Incolpare. Pet. Perche d'ogni mio mal te ſola incolpo} (κακίζω, μέμφομαι) contrarium eſt uerbo Laudare. Plaut. in Bacch. Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali Culpatio, uerbale. Gell. lib. 10. cap. 12. Ne ipſi quoq; culpationes huiuſmodi mereantur. Vnde Culpito as, are, frequētatiuum. Plau, in Ciſtel. Verum haud metuo, ne iuſiurandum noſtrum quiquam culpitet.

CVLTER, {Coltello} (μάχαιρα) dicitur omne inſtrumentū, quo aliquid ſcinditur. Plau. Epid. Acutum cultrum habeo. Qui ſenis exenterē marſupiū. Vnde Culter tonſorius, dicitur nouacula, qua tonſores barbas radunt. Cic. 2. Offi. de Dionyſio ſuperiori loquens: Qui cultros tonſorios metuēs, ſibi cādente carbone adurebat capillum. Itē Culter uenatorius, dicitur, uenabulum uel potius ferramentum uenabuli. Culter etiam dicitur uomer aratri, quo terra, priuſquā proſcindatur, ſecatur, futuriſq; ſulcis ueſtigia præſcribuntur. Auctor Pli. li. 18. cap. 18. Veteres etiam in nominatiuo Cultrum dixerunt. Propert. Et canis in noſtros nimis experrecta dolores, Cum fallenda meo pollice cultra forent. A' Culter fit diminutiuum Cultellus. Iuuen. Saltantem ſpectans & chironomunta uolanti Cultello. Purgat e ungues cultello, Hora. 1. Epiſt.

CVLTELLATVS, a, um, {Che ha forma di cultello} (μαχαιροειδής) formā cultelli habēs: ut, Dorſum cultellatū. Pli. li. 32. ca. 2 Cultratus, a, um: ut, cultratus mucro, qui ſcindit, uelut culter. Pl. lib. 13. ca. 4. Folia cultrato mucrone.

CVLTIO, onis, uerbale a Colo: ut, Cultio agri, (γεωργία) Cic. de Senect. Qui ſe agri cultione oblectabant.

CVLTRARIVS, miniſter qui uictimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. Admota altaribus uictima, ſuccinctus poparū habitu, elato alte malleo cultrarium mactauit.

CVLTVS, us, {il culto, il colto} uerbale eſt a uerbo Colo: unde etiam totidē penè habet ſignificata, quot ſuum primitiuum: Interdum. n. Colo ſignificat, terrā ad ſuſcipiendū ſemen præparo. Inde Cultus, (γεωργία) eſt huiuſmodi terrę præparatio. Ci. 2. de Leg. Nullius agricolæ cultu ſtirpes tam diuturnæ ſeminarī.

Alias Colo ſignificat idē quod orno: ut apud Ouidium: Forma colis modico fine uiris amari. Vnde fit Cultus, idē ſignificans quod ornatus, ſiue curatio, κόσμημα, ἐπιμέλεια: ut, Cultur corporis, Cultus animi. Cic. 1. Offi. Ob eaſq; cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum, & ad uictum. Eſt præterea Colo idem quod ueneror. a quo etiam Cultum deorum dicimus, hoc eſt, uenerationem. Græci λατρείαν uocant. Cice. 1. Tuſcu. Hæc (Philoſophiam intelligit) nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit.

CVLTVS, cultior, cultiſſimus, adiectiuum, {Colto, ornato} Col. li. 8. capi. 8. Nā quanto eſt cultior, tanto lætior auis conſpicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultiſſimum rus habebat, qui & colere ſciet, & poterit, & uolet. Animis cultus. Cic. 2. Tuſcu.

CVLTVRA, ræ, idem quod cultus: ut, Cultum agri. Ci. 5. Verr. Deinde cū audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continentur, &c.

CVM, {Con, con ciaſco} (σύν μετά cum genitiuo) prępoſitio copulatiua, quæ ablatiuo ſolet coniungi notanti ſocietatē & coniunctionē animi: ut, Summa cū beneuolentia, ſumma cū hilaritate illum excepi. Interdum denotat comitatū: ut, Cum Socrate profectus ſum. Aliquando accipitur pro contra, πρός: ut, cum hoſte pugno. In cōpoſitione uerò poſtpoſita inuenitur: ut, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuſcum. Aliquando aduerbium eſt, & accipitur pro quando, ὅτε, ἐπειδή. Verg. 3. Eclog. Cum faciam uitulā pro frugibus, ipſe uenito. Iungitur modo indicatiuo. ut, cum dico, Cum dicebam, Cum dixi, Cum dicam. Modò ſubiunctiuo: ut Cum dic. rē. Interdū accipitur pro dū, ἐπειδή. Cic. cum me in Africā cōtuliſſem. Interdum pro Quāuis, & exigit poſt ſe Tamen, iungiturq; ſubiunctiuo. Cic. pro Deio. cum in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi cōmoueri ſoleā, tamen in hac multa ita me perturbant. Aliquando pro Quoniam, ut cauſam denotet. et ſimiliter ſubiunctiuo iungitur: ut, Cum inuenirē Latinos proprio ſermone hæc parum attigiſſe, conatus ſum pro uiribus. Iungitur quandoq; cū, & Tum, (καὶ, καὶ,) quę licet idē ſere ſignificēt, diuerſo tū modo ordinātur. Nā in cū eſt quiddā minus, in tū quiddā maius: & hoc duobus modis fit: ut aut generale pręcedat, et ſequatur ſpeciale: aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic: Quin. Quod cum omnibus cōfitendū eſt, tum nobis pręcipue, qui rōnē dicendi à bono uiro non ſeparamus. i. omnibus multum, mihi autē maxime. Altero modo. Idē: Quod opus Marcelle uictori tibi dicamus, quē cū amiciſſimū nobis, cū eximio literarū amore flagrantē, digniſſimū hoc mutuę in nos charitatis pignore iudicamus. i. multum propter amorē tuum in nos, plus tamen propter amorē literarum. Aliquando & Cum et Tum coniunctiuo iunguntur. Cic. Curio. lib. 2. Epiſt. Graui teſte priuatus ſum amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo uiro, qui cū ſuis uirtutibus, tum uerò te filio ſuperaſſet omnium fortunas, ſi te antē uidiſſet quā è uita diſcederet. Qū aūt fit ſub duobus uerbis fieri debet ſub eodē modo et tempore. Ci. Att. li. 1. Itaq; cū meus me mæror quotidianus conficit, tū uerò hęc addita cura nix uitā mihi reliquā facit. Quanquā ēt interdū diuerſorū modorū et tēporum uerbis iuncta inueniunī. Idē eidē li. 3. Quod cum ſemper antea intelligerē, tum uerò proxime iudicaui. Idē in prin. lib. 1. de Nat Deo. Cum multę res in philoſophia nequaquā ſatis adhuc ſint explicatę, tū difficilis Brute (quod tu minime ignoras) quęſtio eſt de Nat. Deo Ponitur quoq; Tum ſine cum, geminatum uel triplicatum in rebus paribus. Quin. Nec indignet Herodotus ęquari ſibi Titum Liuium, tum in narrādo miræ iucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus, ſupra ꝙ enarrari pōt, eloquentē. ita dicunī omnia tum rebus, tum perſonis accomodata. Ponitur nonnunquā Tum pro aliquando, ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, & ſic ferè geminatum. Ci. Tum hoc, tum illud argue. i. mò hoc, modo illud. Quandoq; pro tunc, τότε Ver. 8. Aen. Tum primum noſtri Cacum uidere tremente. Quandoq; eſt aduerbium ordinis pro deinde, εἶτα. Idem. 6. Aen. Ipſe Atri uelleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnęq; ſorori Enſe ferit, ſterilēq; tibi Proſerpina uaccā: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoq; pro prætereà. Ter. in Prolog. Eunuc. Si quiſquam eſt, qui ſe ſtudeat facere bonis Quamplurimis, & minime multos lędere, In his Poeta nomē profitetur ſuū. Tū ſi quis eſt, qui dictū in ſe inclementius Exiſtimet eſſe, &c. Sunt qui diſtinguant, ut quando præpoſitio eſt, cū c ſcribi debeat, quando aduerbium ſeu coniunctio, cum q. Sed cum ratio non ſit ſatis ponderoſa, iam doctorum uſus obtinuit, ut cum c, ſemper ſcribatur: quare unuſquiſque prout uoluerit ſcribet.

Antiquitus, cùm aduerbium erat, Quom ſcribebatur.

CVMALTER, una particula, antiqui pro cum altero uſurpabãt breuitatis gratia, ut annotauit Feſtus.

CVM DICTO, {*Subito detto*} (ἅμα λέγων, σὺν τῷ λόγῳ) ſignificat, ſtatim poſt uerba, & uix dum finito ſermone. Apul. Et cum dicto ſutili centunculo, faciem ſuam iam dudum punicantem præ pudore obtexit.

CVM IMPERIO eſſe, (ἀρχή) dicebatur, cui nominatim demandabatur à populo imperium.

CVMMAXIME, ({*Grandiſſimamente*} (ὅτι μάλιστα) uehementiſſime, uehementius quàm alias unquam. Cic. pro Cluen. Mater, quæ multos iam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit.

CVM PARTIM, ueteres dixere pro partim. Cato: Ibi pro ſcorto fuit in cubiculum, ſurrectauit è conuiuio cum partim illorum iam ſæpe ad eundem modũ erat. Vide ea, quæ ex Gellio annotauimus in dictione Partim.

CVM POTESTATE ESSE, {*Eſſere con magiſtrato*} (ἄρχειν, ἐν ἀρχῇ εἶναι) dicebatur, qui à populo alicui præficiebatur negotio, ſeu qui magiſtratũ gerebat. Cic. lib. 2. de Inuen. Felix, an infelix: priuatus, an cum poteſtate ſit.

CVMPRIMIS, (ἐς τὰ πρῶτα) ſignificat in primis. Cic. 3. Verr. Homo domi ſuæ cumprimis locuples. Cũprime, olim dicebatur pro Cõprimis. Q. Quadrigarius: Nam M. Manlius, quem Capitolium ſeruaſſe à Gallis ſuperiùs oſtẽdi, cuiuſq; operam cũ M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortẽ Reſpu. ſenſit, &c.

CVM STOMACHO ALIQVID FACERE, (κακοστομάχως) dicimus, hoc eſt, cum indignatione, ſiue faſtidio.

CVM TEMPORE, (χρόνῳ) hoc eſt, cum mora & ſpatio temporis.

CVM VENIA TVA, (σοῦ ἐπιτρέποντος, συγχωροῦντός σου) dicimus, hoc eſt, pace tua, & te permittente.

CVMA, (Κύμη) urbs Aeolidis ex aduerſo Lesbi ſita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter X X X. Ab hac ciuitate cognominata eſt Sibylla Cumæa (κυμαία) quã aliqui à uicinitate loci Erythreã appellarunt, quæ profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata eſt. Item patria fuit Ephori, uiri doctrina clari, & Iſocratis oratori familiaris: præterea & Heſiodi Poetæ, qui patrem ſuũ, relicta Aeolica cuma, in Bœotiam migraſſe dicit. Huius oppidi incolæ Cumæi (κυμαῖοι) dicti ſunt, qui ſtupiditatis nomine male audierũt. Olim.n. uulgatũ erat tota Aſia prouerbium, Cumæos ſerò ſapere. De cuius origine duæ afferũtur ſententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos cũ ad mare urbẽ opportunã haberent, & tamẽ nullũ ex ea reciperent prouentũ, uix demũ trecenteſimo anno ab urbe condita intellexiſſe, ex portorio reditum non contemnendum poſſe confici. Alij pecunia fœnori accepta, ampliſſimas eos porticus tradunt ædificaſſe: quam pecuniã cum conſtituta die non exoluiſſent creditores in ipſarum porticum poſſeſſionẽ fuiſſe miſſos: qui deinde ciues à deambulatione arcebant. Verum cum ingens pluuia repente ingruiſſet, creditores ſtatim edictum promulgaſſe, ut Cumæi ſe in porticuſ reciperet. Præcone itaq; identidẽ acclamãte, Subite porticus, uiri Cumæi, qui tibi tunc aderant hoſpites rem in iocum uerterunt, tãquam non intelligerẽt Cumæi, niſi iuſſi, pluuiæ tempore porticus eſſe ſubeundas. Hæc Stra. lib. 13.

Sunt & aliæ eiuſdem nominis urbes: quas uide apud Stepha.

CVMÆ, arum, (Κύμη) ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Eubœæ uenerunt. Seruius in illud Verg. li. 3. Aen. Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem. Eubœa, (inquit) inſula eſt, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas, & haud longe à Baijs (qui locus a ſocio Vlyſſis Baio illic ſepulto nomen accepit) inuenerũt uacuum litus: ubi uiſa muliere grauida) quod illi fœcunditatis augurium interpretabant (ciuitatẽ cõdiderũt, quã Cumas appellauerũt, ſiue ἀπὸ τῆς κυούσης hoc eſt, à prægnante, ſiue ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nã τὸ κῦμα undam ſignificat, υ, aũt Latini in u, conuertunt, ut Byrrhia Burrhia. Inde Cumani et Cumæi, κυμαῖοι: quãuis κυμαῖοι ẽt dicãt a Cumæa ciuitate Aeolica.

CVMATILIS color, (κυματίας) a fluctuum ſimilitudine appellatus, qui et Cæruleus alio nomine dicitur. Nã Græci κύματα fluctus uocant. Plau. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc ẽt colorẽ periphraſticu's deſignat Oui. lib. 3. ſuæ Artis, cum ait, Hic undas imitatur: habet quoq; nomen ab undis.

CVMERA, p. c. {*Bugnola*} uas ingens uimineum, uel ẽt fictile, quo frumenta condunt, ut inquit, Acron. Feſtus uerò auctor eſt, Cumeras ex ſparto, palmarum've folijs confici ſolere. Horat. lib. 1. Sermo. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris?

CVMERVM, antiquis uaſis genus erat, quod opertum in nuptijs ferebatur, in quo erat nubentis ſuppellex. Feſtus. Cumerũ (inquit) uas nuptiale, a ſimilitudine cumerarum, quæ fiunt palma uel ſparto ad uſum popularem, ſic appellatum.

CVMINVM, ſiue CYMINVM, pe. pr. (κύμινον) herba eſt notiſſima, folio fœniculo non diſſimilis, radice ſubrotunda, ſemen ferens copioſum, & cauicu latum, quod in uino epotum palloerm fertur generare. Vnde etiam ab Hora. li. 1. Epiſto. Exangue cuminum appellatur. Quod ſi pallerem caſu, biberẽt exangue cuminum. Perſ. Saty. 5. Pallentis grana cumini. Galli hoc ſemen uocãt du Cumin. Eſt item Cuminum agreſte, (κύμινον ἄγριον) ſatiuo multo efficacius, in collibus ferè prouenicns: de quo uide Dioſcoridem.

CVMVLO, as, are. {*Accumulare, ammaſſare*} (σωρεύειν, ἐπισωρεύειν) implere, coaceruare, & quaſi ad cumulum addere. Verg. 1. Aen. Et nunc ille quidẽ ſpemultum captus inani Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis. Tractũ a mẽſuris, quibus nonnihil ſolet addi. Dicimus, Cumulo tibi honores, & Cumulo te honoribus. Cic. ad Att. lib. 14. Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, q uulgo hominum opinio ſociũ me adſcribat tuis laudibus. Hinc Cumulatum, aduerb. pro aceruatim, σωρηδόν. Varro de Re ruſt. lib. 3. c. 15. Quibus in tenebris cum cumulatim poſitum eſt, in dolijs fiunt pingues. Cumulate, abundanter. Cic. 2. Diuin. Quæ ut bene, cumulateq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.

CVMVLVS, pe. cor. {*Cumulo, mucchio, maſſa*} (σωρός) proprie dicitur maiorũ rerum ueluti aceruus quidam. Liu. 10. ab Vrbe: Conſulis corpus eo die quia obrutum ſuper ſtratis Gallorũ cumulis erat, inueniri nõ potuit. Verg. Cumulũ pro altitudine, & quaſi magna aquæ mole poſuit. 1. Aen. Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. Cumulus itẽ eſt, qui additur menſuræ plenæ, (ἐπίμετρον) ut inquit Feſtus, & per translationem accipitur pro quauis acceſſione. Cic. pro Sext. Roſcio: Vt ad illam opimam prædam damnatio Sext. Roſcij, uelut cumulus accedat.

CVNABVLA, Vide Cunæ.

CVNÆ, arum, et Cunabula, orum, {*Cuna, culla. Pet. Et credo dalle faſcie & dalla culla*} (σπάργανα) pro eodẽ accipiuntur: dicta quaſi Cynæ, & Cynabula. Nã (κυεῖν) Græci ꝯcipere dicunt, & parere. Latini autem ſuo more υ, in u, conuertũt. Sunt autem lectuli, in quibus infantes ſolent iacere, uel loca, in quibus naſcuntur. Cic. 1. Tuſc. Idẽ ſi puer paruus occidit æquo animo ferendum putant: ſi uero in cunis, ne querendum quidẽ. Dicuntur & Incunabula: nam in, præpoſitio hoc loco nihil ſignificat, ſicut & in aliquot alijs dictionibus, ut Columis, & Incolumis. Sunt qui Cunabula, & Incunabula a cunis diſtinguant, & ea proprie dici exiſtiment, quæ ad cunas inſtruẽdas, & ornandas pertinent: Cunas uero exiguũ illud fulcrum, ex ligno alia've materia, in quo infantis lectulus ſternitur. Plau. in Amph. Sed puer ille, quem ego laui, ut magnus eſt, et multũ ualet: nec eũ quiſpiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Tru. Faſcijs opus eſt, puluinis, cunis, incunabulis. Per translationẽ idẽ in Pſeudolo: Sed iſtic ſeruus Caryſto huc qui aduenit, quid ſapit uſq; a cunabulis. i. uſq; ab infantia, uel uſq; a puero: hoc eſt, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Liu. li. 4. Ab incunabulis imbutũ odio Tribunorũ. Ver. lib. 3. Cunabula pro initijs poſuit: Mons Idæus ubi, & gẽtis cunabula noſtræ Centum urbes habitant. Cic. in Saluſt. An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis? Vbi rudimenta pro initijs, & incunabula pro fomentis, ſiue augmentis poſuit. Quãdoq; Incunabula uocamus nutritionẽ puerilem: unde locum incunabulorum uocamus eum, in quo ab ipſa ſtatim infantia educati ſumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis uagire conſueuimus. Suet. in Veſp. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum aſſidue frequentauit.

CVNCTATOR, {*Allungatore, che tiene in tempo*} (μελλητής, σχολαῖος) dilator, procraſtinator. Cælius Ciceroni: Noſti Marcellum, quàm tardus, & parũ efficax ſit. itemq; Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia uires Hannibalis fregit. Vnde illud Ennianum: Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

CVNCTI, {*Tutti*} (σύμπαντες) ſignificat quidem omnes, ſed qui ſunt coniuncti: Omnes uero, etiam ſi ſunt diſiuncti, & diuerſis locis. Verg. 1. Geor. Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.

CVNCTOR, aris, atus, cum c. ante t. {*Indugiare, differire di di' in di'*} (μέλλειν, ὀκνεῖν) uerbum deponens eſt, idẽ ſignificans, quod moror, ſiue procraſtinor, & de die in diem differo. Ver. 4. Aen. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorũ expectant. Cæſ. 1. bel. Ciu. Si cunctetur, atq; agat lenius, ne quicquam eius auxiliũ, ſi poſtea uelit, Senatum imploraturum. Cunctatio, uerbale (μέλλησις, ὄκνος, ἀμφίβασις) tardatio, mora. Cic. 1. Offi. Sed ijs, qui habent a natura adiumenta rerũ gerendarũ, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, & gerenda Reſpu. eſt. Cũctans, cunctantior, cunctantiſſimus. Liui. 10. bel. Pun. Sic ut dubites, utrum ingenio cunctatior fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat. ſic nihil certius eſt, quàm unum hominem cunctãdo nobis rẽ reſtituiſſe. Cunctabundus. Liui. 6. ab urb. Quod ubi aciem iam inſtruenti Camillo Centuriones renunciauerunt, turbatas militũ mentes eſſe, ſegniter arma capta, cunctabundosq; & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, etc. Cunctãter, aduerbium (σχολαίως) cum mora. Liu. 1. ab urb. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. A' Cunctor fiunt compoſita, Percunctor, & Recunctor, quod eſt iterum moror.

CVNEARE, {*Puntellare*} (σφηνοῦν) eſt cuneis adactis firmare. Pli. li. 16. cap. 40. Ab his proxima eſt cornus: quãquã non põt uideri materies propter exilitatem, ſed lignum non alio penè quàm ad radios rotarum utile, aut ſiquid cuneandum ſit in ligno, clauiſq; figendum, ceu ferreis. Cuneari item eſt in cunei formam coarctari. Vnde Pli. lib. 3 ſcribit Hiſpaniam anguſtijs quibuſdã cuneari.

CVNEATIM, (κατὰ σφῆνα) per cuneos. Ammian. Imperator cuneatim ſtipatus. Cæſ. 7. bel. Gall. Hoſtes re noua perterriti, muro, turribuſq; deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

CVNEATVS, a, um, {*Puntellato*} (σφηνοειδής) quod eſt in formam cunei factum, hoc eſt, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. Vnde a Liuio forma ſcuti Cuneatior appellatur, cuius ſummum latius, imũ ſtrictius erat. Item Cuneatus ager, apud Col. lib. 5. cap. 2. in cunei formam factus, ut puta cum eſt longus pedes centum, latus ex altera parte pedes uiginti, ex altera pedes non amplius decem. Oui. 13. Meta Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis. Hinc fiunt compoſita, Excuneatus, & Diſcuneatus: de quibus uide infra ſuis locis, & ea, quæ annotauimus in dictione Cuneus.

CVNEVS, {*Conio*} (σφήν) inſtrumẽtum eſt ferreum, aut ẽt ligneũ, quo finduntur ligna. Huius prima pars acutior eſt, ut quãuis rimulam, facile intret, ſequẽs autẽ latior & amplior. Ver. 1. Geor. Nã primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Per translationẽ ſumitur pro peditum multitudine, in cunei formã redacta, teſte Vegetio lib. 2. quæ Græcia σφὴν dicitur, hoc eſt, quæ ita diſpoſita eſt, ut eius pars prima anguſtior, deinde latior procedat. Ab huius ẽt ſimilitudine Cunei dicti ſunt loca in theatro, id eſt, graduum ordines, in quibus uulgus ſpectatorum ſtabat inter ſedentium ſubſellia. Iuuena. Cuneis an habẽt ſpectacula totis, Quod ſecurus ames? Vitr. li. 7. Cunei ſpectaculorũ in theatro ita diuidantur, ut anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigãt aſcẽſus, ſcalaſq; inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum elegãti epitheto a Vergilio Cuneatum dicitur. Excuneati, ab Apul. dicti ſunt, quibus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatam turbam, Cuneos dicimus. Cyprianus. Stipatus clientum cuneis. Verg li. 2. Geor. Hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim populiq; patrumq; Corripuit.

CVNEOLVS, li, diminutiuum a Cuneus hoc eſt, eſt clauus ligneus, quo duo uel plura tigna connectuntur. Cicero de Vniuerſ. Crebris quaſi cuneolis iniectis unum efficiebant ex omnibus corpus.

CVNEVS, (σφὴν Straboni) ager eſt, aut, ſi mauis, promontorium Luſitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hiſpania in Occidentem quàm longiſſime excurrit. nomen habẽs a figura cunei, quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata eſt, paulatim in latitudinem procedens, unde etiam Artemidorus promontorium hoc nauali roſtro aſſimulauit. Pompo. lib. 3. Luſitania trans Anã

qua

qua mare Atlanticum ſpectat.in tria promontoria diſpergitur. Auę proximum, quia lata ſede procurrens paulatim ſe ac ſua lata faſtigiat, Cuneus ager dicitur: ſequens, Sacrum uocant: Magnum, quod ulterius eſt. Hæc ille. Ptolemæus non ſine errore hoc promõtorium Sacrum eſſe exiſtimauit: ut apertiſsime docet Vadianus in locum Pomponij iam citatum.

CVNICVLVS, {Coniglio}(δασύπους) animal lepori ſimile, quod ſub terra effoſſa latere ſolitum eſt. Martial. Gaudet in effoſsis habitare cuniculus antris. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 12. Cuniculi dicti ab eo, quòd ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris. Eſt & Cuniculus, foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendas urbes inuentum. ὑπόνομον. Plin. Tentata per cuniculum fuga. Vnde Cuniculis oppugnare, per tranſlationem, hoc eſt, dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui faceſſere. Et Agere cuniculos, (ὑπονομεύειν) quod uulgus Minare dicit, uel Minas facere, Cæſ. 8. bel. Gal. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plini. lib. 9. ca. 38. Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras exæquari, ac modico uapore torreri, & ideo lõginquæ fornacis cuniculo.

CVNICVLATIM, aduerb. cuniculi modo. Plin. lib. 9. ca. 33. Iam diſtinctio ne ungulata, criſta, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

CVNICVLARIÆ, inſulæ ſunt in mari Liguſtico, Corſicæ adiacentes. Auctor Plin. lib. 3. cap 6.

CVNICVLARIVS, rij, ſubſtantiuum, qui ſub terris cuniculos fodit. Vegetius lib. 2. cap. 11. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium uidebatur, nunquam deeſſet in caſtris, uſque eò, ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, murisque intra fundamẽta perfoſsis, improuiſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.

CVNICVLOSVS, a, um, plenus cuniculis Catullus. Tu præter omnes aui de capillatis Cuniculoſæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

CVNILA, (κονύζα Dioſcoridi) herba eſt, quã uulgus a necandis pulicibus Pulicariam appellat: Latini etiam Cunilaginẽ: de quo pauló antè latius egimus in dictione Conyza. Huius uerò herbæ multa ſunt genera. Nam quędam Bubula appellatur, & ſemen pulegij habet, quod contra ſerpentes in uino bibitur. Quædam Gallinacea, a Græcis Origanum Heracleoticum Tertia a Græcis Maſcula, a noſtris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignoſæ, folijs aſperis: cuius manipulum ſi quis in domo poſuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodeſt aduerſus omnia uenenata. Hæc Plin. libr. 20. cap. 16.

CVNILAGO, inis, tertium genus eſt cunilæ, quam Gręci Maſculam appellãt odorem fœdo, radice lignoſa, folio aſpero: ad quam in ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur. Auctor Plin. lib. 20 capi. 16.

CVNINA, dea, quã priſci coluerunt, quæ cunis infantium præſidere putabatur.

CVNIRE, (inquit Feſtus) eſt ſtercus facere. Dictum a cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

CVNNILINGI, dicebantur homines fordidiſsimi, a cunnis lingendis.

CVNNVS, per duplex nn, pars mulieris pudẽda. Lucia. τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον. Vox eſt apud Martialem crebro repetita.

CVNTZAMIS, midis, (κυντζαμίς) herba, quæ alio nomine Cunilago dicitur. Auctor Plin. lib. 19 capi. 8.

CVPA, ſiue, (ut alij malunt) Cuppa {Botta}(πίθος) uas uinariũ amplum, in quo uinum in apotheca conditum ſeruabatur. Vlpianus de Legat. 3. l. Cuius. Vaſa (inquit) uinaria, id eſt cupæ & dolia, quæ in cella fixa ſunt. Cupis etiam utebãtur ad naues, quæ reficiendæ erant, ſuſtinendas. Lucanus: Nanque ratem uacuæ ſuſtentant undique cupæ.

CVPEDINARII, {Viuanderi}(ὀψοποιοί) qui eſculenta & poculenta delicatiora cocta uendunt. Terent. in Eunuc. Ad macellum ubi uenimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

CVPEDINARIVM forum, & Cupedinis forum, in quo delicatiores epulæ coctæ uendebantur: ita dictum a cupiditate, uel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Varro lib. 1. Rerũ huma. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt eorum bona & ædes ubi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus eſt locus, in quo uendebantur ea quæ ueſcendi cauſa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.

CVPEDO, dinis, (ἐπιθυμία) idem quod cupido, ſeu cupiditas. Luc. li. 5. Quæ te tam ſcindunt hominem cupedinis acres ſollicitum curę? Et lib. 6. Et finem ſtatuit cupedinis atque timoris.

CVPEDIA, orum, {Cibi delicati} a Romanis appellabantur lautiores cibi, ſiue a Cupedine Romano equite, cuius ędes ſolo equite area foro cupedinario extruendo præbuerunt: ſiue quòd delicatiores eiuſmodi cibi rebus Cupedinis alimenta præbeant. Plau. in Stic. Melius dicis, nihil moror cupedia. Cupedia, cupedię idem. Cic. 4. Tuſc. Aegrotationi autem talia quędã ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulierofitas, peruicacia, liguritio, temulentia, cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia. Quo in loco Cupediã uidetur poſuiſſe pro uitioſo cupediorũ appetitu. Cupedula, æ, dimi. Gel. lib. 6. cap. 13. Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum. Eſt etiam Cupes, qui lautiores cibos frequẽtat. Plau. in Trinum Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

CVPENCVS, lingua Sabinorum ſacerdos appellatur.

CVPES, is, adiectiuum, quo antiqui utebantur pro eo quod eſt, cupedijs et liguritioni deditus. Plaut. in Trinum Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus, Elegans, deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor.

CVPIDITAS, atis, {Cupidità, cupedigia}(ἐπιθυμία) auiditas, libido, appetitus. ut Cupiditas cibi, Celſ. lib. 8. & Cic. 4. Acad. Cic. in Parad. Neque enim unquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Cæca & temeraria dominatrix animi cupiditas, Cice. 1. de Inuen.

CVPIDO, dinis, maſc. gen. {Cupido, Amore Dio. Pet. Queſt'è colui ch'el mondo chiama Amore} (ἔρως) amoris Deus, quẽ Heſiodus natũ uult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arceſilaus ex Nocte & Aethere: Alcæus, ex Lite & Zephyro: Sappho ex Venere & Cœlo: Seneca ex Venere & Vulcano. Duplex autẽ eſt, Ouidio dicente, Alma faue dixi geminorum mater Amorum, &c. Honeſtus uidelicet & turpis: illumque ex Venere & Ioue patre natum uolunt: hunc autẽ Erebi & Noctis filiũ eſſe, quod & ipſum refert Cic. lib. 3. de Nat. deo. Fingitur a poetis armatus flãmis, et telis, aureo uidelicet & plumbeo, (ut patet ex Ouidii lib. 1. Metam. de Daphne & Apolline.) Itẽ cęcus, nudus, alatus, arcitenens, uolatilis, &c. Eius quoque formæ deſcriptio extat multis uerbis apud Apul. de Aſino aureo Verg. de Vino & amore. Bellũ ſępe petit ferus exitiale Cupido. Hinc Cupidineus, a, um, ἐρωτικός: ut, Cupidineæ ſagittæ, Oui. 1. de Remed. amor. Cupido uerò fœmi. gen. (πλεονεξία, ἐπιθυμία) pro cupiditate accipitur: quãuis cupiditas leuior ſit, quàm cupido. Lucil. li. 19. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquã tollitur, quòd cupiditas pars ſit tẽperatior defluens a cupidine. Eſt aũt animi affectio, à libidine & cupiditate proficiſcens: qualis eſt auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionẽ appetimus, & ſimilia. Verg 6. Aen. Quæ lucis miſeris tam dira cupido? Plaut. Pœn. Quanquam cupido uerſatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Oui. in Ibin. Quodque ferunt Brotean feciſſe cupidine mortis. Inuenitur etiã nonnunquã in maſculino genere. Horat. 2. Carm. Ode 16. Nec leuas ſomnos timor, aut cupido Sordidus aufert.

CVPIDVS, {Auido, ingordo, bramoſo}(ἐπιθυμῶν) auidus, quique rei alicuius deſiderio tenetur. Terent. in Hecy. Eius uideodi cupidus. Cupide, aduerbiũ. Ci. pro Roſc. Ego uerò cupide & libenter mentiar tua cauſa. A' cupidus fiũt comparatiua & ſuperlatiua, Cupidior, Cupidiſsimus. Cice. ad Atti lib. 4 Cupidiſsimus mei. Cupidiſsimus pacis, Aſinius Pollio ad Cice. lib. 10. Epiſt.

CVPIO, is, cupiui, cupitũ, {Deſiderare, diſiare}(ἐπιθυμῶ) opto, deſidero. Cic. de Orat. Neque uerò nobis cupiẽtibus atque optantibus fructus otii datus eſt. Cupere alicui, pro bene uelle. Ci. Q. Fratri lib. 1 Quid? ego Fũdanio nõ cupio? nõ amicus ſum? non miſericordia moueor? nemo magis. Cupire in quarta coniugatione apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1. Perfringere ut arcta Naturę primus portarũ clauſtra cupiret. Cupiens, nomẽ, idẽ quod cupidus. Plau. in Mil. Huius cupiens corporis eſt. Cupientiſsimus, Salluſt. Martius cupiẽtiſsima plebe Conſul factus. Cupitus pen. pro. participium. Oui. 3. Faſt. Mars uidet hãc, uiſamque cupit potiturque cupita. Cupitor, oris, pe. pro. Verbale. Tacitus lib. 12. Neque tamen repertus eſt, niſi unus, talis matrimonii cupitor. Cupienter aduerbium. Plau. in Pſeud. Cum quid cupienter dari Petimus nobis.

CVPRA, Piceni ciuitas eſt, nõ procul ab Aſculo: cuius meminit Pli. li. 3. ca. 13.

CVPRESSVS, ſi, {Cipreſſo}(κυπάρισσος) arbor ſpecera, caudice oblongo et recto, folio pini, ſed carnoſiore, molliore que, uel ita pungente, fronde indecidua, odore uehemẽti. Duo eius ſunt genera: Fœmina, quæ ſterilis eſt: ad metæ formã in faſtigio cõuoluta: & Mas, latius ſpargens ramos, conosque proferens pineę nuci nõ abſimiles, licet multo minores. Mira huius eſt inter arbores fœcunditas, quippe quæ trifera eſt, fructusque habet & Ianuario, & Maio, & Septẽbri maturos, nulli tamẽ rei utiles, imo potius noxios, quẽadmodũ ipſa arbor, cuius etiã umbra noxia creditur. Græci κυπάρισσον uocant, a Cypariſſo puero in arborẽ hanc (ut Poetæ fabulãtur) cõuerſo, ſiue potius παρὰ τὸ κυεῖν παρίσους, hoc eſt, ab eo, quòd ex æquo & ramos, & fructus creet. Numeratur Cupreſſus inter arbores funeſtas, eò quòd & tarde creſcat, et ſucciſa nõ repullulet. Ideo funebri ſigno ante defunctorũ ædes eã poſuere maiores. Legitur & Cupreſſus, us, per quartam declinationẽ. Oui. 3. Triſtium. Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu.

CVPRESSINVS, a, um, pe. cor. {Di cipreſſo} (κυπαρίσσινος) quod eſt ex cupreſſo. Plin. libro 23 cap. 4. Cupreſsinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum.

CVPRESSEVS, a, um (κυπαρίσσινος) quod ex cupreſſu confectũ eſt. Liu. 7. Belli Punici: Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur.

CVPRESSETVM, ti, pen. pro. {Luogo che ha molti cipreſsi} (κυπαρισσών) locus cupreſsis conſitus. Cice. 1. de Legib. In cupreſſetis Gnoſiorum.

CVPRESSIFER, a, um, {Che produce cipreſsi} (κυπαρισσοφόρος) ferẽs cupreſſos. Oui. Epiſt. 9. Vt Tegeæus aper cupreſsifero Erimantho Incubat.

CVPRVM, (κύπριος χαλκός) genus quoddam æris, quod à Plinio Aes Cypriũ uocatur. Galli uocant du Cuyure. Vnde apud Palladium Cuprini claui dicuntur. Cupreus, a, um, ut, Cupreum uas. Plin. lib. 23. cap. 3. Cogitur in cupreo uaſe ad craſsitudinem mellis.

CVR, {Perche? perche cagione?} interrogandi aduerbium, idem ſignificans quod quare, (τίνος, οὕνεκα, διὰ τί;) licet quidã Quur per q. ſcribendum putent, & à Quare per ſyncopen, atque apocopen deductũ, a & e literis detractis. Terẽt. in And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meã ſenectutẽ huius ſolicito amentia? Aliquando etiam relatiue accipitur, uel infinite. Cice. pro Roſc. Com. Nõ fuit cauſa, cur tantum laborem caperes.

CVRA, {Cura, penſiero, trauaglio}(φροντίς) ſollicitudo, anxietas, ita dicta, quòd cor edat, & excruciet. Teren. Phorm. Cura & ſumptu abſumit. Verg. 1. Aen. Quãdo hæc te cura remordet. Quãdoque ponitur pro ſtudio & diligentia. ut, Salus tua eſt mihi curę. i. ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoque pro opere quod adhibita cura fit. Martial. Teque piget curę pręmia ferre tuę. i. præmia operis abs te facti. Quandoque pro amore. Verg. 4. Aen. At regina graui iandudũ ſaucia cura. Quãdoque pro munere, quo curator fungitur: uulgo Curatela dicitur. Vlpia. l. hęres abſens. §. ſi quis tutelã. ff. de iudic. Si quis tutelã, uel curã, uel negotiũ, uel argentariam, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit. Verg. etiã apud inferos, inter monſtra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quaſi duas aliquas: Et ultrices poſuere cubilia Curæ.

CVRATIO, {Cura. Pet. Però ſignor mio caro bagziate cura} (θεραπεία) ut docet Donatus, medicorũ eſt, Cura mentis, Curatura diligentię. Cic. ad Tiron. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio, ſed planè curationes eius non probo. Inuenitur etiam Curatio pro iniunctione muneris, ἐπιστασία. Cic. in Orat pro Rab. Poſth. R. Curtius curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. Curatio, onis, pro cura, ſiue prouincia alicui delegata. Cice. 1. de Natu. deo. Ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent.

CVRATOR, {Curatore, tutore} (ἐπιτροπος κύριος, κηδεμών, ἐπιμελητής, ἐπίσκοπος, ἔφορος,) generali nomine dicitur præpoſitus alicui negotio. ut, Reficiẽdis muris curator Demoſthenes fuit, Cic. de opt. gene. orat. Curatores urbis et annonæ ędiles. Idẽ 2. de Legib. Inſti. de curatorib §). Maſculi quidem puberes & fœminæ uiripotẽtes, uſque ad uiceſimumquintum annum completum curatores accipiũt. quia licet puberes ſint, adhuc eius ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſsint. Feſtus ſcribit Curatorẽ eſſe, qui pupillis loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curam gerat. Sic Curator, qui rei frumentariæ & agris diuidundis prępoſitus eſt. Hoc etiam pacto a Gellio Catullus dicit Cu-

rator reſtituendi Capitolĳ Sueto.in Calig. Curatorem munerum ac uenationũ, per continuos dies in conſpectu ſuo catenis uerberatum, nõ prius occidit, q̃ offẽſus putrefacti cerebri odore. Sallu. Cæterũ de Repub ueſtra, cuius huc curator miſſus es, paucis accipe. A' Iuriſconſultis peculiariter Curator dicitur, cui bonorum furioſi, aut prodigi, cui bonis eſt interdictum, adminiſtratio cõmittitut.

CVRATORIA, æ, (ἐπιτροπεία) curatoris pupillorũ munus. Herẽ. lib. j. ff. de excuſat. tuto. Conſcribens librum (ut mihi uidetur) utiliſſimum, quem excuſationum tutelę & curatoriæ uocaui, huc tibi miſi. Ibidem l. ĳ. Excuſantur à tutela, & curatoria, qui ſeptuaginta annos compleuerunt.

CVRATVS, participium, cum diligentia & cura factus. Bene curata cute nitidus, Hora. 1. Epiſt. Plin lib. 18. cap. 6. Abduxit filiam ualidam atq; bene curatam ac ueſtitam. Curate, (ἐπιμελῶς) aduerbium, pro accurate. Taci. li. 2. Eius negotĳ initium, ordinem, finem curatius ediſſeram.

CVRAX, cis adiectiuum, {Diligente, uigilante} (ἐπιμελὴς, φροντιστικός) diligẽs, curæ & uigilantiæ plenus. Caius l. ſi quid uenditor ff de ædil. edic. Verbi gratia. ſi conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut uigilacẽ eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, tardus, comeſſor inueniatur, &c.

CVRATORIVS, a, um, (ἐπιμελητικός) quod ad curatorem pertinet: ut Curatoria actio.

CVRCVLIO, pen. cor. huius curculionis, maſcu. gene. {Tignuola} (τρώξ) animal paruum frumentum corrodens: quaſi gurgulio, eò q; nihil in eo penè aliud q̃ guttur uideatur. Verg. 1. Geor. Populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Eſt etiã Curculio, (βρόγχος, ἀρτηρία) uia patens, ſiu fiſtula colli exterior per quã ſpiritus attrahitur, atq; emittitur. Conſtat autem ex cartilagine molli & flexuoſa quaſi ex annulis in catenæ modum compactis, ſed imperfectis. Dici etiam ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, ut ſpiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem corq; defertur. Trachiam arteriam medici appellant. Pli. Arteriam aſperam: cuius operculum eſt Epiglottis. Scribitur autem Curculio, per c, non Gurgulio per g, ut conſtat ex Argumentu Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionẽ inſcripſit: in qua primæ uerſuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

CVRES, (κύρεις) pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius ciues Quirites, (κυρῖται) dicebantur. Conuenerũtq; Romulus & Tatius in hanc ſententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romã migrarent, Romaq; nomẽ retineret: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Oui. li. a. Faſt. Te Tatius paruiq; Cures, Ceninaq; ſenſit. Hinc etiam populi Cures. Verg. lib. 9. Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris.

CVRETES, (κουρῆτες) populi Cretæ inſulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati ſunt. ex Ida Phrygiæ monte (ut quidam uolunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretę montem, quem primum inſedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teſte Strabone lib. 10 ἀπὸ τῆς κουρᾶς, hoc eſt, à tonſura. Anteriorẽ enim capitis partem detonſam geſtabant, ne hoſtes eos cæſarie apprehenderent. Alĳ Curetas dictos putant ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eò quod Iouem aluiſſe dicantur.

Auctor eſt idem Strabo, loco iam citato. Curetas in Græciam quoq; traieciſſe, tandemq; conſediſſe trans Acheloum fluuium. ibiq; cum intonſa ſeruarent capita, Acarnanas uocari cœpiſſe.

CVRIA, {Corte} (βουλευτήριον, ἀρχεῖον) à cura dicta. Curia, inquit Feſtus locus eſt, ubi publicas curas gerebant: item ſedes ac templum publici conſilĳ. Cic. de Senect. Non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Eſt autem Curia duplex, ſacrorum ſcilicet et ſenatus. In curĳs enim uel ſacerdotes res diuinas, uel magiſtratus humanas curabant. Et nõ ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus ſumitur, βουλή. Luca. Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Curiæ etiam nominantur, populi partes, quales fuerunt ex, in quas Romulus populũ diſtribuit, numero triginta: quas, quoniam tunc Reipu. curam per earum partium ſentẽtiam expediebat, Curias appellauit. His poſtea additæ aliæ quinq; fuere, ita ut in ſua quæq; curia ſacra publica faceret, feriasq; obſeruaret. Curia in qua habebatur ſenatus, Templum erat. Habebatur autẽ modo in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc, modò in illo templo. Curia Calabra, à calando, hoc eſt, à uocando, dicta eſt, q; calata, hoc eſt, uocata in Capitolium plebe, iuxta hanc curiam Pontifices pronũtiare ſolẽt, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent. Curia Hoſtilia, quam primũ ædificauit Hoſtilius rex Romanorum. Ci. pro Milone curiam uocat Templum ſanctitatis amplitudinis, mentis, conſilĳ publici, caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium ſedem ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini.

CVRIALES, dicuntur, qui ſunt eiuſdẽ curiæ, (φυλέται, φράτορες) ſicut Tribules, eiuſdem tribus. Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aulul. Nam neque quiſquam curialium Venit, neq; magiſter, quem diuidere argentũ oportuit. Cice. 2. Offic. Theophraſtus quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.

CVRIATVS, a, um, adiectiuũ: ut Curiata lex, à curiatis comitĳs dicta, id eſt, tributim cunctis. Cic. ad Atti. Qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex curiata ferretur. Et Curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gell. lib. 15. cap. 27. Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id eſt, conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri, teſte Cic. pro domo ſua. Idẽ p lege Agr. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata auſpiciorum cauſa remanſerunt. De his uide ſupra in dictione Comitium.

CVRIO, nis ſacerdos curiæ. In curĳs enim ſacerdotes ita res diuinas curabant, ſicut ſenatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat: ut ſcribit Varro. Nõ inepte fortaſſis etiam noſtros hodie ſacerdotes, quos uulgus Curatos uocãt, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam Curam barbare appellamus. Curio maximus (ἀρχιερεύς) dicebatur cuius auctoritate curia, omnesq; Curiones regebãtur. Curiones quoq; dicti ſunt præcones. Iul. Capitolinus: Ille per curionem dici iuſſit, impoſturam fecit, & paſſus eſt Plau. uero in Aul. agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum, confectumq;: unde a contrario Apul. in Flor. agnum opimum, & pinguem dicere uolens, appellauit Incurioſum. Item Curiones dicti ſunt quidam Romani ciues.

CVRIONATVS, us, Curionis dignitas.

CVRIONIA SACRA, quæ a Curionibus in curĳs fiebant. Feſtus.

CVRIONIVM, dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Feſtus.

CVRIO, prænomine Quintus, inſignis Orator fuit, qui Cæſarem in quadã oratione omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierẽ appellauit. Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primum bellum ciuile inter Pompeium & Cæſarem exarſit: & cum ex perditiſſimo luxu ſeſe ære alieno obruiſſet, Cæſarem ad bellum ciuile incitauit, cauſamq; illius abſentis defendendam ſuſcepit. Vnde etiam à Lucano Venalis lingua fuiſſe dicitur. Periit in Africa, cui à Cæſare erat præpoſitus, a Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus.

CVRIOSVS, {Curioſo. Pe lui era il curioſo Dicearco} (περίεργος, πολυπράγμων) multa cura dicitur, ſiue in bonum, ſiue in malum. In malum, quoties plus diligentiæ, q̃ oporteat, rebus uel noſtris, uel alienis adhibetur. In bonũ, cum cura ſupra modum utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur Curioſus, qui multũ, ſiue diligenter aliquid curat. Cic. Appio Pulc. Ita eſt homo, non modo prudẽs, uerumetiã æquus uir, & curioſus. In bonam quoq; partem Col. li. 3. uſus eſt aduerbio: Sin autem (inquit) ipſam uitem ſternere uoles, iuxta radicem ita ut ipſam lędas, curioſe fodito, μετ' ἐπιμελείας. Similiter incurioſe, ἀμελῶς, ἀπερίεργως. Gel. ſi quis non incurioſe legat. Non eſt ergo Curioſus, a praua tantũ cura, uti Valla putauit, ſed etiam a diligenti & optima. De deriuatione quoq;, cum dicit, Curioſus non tam a cura, q̃ a curia uidetur deſcendere, cuius compoſitum magis eſt in uſu, Incuria, (ἀμέλεια) id eſt, negligentia: etſi Curia a Cura dicatur: non ei aſſentio, neq; de compoſitione, ut a curia componatur incuria: ſed dico ita uenire Curioſus a cura, per adiectionem literę i, quemadmodum & curia, niſi a Curio ſumere uelimus. Similiter Incuria, per adiectionem i, liquet non a curia, ſed a cura componi, quod ſignificatio eorum aperte declarat. Nã Cura & Incuria, ſunt oppoſita, et ex contraria eorum ſignificatione facile monſtratur Incuria a cura componi. quoniam In, negatiue ſtat: et alterius ſignificatio ex cõtrario alterius edocetur: eo q; ſicut Cura diligẽtia eſt, ita Incuria negligentia, ut Cice. in Lælio oſtendit. Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria. Quod nõ ſignificaret, ſi a curia componeretur. nam eſſet locus a cura diuerſus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura ſacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in Curioſus, Incurioſus & Incuria, niſi euphoniæ cauſa factam puto, quod non recte ſonet Curoſus & Incuroſus & Incura. Curia uerò accepiſſe i, arbitror, ut aliam a cura ſignificationem caperet, & nihilominus primitiui naturã ſẽper oleret. A' curioſus fit Curioſitas. (πολυπραγμοσύνη) pro affectione & diligentia. Cic. ad Att. lib. a. Sum in curioſitate ὀξύπεινος: ſed tamen facile patior te id ad me, &c. Et Curioſe, aduerbium, ἐπιμελῶς. Cic. ad Att. lib. 9. Cum de eo curioſe quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius.

Ab Incuria Incurioſus. & Incurioſe. Plini. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus. Aliquando Incurioſus capitur pro pingui, q; illi potiſſimum qui omni prorſus cura ſunt liberi pulcherrime pingueſcant. Vnde Apuleius in Flor. agnũ egregie obeſum uocat Incurioſum.

CVRIS, {Haſta} (κύρις) lingua Sabinorum haſta dicitur: unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus: & Romani a Quirino Quirites dicuntur. Et Iuno Curitis, quæ & ipſa haſtam ferre putabatur. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9. & Seruium in 1. Aeneid.

CVRIVM, rĳ, (κούριον) urbs Cypri inſulæ, ita dicta a Curio Cyniræ filio. Eſt item eiuſdem nominis oppidum in Aetolia. Vtriuſq; meminit Stephanus.

CVRIVS, (κούριος) numen Romani ciuis exactiſſimæ frugalitatis, & perfectæ fortitudinis. Hic cum in ſcamno ſedens, rapas in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, inuitarentq;, ut eo uti uellet: reſpondit, M. Curium malle imperare locupletibus, q̃ locupletem fieri: & qui acie uinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe. Hunc omnium primum de Sabinis triumphaſſe, auctor eſt Liui. Idem etiam Pyrrhum Epirotarum reg. in acie uictum, Italia expulit: populoq; uiritim quaterna agri iugera diuiſit, ſibiq; nihilo plus ſeruauit.

CVRO, as, are, {Hauer curã, por cura, affaticarſi} (φροντίζειν) operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. In qua ſignificatione ponitur interdũ abſolute. Terẽ. in And. Perterrefacias Dauum, obſerues filium Quid agat quid cum illo conſilĳ captet. SOS. Sat eſt. curabo. Et hoc aliquando cum Vt. Cic. Fam. 16. Cura igitur nil aliud, niſi ut ualeas. Aliquando Cum Ne. Idem Fam. 2. Vnum illud te præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc negotĳ aut oneris accedat, aut temporis. Interdum cum accuſatiuo. Cic. Att. 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curioni deſcriptus, uelim cures ad eum perferendum. Et Fam. 7. Mandatum tuum curabo diligenter. ſed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud uenire q̃ plurimi. Sic Curare pecuniam, (πορίζειν) ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere, et comparare. Idem: L. Cincio H-S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. Et Curare ſe, uel curare corpus, pro reficere, φιλοσωματεῖν. Cic. Fam. 16. Cura igitur te, & confirma. Verg. Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. Significat quoq; hoc uerbum mederi, curationem adhibere, ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. Cice. de Senect. Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur. In paſſiua ſignificatione ſic uſus eſt. Cic. Tuſc. 3. An cũ corpora curari poſſint, animorum nulla medicina ſit? Et cum ablatiuo addita prępoſitione Ab. Idẽ pro Cluent. Mulier, exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Huius compoſita ſunt, Accuro: unde Accuratus, & aduerbium Accurate. Concuro, Procuro, Percuro. quæ uide ſuis locis.

CVRRICVLO, aduerbium {Correndo, preſtamente} (δρομαίως, δρομάδην) curſim, ſtatim, celeriter. Plaut. in Epid. Nam ut apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi. Terent. in Heaut. Curriculo percurrere.

CVRRO, ris, cucurri, curſum, {Correre. Pet. Correa gelata al ſuo antico ſoggiorno} (τρέχω) cuius cõpoſita quãdoq; geminãt ſyllabã, quãdoq; nõ. Verg. lib. 4. Decurrere iugis. alĳ de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. Cato contra Piſonẽ: Video hac tẽpeſtate concurriſſe omnes aduerſarios. Terẽ. in Hecy. Vna illarum interea propere præcurrit. Eſt autẽ currere, celeriter ire, gradu præcipitare, intenta celeritate uiam quaſi uorare. Cic. At. 10. Prẽterĳt uillam meã Curio, iuſſitq; mihi nuntiari, mox ſe uenturum: cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur.

Sic Currere curſum, Currere ſpatium dicimus. Interdum accipitur pro fluere ῥεῖν. Vergilius 3. Georgico. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Plinius libro 11. cap. 51. Dolĳs etiam manibus currit eadem, concauo uel recto

parictum

pariſtum ſpatio. Sic & Cicero Currere orationem dicit 2. de Finib. Ab hoc uerbo participium eſt Currens. Vnde Currentem incitare dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquam incumbentem inſtantius hortari uel impellere. Cic. Attic. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Legitur quoque Curritur impersonaliter. Terent. in prolo. Heaut. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Compoſita huius uerbi ſunt Accurro, Concurro, Circumcurro, Decurro, Diſcurro, Excurro, Incurro, Intercurro, Occurro, Præcurro, Procurro, Percurro, Recurro, Succurro, & Tranſcurro, quæ omnia uide ſuis locis.

CVRRVCA, (ὑπολαίς, ἡ ὑπολαΐς) parua auis, quæ alienos pullulos pro ſuis educat. Iuuen. Satyr. 6. Tu tibi nunc curruca places, fletumq; labellis Exorbes.

CVRRVS, us, uchiculi genus, {Carro. Pet. Nott'il carro ſtellato in giro mena} (ἅμαξα, ἅρμα) dictum ab eo, quo ueteres uterentur ad curſum. Ver. 12. Aeneid. Quadriiugo uehitur curru. Hoc nomine Bigæ etiam & Quadrigæ, continentur. Vnde etiam triumphantium Quadrigæ, Currus triumphales dicebant. Per tranſlationem ponitur pro triumpho. Cic. ad Catonem, lib. 5. Quem ego currum, aut quam lauream cũ tua laudatione conferrem? Huius diminutiuum eſt Curriculum, breuiſſimũ uehiculi genus, quod eo ueteres ad curſum in ludis circenſibus uterentur. Plaut. Merc. Quin pedes uos in curriculum conijcitis?

Eſt etiam Curriculum curſus, δρόμος, δόλιχος. Cic. 2. de Legib. Ludis publicis, quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu et fidibus, et tibijs moderante, eam cũm diuum honore iungunt. Curriculum uitæ. Cice. pro Rab. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. Item Curriculum ſignificat tempus. Vergil. libro 8. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactę Curriculo expulerat ſomnum, i. medio tempore. Curriculum item locum ſiue interuallum ubi curritur denotat, a carceribus ad calcem, Græci ἱππόδρομον appellant. Hora. 1. Carm. Sunt quos curriculo puluerem olympicum Collegiſſe iuuat. Curriculò, aduerb. pro curſim, δρομάδην δρομαῖος. Terent. Heaut. Curriculo percurre.

CVRSIM, aduerbium, {Correndo} (δρομαίως) ſignificat currendo. Cicer. 11. Philip. Alter in Aſiam irrupit curſim.

CVRSO, {Correre ſpeſſo} (ἀμφιτρέχω) ſæpe, uel multum curro. Cic. 1. de Diui. Fuſcaq; nonnunquam curſans per littora cornix. Hinc aliud frequẽtatiuum Curſito, Diom. Sunt & quædam iteratiuorum iteratiua, quę ſępe in tres gradus deducant uerba: quale eſt Video, deinde Viſo, & quod plus eſt, Viſito. Itẽ Curro, deinde Curſo, & Curſito. Terẽ. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitando atq; ambulando totum hunc contriui diem.

CVRSOR, {Curſore. Pet. Turba d'amanti & miſeri curſori} (δρομεύς) qui currit. Cicer. 2. Tuſcu. in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt. Curſor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Marti. Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

CVRSORIVS, a, um. {Ciò che s'appartiene à corſo} (δρομικός) quod ad curſum pertinet: ut Nauis Curſoria. Sidonius. Typham curſoriam aſcendi.

CVRSVRA, æ, {Corſo} (δρόμημα) idem quod curſus. Varr. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admiſſuram, alij ad curſuram.

CVRSVS, us, et Curſio, {Corſo. Pet. Conuien per forza rallentar'il corſo} (δρόμος) currendi actum ſignificant: & tam de nauigante, & equitante, q̃ pedibus iter faciente poteſt intelligi. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto curſu per ſinus impellunt. Cice. ad Caſ. Sin oppreſſus ibi erit, omnes hominum curſus eſt ad uos.

CVRTIVS, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis fuit, qui ſe pro ſalute patriæ Dijs Manibus deuouit. Nam cum terra in medio foro ingenti hiatu deſcidiſſet, reſpiſuraq; eſſet, non centuriam labem, niſi quiſquam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum deieciſſet, Curtius acceptam à patria uitam, eidem impendere non dubitauit: conſcenſoq; equo, ſine mora ſe in ſpecum præcipitauit. Vnde etiam Curtius lacus nomen creditur ſeruaſſe. Curtius prænomine Quintus, nobilis Hiſtoricus fuit, qui Alexandri Magni geſta memoriæ prodidit.

CVRTIVS FONS, inſigni aquæ ductu memorabilis, ut qui à quadrageſimo lapide in urbem fuerat perductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile diſtribueretur. Vide Plin. lib. 36. capi. 15.

CVRTVS, a, um, {Corto, breue. Pet. Et uedi il uiuer noſtro quanto è corto} (κολοβός) breuis, paruus, mutilus. Horatius: Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel ſi libet uſq; Tarentum. Sic Curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Perſius Curtam ſupellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam ſententiam, hoc eſt, decurtatam. Celſus quoq; lib. 7. cap. 9. in auribus, naribus, ſeu labris Curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Hinc Curto, as, diminuo. Hor. 2. Serm. Saty. 3. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum, &c. A' quo Decurto, κολοβόω.

CVRVAMEN, {Piegatura, curuatura} (ἐπικάμπτη, κλίμα) curuatio, ſiue curuitas. Ouid. lib. 2. Metam. Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes. Gell. Sub alio atque alio coeli curuamine.

CVRVESCO, {Diuenir torto} (κυρτόομαι) curuus fio. Huius cõpoſitum eſt, Incuruaſco: quo uſus eſt Cic. 3. Tuſc. Ramos baccarum ubertate incuruaſcere.

CVRVIPES, (κυλλόποδες) qui curuos habet pedes.

CVRVLIS, & hoc Curule, adiectiuum eſt, à curru formatum, abiecto altero r: ut Aedilis curulis, Dignitas curulis, & apud Horat. Ebur curule: Cuilibet (inquit lib. 1. Epi.) hic faſces dabit, eripietq; curule, Cui uolet importunus ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratum, hoc eſt, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quam conſiderent. Curulis etiam in fœmi. gene. accipitur pro ipſa ſella, quia ſacile poteſt intelligi eius ſubſtantiuum. Lucan. libro 3. Prætor adeſt, uacuæq; loco ceſſere curules.

CVRVO, as, {Piegare, torcere} (καμπυλιάζω, κάμπτω, κυρτόω) flecto, uel curuum efficio. Verg. 2. Georg. Ituræos taxi curuantur in arcus. Lact. lib. 2. Quia curuant cœleſte animal ad ueneranda terrena. Curuatus, participium. Stat. 5. Syl. Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos. Curuatio, uerbale, ἐπικαμπή. Plin. lib. 17. cap. 23. In curuatione matricis. Curuatio uitis. Colum. lib. 4. cap. 12. Curuatura, æ, Plin. lib. 17. cap. 19. Ne curuatura fugiat. Ouid. 2. Metam. Aurea ſummæ Curuatura rotæ. Huius compoſita ſunt, Accuruo, quod eſt ualde curuo, Colu. lib. 4. Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & accuruata, cum deponeretur, corpetat uitiũ. Recuruo, et Incuruo, unde ſuis locis.

CVRVVS, a, um, {Torto, piegato} (ἐπικαμπής, καμπύλος) inflexus, tortus. Verg. 2. Georg. Et curuæ rigidũ falces conflantur in enſem. A' quo Incuruum, ualde curuũ. Terent. in Eunu. Incuruus, tremulus labijs demiſſis. Donat. Incuruus, (κυρτός) ualde curuus. Procuruus, idẽ. Verg. 2. Georg. Neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus, idem quod ſimplex Curuus. Vergil. 7. Aene. Cornuq; recuruo Tartaream intendit uocem.

CVSPIS, pidis, fœm. gene. {Punta. Pet. Ne l'arme mie punta di ſdegno ſpezza} (ἐπιδορατίς, αἰχμή) acuta pars gladij, haſtę, claui, & huiuſmodi. Mart. Acta la cuſpide fixit aprum. Cuſpis longa pro uctu. Mart. lib. 14. Spumeus in longa cuſpide ſumet aper. Cuſpides, pro tubulis fictilibus. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 8. Inde enim aliquod colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor aduentitius tranſire poſſit. Hinc componitur Tricuſpis, adiectiuum, (τριγλώχις) quod tres habet cuſpides, qualis fingitur eſſe Neptuni tridens.

CVSPIDO, as, {Far la punta à qualche coſa} (ἐπιδορατίζω) cuſpidem rei alicui induco: quo uerbo uſus eſt Plin. lib. 11. Vrorum cornibus barbari ſeptẽtrionales portant, urnisq; binis capitis unius cornua implent: alii præfixa his pila cuſpidant. Cuſpidatus, qui Cuſpidem habet. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.

CVSPIDATIM, aduerbium, {Acutamente, aguzzamente} idẽ eſt, quod acutè, & ad ſimilitudinem cuſpidis. Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

CVSTODELA, à ueteribus cuſtodia dicebatur. Feſtus.

CVSTODIA, ſtodiæ, {Guardia} (φυλακή) ipſe cuſtodiendi actus. Horatius lib. 2. Epiſt. Vt piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. Celſus lib. 2. cap. ſimiliter 2. Qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit. Sæpe etiã poſitũ inuenitur pro ipſo loco, in quo quis cuſtoditur, hoc eſt pro ipſo carcere. Colum. lib. 1. Nam illa ſolemnia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſę ſedes cuſtodiæ ſatis tutę munitæq; ſint. Quandoque etiam ponitur pro eo, qui cuſtodit. Tibul. Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia uicta eſt. Quandoque pro eo, qui cuſtoditur, ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Suet. in Domit. Nec niſi ſecreto atq; ſolus, pleraſq; cuſtodias, receptas quidẽ in manu catenas audiebat. Et, Digeſt. de reorum cuſtodia ſcribitur. Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat. Et alibi: Et ſi cuſtodia ſe interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ aſcribatur.

CVSTODIO, is, iui, itum, {Cuſtodire, guardare. Pet. Che natura mi tolſe e'l ciel mi guarda} (φυλάττω, σώζω) ſeruo, obſeruo. Cice. Dolabellæ: Fac ut diligẽtiſſimè te ipſum mi Dolabella cuſtodias. Cuſtodio, pro obſeruo, Q. Cicer. de Petit. Conſul. Fac itaque ut ſe abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant. Cicer. 1. in Catil. Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt.

CVSTODITE, aduerbiũ. Plin. Epiſt. 511. Quàm ſtudioſe, quàm intelligẽter lectitabat? ut parcè, cuſtoditeq; ludebat?

CVSTODITIO, (φύλαξις) eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta.

CVSTODITVM, (πεφυλαγμένον) quod cum cuſtodia eſt. Incuſtoditum, (ἀφύλακτον) quod ſine cuſtodia eſt. Mart. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas.

CVSTOS, odis, {Cuſtode, guardiano} (φύλαξ) qui rem aliquam tuetur & curat. Terent in Eunu. Num nam tu hic relictus es cuſtos, Ne quis forte internũtius clàm à milite ad iſtam curſitet? Interdum etiam cuſtos ſignificat prohibitorem: ut apud Verg. de Priapo. Et cuſtos furum atque auium. Ibi enim Cuſtos furum non dicitur, qui eos cuſtodit, ſed qui eos arcet. Vnde cuſtodem oſtij, (θυρωρόν) dicimus, qui curat ne quis inuiſſus ingrediatur. Cuſtodem horti, (κηπωρόν) qui prohibet aliquem in eum ingredi, uel damnum facere. Cuſtodem ſacrorum, (θυρωρόν) qui ſacra miniſtrat atq; obſeruat. Verg. 8. Aen. At domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. Cice. lib. 2. Offi. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis, metus. Cuſtos etiã dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accuſatorem obſeruare, ne a reo corrumperetur. Cic. in Diuin. in Verr. Cuſtodem inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi q̃ multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad capſas meas admiſero? qui non ſolum, ne quid enuncies, ſed etiam ne quid auferas, cuſtodiẽdus ſis. Cuſtodes etiam in uitibus dicuntur nouelli palmites, duarum uel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine Reſeces, aut Præſidiarii palmites uocantur. Plin. lib. 17. cap. 12.

CVTILIA, agri Reatini lacus eſt, in quo ſyluoſa inſula innatat, quæ nunquã die & nocte eodem permanet loco. Auctor Plin. lib. 2. cap. 95. & li. 3. cap. 12.

CVTIS, pellis ſiue coriũ {Cotenna, pelle, cuoio} χρώς, δέρμα. Iuuenal. Satyr. 6. Tres rugę ſubeant, & ſe cutis arida laxet. Huius diminutiuum eſt Cuticula, δερμάτιον. Iuuen. Sat. 11. Noſtra bibat uernum cõtracta cuticula ſolem. Compoſita ſunt, Intercus adiectiuũ, idem quod intercutaneum, quod intra cutẽ eſt.

Subcutaneum, quod eſt ſub cute: Subtercutaneum, quod ſubter cutem eſt.

Recutiti etiam à cute dicuntur Iudæi, id eſt, circuncisi, & cute, hoc eſt, præputio, priuati.

C ANTE Y

CYAMEA, (κυαμέα) gemma quę fracta fabæ ſimilitudinẽ pręfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

CYAMOS, (κύαμος) herba Aegypto peculiaris latiſſimis folijs, quæ & Colocaſia dicitur, & Faba Alexandrina. Plin. lib. 21. cap. 15. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocaſia, & Cibotium.

CYAMVS, (κύαμος) faba genus leguminis, à cuius eſu Pythagoram religioſiſſimè ferunt abſtinuiſſe.

CYANE, es, (κυάνη) Nympha Sicula fuit, quę in fontem ſui nominis cõuerſa fertur, cuius tranſformationẽ deſcribit Ouid. lib. 5. Metamor. Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quam primam ſyllabam. Ouid. lib. 5. Metam. Inter Sicelides Cyane pulcherrima Nymphas. Et paulò pòſt: Venit & ad Cyanen. Nimis ſœdè itaque lapſi ſunt, qui mediam indifferentem eſſe affirmãt, freti corrupta Ouidij auctoritate libro 9. Metamorp. ubi ſic legunt: Cognita Cyane præſtanti corpore nympha. Ibi enim Germana lectio non habet Cyane, ſed Cyanee per quatuor ſyllabas. Neq; ibi Poeta de Cyane Siciliæ Nympha loquitur, Sed de Cyanee Mæandri fluminis filia, quæ à Maleto compreſſa Caunum & Byblida genuit. Fuit præterea Cyane quædam puella Syracuſana, quæ à patre,

in tenebris uim paſſa, cum poſtea ex anulo cognitum, capillis ad aram pertraxit, illumq; primum, deinde ſeipſam interfecit. Vide latius paulò pòſt in dictione Cyanippus.

CYANE, es, (κυανή) oppidum eſt Lyciæ, apud Plin. libro 5. cap. 27. Eſt item Cyane, fontis nomen in agro Syracuſano, in quem poetæ fabulantur eiuſdē nominis Nympham fuiſſe commutatam, cùm Plutonis Proſerpinam rapienti obſiſtere conaretur. Hic Anapo miſtus, iuxta Ortygiam inſulam in mare illabitur. Oui. 3. de Ponto: Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

CYANEÆ, (κυάνεαι) ſiue Cyaniæ, inſulę, ſeu magis ſcopuli ſub Thracio Boſphoro, modico ſpatio inter ſe diſtantes. Vnde factus eſt locus Poetarum fabulis, qui Cyaneas inter ſe concurrere tradiderunt, q ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, nauc uerò paululum in alterum latus deflexa, una tantum uidebatur. Multa deh is inſulis mentio eſt apud Valerium Flacc. lib. 4. Argona. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

CYANEE, (κυανέη) per quatuor ſyllabas, Mæandri Phrygij fluminis filia fuiſſe fertur, quæ à Mileto compreſſa Cannum & Byblida genuit. Oui. lib. 9. Metam. Hic tibi, dum ſequitur patriæ curuamina ripæ, Filia Mæandri toties redeūtis eodem cognita Cyanee pręſtāti corpore Nympha, Byblida cum Canno prolem eſt enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam ſyllabam & ultimam, duas autem medias corripit, ut conficiat Choriambum, Cyane uerò proSiciliæ Nympha tres tantum habet ſyllabas, quarū ultima longa eſt, duæ priores corripiuntur, ut fit Anapæſtus. Quod ideo admonere uiſum eſt, q non paucos etiam magni nominis uiros hîc in errorem uideamus impegiſſe.

CYANIPPVS, (κυάνιππος) Syracuſanus fuit, qui cum Bacchi Orgia cōtēneret, ab irato Deo tanta perfuſus eſt ebrietate, ut filiæ Cyane in tenebris, quamuis reluctanti, uitium intulerit. Filia uerò cognito ex anulo, quē uiolatori detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem diſſimulauit: poſtea autem ingenti exorta peſtilentia, cum ab Apolline remedium promitteretur, ſi ab auctore ſtagitij pœnas ſumerent, admirantibus omnibus, quodnam eſſet tantū ſcelus, quod etiam ſuperis curæ eſſet auctoris morte expiari: Conſcia rerum Cyane arreptū capillis patrem ad aram pertraxit, eoq; primum mactato, ſibi quoq; manus intulit. Auctor Plutarchus in Parallelis.

CYANOS, (κύανος) fluuius eſt Colchidis, qui iuxta Acam oppidum in Phaſim influit. Auctor Plin. lib. 6. cap. 4.

CYANOS, {*Turchina*} (κύανος) auctore Plini. lib. 37. cap. 9. Gemma eſt ex iaſpidum genere, colore cæruleo. Vnde quibuſdam eadem eſſe creditur, quę hodie ab Italis Turchina uocatur, à Gallis, Vne Torquoiſe. Alij hoc nomine Laſuli lapidem malunt ſignificari, qui cōtuſus in puluerem, præſtantiſſimum pictoribus cærulei coloris genus ſuppeditat. Quorū opinio idcirco mihi ueriſimilior uidetur, q Pli. loco iā citato prodiderit, cyanū ſæpe aureo puluiſculo interm icare: qđ in laſuli lapide frequenter uſuuenit, ut qui ferè in auri fodinis inueniaī: in ea uerò gemma, quam uulgus Turchinā uocat, (nos Eranum eſſe credimus) id nun quā compertum eſt. Hinc Cyaneus adiectiuum idem ſignificans, quod cæruleus, q. ſ. cyani gemmæ colorem refert. Varro. Cyanea penula amictus graſſaī. Cyanos etiam flos eſt cærulei coloris in ſegetibus naſcēs, quē Galli, teſte Ruellio, Blaueolum appellant. Plin. lib. 21. cap. 11. In Italia uiolis ſuccedit roſa, huic interuenit lilium, roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

CYAXARES, (κυαξάρης) Phraortis regis Perſarum & Medorum filius, cui ſucceſſit in regno. Hic primus Aſiæ populos in prouincias diſtinxit, primuſq; in ſuum quoſq; ordinē diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, quum prius omnia promiſcua eſſent atque implicita. Hic & cum Lydis ſigna contulit, & omnem trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Mortuus eſt XL. imperij ſui anno. Eiuſq; filius Aſtyages in eius locum ſuffectus eſt. Auctor Herodot. lib. 1.

CYATHISSO, as, {*Dar da bere*} (κυαθίζω) potum ſubminiſtro. Plaut. Non ſcis quis ego ſim, qui tibi ſæpiſſime Cyathiſſo, apud nos quando potas?

CYATHVS, {*Bichiere*} (κύαθος) calicis genus, à χύειν, quod eſt fundere, dictum, mutatione literæ aſpiratæ in tenuem. Succeſſit autem in ſimpuli locum in conuiuijs, ut docet Varro. Iouen. Saty. 5. Cordiaco nunquam cyathum miſſurus amico. Inde translatus eſt ad menſuram, quorum duodecim ſextarium complent. Ad cyathum ſtare, uel à Cyathis eſſe (κυαθίζειν) dicebaī οἰνοχόος, qui potius menſuram cyathis (id quod antiqui ſolebant) metiebatur. Apuleius Pocillatorem dixit, alij Pincernam. Plin. lib. 22. ſcribit, Cyathum per ſe pendere drachmas decem. Cyathus etiam fluuij nomen eſt in Aetolia, ad Arſinoen, apud Polybium, ut notat Cœl. Rhod. Anti. lect. lib. 15.

CYBELE, es, p. c. (κυβέλη) (nam, ut docet Seruius, anapæſtus eſt in hac dictione Cybele) fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrigię monte ſeu oppido, ubi eius ſacra primò ſunt inſtituta. Scribit Feſtus Cybelen à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem, quippe Græci κυβιςᾶν, in caput ſaltare dicunt. qua uoce etiam utitur Homer. 16. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas ſcribit Rheam quoq; uocari, & montanam eſſe deam: ideo uehi leonum iugo. Cynædi ei ſacri ſunt. Hæc primum Ops, & Terra dicta fuit, q ſit dea telluris, quę & Veſta dicitur, propter quod curru uehi à poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis ſuſtineri, quia rotatur ſemper et uoluitur mundus. Mater deū, quia omnia gignit. Et mater alma ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrigiæ, quem plurali numero Dindyma uocāt. In eo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit: à quo Dyndime, et Dindymene à nonnullis uocatur. Itē Berecynthia, à mōte Phrigiæ, qui Βερέκυντος appellatur. Et Pales, q ſit pabulorum dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quod terra affluēs ſit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Peſſinuntia à Peſſinunte Phrigiæ emporio. Claud. Turrige namq; petit Cybelen. Mart. Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus. Ex Apuleij ſententia eadem erat dea Cybele, Bellona, et Iſis. Quandoq; tamen metri gratia ſcribitur per duplex ll, & fit Cybelle, ut ſit Bacchius pes, ex prima breui & duabus longis. Propertius: Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. Lucan. lib. 1. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

CYBELEA, æ, pe. pr. (κυβέλεια) urbs Ioniæ, teſte Stephano.

CYBIRA, (κύβιρα) oppidum eſt Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. Verr. Hoſce opinor Cybiræ cùm in ſuſpicionem ueniſſent ciuibus ſuis ex expilaſſe Apollinis. Et paulò pòſt: Cymbirā cum inanibus ſyngraphis uenerat, Inde Cybirates, uel Cyberata, nomen gentile. Cic. Ibidē: Eò cùm uenio, Prætor quieſcebat, fratres illi Cybiratę inambulabant. Item poſſeſſiuum Cybiraticus, a, um. Ibidē: Immittebantur illico Cybiratici illi canes, qui inueſtigabant & perſcrutabantur omnia. Sunt qui ſcribant Cybira, tranſpoſitis uocalibus.

CYBISTETERES, {*Quelli che nuotano ſotto acqua, quelli che fanno tombole*} (κυβιστητῆρες) urinatores dici poſſunt, qui τὰ κυβιστῶσι, hoc eſt aquarū gurgites ſubeunt. Quo nomine & ſaltatores quidā appellati ſunt, qui in caput conuoluti, manibus, pedibuſq; adductis didicerant: à cubo. i. teſſera, uerbo deducto, qui cum in alueolum iacitur, hoc modo cōuoluitur. Vnde Cybiſtema, neutri generis, illud genus ſaltationis & exercitij dicitur à Luciano in cap. de gymnaſijs. Bud. in Anno.

CYBIVM, bij, (κύβιον) piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, ut medium æquè pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum. Mart. lib. 5. Diuiſis cybium latebat ouis. Cybium ſcribit Budęus, etiam appellatum illud uas à Gręcis, qđ Latini Quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ ſuperius poſita eſt in cybio piſce.

CYCHRAMVS, auis, quę coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat. Pli. lib. 10. cap. 23. Semperq; hinc abeuntes coturnices comitatum ſolicitant: abeuntq; una perſuaſæ glottis, otis, & cychramus.

CYCHREVS, ei. (κυχρεύς) Neptuni & Salaminis filius, qui ob morū aſperitatem ὄφις, hoc eſt ſerpens cognominatus eſt. Hunc Eurylochus, cùm inſulā uaſtaret, expulit: ſuſcepit autem eū Ceres in Eleuſine, ſuumq; fecit ſacerdotem. ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquandiu Cychrea appellata eſt. Vide Stephanum.

CYCLADES, pen. co. (κυκλάδες) inſulæ ſunt maris Aegæi, teſte Strabone libro. 10. circa Delum in orbem ſitæ: unde & nomen acceperūt. Oui. 1. Triſtiū. Cyclades Aegæas obſtupuiſſe reor. Alij dicunt uocari Cyclades, non quia in rotūditatem ſitæ ſint, ſed quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. Vnde & Verg. 3. Aen. Sparſaſq; per æquor) dixit) Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

CYCLAMINVS, fœminini generis, (κυκλάμινος) uel Cyclaminum, herba eſt, quam noſtræ ætatis ruſtici Panem Porcinum uocant, quod eius pabulum porcis in primis iucundum eſſe, ſubulci experiantur. De hac Plin. lib. 12. cap. 9. In uepribus, inquit naſcitur cyclaminum: de quo plura alias. Flos eius coloſſinus in coronas admittitur.

CYCLAS, adis, (κυκλάς) ueſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulū, & κυκλόω circundo dicunt. Iuuen. Hæ ſunt, quæ tenui ſudant ex cyclade. Proper. Et cyclade longa Verrit humum. Videtur autem eſſe ueſtis tenuiſſima explicatilis & ſpatioſa, qualem ſolent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenſes mulieres in Italia geſtare.

CYCLI, (κύκλοι) quaſi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia uænibāt. Id aūt nomen eſt tractum à circulari circunſiſtentia uendendorum. Cyclus enim rotundum ſignificat. Quare Menander ait: Itaque ego mihi uideor per deos immortales uidere, me ipſum indutum currere circum, ac uænire.

CYCLOBORVS, fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. Vide prouerbium Cyclobori uox.

CYCLOPES, pe. pr. (κύκλωπες) gigantes, ſeu populi antiquiſſimi in Sicilia, iuxta Aetnam, uno oculo in fronte. qui omnium primi æris fabricam inueniſſe traduntur: hinc factus eſt locus fabulæ, ut Vulcani miniſtri credantur, & Ioui fulmina fabricare. Inter hos præcipue celebrantur à Poetis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Verg. lib. 8. Aene. Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro, Brōteſq;, Steropeſq;, & nudus membra Pyracmon, &c. Dicti autē putantur Cyclopes ab eo quod oculum unum orbicularem in fronte haberent, κύκλος enim circulum ſignificat, ὤψ lumen, ſiue oculum.

CYCNVS, uide Cygnus.

CYDA, (κύδας) proprium uiri Cretenſis, de quo ſic Ci. Philip. 5. ſcribit, Anteſignanos, inquit, & manipulares & alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O' conceſſum iudicum præclarum, o dignitatem conſilij admirandam, pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere, Cydam Cretenſem, portentumq; inſulę, hominem audaciſſimum & perditiſſimum: ſed fac ita non eſſe, num Latinè ſcit? num ex iudicum genere & forma? num leges noſtras moreſue nouit? num denique homines? eſt enim uobis Creta notior quàm Roma Cydæ. Hæc Cic.

CYDIAS, (κυδίας) pictor, Argonautas pinxit, quam tabulā CLXIIII. talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eiq; ædem in Tuſculano ſuo fecit. eminuit Olympiade CXIIII. Pli. lib. 35.

CYDIPPE, (κυδίππη) puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut ſuperius traditum. Ouid. Littera Cydippen pomi prælata fefellit. Inſciaq; eſt uerbis capta puella ſuis. Eſt etiā nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Geor.

CYDNA, æ, (κύδνα) olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas quæ poſtea corrupto nomine Pydna appellata eſt. Auctor. Steph.

CYDNVS, (κύδνος) Ciliciæ fluuius, non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens: puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Huius meminit lib. 11. Iuſtinus. Tibullus lib. 1. At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis Cęruleus placidis per uada ſerpis aquis. Solinus ſcribit amnē à candore, Syrorum lingua nomen ſortitum. Vitr. li. 8. c. 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprime ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: de cuius rei experientia Caſſij Parmenſis poetæ, ad M. Antonium epiſtola extitit, ut li. 13. adnotauit Pli. Conſtat Apollonium aliquando per epiſtolam Tarſenſes ſugillaſſe, q iuxta Cydni aquas otiantes, tāquā fluuiatiles aues ſederēt quietæ aquę pulchritudine quaſi ebrij facti ut Philoſtratus ſcribit lib. de eius uita primo.

CYDONIA, (κυδωνία) inſula eſt ante Lesbon, dicente Pli. lib. 2. cap. 103. In Cydonia inſula (inquit) ante Lesbon fons eſt calidus, Vere tantum fluit.

CYDON, (κυδωνία) inſigne Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a, um. Oui. 8. Metamorph. Cydonio fundebat ſpicula cornu. Verg. Eclog. 10. Ire libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellauit. Plin. lib. 15. cap. 11. His proxima amplitudine mala, quę uocamus Cotonea, et Gręci Cydonia, ex Creta inſula aduecta. Seren. Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris. Inde Cydonites appellat Palladius cibum ex Cydonijs decoctis, & melle confectum. Cotoneatum uulgo dicitur. Cydones item dicuntur urbis huius incolæ, ſagittandi peritia inſignes. Eſt item uiri proprium apud Verg. 10. Aeneid. Cum ſequeris Clytium

vel inſelix noua gaudia Cydon. Quē in locum Seruius annotauit, nomen hoc, cùm uiri proprium eſt priorem producere: eandemq; corripere, quando eſt gentile. Idem 12. Aen Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit.

CYGNVS, uel potius Cycnus, {Cigno}(κύκνος) Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutam uocem habens, præſertim imminente iam morte: tunc. n. doloris magnitudine in querelam fertur erūpere, & ſibi adhuc uiuæ lugubre carmē canere. Ci. 1. Tuſc Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt ſ. q ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cū cātu & uoluptate moriantur. Marti. lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Rauci cygni. Vergi. 11. Aen. Dant ſonitū rauci per ſtagna loquacia cygni. Fuit autem Cygnus (ut Poetæ fabulanī) Ligurū dux, Phaetontis amator, qui poſt illius interitum diutino fletu in hāc alitem mutatus eſſe fertur. Huius filium Cupauonem, Verg lib. 10. dicit habere cycni pennas in galea, ad formę paternæ inſigne monſtrandum: Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſierim Cycne, et paucis comitate Cupauo, Cuius olorinæ ſurgunt de uertice pēnæ. Cygneus, a, um, media producta (κύκνειος) ut, Vox cygnea, quæ eſt cygni. Cygnea cantio, Prouerbium cōueniens in eos qui ſupremo uitæ tempore facundè diſſerunt. Vide Eraſm. Chiliades. Ci. 3. de Ora. Illa tanquā cygnea fuit diuini hominis uox & oratio, quā quaſi ſpectātes poſt eius interitum ueniebamus in curiam: ut ueſtigiū illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur. Quandoque Cygneus dicitur candidus. Fuit inſuper Cygnus filius Martis: de quo Heſiodus in aſpide, ἔνθ' ἤτοι κύκνος μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν Κτεινέμεναι μεμαὼς αὐτοῦ ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος. id eſt, Vbi certè Cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidere promptus, ſcuto iniecit æream haſtam. Fuit & alius Cygnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis: cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, cùm fruſtra eum iaculis appetiſſet, tandē re intellecta humi eū proſtrauit, genibusq; collo innixus, animam eripuit: cumq; cadauer ſpoliare uellet, arma uacua inuenit, Cygnumq; in auem ſui nominis uidet commutatum. Vide Ouid. 12. Metam.

CYLBIANI MONTES, (κυλβιανὰ ὄρη) maioris Phrygiæ colles ſunt, ex quibus Cayſter fluuius profluit. Auctor Plin lib. 5. ca. 29.

CYLINDRACEVS, a um, (κυλινδροειδής) quod eſt factum ad ſimilitudinem cylindri hoc eſt, teres et oblongum. Plinius ſcribit ſiliquas piſi, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Anaximander item dixit terram eſſe formę cylindraceæ.

CYLINDRITES, (κυλινδρίτης) lapis eſt oblongus & teres, ex genere pyritarum, colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

CYLINDRVS, {Pietra longa e tonda}(κύλινδρος) colūnula lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream ęquari iubent Verg 2. Geor. Area tū primum ing nti eſt æquāda cylindro. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδειν, id eſt, à uoluendo. Neq; uerò ſolùm de hoc ruſtico inſtrumento Cylindrus dicitur, uerùm etiam de eo omni, quod figuram habet abſolute teretem ita, ut facilè uolui poſſit. Cic. de Fato: Sed reuertatur ad cylindrum, & turbinem ſuū, quæ moueri incipere, niſi pulſa nō poſſunt. Id autem cùm accidit ſuapte natura, q ſupereſt, & cylindrum uolui, & uerſari turbinem putat. In gemmarum quoque generibus Cylindri dicuntur ueteres, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus ſolent ſuſpendere. Iuue. Sat 2. Donat arcana cylindros. Plini. libr. 37. cap. 5. de beryllis loquens: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, q̄ gēmas, quià eſt ſumma condemnatio in lōgitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos eſſe, gemmas uerò quadratas, anguloſas, aut rotūdas. Solinus ſimiliter ſcribit, Indicos reges gēmas i lōgiſſimos cylindros fingere cōſueuiſſe.

CYLLARVS, (κύλλαρος) nomen unius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, ſecundum Verg. 3. Georg. Talis Amyclęi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorū Graij meminere poetæ. Atqui Caſtor equorum domitor fuit: ſed fratrem pro fratre poſuit, poetica licentia: ut, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à ſanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Seruius.

CYLLEBORVS, Sthelenī filius, qui uigente bello Troiano cū Aegiale Diomedis uxore conſuetudinem habuit. Seruius.

CYLLENE, (κυλλήνη) mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compreſſa, Mercurium peperit: ut auctor eſt Verg lib. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum uertice fudit. Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

CYLLENIVS, pe. pr. (κυλλήνιος) & per duplex ll, Mercurius dicitur, ſiue quod omnem rem ſermone, ſine manibus cōficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ uocantur: ſiue q in Cyllene urb, aut certè à Cyllene Nympha fuerat educatus: ſiue, q in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipſe etiam Verg. Sequitur lib. 8. Aene. cuius uerba citauimus paulò antè in dictione Cyllene. Luca. lib. 1. Motuq; celer Cyllenius hæret.

CYLLO, cyllonis, uidetur idem ſignificare, quod mutilus, debilis, & cui Caſſa ſunt genitalia: quod genus hominum etiam Gręci κυλλὴν uocant. Cic. in Salluſt. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorū fuit in urbe, municipijs, colonijs, Italia tota, &c.

CYMA, {Cima. Dan. Com' la fronde che flette nella cima}(κῦμα) tenerior delicatiorq; cum aliarum herbarū, tum præcipuè braſſicę cauliculus qui in prima germinatione in ſumma ſtirpe prouenit. Nam cum uernum tempus appetit, primo quoq; foliorū pullulatu, præcluſis adhuc florum calycibus, quidā quaſi tuniones in herbis enaſcuntur, in quibus florū primum, mox & ſeminis fœtus concluditur. Plin. lib. 19. cap. 8. Cymas Braſſica à prima ſectione pręſtat proximo uere. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druſo Cæſari faſtiditus, nō ſine caſtigatione Tyberij patris. Et deinde: Poſt cymam eu eadem braſſica cōtingunt æſtiui autumnaleſq; cauliculi, mox hyberni, iterumq; cymæ, nullo ęque genere multifero. Idem libr. 20. ca. 9. Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, etſi inutilis habetū, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam exiſtimarunt Cymæ nomine à Plinio peculiari braſſicę quoddam genus intelligi: qui error in hoc etiam dictionarium irrepſerat, quem nos hac editione, ut multa multa id genus, fideliter emendauimus. Neque enim hoc ſentit Plinius, ex multis braſſicæ generibus cæteris ſuauitate præſtare illud, quod Cymam uocāt: ſed hoc potius, In omnibus braſſicæ generibus partem plantæ totius ſuauiſſimā eſſe Cymam. Celſus: Mali eſt ſucci braſſica, magiſq; etiam cyma eius. Colu. Maior pars eius braſſica in Cymam proſilit. Pro eodem etiam dicimus Cyma, atis. Colu. libr. 10 Frigoribus caules, & ueri cymata mittit.

CYMA, (κύμη) y more Latinorum in u mutata, Cuma, oppidum eſt Aeolidis: de quo uide paulò antè copioſius in dictione Cuma.

CYMATILIS, ueſtis (κυματίας) dicitur, quæ undarū colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. Colorē hunc περιφανῶς deſignat. Ouid. lib. 3. de Arte: Hic undas imitatur: habet quoque nomen ab undis: Videtur itaq; color hic cæruleus eſſe, aut certè cæruleo proximus. Sunt tamen qui Cymatilem ueſtem eſſe putant, quam nos undulatam uocamus, q undis quibuſdam ſit uariegata. Si tamen Ouidij locum propius inſpicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere ſentire, qui & Thalaſſicus dicitur, non de texturæ uariegatione, quæ cuſpitudine quadam undarum ſimilitudinem referat.

CYMBA, {Barca}(πορθμεῖον, κύμβη) genus nauis piſcatoriæ. Cic. 3. Offi. Opipare à Pythio apparatum conuiuium cymbarum ante hortulos multitudo, pro ſe quiſque quod ceperat afferebat. Eſt item Cymba, portitorū nauicula, qua amnes aut lacus trāſciuntur: unde etiam Poetæ Charonti Cymbam aſſignarunt. Vergi 6. Aene. Gemuit ſub pondere cymba. Cymbula, ę, diminutiuum. Plin. in Epiſt. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerarijs adhæreſcunt.

CYMBALISTÆ, (κυμβαλισταὶ) qui pulſant cymbala: ſicut tympaniſtæ, qui tympana pulſant. Apul. de Deo Socratis: Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarū, & tympaniſtarum, & choraularum.

CYMBALVM, {Cembalo}(κύμβαλον) inſtrumentum muſicum, quod in ſacris Matris deum cum tympanis habebatur. Cic. in Piſonem: Quos neque hercule ego neq; ſupercilium tuum, neq; collegæ tui cymbala, ac crotola fugi. Vnde Cymbaliſſare, (κυμβαλίζειν) cymbala quatere. Caſſius Hemina li. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat.

CYMBION, (κυμβίον) poculi genus eſt oblongum et Anguſtum, teſte Didymo, ſimile nauigio, quod κύμβην uocant. Dyoniſius Samius, referēte Athenęo, idem putat eſſe Cymbion cum eo, quod Homerus κισσύβιον uocat: ita dictū, (ut quidam putant) quod ex ciſſi, hoc eſt hederæ ligno confici ſoleat.

CYMINDIS, (κύμινδις) accipitris genus, noctu tantum uolans, rarū etiā in ſyluis, interdiu minus cernens Bellum internecinum gerit cum aquila, ſępeq; deprehendunī cohęrentes. Auctor Pli. lib. 10. ca. 8. Home. χαλκίδα uocat, quaſi χαλκίζουσαν τὴν χρόαν.

CYMINI SECTOR, (κυμινοπρίστης) homo auarus, & ſordidus dicitur, qui uel uiliſſimis ex rebus lucrum quærit, nimiaq; parſimonia rem augere ſatagit. Tractū eſt adagium à cymini ſeminis uilitate ſimul et exilitate. Vide Eraſmi Adagia.

CYMINVM, pe. pr. {Comino}(κύμινον) herbæ genus, cum ſemine eiuſdem nominis, quod nos y, in u uertentes, Cuminū dicimus. Eius duo ſunt genera: quæ uide ſupra in dictione Cuminum.

CYMINVS, pe. c. (κύμινος) Hetrurię lacus eſt, ad ſex millia paſſuum ab urbe Viterbio, Cymini monti ſuppoſitus: ut Appianus oſtendit. De huius lacus origine talia refert Seruius: Aliquando Herculem ad hos populos ueniſſe: et quum à ſingulis prouocaretur, ad uirium oſtentationem, uectem ferreum, quo exercebatur humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet euellere, Herculem tandē eum ſuſtuliſſe: tantamq; repentè aquæ uim erupiſſe, ut Ciminū efficerent lacum. Hæc Seruius illud Vergilij explicans Aen. 7. Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua, Et Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos.

CYMODOCE, uel Cymodocea, (κυμοδόκη) Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teſte Heſiodo in Theog. Verg. 10. Aeneī Cymodoceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Aneę in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarū (inquit) quæ fandi doctiſſima, Cymodocea.

CYMOTHOE, p. c. (κυμοθόη) Nympha marina, Nerei & Doridis filia, teſte Heſiodo in Theogon. ita dicta, quod per fluctus diſcurrat. Verg 1. Aenei Cymothoe, ſimul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naues ſcopulo. Eſt item Cymothoe, fons notiſſimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cuius meminit Plin. lib. 4. cap 5.

CYNA, æ, arbor eſt in Arabia, folio palmæ ſimili, ex quo Arabes ueſtes ſibi cō ficiunt. Auctor eſt Plin. li. 12. cap. 11. Cyna etiam κυνῆ pilei genus fuit, quo Lacedæmonij uti ſolent. Vide Bayfium de Re ueſtiaria.

CYNACANTHA, {Vua criſpina}(κυνακάνθα) arbuſcula, quæ acinos ueluti uuæ producit. Latini Caninam ſentem, & uulgò Vuam ſpineam nominant.

CYNÆTHA, (κυναίθα) oppidum eſt Arcadiæ iuxta Lepreon: ita dictum ab Aeneæ ſocio uita functo, & ſepulto, ut placet Dionyſio lib. 1. Antiquit. aut (ut Steph. mauult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit huius oppidi Pli. li. 4. c. 6.

CYNAMOLGVS, auis eſt Arabiæ peculiaris, ex cinnami ſurculis nidū conſtruens, quem deinde accolæ plumbatis ſagittis deijciunt. Auctor Pli. li. 10. ca. 33. Apud Aelianum hæc auis nō Cynamolgos, ſed Cynnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plinium legendum ſuſpicantur.

CYNANCHE, es, (κυνάγχη) morbi genus eſt, ſpirationis difficultatem, et ſuffocationis periculum afferens: Latine Angina appellatur. Propriè tamen Cynāche dicitur, cum Laryngis, hoc eſt, gutturis interiores muſculi inflammant. Nā cum exteriores eiuſdem muſculi inflammationem patiuntur παρακυνάγχη appellatur. Eſt & ex anginarū genere Synanche, per ſ in prima ſyllaba; (συνάγχη) qui peculiaris eſt Pharyngis, ſiue faucium morbus, cùm illarum muſculi interni inflammantur, quemadmodum & παρασυνάγχη, cum exteriores earūdem muſculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera Cynanches nomine complexus eſt.

CYNARAS, (quod hic corruptè legebatur.) Vide Cinyras.

CYNEAS, lege Cyneas peri.

CYNEGETICA, (κυνηγετικὰ) dicuntur uolumina de uenatione conſcripta. Nam κυνηγὸς, καὶ κυνηγέτης Gręcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiuſdam fragmentum. Flauius quoque Vopiſcus refert Olympium Nemeſiam ſcripſiſſe Cynegetica.

CYNEGIRVS, Athenienſis ciuis fuit, cuius tanta in prælio nauali aduerſus Perſas inuicto fuit pertinacia, ut nauem hoſtium dextera iniecta ui retinuerit, eaq; amputata, iniecerit & ſiniſtram: quam et ipſam cum amiſiſſet, mordicus nauim

arripuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Iuſtino Trogi abbreuiatore.

CYNICI, pe.co (κυνικοί) philoſophi quidam fuerunt, ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc philoſophiæ genus introduxit: ita dicti ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur: ſiue à canina mordacitate, qua in hominum uitas nullo diſcrimine inuehebātur: aut (ut alij uolūt) ab eo, quòd canum more in propatulo coire non dubitarent. quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laertius. Ex hac ſecta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus, quare canis appellaretur, Quia (inquit) dantibus abblandior, non dantibus allatro, malos autem mordeo. Cynici, Diocle teſte, philoſophiam naturalem, & rationalem tollebant, ſoliq; morali innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & muſicam. Placebat eis finem eſſe ſecundum uirtutem uiuere. Nobilitatem & diuitias abijciebant. Quare ſectam hanc uitæ cōſentaneam non eſſe plurei putauerunt. De his uide Ciceronem in 1. lib. Offici.

CYNIPS, cyniphis, (*Moſca canina*) (κνίψ) muſca minutiſſima longis cruribus, in capite habens roſtrum, quo perforat cutem animalium. Naſcitur ex humore, & iuxta aquas abundat. Latini Muſcam caninam uocant. Eſt etiam hoc nomine fluuius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta eſt, in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex Cyniphius, i. grex hircorum: & Cyniphia pellis, hircina. Martialis de Vdonibus: Nō hos lana dedit, ſed olentis barba mariti: Cyniphio poterit planta latere ſinu.

CYNNA, (κύννα) oppidum prope Heracleam Pōticam, ita dictum ab una Amazonum, uel à Cynno Gigante, fratre Cœi. Hinc fit gentile Cynnæus, κυνναῖος, Stephano.

CYNOCEPHALEA, pen. pr. (κυνοκεφαλεία) herba eſt, quæ ab Aegyptijs Oſirites appellatur, diuina prorſus, & ad omnia uenena efficax. Hac herba Apion Grammaticus Homeri manes ſe ab inferis euocaſſe gloriatus eſt, ad percontandum, qua patria, quibusq; parentibus genitus eſſet: non tamē auſus profiteri, quid ſibi reſpondiſſet. Hæc Pli. lib. 30. ca. 2. Cynocephalion, (κυνοκεφάλιον) Dioſcoridi herba eſt quam Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis ſimilitudinem refert.

CYNOCEPHALI, p. c. (κυνοκέφαλοι) homines ſunt, uel feræ in Aethiopia, canina habentes capita cętera homini ſimiles, uiolenti ad ſaltum, feri morſu. Augu. lib. 16. de Ciuitate Dei. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atq; ipſe latratus magis beſtias, quàm homines confitentur? Pli. li. 7. Gens, quam Cynocephalos uocamus, lacte uiuunt. Idem lib. 8. cap. 54. Efferatæ Cynocephalis natura, ſicut mitiſſima Satyris. Vide Gellium lib. 1. cap. 5.

CYNODONTES, (*Denti canini*) (κυνόδοντες) dentes, qui à noſtris Canini appellantur. ita dicti, quòd acuminati ſint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. cap. 37 ſemel cauſa aliqua amiſſos nunquam renaſci.

CYNOGLOSSOS, ſiue Cynogloſſum (*Lingua di cane*) (κυνόγλωσσον) Dioſcoridi herba eſt in locis ſabuloſis naſcēs, folijs latifoliæ plantagini ſimillimis, anguſtioribus tamen minoribusq;, & lanuginoſis, ſine caule, humi ſtrata Latinis Lingua canina dicitur, diuerſa tamen ab ea, quam Officinæ canis linguam uocant. Plin. lib. 25. cap. 8. Iungitur & cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiarijs operibus gratiſſima.

CYNOMAZON, (κυνόμαζον) herba eſt eadem cū chamæleone nigro, quam et Cynozolon Plinius appellat. Dictum Cynomazō, quod in offa uel in pulte datum canes enecet.

CYNOMORION, (κυνομόριον) herba eſt, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica eruis, cæterisq; leguminibus, cauliculum habens pinguem et rubentem, ſine folijs. Nomen habet à ſimilitudine genitalis canis, teſte Pli. lib. 22. capi. 25. Hodie teſte Ruellio, à Gallis Tenia uocatur.

CYNOMYIA, (*Moſca canina*) (κυνόμυια) muſca canina, quæ ſanguinē ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canium aures infeſtat: unde & nomen eſt ſortita. Eſt & genus herbæ quæ notioribus nominibus Pſyllium & Pulicaris dicitur: de qua Plin. lib. 25. cap. 25.

CYNOPOLIS, (κυνόπολις) oppidum eſt ad occidentalem Nili ripam, inter Oxyrinchum, & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibusq; cibaria publica ſunt aſſignata. Auctor Strabo lib. 17. Ab hoc oppido uicinus nomos Cynopolites dicitur à Plin. lib. 5. cap. 9.

CYNORRHODON, (κυνόρροδον) rubentis lilij flos eſt, teſte Pli. li. 21. c. 5. ita dictus, quod à cane rabido morſis medeatur quaſi Roſam caninam dicas. Eadem & Roſa ſylueſtris appellatur, teſte eodem Plin. lib. 25, capi. 2.

CYNOSARGES, (κυνόσαργες) gymnaſium in Attica, ſic dictum à cane albo, qui ſacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnaſio Ariſtippus Cyrenaicæ ſectæ princeps philoſophiam ſolet profiteri. Auctor Laertius in uita eius.

CYNOSORCHIS, (κυνὸς ὄρχις) herba, quæ & Orchis dicitur, folijs oleæ mollibus ternis, paruisq;, ſemipedis longitudine in terra ſtratis, radice bulboſa, oblonga, duplici ordine, ſuperiore, quæ durior eſt, et inferiore, quę mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in uineis ſorte inuenti. Plin. lib. 27. capi. 8. Officinæ Græcam uocem ad uerbum exprimentes Teſticulum canis appellant.

CYNOSBATON, (κυνόσβατον) alij Cynoſpaſton, frutex eſt teſte Dioſcoride, multò amplior rubo, folijs longè, quàm myrti, latioribus, aculeis circa uirgas robuſtis, flore albo, fructu oblongo, ſimili nucleis oliuarum, ſed rubicundo. Columella Sentem canis uocat. Sūnt qui exiſtiment fruticem eum eſſe, qui uulgo Eglenterij nomine cognitus eſt.

CYNOSSEMA, atis, (κυνὸς σῆμα) locus eſt Troadis ad Helleſpontum, Hecubæ ſepulchro nobilitatus, Latine Canis tumulum interpretari poſſumus. Fabulantur enim Poetæ, Hecubam, cum in Græciam abduceretur captiua poſt excidium patriæ, ac ſuorum, ibi doloris impatientia in canem eſſe cōuerſam, & deinde ſepultam. Meminit huius loci Plin. lib. 4. cap. 11. & Strab. lib. 13. Eſt item eiuſdē nominis locus in Libya Mareotide, cuius meminit Steph. et Stra. li. 17.

CYNOSVRA, æ, p. p. (κυνόσουρα) ſydus ſeptentrionale, ex ſeptem conſtans ſtellis, quod & Vrſam minorem appellamus. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teſte Hygino, eo quod a Phœnicibus inter nauigandum potiſſimum ſoleat obſeruari, quemadmodum & Elice, hoc eſt, Vrſa maior, à Græcis nautis. Ouidius de Triſtibus: Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notatur Sidonijs, Elicem Grais carina notet.

CYNOZOLON, (κυνόζολον) herba eſt eadem cum chamæleone nigro ita dicta, quod odoris fœditate ricinos uermes in caninum auribus enecet. Alio nomine Vlophonum dicitur. Vide Plin. lib. 22. capi. 18.

CYNTHIA, (κυνθία) Diana dicta, à Cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt, unde & Apollo Cynthius. & ipſa Delos Cynthia, appellatur. Hic mons tantæ celſitudinis eſſe fertur, ut umbra ſua totius inſulæ ambitū tegat. Propertius quoque amicam ſuam Cynthiam ob pulchritudinem uocauit, quæ prius Hoſtilia dicebatur.

CYNTHVS, (κύνθος) Deli mons aſqueadeo editus, ut totam inſulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo et Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati ſunt. Vergi. 1. Aeneid. Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros.

CYNVS, (κῦνος Stephano) Locorum Epicnemediorum oppidum eſt: ſiue, ut quibuſdam placet, nauale, cuius meminit Pli. li. 4. ca. 7. et Liui. li. 8. 3. Decadis.

CYONNESVS, (κυῶν νῆσος) Nili fluuij inſula eſt, non procul à maiori Delta, è regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Auctor Ptolæme. lib. 4. cap. 5.

CYPARISSIAS, (κυπαρισσίας) tithymali ſpecies caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupreſſi ſimilitudine, (unde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Auctor Plin. lib. 26. cap. 8.

CYPARISSA, (κυπάρισσα) oppidum eſt, agri Meſſenaici, ad mare ſitum, à quo uicinus portus Cypariſſius appellatur. Auctor Plin. lib. 4. capi. 5. Strabo libr. 8. Cypariſſiam uocat, Ptolemæus Cypariſſas plurali numero.

CYPARISSVS (κυπάρισσος) fuit nom pueri, Telephi filij, quē Apollo amauit, poſtea in ſui nominis arborem conuerſi. Dicitur etiam per ſynæreſim Cypreſſus: deinde conuerſione y, in u, Cupreſſus. Eſt autem arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, ſed carnoſiore, mollioreq; neq; ita pungente, fronde indecidua, odore uehementi. Duo eius ſunt genera. Nā quæ ſterilis eſt, fœmina dicitur ad metæ formam in faſtigio conuoluta. unde & κωνοειδὴς peculiare epitheto appellatur. Cōtra mas latius ſpargit ramos, conosq; pfert nuci pineę nō abſimiles, licet multò minores: anima ſiter arbores fœcundi: ate quippe quæ trifera eſt, fructusq; habet et Ianuario et Maio et Septēbri maturos, nullis tā rei utiles: imò potius noxios quēadmodū & ipſa arbor, cuius etiā umbra noxia creditur. Dicta eſt āt Cypariſſus (ut Didymo placet) ἀπὸ κύειν παρίσως, hoc eſt, ab æqualiter pariendo, quod æqualiter & ramos perdat, & fructus. Fructus eius à figura Coni appellantur. Vnde ipſa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Verg. Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. Idem: Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum. Reliqua uide ſupra in dictione Cupreſſus.

CYPEROS, (κύπειρος) iunci genus eſt anguloſum, iuxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Eius deſcriptionem uide apud Plin. lib. 21. ca. 18. Ruellius à Gallis iuncos huiuſmodi Sonchetos uocari tradit, & minutim contuſos ad conciliationem odoris ueſtibus interponi. Legitur etiam in neutro genere Cyperum apud Varronem. lib. 3. de Re ruſt. cap. 16.

CYPHI, (κῦφι) thymiamatis compoſitio eſt, dicata dijs, qua abunde Aegyptij ſacerdotes utuntur. Conſtat (ut Plutarchus ait) ex melle, uino, uua paſſa, cypero, reſina, ſeſeli, aſpalatho, myrrha, bitumine, iūco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi uide apud Dioſcoridem li. 1. ca. 24.

CYPIRVS, (ξιφίον) herba eſt, folia habens ad iridis ſimilitudinem numero nata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulboſa, et odora uicino nardo. Eſt & per ſe Indica herba quæ Cyperis uocatur, gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens. Vide Plin. lib. 21, ca. 18.

CYPRINVS, (κυπρῖνος) piſcis eſt ex genere chombrotum: cuius meminit Plin. lib. 32. capi. 11.

CYPRIVM, Sabini bonum appellant: unde Cyprius uicus Romæ appellatus eſt, in quo Sabini in ciuitatem recepti conſederant: ſic enim à bono omine uocitandum cenſuere.

CYPRIVM, æs, (κύπριος χαλκὸς) dicitur quod uulgari uſu nominatur Cuprum. unde, Cuprini claui. Pli. Teritur cyprio ære in cypro mortario. Cyprium abſolute, pro ære cyprio: hoc eſt, qđ ex Cypro inſula aduehitur. Pli. li. 36. c. 26.

CYPROGENIA, p. p (κυπρογένεια) Veneris epitheton eſt, inde tractum, q in Cypro inſula nata dicatur. Vtitur hac uoce Homerus in Hymnis.

CYPRVS, (κύπρος) inſula in Pāphylio mari, in ſinu maximo, qui & Iſſicus dicitur, inter Ciliciam & Syriam, diuca & miræ fertilitatis. Vnde & Macaria, hoc eſt, beata olim uocata. maximè etiam luxui dedita, unde & Veneri ſacra. Hor. lib. 1. Carm. Sic te diua potens Cypri. Ea quondam nouem erat regnorum ſedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera, à quibus Venus dicta eſt Cytherea, Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas locum ſibi uendicat. a Septentrione Ciliciæ oppoſita, a meridie Aegyptum ſpectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Ambitus inſulæ trium millium: quadringentorum ac uiginti ſtadiorum, teſte Strab. lib. 14. Hinc Cyprius, a, um. unde tres paruæ inſulæ huic propinquæ Cypriæ nominātur, & Venus Cypria, ſiue q in Cypro genita fuerit, ſiue q ei primum in Cypro templum ſit conſtitutum. Cyprus etiam dicitur arbuſcula, quæ a Latinis Liguſtrum uocatur, à Gallis Troena, ſemine atro nō abſimili ſambucino acino. Eius flos in oleo decoquitur, fitq; ex eo unguentum quod Cyprinum appellatur. Naſcitur in multis locis, ſed in Cypro inſula odoris ſuauitate præſtat, ideo Cyprus eſt appellata. Plin. lib. 12. ca. 24. Cyprus in Aegypto eſt arbor ziziphi folijs, ſemine coriādri flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, præmiturq; poſtea, quod cyprinum uocatur. Optimum habetur è Canopica. in ripis Nili nata: ſecundum Aſcalone Iudææ: tertium Cypro inſula odoris ſuauitate.

CYPSELI, (κύψελοι) aues ex hirundinum genere, quæ & Apodes uocātur, ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc eſt, ab aluearı, eò quod nidum ſpecie aluearis ex luto fingant. Auctor Plin. lib. 10. capi. 39.

CYPSELVS, (κύψελος) Corynthiorum tyrannus, pater Periādri: ita dictus ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc eſt, à ciſtula, ſiue alueo, ſiue (ut Valla ex Herodo. uertit) menſura frumentaria ſub qua occultatus fuit, cum à Corinthijs ad perniciē quæreretur. Vide Herodotū lib. 5. & Plutarchum in Sympoſio ſeptem Sapientū.

CYRCERVM, (quod hîc pro nauis genere corruptè legebat) unde Cercurus.

CYRENE, es, & Cyrenæ, arum, (κυρήνη) inſigne Libyæ oppidū, inter Mareotidem, & zeugitanam prouinciam ſitum, unum ex ijs, quæ Pētapolim efficiūt. à Batto Theræo (quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit) conditū, & a Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Libyæ partem

tranſtulit,

tranſtulit, ita nominatum. Ab hac urbe, totus ille Lybiæ tractus, inter Africã propriè dictam & Libiam Marmaricã, ſiue Mareotidem intermedius, uno nomine Cyrenaica regio appellatur. Eadẽ & Pentapolitana Plinio dicitur, à quinque præcipuis urbibus, quarum nomina ſunt hęc: Bero ice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia, & ipſa Cyrene. Ex hac urbe orti ſunt Ariſtippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philoſophiam primus inſtituit, item filia huius Areta, quæ patri in ſchola ſucceſsit, itẽ Ariſtippus cognomẽto μητροδίδακτος, ſuperioris Ariſtippi nepos, & Aretæ filius: & præter hos Anniceris, qui Cyrenaicam ſectam emendauit: item Callimachus Poeta, & Erathoſtenes Mathematicus, ambo ab Aegypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduntur Carneades, Academicus, & Cronus Apollonius. A Cyrene ſiunt adiectiua Cyrenæus, a, um, (κυρηναῖος) Cyrenaicus, & Cyrenenſis.

CYRENAICI PHILOSOPHI, ab Ariſtippo Cyreneo, primo ſectæ eius auctore, nomẽ traxerũt, qui ſummũ bonũ corporis uoluptate metiebãt. Ci. Tuſ. qu. li. 3. Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici philoſophi nominati, omne bonum in uoluptate poſuerũt, uirtutẽq; cenſuerunt ob eã rẽ eſſe laudãdã, quòd efficiens eſſet uoluptatis. Horum ſecta poſtea ex ſimplici triplex eſt effecta: alijs ſe ab Hegeſia Hegeſiacos, alijs ab Anniceride Annicerios, nonnullis ẽt à Theodoro Theodoreos nominantibus: qua de re uide Diogenem Laertium in uita Ariſtippi.

CYRINUS, (κυρῖνος) Romanus cum Baſilide, & Nabore ſub Diocletiano paſſus, ac ſepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volaterrano.

CYRNII, (κύρνιοι) Indię populi uiuaciſsimi ut quos ad centeſimũ quadrageſimum annum uitam extendere proditum ſit ab Iſigono, referente Pl. li. 7. ca. 2.

CYRNUS, (κύρνος) inſula eſt in mari Liguſtico, quam Latini Corſicã dicunt, longa paſſuũ centũ quinquaginta millia lata maiore ex parte quinquaginta, circuitu trecẽtorum uigintiduorum milliũ diſtans à Vadis Volaterrãnis ſexaginta duobus millibus paſſuũ. Dicta Cyrnus à Cyrno rege, cũ antea Therapne diceretur.

Hinc Cyrnæus, a, um. Verg. Eclo. 9. Sic tua Cyrnæas fugiãt examina taxos.

CYRNEA, æ, uaſis uinarij genus, teſte Nonio. Plaut. Amph. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam. Sunt qui Cirneam ſcribant, per i, noſtrum, & παρὰ τὸ κιρνᾶν hoc eſt, à miſcendo dictum uelint.

CYRRHA, uide Cirrha.

CYRRHUS, (κύῤῥος Stephano) Siriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrheſtę κυῤῥησταὶ dicuntur, & Diana Cyrrheſtis, (κυῤῥηστίς) et regio ipſa Cyrrheſtica, κυῤῥηστική: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 23. Sunt item Cyrrheſtæ, Macedoniæ populi, non procul a Pella Alexandri patria: quorum meminit idem Plini. lib. 4. cap. 10.

CYRSILUS, (κυρσίλος) Athenienſis fuit, qui cum uideret impetum Perſarum diutius ſuſtineri non poſſe, ciueſq; iam de relinquenda urbe, nauibuſq; cõſcendendis cogitare, ciuibus ſuis conſilium dedit, utile quidem (ut ipſi tum uidebatur) attamen non ſatis honeſtum, ut Xerxem potius reciperent, quàm patriam delerent. Quæ ſententia uſqueadeo ciuibus diſplicuit, ut ſtatim eum lapidibus obruerint. Auctor Cic. 3. Offic.

CYRTHÆA, ę, (κυρθαία) oppidum eſt ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegauit. Stephanus.

CYRUS, (κῦρος) nomen duorum fluuiorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alter iuxta Paſagardas per cauam Perſidem: à quo Cyro maiori, qui iuxta hunc amnem expoſitus fuit, nomen eſt inditum, teſte Strab. lib. 15.

CYRUS, (κῦρος) Cambyſis filius ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum Medorumq; rex, qui primus (ut Iuſt. li. 1. ſcribit) deuictu Aſtyage ultimo Medorũ rege, Medorum imperium trãſtulit in Perſas, & ſubacta Aſia, totum Orientẽ in poteſtatem redegit. Poſtremò cum bellum Scythis intuliſſet, eoſq; clade magna affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compoſitis inſidijs, ducenta millia Perſarum cũ ipſo rege trucidauit, ita ut neq; nuntius tantæ cladis ſuperfuit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano ſanguine plenum coniectum fuit, cum hac exprobratione: Satia te ſanguine, quẽ ſitiſti. Hic primũ Agradatus dictus fuit, et poſtea Cyrus, ab eiuſdẽ nominis fluuio per cauã Perſidem fluente, iuxta quem fuit expoſitus. Res eius geſtas uide latius apud Xenophontem in Pædia, Herodotum, & Iuſtinum lib. 1. Fuit præterea eiuſdem nominis Poeta quidam Theodoſij iunioris temporibus, ut ait Suidas.

CYTE, es, ſiue Cyta, æ, (κύτα Stephano) oppidum eſt Colchidis, Medeæ patria, teſte Stephano, herbis ueneficia in primis famoſa. Hinc fit adiectiuum Cytæus, a, um, (κυταῖος.) Vnde Virgo Cytæa appellatur Medea a Valerio Flac. lib. 6. Item Cytæis, idis, κυταΐς. Proper. lib. 2. Non hic herba ualet, non hic nocturna Cytæis.

CYTHERA, orum, p. p. (κύθηρα, τὰ) inſula eſt contra Cretã, (ut ſcribit Stra.) quinq; millia à Maleæ promontorio diſtans, in quã ferunt Venerẽ primum uectã concha marina: unde & Cytherea (κυθέρεια) dicta eſt. Verg. li. 10. Eſt Paphos Idaliumq; mihi, ſunt alta Cythera. Idẽ: Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat hoc deriuatiuum à natura ſui primitiui. Corripit enim ſecundam ſyllabam, quæ in primitiuo producitur. Hanc inſulam Porphyruſſam uocat Ariſtot. Porphyrida Plinius à purpurarum præſtantia.

CYTHERIS, p. p. (κυθηρίς) nobiliſsima meretrix fuit, liberta Volumnij, quæ eodem tempore floruit quo Origo, & Arbuſcula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poeta ſupra modum adamauit: quo tamen ſpreto Antonium in Galliam ſecuta eſt. Hanc Vergil. 10. Eclog. Gallum conſolans, commutato nomine Lycoridem uocat. Auctor Seruius.

CYTHERIACUS, a, um, (κυθηριακός) nomen poſſeſsiuum: ut Nectar Cytheriacum, quod pro ſuauitate Venerea ponitur.

CYTHNOS, (κύθνος) inſula una ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore ſic appellata. Ex hac iſula Timãtes pictor ortus eſt, qui ab ea Cythnius dicitur.

CYTINUS, (κύτινος) flos mali Punicæ ſatiuæ, ut Balauſtium ſylueſtris, ut eſt apud Dioſc. Plin. Cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores uerò ipſos in cythino erumpentes, Balauſtia, natura aſtringentes. Solet tamen appellatio hæc & alia quoque genera congruere: unde Dioſcorides Apollinaris herbæ flores Cytinos appellauit.

CYTIS, (κύτις) inſula Arabiæ, ubi Topazius lapis inuenitur. Pli. li. 6. ca. 39.

CYTISUS, p. c. (κύτισος) genus fruticis incani, ad ſimilitudinem rhamni, cubitalibus ramis, folijs loti trifoliæ, quem Ariſtomachus Athenienſis miris laudibus prædicauit, eo præcipuè nomine, quod lætiſsimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiã augeat: quod ẽt confirmat Pli. lib. 13. ca. 24. Inuentus eſt autẽ hic frutex primo in Cythno inſula (unde & nomen accepit) et unde trãſlatus in omnes Cycladas & urbes Græcas. Col. lib. 13. cap. 28. Cytiſum (quem Græci aut ζέας aut κόρφιναν, aut τριφύλλιον uocant) quàm plurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ouibus, capris, & omni generi pecudum utiliſsimus eſt. Idem alibi duas facit cytiſi ſpecies, ſatiuam, & alteram ſuæ ſpontis.

CYTORUS, (κύτωρος) per y in prima ſyllaba, pen. pr. mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima naſcebatur: unde & buxifer à Catullo dicitur. Ver. 2. Geor. Et iuuat undantẽ buxo ſpectare Cytorum. Ab hoc, quæ buxea ſunt, Cytoriaca dicuntur. Ouid. 4. Meta. Sæpe cytoriacu deducit pectine crines. Fuit et Cytorus, ſiue Cytorum ciuitas, Sinopenſium emporium, à Cytoro Phryxi filio cõditum & appellatum, ut ex Ephori ſententia refert Strabo lib. 12.

CYZICENUS, (κυζικηνός) denominatiuũ eſt à Cyzico Propontidis inſula.

CYZICUS, (κύζικος) ſiue Cyzicum, inſula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens urbem eiuſdem nominis, mœnibus, arce & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iaſon per imprudentiam interemit. De hac Ouidi. lib. 1. Faſto. Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentarijs inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumẽti erat receptaculum. Huius habitatores Cyziceni, (κυζικηνοί) appellantur.

DELLA LETTERA D.

D E' lettera conſonante, & muta, & è la quarta de gli Alfabeti di quaſi tutte le nationi del mondo. In lingua Italiana ella per ſe ſola non ſignifica coſa alcuna, ſe non che all'uſanza de' Latini ſi mette per ſegno del numero cinquecento. La ragione della qual coſa è ſcritta da Valerio Probo, ma per riſpetto della diuerſità de' caratteri non pare che la detta ragione di Valerio Probo ſodiſfaccia molto. Et queſto è che egli dice, che i Latini pongono la lettera M. per mille, & che pongono la D. per cinquecento, concioſia coſa che la D. ſia quaſi una mezza M. & per queſto ſi come è meza tal lettera, coſi ſi mette per la metà di quel numero, che detta lettera intera rappreſenta. Ma come è detto queſta ragione non piace à molti, perche la lettera D. non ha alcuna ſomiglianza con alcuna parte ò metà della lettera M. Tuttauia egli ſcriſſe bene il parer ſuo, et la ragion ſua è aſſai buona, ò almeno ueriſimile. Percioche la M. che egli intende per diuiſa ò ſpartita per mezo, non è queſta piu commune, ma un'altra che uſauano piu anticamente, la quale ſi uede in moltiſſime pietre antiche et anco in alcune ſtampe, la cui forma è tale ꟿ. Et di queſta intese Probo quando diſſe che la D. è quaſi una meza M. con laqual parola quaſi uiene à leuar uia quella poca di differenza che le reſterìa per quel poco rampinetto diſotto che ha la detta lettera ꟿ. Le ſignificationi della lettera D. nella lingua Latina ſi diranno appreſſo con le parole dell'iſteſſa lingua.

D ANTE A

D LITERA, litera eſt ex numero mutarũ quę quandoq; pro th aſpiratu ponitur, ut θεός, Deus. quandoq; conuertitur in b, ut quod olim Duellum, nos iam Bellum dicimus, et Duellona, Bellona. Quandoq; in l, ut a ſedeo olim, Sedda dicebatur, quæ nunc Sella. Quãdoq; in r, ut Meridies, ab eo quod eſt, medius dies. Interponitur nonnunquam in compoſitis hiatus prohibendi cauſa, ut Prodeſt, Redarguo, Redeo, Redintegro. Subtrahitur etiam nonnunquam quando ſequens ſyllaba ab ſ cum alia cõſonante incipit, ut Aſcendo, Aſpicio. Quando autem conuertatur in alias literas dictum eſt in præpoſitione Ad.

DAÆ, Daarũ, (δάαι Stephano) populi ſunt Scythię, ex genere Nomadũ, ut auctor eſt Seru. in illud Ver. 8. Ae. Indomitiq; Dahæ, et pontẽ indignatus Araxes.

DACIA, per c, (δακία) regio Scythiæ, Europææ, quã quidã Thracię partẽ, quidã conterminã dicunt. Hæc (ut Ptole. ſcribit lib. 3. cap. 8.) ad Septentrionẽ Carpato monte à Sarmatia diuiditur, ad Occaſum autẽ Tibiſco fluuio ab Iazygibus Metanaſtis, ad Meridiem et ad Ortum, uſq; ad Danubiũ extenditur. Huius regionis populi Daci (δάκοι) dicuntur, olim etiam Daui teſte Strab. lib. 7. Getæ proximi ad Ortum, à quibus ſeruilia Dauorum & Getarũ nomina Athenienſes acceperunt. Vnde & in Comœdijs ſerui introduci ſolent, Dauus, & Getę nominati. Hodie tota hęc regio Valachiæ nomine cognita eſt.

DACICUS, (δακικός) dictus eſt, qui Daciã ſubegit, ſicut à Germania Germanicus. Iuuenalis: Cum lance beata Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.

DACRYMAS, auctore Feſto, Liuius Andronicus appellabat, quas nos lacrymas, Græcos ſecutus, qui δακρύειν uocãt Lacrymari, & δάκρυα Lacrymas. Vnde etiam conſtat uerbum Lacrymor, & nomen Lacryma melius ſine aſpiratione ſcribi, quemadmodum uos Græca, à qua originem trahunt.

DACTYLION, (δακτύλιον) Græci anulum dicunt, ἀπὸ τῶν δακτύλων, hoc eſt, à digitis: unde & Dactylotheca, pro anulorum repoſitorio.

DACTYLUS, {*Deto. Petr. Deli ſchietti ſoaui à tempo ignudi*} (δάκτυλος) p. c. à Latinis dicitur digitus: unde Dactylotheca (quæ Græcis ẽt Chirotheca) pro tegumẽto manus, uel digitorũ, ſumitur. Dactylus itẽ uocat pes metricus, quũ ſyllabã longam duę breues ſubſequuntur, Herous pes Ciceroni dictus, lib. 3. de Orat. quòd eo ſcribãtur facta heroũ & principũ. Itẽ Dactyli, dicũtur fructus palmę. Apicius: Et croci drachmę ſingulę dactylorũ oſsibus torridis quinq;. Dactylus pęterea graminis genus eſt, de quo ſic ſcribit Pli. li. 24. c. 19. Sunt qui et aculeatũ gramẽ uocãt triũ generũ, cũ i cacumine aculei ſunt plurimũ quini: (dactylon uocant) hos conuolutos naribus inſerũt, extrahũtq; ſanguinis ciẽdi gra

tis. Dactilus item piſcis eſt è genere concharum. Plin.lib.9.ca.6. Concharũ è genere ſunt Dactyli, ab humanorum unguium ſimilitudine appellati. Dactylus Idæus, gemma. Plin.lib.37.cap.10. Idæi Dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Dactylicus, a, um. Cic. in Orat. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior.

DACTYLIS, dactylidis, (δακτυλὶς) uitis genus, dictum à gracilitate digitali, ſiue quòd grana habeat dactylis ſimilia. Auctor Plin.lib.14.cap.3. Has etiam Dactylos uocat Colum.lib.3. cap.2.

DACTYLI IDÆI, (δάκτυλοι ἰδαῖοι) fidẽ qui Corybãtes, quos Iouẽ nutriuiſſe ferũt, et ne uagitu puer proderetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe concurſantes æris tinnitu & numeroſi pedis cõpoſitione, qui dactylus inde dictus eſt, Saturnum celauerunt. Idæi autem dicuntur, à mõte Ida.

DACVS, a, um, (δάκος) quod eſt è Dacia. Spartianus. Ad bellum Dacum Traianum familiarius profecutus eſt.

DADICÆ, populi Scythiæ Aſiaticæ apud Herodotum libr.3.

DÆDALA, (δαίδαλα, τὰ) neutri generis, urbs Lyciæ, ita appellata, à monte uicino, ſeu à Dædalo ibi ſepulto, cùm eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem, egreſſus, momordiſſet.

DÆDALVS, p.c. (δαίδαλος) Athenieſis faber egregius, Icari pater, qui ſerrã, aſciã, perpẽdiculũ, terebrã, glutinũ, lithocollã inuenit, malũq; et antẽnã nauis impoſuit. Hic accuſatus q Perdicẽ ſororis filiũ interemiſſet, iudicij metu in Cretã fugit, ubi Labyrinthũ fabricauit, cum Minotaurus includeret, opus portẽtoſiſſimũ humani ingenij. Dictus Dedalus (ut qdã exiſtimãt) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, quod eſt uariare, ſeu ornare. Alij hoc uerbũ à Dedalo deriuatũ putant, ob multiplex, uariumq; ingenium hominis, propterea quod Greci δαίδαλον uarium dicunt, & ingenioſum. Lucretius quoq; terrã ob rerum artificiorumq; uarietatẽ, Dedalam nominat. Ennius ſimili modo Mineruam. Verg. Circen. Plautus Logodædalos uocauit, qui dolum celant ſermonis ornatu.

DÆMOGORGON, (δαιμογοργών) Latinè dicitur deus terræ, quo nomine ueteres intelligebant naturam rerum omnium matrem, & altricem.

DÆMON. {Demonio} (δαίμων) Deus, ſiue ſapiẽs, ἀπὸ τοῦ δαίειν, quod eſt ſcire. Auguſt.lib.9. de Ciuit. Dei: Dæmones dicuntur, qm Græcũ uocabulum eſt, ob ſcientiam nominati. Noſtræ religionis homines appellant ſpiritus, in cœlo à deo creatos, qui de cœlo deiecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aere damnati ſunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon, pro bono & malo dæmone. Demõ etiam animus humanus in corpore ſitus uocatur.

DÆMONICVS, a, um, quod eſt dæmonis, δαιμονικὸς. Lact.li.4. in fine: Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti, diuinum nomen, cultumq; perdiderunt.

DÆMONIVM, (δαιμόνιον) idem quod dæmon, numẽ, deus. Vnde extat Apuleij liber de Dæmonio Socratis.

DAGNADES, auiculæ quas portantes Aegyptij ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantillando, & morſicando non paterentur dormire potantes. Auctor Feſtus.

DAHIPPVS, ſtatuarius nobilis, cuius opera enumerat. Plin.lib.34.cap.8.

DAI, (δάοι) Perſarum populi, omnes paſtores Herodot.lib.1.

DALMATA, æ, pen.cor. (δαλμάτης) qui ex Dalmatia eſt, Mart. libr.10. Et exeuntem Vdo Dalmata gaudio ſequeris.

DALMATIA, (δαλματία) regio Illyrici cõtermina Liburniæ uerſus occaſum: à qua Dalmatæ, (δάλμαται) dicti ſunt populi, qui (ut Appianus ſcribit) domiti ab Auguſto fuere. In ea Iadera ciuitas inſignis rerũ abundantia, & Epidaurus hodie Raguſiũ dictum. Hinc Dalmaticus, a, um. Sue in Auguſto: Externa bella duo per ſe geſſit, Dalmaticum adoleſcens adhuc, & Cantabricum.

DALMATICATVS, Dalmatarum ueſtibus indutus. Lamp. in Commodo. Dalmaticatus in publicum proceſſit.

DAMA, (πρὸξ) genus capræ ſyluestris, tam maſc. q̃ fœm. gene. Vergil. in Pharmaceutria: Cùm canibus timidi uenient ad pocula damæ. Mart. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damæ quid niſi præda ſumus? Huius diminutiuum eſt Damula.

DAMASCIVS, (δαμάσκιος) Sigæus hiſtoricus, Herodoti tẽpore ante bellũ Peloponneſiacum, ſcripſit de rebus in Græcia geſtis: præterea de maioribus eorum, qui ad Troiam profecti ſunt, & de poetis & ſophiſtis, aliaq; complura.

DAMASCVS, (δαμασκὸς) urbs nobiliſſima, caput Syriæ: unde Damaſcena (δαμασκηνὰ) pruna, auctore Plin lib.15. dicta creduntur: & regio ipſa Damaſcene, quæ totã illam Syriæ partem complectitur, quæ adiacet Libano monti.

DAMASITHYMVS, (δαμασίθυμος) Cãdaulis filius fuit, unus è ducibus Xerxis Perſarum regis, cùm Græciæ bellum inferret: teſte Herodoto lib 7.

DAMASSONIVM, (δαμασώνιον) herba eſt plantaginis folia habens, anguſtiora tamen & in terram reflexa. A' Dioſcoride Aliſma appellatur. Nonnulli putant eam eſſe, quàm uulgus Plantaginem aquaticam uocat: alij illam, quæ ab officinis Fiſtula paſtoralis, dicitur.

DAMEAS, nobilis ſtatuarius, auctore Plin.libr.34.capi. 8.

DAMIVM, teſte Feſto, ſacrificij genus erat.

DAMNAS, {Condennato} (ἄλους, ὄφλων) pro damnatus apud Iureconſultos. Vtebantur autem hoc uerbo cùm teſtator ſuo teſtamento damnabat hæredem ad præſtandum alicui aliquod legatum. Quinti.libr.7. Hæres meus uxori meæ damnas eſto dare argenti, quod elegerit, pondo centum.

DAMNATIO, onis, uerbale, à Damno, as, (κατάγνωσις) damnandi actus. Reorum acerbiſſimæ damnationes, Cice. in Piſonem. Idem 4. Verr. Docuiſſemq; hanc damnationem duci non oportere, &c.

DAMNATORIVS, a, um. Cic. 5. Ver. Verres in Xenonẽ iudiciũ dabat illud ſuum damnatorium de iugerũ pfeſſione. Dãnatoria tabella, Suet. in Auguſto.

DAMNIFICO, {Danneggiare, far danno} (ζημιόω) damnum infero. Damnificus, qui infert damnum. Plaut. in Ciſt. Imitatur nequã beſtiam, & damnificam. Damnigerulus. Idẽ in Truc. Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones.

DAMNO, as, {Condennare. Pet. O lo condannò à ſempiterno pianto} (καταγινώσκω) cõdẽno, qñq; ablatiuo, qñq; genitiuo iungitur, Lib. 4. ad Heren. Maiores noſtri ſi quam unius peccati mulierem dãnabant, ſimplici iudicio maleficiorum multorũ coniunctã putabant. Quo pacto? Quã, quã impudicã iudicauerant, eã ueneficij quoq; damnatã exiſtimabãt. Cic. 1. Tuſ. Sed plurimi cõtra nituũt, animosq; quaſi capite dãnatos morte mulctãt. Qñ uerò nõ apponit̃ pretiũ, uel peccatũ, poena' ue peccati, accuſatiuo tantùm iungit̃, & ſignificat culpo. Ci. 4. Tuſ. Rerũ naturã potius, q̃ errorẽ dãnare uolumus. Interdũ accipit̃ pro exheredare, ἀποκληροῦν: unde è duobus filijs, alterũ heredẽ inſtitutũ, alterũ dãnatũ legimus. hoc eſt, exheredatione improbatũ. Interdũ pro cõpellere, obligare, & neceſſitate obſtringere. Ter. in Phor. Tuus eſt dãnatus gnatus, non tu. Hinc participiũ Dãnatus: ut, Dãnatus capitis, uel capite: hoc eſt, codemnatus. Interdũ et idẽ quod obligatus uel aſtrictus. Vnde hæredes dicebant̃ Dãnati ad præſtãdũ legatũ, hoc eſt, aſtricti & obligati. Pro quo ueteres ẽt dicebant Dãnas. Itẽ, Dãnatus, uoti uel uoto, dicit̃ is, qui tã eius, cuius gratia uotũ fecerat, factus eſt cõpos. Et Dãnare aliquẽ uoto dicebant Dij, Cùm alicui tribuebãt id, cuius gratia uotũ ſuſceperat. Fiebãt ãt uota ferè ſub cõditione hoc modo: Mars pater, ſi mihi, populoq; Romano hodie uictoriã dederis, hoc ipſo loco tibi ex marmore tẽplũ ſtatuã. Hoc uoto ita facto, qui uouit, ſtatĩ factus eſt Reus uoti, nihil tñ cogit̃ pręſtare, niſi adepta uictoria. Vbi ãt iã debellatis hoſtibus cõtigerat uictoria, tunc demũ dicebat̃ Dãnatus uoto, hoc eſt, aſtrictus & obligatus ad perſoluendũ uotũ. Verg. in Daph. Vt Cereri, Bacchoq; tibi ſic uota quotãnis Agricolę facient: dãnabis te quoq; uotis. Hęc ideo hic fuſius notanda duximus, quod ipſum etiam Macrobium altiſſimæ eruditionis uirum, & pleroſque alios, qui eius auctoritatẽ ſecuti ſunt, ea in re lapſos uideremus: qui arbitrantur eum dici Dãnatũ uotis, qui iã uota perſoluit. Hoc ãt uerũ nõ eſſe, apertiſſimè conuincit̃ uno Liuij teſtimonio lib.7. ab urb. cond. Dictator (inquit) deorũ quoq; opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationẽ ædẽ Iunoni Monetæ uouit: cuius dãnatus uoti, cũ uictor Romã reuertiſſet, Dictatura ſe abdicauit. Et paulo poſt Anno poſtquã uota erat, ædes Monetę dedicatur. Audis' ne Dictatorẽ pximus parta uictoria fuiſſe dãnatũ uoti, cùm tñ uotũ adhuc non perſoluiſſet? quod ſubſequenti demum anno fuit perſolutũ. A' partic. Damnatus fit cõpoſitum Indẽnatus, (ἄκριτος) non condẽnatus. Liu.lib.2. ab urb. Eũ indemnatũ indicta cauſa non debere uiolari. Compoſita à Damno ſunt, Condemno, & Prædamno, (προκατακρίνω) quod eſt antè damno. Liui.lib.4. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

DAMNVM, {Danno. Pe. Con gl'animi al ſuo danno ſempre acceſi} (βλάβη, ζημία) à Demendo dictum, cùm diminutione res deterior fit. Cic. Quod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Damnum infectum, eſt damnum nondum factum, quod futurum ueremur, apud Caium Iuriſconſultum.

DAMNOSVS, a, um, {Dannoſo. Pet. Sgombra da te queſte dannoſe ſome} (ζημιώδης, βλαβερός) dãnũ, uel detrimẽtũ habet cõiunctum. Col.li.2. Qđ eſt per partes nõnunq̃ dãnoſum eſt, in ſumma tñ cõpendioſum. Aliqñ ſumit̃ actiuè, p eo quod dãnum infert. Plaut. in Bac. Quid tibi cõmerci eſt cũ dijs dãnoſiſſimis? Aliqñ paſſiuè, ut apud Plaut. Epid. Dãnoſo ſene, pro eo qui dãnum ſubeat. Damnoſus, profuſus. Suet. in Nero. Non in alia re damnoſior, q̃ in ædificando. Damnoſe, aduerb. ut, Damnoſe bibere. Hora. 2. Serm. Sat. 8. Tum Vibidius Balatroni Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti.

DAMOCLES, (δαμοκλῆς) nomẽ propriũ unius ex aſſentatoribus Dionyſij.

DAMOCRITA, (δαμόκριτα) matrona fuit Spartana, Alcippi ciuis clariſſimi uxor, quę cum uirum, ab ijs qui cõtrarias in Rep partes fouebãt, in exilium actum ſequi prohiberetur, filiæq; ſã uiro maturæ edicto publico nubere phiberetur, ne ex ijs quiſpiam Alcippi ultor naſceretur: cõcepit aliud facinus ſupra oẽm muliebrem audaciam. Nam eum ex more fœminæ primariæ noctu in Andronem quendã ſacrorum cauſa conueniſſent, Damocrita à filiabus adiuta, magnã uim lignorum quæ ad ſacrificia parata erant ad fores congeſſit ignemq; iniecit, ut intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio uiris, illa filias primum, deinde etiam ſeipſam interfecit. Ex Narrationibus amatorijs Plutarchi.

DAMOETAS, cum diph. œ. (δαμοίτας) nomen paſtoris, de quo Ver. in Buc. Dic mihi Damœta, &c.

DAMON, (δάμων) nomen philoſophi Pythagorici, qui cum Pythia arctiſſimo amicitiæ uinculo conſtrictus fuit. De quo ita Cic.lib.3. Offi. Damõ & Pythias Pythagorei, hoc animo inter ſe fuerunt, ut cum eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinauiſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commẽdandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, uas factus eſt alter ſiſtendi eius, ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi, qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem Tyrannus, petiuit, ut ſe ad amicitiam tertium aſcriberent.

DAMOPHILA, (δαμοφίλα) Lesbia Poetria fuit Sapphus coætanea, cuius meminit Philoſtratus in uita Apollonij.

DAMOPHILVS, (δαμόφιλος) Sophiſtæ cuiuſdam nomen eſt, qui ſub M. Antonio principe floruit. Auctor Suidas.

DAMOSTRATVS (δαμόστρατος) philoſophus, ſcripſit de piſcibus li. 20. Suidas.

DAMOXENVS, (δαμόξενος) Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnoſophiſtis.

DAN, (δάν) uicus eſt in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum, qui uſq; hodie ſic uocatus, terminus Iudeæ prouinciæ ad Septentrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe fluuium, ſiue riuum Hebræi uocant.

DANAE, per tres ſyllabas (δανάη) nomen Acriſij filiæ, quæ à Ioue in aurei imbris effigiem conuerſo compreſſa, Perſeum peperit, qui auum ſuum occidit. Ouidi. lib. 2. de Triſt. Qui Danen Danaesq; nurus, matremq; Lyæi.

DANAVS, (δαναὸς) Aegypti frater, Argiuorum rex, qui anno egreſſionis populi Iſrael trigeſimo ſecũdo. Sthenelo rege expulſo, Argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnauit, Genuit quinquaginta filias, quę ab aui nomine Belides dictæ ſunt. Hæ una nocte uiros ſuos, Aegypti filios, interfecerũt, præter unã Hypermneſtram, quæ Linum maritum ſeruauit. Vnde apud inferos ſupplicij loco illis præſcriptum eſt, dolium pertuſum aqua implere è quo tantundem effluat, quantum infundatur. Inde originem traxit prouerbium Doliũ Danaidũ: quod in auaros competit, quorũ auaritiæ nihil eſt ſatis: aut in prodigos, quorum profuſioni ne ipſe quidem Pactolus ſatisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana ſidei ſuæ credita non queunt continere. Huc uidetur alluſiſſe Parmeno apud Teren. Plenus rimarum ſum: hac atq; illac perfluo.

DANIA, (κιμβρικὴ χερσόνησος) Septentrionalis Oceani peninſula eſt, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habitarunt, quos poſtea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes.

DANISTA, {Vſuraio, creditore} (δανειστὴς) fœnerator, creditor. Plau. Mercerus

gerus eſt mihi daniſta, qui de me argentum non petit, ἀπὸ τοῦ δανείζειν, quod eſt mutuum dare.

DANISTICVS, (δανειστικός) fœneratorius.

DANTES, poeta Florentinus, regum & principum amicitijs clarus, cuius uitam ſcribit Volaterranus lib. 12.

DANTISCVM, nobile Poloniæ emporium eſt, ad mare ſitum, ubi Viſtula amnis in Oceanum influit. Germani ſua lingua uocant Dantzſkich.

DANVBIVS, (ἴστρος) maximus Europæ fluuius, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac innumeras lapſus gentes Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, ubi primum Illyricũ alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in pontum uaſtis ſex fluminibus euoluitur. Hæc Pli. lib. 4. cap. 12. De Danubio ſic Dionyſius:

Arnoba mons pater eſt: cadit Arnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinoq; ſalo prouoluitur: ora per æquor
Quinque uomunt amnem, &c.

Ammianus quoque lib. 22. Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorẽ orbem protenſus, ac ſexaginta nauigabiles penè recipiẽs fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc ſecundum poſt Nilum facit Auſonius, & Oui. lib. 4. de ponto, ubi de Scythiæ fluminibus.

DANVNT, quandoque a ueteribus dicebatur pro dant: & Duis pro dederis. Plau. Cui ſeruitutem Dij danunt lenoniam. Nonius.

DAPALIS cœna, {*Cena ſontuoſa*,} (λιπαρὸς δαψιλής) quæ diuerſis & amplis dapibus conſtat. Pli. li. 10. cap. 10. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius, dapali cœna ſacerdotij.

DAPATICE, aduerbium, (λιπαρῶς) id eſt, lautè. Feſtus.

DAPATICVS, a, um, {*Ampio, magnifico*,} (μεγαλοπρεπής) quod eſt amplũ, magnificum. ut Negotium dapaticum. Feſtus.

DAPHNE, (δάφνη) Penei fluuij filia fuit, quæ cùm uim Apollinis non poſſet effugere, implorato paterno nomine, conuerſa eſt in Laurum. Vide Oui. lib. 1. Meta. 6. Eſt item Daphne, ingens lucus, & opacus 40. ſtadijs diſtans ab Antiochia Syriæ aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum eſt & Aſylum Apollinis: Auctor Stra. lib. 15. Stephanus præterea aliquot alia eiuſdem nominis loca commemorat, quæ uide apud ipſum.

DAPHNIA, gemma comitialibus morbis utilis exiſtimata. Pli. lib. 37. ca. 10.

DAPHNIS, (δάφνις) fuit (teſte Seruio) Mercurij filius, in Sicilia natus, iuuenis formoſiſſimus, qui primus Bucolicum carmen inueniſſe dicitur: poſtremò luminibus captus eſt, q̃ ebrius cum aliena fœmina congreſſus eſſet, ut prædictum ei fuerat à nympha. Auctor Suidas.

DAPHNOIDES, {*Corbezzolo*,} (δαφνοειδής) Lauri ſpecies, baccas habẽs è nigro rubeſcentes, quibus guſtatis os atq; guttur accenditur. Frutex eſt ramoſus, craſſiore, quã laurus, folio. Auctor Pli. lib. 15. cap. ult. Eſt item Daphnoides, clematidis ſpecies, molli a utilia per terram ſpargens, quæ a Latinis Vincapperuinca appellatur. Vide ſupra in dictione Clematis.

DAPHNON, {*Luogo oue ſono molti lauri*} (δαφνών) lauretum dicimus, hoc eſt, locum multis conſitum lauris. Mart. lib. 10. Diſpoſuit daphnonas ſuo Torquatus in agro.

DAPIFER, (σιτοφόρος) dapes ferens.

DAPINO, as. pe. pr. ſignificat dapes parare. Plau. in Cap. Aeternum tibi dapinabo uictum, ſi uera autumas.

DAPS, dapis, {*Viuanda. Pet. Di un ſerua, di letti, & di uiuande*,} inquit Feſtus, apud antiquos dicebatur res diuina, quę fiebat aut hyberna ſemente, aut aerna: quod uocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Liu. 1. ab urb. Tum ſacrum factum, adhibitis ad miniſterium dapemq; Potitijs ac Pinarijs. Quomodo uero dapes conſtruantur, uide Cat. de Re ruſti. ca. 132. Cæterum dapes non ſolum deorum, uel noſtræ in ſacrificijs deorũ: ſed & magnifici & opipari apparatus ſunt, ἐδέσματα. Mart. Illa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis. Ver. 4. Aen. Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant. Pręterea et cibos uetabiles & infandos Dapes uocari, Nonius ex duobus Vergilij locis affirmat, quorum alter eſt Aene. 3 de Cyclope: Nam ſimul expletus dapibus, uinoq; ſepultus. Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

DAPSA, apud Veteres genus ſacrificij, quod fiebat aut hyeme ſæuienti, aut uerè: à Græcis δαὶς uocatur.

DAPSILE (δαψιλῶς) aduerbium abundanter. Suet. in Veſp. Sed & conuiuabatur aſſiduè, ac ſæpius rectè, ac dapſilè.

DAPSILIS, le. p. cor. {*Abondante, liberale*,} (δαψιλής) abundans, liberalis, largus. Plau. Moſt. Triginta minæ, præterq; alios dapſiles ſumptus facit. Col. li. 4. At ſpionia dapſilis, muſto & amplitudine magis uuarum, quam numero fertilis. Δαψιλεια largitatem, abundantiam rerum, liberalitatẽq;: unde noſtri quoq; dapſiles aliquando lautos, & liberales appellant. Plau. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror, id eſt, affluentes & largas.

DARADVS, Ptolemæo fluuius eſt Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis. Plin. Darat uocat. lib. 5 cap. 1.

DARDANARII, {*Riuendaruoli*,} (κάπηλοι) qui omnia præemunt, uti de mum carius uendant: dicti a Dardano quodam contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago, à quo & Dardaniæ artes, à Columella uocantur magicæ. Eius ſunt uerba: At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem, Dardaniæ ueniãt artes.

DARDANIVM, (δαρδάνιον) genus ornamẽti, quod lacertis adhibebatur. Pli. lib. 33. cap. 3. Cuius ſceleris nos cuarguimus illum primum, qui auro dignitatem per anulos fecit, ut habeant in lacertis tam quiddam & uiri, quod è Dardanis uenit: itaque & Dardanium uocabatur.

DARDANVS, (δάρδανος) Electræ, Iouisq; filij nomen, qui cum Iaſiũ fratrem interemiſſet, inde fugiens in Samothraciam primũ, & deinde in Aſiam uenit locaq; tenuit Helleſponto proxima, urbemq; ibi Dardanum condidit, regionemq; totã Dardaniam appellauit; quam poſtea Tros Erithonij filius Troiã appellauit. Troas autem filius fuit Ilus, qui urbem regiam à ſe Ilion appellauit. Ilus uerò Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. Verg. 3. Aen. Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor.

DARES, etis, (δάρης) Hiſtoricus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianũ, cui ipſe interfuerat, Græce conſcripſit, quod poſtea a Cornelio Nepote in Latinã linguam uerſum fuit. Fuit item Dares quidã ex comitibus Aeneæ, qui cũ Entello Siculo cæſtuum certamine cõgreſſus, ſuccubuit: ut refert Ver. 5. Aen.

DARIDÆVS, (δαριδαῖος) Perſarum rex fuit eo tẽpore, quo Apollonius Tyanæus ad Indos per Perſidem iter fecit, hoc eſt, tempore Tyberij, Caij, & Claudij Imperatorum.

DARIORITVM, (δαριόριτον) oppidum eſt Venetorum in Gallia Lugdunenſi ad Oceanum ſitum: teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Sunt qui exiſtiment idẽ eſſe cum eo, quod Galli uocant Vennes en Bretaigne.

DARIVS, (δαρεῖος) nomen regis Perſarum, qui triginta ſex annos regnauit: cui Xerxes filius ex Atoſa Cyri filia ſucceſſit in regnum. Fuit & alius eiuſdẽ nominis Perſarum rex, qui Alexandri adoleſcentiam deſpicatam habens, bello eum aggreſſus eſt: quem tamen Alexander exiguis copijs facilè profligauit. Darius uerò inſtaurato exercitu, prælio iterum congreſſus, ægrè fuga ſibi ſalutem quæſiuit, uxore & filiabus hoſtium prædę relictis. Poſt hæc de pacis cõditionibus cum Alexandro agens cùm nihil impetraſſet, redintegratis copijs tertiò congreditur, tandemq; uictus, cùm ſe fuga uictori eripere conaretur, a ſuis comprehenſus eſt, & trucidatus. Hoc nomen habet pen. pr. quoniam apud Gręcos ſcribitur ei diphth. Claudianus in Epiſt. ad Adrianum: Darium famuli manibus doluiſſe peremptum.

DARICVS, pe pr. (δαρεικός) numiſma priſcum, Darij imagine percuſſum.

DARMENTIVS, (quod hic corruptè legebatur) uide Druentius.

DARVERNVM (δαρούερνον) portus eſt Britãniæ inſulæ, unde breuiſſimus eſt ad Caletes traiectus. Auctor Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

DARVS, Ptolemæo, eſt fluuius Pannoniæ inferioris, quem Pli. lib. 3. cap. 25. Drauum appellat. Hodie Moram uocant.

DASCYLOS, Bithyniæ oppidũ, Pli. & Põponio lib. 1. Ptolemęus, Strabo et Stephanus Daſcylium nominant, (δασκύλιον) uicinumq; lacum Daſcolyticũ.

DASSARETÆ, (δασσαρῆται) Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iunctos, Pli. ſcribit. De his Mela lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

DASTYLVS, fuit Gygis regis pater, teſte Herod. lib. hiſt. 1.

DASIA, pe. pro. (δασεῖα) denſitas ſpiritus, & ſignum eſt uocalis aſpiratę, quod hac nota formatur.

DASYPVS, huius daſypodis, {*Coniglio*} (δασύπους) animal eſt quod nos leporem, aut (ut alijs placet) cuniculum uocamus. Pli. lib. 10. ca. 63. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores. A partu ſtatim implentur: concipiunt, quamuis ubera ſiccante fœtu: pariunt non cæcos. ex quo loco ſatis conſtat, Pli. Daſypodem a lepore diſtinxiſſe: Budęus tamen credit Pli. ea in re deceptum fuiſſe eo præcipue argumento motus, q̃ Ariſtoteles pleriſq; in locis daſypodem à lepore non uideatur diſtinguere. Si tamen diligentius ſcriptorẽ illum excuſsiſſet, inueniſſet locũ manifeſtiſſimum, ubi ille duo hęc indubie ſecernit. Locus is eſt lib. 1. de Hiſtoria animali, ubi ſic habet. Differunt pręterea animantes moribus: nam aliæ mites, ſemiſſæ, ac minime peruicaces ſunt, ut boues: alię animoſę peruicaces, brutę omnino, ut ſues ſylueſtres: alię ingenioſę, ac timidæ, οἷον ἔλαφος, καὶ λαγωὸς, καὶ δασύπους. hoc eſt, interprete Theodoro ut ceruus, lepores, cuniculi. Polybius tamen lib. 12. Hiſtoriarum cuniculum Latino nomine appellare maluit, non ſecus ac ſi Græca lingua animalis eius nomenclatura deſtitueretĩ. Ait. n. naſci animal lepori ſimile, κουνίκλος καλούμενον. Hiſce argumentis adductus Eraſmus, uertẽs adagium illud apud Gręcos æſtatiſſimum, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, maluit Græcam dictionem ſeruare, quàm de re incerta quippiam temere pronuntiare.

DATARIVS, a, um, (ἄμισθος) idem quod gratuitum, ſiue quod gratis dandũ ſit. Plau. Eho, an non prius ſalus? Ball. nulla eſt mihi ſalus dataria.

DATATIM, aduerbium {*Dando à uicenda*} (ἀλληλοδότως) ſignificat in uicem dando. Plau. Tum iſti, qui pila ludunt ſerus ſcurrarũ datatim in uia. Pōp. Adelphis: ut citat Nonius. Io lecto datatim luſi tecum. i. coeundo. Nam Datatim ludere, eſt mutuo coitu uti.

DATES, unus fuit de ducibus Darij, qui teſte Herodoto lib. 6. bello apud Marathonem uictus eſt.

DAVLIA, uel Daulis (δαυλὶς Ptolemæo) oppidum Phocidis fuit olim ſub Ditione Terei regis Thracum. Vnde Philomela ab Ouidio Daulias dicitur, quòd in Daulide urbe in auẽ ſui nominis fuerit conuerſa. Deflet (inquit) Threicium Daulias ales Ityn.

DAVCVS, (δαῦκος) herba eſt ſimilitudine fœniculi, cãdidioribus tñ folijs, et minoribus, hirſutisq;, caule pedali recto, radice ſuauiſſimi guſtus. Plura eius ſunt genera, quæ uide apud Pli. li. 25. cap. 9. Galli uocant Carotas ſylueſtres.

DAVNVS, filius fuit Pilũni & Danaes, & auus Turni, qui in Apulia regnauit, a quo etiam regio illa Daunia dicta eſt. Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore Amatę, Turnum ſuſcepit. Verg. lib. 12. Dauni miſerere ſenectæ. Eſt quoque fluuij nomen in Apulia, unde Hora. lib. 3. Carm. Ode. 33. Qua pauper aquæ Daunus agreſtium Regnator populorum, &c.

DAVNI, Italiæ populi, a Dauno duce Diomedis ſocero dicti. Horum oppidũ eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, ut ſcribit Pli. lib. 3. cap. 11.

DAVNIA, (δαυνία) Apuleia, a Dauno Illyricæ gentis claro uiro, Diomedis ſocero, qui eam condidit.

DAVRISES, Herodoto circa finem li. 6. unus ex Darii ducibus fortiſſimus, eiuſdemq; gener, qui in inſidijs a Caria cæſus eſt.

DAVTIA, quæ & Lautia dicimus, munuſcula, quæ dantur legatis hoſpitij gratia. Feſtus.

D ANTE E.

DE. {*De, di, da*} (παρά) præpoſitio eſt quæ ſeparata ſignificat ἀπό. hoc eſt, a uel ab uel ex: ut, Audiui de patre meo. Item περί, Cice. 3. de Orat. Oratio Craſſi de colonia Narbonenſi, & altera de lege Seruilia. Item propter. Teren. in Eunucho: Quãtum me amas de fidicina hac? Item deorſum, ſicut Sus ſurſum: unde, Suſq; deq; fero, ueteres dicebant: hoc eſt ſurſum, an deorſum res ferantur, parui facio. Item memoratiuam uim habet, ut Cicer. ſcripſit de Officiis.

Compoſita uerò aliquando detractionem notat, ut Decortico, Delibro, Deueſtio, Deplumo, Depilo, Decaluo, Dearmo. In aliquibus deorſum (κάτω) ut

Deſcendo, Deſluo. Interdum non, ut Delumbe, quod eſt, non habens lũbos. Interdum actiua eſt, ſiue intenſiua, ut Deamo, Deprauo. Interdum diminutiua ut Decreſco, Deſtruēſco. Interdum priuatiua, ſiue negatiua, ut Deſperatus, Demens, Dedecet. Interdum localem uim obtinet, ut Deambulo. Interdũ deficientem uim ſui ſimplicis indicat, ut Diſco, dediſco: Tego Detego: Doceo, Dedoceo. Interdũ eſt honoris exhibitiua: ut Defero, Deduco. Significat & quandoque in totum uel omnino: ut Demando. Quandoque apertè, ſeu palàm: ut Demonſtro. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, ut, Deamo: b, ut Debacchor: c, ut decerno: d, ut Deduco: e, ut Deerro: f, ut Deſero: g, ut Deglutio: h, ut Dehiſco: i, ut Deijcio: l, ut Delabor: m, ut Demiror: n, ut Denudo: o, ut Deoſculor: p, ut Depello: r, ut Deruo: ſ, ut Deſudo: t, ut Detraho: u, ut Deuenio. Patitur nonnunquam eliſionem metri gratia: ſicut in Deinde, et Dehinc. Verg. 1. Aen. Oſcula libauit natæ, dehinc talia fatur: ubi eliditur e.

DEA, deæ, {Dea} (θεά, θεός, ἡ) fœmininum à Deus. Verg. 1. Aen. Nec uox hominem ſonat, o dea certè. Deæ triformis ſacra, id eſt Hecates, quæ & Luna, & Diana & Proſerpina creditur eſſe: Luna quidem in cœlo, Diana in terris, & Proſerpina apud inferos. Oui. 7. Meta. Auxiliatrix dea. Oui. 9. Meta. Cùm te partu Lucina leuarit, Tollere quicquid erit dea ſum auxiliaris, opemq; Exorata fero. Vltrices deæ. Senec. in Octauia: Tartara teſtor, Erebiq; deas Scelerum ultrices.

DEACINATVS, adiectiuum: ut Deacinata dolia, à quibus abſterſi ſunt acini. Cato de re ruſt. cap. 26. Vbi erit lectum poſt dies triginta: ſi bene deacinata erunt dolia, oblinito.

DEALBO, {Biancheggiare} (λευκαίνω) idem eſt, quod album reddo: ut Dealbare parietem, eſt album tectorium ſuperinducere. Curtius ad Cic. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

DEAMBVLATORIVM, (περίπατος) locus in quo deambulamus.

DEAMBVLO, {Paſſeggiare} (περιπατέω) de loco ad locũ ambulo: uel hinc inde ambulo, ut fit ſalutis uel relaxationis cauſa. Teren. in Adelph. Deambulatio hoc habitum eſt. Deambulatio. Teren. Heau. Vel me hæc deambulatio, quàm non laborioſa, ad languorem dedit.

DEAMO, {Amar di cuore} (στέργω) ualde, & ex animo amo. Teren. in Heaut. Næ ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

DEARMATVS EXERCITVS, {Eſſercito diſarmato} hoc eſt exarmatus & ſpoliatus. Liu. 4. Ab urb. Conſul triumphans in urbē redit, Cinitho Volſcorum duce ante currum ducto, prælatisq; ſpolijs, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat.

DEARTVO, as, {Smembrare} (ἀποαρθρόω) quaſi per artus incido. Plau in Capt. Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer ſceleſti huius techinis.

DEAVRO, as, {Indorare} (χρυσόω) inauro, auro tego. Vnde Deauratus, διάχρυσος.

DEBACCHARI, {Furiare per ebriezza} (παραφρονεῖν) propriè eſt præ ebrietate ualde furere: quanquam etiam debacchari dicimus eum, qui præ furore mentis ſuæ non ſatis compos, nihil conſideratè agit, & ſine fructu tumultuat. Teren. in Adelph. Si ſatis debacchatus iam es leno, audi ſi uis nunc. San. Egon' debacchatus ſum in te, an tu in me?

DEBELLARE, {Vincere in guerra} (καταπολεμεῖν, καταπολεμίζειν) bello uincere, uel capere. Et propriè Debellamus homines. Expugnamus caſtra, urbes, naues, & huiuſmodi. Pli. lib. 6. Darium Alexander debellauit. Liu. lib. 8. Debellatum eſt cum Græcis, id eſt, finitum eſt bellum. Verg. 6. Aenei. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Debellatò, uice aduerbij. Liu. 10. Bel. Puni. Scipionem, uelut iam debellatò, Vticæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrandi belli. Debellator, uerbale: ut, Cruenti gurgitis debellator, apud Statium lib. 9. Theb.

DEBEO, es, debui, debitũ, {Douere, eſſere debitore, ſeu uto, obligato} (ὀφείλω) pertinet ad omnia, quibus deuincti ſumus: qđ uulgò teneor, ſeu debitor, aut obligatus ſum, dicitur. Cice. Planco: Perfice, ut ne minus Reſpub. tibi, quàm tu Reipub. debeas. Sæpiſſime uerò pro oportet. Cic. ad Att. Si uolent grati eſſe, debebunt Pompeium hortari, ut ſit amicus.

DEBILIS, le, {Debole} (ἀσθενής) ex De, & Habilis, quaſi parum habilis: hoc eſt, malæ habitudinis: id eſt, infirmus. Cic. 3. in Cat. Infirmos ſine illo, ac debiles fore putabam. Imbecillia ac debilis ſenex, Cic. pro Seſtio. Debilito, as, are, (ἀσθενίζω) debilem reddo. Cic. in Vatin. Quæ leges ſæpenumero tribunitios furores debilitarunt & repreſſerunt. Debilitari paſſiuè. Cic. 2. de Fin. Turpe eſſe uiro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. Ibidem. Recitatis literis, debilitatus atq; abiectus conſcientia, repentè conticuit. Debilitas, atis (ἀσθένεια) infirmitas. Cic. 1. de Fin. Vt ſuccumbere doloribus, eosq; humili animo imbecilloq; ferre miſerum eſt, ob eamq; debilitatem animi multi parentes reliquerunt. Debilitatio. Ci. in Piſo. Quid debilitatio atq; abiectio animi tui?

DEBITOR, {Debitore} (ὀφειλέτης, χρεώστης, ὀφειλέτης) teſte Modeſtino, propriè dicitur is à quo inuito exigi pecunia poteſt. Cic. Att. lib. 3. Titinius debitoribus ſuis renunciauit, ut eodem fœnore uterentur. Debitori creditã pecuniam condonare, Cic. 2. Offi. Debitio, ipſe actus. ὀφλησις. Cic. pro Plan. Per quam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratię: nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipſo quod habet refert.

DEBITVM, ſubſtantiuum, {Debito} (χρέος, ὀφείλημα) dicitur æs alienum quod debetur. Cic. in Orat. ad populum antequam iret in exilium: Fidei conducit in loco debitum retribuere. Debitus a, um, participiũ, (χρεωστούμενος) qđ debetur. Idem in Philip. O fortunata mors, quę naturę debita, pro patria eſt potiſſimum reddita. Frequenter etiam apud Ciceronem accipitur pro Meritus, ſiue Iuſtus. in Epiſt. ad Att. Hunc habiti a me honores nulli, niſi debiti. Idem. 9. Phil. Iuſtum ac debitum honorem alicui decernere.

DEBLATERO, as, are, {Parlare ſoltamente} (στωμύλλω, ληρέω) eſt ſtultè loqui, inquit Feſt. Nam βλάκας ſtultos uocant Græci. Nonius uero deblaterare, obloqui, & confingere interpretatur. Plau. Aulu. Vbi es tu, quæ deblateraſti iam uicinis omnibus, Me meæ filiæ daturum dotem? Gel. lib. 9. cap. 15. Deblateratis uerſuum multis millibus.

DECACHINNARI, {Beffare} (ἀποκαγχάζειν) eſt deridere: ut eſt apud Tertulianum.

DECACHORDVM, (δεκάχορδον) inſtrumentum muſicum decem chordas habens.

DECACVMINO, as, p. cor. {Tagliare la cima} (ἀκρωτηριάζω, βλαστολογέω, unde βλαστολογίαν) Theodorus decacuminationem uertit, cacumen præcido, ſiue cacumine priuo. Col. lib. 5. Poteſt etiam ultimus ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem decem & quinque pedum excedat. Plin. li. 17. Similē & decacuminatio rationem habet, cupreſſi, piceæ, cedriq; hæ enim detracto cacumine, aut ignibus aduſto intereunt.

DECADORVS, (δεκάδωρος) pen. pro. longus decem palmis.

DECALCATVM, (κατεστρωμένον) calce litum.

DECALOGVS, pen. corr. (δεκάλογος) ſacrum uolumen, quod decem legis præcepta continet.

DECALVO, as, (ἀποκείρω, φαλακρόω) uide in dictione Caluo.

DECANTO, as, {Diuulgare, celebrare} (ἐπιφημίζω) laudo, celebro, diuulgo. Interdum idem quod iterum atq; iterum repeto, & ad faſtidium uſq; inculco, ταυτολογῶ. Ci. Att. lib. 5. Etenim hęc decantata erat fabula. Idē. 3. de Ora. Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet. Idem. 3. de Fin. Quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus quaſi dictata decantare, neque a commentariolis ſuis diſcedere.

DECAPHORON, pen. cor. (δεκάφορον) lectica quæ fertur a decem hominibus: ſicut Hexaphoron, quæ a ſex.

DECAPOLIS, (δεκάπολις) regio Syriæ, Iudææ proxima, ita dicta a numero oppidorũ, quæ ſunt Damaſcus, Opoton, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, antea Nyſa, Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Galaſa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur, a Pli. lib. 5. cap. 18.

DECARPOTI, p. p. (δεκάπρωτοι) qui Decaprotię munere funguntur. Ci. Decemprimos uocat. Vlp. l. & quæ. ff. de mu. & honorib. Decaprotos minores & annis XXV. fieri iampridem placuit.

DECAPVLO, as, pen. cor. {Votare, euacuare} depleo, euacuo: a capulis deductum, quæ ſunt uaſa anſata, quibus oleum depleri ſolet. Pli. lib. 15. cap 6. Quare ſæpius die decapulandum. Vnde & Capulator, de quo ſupra.

DECARCHOS, (δέκαρχος) à Græcis appellatur, qui decem præeſt militibus, quem Latini uocant Decurionem.

DECAS, adis, (δεκάς) aliquid decennarium numerum continens. Hinc Liuij Decades dicimus, operis ſectiones, quarum ſingulæ decem continent libros. Quanquã non deſunt, qui Liuium Hiſtoriam ſuam in libros, non in Decades, uolunt diſtribuiſſe: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ Præfationes, quæ reliquis nullæ præfiguntur.

DECAVLESCO, ſcis, (ἀποκαυλοῦμαι) caules, uel frondes amitto. Pl. lib. 19. ca. 7. Rhaphanus utique iucundior detractis folijs antequam decauleſcat.

DECEATES, populi Ligurię. Pli. lib. 3. cap. 5. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi, Deceates, Oxybij.

DECEDO, is, {Partire: Pet. Partirſi quella diſpietata e rea} (ἀποχωρέω) abeo, diſcedo. Coel. Ciceroni: Quod tibi decedēti pollicitus ſum. ꝓpriè uero à mandato cuſtodię loco recedo: ut Conſules de prouincia dicuntur decedere, et præſides de urbibus. Cic. ad Att. Nõ putet nos ſenatus antè oportere decedere, q̃ nobis ſucceſſum ſit. Vnde Deceſſorem ſuum ueteres uocabant, quem nos Prædeceſſorem, cui ſ. ipſi in dignitate aut prouincia adminiſtranda ſuccedebant. Sũt enim reſpectiua Deceſſor, & Succeſſor. Decedere de ſumma, eſt de ſumma aliquid detrahi, eamq; imminui. Ter. Adel. Mea, quæ præter ſpē euenere, utantur ſine: De ſumma nihil decedet. Itē decedere, ē detrahi, ſiue minui, (ἀποσπᾶσθαι, ἐλλαττοῦσθαι), & ſic eleganter habet datiuum. Lact. lib. 2. Id autem ſolidum exiſtimandum eſt, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil poſſit accedere. Interdum idem eſt quod ſimplex Cedo, hoc eſt, locum do. Cic. Antequam iret in exilium. Ego inimicorum amentiæ ſalutis omniũ cauſa decedam. Decedere uia, (ἐκτραπῆναι τῆς ὁδοῦ) eſt per errorem ſiue honoris gratia digredi. Suc. in Cæſ. Et cũ luminibus extinctis deceſſiſſet uia diu errabundus, tandem ad lucē duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Decedere de ſuo iure, eſt non ſummo iure agere, ſed aliquid ſui iuris cõdonare cuiuſpiam, τοῦ δικαίου ἐκστῆναι. Cic. 2. Offi. Eſt. n. liberale paululum nõnunquam de ſuo iure decedere, & interdũ fructuoſum. Rurſus decedere ponitur pro mori, (ἀπαλλάττεσθαι) & per ſe plenum eſt, ut ſubintelligatur uita, tanquam de cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci: ut eo modo dicatur, Deceſſit, quo defunctus ē. Cic. ad Attic. lib. 1. Pater nobis deceſſit ad VIII. Cal. Decembr. Decedere de ſtatione uitæ, figuratē, apud eundē in Catone: Vetat Pythagoras ſine iuſſu imperatoris de præſidio, & ſtatione uitæ decedere: Ex dictis exempla colligi poteſt, quod hoc uerbũ ablatiuum habet aliquando cum præpoſitione De, aliquando uero ſine ea: ut Decedere uia, uel de uia: Decedere iure ſuo, uel de iure ſuo: Decedere officio: uel de officio, quod eſt cõtra officiũ aliquid facere. Sic Decedere inſtituto ſuo, uel de inſtituto, aut more ſuo. i. ſecus q̃ quis ſolitus ſit agere, mores mutare.

DECESSOR, uerbale eſt à Decedo, ſignificans eum qui iã magiſtratu defunctus, decedit de prouincia, & ſucceſſori ſuo eã tradit. Vlpia. in l. obſeruare. ff. de offi. Procon Rectè autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetq;, qua die fines ſit ingreſſurus. Deceſſorem itaque Latinè uocabimus, quem uulgò Prędeceſſorē uocãt, cui ſ. in officio, aut alia quauis re ſuccedimus.

DECESSIO, onis, & DECESSVS, us, ui. Cic. ad Q. fr. li. 1. Ego tibi ipſe maturæ deceſſionis afferebam. Cæſar 3. Bel. Gall. Vulgo credebatur ab eius deceſſu ferere ſolitos.

DECELIA, ſiue Decelea, p. pr. (δεκέλεια) agri Attici locus eſt, in tribu Hippothoontide: cuius frequens mentio eſt apud Thucyd.

DECEM, {Dieci} numerale, indeclinabile, a Gręco δέκα. Terē. in Heau. Decem dierũ, uix mihi eſt familia. Hinc fiunt cõpoſita, Vndecim, Duodecim, & deriuatiua, Decies, Decimus, Decuplus, Denus, & Decenus: de quibus ſuis locis.

DECEMBER, (ποσειδεών) nomen menſis, q; decimum locum teneret, antequam additi eſſent Ianuarius, Februarius. Legitur & Decembris, adie. Horat. 2. Serm. Age libertate Decembri Vtere. Hoc eſt, ea libertate, quæ ſeruis menſe Decembri (tunc enim Saturnalia celebrabantur) ſolet concedi.

DECEMIVGIS, (δεκάζυγος) currus quē decē equi iūcti trahūt. Sue. in Nero. Aurigauit quoq; pluriſariam: Olympiæ uero etiā deceiugi, ſubaudi, Curru.

DECEMPEDA, pe. co. (δεκάπους) pertica qua menſuratur terra, à numero pedum

etiam dicta: ſicut Quincupeda, à quinque pedibus. Cic. 13. Philip. Vrbem iam peritus metator, & callidus decempeda ſua Saxa diuiſerat. Saxa hoc loco eſt proprium nomen amici Antonij. Hinc Decempedator. Idem 13. Philip. Cauebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquiſsimus agri priuati, et publici decẽpedator.

DECEM PRIMI, dicuntur à Cicerone, qui δέκα πρῶτοι Grecè. pro Roſc. Ame. Itaque Decurionum decretum ſtatim fit, ut Decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam, doceantq; eum, qui uir Sex. Roſcius fuerit.

DECEMSCALMVS, actuariolum, quod decẽ ſcalmis agebatur. Scalmus autem lignum illud eſt, in quo remus aptabatur ad facilius remigandum. Cic. ad Att. li. 16. Hęc ego conſcendẽs è Põpeiano tribus actuariolis decemſcalmi.

DECEMVIRI, (δέκαδ' ἄρχαι) ſummus magiſtratus Romę fuit, in Conſulum locum ſuffectus. Liu. 3. ab urb. Anno trecenteſimo altero quàm cõdita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Conſulibus ad Decemuiros, quẽadmodum à Regibus antè ad Conſules uenerat. Translatio Imperij minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit, læta enim principia magiſtratus eius nimis luxuriauere, eò citius lapſa res eſt: repetitumq; duobus uti mandaretur Conſulũ nomen imperiumq; Bud. in Anno.

DECEMVIRALIS, le: ut, Decemuirales leges, quæ ſunt leges XII. tabularũ, quibus perferendis Decemuiri cõſulari poteſtate creati ſunt. Li. li. 3. Prius quã urbem egrederentur, leges decemuirales, quibus Tabulis duodecim eſt nomen in æs inciſas publicè propoſuerunt. Decemuirale collegium. Cic. 6. Ver. Tum ex ampliſsimo decemuirali ſacerdotes Pop. Rom. &c.

DECEMVIRATVS, tus, dignitas & officium Decemuirorum. Cic. de leg. Agr. Vt ij decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit.

DECENDIVM, {*Spatio di dieci giorni*,} ſpatium decem dierum. nam Decennium, (δεκαετία) decem annorum dicitur. Decennale, (δεκαετής) quod eſt decem annorum: ut, Bellum decennale.

DECENNIS, ne, {*Di dieci anni*,} (δεκαετὴς) decem annorum: a quo Decennium. Decennis fœmina. Pli. lib. 8. cap. 5. & cap. 44.

DECERMINA, (καθαρτικὰ φύλλα) dicuntur, teſte Feſto, quæ purgandi cauſa decerpuntur: cuiuſmodi ſunt frondes ſacræ, quibus in luſtrationibus uti ſolent.

DECERNO, is, decreui, decretum, {*Determinare*} (ψηφίζομαι) propriè cõſtituo, definio, ſiue de magnis rebus certam ſententiam profero. ut, Senatus decretũ. Cic. li. 1. Offi. Quare expectanda quidem magis eſt decernendi ratio, quã decertandi fortitudo. Tere. in And. Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere, id eſt, deliberauerunt. Interdum eſt, ex poteſtate conſtituere: Vnde Decreta fatorũ, & ſyderum. Scribit Firmic. ſydera decernere felicitates infelicitatesq; mortalibus. Per translationem uerò pertinet ad ea, quæ ſunt dimicationis, κρίνεσθαι. Verg. 11. Aen. Ipſum armis, ipſumq; iubet decernere ferro.

DECERPO, is, pſi, decerptum, {*Carpire, tor uia*, (ἀπολέγω, ἀποδρέπομαι) ex De, & Carpo, detraho, ſiue à re aliqua carpo: ut, Decerpere uuas. Pli. in Epi. Decerpere fœtus arborum, Pli. lib. 4. cap 12. Decerpere folia, Col. lib. 5. cap. 10. Horat. 1. Serm. Sat. 2. Quare (ne pœniteat te) Deſine matronas ſectarier unde laboris Plus haurire mali eſt, q̃ ex re decerpere fructus. Cic. 5. Tuſc. Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

DECERTO, as frequẽtatiuum, {*Combattere, guerreggiare*,} ἀμιλλῶμαι. Cice. pro Plan. Sed erat non iure, non legibus, non deceptando decertandũ. Hinc Decertatur impersonale. Cic. 1. Offi. Cum uerò de Imperio decertatur, bello gloria quæritur. Decertatus, Particip. Stat. lib. 1. Theb Fraternas acies, alternaq; regna prophanis Decertata odijs ſonteſq; euoluere Thebas. Labores decertati, id eſt, certando peracti, Clau. 1. Paneg. Decertatio, uerbale. Cic. 11. Philip. Cumq; harum rerum omnium concertatio Conſulibus optimis & fortiſsimis cõmiſſa & commendata ſit. Decertatorius, a, um, ut, Pugna decertatoria, Quin. lib. 6. cap. 4.

DECET, {*Conuenirſi, eſſere honeſto*,} (πρέπει) conuenit, honeſtum eſt, aptũ eſt conſentaneum eſt tempori, loco, ac perſonæ. Et modo perſonale eſt, in tertijs tamen duntaxat perſonis declinatum. Ouid. de Reme. Lude, decent animos mollia regna tuos. Modo impersonale, habetq; fere accuſatiuum. Cic. 5. Tuſc. Oratorem iraſci non decet, ſimulare nõ dedecet. Nonnunquam etiam datiuum. Teren. Adelph. Facite ita ut uobis decet. Huic contrarium eſt Dedecet, (ἀπρεπὸς, ἀπρεπής ἐστι) quod eſt inconueniens, ineptum, turpe, ſiue inhoneſtum. Ouid. li. 6. Meta. Admouiq; preces, quarum me dedecet uſus. A Decet ſit Decens, (πρέπων, καθήκων) conueniens. Decentia, (εὐπρέπεια) conuenientia quędam, & pulchritudo. Cic. 2. de Nat. deo. In corporum etiã motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius, colorum etiam & figurarum tum uenuſtatem atque ordinẽ, & ut ita dicam, decentiam oculi iudicant, atq; etiam alia maiora. Decenter, (εὐπρεπῶς) aduerbium, pulchrè, aptè, conuenienter. Ci. pro Cecin. Si quæ decenter ſiunt deſcripta maioribus iura finium poſſeſsionum, aquarum, itinerũq; ſunt, hæc perturbari aliqua ratione, commentariq; poſſunt. Hinc etiam ſiunt, Decus, Decor, Decorus, Decorum, & Decoro. Compoſita ſunt, Condecet, & Dedecet, pen. cor. A quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Indecentia. Cõdecoro, & Indecoro, & Dedecoro.

DECIES, aduerbium, (δεκάκις) Plaut. Stic. Quin & ipſa decies in die mutat locum.

DECIDO, pe. pro. {*Tagliare*,} (ἀποκόπτω) abſcindo, amputo. Plau. in Mercu. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. Per translationem uerò ſignificat determinare. διαλύεσθαι. Hora. Et poſt deciſa negotia campo. Eleganter etiam ponitur pro litem conſenſu mutuo dirimere, quod Trãſigere plerunque Iuriſcõſulti uocant: translatione ſumpta ab ijs, qui rem cõtrouerſam ſcindunt, ut quiſque partem æquam auferat, & a controuerſis diſcedatur. Cic. 4. Ver. Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur. Vide Bud. in Annotat. Deciſio, onis, determinatio, uel diremptio litium mutuo conſenſu. Cic. pro Cecin. Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, ut iudicetis.

DECIDO, is, pe. co. {*Cadere in giu*,} (καταπίπτω) deorſum cado. Cic. 2. Offi. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. Decidere equo, uel ex equo, Cæſar. 1. Bel. Gall. & Pli. lib. 28. cap. 8. Sic per metaphoram, Decidere ſpe, uel a ſpe, hoc eſt ſpem amittere. Teren. in Heaut. Quanta ſpe decidi? Ab hoc uerbo ſit deciduus, a, um, καταπτωτός: ut, Folia decidua. Plin. lib. 11. cap. 37. de cornibus animalium: Omnibus autem caua, & in mucronem demũ concreta ſunt: ceruis tantum ſolida, & omnibus annis decidua. Decidium, pro occaſu Seneca epiſt. 30 Baſſus noſter uidebatur mihi proſequi ſe, & componere, & uiuere tanquam ſuperſtes ſibi, & fortiter ferre decidium ſui.

DECIMÆ, arum, ſiue Decumæ, {*Decime*} (δεκάτη, δεκατευμός) ſignificat decimam partem quarumcunque rerum, quæ ſoluitur principibus & ſacerdotibus. Plau. Vt decimas ſolueret Herculi. Legitur & Decuma in ſingulari numero. Cic. 5. Verr. Affirmante ſe plus decuma nõ daturum. Idem de Nat. Deo. Neq; Herculi quiſquam decumam uouit unquam, ſi ſapiens factus eſſet.

DECIMANVS, ſiue quod uſitatius eſt, **DECVMANVS**, (δέκατος) idẽ ferè eſt, quod decimus: Quia tamen ita uſuuenire ſolet in rerum natura, ut decima quæq; ſint maxima, factũ eſt ut decumanus accipiatur pro Magno. Vnde Decumana porta caſtrorum, quę in his maxima eſt, eratq; in poſtica caſtrorum parte, ut ex Cæſare lib. 3 Bel. Gall. intelligitur. Decumana oua, quæ cæteris maiora ſunt. & Decumani fluctus dicũtur, qui reliquos magnitudine ſuperãt. Nam & ouum decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut ſcribit Feſtus Pomp. Ouid. 11. Metam. Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undę. Decumanus accipenſer, apud Ciceronem 2. de Fin. ex Lucilio. Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. Verrin. Pręterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus eſt. Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, a magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrũ ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialẽ ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrens Cardo appellatur, a Septentrione in Meridiem ductus. Pli. lib 18. Linea hæc erit ab exortu æquinoctiali ad Occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, Decumanus uocabitur. Decumani etiam (ut Aſconius Pędianus docet) uocantur publicanorum principes, à quibus decumæ, ſiue decimæ exigebantur. Cic. 4 Ver. Decumani, hoc eſt, principes, & quaſi ſenatores publicanorum, remouendas de medio literas cenſuerunt.

DECIMO, as, are, {*Decimare torre la decima*.} (ἀποδεκατοῦν, δεκατεύειν) eſt decimam partem detrahere. Vnde Decimari legiones dicuntur, quãdo decimus quiſque ſupplicio afficitur ab Imperatore, quod Polybius uocat ἐκ δεκάδος ἀγωγῆς τιμωρία. Liu. lib. 2. Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. Sic Vigeſimare, & Centeſimare dicitur.

DECIMVS, (δέκατος) ultimus ex denario, uel unus ex decem. Plau. in Amph. Alter decumo pòſt menſe naſcetur puer. Decimùm, aduerbium. Liu. 6. ab urb. Nos reficietis decimùm tribunos.

DECIMODIA, uel **DECEMMODIA**, uaſis genus erat decem capiẽs modios, ſicut Trimodia, quod tres capiebat modios. Col. lib. 12. cap. 18. Perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, & fiſcellæ texendæ, & picandæ.

DECIPIO, is pe co. {*Ingannare*,} (ἐξαπατάω) defraudo, deludo, a Capio cõpoſitum. Ouid Epiſt. 11. Vltimus eſt aliqua decipere arte labor. Cic. 1. Offi. Iſ illis promiſſis non ſtandum eſſe quis non uidet, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit?

DECIPVLA, æ, (παγίς) inſtrumentum aliquod decipiendis uel auibus, uel muribus idoneum, Pro quo & Decipulum neu. gen. dixit Apul. lib. 8.

DECIRCINO, as, pe. cor. (ἀποκυκλόω) contrariũ eſt ſuo ſimplici Circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio. Manil lib. 3. Quem teretis ſoli decircinat orbem.

DECIREMIS, fœminini generis, (δεκήρης) nauigij genus eſt, habens decem remorũ ordines. Pli. lib. 7. cap. 56. Quinqueremem inſtituit Neſicthon Salaminius, ſex ordinum Xenagoras Syracuſius: ab ea ad deciremem Mneſigetõ.

DECIVS, (Δέκιος) a Decẽ, uiri proprium: quemadmodum a quinq; Quintius. Decij tres, pater, filius, & nepos dicti fuere, qui pro patria ſe deuouerũt: pater bello Gallico, filius bello Hetruſco, nepos eo bello quod Pyrrhus geſſit pro Tarentinis. Ci. 1. Tuſc. Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruſcis etiã filius, cum Pyrrho nepos, ſe hoſtium telis obieciſſent.

DECLAMATIO, onis, (μελέτη) eſt domeſtica exercitatio, uel ſcholaſtica, qua futuri oratores ſerijs cauſis ſolent præludere, parandę eloquentiæ cauſa, uel locupletãdę. Solent enim cauſas acturi domi prius pręmeditari ea, quæ in foro eſſent dicturi. Pueris quoq; in ludis ficta quædam themata ſolent præſcribi, quibus ſe præexercerent, & ad eloquentiam ſibi uiam ſternerent. Cic. pro Muræna: Non placet mihi declamatio potius, quàm perſalutatio. Idem pro Plan. Vulgaris & peruulgata declamatio.

DECLAMATOR, oris, qui domeſticis ſcholaſticisve meditationibus ſe exercet, ut poſtea ſerijs in cauſis ſit paratior. Cic. in Ora. Non enim declamatorem aliquẽ de ludo, aut rabulam de foro, ſed perfectiſsimum & doctiſsimum oratorem quærimus.

DECLAMATORIE, aduerbium, (μελετητικῶς) more declamantium. Hiero. More eorum, qui declamatoriè ſolent loqui ad populum.

DECLAMATORIVS, a, um, (μελετητικὸς, προγυμναστικὸς) ut, Genus dicendi declamatorium, hoc eſt declamationibus magis, q̃ ſerijs orationibus accommodatum, hoc eſt, non tam neruoſum. quàm ornatum, & ad oſtentationem compoſitum. Cic. Quinto fratri lib. 3. Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur.

DECLAMO, as, are, {*Eſſercitarſi dicendo*,} (μελετᾶν) eſt ficto themate ſe exercere. Oui. 2. de Arte: Sed neq; declament medio ſermone diſerti, Nec ſua ueſanus ſcripta poeta legat. Contra aliquẽ uehementiſſime declamare. Ci. 6. Ver. Ille aũt inſanus, qui pro iſto contra me uehemẽtiſſimè declamaſſet, poſtquẽ etc. Hinc Declamito, as, are, frequentatiuum. Ci. filius ad Tironem: Pręterea declamitare Gręce apud Caſſiũ inſtitui: Latinè autem apud Brutũ exerceri uolo.

DECLARARE, {*Declarare, moſtrare apertamente*,} (ἐμφανίζειν, δηλοῦν) eſt aperte monſtrare plus. n. eſt q̃ ſignificare, et tã ad facta, q̃ ad dicta pertinet. Cic. Lucceio: Itaq; hoc ſæpius dicendũ, tibi non ſignificandũ ſolũ, ſed et declarãdũ arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Declarare Conſulem, ueteres dixerunt pro eo, quod eſt renuntiare, cum f. is qui Conſulatu decedebat collectis tribuum ſuffragijs pronuntiabat quis futurus eſſet Conſul. Cice. pro Muræ. Vt eiuſdem hominis uoce & declaratus Conſul eſſet, & defenſus. Declaratio, uerbale. Ci. ad Plan. lib. 10. Rurſus declaratio animi tui, quẽ haberes de Repu. quemq; habiturus eſſes, mihi erat iucundiſsima.

DECLINO, as, pen. pro. {*Declinare, abbaſſare. Pet.* Et gl'occhi in terra declin

nare abbaſſe, }(ἀποκλίνω, ἐκκλίνω, ὑπεξίσταμαι) ſignificat deorſum aliquid flectere; ſed quoniam ſæpius caput, aut etiam totum corpus declinando, periculum deuitatur, conſuetudo inualuit, ut pro uitare poneretur: & neque tantû deorſum, ſed quoquouerſus ſe quis flecteret, idem ſignificaret: quemadmodum in gladiatoribus uidemus, qui ut petitiones aduerſariorum facilius declinare poſſint, modò ſe huc, modò illuc, uel toto corpore, uel parte aliqua flectunt. Sed uariè conſtruitur. Ponitur enim uel abſolutè. Ci. pro Seſt. Magna rerû permutatione impendente, declinaſſe me paululum, & ſpe reliquæ trâquillitatis præſentes fluctus, tempeſtatemque fugiſſe. Vel cum accuſatiuo. Ci. Off. 1. Declinet que ea quæ ei nocitura uideantur. Vel cum ablatiuo & præpoſitione. Idem Tuſc. 4. Quo quę bona natura appetimus, ſic a malis natura declinamus. Eſt & alia huius uerbi ſignificatio, cum. ſ. ponitur pro deflectere, uel deuertere: et hoc quoque aliqû cû accuſatiuo Cic. pro Plan. Brundiſium ueni, uel potius ad mœnia acceſsi: urbem unam mihi amiciſsimam declinaui. Aliquando cum præpoſitione A. Cice. Att. De Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conueniam, multum profectò proficiam: ſed non arbitratur cum à Capua declinaturû. Vel cum præpoſitione De. Idê de Fin. 5. Modò etiam paululum ad dextrâ de uia declinaui, ut ad Periclis ſepulchrum accederem. Et tranſlatè. Idem de Amic. Vt etiam ſi qua fortuna acciderit, ut minus iuſtæ amicorû uolûtates adiuuandæ ſint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum eſt de uia, modò ne ſumma turpitudo ſequatur, id eſt, de ſummo iure decedendum eſt, & aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpitudinem aliquam grauiorê ſubeamus. Plau. in Aulu. Nam ego modò declinaui paululum me extra uiâ. Interdum pro deduco, hoc eſt, pro ab uno loco ad alium duco. Liu. 1. ab urb. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum, ducem ſecuti ſunt, ut et uos, ſi quò ego inde agmen declinare uoluiſſem, feciſſetis. Interdum pro alieno, eximo. Teren. in Hecy. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias. Declinatio uerbale. Curt. lib. 7. Igitur Macedo lanceam omiſit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione uitaſſet, &c.

DECLIVIS, ue, {Inclinato, piegato, chino.} deorſum inclinatus, atque incuruus. Cæſ. 2. Bell. Gall. Collis à ſummo æqualiter decliuis. Plin. in Epiſt. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater, olim, etc. Decliuitas, atis, ipſa inclinatio. Cæſ. 7. Bel. Gall. Exiguum loci ad decliuitatis faſtigium magnum habet momentum.

DECOLLO, as, are, {Por giu del collo, taghar il collo} de collo deponere: ut interpretatur Non. citans illud Cæcilij. Tibi tradidi, in tuo collo eſt, decolles caue. Significat etiam caput alicui auferre, (ἀποδειροτομεῖν, ἐκτραχηλίζειν) qđ ueteres ſecuri percutere dicebant. Feneſtella lib. 2. Quemadmodû Cæſar à piratis captus ſit, utque eos poſtea ceperit, & decollauerit. Per metaphoram pro deſtituere, & fruſtrari, ſiue decipere. Plau. in Capt. Nunc ibo ad portû hinc: eſt illic mihi una ſpes cœnatica: Si ea decollabit, redibo huc ad ſenê ad cœnam aſperam. Id eſt, ſi fefellerit ea ſpes, uel potius perierit, quaſi collum fregerit. Quin êt, quod Varro Decollare dixit, Columella eandem rê tractans deciſe ſcripſit. Varronis uerba hæc ſunt lib. 1. de Re ruſt. cap. 2. Duo in primis ſpectaſſe uidentur homines Italici in colendo, poſſent'ne fructus pro impenſa ac labore reddere: et utrum ſaluber locus eſſet, an non: quorum ſi alterum decollat, & nihilo minus uult colere, mente eſt captus, atque ad agnatos & gentiles eſt deducêdus. Columellæ autem hæc, li. 1. c. 3. Porcius quidê Cato cenſebat in emendo, inſpiciendoque agro præcipue duo eſſe conſideranda: ſalubritatem cœli, & ubertatê loci: quorum ſi alterutrum deeſſet, ac nihilominus quis uellet incolere mente eſſe captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

DECOLOR, pe. co. {Senza colore ſcolorito, di brutto colore.} (κακόχρους, δυσειδής) adiectiuû, ſignificat quod colore uitiato eſt, uel malè coloratû. Tibu. Quæ ferret à celeri decolor India Indus aqua. Decolor nonnunquâ pro turpi & inhoneſto accipitur. Oui. in Epiſt. Deianiræ ad Herculem: Fama Pelaſgiades ſubito peruenit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis. Aetas decolor. Verg. 8. Aene. Aureaque, ut perhibent, ſub illo rege fuerunt Secula: ſic placida populos in pace regebat, Deterior donec paulatim ac decolor ætas, Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi. Vbi Seruius. Decolor ætas, uitioſa, in omni enim uitioſo corpore ineſt peſſimus color.

DECOLORO, as, p. p. {Diſcolorare. Pe. Ma uoi che mai pietà non diſcolora.} (τὸ χρῶμα διαφθείρω, ἀμαυρόω,) colore priſtino priuo, aut colorê uitio. lib. 2. ad Heren. Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui, ſignificat eû ueneno necatum. Col lib. 12. cap. 16. Deinde uuas pro magnitudine binas, uel ternas inter ſe colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dû decolorentur Sen. Nat. quæſt. 2. Decoloratur id, cuius color uitiatur, non mutatur. Decoloratio, uerbale. Cice. 2. de Diuin. Sed & Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

DEICOONTES, Herculis filius ſuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Auctor eſt Homerus in Odyſſ.

DECOQVO, is, pe. cor. {Conſumare, ſcemare cuocendo} (ἀφεψεῖν) paulatim diminuere & coquendo abſumere. Pli. lib. 31. cap. 3. Neronis principis inuentû eſt decoquere aquam. Ita Decoquere muſtum, uel aliud, ad tertias, & quartas Columellę & Pli. ſæpe. Vnde Decocta aqua, & Decoctum, ἀφέψημα. Pli. li. 22. Decoquere pro conuertere accipere uidetur. Si (inquit) alligatis clauis ſi ferri uel chalybis aliqua ſubigo, aut panni maior adfuerit, omnem illicò ſuccum alienû ſaporemque in uenenû decoquit. Interdum idem eſt quod ſubſtantiam cõſumere, ſeu prodigere, & creditores ſolutione fraudare, (χρεωκοπεῖν) quod ſæpe euenit ijs, qui gulę omnia dedunt, aut qui ſcorta ſectantur: tranſlatione ſumpta ab ijs rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ ad nihilum redigi ſolent. Et ferè intranſitiuè ponitur. Cic. 2. Phil. Tenes'ne memoria, prætextatû te decoxiſſe? Interdum êt tranſitiuè dicimus Decoquere patrimonium, uel Decoquere ſubſtantiam. Ita uſus eſt Spartianus, cum ſcribit Adrianum ſenatoribus, qui non uitio ſuo decoxerant patrimonium, pro modo ſenatoriæ profeſsionis expleuiſſe. Col. lib. 12. Nam quamuis interdu emendatum ſit perperam factum uel imprudentia aut negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit, id eſt, detrimêtû dedit. Tale quid in ſe habet Defrigo: ut, Hic defrixit: id eſt, bona cõſumpſit.

Hinc Decoctor, oris, dicitur qui patrimonio abſumpto ad inopiâ redactus eſt, ἄσωτος. Cic. in Catil. Ex ijs copijs quæ a nobis quotidie comparant, magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, & decoctoribus, ex ijs qui uadimonia deſerere, quâ illum exercitum maluerint. Item decoctum dêcocti, ſubſtantiuum, ius, in quo aliquid coctum eſt. Pl. lib. 24. cap. 9. Ad dentium dolorem, auriumque, decoctû eorum ſalutare. Vulgus pharmacopolarû, Decoctionem uocat. Decoctus, us, quartæ coniugationis. Pli. lib. 37. cap. 12. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu miteſcunt, hoc eſt, cum melle decoctæ. Et Decoctura, ræ. Pli. li. 23. cap. 1. Decoctura eorum ueteres dyſentericos, & cæliacos iuuat.

DECOR, oris, pen. pro. {Bellezza beltà, ornamento.} (κάλλος) maſcu. gen. (ut Val. li. 4. c. 15. docet) pulchritudo quędam ex decentia rerum perſonarumque, in locis temporibus, ſiue in agendo, ſiue in loquendo. Verg. lib. 5. Diuini ſigna decoris, Ardenteſque notate oculos. Cic. 1. Acad. Spoliauit enim uirtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quod negaret in ea ſola poſitû eſſe beatè uiuere. Hinc Decorum, ri, ſubſtantiuum (τὸ πρέπον Ciceroni) p. p. quod non tâ ipſum honeſtum ſignificat, quâ qđ hominibus, & cõi opinioni honeſtum uidetur, & pulchrum & probabile. Cic. 1. Offi. Quæ aût pars ſubiecta eſt eius generi, eâ ſic definiunt, ut id decorum uelint eſſe, quod ita naturę conſentaneû ſit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Ibidem: Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum poteſt. Græce. n. πρέπον, dicitur. Decore, aduerbiû, pulchre decenter. πρεπόντως, εὐειδῶς, εὐσχημόνως. Ci. 1. Offi. Veretur. n. ne ſi quo caſu euenerit, ut corporis partes quędâ aperiantur, aſpiciantur non decore. Decor uero decoris, p. co. eſt adiectiuû a Decus, p Decorus, a, um, κόσμιος. Sallu. Equis & armis decoribus multis. Inde ſiût cõpoſita Indecor, & Dedecor, quę idê ſignificant, qđ turpis, uel inhoneſtus. Verg. li. 10. Nec tû indecorê tua te regina relinquet. Statius li. 3. Theb. Legimus indecores. Salli. Dedecores, inultique terga ab hoſtibus cædebantur. Inuenitur tamen hic et hęc Indecoris. Acti. Cuius ſit uita indecoris, mortê fugere haud cõuenit.

DECORO, as, pen. cor. {Adornare.} (κοσμῶ, τιμάω) orno, honeſto, honorifico. Hora. At bene nummatû decorat Suadela, Venuſque. Cic. 1. Tuſcu. ex Enniô Epitaphio: Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur? uolito docta per ora uirum. Cic. de Cla. ora. Hæc omnia uitæ decorabat grauitas & integritas. Vide plura in dictione Decus.

DECORTICO, as, pen. cor. {Scorticare ſcuoiare.} (ἀπολέπω, περιφλοιόω) corticem detraho. Pli lib. 6. cap. 39. Cædi intempeſtiuum, quæ decorticentur. Scribonius largus Excaſtrare uocat. Decorticatio, uerbale. Pli. li. 17. cap. 24. quod ſi anguſta decorticatio fuerit, nihil nocet ſupradictis.

DECORVS, a, um, pe. pro. {Bello, adorno.} (εὐσχήμων, πρεπώδης, σεμνός) pulcher, decens, honeſtus. Pli. li. 12. cap. 5. Sepes munita uallo arboris decora ſpecie ſubter inſilientis. Col. li. 6. ca. 1. Apenninus duriſsimos, omnemque difficultatê tolerâtes, nec ab aſpectu decoros. Ci. 2. de Nat. deo. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras. Verg. 1. Aen. Nâque ipſa decoram Cæſariem nato genitrix &c. Decorè, aduer. (πρεπόντως, κατὰ τὸ πρέπον, ἀστείως) decenter, congruenter. Cic. 1. Offi. Sed aliquâdo neceſsitas nos ad ea detruſerit, quę noſtri ingenij nõ erunt: omnis adhibêda erit cura, meditatio, diligêtia, ut ea ſi nõ decore, at quâ minimè indecorè facere poſſimus. Opponitur huic indecorus, a, û, ἀπρεπής: et Indecorè, παρὰ τὸ πρέπον.

DECOTES, dictæ ſunt togæ attritæ, quaſi cotibus detritæ, atque conſumptæ ſint. habetque hæc uox pen. pro. Feſtus.

DECREPITI, (ἔσχατον γῆρας, παρήλικες) extremæ ætatis ſenes: à crepando dicti (ut quidam uolunt) hoc eſt, a clamando, & conquerendo. Aut a decreſcendo, eò quod incuruati, & contracti, minores fieri uidetur. Aut certa ab adiectiuo Creperus, quod anceps & dubium ſignificat: propterea quod uita eorum id ætatis in dubio ſit conſtituta. Teren. in Eunu. Cû meo decrepito hoc eunucho.

DECRESCERE, {Sminuire, ſcemare} (μειοῦσθαι) diminui. Martialis. Decreuere greges, cûm cadit agna frequens.

DECRETORIVS, a, um, {Giudiciario} (κρίσιμος) ponitur pro iudiciario, in quo. ſ. iudiciû ferri põt. ut Dies decretorius. (κρίσιμος ἡμέρα) qui & Criticus & Criſimus. Decretorium ſidus uel tempus dicitur id, ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudiciû. Pli. lib. 18. Res ſumma uitium agit, decretorio uuis ſidere illo, quod Caniculam appellamus: unde & Carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exuſtæ. Idê: Aquila exoritur ueſperi decretorio die, florentibus oleis. Aliquando dicitur, qđ eſt decretum, firmatum, ratumque ad aliquid arguendum, iudicandum've. Quint. At quidâ litigatoribus ſuis illum modò ambitioſum declamanti ſudorem præſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamque illam decretoriâ imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt.

DECRETVM, ti nomen ſubſtantiuû, {Conſtitutione, deliberatione.} (δόγμα, ψήφισμα) ſtatutum, ſententia. Pli. in Epi. Decreta quibus damnati erant, proferebantur. Cic. 4. Aca. Sapientiæ uerò quid futurû eſt, quæ neque de ſeipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis (quę philoſophi uocant dogmata) quorû nullum ſine ſcelere prodi potuerit. Vnde Decreta Põtificû, conſtitutiones dicuntur. Decreta ſenatus, (τὰ τῆς βουλῆς ψηφίσματα, τὰ δεδογμένα) â Conſultis, ſic diſtinguuntur ab aliquibus, ut Decretum dicant particulare quandâ eſſe Senatuſconſulti, ut cûm prouincia alicui decernitur, tanquam Decreta ſint ſpecialia, Conſulta generalia.

DECRETVS, a, um (ὁρισμένος) participium a Decernor, uerbo paſsiuo, idê quod definitus, ſiue conſtitutus. Cic. de Prouincijs Conſu. Prouinciam deſponſam, non decretam habere uidetur.

DECVBO, as pen. cor. {Giacere} (κατακεῖμαι) iaceo, quaſi deorſum cubo. Apul. Decubantem excitaui ſciam.

DECVLCO, as, {Calcare} (πατέω) idem quod eius ſimplex Calco. Plin. lib. 17. cap. 10. Alij in qualo pedibus in profluente deculcant.

DECVLTO, as, (κατακρύπτω) ex De, & Occulto, abiecto o, & aliquo ſignificat ualde occulto. Feſtus.

DECVMA, & DECVMANVS, uide Decimæ arum, & Decimanus.

DECVMBO, is, {Giacere. Pe. Et uoto & freddo il nudo in The ella giacque} (κατακλίνομαι) idem quod decubo, iaceo, recubo. Cicero 3. Verrin. Cum Apronius in triclinio, quod in foro ſtrauerat, recubuiſſet. Hieronym. Quintum iam diem decumbens lectulo, nimia feſtinatione dictaui. Colum. lib. 7. cap. 9. Si quem mater decumbens oppreſſerit, cubanti ſubtrahat. Significat etiam ad menſam ſedere. Plau. in Merc. Ad cœnam uocat, uenio, decûbo. Terê. in Phor. Prior bibas, prior decumbas. Aliqñ mori. Cic. 1. Tuſc. Mittût etiam uulneribus confecti

ad

ad dominos, qui quærerant quid uelint: ſi ſatiſfactum ijs ſit, ſe uelle decumbere.

DECVPA, æ, quid ſit, a uiris etiam doctis dubitatur, legitur tñ apud Ciceronẽ in Piſonem: Piſtor domi nullus, nulla cella, panis, & uinũ a propola atq; decupa. Quo loco legẽdũ putat Budæus De cupa, duabus dictionibus. ut ſit ſenſus, Piſonem non uiuere frugaliter, & ut ſolent quibus cura rei domeſticæ ſit cordi: ſed uinum à propolis emere, atque id è cupa, hoc eſt, non diffuſum uini aſſeruatum, ſed quemadmodum è cupa aſſertur, hoc eſt, pene muſteum. non enim futuris annis prouidebat.

DECVPLVS, a, um, (δεκαπλάσιος) quod rei alicuius quantitatem decies in ſe continet. Liu. 9. Bell. Maced. Vti ex quoque decuplo tanto pluris, quàm quãti eſſent æſtimarentur.

DECVRES, antiqui pro decurionibus uſurparunt. Feſtus.

DECVRIA, æ, (δεκάς) manipulus decem militum, uel aliorum hominum: cui qui præeſt, Decurio nominatur. Columella: Claſſes etiam non maiores, quam denũ hominũ faciundæ, quas Decurias appellauerunt antiqui. Decuria ſenatoria. Cic. 4. Verr. Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alterã decuriã ſenatoriã iudex obtinebit? Decuria iudicum. Cic. 5. Phili. Totum denique comeſſationis Antonianæ chorũ in tertiã decuriam iudicũ ſcitote eſſe collectũ.

DECVRIARE, eſt milites conſcriptos in decurias diſtinguere. συλλοχίζειν, κατὰ λοχίζειν, διατάττειν, συζυγεῖν, συμμερίζειν. Vnde Decuriati milites hoc eſt in decurias diſtincti κατὰ λελοχισμένοι. Cic pro domo ſua: Cùm deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum. Inde Decuriatio uerbale. Cic pro Plan. Decuriatio tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, &c.

DECVRIATVS, us, ui, (διάταξις) ipſa decuriatio. Liu. 1. Bel. Pun. Et ubi ad decuriatũ & centuriatum conueniſſent ſua uolũtate ipſi inter ſeſe: decuriati equites, cẽturiati pedites cõiurabãt, ſeſe fugæ atq; formidinis ergo nõ abituros.

DECVRIO, onis, {Decurione. Dant. Onde'l decurio lor ſi uolſe intorno,} (λοχαγὸς, δεκαδάρχης, δεκάπρωτος) dictus eſt, auctore Vlp. q; initio cũ deducerẽtur coloniæ cõſilij publici gratia, decima pars deductorum cõſcribi ſolita ſit, unde Cic. in Orationibus citat Decreta decurionũ. Erãt tamen alij Vrbani, alij Municipales decuriones. Vrbanus decurio turmę præerat, que duobus & triginta equitibus conſtabat. Varro autem tradit in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaq; cũ turma in tres decurias diuidatur, ſingularũ decuriarũ præfecti, Decuriones dicti ſunt, ex eo q; denis equitibus præſunt. Eſt & Decurionis militaris officiũ conto ſcienter uti, turmales ſub ſua cura poſitos erudire ad omnia quæ equeſtris pugna depoſcit. Neq; uerò belli ſolũ, ſed domi quoq; hac uoce utimur, pro eo qui præeſt cubiculariis. Sue. in Domit. Saturius decurio cubiculariorum. Decurio quoq; palatij dictus eſt ab Ammiano qui præpoſitus erat palatio, qui eſt ordo dignitatis. In municipijs Decurio idem creditur, qui eſt Senator Romæ. Ci. pro Seſt. Recita quæſo, Seſti, quid decreuerint Capuę decuriones. Pli. Iunior in Epiſt. Eſſe autem tibi centum millia nummum, ſatis indicat, q; apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione ſolum, uerum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummum.

DECVRRO, is, decurri, & interdũ decucurri, decurſum, {Correre in giu} (καταθέω) deorſum curro. Ver. 2. Aen. Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Item Decurrere, idem quod currendo accelerare, & feſtinare. Liu. Qui poſitus forte in ſtatione pontis, cum captum repentino impetu Ianiculum, atq; inde citatos decurrere hoſtes uidiſſet. Interdum idem quod cõfugere. Ci. pro Quint. Ad hæc extrema & inimiciſſima iura tam cupidè decurrebas. Decurritur, impersonaliter, pro confugitur. Cæſar. 1. Bell. Ciu. Decurritur ad illud extremũ atque ultimum ſenatuſconſultum. Decurrere etiam milites dicuntur, cum propoſito certamine exercent ſeſe. Verg. 11. de Pallantis funere, Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem Luſtrauere in equis. Interdum Decurrere idem eſt quod ad finẽ uſque currere. Ci. de Senec. Nec uero uelim, quaſi decurſo uitæ ſpatio, a carcere ad calces reuocari. Idem pro Quin. Prope acta iam ætate decurſaq;. Hinc fit uerbale Decurſus, us, actus, ipſe decurrendi. Liu. 1. ab Vrb. Itaq; ne ſubitò ex collibus decurſu Albanorũ intercluderentur ab oppido, terga uertunt. Decurſus pro ſimulacro prę liorum. Gel li. 7. Vt in decurſibus ludicris, aut ſimulacris præliorum fieri uidemus. Decurſio, uerbale aliud uerbale eiuſdem ſignificationis. Ci. 5. de Fin. Quẽ Tyberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit, quãto L. Paulum cum regem Perſen captum adduceret eodem flumine inuectum. Decurſorium, locum in quo decurritur. Græci (καταδρόμον) Galli Licias uocant.

DECVRTATVS, participium a Decurto, {Accorciatu, troncato} (κολοβὸς, κεκολοβωμένος) idem eſt quod mutilatus, breuiatus. Cic. Mutila ſentit quædam & quaſi decurtata.

DECVS, oris, pe. cor. & gen. neu {Honore, laude, dignità,} (τιμὴ, ἀξίωμα) honor, laus, ornamentum. Verg. lib. 5. Oblitus decoriſq; ſui, ſociumq; ſalutis. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honeſtamenta militi in bello comparata, quales ſunt coronæ, armillæ, & haſtæ puræ, quibus milites donabantur. Huius cõtrarium Dedecus, (αἰσχύνη) quod pro ignauia ſiue infamia turpitudinis genere ſumitur. Hinc Decoro, as, (κοσμέω) p. co. eſt honeſto, ſeu honorifico. Hora. At bene nummatum: decorat ſuadela, Venuſq;. Ci. Octauio: Scipiones patriam ſuã ſpolijs triumphisq; decorarunt. A Decoro fit Condecoro, pro honeſto. Dedecoro, (καταισχύνω) pro uitupero ſiue turpifico. Teren. in Hecy. Au numquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt, quæ me, & te & familiam dedecoras. Ex his omnibus patet q; plus eſt Decus, quàm Decor et Dedecus, quã Indecorum. & Decoro, p. co. quàm Decoro, pen. pro. quũ Decoro, pe. cor ſignificat honorifico: Decoro, pen. pro. pulchrum uiſu aut auditu reddo. unde Decorũ & Indecorum minus eſt, quàm Decus & Dedecus.

DECVSSO, as, are, eſt ad decuſſis figurã redigere, hoc eſt, res ubiquas eo ordine collocare, ut inter ſe literæ Græcæ χ, aut Latinę X. ſpeciẽ præbeant. Ea. n. figura apud Latinos uocatur Decuſſis: quia, ut nos hodie, ita ueteres quoq; hac figura numerũ denariũ ſignificabant. Quod ſi literã X, per medium ſeces, relinquetur V, quæ figura denarij dimidium, hoc eſt, quinarium numerum cõmonſtrat. Vnde etiã Latini eã figurã Quincuncem uocauerunt. & eas arbores quæ ita erant collocatæ, ut huius figuræ V. ſpeciẽ referrent, dicebantur in Quincuncem digeſtæ. Sed de hoc plura ſuo loco. Decuſſis uerò, ut diximus, conſtabat ex duobus quincuncibus ita collocatis, ut X. literæ imaginẽ exprimerẽt. Inde Decuſſare, eſt aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. Ci. de Vniuerſitate: Hãc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accõmodãs mediam, quaſi decuſſauit. Col. li. 4. Nam duas regulas eius latitudinis, quo paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ χ. decuſſabimus.

DECVSSATIM, ſignificat per decuſſes. κατὰ χιασμόν. Col. li. ult. Rapam in alueo aut ſcria compoſito, deinde ſicut cõſueuerunt Salgamarij, decuſſatim ferramento lunato incidito.

DECVSSIS, ut ex ipſa ſtatim cõpoſitione apparet, decem aſſes ualebat. Vitruuius pro numero denario, quẽ δεκάδα uocant Græci, non ſemel uſurpauit. Ita. n. ſcribit li. 1. c. 3. Platoni placuit denarium numerũ ex re eſſe perfectum q; ea ſingularibus rebus, quę Monades apud Græcos dicunt, perficit decuſſis, quę ſimul ut undecim aut duodecim ſunt factæ, quot ſuperauerint nõ poſſunt eſſe perfectę, donec ad alterũ decuſſim peruenerit. Reliqua inde in uerbo Decuſſo.

DECVTIO, is, pe. co. ſsi, ſſum. ex De, & Quatio, {Crollare, gettare à terra,} (ὑποσείω) quatiendo deijcio, demeto, decido. Liu. lib. 1. Rex uelut deliberabundus in hortum ędium tranſit, ſequente nuntio filij: ibi inambulans tacitus ſumma capita papauerum dicitur baculo decuſſiſſe. Decuſſus, us. ui, decutiendi actus. Pli. lib. 11. cap. 37. Aliqui tunc ſcribunt decidere eum, ruſumq; decreſcere, facilem decuſſu.

DEDECVS, pe. cor. {Infamia, dishonore,} (αἰσχύνη, ἀκοσμία) ignominia ex re turpiter geſta, probrum, turpitudo. Cic. 2. Tuſc. Dolorẽ exiſtimo maximũ malorum omnium M. Etiam'ne maius, quàm dedecus? Dedecorus, a, um, pe. cor. Tacit. lib. 3. Sextus Pompeius M. Lepidum ut ſocordem, inopem, & maioribus ſuis dedecorum, eoq; etiam forte Aſiæ depellendum incuſauit. Dedecoro, as, are. Teren. Hecy. Et me, & te, & familiam dedecoras.

DEDECET, pe. co. {Diſconuenſi, non ſta bene} (ἀπρεπές ἐστι) indecorum eſt, non decet. Et modo perſonale eſt. Ci. 1. Offi. Vt ſi quid dedecet in illis, uitemus & ipſi. Oui. 6. Meta. Admouitq; preces, quarum me dedecet uſus.

DEDICO, as pe. co. {Dedicare, conſacrare,} (καθιερόω, ἀφιερόω) conſecro, religioſum facio, religione deuincio. Liu. 1. ab Vrbe: Multa alia ſacrificia, locaq; ſacris faciendis, quæ Argeos pontifices uocant, dedicauit. Apud antiquos et legitur pro exponere. Cęci. li. 1. Annal. ut citat Noni. Legati, quò miſſi ſunt, ueniunt, dedicant mandata. Dedicatio. Cice. pro Domo ſua: Niſi quẽ fortè illius caſtiſſimi ſacerdotis, ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

DEDIGNOR, aris, {Sprezzare, ſdegnare,} (ἀπαξιόω) indignum reputo, cõtemno. Verg 4. Aene. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. Oui. 1. de Ponto. Is me nec comitẽ, nec dedignatus amicũ eſt. Dedignatio, uerbale. Pli. in Paneg. Quàm ſpecioſum eſt. n. q; diſciplinã caſtrorũ lapſam, extinctamq; refouiſti, depulſo prioris ſeculi malo, inertia, et cõtumacia et dedignatiõe parẽdi.

DEDISCO, is, dedidici, {Dimenticare quello che ſi ha imparato.} (μεταμανθάνω, ἀπομανθάνω) quod didici, obliuiſcor. Cic. 3. de Ora. Ob eamq; cauſam iuuentus noſtra dediſceret penè diſcendo.

DEDITITIVS, a, um. a Deditus, (ἐκδοτος ὑποχείριος) qui ſe in alterius imperium dedidit. Ci. ad Brut. Itaq; in ſenatuſconſultum pleriq; interpretantur et ad tuos ſiue captiuos, ſiue deditiſios pertinere.

DEDO, is, didi, ditum, {Darſi in tutto.} (ἐκδίδωμι) ſignificat in perpetuum do uel totum ſubdo: ſiue in manus, poteſtatemue, & arbitrium do. Vnde Dedere ſe hoſtibus dicitur, qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa Deditio dicitur, Et qui ita ſe dedunt, Deditiij uocantur. Liu. lib. 1. Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar li. 1. Heluetij omnium rerum inopia adducti legatos de deditione ad eum miſerunt. Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Ita enim rex interrogauit. Eſtis'ne uos legati oratoreſq; miſſi à populo Collatino, ut uos populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Eſt'ne populus Collatinus in ſuu poteſtate? Eſt. Deditis'ne uos populũq; Collatinum, urbẽ, agros, terminos, aquam, delubra, utenſilia, diuina, humanaq; omnia, in meã, populiq; Romani deditionẽ? Dedimus. Et ego recipio. Aliquãdo Dedere eſt ſimpliciter dare. Ter. And. Verberibus te cæſum in piſtrinũ Daue dedam. Dedere ſe langoribus, aut uoluptatibus, Ci. 2. Offi. Dedere ſe libidinibus. Idem. 1. Tuſc. Dedere ſe languori & deſidiæ. Idem. 1. Offic. Dedere uires ſuas poetis, Idem pro Archia. Deditus, partic. addictus: ut, Deditus amori animus, Teren. in Hecy. Deditus amatorijs leuitatibus, Cic. 1. de Fin. Deditus uoluptatibus, aut Epicuro, Cic. 1. de Finib. Deditus literis a pueritia, Cic. ad Lentulum lib. 1. Dedita opera, idem quod data opera. Cic. pro Roſc. Ame. Quæ facitis, eiuſmodi ſunt, ut ea dedita opera a uobis contra uoſmetipſos facere uideamini. Deditio, uerbale, dedendi actus. Cic. pro lege Man. Spem deditionis non decuit, obſideſq; imperauit.

DEDOCERE, {Inſegnare il falſo,} (μεταδιδάσκειν) eſt ſecus atq; quis doctus eſt docere, uel falſum eſſe oſtendere. Quin. lib. 2. Quanta in eluendis, quæ ſemel inſederunt uitijs, difficultas conſequatur, cum geminatum onus ſuccedentes premit. & quidem dedocendi onus plus q̃ docendi eſt. Propter qď Timotheũ clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his, quos alius inſtituiſſet, ſolitũ exigere mercedes, q̃ ſi rudes traderentur. Cic. 1. de Fin. Si u Polyæno familiari ſuo geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

DEDOLEO, les, pe. cor. {Non dolerſi.} (ἀπαλγέω) non doleo, uel dolore me priuo, uel dolore deſino. Oui. li. 3. Faſt. Quid me in deſertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

DEDOLO, as. {Polire. Pet. Ne opra da polir con la mia lima} (ἀποξέω) dolabru uel eiuſmodi ferramento quæ ſcabra atque impolita ſunt læuigo. Col. lib. 5. Hæc eorumq; ſimilia pedamenta poſt putationem retractãda ſunt, parteſq; eorũ putres dedolandæ. Compoſitum eſt à uerbo Dolo: unde mediã habet breuem. Mart. lib. 11. Factaq; fabrili dedolat oſſa manu. Nam ſyllaba prior in uerbo Dolo corripitur. Iuuen. I nunc, atque animam uentis committe, dolato Confiſus ligno Errant itaq;, qui producendam eſſe præcipiunt.

DEDVCO, cis, pe. pr. deduxi, deductum, {Scorgere, tirare, condurre al baſſo.} Multiplex eius uſus eſt, ſiue conſtructionẽ ſpectes, ſiue ſignificationẽ Propriè n. ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorem ducere. Et in ea ſignificatione interdũ hẽt ablatiuũ ſine alia præpoſitione, q̃ q̃ in uerbo includit. Verg. in Pharmaceutria: Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam. Sæpius tamen præcedẽte præpoſitione A, De, uel Ex. Cæſ. Bell. Ciui. 3. Deducere de roſtris conãtẽ con-

cionari. Cato de Re ruſt. ca. 157 de braſſicæ utilitatibus: De capite, & de oculis omnia deducet, & ſanum faciet. Aliquando de loco ad locũ, ſiue de re ad rem ducere. Cic. Att. 7 Probata conditio eſt, ſed ita, ut ille de his oppidis, quæ extra eam prouinciam occupauiſſet, præſidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præſidijs, & alijs locis cohortes, Cæſar. 3. de Bel. Gal. Deduceret ex hortulis in Academiam, Cic. 2. de Nat. Deo. Hircius de Bel. Alexan. lib. 4. Deducere ex regno, pro priuare & auferre regnum poſuit. Deducere de fundo Ci. pro Cæcin. Placuit Cæcinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rẽ præſentem ueniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur. Deducere de uia. Idem de fato: Nec, cum hæc ita ſint, eſt cauſa, cur Epicurus fatum extimeſcat, & ab atomis petat præſidium, eaſq; de uia deducat. Atque hęc quidẽ magis propriè dici uidentur, quàm quæ ſequuntur, quæ tranſlata potius ſunt. Cic. Fam. 1. Quod dat accipimus, quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt: id eſt retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Quintus Cic. de Pet. Conſu. Qui ſine cauſa non amant, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificando tua erga illos ſtudia futura delinies, dans operam ut de illa animi prauitate deducas. Lactan. lib. 4. Diximus nomen religionis a uinculo pietatis eſſe deductũ, q hominẽ ſibi Deus religauerit. Habet ẽt interdum ablatiuum cum præpoſitione In. Cæſ. Bel. Ciu. li. 3. Spe enim conficiendi negotij prope in noctem rẽ adduxerant. Ad eundẽ modum dicimus. Rem aliquam deducere in controuerſiam, in iudicium, in ius. Item Deducere in fraudem, in diſcrimen, in periculum. Item cum præpoſitione Ad. Cic. pro Flacco: Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt. id eſt, adducti. Interdum etiã Deducere idem eſt, quod ſubtrahere. Vnde deducere cibũ eſt parcius ſolito cibum ſuppeditare. Teren. in Eun. Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtratũ, quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſient. Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibũ. Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Vbi propriè (inquit Donatus) deducunt, pro ſubtrahunt, uel ſubducunt, quemadmodum hi faciunt, qui ſame accurare ſolent, quo ſint graciliores, formoſioreſq;. Ci. Acad. lib. 4. Vt cõtra omnium ſententias dies pleroſque deduceret. i. prolongaret: trãſlatione ſumpta ab araneis fila deducentibus. Pompon. uocem deducas oportet, ut mulieris uideãtur uerba. Vbi deducere ſignificat, quaſi in tenuitatem ducere. ἰσχναίνειν. Vnde & pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticum proferre (καλλιεπεῖν) ponit. Hora. Cũm lamentamur non apparere labores Noſtros, & tenui deducta poemata filo. Metaphora ſumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc ẽt modum dicimus. Deducere riuos, cũm ex maioribus fluminibus aquã per riuulos in prata deriuamus. Verg. 1. Georg. Riuos deducere nulla Religio uetuit. i. diuertere. Significat itẽ Deducere, de ſumma aliquid demere. Cic. Off. li. 1. Hęc igitur & talia circumſpicienda ſunt in omni officio, & Conſuetudo exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo, deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantum cuiq; debeatur, intelligat. Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia uel honoris præſtat comitatum. Liuius. Frequenteſq; eum domum deduxerunt. Deducimus quoque ſponſam marito, uel ad maritum, uel amicam ad amantem. Ci. Ver. 4. Hic eſt Docimus, ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori mimi filiam. Tibullus: Vt iuuenis primum uirgo eſt deducta marito.

DEDVCTIO, onis, {Sottrattione, condotto,} uerbale à Deduco, eſt actus deducẽdi. Vnde aquarum deductiones dicimus, cũ ex fonte aut flumine per riuos aqua deducitur. Cic. pro lege Agr. Tum quæ erit in iſtus agros deductio? Idẽ de diuin. 1. Ex quo illa admirabilis a maioribus Albanę aquæ facta deductio eſt. Non ineleganter etiam Deductio ſignificat detractionem minoris ſummæ a maiori. Cic. in Verr. Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Deductor, oris. Q. Cic. ad M. fratrem. Huius autem rei tres ſunt partes: una ſalutatorum, cũm domum ueniunt, altera deductorum, tertia aſſectatorum.

DEERRARE. {Errare, uagare,} (ἀφαμαρτάνειν, ἀποπλανᾶσθαι) eſt de uia ſiue ratione declinare. Verg. 7. Eclog. Vir gregis ipſe caper deerrauerat. Auctor ad Herenn. lib. 1. Si tranſitionibus nullis utemur, & ſi non deerrabimus, ab eo, quod cœpimus exponere.

DEFALCARE. {Difalcare, tagliare,} (ἀποκόπτειν) ſignificat tollere & amputare, quaſi falce abſcindere.

DEFAMO, as. pe. pr. {Vituperare, infamare,} (δυσφημίζω) fama priuo, ſicut Diffamo. Gel. Vt uocabula eorum quoque defamata atque deformia cum rebus ipſi uiderentur.

DEFÆCO, cum diphth. {Purgare, leuar la fece,} (ἀποτρυγόω, διυλίζω) ſignificat à fæce purgo, quaſi fæcem detraho. Pli. lib. 18. Per brumam uitem ne colito, uina tamen defæcari, etiam diffundi Higinus ſuadet. Hinc Vinum defæcatum dicitur, quando eſt a fæce repurgatum, & ſimiliter omnia pura, inturbata, & ſine ſordibus Defæcata, (ἀμίαντα, ἀποτετρυγωμένα) dicunt. Plaut. in Aulu. Nunc de fæcato demum animo egredior domo. i. ab angore purgato. Propriè Col. lib. ult. Et defæcatum uinum in amphoras bonas adijcito.

DEFATIGO, as, {Affaticarſi, ſtancarſi,} (κατακοπόω, κάμνω) actiuum uerbum eſt, ſignificans, laſſum & labore defectum reddo. Ci. pro Marcel. Noli in conſeruandis bonis uiris defatigari. Defatigare aliquem aſſiduo labore, Cęſar. 7. Bell. Gall. Cic. 3. de leg. Ille uerò etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimamq; memoriam retinet conſulatus tui, pace tua dixerim, non modò cenſores, ſed ẽt iudices omnes poteſt defatigare. Inde Defatigatus participiũ idem ſignificans, quod labore confectus. Ter. in And. Deceptus ſum, non defatigatus. Et uerbale defatigatio. Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauеſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.

DEFECTIO, {Debolezza, rebellione,} (κάματος, λειποθυμία) uerbale a Deficio pro defetiſcor, ſignificat debilitatem & laſſitudinem. Suet. in Calig. in adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam ſubita defectione ingredi, ſtare, colligere ſeſe, ac ſufferre uix poſſet. Defectio, (ἀπόστασις, ἀποστασία) etiam eſt receſſio ſeu rebellio militum ab Imperatore, uel ciuitatis a domino: qui dicuntur deficere, cũm ab eorum gubernatione diſcedunt: ut annotauit Val. li. 4. ca. 6. Liu. lib. 1. Ob reſiduas bellorum iras maximè ſolicitati, ad defectionẽ uoluntarios traxere. Cic. 4. Tuſ. eleganter ad animum tranſſumpſit: omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quę eſt a tota mente, a recta ratione defectio. Defectus Solis aut Lunæ, hoc eſt, Solis aut Lunæ obſcuratio, quum Græco uocabulo ἔκλειψιν uocamus. Idem in Catone: Quoniam delectabantur defectiones Solis & Lunæ, multo nobis antè prędicere.

DEFECTIVVS, a, um, {Manco,} (ἐλλειπτικός) quod mancum eſt, et imperfectum. Vnde Defectiua uerba uocant Grammatici, quæ modo aliquo, aut tẽpore deſtituuntur.

DEFECTOR, oris, uerbale, (ἀποστάτης) qui de uno exercitu ad alium tranſit. Suet. in Nerone: Reuocatiſq; ad pœnitentiam defectoribus ſequenti die lętum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

DEFECTVS, a, um, participium a deficio, uel deficior, habet ſignificationem actiuã in uoce paſſiua. Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Hinc fit comparatiuum Defectior, & ſuperlatiuum Defectiſſimus. Col. in præfa. Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt, à turba pediſſequorum lecticariorũq; defectiſſimũ quenq; annis & uiribus in agrum relegat, &c. Defectus etiam paſſiuè interdum accipitur. Cice. Antequam iret in exilium: Nunc uel ſolus defectus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere. Ad hunc ẽt modum cum dicimus, Defectus robore animi, Defectus uſu aurium. Defectus paſſiuè accipitur pro deſtitutus. Deficio enim actiuum uerbum eleganter ſignificat deſtituo. Cice. de Orat. Iam me uires deficere cœperunt. In illo etiã Quintiliani exemplo ex lib. 5. quod hic perperam citatum erat, Defectus non actiuè accipitur, ſed paſſiuè. Verba Quintiliani ſunt hæc: Vt ſi obſeſſi & impares & aqua, ciboq; defecti, de facienda ad hoſtem deditione deliberent. Vbi Quintilianus non uocat eos defectos aqua & cibo, qui aqua & cibo deficiunt (ut uulgo interpretantur) ſed qui aqua & cibo ſunt deſtituti.

DEFECTVS, us, nomen. {Difetto,} (ἔλλειμμα) ſignificat penuriam, non uitium, aut culpam, aut morbum: ut, Defectu ciborum dedimus nos hoſtibus. Liu. li. 4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes, riuoſq; ſtragem ſiti pecorum morientium dedit. Defectus Solis aut Lunæ, (ἔκλειψις) eſt eorũ corporum quantum ad nos attinet, obſcuratio: non quod reuera lumine deſtituantur, ſed q ita nobis appareat, corpore aliquo opaco eorum conſpectũ nobis auferente, terra uidelicet inter Solem & Lunam interueniente, aut Luna inter Solem & terrã. quorum hoc Solis, illud Lunæ eclipſim generat. Verg. 2. Georg. Defectus Solis uarios, Lunæq; labores. Gell. lib. 2. Sed de Lunæ motibus, Soliſq; defectibus. Defectus animi, ſiue defectus animæ (ut Celſo moris eſt loqui) λειποθυμία, λειποψυχία Græce dicitur: a noſtris etiã Animi Deliquiũ uocatur. Vnde eos etiam, qui defectionẽ huiuſmodi, & animi deliquiũ patiuntur Pli. Defectos animo quandoq; appellat. Defecta uerò corpora, & defecti ſunt, quos Græci παρειμένους quaſi elangueſcentes ſiue extabeſcentes dicunt: & languorem, ſiue tabem ipſam παρεῖσιν. Hi & Syntectici uocantur, & Syntexis ipſæ defectiones. Plinius: Genus unum quod Bion uocamus, prodeſt ſtomacho diſſoluto, & prægnantibus & defectis.

DEFENDO, is, di, ſum, {Difendere,} (ἀπείργω, ἀμύνω, προβάλλομαι) ſignificat tueor, auerto, prohibeo. Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: a patrono noſtro, uel defenſore: ut cum dicimus Sextum Roſc. fuiſſe defenſum a Cic. Altero modo dicimur defendi ab aduerſario, hoc eſt, ab iniuria, uel contra iniuriam aduerſarij. Vt ſi nobis aduerſarentur iudices, & Cice. tueatur, rectè dicemus, defendi nos a iudicibus: nõ quod illi nos defenderent, ſed quod præſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Cic. lib. 1. Off. Qui autem nõ defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt iniuriæ, tam eſt in uitio, quam qui, etc. Differt tamen Defendere a Propugnare, quia Defenſio eſt, quocunq; mõ fiat, Propugnatio autem, non niſi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi. &, defendo te a frigore: Vergi. Eclo. 7. Solſtitium pecori defendite, iã uenit æſtas. Et paulò antè. Dum teneras defendo a frigore myrtos. Accipitur ẽt interdum defendo pro Arceo, ſiue depello. Gell. Q. Claudius defendebat hoſtes à pinnis facillimè. Defenſor, oris, qui defendit Ci. 3. Verr. Sed ego defenſorem in mea perſona, non accuſatorem maxime laudari uolo. Paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator ſui: apud eundem. 1. de Orat. Cuſtos defenſorq; iuris & libertatis, Idem pro Rabir. Defenſio, onis, Ci. 4. Acad. Vt ea pars defenſionis relinquatur. Idem pro Cluen. Innocentiæ defenſio ſæpe multorum improbitate interclusa reſpirat.

DEFENSIO, & Defenſor, ſiue Defendo.

DEFENSO, as, are. {Difenſare,} frequentatiuum. Sallu. Arma capientes alios ab hoſtibus defenſabant.

DEFENSITO, tas, aliud frequentatiuum eſt. προϊσταμαι. Cice. lib. 1. Offi. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere: illa tamen præſtare debebit, quæ erunt in illius poteſtate. Defenſitare cauſas apud eundem de Claris Ora.

DEFERO, pe. co. detuli, delatum, {Conferire, portare,} (φέρω, προσφέρω) idẽ eſt penè quod fero, uel affero. Plau. in Amph. Quid ſi è portu nauis huc nos dormientes detulit? Regitq; ſemper accuſatiuum caſum, & hoc aliqñ cum datiuo. Plau. in Trin. Dimittã, ut te uelle uideo, ſed mõſtra hoſce homines mihi. Hos ego qro, quibus me oportet has deferre epiſtolas. Aliqñ cũ prępoſitione Ad. Idẽ in Aſin. Egon' ut nõ domo uxoris meę Surripiã in delicijs pallam quã habet, atq; ad te deferã? Aliquãdo cũ prępoſitione In. Pli. li. 12. cap. 19 Hi recto curſu per ſinus impellunt, atq; promõtoriũ ambitu Argeſtæ deferunt in portũ Gebanitarũ. Sic Deferri in errorem, deferri in præceps. Significat quoq; uitiare, certiorem facere. Cic. Fami. 15. Quæ ad me delata eſſent, ſcribenda ad uos putaui. Idem Fam. 5. Quod ſcribis de beneficijs, ſcito a me & Tribb. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe: in quo quidẽ rõ me fefellit: liberũ. n. mihi tẽpus ad eos deferẽdos exiſtimabã dari: Poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rõnes retuliſſem. Vbi Deferre cõiter pro denũtiare (παραγγέλλειν) exponunt. Solebãt aũt prouincijs præfecti decedentes, cũ iã rõnes ſuas deponerent, ẽt eorũ nomina, qui ſe cũ illis præclare geſſiſſent, deferre, quo et ipſi aliquãdo pro meritis ſuis aliquid beneficiorũ a ſenatu conſequerentur. Interdum habet hoc uerbum accuſationem, præſertim cum poſt ſe habet accuſatiuũ Nomen, εἰσαγγέλλω, ἀποφέρω, δίκην uel γραφὴν ἀπογράφω. Cice. in Verr. Serui cuiuſdam nomẽ defertur. is accuſat, ficti teſtes in eum dantur. Vbi ſciendum Deferre nomen alicuius, non eſſe propriè accuſare, ſed ante accuſationem apud iudicem uel magiſtratum aliquem

ad

de aliquo crimine denunciare. Deferre quoque cauſam dicitur cliens ad patronum, cum eum conſulit, & illi controuerſiæ ordinem argumentumq́ exponit. Cicero in Verr. Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lacrymis. Pertinet etiam ad dignitatem & honorẽ & uenerationẽ, et officiũ, (προσνέμειν, ὑπονέμειν, κατατίθεμαι τιμὴν) uariiſq́ modis ponitur ac conſtruitur. Liu. li. 1. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. i. offerendum atque tradendum. Cic. Trebatio: Vniuerſum ſtudium & beneuolentiã, ad te defero. Id eſt, tibi attribuo. Hinc delatus, a, um, participium paſſiuum. Nauis in portum delata eſt (κατηνέχθη) id eſt, deuecta. Hic delatua eſt lectica. i. deportatus. Delator, oris, (συκοφάντης) occultus accuſator dicitur, & calumniator. Martialis: Et delator habet, quod dabat, exiliũ. Delatio, onis, συκοφαντία. Cic. pro Cluen. Qui ſibi delationem nominis & capitis periculum oſtentarat. Cælius Cic. lib. 8. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella diſceſſit.

DEFERVEO, {Ceſſare di bollire} (ἀποζέω) feruere deſino. Gellius: Interea puer uenit, & olla deferbuerat. Per metaphoram, miteſco, placidus fio, πραΰνομαι, καταψύχομαι. Cic. pro Cælio. Iam iſta ætas deferbuerit, iam ætas omnia, iam iſta dies mitigarit.

DEFERVEFACIO, {Far bollire forte} (θερμαίνω) non ſignificat refrigerare, ut nonnulli exiſtimant, ſed ualde feruere facio, ut De ſignificationẽ uerbi augeat. Pli. li. 23. ca. 7. Radix caprifici, deferuefacta in uino, dentiũ dolores ſedat.

DEFERVESCERE, (ἀποζεῖν) feruorem amittere, & per translationẽ ardorem animi iniuſta ratione excitatum, deponere: ἀπωθυμιᾶσθαι. Cic. 4. Tuſc. Aut rogandi, orandiq́ ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi uim, differant in tempus, dum deferueſcat ira. Sed per translationem, quaſi ira ſit ignis quidã animũ incendens. Col. propriè pro refrigerari poſuit, lib. 2. de fœno loquens: Prudentes agricolæ, quamuis iam illatum tecto non ante componunt q̃ per paucos dies temere congeſtum in ſe concoqui, & deferueſcere patiantur.

DEFETISCOR, {Stancarſi, ſtraccarſi} (καμνέω, κοπιάω) deponens compoſitum ab antiquo uerbo Fatiſcor per mutationem a literæ in e, ſignificat labore deficio. Ter. in Phor. Hæc res mihi ſolicitudini eſt, Neque defetiſcar unquam ego experirier, Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero. De huius uerbi præterito inter Grãmaticos non conuenit. Priſcianus enim uult eius præteritũ eſſe Defeſſus ſum, ſicuti à Fatiſcor Feſſus ſum. Contra Diomedes Feſſus, & Defeſſus nomina eſſe uult, non participia, cuius ſententia uidetur ueriſimilior. Neque enim Feſſus, aut Defeſſus tempus ullum importat more participiorum, neque actionẽ aut paſſionem, ſed idem omnino ſignificat quod Laſſus, quod certe nomen eſſe nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio Fatigatus, ſicut Calidus & Calefactus, quorum hoc & tẽpus paſſionẽ ſignificat, illud ſolam qualitatem. Sic Fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigauit: Feſſus autem & Defeſſus ſimpliciter, qui labore deficit. Hinc cõpoſitum Indefeſſus, (ἀκάματος) idẽ quod Indefatigabilis. Claudia. li. 3. de Rap. Proſerpinę: Indefeſſa ferat nulla ceſſabimus hora: Nõ requies, nõ ſomnus erit, dũ pignus ademptũ Inueniã. Verba aũt hæc Fatiſcor, & Defetiſcor in uſu non ſunt, ſed eorum loco utimur uerbo neutro Fatiſco, quod euſdem eſt ſignificationis. Col. lib. 2. Sed omni ſolo, quod prædictorũ leguminum ſegetibus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adiuues, & abſumptas uires hoc pabulo refoueas.

DEFICIO, deficis, {Mancare. Pet. Come colei che d'hora in hora manca} (ἐπιλείπω, ἐκλείπω) ex De, & Facio, ſignificat deeſſe, uel non ſufficere: & iungitur ſere datiuo. Cic. in Verrem. 7. Vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne uox uireſq́ deficerent. Et more ſuo hic fecit Cicero, ut per Deſũ, Deficio expoſuerit. Hinc Defectus pro priuatione deducitur: de quo ſupra. Legimus & Deficere abſolute poſitũ pro deeſſe, (λείπειν, ὑστερεῖν), Hircius: Quare neq; tanti ſum animi ut ſine ſpe caſtra oppugnãda cenſeam. neque tanti timoris, ut ipſe deficiam. Hoc paulò pòſt alio modo dixit, Deficere animo, λειποψυχεῖν. Martius (inquit) Rufus Quæſtor in caſtris relictus à Curione, cohortatur ſuos ut animo deficiant. id eſt, terreantur, & animus deſit. Inuenitur & cum accuſatiuo, pro derelinquere ſiue deſtituere poſitum: quanquam in ſenſu idem ſit cum deeſſe, καταλείπειν. Ci. 4. Verr. Iam me uires deficere cœperũt. Similem omnino uſum habet uerbum Deſero: Sed de ſtudiis partium, deq́ omnibus ciuitatis morbis, ſi ſigillatim atque pro magnitudine parem diſſerere, tẽpus, q̃ res, maturius me deſeret. Habet autem Deficio in ea ſignificatione ferè ſemper ante ſe nominatiuũ rei inanimatæ: ut Dies me deficit, Vox te deficit, (ἐπιλείπει) & Oratio illum deficit. Lactan. lib. 7. Non enim uerendum eſt, ne te in tam bona cauſa deficiat oratio, qui ſæpe etiam malos copioſe ac fortiter defendiſti. Cæſar lib. 2. Ipſos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accuſatiuo utatur, non culpandus erit: frequentius tamen cũ accuſatiuo uſurpatur. Nõ rectè autem ita dicas per nominatiuum rei animatę, Vxor me deficit: ſed me deſerit. Item Deficere cum accuſatiuo ſignificat non ſuggerere. Verg. 1. Georg. Cum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluę, id eſt, nõ ſuggererent glandes atque arbuta. Sic enim exponunt hunc locum pleriquę interpretes: quanquam non male ibi Deficerent, pro deeſſent accipere poſſumus: ut Arbuta, & glandes, nominatiuos eſſe intelligamus, Syluæ autẽ datiuum. Interdũ abſolute ponitur pro finire, deſinere, ἐκτελεύτειν: ut, Hęc pars memoriæ deficit. Martianus: Tum demum id agere conſilium erat, cũ uita deficit. Conſtruitur quandoque cum ablatiuo ſine præpoſitione, & ſic ſumitur pro carere, ſiue priuari, ὑστερεῖσθαι. Col. lib. 3. de uite loquens: Cum q; tranſtuleris (inquit) de humido in aridum locum, uide ne priſtino alimẽto deficiat. Idẽ lib. 3. paſſiuo uſus eſt: Iugatum quadam parte deficitur, quadã ſuperat. Capitur & pro diſſentire, ſecedere, ſeu rebellare, deſerere, ἀφίστημι: & tunc ablatiuo iungitur cũ præpoſitione. Salu. in Iugurtha: Quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, & in hoſtium numerũ ſe conferunt. Ci. in Lęlio: Difficile eſt amicitiã manere, ſi a uirtute defeceris. Liu. lib. 2. Eodẽ anno duæ coloniæ, Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt. Hoc eſt Romanos deſerunt, tranſeuntes ad Auruncos. Inde Defectores, (ἀποστάται) qui tranſeunt de uno exercitu ad alium.

DEFIGO, is, pe. p. defixi, {Impiantare, ficcare, piantare} (καταπήγνυμι) deorſum figo, implanto, immitto. Verg. lib. 2. Georg. Altius & penitus terrę defigitur arbos, Æſculus in primis. Defigere ſicam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium iugulo, apud Liuium. Ex hac uerbi ſignificatione, elegantes ſimul ac uariæ translationes exiſtunt: ut cum aliquẽ dicimus, Pauore defixum eſſe, aut ſtupore, mœſtitia'ue. Habetq́ ſingularẽ cũ his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. Acad. 4. Aduertantur. n. primũ, q parum defigunt animos. Idem pro domo ſua: At quam ſententiam dixi? primũ eam, quam populi ſermo in animis ueſtris iam ante defixerat. Cicero. Philip. 11. quid eum non ſorbere animo, quid nõ haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? in cuius poſſeſſiones atq; fortunas non impudentiſſimus oculos ſpe & mente defigere? Pli. lib. 8. ca. 16. Cum pro catulis fœta dimicat, oculorum traditur defigere in terram, ne uenabula expaueſcat. Cice. in Verr. Actio. 2. Vt non modò in auribus ueſtris, ſed in oculis omniũ ſua furta atq; flagitia defixurus ſim. hoc eſt, ita depromturus, & relaturus, ut nõ modò audiri, ſed etiam fieri uideantur. uel ſic, Vt non modò auditui et intellectui perſpicua ſint, ſed etiam ſub oculis poni uideantur. Aliquãdo pro ferio, uel trãsfodio, κατασπείρω. Perſius: Ore teris modico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

DEFINIO, is, {Definire} (ὁρίζω, ὁρίζομαι) termino, decerno. & quaſi finiendo certos rei, de qua agitur, terminos præſcribo. Ci. de Somno Scip. Sic habeto: omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo, ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Idem de Amicitia: Altera ſententia eſt, quę definit amicitiam paribus officiis ac uoluntatibus. Sic Definire imperium, prędia, hortos, pro, dimenſa inter ſe diuidere. Definitũ eſt, pro eo quod dicimus Decreui, uel conſtitui. Plau. in Ciſtel. Perge dicere. A. An'ne ut ẽt quid conſultura eſt ſciam? M. Perge eloqui, non remittam, definitum eſt. Definire præterea eſt uocabuli alicuius uim deſcribere & explicare finitione, quæ conſtat genere, ſpecie, differentibus, propriis: ut auctor eſt Quin. li. 7. c. 4. et lib. 5. cap. 10. Cic. lib. 1. de Inuen. Cum autẽ nominis controuerſia eſt, quia uis definienda uerbis eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

DIFFINITIO, onis, quę & Finitio dicitur, {Diffinitione} (ὅρος, ὁρισμός) eſt oratio explicans quid ſit id, de quo diſputatur. Eſt enim coactæ in ſe atque cõplicatæ rei explicatio: uelut cum dicimus, Homo eſt animal rationale & mortale. Quin. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter comprehẽſa uerbis enuntiatio. Ci. 1. Offi. Omnis enim quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci: ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur. Idem. 4. Acad. Omnium rerum una eſt definitio comprehendendi.

DEFINITIVVS, a, um, (ὁριστικός) ut Definitiua conſtitutio. Cic. 1. de Inuẽ. Facti controuerſia eſt, quando coniecturis cauſa firmatur, Conſtitutio coniecturalis appellatur: Cum autem nominis, quia uis uocabuli definienda eſt, Cõſtitutio definitiua nominatur.

DEFINITE, aduerbium, expreſſe, manifeſte. Cic. pro Corn. Balb. Lex id Gellia & Cornelia, quæ definite poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet.

DEFINITVS, a, um, certus, conſtitutus, attributus, aſſignatus. Cic. de Som. Hic certus eſt in cœlo, ac definitus locus.

DEFIOCVLVS, {Loſco, ſenza un'occhio} (ἑτερόφθαλμος) dicitũ qui eſt captus uno oculo, quem luſcum alio nomine uocitamus. Mart. lib. 1. de importunis baſiatoribus. Hinc defiocùlus, & inde lippus.

DEFIT, {Manca, non ci è} (λείπει) deeſt, cum datiuo conſtruitur. Verg. Eclo. 2. Lac mihi non æſtate nouum, nec frigore deſit. Vbi Priſcia. Deficio loco paſſiui Defio facit, & deinde Defectus.

DEFLACCARE, {Fiaccare} uetus & prorſus obſoletum uerbũ eſt, quo antiquiſſimi uſi ſunt pro atterere. Auctor eſt Nonius. Niſi forte Defloccare quis malit legere, & a flocco eius originẽ trahere, ut Defloccare proprie ſit, floccos conſumere: quod fit, cũ ueſtes nimio uſu atteruntur. Huic coniecturæ illud ẽt fidem põt aſtruere, q apud Plau. in Epid uocantur Deflocati ſenes, qui decrepiti ſunt, & ita attriti, ut ueſtis, quæ floccos ſuos nimio uſu amiſit.

DEFLAGRO, as, pen. pr. {Ardere, abbruſciare fortemente} (καταφλέγομαι, ἐμπίμπραμαι) comburor, igne conſumor: & ſemper ablatiuum poſtulat. Cic. 4. Acad. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Significat, & per translationẽ, langueſcere, deferueſcere, ἀπωθυμιᾶσθαι. Liu. 10. Bel. Mac. Sed interdum ſpes animum ſubibat deflagrare iras ueſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. Deflagratio, onis, (ἐμπρησμός, ἐμπυρισμός) cõbuſtio. Cice. 3. de Fin. Quoniamq́ illa uox inhumana & ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare quominus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur.

DEFLECTO, is, {Torcere, piegare} (κατακάμπτω, ἀποκλίνω) torqueo, curuo. Col. lib. 3. Cum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit, ramum oliuę deflecte, & ad eius arboris ficulneæ religa. Cic. lib. 3. Offi. pro declino per translationem poſuit: Hoc autem de quo nũc agimus, id ipſum eſt quod Vtile, in quo uerbo lapſa conſuetudo de uia deflexit. Deflexus, us, nomen, idem quod curuatio. Col. Ne deflexu frangatur.

DEFLEO, es, ere, {Piangere} (καταδακρύω) deploro. Ciceroni Aſinius Pollio, lib. 10. Itaque illud initium ciuilis belli defleui.

DEFLO, as, are, (πνέω, πνείω) idem quod flare. Pli. lib. 28. cap. 2. Cibus etiã è manu prolapſus reddebatur, utiq́ per mẽſas, uetabãtq́ munditiarũ cã deflare.

DEFLOCCATI, ſenes, {Vecchi] (γέροντες παρηκμακότες) qui florem uirĩ depoſuere, quaſi attriti. Metaphora tracta uidetur a ueſtibus, quę multo uſu floccos ſuos amittũt. Plau. in Epid. Nam per urbẽ adeo deflorcati ſenes Queritãt me.

DEFLORERE, ſiue Defloreſcere, {Sfiorire} (ἀπανθεῖν, ἀπανθίζεσθαι) flores amittere. Pli. lib. 17. Peſſimum inter omnia, cum defloreſcẽtem uitem, & oleã percutit imber: quoniam ſimul defluit fructus. Auctor ad Here. per translationẽ pro eo poſuit quod dicimus, Vigorem amitto, (παρακμάζειν) Formę (inquit) dignitas, aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate. Defloreſcere apud Col. lib. 2. ca. 11. accipitur pro flores acquirere & eoſdẽ amittere, hoc eſt, incipere, et deſinere florere. Cum (inquit) totam ſpicam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta. Vbi Defloreſcere non ſimpliciter accipitur pro flores acquirere (ut quidam interpretantur) ſed potius flores acquiſitos amittere: ut hic ſit ſenſus: Poſtquã frumentũ edidit ſpicam, ſtatim flores acquirit, & eoſdem intra octo dies amittit. Sic effloreſcere, eſt ualde floridũ fieri ἐξανθεῖν. Cic. in Lęlio: Quę tamen effloreſcit amicitia, etiam ſi tu minus eam ſecutus ſis.

DEFLORARE, {Sporcare, macchiare} (μιαίνω) idẽ eſt quod conſpurcare, cõ-

ſtaminare, uitiare, quaſi floribus & ornatu ſpoliare. Liu. lib. 7. Belli Mace. Erãt qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei fuiſſe interpretantur: uno memorabili prælio fuiſſe debellatum, gloriamq; eius uictoriæ defloratã ad Thermopylas eſſe.

DEFLVERE, deorſũ fluere, {Scorrere à l'ingiu}(καταῤῥεῖν) et propriè de fluminibus dicitur. Pli. lib. 6. ca. 7. Defluit in Rhenum Moganus. Per tranſlationem ſignificat decurrere, delabi. Cic. in Lælio: Ad leues amicitias defluxit oratio. Salu. in Iugurt. Vbi per ſocordiam uires, tempus, ingenium defluxere: hoc eſt quaſi decidere, & perire. Lactan. lib. 3. pro in nihilum redigere poſuit: Nauis ſine gubernatore abit peſſum & corpus relictum ab anima defluit. Quandoq; Defluere eſt ſecundo amne fluere, qua deorſum & uerſus locũ inferiorem fluere. Sunt enim fluminum alueí, quo mari propinquiora, eo deuexiora. Verg. lib. 3. Geor. — Vndiq; aries in gurgite uillis Merſatur, miſſusq; ſecũdo defluit amni. Defluere ẽt dicitur, quod ætate morbo'ue ſoluitur, ἀποῤῥεῖν. Vnde Defluere capillus dicitur, & capillus qui defluit, dicitur Defluus. & Defluuium (ἀλωπεκία) capillorum fluxus, ἀπόῤῥοια. Plin. Sed defluuia comarũ facere dicitur. Idẽ Hippocrates capillos mulierũ defluos fricari raphanis iubet.

DEFLVVIVM, uĩ, (ἀπόῤῥοια) Vide in uerbo Defluere.

DEFLVXVS, us, (καταῤῥοῦς) idem quod defluuium.

DEFODIO, is, pen. cor. {Sepelire}(κατορύττω) ſepelio, obruo. Liu. Fueratq; defoſſi annis quindecim ſupra quingentos loquitur de libris Numæ. Col. lib. 8. pro fodiendo plantare & inſerere poſuit, cũm dixit, Confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli, & uiuam pecudem, quæ ſit peſtuloſa, reſupinã obruamus. Defodere item eſt infrã, ſiue deorſum fodere, κατορύττειν. Idem lib. 2. Paſtinatur terreni iugerum, ita ut ſolum in altitudinem trium pedum defodiatur. Defoſſus, us, ui, Pli. lib. 19. cap. 8. Area in defoſſu cauata.

DEFOETVS, ſi Latinum ſit, idem erit quod effœtus hoc eſt, fœtui per ætatẽ inidoneus. Quod tamen haud ſcio an apud claſſicos ſcriptores reperiatur. Nã quod ad illud teſtimonium attinet, quod ea ſibide Ouidiũ adduci ſolet, Sit quoque, quod rarum eſt, ſolito defœta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ. in caſtigationibus exemplaribus Defecta legitur, non Defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi Deficiſſimum legi debet, non Defœtiſſimũ.

DEFOMICATVM lignum, dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus cõſoueri ſolet, erat ſucciſum. Feſtus.

DEFORE, pen. cor. (ἐλλείψειν) compoſitum à Fore, idem ſignificans quod defuturum eſſe. Ci. de Leg. agrar. contra Rullum: Verũm arbitrantur nõ defore, qui illam reſtituerent.

DEFORMIS, & hoc Deforme {Deforme, ſozzo, brutto}(αἰσχρός) turpis, fœdus, non formoſus. Cice pro Cælio Id nunquam tam acerbe feret M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem eſſe natum. Ci. Marce lib. 4. Nec eam diligere minus debes q; deformior eſt. Deformius nihil eſt ardelione ſene.

DEFORMITAS, atis, {Bruttezza}(ἀμορφία, αἰσχρότης) turpitudo, formæ infelicitas. Cic. 1. de Leg. Deformitas animi, & corporis prauitas. Idem in Off. Nullum eſt maius malũ turpitudine: quę ſi in deformitate corporis aliquid habeat offenſionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri? Deformiter, aduerbium, αἰσχρῶς. Quin. li. 8. c. 3. Iunctura deformiter ſonat.

DEFORMO, as, {Far brutto, diformare}(ἀπομορφόω, ἀμορφόω) deſtruo, & quaſi de forma deiicio priſtinam bonam formam aufero, ab integra forma ad corruptam traduco. Auctor ad Heren. lib. 1. Qui ſunt, qui Italiam deformauerunt? Cic. de Aruſp. reſp. in qua Pompeium ornat, an potius deformat? Itẽ deformare eſt figurare, delineare, & noua forma inſignire, διατυποῦν. Vitru. lib. 6 Tragicæ ſcenæ deformantur columnis, ſignis & regalibus rebus. Idem. Architectus graphidis peritus ut deformare poſſit liniis imitationem, quã uelit, ædificiorum. Hinc Deformatio, onis, uerbale. Liu. 9. ab Vrb. Vt ſuæ quiſq; cõditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maieſtatis, uelut à nefando ſpectaculo auerteret oculos.

DEFRAVDARE, {Defraudare, ingannare} (παρακρούομαι, ἀποστερίζω) uel per ſyncopen Defrudare, eſt per fraudem cuiquam aliquid intercipere, uel circumuenire aliquem. Plau. in Aſina. Nunc uerba in pauca conferam, quid te uelim: Viginti iam uſus eſt filio argenti minis, Face id ut paratum iam ſit. L. Vnde gẽtium? D. Me defraudato. L. Maximas nugas agis: Nudo detrahere ueſtimenta me iubes. Defrudem te ego? age ſis, tu ſine pennis uola. Te'ne ego defrudem cui ipſi nihil eſt in manu? Niſi quid tu porro uxorem defrudaueris. Defraudare geniũ, eſt interrumpere uoluptatem, & naturæ, quod appetit, negare. Ter. in Phor. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo, Suum defraudans geniũ, cõparſit miſer. Contra Indulgere Genio, eſt uoluptati operã dare, & quocũq; nos naturę appetitus trahat, ſubſequi. Quę loquendi formulæ inde tractæ ſunt, quòd antiqui Genium uocabant naturæ Deum, hoſpitalitatis præſidem, Vnde ẽt homo genialis dicitur liberalis & hoſpitalis, & ſplẽdido apparatui aſſuetus.

DEFRÆNATVS, a, um, {Sfrenato}(ἀχάλινος) idẽ quod effrænatus, hoc eſt indomitus, quaſi ſine fræno. Ouid. 1. Metamor. Et defrænato uoluuntur in æquora curſu.

DEFRICO, as, pen. cor. {Fregare}(καταψάω) idem quod ſimplex fricare. Auctor ad Herennium: Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit, poſtquàm perfuſus eſt, defricari.

DEFRIGESCERE, (καταψύχεσθαι) idem quod frigeſcere. Col. lib. 12. ca. 20. Iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris, eo uſque dum defrigeſcat.

DEFRIGO, gis, xi, (αὐταφρύγω) uide in dictione Decoquo.

DEFRINGO, is, {Rompere, frangere}(ἀποῤῥήγνυμι) idem quod frango, uel decerpo. Col. lib. 6. Plerunque fit, ut aut cruce aut cornibus bouum ramuli uitiũ defringantur. Verg. 2. Geor. Aut ſummas defringe ex arbore plantas. Cice. pro Cæcin. Qui præter uites ramum defringerent arboris.

DEFRVGO, as, pe. pro. {Tor uia tutti i frutti}(καρπίζομαι, ἐκκαρπίζομαι) omnem fructum exhaurio, ut faciunt quædam legumina, quę etiam Theophraſtus καρπίζοντα appellat. Agricola itaque agrum defrugare dicitur, cum ad genus ſeminis ferat, uel cum nimia ſectura exinanit agros uel per inſcitiam, aut negligentiam pedis lacerauit in ſulcis: ut cum uel elinata ſementis eſt, uel ſerotina, præ properè aut præpoſterè quod agit. Pli. li. 18. Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetem ne defruges. Colum. Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

DEFRVTARE, {Far uin cotto}(ἑψεῖν) muſtum decoquere, ut inde defrutũ fiat. Col. lib. 2. Sed defrutum quoq; facere & defrutare uinum licet. Hinc Defrutarius, a, um, ἑψητικός: ut, Vaſa defrutaria apud Col. lib. 12. cap. 19. dicunt, quæ ad defrutum idonea ſunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam uinariam, defrutariam.

DEFRVTVM, {Vin cotto}(ἕψημα, ἑψητὸν, παρά χυμα Hippocrati) à deferuendo (ut inquit Pallad.) uinum decoctum, Plinio auctore, uſq; ad mediã partem. Sapa uerò à ſapiditate, muſtum eſt ad tertiam partem decoctum. At Col. aliter, Muſtum, inquit, quàm dulciſſimum decoquitur ad tertias, & decoctũ, ſicut ſuprà dixi, Defrutum uocatur. Sic Nonius: Sapa, quod nunc Mellaciũ dicimus, muſtum ad medium partem decoctum: Defrutũ, ſi ea duabus partibus ad tertiam redigatur deferuefaciendo.

DEFVGERE, {Recuſare}(ἀποδιδράσκειν) recuſare, in totum fugere. Cic. pro Sylla: Itaque attẽdi iam Torquate, quàm ego defugiã auctoritatẽ Cõſulatus mei.

DEFVNCTORIE, (παρέργως) idem eſt, quod languidè, & remiſsè. Vlp. lib. 11. ad Senatuſcon. Tertu. Non ſolùm autem quæ non petit, coercetur. ſed ẽt quę defunctorie petijt, ut priuilegio munitum, uel oneratũ, tribus tutelis.

DEFVNDO, {Verſare}(καταχέω) effundo, & interdum idem quod fundo. Cato de Re ruſt. Aquam defundito non omnem, eo addito oleũ. Col. Poſtea cùm refrixerit, in uaſa defundas, & operias.

DEFVNGOR, eris, (ἀφοσιοῦμαι) uide in dictione Fungor.

DEGENER, pen. co. {Tralygno, baſtardo}(ἀγεννής) qui maiorum ſuorum uirtuti non reſpondet. Verg. 2. Aene. Degeneremq; Neoptolemum narrare memẽto. Ponitur quandoq; pro ignobili & uili (ἀφανής, ἄδοξος, ταπεινός) Verg. 4. Aene. Degeneres animos timor arguit. Eſt autem adiectiuum generis omnis præſertim in obliquis ſingularis numeri. Vnde etiam more aliorum adiectiuorum tertiæ declinationis facit in ablatiuo Degenere, uel Degeneri. Luca. lib. 4. Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte.

DEGENERARE, {Degenerare, tralignare}(ἐξίστασθαι, μεταπίπτειν, ἐκπίπτειν) à genere decidere. Cic. de Prouin. Conſ. Patrem dico, cuius utinam filij non degeneraſſent à grauitate paterna. Verg. lib. 2. Georg. Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores. id eſt, deterioris fiunt ſaporis. Proper. Dij mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis. Dicimus autem Degenerare tam a malo, quàm à bono. Liu. 9. Ne degeneraueris à familia imperioſiſſima, & ſuperbiſſima.

DEGERO, is, ere, {Portare}(φέρω) idem quod gerere. Plaut. in Menæch. At ille mihi ſuppilat aurum, & pallas ex arcis: Modò me ſpoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit. id eſt, defert. Quidam legunt Apud meretrices, & Degerit pro abſumit exponunt, Idem: Atque illud tuæ degeris amicę.

DEGLABRARE, {Pelare}(ἀποψιλοῦν) depilare, & glabrum facere.

DEGLVBO, is, ere, deglubi, deglubitum, {Sgranare, ſcorticare}(ἀποδέρω, ſcalpo) corticem eximere, ſiliquam aut ſolliculum excutere, & granum ſua nudare tunica. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 48. Quod eo ſolliculo deglubitur granum. Item excoriare. Vnde prouerbialis ſententia dici ſolet Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere: quaſi pellem detrahere.

DEGLVTINARE, {Diſſoluere, diſcollare}(ἀποκολλᾶν) eſt diſſoluere, qđ glutinatum erat. Pli. lib. 25. cap. 13. Purgat enim ulcera oculorum, expletq;, et ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

DEGO, is, {Condurre, menare}(ἄγω) ex De, & Ago, abiecto a, præteritum facit Degi, ſine ſupino: idem eſt, quod ago, duco, perago. Et ferè habet poſt ſe accuſatiuum tempus denotantem: ut, Degere uitam, ætatem, annum, diem, horam. Cic. de Senect. Degere omne tempus ætatis ſine moleſtia. Terẽ. Nam hunc diẽ miſeri nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere. Ponitur interdum etiã abſolutè, ſine aliquo accuſatiuo: idemq; ſignificat quod uiuere. Lactan. lib. 5. Idcirco eum uoluit ſub aliena ditione, atq; imperio degere, ut ne rerũ proſperitate corruptus, in luxuriam laberetur. Legitur & paſſiuum Degitur, idq; in tertijs tantùm perſonis. Cic. 1. de Nat. Deo. Quæ uita diuorum ſit, quæq; ab ijs degatur ætas. Accipitur item Degere pro demere, detrahere. Plau. in Aulu. Nũc ego, iſtum lotor liborem degam, & diminuam. id eſt, demam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

DEGRAVO, as, are, {Aggrauare, premere}(βρίθειν, καταβαρύνειν) grauẽ, & ponderoſum reddere, deprimere, moleſtare. Liu. 4. ab Vrbe: Alios in aquã cõpulſos gurgites ſerunt: etiã peritos nandi laſſitudo, & uulnera, & pauor degrauant. Labore operis degrauari, apud Col. lib. 6. cap. 2. Paulatim degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur: apud eundem lib. 1. cap. 5.

DEGRVMMARI, (εὐθύνειν κατὰ γνώμονα) ad grumæ menſuram dirigere. Eſt autem Gruma teſte Nonio, menſura quædam, qua ſtratæ uiæ, ad lineã diriguntur. Lucilius: Viamq; degrummabis, ut caſtris menſor fecit olim.

DEGVLO, as, pen. co. {Inghiottire}(καταλαιμάω, καταλιχνεύω) abligurio, quaſi gulæ trado. Plau. poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.

DEGVSTARE, {Guſtare, aſſaggiare}(γεύομαι, ἀπογεύομαι) idem ſignificat, quod ſimplex Guſtare, ſeu delibare. Plin. lib. 18. cap. 2. Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut uina. Deguſtare pabulum. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5. Per tranſlationem etiã accipitur pro leuiter et in tranſcurſu aliquid attingere. Ci. 5. Tuſc. Viſne igitur, inquit, ò Damocle, quoniam hæc te uita delectat, ipſe eãdem deguſtare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referẽdum eſt illud Lucretij lib. 1. Ignes deguſtant tigna celeri flamma hoc eſt, leuiter attingunt. Deguſtare conuiuam, dixit Cic. lib. 4. Epiſto. ad Atticum, pro eo quod eſt ſententiam eius expiſcari. Velim (inquit) ex Fabio, ſiquem habes aditum, odorere, & iſtum conuiuam tuum deguſtes.

DEHAVRIO, is, ire, {Cauar fora}(ἀπαντλέω) idẽ quod ſimplex haurio. Cat. cap. 66. Cùm oleum ſuſtuleris cortina, amurcam dehaurito.

DEHINC, {Dipoi, per lo inanzi}(τοῦντεῦθεν, ἀπὸ τοῦ νῦν) id eſt, poſthac. Tere. in And. Dehinc ut quieſcant porro moneo. Item ſignificat deinde, (ἔπειτα) ut ſit aduerbium ordinis. Salluſt. In primis arduum uidetur res geſtas ſcribere: primum q; facta dictis exæquanda ſunt: dehinc quia plerịq; delicta, quæ tu reprehenderis, maliuolentia atque inuidia putant eſſe dicta.

DEHISCERE, {Aprire forte, ſpalancare}(χαίνειν) aperiri, findi, rimas agere. Plin. libr. 8. Acus, ſiue belone, unus piſcium dehiſcente propter multitudinem utero parit hoc eſt, ſe aperiente.

DEHONESTAMENTVM, {*Dishoneſtà, guaſtamento*} (αἶσχος) dicitur quod gratiam & honeſtatem alicui rei adimit. Vnde Vultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, uultum hominis dedecorans, aut oculi effoſsio. Gel. lib. 2. Quo dehoneſtamento corporis maximè lætabantur. Pro contumelia uſus eſt Tac. lib. 12. Atque ille non proprium, neque Arſacis de gente, ſed alienigenam, & Romanum increpans, auribus deciſis uiuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento.

DEHONESTO, as, {*Dishoneſtare, dishonorare*} (ἀτιμάζω) contrarium uerbi Honeſto, quod ſignificat honore afficio.

DEHONESTVS, a, um, quod eſt ualde honeſtum, περιέμνος. Gell. Dehoneſtum, depeculatumq; uerbum.

DEHORTOR, aris, {*Sconfortare. Pet. Che val dire à ſeuer chi ſi ſconforta*} (μετοτρέπω) diſſuadeo. Cic in Piſonem: Res ipſa, & Reipublicę tempus, aut meipſum, quod nolim aut alium quempiam aut inuitabit, aut dehortabitur.

DEIANIRA, (Δηιάνειρα) filia fuit Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon erat. Hęc adeò formoſa erat, ut multos procos haberet: tandem Acheloo deſponſata eſt primò, deinde Herculi. Itaq; nuptiarum gratia ortum eſt inter eos certamen: ſed Acheloo uicto, Herculi ceſsit. Porrò cùm Hercules tranſiturus eſſet Euenum Aetoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Neſſus Centaurus ſeipſum ultro obtulit ad tranſuehendam Deianiram: quam quum Neſſo commiſiſſet, ipſe primus intrepidè tranauit fluuium. Neſſus autem adhuc in altera ripa ſtans, nouam nuptam uitiare uoluit: quod uidens Hercules ſagittis Hydræ ſanguine infectis Cētaurum tranſfixit: qui ſe moriturum ſentiens, ut hoſtem ulciſceretur, Deianirę ueſtem ſuam proprio ſanguine perfuſam dono dedit, aſſerens ei uim amatoriam ineſſe, et ſi hac maritus indueretur, ipſum ab aliarum mulierum amore iri auocatum. Mulier itaque nimis credula munus accepit, et cùm audiſſet maritum ſuum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri. Neſſi ueſtem Domino ſuo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali ſuſpicans, quum ſacrificaturus eam induiſſet, tātis cruciatibus affectus eſt, ut in furorem uerſus, Lycham è Cęnæo monte in Euboicum mare deiecerit, qui in ſcopulum mutatus eſt. Ipſe autem Hercules arcu ſagittis Phyloctetæ cōmiſſis, ſe in ardentem pyram in Oeta mōte conſtructum coniecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua ſe interfecit, ex cuius ſanguine poſtea nata eſt herba, quæ Nymphæa, & Heracleon dicitur. Ouid. lib. 9. Metam. Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Ioui, cùm fama loquax peruenit ad aures, Deianira tuas, &c.

DEIDAMIA, (Δηιδάμεια) filia fuit Lycomedis regis Scyri inſulæ, quam Achilles, cùm inter regis huius filias ſub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statium in Achilleid.

DEIERO, p.co. {*Giurare, ſantamente*} (ἐπομόω, διόμνυμι) ſanctè iuro, iureiurando affirmo. Gell. lib. 1. Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re cauſaq; eius falſum deieraret, his ad eum uerbis uſus eſt. Terē. in Eun. Illum liquet mihi deierare, his menſibus Sex, uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis.

DEIICIO, is, pe. co. {*Gettare abbaſſo*} (καταβάλλω) deorſum iacio, uel deorſum mitto. Verg. 8. Aen. Toto genitor quæ plurima cœlo Deiicit in terras. Liu. lib. 16. pro ſecando deiicio poſuit, αὐτὰ φέρω: Dum (inquit) intētus in eum rex ſe aduerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit. Per tranſlationem ponitur pro auerto, ἀποτρέπω. Cic. in Philip. Nec uero uſquam, nec à Republica oculos deiiciebam. Item pro depellere uel deturbare, παραβάλλω. ἐξελαύνω, ut apud eundem 2. Verr. Pollicitus eſt, quantum uellent pecuniæ, ſi me Aedilitate deieciſſent. Idem pro Muræna: Q. Tubero Prætura deiectus eſt. Deiicere de gradu, id eſt, dignitate. Cic. ; Attic. lib. 16. Ex quo mihi uidetur ſpeciāλυς ille deiectus de gradu. Deiicere de gradu, pro eo quod eſt, de conſtantia deducere, & propoſito, in quo pedem fiximus. Cic. 1. Offic. Fortis enim & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur: ſed præſenti animo uti, & conſilio, nec à ratione diſcedere. Ad eundem modum dicimus, Deiicere de poſſeſsione, Deiicere de ſententia, Deiicere de dignitate. Ab hoc uerbo fit Deiectus, us, pro deiectione, καταβολή. Liui. 9. ab Vrb. Cum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorum ingentium obiacente mole inuenere.

DEIN, {*Dopo, poſcia*} (ἔπειτα) per apocopen dictum eſt à Deinde, ſicut Exin, ab Exinde, Proin à Proinde, Subin pro Subinde, Significat autem Dein idem quod Deinde, ſiue poſtea: & eſt Poetis familiarius, quàm Oratoribus. Terent. in And. Accepit conditionem, dein quæſtum occipit.

DEINDE, (ἔπειτα) aduerbium eſt, ordinem, ſiue tempus importans, idemq; ferè ſignificans, quod poſtea. Componitur ex De, præpoſitione, & aduerbio inde: & habet accentum, teſte Priſciano, in antepenultima, ne duę uideātur dictiones ſeparatæ, quod etiam contingit in Exinde, Nimirum, Aliquando, & ſimilibus. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. Te uelim cures ut ſciam, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus. In carmine ferè ſemper contractionem patitur, fitq; dictio diſſyllaba. Vergil. 3. Eclog. Incipe Damœta, tu deinde ſequere Menalca.

DEINCEPS, {*Ordinatamente, dipoi*} (ἐφεξῆς) propriè ſignificat gradatim, per ordinem, ſiue per uices, ſiue quod uulgò dicere ſolemus, unus poſt alium. Liui. lib. 1. Ita duo deinceps reges alius alia uia, ille bello, hic pace, ciuitatem auxerūt. Cice. Thermo: Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, promptos, non indiſertos, quos uideo deinceps Tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. Colum. lib. 6. Quomodo, & qualis generis faciendum ſit, non pigebit deinceps præcipere. id eſt per ordinem. Interdum ſumitur pro poſthac, ſiue in poſterum. Cice. Atti. lib. 7. Velim deinceps meliora ſint. Interdum pro præterea. Liui. 1. ab urbe: Extemplo aduocato concilio, ſcelera in ſe fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent, cædem deinceps tyranni, ſeq; eius auctorem oſtendit.

DEINSVPER, pen. cor. {*Diſopra*} (ἄνωθεν) ſignificat deſuper. Salluſtius lib. 1. Hiſto. ut citatur à Nonio: Ad medium deinſuper aſtantium manibus in murum attollitur.

DEINTEGRO, pe. cor. {*Di nouo*} (ἐξ ὑπαρχῆς) ſignificat denuo, ſiue à principio ad finem. Teren. in Andr. Poſthac quas faciet deintegrò comœdias. Deintegrò incidere in morbum, Cicero ad Cornificium lib. 12. Gratulari alicui deintegro, Idem Attico.

DEIOCES, Phraortæ filius, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Auctor Herodo. lib. 1.

DEIONE, es, (Δηιόνη) mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deionidem uocat Ouid. lib. 9. Metam. ubi ſic habet: Tunc erat inualidus, Deionidēq; iuuenę Robore Miletum, Phœboq; parēte ſuperbum, Pertimuit.

DEIOPEIA, (Δηϊόπεια) ſiue Deiope, pe. co. una ex Nymphis Iunonis, quā illa apud Verg. 1. Aenei. Aeolo uxorem pollicetur. Sunt (inquit) mihi bis ſeptē præſtanti corpore Nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam Cōnubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo.

DEIOTARVS, Galatiæ rex fuit populo Romano amiciſsimus, qui tempore belli Pharſalici Pompeij partes ſecutus eſt, eoq; profligato ad Cæſaris uictoris clementiam confugit, à quo Regis quidem nomen retinuit, parte tamen regni mulctatus eſt. Poſtea accuſatus, q̄ Cæſari apud ſe diuertenti inſidias ſtruxiſſet, à Cicerone defenſus elegantiſsima oratione, quæ etiam hodie extat. Fuit & Deiotarus alter Adramyttenus, ludi literarij magiſter, apud Gargara Troadis, ut ſcribit Stepha.

DEIPHILE, (Δηιφίλη) nomen Adraſti regis filiæ, & Tydei uxoris, matris Diomedis, Græcorū omniū poſt Achillem & Aiacem Telamoniū fortiſsimi.

DEIPHOBE, es, (Δηιφόβη) nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Aeneam ad inferos duxit. Verg. 6. Aenei. Phœbi, Triuiæq; ſacerdos, Deiphobe Glauci.

DEIPHOBVS, p. c. (Δηίφοβος) nomen filij Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit uxorem, cuius tamen dolo, & proditione interfectus eſt a Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromiſit, ut auctor eſt Vergil. lib. 6. Atq; hic Priamidem laniatū corpore toto Deiphobum uidit, &c.

DEIPHYLVS, pe. c. (Δηίφυλος) fuit Stheleni filius, Capanei in bello Troiano amicus fideliſsimus, teſte Home. 5. Iliad.

DEIVGO, gas, pen. cor. diſiungo, ἀποζεύγνυμι, cui contrarium eſt Coniugo. Pacuuius Chryſe, ut citat Nonius: Perq; noſtram egregiam unanimitatem, quam memoria deiugat.

DEIVNGO, is, {*Diſgiungere*} (ἀφορίζω) diſiungo. Cic. de Vniuerſ. Ita neceſſitas cogit, ut eadem ſint ea quæ deiuncta fuerunt.

DEIVRIVM, (ὁμωμοσία) ſanctum iuſiurandū, Gel. lib. 7. cap. 8. Tum octo ex ijs poſtliminium iuſtum nō eſſe ſibi reſponderunt, quoniā deiurio uincti eſſent.

DEIVRO, as, are, (ἐπομόω, διόμνυμι) idem quod deiero, hoc eſt, ſanctè iuro. Plaut. in Caſ. Per deos omnes, & deas deiurauit. Idem in Rud. Deiura te mihi argentum daturum.

DEIVRVS, pen. pro. (ὁρκωμότης) qui ſanctè, & ualde iurat.

DEIVVO, as, antiqui dicebant pro non iuuare. Plaut. in Trin. Deſerere illum, & deiuuare in rebus aduerſis pudet.

DELABOR, eris, delapſus ſum. {*Scorrere abbaſſo, cadere abbaſſo*} (καταπίπτω, καταλισθαίνω) ſignificat deorſum labi, decidere. Verg. in Sileno. Serta procul capiti tantum delapſa iacebant. Liui. Cœlo repente delapſus. Et cum præpoſitione. Cice. Offic. 1. Ita conſilijs, diligentiaq; noſtra celeriter de manibus audaciſsimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Et tranſlate, Cice. de Orato. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer. Idem in Lælio: Iam enim a ſapientū familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio noſtra delabitur. Et de Orat. lib. 2. Sed nonnunquam in hoc uitium ſcurrile delabitur. Fami. lib. 6. Nam & ipſe, qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem uidetur. id eſt, paulatim ad æquitatem propius accedere. Offici. li. 2. Habenda autem eſt ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. Id eſt, conſumi, ad nihilum redigi. οἴχεσθαι.

DELACERO, as, {*Lacerare, ſtracciare*} (διασπαράσσω, διαρρήγνυμι) in partes lacero, conſcindo, conſumo. Plaut. Capt. Qui me meamq; rem, quod in te uno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs delacerauiſti.

DELACRYMARE, {*Lagrimare*} (ἀποδακρύειν) eſt lacrymas, uel aquam more lacrymantis demittere. Columel. libr. 5. de uite loquens: Vt interdum potius deuexa, quàm in germine delacrymet. Delacrymatio, onis. Plin. libr. 37. cap. 11. Vis eius collyrijs oculorum aptiſsima, & delacrymationibus mordendo proficiens.

DELÆVO, as, (λειαίνω) compoſitum eſt a Læuo, idem ſignificans, quod ſimplex. Colum. de Arb. cap. 6. Plagam acutiſsimo ferro delæuato.

DELAMBO, is, ere, (λείχω, λάπτω) idem quod lambere. Stat. 2. Theb. Molliaq; erecta delambit uellera lingua.

DELAMENTOR, aris, (καταδακρύω) defleo. Ouid. 11. Metamorp. ...Et natam delamentantur ademptam.

DELANIO, as, pe. cor. (διασπαράσσω) diſcindo, & quaſi lanam traho, unde Lanius, qui pecus diſcindit. Feſtus.

DELAPIDATA, {*Selciata, laſtricata*} (λιθόστρωτα) dicuntur lapide ſtrata cuiuſmodi eſt uia Appia, quam a Porta Capena Brunduſium uſque quadratis ſaxis ſtrauit Appius ille Cæcus: Ex Feſto.

DELASSO, as, {*Stancare*} (καταπονέω) idem quod ſimplex laſſo. Horat. 1. Sermon Sat. 1. Cætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem Delaſſare ualent Fabium.

DELATORES, {*Accuſatori occulti*} (συκοφάνται, ἐνδείκται, φιλαιτιάμονες) occulti accuſatores. Et Delatio (ἔνδειξις, φάσις) occulta accuſatio, unde Defero.

DELEBILE, {*Coſa che ſi può cancellare*} (ἐξαλειπτόν) quod deleri poteſt. Martial. lib. 7. Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet. Cuius contrarium eſt Indelebile, quod deleri non poteſt. δυσεξάλειπτον.

DELECTAMENTVM, ti, {*Diletto*} (τερπωλή, τέρπνότης) oblectatio, uoluptas. Cice. de Senect. Poſſem perſequi permulta delectamenta rerum ruſticarum: ſed ea ipſa, quæ dixi, ſentio eſſe longiora.

DELECTATIO, {*Dilettatione*} (τέρψις) a delectando, eſt iucunditas, quam ex re aliqua percipimus, quam ſic definit Cic. lib. 4. Tuſcu. Delectatio, eſt uoluptas ſuauitate auditus animum deliniens. & qualis hæc eſt aurium, tales ſunt oculorum, & tactuum, et odorationum, & ſaporum: quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ uoluptates.

DELECTO, {*Dilettar dar piacere. Pet. Il mal che mi diletta, & non mi duole*} (τέρπω) & Oblecto, compoſita ſunt a Lacto, quod eſt frequentatiuum ab antiquo uerbo Lacio. Delecto ſæpius in tertia perſona utunt̄ auctores. Cic. k uſus

Itaque me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter uidebam. Quando cum infinitiuo iungitur, ponitur imperſonaliter. Alioqui uerbum eſt actiuum, & habet paſſiuum per omnes modos, tempora, & perſonas uſitatiſſimum. Cice. Pæto: Plures etiã pauones confeci, q̃ tu pullos colũbinos. tu te iſtic Athraniano iure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto uerò, (εὐφραίνω) plerunq; in ſe ſignificationem paſſiuam habet, quamuis & actiuam. Et quanquam paſſiuam habet, tamen regit accuſatiuum non alterius perſonæ aut rei, q̃ eius qui ſe oblectat. Et ultra accuſatiuũ, ablatiuum poſtulat, ex quo paſſiua ſignificatio monſtratur. Et hoc tribus potiſſimum modis. Interdum enim hoc contingit nulla præcedente præpoſitione. Teren. in Eun. Me ſperes, me te oblectes. Interdum præcedente præpoſitione Cum. Idem: Tu cum illa te intus oblecta interim. Aliquando etiam cũ præpoſitione In. Idem: In eo me oblecto ſolũ id eſt, mihi charum. Cic. in actiua ſignificatione ſumpſit, cum in Catone ait: Quas ſi exequi neſcirem, tamen me lectulus meus oblectaret. quod eſt, quaſi delectaret. Et pro Archia: Adoleſcentiã agunt, ſenectutem oblectant. ſcilicet literæ. Eſt autem Oblecto ſicut & Delecto, compoſitum a uerbo Lacto. quod eſt frequẽtatiuum ab antiquo uerbo Lacio. Eſt autẽ Lacto propriè dulcedine uel ſpe aliqua duco: & ferè ſemper in peiorem partem accipitur. Teren. Solicitando & pollicendo eorum animos lactas. A' Delecto fit Delectatio, Delectamen & Delectamentum, ab Oblecto, Oblectatio, Oblectamen, & Oblectamentum, διαγωγὴ παιδιὰ, ἐπαφρόδιτον.

Delectare uero (ἐφέλκειν) propriè ſignificat attrahere, ducere. Ennius: Et me Apollo ipſe delectat ac ducit Delphicus. Quadrigarius: Fabius de nocte corpit hoſtium caſtra oppugnare, hoſtem delectare. Et quoniam quę grata ac iucunda ſunt, nos attrahere ſolent, factum eſt ut Delectare ſit gratum eſſe, ac iucunditate afficere. Paſſiuum etiam Delector habet poſt ſe ablatiuum, et hoc ſine præpoſitione, uel mediante præpoſitione Cum, uel In. Caſum autem peculiarẽ omnibus uerbis paſſiuis, qui eſt ablatiuus præcedente præpoſitione A', uel Ab, nõ admittit. Vnde etiam nonnulli deponens eſſe crediderunt. Eſt autem Delector, delectatione, uel iucunditate afficio, χαίρω, εὐφραίνομαι, φιλῶ. Colu. libr. 1. Iucundius utiq; uiro, ſi etiam matrona comitatur: cuius ut ſexus, ita animus eſt delicatior: amœnitate aliqua delectanda erit, quò patientius moretur cum uiro. Quod in alijs etiam uerbis fieri ſolet: ut, Deſiderium tenet me, id eſt, teneor deſiderio. Sic Oblector & huiuſmodi, quæ ſignificationem paſſiuam innatam habent. Lactant. lib. 2. Auro, & gemmis, & ebore delectantur. Idem: Oblectatur friuolis, & ſpecie ſimulacrorum capitur. Cice. Cælio: In communibus miſerijs hac tamen oblectabar ſpecula.

DELECTVS, us, {*Scelta, elettione*} (ἐκλογή) uerbale à deligẽdo, idẽ eſt quod electio. Inde Delectus militum, dicitur militum electio, cùm ſcilicet Imperator pro imperij ſui auctoritate, quos ei uiſum fuerit ad militiã conſcribit, etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reipub. periculis fieri conſueuit: alioqui contenti erant ijs, qui ultrò nomina dabant. Homines autem per quos Imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquiſitores appellabantur. Cice. ad Attic. Nullus uſquam delectus. nam cõquiſitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Idem de Prouincijs Conſ. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione coctus, omnis interijt. Frequẽtiſſimè autem Delectus accipitur pro diſcrimine, ſiue iudicio (κρίσις) quod inde factum uidetur, q; rectè deligere, niſi adhibito iudicio, & perſpecto rerum diſcrimine non poſſumus. Hinc dicimus, In uſu uerborum & ſententiarum adhibendum eſſe delectum, id eſt, iudicium. Cice. de Clar. Orat. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ.

DELEGO, as, {*Diputare, aſſignare*} (ἐπιτρέπω) deputo, pręficio, ut cum quẽpiam meo loco officio, negotio'ue exequendo præficio. Colum. lib. 4. Imò quis non impudentiſſimum quenq;, etiam eum qui nihil aliud operis facere ualeat, huic negotio delegat? Cic. Poſt delegatam mihi hanc prouinciam, id eſt, poſt onus mihi impoſitum. Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe cauſas, alteri cognoſcendas iniungere. Delegare etiam ſignificat legatos mittere, ἀποστέλλειν. Liui. Decernunt, ut duodecim delegarentur ad regem. Veteres pro diſcedere & diſpertire poſuerunt. Plau. in Amph. Si cui fautores delegatos uiderit. Et Delegata, dixerunt dijs conſecrata, quæ nunc Dedicata, (ἀφιερωμένα) dicimus. Delegare etiam frequens eſt apud Iuriſconſultos pro eo, quod mercatores uulgò uocant Aſſignare, hoc eſt, alium pro ſe debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. Iuſtinianus Cod. de Nouationib. & delegat. Delegatio debiti, niſi conſentiente & ſtipulanti promittente debitore, iure perfici non poteſt.

DELENIO, is, ire, {*Ammolire, addolcire*} (πραΰνω, μειλίσσω) compoſitum eſt à Lenio, idem ſignificans quod Demulceo, uel Lenio, hoc eſt, manſuetum reddo. Columel. lib. 10. Sed tamen iracundia notę melioris apium facile delenitur, aſſiduo interuentu eorum, qui curant aluearia. Delenificus, blandiloquus. Plaut. in Milite: Domi dolos, delenifica uerba, domi fallacias.

DELEO, les, deleui, deletum, {*Cancellare*} (ἐξαλείφω, περιγράφω) ex De, & Leo (ut inquit Priſcianus) propriè eſt ſcripturã, picturam, uel aliquid ſimile induco, ſiue extero. Cice. pro Cluen. Eadem hac Dinea teſtamentum faciente, cũ tabulas prendiſſet Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit: & cũ id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum, ſignis adulterinis obſignauit. Per metaphoram quoq; hoc uerbo utuntur pro euertere, ſeu deſtruere. Cæſ. 2. Bel. Ciuil. Qum ſpe prędæ in urbem irrumperent, urbemq; delerent. Nonnunquam etiam pro tollere, remouere, ſeu obliterare. Cic. pro lege Man. Delenda eſt uobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Hinc Deletus, a, um, & Delitus, teſte Diomede. Varro Delitæ literæ: quod tamen à delino eſſe poteſt.

DELETERIA, medicamenta, (δηλητήρια φάρμακα) à medicis appellantur noxia, & mortifera, quæ ſcilicet cum à calore noſtro uinci non queant ut q; concoqui, alia celerius, alia tardius, mortem inferunt. Dicta deleteria, à uerbo Græco δηλεῖσθαι, quod eſt, lædo, ſiue noceo.

DELETILIS, le, pen. cor. quod delet. Varr. Si diſplicet tibi tam magnum, ſumam ſpongiam deletilem. Interdum Deletile, ſeu Deletitium paſſiue ſumitur pro eo quod deletur, ſiue deleri ſolet: ut, Charta, ſeu tabula deletitia (παλίμψηστος) quæ abraſis uel inductis prioribus literis reſcribitur.

DELIACVS, a, um, (δηλιακὸς) quod eſt ex Delo. Vnde Deliaca uaſa dicta ſunt ex ære pretioſo, ab inſula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. Plini. lib. 34. Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cice pro Roſc. Domus Chryſogni referta uaſis Corinthijs & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum, & fulcra.

DELIBATORIVM, locus delibationi accommodatus. Plin. lib. 16. Fuit et memoria noſtra in porticibus ſeptorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi cauſa, quæ delibatorio ſuperfuerat uiginti pedibus breuior ſeſquipedali craſſitudine. Alij legunt apud Plinium Diribitorium.

DELIBERARE, {*Deliberare*} (διασκοπεῖν) dictum eſt à libella, qua quid ponderatur, & ſignificat conſultare, decernere. perpendere uel definire. Cicer. Poſtquam reuerſus eſt ab exilio: Noctem ſibi ad deliberandũ poſtulauit. Idem in Verr. Deliberatum eſt. id eſt, fixum, & decretum eſt. διέγνωσται. Aliquando dubitare, ἐνδοιάζειν. Cice. lib. 3. Offic. Eſt enim totum ſceleratum & impium, qui deliberant, utrum id ſequantur, quod honeſtum eſſe uideant. Deliberatur, imperſonale. Cęſa. 7. bell. Gall. Deliberatur de Auarico in communi cõſilio, incendi placeret, an defendi. Deliberatus, participium. Horat. 2. Carm. Ode 37. Vt atrum corpore combiberet uenenum Deliberata morte. Deliberatus, nomen ex participio. Ci. Mete. lib. 5. Neque illi quicquam deliberatius fuit, q̃ me, quacunq; ratione poſſet, non iudicio, neq; diſceptatione, ſed ui atque impreſſione euertere. Deliberatum, ſubſtantiuum. Cæſ. 1. bel. Ciui. Illi deliberata reſpondent, ſcriptaq; ad eum mandata per eos remittunt. Deliberator, oris. Cicer. pro Seſt. Illi interea deliberatori merces, longa interpoſita nocte, duplicata eſt. Deliberatio, onis, σκέμμα. Cic. 1. Offic. Triplex igitur eſt, ut Panetio uidetur, con ſilij capiẽdi deliberatio. Deliberatiuus, a, um: ut, Deliberatiuum genus orationis, apud Cice. 1. de Inuent. Cauſa deliberatiua 2. de Inuent. Materiæ deliberatiuæ, Quintil. lib. 2. cap. 7. Deliberabundus, a, um, deliberans. Liui. 2. ab urb. Conſules uelut deliberabundi capita conferunt, diu colloquũtur. Idem li. 1. Rex uelut deliberabundus, in hortum ædium tranſit.

DELIBERATIVVM, (συμβουλευτικὸν) genus eſt, quod in conſultatione poſitum, habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem.

DELIBO, as, pe. pro. {*Menomare, guſtando, aſſaggiare*} (ἀπολείβω) ſignificat decerpo, quaſi libando minuo. Cice. pro Seſt. Non ſum tam ignarus, Iudices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam, atque delibem. Nonnunquam etiam accipitur pro leuiter attingere, & quaſi ſummis labris deguſtare. Idem Famil. 10. Putabamus, poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam. Interdum uiolo, deſtruo, uitio. Gell. lib. 1. Rependitur quippe & compenſatur leue damnũ delibatæ honeſtatis. id eſt, uitiatæ. Melius autem huius uerbi ſignificationem aſſequetur, qui ſciuerit Græcam habere originem. Eſt enim compoſitum à uerbo, Lybo, Græce λείβω, quod idem ſignificat quod rigo, uel humecto: unde cùm ſumma tantùm labra rigamus, & leuiter deguſtamus, propriè Libare dicimur. Nimis itaque puerilis lapſus eſt eorum, qui Libare dictum putant quaſi Labiare.

DELIBRO, as, pe. cor. {*Scorzare, leuare la ſcorza*} (ὑπολεπίζω) decortico librum, id eſt, corticem arbori detraho. Colum. lib. 3. Iocã nitidiſſimum ramum eligito, & eiuſmodi ſpatij corticem circuncidito, & materiam delibrato. Eſt etiam Delibro à Libra deductum, & compoſitum à Libro, as, cuius pen. producitur, de quo in dictione Libro.

DELIBVTVS, {*Onto*} (ἀλήλιμμένος) unctus, quaſi oleo aut alio liquore imbutus. Cice. de Clar. Orato. Qui deuinctus erat faſcijs, & multis medicamẽtis propter dolorem artium delibutus. Transfertur & ad animũ. Ter. in Phor. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? Sallu. Vox ſacrilega, ac periurijs delibuta. Eſt autem participium ſine uerbo, nec ſcio an compoſitum ſit.

DELICATA, orum. Vide Delico.

DELICATVS, a, um, {*Delicato, polito*} (τρυφερὸς, ἁβρὸς, θρυπτικός) à Delicium ſit, & idem eſt quod plenus delicijs, ſeu qui in delicijs uiuere aſſuetus eſt. Cic. 6. Verr. Noſtrum enim unuſquiſque, qui tam beati, q̃ iſte eſt, non ſumus, tã delicati eſſe non poſſumus. Per metaphoram mollis ac tener dicitur: ut Molles, & delicatæ uoluptates, apud Cice. 1. de Natu. Deo. Delicate, aduer. Colu. Cultam, ueſtitamq; familiam utiliter magis habeat, q̃ delicate.

DELICIAS facere, (τρυφᾶν, καὶ τὸ τρυφερὸν, κατηχλιδᾶν) ſæpe legitur pro eo, quod eſt fermè laſciuire ac luſitare, & quodammodo faſtidire, ac ſe ſuperiorẽ eſſe uerbis, aut geſtu oſtẽdere: quod aliter dicitur Deliciari, ἐντρυφᾶν. Plau. Eia delicias facis mi Menæchme: quin, amabò, is intrò.

DELICIA, ę, auctore Feſto, tigni genus dicitur, quod è culmine ad tegulas angulares infimas uerſus faſtigiatum collocatur. Vnde & tectum ipſum Deliciatum, & tegulæ Deliciares, ſiue Colliciares appellantur. Cato de re ruſt. ca. 14. Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

DELICIVM, cij, in ſingulari, & Deliciæ, arum, in plurali, {*Delitie, delicatezze*} (τὰ παιδικὰ) oblectamentum, oblectamẽta'ue, quæ nobis uoluptati ſunt: à Delicio, quod ex De, & Lacio, componitur. Mart. lib. 13. Delicium paruo donabis Dorcada nato. Cic. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, q̃ ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore atque in delicijs fuit? Sueto. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Legitur & Delicia, fœmi. genere. Plaut. Mea uoluptas, mea delicia.

DELICO, as, pen. cor. {*Spianare, moſtrare*} (δηλῶ) explico, explano, interpretor. Titinnius lib. 5. ut citat Nonius: quid iſthuc eſt, aut iſte uult ſermo? mater delica id eſt, explana. Veteres etiam Delicare, pro dedicare quoq; dicebant.

Vnde Delicata, orum, dicebant dijs cõſecrata, quę nũc Dicata appellantur.

DELICVS PORCVS, qui dicatur, exponit Varr. 1. de Re ruſt. ca. 15. his uerbis: Cùm porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam Delici appellantur, neque iam lactentes dicuntur.

DELICTVM. {*Delitto, peccato*} (πταῖσμα) peccatum, à Delinquo, is, q; qui peccat, delinquat officium ſuum. Nam propriè dictum eſt, quum non fiunt, quę fieri debent: Peccatum, cùm fiunt, quæ fieri non debent. Pli. lib. 14. cap. 1. Atq; etiam in delictis pœnam ipſam ignorat.

DELIGO, gis, {*Eleggere*} (ἐπιλέγομαι) ex De, & Lego compoſitum. Deligere & Eligere ſic differunt, ut Deligere ſit, quod magis idoneum ad rem agendã eſt, cernere: Eligere uero, uel ad noſtrum emolumentum, uel ad illius qui eligitur, dignitatem. Vide Vallam lib. 5. Cæſ. 3. bel. Gal. Duces uero hi deliguntur.

Cic.a.

Cic.2.Offi. Quibuſcum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo eorum ſe fore ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitãdum. Deligere pro colligere. Tenuis prima deligere angue roſam, Ouid Epiſt.4. Delectus, partic. Cic. pro Roſci. Amer. Ad eam'ne rem uos reſeruati eſtis, ad eam'ne rem delecti, ut eos condemnaretis, &c. Delectus, us, ui, uide ſuo loco, & nonnulla in uerbo Eligo.

DELIGO, as, are, {Legare}(δέω, δεσμεύω) idem quod ligo, uincio. Varr. 1. de Re ruſt. cap.47. Ea ſumma integenda binis tabellis, dextra ac ſiniſtra deligatis, herbæq; elidendæ. Deligare ad palum, Cic.7. Verr. Deligatis omnibus membris, Idem 6. Verr. Deligata in linteolo grana, Plin. lib.22. cap.25.

DELIMO, pe p. {Limare}(ἀπορρινίζω) compoſitum eſt à uerbo Limo, ſignificans idem quod lima abrado. Plin. lib.34. cap.11. Alij delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt. Pro eodem etiam alio in loco Plini. dixit Elimare.

DELINGERE, præterit. Delinxi {Leccare}(λείχω) idem eſt, quod ſimplex Lingo. Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem. Vide latius in uerbo Lingo.

DELINIMENTVM, oblectamentum, θέλγητρον. Liu.4. ab Vrb. Aptiſſimum tempus erat, uindicatis ſeditionibus, delinimentum animis Nolani agri diuiſionem obijci.

DELINIO, is, ire, {Vngere, placare, mitigare. Pet. Amor con tal dolcezza m'unge & punge} ſi partium compoſitionem ſpectes, idem erit quod perungo, καταχρίω. Frequentius tamen accipitur pro permulceo, placo, & illecebris quibuſdã allicio. κηλέω, θέλγω. Plaut. Stich. Vt eum aduenientẽ meis dictis delinĩ. Ci. pro Mil. Vt non modo uirtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimonijs deliniret. Delinitus, participium. Cic. in Epiſto. Iam eſt biennium, cùm uirtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. Delinitor, oris. Cic. de Clar. Ora. Vt non cum aduerſario ſolùm, ſed etiam (quod mirabile eſſet) cũ iudice ipſo, cuius delinitor eſſe debet orator, iurgio ſæpe contenderet. Delinitio, onis. Cice.2. Offi. Ipſaq; illa delinitio multitudinis ad breue exiguumq; ſit tempus.

DELINEO, as. {Deſignare}(διαγράφω, καταγράφω) compoſitum ex præpoſitione De & nomine Linea, deſigno & rudíter depingo: ut ſit, cùm pictores primum pingut quadam Mineruã futuri operis lineamenta ducunt. Plin. de Apelle: Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit. Vnde Lineamenta (γραμμαὶ) dicta ſunt Idem pauló pòſt. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus eſt.

DELINO, is, pe.c. {Cancellare}(ἐκτιχρίω) delini, deleui, & deliui, delitum pe. cor. fœdare, corrumpere. Vnde Delitus, pro fœdatus. Cic. Caluo. Tub moleſte, q literæ delitæ mihi à te redditæ ſunt. Priſc. lib.9.

DELINQVO, is, deliqui, delictum, {Fallire, peccare}(πλημμελέω) pecco, & proprie non prætereunda prætermitto. Plau. in Amph. Ex me quærtia quid deliquerit? Quoniam uerò prætermittere ea, quę pręteriri non debent, peccare eſt, Delinquere pro peccare ponitur. Cic. de Nat. Deo Ferret'ne ciuitas ulla latorem eiuſmodi legis, ut condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet? Delinquor, paſſiuum. Cic.1. Offici. Siquid delinquitur, fit neſcio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quam in nobiſmetipſis.

DELIQVIVM, defectus, {Diffetto, mancamento}(ἔκλειψις) Plaut. in Capt. Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico, quin mihi & parentum, & libertatis, apud te deliquium ſit. Deliquium ſolis, cùm luna inter Solem terramq; interpoſita lumen eius noſtro eripit conſpectui. Plini. lib.2. ca.12. Deliquium animi (λειποψυχία) cum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici Syncopen uocant.

DELIQVVM, deliqui, {Meno, manco}(ἔλαττον) idem quod minus, interprete Feſto. Plaut. in Ca. Siue amet, ſiue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi Deliquum eſt.

DELIQVEO, es, ere, uel, Deliqueſco, is, delicui, {Riſſoluerſi, diuenir liquido}(τήκομαι, συντήκομαι) in totum reſolui, & diſſolui. Oui.4. Meta. Protinus imbutum cœli nectare corpus Delicuit. Col lib.12. cap.41. Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliqueſcant cum muſto. Per translationem, Cic.4. Tuſc. Nec ſi tienter quid expetens ardeat deſiderio: nec alacritate futili deliqueſcat.

DELIRIVM, {Pazzia, alienatione di mente}(παραφροσύνη) eſt alienatio mentis, proueniens ex intemperie cerebri uitiante actiones principis facultatis: qualem & in ſenibus uidemus, & in ĩs qui morbis ardentiſſimis infeſtantur.

DELIRO, as, p.p. {Partirſi dal uero, deuiare dal dritto}(παραφρονέω, παραπαίω, παραληρέω, παραφρονῶ, παρακόπτω τῇ διανοίᾳ) à recto decedo. Tranſlatio ab aratore. nam Lira eſt recta foſſa, quæ in agris ducitur, ut in eam aqua pluuia & terræ uligo defluat. Et quia rectus eſt ſulcus, delirare dicuntur, qui extra ſulcum, id eſt, a recta uia declinant. Cic.1. Tuſc. Adeo'ne me delirare cenſes, ut iſta eſſe credam? Hor. lib.1. Epiſto. ad Lollium: Quicquid delirant reges, Plectuntur Achiui. Eſt autem compoſitum ex De, & Liro, quaſi deorſum liro. Lirare uerò, eſt agros in ſulcos dirigere. Alij Delirare à Græco ληρεῖν, quod ineptire eſt, trahunt.

DELIRATIO, onis, {Pazzia ſenile}(παραφροσύνη, παραφρονεῖν) ſenilis ſtultitia, alienatio mentis, ab ætate uel morbo proueniens: quæ ſignificatio ſumpta eſt ab ineptis aratoribus, à lira, hoc eſt, à ſulco aberrantibus. Plin. lib.18. ca.20. Aratione per tranſuerſum iterata occatio ſequitur: ubi res poſcit, crate, uel raſtro, & ſato ſemine iteratio. Hoc quoque ubi conſuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro annexa, quod uocant lirare, operiẽtes ſemina. unde primum appellata Deliratio eſt. Cic. de Senect. Iſta ſenilis ſtultitia (quæ deliratio appellari ſolet) ſenum leuium eſt, non omnium. Deliritas, pro deliratione. Laberius: Quoniam mens quæ deliritas uos ſuppilatores facit, &c. Nonius. Deliramentum, idem quod Deliratio. Plau. in Amph. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæch. Papæ audi'n'tu ut deliramenta loquitur?

DELIRVS, p.p. {Pazzo, quello che ſi parte dalla ragione}(παραπλήξ, παράφρων) qui inſanit, & qui à ratione diſcedit. Ratio enim eſt uia recta, per quam omnes ducuntur. Cic. de Orat. Tũ Annibal reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes uidiſſe, ſed qui magis deliraret, q̃ Phormio, uidiſſe neminẽ. Idem 2. de Diuin. An tu cenſes ullam anum tam deliram futurã fuiſſe, ut ſomnĩa crederet?

DELITEO, tes pen. corr. ex De, & Lateo. {Occultarſi, naſconderſi, appiatarſi}(ἐλλοχάω, φωλεύω, ὑποκρύπτομαι) occultari, & ualde latere. Sed nõ inueni niſi in præterito, quod eſt delitui. Verg.2. Aenei. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui. Hinc Deliteſco, quod eſt eiuſdem ſignificationis. Varr.3. de Re ruſt. cap.12. Vbi interdiu lepores deliteſcunt in uirgultis, atq; herbis. Trãſfertur etiam ad alia ſignificata. Cice. pro A. Cecin. Iuris iudicium cũ erit et æquitatis, caue in iſta tam frigida, tam ieiuna calumnia deliteſcas. Delitens, partici. Pli. lib.35. ca.2. Non placent iam abaci, nec ſpatia montis in cubiculo delitẽtia.

DELIVS, (Δήλιος) qui eſt ex Delo inſula: unde Apollo Delius. & Delia Luna appellata eſt, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam, ex Ioue grauidam, cum partui uicina eſſet, metu Pytonis ſerpentis, qui eam tuto terrarum orbe Iunonis iuſſu perſequebatur, in Delum inſulam fugiſſe, ibiq; Dianam & Apollinem eodem partu edidiſſe.

DELLI, lacus erant breuiores bullientibus aquis inſignes, non longe à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras uocant. Hos Poetæ fingunt fuiſſe fratres Palicos Iouis & Thaliç filios. Nã cũ Thalia, ſe uideret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit ut ſibi terra dehiſceret. Inſtante autem partus tempore recluſa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus ſunt, duo pueri emerſerũt, quos Palicos fratres uocauerunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, q prius in terram demerſi, denuo reuerſi ſint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis ſacros putant, q per eos credantur in lucem eſſe reuerſi: & lacus ipſos Dellos uocant: qui tanta olim in ueneratione habiti ſunt, ut circa eos iuramentum exigi ſoleat, ſi quis in furti ſuſpicionem ueniſſet, prius tamen accepto fideiuſſore, qui, ſi iuranti quid accidiſſet, præſtaret quod eiurus oſtenderet, qualia etiam hodie iuramẽta ad D. Antonĩ aram à Chriſtianis uidemus præſtari.

DELMINIVM, (Δελμίνιον) Dalmatiæ oppidũ eſt, apud Ptol lib.2. cap.ulti.

DELOS, (Δῆλος) inſula eſt maris Aegæi, Cycladum omnium clariſſima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur eſſe enixa. De hac ſic ſcribit Cice.3. Verr. Proditum eſt memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum uicinam, temporibus exactis fugiſſe Delum, atq; ibi Apollinem Dianamq; peperiſſe. Qua ex opinione hominum illa inſula eorum Deorum ſacra putatur, tantumq; eius auctori religionis & eſt, & ſemper fuit, ut ne Perſæ quidem, quum bellum toti Græciæ, Dĩs, hominibusq; indixiſſent, & mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent, quicquam conarentur aut uiolare, aut attingere. Hæc ille. Ariſtoteles Delum appellatum exiſtimat ἀπὸ τοῦ δῆλον, q cùm antea mari operta eſſet, repente ſeſe oſtẽdent. Alĩs nominibus & Ortygia appellata eſt, Aſteria, Cynthia, Lagia, Chlamydia, Cynethus, & Pyrpile, ab igne ibi reperto. Auctor Plin. lib.4. cap.12.

DELPHI, (Δελφοί) tam pro oppido, q̃ pro oppidanis, pluralis tantum numero: ſicut Gabĩ, Leontini, Puteoli. Eſt autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnaſſum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melãtho Deucalionis filia ſuſcepto: magis rupibus & loci natura, q̃ humana arte munita. Delphis Apollinis erat oraculũ toti terrarũ orbi celeberrimũ. Vnde & ipſe Apollo Delphicus dictus eſt. Hor.2. lib. Car. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, Aut Epheſum bimaris've Corinthi Mœnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos. Macrobius in Saturnalibus, Apollinem Delphicum appellatum exiſtimat à priſca Grecorum uoce δέλφος, quæ ſolum ſignificat, eò quod interdiu ſtellis omnibus obſcuratis, ſolus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus eſt.

DELPHICVS, ca, um, (Δελφικός) unde Delphica laurus, q uictores Pythiorum (qui ludi Phœbo ſacri erant) ea coronarentur. & eſt uiridior laurus.

DELPHIN, ſiue Delphis, {Delfino}(δελφίν, δελφίς) & Delphinus, genus piſcis, uel potius marie belua. Parit catulos decimo menſe, interdum & binos nutrit uberibus, ſicut balæna, & decem annis ad ſummam magnitudinẽ peruenit. Plin. lib.9. ca.8. auctor eſt Delphinos Simones uocari à nauigãtibus, q ſint roſtro ſimo: uel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in ſinu Baiano mirũ in modum fertur adamaſſe: ad quod nomen uocati accurrere ferũtur. Ferunt delphinum non modò omnium marinorum, ſed etiam terreſtrium animalium uelociſſimum eſſe, atque adeo ipſis etiam uolucribus ulociorem. Lingua eſt his, cõtra naturã aquatilium, mobilis, ſuilłę ſimilis, pro uoce gemitus humano ſimilis, dorſum repandum. Mulcetur muſica ſymphonia, præſertim hydraulis ſono.

Eſt etiam ſyderis nomen. Varr.2. de Re ruſt. cap.5. Maxime idoneum tempus ad conſpiciendũ à delphini exortu, uſq; ad dies quãdraginta, et pauló plus.

DELPHIDES, (quod hic pro genere dactylorum corrupte legebatur) uide Adelphides.

DELPHVSA, (Δελφοῦσα) fons eſt inſignis apud Delphos. Delphuſia uerò (Δελφουσία) urbs Arcadiæ eſt. Vtriuſque auctor Steph.

DELPHINIVM, (Δελφίνιον) herba eſt florẽ habẽs purpureum, uiolæ nõ diſſimilem, ſeſquipedales ex una radice ſurculos emittẽs: folia autem diuiſa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repreſentant: unde tractum eſt nomen. Alterum præterea eſt delphinĩ genus, quod Romani Buccinum uocant, ſuperiori non diſſimile, ſed ramis longe gracilioribus. Vtriuſque meminit Dioſcor.

DELTA, (Δέλτα) inſula eſt in Nilo Aegypti fluuio, nõ procul ab Alexãdria, ita dicta, q literæ Græcæ Δ imaginem referat. Hocius libr.4. Bellorum Ciui. Locus, inquit, eſt illarum ferè regionum nobiliſſimus, nõ longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen a ſimilitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter ſe duobus itineribus, paulatim medium inter ſe ſpatium relinquens, diuerſiſſimo ad litus interuallo a mari adiungitur. Eſt item Delta nomen urbis non procul a Syria, teſte Stephano.

DELTOTON, pen. prod. (Δελτωτόν) ſignum eſt in cœlo ſupra arietis caput poſitum, triangulari figura Δ Græcæ literæ imaginem referens, a qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, uno breuiori, in unoquoque angulo ſtellam habens. Cic. in Ara. Phænom. Deltotõ dicere Graĩ Quod ſoliti, ſimili quia forma litera claret.

DELVBRVM, {Delubro, tempio, chieſa}(τέμενος τὸ) locus in quo Dei ſimulacrum dedicatum eſt. Ita dictum, q in eo dĩ ponantur, ſicut Candelabrum dicitur ubi candela ponitur. Auctor eſt Varr. & Macro. Saturnal. libi.3. capi.4. Verg.2. Aenei. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. Alĩ accipiunt pro loco ante aras, ubi aqua curreret: a diluendo. Religio enim ſacrificĩ apud antiquos exigebat, ut ante ſacrum ſacrificulus manus ablueret. Alĩ delubrum Dei ſimulacrum accipiunt, (ξόανον) a delibrato ligno ita dictum. Plin. Præcipuam eam eſſe arborem circa Ammonis delubrum.

DELVCTOR, aris, (παλαίω) idem quod luctor. Plaut. Perſa: Cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari mauelim.

DELVDO, is, {Beffare}(καταπαίζω) irrideo, decipio. Pla. in Aſin. Furcifer et

me deluſiſti.

DELVMBO, as, {Dilombare, indebolire}(ἐξοσφυΐζω) idē eſt quod debilitare, quaſi lumbos frangere. Plin. lib. 28. cap. 4. Hoc ſæpe delumbata, quadrupede approbatur. Vide Lumbus.

DELVMBIS, be, adiectiuum, quod lumbis caret, & ideo debile, (ἀσθενής) in lumbis enim uires corporis, ſitæ ſunt. Pli. lib. 10. ca. 33. Perdix prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulans. Delumbis, mollis & effœminatus. Perſius Saty. 1. ...Summa delumbe ſaliua Hoc natat in labris.

DELVO, deluis, delui, utum, {Lauare, purgare}(ἀπολούομαι) depurgo, diligenter lauo. Cato: Laſerpitium aceto deluito. Deluere item eſt madefaciendo aliquid delere. Varr. Obortæq; inter legendum lacrymæ literas deluebant.

DELVTO, pe. co. as, are, {Smaltare, lutare} (καταπηλόω) eſt luto aliquid obducere. Cato de Re ruſti. cap. 128. Habitationem delutare cùm uolueris, terram quàm maximè cretoſam uel rubicoſam ſumito.

DEMA, (quod hic corruptè pro herbæ nomine legebatur) uide Clema.

DEMADEO, es, pe. co. {Eſſere humido}(βρέχομαι) idem quod madeo. Ouid. 5. Triſtium. Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus.

DEMADES, (Δημάδης) Athenienſis orator fuit, Demoſthenis æmulus, eiq; aduerſas in Republica partes fouens. Nihil enim aliud Demoſthenes, q̃ patriæ libertatem ſpectabat: ille ex Macedonum gratia potentia quærebat & opes. Hūc iam ætate confectum, & ex nimio luxu ad ſummam iam inopiam redactum, cauillatus eſt Antipater uictimas ceſis ſimilem eſſe, de quibus nihil, niſi lingua iam ſupereſt. Vide Plutarchum in Vita Demoſthenis.

DEMAGIS, {Molto piu} ualde magis, ex De, & Magis Lucr. lib. 16. Rex Corus ille duos hos uentos auſtrum atq; aquilonem nouiſſime alebat: ſolos demagis iſtos ex nimbo Auſtellos, nec nos ſeneces putare. Item Demagis antiqui pro minus dicebant, ait Feſtus.

DEMANDO, andas, {Commettere del tutto}(ἐπιτρέπω) committo, iniungo. Liui. 8 ab Vrbe: Curam eorum nominatim legatis, tribunisq;, & præfectis demandabant.

DEMANO, as, pen. pro. (μεταχετεύω) idem quod mano. Catul. Ligna ſed torquet tenuis ſub artus Flamma demanat, ſonitu ſuopte Tinniunt aures, gemina teguntur Lumina nocte.

DEMARATVS, (Δημάρατος) Lacedæmoniorum dux fuit, qui cùm Athenienſes, apud quos exulabat, ingens aduerſus Lacedæmonios bellum parare animaduertiſſet, plus ſe patriæ, quāuis ingratę, debere ratus, q̃ priuatæ amicitiæ, omnium, quæ agebantur, ciues ſuos fecit certiores. Vixit autē tēpore Philippi regis Macedonum. Alius fuit (ut ſcribit T. Liui. lib. 1. ab urbe:) Corinthius negotiator diues, qui ob ſeditiones domo profugus, tyrannidē Cypſeli fugiēs, in Hetruriā cōmigrauit, cōportatis opibus luculentis, qui à Tarquinienſibus, Hetruriæ populis exceptus, Tarquiniū Priſcū regē populi Romani ex illuſtri Hetruſca uxore genuit. Hunc comitati ſunt duo ex Corintho fictores, Eucirapus & Eugraonius, à quibus Italiæ traditam Plaſticen, hoc eſt, figulinam artē ferunt.

DEMARCHVS, (Δήμαρχος) princeps populi, aut tribunus plebis dicitur. Spartianus in uita Adriani: Fuit Demarchus in patria ſua, Athenis Archon.

DEMEACVLVM, (καταπορεία) deſcenſio ad loca ſubterranea. Sic Remeacula, à remeando. Apuleius lib. 6. Proſerpinæ nuptiarum demeacula.

DEMEARE, (καταπορεύεσθαι) eſt deorſum penetrare, deſcendere. Apule. Quæ ſuis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

DEMÆNETVS, (Δημαίνετος) nomen uiri proprium apud Plau. in Aſin. & ſignificat popularem & idiotam.

DEMEMINI, apud Martialem legitur pro obliuiſcor. Sic enim habet ille lib. 2. Ipſe iubet mortis dememiniſſe Deus. Sed quoniam hoc uerbum alibi non legitur, non deſunt, qui hoc in loco malint legere Te meminiſſe.

DEMENS, {Pazza ſtolto, fuor di mente}(παράφρων, παράφορος) qui eſt mente diminuta. Cic. in Or. In tranquillo tēpeſtatē aduerſam optare demētis. Vnde Dementia, παραφροσύνη. Cice. 3. Tuſc. Nec minus illud acutè, quod animi affectionē luminis mentis carentem, nominauerunt Amentiam, eandemq; Dementiam.

Dementer, aduerbium, inſanè. Idem 3. in Cati. Tanta res tā dementer credita.

DEMENSVS, a, um, {Meſurato} participium eſt à Demetior, idem ſignificans quod menſuratus, (διαμετρητός, διαμεμετρημένος) Cic. de Orato. Vt uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant. Demenſum uerò ſubſtantiuū menſura erat frumenti, quam ſeruis admetiebantur ſingulis menſibus domini, ad totius menſis uictum, σιτομέτριον. Terē. in Phor. Quod ille unciatim uix demenſo ſuo, Suum defraudans genium comparſit miſer. Serui enim quaternos modios accipiebant frumenti in menſem, ait Donatus.

DEMENTIO, tis, {Impazzire, uſcire di mente, diuentar matto} (παραφρονεῖν) de mente exeo, deliro, inſanio. Lactant lib. 4. Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, inſanit.

DEMENTO, as, deſipio, inſanio, {Impazzire}(ἐξίστημι μωραίνω) Apul. in Magia, Cōfeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorē ueductā demētare. Demētare in actiua ſignificatione legitur pro impellere ad inſaniā: ſed in ſacris tātum literis ut in Actis Apoſtolicis, de Simone quodam Mago qui Samaritanos demētauerat.

DEMEREO, res, rui, ritum, quaſi lucror, {Guadagnare, meritare, obligare alcuno per meriti}(παραπείθω) Plaut. Pſeud. Quid mercedis Petaſus hodie domino demeret Gel. Thais Corinthia ob elegātiā uenuſtatēq; grandem pecuniā demerebat. Eſt etiā Demereo præcipuè cū accuſatiuo perſonæ iunctum, idem quod ſuo ſibi merito aliquē deuincire. Oui. in Epiſt. Heroi. Dic mihi, quid feci, niſi nō ſapienter amaui: Crimine te potui demeruiſſe meo. Sue. de Auguſto: Profectō mox auunculū in Hiſpanias, aduerſus Cn. Pōpeii liberos, uix tū firmus à graui ualetudine, per infeſtas hoſtiū uias, pauciſſimis comitibus, naufragio etiā facto, ſubſecutus, magnopere demeruit. Pro eodem etiam dicimus Demereor.

DEMEREOR, {Meritar beneficii d'alcuno}(εὐεργετοῦμαι, ἀπολαμβάνω) de aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium pręſto, & exigit accuſatiuum. Quintilianus: Simul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei. Colum. lib. 1. cap. 4. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quò patientius moretur cum uiro.

DEMETER, pen. pro. (Δημήτηρ) dicta eſt Ceres, quaſi Gemeter: id eſt, terræ mater. Hinc apud Gale. lib. 2. de Alimentis, legimus, Demetria ſigna: id eſt, Cerealia, & frumentaria.

DEMERGO, is, {Affondare}(καταδύω) immergo, ſeu aqua obruo. Oui. Epiſto. 5. ...Obſcenā ponto demergite puppim. Demerſus ære alieno. Liu. 2. ab urb. Totā plebē ęre alieno demerſam eſſe, nec ſiſti poſſe, niſi omnibus conſulatur. Ci. pro Sylla: Patriam demerſam extuli. Demerſæ leges opibus, Idem 2. Offic.

DEMETIOR, iris, {Miſurare con ragione}(διαμετρέω) diligenter, et quadam ratione metior. Cic. 3. de Orat. Quę nō inſidiis ſed aperte & palā laborat, ut uerba uerbis, quaſi demēſa, & paria reſpondeant. Cic. 2. de Natu. Deor. Atq; ita demetita ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat.

DEMETO, tis, pen. co. (καταμάω) idem quod meto. Catu. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua.

DEMETRIAS, (Δημητριάς) Theſſaliæ oppidū eſt, quod prius pagaſa dicebatur. Auctor Plin. lib. 4. ca. 8. Stephanus à Demetrio rege dictā putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates, quotquot ſub Pelio erant, euertit. Idem alterā eiuſdē nominis urbem in Macedonia collocat, & tertiam in Perſide iuxta Arbelum.

DEMETRIVM, (Δημήτριον) locus in finibus Theſſaliæ, circa campum Crocotum, & Amphryſum fluuium. Eſt præterea eiuſdē nominis ciuitas in Acolide, teſte Stephano.

DEMETRIVS, (Δημήτριος) Antigoni Macedonum regis filius et patris in regno ſucceſſor, qui propter inſignē in expugnandis urbibus uirtutē, πολιορκητής, hoc eſt, urbiū expugnator dictus eſt. Hic poſt Alexandrū præter alios Macedonas nomine ac uirtute clarus, trāſmiſſo Euphrate, Babyloniam occupauit: Athenas Caſſandri Ptolemæiq; imperio liberauit: Cyprū, uicto Ptolemęo nauali prælio, recepit; Pyrrhū ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Poſtremò cū bellū aduerſus Antiochū ſuſcepiſſet, acie uictus, uiuus in illius poteſtatē peruenit: & in Cherſoneſo liberæ cuſtodiæ permiſſus, cū maiorem uoluptatū q̃ ſalutis rationē haberet, morbo ex incontinentia correptus, periit. Hunc Plut. in Paral. cum Antonio Triumuiro in cōtentionē adducit. Fuit & alius Demetrius Phalereus Theophraſti diſcipulus, qui ob eximias uirtutes Athenienſibus præfuit annis decē, trecentiſq; ſexaginta ſtatuis ęreis honoratus eſt. Hic (ut Plu. inquit) monebat Ptolemæū regē, ut de regno, imperioq; libros ſibi cōpararet atq; perlegeret. Quæ n. amici non audent monere reges, hæc in libris ſcripta ſunt. De hoc ſic ſcribit Cic. in Bruto. Demetrius Phalereus, eruditiſſimus quidē ille omnium horum, ſed non tam armis inſtitutus, q̃ palęſtra. Itaq; delectabat magis Athenienſes, q̃ inflammabat. Proceſſerat enim in Solem & puluerem, non ut è militari tabernaculo, ſed ut è Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, eamq; mollem teneramq; reddidit. & ſuauis, ſicuti fuit, uideri maluit, q̃ grauis. Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magiſter non ignobilis: cuius etiam meminit Cice. in Bruto.

DEMIGRARE, {Andar di luogo in luogo, partirſi} (μετοικίζω) eſt de uno loco in alium domicilium transferre. Cic. 1. Tuſc. Vetat enim dominans in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Sic dicimus, Demigrare è uita, pro mori. Cice. pro Rabirio. Fortiſſimorum ciuium mentes, quæ mihi uidentur ex hominum uita ad Deorum religionem, & ſanctimoniam demigraſſe.

DEMINVO, is, ere, {Sminuire, ſcemare, menomare}(ἐλαττόω) idē quod diminuere. Plau. in Truc. Iā de hoc obſonio de mina deminui modò quinq; nummos.

DEMIROR, p. p. {Marauigliarſi forte} (ὑπερθαυμάζω, ὑπεράγαμαι) ualde miror. Cic. ad Atti. lib. 14. Eſt addis Lamiam, quod demiror equidem. Aliquando demirari, eſt neſcire: quoniam (ut Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. Terent. Quid mihi dicent, & quam cauſam reperient, demiror.

DEMITIGO, as, idem quod mitigo. Cic. ad Atti. lib. 1. Noſmetipſi, qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

DEMITTO, {Mandar giuſo}(καθίημι) deorſum mitto. Vergi. Ecl. 4. Iam noua progenies cælo demittitur alto. Inde Demiſſitiæ tunicę, (ποδήρεις) dictę, longæ & demiſſæ ad talos, & nulla zona ſuccinctæ. Plau. in Pœnulo. Sanè genus hoc mulieroſum eſt, tunicis demiſſitiis. Item Demittere animum, eſt humiliare, καταβάλλειν, ταπεινοῦν. Ita dicimus eſſe demiſſo animo, qui eſt deiectis ſpiritibus, καταφής, συνεσταλμένος. Cic. in Epiſ. Timido animo, humili, demiſſo. Idem de Finib. bon. Si uincuntur, efferunt ſe: uicti debilitantur, animoſq; demittunt. Cæſar 1. Bel. Gal. Sed triſtes capite demiſſo terram intueri. Item demittere ſignificat defodere, κατορύττειν. Idem Georg. 2. Altéq; iubebis in ſolido puteum demitti, omnemq; repones Rurſus humū. Demittere mentes. Vergil. lib. 12. Aenei. Demittunt mentes, it ſciſſa ueſte Latinus. Id eſt, deſperant, interprete Seruio, ſicut contrà ſperantes aliquid, Erigunt mentes. Demiſſio, uerbale. Cic. 3. Tuſc. Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quandam animi, et demiſſionem. Demiſſe, aduerbiū. Cicer. 5. Tuſcu. Non eſt auſus elate & ample loqui, cùm humiliter demiſſeq; ſentiret. Cæſ. 2. Bell. Ciu. Hæc q̃ poteſt demiſſime atque ſubiectiſſime exponit. Volare demiſſius, Ouid. 3. Triſt.

DEMIVM, (Δήμιον) gemma eſt ex ſardę generibus, a pinguedine dicta. Græci enim δημὸν pingue dicunt, qua uoce etiā Homerus frequenter utitur. Nec fuit in uſu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ teſtantur. Pli. lib. 37. cap. 7. In India trium generum, rubrum & quod Demium uocant a pinguedine, tertium quod argenteis bracteis ſublinitur.

DEMIVRGVS, (Δημιουργός) ſummus erat magiſtratus in quibuſdā Græciæ ciuitatibus. Liu. lib. 2. Bel. Maced. Tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos uocant: decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius, q̃ inter multitudinem eſſe. Demiurgus item Græcis opificem, ſiue artificem ſonat: unde & Plato Naturam, rerum omnium opificem, uocat Demiurgum.

DEMO, is, {Detrarre, ſcemare} ex De, & Emo abiecta e, ſignificat detraho, ἀφαιρῶ, ἀφαιροῦμαι. Teren. in Eun. Inde aurum mulier ſibi clàm demit. Demptus. Plin. li. 15. cap. 17. Demptis forcipe corruptionibus acinis. Ouid. 3. Metamor. Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet Virginea palpanda manu.

DEMOCEDES, p. c. (Δημοκήδης) fuit Crotoniata, medicus illuſtris, qui cum inter Darii captiuos eſſet, & Darius ipſe ob luxatum pedem grauiter ægrotaret, ita ut iam ſeptem dies noctesq; inſomnes egiſſet, nec a medicis ullis iuuaretur, ductus in medium Democedes uinctus compedibus, Darium penitus liberauit: dehinc ſummo in honore apud regem habitus eſt.

DEMOCHARES, (Δημοχάρης) orator Athenienſis Demoſthenis ex ſorore nepos, qui miſſus cum aliis ad Philippum regem legatus, petēti regi, quid gratum Athenienſibus facere poſſet, Si (inquit) te ſuſpendas. Indignantibus ob eam

rem

rem cæteris,rex dimiſit incolumem: Vos(inquiens cæteris)renuntiate Athenienſibus,quos cenſeant ſuperiores,qui talia dicunt,an qui audiũt patiẽter? Hęc Sen. lib. 3. de Ira. Hic etiam hiſtoriam earum rerum,quæ geſtæ erant ſua ætate Athenis,non tam hiſtorico,quàm oratorio genere ſcripſit. Auctor Cic. in Bruto.

DEMOCLES, ſiue(ut apud Valerium legitur)Damocles,adulatoris cuiuſdam nomen fuit,qui cum coram Dionyſio regum fœlicitatem ſupra modum exaggeraſſet,q; & ſplendidiſſimè amicerẽtur,& lautiſſimè uictitarent,rex quæſiuit uellet'ne ſuam cum eo conditionem permutare, cumq; annuiſſet,ornatum regia purpura iuſſit eum accumbere menſæ omni genere deliciarum copioſiſſimè inſtructæ. ſed ſupra caput ſtrictum enſem de tenuiſſimo filo iuſſit ſuſpendi. Metuens itaque Democles,ne fracto filo enſis ſibi in caput recideret, maluit ad priſtinum uitæ genus redire,q̃ tam manifeſtum uitæ adire periculum. intellexitq; quod res erat,regnum uitam in ſpeciem quidem fœliciſſimam uideri,ſi tamen propius inſpicias,plenam eſſe ſolicitudinis, & periculi.

DEMOCOON, (Δημοκόων)fuit nothus Priami,q uelociſſimos patris equos apud Abydum cuſtodiebat. Hunc Vlyſſes in bello interemit,ut eſt apud Homerum lib. Iliad. 4.

DEMOCRATES, (Δημοκράτης)inſignis athleta fuit,qui conſiſtens in circulo à ſe circumſcripto,à nemine loco moueri potuit. Fuit & alter Democrates inſignis architectus Alexan. Magni ætate,qui illius iuſſu Alexandriam in Aegypto metatus eſt. Suidas.

DEMOCRATIA, (δημοκρατία) principatũ populi, qualis olim erat apud Athenienſes,& hodie apud Heluetios.

DEMOCRATICI, (δημοκρατικοὶ)qui fouent principatũ populi, παρὰ τὸ δῆμον καὶ κρατεῖν: qui ſcilicet populari inſtituto uiuentes dignitatem in libertate conſtituunt. Oligarchici uerò,qui dignitatem partim in cenſu, & facultatibus,partim in generis nobilitate ponentes,paucorum gaudent principatu. Ariſtocratici uero qui uirtute dignitatem metientes,optimorum fouẽt ſtatum. Auctor Budæus in Annotati. in Pandect.

DEMOCRITVS, (Δημόκριτος)pen. corre. nomen philoſophi Abderitæ, qui accepta à fratribus natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoſcendarum rerum cupiditate accenſus,bonam orbis partem peragrauit. Poſtea in patriã reuerſus,cum ſumma inopia,in hortulo iuxta ſuæ urbis muros,ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contulit. De hoc memoriæ proditum eſt,q quocunq; fortunæ caſu,et mutabilium rerum auditu,in riſum ſoluebatur, ſicut Heraclitus in fletum: unde Gelaſinus nominatus eſt. Tandem teſte Cic. lib. 5. Tuſcu. ſe obcæcauit,ut naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur. Agebat centeſimum et nonum annum cum mortuus eſt. Dixit omnia ex atomis fieri,ac plures eſſe mundos, & corruptibiles. Fertur theologiam ac aſtrologiam didiciſſe à Magis & Chaldęis. cum gymnoſophiſtis quoq; congreſſus eſt. In omni denique Philoſophiæ genere adeò profecit,ut Pantathlos,ſiue Quinquertio dici poſſet. Namq; naturalia,moralia, mathematica,liberales diſciplinas,artiumq; omnium peritiam callebat. Hunc Plinius uirum ſagacem,& uitæ utiliſſimum fuiſſe refert,ſed nimio iuuandi mortales ſtudio prolapſum. Conſtat patre locupletiſſimo natum fuiſſe,ut qui totis Xerxis copijs epulum dederit.

DEMODOCVS, (Δημόδοκος)nomen citharœdi,quem Home. lib. Odyſ. 8. inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulſantem,& ſimul accinentem.

DEMOCLVS, Syracuſanus comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas XIIII. lingua Dorica. Suidas.

DEMOLIOR, ris, {*Disfare ſtruggere. Pet. Di far coſe e disfar tanto leggiadre*} (καταστρέφομαι, ἀφανίζω)à mole deductũ eſt,et ſignificat diruo,deijcio. Plau. in Amphit. Haſce illico toto demolior cardine. Cic. 3. Offici. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpicijs. Demolitio, uerbale: ut, Demolitio ſtatuarũ, Cice. 4. Verrin. & 6. Verr.

DEMONAX, (Δημῶναξ)Philoſophus inſignis fuit Adriani temporibus,pecuniæ contemptor & omnis ſolicitudinis expers. Nihil ſibi unquam uiatici parabat: ſed cum eſuriret,quam domum primum apertam offendebat, ingreſſus, iuſſit ſibi cibum apponi. Centenarius deceſſit,& funere publico eſt elatus. ut refert Lucianus.

DEMONESVS (Δημόνησος)inſula eſt circa Chalcedonem,in qua Cyanus lapis,chryſocolla,& aurum inuenitur, ſi Stephano credimus.

DEMONICA, (Δημονίκη)Epheſia mulier fuit eo tempore,quo Galli Senones olim Europã infeſtabant,quæ cupiditate auri capta Brẽno hoſtiũ duci Epheſum prodidit. Hanc Plutar. in Parall. cum Tarpeia puella comparat.

DEMONSTRATIVVS, a, um, {*Dimoſtratiuo*}(ἐπιδεικτικός) quod demonſtrat,uel demonſtratur,uel aptum eſt demonſtrari: ut Genus demonſtratiuũ cauſæ ab oratore accipitur,in quo orator demonſtrat,quod ſit in alicuius perſonæ laudem,uel uituperium. Cic. 1. de Inuent. Ariſtoteles tribus in generibus rerum uerſari rhetoris officium putauit,demonſtratiuo,deliberatiuo,iudiciali.

DEMONSTRO, as, {*Dimoſtrare, moſtrare. Pet. Dimoſtraria in paleſe arder non bene*}(δείκνυμι)idem quod monſtro,indico,oſtendo,declaro. Pla. in Aſin. Et ædes demonſtraui noſtras. Teren. Heau. Audiſti'n' homo iſte modò quã uillam demonſtrauit? Cic. 4. Verr. Legatos mittunt, qui eum leges doceant,conſuetudinemq; omnium annorum demonſtrent. Interdum Demonſtrare eſt argumentis notiſſimis et irrefragabilibus ad rei alicuius cognitionem perduco,quod Græci ἀποδεικνύειν appellant. Vnde Demonſtratio(ἀπόδειξις) eſt argumentum firmiſſimum per ſe rei dubiæ faciens fidem. Cic. 3. de Orat. definit eſſe rationem, quæ ex rebus perceptis ad id,quod non percipiebatur, adducit. Eſt item Demonſtratio Rhetoribus (τὸ ἐπιδεικτικόν)cauſæ genus,quod in laude, uel uituperio uerſatur. Cice. 1. de Inuent. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Demonſtrator, oris. Colum. lib. 3. cap. 10. Itaque huius rationis demonſtratorem magis eſſe me,quàm inuentorem,libenter profiteor.

DEMOPHOON, ontis, (Δημοφόων)uel Demophon per contractionem,(Δημοφῶν)Theſei ex Phædra filius & rex Athenarum,qui ab expeditione Troiana rediens,aduerſis uentis pulſus eſt in Thraciam,ibiq; à Phyllide Lycurgi regis filia hoſpitio & lecto ſuſceptus eſt: apud quã cum aliquãdiu deli tuiſſet, Athenas abijt,ibiq; mortuo patre imperium ſuſcepit,oblitus Phyllidis: cui ſe redituru͂ iurauerat. Quapropter illa uidens ſe derelictam,amoris impatientia de amygdalo ſe ſuſpendit. Vide infrà, Phyllis, ubi hæc copioſius tractantur Oui. lib. 2. de Arte: Et tibi Demophoon Theſei criminis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

DEMOPOLIS, pe. c. & Neocles Themiſtoclis clariſſimi Athenienſium ducis filij fuerunt, qui cùm apud ciues ſuos meminiſſent legum, quæ aduerſus exules latæ erant, à paternis inimicis lapidibus obruti ſunt. Cœl. lib. 8. cap. 12.

DEMORIOR, {*Morire in tutto*}(ἀποθνήσκω)in totum morior. Colum. lib. 5. Siue enim caput demortuum eſt,duo induatur ſtatim uimina. Demoritur te,id eſt,te deperit,& ardet amore tui. Plaut. Mil. Ea demoritur te,atque ab illo cœpit abire: odit ſenem. Demortuus,participium. Cice. ad Att. lib. 16. Noſtriq; familiares ferè demortui.

DEMOROR, pen. co. {*Indugiare molto, intramettere, aſpettare*} διαμέλλω, multum moror. Lactan. lib. 4. Cùm Moſes dux eorum aſcendiſſet in montem, atq; ibidem quadraginta diebus demoraretur. Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro detineo,κατέχω. Cice. 3. de Orat. Et ne diutius uos demorer, exponam. Demorari,pro expectare. Verg. 10. Aeneid. Et tua progenies mortalia demoror arma. Demoratus paſſiuè. Gell. lib. 10. cap. 8. Hiſq; ipſis,quæ iam dixi, demoratos uos uideo,alicui opinor negotio deſtinatos.

DEMOSTENES, pen. co. (Δημοσθένης)nomen Oratoris clariſſimi,& Grecorum omnium Oratorũ principis. Hic natus patre,qui Cultellarius cognominatus eſt q domi haberet officinã & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti,tutorũ fraude,& negligentia direptis bonis,uix habuit unde præceptoribus mercedem ſolueret. Verũ cũ multo ſtudio, et laborioſo peruigilio in clariſſimum oratorẽ euaſiſſet,libertatis Græcię defenſor, publicè grauibus concionibus Philippum inſectatus eſt,utpote publicę libertatis inſidiatorẽ. Poſt cuius mortem patria pulſus,tandem reuocatus eſt. Sed iam mortuo Alexandro,et Antipatro rebus Græcis præpoſito,cùm manifeſtam ſibi necẽ imminentẽ uideret,relictis Athenis,in Calauriam inſulam,(ut ſcribit Suid.) ubi aſylum erat Neptuno ſacrum,conceſſit. Quò cum ueniſſet, Archias actor tragœdiarum,qui ab Antipatro miſſus erat,ut Demoſthenem comprehẽderet, primũ ei perſuadere conatus eſt,ut una ſecum ad Antipatrum ſe conferret, nihil moleſtiæ ab eo perpeſſurus. Cuius fraude intellecta Demoſthenes, Nihil eſt(inquit) Archia quod coneris. Neq; n. in ſcena mihi unquã placuiſti mimus,neq; nũc perſuadebis legatus. Cũ autẽ Archias ſe per uim detracturũ minaretur,tãdẽ(inquit) Macedonica oracula aperuiſti: nã prius quidẽ tanquã hiſtrio ſimulabas. Verũ age,paruumper expecta,dũ pauca domeſticis ſcribo. Hæc locutus, ſumpto libro tanquã ſcribere uellet,calamũ ori admouit,deinde caput ueſte tegens, ſe inclinauit: cũq; ab ara retraheretur,cecidit,ſuſpiransq; animã emiſit. Hic eloquentiæ ſtudio flagrans ingiter lucubrabat,adeo ut duos uel tres menſes continuos domi incluſus,ſine intermiſſione ſtuderet,abraſa parte capitis, ut exeundi facultatem ſibi præriperet. De hoc Hieronymus: Demoſthenes plus olei, q̃ uini expendiſſe dicitur,& omnes opifices nocturnis ſemper uigilijs præueniſſe.

DEMOVEO, es, ere, {*Mouere di luogo*}(ἀποκινέω)de loco mouere. Cicer. 4. Finib. Sed tamen tantam uim eſſe honeſtatis,tantumq; eam rebus omnibus preſtare,et excellere: ut nullis nec ſupplicijs,nec præmijs demoueri poſſit ex eo qđ rectum eſſe decreuerit.

DEMVGIO, is, ire, {*Mugire*}(καταμυκάομαι)mugitu implere. Oui. 11. Metamor. Sanguine litus, Vndaq; prima rubet, demugitæq; paludes.

DEMVLCEO, ces, {*Toccare gentilmente*}(καταψηλαφάω, κνάω)ualde,ſeu leniter mulceo: quemadmodum cùm catulos blandè & molliter attrectamus. Nonnunquam etiam mitigo,uel molle reddo. Terent. in Heau. Non poſſum pati,quin tibi caput demulceam. Liu. 9. ab ur. Nec nihil remiſſum dicatis,remitto,ne utique dorſum demulceatis cum ex equis deſcendetis.

DEMVM, {*Finalmente*}(τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον, δή)ſignificat tandem,uel ad poſtremum. Terent. in Adelph. Ego nouus maritus,anno demum quinto & ſexageſimo fiam? Ponitur etiam pro omnino, præſertim quando iungitur cum Is ea,id,uel cum Ita. Cice. in Salluſt. Ea demum magna uoluptas, æqualem ac parem uerbis uitam agere.

DEMVSSATA contumelia, {*Ingiuria diſſimulata*}id eſt diſſimulata,& cum ſilentio indignationeq; tranſmiſſa,ut Apul. li. 3. Muſſitare enim propriè eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum uel à Græco uerbo μύζω,uel à μ litera quæ eſt omnium preſſæ uocis,ac penè nullius. Terent. in Adelph. Accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus exponit patienter cum ſilentio perferenda.

DEMVTILO, as, are, {*Mozzare*}(κολοβόω)idem quod mutilo. Col. de Arborib. Cacumina uirgarum,ne luxurientur,demutilato.

DEMVTO, as, are, {*Mutare*}(διαλλάττω, μεταβάλλω)idem quod mutare. Plaut. Trin. Aut ſi demutant mores Ingenium tuum, neq; eos antiquos ſeruas. Demutatio, onis. Plin. lib. 28. cap 8. Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur,& ideo uerſicoloris eſſe demutationis. De Chamæleonte.

DENARIVS, ria, rium, (δηναριαῖος)adiectiuè,idem quod decenarius, quod decem continet. Plin. lib. 31. cap. 6. de ratione aquæ ducendæ. Fiſtulas denum pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ,centena: ſi denariæ,cẽtena uicena,ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur,cuius laminæ latitudo,antequam curuetur, digitorum decẽ eſt. dimidioq; eius quinaria. Inde denariæ ceremoniæ dicebantur,ſicut Tricenariæ,quibus ſacra aditura decem continuis diebus,uel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiuſmodi.

DENARIVS, denarij, (δηνάριον Bud.)apud Romanos nummus erat argẽteus, quatuor ualẽs ſeſtertios,ita dictus q pro decẽ aſſibus in ſolutionẽ cedebat, quo ad perpetuis bellis exhauſto ærario,placuit denariũ ſedecim aſſibus permutari: quod contigit,cum Annibal perpetuos octodecim annos totã Italiã ferro, flammaq; crudeliſſimè uexabat. Alioqui ferè ſemper Denarius decẽ aſſibus permutabatur: unde et nomẽ habuit. Pẽdebat ãt Denarius,argẽti ſiliquas XXIIII. Siliquę ãt duodeuiginti cõficiebãt drachmã. Tres itaq; denarij pendebãt drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt unciam. uncia autem ſex conſtat denarijs. Hæc ferè de denarij pondere ex Priſciano decerpſimus. Bud. autem in libro de Aſſe non uno in loco oſtendit Drachmam Atticam et Romanum Denarium eiuſdem fuiſſe ponderis & pretij. Quod & ipſum non obſcurè indicat Plin. lib. 21. cap. ult. Drachma (inquit) Attica (ferè enim Attica obſeruatione

medici utuntur)denarij argentei habet pondus:eademq́; ſex obolos pondere eſ ficit. Conſtat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redactum, ualuiſſe ſolidos Turonenſes tres cum dimidio. Denarij dimidium Quinarium appellabant, quinarij autem dimidium Seſtertium, qui & Numus uocabatur. Si itaque denarij ualorem, quem diximus eſſe trium ſolidorum, cum dimidio, in quatuor ſeces partes, habebis ualorem ſeſtertij, hoc eſt, Caroleum numū unū, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem Denarium dixerunt in neut. gen. Plaut. in Rudent. Centum denaria Philippea?

DENARRO, {*Narrare per ordine*}(καταλέγω)per ordinem narro. Gel. lib. 2. Hęc nobis Fauorinus ſumma cum elegātia uerborum, totiusq́; ſermonis comitate atque gratia denarrauit.

DENASCOR, eris, pro mori, {*Morire*}(θνήσκω.) Caſsius Hem. Quæ nata ſunt ea omnia denaſci aiunt. Ex Nonio.

DENASO, as, pen. pro. {*Leuare il naſo*}(ἀπορρινόω)naſum ſufero. Plautus in Capt. Nanque ædepol ſi habites propius, os denaſabit tibi mordicus, id eſt, faciem naſo ſpoliabit.

DENATO, as, pen. pr. (καταφέρομαι)frequētatiuum eſt uerbi Deno, as, quod eſt deorſum nato, uel ſecundo fluuio nato.

DENDRACHATES, (δενδραχάτης)gemma eſt ex Achatæ generibus, diſcurſu linearum arbuſculæ cuiuſdam ſpeciem repræſentans. δένδρον enim arborem dicunt. Plin. libr. 37. cap. 10.

DENDRITIS, (δενδρῖτις)gemma quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurem hebetari. Plini. libr. 17. cap. 13.

DENDROCISSOS, (δενδρόκισσος)hedera eſt, quæ ſine adminiculo ſtat cæteris hederarum generibus firmior, & ad arbuſculæ firmitatem accedēs. Vnde & nomen inuenit: ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσοῦ: id eſt, ex arbore & hedera.

DENDROIDES, (δενδροειδής)tithymali ſeptima ſpecies, teſte Plinio lib. 26. cap 8. quod & Leptophyllon uocant, in petris naſcens, comoſiſsimū ex omnibus tithymali generibus, & ſemine copioſiſsimum.

DENEGO, as, pe. co. {*Denegare, negare. Pet. Ma s'egli auien ch'anchor non mi ſi neghi*}(ἀπαρνοῦμαι)recuſo, Terent. in Andr. Denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam. Interdum idem quod non do. Vergil. 1. Georgi. Cum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ & uictum Dodona negaret.

DENI, denæ, dena, numerus diſtributiuus, pro decem. Pli. li. 10. ca. 63. Viuunt Laconici annis denis. Cæſ. 5. bell. Gall. Vxores habent deni duodeniq́; inter ſe communes.

DENICALES, feriæ dicebantur quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur. Colum. libr. 2. cap. 22. Nos apud Pontifices legimus, ferijs tantum Denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

DENIGRO, as, pen. cor. {*Far nero*}μελαίνω. nigrum facio. Plin. Capillum denigrat ſuffitu.

DENIQVE, {*Finalmente*}(τέλος)poſtremò ut cū plura ſunt enumerata, ſubiungitur Denique, ſignandæ ultimum omnium. Cicer. Cum ibi non multitudinē militum, non idoneos imperatores, nō pecuniam ſibi præſto uiderent, nō deniq; ullam rem quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Ponitur interdum pro omnino, πάντως. Ouid. Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt.

DENOMINATIVA, (παρώνυμα)dicuntur quæcunque ab aliquo ſolo caſu, hoc eſt, ſolo fine ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem: cuiuſmodi ſunt adiectiua à ſubſtantiuis deducta: ut à ſtudio Studioſus, à robore Robuſtus. Nomen enim denominatiuum, habet communicare cum nomine uniuoco in principio, ſed differre in fine. In denominatione autem tria requiruntur: ſcilicet denominans, denominatum & denominatiuum. Denominās eſt forma accidentalis, quæ importatur per nomen abſtractum: & dicitur Denominans, quaſi de ſe aliud nominans, quia de ſe dat concreto ut prædicetur, & denominet ſubiectum. Denominatum autem eſt res ipſa, ſiue ſubiectum, cui accidens inhæret. Sed denominatiuum eſt accidens quod prædicatur denominatiue de ſuo ſubiecto, ut album uel nigrum.

DENOMINO, as, {*Nominare, dar nome*}(ὀνομάζω)nomē īpono. Quint. lib. 1. cap. 10. Propria ſunt uerba, cū id ſignificāt, in qđ primo denominata ſūt.

DENORMARE, {*Deformare, diſugguagliare*}(ἀμορφοῦν) eſt deturpare & inæqualem facere, ut interpretatur Acron illud Hor. 2. lib Serm. O' ſi angulus iſte Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

DENOTO, as, pe. c. {*Denotare*}(σημειοῦμαι)idē quod noto. Liui. 4. ab Vrb. Haud dubie Icilios denotante Senatu, quos mercedem ſeditioſi Tribunatus petere Conſulatum inſimulabant. Cic. pro lege Manil. Quòd is, qui uno die tota Aſia, tot in ciuitatibus, uno nuntio, atq; una literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandosq́; denotauit.

DENS, dentis, ab edēdo: ſicut Græci, {*Dente. Pet. Diſſe, & ſo quando il mio dente le morſe*}(ὀδοὺς, ab ἔδω)notæ ſignificationis. Cic. 3. de Nat. De. Tertius Ariſippi & Arſinoæ, qui primus purgationē alui, dentisq; euulſionē, ut ferunt, inuenit. Sed & omne, quo aliquid teneri uel diſſecari poteſt, ſolet Dēs appellari. Verg. li. 6. Tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Hinc Bidens, Tridēs, & hmōi. Dentes diuerſa ſortiuntur nomina. Qui. n. primum apparent, apertis labijs, Primores uocantur, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τομεῖς, κτένες, διχαστῆρες γελασῖνοι. Ipſi. n. non cibo tantum & alimentis neceſſarij, uocis & ſermonisq; regimen tenent, cōcentu quodā excipientes ictum linguę. Qui uerò ſequunt̄ quaſi rotunda ſpecie acuti in modum ſerræ. Serrati dicunt, ab antiquia Canini appellantur in quocunq; animali, κυνόδοντες, καρχαρόδοντες. Plin. li. 11. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequunt̄ Maxillares, qui duplices ſunt, cibumq́; conficiunt, ob id Molares dicti μύλαι. Iuuen. Interq; molares Difficili creſcente cibo. Genuini, (σωφρονιστῆρες) nouiſsimi naſcuntur hominis, ut ait Plin. Animalium alijs ſunt dentes continui, ut homini, & equo, alijs exerti, hoc eſt, extra os producti, ut apro & elephanto. χαυλιόδοντες.

DENSEO, es, ere, (πυκνόω)coire, coagulari. Plini. libr. 20. cap. 14. Ipſa aceſcere, aut coire, denſereq́; lac non patitur. Legitur etiā in actiua ſignificatione pro denſare, πυκνοῦν. Vergi. 7. Aeneid. Agmina denſentur & campis. Sic enim legit Seruius. Hinc Condenſeo compoſitum, quod & ipſum actiuam habet ſignificationem. Lucretius lib. 1. Quòd ſi forte aliquis, cūm corpora diſſiluere, Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aer.

DENSIFICO, (πυκνόω)denſum facio.

DENSO, as, {*Speſſire, condenſare. Pet. Di doloroſa nebbia il cor condenſo*} (πυκνόω, συμπηγνύω)cogo, ſpiſſo. Verg. 1. Georg. Et Iuppiter humidus Auſtris Denſat, erant quæ rara modò, et quæ denſa, relaxat. Denſatio, onis. Plin. lib. 31. cap. 7. Prima denſatio Babylone in bitumen liquidum cogitur. Denſe, aduerbium. Plin. lib. 16. cap. 37. Cæſeq́; denſius innumero hærede proſlat. Ouid. de Pon. Nulla tamen ſubeunt mihi tēpora denſius iſtis. Et Denſeſco, is, denſus fio.

DENSVS, a, um, {*Speſſo, denſo*}(πυκνός, δασύς)firmum, cōpactum, quodq́; partes habet ualdè coarctatas. Pli. lib. 10. cap. 69. Liquidius audiunt talpæ, obrutæ terra, tam denſo atque ſurdo naturę elemento. Rarum contrà, in quo interuallis frequētibus laxior partium uidetur eſſe coniunctio, μανός. Hinc denſitas, πυκνότης. Plin. lib. 11. cap. 3. Quamuis arcente ſpiritum denſitate, & altitudine humoris. Denſitudo idem. Compoſitum, Condenſum.

DENTALE, {*Dentale*}(γύης)lignum cui uomer arandi cauſa inducitur: ſed pro uomere poni ſolet. Verg. 2. Georg. Binæ aures duplici aptantur dētalia dorſo. Dicitur etiam Deus, (ut Varr. ſcribit) q̄ eo quaſi dente moleretur terra.

DENTATIM, et Denticulatim aduerbia ſignificant ad ſimilitudinem dentiū, ὀδοντομειδῶς, ὀδοντωδῶς.

DENTATVS, {*Dentato, dentuſo*}(ὀδοντώδης)qui magnos habet dentes: qui & Dentoſus dicitur. Plau. Pſeu. Nō ego te ad illū duco dentatū uirum. Dētatum idem dicit̄, quod dentes habet, ſiue ij magni, ſiue parui ſint. Mart. li. 1. Sic dētata ſibi uidetur Aegle Emptis oſsibus Indicoq́; cornu. Dētata charta. Ci. ad Quin. fr. lib. 2. Calamo, & atramento tēperato, charta et dentata res agetur.

Dentatus item M. Curij cognomen fuit, propterea q̄ cum dētibus fuerit natus, ut ſcribit Plin. lib. 7. Hinc Edentatus, cui dentes ſunt euulſi. Macrobius: Edentatæ beluæ morſus. Similiter Edentulus. (νωδός)qui dentibus caret.

DENTEX, icis, à quibuſdam appellatur piſcis, qui à Gręcis συνόδων dicitur, in cuius cerebro inuenitur gemma, quæ Synodontites uocatur, teſte Plin. libr. 37. cap. 10. Naturam eius uide apud Aelianum lib. 11. cap. 40.

DENTICVLATVS, a, um, {*Fatto à denti*}(ὀδοντωτόν) q̄ ſerræ modo dentatum eſt. Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. Denticulatæ falces. Colum. lib. 2. cap 21. Denticulatum olus, Plin. lib. 26. cap. 15.

DENTICVLVS, li, {*Piccol dente*}(ὀδόντιον) paruus dens: à quo Denticulo, uerbum (ὀδοντόω)denticulos rei alicui induco: unde Serra denticulata dicitur, & herbæ nonnullæ denticulatæ, quæ foliorum ambitum quibuſdam quaſi denticulis habent inciſum.

DENTIFRANGIBVLVM, (ὀδοντοκλάστης) uox eſt à Plauto conficta pro quauis re, qua dentes cōfringi poſſunt. Plau. in Bacch. Nę tibi Hercle haud longe eſt os ab infortunio ita dentifrangibula hęc meis manibus geſtiunt. Reperitur & in genere maſculino apud eundem in Bacchid. Vale dentifrangibule. Pl. Et tu integumentum uale.

DENTIFRICIVM {*Nettadenti*}(ὀδοντότριμμα) medicamētū quo dētes fricantur, ut ſiant candidi. Pli. lib. 28. cap. 11. Dentifricia utroq; modo ſiunt.

DENTILOQVVS, dictio Plautina eſt, qua ille utitur pro eo qui dentes cupuit. Sic enim habet in Captiuis: Dentiloquos omnes mortales faciā, quēcunq; offendero: hoc eſt, dentes loquentes, id eſt, ex ore emittentes uerborum loco: ut ſit ſenſus, Illis adeò dentes concutiam, ut ſuis ſedibus electos expuant. Sunt tamen, qui legant apud Plaut. Dentilegos. Nonnulli Dentiloquos, quoſdam populos interpretantur, in confinio Macedonię, citantes illud Liuij lib. 9. bel. Maced. Itaq; unum tantum moratus diem quietis eorum cauſa, quos habuerat ſecum in itinere: inde ſimili fuga in Dentiloquos tranſcurrit. Socij erant, ſed propter inopiam non ſecus ac hoſtium fines Macedones populati ſunt, quo tamen in loco non Dentiloquos legendū conſtat, ſed Denſeletas, qui ſunt populi Thraciæ, Mædis & Biſaltis finitimi.

DENTIO, is, ire, {*Fare i denti*}(ὀδοντιάω, ὀδοντοφυῶ)dentes emitto. Plin. lib. 30. cap. 3. Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Plau. in Mil. Venter creat omnes has ærumnas: auribus peraudienda ſunt, ne dentes dētiant. Ideſt, ne inuicem atterantur & concutiantur fame.

DENTISCALPIVM {*Scalzadenti*}(ὀδοντογλυφίς)inſtrumentum quo ſcalpuntur dentes. Martial. lib 7. Biſſenos triplices, & dentiſcalpia ſeptem.

DENTITIO, dentium emiſsio, ὀδοντίασις. Plin. lib. 28. capi. 19. Infantibus nihil butyro utilius per ſe, & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris ulcera.

DENVBO, is, {*Maritarſi, giugnerſi in matrimonio*} (γαμέω, γαμοῦμαι)coniungi matrimonio Taci. lib. 5. Tot luctibus functa ciuitate pars mœroris fuit, q̄ Iulia Druſi filia denupſit in domum Rubellij Blandi. Per tranſlationē etiam uites Nubere dicuntur, infirmioresq́; Plantæ, cum arboribus firmioribus aſſociantur. Colum. lib. 10 Semina depoſitis cupiunt denubere plantis.

DENVDO, pen. pro. {*Spogliare, nudare*}(ἀπογυμνόω) ſpolio, nudum reddo. Cice. 7. Verr Excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices Populus Romanus aſpiciat.

DENVNTIO, as, {*Dinontiare. far noto*}(ἐπαγγέλλω, παραγγέλλω) futurum aliquid nuntio. Cicer. de Senect. Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio. Ponitur etiam pro ſignificare. Cice. 1. Tuſc. Nos uerò, ſi quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatū uideatur ut exeamus è uita, Læti, & gratias agentes pareamus. Denuntiare alicui teſtimonium, eſt aliquem ad iudicium uocare ferendi teſtimonium gratia. Cic. pro Sex. Roſ. Non putaſti me familiariſsimis tuis teſtimonia denuntiaturum. Denuntiatio, onis, prædictio, παραγγελία. Cice. 2. de Diuina. Quæ iſta enim eſt à Dijs profecta ſignificatio, & quaſi denuntiatio calamitatum? Denuntiatio, minæ. Cæſar 3. Bel. Ciui. Cum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere poſſet, oppidum oppugnare inſtituit.

DENVO, aduerbiū, {*Di nuouo, un'altra fiata*}(ἐξ ὑπαρχῆς) ſignificat rurſus, quaſi de nouo, de integrō. Liu. 10. Bell. Pun. Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit.

DEO, (Δηώ)Ceres à Græcis appellatur: παρὰ τὸ δηῶ, τὸ εὑρίσκω, eò quod frugum fuerit inuentrix. Hinc Deois patronymicum, filia Deûs, quæ eſt Proſerpina. Ouid. 6. Metam. Addidit ut Satyri celatus imagine, pulchram Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu, Mnemoſynem paſtor, uarius Deoida ſerpens.

DEOCCO, as, are, {*Sarchiare*}(βωλοκοπεῖν)idem quod ſimplex occo. Plini. lib. 18. cap. 15. Vicia non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud q̄ deoccatur.

DEQNS-

DEONERO, as, are, {*Scaricare*}(ἀποφορτίζω) contrarium ſuo ſimplici onero, onus uidelicet deponere. Cic. per tranſlationem 1. Verr. Quid cum cõmiſeſtari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit.

DEORO, (ἐπιλέγω) pro perorο nonnulli uſurparunt & Deoratum pro Perorato ſcripſerunt, ut Pompeius Feſtus teſtatur.

DEORSVM, {*In giu, di ſotto*}(κάτω) cuius cõtrarium eſt Surſum, notam habet ſignificationem. Cic. 1. de Natu. Deo. Ait atomum, cum pondere & grauitate directò deorſum feratur declinare paululum. Capiuntur tamen ambo pro Vltro, citroq́. ἄνω καὶ κάτω, uel ἄνω καὶ κάτω. Teren. in Eunuc. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum curſites. Tractum ab Athenarum ſitu, cuius portus in imo, urbs uerò in editiore loco ſita erat.

DEOSCVLOR, aris, {*Baſciare*}(φιλέω) idem quod oſculor. Martial. lib. 8. Hos amplectitur, hos deoſculatur.

DEPACISCOR, eris, ſiue ut alij ſcribunt, Depeciſcor, {*Pattuire, far patto*}(συντίθεμαι) idem quod ſimplex Paciſcor. Cice. pro Sexto Roſci. Ipſe ſibi tria prędia depactus eſt. Idem 3. Verr. Nec ante dimiſſus, quàm ad conditiones eius depactus eſt. Quidam tamen in omnibus hiſce locis Depeciſci legunt, & Depectus, ut differat à Depactus, quod participium eſt à Depango.

DEPALMARE, eſt palma percutere {*Dar guanciate*}(κολαφίζειν) Gel. Quẽ cunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas uiginti & quinque aſſes iubebat.

DEPANGO, is, {*Piantare, ficcare in terra*}(καταπήγνυμι) planto, inſero, humi defigo. Colu. li. 4. Deinceps paſtinatur malleolus uitibus inſerendus: cumq́ ſit erat medio ſpatio, quod uocat inter uites, per unam lineam depangere. Inde Depactus. Plin. lib. 16. cap. 16. Sed in hoc quoque prouidens natura facilè naſcenti & depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit.

DEPARCVS, a, um, {*Troppo parco*}(φειδωλός) nimis parcus. Suet. in Nerone. Sordidos & præparcos putabat, quibus ratio impenſarum conſtaret.

DEPASCO, is, {*Paſcere, conſumare paſcendo*}(κατανέμομαι) paſcendo abſumo. Colu. lib. 7. cap. 5. Si hœdi roſcidas herbas depauerint. Pro eodem etiam habemus Depaſcor uerbum deponens. Plin. lib. 11. cap. 19. Nam & papilio ceras depaſcitur. Hinc depactus, a, um, participium: quod modò paſſiuè accipitur. Plin. lib. 17. cap. 24. Depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Interdũ actiue: ut, Apis depaſta florem thymi, apud Claudi. 2. de Raptu Proſerpinę. Depaſtio, onis. Plin. lib. 17. ca. 28. Similẽ rationem & depaſtio animalium habet.

DEPAVPERO, as, are, {*Far pouero*}(πενητεύω) conſumere, facere pauperem. Varro: Prius quàm domum depauperaſſet ſumptu ſuo.

DEPECISCOR, depectus, (συντίθεμαι) uide Depaciſcor.

DEPECTO, ctis, xui, uel xi, xum, {*Pettenare diligentemente*}(κτενίζω) diligenter pecto. Ouid. lib. 3. Faſt. Interea Liber depexos crinibus Indos Vicit, & Eoo diues ab orbe redit. Interdum idem quod pectendo auſero, ἀποκτενίζω. Verg. 2. Georg. Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres. Depectere, uel depexum reddere, frequẽs eſt apud Comicos, pro demulcere uerberibus, ſiue molle reddere. Hinc Depexo, as, frequentatiuum. Teren. in Heaut. Ego te ſi uiuo, adeò exornatum dabo, Adeò depexum, ut dũ uiuet, meminerit ſemper mei.

DEPECVLOR, pen. pro. {*Spoghare, robbare*}(κλέπτω) ex De, & Peculor: quod à Peculium deducitur. Peculiũ uerò propriè ſignificat quicquid ex pecorum paſtu lucri corraditur, uel quicquid ſua induſtria, quis acquiſiuit. Qui autẽ peculium, ſiue quid peculij ſurripuerit, Depeculator (κλέπτης) dicitur. Quanquam ſint qui dicant, Depeculari propriè eſſe furari ea, quæ ad Rempub. ſiue principem, ſiue ad ſacra pertinent. Auctor certè ad Herenn. ſiue ille Cicero eſt, ſiue quiuis alius, docet aliud eſſe Furtum, aliud Peculatum: Si quis (inquit) peculatus accuſatur, quòd uaſa argẽtea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere (cũ definitione ſit uſus, quid ſit Furtũ, quid ſit peculatus) ſecũ furti agi, & non peculatus oportere. Item in Diuinat. in Verrem: Quibus in prouincia multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus. Idem 6. Verr. Apollonium Drepanitanum omni argento optimè facto ſpoliaſti, ac depeculatus es.

Trãsfertur etiam ad incorporea. Ibidem: Cur pro iſto qui laudẽ, honoremq́ familiæ ueſtræ depeculatus eſt pugnas? Depeculator, oris. Cic. 2. Verr. Abduxi enim hominem, in quo reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam, redire in gratiam cum Popu. Roma. ſatiſfacere exteris nationibus poſſitis: depeculatorem ærarij, uexatorem Aſię atque Pamphyliæ, prædonem iuris urbani, labem atque perniciem prouinciæ Siciliæ.

DEPELLO, is, depuli, depulſum, {*Diſcacciare, ſcacciare, rimouere*}(ἀπελαύνω, ἀπάγομαι, ἀποτρέπομαι) abigo, auerto, remoueo. Cic. 3. de Legibus. Quid iam de Saturnini ſupplicio, reliquiſq; dicam? quos ne depellere quidem à ſe ſine ferro potuit Reſpu. Idem in Catil. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem. Depellere agnos à lacte, eſt ablactare, (ἀπογαλακτίζειν) & à lacte remouere. Verg. 7. Eclog. Nec Phyllida habebam, Depulſos a lacte domi quæ clauderet agnos. Pro eodem etiã dicimus Depellere à matre. Varr. 2. de Re ruſti. Cum depulſi ſunt a matribus agni, adhibenda diligentia, ne deſiderio ſenſcant. Item depellere, abſolute. Verg. 1. Eclo. Quo ſępe ſolemus Paſtores ouium teneros depellere fœtus. Depulſus, particip. Cic. 2. de Nat. Deor. Atque is agitatione & motibus linguæ cum depulſum & quaſi detruſum cibum accepit, depellit. Interdum accipitur pro ablactato. Verg. 3. Eclog. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis. Depulſo, as, are, frequentatiuum. Plaut. Stich. Cubitis depulſa de uia. Depultus, participium antiquum, pro Depulſus: ſicut Pultare pro pulſare. Auctor ad Heren. Si præceps in Neptunias depultus erit lacunas. Depulſio, onis, actus ipſe depellendi. Cic. 4. Acad. Omnium deinde inanium uiſorum una depulſio eſt. Hinc etiam trahuntur uerbalia Depulſor, ἀπαγωγεύς, & Depultrix. Cice. in Antonium: Depulſor dominatus, quàm particeps eſſe maluit. Depelli portenta (ἀποτρέπεσθαι) dicuntur, cum mala quæ ex ijs fiant, precibus, ſupplicijs, religione, & deorum cæremonijs fugantur.

DEPENDEO, des, {*Pendere, dipendere*}(ἀποκρέμαμαι) idem quod pendeo, ſiue de re aliqua pendeo. Colu. lib. 4. Sed ſi per unumquemque pampinum maior numerus uuarum dependeat. Aliquando eſt ſuſtentari, cum ſcilicet uita aut ſalus noſtra in manu alicuius eſt ſita. ἀποκρέμαμαι. Cic. Omnis illorum ſalus a noſtra ſalute dependebat.

DEPENDO, dis, {*Peſare, nouerare*}(ἐκτίνω καταβάλλω) ferè pro ſimplici Pendo ſumitur, quod propriè ſignificat Pondero. Et quoniam Romani eo tẽpore, quo ære graui utebantur non numerabant pecuniã, quemadmodum hodie, ſed põderabant ſtateris, factum eſt ut adhuc, quamuis numeratione frequẽtius utamur, manſerint tamen hę loquendi formulæ, Pẽdere uectigal, Pendere tributũ, hoc eſt, numerare uel ſoluere. Eodem modo per Compoſitum loquimur, Dependere pretium, Dependere pœnam. Cic. lib. 1. Epiſt. Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem Att. lib. 1. Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere. Dependere caput ſœlicibus armis, dixit Lucanus lib. 8. pro eo quod eſt uictoriæ adipiſcendæ cauſa uitam profundere. Dependere pœnas, eſt ſoluere. Cicer. in Cati. Denique ipſum latorem legis Semproniæ iuſſu populi pœnas Reip. dependiſſe.

DEPERDO, is, (ἀποβάλλω) Caius ſcribit deperditum dici, quod in natura rerum eſſe deſijt: Diminutum, quod uſu ruptum eſt. Cice. 5. Tuſc. Quid timebit, nequid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. Cæſ. 1. bel. Gal. Populi Roma. hanc eſſe conſuetudinem, ut ſocios atque amicos non modò ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, honore auctiores uelit eſſe. Cice. pro Cæci. Cum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

DEPEREO, ris, ex de, & pereo, {*Morire, perire, capitar male*}(παραπόλλυμαι) idem quod ſimplex pereo. Deperierunt naues. Cæſ. 5. bel. Gal. Scheda nequa depereat. Cic. Att. lib. 1. Decor lacrymis deperit Ouid. Epiſtol. 12. Deperire pro mori. Cic. in Topi. Si is, cui uſus fructus legatus eſt, deperiiſſet. Quandoq; eſt impatienter amare, ἐπιμαίνεσθαί τινι. Plau. in Caſ. Hic ipſus Caſinã deperit.

DEPESTA, uaſa uinaria erant, quæ ſacris Sabinis in deorum menſa collocari ſolent. Depeſta item fœmi. ge. poculi genus eſt apud Græcos. Vtriuſque auctor eſt Varro libr. 4. de lingua Latina.

DEPILES, pen. cor. {*Senza peli*}(ἄτριχες, ψιλοί) qui ſunt ſine pilis. Var. lib. 1. de Vita Popu. Rom. Quod ludis Præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

DEPILO, las, pen. co. {*Spelare, trar uia i peli*}(ψιλόω) pilos detraho. Martia. Cum depilatos Chreſte coleos portes. Carmen eſt Iambicum trimetrum, quod Iambum habet in ſecunda ſede. Idem rareſacio. Luci. lib. 29. Nato quid actum eſt? omnes depilati ſumus, id eſt, rareſacti, ut interpretatur Nonius.

DEPINGO, is, ere, {*Depingere*}(καταγράφω) eſt perfectè pingere, & etiam deſcribere. Cicer. 3. de Orat. Pamphilumq; neſcio quem ſinimus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias, depingere. Manus, obſcœnas depinxit tabellas, Propertius lib. 2. Depingere uerbis rem aliquam. Cic. 2. de Fini. Pudebat te, inquam illius tabulæ, quam Cleantes ſanè commodè uerbis depingere ſolebat. Depingere facta alicuius. Teren. in Phor. Propè eorum facta imprudens depinxit ſenex. Depingere cogitatione. Cic. 4. Acad. Vt & ea declarant, quæ cogitatione depingimus.

DEPLANGO, is, {*Percuotere*}(κόπτομαι) idem quod plango, uel uehementer plango. Ouid. 4. Metam. Cadmeida palmis Deplanxere domum, ſciſſaq; cũ ueſte capillis.

DEPLANO, as, pe. pro. {*Spianare*}(ὁμαλίζω) complano, planum facio. Lactant. lib. 4. Ego ante ibo, & montes deplanabo.

DEPLANTO, as, {*Suellere, ſpiantare*}(ἀποφυτεύω) quod plantatũ erat euello. Plin. Sed utraque infirmiſſima, & quæ cortice nituntur tantum, uel leni aura ocyſſimè deplantantur.

DEPLEO, ples, {*Votare, euacuare*}(καταπλέω) exhaurio. Papinius: Da mihi ſi ueteres digno depleuimus hauſtu, Da fontes mihi Phœbe nouos.

DEPLORO, ras, pe. pro. {*Lamentarſi piangendo piangere. Pet. Pianſi molt'anni il mio sfrenato ardore*}(ἀποδύρομαι, κλαίω) plorando lamentor, uel fletu proſequor. Cice. in Cato. Non libet deplorare mihi uitam, quod multi & indocti ſæpe fecerunt. Et lib. 2. Offic. Admonebat me res, ut hanc quoque intermiſſionem eloquentiæ deplorarem: niſi uererer, ne de meipſo aliqua uiderer queri.

Aliquando eſt plorandi finem facere. Vnde Deplorata cadauera dicebantur, quibus ultimus luctus perſolutus erat. Liui. 4. ab Vrb. Ante omnia deplorati erant, equites, non priuato magis, quàm publico luctu. Rempu. item dicimus deploratam, iam euerſam. uel de qua nihil melioris ſpei ſupereſt. Morbus itẽ deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, quibus nullo remedio poteſt ſuccurri. Plin. lib. 28. cap. 8. Prodeſt, ut demonſtrabimus ſuo loco, deploratis in phthiſi. Idem lib. 26. cap. 6. Conſtat deplorata aurium uitia eo remedio ſanari. Hinc Indeploratus, a, um, compoſitum, (ἀκλαυστος) cuius mortẽ nemo defleat. Oui. in Ibin: Indeploratum proijcere caput.

DEPLVMIS, me, {*Senza piume, ſenza penne, ſpennacchiato*}(ἄπτερος) adiectiuum eſt, idem ſignificans, quod Implumis, hoc eſt ſine pennis. Plini. libr. 30. cap. 24. Inuentæ ſunt ibi nudæ atque deplumes.

DEPLVO, is, ere, (καταβρέχω) deorſum pluo, ſiue ex loco ſuperiore pluo. Tibul. lib. 2. Hæc fore dixerunt belli mala ſigna cometen, Multus ut in terras deplueretq; lapis.

DEPOLIO, is, ire, {*Polire, finire*} auctore Feſto, idẽ eſt quod perficere (ἐξεργάζομαι) quia in omni opere politio ultimum ſibi uendicat locum. Neq; enim antè res poliri conſueuit, quàm perfecta ſit. Inde Depolitum idem eſt, quod perfectũ. Sæpe tamen accipitur pro ſimplici. Plin. lib. 36. cap. 25. Si uerò cote depolitum eſt, nigri pauimenti uſum obtinet.

DEPONERE, {*Deporre, por giu, laſſar ſtare*}(καταθεῖναι) eſt deorſum ponere, ut deponere ſarcinã. Plau. in Curc. Propino magnũ poculũ, ille ebibit: Caput deponit, cõ dormiſcit, ei ſubduco annulũ. Per tranſlationẽ & dicit de rebus incorporeis: ut, Deponere dolorẽ, Deponere moleſtias. Ci. Att. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiã retuliſſem. Sic Deponere inuidiam, curas, ſimultatẽ, inimicitias. Item Deponere memoriã, uel ex memoria, uel memoria, pro obliuiſci. Deponere ędificationẽ, eſt abijcere animũ ędificandi. Cicer. Fam. 3. Nunc uerò ſi audient te ædificationẽ depoſuiſſe. Deponere prouinciã. Cic. ad. Att. 2. Cũ prouinciã depoſui in concione Dicit autẽ quis deponere prouinciam, cum ſponte ſua ante legitimum tẽpus eam recuſat, uel coactus magiſtratu ſe abdicat: non autem, cum exacto prouinciali tempore magiſtratu decedit. Interdum idem eſt quod priuare, καταλύειν. Plau. Vt me deponat uino, eam affectat uiam. Deponere etiam aliquid dicuntur certantes pignore, cũ aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum ſit uictoris. Vergil. in Bucol. Ego hanc uitulam (ne forte recuſes: Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus,) Depono: tu dic, mecum quo pignore certes. Nonnunquam etiam eſt ſer-

nendum dare & fidei alicuius committere. Cic. 3. Offic. Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, officium nõ reddere. Depoſitus participium, ad cuſtodiendum traditus. ut, Depoſitam pecuniam recuperare. Cic. pro lege Agra. Depoſitus pro deſperato, ſiue deſperatæ ſalutis. Cic. 3. Verr. Itaque mihi uideor magnam & maximè ægram, & propè depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe. Verg. 12. Aeneid. Ille ut depoſiti proferret fata parentis, Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius: Depoſiti, deſperati.

DEPONENS, uerbum, (ἀποθετικὸν) ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis uerbi: ſcilicet paſſiuam ſignificationem, & futurũ participium in dus, quod eſt ſignificationis paſſiuæ. Nam cùm participia quatuor habeat uerbum commune, ut Criminans, Criminaturus, Criminatus, & Criminandus, deponens tantùm habet tria, ut Minor, Minans, Minaturus, & Minatus: non autem Minandus.

DEPONTANI, auctore Feſto, dicuntur ſenes ſexagenarij, qui de ponte deijciebantur, hoc eſt, ſuffragio quod per pontem ferebatur, priuabantur. Vide Eraſmum in Adagio, Sexagenarium de ponte deijcere.

DEPOPVLATIO, onis, {Sacco, diſtruttione} (πόρθησις) uaſtatio, direptio, Cice. pro Fonteio: Prouincia à Thracum depopulatione defenſa. Idem de Aruſ. reſpon. Qui excisionem, inflammationem, euerſionem, depopulationem, uaſtitatem meis omnibus tectis atq; agris intulerunt.

DEPOPVLATOR, oris, (πορθητής) uaſtator, direptor. Cic. pro Domo ſua: Depopulator fori, obſeſſor patriæ.

DEPOPVLOR, aris, ari. {Saccheggiare, guaſtare, predare} (καταπολεμεῖν, διαπορθεῖν) eſt deſtruere, ſiue deprædari, uaſtare, et diripere. Pli. lib. 18. cap. 20. Salaſſi cùm ſubiectos Alpibus depopularentur agros. Cicer. 5. Verr. Qui cùm agros maximos, ac feraciſſimos per ſeipſum hoc eſt, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur. Legitur etiam Depopulo actiuè apud Hircium lib. 6. de Bello Hiſpanienſi: Agros (inquit) ueſtramq; prouinciam ueſtro impulſu depopulauit.

DEPORTATIO, uide Deporto.

DEPORTO, as, are. {Traſportare, portare di luogo à luogo, confinare} (ἀποκομίζω, μετακομίζω) referre, reportare, de loco quopiam aliquid afferre. Cice. pro Domo ſua. Hoc ſimulacrum quidam homo nobilis ad ornatum Aedilitatis ſuę deportauit. Idem pro Pompeio. Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitum deportauit. Interdum idem quod ſimplex porto. Cice. Atti. Quæ arma ſuperabunt, ea ſi Brundiſium iumentis deportaueritis, uehementer Reipublicę profueritis. Deportare in inſulam, eſt quempiam inſulę alicuius finibus circumſcribere. Vnde deportati dicuntur, exules certæ alicuius inſulæ aut alterius loci limitibus circumſcripti, quos, niſi aperto uitæ diſcrimine, egredi non liceat. Vlpia. Hæc eſt differentia inter Deportatos & Relegatos, q; in inſulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis poteſt: Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotauit, uel de quibus deportãdis ſcripſit. Trãſfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem, & uituperationẽ habent, ut cùm aliquem laudem uel dedecus ex aliquo loco dicimus deportaſſe. Cic. Trebatio: Mihi crede, nihil ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit, deportare. Transfertur etiam ad uerba, cùm quis pro uerbis uerba reportat. Verg. 2. Aeneid. Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.

DEPOSCO, is, ere, depopoſci, {Dimandare con inſtanza} (ἐξαιτεῖν) inſtanter petere, & quodam quaſi iure exigere. Cic 6. Verr. Vt illa flamma diuinitus extitiſſe uideatur, non quæ deleret Iouis Opti. Maxi. templum, ſed quæ præclarius magnificentiuſq; depoſceret. Cæſ. 8. bel. Gal. Principem ſceleris ipſius, & concitatorem belli Cutruatum ad ſupplicium depoſcit.

DEPOSITOR. {Depoſitore, quello che dà à luogare qualche coſa ad alcuno} (καταθέτης) qui apud alterum quippiam deponit. Depoſitarius, qui depoſitum accipit, καταθηκοφύλαξ. Vide lib. 16. Digeſt. titulo Depoſiti et contra.

DEPOSITVM, ti, ſubſtantiuũ, {Il depoſito, quello che ſi da in ſaluo} (παρακαταθήκη) quod deponit: hoc eſt, quod alicui ſub fide traditur, uel quod pignoris loco dimittitur, uel quod ſequeſtro, à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum, reddendumq;, cum fuerit de iure diſcuſſum, traditur, μεσεγγύημα. Cice. 3. Offi. Quid? ſi quis apud te pecuniam depoſuerit, bellum patriæ inferat, reddes'ne depoſitum? Non reddere depoſitum maxima iniuſtitia eſt.

DEPOSTVLO, as, {Domandare con inſtanza} (ἐξαιτεῖν) uehementer poſtulo. Hircius 6. Bell. Hiſpan. Ciuitates contrariæ Pompeio auxilia ſibi depoſtulabant.

DEPRÆDOR, populor, {Depredare, ſaccheggiare} (καταςυλάω, λαφυραγωγῶ) à quo Deprædator, & Deprædatrix, uerbalia nomina.

DEPRÆLIOR, aris, {Combattere, far fatto d'arme} idem quod Prælior. Horat. 1. Carmi. Permitte diuis cætera, qui ſimul Strauere uentos æquore feruido Deprælaintes, &c.

DEPRAVO, pen. pro. {Vitiare, falſare, adulterare, corrompere} (λωβάω, διαστρέφω, παραφθείρω, στρεβλόω) prauum facio, uitio, adultero, corrumpo & quod bene aut dictum aut ſcriptum eſt, in deteriorem partem detorqueo. Terẽ. in Phor. Nihil eſt tam bene dictum, quin male narrando poſſit deprauarier. Cic. 1. de Finib. Sed ita, ut ea quæ corrigere uult, mihi quidem deprauare uideatur. Deprauate aduerbium. Cice. 1. de Finib. De quibus neque deprauate iudicant, neque corrupte.

DEPRECOR, pen. co. {Pregare grandemente} (δέομαι, εὔχομαι) ponitur pro ſimplici, cum quadam tamen uehementia, ut ſit uehementer, ſiue ſuppliciter precari. Sueto. in Cæſ. Satis conſtat, Syllam cum deprecantibus amicis & ornatiſſimis uiris aliquandiu denegaſſet, atque illi pertinaciter cõtenderent, expugnatum tandem proclamaſſe. Cic. in Lælio: At C. Bloſius Cumanus hoſpes familiæ noſtræ. Scæuola, cum ad me, qui aderam cum Lenate & Rutilio Conſulibus in conſilio, deprecatum ueniſſet. Et lib. 1. ad Heren. Deprecatio, cum et peccaſſe & conſulto feciſſe reus confitetur, & tamen poſtulat, ut ſui miſereatur. Habet quandoque contrariam ſuo ſimplici ſignificationem, & precis negationem, ſeu detractionem importat, ſicut in Dedecet, Deſpero, & huiuſmodi, et ſic ſignificat recuſare, & precibus contendere ne aliquid fiat, παραιτοῦμαι, ἀπεύχομαι. Aſinius Ciceroni. Nec periculum eſt ullum, quod pro libertate aut refugiã, aut deprecer. Verg. 12. Aene. Equidem merui nec deprecor, inquit. Ouid. lib. 1. de Ponto. Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem, Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum. Liui. de Bell. Maced. utranq; ſignificationem complexus eſt: Ego ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecor pœnam: ſi innocẽs ſum, ne inuidia conflagrem, cum crimine non poſſim deprecor. Horum prius pro abominor, deteſtor, ſiue recuſo ſumitur, poſterius pro uehementer precor. Sue. in Aug. Cum Lectorius adoleſcens patricij generis in deprecanda grauiore adulterij pœna, allegaret ſe eſſe profeſſorem. Auctor ad Heren. lib. 4. Audes uerbum facere? audes quicquam petere? Audes ſupplicium deprecari? hoc eſt, conari precibus efficere, ne ſupplicium de te ſumatur. Interdum idem eſt quod depellere, uel a ſe remouere, ἀπωθεῖσθαι. Inde dicimus, Deprecari inuidiam, ignominiam, calumniam. Quintil lib. 3. ſcribit Deprecationem depulſionem eſſe. Item Cic. in Catil. lib. 1. Nunc ut à me P. C. quandam propè iuſtam querimoniam deteſter deprecer, percipite, quæſo, diligenter quæ dicam. Qua de re ſi Gellius ſcripſit, Deprecari ſignificari execrari, deteſtari, depellere, uel abominari, nõ fuit culpãdus à Laurentio Valla, cum depello huiſce Ciceronis exemplis probè conueniat, & cũ Deprecor maximè congruat, propter præpoſitionem De, qua ambobus præpoſita eſt. Execror uero, deteſtor, abominor, cum penè idem ſignificent quod recuſo, etiã ipſi uerbo Deprecor conueniunt in ea ſignificatione, in qua ſuprà illud Ouidij, Mortem quoque deprecor idem, diximus accipiendum: ut & illud Cic. lib. 2. de Repub. Etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur id eſt, propulſabat, & defendebat. Salluſt. in Iugurth. Tantummodo imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. Quandoque Deprecari, eſt precibus eximere, ἐξαιτεῖσθαι. Cice. de lege Agra. contra Rullum: Siquid deliquero, nullæ mihi ſunt imagines, quæ me à uobis deprecentur. Cice. pro P. Sylla: Multorum hic uitam eſt à L. Sylla deprecatus.

DEPRECATIO, onis, {Il dimandar perdono} (ἐξαίτησις) poſtulatio ueniæ, Cic. 2. de Inuent. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.

DEPRECATOR, oris, {Interceſſore} interceſſor, depulſor. Cic. lib. 1. Epiſto. Poſt temeritatem noſtri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Idem pro L. Flacco: Sperabam, iudices, honoris potius, L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miſerarum deprecatorem.

DEPREHENDO, is, {Cogliere, trouare in mancamento} (φωράω, καταλαμβάνω) ſignificat incautum quempiam capio. ut, Deprehenſus ſum in adulterio, in ſcelere, ἁλίσκομαι. Cice. 5. Ver. Qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Deprehenſus ab hoſtibus à tempeſtate. Vergi. 4. Georg. Deprehenſus olim ſtatio tutiſſima nautis. Vnde et Deprehenſa, genus animaduerſionis in milites, qui certo in errore deprehenſi fuiſſent, caſtigatione maior, ignominia minor. Interdum Deprehendere, eſt animaduertere, cognoſcere, αἰσθάνομαι. Cice. pro Cœlio: Cum ego facinora oculis prius, quàm opinione, manibus antè, quàm ſuſpicione deprehendi. Lactant. lib. 1. de Ioue loquens: Non'ne à ſua prima pueritia impius & penè parricida deprehenditur? Deprehenſor, oris, ὁ ἁλώσας.

DEPREHENSIO, onis, (κατάληψις) ſubita comprehenſio, animaduerſio. Cice. pro Cluentio: Subita ueneni deprehenſio.

DEPRIMO, is, depreſſi, pen. cor. {Deprimere, abbaſſare, humiliare} (ταπεινόω, πιέζω) deijcio, conculco, in inferiorem partem demitto, defigo. Varro: Ab eo depreſſus, à quo erigi, extolliq; ſperabam. Lactan. lib. 6. Altera quæ ad inferos deprimat, id eſt, deorſum premat, uel mittat. Lib. 3. ad Heren. Quàm maximè ſedata & depreſſa uoce principia dicemus, id eſt, ſubmiſſa. Cic. Antequã iret in exilium: Nam quem uirtutis gloria, cum ſumma laude ad cœlum extulit: eundem inimicorũ inuidia indigniſſimè oppreſſum depreſſit ad ſupplicium. Depreſſus, nomen ex participio idem eſt quod humilis, ut Depreſſior locus. Colum. lib. 1. cap. 12. Cum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta. Idem lib. 5. ca. 9. Mu do in elatiora, modo in depreſſiora cliui obliquum agi ſulcum oportebit.

DEPROMO, is, pen. pr. {Proferire, dar fuora} (προφέρω, προχειρίζομαι) profero. Cic. 2. Offic. Altera ex arca, altera ex uirtute depromitur.

DEPROPERO, as, uide Propero.

DEPSO, is, (δέψω) ſignificat ſubigendo manibus aliquid molle et tenerũ reddo. Cato de Re ruſt. cap. 76. Deinde manibus bene depſito. Huius compoſitum eſt Condepſo: & deriuatiuum depſticus, a, um, δεψητικός, quod depſendo, hoc eſt, ſubigendo confectum eſt. Cato cap. 74. Panẽ depſticum ſic facito, &c.

DEPVBER, uel Depubis, pen. pr. (ἄηβος) dicitur is, qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc Depuberem porcum dicimus, quem lactentem occidimus. Ex Feſto.

DEPVBERE. {Gittare la uergogna, diuenir sfacciato} (ἀπερυθριᾶν) pudorẽ abijcere. Oui. Depuduit, pluſq; pudor ſua ſigna reliquit. Hinc Depudeſco, cis, quo uſus eſt Hieronymus ad Euſtochium. Nõ depudeſco infelicitatis meæ.

DEPVDICO, as, pen. prod. {Violare, tor l'honore} (διαφθείρω) uiolo, ſtupro, & pudicitiam aufero, Vſus eſt Laberius in Mimis, teſte Gellio lib. 16. cap. 7. in principio.

DEPVGNO, as, are, {Contendere, combattere} (διαμάχομαι) pugno, certo, decerto, dimico. Cic. de Senec. Depugnauit apud Termopylas. Idem pro Cæci. Nõ erit cur depugnare quiſquam poſt hac poſſeſſionis cauſa uelit. Depugnatur impersonale. Cic. ad Attic. lib. 16. Calendis Ianuarij a erit fortaſſe præſidio. aut quidem antè depugnabitur. Depugnatus, participium. Plaut. Menæch. Sed metuo, ne ſerò ueniam, depugnato prælio.

DEPVRGO, as, {Purgare} (ἐκκαθαίρω) idẽ quod purgo. Cat. de Re ruſ. Terrã cũ ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba, graminibuſq;. Dicimus & Depurgare crimina, pro excuſare, diluere. Liu. 9. bell. Mace. Filium mittere Romam, ſimul ad depurgãda crimina, ſimul ad deprecandũ iram Senatus ſtatuit.

DEPVRO, as, pe. pr. (ἐξαχρειῶ, ἀποτρέψω) purè libero, extergo. Vnde Depuratum dicimus, ſiccatum & mundatum.

DEPVTO, as, pen. pro. (κατατέμνω) puto, reſeco, à maiori corpore abſcindo, ramis ſarmentis've ſuperfluis arborem uitem've libero. Columel. lib. 3. In agro macro & ſicco uineam imbecillam in brumam amputato, quam partem non deputaueris, circa calendas Februarij repetito, & deputato. Item Deputare eſt exiſtimare, cenſere iudicare, ἀπολογίζεσθαι: quod uulgo dicitur Reputare, nõ, ut multi putant, delegare. Terent. in Hecy. Aedepol næ meam eſſe herus operam deputat parui pretij, Qui ob rẽ nullam me miſit fruſtra, ubi totum deſedi diem.

dicem. Plau. in Amph. Inde cras è promptuaria cella depromat ad flagrũ? Nec cauſam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilij ſiet? Nec quicquam ſit, quin me omnes eſſe dignum deputent. Deputare ſecum rationes Teren. in Ade. Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo.

DEPVVIO, is, {Battere, percuotere} (τύπτω μαστιγόω) ex De & Pauio; hoc eſt, cædo. Lucilius: Palmiſq; miſellam Depuuit me, id eſt, uerberauit.

DEQVEROR, {Lamentarſi querelarſi} (μέμφομαι) pro ſimplici Queror, legitur apud Valer. Flaccum lib. 5. Argon. Ante omnes ſecũ dequeſta labores.

DERADO, is, pen. pro. (ἀποξύω) radendo auſero. Pli. Quod deraſum eſt, teritur, & cribratur.

DERBE, es, (Δέρβη) caſtellũ eſt & portus Iſauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli diſcipulus fuit. Hinc Derbites, (Δερβείτης) gentile.

DERBICES, (Δέρβικες) populi ſunt Aſiæ, auctore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos oxus amnis medios ſecat. Hi acerrimi delictorũ uindicatores credũtur: utpote qui leuiſſimum quodq; delictum capite puniant. Parentes grandæuos poſtquam annum ſeptuageſimũ fuerint egreſſi, iugulatos deuorant, ſatius arbitrãtes, à cognatis illos, q̃ à uermibus abſumi: citra ſeptuageſimum annum obeuntes, non edunt, ſed humant, ut ſcribit Strabo li. 2. Hos Hieronymus, Derbies uocat: Maſſagetæ (inquit) et Derbies miſerrimos putant, qui ægrotatione moriantur: et parentes, cognatos, propinquos, cùm ad ſenectutẽ uenerunt, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, ut à ſe potius, q̃ à uermibus comedantur.

DERCE, (Δέρκη) fons eſt frigidiſſimus æſtate, inter Bilbilim & Segobrigã, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus ex Perotto. Mart. tamen hunc fontem Dircennã uocat, non Dercen. Sic enim ſcribit lib. 1. ad Licianum: Tepida natabis Cõgedi unda, Molleſq; Nympharũ lacus, Quibus remiſſum corpus aſtringes breui Salone, qui ferrum gelat. Auidam rigens Dircenna placabit ſitim, Et Nemea, quæ uincit niues. Quo in loco ſi Dirce legatur uerſui deerit ſyllaba.

DERCETO, (Δερκετώ) nomen eſt fabuloſæ deæ, quæ apud Ioppen, auctore Plinio, aut (ut Diodoro li. 3. placet) iuxta Aſcalonem colitur humana facie, reliquo corpore piſcis. Hanc Syri Atargatim uocãt. Filiam habuit Semiramidem, quã à columbis educatam ferunt. Ob id ſacras genti aues eas eſſe oſtẽdit Tibullus, Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

DERELINQVO, is, ere, {Abbandonare. Pet. Chi abbandona lei d'altrui ſi lagna} (καταλιμπάνειν) prorſus, ſeu in totum relinquere, deſerere. Cic. pro Cec. Derelinquo iam communem cauſam, populi Romani iua in ueſtra fide ac religione depono. Derelictio, onis, uerbale. Ci. 3. Offi. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam eſt. Derelictus, partic. Auctor ad Heren. lib 4. Item commodius eſt in derelicta, q̃ in celebri regione locos comparare. Pro derelicto habere. Cic. ad Att. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Derelictus, us, ui. Gell libro. 14. cap. 12. Siue quis arborem ſuam uineamq; habuerat derelictui, non id ſine pœna fuit.

DEREPENTE, {Di ſubito, incontanente} (ἐξαίφνης) una dictio, quia (ut docet Donatus) aduerbijs præpoſitionem ſeparatim non addimus. Si enim ſeparaueris, non eſt Latinum De repente. Cic. pro Q. Ligar. Si cùm hoc domi faceremus, quod & facimus, & ut ſpero non fruſtra facimus, ut derepente irrupiſſes, & clamare cœpiſſes.

DERIDEO, des, pe. pro. {Beffare, dileggiare} (καταγελάω, καταμειδιάω) cum alterius contemptu rideo. Plau. in Aulu. Neque ædepol ego te deriſum uenio, neque derideo. Vnde Deriſor, καταγελαστής. Plin. lib. 11. cap. 52. Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, deriſores ſignificant. Deridiculum irriſio. Plau. in Pſeu. Quam illum mihi uerba per deridiculum dare. Deridiculus, a, um deriſione dignus, καταγέλαστος, καταγέλαστος. Varr. 1. de Re ruſti. Sequetur ut duos uillicos, & duas uillicas habere debeat, quod eſt deridiculum. Deridicula uanitas, apud Gellium lib. 10. cap. 11.

DERIPIO, pis, pen. cor. {Rapire, pigliare preſtamente, ſcarpire} (καταρπάζω) idem eſt quod abſtraho, auello. Verg. lib. 2. Geor. Cola q; prælorum fumoſis deripe tectis: id eſt, properanter tecta eripe. Plaut. in Menæch. Sed quis hic eſt, qui capillo me huc de curru deripit? Diripere uerò, (λαφυρεύομαι) ſignificat diuerſè diuerſè rapere, ſpolio, depredor, ut fit in urbium expugnatione, Gellius: Nã cùm oppidum Tholoſanũ in terra Gallia Q. Cepio cõſul diripuiſſet, multũq; auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero, cruciabiliq; exitu periit. Domus direpta, Verg. 2. Aen. Membra direpta manibus nefandis, Ouid. 3. Meta. Opes direptæ, Claudianus. Direptio. Cic. 2. Offi. Tanta ſublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; ſociorum, ut imbecillitate: &c. Direptor. Cic. 3. Verr. O præclarum cuſtodem ouium, ut aiunt, lupum. cuſtos'ne urbis, an direptor & uexator eſſet Antonius?

DERIVO, as, pe. pe. {Deriuare. Pet. L'acqua che di Parnaſſo ſi deriua} (παροχετεύω) riui more aquam deduco, alio'ue deflecto. Col. lib. 1 Crebroſq; ſulcos aquarios (quos nonnulli Elices uocant) faciamus, & omnem humorẽ in cloacas, atque inde extra ſegetes deriuemus. Per translationem elegantiſſime ponitur pro deflecto. Ter. in Phorm. Quiduis, niſi ut maneat Phanium, atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam. atq; omnem in me deriuẽ iram ſenis? id eſt, deflectam. Vbi Donatus: Deriuatio. (μετάστασις) dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertineat, ad eum ad quem non pertinet. Cic. pro Mil. Fecerunt id ſerui Milonis (dicã enim nõ deriuandi criminis cauſa, ſed ut factum eſt) neq; imperante, neq; præſente domino, quod ſuos quiſque facere ſeruos uoluiſſet. Hoc eſt non dicam eo animo, ut Milonis crimen in ſeruos reijciam, ſed quia ita res ſe habet. Hinc fit Deriuatiuus, a, um, quod ab alio deducitur. παράγωγος.

DERODO, is, deroſi, deroſum, {Rodere} idem eſt quod ſimplex Rodo. Pli. lib. 11. cap. 37. Et cochleæ dentes habẽt. indicio eſt à minimis earum deroſa uitis.

DEROGO, as, pen. cor. {Deragare, ſcemare, togliere, leuar uia qualche parte. Pet. Scemando la uirtu chel fea gir preſto} (ἀφαιρέω) eſt alicui rei aliquid detraho, uel auctoritatẽ, aut exiſtimationẽ diminuo. Vnde Derogare legi eſt aliquid de lege diminuere, uel detrahere. Abrogare aũt legem, eſt legem omnino tollere & damnare, Auctor ad Heren. Cũ duæ leges inter ſe diſcrepant, uidendum eſt primum, num quæ abrogatio aut derogatio ſit. Quid eſt ergo Derogatio, niſi detractio aliqua legis? Abrogatio ipſius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius ſublatio eſt. Cic. li. 2. de Inuẽ. Indignũ eſt de lege aliquid derogari, uel legẽ abrogari. Dicimus aũt Derogo legi, uel de lege, et Abrogo legi uel legem. Auctor ad Her. Cum oſtẽditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum, uel derogatum ſit. Item per accuſatiuum Derogare legem. Cic. pro Fonteio: Quorum uirtuti & rebus geſtis fidem & auctoritatem in teſtimonio inimicitiarũ ſuſpicio derogauit. Huius Antitheton eſt Arrogo, qđ eſt auctoritatis aliquid aut fidei alicui attribuere. Hieronymus in Prolog. Eſdræ. Interrogent Hebræos, & ipſis auctoribus tranſlationi meæ aut arrogent uel derogẽt. Derogito, as, are, frequentatiuum. quo antiqui uſi ſunt pro ſimplici rogitare. Plaut in Aſina. Placide ergo unumquidq; derogita, ut acquieſcam.

DERSÆI, cum æ diphthongo, ſiue (ut alij legunt) Derſei, (Δερσαῖοι) populi ſunt Græcorum in litoribus Thraciæ, quorum meminit Herodo. lib 7.

DERTONA, æ, pen pro. (Δέρτων Stephano) Inſubriæ oppidum eſt ad Padum fluuium, quod à Ptolemæo Taurinis annumeratur. Hodie Tortona.

DERVMPO, is, (καταρρήγνυμι) abrumpo. Collis arduus, et deruptus, id eſt abruptus, ſiue præruptus, Tacit. libr. 2. Idem lib. 9. Et pars maxima inermes per inuia, & rupes deruptas præcipitantes fugerunt.

DERVNCINARE, {Diſſipare fracaſſare} (ἐκθεραπεύειν) diſſecare, & diſſipare. Tractum à runcinis, hoc eſt, ferris maioribus, quibus fabri lignarij maiora ligna ſecant. Plau. in Mil. Vt lapide deruncinauit militem.

DERVO, is, {Cader giu, ruinare à baſſo} (καταπίπτω) decido. Apule. Prolapſus deruiſſem. Cic ad Att. lib. 16. actiuè poſuit pro auſero, ſiue adimo. Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

DES, olim, pro Bes, dicebatur as, dempto triente. Eſt enim Des, ſiue Bes octo unciarum pondus, διμοιρία.

DESACRO, as, are, {Conſacrare} (ἀφιερόω) idem quod ſacrare, uel conſecrare: ut Deſacrare aliquid Triuiæ, apud Sta 9. Theb. Nota per Arcadias felici robore ſyluas Quercus erat, Triuiæ quam deſacrauerat ipſa. Eiectum turba nemorũ numenq; colendum Fecerat.

DESÆVIO, is, {Incrudelire} (ἀγριαίνομαι) ualde ſæuio. Colu lib. 6. cap. 1. Patere unum diem noctemq; deſæuiant. Item ſæuire deſino. ἀφυβρίζω. Vergi. 4. Aen Dum pelago deſæuit hyems.

DESCENDO, is, {Diſcendere. Pet. Mentre ch'al mar deſcenderanno i fiumi} (καταβαίνω, κατέρχομαι) deorſum eo, ex loco ſuperiore in inferiorem me conſero, cuius contrarium eſt aſcendo. Cic. 4. Tuſcu. Vt enim in inferiorẽ ambulationem deſcendimus. Per tranſlationem uerò dicimus. Deſcendo in prælium, deſcendo in campum, deſcendo in forum. & huiuſmodi alia. quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de uita ad mortem eſt iſte deſcenſus, ſiue ad animam, ſiue ad corpus, ſiue ad utrunque ſpectet. Perſius Deſcendere in ſeſe poſuit. pro eo quod dicimus, ſuam infirmitatem agnoſcere: Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo: Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Deſcenſus, us, κατάβασις. Verg 6. Aene. Facilis deſcenſus Auerni. Deſcenſio, onis. Liui. 4. Bell. Pun. Prius quàm in continentem deſcenſiones facerent.

DESCISCO, is, deſciui, deſcitum, {Deuiare, mancare di fede} (ἀφίσταμαι) ab imperio ductuq; alterius deficio. Liu. 2. ab Vrbe: Præneſte à Latinis ad Romanos deſciuit.

DESCOBINATVS, {Ferito, tagliato, raſu} (ἀποξυσμένος) ſaucius, abraſus, ſectus. Varro in Meleagr. Sin autem delectationis cauſa uenamini, quantò ſatius eſt, ſaluis cruribus, in circo expectare, q̃ his deſcobinatis in ſylua, curare? Nonius.

DESCRIBO, is, ere, {Traſcriuere, deſcriuere, ricopiare, depingere} (ἀπογράφειν) propriè ſignificat de exemplari ſcribere. Cuius ſignificationis etiam ſunt Exſcribere. & Tranſcribere Cic. Corn. Dicam tuis, ut eum, ſi uelint, deſcribãt, ad teq; mittant. Per tranſlationem uerò ponitur pro diſponere, ſeu deſignare, διατάττειν, διαγράφειν. διανέμειν. Idem in Lælio: Mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio. Item pro delineare, uel depingere. Plau. in Aſina. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. Accipitur etiam pro ſimplici Scribo, uel pro Conſcribo. Verg. in Daphnide: Imò hæc, in uiridi nuper quæ cortice fagi Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui, Experiar. Lactan. lib. 5. Quid eſt enim, cur illam uel in carminibus, uel in omni ſermone & deſcribant: cõquerentes eius abſentiam, cum ſit facillimum bonos eſſe, ſi uelint? Deſcriptus, participium. Cic. 2. in Cati. Quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta, docui: Deſcriptus, nomen ex participio. Cic. 3. de Fin. Quid enim aut in natura qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manu factis tam compoſitum, &c. Deſcriptio, onis. Deſcriptio equitum, peditumq;. Cic. 4. Tuſcu.

DESECO, as, pen. cor. {Tagliare uia} (ἀποτέμνω) abſcindo, reſeco, amputo. Cic. Att. Tu illud deſecabis & hoc adglutinabis.

DESECRO, as, {Diſſagrare, deſgradare} id eſt quod ſacrum erat, profanum facio, quod Latini alio uerbo uocant Exaugurare. Vnde ſacerdotes ſceleris alicuius damnati, antequã ſupremo ſupplicio afficiantur, cõſueuerunt deſecrari: quod uulgus uocat Degradari.

DESERO, is, eui, deſitum, pen. cor. {Inſtare, piantare} (φυτεύω) idem eſt quod ſero, ſiue planto. Varr. lib. 1. de Re ruſt. ca. 23. Nam & in recentibus pomarijs deſitis ſeminibus, in ordinemq; arbuſculis poſitis, primis annis, antequam radices longius procedere poſſunt, alij conſerunt hortos.

DESERO, is, pen cor. rui, tum, {Abbandonare} (ἀπολείπω) derelinquo. Terẽ. in Heaut. Mulier telam deſerit continuo. Deſerere item ſigna milites dicunt, item Deſerere patriam. & Deſerere Imperatorem, hoc eſt, relinquere, & in periculo deſtituere. Vnde Deſertores dicuntur, proditores, qui eos, quos maximè defenſos oportebat, in diſcrimine relinquunt. Cæſ. 6 Bell. Gall Qui ex ijs ſecuti nõ ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur. Quomodo autẽ differat Deſertor ab emanſore, uide in dictione Emanſor.

DESERTO, as, frequentatiuum eſt, a deſero, ἐρημόω. Accius: Cum me ſolum utreq; parens deſertaſſent.

DESERTVM, ti, {Deſerto deſhabitato, ſolitario} (ἔρημος) locus ſolitarius, ac inhabitatus. Verg. 1. Aene. Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro.

DESERTVS, a, um, participium, {Abbandonato} (ἀπολελειμμένος) deſtitutus, relictus. Cic. pro Cluentio. Locus a uoce Tribuni deſertus. Idem in Partit. Ora. Ager deſertus a plebe, atq; a cultura hominum. Migrat etiam in nomẽ, admittitq; comparationem. Idem in Piſonem: Vt nullius unquam reditus fuerit deſertior. In deſertiſſima ſolitudine, idem. 6. Verr.

DESERVIRE, {Seruire humilmente} (θεραπεύειν. ὑπηρετεῖν, δουλεύειν) eſt abiecte & humiliter cuipiam ſeruire. Cicero Tiro. Indulge ualetudini tuæ,

cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis.

DESES, deſidis, {*Ocioſo accidioſo*}(νωθὴς, ῥᾴθυμος) otioſus, ſupinus. Liu. lib. 1. Deſidē Romanū regē inter ſacella & aras acturū eſſe regnū rati. Vnde Deſidioſus, qui totus deſidet, & nihil agit. Oui. de Reme. amo. Quæritur, Aegyſthus quare ſit factus adulter: In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. Inertiſſimum, & deſidioſiſſimum otium, Cic. 2. de lege Agr. Deſidioſe, aduerb. ῥᾳθύμως. Agere ætatem deſidioſe, Lucr. lib. 4.

DESIDEO, des, deſedi, deſidere. {*Stare ocioſo*} otioſum ſedere. Teren. in Hecy. Fruſtra ubi totum deſedi diem.

DESIDO, dis, deſedi (nam præteritum à ſedeo mutuatur, teſte Valla lib. 5.) {*Deſcendere à ſedere, ſtare al baſſo, ſpalancare*} idē quod ad ſedendū deſcēdo. Sæpe & accipitur pro Dehiſco. Cic. 1. de Diuin. Eo tēpore ipſo, cum hoc calamitoſum prælium fieret, tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribusq; inſulis totaq; Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræq; deſederint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint.

DESIDERABILIS, le, (ἐπιθυμητὸς) expetendus. Cic. de Fin. Nihil deſiderabile concupiſcunt.

DESIDERATIVA VERBA, (ἐφετικὰ ῥήματα) ſunt, quæ à Priſciano Meditatiua uocantur. Ea terminantur in rio: ut Eſurio, Parturio: & deſideriū magis, q̄ meditationem denotant. Cice. 2. Phil. Vtinā aliquando dolor populi Roma. pariat, quod iandiu parturit. Pl. lib. 35. cap. 11. Actitæ omnes adalligati mulieribus, uel quadrupedibus in pelliculis ſacrificati, uteri animalium cō tinent partus, non uſi parturiant remouēdi: alioqui uuluę excidunt, ſed niſi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. Parturio itaq; ſignificat cupio parere: Eſurio, cupio edere: Micturio, cupio meiere. Scaturio autē pro primitiuo capitur ſcateo, non enim deſideratiuum eſt ſignificatione, ſed uoce tantum. Amaturio autem, Lecturio, & ſimilia quando illis docti uſi non ſunt, non modò inter deſideratiua, ſed ne inter Latina quidem ſunt annumeranda.

DESIDERIVM, {*Deſio, deſiderio. Pet. Tirami ſolo un deſiderio intenſo*} (ἐπιθυμία, πόθος) pro uehementi amore, atque affectione, ut apud Iuuen. Cur Deſiderio Bibulæ Sertorius ardet. Et propriè de rebus gratis, optatis, aut amiſſis dicitur. Hinc dicimus poſt pugnam deſiderari milites, qui perierunt. Cic. 4. Tuſcu. Deſiderium eſt libido eius, qui nondum adſit, uidendi.

DESIDERO, as. {*Deſiderare*}(ἐπιποθέω, ἐπιθυμέω) à nomine Sidus deducitur, ut placet Feſto, idemq; eſt quod cupere, & optare. Cic. de Senect. Non caret is, qui non deſiderat. Idem Att. lib. 3. Sin erit bellum, ut uideo, partes meę non deſiderabuntur, id eſt, non requirentur, non deerunt. Deſiderari in acie milites dicuntur, (ὑστερεῖν) qui in prælio ceciderunt: eò q; in recenſione, quæ à prælio fieri ſolet, non cōpareant. Curtius: In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia deſiderata ſunt. Deſiderare in aliquo eloquentiam, candorē, integritatē, uel modeſtiā, eſt hmōi uirtutē in aliquo requirere, quę illi uel utilis ſit, uel neceſſaria. Ci. de claris ora. Vnū excipio Catonem, in quo perfectiſſimo Stoico ſummā eloquentiā non deſiderē. Deſideratus partic. Ci. poſt red. ad Quir. Sed omnia deſiderata magis, q̄ aſſiduè perſpecta delectāt. Deſideratio, uerbale, ἐπιθύμησις. Ci. de Senec. At nō eſt uoluptatū tanta quaſi titillatio in ſenibus. Credo, ſed ne deſideratio quidē; nihil autem eſt moleſtū quod non deſideres. Deſiderabilis, le, ἐπιθυμητὸς. Cic. 1. de Fin. Nihil enim deſiderabile concupiſcunt.

DESIDIA, æ, {*Pigritia, poltroneria*}(ῥᾳθυμία) pigritia, ſocordia, ignauia, inertia. Cic. de Leg. Agr. contra Rullum: Qui propter deſidiam in otio uiuunt, tamen in turpi inertia capiunt uoluptatem. Hinc Deſidioſus, a, um. de quo paulò antè in dictione Deſes.

DESIGNARE, {*Diſegnare, dimitare. Pet. Copri mai d'ombra ò diſegnò col piede*}(ὑποτυποῦν, σημειοῦσθαι) denotare, quaſi per ſigna demonſtrare. Cice. 1. in Cati. Notat & deſignat oculis ad cædem unumquēque noſtrum. Aliquādo ſignificat decerno, ſeu deligo (ἀποδεικνύειν, ἀποφαίνειν, προχειρίζομαι) ut, Deſignare Senatorem, λαγχάνειν βουλευτήν. Sall. Catilina nihilo minus in proximum annū Conſulatū petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex uoluntate Antonio uſurū. Interdū idē quod deſtinare. Col. lib. 3. Ipſum autem agrum, quē ſeminarie deſignaueris, planū & ſuccoſum. Aliquando ſignificat rem aliquam inſignē patrare, & accipitur in utrāq; partē, bonā & malā. Ter. in Adel. Nō illa quę facta ſunt, Omitto, modò quid deſignauit? M. Quidnā id eſt? D. Fores effregit, atq; in ædeis irruit alienas. Ab hoc uerbo deducitur uerbale Deſignatio, σημείωσις. Cic. 1. de Ora. Deinde eſſe omnē orationē aut de infinitæ rei quęſtione ſine deſignatione perſonarū & tēporum, aut de re certis in perſonis & tēporibus locata. Deſignatio præterea eſt cōtractio conductioq; populi in unū, hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio populi in ſe oculos & ora cōuertit, & ſpectaculo eſt uulgo. Hinc Deſignatores dicebantur, qui conſtituēdæ funebri pompæ, præerant, unicuiq; incedendi locum, ordinemq; præſcribentes: ſimili ferè munere eorum, qui Romæ magiſtri cæremoniarū uocantur. Græci βραβευτὰς uocant. Cic. ad Att. lib. 4. Deſertus a ſuis, uix iam decimū deſignatorem, uix Gellium retinet. Vlpia. l. athletas. ff de his qui not. infa. Deſignatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celſus probat: quia miniſterium, non artem ludicram exercent. Bud. in Annot.

DESILIO, is. ſecunda ſyllaba co. {*Deſcendere di ſalto*}(καταπηδάω, ἀφάλλομαι) deſilui, deſultum, ſaltu deſcendo. Plin. de uiris illuſt. Dum è tēplo Dianæ deſilijt, talum intorſit. Deſilire ab equo. Verg. 11. Aen. Portisq; ab equo regina ſub ipſis Deſiluit. Deſilire de nauibus, Cæſ. 2. Bell. Gall. Deſilire de rheda, Cice. pro Milone. Deſultor, uerbale & Deſultorius, unde in dictione, Deſultores. Deſultura, ræ, ipſe deſiliendi actus.

DESINO, is, pen. cor. ex De, & Sino, {*Ceſſare, dimettere, laſciare*} (παύομαι, καταλήγω) ſignificat omitto, finio, ceſſo. Ter. in Phorm. Imò haud deſinam, Donec perfecero hoc. Idē in prologo And. Dehinc, ut quieſcant. Porrò moneo, & deſinant maledicere. Cice. Mario. Libenter me hercle artem deſinerem, tecumq; & cū ſimilibus noſtri uiuerē. Eſt aūt Deſinere artem, renūtiare arti, atq; relinquere, καταλύειν τὴν τέχνην, ἢ παραλύειν. Gel. lib. 15. Omnium tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt. Apul. lib. 4. Deſine ſcelus. Aliquando pro terminare accipitur. Pli. in Paneg. Incipimus inde, deſinimus ibi à quo incipi, in quo deſini ſub alio principe nō poſſet. Idē in Epiſt. Deſinit ibi triclinium. Deſinitur, imperſonale, et Deſitū eſt. Oui. 1. de Arte: Tunc bene deſinitur. Ci. 2. de Fin. Rectè iampridem deſitum eſt contra eos diſputari.

Deſitus, pen. cor. partici. Cice. ad Pætum lib. 9. Poſt hunc tredecim fuerunt ſella curuli ante L. Papyriū Craſſum, qui primū Papyſius eſt uocari deſitus.

DESIPIO, is, pen. cor. {*Eſſere pazzo fuor di mente*}(παραφρονῶ, ὑβρίζω) deſipui, deſipiui, & deſipij, ex De, & Sapio ſignificat inſipienter ago, ſiue de ſapientia decido, deliro, uel aliquid à communi ſenſu ſapientiaq; minus habeo. & conſtruitur cū ablatiuo. Ci. M. Cęlio: In quo cū obiurgaret, q; nimio gaudio penè deſiperem. Plau. in Epid. gemituo iuuat: Deſipiebā mentis, cum illa ſcripta mitterē. Augu. lib. 1. de Ciui. Dei, docet minus eſſe Deſipere, q̄ Inſanire. Porrò, inquit, ſi quis hoc aggrediendū & ſuadendū putat, nō dico deſipit, ſed inſanit. Huius cōtrariū eſt Reſipiſco: nā Reſipio in uſu raro eſt, Reſipiſco frequēter. Contrà, Deſipio in uſu eſt, Deſipiſco non. Et hęc omnia ad mentē propriè pertinent. Eſt enim Reſipiſcere, ad mentem redire ἀναφρονεῖν. Lact. lib. 6. Diui. inſtit. Reſipiſcit enim, ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit.

DESISTO, is, {*Ceſſare, laſciare*}(ἀφίσταμαι, ἀπολήγω) ceſſo. Verg. 1. Aenei. Me'ne incepto, deſiſtere uictam? Plau. in Menęch. Quid tu es triſtis? quid ille abs te iratus Deſtitit? neſcio quid uos uelitati eſtis inter uos duos, id eſt, receſſit. Deſiſtere & ſtare ſubſiſtere, uel in loco aliquo morari, ſignificat. Plaut. in Moſt. Quid illic deſtitiſti obſecro, tandiu? Deſiſtere apud Iuriſconſultos eſt à re aliqua calumnioſe inſtituta abſtinere. Deſiſtere, inquit Vlpianus eſt à negotio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat. Inde Deſtitiſſe is uidetur, nō qui diſtulit, ſed qui litis renuntiauit in totum.

DESITIATES, (Δεσιτιᾶται) Liburniæ populi in conuentu Naronenſi: quos commemorat Pli. lib. 3. cap. 22.

DESMOTERION, {*Prigione*}(δεσμωτήριον) Græci uocant carcerem, in quo uincti aſſeruantur. A' uerbo Græco δεσμέω, quod eſt ligo & uincio.

DESOLO, as, pen. longa, {*Deſertare, diſtruggere*}(ἐρημόω) ſolum & deſertū facio, à Solus, a, um. Verg. 11. Aen. Sat funera fuſi Vidimus; ingentes & deſolauimus agros.

DESPECTIO, {*Diſprezzo. Pe. Non per odio d'altrui ne per diſprezzo*}(καταφρόνησις) idem quod contemptus. Cic. in Horten. Conſolabitur eam magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

DESPECTO, as, {*Guardare d'alto à baſſo*}(κατακύπτω, καθοράω) ſæpe deorſum aſpicio. Verg. 1. Aene. Nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas iam deſpectare uidentur.

DESPECTVS, a, um. {*Sprezzato*}(παροφθείς) participiū eſt à uerbo Deſpicior, ferè idem ſignificans, quod Contemptus. Cice. in Piſon. Abiectus, contemptus, deſpectus ab omnibus.

DESPECTVS, us {*Il proſpetto d'un luogo inferiore, il diſpregio*}(καθόρασις) nomē uerbale à uerbo Deſpicio, ſignificat proſpectū ex ſuperiori loco in inferiorem. Cęſa. lib. 7 Bell. Gall. Erat ex oppido Alexia deſpectus in cāpū. Accipitur pręterea Deſpectus, p cōtēptu, περιφρόνησις, καταφρόνησις. Auctor ad Her. Filij parui, priuati patris auxilio, ludibrio, et deſpectui paternis inimicis erūt oppoſiti.

DESPERATIO, {*Diſperatione. Pet. Et per diſperation fatta ſicura*}(ἀπόγνωσις) ut inquit Cic. lib. 4. Tuſc. eſt ęgritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum. Sallu. Ne fortè deſperatione adducti, uitę mortem præferrent.

DESPERO, as, pen. pro. {*Diſperare, ſconfidarſi*}(ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω) ſperare deſino, omni ſpe deſtitutus ſum. Hic enim De, prępoſitio negādi uim habet. Cic. 1. Offi. Conſiderādū eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiā, aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem in Piſonē: Quid, quod tu toties diffidens ac deſperans rebus tuis, in ſordibus, lamentis, luctuq; iacuiſti? Idē in Læl. Cuius aures clauſæ ſunt ueritati, ut ab amico uerum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Dicimus autem, Deſperare ſaluti, uel ſalutē, uel de ſalute. Deſperatus in morbo dicitur, de quo nulla ſalutis ſpes habetur. Item Deſperatus, qui nullam habet ſpem. Vnde uetus prouerbium: Non eſſe cum deſperatis certandum. Cic. in Cati. Exercitus comparatus ex ſenibus deſperatis.

DESPICABILIS. {*Sprezzeuole*}(εὐκαταφρόνητος, φαῦλος, παρημελημένος) contemptibilis: à quo Deſpicabilior, Deſpicabiliſſimus.

DESPICIENTIA. {*Sprezzamento, diſpregio*}(ὑπεροψία) deſpectus, ſiue deſpectio. & in ſe plus continet, q̄ contemptio, apud Cic. lib. 1. Tuſ. Totam uim bene uiuendi in animi robore, ac magnitudine & in omni rerum humanarum contentione, ac deſpicientia ponamus. Vtroque uō horum maiorem uim habet illuſio. Cic. in Catone: Contemni ſe putant, deſpici, illudi.

DESPICIO, is, pen. cor. {*Guardare à l'ingiu, diſprezzare*} (καθοράω) deorſum aſpicio. Colum. lib. 1. Arex ſi competit, in conſtituenda eſt, ut uel à domino, uel certè à procuratore deſpici poſſit. Per tranſlationem ponitur pro contēno, ſiue parui facio, περιορῶ, ὑπερορῶ. Nam cūm quis alium contemnit, deſpicere uidetur, quaſi infra ſe aſpicere. Cic lib. 2. Offi. Deſpiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil uirtutis aut neruorum putant.

DESPICOR, aris, atus, pen. cor. {*Sprezzare*}(καταφρονεῖν) deſpicio, contēno. Veteres deſpico in actiua uoce uſi ſunt: à cuius paſſiuo Deſpicatus participium remanſit. Teren. in Eunu. Quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Dona. Deſpicatam, contemptam, atque deſpectam. à Deſpicor. Deſpicatus, nomen ex participio pro contemnendo. Cic. pro Seſt. Ceſſi Tribuni pleb. deſpicatiſſimi hominis furori. Deſpicatus, us, ui, contemptus. Deſpicatui duci, eſt contemni. Cice. pro Flac. Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atq; celebratum eſt, q̄ ſiquis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Deſpicatio, uerbale, (καταφρόνησις) contemptus. Cic. 1. de Fin. Vt odia, inuidiæ, deſpicationes aduerſantur uoluptatibus.

DESPICATIO, & Deſpicatus, uide Deſpicor.

DESPOLIO, as, are, eſt exuere, {*Spogliare*}(ἀποσυλάω, ἀποδύω) Ci. ad Atti. lib. 7. Cūm ferret literas ad buſtum Baſilij, uulneratus, & deſpoliatus eſt.

DESPONDEO, es. {*Promettere, ſpoſare*} ex De, & Spondeo. Spondeo autē Veteres pro dico uſurpabāt. Vnde Reſpōdeo factū eſt, quod eſt poſteriore loco dico. Poſtea uero Spondere, uſurpari cœptū eſt, pro promittere, ἐγγυᾶν, ὁμολογεῖν, καθομολογεῖσθαι. Vnde qui puellam ſpondet, Sponſor: quę ſpondetur puella, Sponſa: cui ſpondetur, Sponſus: ſtipulatio qua rogatur pecunia dotis a ſponſo, Sponſio, hoc eſt, promiſſio appellatur: & dies qua puella promittitur, Sponſalis dies dicitur, & Sponſalia, mentio & promiſſio futurarum nuptiarum. Eſt autem Deſpondere, promittere: quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum pręcipuę, cuius intereſt locare mulierem uiro, ſiue uirum mulieri. Sulpitius

Periocha

Periocha Andriæ: Nam aliam pater ei deſponderat Gnatam Chremetis. Deſpondebitur. Teren. And. Ne expectetis dum exeant huc, intus deſpondebitur. Deſponſus, particip. ut, Thalamo alicuius deſponſa puella, Stat. 10. Theb. Connubia deſponſa, Catull. Deſponſa & deſtinata laus. Ci. de Aruſ. reſpon. Cui me præripere deſponſam & deſtinatam laudem, cùm ipſe eius opera & dignitatem & ſalutem recuperarim, ualde eſt iniquum. Deſpondere animũ ille dicitur, (ἀπολέγειν τὴν ψυχὴν, ἀπηγορευκότως ἔχειν, δυσμαθεῖν, ἀλύειν, ἀπεγνωκέναι πρὸς τὸ ζῆν ἔχειν) qui melioris fortunæ ſpem abiicit, & quaſi ex deſperatione mori decreuit, & lucis tædio affectus eſt. Liuius li. 3. Nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis. Apud Columellam abſolutè legitur Deſpondere, pro mori ſeu deficere, nam de turdis ſic ait: Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clauſi plurimi deſpondent. Similiter dicimus Deſpondere ſapientiam, illũ qui deſperat ſe poſſe ad ſapientiæ faſtigium peruenire, & ob hoc deſiſtit ab incepto. Col. lib. 12. Quàm probabilis ratio eſt obtuneſcendi, quia nequeas orator eſſe perfectus? aut in ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam? Magnæ rei, quantuſlibet poſſederis, fuiſſe participem, non minima eſt gloria.

DESPONSO, as, (μνηστεύω) idem quod deſpondeo, uxorem promitto. Deſpõſatus, particip. paſſiuum. Suet. in Cæſ. ca. 1. Dimiſſa Coſſutia, quæ familia equeſtri, ſed admodum diues prætextata deſponſata fuerat.

DESPVMO, as, pen. pro. {Schiumare, leuar le ſchiume.} (ἀπαφρίζω) ſpumam aufero. Verg. lib. 1. Georg. Et folijs undam tepidi deſpumat aheni. Per tranſlationem ponitur pro decoquere. Hierony. ad Ocean. Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Perſ. Stertimus, indomitum, quod deſpumare Falernũ Sufficiat.

DESPVO, is, {Sputare in giu} (καταπτύω) deorſum ſpuo, ſeu ſpuendo execrationem demonſtro. Perſius: Eſt prope te ignotus, cubitu qui tangat, & acres Deſpuat in mores. Deſpus, paſſiuum, Pli. lib. 10. cap. 23. Simulq; comitialem propter morbum deſpui ſuetum. Deſpuitur, imperſonale. Liu. 5. ab urbe: Vbi nunc deſpui religio eſt.

DESQVAMO, {Scagliare} (ἀπολεπίζω) ſquamis exuo. Plaut. in Aulu. Dromo deſquama piſces: tu Macheno Congrum, murænam exdorſua, quantũ potes. Deſquamare etiam de arboribus, & alijs rebus dicitur. Pli. lib 17. cap. 24. Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices, corpuſq; deſquamauit. Idem lib. 23. cap. 7. Summo cortice deſquamato, altiore plaga ſiccantur. Idem libr. 35. cap. 17. Primùm abluitur ueſtis Sarda, dein ſulphure ſuffitur, mox deſquamatur Cimolia.

DESTICO, as, pen. correp. apud auctorem Philomelæ legitur, pro ſtrepere, & eiuſmodi edere ſonum, qualem reddunt ſorices. Quod tamen arbitror uerbum eſſe ab illius carminis auctore cõfictum, quippe quod apud aliũ ſcriptorẽ uix inuenias. Mus (inquit) auidus mintrat, uelox muſtelaq; dintrit: Et Grillus grillat: deſticat inde ſorex.

DESTICOS, (Δέστικος) inſula eſt exigua, Thraciæ adiacẽs, nõ procul à Cherroneſo: cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 12.

DESTINO, as, pen. cor. {Deſtinare. Pet. Gratie ch'a pochi'l ciel largo deſtina} (eligere, προορίζειν, τάττειν, προστάττειν, ἀποτάττειν, ὑπογράφειν) aſſignare, deliberare, conſtituere. Col. lib. 2. Itaque conſiderandum erit, ut ſolum quod excolere deſtinamus, pingue ſit: Cic. 2. Tuſc. Alter præſto fuit ad horam morti deſtinatam. Suet. de Cæſare: de ampliando imperio plura ac maiora in dies deſtinabat, id eſt, parabat, conſtituebat, deliberabat. Quandoq; ponitur pro alligare. Apul. lib 4. de Aſino, Arreptum me loro quàm ualido, ad anſulam quãdam deſtinato, &c. Quandoque mittere (ἀποστέλλειν) ſignificat. Iuuen. Deſtinat hoc monſtrum cymbæ linique magiſter Pontifici ſummo. Aliquãdo emere. Plaut. in Rud. Minis triginta ſibi puellam deſtinat, datq; arrabonem, & iureiurando alligat. Hoc idem ſignificat Perſtino. Apu. Et percontato pretio, qđ centum nummis indicaret, aſpernatus, uiginti denarijs perſtinaui. Eſt & Præſtino, de quo alibi. A Deſtino fit compoſitum prædeſtino, (προορίζω) unde & Prædeſtinatio: qua uoce Eccleſiaſtici ſcriptores utuntur pro diuina præordinatione, qua Deus cùm futura omnia præuidit, tum de ſalute noſtra aut damnatione ſtabile inuiolabileq; præiudicium fecit. Deſtinare etiam aliquando poſitum inuenitur pro notare. Q. Curtius lib. 9. Dioxippus coniectũ oculorum, quibus, ut fur, deſtinabatur, ferre non potuit. Vbi Deſtinare oculis furẽ, accepit pro certis quibuſdam indicijs oculorum furẽ denotare. Deſtinatio, onis pro deliberatione. Pli. lib. 7. cap. 35. Peſtilentia urbis, fames, ſitiſq; Italiæ, deſtinatio expirandi, & quamdiu medià: maior pars mortis in corpus recepta. Deſtinatus, pro certo & definito. Quin lib. 3. cap. 8. Iudicialem, in qua ferè cadẽ, ſed certis deſtinatiſq; perſonis quærantur.

DESTITVO, is, {Abbandonare, laſciare in pericolo} (μεθίημι, καταλείπω, προΐεμαι) ex De, & Statuo, ſignificat derelinquo in periculo deſero. Vergil. 1. Eclog. Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Cic. 4. Philipp. Quid? eundẽ in decemuiratu non deſtituiſti? Interdum eſt priuare, & ſic conſtruitur cum ablatiuo, Col. lib. 9. Ruſus nimiam ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento. Interdum diſſoluere. Næuius: Nauem iubet deſtitui anchoris. Interdum ſtatuere. Cæcilius: Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe. Plau. in Rud. Ita dum deſtituit ſigna hic cum clauis ſenex.

DESTRINGO, gis, {Spiccare, ſtrepare,} (καταστρίγγω) decerpo, colligo, auello. Vnde Deſtringere oleam dicimus, pro eo quod eſt oliuas manibus colligere, Et Oleas ſtrictiuas, ſiue Deſtrictiuas, quæ opponuntur caducis. Col. libro. 12. Tum & olea deſtringenda eſt ex qua uelis uiride oleum efficere. Eſt item Deſtringere, (ἀποξύω) ſudores, aliaſue ſordes cuti adhærentes abradere: quem in uſum olim in balneis ſtrigiles habebant. Mar. lib. 14. Pergamus has miſit. curuo deſtringere ferro. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Per metaphoram apud Ci. pro Rab. Nec amicum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciem deſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ, id eſt non aufert aut obtundit. nam tametſi magni ſit nominis, non tamen erubeſcit ſuccurrere inopi amico.

DESTRVCTILE, pe. co. {Distruggeuole,} (ἀφανιστόν, φθαρτόν) q́ deſtrui poteſt. Lact. lib. de Ira Dei. Deſtructilia ſunt omnia, quæ manu fiunt.

DESTRVO, is, xi, ctum, {Distruggere,} (ἀποκαθαιρέω, ἀφανίζω, ἀπολύω, λυμαίνομαι) ſignificat quod ſtructum erat corrumpere. Huius antitheton eſt Conſtruere. Cic. de Senect. Vt nauem, ut ædificium idem deſtruit facillimè qui conſtruxit, &c. Quin. lib. 5. cap. 7. Interim & ſingulos ut exornare ita deſtruere contingit, id eſt, oſtẽdere ijs moribus eos eſſe, ut in teſtimonio reddendo non ſint recipiendi.

DESVBITO, aduerbium, {Di ſubito} (ἐξαίφνης) idem quod ſubitò, & celeriter. Plau. in Moſt. Quamuis de ſubito facilè eſt facere nequiter.

DESVBVLO, as, {Forare.} a ſubula ſignificat perfodere, ut interpretatur Nonius, citans illud Varronis ex Seſquiulyſſe. Alteram Carnicadem deſubulaſſe, bona corporis ſecutum.

DESVDO, as, pen. pro. {Sudar grandemente,} (καθιδρόω) ualde ſudo. Per tranſlationem ponitur pro laborare. Cic de Senect. Deſudare atq; elaborare in aliqua re. Vnde Deſudaſco, & Deſudaſcitur imperſonale. Plau. Homo adoleſcens penetrem huiuſmodi palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur?

DESVESCO, is, deſueui, deſuetũ, {Diſuezzare, diſuſare,} (ἀηθίζω) & Deſueo, es, eui, deſuetum, (ἀήθης γίνομαι) Prius neutrum, ſecundum actiuum, unde Nonius in priſcis dictionibus: Deſueui illum, pro Deſueſeci illum, id eſt, conſuetudinem illi abſtulit. Titin Paraſitos amoui, lenonẽ ædibus abſterrui, deſueui ne quo ad cœnam iret extra conſilium meum. Vbi Deſueui, dixit pro eo quod eſt in deſuetudinem adduxi. Deſueo tamen hodie rarò eſt in uſu: quemadmodum et ſimplex Sueo, aliaq; eius cõpoſita, Aſſueo & Conſueo. quorũ loco utimur Aſſuefacio, Conſuefacio: & Deſuefacio, quæ actiuam habent ſignificationem: quorum paſſiua ſunt Aſſuefio, Conſuefio, & Deſuefio. Ab ijſdem formantur & augmentatiua Sueſco, Aſſueſco, Conſueſco, Deſueſco, neutralem habentia ſignificationẽ. Mutuãtur aũt hæc præterita & ſupina à primitiuis ſuis exoletis: ut Sueſco, ſueui, ſuetum: Deſueſco, deſueui, deſuetum. Claudian. lib. 1. de Rap. Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu, ſummoq; Iouis deducere paruã Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis. Cic. Metello: A te id quod ſueſti peto, me abſentem diligas, atque defendas. Quandoque Deſueſcere, accipitur pro Conſueſcere, ut De præpoſitio augeat. Plau. in Aſin. Auceps quando concinnauit aream offundit cibum, aues Deſueſcunt. neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum.

DESVEFACIO, is, ere deſueſeci, deſuefactũ, {Diſuſare,} (ἀήθη ποιεῖν) a cõſuetudine abſtrahere. Ci. pro Cluen. Quid, quòd roſtra iandiu uacua, locumq; illum poſt aduentum L. Syllæ, à Tribunitia uoce deſertum oppreſſerat multitudinemq; iam deſuefactam à concionibus, ad ueteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat?

DESVEFIO, deſuefis, deſueſieri. {Laſciare l'uſanza} (ἀήθης ποιοῦμαι) conſuetudinem amitto, a conſuetudine abducor. Varro. 2. de Re ruſti. cap. 9. Duobus menſibus primis a partu, non disiunguntur à matre, ſed minutatim deſuefiunt.

DESVETVDO, {Diſuſanza} (ἀήθεια, τὸ ἀηθὲς) à Deſueſco: ſicut Conſuetudo, à Conſueſco, quæ contraria ſunt. Liu. lib. 1. ab urb. Mitigandum ferocẽ populum armorum deſuetudine ratus.

DESVLTORES, (κέλητισταί) dicuntur, quorum ars eſt binos trahere equos & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſultare. Liu. lib. 23. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recẽtem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat: tanta uelocitas ipſis, tamq; docile equorum genus eſt. Varro lib. 2. de Re ruſt. Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac deſultor. Deſultorij uerò ipſi equi ſine ephippijs (κέλητες) dicti, quod ex his facilè deſiliant deſultores, qui duo ſingulis equitibus præſtò erant exercitatis ita militibus, ut altero de uia feſſo, deſilire poſſent in recentem. Suet. in Cæſ. Quadrigas, bigaſq;, & equos deſultorios agitauerũt nobiliſſimi iuuenes. Caſſiod. uero in Epiſ. diuerſum ab hoc genus fuiſſe docet in ludis Circenſibus. Equi (inquit) deſultorij ſunt, per quos Circenſium miniſtri miſſos deuntiant exituros, ut luciferi quadam in aſtris ſimilitudine præcurſorias uelocitates imitari uideantur. Per tranſlationẽ Deſultorius inſtabilis, ac identidẽ ab alio in aliud commeans, dicitur. Cic. pro L. Mur. Reſpondebo igitur Poſthumio primum, qui neſcio quo pacto mihi uidetur Prætorius cãdidatus in Conſularẽ, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculũ incurrere. Apul. 1. de Aſin. Iam hæc quidẽ ipſa uocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo, quem acceſſimus, reſpõdet. Mar. de nuptijs philologiæ: Leuitate peruix deſultoria geſtiebat.

DESVM, dees, deeſt, {Mancare,} idem eſt quod deficio. Seneca. Felix eſt, cui nihil deeſt ad bene beateq; uiuendum. Deeſſe officio ſuo, eſt officio ſuo non ſatiſfacere. Deeſſe occaſioni, eſt occaſionem ſeſe offerentem non arripere, opportunitatemq; rei bene gerendæ prætermittere. Pli. li. 11. ca. 25. Nulloq; momento meditari ceſſat, nequando deſit occaſioni. Pro eodem ferè uſurpamus, Sibi ipſe deeſſe. Cic. pro Roſc. Amer. Mihi auſculta, uide ne tibi deſis. Deeſſe amici periculo, eſt amico in periculo non opitulari. Nonnunquam etiam pro abeſſe accipitur. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Huic conuiuio puer optimus Q. tuus, meuſq; q́ perleuiter commotus fuerat, defuit.

DESVMO, is, {Pigliare, prendere,} (λαμβάνω) idem eſt, quod ſimplex Sumo. Liu. lib. 4. ab urbe: ſinguli ſingulos ſibi Conſules aſſeruandos aſſumunt.

DESVPER, {Di ſopra,} (ἄνωθεν) a ſuperiore loco Cæſar. 1. bell Gal. Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus reuellerent, & deſuper uulnerarent.

DETEGO, is, pe. co. {Scoprire,} (ἀποκαλύπτομαι, ἀποκαλύπτω, ἀπογυμνόω) quod tecum erat aperio, nudo Plau. in Moſtel. Texit, detexitq; me illico. Per tranſlationem. Liu. 10. ab Vrb. Ite igitur, dicite, inquit, detegant nequicquam conditas inſidias.

DETER ſiue DETERVS, a, um, pen. cor. {Reo, malo.} (καταδεής) adiectiuum inuſitatum, idem ſignificans quod uilis, paruus, quaſi deterius, à quo Deterior, deterrimus. Teren. Heaut. Deteriores omnes ſumus licentia. Plau. Moſt. Quid tu nunc hominum te omnium deterrime uenisti huc oſtentatum?

DETERGEO, es, ſi, ſum, & Detergo, is, {Forbire, nettare, purgare,} (ἀπομάσσω, ἐκκαθαίρω, ἀπορρύπτομαι) purgo, ſordibus libero. Colum. lib. 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Ponitur aliquando tranſlatè: ut Detergere faſtidia, pro auferre. Col. lib. 8. cap. 10. Detergere ſpurcitias, idem lib. 1. cap. 5. Detergere remos, idem eſt, quod remos confringere. Cæſar. Bellorum ciuilium lib. 1. Aut remos tranſcurrentes ſi detergere poſſent, contendebant. Detergere palmites, eſt ſuperuacuos palmites decerpere. Col. lib. 4. cap. 27.

DETERMINO,{*Terminare, porre i termini, diffinire,*}(ὁρίζω)terminos im pono:uel terminis, & uelut limitibus quibuſdam deſigno. Liu.1.ab Vrbe. Inde ubi proſpectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occaſum determinauit. Plau. in Poen. Eius nunc regiones, limites, cõfinia Determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Per tranſlationem pro Definio. Cic. de Orat. Et id quod dicit, ſpiritu, non arte determinat. Lact. lib.4. Determinanda eſt nobis ueritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda. Determinatio, onis. Cic.2. de Nat. Deo. Extrema ora, & determinatio mundi.

DETERO, is, pen. cor. detriui, detritum, {*Tritare, conſumare,*} (κατατρίβω) uſu conſumo, attenuo, deterius reddo: unde Togam detritam dicimus, quæ longo iam uſu deterior eſt reddita. Læuam æſtate deteris, (θέρους τὴν χλαῖναν διατρίβεις) prouerbio in eos dici conſueuit, qui rebus neceſſariis alieno tẽpore abutuntur. Accipitur etiam pro triturare, ἀλοᾶν. Colu. lib.1. cap.6. Area optima eſt ſilice conſtrata, quod & celeriter frumenta deterantur, nõ cedente ſolo pulſibus ungularum tribulorumq;, & eadem euentilata mundiora ſint, lapillisq; careant & glebulis, quas per trituram terrena ferè remittit area. Nonnũquam idem eſt quod deſtruo, corrumpo, uel imminuo. Plin. Nimia cura deterit magis, quàm emendat. Ad eundem ferè modũ dicimus Deterere laudes alicuius, pro eo quod eſt, Laudes eius imminuere. Horat lib.1. Carminum: Laudes egregii Cæſaris, & tuas Culpa deterere ingeni.

DETERREO, es, deterrui, {*Spauentare, sbigottire,*} (καταπλήττω, ἀφείργω, ἀποτρέπομαι) ualde terreo, quaſi terrore quodã prohibeo, remoueo ue. Ci. lib.1. Tuſc. Itaq; non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus, quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ unquam longe poteſt abeſſe. Deterritus, particip. Deterritus pudore. Cic. ad Attic. lib.10 Deterritus ab officio.

DETESTABILIS, le, {*Deteſtabile,*} (ἀπευκταῖος, μυσαχθής) abhominabile. Cic. in Offi. Nulla eſt deteſtabilis peſtis eſt, quæ nõ homini ab homine naſcatur.

DETESTATIO, onis, (μῦσος) uerbale idem ſignificans quod abominatio: uel execratio. Cic. pro Domo ſua: Cum pro deteſtatione tot ſcelerum unam unã nepharie conſecraret. Iuriſconſultis Deteſtatio eſt annuntiatio, quę fit abſenti adhibitis teſtibus. Apuleius lib.7. Deteſtationem poſuit pro teſtium abſciſſione. Ob id(inquit) truces ueſanosq;, adhibita tali deteſtatione, manſuetos exinde factos.

DETESTOR, aris, {*Abominare, maledire. Pet. Et maledico il dì ch'io uidi'l ſole.*} (μυσάττομαι, ἀποστρέφομαι) abominor, improbo, execror. Cic. in Vatinium: Omnes te uitant, & cum uiderint, tanquã malum auſpicium deteſtantur. Inuenitur & in paſſiua ſignificatione. Horat. lib.1. Carm. Bellaq; matribus Deteſtata. Accipitur & pro ſimplici teſtor. Plaut. Menæch. Summum Iouem, deosq; deteſtor, me neq; iſti malè feciſſe mulieri, &c.

DETEXO, is, {*Teſſere.*} (ὑφαίνω) idem quod Texo, perficio. Vergil.2. Eclog. Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus, Viminibus molliq; paras detexere iunco.

DETINEO, es, pen. cor. {*Intratenere, ritardare, ritenere,*} (ἐπιλαμβάνομαι, κατέχω, παρατείνω) teneo, ſiue remoror. Cic. Att. lib.4. Conſilium tuum etſi non in longinquũ tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. Terent. in Eun. Detineo te fortaſſe, tu profecturus aliò fueras. Pli. Epiſt.124. Mox cũm è Sicilia rediens, in Icari inſula uentis detinere. Per tranſlationem uerò Terent. in Phor. Pol me detinuit morbus. Sall. Me ambitio mala detinuerat. Retinere autẽ eſt, quod habemus ſeruare & cuſtodire. Sall. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Hinc Detento, as, frequentatiuum.

DETONDEO, es, detondi, quod tamen antiqui, ſicut ſuum ſimplex, geminabant, {*Toſare.*} (ἀποξυράω, ἀποκείρω) penitus tondeo. Colu. lib.8. Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neq; frigus, ſi lanam detraxeris, neq; æſtum, ſi nondũ detonderis, ſentiat: uerũm cũm quæq; detonſa fuerit, ungi debet tali medicamine.

DETONO, as, pe. co. {*Ceſſare di tonare,*} (ἀποβροντάω) tonare deſino. Quintil. lib.12. cap.9. Nam cũm illa dicendi uitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit uera, & uirtutis fortior fama.

DETORNO, as, {*Lauorare al torno,*} (ἀποτορνεύω) ex materia quapiam torno aliquid efficio. Plin. lib.13. Lignum grande intus, firmæq; duritiæ, ex quo uelares detornant anulos.

DETORQVEO, es, ſi, tum, {*Torcere piegare,*} (κατακάμπτω, παραφέρω) deflecto, curuo. Colu. lib.4. Sed quod in ſalicto conferendo uitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt neceſſe longiorẽ facere, ſi uolumus detortum pangere. Per tranſlationem ponitur pro abſtraho, auello, aliorſum torqueo. Cic.1. Offic. Nã & uoluptates blandiſsimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. Frequenter etiam accipitur pro deprauo, ſiue in aliũ ſenſum quàm dictum aut factum ſit, aliquid interpretor. Colu. li.3. ca.10. Atq; hæc forſitan pluribus dicta ſunt, quàm exigebat ratio ueritatis: minus tamen multis, quàm poſtulabat prauè detorta & inueterata opinio ruſticorum.

DETRACTO, as, {*Dir male de l'abſente,*} (καταλαλῶ) clanculum abſenti obloquor. Eſt autem frequentatiuum uerbi detraho, quod eſt eiuſdem ſignificationis.

DETRACTOR, oris, (κατάλαλος) qui abſentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur.

DETRACTIO, onis, (ἀφαίρεσις) idem quod ablatio. Cic.3. Offic. Nõ igitur magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid eiuſmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Interdum idem eſt quod oblocutio, & læſio famæ abſentis, καταλαλία. Exempla nuſquam non occurrunt.

DETRAHO, is, xi, ctũ, {*Tor uia,*} (ἀφαιρέω) trahẽdo aufero. Terẽ. in Heaut. Occurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Interdum adimere ſiue derogare, ἀφαιρεῖν. Cic.3. Offic. Nunquam committit, ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Per tranſlationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod eſt, famam alicuius, honorẽ, aut exiſtimationem lædere, διασύρειν & tunc cum datiuo conſtruitur. Ouid. de Triſt. Detrahat autori multum fortuna licebit.

DETRECTO, as, frequentatiuu, {*Refiutare, recuſare, ſchiffare,*} (διαδύομαι, ἀπολέγομαι) defugio detracto, recuſo, nego. Verg. lib.3. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, Aut iuga detrectans, interdumq; aſpera cornu. Iuſtinianus: Nec ipſa detrectauit certamen.

DETRIMENTVM, {*Danno*} (βλάβη, βλάμμα) damnum dictum ſecundum Varronem à deterẽdo, quod ea quę trita ſunt, minoris pretii ſint. Hora.2. Epiſt. Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet. Detrimentoſus, a, um, quod adfert detrimentum, apud Cęſarem 7. Bell. Gal. Sic Intertrimentum ab eo, quod duo inter ſe ſint diminuta. Differuntq; ab inuicem, quod Detrimentum(ut Pædianus docet) uel unius partis dici poteſt: Intertrimentum uero ad utriuſque partis ſpectat, dãtis, accipientisq; incommodũ. Huius uocis frequens eſt uſus apud Iuriſconſultos. Vſus eſt etiam ea Cic. in Verrem. Cum eo ſine ullo intertrimẽto conuenerat. Vide ſuo loco.

DETRVDO, is, pe. pro. {*Cacciare in giu,*} (κατωθέω) deorſum trudo, ſiue trudendo deiicio. Liu. lib.2. Iam impetu conabantur detrudere uirum. Per tranſlationem accipitur pro Compello. Cic. lib.1. Offi. Sin aliquando neceſsitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt.

DETRVLLARE, eſt, de trulla in trullam transfundere: quo uerbo uſus eſt Apicius, quod ipſum & Diffundere (διαχύειν) ſecundum Plinium uocatur: ſicut in oleo Decapulare.

DETRVNCO, as, {*Troncare,*} (ἀποκόπτω, κολοβόω) truncando deiicio, amputo, ſeco, quaſi à trunco abſcindo. Liu.1. Bel. Maced. Poſteaquam gladio Hiſpaniẽſi detruncata corpora, brachiis abſciſſis, aut tota ceruice. Diſtrunco autem, in diuerſas partes trunco. Plaut. in Truc. Iam ego te hic agnum faciam, & medium diſtruncabo. Detruncatio ramorum, Plin. lib.24. cap.9.

DETVMEO, es, {*Gonfiare,*} (ἀποιδαίνω) eſt tumorem amitto, uel tumere deſino. Vnde Papinius lib.5. Thebaid. cum uellet ſignificare, mare pacatius factum eſſe, & undarũ tumorẽ depoſuiſſe, dixit mare detumuiſſe. Detumuere(inquit) animi maris, & clementior Auſter Vela uocat.

DETVRBO, as, {*Gettare à baſſo con uiolenza*} (ἀπαράσσω, καταράσσω, παρωθοῦμαι) cũ uiolentia deiicio: maioremq; uim habet quam detrudo. Ver.5. Aeneid. Puppi deturbat ab alta. Colum. uero lib.5. ad Pampinationem tranſtulit. Vinitor(inquit) qui ante ferro, nũc manu deputet, umbrasq; compeſcat, ac ſuperuacuos pampinos deturbet. Cic. ad Cn. Pomp. ad animum tranſtulit: Sed hoc ſcito, tuos ueteres hoſtes, nouos amicos uehementer literis tuis perculſos, atq; ex ſpe deturbatos iacere. Deturbare de monte, dixit Cicer. in Piſonem, pro eo quod eſt, mente ſpoliare: Sua(inquit) quemq; fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia, de ſanitate & mente deturbat.

DETVRGEO, es, deturſi, {*Sgonfiare,*} (ἀποιδέομαι) turgere deſino, tumorem pono, decreſco. Plinius: Deturgente Nilo, mures inueniuntur.

DETVRPO, {*Deformare, imbrattare*} (μολύνω, αἰσχύνω) turpem ac deformem reddo. Suet. in Calig. Pulchros & comatos, quoties ſibi occurrerẽt, occipitio raſo deturpabat. Cic. ſimplici uſus eſt: Iouis aram ſanguine turpari.

DEVA, (Δηοῦα) Britanniæ oppidum eſt in tractu Orientali, teſte Ptolemæo. lib.2. cap.3.

DEVANA, æ, (Δηουάνα) oppidum Tazęlorum, in Orientali tractu Britannię, qui hodie Scotia dicitur. Auctor Ptolem. lib.2. cap.3.

DEVASTO, as, are, {*Dar guaſto*} (καταπορθέω) deprædor, ſpolio, depopulor, profligo. Liu.2. Bell. Pun. Vbi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis quàm otio aut requie gaudentibus, profectus per Prætutianum Adrianumq; agrum, Marſos inde, Marrucinosq; & Pelignos deuaſtat. Ibidem: Ita ſumus aliquoties hac æſtate deuaſtati, &c. Agmina ferro deuaſtata, Ouid.13. Meta.

DEVCALION, (Δευκαλίων) nomen proprium filii Promethei, cui adultæ Epimetheus patruus Pyrrhã filiã cõiugio iunxit. Porrò cũm hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluuiũ cõtigit, quapropter arrepta naui ſolus Deucalion cum Pyrrha ſeruatus, in Parnaſſum montẽ delatus eſt. Ceſſantibus uerò aquis Themiſtos oraculum adiit, conſultaturus de humani generis reſtitutione: quæ reſpondit, ut oſſa magnæ matris poſt tergum iaceret. Conſectis igitur poſt tergũ lapidibus: quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas uertebãtur. Iuuc. Saty.1. Ex quo Deucalion nimbis tollẽtibus æquor, Nauigio mõtem aſcendit, ſortesq; popoſcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa. Vide fabulam apud Ouidium lib.1. Metam. Inde Deucalioneus, a, um, ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copioſiſsimis imbribus ponuntur à Poetis, ſiue pro uniuerſo totius orbis cataclyſmo, quem illius uolunt Poetæ contigiſſe temporibus. Lucanus li.1. Deucalioneos fudiſſet aquarius imbres. Vnde Deucalioneæ. Oui.7. Meta.

DEVEHO, {*Portare al baſſo, menare,*} (καταφέρω) deorſum ueho, defero. in Epiſt. Medios ille agros ſecat nauium patiens, omnesq; fruges deuehit in urbem, hyeme duntaxat, & uere.

DEVELLO, {*Suellere,*} (ἀποτίλλω, ἀποσπάω) idem quod uello. Plin. lib.12. cap.11. E cæteris hyacinthus maximè durat, & uiola alba: & œnanthe: ſed hæc ita, ſi deuulſa crebrò prohibeantur in ſemen abire.

DEVELO, as, {*Scoprire, leuare il uelo,*} (ἀποκαλύπτω) uelum aufero, & detego, reuelo, Ouid.6. Meta. Oraq; deuelat miſerę pudibunda ſororis.

DEVELTON, Pli. (Δεβελτὸς Ptolemæo) oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiuſdem nominis, Vtriuſq; meminit Pli. lib.4. cap.11.

DEVENEROR, aris, {*Honorare, riuerire,*} (σεβάζομαι) idẽ quod ueneror. Ouid. Epiſt.2. Sæpe deos ſupplex, ut tu ſcelerate ualeres, Sum prece thuricremis deuenerata focis.

DEVENIO, is, pe. cor. {*Venire, Scendere di luogo alto,*} (καταβαίνω) de loco editiore deſcendo, Verg. lib.4. Aen. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem Deueniunt. Aliquando ponitur pro ſuo ſimplici, uenio. Cic. ad Atti. Nolebam noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. Per tranſlationem uerò, cum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iuſtitia ad iniquitatem, de proſperis in aduerſa cadimus, περιπίπτομεν. Li.4. ad Heren. Videtur eſſe arrogantia, illa relinquere, & ad ſua deuenire. Pla. in Aſinar. Quid ſi fortè in inſidias deuenero?

DEVENVSTO, as, {*Imbrattare,*} (λυμαίνομαι) deturpo, Gell. lib.12. Tanquam pulchitudini ſibi inſigna deuenuſtet.

DEVERBERO, as, {*Battere, percuotere grandemente,*} (σποδέω) ualde uerbero. Teren. in Phorm. Quin me cenſes hominem iam deuerberaſſe uſque ad necem, Hoſpites, tum etiam ciues?

DEVERSIVM, Vide Diuerbium.

DEVERRA, dea ab antiquis putata eſt, quam uenerabantur, ut ſcopis domum

uertere

uertere poſſent.

DEVERRO,is,{*Spazzare,*}(κατακαίρω)uerro,euerro,uerrendo purgo. Col. lib. 8. Stabula uero frequenter deuerrenda & purganda,humorq; omnis utinq; deuerrendus eſt.

DEVERSVS, Veteres dicebant quaſi deorſum uerſus. Feſtus.

DEVESTIO,{*Spogliare,*}ἐκδύω. ueſte exuo, Apul. lib. 3. Iamprimum omnibus laciniis ſe deueſtit.

DEVEXO,as,κατακακίζω. ualde uexo, Lactan. lib. 4. Et cùm corpora hominum occupant,animasq; deuexant,adiurantur ab his, & nomine Dei ueri fugantur.

DEVEXVS,a,um,{*Piegato,chino,*}(κατάῤῥοπος)idē eſt quod decliuis,ſiue deflexus. Col. lib. 1. Parte alia collibus uel ad orientem,uel ad meridiem molliter deuexis. Hinc Deuexitas,atis,decliuitas. Pli. in Epiſt. Lato gremio pateſcit purus fons & uitreus,ut numerare iactas ſtipes,& relucentes calculos poſſis. Inde non loci deuexitate,ſed ipſa ſui copia,& quaſi pondere impellitur.

DEVINCIO,is,{*Legare,obligare,*}(καταδεσμεύω, ἐξαρτῶ καὶ δεσμῶ)ligo,cōſtringo. Plau. in Cap. Iſtas maiores catenas,quibus ſunt deuincti, demito.

Per tranſlationem. Tere. in Heau. Verùm ubi ſemel animus ſe cupiditate deuinxit mala,Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia. Accipitur aliquando pro obligo,aſtringo,uel obnoxium reddo. Cic. Lentulo,lib. 1. Epi. Hic tibi præſtanti tua in eū liberalitate deuinctus eſt. Deuinctus,partici. Colla deuinctus catenis, Silius lib. 11. Deuinctus,nomen ex participio. Horatius 1. Serm. Sat. 5. Plotius, & Varius Sinueſſæ, Vergiliusq; Occurrunt: animæ quales neq; candidiores Terra tulit,neq; queis me ſit deuinctior alter.

DEVINCO,is,{*Vincere,*}(καταγωνίζω)idem quod uinco,ſupero. Cic. de Senect. Qui Pœnos claſſe primus deuicerat. Deuictus animus. Teren. in Andr. Hic animus partim uirginis miſericordia Deuictus,partim uictus huiuſce iniuriis.

DEVIO,as,ex De,& Vio,as,{*Partirſi dalla buona uia,deuiare,*} ἀφαμαρτάνειν, τῆς ὁδοῦ,a recta uia recedo, Abuſiuè pro Deflecto ſumitur.

DEVIRGINO,as,{*Suerginare,*}(διακορεύω)uitio uirginē,uirginitate ſpolio. Pueri item deuirginari dicebantur,cùm ex ephebis exceſſerant. Nonius.

DEVITO,as,pen. pro. {*Schifare,*}(ἀποτρέπομαι, ἐκφεύγω)uito,declino. Ci. 2. Verr. Vt quoniam criminum uim ſubterfugere nullo modo poterat, procellā temporis deuitaret. Deuitatio,onis. Cic. ad Att. lib. 16. Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum, qui appare dicuntur.

DEVIVS,a,um,{*Sviato,tolto dalla buona uia,*} quod eſt a recta uia remotū: unde Cic. Anagninos uocat deuios,quod eſſent extra uiam militarem collocati. Et Horatius ſcortum deuium dixit,quaſi à recta uia remotum. Propert. Lætor quod ſine me,deuia rura colis. Cic. in Lael. per tranſlationem: Quid poteſt eſſe tam flexibile,tam deuium,q̄ animus eius,qui ad alterius nō modo ſenſum ac uoluntatem ſed etiam uultum atq; nutum conuertitur?

DEVNX,menſuræ,uel ponderis eſt ſpecies,cui duodecima deeſt uncia. hoc eſt quæ undecim cōſtat unciis: quod uel ex ipſo nomine apparet. Dictus eſt enim, Deunx,quaſi una uncia dempta de aſſe. Mart. lib. 6. Miſceri ſibi protinus deunces,Sed crebros iubet. Erat etiam Deunx menſura,qua ueteres agros ſuos metiebantur. Auctor eſt Col. lib. 5. cap. 1. Ex deunce aliquem hæredem facere, eſt,alicui totam hæreditatem unica uncia detracta relinquere. Cic. pro Cecinna: Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit.

DEVOCO,as,pen. cor. {*Chiamare in dietro,*}(μετακαλέω)uocando deduco Liu. lib. 4. Cùm à ſaucius hoſtibus ſciſcitando comperiſſet, caſtra Volſcorū deſerta eſſe,lætus à tumulo ſuos deuocat. Cic. lib. Tuſcu. Socrates primus philoſophiā in deuocauit è cœlo,quod eſt,quaſi deduxit.

DEVOLO,as,pen. cor. {*Volare d'alto,*}(καθίπταμαι)ex loco ſuperiori in inferiorem uolo. Plau. in Amph. Poſtquàm in cunis conditus, Deuolāt angues iubati deorſum in impluuiū duo Maximi. Per tranſlationem autem ponitur pro decurro. Liu. lib. 3. Alii inter tumultum præcipites,pauore in forum deuolant. Idem lib. 2. pro deſilio poſuit: Deuolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent, Aliquando eſt alio uolare,hoc eſt,diſcedere,ἀφίπταμαι. Auctor ad Heren. Ita falſi amici ſereno uitæ in tempore præſto ſunt: ſimulatq; hominis fortunæ inuiderint,deuolant omnes.

DEVOLVO,uis,{*Deuolgere,*}(καταχυλίω)ex loco ſuperiori uoluo. Col. li. 5. Huic proxima fluēs aqua è montibus orſunda,quæ per ſaxa præceps deuoluitur. Liu. lib. 2. de Bell. Pun. Saxa ingentia in agmen deuoluunt. Per tranſlationem uerò dicimus,Deuoluta eſt res,deuoluta eſt hæreditas,quod uulgò dicitur,de manu in manum peruenit. Idem lib. 5. Et eò deuolui rem,ut aut patricii,aut patriciorum aſſeclæ habendi Trib. plebis ſint.

DEVORO,as,pen. co. {*Diuorare,*}(κατεσθίω,καταφάγω, περιτρώγω, ἀφανίζω) uorando abſumo,pre edendi auiditate non manſum cibum deglutio. Cato de Re ruſt. Bos ſi ęgrotare cœperit,dato continuò ieiuno ouum gallinaceum crudū,& integrum facito deuoret. Refertur etiam ad alios ſenſus, Martia. Oculis deuorantibus draucos,hoc eſt,auidè aſpicientibus. Plau. Auſcultate atq; operā date,& mea dicta deuorate. Illud. n. oculorum,hoc aurium auiditatem ſignificat. Item pro concoquere,id eſt perferre ἐμφορεῖσθαι. Cic. 6. Philip. Quapropter Quirites expectate, & paucorum dierum moleſtiam deuorate.

DEVOTIONES,(κατευχαί,προσευχαί)uide in uerbo Deuoueo.

DEVOTO,as,pen. pro. frequentatiuum ex deuoueo,ἐκδίδωμι. Cic. Quæ uis Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? quæ patrem Decium,quæ filium deuotauit,ac immiſit in armatas hoſtium copias?

DEVOTORIVS,a,um,adiectiuum: ut Carmina deuotoria, apud Liuium, & Macrobium,quibus homines,urbesq; deuouentur. ut de tribus Deciis legimus qui ſe ipſos pro ſalute patriæ Diis Manibus deuouerunt.

DEVOTVS,{*Deſtinato,deuoto,*}(προσιδεασμένος,κατηραμένος,ἀποτεταγμένος)deſtinatus. Verg. 4. Aene. Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

Accipitur & in malum,pro diro,& execrando,(ἐναγής,κατάρατος, ἐπάρατος)Ouid. in Epiſt. Medeæ: Viuite deuoto fœmina uirq; toro. Deuoti, item dicuntur,qui mutuæ amicitiæ legibus ita ſe aſtrinxerunt, ut tota in uita iiſdem fruantur cōmodis,iiſdemq; caſibus obnoxii ſint. Cęſar. 3. bel. Gal. Atq; in ea re omnium noſtrorum intentis animis,alia ex parte oppidi Adcantuānus, qui ſummam imperii tenebat,cum ſexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant: quorum hæc eſt conditio ut omnibus in uita commodis unà cū his fruantur,quorum ſe amicitiæ dediderunt.

DEVOVEO,es,pe. co {*Far uoto,uotare,*}(κατεύχομαι)ſolenniter uoueo. Vouere autem eſt,aliquid ſanctè promittere. Ci. 3. Offi. Quid Agamemnon? cum deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. Interdum idem eſt quod præuio uoto morti ſeſe dedere. Verg. 12. Aen. Quorum ſe deuouet aris. Liu. lib. 9. Equidem mortem pro patria præclaram eſſe fateor, & me deuouere pro populo Romano legionibusq;, uel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Item eſt diris imprecationibus malum alicui optare,καταρᾶσθαι. Ouid. in Ibin. Illum ego deuoueo, quē mens intelligit, Ibin. Hinc Deuotio,(κατάρα)pro execratione. Suet. in Calig. Leuis adeò & innoxius, ut Piſonis decreta ſua reſcindenti,non prius ſucceſſere in animum induxerit, quàm ueneficiis quoque & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. Hæ deuotiones tales erant,quales diræ fuerunt apud priſcos, quæ talē habere poteſtatē credebant, ut nemini fas eſſet,qui in eas incidiſſet, euadere.

Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis,quorum altero dii tutelares urbium euocabantur ab hoſte uictore,ne deos captiuos ducere uideretur: altero deuouebant,id eſt,morti debebant hoſtium exercitus, & ſingula interdum capita eorum,qui ſe traderent irę numinum pro ſalute aliena: quale fuit carmen Deciorum,qui ſe pro patriæ ſalute deuouerunt.

DEVRO,is,ere,{*Abbruſciare.*}(καίω,ἐμπυρόω)idē quod uro. Liu. 9. Bel. Maced. M. Aemilius alter Conſul agros Ligurum,uicosq; qui in campis, aut uallibus erant,ipſis montes duos Balliſtam Suiſmontiumq; tenentibus,deuſſit,depopulatusq; eſt. Deurere morſu dicitur ſerpens,uel afflatu, cum inflammat. Mons deuſtus, Tacit. lib. 4. Pars Circi deuſta,ibidem.

DEVS,{*Dio,*}(θεός)unde deducatur,uariè exponi ſolet. Nā alii a θεᾶς deriuant, quod Deum ſignificat, Alii ἀπὸ τοῦ δέους,hoc eſt,a timore: quod primos in orbem deos(ſi tam impiam ſententiam referre fas ſit)timorem credebant inueniſſe. In qua etiam ſentētia Papinius fuiſſe uidetur: cùm ait. Primus in orbe Deos fecit timor. Cic. de Aruſp. reſp. Quis eſt tam uecors,qui aut cùm ſuſpexit in cœlum, Deos eſſe non ſentiat? Idem. 1. de legib. Nulla gens eſt neq; tam immanſueta,neq; tam fera,quæ non,etiam ſi ignoret qualem habere Deum Deceat,tamen habendum ſciat. Hinc Deitas,(θειότης,θεότης)quæ & diuinitas dicit. Augu. lib. 7. de Ciuit. Hanc diuinitatem,uel,ut ſic dicam,deitatem. nā & hoc uerbo,uti iam noſtros non piget. ut expreſſius è Græco transferant, quod illi θεότητα appellant. Deum & Diuum quidam indifferenter accipiunt. Alii Deos uolunt perpetuos eſſe, Diuos uero ex hominibus factos, τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἀποθεωθέντας. Et licet Deus definiri nequeat, tamen ita deſcribi pōt: Deus eſt mens uniuerſi. uel, Deus,eſt animus per immenſas mundi partes, omnemq; naturā commeans,atq; diffuſus. ex quo omnia quę naſcuntur animalia uitā capiunt. Vel, Deus eſt infinita mēs,quæ per ſeipſam mouetur. Speuſippus philoſophus ſic ait: Deus uiuens immortale, per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna,ipſius boni cauſa. Deus penetralis(ἑρκεῖος) dicebatur, qui intra conſeptum domus cuiuſq; colebatur: à nonnullis Iupiter Ercius dictus. Dea,æ,fœm. Vide ſuo loco.

DEVTERIA,pen. long {*Secondi uini,acquarelli,*} (δευτερίας)à Græcis dicitur uinum aqua mixtum,quod & à Latinis dicitur ſecundarium. nam δεύτερον ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

DEXAMENE,(δεξαμενή)una ex nymphis marinis,à recipiendo dicta, δέχομαι enim recipio dicitur. Dexamenę,plurali numero(δεξαμεναί) Ambraciæ regiuncula eſt,ita dicta à Dexameno Meſoli filio,& Ambracia filia Phorbatis,qui Solis filius fuiſſe perhibetur. Auctor Steph.

DEXIMONTANI,Carmaniæ populi,dextram ripam Granii amnis accolentes. Auctor. Pli. lib. 6. ca. 23.

DEXIPPVS,(δέξιππος)Orator Athenienſis fuit,ſub Valeriano & Aureliano principibus. Fuit & alter hoc nomine medicus,patria Cous, diſcipulus Hippocratis. Auctor Suidas.

DEXTANS,dextantis,decem unciæ dicuntur,eū. ſ. aſſi deeſt ſextans: ſicut Deunx,cum aſſi una deeſt uncia. Auctor Feſt. Col. lib. 5. ca. 1. Pars dimidia et tertia uigintiquatuor millia, hoc eſt dextans,in quo ſunt ſcrupula CCXL.

DEXTER,Dextri,uel Dexteri, Dextra, Dextrum,uel Dextera, Dexterum,{*Deſtro,atto,*}(δεξιός)notæ ſignificationis eſt. Verg. 5. Aen. Quò tandē mihi dexter abis? Dextrum cornu,& ſiniſtrum in acie tenere, Liu. 3. ab urbe. Ouid. Meta. Signaq; ſex foribus dextris,totidemq; ſiniſtris. Dexterior, comparatiuus. Ouid. 1. Meta. Nec te dexterior tortum declinet ad anguem. Interdum dicitur aptus,conueniens,agilis: quę ſignificatio inde tracta eſt, quod dextera manus agilior ſit & promptior ſiniſtra. Stat. li. 5. Syl. Signa frænatæ moderatus alę caſtore dextro. Dexteritas,aptitudo. δεξιότης. Liu. 7 Bell. Mace. Multa in eo & dexteritas & humanitas inſa. Antiqui Dextimum & Siniſtimū, dicebant. Varro περὶ λέξεως. Primo compito dextimam uiam muniit Epicurus. Sall. in Iug. Scylla cum equitatu apud dextimos,in ſiniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus & ſagittariis. Aliquando etiam Dexter dicitur proſper,propitius. Quin. in procem lib. 4. Adſit Domitianus dexter ac uolens. Oui. 1. Faſt. Dexter ades ducibus.

DEXTERA,uel Dextra manus,{*Man deſtra,*}δεξιά. Verg. 2. Aen. Si Pergama dextra Defendi poſſent,etiam hac defenſa fuiſſent. Et quoniam dextra ualidior eſt ſiniſtra, Dare dextram dicimus,non modo manum porrigere, ſed etiā auxilium præſtare. Verg. 6. Aene. Da dextram miſero i. præſta auxilium.

Dextraſ antiqui uenerabantur,per dextram iurabant, tanquam fidei ſedem & uirtutis miniſtram. Vnde & hodie conſuetudo remanſit apud Germanos, ut ſe mutuò ſalutantes dexteras porrigant. Dextram(inquit Seruius) Numa Pompilius: Fidei conſecrauit. Cice. 11. Philip. Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant,perfidia ſunt & ſcelere uiolatæ. Dextella,læ,diminutiuum. Cic. Atti. lib. 4. Quin. frater,ut ſcribis,ex dextella: per eum igitur quod uolemus facilè auferemus.

DEXTERE,aduerbiū,{*Attentamente,feliçemente,*}(δεξιῶς)feliciter,aptè,& cum quadam dexteritate. Liu. 1. ab urb. Nouitaq; cum breui apud regē,libera-

liter, dextereq́ obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Ser. Saty. 9. Nemo dexterius fortuna eſt uſus.

DEXTRALE, (περιδέξιον) ornamentum dextræ, commune uiris & mulieribus.

DEXTRARII, {*Deſtrieri*,} (ζύγιοι) dicuntur equi, maximè bigarij.

DEXTRO, as, eſt equos bigarios iungo. Valla de Dona. Conſtant. uidetur accepiſſe pro eo quod dicimus, equum a dextris ducere. Triumphaſſe (inquit) putas Cæſarem quoties prodibat, ut nunc ſolet Papa, præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant? Inde Dextratio uerbale. Solinus Tarpeium Iouem terna dextratione luſtrauit.

DEXTROCHERIVM, {*Monile*,} muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam gemmis pretioſiſſimis integebatur. Iulius Capit. ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam uaſto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo. Vide Cœl. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

DEXTRORSVM, & **DEXTRORSVS**, {*Verſo man deſtra*,} (ἐπὶ τὰ δεξιὰ) aduerbium, ſignificat uerſus dextram partem. Cic. 1. de Diuin. Dextrorſum orbem flammeum.

DEXTROVERSVM, aduerbium, eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuperiore, hoc eſt uerſus dextram. Pla. in Cur. Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo.

D ANTE I.

DI, & **DIS**, præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt: quæ ambæ inſeparabiles ſunt, & in compoſitione ſolùm reperiuntur. Componitur autem Di cũ dictionibus incipiẽtibus à d, ut Diduco: g, ut Digero: l, ut Diluo: m, ut Dimitto: n, ut Dinumero: r, ut, Dirudio: u, ut Diuerto, & ubiq; producitur, niſi in Dirimo, & Diſertus. Dis uerò modo negationem denotat: ut Difficilis, Diffido. modo diuerſitatem, ut Diſſideo modo diuiſionem, ut Diſſocio, Diſiungo. Modo ſignificat ualde, ut Diſcrucior. Diſcurro, Diſcupio. Modo uariè, ſiue in diuerſas partes, ut Diſpono, Diſſemino. Quãdoq; male, ut Diſpereo, malè pereo. Componitur cum c, ut Diſcumbo: f, ut Diffundo, ubi ſ, mutatur in f, euphoniæ cauſa: p, ut Diſputo: q, ut Diſquiro: r, ut Diſrumpo: ſ, ut Diſſimulo: t, ut Diſturbo: i, conſonante, ut Diſiungo.

DIA, (Δία) inſula eſt maris Aegæi, una Cycladum, diſtans à Delo XVII. M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias a uini fertilitate. Auctor Pli. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnen à Theſeo deſtitutã uxorem duxit: qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe uolunt. Ouid. in Triſt. Quã breuis æquoreis Dia feritur aquis. Eſt item Dia Theſſaliæ urbs ab Acaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœa. Quarta inſula iuxta Scyllæum Peloponneſi promontorium, oppidum habens eiuſdem nominis. Quinta Luſitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa phaſim. Octaua, Cariæ. Nona, Bythiniæ iuxta Pontum. Auctor. Stephanus.

DIA, (Δία) deæ nomen, quæ apud Sicionyos, & Phliaſios colebatur: quæ cadẽ fuiſſe creditur cum Hebe iuuentutis Dea. Vide Strabonem lib. 8.

DIABATHRA, æ, (διαβάθρα) genus ſolearum Græcarum, inquit Feſtus. Diabathrarius, qui ſoleas huiuſmodi conficiebat. Plau. in Aulu. Propolæ, linteones, calceolarij, Sedentarij, ſutores, diabatharij, ſolearij, &c. Eſt etiã Diabathra Græcis ſchala nautica per quam in nauem conſcenditur.

DIABETÆ, (Διαβῆται Steph.) inſulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum: quas recenſet Plin. lib. 5. cap. 31.

DIABETES, (διαβήτης) dictio eſt Græca, quam tranſitum transferre poſſumus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Vnde pro ſiphone accipitur, per quem aqua defluit. Col. lib. 4. cap. 10. de uite loquens: Naturali enim ſpiritu omne alimentum uitentis, quaſi quædam anima, per medullam trunci, quaſi per ſiphonem, quẽ Diabetem uocant mechanici, trahitur in ſummum. Accipitur etiam pro quodam renum morbo, maximam, & penè inextinguibilem inducens ſitim: unde & Dipſacon appellant: nonnulli etiam Fluorem urinæ, propterea quod ægri ſemper ſitientes, ſubindeq; bibentes, ſtatim etiam reddant quod biberint, à qualitate ſua non mutatum. Vide Galen de Locis affect. lib. 6.

DIABOLVS, (διάβολος) Latinè Calumniator dicitur, διαβολὴ calumnia, διαβάλλω criminor.

DIACHETON, ſpina eſt, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur: qui alio nomine Aſpalathus appellatur. Pli. lib. 24. c. 13. Eſt & Aſpalathus frutex humilior atque ſpinoſus in Hiſyro, & Rhodiorum inſulis, quẽ alij Eryſiſceptrum, alij Adipſatheon, ſiue Dipſacon, ſiue Diacheton uocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere Diaxylon, quæ nomẽclatura etiam à Dioſcoride huic frutici tribuitur.

DIACODION, (διακώδιον) medicamentum, quod ex capitibus papaueris fit. Pli. lib. 20. cap. 18.

DIACONVS, {*Miniſtro*,} (διάκονος) eſt miniſter, à διακονεῖν miniſtro: quo cognomine, Mercurius appellatus fuit, quem communem eſſe uoluerunt deorũ tum ſuperorum, tum inferorum miniſtrum.

DIACOPENE, es, (Διακοπηνή) Cappadociæ regio ad Halym fluuium. Strabo lib. 12.

DIACTOR, (διάκτωρ, διάκτορος) quaſi internuntius, quod nomen datum eſt Mercurio, quem Deorum internuntium poetæ finxerunt.

DIADEMA, pen. pro. {*Diadema*,} (διάδημα) geſtamen capitis, regum inſigne: ἀπὸ τοῦ διαδεῖν, hoc eſt à circunligando. Erat enim faſcia quædã, qua caput circunligabatur. Cic. 2. Philip. Diadema oſtendis, gemitus toto foro. Pli. lib. 11. cap. 16. Regibus apum in fronte macula, quodam diademate candicãs. Hinc Diadematus, diademate ornatus. ut Diadematus Apollo. Pli. lib. 34. cap 8.

DIADOCHOS, (διάδοχος) gemma beryllo ſimilis. Pli. lib. 37. capi. 10. Apud Athenienſes autem Diodochi dicebãtur οἱ χειροτονούμενοι, hoc eſt, quinquennis uiri, quorũ conſilio de rebus publicis priuatiſq; ſtatuebatur: ita dicti quaſi ſucceſſores, ad differẽtiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magiſtratus. διαδέχομαι, enim inter cætera ſignificat ſuccedo, & uices alterius excipio.

DIADVMENVS, (διαδούμενος) quaſi uittatus diadematuſq;, quo nomine dictus eſt iuuenis quidam ſpecioſus, quem Polycletus ex ære expreſſit. Pli. lib. 34. cap. 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

DIÆRESIS, is, (διαίρεσις) apud Grammaticos figura eſt, quæ una ſyllaba in duas diuiditur: ut apud Hora. Nunc mare, nunc ſyluæ. ubi dictio diſſyllaba Syluæ diuiditur in tres ſyllabas. Sic Aulai, Pictai, pro Aulę, Pictæ. Nomen autem habet Diæreſis, ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod eſt diuido: unde & Latinè Diuiſionem uocarè poſſumus.

DIÆTA, (δίαιτα, ἀγωγή) cœnaculum, in quo æſtate cœnatur ad umbrã, hyeme ad ſolem. quod & Cœnatio dicitur, ſiue Cœnatiuncula. Pli. in Epiſto. Ex triclinio in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus. Dicta Diæta ἀπὸ τῶν δαιτῶν, hoc eſt, à conuiuijs, quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinã uocem eſſe exiſtimat, ita dictam, quod in ea per diem ederetur. Lampridius in Heliogabalo: zetam appellat, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea hilarius uiueretur. Plin. Iunior etiam zeteculam. Sumitur item Diæta, pro uictus ratione, & præſcripta uiuendi formula. Vnde διαιτᾶσθαι, uerbum Græcum, quod eſt certa uictus rõne utor: Et Diætetice, (διαιτητική) medicinæ pars, quæ uictus rõne medetur. Apud Græcos ſumitur pro loco, quo arbitri ad iudicandum conueniunt: unde & διαιτάω, iudico ut arbiter.

DIÆTARII, (διαιτάριοι) uocantur miniſtri diætæ ſeruientes, quorum meminit Vlpianus de Fundo inſtructo. Diætarij fures, a Iureconſultis dicuntur, in aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant, quos Vlpianus ſcribit plus quã fures eſſe puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus cædendos. Tit. de iniur. & famo. lib. 2. Saecularij.

DIÆTETÆ, {*Arbitri*,} (διαιτηταί) Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τοῦ διαιτᾶν, quod eſt arbitri officio fungor.

DIAGLAVCION, genus collyrij, ex glaucio, herba temperatum Plin. lib. 27. cap. 10.

DIAGONIOS, (διαγώνιος) lineæ genus eſt, quàm Latini nonnulli Angularem uocauerunt, quod ab uno angulo ad alterum perducatur. Vitru. lib. 6 c. 3. Tertium, inquit, uti latitudo in quadrato paribus lateribus deſcribatur, inq; eo quadrato diagonij linea ducatur, & quantum ſpatij habebit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur.

DIAGORAS, (Διαγόρας) nomen Philoſophi, qui ἄθεος cognominatus eſt, quòd nullos deos eſſe putaret, myſteriaq; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis auerteret. Quare Ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt iis, qui eũ interfeciſſent. Suidas. Huius Diagoræ meminit Cic. lib. 1. de Nat. deo. Quid Diagoras, Atheos qui dictus eſt, poſtea q; Theodorus, nõ ne aperte deorũ naturam ſuſtulerunt? Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit Gel. lib. 3. cap. 15. his uerbis: Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum Pancratiaſten, tertium luctatorem, eoſq; omnes uidit uincere, coronariq; eodem Olympiæ die: & cùm eum ibi tres adoleſcentes complexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur, cumq; populus gratulabũdus flores undiq; in eum iaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo in oculis atq; in manibus filiorũ animã efflauit. Huius Diagorę meminit Cic. li. 1. Tuſc. queſt.

DIAGRAMMA, atis, (διάγραμμα) Græcis inſcriptionem uel titulum libri ſignificat. Item decretum, formulam, uel edictum, in ſcripturã, redactum. Item geometricam figuram, ſiue ea triangularis fuerit, ſiue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiuſmodi apud Euclidem demonſtrandi cauſa non pauce extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam io loco a Plutarcho appellantur, quæ uulgò Prognoſtica uocantur. Eſt enim Diagrammata perſcriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri ſolitũ, ut ex cenſu tributa conferantur. Cic. in Ver. Scripturam uocat. In muſica item Diagramma uocatur, menſurarũ proportio notis quibuſdam deſcripta. Vitru. lib. 6. cap. 1. Vti in diagrammate muſico, medianę uocis habent ſonitum, &c. Reliqua uide in budęi commentarijs. Nam ad Latinum Dictionarium parum conducunt.

DIALECTICA, (διαλεκτική) ars diſſerendi, cuius finis eſt uerum à falſo diſcernere ita dicta ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, hoc eſt, a diſputando Cic. in Topic. In dicendi enim uias diligenter perſecuti ſunt ea ſcientia quam Dialecticen appellant. Idẽ. 4. Acad. Dialectica ueri & falſi quaſi diſceptatrix & iudex. Dialectica orum. plu. nu. gen. neu. Cic. Att. lib. 14. Accubans apud Veſtorium hominẽ remotum à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum, Dialecticè, (διαλεκτικῶς) aduerb. Ci. 1. Aca. Multa admixta ex intima philoſophia, multa dicta dialecticè, &c. Dialecticus, tici, ſubſtantiuum, (διαλεκτικός) qui tractat dialecticam. Ci. in Orat. Diſputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum ſit, Oratorum autem dicendi & orandi. Dialecticus, a, um, adiect. quod pertinet ad Dialecticum: ut, Dialecticæ captiones, apud Cice. 2. de Finib. Diſputationes dialecticæ, Quin. lib. 5. cap. 14.

DIALECTOS, (διάλεκτος) linguę alicuius proprietas, quod. ſ. unaquęque lingua peculiare habet, & à cætera diſtinctum. Vnde quinq; dicimus eſſe Gręcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

DIALEVCON, (διάλευκον) croci ſatiui genus, in medio candidum: unde et nomen accepit. Pli. lib 21. cap. 6. Eſt & per ſe genus ſatiui, blandiſſimũ uulgò, cùm ſit medio candidum; Dialeucon uocant.

DIALIS, le, {*Di Gioue*,} (δίιος, ὁ τοῦ Διός) quod Iouis eſt, quẽ Δία uocãt, Græci. Vnde Flamen Dialis, Iouis miniſterio aſſignatus à Numa Pompilio, ut docet Liu. lib. 1. ab urbe. Græci etiam τὸν Δία, pro aere ponebant, quo pacto nos etiam Iouis uocabulo utimur. Vnde fit adiectiuum Subdialis, (ὑπαίθριος) id ſignificans quod extra tectum eſt, aeri & cœlo expoſitum. Pli. li. 34. Illa ſuper terram ea dialibus petris Cæditur, hæc ex obrutis. Idem: Subdialia pauimenta Græci inuenere: id eſt, quæ permanent ſub dio. Dialem Conſulẽ (ἐφήμερον ὕπατον) dixit Cicero, pro Conſule unius diei, ludens nimirum in uoce ambigua, non ſecus ac ſi à die Dialis diceretur. Vnde celebratur illud ſcõma eius in Caninium. Olim Flamines, nunc Conſules diales ſunt. Huius compoſitum poteſt uideri Nouendialis: de quo uide infra ſuo loco.

DIALLAGE, (διαλλαγή) a noſtris transfertur conciliatio. Figura eſt, cùm plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quin. lib. 9.

DIALOGVS, gi, {*Dialogo*,} (διάλογος) ſermocinatio ſiue diſputatio, duorum uel plurium interrogationem mutuamq; reſponſionem continens, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt diſputare, ſiue ſermocinari. Quint. definit eſſe ſermonem ex interrogatione reſponſioneq; compoſitum, de re, quæ uel philoſophiam, uel reipu. partes attingat, diſceptans, cum apposita uerborũ perſonarũq; expreſſione. Cic. de Cla. Ora. cũ diſputatio eſt inter eos, ut eſt conſuetudo dialogorũ

Dialo-

DIALOGISMVS,(διαλογισμὸς,) à Rutiliano refertur inter ſchemata διανοίας, cùm. ſ. quis ſecum rem aliquam uolutãs, tanquam cum altero colloquẽs, interrogat & reſpondet. Exemplum inſigne eſt illud in Eunucho Terentij, Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem cum acceſſor ultro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias. Excluſit, reuocat, redeam? non ſi me obſecret.

DIALVTENSES, pelagiæ, ea purpurarum genere ſunt, quæ uario ſoli genere paſcuntur. Auctor Pli. lib. 9. cap. 37.

DIALYTON, (διάλυτον) figura eſt, quę alio nomine Aſyndeton, ſiue Aſyntheton appellatur, qua plures dictiones, orationesve ſine copula iunguntur. Latinè diſſolutum dici poteſt. Tale eſt illud Verg. 4. Aene. Ite, Ferte citi flãmas, date tela, impellite remos.

DIAMETER, pe. cor. (διάμετρος) eſt recta linea; figuram qua lõgiſſimè patet ex æquo ſecans uelut diameter orbis eſt, linea quæ ſic a ſummo ad imũ tenditur circulum, ut per centrum eat, deſinitore Macrobio in Somnio Scipionis li. 1. Sic in quadrangulo Diameter uocatur, linea à ſuperiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris ſiniſtri perducta, hac diſſentit Euclidis deſinitio. Latini Dimetientem uocant. nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id eſt, a dimetiendo, dicitur. Col. lib. 6. Eſt area rotunda, cuius diametros, habeat pedes ſeptuaginta.

DIANA, (ἄρτεμις) Iouis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. Eadem & Luna dicitur, ſiue quod noctu, una hoc eſt, ſola, & ſine fratre luceat: ſiue quod lumen a Sole accipiat, quaſi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta eſt: ſub quo nomine etiam templum in Palatio dedicatũ habuit. Hãc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando; Lucinam uero, quod partum in lucẽ proferre putaretur. Verg. 4. Eclo. Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Græci εἰλείθυια uocant. Alij Lucinam dictam putant, quod oculis & luci præſit: alij a luco, quẽ Romæ in Exquilijs habebat. Eadẽ et Proſerpina (περσεφόνη) dicta eſt, et Dictyna: quarum appellationũ rationẽ uide ſuo loco. Apud inferos Hecate dicitur, uel quod centum uictimis placetur, uel quod centũ annos errare faciat inſepultos. Dicta eſt & Pergea, (περγαία) à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cic. lib. ult. de Nat. deo. ſcribit: ſed illa nominatiſſima eſt, quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata eſt. Hęc ob uirginitatis amorem, fertur hominum conſortia fugiſſe, & ut à ſe libidinis prurituum amoueret, uenando ſyluas incoluiſſe, paucarum uirginũ comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta. Ob hanc cauſam ſyluarum & nemorũ dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis, à faſce lignorum, ubi eius ſimulacrũ abditũ erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiã delatũ eſt. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios: aliud item in Taurica regione, ubi carne tantum humana litabatur. De hac Lu. li. 1. Et Tauroſcythicæ non mitior ara Dianæ. Dianam autem dictam putant, quaſi Iouianã, ἀπὸ τοῦ Διός. fuit enim, (ut iam diximus) Iouis filia ex Latona.

DIANOEA, {*Mente, intelletto,*} (διάνοια) à noſtris dicitur mẽs, ſiue intellectus. Vnde Figuras dianoeas uocant Rhetores quæ ſenſum magis, quàm uerba ſpectant. Quinti. lib. 1. Figuras, quæ Lexeos, queq; Dianoeas, uocantur.

DIANIVM, (διάνιον) oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat li. 2. cap. 6.

DIAPASMA, atis, (διάπασμα) inſpergimen ſiccis odoribus conſtans, ut ſcribit Pli. lib. 13. cap. 2. cuius præcipuus uſus eſt in coercendis ſudoribus, ut marceſcant corpora à balneo: quanquam non ob hoc ſolum, uerùm etiam ad fouẽdã, uel lauandam, aut ſtringendam aliquam corporis partem ſoleat adhiberi. Vide Marcellum Vergilium in Dioſcoridem li. 1. c. 21. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσειν, inſpergo. Mart. Quid? quod olet grauius miſtum diapaſmate uirus.

DIAPASON, (διὰ πασῶν,) muſicæ menſuræ genus, conſtans ex diapẽte, & diateſſaron, hoc eſt, ex quinq; tonis & duobus ſemitonijs minoribus. Qua de re uide Commen. Macrobij in Somnium Scipionis.

DIAPENTE, (διαπέντε) muſicæ menſuræ genus, tribus conſtans tonis, et hemitonio minore. Vide Macrobium in Somnium Scipionis.

DIAPHANES, (διαφανής) fluuius eſt Ciliciæ, ea in parte qua Syriæ conterminus eſt: ita dictus ab aquæ perſpicuitate. Vide Pli. lib. 5. cap. 27.

DIAPHANVM, {*Traſparente.*} (διαφανὲς) pen. cor. Latinè dicitur tranſparens, ſicut & cryſtallum, ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν, quod eſt transluceo.

DIAPHONIA, (διαφωνία) diſſenſio, diſcordia. διαφωνέω, diſcordo, diſſono.

DIAPHORA, pen. cor. {*Differenza,*} (διαφορὰ) Latinè differentia: ἀπὸ τοῦ διαφέρειν, quod eſt differre.

DIAPHORETICA medicamenta, (διαφορητικὰ φάρμακα) à Latinis uocãtur diſcuſſoria, quæ. ſ. collectiones incipientes non ad pus, aut ad ſanẽ perducunt, (quod Greci uocãt (πυοποιεῖν) ſed ſine ſuppuratione aliqua disijciũt, & diſſoluunt. Id enim medici διαφορεῖν appellant.

DIAPHRAGMA, atis, (διάφραγμα) quamuis ex ui uocabuli omne illud ſignificet, quod in re aliqua medium eſt, (unde & cartilaginem illam, quæ nares diuidit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamen medici hac uoce utũtur pro muſculo quodam rotundo, qui ſpiritalia uiſcera a naturalibus, hoc eſt, cor, & pulmones à iecore & liene, uelut paries quidam interiectus, interſepit et diuidit. Huius autem muſculi ſummum caput in coſtarum extremis ſtatuitur, ubi multæ carnis eſt particeps. deſinit autem in medium, quod membranoſum eſt, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circumductũq; per notharũ coſtarum extrema, retro ad duodecimã ſpinæ uertebram adhæreſcit. Tunicas habet duas, ſuperiorem à mẽbranis coſtas ſuccingente, inferiorẽ uerò a peritonęo. Vſus eius eſt triplex: nã & primũ eſt reſpirationis inſtrumentũ: deinde nõ leue ad alui exonerationẽ affert momentũ: poſtremò uitalia (uti iã diximus) à naturalibus ſeparat: unde et nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil eſt, quàm interſepire. Qua ratione et à Latinis Septum tranſuerſum appellatur. Corn. lib. 4. At ſub corde atq; pulmone tranſuerſum ex ualida membrana ſeptum eſt. Idem in Procem. libri primi. Simulatq; uerò ferrum ad pręcordia acceſſit, & diſcriſſum tranſuerſum ſeptũ eſt, quod mẽbrana quadã ſuperiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci uocant) hominẽ protinus animam amittere.

DIAPORESIS, pen. pro. {*Dubitanza,*} (διαπόρησις) Latinè dubitatio. Figura oratoria, quæ fit, quoties omnia & magna uidentur, & paria, ita ut orator neſciat, à quibus potiſſimum dicere incipiat. Teren. in Eun. Quid cõmemorẽ primùm, aut laudem maxime? illum, qui dedit mihi cõſilium, ut facerem, an me, qui auſus ſim incipere? an fortunã collaudem, quæ gubernatrix fuit?

DIAPSALMA, atis, (διάψαλμα) cõmutatio rhythmi, aut uiciſſitudo cantũ di, ut quidam uolunt. Alij pauſationem ſpiritus interpretantur, alij alterius ſenſus exordium, alij rhythmi diſtinctionem, alij uerò cuiuſdam muſicæ uarietatis ſilentium. Auctor Hieronymus in Epiſt. ad Marcellum.

DIARIVM, rij, {*Il uiuer d'ogni giorno, uacchetta.*} à die fit, et ſignificat uictũ quotidianum. i. quod in unius diei cibum datur. Mar. li. 11. Sed Lupus uſurã, puerią; diaria poſcunt. Accipitur & pro libello, in quo acta quotidiana perſcribuntur: Græci ἐφημερίδα appellant: Iuuenalis Diurna, plurali tantum numero. Legitur & Diarius, a, um, (ἐφήμερος): ut, Diaria febris, hoc eſt, febris unius diei: quamuis non raro in quartum uſque diem producatur.

DIARRHOEA, (διάῤῥοια) eſt profluuium uentris ſine inflammatione, aut exulceratione. Cic. Gallo: In cœna augurali apud Lentulum tãta me Diarrhœa arripuit, ut hodie primum uideatur cœpiſſe conſiſtere.

DIARRHYTON, (διάῤῥυτον) Grecis ſignificat aquoſum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanę oppidũ, ab Hippone regio (quod oppidum eſt Numidiæ) diſtinxerunt: quem et Romani imitati Hipponem dilutum uocauerunt. Auctor Pli. li. 5. cap. 4.

DIAS, Sophiſta Epheſius Philippi Macedonis tempore, commemoratur à Philoſtrato.

DIAS, adis, (διὰς) Lyciæ oppidum, à Diade quodam conditum: à quo et nomen accepit. Auctor Steph.

DIASATYRION, (διασατύριον) compoſitio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quod Satyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitui in primis efficacem.

DIASTEMA, atis, {*Interuallo,*} (διάστημα) à Græcis dicitur pro ſpatio, intercapedine, ſeu interuallo. Vtitur hac uoce Sidonius Apollinaris: qui tamen in hoc falſus eſt, quod penultimam ſyllabam corripuerit, quę apud Græcos per η, longam uocalem ſcribitur. Sic (inquit) placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum.

DIASTOLE, (διαστολὴ) figura eſt dictionis, qua breuis ſyllaba contra naturam producitur: ut Italiam fato profugus: ubi prima ſyllaba in dictione Italiã, quæ natura breuis eſt, extenditur. Diaſtole item apud medicos uocatur dilatatio thoracis, quæ fit dum ſpiritum attrahimus: quemadmodum & ſyſtole ab ijſdem uocatur illa cordis thoracisq; contractio, quæ fit inter expirandum.

DIASYRMOS, (διασυρμὸς) figura eſt, qua una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Ver. 9. Eclog. Inter ſtrepere anſer olores. id eſt, malus poeta inter bonos. Fit à uerbo Græco διασύρω, quod inter cętera ſignificat diſtraho.

DIATESSARON, (διὰ τεσσάρων) auctor Macrob. Muſicæ menſura eſt, conſtans ex duobus tonis & ſemitonio minore.

DIATHECA, cæ, {*Teſtamento, heredità che peruien per teſtamento,*} (διαθήκη) & Diatheca, orum, pro teſtamento ponitur & pro hæreditate, quæ teſtamẽto obuenit. Cum autem teſtamentum ſignificat, pluraliter plerunque effertur. Mart. li. 11. O quantum diatheca ualent, & quinq; comati, Tunc cùm pauper erat, non ſitiebat Aper.

DIATRETVM, (διάτρητον) poculi genus eſt tornatile: unde & nomen habet. διατρέω enim aut perforo ſignificat, aut torno conficio. Vlp. l. Si ſeruus. ad l. Aqui. Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſi quidem imperitia fregit, dãni iniuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone, & Salluſtio ferè Toreumata uocantur.

DIATHESIS, pen. cor. (διάθεσις) affectus, & unum ex accidentibus uerbi, quod Latini Genus uocant.

DIAVLOS, (δίαυλος) ſpatium duorum ſtadiorum. Stadium enim (ut Hieronymo placet) pedes in longitudinem ſexcentos habet: Diaulos: mille ducẽtos Miliarum, ſtadia octo: Dolichus (δολιχὸς) ſtadia duodecim: Vitruu. lib. 5. in palęſtris, peryſtilia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt faciẽda, uti duorũ ſtadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci uocant δίαυλον. Itẽ Diaulus uir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Marti. Chirurgus fuerat, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

DIBAPHA, ſiue. Dibaphos, {*Porpora tinta due fiate,*} (δίβαφα, ἢ δίβαφος) purpura Tyria bis tincta: ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτειν. Pli. lib. 9. cap. 39. Hæc ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille nõ poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta uſus improbabatur, anno urbis conditæ ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule. Cic. Cælio: Curtius noſter δίβαφον cogitat: ſed enim infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretij hominem, qui immaturè aſpirabat ad magiſtratum.

DIBVTADES, Sicyonius, teſte Pli. lib. 37. ca. 2. primus Corinthi figulus fuit qui ex creta uaſa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegularum perſonas imponere.

DICA, (δίκη) cauſa, uel libellus actionem continens. Teren. in Phor. En unquã iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? Cic. 4. Ver. Scribitur Heraclio dica, hoc eſt, Ecquando audiſti me iniuriarum nomine in iudicium fuiſſe uocatum? δίκην ἔγραψε. Δίκην Græci deam eſſe finxerunt iudiciorum præſidem, eamq; uirginẽ & Iouis filiam: (qualem etiam Latini fingunt Iuſtitiam) eiusq; miniſtri δικασταὶ dicebantur, hoc eſt, iudices & litium diremptores. Budæus.

DICACITAS, {*Chiacchiere,*} (φιλολοιδορία) eſt ſermo cum riſu alios inceſſens, inquit Quin. lib. 6. cap. 4. Cice. in Ora. Huic generi orationes aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum ualent: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis.

DICACVLVS, (στωμύλος Ariſtoph. & εὔγλωττος) & Dicacula, diminutiua ſunt. Plau. in Aſin. Satis dicacula es amatrix.

DICÆA, (δίκαια) urbs Macedoniæ in Thermaico ſinu, à Dicæo Neptuni filio. Auctor Pli. li. 4. cap. 10.

DICÆARCHIA, (δικαιαρχία) urbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quę nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur. Nam Greci δι-

ναιον iuſtum uocant, ἀρχὴν principatum: Sunt qui Dicarchiam uocent hãc urbem per quatuor ſyllabas. Vnde poſſeſſiuum Dicarchæus apud Sidoniũ Apollinarem legitur. Nanq; Dicarchææ tranſlatus puluis arenæ. Loquitur de puluere Puteolano, qui in aſpergendis Palæſtritarum corporibus primam laudem habebat.

DICÆARCHVS, (Δικαίαρχος) Philoſophus fuit Siculus, ex Meſſana ciuitate, Ariſtotelis auditor, Philoſophus, Orator & Geometra. ſcripſit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenesq; auditum conuenire. Hinc opinatus eſt hominũ exordiũ nullum extitiſſe, tanquã ſemper fuerit humanũ genus. Compoſuit tres libros, in quibus ſcribit animam nihil aliud eſſe, quàm uim quandam atq; potentiam æquabiliter fuſam, tam in corporibus brutorum quàm hominũ, eamq; à corpore credebat eſſe inſeparabilem, & unà cum corpore interire. Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Ariſtarchi auditor. Suid.

DICÆOGENES, (Δικαιογένης) poeta, ſcripſit Tragœdias & Dythyrambos. Auctor Suidas.

DICÆOLOGIA, (Δικαιολογία) iuris ſui in mediũ prolatio, cũm. ſ. iure noſtro freti, æquitatem cauſæ, q̃ breuiſſime complectimur. Rut. Lup.

DICAX, {Dicace, maldicente,} (φιλοσκώμμων) qui malignis ſalibus maledicit. Quint. lib. 6. ca. 4. Demoſthenem urbanũ in fuiſſe dicunt, dicacem negant.

DICHOREVS, pedis genus eſt, (διχόρειος) ex duobus cõſtans trochæis: ut Audiamus: cum ſcilicet prima & tertia ſyllabæ producuntur, ſecunda autem & quarta corripiuntur.

DICHOTOMOS, {Partito in due parti,} (διχότομος) apud nos idem eſt quod dimidiatus, ſiue per medium ſectus: qualis ſeptimo quoq; die poſt plenũ orbem luna uidetur.

DICO, as, prima cor. {Dedicare, conſecrare,} (ἀνατίθημι, ἀφιερόω) idem quod conſecro, dedico, numini offero. Cic. 1. Tuſc. Dicati Apollini cygni. Accipitũ etiam pro addicere, offerre, & ſe totum alicui tradere. Cice. Cæl. lib. 2. Balbum quanti faciam, quamq; me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Idem. 3. de Orato. Non uidit eorum ipſorum, qui tum adoleſcentes Craſſo ſe dicarant, horribiles miſeroſq; caſus. Dicare ſe in aliquam ciuitatem, & Dicare ſe ciuitati, Cic. pro Corn. Balb. Dicatio, onis. Cic. pro Corn. Balbo; Duarum ciuitatum ciuem eſſe noſtro iure ciuili nemo põt. Non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alij ciuitati dicarit, poteſt Neq; ſolũm dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio. Huius uerbi compoſita ſunt, Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quę habent pen. correptam.

DICO, is, pen. prod. dixi, dictum, {Dire, parlare.} (λέγω) loquor, eloquor. Cice. pro Quintio: Quid hoc iniquius dici aut cõmemorari poteſt. Apud Oratores uerò loqui eſt, qualiacunque uerba proferre: Dicere uero eleganter & facunde. Quin. lib. 10. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, niſi qui diſpoſitè, ornatè, copioſè dicit. Cic. in Ora. Quanquam aliud uidetur oratio eſſe aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere, attamen utrunq; in diſſerendo eſt: diſputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum ſit: Oratorum autem dicendi, & orandi.

Hinc Dictio, (λόγος. φράσις,) uocatur orationis, & facunda oratio, licet etiã pro parte minima orationis ſignificatiua accipiatur, quam Græci (λέξιν) appellant. Dicere etiam uocare, nominare eſt. Verg. 1. Aen. Eſt locus, Heſperiã Graij cognomine dicunt. Quandoque indicare. Ver. 3. Eclog. Dic mihi Damoeta, cuium pecus? an Melibœi? Quandoque denuntiare. παραγγέλλειν. Terc. in And. Sed dico, ne temere facias. Quandoque promittere, ἐπαγγέλλομαι. Põpo. in Piſtoribus: Numos certos dico quinquaginta millia. Sallu. li. 2. Hiſt. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio ueris cũ exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit. Quandoque pro affirmare. Mar. in Amph. Cũm uerus patriæ diceris eſſe pater. Quandoque dicare. Verg. 6. Aen. Iunoni infernæ dictus ſacer. Quandoque pro ſignificare. Teren. in Eun. At neſciebam id dicere illam. Quandoque accipitur pro cantare. Verg. 3. Eclog. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Quandoque pro pronuntiare. Hinc Dicere ſententiam, (ἀποφαίνεσθαι) cum tanquam conſiliarij, quid nobis uidetur pronuntiamus. Quin. Apud iudices quidem ſecundũ legẽ dicturos ſententiam de confeſſis præcipuè ridiculum eſt. Dicere leges, (ἐπιτάττειν νόμους) quod aliud eſt, quàm Ferre leges. Feruntur enim leges apud ſuos, Dicuntur autem uictis, hoc eſt, imperantur. Liu. Quãdoque perinde ac uicto iam ſibi leges dicerent. Dicere diem (ἐπαγγέλλειν δίκην) eſt citare, uel in ius uocare, & diem præfigere, quò ad cauſam dicendam præſto ſit. Liu. 3. ab urbe. Cũm diem Appio Virginius dixiſſet, Appius ſtipatus patritijs iuuenibus in forum deſcendit. Interdum etiam extra iudicium Dicere diem, eſt certũ diẽ prę figere, conſtituere, ſiue aſſignare. Teren. And. Hic nuptijs dictus eſt dies. Dixti, per ſyncopem pro dixiſti. Teren. Eunu. Dixti eunuchum uelle te. Dicere cauſam, dicitur reus, cũm accuſationibus reſpondere cogitur. Liu. de Bel. Mace. Scipio iuſſus dicere cauſam. Dicere dotem filio, uel filiæ, eſt promittere in dotem. Teren. Heaut. Quid dotis dicam te dixiſſe filio? Dicere cœnam. Pla. Stic. Fero conuiuam Dionyſium mihiq; Et tibi. nanque Aedepol cœna dicta eſt, locus liber datus eſt mihi, & Tibi apud uos. Ius dicere, eſt magiſtratuũ. Cic. de Prouin. Conſul. Emiſti grandi pecunia, ut tibi de pecunijs creditis ius in liberos populos, contra Senatuſconſultum, & contra legem generi tui, diceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ ius dixerat. Dicere magiſtrũ equitum, pro creare. Liu. 5. ab urb. Is ſibi magiſtrum equitũ Poſthumium Tiburtium dixit. Dicere multam, antiqui tum dicebant, cũm ad populum & in comitijs multa diſceptãda irrogabatur, quod ipſi, Certare multa, dicebant. Liu. 2. Bel. Pun lib. 5. Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carulij cũm rẽ inuiſam, infamemq; cernerent, ducentum millium æris multam M. Poſthumio dixerunt: cuius certandæ cũm dies aduenifſet, &c. Dicere multationẽ, ſiue multam pecoris. Pli. lib. 18. cap. 3. Multatio quoq; non niſi ouium boumq; impendiò dicebatur. Varro: Sed cũm cuiuſmodi multa pecoris armentiq; à magiſtratibus dicta erat, abigebantur oues bouesq;. Dicere Muſam alicuius. Verg. Eclog. 8. Damonis Muſam dicemus & Alpheſibœi. Dicere nomen alicui, pro imponere. Liu. 1. ab urb. Breui ſtirps quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parentes dixere nomen. Dicere repudium. Tacitus li. 3. Quirinus poſt dictum repudium adhuc infenſus, quamuis infami, ac nocenti miſerationem addiderat. Dicere ſacramento, dicebantur milites, cum ad iuſiurandũ adigebantur, Rempublicam ſe non deſerturos. Liu. 2. Bel. Pun. lib. 5. Tribuni plebis, ſi eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem et ſeptẽ annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi uiginti annorũ, aut maiores milites facti eſſent. Dicere ſacramentum Liu. 4. Bel. Pun. Hodie Cõſules Creatis, quibus ſacramenta liberi noſtri dicant. Hora. 2. Carm. Ode. 17. Non ego perfidum Dixi ſacramentum. Dicere de ſcripto. Cic. pro Plan. Recitaturq; oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. Dicere ſententiam, quis dicitur, cum iudicium ſuum ea de re explicat. Cic. 6. Verrina. Mos eſt Syracuſis, ut ſi quis de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur. Cælius Ciceroni: Conſulẽ deſignatum primũ ſententiam, dicentem. Dicere pro ſententia, idem quod dicere ſententiam: ſicut, Dicere teſtimonium, & pro teſtimonio. Liu. 2. Bel. Mace. Et quando nemo ueſtrum, qui in hoc concilium conuocati eſtis, pro ſentẽtia quicquam dicere uult, aut audet, orationes Legatorũ heſterno die pro ſententia dictas percenſeamus. Dicere ex tempore. Pli. Epiſt. 29. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquã diu ſcripſerit. Quin. lib. 6. cap. 3. Dicere teſtimonium, & teſtimonia, eſt, teſtificari et probare. Ci. ad Q. frat. lib. 3. Cum teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dixiſſem. Idem pro Sylla: Qui in illum teſtimonia grauia dixerit.

Dicere pro teſtimonio, quod nunc dicimus Deponere, inquit Budæus. Ci. 7. Verr. Dicet is pro teſtimonio de miſſione nautarum, de fame, &c. Dicere ad uoluntatem alicuius, eſt aſſentari, adulari. Cic. de Ami. Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius uoluntate dicitur, uult eſſe magnum. Dicitur. Cic. 3. de Nat. Deo. Quartus is, quem heroicis temporibus Acãtho Rhodi peperiſſe dicitur.

Vt dicitur. Cic. 3. de Ora. Quamuis ſphæram in ſcenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. Diceret: pro, dicere poſſet. Teren. And. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ: diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccaui pater? Dicere uolui: correctionis genus eſt, cũ quis in loquendo falſus eſt, ac uerbum unum pro altero protulit. Plau. Mil. Sorbet dormiens PA. Quid ſorbet? V. illud, ſtertit uolui dicere. Dicaſſis, pro dicas. Dice, pro dic, apud Comicos frequentia. Plau. Cur. Haud in me malè me dicantem malè dicaſſis. Idem Rud. Tu ſi quid opus eſt, dice. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Addico, Condico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, prædico, quæ habent penultimam prod.

DICROTVM, pen. cor. (δίκροτον) Latinè dicitur Biremis, quæ duobus tantum remorũ ordinibus regitur, a prora. ſ. & à puppi. Iulius Pollux lib. 1. Dicrota ſunt naues, quæ duobus gubernaculis pariter a prora reguntur & puppi. Cic. Att. lib. 5. Ἀφράκτα Rhodiorum, et dicrotum Mitylenæorum habebã, & aliquid cataſcopion. Dicroton item medici uocant pulſus quoddam genus in arterijs, a geminata percuſſu. Gal in tractatu de Pulſibus.

DICTAMEN quod dictatur, pro quo & Dictationem dicimus, à quo Dictatiuncula diminutiuum. Hieronymus: Auctores ſunt huius dictatiunculæ meæ ſancti præsbyteri, Riparius & Deſiderius.

DICTAMNVM, ſiue Dictamus, (δίκταμνος Dioſcoridi) herba eſt in Creta pręcipuè naſcens acris, læuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus folijs, quæ tomẽto quodã ſpiſſaq; lanugine pubeſcunt. Florem nullum aut ſemen profert. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, huius herbæ paſtu eas excutere. Verg. 12. Aen. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem folijs, & flore comantem Purpureo: nõ illa feris, incognita capris Gramina, cum tergo uolucres hæſere ſagittæ.

DICTATOR, (δικτάτωρ, δικτάτωρ, αὐτοκράτωρ, ἐπιγνώμων τῶν λοιπῶν) apud Romanos erat, cui periculoſiſſimo Reipub. tempore ſumma poteſtas permittebatur, quam Dictaturam uocabant. Ita dictus ſiue à dictando iure, ſiue quod à Conſule diceretur, cuius dicto audientes omnes eſſent. Creabatur enim una uoce, non per ſuffragia, & durabat per ſex menſes. Et quia ſumma poteſtas erat Dictatoris in populum, is quoq; Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varro. Cic. 3. de Fin. Rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla. Erat autẽ extraordinarius magiſtratus habẽs ius animaduertẽdi in cuiuſcunq; ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari ſolebat, quã cum uis aliqua maior repente oborta ingentẽ urbi cladẽ minitari uiderei. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat, à quibus dictandis quidam Dictatorẽ appellatum uoluerunt. Dicebatur autẽ dictator à Conſule, qui deinde Magiſtrum equitum dicebat Liu. lib. 9. ab urbe: Fabius L. Papyrium Dictatorem, dixit. Iuuen. Sat. 8. Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros. Dictatrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit, & imperat. Plau. Perſa: Tu hic eris dictatrix nobis. Dictatorius, a, um, quod ad Dictatorẽ pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris Liu. 6. ab urb. Poſtremò Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluẽ. Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. Liu. 1. Dec. lib. 7.

DICTATVRA, (δικτατωρεία ἀρχή. Plut. πρὸς χειροτονίαν ἀρχῆς) ipſa Dictatoris dignitas Liu. Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit: Nã à Dictatoribus non erat ius prouocãdi, quibus etiam animaduerſio capitis data eſt. Dictaturam gerere. Cic. 2. Offi. Quòd is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet.

DICTE, ([illegible]) teſte Ptolemæo li. 3. mons eſt Cretę, ſic dictus a Dicte Nympha, quæ in eo colebatur: unde Dictæus, (δικταῖος) cũ æ, diphtongo, Cretenſis. Verg. 4. Geor. Dictæo Cœli regem pauere ſub antro.

DICTERIA, orum, {Motti che pungano,} (σκώμματα) dicta ſalſa & acuta, & quodam quaſi aculeo pungentia. Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

DICTIO, {Voce,} (λέξις) pars minima orationis ſignificatiua, ex qua inſtruitũ oratio, & in quam reſoluitur. Aliquando ponitur pro enuntiatione. Cic. 2. de Inuen. Aliud enim laus, aliud uituperatio, aliud ſententię dictio, aliud accuſatio aut recuſatio cõficere debet. Item pro facunda et oratoria oratione. φράσις. Cic. li. 2. Tuſc. Itaq; cũ ante meridiem dictioni operam dediſſemus. Idẽ de Cla. Orat. Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quã caſtellanos triumphos duos. Dictio pro oraculo. Liu. 8. ab urb. Accito ab Tarẽtinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari.

DICTITO, as, pen. cor. à Dicto, ſecundum a Dico frequentatiuum, paſſim, & frequenter dico. Cic. 3. Verr. Vt hoc iam palam dictitent. Idem ad Lentulum;

Quem

Quem poſt reditum dictitant fracto animo & demiſſo fuiſſe. Idem 3. Offi. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle.

DICTO, as, {*Dettare*} (ἀποστοματίζω, ὑπαγορεύω) frequentatiuum à uerbo dico: quod tamen a primitiui ſignificatione nonnihil recedit. Eſt enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, ut calamo excipi poſſit. Vnde dictata dicuntur ueluti themata atque præſcripta, quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. Cicer. ad Att. 13. Non modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem audere ſcribere. Horat. Sæ iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro. Nec in literis tantum, ſed in alijs quoque artibus dictata dicuntur. Iuuen. Peragit dictata magiſtri Omnia. Sueto in Cæſ. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaq; ſignificantur. Dictata autem dicuntur huiuſmodi themata, quoniam quæ docemus, ſæpe inculcamus, ut penitus excipiantur & ediſcantur. Accipitur etiam Dictare, pro ſuggerere: ut Ratio dictat, hoc eſt ſuggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. Boethius: Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda Camœnæ. Camœnæ enim ſtatus, ac ſolitudo tacite ſuggerunt nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotauit Valla in Raudenſem. Dictare, pro edicere, ſeu polliceri. Quint. lib. 11. cap. ult. Aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare uideantur.

DICTVM, {*Detto*} (ῥῆμα, ἀπόφασις) & nomē eſſe poteſt, & participium, εἰρημένον. Terentius utrunq; complexus eſt, cum dixit: Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius. nam prius eſt nomen, ſecundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis ſermone. Ouid. 13. Metamorp. Neque abeſt facundis gratia dictis. Vernile dictum, hoc eſt, ſcurrile, & procax. Taci. lib. 18. Vernile dictum omnem inuidiam in eum uertit. Dicto audiens, hoc eſt, obediens. Cic. 6. Ver. Quæſiui an amiſiſſet: reſpondit id, quod neceſſe erat. ſ. dicto audientem fuiſſe Prætori. Dictis aliquem aggredi. Verg. 4. Aene. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Et quamuis Dicta generaliter de quouis ſermone dicantur, apud ueteres tamen pro facetijs, & iocis. (σκώμματα) poni ſolent. Cic. li. 2. ad Att. Itaque noſtri, cum omnia dixiſſemus dicta, eſſentq; facete & breuiter et accurate iocati, ea proprio nomine appellari Dicta uoluerunt. Terent. in Eunuch. Facetè, lepidè, lautè, nihil ſupra: Tuum obſecro'ne hoc dictū erat? Vbi Donatus Dictum id, quod prouerbium, ſiue adagium, quod facetis hominibus adſcribitur.

DICTVRIO, is, pen. co. (λεξείω) dicere cupio, ſiue dicere molior. Macr. Sed perge Auiene, ne ultra te dicturientem retardem.

DICTYNNA, pen. prod. (Δίκτυννα) cognomen eſt Dianæ. Scribit Diodorus lib. 5. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta conſuetudine Dianæ familiariſſimè uſam eſſe, quæ res cauſam præbuit, ut quidam Dictynnam. Dianamq; eandem eſſe exiſtimarent. Callimachus ait, Dictynnam à retibus piſcatorijs (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens euaſerit uiolentiam Minois regis, eam libidinis cauſa inſequentis. Alij à retibus uenatorijs ita dictam uolunt, quorum uſum prima traditur inueniſſe. Vide ea, quæ ſuprà annotauimus in dictione Britomartys.

DICTYNNEVM, (Δικτυνναῖον) Dictynne templum, in monte Cretæ, cui nomen eſt Tityrus. cuius meminit Strabo lib. 10.

DICTYOTA, (δικτυωτά) opera, quæ noſtri reticulata uocant, ita dicta, quod in hoc ædificij genere teſſellæ macularum, quæ in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant. δίκτυα enim Græci uocant retia. Pl. lib. 36. ca. 22. Dictyoton uocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſimè Romæ ſtruunt rimis opportunam. Vbi tamen in uulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

DICTYS, (Δίκτυς) unus ex Centauris fuit Pirithoi manu interfectus, ut eſt uidere apud Ouidium lib. 12. Metamorp. Fuit etiam hoc nomine hiſtoricus Cretenſis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianā profectus, totum illud bellum Phœnicum lingua conſcripſit. Fuit et Dictys piſcator quidam, qui Perſeum educauit, de quo Stat. libro 2. Fluctiuagus uolucrem comebat Perſea Dictys.

DIDASCALIA, {*Dottrina*} (διδασκαλία) Latine doctrina, ſiue eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod eſt docere, ſiue inſtituere. Cælius Ciceroni, lib. 8. Genere tamen, quod ad nos pertinet, & διδασκαλίαν quandam, ut uerſetur inter manus habeat.

DIDASCALVS, {*Maeſtro*} (διδάσκαλος) nobis præceptorem ſonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, hoc eſt, à docendo.

DIDIA LEX, à latore Didio nominata, à Macrob. lib. 3. cap. 17. Inter leges ſumptuarias numeratur, quæ poſt Fanniam legem duodeuiginti annos ſecuta eſt, cuius ferendę duplex ratio fuit. Prima, ut non ſola ciuitas Romana, ſed uniuerſa Italia lege ſumptuaria teneretur. Secunda, ut nō modo, qui conuiuia maiore ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad ea uocati eſſent, atque omnino interfuiſſent, pœna legis tenerentur.

DIDO, us, (Διδώ) filia fuit Beli, Tyriorum regis, quæ primis nuptijs Sichæo Herculis ſacerdoti iuncta fuit, quem cū Pygmalion Eliſæ frater, theſauris eius inhians, ante aram obtruncaſſet, illa in ſomnis monita, cum ijs, quibus Pygmalionem inuiſum eſſe ſciebat, effoſſis clam theſauris, nauim conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata eſt, delata, tantum ſibi ſoli emit, quantū Taurino corio poſſet circundare. Quo in loco, cum coriū in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, locumq; ſatis amplum complexa eſſet, urbem condidit, quā Carthaginem appellauit, arcemq; in medio urbis, quam à corio bubulo Byrſam uocauit. Deinde cum Iarbas Getuliæ rex nuptias eius ambiret, recuſantemq; ut armisq; cogeret, ſibi ipſi manus intulit, præferens nimirum honeſta morte occumbere, quàm prioris lecti iura, ſecundis nuptijs polluere. Verg. lib. 1. & 4. Aene. Fabulatur Aeneam, capta Troia à patria Profugum, ui tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatū, Eliſamq; amore eius captam, cum præter ſpem deſereretur, mortem ſibi conſciuiſſe. Quæ tamen res grauiſſimorum Hiſtoricorum fide facile refellitur, qui Carthaginem tradunt ſeptuageſimo demum anno poſt Romā conditam, ab Eliſa condi cœpiſſe. Ab Aeneæ uerò in Italiam aduentu uſq; ad urbem conditam numerantur anni amplius quàm treceoti quibus Albæ regnatum eſt. Hac de re extat elegans apud Auſonium Epigramma, quo illa ſe ab impudicitiæ nota uindicat, monēs lectorem, ut de moribus ſuis incorruptis potius Hiſtoricorum monumentis, quam Poetarum fabulis, fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Eliſa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum geſtarum magnitudine, quaſi uirago.

DIDO, didis, didıdi, diditum, {*Diſtribuire, diuidere*} (διαμερίζω) diſtribuere ſignificat, & digerere: dictumq; uidetur Dido, quaſi diuido, ablata media ſyllaba. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Albuti ſenis exemplo dum munia didit. i. diuidit. Frequenter accipitur pro diuulgo, ſiue diſpergo. Verg. 7. Aen. Diuiditur hic ſubito Troiana per agmina rumor. Idem, 8. Aen. Cognatiq; patres, tua terris didita fama. Eſt autem hoc uerbum Lucretio in primis familiare.

DIDORON, pe. pr. {*Di due palmi*} (δίδωρον) quod eſt duorum palmorum: unde lateris quoddam genus ſeſquipedali longitudine. Plin. Didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum maiorum, quorum ſinguli ualent palmos minores tres. hoc eſt, digitos duodecim. Verba Plinij ſunt hæc ex libr. 35. cap. 14. Genera laterum tria, Didoron, quo utimur, longum ſeſquipede, latū pede: Alterum Tetradoron. Tertium Pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum uocabant: & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout ſunt, nominantur. Hæc ille.

DIDRACMVM, (δίδραχμον) numus eſt duas drachmas continens. Bud.

DIDVCO, is pe. pro. {*Departire, guidare in diuerſe parti*} (διαιρέω, διαλαμβάνω) in diuerſas partes, et diuerſa loca duco, diſtraho, dirimo. Cæſ. 6. Bel. Gal. Dimittendæ plures manus, diducendiq; erāt milites. Colum lib. 6. de bobus domandis: Poſt hæc diductis malis educito linguam. Idem libr. 6. Validam uitem in ramos diducere cenſeo. Perſius: Cumq; iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error, Diducit trepidas ramoſa in compita mentes. Verg. li. 1. Geor. Quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Proper. Non ego complexus potui diducere ueſtros.

DIDYMAON, (Διδυμάων) inſignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Vergi. lib. 5. Aenei. Et clypeum efferri iuſſit, Didymaonis artes, Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

DIDYME, es, pen. co. (Διδύμη) inſula in mari Siculo, una ex Aeolijs. Pomp. Mela lib. 2.

DIDYMÆVS, (Διδυμαῖος) Apollo dictus eſt, quod geminam ſpeciem ſui numinis præferat. Ex uno enim ſonte lucis gemino ſidere ſpatia diei et noctis illuſtrat: interdiu per ſeipſum lumen præbens, noctu uerò Lunam illuminās. Vnde & Romani (ut inquit Macrob.) Solem Didymæi Apollinis appellatione uenerantur. Dictum eſt & Didymæum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Brancidarum (ut auctor eſt Plin.) appellatum eſt. De quo templo ſic ſcribit Strabo libro 4. Poſt Poſideum Mileſium eſt oraculum Apollini Didymæo ſacrum apud Brancidas, ad decem & octo ſtadia aſcēdenti, id a Xerſe incenſum eſt, quemadmodum cætera templa omnia, Epheſio excepto. Poſtea Mileſij templum conſtruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, uarijs antiquarum artium donis ſumptuoſiſſimè honoratum.

DIDYMVS, (Δίδυμος) Latine geminus dicitur. Quo nomine uir Alexandrinus dictus eſt, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamē literas optimè callebat, & inter eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit, cumq; propter cæcitatem etiam elementorum ignarus eſſet, Geometriam tamen, quæ uel maximè uiſu indiget, perfectiſſimè tenuit. Auctor Hieronymus. Fuit & alter Didymus Alexandrinus ſalſamētarij filius, quo nemo (ut Quintilianus inquit) plura ſcripſit. Grammaticus fuit, & ad Auguſti tempora peruenit, ob aſſiduam circa libros moram, χαλκέντερος appellatus. nam ad atria millia librorum et quingentos ſcripſiſſe dicitur. Fuit & alius grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. Alius poeta, qui Georgica ſcripſit. Alius Philoſophus Academicus.

DIECVLA, {*Picciol ſpatio di tempo*} (ἡμερίδιον) diminutiuum à die, ge. fœ. quod fere pro exigua temporis mora accipitur. Teren. in And. Non ſatis habes, quod dieculam addo? id eſt aliquam temporis dilationem.

DIEQVARTI, & Diequartè, pro die quarto Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepriſtini uel priſtinè, pro die priſtino, quod nos conuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Diecraſtini, pro die craſtino. & alia multa. Videntur autem ueteres differentiam feciſſe inter Diequarto, & diequarte: ut illud pro præterito ſit, quod nos Nudiuſquartus dicimus: hoc de futuro. Vide Macrobium Saturn. lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbijs accipiuntur.

DIERECTI, teſte Nonio, à die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad diem erecti. Feſtus ſcribit directum per antiphraſim dici apud ueteres, uolētes ſignificare malum diem. unde Directa aduerbialiter dicimus. Plau. Quin tu directa cum ſuccula & cum porculis. Dierectà, (inquit) quaſi in malam diem.

DIES, {*Di, giorno*} (ἡμέρα) tam maſc. quàm fœmin. generis eſt in numero ſingulari, plurali uero tantum maſculinum. Illud tamen intereſt, q; dies in fœm. genere denotat tempus indeterminatum: & ideo diminutiuum eius eſt Diecula, quod ſignificat breue tempus & moram. Dies uero cū tēpus ſignificat uigintiquatuor horarum, uel etiam ſpatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentem, generis maſculini eſt. Nam illud tempus eſt determinatum. Sic Diem heſternum, & Diem hodiernum, potius dicimus, quam Heſternam, uel Hodiernam. Contrà pro tempore incerto dicimus Longa dies, pro longo tempore, non autē Longus dies. Iuu. Longa dies igitur quid contulit? id eſt, longum tempus. Ver. 11. Aeneid. Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Retulit in melius. Iureconſulti item Bima, Trima, Quadrima die, uſurpant pro tempore biennij, triennij, quadriennij. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Verg. 2. Aene. Iamq; dies infanda aderat. Cicero ad Quint. Fratr. In qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis, quàm in Cæſaris. Plin. libro 13. cap. 24. Mirum quod eadem die geminat, qua iniectum eſt. Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (ut Macrob libro 1. cap. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur Mediæ noctis inclinatio, Deinde Gallicinium, ſiue Gallicantus, (ἀλεκτρυοφωνία) quod tum galli cantēt. Inde Conticinium, (ἀμφιλύκη νύξ) quum & Galli conticeſcunt, & homines quieſcunt. Deinde Diluculum, (ὄρθρος) cum incipit dignoſci dies. Inde, Manè, (πρωΐ) cum dies eſt clarus. Inde Meridies, (μεσημβρία, μέση ἡμέρα) diei mediū. Inde iā ſupra uocatur occiduum tempus, (δείλη) quod & ſerum diei, (ὀψέ) uocatur, et mox Suprema tempeſtas, hoc eſt, diei nouiſſimū tempus: ſicut

eſt expreſſum in duodecim tabulis; Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde Veſpera, ſeu Veſper, (ἑσπέρα) à ſtella quam Græci heſperam, Plautus Veſperuginem, Ennius Veſperum, Martialis Phoſphorum, Vergilius Heſperon appellant. Inde Crepuſculum ueſpertinum, (δείλη ὀψία) à Crepero, quod dubiū ſignificat, tanquam lux dubia, quòd incertum ſit id tempus noctis an diei exiſtat. Ab hoc tempore Prima fax noctis, quod tum primùm faces, hoc eſt, lumina inferri incipiant, νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde Inteſpeſta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex uiginti quatuor horis, & lucem tenebraſq; continet: eumq; Diem Ciuilem uocabant, quòd in alijs atque alijs ciuitatibus & regionibus alio atque alio modo obſeruaretur. Athenienſes enim Diem Ciuilem auſpicabantur à Sole occidente ad ſolem iterum occidētem. Babylonij ab ortu Solis ad Solem ſecundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem ſubſequentem: Romani autem à media nocte, ad mediam noctem. quorum à nobis quoq; cōſuetudo obſeruatur: adeo, ut ſi quid ante mediam noctem geſtum ſit, id præcedenti dies aſcribatur, quod à media nocte, ſubſequenti dies annumeretur. Interdum Diem dicimus, ut ſolam Lucē intelligamus, Tenebras uero ſub noctis nomine, Verg. 6. Aen. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Eſt & Dies Naturalis, ab ortu ad occaſum Solis. Dies totius anni ex inſtitutione Numę, aut Feſti erāt, aut Profeſti, aut Interciſi. Feſti dies aut ſacrificiorum, aut epularū, aut ludorum cauſa fuerunt inſtituti. Profeſti autem diuiditur in Faſtos, Comitiales, Comperendinos, Statos, Præliares. Interciſi uerò dicebantur, qui & humanis et diuinis negotijs erant cōmunes. Erant & Atri dies, de quibus locis ſuis. Huius nominis genitiuus eſt Diei, Dij, Dies, & Die. Cic. pro Sex. Equites nō daturos illius dies pœnas. Verg. 1. Georg. Libra dies ſomniq; pares ubi fecerint horas. Idem 1. Aen. Munera, lætitiamq; dij. Sallu. in Iug. Vix decima parte die, pro diei, Die craſtini, die ſeptimi. pro die craſtino, & ſeptimo. Plaut. Moſt. Hanc rē die craſtini cum herus reſciuerit. Idem Menæch. Nam ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi. Vide Macrob. 1. Satur. cap. 2. Diequinti, Die proximi, Diepriſtini: pro quinto proximo, & priſtino. Vide Gel. lib. 10. ca. 24. Deriuatiua & compoſita à Dies ſunt Hodie, Quotidie, Pridie, Meridies, Nudiuſtertius, Nudiuſquartus, Diarium, Aequidiale, Aequidium, Diluculum, & Perdius: Dies qui hebdomadem conſtituunt, à ſeptem planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies a Sole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur, ἡλίου ἡμέρα, πρώτη, κυριακή. Secundus à Luna, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurij, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης Septimus a Saturno, Saturni, κρόνου. Dies critici, ſiue Criſimi, (κρίσιμοι ἡμέραι) à medicis dicuntur iudiciarij, in quibus ſciri de ægritudine ferri iudicium poteſt. Vide ſupra Criſimi dies.

DIESCIT, {*Si fa giorno*} (ἡμέρα γίνεται) dies fit: ſicut Noctefcit, nox fit, quibus ſolum utimur in tertijs perſonis abſolutè & impersonaliter.

DIESPITER, dieſpitris, (ζεύς, ζηνὸς) diei pater, id eſt, Iupiter: ſicut Diiouis, quaſi die iuuans, quod homines die & luce quaſi uita ipſa iuuaret. Horat. lib. 1. carminum: Nanque dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens. Macrobius: Ipſi quoq; Romani Dieſpitrem Iouem appellant.

DIETERIS, pen. pro. {*Il ſpatio di due anni*} (διετία) tempus duorum annorum: ſicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum uel certè (ut eleganter docet Cēſorinus) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud ueteres Trieteris conſtabat ex quinque et uiginti menſibus, hoc eſt, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris (πεντετηρίς) dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt, quadriennij ſpatium, ita dictum, quod quinto quoq; anno recurrat.

DIFFAMO, pen. pr. {*Diuulgare mala fama*} (διαφημίζω) per diuerſas partes famam diuulgo: Siniſtram famam de re quapiam ſpargo. Sumitur enim ferè in deteriorem partem. Tacitus: A' Nerone probroſe carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Adulterium diffamatum, Ouid. 4. Metam.

DIFFARREATIO, ſacrificij genus inter uirum & uxorem, quo coniugiū diſſoluebant, per confarreationem contractum. Erat uutem Confarreatio quædam ſolennitas, quam ſacerdotes obſeruabant in uxore ducenda. Soli enim ſacerdotes, auctore Boethio, per confarreationem uxorem ducebant. Dicta eſt autem hæc ſolennitas confarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito: quod etiam in diffarreatione adhibebatur.

DIFFERCIO, compoſitum eſt à Farcio, {*Empire, diſtendere*} (συμπληρόω) impleo & diſtendo. Horat. lib. 1. Satyr. 5. Inde forum Appi differtum nautis.

DIFFERITAS, {*Differenza*} (διαφορὰ) pro differentia, quo antiqui utebantur. Lucr. lib. 4. Tantaq; in his rebus diſtantia, differitaſq; eſt. Nonius.

DIFFERO, {*Differire, prolongare*} (ἀμβάλλομαι) ſpatium temporis extendo. Verg. libr. 6. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Vnde Dilatio, (ἀμβολὴ) temporis prorogatio, ſiue extenſio dicitur. Plin. lib. 18. cap. 10. Nec ulla ſegetum minus dilationem patitur. Cic. 3. Phil. Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis? Dilator, oris, (μελλητὴς) cunctator. Hora. in Arte. Dilator, ſpe longus iners, auiduſq; futuri. Dilatus, participium. Cice. 4. Verr. Quaſi metueret, ne Petilius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in conſilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis. Ouid. 3. Triſt. Interdum eſt in diuerſa loca ferre, διαφέρειν. Plaut. in Rud. Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouerſum differt ab illis. Interdum diffamare, diuulgare. Lucil. Gaudes, cum de me iſta foris ſermonibus differs. Interdum diuidere, ſcindere, diſſipare, ἀναστρέφειν. Terent. in Adelph. Me miſeram, differor doloribus. Simile Græcis eſt διαφέρεσθαι. Interdum in ordinē ponere, διατάττειν. Verg. lib. 4. Georg. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. Interdum diſtare, διαλλάττειν, διαφέρειν. Cicer. Diuinat. in Ver. At unde quid differat inter meam opinionem & tuam. Hinc differentia διαφορά. Cicer. 4. Acad. Quod uideretur eſſe quædam in uiſis differentia. Indifferens, ἀδιάφορον, quod. i. per ſe neque bonum eſt, neque malum.

DIFFIBVLARE, {*Diſfibbiare*} (ἀποπορπᾶν) aperire, diſcingere, fibulam reſoluere. Papin. Emicat, & toruè clamydem diffibulat aura.

DIFFICILIS, le, {*Difficile, malageuole*} (δύσκολον) dicitur illud, quod nō eſt facile. Teren. in Heaut. Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod moroſum. Cicero de Sene. Moderati enim, nec difficiles ſenes. Inde difficultas abſtractum, δυσκολία. Cic. pro Cluen. Proſpicio quantū in agendo difficultatis, & quantū laboris ſit habitura. Accipitur elegāter pro inopia: ut, Difficultas rei nummariæ, aut frumentariæ. Ci. 4. Verr. Et ſimul oſtendit ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria. Hinc & ſūt aduerbia Difficile, & Difficulter, δυσκόλως. Plin. lib. 27. cap. 12. In cacumine autē ſemen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Liu. lib. 5. Bel. Pu. Circūdati pedites haud difficulter impetum incurſantiū Numidarū arcebāt. Apud antiquos pro facili et difficili legitur Facul, & Difficul. Auctor eſt Nonius, qui adducit teſtimoniū Varronis: Quod utrū ſit magnū, an paruū: facul an difficul.

DIFFIDO, is, pe. pr. {*Diffidarſi, non hauer ſperanza*} (ἀπιστεῖν, ἀπελπίζω) non fido, deſpero, et in reliqua non ſatis præſidij mihi poſitum eſſe iudico. Cic. 2. de Diuinat. Nihil affirmabo: quæram omnia dubitans plerunq;, & mihi ipſe diffidens. Ibidem: Eudemus ita grauiter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Ser. Sul. Ciceroni: Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere. Auctor ad Heren. Et de nobis non diffidimus. Diffiſus, particip. Cice. pro Muræ. Fatebor, ī, Cato, me quoque in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quæſiſſe adiumenta doctrinæ. Diffidentia, æ, cuius contrarium Fidentia. Cic. 4. Tuſc. Etſi fidentia. i. firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio grauis, nō temere aſſentiēs, metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuen. Quod genus fidentiæ contrarium eſt diffidentia, & ea re uitium eſt: Audacia non contrarium, ſed appoſitum eſt, ac propinquum, & tamen uitium eſt. Ouid. 2. de Remed. am. Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit. Diffidenter aduerb. Cice. pro Cluen. Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timidè & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum.

DIFFINDO, diffidi, pe. præteriti cor. diffiſſum, {*Fendere, tagliare in piu pezzi*} (σχίζω, διασχίζω) in partes findo. Verg. 9. Aene. Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Diffindere diem, teſte Budæo, eſt id, quod nos Rem in craſtinum continuare dicimus, uel remittere. Tria enim, inquit, idem erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc eſt, res in poſterum diem reijciebatur: aut cōperendinabatur. i. in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuntiabat. Vlpian. l. ij. ſi quis caution. Et ideo etiam lex XII. tabul. ſi iudex, uel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diē iudicij eſſe diffiſum. Gell. lib. 14. cap. 1. Iuſſi igitur diem diffindi, atq; inde à ſubſellijs pergo ad Phauorinum philoſophum.

DIFFINGO, is, ere, {*Guaſtare, rompere*} (διαφθείρω) corrumpo, & deſtruo quod fictū, et formatū eſt. Horat. lib. 3. carm. ...Neq; diffinget, infectūq; reddet, Quod fugiens ſemel hora uexit. Vbi Acron: Diffinget. i. confundet, immutabit, ſi ue diuellet. Idē Car. ...O' utinā noua Incude diffingas retuſum in Maſſagetas, Arabaſq; ferrū. Vbi Acron diffingas, cōtuſum reformes: nam ſicut fingere, formare dicitur: ſic & Diffingere, eſt quaſſatum reformare. Idem 2. Sermo. ...Equidem nihil diffingere poſſum. Id eſt, non poſſum negare, rem ſic non ſe habere.

DIFFINIO, diffinis, pe. pr. ex Dis, & Finio, {*Diffinire, terminare*} (ὁρίζω) diſpertiendo diſtinguo. Vnde Diffinitio (ὅρος, ὁρισμὸς) quæ & Diffinitio, & Finitio appellatur, conſtans ex genere & differentijs: ut Hō eſt animal rōnale, mortale. Quint. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter comprehēſa uerbis enuntiatio. Dicta aūt eſt diffinitio ſumpta tranſlatione ab his, qui fundos prædiaq; diuidunt alia ab alijs. Nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atq; habitam de finibus controuerſiam diſtinguunt, ſic per deffinitionem res a rebus diſtinguuntur, & ueluti certis quibuſdam finibus circunſcribuntur.

DIFFITEOR, ex Dis, et Fateor, {*Negare*} (ἀπαρνοῦμαι) ſignificat nego. Ci. Itaque nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum conſiliorum peruenirem, & ſimulaſſe inuitum & diſſimulaſſe cum dolore.

DIFFLO, as, {*Gettare à terra ſoffiando*} eſt flatu proſterno. Plaut. in Milite: Cuius tu legiones difflaſti ſpiritu, quaſi uentus folia.

DIFFLVO, {*Scorrere in piu parti*} (διαῤῥέω) eſt in diuerſas partes fluo. Pli. lib. 11. cap. 13. Qui edere, abijciunt ſe humi, refrigerationem quærentes, nam & ſudore diffluunt. Diffluere otio, uel luxuria, eſt immodico otio, uel immodicæ luxuriæ indulgeo. Terent. in Heaut. Vt eius animum, qui nunc luxuria & laſciuia Diffluit, retundam.

DIFFRINGO, is {*Frangere in piu parti*} (διαῤῥήγνυμι) in uarias partes frīgo. Plaut. Aſin. Crura hercle diffringerentur.

DIFFVGIO, is, pe. co. {*Fuggire in diuerſe parti*} (διαφεύγω) in diuerſas partes fugio. Verg. lib. 3. Georg. ...Quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta.

Ponitur etiam tranſlatè pro uitare. Cic. 5. Verr. Diffugerunt enim permulti, id quod oſtendam. Item pro refugere, renuere. Varr. 2. de re ruſt. Nec tamen diffugio, quin dicam, quæ ſcio de ſuillo pecore. Diffugium, gij. Tacitus: Proximorum diffugia languentibus iam ſtudijs.

DIFFVNDO, diffudi, diffuſum, {*Verſare ſpargere in piu parti*} (διαχέω) uariè fundo, hoc eſt, hinc inde ſpargo. Colum. lib. 2. Nam uel reſpuit duritiam ſoli dens aratri, uel ſi qua parte penetrauit, non minutè diffundit humum. Accipitur pro dilatare. Cic. lib. 1. de Orat. diffuſa ramis patulis platanus. Diffundere animum alicuius, eſt exhilarare aliquem. Oui. 1. de Arte am. Spectabunt iuuenes læti, miſtæq; puellæ: Diffunditq; animos omnibus iſta dies. Diffuſus, participium. Cic. 2. de Orat. Eſt enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum, & diſſipatum eſt, in certa genera coarctaturum. Diffuſe, aduerb. Cic. 1. de Inuent. Enumeratio eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ, unum in locum coguntur. Diffuſio, onis, idem quod dilatatio: ut, Diffuſio animi, pro exhilaratione. Seneca de uita beata: Ex cognitione ueri gaudium grande & immotum, comitaſq; & diffuſio animi.

DIGAMMA, (δίγαμμα) ſiue Digamma Aeolicum, dicta eſt F. litera, quòd duplicis Γ. imaginem referre uideatur Cic. ad Att. lib. 9. fundum ſuum Formianum uocat Digamma, quòd nomen eius ab F litera initium ſumeret. Delicium (inquit) digamma uenderem. quantum in ſole ſolerem non ſolum Romæ, ſed etiā delicium digamma uiderem.

DIGAMVS, pe. co. {*Quello che ha hauuto due mogliere*} (δίγαμος) qui duas duxit uxores. Hieronym. contra Iouin. Non damno digamos. Sic Digama mulier dicitur, quæ duos habuit maritos.

DIGERIES, {*Diſpoſitione*} (διανέμησις, διάταξις) digeſtio, diſpoſitio. Macrob. Nec mirum ſi digeries morſum reprehenſionis euaſit.

DIGERO, is, p.co. digeſſi, digeſtum, {*Ordinare, diſporre*}(διατάττω, διϊσ-τημι, διανέμω) ordino, diſpono. Ver. 3. Aen. Quæcunque in folijs deſcripſit carmina uirgo, Digerit in numerum. Ita dicimus aliquid Digeſtum, id eſt, loco ſuo compoſitum, εὐχείριστον. Quandoque Dilucido, interpretor, {ἐξηγοῦμαι}. Idē lib. 2. Ita digerit omnia Calchas. Quandoque diuido, diſtinguo. Plin. lib. 18. Poma ſerantur, inſeranturq́ue, uineæ paſtinentur, ſemina digerantur. Quandoq; concoquo. κατεργάζομαι. Vnde & Digeſtio, πέψις: ut, Digere pauliſper uinū, quo mades. Cice. ad Atti. libr. 4. Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Macrob. Igitur in uentre fit prima digeſtio. Sed hoc ad primum ſignificatū reduci poteſt, cùm digeſtio ſit diſtributio cibi ordinata. Diſtribuitur enim alimentum per uenas totum in corpus, iuſtaq́ue quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur, quantum illi nutriendæ ſatis ſit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digeſtiones: quarum prima fit in uentriculo, ſecunda ab hepate, tertia in uenis, quarta in ſingulis membris, dū quod unicuiq; membro utile eſt, ipſi membro fit nutrimentum, inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob cap 4. lib. 7.

DIGITALE, {*Di miſura d'un deto*}(δακτυλιαῖον) quod habet mēſuram digiti. Plin. lib. 22. Et anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine. Digitalia, (δακτυλήθραι) ſubſtantiuum digitorum tegmenta dicuntur. Varro libro 1. de Re ruſt. Olea manu ſtricta, melior: ea, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, q̃ illa, quæ cum digitalibus.

DIGITELLVS, ſiue Digitellū, (ἀείζωον) herba eſt, quæ alio nomine Sedū, ſiue Sempervivum maius appellatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

DIGITVS, {*Dito*}(δάκτυλος) à digerendo quidam deriuari putāt, quod natura miro decentiq; ordine digitum digeſſerit. i. diſpoſuerit. Plaut. in Perſa: Næ ſi me uno digito attigeris, te ad terrā affligā ſcelus. Digitorū nomina ſunt hęc: Pollex, ἀντίχειρ, ὁ μέγας: Index, λιχανός, δεικτικός: Infamis, ſiue famoſus, μέσος, σφάκελος: Medicus, παράμεσος, δακτυλιώτης, ἰατρικός. id eſt, medicinalis, ſeu anularis, quod in eo anulū primum geſtare cōſueuerunt. Minimus, μικρὸς, qui & Auricularis, ὠτίτης. Indicem, qui pollici proximus eſt, alio nomine Salutarem ueteres uocauerunt. Mar. lib. de Nup. Phil. Quidam redimitus puer ad os cōpreſſo digito ſalutari, ſilentium cōmonebat. Medius digitus alia habet nomina. Nā dictus eſt Verpus, à uerrendo podice. Ob quam etiā cauſam Impudicus, & Infamis uocatus eſt. Et quādo porrigebatur, ſignum deriſionis & cōtumelię erat. Mart. Oſtendas digitū, ſed impudicum Alconti, Daſioq;, Symmachoq;. Iuue. Ipſe minaci Præberet laqueū, mediumq; oſtenderet unguē. Perſius. Frontem atque uda labella Infami digito, & luſtralib. antè ſaliuis Expiat.

Huius diminutiua ſunt Digitulus, & Digitellus, δακτυλίδιον. Teren. in Eunuc. Sane biduū hoc prætereat, Qui mihi nunc uno Digitulo fores aperis fortunatus. Digitum tollere, (χειροτονεῖν) ſignificat fauere, ſuffragari: ſicut Digitum deprimere, ſuffragio derogare. Hor. Vulgus utroq; ſuū laudabat pollice ludum. Digitatus, qui digitos habet Plin. lib. 11. cap. 47. Auiū aliæ digitatæ, aliæ palmipedes. Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodā aquæ modulo, quo ex caſtello, in uicos, aut regiones, aut etiā in nobiliorū ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad diuortia uicorum, ex quibus aqua à caſtellario per uncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Auctor Frontinus.

DIGLADIARI, {*Far alle cortellate*}(διαξιφίζομαι. διαμάχομαι) ppriè eſt gladiis certare. Cic. per tranſlationē pro diſſentire, & cōtendere poſuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot uoluminibus?

DIGLITO, appellatur Tigris fluuius, ubi tardior fluit, hoc eſt, uſq; ad Medorum fines. Auctor Pli. lib. 6. cap. 27.

DIGNATIO, onis, {*Dignità, ampiezza, honore*}(ἀξίωσις) idem quod Græci ἀξίωμα dicūt. i. dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratū, uel propter oris, morumq; maieſtatem. Cic. Att. lib. 4. Et ſi meus quidem eſt fortior, nec quicquam, niſi de dignatione, laborat. Suetonius in Veſp. Exinde ſortitus Africam, integerrimè, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Liu. 2. ab urbe pro gratia & familiaritate poſuiſſe uidetur. Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multò poſt in principum dignationem peruenit. Indignatio, (ἀγανάκτησις) ira, ex rei alicuius indignitate collecta. Iuuenalis Sat. 1. Si natura negat, facit indignatio uerſum.

DIGNITAS, {*Dignità*}(ἀξία, ἀξιοπρέπεια) eſt amplitudo, et quædam quaſi maieſtas, propter honores geſtos, uitæ integritatem, uel rerum geſtarum magnitudinē. Gell. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Accipitur tamen quandoq; pro magiſtratuum adminiſtratione, & honore. ἀξίωμα. Cic. Thermo: Vt omnibus in rebus ei te cōmodes, quoad fides, dignitasq; tua patietur. Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine. τὸ ἀξίωμα τι κὸν, ἡ μεγαλοπρέπεια. Idem lib. 1. Offi. Pulchritudinis duo ſunt genera: unū muliebre, quam Venuſtatē appellamus: alterum uirile, quam Dignitatem dicimus.

Eſt etiam Dignitas in ſermone, (σεμνοπρέπεια) cum. ſ. oratio eſt grauis, & uoce remiſſa, de qua Auctor ad Heren. Huius contrarium eſt Indignitas, pro dedecore. ſiue ignominia, & quod indignum eſt, ſiue quod eſt contra dignitatē. Lib. 4. ad Heren. Nequeo uerbis conſequi indignitatem rei. Cic. Q. Ligario. Cū ad ſecundum Calendas intercalares priores rogatu fratrū tuorum ueniſſem mane ad Cæſarem, atq; omnem adeundi atque conueniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem.

DIGNO, as, {*Giudicar degno, dignare*}(ἀξιῶ) dignū iudico. Pacuuius: Quis deos infernos, quibus cœleſtes, dignet decorare honoribus? Huius paſſiuum eſt Dignor, quod eſt dignus habeor, ἀξιοῦμαι. Verg. 3. Aeneid. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. i. digni habentur. In frequentiore tamen uſu eſt Dignor deponens pro dignū iudico, ſeu habeo. Ver. 1. Aene. Tum Venus, Haud equidem tali me dignor honore. i. dignam iudico, inquit Seruius Suet. in Aug.

Vniuerſum denuq; genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium ēt cura ſua dignatus eſt. i. dignū iudicauit, & dignatione ſua proſecutus eſt. Dignandus. Cic. 1. Acad. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat. Digne aduerb. i. honeſtè, uti honeſtū decet. Plaut. Cic. de Senect. Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia. hoc eſt, ſatis pro dignitate, ἀξίως. Huius contrarium eſt Dedignor: Indignor uerò, iraſcor, ſeu moleſtè fero, quæ uide ſuis locis.

DIGNOSCO, {*Cognoſcere, dignoſcere*}(διαγινώσκω) agnoſco, cognoſco, aut diſcerno. Lact. lib. 6. Inuicem ſe dignoſcunt. Sueton. in Othone: Vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret. Colu. lib. 2. cap. 2. Dignoſcere terram ſapore. Pli. lib. 12. cap. 17. Dignoſci uix poteſt à maſtiche uera.

DIGNVS, a, um, {*Degno*}(ἄξιος) qui aliquid meretur, cui aliquid meritò debetur: ut, Dignus laude, ἀξιέπαινος) qui meretur laudem: Dignus caſtigatiōe, qui meretur caſtigationē. Plau. in Rud. Neq; digniorē cenſeo uidiſſe anum me quāquā, Qui deos atq; homines cenſeā benefacere magis decere. Terē. in Heau. Ego te meā eē dici tantiſper uolo, Dū quod te dignū eſt facias. Huius cōtrariū eſt Indignū. Marti. Digna tuo cur ſis, indignaq; nomine, dicā. hoc eſt, dicā cur merearis & nō merearis hoc nomen. Dignè, ſignificat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indigne, præter merita. ἀναξίως. παρ' ἀξίαν. Ouid. Leniter ex merito, quicquid patiare ferendum eſt: Quæ uenit indignè pœna, dolenda uenit.

DIGREDIOR, eris, {*Partirſi*}(ἀπαλλάττομαι) diſcedo. Verg. 3. Aene. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Inde Digreſſio, greſſionis, (ἀπαλλαγὴ) pro diſceſſu: cuius contrarium Congreſſio. Cic. ad Q. fratrem lib. 1. Minus acerbū, minus miſerū fuit, q̃ fuiſſet tum cōgreſſio, tū uerò digreſſio noſtra.

Digreſſio à propoſito. Cic. de Orat. Abs te nō longa digreſſio. Digreſſus, us, ui, idē quod digreſſio: cui contrariū eſt Acceſſus. Cic. 2. Tuſc. Tenuiſſimū lumen facit proximus acceſſus ad Solē, digreſſus aūt longiſſimū. Idē ad Q. fratrem lib. 1. Deinde cōgreſſus noſtri lamentationē pertimui; digreſſum uero non tuliſſem. Digreſſus, participium: Digreſſa dicitur, quæ diuortium cum marito fecit. Suet. in Cæſ. cap. 43. Diremit nuptias Prætorii uiri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione.

DIIAMBVS, (διίαμβος) pes metricus ex duobus iambis conſtans, hoc eſt, ex quatuor ſyllabis, quarum prima & tertia breues ſunt, ſecunda autem & quarta longæ: ut Amœnitas.

DII MANES, per duas dictiones, ab antiquis crediti ſunt eſſe animæ hominū, quæ è corpore emigrauerant: unde etiā uetuſta ſepulchrorum monumenta Dijs Manibus uidemus eſſe inſcripta. Alij Manes eoſdem eſſe putant, quos in uita Genios appellamus; uoluntq; homini duos aſſignatos eſſe Genios, qui ne mortuorum quidem corpora deſerant, ſed unà cum ijs ſepulcra inhabitēt. Apuleius de Dæmonio Socratis: Manes, animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genij, & à corpore ſeparatæ Lemures uocabantur. Quod ſi domos infeſtarent, Laruæ dicebantur: contra, ſi boni fuerint, Lares familiares. Seruius arbitratur Manes per Antiphraſim quaſi minime manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim manes inter noxia numina: Vnde ſubinde inferijs erant placandi, ne nocerent. Vide plura in dictione Manes.

DIIOVIS, Iupiter appellatus eſt, Vide Dieſpiter.

DIIVDICO, {*Giudicare diſtintamente*}(διαδικάζω) diligenter aut diuiſim iudico. Cic. in Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? Terent. in Heaut. Ego dicam quod mihi uenit in mentē, tu dijudica. i. dic quod tibi uidetur, & ſenties. Ibidem: Pergin' iſtuc prius dijudicare, quàm ſcis, quid ueri ſiet? Diiudicare, pro decernere. Cic. 3. in Catil. At illę tamē omnes diſſenſiones, quarum nulla exitum Reipu. quæſiuit, eiuſmodi fuerunt, ut non recōciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſint. Budæus Diiudicatio, onis. Cic. 1. de legi. Nā iſta quidē magna diiudicatio eſt.

DIIVNGO, is, {*Diſgiungere, ſeparare*}(διαζεύγνυμι, διΐστημι) ſeparo, diuido. Cic. Att. lib. 7. Redeamus domum, diiungere me ab illo uolo.

DILABOR, p.p. {*Partirſi aſcoſamente*}(παραλισθαίνω) diffugio, ſeu clàm diſcedo. Cic. 1. Tuſcu. Sed neſcio, quomodo, dum lego, aſſentior: cum poſui librū, & mecum ipſe de immortalitate animarum cœpi cogitare, aſſentio illa omnis dilabitur. Propriè uero dilabi, eſt deorſum labi, corruere. Lactan. li. 3. Domus ab habitatore dilabitur. i. corruit. Cic. in Læl. Iam enim à ſapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio noſtra dilabitur, (διαφέρεται) Id eſt, deſcendit, ſiue decurrit. Aliquando ponitur pro deficere, ἀπειπεῖν. Lact. lib. 7. Deſcribētes quaſi fatigati, & dilabentis mundi ſenectutem. i. deficientis. Dilapſus particip. Ad Heren. libro 4. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimulac fortuna dilapſa eſt, deuolāt omnes. Dilapſus rapidè fluuius, Cice. 2. de legib. Dilapſa aqua, Idem 2. de Nat. Deor. Dilabidus, adiectiuum, quod facile diffluit. Plin. libr. 8. cap. 55. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non perinde molli ut in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

DILACERO, as, {*Lacerare, conſumare*}(διασπαράττω, διασπαράσσω) idē quod ſimplex lacero. Lact. lib. 1. In quibus ipſe poſtea dilaceratus, et carptus eſt. Metaphoricè ſignificat conſumere, dilapidare, & diſperdere. Cic. pro Mil. & unū integrum ad dilacerandam remp. quæreret. Dilacerantur opes, Ouid. Epiſt. 1. Dilacerandus. Catullus. Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſq; Præda.

DILANIARE, {*Stracciare, ſbranare*}(διασπαράττομαι, διασπαράσσω) eſt in diuerſas partes laniare. Cic. pro Milone: Nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. Comas dilaniare, Ouid. 3. Amorum.

DILAPIDO, as, pe.c. {*Conſumare*}(διαφορέω) diſperdo. Cic. ad Auguſtū: Publicam dilapidabat pecuniam, ęrarium exhauriebat. Propriè tū Dilapidare, eſt lapidibus purgare. Cato de Re ruſt. ca. 46. Locum bipalio uortito: dilapidatoq; hoc eſt, lapides auferto. Caſtigatiora exemplaria habent Delapidato.

DILARGIOR, iris, {*Donare à diuerſi*}(διαδίδωμι) eſt uarie, aut diuerſis largiri. Cic. contra Leg. agra. Nec L. Silla, qui omnia ſine ulla religione, quibus uoluit, eſt dilargitus, agrum Campanum attingere auſus eſt.

DILATO, as, pe. pro {*Dilatare, allargare*}(πλατύνω) latum facio. Cice. pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam.

DILAVDO, as, {*Laudare*}(ἐπαινέω) idem quod ſimplex laudo. Cic. Att. lib. 6. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero?

DILEMMA, atis, & Dilemmatum, (δίλημμα) per duplex mm, argumētum eſt, quod utrinque aduerſarium capit: unde & Syllogiſmus cornutus à Gellio appellatur. Hierony. contra Ruf. Hoc eſt uerum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam neſcis, ſed ex carnificum officina, & meditatione prolatum. Cicero Complexionem uocat.

DILIGENS, {*Diligente, aſſiduo*}(ἐπιμελὴς) gnauus, ſolers, minimè ſegnis: à diligendo, quod ea quæ diligimus, ſtudioſè obeamus. Cic. 6. Verr. Diodorus homo frugi, ac diligens, qui ſua ſeruare uellet. Idem de Amic. Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligẽtiores eſſent, ut capras, et oues quot quiſque haberet, dicere poſſet: amicos quot haberet, dicere non poſſet. Hinc Diligentia (ἐπιμέλεια) ſtudium, cura. Plaut. in Rud. Curate hæc ſultis magna diligentia. Diligentia autem ad corpus, & ad animum refertur: Cura, ad animum: Opera, ad corpus. Ideo in oratione cum ſimul iſta ponũtur, diligentia ſemper in fine conſtituitur. Diligenter, aduerbium, (ἐπιμελῶς) ſtudioſè, cum cura & ſolicitudine. Terent. in Eunuc. Curato iſtam diligenter uirginem. Horum contraria ſunt Negligens, & indiligens, (ἀλίγωρος) quemadmodum Diligentię opponuntur Negligentia & Indiligentia, ὀλιγωρία. Cic. de Opt. ge. Sed quædam etiam negligentia eſt diligentia. Terent. in Adelph. Ingenium tuum noui liberale, ſed uereor indiligens nimium ſies. Idem in Phorm. Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur.

DILIGO, gis, pen. cor. dilexi, dilectum, {*Amare, diuidere*} (φιλεῖν) idem ferè quod amo, quamuis minoris uis ſit, ut ſupra dictum eſt. Cice. ad Brutum: Sic igitur facies, & me aut amabis aut quo contentus ſum, diliges. Ouid. 2. de Ponto: Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt. Quandoque diligere ſignificat diuidere. Plau. in Cur. Clypeatus elephantum, ubi machæra diligit. Titin. apud Nonium: Peruam totam diligit.

DILOGIA, (διλογία) figura eſt, cum ambiguum dictum duas res ſignificat: ἀπὸ τοῦ δὶς, καὶ λόγος.

DILORICO, as, pen. pro. {*Squarciare*}(διασχίζω) ſignificat diſcindo. Cic. 2. de Ora. Qui in cauſa peroranda non dubitauit reum excire Cõſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis Imperatoris oſtẽdere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore diſcidit: ut intelligamus idem eſſe Diloricare, & diſcindere. Egeſippus lib. 3. Momentanei bellatoris gladios occulentes, quęcunque reperiebant diloricabant: quod eſt, quaſi loricam diſſoluebant, ſicut Diffibulare, eſt diſcingere, & fibulam reſoluere.

DILVCEO, es, ere, diluxi, {*Rilucere*}(διαλάμπω, λάμπω) diſtinctè, ſiue perfectè lucere. Gel. lib. 2. Cõtrà uero qui ſex horis poſterioribus naſcitur, eo die uideri natum, qui poſt eam noctem diluxerit. Hora. in Epiſt. Omnem crede diẽ tibi diluxiſſe ſupremum. Dilucere per tranſlationem pro clarum, & apertum eſſe. Liui. 3. ab urbe, Dilucere res magis patribus atque COSS.

DILVCESCIT, {*Si fa giorno*} (ἐλλάμπει. ἡμέρα γίνεται) dies fit. Cice. in Catil. Ipſi comprehenſi ad me, cùm iam dileceſceret, deducuntur.

DILVCIDO, as, {*Dechiarare, far chiaro*}(ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ἀποσαφέω) declaro, clarum facio. Ad Heren. lib. 3. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſtius conſilium appellabimus.

DILVCIDE, aduerbium, {*Chiaramente*}(σαφῶς) clare, & perſpicue. Terent. in Phorm. Dilucide expediui, quibus me oportuit, iudicibus.

DILVCIDVS, clarus, {*Chiaro*}(ἐμφανὴς) Cice. 3. de Fini. Nec enim in Torquati ſermone quicquam implicatum, aut tortuoſum fuit: noſtraq́; , ut mihi uidetur, dilucida oratio.

DILVCVLASCIT, (ὄρθρος γίνεται) diluceſcere incipit.

DILVCVLO, aduerbiũ, {*Al far del giorno*}(λυκόφως) ſignificat ſummo mane, ante lucem. Cic. ad Att. lib. 16. Cum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, ueniſſemq́; diluculo ad pontem Tirenum.

DILVCVLO, âs, pen. cor. {*Farſi giorno, aggiornare*}(ὀρθρεύω) ſignificat diluculum fieri. Gell. Die craſtino ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges, ueniant. Sed hoc uix aliter quam in tertia perſona & imperſonaliter.

DILVCVLVM, li, {*L'aurora, l'alba*}(περίορθρον) ante ſolis ortum aurora, quaſi parua diei lux: quod tum dies luceſcere inciperet. Cicero pro Roſcio. Et cùm poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuntius hic Ameriam uenit.

DILVDIA, orum, {*Intermiſſione de giuochi*} ludorum intermiſſio, ceſſatio à ludo. Horat. lib. 1. Epiſto. Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco. Ludus. n. genuit trepidum certamen & iram. Vbi Acron. Diludia ſunt tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinque dies pugnent. Porphyrion: Diludia intermiſſio ludorum uel dilatio.

DILVO, is, dilui, dilutum, {*Purgare, lauare*}(ἀπολύομαι) ex Di, & Antiquo uerbo Luo, lauo, purgo, reſoluo. Cæſ. 2. Bel. Ciui. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Item aquã, uel aliũ liquorem miſcere, temperare, βρέχειν, κεραῖν: Verg. 4. Geor. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Perſius. Diluis helleborum, dixit pro eo quod eſt, medicamentis temperas. Tranſlatè uſus eſt Cic. 3. Tuſc. Quæ cogitatio una maximè omnes moleſtias extenuat, & diluit. i. ſoluit, et eneruat, quemadmodum uinũ aqua dilutum ſubneruatur. Ita etiam Diluere crimina, dicimus. i. purgare, & refellere. ut oratores, quando refellunt obiectiones aduerſarij. Cic. 7. Verr. Quò facilius crimen inimicorum diluere poſſim. Idem 2. de Nat. Nam ut profluens amnis, aut uix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris uitia diluuntur. Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plaut. in Rud. Abſtine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue.

DILVTVS, a, um, pe. p. {*Miſto, temperato*}(συγκεκραμένος, διακεκραμένος) quod eſt miſtum ſiue temperatum: unde uinum aqua miſtum dicitur dilutum. Mart. Diluti bibis unciã Falerni. A' quo Dilutius, et Dilutiſſimũ, prout minus, plus'ue aquæ admiſtum fuerit. Vnde Cor. Celſus præcipit hyeme meracius eſſe bibendum, æſtate dilutius. Hieron uinum dilutius uocat Aquatius: Vinum (inquit) ſi aquatius bibitur, calix frangitur, menſa ſubuertitur. Meracius uinum dicitur (ζωρότερον) quod minus dilutum, ſiue aquatum eſt. Dilutus color dicitur, cum ueluti aqua adhibita minus eſt intenſus. Gel. Luteus color rufus eſt dilutior. Dilutum etiam neut. gen. uocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum: ut ſi in uini dolio abſinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur, id uinum Abſinthij dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7. Bibitur & madefacti abſinthij dilutum: ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio eſt, ut quiſquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

DILVVIVM, {*Diluuio*}(κατακλυσμὸς) terræ inundatio ab immodicis imbribus, uel maris fluuij've incrementis proficiſcens. Plin. in Epiſ. Hæc aſſiduæ tẽpeſtates, & crebra diluuia. Diluuium metaphoricè pro euerſione Troiæ dixit Verg. Diluuio ex illo diuerſa per æquora uecti. Dicitur & Diluuies, diluuiei, fœm. ge. Lucr. lib. 6. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Diluuio, uias, are, κατακλύζειν. Lucret. lib. 5. Tantum ſuppeditant amnes, ultraq́; minantur Omnia diluuiare ex altu gurgite ponti.

DIMANO, as, pe. pr. {*Deriuare, goccíare in diuerſe parti*}(διαῤῥέω, διαθρυλλοῦμαι) diuerſè, ſiue diuiſim mano, defluo. Cicer pro Cælio: Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forenſis labor, uitæq́; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulo latius commẽdatione & iudicio meorum.

DIMETIENS, tis, fœ. ge. (διάμετρος) linea recta, figuram, quà longiſſimè patet, ex æquo ſecans: quam Gręci παρὰ τὸ διαμετρεῖν. Diametron appellant. Plin. lib. 2. cap. 23. Quantas enim dimetiens habeat ſeptimas, tantas habere circulum duo & uiceſimas.

DIMETIOR, iris, menſus ſum, {*Miſurare*}(διαμετρέω) idem quod metior. Cic de Senect. Mori uidebamus in ſtudio dimetiendi penè cœli atq; terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipio. Idem in Orat. De uerbis enim componendis, & de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur. Dimenſus, partic. Cic. de Senect. Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus. Dimenſio uerbale, (διαμέτρησις) Cic. 1. Tuſc. Puſionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimenſione quadrati.

DIMETOR, pen. pr. dimetaris, dimetatus ſum, eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Cic. 2. de Nat. Deo. Eorum enim curſus dimetati, maturitates temporũ, & uarietates, mutationesq́; cognouimus.

DIMICO, as, pe. co. {*Combattere*}(ἀγωνίζομαι) pugno, quod proprie fit re: Cõtendo uerò uerbis tantum. Cæſ. 7. bel. Gal. Ne contra ſuam uoluntatem dimicare cogeretur. Dimicatio, onis, uerbale. Cæſ. 7. ab Vrb. Omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet conſiſtere.

DIMIDIVS, a, um, {*Mezzo, partito per mezzo*}(ἡμίτομος) quaſi per mediũ diuiſus. Et dicitur de rebus, quę ſeparatę ſunt nam eſt pars altera ex dimidiato. Gel. lib. 3. cap. 14. Dimidiatum uero eſt, non quod ipſum dimidiatum, ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. Martialis: Dimidium donare Lino, quàm credere, totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium.

DIMIDIATVS, a, um, {*Partito in due parti, eguali*} dicitur de rebus quę cõtinuæ ſunt, & nõ ſeparãtur: quaſi Dimediatus, & in partes duas pares diuiſus. Cic. in Verr. Exemit ex anno unum dimidiatumq́; mẽſem. Idem 5. Tuſ. Apparebat epigrãma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorũ, dimidiatis ferè. Sicut ẽt qui ex mille denarijs, qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium ſe recepiſſe dicet nõ dimidiatum: ita ſi ſcyphus argẽteus cum alio cõis, in partes duas diuiſus ſit, dimidiatum dicemus, non dimidium ſcyphum. Gel. lib. 3. capi. 14.

DIMIDIATIM, aduerbiũ, {*Per mezzo*} Plautus in Mil. Sed percelliunt, ſed perducunt, dimidiatim dum appetunt. i. dum ſibi uolunt dari dimidiam partẽ.

DIMINVO, nuis, {*Diminuire, ſcemare*}(μειόω) idẽ quod minuo, ſiue minus reddo. Cic. de Cla. Ora. Interitu talis Auguris dignitatẽ noſtri collegij diminutã dolebã. Diminutio, uerbale, (μείωσις) ut, Diminutio luminis, Ci. 1. Tuſ. Solẽ lunamq́; accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notantem & ſignificãtẽ dies. Diminutus, partic. Dignitas collegij interitu alicuius diminuta.

DIMINVTIO, capitis, apud Iuriſconſultos eſt prioris ſtatus permutatio, cùm .ſ. uut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius nos poteſtati ſubmittimus. Eſt autem triplex capitis diminutio, Maxima, Media, & Minima, quas omnes uide l. j. de Capit. diminut.

DIMISSORIÆ LITERÆ, inquit Modeſtinus, ſunt quę uulgo Apoſtoli dĩr, q; per eas cã ad eũ qui appellatus eſt, dimittitur. l. unica. ff. de libel. dimiſ.

DIMITTO, is, {*Mandare in diuerſe parti, laſciare*}(διαπέμπω) diuerſa in loca mitto. Verg. 1. Aen. Equidem per littora certos Dimittam. Aliquũ eſt abire permittere, abeundi poteſtatem facere, ceſſare. διαλύειν, ἀπολύειν, ἀφιέναι, ἀπαλλάττειν. Cic. lib. 1. Offic. Cum autem Pompilio uideretur unam dimittere legionem. Sallu. Deinde ei pollicitus operam ſuam, domũ dimittit. Aliqũ eſt permittere, in poteſtatem dare, ἐπιτρέπειν. Ci. lib. 1. de Rep. Tum annin Cõſules, tum dimiſſi populo ſalces. Aliqũ derelinquo, ἀφίημι. Cic. lib. 12. Epiſt. Etſi non idcirco eorum uſum dimiſeram, q; ijs ſuccenſerem. Inde partĩ. Dimiſſus, idẽ ſignificãs, quod omiſſus, uel relictus. Cic. in 4. Aca. In iſta Philoſophia quę nũc propè dimiſſa reuocatur. Sunt, qui ꝓ humili & abiecto ſcripſi arbitrani, adducentes Verg. teſtimoniũ: Deiecit uultum, & dimiſſa uoce locuta eſt: cũ tñ apud Verg. Demiſſa, non dimiſſa conſtet legẽdũ, quẽadmodũ & in ijs exẽplis, quæ ex Varrone & Cicerone perperam & corruptè huc erant adducta.

DIMOVEO, ues, {*Remouere*} idẽ quod remoueo, ſuo loco manere non ſino, et de ꝓpoſito deduco, ἀποτρέπω. διακινέω. ἐξίημι κατὰ χώραν. ἀπὸ τοῦ φρονήματος καθελεῖν.) Verg lib. 1. Geor. Agricola incuruo terrã dimouit aratro: Ci. pro Cecinna: Dimoueri. n. & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deiciatur. Idẽ in Parad. Voluptas quo eſt maior, eò magis mentem ex ſua ſede, & ſtatu dimouet. Plau. Perſa: Dicat quod quiſq; uult, ego de hac ſententia non dimouebor.

DIMYXOS, (δίμυξος) lucerna duo habens ellychnia. Μύξαι. n. Græcis nares dicuntur, et cauaiculi in lucerna narium modo eminentes quibus ellychnia inſeri ſolent. Vnde & Polymyxos, lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

DIMVLGO, gas, {*Diuulgare, publicare*}(ἐκφέρω) diuerſè publico. Cic. Appio: Quare uſum eſt occultius agendum, neq; ullo modo dimulgandum. Ita. n. nonnulli legunt: certum tamen eſt ibi potius legendum eſſe Diuulgandum.

DYNAMENE, es, (δυναμένη) Nympha marina, Nerei & Dorides filia: ita dicta ab eo quod in mari plurimum polleat. Heſiodus in Theogo. Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε, Δυναμένη τε.

DINARCHVS, (δείναρχος) Corinthij ciuis nomen eſt, apud Plutarchum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

DINDYMENE, (δινδυμήνη) & Dindyme, dicitur Cybele: quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius ſacra fierent. Martial. lib. 8. Non per myſtica ſacra Dindymenes Iuret Gellia.

DINDYMVS, pe. cor. (δίνδυμα τά) in ſingulari maſc. ge. in plurali neutri. iuga ſunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deum dicata Propertius. Dindymus & ſacræ fabricata inuenta Cybellæ. Verg. lib. 9. Aene. O'uerè Phrygiæ (neq; n. Phryges) ite per alta Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Dinocra-

DINOCRATES, (Δεινοκράτης) Meſſenius fuit laſciuia, luxuria, uitæq́ incontinẽtia: inſignis, cui tamẽ alioqui in arduis negotijs ſuſcipiendis non deeſſet animus. Hic cum quodam die in multam noctem produxiſſet conuiuium, habituq́ muliebri ſumpto, coram conuiuis ſaltaſſet: poſtero die adijt Q. Flaminium, penes quem tum ſumma poteſtas erat, oſtendẽs, ſi ſibi daretur præſidium, poſſe ſe Meſſanam ad defectionem ſolicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effeminato tantam audaciam, de his, inquit, poſtea uidebimus. Te uerò miror arma tractare, ſaltare & mulierem mentiri poſſe, cum non tantam animo audeas concipere.

DINVMERO. {Noverrare}(ἀπαριθμῶ) idem quod numero. Plaut. Rud. Mille nummos dinumeraui. Terent. Adelph. Iube nunc iam dinumeret Babylo illi uiginti minas.

DIOBOLARES, (διώβολοι) meretrices dicuntur, quæ duobus obolis cõducuntur, inquit Feſtus. Plaut in Pœn. Seruulorũ ſordidorum ſcorta diobolaria.

DIOCLES, (Διοκλῆς) Athenienſis, antiquę Comœdiæ ſcriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenęus. Diocles itẽ medicus Caryſtius, Darij Hyſtaſpis tempore, qui & commentarios quoſdam de re medica ſcriptos reliquit.

DIOECESIS, cum oe dip. pe pr. {Giuriſdittione}(διοίκησις) Latinè gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, ſiue iuriſdictio: à διοικέω, guberno, tueor. In iure itaque ciuili Diœceſis pro prouincia accipitur, li. 1. Cod. de Priuı. carc. Ad eundem etiam modum accipit Cic. in Epi. Vt me illarum omnium diœceſium, quę cis Taurum ſunt, omniumq́ earum ciuitatum magiſtratus, legationesq́ conuenirent. In patrum autem Decretis ſolet hæc uox ad Epiſcoporum munus deflecti. In primitiua enim Eccleſia Epiſcopi iudicia nõ exercebant, ſed ſacra tantùm adminiſtrabant. Quò fit, ut quemadmodum Territorium Præſidis eſt, ſic Diœceſis Epiſcopi, quatenus ius adminiſtrandi ſacra habet.

DIOECETES, (διοικητής) qui procurationem regiam, uel magnatis alicuius ſuſcepit. Cice. pro Rabirio, At Diœcetes fuit regius. Latinè diſpenſatorem dicere poſſumus.

DIODORVS, pen. pro. (Διόδωρος) cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt auctor libr. 14. qui Platonis tempore Euclidẽ audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius pręceptore, cuius ut famam obſcurauit, ita & cognomen uſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, q (ut ait Laertius) primus inuolutum diſſerendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, cum aliquando inter epulas à Stilphone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos extemplo nequiuiſſet exoluere, & ob id à rege per ludibrium Chronus appellatus eſſet, cõuiuium deſeruit, ac edito per otium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Auctor Diogenes Laertius. Fuit item Diodorus quidam Stoicus philoſophus, utroq́ lumine orbus, cuius ſic meminit Cicero in Bruto: Eram cũ Stoico Diodoro, qui cum habitaſſet apud me, cum Quinto uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus, à quo cũ alijs rebus, tum ſtudioſiſſimè in Dialectica exercebar. Diodorus comicus poeta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, eius, qui compoſuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. Suidas. Diodorus præterea duos è Lydia Tyberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobiliſſimus Hiſtoricus, qui uariam hiſtoriam libris quadraginta conſcripſit, quam Bibliothecam nominauit. Floruit Auguſti temporibus. Poſtremo fuit et Diogenes Laertius, qui de Vita & moribus philoſophorum opus ſcriptum reliquit.

Diodorus Tarſenſis, præſul, cuius meminit Hieronymus, & Suidas.

DIOGENES, p. c. (Διογένης) nomen philoſophi Cynici celeberrimi, Antiſthenis diſcipuli de quo ſcribitur, quòd cùm Antiſthenes nullum Diſcipulorum reciperet, & perſeuerantem Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè claua minatus eſt, niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicitur caput, atq́ dixiſſe. Nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo poſſit obſequio ſeparare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus peram pro cellario habuit, ſecumq́ portabat clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenea membra ſuſtẽtare ſolitus erat. ἡμερόβιος (ut ſcribit Hieronym.) hoc eſt, in diem uiuens, uulgò appellatus eſt, quod omni abiecta ſolicitudine cibum ſuum in ſingulos dies emendicaret. Habitauit autem in portarum ueſtibulis, & porticibus ciuitatum: cumq́ ſe cõtorqueret in dolio, uolubilem ſe habere domum iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. frigore enim os dolij uertebat in Meridiem, æſtate ad Septentrionem. & utcunq́ Sol ſe inclinauerat, Diogenis Prætorium uertebatur. Ferunt accedentem Alexãdrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à Sole obſtaret. Obijt fermè nonagenarius. Hic (ut auctor eſt Cic. lib. 1. Tuſcu.) iuſſit cadauer ſuum inhumatum abijci, quærẽtibusq́ amicis, uolucribus'ne et feris corpus ſuum dilaniandum uellet relinqui: minimè, inquit, ſed bacillum apud me, quo illas abigam ponitote: irridens nimirum amicorum præpoſteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris omnis ſenſus expertis erãt ſoliciti: quaſi magnum quiddam intereſſet, à feris'ne, an à uermibus abſumeretur. Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum unus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ. alius Sicyonius, qui Peloponneſiaca ſcripſit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ab uicinitatem dictus fuit. Alius Tarſenſis quæſtionum poeticarũ ſcriptor. Sed in Cynicum Nicanor tale Epigramma inſcripſit, Διογένης, ἄγε, λέγοντι ἔλαβες μὲ μοίρας, εἰς αἴδην ἔλαβέ με κυνὸς ὀδὰξ.

DIOGENIANVS, (Διογενιανός) Heraclienſis inſignis Grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conſcripſit. Auctor Suidas.

DIOGNETVS, auctore Plin. lib. 2. ca. 17. (Διόγνητος) fuit unus itinerũ Alexandri regis menſor. Alius fuit ſub Antonio philoſopho pictor egregius: de quo Iulius Capit. Alius Clitomachi Pœni pater, qui ſucceſſit Carneadi: antea Aſdrubal nominatus. Fuere & alij huius nominis. dicitur autem Diognetus per ſyncopen pro Diogenetus (Διογένητος) hoc eſt, Ioue genitus.

DIOMEDA, (Διομήδα) Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Leſbo raptã concubinam habuit. Homerus 9. Iliad.

DIOMEDEÆ inſulę, (Διομήδειαι νῆσοι) duæ è regione Gargani ſunt: quarũ altera habitatores habet, altera deſerta eſt, ubi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos: quę ob id Diomedeæ uocitatæ ſunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis eſſe dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ ſunt, quæ in ſola Diomedea inſula uiſuntur.

DIOMEDEI, campi, (Διομήδειον πεδίον) uocati ſunt in Apulia, qui in diuiſione regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, Diomedi ceſſerunt.

DIOMEDES, (Διομήδης) rex Aetoliæ, Tydei & Deiphyles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiã profectus adeo ſtrenuè ſe geſſit, ut poſt Achillem & Aiacẽ Telamoniũ fortiſſimus haberetur. Nã præter occiſos à ſe reges, & ſingulares pugnas aduerſus Hectorẽ & Aeneã, alioqui inſignes Troianorum principes, & captos Rheſi equos, Palladiũq́ Troianis ſubtractum, Martem quoq́ in eo bello uulnerauit, Veneremq́ in dextra manu, dũ Aeneã protegere uellet. Quamobrem Dea indignata, Aegialę uxori eius tantã libidinem immiſit, ut cũ Cyllabaro Stheleni filio cõcumberet. Qua re cognita Diomedes domum reuerti noluit, ſed in apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibiq́ Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenea dolo occiſum, eiusq́ ſocios ob peremptum regem in aues Diomedeas, uel, ut Græci uocãt, Herodias, mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. Diomedes alter, rex Thraciæ, qui dum equos ſuos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt. Ouid. in Ibin: Vt qui Threicij quondam præſepia regis. Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. Idem 9. Metamorph. Quid quum Thracis equos humano ſanguine pingues &c. Fuit & Diomedes Grammaticus multi ingenij uir.

DION, (Δίων) nomẽ propriũ Syracuſani nobilis, qui adeò Platonẽ amauit, ut ſe eidẽ totũ traderet. Hic patriã aſſeruit in libertatẽ, expulſo Dionyſio tyrãno. De quo Plutarchus refert, q cũ Calippũ, cui omniũ uni maximè fideret, inſidias ſibi tendere accepiſſet, eum arguere paſſus non eſt, Mori, inquiens, longè præſtare, q̃ uiuere, ubi nõ hoſtes ſolùm, ſed etiam amicos cauere oportuerit. Dion Caſſius, patria Nicæus hiſtoricus, ſcripſit Romanam hiſtoriam libris LXXX. Pręterea res geſtas Traiani principis, uitam Arriani philoſophi. Auctor Suidas.

DION PRVSIEVS, Sophiſta & philoſophus, cognomento Chryſoſtomus, pdibat in publicũ amictus pelle leonis. Apud Traianũ plerunq́ uixit, cuius familiaris fuit, eodemq́ curru dignatus. Scripſit pro Homero contra Platonem libros IIII. De uirtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea an mundus eſſet interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

DIONE, es, (Διώνη) una ex Nymphis, Oceani & Tethios filia, (ut quidam perhibent) Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa (Διωναία) dicta eſt. Ver. 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri diuisq́ ferebam. Et alibi. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

DIONYSIA, orum, (Διονύσια) feſta erant Athenis in honorem Dionyſij inſtituta, quæ & Bacchanalia uocantur. Ea erant duplici, altera uetuſtiora, quiſquis ſacra fiebant in Acropoli (ubi antiquiſſimum erat Dionyſij templũ, quod in Limnis rebatur) idq́ duodecimo die menſis, quem illi ἀνθεστηριῶνα uocabãt.

Altera recentiora, quæ & Aſtyca (ἀστυκά) dicebantur, hoc eſt, urbica, quæ in noua urbe celebrabantur, quæ ſub Acropoli ſita fuit.

DIONYSIAS, (Διονυσιάς) inſula eſt, quam aliter Naxum uocant, à uinearũ fertilitate ſic dicta. Eſt gẽma, miſtis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita ſaporem uini facit. Ebrietati reſiſtere exiſtimatus. Plin libr 37. cap. 10.

DIONYSIVS, (Διονύσιος) dictus eſt Bacchus. & Dionyſia, (τὰ Διονύσια) Bacchanalia, Bacchi feſta. Fuit & hoc nomine philoſophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui cùm renum morbo laboraret, cruciareturq́ cruciatu impatibili, ſuccũbens dolori clamabat, falſa eſſe quæ à Zenone didicerat. Zeno. n. & Stoici hoc omnes habent dogma, Dolorem. ſ. non eſſe malum, ſed indifferentẽ. Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracuſanorũ Tyranni, quorũ ſuperior cùm Carthaginienſes tota Sicilia expuliſſet: & bonam partem maritimæ Italiæ in deditionem ſuam redegiſſet, tandem à Carthaginienſibus ſuperatus, ſuorum fraude occiditur. Huic ſucceſſit filius eiuſdem nominis, qui cùm ciuitatem Syracuſanam cędibus repleſſet, expulſus eſt. Iterumq́ receptus, cũ crudelior in dies fieret, rurſus extorris Corinthum in exilium proficiſcitur: ubi in ſordidiſſimum uitæ genus deſcẽdit, in popinis lupanaribusq́ reſidens, ut contemnẽdus magis, q̃ metuẽdus uideretur. Nouiſſimè ſe ludi magiſtrum profeſſus, pueros in triuio docebat, ut quoniam uiris imperare nõ poterat, ſaltem pueris imperaret. Erat. n. eruditus, utpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philoſophia profuiſſet, ſapienter r. ſpondit, ut æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus auctor eſt, regiã Dionyſii puluerulentam fuiſſe, propter eorum multitudinem, qui geometricas in puluere figuras deſcribebant. Ambo tamen & pater et filius philoſophi, Platonẽ præceptorẽ audierunt. Dionyſius dialecticus, è Bithynia commemoratur Strabonis lib. 11. Dionyſius Corinthius, ut Suidas ſcribit: ut alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate tẽporibus Auguſti ſcripſit Geographiam uerſibus hexametris.

Dionyſius Alexãdrinus Grãmaticus, peruenit ad Traiani tẽpora cuius bibliothecæ et epiſtolis præfuit. præceptorẽ habuit Chæremonẽ philoſophũ: cui in ſchola Alexãdrina olim ſucceſſit. Auctor Suidas. Dionyſius Mileſius hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas, et quæ poſt Dariũ ſecuta ſunt, aliaq́ à Suida cõmemorata.

Philoſtratus hũc inter ſophiſtas annumerat, eũq́ tradit Adriano principi, ob ingeniũ acceptũ fuiſſe, à quo Satrapes factus, adſcriptusq́ inter equites. Dionyſius Halicarnaſſeus, Auguſti tẽporibus Romanã ſcripſit hiſtoriã, ut Suidas teſtatur: ſcripſit ẽt de characteribus antiquorũ oratorum. Præterea de compoſitione orationis, & elocutione, q̃uo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinã orationẽ conuertit. Dionyſius, Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleam & Antiochiam regnauit, ut auctor eſt Strabo li. 6.

DIONYSIVS AREOPAGITA, pręſul Athenienſis, Pauli diſcipulus, ut ſcribit in Actis Apoſtolorũ, ſolus Paulo cõcionãte è philoſophis qui aderãt, credidit. Hic quũ eſſet in Aegypto, quò ſe diſciplinæ cã cõtulerat, uideretq́ Eclipſim nulla rõne, cũ Chriſtus paſſus ẽ unà cũ Apollophane ſophiſta præceptore ſuo dixit: Aut Deus naturæ patĩ, aut mũdi machina diſſoluet. Scripſit ad Timotheũ Præſulẽ Epheſi, de diuinis nominibus lib. XII. De Hierarchia cœleſti, de cœleſtibus ordinibus: præterea alia cõplura opuſcula, ut auctor Suidas. Dionyſius, Corinthiorũ præſul ſub M. et L. Antoninis doctrina, ſanctitateq́ clarus, ſcripſit epiſtolas quaſdã ualde laudatas, ut auctor eſt Hieronymus. Dionyſius, præſul Alexandrinus, Origenis diſcipulus, cuius operũ meminit Hieronymus.

DIONYSIOPOLIS, pe. co. (Διονυσόπολις Stephano) Thraciæ urbs eſt, auctore Plin. lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2.

DIOPHANES, pen. cor. (Διοφάνης) nomen uiri Bithynici de quo Col. Dio-

phanes Bithynus Vticenſem totum Dionyſium Pœni Magonis Interpretem, per multa diffuſum uolumina, ſex epitomis circumſcripſit.

DIOPHANES, item Mitylenæus, Rhetor fuit inſignis, Gracchorum præceptor. Cice. in Bruto: Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam ſemper habuit exquiſitos è Græcia magiſtros, in eis iam adoleſcens Diophanem Mitylenæum Græciæ temporibus illis diſertiſsimum.

DIOPTRA, (διόπτρα) inſtrumentum Geometricum, Per quod altitudo, longitudo, latitudoq́ etiam ex longinquo proſpicitur. Huiuſmodi ſunt inſtrumenta aquarum ducta librationibus, ubi perducendæ ad mœnia ſunt. Dicta Dioptra à uerbo Græco διοπτεύειν, quod eſt diſpicio. Vnde Dioptice dicta eſt ea aſtrologiæ pars, quæ Solis, Lunæ, cæterorumq́ locorum diſtātias per inſtrumenta inueſtigat. Vulgus perſpectiuam uocat.

DIORYCTVS, (διορυκτός) locus eſt Acarnaniæ, trium ſtadiorum: longitudine, ubi Leucadia inſula olim opera accolarum à continenti fuit abſciſſa, eidemq́ reddita uentorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Auctor Pli. lib. 4. cap. 1.

DIORYGES, (διώρυγες) ſunt foſſæ manu factæ in Aegypto, ad Nili aquas in agros deriuandas, qua dictione utuntur Pomponius & Strabo.

DIOSCORIDES, (διοσκορίδης) Anazarbeus medicus, M. Antij et Cleopatræ familiaris, cuius extant de Materia medica lib. 6. Item de Letalibus uenenis, eorumq́ antidotis lib. 1. De morſu canis rabidi lib. 1. De notis, quæ morſus ſiue ictus uenenatorū animalium ſequuntur lib. 1. De eorū curatione lib. 1.

DIOSCORIVS, (διοσκόριος) Myræus, Grammaticus, præfectus prætorij Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarum eius. Auctor Suidas.

DIOSCORON, inſula eſt in finibus Italiæ, e regione Lacinij promontorij, X. M. paſſ. diſtans à continenti. Plin. lib. 3. cap. 10.

DIOSCVRI, (διόσκουροι, ἢ διόσκοροι) à Græcis dicuntur Caſtor & Pollux, quaſi Iouis filij. Antiquitas credidit hos ſalutares eſſe nauigantibus, ſi gemini apparerent (apparent autem ignis ſpecie, antennæ aut malo inſidentes) contrà triſtes, ſi ſinguli apparerent. Διόσκουροι, id eſt Dioſcuri, apud Græcos (inquit Cic. lib. 3 de Nat. Deo.) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquiſsimo & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Alco & Melampus, Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit. Hæc Cice.

DIOSCVRIAS, (διοσκουριάς) urbs fuit in Colchide nunc deſerta, quondam adeò clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes, quæ diſsimilibus linguis uterentur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi geſtam fuiſſe. Auctor Plin. lib. 6. cap. 5.

DIOSPOLIS, (διὸς πόλις) Aegypti ciuitas, Hecatompylos quandoque dicta, ab oſiri, & Iſide cōdita. Sunt et aliæ locis alijs hoc nomine in Aegypto quatuor præter hanc puſillæ ciuitates. Stephanus etiam alias duas cōmemorat eiuſdem nominis urbes, quarum alteram in Lydia, alteram in Palæſtina collocat.

DIOTÆ, ſiue Dyotæ. {Vaſi da due manichi} (διῶται, ἢ δυῶται) ſunt uaſa, ſeu dolia fictilia, duas anſas habentia, & ad ſeruanda uina accommodata. Hor. Deprome quadrimum Sabina, O' Thaliarche, merum diota. Alij malunt ſcribere per y. Dictæ Diotæ à binis auribus ſiue anſis, quæ Græci ὦτα appellant.

DIOXIPPVS, (διώξιππος) nobilis athleta, quem Plin. lib. 35. ca. 11. refert, citra puluerem ex Olympijs uictoriam reportaſſe. Alius eiuſdem nominis poeta comicus, cuius fabulas commemorat Suidas. Alius miles Alexādri Magni, mira fortitudine, qui prouocatus à Corrago, milite item Macedone, claua eum occidit. Auctor Aelianus.

DIPELVS, quod hic corrupte legebatur, uide Dipœnus.

DIPOENVS, & SCYLLIS. in Creta inſula geniti, etiam tum Medis imperantibus, priuſq́ quàm Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt, Olympiade circiter L. primi omnium marmore ſculpendo inclaruere. primum Sycionem ſe contulere, quæ diu fuit officina om omnium metallorum patria ut ait Plin lib. 36. cap. 4.

DIPHILVS, (δίφιλος) architectus fuit, in perducendis ad finē operibus tardiſsimus: adeo ut locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Apud herum rectè erat. in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem, Locus erit prouerbio, quoties uolumus ſignificare, aliquem natura tardum, magnum ſolitæ negligentiæ cumulum adiecisse.

DIPHRIS, (δίφρις) gemma eſt duorum generum, candida & nigra, mas & fœmina, genitale utriuſq́ ſexus diſtinguente linea. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

DIPHRYGES, (διφρυγές) materia quædam terrea, quæ in metallis æris inuenitur, aut in ipſis etiam conchis, in quibus æs expurgatur. Tres eius à Dioſcoride enumerantur ſpecies. Primùm in metallicis ſolius Cypri ſpecubus inuenitur, luti ſpeciem referens: deinde primùm ſole ſiccatur: mox etiam adhibitis ſarmentis torretur. Vnde & nomen accepit, quod bis quaſi frigatur. Alterum perfecti æris quaſi ſubſidens fæx eſt, & ſub cadmia inuenitur in fundo uaſorum, in quibus æs excoquitur. Tertium fit ex lapide pyrite, tam diu uſto, donec ſandarachæ colorem acquirat. Vide Dioſcoridē lib. 5. et Galenum lib. 9. Simpl. Plin. accuſatiuum Diphryga effert, tanquam à nominatiuo Diphryx. Ita enim habet libr 34. cap. 13. Facile ab ea diſcernitur, quam in ijſdem officinis Diphryga uocant Græci ab eo quòd bis torreatur. Et paulo poſt: Id quod excocto ſuperſit, Diphryga uocant.

DIPHTERA, (διφθέρα) pellis Amaltheæ capræ, in qua dicitur Iupiter res humanas deſcribere. Item paſtoritium ex pellibus ueſtimentum, quod quidam Rhenonem, nonnulli etiam Betam appellant. Diphteræ item dicebantur ſtragula quædam pellicea, quæ in ſuperiori nauis pauimento extendebantur.

DIPHTHONGVS, (δίφθογγος) eſt conglutinatio duarum uocalium in eadem ſyllaba, uim ſuam ſeruantium, ita dicta quod duarum in ea uocalium ſonus audiatur: Sunt autem apud Latinos quatuor æ, œ, au, & eu: in quibus omnibus utraq́ uocalis ut ſcribi debet, ita & proferri.

DIPLOIS, idis, (διπλοΐς) ueſtis duplicis genus, ut ex ipſo ſtatim etymo apparet: nam quod nos duplex, Græci διπλοῦν appellant.

DIPLOMATA, {Priuilegi, patente, bolle} (διπλώματα) literæ dicunt principū ſignis obſignatæ. qualia ſunt, quas Literas patentes, aut bullas Pontificias uocant. Cicer. ad Balbum: Diploma ſtatim non eſt datum. De literis Cæſaris intelligit, quibus Balbus reſtituebatur. Suet. in Aug. In diplomatibus libelliſq́, et epiſtolis ſignandis initio ſphinge uſus eſt, mox imagine magni Alexandri. Græci διπλοῦν dicunt duplum. Vnde uidetur Diplomata fuiſſe literas complicatas, & lino traiecto obſignatas.

DIPONDIVM, & Dipondius, ſiue Dupondium & Dupondius, à duobus pōderibus dicitur. nā (ut Varro docet) duos aſſes pēdebat. Dipondij itaq́ ualor, ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redigatur, erit octo denariolorū. At uerò numus libralis, & dupondium, numus bilibris dicebatur. Plin. lib. 33. ca. 3. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur aſsis.

Dipondiarius, a, um. Plin. lib. 34. cap. 2. Et orichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis, dipondiariisq́, Cyprio ſuo aſsibus contentis.

DIPSACON, (δίψακον) ſpina alba, quæ & Aſpalathus, & Diaxylon nominatur, teſte Pli. lib. 24. cap 13. Eſt item Dipſacon medicis, rerum quidam affectus, maximam inducens ſitim. Alio nomine Diabetes, (διαβήτης) appellatur, à quibuſdam etiam Vrinæ profluuium: eo quòd potus ſtatim effluat, nulla penè in corpore mutatione accepta.

DIPSAS, adis, (διψάς) ſerpentis genus uiperæ ſimile: à δίψα ſitio dictum. Suo enim morſu humorem omnem conſumens, ſitim maximam inducit. Vide Lucan. lib. 9. Eſt item Dipſas, lenæ cuiuſdam nomen apud Ouid. libr. 3. Eleg. Eſt (inquit) quædam (quicunque uolet cognoſcere lenam, Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus.

DIPSON, ontis, fluuius eſt Ciliciæ ex Tauro profluens. Luca. libr. 8. Tauroq́ uidet Dipſonta cadentem, &c.

DIPTOTA, p. p. (δίπτωτα) dicuntur nomina duos tantū caſus habentia. Sic Triptota, Tetraptota, Pentaptota, quæ habent tres quatuor, & quinq́ caſus.

DIRADIO, as, eſt ad radiorum figuram componere. Columella: Validam ego uitem in ramos diducere cenſeo, & traducibus diſpergere, atq́ diradiare.

DIRÆ, {Beſtemmie, maleditione} (ἀραὶ) execrationes, et imprecationes ſunt quę in maleuolos effundebantur horrendæ, deos quoſdam inauditos compellantes, quibus quiſquis deuotus erat, credebatur maximo affici infortunio. M. Craſſo quid acciderit uidemus Dirarū obnuntiatione neglecta. Diras imprecari, Græci ἐπαρᾶσθαι τὰς παλαμναιοτάτας ἀρὰς dicunt, & ἀρὰς δεινὰς ἐπαρᾶσθαι: Sūt & Diræ inferorū Furiæ, quibus præcipuè ij, qui ſceleris alicuius ſibi ſunt conſcij creduntur exagitari. De quibus ita Verg. lib. 12. Aen. Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ, Quas & Tartaream Nox intēpeſta Megæram Vno eodemq́ tulit partu. Dicuntur autem in cœlo Diræ, Furiæ, (ἐρινύες) in terris, Eumenides (εὐμενίδες) in inferis. Vnde & tres eſſe dicuntur.

DIRCÆVS, cum æ, diphthongo, (διρκαῖος) dicitur Aonius, ſiue Thebanus. Nā pars Bœotiæ in qua fons eſt Dircæ, Dircæa cognominata eſt. Et apud Vergilium. Amphion Dircæus, dictus eſt, id eſt, Thebanus.

DIRCE, (δίρκη) nomen mulieris, Lyci Thebarum regis uxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc uerita, ne Antiopam reuocaret, impetrauit à marito, ut poſſet illam in uinculis detinere. Antiopa uerò tempore partus ſoluta, gemellos quos ex Ioue conceperat (ut ſupra auditum eſt) peperit, Amphionē uidelicet & Zethum, qui poſtea Lycum interfecerunt, Dircem uerò caudæ indomiti equi alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem Deorum commiſeratione in ſui nominis fontem conuerſa eſt, non procul a Thebis. Propert. libro 3. Tu reddis pueris matrem, puerīq́ trahendam Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis. Lucan. lib. 3. Fatidica Cephiſos aqua, Cadmeaq́ Dirce. Ab hoc fonte Thebani dicti ſunt Dircæi. Alia fuit Dirce Babylonia, quæ ſua forma tumens cùm Palladi conuiciaretur, inter lauandum in piſcem conuerſa eſt. Ouid. lib. 4. Metamorp. Dirce quam uerſam ſquamis uelantibus artus Stagna Palæſtinæ credunt coluiſſe figura.

DIRCENNA, fons eſt gelidiſsimus, in Hiſpania Tarraconenſi, non procul à Bilbili. Martial. lib. 1. Auidam rigens Dircenna placabit ſitim.

DIRIBITORIVM. {Luogo doue ſi pagauano gl'eſſerciti, la banca de ſoldati} locus erat in quo recenſebatur exercitus, & ſtipendia militiæ numerabantur à diribendo, hoc eſt, diſtribuendo. Vnde & Diribitores. i. diſtributores. Ci. poſt Reditum ſuum ad Senatum: Quā (inquit) illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodeſq́ uidiſtis? hoc eſt, diuiſores, diſtributoreſq́, qui inter tribus uiritim pecuniam diuiderent. Pla. in Aul. Curiarum magiſtros appellauit. Diribitoriū etiam locus dicebatur, in quo miniſtri uerſabantur: & Diribitores miniſtri ipſi dicti ſunt. Apul. lib. 2. de Aſin. Diribitores pluſculi, ſplendidè amicti, fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrata. Plin. in Epiſt. Pædagium uidetur appellare ἀπὸ παιδίων. id eſt, a pueris, & miniſtris.

DIRIGEO, ges, gui {Venir meno per freddo, diuenir rigido} (κατάψυχομαι, ἀποριγῶ) præ frigore, aut timore, aut alio caſu uiribus deſtituor. Verg. lib. 8. Aen. Diriguit uiſu in medio, calor oſſa reliquit. i. præ terrore rigidus factus eſt. Idem 3. Aen. At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis Diriguit.

DIRIGO, gis, pe. co. {Drizzare} (εὐθύνω, συντείνω) ex Di & Rego, ſignificat obliquum emendo, & rectum facio, Cic. 3. de Orat. Nec ſunt hæc rhythmorū aut muſicorum acerrima norma dirigenda. Plan. Cic. Ad Mutinam iter dirigerē. Ve. 7. Aen Direxere acies. Vbi Seruius, ordinarunt in latitudinē. Hinc participium Directus. ut, Directi pedes, Directū iter, Directus ordo. Cato cap. 18. Arbores ad ſtipitem primum directos pedes ſedecim. Cic. de Nat. Deo. Flexuoſum iter habet, nequid intrare poſſit, ſi ſimplex et directum pateret. Idem p Cecin. Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Et aduerbium Directè, ſiue Directò, ἐπ' εὐθείας. Cic. in Part. Alterum ad finem directò ſpectat. Ibidem: Vt cùm ſemel dictum ſit directè. Directarij, fures appellātur ij, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, iiq́ ſeuerius q̄ fures puniendi ſunt. Vlpianus de iniur. & famoſ. libel. l. Saecularii. Sunt tamē qui hoc loco apud Vlpianū Diætarios malint legere, quòd fures huiuſmodi in alienas diætas ſoleant tranſcendere. Vide in dictione Diæta.

DIRIMO, is, pe. co. diremi, diremptum, {Spartire, diuidere} (διαλύω, διαιρέω, ἀπαρτῶ, διαλαμβάνω) ex Di, & Emo, interpoſita r ſiue ex Dis, et Emo, s, in r, mutata componi uidentur. Significat autē diuidere, ſiue ſeparare: ut cùm quis ſe mediū ponit inter cōcertātes, ſiue aliud quippiā quomodocūq́ cōponit, aut ſeparat. Plau in Verg. 5. Aen. Et prælia uoce diremit. Sic dirimere litem. i. diſſoluere & decidere. Dirimere tempus, eſt differre, et in aliam diē aliquid reiicere

ſcere: pro quo etiam, Diffundere diem, ueteres dixerunt. Cic. de Diuin. Quid? n. habet aruſpex, cui pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Inde Diremptio, productio temporis uel magiſtratus in aliud tempus. Ci. pro Plan. Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diremptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renitiatio ſuffragiorum expectetur. Aliquando Dirimere ponitur pro deſtruere. διαλύειν διακόπτειν. Sallu. Quis nõ dum frequentes armati conuenerant, ea res conſilium diremit. Diremptus, us, ui, ſeparatio. Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, et ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

DIRIPIO, pis, {Rapire, tor per forza} (ἄγω καὶ φέρω διαρπάζω) depopulor, ſpolio, in diuerſas partes rapio. Cic. Attic. lib. 3. Patriam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſeu diripiendam, inflammandamque reliquimus. Hinc Direptio, uerbale. Cic. lib. 2. Epiſto. Vrbs relicta direptioni atque incendijs.

DIRIS, uide Dyris.

DIRVS, a, um, {Crudele, empio, fiero} (ἐπάρατος, παλαμναῖος) crudelis, ſæuus, infeſtus, quaſi deorum ira immiſſus. Verg. 3. Geor. Priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Hinc Diræ, furiæ, quaſi deorum iræ. Aliquando accipitur pro magno. Idem. Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Hinc Diritas, (ἀγος) crudelitas. Cic. in Vatinium: Quanquam ſis omni diritate atque immanitate deterrimus. Morum diritas. Sueto. in Tyberio, ca. 21. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidiſſe. Auguſtum palam nec diſſimulanter morum eius diritatem adeo improbaſſe, ut nonunquam remiſſiores hilarioreſque ſermones ſuperueniente eo abrumperet.

DIRVMPO, pis, {Rompere à forza} (διαῤῥήγνυμι) uarie rumpo, ſeu uiolenter ſcindo. Plaut. in Curc. Geminos in uentre uideor habere filios, nihil metuo, niſi medius dirumpat miſer. Refertur quandoque ad animum. Cic. ad Attic. lib. 7. Dirumpor dolore.

DIRVNCINO, nas, (διαβοτανίζω) uide in dictione Runcina.

DIRVNCIO, {Purgare} teſte Feſto, idem quod depurgo. Verbũ agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod inſtrumentũ excidendis dumetis idoneum.

DIRVO, is, {Ruinare, deſtruggere} (καταβάλλω, κατασκάπτω) deiicio, euerto, atque deſtruo. Cice. Q. Frat. libr. 1. Multas abs te eſſe liberatas urbes, complures dirutas, ac penè deſertas.

DIS, præpoſitio diſiunctiua, de qua ſupra dictum eſt, in Di.

DIS, ditis, (πλοῦτος) Deus diuitiarum, qui a Luciano claudus fingitur in acceſſu, in recedendo autem alatus, quod diuitiæ longiſſimo tempore partæ, niſi caute diſpenſes, quàm uelociſſime elabantur. Fingitur etiam cæcus, quod nullo prorſus iudicio indigniſſimum quemque maxime opibus oneret, digniores prætereat. Dis etiam creditur eſſe inferorum Deus, quod diuitiæ ex intimis terræ uiſceribus effodiantur. Græce (πλούτων) dicitur. Ponitur etiam Dis, pro diuite, πλούσιος. Terent. in Adelp. Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc Ditior & Ditiſſimus.

DISCALCEO, as, {Diſcalzare ſcalzare} (ἀποδύω) eſt calceos exuere. Sueton. in Nerone: Circa cultum, habitumque adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone uerticem ſummiſerit, ac plerumque ſyntheſim indutus, ligato circum collum ſudario, prodierit in publicũ ſine cinctu, & diſcalceatus.

DISCAPEDINO, as, pe. co. {Aprire} (διείργω) a capedine fit, ſignificatque reſero, aperio. Apuleius: Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit. Verbum eſt nouum Apuleio parente natum.

DISCAVEO, à Plauto uſurpatum eſt pro diligenter cauere. Ita enim legitur in Menæchmis: Dictum faceſſe elatum, & diſcaueas malo.

DISCEDO, dis, pen. pr. {Partirſi, andar uia} (ἀποχωρέω) recedo. Plin. Faceſſite hinc, atque a nobis diſcedite. Interdum ponitur pro excipere, ἀπαλλάττεσθαι: ut ſi dicam, Cum diſceſſi a parentibus, nemo eſt mihi te charior: id eſt, parẽtibus exceptis. Cicero Lentulo: Cũ a uobis ſalutis meæ auctoribus diſceſſerim, uelim te exiſtimare neminem eſſe, cuius officia me eſſe tam deuinctum non ſolum cõfitear, ſed etiam gaudeam. Interdum pro diſtẽdi, diuidi, χαίνειν, διαίρεσθαι. Idẽ lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Diſcedere in ſententiam, (προσθέσθαι) eſt alterius ſententiam approbare. Mos enim fuit antiquorum, cũ in tanto ſenatorum numero, longum foret ſingulorum ſententias audire, eos tantũ qui cæteris dignitate antecellebant, ſententiã rogare, Deinde duabus tribusue iam dictis ſententijs, reliqui in illorum, quorũ iudicio ſubſcribebant, ſedilia trãſibant. A' Diſcedo fit uerbale Diſceſſio, idem ſignificans quod abitus, ἀποχώρησις. Cic. 2. Offic. Eorum neque acceſſione melior una ſit, neque diſceſſione peior. Ponitur interdum Diſceſſio pro diuortio. Teren. in And. Nempe incommoditas denique hæc omnia redit, Si eueniat (quod dij prohibeant) diſceſſio. In foro, quoque dicimus Diſceſſionem fieri in ſententiam alicuius, cum Senatores è ſua ſede ad eũ tranſeunt, cuius ſententiam approbant. Cice. 6. Verr. atque adeo eũ iam nõ ſolũ diſceſſio facta eſſet, ſed etiã perſcriptum, atque in tabulas relatũ. Vnde

DISCESSVS, us, ui, {Il partirſi, la partita} (ἀποχώρησις) uerbale, idem eſt quod abitus. Cic. 5. de Finib. Qui etiam cum decreuerit eſſe moriendum, tamen diſceſſu a ſuis, atque ipſa relinquẽda luce nõ moueatur. Diſceſſum è uita, pro morte poſuit idem Cicer. libr. 1. de Diuinat. O' præclarum (inquit) diſceſſum è uita.

Diſceſſus terræ, pro terræ hiatu, & chaſmate accipitur. Item Diſceſſus cœli, pro ſubita cœli diſruptione, qualem nobis uidemur uidere, cũ fulgura, aut coruſcationes apparent. Cic. 2. de Diui. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec traiectæ ſtellæ, nec faces uiſæ terrebunt?

DISCEPTO, tas, {Diſputare, contendere} (διακρίνομαι, ἀμφισβητέω) diſputo, contendo, diſcordo, decerto: & cum præpoſitione De, ponitur. Cic. Famil. 4. Poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de iure publico. Aliquando etiã moderor, compono, διαλαμβάνειν, quod ad uerbum è Græco dictum eſſe uidetur, διαιρεῖσθαι, διορίζεσθαι, διαγινώσκειν, uel (ut alibi exponit) iudico, arbitror, cognoſco, In qua ſignificatione accuſatiuum regit. Cice. pro Milone: Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc iuſte, ſapienterque diſceptet. Hinc diſceptator, (διαιτητής) rei ſententiæque moderator, arbiter, iudex, ut docet Cic. in Partitionibus ad filium: Nam aut auſcultator eſt (inquit) qui audit, aut diſceptator: id eſt, rei, ſententiæque moderator. Cic. ad Sulpit. lib. 13. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuerſiam uocarentur, te arbitro: & quod cõmodo tuo fieri poſſit, te diſceptatore uterentur. Diſceptatrix. Cic. 4. Acad. Dialecticam inuentam eſſe dicitis ueri & falſi quaſi diſceptatricem & iudicem. Diſceptatio, διαχειροτονία. διάγνωσις) cauſa, & lis. Cic. 2. de Diu. Cum quibus omnes ferè omnis diſceptatio contentioque eſt. Diſceptatio, pro arbitratu & cognitione. Vlpia l. cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris: & pro utilitate alimentarii accipienda ſunt. Eſt etiam alius huius uerbi elegãs uſus apud Cic fami. 10. ad Plancum Imp. Quamobrem, inquit, quanquam in uno prælio omnis fortuna R. P. diſceptat, quod quidem, cum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipſa fama, quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus. Id eſt, quanquã omnis Reip. fortuna de tui prælij exitu pẽdet.

DISCERNICVLVM, {Scriminale} (καλαμίς) inſtrumẽtum quo mulierũ capillus diſcernitur. Varr. lib. 4. de lingua Latina, Diſcerniculum eſt, quo diſcernitur capillus. Nonius: Diſcerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum a diſcernendo. Transfumitur & ad quamuis differentiã ſeu diſcrimen, διαφορά. Gellius: Tum comperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi & nigri.

DISCERNO, is, diſcreui, diſcretum, {Diuidere, ſeparare} (διαλύω, διακρίνω) ſeparo, diuido, Cic. 3. Tuſc. Democritus alba & nigra diſcernere nõ potuit.

Quandoque diſtincte cognoſco, διαγινώσκω. Teren. in Adel. Quid hoc (malum, infelicitatis, nequeo ſatis diſcernere, Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs. Diſcernere litem. Vergi. 12. Aenei. Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret aruis.

DISCERPO, pis, pſi, ptum, {Sbranare, ſquarzare} (διασπάομαι, διασπαράσσω) ex Dis, & Carpo, in partes diſtraho, diſcindo. Cice. in Topic. Cum res, quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur. Diſcerptus, participium. Cicer. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulſa & quaſi diſcerpta contrectant.

DISCEVS, à Plinio lib. 2. cap. 25 accipi uidetur pro cometa, ſiue ſimili aliqua aeris impreſſione. Eaſdem (inquit) breuiores, & in mucronem faſtigiatas, Xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladij nitore, ac ſine ullis radijs, quos diſceus ſuo nomini ſimilis, colore autem electro, raro a margine emittit.

DISCINTVS, {Diſcinto} (ἄζωστος) participium a diſcingo. Liu. Diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituunt. Antiqui negligentes et deſides appellabant Diſcinctos & intemperantes, καταβεβλημένους: contra accinctos, ſolertes, ſtrenuos, uocabant, quod a re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis, diſcinctiſque ueſtibus uti ſolent: ſtrenui uero atque induſtrij, quo ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. Perſius Satyr. 3. Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nattæ? Nepos diſcinctus, id eſt, omni luxuria diffluens. Horat. Epod. 1. Ouid. 1. Amo. Ipſe ego ſegnis eram diſcinctaque in otia natus. Mollierant animos lectus & umbra meos. Liui. 5. Bel. Maced. Nihil primo aſpectu contemptius: equi homineſque paululi, & graciles: diſcinctus & inermis eques. Seruius: Diſcincti inhabiles ſunt militiæ. omnes enim qui militãt cincti ſunt. Vnde Diſcincti, inefficaces & ignaui dicuntur; ſicut è contrario Præcinctos, (διεζωσμένους) ſtrenuos uocamus.

DISCINDO, dis, diſcidi, pen. cor. a Dis. et Scindo {Fendere} (κατασχίζω, ῥήγνυμι, διασχίζω.) Diſcidi uero pen. pro. fit a Diſcido, quod eſt compoſitum a Dis, & cædo. Terent. in Adelph. Vide ut diſcidit mihi labrum. Idem in Eunu. Veſtem omnem miſere diſcidit. Diſcindere amicitias. Cice. de Ami. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus leuãdæ, et (ut Catonem dicere audiui) diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt. Diſciſſus, participium. Verg. 3. Geor. Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

DISCINGO, is, xi, ctum {Scingere} (διαζώννυμι) contrariam ſuo ſimplici habet ſignificationem, quod ſcilicet cinctum eſt diſſoluo. Mart. lib. 9. Peltatam Scythico diſcinxit Amazona nodo. Nonnunquam etiam per tranſlationem pro eneruare, ſeu confutare, uel etiam retundere accipitur. Vnde Diſcingere dolos ratione, dixit Silius libr. 7. pro eo quod dicimus, dolos ratione & conſilio retundere. Diſcinxit (inquit) ratione dolos, fraudeſque reſoluit.

DISCIPLINA, dicitur prout a diſcipulo percipitur μάθημα, μάθησις, ἀγωγή. Doctrina uero (διδασκαλία) eſt prout a Doctore traditur. Accipitur autem & in malam partem. Plaut. in Bacch. Eadem 'ne erat hæc diſciplina olim, cum tu adoleſcens eras? Ibidem. Tua diſciplina nec mihi prodeſt, nec tibi. Et in bonam, pro bono uiuendi modo in Repub. unde Cice. queritur ſe incidiſſe in perturbationem ueteris diſciplinæ. Sic apud Valer. Maxim. caput eſt de Militari diſciplina. i. de obſeruatione bonorum morum inter milites. Diſciplina, pro inſtituto. Plau. in Aſinar. Eadem nos diſciplina utimur. Diſciplinam pro ſecta philoſophorum ponit Cicer. 5. Tuſcul. Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum, niſi quos a recta ratione natura uitioſa detorſiſſet, hoc eodem animo eſſe potuerunt. Doctuaex Diſciplina Stoicorum, Cic. de Clar. Ora. Diſciplina pro bene uiuendi exemplo. Plaut. in Moſtel. Diſciplinæ alijs eram. Diſciplinabilis, le: Ad Heren. lib. 3. Aut ſi qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquã diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat oſtendemus.

DISCIPLINOSVS, (εὐμαθής) dicitur qui tam bonas, quàm malas artes facile diſcit. Hinc in reprehenſione dictus eſt Diſciplinoſus gladiator a Catone.

DISCIPVLVS, & in fœm. Diſcipula, {Diſcepolo} (φοιτητὴς μαθητής, ἀκροατής) dicitur ille, qui diſciplinam ab alio percipit, imitator. Cic. 2. Offic. Orator parum uehemens, dulcis tamen, ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit diſcipula intentione magna & reddit.

DISCLVDO, dis, {Separare, chiudere} (διακλείω) excludo, ſeparo. Cice. 3. Tuſcul. Perturbationes ſemotas a mente, & diſcluſas putat. Significat & ſeparatim includere. Cic. 1. Tuſcu. Duas partes ſeparare uoluit, iram & cupiditatẽ, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Var. 3. de Re ruſti. cap. 17. Hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

DISCO, is, didici, {Imparare} (μανθάνω) proprie rem ignotam aſſequor meditando, uel ab alio docente apprehendo, Cic. 4. Acad. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Huius compoſita ſunt, Addiſco, Condiſco, Dediſco, Ediſco, Perdiſco, perfecte, ſeu ualde diſco, quæ uide ſuis locis.

DISCOBOLVS, pe. co. (δισκοβόλος) qui diſcum iaculatur, ἀπὸ τοῦ βάλλ-

λειν τὸν δίσκον: id eſt, a iaciendo diſco. Quintil. lib. 2. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille diſcobolus Myronis.

DISCOLOR, pen. co. adiectiuum, {Di diuerſi colori} (ποικίλος) quod eſt diuerſorum colorum. Mart. lib. 14. Diſcolor hic gemino calculus hoſte perit.
Per tranſlationem etiam accipitur pro diſsimili. Hor. lib. 1. Epiſt. Vt matrona meretrici diſpar erit, atque Diſcolor, infido ſcurræ diſtabit amicus.

DISCONVENIO, {Diſconuenire} (διαλλάττω) non conuenio. Horati. 1. Epiſto. Et uitæ diſconuenit ordine toto.

DISCOQVO, is, ere, {Cuocere} (ἀφεψῶ) idem quod ſimplex coquo, uel ualde decoquo. Plin. lib. 21. cap. 25. Noſtri præcipiunt ancticum in aqua cum ſale decoquere. Ibidem: Aluum ſiſtit in cibo, magiſque diſcocta cœleſti aqua.

DISCORDIA, {Diſcordia} (διαφωνία) diſsidium, quaſi cordium diſſenſio. Cic. 4. Tuſc. Diſcordia eſt ira acerbior intimo odio & corde concepta. Idem de Amic. Quanta uis amicitiæ concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque diſcordiis percipi poteſt. Veteres autem pro Diſcordia dicere Diſcorditas: & inde Diſcorditer aduerbium. Diſcordabilis, le, quod diſcordat & diſconuenit. Pla. in Cap. Me hîc ualere, & rutæ audacter dicito Tyndare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. Diſcordialis, qui lites generat, et parit. Plin. lib. 37. cap. 10. Hyenæ pelle ſimilem abominatur diſcordialem domibus. Diſcordioſus qui diſcordias ſeminat & lites ſerit: ut, Vulgus diſcordioſum. Sallu. in Iug. Nam uulgus (uti pleruncque ſolet, & maxime Numidarum) ingenio mobili, ſeditioſum, atque diſcordioſum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduerſum.

DISCORS, diſcordis, {Diſcorde} ex Dis, & cor qui corde, hoc eſt, animo, diſsidet, διχογνώμων: ut, Secum ipſa diſcors, apud Liui 2. ab Vrb. Ouid. 3. Amor. Quid tibi diſcordes addere in arma uiros. Antiqui dicebant Diſcordis, huius diſcordis. Pompo. Blanda fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.

DISCORDO, as, are, {Diſcordare} (ἀντιγνωμονῶ, στασιάζω) diſsidere, diſſentire. Cice. 1. de Finib. Sed intus etiam in animis incluſæ, inter ſe diſsident atque diſcordant.

DISCREPO, pas, pe. cor. {Diſcordare, non eſſere d'accordo} (διαφωνέω, διίσταμαι, διαφέρομαι) diſcordo, & non conuenio: quaſi diuerſimode crepo. Cice. lib. 1. Offi. Vt in fidibus, aut tibiis, quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet. Per tranſlationem accipitur pro diſsidere, uel etiam differre. Cice. Rufo A meis rationibus tuæ diſcrepant. Liui. lib. 38. poſuit impersonale: Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque, ſi modò ipſorum ſunt, quæ feruntur. Hinc Diſcrepantia, tiæ, (διαφορά) Cic. Offi. In actiones omnemque uitam, nullam diſcrepantiam conferre debemus. Diſcrepito, as, frequentatiuum. Lucret. lib. 1. Si non omnia ſint, at multò maxima pars eſt Conſimilis, uerùm poſitura diſcrepitant res.

DISCRETIO, à Diſcerno {Diuiſione, ſeparatione} (διάκρισις) ſeparatio. Lactan. lib. 7. Cum uis aliqua utrunque diſcreuerit, quæ diſcretio mors uocatur. Auctor ad Heren. lib. 4. ſic definit. Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam et dilucidam cum grauitate expoſitionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

DISCRETVS, ta tum, participium paſsiuæ ſignificationis à Diſcernor, {Separato} διακεχωρισμένος: ut Diſcreta ſemina apud Columellam, id eſt, ſeparata. Plin. lib. 15. cap. 30. Diſcretæ ſuis nominibus ſyluæ. Huius compoſitum protulit Plinius. Indiſcreta prope ſpecie fuere, id eſt indifferenti, ἀδιαχώριστῳ. Valla exponit actiue ut ſit Diſcretus, qui qualitati a perſonarum ac rerum momenta diſcernit Sed nullum attulit exemplum, nec ullum afferri poſſe arbitror, niſi in paſsiua ſignificatione.

DISCRETE, aduerbium, {Separatamente} non ſignificat prouide, aut ſapienter (ut nonnulli exiſtimant;) ſed ſeparatim, (χωρίς) & diſtincte. Cice. lib. 1. de Inuent. In præſentia tantummodo numeros, & modos, et partes argumentandi confuſe & permiſte diſperſimus: poſt diſcrete & electe in genus quodque cauſæ quid cuique conueniat, ex copia hac digeremus. Pro eodem etiam legimus Diſcretim. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 3. Quoniam diſcretim de his rebus dicendum eſt.

DISCRIMEN, pen. pro. {Differenza, ſeparatione, pericolo} (διαφορά,) ſeparatio, differentia. Cic. Totumque diſcrimen ſummi boni in ea rerum comparatione poſitum putat. Sallu. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum eſt diſcrimen. Accipit etiam pro interuallo ſiue diſtantia. Ci. de Lege agr. contra Rul. Duo maria pertenui diſcrimine ſeparata. Item pro diuiſione, & capillorum diminutione, quæ fit diſcerniculo, λώτισμα. Et Diſcrimen, certamen, κρίσις. Verg. 5. Aen. Poſt hos æquo diſcrimine Piſtrix Centauruſque locum tendunt ſuperare priorẽ. Rurſus Diſcrimẽ periculo, (κίνδυνος, ἀγών) dicitur: Idem lib. 1. Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.

DISCRIMINALE, {Scriminale} (καλαμίς) acus eſt quæ crines diuidit ad concinnãdum caput: ut apud Eſaiam: Diſcriminalia, & perſcelides, & muræ nulas, & olfactoriola.

DISCRIMINATIM, aduerbium, {Differentemente} (κεχωρισμένως) ſignificat differenter. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Eadẽ de cauſa ſunt, quæ non poſſunt uiuere, niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim, & alia in lacubus, ut arundines in Aretino: aliæ fluminibus, ut in Epiro arbores ulmi.

DISCRIMINO, nas, pe. co. {Diuidere, departire} (διορίζομαι, διαχωρίζω, διαιρέω) diuido. Lucr. lib. 1. Sed forte putes animalia ſola teneri Legibus his: quædam iſtis diſcriminat omnes. Diſcriminatus, particip. diſtinctus. Liui. 1. bel. Pun. Vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora.

DISCRVCIOR, aris {Affligerſi, cruciarſi} (ἀγωνιῶμαι) eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuo ſimplici, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Cic. 11. Phili. Vt ille Trebonium, & ſi poſſet etiam Brutum diſcruciatos necaret. Plau. in Aulu. Diſcrucior animi, quia domo abeundum eſt mihi. In quo exemplo etiam illud obſeruatione dignum eſt, quòd Diſcrucior apud ueteres cum genitiuo coniungi ſolet, more Græco: hodie at cũ ablatiuo. Pla. in Caſ. Ego diſcrucior miſer amore.

DISCVMBO, is, {Sedere à menſa} (κατακεῖμαι, ἀνακεῖμαι) eſt menſæ accũbo. Gell. Apud cœnam Fauorini philoſophi, cum diſcubitum fuerat, cœptuſque apponi cibus, ſeruus aſsiſtens menſæ legere inceptabat. Vnde Diſcubitorius lectus apud Plinium, in quo, uel ſuper quo diſcumbebãt antiqui cœnaturi, ut differret à culcitra, qua in cubiculis utimur.

DISCVNEATVS, {Aperto con conio} (διασφηνωμένος) quaſi immiſſo cuneo apertus ac patens, ſicut ligna diducta ſiunt, et hiantia adactis cuneis. Pli. li. 9. cap. 30. Carent conchæ uiſu, omnique ſenſu alio, quàm cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi apertis, impoſitoque lapillo extra corpus, nec palpitatu cõciatas, ita ſecuri graſſantur, extrahuntque carnes: illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatæ.

DISCVPIO, {Deſiderar grandemente} (ἐπιποθῶ) eſt ualde cupio. Catullus: Cum puero bello præconẽ qui uidet eſſe, Quid credat, niſi ſe uendere diſcupere?

DISCVRRO, ris, {Correre in diuerſe parti} (διατρέχω) in diuerſas partes curro. Liu. lib. 1. Signo, dato iuuentus Romana ad rapiẽdas uirgines diſcurrit.
Hinc Diſcurſio, onis. Lactan. De Opif. Totos dies in huiuſmodi diſcurſione conſumunt.

DISCVRSVS, us. {Diſcorſo} ipſe diſcurrendi actus. Cæſar 8. Bel. Gal. Magno clamore diſcurſuque paſsim ſe fugæ mandant. Et apud Plin. libr. 2. cap. 36. Diſcurſus ſtellarum.

DISCVS, {Piatto grande} (δίσκος) uas latũ, (ut Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, forte lanx. Cic. de Ora. Quorum auditores diſcum audire malunt, quàm philoſophum: qui ſimul ut increpuit, philoſophum diſputantem relinquunt. Vnde ab Hieronymo dictus eſt Diſcophorus ille, qui Danieli prãdium portauit: Talem enim, inquit, diſcophorum media merueratt hebdomadis. Eſt et Diſcus, rotunda quædam moles ſaxea uel plumbea, ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabant, uictorque euadebat, qui aut altius in ſublime, aut lõgius in tractu ultra deſignatum ſpatium proieciſſet. Mart. lib. 14. Splendida cũ uolitent Spartani põdera diſci. Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens. Alludit Poeta ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu diſci ab Apolline eſt interfectus, et in florem ſui nominis mutatus. De quo uide Ouidi. 10. Metamor. Huiuſmodi diſco uidentur hodie uti noſtri mimi & hiſtriones, qui quæſtus gratia coram populo geſticulantur, dum neſcio quid ad formam diſci rotundum & æreum iaculãtur in aerem deinde uirga excipiunt: quos Diſcobolos appellat Pli. li. 35. ca. 11. hoc eſt, diſci iactatores. Diſci autem figura uidetur fuiſſe plana & rotunda, ut nobis Solis corpus apparet. Ideo etiam Græci ſolare corpus Diſcum dicunt.

DISCVTIO, tis, pen. cor. diſcuſsi, diſcuſſum. {Scuotere, dibattere} (διασείω, διαφορῶ) ex Dis, & Quatio, proprie in diuerſas partes quatio, et deiicio. Liu. Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſsit. Oui. 2. Metam. Tempora diſcuſsit claro claua malleus ictu. Per tranſlationem modò ponitur pro remoueo ſeu reſoluo, διαλύω, Cic. 11. Philip. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulò ante dixiſsi luxit, pater, uidemus omnia. Diſcutere, medicis, (διαφορεῖν) eſt ulcus ſine collectionem citra ſuppurationem diſsipare, & diſiicere. Vnde Diſcuſſoria medicamenta, (διαφορητικά) & uis diſcuſſoria Pli. lib. 30. cap. 10. Et per ſe cinis inanium cochlearum ceræ miſtus diſcuſſoriã uim habet. Modò uariis modis examino, inueſtigo, ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Cice. 4. Acad. Oportet igitur nos eſſe armatos, ut occurrere poſsimus interrogationibus eorum, captioneſque diſcutere.
Hinc diſcuſſum dicimus, quod examinatum, aut iudicatum eſt. Et actus ipſe Diſcuſsio, ἀνάκρισις. Et Diſcuſſor, qui diſcutit, ἐξεταστής.

DISERTVS, a um, {Eloquente, bel parlatore} (λόγιος) à uerbo Diſſero (quòd uis Diſſero per duplex ſſ, ſcribatur) qui probe diſſerit, uel qui ornatiſsimis uerbis abundat: Eloquens, cuius oratio eſt & grauibus ſententiis referta, & ornatis diſtincta uerbis: unde M. Antonius apud Cic. ait, à ſe diſertos uiſos eſſe multos, eloquentem uero neminem. Cic. ad Attic. lib. 10. Celer tuus diſertus eſt magis, quàm ſapiens. Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

DISERTE, aduerbium, {Facundamente, eloquentemente} modò ſignificat facunde & eloquenter: ut apud Cice. lib. 1. de Orat. Denique ut prudentibus diſerte, ſtultis etiam uere dicere uidearis. Modò pro diſtincte, & expreſſe. Liu. lib. 31. Cum in fœdere Luctatii diſerte aſcriptum eſſet, id ita ratum fore, ſi populus cenſuiſſet.

DISIICIO, cis, p. c. {Gettare in diuerſe parti} (διασκεδάννυμι) in diuerſas partes iacio. Verg. 1. Aen. Diſiectaque rates. Hinc Diſiectus participium, hoc eſt, diſperſus. Hora. 1. Carm. Tectaque Penthei Diſiecta non leui ruina. Diſiecto, as, are, frequentatiuum. Lucre. lib. 2. Sed quaſi naufragiis magnis, uentiſque coortis Diſiectare ſolet magnum mare, tranſtra, carinas, Antennas, proram, &c.

DISIVNGO, {Diſiungere, ſeparare} (διαζεύγνυμι, διίστημι) ſeparo. Ci. Len. Nam ab orationibus diſiungo me, referoque ad manſuetiores Muſas. Diſiunctus, particip. Cice. pro Roſc. Ame. Quæ uita maxime diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Diſiunctus, nomen ex participio. Cic. 4. Acad. Nihil eſt enim ab ea cogitatione, quã habemus de grauitate ſapientis, errore, leuitate, temeritate diſiũctius. Vnde Diſiunctio, ſeparatio, (διάζευξις, διαχώρισις) ut cũm alter ab altero abeſt. Ci. Neque. n. non poteſt mihi non moleſtiſsima eſſe diſiunctio noſtra, in tanta rerum omnium uarietate. Hinc etiam Diſiunctiuæ coniunctiones, (διαζευκτικοί, σύνδεσμοι) quæ res, uel perſonas, uel tempora diſtinguuntur. ut, Hoc uel illud, meum uel tuum erit.

DISPALESCERE, {Paleſare} (διαθρυλλεῖσθαι) eſt palàm omnibus innoteſcere. Plaut. in Bacch. Si plus perdundum ſit, perijſſe ſuauius eſt, Quàm illud flagitium uulgo diſpaleſcere.

DISPALO, as, pen. pro. {Separare, andare errando} (διαζεύγνυμι, διασκεδάννυμι) idem quod ſeparo teſte Nonio: à præpoſitione Dis, & uerbo Palare, quod eſt errare, & uagari. Huius paſsiuũ eſt Diſpalor. Siſenna li. 3. Hiſt. ut citat Nonius: Tanta paſsi diſpalantur Et apud eundem: Diſpalati, ab ſignis digreſsi omnes, ac diſsipati. Gel. li. 1. Ea præcentione tranquilla & uenerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, uis et impetus militum, ne ſparſi diſpalatique prorueerent, cohibebatur.

DISPANDO, is, ere, {Spandere. Pet. Quanto piu diffuſo l'ali ſpando} (διαπετάννυμι) extendere Lucre. lib. 1. Denique fluctifrago ſuſpenſæ in litore ueſtes Vueſcunt, eædem diſpanſæ in ſole ſereſcunt. Plaut. in Milite diſpeſſis pere, ſcribit, Eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus.

DISPAR, diſparis, {Diſpari} (ἀνώμαλος, ἀνόμοιος) inæqualis, diſsimilis. Ci. de Amic. Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſsimilitudo diſſociat amicitias. Verg. 2. Eclog. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Diſparilis, le, idem quod diſpar. Cicer. 1. de Diuina. Quæ omnia fiunt ex cœli uarietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum.

DISPARO, as, are, {Separare} (διαζεύγνυμι) ſeparare, et ſeiungere. Pla. Rud. Qui eſt Imperator diuum atque hominum, Iupiter, Is nos per gentes aliũ in alia diſparat. Hinc Diſparata uocant Dialectici, quæ negatiue opponuntur. Cic. 1. de Inuent. Diſparatum eſt autem id, quod ab aliqua re per appoſitionem nega-

tionis

tionis ſeparetur: hoc modo, ſapere, & non ſipere.

DISPARTIO, is. Vide Diſpertio.

DISPELLO, lis, diſpuli, diſpulſum, {*Scacciare in diuerſe parti*}(διελαύνω) in uarias loca, uariis'ue modis pello. Liu. lib. 5. Cum equitem paſſim liberi frænis diſpuliſſent equi, Veientium maxima pars Tyberim effuſi petunt. Ci. li. 1. Tuſc. Eademq; ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit. Verg. 1. Aen. Teucrorumq; alios, acer quos æquore turbo diſpulerat, id eſt, diſiecerat, ſiue ſegregauerat.

DISPENDIOSVS, ſa, ſum, {*Dannoſo*}(ζημιώδης) damnoſus. Col. lib. 2. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Accipitur etiam pro ſumptuoſo(φιλαναλωτὸς) cui opponitur Parcus.

DISPENDIVM, dij, {*Speſa, danno*}(δαπάνη) eſt ſumptus, incuria, uel negligentia, aut immoderatione factus. Pli. Magno id lignorum diſpendio fit. Aliquando idem eſt quod damnum, uel detrimentum, (βλάβη) cui opponitur Cõpendium, quod lucrum uel utilitatem ſignificat. Teren. in Hecy. Quid eſt, qđ mihi malim, q̃ quod huic intelligo euenire, ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, et mihi proſit? Verg. 3. Aene. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti, etc.

Diſpendium etiam uia obliqua, & quæ per ambages eò ducit, quò ire tendimus, contraria Compendio. Luca. lib. 8. Iam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaq; Tempe, Aemoniæ deſerta petens diſpendia ſyluæ, &c.

DISPENDO, dis, {*Tenir occupato*}(διαπονῶ) diſtineo, ſiue occupatum teneo. Col. lib. 8. cap. 2. Parandi autem modus eſt, ducentorum capitum, quæ paſtoris unius diſpendant curam. Aliquando idem eſt quod expendo erogo, diſtribuo: unde fit nomen Diſpendium, de quo iam diximus: & Diſpenſo frequentatiuum, idem ferè quod Diſtribuo. Col. lib. 4. Cœleſtes admittat imbres, eosq; alendis ſeminibus diſpenſet. Aliquando ſignificat expando, (διατείνω) & tunc non à pendo, ſed à pando componitur. Plautus: ubi lubet, diſpendite hominem diuorſum, atq; diſtendite.

DISPENSATOR, {*Diſpenſatore*}(οἰκονόμος) qui familiæ neceſſaria diſpẽſat, hoc eſt diſtribuit: cuiuſmodi ſunt obſonatores, quorũ officiũ eſt ea coemere, quę uſus domeſticus expoſtulat. Mart. li. 6. Diſpẽſatoris nobile cernis opus.

DISPENSO, as, {*Diſpenſare*}(διανέμω, οἰκονομέω) frequentatiuũ à Diſpẽdo, quod frequentiore in uſu eſt, q̃ Diſpendo. Cic. ad Att. lib. 11. Ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor, q qui ea diſpẽſant, neq; adeſt iſtic, neq; ubi terrarum ſit, ſcio. Hinc Diſpenſatio: οἰκονομία. Cic. ad Att. 15. Profectionem meam, ut uideo, Erotis diſpẽſatio impedit. Hodie diſpenſationem accipiunt Iuriſperiti pro communis iuris relaxatione, neceſſitatis, aut certè maioris alicuius utilitatis cauſa cuipiam conceſſa. Verùm quoniã in ea ſignificatione apud Claſſicos ſcriptores nõ legitur, nihil eſt quod plura hic de ea agamus, præſertim cùm præſcitus inſtituti ſit, Latinas uoces, nõ Barbarorum fæces huc congerere.

DISPEREO, ris, {*Perire à fatto*}(ἀπόλλυμαι, ἔῤῥω) ex Dis, & Pereo componitur, ſignificatq; uario modo, aut in totum pereo, & deficio. Varro 1. de re ruſt. Fructus ſolent diſperire. Diſperea m, iurantis uox. Plau. in Amph. Diſpeream, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

DISPERDO, dis, diſperdi, {*Conſumare, diſperdere. Pet. Subito accio ch'ogni mio ben diſperga*}(διαφθείρω, ἐξόλλυω) conſumo, modis omnibus perdo. Ci. pro lege Agr. Videte nunc proximo capite, ut impurus helluo turbet Rempu. et à maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet. Diſperditio onis. Cic. 3. Philip. Cùm exercitu Romam ſit ad interitum noſtrum, & ad diſperditionem urbis uenire conatus.

DISPERGO, gis, diſperſi, ſum, {*Spargere in diuerſe parti*}(διασκεδάζω) in diuerſas partes ſpargo. Cic. 4. Acad. Cur mortifera tam multa perniciosa terra mariq; diſperſerit. Diſperſus, participium. Cic. 1. de Orat. Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt, ut in muſicis numeri, & uoces, & modi. Diſperſus, us, ui. Cic. Att. lib. 9. Quod Conſules laudas, ego quoq; animum laudo, ſed conſilium reprehendo: diſperſu enim illorũ actio de pace ſublata eſt, quã quidem ego meditabar. Diſperſe, & Diſperſim aduerbium. Cic. 6. Verr. Nunc iam illa omitto, quæ diſperſe à me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Varro de re ruſt. lib. 1. ca. 1. Qui Græce ſcripſerunt, diſperſim alius de alia re, ſunt plus quinquaginta.

DISPERTIO, tis, & Diſpertior, tiris, {*Partire, diuidere*}(διαμερίζομαι) deponẽs, ex Dis, & Partior. in diuerſas partes diuido, huic et illi partes do. Plau. in Aulu. Hercle iniuria diſpertiuiſtis, pinguiorem agnum iſti habent. Sic Diſpertire exercitum per oppida, Liu. 9. Bel. Maced. Diſpertire tyrones inter legiones, Hirc. 5. bel. Afric. Cic. 7. Verr. A' quibus initia uitæ, atq; uictus, legum, morũ, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur.

DISPESCO, cis, cui, {*Separare*}(διείργω, διαλαμβάνω) ſeparo, diſiungo, quaſi pecua à paſtione arceo. Pli. lib. 5. cap. 9. Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcens. Diſpeſcere (inquit Feſtus Pompeius) proprie eſt pecus à paſtione deducere, ut Compeſcere, unà paſcere, & in uno loco continere.

DISPESSVS, a, um, {*Spanſo*}(διαπεπαρμένος) expanſus, extenſus, participium eſt à Diſpando. Plau. in Milite: Eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus.

DISPICIO, cis, pen. cor. {*Diſcernere*} διακρίνω. diſcerno. Quin. lib. 2. Nam proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. Item diuerſe, diligenterue inquirere, conſiderare, ſeu mente circunſpicere, & prouidere, (σκέπτεσθαι) et tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. Cic. lib. 1, Tuſcu. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Col. in Præfa. operis: At ego cùm aut magnitudinem totius rei, quaſi quandam uaſtitatem corporis, aut partium eius, uelut ſingulorum ſubtilitatẽ deſpicio, uereor ne ſupremus antè me dies occupet, quã uniuerſam diſciplinam rurìs poſſim cognoſcere. Inde fit Deſpicientia, (περίσκεψις) quæ eſt circunſpectio, & prouidentia, uel conſideratio diligens, atq; diſcretio. Deſpectus, us, ui, pro diſcretione, uel delectu. Sene. 2. de Ira: Quid ſi pueris, q neglecto diſpectu officiorum, ad luſus & ineptos æqualium locos ſpectent, quis iraſcatur, &c.

DISPLICEO, ces, {*Diſpiacere. Pe. Cotanto l'eſſer uinto li diſpiacque*}(ἀπαρέσκω) compoſitum eſt à Placeo, cõtrariam ſuo ſimplici habens ſignificationẽ. Nihil enim aliud eſt Diſplicere, q̃ nõ placere. Ci. ad Att. lib. 2. Diſpliceo mihi, nec ſcribo ſine ſummo dolore. Hinc fit nomen Diſplicentia, quo uſus eſt Seneca de Tranquil. uitæ. Hinc illud tædium & diſplicentia ſui, & nunquam reſidentis animi uolutatio. Apud Plau. in Ciſtel. etiam legitur Diſplicina: Ventum (inquit) ad te gaudeo ecaſtor, ita nunc hodie hic acceptæ ſumus Suauibus modis, niſi hæc diſplicina apud te quicquam fuit, Quin mihi placeret. Verbum eſt ſoli Plauto uſurpatum.

DISPLICO, as, {*Diſpiegare, ſpiegare*} penè idem eſt, quod explico, & quod plicatum erat aperio, dilato, & extendo. Vnde Diſplicatæ uolucres dicuntur à Varrone, quæ diſgregatæ ſunt, & latius diſperſæ. Ita enim ait de re ruſt. li. 3. Si quando diſplicatæ ſunt, cymbalis, & plauſibus, numero reducunt in eundẽ locum.

DISPLODO, is, uel Diſplaudo, (διαῤῥήγνυμι) cum crepitu rumpo. Horat. in Epod. Et ueſica ſonat quantum diſploſa, pepedi. Diſploſus, participium. Lucre. lib. 6. Cum plena animæ ueſicula parua Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. Id eſt, diſrupta.

DISPLVVIATVM, a Vitruuio dicitur figura quædam cauædij, qui li. 6. cap. 1. ſic ait: Diſpluuiata autem ſunt, in quibus deliquiæ arcam ſuſtinentes ſtillicidia reijciunt: hæc hybernaculis maximas præſtant utilitates, quod compluuia eorum erecta non obſtant luminibus tricliniorum.

DISPOLIO, {*Spogliare*}(ἀποδύω, σκυλεύω) idem eſt quod ſimplex Spolio. Teren. And. Clamitent, me ſycophantam hæreditatem perſequi, Mendicũ, tum ipſam diſpoliare non licet. Inde Diſpoliabulum uerbale, quo Plaut. uſus eſt pro diſpoliatione. Ego'ne (inquit in Bacchide) ut hæc cluſa geſtem clanculũ, ut celem patrem tuis Piſtoclere flagitia, aut damna, aut diſpoliabula?

DISPONDEVS, (διςπόνδειος) quaſi bis ſpondeus, pes qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis, ut Oratores.

DISPONO, nis, pe pro. {*Diſporre*}(διατίθημι) ordino. Pli. ad Fuſcũ Epiſt. lib. 9. Quæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam Diſponere ſuo quidq; ordine, Col. lib. 12. cap. 2. Quintus Cicero Cic. de Petit. Conſul. Fac ut planè iis hominibus, quos deuinctos tenes deſcriptum ac diſpoſitum ſuũ cuiq; munus ſit. Idem Att. lib. 4. Poſtea uerò q̃ Tyrannio mihi libros diſpoſuit, etc.

Diſpoſitus, us, (διάταξις) uerbale idem ſignificãs quod diſpoſitio. Tacit. li. 18. Diſpoſitu, prouiſuq; rerum ciuilium peritus.

DISPOSITE, {*Diſpoſitamente*}(εὐτάκτως) aptè, concinnè, diſtinctè. Cic. 6. Verr. Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare, ſi cupiam: opus eſt non ſolùm ingenio, uerùm etiam artificio quodam ſingulari.

DISPOSITIO, onis, {*Diſpoſitione*}(διάταξις, οἰκονομία) ordinatio, collocatio. Col. lib. 12. cap. 2. Quis enim dubitet nihil eſſe pulchrius in omni ratione uitæ, diſpoſitione atq; ordine. Diſpoſitor, oris, Senec. lib. 5. Nat. quæſt. Nimirũ in hac prouidentia diſpoſitor ille mundi Deus aera uentis exercẽdum dedit.

DISPVDET, diſpuduit, uel diſpuditũ eſt, {*Vergognarſi grandemente*}(αἰδοῦμαι) impersonale pro ſimplici accipitur, cum quodam augmẽto, ut Diſpudet ſit idẽ, quod multis modis pudet. Ter in Eunu. Diſpudet, mihi ſic data eſſe uerba.

DISPVLVERO, as, {*Ridurre in poluere*}(κονιορτόω) in puluerem redigo. Næuius: Saxa, ſyluas, lapides, montes diſijcis, diſpulueras. Nonius.

DISPVMO, as, {*Leuar le ſchiume*}(ἀπαφρίζω) ſpumas eijcio, ſpumis purgo, Col. lib. 12. cap. 34. Aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur. Alij legunt Deſpumetur.

DISPVNCTIO, onis, {*Il cancellare*}(ἐξάλειψις) uerbale à Diſpungo, interdum idem eſt quod expunctio, ſiue deletio: interdum idem quod ſupputatio, hoc eſt, datorum & acceptorum collatio. Vlp. l. cũ plures. ff. de bon. aucto. iud. poſſ. An recognitio, & diſpunctio concedenda ſit creditori.

DISPVNGO, gis, diſpunxi, diſpunctum, {*Cancellare*}(ἐξαλείφειν) eſt expungere, uel delere. Accipitur etiam pro ſupputare ſiue numerare (λογίζεσθαι) quaſi puncto notare. Seneca de Breuit. uitæ. Diſpunge, et recenſe uitæ tuę dies, pauculos & ridiculos apud te reſediſſe uidebis. Inde dicimus Diſpungere rationes, pro eo quod uulgus uocat, examinare calculũ. Papinianus Digeſtis de uerbo. ſign. Diſpungere eſt conferre accepta & data.

DISPVTO, tas, pen. cor. {*Diſputare*}(διαλέγομαι) ex præpoſitione Dis, & uerbo Puto, quod ualet purũ facere: Vnde Diſputare (inquit Varro) ualde putum facere: & per tranſlationẽ, pro diſceptare, diſſerere. Plau. in Moſt. Eam rẽ uolutaui, & diu diſputaui, hominem cuius rei, Quãdo natus eſt, ſimilem eſſe arbitror. Item Diſputare rationem cum aliquo, idem in Aulu. dixit: Aes petit, Itur, putatur ratio cum argentario. Vbi diſputata eſt ratio cum argẽtario, & pluſ ipſius debet argentario. Diſputare item ſignificat rem aliquam agitare, ita ut uerum tandem cognoſcatur. Cic. de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior uidebatur perſona, quę de illa ætate loqueretur. Lact. li. 7. Immortales eſſe animas Pherecydes & Plato diſputauerunt. Hinc Diſputatio, διάλεξις, λόγος. Cic. Lentulo: Scripſi igitur Ariſtotelio more (quemadmodum quidem uolui) tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in utrãq; partem diſputatio, Quin. lib. 7. cap. 3. Diſputator, oris. Ci. 1. Offi. Niſi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi põt, diſputator ſubtilis, orator parum uehemens. Diſputatrix, à Quintiliano Dialectica dicit̃. Diſputabilis, le. Senec. ad Lucil. Res diſputabilis in utrãq; partem.

DISQVIRO, ris, pe. pro. {*Inueſtigare, cercare diligentemente*}(ἐξετάζω, διαψηφίζομαι) per omnes partes quęro, ut inquirẽdo nihil me lateat. Hora. 2. Ser. Verum hic impranſi mecum diſquirite. A' quo Diſquiſitio (ἐξέτασις, διαψήφισις) quæ eſt inquiſitio uoluntatis, iudicijq;, diuerſorumq; & penè idẽ quod Diſceptatio. Suet. in Cæſ. Primo Præturæ die. Q. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi uocauit. Pertinet etiam ad forum. Liu. Sed nõ quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit, ſed quid iſti pati debuerint, id eſt in diſceptationem. Cic. de Aruſp. Reſp. Quanquam ad facinoris diſquiſitionẽ intereſt adeſſe q̃plurimos.

DISRARO, as, (ἀραιόω) ſignificat caſtro, & diuerſis modis quod dẽſum erat rarum facio. Col. lib. 5. Sed illud de integro refodi debet, hoc poteſt intercidi et diſrarari, quod opus ruſtici Caſtrationem uocant.

DISSAVIOR, aris, {*Baſciare con piacere*}(καταφιλέω) cũ lętitia & uoluptate oſculor: ex Dis, et ſuauior. Suauior autem à Suauium, ſiue Suauiũ, per diminutionem u. Gell. lib. 3. Et cum ibi tres eum (Diagoram) adoleſcẽtes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur. Cic. Tir. Ego uos ad quartã

DETERMINO, {*Terminare, porre i termini, diffinire,*} (ὁρίζω) terminos impono: uel terminis, & uelut limitibus quibuſdam deſigno. Liu. 1. ab Vrbe. Inde ubi proſpectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occaſum determinauit. Plau. in Poen. Eius nunc regiones, limites, cõfinia Determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Per tranſlationem pro Definio. Cic. de Orat. Et id quod dicit, ſpiritu, non arte determinat. Lact. lib. 4. Determinanda eſt nobis ueritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda. Determinatio, onis. Cic. 2. de Nat. Deo. Extrema ora, & determinatio mundi.

DETERO, is, pen. cor. detriui, detritum, {*Tritare, conſumare,*} (κατατρίβω) uſu conſumo, atteuo, deterius reddo: unde Togam detritam dicimus, quæ longo iam uſu deterior eſt reddita. Læuam æſtate detero, (αὐτὸς τὴν χλαῖναν διατρίβεις) prouerbio in eos dici conſueuit, qui rebus neceſſariis alieno tẽpore abutuntur. Accipitur etiam pro triturare, ἀλοᾶν. Colu. lib. 1. cap. 6. Area optima eſt ſilice conſtrata, quod & celeriter frumenta deterantur, nõ cedente ſolo pulſibus ungularum tribulorumq;, & eadem euentilata mundiora ſint, lapilliſq; careant & glebulis, quas per trituram terrena ferè remittit area. Nonnũquam idem eſt quod deſtruo, corrumpo, uel imminuo. Plin. Nimia cura deterit magis, quàm emendat. Ad eundem ferè modũ dicimus Deterere laudes alicuius, pro eo quod eſt, Laudes eius imminuere. Horat lib. 1. Carminum: Laudes egregii Cæſaris, & tuas Culpa deterere ingeni.

DETERREO, es, deterrui, {*Spauentare, sbigottire,*} (καταπλήττω, ἀφίσημι, ἀποτρέπομαι) ualde terreo, quaſi terrore quodã prohibeo, remoueo uc. Ci. lib. 1. Tuſc. Itaq; non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus, quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ unquàm longè poteſt abeſſe. Deterritus, particip. Deterritus pudore. Cic. ad Attic. lib. 10. Deterritus ab officio.

DETESTABILIS, le, {*Deteſtabile,*} (ἀποτρόπαιος, μυσαρός) abhominabile. Cic. in Offi. Nulla tã deteſtabilis peſtis eſt, quæ nõ homini ab homine naſcatur.

DETESTATIO, onis, (μύσος) uerbale idem ſignificans quod abominatio: uel execratio. Cic. pro Domo ſua: Cum pro deteſtatione tot ſcelerum aram unã nepharie conſecraret. Iuriſconſultis Deteſtatio eſt annuntiatio, quæ fit abſenti adhibitis teſtibus. Apuleius lib. 7. Deteſtationem poſuit pro teſtium abſciſſione. Ob id (inquit) truces ueſanoſq;, adhibita tali deteſtatione, manſuetos exinde factos.

DETESTOR, aris, {*Abominare, maledire. Pet. Et maledico il dì ch'io uidi 'l ſole,*} (μυσάττομαι, ἀποτρέπομαι) abominor, improbo, execror. Cic. in Vatinium: Omnes te uitant, & cum uiderint, tanquã malum auſpicium deteſtantur. Inuenitur & in paſſiua ſignificatione. Horat. lib. 1. Carm. Bellaq; matribus Deteſtata. Accipitur & pro ſimplici teſtor. Plaut. Menæch. Summum Iouem, deosq; deteſtor, me neq; iſti malè feciſſe mulieri, &c.

DETEXO, is, {*Teſſere,*} (ὑφαίνω) idem quod Texo, perficio. Vergil. 2. Eclog. Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus, Viminibus mollíq; paras detexere iunco.

DETINEO, es, pen. cor. {*Intratenere, ritardare, ritenere,*} (ἐπιλαμβάνομαι, κατέχω, παρατείνω) teneo, ſiue remoror. Cic. Att. lib. 4. Conſilium tuum etſi non in longinquũ tempus differa, tamen ſuſpenſum me detines. Terent. in Eun. Detineo te fortaſſe, tu profecturus aliò fueras. Pli. Epiſt. 124. Mox cùm è Sicilia rediens, in Icari inſula uentis detinere. Per tranſlationem uerò Terent. in Phor. Pol me detinuit morbus. Sall. Me ambitio mala detinuerat. Retinere autẽ eſt, quod habemus ſeruare & cuſtodire. Sall. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Hinc Detento, as, frequentatiuum.

DETONDEO, es, detondi, quod tamen antiqui, ſicut ſuum ſimplex, geminabant, {*Toſare,*} (ἀποξυράω, ἀποκείρω) penitus tondeo. Colu. lib. 8. Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neq; frigus, ſi lanam detraxeris, neq; æſtum, ſi nondũ detonderis, ſentiat: uerùm cùm quæq; detonſa fuerit, ungi debet tali medicamine.

DETONO, as, pe. co. {*Ceſſare di tonare,*} (ἀποβροντάω) tonare deſino. Quintil. lib. 12. cap. 9. Nam cùm illa dicendi uitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit uera, & uirtutis fortior fama.

DETORNO, as, {*Lauorare al torno,*} (ἀποτορνεύω) ex materia quapiam torno aliquid efficio. Plin. lib. 13. Lignum grande intus, firmæq; duritiæ, ex quo uelares detornant aculos.

DETORQVEO, es, ſi, tum, {*Torcere piegare,*} (κατακάμπτω, παραφέρω) deflecto, curuo. Colu. lib. 4. Sed quod in ſalicto conferendo uitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt neceſſe longiorẽ facere, ſi uolumus detortum pangere. Per tranſlationem ponitur pro abſtraho, auello, aliorſum torqueo. Cic. 1. Offic. Nã & uoluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. Frequenter etiam accipitur pro deprauo, ſiue in aliũ ſenſum quàm dictum aut factum ſit, aliquid interpretor. Colu. li. 3. ca. 10. Atq; hæc forſitan pluribus dicta ſunt, quàm exigebat ratio ueritatis: minus tamen multis, quàm poſtulabat prauè detorta & inueterata opinio ruſticorum.

DETRACTO, as, {*Dir male de l'abſente,*} (καταλαλῶ) clanculum abſenti obloquor. Eſt autem frequentatiuum uerbi detraho, quod eſt eiuſdem ſignificationis.

DETRACTOR, oris, (κατάλαλος) qui abſentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur.

DETRACTIO, onis, (ἀφαίρεσις) idem quod ablatio. Cic. 3. Offic. Nõ igitur magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid eiuſmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Interdum idem eſt quod oblocutio, & læſio famæ abſentis, καταλαλία. Exempla nuſquam non occurrunt.

DETRAHO, is, xi, ctũ, {*Tor uia,*} (ἀποσύρω) trahẽdo aufero. Terẽ. in Heaut. Occurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Interdum adimere ſiue derogare, ἀφαιρεῖν. Cic. 3. Offic. Nunquam committat, ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Per tranſlationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod eſt, famam alicuius, honorẽ, aut exiſtimationem lædere, διασύρειν & tunc cum datiuo conſtruitur. Ouid. de Triſt. Detrahat autori multum fortuna licebit.

DETRECTO, as, frequentatiuũ, {*Refiutare, recuſare, ſchiſſare,*} (διαδύομαι, ἀπολέγομαι) defugio deuito, recuſo, nego. Verg. lib. 3. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, Aut iuga detrectans, interdumq; aſpera cornu. Iuſtinianus: Nec ipſa detrectauit certamen.

DETRIMENTVM, {*Danno*} (βλάβη, βλάμμα) damnum dictum ſecundum Varronem à deterendo, quod ea quæ trita ſunt, minoris pretii ſunt. Hora. 2. Epiſt. Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet. Detrimentoſus, a, um, quod adfert detrimentum, apud Cæſarem 7. Bell. Gal. Sic Intertrimentum ab eo, quod duo inter ſe ſint diminuta. Differuntq; ab inuicem, quod Detrimentum (ut Pædianus docet) uel unius partis dici poteſt: Intertrimentum uero ad utruſque partis ſpectat, dãtis, accipientiſq; incommodũ. Huius uocis frequens eſt uſus apud Iuriſconſultos. Vſus eſt etiam ea Cic. in Verrem. Cum eo ſine ullo intertrimento conuenerat. Vide ſuo loco.

DETRVDO, is, pe. pro. {*Cacciare in giu,*} (κατωθέω) deorſum trudo, ſiue trudendo deiicio. Liu. lib. 2. Iam impetu conabantur detrudere uirum. Per tranſlationem accipitur pro Compello. Cic. lib. 1. Offi. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt.

DETRVLLARE, eſt, de trulla in trullam transfundere: quo uerbo uſus eſt Apicius, quod ipſum & Diffundere (διαχεῖν) ſecundum Plinium uocatur: ſicut in oleo Decapulare.

DETRVNCO, as, {*Troncare,*} (ἀποκόπτω, κολοβόω) truncando deiicio, amputo, ſeco, quaſi a trunco abſcindo. Liu. 1. Bel. Maced. Poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora, brachiis abſciſſis, aut tota ceruice. Diſtrunco autem, in diuerſas partes trunco. Plaut. in Truc. Iam ego te hic agnum faciam, & medium diſtruncabo. Detruncatio ramorum, Plin. lib. 24. cap. 9.

DETVMEO, es, {*Gonfiare,*} (ἀποιδαίνομαι) eſt tumorem amitto, uel tumere deſino. Vnde Papinius lib. 5. Thebaid. cum uellet ſignificare, mare pacatius factum eſſe, & undarũ tumorẽ depoſuiſſe, dixit mare detumuiſſe. Detumuere (inquit) animi maris, & clementior Auſter Vela uocat.

DETVRBO, as, {*Gettare à baſſo con molenza*} (ἐκταράσσω, καταστρέφω, παραωθέομαι) cũ uiolentia deiicio: maioremq; uim habet quam detrudo. Ver. 5. Aeneid. Puppi deturbat ab alta. Colum. uero lib. 5. ad Pampinationem tranſtulit. Vinitor (inquit) quas ante ferro, nũc manu deputet, umbraſq; compeſcat, ac ſuperuacuos pampinos deturbet. Cic. ad Cn. Pomp. ad animum tranſtulit: Sed hoc ſcito, tuos ueteres hoſtes, nouos amicos uehemẽter literis tuis perculſos, atq; ex ſpe deturbatos iacere. Deturbare de monte, dixit Cicer. in Piſonem, pro eo quod eſt, mente ſpoliare: Sua (inquit) quemq; fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia, de ſanitate & mente deturbat.

DETVRGEO, es, deturſi, {*Sgonfiare,*} (ἀποιδαίνομαι) turgere deſino, tumorem pono, decreſco. Plinius: Deturgente Nilo, mures inueniuntur.

DETVRPO, {*Disformare, imbrattare*} (μολύνω, αἰσχύνω) turpem ac deformem reddo. Suet. in Calig. Pulchros & comatos, quoties ſibi occurrerẽt, occipitio raſo deturpabat. Cic. ſimplici uſus eſt: Iniuria iam ſanguine turpari.

DEVA, (Δηοῦα) Britanniæ oppidum eſt in tractu Orientali, teſte Ptolemæo. lib. 2. cap. 3.

DEVANA, æ, (Δηούανα) oppidum Tazęlorum, in Orientali tractu Britannię, qui hodie Scotia dicitur. Auctor Ptolem. lib. 2. cap. 3.

DEVASTO, as, are, {*Dar guaſto*} (καταπορθέω) deprædor, ſpolio, depopulor, profligo. Liu. 2. Bell. Pun. Vbi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis quàm otio aut requie gaudentibus, profectus per Prætutianum Adrianũq; agrum, Marſos inde, Marrucinoſq; & Pelignos deuaſtat. Ibidem: Ita ſumus aliquoties hac æſtate deuaſtati, &c. Agmina ferro deuaſtata, Ouid. 13. Meta.

DEVCALION, (Δευκαλίων) nomen proprium filii Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrhã filiã cõiugio iunxit. Porrò cùm hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluuiũ cõtigit, quapropter arrepta naui ſolus Deucalion cum Pyrrha ſeruatus, in Parnaſſum montẽ delatus eſt. Ceſſantibus uerò aquis Themiſtos oraculum adiit, conſultaturus de humani generis reſtitutione: quæ reſpondit, ut oſſa magnæ matris poſt tergum iaceret. Coniectis igitur poſt tergũ lapidibus: quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas uertebãtur. Iuue. Saty. 1. Ex quo Deucalion nimbis tollẽtibus æquor, Nauigio montem aſcendit, ſorteſq; popoſcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa. Vide fabulam apud Ouidium lib. 1. Metam. Inde Deucalioneus, a, um, ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copioſiſſimis imbribus ponuntur à Poetis, ſiue pro uniuerſo totius orbis cataclyſmo, quem illius uolunt Poetæ contigiſſe temporibus. Lucanus li. 1. Deucalioneos fudiſſet aquarius imbres. Vnde Deucalioneæ. Oui. 7. Meta.

DEVEHO, {*Portare al baſſo, menare,*} (καταφέρω) deorſum ueho, defero. in Epiſt. Medios ille agros ſecat nauium patiens, omneſq; fruges deuehit in urbem, hyeme duntaxat, & uere.

DEVELLO, {*Suellere,*} (ἀποτίλλω, ἀποσπάω) idem quod uello. Plin. lib. 12. cap. 11. E cæteris hyacinthus maximè durat, & uiola alba: & œnanthe: ſed hæc ita, ſi deuulſa crebrò prohibeantur in ſemen abire.

DEVELO, as, {*Scoprire, leuare il uelo,*} (ἀποκαλύπτω) uelum aufero, & detego, reuelo, Ouid. 6. Meta. Oraq; deuelat miſerę pudibunda ſororis.

DEVELTON, Pli. (Δεβελτὸς Ptolemæo) oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiuſdem nominis, Vtriuſq; meminit Pli. lib. 4. cap. 11.

DEVENEROR, aris, {*Honorare, riuerire,*} (καταβαίνομαι) idẽ quod ueneror. Ouid. Epiſt. 2. Sæpe deos ſupplex, ut tu ſcelerate ualeres, Sum prece thuricremis deuenerata focis.

DEVENIO, is, pe. cor. {*Venire, Scendere di luogo alto,*} (καταβαίνω) de loco editiore deſcendo, Verg. lib. 4. Aen. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem Deueniunt. Aliquando ponitur pro ſuo ſimplici, uenio. Cic. ad Atti. Nolebam noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. Per tranſlationem uerò, cum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iuſtitia ad iniquitatem, de proſperis in aduerſa cadimus, περιπίπτομεν. Li. 4. ad Herenn. Videtur eſſe arrogantia, illa relinquere, & ad ſua deuenire. Pla. in Aſinar. Quid ſi fortè in inſidias deuenero?

DEVENVSTO, as, {*Imbrattare,*} (λυμαίνομαι) deturpo, Gell. lib. 12. Tam quam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

DEVERBERO, as, {*Battere, percuotere grandemente,*} (κατακόπτω) ualde uerbero. Teren. in Phorm. Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſque ad necem, Hoſpites, tum etiam ciues?

DEVERBIVM, Vide Diuerbium.

DEVERRA, dea ab antiquis putata eſt, quam uenerabantur, ut ſcopis domum

uerrere

uertere poſſent.

DEVERRO,is,{Spazzare,}(κατακαίρω)uerro,euerro,uerrendo purgo.Col. lib.8.Stabula uerò frequenter deuerrenda & purganda,humorq; omnis utrinq; deuerrendus eſt.

DEVERSVS,Veteres dicebant quaſi deorſum uerſus.Feſtus.

DEVESTIO,{Spogliare,}ἐκδύω.ueſte exuo,Apul.lib.3.Iamprimum omnibus laciniis ſe deueſtit.

DEVEXO,as,κατακακόω.ualde uexo,Lactan.lib.4.Et cùm corpora hominum occupant,animosq; deuexant,adiurantur ab his,& nomine Dei ueri fugantur.

DEVEXVS,a,um,{Piegato,chino,}(καταφερής)idē eſt quod decliuis,ſiue deflexus.Col.lib.1.Parte alia collibus uel ad orientem,uel ad meridiem molliter deuexis. Hinc Deuexitas,atis,decliuitas.Pli.in Epiſt.Lato gremio pateſcit purus fons & uitreus,ut numerare iactas ſtipes,& relucentes calculos poſſis. Inde non loci deuexitate,ſed ipſa ſui copia,& quaſi pondere impellitur.

DEVINCIO,is,{Ligare,obligare,}(καταδεσμεύω,ἐξαρτῶ καθυποῦ)ligo,cōſtringo.Plau.in Cap.Iſtas maiores catenas,quibus ſunt deuincti,demito.

Per tranſlationem.Tere.in Heau.Verùm ubi ſemel animus ſe cupiditate deuinxit mala,Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia. Accipitur aliquando pro obligo,aſtringo,uel obnoxium reddo.Cic.Lentulo,lib.1.Epi.Hic tibi præſtanti tua in eā liberalitate deuinctus eſt. Deuinctus,partici.Colla deuinctus catenis,Silius lib.11.Deuinctus,nomen ex participio.Horatius 1.Serm.Sat.5. Plotius,& Varius Sinueſſæ,Vergiliusq; Occurrunt:animæ quales neq; candidiores Terra tulit,neq; queis me ſit deuinctior alter.

DEVINCO,is,{Vincere,}(καταγωνίζω)idem quod uinco,ſupero.Cic.de Senect.Qui Pœnos claſſe primus deuicerat. Deuictus animus. Teren.in Andr.Hic animus partim uirginis miſericordia Deuictus,partim uictus huiuſce iniuriis.

DEVIO,as,ex De,& Vio,as,{Partirſi dalla buona uia,deuiare.} ἀφαμαρτάνειν,τῆς ὁδοῦ,a recta uia recedo,Abuſiuè pro Deflecto ſumitur.

DEVIRGINO,as,{Suerginare,}(διακορεύω)uitio uirginē,uirginitate ſpolio.Pueri item deuirginari dicebantur,cùm ex ephebis exceſſerant. Nonius.

DEVITO,as,pen.pro.{Schifare,}(ἀποστέλλομαι,ἐκφεύγω)euito,declino.Ci.2.Verr.Vt quoniam criminum uim ſubterfugere nullo modo poterat,procellā temporis deuitaret. Deuitatio,onis.Cic.ad Att.lib.16.Facilior enim & explorator deuitatio legionum fore uidetur,quàm piratarum,qui apparere dicuntur.

DEVIVS,a,um,{Suiato,tolto dalla buona uia.} quod eſt a recta uia remotū: unde Cic.Anagninos uocat deuios,quod eſſent extra uiam militarem collocati.Et Horatius ſcortum deuium dixit,quaſi à recta uia remotum.Proper.Lætor quod ſine me,deuia rura colis.Cic.in Lael.per tranſlationem:Quid poteſt eſſe tam flexibile,tam deuium,q̄ animus eius,qui ad alterius nō modò ſenſum ac uoluntatem ſed etiam uultum atq; nutum conuertitur?

DEVNX,menſuræ,uel ponderis eſt ſpecies,cui duodecima deeſt uncia.hoc eſt quæ undecim cōſtat unciis:quod uel ex ipſo nomine apparet.Dictus eſt enim, Deunx,quaſi una uncia dempta de aſſe.Mart.lib.6.Miſceri ſibi protinus deunces,Sed crebros iubet.Erat etiam Deunx mēſura,qua ueteres agros ſuos metiebantur.Auctor eſt Col.lib.5.cap.1. Ex deunce aliquem hęredem facere, eſt,alicui totam hæreditatem unica uncia detracta relinquere.Cic.pro Cecinna:Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M. Fulcinium,Ebutio ſextulam aſpergit.

DEVOCO,as,pen.cor.{Chiamare in dietro,}(μετακαλέω)uocando deduco Liu.lib.4.Cùm à faucijs hoſtibus ſciſcitando compeſſet,caſtra Volſcorū deſerta eſſe,lætus à tumulo ſuos deuocat.Cic.lib.Tuſcu.Socrates primus philoſophiā indeuocauit è cœlo,quod eſt,quaſi deduxit.

DEVOLO,as,pen.cor.{Volare d'alto,}(καθίπταμαι)ex loco ſuperiori in inferiorem uolo.Plau.in Amph.Poſtquàm in cunas conditus,Deuolāt angues iubati deorſum in impluuiū duo Maximi.Per tranſlationem autem ponitur pro decurro.Liu.lib.3.Alij inter tumultum præcipites,pauore in forum deuolant. Idem lib.2.pro deſilio poſuit:Deuolant de tribunali,ut lictori auxilio eſſent, Aliquando eſt alio uolare hoc eſt,diſcedere,ἀφίπταμαι.Auctor ad Heren.Ita falſi amici ſereno uitæ in tempore præſto ſunt:ſimulatq; hominis fortunæ iam dederint,deuolant omnes.

DEVOLVO,uis,{Diuolgere,}(κατακυλίω)ex loco ſuperiori uoluo.Col.li.1.Hinc proxima fluēs aqua è montibus oriunda,quæ per ſaxa præceps deuoluitur.Liu.lib.2.de Bell.Pun.Saxa ingentia in agmen deuoluunt. Per tranſlationem uerò dicimus,Deuoluta eſt res,deuoluta eſt hæreditas,quod uulgò dicitur,de manu in manum peruenit.Idem lib.5.Et eò deuolui rem,ut aut patritij,aut patritiorum affectæ haberdi Trib.plebis ſint.

DEVORO,as,pen.co.{Diuorare.}(καταπίνω,κατεσθίω,περιτρώγω,ἀφανίζω)uorando abſumo,pręedendi auiditate non manſum cibum deglutio. Cato de Re ruſt.Bos ſi ęgrotare cœperit,dato continuò ieiuno ouum gallinaceum crudū,& integrum facito deuoret.Refertur etiam ad alios ſenſus,Martia.Oculis deuorantibus draucos,hoc eſt,auidè aſpiciētibus.Plau.Auſcultate atq; operā date,& mea dicta deuorate.Illud.n.oculorum,hoc aurium auiditatem ſignificat. Item pro concoquere,id eſt perferre ἐμφορεῖσθαι.Cic.6.Philip. Quapropter Quirites expectate,& paucorum diem moleſtiam deuorate.

DEVOTIONES,(κατευχαί,προσευχαί)uide in uerbo Deuoueo.

DEVOTO,as,pen.pro.frequentatiuum ex deuoueo,ἐκδίδωμι.Cic.Quæ uis Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum?quæ patrem Decium,quæ filium deuotauit,ac immiſit in armatas hoſtium copias?

DEVOTORIVS,a,um,adiectiuum:ut Carmina deuotoria,apud Liuium, & Macrobium,quibus homines,urbesq; deuouentur:ut de tribus Decijs legimus qui ſe ipſos pro ſalute patriæ Dijs Manibus deuouerunt.

DEVOTVS,{Deſtinato,deuoto,}(προσκείμενος,κατηραμένος,ἀποτεταγμένος).deſtinatus.Verg.4.Aene.Pręcipue infelix peſti deuota futuræ.

Accipitur & in malum,pro diro,& execrando,ἐναγὴς,καταράτος,ἐπάρατος)Ouid.in Epiſt.Medeæ:Viuite deuoto fœmina uirq; toro. Deuoti, item dicuntur,qui mutuæ amicitiæ legibus ita ſe aſtrinxerunt,ut tota in uita iiſdem fruantur cōmodis,iiſdemq; caſibus obnoxii ſint.Cęſar.3.bel.Gal.Atq; in ea re omnium noſtrorum intentis animis,alia ex parte oppidi Adcantuānus, qui ſummam imperij tenebat,cum ſexcentis deuotis,quos illi Soldurios appellant:quorum hæc eſt conditio ut omnibus in uita commodis unà cū his fruantur,quorum ſe amicitiæ dediderunt.

DEVOVEO,es,pe.co.{Far uoto,uotare,}(καταγγίζω)ſolenniter uoueo. Vouere autem eſt,aliquid ſanctè promittere.Ci.3.Offi.Quid Agamemnon? cum deuouiſſet Dianæ,quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. Interdum idem eſt quod prærio uoto morti ſeſe dedere. Verg.12.Aen.Quorum ſe deuouet aris.Liu.lib.9.Equidem mortem pro patria præclaram eſſe fateor,& me deuouere pro populo Romano legionibusq; uel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Item eſt diris imprecationibus malum alicui optare,καταρᾶσθαι.Ouid.in Ibin.Illum ego deuoueo,quē mens intelligit,Ibin. Hinc Deuotio,(κατάρα)pro execratione.Suet.in Calig.Lenis adeò & innoxius,ut Piſoni decreta ſua reſcindenti,non prius ſuccenſere in animum induxerit,quàm ueneficiis quoque & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. Hæ deuotiones tales erant,quales diræ fuerunt apud priſcos,quæ talē habere poteſtatē credebant,ut nemini fas eſſet,qui in eas incidiſſet,euadere.

Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis,quorum altero dij tutelares urbium euocabantur ab hoſte uictore,ne deos captiuos ducere uideretur:altero deuouebant,id eſt,morti debebant hoſtium exercitus,& ſingula interdum capita eorum,qui ſe traderent uę numinum pro ſalute aliena: quale fuit carmen Deciorum,qui ſe pro patriæ ſalute deuouerunt.

DEVRO,is,ere,{Abbruſciare.}(καίω,ἐκπυρόω)idē quod uro.Liu.9.Bel.Muced.M.Aemilius alter Conſul agros Ligurum,uicosq; qui in campis,aut uallibus erant,ipſis montes duos Balliſtam Suiſmontiumq; tenentibus,deuſſit,depopulatusq; eſt. Deurere morſu dicitur ſerpens,uel afflatu,cum inflammat.

Mons deuſtus,Tacit.lib.4.Pars Circi deuſta,ibidem.

DEVS,{Dio}(θεός)unde deducatur,uariè exponi ſolet.Nā alij a θεὸς deriuant, quod Deum ſignificat,Alij ὑπὸ τοῦ δέους,hoc eſt,a timore:quod primos in orbem deos(ſi tam impiam ſententiam referre fas ſit)timorem credebant inueniſſe.In qua etiam ſententia Papinius fuiſſe uidetur,cùm ait:Primus in orbe Deos fecit timor.Cic.de Aruſp.reſp.Quis eſt tam uecors,qui aut cùm ſuſpexit in cœlum,Deos eſſe non ſentiat? Idem.1.de legib.Nulla gens eſt neq; tam immanſueta,neq; tam fera,quæ non,etiam ſi ignoret qualem habere Deum Deceat,tamen habendum ſciat. Hinc Deitas,(θειότης,θεότης)quæ & diuinitas dicit. Augu.lib.7.de Ciuit.Hanc diuinitatem,uel,ut ſic dicam,deitatem.nā & hoc uerbo,uti iam noſtros non piget,ut expreſſius è Græco transferant,quod illi θεότητα appellant. Deum & Diuum quidam indifferenter accipiunt. Alij Deos uolunt perpetuos eſſe,Diuos uerò ex hominibus factos,τοὺς ἐξ ἀθανασίας... Et licet Deus definiri nequeat,tamen ita deſcribi pōt: Deus eſt mens uniuerſi:uel,Deus,eſt animus per immenſas mundi partes,omnemq; naturā commeans,atq; diffuſus,ex quo omnia quę naſcuntur animalia uitā capiunt.Vel,Deus eſt infinita mēs,quæ per ſeipſam mouetur. Speuſippus philoſophus ſic ait:Deus uiuens immortale,per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna,ipſius boni cauſa. Deus penetralis(ἐφέστιος)dicebatur, qui intra conſeptum domus cuiuſq; colebatur:à nonnullis Iupiter Ercius dictus. Dea,æ,fœm.Vide ſuo loco.

DEVTERIA,pen.long.{Secondi uini,acquarelli,}(δευτερίας)à Græcis dicitur uinum aqua mixtum,quod & à Latinis dicitur ſecundarium.nam δεύτερον ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

DEXAMENE,(Δεξαμενή)una ex nymphis marinis,à recipiendo dicta,δέχομαι enim recipio dicitur. Dexamenę,plurali numero(Δεξαμεναί)Ambracię regiuncula eſt,ita dicta à Dexameno Meſoli filio,& Ambracia filia Phorbatis,qui Solis filius fuiſſe perhibetur.Auctor Steph.

DEXIMONTANI,Carmaniæ populi,dexteram ripam Granij amnis accolentes.Auctor.Pli.lib.6.ca.23.

DEXIPPVS,(Δέξιππος)Orator Athenienſis fuit,ſub Valeriano & Aureliano principibus. Fuit & alter hoc nomine medicus,patria Cous,diſcipulus Hippocratis.Auctor Suidas.

DEXTANS,dextantis,decem unciæ dicuntur,cū.ſ.aſſi deeſt ſextans:ſicut Deunx,cum aſſi una deeſt uncia.Auctor Feſt.Col.lib.5.ca.1.Pars dimidia et tertia uigintiquatuor millia,hoc eſt dextans,in quo ſunt ſcrupula CCXL.

DEXTER,Dextri,uel Dexteri,Dextra,Dextrum,uel Dextera,Dexterum,{Deſtro,atto,}(δεξιός)notæ ſignificationis eſt.Verg.5.Aen.Quò tandē mihi dexter abis? Dextrum cornu,& ſiniſtrum in acie tenere,Liu.3.ab urbe:Ouid. Meta.Signaq; ſex foribus dextris,totidemq; ſiniſtris. Dexterior,comparatiuus.Ouid.1.Meta.Nec te dexterior tortum declinet ad anguem. Interdum dicitur aptus,conueniens,agilis:quę ſignificatio inde tracta eſt,quod dextera manus agilior ſit & promptior ſiniſtra.Stat.li.5.Syl.Signa frænatæ moderatus alę caſtore dextro. Dexteritas,aptitudo.δεξιότης.Liu.7 Bell.Mace.Multa in eo & dexteritas & humanitas uiſa. Antiqui Dextimum & Siniſtimū, dicebant.Varro περὶ λέξεως.Primo compito dextimam uiam munit Epicurus Sall.in Iug.Scylla cum equitatu apud dextimos,in ſiniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus & ſagittarijs. Aliquando etiam Dexter dicitur proſper,propitius.Quin.in procem lib.4.Adſit Domitianus dexter ac uolens. Oui.1.Faſt.Dexter ades ducibus.

DEXTERA,uel Dextra manus,{Man deſtra,}δεξιά.Verg.2.Aen.Si Pergama dextra Defendi poſſent,etiam hac defenſa fuiſſent.Et quoniam dextra uaſidior eſt ſiniſtra,Dare dextram dicimus,non modo manum porrigere,ſed etiā auxilium præſtare.Verg.6.Aene.Da dextram miſero i.præſta auxilium.

Dextra ſe antiqui uenerabantur,per dextram iurabant,tanquam fidei ſedem & uirtutis miniſtram,Vnde & hodie conſuetudo remanſit apud Germanos, ut ſe mutuo ſalutantes dexteram porrigant.Dextram(inquit Seruius)Numa Pompilius:Fidei conſecrauit. Cice.11.Philip.Dextræ,quæ fidei teſtes eſſe ſolebant,perfidia ſunt & ſcelere uiolatæ. Dextella,læ,diminutiuum.Cic.Atti.lib.4.Quin.frater,ut ſcribis,ex dextella:per eum igitur quod uolemus facilè auferemus.

DEXTERE,aduerbiū,{Attentamente,felicemente,}(δεξιῶς)feliciter,aptè,& cum quadam dexteritate.Liu.1.ab urb.Notitiaq; cum breui apud regē,libera

liter, dextereq; obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Ser. Saty. 9. Nemo dexterius fortuna eſt uſus.

DEXTRALE, (περιδέξιον) ornamentum dextræ, commune uiris & mulieribus.

DEXTRARII, {*Deſtrieri*.} (ζυγιοι) dicuntur equi, maximè bigarij.

DEXTRO, as, eſt equos bigarios iungo. Valla de Dona. Conſtant. uidetur acce-piſſe pro eo quod dicimus, equum a dextris ducere. Triumphaſſe (inquit) putas Cæſarem quoties prodibat, ut nunc ſolet Papa, præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant? Inde Dextratio uerbale. Solinus Tarpeium Iouem terna dextratione luſtrauit.

DEXTROCHERIVM, {*Monile*.} muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam gemmis pretioſiſsimis integebatur. Iulius Capit. ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam uaſto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo. Vide Cœl. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

DEXTRORSVM, & **DEXTRORSVS**, {*Verſo man deſtra*.} (ἐπὶ τὰ δεξιὰ) aduerbium, ſignificat uerſus dextram partem. Cic. 1. de Diuin. Dextrorſum orbem flammeum.

DEXTROVERSVM, aduerbium, eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuperiore, hoc eſt uerſus dextram. Pla. in Cur. Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo.

D ANTE I.

DI, & **DIS**, præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt: quæ ambæ inſeparabiles ſunt, & in compoſitione ſolum reperiũtur. Componitur autem Di cũ dictionibus incipiẽtibus à d, ut Diduco: g, ut Digero: l, ut Diluo: m, ut Dimitto: n, ut Dinumero: r, ut, Dirudico: u, ut Diuerto, & ubiq; producitur, niſi in Dirimo, & Diſertus. Dis uerò modo negationem denotat: ut Difficilis, Diffido. modo diuerſitatem, ut Diſsideo. modo diuiſionem, ut Diſſocio, Disiungo. Modo ſignificat ualde, ut Diſcrucior. Diſcurro, Diſrupio. Modo uarié, ſiue in diuerſas partes, ut Diſpono, Diſſemino. Quãdoq; male, ut Diſpereo, malè pereo. Componitur cum c, ut Diſcumbo: f, ut Diffundo, ubi ſ, mutatur in f, euphoniæ cauſa: p, ut Diſputo: q, ut Diſquiro: r, ut Diſrumpo: ſ, ut Diſsimulo: t, ut Diſturbo: i, conſonante, ut Diſiungo.

DIA, (δῖα) inſula eſt maris Aegæi, una Cycladum, diſtans à Delo XVII. M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias a uini fertilitate. Auctor Pli. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnen à Theſeo deſtitutã uxorem duxit: qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe uolunt. Ouid. in Triſt. Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis. Eſt item Dia Theſſaliæ urbs ab Acaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœa. Quarta inſula iuxta Scyllæum Peloponneſi promontorium, oppidum habens eiuſdem nominis. Quinta Luſitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa phaſim. Octaua, Cariæ. Nona, Bythiniæ iuxta Pontum. Auctor. Stephanus.

DIA, (δῖα) deæ nomen, quæ apud Sicionyos, & Phliaſios colebatur: quæ eadẽ fuiſſe creditur cum Hebe iuuentutis Dea. Vide Strabonem lib. 8.

DIABATHRA, æ, (διαβάθρα) genus ſolearum Græcarum, inquit Feſtus. Diabathrarius, qui ſoleas huiuſmodi conficiebat. Plau in Aulu. Propolæ, linteones, calceolarij, Sedentarij, ſutores, diabatharij, ſolearij, &c. Eſt etiã Diabathra Græcis ſchala nautica per quam in nauem conſcenditur.

DIABETÆ, (διαβῆται Steph.) inſulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum. quas recenſet Plin. lib. 5. cap. 31.

DIABETES, (διαβήτης) dictio eſt Græca, quam tranſitum transferre poſſumus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Vnde pro ſiphone accipitur, per quem aqua defluit. Col. lib. 4. cap. 10. de uite loquens: Naturali enim ſpiritu omne alimentum uitentis, quaſi quædam anima, per medullam trunci, quaſi per ſiphonem, quẽ Diabetem uocant mechanici, trahitur in ſummum. Accipitur etiam pro quodam renum morbo, maximam, & penè inextinguibilem inducens ſitim: unde & Dipſacon appellant: nonnulli etiam Fluorem urinæ, propterea quod ægri ſemper ſitientes, ſubindeq; bibentes, ſtatim etiam reddant quod biberint, à qualitate ſua non mutatum. Vide Galen de Locis affect. lib. 6.

DIABOLVS, (διάβολος) Latinè Calumniator dicitur, διαβολὴ calumnia, διαβάλλω criminor.

DIACHETON, ſpina eſt, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur: qui alio nomine Aſpalathus appellatur. Pli. lib. 24. c. 13. Eſt & Aſpalathus frutex humilior atque ſpinoſus in Hiſyro, & Rhodiorum inſulis, quẽ alij Eryſiſceptrum, alij Adipſathcon, ſiue Dipſacon, ſiue Diachetou uocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere Diaxylon, quæ nomẽclatura etiam à Dioſcoride huic frutici tribuitur.

DIACODION, (διακώδιον) medicamentum, quod ex capitibus papaueris fit. Pli. lib. 20. cap. 18.

DIACONVS, {*Miniſtro*.} (διάκονος) eſt miniſter, à διακονέω miniſtro: quo cognomine, Mercurius appellatus fuit, quem communem eſſe uoluerunt deorũ tum ſuperorum, tum inferorum miniſtrum.

DIACOPENE, es, (διακοπηνή) Cappadociæ regio ad Halym fluuium. Strabo lib. 12.

DIACTOR, (διάκτωρ, διάκτορος) quaſi internuntius, quod nomen datum eſt Mercurio, quem Deorum internuntium poetæ finxerunt.

DIADEMA, pen. pro. {*Diadema*.} (διάδημα) geſtamen capitis, regum inſigne: ἀπὸ τοῦ διαδεῖν. hoc eſt à circunligando. Erat enim faſcia quædã, qua caput circunligabatur. Cic. 2. Philip. Diadema oſtendis, gemitus toto foro. Pli. lib. 11. cap. 16. Regibus apum in fronte macula, quodam diademate candicãs. Hinc Diadematus, diademate ornatus. ut Diadematus Apollo. Pli. lib. 34. cap. 8.

DIADOCHOS, (διάδοχος) gemma beryllo ſimilis. Pli. lib. 37. capi. 10. Apud Athenienſes autem Diodochi dicebãtur οἱ πρυτανεῖαι, hoc eſt, quinquaginta uiri, quorũ conſilio de rebus publicis priuatisq; ſtatuebatur: ita dicti quaſi ſucceſſores, ad differẽtiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magiſtratus. διαδέχομαι, enim inter cætera ſignificat ſuccedo, & uices alterius excipio.

DIADVMENVS, (διαδούμενος) quaſi uittatus diadematusq;, quo nomine dictus eſt iuuenis quidam ſpecioſus, quem Polycletus ex ære expreſſit. Pli. lib. 34. cap. 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

DIÆRESIS, is, (διαίρεσις) apud Grammaticos figura eſt, qua una ſyllaba in duas diuiditur: ut apud Hora. Nunc mare, nunc ſyluæ, ubi dictio diſſyllaba Syluæ diuiditur in tres ſyllabas. Sic Aulai, Pictai, pro Aulę, Pictæ. Nomen autem habet Diæreſis, ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod eſt diuido: unde & Latinè Diuiſionem uocarè poſſumus.

DIÆTA, (δίαιτα, ὑπερῷον) cœnaculum, in quo æſtate cœnatur ad umbrã, hyeme ad ſolem. quod & Cœnatio dicitur, ſiue Cœnatiuncula. Pli. in Epiſto. Ex triclinio in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus. Dicta Diæta ἀπὸ τῶν διαιτῶν, hoc eſt, à conuiuijs, quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinã uocem eſſe exiſtimat, ita dictam, quod in ea per diem ederetur. Lampridius in Heliogabalo: zetam appellat, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea hilarius uiueretur. Plin. Iunior etiam zeteculam. Sumitur item Diæta, pro uictus ratione, & præſcripta uiuendi formula. Vnde διαιτῶμαι, uerbum Græcum, quod eſt certa uictus rõne utor: Et Diætetice, (διαιτητική) medicinæ pars, quæ uictus rõne medet. Apud Græcos ſumitur pro loco, quo arbitri ad iudicandum conueniunt: unde & διαιτάω, iudico ut arbiter.

DIÆTARII, (διαιτητικοί) uocantur miniſtri diætæ ſeruientes, quorum meminit Vlpianus de Fundo inſtructo. Diætarij fures, a Iureconſultis dicunt, ſi aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant, quos Vlpianus ſcribit plus quã fures eſſe puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus cædendos. Tit. de iniur. & famo. lib. 2. Sæcularij.

DIÆTETÆ, {*Arbitri*.} (διαιτηταί) Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τοῦ διαιτᾶν, quod eſt arbitri officio fungor.

DIAGLAVCION, genus collyrij, ex glaucio, herba temperatum Plin. lib. 27. cap. 10.

DIAGONIOS, (διαγώνιος) lineæ genus eſt, quàm Latini nonnulli Angularem uocauerunt, quod ab uno angulo ad alterum perducatur. Vitru. lib. 6. c. 3. Tertium, inquit, uti latitudo in quadrato paribus lateribus deſcribatur, inq; eo quadrato diagonij linea ducatur, & quantum ſpatij habebit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur.

DIAGORAS, (διαγόρας) nomen Philoſophi, qui ἄθεος cognominatus eſt, quod nullos deos eſſe putaret, myſteriaq; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis auerteret. Quare Ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt iis, qui eũ interfeciſſent. Suidas. Huius Diagoræ meminit Cic. lib. 1. de Nat. deo. Quid Diagoras, Atheos qui dictus eſt, poſtea q; Theodorus, nõ ne aperte deorũ naturam ſuſtulerunt? Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit Gel. lib. 3. cap. 15. his uerbis: Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum Pancratiaſten, tertium luctatorem, eosq; omnes uidit uincere, coronariq; eodem Olympiæ die: & cùm eum ibi tres adoleſcentes complexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur, cumq; populus gratulabũdus flores undiq; in eum iaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo in oculis atq; in manibus filiorũ animã efflauit Huius Diagorę meminit Cic li. 1. Tuſc. quæſt.

DIAGRAMMA, atis, (διάγραμμα) Græcis inſcriptionem uel titulum libri ſignificat. Item decretum, formulam, uel edictum, in ſcripturã, redactum. Item geometricam figuram, ſiue ea triangularis fuerit, ſiue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiuſmodi apud Euclidem demonſtrandi cauſa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam in loco a Plutarcho appellantur, quæ uulgò Prognoſtica uocantur. Eſt enim Diagrammata perſcriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri ſolitũ, ut ex cenſu tributa conferantur. Cic. in Ver. Scripturam uocat. In muſica item Diagramma uocatur, menſurarũ proportio notis quibuſdam deſcripta. Vitru. lib. 6. cap. 1. Vti in diagrammate muſico, medianę uocis habent ſonitum, &c. Reliqua uide in budei commentariis. Nam ad Latinum Dictionarium parum conducunt.

DIALECTICA, (διαλεκτική) ars diſſerendi, cuius finis eſt uerum à falſo diſcernere ita dicta ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, hoc eſt, a diſputando Cic. in Topic. Iudicandi enim uias diligenter perſecuti ſunt ea ſcientia quam Dialecticen appellant. Idẽ 4. Acad. Dialectica ueri & falſi quaſi diſceptatrix & iudex. Dialectica orum. plu. nu. gen. neu. Cic. Att. lib. 14. Accubans apud Veſtorium hominẽ remotum à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum. Dialecticé, (διαλεκτικῶς) aduerb. Ci. 1. Aca. Multa admixta ex intima philoſophia, multa dicta dialecticè, &c. Dialecticus, tici, ſubſtantiuum, (διαλεκτικός) qui tractat dialecticam. Ci. in Orat. Diſputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum ſit, Oratorum autem dicendi & orandi. Dialecticus, a, um, adiect. quod pertinet ad Dialecticum: ut, Dialecticæ captiones, apud Cice. 2. de Finib. Diſputationes dialecticæ, Quin. lib. 5. cap. 14.

DIALECTOS, (διάλεκτος) linguę alicuius proprietas, quod. ſ. unaquęque lingua peculiare habet, & à cæteris diſtinctum. Vnde quinq; dicimus eſſe Grgcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

DIALEVCON, (διάλευκον) croci ſatiui genus, in medio candidum: unde et nomen accepit. Pli. lib 21. cap. 6. Eſt & per ſe genus ſatiui, blandiſsimũ uulgò, cùm ſit medio candidum; Dialeucon uocant.

DIALIS, le, {*Di Gioue*.} (διάσιος, ὁ τοῦ διός) quod Iouis eſt, quẽ Δία uocãt, Græci. Vnde Flamen Dialis, Iouis miniſterio aſsignatus à Numa Pompilio, ut docet Liu lib. 1. ab urbe. Græci etiam τὸν Δία, pro aere ponebant, quo pacto nos etiam Iouis uocabulo utimur. Vnde fit adiectiuum Subdialis, (ὑπαίθριος) id ſignificans quod extra tectum eſt, aeri & cœlo expoſitum. Pli. li. 34. Illa ſuper terram ex dialibus petris Cæditus, hæc ex obrutis. Idem: Subdialia pauimenta Græci inuenere: id eſt, quæ permanent ſub dio. Dialem Conſulẽ (ἐφήμερον ὕπατον) dixit Cicero, pro Conſule unius diei, ludens nimirum in uoce ambigua, non ſecus ac ſi à die Dialis diceretur. Vnde celebratur illud ſcõma eius in Caninium. Olim Flamines, nunc Conſules diales ſunt. Huius compoſitum poteſt uideri Nouendialis: de quo uide infra ſuo loco.

DIALLAGE, (διαλλαγή) a noſtris transfertur conciliatio. Figura eſt, cùm plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quin. lib. 9.

DIALOGVS, gi, {*Dialogo*.} (διάλογος) ſermocinatio ſiue diſputatio, duorum uel plurium interrogationem mutuamq; reſponſionem continens, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt diſputare, ſiue ſermocinari. Quint. definit eſſe ſermonem ex interrogatione reſponſioneq; compoſitum, de ea re, quæ uel philoſophiam, uel reipu. partem attingat, diſceptans, cum appoſita uerborũ perſonarũq; expreſſione. Cic. de Cla. Ora. cũ diſputatio eſt inter eos, ut eſt conſuetudo dialogorũ.

Dialo-

DIALOGISMVS,(διαλογισμὸς)à Rufiniano refert inter ſchemata διανοίας, cùm ſ. quis ſecum rem aliquam uolutãs,tanquam cum altero colloquẽs, interrogat & reſpondet. Exemplum inſigne eſt illud in Eunucho Terentij, Quid igitur faciam? non eam,ne nunc quidem cum accerſor ultro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias. Excluſit,reuocat. redeam? non ſi me obſecret.

DIALVTENSES,pelagiæ,ex purpurarum genere ſunt,quæ uario ſoli genere paſcuntur. Auctor Pli.lib.9.cap.37.

DIALYTON,(διαλυτὸν)figura eſt,quę alio nomine Aſyndeton,ſiue Aſyntheton appellatur , qua plures dictiones,orationesve ſine copula iunguntur. Latinè diſſolutum dici poteſt. Tale eſt illud Verg.4. Aene...Ite, Ferte citi flãmas, date tela,impellite remos.

DIAMETER,pe.cor.(διάμετρος)eſt recta linea,figuram qua lõgiſſimè patet ex æquo ſecans ueluti diameter orbis eſt,linea quæ ſic à ſummo ad imũ tenditur circulum,ut per centrum eat,definitore Macrobio in Somnio Scipionis li.2. Sic in quadrangulo Diameter uocatur,linea à ſuperiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris ſiniſtri perducta,hoc differtit Euclidis definitio. Latini Dimetientem uocant.nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν,id eſt, à dimetiendo, dicitur. Col.lib.6. Eſt area rotunda,cuius diametros,habeat pedes ſeptuaginta.

DIANA,(ἄρτεμις)Iouis filia ex Latona,eodem cum Apolline partu edita. Eadem & Luna dicitur,ſiue quod noctu, una hoc eſt,ſola,& ſine fratre luceat: ſiue quod lumen à Sole accipiat,quaſi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta eſt: ſub quo nomine etiam templum in Palatio dedicatũ habuit. Hãc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando; Lucinam uerò,quod partum in lucẽ proferre putaretur. Verg.4. Eclo. Caſta faue Lucina,tuus iam regnat Apollo. Græci ἐλείθυιαν uocant. Alij Lucinam dictam putant,quod oculis & luci præſit: alij à luco, quẽ Romæ in Eſquilijs habebat. Eadẽ et Proſerpina(περσεφόνη)dicta eſt,et Dictynna: quarum appellationũ rationẽ uide ſuo loco. Apud inferos Hecate dicitur, uel quòd centum uictimis placetur,uel quod centũ annos errare faciat inſepultos. Dicta eſt & Pergea,(περγαία)à Perga Pamphyliæ oppido,in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cic.lib.ult.de Nat.deo. ſcribit: ſed illa nominatiſſima eſt,quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata eſt. Hęc ob uirginitatis amorem,fertur hominum conſortia fugiſſe,& ut à ſe libidinis prurit um amoueret,uenando ſyluas incoluiſſe, paucarum uirginũ comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram,ſuccincta ſemper incedens , & cothurno induta. Ob hanc cauſam ſyluarum & nemorũ dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis,à faſce lignorum,ubi eius ſimulacrũ abditũ erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege,ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiã delatũ eſt. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios.aliud item in Taurica regione,ubi carne tantum humana litabatur. De hac Lu.li.1. Et Tauroſcythicæ non mitior ara Dianæ. Dianam autem dictam putant,quaſi Iouianã,ἀπὸ τοῦ διὸς. fuit enim,(ut iam diximus)Iouis filia ex Latona.

DIANOEA,{*Mente,intelletto,*}(διάνοια)à noſtris dicitur mẽs,ſiue intellectus. Vnde Figuras dianœas uocant Rhetores quæ ſenſum magis,quàm uerba ſpectant. Quinti.lib.1. Figuras,quæ Lexeos,quęq; Dianœas,uocantur.

DIANIVM,(διάνιον) oppidum eſt Hiſpanię Tarraconenſis,in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat li.2.cap.6.

DIAPASMA,atis,(διάπασμα)inſpergimen ſiccis odoribus conſtans,ut ſcribit Pli.lib.13.cap.2. cuius præcipuus uſus eſt in coercendis ſudoribus, ut inareſcant corpora à balneo: quanquam non ob hoc ſolũ,uerùm etiam ad fouẽdũ, uel laxandam,aut ſtringendam aliquam corporis partem ſoleat adhiberi. Vide Marcellum Vergilium in Dioſcoridem li.1.c.21. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσειν,inſpergo. Mart. Quid? quod olet grauius miſtum diapaſmate uirus.

DIAPASON,(διὰ πασῶν,) muſicæ menſuræ genus, conſtans ex diapẽte, & diateſſaron,hoc eſt,ex quinq; tonis & duobus ſemitonijs minoribus. Qua de re uide Commen. Macrobij in Somnium Scipionis.

DIAPENTE,(διαπέντε)muſicæ menſuræ genus , tribus conſtans tonis,et hemitonio minore. Vide Macrobium in Somnium Scipionis.

DIAPHANES,(διαφανὴς)fluuius eſt Ciliciæ,ea in parte qua Syrię conterminus eſt: ita dictus ab aquæ perſpicuitate. Vide Pli.lib.5.cap.27.

DIAPHANVM,{*Traſparente,*}(διαφανὴς)pen.cor. Latinè dicitur tranſparens,ſicut & cryſtallum, ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν,quod eſt tranſlucere.

DIAPHONIA,(διαφωνία)diſſenſio,diſcordia. διαφωνέω, diſcordo , diſſono.

DIAPHORA,pen.cor.{*Differenza,*}(διαφορὰ)Latinè differentia: ἀπὸ τοῦ διαφέρειν,quod eſt differre.

DIAPHORETICA medicamenta , (διαφορητικὰ φάρμακα)à Latinis uocãtur diſcuſſoria,quæ.ſ.collectiones incipientes non ad pus, aut ad ſaniẽ perducunt,(quod Gręci uocãt(πεπαίνειν)ſed ſine ſuppuratione aliqua diſ{q}ciũt, & diſſoluunt. Id enim medici διαφορεῖν appellant.

DIAPHRAGMA,atis,(διάφραγμα)quamuis ex ui uocabuli omne illud ſignificet,quod in re aliqua medium eſt,(unde & cartilaginem illam,quæ nares dirimit,Græci(διάφραγμα appellant)peculiariter tamen medici hac uoce utũtur pro muſculo quodam rotundo,qui ſpiritalia uiſcera à naturalibus, hoc eſt, cor,& pulmones à iecore & liene,ueluti paries quidam interiectus,interſepit et dirimit. Huius autem muſculi ſummum caput in coſtarum extremis ſtatuitur, ubi multæ carnis eſt particeps. deſinit autem in medium, quod membranoſum eſt, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur , circunductũq; per notharũ coſtarum extrema,retro ad duodecimã ſpinæ uertebram adhæreſcit. Tunicas habet duas,ſuperiorem à mẽbranis coſtas ſuccingente,inferiorẽ uerò à peritonęo... Vſus eius eſt triplex: unũ & primũ eſt reſpirationis inſtrumentũ: deinde nõ leue ad alui exonerationẽ affert momentũ: poſtremò uitalia(uti iã diximus)à naturalibus ſeparat: unde & nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil eſt,quàm interſepire. Qua ratione & à Latinis Septum tranſuerſum appellatur. Corn.lib.4. At ſub corde atq; pulmone tranſuerſum ex ualida membrana ſeptum eſt. Idem in Procem. libri primi. Simulatq; uerò ferrum ad pręcordia acceſſit,& diſceſſum tranſuerſum ſeptũ eſt,quod mẽbrana quadã ſuperiores partes ab inferioribus diducit(διάφραγμα Græci uocant) hominẽ protinus animam amittere.

DIAPORESIS,pen.pro.{*Dubitanza,*}(διαπόρησις)Latinè dubitatio. Figura oratoria,quæ fit,quoties omnia & magna uidentur,& parua, ita ut orator neſciat,à quibus potiſſimum dicere incipiat. Teren.in Eun. Quid cõmemorẽ primũm,aut laudem maxime? illum,qui dedit mihi cõſilium,ut facerem, an me,qui auſus ſim incipere? an fortunã collaudem, quæ gubernatrix fuit?

DIAPSALMA,atis,(διάψαλμα)cõmutatio rhythmi,aut uiciſſitudo canẽdi,ut quidam uolunt. Alij pauſationem ſpiritus interpretantur, alij alterius ſenſus exordium,alij rhythmi diſtinctionem,alij uerò cuiuſdam muſicæ uarietatis ſilentium. Auctor Hieronymus in Epiſt.ad Marcellum.

DIARIVM,rij,{*Il uitto d'ogni giorno,uacchetta.*}à die fit,et ſignificat uictũ quotidianum.i.quod in unius diei cibum datur. Mar li.11. Sed Lupus uſurã, puerìq; diaria poſcunt. Accipitur & pro libello,in quo acta quotidiana perſcribuntur: Græci ἐφημερίδα appellant: Iuuenalis Diurna, plurali tantum numero. Legitur & Diarius,a,um,(ἐφήμερος): ut, Diaria febris, hoc eſt,febris unius diei: quamuis non rarò in quartum uſque diem producatur.

DIARRHOEA,(διάῤῥοια)eſt profluuium uentris ſine inflammatione , aut exulceratione. Cic.Gallo. In cœna augurali apud Lentulum tãta me Diarrhœa arripuit,ut hodie primum uideatur cœpiſſe conſiſtere.

DIARRHYTON,(διάῤῥυτον)Gręcis ſignificat aquoſum,paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanę oppidũ,ab Hippone regio(qđ oppidum eſt Numidiæ)diſtinxerunt: quos et Romani imitati Hipponem dilutum uocauerunt. Auctor Pli.li.5.cap.4.

DIAS,Sophiſta Epheſius Philippi Macedonis tempore, commemoratur à Philoſtrato.

DIAS,adis,(διὰς)Lyciæ oppidum , à Diade quodam conditum: à quo et nomen accepit. Auctor Steph.

DIASATYRION,(διασατύριον)compoſitio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quod Satyrion herbam recipiat,excitando Veneris appetitus in primis efficacem.

DIASTEMA,atis,{*Interuallo,*}(διάστημα)à Græcis dicitur pro ſpatio,intercapedine,ſeu interuallo. Vtitur hac uoce Sidonius Apollinaris : qui tamen in hoc falſus eſt,quod penultimam ſyllabam corripuerit, quę apud Græcos per η,longam uocalem ſcribitur. Sic(inquit) placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum.

DIASTOLE,(διαστολὴ)figura eſt dictionis,qua breuis ſyllaba contra naturam producitur: ut Italiam fato profugus. ubi prima ſyllaba in dictione Italiã, quæ natura breuis eſt,extenditur. Diaſtole item apud medicos uocat dilatatio thoracis , quæ fit cùm ſpiritum attrahimus: quemadmodum & ſyſtole ab ijſdem uocatur illa cordis thoracisq; contractio, quæ fit inter expirandum.

DIASYRMOS,(διασυρμὸς)figura eſt,qua una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Ver.9 Eclog. Inter ſtrepere anſer olores. id eſt,malus poeta inter bonos. Fit à uerbo Græco διασύρω,quod inter cętera ſignificat diſtraho.

DIATESSARON,(διὰ τεσσάρων)auctor Macrob. Muſicæ menſura eſt, conſtans ex duobus tonis & ſemitonio minore.

DIATHECA,cæ,{*Teſtamento,heredità che per uien per teſtamento,*}(διαθήκη)& Diathecа,orum,pro teſtamento ponitur & pro hæreditate,quæ teſtamẽto obuenit. Cum autem teſtamentum ſignificat,pluraliter plerunque effertur. Mart.li.11. O quantum diatheca ualent,& quinq; comati, Tunc cùm pauper erat,non ſitiebat Aper.

DIATRETVM,(διάτρητον)poculi genus eſt tornatile : unde & nomen habet. διατρέω enim aut perforo ſignificat, aut torno conficio. Vlp.l. Si ſeruus.ad l. Aqui. Si calicem diatretum faciendum dediſti,ſi quidem imperitia fregit, dãni iniuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone , & Salluſtio ferè Toreumata uocantur.

DIATHESIS,pen.cor.(διάθεσις)affectus, & unum ex accidentibus uerbi, quod Latini Genus uocant.

DIAVLOS,(δίαυλος)ſpatium duorum ſtadiorum. Stadium enim(ut Hieronymo placet)pedes in longitudinem ſexcentos habet: Diaulos: mille ductos Miliarum,ſtadia octo: Dolichus(δόλιχος)ſtadia duodecim: Vitruu.lib.5. in palęſtris,peryſtilia quadrata,ſiue oblonga ita ſunt faciẽda, uti duorũ ſtadiorum habeant ambulationis circuitum,quam Græci uocant δίαυλον. Itẽ Diaulus uir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Marti. Chirurgus fuerat,nunc eſt ueſpillo Diaulus.

DIBAPHA,ſiue. Dibaphos,{*Porpora tinta due fiate,*}(δίβαφα,ἢ δίβαφος) purpura Tyria bis tincta: ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι. Pli. lib.9.cap.39. Hinc ſucceſſit dibapha Tyria,quæ in libras denarijs mille nõ poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta uſus improbabatur ,anno urbis conditæ ſeptingenteſimo,Cicerone Conſule. Cic. Cælio: Curtius noſter δίβαφον cogitat: ſed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretij hominem,qui immaturè aſpirabat ad magiſtratum.

DIBVTADES,Sicyonius,teſte Pli.lib.37.ca.2. primus Corinthi figulus fuit qui ex creta uaſa cœpit conficere,& extremis imbricibus tegularum perſonas imponere.

DICA,(δίκη)cauſa,uel libellus actionem continens. Teren.in Phor. Eu unquã iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? Cic.4. Ver. Scribitur Heraclio dica , hoc eſt, Ecquando audiſti me iniuriarum nomine in iudicium fuiſſe uocatum? δίκην λαχεῖν. Δίκην Græci deam eſſe finxerunt iudiciorum præſidem,eamq; uirginẽ & Iouis filiam:(qualem etiam Latini fingunt Iuſtitiam) eiusq; miniſtri δικασταὶ dicebantur,hoc eſt,iudices & litium diremptores. Budæus.

DICACITAS,{*Chiacchiere,*}(φιλολοιδορία)eſt ſermo cum riſu alios inceſſens, inquit Quin.lib.6.cap.4. Cice.in Ora. Huic generi orationes aſpergentur etiam ſales,qui in dicendo mirum quantum ualent: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum,alterum dicacitatis.

DICACVLVS,(σκωπτόλης Ariſtoph. & εὐτράπελος)& Dicacula, diminutiua ſunt. Plau.in Aſin. Satis dicacula es amatrix.

DICÆA,(δίκαια)urbs Macedoniæ in Thermaico ſinu, à Dicæo Neptuni filio. Auctor Pli.li.4.cap.10.

DICÆARCHIA,(δικαιαρχία)urbs olim celeberrima in ora Lucanię, quę nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur. Nam Gręci δι-

uerò iuſtum uocant, ἀρχὴν principatum: Sunt qui Dicarchiam uocent hãc urbem per quatuor ſyllabas. Vnde poſſeſſiuum Dicarcheus apud Sidoniū Apollinarem legitur. Nanq; Dicarcheæ tranſlatus puluis arenæ. Loquitur de puluere Puteolano, qui in aſpergendis Palæſtritarum corporibus primam laudem habebat.

DICÆARCHVS, (Δικαίαρχος) Philoſophus fuit Siculus, ex Meſſana ciuitate, Ariſtotelis auditor, Philoſophus, Orator & Geometra. ſcripſit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenesq; auditum conuenire. Hinc opinatus eſt hominū exordiū nullum extitiſſe, tanquã ſemper fuerit humanū genus. Compoſuit tres libros, in quibus ſcribit animam nihil aliud eſſe, quàm uim quandam atq; potentiam æquabiliter fuſam, tam in corporibus brutorum quàm hominū, camq; à corpore credebat eſſe inſeparabilem, & unà cum corpore interire. Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Ariſtarchi auditor. Suid.

DICÆOGENES, (Δικαιογένης) poeta, ſcripſit Tragœdias & Dythyrambos. Auctor Suidas.

DICÆOLOGIA, (Δικαιολογία) iuris ſui in mediū prolatio, cùm ſ. iure noſtro freti, æquitatem cauſæ, quàm breuiſſime complectimur. Rut. Lup.

DICAX. {*Dicace, maldicente.*} (φιλοσκώμμων) qui malignis ſalibus maledicit. Quint. lib. 6. ca. 4. Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant.

DICHOREVS, pedis genus eſt. (Διχόρειος) ex duobus cõſtans trocheis: ut Audiamus: cum ſcilicet prima & tertia ſyllabæ producuntur, ſecunda autem & quarta corripiuntur.

DICHOTOMOS, {*Partito in due parti.*} (Διχότομος) apud nos idem eſt quod dimidiatus, ſiue per medium ſectus: qualis ſeptimo quoq; die poſt plenū orbem luna uidetur.

DICO, as, prima cor. {*Dedicare, conſecrare.*} (ἀνατίθημι, ἀφιερόω) idem quod conſecro, dedico, numini offero. Cic. 1. Tuſc. Dicati Apollini cygni. Accipitur etiam pro addicere, offerre, & ſe totum alicui tradere. Cice. Cæl. lib. 2. Balbum quanti faciam, quamq; me et totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Idem. 3. de Orato. Non uidit eorum ipſorum, qui tum adoleſcentes Craſſo ſe dicarant, horribiles miſerosq; caſus. Dicare ſe in aliquam ciuitatem, & Dicare ſe ciuitati, Cic. pro Corn. Balb. Dicatio, onis. Cic. pro Corn. Balbo: Duarum ciuitatum ciuis eſſe noſtro iure ciuili nemo põt. Non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alij ciuitati dicarit, poteſt. Neq; ſolùm dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio. Huius uerbi compoſita ſunt, Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quę habent pen. correptam.

DICO, is, pen. prod. dixi, dictum, {*Dire, parlare.*} (λέγω) loquor, eloquor. Cice. pro Quintio: Quid hoc iniquius dici aut cõmemorari poteſt. Apud Oratores uerò loqui eſt, qualiacunque uerba proferre: Dicere uerò eleganter & facunde. Quin. lib. 10. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, niſi qui diſpoſitè, ornate, copioſè dicit. Cic. in Ora. Quanquam aliud uidetur oratio eſſe aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere, attamen utrunq; in diſſerendo eſt: diſputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum ſit: Oratorum autem dicendi, & orandi.

Hinc Dictum, (λόγος, φράσις,) uocatur oratoria, & facunda oratio, licet etiã pro parte minima orationis ſignificatiua accipiatur, quam Græci (λέξιν) appellant. Dicere etiam uocare, nominare eſt. Verg. 1. Aen. Eſt locus, Heſperiã Graij cognomine dicunt. Quandoque indicare. Ver. 3. Eclog. Dic mihi Damoeta, cuium pecus? an Meliboei? Quandoque denuntiare. προαγγέλλειν. Tere. in And. Sed dico, ne temere facias. Quandoque promittere. ἐπαγγέλλομαι. Põpo. in Piſtoribus: Numos certos dico quinquaginta millia. Sallu. li. 2. Hiſt. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio ueris cū exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas cogit. Quandoque pro affirmare. Mar. in Amph. Cùm uerus patriæ diceris eſſe pater. Quandoque dicare. Verg. 6. Aen. Iunoni infernæ dictus ſacer. Quandoque pro ſignificare. Teren. in Eun. At neſciebam id dicere illam. Quandoque accipitur pro cantare. Verg. 3. Eclog. Alternis dicetis, amant alterna Camoenæ. Quandoque pro pronuntiare. Hinc Dicere ſententiam, (ἀποφαίνεσθαι) cum tanquam conſiliarij, quid nobis uidetur pronuntiamus. Quin. Apud iudices quidem ſecundū legẽ dicturos ſententiam de confeſſis præcipuè ridiculum eſt. Dicere leges, (ἐπιτάττειν νόμους) quod aliud eſt, quàm Ferre leges. Feruntur enim leges apud ſuos, Dicuntur autem uictis, hoc eſt, imperantur. Liu. Quãdoque perinde ac uicto iam ſibi leges dicerent. Dicere diem (ἐπαγγέλλειν δίκην) eſt citare, uel in ius uocare, & diem præfigere, quò ad cauſam dicendam præſto ſit. Liu. 3. ab urbe. Cùm diem Appio Virginius dixiſſet. Appius ſtipatus patritijs iuuenibus in forum deſcendit. Interdum etiam extra iudicium Dicere diem, eſt certũ diẽ præfigere, conſtituere, ſiue aſſignare. Teren. And. Hic nuptijs dictus eſt dies. Dixti, per ſyncopem pro dixiſti. Teren. Eunu. Dixti eunuchum uelle te. Dicere cauſam, dicitur reus, cùm accuſationibus reſpondere cogitur. Liu. de Bel. Mace. Scipio iuſſus dicere cauſam. Dicere dotem filio, uel filiæ, eſt promittere in dotem. Teren. Heaut. Quid dotis dicam te dixiſſe filio? Dicere cœnam. Pla. Stic. Fero conuiuam Dionyſium mihiq; Et tibi nanque Aedepol cœna dicta eſt, locus liber datus eſt mihi. & Tibi apud uos. Ius dicere, eſt magiſtratuū. Cic. de Prouin. Conſul. Emiſti grandi pecunia, ut tibi de pecunijs creditis ius in liberos populos, contra Senatuſconſultum, & contra legem generi tui, diceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ ius dixerat. Dicere magiſtrū equitum, pro creare. Liu. 5. ab urb. Is ſibi magiſtrum equitū Poſthumium Ebutium dicit. Dicere multam, antiqui tum dicebant, cùm ad populum & in comitijs multa diſceptãda irrogabatur, quod ipſi, Certare multa, dicebant. Liu. 2. Bel. Pun lib. 5. Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Caruilij cùm rẽ inuiſam, infamemq; cernerent, ducẽtum millium æris multam M. Poſthumio dixerunt: cuius certandæ cùm dies aduentiſſet, &c. Dicere multationẽ, ſiue multam pecoris. Pli. lib. 18. cap. 3. Multatio quoq; non niſi ouium boumq; impendiò dicebatur. Varro: Sed cùm eiuſmodi multa pecoris armentiq; à magiſtratibus dicta erat, abigebantur oues bouesq;. Dicere Muſam alicuius. Verg. Eclog. 8. Damonis Muſam dicemus & Alpheſiboei. Dicere nomen alicui, pro imponere. Liu. 1. ab urb. Breui ſtirps quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parentes dixere nomen. Dicere repudium. Tacitus li. 3. Quirinus poſt dictum repudium adhuc infenſus, quamuis infami, ac nocenti miſerationem addiderat. Dicere ſacramento, dicebantur milites, cum ad iuſiurandū adigebantur, Rempublicam ſe non deſerturos. Liu. 2. Bel. Pun. lib. 5. Tribuni plebis, ſi eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem et ſeptẽ annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi uiginti annorū: aut maiores milites facti eſſent. Dicere ſacramentum Liu. 4. Bel Pun. Hodie Cõſules Cretis, quibus ſacramenta liberi noſtri dicant. Hora. 2. Carm. Ode. 17. Non ego perfidum Dixi ſacramentum. Dicere de ſcripto. Cic. pro Plan. Reciteturq; oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. Dicere ſententiam, quis dicitur, cum iudicium ſuum ea de re explicat. Cic. 6. Verrina. Mos eſt Syracuſis, ut ſi qua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur. Cælius Ciceroni: Conſulẽ deſignatum primū ſententiam, dicentem. Dicere pro ſententia, idem quod dicere ſententiam: ſicut, Dicere teſtimonium, & pro teſtimonio. Liu. 2. Bel. Mace. Et quandu nemo ueſtrum, qui in hoc concilium conuocati eſtis, pro ſentẽtia quicquam dicere uult, aut audet, orationes Legatorū heſterno die pro ſententijs dictas perſenſeamus. Dicere ex tempore. Pli. Epiſt. 27. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquã diu ſcripſerit. Quin. lib. 6. cap. 3. Dicere teſtimonium, & teſtimonia, eſt, teſtificari et probare. Ci. ad Q. frat. lib. 3. Cum teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dixiſſem. Idem pro Sylla: Qui in illum teſtimonia grauia dixerit.

Dicere pro teſtimonio, quod nunc dicimus Deponere, inquit Budæus. Ci. 7. Verr. Dicet is pro teſtimonio de miſſione nautarum, de fame, &c. Dicere ad uoluntatem alicuius, eſt aſſentari, adulari. Cic. de Ami. Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius uoluntate dicitur, uult eſſe magnum. Dicitur. Cic. 3. de Nat. Deo. Quartus is, quem heroicis temporibus Acãtho Rhodi peperiſſe dicitur.

Vt dicitur. Cic. 3. de Ora. Quamuis ſphæram in ſcenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. Diceret: pro, dicere poſſet. Teren. And. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ: diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccaui pater? Dicere uolui: correctionis genus eſt, cū quis in loquendo falſus eſt, ac uerbum unum pro altero protulit. Plau. Mil. Sorbet dormiens PA. Quid ſorbet? V. illud, ſtertit uolui dicere. Dicaſſis, pro dicas. Dice, pro dic. apud Comicos frequentia. Plau. Cur. Haud in me malè me dictantem malè dicaſſis. Idem Rud. Tu ſi quid opus eſt, dice. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Addico, Condico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, prædico, quæ habent penultimam prod.

DICROTVM, pen. cor. (Δίκροτον) Latinè dicitur Biremis, quæ duobus tantum remorū ordinibus regitur, a prora ſ. & à puppi. Iulius Pollux lib. 1. Dicrota ſunt naues, quæ duobus gubernaculis pariter in prora reguntur & puppi. Cic. Att. lib. 5. Ἄφρακτα Rhodiorum, et dicrotum Mitylenæorum habebã, & aliquid cataſcopion. Dicroton item medici uocant pulſus quoddam genus in arterijs, a geminato percuſſu. Gal in tractatu de Pulſibus.

DICTAMEN quod dictatur, pro quo & Dictationem dicimus, à quo Dictatiuncula diminutiuum. Hieronymus: Auctores ſunt huius dictatiunculæ meæ ſancti presbyteri, Riparius & Deſiderius.

DICTAMNVM, ſiue Dictamus, (Δίκταμνος Dioſcoridi) herba eſt in Creta præcipuè naſcens acris, læuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus folijs, quæ tomẽto quodã ſpiſſoq; lanugine pubeſcunt. Florem nullum aut ſemen profert. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, huius herbæ paſtu eas excutere. Verg. 12. Aen. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem folijs, & flore comantem Purpureo: nõ illa feris, incognita capris Gramina, cum tergo uolucres hæſere ſagittæ.

DICTATOR, (Δικτάτωρ, αὐτοκράτωρ, ἀρχή, τῶν λυόντων) apud Romanos erat, cui periculoſiſſimo Reipub. tempore ſumma poteſtas permittebatur, quam Dictaturam uocabant. Ita dictus ſiue à dictando iure, ſiue quod à Conſule diceretur, cuius dicto audientes omnes eſſent. Creabatur enim uiua uoce, non per ſuffragia, & durabat per ſex menſes. Et quia ſumma poteſtas erat Dictatoris in populum, is quoq; Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varro. Cic. 3. de Fin. Rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla. Erat autẽ extraordinarius magiſtratus habẽs ius animaduertẽdi in cuiuſcunq; ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari ſolebat, quã cum uis aliqua maior repente oborta ingentẽ urbi cladẽ minitari uidebatur. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat, à quibus dictandis quidam Dictatorẽ appellatum uoluerunt. Dicebatur autẽ dictator à Conſule, qui deinde Magiſtrum equitum dicebat Liu. lib. 9. ab urbe: Fabius L. Papyrium Dictatorem, dixit. Iuuen. Sat. 8. Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros. Dictatrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit, & imperat. Plau. Perſa: Tu hic eris dictatrix nobis. Dictatorius, a, um, quod ad Dictatorẽ pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris Liu. 6. ab urb. Poſtremò Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluẽ. Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. Liu. 1. Dec. lib. 7.

DICTATVRA, (Δικτατωρία ἀρχή. Plut. τὸ ἐχεμυθίας, ὑπὸ τῆς ἀρχῆς) ipſa Dictatoris dignitas Liu. Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit: Nã a Dictatoribus non erat ius prouocãdi, quibus etiam animaduerſio capitis data eſt. Dictaturam gerere. Cic. 2. Offi. Quòd is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet.

DICTE, (Δίκτη) teſte Ptolemæo li. 3. mons eſt Cretę, ſic dictus a Dicte Nympha, quæ in eo colebatur. unde Dictæus, (Δικταῖος) cū æ, diphtongo, Cretenſis. Verg. 4. Geor. Dictæo Coeli regem pauere ſub antro.

DICTERIA, orum. {*Motti che pungono.*} (σκώμματα) dicta ſalſa & acuta, & quodam quaſi aculeo pungentia. Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

DICTIO, {*Voce.*} (λέξις) pars minima orationis ſignificatiua, ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſoluitur. Aliquando ponitur pro enuntiatione. Cic. 2. de Inuen. Aliud enim laus, aliud uituperatio, aliud ſententię dictio, aliud accuſatio aut recuſatio cõficere debet. Item pro facunda et oratoris oratione. φράσις. Cic. li. 2. Tuſc. Itaq; cū ante meridiem dictioni operam dediſſemus. Idẽ de Cla. Orat. Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quã caſtellanos triumphos duos. Dictio pro oraculo. Liu. 8. ab urb. Accito ab Tarẽtinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari.

DICTITO, as, pen. cor. à Dicto, ſecundum a Dico frequentatiuum, paſſim, & frequenter dico. Cic. 3. Verr. Vt hoc iam palam dictitent. Idem ad Lentulum:

Quem poſt reditum dictitant fracto animo & demiſſo fuiſſe. Idem 3. Offi. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle.

DICTO, as, {*Dettare*} (ὑπαγορεύω, ὑπαγορεύω) frequentatiuum à uerbo dico: quod tamen a primitiui ſignificatione nonnihil recedit. Eſt enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, ut calamo excipi poſſit. Vnde dictata dicuntur ueluti themata atque præſcripta, quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. Cicer. ad Att. 13. Non modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem audere ſcribere. Horat. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro. Nec in literis tantum, ſed in alijs quoque artibus dictata dicuntur. Iuuen. Peragit dictata magiſtri Omnia. Sueto in Cæſ. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq́; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaq́; ſignificantur. Dictata autem dicuntur huiuſmodi themata, quoniam quæ docemus, ſæpe inculcamus, ut penitus cacipiantur & ediſcantur. Accipitur etiam Dictare, pro ſuggerere: ut Ratio dictat, hoc eſt ſuggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. Boethius: Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda Camœnæ. Camœnæ enim littus, ac ſolitudo tacite ſuggerunt nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotauit Valla in Raudenſem. Dictare, pro edicere, ſeu polliceri. Quint. lib. 11. cap. ult. Aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare uideantur.

DICTVM, {*Detto*} (ῥῆμα, ἀπόφθεγμα) & nomẽ eſſe poteſt, & participium, εἰρημένον. Terentius utrunq; complexus eſt, cum dicit: Nullum eſt iam dictum, qđ non dictum ſit prius. nam prius eſt nomen, ſecundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis ſermone. Ouid. 13. Metamorp. Neque abeſt facundis gratia dictis. Vernile dictum, hoc eſt, ſcurrile, & procax. Taci. lib. 18. Vernile dictum omnem inuidiam in eum uertit. Dicto audiens, hoc eſt, obediens. Cic. 6. Verr. Quæſiui an amiſiſſet: reſpondit id, quod neceſſe erat. ſ. dicto audientem fuiſſe Prætori. Dictis aliquem aggredi. Verg. 4. Aene. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Et quamuis Dicta generaliter de quouis ſermone dicantur, apud ueteres tamen pro facetijs, & iocis. (σκώμματα) poni ſolent. Cic. li. 2. ad Att. Itaque noſtri, cum omnia diſſemina dicta. eſſentq́; facete & breuiter et accurate iocati, ea proprio nomine appellari Dicta uoluerunt. Terent. in Eunuch. Facetè, lepidè, lautè, nihil ſupra: Tuum obſecro ne hoc dictũ erat? Vbi Donatus Dictum id, quod prouerbium, ſiue adagium, quod facetis hominibus adſcribitur.

DICTVRIO, is, pen. co. (λεξείω) dicere cupio, ſiue dicere molior. Macr. Sed perge Auiene, ne ultra te dicturientem retardem.

DICTYNNA, pen. prod. (Δίκτυννα) cognomen eſt Dianæ. Scribit Diodorus lib. 5. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta conſuetudine Dianæ familiariſſimè uſam eſſe, quæ res cauſam præbuit, ut quidam Dictynnam, Dianamq́; eandem eſſe exiſtimarent. Callimachus ait, Dictynnam à retibus piſcatorijs (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens euaſerit uiolentiam Minois regis, eam libidinis cauſa inſequentis. Alij à retibus uenatorijs ita dictam uolunt, quorum uſum prima traditur inueniſſe. Vide ea, quæ ſuprà annotauimus in dictione Britomartys.

DICTYNNEVM, (Δικτυνναῖον) Dictynnæ templum, in monte Cretæ, cui nomen eſt Tityrus: cuius meminit Strabo lib. 10.

DICTYOTA, (δικτυωτά) opera, quæ noſtri reticulata uocant, ita dicta, quod in hoc ædificij genere teſſellæ macularum, quæ in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant. δίκτυον enim Græci uocant retia. Pl. lib. 36 ca. 22. Dictyoton uocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſimè Romæ ſtruunt rimis opportunam. Vbi tamen in uulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

DICTYS, (Δίκτυς) unus ex Centauris fuit Pirithoi manu interfectus, ut eſt uidere apud Ouidium libr. 12. Metamorp. Fuit etiam hoc nomine hiſtoricus Cretenſis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianã profectus, totum illud bellum Phœnicum lingua conſcripſit. Fuit et Dictys piſcator quidam, qui Perſeum educauit, de quo Stat. libro 2. Fluctiuagus uolucrem comebat Perſea Dictys.

DIDASCALIA, {*Dottrina*} (διδασκαλία) Latine doctrina, ſiue eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod eſt docere, ſiue inſtituere. Cælius Ciceroni, lib. 8. Genere tamen, quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut uerſetur inter manus habeat.

DIDASCALVS, {*Maeſtro*} (διδάσκαλος) nobis præceptorem ſonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, hoc eſt, à docendo.

DIDIA LEX, à latore Didio nominata, à Macrob. lib. 3. cap. 17. Inter leges ſumptuarias numeratur, quæ poſt Fanniam legem duodeuiginti annos ſecuta eſt, cuius ferendę duplex ratio fuit. Prima, ut non ſola ciuitas Romana, ſed uniuerſa Italia lege ſumptuaria teneretur. Secunda, ut nõ modo, qui conuiuia maiore ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad ea uocati eſſent, atque omnino interfuiſſent, pœna legis tenerentur.

DIDO, us, (Διδώ) filia fuit Beli, Tyriorum regis, quæ primis nuptijs Sichæo Herculis ſacerdoti iuncta fuit, quem cũ Pygmalion Eliſæ frater, theſauris eius inhians, ante aram obtruncaſſet, illa in ſomnis monita, cum ijs, quibus Pygmalionem inuiſum eſſe ſciebat, effoſſis clam theſauris, nauim conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata eſt, delata, tantum ſibi ſoli emit, quantũ Taurino corio poſſet circundare. Quo in loco, cum coriũ in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, locumq́; ſatis amplum complexa eſſet, urbem condidit, quã Carthaginem appellauit, arcemq́; in medio urbis, quam à corio bubulo Byrſam uocauit. Deinde cum Iarbas Getuliæ rex nuptias eius ambiret, recuſantemq́; ut ar mis q; cogeret, ſibi ipſi manus intulit, præferens nimirum honeſta morte occumbere, quàm prioris lecti iura, ſecundis nuptijs polluere. Verg. lib. 1. & 4. Aene. Fabulatur Aeneam, capta Troia à patria Profugum, in tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatũ, Eliſamq́; amore eius captam, cum præter ſpem deſereretur, mortem ſibi conſciuiſſe. Quæ tamen res grauiſſimorum Hiſtoricorum fide facile refellitur, qui Carthaginem tradunt ſeptuageſimo demum anno poſt Romã conditam, ab Eliſa condi cœpiſſe. Ab Aeneæ uerò in Italiam aduentu uſq; ad urbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti quibus Albæ regnatum eſt. Hac de re extat elegans apud Auſonium Epigramma, quo illa ſe ab impudicitiæ nota uindicat, monẽs lectorem, ut de moribus ſuis incorruptis potius Hiſtoricorum monumentis, quam Poetarum fabulis, fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Eliſa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum geſtarum magnitudine, quaſi uirago.

DIDO, didis, dididi, diditum, {*Diſtribuire, diuidere*} (διαμερίζομαι) diſtribuere ſignificat, & digerere: dictumq́; uidetur Dido, quaſi diuido, ablata media ſyllaba. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Albutii ſenis exemplo dum munia didit. i. diuidit. Frequenter accipitur pro diuulgo, ſiue diſpergo. Verg. 7. Aen. Dividitur hic ſubito Troiana per agmina rumor. Idem, 8. Aen. Cognatiq; patres, tua, terris didita fama. Eſt autem hoc uerbum Lucretio in primis familiare.

DIDORON, pe. pr. {*Di due palmi*} (δίδωρον) quod eſt duorum palmorum: unde lateris quoddam genus ſeſquipedali longitudine. Plin. Didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum maiorum, quorum ſinguli ualent palmos minores tres. hoc eſt, digitos duodecim. Verba Plinij ſunt hæc ex libr. 35. cap. 14. Genera laterum tria, Didoron, quo utimur, longum ſeſquipede, latũ pede: Alterum Tetradoron. Tertium Pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum uocabant: & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout ſunt, nominantur. Hæc ille.

DIDRACMVM, (δίδραχμον) numus eſt duas drachmas continens. Bud.

DIDVCO, is pe. pro. {*Dipartire, guidare in diuerſe parti*} (διαιρέω, διολκεῖν, διάγω) in diuerſas partes, et diuerſa loca duco, diſtraho, dirimo. Cæſ. 6. Bel. Gal. Dimittendæ plures manus, diducendiq́; erãt milites. Colum. lib. 6. de bobus domandis: Poſt hæc diductis malis educito linguam. Idem libr. 6. Validam uitem in ramos diducere cenſeo. Perſius: Cumq́; iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error, Diducit trepidas ramoſa in compita mentes. Verg. li. 1. Geor. Quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Proper. Non ego complexus potui diducere ueſtros.

DIDYMAON, (Διδυμάων) inſignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Vergi. lib. 5. Aenei. Et clypeum efferri iuſſit, Didymaonis artes, Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

DIDYME, es, pen. co. (Διδύμη) inſula in mari Siculo, una ex Aeolijs. Pomp. Mela lib. 2.

DIDYMÆVS, (Διδυμαῖος) Apollo dictus eſt, quod geminam ſpeciem ſui numinis præferat. Ea uno enim fonte lucis gemino ſidere ſpatia diei et noctis illuſtrat: interdiu per ſeipſum lumen præbens, noctu uerò Lunam illuminãs. Vnde & Romani (ut inquit Macrob.) Solem Didymæi Apollinis appellatione uenerantur. Dictum eſt & Didymęum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Brancidarum (ut auctor eſt Plin.) appellatum eſt. De quo templo ſic ſcribit Strabo libro 4. Poſt Poſideum Mileſium eſt oraculum Apollini Didymæo ſacrum apud Brancidas, ad decem & octo ſtadia aſcẽdenti, id a Xerxe incenſum eſt, quemadmodum cætera templa omnia, Epheſio excepto. Poſtea Mileſij templum conſtruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, uarijs antiquarum artium donis ſumptuoſiſſimè honoratum.

DIDYMVS, (Δίδυμος) Latine geminus dicitur. Quo nomine uir Alexandrinus dictus eſt, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamẽ literas optimè callebat, & inter eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit, cumq́; propter cæcitatem etiam elementorum ignarus eſſet, Geometriam tamen, quæ uel maximè uiſu indiget, perfectiſſimè tenuit. Auctor Hieronymus. Fuit & alter Didymus Alexandrinus ſalſamẽtarij filius, quo nemo (ut Quintilianus inquit) plura ſcripſit. Grammaticus fuit, & ad Auguſti tempora peruenit, ob aſſiduam circa libros moram, χαλκέντερος appellatus. nam ad tria millia librorum et quingentos ſcripſiſſe dicitur. Fuit & alius grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. Alius poeta, qui Georgica ſcripſit. Alius Philoſophus Academicus.

DIECVLA, {*Picciol ſpatio di tempo*} (ἡμερίδιον) diminutiuum à die, ge. fœ. quod fere pro exigua temporis mora accipitur. Teren. in And. Non ſatis habes, quod dieculam addo? id eſt aliquam temporis dilationem.

DIEQVARTI, & Diequartè, pro die quarto. Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepriſtini uel priſtinè, pro die priſtino, quod nos conuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Diecraſtini, pro die craſtino, & alia multa. Videntur autem ueteres differentiam feciſſe inter Diequarto, & diequartè. ut illud pro prę terito ſit, quod nos Nudiuſquartus dicimus: hoc de futuro. Vide Macrobium Saturn. lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbijs accipiuntur.

DIERECTI, teſte Nonio, à die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad diem erecti. Feſtus ſcribit directum per antiphraſim dici apud ueteres, uolẽtes ſignificare malum diem. unde Directa aduerbialiter dicimus. Plau. Quin tu i directa cum ſuccula & cum porculis. Dierectà, (inquit) quaſi in malam diem.

DIES, {*Di, giorno*} (ἡμέρα) tam maſc. quàm fœmin. generis eſt in numero ſingulari, plurali uero tantum maſculinum. Illud tamen intereſt, ꝙ dies in fœm. genere denotat tempus indeterminatum: & ideo diminutiuum eius eſt Diecula, quod ſignificat breue tempus & moram. Dies uero cum tẽpus ſignificat uigintiquatuor horarum, uel etiam ſpatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentem, generis maſculini eſt. Nam illud tempus eſt determinatum. Sic Diem heſternum, & Diem hodiernum, potius dicimus, quam Heſternam, uel Hodiernam. Contrà pro tempore incerto dicimus Longa dies, pro longo tempore, non autẽ Longius dies. Iuu. Longa dies igitur quid contulit? id eſt, longum tempus. Ver. 11. Aeneid. Multa dies, uariusq́; labor mutabilis æui Retulit in melius. Iureconſulti item Bima, Trima, Quadrima die, uſurpant pro tempore biennij, triennij, quadriennij. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Verg. 2. Aene. Iamq; dies infanda aderat. Cicero ad Quint. Fratr. In qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis, quàm in Cæſaris. Plin. libro 13. cap. 24. Mirum quod eadem die geminat, qua iniectum eſt. Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (ut Macrob libro 1. cap. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur Mediæ noctis inclinatio, Deinde Gallicinium, ſiue Gallicantus, (ἀλεκτρυοφωνία) quod tum galli cantẽt. Inde Conticinium, (ἀμφιλύκη τοῦ ζ) quum & Galli conticeſcunt, & homines quieſcunt. Deinde Diluculum, (ὄρθρος) cum incipit dignoſci dies. Inde, Manè, (πρωΐ) cum dies eſt clarus. Inde Meridies, (ἡμεσημβρία, μεσαία ἡμέρα) dies mediũ. Inde iã ſupra uocatur occiduum tempus, (δείλη) quod & ſerum diei, (ὀψέ) uocatur, et mox Suprema tempeſtas, hoc eſt, diei nouiſſimũ tempus: ſicut

DIGERO, is, p. co. digeſſi, digeſtum, {*Ordinare, diſporre*}(διατάττω, διαθέτω, διακοσμέω)ordino, diſpono. Ver. 3. Aen. Quæcunque in folijs deſcripſit carmina uirgo, Digerit in numerum. Ita dicimus aliquid Digeſtum, id eſt, loco ſuo compoſitum, τεταγμένον. Quandoque Dilucido, interpretor, ἑρμηνεύω. Idē lib. 2. Ita digerit omina Calchas. Quandoque diuido, diſtinguo. Plin. lib. 18. Poma ſerantur, inſeranturq́; uineæ paſtinentur ſemina digerantur. Quandoq; concoquo, κατεργάζομαι. Vnde & Digeſtio, πέψις: ut, Digere pauliſper uinū, quo madeſ. Cice. ad Att. libr. 4. Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Macrob. Igitur in uentre fit prima digeſtio. Sed hoc ad primum ſignificatū reduci poteſt, cūm digeſtio ſit diſtributio cibi ordinata. Diſtribuitur enim alimentum per uenas totum in corpus, ſuſtaq́; quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur, quantum illi nutriendæ ſatis ſit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digeſtiones: quarum prima fit in uentriculo, ſecunda ab hepate, tertia in uenis, quarta in ſingulis membris, dū quod unicuiq; membro utile eſt, ipſi membro fit nutrimentum, inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob. cap. 4. lib. 7.

DIGITALE, {*De miſura d'un deto*}(δακτυλιαῖος) quod habet menſuram digiti. Plin. lib. 22. Et anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine. Digitalia, (δακτυλήθραι)ſubſtantiuum digitorum tegmenta dicuntur. Varro libro 1. de Re ruſt. Olea manu ſtricta, melior: ea, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, q̄ illa, quæ cum digitalibus.

DIGITELLVS, ſiue Digitellū, (ἀείζωον)herba eſt, quæ alio nomine Sedū, ſiue Semperuiuum maius appellatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

DIGITVS, {*Dito*}(δάκτυλος) à digerendo quidam deriuari putāt, quod natura miro decentiq́; ordine digitos digeſſerit. i. diſpoſuerit. Plaut. in Perſa: Næ ſi me uno digito attigeris, te ad terrā affligā ſcelus. Digitorū nomina ſunt hęc: Pollex, ἀντίχειρ, ὁ μέγας: Index. λιχανός, δεικτικός. Infamis, ſiue famoſus, μέσος, σφάκελος: Medicus, παράμεσος, δακτυλιώτης, ἰατρός. id eſt, medicinalis, ſeu anularis, quod in eo anuli primum geſtari cōſueuerunt. Minimus, μικρός, qui & Auricularis, ὠτίτης. Indicem, qui pollici proximus eſt, alio nomine Salutarem ueteres uocauerunt. Mar. lib. de Nup. Phil. Quidam redimitus puer ad os cōpreſſo digito ſalutari, ſilentium cōmonebat. Medius digitus alia habet nomina. Nā dictus eſt Verpus, à uerrendo podice. Ob quam etiā cauſam Impudicus, & Infamis uocatus eſt. Et quādo porrigebatur, ſignum deriſionis & cōtumelię erat. Mart. Oſtendas digitū, ſed impudicum Alconti, Daſioq́, Symmachoq́. Iuue. Ipſe minaci Præberet laqueū, mediumq; oſtenderet unguē. Perſius: Frontem atque uda labella Infami digito, & luſtralib. antè ſaliuis Expiat. Huius diminutiua ſunt Digitulus, & Digitellus, δακτυλίσκος. Teren. in Eunuc. Sine biduū hoc prætereat, Qui mihi nunc uno Digitulo fores aperis fortunatus. Digitum tollere, (χειροτονεῖν)ſignificat fauere, ſuffragari: ſicut Digitum deprimere, ſuffragio derogare. Hor. Vulgus utroq; ſuū laudabat pollice ludum. Digitatus, qui digitos habet. Plin. lib. 11. cap. 47. Auiū aliæ digitatæ, aliæ palmipedes. Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodā aquæ modulo, quo ex caſtello, in uicos, aut regiones, aut etiā in nobiliorū ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad diuortia uicorum, ex quibus aqua à caſtellario per uncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Auctor Frontinus.

DIGLADIARI, {*Far alle cortellate*} (διαξιφίζομαι, διαμάχομαι) ꝓpriè eſt gladiis certare. Cic. per tranſlationē pro diſſentire, & cōtendere poſuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot uoluminibus?

DIGLITO, appellatur Tigris fluuius, ubi tardior fluit, hoc eſt, uſq; ad Medorum fines. Auctor Pli. lib. 6. cap. 27.

DIGNATIO, onis, {*Dignitá, amperezza, honore*}(ἀξίωσις)idem quod Græci ἀξίωμα dicūt. i. dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratū, uel propter otia, morumq; maieſtatem. Cic. Att. lib. 4. Et ſi meus quidem eſt fortior, nec quicquam, niſi de dignatione, laborat. Suetonius in Veſp. Eandē fortitus Africam, integerrimè, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Liu. 2. ab urbe pro gratia & familiaritate poſuiſſe uidetur. Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. Indignatio, (ἀγανάκτησις) ira, ex rei alicuius indignitate collecta. Iuuenalis Sat. 1. Si natura negat, facit indignatio uerſum.

DIGNITAS, {*Dignitá*}(ἀξία, ἀξιοπρέπεια)eſt amplitudo, et quædam quaſi maieſtas, propter honores geſtos, uitæ integritatem, uel rerum geſtarum magnitudinē. Gell. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Accipitur tamen quandoq; pro magiſtratuum adminiſtratione, & honore. ἀξίωμα. Cic. Thermo. Vt omnibus in rebus ei te cōmodes, quoad fides, dignitaſq; tua patietur. Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine. τὸ ἀξίωμα τὸ, σεμνοπρεπές. Idem lib. 1. Offi. Pulchritudinis duo ſunt genera: unū muliebre, quam Venuſtatē appellamus: alterum uirile, quam Dignitatem dicimus.

Eſt etiam Dignitas in ſermone, (σεμνοπρέπεια) cum ſ. oratio eſt grauis, & uoce remiſſa, de qua Auctor ad Heren. Huius contrarium eſt Indignitas, pro dedecore. ſiue ignominia, & quod indignum eſt, ſiue quod eſt contra dignitatē. Lib. 4. ad Heren. Nequeo uerbis conſequi indignitatem rei. Cic. Q. Ligario: Cū ad ſecundum Calendas intercalares priores rogatu fratrū tuorum ueniſſem manè ad Cæſarem, atq; omnem adeundi atque conueniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem.

DIGNO, as, {*Giudicar degno, degnare*}(ἀξιόω)dignū iudico. Pacuuius: Quis deos inferos, quibus cœleſtes, dignet decorare honoribus? Huius paſſiuum eſt Dignor, quod eſt dignus habeor, ἀξιοῦμαι. Verg. 3. Aeneid. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. i. digni habentur. In frequentiore tamen uſu eſt Dignor deponens pro dignū iudico, ſeu habeo. Ver. 1. Aene. Tum Venus, Haud equidem tali me dignor honore. i. dignam iudico, inquit Seruius Suet. in Aug. Vniuerſum denq; genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt. i. dignū iudicauit, & dignatione ſua proſecutus eſt. Dignandus. Cic. 1. Acad. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat. Digne aduerb. i. honeſtè, uti honeſtū decet. Plaut. Cic. de Senect. Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia. hoc eſt, ſatis pro dignitate, ἀξίως. Huius contrarium eſt Dedignor: Indignor uerò, iraſcor, ſeu moleſtè fero, quæ uide ſuis locis.

DIGNOSCO, {*Cognoſcere, dignoſcere*}(διαγινώσκω) agnoſco, cognoſco, aut diſcerno. Lact. lib. 6. Inuicemq; ſe dignoſcunt. Sueton. in Othone: Vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret. Colu. lib. 2. cap. 2. Dignoſcere terram ſapore. Pli. lib. 14. cap. 17. Dignoſci uix poteſt à maſtiche uera.

DIGNVS, a, um, {*Degno*}(ἄξιος)qui aliquid meretur, cui aliquid meritó debetur: ut, Dignus laude, ἀξιέπαινος qui meretur laudem: Dignus caſtigatiōe, qui meretur caſtigationē. Plau. in Rud. Neq; digniorē cenſeo uidiſſe anum me quāquā, Qui deos atq; homines cenſeā benefacere magis decere. Terē. in Heau. Ego te mecū eē dici tantiſper uolo, Dū quod te dignū eſt facias. Huius cōtrarium eſt Indignū. Marti. Digna tuo cur ſis, indignaq; nomine, dicā. hoc eſt, dicā cur merearis & nō merearis hoc nomen. Dignè, ſignificat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ouid. Leniter ex merito, quicquid patiare ferendum eſt: Quæ uenit indignè pœna, dolenda uenit.

DIGREDIOR, eris, {*Partirſi*}(ἀπαλλάττομαι)diſcedo. Verg. 3. Aene. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Inde Digreſsio, greſsionis, (ἀπαλλαγὴ)pro diſceſſu: cuius contrarium Congreſsio. Cic. ad Q. fratrem lib. 1. Minus acerbū, minus miſerū fuit, q̄ fuiſſet tum cōgreſsio, tū uero digreſsio noſtra.

Digreſsio à propoſito. Cic. de Orat. Abs te nō longa digreſsio. Digreſſus, us, ui, idē quod digreſsio: cui contrariū eſt Acceſſus. Cic. 2. Tuſc. Tenuiſsimū lumen facit proximus acceſſus ad Solē, digreſſus aūt longiſsimū. Idē ad Q. fratrem lib. 1. Deinde cōgreſſus noſtri lamentationē pertimui; digreſſum uero non tuliſſem. Digreſſus, participium: Digreſſa dicitur, quæ diuortium cum marito fecit. Suet. in Cæſ. cap. 43. Diremit nuptias Prætoris uiri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione.

DIIAMBVS, (διΐαμβος)pes metricus ex duobus iambis conſtans, hoc eſt, ex quatuor ſyllabis, quarum prima & tertia breues ſunt, ſecunda autem & quarta longa: ut Amœnitas.

DII MANES, per duas dictiones, ab antiquis crediti ſunt eſſe animæ hominū, quæ è corpore emigrauerant: unde etiā uetuſta ſepulchrorum monumenta Dijs Manibus uidemus eſſe inſcripta. Alij Manes eoſdem eſſe putant, quos in uita Genios appellamus: uoluntq; homini duos aſſignatos eſſe Genios, qui ne mortuorum quidem corpora deſerant, ſed unà cum ijs ſepulcra inhabitēt. Apuleius de Dæmonio Socratis: Manes, animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genij, & à corpore ſeparatæ Lemures uocabantur. Quòd ſi domos infeſtarent, Laruæ dicebantur: contrà, ſi boni fuerint, Lares familiares. Seruius arbitratur Manes per Antiphraſin quaſi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur. unde & Immanis. Numerantur etenim manes inter noxia numina: Vnde ſubinde inferis erant placandi, ne nocerent. Vide plura in dictione Manes.

DIIOVIS, Iupiter appellatus eſt, Vide Dieſpiter.

DIIVDICO, {*Giudicare diſtintamente*}(διαδικάζω)diligenter aut diuiſim iudico. Cic. in Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? Terent. in Heaut. Ego dicam quod mihi uenit in mentē, tu dijudica. i. dic quod tibi uidetur, & ſentis. Ibidem: Pergin' iſtuc prius dijudicare, quàm ſcis, quid ueri ſiet? Diiudicare, pro decernere. Cic. 3. in Catil. At illę tamē omnes diſſenſiones, quarum nulla exitum Reipu. quæſiuit, eiuſmodi fuerunt, ut non recōciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſint. Budæus Diiudicatio, onis. Cic. 1. de legi. Nā iſta quidē magna diiudicatio eſt.

DIIVNGO, is, {*Diſiungere, ſeparare*}(διαζεύγνυμι, διΐστημι)ſeparo, diuido. Cic. Att. lib. 7. Redeamus domum, diiungere me ab illo uolo.

DILABOR, p. p. {*Partirſi aſcoſamente*}(παραλισθαίνω)diffugio, ſeu clām diſcedo. Cic. 1. Tuſcu. Sed neſcio, quomodo, dum lego, aſſentior: cum poſui librū, & mecum ipſe de immortalitate animarum cœpi cogitare, aſſentio illa omnis dilabitur. Propriè uero dilabi, eſt deorſum labi, corruere. Lactan. li. 3. Domus ab habitatore dilabitur. i. corruit. Cic. in Læl. Iam enim à ſapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio noſtra dilabitur, (διαφέρεται) Id eſt, deſcendit, ſiue decurrit. Aliquando ponitur pro deficere, ἀτονεῖν. Lact. lib. 7. Deſcribētes quaſi fatigati, & dilabentis mundi ſenectutem. i. deficientis. Dilapſus particip. Ad Heren. libro 4. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimulac fortuna dilapſa eſt, deuolāt omnes. Dilapſus rapidè fluuius, Cice. 2. de legib. Dilapſa aqua, Idem 2. de Nat. Deor. Dilabidus, adiectiuum, quod facile diffluit. Plin. libr. 8. cap. 55. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non perinde molli ut in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

DILACERO, as, {*Lacerare, conſumare*}(διασπάω, διασπαράττω)idē quod ſimplex lacero. Lact. lib. 1. In quibus ipſe poſtea dilaceratus, et carptus eſt. Metaphoricè ſignificat conſumere, dilapidare, & diſperdere. Cic. pro Mil. & unū integrum ad dilacerandam remp. quæreret. Dilacerantur opes, Ouid. Epiſt. 1. Dilacerandus. Catullus. Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſq; Præda.

DILANIARE, {*Stracciare, ſbranare*}(διασπαράττω, διασπάω)eſt in diuerſas partes laniare Cic. pro Milone: Nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. Comas dilaniare, Ouid. 3. Amorum.

DILAPIDO, as, pe. c. {*Conſumare*}(διαφορέω)diſperdo. Cic. ad Auguſtū: Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Propriè tñ Dilapidare, eſt lapidibus purgare. Cato de Re ruſt. ca. 46. Locum bipalio uortito: dilapidatoq;, hoc eſt, lapides auferto. Caſtigatiora exemplaria habent Delapidato.

DILARGIOR, iris, {*Donare à diuerſi*}(διαδίδωμι)eſt uariè, aut diuerſis largiri. Cic. contra Leg. agra. Nec L. Silla, qui omnia ſine ulla religione, quibus uoluit, eſt dilargitus, agrum Campanum attingere auſus eſt.

DILATO, as, pe. pro {*Dilatare, allargare*}(πλατύνω)latum facio. Cice, pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam.

DILAVDO, as, {*Laudare*}(ἐπαινέω)idem quod ſimplex laudo. Cic. Att. lib. 6. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero?

DILEMMA, atis, & Dilemmatum, (δίλημμα)per duplex mm, argumētum eſt, quod utrinque aduerſarium capit: unde & Syllogiſmus cornutus à Gellio appellatur. Hierony. contra Ruf. Hoc eſt uerum dilemma tuum, non ex dialecticа arte, quam neſcis, ſed ex carnificum officina, & meditatione prolatum. Cicero Complexionem uocat.

DILIGENS, {*Diligente, aſſiduo*} (ἐπιμελής) gnauus, ſolers, minimè ſegnis: à diligendo, quod ea quæ diligimus, ſtudioſè obeamus. Cic. 6. Verr. Diodorus homo frugi, ac diligens, qui ſua ſeruare uellet. Idem de Amic. Sed Scipio querebat, quod in omnibus rebus homines diligētiores eſſent, ut capras, et oues quot quiſque haberet, dicere poſſet: amicos quot haberet, dicere non poſſet. Hinc Diligentia (ἐπιμέλεια) ſtudium, cura. Plaut. in Rud. Curate hæc ſultis magna diligentia. Diligentia autem ad corpus, & ad animum refertur: Cura, ad animum: Opera, ad corpus. Ideo in oratione cum ſimul iſta ponātur, diligentia ſemper in fine conſtituitur. Diligenter, aduerbium, (ἐπιμελῶς) ſtudioſè, cum cura & ſollicitudine. Terent. in Eunuc. Curato iſtam diligenter uirginem. Horum contraria ſunt Negligens, & indiligens, (ὀλίγωρος) quemadmodum Diligentię opponuntur Negligentia & Indiligentia, ὀλιγωρία. Cic. de Opt. ge. Sed quædam etiam negligentia eſt diligentia. Terent. in Adelph. Ingenium tuum non liberale, ſed uereor indiligens nimium fies. Idem in Phorm. Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur.

DILIGO, gis, pen. cor. dilexi, dilectum, {*Amare, diuidere*} (φιλεῖν) idem ferè quod amo, quamuis minoris uis ſit, ut ſupra dictum eſt. Cice. ad Brutum: Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus ſum, diliges. Ouid. 2. de Ponto: Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt. Quandoque diligere ſignificat diuidere. Plau. in Cur. Clypeatus elephantum, ubi machæra diligit. Titin. apud Nonium: Peram totam diligit.

DILOGIA, (διλογία) figura eſt, cum ambiguum dictum duas res ſignificat: ἀπὸ τοῦ δὶς, καὶ λόγος.

DILORICO, as, pen. pro. {*Squarciare*} (διασπάω) ſignificat diſcindo. Cic. 2. de Ora. Qui in cauſa perorandа non dubitauit reum excire Cōſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis Imperatoris oſtēdere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore diſcidit: ut intelligamus idem eſſe Diloricare, & diſcindere. Egeſippus lib. 3. Momentanei bellatoris gladios occulentes, quęcunque reperiebant diloricabant: quod eſt, quaſi loricam diſſoluebant, ſicut Diſſibulare, eſt diſcingere, & fibulam reſoluere.

DILVCEO, es, ere, diluxi, {*Rilucere*} (διαλάμπω, λάμπεσθαι) diſtinctè, ſiue perfectè lucere. Gel. lib. 2. Cōtrà uero qui ſex horis poſterioribus naſcitur, eo die uideri natum, qui poſt eam noctem diluxerit. Hora. in Epiſt. Omnem crede diē tibi diluxiſſe ſupremum. Dilucere per translationem pro clarum, & apertum eſſe. Liui. 3. ab urbe, Dilucere res magis patribus atque COSS.

DILVCESCIT, {*Si fa giorno*} (ἐλλάμπει. ἡμέρα γίνεται) dies fit. Cice. in Catil. Ipſi comprehenſi ad me, cùm iam dileſceret, deducuntur.

DILVCIDO, as, {*Dechiarare, far chiaro*} (ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ὑποσαφέω) declaro, clarum facio. Ad Heren. lib. 3. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſtius conſilium appellabimus.

DILVCIDE, aduerbium, {*Chiaramente*} (σαφῶς) clare, & perſpicue. Terent. in Phorm. Dilucide expediui, quibus me oportuit, iudicibus.

DILVCIDVS, clarus, {*Chiaro*} (ἐμφανής) Cice. 3. de Fini. Nec enim in Torquati ſermone quicquam implicatum, aut tortuoſum fuit: noſtraq;, ut mihi uidetur, dilucida oratio.

DILVCVLASCIT, (ὄρθρος γίνεται) diluceſcere incipit.

DILVCVLO, aduerbiū, {*Al far del giorno*} (λυκόφως) ſignificat ſummo mane, ante lucem. Cic. ad Att. lib. 16. Cum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, uenniſſemq; diluculò ad pontem Tirctium.

DILVCVLO, as, pen. cor. {*Farſi giorno, aggiornare*} (ὀρθρεύω) ſignificat diluculum fieri. Gell. Die craſtino ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges, ueniant. Sed hoc uix aliter quam in tertia perſona & impersonaliter.

DILVCVLVM, li, {*L'aurora, l'alba*} (περὶ ὄρθρον) ante ſolis ortum aurora, quaſi parua diei lux: quod tum dies luceſcere inciperet. Cicero pro Roſcio. Et cùm poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuntius hic Ameriam uenit.

DILVDIA, orum, {*Intermiſſione de giuochi*} ludorum intermiſſio, ceſſatio à ludo. Horat. lib. 1. Epiſto. Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco: Ludus n. genuit trepidum certamen & iram. Vbi Acron Diludia ſunt tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinque dies pugnent. Porphyrion: Diludia intermiſſio ludorum uel dilatio.

DILVO, is, dilui, dilutum, {*Purgare, lauare*} (ἀπολούομαι) ex Di, & Antiqua uerbo Luo, lauo, purgo, reſoluo. Cæſ. 2. Bel. Ciui. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Item aquā, uel aliū liquorem miſcere, temperare, βρέχειν, κεραννύειν: Verg. 4. Geor. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Perſius: Diluis helleborum, dixit pro eo quod eſt, medicamenta temperas. Translatè uſus eſt Cic. 3. Tuſc. Quæ cogitatio una maximè omnes moleſtias extenuat, & diluit, i. ſoluit, et eneruat, quemadmodum uinū aquā dilutum ſubneruatur. Ita etiam Diluere crimina, dicimus, i. purgare, & refellere, ut oratores, quando refellunt obiectiones aduerſarij. Cic. 7. Verr. Quò facilius crimen inimicorum diluere poſſim. Idem 2. de Nat. Nam ut profluens amnis, aut uix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris uitia diluuntur. Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plaut. in Rud. Abſtine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue.

DILVTVS, a, um, pe. p. {*Miſto, temperato*} (συγκεκραμένος, διεσπαρμένος) quod eſt miſtum ſiue temperatum: unde uinum aqua miſtum dicitur dilutum. Matt. Diluti bibis unciā Falerni. A' quo Dilutius, et Dilutiſſimū, prout minus, plus'ue aquæ admiſtum fuerit. Vnde Cor. Celſus præcipit hyeme meracius eſſe bibendum, æſtate dilutius. Hieron. uinum dilutius uocat Aquatius: Vinum (inquit) ſi aquatius bibitur, calix frangitur, menſa ſubuertitur. Meracius uinum dicitur (ζωρότερον) quod minus dilutum, ſiue aquatum eſt. Dilutus color dicitur, cum ueluti aqua adhibita minus eſt intenſus. Gel. Luteus color rufus eſt dilutior. Dilutum etiam neut. gen. uocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum: ut ſi in uini dolio abſinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur, id uinum Abſinthij dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7. Bibitur & madefacti abſinthij dilutum: ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio eſt, ut quiſquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

DILVVIVM, {*Diluuio*} (κατακλυσμός) terræ inundatio ab immodicis imbribus, uel maris fluuij've incremento proficiſcens. Plin. in Epiſ. Hic aſſiduæ tēpeſtates, & crebra diluuia. Diluuium metaphoricè pro euerſione Troiæ dixit Verg. Diluuio ex illo diuerſa per æquora uecti. Dicitur & Diluuies, diluuiei, fœm. ge. Lucr. lib. 6. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Diluuio, uias, are, κατακλύζειν. Lucret. lib. 5. Tantum ſuppeditant amnes, ultraq; minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

DIMANO, as, pe. pr. {*Deriuare, gocciare in diuerſe parti*} (διαρρέω, διαθρυλλοῦμαι) diuerſe, ſiue diuiſum mano, defluo. Cicer pro Cælio: Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulò latius commēdatione & iudicio meorum.

DIMETIENS, tis, fœ. ge. (διάμετρος) linea recta, figuram, quà longiſſimè patet, ex æquo ſecans: quam Gręci παρὰ τὸ διαμετρεῖν, Diametron appellant. Plin. lib. 2. cap. 23. Quantas enim dimetiens habeat ſeptimas, tantas habere circulum duo & uiceſimas.

DIMETIOR, iris, menſus ſum, {*Miſurare*} (διαμετρέω) idem quod metior. Cic de Senect. Mori uidebamus in ſtudio dimetiendi penè cœli atq; terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipio. Idem in Orat. De uerbis enim componendis, & de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur. Dimenſus, partic. Cic. de Senect. Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus. Dimenſio uerbale, (διαμέτρησις) Cic. 1. Tuſc. Puſionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimenſione quadrati.

DIMETOR, pen. pr. dimetaris, dimetatus ſum, eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Cic. 2. de Nat. Deo. Eorum enim curſus dimetati, maturitates temporū, & uarietates, mutationesq; cognouimus.

DIMICO, as, pe. co. {*Combattere*} (ἀγωνίζομαι) pugno, quod proprie fit re: Cōtendo uerò uerbis tantum. Cæſ. 7. bel. Gal. Ne contra ſuam uoluntatem dimicare cogeretur. Dimicatio, onis, uerbale. Cæſ. 7. ab Vrb. Omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet conſiſtere.

DIMIDIVS, a, um, {*Mezzo, partita per mezzo*} (ἥμισυς) quaſi per mediū diuiſus. Et dicitur de rebus, quę ſeparatę ſunt. nam eſt pars altera ex dimidiato. Gel. lib. 3. cap. 14. Dimidiatum uerò eſt, non quod ipſum dimidiatum, ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. Martialis: Dimidium donare Lino, quàm credere, totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium.

DIMIDIATVS, a, um, {*Partito in due parti, eguali*} dicitur de rebus quę cōtinuæ ſunt, & nō ſeparātur: quaſi Dimediatus, & in partes duas pares diuiſus. Cic. in Verr. Exemit ex anno unum dimidiatumq; mēſem. Idem 5. Tuſ. Apparebat epigrāma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorū, dimidiatis ferè. Sicut ât qui ex mille denarijs, qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium ſe recepiſſe dicet nō dimidiatum: ita ſi ſcyphus argēteus cum alio cōis, in partes duas diuiſus ſit, dimidiatum dicemus, non dimidium ſcyphum. Gel. lib. 3. capi. 14.

DIMIDIATIM, aduerbiū, {*Per mezzo*} Plautus in Mil. Sed percellunt, ſed perducunt, dimidiatim dum appetunt, i. dum ſibi uolunt dari dimidiam partē.

DIMINVO, nuis, {*Diminuire, ſcemare*} (μειόω) idē quod minuo, ſiue minus reddo. Cic. de Cla. Ora. Interitu talis Auguris dignitatē noſtri collegij diminutā dolebā. Diminutio. uerbale, (μείωσις) ut, Diminutio luminis, Ci. 1. Tuſ. Solē lunamq; accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notantem & ſignificātē dies. Diminutus, partic. Dignitas collegij interitu alicuius diminuta.

DIMINVTIO, capitis, apud Iuriſconſultos eſt prioris ſtatus permutatio, cùm .ſ. aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius nos poteſtati ſubmittimus. Eſt autem triplex capitis diminutio, Maxima, Media, & Minima, quas omnes uide l. j. de Capit. diminut.

DIMISSORIÆ LITERÆ, inquit Modeſtinus, ſunt quę uulgo Apoſtoli dicūt, ꝙ per eas cā ad eū qui appellatus eſt, dimittitur. l. unica. ff. de libel. dimiſ.

DIMITTO, is, {*Mandare in diuerſe parti, laſciare*} (διαπέμπω) diuerſa in loca mitto. Verg. 1. Aen. Equidem per littora certos Dimittam. Aliqn̄ eſt abire permittere, abeundi poteſtatem facere, ceſſare. διαλύεσθαι, ἀπολύειν, ἀφιέναι, ἀπαλλάττειν. Cic. lib. 1. Offic. Cum autem Pompilio uideretur unam dimittere legionem. Sallu. Deinde ei pollicitus operam ſuam, domū dimittit. Aliqū eſt permittere, in poteſtatem dare, ἐπιτρέπειν. Ci. lib. 1. de Rep. Tum annis Cōſules, tum dimiſſi populo faſces. Aliqn̄ derelinquo, ἀφίημι. Cic. lib. 12. Epiſt. Etſi non idcirco eorum uſum dimiſeram, ꝙ ijs ſuccenſerem. Inde partic. Dimiſſus, idē ſignificās, quod omiſſus, uel relictus. Cic. in 4. Aca. In iſta Philoſophia quę nūc propè dimiſſa reuocatur. Sunt, qui ꝓ humili & abiecto accipi arbitrant, adducentes Verg. teſtimoniū: Deiecit uultum, & dimiſſa uoce locuta eſt: cū tñ apud Verg. Demiſſa, non dimiſſa conſtet legēdū, quēadmodū ēt in ijs exēplis, quæ ex Varrone & Cicerone perperam & corrupte huc erant adducta.

DIMOVEO, ues, {*Rimouere*} idē quod remoueo, ſuo loco manere non ſino, et de ꝓpoſito deduco, (ἀποτρέπω. διακινέω, ἐῶ κατὰ χώραν, ἀπὸ τοῦ φρονήματος καθαιρῶ) Verg. lib. 1. Geor. Agricola incuruo terrā dimouit aratro: Ci. pro Cecinna: Dimoueri. n. & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deijciatur. Idē in Parad. Voluptas quò eſt maior, eò magis mentem ex ſua ſede, & ſtatu dimouet. Plau. Perſa: Dicat quod quiſq; uult, ego de hac ſententia non dimouebor.

DIMYXOS, (δίμυξος) lucerna duo habens ellychnia. Μύξαι n. Græcis nares dicuntur, et cauliculi in lucernis narium modo eminentes quibus ellychnia inſeri ſolent. Vnde & Polymyxos, lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

DIMVLGO, gas, {*Diuulgare, publicare*} (ἐκφέρω) diuerſè publico. Cic. Appio: Quare uiſum eſt occultius agendum, neq; ullo modo dimulgandum. Ita n. nonnulli legunt: certum tamen eſt ibi potius legendum eſſe Diuulgandum.

DYNAMENE, es, (δυναμένη) Nympha marina, Nerei & Dioridis filia. ita dicta ab eo quod in mari plurimum polleat. Heſiodus in Theogo. Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε, Δυναμένη τε.

DINARCHVS, (δείναρχος) Corinthij ciuis nomen eſt, apud Plutarchum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

DINDYMENE, (δινδυμήνη) & Dindyme, dicitur Cybele: quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius ſacra fierent. Martial. lib. 8. Non per myſtica ſacra Diodymenes Iurat Gellia.

DINDYMVS, pe. cor. (δίνδυμος τά) in ſingulari maſc. ge. in plurali neutri. iuga ſunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deum dicata. Propertius: Dindymis & ſacræ fabricata inuenta Cybellæ. Verg. lib. 9. Aene. O' uerè Phrygiæ (neq; n. Phryges) ite per alta Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Dinocra-

DINOCRATES, (Δεινοκράτης) Meſſenius fuit laſciuia, luxuria, uitæq; incontinētia: inſignis, cui tamē alioqui in arduis negotijs ſuſcipiendis non deeſſet animus. Hic cum quodam die in multam noctem produxiſſet conuiuium, habituq; muliebri ſumpto, coram conuiuis ſaltaſſet, poſtero die adijt Q. Flaminium, penes quem tum ſumma poteſtas erat, oſtendēs, ſi ſibi daretur præſidium, poſſe ſe Meſſanam ad defectionem ſolicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantam audaciam, de his, inquit, poſtea uidebimus. Te uerò miror inna tractare, ſaltare & mulierem mentiri poſſe, cum rem tantam animo audeas concipere.

DINVMERO. (Numerare) (ἀριθμῶ) idem quod numero. Plaut. Rud. Mille nummos dinumeraui. Terent. Adelph. Iube nunc iam dinumeret Babylo illi uiginti minas.

DIOBOLARES, (διώβολοι) meretrices dicuntur, quæ duobus obolis cōducuntur, inquit Feſtus. Plaut in Pœn. Seruulorū ſordidorum ſcorta diobolaria.

DIOCLES, (Διοκλῆς) Athenienſis, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, cuius fabulas non ullas commemorat Athenæus. Diocles itē medicus Caryſtius, Darij Hyſtaſpis tempore, qui & commentarios quoſdam de re medica ſcriptos reliquit.

DIOECESIS, cum œ diph. pe pr. (Gurifdittione) (διοίκησις) Latinè gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, ſiue iuriſdictio: à διοικέω, guberno, tueor. In iure itaque ciuili Dioeceſis pro prouincia accipitur, li. 1. Cod. de Priua. carc. Ad eundem etiam modum accipit Cic. in Epi. Vt me illarum omnium diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniumq; earum ciuitatum magiſtratus, legationeſq; conuenirent. In patrum autem Decretis ſolet hæc uox ad Epiſcoporum munus deflecti. In primitiua enim Eccleſia Epiſcopi, iudicia nō exercebant, ſed ſacra tantùm adminiſtrabant. Quò fit, ut quemadmodum Territorium Præſidis eſt, ſic Diœceſis Epiſcopi, quatenus ius adminiſtrandi ſacra habet.

DIOECETES, (διοικητής) qui procurationem regiam, uel magnatis alicuius ſuſcepit. Cic. pro Rabirio, At Diœcetes fuit regius. Latinè diſpenſatorem dicere poſſumus.

DIODORVS, pen. pro. (Διόδωρος) cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt auctor libi. 14. qui Platonis tempore Euclidē audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius ut famam obſcurauit, ita & cognomen uſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quod (ut ait Laertius) primus inuolutum diſſerendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, cum aliquando inter epulas à Stilphone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos extemplo nequiuiſſet exoluere, & ob id à rege per iurgium Chronus appellatus eſſet, cōuiuium deſeruit, ac edito per otium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Auctor Diogenes Laertius. Fuit item Diodorus quidam Stoicus philoſophus, utroq; lumine orbus, cuius ſic meminit Cicero in Bruto: Eram cū Stoico Diodoro, qui cum habitaſſet apud me, cum Quinto uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus, à quo cū aliis rebus, tum ſtudioſiſſimè in Dialectica exercebar. Diodorus comicus poeta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, eius, qui compoſuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. Suidas. Diodorus præterea duos è Lydia Tyberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobiliſſimus Hiſtoricus, qui uariam hiſtoriam libris quadraginta conſcripſit, quam Bibliothecam nominauit. Floruit Auguſti temporibus. Poſtremo fuit et Diogenes Laertius, qui de Vita & moribus philoſophorum opus ſcriptum reliquit.

Diodorus Tarſenſis, præſul, cuius meminit Hieronymus, & Suidas.

DIOGENES, p. c. (Διογένης) nomen philoſophi Cynici celeberrimi, Antiſthenis diſcipuli de quo ſcribitur, quòd cùm Antiſthenes nullum Diſcipulorum reciperet, & perſeuerantem Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè claua minatus eſt, niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicitur caput, atq; dixiſſe. Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus peram pro cellario habuit, ſecumq; portabat clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenex membra ſuſtētare ſolitus erat. ἐφήμερος (ut ſcribit Hieronym.) hoc eſt, in diem uiuens, uulgò appellatus eſt, quod omni abiecta ſolicitudine cibum ſuum in ſingulos dies emendicaret. Habitauit autem in portarum ueſtibulis, & porticibus ciuitatum: cumq; ſe cōtorqueret in dolio, uolubilem ſe habere domum iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem, frigore enim os dolij uertebat in Meridiem, æſtate ad Septentrionem: & utcunq; Sol ſe inclinauerat, Diogenis Prætorium uertebatur. Ferunt accedentem Alexādrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à Sole obſtaret. Obijt fermè nonagenarius. Hic (ut auctor eſt Cic. lib. 1. Tuſcu.) iuſſit cadauer ſuum inhumatum abijci, quærētibusq; amicis, uolucribus'ne et feris corpus ſuum dilaniandum uellet relinqui: minimè, inquit, ſed bacillum apud me, quo illas abigam ponitote: irridens nimirum amicorum præpoſteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris omnis ſenſus expertis erāt ſoliciti: quaſi magnum quiddam intereſſet, à feris'ne, an à uermibus abſumeretur. Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum unus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponneſiaca ſcripſit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob uicinitatem dictus fuit. Alius Tarſenſis quæſtionum poeticarū ſcriptor. Sed in Cynicum Nicanor tale Epigramma inſcripſit, Διογένη, ὦ γῆ, λέγεται ἐλαβεν μόρος, εἰς αἴδην ἐλθεῖν μοι νεκρὸς ὁδὸς.

DIOGENIANVS, (Διογενιανός) Heraclienſis inſignis Grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conſcripſit. Auctor Suidas.

DIOGNETVS, auctore Plin. lib. 2. ca. 17. (Διόγνητος) fuit unus itinerū Alexandri regis menſor. Alius fuit ſub Antonio philoſopho pictor egregius: de quo Iulius Capit. Alius Clitomachi Pœni pater, qui ſucceſſit Carneadi: antea Aſdrubal nominatus. Fuere & alij huius nominis. dicitur autem Diognetus per ſyncopen pro Diogenetus (Διογένητος) hoc eſt, Ioue genitus.

DIOMEDA, (Διομήδη) Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Leſbo raptā concubinam habuit. Homerus 9. Iliad.

DIOMEDEÆ inſulæ, (Διομήδειαι νῆσοι) duæ è regione Gargani ſunt: quarū altera habitatores habet, altera deſerta eſt, ubi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos: quę ob id Diomedeæ uocitatæ ſunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis eſſe dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ ſunt, quæ in ſola Diomedea inſula uiſuntur.

DIOMEDEI, campi, (Διομήδειοι πεδίου) uocati ſunt in Apulia, qui in diuiſione regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, Diomedi ceſſerunt.

DIOMEDES, (Διομήδης) rex Aetoliæ, Tydei & Deiphyles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiā profectus adeo ſtrenue ſe geſſit, ut poſt Achillem & Aiacē Telamoniū fortiſſimus haberetur. Nā præter occiſos à ſe reges, & ſingulares pugnas aduerſus Hectorē & Aeneā, aliosq; inſignes Troianorum principes, & captos Rheſi equos, Palladiūq; Troianis ſubtractum, Martem quoq; in eo bello uulnerauit, Veneremq; in dextra manu, dū Aeneā protegere uellet. Quamobrem Dea indignata, Aegialæ uxori eius tantā libidinem immiſit, ut cū Cyllabaro Sthelenī filio cōcumberet. Qua re cognita Diomedes domum reuerti noluit, ſed in apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibiq; Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenea dolo occiſum, eiusq; ſocios ob peremptum regem in aues Diomedeas, uel, ut Græci uocāt, Heroidas, mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. Diomedes alter, rex Thraciæ, qui dum equos ſuos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt. Ouid. in Ibin. Vt qui Threicij quondam præſepia regis. Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. Idem 9. Metamorph. Quid quum Thracis equos humano ſanguine pingues &c. Fuit & Diomedes Grammaticus multi ingenij uir.

DION, (Δίων) nomē propriū Syracuſani nobilis, qui adeo Platonē amauit, ut ſe eidē totū traderet. Hic patriā aſſeruit in libertatē, expulſo Dionyſio tyrāno. De quo Plutarchus refert, quod cū Calippū, cui omniū unī maximè fideret, inſidias ſibi tendere accepiſſet, eum arguere paſſus non eſt, Mori, inquiens, longè præſtare, quàm uiuere, ubi nō hoſtes ſolum, ſed etiam amicos cauere oportuerit. Dion Caſſius, patria Nicæus hiſtoricus, ſcripſit Romanam hiſtoriam libris LXXX. Præterea res geſtas Traiani principis, uitam Arriani philoſophi. Auctor Suidas.

DION PRVSIEVS, Sophiſta & philoſophus, cognomento Chryſoſtomus, prodibat in publicū amictus pelle leonis. Apud Traianū plerunq; uixit, cuius familiaris fuit, eodemq; curru dignatus. Scripſit pro Homero contra Platonem libros IIII. De uirtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea an mundus eſſet interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

DIONE, es, (Διώνη) una ex Nymphis, Oceani & Tethios filia, (ut quidam perhibent) Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa (Διωναία) dicta eſt. Ver. 3. Aeneid Sacra Dionææ matri diuisq; ferebam. Et alibi. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

DIONYSIA, orum, (Διονύσια) feſta erant Athenis in honorem Dionyſij inſtituta, quæ & Bacchanalia uocantur. Ea erant duplici, altera uetuſtiora, quiſquis ſacra fiebant in Acropoli (ubi antiquiſſimum erat Dionyſij templū, quod in Limnis ſedebatur) idq; duodecimo die menſis, quem illi ἀνθεστηριῶνα uocabāt.

Altera recentiora, quæ & Aſtyca (ἀστυκά) dicebantur, hoc eſt, urbica, quæ in noua urbe celebrabantur, quæ ſub Acropoli ſita fuit.

DIONYSIAS, (Διονυσιάς) inſula eſt, quam aliter Naxum uocant, à uinearū fertilitate ſic dicta. Eſt gēma, meſtis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita ſaporem uini facit. Ebrietati reſiſtere exiſtimatur. Plin libr. 37. cap. 10.

DIONYSIVS, (Διονύσιος) dictus eſt Bacchus. & Dionyſia, (τὰ Διονύσια) Bacchanalia, Bacchi feſta. Fuit & hoc nomine philoſophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui cùm renum morbo laboraret, cruciareturq; cruciatu impatibili, ſuccūbens dolori clamabat, falſa eſſe quæ à Zenone didicerat. Zeno. n. & Stoici hoc omnes habent dogma, Dolorem. ſ. non eſſe malum, ſed indifferentē. Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracuſanorū Tyranni, quorū ſuperior cùm Carthaginienſes tota Sicilia expuliſſet: & bonam partem maritimæ Italiæ in deditionem ſuam redegiſſet, tandem à Carthaginienſibus ſuperatus, ſuorum fraude occiditur. Huic ſucceſſit filius eiuſdem nominis, qui cùm ciuitatem Syracuſanam cædibus repleſſet, expulſus eſt. Iterumq; receptus, cū crudelior in dies fieret, rurſus extorris Corinthum in exilium proficiſcitur: ubi in ſordidiſſimum uitæ genus deſcēdit, in popinis lupanaribusq; reſidens, ut contemnēdus magis, quàm metuēdus uideretur. Nouiſſimè ſe ludi magiſtrum profeſſus, pueros in triuio docebat, ut quoniam uiris imperare nō poterat, ſaltem pueris imperaret. Erat. n. eruditus, utpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philoſophia profuiſſet, ſapienter reſpondit, ut æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus auctor eſt, regiā Dionyſij puluerulentam fuiſſe, propter eorum multitudinem, qui geometricas in puluere figuras deſcribebant. Ambo tamen & pater et filius philoſophi, Platonē præceptorē audierunt. Dionyſius dialecticus, è Bithynia commemoratur Strabonі lib. 12. Dionyſius Corinthius, ut Suidas ſcribit, ut alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate tēporibus Auguſti ſcripſit Geographiam uerſibus hexametris.

Dionyſius Alexādrinus Grāmaticus, peruenit ad Traiani tēpora cuius bibliothecæ et epiſtolis præfuit: præceptorē habuit Chæremonē philoſophū: cui in ſchola Alexādrina olim ſucceſſit. Auctor Suidas. Dionyſius Mileſius hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas, et quæ poſt Dariū ſecuta ſunt, aliaq; à Suida cōmemorata.

Philoſtratus hūc inter ſophiſtas annumerat, eūq; tradit Adriano principi, ob ingeniū acceptū fuiſſe, à quo Satrapes factus, adſcriptusq; inter equites. Dionyſius Halicarnaſſeus, Auguſti tēporibus Romanā ſcripſit hiſtoriā, ut Suidas teſtatur: ſcripſit et de characteribus antiquorū oratorum. Præterea de compoſitione orationis, & elocutione, quo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinā orationē conuertit. Dionyſius, Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleam & Antiochiam regnauit, ut auctor eſt Strabo li. 6.

DIONYSIVS AREOPAGITA, præſul Athenienſis, Pauli diſcipulus, ut ſcribit in Actis Apoſtolorū, ſolus Paulo cōcionāte è philoſophis qui aderāt, credidit. Hic quū eſſet in Aegypto, quò ſe diſciplinæ cā cōtulerat, uideretq; Eclipſim nulla rōne, cū Chriſtus paſſus ē unà cū Apollophane ſophiſta præceptore ſuo dixit: Aut Deus naturæ patit, aut mūdi machina diſſoluet. Scripſit ad Timotheū Præſulē Epheſi, de diuinis nominibus lib. XII. De Hierarchia cœleſti, de cœleſtibus ordinibus: præterea alia cōplura opuſcula, ut auctor Suidas. Dionyſius, Corinthiorū præſul ſub M. et L. Antoninis doctrina, ſanctitateq; clarus, ſcripſit epiſtolas quaſdā ualde laudatas, ut auctor eſt Hieronymus. Dionyſius, præſul Alexandrinus, Origenis diſcipulus, cuius operū meminit Hieronymus.

DIONYSIOPOLIS, pe. co. (Διονυσιόπολις Stephano) Thraciæ urbs eſt, auctore Plin. lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2.

DIOPHANES, pen. cor. (Διοφάνης) nomen uiri Bithynici de quo Col. Dio-

ſcere: pro quo etiam, Diffundere diem, ueteres dixerunt. Cic. de Diuin. Quid n. habet aruſpex, cui pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Inde Diremptio, productio temporis uel magiſtratus in aliud tempus. Ci. pro Plan. Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diremptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renūtiatio ſuffragiorum expectetur. Aliquando Dirimere ponitur pro deſtruere, διαλύειν διακόπτειν. Sallu. Quis nō dum frequentes armati conuenerant, ea res conſilium diremit. Diremptus, us, ui, ſeparatio. Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, et ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

DIRIPIO, pis, {Rapire, tor per forza} (ἄγω καὶ φέρω διαρπάζω) depopulor, ſpolio, in diuerſas partes rapio. Cic. Attic. lib. 3. Patriam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſeu diripiendam, inflammandamq́; relinquimus. Hinc Direptio, uerbale. Cic. lib. 2. Epiſto. Vrbs relicta direptioni atq; incendiis.

DIRIS, uide Dyris.

DIRVS, a, um, {Crudele, empio, fiero} (ἀπηνής, πολεμικός) crudelis, ſæuus, infeſtus, quaſi deorum ira immiſſus. Verg. 3. Geor. Priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Hinc Diræ furiæ, quaſi deorum iræ. Aliquādo accipitur pro magno. Idem. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Hinc Diritas, (ἀγ) crudelitas. Cic. in Vatinium: Quanquam ſis omni diritate atq; immanitate deterrimus. Morum diritas. Sueto. in Tyberio, ca. 21. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidiſſe. Auguſtum palam nec diſſimulanter morum eius diritatem adeò improbaſſe, ut nōnunquam remiſſiores hilarioresq́; ſermones ſuperueniente eo obrumperet.

DIRVMPO, pis, {Rompere à forza} (διαῤῥήγνυμι) uarie rumpo, ſeu uiolenter ſcindo. Plaut. in Curc. Geminos in uentre uideor habere filios, nihil metuo, niſi medius dirumpar miſer. Refertur quandoque ad animum. Cic. ad Attic. lib. 7. Dirumpor dolore.

DIRVNCINO, nas, (διακαθαρίζω) uide in dictione Runcina.

DIRVNCIO, {Purgare} teſte Feſto, idem quod deputo. verbū agriculturę antiquum, à runca deductum, quod inſtrumentū excidendis dumetis idoneum.

DIRVO, is, {Ruinare, deſtruggere} (καταβάλλω, κατασκάπτω) delicio, euerto, atq; deſtruo. Cice. Q. Frat. libe. 1. Multas abs te eſſe liberatas urbes, complures dirutas, ac penè deſertas.

DIS, præpoſitio diſtinctiua, de qua ſupra dictum eſt, in Di.

DIS, ditis, (πλοῦτος) Deus diuitiarum, qui a Luciano claudus fingitur in acceſſu, in recedendo autem alatus, q diuitiæ longiſſimo tempore partæ, niſi caute diſpenſes, q̄ uelociſſime elabantur. Fingitur etiam cæcus, q nullo prorſus iudicio indigniſſimum quenq; maxime opibus oneret, digniores prætereat. Dis etiam creditur eſſe inferorum Deus, q diuitiæ ex intimis terræ uiſceribus effodiantur. Græce (πλούτων) dicitur. Ponitur etiam Dis, pro diuite, πλούσιος. Terent. in Adelp. Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc Ditior & Ditiſſimus.

DISCALCEO, as, {Diſcalzare ſcalzare} (ἐξυποδέω) eſt calceos exuere. Sueton. in Nerone: Circa cultum, habitumq; adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone uerticem ſummiſerit, ac plerunq; ſyntheſim indutus, ligato circum collum ſudario, prodierit in publicū ſine cinctu, & diſcalceatus.

DISCAPEDINO, as, pe. co. {Aprire} (διείργω) a capedine fit, ſignificatq́; refero, aperio. Apuleius: Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit. Verbum eſt nouum Apuleio parente natum.

DISCAVEO, à Plauto uſurpatum eſt pro diligenter cauere. Ita enim legitur in Menæchmis: Dictum faceſſe clatum, & diſcaueas malo.

DISCEDO, dis, pen. pr. {Partirſi, andar uia} (ἀποχωρέω) recedo. Plin. Faceſſite hinc, atq; a nobis diſcedite. Interdum ponitur pro excipere, ἀπολείπεσθαι: ut ſi dicam, Cum diſceſſi a parentibus, nemo eſt mihi te charior: id eſt, parētibus exceptis. Cicero Lentulo: Cū a nobis ſalutis meæ auctoribus diſceſſerim, uelim te exiſtimare neminem eſſe, cuius officiis me eſſe tam deuinctum non ſolum cōfitear, ſed etiam gaudeam. Interdum pro diſtēdi, diuidi, χαίνειν, διίστασθαι. Idē lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Diſcedere in ſententiam, (προσθέσθαι) eſt alterius ſententiam approbare. Mos enim fuit antiquorum, cū in tanto ſenatorum numero, longum foret ſingulorum ſententias audire, eos tantūque ceteros dignitate antecellebant, ſententiā rogare, Deinde duabus tribus ue iam dictis ſententiis, reliqui in illorum, quorū iudicio ſubſcribebant, ſedilia trāſibant. A' Diſcedo fit uerbale Diſceſſio, idem ſignificans quod abitus, ἀποχώρησις. Cic. 2. Offic. Eorum neq; acceſſione melior una ſit, neq; diſceſſione peior. Ponitur interdum Diſceſſio pro diuortio. Teren. in And. Nempe incommoditas denuq; huc omnis redit, Si eueniat (quod dii prohibeant) diſceſſio. In foro, quoq; dicimus Diſceſſionem fieri in ſententiam alicuius, cum Senatores è ſua ſede ad eū tranſeunt, cuius ſententiam approbant. Cice. 6. Verr. atq; adeo cū iam nō ſolū diſceſſio facta eſſet, ſed etiā perſcriptum, atq; in tabulas relatū. Vnde

DISCESSVS, us, ui, {Il partirſi, la partita} (ὑποχώρησις) uerbale, idem eſt quod abitus. Cic. 5. de Finib. Qui etiam cum decreuerit eſſe moriendum, tamen diſceſſu a ſuis, atq; ipſa relinquēda luce nō moueatur. Diſceſſum è uita, pro morte poſuit idem Cicer. libr. 1. de Diuinat. O' præclarum (inquit) diſceſſum è uita. Diſceſſus terræ, pro terræ hiatu, & chaſmate accipitur. Item Diſceſſus coeli, pro ſubita coeli diſruptione, qualem nobis uidemur uidere, cū fulgura, aut coruſcationes apparent. Cic. 2. de Diui. Ita te nec terræ fremitus, nec coeli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec traiectæ ſtellę, nec faces uiſæ terrebunt?

DISCEPTO, tas, {Diſputare, contendere} (διαπληκτίζομαι, ἀμφισβητέω) diſputo, contendo, diſcordo, decerto: & cum præpoſitione De, ponitur. Cic. Famil. 4. Poſtquam armis diſceptari coeptum eſt de iure publico. Aliquando etiā moderor, compono, διαλαμβάνειν, quod ad uerbum è Græco dictum eſſe uidetur, διαιρεῖσθαι, διορίζεσθαι, διαγινώσκειν, uel (ut alibi exponūt) iudico, arbitror, cognoſco, In qua ſignificatione accuſatiuum regit. Cice. pro Milone: Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc iuſte, ſapienterq; diſceptet. Hinc diſceptator, (διαιτητής) rei ſententiæq; moderator, arbiter, iudex, ut docet Cic. in Partitionibus ad filium: Nam aut auſcultator eſt (inquit) qui audit, aut diſceptator id eſt, rei, ſententiæq; moderator. Cic. ad Sulpit. lib. 13. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuerſiam uocarentur, te arbitro: & quod cōmodo tuo fieri poſſit, te diſceptatore uterentur. Diſceptatrix. Cic. 4. Acad. Dialecticam inuentam eſſe dicitis ueri & falſi quaſi diſceptatricem & iudicem. Diſceptatio, (διαχειροτονία, διάγνωσις) cauſa, & lis. Cic. 2. de Diu. Cum quibus omnes ferè omnis diſceptatio contentioq; eſt. Diſceptatio, pro arbitratu & cognitione. Vlpia l. cum ß. §. ſi cui. ff. de tranſact. Hæc omnia habent diſceptationem Prętoris: & pro utilitate alimentarii accipienda ſunt. Eſt etiam alius huius uerbi elegās uſus apud Cic fami. 10. ad Plancum Imp. Quamobrem, inquit, quanquam in uno prælio omnis fortuna R. P. diſceptat, quod quidem, cum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipſa fama, quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus. Id eſt, quanquā omnis Reip. fortuna de tui prælii exitu pēdet.

DISCERNICVLVM, {Scrimmale} (κυλάμις) inſtrumētum quo mulierū capillus diſcernitur. Varr. lib. 4. de lingua Latina, Diſcerniculum eſt, quo diſcernitur capillus. Nonius: Diſcerniculum, acus quæ capillos muherum ante frontem diuidit: dictum a diſcernendo. Tranſumitur & ad quamuis differentiā ſeu diſcrimen, διαφορά. Gellius: Tum comperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi & nigri.

DISCERNO, is, diſcreui, diſcretum, {Diuidere, ſeparare} (διαλύω, διακρίνω) ſeparo, diuido, Cic. 3. Tuſc. Democritus alba & nigra diſcernere nō potuit. Quandoq; diſtincte cognoſco, διαγινώσκω. Teren. in Adel. Quid hoc (malum, infelicitatis, nequeo ſatis diſcernere, Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferādis miſeriis. Diſcernere litem. Vergi. 12. Aenei. Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arua.

DISCERPO, pis, pſi, ptum, {Sbranare, ſquarzare} (διασπάω, διασπαράσσω) ex Dis, & Carpo, in partes diſtraho, diſcindo. Cice. in Topic. Cum res, quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur. Diſcerptus, participium. Cicer. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulſa & quaſi diſcerpta contrectant.

DISCEVS, à Plinio lib. 2. cap. 25 accipi uidetur pro cometa, ſiue ſimili aliqua aeris impreſſione. Eaſdem (inquit) breuiores, & in mucronem faſtigiatas, Xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladii nitore, ac ſine ullis radiis, quos diſceus ſuo nomini ſimilis, colore autem electro, raro è margine emittit.

DISCINTVS, {Diſcinto} (ἄζωστος) participium a diſcingo. Liu. Diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit. Antiqui negligentes et deſides appellabant Diſcinctos & intemperantes, καταβεβλημένους: contra accinctos, ſolertes, ſtrenuos, uocabant, quod a re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis, diſcinctiſq; ueſtibus uti ſolent: ſtrenui uero atq; induſtrii, quō ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. Perſius Satyr. 3. Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nacæ? Nepos diſcinctus, id eſt, omni luxuria diffluens, Horat. Epod. 1. Ouid. 1. Amo Ipſe ego ſegnis eram diſcinctaq; in otia natus. Mollierant animos lectus & umbra meos Liui. 5. Bel. Maced. Nihil primo aſpectu contemptius: equi hominesq; paululi, & graciles: diſcinctus & inermis eques. Seruius: Diſcincti inhabiles ſunt militiæ. omnes enim qui militāt cincti ſunt. Vnde Diſcincti, inefficaces & ignaui dicuntur: ſicut è contrario Præcinctos, (διεζωσμένους) ſtrenuos uocamus.

DISCINDO, dis, diſcidi, pen. cor. a Dis et Scindo {Fendere} (καταῤῥήγνυμι, διασχίζω) Diſcidi uero pen. pro. fit a Diſcido, quod eſt compoſitum a Dis', & cædo. Terent. in Adelph. Vide ut diſcidit mihi labrum. Idem in Eunu. Veſtem omnem miſere diſcidit, Diſcindere amicitias. Cice. de Ami. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus leuādæ, et (ut Catonem dicere audiui) diſſuendę, magis, q̄ diſcindendæ ſunt. Diſciſſus, participium. Verg. 3. Geor. Diſciſſos nudi laniabant dentibus artus.

DISCINGO, is, xi, ctum {Scingere} (διαζώννυμι) contrariam ſuo ſimplici habet ſignificationem, q ſcilicet cinctum eſt diſſoluo. Mart. lib. 9. Peltatam Scythico diſcinxit Amazona nodo. Nonnunquam etiam per tranſlationem pro eneruare, ſeu confutare, uel etiam retundere accipitur. Vnde Diſcingere dolos ratione, dixit Silius libr. 7. pro eo quod dicimus, dolos ratione & conſilio retundere. Diſcinxit (inquit) ratione dolos, fraudeſq́; reſoluit.

DISCIPLINA, dicitur prout a diſcipulo percipitur μάθημα, μάθησις, ἀγωγή Doctrina uero (διδασκαλία) eſt prout a Doctore traditur. Accipitur autem & in malam partem. Plaut. in Bacch. Eadem 'ne erat hæc diſciplina olim, cum tu adoleſcens eras? Ibidem: Tua diſciplina nec mihi prodeſt, nec tibi. Et in bonam, pro bono uiuendi modo in Repub. unde Cice. queritur ſe incidiſſe in perturbationem ueteris diſciplinæ. Sic apud Valer. Maxim. caput eſt de Militari diſciplina. i. de obſeruatione bonorum morum inter milites. Diſciplina, pro inſtituto. Plau. in Aſinar. Eadem nos diſciplina utimur. Diſciplinam pro ſecta philoſophorum ponit Cicer. 5. Tuſcul. Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum, niſi quos a recta ratione natura uitioſa detorſiſſet, hoc eodem animo eſſe potuerunt. Doctus ex Diſciplina Stoicorum, Cic. de Clar. Ora. Diſciplina pro bene uiuendi exemplo. Plaut. in Moſtel Diſciplinæ aliis eram. Diſciplinabilis, le: Ad Heren. lib. 3. Aut ſiqua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquā diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidq; ratione fieri oporteat oſtendemus.

DISCIPLINOSVS, (εὐμαθής) dicitur qui tam bonas, q̄ malas artes facile diſcit. Hinc in reprehenſione dictus eſt Diſciplinoſus gladiator a Catone.

DISCIPVLVS, & in foem. Diſcipula, {Diſcepolo} (φοιτητής μαθητής ὁμιλητής) dicitur ille, qui diſciplinam ab alio percipit, imitator. Cic. 2. Offic. Orator paruro uehemens, dulcis tamen, ut Theophraſti diſcipulum poſſit agnoſcere. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit diſcipula intentione magna & reddit.

DISCLVDO, dis, {Separare, chiudere} (διακλείω) excludo, ſeparo. Cice. 3. Tuſcul. Perturbationes ſemotas a mente, & diſcluſas putat. Significat & ſeparatim includere. Cic. 1. Tuſcu. Duas partes ſeparare uoluit, iram & cupiditatē, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Var. 3. de Re ruſti. cap. 17. Hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

DISCO, is, didici, {Imparare} (μανθάνω) proprie rem ignotam aſſequor meditando, uel ab alio docente apprehendo, Cic. 4. Acad. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Huius compoſita ſunt, Addiſco, Condiſco, Dediſco, Ediſco, Perdiſco, perfecte, ſeu ualde diſco, quæ uide ſuis locis.

DISCOBOLVS, pe. co. (δισκοβόλος) qui diſcum iaculatur, ἀπὸ τοῦ βάλλε

λεῖν τὸν δίσκον: id eſt, a iaciendo diſco. Quintil. lib. 2. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille diſcobolus Myronis.

DISCOLOR, pen. co. adiectiuum, {Di diuerſi colori} (ποικίλος) quod eſt diuerſorum colorum. Marti. lib. 14. Diſcolor hic gemino calculus hoſte perit.

Per tranſlationem etiam accipitur pro diſsimili. Hor. lib. 1. Epiſt. Vt matrona meretrici diſpar erit, atq; Diſcolor, infido ſcurræ diſtabit amicus.

DISCONVENIO, {Diſconuenire} (διαφωνέω) non conuenio. Horati. 1. Epiſto. Et uitæ diſconuenit ordine toto.

DISCOQVO, is, ere, {Cuocere} (ἀφεψῶ) idem quod ſimplex coquo, uel ualde decoquo. Plin. lib. 21. cap. 15. Noſtri præcipiunt aricticum in aqua cum ſale decoquere. Ibidem. Aluum ſiſtit in cibo, magisq; diſcocta cœleſti aqua.

DISCORDIA, {Diſcordia} (διχοφωνία) diſſidium, quaſi cordium diſſenſio. Cic. 4. Tuſc. Diſcordia eſt ira acerbior intimo odio & corde concepta. Idem de Amic. Quanta uis amicitiæ concordiæq; ſit, ex diſſenſionibus atq; diſcordijs percipi poteſt. Veteres autem pro Diſcordia dixere Diſcorditas: & inde Diſcorditer aduerbium. Diſcordabilis, le, quod diſcordat & diſconuenit. Pla. in Cap. Me hic ualere, & rutæ audacter dicito Tyndare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. Diſcordialis, qui lites generat, et parit. Plin. lib. 37. cap. 10. Hyenæ pelle ſimilem abominatur diſcordialem domibus. Diſcordioſus qui diſcordias ſeminat & lites ſerit: ut, Vulgus diſcordioſum. Sallu. in Iug. Nam uulgus (uti plerunq; ſolet, & maxime Numidarum) ingenio mobili, ſeditioſum, atq; diſcordioſum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduerſum.

DISCORS, diſcordis, {Diſcorde} ex Dis, & cor quì cordis, hoc eſt, animo, diſſidet, διχογνώμων: ut, Secum ipſa diſcors, apud Liui. 2. ab Vrb. Ouid. 3. Amor. Quid tibi diſcordes addere in arma uiros. Antiqui dicebant Diſcordis, huius diſcordis. Pompo. Blanda fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.

DISCORDO, as, are, {Diſcordare} (ἀντιγναμονῶ, ςασιάζω) diſſidere, diſſentire. Cice. 1. de Finib. Sed intus etiam in animis incluſæ, inter ſe diſſident atque diſcordant.

DISCREPO, pas, pe. cor. {Diſcordare, non eſſere d'accordo} (διαφωνῶ, διΐσταμαι, διαφέρομαι) diſcordo, & non conuenio: quaſi diuerſimode crepo. Cice. lib. 1. Offi. Vt in fidibus, aut tibijs, quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet. Per tranſlationem accipitur pro diſſidere, uel etiam differre. Cice. Ruſo A meis rationibus tuę diſcrepant. Liui. lib. 38. poſuit imperſonale: Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque, ſi modò ipſorum ſunt, quæ feruntur. Hinc Diſcrepantia, tiæ, (διαφορά) Cic. Offi. In actiones omnemq; uitam, nullam diſcrepantiam conferre debemus. Diſcrepito, as, frequentatiuum. Lucret. lib. 2. Si non omnia ſunt, at multo maxima pars eſt Conſimilis, uerùm poſitura diſcrepitant res.

DISCRETIO, à Diſcerno {Diuiſione, ſeparatione} (διάκρισις) ſeparatio. Lactan. lib. 7. Cum uis aliqua utrunque diſcreuerit, quæ diſcretio mors uocatur. Auctor ad Heren. lib. 4. ſic definit: Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam et dilucidam cum grauitate expoſitionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

DISCRETVS, ta, tum, participium paſsiuę ſignificationis à Diſcernor, {Separato} διακεχωρισμένος: ut Diſcreta ſemina apud Columellam, id eſt, ſeparata. Plin. lib. 15. cap. 30. Diſcretæ ſuis nominibus ſyluæ. Huius compoſitum protulit Plinius. Indiſcreta prope ſpecie fuere, id eſt indifferenti, ἀδιαχώριστα. Valla exponit actiue ut ſit Diſcretus, qui qualitates perſonarum ac rerum momenta diſcernit. Sed nullum attulit exemplum, nec ullum afferri poſſe arbitror, niſi in paſsiua ſignificatione.

DISCRETE, aduerbium, {Separatamente} non ſignificat prouide, aut ſapienter (ut nonnulli exiſtimant) ſed ſeparatim, (χωρίς) & diſtincte. Cice. lib. 1. de Inuent. In præſentia tantummodo numeros, & modos, et partes argumentandi confuſe & permiſte diſperſimus: poſt diſcrete & electe in genus quodq; cauſæ, quid cuiq; conueniat, ex copia hac digeremus. Pro eodem etiam legimus Diſcretim. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 3. Quoniam diſcretim de his rebus dicendum eſt.

DISCRIMEN, pen. pro. {Differenza, ſeparatione, pericolo} (διαφορά) ſeparatio, differentia. Cic. Totumq; diſcrimen ſummi boni in ea rerum comparatione poſitum putat. Sallu. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum eſt diſcrimen. Accipitur etiam pro interuallo ſiue diſtantia. Ci. de Lege agr. contra Rul. Duo maria pertenui diſcrimine ſeparata. Item pro diuiſione & capillorum diminutione, quæ fit diſcerniculo, λίσπωμα. Et Diſcrimen, certamen, κρίσις. Verg. 5. Aen. Poſt hos æquo diſcrimine Priſtrix Centaurusq; locum tendunt ſuperare priorē. Rurſus Diſcrimē periculū, (κίνδυνος, ἀγών) dicitur: Idem lib. 1. Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.

DISCRIMINALE, {Scriminale} (κωσλημίς) acus eſt quę crines diuidit ad concinnādum caput: ut apud Eſaiam: Diſcriminalia, & periſcelides, & murænulas, & olfactoriola.

DISCRIMINATIM, aduerbium, {Differentemente} (κεχωρισμένως) ſignificat differenter. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Eadē de cauſa ſunt, quæ non poſſunt uiuere, niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim, & alia in lacubus, ut arundines in Aretino, aliæ fluminibus, ut in Epiro arbores ulmi.

DISCRIMINO, nas, pe. co. {Diuidere, dipartire} (διορίζομαι, διαχωρίζω, διακρίνω) diuido. Lucr. lib. 2. Sed fortè putes animalia ſola teneri Legibus hiſce: quædam ratio diſcriminat omnes. Diſcriminatus, particip. diſtinctus. Liui. 1. bel. Pun. Vigiliarum ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tempora.

DISCRVCIOR, aris {Affligerſi, cruciarſi} (ἀγωνιῶμαι) eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuo ſimplici, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Cic. 12. Phili. Vt ille Trebonium, & c. ſi poſſet etiam Brutum diſcruciatos necaret. Plau. in Aulu. Diſcrucior animi, quia domo abeundum eſt mihi. In quo exemplo etiam illud obſeruatione dignum eſt, quòd Diſcrucior apud ueteres cum genitiuo coniungi ſolet, more Græco: hodie āt cū ablatiuo. Pla. in Caſ. Ego diſcrucior miſer amore.

DISCVMBO, is, {Sedere à menſa} (κατακλίνομαι, ἀνακεῖμαι) eſt menſæ accūbo. Gell. Apud cœnam Fauorini philoſophi, cum diſcubitum fuerat, cœptusq; apponi cibus, ſeruus aſſiſtens menſæ legere inceptabat. Vnde Diſcubitorius lectus apud Plinium, in quo, uel ſuper quo diſcumbebāt antiqui cœnaturi, ut diſferret à culcitra, qua in cubiculis utimur.

DISCVNEATVS, {Aperto con conio} (διασφηνωμένος) quaſi immiſſo cuneo apertus ac patens, ſicut ligna diducta fiunt, et hiantia adactis cuneis. Pli. li. 9. cap. 30. Carent conchæ uiſu, omniq; ſenſu alio, quàm cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi apertis, impoſitoq; lapillo extra corpus, nec palpatu eiciatur, ita ſecuri graſſantur, extrahuntq; carnes: illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatæ.

DISCVPIO, {Deſiderar grandemente} (ἐπιθυμῶ) eſt ualde cupio. Catullus: Cum puero bello præconē qui uidet eſſe, Quid credat, niſi ſe uendere diſcupere?

DISCVRRO, ris, {Correre in diuerſe parte} (διατρέχω) in diuerſas partes curro. Liu. lib. 1. Signo, dato iuuentus Romana ad rapiēdas uirgines diſcurrit.

Hinc Diſcurſio, onis. Lactan. De Opif. Totos dies in huiuſmodi diſcurſione conſumunt.

DISCVRSVS, us. {Diſcorſo} ipſe diſcurrendi actus. Cæſar 8. Bel. Gal. Magno clamore diſcurſuq; paſsim ſe fugæ mandant. Et apud Plin. libr. 2. cap. 36. Diſcurſus ſtellarum.

DISCVS, {Piatto grande} (δίσκος) uas latū, (ut Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Cic. de Ora. Quorum auditores diſcum audire malunt, quàm philoſophum: qui ſimul ut increpuit, philoſophum diſputantem relinquunt. Vnde ab Hieronymo dictus eſt Diſcophorus ille, qui Danieli prādium portauit: Talem enim, inquit, diſcophorum media meruerat hebdomadis. Eſt et Diſcus, rotunda quædam moles ſaxea uel plumbea, ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabant, uictorq; euadebat, qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu ultra deſignatum ſpatium proieciſſet. Mart. lib. 14. Splendida cū uolitent Spartani pōdera diſci. Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens. Alludit Poeta ad mortem Hyacinthi pueri, qui ictu diſci ab Apolline eſt interfectus, et in florem ſui nominis mutatus. De quo uide Ouidi. 10. Metamor. Huiuſmodi diſco uidentur hodie uti noſtri mimi & hiſtriones, qui quęſtus gratia coram populo geſticulantur, dum neſcio quid ad formam diſci rotundum & æreum iaculātur in aerem deinde uirga excipiunt: quos Diſcobolos appellat Pli. li. 35. ca. 11. hoc eſt, diſci iactatores. Diſci autem figura uidetur fuiſſe plana & rotunda, ut nobis Solis corpus apparet. Ideo etiam Græci ſolare corpus Diſcum dicunt.

DISCVTIO, tis, pen. cor. diſcuſsi, diſcuſſum, {Scuotere, dibattere} (διασείω, διαφορῶ) ex Dis, & Quatio, proprie in diuerſas partes quatio, et deijcio. Liu. Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſsit. Oui. 2. Metam. Tempora diſcuſsit claro claua malleus ictu. Per tranſlationem modò ponitur pro remoueo ſeu reſoluo, διαλύω. Cic. 12. Philip. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam pauló ante dixi: diluxit, patet, uidemus omnia. Diſcutere, medicis, (διαφορεῖν) eſt ulcus ſiue collectionem citra ſuppurationem diſsipare, & diſijcere. Vnde Diſcuſſoria medicamenta, (διαφορητικά) & uis diſcuſſoria. Pli. lib. 30. cap. 10. Et per ſe cinis inanium cochlearum ceræ mixtus diſcuſſoriā uim habet. Modò uarijs modis examino, inueſtigo, ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Cice. 4. Acad. Oportet igitur nos eſſe armatos, ut occurrere poſsimus interrogationibus eorum, captionesq; diſcutere.

Hinc diſcuſſum dicimus, quod examinatum, aut iudicatum eſt. Et actus ipſe Diſcuſsio, ἀνάκρισις. Et Diſcuſſor, qui diſcutit, ἐξεταστής.

DISERTVS, a, um, {Eloquente, bel parlatore} (λόγιος) à uerbo Diſſero (quāuis Diſſero per duplex ſſ, ſcribatur) qui probe diſſerit, uel qui ornatiſsimis uerbis abundat. Eloquens, cuius oratio eſt & grauibus ſententijs referta, & ornatis diſtincta uerbis: unde M. Antonius apud Cic. ait, à ſe diſertos uiſos eſſe multos, eloquentem uerò neminem. Cic. ad Attic. lib. 10. Celer tuus diſertus eſt magis, quàm ſapiens. Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

DISERTE, aduerbium, {Facundamente, eloquentemente} modò ſignificat fecunde & eloquenter: ut apud Cice. lib. 1. de Orat. Denique ut prudentibus diſerte, ſtultis etiam uerè dicere uidearis. Modò pro diſtincte, & expreſſe. Liu. lib. 31. Cum in fœdere Luctatij diſerte aſcriptum eſſet, id ita ratum fore, ſi populus cenſuiſſet.

DISIICIO, cis, p. c. {Gettare in diuerſe parti} (διασκεδάννυμι) in diuerſas partes iacio. Verg. 1. Aen. Diſiecitq; rates. Hinc Diſiectus, participium, hoc eſt, diſperſus. Hora. 1. Carm. Tectaq; Penthei Diſiecta non leui ruina. Diſiecto, as, are, frequentatiuum. Lucre. lib. 2. Sed quaſi naufragijs magnis, uentisq; coortis Diſiectare ſolet magnum mare, tranſtra, catinas, Antennas, proram, &c.

DISIVNGO, {Diſiungere, ſeparare} (διαζεύγνυμι, διΐστημι) ſeparo. Ci. Len. Nam ab orationibus diſiungo me, refero q; ad manſuetiores Muſas. Diſiunctus, particip. Cice pro Roſc. Ame. Quæ uita maxime diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Diſiunctus, nomen ex participio. Cic. 4. Acad. Nihil eſt enim ab ea cogitatione, quā habemus de grauitate ſapientis, errore, leuitate, temeritate diſiūctius. Vnde Diſiunctio, ſeparatio, (διάζευξις, διαχώρισις) ut cūm alter ab altero abeſt. Ci. Neque. n. non poteſt mihi non moleſtiſsima eſſe diſiunctio noſtra, in tanta rerum omnium uarietate. Hinc etiam Diſiunctiuæ coniunctiones, (διαζευκτικοί, σύνδεσμοι) quę res, uel perſonas, uel tempora diſtinguuntur. ut, Hoc uel illud, meum uel tuum erit.

DISPALESCERE, {Paleſare} (διαθρυλλεῖσθαι) eſt palàm omnibus innoteſcere. Plaut. in Bacch. Si plus perdundum ſit, periiſſe ſuauius eſt, Quàm illud flagitium uulgo diſpaleſcere.

DISPALO, as, pen. pro. {Separare, andare errando} (διαζεύγνυμι, διεσκεδάννυται) idem quod ſeparo teſte Nonio: à præpoſitione Dis, & uerbo Palare, quod eſt errare, & uagari. Huius paſsiuū eſt Diſpalor. Siſenna li. 3. Hiſt. ut citat Nonius: Tanto paſſu diſpalantur Et apud eundem: Diſpalati ab ſignis digreſsi omnes, ac diſsipati. Gel li. 1. Ea præcentione tranquilla & uenerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, uis et impetus militum, ne ſparſi diſpalatiq; proruerent, cohibebatur.

DISPANDO, is, ere, {Spandere. Pet. Quanto piu diffoſo l'ali ſpando} (διαπετάννυμι) extendere. Lucre. lib. 1. Denique fluctifrago ſuſpenſæ in littore ueſtes Vueſcunt, eædem diſpanſæ in ſole ſereſcunt. Plaut. in Milite diſpeſſis pere, ſcribit, Eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus.

DISPAR, diſparis, {Diſpari} (ἀνώμαλος, ἀνόμοιος) inæqualis, diſsimilis. Ci. de Amic. Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſsimilitudo diſſociat amicitias. Verg. 2. Eclog. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Diſparilis, le, idem quod diſpar. Cicer. 1. de Diuina. Quæ omnia fiunt ex cœli uarietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum.

DISPARO, as, are, {Separare} (διαζεύγνυμι) ſeparare, et ſeiungere. Pla. Rud. Qui eſt Imperator diuum atq; hominum, Iupiter, Is nos per gentes aliū in ſhà diſparat. Hinc Diſparata uocant Dialectici, quæ negatiue opponuntur. Cic. 1. de Inuent. Diſparatum eſt autem id, quod ab aliqua re per appoſitionem nega-

tionis

tionis ſeparatur: hoc modo. ſapere, & non ſapere.

DISPARTIO, is, Vide Diſpertio.

DISPELLO, lis, diſpuli, diſpulſum, {*Scacciare in diuerſe parti*} (διελαύνω) in uaria loca, uarijs'ue modis pello. Liu. lib. 5. Cum equitem paſſim liberi fræna diſpuliſſent equi, Veientium maxima para Tyberim effuſi petunt. Ci. li. 1. Tuſc. Eademq; ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit. Verg. 1. Aen. Teucrorumq; alios, ater quos æquore turbo diſpulerat, id eſt, diſiecerat, ſiue ſegregauerat.

DISPENDIOSVS, ſa, ſum, {*Dannoſo*} (ζημιώδης) damnoſus. Col. lib. 2. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Accipitur etiam pro ſumptuoſo (φιλαναλωτής) cui opponitur Parcus.

DISPENDIVM, dij, {*Speſa, danno*} (δαπάνη) eſt ſumptus, incuria, uel negligentia, aut immoderatione factus. Pli. Magno id lignorum diſpendio fit. Aliquando idem eſt quod damnum, uel detrimētum, (βλάβη) cui opponitur Cōpendium, quod lucrum uel utilitatem ſignificat. Teren. in Hecy. Quid eſt, qđ mihi malim, q̄ quod huic intelligo euenire, ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, et mihi proſit? Verg. 3. Aene. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti, etc.

Diſpendium etiam uia obliqua, & quæ per ambages eo ducit, quò ire tendimus, contraria Compendio. Luca. lib. 8. Iam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaq; Tempe, Aemoniæ deſerta petens diſpendia ſyluæ, &c.

DISPENDO, dis, {*Tenir occupato*} (διατείνω) diſtineo, ſiue occupatum teneo. Col. lib. 8. cap. 2. Parandi autem modus eſt, ducentorum capitum, quæ paſtoris unius diſpendant curam. Aliquando idem eſt quod expendo erogo, diſtribuo: unde fit nomen Diſpendium, de quo iam diximus: & Diſpenſo frequentatiuum, idem ferè quod Diſtribuo. Col. lib. 4. Cœleſtes admittat imbres, eosq; alendis ſeminibus diſpenſet. Aliquando ſignificat expando, (διατείνω) & tunc non à pendo, ſed à pando componitur. Plautus: ubi lubet, diſpendite hominem diuorſum, atq; diſtendite.

DISPENSATOR. {*Diſpenſatore*} (οἰκονόμος) qui familiæ neceſſaria diſpēſat, hoc eſt diſtribuit: cuiuſmodi ſunt obſonatores, quorū officiū eſt ea coemere, quę uſus domeſticus expoſtulat. Mart. li. 6. Diſpēſatoris nobile cernis opus.

DISPENSO, as, {*Diſpenſare*} (διανέμω, οἰκονομέω) frequentatiuū à Diſpēdo, quod frequentiore in uſu eſt, q̄ Diſpendo. Cic. ad Att. lib. 11. Ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor, q qui eas diſpēſaant, neq; adeſt iſtic, neq; ubi terrarum ſit, ſcio. Hinc Diſpenſatio: οἰκονομία. Cic. ad Att. 15. Profectionem meam, ut uideo, Erotis diſpēſatio impedit. Hodie diſpenſationem accipiunt Iuriſperiti pro communis iuris relaxatione, neceſſitatis, aut certè maioris alicuius utilitatis cauſa cuipiam conceſſa. Verùm quoniā in ea ſignificatione apud Claſſicos ſcriptores nō legitur, nihil eſt quod plura hic de ea agamus, præſertim cùm præſcatus inſtituti ſit, Latinas uoces, nō Barbarorum fæces huc congerere.

DISPEREO, ris, {*Perire à fatto*} (ἀπόλλυμαι, ἔρρω) ex Dis, & Pereo componitur, ſignificatq; uario modo, aut in totum pereo, & deficio. Varro 1. de re ruſt. Fructus ſolent diſperire. Diſpeream, iurantis uox. Plau. in Amph. Diſpeream, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

DISPERDO, dis, diſperdi, {*Conſumare, diſperdere. Pet. Subito acciò ch'ogni mio ben diſperga*} (διαφθείρω, ἐξόλλυω) conſumo, modis omnibus perdo. Ci. pro lege Agr. Videte nunc proximo capite, ut impurus helluo turbet Rempu. ut a maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet. Diſperditio onis. Cic. 3. Philip. Cùm exercitu Romam ſit ad interitum noſtrum, & ad diſperditionem urbis uenire conatus.

DISPERGO, gis, diſperſi, ſum, {*Spargere in diuerſe parti*} (διασκεδάζω) in diuerſas partes ſpargo. Cic. 4. Acad. Cur mortifera tam multa perniciosa terra mariq; diſperſerit. Diſperſus, participium. Cic. 1. de Orat. Omnia fere quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt, ut in muſicis numeri, & uoces, & modi. Diſperſus, us, ui. Cic. Att. lib. 9. Quòd Conſules laudas, ego quoq; animum laudo, ſed conſilium reprehendo: diſperſu enim illorū actio de pace ſublata eſt, quā quidem ego meditabar. Diſperſe, & Diſperſim aduerbium. Cic. 6. Verr. Nunc iam illa omitto, quæ diſperſe à me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Varro de re ruſt. lib. 1. ca. 1. Qui Græcè ſcripſerunt, diſperſim alius de alia re, ſunt plus quinquaginta.

DISPERTIO, tis, & Diſpertior, tiris, {*Partire, diuidere*} (διαμερίζω) deponēs, ex Dis, & Partior. in diuerſas partes diuido, huic et illi partes do. Plau. in Aulu. Hercle iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent. Sic Diſpertire exercitum per oppida, Liu. 9. Bel. Maced. Diſpertire tyrones inter legiones, Hirc. 5. bel. Afric. Cic. 7. Verr. A quibus initia uitæ, atq; uictus, legum, morū, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur.

DISPESCO, cis, cui, {*Separare*} (διείργω, διαλυμβάνω) ſeparo, diſiungo, quaſi pecus à paſtione arceo. Pli. lib. 5. cap. 9. Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcens. Diſpeſcere (inquit Feſtus Pompeius) proprie eſt pecus à paſtione deducere, ut Compeſcere, unà paſcere, & in uno loco continere.

DISPESSVS, a, um, {*Spanſo*} (διαπεπταμένος) expanſus, extenſus, participium eſt à Diſpando. Plau. in Milite: Eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus.

DISPICIO, cis, pen. cor. {*Diſcernere*} διακρίνω. diſcerno. Quin. lib. 2. Nam proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. Item diuerſe, diligenterue inquirere, conſiderare, ſeu mente circunſpicere, & prouidere, (σκέψασθαι) et tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. Cic. lib. 1. Tuſcu. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Col. in Præfa. operis: At ego cùm aut magnitudinem totius rei, quaſi quandam uaſtitatem corporis, aut partium eius, uelut ſingulorum ſubtilitatē deſpicio, uereor ne ſupremus ante me dies occupet, quā uniuerſam diſciplinam ruris poſſim cognoſcere. Inde fit Deſpicentia, (περίσκεψις) quæ eſt circunſpectio, & prouidentia, uel conſideratio diligens, atq; diſcretio. Deſpectus, us, ui, pro diſcretione, uel delectu. Sene. 2. de Ira. Quid ſi pueri, q neglectu diſpectu officiorum, ad luſus & ineptos æqualium iocos ſpectent, quis iraſcatur, &c.

DISPLICEO, ces, {*Diſpiacere. Pe. Cotanto l'eſſer uinto li diſpiacque*} (ἀπαρέσκω) compoſitum eſt à Placeo, cōtrariam ſuo ſimplici habens ſignificationē. Nihil enim aliud eſt Diſplicere, q̄ nō placere. Ci. ad Att. lib. 2. Diſpliceo mihi, nec ſcribo ſine ſummo dolore. Hinc fit nomen Diſplicentia, quo uſus eſt Seneca de Tranquil uitæ. Hinc illud tædium & diſplicentia ſui, & nunquam reſidentis animi uolutatio. Apud Plau. in Ciſtel. etiam legitur Diſplicina: Ventum (inquit) ad te gaudeo ecaſtor, ita nunc hodie hic acceptæ ſumus Suauibus modis, niſi hæc diſplicina apud te quicquam fuit, Quin mihi placeret. Verbum eſt ſoli Plauto uſurpatum.

DISPLICO, as, {*Diſpiegare, ſpiegare*} penè idem eſt, quod explico, & quod plicatum erat aperio, dilato, & extendo. Vnde Diſplicatæ uolucres dicuntur à Varrone, quæ diſgregatæ ſunt, & latius diſperſæ. Ita enim ait de re ruſt. li. 3. Si quando diſplicatæ ſunt, cymbalis, & plauſibus, numero reducunt in eundē locum.

DISPLODO, is, uel Diſplaudo, (διαρρήγνυμι) cum crepitu rumpo. Horat. in Epod. Et ueſica ſonat quantum diſploſa, pepedi. Diſploſus, participium. Lucre. lib. 6. Cum plena animæ ueſicula parua Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. Id eſt, diſrupta.

DISPLVVIATVM, a Vitruuio dicitur figura quædam cauædij, qui li. 6. cap. 1. ſic ait. Diſpluuiata autem ſunt, in quibus deliquiæ arcam ſuſtinentes ſtillicidia reijciunt: hæc hybernaculis maximas præſtant utilitates, quod compluuia eorum erecta non obſtant luminibus tricliniorum.

DISPOLIO. {*Spogliare*} (ἀποδύω, σκυλεύω) idem eſt quod ſimplex Spolio. Teren. And. Clamitent, me ſycophantam hæreditatem perſequi, Mendicū, tum ipſam diſpoliare non licet. Inde Diſpoliabulum uerbale, quo Plaut. uſus eſt pro diſpoliatione. Ego'ne (inquit in Bacchide) ut hæc cluſa geſtem clanculū, ut celem patrem tua Piſtoclere flagitia, aut damna, aut diſpoliabula?

DISPONDEVS, (διςπόνδειος) quaſi bis ſpondeus, pes qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis, ut Oratores.

DISPONO, nis, pe. pro. {*Diſporre*} (διατίθημι) ordino. Pli. ad Fuſcū Epiſt. lib. 9. Quæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. Diſponere ſuo quidq; ordine, Col. lib. 12. cap. 2. Quintus Cicero Cic. de Petit. Conſul. Fac ut planè ijs hominibus, quos deuinctos tenes deſcriptum ac diſpoſitum ſuū cuiq; munus ſit. Idem Att. lib. 4. Poſtea uerò q̄ Tyrannio mihi libros diſpoſuit, etc.

Diſpoſitus, us, (διάταξις) uerbale idem ſignificās quod diſpoſitio. Tacit. li. 18. Diſpoſitu, prouiſuq; rerum ciuilium peritus.

DISPOSITE. {*Diſpoſitamente*} (εὐτάκτως) aptè, concinnè, diſtinctè. Cic. 6. Verr. Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare, ſi cupiam: opus eſt non ſolùm ingenio, uerùm etiam artificio quodam ſingulari.

DISPOSITIO, onis, {*Diſpoſitione*} (διάταξις, οἰκονομία) ordinatio, collocatio. Col. lib. 12. cap. 2. Quis enim dubitet nihil eſſe pulchrius in omni ratione uitæ, diſpoſitione atq; ordine. Diſpoſitor, oris, Senec. lib. 5. Nat. quæſt. Nimirū in hac prouidentia diſpoſitor ille mundi Deus aera uentis exercēdum dedit.

DISPVDET, diſpuduit, uel diſpuditū eſt, {*Vergognarſi grandemente*} (αἰδοῦμαι) impetſonale pro ſimplici accipitur, cum quodam augmēto, ut Diſpudet ſit idē, quod multis modis pudet. Ter. in Eunu. Diſpudet, mihi ſic data eſſe uerba.

DISPVLVERO, as, {*Ridurre in poluere*} (κονιορτόω) in puluerem redigo. Nævius: Saxa, ſyluas, lapides, montes diſijcis, diſpulueras. Nonius.

DISPVMO, as, {*Leuar le ſchiume*} (ἀπαφρίζω) ſpumas eijcio, ſpumis purgo, Col. lib. 12. cap. 34. Aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur. Alij legunt Deſpumetur.

DISPVNCTIO, onis, {*Il cancellare*} (ἐξάλειψις) uerbale à Diſpungo, interdum idem eſt quod expunctio, ſiue deletio: interdum idem quod ſupputatio, hoc eſt, datorum & acceptorum collatio. Vlp. l. cū plures. ff. de bon. aucto. iud. poſſ. An recognitio, & diſpunctio concedenda ſit creditori.

DISPVNGO, gis, diſpunxi, diſpunctum, {*Cancellare*} (ἐξαλείφειν) eſt expungere, uel delere. Accipitur etiam pro ſupputare ſiue numerare (λογίζεσθαι) quaſi puncto notare. Seneca de Breuit. uitæ: Diſpunge, et recenſe uitæ tuę dies, pauculos & ridiculos apud te reſediſſe uidebis. Inde dicimus Diſpungere rationes, pro eo quod uulgus uocat, examinare calculū. Papinianus Digeſtis de uerbo. ſign. Diſpungere eſt conferre accepta & data.

DISPVTO, tas, pen. cor. {*Diſputare*} (διαλέγομαι) ex præpoſitione Dis, & uerbo Puto, quod ualet purū facere: Vnde Diſputare (inquit Varro) ualde purum facere: & per tranſlationē, pro diſceptare, differere. Plau. in Moſt. Eam rē uolutaui, & diu diſputaui, hominem cuius rei, Quādo natus eſt, ſimilem eſſe arbitror. Item Diſputare rationem cum aliquo, idem in Aulu. dixit: Aes petit, Itur, putatur ratio cum argentario. Vbi diſputata eſt ratio cum argētario, & plus ipſius debet argentario. Diſputare item ſignificat rem aliquam agitare, ita ut uerum tandem cognoſcatur. Cic. de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior uidebatur perſona, quę de illa ætate loqueretur. Lact. li. 7. Immortales eſſe animas Pherecydes & Plato diſputauerunt. Hinc Diſputatio, διάλεξις, λόγος. Cic. Lentulo: Scripſi igitur Ariſtotelico more (quemadmodum quidem uolui) tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in utrāq; partem diſputatio, Quin. lib. 7. cap. 3. Diſputator, oris. Ci. 1. Offi. Niſi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi pōt, diſputator ſubtilis, orator parum uehemens. Diſputatrix, à Quintiliano Dialectica dicit̄. Diſputabilis, le. Senec. ad Lucil. Res diſputabilis in utrāq; partem.

DISQVIRO, ris, pe. pro. {*Inueſtigare, cercare diligentemente*} (ἐξετάζω, διαψηφίζομαι) per omnes partes quęro, ut inquirēdo nihil me lateat. Hora. 2. Ser. Verum hoc impranſi mecum diſquirite. A quo Diſquiſitio (ἐξέτασις, διαψήφισις) quæ eſt inquiſitio uoluntatis, iudicijq; diuerſorumq; & penè idē quod Diſceptatio. Suet. in Caſ. Primo Præturæ die. Q. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi uocauit. Pertinet etiam ad forum. Liu. Sed nō quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit, ſed quid iſti pati debuerint, id eſt in diſceptationem. Cic. de Aruſp. Reſp. Quanquam ad facinoris diſquiſitionē intereſt adeſſe q̄plurimos.

DISRARO, as, (ἀραιόω) ſignificat caſtro, & diuerſis modis quod dēſum erat rarum facio. Col. lib. 5. Sed illud deintegro refodi debet, hoc poteſt intercidi et diſrarari, quod opus ruſtici Caſtrationem uocant.

DISSAVIOR, aris, {*Baſciare con piacere*} (καταφιλέω) cū letitia & uoluptate oſculor: ex Dis, et ſuauior. Suauior autem à Suauium, ſiue Suauis, per diminutionem u. Gell. lib. 3. Et cum ibi tres cum (Diagoram) adoleſcētes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſauiarentur. Cic. Tir. Ego uos ad quartā

Calen. uidebo, tuoſq; oculos, etiamſi te uenient in medio foro uidero, diſſauiabor, id eſt, multum ſiue ſæpius ſauiabor.

DISSECTVS, ta, tum, quod eſt per anatomen exſceratum, ἀφωτεμημένος. Quod enim Græci τομὴν, nos diſſectionem & Conſectionē uocamus, ut apud Pli. & Celſum uideri poteſt.

DISSECO, cas, pen. cor. diſſecui, diſſectum, {Tagliare in pezzi} diuiſo, & uarijs modijs ſeco, ſiue in uarias partes diuido, σχίζω, διατέμνω, ἀφωτέμνω. Pli lib. 11. cap. 37. Tertio capto Lacedæmoniū pectus diſſecuere cauſa uidendi.

DISSEMINO, as. {Diſſeminare} (διασπείρω) ſpargo, diuulgo. Cic. in Cat. Latius opinione diſſeminatum eſt malum.

DISSENTANEVM, {Non corriſpondente} (ἀσύμφωνον, ἐναντίος, διαφωνοῦν) diſſentiens, non conueniens; ſicut conſentaneum, conueniens. Cice. in Part. Aut conſentanea, aut diſſentanea.

DISSENTIO, tis, uel Diſſentior, iris, {Non accordarſi non conſentire} (ἀντιγνωμονῶ, διαλλάττω) diuerſum ab alijs ſentio. Cic. de Amic. Ab ijs, qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè diſſentimus. Diſſenſio, uerbale, (διχοστασία) ſententiarum diuerſitas. Cic. pro Sylla: Vt hoc diſſidio ac diſſenſione facta oppidum in ſua poteſtate poſſet, & Pompeianos habere.

DISSEPIMENTVM, ti, (διάφραγμα) quo res illa diſſepitur, et diuiditur: unde membranulam illam in nuce intermediam, Diſſepimētum uocari, auctor eſt Feſtus.

DISSEPIO, diſſepſi, diſſeptum, {Guaſtare} quod ſeptum erat dirimere, & diſijcere. Statius. 10. Thebaidos: Abſiliunt pōtes, tectiq; trementis Saxea frana labant, diſſeptoq; aggere rurſum Vtitur, & truncas rupes in templa, domos q; Præcipitat.

DISSERENO, as, ſerenum fieri. Liu. 9. Bel. Mac. Cum undiq; diſſerenaſſet.

DISSERO, ris, pe. cor. diſſeui, diſſitum, {Seminare} (καταπείρω) idem quod ſimplex ſero. Colum. lib. 11. cap. 3. Panax utroq; tempore, leui & ſubacta terra, rariſſimè diſſeritur. Diſſero uerò diſſerui, diſſertum, ſignificat diſputare enarrare, declarare, διαλέγεσθαι, διαλογίζεσθαι, διηγεῖσθαι. Cic de Amic. C. Lælij perſona uiſa eſt idonea fuiſſe, quæ de amicitia ea ipſa diſſereret, quæ diſputata ab eo meminiſſe magiſter meus Scæuola. Ibidem: Audite uero optimi uiri ea, quæ ſæpiſſime inter me & Scipionem de amicitia diſſerebantur.

DISSERTO, as, frequentatiuum a Diſſero. Gel. Cum de antiquitate quorundam uerborum diſſeriaremus, hoc eſt, diſſertationibus contenderemus. Tacit. li. 12. Vbi hæc, atq; talia diſſertauere, incipit orationem Cæſar de ſuffragio Romano Diſſertatio. Pli. lib. 10 cap. 68. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua ſubtexat diſſertatio. Diſſertabundus. Gel. Eumq; in corona aſtantium diſſertabundum inuenimus.

DISSIDEO, des, pe. co. {Diſcordare} (στασιάζω, διαφέρομαι, διίσταμαι, ἐν πολέμῳ) diſcordo, diſſentio. Ci in Lælio: cum is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio diſſideret, qui tum erat Conſul. Transfertur etiam ad inanimata Pli. lib. 37. Adamas diſſidet cum magnete lapide in tātum, ut iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.

DISSIDIVM, {Separatione diſcordia} (στάσις, διχόστασις) ſegregatio, diſcordia. Teren. And. Valeant qui inter nos diſſidium quærunt. Oui. lib. 14. Meta. pro diſceſſu poſuit à ſeorſum ſedendo, quando ait, Non bene diſſidium Phrygū latura mariti.

DISSIDENTIA, {Diſcordanza} (διάστασις, διχοστασία) diſſenſio, diſcordia. Pli lib. 29. cap. 4. Dominante illa eadem rerum diſſidentia.

DISSILIO, lis, pe. cor. {Saltare} (ἀποπηδάω) ex Dis, & Salio, ſignificat loco moueor. Apul. Veſtibulo oſſa diſſilierant. Proprie autem eſt in diuerſas partes ſalire. Pli lib. 36. Lunenſem ſilicē ferra ſecari, at Tuſculanum diſſilire igni. Aliquando pro crepare, frangi. Verg. 3. Geor. Æraq; diſſiliunt uulgò, ueſteſq; rigeſcunt.

DISSIMILARES PARTES, (ἀνομοιομερῆ ὀργανικά) à medicis appellantur partes corporis compoſitæ, quæ ſcilicet ὁμοιομερεῖς, hoc eſt, ſimilares non ſunt, ſed ex ijs conſtituuntur, & in eas poſſunt reſolui.

DISSIMILIS, le, {Diſſimile} (ἀνόμοιος) idem quod abſimilis. Cic. 2. de Diuina. Eos qui naſcūtur eodem tempore, poſſe in diſſimiles incidere naturas propter cœli diſſimilitudinem. Diſſimiliter, aduerbium. Ci. 4. Tuſc. Cæteriq; diſſimiliter morbi, ægrotationeſq; morborum naſcuntur. Diſſimilitudo, inis. Cic. 5. Ver. Vides eandem æſtimationem propter temporis diſſimilitudinem, in illo laudis cauſam habere, in te criminis.

DISSIMVLO, las, {Diſſimulare} (μὴ προσποιοῦμαι) diligenter et aſtute celo, ne quid noſci poſſit, uel intelligi. Cic. pro Clu. Neq; id obſcure ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat. Oui. li. 5. Faſt. Iam ſatis eſt uetus diſſimulata diu.

Huius cōtrarium eſt Simulo, ὑποκρίνομαι. Simulamus enim falſa, Diſſimulamus uera. Simulamus eſſe quæ non ſunt, Diſſimulamus non eſſe, quæ ſunt.

Ab his fiunt aduerbia, Simulanter, & Diſſimulanter: Simulatim, et Diſſimulatim Cic. de Cla. Orat. Non aperte, nec eodem modo ſemper, ſed uarie diſſimulanterq; concluſis. Quin. lib. 10. cap. 1, Sæpe præparat diſſimulatum inſidias Orator. Diſſimulator, uerbale. Ci. 2 de Ora. Vt qui diſſimulatores ſtudiorū fuerint. Diſſimulatio, onis. Cic. 4. Aca. Libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quā Græci εἰρωνείαν uocant. Diſſimulabilis, unde Indiſſimulabilis apud Gel. lib. 10. cap. 21. Cum quadam indiſſimulabili ueritate diſſeruit.

DISSIMVLANTIA, æ, {Simulatione} idem quod Diſſimulatio. Cic. 2. de Ora. Socratem opinor in hac ironia, diſſimulantiaq; longe lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe.

DISSIPO, pas, pen. cor. {Diſſipare, diſpergere} διασκορπίζω, διασκεδάννυμι, ſignificat diſpergo, diuulgo. Col. lib. 2. Sin autem proximæ meſſis occupandū erit reſtibile, deſectis ſtramentis quatuor & uiginti uehes ſtercoris in iugerū diſponemus, diſſipabimuſq;. Cic. pro lege Mani. Vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam prædicant in fuga fratris ſui membra in his locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe. Dicimus etiam Diſſipare famā alicuius rei, diſſipare rumorem, diſſipare ſermones, hoc eſt, diuulgare, et dilatare. Ci. pro Flac. Primū q; diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus. Cic Cæl. li. 2. Multi occiſi, capti, reliqui diſſipati. Diſſipatio, onis. Ci. 1. de Natu. deo. Idem facit in Natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & diſſipatio conſequatur, negat eſſe corpus deorum, ſed tanquam corpus, &c. Hinc Diſſipabilis, le, quod diſpergi, aut ſeparari facile poteſt. Cic. 3 de Natu. Deo. Ignis uerò & aer omni impulſu faciliime pellitur, naturaq; cedens eſt maxime, & diſſipabilis.

DISSITVS, pen. cor. {Diſtante, remoto, diſgionto} (ἀπέχων, ἀπωκισμένος) diſtans, remotus, quaſi procul ſitus: cuius contrarium eſt Adſitus, quod eſt iuxta ſitus. Apu in Flo. hęc duo uelut inter ſe cōtraria oppoſuit atq; diſſeparauit, ſic ſcribēs, Homines neq; lōgule diſſita, neq; proxime adſita poſſumus cernere.

DISSOCIO, as, are, {Scompagnare} (διαζεύγνυμι, διίστημι) ſeparare, diſſoluere, & à ſocietate diſiungere. Cic. de Amic. Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. Mac. lib. 7. Et Leda poteras diſſociare genus. Diſſociatio, onis. Plin. lib. 22. ca. 21. Aquas reſpuæ, perfuſum merſum'ue ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur. Diſſociabilis, le, quod ſociari, coniungiq; non poteſt. Tacit. in uita Agricolæ: Et quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum, & libertatem.

DISSOLVBILIS, le, {Diſſolubile, che ſi può diſſoluere facilmente} (διαλυτός) quod facile diſſolui poteſt. Cic. 2. de Nat. deo. Animal mortale, diſſolubile diuiduum eſt. Coagmentatio diſſolubilis, ibidem lib. 1.

DISSOLVO, {Sciorre, slegare} (διαλύω) quod ligatum erat ſoluo, aperio, reſecludo. Plau. Pœn. Si auctoritatē poſtea defugeris, ubi diſſolutus tu ſies, ego pendeam. Cic. de Seneƈt. Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentauit, natura optime diſſoluit. Diſſoluere amicitias. Cice. de Amic. Nam ſi utilitas amicitias cōglutinaret, eadem commutata diſſolueret. Diſſoluere interrogationes. Ci. 4. Aca. Cum eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate. Eſt etiam Diſſoluere, expedire. Teren. in Heaut. Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem. Ita Diſſoluere aliquem, id eſt abſoluere, non diu ſuſpenſum tenere, paucis quod uolumus dicere. Plau. Merca. Obſecro diſſolue iam Me, nimis, enim diu pendeo. Item diuerſis perſonis, ſeu uaria debita ſoluere. Cice. lib. 2. Offi. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum.

DISSOLVTVS, a, um, {Sciolto, diſſoluta} (διαλυτός) participium, aut nomen ex participio: quod ligatum non eſt. Pli. lib. 28. cap. 7. Alibi ſeruatur, ut nudis pedibus eant, capillo, cinctuq; diſſoluto. Dicimus et Diſſolutos, qui moribus, legibuſq; ſoluti, luxum uitæ ſequuntur, quos Græci ἀσώτους dicunt. Cic. 6. Ver. Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? Diſſolute aduerbium. Cice. pro Cæcin. Nec contenderit aliud, q̄ ne ius ſuum diſſolute relinquere uideretur. Diſſolutio, uerbale, (διάλυσις) cuius contrarium, Coniunctio. Cic. in Part. Conſtructioq; uerborum tum coniunctionibus copuletur, tū diſſolutionibus relaxetur.

DISSONVS, a, um, pen. co. {Diſcordante} (διάφωνος, ἀσύμφωνος) diſſimiliter ſonans. Liu. 4. ab urb. Dictator autem parte altera ſubſidia, & ſecundā aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus, hoſti undique obiecerat uictorem peditem, equitemq;. Vnde Diſſono, as, pro diſcordo, διαφωνέω, ἀπηχέω. Col. lib. 1. cap. 1. An uniuerſa, quæ maiores prodiderunt, huius temporibus culturæ reſpondeant, an aliqua diſſonent.

DISSVADEO, des, {Diſſuadere, ſconfortare} (μετατρέπω) contrariam habet ſignificationem ſuo ſimplici. Ouid. 1. Meta. Pudor eſt, qui ſuadeat illinc, Hinc diſſuadet amor. Inde Diſſuaſor uerbale, qui diſſuadet. Ci. ad Brut. Itaq; in medio Achaico curſu, cum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiā, quaſi diſſuaſor mei conſilij, retuliſſet, te uidi Veliæ. Sic Luca. lib. 4. gladium uocat Diſſuaſorem iuſti, q; nos mortis metu à iuſtitia, & honeſtate deterreat.

DISSVAVIOR, aris, ſiue Diſſauior, {Baſciare grandemente} (καταφιλέω) cum uoluptate quadam exoſculor. Ci. Tiro. Ego uos ad quartum Cal. uidebo, tuoſq; oculos etiamſi te uenientem in medio foro uidero, diſſuauiabor.

DISSVLTO, tas, {Saltare in diuerſe parte} (διαπηδάω) frequentatiuum à diſſilio, in diuerſas partes ſalio. Pli. lib. 37. Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinq; diſſultet, incudeſq; etiam ipſæ diſſiliant.

DISSVO, {Diſcuſcire} (ἀποῤῥάπτω) proprie ſignificat id, quod ſutum erat, diſſoluo. Vnde Diſſuere amicitias per tranſlationem dixit Cic. 1. Offi. Vt amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, q̄ repente præcidere.

DISTABESCO, is, (συντήκομαι) apud Catonem de Re ruſt. cap. 24. Legitur pro ſimplici Tabeſco. Hunc (inquit) in fiſcellam ſuſpendito, ſinito cum muſto diſtabeſcat.

DISTÆDET, {Rincreſcere forte} (διαβαρυνόμαι) multū, aut uarie tædet. Teren. in Phor. Demipho te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui.

DISTARE, {Eſſere diſtante, differente} (διαφέρειν) differre. Cic. 2. Offi. Quibus rebus exculta hominum uita tantum diſtat à uictu, et cultu beſtiarū. Proprie autem ſignificat abeſſe, uel diſſugi, ἀπέχειν, διεστάναι, ἀφίστασθαι, διέχειν. Hirci. 4. Bel. Alexan. Cum hi tam paruo ſpatio diſtarent ab ipſis. Pli. Quod circiter quinq; millia paſſuum diſtat ab urbe. Hinc Diſtantia, (διάστημα, ἀπόστασις, διαφορά) quod modo differentiam, modò interuallum ſignificat. Ci. de Ami. Nec ob aliam cauſam ullam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi q; tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumq; diſtantia.

DISTENDO, dis, {Diſtendere} (διατείνω) in diuerſas partes tendo. Col. lib. 5. Stabilior eſt uinea, quæ ex utraq; parte iugo deuincta, pari libramento, uelut anchoris quibuſdam diſtenditur. Eſt & Diſtendere, idē quod implere, ἀφιστάω. Tractum ab utre, qui cum plenus eſt, tēditur, cum uacuus, relaxatur. Ver. 4. Georg. Et dulci diſtendunt nectare cellas.

DISTENTVS, {Pieno, occupato} (διατεταμένος) repletus. Plin. Diſtentus ſolitaria cœna. Nonnūquam idem ſignificat, quod occupatus uel diſtinctus περισπώμενος. Sed in hac ſignificatione participium eſt à uerbo Diſtineor. Cic. ad Att. Breuitate epiſtolæ ſcire poteris cum ualde eſſe diſtentum. Diſtentiſſimus, pro occupatiſſimo, apud eundem lib. 3. de Nat. deo. & ad Att. lib. 13.

DISTERMINO, {Separare} (ὁρίζω) idem eſt quod ſeparo, uel diuerſas res termino. Luc. li. 1. Et Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis.

DISTERO, ris, p. c. {Tritare ſottilmente} (κατατρίβω) multum ſiue crebrò tero, quod fit, cum aliquid ſubtiliter & minutim teritur. Cato de re ruſt. cap. 75. Libum hoc modo facito, Caſei pondo duo bene diſtere in mortario.

DISTI-

DISTICHON, pen. cor. (δίστιχον) carmen duorum uerſuum. Nam στίχος Græcis uerſus eſt. Sic Tetraſtichon, (τετράστιχον) dicimus quatuor uerſus: Hexaſtichon, (ἑξάστιχον) ſex.

DISTILLARIVS, rij, concinnator, ſiue uenditor diſtillationum. Seneca: Iá librarij uarias exclamationes, & botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores mercem ſuam quadam inſignita modulatione uendentes.

DISTILLO, las, {*Deſtillare*} (καταῤῥέω, καταστάζω) paulatim fluo, Ver. 3. Georg. Lentum diſtillat ab inguine uirus. Hinc Diſtillatio, quam Græci Catarrhum, Coryzam, uel Branchum uocant Pli. lib. 20. cap. 6. Sanguinem ue rò excreantibus, & phthiſicis diſtillationibus longis, uel ſuccus, uel ex ipſo cibus prodeſt.

DISTINCTIO, onis, {*Diſtintione*} (ἀφορισμὸς) diuiſio, ſeparatio. Cic. 1. de Leg. Lex eſt diſtinctio iuſtorum & iniuſtorum.

DISTINEO, es, pen. cor. {*Tenire impedito*} (περισπάω) uarie, ſiue diuerſis rebus, cauſis'ue impeditum teneo. Cic. Mario: Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita diſtinemur ut quotidie uota faciamus, ne intercalêtur, ut q́ primû te uidere poſſimus. Luc. lib. 5. Et mare, quod latè terrarum diſtinet oras. Id eſt, occupat, & tenet. Item arcere, repellere. ἀμείργειν. Verg. lib. 11. Dum diſtinet hoſtem Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.

DISTINGVO, guis, {*Diſtinguere*} (διορίζω, ὑποδιαστέλλω, κατασίζω, διαλαμβάνω, ἀφορίζω) diuido, diſcerno. Cic. in Parad. Cauſa igitur hæc, nõ natura diſtinguit. Diſtinctus, participium. Cic. 2. de Natu. deo. Quorumq́ operibus, agri, inſulæ, litoraq́ collucent diſtincta tectis & urbibus. Diſtinctus, us, ui. Tacit. lib. 5. Ore, ac diſtinctu pennarum à cæteris auibus diuerſum.
Diſtincte, aduerbium, ſeparatim, diuiſim. Ci. 2. Tuſcu. Sed quia profitentur ipſi illi, qui eos ſcribunt, ſe neq́ diſtincte, neq́ diſtribute, neq́ eleganter, neq́ ornate ſcribere, lectionem ſine ulla delectatione negligo.

DISTITO, as, pe. cor. frequentatiuum à Diſto, διίσταμαι. Col. lib. 7. Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

DISTO, as, uide Diſtare.

DISTORQVEO, es, {*Diſtorcere*} (διαστρέφω) in diuerſum torqueo. Teren. Eunu. Ah, illud uide os ut ſibi carnufex diſtorſit. Diſtortio, onis, (διαστροφή) Cic. 4. Tuſc. & 5. de Finib. in quibus ſi peccetur diſtortione, & deprauatione, aut motu, ſtatu'ue deformi, &c.

DISTRAHO, {*Tirare in diuerſe parti*} (περισπάω, ἀφέλκω, διασπάω) diuerſe traho, diuido. Teren. Phor. Quòd ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut diſtrahar. Verg. li. 6. Turbatis diſtractus equis. Refertur plerunq́ ad animum, cùm ad uarias ſententias & occupationes trahitur. Cic. 3. Offi. Diſtrahitur in deliberando animus. Ponitur etiam pro uendo, πιπράσκω. Vlpia. de Tranſ. Si uni pluribus'ue fundus ad alimenta fuerit relictus, eiq́ cû diſtrahere, neceſſe eſt Prætorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Apul. lib. 1. Caſeus recens erat, & ſciti ſaporis, admodum commodis pretio diſtrahi.
Idem pro compono, ſedo, finio. διαλύω. Cic pro Cæc. Ideo q̀ omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. Diſtractio uerbale, (διασπασμὸς) ſeparatio, alienatio. Cice. 3. Offi. Nulla enim nobis cum tyrannis ſocietas eſt, ſed potius ſumma diſtractio.

DISTRIBVO, is, {*Diſtribuire, diſpenſare*} (διαμερίζω) diuido, quaſi diuerſis tribuo. Teren. in Adel. Argentû annumerauit illico: Dedit præterea in ſumptum dimidium minæ: id diſtributum eſt ſanè ex ſententia. Vnde Diſtribute, aduerbium. Cic. 2. Tuſc. Sed quia profitentur illi ipſi, qui eos ſcribunt, ſe neq́ diſtincte, neq́ diſtribute, neq́ eleganter, neq́ ornate ſcribere, lectionem ſine ulla delectatione negligo. Idem 2. de Inuen. Sin diſtributius tractare quis uolet, partietur in animum & corpus, & extraneas res, licebit. Diſtributor, oris. Cice. in Piſo. Hoc certe uideo, quod indicant tabulæ publicę, uos rogatores, uos diſtributores, uos cuſtodes fuiſſe tabularum. Diſtributio, onis. Cic. pro Cluen. Itaq́ mihi certum eſt, hanc eandem diſtributionem, inuidiæ & criminum, ſic in defenſione ſeruare, &c.

DISTRIBVTIO, à Rhetoribus appellatur figura, quæ à Græcis uocatur μερισμὸς, cùm ſingulis rebus ſuâ proprietatem tribuimus. ut Lycurgus, cuius omnes partes corporis ad nequitiam ſunt appoſitiſſimę, oculi ad petulantẽ laſciuiam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, uentris naturæ membra, quæ non poſſumus honeſte appellare, ad omne genus corruptelę, pedes ad fugã proſus, ut aut ex hoc uitia, aut ipſe ex uitijs ortus uideatur.

DISTRINGO, {*Stringere ſtrettamente*} (διασφίλλω, διασφίγγω) arcte ſtringo. Cic. lib. 3. Offi. Fraus diſtringit, non diſſoluit periurium. Quandoq́ deſtrion, ſeu radendo ſordes detergo, καταξύω. Vnde Diſtringere ſeſe dicuntur, (ἀποξύειν) qui in balneis ſudores, & ſordes à corpore abradunt: quę in uſum etiam ſtrigiles habere ſolent. Mar. lib. 14. Pergamus has miſit: curuo diſtringere ferro: Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Pli. lib. 34. cap. 8. de Lyſippo: Plurima ex omnibus ſigna fecit fœcundiſſimæ artis, inter quæ diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicauit. Diſtringere gladium eſt, nudare & uagina eximere, Cic. lib. 3. Offi. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium, diſtrinxit, iurauitq́ ſe illum ſtatim interfecturum. Quandoq́ colligere, ἀποθερίζειν. Col. li. ult. Sereno cœlo manibus diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cannis, cribrari & purgari. Quandoq́, diſtraho, ſiue impeditum teneo, περισπάω. Quin. Quibus comparandis, paulò plus q̃ biennium, tot alioqui negotijs diſtrictus, impendi, id eſt, diſtractus & impeditus. Diſtricte, aduerbium. Pli. lib. 9. Epiſt. ad Sabinianum: Iungam tamen tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius, ſeueriusq́ corripui, diſtricte minatus, nunquam me poſtea rogaturum.

DISTRVNCO, as, {*Troncare*} (κολοβόω) compoſitum à trunco, idem eſt, quod mutilo, uel in partes diſſeco. Plau. in Truc. Ego te hic agnum faciam, & medium diſtruncabo.

DISTRVO, is. (διασκευάζω) ſeorſum, uel ſeparatim ſtruo. Suet. in Calig. Diſtructis, ac inſtructis, pro loci dignitate, compluribus cellis.

DISTVRBO, {*Diſturbare*} (διαῤῥίπτω, ἀφανίζω) diſijcio, diruo, euerto. Cic. pro Domo ſua. Etiam ſe uidere diſtrahi à complexu ſuorum, diſturbari tecta diripi fortunas. Idem pro Sex. Roſc. Qui fidem lædit, quantum in ipſo eſt, diſturbat humanæ uitæ ſocietatem. Diſturbatio, onis, Cic. 3. Offi. Sed utilitatis ſpecies in repub. ſæpiſſime peccatur, ut in Corinthi diſturbatione noſtri.

DISVLCVS, à ueteribus porcus dicebatur diuiſas in ceruice ſetas habens. Feſtus.

DITESCO, {*Diuenir ricco, Arricchire. Pet. Tu c'hai per arricchire un bel theſoro*} (πλουτέω) diues fio: augmentatiuum ab inuſitato uerbo Diteo. Luc. lib. 4. Poſſunt tamen inde puellos Suſcipere, & partu poſſunt diteſcere dulci.

DITHYRAMBVS, (διθύραμβος) uiri Thebani nomen, qui primus hymnos inueniſſe creditur, qui in honorem Bacchi ſolent decãtari: à cuius nomine ipſi etiam hymni Dithyrambi creduntur appellati. Hora. lib. 4. Carm. Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numeriſq́ fertur Lege ſolutis. Quãquã & ipſe Bacchus Dithyrambus eſt cognominatus, ἀπὸ τοῦ δὶς ἐς θύραν ἀναβαίνειν, q̀ per duas ueluti portas in uitam aſcenderit. Bis enim natus creditur ex utero matris Semeles, & femore Iouis.

DITIO, onis, {*Giuriſditione, imperio, ſignoria*} (ἐπικράτεια) ſignificat imperium, dominium. Cic. 2. de Legi. Ditione atq́ numine deorum geruntur res. Hoc nomen quamuis à Dis, Ditis, deriuari uideatur, attamen cõtra naturã primitiui corripit primam.

DITO, as, {*Arricchire*} (πλουτίζω) à Dis, ditis, ſignificat diuitem facio. Liu. 1. Bel. Pun. Caſtra militem ditauere.

DITROCHÆVS, (διτρόχαιος) pes conſtans ex duobus trochæis, hoc eſt ex longa & breui, & iterum longa & breui, ut Cantilena.

DIV, {*Lugamente, di giorno*} (μεθ᾽ ἡμέραν) aduerbium, pro Die, à quo fit Interdiu. Plaut. Nec noctu, nec diu quietus. Interdum ſignificat Longo tempore, διὰ, πολὺν χρόνον, μέχρι, πόῤῥω. Hora. in Epiſto. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Hinc Diutius, & Diutiſſime, Iandiu, et quãdiu: de quibus infra ſuis locis. Habet autem Diu frequenter poſt ſe particulam Cum. Plau. in Merca. Nam illi quidem haud ſanè diu eſt cum dentes exciderunt. Interdum etiam Quod. Ibidem: Syra non redit, quem acceſſitum patrem haud diu eſt q̀ miſeram.

DIVAGOR, p. c. {*Vagare, andare uagabondo*} (πλανάομαι) oberro, huc illuc uagor. Lactan. lib. 5. Vbi animus in multa diſperſus, huc atq́ illuc diuagatur.

DIVARICO, as, pen. cor. (διιστάνω) extendo, diuido: & proprie de ijs dicitur, qui crura in diuerſas partes extẽdunt: unde & Tibias diuaricatas dicimus, in diuerſas partes diſcretas. Quanquã etiam de alijs rebus dicitur. Cato: Arbores hoc modo putentur, rami diuaricentur, quos relinques, hoc eſt, in diuerſas partes brachia diſponantur. Nonius: Diuaricari dictum eſt diſtendi, ab his qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, ut eos in diuerſum habeat ſeparatos. Huius ſimplex eſt Varico. quo uſus eſt Quin. Varicare (inquit) ſupra modum in ſtando deforme eſt: & accedente motu, prope ſcenicum.

DIVELLO, lis, diuulſi, diuulſum, {*Diuellere. Pet. Et del corpo diuelli ogni radice*} (ἀποσπάω, σπαράσσω, κατασπάω, περισπάω) abſtraho, auello. Sall. Rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. Membra diuulſa, Ouid. 3. Triſt. Eleg. 9. Vuda diuulſa remis. Ouid. 8. Meta.

DIVENDO, is, ere, {*Vendere uariamente*} (διαπιπράσκω) ut diuiſim uel uarie uendo. fit, cum modo huic, modo illi, & modò hoc, modò illud uendimus. Cic. de Leg. Agr. Hic permittit lege ſua, ut Decem uiri bona populi Romani poſſint diuendere.

DIVERBERO, as, are, {*Tendere, percuotere*} (διακόπτω) ſcindere. Verg. 5. Aene. Primaq́ per cœlum neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras.

DIVERBIA, (ἐπιῤῥήματα) partes comœdiarum, ubi plures perſonæ uerſantur. à perſonarum uarietate dicta. Liuius: Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diuerbiaq́ tantum ipſorum uoci relicta. Seruius aliter, Diuerbium, inquit, primus actus comœdiæ, Græce Protaſis. Nam quælibet comœdia diuiditur in Prologum, Protaſin, Epitaſin, & Cataſtrophen.

DIVERSITO, as, pen. cor. {*Diuenire, piegare ſpeſſo*} (τρέπομαι) frequentatiuum à Diuerto, pro deflecto. Gel. Ad ipſa Platonis penetralia, ipſarumq́ rerũ pondera & dignitates pergendum eſt: nõ ad uocularum eius amœnitatem, nec ad uerborum uenuſtates diuerſitandum.

DIVERSOR, ſaris, {*Albergare*} (ἐπισταθμεύω, κατάγομαι, καταλύω) hoſpitio excipior, hoſpitio alicuius utor, ad hoſpitium diuerto, in diuerſorio, uel caupona ſum. Cic. 2. Verr. Rubrium delicias ſuas parum laute diuerſari dicit. Idẽ 5. Tuſcu. Cum Athenis apud eum diuerſare. Idem 2. Verr. Domus in qua iſte diuerſabatur. Accipitur & pro conuerſor. Vale. Maxi. lib. 1. Tabernamq́, in qua is diuerſabatur, petere conatus.

DIVERSOR, {*Albergatore*} (καταλύτης) qui in caupona hoſpitatur. Ci. lib. 2. de Inuen. Caupo cum quibuſdam diuerſoribus, illum qui antè exierat, conſequitur: in itinere hominem comprehendit.

DIVERSORIVM, {*Albergo, alloggiamento*} (καταγώγιον, κατάλυμα) à diuertendo, hoſpitium, caupona, uilla, aliusue locus, ad quem nõ habitandi, ſed ad tempus commorandi cauſa diuertimus. Cic. in Cati. Ex uita iſta diſcedo tãquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuerſoriũ nobis, non habitandi dedit. Hinc Diuerſoriolum, diminutiuum. Ci. ad Corni. Niſi q̀ Sinueſſanum diuerſoriolum, contempſiſti.

DIVERSORIVS, a, um, (καταλυτικός) ut taberna diuerſoria, id eſt, caupona. Plaut. Truc. In tabernam ducor diuerſoriam, ubi male accipiar mea mihi pecunia.

DIVERSVS, a, um, adiectiuum, {*Diuerſo, ſeparato*} (κεχωρισμένος) ſeparatus, uel in uarias partes diſtributus. Cæſ. 2. Bel. Afri. Cum. Numidas diuerſos, diſſipatoſq́ in omnes partes fugere uidiſſent. Diuerſus item contrarius, aduerſarius, (ἐναντίος) Suet. de Clar. Gramma. Interrogatus diu à Varrone diuerſę partis aduocato quibuſdam ageret, & quo artificio uteretur. Interdum idem quod alius, uel diſſimilis, ἀλλοῖος. Cic. 4. Acad. Certa igitur cum illo, qui à te totus diuerſus eſt.

DIVERSITAS, atis, {*Diuerſità, diſſimilitudine*} (διαφορά, ἐναντίωσις) repugnantia, diſſimilitudo. Pli. in Epiſt. Sed tamen imitarer & ſequerer, quantũ aut diuerſitas ingeniorũ, maximi, et minimi, aut cauſæ diſſimilitudo pateretur.

DIVERSE, aduerbium, {*In diuerſe parti*} (κεχωρισμένως) in diuerſas partes. Terẽ. in And. Tot me impediũt curę, quę meũ animũ diuerſe trahunt. Diuerſum, pro diuerſe. Plau. Mil. Vbi lubet dispẽdite hominẽ diuerſum, et diſtẽdite.

DIVERTICVLVM, {*Diuolgimento*} (ἀπρακτός) eſt uia, per quam à militari uia ſiue de itinere noſtro alio diuertimus. Teren. in Eun. Cum ſenſi, redeo rurſus, male uerò me habens. ubi ad ipſum ueni diuerticulum, conſtiti. Seruius diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ, quæ ſunt à latere, uiæ militaris. Diuerticula (καταλύσεις) etiam dicuntur domicilia in uia, ad quæ diuertendum ſit. Liu. 1. ab urb. Cum gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherẽtur. Fraudis & inſidiarum diuerticulum. Cic. pro Roſc. Com. Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere, & repugnare contra ueritatem non audet; aliud fraudis & inſidiarum in eodem ueſtigio diuerticulum reperit.

DIVERTO, is, & Diuertor, eris, {*Diuertire, torcere. Pet. Ch'a chor non torſe dal uero camino*} (ἐκτρέπομαι) ab itinere deflecto. Cic. 6. Philip. Nuntiant ſe, Pompeii conueniendi cauſa diuertiſſe Maſſiliam. Per tranſlationem accipitur pro digredi, & expatiari in oratione, παρεκβαίνειν. Cic. lib. 12. Epiſt. Sed Redeamus ad illud unde diuertimus. Lact. lib. 9. Sed huc neceſſario diuertendum erat, ut oſtenderem tot, & tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. Eſt item Diuertere, (καταλύειν) in diuerſorium, uel hoſpitia ſe recipere. In qua ſignificatione ferè habet accuſatiuum, cum præpoſitione Ad, uel In, niſi fortè accuſatiuus ex eorum ſit genere, qui uerbis motum ſignificantibus ſine præpoſitione iungi ſolent, cuiuſmodi ſunt propria minorum locorum nomina, & ex appellatiuis duo Rus, & Domum: Cic. Cum duo quidam una iter facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hoſpitem. Idem pro Milone: Clodium ſuſpicari debuit ad uillam ſuam diuerſurum. Idem. 1. Offi. Cimon imperauit uillicis ſuis ut omnia præberent, quicunq; Laciades in uillam ſuam diuertiſſet. Idẽ pro Deio. Cum domum regis hoſpitis tui diuertiſſes. Huic finitimum eſt Diuerſor: quod tamen nullum importat motum. unde etiam accuſatiuum exigit cum præpoſitione Apud, uel ablatiuum cum præpoſitione In. Non enim dicimus, Diuerſari ad hoſpitem, uel domum alicuius: ſed, Apud hoſpitem, uel Domi alicuius diuerſari. Et contra, Ad hoſpitem, uel Domum cuiuſpiam diuertere dicimus, non Apud hoſpitem, uel domi alicuius.

DIVES, diuitis, {*Ricco, copioſo*} (πλούσιος, χρηματιστής, ἀφνειός) à diuo fieri dicitur. q; qui diues eſt, quaſi Deus nullo indigere uidetur Cic. in Para. Quem intelligimus diuitem, aut hoc uerbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus ſit. Et modo conſtruitur cum genitiuo. Verg. 2. Georg. Diues opum uariarum. Modo cum ablatiuo. Cic. lib. 2. Offi. Publius Craſſus, tum cognomine Diues, tum copijs, functus eſt ædilitio maximo munere. Eſt aũt generis omnis: facit enim accuſatiuum diuitem, & hoc diues. Ouid. lib. 1. de Arte: Addidit externo marmore diues opus. Hinc Diuitior comparatiuum. Cic. de Orat. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

DIVEXO, xas, {*Contaminare, affligere in uarii modi*} (ἄγω καὶ φέρω, λυμαίνω) uarijs modis affligo. Cic. in Phil. Omnia diuexare, atq; diripere cupiens.

DIVIDIA, æ, {*Tedio, moleſtia*} (ἀδημονία) tædium, & moleſtia: ſic enim Nonius interpretatur. Plau. Bacch. Nam illæc res magnæ diuidiæ eſt mihi. Feſtus Diuidiam, diſcordiam interpretatur, cuius tamen ſignificationis nullum profert teſtimonium.

DIVIDICVLA, teſte Feſto, dicũtur caſtella, ex quibus à riuo communi aquã quiſq; in ſuum fundum ducit.

DIVIDO, dis, p. co. diuiſi, diuiſum {*Diuidere, ſeparare*} (διαιρεῖν, διαμερίζειν) ſeparas, partiri. Verg. in Epigram quodam: Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. Ponitur & pro prædicare. Plau. in Aul. Me quidem hercle (dicam palam) non diuides, id eſt, πιφαύσκεις.

DIVIDERE SENTENTIAM, (διαιρεῖν τὴν γνώμην) forenſis eſt locutio, quam Aſconius Pædianus interpretatur his uerbis: Cum aliquis (inquit) in dicenda ſententia duas, plures'ue partes complectitur, ſi non omnes probantur, poſtulatur ut diuidantur, id eſt, ut de ſingulis rebus ſeorſũm referatur, ut pars altera, ſi ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cice. lib. 1. Epiſt. 2. Itaq; cũ ſententia Bibuli prima pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſij, ut tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatij, ut Pompeius reduceret. poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, cui rei quia obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facile oſtendi poteſt, quid ſit Sententiã diuidere. Bibuli n. ſententia duo habebat mẽbra ut ſcilicet ſine exercitu rex reduceretur, deinde ut à tribus legatis reduceretur: quorum cũ alterum nonnullis placuiſſet, alterum diſplicuiſſet, poſtulatum eſt, ut ſententia illa bimembris diuideretur, hoc eſt, in duas partes ſecaretur, ut de utraq; parte ſeorſum poſſet referri.

DIVIDVVS, a, um, {*Separabile*} (διχοτόμος, διαιρετόν) quod ſeparabile aut ſeparatum eſt: cuius contrarium eſt Indiuiduũ, quod diuidi non poteſt, ἀδιαίρετον, ἄτομον. Cic. de Vniuer. Ex ea materia, quæ indiuidua eſt, & quæ ſemper unius modi, ſuiq; ſimilis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. Tere. in Adelph. Potius q̃ uenias in periculum Sannio, Serues'ne, an perdas, totũ diuiduum face. Ouid. 1. Faſt. Inſula diuidua quam premit amnis aqua. Id eſt, quã ambit fluuius ab utraq; parte. Hinc diuidue, quod uernaculo ſermone dicimus par la moitie. Idem in Caſ. Nam quod tibi ægre eſt, idem mihi eſt diuidue.

DIVINIPOTENS, (θειοκρατής) qui in diuinis poteſtatem habet. Apul. Saga & diuinipotens cœlum deponere.

DIVINE, aduerbium, {*Diuinamente*} (θείως, θεόθεν) ad deorum ſimilitudinẽ, deorum more. & ſupra humanas artes, quaſi diuini numinis inſtinctu Quint. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore diuine, ut omnia, exequitur.

DIVINITVS, pe. cor. aduerbium, {*Da Dio Diuinamente*} (θεόθεν) à deo, ſiue à diuis: ſicut Humanitus, ab hominibus. Cælitus, à cœlo. Ver. 1. Geor. Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis Ingenium. Interdum idem eſt, quod diuine, (θείως) hoc eſt deorum, uel diuorum more, inſigniter, & quaſi humanis uiribus excellentius. Cice. 2. de Orato. Ille locus inductus eſt à me diuinitus.

DIVINITAS, atis, {*Diuinità*} (θειότης) ſors, uel poteſtas diuina. Plin. lib. 19. cap. 12. Opus ingens, occultumq; diuinitatis, & quo nullum reperiri poſſit maius.

DIVINO, nas, pe. pro. {*Indouinare. Pet. Ne poſſo indouinar chi me ne ſcioglia*} (μαντεύομαι) antea cognoſco, uel futura præſagio. Dictũ uidetur à nomine Diuinus, quia diuinum quiddam, & ſupra mortalis ſagacitatis ſortem eſſe uidetur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Teren. in Hecy. Plane hic diuinat. A quo Diuinatio, (μαντεία, μαντική) prudentia futurorũ. Ci. 1. de Diuin. Veteri quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id eſt, præſentionem & ſcientiam rerum futurarum. Chryſippus Diuinationem Definit, eſſe uim cognoſcentem, & uidentem, & explicantem ſigna, quæ à dijs hominibus portendantur. Officium autem eſſe eius, præcognoſcere, Dij erga homines mente qua ſint, quidq; ſignificent, quemadmodumq; ea procurent atq; expientur. Hæc Cice. de Diu. li. 2. Dicitur etiam Diuinatio, iudicium, ſiue cognitio, quæ circa conſtitutionem accuſatoris, uel ſubſcriptoris conſiſtit: cum ſcilicet ex duobus, pluribus'ue accuſationem ambientibus, deligẽdus eſt qui maxime ſit idoneus: Quemadmodum in accuſatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam, uter in accuſando deberet præferri: Vnde ẽt prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc eſt, quia in alijs iudicijs iudex ea, quæ teſtibus, tabulis, uel argumentis probata ſunt, ſequi debet. Cum autem accuſator eſt eligendus, ex ſcilicet quibuſdã et ex alijs iudicijs et cõiecturis, iudicare debet, et penè diuinare, quis ad accuſandũ maxime ſit idoneus. Diuinatus, participium paſſiuũ. Oui. de Nuce: Vt diuinatas auferat augur opes. Huius unicum eſt compoſitũ Prædiuino, quod Plinius poſuit pro præſentio, cum ait li. 10. Tum uniuerſæ prouolãt, ſi dies mitis futurus eſt. prædiuinant. n. uentos, imbresq;, & tũc ſe cõtinent tectis.

DIVINVS, a, um, {*Diuino*} (θεῖος) quod eſt dei, uel quod ad Deũ pertinet: ut opus diuinum, Res diuina. Plau. in Cur. Nunc rei diuinæ operam dabo: certũ eſt bene me curare. Diuinæ rei operam dare, & Rem diuinam facere, eſt dijs ſacrificare. Cice. 6. Verr. Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere uidiſti Diuina uerba, pro piacularibus quibuſdam uerbis, quibus prodigia ſolent procurari. Cato de re ruſt. Si de cœlo uilla tacta ſiet, de ea re uerba diuina uti fiant, procuret. Cic. 1. de Diuin. Ariſtoteles quidem eos etiam qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiẽs atq; diuinum. Ibidẽ. Quid hoc ſomnio dici diuinius poteſt? Diuinum interdum uocamus eximium, & humana ſorte quodammodo maiorẽ. Verg. Eclo. 3. Diuini opus Alcimedontis. Itẽ Diuinus, (μάντις, θεοπρόπος) qui diuinat, prædicit. Mar. Non ſum diuinus, ſed ſcio quid facias.

Auis diuina imbrium, id eſt, diuinatrix & Prænuntia. Hora. 3. Carm. Auem quam ſtantes repetat paludes imbrium diuina auis imminentum. Corniccm intelligit, imminentium imbrium præſciam, uel Vergilio teſte, Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.

DIVISIO, {*Diuiſione ſeparatione*} (διαίρεσις) ſectio, partitio, diſtributio. Ci. 1. de Nat. Deo. Diuiſio trium regnorum, cœli, maris, & inferorũ. Apud Rhetores Diuiſio eſt, (ut ſcribit auctor ad Herennium) per quam aperimus quid cõueniat, quod in controuerſia ſit. uel per quam exponimus quibus de rebus dicturi ſumus. Inter Diuiſionem et Partitionem hoc intereſſe putatur, q; Diuiſio eſt generis in ſpecies: Partitio autem, totius in partes diſtributio. Quint. lib. 7. ſic igitur diuiſio rerum plurium in ſingulas: Partitio, ſingularum rerũ in partes diſcretus ordo. Cic. 3. de Nat. Deo. Quadripartita, inquit, fuit diuiſio tua. Primũ ut uelles docere deos eſſe: deinde quales eſſent: tum ab his mundum regi: poſtremò, conſulere eos rebus humanis.

DIVISOR, oris, {*Diuiditore, partitore*} (διαιρέτης) cum ſit uerbale nomen à diuido. plerũq; apud Ciceronem criminis eſt: nã; antiquitus Diuiſores uocabãtur, qui pecunias inter tribus uiritim candidatorum nomine diuidebant in creandis magiſtratibus, quos Plau. Curiarum magiſtros uocat. Conſueuerant. n. petitores magiſtratuum apud Romanos, pecunia largitioneq; ſibi ſtudia conciliare ſuffragatorum, & per centurias tribuſq; diuidere nummos. Ci. pro Plancio: Quã tibi commodum eſt unam tribum delige. tu doce id, quod debes, per quẽ ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & Diuiſor, qui præpoſtera Venere pueros corrumpit. Cic. Pæto: Quid enim? num honeſtum eſt uerbum Diuiſio? at ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo. Ad eundem etiam modũ Plau. in Aul. utitur uerbo Diuidere; Me quidem hercle (dicam palàm) non diuides.

DIVISVRA, æ, {*Diuiſione*} (διατομή) diuiſio, uel inciſio. Pli. lib. 12. ca. 26. Ab hac, ferula differt, quæ uocatur ſpondylion, folijs tantum, quia ſunt minora & platani diuiſura. Idem lib. 14. cap. 3. Folio paruo & rotundo, ſine diuiſuris. Quas inciſuras multis alijs locis appellat.

DIVISVS, us, ui, (διαμερισμός) idem quod diuiſio, hoc eſt, partitio, ſiue diſtributio. Liu. 3. Bel. Mac. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ, ac diuiſui principum quibuſdam & magiſtratibus erant.

DIVITIÆ, arum, {*Ricchezze*} (πλοῦτος) numero tãtum multitudinis opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia. Cicero diſcrimen uidetur facere inter Diuitias & Opes: Sunt ergo (inquit) Diuitiæ ad neceſſarium uſum. Opes uero ad magnificentiam. Cic. 1. Offi. Expetuntur autem diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates.

DIVITO, tas, pen. cor. {*Far ricchio*} (πλουτίζω) diuitem facio. Accius: Nihil credo auguribus, q̃ aures uerbis diuitãt alienas, ſuas ut auro locupletẽt domos.

DIVM, ſubſtantiuum, formatum à genitiuo Græco Διός, à nominatiuo Ζεύς. Vnde Sub dio aliquid fieri, dicimus, hoc eſt, ſub Ioue, ſiue ſub cœlo, quod non ſit ſub tecto. Hora. lib. 3 Carm. Nec te candide Baſſareu Sub diuum rapiam. Idem Vitamq; ſub Dio, Et trepidis agat in rebus.

DIVORTIVM, {*Diuorzo, partimento*} (ἀπρακτός, παράδοσις) à diuertendo, ſiue (ut ueteres loquebantur) à diuortendo dictum, proprie idem eſt quod diuerticulum, hoc eſt, ſemita trãſuerſa, qua à uia regia deflectimus. Ver. 9. Aen. Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota. Frequenter etiam accipitur pro diſtractione matrimonij, quam Teren. Diſceſſionem uocat. Nam Diuertere apud Iuriſcon. ſæpe uſurpatur pro diſcedere à coniugio. A' diuertendo itaq; dicitur Diuortium, non (ut quidam inter Iuriſcon. ſomniant) à diuerſitate mentiũ. Fiebat autem Diuortium hiſce ferè uerbis: Res tuas tibi habe, Res tuas tibi age. Cic. in Phil. Antonius cum Mima fecit diuortium. Et paulo pòſt: Ille uxorem ſuã ſuas ſibi res habere iuſſit. Suet. in Tito Veſpa. cap. 4. Duxit uxorem, & in defunctæ locum Martiam Furnillam ſplendidi generis, cum qua, ſublata filia, diuortium fecit. Diuortium etiam omnium rerum ſeparatio dicitur. Cicer. ad Cæl. lib. 2. Eſt diuiſus aquarum diuortijs. Idem pro Cluen. Itaq; apud cæteros nouis inter propinquos ſuſceptis inimicitijs ſæpe fieri diuortia atq; affinitatum diſſidia audimus.

DIVRNO,as,{*Viuer longo tempo*}diu uiuo, teſte Nonio. Eſt autem uerbũ à die deductum,ſicut Perennare ab anno.

DIVRNVS,a,um,{*Diurno, di giorno*}(ἡμερήσιος)à die fit, ſicut Nocturnus à noctu. Cic. de Senect. An cenſes(ut de meipſo aliquid more ſenũ glorier)me tantos labores diurnos,nocturnoſq; domi,militiæq; ſuſcepturum fuiſſe,&c.

DIVRNVM,ni,{*Giornale*(ἐφημερίς)}liber continens acta ſingulorum dierũ. Iuuen. Longi relegit tranſacta diurni. Alias Diurnum accipitur pro uictu atq; mercede unius diei. Seneca. Diurnum accipit,in centunculo dormit.

DIVS,adiectiuum,{*Diuino, generoſo*}(δῖος)dicitur generoſus,diuinus,tãquã ἀπὸ τοῦ διός,id eſt,ab Ioue genus ducens. Verg. lib. 11. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit.

DIVTINE,aduerbium,(δηρὰ, πολὺν χρόνον)idem quod diu. Plau. Rud. Ille qui conſulte,doctè,atq; aſtutè cauet,Diutinè ut bene licet partum bene.

DIVTVLE,pr. cor.{*Vn pochetto di tempo*}(ἐπ' ὀλίγον) diminutiuum à Diu ſignificat aliquandiu. Gell. Cum diutulè tacitus cogitando ſuiſſem.

DIVTINVS,na,num,pe. cor.{*Longo, continouo*}(διηνεκὴς χρόνιος) longus, ſeu continuus. Cice. lib. 10. Epiſt. Libertatis deſiderio,tædioq; diutinæ ſeruitutis. Sic Cæſar, Diutinus labor: & Liuius, Diutinum bellum.

DIVTIVS,comparatiuum ab aduerbio Diu. Ci. 7. Verr. Potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere aut diutius tacitus ſuſtinere.

DIVTISSIME,(πλεῖστον χρόνον)longiſſimo tempore. Cic. de Ami. Catonem induxi ſenem diſputantem,quia nulla uidebatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur,quam eius,qui & diutiſſime ſenex fuiſſet,et in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

DIVTVRVS,na,num,(χρονιαῖος, χρόνιος)idem quod diutinus, à Diu deriuatum:ut, Vſus diuturnus,ſilentium diuturnũ,apud Ciceronem: Idem de Senect. Quas quidem ſic auidè arripui,quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

Vnde Diuturnitas,tatis,(πολυχρονία)ut Diuturnitas belli, Cæſ. Diuturnitas temporum. Cic. Idem de Senect. Semper enim in his ſtudijs laboribuſq; uiuenti non intelligitur,quando obrepat ſenectus:ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit,nec ſubitò frangitur,ſed diuturnitate extinguitur.

DIVVLGO,as,{*Diuolgare, publicare*}(διακηρύσσω)eſt uulgo notum facere,uel rem aliquam in uulgus ſpargere. Cice. Balbo. Quare uiſum eſt occultius agendum,neq; ullo modo diuulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti,legunt, Dimulgandum. Idem 2. Phil. Quàm multa ſcita, nec tamen ullo modo diuulganda? Diuulgatus nomen ex participio. Cic. Furnio lib. 10. Te adipiſcendi magiſtratus leuiſſimi,& diuulgatiſſimi, ſi ita adipiſcare,ut plerique,præpropera feſtinatio abducet à laudibus.

DIVVS,a,um,{*Diuo, diuino. Pet. Et de gl'buoni et uedi al mondo diui*}(θεῖος) idem quod diuinus,quod etiam Dium dicimus,quaſi ὑπὸ τοῦ διός,hoc eſt, à Ioue genitum:uel quia ueteres in ſingulari Diuum dicebant,quem nos Deum. Vnde nunc quoq; in plurali dicimus Dij, dijs:unde illud frequens Ciceroni, Si dijs placet:quod indignitatẽ denotat. Seruí. inter Deos et Diuos ita diſtinguit, ut Dij dicantur æterni:Diui aũt,qui ex hominibus fiũt. Vnde ẽt hac appellatione quidã Romanorũ Imperatores poſt mortẽ decorati ſunt,à quibus in uita inſignia profecta eſſent in Rẽpub. merita:quãquã poſtea creſcẽte in dies adulatione,pleriq; ne uiui quidẽ id honoris aſpernati ſunt. Horũ ẽt uxores Diuę appellatę ſunt,quaſi ſuis uel uirorũ meritis dearũ numero adſcriptę. Diuum, pro aere. Hora. Sub diuo moreris Victima nil miſerãtis Orci,id eſt,ſub aere. Pli. li. 14. cap. 21. Campaniæ uina nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis uerberari ſole, luna,imbre,ac uentis aptiſſimum uidetur. Sunt qui utrobiq; legant ſub Dio.

D ANTE O.

DO,das,dare,dedi,datum,{*Dare*}(δίδωμι)cuius cõpoſita,ſi ſint ex monoſyllabis præpoſitionibus,ſunt tertiæ cõiugationis,et præteritũ geminãt:ut Reddo, dis,reddidi. Perdo,dis,perdidi. cętera ſimplicis ſeruãt declinationẽ,ut Circũdo, as,dedi,datũ. Peſſundo,as,dedi,datũ. Variam habet cõſtructionẽ. Quandoq; duos datiuos exigit,pro aſcribere,ſeu imputare:quãuis alter eorũ nõ ſemper ponatur,ſed nõnũquã ſubintelligatur. Cic. li. 2. Offi. Nec Marco quidẽ Scio uitio datũ ꝙ in caritate annonæ aſſe modiũ dedit populo. Ter. Vnũ tantũ ex preſſit: Nec quã tẽ uitio dẽt,quęſo animaduertite,ſubintelligĩ poetæ. Pla. in Amph. Nũc tibi hãc paterã,ꝙ dono mihi ob uirtutẽ data eſt, Alcumena tibi cõdono.

Aliquãdo ultra datiuũ ponĩ accuſatiuus cũ prępoſitione Ad. Ci. Cor. Literas ad te nũquã habui cui darẽ,quin dederim. Aliquãdo pręter datiuũ ponitur accuſatiuus cũ præpoſitione In. Ter. in Phor. Dic,quid uelis dari tibi in manũ, ut herus his deſiſtat litibus. Nonnunquã loco datiui ponĩ accuſatiuus cum prępoſitione Ad. Ci. 2. Phi. Ad ſepulturã corpus uitrici ſui negit à me datum.

Interdũ accuſatiuus cũ prępoſitione In Ci. Terẽtię: In uiã ꝙ te des hoc tẽpore,nihil eſt.i.nõ eſt cauſa,quare te uię committas. Dare cuipiã pecuniã à trapezita,(ἀπαιτῆσαι παρὰ τοῦ τραπεζίτου)eſt pecuniam à trapezita ſumere,et alteri dare,uel per manus trapezitę alicui pecuniã dare. Pla. in Capt. Sequere me hac, uiaticũ ut dẽ à trapezita tibi. Quãdoq; plures habet accuſatiuos,a diuerſis pẽdẽtes prępoſitionibus. Col. li. 9. Aſcẽſus deinde auibus ad tabulata per utranq; cellã datur. Sæpius tamẽ poſt accuſatiuũ datiuum regit,& hoc uarijs actibus applicari ſolet. Plau. in Epid. Si ęquum ſit,me plus ſapere ꝙ uos,dederim uobis cõſiliũ cautũ,quod laudetis. Capitur ẽt pro uẽdo:ut in loco illo Ci. quẽ paulò antẽ ex 2. li. Offi. citauimus, Nec Marco quidẽ Scio uitio datum,ꝙ in caritate annonę aſſe modiũ populo dederit. Itẽ pro afferre,obijcere, παρέχειν. Teren. in Hecy. Profectò hoc ſic eſt,ut puto omnibus nobis,ut res dãt ſeſe,ita magni, atq; humiles ſumus. Itẽ dicere, φράζειν, Ter. in Heau. Nũc quãobrẽ has partes didicerim,paucis dabo. Itẽ obtẽperare, ἑαυτὸν ἐνδιδόναι ἐπιτρέπειν τινί. Idẽ in Adel. Da te mihi.i. accõmoda te meę uoluntati. Dare ẽt mulieres dicunĩ, cũ copiã ſui faciũt. Mart. Caſta igitur nulla eſt? caſtę ſunt mille,quid ergo? Caſta fuit,nõ dat,nõ tamẽ illa negat. Idẽ: non ſolet accipere. Quid ſolet ergo? Dare. Itẽ concitare,ut apud eundẽ in Eun. Ludũ iocũq; dices fuiſſe illũ alterũ,pręut huius rabies quę dabit, ὅσης ἂν τούτῳ μανίας ἐμποιήσῃ. Dare manus,eſt ſe uictũ fateri, τὰς χεῖρας προΐσχειν. Dare pœnas,eſt ſuſtinere, δίκην ὑπέχειν. Lact. lib. 8. Sed tamẽ docent nos ſanctæ literæ,quẽadmodũ pœnas impij ſint daturi.

Dare ueniã,(συγγνώμην ἀπονέμειν)interdũ eſt agnoſcere, Interdũ cõcedere quod petitur. Ter. Da ueniã quæſo filio tuo. Ci. de Ora. Dabis hãc ueniã,mi frater. Dare operã,(προσέχειν)eſt adiuuare,inſeruire. Ter. in Phor. Nos operã dabamus Phædriæ. Sæpe ẽt inuigilare:ut cum dicimus, Literis operam dare.

Dare poteſtatẽ,(δοῦναι ἐξουσίαν)eſt rẽ alterius arbitrio permittere. Plin. Vt qui ſuarũ omniũ rerũ poteſtatẽ auunculo dederat. Pro quo ẽt elegãter dicimus, Facere ptãtẽ. Dare fidẽ,(πίστιν διδόναι, ἐπιστεῦσαι)eſt aliquid ſanctè promittere. Dare actionẽ uel iudiciũ,eſt actorẽ ad intẽdendã actionẽ admittere. Ci. 4. Verr. Si quis eũ pulſaſſet,edixit ſe iudiciũ iniuriarũ nõ daturũ: quicquid ab eo peterẽt,iudicẽ de ſua cohorte daturũ:ipſi aũt nullius rei actionẽ ſeſe daturũ. Dare linamentũ in plagã,eſt feſtucas lintei in uulnus inſerere,cũ oleo,alijſ've medicamẽtis liquidis,quæ Gręci ἔμμοτα appellant. Celſ. li. 7. ca. 9. Vlteriores uero, lunataſq; in plagas linteamẽtũ dãdum eſt,ut caro increſcẽs uulnus impleat. Dare in manũ,(ἐγχειρίζειν)ſignificat de manu in manum tradere. Ter. in And. Hanc mihi in manum dat. Dare ſe in diſciplinam,eſt ſe alicui inſtituendũ permittere. Gel. li. 5. cap. 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit. Dare uerba alicui,eſt decipere. Plau. Aul. Nimiſq; ego hanc metuo male,Ne mihi ex inſidijs uerba imprudenti duit. Datum eſt.i. fato decretoq; conceſſum eſt, δέδοται. Ter. in Eun. Eſt iſtuc datũ profectò ut grata mihi ſint,quæ facio omnia. Sic Verg. 7. Aen. Non dabitur regnis(eſto)prohibere Latinis. Datur cernere.i. poteſt cerni,uel licet cernere. Pli. Epiſt. 10. Quãtum mihi tamen cernere datur,multa in Euphrate ſic eminẽt & eluceant,ut mediocriter quoq; doctos aduertant,& afficiant. Duint,pro Dẽt,uel Dederint. Ter. in And. At tibi Dij dignum factis exitium duint. Duit,pro Det. Plau. in Aulu. Ne mihi ex inſidijs uerba imprudenti duit. Duas,pro Des. Ibidẽ: At nihil eſt dotis quod dem. M. ne duas. Danunt,pro dant. Plau. Cur. Nam tibi amantes propinantes uinum danunt. Datus,particip. ut, Reddere data. Ouí. de Arte aman. Multa rogãt tradenda ſibi,data reddere nolunt. Datus,us,ui. Plau. Trin. Nimis pergraphicus ſycophãta: Is mille nummum ſe aurum meo datu tibi ferre. & gnato Leſbonico aiebat meo. Datum,dati,ſubſtantiuum. Cice. de Amic. Hoc quidẽ eſt nimis exiguè,& exiliter ad calculos uocare amicitiã, ut par ſit ratio acceptorũ & datorum. Dato,as,are,frequentatiuum. Plau. Moſt. Tu ſolus credo fœnore argentum datas. Dator,datoris. Ver. 1. Aen. Adſit lætitiæ Bacchus dator,& bona Iuno. Datio,onis, Cic. pro lege Agr. Cuius iudiciũ,legũq; datio, captorum agrorum ipſius uirtute cognitio tollitur. Datarius,a,um,(ἄμισθος) gratuitum,aut quod gratis datur. Plau. Pſeud. Eho an non prius ſalutas? S. nulla eſt ſalus mihi dataria. Datatim,aduerbium, ἀλλήλοις διδόντες. Plau. Curc. Tã iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in uia. Ludere datatim,hoc eſt,inuicem dando:quemadmodum qui pila luſitant,quæ uiciſſim mittũt,& remittũt. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Abdo, Addo, Condo, Circundo, Credo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satiſdo, Peſſũdo, Trado, Venundo. Sedo et Mãdo,quę falſò inter cõpoſita huius uerbi erãt relata,huc nõ pertinẽt:ſunt.n. ſimplicia. quod uel ex eo ſolo cõſtat,ꝙ. a, litera figuratiua primę cõiugationis quæ in cõpoſitis uerbi Do,corripitur,in his duobus producatur.

DOCEO,doces,docui,doctũ,{*Inſegnare. Pet. Coſi laudar & reuerir inſegna*}(παιδεύω, διδάσκω)alicuius rei cognitionẽ alteri trado. Conſtruitur autẽ cũ duobus accuſatiuis:ut, Doceo te literas. Aliquando cum uno tantum, licet alter poſſit intelligi. Pretium aũt,quod à diſcipulo exoluiĩ doctori,poniĩ in ablatiuo Excipiuntur hi quatuor genitiui, Tanti, Quanti, Pluris, et Minoris, cũ ipſorum cõpoſitis. Ci. 2. Phil. Iã inuideo magiſtro tuo,qui te tanta mercede, quãta iam proferã,nihil ſapere docuit. Iuue. Chryſogonus quãti doceat, uel Pollio quãti. Aliquando cum ablatiuo. Ci. Peto: Socratẽ fidibus docuit, Vbi nõnulli uolunt intelligi uerbum Canere,uel aliquod ſimile. Interdum idem eſt quod oſtendere,uel declarare. Verg. 5. Aene. Docuit pòſt exitus ingens. Interdum idẽ quod monere,ſiue certiorem reddere, παραινεῖν. Sall. in Iugurtha: Tametſi legatos miſerat,qui Senatum de cæde fratris,deq; fortunis ſuis docerẽt. Ci. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi,quę me docerent quid ageres, aut ubi te uiſurus eſſem. Huius cõpoſita ſunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, (ἐκδιδάσκω)quæ ambo ſignificant perfectè doceo. Sall. in Cat. Cic. per legatos cuncta edoctus. Plau. in Stich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, (προδιδάσκω)prius doceo. Sallu. in Iug. Cæterum illi,qui centurijs præerant prædocti a duce,arma,ornatumq; mutauerant Subdoceo,(ὑποδιδάσκω)loco alicuius doceo. Cic. ad Att. li. 8. Ciceroneſq; noſtros potius meo labore ſubdocere,quàm me alium magiſtrum quærere.

DOCHIMVS,mi,pe. co.(δόχμιος)pedis genus in numeris oratorijs: de quo Cic. in Orato. Dochmius(inquit)ẽ quinq; conſtat ſyllabis, breui, duabus longis, breui, longa: ut eſt hoc, Amicos tenes, item hoc, Reipublicæ. Quouis locus aptus eſt,dum ſemel ponatur:iteratus,aut continuatus,numerum apertum, & nimis inſignem facit.

DOCIBILIS,le,p.c.{*Habile à inſegnarli, ammaeſtreuole*}(διδακτός)qui idoneus eſt ut doceatur. Hieron. Ingeniũ docile, & ſine doctore docibile eſt. Sic Cyprianus: Docibilis eſt,qui ad diſcẽdi patiẽtiã lenis & mitis. Nec facile reperias,niſi apud Eccleſiaſticos. Priſcianus aũt uult ſignificare docibile id,quod facile diſcitur. pro quo nos Preceptile dicimus potius. Valla lib. 6. ca. 26.

DOCILIS,p.c.{*Che apprende facilmẽte*}(εὐμαθής)qui facile diſciplinã apprehẽdit. Ci. Treb. lib. 7. Epiſt. O' medicũ ſuauẽ,meq; docilem ad hanc diſciplinã.

DOCILITAS,atis,(εὐμάθεια)apprehendendæ doctrinæ facilitas. Ci. pro Seſtio: Ij perfectũ genere humanę docilitatis,atq; ingenij diſſipatos unum in locũ congregauerunt.

DOCLEA,æ,(Δόκλεα)ciuitas mediterranea Dalmatiæ,apud Ptolemęũ li. 2. cap. ult. Huius incolæ dicti ſunt Docleatæ,quorum meminit Pli. lib. 3. ca. 22.

DOCTRINA,{*Dottrina*}(διδασκαλία) eruditio, quatenus a præceptore proficiſcitur:nã ut a diſcipulo apprehẽditur,dicitur diſciplina. Ci. pro Arch. poeta: Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope diuino,per ſeipſos & moderatos, & graues extitiſſe fateor:etiam illud adiungo,ſæpius ad laudem atq; uirtutem naturam ſine doctrina ꝙ ſine natura ualuiſſe doctrinam.

DOCVMENTVM,{*Documento, amaeſtramento*}(δεῖγμα)a pręterito docui,ſicut a monui Monumentum,idem quod admonitio,probatio,exemplum, quod nos aut doctiores reddit,aut certiores,aut prudentiores. Ci. 6. Philip. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna uoluit,quid eſſet uictis extimeſcendum.

DOCTVS,a,um,{*Dotto*}(ὁ ἐν τοῖς λόγοις εἰδὼς μὲν πεπαιδευμένος)ſcien-

tia imbutus. Ci. lib. 2. Offi. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis docto homine uoluptatibus. Artes doctę, Oui. 6. Met. Dicta docta, Lucr. lib. 2. Et doctis rationē reddere dictis. Docti doli Plau. Mil. Et nos factitijs fabricis, & doctis dolis Glaucoma ob oculos obijciemus. Facies docta. Ouid. 2. Amor. O' facies oculos docte tenere meos. Dicitur autem Doctus, qui rationem rei tantum tenet: Peritus, qui cum ratione experientiam, & conſuetudinem tenet. ἀπὸ τοῦ πείρας, id eſt, experientia. Itaq; minus eſt doctus, ꝙ Peritus. Cic. in Sall. Satis doctè atq; peritè feciſti. Idem lib. 3. Offi. Itaq; cum ſint docti à peritis, facilè deſciſcunt à ſententia. Maiorem tamen uim habet Doctus, ꝙ Eruditus. Idē lib. 1. Offic. Nec ſolū uiui, ac præſentes, ſtudioſos diſcendi erudiunt, atq; docent, ſed hoc idem etiam poſt monumentis literarum aſſequuntur. Nec mirum eſt ꝙ minus ſit Eruditus ꝙ doctus: quū Rudis, & Eruditus cōtraria ſint. Pli. Sedere cœpit ſententia hęc pariterq; & eruditum uulgus, & rude, in eam curſu uadit. Quint. lib. 1. à pædagogis exigit, ut ſint eruditi, quò adoleſcentes erudire queant: aut ſe non eruditos eſſe ſciant, ne quippiam tradāt, cuius ipſi ſint ignari quodq; poſtea ſit dedocendum. Eſt autem Doctus in hac ſignificatione nomen, non participium, nullum enim importat tempus. Hinc ſit compoſitum Indoctus, (ἀπαίδευτος) quod, cum uerbo careat, participium eſſe non poteſt: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθής. Cic. Cur. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſicut doctū hominem a nō indocto paulum diſſidere. Plau. in Aſin. Tua iſta culpa eſt quæ diſcipulum ſemidoctū abs te remoues.

DOCTE, aduerbium, {*Dottamente*}(ἐπιστημόνως) hoc eſt, ſcitè et eleganter. Cic. 3. de Orat. Dum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit. Doctè & Peritè iacere, Cic. in Sallu.

DOCTOR, uerbale, (διδάσκαλος) qui docet. Pli. in Panegyr. Quem honorem dicendi magiſtris? quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes?

DOCVS, {*Traue*}(δοκός) Latinis trabem ſignificat; unde ignitæ quædā aëris impreſſiones, oblongæ trabis ſimilitudinem referentes, δοκοὶ à Græcis appellātur. qua uoce ēt uſus eſt Pl. li. 2. c. 26. Emicāt & trabes ſimili modo quas Docos uocant, quales cum Lacedæmonij claſſe uicti, imperium Grętiæ amiſerūt.

DODECATHEOS, (δωδεκάθεος) herbæ genus proximam à Moly Homerico auctoritatē obtinens. Folia habet ſeptem lactucæ folijs ſimillima, à lutea radice exeuntia. Auctor Pl. li. 25. cap. 4. Dodecatheos item à Suet. in Augusto, appellatur conuiuium quoddam Octauij ſecretius, ex duodecim cōſtans cōuiuis utriuſq; ſexus, ad imitationem cœleſtis conuiuij, cui Iupiter parem Deorū Dearumq; numerum fertur adhibere. Verba Suetonij ſunt hęc: Cœna quoq; eius ſecretior in fabulis fuit, quæ uulgò δωδεκάθεος uocabatur.

DODONA, pen. pro. (Δωδώνη) ciuitas in Chaonia, regione Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui ſacrum, querneum totum, ubi Iouis Dodonæi tēplum fuiſſe narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt uetuſtiſſimum. In hoc duas columbas conſulentibus reſpōſum dediſſe quid fabulantur, quarū altera Delphos, altera uerò in Ammonis Iouis templum uolauit: alij arbores ipſas uocales fuiſſe uolunt, & cōſulentibus oracula edere ſolitas. Hinc Dodonæus a, um, (Δωδωναῖος) ut Dodonæus Iupiter, qui in Dodonęo nemore colebatᷣ. Itē Dodonæū æs, (Δωδωναῖον χαλκεῖον) tintinnabuli quoddā genus die noctuq; cōtinuo crepitās: unde & ad homines iuſto loquaciores prouerbiali metaphora transferri ſolet. Auſonius: Nec Dodonęi ceſſat tinnitus ahem. Dictā aūt uolunt dodonam à Nympha quadam marina eius nominis: aut, ut alijs placet, à Dodone quodam Iouis & Europæ filio. Vide Stephanū.

DODONIDES, (Δωδωνίδες) Nymphæ (ut Pherecydes ait) dicuntur Liberi patres nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides uocantur, quarū nomina ſunt, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

DODRA, potionis genus, quę ex nouē rebus ſiebat. Auſonius: Dodra, ex dodrāte eſt: ſic collige, ius, aqua, uinum, Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

DODRANS, (τριμοίριον) pondus, uel menſura conſtans ex nouē uncijs: ita dictum quod ad conficiendum aſſem deſit quadrans. Mart. lib. 8. Soluere dodrātē nuper tibi Quinte uolebat. Hinc dodrantalis, le: ut Dodrantalis ſtirps, apud Col. lib. 11. cap 3. hoc eſt, trium palmorum, ſeu digitorum duodecim, cui ſcilicet ad perficiendam pedis menſuram deſit quadrans.

DOGMA. atis, (δόγμα) & Dogmatum, i, noſtri modò decretum, modò ſcitū, modò placitum appellant. Sunt enim dogmata uniuſcuiuſq; ſectæ decreta, quę (ut inquit Cicero) prodere ſcelus eſt, nō minus ꝙ patriam ſine quibus nec ſectę philoſophorum, nec religionum uitea conſtare poſſunt. Vnde Laertius ait, ſectā eam non appellari, quæ dogmata non habet. Cic. 4. Tuſc. Quoniam id enim haberent Academici decretū (ſentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi, &c. Idem 4. Acad. Sapientiæ uerò quid futurum eſt, quæ neq; de ſeipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis, quæ philoſophi dogmata uocant. Gręcè etiam ψήφισμα, & ἀρεστὸν dicitur, teſte Budæo. Habent & cæteræ artes ſua dogmata: ut in re medica alia Hippocratis, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter Placita appellantur: ut, Placita Magorū, & Placita Babyloniorum lib. 2. Dicitur autē Dogma ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari ſignificat.

DOGMATISTES, qui alijs dogmata præſcribit, (δογματιστής) a uerbo Græco δογματίζω, quod eſt decreta præſcribo, dogmata trado. Hieronymus: Nunc uerò, cum interpres magis Apoſtoli fuerim, ꝙ dogmatiſtes.

DOLABRA, bræ, pen. cor. {*L'aſcia*}(ἀξίνη) inſtrumētum fabrorum, quo ligna dolant. Col li. 3. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Paulus in. l cum de lanionis. de Fund. inſtr. leg. uocat etiam hoc nomine inſtrumentum laniorum, quo carnes diſſecant.

DOLABELLA, diminutiuum a dolabra, ἀξινάριον. Col. lib. 5. Semper circa eius dolabella dimouenda eſt terra. Hoc etiam cognomine uſa eſt familia quædam Romanorum, ea qua fuit Corn. Dolabella Ciceronis gener.

DOLABELLIANA PTRA, lōgiſſimi pediculi, ab inſitore Dolabella ſic dicta. Pli. lib. & cap. 15.

DOLENTIA, {*Doglienza, dolore*}(ἀλγηδών) antiquis fuit in uſu pro dolore: cuius compoſitum eſt Indolētia, hoc eſt, abſentia doloris: in qua Philoſophorum nonnulli ſummam felicitatem poſuerunt. Cic. Vt qui rem expetendam uel uoluptate, uel indolentia metiuntur.

DOLEO, es, dolui, dolitum, {*Dolere*}(ἀλγέω) dolore afficior, corpore uel animo crucior. Teren. in Eunu. dolet dictum imprudenti adoleſcenti. & libero. Hoc uerbum, ſi ad corpus referatur, neutrum acquiſitiuū eſt: ut, Oculi dolent uiro tuo. Plau. in Amph. Mihi etiam miſero nunc malæ dolēt. Sin de rebus alienis, effectiuū eſt: ut, doleo tuis rebus aduerſis. i. propter res tuas aduerſas. ἄχθομαι. Aliquando ēt cum accuſatiuo: ut Doleo tuam miſeriam. Doleo tuam uicē, σοὶ χαρὶν ἄχθομαι. Doleo Vicem Reip. ὑπεραλγῶ τῆς κοινῆς Sall. Quaſi dolens eius caſum. Huius compoſita ſunt Condoleo, quod eſt, ſimul, uel in totum doleo, συναλγέω, συμπαθῶ, συμπάσχω. Plau in Tru. Date iam ſoleas, atq; intrò me ducite actutum. Nam mihi de uento miſerè condoluit caput.
Dedoleo, de quo alibi.

DOLENTER, aduerbium. Plan. Cic. lib. 10. Sed quicquid tibi ſcribo, dolēter me hercule magis, ꝙ inimice facio. Oui. 4. Meta. Nil illo fertur uolucrum moderator equorum Poſt Phaethontæos uidiſſe dolentius ignes.

DOLIA, orum, {*Botte, dogli*}(πίθοι) uaſa maiora, uino ſeruando præcipue idonea, quæ olim fictilia potiſſimum erant. Teren. in Heau. Relcui omnia dolia, omnes ſerias. Veteres dolia fictilia in cellis uinarijs ſeruabant, quæ ſi duas aures haberent, Diotæ dicebantur. Iuriſcon. ſcribunt, Vino legato cum uaſis, dolia legata non uideri: quia ſcilicet ea mente uinum in dolia condimus, ut ea his poſtea in amphoras uel cados diffundamus: quod deinde uinum diffuſum nominatur. Iuuen. ille capillato diffuſum Conſule potat. Ci. de Cla. Ora. Num igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet?

DOLIARIS, et hoc doliare, {*Ciò che s'appartiene à doglia*} quod ad dolij magnitudinem, ſiue capacitatem accedit, unde Plau. in Pſeu. feſtiuiter appellat anū uentricoſam, Doliarem. Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, craſſam.

DOLIARIVM. rij, ſubſtantiuum (πιθών) quod apud Iurecōſul. poni uidetur pro ipſis dolijs, uel cella in qua dolia uinaria ſunt. Si (inquit) ex doliarum pars uini uenierit. Doliarius ſignificat eum, qui dolia facit, & cōponit. Pli. lib 3. ca. 6. Aenaria inſula a ſtatiōe nauiū Aeneę, Homero Inarime dicta, Gręcis Pithecuſa, nō a ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimant, ſed a figlinis doliorū.

DOLICHE, (Δολίχη) inſula eſt XVII. M. paſſuum a Naxo diſtans, tantūdem ipſa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amiſſo: quæ prius Icaros dicebatur: unde nonnulli nomē mari inditum putant potius, ꝙ ab Icaro Dædalo filio. Ea ēt Macris, & Ichthoeſſa aliquādo uocata eſt. Pli. li. 4. c. 12.

DOLICHISTE, (Δολιχίστη Ptolemæo) inſula eſt in mari Lycio, cōtra Chimæram promontorium. Pli. lib. 5. cap. 31.

DOLICHVS, (δόλιχος) ſpatium eſt duodecim ſtadiorum, uel (ut Suidas tradit) uigintiquatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuiſſe curriculum omnium maximum: in quo qui decertabāt, Dolichodromi dicebantur. Eſt præterea Dolichus, leguminis genus, caule teneriſſimo, ſed ſi perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem aſcendente, alioqui uitioſum & infrugiferum. Alij Cicerculam interpretantur, alij Phaſeolum. Vide Gal. lib. 1. de Alimen. facul.

DOLIOLA, {*Botticini*}(πιθάκνοι) diminutiuum a dolijs. Vnde & locus in urbe fuit ſic uocatus, eò ꝙ poſt Allienſem cladem Gallis urbem inuadentibus, doliola, in quibus ſacra Romanorū Pontifices condiderant eo in loco fuerint defoſſa a flamine Quirinali, ſicut T. Liu. lib. 5. ſcribit. Qua de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat, Feſtus.

DOLO, as, {*Aſciare, pulire*}(πελεκάω, ἀποξέω) dolabra, ſiue aſcia læuigo, uel cælo, ſculpo. Proper. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Col. lib. 1. ca. 2. Materies ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ad [illegible] quem per quadrata debet pedum XX. Apud antiquos etiam in uſu fuit Dolio, doli a dolui, dolitum. Varro in Agathone, ut citat Nonius: Num nam cælatus in manu dextera ſcyphus, cœlo dolitus, artem oſtentat Mentoris? Huius uerbi compoſita ſunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis ſuis.

DOLON, (Δόλων) proprium nomen uiri Troiani, egregia pedum pernicitate prædiri, qui cum in caſtra Græcorum ſpeculator miſſus eſſet, a Diomede & deprehenſus, conſilia Troianorum, ſpe conſeruandæ uitæ, illis aperuit: quem tamē, ut proditorem, falſa ſpe deluſum, occiderunt. Verg. 14. Aene. Antiqui proles bello præclara Dolonis.

DOLONES, (δόλωνες) ita dicti a fallendo, ꝙ ingentes conti, ferro breuiſſimo cum ſpeciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. Verg. lib. 7. Pila manu, ſæuoſq; gerunt in bella dolones. Vbi Seruius ait. Dolonem flagellum eſſe, intra cuius uirgam lateat pugio. Plutar in Tyberio (δόλωνα) interpretatᷣ ſicam latronum. Verba eius ſunt hæc, ὡς τι κοντάριον, ὑφ' ὧν ἀγνοεῖται τὸ ὑποζώννυσθαι ξιφίδιον λῃστρικόν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. In inſtrumento autē nauali Dolones dicuntur uela minora, quæ ſupra Acatia (eo enim nomine uela maiora dicuntur) celeritatis cauſa ſolent erigi Liu. lib. 46. Dolonibus erectis altum petere contendit Ibidem: Sublatis dolonibus effuſe effugere contendit.

DOLONCI, (Δόλογκοι) populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Stephanus.

DOLOPES, pen. co. (Δόλοπες) populi Theſſaliæ, in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cuius imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicē præpoſuit: ut ex Homeri ſententia refert Strabo lib. 9. Verg lib. 2. Aenei. Quis talia fando Myrmidonum, Dolopūm've, aut duri miles Vlyſſi Temperet a lacrymis? &c. Pli. lib. 4. cap. 2. Dolopas in Aetolia conſtituit. Dolopeius, a, um. Valer a. Argonaut. .. Vidiſſe putant Dolopeia buſta.

DOLOR, {*Dolore, doglia*}(ἄλγος, τὸ) eſt animi uel corporis cruciatus. Cic. 2. Tuſ. Dolor eſt motus aſper in corpore, a ſenſibus alienis. Ter. in And. Eius labore atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo. Ci. Sulpitio li. 4. Eſt omnino uix cōſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi.

DOLORIFICVS, ca, cum, quod dolorem facit, ἀλγεινός.

DOLVS, doli. {*Inganno fraude*}(δόλος) Græca dictio eſt, quæ apud Latinos accipitur pro fraude & machinatione, quæ fit ad fallendum aliquem. Plaut in Capt. Nam doli non doli ſunt, ni aſtu colas. Teren. in And. Simul ſceleratus Dauus, ſiquid conſilij Habet, ut conſumat nunc, cum nihil obſint doli. Ci pro domo ſua. Illud in primis, nequa calumnia, neque fraus, nequis dolus adhibeatur. Veteres tamen ēt in bonā partem accipiebant, pro ſolertia et calliditate, quæ aduerſus hoſtes adhibebatur. Vnde Dolum malum (κακοτεχνίαν) ueteres dixerunt

runt diſcriminatis cauſa, quod & Bonus quidam dolus diceretur. Tere. in Eun. Iam tum erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia. Vlpia. de Dolo malo, l. j. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. Cic. 3. Offi. Nondum enim C. Aquilius collega, et familiaris meus pertulerat formulas, in quibus ipſis cum ex eo quæreretur, quid eſſet Dolus malus, reſpondebat, cum aliquid ſimulatum eſt, aliud actum. Hinc Doloſus, pro fraudulento, δολερός. Plau. in Epiſt. Ego aliquam parabo doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit. Ci. pro Rabi. poſth. Pulſus interea regno Ptolemæus doloſis conſiliis, Romam uenit. Doloſe, aduerbium. Ci. 3. Offi. Cum dicitur inter bonos bene agier, quicquam agi doloſe an malitioſe poteſt? Subdolus, (ὑπουλος) occultus deceptor.

DOMA, matis, {*Tetto piano*} (δῶμα, δόμος) tectum. Nam (ut loquit Hieronymus in Aegypto et in Palæſtina, ubi uel ſcripti diuini libri, uel interpretati ſunt non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ uel Solaria, uel Meniana uocantur: id eſt, plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentātur. Denique & Petrus in actis Apoſtolorum quādo aſcendit in doma, in tectum ædificij aſcēdiſſe credendus eſt. Et quando præcipitur nobis, ut faciamus domati noſtro coronā, hoc præcipit ut in tecto faciamus per circuitū quaſdā eminētias, ne facilis in præceps ſit lapſus. Et in Euāgelio: Quę audiſtis in aure, dicite ſuper domata.

DOMABILIS, le, {*Coſa che ſi può domare*} (τιθασσευτὸς) qui eſt aptus ad domandum. Hora. 4. Carm. Ode. 14. Te Cantaber non antè domabilis Miratur. Oui. 9. Meta. Atque immune necis, nullaque domabile flamma.

DOMESTICATIM, (κατ' οἰκήματα) aduerbium ſignificat per uarias domos, ſiue per domeſticos. Sue. in Cæſa. Quorum ut quàm maxima expectatio eſſet, ea, quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

DOMESTICVS, ca, cum, {*Domeſtico di caſa*} (οἰκειακός) quod ad domum pertinet, ut Domeſtica negotia, Domeſtica exempla: Domeſticum lenocinium, Domeſticus uſus, & conſuetudo, apud Cic. Aliquando Domeſticus dicitur manſuetus ac mitis, ἥμερος. Plin. Mite animal atque domeſticum.

DOMESTICVS, ci, (οἰκεῖος, ἐφέστιος) qui in eadem domo nobiſcum habitat.

DOMITII, plures fuerunt apud Romanos. Cn. Domitius, L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Aenobarbus: de quibus apud Plinium, Liuium, & Plutarchum.

DOMICILIVM, {*Domicilio, habitatione di lungo tempo*} (οἰκητήριον) habitatio longi temporis, unde Mutare domicilium dicuntur, qui migrant, ut aliā urbem habitent, tanquam illius ciues futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere, quam cōduxit, domicilium autem non habet. Ci. 7. Verr. Sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit.

DOMICOENIVM, (οἰκοσιτία) cœna quæ fit domi. Apud Mart. lib. 5. Si triſti domicœnio laboras Torani, potes eſurire mecum.

DOMINIVM, nij, {*Dominio ſignoria*} (δεσποτεία) imperium, & principatus. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 6. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus, dominium mutant.

DOMINOR, aris, {*Signoreggiare*} (δεσπόζω, κρατέω) ius & imperium in rē aliquam habeo. & frequentiſſime habet datiuum. Verg. 1. Aen. Victis dominabitur Argis. Modò accuſatiuum, cūm In præpoſitione. Oui. lib. 1. Meta. Quod dominari in cætera poſſit. Modò ablatiuum cū præpoſitione In. Sulpitius Ciceroni: Cum caſus & natura in bonis dominabitur. Interdum ēt cum genitiuo inuenitur, ſed non niſi in ſacris literis. Dominor aliquando paſſiue accipitur. Cic. 1. Offi. O' domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris. Inde fit Dominatio, (δεσποτεία) imperium. Cice. 5. Verr. Qua imprudentia putatis eū in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus fit? Et Dominatus, principatus, τυραννίς. Cic. 4. de Fin. Cum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatus, ut omnia illa prima naturæ huius tutelæ ſubijciantur. Dominator, oris. Cic. 2. de Nat. deo. Dominator rerum Deus. Et Dominatrix. Cic. 1. de Inuen. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

DOMINVS, {*Padrone, ſignore*} (κύριος, δεσπότης) à domo fit, et is propriè dicitur, qui domui præeſt, & qui in familiam imperium habet. Sunt enim Dominus & Seruus ἐκ τῶν πρός τι, hoc eſt, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Ter. in Eun. Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis. Item Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiam ſi uſusfructus alienus ſit. Abuſiue tamen & filiifamilias, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarij, Domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. Item Dominus uocatur, qui in regnum ad ciuitatem imperiū habet, & cui populi ſubſunt. Ver. 1. Aen. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Hinc Dominium, (δεσποτεία) pro imperio & principatu. Ruſus Dominus dicitur maritus. Idem li. 4. Connubia noſtra Repulit, ac dominum Aenean in regna recepit. Sunt ēt amantium uerba Dominus & Domina, blanditijs apta. Ouidius: Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum: Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. Item ponitur pro conuiuij exhibitore. Cice. in Vatin. Cum ipſe epuli dominus Q. Appius albatus eſſet. Dominus quoque & Domina, ſæpius ſolent pro Deo ac Dea. Ouid. Et domino ſoluere uota ſoni. A' Dominus fiūt deriuatiua, Dominicus, κυριακός: ut Dominicus dies, qui antea Dies ſolis dicebatur, quod Chriſti domini noſtri reſurrectione ſit inſignis. Dominicæ habitationes, apud Col. li. 9. c. 1. Et, Rationes dominicas pecunias conficere, apud Varr. 2. de Re ruſt. ca. 10.

DOMINA, næ, (δέσποινα) hera, domini uxor, quæ in familiam, aliam' ue rem imperium habet. Cic. in Parado. Cupiditas honoris dura domina. Domina κατ' ἐξοχὴν quandoque pro Proſerpina legitur. Verg. 6. Aen. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

DOMIPORTA, cochlea dicitur, quod domum ſuam perpetuò circūferat: Vnde etiam Græci φερέοικον uocant. Cic. 2. de Diuin. Vt ſi quis medicus ægroto imperet, ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportā, ſanguine caſſam, potius quàm hominum more cochleam.

DOMITOR, oris, {*Domatore*} (δαμαστής, δαμάτωρ) qui rem aliquam domat, hoc eſt, cicurem, & manſuetam reddit. Oui. 2. Triſt. Quid tibi de tetricu reſeram domitore Chimæræ. Pro eodem etiam legitur Domator. Tibull. Conuerſus terga domator.

DOMITVRA, ræ, domandi actus, δάμασις. Pli. lib. 8. ca. 45. Domitura boū in trimatu, poſtea ſera, antè præmatura.

DOMITVS, us, ui, eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Ci. de Nat. deo. Eſſicimus etiam domitu noſtro quadrupedum uectiones.

DOMITRIX, cis. Verg. 3. Geor. Domitrixque Epidaurus equorum.

DOMITO, as, are, frequentatiuum, a domo, as. Verg. 1. Georg. Et preſſos domitare boues.

DOMNVS, aliquando per ſyncopen legitur apud uetuſtos Poetas pro Dominus. Luci. At cu membra dominus præſentit frigida ſeruia.

DOMO, domas, domui, domitum, & interdum domaui, domatū, {*Domare. Petr. Per domar me conuienti uincer prima*} (κατατιθασσεύω, δαμάζω) olim tertię cōiugationis fuit, (ſi Priſciano credimus) quemadmodum & cætera omnia primæ coniugationis uerba, quæ præteritum faciunt per ui, diuiſas ſyllabas. Inde manſerunt Domui, Domitum, & Domitor. Eſt autem Domare, manſuefacere, & domeſticum reddere. Verg. 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminere Poetę, Martis equi biiuges. Hinc Domitos hoſtes dicimus, id eſt, uictos. & domitos populos, in poteſtatē redactos. Cic. de Prouin. Conſul. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, barbariaque compreſſa, pacatam ipſam per ſe, & quietam. Equorū domitores, πωλοδάμναι. Ver. 7. Aen. Lauſus equū domitor, debellatorque ferarum. Domiti, (δεδμημένοι) atque Indomiti equi, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces Idem. 7. Aen. Raptis concurrunt undique telis Indomiti agricolę. Hinc Componitur Perdomo, pe. co. Quod eſt ualde domo, uel ad finem domo. Martia. lib. 1. Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

DOMVITIO, {*Ritornata à caſa*} dictio compoſita ex domo & itio, quaſi reuerſio ad domum. Cic. lib. 1. de Diuin. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum, ac domuitionē dari. Itiones autem dici, ſicut Reditiones, et Abitiones, teſtis eſt Ter. qui in Pho. ait: Hecine erant itiones crebrę, et manſiones diutinę?

DOMVS, {*Caſa*} (οἶκος, δόμος) propriè ædificium ad habitandum factū, quod ex tecto & parietibus conſtat. Impropriè pro quocunque habitaculo. Vnde & templa, ceu aùium nidi, Domus (οἰκήματα) dicuntur. Ver. li. 6. Oſtia iamque domus patuere ingentia cētum ſponte ſua. Idem 8. Aen. Antiquaſque domos auiū cum ſtirpibus imis Eruit. Aliquando Domus dicitur familia οἶκος. Idem lib. 5. Sergeſtusque, domus tenet a quo Sergia nomen. Aliquando ſumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. Aen. Cum Domus Aſſaraci: uolens intelligi Romanos, qui ab Aſſaraco per Troianos originem ducunt. Aliquando pro patria. Idem 3. Aene. Da propriam Tymbræe domum, da mœnia feſſis. Facit autem genitiuum Domus, & Domi, datiuum domui, accuſatiuum Domum, uocatiuum Domus, ablatiuum Domo. Differunt tamen duo hi genitiui Domi, et Domus, ut Domus ædificium ipſum ſignificet, quod ex tecto, & parietibus cōſtat. Aptè itaque dicemus, Partem domus ſum demolitus meæ, Partem domi. Pro eodem ēt apud Veteres legitur Domuis. Varro: Porrexit in interiorē partē domuis. Sed cum dicimus domi, (οἴκοι) locum ſignificamus in quo quis habitat: ut, Domi maneo, οἰκουρῶ. Teren. in Adel. Quid ais bone uir eſt frater domi? Inuenitur tamen nonnunquā apud antiquos genitiuus Domi, pro Domus. Pla. in Trinumo: Nō fugitiuus eſt homo: commeminit domi. In num. plu. facit nominatiuum Domus, datiuum & ablatiuum Domibus, accuſatiuum Domos, uel Domus, genitiuum Domorum, & nonnunquam Domum. Pli. lib. 8. capi. 57. Quo in genere multi & hos incolas domum poſuere mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo ſingulari Domu. Pla. in Mil. Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi, & In domo, (ἐν τῷ οἴκῳ) idem ſignificant. Quin In domo furtum factum ab eo, qui domi non fuit. Dicimus etiam, Reuertor domum, & ad domum οἴκαδε. Exeo domo, uel à domo, οἴκοθεν. Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter poſiti ſex tantum adiectiua Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Aliena: ut, Eram domi meæ, Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris. Ci. pro Domo ſua: Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificiū, quod alienæ domi fieret, uiſere? Aliquando non apponi ſolent, ſed ſubintelligi. ut Domi ero, ſcilicet meæ. Huius nominis diminutiua ſunt Domuſcula, Domuncula, οἰκίσκος, οἰκημάτιον.

DONA, orum, {*Doni, preſenti*} (δῶρα) ſunt quæ aut propitiandis dijs dantur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte pręſtantur. Oui. 1. de Arte: Munera, crede mihi, placant hominesque, deosque: Placatur donis Iuppiter ipſe datis. Differt itaque Donum a Præmio, ut Pręmium ſit quod datur ex pręcedenti merito. Donum, quoduis quocunque modo datum. Donatus in illud Tere. in Eunu. Quoduis donum & præmium a me optato, id optatum feres. diſtinguit Donum a Munere, ut Donum Deorum, ſit Munus hominum: quæ tamen differentia nullo modo obſeruatur. Nam & Dona dicunt, quæ dantur hominibus, & Munera quæ dijs offeruntur. Aliquando Donum dicitur de rebus pernicioſis. Verg. Eclog. 6. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. Donum honorarium, id eſt, quod datur patrono. ab honore dictū, quod huiuſmodi muneribus patronos ſuos ſoleant honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia ſuſcipiebant, quod illo tēpore ignominioſiſſimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum a patrono beneficium munuſculo aliquo remetiri: quod illi Donum honorarium uocabant. Noſtri autem ſeculi aduocati (ut non infacete ait Budæus) Arbitraria, non Honoraria dona accipiunt: quippe qui pro ſuo arbitrio litigatoribus mercedem præſcribunt, nullaque ſuæ rapacitati faciunt modum.

DONARIA, {*Doni che s'offeriſcono à Dio*} (ἀναθήματα, ἀφιερώματα) ſunt ipſa (ut Valla docet) dona, quæ Deo offeruntur, quæ ſcilicet dicata dijs ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis ſuſpenduntur. Macrobius. Ornamēta uero ſunt clypei, coronæ, & huiuſmodi donaria. Nonnunquam etiam pro loco ponitur, in quo dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. Verg. lib. 3. Georgico. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gellius lib. 2. capi. 20. Vbi reponi ſolerent ſigna uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſe donarijs conſecrata. Apuleius: Ibi donarium dixe perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio, in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſmodi utenſilibus. Quod eſt contra Laurentium Vallam, qui Sci-

uium reprehendit, quòd Donaria interpretetur loca, in quibus dona ſuſpenduntur.

DONATICÆ, coronæ, dicebãtur, quibus uictores in ludis donabantur: quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt ſuper modum aptatæ capitibus, quia ſi amplitudine ſiunt, cùm lares ornantur. Feſtus.

DONATIVVM. {Donatiuo} (ἐπιδόσις) munus quod à Principe uel Imperatore militibus donatur. Suet. in Domit. Ac duplũ donatiuum militi donaret.

DONATIVVS, creditor, qui donationem facit. Paulus Iureconſul. Si de duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor uni acceptum tulit, & conualuerit, eligere poteſt utri condicat.

DONATVS participium, (δωρητὸς) munere affectus, cui aliquid donatũ eſt. Verg. 5. Aen. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Huius contrarium Indonatus, ἀδώρητος.

DONAX, (δόναξ) eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & non niſi in aquaticis naſcẽs, ſagittis aptiſſimus. Longiſſima internodia habet, et dum calefactus eſt, facile flectitur. Hunc apud Plin. lib. 16. cap. 36. Calamus fruticoſiſſimus Donax dictus eſt.

DONEC, {Fin che, mentre che} (ἕως ἐς ἄν) aduerbium, ſignificans quoad, uel quouſq;. Teren. in And. Nunquam deſtitit orare uſque adeo, donec perpulit.

Iungitur autem tam indicatiuo modo, q̃ ſubiunctiuo, & cuiuis etiam tempori. De præſenti exemplum eſt apud Plau. in Ciſtel. Non deſiſti inſtare uſque adeo donec adiurat ſe anus, &c. De præterito ſupra poſitum eſt exemplum ex Terentio. Exempla futuri nuſquam non occurrunt. Verg. 1. Aen. Donec regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eũdem etiam modum cum omnibus ſubiunctiui temporibus iungitur. Col. Donec ea aqua, quã adiaceris, decoquatur. Cato de Re ruſt. Donec pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus & familia, quæ illic erit, pignori ſunto. Teren. in Phorm. Donec tibi, quod pollicitus ſum, effecero. Accipitur etiam Donec pro Quàm diu. Ouid. de Pon. lib. 3. Donec eris felix, multos numerabis amicos. Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re ruſt. Sed uſque licebit uellas, donicum ſemen uideris ire.

DONO, nas, {Donare. Pet. Donare altrui la ſua diletta ſpoſa} (δωρέομαι) donũ in aliquem confero. Cic. in Piſo. Mihi popu. Roma. uniuerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemq; donauit.

Hinc deducitur uerbale Donatio, (δόσις δωρεὰ) hoc eſt, doni alicuius in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo urgente iure, ſed ex mera liberalitate fit, idq; ea quidem mẽte, ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti. Quòd ſi ſub conditione fiat, non eſt uera donatio. Cic. in Ora. Vt corona aurea donaretur, eaq; donatio fieret in theatro, populo conuocato. Dicimus autem, Dono tibi munus, & Dono te munere. Donare ciuitatem, (πολιτείαν δίδωμι, πολιτογραφεῖν, μεταδιδόναι τῆς ἰσοπολιτείας) eſt efficere ciues, & iura ciuium dare. Cic pro Arch. Poeta. Quid? à Q. Metello Pio familiariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neq; per ſe, neq; per Lucullos impetrauiſſet?

Huius uerbi compoſitum eſt, Condono, quod quandoq; pro ſimplici ponit: quandoq; ſignificat, quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignoſco, συγχωρέω. Teren. in Pho. Argentum quod habes condonamus tibi. Sall. Haud facile alterius libidini malefacta condonabam.

DONYSA, (δόνυσα) inſula eſt in mari Aegæo una Sporadum cuius meminit Verg. 3. Aen. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; uolamus, Bacchatamq; iugis Naxon. uiridemq; Donyſam.

DORCAS, adis, (δορκὰς) dama, ſeu caprea, ἀπὸ τοῦ δέρκειν ὀξέως, hoc eſt, ab eo q; acute uideat. Pli. lib. 28. cap. 8. Dorcadis pelle collo ſuſpenſa. Mar. lib. 13. Delicium paruo donabis dorcada nato.

DORCEVS, ei, (δορκεὺς) ab Ouid. 3. Meta. numeratur inter canes Actæonis. Inde (inquit) ruunt alij rapida uelocius aura Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades omnes.

DORIS, idis, (δωρὶς) Græciæ regio eſt, iuxta ſinum Maliacum, à tergo habẽs Oetam montem: a qua incolæ Dorij, uel Dorienſes, uel etiam Dorici (δωριεῖς) appellantur. Inde denominatiuum Doricus: ut Lingua Dorica, qua regionis eius populi utebantur. Dories antè Achiui dicebantur, poſtea Dories dicti à Dorico quodam (ut Plato auctor eſt 3. de Leg.) qui eius regionis exules reſtituit: aut (ut Seruio placet) à Doro Neptuni filio, aut certe à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Aſiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata eſt.

DORII, (δωριεῖς) & Dorienſes, ſiue Dorici, (δωριεῖς) populi ſunt Achaiæ, ſic dicti à Doride regione Græciæ iuxta Maliacum ſinum, cuius à tergo mons eſt Oeta. Sunt & eiuſdem nominis populi in Aſia, Caribus uicini, ad Carpathiũ mare, à ſuperioribus oriundi, quorum frequens eſt mentio apud Herodotum libro primo.

DORION, (δώριον) oppidum eſt Peloponneſi, iuxta quod Thamyras citharoedus Muſas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi Pli. lib. 4. ca. 5. Item Luca. lib. 6. Ptelеos & Dorion ira Nobile Pieridum. Eſt & eiuſdem nominis oppidum in Magneſia, apud eundem lib. 4. ca. 10. Tertium item in Ionia, minoris Aſiæ regione, apud eundem lib. 5. cap. 26.

DORIS, idis, (δωρὶς) herba eſt, anchuſæ ſimilis, lanuginoſior tamen, & minus pinguis, tenuioribus folijs & languidioribus. Radix oleum non fundit, ſed rubentem ſuccum & in hoc ab anchuſa diſtinguitur. Hæc Plin. lib 22. cap. 20.

DORIS, (δωρὶς) Nympha quædam maris, Oceani & Tethios filia, quæ Nereo fratri nupta immenſam uim marinarum Nympharum peperit, quæ a nomine patris Nereides appellatæ ſunt. Ponitur nonnunquam pro ipſo mari. Vergi. in Gallo: Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

DORISCVS, (δορίσκος) locus litoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cuius capacitate Xerxes numerauit, aut potius demenſus eſt exercitus ſui multitudinem. Erat enim capax CXX. M. hominum. Auctor Pli. lib. 4. ca. 11. & Herod. lib. 7.

DORMIO, is, {Dormire} (κοιμάομαι, καθεύδω) uerbum abſolutum notæ ſignificationis. Plau. in Trin. Egomet autem cum ex tẽplo arcum mihi & pharetram & ſagittas ſumpſero, caſsidẽ in caput, dormibo Placide in tabernaculo.

Aliquando cum accuſatiuo, & præpoſitione In. Pl. in Epiſt. Nihil eſt quod in dextram aurẽ, fiducia mei dormias: non impune ceſſatur. Dormire in utrã uis autem, eſt animo otioſo, ſecuro, uacuoq; eſſe. Teren. in Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metum, In aurem utramuis otioſe ut dormias. Dormire in utrumuis oculum, idem ſignificat. Plau. in Pſeu. De iſta re in oculũ utrũuis conquieſco. Huius compoſita ſunt, Addormio, à quo Addormiſco, Edormio, Obdormio, & Prædormio: & Redormio: de quibus uide ſuis locis.

DORMISCO, is, (καθεύδω, κοιμῶμαι) idem quod Dormio. Plau. Curc. Caput deponit, cum dormiſcit, ei ſubduco anulum.

DORMITO, as, pen. pro. {Hauer ſonno} (νυστάζω) frequẽtatiuum eſt: quamuis diminutionem ſignificati quandoq; habeat. Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus. Eſt autem propriè Dormitare, ſomno detineri. Plau. in Amph. Te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitum hinc abiimus. Dormitator, uerbale qui ſolet dormire, & omnia negligentius agere. Plau. in Trin. Mira ſunt, Ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector Zonarius.

DORMITORIVS, a, um, adiectiuum: ut, Cubiculum dormitorium, {Doue ſi dorme} (κοιτὼν) ubi dormitur. Pli. Iunior in Epiſt. Eſt in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſonum excludit. Dormitorium ſubſtantiue, idem quod dormitorium cubiculum. Pli. li. 30. ca. 6. Poſt hæc iubent eum in pariete dormitorij tecto'ue includi.

DORON, {Dono} (δῶρον) donum a Græcis dicitur, q; munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ ſcriptores δῶρον pro palmo, ſiue manu inuenitur. Pli. lib. 35. cap. 14. Græci, inquit, antiqui Doron palmum uocabant, & ideo Dora munera, quia manu darẽtur. Vnde Antidora, (ἀντίδωρα) remunerationes. Vetus autẽ illa ſignificatio adhuc remanſit in compoſitis, Didoron Tetradoron, & Pentadoron, pen. pro. quibus lateres in ſtructuris ædificiorum ſignificantur, qui duorum, quatuor, aut quinq; palmorum longitudinẽ habent. Palmi autem nomine menſuram intelligimus duodecim digitorũ, quẽ palmum maiorem, ſiue dodrantem uocant.

DORSVALIA, {Coperte de caualli} (ἐπινώτια) tegumenta, quibus equi et boues teguntur. Iul. Cap. Proceſſerunt centum albi boues, cornibus auro iugatis, & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgentes.

DORSVM, ſi, {Dorſo, ſchiena} tota poſterior corporis pars, à collo uſq; ad os ſacrum. In qua ſignificatione legitur & dorſus maſc. gen. Plau. Milite. Timeo, qui rerum geſſerim: ita dorſus totus prurit. Non ſolum autem dicitur de hominibus, cæteriſq; animalibus, ſed etiam de inanimatis: ut de litoribus, aquis, montibus, & huiuſmodi. Ver. 1. Aen. Dorſum immane mari in ſummo. Idem 10. Aen. Nanq; inflicta uadis, dorſo dum pendet iniquo. Quibus in locis ſignificat duriorem arenam (ut inquit Seruius) quæ meantibus ultro citroq; fluctibus denſatur: quod à nautis Puluinus uocatur. Antiqui tamen Doſſum dicebant, quod nunc Dorſum dicimus. Vnde Doſſuaria iumenta à Varrone dicta li. 2. cap. 10. Quæ doſſo uehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta doſſuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorſo ferre poſsit.

DORTIVM, (δόρτιον) Ptolemæo, cap. 9. lib. 3. Mœſiæ ſuperioris ciuitas eſt, ad Danubium.

DORVS, (δῶρος) Neptuni filius fuiſſe perhibetur, qui in Doride Græciæ regione regnauit, à quo ipſi etiam populi Dorij appellati putantur. Seru. in illud Verg. 2. Aen. Iuuat ire, & Dorica caſtra. Deſertosq; uidere locos. Eſt etiã eo nomine urbs quædam Phœnices, apud Ioſephum: cuius ciues Doritæ appellantur, teſte Stephano: qui etiam in Caria eiuſdem nominis urbem collocat.

DORYCNIVM, (δορύκνιον) ſtrychni genus eſt Theophraſto, radice cãdida lõga cubitali, cauaq;, folio erucæ maiuſculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, piloſioreq;, pilulæ platani non abſimili. Drachmæ pondere datur, ut ſibi quis placeat, & pulcherrimum ſe exiſtimet: duplicatum pondus maiorem inſaniam creat, ſpectris uanis animo obuerſantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi ſiquid adijciatur, præſentem necem affert. Ab his effectibus à quibuſdam Manicon eſt appellatum. Dorycnium autem dictum putatur, q lancearũ cuſpides in prælio eo tingerentur.

DORYLÆVM, (δορύλαιον Stephano) teſte Pli. lib. 5. cap. 29. oppidum eſt Phrygiæ, non procul ab Hermi auriferi fluminis fontibus: cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 19.

DORYCLVS, (δόρυκλος) filius fuit Priami, nothus, ut ſcrĩbit Home. li. 11. Iliad. quem Aiax interemit. Alter fuit Doryclus, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Verg. li. 5. Fit Beroe Iſmarij coniunx longæua Dorycli. Et pauló poſt: Non hæc Rhœteia, matres, Eſt Dorycli coniunx, &c.

DORYLAS, (δορύλας) nomen Naſamonis cuiuſdam potentiſſimi, unus ex ijs, qui Perſeo in aula Cephei uim inferre conati, ab illo ſunt interfecti. Oui. 5. Meta. Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri. Diues agri Dorylas: quo nõ poſſederat alter Latius, aut totidem tollebat farris aceruos. Eſt item Dorylas, Centauri nomen, apud Ouid. 12. Metam.

DORYLAVS, (δορύλαος) uir Cretenſis fuit, rei militaris peritiſſimus, & Mithridati cognomento Euergetæ magna familiaritate deuinctus: cuius res geſtas uide apud Strabo. lib. 10.

DORYPHORVS, pe. co. {Che porta la picca ò altra arma haſtata} (δορυφόρος) ſatelles, qui lanceam, aut ſpiculum geſtans, tuetur corpus principis. Nã δόρυ lancea eſt, uel ſpiculum. Cur. lib. 10. Cognatorum Darij regis turbã quindecim millia hominum fuiſſe, muliebriter propemodum cultam, luxu magis, q̃ decoris armis conſpicuam, Doryphori uocabantur. Peculiare enim erat illius agminis inſigne. Eſt etiam uiri proprium, apud Quintilianum.

DOS, dotis, {Dote} (προὶξ) propriè dicitur quod marito cum uxore datur. Ter. in And. Dos eſt Pamphile decem talenta. Duo autem dotium genera enumerantur à Iuriſcon. Profectitia ſcilicet, & Aduentitia. Profectitia dos eſt, quæ à parentibus profecta eſt de bonis eorum: Aduentitia uero, quæ aliunde aduenit: ut ſiquis patri certam pecuniã dederit, quam nubenti filiæ reddat. Trãsfertur præterea latius huius nominis ſignificatio pro omni eo, quod alicui datum eſt, (τὸ) uel à natura, uel ab hominibus. Vnde Dotes animi dicuntur, prudentia, iuſtitia, fortitudo, & huiuſmodi: & Dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia. Martial. libro. 13. Nec poteris ſimiles dotes numerare, nec uſus. Cicero 1. de Orato. Cuius artem cum indotatam eſſe, atque incomitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletaſti, et ornaſti. Oui. 3. Triſt. Nam tibi cum faciles mores natura pudicos,

Et raras

Et raras dotes, ingeniumq́; dedit.

DOSIS, (δόσις) datio, à uerbo græco, δίδωμι, quod eſt dare. Hac uoce noſtri hodie medici utuntur pro proportione ſimplicium medicamentorum compoſitionem ingredientium.

DOTALIS, le, {Dotale} quod ad dotem pertinet. ſiue illud in quo dos mulieris conſiſtit. Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Aſinar. Dotalem ſeruum Saurium uxor tua adduxit, cui plus in manu ſit, q̃ tibi. Idẽ in Mil. Haſce ædes dicas dotales tuas. Liu. lib. 6 Bel. Pun. Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

DOTHIEN, enis, (δοθιήν) abſceſſus cum tumore, qui ex craſsis humoribus in carnoſis plerunq; locis fit: mitis, cùm in ſola cute coierit: maleficus autem, nec facile curabilis, cum ex alto in ſummam cutem emergit. Vide Marcellum Vergil. in Dioſco. lib. 2.

DOTO, as, {Dotare, dar dote} (ἐνδοτῶ) dotem do. Sueton. in Veſpa. Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſsime maritauit, dotauitq́; etiam, & inſtruxit. Vnde Dotatã mulierem dicimus, quæ dotem habet: & Indotatam, (ἄπροικον) dotis ad maritũ nihil attulit. Plaut. in Aſin. Hæ ſunt, atq; aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, ſumptusq; intolerabiles. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri: dotatæ mulctant & dãno & malo uiros. Dotatum etiam latius intelligimus eum, qui bonis quibuſdã animi, corporis, aut fortunæ præditus eſt. Manil. lib. ult. Tertia Pleiadas dotabit forma ſorores. Ouid. 11. Metam. Nata erat huic Chione, quę dotatiſsima forma Mille procis placuit.

D ANTE R.

DRABE, (δράβη) herba eſt cubiti altitudine, gracilibus uirgulis, quarum latera utrinq; ueſtiunt folia, quæ Planè lepidij uiderentur, niſi teneriora eſſent, candidioraq́;. In cacumine ſambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale naſturtium, alij Babylonium uocauerunt. Vide Ruellium lib. 2. cap. 89.

DRACÆNA, (δράκαινα) cum diphth. draconis fœmina, ſicut leonis fœmina Leæna.

DRACHMA, (δραχμή) genus ponderis ex decem & octo ſiliquis: id eſt, tribus ſcrupulis conſtans. Eſt & genus numiſmatis, denarium ualens Romanũ hoc eſt (ut Budæus docet) ſolidos Turonenſes tres cum ſemiſſe. Teren. in And. Vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem. Cice. 1. de Diuina. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt.

DRACO, onis, {Drago} (δράκων) proprie dicitur ſerpẽs annoſus, qui multa ætate in inſolitã magnitudinem excreuit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκειν, q́ hoc animal acutiſsimi uiſus eſſe credatur: unde etiam à Poetis theſaurorum cuſtodijs fingitur præeſſe. Plin. libr. 8. ca. 11. auctor eſt, dracones in India in tantam excreſcere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerãt. Dracones etiam dicuntur à Plin. lib. 17. cap 23. à tortuoſitatis ſimilitudine palmites emeriti, pluribusq; annis indurati: Nuper (inquit) repertum, draconem ferere iuxta arboremnata palmitem appellamus emeritum, pluribusq́; induratum annis.

DRACO, (δράκων) antiquiſsimus Athenienſium legiſlator, cuius leges Solon, præter q̃ quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogandas curauit, propter ſeueritatem. Nam una omnibus pœna conſtituta erat, ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Vide Gellium cap. 18. lib. 12.

DRACONIGENÆ (δρακοντογενεῖς) ex dracone geniti: quo epitheto à poetis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea q́ ij qui Cadmo in ea urbe ędificanda adiutores fuerunt, ex ſatis draconis dentibus nati feruntur. Vide latius hanc fabulam apud Ouid 3. Metamor.

DRACONITES, (δρακονίτης) ſiue Dracontias, gemma eſt, quæ fit ex cerebro draconum. ſed non niſi uiuentibus abſciſſo gemmeſcit, inuidia animalis mori ſe ſentientis: quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt autem colore tranſlucido, nec poliri poteſt, aut artem admittere. Plin. lib. 32. cap. 10.

DRACONTIVM, (δρακόντιον) herba hortenſis eſt, teſte Dioſcoride, folio hederæ, magno, & candidis notis inſigni, caule recto, bicubitali, uerſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ Serpentariam, & Colubrinam appellant. Eſt etiam hoc nomine genus uitis apud Colum. lib. 3. cap. 2. quod uini generoſitate cum Amminneis conferri poſsit. Vnam (inquit) uitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca conſuetudine Dracontion uocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditateq; arcellatæ, baſilicæq́; & Bituricæ comparari poſſet, generoſitate uini, Amminneæ.

DRACVNCVLVS, (δρακόντιον) diminutiuum, ſignificat paruum draconem. Eſt & herbæ genus, quod Dracontion Græci, Pharmacopolæ Serpentariam appellant: utroq; nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibuſdam uariegatus quandam ſerpentis ſimilitudinem referre uidetur. Vide paulò antè in dictione Dracontion. Eſt etiam Dracunculus piſcis ex concharum genere. Plini. lib. 32. cap. 11.

DRACVS, Achæorum dux, à L. Mummio Romanorum duce uictus. de quo Liuius ſic ſcribit: Cum Achæi (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidẽſes habebant, Q. Cæc. Metellus ad Thermopylas bello conflixit, quibus uictus, dux eorum Critolaus, ueneno ſibi mortem conſciuit. In cuius locum Dracus, Achaici motus primus auctor, ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio Conſule uictus eſt. Hæc Liui. lib. 52.

DRAGMA, atis, (δράγμα) apud Græcos dicitur, quod nos rapinam ſeu manipulum dicimus hoc eſt, quantum una manu comprehendere poſſumus.

DRAMA, atis, (δρᾶμα) eſt actus uel repreſentatio fabularum, in quibus Poetę perſona non admiſcetur. Hinc Dramaticus ſtylus dicitur qui miſtus nõ eſt, ubi poeta nuſquam loquitur: ut ſunt comœdiæ & tragœdię: Exegematicus, in quo ſolus poeta: Miſtus, ubi promiſcue & poeta & perſona. Dictus Dramaticus, (δραματικός) quaſi actiuus, à δράω facio.

DRANCES, (δράγκης) Orator fuit Latini regis, infeſtiſsimus Turno Rutulorum regi, ut eſt uidere apud Maronem lib. 11. Tum Drãces idem infenſus, &c.

DRANGIANA, (δραγγιανή) prouincia in Aſia maiori, quam Ptolemæus ab Occaſu & Septentrione Aria & Bagao mõte terminari ait, ab oriente Arachoſia. Vide ipſum lib. 6. cap. 19.

DRAVCVS, (καταπύγων) qui alterius libidini obſequens, præpoſtera Venere mares init: qui uerò ab his ſubagitari gaudent, Pathici appellantur: illi quidem ἀπὸ τοῦ δρᾶν, hoc eſt, ab agendo, hi uerò ἀπὸ τοῦ παθεῖν, hoc eſt, à patiendo dicti. Mart. Oculisq́; ſpectat deuorantibus draucos.

DRAVSI, Thraciæ populi ſunt, qui puerorum recenter natorum futuram calamitatem deflent, commemorantes omnia mala, quæ uitam ingreſſos neceſſe eſt perpeti: contra autem defunctorum exequias ſumma celebrant alacritate, gratulantes illis, q́ tot malorum myriadibus ſemel ſint defuncti. Auctor Herodotus.

DREPANVM, p.c. (δρέπανον) urbs eſt Siciliæ trans Lilybæum promõtorium, non procul ab Eryce mõte: ita dicta à curuo ſitu inſtar falcis: δρέπανον enim fals dicitur: uel ab eo q́ Saturnus amputatis uirilibus paternis, illuc falcẽ proiecerit. Ouid. lib. 3. Faſt. Quiq; locus curuæ nomina falcis habet. Vergil. 3. Aenei. Hinc Drepani portus, & illætabilis ora, Accepit, &c.

DRILON, (δρίλων) fluuius eſt Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium ſuperioris Myſię. Vide Ptolemęum lib. 2. cap. 17. & Plin. lib. 3. cap. 22.

DROMAS, adis, (δρομάς) cameli ſpecies eſt, à uelocitate curſus nomen habẽs. Liui. lib. 7. Bel. Mace. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

DROMONES, (δρομάδες) genus piſcis eſt apud Plin lib. 32. cap ult. à pernicitate ita appellatum.

DROMOS, (δρόμος) Latine curſus: quamuis, nonnunquam etiam accipiatur pro loco ipſo, in quo curritur. Hinc Catadromus, de quo ſuo loco.

DROPAX, acis, pen genitiui cor. (δρῶπαξ) unguenti genus eſt, quod ad euellendos è corpore pilos ſolet adhiberi. Vnde δρωπακίζειν Græci dicunt pro eo quod eſt unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Mart. lib. 3. Pſilothro faciemq; lauas, & dropace caluam. Idẽ lib. 10. Læuius dropace tu quotidiano.

DRVENTIA, æ, fluuius prouincię Narbonenſis, in Rhodanum influens. Plini lib. 3. cap. 4.

DRVPÆ, (δρυπεπεῖς) baccæ oleæ iam nigreſcentes & mox ab arbore caſuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt, παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός.

DRVSOMAGVS, (δρουσόμαγος) Rhætorum oppidum eſt, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 12.

DRVSVS, (δροῦσος) uir Romanus, genere & eloquentia magnus, ſed ambitioſus & ſuperbus, Catonis auus. de quo ſic Cic. 4. de Finib. Conferam autem, inquit auum tuum Druſum cum C. Graccho eius ferè æquali. Aedilis munus magnificentiſsimũ dedit: Quæſtor in Aſia nullis inſignibus uti uoluit, ne quid ipſo eſſet inſignius: Tribunus plebis Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, ſenatui iudicia permiſit. Fuit & ante hunc M. Liuius Druſus, cognomẽto Salinator, qui una cum Cl. Nerone collega ſuo in Conſulatu Aſdrubalem uicit. Verg 6. Aenei. Quin Decios, Druſosq́; procul, &c. Druſus item alius Ciceronis ſodalis, de quo 3. de Natu deo. ſic ſcribit: Cur ſodalis meus interfectus domi ſuæ Druſus, &c. Fuit etiam hoc nomine Liuiæ Auguſtæ filius, qui in Germania perijt: de cuius morte extat Ouidij carmen conſolatorium ad Liuiam matrem.

DRYAS, (δρύας) filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes ſequutus, cum in pugna Parthenopæum lætali ictu uulneraſſet, à Diana ſagittis occiſus eſt. Statius: Horrendumq; Dryanta mouet, &c.

DRYADES, (δρυάδες) Nymphæ ſyluarum præſides, ita dictæ à Græco nomine δρῦς, quod quamuis proprie quercum ſignificet, accipitur tamen pro quauis arbore. Verg. 1. Georg. Ferte ſimul Faunique pedem, Dryadesq́; puellæ. Hamadryades autem dicuntur ſingularum aliorum Nymphæ, quæ cum ijs una naſci & occidere dicuntur: eiuſmodi unam deſcribit Ouid. lib. 8. Metam. quercu annoſa ab Eriſichthone ſucciſa interemptam.

DRYANTIADES, (δρυαντιάδης) dictus eſt Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ouid. in Ibin: Vtque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

DRYIDÆ, (δρυΐδαι) ſiue Druidæ, ſiue etiam Druides, dicti ſunt Gallorum magi, qui de totius gentis controuerſia conſtituebant. Nomen habere credũtur à dictione δρῦς, quæ olim quamuis arborem, hodie uerò peculiariter quercum ſignificat, q́ maxime in lucis uerſabantur. Pli. lib. 16. ca. 44. Nihil habẽt Dryidæ, ita enim Galli ſuos appellant magos. Cæſ lib. 6. Com. Druidæ rebus diuinis intereſſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa concurrit, magnoq́; apud eos in honore nam ferè de omnibus cõtrouerſijs publicis priuatisq; cõſtituunt. Et ſi quod eſt admiſſum facinus ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controuerſia eſt, ijdem decernunt, præmia pœnasq́; conſtituunt. Vide de his plura apud Cæſarẽ, quæ hic breuitatis cauſa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) ſub Auguſto interdictam, Claudius Imperator quintus penitus aboleuit. Pro ijſdem etiam dicimus Druides, Druidum, per tertiam declinationẽ. Cæſar Bell. Gall. lib. 6. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum equitum. Et paulò pòſt: His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem.

DRYLON, uide Drilon.

DRYMODIS, Peloponneſi regio mediterranea, poſtea Pelaſgis, & nouiſsime Arcadia dicta. Plin. lib. 4. cap. 6.

DRYOPHYTE, es, ranæ genus eſt apud Plin. libr. 32. capi. 7. Ranę (inquit) quas dryophytas & calamitas uocant. Item ca. 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere Diopetras, & Diopetis: ut ranas illas intelligas quæ aut cum pluuia de cælo decidunt, aut certe ex pluuia naſcuntur. Græci enim διοπετὲς uocant, quicquid ex aere eſt delapſum, quaſi à Ioue miſſum.

DRYOPES, (δρύοπες) populi Epirotici, de quibus Stra. li. 8. & 13 Et Verg. lib. 4. Creteſq́;, Dryopesq́; fremunt, pictiq; Agathyrſi.

DRYOPHONON, p.c. (δρυόφονον) herba eſt dryopteri ſimilis, cauliculis tenuibus, cubitalibus circundatis utrinque folijs oxymyrſinæ ſimilibus, ſed candidioribus & mollioribus, flore ſambuci. Edunt decoctos cauliculos, ſemine uerò pro pipere utuntur. Officinæ Nemoralem myrtum appellant.

DRYOS HYPHEAR, (δρυὸς ὑφέαρ) genus uiſci eſt copioſiſsime in quercu naſcens: unde et nomen accepit. Eſt autem in ſui generis planta fruticoſa, ſeſquipedalis, lenta, ſemper uirens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis ſine flore, tactum ſequens, nunquam in terra naſcens. Vide Plin. lib. 16. cap. ult.

DRYOPTERIS, (δρυοπτερίς) herba eſt filici ſimilis, in arboribus naſcens,

teriui foliorum ſubdulcium inciſura,radice hirſuta.Plin.lib.27.cap.9. Vulgus Oſmundam arboream appellat.

DRYPETÆ,(δρυπεπεῖς)oliuæ ſunt maturæ & adultæ,ita dictę à τὸ πίπτειν, καὶ δρῦς,quaſi iam ex arbore decidentes.

D ANTE V.

DVA, in neu.ge ueteres dixerunt pro Duo,δύο.Quint.lib.1.cap.10.Dua pondo & trepondo uſq; ad noſtram ætatem dictum eſt,& recte dici Meſſala confirmat.Sic etiam apud Ci.in Ora.legitur:Video ſepulchra dua duorum corporũ.

DVALIS, le,(δυϊκός)Seruius in illud Vergi li.2.Aen.Conticuere omnes:Cõticuere(inquit)pro conticuerunt:nec eſt,ut quidam dicunt,dualis numerus:qui apud Latinos nuſquam penitus inuenitur.

DVBENVS,{Padrone,ſignore}teſte Feſtu.pro domino ueteres dixerunt. Pacu.Tum dubenus ſeruos ligatos peſſime uerberat.

DVBIO,as,(ἀπορῶ)apud antiquos legitur pro dubito,ſiue in dubio ſum.Plau. Dubitat quid agat.

DVBIS, Galliæ fluuius, Veſuntionem Sequanorum oppidum medium ſecans, Dolamq; alluens. Meminit eius Cæſ.lib.1.Bell.Gall, A' nonnullis Alduaſdubia appellatur.

DVBITAPES,fictor egregius,qui uaſa ex rubra creta primus effinxit.

DVBITO,as,{Dubbitare,dubitare}(ἀμφιβάλλω,ἀπορῶ)idem quod dubius ſum Cic.4. Aca.Ne inuolenti quidem quæ faciunt eadem approbatione faciliſ, qua ſobrñ:dubitant,hæſitant,reuocant ſe interdum. Dubitare item ponitur pro uereri,cunctari,ὀκνεῖν Plau.in Epidico.Quid iſtuc dubitas dicere? hoc eſt, Quid times,aut uereris? Huius compoſita ſunt Addubito, quod eſt idem cum ſimplici Dubito.Liu.lib.2.Proditoribus extemplo in uincula coniectis,de legatis paululum addubitatum eſt. Subdubito,parum dubito. A' Dubito fiũt Dubitatio,et Dubietas,ἀπορία.Cic.2.de Ora.Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio,trãſactusq; uerborum? Idem ad Trebonium: Nullam n.dubitationẽ apud me reliquiſti,quantum me amares. Dubitans,participium. Cice.pro domo ſua:Identidem ſe ipſe reuocando dubitans,timens,hæſitans,omnia aliter, ac uos in monumentis habetis & pronuntiant & fecerit. Dubitatus,partic. Oui. 2.Meta. Venit,& intrauit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor,apud eundem ad Liuiam. Dubitatur,impersonale.Cice.4.Verr. Præſertim aliorum auctoritate confirmatum dubitabitur? Dubitabilis,le. Ouid.lib.1. Meta. Nec erit dubitabile uerum. Aduerbia Dubitanter,quod eſt à Dubitans:& Dubitatim,(ἀπόρως)a Dubitatus.Cæcil.Imperator clamat de medio, ut milites a ſiniſtro cornu remoueant,& Gallis non dubitanter immittant. Siſenna apud Nonium Quod hoſtem non dubitatim cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

DVBIVS,{Dubbio}(ἀμφίβολος,ἄπορος)dicitur,qui duas uias habet et utrã eligat,neſcit:ſicut ambiuum,quod in ambas agi partes poſſit. Verg.2. Aeneid. Nec dubiis ea ſigna dedit. Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde in dubium uenire,idem eſt,quod in diſcrimen adduci. Teren.in Adelph Tua fama & gnatæ uita in dubium ueniet. Sic Salutem dubiam dixit in Epiſtu.ad Ligarium,pro ea,quæ in periculo uerſatur. Cœna autem dubia dicitur,cum tanta apponitur ciborum copia,ut cogaris dubitare,quid potiſſimum debeas ſumere. Teren.in Phor.Ille ringitur,tu rideas.Prior bibas, prior decumbas:cœna dubia apponitur. G. Quid iſtuc uerbi eſt? S. Vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.

DVBIE, aduerbium,{Dubbioſamente}(ἀμφιβόλως.)Cice.1.de Diuin.Poteſt autem accidere ut aliquod ſignum dubie datum,pro certo ſit acceptum. Huius contrarium eſt Indubie,(ἀναμφιβόλως)ſine dubio.

DVBIOSVS, a,um adiectiuum,{Dubbioſo}(ἄπορος,ἀμφίβολος)incertus, dubius.Gel.lib.3.ca.3.Quas à cæteris ſegregauit, quoniã dubioſæ non erant.

DVCATVS, us,(ἡγεμονία,στρατηγία)præfectura,imperiũ militare,quod uulgus Capitaneatum appellat.Suet.in Nero Priuignum Rufinum Criſpinũ Poppæa natum,impuberem adhuc,quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari,dum piſcaretur,ſeruis ipſius demãdauit.Scribit Lampridius, Heliogabalum præpoſituras,& ducatus,& officia palatina uendidiſſe.

DVCENARIVS, {Capitano di ducento ſoldati}(διακοσίαρχος) qui duas centurias,id eſt,ducentos milites ducebat in acie ſecunda , qui & Primus haſtatus dicebatur. Apud Suetonium,legitur quartam iudicum decuriam ab Auguſto additam eſſe,quæ Ducenariorum diceretur , iudicaretq; de leuioribus ſummis Ducenarñ autem uidentur nominati, à cenſu ducentorũ ſeſtertiorum. Ducenarius,a,um,adiectiuum:ut, Ducenaria pondera , hoc eſt ducentarum librarum,apud Plin.libr.7.cap.20.

DVCO,is,duxi,ductum,{Guidare,condurre}(ἄγω,συνάγω)proprie ducimus uolentes,trahimus inuitos.Seneca fata uolẽtem ducunt, nolẽtem trahũt.

Quandoq; ſignificat reſpicere,iudicare,exiſtimare,(ἡγεῖν quoque Græcis et ἡγεῖσθαι.)Cice.Trebat.Ego ſi mei commodi rationem ducerem,te mecũ eſſe maxime uellem. Verg.lib 10.Tanto'n'me crimine dignum Duxiſti? Quandoq; inſecare,allicere,& delectatione quadam demulcere.Ci.in Verr. Act.2.Siquis honore aut gloria ducitur ἄγεται. Quandoque uoluere,pertractare. Verg lib. 6.Sic equidem ducebam animo,rebarq; futurum. Quandoq; nudare,educere, ἕλκειν Idem lib.12.Ille tamen clypeo obiectu conuerſus in hoſtem ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. Quãdoq; contrahere,συνάγειν.Idem 9.Eclo. Aſtrum,quo ſegetes gauderẽt frugibus,& quo Duceret apricis in collibus uua colorem. Ducere ſomnos,eſt dormire.Verg.4.Aene. Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Ducere muros,eſt ſtruere,τειχίζειν.Idem 1.Aen. Pars ducere muros Molirią; arcem. Quandoq; contraho,συνάγω. Martia. Qui ducis uultus,& non legis iſta libenter. Quandoq; in longum protrahere , ἐκτείνειν.Cic.ad Cæſ.Iun.li.1.Ne res duceretur,fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. Quandoq; demittere,deſcendere.Plaut.in Aulu. Vbi ille abit,ego me duco ab arbore. Quandoq; gerere. Verg. lib 9. Hi bellũ aſſidue ducunt cum gente Latina. Quandoq; ad ſupplicium ducere,ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ:ut apud Curtium ait Hermolaus ad Alexandrum , Nos duci iube.

Dicitur & de re obſcœna,pro eo quod ẽ uirilia ſua turpiter cõtrectare:quod genus obſcœnitatis ſacræ literæ tectius Mollitiem appellant. Plaut.Si tẽdetis, ducite,ne diſrũpamini. Huius uerbi cõpoſita ſunt Abduco, Adduco,quę ſunt cõtraria:Conduco,Circũduco,Deduco,Diduco,Educo,Induco Introduco,Obduco,Perduco,Produco,Reduco,Seduco,Subduco,Superduco, et Traduco: quorum ſingula uide ſuis locis.

DVCTARIVS,a,um,(ἑλκτικός)idem eſt quod ductilis. Inde ductarius funis, teſte Vitru lib.20.cap.2.dictus eſt,qui per orbiculos trochleæ traiicitur.

DVCTILIS, le,pe.c.{Che facilmente ſi guida in qual parte ſi uuole}(ἐλατός, εὐάγωγον)quod facile ducitur,attenuaturq; . Vnde Aes ductile , quod malleis obſequitur,attenuaturq; in laminas. Plin lib.34.cap.8.In Cypro æs coronariũ, & regulare eſt: utrũq; ductile. Ductilis ſcena dicebatur,cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ interior uidebatur.Ductile flumen. Marti.lib.12. Hic riguæ ductile flumen aquæ.

DVCTIM,aduerbium,{A poco à poco}(ἠρέμα)paulatim,& cum mora. Plau. in Curc.Immergere in me liquores tuos ſino ductim.Col.lib.4.cap.25.Maior autem pars operis in uineam ductim potius,q̃ cæſim facieda eſt.hoc eſt,potius ductu falcis , quam ictu.

DVCTITO,as,(περιάγω)ſæpe circunduco. Terent.in Adelp.Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis?

DVCTO, as,{Menar in queſta e'n quella parte}(ἄγω,ἀγεμονεύω) huc illuc duco.Sallu.Huc accedebat,quod Lucius Sylla exercitum,quem in Aſia ductauerat,quò ſibi fidum faceret,cõtra morem maiorum,luxurioſe,nimisq; liberaliter habuerat. Ductare etiam eſt rem uenercam exercere:unde Plaut.ludens in uoca ambigua. Errabo potius,inquit,q̃ quis me ductet. Teren. Pho. Vt phaleratis dictis ducas me , & meam ductes gratis. Ad hanc item ſignificationem reſpicit Quintil.cum ait,Ductare exercitum , non ſine rubore dici.

DVCTOR, oris, {Condottiere}(ἡγεμών, στρατηγός)qui præeſt exercitui.Vergi. 2.Aenei. Fracti bello,fatisq; repulſi Ductores Danaum.

DVCTVS, us,nomen,{Conducimento}(ἀγωγή)idem quod ductio. Liui.4.ab urbe.Ductu Fabñ,cui forte ea prouincia euenerat,nihil dignũ memoratu actũ. Ductus aquarum.Ci.2.Offi. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Idem 2.de Leg. Ductus uerò aquarum,quos iſti tubos et Euripos uocant,quis non,cum hæc uideat,irriſerit? Dicitur & Aquæductus pro eodem.

DVDVM, {Poco fa,pur hora}(πάλαι,ἐκ πολλοῦ) de exiguo tempore dicitur, teſte Valla,dimidiæ ſcilicet horæ,uel horæ unius,duarum,uel trium,ita tamen ut tempus unius diei rarò excedat:ut,Dudum intraui, Dudũ te expecto:id eſt, hora eſt,uel duæ,uel tres,ex quo intraui,& ex quo te expecto. Quandoq; etiã tranſcendit diem. Terent.in And.Quam maxime abs te poſtulo,atq; oro Chreme, Vt beneficium uerbis initum dudum , nunc re comprobes.

DVELLA, duæ ſextulæ ſunt,hoc eſt,tertia pars unciæ.

DVELLO, as,{Combattere}(μάχομαι)bello, Vnde Duellator, (πολεμιστής) qui duellum peragit. Plaut in Capt.Domi, belliq; duellatores optimi. Duellicus,a,um,id eſt,bellicus.nam Duellum ueteres dixerunt,quod nos bellum dicimus:ut Plaut.in Epid.Nempe quem in adoleſcentia Memorant apud reges armis,arte duellica Diuitias magnas ſibi adeptum.

DVELLONAM, {Bellona}(ἐνυώ)Bellonã antiqui appellabant, teſte Varrone lib.4.de lingua Latina.

DVELLVM, elli,{Guerra}(πόλεμος) ab antiquis dicebatur , quod nos per duas ſyllabas Bellum efferimus.cum a duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur:non tantum duorum,ut quidam exiſtimauerunt, ſed multorum & ipſorum exercituum.alioqui non diceretur a Plauto,duellum inter Thebanos & Teleboas: & ab Horatio,Græcia Barbariæ lento colliſa duello. Liui.6. Bel. Maced. Quòd pop. Roma.eo tempore duellum iuſsiſſet cum rege Antiocho eſſe. Cic.2.de legi. Nam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta,non fani. Hinc Perduellis,& Perduellio: quæ uidebis ſuo loco.

DVEONA, (δουηόνα)urbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica , apud Ptolemæum lib.2.cap.8.

DVICENSVS, (inquit Feſtus)cum altero,hoc eſt, cum filio cenſus.

DVIDENS, hoſtia ab antiquis appellata eſt,quã nos bidentẽ dicimus. Feſtus.

DVILIVS,ſiue(ut aliñ uocant)Duellius,nomẽ ciuis Romani,qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam ſenex et tremens corpore,in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum,et triſtis ſe domum contulit. Cumq; uxori queſtus eſſet,quare nunquam ſe monuiſſet,ut huic uitio mederetur, Feciſſem(inquit)niſi putaſſem omnibus uiris ſic os olere. Cic.in Orat. Quid uerò licentius,q̃ quod hominum etiam nomina cõtrahebant,quo eſſent aptiora? nam ut Duellum bellum,& Duis bis,ſic Duellium eum , qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt,cum ſuperiores ſemper appellati eſſent Duellñ.

DVIS, & Duint,antiqui dixere,pro dederis,& dederint. Plaut. Capt. At mihi libellum pro eo argento ne duis.

DVLCACIDVS, a,um,uox eſt Q.Sereno admodum familiaris,pro eo quod miſtum quendam ſaporem habet ex acido & dulci,cuiuſmodi ſunt quædam ex malorum Punicorum genere.

DVLCIFLVVS, a,um,(γλυκύῤῥοος)quod dulciter,& ſuauiter fluit. Dulciloquus,(μελίγηρυς)qui ſuauiter loquitur. Dulciſonus,(γλυκύφωνος)ſuauiter ſonans.

DVLCIS, dulce,{Dolce,ſoaue}(γλυκερός,γλυκύς)ſuaue: quod quidam à delicio deducunt,quod dulcia maxime alliciant. Cice.3,de Natu.deo. Omne enim animal ſenſus habet:ſentit igitur & calida & frigida , dulcia & amara. Eius compoſita ſunt Prædulce,(πάγγλυκυ)ualde dulce. Subdulce,(ὑπόγλυκυ)aliquantum dulce.

DVLCEDO, Dulcitas,Dulcitudo,& Dulcor,{Dolcezza}(γλυκύτης) in eodem ſenſu accipiuntur. Plin.Contractata dulcorem amittit. Næuius. O' ſuauis linguę ſonitus,ò dulcitas,conſpicuum animæ. Accius: Tanta huic inuaſit in corda dulcitudo Cic 3 de Orato. Quinetiam guſtatus,qui eſt ſenſus ex omnibus maxime uoluptarius quiq; dulcitudine præter cæteros ſenſus cõmouetur. Oui. 1.de Ponto: Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit,& immemores non ſinit eſſe ſui .

DVLCEO, ces,dulcui{Addolcire}(γλυκαίνομαι)æquo Dulceſco,is,dulcis fio. Cic.in Cat. Primò uua eſt peracerba guſtatu,deinde maturata dulceſcit. Huius compoſitum eſt Obdulceſco, quod eſt in totum dulcis fio.

DVLCE, & **DVLCITER**.{Dolcemente}(γλυκερῶς)aduerbia, Plau.I Mil. Hercle aſtitit & dulce & comœdice. Cic.de Clar.Orat. Tum hiſtoria quędam ſcripta dulciſſime. Cic.2.de Fini. Aut enim eam uoluptatem tueretur, quã Ariſtippus,id eſt,quæ ſenſus dulciter , ac iucunde mouet.

DVL-

DVLCIARIVS, a,um, adiectiuũ: ut Dulciarius Panis, (χαρίεις, ἄρτος) qui conficitur ex ſaccharo & nucibus pineis, uel amygdalis ad ientacula ut eſt qui uulgo apud Italos dicitur marzapanis. Piſtor dulciarius, qui panes, et mellita concinnat edulia. de quo Marti. libro 14. Mille tibi dulces operum manus iſta figuras Extruet: huic uni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo: Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quęcunque coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent. Vbi Dulciarius ſubſtantiuè accipitur pro cõcinnatore eduliorum mellitorum.

DVLCICVLVS, a,um, diminutiuum eſt à dulcis: ut Dulciculus caſeus. Plau. Dulcicula potio Cic. 3. Tuſ. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

DVLCO, as, {*Addolcire. Pet. Et me l'amaro & addolcir l'aſſentio*} (γλυκαίνω) dulce efficio. Sidon. Apollinaris ad Agricolam: Pareo libens, laudaturus uitæ tam dulcatæ ſolicitus ingenuitatem. Hinc Edulco, as, quod eſt exacerbo, aut amarum dulce, & ſuaue reddo. Cn. Marius: quapropter edulcare conuenit uitam, curasq; acerbas ſenſim gubernare.

DVLIA, {*Seruitù*} (δουλεία) ſeruitus, ſiue cultus, qualem ſerui domino exhibent. Accipitur item pro ipſis ſeruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitij uocabulum.

DVLICHIVM, (Δουλίχιον) inſula eſt in mari Ionio, non procul ab Ithaca, una ex ijs quibus Vlyſſes imperabat. Verg. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthus, Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua ſaxis. Hinc Dulichius, a, um. Propertius: At cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.

DVM, {*Mentreche, finche*} aduerbium temporale eſt, & modò pro quãdo (ὅταν) ponitur. Plin. lib. 7. cap. 53. Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calceãtur matutino, duo Cæſares. Modò pro donec. (ἕως) Terent. in Eunuc. Expectabo dum ueniat. i. donec ueniat. Modò pro poſtquam, (ἐπεὶ) cum coniungitur præterito, ſubiunctiui. Martial. Audieris dum grande ſophos. i. poſtquàm audieris. Quãdo autem in compoſitione ponitur poſt nec, uel nõ, uel haud, (πω) ſemper aduerbium temporis eſt. ut Necdum, Nondum, Hauddum, (μήπω, οὔπω) pro non adhuc. Eſt etiam coniunctio, & ſignificat modò, uel dummodo. Salluſt. in Iugu. Neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quicquam penſi habebat. Interdum etiam ſyllabica eſt adiectio. Terent. Adeſdum, paucis te uolo. Componitur cum Qui, ut Quidum: cum Age, ut Agedum: cum Modo, ut Dummodo: & cum Taxat, ut Duntaxat.

DVMETVM, ti, {*Spineto, ſpineta*} (φραγμὸν) locus eſt dumis, hoc eſt, ſpinis obſitus. Huiuſmodi loca, auctore Feſto, antiqui appellabãt Dumecta, quaſi Dumecta, quæ poſtea ſublatis per ſyncopen duabus literis dicta ſunt Dumeta: Cicer. 5. Tuſc. Septum undique & ueſtitum uepribus & dumetis. Idem 4. Acad. Cum ſit enim campus, in quo exultare poſſit oratio, cur eam tãtas in anguſtias, & Stoicorum dumeta compellimus?

DVMVS, ge. maſ. {*Spino. ſpina*} (φραγμὸς) dicitur omnis ſpina. Ouj. 12. Meta. —Solidoq; euellere dumo Annoſam pinum magno molimine tentat. A'quo Dumoſus, a, um, frondoſus, uepribus plenus. Verg. 1. Eclog. Non ego uos poſthac uiridi proiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe uidebo. Antiqui per interpoſitionem unius literæ pro eodem dixerunt Duſmoſus, ſicut Coſmittere pro committere, Caſmillus pro Camillus, & Caſmenæ pro Camenæ.

DVNIVM, (Δούνιον) Ptolemæo, urbs eſt Britanniæ, inter Auſtrum, & Occaſum ſita.

DVNTAXAT, {*Solamente*} (γοῦν, γε, μόνον) componitur ex Dum, aduerbio, et taxo, as, pro æſtimo: & ſignificat ſolùm, uel ſaltem. Cicero pro Deiotar. Quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo. Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante ſe negationem et poſt ſe, Sed etiam, aut Verum etiã. Liu. lib. 45. Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ geſſiſtis.

DVO, {*Due, dui*} (δύο, & δύω, Atticè) & ambo, ſicuti docet Priſcianus, genitiuos & accuſatiuos ſecundum ſecundam declinationem proferunt, duorum, amborum, duos, ambos. Datiuus autem & ablatiuus tertiam inflexionem ſequuntur. In genitiuo frequens eſt ſyncopa Duum, pro Duorum. Inuenitur etiam accuſatiuus maſculinorum quandoque ſimilis nominatiuo, proferturq; in o, more Græco. Horatius Duo ſi diſcordia uexet inertes. Vergi. 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. i. duos. A'duo fit Duodecim, δώδεκα. Cicer. 2. de legibus. Diſcebamus enim pueri duodecim, & carmen neceſſarium.

Hinc Duodecimus, (δωδέκατος) & Duodenus. Cæſar 5. Bell. Gall. Vxores habent deni, duodeniq; inter ſe communes. Item Duodenarius, Duodeuiginti, δυοῖν, δέοντα εἴκοσι: & huiuſmodi. Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liu. 8. Bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planaq; urbis inundauit. Duodeuicies, Duodeuigeſimus, Ducenteſimus.

DVONVM, {*Buono*} Veteres pro bono dixerunt, ſicut Duellum pro bello. Feſtus.

DVPLARIS NVMERVS, (διπλάσιος) dicitur in quo minor bis numeratur. Duplariæ ſiue Duplares actiones, dicuntur à Iuriſconſultis, quæ in duplum dabantur, ſicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. Duplares milites, in ueteri militia dicebantur, qui torque aureo ob uirtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius, quàm cæteri: quemadmodum Simplarij, qui annonam ſimplam accipiebant, præter eam, quæ in ſingula militum capita diſtribuebatur. Ita dicti, quod duplam & ſimplam annonam extra ordinem accipiebant. Vegetius libro 2. Torquati, inquit, duplares & torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus uirtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem interdum duas conſequebatur annonas: Duplares duas, Simplares.

DVPLEX, huius duplicis, {*Doppio*} (διπλοῦς, δισσὸς) cuius duæ ſunt partes. Verg. 1. Aene. Duplicem gemmis, auroq; coronam. Nonnunquam etiam pro duobus accipitur. ut apud Cic. 1. Tuſ. Itaque diſſeruit duas eſſe uias, duplicesq; curſus animorum è corpore diſcedentium. Quandoq; latum. Verg. 1. Georg. Duplici aptantur dentalia dorſo. Idem 3. Georg. At duplex agitur per lumbos ſpina. Vbi Seruius: Aut reuera duplex, aut lata. Duplices tantum numero plurali generis maſculini, tabellarum genus eſt, in quibus literæ ſecretiores, & amatoriæ ſcribi ſolebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martialis: Tunc triplices noſtros, nõ uilia dona putabis, Cum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Sic Duplices, Triplices, Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati ſunt. Vitruu. lib. 5. In duplici palæſtrarum porticu collocanda complura membra. Hinc deducitur aduerbium Dupliciter, quod ſignificat duobus modis. Cic. ad Pætum: Dupliciter delectatus ſum tuis literis.

DVPLICARII, uel (ut alijs placet) Duplicarij {*Soldati che hanno doppia paga*} milites, erant, qui duplum accipiebant ſtipendium. Liu. 2. ab urb. Ad hoc cẽturiones, duplicariosq;, qui reliquerant ordines, uirgis cæſos ſecuri percutiebat.

DVPLICO, plicas, {*Doppiare, raddoppiare*} (διπλόω) duplicem facio, gemino. ut, Duplicare numerum. Cic. 1. de Natu. deor. Cum ſæpius duplicaret numerum dierum, &c. Vnde & pro augere. Vergi. in Bucol. Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras. Hinc Conduplico, & Reduplico, ἀναδιπλόω. Duplicato, aduerbium. Plin. lib. 2. cap. 17. Rurſus Saturni & Iouis (ſubaudi Stellæ) duplicato digrediuntur.

DVPLVS, dupla, duplum, {*Doppio, Duo tanto. Bocc. Era il doppio ricco*} (διπλάσιος) idem ualet, quod bis tantum, Vnde uerbum duplo (διπλόω) idẽ eſt, quod duplico. Plau. in Pœn. Duplum pro furto mihi opus eſt. Idem in Cap. Qui locant cædundos agnos & duplam agninam danunt. i. qui ſub nomine agninæ carnis ouillam quoq; uendunt et ita duplum. hoc eſt, duplicatam et duorum generum agninam præbent, mentientes agninam eſſe. Duplum, dupli, ſubſtantiuum: ut Condemnari dupli, ea forma dictum, qua Condemnari capitis. Catu de Re ruſt. in Præfatione: Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. i. ut bis tantum reddebat, quantum furatus eſt. Sic pœna dupli, apud Ciceronem lib. 3. Offic.

DVPLIONEM, (ζημίον τοῦ διπλασίου) ueteres dixerunt mulctam dupli, eadem forma qua talionem dicimus pœnam, qua quis ad ſimile damnum condẽnatur, quale alteri intulerit. Plin. lib. 18 cap. 3. Nouam duplionem'ue Prætoris arbitratu decerni.

DVPONDIVS, Vide Dipondius.

DVRA, æ, (Δοῦρα Stephano) oppidum Meſopotamiæ: cuius incolæ dicuntur Dureni, Δουρηνοί.

DVRABILIS, le, {*Durabile che può durare*} (διαρκὴς) quod durare poteſt. Ouid. Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

DVRACINA PERSICA, {*Perſiche che non ſi ſpiccano da l'oſſo*} (δωρακινὰ Aeginetæ) quorum corpus ligno adhæret auelliq; nequit. Pli. libro 15. capi. 12. Sed Perſicorum palma duracinis. Idem lib 15. cap. 28. Quædam ſtatim à ligno recedunt, ut nuces, & palmæ: quædam adhærent, ut oliuæ, lauriq;. Quorundam generi utraq; eſt natura, ut Perſicis. Etenim Duracinis adhęret corpus, è lignoq; auelli nequit, cum in cæteris facile ſeparetur.

DVRACINÆ VVÆ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, uel à duris acinis. Plin. lib. 14. ca. 1. Vua non alibi gratior callo, ut inde poſſit inueniſſe nomen duracini durus acinis.

DVRAMEN, & **DVRAMENTVM**, {*Ramo della uite, tralcio, confirmatione*} (σκλήρωμα) brachium uitis. Col. lib. 5. cap. 21. Sed ut caput trunci, pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo, quaternis brachijs, quæ duramenta quidam uocant, diuidatur in totidem partes. Duramentum etiam pro confirmatione & firmitate. Senec. de Tranquil. uitæ: Dices tenera eſſe uirtutum principia, tempore ipſis duramentum & robur accedere.

DVRATEVS, a,um, {*Ligneo, di legno*} (δουράτεος) idem quod ligneus. Lucre. lib. 1. Nec cum durateus Troianis Pergama partu inflammaſſet, equus nocturno Graiugenarum. Adiectiuum eſt Græcũ. Illi enim Durata δοῦρατα uocant, quæ nos ligna. Durius, a, um, (δούρειος) idẽ quod Durateus. i. ligneus. Inde Nox duria, apud Valer. Flac. 2. Argon. Manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte, qua durius equus à Troianis exceptus fuit, & in urbem admiſſus. Cœl Rod. lib. 29. Antiq. lect. cap. 25. ait. Equos durios ea poetica hiſtoria poſſe dici magnos ſtaturoſosq;, a magnitudine uidelicet equi illius Troiani.

DVRE, & **DVRITER**, {*Duramente*} (σκληρῶς) aduerbia inter ſe differũt, ſecundum Donatum, q; Duriter ſit, ſine ſenſu laboris: Dure crudeliter: ut illud ad laborem hoc ad ſæuitiam referatur. Pręterea Dure in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Teren. in Andr. Primum hæc pudice uitam, parce ac duriter Agebat, lana ac tela uictum quæritans. Sed hæc differentia, ut pleræq; aliæ, à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Terent. in Adelp. Factum à uobis duriter, Immiſericorditerq; eſt, atque etiam, ſi eſt, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Verba ſunt Aeſchinis ad Mitionem patrem, quibus cum illo expoſtulat, q; ipſe, & ſimulatus ille hoſpes Mileſius, nimis duriter conſuluiſſent, non de ſe ipſis, ſed de uirgine illa & eius amatore.

DVREO, es, durui, {*Indurire, indurare*} (σκληρύνομαι) durus ſum, à quo dureſco, durus fio. Cic. 2. de Nat. deo. Itaque & aquilonibus, reliquisq; frigoribus adiectis dureſcit humor. Ouid. 2. Metam. Oraq; durauerant, ſignumq; exangue ſedebat. Compoſita à Dureo raro ſunt in uſu, quemadmodum & ipſum ſimplex, ſed eorum loco utimur compoſitis à Dureſco, ut Induresco uix dicimus, frequentisſimè autem Induresco: Obdureſco, undiq; durus fio, ἀποσκληρύνομαι. Perdureſco, ualde durus fio: quæ uide in ſuis locis.

DVRETA, Hiſpanica uox eſt, qua illi ſignificare ſolent, uas illud amplum in balneis, in quo ſedentes lauantur. Latini Solium uocant. Suet. in Augu. At quoties neruorum cauſa marinis, albulisq; calidis utendum eſſet contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, (quod ipſe Hiſpanico uerbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

DVRIA, ſiue Durias, (Δουρίας Straboni) fluuius eſt Edetanorũ, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, Valentiam præterfluens, & in ſinum Sucronenſem ſe exonerans. Vide Plin. lib. & cap. 3. & Pompo. lib. 2. Sallu. Turiam uocat, de eo ſic ſcribens lib. 4. Hiſtor. Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Quam ſcripturæ rationem in Claudiano quoq; obſeruauimus: qui ſic habet Floribus, & roſeis formoſus Turia ripis.

Phocas, alijq; nonnulli non incelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Malucha, pro Africæ fluuio.

Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius in latere occidentali Hiſpaniæ, per Vettones, & Vaccæos in Oceanum influens, teſte Strabone lib. 3. Ptol. lib. 2. cap. 6. Doriam appellat. Plin. item lib. 3. ca. 16. Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Iam alium in finibus Germaniæ Sueuos à Carnuntis dirimentem; de quo uide ipſum lib. 4. cap. 12.

DVRITIA, tiæ, & Durities, tiei, {*Fermezza, ſaldezza, durezza, crudeltà*} (σκληρότης, σκίῤῥωμα) firmitas, & ſoliditas, Plin. lib. 9. cap. 36. Tanta duritia aculeo eſt. Accipitur & pro aſperitate, crudelitateq́. Cic. in Part. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. Cice. in Cat. Quanta in altero comitas, in altero durities.

DVRITAS, atis. (σκληρότης) idem quod duritia. Cic. in Orat. Alij duritatem, & ſeueritatem quandam uerbis, & orationis quaſi mœſtitiam, ſequuntur.

DVRICORIA, {*Che hanno il cuoro duro*} (σκληρόδερμα) dicuntur quæ ſunt duri corij. Vnde Ficus duricoriæ, quę habent durum corticem: quarum meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

DVRO, as, {*Far duro, ſaldo, fermo, durare, tolerare*} (σκληρύνω) durum facio, firmo, ſolido. Col. lib. 7. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis paſcitur, ut ungulas duret, ſitq́ poſteà longis itineribus habilis. Cæſar 6. bell. Gall. Hoc ſe labore durant adoleſcentes. Mart. lib. 13. Sorba ſumus molles nimium durantia uentres. Liu. 1. bel. Pun. Nec erat difficile opus, quòd cæmenta non calce durata erant. Quint. libr. 1. per tranſlationem poſuit pro confirmare. Multa (inquit) linguæ uitia, niſi primis eximuntur annis, inemẽdabili in poſterum prauitate durantur. Aliquando ſignificat tolerare, καρτερεῖν. Verg. 1. Aenei. Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis. In qua ſignificatione quandoq́ contra naturam iungitur accuſatiuus, maximè apud poetas. Horatius lib. 1. Carm. Vix durare carinæ Poſſunt imperioſius æquor. Vbi Durare æquor, dixit Poeta, pro eo quod eſt, per duritiem ferre. Item perſiſtere, perſeuerare, permanere longo tempore, παραμένειν, διαμένειν. Teren. Adelph. Non Hercle hic quidem durare, quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. Huius compoſita ſunt Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Perduro, Reduro, quæ uide ſuis locis.

DVROCOTTORVM, (Δουροκόττορον) Galliæ Belgicæ urbs eſt, Rhemorum metropolis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9.

DVRVS, ra, rum, {*Duro*} (σκληρός, ἀντίτυπος) ſolidus, firmus, & difficile cedens tactui: cuius antitheton eſt Molle, quod facile tactui cedit. Verg. 4. Aen. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Per tranſlationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idem 2. Geor. Scipiadas duros bello. Et 6. Aeneid. Gens dura atque aſpera cultu. Modò pro ſæuo, crudeli, aſpero. Idem 3. Geor. Quid iuuenis, magnum cui uerſat in oſſibus ignẽ Durus amor. Idem 7. Verr. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tã inhumanus, præter unum te, &c. Accipitur item pro noxio. Verg. 4. Georg. Aut durum tineæ genus. Durus ad ſtudia, qui ſtudiorum delectatione non capitur. Cic. pro Archia: Nam & Cimbricas res adoleſcens attingit, & ipſi illi C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia uidebatur, iucundus fuit. Duriuſculus, diminutiuum. Plin. in præfat. ille. n. ut ſcis, permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit.

DVVMVIR, duumuiri, eadẽ forma dictus eſt, qua Triumuir, quod. s. duo tantum in eo officio eſſent. De eorũ officio tradit Alciatus, Duumuiros primos in albo deſcribi ſolere, & faſcibus uti. Præerãt etiam carceribus, & uectigalibus in ſuo municipio locandis. Liu. 1. ab ur. Hac lege Duumuiri creati, qui ſe abſoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe. Vlpian l. ſi quis uxori. §. ſi fugitiuũ. ff. de furt. Si fugitiuum meum quis, quaſi ſuum, à Duumuiro, uel ab alijs, qui poteſtatem habent de carcere, uel de cuſtodia dimittẽdi, acceperit: an is furti teneatur. Cice. in Orato. Planeq́ Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. Duumuiri nauales, apud Tit. Liu. 9. ab urb. Alterum ut Duumuiros nauales claſſis ornãdæ reficiendæq́ cauſa idem populus iuberet. Duumuiratus, us, dignitas duũuirorum Plin. lib. 4. Epiſt. ad Semproniũ: Hunc agonem Trebonius in Duumuiratu ſuo tollendũ curauit. Paul. l. honores ff. de decur. Is qui non ſit Decurio, Duumuiratu, uel alijs honoribus cuiuslibus fungi non poteſt. Duumuiralis, le, quod ad duumuiratus munus pertinet: ut, Dignitas Duumuiralis, Iudiciũ Duumuirale. Quando uero de homine dicitur, eum ſignificat, qui aliquando Duumuiratum geſſit: ſicut Conſularem uocamus, qui Conſulatu perfunctus eſt, et Triumphalem qui triumphum peregit. Vlp. l. j. ff. de albo ſcrib. Qui Duũuiratũ geſſerit (ſi hic honor præcellat) & inter Duũuirales antiquiſſimus quiſq́ prior.

DVX, ducis, communis generis, {*Duca, guida*} (ἀγωγὸς, ἀγωγός) qui, uel quę ducit. Verg. 1. Aen. Portantur auari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti. Cic. in Verr. Sed tunc inopes relicti à duce, præfectoq́ claſſis, eundem neceſſario curſum tenere cœperunt.

D ANTE Y.

DYAS, (δυάς) numerus eſt binarius, ſicuti Decas numerus eſt denarius.

DYNASTES, huius dynaſtę, (δυνάστης) qui in magiſtratu eſt, aut qui in ciuitate plurimum pollet: ita dictus à uerbo Græco δύνασθαι, quod poſſe ſignificat, ſiue potentem eſſe. Scribit Strabo reges Dynaſtas uocari, propterea quod plurimũ poſſint, polleantq́, & populos quo uelint, aut ui, aut perſuaſione perducãt. Cic. ad Att. Erit nebulo iſte cũ iſtis dynaſtis in gratia. Horũ dignitas Dynaſtia, (δυναστεία) uocatũ: quã uocem nos nõ inepte Potentatũ uertere poſſumus.

DYOTA, æ, ſiue Diota, (δυώτη, ἢ διώτη) Vtroque enim modo ſcriptum inuenimus) dolij fictilis genus, uino cõſeruando idoneum: à duabus auribus, hoc eſt anſis, ita appellatum. Vide ſupra Deiota.

DYRRHACHIVM, (Δυῤῥάχιον) urbs eſt in ea parte Macedonię, quæ mari Adriatico incumbit, diſtans à Brunduſio CCXX M. paſſ. traiectu. Dictum autem uolunt Dyrrhachium à nomine eius, qui urbi portum adiecit: Nam antea Epidamnus uocabatur, teſte Pli. lib. 3. cap. 23. Hanc urbem Cicero exilij ſui tempore amiciſſimam expertus eſt, et officioſiſſimam: in qua et commoratus eſt, donec ſenatuſconſulto reuocaretur.

DYSCOLVS, {*Difficile, faſtidioſo*} (δύσκολος) difficilis, & moroſus: quod uitij genus à Græcis δυσκολία appellatur.

DYSENTERIA, (δυσεντερία) inteſtinorum exulceratio cum inflammatione & excretione ſanguinolenta, uentrem magnis doloribus torminibusq́ exercens. Quidam Inteſtinorum difficultatem. Celſus Tormina interpretatur. Cicero Gallo lib. 7. Epiſt. Sanè δυσεντερίαν pertimueram. Plin. lib. 22. cap. 25. Ad dyſenteriam bibitur cum abſinthio. Hinc Dyſentericus (δυσεντερικός) dicitur, qui hoc morbo laborat. Plin. libro 20. cap. 2. Auxiliatur dyſentericis ſemen cucumeris.

DYSPEPSIA, (δυσπεψία) difficilis & ægra concoctio: à δὺς particula, quæ difficultatem, uel deprauationem importat, & πέψις coctio. Galenus lib. de Symp. differen. tria ponit læſæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν, καὶ δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiam, ut Apepſia dicatur, cum cibus non mutatur, ſed talis omnino permanet, qualis eſt ingeſtus: Et hanc Latini propriè Cruditatem appellãt: Bradypepſia autem, cum cibus quidem mutatur, ſed ægrius, ſerius, & imperfectius. Nos imbecillem uel tardam coctionẽ dicere poſſumus. Dyſpepſia uero dicitur, cum cibus mutatur in alienam qualitatem, naturæ noſtræ non conuenientem. Hanc Medici noſtri coctionem deprauatam dicere ſolent. Hanc tamen differentiam ne ipſi quidem medici obſeruant: ut qui uno Dyſpepſiæ nomine ſæpenumero omnia coctionis uitia intelligant.

DYSPHILVS, p. c. (δύσφιλος) amicus parũ ſyncerus. Iuu. Saty. 3. Non eſt Romano cuiquã locus hic ubi regnat Protogenes aliquis uel Dyſphilus. Quo tamẽ in loco caſtigatiora exẽplaria habent Diſphilus, & ita omnino legendũ iudico. Videtur. n. Iuuenalis ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

DYSPNOEA, (δύσπνοια) ſpirandi difficultas: quod uitij genus ſenibus ſolet eſſe familiare, teſte Hippocrate. unde & Vergilius Senes anhelos uocat. Tres autem à medicis enumerantur morbi, in difficultate ſpirandi conſiſtentes. Nam cũ ea modica eſt, δύσπνοια: cum uehementior, ἆσθμα uocatur. Cum uerò euenit, ut niſi recta ceruice ſpiritus trahi non poſſit, Orthopnoea appellatur. Dyſpnoicus, qui dyſpnoea laborat. Plin. lib. 24. cap. 6. Ammoniacum prodeſt dyſpnoicis, pleureticis, &c.

DYSVRIA, (δυσουρία) difficultas, & ſuppreſſio urinæ, calculo, uel materia quapiam craſſa, aut caruncula meatum obſtruente. Hoc uitium Cato ſignificat, cum ait: Quibus ægrè lotium it. Cic. Gallo li. 7. Epicurũ tuum Stoici malè accipiunt, quia dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη ſibi moleſta eſſe: quorum alterum morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria, autem, morbus eſt à dyſuria diuerſus, quem nonnulli Vrinæ ſtillicidium appellant: cum. ſ. tanta eſt uel urinæ acrimonia, uel ueſicæ imbecillitas, ut quicquid in eam illabitur, ſtatim excernatur.

DELLA LETTERA E.

E E'lettera quinta del noſtro Alfabeto, & di moltiſſime altre nationi, è chiamata uocale, perche ſi come l'altre quattro, per ſe ſteſſa ha il ſuono ſuo libero, ſenza biſogno d'altra lettera in quanto à ſe. Nella lingua Latina ſe ſi proferiſſe ſempre ad un modo, è ſpeculatione d'altro luogo che di queſto. Nella Italiana ha ella due ſuoni, l'uno largo & chiaro come quando la proferimo ſola, per uerbo, dicendo, queſta è coſa molto bella. ouero come ſi ſente nella ſillaba prima di queſte uoci, ſento, uengo, meglio, & altre tali. L'altro ſuono ſuo è piu riſtretto, & quaſi che s'auicina alquanto al ſuono della lettera. I. come in queſte parole. Vede, quelle, ſteſſe, elle, & altre molte. Per ſe ſola la detta lettera in lingua Italiana rappreſenta parola intera, & di piu ſignificationi. Percioche rappreſenta primieramente la terza perſona del uerbo eſſere come poco di ſopra ſe n'è poſto l'eſſempio. Oltre à ciò ſi mette alcuna uolta per un cotal riempimento leggiadro della lingua. Petr. E mi par d'hora in hora udire il meſſo. Et, Orſo, e non furo mai fiumi ne ſtagni, ſi mette anco per troncamento della parola egli, quando è ueramente pronome, & rappreſenta eſſo. Petr. E da man manca, e tenne il camin dritto, Metteſi nel uerſo per la congiuntione &. Com'huom ch'à nocer, loco & tempo aſpetta. Benche molti l'uſino ancor'oggi nelle proſe ma per uſo loro, & non de' buoni autori, ſe non alcune uolte quando appreſſo le ſegue l'articolo. Bocc. Le tauole meſſe, e'l grande apparecchio. La moglie, e'l marito, & altri tali. E per i, articolo del maſchio nel maggior numero uſa il Landino, & qualch'altro, et ſi legge in alcuni Boccacci, ma per uitio della lingua di quelli et delle ſtampe di queſti. Percioche i Boccacci buoni, i Petrarche, i Bembi, & ogni altro buono autore, ciò non ſi truoua affermatamente che diceſſer mai.

DE LITERA E.

E ET EX, (ἐκ, ἐξ) præpoſitiones ſunt, quæ & ſeparantur, & componuntur. Separatæ, modo tẽporales ſunt: ut, Ex illo celebratus honos, hoc eſt, poſt illud tẽpus. Modo locales: ut, E cœlo. Modo ponũtur pro à, uel ab: ut Audiui è patre meo. Modo ſignificant pro, uel ad, (πρὸς cum genitiuo) ut, Ex dignitate, Ex uſu, Ex utilitate: hoc eſt, pro dignitate, uel ad dignitatem. E Rep. pro Repub. Modo ſecundum, (κατὰ) ut, Ex Platonis ſentẽtia: id eſt, ſecundum Platonis ſententiam. Modo in. Cicero: E renibus laborabat. i. morbum patiebatur in renibus. Compoſitæ quandoque priuationem indicant, ut Elinguis, Exanguis: quandoque uehementiam uel perfectionem, ut Eludo, Exoro. Quandoque extra, ut Educo, Excludo. Cõponitur autem E, cum b, ut Ebibo: d, ut Educo: g, ut Egredior: i, ut Ejicio. l, ut Eludo: m, ut Emitto: n, ut Enitor: r, ut Erigo: u, ut Euoho. Ex uero componitur cum a, ut Exaudio: c, ut Excurro: e, ut Exeo: f, ut Efficio: o, ut, Exoleo: p, ut Expello: q, ut Exquiro: ſ, ut Exequor: t, ut Extendo: u, ut Exuro.
Verum quando poſt ex ſequitur f, mutatur x, in f, ut Effundo. Cum uero ſequitur ſ, abijcitur ſ, ut Exequor, & Execo: in alijs integra manet.

E ANTE A.

EALEA, fera eſt in Aethiopia naſcens, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra uel fulua, maxillas habens apri, & maiora cubitalibus cornua mobilia, quæ alterna in pugna ſiſtit, uariatq́ infeſta aut obliqua, utcunq́ ratio monſtrauit. Hæc Plin. lib. 8. cap. 21.

EANTES, nomen proprium hiſtorici Cyziceni, qui fuit eadem ætate, qua Pygmalion in oriente regnabat.

EANVS, à ueteribus dictus eſt, qui poſtea Ianus, qui ineunti anno credebatur præſi-

præſidere. Sæpe enim antiqui ſecundam uocalem pro tertia uſurpauerunt, quod & ipſum teſtatur Quint. lib. 5. cap. 6. Quid? o one quoq; i loco fuit, ut Meneruа & Leber, & Mageſter, &c.

EARINVS, pen. cor. (ἰαρινός) adoleſcentis formoſi nomen, apud Martialem, à Vere dictum, quod Græci ἔαρ Appellant.

EASO, onis, promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vaſconum, Vtriuſque auctor Ptolemæus libro 2. cap. 6.

EATENVS, p. c. {Fin'à tanto} (καθ' ὅσον, ταύτῃ) ſignificat uſq; eò, uel cū modum: cui reſpondent Quatenus, Vſq; quo, Quoad, Vt, Qua, Nequid. Caius de Inſtitoria actione: Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt. Cic. 1. de Legib. Sed hoc ciuile, quod uocant: eatenus exercuerūt, quo ad populo præſtare uoluerunt. Idem de Opt. ge. ora. Verba perſequens eatenus, ut ea non abhorreant à more noſtro. Colum. lib. 12. ca. 9. caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus, quà tenera folia uidebuntur. Sueto. in Tyb. Ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret.

E ANTE B.

EBENVS, uel Ebenum, pe. co. {Ebeno} (ἔβενος, καὶ ἔβενος, Suid.) lignum eſt intus nigrum, foris buxi aſpectu, adeo ſolidum & ponderoſum, ut in aqua non ſuperfluitet. Creditur tamen tenuis eſſe (ut Aetius tradit) ſubſtantiæ, et abſtergē tis uirtutis. Vnde oculorum caliginem diſcutere creditur, & alijs oculorum medicamentis miſcetur. Hæc arbor naſcitur in India, & cæſa dureſcit in lapidē, uiridisq; odore iucundo. Verg. lib. 2. Georg. Sola India nigrum Fert ebenum. Vbi Seruius: Atqui & in Aegypto naſcitur: ſed Indiam, omnem plagā Aethiopiæ accipimus. Vide Plin. lib. 12. cap. 4. Sunt qui per aſpirationem ſcribāt Hebenus.

EBIBO, is, pe. cor. (ἐκπίνω) bibendo euacuo. Plaut. Amph. Factum illud eſt, ut ego illic uini cineam ebiberim meri?

EBLANDIOR, diris, {Toglıere per luſinghe} eſt blanditijs aliquid extorquere. Liu. li. 7 Bel. Pun. Neq; enim omnia emebat, aut eblandiebatur, ſed uim etiā flagitijs adhibebat. Vnde Eblandita ſuffragia dicuntur, quæ precibus & blanditijs impetrantur, apud Cic. pro Cn. Planc.

EBORACVM, (ἐβόρακον Ptolemæo) Britanniæ ciuitas eſt, quam illi ſua lingua uocant Iortz.

EBORATVS, a, um, quod extrinſecus ex ebore eſt, quod & Eburatum dicitur. ἐλεφαντωτός. Plaut. in Perſa: Lectos eburatos, auratos.

EBOREVS, a, um, {D'auorio} (ἐλεφάντινος) ab antiquo nominatiuo Ebor fit. ſicut à Marmor Marmoreus: Eburacus uerò, & Eburnus, ab Ebur. Significat autem hæc tria, quod eſt ex ſolido ebore. Quint. lib. 6. Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata.

EBOSVS, uide Ebuſus.

EBRIACVS, a, um, {Ebriaco} (μεθύων, μεθυστικός) antiquis, teſte Nonio, in uſu erat pro Ebrio, uel Inebriato. Plau. in Aul. Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet. Ita enim legit Nonius. Alij tamen ibi Ebriatus legendum contendunt: ut ſit à uerbo Ebrio, cuius compoſitum eſt inebrio.

EBRIOLVS, (ὑπομεθύων) diminutiuum ab ebrius, Plaut. Curc. Triſtes atq; ebrioli incedunt.

EBRIVLO, as, pen. cor. (μεθύσκω) ebrium facio. Laberius: Ebriulati mentem hilarem accipiunt. Nonius.

EBRIVS, a, um, {Ebro, ebriaco} (μεθύων, μεθυσθείς, μέθυσος) qui nimio potu alienatus eſt mente. Plaut. Amph. Homo hic ebrius eſt, ut opinor. Huius antitheton eſt Sobrius, quaſi ſine ebrietate Cice. Papyrio Pæto lib. 9. Habuiſti n. in tua poteſtate, ex quo uel ex ſobrio, uel certè ex ebrio ſcire poſſes. Vnde, Nō ſobrius, pro ebrio ſumitur. Mart. Et nō ſobria uerba ſubnotaſti. Hinc Ebrietas, (μέθη) quam Cato dicebat nihil aliud eſſe, quām inſaniam uoluntariam. Pli. lib. 23. cap. 14. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus. Interdum Ebrius ponitur pro pleno, & abundanti. Plautus: Facite, mihi cœna ut ebria ſit, id eſt, abundans, & opiparè parata.

EBRIOSVS, {Che ſpeſſo è ebriaco} (οἰνόφλυξ) qui ſæpe fit ebrius. Cic. de Fato. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. A' quo Ebrioſitas, (οἰνοφλυγία) propenſio in ebrietatem. Cice. 4. Tuſc. Vt inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt aliudq; eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Huius contrarium eſt Sobrioſus, ſobrietatis affectator, quo uſus eſt Cyprianus. Inter Ebrium, & Ebrioſum hoc intereſt: q; Ebrius actum præſentem deſignet, Ebrioſus habitum & procliuitatem. Poteſt enim quis eſſe ebrius, qui natura tamen & conſuetudine ab hoc uitio maxime abhorreat. & contra, Ebrioſus quis eſſe poteſt etiam tunc cum uini nihil guſtauerit.

EBRON, (ἐβρών) mons Palæſtinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

EBRVS, uide Hebrus.

EBVDES, inſulæ ſunt quinque numero, in oceano Britannico, anguſto freto diuiſæ, quarum incolæ (ut ſcribit Solinus) lacte ſolum & piſcibus uitam agunt. A' Plinio Hæbudes dicuntur: a Stephano αἰβοῦδαι, diphthogo nō aſpirata.

EBVLLIO, is, {Bollire} (ἐκφυσιῶμαι, ὑπερζέω) efferueſco, & inter bullıēdum effundor, ſicut aqua quæ in aheno feruefit. Per metaphoram accipitur pro iactabundè aliquid oſtento. Cic. 3. de Finib. Dixerit Epicurus, ſemper Beatum eſſe ſapientem quod quidem ſolet ebullire nonnunquam.

EBVLLO, as, uide in ſimplici Bullo.

EBVLLVM, (χαμαιάκτη) frutex ex ſambuco folijs & baccis ſimillimus, in tātam tamen altitudinem non aſſurgens, neq; arboreſcens. Græci Chamæacten appellant, quaſi pumilam ſambucum. Ver. in Sileno: Sanguin is ebuli baccis. Col. Et rutilas ebuli creat uuida baccas.

EBVR, eboris. {Auorio} (ἐλέφας) dens elephanti, quaſi è barro: ſic enim elephantem uocabant ueteres, à barritu. Cic. 4. Acad. Non enim eſt è ſaxo ſcalptus, aut ebore dolatus. Ebur pro uaſis, aut alijs rebus ex ebore dolatis. Hora. libro 2. Carm. Ode 18. Non, ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Antiquis in uſu fuit nominatiuus Ebor: à quo remanſit genitiuus Eboris, & adiectiuum Eboreus.

EBVRA, (ἔβουρα Ptolemæo, ἔβορα Stephano) oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, cuius meminit & Plin. lib. 3. cap. 1.

EBVRNEVS, a, um, {D'auorio} (ἐλεφάντινος) quod eſt ex ebore. Plin. li. 36. cap. 5. Iouem fecit eburneum in Metelli æde, qua campus petitur. Aut quod inſtar eboris album eſt. ut, Eburnea facies. Ouid. 3. Metam. Impubeſq; genas, & eburnea colla, &c. Eburneolus, diminutiuum. Cic. 3. de ora. Quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum, cum eburneola ſolitus eſt canere fiſtula.

EBVRNVS, a, um, idem quod eburneus. Tibull. Hanc primum ueniens plectro modulatus eburno.

EBVRONES, (ἐβουρῶνες) populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt. Hodie Leodienſes.

EBVRONICES, populi ſunt inter Celtas Aulercijs, Lexouijs, & Vnellis, reliquisq; maritimis ciuitatibus uicini.

EBVRVM, (ἔβουρον) Ptolemæo Morauiæ oppidum eſt. Germani uocant Olmuntz.

EBVSVS, (ἔβυσος) inſula eſt in mari Balearico altera Pityuſarum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebuſi terra fugat ſerpentes, Colubrariæ parit: ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Habet hæc inſula oppidum eiuſdem nominis, à Phœnicibus, ut putatur conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius libr. 3. Iamq; Ebuſus Phœniſſa mouet, iamq; Artabus arma.

E ANTE C.

ECAMEDA, ſiue potius Hecameda, (ἑκαμήδη) apud Homerum lib. 11. Iliad. nomen eſt filiæ Arſinoi, quæ capta Tenedo Neſtori in prædam ceſſit.

ECASTOR, aduerbium iurandi. Donatus: Ecaſtor, per Caſtorē & Pollucē ornatiua ſunt iurandi, apta fœminis. Plaut. in Amph. Ecaſtor te experior quanti facias uxorem tuam. Terē. in And. Perecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malunt ſcribere, quod ex Aede compoſitum putent: ut Aecaſtor dictum ſit, quaſi per ædem Caſtoris. Hoc iuramento (ut auctor eſt Macrob.) uiri non utebantur, quemadmodū nec mulieres per Herculē iurabāt: Aedepol autem iuramentum erat, tam mulieribus, quàm uiris commune.

ECBASIS, p. c. (ἔκβασις) figura eſt, quæ Latinè dici poteſt excurſus παρὰ τὸ ἐκβαίνειν, quod eſt egredi ſiue expatiari. Exemplum eſt apud Verg. li. 1. Geor. cum deſcribit tempeſtatem præcauendam à ruſticis.

ECBATANA, numeri pluralis, p. c. (ἐκβάτανα) metropolis eſt maioris Mediæ, à Seleuco condita, teſte Plin. lib. 6. ca. 14. Strab. li. 11. Media in duas partes diuiſa, quarum alteram maiorem uocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput, nunc etiam Parthi regia utūtur. Huius urbis meminit & Cic. in Oratione pro lege Manilia, de Mithridate loquens: Vſq; in Hiſpaniam (inquit) Ecbatanis legatos miſit ad eos duces, quibuſcum tum bellum gerebamus. Fuit & in ora Syriæ eiuſdem nominis oppidum, in monte ſitum poſtea Carmelum appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

ECBOLIA, orum, (ἐκβόλια) ſiue Ecbolimæ, arū, ſiue Ecbolades medicamenta ſunt, quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quę et Phtoria dicuntur. Latinè dici poſſunt Eiectoria, uel Eiectrices medicinę. Ex Budęo.

ECCE, {Ecco} (ἰδού) aduerbium demonſtrandi: quod apud Verg. aliquid repētinum, inſperatumq; ſignificat: ut, Ecce autem gemina à Tenedo tranquilla per alta, &c. Scribit Aſconius etiam hoc propriū eſſe Ciceronis, ut in rebus improuiſis hac particula utatur. ut in Oratione pro Cluētio: Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo eſſet iudicandum. Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula utimur. Ouid. 3. Amor. Ecce Corinna uenit. Habet autem modo nominatiuum, modo accuſatiuum. Cic. Att. lib. 1. Ecce aliæ delicię Equitum. Idē 2. de Finib. Ecce miſerum hominem ſi dolor ſummum malum eſt.

ECCERE, iuſiurandum eſt, ac ſi dicatur, per Cererē, (νὴ τὴν δήμητρα) ut Aecaſtor, Aedepol. Alij Eccere accipiunt pro ecce. Plau. in Amph. Eccere, iam tu autem facis, ut tuis nulla apud te ſit fides.

ECCLESIA, {Adunanza} (ἐκκλησία) Latinè cœtus, concilium, concio, cōgregatio. Inde fidelium omniū, qui per orbem ſparſi ſunt, uniuerſitas, à Chriſtianis Eccleſia dicitur. Sic dicimus, Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ. Athenienſes hoc nomine uocabant conuentum ciuium, qui reipub. cauſa cōueniebat: nā cum ad ſpectaculū aliquod populus ex agro uocabatur, δῆμος ἀλίαιος propriè dicebatur.

ECCLESIASTES, (ἐκκλησιαστής) concionator: (ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιάζειν,) quod eſt. concionem habere, uel ad concionem conuocare.

ECCVBI, (ἦπου) per duplex cc, & pen. corr. componitur ex ecce & ubi: idemq; ſignificat quod Nuncubi.

ECCVM, eccam, eccos, eccas, aduerbia ſunt demonſtrandi, quæ nonnulli uoluerunt idem ſignificare, quod ecce eum, eos, eas, quos Laurentius reprehendit eo argumento, quod non ſemel apud Comicos legamus ſubiūctum accuſatiuum: ut Eccum me. Eccum Parmenonem: ubi certè non poſſumus interpretari, Ecce eum me. aut, Ecce eum Parmenonem. Melius itaque hac in re Vallam ſequemur, qui harum dictionum ſignificationem per aduerbia interpretatur: ut Eccū ſit idem, quod ecce hic, ſubintellige uirum de quo agebamus. Eccam, ecce hic, ſubintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic. ſ. uirum, reſoluendo per aduerbia, non per nomina. Ex his itaque non obſcurum eſt, quid diſcriminis ſit inter Eccum & Ellum: q. ſ. Eccum demonſtrat hominē qui nō procul abeſt à loco in quo ſumus: ut Eccum Parmenonem. hoc eſt, Ecce hic Parmenonem: contra, Ellum, eum qui longius abeſt.

ECDICVS {Defenſore, uendicatare} (ἔκδικος) Latinè interpretatur defenſor, uel uindex. Erant autem Ecdici, teſte Budæo, in municipijs, qui Romæ Tribuni plebis, qui. ſ. plebis cauſam aduerſus iniuriam optimatum tuebātur. Ci. ad Thermum, lib. 13. Epiſt. famil. Dixerat mihi Euthydemus, cum Epheſi eſſem, ſe curaturum ut ecdici Mileſij Romam mitterentur: id factum non eſt: Legatos audio miſſos eſſe: ſed malo ecdicos, ut aliquid cōfici poſſit. Quare peto à te, ut eos & Alabadenſes iubeas ecdicos Romam mittere.

ECHEMON, (ἐχέμων) Priami filius, à Diomede occiſus. Homerus Iliados quinto.

ECHENEVS, per quatuor ſyllabas, & pen. pro. ἐχένηος omnium Phæacum generoſiſſimus, teſte Home. lib. 7. Odyſſeæ.

ECHEMYTHIA, {Taciturnità, ſilentio} (ἐχεμυθία ab ἐχεμυθέω) Latinè taciturnitas dicitur & auſcultatio: quo nomine etiam uocatum fuit ſilentium illud diſcipulorum Pithagoræ, teſte Gellio li. 1. ca. 9. Vnde Echemythos à Græcis dictos cenſet Budæus auſcultatores, & cenſendi immunitatem habentes in ſenatu, qui & ἀκουσματικοὶ dicuntur. Idem alio loco interpretatur Echemythos eſſe tacitores, et ſermonis homines parciſſimos, qui aures duas habere ſe, unicam linguam in cauſis etiam publicis meminerint.

ECHENEIS, (ἐχενηΐς) genus piſciculi, quē Latini Remoram appellant: utroque nomine ab effectu impoſito. Ferunt enim hunc piſcem nauim cui adhæſerit, ſiſtere, quantumuis uelis & remis incitatā. Hinc Echeneis dicta, παρὰ τὸ ἔχειν τὴν ναῦν, hoc eſt, à tenēda naui, ἢ ὑπὸ τοῦ ἔχεσθαι τῇ νηΐ, id eſt, ab eo quod naui adhæreat. Plin. li. 9. Eſt paruus admodum piſcis aſſuetus petris, Echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine impoſito Ob quam rem à Græcis ἐχενηΐς, dicitur, à noſtris Remora à remorando, nominatur. Luca. lib. 6. Non puppim retinens, Euro tendēte rudentes, In medijs echenæis aquis. Ferunt hunc piſcem fluxus in grauidarum utero ſiſtere, partusq; ad puerperium continere.

ECHIDNA, (ἔχιδνα) idem ſerpens eſſe creditur, qui à Latinis Vipera dicitur, quod & ipſum etymologia uidetur indicare. Apparet enim Echidnam dictam παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου, quod ſcilicet ad interitum uſque fœtum intra ſe contineat, donec pullis nimiam moram pertæſis, eroſo matris utero, parenteq; necata erumpāt. A' poetis accipitur pro quouis ſerpente, & præcipue pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid. lib. 3. Faſtu. Sanguine Centauri Lernææ ſanguis echidnæ Miſtus, ad auxilium tempora nulla dabat. Vide complufcula hac de re in dictione Excetra.

ECHINADES, (ἐχινάδες) exiguæ ſunt inſulæ, Acarnaniæ adiacentes ex aduerſo oſtij Acheloi fluminis, natæ ex arena et limo impetu Acheloi conuecto, teſte Plin. lib. 2. cap. 85.

ECHINOMETRA, (ἐχινομήτρα) echinorum genus, quorum ſpinæ longiſſimę, calyces minimi, nec omnibus ijdem, rurſus & uitreus color. Plin. libro 9. cap. 31.

ECHINVS, p. pr. (ἐχῖνος, ἢ ἐχινοῦς Stephano) oppidum eſt Acarnaniæ, non procul ab oſtio Acheloi, quod Echinadibus inſulis nomen feciſſe putatur, Meminit huius oppidi Pli. lib. 4. ca. 1. Eſt item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis, ad Maliacum ſinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cicero in Arato: Dicitur excelſis errans in collibus amens, Quos tenet Aegæo deſixa in gurgite Echinus. Recenſetur etiam à Ptolemæo libro 3. cap. 13.

ECHINVS, pen. prod. {*La coperta ſpinoſa delle caſtagne*} (ἐχῖνος) tegmen ſpinoſum, quo ſeruantur caſtaneæ. Vnde caſtaneæ echinatæ dicuntur. Plin. libro 15. ca. 23. Nuces uocamus & caſtaneas, quanquam accommodiores glandium generi: armatum his echinato cortice uallum eſt. Ab huius tegminis ſimilitudine dictus eſt echinus piſcis quidam, quem Plin. lib. 9. cap. 31. ſcribit eſſe ex cancrorum genere, cui ſpinæ pro pedibus ſunt, cui ingredi, eſt in orbem uolui. capitur ferè inter ſaxa, ubi ſe continet, ne à fluctibus iactetur. Martialis libro 13. Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit.

Eſt & Echinus apud Græcos terreſtre animal, cui eſt apud noſtros nomen Hericio ſiue Herinaceo, aut etiam Herici: quod ipſum ab hærendo deductum eſt, & æque ſpinis hirtus eſt atque marinus echinus: de quo Ambroſ. lib. Hexam. Echinus iſte terrenus quem uulgo Hericium uocant, ſi quid inſidiarum præſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atque in ſua arma ſe colligit. Præterea echinus genus uaſis ænei eſt, in quo calices lauantur, quam alij Ampullam dicunt eſſe uitream. Horatius libro primo Sermon. Satyr. 6. Pocula cyatho dum ſuſtinet, uſtat echinus, Athenis item Echini nomine intelligebatur ſcrinium forenſe, in quod dicta teſtium, & totius litis acta conijciebantur: unde in echinum conijcere, (εἰς ἐχῖνον ἐμβάλλειν) dicebant pro eo quod eſt acta in iudicio proferre.

ECHINOPHORA, genus conchæ Plin. lib. 32. cap. 11.

ECHION. p. p. (ἐχίων) unus fuit illorum, quorum opera adiutus Cadmus Thebas ædificauit: de quo Ouid. 3. Meta. Hinc etiam ipſi Thebani à Poetis Echionidæ & Echionij paſſim appellantur.

ECHION, (ἔχιον) medicamentum quoddam, dictum à uipera, quam Græci ἔχιν nominant. Plin. libr. 29. cap. 6. Viperam uiuam in fictili nouo comburere, uddito fœniculi ſucco ad cyathum unum, & thuris manna unà, atque ita oculorum ſuffuſiones, & caligines inungere utiliſſimum eſt. Medicamentum id Echion uocatur. Hæc ille.

ECHITES, (ἐχίτης) gemma eſt colore uiridi ſubobſcuro, quandam uiperæ ſimilitudinem referens. Plin lib. 37. cap. 11.

ECHITE, tes, (ἐχίτη) herba eſt ſimilis ſcammonio: de cuius natura conſule Plin. libro 24. cap. 15.

ECHO. {*Echo*} (ἠχώ) ſoni uel uocis repercuſſio à uerbo Græco ἠχῶ, quod eſt reſono. Ouid. lib. 3. Meta. Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo. Fit præcipue in conuallibus, & locis concameratis, ubi ſcinditur reſultans aer, & acceptæ uoces numeroſiore repercuſſu multiplicantur: nomenq; echo eiuſmodi uoci a Gręcis datum eſt, ut Plinius ſcribit, quoniam ibi eſt uagandi liberrimus campus, ſed obiectu reflectitur. Quæ cauſa etiam multas uoces, multis in locis reciprocas facit: ſicut in urbe Cyzico turres ſeptem acceptas uoces multiplicant. Et Olympiæ porticus fuit, quam Heptaphonō appellabant, quoniam ſepties eadem uox ibi reddebatur. In hanc ſententiam ait Lucre. Sex etiam ac ſeptem loca uidi reddere uoces, Vnam cum faceres: ita colles collibus ipſi Verba repulſantes, iterabant uerba referre Eadem à Latinis dicitur Imago. Valer. Flacc. libr. 3. Argon. Rurſus Hylam, & rurſus Hylan per longa reclamat Auia, reſponſant ſyluæ, & uaga certat imago. Horat. Quem Deum cuius recinit iocoſa Nomen imago: Vbi Porphyr. Imaginem interpretatur uocis reflexionem: itaq; dictam uult, quaſi imitaginem. Scribit Ouid. lib. 3. Metamorph. Echo nympham fuiſſe, quę cum à Narciſſo, cuius amore deperibat, ſperneretur, longo mœrore contabuit, & corpore demum in ſaxum conuerſo nihil, niſi uocem, retinuit. Græci item concauas rupes, & ualles argutas, in quibus ſonus reflectitur, ἠχέτας uocant, teſte Colum. lib. 9. cap. 5.

ECLIGMA, atis, (ἔκλειγμα) frequentiſſimum medicis Græcis uocabulum, quod Latinè Linctum uertimus. Sunt enim Eclígmata, quę fiunt lingendi gratia, non edendi aut deuorandi: hoc eſt, cum aliquid in ore tenentes, paulatim diſtillando ſorbemus: ἀπὸ τοῦ ἐκ, & λείχω. Vulgus medicorum Electuarium uocat. Plin. libro 21, de thymo: Diutinæ tuſſi ecligmate faciles excreationes facere exiſtimatur.

ECLIPSIS, (ἔκλειψις) figura qua in oratione aliquid reticemus, quod ad perfectionem eius ſit neceſſarium. Latine Defectionem uertere poſſumus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod eſt deficere. Terent. in Andr. Verbum unum caue de nuptijs, deeſt, dicas. Eclipſis Lunæ, hoc eſt, defectus Lunę: nempe cūm Sol per interpoſitionem terræ, ita Lunæ opponitur, ut illam illuminare non queat. Eclipticus, a, um, (ἐκλειπτικός) defectiuus. Plinius libro 2. cap. 16. Conuenit ſtellas in occaſu ueſpertino proximas eſſe terræ & latitudine & altitudine, exortusq; matutinos in initio cuiuſque fieri: ſtationes in medijs latitudinem articulis, quę uocant Ecliptica.

ECLOGA, (ἐκλογή) electio, electus, explantatio: ab ἐκλέγω, quod eſt eligo. Dicitur & ſermocinatio, ſeu colloquium. Vnde Eclogæ Vergilij. & Eclogarij apud Ciceronem ad Atticum lib. 16. id eſt, ſermocinatores, uel auditores ſermonum.

ECNEPHIAS, (ἐκνεφίας) procellæ genus eſt, teſte Plin. lib. 2. cap. 48. quæ ex ſiccæ nubis diſciſſione erumpit: hoc eſt, ſine pluuijs: nam quę cum imbribus nubes frangunt, Exhydræ uocantur.

ECON, Vide Icon.

ECONTRARIO, {*All'oncontro*} (τοὐναντίον, ἔμπαλιν, & aduerbium ἐξ ἐναντίας) ſignificat è diuerſo, contra. Cicer. 3. de Finibus: Econtrario moderati habitus, &c.

ECPHRASIS, (ἔκφρασις) eſt mera, puraq; enarratio: ἀπὸ τοῦ ἐκφράζειν, quod eſt exprimere, clarè & euidenter explicare. Heſychius, λόγον ἐναργῆ, hoc eſt, ſermonem euidentem interpretatur.

ECQVANDO, {*Quando mai. Pet. Quando fia mai ch'io te riuegga & oda*} (ἤ ποτε) id eſt, nunquando, uel an aliquando. Cic. de leg. Agr. Quæro à popelari Tribuno plebis, ecquando niſi per triginta tribus creati ſint.

ECQVIS, {*E chi. Boc. E chi puo dire le forze d'amore*} (ἤ τις) idem quod numquis: ex En pro ecce, & Quis: ubi En, ratione q. ſequentis, mutatur m c. ea quo oſtenditur eandem uim habere c & q. Terent. in Eun. Ecquid nos amas de fidicina iſthac. i. non'ne me amas propter fidicinam? Ouid. lib. 2. Faſt. Ecquid in officio torus eſt ſocialis? & ecquid Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?

ECSTASIS, {*Stupore*} (ἔκστασις) Latine ſtupor ſiue mentis emotio ca re aliqua repente oblata: ut cū ad ſubitum amici conſpectum prorſus obſtupeſcimus. Dionyſius ſic uocat abſtractionem mentis à corpore, ad contemplāda cœleſtia, quę etiam ἀρπαγὴ dicitur. Quidam definiunt ὀλιγοχρόνιον μανίαν, teſte Galeno de Definitionibus Medicis, hoc eſt, inſaniam non diu perſeuerātem. Dicta eſt autem Ecſtaſis, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quod qui hanc patitur, extra ſeipſum quodam modo conſtitutus ſit. Hinc Ecſtatici, (ἐκστατικοί) dicūtur, qui ecſtaſi correpti ſunt, quos mente commotos uocant Plinius.

ECTASIS, (ἔκτασις) dici poteſt productio, Figura eſt, qua ſyllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extendo, produco: ut Italiam fato profugus.

Vbi prima ſyllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis eſt, metri neceſſitate extenditur.

ECTHLIPSIS, (ἔκθλιψις) Latine eliſionem, uel excluſionem ſoni: ἀπὸ τοῦ ἐκθλίβειν, quod eſt elidere uel excludere. Hoc autem nomine peculiariter uocant Grammatici eliſionem m, literæ finalis, quæ ſubſequente uocali in carmine ferè ſemper abſumitur.

ECTRAPELI, (ἐκτράπελοι) horrentes, & auerſati communem & uſitatum naturæ modum. Apud Hermogen. Ἐκτράπελοι interpretantur οἱ ἐκτετραμμένοι τῆς ἰδίας, καὶ ὁμολογουμένης φύσεως quas ſi dixeris exorbitantia. In qua ſignificatione etiam Plinius accepit lib. 7. cap. 16.

ECTROPIVM, ſiue Ectropia, æ, (ἐκτρόπιον, ἢ ἐκτροπία) dicitur diuiſio palpebrarum, cum. ſ. inferior palpebra non ſatis ſurſum attollitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore committitur. Lagophthalmos uerò, cum ſuperior palpebra non deſcendit.

ECTYPA, (ἔκτυπα) dicuntur opera, quæ ex ipſis typis formata ſunt. Plin. lib. 37. cap. 10. Hæ ſunt gemmæ quæ ad ectypas ſcalpturas aptantur.

ECVLEVS, (ἱππάριον) Vide Equuleus.

E ANTE D.

EDAX, {*Ingordo, manicatore*} (ἀδηφάγος) adiectiuum idem ſignificans quod uorax. Cice. pro Flacco: Edax hoſpes. A' quo Edacitas, (ἀδηφαγία) pro ingluuie, uoracitate. Cicer. ad Q. Fra. Edacitatem pueri pertimeſco. Vnde Edax currus, qui multum unguinis, ſiue ceromatis abſumit. Et Edaces triremes, quod magnis conſtent impendijs. Tempus edax rerum, quod omnia ſpatij longitudine atterat, & conſumat.

EDDANA, (ἔδδανα) urbs eſt ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce Stephanus.

EDENTATVS, {*Sdentato*} (ἀποδοντωμένος) dentibus priuatus. Et Edentare, edentulum facere excuſſis dentibus, ἀποδοντῶσαι. Plaut. in Rud. Nimis uelim improbiſſimo homini malas edentauerint.

EDENTVLVS, {*Senza denti*} (νωδός) qui ſine dentibus eſt. Plaut. in Caſ. Propter operam illius improbi edentuli.

EDESSA, (ἔδεσσα) ciuitas eſt Meſopotamię, ſiue (ut Plin. mauult) Syrię Cœles, olim Rages dicta, teſte Hieron de Traditionibus Hebraicis. In hac Agbarus Toparchus regnauit. Cuius extat ad Chriſtum Epiſtola, & Chriſti ad eundem reſponſio: ut uidere eſt apud Euſebium Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta eſt. Strabo: Trans Euphratem eſt Bambyce, quam & Edeſſam & Hieropolim uocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt. Hinc Edeſſæi (ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοί) dicti ſunt Edeſſæ ciues.

EDICO, cis, pen. product. edixi, edictum {*Comandare*} (παραγγέλλω) iubeo, pronuntio, decerno: & eſt proprie magiſtratuū. Vnde Edicta, (διατάγματα, προγράμματα, διαγράμματα) quæ ſunt Conſulum, Prætorum, & Aedilium literæ, quibus aliquid imperatur. Cicero pro Quintio: Quod prætor non fieri, ſed ea edicto ſuo fieri iubet. Eſt etiam Edictum priuati hominis. Terent. in Heaut. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictum tuum Facere eſſe auſam. Item Edicere pro denuntiare, ſiue præmonere. Plaut. in Truc. Edico prius, ne duplices habeatis Linguas, ne ego bilingues uos necem. Terē. in Hecyr. Ibo intro, atque edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant. Cicer. 2. de Finibus bonorum: Eſt etiam tibi edicendum, quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo. Vnde & Edicere diem ad conueniendum, edicere militibus prædam, apud Liuium. Ponitur etiam ſimpliciter pro dicere. Plautus Trucul. Sanus ſi uideat, edicam,

EDICTIO, onis, (πρόσταγμα, διάταγμα) edictum, mandatum, imperium Plaut.

Plaut. Capt. Baſilicas edictiones atque imperioſas habere.

EDICTO, as, are, {*Dire, parlare*} (ἐκφωνῶ) eloquor, enuntio: frequentatiuũ eſt ab Edico, quod interdum pro ſimplici accipi, ſuprà oſtendimus. Plau. Epid. Atq; amorum ſummam edictaui tibi. Idem Amph. Tute edictas facta tua.

EDILIS, le, pe. pr. pluraliter Edilia, uel Edulis, & Edulia, per quintam uocalẽ, {*Coſe mangiatiue*} (ἐδώδιμα, βρώματα) dicuntur omnia quæ ad eſum pertinent. Gell. lib. 17. cap. 11. Quod ea ſalutis uſu foret, ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretq; in ſtomachum, & pulmonem. Hora. lib. 2. Serm. Sat. 4. Vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.

EDISCO, is, {*Imparare à mente*} (παραπίθημι τῇ μνήμῃ) memoria cõplector. Cic. 2. Tuſcula. Ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. Ediſcendus ad uerbum libellus, Cice. 4. Acad.

EDISSERO, diſſeris, pe. cor. {*Dechiarare*} (διηγοῦμαι, κατὰ διέξοδον ἐκτίθημι διηγοῦμαι) explano, declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc. Verg. libro 2. Aeneid. Mihiq; ediſſere uera roganti. Plaut. in Capt. Iam animaduertere: hæc mihi, quæ dicam, ediſſere. Cice. de Clar. Orat. Quis docendo, ediſſerendoq; ſubtilior? Ediſſerto, as, frequentatiuum. Plau. in Amph. Ordine omne, ut quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertauit.

EDITITIVS, iudex, quem altera pars elegerit. Cice. pro plan. Neq; enim quicquam aliud in hac lege, niſi Editítios iudices es ſecutus.

EDITVS, a, um, penultima correp. {*Alto, ſublime*} (ὑψηλός) idem eſt, quod altus à uerbo Edo, ut, Edita loca dicuntur alta, & ſcil. edentia, hoc eſt, oſtendentia. Liuius 8. Bell. Pun. Tumulo editiſſimo communierunt. Editi atque aſperi colles, apud Cæſarem 7. Bell. Ciui. Scribi debet abſque diphthongo, quemadmodum & uerbum Edo, quod hactenus malè inter diphthongata relatum fuit. Horatius metaphoricos pro Forti uſurpauit lib. 1. Serm. Saty. 3. Viribus editior cędebat, ut in grege taurus.

EDO, es, eſt, edi, eſum, uel eſtum, {*Mangiare*} uel Edo, edis, correpta prima ſyllaba ab ἔδω, ſignificat ueſcor. ἐσθίω, φαγεῖν. Verg. 4. Aene. Eſt mollis flamma medullas. Cic. ad Att. libro 13. Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè ſanè, & apparate. Infinitiuum facit duplicem, Eſſe, ab Edo, es: Edere uerò ab Edo, edis. Cice. 2. de Orat. Quem cum Catulus nuper audiſſet, foenum alios aiebat eſſe oportere. Edor, ederis, eſtur, pręteritum Eſus ſum. Pli. lib. 20. cap. 9. Et in Aegypto propter eius amaritudinem non eſtur. Eſtur, impersonale. Plautus Moſt. Iam iſta quidem abſumpta res erit, quando dies noctesq; eſtur, bibitur. Edendus, particip. Cice. de Ami. Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Quandoque Edo ſignificat conſumo. Horat. lib. 1. Epiſto. Quæ lædunt oculos, feſtinas demere, ſi quod Eſt animum, differs curandi tempus in annum. Huius compoſita Adedo. Vergi. 4. Georgi. Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. Ambedo, circumedo, περιτρώγω. Idẽ 3. Aeneid. Ambeſas malis abſumere menſas. Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quæ habent penult. correp. Frequentatiuum eius eſt Eſito, deſideratiuum Eſurio.

EDO, edis, edit, priore producta edidi, editũ, {*Mandar fuori, dar in luce*} (ἐκδίδωμι) eſt emittere, & quaſi extra dare, Vnde Edere librum eſt, librum publicè legendum emittere. Cic. Nec ſe tenuit, quin contra doctorem ſuum librum ederet. Et quoniam quæ generantur, ex utero in lucem prodeunt, Edi etiam pro naſci accipitur. Hora. lib. 1. Carm. Mecœnas edite regibus. Edere etiam ſæpe ſignificat exhibere: ut, Edere ſpectacula. Edere munus gladiatorium. Plautus: Edit quiſque quod poteſt, id eſt, profert & agit. Edere animam, pro mori. Cicer. pro Seſti. At ſi cum P. Seſtius, Iudices: in templo Caſtoris animam, quam uix retinuit, edidiſſet: non dubito quin, &c. Sic edere uitam. Edere frondem, ſiue fructum dicitur arbor apud Columellam. Sic Edere herbas campi dicuntur. Edere leges eſt conſcribere, et ſtatuere, uel promulgare. Edere nomen, pro imponere. Liui. lib. 1. ab urbe: Domicilioq; ibi comparato, L. Tarquinium Priſcum edidere nomen. Eſt etiam Edere nomẽ, proferre uel efferre nomen ſuum, ut deſcribatur, & ueluti ſuum nomen profiteri in actis, quem manumiſſuri ſumus: quod fiebat ante cognitionem Conſulis. Quin etiam, Edere nomina, hodie dicere poſſumus quod Procuratores apud acta curiæ Præſentare dicunt.

Edere oraculum, eſt diuinare. Edere rationes, facere computum cum aliquo. Cicero ad Att. libro 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. Edere ſcelus, cõmittere, patrare. Edere teſtes, proferre, producere. Vnde Editus participium: ut Editus Iouis ſatu apud Cicero. Offic. 1. Et Editus nomen ex participio, pro altus. Liuius: Tumulo editiſſimo communierunt.

Edititius adiectiuum Iudex edititius, quem altera pars elegerit. Cicero pro Planc. Neque enim quicquam aliud in hac lege, niſi edititios iudices es ſecutus.

Editio, uerbale (ἔκδοσις) ut, Editio librorum. Quint. in procœ. libri 1. Sed nimium amantes mei iuuenes librum temerario editionis honore uulgauerant.

Editio multiplex, pro uaria, & diſſona traditione. Liui. 4. ab urbe: Valerius Antias & Q. Tubero M. Manlium & Q. Sulpitium COSS. in eum annum edunt. Cæterum in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur.

EDO, edonis, {*Mangione, diuoratore*} (φάγος) idem quod edax, qui & manduco dicitur. Nonius: Edones, & phagones, ab edacitate: unum Latinum, et aliud Græcum. Varro: Edones Romam, ut turba intendat annona: ſed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum, niſi uolantem, non uideo.

EDONIS, idis, (Ἠδωνίς) ciuitas Phrigiæ, Cimmeriorũ olim ſedes, poſtea Antandros dicta. Stephanus.

EDOCEO, ces, {*Inſegnare con diligenza*} (διδάσκω) diligenter doceo. Sta. 3. The. Non te cœleſtia fruſtra Edocuit, lituoq; ſua dignatus Apollo eſt.

EDOLO, as, pe. co. {*Polire perfettamente*} (κατεξέω) perfectè dolo, polio. Nonius: Edolare fabrorum eſt uerum uerbum, cum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo uerbo laudandi ſcriptores uetuſtatis, etiã ad alias fabricas rerũ. Varro: Vnum ego libellum non edolem? Cicero ad Att. libro 13. Quod in manibus habebam: abieci quod iuſſeras, edolaui.

EDOM, (Ἐδώμ) Eſau dictus eſt, ob coctionem ruſulentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nanque (ut Ioſephus libro 2. ſcribit) Edom rubeum dicit. Vnde & regio, in qua regnabat Eſau, Edom dicta eſt, quã Græci, deflexo uocabul nomine, Idumæam, (Ἰδουμαίαν) denominauerunt. Hæc nunc regio (ut ait Hieronymus) Gebalena dicitur, quę eſt in finibus Eleutheropoleos, ubi habitabant antè Chorręi, qui interpretantur liberi: unde & ipſa urbs poſtea ſortita uocabulum eſt. Nunc uiculus Palæſtinæ eſt, à conditore ſic impoſito nomine.

EDOMO, as, {*Domare*} (δαμάζω) idem quod domo. Cice pro Sylla: Improbi ac perditi ciues, edomiti, atque uicti.

EDON, (Ἠδών) teſte Seruio mõs eſt Thraciæ, aut certè Macedonię, quæ Thraciæ proxima eſt, qui à Plinio libr. 4. cap. 11. appellatur Edonus. Ab hoc monte incini populi dicti ſunt Edonij, uel Edoni, penultima, lõga. Apud Gręcos. n. per ω, ſcribitur. Hora. li. 2. Car. Non ego ſanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere eſt amico. Hinc etiam fiunt adiectiua, Edonius, & Edonus quæ idem ſignificant quod Thracius. Verg. 12. Aen. Ac uelut Edoni Boreę cũ ſpiritus alto Inſonat Aegæo. Ad hũc etiam modum Statius dixit, Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale eſt in finibus Thraciæ.

EDONIDES, (Ἠδωνίδες) mulieres bacchantes, quæ furore diuino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant. Varijs autem nominibus appellabantur, nam & Euantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Baſſarides dictæ ſunt. De his Ouid. Protinus in ſyluis matres Edonidas omnes, Quæ uidere nefas, torta radice ligauit.

EDOR, ab antiquis appellatum fuit far, quod poſtea Ador uocauerunt, teſte Feſto. Dictum ab edendo, eo quod pop. Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere ſolo farre uſus fuerit, ut ex Verrij ſententia refert Plin. lib. 18. cap. 7.

EDORMIO, is, {*Dormire à ſatietà*} dormire ad ſatietatem. Cic. 4. Acad. Cũq; edormiuerunt, illa uiſa quàm leuia fuerint, intelligunt. Edormire uinum, ſiue crapulam, eſt dormiendo conficere, & concoquere. Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, inquam, & exhala. Edormiſco, ſcis, idem quod edormio. Teren. Adelp. In tercam angulum Aliquo abeam, atq; edormiſcam hoc uilli.

EDVCO, cis, pen. prod. eduxi, eductum, {*Menar fuori*} (ἐξάγω) extra duco. Liu. lib. 1. In aciem copias eduxit. Verg. pro extraho poſuit libr. 10. Eduxit corpore telum. Aliquando eſt erigere. Idem 6. Aramq; ſepulchri Congerere arboribus, cœloq; educere certant. hoc eſt, erigere uſque ad cœlum. Aliquando nutrire, ἀνάγειν. Teren in Adelph. Inde ego hunc maiorem adnotaui mihi, eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo. Educere uerbum eſt forenſe apud Cic. 5. Verr. Aditum eſt ad Metellum, eductus eſt Apronius: eduxit uir primarius C. Gallius Senator à L. Metello, ut ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium, quod per uim ac metum abſtuliſſet Budæus.

EDVCO, as, are. penult. corr. {*Nutrire allenare*} (ὑποτρέφω, ἀνάγειν) nutrire. Ter. Adelph. Vna à pueris paruoli Sumus educati. Hinc fit uerbale Educatio, quod tam inſtitutionem, quam nutritionem complectitur: Gręci uocãt παιδείαν ἀγωγήν. Cicer. 3. de Finib. Atque etiam in beſtijs uis naturæ inſpici poteſt: quarũ in fœtu & educatione laborem cum cernimus, naturæ ipſius uocẽ uidemur audire. Educator, oris, (τροφεύς) nutritor. Ci. 2. de Nat. Deo. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor eſt mundus. Educatrix, fœm. gen. τροφός, ἡ. Cic. 1. de legib. Earum rerum parens eſt, educatrixq; ſapientia.

EDVLCO, as, are, {*Addolcire, far dolce*} (γλυκαίνω) dulce facere. Cn. Matius, apud Nonium. quapropter edulcare conuenit uitam, Curasq; acerbas ſenſibus gubernare.

EDVLIS, uide Edilis.

EDVLIVM, {*Companatico*} (ἔδεσμα, ἐδωδή) dicitur quicquid ad prandium cœnamq; edendi gratia apponitur & ſumitur, præter panem. Hieronym. Cuius edulio primogenita perdidit.

EDVRVM, {*Molle, non duro*} (ἀπόσκληρον) non durum, quaſi extra durum. Ibi enim priuationem ſignificat, ut in adiectiuo Enodis. Vergi. li. 2. Geor. Plantis edurę coryli Naſcuntur. Quanquam uetuſta quædam exemplaria ibi ſic habent, Plantis & duræ. Vtranque lectionem Seruius agnoſcit. Pli. li. 14. ca. 3. In pergulis uerò ſeruntur eſcariæ appellatæ eduræ, acinis, albæ, nigræq;. Interdũ etiam Edurum inuenimus pro ualde duro. Verg. 4. Geor. Eduramq; pyrum, et ſpinos iam pruna ferentes. Vbi Eduram pirum, teſte Seruio, uocat Poeta ualde duram. Edure, aduerbium idem quod dure, aſpere. Ouid. 3. de Arte am. Nec tamen edure, quod petit ille, nega.

EDVRO, as, are, {*Indurare*} (σκληρόω, σκληραγωγῶ) ualde durum facio, & ad laborem aſſuefacio. Colum. lib. 11. cap. 1. Quare docendus, & à pueritia ruſticis operibus edurandus futurus uillicus. Nunc legunt educãdus. Edurare, neutrum, pro Perdurare. Senec. de Breu. uitæ: Aiunt animalibus tantum induliſſe naturam, ut quina aut dena ſecula edurent.

EDVSAM, ab edendo, dixerunt ueteres deam, quæ eſui præerat: quemadmodũ Potinam, quæ potui. Auctor Nonius.

EDYIA, (Ἐδυῖα) apud Heſiodum in Theogon. Nymphæ nomen eſt Oceani et Thetyos filiæ.

E ANTE E, ET F.

EETION, onis, (Ἠετίων) pater fuit Andromaches, et ſocer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teſte Homero libro 12. Iliad. Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus, Ἠετιώνειος. Ouid. 13. Metam. Eetioneas impleui ſanguine Thebas.

EETIONEA, æ, (Ἠετιώνεια) alterum ex piræei promontorijs. Stephanus.

EFFARI, {*Parlare, proferire*} (ἐκφαίνειν, ἀποφαίνειν) proprie eſt loqui. Cicero pro domo ſua: Neq; uerbum ullum ſolenne potuit effari. Verg. 2. Aene. Sic ore effata recepit Ad ſe & ſacra longæuum in ſede locauit. Effari etiam Augures dicebantur, cum ultimas augurij ſui preces proferebant. Vnde effata, ſunt ultimæ precationes Augurum, quas poſt fines auſpiciorum extra urbem effabãtur, ut Varr. & Seruius aiunt. Cic. 2. de Legib. Alterum quod interpretatur fatidicorum & uatum effata incognita. Effari templum. Cice. ad Att. lib. 13. Oportet Augures nihil habere ad templum effandum. Effari precationes dicitur ſacerdos ſacris operans, cui chorus reſpondet, Amen. Effatus ager. Seruius in illud. 7. Aen. Sic effatus ueſtigia preſſit. Proprie (inquit) Effata ſunt Augurum preces. Vnde ager poſt pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. Effata, orum, præterea eſt Ennuntiatio dialectica. Cic. 4. Acad. Nempe fundamentum Dialecticæ eſt, quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut uerum eſſe, aut falſum.

EFFARCIO, is, effarſi, effartum, {*Empir bene*} (ἐμπλήθω) maxime impleo.

Cæſar libro 7. Hæc autem, quæ diximus, interualla grandibus in fronte ſaxis efferciuntur.

EFFASCINO, as, {*Ammaliare. Dant. La circa cupidigia che t'amalia*} (προσβασκαίνω) idem eſt quod ſimplex Faſcino. Solinus: Quædam in terra Aphrica hominum familiæ ſunt, uoce atque lingua effaſcinantes: quæ ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes cultu atque paſtu opimas emoriantur repente. Eſt itaque Effaſcinare nihil aliud quàm noxio uiſu, et fictis laudationibus exitium afferre. Pli. refert ex Cicerone mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, oculis faſcinum circumferre.

EFFAXILLO, as, ab axilla fit, & ſignificat exero, quod exerto brachio axilla oſtendatur. Feſtus.

EFFERO, pen. cor. effers, {*Portar fuori, inalzare*} (ἐκφέρω) extra fero. Teren. in Adelph. Nunquid nam effert? occidi. Efferre pedem, idem quod egredi. Verg. lib. 2. Me'ne efferre pedem genitor? Hinc Efferri cadauer dicitur, (κομίζεσθαι, ἐκκομίζεσθαι, ἐκφέρεσθαι, καὶ θάπτεσθαι) cum celebratur funus, uel dum ſepeliebatur, quaſi extra urbem ferri. Siquidem apud ueteres ſolebant extra urbem ſepeliri, ni ſi qui geſſiſſent magiſtratus: honeſtiores tamen circa uias. Unde frequenter epitaphia ad uiatores diriguntur. Liuius: Depugnabunt pro te ipſi ac morientur, ac ſe ultrò efferent. Interdum Efferre, (ἐξαίρειν) eſt prouehere, exaltare. Verg. Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos. Interdum laudare, (ὑμνεῖν, δοξάζειν) quamuis ad idem reduci poſſit. nam quem laudamus, quodam modo ab inferiori & humiliori gradu ad ſummam dignitatem euehimus. Nonnunquam etiam accipitur pro extollere ſiue in altum leuare. Verg. 5. Aeneid. Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè Extulit, id eſt, in altum leuauit. Interdum pro ferre, ut apud eundem: Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit. Interdum eleuare, minuereq;, quaſi extra ferre, hoc eſt, euacuare. Cic. lib. 2. de Orat. Illa autem quæ aut conciliationis cauſa leniter, aut permotionis uehementer aguntur, contrarijs commotionibus efferenda ſunt, ut odio beneuolentia, miſericordia inuidia tollantur. Aliquãdo etiam accipitur Efferre pro diuulgare, & manifeſtum facere. Terent. in Phorm. Vides tuum peccatum elatum eſſe foras, Neq; iam id celare poſſe te uxorem tuam. Elatus, participium. Liu. 7. ab urb. Coruus è conſpectu elatus, orientem petit. Elatus, nomen, & Elatè, aduerbium, unde ſuo loco.

EFFERO, as, pe. c. {*Incrudelire*} (ἀγριόω, ἀποθηριόω) efferum, hoc eſt, crudelẽ, inſtar feræ facio. Cic. 1. de Nat. De. Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eos nulla ſuſpicio deorum ſit.

EFFERVS, a, um, pen. correp. {*Crudele*} (θηριώδης) idem eſt, quod ualde ferus, & crudelis. Verg. 8. Aeneid. Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium, ſæuitq; iuuentus Effera.

EFFERVEO, es, efferbui, uel efferui, {*Bollire*} (ὑπερζέω, ἐκφυσῶμαι) eſt, uehementer feruere, ebullire. Hinc fit augmentatiuum Efferueſco. Col. lib. 12. ca. 25. Ut in efferueſcendo uinum ſe bene purget. Per metaphoram accipitur pro uehementer commoueri. Cic. pro Planc. Campus, atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu. Non nunquam etiam pro erumpere. Cic. de prouin. Conſula. Totumq; Pontum armatum efferueſcentem in Aſiam, atque erumpentem, ægrè repulſum, & ceruicibus intercluſum ſuis ſuſtinerent. Legitur & Efferuo in tertia declinatione. Ver. 4. Georg. Aſpiciunt liquefacta boum per uiſcera toto Stridere apes utero, & ruptis efferuere coſtis.

EFFICAX, cacis, {*Efficace*} (ἐνεργητικός, δραστικός) quod ad agendum aliquid uim habet, ac maximè conducit. Plin. lib. 24. ca. 15. Efficacibus docuit exemplis nõ maria plus temerata cõferre mercatori, quàm ſedulum ruris laterem. Ibidem: Aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpides, ex aceto pota efficax. Cęlius ad Ciceronẽ: Noſti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax ſit, hoc eſt, promptus, & paratus, dum res expoſtulat. Hinc Efficacia, (ἐνέργεια) id eſt uis & pondus ad aliquid efficiendum. Plin. lib. 11. cap. 5. Quos efficaciæ, induſtriæq; tantæ comparamus neruos. Et Efficacitas, idem ſignificans. Cicero 4. Tuſculan. Itemq; uiribus corporis & neruis, & efficacitati ſimilibusq; uerbis animi uires nominantur. Q. Cicero de petit. conſul. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, ut &c. Efficaciter aduerbium. Plinius libro 18. cap. 51. Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter ſanat. Idem lib. 18. cap. 6. Id efficaciſsime contingit, germinantis ramis baculo decuſsis.

EFFICIO, is, pen. cor. {*Finire, far con effetto*} (διαπράττω) perficio, faciendo aſſequor præſto. Terent. And. Quid eſt, quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Plaut. in Pſeu. Neq; hoc opus, quod ego uolui, ego hodie efficiam. Pro eodem etiam dicimus Effectum dare, uel reddere. Teren. in Andr. Hoc ego profecto tibi effectum reddam. Hinc Efficientia, æ, idem quod effectus. Cicer. 2. de Nat. Deo. Aſpexiſſetq; Solem, eiusq; cum magnitudinẽ, pulchritudinemq;, tum etiam efficientiam cognouiſſent, q; is diem efficeret, toto cœlo luce diffuſa.

Hinc etiam fit Efficienter, aduerbium. Cicero de Fato: Non ſic cauſa intelligi debet, ut quod cuique antecedebat, idem cauſa ſit, ſed quod cuique efficienter antecedat. Effectus, us, nomen. Plin. in Paneg. Perge modo Cęſar, & uim effectumq; cenſuræ tuum propoſitum, tui actus obtineant. Effector. Cic. de Diu. Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores.

EFFIGIES, giei, {*Effigie, ſembianza*} (εἰκὼν, ἀπεικόνισμα, ἐκμαγεῖον) ſignum eſt ad alterius uiuam ſimilitudinem, ueram've imaginem factum, tam in picturis, quàm in ſculpturis, ut ſcribit Valla lib. 5. Plin. lib. 10. cap. 44. Vnde origo fabulæ, Diomedis ſocios in earum effigies mutatos. Effigies, humanitatis & probitatis patris filius, apud Ci. 2. de Fini. Dicitur etiam effigia. Plau. in Rud. Veneris effigia hæc quidem eſt.

EFFIGIO, as, {*Figurare*} (εἰκονίζω) ad effigiem formo. Augu. lib. 7. de Ciui. Quid ſunt idola, niſi quod oculos habent, & non uidebunt? et quicquid tale de materijs, licet à fabro effigiatis, tamen uita ſenſuq; carentibus dicendum fuit.

Ineffigiatus autem, qui non habet aliquam formam.

EFFINGO, is, {*Figurare, ritrarre*} (διατυπόω, ἀπεικάζω, ἀπομιμοῦμαι) eſt effigiem rei alicuius ad uiuum exprimo, uel alterius formam fingo, & qualem uolo fingendo formam repræſento. Cic. 1. Tuſcu. Quæ porro tam immenſa magnitudo, quæ illa multa poſſit effingere? Quintil. Nam mihi uidetur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe uim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis. Vide plura apud Val. libro 5. cap. 46. Effictus, particip. Cic. pro Roſc. Etenim hæc conficta arbitror à Poetis, ut effictos noſtros mores in alijs perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram uitæ quotidianæ uideremus. Effictio, onis. Ad Here. lib. 4. Effictio eſt, cum exprimitur & effingitur uerbis corporis cuiuſpiam forma, quoad ſatis ſit ad intelligendum.

EFFLAGITO, as, {*Domandare con inſtanza*} (λιπαρέω) cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito. maioremq; habet uim, quàm poſtulare. Verg. 12. Aene. Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omnes. Nomine quenque uocans, notumq; efflagitat enſem. Quin. ad Tryphon. Efflagitaſti quotidiano conuicio, ut libros, quos de inſtitutione oratoria ſcripſeram iam emittere inciperem.

EFFLAGITATVS, us, nomen, {*Domanda con inſtanza*} pro uehementi poſtulatione. Cic. 7. Verr. Io iudicio coactu, atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

EFFLAGITATIO, onis, Ci. ad Brut. Quia neminem magis decet quàm te, Rempu. amare, libertatisq; defenſorem eſſe, uel ingenio, uel rebus geſtis, uel ſtudio, atq; efflagitatione omnium.

EFFLEO, es, ere, {*Conſumar piangendo*} idem eſt quod flendo cõſumere. Vnde efflere oculos dixit Quint. 6. declam. pro nimio fletu ſe excæcare. Audita (inquit) mea calamitate rara uxor exẽpli, & prorſus talis filij mater, effleuit oculos.

EFFLIGO, gis, pen. pr. efflixi, efflictum, {*Affligere*} idem ſignificat quod affligere. Plau. in Aſin. Quam tu propediem (niſi quidem illa ante occupaſſit te) effliges ſcio. Efflictim, (ὑπερφυῶς) aduerbium, pro ualde, et uehementer. Plau. in Amph. Sic efflictim amare, perinde ut hic te efflictim deperit.

EFFLO, as, {*Cacciar col fiato*} (ἐκφυσάω) flatu abigo, expiro. Var. li. 1. de Re ruſt. Præterea q; ab ſole toto die illuſtratur ſalubrior eſt, q; & beſtiolæ, ſi quæ propè naſcuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt. Inde efflare animam (ἐκπνεῖν) dicimus, pro mori. Sue. Prius quàm efflaret animam, pro mortuo deferi iuſsit. Efflauit extremũ habitum. i. mortuus eſt. Ci. 2. Tuſcu.

EFFLOREO, es, {*Fiorire grandemente*} (ἐξανθέω) ualde floreo: & per tranſlationem urgeo, excello. Cic. in Lælio: Quæ tamen effloreſcat amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.

EFFLVO, {*Spargerſi fuori*} (ἀπορρέω, ἐκρέω) extra fluo, effundor. Cato de Re ruſt. cap. 1. Si habebis aquam uinum effluet, aqua manebit. Ci. 2. Tuſ. Num tu ingemuiſſe Epaminondam putas, cũ una cum ſanguine uitã effluere ſentiret?

Effluere per tranſlationem accipitur pro palam fieri, ſiue diuulgari. Teren. in Eun. Utrumq; hoc falſum eſt, effluet. hoc eſt, non tacebitur, ſed diuulgabitur.

Effluere etiam alicui dicitur, quod illi è memoria excidit. Cic. 2. de Finib. Sed in præterita non effluere ſapienti, mala meminiſſe non oportet.

EFFLVENTIA, æ, {*Spandimento, ſpargimento*} (ἐκροή) idem quod effluxus, Plin. lib. 26. ca. 10. Illita quoq; radix genitalibus, inhibebat non ſolum uenerem, ſed effluentiam genituræ.

EFFLVVIVM, uij. (ἐκροή) ipſe effluendi actus. Plin. lib. 7. cap. 51. Profluuium humoris è corpore effluuium.

EFFOCO, as, are, {*Soffocare*} (πνίγω, ἄγχω) idem quod ſuffocare. Senec. de Breui. uitæ: Aſpice illos, ad quorum felicitatem concurritur: bonis ſuis effocantur.

EFFODIO, dis, pe. pr. {*Far foſſe, cauare*} (κατασκάπτω, ἐξορύττω) fodiendo eruo. Plau. in Caſ. Ex ſterquilinio effoſſa tua illæc præda eſt.

EFFOEMINO, as, p. c {*Effeminare, far molle*} (ἀποθηλύνω) in muliebrẽ mollitiem, atq; laſciuiam conuerto. Salluſt. Ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilẽ effœminat. Hinc Effœminati, (ἐκτεθηλυμμένοι, θηλυδρίαι) molles & laſciui dicuntur. Cic. Phil. Cum autem omnis ſeruitutis miſera, tum uerò intolerabile eſt ſeruire impuro, impudico, effœminato, nunquam nec in metu quidem ſobrio.

EFFOETVS, a, um, {*Quella coſa c'ha già mandato fuori il ſuo parto*} dicitur, quod iam fœtum edidit. Col. lib. 7. cap. 12. Primus effœtæ partus amouendus eſt, quoniam tirunculα nec rectè nutrit. Itẽ ſumitur Effœtus, pro fœtu qui emiſſus eſt. Idem lib. 8. cap. 5. Pullos non oportet ſingulos, ut quiſque natus ſit tollere, ſed uno die in cubili ſinere cum matre, & aqua ciboq; abſtinere, dum omnes excludantur. Poſtero die, cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. Effœta, (ἄγονος) quoq; dicitur, quæ parere deſijt, quaſi frequentà partu laſſata. Plin. lib. 10. cap. 53. Eſt autem tanta gallinis fœcunditas, ut aliquæ ſexagena pariant oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantũ, ut effœtæ moriantur. Quo in loco effœtas dixit gallinas, fœtu deſtitutas, eneruatas, exhauſtas, & laſſatas à ſimilitudine mulierum, quas partus debilea reddit. Effœtæ uires, per trãslationem dicuntur, quæ iã defloruerunt, uigoreq; priſtino amiſſo elanguerunt. Verg. 5. Aeneid. Frigentq; effœtæ in corpore uires. Similiter effœtam tellurem dicimus, ut idem lib. 1. Geor. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Seru. Continua fertilitate laſſatos, ſicut etiam frequẽti partu effœta dicitur mulier. Colu. in. Præfat. 2. libri: Quod exiſtiment ubertate nimia prioris æui fatigatum, & effœtum ſolum, nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimẽta. Cic. in Cato. Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. i. debile & infirmum, quia uacuum uiribus & eneruatum. Effœtè aduerbium. Mart. lib. 2. Effœtè grauiter, citè, nequiter, euge beate.

EFFORO, as, pe. c. {*Forare*} (τιτραίνω, τιτράω) idem eſt, quod perforo. Colu. cap. 1. lib. 9. Erit fiſsilis ſtipes, compluribus locis perlatus efforatus.

EFFRÆNATVS, p. pr. {*Sfrenato*} dicitur qui frænum detractat & pro arbitrio noſtro regi non poteſt. Vnde per tranſlationem dicitur de re, quę omnem egreditur modum. Cice. de Aruſp. reſp. Cuius ego de effrænato & præcipiti furore quid dicam? Idem 3. de Finib. Ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. Inde effrænatè aduerbium, idem ſignificans, qđ diſſolutè. Cic. 4. Tuſc. An propter iniuſtum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaſerit. Idem de Senect. Nullam capitaliorem peſtem, quàm uoluptatem corporis, hominibus dicebat à natura datam, cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrenatè ad potiundum incitantur. Effrænatio, onis. Cic. 5. Philip. Quę effrænatio impotentis animi?

EFFRÆNVS, a, um, uel Effrænis, & hoc effrene, {*Che non ha freno*} (ἀχάλινος) carens fræno. Liu. 4. ab urb. Frænos ut detrahant equis, imperat: & ipſe

princeps

princeps calcaribus ſubditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.

EFFRICO, as, {Fregare} (ἀποψάχω) fricando excutio. Senec. Epiſt. 96. At illis, aut hebentibus & obtuſis, aut mala conſuetudine obſcaſis, diu rubigo animorum effricanda eſt.

EFFRINGO, git, {Frangere} (διαῤῥήγνυμι) eſt ui quadam, & impetu frango. Teren. in Adelph. Fores effregit, atque in alienas ædes irruit. Inde effractor dicitur, qui fracto oſtio, aut ſera in ædes, uel arcam alienam irrumpit. Pau. in l. iij. ff. de off. præfe. uigil. Cognoſcit Præfectus uigilum de incendiarijs, effractoribus, furibus. Vlp. l. 2. de effract. Sed enim Diuus Marcus effractorē equitē Romanum, qui effracto perfoſſoque pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere ius ſit prouincia Africa, unde erat, & urbe, & Italia. Effractarius, rij, qui effringit. Senec. Epiſt. 96. Vile uidetur quicquid patet: aperta effractarius præterit. Effractus, participium. Cic. pro Muræn. Eamque urbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuā fore putauiſſet: qua effracta, et reuulſa, tota pateret prouincia.

EFFVGIO, is, pen. cor. {Fuggire} (διαφεύγω) idem quod fugio euado. Ver. 3. Eclo. Nunquam hodie effugies: ueniam quocunque uocaris. Interdū celeriter tranſeo. Verg. 3. Aen. Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna.

EFFVGIVM, gij, {il ſcampo} (ἀποφυγή) euaſio. Liu. 4. Bel. Pun. Vt ſi effugium pateiſſet in publicum, impleturæ urbē tumultu fuerant. Si inquit, pateiſſet effugium: hoc eſt, uia, uel modus ullus euadendi, uel effugiendi.

EFFVLCIO, is, (ὑποβάλλω, ϛηρίζω) idem quod fulcio. Verg. 7. Aen. Centum lanigeras mactabat rite bidentes: Atque harum effultus tergo, ſtratisque iacebat Velleribus.

EFFVLGEO, es, {Riſplendere, grandemēte} (ἀπολάμπω) uehementer fulgeo. Verg. 8. Aeneid. Inſtructo Marte uideris Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

EFFVNDO, is, {Spargere ſpandere fuori} (προΐεμαι, ἐκχέω) extra ſpargo. Plau. in Aſin. Totamque effudit fideliam. i. ſparſit quicquid in fidelia erat. Per tranſlationem conſumere. Cic. lib. 2. Off. Multi patrimonia effuderunt, inconſulte largiendo. Sic effundere ærarium dixit Cic. 3. Tuſcu. pro exinanire & inane reddere. Gracchus (inquit) cum largitiones maximas feciſſet, et effudiſſet ærarium. Nonnunquam etiam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egredi. Cic. ad Brutum: Timore quodam perculſa ciuitas, tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat. Quandoque emittere. Ver. 3. Geor. Ruuntque effuſi carcere currus. Quandoque proſternere, profligare, τρέπομαι. Salluſt. Effuſo ac profligato peditatu, paulatim retroducere cœperunt. Hinc fit Effuſio uerbale, quod interdum ſignificat ipſum effundendi actum: ut cum Effuſionem aquæ dicimus. Ci. 2. de Nat. Deo. Atque aquæ et admixtum eſſe calorem, primū ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio: quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admixto calore liquefacta & dilapſa, diffunderet. Interdum et prodigalitatem. Cic. pro Roſc. Amer. In hac uita, Iudices, quos ſumptus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis?

EFFVTIO, effutis, pen. pro. {Parlare imprudentemente, aneggiare parlando} (ἀπεχθάνω, ἐξαγορεύω, ψυχρολογῶ) ineptè, et incōſultè loquor, eiacuo. Tranſlatio ſumpta à uaſe futili, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile, nihil in ſe continet. Teren. in Phorm. Eò perperam olim dixi, ne uos fortè imprudentes foris Effutiretis. Horatius in Art. Poetica: Effutire leues indigna tragœdia uerſus. Varro. Eiax uerbum nihil ſignificat, ſed effutitū naturaliter eſt. Nonius Effutire exponit pro dicere cum mendacio: adducitque Cic. 5. Tuſc. ubi ſic ait: Nec hoc ſic agit, ut ex tempore quaſi effutire uideatur. Effutitus participium. Cic. 2. de Diuin. Quorum partim ficta apertè, partim effutita temere, nunquam ne mediocriter quidem cuiquam, non modo prudenti probata ſunt.

E ANTE G.

EGELASTA, æ, (Ἐγέλαστα) oppidum eſt citerioris Hiſpaniæ, natiui ſalis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Hiſpania quoque citeriore Egelaſtæ cæditur ſal glebis penè tranſlucentibus, cui iampridem palma inter omnia ſalis genera à pleriſque medicis perhibetur.

EGELIDO, {Diſghiacciare} (ἀποκρυσταλλόω) quod gelatum eſt diſſoluo. Sidonius: Egelidarentur fibræ glaciales.

EGELIDVS, a, um, {Tepido} (χλιαρός) quod de ſummo gelu aliquid remiſit. Ouid. Sed gelidum Borean, egelidumque Notum. Col. lib. 10. Nunc uer egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. Seruius ualde gelidum interpretatur, explicans locum illum Verg. 8. Aen. Et procul egelido ſecretum flumine uidit.

EGENVS, pe. pro. {Biſognoſo} (ἄπορος) cui deſunt uitæ neceſſaria. Liu. 9. ab urbe. Omnium egena corpora humi proſtrauerunt. Verg. 8. Aen. Et te quoque dignum Finge Deo, rebusque ueni non aſper egenis.

EGEO, es, egui, alicuius rei inopia laboro {Hauer biſogno} (ἀπορῶ, χρῄζω) & tā genitiuo, quàm datiuo iungitur. Plau. Quia tute ipſe eges in patria: nec tibi quiuis, domi eſt. Cic. 2. de Fin. Qui conſumptis patrimonijs egeant. Idem. 2. de Diui. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus glorioſum, ut Græcis de Philoſophia literis non egeant. Hinc componitur Indigeo, δέομαι. Deriuantur uerò. Egeſtas, Egens, egentior, egentiſſimus. Eſt autem proprie Egens cui deſunt neceſſaria ad uiuendum. Cic. de Amic. Quocirca & abſentes adſunt & egentes abundant, & imbecilli ualent. Egentior & Egentiſſimus. Cic. Atti. lib. 6. Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem lib. 9. Egeſtates tot egentiſſimorum hominum.

EGERIA, inquit Feſtus) Nympha fuit cui ſacrificabant prægnantes, quòd eā putabant facile fœtum utero egerere. unde Aegeria.

EGERO, is, pen. cor. egeſſi, egeſtum, {Portar fuori} (ἐκφέρω, ἐκπέμπω) Col. lib. 2. Auium primum habetur ſtercus quod ex columbarijs egeritur. Egeſtus, us, Senec. 3. de Nat. quæſt. Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum uenter exhaurit, &c. Egeſtio, onis. Ph. Epiſt. 15. Si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contingeret.

EGERMINO, as, {Germogliare} (βλαστάνω, θάλλω) idem quod germino. Col. lib. 5. cap. 5. Bipedaneis ſcrobibus malleolus deponitur: qui cum egerminauerit, ad unam materiam reuocato. Idem lib. 4. cap. 17. Quæ infra truncū caput egerminauerint.

EGESINVS, philoſophus, Euandri auditor, cuius meminit Ci. Acad. quæſt. libro. 4.

EGESTA, (Ἔγεστα) ciuitas in Sicilia, quam Aeneas condidit, & ab Aceſtis matre Egeſta eam nominauit. Erat autem Egeſta filia Hippotæ Troiani, quam pater ne marinæ belluæ traderetur, impoſitam naniculæ Dijs & uentis commiſit, quæ tandem in Siciliam delata à Crimiſo amne compreſſa, Aceſten edidit. Hæc poſtea Segeſta dicta fuit: & Segeſtani, incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

EGESTAS, {Pouertà, biſogno} ἔνδεια. indigentia, paupertas. Verg. 1. Geor. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

EGNATIA, (Ἐγνατία Ptolemæo) urbs eſt Apuliæ, ad mare Ionium, quæ hodie Iuuenatium dicitur.

EGRA, (Ἔγρα Stephano) oppidum Arabiæ, ad ſinum Elaniticum.

EGREDIOR, deris extra gradior, exeo, {Vſcir fuori} ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι. Teren. in And. Vnde egreditur? Ibidem: Egreditur ab ea: id eſt, de domo eius. Dicimusque Egredior templo, & è templo, & templum: id eſt, gradior extra templum. Inde Egreſſus, & Egreſſio, παρέκβασις. Cice. in Piſon. Itaque credo ſi minus frequentia ſua ueſtrum egreſſum ornando atque celebrando, at ominibus ſaltem bonis, ut Conſules, non triſtiſſimis, ut hoſtes aut proditores proſequebantur.

EGREGIVS, a, um, {Egregio, ſcelto} (ἐξαίρετος, ἐπίλεκτος, ἔκκριτος) quaſi ex toto grege electus, excellens, eminens, & præſtans. Teren. in And. Forma egregia, & ætate integra. Proprium comparatiuum non habet: quo tamen uſi ſunt ueteres. Luc. li. 4. Nā nihil egregius, quàm res ſecernere apertas A' dubijs. Iuuenalis etiam Lucretium imitatus ab Egregie aduerbio formauit comparatiuum Egregius, pro magis egregie. Egregius, inquit, cœna, meliusque miſerrimus. Egregiè (ἐξαιρέτως) aduerbium, excellenter: quamuis etiam uſurpetur pro ualde, uel nimis: ut Apud Teren. in And. Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Cic. Att. Dolabellam tibi ualde placere uideo, mihi egregiè.

EGVLA, genus ſulphuris, lanis ſuffitu mollitiem candoremque inducens. Pli. lib 35. cap. 15. Tertio quoque generi unus tantum eſt uſus ad ſuffiēdas lanas: quoniam candorem mollitiemque confert. Egula uocatur hoc genus.

EGVRGITO, as, pen. cor. ſignificat exhaurio, ἐκφορέω. Plau. in Epid. Atque egurgitem domo prorſus.

E ANTE H, ET I.

EHEM, {Oh, eh} (ὤ) interiectio eſt ſubitò aliquid deprehendentis: cuius frequēs eſt uſus apud Comicos. Teren. in Eun. Quis hic loquitur? ehem, tu'ne eras hic mi Phædria? Idem in Adel. Ehem opportunè: te ipſum quærito.

EHEV, {Ah, hi,} (οἴ) interiectio eſt dolentis. Ver. 2. Eclog. Eheu, quid uolui miſero mihi? Cicero Antequam iter in exilium. Eheu conditionem temporis huius.

EHO, {Ola} (ὦ, εἶα) interiectio eſt ad ſe uocantis. Interdum etiam excitatiua particula eſt, qua attentionem nobis paramus eius, cum quo loquimur. Tere. Eho dic mihi, ſi omnes coniectum hunc in nuptias Inimici uellent, quod niſi hoc cō filium darent? Idem in Eunucho: Ehodum, dic mihi, eſt ne, ut fertur, forma? Idem in Andria: Ehodum, ad me. Alias interiectio admirantis, ut apud eūdem in And. Eho, an tute intellexiſti hoc aſſimulari?

EI, (οἱ, αὐτῷ) datiuus ab Is, ea, id, aliquando habet qualitatis uim. Tere. in And. Ei'ne ego ut aduerſer? hoc eſt, tali, tam bono. In metro plerunque monoſyllaba dictio eſt, ſicut Cui, & Huic: licet quandoque etiam duarum ſyllabarum reperiatur: ubi e modo corripitur, modo producitur: Iuuenalis: Iuuenes hortantur, ut illam Ire uiam pergant, & eodem incumbere ſectæ. Lucr. lib. 6. Scilicet & fluuius qui uiſus maximus ei.

EIA, {Horſu horuia} (εἶα) modo adhortantis eſt. Martialis lib. 2. Eia age, rumpe moras. Interdum corripientis. Teren. in Eunu. Eia, haud ſic decet. Varios præterea uſus habet, quos ex ipſis paſſim auctoribus non difficile eſt deprehendere.

EIACVLOR, aris, deponēs, & Eiaculo actiuum, {Lanciare} (ἐκβάλλω) idē ſignificans quod eminus & longe iaculari. Ouid. 4. Meta. Vitiato fiſtula plū bo Scinditur & tenui ſtridenti foramine longas Eiaculatur aquas.

EIERO, uide Eiuro.

EIICIO, is, {Scacciar fuori. Pe. Che mi ſcacciar di là dou'amor corſe} (ἐκβάλλω) expello. Cic. Teren. lib. 14. eijcere nos, magnum fuit: excludere, facile.

Quandoque extendo. Idem. 10 Aen. Eiectoque incumbit ceruus armo.

Eiectum quoque pro naufrago idem poſuit, aut certe pro, eo qui in tempeſtatis ad litus aliquod compulſus eſt. Idem 4. Aene. Eiectum, litore egentem Excipi. Eijcere abſolutè ponitur pro abortiri, ut intelligas accuſatiuum partum. Vlp. l. ſi ſeruum. ff ad leg. Aqui. Si mulier pugno, uel equa ictu à te percuſſa, eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri. Hinc Eiectitius, a, um, ἐκβόλιμος. Plinius lib. 11. Vulua eiectu partu melior, quàm edito: Eiectitia uocatur illa, hæc Porcaria. Eiectamentum, ti, pro excremento. Tacitus de morib. German. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De ſuccino loquitur.

Eiectio, onis. Cice, ad Att. lib. 2. Tenemur undique: neque iam, quo minus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem & eiectionem, quaſi maiora tenemus, quæ multo ſunt minora. Eiecto, as, are, frequentatiuum. Plau. Merc. Ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectaret. Fauilla eiectata. Ouid. 2. Met. Arenas eiectare. Idem. 5. Meta.

EION, onis, (Ἠϊών) locus eſt in Taurica Cherroneſo: cuius meminit Plin. lib. et cap. 6. Stephano item Eion oppidum eſt Macedoniæ iuxta Pieriam, quæ alio nomine Amphipolis dicitur.

EIONEVS, (Ἠϊονεύς) unus è Græcorum principibus qui ad Troiam profecti ſunt ab Hectore interfectus, teſte Home. 8. Iliad. Alter fuit eiuſdem nominis Thrax, & pater Rheſi regis, qui noctu à Diomede & Vlyſſe interfectus eſt, eodem Homero teſte lib. Iliad. 10.

EIVLO, as, are, {Gridare piangendo} (ὀλολύζειν, κλαίειν) eſt uoce in altū ſublata plorare: magisque mulierū eſt proprium. Ci. 2. Tuſc. Ipſum enim Herculē uiderat in Oeta magnitudine dolorū eiulantē. A' quo Eiulatio, & Eiulatus, (ὀλολυγμός) clarus, & ſonorus planctus. Pla. Cap. Eiulatiōe haud opus eſt, oculis multa miſeria cōditus. Ci. de Aruſ. reſpō. Nō ſunt illi eiulatus et gemitus Philoctetæ.

EIVRO, as, are, {Giurare, ſacramentare} (ἐξόμνυμι, ἀπόμνυμαι) idē eſt quod præſtito ante iuramento, ſe re aliqua liberare. Vnde Eiurare iudicē iniquū eſt interpoſito iuramento ſibi iudicē ſuſpectū eſſe nomine iniquitatis, eius iuriſdictionē declinare. Ci. 12. Phil. Itaque ut alacres & læti ſpe pacis oblata, inter ſe impij ci-

uet, quaſi uiciſſent, gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me querebant, diffidebant etiam Scruiliu. Sic etiam Eiurare forum iniquum, eſt iuriſdictionē fori alicuius detractare, interpoſito prius iuramēto, ſe in eo foro ius ſuum tueri non poſſe. Ci. 5. Verr. Negotiatores putāt eſſe turpe id forū ſibi, in quo negotiātur, iniquū eiurare: Prætor totā prouinciā ſuā ſibi iniquam eiurat. Adhūc etiā modum Cic. in Epiſt. ad Pætū, Tu aūt, inquit, quod mihi bonam copiā eiures, nihil eſt. Vbi Eiurare bonam copiam, accepit Cic. pro iurare ſibi non ſuppetere copiam aut facultates, ad faciendum impēdiū cœnæ, quam Cic. per iocum ab eo petebat. Pro eodem ēt legitur Eierare. Ci. 2. de Ora. Eiero, inquit, iniquus eſt: cū eſſet admurmuratū, Ah, inquit, P. C. non ego illum mihi iniquum eiero, uerum omnibus. Sunt tamen qui hoc in loco legant Eiuro, item alij, qui Deiero.

EIVSMODI, {Di cotal maniera} (τοιοῦτος) & per interpoſitionem unius ſyllabæ Eiuſcemodi, nomina ſunt indeclinabilia, ex duobus genitiuis compoſita, idē ſignificantia quod Talis. Teren. in And. Nam qua cum ingenijs conflictatę eiuſmodi, &c.

E ANTE L.

ELABOR, pen. pr. {Fuggire. ſdrucciolare. ſcorrere} (ἀπεξέρχομαι, ἀπεκπίπτω) idē quod effugio, quemadmodum. ſ. lubricus anguis, aut anguilla manu comprehēſa lapſu fugit. Verg. 1. Aen. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Significanter dixit Elapſus, cum uellet ſignificare eum è manibus penè Græcorum ipſum comprehenſum euaſiſſe. Sic. Plau. in Capt. Ea ſpes elapſa eſt. i. effugit. Plancus ad Ciceronem: Magno cum dolore parricidarū elapſus ſum ijs. Elapſus, participium. Cic. in Somn. Scip. Nam eorū animi q ſe corporis uoluptatibus dediderūt, corporib. elapſi circū terrā ipſā uolutant.

ELABORO, as, are, {Affaticarſi grandemente} (ἐξεργάζομαι, ἐκπονέω, ἐξεργάζομαι φιλοπονέω) eſt ſummo labore & diligentia niti, conari. Ci. Capi. Apud hominem faciliimum atque humaniſſimum Plancū eniterę, elabora, uel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiā melior opera tua. Elaboratus amor. Horat. Epod. 14. cui præſepe caua teſtudine fleuit amorē Non elaboratum ad pedem.

ELACATA, genus ſalſamenti, quod uulgò uocatur Malandrea, de quo Colu. lib. 8. cap. 17. Scombri, carchari, elacatæq; uentriculos, & ut per ſingula enumerem, ſalſamentorum omnium purgamenta, &c. Feſtus (niſi exemplaria ſunt mēdoſa) uocat Elacatenam.

ELACATÆVM, (ἐλακάταιον) mons Theſſaliæ, Iouis Elacatæi templū habens. Stephanus.

ELACTESCO, ſcis, {Imbianchire} eſt album fieri ad modum lactis. Pli. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea, addita, addenſari ſub dio, atque elacteſcere. Nonnulli tamen hoc in loco legunt Lateſcere.

ELÆA, (ἐλαία) ciuitatis nomē eſt in Creta inſula, cuius meminit Pli. li. 4. c. 12. Eſt etiam inſula quædam hoc nomine in propontide, contra Rhyndaci amnis oſtium, ut refert idem Pli. ca. uib. li. 5. Eſt item Elæa, (ἐλαία) Aeolidis oppidum non procul à Caico fluuio, inter Myrenam & Pitanan, teſte Pompōnio li. 1. & Pli. li. 5. ca. 30. Gentile eſt Elaites, (ἐλαΐτης) poſſeſſiuū Elæiticus.

ELÆON, {Oglio} (ἔλαιον) Latini oleum uocant. Ex quo componitur Elæomeli, (ἐλαιόμελι) oleum in Syria ſponte ex ipſis oleis manans ſapore melleo: aluū mollit, bilem detrahit. Vide Pli. lib. 23. cap. 4. Eſt etiam Elæon, idem quod oliuetum. Sed in ſignificatione apud Græcos ſcribitur ἐλαιών per ω oxytonūs & declinatur Elæon, onis, ut Platanon, onis.

ELÆOTHESIVM, Latinè unctorium, & ſumitur pro loco, ubi unctores corpora ungere ſolebant poſt lauationem.

ELAMITÆ, (ἐλαμῖται) pen. pr. dicti ſunt Perſarum principes, ab Elam filio Sem, ut ait Ioſephus. Sunt item Elamitæ, populi ad ſinum Arabicum: quorū meminit Pli. lib. 6. cap. 28.

ELANGVEO, gues, {Languire} (ἐκκάμνω, χαλάω) languore conficior, & quodammodo contabeſco. Pli. de uiris illu. Cumq; urbem capere poſſet, in Cāpaniam diuertit, cuius delicijs elanguit. Liu. 3. Bel. Pun. Neq; tamē elanguit cura hominū ea mora. Idem. 5. ab Vr. Differēdo deinde elangu it res. Elangueſco ſcis, ualde infirmus fio. Gel. lib. 2. Negotijs ſe plerunque umbraticis, & uarijs & quæſtibus intentus habent. in quibus eorum omnis uigor animi, corporiſq; elangueſcit, & quod Salluſtius ait, effœminatur. Liu. 1. ab urbe. Vt elangueſcē dum aliena ignauia eſſet. Cornus elangueſcens, & iam caſura. Silius lib. 4.

ELAPE, genus ſerpentis. Pli. lib. 32. ca. 5. Salſamentorum cibus prodeſt à ſerpente percuſſis, & contra beſtiarum ictus, mero ſubinde hauſto, ita ut ſub ueſperā cibus uomitione reddatur: peculiariter à chalcide, ceraſte, aut quas ſepas uocāt, aut elape, dipſadeve percuſſis.

ELAPIDO, lapidibus purgo. Pli. lib. 17. cap. 4. At in Syracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole perdidit fruges, donec regeſſit lapides.

ELAPHEBOLION, (ἐλαφηβολιών) menſis nomen eſt apud Græcos, qui noſtro Decembri fere reſpondet. ita dictus à ceruorum uenatione, qui ex cōſuetudine Dianæ eo menſe offerebantur. Gaza tamen Februarium uertit.

ELAPHOBOSCON, (ἐλαφόβοσκον) herba eſt ferulacea, teſte Pli. li. & ca. 22. geniculata, digiti craſſitudine, ſemine corymbi, dependentibus folijs oluſatro commendata in cibis, contra ſerpentium omniumq; aculeatorū ictus. Fama eſt, ceruos herbæ huius pabulo ſerpentum morſibus reſiſtere: unde & nomen accepit. Nā ἔλαφος Græcis ceruum, ſiue ceruam ſignificat, βοσκὴ uero pabulum.

ELARGIOR, gis, {Donare} (διαδίδωμι, διαφέρομαι) idem quod largior. Liuius: Poſſeſſores, & magna pars patrum Tribunitijs ſe iactare actionibus principem ciuitatis, elargiendo de alieno, popularem fieri quærentes.

ELASSESCO, is, ere, (ὑπεκπονοῦμαι, ἐκκάμνω) laſſum fieri. Pli. lib. 16. capi. 15. Io arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

ELATE, es, (ἐλάτη) Pli. lib. 12. ca. ult. ſpecies eſt abietis unguentis naſcens, quā alij Palmam, alij Spathen appellant. Dioſcorides uerò, Galenus Aegineta, et Heſychius Elaten uocant tenerum palmæ germen, quoddamq; profilientis fructus operimentum. Quorum ſententia uidetur ueriſimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter unguentorum materias enumerarit, non facile inuenias.

ELATERIVM, (ἐλατήριον) medicamenti genus eſt ex ſylueſtri cucumere cōfectum, ad purgandam aluum accommodatum: Vnde etiam à noſtris Medicis Agitatorium dicitur, quod uentrem uehementer exagitet. Pli. lib. 20. cap. 1. Cucumin ſylueſtrem eſſe diximus multo infra magnitudinē ſatiui: ex eo fit medicamentum, quod uocatur Elaterium, ſucco expreſſo ex ſemine.

ELATINE, elatines, pen. pro. fœm. gen. (ἐλατίνη) herba, quæ folia hexines habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſeniſue, à radice ſtatim folioſis: naſcitur in ſegetibus, acerba guſtu. Pli. lib. 27. cap. 9. uulgus, teſte Ruellio: uocat Rapiſtrum campeſtre.

ELATITES, (ἐλατίτης) lapis eſt ex genere hæmatitarum, ambuſtis præcipuè utilis: ita dictus quàm diu crudus eſt: nam coctus, Miltites appellatur. Auctor Pli. lib. 36. cap. 20.

ELATRO, as, {Baiare} (ἐξυλακτέω) quaſi quodam cum latratu eloquor, & cū mina quadam mordacitate in lucem profero. Hora. lib. 1. Epiſt. ad Lollium: Alter rixatur de lana ſæpe caprina: Propugnat nugis armatus: Scilicet ut non Sit mihi prima fides, & uere, quod placet, ut non Acriter elatrem?

ELATVS, pen. pro. {Superbo, arrogante, gonfio} (αὐτόφρονος, μετέωρος, ἐπηρμένος) ſuperbus, arrogās: à uerbo Effero, quod inter cætera ſignificat extollo. Cic. contra legem Agr. Orat. 2. Quibus illi rebus elati, & inflati, &c. Elatus arrogantia, ſuperbia, inſolentia, Cæſar 3. Bell. Ciu. Inde Elate aduerbiū, quod ſignificat ample, ſuperbe, grauiter. Ci. in Ora. ita ſit, ut Demoſthenes certe poſſit ſummiſſe dicere: elate Lyſias fortaſſe non poſſit.

ELAVS, pen. cor. {Lauare} (ἐκπλύνω) eluo, lauo. Col. lib. 12. cap. 50. Sed cum fuerit olius elota, reliqua, ſicut ſupra præcepimus, fieri debebunt. Elauare ſe bonis, per tranſlationem pro denudare & ſpoliare. Plau. in Aſin. Nam mare haud mare eſt: uos mare acerrimum. Nam in mari repperi, hic elaui bonis.

ELDANA, (ἐλδάνα) oppidum Vaccęorum, qui ſunt populi Tarraconenſis Hiſpaniæ. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

ELEA, (ἐλέα) Straboni lib. 6. ciuitas eſt Lucaniæ, à Phocenſibus condita. Parmenidis, & Zenonis Pythagoricorum patria: qui ab ea Eleatæ dicuntur. Romani primum Heliam, deinde Veliam uocauere.

ELEATÆ, (ἐλεᾶται) populi Lucaniæ Eleam urbem incolentes, quę & Helia, & poſtremo Velia dicta eſt. Vide Elea, & Velia.

ELECEBRÆ, argentariæ, dictæ ſunt ab antiquis meretrices, teſte Feſto, ab eliciendo argento.

ELECTIO, onis, {Elettione. Eletta Pe. Non per elettion ma per deſtino} (ἐκλογή, αἵρεσις) ſelectio, & approbatio. Cic. in Ora. Iudicium, electioq; uerborū. Idem 3. de Fin. Iuſtia, quorum ex electione uirtus poſſit exiſtere.

ELECTO, as, (ἐφέλκομαι, ἐπάγομαι) frequentatiuū formatum a uerbo Elicio, Plau. in Aſin. Ibo aduerſum atque electabo, quicquid illud ſit. Hoc eſt, elicis.

ELECTOR, oris, {Elettore} qui eligit. Auctor ad Her. Poſtremò in eo uim artificij cōſumāt, ut ipſi ab alijs potius eligēdi, q̄ aliorū boni electores exiſtimēt.

ELECTRIDES, (ἠλεκτρίδες) inſulæ ſunt in mari Adriatico, ad oſtiū Padi, ita dictæ à Græcis, q electrum in illis in arboribus defluere putabāt: quod falſiſſimum eſſe, hodie etiam imperitiſſimis notum eſt. Prouenit enim electrū in quadam Germanici Oceani inſula, unde lunari Oceani incremento ejicitur ad litus Germanicum, haud exiguum principibus, qui locis maritimis imperāt, præſtans uectigal. Vide Electrum.

ELECTRA, (ἠλέκτρα) teſte Heſiodo, nympha Oceani et Thetyos filia, uxorq; Atlantis: cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanū peperit: dicente Verg. lib. 8. Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor, Electra, ut Graij perhibent, Atlātide cretus. Et ſubdit: Electram maximus Atlas Edidit æthereos humero quaſi ſuſtinet orbes. Alia fuit Electra Oreſtis ſoror filia Agamēnonis, quę cælibem ad multum ętatis uitā egit: unde etiam ab Helena apud Euripidem πολυχρόνιος παρθένος, hoc eſt, annoſa uirgo per contumeliā appellatur. Inde aliqui Electram dictam uolunt, quaſi ἄλεκτρον, hoc eſt, ſine thalamo: quāquā alijs magis placet a flauo colore, electrūq; referente, ita fuiſſe appellatam. Vnde & nomen accepit, quaſi ἄλεκτρα, hoc eſt, ſine lecto, aut thalamo. Electrius, a, um, ut Electria tellus, id eſt, Samos: ſortita nomen ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Vale. Flacc. Argo. 2. Tunc tenuis Lemnos, tranſitq; Electria tellus Threiciis arcana ſacris.

ELECTRVM, (ἤλεκτρον) gūmi ſiue lacryma, ſuccinūe creditus eſt ex arboribus pinei generis profluens. A' Latinis Succinum dicitur. Multum laborarunt ueteres ubinā electrū naſceretur. Alijs dicentibus ad Padum fluuium eſſe populos arbores, ex quibus deflueret: alijs credētibus in inſulis quibuſdam maris Adriatici gigni quas idcirco Electridas uocauerunt. Hodie uero notiſſimē eſt electrū, prouenire in inſula maris Germanici, non procul à litore Prutenico, quā Germani ſua lingua Sudauu appellant. Ex cuius inſulæ ſcopulis in mare delapſum, partim Oceani æſtu ad litus eijcitur, partim ruſticorum opera (quibus principes pro ſeruis utuntur) in ipſo mari colligitur: atq; uniuerſum ad principē ordinis refertur, ad quē non exiguū ex quotannis redit uectigal. Neq; tā uerum eſt, ex arboribus defluere, ſed ex ſaxis. Primo aūt cum emanat, liquidum eſt, ſed maris acriſq; frigiditate in eam, quam uidemus, duritiam cōcreſcit. Eſt itaq; Electrū, ſiue ſuccinū, nihil aliud, quā bituminis genus, maris regiōnūq; frigore ex liquida conſiſtentia in duritiā cōmutatum. Ab huius ſimilitudine uoriſimile eſt dictū eſſe quoddā metalli genus, qđ ex parte quadā auri et argenti cōmuſtione conficitur, dicente Pli. lib. 33. ca. 4. Aurū in quo quinta argēti portio eſt, Electrū uocatur. Hoc aūt modo naturale eſt, modo cura efficitur. Quod ſi quintā argenti portionem excedat, incudibus non reſiſtit. Plin. ibidem.

ELECTRYON, (ἠλεκτρυών) Amphitryonis frater, & filius Alcei, ut teſtis eſt Heſiodus in Aſpide.

ELEEMOSYNA, {Elemoſina, limoſina. Bo. Gio. 10. No. 3. Nondimeno le fece limoſina} (ἐλεημοσύνη) munus quod inopi datur: ab ἔλεος, quod miſerationē ſignificat. Quod nomen apud gentiles raro legitur, cum apud Chriſtianos frequētiſſimè inuenatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionem, non lentus in eleemoſynam.

ELEGANS, pen. cor. {Elegante, polito} nomen eſt, non participiū, à uerbo Eligo deductum, ut Cic. lib. 2 1. de Optimo dic. gen. innuere uidetur, cum inquit: Nam ſi ut in epularum apparatu magnificentia recedens, non ſe parcum ſolū, ſed etiam elegantem uideri uolet, eliget quibus utatur: Sunt enim pleræq; aptæ huius ipſius oratoris, de quo loquor, parſimoniæ. Eſt igitur Elegans, idē quod cultus, ornatus, politus, φιλόκαλος, κομψός, καταλελεπτυσμένος. Cic. 2. de Fin. Nemo noſtrum iſtuc generis aſotos iucundè putat uiuere, mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, uenatione, &c. Tere. in Euni. Rego elegan-

elegantem narras. Idem. Cũ ipſum me noris, q̃ elegans formarũ ſpectator fiem. Vbi Donatus: Elegans ſpectator eſt, qui ſit cunctantis & faſtidioſi iudicij, cui nõ quid placet facilè. Cic. 6. Verr. Vide ne ille non ſolũ tẽperantia, ſed & intelligentia te, atq; iſtos, qui ſe elegantes dici uolunt uicerit. Apud antiquos Elegans non honoris, ut hodie, uocabulũ erat, ſed reprehenſionis. Gell. lib. 11. ca. 2. Elegans homo non dicebatur cum laude, ſed id ferè uerbum ad ætatẽ M. Catonis, uitij, non laudis fuit. Cato li. de Moribus, Auaritiã omnia uitia habere putabãt, ſumptuoſus, cupidus, elegans, uitioſus, irritus qui habebatur, is laudabat.

ELEGANTIA, {*Eleganza politezza, nettezza*} (φιλοκαλία, καλλώπισμα) mũdities lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo, ut putatur, dicta. Cic. in Ora. Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modo & munditia remanebit. Idem. 2. de Fin. Contẽnit differendi elegantiam, confuſe loquitur. Idem. 3. de Fin. Agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Hæc tamen apud ueteres, non ad ingenij opera, ſed duntaxat ad nimis amœnum, lautum cultumq; ac uictum applicabatur, nec ſibi uitio erat: unde Elegans ſolùm laudando dicitur, ut Elegans oratio. Eſt n. elegantia orationis uirtus quæ facit, ut unũquodq; uerbum purè, apertèq; dici uideatur. Huius duæ ſunt partes, Latinitas, & Explanatio. Latinitas, quæ ſermonẽ purum ſeruat ab omni uitio: Explanatio eſt quę reddit apertã et dilucidam orationẽ. Ea duabus rebus comparatur. ſ. ut uſitatis uerbis utamur, & proprijs. Vſitata ſunt, quæ uerſantur in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt, quæ, eius rei, de qua loquimur uerba ſunt, aut eſſe poſſunt.

ELEGANTER, aduerbium, {*Elegantemente, politamente*} (κόμψως) politè, & propriè: ut Elegãter diſputare. Cic. 4. Acad. Idẽ. 2. de Fin. Hoc ipſum elegantius poni, meliusq; potuit. Idẽ ad Brutũ: Tibi is exponet, qui et optimè omnia nouit & elegantiſſimè expedire, & deferre ad te poteſt. Cic. Lucelo li. 5. Ad cõſolandum autem cum illa ualent, quæ eleganter, copioſeq; collegiſti.

ELEGIA, pe. p. {*Elegia, uerſo miſerabile*} (ἐλεγεία, ἐλεγεῖον) ſiue Elegeia per quanq; ſyllabas, Latinè ſonans, carmen miſerabile, ab ἐλεεῖν miſereor, q̃ hoc potiſſimum genere carminis miſerabiles hominum ærumnæ, & amoris querimoniæ ſoleant decantari. Vnde etiam à Poetis Lacrymabilis eſt flebilis elegis, perpetuis epithetis appellatur: quãquam poſtea etiam rebus lætis ſeruire didicerit, ut teſtatur Hora. de Arte Poetica: Verſibus, (inquit) impariter iũctis querimonia primũ, poſt & incluſa eſt uoti ſentẽtia cõpos. Ad huius uocis etymologiam non obſcurè alludit Oui. in Epicedio Tibulli his uerſibus: Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos: Ad nimis ex uero nunc tibi nomen erit. Hoc eſt, quẽadmodũ à miſeratione nomen habes, ita miſerabile nacta es argumentum. Ab Elegia fit diminutiuũ Elegidion, ἐλεγίδιον. Perſius Sat. 1. Nõ ſi qua elegidia crudi dictarũt proceres. Itẽ adiectiuũ Elegiacus: ut Elegiacũ carmen: & Elegiographus elegiarũ ſcriptor, qui. ſ. poemata cõſcribit alternis uerſibus hexametris et pẽtametris. Quo in genere poematis primã apud Græcos palmã meritus eſt Callimachus, apud Latinos Oui. Elegia, elegiorum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plau. Merc. Occentent noctu ad oſtium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores. Elegus, a, um, pen. cor. adiectiuum: ut Elegus uerſus, flebilis. Hora. lib. 1. Carm. Ode. 33. Albe, ne doleas plus nimio, memor immitis Glyceræ, neu miſerabiles Decantes elegos.

ELEGVS gi, (ἔλεγος, ἐλεγεῖον) idem quod elegia, ſiue carmẽ elegiacum. Oui. 2. Faſto. Nunc primum uelis elegi maioribus itis.

ELEI, pen. pro. (Ἠλεῖοι) populi in Peloponneſo, Elidem incolentes, clariſſimi propter delubrum Iouis Olympij, ludosq; Olympiacos, quorum præfecturã Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer ſæpe leguntur. Lucan. lib. 1. Quanto clamore iuuatur Eleus ſonipes. Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt, ut annotauit Seruius in illud Verg. 1. Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

ELELEIS, idis, (ἐλελεΐς) mulieres bacchantes, quæ & Thyades, & Mænades dicuntur: ἀπὸ τοῦ ἐλελίζειν, hoc eſt, à uociferando. Oui. 4. Epiſt. Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ, Quæq; ſub Idæo tympana colle mouent.

ELELEVS, per tres ſyllabas (ἐλελεύς) dictus eſt ſol, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἰλεῖσθαι περὶ τὴν γῆν, q̃ æterno circa terram meatu uolui uideatur. Auctor Macrob. lib. 1. Saturna. cap. 17. Eſt etiã Eleleus unum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω uerbo Græco, quod ſignificat uociferari quemadmodum in bello conſueuerunt. Ouid. lib. 4. Meta. ubi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit: Nyctelius q; (inquit) Eleleusq; parens: & Iacchus, & Euan.

ELEMENTA, orũ, {*Elementi* Pet. *Le ſtelle e'l cielo & gli elementi à proua*} (στοιχεῖα) ſunt principia omniũ rerũ, ex quibus reliqua omnia componuntur, et in quę reſoluuntur. Ea à Philoſophis numerantur quatuor, ignis, aer, aqua, & terra. Cic. 2. de Nat. deo. Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aer, aut terra, aut quæ ex ijs componuntur. Idem. 1. Aca. Ergo illi initia, & (ut è Græco uertam) elementa dicuntur e quibus aer & ignis mouendi uim habent, & efficiendi, reliquæ partes accipiendi, & quaſi patiendi. Horum ſimilitudine etiam notas literarum Elementa uocamus, quod ex ijs primum ſyllabæ, deinde ex ſyllabis dictiones conſtituantur. Sicut. n. illa coeuntia omne corpus efficiunt. ſic hæ coniunctæ literalem uocem quaſi corpus aliquod componunt. Inde elementariæ literæ dicuntur, prima literarũ rudimenta. Iulius Capitol. Puer inquit, literis elementarijs & calculo imbutus. Sic lex Moyſi, & omne uetus teſtamentũ, Elemẽtum dicitur ab Apoſtolo. è quibus quaſi ex elementis & religionis exordijs Deum diſcimus. Quo. n. modo elementa (inquit Hieronymus) appellantur literæ per quas ſyllabas ac uerba coniungimus, & ad texendã orationẽ longa meditatione procedimus, utq; ars Muſica habet elementa ſua, & Geometria ab elementis incipit linearũ, & Dialectica atque medicina habent εἰσαγωγὰς ſuas: ſic elementis ueteris teſtamenti, ut ad Euangelicã plenitudinẽ ueniat, ſancti uiri eruditur infantia. Elementarius ſenex, à Seneca dicitur, qui adhuc in primis elemẽtis inſtituitur. Ita. n. ait lib. 5. Epiſt. Turpis et ridicula res eſt elemẽtarius ſenex.

ELENCHVS, chi, {*Argomento*} (ἔλεγχος) Latinè dici poteſt argumentũ, ab ἐλέγχω, argumento. Plerũque tamẽ pro argumẽto ſophiſtico accipit & cauillatorio. Eſt etiã Elẽchus index libri, quẽ uulgo uocamus Tabulã ab ἐλέγχω, quod aliquãdo inueſtigo ſignificat, uel exploro. Iudicis. n. adminiculo inquirimus, quicquid toto opere cõtinet. Sunt & Elenchi margaritæ maiores faſtigiata lõgitudine. Pli. li. 9. c. 35. Et proceriorbus ſua gratia eſt (Elẽchos appellãt) faſtigiata lõgitudine, alabaſtrorũ figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpẽdere & binos & ternos auribus, fœminarũ gloria eſt. Iuue. Sat. 6. Turpe putat nil, Cũ uirides gẽmas collo circũdedit, & cũ Auribus extẽſis magnos cõmiſit elẽchos. Elencticus, a, um, ut Elenctici libri. Quint. lib. 2. c. 6. Sed alij ſunt eius ſermones ad coarguendos, qui cõtra diſputãt, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς uocant: alij ad præcipiendũ, qui δογματικοὶ appellantur.

ELEO, es, {*Macchiare*} (ῥυπαίνω, κηλιδόω) maculo. Lucil. lib. 6. Si hic ueſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnũ ad cachinnum imprudens ſubijcit.

ELEPHAS elephantis, {*Elefante*} (ἐλέφας) & Elephãtus, ti, animal, eſt omnium terreſtrium maximum, Europæ incognitum, niſi ex Aſia aut Africa inuectum, Duos habet dẽtes ſiue potius cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cic. de Senect. Nec nunc equidem uires deſidero adoleſcentis: non plus quàm adoleſcens tauri, aut elephantis deſiderabam. Idem. 2. de Na. deo. Manus etiã data elephantis, quia propter magnitudinẽ corporis difficiles aditus habebant ad paſtum. Idem. 9. Phili. Romani nepotẽ Antiochi elephantos alere prohibuerunt. Poetæ nonnunquã Elephantũ pro ebore poſuerũt, more Græcorũ, qui τῇ ἐλέφαντος appellatione, & beluã, & ebur intelligunt. Ver. lib. 3. Georg. In foribus pugnã ex auro, ſolidoq; elephanto. Elephanti biennio utero grauidi ſunt, nec amplius quàm ſemel gignunt, nec plures quàm ſingulos: uiuunt annos trecẽtos. Hos primũ uidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis: unde & boues Lucas nominauit: quoniã Itali maximã quadrupedẽ, quã haberẽt, uocarent Bouem.

ELEPHANTOZOGRAPHI, (ἐλεφαντοζωγράφοι) à Plutarcho in Periclis uita, uocantur pictores qui ebore pingunt.

ELEPHANTIA, ſiue Elephantiaſis, (ἐλεφαντίασις) morbus eſt, quẽ uulgus Medicorum Leprã uocat: ita tamen ut aliũ eſſe intelligamus a Lepra Græcorum, quæ ſcabiei ſpecies eſt, cutẽ manifeſtis cruſtis obducens. Oritur Elephãtiaſis a ſanguine atræ bilis naturã habente, qui tẽporis proceſſu in profectam atrã bilem conuertitur. Rationem huius nominis referunt ad elephanti naturã, cuius cutis ulceroſis quibuſdam uallibus infeſtatur. Differt a Cancro, quod hic partem corporis depaſcat: Elephantis per totum corpus diffundatur. Pli. lib. 26. auctor eſt, elephantiaſim in Italia ante Cn. Pompeij tempora non fuiſſe.

ELEPHANTIACVS, (ἐλεφαντιῶν, ἐλεφαντιακός) q̃ morbo elephãtię laborat.

ELEPHANTINA, (ἐλεφαντίνη) inſula Nili ſupra Syenen, oppidum habẽs eiuſdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodem ſaxo, in quo Nili incrementa ſolent metiri. Vide Strabonem lib. 17.

ELEPHANTINI libri, apud priſcos fuerunt, in quibus ſenatuſconſulta ſcribebantur, quæ ad principes pertinebant.

ELEPHANTINVS, a, um, p. cor. {*D'Elefante*} (ἐλεφάντινος) nomen poſſeſſiuum: ut Pellis elephantina. Elephantinum emplaſtrum deſcribit Celſus li. 5. cap. 19. ſic dictum, eodem teſte, quod ſit percandidum quaſi eburneum.

ELEPHANTIS, tidis, (ἐλεφαντίς) nomẽ poetę: qui libellos ſcripſit, quibus uaria genera concubitus, uariosq; coeundi modos complexus eſt. Mart. lib. 12. Nec Molles Elephantidis libelli. Eſt etiam Elephantis, Nili inſula infra ultimam eius fluuij cataractam, ubi finis eſt Aegyptiæ nauigationis, Auctor Pli. lib. 5. cap. 9. Strabo Elephantinam appellat.

ELEVO, as, p. c. {*Leuare, alzare*} μετεωρίζω, ἐπαίρω. ſurſum leuo, in altũ tollo, Plau. Cape dũ lapidem hunc atq; eleua. Item rẽ aliquã minuo, extenuo, & uerbis deprimo, ἐκφαυλίζω, ἐξουθενίζω, εὐτελίζω: tractũ à re põderoſa, quę ut ferri poſſit, eleuatur. i. imminuitur. Liu. li. 3. ab urbe. Maior inquit, ſi uana noſtra P. C. auctoritas ad plebem eſt, uos eleuatis eã, quippe quia plebs ſenatuſcõſultũ in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem lib. 28. Q. Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit. i. depreſſit. Quint. lib. 5. Gentium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus. Ad hunc etiam modũ dicimus, Eleuare auctoritatẽ, dignitatem, iudicium, uel teſtimoniũ alicuius, hoc eſt uerbis imminuere & extenuare. Liu. lib. 47. ab urb. Cuius auctoritatẽ, perpetuo uitę tenore partam, toga candida eleuabat.

ELEVS, a, um, pe. pr. (Ἠλεῖος) adiectiuum ab Elide Peloponneſi regione deductum: ut Eleus habitus, apud Pli. lib. 34. c. 8. In mentione ſtatuarum eſt et una non prætereunda, licet auctoris incerti, iuxta roſtra Herculis tunicati, Eleo habitus Romæ, torua facie, ſentienteq; ſuprema in tunica.

ELEVS, untis, ſiue potius Elæus (Ἐλαιοῦς) Stephano oppidũ eſt in Thracia Cherroneſo, non procul à Maſtuſia promontorio. Auctor Pli. lib. 4. cap. 11. Huius incolæ Elæuntij dicuntur, ſiue Elæuſij, ἐλαιούσιοι.

ELEVSA, ſiue potius Elæuſa, (ἐλαιοῦσσα) inſula eſt Ciliciæ adiacens, non procul à Cypro: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

ELEVSIS, (Ἐλευσίς) & Eleuſin, (Ἐλευσίν) ciuitas in Attica prouincia, nõ longe ab Athenis, in qua regnauit Eleuſius, qui cum Cererem filiã quęrẽtẽ liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtẽdit ei oẽ genus agriculturę: filiũ & eius Triptolemũ recens natũ, per noctẽ igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: cũq; grandiuſculus factus eſſet, curru ſuo, quẽ alati trahebãt ſerpentes, impoſitũ per totũ orbem miſit ad uſum frumentorũ hominibus indicandum. Ob cuius beneficij memoriã, Eleuſinæ Cereri ſolennia ſacra inſtituerunt, quæ Theſmophoria appellantur. Huius urbis meminit Strabo lib. 8. his uerbis: Eleuſin ciuitas eſt in Attica, ubi Eleuſinæ Cereris templum extat, et phanum myſticum, quod Ictinus extruxit, turbæ theatralis capaciſſimum.

ELEVSINVS, a, um, adiectiuũ, (Ἐλευσίνιος Stephano) ut, Eleuſina mater. i. Ceres. Ver. 1. Geor. Tardaq; Eleuſinæ matris uoluentia plauſtra.

ELEVSIVS, unde Eleuſis.

ELEVTHERIVS, (ἐλευθέριος) Iouis cognomentum, ab eo impoſitum, q̃ depulſa Medorum dominatione, Græcos libertati reſtituiſſet. Suidas.

ELEVTHERIA, orum, (ἐλευθέρια) ſacra quædã apud Samios, τῷ Ἔρωτι, hoc eſt, Amori deo dedicata. Eleutheria idẽ dicebantur lætiores epulæ, quas ſerui libertate donati celebrabant. Plau. in Perſa. Baſilicè agito eleutheria.

ELEVTHEROS, (ἐλεύθερος) flumẽ eſt iuxta Orthoſiam urbẽ quæ eſt in radice Libani montis. Pli. lib. 9. cap. 10. Teſtudines in Phœnicio mari ultro ueniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.

ELICES, pe. cor. {*Foſſi d'intorno à i campi*} (ὑδρορρόαι) ſulci aquarij, per quos aqua collecta ex agro educitur: ab eliciendo dicti. Col. lib. 2. cap. 8. Sed quamuis tempeſtiuè ſementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebosq; ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices uocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus

ELICIO, is, pen. cor. cui, citum. {*Elicere. Pet. Et parole & ſoſpir anche ne lice*} (ἐξάγω) educo, extraho. Oui. Credibile eſt lacrymas elicuiſſe Deo. Cicer. 1. de Orat. Verbum ex eo nunquam elicere potui de ui ac ratione dicendi.

ELICIVS, Iupiter, in Auentino colebatur, ab eliciendis, & euocandis fulminibus dictus. Ouid. 3. Faſt. Eliciunt coelo te Iuppiter: unde minores. Nūc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.

ELIDO, dis, pen. pro. eliſi, eliſum, {*Fracaſſare, rompere*} (ἐκθλίβω) elſtringo, exprimo, excludo, præfoco, diſſipo, occido. Cic. 3. Tuſc. Atqui ſtirpibus ſunt ęgritudines quàm multæ, quã amaræ, quę ipſo trunco euerſo omnes elidendæ ſunt. Plau. in Rud. Iubeo oculos elidere. Ver. 8. Aen. Vt prima nouercæ Monſtra manu, geminosq; premens eliſerit angues. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæteris oſſibus leonis eſt tanta duritia, ut ignis elidatur, uelut è ſilice. Sue. in Cæſare: Ac ſæpe præ turba eliſi, exanimatiq; ſunt. Ouid. 6. Meta. Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.

ELIGO, gis, pen. cor. {*Eleggere far elettione*} (ἐκλέγω, αἱρέομαι) de quouis numero uel ex quauis multitudine electionē facio, uel ad noſtrum emolumentū, uel ad dignitatem eius, qui eligitur Cic. 4. Acad. Quam potiſſimum ſententiã & diſciplinam melius eliget? Idem 1. Ver. Quoties ille tibi poteſtatē optionēq; facturus ſit, ut eligas utrum uelis. Hinc Electio, ἐκλογή. Cic in Orat. Id autem eſt iudicium electioq; uerborum. Electus. Cice. 1. de Fin. Electis uerbis dictatæ res. Electus, us, ui. Oui. Epiſto. 2. In necis electu parua futura mora eſt. Elector, oris. Ad Heren. lib. 4. Poſtremò in eo uim artificij conſumãt, ut ipſi ab alijs potius eligendi, quàm aliorum boni electores exiſtimentur. Deligo, uero ſignificat ex magis idoneis aliquē legere ad aliquid agendum. Delegit ſibi ſæpe populus Romanus Imperatorem ad bella, ut Pompeium ad Bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, non eligit, ad rem uidelicet bellicam idoneos, & inter eos agit delectum, cum diſpicit quinam rei militari magis ſint accommodi. Et agricola delectum agit inter tauros, quos ſcindendo ſolo, quosq; procreandæ ſoboli deſtinet. At ex multis daretur optio, quem ſibi uellet, eligere, nō deligeret. Ideoq; ſemper ferè dicitur in eodē ſenſu, datur tibi, ſiue offertur optio, & datur tibi ſiue offertur electio. Hinc delectus, a, um, participium, & Delectus, us, nomen. Valla lib. 5, cap. 63.

ELIMINO, as, pen. co. {*Cacciare di caſa, mandar fuori*} (ἐξωθέω, ἐκβάλλω) extra limen ejicio, excludo. Pomponius ad Nonium. Eliminabo extra ædes cōiugē. Ennius Medea: Antiqua herilis fida cuſtos corporis quid ſic extra ędeis eliminatur. Eliminare dicta, dixit Hora. lib. Epiſt. pro enuntiare, quaſi extra limen efferre. Ne (inquit) fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.

ELIMO, as, {*Limare, lauorare con la lima*} (ἐκσμήχω) propriè eſt lima conſicere. Oui. 4. Meta. Extemplo graciles ex ære catenas, Retiaq; & laqueos, quę lumina fallere poſſent, Elimat. Inde per tranſlationem dicimus Elimare opus aliquod pro eo quod eſt ornatè, & abſolutè conficere. Cic. ad Att. lib. 16. Velim ἀκριβῶς aliquod elimes ad me. Accipitur etiam interdum Elimare pro lima abradere. Plin. lib. 34. cap. 18. Alij elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in carninis.

ELINGVIS, gue, {*Senza lingua*} (ἄγλωττος) qui ſine lingua eſt. Itē qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiaſi linguã habeat, ἄφωνος, κωφός. Cic. pro Flac. Conuicit, & elinguē reddidit.

ELINGVO, as, {*Priuare della lingua*} (ἀπογλωττίζω) linguam extraho, ſeu lingua priuo. Plau in Aul. Si Hercle ego te non elinguandam dedero uſque ab radicibus, Impero, auctorq; ſum, ut me cuiuis caſtrandum loces.

ELIQVO, as, pen. co. {*Far liquido*} (τήκω, ἐκτήκω) liquidum facio, ut cum aurum argentum, uel plumbum igni diſſoluimus. Eſt etiam Eliquare, liquidè purgare. Senec. lib. 3. Natu. quæſt. Eſt in Cherſoneſo Rhodiorum fons, qui poſt aliquantum interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatusq; eſt. Inde Eliquamē, quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus: uulgus Salmuriam uocat. Col. lib. 9. cap. 14. Abſtineat q; ferè ab omnibus redolentibus eſculentis: ut ſunt ſalſamēta, et eorum omnia eliquamina. Eliqueſco, is, liquidum fieri. Varr. 1. de Re ruſt. de olea loquēs. Alia ad cibum eligitur, alia ut eliqueſcat, ac non ſolum corpus intus ungat, ſed etiam extrinſecus.

ELIS, (ἦλις) oppidum in Occidentali tractu Peloponēſi, nō procul ab Alpheo fluuio, iuxta quod certamen olympicum celebrari ſolet. Auctor Pli. li. 5. In deſcriptione Achaiæ. Ptolemæus quoq; lib. 3. c. 16. regionem oēm circumiacentem Elidē appellat. Hinc Eleus, a, um, ἠλεῖος. Vergi. lib. 3. Geor. Hic uel ad Elei metas & maxima cāpi Sudabit ſpatia. Item patronymicum fœmininū Elias, adis, ut, Equæ Eliades, quæ apud Elidem certamine curuli palmas merētur, ut annotauit Seruius in illud Ver. 1. Geor. Eliadū palmas Epirus equarū.

ELISA, (ἔλισσα) Beli Phœnicū regis filia, Dido, cognominata, q̧ cōplura ſupra animi muliebris fortitudinē geſſerit. Nã et fratris inſidias fugiens Carthaginē condidit, cumq; à ſuis ciuibus cogeretur Iarbæ nouæ urbi bellum inferenti nubere, morte ſpontanea ſe à ſecundis nuptijs liberauit, ut notat Seruius.

ELIXO, as, {*Leſſare, cuocere à leſſo*} (ἕψω, ἀφέψω) aqua coquo. L. Vall. Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

ELIXVS, a, um, {*Leſſo, aleſſo*} (ἑφθόν) aqua coctum. Elixum (inquit Nonius Marcellus) eſt quicquid aqua mollitur, uel decoquitur. Nam Lixam, aquã ueteres dixerunt: unde & Lixæ dicti ſunt, qui militibus aquã ad caſtra, uel ad tentoria ſolent ferre. Hora 2. Serm. Sat. 2. At ſimul aſſis Miſcueris elixa, ſimul cōchylia turdis. Varro autem per tranſlationē Calceos elixos ſcribit, quaſi madefactos: ut eſt caro quæ elixatur. In pauimento, inquit, non audes facere lacunã: at in humum calceos facis elixos.

ELLEBORINE, teſte Pli. lib. 7. cap. 9. Herba eſt exiguis folijs, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

ELLEBORVM, (ἐλλέβορος) herba ... inſignem purgandi uim habens: quã Latini Veratrū appellant. Eius, duæ ſunt ſpecies Album, & Nigrum. Elleborum album, (ἐλλέβορος λευκός) folia habet plantaginis, aut betæ ſylueſtris, ſed breuiora nigrioraq;, & canalium dorſo rubēta, caulem quincuncialem ferulaceam, bulborum tunicis obuolutū, radicē cæpæ modo multis fibris capillatã, Præſtantiſſimum naſcitur in Anticyra inſula, ubi & tutiſſimè ſumebatur, cerebri purgãdi gratia. Vnde factum eſt, ut quos cerebro minus ſano eſſe uelimus, ſignificare, Anticyram nauigare iubeamus. Elleborū nigrum, (ἐλλέβορος μέλας) Romanis Veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam Melampodia à Melampode quodam ouium paſtore, qui eo Prœtidas furentes legitur perſanaſſe, Folia habet platani, ſed minora, & ſpondylio proxima, pluribus inciſuris, nigrioraq;, & ſubaſpera, caulem ſcabrum, florem ex purpureo candicantem, & uuæ modo racemoſum: ſemen cnici, quod Seſamoides uocatur.

ELLVM, Vide Eccum.

ELLYCHNIVM, {*Stoppino, lucignolo*} (ἐλλύχνιον, θρυαλλίς) dicitur funiculus, ille papyraceus, ſeu ſparteus, cannabinusue, aut ſtupeus, in lychno, qui oleo affuſo lumen præbet. Plin. lib. 23. cap. 4. Et è medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.

ELLOBIA, (ἐλλόβια) genus inaurium (inquit Iul. Pollux) à fibris aurium, quas Græci λοβοὺς uocant.

ELMINTHES, (ἕλμινθες) uermes ex genere lumbricorum, Sunt autem in duplici differentia, teretes, & lati: ut docet Galen. lib. ult. Methodi, cap. ult. Nominatiuus ſingularis eſt Elmis.

ELOCO, as, are, {*Allogare, affittare*} (ἀπομισθόω) eſt pretio aliquid utendum permitto: ut Elocare fundum, eſt certo pretio eius uſum alicui concedere. Ci. 5. Verr. Xenon ad ſe pertinere negabat, fundum elocatum eſſe dicebat. Elocare boues, Col. lib. 1. capi. 7. Et maximè uexant ſerui, qui boues elocant, eoſdemq; & cætera pecora malè paſcunt. Elocare ſeſe curandum. Pli. li. 26. c. 1. Siquidē certū eſt, Manliū Cornutū ex prętorijs legatū Aquitanicę prouincię H-S. CC. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. Elocare funus. Pli. lib. 21. Aſſes ergo contulit populus, & funus elocauit. Elocare filiam, eſt eam uiro tradere.

ELOGIVM, {*Teſtimonio, teſtimonianza*} (ἐλεγεῖον, μαρτυρία) teſtificatio de aliquo honoris uel uituperationis cauſa. Vituperationis, Quin. Nō eſt, iudices, q̧ putetis ideo nullum adiectum ad exhęredationem iuuenis elogium, quo de ſcelere conſtaret. Honoris, Cic. in Cato. Quanta in Attilio Calatino, in quē illud elogium unicum complurimæ conſentiunt gētes, populi primarium fuiſſe uirum. Seneca: Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem hæredem, & adiecit elogium, Quia pudicam comperi. Aliquando accipitur pro ſimplici teſtificatione ſententiæ. Cic. in Cato. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorū, & lacrymis uacare.

ELOCVTIO, (ἑρμηνεία) pars eſt Rhetoricę, quę à Ci. 1. de Inuen. definitur, eſſe idoneorum uerborum ac ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

ELONGO, as, {*Differire, prolongare*} (ἀφίσταμαι) protraho, differo. Plin. Quæ maxime tempore dira elongantur.

ELOPS, (ἔλοψ) piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus, unus omnium ſquamis ad os uerſis contra aquam nando meat: à nonnullis Acipenſer dictus. Pli. lib. 9. cap. 17. Eſt & centauri nomen proprium, apud Oui. 12. Met.

ELOQVENTIA, {*Eloquenza*} (λογιότης) dictio ex omni parte perfecta, totū Rhetoricæ corpus cōtinēs. Cic. in Part. Nihil aliud eſt eloquētia, q̄ copioſè loquēs ſapiētia. Ter. in Eun. Dixi'ne ego in hoc eſſe uobis Atticã eloquentiã?

ELOQVIVM, {*Ragionamento, parlamento*} (λόγιον) modo ſermonem, modo facundiam, modo elogium ſignificat. Plau. Dulci ac blando eloquio, amicã ſolatus. Apul. Platonis eloquio munitus, non nobis ſolis nos natos eſſe. Ouid. 2. de Pon. Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus adſit.

ELOQVOR, pen. cor. {*Parlare apertamente, ragionare*} (ἀποφαίνω, ἀποφθέγγομαι) clarè & apert. proprijsq; uerbis animi ſenſa explico. Quintilianus: Eloquor, cum omnia quæ mente cōceperim, promo, atque ad audientes profero. Verg. Eloquar, an ſileam? Aliquando Eloqui, eſt dicere, (φράζειν) quod proprium eſt Oratoris. Cic. 1. de Ora. Oratoris eſt compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. Hinc eloquentes, (λόγιοι) dicuntur, qui in dicendi ratione perfecti ſunt: unde Antonius apud Ciceronem dicit ſe diſertos uidiſſe plurimos, eloquentem neminem: quaſi dicat, ſe plurimos eximios Oratores uidiſſe, perfectum autem Oratorem, in quo nihil deſideraretur, neminem. Cice. 1. de Orat. Quamobrem mirari deſinamus, quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis: cum ex ijs rebus uniuerſis eloquentia conſtet, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Idem in Orato. ad Brut. Is erit igitur eloquens, qui poterit parua ſubmiſſe, modica temperatè, magna grauiter dicere.

ELORVS, pe. pro (ἔλωρος). Siciliæ urbs eſt, Pachyno promontorio proxima: ita dicta, ab Eloro amne, qui adiacentibus campis ſuperfunditur, ſicut Nilus, in quo piſces cibum è manu capiunt, ut teſtatur Pli. li. 32. cap. 2. De hoc Silius: Sidonios Drepane, atque unda clamoſus Elorus. Verg. lib. 3. Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.

ELOTÆ, (εἱλῶται) ſeu Elotia, (εἱλωτεία) ſua publica appellant mancipia Lacedæmonij: id eſt publicos miniſtros, ut ſunt apparitores, lictores, qui apud Theſſalos dicuntur Peneſtæ.

ELPENOR, pen. pro. (ἐλπήνωρ) nomen comitis Vlyſſis, qui à Circe cū alijs ſocijs in porcum conuerſus fuit: & deinde priſtinæ formę reſtitutus, delapſus de ſcalis ceruicem fregit. Auctor Homer. 10. Odyſſ. Iuuen. Saty. 15. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.

ELPIS, (ἐλπίς) nomen propriū Boethij uxoris: de qua hoc extat Epitaphium.

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
 Quam procul à patria coniugis egit amor.
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora:
 Cumq; uiro ſolum ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito:
 Maiorisq; animæ parte ſuperſtes ero.
Porticibusq; ſacris, iam nunc peregrina quieſco,
 Iudicis æterni teſtificata thronum.
Ne'ue manus buſtum uiolet, ne fortè iugalis,
 Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.

ELVCEO, ces, {*Rilucere, eſſer lucido, manifeſto, apparente*} (ἐκφαίνομαι) lucidum eſſe, & per tranſlationem manifeſtum & apparens. Verg. 4. Geor. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant. Cic. 1. de Diuin. Vt illa tertia pars rationis & mentis elucent animi excellentia in deſpiciendis opibus Cic. 1. Offi.

ELVCESCERE, {*Eſſere chiaro*} παραφαίνεσθαι. ſignificat magis lucidū fieri, Hieronymus: Qđ ut clarius eluceſcat, ſumamus exēplū ab his corporalib. ſēſibus.

ELVCIFICO, as, {*Priuar di luce*} (ζοφόω) luce priuo, quãuis Nonius interpretetur

pretetur lucidare. Laberius apud Gellium lib. 10. cap. 17. Volo elucificare exitū ætatis meę. Inducitur enim diues auarus, popinationem filij deplorans, qui ait, uelle ſe Democriti exemplo luminibus oculorū priuare, ne uideat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum eſt à Laberio confictum, alijsq; omnibus ſcriptoribus inuſitatum ut pleraque alia eiuſdem auctoris.

ELVCTOR, aris, {Vincere à la lotta} idem penè eſt quod luctando uinco, ſupero uel euado. Pli. lib. 34. cap. 10. Tenuiſſima eſt in ipſo ore fornacium, qua flāmæ eluctantur, hoc eſt, ui & quodammodo luctando exeunt. Liu. 4. Bel. Pun. Tenentibusq;, cum tot, ac tam ualidè eluctandæ munus eſſent, ſeſe eripuerūt. Verg. 2. Geor. — Aqua eluctabitur omnis. Locorum difficultates eluctatus. Tacitus in uita Agricolæ. Niues eluctari, Idem lib. 19. Lucan. li. 2. Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas.

ELVCVBRO, as, & Elucubror deponens, {Vegghiare per operar qualche coſa} (Κυκτογραφω) eſt lucubrationibus, hoc eſt, uigilijs, conficio. Cic. ad Atticū lib. 7. Nihil habeo quod ad te ſcribam: quinetiam eam epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.

ELVCVM pen. pro. ueteres languidum, uel allucinatorem, aut nugarum amatorem, ſiue halonem. hoc eſt, heſterno uino languentem uocauerunt. Auctor Varro de lingua Latina lib. 5.

ELVGEO, is, pe p. {Beffare, ingannare} διαπαίζω. manifeſtè derideo, decipio. Cic. 4. Acad. Sed uos ab illo irridemini: & ipſi illum uiciſſim eluditis. Terē. in Eun. Eludet, ubi te uictum ſenſerit. Cic. in Catilin. Quamdiu nos etiam furor iſte tuus eludet?

ELVDO, es, {Laſciare il pianto, deponer le lagrime} lugere deſino, uel luctum depono, expletu tempore iuſti luctus, quod erat apud Romanos totius anni. Vnde matrona apud illos erat infamis, quæ ſecundas inibat nuptias prius q̄ uirū eluxiſſet, hoc eſt, quæ ante expletum annum luctus ſecundo nubebat. Liu. 4. Bel. Maced. Quid aliud in luctu, q̄ purpuram, atq; aurū deponunt? quid aliud cum eluxerunt, ſumunt? Accipitur etiam pro ſimplici Lugeo. Cice. ad Papyrium: Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm mater unicum filium.

ELVINA, dicta eſt Ceres ab Eluio oppido, uel ab Eluide fluuio, in quo colebatur. Iuuen. Sat. 3.

Me quoque ad Eluinam Cererem, ueſtramq; Dianam.

ELVMBVS, & Elumbus, {Dilumbato} (ὑπὸ ψοῶν ...) qui euulſum habet lūbum, uel qui præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt. Per tranſlationem accipitur pro molli & effœminato.

ELVO, is, elui, elutum, {Lauar, purgare lauando} (ἐκπλύνω) ſignificat lauo, ſeu lauando purgo. Oui. 11. Meta. Subde caput, corpusq; ſimul, ſimul elue crimē.

Elutus, participium, uel ex participio nomen, ut, Eluta, & ſiccata uinaria uaſa apud Col. lib. 6. ca. 34. Hora. 2. Serm. Sat. 4. — Irriguo nihil eſt elutius horto.

ELVSCARE, {Far loſco} (πηρῶν τὸν ὀφθαλμόν) eſt luſcum facere, hoc eſt alterius oculi lumine ſpoliare. Apud Iureconſultos ad Legem Aquiliā ſcribitur, Aquilia eum teneri, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

ELVTIA, orum, teſte Pli. lib. 34. cap. 16. Dicuntur metalla auraria, in quibus aqua immiſſa elutis ſordibus metallum oſtendit.

ELVTRIO, as, {Tramutare di uno in un'altra uaſo} (μεταγγίζω) de uaſe in uas transfero, Dicitur & tranſuaſo, ſed rarius. Fortè à Luica, quæ os culei eſt: unde Lurcones, capacis gulæ homines. Pli. lib. 14. c. 17. Sufficiuefactis decies, mox elutriatis, atq; ita macteratis.

ELVVIES, ei, uel Eluuio, onis, {Voragine, inghiottimento} (βάραθρον, ὀρύχωμα) eſt uorago, uel terra aquarum impetu hauſta. Curtius lib. 6. Torrentesq; atq; eluuies iter morabantur. Idē: Ab altera parte uoragines eluuiesq; prę ruptæ ſunt: nec alia pugnandi patebat uia, quàm ut replerentur. Ponitur ēt pro quauis calamitate. Cic. pro Domo ſua. Idcirco tu ad illam labem, atq; eluuiem ciuitatis ſine ſumma ui peruenire potuiſti?

ELVXATVS, {Dislocato} (ἐξαρθρωτής) idē eſt, quod ſimplex Luxatus. Pli. lib. 20. c. 9. Sic ēt fiſtulas eluxatas & tumores reuocari, quæq; diſcuti opus ſit.

ELVXVRIARI, Vide Luxurio.

ELYSIVM, (ἠλύσιον) locus ubi piorum animæ habitant, ἀπὸ τῆς λύσεως, ſolutione. Nam animæ poſt ſolutionem uinculi corporei deueniūt ad Elyſios cāpos. Verg. 5. Aene. Sed Amœna piorum Concilia, Elyſiumq; colo. Sunt & Elyſii campi in Bœotia circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quibus ſenſiſſe uidetur. Verg. lib. 1. Geor. Cum ait: Quamuis Elyſios miratur Græcia cāpos.

ELYMAIS, idis, (ἐλυμαΐς) regio eſt ad ſinū Perſicum, ab ipſa Perſide Oroatis flumine diſcreta. Auctor Pli. lib. 6. cap. 25.

E ANTE M.

EMACIO, as, are, {Smagrare, dimagrare} (ἰσχναίνω) macrum, ſiue aridum reddo. Colum. libr. 2. cap. 14. Sed ex omnibus, quæ retuli, ſeminibus, idem Saſerna putat alijs iuuari & ſtercorari agros, alijs cultus peruri & emaciari. Hinc Emaciatus, participium. ut Emaciatæ uites, apud Col. lib. 2. cap. 10.

EMACROR, pen. corr. {Diuenir magra} (ἰσχναίνεσθαι) extenuari, macrum fieri. Pli. lib. 18. ca. 10. Terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

EMACVLO, as, {Leuar le macchie} (ἀμόργνυμι) eſt maculas auferre. Plin. lib. 21. cap. 19. de narciſſo herba Nigras uitiligines emaculat.

EMANCIPO, as, pen. cor. {Emancipare, liberare} (ἐκτοιῶ) eſt eū, quem in poteſtate habeo, ſui iuris efficio, quaſi extra mancipium, hoc eſt, extra dominium meum pono. Vnde pater dicitur Emācipare filium, cum eum paterno iure liberat, & ſui iuris efficit. Quod quibus modis fieri ſoleat, uide Inſtit. de Adop. et emancip. Pli. epiſt. 67. Regulus filium amiſit, hoc uno malo indignus quod neſcio an malum putet: erat puer acris ingenij, ſed ambigui, qui tamē poſſet recta ſectari, ſi patrē non referret, hunc Regulus emancipauit, ut hæres matris exiſteret. Liberos proprie Emancipari, ſeruos Manumitti dicimus. Inde Emancipati, (ἐκποίητοι) intelligūtur, qui ex patris iure exceſſerūt, et ſui iuris facti ſunt. Qui autē eos ex mancipio ſuo emittunt, Emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Feſtus) duobus modis intelligūtur, aut ij, qui ex patris iure exierūt: aut ij, qui aliorum ſiunt dominij: quorum utrunq; fit emancipatione. Emancipare ſe alicui, ſiue (ut ueteres loquebantur) emancupare: eſt ſe totum alicui tradere & ueluti in mancipium, hoc eſt, dominiū illius transferre. Plau. in Bacch. Nāe mulier tibi me emancupo: tuus ſum, tibi do operam. Hinc emancipatum alicui dicimus, qui alterius domino imperioq; ſubiectus eſt, & in ius mancipiumq; eius eſt tranſcriptus: quanquam etiam per tranſlationem latius accipitur pro eo qui quouis modo alteri obnoxius eſt & addictus. Cic. in Catone. Ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuū retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi uſq; ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos. Horat. Epod. Romanus (eheu poſterū negabitis) Emancipatus fœminæ Fert uallum & arma miles. Emancipatus ad omne facinus. Apul. lib. 10. Aſſumpto ſtatim nequiſſimo, & ad omne facinus emancipato quoquam dotali ſeruulo, perfidiæ ſuæ conſilia communicat. Emancipare agrum, eſt alienare, & è mancipio. i. dominio, & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendū tradere, ita tamen ut inde ad nos ſingulis annis redeat prouentus. Pli. li. 7. epiſt. Nā pro quingentis milibus nummum, quæ in alimenta ingenuorū ingenuarumq; promiſerā, agrum ex meis longè pluris actori publico emancipaui: eundemq; uectigali impoſitu recepi. Vbi Pli. Emācipare, non pro uendere poſuit, ſed pro alienare: cum enim uellet uectigal publice donare in alimenta puerorū, (id eſt, rentā conſtituere, ut uerbis uulgi loquar) fundum ſuum imaginaria uenditione Reipublicæ donauit, & ſubinde uectigalē recepit. Ex Budæo.

EMANEO, uerbū eſt militare. Proprie. n. dicuntur emanere milites, qui diutius ſint legitimo Imperatoris commeatu abſunt à caſtris. Modeſt. l. deſertoeē. Digeſt. de Re milit. Is qui in exploratione emanet hoſtibus inſiſtentibus, aut qui à foſſa tunc recedit, capite puniendus eſt. Inde Emanſor, de quo infra.

EMANO, as, pe. pr. {Vſcire, zampillare} (ἀπορρέω, ἐκρέω) extra mano, effluo, uel emittor. Col lib. 5. Et ſale cū adipe defricatur, dū ſaniei uis emanet. Pl. lib. 20. c. 6. Et in angulo oculi perpetim, humor emanans. Interdū ēt actiue ponitur pro emitto. Idem lib. 23. ca. 3. Vlcis & ſaniem emanantibus. i. emittentibus, ſiue expurantibus. Emanare res aliqua dicitur, cum reſcitur, & ſpargitur in uulgus. Liu. lib. 9. Bell. Pun. Periculum erat, ne uera eo ipſo quod celerētur, ſua ſponte magis emanarent. Emanare in uel ad uulgus, ἐκφορον καὶ ἔκπυστον γίνεσθαι. Cic. pro Roſ. Amer. Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquā tamē ſimiliter oratio mea exire, atque in uulgus emanare poterit.

EMANSOR, proprie (ut inquit Modeſtinus. l. i § deſertorē. ff. de re mil.) dicitur miles, qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abeſt a caſtris. Deſertor autem, qui per tempus longum uagatus reducitur. Erroneus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit.

EMARCEO, es, à quo Emarceſco, unde Marceo.

EMARCVM teſte Col. li. 3. ca. 1. eſt genus uuæ à Gallis ſic appellatæ.

EMARGINO, nas, pen. cor. {Scroſtrare} ſignificat cruſtas & pululłos, et margines ulcerum adimo. Pl. li. 28. cap. 9. Item equarum, præterquā uirginum, erodit, emarginat ulcera.

EMASCVLO, as, caſtro, {Caſtrare} (ἐκτομίζω) & uirilitatem aufero. Seruius ait, apud quoſdam populos ſacerdotes ſolitos ſe quibuſdam herbis emaſculare, ut Venerem arcerent, & coire non poſſent.

EMATH, nomen fuit duarū Syriæ urbium: quarū maior, Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde ēt hodie proficiſcētibus in Meſopotamiā prima manſio Emas dicitur, corrupto quidem uocabulo, ſed priſtini nominis ueſtigia retinēt. Hemath uero in principio aſpiratum, regio Allophylorum eſt.

EMATHIA, (ἠμαθία in Stephano, & Suidæ) nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, poſtea Macedonia appellata: ita dicta) ut quidā exiſtimāt) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tuhoni & Auroræ filij. Pli. li. 4. c. 10. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondamq; terrarū imperio, Emathia ante dicta. Poetæ Emathiā aliquādo uſurpant pro Theſſalia, ſuo quodā iure uicinorū locorum appellationes confundentes. Ver. 1. Geor. Nō fuit indignū ſuperi, bis ſanguine noſtro Emathiā, & latos Hęmi pingueſcere campos? Luc. lib. 1. Bella per Emathios plus q̄ ciuilia campos. Hoc eſt, per campos Pharſalicos, qui in Theſſalia ſunt, teſte Pli. lib. 4. ca. 8.

EMATVRESCO, is, ere, {Diuenir maturo} (ἐκπεπαίνεσθαι) maturum fieri. Pli. lib. 25. exp. 4. Nonnunquam ante candidum ruſcicit, ſi non ematuruit, improbaturq;. Ouid. 2. Triſt. Atque ea ſic lapſa eſt, ut ſurgere, ſi modo Leſi Ematuruerit Cæſaris ira, queat.

EMAX, gen. communis, {Facile à comperare} (ὠνητικός) qui uel quæ facile inclinatur ad emendum. Ci. in Parad. Non eſſe cupidum pecuniæ, non eſſe macem, uectigal eſt. Hinc Emacitas, (τὸ ὠνητικόν) facilitas et inclinatio uoltūaria emendi. Col. lib. 5. Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipijs cura: de tuendis nulla cura tangit. Pli. Epiſt. 51. Erat φιλώνηλος uſque ad emacitatis reprehenſionem.

EMBAMMA, atis, {Guazzetto, ſapore} (ἔμβαμμα) condimentum, quod ad cōdienda obſonia fit. Col. libr. 12. cap. 55. Hoc ſinapi ad embammata, non ſolū idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris. Quidam Embāmata intelligunt immerſiones quando intingimus uel panem uel obſonium in uaſculis repletis re liquida: a Græco ἐμβάπτειν fieri uidetur, quod eſt immergere, intingere. Vnde & Latine Intinctus, dicuntur. Vulgus Italorum Sapores uocat, quibus etiā hodie ad irritandā gulam utimur. Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 9.

EMBATAS, naues, qdā putāt appellari, quę ſolis uectoribus trāſciēdis ſunt deſtinatę, citātes locū Vlpiani ex Lege. 1. de exercit. act. ubi ſic legunt: Quędā. n. naues onerarię. quędā, (ut ipſi dicunt) embatę ſunt. quo tū in loco caſtigatiora exēplaria ἐπιβάδας, aut certè ἐπιβατίδας, nō embatę, legēdum oſtendunt.

EMBLEMATA, {Opra di muſaico opra intarſiata} (ἐμβλήματα) dicuntur opera elegantiora, ex teſſelis, ſegmentisq; ita coagmentatis ut rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictā repræſentent: cuiuſmodi ſunt, quę in parietibus camerisq; Muſiuata, ſiue Vermiculata, in pauimētis Teſſellata, in lignis Segmētata dicunt. Dicta Emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, hoc eſt, ab inferendo: eò qđ ex teſſellis, ſiue ſegmētis inſititijs cōſtaret. Budęus in Annotatiōibus, Emblemata, inquit, uermiculatum opus ſignificant, ex teſſellis inſititijs aptatū atq; cōſeruatum. Inde illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidij oratiōe: Nullum niſi loco poſitum, et tanquam in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) ſtructum uerbū uideres. Et in oratore perfecto de collocatiōe uerborum loquēs, ex Lucilio: quàm lepidè λέξεις compoſtę, ut teſſerulę oēs Arte, pauimento atque emblemate uermiculato, λέξεις, inquit. i. dictiones, in oratiōe tam lepidè cōpoſitę, q̄ in uermiculatis operibus teſſellæ, quæ etiam in pauimētis tāta arte coagmentabantur, ut rerū animaliumq; effigie referrent, teſte Pli. li. 35. Huiuſmodi

pauimentum pulcherrimum etiam hodie uiſitur in æde Senenſi. Emblemata etiam in uaſis argenteis, aut eiuſq;, & Corinthijs ornamēta erant apud antiquos exemptilia, cum libitum erat. cuiuſmodi ætas iſta non nouit, ut arbitror. Id autem ex Marco Tullio intelligi facile poteſt in Verrem Actione quinta: in qua Verrem Siciliæ prætorem refert Haluntinos uaſa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum aceruum conferre coegiſſe: quo facto, Verrem ex omnibus uaſculis emblemata. i. pretioſiſſimam partem, reuelliſſe, ita ut Halūtini domū pura, nudaq; uaſa referrent. i. emblematis abſterſis: & toreumata. i. cælaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudētiſſimo latrocinio: propter quod factum Verrem per paronomaſiā Euerriculum appellat. Verba Ciceroniana hæc ſunt, Vaſa aūt ad Verrem deferuntur. Cybiatæ fratres uocantur, pauca improbant: quæ probarent, ijs cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excuſſis delicijs cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquam iudices huiuſmodi euerriculū in illa prouincia fuit? Et paulò poſt: Tum illa ex turibulis et patellis, quę uellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illā rem nata eſſe diceres. Qm̄ uerò emblema, inſertū quid, & inſitum ſignificat, iniunctum. ideo factū eſt, ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabij lib. 2. Inſtitutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit, adeò manifeſtū eſt ad forenſes actiones pertinere, ut quidā nec ignobiles in officijs ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæq; diligentiſſimè mandatos in promptu habuerit, ut quoties eſſet occaſio, extēporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad uerbum deſcripta ſunt ex Anno Budæi in Pandectas.

EMBOLIVM, lij, {*Argomento, introito della comedia*} (ἐμβόλιον) à ueteribus dicebatur argumentū & ingreſſus ſcenicus, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, qđ præter alia ſignificat ingredior. Hmōi fuit illud argumētum de Paſiphae à tauro compreſſa, quod Domitiani temporibus in ſcena repræſentatum fuit, ut teſtat̄ Martialis his uerſibus: Iunctam Paſiphaen Dictæo credite tauro, Vidimus accepit fabula priſca fidem. Cic. ad Att. Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio: Ex te igitur Scaure potiſſimum quæro, qui ludos apparatiſſimos, magnificentiſſimosq; feciſti, cur ille ipſe maximè ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor & acroama, qui omnia ſororis embolia nouit, qui in cœtu mulierū pro pſaltria adducitur, nec tuos ludos aſpexit in illo ardenti tribunatu ſuo? Ergo ſaltatores & pſaltrias quos introduci ſolitos in ſcenam, Polybius Athenæusq; teſtantur, & alia ridiculorum genera Embolia dici poſſunt: qualia complura in ſcenam introducta feruntur, à L. Antio, ludis illis, quos maximos fecit, capto cū liberis Gentio Illyriorum rege. Fibula etiam rotarum axibus firmandis immiſſi ſolita, quam ruſtici Clauiculam appellant, Græce nomen habet Embolium.

EMBOLISMVS, mi, (ἐμβολισμός) dicitur intercalatio, quæ fieri ſolet, ut annorum ratio cum Solis curſu conueniret. ἐμβόλιμος uero, atq; etiam ἐμβολιμαῖος, Latine intercalaris & inſititius dicitur. Intercalare enim interſerere eſt, teſte Macrob lib. 1. Saturn. Vnde etiam menſis Februarius intercalaris dicit̄, q̄ ei nouus dies interſeratur.

EMBRYO, onis, uel Embriō, brij (ἐμβρύον, ἢ ἐμβρύος) fœtus eſt in utero cōceptus, antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat: quod ferè ſolet accidere circa quadrageſimum ſecundum à conceptu diē, quo tempore & anima illi infundi creditur. Hunc. n. in procreatione hominis ordinē eſſe uolunt, ut ſex primis à conceptu diebus ſemen in utero cōceptum lacti ſimile exiſtat: nouem proximis in ſanguinem uertatur: duodecim deinde alijs in carnem. poſtremo quindecim alijs ſpeciei ſuæ lineamēta omnia acquirat, ijsq; expletis anima rationali animetur. Itaq; uſq; ad quadrageſimū ſecūdū diē propriè Embryo dicitur, παρὰ τὸ ἐμβρύειν, hoc ē, ab eo qđ intus in utero alat, nō ſecus ac fructus à ſua arbore.

EMEDVLLO, as, {*Leuar la medulla*} (ἀπομυελόω) medullam eximo. Plin. de limonio: Item alarū graueolentiam emendat radicis emedullatæ uncia, in uini Falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. Plau. Narra iam rem nobis atque emedulla.

EMENDICO, cas, pen. produ {*Mendicare, domandare come fanno i mendici*} ἐρανίζω, ἀμφιπτωχεύω. ſignificat more mendicantium aliquid peto. Sueto. in Cæſare: In Hiſpania à proconſule & à ſocijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni. Inde Emendicata ſuffragia dicunt, quę alibi ēt Corrogata uocari diximus: q̄ ſ. abiectis & humilibus precibus extorquent̄. l. ſinguli. C. de Accuſa. Singuli, uniuerſiq; iudices cognoſcant, in pluribus criminibus non oportere emendicatis ſuffragijs decretorum, aut relationibus à publicis perſonis deſtinandis credere. Honos emendicatus. l. i. C. ubi quis de curiali uel coh. Penitusq; emendicati honoris præſcriptione ſubmota à iudice, &c.

EMENDO, aa, {*Emendare, correggere*} (ἐπανορθόω) corrigo, quaſi à menda purgo. Cic. ad Att. lib. 2. Ita rurſus remittit, ut me roget, ut annales ſuos emendē, & edam. Hinc Emendatus participium idem quod caſtigatus. Vnde mores emendati dicuntur a Ci. de Ami. His ergo finibus utendum arbitror, ut cū emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum & uoluntatum ſine ulla exceptione cōmunitas. Emendator, oris, (ἐπανορθωτής) caſtigator. Cic. pro Corn. Bal. O' præclarum interpretē iuris, auctorē antiquitatis, correctorē, atq; emendatorem noſtræ ciuitatis. Emendatrix, fœm ge. Ci. 1. de Leg. Qm̄ uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; uirtutum. Emendatio, onis, ἐπανόρθωσις. Ci. 4. de Fin. Hęc uidelicet eſt correctio Philoſophiæ ueteris, & emendatio. Emendatè, aduerbiū. Cic. de opt. gen. Ora. Nam quoniam eloquentia conſtat ex uerbis, & ſententijs, perficiendū eſt, ut purè & emendatè loquentes, quod eſt Latine, uerborum præterea & proprioru̅ & tranſlatorum elegantiam perſequamur.

EMENTIOR, {*Mentire, dir bugie*} (ψευδολογέω) pene idē eſt quod ſimplex Mentior, hoc eſt, mendacium aliquot effingere. Cic. in partit. Alij ementita ſunt in eos, quos oderant. Accipit̄ etiam non ineleganter pro ſimulare, uel falsò aliquid exprimere, προσποιοῦμαι. Cice. pro domo ſua: Quid deſperatius, qui ne ementiendo quidē potueris auctorē adumbrare meliorē? Ouid. 5. Met. At Nileus, qui ſe genitū ſeptemplici Nilo emētitus erat. Sic dicimus Ementiri uocē, uel manū alicuius pro aſſimulare & effingere. Emētiri auctoritatē alicuius ordinis. Ci. pro domo ſua: Satis'ne tibi uidetur à ſenatu iudicatū, me non mō uō emētitū eſſe auctoritatē eius ordinis, ſed ēt &c. Ementiens, partic. Cic. 1. de Diui. Videamus hæc ſigna nunquā ferè mentientia. Ementitus, partic. Cic. 3. Tuſ. Ita ſit ſenſim cogitantibus, ut quantum ſit ementita opinio appareat.

EMEREO, res, emerui, {*Meritare*} idē quod emereor: et tā in bonā, q̄ in malam partem accipitur. Plau. Aul. Quid ego emerui adoleſcens mali, Quamobrem ita faceres? Proper. lib. 4. Eleg. Et tamen emeruit generoſos ueſtis honores.

EMEREOR, reris, emeritus, {*Meritare. Pet. S'honesto amor può meritar perdono*} (ἀμείβομαι, μισθοφορῶ, ἀφίσμαι, καταλλάττομαι, περιποιοῦμαι) idē qđ ſimplex Mereor. Lact. lib. 4. Etenim cum conſtet homo ex carne & ſpiritu, & oporteat ſpiritum iuſtitiæ operibus emereri ut fiat æternus. Vnde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eaq; abſoluti uocationem iam habent (οἱ πάσας τὰς νομίμους στρατείας πεπληρωκότες, μισθοφορίαν πεπαυμένοι, ἀποταξάμενοι) Luc. lib. 1. Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noſter ueteranus aret? quæ mœnia feſſis? Emerita arma. i. uictricia, & finem belli imponentia. Ouid. 4. Triſt. Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis. Emeritum ſtipendium, paſſiuè dicitur (inquit Budæus) quod peractum eſt, cū iam milites miſſionē, ut ueteram, impetrauerūt. Emeritos boues, Vergilius per tranſlationē appellat, pro defeſſis, & opere ac labore ſolutis. Emeriti ſenes uocantur, à Valerio lib. 5. qui ſolent habere alios, qui pro ſe laborent: ijq; dicuntur pro alio opus agere. Emeritæ apes Pli. lib. 11. cap. 11. Sunt autē fuci, ſine aculeo imperfectæ apes, nouiſſimæq; a feſſis & iam emeritis inchoatæ. Emeriti anni, id eſt iam effecti Mart. lib 7. Emeritos Muſis & Phœbo tradidit annos. Emerita, orum, pro commodis militum ueteranorum. Modeſt. in. l. deſertorem. Dige. de Re militari. Et ſi expleto tempore militiæ redeat, ut ueteranus accipietur, & emeritis accipiet.

EMERGO, is, {*Sorgere*} (ἀναδύομαι) contrariam habet, ſuo ſimplici ſignificationem. Propriè. n. Emergere dicitur, qui ſubter aquam merſus, rurſus in lucem redit: quemadmodum urinatores facere conſueuerunt. Ci. 2. de Nat. Deo. Legi ēt ſcriptum eſſe, auem quandam quæ Platalea nominaretur, eam ſibi cibū quęrere aduolantem ad eas aues, quæ ſe in mari mergerent: quæ cum emerſiſſent, piſcēq; cepiſſent, uſq; eo premere eorū capita morſicus &c. Accipitur ēt Emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionē uenire: ut in trita illa ſententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro eo quod eſt, expedire ſe à morbo aut calamitate. Liu. 5. Bel Pun. Emerſura uirtus ex omni ſæuitia fortunæ. Cic. pro Cluen. Hoc modo iudices ſæpe multorū improbitate depreſſa ueritas emergit, & innocentiæ defenſio interclusa reſpirat. Emergi, impersonale. Ter. Adel. Tot res repentè circumuallant, unde emergi non poteſt.

EMETIOR, tiris, emenſus ſum, {*Misurare*} (διαμετρέω) idem quod metiri ſignificat. Hinc Emetiri iter, per tranſlationem pro conficere iter, & Emetiri labores, quod alio modo dicimus Exantlare, uel Deuorare labores. Liu. li. 5. Bel. Punici: Et inde una nocte ignaris hoſtibus, et ob id quietis, aliquantū emenſus eſt, iter. Cic. de Cla. Ora. Ego autem uoluntatem tibi profectò emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe uideor, idq; ut ignoſcas peto. Emenſus, paſſiuè Liu. 1. Bel. Pun. Poſtquam multo maiorem partem itineris emenſam cernant. Ver. 1. Geor. Emenſo cum iam decedet olympo.

EMERITA Auguſta (ἠμερίτα) Hiſpaniæ oppidum eſt, ad Luſitaniam ſpectans. Vulgo Merida. Eſt hæc urbs cocco celebris, quod eſt rubeum granum, cuius ſucco uellera tinguntur, Tyrio ſplendori neutiquam cedentia, ut Plin. ſcribit lib. 9. cap. 41.

EMETO, tis, pen. co (θερίζω, ἀμάω) idem quod ſimplex Meto. Hora. in Epiſt. Emetit Orcus Grandia cum paruis, non exorabilis auro.

EMICO, as, pen. cor. {*Risplendere*} (διαλάμπω) effulgeo, reſplendeo, Plau. Ex oculis quaſi radij emicant ſolis. Emicare, extra ſalire, exilire, ſubito apparere. Ver. 6. Aen. Iuuenum manus emicat ardens Littus in Heſperium. Pli. lib. 11. cap. 37. Cecinæ Volaterano dracones emicuiſſe de extis læto prodigio traditur.

Emicare in iugum, pro attollere ſeſe, & erigere. Col. lib. 4. capi. 20. Nā quæ uel infirma, uel breuis eſt, ad duas gemmas recidenda eſt, cum uehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in iugū. Emicare, pro excellere, ἐξέχειν. Pli. lib. 35. cap. 11. Poſt eum emicuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius. Pix omnibus emicat Niſus, Verg. 5. Aene.

EMIGRO, as, pen. cor. {*Andar ad habitar altroue*} (μετοικέω) idem quod migro, Valla auctore. Ci. 4. Verr. Ex illa domo ſic emigrabat, ut &c. Emigrare e uita, (μεταλλάττειν τὸν βίον) eſt mori Ci. 2. de leg. Nulla eſt enim perſona, quæ ad uicem eius qui è uita emigrauerit, propius accedat.

EMINEO, nes, pen. cor. nui, {*Soprastare*} (προκύπτω, ὑπερκύπτω) excello: ab E, præpoſitione, & uerbo Maneo. Plin. lib. 16. ca. 31. Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit. Cæſar Belli Ciui. libro. 2. Ita ut capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur, ne quid emineret, ubi ignis hoſtiū adhæreſceret. Interdum adiunctam habet præpoſitionem e, uel ex. Cicer. Tuſculan. 1. Globus terræ eminens è mari. Nonnunquam præpoſitionem Extra. Plin. libro. 17. ca. 21. Et in fico quidem dodrantalis paulò ſolo patefacto ferātur ſic, ut deſcendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. Interdum præpoſitionem Per. Liu. Eminet ferrum per coſtas. Per tranſlationem pro excellere aut conſpicuum eſſe, ἐξέχειν. Cicero. 3. Verr. Tota ex ore crudelitas eminebat. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecellit. Cic. in Orat. In quo tantū abeſt, ut noſtra miremur, ut uſque eo difficiles, ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas: ita ſunt auidę, & capaces, & ſemper aliquid immenſum infinitumq; deſiderāt. Ex his omnibus ſatis, ut opinor, apparet, Eminere de omnibus ſiue perſonis, ſiue rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expoſitam, idq; commode transferri poſſe ad quaſcunque res reliquis excellentiores. Vnde Eminens, nomen ex participio. Cæſ. Bell. Ciui. 2. Has trabes paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietum erant, effecerunt. Cicero. Tuſculan. 3. Eminens effigies uirtutis. Eminentia, (ἐξοχή) excellentia. Cicero de Nat. 2. Nam ſi tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ullam ſoliditatem, nec eminentiam, quid intereſt utrum de hippocentauro, an de Deo cogitemus?

EMINOR, pe. cor. eminaris, {*Minacciare*} (ἀπειλέω) idem quod minari. Pla. Cap. Eminor, interminorq; ne quis obſtiterit obuiam. Vnde Eminatio uerbale, ἀπειλαί. Ibidem. Denti legos omnes mortales faciam, quęq; offēdero. A E G. Quæ illæc eminatio eſt? an ſe quęo mirari ſatis?

Eminulus,

EMINVLVS, penul. co. {*Poco eminente, non troppo alto*} (ὑπερανεστηκώς) parum eminens. Varr. lib. 2. cap. 5. Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſub criſpam, compactis cruribus, potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, diſtantibus inter ſe.

EMINVS, penu. corr. {*Da lungi*} (πόῤῥωθεν, μακρόθεν) ſignificat à longinquo loco, & differt à longe: quod non rectè dixeris, Eminus habito, ut Longe habito: ſed bene: Eminus iaculor. Importat enim Eminus tacitum quendam motum de loco. Cæſ. lib. 1. Belli Ciuilis: Sic quotidie utrinque eminus fundis, ſagittis, reliquiſque telis pugnabatur. Similiter Cominus (ἐγγύθεν, συσταδὸν) à loco propinquo, non in loco propinquo, neque prope: ut Cominus te percutiam, nô Cominus ſedo. Valla in Rauden.

EMISSARIVM, {*Condotto d'acqua*} (διῶρυξ) locus per quem aqua è lacu aut ſtagno emittitur. Ci. ad Tironem. Helico nequiſſimus H-S. M. dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla caſa.

EMISSARIVS, rij, {*Spia*} (προκατάσκοπος) qui antè exercitum emittitur, uel ad explorandum, ὁ πρὸ κατασκοπὴν πεμπόμενος uel ad prælium laceſſendû, (προαγγελεὺς) uel qui dominum circumſtat ut eius iuſſo obtemperet, et præſto eſt, ut emitti poſſit. Emiſſarius etiam à probatiſſimis auctoribus appellatus, calumniator ſubmiſſus, & ſubornatus ab inimicis. Cic. Mario: Perſuaſeratque nonnullis inuidis meis, in me emiſſarium ſemper fore. Item furtorû conciliator (ſicut Aſconius docet) qui ſcilicet emittitur, ut exploret res furto opportunas. Cic. 3. Verr. Turpio quidam iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum teterrimus. Emiſſarius item uocatur equus, aries, & huiuſmodi, qui emiſſus ſit in ſolitudinê, uel qui ad generandam ſobolem emittitur. Sed uidetur ratio uelle, ut dicatur Admiſſarius, (ὀχευτὴς) quod ad ſobolem procreandam, fœminæ adiungatur. Vnde Admiſſura, (ὀχεία) quando mares brutorum ad fœminas admittuntur. Plin. Emiſſarium appellat palmitê, qui emiſſus ex deputatione inſertur uinis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic enim lib. 17. cap. 23. ſcribit: Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis, & emiſſario uno, qui ſubeat uſque quò placuerit.

EMISSITIVS, a, um, {*Spia, ſpione*} (κατασκοπικὸς, προσκοπικὸς) qui ad explorandum emittitur. Et oculi emiſſitij, extra educti, & foras porrecti. Plau. in Aul. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras, Circûſpectatrix cû oculis emiſſitijs.

EMITTO, tis, emiſi, emiſſum, {*Mandar fuori*} (ἐκπέμπω, προΐημι, ἀφίημι) foras mitto. Cic. 3. Catil. Vt abs te non emiſſus ex urbe, ſed in urbem immiſſus uideatur. Emittere aquam ex piſcina, uel lacu. Cic. Att. lib. 4. Lacus Velinus à M. Curio emiſſus. Varij præterea ſunt uerbi huius uſus, qui ſubiectis patebût exêplis. Plau. in Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circûfert ſe, obſtipat uertecem. Auctor ad Heren. 4. Quid ſi nunc hæc urbs inuictiſſima uocê emittat nô hoc pacto loquatur? Idem de Diuin. lib. 2. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Sic etiam Emittere arcu ſagittas, aut tela. Pli. lib. 9. ca. 8. de Delphinis: Nam cùm fame confecti, fugientem in uada ima perſecuti piſcem, diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi ad reſpirandû emicant, tantaque ui exiliunt, ut pleriſque uela nauium tranſuolent. Idem li. 10 ca. 33. de hirundinibus: Notabili mundicia egerunt excrementa pullorû, adultioreſque circumagi docent, & foris ſaturitatem emittere. i. uentrem purgare. Admittit quoque & præpoſitionem. Cic. pro Planc. Emiſſus aliquis è carcere. Et li. 2. Epiſt. ad Att. Emittat ad me Publius, qui obſignent. Cæſ. Bel. Ciu. 1. Emittunt uectû per uallû. Liu. 4. Bel. Pun. Primos equites clamore ſublato in hoſtê emiſit.

Emittere manu aliquê, pro manumittere, & libertate donare, ἀφιέναι. Plau. in Cap. Non erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Ter. Adelph. Haud dubium eſt, quin emitti æquum ſiet. i. liberum fieri. Ponitur ết aliquando pro manifeſtare, edere. ἐκδιδόναι. Cic. Fam. lib. 7. Epiſt. ult. Vt etiam ſiquando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus. Emiſſio, onis. Cice. 2. Tuſc. Vt enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorû eò grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta uehementius.

EMMANVEL, Hebraica dictio: quam ſi interpreteris, nobis ſonat, Nobiſcû Deus.

EMMAVS, mai, Plinio, ſiue Emmaus, untis, (Ἐμμαοῦς Ptolemæo) caſtellû ſiue oppidum Palæſtinæ, alio nomine Nicopolis appellatû, ubi Chriſtus à duobus diſcipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. lib. 5. cap. 14. Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam Emmaum.

EMODVLOR, (μελῳδέω) idem eſt quod Modulor ſimplex. Ouid. lib. 1. Amor. Muſa per undenos emodulanda pedes.

EMO, emis, emi, emptû, {*Comperare*} (ὠνέομαι, ἀγοράζω) pecunijs, uel gratia aut præmio, uel alio quouis modo aliquid mihi comparo: conſtituiturque cû ablatiuo, uel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiuſmodi. Cic. lib. 3. Offi. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius uoluit. Gel. Libros plurimos ære paruo emi. Emptus, partic. Horat. 1. Epiſt. Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas. Emptio, onis ὠνή. Cic. Att. lib. 12. Quid Cæſar? tres habet conditiones, aut emptiones ob haſtâ &c. Emptor, oris, ὠνητὴς, qui emit. Cic. 3. Offi. Nequid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret. Eius côpoſita ſunt, Abemo, Adimo, Cœmo, ſimul emo, uel ea omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habêt penultimam correptam. Itê frequentatiuum Emptitare, de quo mox & Empſitare apud Plau. in Caſ. non ego iſtud uerbum titiuillitio empſitê, quamquam alij hoc in loco legant Emptitê. Item Empturire, quod eſt cupere emere, Var. in Proœ. li. 2. Propterea quod te empturientem in campos macros adducunt crebri pedes.

EMODVS, (Ἠμωδὸς) mons, qui circa finem Indiæ in duos ramos diuidit. Alteri Ottorocoras nomen eſt, alteri Semanthinus. Vide Ptol. li. 6. ca. 15.

EMOLIOR, iris, iri, {*Scacciare*} (ἐκβάλλω) eijcio expello. Celſus li. 4. cap. 6. de pleuritide. Interdum ſicca tuſſis eſt, quæ nihil emolitur. Col. lib. 8. cap. 5. Dû eius amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauſeam.

EMOLLIO, lis, {*Far molle, ammollire*} (μαλάσσω) idê eſt quod mollio, hoc eſt, molle facio. Liu. 7. Bel. Maced. Humor arcus, fundaſque, & iaculorum amenta emollierat. Vnde emollire aluum eſt laxare. Pli. lib. 20. cap. 9. Aluum leniter emollit lapſana. Idem alibi: Peponea qui uocantur, refrigerant, maxime in cibo, & emolliunt aluum. Quando ad hominem transfertur, ſignificat mollê & effœminatum reddo. Liu. 7. Bel. Pun. Simul metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret. Idê lib. 1. Bel. Macedo. Degener & emollitus Amœnitate Aſiæ hoſtis.

EMOLLIDVS, a. um, adiectiuum ab Emollio, {*Molle*} (μαλθακός, μαλακός) idem eſt quod mollis. Liu. 4. Bel. Mac. Labor & æſtus emollida & fluida corpora Gallorû reddit. Quàquam ſunt, qui Mollia hoc loco côtêdant legêdû.

EMOLVMENTVM, ti, {*Vtilità*} (ὠφέλημα, εὐχρήστημα) utilitas quam ex opera & labore aſſequimur: nam à molimine deſcendit. Iuuena. Satyr. 16. Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.

EMORIOR, {*Morire*} (ἀποθνήσκω) eiuſdem ſignificationis cû ſimplice. Plau. in Menæch. Paucis poſt diebus Tarenti emortuus eſt. Legitur etiam infinitiuus Emoriri, per quartam declinationem. Teren. in Eunu. Riſu omnes, qui aderant, emoriri.

EMORTVALIS, dies {*Il giorno che alcuno è morto*} (θανατιμαῖος) quo quis mortuus eſt: ſicut Natalis, quo quis natus eſt. Plau. in Pſeud. Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

EMOVEO, es, {*Mouere*} (ἀπάγω, παραθέω) eſt è loco mouere. Verg. 2. Aen. Emoti cardine poſtes.

EMPANDA, Paganorum Dea fuit, teſte Feſto: ita dicta, quod patentibus pagis, non clauſis urbibus præeſſet.

EMPEDOCLES, pen. cor. (Ἐμπεδοκλῆς) nomen eſt Philoſophi Agrigentini quem neſcias utrum'ne inter poetas, an inter philoſophos annumeres, quippe qui Rerum naturâ elegantiſſimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut auctor eſt Hierony.) omne quod uiuit & mouetur, non putauit edendum, ſicut & Pythagoras: & ex concordia amicitiaque elementorum cuncta cônſtare affirmabat, & eorum inimicitia & diſcordia aliquando diſſolutû iri. Primâ itê elementorum complexione ſegregatum aera contendebat. & poſt eû ignê eruptiſſe, eumque cum alium locum non reperiret, ſurſum à frigore aeris eſſe repulſum. Circa terram autem duos circûferri dimidiatos orbes, alterû ex igne totû, alterû ex aere maxime, ac ex igne admodum exiguo: & illum diê, hunc noctem eſſe putat. Solem natura nô eſſe ignem, ſed ignis repercuſſionê, ei ſimilê, quam in aquis fieri cernimus. Lunam ex ſelecto ab igne aere congelatâ, ſicut grando congelatur, & per ſe factam lucem à ſole recipere. Mentê non in capite nec in pectore, ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe, ac illis partibus homines magis ſentire, quibus plus ſanguinis ineſt. De huius morte nonnulli memoriæ tradiderût, clam relictis ſocijs Aetnam Siciliæ montem aſcendiſſe, & in ardentê eius craterem ſe coniecisſe, eo conſilio, ut eum nuſquam appareret, crederetur factus eſſe immortalis: ſed eiectis impetu ignis ferreis eius crepidis, tê fuiſſe deprehenſam. De Empedocle extat honoratiſſimum illud Lucretij elogiû, Carmina quin êt diuini pectoris eius. Vociferantur, & exponunt præclara reperta, Vt uix humana uideatur ſtirpe creatus.

EMPETRON, (ἔμπετρον) Græcis dicitur herba, ea quæ a Latinis Calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temere alibi, quod uudo ſaxo, naſcens: unde & nomen accepit. Pli. lib. 27. cap. 29. Empetron, quam noſtri Calcifragam appellant, naſcitur in montibus maritimis, ferè in ſaxis. quo propius mari fuerit, minus ſalſa eſt. Vulgus Saxifragam appellat.

EMPHASIS, pen. cor. (ἔμφασις) expreſſio, ſignificatio, demonſtratio: figura eſt cû tacita uerbis ſubeſt ſignificantia, quæ pronuntiatione indicatur. Eius duo ſunt genera. alterum, quo plus ſignificatur, quàm dicitur: ut, Cantando tu illû? quaſi dicat indoctus peritiſſimum. Item, Ita'ne Cretenſi fidem habes? ubi non ſimpliciter in Creta natum ſignificamus, ſed hominem pro gentis eius ingenio perfidum. Alterum, quo etiam illud ſignificatur, quod non dicitur. ut apud Ver. lib. 1. Geor. Cum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ, hoc eſt, non ſolû alijs ſyluis, ſed etiam ſacræ.

EMPHYTEVSIS, {*Piantagione, megliorameto di livello*} (ἐμφύτευσις) Latine inſitionem ſignificat, ſiue plantationem. à uerbo Græco ἐμφυτεύειν, quod eſt inſero, uel conſero. Vnde fundum in emphyteuſin dare, frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt, ea conditione alicui tradere fundum, ut accipiês eum reddat meliorem, & ex ſterili fertilem efficiat. Ab initio enim ſterilia tantû & inculta hoc contractus genere concedebantur. Hinc Emphyteutes, ſiue Emphyteuta, (ἐμφυτευτής) dicitur, qui fundum agrum'ue ea lege domino accipit, ut eum conſerat, melioremque efficiat.

EMPHRACTA {*Barche coperte*} nonnulli docti putauerunt naues tectas citâtes illud Vlpiani ex. l. 1. ff. de exercit. act. Quædâ enim naues onerariæ, quædâ (ut ipſi dicunt) emphractæ ſunt. Quo tamê in loco caſtigatiora exemplaria ἐμβάδες, aut certe ἐμβατάδες, non emphracta, legendum docent. Naues aût tectas, ſiue côſtratas, Græco uocabulo κατάφρακτα uocant, ſuo loco oſtêdimus.

EMPIRICVS, {*Sperimentatore, che medica ſolamente con la ſperienza*} (ἐμπειρικὸς) medicus, qui ſola experientia medicinam tractat, neque humanam naturam cognitam habens, neque morborû cauſas inueſtigâs: ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, hoc eſt, ab experientia dictus. Hinc Empirice, (ἐμπειρική) dicta eſt medicinæ pars, quæ ſola experientia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum ſectæ, Rationalium: quorum princeps extitit Hippocrates: Methodicorum, quorum primus fuit Themiſon Laodiceus, quê poſtea ſequutus Theſſalus Trallianus, ſectâ eam abſoluit, & Empiricorum, qui Philinum Coum ſequuntur, qui primus eam partem a rationali ſeparauit. Plin. lib. 29 cap. 1. Alia ſectio ab experimentis ſe cognominans, Empiricen, cœpit in Sicilia.

EMPLASTRATIO, onis, (ἐμφύλλισμα) in arboribus dicitur, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex pars ex altera arbore. Colu. lib. 6. de Arborib. cap. 26. Tertium genus, cum gemmam cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit, quam uocant agricolæ Emplaſtrationê, uel (ut quidam) inoculationem. Eſt autem Emplaſtratio uerbale, a uerbo Emplaſtro, cuius paſſiuum uſurpauit Col. lib. 11. cap. 2. Poſſunt, inquit, ſi iam librum remittunt inſeri oleæ, uel emplaſtrari, cæteræque pomiferæ arbores eodê emplaſtrationis genere inſeri. Inde participium Emplaſtraturus, quo idem auctor uſus eſt lib. 5. ca. 11. Delibrato (inquit) item alteram arborem, quam emplaſtraturus es.

EMPLASTRVM, ſtri, {*Empiaſtro*} (ἔμπλαστρον ἢ ἐμπλαστρὸν) medicamêtum ex uarijs rebus præſertim metallicis conſtans, accurate tritis, quod liquore aliquo præmollitum uulneri imponi ſolet. Dictum a uerbo ἐμπλάττω, quod eſt ſubigo, & uerſando mollio. Hodie uulgo Vnguentum dicitur. Id uero quod uulgo Emplaſtrum dicitur, a doctis uocatur Cataplaſma. Pli. lib. 21. ca. 4. Imponuntur emplaſtra uulneribus malagmata ſuper integram cutem inijciuntur:

paſtilli autem illinuntur, aut alicui molliori cerato miſcentur. Sunt & alia horum inter ſe diſcrimina. Vide Celſum lib. 5, cap. 17.

EMPORETICVS, a, um, {*Coſa da mercatante, da inuoglio*} (ἐμπορητικός) mercatorius: ut, Emporetica charta, (ἐμπορητικὴ χάρτης) dicta eſt, qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad ſcribendũ. Pli. lib. 13. ca. 12. Nã emporetica inutilis ſcribẽdo, inuolucris chartarũ ſegeſtriũq; ĩ mercibus uſũ prębet.

EMPORIVM, {*Mercato fiera*} (ἐμπόριον) locus mercatus et nundinarũ, ubi res uænales exponuntur. Plau. in Amph. Apud emporium, atq; in macello, in palæſtra, atq; in foro. Cic. Att. lib. 5. Cum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictũ Emporium ἀπὸ τοῦ ἐμπορεύειν, hoc eſt, à negotiando, ſiue mercando: unde & ἔμπορον Græci mercatorem uocant, & ἐμπορεύματα ipſam negotiationem.

EMPOTION, quod hic pro herbæ nomine corrupte legebatur, uide Empetrõ.

EMPROSTHOTONVS, (ἐμπροσθότονος) affectus eſt ſpinę, cum ſcilicet illa obriguit, & inflexibilis facta eſt, atq; ita in anteriorem partem incuruatur, ut omnino erigi non poſſit. Huic affectui ſimiles ſunt Tetanus & Opiſthotonus: in hoc tamen differunt, quod Emproſthotonos dicatur, cùm in anteriorem partem ſpina ſit inflexa: Opiſthotonos, cùm ea in partem poſteriorem eſt incuruata: Tetanus autem, cùm recta obriguit, ita ut neq; in anteriorem, neq; in poſteriorem partem flecti queat.

EMPTITIVS, {*Comprateccio*} (ὠνητός) qui eſt de numero eorum, qui empti ſunt, ſiue emi ſolent. Varro li. 3. de Re ruſt. Hic aprum glans cùm paſcit emptitia, facit pinguem: illic gratuita exilem.

EMPTITO, tas, pen. cor. {*Comperar ſpeſſo*} (ὠνοῦμαι) frequenter emo, uel frequenter mercandi, ſeu acquirendi uſum habeo. Plin. lib. 33. cap. 1. Alios coriis boum, alios ferro, captiuisq; rebus emptitaſſe tradit. Col. lib. 8. ca. 10. M. Terentius ternis ſæpe denariis ſingulos emptitatos eſſe ſignificat. Pro eodem etiam legitur Empſitare: de quo uide paulò antè in uerbo Emo.

EMPTIONALIS, le, (ὠνητικός) qui frequens eſt in emptionibus & proſcriptionibus bonorum. Cæl. ad Cic. Quod quidem ſi inter nos ſenes emptionales uarie proſcripſerit. Quo in loco antiquiſſima exemplaria habent, concionales ſenes.

EMPTVRIO, is, ire, uide ſupra in primitiuo Emo.

EMPVSA, (ἔμπουσα) genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, uno pede incedens: unde & nomen. Auctor Euſtathius. Vide Cælium Rhodig. lib. 6. ca. 38. lect. antiq. & Eraſmum in prouerbio, Proteo mutabilior.

EMPYI, (ἔμπυοι) à medicis dicuntur, qui abſceſſu thoracis laborantes, pus excreant: quorum affectus etiam Empyema, (ἐμπύημα) appellatur: nos Puſulentam excreationem dicere poſſumus. Qui uero hunc morbum patitur, Empyicus, (ἐμπυϊκός) dicitur.

EMPYRIVM COELVM, (ἐμπύριος οὐρανός) appellatur à Theologis (nam Philoſophi cœli huius nuſquam meminerũt) undecimum cœlum, primũ mobile ambitu ſuo complectens, Dei & Beatorũ ſedes. ita dictum quaſi igneum, non q; reuera tale ſit, ſed & puritate ſua reliquis cœlis, ut ignis cæteris elementis, antecellat.

EMVNGO, gis, emunxi, emunctum, {*Nettarſi il naſo. ſoffiarſi il naſo, moccha re*} (ἀπομύττω) nares purgo quod fit, cũ mucus ex eis, detrahitur. Mucus uero eſt cerebri excrementum ex naribus profluens. Emungere lucernam, uel candelam, eſt extremam ellychnii partem, quæ iam exuſta lumini officit, digitis aut inſtrumento alio auferre. Inſtrumentum quoq;, quo ad eam rem utimur, Emunctorium uocari poteſt. Per tranſlationẽ ſæpe ponitur Emungere pro, ſpoliare, ſeu fraude extorquere. Teren. in Phorm. Emunxi argento ſenes. Cubito ſe emungere, ſcomma eſt prouerbiale, quod in eos dici conſueuit, qui artem aliquã immundam exercent: illi enim cum manus ſemper habeant inquinatas, cubito digitorum loco utuntur. Emunctus participium, exhauſtus, & pecunia denudatus. Plau. in Bacch. Miſerum me auro eſſe emunctũ. Emunctæ naris homo (ut docet Eraſmus in Adagiis) dicitur is, qui acri exactoq; eſt iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucoq; emunctas. Hora. 1. Serm. Saty. 4. Emunctę naris, durus componere uerſus. Emunctio, onis. Quin. lib. 11. cap. 3. de narium geſtu loquens: Cum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.

EMVNIO, is, iui, itum, {*Fortificare*} (κατωχυρόω, περιβάλλω) idem quod munio: ut, Emunitus in modum arcis, Liu. 2. Bell. Pun. Tacit. in uita Agri. Corpora ipſa, ac manus, ſyluis, ac paludibus emuniendis uerbera inter, ac contumelias conterunt. Emunire uites ab iniuria pecoris, Col. lib. 5. cap. 6.

EMVSCO, as, (ἐκβρυάζω) purgo, & muſcum adimo. Col. lib. 11. cap. 2. Iiſdem diebus, ubi prægelidum & pluuium cœlum eſt, oleæ putantur & emuſcantur. Id eſt, muſcus illis adimitur.

EMVTIO, tis, tiui, titum, pen. pro. {*Mutire*} (γρύζω) minimam uocem emitto, uel ſtrepitum. Qua uoce utitur Plaut. in Mercatore: Etiam emutis? (inquit) omnia commonſtrabo.

E ANTE N.

EN, {*Ecco*} (ἰδού, ἠνί) ſignificat ecce, & tam nominatiuo q̃ accuſatiuo iungitur: eoq; utimur in commonſtrando aliquid: ut, En Priamus. Vel exprobando: ut, En agros, & q̃ bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cic. pro Deiotaro rege: En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet.

ENÆOREMA, pen. pro. (ἐναιώρημα) à medicis uocatur illud, quod in urina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in ſumma matulę parte cernitur, Nubes ſiue Nebula dicitur, quod uerò in fundo ſubſidit, Hypoſtaſis. Nomen accepit, à uerbo ἐναιωρεῖσθαι, q; ad medium matulæ ſublatum ibi quodammodo maneat ſuſpenſum.

ENALVS, (ἔναλος) Lesbius adoleſcens, qui cùm ſeruandæ puellæ cuiuſdam gratia, ſe in mari abiecisſet, opera delphinum ſeruatus una cum illa ad continentẽ tranſuectus eſt. Auctor Plutar. in Sympoſio ſeptem ſapientum.

ENARGIA, giæ, pen. pro. {*Rappreſentatione*} Græce ἐνάργεια, Latinè euidẽtia ſiue repræſentatio, illuſtratioq;: cum res ita deſcribitur, ut cerni uideatur. Quint. lib. 4. ca. 2. Sunt qui adiiciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè uocatur. Eſt & Energia, per ſecundam uocalem in antepen. (ἐνέργεια) quod nobis efficaciam ſonat. de quo infra ſuo loco.

ENARRO, as, {*Narrare, ſpianare*} (ἐξηγοῦμαι, διηγέομαι) perfectè, uel ad finem narro, uel omnia narratione complector. Cic. pro Marcello: Nulla dicendi aut ſcribendi tanta uis aut copia, quæ, non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit. Teren. in Adel. Omnẽ rem modò ſeni Quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine. Enarratio, onis, ἐξήγησις. Quin. lib. 1. cap. 9. Exigitur à Grãmaticis poetarum enarratio. Enarrabilis, le, quod enarrari poteſt. Quint. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodam neſcio, an enarrabili, iudicatur.

ENASCOR, eris, {*Naſcere*} (φύομαι, ἐκφύομαι) idẽ quod naſcor, ſiue ex alio naſcor, Varro. 1. de Re ruſt. ca. 41. Simili de cauſa oleæ ſemen cum ſit nucleus quod ex eo tardius enaſcebatur colis, q̃ ex taleis: ideo &c. Idem lib. 2. de Re ruſt. ca. 9. Enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra &c. Cic. Att. Ex multis meis miſerrimis curis eſt una enata.

ENATO, as, are, {*Nuotare*} (ἐκνήχομαι) natando euado, uel ad deſtinatum locũ natando peruenio. Hircius lib. 4. Seq; per molẽ mare pręcipitauerunt, & octingentorum paſſuum ſpatio ad oppidũ enatauerunt. Cic. 5. Tuſc. Reliqui habere ſe uidentur anguſtius: enatant tamẽ Epicurus, Hieronymus, &c. hoc eſt, euadũt.

ENAVIGO, as, are, {*Nauigare*} (ἐκπλέω) ad finem uſq; nauigare, uel nauigãdo euadere, ſeu peruenire. Pli. lib. 6. cap. 17. Proditur Alexandrum magnũ nullo die minus ſtadio DC. nauigaſſe Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enauigare. Ci. 4. Tuſc. E quibus tanquam è ſcopuloſis cotibus enauigauit oratio.

ENAVO, as, {*Compire*} idem quod nauare: unde opera enauata. Tacitus li. 19. Et præmia enauata operæ petebant.

ENCÆNIA, {*Innouatione*} (ἐγκαίνια) cum æ, diphthongo, innouatio. Augu. Encænia feſtiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim καινόν dicitur nouũ. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, Encænia uocatur.

ENCANTHIS, (ἐγκανθίς) morbus oculorum, cum in maiori ipſorum angulo tuberculum, enaſcitur, quod genas parum patitur diduci. Nomen Habet à ſitu. Nam Græci oculorum angulos κανθοὺς appellant.

ENCARDIA, (ἐγκαρδία) gemma eſt a cordis effigie ſic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: ſecundum uiridi colore, cordis effigiem repræſentans: tertium nigrum cor oſtendens, reliqua ſui parte candidum. Auctor Pli. li. 37. cap. 10.

ENCAVSTES, ſtæ, (ἐγκαύστης) Latinè Inuſtor dici poteſt, hoc eſt. pictor, qui coloribus aduſtis, & cera igne reſoluta rerum effigies exprimit. A uerbo Græco καίω, quod eſt uro. Vitru. Quod facere ab encauſte didicerat. Pli. lib. 35. ca. 11. Lyſippus quoq; Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit encauſen: quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inuenta.

ENCAVSTICE, es (ἐγκαυστική) genus picturæ, quod adhibito igne fiebat, coloribus ſcilicet aduſtis, & cera igni reſoluta. Apuleius: Encauſticẽ oppido exercens, ſe & duos filios ſuſtentabat.

ENCAVSTVM, ſti neu. gen. (ἔγκαυστον) materia eſt aduſta ad picturã apta. Pli. Figlinum opus Encauſto pinxit. Latinè dicitur Inuſtum. Hoc genus picturæ primus Nicias in uſu habuit. Vide Hermolaum in Caſtigationibus. Encauſtus, a, um, adiectiuum, encauſto pictum. Mart lib. 1. Encauſtus Phaethon tabula tibi pictus in hac eſt: Quid tibi uis dipyrũ qui Phaethonta facis? Encauſticus, a, um, aliud adiectiuum: ut, Encauſtica pictura. Pli. lib. 35. cap. 11. Sed aliquanto uetuſtiores encauſticæ picturæ extitere.

ENCELADVS, (ἐγκέλαδος) Gigantum maximus, Titanis et Terrę filius, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ monti ſuppoſuit. Verg. lib. 3. Aen. Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac.

ENCHELEÆ, (ἐγχελέαι Stephano) oppidũ in Illyride iuxta quod Cadmus & eiuſdem uxor in ſerpentes uerſi ſunt. Luc. lib. 3. Et nomine priſco Enchelææ uerſi teſtantes funera Cadmi. Meminit huius oppidi & Pli. lib. 3. cap. 22.

ENCHIMOIDES, (quod hic pro clinopodio herba corrupte legebatur) uide Ocimoides.

ENCHIRIDION, {*Coſa che ſi puo tenere in mano*} (ἐγχειρίδιον) exiguus quiuis libellus, ita dictus, q; ad manum ſemper haberi debeat, ſiue q; manũ nullo negotio poſſit circunferri. Sed & gladiolum, ſeu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, Enchiridion uocari Iul. Pollux tradit.

ENCHORION, (ἐγχώριον) Græci dicunt indigenam, hoc eſt, in eo ipſo loco, in quo agit, genitum: unde Enchoriæ aues, dicuntur noſtrates, quibus opponuntur exoticæ, ſeu peregrinæ.

ENCHRISTA, (ἔγχριστα) apud Celſum medicamenta ſunt liquida, quæ illinuntur.

ENCHVSA, (ἄγχουσα) herba eſt ſimilis anchuſæ (unde & Pſeudãchuſa nominatur) ſed lanuginoſior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & lãguidioribus. Radix non fundit oleum, ſed rubentem ſuccum, qua nota ab anchuſa diſcernitũ. Auctor Pli. lib. 22. cap. 20.

ENCLISIS, (ἔγκλισις) inclinatio, & unum de accidentibus uerbi, quod Latini Modum dicunt. Hinc Encliticus, tica, um, (ἐγκλιτικός) inclinatiuus, ut Encliticæ coniunctiones, q;, ue, ne, quoniam inclinant ad ſe accentum.

ENCOLPIÆ, (ἐγκολπίαι) ut ait Ariſtoteles, uenti ſunt, qui è mari ueniunt per ſinus. Nam κόλπον Græci ſinum uocant.

ENCOMIVM, mii, {*Laude*} (ἐγκώμιον) laus uel præconium alicuius, & proprie quod ex multis eius uirtutibus compingitur: Nam quæ unam tantum ſingularemq; ſpectant uirtutem (ut ſi quis Ariſtidẽ iuſtum prędicet) Græci ἔπαινον potius appellant, Solent autem encomia cani, uel dici uictoribus (quæ inde etiam Epinicia dicebantur) in quibus occaſione recentis meriti, repeti ſolet, quicquid illi in uita laude dignum geſſiſſent. Hinc Encomiaſtes (ἐγκωμιαστής) dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

ENCOMBOMATA, (ἐγκομβώματα) teſte Nonio, ueſtes ſunt puellares, quę admodum & Parnacides. Varro de liberis educandis: Vt puellæ habeant potius in ueſtitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas.

ENCRYPHIAS, (ἐγκρυφίας) dicitur panis ſubcinericius, ἀπὸ τοῦ ἐγκρυφιάζειν, q; dum coquitur, ſub cineribus abſcondatur.

ENCYCLIOS, {*Circolare, rotondo*} (ἐγκύκλιος) adiec. eſt apud Gręcos qđ nos Orbiculare interpretari poſſumus. Vnde ἐγκύκλιος παιδεία, circularis, et ex omnium diſciplinarum orbe confecta ſcientia dicitur. quam etiam Latinorũ nonnulli mutuata à Gręcis uoce Encyclion dixerunt. Vitru lib. 1. ca. 1. Encyclios diſciplina, uti corpus unum, ex his membris eſt cõpoſita. Ruſus idem in

Præfat.

Præfat. lib. 6. Gratias agit parentibus, quòd ſe erudiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium diſciplina.

ENCYCLOPEDIA, {Scienza uniuerſale} (ἐγκυκλοπαιδεία) Latinè dici poteſt circularis, uel orbicularis, ſcientia. Eſt enim omnium artium, et diſciplinarum perfecta ſcientia. Ratio nominis procul dubio tracta eſt à circularis figuræ perfectione.

ENCYCLIAS, commentationes, (ἐγκυκλίας, ἐξωτερικάς) Ariſto. Ethicis eas intelligit, quas Gellius Exoticas, hoc eſt, exoticas uocat, Martianus Cyclicas: cuiuſmodi & Problematum ſunt libri, & quæ Populares à Cic. ac Themiſtio quæſtiones appellantur, quòd de rebus omnibus, tanquam in circulo paſſim quærerentur.

ENDELECHIA, (ἐνδελέχεια) uide Entelechia.

ENDEPLORO, ras, pen. pro. {Implorare, chiamar ſoccorſo} antiqui dixerunt, teſte Feſto, pro imploro, quod eſt cum queſtu inclamor et cum fletu rogo, quod eſt proprie uapulantis.

ENDIADIS, (ἓν διὰ δυοῖν) figura, cum una res metri cauſa in duas diuiditur: ut apud Verg. Molemque & montes inſuper altos. i. molem montium. Sic alibi: pateris libamus & auro. pro pateris aureis. Huius figuræ meminit Seruius in 1. Aeneid. ubi tamen omnium penè doctorum ſententia corrupte legitur ἓν διὰ δυοῖν, hoc eſt, unum per duo: cui contraria figura legitur apud Donatū in Andriam Terentij, quam uocat δύο διὰ ἑνός, id eſt, duo per unum.

ENDOPROCINCTV, ueteres dixerūt, teſte Feſto, pro in procinctu, ſicut Endoplorato pro implorato, Endoitium pro Initium.

ENDROMIS, idis, (ἐνδρομίς) ueſtis genus hirſutum, longiorisque uilli, uenti Pluuiæque iniuriis arcendis in primis accommodatum. Primus earū uſus inuentus creditur apud Lacedæmonios, quamuis poſtea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta Endromis ab eo, quòd ἐνδρόμῳ, hoc eſt, in curſu ea maxime uterentur. Mart. li. 4. Endromidis uſus elegantiſſimo Epigrammate exequitur. Iuuena. Saty. 6. mulieres Romanas taxat quod endromide purpurea uterentur. Endromidas (inquit) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis neſcit.

ENDIMION, (ἐνδυμίων) nomē propriū eius, qui primus lunæ curſum inuenit. Apollon. lib. 4. Argon. Οὐ γὰρ ἐγὼ μούνη μετὰ λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω, Οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι. Hinc facta eſt origo fabulæ, quā Cic. tangit. 1. Tuſcu. Endymionē à Luna adamatum fuiſſe, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuiſſe ſopitum, non aliam ob cauſam, quàm ut illum ſemel exoſcularetur. Sed Cic. ipſum ea de re audiamus. Endymiō (inquit) ſi fabulas audire uolumus, neſcio quando in Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum, opinor, experrectus. Num igitur eum curare cenſes, cum Luna laboret, à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur? Hactenus Cic. Endymionis tam prolixus ſomnus abijt in prouerbium. Vide Eraſmi Adagia.

ENECO, as, enecui, enectum, {Vccidere} (ἀποκτείνω, ἀποκτείνω) perimo, excrucio. Horat. lib. 1. Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando. Cic. 3. de Diuinat. Auis fame enecta, in offam pultis inuadit. Aliquando enecare ſimpliciter accipitur pro moleſtum eſſe: unde frequens eſt apud Comicos, Enecas me, hoc eſt, obtundis me, ſiue grauis & moleſtus es mihi.

ENERGIA, pen. pr. {Efficacia} (ἐνέργεια) Latinè efficacia, ſeu operatio. Hieronym. Habet nſcio quid latentis energiæ uiuæ uocis actus. Fit ab adiectiuo Græco (ἐνεργής) efficax. Vnde & uerbū ἐνεργάζομαι, quod eſt efficio, ſiue operor. Energia itaque eſt quædam quaſi actio, & operatio interior, quæ eſt uelut uia, ac dux, ad exteriorem corporis actum.

ENERVO, uas. {Indebolire, ſneruare. Pet. In ſin ch'io mi diſceſſo. ſneruo, & ſpolpo} (ἐκνευρίζω) debilito, quaſi neruis et robore ſpolio. Cic. de Senect. Sed tamē ut uos uidetis, non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus. Eneruatus, participium: ut, Eneruati, & exangues homines, Cic. pro Seſt. Languidus & eneruatus philoſophus, Cic. 1. de Orat. Eneruata & muliebris ſententia, Cic. 2. Tuſc.

ENERVVS, a, um, uel Eneruis {Debole, molle, ſneruato} (ἄνευρος) debilis, mollis effœminatus, quaſi ſine neruo. Vnde Eneruia ſaltatio apud Apuleiū, quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plicatili fit, quaſi effœminata, mollis. Pli. in Paneg. Viſum eſt ſpectaculum inde non eneruē, nec fluxum, nec quod animos uirorū molliret, & frangeret, Quintil. lib. 9. cap. 4. In uniuerſum autem ſi ſit neceſſe duram potius atque aſperam compoſitionem malim eſſe quàm effœminatam & eneruē.

ENGADDVM, in tribu Iudæ, ut ſcribit Hieronym. uocatur uſque hodie uicus prægrandis Iudæorū, iuxta mare mortuum ubi opobalſamum prouenit, quas uineas Engaddi Salomon in Cant. nominat. Idem alibi: Engaddū ager eſt terræ Iudææ, non tam uineis, quàm balſamis, florens.

ENGONASIS, (ἐγγόνασις) ſignum cœleſte, quod Latinè Ingeniculus uocatur: & eſt Hercules, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dextram parte opprimere conatur. Vide Hyginum lib. 2. & 3. Iul. Firm. lib. 7. Matheſ. Oriēte Ingeniculo, (quē Engonaſin Græci appellāt) nati cū teſtimonio Martis et Lunæ, erūt funābuli, oribatæ, et neurobatæ, & qui talia pertractāt.

ENHYDRIS, (ἐνυδρίς) coluber in aqua uiuens, unde nomen accepit. Plin. lib. 30. cap. 3. Dētium doloribus medetur draconis os e ſpina: item enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus, & albus. Herodotus in Melpomene pro lutra accepiſſe uidetur. Ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδριες ἁλίσκονται, καὶ κάστορες. Quo in loco Valla ἐνύδριας, lutras uertit.

ENHYDROS, (ἔνυδρος) lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore læuitatem habens: liquorem intus continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ouis. Auctor Pli. lib. 37 cap. 11.

ENIM, (γάρ) cauſalis coniunctio eſt, ſecundum ferè locum in oratione obtinēs: ut, Cole pudicitiam: hæc enim hominem uindicat à ſcelere. Compoſitum autē cum uerò ſignificat certe. Ci. 3. Verr. Enimuero ferendum hoc non eſt. Componitur item cum aduerſatiuis particulis Ad, & Sed: ut Atenim, Sedenim, quæ & ipſa aduerſandi uim habent. Verg. 1. Aenei. Progeniem ſedenim Troiano à ſanguine duci Audierat. Terent. in Adelph. Atenim non ſinam.

ENIOCHI, Vide Heniochi.

ENIOPEVS, (ἠνιοπεύς) Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Auctor Homerus. 8. Iliados.

ENIPEVS, pe. pro. (ἐνιπεύς) fluuius Theſſaliæ, campos Pharſalicos irrigans, iuxta quem Cæſar uicit Pompeium. Luc. lib. 7. Sanguine Romano quàm turbidus ibat Enipeus. Eſt & alter huius nominis fluuius in Elide, in Alpheum illabēs, qui recentiore nomine Bernichius dicitur, teſte Strabone lib. 8.

ENITEO, es, {Riſplendere} (διαλάμπω, καλλωπίζομαι) ualde niteo, & plus cæteris niteo. Vnde Eniteſco, cis, nitidior et clarior fio. Auctor ad Heren. lib. 1. quæ cum ſumma laude prodita uetuſtate, ſumma cum laude eniteſcit.

ENITOR, eris, enixus, uel enitus, {Partorire, sforzarſi} (ἀποτίκτω) idē quod pario. Plaut. in Amph. Geminos Alcmena enititur. Interdum idem quod conari, & allaborare, (φιλοτιμέομαι) Saluſt. in Iugur. Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoque probaretur.

ENIXE, {Studioſamente} (φιλοτίμως) ſtudioſe, & cum magno conatu. Plau. in Trinum. Tibi relinquo ob eam rem enixe expeto. Cic. pro Seſtio: Meā cauſam boni omnes enixe ſuſceperant. Pro eodem legitur & Enixim. Idem: Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio.

ENNA, (ἔννα) ciuitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti ſita, à Syracuſanis (Stephano teſte) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quod in medio inſulæ conſtituta ſit. Imminet ſubiacentibus campis, ubertate & florum uarietate conſpicuis. olim templum Cereris (ut Strabo teſtatur) habuit uetuſtiſſimum, ubi dea præcipua ueneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim uiros legatos miſere Romani. Hinc raptam à Plutone Proſerpinam, Cereris filiā dixit antiquitas. Vulgus hodie Annam appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius inſulæ ſolet conuentum habere. Cic. in Verrem, Vetus eſt (inquit) opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorū literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & liberæ conſecratā. Hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis, tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum, atque innatum eſſe uideatur: nā & natas eſſe has in his terris deas & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: & raptā eſſe Liberā, quam eandem Proſerpinam uocant, ex Ennenſium nemore: qui locus quòd in media inſula eſt, ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Ci. Hinc Ennæus, a, um, (ἐνναῖος) ut Ennæa Ceres, quæ auguſtiſſimo in templo apud Ennā colebatur: cuius ſimulacrum tanto erat effictum artificio, ut qui illud intuerentur, aut ipſam uidere ſe Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factā, ſed cœlo delapſam arbitrarentur. Auctor Cic. 7. Verr.

ENNAM, (ἔτι καί) antiqui dixerunt pro etiam ſic, teſte Feſto.

ENNEACRVNOS, (ἐννεάκρουνος) nomen fontis apud Athenas à Piſiſtrato conditi à numero fiſtularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, noſtri uero Salientes.

ENNEAPHYLLON, (ἐννεάφυλλον) herba eſt, quæ lōga folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus: continuo enim puſtulas excitat. lumborū doloribus & coxēdicū utiliſſima Plin. lib. 27. cap. 9.

ENNEAPHTHONGOS, {Che ha noue uoci} (ἐννεάφθογγος) quod nouem edit uoces: ut, Eneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

ENNEAS, (ἐννεάς) eſt numerus nouenarius, ſicut Decas, denarius.

ENNIVS, (ἔννιος) poeta antiquiſſimus apud Romanos, Q. Valerio & C. Manlio Conſ. natus fertur. Hic Tarētinus (ſi Euſebio credimus) fuit. At Pōp. Mela ſcribit, Rudias Apuliæ, ſeu Calabriæ oppidum, Ennio ciue eſſe nobile. Cui aſtipulatur Silius, cum ait, Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere uetuſtæ. Quin ipſe etiam Cice. in Orat. pro Archia Poeta. Ennium Rudium hominem uocat. Euſebius dicit Ennium à Catone Quæſtore Romam tranſlatū, in Auētino habitaſſe, ac unius ancillæ miniſterio contentum fuiſſe. Scipionis etiā Africani familiaris erat, quem in bellis ſemper comitabatur: unde & in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Sequutus eſt M. Fuluium nobiliorem ad bellum Aetolicum, cuius filium erudijt. Ab hoc & Cato iam ſenex dicitur Græcas literas didiciſſe. Scripſit plurima inter quæ Annales Bellum Punicum ſecundum hexametris, quæ omnia penitus interciderunt, exceptis uerſibus aliquot quos Macrobius oſtendit ab eo deſumpſiſſe Vergilium, & paucis immutatis in opus ſuum tranſtuliſſe. Sententiarum grauitate in primis excelluit, ſed cui uerborum cultus minime reſponderet. Vnde interrogatus aliquando Vergilius quid ageret, aurum ſe ex Ennij ſtercore colligere reſpondit. Perijt articulari morbo, quē ex immodico uini uſu cōtraxerat. Horatius: Ennius ipſe pater nunquàm niſi potus, ad arma Proſiluit dicenda, &c. Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac ſyllabis & metris cōſcripſit, auctor eſt Trāquillus.

ENNOSIGÆVS (ἐννοσίγαιος) dictus eſt Neptunus quòd terram quatiat: Vnde etiam Enoſichthon ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmen melius unico n, ſcribetur. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ ἐνοσεῖν τὴν γῆν, hoc eſt, à terræ concuſſione. Iuue. Saty. 10. de Xerxe: Ipſum compedibus qui uinxerat Ennoſigæum.

ENO, as, are, {Nuotare, peruenire à qualche luogo nuotando} (ἐκνήχομαι) natatione eundo, uel modo aliquo peruenio Liu. 3. Bell. Maced. Multæ naues electæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo ad terram enauerit. Verg. 6. Aenei. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

ENODIS, de, pen. pro. {Senza nodi} (ἀγόγγυλος, ἄοζος) planum, ſine nodo. Verg. 2. Geor. Aut ruſum enodes trunci reſecantur. Per Metaphorā Enode etiam dicitur, quod ſine difficultate eſt. Plin. in Epiſtol. Recitabat ἐγκωμιαστικόν, eruditam, ſanè luculentamque materiam (ſcriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam, ut popoſcit locus.

ENODATIO, onis, uerbale, (διάλυσις) explicatio, expoſitio. Cic. in Top. Ea eſt inſita, & antè percepta cuiuſque formæ cognitio enodationis indigens.

ENODATE, aduerbium, {Chiaramente, ſenza ſcrupulo} (διαλύως) clare, perſpicue. Cic. 3. de Fin. Hæc igitur nobis explicanda ſunt, ſed ſi enodatius, uos ignoſcetis.

ENODO, as, {Snodare} (ἐξαμματόω) nodis purgare, ſiue nodos reſecare. Colu. lib. 5. cap. 5. Quæ ulmus à poſitione bene prouenerit, eius ſummæ uirgæ falcē debent enodari. Per metaphoram accipitur pro declarare ſiue explicare. Auctor ad Heren. lib. 2. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodum. Hinc enodatus participium, Cic. 2. de Inuē. Præcepta magna conquiſita cura perſpicue conſcripſit, atque enodata diligēter expoſuit.

ENONA, æ, oppidum in ora Liburniæ apud Pli. lib. 3. cap. 21.

ENOPE, (ἐνόπη Stephano) urbs Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, iuxta Pylum ſub ditione Agamemnonis, teſte Homero, lib. 9. Iliad.

ENORCHIS, (ἐνορχις) gemma eſt candida, quæ diuiſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ENORMIS, me, {*Enorme. ſmiſurato*}(ἄμετρος, ἄκοσμος) dicitur magnum, ſine menſura, nimium, eo q normam & menſurã excedat. Plin in Epiſt. Omnia enim aduertit, quod eminet & extat: ſed acri intentione diiudicãdum eſt, immo dicum ſit, an grande: altum, an enorme. Pli. lib. 17. cap. 12. Eædem enormes ceraſia, lauris. Enormiter, aduerbium. Pli. lib. 37. cap. 6. Simili modo, ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

ENOTESCO, is, {*Farſi noto*}(γνωρίζομαι) notus ſio. Pli. in Epiſto. Enotuerunt quidam uerſus tui, & quiuis te clauſtra refregerunt.

ENS, (τὸ ὄν) & Entia, (τὰ ὄντα) {*Ciò che è, quelle coſe che ſono*} à uerbo Sum deducta, uoces ſunt ſolis penè philoſophis uſurpatæ. Quint. lib. 8. cap. 3. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Seruio Flauio, quorum dura quædam ad modũ uidentur, ut Ens, & Eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil uideo: niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus: ideoq; paupertate ſermonis laboramus.

ENSIS, {*Spada*}(ξίφος) gladius, mucro, ſpatha. Verg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. Ab enſis fit diminutiuum Enſiculus, ξιφίδιον. Plaut. in Rud. Io eo enſiculo literarum quid eſt. Enſifer, ri. Ouid. 2. de Arte. Enſifer Orion aſpiciendus erit.

ENTELECHIA, (ἐντελέχεια) perfectio, uis ex ſe mouens, agitatio, ſiue energia. Ariſtoteles ipſam animam ita appellauit lib. 2. de Anima Cic. cõtinuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Verba eius ſunt hæc. 1. Tuſcul. Quintum genus adhibet uacans nomine, & ſic ipſum animum Entelechiam appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui Endelechiam per d. ſcribẽdum exiſtiment. ſed per t, pluribus probatur. Corinthus Grammaticus auctor eſt, Atticos ἐντελέχειαν per τ, ἀντὶ τῆς ἐνδελεχείας ſcribere conſueuiſſe. Item apud Lucianum in iudicio uocaliũ quæritur δ ſe ſuis ſedibus pulſum à τ, in hac ipſa uoce.

ENTELA, (ἔντελλα) Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginienſiũ primi belli Punici tempore ſocia. Stephano.

ENTEROCELE, (ἐντεροκήλη) ſpecies herniæ, cum inteſtina decidunt in ſcrotum: quemadmodum Epiplocele, (ἐπιπλοκήλη) cum eodem delabitur omentum: & Hydrocele, (ὑδροκήλη) cũ in alterum è teſtibus humor confluit. Omneſq; has ſpecies, noſtri uocant Hernias, inquit Celſus. Ramices uerò qui ſequuntur Porocela (πωροκήλη) cum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubdurunt. Sarcocela, (σαρκοκήλη) cum in ipſo ſcroto cõcreuit caro. Cirſocela, (κιρσοκήλη) cum uenæ intumuerunt, tunicis teſtium integris, uel in ipſo ſcroto. Bubonocele eſt, tumor teſticuli ex inflammatione, febrem afferens, uel tumor in inguine ex repletione nerui ex quo teſticulus dependet. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupreſſi. Enterocelicus, qui enterocela laborat. Pli. lib. 26. cap. 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur ueſicæ uitijs. Enteron, (ἔντερον) Latinè inteſtinum. Hinc quidam Exenterare, (ἐξεντερίζειν) pro euiſcerare, & inteſtina detrahere, deduci putant. Vide ſuo loco.

ENTHEMATA, (ἐνθέματα) à medicis uocantur, quæ uulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum ſanguinem, & humorum affluxum. In inſitionibus item Enthemata uocantur ſurculi, qui in fiſſuram trunci inſeruntur.

ENTHEOS, a, um, (ἔνθεος) numine diuino plenus. Sta. Syl. 2. Hic thyrſos, hic plectra ferit, hic enthea lauro Tempora, Minoa crinem premit ille corona. Hinc Entheatus, a, um, diuino numine afflatus. ut, Entheata uatum pectora, apud Martial. lib. 6.

ENTHVSIASMVS, (ἐνθουσιασμός) eſt diuinus quidam uigor, qualẽ habẽt dicta aut ſcripta eorum, qui diuino numine ſunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod ſignificat, afflor numine.

ENTHYMEMA, atis, pe. pr. & Enthymematum, ti, (ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖν, quod eſt mente concipere, animaduertere, conſiderare) commentum uel commentationem. Quintilianus interpretatur: q mentis actio omnis atq; ſententia Enthymema nominetur, ſicut docet Cic in Topicis inquiens: Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrarijs concluſa, quæ ipſi Enthymemata appellant. Enthymema (inquit Rufinianus) dicitur, cum periodus orationis ex contrarijs ſententijs aſtringitur: quale eſt illud Ciceronis in Diuin. Tamen his operam tuam pollicebere, qui te neque uelle ſua cauſa, nec ſi uelis, poſſe arbitrantur? Dialecticis Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur concluſio: ut, Caſtitas uirtus eſt, ergo amplectenda. Vbi ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam maiorem uocant, Virtus omnis eſt amplectenda. Iuuena. Saty. 3. Aut Curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

ENTOMA, (ἔντομα) à Græcis appellãtur, quæ nos uocamus inſecta, cuiuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & eiuſmodi, ratione nominis inde (ut opinor) ducta, q pleraq; ex ijs circa medium ſui inciſa ſint, adeo ut poſterior pars tenui ad modum diſcrimine adhæreat priori.

ENTRIBÆ, (ἐντριβαί) populi Thraciæ ſunt, à Stepha. commemorati.

ENVBO, is, pen. pro. {*Maritare fuori dell'ordine & grado ſuo*} à Liuio uidetur uſurpatum pro extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait lib. 10. ab urb. Virginiam Auli filiam patritiam plebeio nuptam L. Volumnio Coſ. matronæ, q è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt. Inde Enuptio uerbale. Idem lib. 9. 4. Decadis: Vt, Hyſpalæ Fecenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei uir teſtamento dediſſet.

ENVCLEO, as, {*Aprire*} aperio, & nucleum è calyce extraho. Nucleus uero, (πυρήν) dicitur, quod tenerum in nuce includitur. Per tranſlationem Enucleare ſignificat declarare, & explanare, ἀκριβοῦν, δηλοῦν. Cic. in parti. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleãdum eſt. Enucleatus participium. Ci. pro Plan. In quo primum illud debes putare: comitijs, præſertim ædilitijs, ſtudium eſſe populi, non iudicium: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia. Enucleate aduerbiũ, purgate, exquiſite, clare, ac ſine aſperitate. Ci. lib. 4. Tuſ. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate diſputant.

ENVDO, as, are, {*Nudare*}(γυμνόω) idem quod nudare. Et per tranſlationem exponere, ac ueluti intellectui aperire, hoc eſt interpretari. Cice. 1. de Legib. Et rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligẽtias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

ENVMERO, as, are, {*Numerare*}(ἐξαριθμοῦμαι, καταλέγομαι) eſt multas res ſimul numerare, & recenſere. Proper. lib. 2. Eleg. Enumerat miles uulnera, paſtor oues.

ENVMERATIO, (κατάλογος) eſt ipſe enumerandi actus. Præterea argumenti genus frequens apud Oratores, cùm plurimis rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſario confirmatur, hoc pacto: Neceſſe eſt aut inimicitiarum cauſa ab hoc eſſe occiſum, aut metus, aut ſpei, aut alicuius amici gratia: aut ſi horum nihil eſt, ab hoc non eſſe occiſum. Eſt etiam Enumeratio pars epilogi cùm argumenta aut omnia aut præcipua per totam orationem ſparſa, in fine repetunt, ut altius memoriæ inſideant. De qua multa in Rhetor. ad Herẽniũ.

ENVNTIATVM, ti, (ἀξίωμα) oratio perfecta, ueri aut falſi ſignificatiua, quæ & Effatum, & pronuntiatum dicitur. Noſtræ ætatis Dialectici Propoſitionẽ uocant. Cice. de Fato: Nec ſi omne enuntiatum aut uerum eſt, aut falſum, ſequitur illico, cauſas eſſe immutabiles.

ENVNTIATIO, onis, (ἀξίωμα) idem quod enuntiatum, effatum, ſiue pronuntiatum, hoc eſt, oratio ueri aut falſi ſignificatiua. Cice. de Fato. Omnis enuntiatio, (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut uera, aut falſa eſt. Ibidem. Explicanda uis eſt ratioq; enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα uocant.

ENVNTIO, as, {*Pronontiare, proferire, parlare, eſprimere*} (ἀποφαίνω, ἀποφθέγγομαι) eloquor, effero, exprimo, profero. Cic. 2. de Fini. Grauiſſimæ ſunt ad beate uiuendum breuiter enuntiatæ ſententiæ. Ponitur etiam pro ſimplici nuntiare, uel è longinquo nuntiare, uel ſignificare. Cic. Epiſto. ad Attic. lib. 1. Coſinius hic, cui dedi literas, ualde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui uiſus eſt, & talis, qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. Elegantiſſimus præterea huius uerbi uſus eſt pro diuulgare, & quod arcanum erat, retegere: ut, Enuntiare aduerſarijs amicorum conſilia, Cice. pro Roſc. Amer. Enuntiare myſteria dicendi, Idem. 1. de Orato. Enuntiatus particip. Quintil. lib. 2. cap. 5. Sermo rectus & ſecundum naturam enuntiatus. Enuntiatiuus, a, um, Seneca Epiſt. 118 Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. Ibidem. Aliquid eſt enuntiatiuum de corpore, quod alij effatum dicunt, alij enuntiatum, alij edictum. Enuntiatrix, cis, fœmi. gene. Quintil. lib. 2. cap. 15. Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

ENYALIVS, (ἐνυάλιος) unum eſt ex Martis cognominibus. teſte Macrobio lib. 1. Satur. cap. 19 qui Enyalius dicitur, quaſi ἐνυοῦς υἱός, hoc eſt, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoſo.

ENTO, (ἐνυώ) Bellona dea, bellorum præſes: quanquam etiam figurate pro ipſo bello ſiue prælio accipitur. Martial. in. 1. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo, hoc eſt prælium nauale.

E ANTE O.

EO, is, iui, uel ij, itum, {*Andare*}(πορεύομαι, εἶμι) notæ ſignificationis eſt. Ire, redire, contraria. Martial. lib. 6. Et capitolinas itq; reditq; uias. Interdum ſignificat uenire, βαδίζειν. Teren. in Adel. Quæſo ut una mecum ad matrem uirginis eas. Ire pedibus. Plau. Stic. Nam pedibus ire non queo. Ire autem in ſententia pedibus (πεζοὶ βιβάζειν) eſt alterius ſententiæ non uerbo, ſed corpore accedere. Liui. lib. 7. ab Vrb. Qui hoc ſentitis, in dexteram partem pedibus tranſite, quæ maior pars erit, eo ſtabitur conſilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus tranſierunt. Hæc ratio inuenta eſt, q nonnunquam longum eſſet audire ſingulos, in magno præſertim ſenatorum uel iudicum conſeſſu: cum igitur duæ, tres'ue ſententiæ dictæ erant ab ijs, qui primi rogabantur, reliqui in illorum, cũ quibus ſentiebant ſedilia tranſibant, ut res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem, præ multitudine ad ſententiam ire poterant, ideoq; manu ſentẽtiã ſignificabant: quod Quintilianus intelligit, ubi ait: Manibus pedibus iniua in ſententiam neceſſitatis. Huic contrarium eſt Ire in alia omnia, hoc eſt, ab auctore ſententiæ alicuius diſſentire, & in aliorum ſententiam diſcedere. Ci. Epiſt. Fam. lib. 1. Epiſto. 2. Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obſiſti nõ poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Nauibus inſtructis ire. Verg. 2. Aenei. Et iam argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. Cic. ad Att lib. 10. Nauigio eſſe te iturum trans mare, credere nõ poſſum. Ire rectis ſenſibus. Cic. 13. Philipp. Si me rectis ſenſibus euntem dij immortales, ut ſpero, adiuuerint. Ire inficias, negare. Teren. in Adel. Hoc reliquum eſt, Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus quem amiſerat. Ire in aciem, pro Militare. Quint. lib. 9. cap. 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat, ut militia uacaret ex lege, q quinquagenarius eſſet: aduerſante filio ire in aciem coactus, deſeruit. Ire in articulum dicitur ſeges, cum nodos, ueluti articulos quoſdam acquirit. Pli. lib. 18. cap. 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. Rud. Verba facimus, it dies. It res, pro ſuccedit. Cic. Att. lib. 14. Incipit res melius ire, quàm putaram. Itur impeſonale. Teren. in Andr. Ea quoniam nemini obtrudi poteſt: Itur ad me. Hoc uerbum, præter naturam aliorum uerborũ quartæ coniugationis, facit futurũ in Bo: ut, Eo, Ibo, quemadmodum & Queo, Quibo. Inuenitur tamen etiam nonunquã Eam. Ter. in Eun Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Cum acceſſor ultro? Compoſita ab Eo, quamuis ſimplex ſit neutrum, aliqua tamẽ ſunt actiua: ut, Adeo, Adeor: Obeo, Obeor: Intereo, Intereor, Subeo: Subeor. Iuuena. Quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra Claud. Quadrigarius. Pugna acriter commiſſa, ac multis utrinq; interitis Ver. lib. 10. Morte obita, quales fama eſt uolitare, figuras. Componitur Eo cum Ab, ut Abeo: Ad, Adeo: am, Ambio, in quo b interponitur euphoniæ cauſa, & e uertitur in i. Ante, Anteeo: Circum, Circumeo: Con, Coeo, in quo abijcitur n: Contra, Contraeo: Ex, Exeo: In, Ineo: Inter, Intereo: Intro, Introeo: Ob, Obeo: Per, Pereo: Pro, Prodeo, in quo d, interponitur ſonoritatis gratia: Præ, Præeo: de quo latius ſuo loco, Præter, Prætereo: Re, Redeo. Sub, Subeo: Super, Superbio, ubi interponitur b, & e, mutatur in i: Trans, Tranſeo: Venum, Veneo. A' ſupino itum, itio, & itus, us, & Itio, πορεία. Cic. Att. lib. 15. Quis porrò noſter itus, reditus uultus, inceſſus, inter iſtos? Sueton. in Tiberio, cap. 38. Ad extremum uota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, ut uulgo iam per iocum, Callipedes uocaretur. Teren. Phor. Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni? Cic. Att. De obuiam itione ita faciam, ut ſuades. Ito, as, frequentatiuum, frequenter eo. Suet. de Clar. Rhet. Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare uellent, inſtituerunt.

EO', {*Tanto*}(τοσοῦτο) pro tanto: ſicut & Quo, pro quanto ponitur: ut Eo magis Quo magis. Salu. in Proœ Belli Cat. Statui res geſtas pop. Romani, carptim, ut quæq; memoria digna uidebũtur, præſcribere, eo magis, q mihi à ſpe, metu,

partibus

partibus Reip. animus liber erat. Quandoq; ponitur pro ideo, uel propterea, ἐπὶ τούτῳ. Teren. in Eun. Eo'ne es ferox, quia habes imperium in beluas? Ibidem. Eo ad eam non admiſſa ſum. Aliquando ſignificat Vſq; illuc. Liu. lib. 2. Ipſa ueſtigia quæ ſentem dominum eo deductura erant. Aliquando id, uel uſq; ad id, (εἰς τοσοῦτο) ut apud eundem in Proœmio operis: Quæ ab exiguis profecta initijs, eo creuit, ut iam magnitudine laboret ſua. Sic dicimus, Eo magnitudinis, quod eſt ad eam magnitudinem. Eo ſapientiæ (εἰς τοσοῦτο σοφίας) deuenit: id eſt, ad eam ſapientiam.

EOS, {L'Aurora} (ἠώς) priori longa à Græcis uocatur, quam nos dicimus Auroram. Ouid. 3. Faſt. Tres ubi luciferos ueniens præmiſerat Eos. Idem. 4. Faſt. Proxima uictricem cum Romam inſpexerit Eos.

EOVS, oa, um, {Orientale} (ἠῷος) adiectiuum eſt, idem ſignificans quod Orientalis: habetq; primam ſyllabam indifferentem; quanquam ſæpius producitur. Deriuatur enim ab ἠώς, dictione Græca, qua illi Auroram ſignificant: quæ quidem frequentius per η ſcribatur, inuenitur tamen quandoq; ſcripta per ε. Productionis exempla nuſquam nõ occurrunt. Reliquum eſt, ut aliquot exemplis doceamus poſſe breuiari. Verg. 2. Aenei. Confligũt Zephyruſq;, Notuſq;, & lætus Eois Eurus equis. Ouid. 2. Amor. Gallus & Heſperiis & Gallus notus Eois. Eſt & Heous, ſubſtantiuum, (ἑῷος) prima uocali aſpirata, quod primam ſyllabam corripit: quo nomine dictus eſt unus ex equis Solis. Ouid. 2. Metamor. Interea uolucres Pyroeis, & Heous, & Aethon, Solis equi, quartuſq; Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.

EOVSQVE, {In tanto, fino à tanto} (ἐπὶ τοσοῦτο) in tantum. Vale. Maxi. lib. 1. Natam uterum euſque creuiſſe, donec cũctas dominationis ſuæ partes inumbraret.

E ANTE P.

EPACRIA, (ἐπακρία) Attici agri oppidum, unum ex ijs, quæ à Cecrope in ciuitatis formam ſunt redacta. Auctor Stephanus.

EPAGON, onis, {Artimone} (ἐπάγων) à Græcis uocatur artemo nauis, ſiue trochlea, qua funes ductarij, & cætera uaſis armamenta explicantur: quaq; maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius Ergatas uidetur appellare.

EPAGOGE, es, (ἐπαγωγή) argumentationis genus ex conceſsis ſenſim laqueos texens, ad irretiendum eum, qui ſe ſemel interrogandum præbuit, alijs atq; alijs percontationibus ſeſe mutuo excipientibus. Vide Comment. Budæi.

EPAGRIS, (ἐπαγρίς) inſula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teſte Plin. lib. 4. cap. 12.

EPAMINONDAS, (ἐπαμεινώνδας) nobilis fuit Thebanus, Polymni filius, ſingulari modeſtia, prudentia, & grauitate præditus, rei militaris peritus, manu ſtrenuus, animo maximo: adeo autem amans ueritatis, ut ne ioco quidem mentiretur. Ad hæc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus nouit, & ad earum ſonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionyſium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hauſit, quemadmodum ſaltationem à Calliphrone. In philoſophia uero Lyſiæ Pythagoreo operam dedit. Hic cũ apud Leuctra Lacedæmonios plaga peſtifera adeo affeciſſet, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes conciderint, & principatum Græciæ amiſſum ultra reparare nequiuerint, dicere ſolebat, orbum ſe, non tamen ſine liberis mori, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic poſt clariſsima facinora edita, extremo tẽpore apud Mantineam, cum acie inſtructa, & ducis optimi, & militis fortiſsimi officio fungitur, ſparo agreſti telo percuſſus ictu mortifero, relatuſq; in caſtra ſemianimis, requiſiuit à circunſtantibus, ſaluus ne eſſet clypeus: cum ſaluum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, ueluti ſocium laborum gloriæq; oſculatus eſt. Iterum quæſiuit, eſſent ne fuſi hoſtes: cum id quoq;, ut cupiebat, audiuiſſet, euelli tũ deniq; ſpiculum iuſsit: atq; ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in uictoria mortuus eſt. Cuius morte Thebanorum uires hebetatæ ſunt, ut non tam illum amiſiſſe, q̃ cũ illo interijſſe omnes uiderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & poſt interitum eiuſdẽ in ſeruitutẽ priſtinam reuoluti ſunt: ut manifeſtum ſit, gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuiſſe. Vide Xenophontem lib. ult. Rer. Græcarum.

EPANADIPLOSIS, (ἐπαναδίπλωσις) figura eſt, quæ fit, cum eadem dictione uerſus clauditur, à qua exordium ſumpſit. Verg. 1. Aeneid. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

EPANALEPSIS, (ἐπανάληψις) eſt repetitio ſententiæ alicuius, ut iterum atq; iterum audita, altius inſideat auditoribus. Ci. pro Rab. Libenter, ſi eſſet integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirij manu interfectum. Nihil me iſte clamor commouet. Et deinde ſubdit: Libenter, inquam, profiterer.

EPANAPHORA, (ἐπαναφορά) Latine repetitio, figura eſt cum ab eadem dictione plures ſententiæ inchoantur: qualis eſt apud Verg. in Gallo: Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori: Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo.

EPANODOS pen. cor. (ἐπάνοδος) ſchema eſt διαφορᾶς, cum ad id regredimur, unde ſemel diſceſsimus: ut, Principatus bonus, non autem bonus, qui in tyrannidem commutatur.

EPAPHRODITVS, pe. pro. (ἐπαφρόδιτος) Grammaticus fuit patria Chæroneus. Archiæ Grammatici alumnus, & diſcipulus, quem Modeſtus Ægypti Præſes ſibi coemit, & filium ſuum Petelinum eidem in diſciplinam tradidit, quem ille Romæ inſtituit ſub Nerone. Mortuus eſt hydropiſi. Reliqua uide apud Suidam.

EPAPHVS, (ἔπαφος) Iouis filius ex Io, qui Memphim in Aegypto cõdidit. Ouid. 1. Metam. poſtquam fabulam Ius in Vaccam conuerſæ recitauit, ſubdit: Hunc Epaphus magni genitus de ſemine tandem. Creditur eſſe Iouis.

EPARCHIA, (ἐπαρχία) à Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, ſiue præfecturam appellant unde & Eparchus, (ἔπαρχος) prouinciæ præſes, & Eparchiotes, (ἐπαρχιώτης) prouincialis.

EPECTASIS, p. c. (ἐπέκτασις) dici poteſt porrectio: figura qua in medio dictionis litera uel ſyllaba interponitur. ut Induperator pro Imperatore. A' uerbo Græco ἐπεκτείνω, quod eſt porrigo: uel ulterius extendo.

EPENTHESIS, p. c. (ἐπένθεσις) interpoſitio literæ uel ſyllabæ ad mediã dictionis, ut longior fiat numero ſyllabarum, uel temporũ. A' uerbo Græco ἐπεντίθημι, quod eſt interſerere: ut Relligio pro Religio, Alituum pro Alitum.

EPEVS, pe. pr. (ἐπειός) nomen proprium, Endymionis filij, & Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui et Aries dicitur: teſte Pli. lib. 7. cap. 56. quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuiſſe equi lignei, quo Troia prodita eſt.

EPEI, pen. pro. (ἐπειοί) populi in occidentali ora Peloponneſi, alio nomine Elij dicti, teſte Plin. lib. 4. cap. 5. Cuius ſententiæ etiam Stephanus ſubſcribit. Homerus tamen in Catalogo nauium Epeorum urbem diuerſam facit ab Elide, quã uidetur Epeorum iuri ſubijcere. Vide Strabonem lib. 8.

EPHEBIA, (ἐφηβία) pubertas dicta eſt: id eſt, prima ætas adoleſcentiæ, & extrema pueritiæ, ut tradit Donat. Cẽſorinus de die Natali, cap. 5. ita diſtinguit, ut decimoquinto ætatis anno cum primum pueritiam egreſsi ſumus, dicamus μελλέφηβοι, hoc eſt futuri ephebi: decimoſex. ἔφηβοι decimoſeptimo, ἐξέφηβοι, quaſi ephebiam egreſsi. Inde Ephebium, (ἐφηβεῖον) dictũ paleſtræ membrum, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruu. lib. 5. ſic inquit. In duplici porticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem eſt exedra ampliſſima, &c.

EPHEBVS, pen. pro. {Giouanetto di prima barba} (ἔφηβος) dicitur, qui iam ad annos pubertatis peruenit: ex ἐπὶ & ἥβη pubertas. Iuuenalis: Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis. Teren. in And. Nam is poſtquã exceſsit ex ephebis Soſia, Liberius uiuendi fuit poteſtas. Id eſt, poſtquam exceſsit ex ea ætate, qua pubem primo emiſit.

EPHEDRA, æ, (ἐφέδρα Dioſcoridi) herba eſt alijs nominibus Caucon, & Anabaſis appellata. Naſcitur uentoſo ferè tractu, ſcandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numeroſis, qui ſunt iunci geniculati. Hæc Pli. lib. 26. cap. 13. Hac mulierculæ utuntur ad uaſa lignea emundanda, pectinumq; opifices ad buxi ſcabritiem expoliendam. Vulgo Prelam uocant.

EPHEGESIS, pen. pro. (ἐφήγησις) cauſæ uel iudicij genus, cum accuſabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ.

EPHELIS, pen. pro. (ἐφηλίς) tuberculum, ſeu aſpredo cutis in facie, ex ardore Solis progenita.

EPHEMERA, ſiue EPHEMEROS. {Febre d'un giorno} (ἐφήμερος) febris eſt unius diei, quam & Latini Diariam appellant, eo quod diei unius (quãtum in ipſa eſt) ſpatio terminetur.

EPHEMERIS, pen. cor. {Giornale} (ἐφημερίς) in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribũtur. Latinè Acta diurna, & Diarium dicitur ab ἐπὶ & ἡμέρα, dies. Mos fuit Romanis, ut ſinguli rerum ſuarum tabulam conficerent: unde Iuuenalis accipit pro libro, in quo diurnales diuinationes erant, cum ait: In cuius manibus, ceu pinguia ſuccina, tritas Cernis ephemeridas. Propertius uero pro libro fœneratoris, in quo ſummas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæq; perſcribit, & ratiunculam per ſingulos dies expenſi acceptiq; ſubducit, & lucra damnaq; cõputat. dicit enim, Me miſerum, his aliquis rationẽ ſcribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cic. pro Quintio: Diſcedẽs in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur, à Cicerone Aduerſaria, orum.

EPHEMERON, (ἐφήμερον) animal naſcens apud Hypanim fluuium qui influit in Boſphorum, eodem, quo naſcitur, die interiens. Ariſto lib. 5. Animal.

EPHEMERON, (ἐφήμερον) duarum herbarum nomen eſt Dioſcoridi, quarum alteri folia tribuunt lilij, ſed tenuiora, caulem parem, florẽ candidũ: amarũ, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, odore non iniucundo: traduntq; in locis præcipue opacis naſci. Hæc hodie ea eſſe creditur, quæ floſculos candidos gignit, gratiſsimi odoris, quos uulgus Lilia conuallium appellat. Dictum autẽ Ephemeron putatur, quod florem habeat fugaciſsimum, qui unico die marceſcat. Alterum ephemeri genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibuſdã etiam bulbus agreſtis, ſub autumni exitum florem fundens croceo ſimilẽ, folia habens pinguiora, q̃ bulbus, caulem ſemipedalem, ſemen rufum, radicem ex nigra rufeſcentem, quæ deſquamata intus albeſcit, ſuccumq; lacteum fundat. Vulgus Canineam appellat, q gustatum canes enecet: Quinetiam homines bulbi ſimilitudine inuitatos more fungorum ſtrangulat. Vnde etiam Ephemeron appellatum exiſtimant q die uno perimat.

EPHESTIADES, Vide Hephæſtiades.

EPHESTII, (ἐφέστιοι) à Græcis dij appellantur, qui à nobis Penates, & Laresq; aris & focis præſidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας Græci focum ſeu Larem intelligunt.

EPHESTRIS, idis, {Sopraueſta} (ἐφεστρίς) ueſtis quæ ſupra arma indui ſolet. Beyſius putat eandem fuiſſe ei, quam Romani Paludamentũ appellarunt.

EPHESVS, pen. cor. (ἔφεσος) urbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis uiginti annis à tota Aſia factũ fuit, in ſolo paluſtri, ne terræ motus ſentiret. In eo centum uiginti ſeptẽ columnæ fuerunt ſingulæ à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine: inter quas triginta ſex cælatæ fuerunt miro artificio. Hoc templum impenſa non facile æſtimanda ab Heroſtrato quodam (qui hac potiſsimum uia ſibi nominis immortalitatem uenabatur) incenſum totum conflagrauit, eadem Olympiade qua Alexãder Magnus natus fuit. Hæc ciuitas nauale & portum habuit, & loci opportunitate multum creuit, & maximum citerioris Aſiæ emporium fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenij, & doctrinæ, & uitæ probitatem, in exilium miſſus fuit. Præterea Hipponax poeta, & Parrhaſius pictor, & Apelles: et Alexãder orator, et Theodotion Iudæus, qui ſacram ſcripturam interpretatus eſt.

EPHIALTES. (ἐφιάλτης) à noſtris dicitur Incubus. Eſt autẽ morbus quieſcentes in lecto plurimum infeſtans, cum uelut ingenti pondere nobis ſuperincũbente premi uidemur. Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, hoc eſt, à conſcendendo, ſiue inſiliendo. Generatur autem (ut nonnulli medicorum tradiderunt) ex uoracitate & cruditate, euaporatione ſcilicet in caput redundante. Dictus eſt etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filijs, qui cum ſingulis mẽſibus nouem digitos creſceret, in tantam altitudinem euaſit, ut ſtatura ſua fretus, una cum fratre Oto ſuperis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus ad inferos eſt detruſus. Ver. in Culice: Nam uictus ſedet immanis ſerpentibus Otus Deuinctus, mœſtum procul aſpiciens Ephialten.

EPHIPPIA, orum, {Selle di caualli e ſimili ornamenti} (ἐφίππια, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ καὶ ἵππος) proprie tegmina, ſeu ſtragula, quibus equi ſternuntur, uel ſellæ equis ad inſidendum impoſitæ. Cato, ſiue Varro, ſiue alius quiſquis is eſt, qui de Liberis educandis librũ conſcripſit: Mihi puero modica fuit una tunica, &

toga ſine faſcijs calceamenti, equus ſine ephippio. Horat. in Epiſt. Optat ephippia bos piger optat arare caballus. Hinc equites ephippiati, qui ephippia habēt in equis. Cæſ. lib. 4. Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, q̄ ephippijs uti: itaque ad quemuis numerum ephippiatorū quamuis pauci adire audēt. Equi ephippiati, quibus ſellæ imponuntur, propter molliorem uecturā. uide in dictione Strata.

EPHORVS, pen. cor. (ἔφορος) Hiſtoricus fuit Cumæus, Iſocratis auditor, & condiſcipulus Theopompi: cuius uitam, & ſcripta uide apud Suidam. Ephori item apud Lacedæmonios magiſtratus eiuſmodi fuerunt, quales apud Romanos tribuni plebes, qui à Theopompo ſic appoſiti regibus ſunt, ut apud Romanos Conſulibus Tribuni. Vt enim à Conſulibus ad Tribunos prouocare quiſq; poterat, ſic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis conſtat ab Ephoris reges alios eiectos fuiſſe, alios interemptos. Olim pro miniſtris regum fuerūt, paulatim deinde omnem potentiam in ſe transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, ut ſenſim à rege magiſtratum proprium conſtituerint, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, quod eſt intueri, q; ad ciuitatis ſalutē oculos intentos haberēt.

EPHYDRON, (ἔφυδρον) herba, quę & Equiſetū, & Hippuris, & Anabaſis appellatur. Vulgus Prelam uocat. Vide Hippuris.

EPHYRA, yræ, (ἔφυρα) urbs Peloponeſi, in ipſo ſita iſthmo, quę alio nomine Corinthus dicta eſt. Ephyræ autem nomen accepiſſe uolunt ab Ephyra nympha, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Ver. 4. Geor. Lucan. lib. 6. aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis. Hinc Ephyræus, ræa, ræum, (ἐφυραῖος) hoc eſt Corinthus. Propertius: Non tis complebant Ephyrææ Laidos ædes. Lucan. lib. 6. Inſedit caſtris, Ephyræaq; mœnia ſeruat. Ver. 2. Georg. Ephyræius per quinque ſyllabas extulit. Illuſas auro ueſtes, Ephyræiaq; æra. Fuit & alia eiuſdem nominis urbs in Epiro, aliaq; rurſus in finibus Theſſaliæ: ité aliæ nonnullæ quas uide apud Stephanum.

EPIALOS, (ἠπίαλος) genus febris eſt, ex pituita frigida uel uitrea putrefactaq;. nomen dedit ei placidi pellacia ponti Subdola, quam Græci ἁλὸς ἠπίοντα: quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur: uel ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλαίνειν, quod blande ac modice calefaciat.

EPIBADES, pen. cor. naues uectoribus ſolum tranſuehendis accommodatæ. Vlpian. l. 1. §. agitur præpoſitio ff. de exer. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) ἐπιβάδες ſunt. Et pleroſque mandare ſcio, ne uectores recipiant: & ſic, ut certa regione, & certo mari negotientur. Bayſius, Epibades, inquit, dictæ: ut opinor, quaſi epibatides, ad epibatas ſolum, id eſt, uectores traijciendos. Et fortaſſe legendum apud Iureconſultum, Epibatides.

EPIBATÆ, {*Guerrieri da naue*} (ἐπιβάται) ſunt bellatores in re nauali. Hircius in 4. Commen. belli Alex. Capta eſt una hoſtium quadriremis, depreſſa eſt altera, alteraq; perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Dicti Epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνειν hoc eſt à conſcendēdo: unde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur, qui nauim conſcendunt, ut aliquò ea uehantur.

EPIBATRA, thræ, (ἐπιβάθρα) ſcalæ nauticæ, quibus in nauim cōſcenditur.

EPICAVMA, atis, (ἐπίκαυμα) oculi ulcus cruſtoſum, ſordidum & impurū, humore fœdo iugiter effluente. Ita dictum à quadam adultionis ſimilitudine.

EPICERIDES, (ἐπικηρίδης) uir Cyrenenſis, qui ob ſingularem ſuam in populum Athenienſem liberalitatem, ampliſsimis uiciſsim ab illo honoribus eſt affectus. Vide Demoſthenem in Oratione aduerſus Leptinem.

EPICHARMVS, (ἐπίχαρμος) philoſophus Syracuſanus, Pythagoræ auditor, Tyrtri (ut Suidas ſcribit) uel Chimari filius, uir multa eruditione clarus, comœdiæ auctor. Hora. libr. 2. Epiſt. Plaut. ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scripſit de natura rerum, & medicina commentarios. Huius mentionē facit Cice. lib. 1. Tuſcu.

EPICHEREMATA, (ἐπιχειρήματα) quæ dicātur oſtendit. Quin. li. 5. ca. 10. his uerbis: Epicherema Valgius Aggreſsionem uocat: Celſus autem iudicat, non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem quam aggredimur, id eſt argumentum, quo aliquid probaturi ſumus, etiam ſi nondum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum, Epicherema dici. Quidam Epicherema Rationē uocant, Cice. melius ratiocinationem. Item cap. 14. eodem lib. Epicherema autē nullo differt à Syllogiſmis, niſi q; illi & plures habent ſpecies, & uera colligūt ueris: Epicherematis frequentior circa credibilia eſt uſus.

EPICHRISTA, (ἐπίχριστα) apud Galenum in eundem ferè uſum accipiunt, quo circūlitiones, quas Dioſco. περίχριστα, & καλλιβλέφαρα appellat: à circumlinire, quod eſt expolire. Nam & in pictura Circumlitionem uocant, cum operibus iam perfectis, manus quædā ſalutaris admouetur ultima, quæ illa ipſa properanter lambenteq; penicillo circunlegat, atque reuiſitet.

EPICHYSIS, (ἐπίχυσις) uaſis genus eſt, teſte Varrone lib. 4. de lingua Latina, è Græcia primum aduectum, nomen habens, ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν. hoc eſt, ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

EPICEDIVM, {*Verſo funebre*} (ἐπικήδειον) carmen eſt, quod in laudem defuncti, corpore nōdum humato, cani ſolet: aliter Nænia, uel Monodia dictum. Quod uero corpore iam ſepulto, tumulo inſcribitur, dicitur Epitaphium.

EPICOENVM, {*Meſcheo*} (ἐπίκοινον) Græcis idem eſt, quod promiſcuum. Vnde Epicœnum genus à Grammaticis appellatur, quod ſub uno articulo promiſcue utrunq; ſignificat ſexum. Intereſt autem inter genus Commune & Epicœnū, q; in genere communi & homines ſunt et pecora, in epicœno pecora tātū. Quis autē huius generis ſit uſus, intelligi poteſt hoc modo: Nomina brutorum animalium, quæ ſub una terminatione & marem ſignificant & fœminam, aut facile ſexum diſcernunt, aut difficile. ſi facile marem à fœmina diſtinguas, erunt cōmunis generis, duobusq; declinabuntur articulis: ut hic & hæc bos. ſin difficile, erunt Epicœna, unoq; erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus. Vt Paſſer epicœni generis eſt ſub articulo Hic, quia terminationē ſortitur maſculinam: Aquila item epicœni generis eſt ſub articulo Hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua, quæ & Epicœna dicuntur, oſtenderit. in quibus ſexus uterq; per alterum apparet.

EPICROCVM, pen. cor. genus ueſtimenti, croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Auctor Feſtus.

EPICTETVS, pen pro. (ἐπίκτητος) nomen philoſophi Stoici qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari ſeruiuit, atq; ad Marci uſq; Antonini tēpora peruenit. Domitiano autē imperante eius dominatu offenſus, Roma Hierapolim migrauit, ratus uerum eſſe, quod eſt apud Tragicum, patriam eſſe cuiuſq;, ubi quis recte ageret. Tāta uero apud omnes homines eius uitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernā fictilem tribus drachmarum millibus, ob eius auctoritatē uenisse tradat. Scripſit Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinū fecit.

EPICVRVS, (ἐπίκουρος) eius ſectæ auctor fuit, quę ab eo Epicurea dicta eſt. Summum bonum in uoluptate ponebat, non tamen in uoluptate corporis, quēadmodum Ariſtippus, ſed in uoluptate animi, hoc eſt, in abſentia omnium dolorum. Dialecticam damnabat, q; Philoſophiam ſimplicibus uerbis affirmaret poſſe comprehendi. Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tantum tribuit, ut non dubitet affirmare, Epicurum reliquorum omniū Philoſophorum lumen obſcuraſſe, quemadmodum Sol ſuo ſplendore aliorum cœleſtium corporum claritatem obtenebrat. Traditur fuiſſe cōtinentiſsimæ uitæ: nomen tamen illud uoluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit, ut ab eo homines uoluptarij Epicurei dicantur.

EPICVS, a, um, (ἐπικός) adiectiuū eſt deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen ſignificat, & propriè Hexametrum: unde Epicus Poeta, (ἐποποιός) dicitur, carminis heroici ſcriptor. Cic. de Opt. gen. orat. Itaq; licet dicere & Enniū ſummum epicum poetam, ſicut ita uidetur, et Pacuuium tragicum, & Cæciliū fortaſſe comicum. Epicum poema. Cice. de Opt. gen. ora. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis eſt tractatū à Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis. Vide cœliū Rhodig. lib. 17. cap. 20.

EPIDAMNVS, ſiue **EPIDAMNVM**, {*Durazzo*} (ἐπίδαμνος) oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit, tritiſſimo è Græcia in Italiam traiectu nulli nō cognitum Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eo coloniam deducentes (inquit Plin. lib. 4. ca. 27.) Dyrrhachiū dicere maluerant, propter inauſpicatū nomē Epidamni, tanquā à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alluſit Plaut. in Menæhmis cum ait: Ne mihi damnum in Epidamno duas: tanquam nomen inditū ſit Epidamno, q; illuc nemo ſine damno diuertat. De hac Lucan. lib. 10. Ad campos Epidamnios. Appianus ſic habet, Epidamnus rex urbem condidit quæ ab ipſo nomen aſſumpſit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum urbi adiecit, quod Dyrrhachium appellatur.

EPIDAPHNE, (ἐπιδάφνη) urbs inſignis Syriæ, ad Orontem fluuium, una earū, quæ Tetrapolim efficiunt. alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicatoris patre. Epidaphne uero dicta à Daphne uicino ſuburbano, quod lucum habebat amœniſsimum, octoginta ſtadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Iulius Capit. Verum poſtea q̄ in Syriam uenit, in delicijs apud Antiochiam & Daphnem uixit. Ammianus: Apud Daphnen amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum.

EPIDAVRVS, (ἐπίδαυρος) ſiue Epidaurum, ciuitas in Peloponeſo, Aeſculapij templo celeberrima. de qua Plin. lib. 4. cap. 5. In Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Aeſculapij delubro celebre: Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctiſsimus, obq; artis præſtantiam in deorum numerum relatus, cū Apollinis filius exiſtimatus eſſet. Vetuſtas ei dicauit anguē, q; multa huic animali remedia inſint; ut ſcribit Plin. lib. 19 cap. 4. Vnde etiam fertur, Romanos, cum graui peſtilentia laborarent, conſultoq; oraculo iuberentur Aeſculapium Romam aduehere, triremem cum legatis ea de cauſa Epidaurum miſiſſe. Verum cum Epidaurij deum opiferum à ſe inuiti dimitterent, ferunt illis cunctantibus, ingentem anguem ad Rumanorum triremem adnauiſſe, ſeſeq; in puppi in gyrum complicuiſſe: quem iſti Aeſculapium arbitrati, magna cum ueneratione Romam aduexerūt. Hoc etiā nomine dicta fuit urbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare ſita, de qua Luca. li. 2. Illyris Ionias uergens Epidaurus, in undas. Pauſaniæ & Straboni Lymira cognominata, q; ſit portuoſa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Raguſia iuxta ædificata. Raph. Volaterranus.

EPIDERMIS, idis, (ἐπιδερμίς) cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alterius'ue animalis, uera cute ueluti efflореſcens, adeo tenuis ut uel atterendo, uel ſcalpendo facile poſſit lacerari. Nomen inde habet, q; (ἐπὶ τῷ δέρματι) hoc eſt, ſuper ueram cutem ſita ſit.

EPIDICTICON, (ἐπιδεικτικόν) cauſę genus eſt apud Rhetoras, à Latinis Laudatiuum dictum, q; præcipue in laudando et uituperando uerſetur. Aduerbum transfertur Demonſtratiuum. Ἐπιδεικνύναι enim nobis ſonat de[illegible]re. Cic. in Orato. Dulce igitur orationis genus & ſolutum & effluens, [illegible]tijs argutum, uerbis ſonans eſt in illo epidictico genere.

EPIDIPNIDES, (ἐπιδειπνίδες καὶ ἐπιδείπνια) ſunt epulæ, quæ in extrema cœna uel prandio adferuntur unde etiam proprio quodam epitheto Seræ Epidipnides uocantur. Martial. lib. 11. Hac ſeras epidipnidas parabit.

EPIDROMIDES, {*Fune da rete*} (ἐπιδρομίδες) plagarum funiculi ſunt, teſte Polluce quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expanſa: ita dicti, q; retium plagæ per ea diſcurrant. Plin. uſus eſt ablatiuo Epidromis, uelut à nominatiuo Epidromos, uel Epidrome, Natur. hiſt. li. 19. ca. 1. Vidimus (inquit.)

EPIDROMOS, {*La mezzana*} (ἐπίδρομος) ueli genus quod in puppi panditur. Nautę Mezanam uocant. Sunt enim tria uelorum genera, Acatiū, quod maximum, præcipuumq; nauis uelum eſt: Dolon, quod ſupra Acatiū attollitur cum maxima celeritate opus eſt: & Epidromos, quod circa puppim tenditur Auctor eſt Iulius Pollux.

EPIGAMIA, miæ, (ἐπιγαμία) connubium, affinitas cum alijs gentibus.

EPIGENES, (ἐπιγένης) nomen philoſophi Byzantini. Item poetæ cuiuſdam Comici, cuius fabulæ recenſentur à Suida.

EPIGASTRION, (ἐπιγάστριον) à rei anatomaticæ peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq; illud, quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonæo compactum, totum illud ſpatium comprehendens, quod eſt à cartilagine mucronata, nothiſq; coſtis, uſq; ad ilia, atq; ad ipſum uſq; os pubis. Cornelius Celſus lib. 4. cap. 1. Abdomen appellat.

EPIGLOSSIS, ſeu **EPIGLOTTIS**, (ἐπιγλωττίς) lingua eſt, quę aſperæ arteriæ meatum obſtruit, ne cibus aut potus per œſophagum ad pulmonem decerret. Plin. lib. 11. cap. 37. Tonſillæ in homine, in ſuis Glandulæ: Quod inter eas Vuę nomine ultimo depēdet palato, homini tantū eſt. Sub ea minor lingua, Epigloſsis appellata, nulli oua generātium. Opera eius gemina, du[illegible]

ſita fiſtulis: exterior earum appellatur Arteria, ad pulmonem atq; cor pertinens. Hanc operit in epulando, ac ſpiritu ac uoce illac meante, ſi potus, cibus'ue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur ſanè Gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde ad uentrem. Hanc per uices operit, cum ſpiritus tantum, aut uox commeat ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat.

EPIGONI, (ἐπίγονοι) dicti ſunt auctores ſecũdi belli Thebani, quaſi foetus illorum, qui primum confecerant bellum. Græce n. ἐπίγονοι poſteri appellant. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento cõpoſitam, Epigonos inſcripſit, quę agi expoſcebat uoce magna ſtenicorũ, et ſonora. Ob hoc dicit Cic. lib. 1. Off. q; hiſtriones uoce freti, agunt Epigonos, Medeamq;. Errant, qui exiſtimant Epigonos apud Strabonẽ eſſe populos, à quibus fabulæ nomẽ inditũ ſit: cũ Epigoni dicti ſint generali uocabulo oẽs filii, qui ex diuerſis populis conflati, ſecundũ bellũ Thebanũ duce Alcmęone cõfecerunt: quaſi poſt geniti, & filij illorũ, qui in primo bello ad Thebas mortẽ oppetierant. Nã ex Statij lectione conſtãt nomina ducũ, qui in eo loco occubuerunt: quorũ filij, ut mortẽ patrũ ulciſcerẽtur, cõi cõſilio contra Thebanos iterũ arma mouerunt. Acceperant n. reſpõſum ab Apolline, eã ſe ciuitatẽ expugnaturos, ſi Alcmæonẽ Amphiarai filiũ Imperatorẽ rei bellicæ feciſſent. Igi? Alcmęõ exercitu ex Gręcis collecto, cõtra Thebas duxit copias, acerrimeq; cõmiſſa pugna potitus'eſt uictoria, & Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. Epigoni ẽt dicti ſunt ſucceſſores Macedonũ ueteranorũ, qui ſub Alex. Magno ex Aſiaticis foeminis ſobolẽ ſuſceperãt. quæ ſoboles (ut hiſtorici memorãt) nomẽ habuit Epigonorũ, qui in caſtris nati, in armis educati, à paruula ętate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus inuicti extiterũt.

EPIGRAMMA, tis, (ἐπίγραμμα) ſeu Epigrãmatum, ti, dicitur inſcriptio, uel ſuperſcriptio. ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν, quod eſt ſuperſcribere. Cic. pro Archia poeta. Quòd epigramma in eum feciſſet, tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. Idem ad Att. lib. 1. Epiſt. 11. Epigrammatis tuis, quæ in Amalthea poſuiſti, contenti eramus. Hinc Epigrammatographus, epigrammatum ſcriptor.

EPIGRAPHE, pen. cor. (ἐπιγραφή) titulus, inſcriptio, cenſus, id eſt, dinumeratio ciuium, luſtrum.

EPILEPSIA, *{Mal caduco}* (ἐπιληψία) morbus eſt, quẽ Latini Comitialem appellant, propterea q; comitia dirimeret ſiquis eo in cãpo fuiſſet correptus. Epilepſiæ ãt nomen à Græco ἐπιλαμβάνεσθαι deductũ eſt, q; in eo capiani, & uincãtur ſenſus, adeo ut à mortuis nihil abſint. Nã una cũ cõuulſione totius corporis, principes cerebri operationes auferũt, toto uidelicet cerebro, uel duobus eius præcipuis uentribus affecto. Hinc ẽt ἱερὰν νόσον, hoc eſt, ſacrũ morbum quidã ex Græcis appellarũt, q; cerebrũ ſanctiſſimã noſtri portionẽ, quoddãq; mẽtis in luti ſacellũ peculiariter ifeſtet. Quidã ẽt Herculeũ, ab Hercule, quẽ morbo hunc obnoxiũ fuiſſe tradũt. Qui hũc morbũ patiunt̃, Epileptici (ἐπιληπτικοί) dicunt̃.

EPILOGISMVS, (ἐπιλογισμός) cogitatio, computatio. à uerbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod eſt excogito, & rationem ſubduco.

EPILOGVS, p.c. *{Concluſione}* (ἐπίλογος) poſtrema pars orationis, quã Latine cõcluſionẽ, ſiue Perorationẽ dicere poſſumus. Cic. 4. Tuſc. Nũ etiã Rhetorũ epilogũ deſideramus? Rhetores tripartitũ epilogũ faciunt, cõſtantẽ enumeratione, amplificatione, & cõmiſeratione. Per enumerationẽ fit rerum repetitio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις. i. recapitulatio. per amplificationẽ cõcitantur animi auditorum: per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

EPIMEDION (ἐπιμήδιον) caulis eſt non magnus, hederę folijs denis duodenis'ue, neq; florem, neq; fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani Vindiclam appellant.

EPIMELAS, gemma candida eſt, nigricante ſuperne colore. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

EPIMELIS, idis, (ἐπιμηλίς) meſpili genus eſt mali magnitudine, folio tantum minore, pomum ferens rotundum, ciculẽtumq;, fundo in latitudinẽ reſimo, aſtringentis naturæ, & tarde matureſcentis. Galenus τρίκοκκον uocari teſtatur, à tribus granis ſiue oſſibus, quæ in ſe continet.

EPIMENIDIVM, (ut Plin. lib. 27. ca. 9. ſcribit) eſt tertiũ bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minueq; aſpecto q̃ cætere ſcillæ ſpecies.

EPIMENIDES, p.c. (ἐπιμενίδης) poeta Epicus fuit, patria Cretenſis, teſte Apuleio lib. 2. Florido. qui à patre Agiaſarcho in agrum ad cuſtodiendũ pecus miſſus, in quodã antro obdormiuit annos LXXV. Vnde emanauit prouerbiũ, Epimenidis ſomnũ dormire. Hic idẽ Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit ciuitatẽ purgari, expiariq; oportere. Itaq; cũ rogatus eo ueniſſet, iuſſit oues albas atq; nigras apud Areopagũ immolari. Reuertẽs deinde domũ, oblatã ab eis pecuniam renuit. Meminit huius Plato in primo & tertio de legibus.

EPIMETHEVS, (ἐπιμηθεύς) per quatuor ſyllabas à poetis Iapeti filius fuiſſe fertur, & frater Promethei, qui ingenio ualens, hominis ſtatuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter, eum uertit in ſimiam, atq; in inſulas Pithecuſas relegauit. Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ouid. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. Vide infra de Prometheo, & Pandora, & Pithecuſis inſulis.

EPIMONE, p.c. *{Perſeueranza}* (ἐπιμονή) Latine perſeuerantia: figura quando ad maiorem affectum denotandum in eadem dictione perſeueratur: ut Ver. Sic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis, (ἐπίζευξις) uocatur.

EPIMYTHION, (ἐπιμύθιον) fabulę eſt expoſitio, eiuſq; utilitas. ut cum apologi rationem & ſententiam auctores mythologici attexunt: ut ſunt apud Aeſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

EPINICIA, orum, *{Giuochi & feſte per le uittorie}* (ἐπινίκια) Gręci uocant celebritates pro parta uictoria: ab ἐπὶ & νίκη: cuiuſmodi ſunt ignes nocturni pyræq;, quæ ad primum ſtatim uictoriæ nuntium in teſtimonium publicæ lętitiæ accenduntur: ſolennes prætera ſupplicationes, & aliæ id genus ſolennitates, quibus partæ uictoriæ gaudium ſolemus teſtari. Suet. uero accipit pro carminibus in laudem uictoris compoſitis, cum in Nerone ſcribit: Sequẽti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

EPINYCTIDES, (ἐπινυκτίδες) puſtulæ minutæ, ſeu uari: dicti à nocte, in qua maxime proueniunt. Iulius Pollux: Epinyctis, puſtula ſubliuida, modice tumeſcens, & plena ſanguinis in tibijs et pedibus. Accipitur etiã pro oculorum morbo. Plin. lib. 20. cap. 6. Illitis folijs ſanantur & ambuſta, & epinyctides, ita uocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

EPIPHANES, (ἐπιφανής) cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit: quæ etiam a cognomine eius Epiphania appellata eſt. Dictus Epiphanes, quaſi illuſtris a rerum geſtarum claritate.

EPIPHANIA, (ἐπιφάνεια) apparitio ſeu manifeſtatio dicitur. ἀπὸ τοῦ ἐπιφαίνεσθαι, hoc eſt, ab apparendo. Inde Epiphania, orum, a Chriſtianis dicuntur feſta quædam, quę nos Apparitionem domini uocare poſſumus. Hierony. Dies epiphaniorum Græco ſermone ſic uocatur. Quod n. apud nos Apparitionẽ uel Oſtenſionem dicimus, Græci Epiphaniam uocant. Hoc autem ideo, quia dominus noſter hodie Saluator apparuit, è tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, & triginta annorum expleſſet ætatem, tamen ignorabatur a mundo. Eo tẽpore cognitus eſt, quod ad Ioanem Bapti. ut in Iordane baptizaretur aduenit, & uox de coelo Patris intonantis audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem Pater de coelis monſtrauerat uoce, hunc Spiritus ſanctus uerſus in columbã, & ſuper caput illius ſedens, tactu quoq; ipſo uoluit demonſtrare, ne quis alius dei filius putaretur ex populo. Epiphania quoq; uocatur cum latitudo menſuratur cum longitudine. Vide in dictione Gramme.

EPIPHONEMA, (ἐπιφώνημα) rei narratæ, uel probatę ſumma acclamatio. Epiphonematis poſt rem narratam exemplum eſt apud Verg. lib. 1. Aen. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Poſt rem autem probatam apud Ciceronem pro Ligario. Quorum igitur Cæſar impunitas tuæ clementiæ laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? Dicitur etiam Epiphonema clauſula arguta, quæ in fine poſita aurem ferit: quales plerunq; ſolent eſſe clauſulę, quæ epigrammata claudunt.

EPIPHORA, p.c. (ἐπιφορά) morbus oculorum, quem uulgo Lacrymam uocant, cum deſcenſus humoris cuiuſdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt, ab inferendo. Pli. lib. 20. ca. 2. Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Dicitur & de alijs membris. Plin. lib. 20. cap. 13. Teſtium uero epiphoris cum ramis lauręæ teneris adeo peculiaris eſt, &c.

EPIPLOOCELE, (ἐπιπλοοκήλη) herniæ ſpecies cum omentum deſcendit in ſcrotum. Vide Enterocela.

EPIRHEDIVM, uehiculi genus, non diſſimile bennæ: compoſitum nomen ex ἐπὶ & rheda. Iuue. Saty. 8. Tritoq; trahunt epirhedia collo.

EPIROTICA MALA (ἠπειρωτικὰ μῆλα) dicunt̃, quę i Epiro Gręcie regione naſcunt: a noſtris dicunt̃ Orbiculata, a figura orbis in rotunditatẽ circũacti.

EPIRVS, p.p. (ἤπειρος) regio eſt Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnauit: hæc primum Moloſſia dicta eſt & a Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc uero Albania uocatur. Quondam urbibus populiſq; fuit frequẽtiſſima, ſed à Romanis ſubacta, cum ſæpius deficeret pene in ſolitudinẽ redacta eſt. de ea multa Strab. lib. 8. Ouid. lib. 8. Miſit apros, quanto maiores herbida tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus a Septentrione Macedonia, ab Oriẽte Achaia, ab Occidente Ionio mari. In ea ſunt ciuitates, Nicopolis et Ambracia. Hinc Epirota. (ἠπειρώτης) qui eſt ex Epiro. Liu. 5. Deca. lib. 2. Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem milia ab mari cum aſcenderent, conſilio Epirotarum habito, cum magno oĩum aſſenſu auditi ſunt. Epiroticus, a, um, ἠπειρωτικός. Cic. Attic. lib. 12. Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortaſſe alteræ poſtmeridianæ, niſi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello. Epirotici boues, qui ex Epiro ſunt. Varro 2. de Re ruſt. ca. 5. Tranſmarini epirotici non ſolum meliores totius Græciæ, ſed etiam Italiæ.

EPISCHIDION, *{Conio da fender legni}* (ἐπισχίδιον) apud Vitru. accipitur pro conco, quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis eſt findere.

EPISCOPIVM, *{Veſcouado}* (ἐπισκοπεῖον) epiſcopi habitatio dicitur, ſicut Prætorium appellatur, ubi Prætor ius reddit.

EPISCOPIVS, a, um, (ἐπισκόπιος) ponitur pro exploratorio Cic. ad Atti. Quinto non conſcendens ab hortis Clumanis in phaſelum epiſcopium: id eſt, nauem exploratoriam.

EPISCOPVS, pe. co. *{Veſcouo}* (ἐπίσκοπος) magiſtratus nomẽ fuit apud ueteres: cuius officium erat, panis et cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent curam habere: ut colligi poteſt ex uerbis Arcadij. ff. de Mune. & Hono. Latine interpretatur, ſpeculator ab ἐπισκοποῦμαι quod ſpeculor ſignificat, uel conſidero. Vnde etiã hodie ad Antiſtites tranſlatum eſt, quod illorum pręcipue munus ſit gregis ſibi commiſſi uitam explorare. Hac uoce uſus eſt Cic. lib. 7. Epiſt. ad Att. Vult enim (inquit) Pompeius me eſſe, quem tota hæc Campania & maritima hora habeat epiſcopum, ad quem delectus, & negotij ſumma referatur.

EPISPASTICA, (ἐπισπαστικά) medicamẽta, quæ pertinẽt ad hulcus purgãdũ, puſq; extrahẽdũ: dicta a uerbo Græco ἐπισπάω, quod idẽ ẽ quod attraho.

EPISTATES, *{Gaſtaldo, procuratore}* (ἐπιστάτης) Græce dicitur qui a nobis uillicus, procuratorq;, ac præpoſitus rei faciendæ uocatur. In foeminino genere Epiſtata, uillica dicitur, quæ præeſt diligenter familiæ ruſticanæ: qua uoce utitur Cato de Re ruſti. capi. 56.

EPISTOLA, læ, *{Epiſtola, lettera}* literæ, ἀπὸ τοῦ (ἐπιστολή) ἐπιστέλλειν, qđ eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Cic. Q. fr. lib. 1. Illud quod eſt epiſtolę proprium, ut is ad quem ſcribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat, prætermittendũ eſſe non puto. Hinc Epiſtolaris, re, quod ad epiſtolam pertinet, ἐπιστολιμαῖον. Hierony. Neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur.

EPISTOLIVM, *{Epiſtoletta}* (ἐπιστόλιον) parua epiſtola. Catullus: Conſcriptum hoc lacrymis mutis epiſtolium.

EPISTOMIVM, (ἐπιστόμιον) dicitur inſtrumentũ illud æneum, quo in fontibus ora ſalientũ obturant, uerticulũ in medio pertuſum habẽs, qđ admittit, uel arcet aquã: Galli ſua lingua Fontẽ uocãt. Hoc etiã inſtrumẽto utimur ad uinũ ex dolio hauriẽdum. Sene. ad Lucil. Niſi aquã argentea epiſtomia effuderint: et adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Varr. li. 3. de Re ruſt. Cũ aqua calida & frigida ex orbe ligneo, mẽſaq;, quã dixi i primis radijs eſſe, epiſtomija uerſis, ad unũquẽq; actum ſit, fluat in conuiuium. Vitruu. lib. 10. de Hydraulicis organis loquens, accepit Epiſtomium pro eo obturaculo, quod in Muſicis organis ſpiritum continet, & laxat, ut opus eſt. Motione (inquit) uectium uehementiore ſpiritus uehemẽs cõpreſſus, epiſtomiorũ aperturis influit, & replet anima canales.

EPISTROPHEVS, (ἐπιστροφεύς) à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex ſeptem colli uertebris, omnium ut latiſſima, ita & tenuiſſima, duplicem habens concauitatem, capitis conuexitatem, ſiue proceſſus recipiẽtem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circũagit. A quo uſu uertebra hæc Epiſtropheus

appellatur, à uerbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera ſignificat conuerto, circumago.

EPISTROPHVS, (ἐπίστροφος) nobilis fuit Phocenſis, Iphiti Naubolidæ filius, qui una cum fratre Schedio Phocenſibus præfuit in bello Troiano. Autor Homerus in Catal. nauium.

EPISTROPHE, es, (ἐπιστροφή) Rufiniano, figura eſt λέξεως, cum eadem in uerba plures deſinunt ſententiæ. Rutilius tamen Lupus, hanc inter ſchemata ſententiarum refert. Epiphoran appellans.

EPISTYLIVM, {Capitello} (ἐπιστύλιον) capitellum quod ſuper columnam ponitur. Corpus enim columnæ Scapum uocant, fundamentum Baſim: illud uero, quod columnæ ſuperponitur, Epiſtylium appellant. Vide multa de Epiſtylus apud Vitruuium.

EPISYNALOEPHE, es, (ἐπισυναλοιφή) figura eſt dictionis, eadem cum ſynæreſi, qua duæ ſyllabæ, iiſdem literis remanentibus, in unam cõglutinantur: ut Aeripedem ceruam, apud Verg. pro Aeripedem. Huic opponitur Diæreſis, qua una ſyllaba in duas reſoluitur: ut, Syluæ, triſſyllabum apud Horatium, pro diſſyllabo, Syluæ. Inter Epiſynaloephen, & Synaloephen hoc intereſt, quod Synaloephe proprie fiat in diuerſis dictionibus, prima ſequentis dictionis uocali, ultimam præcedentis abſumente: ut, Carthag' Italiâ. Epiſynaloepha uero non niſi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte, ſed duabus tantum in unam coaleſcentibus.

EPITAPHIVM, phii, {Epitafio} (ἐπιτάφιον) dicitur inſcriptio, quam ſepulchris incidi uidemus in laudem defunctorũ. quale eſt illud apud Verg. in Daphnide: Daphnis ego in ſyluis, hinc uſque ad ſidera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. Dictum Epitaphium, quod humato iam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc eſt, in ſepulcro ſoleat inſcribi. Nam quod cadauere nondum humato, in defuncti laudem accinebatur, Epicedium dici conſueuit.

EPITHALAMIVM, (ἐπιθαλάμιον) ſacer hymnus, qui in nuptiis canitur. nam ἐπιθαλάμιος Græcis idem eſt quod coniugalis.

EPITHEMATA, (ἐπιθέματα) medicamenta ſunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à uerbo Græco ἐπιτιθέναι, quod eſt imponere.

EPITHESIS, is, (ἐπίθεσις) præter uulgatas illas apud Græcos ſignificationes quibus pro impoſitione, ſiue aggreſſione ſumitur, apud Iuriſconſul. etiam uſurpatur, pro inſcriptione quadam appoſititia, in contumeliam, fraudem'ue alicuius facta. Vlp. l. lex Cornelia ff. de iniur. & famoſis libellis. Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur is, qui Epitheſin, aliud'ue quid, ſiue ſcripturam in aliorum notam produxerit.

EPITHETON, pen. cor. (ἐπίθετον) à Quintiliano dicitur appoſitum, ab aliis adiectiuum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὑποκειμένῳ, hoc eſt, ab eo quod ſubſtantiuo apponatur. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur: Diſcretionis, ut, Phrygiæ nolimus montibus Idæ. Eſt enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: ut, Terribili implexum ſetaq. & dentibus atris. Ornatus: ut, Alma Venus. Differt autem Epitheton ab Antonomaſia, quod illud nunquam ſolum ponitur, ſed nomini proprio alicuius adiicitur; Antonomaſia autem per ſe proprii nominis uice ponitur.

EPITHYMIA, miæ. {Concupiſcenza, diſio, brama} (ἐπιθυμία) Latine dicitur concupiſcentia, deſiderium: à uerbo ἐπιθυμέω, quod eſt concupiſco.

EPITIMIA, æ, (ἐπιτιμία) fama uniuſcuiuſque integra, nulla infamię nota labe factata. Vtitur hac uoce Modeſtinus. l. ſcire. ff. de tutor. & curat. Siquis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor eſſe, neque creari huc oportet, & ſi creatus fuerit, nec recuſauerit, prohiberi eum eſſe tutorem, manẽte epitimia. Hoc eſt, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία: hoc eſt infamia, uel ignominia.

EPITOGIVM, genus pallii, quod ſupra togam ferebatur: ab ἐπὶ & toga. Quintilia. lib. 1. cap. 5.

EPITOME, mes, & Epitoma, mæ, pen. cor. (ἐπιτομή) breuiarium, abbreuiatio, uel compendium: à uerbo Gręco ἐπιτέμνω, quod eſt abbreuio. Cic. ad Att. lib. 13. Epitomen Bruti Cælianorum uelim mihi mittas. Idem Att. lib. 12. In Bruti epitoma Fanniorum ſcripſi, quod erat in extremo.

EPITRAGEAS, (ἐπιτραγέας) piſcis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

EPITRAGI, (ἐπίτραγοι) uermes uitibus infeſti: ita dicti, quod hircorum more uitium frondes prærodant.

EPITRAPEZIA, (ἐπιτραπέζια) dicuntur generaliter menſis apta, quę ſunt uaſcula & potoria, & eſcaria, ab ἐπὶ, & τράπεζα.

EPITRITVS, p. c. (ἐπίτριτος) pes ex quatuor ſyllabis cõſtans, quarum una ſemper ab aliis tribus diſcrepat. Eſt autem in quadruplici differentia. Primus conſtat ex iambo & ſpondeo: id eſt, ex prima breui & tribus longis: ut Sacerdotes. Secundus ex trochæo & ſpondeo: id eſt, ex ſecunda breui, aliis longis, ut Cõditores. Tertius ex ſpondeo & iambo: id eſt, tertia breui, aliis longis: ut, Hęreditas. Quartus ex ſpondeo & trochæo, id eſt, ex quarta breui, cæteris longis: ut, Coeleſtinus. Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum, & eius partem tertiam: ut quatuor epitriti proportionem habet ad tria, Duodecim ad nouem, Quadraginta ad triginta.

EPITROCHASMVS, (ἐπιτροχασμός) figura eſt ſententiarum, teſte Aquila, qua plura inter ſe diſtantia uelociter percurrimus eo conſilio, ut aduerſarium perturbemus. A uerbo ἐπιτροχάζω, quod eſt uelociter percurro.

EPITROPE, es, pe. c. (ἐπιτροπή) ſchema eſt διανοίας, teſte Rutilio, cum rei alicui uehementer confidentes, iudici permittimus, ut quemadmodũ illa uiſum fuerit, conſtituat, eaque nos paſſuros pollicemur. Rufinianus Epitropen eſſe ait, cum alicui figurate permittimus, ut faciat, quod uelit, cum tamẽ id minime ſentiamus, proficiſcique exemplum ex 4. Aen. I, ſequere Italiam uentis, pete regna per undas. Ibi enim Dido, quamuis liberũ Aeneæ profectionis arbitrium permittere uideatur, ei tamen ipſa maxime dehortatur, difficultatem ei pericula ob oculos ponens. Dicta Epitrope, à uerbo Græco ἐπιτρέπω, quod eſt rem alicuius arbitrio permitto. Latine Conceſſionem uocare poſſumus.

EPITYRVM, (ἐπίτυρον) genus eſt edulii, Siciliæ frequentius quam Italiæ, teſte Varro. lib. 6. de lingua Latina, Plau. in Milite: Si unum epityrum edam apud illum eſuriens inſaniæ. Quidam exiſtimarunt cibi caſeati genus eſſe, ab eo quod Gręci τυρὸν caſeum appellant. Quibus aperte refragatur Columellę auctoritas, qui Epityrum in oliuis conditure genus eſſe docet, in Gręcis ciuitatibus potiſſimũ uſurpatum: docetque rationem, qua id fieri ſoleat. Idem ſentit & Cato. qui in Opere ſuo de Re ruſti. cap. 119. eius confectionem præſcribit his uerbis: Epityrum album, nigrum, uariumque ſic facito: Ex oleis albis, nigris, uariiſque nucleos eiicito: ſic condito: Cõcidito ipſas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminũ, fœniculum, rutam, mentam. In orculam condito: oleum ſupra ſiet: ita utitor. Sunt qui hoc conditurę genus Pityrum uocare malint: itaque tam apud Catonem, quam Columellam legendum cenſeant: uocis originẽ repetentes a Pityri oliuę genere, conditurę huius aptiſſimo. Verum hi parum diligenter Catonis uerba uidentur expendiſſe, qui non ex certo quopiã oliuæ genere, cui Pityris nomen fuerit, Epityrum, ſiue Pityrum fieri docuit, ſed ex quauis oliua, tã alba, quam nigra, aut uaria. Columella quoque ex pauſia uel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potius itaque ius accedendũ putauerim, qui genus hoc conditurę ἀπὸ τοῦ πιτύρου, hoc eſt, à furfure dictum exiſtimant. cuius ſimilitudinem quandam referre uidetur tum cymini, coriandri, fœniculi, & lentiſci ſemina, tum rutæ mentæque folia minutim conciſa.

EPIZEPHYRII, (ἐπιζεφύριοι) populi in extrema ora Italiæ, quæ olim Magna Græcia dicta eſt, a Locris, qui Criſſæum accolunt ſinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrii, quod ſupra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strabonem lib. 6.

EPIZEVXIS, (ἐπίζευξις) combinatio, figura cum dictio in uerſu abſque medio aliarum combinatur. Verg. 9. Aenei. Me me, adſum qui feci. & apud Teren. in And. O' Myſis Myſis.

EPODVS, epodi, pe. pro (ἐπῳδός) eſt genus carminis, in quo ſingulis uerſibus ſingulæ clauſulæ ſubnectuntur, & ueluti accinuntur, idque fere alio genere carminis, & plerunque breuiori: cuiuſmodi ſunt pleraque apud Horatiũ. Iambico dimetro poſt heroicum, aut trimetrum Iambicum ſtatim ſuccedente. Quinti. lib. 10. cap. 1. Iambus non ſanè a Romanis celebratus eſt, ut proprium opus a quibuſdam interpoſitus, cuius acerbitas in Catulo, Bibaculo, Horatio; quanquam illi epodos interuenire non reperiatur.

EPOPS, (ἔποψ) auicula ſordidiſſima eſt, caque criſtata, unde & ὀλοκροῦν ἄγριος a Gręcis appellatur. Latini a ſono, quem edit, conficto nomine Vpupam uocant.

EPOPTÆ, (ἐπόπται) in ſacris dicebantur myſtæ, qui totum iam annum initiati ad ſpectanda ſacra admittebantur. A' uerbo ἐποπτεύειν, quod eſt ſpectare, ſiue inſpicere. Vnde & ſacrorum inſpectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

EPOPE, es, pen. pro. (ἐπωπή Stephano) Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta a uerbo Gręco ἐποπτεύειν, quod eſt inſpicere. Illinc. n. fertur Siſyphus Iouem conſpexiſſe Aeginam rapientem.

EPOREDIA, æ, (Ἐπορεδία Ptolemæo) Salaſſiorum oppidum in Gallia tranſpadana, olim ex Sibyllinorum librorum oraculo a Romanis conditum: & ab eporediis (eo nomine Galli præſtantes equorum domitores ſua lingua appellabant) nominatum, ut non obſcure innuit Plin. lib. 3. cap. 17.

EPOTO, as, are, {Votare beuendo} (ἐκπίνω) potando exhaurio. Cice. pro Cluen. Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis.

EPOS, neu. gene. (ἔπος) quamuis Græcis generale ſit nomen, modo uerbum ſignificans, modo uerſum: κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico, ſiue hexametro accipitur, quod & Longum Ennius appellauit. Diomedes, Epos, inquit, eſt carmen hexametron, diuinorũ rerum & heroicarũ, humanarumque cõprehenſio. Martial. Scribebamus epos, cœpiſti ſcribere, ceſſi, Aemula ne ſtarent carmina noſtra tuis. Horat. 1. Serm. Saty. 10. Forte epos acer, Vt nemo, Varius ducit.

EPVLÆ, arum, {Viuande. Pri Di uiu ſerua, di letti, & di uiuande} (σιτία) quaſi edipulæ, ſunt cibi in quotidianum hominum uſum comparati. Cic. 3. Philip. Vino, & epulis retentus & alea eſt: ſi epulæ potius, quam popinæ nominandæ ſunt. Epulę etiam beſtiarum cibus quotidianus dicitur. Verg. 4. Aenei. Epulaſque draconi Quæ dabat. Epulum uero ſignificat ſolẽniores cibos: & proprie publicum cõuiuium in propatulo ciuibus exhibitum, ſiue in dedicatione tẽpli, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſa, (ἑστίασις, ὑποδοχή) quale Imperatores apud Roma. popu. exhibere ſolent in triumpho, & quale factum eſſe cõſtat a pluribus, qui teſtamento legauerunt epulũ quotannis ad ſepulcrũ, roſis & uariis reſperſum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Iuue. Saty. 3. Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Cice. pro Muræn. Is cum epulum Q. Maxi. Africani patrui ſui nomine popu. Roma. daret, rogatus eſt.

Sed confunduntur quandoque: nam Epulũ pro priuato cõuiuio inuenitur, & Epulæ pro conuiuio publico, & communi Cic. pro Lucio Planco: Sepulcrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtium conuentu epuliſque celebratum eſt. Idem de Clar. Orato. Carmina in epulis cantata a ſingulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus. Epulam quoque in ſingulari numero Veteres dixere, teſte Feſto Pompeio.

EPVLARIS, re, {Ciò che à uiuande ſi conuiene} (θοινατικός) quod ad epulas pertinet. ut, Epulare ſacrificiũ, Epularis ſermo, qui in cõuiuio fit. Cic. 3. de Ora. Cum eſſent ipſi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Apuleius: Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit. Epulares etiam uocabantur, (ἑστιάτορες) qui in ſacris epulabantur. Varro: Dum epulares nocte epularentur.

EPVLARI, {Mangiare in conuiuio} (εὐωχεῖσθαι, σιτεῖσθαι) eſt in cõuiuio eſſe, ſeu conuiuari, Liu. lib. 5. Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati ſunt. Cice. 2. de Finib. Cum in uoluptate ſint, qui epulentur. Idem de Sene. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice, ſed erat tamẽ quidam feruor ætatis. Epulatus, particip. Cice. 2. Tuſcu. Poſt epulatos cum matre adoleſcẽtes ſomno ſe dediſſe. Epulatio, onis, ἑστίασις. Colu. lib. 12. cap. 3. Quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent.

EPVLATORIVS, ria, rium, {Coſa mangiatiua} (εὐωχητικός) quod aptũ eſt, ut in epulis comedatur.

EPVLIS, idis, (ἐπουλίς) dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit. Paulus Aegineta paruum abſceſſum eſſe ait circa gingiuas, qui niſi diſcutiatur ſuppuratur.

EPVLONES, (δαιτυμόνες) dicti ſunt apud antiquos, teſte Liuio lib. 3. Belli Macedo. Triumuiri, quorum unus erat Ioui, cæteriſque Diis epulas inſtruere. Romæ (inquit) eo anno primum Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui, cæteriſque Diis inſtituendi poteſtatẽ habebant. Ci. de Aruſp. Reſp. Patres conſcripti,

uoq;

uneq; Pontifices, ad quos epulones Iouis op. max ſi quid eſt prætermiſſum, aut commiſſum, afferunt: quorum de ſentētia illa eadem renouata, atq; inſtaurata celebrantur. Auguſt. lib. de Ciuit. afferunt epulones perpetuos fuiſſe, qui ad aureā Iouis menſam ſtatuę appoſitam perpetui erant conuiuæ, ut mimorum potius et paraſitorum cōtubernia, ꝙ Dei ſacra celebrarentur. Dicuntur etiam Epulones qualeſcunq; conuiuę, qui epulis interſunt: quos etiam ueteres Epulones dixerūt per ſecundam inflexionem. Inde Coepulonus dicitur conuictor, & iiſdem epulis ueſcens. Plaut. Perſa: O' mi Iupiter tereſtris & epulonus.

EPVLOTICA, medicamenta, (ἐπουλωτικὰ φάρμακα) à medicis appellantur, quæ cicatricem inducūt. Nam ἐπουλοῦν, Græcis eſt, ad cicatricē perducere.

E ANTE Q.

EQVA, æ, in datiuo & ablatiuo pluralibus Equabus, {*Caualla*} (ἵππος ἡ) equi ſi gen. fœmina. Oui. 2. Metam. Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat equarum.

EQVAPIVM, nonnulli appellarunt herbam, quam Latini Olus atrum nominant: exiſtimantes ita transferri poſſe Græcam uocem ἱππoσέλινον. Quam nomenclaturam apud idoneum ſcriptorem non facile reperias. Neq; ἱπποσέλινον tam equinum, quam magnum aut pergrāde apium ſonat. Nam ἵππος, & βοῦς in compoſitione ſæpe uocabulorū ſignificata intendunt, amplitudinemq; & magnitudinem important.

EQVARIVS, a, um, {*Ciò che s'appartiene à cauallo*} (ἱππιατρός) quod ad equum pertinet: ut, Equarius medicus, qui equis medetur. Vale. Max. libr. ult. Herophilus equarius medicus, C. Marium ſepties Conſulem auum ſibi uendicando, ſe extulit. Equaria uero ſubſtantiuum, magnum equorum gregem denotat. Varr. in Procem. 2. de Re ruſt. Quód & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, in Reatino equarias.

EQVES, {*Caualliere. Pet. Non ſo ſe miglior Duce ò caualliere*} (ἱππεύς) gen. cōmunis, ſignificat hominem inſidentem equo. Verg. lib. 8. Interes præmiſſi equites ex urbe Latina. Sumitur quandoq; pro ipſo equo. Idē 3. Geor. Impoſiti dorſo atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, et greſſus glomerare ſuperbos. Equites etiam dicebantur à Romanis qui equeſtrē dignitatē erāt adepti, aut ex equeſtri ordine prognati: quorum ordo, quamuis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neq; ſolum dignitate, uerumetiam cenſu diſtinguebātur equites à Senatoribus. Cenſus enim Senatorius duplo maior erat cenſu equeſtri. Nam ante Auguſti tempora Cenſus Senatorius erat octingentorum millium, hoc eſt, Coronatorum XX M. Cenſus autem equeſtris quadringentorum millium, hoc eſt Coronatorū. X. M. quā quam poſtea pro arbitrio principum ſæpius auctus fuit cenſus, & etiam imminutus. Mart. lib. 8. Veſcitur omnis eques tecum, populuſq; patreſq;.

EQVESTER, huius Equeſtris, et hic et hęc Equeſtris, et hoc Equeſtre, {*Equeſtre, ciò che à caualliere ſi conuiene*} (ἱππικός) ab Eques fit: quod pertinet ad equitem: ut, Equeſtres copiæ, Cic. 2. de Finib. Equeſtris diſciplina, Idē 6. Ver. Equeſtris ordo. Idem ad Brutum: Equeſtris ordinis princeps. Equeſtrem uero ordinem (ἱππικὸν τάγμα) medium fuiſſe conſtat inter patritios & plebē. hi olim ſub Romulo regibuſq; Celeres dicebantur, teſte Plin. lib. 33 cap. 2. à Celere (ut quidam putant) Remi interfectore: deinde à flectēdis equis, Flexumiera uocitati: poſtea Troſſuli à Troſſulo oppido Tuſcię, ꝙ id ſine ullo peditum adiumento equites cepiſſent. Principio equites, iudiceſq; iidem habebantur, & geſtandi annuli aurei ius eis erat. Poſtea M. Cic. in conſulatu ſuo Equeſtrē nomē ſtabiliuit, Senatum ei concilians: celebrans ſe ex eo ordine prouectum eſſe. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in Repu. factum eſt, cœpitq; adiici Senatui pop. Rom. Equeſter ordo. Equeſtre æs, quod equiti in ſtipendium dabatur.

EQVESTRIA, a, um, (ἱππικά) erant quatuordecim ordines graduum in Orcheſtra, in quibus ſedebant equites. Senec. lib. 8. de Ben. Equeſtria omnia equitū Romanorum ſunt. Sic Popularia dicebantur, ubi plebs ipſa in theatro ſedebat. Suet. in Domit. Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorū ordinis pronuntiauit.

EQVESTRIS, colonia: Galliæ Belgicæ oppidum eſt apud Plin. lib. 4. ca. 17.

EQVICERVVS, (ἱππέλαφος) animal in Oriente, habens cornua & iubas poſt collum deſcendentes uſq; ad ſcapulas, & barbam ſub mēto, ungulas, et corpus ad cerui quantitatem. Vtitur hac uoce Ariſtotelis interpres lib. de Animal.

EQVIDEM, {*In uero, certamente*} (γοῦν, καὶ δὴ τοι) affirmatiua cōiūctio eſt, idē ſignificans, quod certe. Cic. de Ami. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cum amicitia Scipionis poſſit comparari. Sunt qui exiſtiment compoſitum eſſe ab Ego & Quidem, ꝙ frequentiſſime inuenitur iunctum cum uerbis primę perſonæ: ut apud Verg. 12. Aen. Equidem merui nec deprecor, inquit. Quo in loco Equidem idem uidetur ſignificare quod Ego equidem. Hoc tamen nihil urget, cum ſemper in uerbo primę perſonæ, ſingularis numeri, intelligatur nominatiuus Ego. Præterea cum inueniatur coniunctum cum uerbis cuiuſuis perſonæ in utroq; numero, conſtat certe, ubiq; non poſſe exponi per Ego. Perſius Saty. 5. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Conſentire dies. Vbi cum ſecunda perſona coniunctum eſt. Idem etiam cum uerbo tertiæ perſonæ poſuit Saty. 1. Per me equidem omnia protinus alba. Cice. ad Att. Sic ages igitur: equidem id erit primum, proximum Clodiæ. Huc accedit, ꝙ interdum inuenitur ſimul poſitum in oratione cum Ego, ut apud Sallu. Ego equidem ſic exiſtimo: Quo in loco, ſi uelis Equidem explicare per ego & Quidem, ineptiſſimam confeceris periſſologiam. Satius itaq; erit dicere, Equidem nihil aliud ſignificare, ꝙ Quidem.

EQVIFERVS, ri, p. c. {*Cauallo ſeluaggio*} (ἵππος ἄγριος) equus ferus. i. non manſuetus: cuiuſmodi in Septētrionalibus regionibus naſci, auctor eſt Plin. lib. 8. cap. 15. Idem lib. 28. cap. 6. In primis efficax equiferorum ſanguis.

EQVILE, p. c. {*Stalla di caualli*} (ἱππὼν, ἱπποστασία) ſtabulum equorum, ſicut ab oue Ouile. Vnde Varr. lib. 2. ca. 7. Suadet, frænos in equilibus ſuſpendere, ut oculi equuleorū cōſueſcant uidere eorum faciem, & è motu crepitus audire.

EQVIMENTVM, ti, merces quæ datur pro admiſſura equi. Varro: An ſi equā emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſes, dediſſem equimenti?

EQVINVS, na, num, {*Cauallino, di Cauallo*} (ἵππειος) poſſeſſiuum. Hor. in principio de Arte poet. Humano capiti ceruicem pictor equinā Iungere ſi uelit.

EQVIO, is, {*Quando i caualli uanno in ſalto*} (ἱππομανῶ) de equis dicitur, cū coitum appetunt, ſicut Catulio de canibus, et Suio de ſuibus. Col. lib. 7. Equienti mulæ cruda braſſica datur. Plin. lib. 80. cap. 63. Equas domitas ſexaginta diebus equire.

EQVIRIA, (πολεμιστήρια, Ariſtop.) ludi curules, à Romulo in honorem Matris inſtituti. Hi in campo Martio celebrabantur 3. Calen. Martias. Oui. 2. Faſt. Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo, Marſq; citos iunctos curribus urget equos. Ea uero poſitum permanſit Equiria nomen.

EQVISETVM, ti, (ἵππουρις) herba eſt, à caudæ equinæ ſimilitudine nomen habens, aliis nominibus Ephedra, & Anabaſis appellata, Vulgus Prelam appellat pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt, & multi herculis, quæ uaſa lignea ea extergunt. Vide Plin. lib. 26. cap. 13.

EQVISO, onis {*Cozzone da caualli*} (ἱπποκόμος) qui equorū curā gerit, eoſq; inſtituit. Varro. Nam ut equus, qui ad uehendum eſt, natus, tamē traditur magiſtro, ut equiſo doceat tollutim incedere. Veteres autem (ut Nonius annotauit) nō modo equorum magiſtrum, ſed aliarum etiam rerum gubernatorem Equiſonem uocabant. Vt Equiſones nautici dicebantur, qui nauim exercebant.

EQVITABILIS, le, {*Luogo doue ſi può caualcare*} (ἱππάσιμος) equiti peruius: ut, Locus equitabilis, in quo equi facile inambulare poſſunt. Liui. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis, & uaſta planities. Huius contrarium eſt Inequitabilis. Idem: Imber uiolentius, quàm alias, fuſus, campos lubricos inequitabileſq; fecerat.

EQVITATVS, us, {*Caualcata*} (τὸ ἱππικόν) modo equitum turmam ſignificat, ſicut Peditatus pedeſtres copias. Tacit. lib. 19. Nutantem exercitum uictor equitatus incurſat. Modo actum ipſum equitandi. Plin. lib. 33. Femina equitatu atteri & aduri ſolent.

EQVITIORVM, familia Romæ non obſcura fuit, ab equis dicta, ut Aſiniorum ab aſinis.

EQVITIVM, tii, {*Mandria de caualli*} (ἱπποφόρβιον) equorum armentum. Vlpia. l. plenum §. equitii. ff de uſufru. legato. Equitii uſu legato uidendum, an & donare poſſit, & ad uehendum ſub iugo uti. Tacit. de German. Mos eſt ciuitatibus ultro equitium conferre principibus.

EQVITO, as, {*Caualcare*} (ἱππεύω, ἱππάζομαι) equo iter facio. Hor. 2. Serm. Sat. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Macrob. Satur. lib. 6. cap. 9. auctor eſt, ueteres etiam Equitare de ipſo equo dixiſſe, & Equitem pro equo nonnunquam acceptum inuenitur. Lucil. Nempe huuc currere equum nos, atque equitare uidemus. Quanquam alii diſtinctionem poſt dictionem Equum faciant, ut Nos, ſit accuſatiuus, ad hūc modum: Nempe hunc currere equum, nos atq; equitare uidemus: ut ſit ſenſus, Videmus equum currere, & nos equitare. Huius cōpoſita ſunt, Adequito (παριππεύω) quod eſt iuxta equito. Liu. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circumequito. Idem: Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito equitando peragro ut apud eundem: cum perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ultra ſuſtinuerit impetum equi. Equitari, paſſiue. Plin. li. 8. ca. 18. Omnes autem iis terris iumentorum dorſo funguntur, atq; etiā equitantur in præliis. De camelis loquens. Equitatio, onis, ἱππεία, ἐλασία, ἔλασις. Plin. lib. 28. cap. 4. Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima.

EQVVLA, læ, {*Caualluccia*} paruam equam ſignificat, ſicut Equulus paruum equum. Varro: Nemo eſt tam negligens, quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſaliat equulam.

EQVVLEVS, lei, {*Poledro, ronzino*} (ἱππάριον) pullus equinus. Cic. in Hore. Vt igitur domitores equorum non uerbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrænata uis. Eſt & tormenti genus, quo ad exprimendam è noxiis, conſciiſue ueritatem Romani utebantur: ita dictum (ut quibuſdam placet) ab equi forma: tamenſi alii ardentem laminam malunt interpretari. Cic. pro Deiotaro: Facti enim in equuleo quæſtio, iuris in iudicio. Idem 7. Phili. Ponite ante oculos uincula, uerbera, equuleum, carnificem, tortoremq;. Sed in hac ſignificatione alii malunt Eculeus per c.

EQVVLVS, {*Caualletto, cauallino*} (ἱππάριον) diminutiuum ab equus, Cic. lib. 2. de Natu. Omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora: ut in equo, ꝙ equulo: in cane, ꝙ in catulo: in uiro, ꝙ in puero. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. ſcribit equulum poſt annum & ſex menſes domari poſſe.

EQVVS, {*Cauallo*} (ἵππος) animal quadrupes, nemini non notum. Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quaſi Aequum, detracta prima litera, quæ diphthongum efficiebat, ꝙ pares equi eligi ſoleant, qui bigis, quadrigiſq; iungerētur. Sed hæc etymologia, ut pleræq; aliæ, admodum uidetur friuola. Cic. de Amic. Nemo eſt, qui nō equo, quo conſueuit, libentius utatur, ꝙ intractato & nouo. Equorum alii Gradarii, qui molli gradu, & ſine ſuccuſſura incedunt: contra Succuſſores ſeſſorem frequenter inquietant. Alii dicuntur Veredi, in curſu uelociſſimi, quibus maiores uſi ſunt in uenatione. Equus Troianus, prouerbiali ſchemate, de occultis latebris, conſpirationibuſq; ad perniciem alicuius tendentibus. Cic pro Murena. Intus, intus inquam, eſt equus Troianus, à quo nunquā me conſule dormientes opprimemini. Equis & quadrigis, id eſt omni conatu. Cic. ad Qu. fr. lib. 2. Sic ego, qui in iſto homine colendo tā indormiui diu, te mehercule, ſæpe excitante, cui ſu corrigam tarditatem, cum equis, tum uero (quoniam ſcribis poema ab eo noſtrum probari) quadrigis poeticis. Velis, equiſq;. Cic. 2. Offi. Cum his uelis equiſq; (ut dicitur) ſi honeſtatem tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, uiris, equiſq;. Huius fœmininum eſt Equa: de quo ſuprà ſuo loco.

E ANTE R.

ERADICO, as, pen. longa, {*Eſtirpare, cauar fuori inſieme con la radice*} (ἐκριζόω) proprie ſignificat una cum radice euello. Per translationem ponitur pro radicitus, & omnibus modis perdo. Terent. in Andr. Dii eradicent, ita me miſeram territas.

ERADO, is, ere, {*Radere, leuar uia, cancellare*} (ἀποξύω, ἐξαλείφω) idem eſt quod expungere. Colum. lib. 3. Poſtea ſurculos, quos inſerere uoles, eradito tam alte, quàm cuneum immiſiſti, ſed ita, ne medullam, ne'ue alterius partis corticem lędas. Vnde Eradere aliquem ex albo Senatorum, eſt eum ex Senatorum numero expungere. Taci. lib. 4. Apidium Merulam, ꝙ in acta Diui Auguſti non iurauerat, Senatorio albo eraſit. Eraſus, particip. Plini. in Pane. Datū eſt iis, qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant, æquatiq; ſunt cæteris illi etiam, quibus non erat promiſſum. Eraſorum, id eſt, deletorum è nu-

mero eorum, qui accipiebant congiarium. Budæus.

ERAPHIOTES, (ἐραφιώτης) Bacchus dictus eſt, ab inducenda contentione: quoniam uinum, iram atq; certamen inducit. ἔρις enim contentio: φαίνειν, oſtendere.

ERASINVS, p.p. (ἐρασῖνος) fluuius eſt ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terra occultatus in agro Argiuo denuo erumpit, & in ſinum Argolicum illabitur. Eſt & alius eiuſdem nominis, iuxta Buræ ruinas in ſinum Corinthium illabens. Item alius in Eubœa inſula, iuxta Eretriam urbē. Ruſſus alius in Attica, iuxta Babronem. Auctor Strabo lib. 8.

ERASISTRATVS, (ἐρασίστρατος) nomen medici eximij, ex Ariſtotelis familia nati: in quem non raro inuchitur Galenus. Huius etiam frequens eſt mentio apud Plinium.

ERATE, tes, p.c. (ἐρατή) nympha Oceani, & Tethios filia, ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc eſt, ab amore nomen habens.

ERATO, p.c. (ἐρατώ) una Muſarum ab amore dicta, quæ præſit his, qui amoris face rapiuntur: Verg. lib. 7. Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerū, Quis Latio antiquo fuerit ſtatus.

ERATOSTHENES, p.c. (ἐρατοσθένης) Cyrenæus, Ariſtonis Chij, & Callimachi poetæ diſcipulus, Plato minor à quibuſdam ob doctrinam uocitatus, præfuit bibliothecæ, coſmographus inſignis, qui primus uniuerſum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum eſſe prodidit: unde & orbis terrarum menſor appellatus eſt. Scripſit præter philoſophica, hiſtorias, aſtronomica, de ſectis dialogos, et Poemata quædam, auctore Suida. Obijt anno ætatis octogeſimo primo, quem annum maximum Climactera, & humanæ uitę periculoſiſſimum ueteres crediderunt. Eſt enim numerus quadratus conſtans ex nouem nouenarijs. Eodem etiam ætatis anno deceſſit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

ERCINIA SYLVA, Vide Hercynia.

ERCISCERE, {*Diuidere, partire*} priſca lingua ſignificat diuidere. Apud Cic. 1. de Orat. Erciſceri in ſecunda coniug. legitur ubi ſic ſcribit: Nec ſi paruæ nauigij & magni eadem eſt in gubernando ſcientia: idcirco qui quibus uerbis erciſceri oporteat neſciat, idem erciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt. Inde iudicium familiæ erciſcundæ, id eſt, rei familiaris diuidendæ. Sunt qui Hercisco per aſpirationem ſcribant, eius originem reducentes ad uerbum Græcum ἑρκίζειν, quod ſignificat interſepire.

ERCIVS IVPITER, Vide Hercius.

EREBVS, p.c. (ἔρεβος) fluuius inferorum. Verg. 6. Aen. Magnos Erebi tranauimus amnes. Quandoq; pro obſcuriori inferni parte: ut, Imas Erebi deſcendit ad umbras. Varro ex Erebo natam noctem ait. Vnde & illud: Erebo creata fuſcis crinibus Nox te inuoco. Hæc Feſtus. Alij malunt Noctem Erebi uxorem fuiſſe: ex quibus eſt Cic. de Nat. deo. Amor (inquit) dolus, metus, ſenectus, labor, inuidentia, fatum, ſenectus, mors, tenebræ, miſeria, querela, gratia, fraus, pertinacia, Parcæ, Heſperides, ſomnia: quos omnes Erebo & Nocte natos fuerunt. Frequentiſſime autem Erebus pro ipſa inferorum ſede accipitur. Vnde etiam Proſerpina ab Ouid. lib. 5. Metam. Regina Erebi uocatur.

ERECHTHEVS, (ἐρεχθεύς) Athenienſium rex fuit, cuius filiæ mortem pro patria contempſerunt. Cic. pro Seſtio: Mortem, quam etiam uirgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiæ pro patria contempſiſſe dicuntur, ego uir Conſularis tantis rebus geſtis timerem?

E' REGIONE, {*Allo incontro*} (ἀντικρύ, ἐξ ἐναντίας) ex aduerſo & oppoſito.

E' RE NATA, (αὐτοσχέδιον, ὅπη παρείκει, ἐξ ὧν ἂν τύχοι ἀφορμῆς) ſignificat ex occaſione rei præſentis capto conſilium. Et aliquando dicitur abſolute, E' re nata, & aliquando cum coniuncto: ut, E' re natum exordium, dixit Quintil. intelligi uolens ſubito inuentum. Apul. E' re nata fallacia, ſignificatur enim muliebris dolus, ad fallendum ſubito excogitatus, non domi ante compoſitus, ſed ex ipſa re & negotio expromptus.

EREMBI, (ἐρεμβοί) populi in Arabia, qui prærupta ſaxa nudi inhabitant. Auctor Strabo lib. 6.

E' RE MEA, (πρὸς ἐμοῦ, ἐπ' ἐμοί) E' re tua. uide ſupra in E' & Ex.

EREMIGO, as, are, enauigare, emetiri. Pli. lib. 2. ca. 67. Circa Caſpium quoq; multa Oceani litora explorata, paruoq; breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

EREMODICIVM, (ἐρημοδίκιον) apud Iuriſcon. de Minoribus. Ait Prætor, dicitur quaſi deſolatum ac deſertū iudicium ſeu deſertio cauſæ, abſentia ſeu negligentia partium facta, quaſi ἐρήμη δίκη. id eſt, cauſa deſerta, uel uadimonium deſertum. In uulgatis editionibus corrupte legitur Hermodicium.

EREMVS, p. p. ge. fœ. {*Eremo, luogo ſolitario, Ermo*} (ἔρημος) ſolitudo, deſertum. Hinc Eremitæ, (ἀναχωρηταί, ἐρημῖται) qui eremum, hoc eſt, locum ſolitarium, religionis ergo incolunt.

E' REPVBLICA, (κοινῇ συμφέρον) id eſt, ex utilitate & commodo publico, Sueto. in Cæſ. Pleriq; pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è republica fieri.

EREPO, is, ere, {*Arrapparſi, ſalir coſa alta & difficile*} (ἐξέρπυζω) ex loco abdito in lucem repo. Plau. Aulu. Foras lumbrice, qui ſub terras erepſiſti modo. Interdum idem eſt quod ad loca alta, & prærupta euado, ubi non modo pedibus, uerum etiam manibus ad aſcendendum opus ſit. Sueto. in Tybe. Territus, quòd is à tergo inſulæ erepſiſſet ad ſe.

ERESICHTHON, uel potius Eriſichthō (ἐρισίχθων) uir impius fuit in Theſſalia, qui cum in contemptum Cereris eius lucum excinderet, in tantam famis rabiem actus eſt, ut ſua ipſius membra comederet. Vide Ouid. libr. 8. Metamor.

ERETRIA, æ, pe. c. (ἐρέτρια) oppidum eſt Eubœæ inſulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ uſu præſtātiſſima, quam ab ea Eretriā uocant. Eius Dioſcorides duas facit ſpecies, unam uehementer albam, alteram ad cineris colorem uergentem. Plin. Etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. Huius urbis meminit & Home. 2. Iliad. in Catal. nauium.

ERETVM, p. pr. (ἤρετον) oppidum eſt Sabinorum, non procul à Tyberi, in colle ſitum, quem etiam ueteres Montem Eretum uocauerunt: hodie autem Italorum uulgus corrupto uocabulo Montem rotundum uocat. Eius meminit Vergi. lib. 7. Ereti manus omnis, oliuiferęq; Mutuſcę.

EREVTHALION, uiri proprium quem Neſtor interemit, dicitq; illum cum miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuiſſe.

ERGA, {*In uerſo*} (πρὸς) præpoſitio, licet eandem uim habere uideatur cum Contra, beneuolentiæ tamen plena eſt: ut, Pro meo ſummo erga te amore omnia ſubeo. Cic. ad Lentulum epiſt. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio omnibus. Terent. in Heaut. Timet omnia, patris uim, & amicæ, ſe erga ut ſit, ſuæ.

ERGASTERIA, orum, (ἐργαστήρια) uicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta ſtadijs à Pergamo diſtās, metallorum fodinis nobilis: à quibus & nomen accepit, ab officinis uidelicet metallorum. Celebiatur hic uicus à Galeno lib. 9. Simplicium medicam.

ERGASTERIVM, rij, {*Bottega*} (ἐργαστήριον) officina, ubi aliquid operamur, ut eſt in Decretis, diſtin. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergaſterium habere.

ERGASTVLVS, li, (ἔργμιος δοῦλος) dicitur ſeruus qui ergaſtulo incluſus, uel ex uinculis, aut compedibus opus facit. Plin. Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt, ut quicquid agitur à deſperantibus.

ERGASTVLARIVS, rij, (ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης) qui præeſt ergaſtulis. Colum. libr. 1. cap. 8. docet, quomodo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeant. Ergaſtularij ſerui, ἐρχθεῖται, ἔργμιοι.

ERGASTVLVM, li, p. c. (ἐργαστήριον) taberna uel officina ubi lapides metallaue fodiuntur, uel aliud quippiam operis à uinctis ſeruis fit: dictum ab ἐργάζομαι, operor. Iuuen. Saty. 8. Quid facias talem ſortitus Pontice ſeruum? Nempe in Lucanos, aut Thuſca ergaſtula mittas. Accipitur etiam nonnunquam Ergaſtulum pro illis, qui ergaſtulis ſunt incluſi. Varro: Miſitq; mox eo uirum qui tota ergaſtula libertate donaret.

ERGAVICA, (ἐργαουίκα) oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Vaſconum, teſte Ptolem. lib. 2. cap. 9. Pl. quoq; lib. 3. cap. 3. Ergauicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu.

ERGETIVM, (ἐργέτιον) oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini, (ἐργετῖνοι) quorum meminit & Plin. lib. 3. cap 8.

ERGINVS, (ἐργῖνος) tyrannus fuit, qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulſus, poſtea & extinctus fuit.

ERIGINVS, Thraciæ fluuius, autoribus Plin. lib. 4. cap. 11. & Pomp. Mela lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

ERGO, {*Dunque, adunque*} (ἄρα τοίνυν) illatiua, ſiue cōpletiua coniunctio eſt quæ minoribus adhibetur clauſulis, ſicut igitur. Aliquando inceptiua eſt, cō ueniens maxime indignationi, εἶτα. ut in Cacumine illo Auguſti Cæſaris, quo Vergilij poema uetat aboleri. Ergo'ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tā dirum mandare nephas? Aliquando hortatiua, ἄγε δή. Verg. 2. Aene. Ergo age chare pater. Aliquando uim nominis habet, accipiturq; pro ablatiuo cauſa, ſiue gratia, ἕνεκα in qua ſignificatione circumflectit poſteriorem: perpetuoq; eam producit: quam alias habet indifferentem. Ver. lib. 6. Illius ergo Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Siſen. lib. 3. Milites, ut Lex Calphurnia conceſſerat, uirtutis ergo in ciuitate donati.

ERIBOEA, (ἐρίβοια) dicta eſt ab Homero Iuno, quaſi buculæ moleſta, quod Io in bouem uerſam multis affecerit moleſtijs? Nam ἔρις contentionem, item ſiue moleſtiam ſignificat, βοῦς bouem. Eſt etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teſte Ptolem. lib. 3. cap. 13.

ERICATES, pe. pr. uiri cuiuſdam Lycaonij nomen, à Meſſapo Aeneæ comite interfecti, ut Verg. placet 10. Aene. Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpē. Meſſapus Cloniumq; Lycaoniumq; Ericaten. Interpretari poteſt, ira confractus. ἔρις, ira, κατάγω, infringo.

ERICE, es, uel Erica, æ, (ἐρείκη) frutex eſt non multum à myrice differens, colore roriſmarini, & folio non admodum diſſimili. Flores emittit autumni tempore cum reliquæ omnes herbæ, & uirgulta defloruerunt: quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maxime appetuntur: fitq; ex ijs mel, quod Ericæum uocatur, ſylueſtrem & minime probatum ſaporem referens. Auctor Plin. lib. 24. cap. 9. & lib. 11. cap. 16.

ERICHTHEVS, (ἐριχθεύς) nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerua è terre, ubi natus erat, ſuſcepit, educauit, & Athenienſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenę Erichtheæ dictæ ſunt. Verg. in Ciri: Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

ERICHTHONIVS, (ἐριχθόνιος) qui etiam Erichtheus dictus eſt, Athenienſium rex fuit, ex ſemine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomē habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονός: id eſt ex certamine, atq; humo. Nam cum Vulcanus dijs arma feciſſet, eiq; Iupiter optionem dediſſet pręmia, quod uellet, poſtulandi, iuraſſetq; per infernam paludem ſe nihil negaturum, tum ille Mineruę nuptias poſtulauit. cum Iupiter iuramento aſtrictus, ei negare nō poſſet, Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, atq; inde editum eſſe puerum draconum pedibus, nomine Erichthonium: qui cum adoleuiſſet, ut pedum deformitatem tegeret, primus curruum uſum adinuenit. Hanc fabulam refert Seruius in illud Verg. lib. 3. Georg. Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus Iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere uictor. Ab eo populus Athenienſis Erichthonius dictus eſt.

ERICHTHO, (ἐριχθώ) mulieris Theſſalæ nomen eſt apud Lucan. lib. 6. multitudine ueneficiorum famoſæ. Quo nomine etiam uſus eſt Ouid. in Epiſtol. Saphus, pro Furiæ cuiuſdam infernalis nomine. Illuc (inquit Sapho) mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine iacente, feror.

ERIDANVS, pen. corr. {*Po. Pet. Phetonte odo che'n Po cadde e morio*} (ἠριδανός) Italiæ fluuius in Veſulo monte naſcens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influēs. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum uolunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendij, quo bonam terrarum partem exuſſit, Phaethon cognominatus eſt.

Hunc poetæ fabulantur, cum paternum currum regendum ſuſcepiſſet, atq; gandiq; imperitia orbem terrarum in diſcrimen adduceret, à Ioue fulmine ictū, in Padum fluuium decidiſſe, eiq; Eridano nomen feciſſe. Vergilius, quòd Italicorū omnium maximus ſit, Regem fluuiorū appellat. Eſt itē Eridanus, cœleſte ſi-

gnum

gnum Arieti proximum. Cice. ex Arato: Nanque etiam Eridanum cernes in parte locatum Coeli.

ERIGERON, pen. cor (ἠριγέρων) herba eſt cauliculis ſubrubicundis, ſpecie et mollitia triſſaginem referens: ita dicta, quod uere caneſcat, et quàm citiſſimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim Erigeron Latinè Verum ſenẽ. Vnde etiam hodie nonnulli Senecionem uocant. Vulgò de Senecon.

ERIGONE. (ἠριγόνη) Icarij filia fuit, teſte Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem ruſtici temulenti occiderant, ſe ipſam ſuſpendit, Deorumq; miſeratione in coelum tranſlata, Virginis nomen obtinuit. Verg. 2. Geor. Qua locus Erigonen inter, Chelaſq; ſequentes Panditur. Inde Erigoneius (ἠριγονήϊος) adiectiuum: ut, Canis Erigoneius apud Ouidium lib. 5. Faſtorum Nocte ſequente diẽ Canis Erigoneius exit. Id eſt, oritur Canis, ſydus coeleſte.

ERIGO, is, erexi, erectum, {Drizzare, inalzare} (ἀνίστημι) ab è, & rego compoſitum, ſignificat eleuare uel attollere. Cic pro Roſc. Amer. Quem ſimul atq; attigi, ſtatim homo ſe erexit. Per tranſlationem accipitur pro conſolari, & ſubleuare. Idem pro lege Manil. Diffidentemq; rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit. Erectus, particip. Ego uos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem ad Brut. Erectior ſenatus erat non ſententijs ſolum noſtris, ſed cohortationibus excitatus.

ERINEOS, (ἐρινεός) locus aſper fuit ſub Ilij moenibus, à caprificorum, quos Græci ἐρινεοὺς appellãt, multitudine dictus. Meminit huius loci Andromache apud Homerum Iliad. 6.

ERINNA, (ἤριννα) nomen poetriæ, ex Teno urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centeſimam ſeptimam.

ERINNYS. yos, (ἐριννύς) una Furiarum infernaliũ, ita dicta ἀπὸ τοῦ ἐρεύειν τὸν νοῦν, hoc eſt à corrumpenda mente. Ver. 2. Aen. Quo triſtis Erinnys, Quo fremitus uocat.

ERIOXYLON, pen. pro. (ἐριόξυλον) lana eſt, quę ab arboribus producitur. Vlpianus. l. ſicut lana. Digeſt. de leg. 3. Lana, inquit, legata, etiam leporinã lanã, & anſerinam, & caprinam, credo contineri: & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc eſt, ligneam lanam appellant.

ERIPHIA, ueneficæ & faſcinatricis cuiuſdam nomen fuit, de qua uide Eraſmum in Adagijs.

ERIPHIA, (ἐριφία) herba eſt ſeptem lanuginoſis ramulis apij modo foliata purpureo flore, et eo quidem perenni, ſemine fabaceo, totidem radiculis, quot ramis. Hanc magi prodidere in auena ſcarabæũ habere ſurſum deorſum decurrentem cum ſono hoedi: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 18.

ERIPHYLE, es, uel Eriphyla, æ, pen. pro. (ἐριφύλη) nomen uxoris Amphiarai, & ſororis Adraſti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem ne ad bellum Thebanũ, ubi ſe moriturũ ſciebat, proficiſci cogeretur, Polynici prodidit. Verg. li. 6. His Phædrã, Procrinq; locis, mœſtamq; Eriphylen. Cic. 6. Verr. Eriphylam accepimus in fabulis ea fuiſſe cupiditate ut cum uidiſſet monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine eius incenſa, ſalutem uiri proderet. Iuue. Saty. 6. Occurrent multæ tibi Belides, atq; Eriphylæ.

ERIPHYSA, (ἐριφύσα) inſula una ex Aeolijs Strabo. lib. 6.

ERIPIO, pis, pen. cor. {Rapire, torre per forza} (ἐξαρπάζω, ἐξαιρέομαι) ui tollo, &, ut ait Pomponius Iuriſconſultus, per raptum è manibus aufero. Tere. in Heau. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubito de faucibus. Duplicẽ omnino habet cõſtructionem. Interdum enim cum accuſatiuo habet datiuum, & tunc fere in malam partem accipitur, ut Vallæ placet: Aliquando uerò cum accuſatiuo habet ablatiuum præcedente aliqua præpoſitione, & tunc ſæpius in bonam partem accipitur: nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non eſt omnino uera. Nihil enim uſitatius eſt his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & ſimilibus: ubi certe quamuis accuſatiuum habeas cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. Vergi. 12. Aen. Accelera & fratrem, ſi quis modus, eripe morti. Plin. in Epiſt. Eripe me huic tormento.

ERISICHTHON, huius Eriſichthonis, pen. gen. cor. (ἐρισίχθων) Theſſalus uir fuit, qui cum nemus Cereri conſecratum excideret, unamq; præcipue quercũ in qua Nympha quædam Hamadryas, habitabat, irata Cerere, tanta fame correptus fuit, ut ſua ipſius membra comederet. Ouid. 8. Meta. Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani Accipiunt, &c.

ERITHACVS, ci, (ἐρίθακος) auis eſt ſolitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam Hyeme tantum Erithacus, ęſtate Phoenicurus appellatur, à Puniceo caudæ colore. Auctor Pli. lib. 10. cap. 29. Theodorus ex Ariſtotele Rubeculam uertit.

ERITHALES, (ἐριθαλής) herba eſt ſemper uirens, quæ alio nomine Sedum, ſiue ſemperuiuum minus appellatur. Vnde Pli. lib. 25. cap. 13.

ERO, (ἡρώ) puella formoſiſſima fuit ex Seſto Thraciæ urbe, ad Helleſpontum ſita, et Veneris ſacerdos, cuius mutuo amore correptu a Leãder Abydenus adoleſcens, noctu eius cauſa Helleſpontum ſolebat traijcere. Verum cum aliquando nimio amatæ deſiderio, mari tempeſtatibus agitato ſe commiſiſſet, uiribus deſtitutus, ſubmerſus eſt. Cuius cadauer cum fluctuum impulſu Seſtũ eſſet delatum, Ero doloris impatientia, ex editiſſima ſeſe ſpecula in mare præcipitauit. Vide Muſæum, qui horum amores elegantiſſimo carmine exequitur.

ERODIVS, (ἐρωδιὸς Homero) auis eſt, quæ in coitu ſanguinem caudat: unde & nomen impoſitum creditur. Quænam tamen auis ſit, non ſatis conuenit inter ſcriptores. Suidas enim ciconiam putat eſſe, aut aliquam ciconiæ ſimilem, putatq; Erodion dictam quaſi Elodion, quod. ſ. in paludibus uerſetur. Auguſtinus fulicam eſſe credit, Theodorus Ardeolam.

ERODO, is, ere, {Rodere} idem quod rodere. Plin. lib. 11. cap. 29. Omnia uero morſu erodentes. Eroſus ſale. Pli. lib. 12. cap. 9.

EROGENNETON, (ἐρωγέννητον) herba eſt, ſic dicta, quod amatorijs conueniat. γεννάω enim, & γεννῶ gigno, & ἔρως amor dicitur.

EROGO, as, pen. cor. {Diſtribuire, ſpendere} (ἐπιδίδωμι) diſtribuo, & expendo. Ci. 7. Verrina. Multas pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas, atque inanes, eſſe perſcriptas. Inuenitur etiam Exrogare, quod eſt (ut Feſtus inquit ex lege uetere per nouam legem eximere.

EROPIA, (quod hic pro inſulæ nomine corruptè legebatur) uide Meropia.

EROS, {Amore} (ἔρως) amor Latine dicitur: unde Erotica carmina: id eſt amatoria. Fuit etiam nomen Comoedi, cuius meminit Cic. in Orat. pro Roſcio Comoedo.

EROTEMA, atis, {Interrogatione} (ἐρώτημα) nobis interrogationem ſonat. Eſt item Erotema, Aquilæ figura quædam, quam ille Interrogatum uertit: qua utimur, ubi exacerbãdo, aliquid interrogamus, ut exaugeamus rei inuidiã. Differtq; à Pyſmate hoc eſt, a Quæſito, q; ad Erotema una uoce reſponderi poſſit negando uel confitendo, ad Pyſma uero non niſi pluribus.

EROTIVM, tij, (ἐρώτιον) mulierculæ nomen eſt apud Plau. per diminutionẽ ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc eſt, ab amore detortum. Erotium item Græcis cupidinis imagunculam ſignificat.

EROTYLOS, (ἐρωτύλος) gemma eadẽ, quæ Mepicoros, & Hieronnemon dicitur, à Democrito præcipue laudata argumentis diuinationum. Auctor Pl. lib. 37. cap. 10.

ERRABVNDVS, di, {Errabondo, uagabondo} (πλανώμενος, περινοςῶν) affatim, uel ualde errans, uagabundus. Verg. 6. Eclog. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis ueſtigia.

ERRATICVS, ca, cum, {Erratico, errante} (πλανητὶς) idem penè eſt, quod uagabundus, qui ſcilicet certa ſede carens, errat, & uagatur Gel. lib. 2. cap. 2. Inter ibi aliquot ex ijs, qui aderãt, erraticum eſſe hominem dicere, & nullius rei, incolamq; ſordentium ganearum. Hinc etiam Herbæ erraticę, & Frutices erratici dicuntur, qui non ſunt ſatiui, ſed ubiq; ſua ſponte late ſerpunt. Pli. li. 19. cap. 8. Eſt & erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium uocant. Sic, Erraticæ braſſica, apud Columellam.

ERRATVM, ti, peccatum, {Errore, peccato} (σφάλμα πταῖσμα.) Ci. Tironi. Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata meæ ætatis, ut non ſolũ animus à factis, ſed aures quoq; à commemoratione abhorreant.

ERRO, as, & Erratio, onis, uide in dictione Error.

ERRONES, {Vagabondi, uaghi, erranti} (πλανηταὶ, περιφερόμενοι, ἀλῆται) qui incertis ſedibus uagantur. Sappho apud Ouid. in Epiſt. Nec uos erronem telluri admittite noſtrum. Vlp. Errones appellantur ſerui, qui non quidem fugiunt ſed frequentes ſine cauſa uagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt.

ERROR, ris, {Errore fallo} (πλάνη) ſcribit D. Auguſt. in Enchir. eſt exiſtimatio, uel approbatio ueri pro falſo, & certi pro incerto, uel econuerſo. Hor. in Arte Quid deceat, quid non quo uirtus, quo ferat error. Sic Errare, (σφάλλομαι, πλανῶμαι) eſt putare, uel approbare, uerũ eſſe, quod falſum eſt: uel falſum eſſe, quod uerum eſt: uel certũ pro incerto, ſiue falſum, ſiue uerum ſit. Vnde ſcidum, q; licet quis abſq; ignorantia errare nequeat, non tamẽ qui aliquid neſcit, continuo errat: ſed qui ſe exiſtimat ſcire, quod neſcit, & falſum pro uero, ſiue incertum pro certo approbat Hæc tamen ſignificatio metaphorica eſt. Ci. 12. Philip. Cuiuſuis eſt hominis errare, nullius, niſi inſipientis, perſeuerare in errore. Idẽ 5. Verr. Errauit, an potius inſanuit Apronius? Teren. in And. Huic, nõ tibi habeo, ne erres Idem Eunuc. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia. Proprie autem Error, eſt deflexio à uia, cum ſcilicet uiæ ignari extra inſtitutũ iter deflectimus. Et Errare eſt huc illuc, quo nos fortunas feret, diuagari. περιφέρεσθαι. Verg. 1. Aene. Heus, inquit, iuuenes monſtrate, mearum Vidiſtis ſiquam hic errantem forte ſororum. Sed quoniam pecudes errando, Id eſt, uagando paſcuntur, Errare ponitur pro paſcere. Ver. 3. Eclog. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Inter Errorem & Errationem hoc intereſſe, Donatus exiſtimat, q; Error animi ſit, Erratio pedum, περιφορά. Tere in Adel. Sanè hac multo propius ibis, et minor eſt erratio: id eſt, minus eſt ſpatiũ per quod erretur. Cõpoſita uerbi Erro ſunt, Aberro, quod eſt errando à re aliqua recedo, uel longe uagor, ἀφαμαρτάνω. Ci. 3. Tuſc Sed redeat, unde aberrauit oratio. Deerro, Oberro, Cucumerro. Lactan. li. 2. Vulgus exiſtimat, mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare. Pererro, errando peragro. Col in præfa. li. 1. Semper ritu uolucrum longinqui litoris, peregrinus ignotum pererret orbem. Exerro, ualde erro. Cyprianus ad Ianuarium: Ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hæreticos tingeretur.

ERVBESCO, ſcis, {Arroſcire} (ἐρυθριάω) proprie ſignificat, rubore ſuffundor uel rubeus fio. Oui. 2. Amo. Eleg. 8. Senſi te totis erubuiſſe genis. Et quia, quos alicuius rei pudet, ferè rubore ſuffunduntur, factũ eſt, ut Erubeſcere accipiatur pro pudore ſuffundi. Ci. 1. de Legib. Erubeſcũt pudici etiam loqui de pudicitia.

ERVCA, cæ, p. p. (κάμπη) genus uermis qui in olerũ folia repit, abroditq; præſertim braſſicas. Vnde ẽt ab erodendo Erucæ appellata eſt. Col li. 12. Vbi uero apricis regionibus, poſt pluuias, noxia increſcunt animalia, quæ a nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim, dum adhuc torpent nocturno frigore, ſi deciderint, non amplius in ſuperiorem partem prorepunt. Eſt ẽt herba quædam (εὔζωμον) uirtutis calidæ: quæ Venerem excitat. Oui. de Remedio amor. Nec minus erucas iubeo uitare ſalaces.

ERVCTO, as, {Ruttare, ruttegg(i)are} (ἐρεύγομαι) eſt frequẽtatiuũ uerbi Erugo is. Erugere. n. (ut Feſtus docet) ſemel factu ſignificat, Eructare ſæpius. Eſt aũt Eructare, ructãdo aliq d eijcere. Horũ oĩum primitiuũ eſt uetus uerbũ Rugo, is, ruxi, ructũ. Vnde fit Ructus, us, uerbale, (ἐρυγμὸς) quod crudi ſtomachi ſonitum ſignificat, quẽ edere ſolẽt, qui plus æquo onerarent uentriculũ. Itẽ Ructo, ctas, (ἐρεύγομαι) qđ eſt ſonitũ eiuſmodi edere. Iuue. Si bene ructauit, ſi rectè minxit amicus. Pro eadẽ ẽt nõnunquã inuenimus Ructor deponens. Horat. Hic dũ ſublimes uerſus ructatur. Hinc rurſus fit ſecũdũ frequẽtatiuum Ructito. Col. li. 7. Gemitus exprimit, locoq; ſtare nõ patitur: ſæpe decumbere & ructitare coepit, caudãq; crebrius agere. Eructare aũt propriè (ut iã diximus) ſignificat, ructãdo, aliq d emittere, uel eijcere. Ver. 3. Aen de Polyphemo: Saniẽ eructãs, ac fruſtra cructo per ſomnũ cõmiſta mero. Per trãſlationẽ tamẽ accipiẽ pro quouis modo eijcere. Ver. 6. Aen. de Acheronte: Vaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat, atq; oẽm cocyto eructat Arenã. A' ructo fit etiam alterum compoſitum Irructo. Plau. in Pſeu. Quid tu malum, ergo in os mihi ebrius irructas?

ERVDERO, as, pen. cor {Purgare, nettare} (ἐξερεικόω) ruderibus expurgo. Sunt autem rudera purgamenta, puta cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiuſmodi ex ruinis congeſta. Hinc Ruderatus ager, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Eruderare itaque eſt purgare, & rudera eijcere. Varr. 2. de Re ruſti. cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum

ul euerti facile poſſit.

ERVDIO, is, pe. cor. {*Ammaeſtrare, inſtruire*} ſοφίζω, παιδεύω. ſignificat, ex rudi doctum facio. Cic. 1. Tuſc. Philoſophia uero omnium mater artium, quid eſt aliud, niſi, ut Plato, ait donum, ut ego, inuentum Deorum? Hæc nos primũ ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate tum ad moleſtiam, magnitudinemq; animi erudiuit. Hinc Eruditio, pro doctrina, παίδευσις, παιδεία, Cic. 1. Acad. Sine eruditione Græca intelligi nõ poſſunt eruditus participium edoctus. Cic. Quin. frat. lib. 1. Sic uero fallaces ſunt permulti & leues, et diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. Eruditus nomen doctus, ſciens, (πεπαιδευμένος, ἀσκητής) ut Erudita operatio, id eſt, ſcite facta. Pli lib. 11. cap. 24. Tertium araneorum genus erudita operatione conſpicuum. Diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus, Cic. 1. de Orat. Col. li. 8. ca. 16. Doctaq; & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum. Quin. lib. 1, cap. 5. Hoc eruditius quæritur. Vide in dictione Doctus. Eruditulus, li, diminutiuum. Catullus in Mamurram & Cæſ. Morboſi pariter, gemelli utriq; Vno in lectulo, erudituli ambo

ERVDITIO, onis, & Eruditus, a, um, uide in uerbo Erudio.

ERVGO, as, are, pen. pro. {*Diſtendere, diſcreſpare*} (ἐκρυτίζω) eſt cutem extendere, & rugas tollere. Pli. lib. 21. cap. 19. Lichenas, & lepras, & furfures in facie emẽdãt: erugant corpora. Inde erugatio uerbale quo uſus eſt Pl. li. 28. c. 12.

ERVILIA, æ, (ὄροβος) genus eſt leguminis, folio, q̃ faba longiore, flore apibus gratiſſimo: ideo rei ruſticæ ſcriptores circa alueatia ſeri præcipiunt. Col lib. 1. Saſerna putat agros ſtercorati lupino ſaba uicia, eruilia.

ERVMPO, is, {*Vſcire fuori con empito*} (ἐξορμάω) cum impetu egredior. Cæſ. Bel. Ciui. Quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſiue noctu, ſiue interdiu erumperent. Inuenitur ét interdum actiue poſitum cum accuſatiuo à tergo. Tere in Eun. Iam'ne erumpere hoc licet mihi gaudium? Hinc fit uerbale Eruptio, quæ propriè dicitur, cum milites ex urbe uel ex caſtris impetum in hoſtes faciunt. Cæſ. 1. bel. Ciui. Non ſolum ab Eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſeruent.

ERVNCO, as, {*Purgare l'herbe & i fruttari*} (ἐκβοτανίζω) herbas noxias et ſpinas, frutetaq; extirpo. Antiqui enim, teſte Feſto, Runcam dicebant, quæ deinde Runcina cœpit uocari, hoc eſt, inſtrumentum ferratum, quo radices ſpinæq; in agris ſolent excindi. Hinc uerbum Runcare, et compoſitum Eruncare.

ERVO, is, {*Cauare, tirare*} (ἐξορύσσω, ἐξαιρέω) eijcio, extraho. Plin. lib. 11, cap. 37. Certe nulli ſine redundantia eius eruit oculus. Lact. li. 4. Ipſe ſibi oculos eruat, ut omnes cæci ſint. Interdum eſt in totum deſtruere, ἀνατρέπειν. Ver. 2. Aen. Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Eſt etiam Eruere, perſcrutando inuenire, & ueluti ex abditiſſimis latebris in lucem proferre. Ci. pro Muræna: Eu annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuę.

ERVVM, (ὄροβος) genus leguminis, ſiliqua cylindracea, fructu lignoſo, nec lenticulæ diſſimili, cuius duo ſunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine præſtat. Vtrũq; in ſiliquis grana ſine ſepto habet, quæ ſe inuicem, ut ipſa tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindraces. Patientiſſimum uetuſtatis eſt: in eo tamen Phalangium innaſcitur. Col. Eruum letatur loco macro, nec humido: quia plerũq; corrumpitur. Verg. 1. Eclo. Eheu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in eruo. Dictum Eruum ab eruendo, carpitur enim, & manu uellitur. Hoc ſemen a Delphinatibus, apud quos abundat, illorũ lingua uocatur des Erz.

ERYCINA, (ἐρυκίνη) Veneris cognomentum eſt, ab Eryce Siciliæ monte, in quo religioſiſſime colebatur. Oui. 2. Amorum: Quid geminas Erycina meos ſine fine dolores.

ERYCVS, (ἔρυξ) a Ci in. 4. Verri. appellatur Siciliæ mõs, quem Strabo & alij Erycem uocant, Nõ enim (inquit) Quæſtor petit (ut eſt conſuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et paulo poſt in eadem Actione: Hoc de homine, ac de huius bonis etiam in Eryco monte monumentum poſuiſti. Vide plura in dictione Eryx.

ERYMANTHVS, (ἐρύμανθος) mons Arcadiæ in quo aprum agrorum uaſtatorem Hercules domuit, uiuumq; in humeris ad Euryſtheum detulit: quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe uaſe abſcondit. Verg. lib. 8. Aene. Fixerit æripedẽ ceruam licet, aut erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. Eſt & fluuius hoc nomine in Alpheũ defluens, ut oſtendit Pli lib. 4. cap. 6. Erymantheus, a, um: ut, Monſtrum Erymantheum. Val. 1. Argo. Quiq; Erymanthei ſudantẽ põdere monſtri Amphitryoniaden, &c. Erymanthius, a, um: ut aper Erymanthius: Ci. 6. Verri. Aiebant in labores Herculis non minus hũc humaniſſimum Verrem, quã illum aprum Erymanthium referri oportere. Erymanthis, idos. patronymicum fœmi. quod aliquando legitur pro ipſa Arcadia. Oui. 2. Meta. Nexilibusq; plagis ſyluas Erymanthidos ambit. Erymanthis urſa, dicta eſt Caliſto Lycaonis uxor, quæ uerſa eſt in urſam, ut docet. Ouid. li. 2. Meta. Cuſtos Erymanthidos urſæ, Arctophylax. Idẽ 2. Triſt. Eleg. 3. Tingitur oceano cuſtos Erymãthidos urſæ, Aequoreasq; ſuo ſidere turbat aquas.

ERYNGION, ſiue Eryngе (ἠρύγγιον) herba eſt ex genere aculeatarũ, paſſim in campeſtribus naſcens, quam alio nomine a capitulorum multitudine Centũ capita appellant. Vide Pli. lib. 22 cap. 7. & lib. 21. cap. 15. & 16.

ERYSIMON (ἐρύσιμον) ſemen eſt non diſſimile ſeſamo, teſte Gale. lib. 1. Alimen. facul. ſed deterius, parciusq; nutriens. Romani Irionem uocant, teſte Pli. lib. 22. cap. ult.

ERYSIPELAS, atis, {*Riſipilla*} (ἐρυσίπελας) neut. gene. a Celſo dicitur eſſe ulceris genus, cum ſuper inflammationẽ rubor ulcus ambit, isq; cũ dolore procedit. Naſcitur ex intemperie compoſita primarum qualitatum cum affluxu flauæ bilis, teſte Gal. lib. 1. de Differ. morb. Apud Celſum titulus quidam ſic habet: Curatio Eryſipelarum, ac ſi nominatiuus eſſet Eryſipela. quo in loco arbitror legendum. Curatio Eryſipelatum.

ERYTHACE, (ἐριθάκη, σανδαράχη) herba, quam alij ſandaracham, alij centhem nominant. Hic eſt apum, dum operantur, cibus, qui ſæpe in fauorum inanitatibus inuenitur ſepoſitus, ſaporis amari, ſed plenus humoris. Varr. 3 de Re ruſt. ca. 16. Erythacen uocant, qua fauos extremos inter ſe cõglutinãt. Erythace a coloris rubedine dicitur. Græce enim (ἐρύθημα) rubor appellatur.

ERYTHACVS, uide Erithacus.

ERYTHEVS, uide Ertheus.

ERYTHIA, (ἐρύθεια) inſula eſt in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnaſſe creduntur, In ea tanta aeris benignitas eſſe fertur, ut homines pariat pene immortales. Strabo. lib. 5. & Pli. lib. 4. cap. ult.

ERYTHRÆ, (ἐρυθραί) ciuitas Aſiæ, non longe a Chio, ex qua Sibylla fuit, quam a patria Erythream nominauerunt. antiqua ſanè mulier, & diuinatrix, tempore Alexandri.

ERYTHRÆVM MARE, (ἐρυθρὰ θάλασσα) pars Oceani, Arabiã a Meridie alluens, ad Occidẽtem Arabico ad Ortum perſico ſinu terminata. Ratio nominis uarie traditur a ſcriptoribus. Proxime tamen ad ueritatem uidentur acceſſiſſe, qui ab Erythra rege, Perſei & Andromedes filio dictum putant: cui & opinioni ſubſcribit Arrianus Geſtorum Alexandri lib. 8. Reliquas opiniones hic breuitatis cauſa omiſimus, quas lector poterit uidere apud Strabonem lib. 16. A' Latinis autem per errorem uidetur appellatum Mare rubeum. Nam cũ audirent a Græcis Erythreum uocari, exiſtimantes a rubedine aquarum ita dictum, ipſi quoq; Mare rubrum dixerunt.

ERYTHRODANVM, (ἐρυθρόδανον) herba eſt rubram habens radicẽ, qua tinguntur lanæ. Latini Rubiam appellant. Vulgus Garentiam. Vide Plin. lib. 24. cap. 11.

ERYTHROS, (ἐρυθρός) frutex, alio nomine Rhus appellatus, cuius folio coriarij in condenſandis pellibus utuntur. Vnde & cocotiarium fruticem quidã appellarunt. Vide Pli. lib. 24. cap. 11. Galli Vuinam uocant.

ERYTHROTAONES, (ἐρυθροταῶνες) ex anſerũ genere uolucres, in quibus nitor eximius, abſolutaq; nigritia, et in ſupercilijs, cocci rubor, ita dicti, quaſi ἐρυθροὶ ταῶνες, hoc eſt, rubri pauones.

ERYX, (ἔρυξ) nomen montis in Sicilia, ab Eryce ibi ſepulto, & nomen ciuitatis in eo ſitę, in quo templum Veneri conſtruxit Eryx eius filius. Oui. 3. de Arte. Sed Dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi, Colle ſub umbroſo, quam tenet altus Eryx. Pomp. Montium Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris, Vnde Venus Erycina dicta eſt. ἐρυκίνη.

E ANTE S.

ESALON, ſeu potius Aeſalõ (αἰσάλων) auis eſt ex accipitrum genere perpetuũ cum uulpe bellum gerens. Plin. lib. 10. ca. 74. Aeſalon uocatur parua auis oua corui frangens, cuius pulli infeſtantur a uulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipſamq; uellit. Quod ubi uiderint corui, contra auxiliantur, uelut aduerſus communem hoſtem.

ESAV, (ἠσαῦ) nomen filij Iſaac, qui & Edom, hoc eſt, Rufus, & Seir, quod piloſum ſignificat, appellatus eſt.

ESCA, {*Eſca, cibo*} (βρῶσις) ab edendo dicta: cibus non ſolum hominum, uerũ etiam omnium animalium. Oui. 2. Amor. Elegia 6. Nux erat eſca tibi, cauſeq; papauera ſomni. Accipitur præterea pro eo, quod datur auibus piſcibus'ue decipiendi gratia. Cic. de Senect. Diuine enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, q; ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Vnde Ineſco, as, (δελεάζω) eſt porrecta eſca decipere aues, uel piſces: & per tranſlationem, homines aliqua illecebra in perniciem adducere. Teren. in Adel. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines, Samnio.

ESCARIVS, a, um, {*Ciò che ad eſca ſi appartiene*} (σιτηρός) quod ad eſcã pertinet: ut, Eſcaria uaſa. Pli. lib. 36. cap. 26. Ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum non tranſlucens. Eſcaria menſa, teſte Feſto dicitur quadrata, in qua homines epulentur. Vincula eſcaria. Plau. Men. Facile aſſeruabis, dum illo uinculo uincies. Iſta iſtæc nimis lenta uincula ſunt eſcaria.

ESCHARA, æ, (ἐσχάρα) à Græcis dicitur cruſta, ſiue durities illa quæ uulneribus per cauteria quædam induci ſolet, cum ſanguis aliter ſiſti non poteſt. Vnde Eſcharotica medicamenta (ἐσχαρωτικὰ φάρμακα) dicuntur cauſtica quæ uim habent eſcharam, hoc eſt, cruſtam inducendi.

ESCVLENTVS, a, um, {*Manggiatiuo*} (τρώξιμος, βρώσιμος) quod cibo aptũ eſt. Ci. 2. de Nat. deo. Atq; ita eligere ex ijs quæ ſunt eſculenta.

ESCVLVS, arbor eſt ex genere glandiferarum, eadẽ cum illa (ut nonnulli exiſtimant) quam Theophraſtus πλατύφυλλον, id eſt latifoliam appellat. Eſt autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alterã quercinæ non diſſimilem, ſed nulli rei utilem: alteram nigram, tingendis lanis utiliorem. Dicta Eſculus, teſte Seruio, q; primi mortales, nondum inuentis frugibus, glande eius pro eſca uterentur. Idem tamen Seruius auctor eſt principium huius uocis dipthongo ſcribi conſueuiſſe: cui tamẽ conſuetudini hodie docti res non obtẽperant, plus originis rationi, q̃ Seruij auctoritati tribuentes. Vergi. 2. Geor. Altius & penitus terræ defigitur arbos, Eſculus in primis, quæ quantũ uertice ad auras Aethereas, tantum radice ad Tartara tendit. De hac arbore uide plura apud Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 16. cap. 4. & lib. 17. cap. 20.

ESIS, pro fluuii nomine: uide Aeſis.

ESITO, as, pen cor. {*Mangiare ſpeſſo*} (κατατρώγω, προσφέρομαι) frequentatiuum eſt a ſupino Eſum formatum. Gell. lib. 4. cap. 11. Pythagoram philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus.

ESSEDVM, di, pen. cor uehiculum Gallorum, Britannorũq; apud Belgas primo repertum. Verg. 3. Geor. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Legitur etiam Eſſeda genere fœminino, Seneca epiſt. 57. In ijs, quæ me ſine auocatione circũſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono. Hinc Eſſedarij, qui eſſe da regunt, aut qui ex eſſedis pugnant. Cic. Trebatio: Tu qui cæteris cauere didiciſti in Britannia, ne eſſedarijs capiaris, caueto.

ESSEDONES, (ἰσσηδόνες) teſte Pli. lib. 4. ca. 12. populi ſunt Aſiæ, utranq; Scythiam incolentes, ſuper Mæotim lacum non procul a Riphæis montibus, quibus (teſte Herod. li. 4. Hiſto.) mos fuit parentum funera cantu proſequi, & cõgregatis proximis, cadauera ipſa pecudum admiſtis carnibus comedere, eius ãt capitis, quod Cranium uocamus, auro cingere, & ad poculi uſum aſſeruare.

ESSÆI, (ἐσσαῖοι) una ex tribus religioſioribus Iudæorum ſectis: quæ omnino tres erant, teſte Ioſepho, Phariſæorum, Eſſæorum, & Sadducæorum. Ex his Eſſæi uxoribus, & uino, & carnibus abſtinebant, quotidianũq; ieiunium uertebant in naturam.

ESSENTIA, {*Eſſenza*} (οὐσία) uocabulũ eſt religioſis quidem Latinæ linguę obſeruatoribus nõ uſitatum a Philoſophis tamen melioris inopia in uſum receptum, pro ipſo eſſe cuiuſuis rei, quam οὐσίαν Græci appellant. Augu. lib. 11. de Ciuitate Dei. Sicut ab eo quod eſt Sapere, uocatͣ Sapientia: ſic ab eo q̃d' Eſſe uo-

ſe uocatur Eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres nõ ſunt latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris tẽporibus uſitato, ne deeſſe ẽt linguæ noſtræ, quod Græcis appellant οὐσίαν. hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt, ut diceretur Eſſentia. Quint. lib. 8. ca. 3. Quorum dura quædam admodũ uidentur ut Ens, & Eſſentia. quæ cur tantopere aſpernemur non uideo: niſi q; iniqui iudices aduerſus nos ſumus: ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Hinc Eſſẽtiale (οὐσιώδης) quod eſt eſſentiæ: & Eſſentialiter, (οὐσιωδῶς) ſecundum eſſentiam. Vocabula ſunt ſolis Philoſophis, & Theologis uſurpata.

ESTO, (ἔσω ἔςω) futuri temporis imperatiui. Interdum concedentis aduerbiũ eſt. Verg. 4. Aen. Eſto, ægram nulli quondam flexere mariti. Idem 7. Aen. Nõ dabitur regnis, eſto prohibere Latinis.

ESTRIX, eſtricis, gen. fœmi. {*Mangiatrice*} uerbale ab Edo, es, eſt. Plau. Caſ. Ego noui ambas illas eſtrices, corbitant, ubi comeſſe poſſunt.

ESVRIALES FERIÆ, dicuntur à Plauto in Cap. quibus ab edendo feriamur. Neq; ieiunioſiorem, (inquit) neq; magis effractum fame uidi, &c. Ita uenter, gutturq; reſident eſuriales ferias.

ESVRIES, ei, Eſuritio, onis, & Eſurigo, inis, {*Fame*} (πεῖνα) idẽ quod fames, hoc eſt, edendi auiditas. Varro: Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo, ſtrenuoſus, ſtimulis q; eſurigo fodebat coſtas. Catullus 20. Epigrã. Aureli pater Eſuritionũ. Gel. li. 16. c. 3. Eſuritionem faciunt inanes, patenteſq; inteſtinorum fibræ.

ESVRIO, is, ire, pen. cor. Eſuriui, itum, {*Hauer fame. Boc. Gior. 10. No. 1. L'Abbate che fame hauea piu che uoglia di motteggiare*} (πεινάω, πεινέω) fameo, cibũ appeto. Eſt autem abſolutum: quanquam & cum accuſatiuo inueniaĩ, Pla. in Curc. Qui homo mature quæſiuit pecuniã, Niſi eam mature parſit, maturæ eſurit. Teren. in Heaut. Modo liceat uiuere, eſt ſpes. C L. Quæ? S. Nos eſuritores ſatis. Vnde Eſuritor, uerbale. Mart. li. 3. Romã petebat eſuritor Thurius.

ESVRIO, eſurionis, {*Quello che ha fame*} (πεινάλι@) qui eſurit. Plau. in Perſa: O' Saturio, opportune aduenisti mihi. S. Mendaciũ ædepol dicis, atq; haud te decet. Nam eſurio uenio, non aduenio ſaturio.

ESVS, us, ui, {*Il mangiare*} actus ipſe edendi. ut, Pomum immaturum, necdum eſui idoneum. Pli. lib. 20. cap. 7. Stomachos diſſolutos adiuuat eſu.

E ANTE T.

ET, {*E &*} (καὶ) coniunctio eſt Græca, quam Latini inuerſione literarum ſuã effecerunt. Eſt autem copulatiua. ut, Cic. eloquens fuit, & Philoſophus. Duplicaturq; interdum, ac completiua eſt in diuerſis rebus: ut, Te admirantur & ciues, & hoſpites. Verg. 1. Aen. Multum ille & terris iactatus & alto. Modo accipitur pro etiam: Idem 2. Aen. Quorum Iphitus æuo iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi. Modo interrogatiua ſeu expletiua. Ver. 1. Eclog. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? Modo indignatiua etiã. Idem 1. Aen. Et quiſquam numen Iunonis adoret. Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem? Ponitur interdum pro ἐξηγητικῶς, pro hoc eſt, ſiue id eſt. Plaut. Annos natus iam ſexaginta, & ſenex. Interdum pro quia. Ver. in Buc. Audieras, & fama fuit. Plerunq; ſententiarum initijs cõpetit quemadmodum & Græcis καὶ. Quin. Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi, ut, corpuſq; lauant frigentis, & ungunt. id eſt, deinde ungunt. Item pro quamuis, ſiue tamen. Cic. de Senect. Defendi legem Voconiã magna uoce bonisq; lateribus, & uidetis annos meos i. tamẽ uidetis q̃ ſim tã ita ſenex. Huius cõpoſita ſunt, Etſi, (εἰ καὶ) & Tametſi.

ETAXALOS, (ἐταξαλ@) inſula eſt iuxta ſinũ Perſicũ, cuius meminit Pli. lib. 6. cap. 28.

ETEARCHVS, (ἐτέαρχ@) Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amiſſa uxore, filiæ ſuæ Phronimæ nouercam ſuperinduxit, quæ domum ingreſſa, ut erat, ita re ipſa ſe nouercam præſtitit, cum lædendo atq; omne iniuriarum genus excogitando, tum ad extremum impudicitiã impingendo. Etearchus criminationibus uxoris fidem habens, Themiſonem quendã Theræum iureiurãdo aſtringit, ut acceptã Phronimam in mari demergeret. Qui cum ſe neq; Etearchi crudelitatis miniſtrum præbere uellet, neq; rurſum iuſiurandum uiolare, reuinctã funibus puellã demiſit in pelagus, eaq; ſubito retracta, Therã peruenit: ubi Polymneſtus uir inter Theræos ſpectatus, in cõcubinatum Phronimẽ accipit: qui ex ea Battum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Auctor Herod. li. 4.

ETENIM, {*Certo, peroche, perche*} (ἀμέλει, καὶ γάρ) idem ualet quod nã, enim, quia: & fere primum in oratione locũ uendicat. Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum iniuriarum uobis non poſſum exponere, ſigillatim autẽ de uniuſcuiuſq; incommodo dicere infinitum eſt, genera ipſa iniuriarum quæſo cognoſcite. Idem 2. de Diuin. Etenim ex diuiſione hoc ſecundum eſt. Pli. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non ſunt nobis commemoranda. Inuenitũ tamen & ſecundo loco. Seneca. Quis enim inter tot corporis cruciatus felicem quenquã eſſe poſſe exiſtimat? Accipitur aliquando pro quippe. Ci. pro Flac. Neque in toto Acmonenſium teſtimonio commouebor: etenim quibus ego iſtam laudationem remittam. id eſt, quippe quibus, &c. Nonnunquam diuiſa compoſitione per duas dictiones efferi, uocula aliqua in medio interiecta. Ci. de Cla. Ora. Et dicere enim bene nemo poteſt, hoc eſt, etenim dicere bene.

ETEOCLES, pen. cor. (ἐτεοκλῆς) Oedipi filius, ex nefando Iocaſtæ matris concubitu editus, qui cum fratre Polynice ita conuenerat, ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo, anno cum Eteocles, qui, q; maior natu eſſet, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere: Polynices adiutus à Tydeo & Adraſto ſocero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis uulneribus ceciderunt. Impoſitis deinde cadaueribus eidem rogo, flamma ſe diuiſiſſe traditur: tanquã odium illud quod inter uiuos fuerat, ne morte quidẽ finiri potuerit: Interpretatur autẽ Eteocles uera gloria, ab ἐτεὸς quod uerum ſignificat, & κλέ@ gloria. Vnde etiam ſine aſpiratione ſcribendum eſt.

ETESIÆ, (ἐτησίαι) uenti, qui certo anni tempore flant. Hos Strabo li. 3. Subſolanos uocat hoc eſt, Euros. Hi quotannis in uigore æſtatis perflant XL. diebus poſt caniculæ exortũ. Dicti Eteſiæ, id eſt, annui. ἔτ@ enim annus, ἐτήσι@ annuus, quod ex omnibus uentis hi maxime ſtati ſint, & ſingulis annis eodem tempore redeant. De his Pli. lib. 37. cap. 5. & Gel. lib. 2. cap. 18.

ETHALIA, uide Aethalia.

ETHANION, (ἐθάνιον) uaſis ænei genus eſt, quo Aegyptij uti cõſueuerunt. Nam, teſte Athenæo, in Aegyptiorum omnibus penè domibus tria erant uaſa ænea, Cyathus, phiala, & ethanium.

ETHECVSA, inſula eſt in ora Cariæ, non procul ab Arijs inſulis. Pli. lib. 5. cap. 31.

ETHELEVM, fluuius minoris Aſiæ, olim Troadis & Myſiæ terminus, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. ult.

ETHICE, es, uel Ethica, æ, (ἠθική) pars eſt philoſophiæ ad mores pertinens, quæ à Latinis Moralis appellatur. Cic. de Fato. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη, Græci uocant, nos eam partem philoſophiæ de Moribus appellare ſolemus. ſed decet augentem linguam Latinam, nominare Moralem.

ETHICVS, pen. cor. {*Hiſtrione, buffone*} (ἠθικὸς) idem quod moralis, quod ſcilicet ad mores recte inſtituendos pertinet. Cic. in Ora. Duo ſunt etiam quæ bene tractata ab Oratore, admirabilem loquentiam faciant. quorum alterum eſt, quod Græci ἠθικὸν uocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum. Hinc Ethica, ethicorum (ἠθικὰ τὰ) opus moralẽ tractans Philoſophiã: quo nomine Ariſtoteles opus ſuũ de moribus inſcripſit.

ETHINI, Africæ populi, apud Pli. lib. 5. cap. 4.

ETHNICVS pen. cor. (ἐθνικὸς) gentilis ab ἔθν@, quod gẽtem ſignificat. Hieronymus contra Iouin. Et ſi ducendæ eſſent, uxores Chriſtianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas?

ETHOLOGIA, æ, (ἠθολογία) eſt affectuum, morumq; perſonæ alicuius effictio. Quin. lib. 1. cap. 9. Ethologia perſonis continetur. Ethologia, Rutilio Lupo, figura eſt ſententiarum, quum uerbis ſonoq; uocis exprimitur ac deſcribitur hominis alicuius conſuetudo & mos.

ETHOLOGVS, pen. cor. {*Hiſtrione, Buffone*} (ἠθολόγ@) morum expreſſor, qui geſtu ipſo corporis, ſono uocis ita exprimit mores hominum, ut geſtibus loqui uideatur. Cic. 2. de Ora. Mimorum eſt enim & ethologorum, ſi nimia eſt imitatio; ſicut obſcœnitas, &c. Quibus uerbis Cicero nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quaſi mimicam, non oratoriam. Budæus.

ETHOPOEIA, {*Imitatione delle maniere d'altri*} (ἠθοποιΐα) eſt morum, affectuumq; alicuius expreſſio, quæ & Ethologia a nonnullis appellatur. Differt a Proſopopœia, teſte Aquila, q; in hac perſonas fingimus, quæ nõ ſunt: in Ethopœia uero certis quibuſdam perſonis uel ad impubitatem, uel ad dignitatem ſermonem accommodate affingimus. Hinc Ethopœi, (ἠθοποιοί) dicuntur hiſtriones, qui mores & geſtus imitantur eius perſonæ, quam ſuſtinent.

ETHVSA, olim inſula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum acceſſit. Pli. lib. 26. cap. 89.

ETIAM, {*Anche, anchora, etiandio*} coniunctio eſt, idẽ ſignificãs quod Quoq;. Plau. Tu'ne etiam id reſciſti miſer? Aliquando ſignificat Adhuc. ἔτι. Ter. in And. Nihil ſuſpicans etiam mali. Aliquando prẽterea. Idem in And. Etiã puerum inde abiens cõuenit Chremis. Etiam, reſponſio eſt affirmatiua quẽadmodum & Ita. Pli ad Tacit. Studes? inquam Reſpondit, etiam. Vbi? Mediolani. Aliquando & affirmandi uim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: ut idem ſit quod ſic. Cic. pro Roſc. Si non, quomodo tabulas conficis? Si ẽt, quamobrem cum cætera in nomina ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduerſarijs relinquebas. Accipitur & pro Quinpotius. Pli. in Paneg. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam. Ponitur quoq; interdum ita, ut ab eo intelligatur non ſolũ. Ci. ad Lent. Cumq; ea contentio mihi magnum, ẽt foris, fructum tuliſſet. hoc eſt, non ſolum domi & in urbe, ſed foris etiam & extra urbem. Idẽ Att. 9. Etiam hæc me ſolicitant. quaſi dicat, non ſolum maxima iſta, ſed ẽt minora. Etiam atq; etiam, pro ualde ſummopere. Cic. de Fin. 6. Atqui iſte locus eſt Piſo tibi etiam atq; etiam confirmandus. Etiamdum, pro Adhuc. Teren. Hoc ego mali non pridem inueni, neq; Etiamdum ſit pater. Etiam'ne. Plau. in Aſi. Teq; obſecro Hercle, ut quæ locutus, deſpuas. D. Fiat. geratur mos tibi. L. age exerca. D. Etiãne? L. Age quæſo hercle uſq; ex penitis faucibus D. Etiã. L. Amplius. D. Nã quouſq;? uſq; ad mortẽ uolo. Ci. Att. 10. Etiãne Balbus in Senatum uenire cogitet? Etiãnum idẽ quod adhuc, uel ad hoc uſq; tẽpus. Pla. Trucul. Mihi etiãnum quid ſit negotij, falſus incertuſq; ſum. niſi quia Timeo tamẽ. Pro eodẽ etiam legimus Etiamnunc. Idem in Amph. Laſſus ſum hercle è uani: ut uectus huc ſum, etiãmunc nauſeo. Ponitur & pro ſtatim, illico, uel extemplo. Idem in Aul. Abſcede hinc etiamnunc. Etiamtum, pro uſq; tunc, uel uſq; ad id tẽpus, uel tunc adhuc. Terent. Hecy. Me educit foras narratq; ut uirgo ab ſe integra etiãtum ſiet. Cic. de Orat. Omnes etiam tum retinebãt illum Periclis ſuccum. Adrianus Card. Quod multi (inquit) inſcite quidem et minus Latinè dicunt, Vſq; nunc, uſq; tunc, Vſq; ad id tempus, perfecti illi Romani ſermonis parentes, Etiamnunc, Etiamtunc, uel Etiamnum, Etiamtum dicebant.

ETIAMNVM, uide Etiam.

ETSI, {*Benche, tutto che, anchor che*} (καίτοι) coniunctio aduerſatiua eſt, indicatiuum exigẽs, quemadmodum & Quanquam cum tamen Quãuis & licet magis ſubiunctiuo gaudeãt. Ci. pro Milone: Etſi uereor Iudices, &c. Interdum etiam cum ſubiunctiuo inuenitur. Cic. de Amic. Etſi illis planè orbatus eſſem.

Nonnunquã etiam interrogatiue profertur. Cic. Atti. Do, do pœnas temeritatis meæ: etſi quæ fuit illa temeritas? Interdum Etſi inuenitur iunctum cum Quamuis. Cic. ad Atti. lib. 16. Etſi quamuis nõ fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.

ETYMOLOGIA, (ἐτυμολογία) Latine Veriloquium ſonat, ab ἔτυμ@, uerus, & λόγ@, ſermo, uel loquutio Cic. 1. Acad. Verborum etiã Explicatio probabatur. i. qua de cauſa quæq; eſſent ita nominata, quam Etymologiam appellant. Sed quia Veriloquium (ut inquit Boethius in Topica Ciceronis) minus in uſu Latini ſermonis habetur, Cicero Etymologiam uocat Notationem, quia Notam facit rem, de qua prædicatur, Ariſto. Symbolum nominat, quidam etiã Originationem, teſte Fabio.

ETYMON, etymi, (ἔτυμον) idem quod Etymologia. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 48. de gluma loquens, Videtur uocabulum Etymon habere a glubendo, q; eo folliculo deglubatur granum.

ETYMOLOGVS, (ἐτυμολόγ@) qui idoneè uerborum indagare ſolitus eſt.

E ANTE V.

EVACVARE, {*Votare, euacuare*} (κενόω) exinanire. Vnde Euacuare aluum. Pli. lib. 20. ca. 6. Diocles hydropicis cum centaurea, aut in ficu duplici ad euacuandam aluum.

EVADO, dis, ſi, ſum, {*Scampare, fuggire, diuentare*} (ἐκδιδύσκω, ἐκφεύγω)

effugio, exeo, erumpo. Verg. Aen. 9. Noſtras'ne euadere demens ſperaſti te poſſe manus? Cic. pro Cælio: Potuerunt ne meliori tempore proſilire, quã cum Lãcinius ueniſſet? cum in manu teneret ueneni pyxidem? quæ cum iam erat tradita ſeruis, ſi euaſiſſent ſubitò ex balneis mulieris amici, Licinium\u0071; cõprehendiſſent, &c. id eſt, ſi è balneis erupiſſent. Cæſar: Reliquos equites conſectati, paucos, qui ex fuga euaſerant, reliquerunt. Sic Euadere è manibus hoſtiũ, apud Liuiũ. & Euadere ex iudicio aliquo apud Cice. liberationẽ quandam præ ſe ferre uidetur, quemadmodum & Salu. dicit: At ni Marius ſigna inferre, atq; euadere oppido properauiſſet, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutauiſſent, περιγίγνεσθαι, παρελθεῖν. Cic. Tuſc. 1. Accedit, ut eò facilius animus euadat ex hoc aere. Idem de Senect. Mihi quidem nũquam perſuadere potuit, animos dũ in corporibus eſſent mortalibus, uiuere: cum exiſſent ex iis, emori: nec uero tũ animum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet. Ponitur etiã hoc uerbum pro eo quod eſt, ad finem perduci, uel exitum habere. Tere. in Andr. Quàm timeo, quorſum euadas. i. ad quem finem perueniat oratio tua. Item proficere, ἀποβαίνειν. Cic. in Verr. Tu eiuſmodi euaſiſti, in furtis ac diuiſoria diſciplina educatus. Euadere in muros, uel in cacumen mõtis, eſt aſcendere ſiue põtius ſcandendo peruenire ἀνελθεῖν, ἐλαύνειν. Verg. lib. 2. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Euadere ardua, apud Liuium. Euadere ante oculos, pro apparere. Ver. 2. Aene. Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentis. Euadere ad coniecturam. i. conſequi coniectura. Plau. Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere. Euadere in malum. Teren. in Adelph. Verum nimia illæc licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

EVADNE, (Εὐάδνη) per d, ante n, Martis filia ex Thebe uxore Aſopi, & coniunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaque cum audiſſet illum apud Thebas cecidiſſe, ferè in mortis ſtuporem deiecta: deinde cum celebraretur funus, ſe in rogum proiecit. Eius meminit Ver. 6. Aen. Euadnenq;, & Paſiphaen, &c.

EVÆMON, (Εὐαίμων) pater fuit Eurypyli qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta nauibus, præfuit Ormeniis. Auctor Homerus in Catalogo nauium.

EVÆNETVS, (Εὐαίνετος) nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad cuſtodiendum introitum Theſſaliæ contra Xerxem, unà cum Themiſtocle Athenienſium duce à Græcis conſtitutus fuit.

EVAGOR, aris, {*Vagare, andare uagabundo*} (περιπλανάω, περιφέρομαι) latius, uagor, expatior. Liu. 2. Bel. Pun. Frontibus enim aduerſis concurrendum erat, quippe nullo circa ad euagandũ relicto ſpatio. Per metaphoram Euagari eſt aliquid extra propoſitum dicere, & ueluti à uia inſtituta digredi. Quin. lib. 2. Verum hactenus euagari ſatis fuerit. Inde Euagatio, uerbale. Pli. li. 2. c. 17. Ac ſpatia longitudinis latitudinem euagatione penſant.

EVALEO, es, pen. cor. {*Ingagliardirſi*} (ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπισχύω) ualidior, & potentior fio. unde Eualeſco, (κρατύνομαι) robur & uires acquiro. Pli. lib. 15. Quæ poſtquam eualuit, flaccеſcente patritia Marſico bello, languida auctoritas Patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Quin. li. 2. cap. 9. Adiuta cura natura magis eualeſcit.

EVALLO, as, {*Caccior fuori*} excludere eſt, quaſi extra uallum eiicere. Verbum eſt obſoletum. Varro apud Nonium: Donec foras nos intus euallauerunt.

EVALLO, is, {*Vagliare, criuellare*} eſt purgare frumentum. Pli. lib. 18. cap. 10. Et ipſa quæ euelluntur uariam paſturarũ rationem habent. Ibidem. Triticum autem perfundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde Sole ſiccatum pilo repeti. Sic enim legit Calepi. quanquam non deſunt, qui emendatiorum exemplariũ fidem ſequuti, in priore exemplo Eualuantur, malint legere, & in poſteriori euelli.

EVAN, unum eſt ex Bacchi cognominibus. Ouid. lib. 4. Metam. Nyctelius\u0071;, Elelcus\u0071; parens, & Iacchus, & Euan. Inde Euantes, dictæ ſunt Bacchæ, quæ liberi patris Orgia celebrantes, Euantis nomen identidem acclamabant. Verg. 5. Aen. Euantis Orgia circum Ducebat Phrygias.

EVANDER, (Εὔανδρος) proprium nomen Carmentis filii, qui cum patrẽ imprudens occidiſſet, relicta Arcadia, Latium ſeſe contulit, atq; pulſis Aboriginibus in Palatino monte conſedit, ubi oppidum Pallanteum fundauit, à nomine Pallantis (ut Vergilio placet) proaui. Verg. 8. Aene. Arcades his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſequuti Delegere locum, & poſuere in montibus urbẽ, Pallantis proaui de nomine Pallanteũ. Legitur & nominatiuus Euandrius Idem. 8. Aen. Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hæret. Fuit & eiuſdẽ nominis plaſtes ac cælator egregius Athenienſis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eoq; uicto, inter captiuos Romam aduectus, Auctore Acrone in illud Horatii. 1. Sermo. Satyr. 18. Menſaue catillum Euandri manibus tritum deiecit. Id eſt, calicem nobiliter cælatum. Euandrius, a, um, adiectiuum. ut, Euandria regna. Silius lib. 7. Qui Carmentis opes, & regna Euandria ſeruas. Verg. 10. Aen. Nã tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

EVANEO, es, ſecunda ſyllaba pro. {*Suanire farſi nana ſparire*} (ἀφανίζομαι) à quo Euaneſco, quod eſt pereo, è conſpectu abeo. Pli. lib. 9. cap. 51. Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore euaneſcunt. Cice. de Clar. Orat. Is\u0071; & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt. Idem ad Att. lib. 3. Poſtquam extenuari, & euaneſcere ſpem noſtram uidi, mutaui conſilium.

EVANIDVS, a, um, {*Caduco*} (ἀμαυρός, ἐξίτηλος) idem eſt, quod inanis, caducus, & citò periturus. Col. de Arabo. cap. 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt: Pli. lib. 37. cap. 5. Quædam ex iis ſeneſcunt, paulatim ariditate euanida. Ouı. 5. Metam. Pectoris\u0071; in tenues abeunt euanida riuos.

EVANGELIVM, {*Euangelio, buona nuoua*} (εὐαγγέλιον) interpretatur bonum, ſiue lætum nuntium: ab εὖ bonum, & ἀγγέλλω nuntio: quaſi bona nuntiatio: Vnde non immeritò a Chriſtianis Euangelium appellatum eſt, ſalutiferũ illud nuntium à Chriſto ueraciſſimo patris nuntio, nobis allatum, quod omnibus ad dominum redeuntibus æternæ felicitatis hæreditatem repromiſit. Euangelia, orũ, pluraliter, & neutro genere, dicuntur ſacrificia & ſupplicationes, quę pro iucundo nuntio decerni conſueuerunt: uel etiam merces allati iucundi nuntii. Ci. Att. li. 2. O' ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor. Idẽ ad eundẽ. Ita'ne nuntias Brutus, illum ad bonos uiros euangelia? ſed ubi cor? uiſi fortè ſe ſuſpendit. Vlpia. in l. falſus. ff. de furt. Ergo ſi ea quæ dicunt Græci euãgelia, petat, id eſt, mercedem pro rei inuentæ uel repertæ nuntio.

EVANNO, as, are, {*Suentolare*} (ἀπολικμάω) uanni motu euentilo. Var. 1. de Re ruſt. Ita fit, ut quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euanneĩ foras extra aream. Per tranſlationem ſumitur pro amouere, ut annotauit Nonius, citans illud Pomponii ex Pannuceatis. Dixi ego illud futurum: in prima ualua eſt uix hæret miſera: euannetur: & mea ocyus opera ut fiat ſcerro.

EVAPORATIO, onis, {*Vapore*} (ἐξατμισμός) uaporis abitus, exſpiratio. Senec. li. 1. Nat. quæſt. Nec mirum, ſi terris omnis generis & uaria euaporatio eſt.

EVASTO, as, are, {*Gueſtare, dare il gueſto*} (δηιοποιέω) idem quod uaſtare ſignificat. Liu. 10. ab urbe. Ibi duo conſulares exercitus, diuerſis uagati partibus, omnia quinque menſium ſpatio euaſtarunt.

EVAX, (Εὐαί) interiectio exultantis. Plau. in Menæch. Euax, iurgio uxorem tandem abegi. Fuit etiam nomen regis Indiæ, (Εὔαξ) qui de uirtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem.

EVBOEA, (Εὔβοια) nomen inſulæ eſt in mari Aegæo tã anguſto euripo à Bœotia diuiſa, ut ponte illi coniungatur, inſignis tribus promontoriis, Gereſto. ſ. ad Atticam uergente, ad Helleſpontũ Caphareo, caſtro Græcæ claſſis notiſſimo: & ad Septentrionẽ Cæneo, teſte Pli. li. 4. ca. 12. Hodie hanc inſulam uulgò uocant Nigropontum. Hinc Euboicum mare (Εὐβοϊκὸν πέλαγος) quod duplex eſſe dicitur: alterũ in Aegæo mari, alterum in Campano, ſeu Tuſco: quod in Aegeo, Eubœæ adiacet inſulæ, à qua denominatũ eſt, qđ' ãt in Tuſco, Cumarũ, Baiarum\u0071; alluit oram, ab Euboicis aduenis & Cumarũ conditoribus nũcupatum. Hinc Eubœus, a, um, adiectiuum: ut, Plebs Eubœa. Sta. li. 5. Syl. Stupuit primæua ad carmina plebes Eubœa. Et Euboicus, a, um: ut, Carmẽ Euboicum. Ouid. 4. Faſt. Carminis Euboici fatalia uerba ſacerdos Inſpicit. Sibylla Euboica. i. Cumana. Stat. 1. Syl. Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.

EVBVLVS, p. c. (Εὔβουλος) Athenienſis ciuis fuit, contrarias ferè Demoſtheni in Reip. Adminiſtratione partes fouens: et interpretatur prudens, conſultus, boni cõſilii. Fuit & Eubulus, mediæ Comœdiæ poeta, ut ſcribit Suidas. Eubulus præterea nomẽ fuit hiſtorici, qui hiſtoriã Mitræ multis uoluminibus explicuit.

EVCÆRIA, {*Opportunità, occaſione*} (εὐκαιρία) Latine opportunitas explicat Cic. 1. de Fin. Et quemadmodum opportunitas (ſic. n. appellamus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis. Idem. 1. Offi. Occaſionem interpretatur.

EVCARPIA, (Εὐκαρπία) urbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt: unde & nomen, quaſi uber fructuum prouentus. Meminit huius oppidi Strabo lib. 12.

EVCHARISTIA, (εὐχαριστία) uox eſt Græca, quam nos Gratiarum actionem uertere poſſumus: unde & εὐχαριστεῖν Græci dicunt pro eo quod eſt gratias agere. Hieronymus gratiam, ſiue gratioſitatẽ uertit: ab adiectiuo εὔχαρις. quod iucundum ſonat & gratioſum.

EVCHYLA, (εὔχυλα) dicuntur, quę ſunt boni ſucci: ut carnes auicularũ, montanarum, & piſcium ſaxatilium. His opponuntur κακόχυλα, quę malum generant ſuccũ. ut caſeus uetus, & ſalſamenta. χυλὸς Grecis ſuccus eſt, ſiue liquor.

EVCHYMA, (εὔχυμα) Græca appellatione dicuntur, quæ boni ſunt ſucci, ſiue præſtãtis ſaporis. Nam χυμὸς Grecis modo ſuccum ſignificat, modo ſaporem.

EVCLIDES, (Εὐκλείδης) Philoſophus fuit Megarẽſis, Socratis auditor, ad quẽ belli tẽpore aſſumpta muliebri ueſte ſæpius commeaſſe traditur. Defuncto uero Socrate in patriam ſeſe contulit, ibiq; celebri auditorio (in quo etiã Plato fuiſſe perhibetur) Philoſophiã profeſſus eſt. Scripſit Dialogos q̃ plurimos, quorũ nomina recenſent Suidas & Diogenes Laertius. Fuit & alter eiuſdem nominis Platonicus Philoſophus, et Geometra inſignis tempore primi Ptolemęi, poſterior aliquanto his, qui Platonis temporibus uixerunt, antiquior uerò Eratoſthene, & Archimede. Hic multa de Geometria, & Muſica conſcripſit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

EVDÆON. onis, pen. gen. corre. (Εὐδαίμων) Aegyptius Grammaticus, teſte Suida, patria Peluſiotes, Libanii Sophiſtæ contemporaneus. Scripſit uaria poemata. item artem Grammaticam, & de dictionum Ortographia. Græcis εὐδαίμων felicem ſignificat: unde etiam Mela illam Arabiæ partem quæ inter Sinũ Arabicum & Perſicum in Pelagus excurrit, ſeruato Græco nomine Eudęmona appellauit, quam nos uerbum uerbo reddentes Felicem appellamus.

EVDEMVS, (Εὔδημος) Orator fuit Megalopolitanus Philopœmenis præceptor. Auctor eſt Plutarch. in uita Philopœmenis.

EVDAMIDAS, pen. cor. (Εὐδαμίδας) nomẽ filii Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum Regis.

EVDORA, pen. pro. (Εὐδώρα) Nympha Oceani & Tethyos filia, ut placet Heſiodo in Theogonia. Item una ex Athlantidibus, quæ ſeptem numero eſſe perhibentur, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche.

EVDORVS, (Εὔδωρος) Mercurii filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum ſequutus eſt: ut eſt uidere apud Homerum 8. Iliad.

EVDOXVS, (Εὔδοξος) peritiſſimus: Aſtrologus fuit et Geometra, filius Aeſchinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ curſum ordinauit. Luc. lib. 10. Nec meus Eudoxi concedet faſtibus annus. Scripſit leges, & de Geometria atq; Aſtrologia libros edidit. Cic. lib. de Diui. 1. ad Chaldęorum (inquit) mõſtra ueniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Aſtrologia iudicio doctiſſimorum hominũ facile princeps, ſic opinatus: id quod ſcriptum reliquit Chaldæis in prædictione & notatione cuiuſque uitæ ex natali die minimè eſſe credendum. Fuit & alius Eudoxus Rhodius hiſtoricus, alius Siculus, filius Agatoclis, poeta comicus.

EVDOXIA, {*Buona fama*} (εὐδοξία) claritas nominis, laus, exiſtimatio, & bona fama Ci. 3. de Fin. De bona autem fama, quam appellãt εὐδοξίαν, aptius enim eſt hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

EVEHO, is, {*Condur fuori, portar fuori*} (ἐξάγω) extra ueho. Liu. li. 5. Bel. Pun. Vbi primũ tranquillitas in altum maris euexiſſet. Per tranſlationem ſignificat extollo, ἀνάγω. Verg. 6 Aen. Pauci, quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, Dis geniti potuere. Inde Euectio, uerbale, quod propriè ipſum euehendi actum ſignificat. Euectiones etiam, teſte Budæo, dicũtur diplomata ſiue chartulę, ſigno principis obſignatę, quibus poteſtas permittitur aliquid euehẽdi. Vnde C. de Curſu publ. cauetur, ut euectiones ab omnibus poſtu-

poſtulentur. Euectus,tus,euectio,& portatio,quæ fit uel nauibus,uel curribus in aliquem locum. Pli.lib.18.ca.5. Malus eſt ager,cum quo dominus luctatur. Cato inter prima ſpectari iubet,num ſolū ſua uirtute ualeat, qua dictū eſt,poſitione,ut operariorum copia prope ſit,oppidumq; ualidum, ut nauigiorum euectus,uel itinerum.

EVELATVM.{Sventolato}ueteres dixere pro euentilato. Vnde Velabra dicuntur,quibus frumenta euentilantur. Auctor Feſtus.

EVELLO,lis,euelli,& euulſi,euulſum,{Sterpare,ſuellere}(ἀποτίλλω,ὑποσπάω)extraho,extirpo:ut, Euellere ſibi capillum præ luctu,apud Cic.3. Tuſc. Idē ad Att.5. Exciſa n.eſt arbor,non euulſa:itaq; q̄ fruticetur uides. Sic,Euellere ſe ex complexu,apud eundem:& Euellere ſeſe ex coetu,apud Pli lib.8.ca.42. Per translationem,Euellere ſibi ſcrupulum ex animo,Cic pro Roſc & pro Cluen. Euellere opinionem aliquam ex animis hominum. Vnde & Euulſi uerbale.Ci.de Nat.Deo.Qui primus purgationes aluı,dentisq; euulſionē inuenit.

EVEMERVS,pen.cor.(Εὐήμερος)nomen hiſtorici,de quo Lactan.ſic inquit, Euemerus antiquus auctor fuit è ciuitate Meſſana. Res geſtas Iouis,& cæterorum,qui dij putantur,collegit,hiſtoriamq; contexuit & titulis,& inſcriptionibus ſacris,quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius,& ſecutus.

EVENETVS,Lacedæmoniorum dux fuit.qui ad arcendum Theſſaliæ finibus Xerxem,Themiſtocli datus fuit adiutor. Auctor Herodo.lib.7.

EVENIO,euenis,pe.cor.eueni,euentum,{Venire,accoſtarſi,accadere,auenire} uenire,accedere. Plautus Caſina:Sine modo rus eueniat, remittam ad te uirū. Nonnunquam etiam ſignificat euadere,hoc eſt,per quamcunque difficultatem ad aliquid peruenire,exitum habere. Plau in Moſtel. Hei mihi, commiſta hæc blanda dicta quò eueniant,madeo metu. Sæpius tamen ponitur pro contingere,accidere,συμβαίνειν,ὑποβαίνειν,& tam in malā,quàm in bonam partē accipi ſolet. Cic. Offi.3. Quod autem in poematibus, & in picturis uſu euenit, aliiſq; compluribus,ut delectentur imperiti. Idem Fami.2. Ex quo uereor, ne idē eueniat in meas literas. Quandoque eſt obuenire,& ſorte alicui obtingere. Salu. in Iug. Metellus & Sylanus COSS. deſignati prouinciam inter ſe partiuerant,Metelloq; Numidia euenit. Euenit,impersonaliter pro ita cecidit. Teren.in And. Quid tu Athenas inſolens:C.Euenit,

EVENTILO,as,{Criuellare, ſuentolare}(λικμάω)uentilatione purgo.Col. lib.1. Et celeriter frumenta deteruntur,non cedente ſolo pulſibus ungularum, tribularumq;:& eadem euentilata mundiora ſunt.

EVENVS,pe.pro.(Εὔηνος)fluuius eſt Aetoliæ,in Callidromo monte naſcens, & iuxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Euano Martis filio,& Marpeſſe patre,qui ſe in hunc fluuium præcipitauit. Ouid.lib.9. Meta. Nanque noua repetens patrios cum coniuge muros, Venerat Eueni rapidas Ionec natus ad undas. Luca. Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi, Euenus Calydona ſecat,&c.

EVENVS,(Εὔηνος)Philoſophus,qui ignem optimum ciborum cōdimentum eſſe dicere ſolebat,ut refert Plutarchus. Fuerunt item Eueni duo Parij,Elegiarum ſcriptores: quorum meminit Suidas.

EVENTVS,{Euentu,accidente,caſo}(σύμβαμα,ὑπόβασις)gene.maſcu.& quarti ordinis,tam in plurali numero,q̄ in ſingulari,dicitur,quod caſu aut fortuna nobis euenit,tam in bonum,q̄ in malum. Cic.lib 1.de Ora. Vt enim quis optimè dicit,ita maximè dicendi difficultatem,uarioſq; euentus orationis, expectationemq; hominum pertimeſcit. Verg.9. Aen. Cæcoſq; uolutat Euentus animo ſecum. Ouid.2.de Pon. Nam timor euentus deterioris abeſt. Ouid.in Epiſt. Phyllidis: Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notāda putat. Dicitur & Euentum,euenti,neutro genere,quod in plurali Euenta facit. Luc.lib.1. Euentum dici poterit,quodcunque erit actū. Cic.in Partitionibus: Si cuiuſque facti,& euenti cauſa ponetur. Euentum præſtinare, eſt periculū alicuius rei in ſe recipere,ἐγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι.

EVERBERO,{Battere,percuotere}(τύπτω,μαστιγόω)idem eſt quod ſimplex uerbero. Ouid.14. Meta. Et cineres pulſis euerberat alis.

EVERGETES,(Εὐεργέτης)cognomen Ptolemæi, Aegyptiorum regis, qui Philadelpho ſucceſſit,à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impoſitum. Nam εὐεργέτης à Græcis dicitur,quem nos beneficium,uel benemeritum appellamus. Euergetæ item dicti ſunt populi,Scythiæ,qui & Arimaſpi, quod beneſici fuerint in Argonautas maris tempeſtate ad eorum litora delatos. Stepha.

EVERGO,is,{Mandar fuori}(προχύω)idem eſt,quod emitto Liu.Bel.Mace.li.4. Mentes ingentis altitudinis ſpem faciebant,eò magis, quod nullos apertos euergerent riuos,occultos continere latices,quorum uenæ in mare permanātes,undē naſcerentur.

EVERRIATOR,dicitur qui iure accepta hæreditate iuſta facere defuncto debet:quæ non fecerit,ſeu quid in ea re turbauerit ſuo capite luat. Id nomen dictum à uerrendo:nam Euerriæ,ſunt purgationes quędam domus,ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt,quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparū adhibito,ab extra uerrendo dictæ.

EVERRICVLVM,li,{Rete da peſcare}(σαγήνη)rete eſt piſcatorium à Gręcis dictum: & à uerrenda aqua ſic appellatum. Varr.3.de Re ruſt.ca.17. Cū neq; euerriculo illi in litus educere poſſent uiuam ſaginā plebeiæ cœnæ piſces. Ci.6. Ver. Expilatorem Siciliæ Verrem, Euerriculum appellat. Quod unquā (inquit)iudices huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit? Idem lib.3.de Nat.deo. doli mali actionem Euerriculum appellat omniū malitiarum: quod ea euerrantur omnes fraudes è uita hominum ciuili. Eſt enim ea actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum,qui ignominiā eius iudicij reformidāt.

Verba Ciceronis ſunt hæc. Inde euerriculum malitiarum omnium, iudiciū de dolo malo,quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit: quē dolum idē Aquilius tum teneri putat,cū aliud ſit ſimulatum,aliud actum. Hęc Budęus.

EVERRO,is,euerri,euerſum,{Spazzare}(ἐκσαρόω,ἐκκορέω) ſcopis expurgo. Col.lib.8 Stabula frequenter euerrenda & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus eſt. Per translationem accipitur pro expilare.Ci.3.Ver. O Verrea præclara,quoquam ſi acceſſiſti,quo non attuleris iſtum diem. Etenim quam tu domum,quam tu urbem adiſti,quod fanum denique,quod non euerſum,atque exterſum reliqueris?

EVERTO,tis,euerti,euerſum,{Ruinare,uolgere ſotto ſopra}(καταστρέφω,κατασκάπτω,ἀφανίζω)excindo,diruo,demolior, Semper enim ſignificat ruinam alicuius magnæ rei. Cic.lib.1. Offi. De euertendis diripiendiſq; urbibus ualde illud conſiderandū eſt. Verg.3. Aen. Priamiq; euertere gentem Immeritā uiſum eſt ſuperis. Vnde & Euerſiones,(ἀνατροπαί,ἀφανίσεις)dictæ ſunt. Pli.li.22. cap.17. Et contra ulcera,rupta,lapſusq;,& præcipitia,aut uehiculorum euerſiones ſingularis. Ci.de Sene. Hinc rerum publicarum euerſiones. Euerſor,oris. Cic.pro domo ſua: Euerſor huius Imperij. Verg.12. Aen. Priami regnorum euerſor Achilles.

EVESTIGIO,aduerbium,{Incontanente,ſubito}(παραυτίκα,αὐτίκα) confeſtim,properanter:unica dictio eſt cōpoſita,aut certè duæ dictiones per ſubiunctionem coniunctæ. Cic. Famil.4. Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe,qui hęc nuntiaret,& rogaret,uti cogerem medicos.coegi, & è ueſtigio eo ſum profectus prima luce. Pli.in Epiſt. Nunquam ſum magis de occupationibus meis queſtus,quæ me non ſunt paſſæ,aut proficiſcentem te ualetudinis cauſa in Cāpaniam proſequi,aut profectum eueſtigio ſubſequi.

EVGANEI,(Εὐγάνεοι)populi fuerunt ad intimum maris Adriatici ſinum, Alpes uerſus,qui deinde à Troianis & Henetis,qui Antenore duce in eam Italiæ partem uenerunt,ſedibus ſuis pulſi, Alpes Gratas tenuerunt. Liu.lib.1. ab Vrbe: Caſibus deinde uarijs Antenorē cum multitudine Henetum,qui ſeditione ę Paphlagonia pulſi,& ſedes & ducem,rege Pylamene ad Troiā amiſſo,quærebant,ueniſſe in intimum maris Adriatici ſinum,Euganeiſq; qui inter Alpes mareq; incolebant,pulſis,Henetos Troianoſq; eas tenuiſſe terras,& in quē primū egreſſi ſunt,locum,Troia uocatur,pagoq; inde Troiano nomen eſt, Gens uniuerſa Veneti appellati. Hęc ille. Dicti autē ſunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc eſt,à generis nobilitate,teſte Pli.lib.3 cap.20. Hinc Euganeus,a,um. Iuue. Euganea quātumuis mollior agna. Luc. Euganeo(ſi uera fides memorātibus) Augur Colle ſedens, Aponus ubi terris fumifer exit, Atque Antenorei diſpergitur unda Timaui.

EVGE,(Εὖγε)interiectio aſſentientis,laudantis et congratulantis. Plau.in Epid. Euge,corpulētior uidere atq; agilior. Idem in Merc. Euge mi Demipho, ſalue.

EVGENIÆ,pen.pro uuæ quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nā εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Col.lib.3.cap.2. Frigidum ſolum ac roſcidum cœlum commodiſſimè ſuſtinent,ſicut Eugeniæ,dum ſunt in Albano colle. Nam mutatu loco,uix nomini ſuo reſpondent.

EVGIVM,(εὔγιον)pellicula quædam in pudendo muliebri,quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt:quamuis reuera conſtet inter Anatomicæ rei peritos pelliculam eiuſmodi commentitiam eſſe,et in uirginum diſſectionibus non inueniri. Nonius, Eugium,inquit pars media inter naturalia muliebria. Næuius. Sine eugio puellam inuenit. Laberius: Quare tam arduum aſcēdis?an concupiſcis eugium ſcindere?

EVHYVS,(Εὔιος)unum ex Bacchi cognominibus,à Ioue illi inditū eo in bello,quod Gigantes cum dijs geſſerunt. Fabulantur enim poetæ,cæteris dijs perterritis,Liberum patrem ſe in leonem conuertiſſe,unumq; ex Gigantibus interfeciſſe:et ob rē tā ſtrenuè geſtam, Euhyon,hoc eſt bonum filium à Ioue fuiſſe ſalutatum. Sta lib.2. Et tunc forte dies noto ſignata tonantis Fulmine, præreptū cum te tener Euhye partus Trāſmiſere patri. Inde fit fœmininum Euhyas, qđ Bacchi ſacerdotem ſignificat. Hora.lib.3. Carminum: Nōſecus in iugis E' ſomnis ſtupet Euhyas, Hebrum proſpiciens,& niue candidam Thracen.

EVIDENS,pen.co.{Euidente,manifeſto,aperto}(ἐμφανής,ἐναργής) quod apertè uidetur & intelligitur,non quod uidet & intelligit. Ci.de Vniuer. Atq; ut eſſet menſura quædā euidens,quæ in iſtis octo curſibus celeritates,tarditateſq; declararet. Sic euidens ratio, Euidens argumentum. Vnde euidentia,claritas,perſpicuitas:quo nomine etiam figura quædam ſententiarū a Rhetoribus dicitur,quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur:cum.ſ.res ita oculis ſubijcitur,ut coram geri,non commemorari uideatur,quæ à Græcis ἐνάργεια uocatur. Ci.4. Acad. Propterea quod nihil clarius ἐναργείᾳ,ut Gręci:perſpicuitatē aut euidentiam nos ſi placet,nominemus fabricemuſq;,ſi opus erit, uerba. Euidēter, aduerbium,(ἐναργῶς)clarè,perſpicuè. Liu.6.ab urbe. Vel fateri nobis ea, cum tam euidenter pœnituerit,tutum cenſemus.

EVIGILO,as,pen.cor.{Deſtarſi,ſuegliarſi}(ἀγρυπνέω)idē eſt quod expergiſcor,& uigil fio. Pli.Epiſto.5. Euigilauerā:nuntius à Spurinna &c. Stat.5. Sylua. Gratus qua quippe magiſter Excidit,& medijs miſer euigilauit in undis.

Nonnunquā etiam ſignificat elucubro,et per uigilias aliquid conficio. Ouid.7. Triſt.ad librum: Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudium cunctos euigilauit idem. Cic.ad Att.li 9. At quàm honeſta,at quam expedita tua conſilia,quàm euigilata tuis cogitationibus.

EVILA,regio,ad Orientem uergens,ſacris literis celebrata quam circuit de paradiſo Phiſon egrediens,quem noſtri mutato nomine Gangem uocant. Ibi ea aurum puriſſimum,quod Hebraicę zaab,& gemmæ pretioſiſſimæ,carbūculus, ſmaragduſq; naſcuntur.

EVILESCO,{Diuenir uile,auilire}(φαυλίζομαι)idem quod ſimplex uileſco,hoc eſt uilis fio,& in contemptum abeo. Suet.in Clau.Cæſar.cap.15. Propter quæ uſque eò euiluit,ut paſſim,ac propalam contemptui eſſet.

EVINCIO,is,{Ligare}(ἀμφιδεσμεύω,ἀμφιδέω)uinco,ligo,circunligo,corono. Ver.8. Ae.1. Euincti tēpora ramis. Tacit.lib.5. Sirena patrio more Tiridatē inſigni regio euinxit. Euinctus,parti.ut, Caput folijs euinctus.i.habēs caput circundatum folijs. Verg 5. Aen. Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ.

EVINCTO.{Vincere}(ἐκνικάω)uinco,cōuinco,uel uincēdo extorqueo. Liu. 2.ab Vrbe: Omne id tempus cum conſulatis cōſultando abſumunt, euinceretq; inſtando,ut liberę ſibi ad Tarquinios darentur. Hora.2.Serm Saty.3. Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare. Inde Euictus participium idem ſignificans, quod uictus,uel conuictus. Cic.1.Verr. Qui tam nefarijs criminibus,tā multis teſtibus euictus,ora iudicum aſpicere,atque os ſuum populo Romano oſtēdere audeat. Verg.4. Aen. Tu lacrymis euicta meis,tu prima furentē His germana malis oneras,atque obijcis hoſti.

EVIRATVS{Caſtrato, priuato de i genitali}(ἐξευνουχισμένος) caſtratus, quaſi uirilibus ſpoliatus. Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. Plau. Adoleſcens euiratus ac mollis.

EVIRO,as,{Caſtrare,tagliare i genitali}(εὐνουχίζω)caſtro,uirilitatem execo: & per translationem,mollem & effœminatū reddo,ἀποθηλύνω. Varro. Mar-

cipote, ut citat Nonius: Euirauit omnes Veneri uaga pueros. Hinc Euiratio, onis, uirilium exectio: & per tranſlationem effœminatio. Vnde Euitationē pilorum, dixit Pli.lib.29.cap.1.pro depilatione, qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam uiros hirſuta decent corpora, quę enim robuſtiores ſunt, & naturæ calidioris, ideoq; ad Venerem ualidiores.

EVISCERO, as, {*Sbuſcerare, ſuentrare. Boc. Il ronzino fu dal upi atterrato & ſuentrato*} (ἐκσπλαγχνίζω) uiſceribus ſpolio. Ver.11.Aen. Compenſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat uncis.

EVITO, as, pe.pro. {*Schifare*} (ἐκλυθῶμαι. διαφυγγάνειν) compoſitum à Vito, euiſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici. Cic. de Ami. Eſt enim uarius & multiplex uſus amicitiæ, multæq; cauſæ ſuſpicionum, offenſionumq; damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum, ferre ſapientis eſt. Euitatio, onis. Quin. Malorum euitationem, liberationem, &c. Euitabilis, le: ut, non euitabile telū, apud Oui.6.Meta. Legitur & Euito apud antiquos, pro eo quod eſt uitam eripio, occido, ἀφαιρέω. Cic.3.Tuſcu.ex uetuſto quopiam poeta. Hæc omnia uidi inflammari, Priamo uitam euitari.

EVLOGIA, eulogiæ, {*Benedittone, rationabilità*} (εὐλογία) benedictio, munificentia, beneficentia, uel etiam rationabilitas, ἀπὸ τοῦ εὐλόγου, quod ſignificat rationabile. Cic. ad Att.lib.13. Locum hominibus non ſanè probo, quod eſt deſertior, ſed habet εὐλογίαν.

EVMÆVS, (εὔμαιος) ſubulcus fuit Vlyſsis, qui dominum à bello Troiano reducem opera ſua adiuuit contra procos uxoris. Home.lib.22.Odyſſ.

EVMECES, balſami genus læui cortice, ita dictū, quod cæteris ſit procerius. εὐμήκης enim Græce, procerus & prolixus dicitur. Pli.lib.12.cap.25.

EVMELVS, (εὔμηλος) Admeti Regis Theſſaliæ ex Alceſti uxore filius.

EVMENES, (εὐμένης) uir Cardianus fuit ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, uigilantia, patiētia, calliditate, & celeritate omnes Macedones ſuperauit: de quo multa à Græcis hiſtoricis traduntur. Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeis ingenti prælio ſuperauit: de quo uide Strab.lib.13. & infra in dictione Pergamus.

EVMENIDES, {*Le furie infernali*} (εὐμενίδες) furię infernales, κατ' ἀντίφρασιν dictæ, quod minime beneuolæ ſint. εὐμενὴς enim beneuolum ſignificat. Has autē tres ferunt fuiſſe, Acherontis & Noctis filias, uno partu editas. Et Apud inferos uocantur Canes: unde Luc. Iam uos ego nomine uero Eliciam, Stygiasq; canes in luce ſuperna Deſtituam. Apud mortales Furiæ, ab Effectu. Cic.2.de Legib. Agitant & inſectantur impios Furiæ non ardentibus tedis, ſicut eſt in fabulis, ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. Apud ſuperos dicuntur Diræ. Ver.lib.12.Aen. At procul ut Diræ ſtridorem agnouit & alas, Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos. Vocantur & uolucres, ut apud eundē: Iā iam linquo acies, ne me terrete timentē Obſcenę uolucres, alarū uerbera noſco.

EVMETRIS, gemma eſt apud Bactros naſcens, ſilici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita, nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Pli.lib.13.cap.10.

EVMOLPIDE, (εὐμολπίδαι) dicti ſunt ſacerdotes, ſeu magiſtratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Aegyptii generis fuiſſe Diodorus refert.

EVMOLPVS, (εὔμολπος) nomen uiri Athenięſis, quem Suidas Muſæi poetæ filium fuiſſe ſcribit. & Pythiorum uictorem. Alij Orphei uatis filium fuiſſe credunt, qui poeta fuit ipſo etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, ſacrorum quorundam pręſides uolunt, quorum meminit Aeſchynes in oratione contra Cteſiphontem.

EVMONIDES, (εὐμονίδας) nomen proprium uiri Thebani, cuius meminit Plutarchus.

EVNEVS, pen pro. (εὔνηος) Iaſonis filius ex Hypſiphyle filia Thoantis regis Lemni, teſte Homero lib.7.Iliad.

EVNVCHIZO, as, {*Caſtrare, cauare i genitali*} (εὐνουχίζω) caſtro Hierony. contra Iouin. Sunt Eunuchi, qui de utero matris ita nati ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.

EVNVCHO, as, (εὐνουχίζω) euiſdē ſignificationis. Var. in Lege Mæuia apud Nonium: Sic qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is, qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

EVNVCHVS, ꝑ. p. {*Eunucho, caſtrato, ſenza genitali*} (εὐνουχίας. εὐνοῦχος) caſtratus: ab εὐνὴ quod eſt cubile, & ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibeatur ſeruandis cubilibus regum, quaſi Euneechus, & per ſyncreſim Eunuchus Cic. in Ora. Eunuchi è Syria Aegyptoq;, &c Iuue. Sat.12. Decidere iactu cœpit cum uentis imitatus caſtora, qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum.

EVOCATI, {*Chiamati à biſogni per ſoldati*} (ἔκκλητοι) dicuntur non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſsitate ex agris in bellum tumultuariè uocantur. Hi pro militibus ducebantur. Suet. in Galb. Delegit & equeſtris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum uſu, Euocati appellantur, excubiasq; circa cubiculum ſuum uice militum agerent. Cic. ad Appium. Antonium præfectum euocatorum miſi ad te, cui ſi uidebitur, cohortes traderes.

EVOCO, as, pe.cor. {*Chiamar fuori*} (ἐκκαλέω, φωνεκαλέω) extra uoco. Teren. in Eun. Num quem euocari hinc uis foras? Sic euocare ad cœnā, Euocare ad pugnam, &c. Cic. Att.2. Tuas Numeſio literas dedi. ſic te his euocabā, ut nihil acrius, neq; incitatius fieri poſſet. Euocare aliquem Romā, aut ad aliā urbem, eſt aliquem Romam, uel ad alium locum accerſere. Sic qui in prouinciis erant, ſæpe ad dicendam cauſam Romam euocabantur. Cic. in Ver.3. Pericles Ephæſius homo nobiliſsimus Romam euocatus eſt, quod auctor iniuriæ illius fuiſſe argueretur. Euocare item, eſt ad ſubitam tumultuariamq; militiā uocare. Cæſar Bel. Ciuil. Magnus numerus equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat. Euocare deos, ueteres dicebant pro precibus elicere numina illa, in quorum tutela urbs obſeſſa eſſe putabatur, ut ex relicta, in eorum, qui obſidebebant, urbem tranſirent. Nefas enim ducebāt ueteres, urbem aliquā, niſi prius euocatis Dijs tutelaribus, oppugnare, ne aut aduerſus Deos pugnare, aut capta urbe ipſos etiam Deos captiuos habere uiderentur. Huiuſmodi aūt euocationes fiebant conceptis uerbis, & carmine quodā in eū uſum compoſito, cuius formulā deſcribit Macrob. Satur.li.3.c.9. Per tranſlationem ponitur pro auerto, ἀποτρέπω. Cic.1.Tuſcu. Nam quid aliud agimus, cum a uoluptate. i. a corpore, cū à re familiari, quæ eſt miniſtra et famula corporis, cūm à Repub. cūm à negotio omni euocamus animum. Quo tamen in loco potius legendum uidetur Auocamus.

EVOE, per duas ſyllabas, (εὐοῖ) interiectio bacchātis eſt, quā in Liberi patris Orgijs identidem inculcabant Bacchæ. Ouid.6. Meta. Exululant, Euoeq; ſonit.

EVOLO, as, are, {*Volar fuori, uolar in alto*} ἐκπέταμαι. extra, uel in altū uolo. Plin.lib.10. Vultur, & ferè grauiores, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo immiſſæ non euolant. Cic.1.de Legib. Quare glandifera illa quercus: ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis miranda uiſa figura, nunc ſit hæc. Et per tranſlationē Euolare eſt eripere ſe. Cic.3.Verr. Ille qui ſua cupiditate tantos tumultus concitatos uideret, cuperet aliqua euolare, ſi poſſet. Euolare pœnam. Ci. de Prouin. Conſul. Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, multiſsimus uobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremq; ſubierunt. Euolito, as, are, frequentatiuum. Col.lib.8.cap.8. Patentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos euolitat. Euolaticus, tica, ticum: ut, Euolatici homines. Plau. Milite. Ita ut cœpi dicere de illac pugna pentethronica, qua ſexaginta hominum uno die Euolaticorum manibus occidi meis, &c.

EVOLO, as, are, {*Rubare, rapere*} (ἁρπάζω) furari, rapere, quaſi in uolam recipere. Plau. Ciſtel. Quid quæritas? H. ciſtellam adoleſcens hic mihi Euolauit. Cic. pro Deiot. Vbi id quod intus eſt, atque noſtrum, impunè euolare pōt, contraq; nos pugnare, fit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus.

EVOLVO, is, ere, {*Voltare*} de loco uoluere. Luc.lib.3. Nudis euoluunt ſaxa lacertis. Euoluere librum. Cic.1.Tuſcu. Euolue diligenter eius eum librum, qui eſt de animo. Euoluere, meditari. Verg.4.Georg Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris. Euolutus, partic. Liu.6. Bell. Pun. de angue loquens. Inter uentuq; hominum euolutam repente, atque ex oculis elapſam. Euolutio, onis. Cic.1.de Fin. Quid hiſtoriæ cognitioq; rerum, quid poetarum euolutio? quid tanta tot uerborum memoria uoluptatis affert?

EVOMO, is, ere, {*Vomitare*} (ἐξεμέω, ἀποβλύζω) uomendo ejicio. Cicer.2.de Nat.deo. Eademq; hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere implere: caſq; cū ſtomacho concoxerit, euomere, atque ita eligere ex his, quæ ſunt eſculenta.

EVONYMOS, (εὐώνυμος) inſula eſt una ex Vulcanijs, ita dicta, q̄ è Lipara in Siciliam nauigantibus ſiniſtra offeratur. Nam εὐώνυμα Gręci κατ' εὐφημισμὸν uocant ſiniſtra. Auctor Strabo lib.6. Eſt item Euonymos Theophraſto, arbor infelix, malo Punicę ſimilis, in Leſbo inſula potiſsimum proueniens pecori guſtatu letalis. Vide Plin.lib.13.cap.22.

EVPALIA, (εὐπαλία) nomen urbis in Locride, apud Pli.li.4.ca.3.

EVPATORIVM, (εὐπατόριον) ſiue Eupatoris, herba eſt ab officinis Agrimonia appellata: cuius deſcriptionem uide apud Pli.lib.25.cap.6.

EVPETALOS, (εὐπέταλος) gemma eſt, quatuor habens colores, igneū cæruleum, minij, & mali. Auctor Pli.lib.37.cap.10.

EVPHEME, (εὐφήμη) mulieris nomen nutricis Muſarum, & Croci matris.

EVPHEMIA, (εὐφημία) uxor fuit Iuſtini Imperatoris, cuius meminit Suidas. Græcis item Euphemia, fauſtam acclamationē ſignificat, qualis fieri ſolet principibus recens inauguratis.

EVPHONIA, æ, {*Iucunda conſonanza*} (εὐφωνία) uocalitas, ſiue ſonoritas uocis, iucunda uerborum prolatio, quæ quibus adeſt εὔφωνοι à Gręcis dicuntur.

EVPHORBIVM, bij, (εὐφόρβιον Dioſcoridi) ſiue, ut apud Pli. legitur, Euphorbia, biæ, arbor eſt in Mauritania naſcens, non procul ab Atlante monte, ferulæ ſpeciem referens, ſuccum uero habens tantæ acrimoniæ, ut accolæ eam, expaueſcentes, ouillos utres elutos arbori circunligent, & eminus caulem contis incidāt. Quo facto, ſtatim è plaga copioſus humor profluit, lacti ſimilis, qui & ipſe Euphorbium dicitur. Quod nomen ei impoſuiſſe putatur Iuba Mauritaniæ rex à nomine Euphorbi medici ſui, qui frater fuit Antonij Muſæ, cuius ope Auguſtum ſeruatum fuiſſe, tradit Pli.lib.25.cap.8.

EVPHORBVS, (εὔφορβος) uiri Troiani nomen eſt, a Menelao occiſi: ut meminit Ouid lib ult. Metam his uerſibus.

Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris.
Atride.

Sunt uerba Pythagorę, qui ſuo exemplo nititur probare, animas a corporibus ſeparatas in alia atque alia corpora cōmigrare, quod tempore belli Troiani ipſe fuerit Euphorbus a Menelao interfectus ſuumq; clypeū agnouerit u Menelao in templo Dianæ ſuſpenſum.

EVPHORION, (εὐφορίων) nomen poetæ Chalcidenſis, quem tranſtulit Cornelius Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores, ut eū pręferrent Ennio, & reliquis poetis, eiuſq; carmina ſtudioſe cātarent, poſthabitis aliorum poematibus. Meminit Cic. lib. de Nat.deo. Quid (inquit) poema nemo? nemo phyſicus obſcurus? ille uerò nimis & obſcurus Euphorion: at non homerus.

EVPHRANOR, (εὐφράνωρ) nomē ſtatuarij laudatiſsimi Iſthmij, qui de ſymmetria et coloribus aliquot uolumina cōſcripſit. Floruit cēteſima quarta Olympiade: plurimaq; ſigna nobiliſsima ex ære confecit, quæ enumerantur a Pli lib.34.cap.8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in uno quoq; genere excellens, ſibiq; æqualis, teſte eodem Pli.lib.35.cap.11. Huius meminit et Quintilianus Inſtitu. Orator. lib.12. Idem Iuuen. Satyr.3. Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

EVPHRATES, is, pen pro. (εὐφράτης) fluuius Meſopotamiæ, quem Strabo ſcribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum profundum, & celerem naſci, influere autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri coniunctum Meſopotamiam facere. Sall. quoque certiſsimus auctor aſſerit, Tam Tigris, q̄ Euphratis in Armenia fontes demonſtrat. Cui et aſtipulatur Pli.lib.6.cap.34. ubi Euphratem in Charanitide, Armeniæ maioris præfectura, naſci tradit Quorum teſtimoniorum conſenſu adductus Hieronymus locum Geneſeos, de Paradiſo, quatuorq; fluminibus eū irrigātibus, (inter quos enumerat & Euphrates) ſecus intelligendum eſſe exiſtimat, q̄ uerba ipſa uideātur ſonare. Dictus autem putatus Euphrates (quod & Ambroſius annotauit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc eſt, a lætificando: propterea q̄ circumiacentem agrum reſtagnationibus ſuis adeò lætum fœcundūq; reddat ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges, impreſsis tātum ueſtigio ſeminibus. Qua de re uide Pli.lib.18.cap.15. & 16. Fuit etiam hoc nomine Philoſophus, Adriani temporibus qui tædio ſenectutis & perpetui morbi impetrata prius ab Adriano uenia, ſe

ſibi

ſibi ignominiæ eſſet, cicutam [illegible]it, ſibiq́; uoluntariam mortem attulit.

EVPHROSYNA, æ, & Euphroſyne, es, pen. cor. (εὐφροσύνη) una ex tribus Gratijs, ab hilaritate, ſeu lætitia (idem enim Græcis ſonat εὐφροσύνη) nomen habens.

EVPHROSYNVM, (εὐφρόσυνον) herba eſt, quam notiori nomine Bugloſſum uocamus. ita dicta ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod eſt lætificare, q. ſ. in uinū deiecta, animi curas pellat, hilaritatemq́; inducat. Auctor Pli. lib. 25. cap. 2.

EVPILIS, lacus ciſalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Auctor Pli. lib. 3. cap. 19

EVPOLIS, (Εὔπολις) priſcæ comœdiæ ſcriptor fuit, in reprehendendis hominum uitijs liberrimus. Vnde etiā Perſius iratum Eupolidem uocat, quaſi hominum uitijs uehementer infenſum. Scripſit Comœdias ſeptemdecim, ex quibus nouem uictoriam meruerunt. Perijt in prælio nauali inter Lacedæmonios, et Athenienſes iuxta Helleſpontum commiſſo Cuius mors quantum ciuitati luctum attulerit, uel illud unum abundè magno documento eſſe poteſt, quod publico edicto cautum eſt, ne Poetæ in politicum militare liceret.

EVPOMPVS, (Εὔπομπος) pictor nobilis fuit patria Sicyonius, Parrhaſij & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis ſuæ artifices auctoritatis, ut genus quoddā picturæ ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Huius diſcipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem inſtituit.

EVPORIA, æ, (Εὐπορία) urbs Macedoniæ, ab Alexandro Magno condita, et à ſoli fertilitate nomen ſortita. Auctor Steph.

EVPORVS, (Εὔπορος) C. Gracchi ſeruus fuit, qui dominum ex Auentino fugientē, q̄ diu potuit, tutatus eſt, occaſio deinde domino ſuper eius cadauer proſtratus, ſibi quoque mortem conſciuit. Auctor Valer. lib 6. cap. 8.

EVPROSOPON, (εὐπρόσωπον) promontoriū eſt Phœnices ad Byblō oppidum. ita dictum ab aſpectus iucunditate. Nā εὐπρόσωπος interpretatur iucundus aſpectu.

EVRANIVM, nij, (Εὐράνιον) Cariæ oppidum eſt, Halicarnaſſeorū iuriſdictioni ab Alexandro Magno aſſignatum. Pli. lib. 5. cap. 29.

EVREOS, gemma nucleo oliuę ſimilis, ſtriataq́; modo concharum, minus tamē habens candoris. Auctor Pli. li. 37. cap. 10.

EVRIPIDES, pe. cor. (Εὐριπίδης) inſignis poeta Tragicus fuit, natus eo die, quo numeroſus ille Xerxis exercitus ab Athenienſibus fuſus eſt. Floruit tēpore Archelai Macedonum regis, à quo etiam ſummo in honore eſt habitus. Scripſit fabulas LXXV. ex quibus quinque tantum uictoriam meruerūt. Caſtitate aūt uitę tāta fuit, ut uulgo μισογύνης, hoc eſt mulierum oſor fuerit cognominatus, Perijt noctu ab Archelai canibus, ut fertur, diſcerptus. Oſſa eius regis iuſſu Pellam ſunt tranſlata, repulſus Athenienſium precibus, qui ſæpe per legatos tentauerant, ut ciuis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

EVRIPIDIVS, (Εὐριπίδειος) numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus, eo tempore, quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenienſium Rempub. adminiſtrabant. Legitur et Euripides, in eadem ſignificatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

EVRIPVS, pen. pro. (Εὔριπος) dicitur fretum. i. mare anguſtum inter Aulidē Bœotiæ portum, & Euboeam inſulam, quod unius diei et noctis ſpatio ſeptiea recurrit eo impetu, ut nauigia repugnantibus uentis plena, ſecū rapiat. Auctor Mela. Sunt item Euripi, canales, ſeu ductus aquarum aliunde deductarū in ſublime ſalientium, ſi paulò pòſt minutiores ſunt, quos intra domos Romani per pratum ducebant. Si autem maiuſculi ſunt, Nili dicuntur. Ci. lib. 1. de Legibus: Ductus aquarum, quos iſti Nilos, Euriposq́; uocant, qui cum uiderit, non irriſerit? Euripi quoq́; ſunt foſſæ in ludis circundatæ pro ſeptis, quorum loca temporaria prius cloſtra fuerunt, auctore Plinio.

EVROME, es, pen. pro. oppidum eſt Cariæ, apud Pli. lib. 5. cap. 29. A' Stephano Εὐρωμός appellatur.

EVROTIAS, æ, (εὐρωτίας) gemma eſt, quę ſitu uidetur operire nigritiem: ita dicta à Gręco uerbo εὐρωτιᾶν, quod eſt ſitum trahere De hac Pli. li. 27. c. 10.

EVRONOTOS, (εὐρόνοτος) uentus inter Eurum & Notum flans: cuius meminit Pli. lib 2. ca. 27.

EVROPA, (Εὐρώπη) tertia pars orbis, ab Aſia Tanaide fluuio, ab Africa Mediterraneo mari diſcreta: ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quā Iupiter (ut poetæ fabulantur) in bouem transformatus raptam abduxit in Cretā. Habet quatuor ſinus magnos. quorū primus eſt à Gaditano freto ad Lacinium uſq́; promontorium Italiæ in Locris. Secundus à Lacinio ad ipſa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Helleſpontū. Quartus ab Helleſponto ad Mœotidis oſtia. Hinc Europæi, (Εὐρωπαῖοι) qui Europam incolunt. Eſt itē Europa, Nymphę nomē, Oceāi et Tethyos filia, cuius meminit Heſiodus i Theogonia.

EVROPVS, pe. pen. pro. (Εὐρωπός) oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teſte Pli. lib. 4. cap. 10. ita dictum, ſi Stephano credimus, ab Europo Macedonis & Orithyæ filio.

EVROPVM, pi, (Εὔρωπον) Syriæ urbs, olim Thapſacum, poſtea Amphipolis appellata. Auctor Pli. li. 5. cap. 24. Eſt item eiuſdem nominis oppidum, apud Parthos cognomento Nomadas: cuius meminit idem Pli. lib. 6. cap. 25.

EVROTAS, pe. pro. (Εὐρώτας) fluuius Laconiæ, Spartam præterlabens, teſte Liuio Bel. Maced. lib. 4. Ripasq́; habens frequentibus lauris conſitas. De hoc Verg in Sileno: Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audijt Eurotas, iuſsitq́; ediſcere lauros.

EVRVS, (Εὖρος) uentus ſpirans ab Ortu brumali, quem Latini Vulturnū appellant. Pl. lib. 3. cap. 47. Ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant. Ouid. 1. Meta. Eurus ad Auroram, Nabathæaq́; regna receſsit, Perſidaq́;, & radijs iuga ſubdita matutinis.

EVRYALE, pe. cor. (Εὐρυάλη) fuit regis Minois filia, quę Neptuno Orionē peperit. Alia fuit Prœti Argiuorum regis filia. Tertia ex Gorgonibus una, quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem; quæ omnes unū oculum habebant, quo inuicem utentes, quoſcunque aſpiciebant, conuertebant in ſaxa Harum nomina fuerunt Meduſa, Stheny o, & Euryale. Seruius eximia pariq́; pulchritudine uirgines fuiſſe tradit, quarum ſolo aſpectu adoleſcentes obſtupeſcebant: quam rem fabulæ occaſionem ſubminiſtraſſe exiſtimat, ut dicerentur, quoſcunq́; aſpexiſſent, in ſaxa tranſmutare. Hæc ille, enarrans illud Vergilij lib. Aen. 6. Gorgones, Harpyæq́;, & forma tricorporis umbræ.

EVRYALVS, pen. co. (Εὐρύαλος) nomen unius ex principibus Peloponneſiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus uenerunt: ut tradit Homer. in Catal. Fuit etiam hoc nomine Troianus quidam, arctiſſimo amicitiæ uinculo cum Niſo coniunctus, Vergilijq́; carmine notiſſimus. Fuit & nomen hiſtrionis. Iuue. Nobilis Euryalum aut Mirmillonem exprimat infans.

EVRYAMPVS, pi, (Εὐρύαμπος) oppidum Magneſiæ, apud Stephanum.

EVRYANASSA, æ, (Εὐρυάνασσα) inſula eſt maris Aegæi, è regione Ioniæ, non procul ab Arginuſa. Auctor Pli. lib. 5. cap. 31.

EVRYBATES, (Εὐρυβάτης) nomen uiri Ithaci, Vlyſsis præco ab Agamemnone miſſus, ut ab Achille auferret Briſeidem, Ouid. in Epiſt Briſeidis ad Achillem: Nam ſimul Eurybates me Talthybiusq́; uocarunt, Eurybati data ſum, Talthybioq́; comes.

EVRYBATVS, (Εὐρύβατος) fur inſignis fuit aſtutia, qui aliquando à cuſtodibus in furto deprehenſus, cum illi uidere cuperent, quo ingenio domos conſcēderet, ſtimulis quibuſdam ferreis, & funibus irrepſit in parietem, illisq́; intuentibus, expeditamq́; hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiens periculum euaſit. Hinc Eurybatiſſare, (εὐρυβατίζειν) dicimus aliquem, qui in re manifeſta deprehenſus, aliqua tamen arte elabitur.

EVRYBIADES, (Εὐρυβιάδης) Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclydæ filius, uniuerſæ Græcorum claſsis dux à Lacedæmonijs conſtitutus aduerſus Xerxem. Vide Herodotum, lib. 8.

EVRYCLEA, pe. pr. (Εὐρύκλεια) Opos Piſeronidæ filia pulcherrima, quam Laertes in prima exiſtens pubertate uiginti boum pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Vlyſſemq́; nutriendum dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnouit. Vide Homerum lib. 1. & 19. Odyſſ.

EVRYCLES, pen. co. (Εὐρυκλῆς) uatis cuiuſdam nomen fuit, qui de ſuis incōmodis ſemper aliquid diuinabat. Hinc factum eſt, ut omnes diuinatores Euryclidæ dicantur. Refert Cælius Antiq. lect. lib. 5. ca. 10.

EVRYCRATIDAS, (Εὐρυκρατίδας) uir Lacedæmonius, de quo Plutar.

EVRYDAMAS, antis, pen. nominatiui corr. (Εὐρυδάμας) uir fuit Troianus, ſomniorum interpres. Ouid. in Ibin: Vtq́; uel Eurydamas ter circum buſta Traſylli, Et Lariſſæis tractus ab hoſte rotis. Vbi per Eurydamanta intelligunt Hectorem, qui uirtute cuncta domitabat. εὐρὺ enim Græcis late ſignificat, & δαμάζω domo.

EVRYDAME, ames, (Εὐρυδάμη) Dictatoris Lacedæmonij filia fuit, & ſoror Menij, uxor autem Leutichidæ, Lacedæmoniorum regis, ex qua ille Lampito filiam ſuſcepit, quam Archidemo Zeuxidemi filio in matrimonium tradidit. Auctor Herodo. lib. 6.

EVRYDICE, (Εὐρυδίκη) uxor Orphei, cuius amore captus Ariſtæus, cum uim ei inferre pararet, illa per auia fugiens, incidit in colubrum in herba delitēſcentē, cuius morſu interijt. Orpheus autem uxoris mortem ęgerrimè ferens, accepta cithara inferos adijt. ubi Plutonem Proſerpinamq́; tam ſuaui carmine demulſit, ut ei uxorem ab inferis reducēdam permitterent, ea tamen conditione, ne prius eā, quam ad ſuperos rediſſet, intueretur. Quam legem cū ille amoris impatientia eſſet præuaricatus, Eurydice denuo ad inferos retracta. Verg. lib. 4. Geor. Reſtitit, Eurydicenq́; ſuam in luce ſub ipſa, Immemor heu, uictusq́; animi, reſpexit, &c. Alia uē fuit Eurydice, Chlymeni filia, uxor Neſtoris, ex qua ille ſeptē filios & unam filiam ſuſcepit. Auctor Homerus Odyſſ. lib. 3.

EVRYLOCHVS, (Εὐρύλοχος) fuit Phlegyarum rex, & conditor Thebarū, quas poſtea Cadmus inſtaurauit. Fuit etiam hoc nomine unus ſociorum Vlyſsis, qui ſolus Circes pocula non guſtauit, neque in ſuis figuram tranſmutatus eſt. Ouid. 14. Meta. Suis ſolum caruiſſe figura Vidimus Eurylochū: ſolus data pocula fugit.

EVRYMEDON, Eurymedontis, pen. nominatiui co. (Εὐρυμέδων) pater fuit Periboeæ, ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit, regem Phæacum, & Alcinoi patrem. Auctor Homer. lib. 7. Odyſſ. Eſt item Eurymedon, Pamphyliæ fluuius, iuxta quem Athenienſes Cimone duce Medos profligarunt. Auctor Thucydides lib. 1.

EVRYMACHVS, (Εὐρύμαχος) Thebanorum potentiſſimus fuit, qui cum Platæas noctu per proditionem cepiſſet, rebellantibus deinde ciuibus, uiuus in hoſtium poteſtatem peruenit, unaq́; cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt. Auctor Thucydides lib. 2.

EVRYNOME, (Εὐρυνόμη) nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoes, quam Apollo aſſumpta matris illius effigie compreſsit. Alia fuit Apollinis filia, quæ Adraſtum Argiuorum regem, & Eryphilen Amphiarai coniugem peperit.

EVRYPYLVS, pen. cor. (Εὐρύπυλος) fuit Herculis filius, qui regnauit in Co inſula, & cunctorum Græcorum augur peritiſſimus eſt habitus Verg. 2. Aene. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus,

EVRYSTHEVS, (Εὐρυσθεύς Suidæ) fuit Steneli Mycenarū regis filius, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, ut uaria monſtra ſuperaret, quo poſſet perire. Vnde durus Euryſtheus uocatus à Verg. libr. Georg. q nullis Herculis laboribus potuerit mitigari. Quis (inquit) aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

EVRYTION, tionis, (Εὐρυτίων) faber inſignis fuit, qui Pallanti Euādri filio arma fabricauit, Verg. 10. Aen. Quæ bonus Eurytion multo cęlauerat auro.

EVRYTVS, pen. cor. (Εὔρυτος) Oechaliæ rex, & pater Ioles, qui cum ab Hercule uictus, pactā ei certaminis lege filiā tradere recuſaret, Iratus Hercules Eurytum occidit, Vrbeq́; direpta, Iolem abduxit. Hinc Eurytis, idis, patronymicum fœmininum. Ouid. 9. Meta. Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat Alcmene.

EVRYTHMIA, {*Moto del corpo atto, & conueneuole*} (εὐρυθμία) decens & aptus corporis motus. Quin. lib. 1. c. 30. Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius.

EVSEBES, gemma, ex qua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facile dij ſurgebant. Pli. lib. 37. cap. 10

EVSEBIVS, (Εὐσέβιος) Epiſcopus Cæſarienſis, firmiſſimo amicitiæ fœdere cum Pamphylo martyre coniunctus: à quo et Pāphili cognomē mutuatus eſt.

Floruit temporibus Conſtantij & Conſtantini Cæſarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum uide adud Suidam.

EVSTATHIVS, (εὐστάθιος) nomen fuit Grammatici Conſtantinopolitani, cuius extant Cōmentaria in Homerū, quemadmodū Seruij in Ver. Euſtathius alius fuit Epiphanæus, qui tēporū epitomen ab Aenea Troiano uſq; ad Anaſtaſium principem ſub quo uixit, ſeptem uoluminibus cōſcripſit. Auctor Suidas. Euſtathius alius genere Pāphylus, præſul Antiochenus, aduerſus Arrianorum dogma multa cōpoſuit ſub Cōſtantino principe: pulſus demū eſt in exiliū Traianopolim Thraciæ ciuitatē, ubi & ſepultus eſt. Sunt quoq; ipſius uolumina de anima, Epiſtolæq; cōplures. Hierony. Præter hos fuit Euſtathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea uocatus, qui cū in uenatione ceruū ſectaretē, cōſpecto inter eius cornua crucis ſimulacro, & uoce ferę eiuſdē audita, Cur me perſequeris? domi uxori Theophytę, et filiis iē manifeſtauit: q uerbis eius fidem adhibentes, Chriſto nomen dederunt. Martyrij palmam accepit ſub Adriano, unà cum uxore æneo in tauro exuſtus. Volaterranus lib. 15.

EVSTEPHIVS, (εὐστέφιος) Aphrodiſicus ſophiſta, ſcripſit declamationes. Auctor Suidas.

EVSTOCHIVS, (εὐστόχιος) Cappadox Sophiſta, ſcripſit ad Conſtantē principem de Cappadociæ aliarumq; gentium antiquitate. Volaterranus lib. 15.

EVSTRATIVS, (εὐστράτιος) nomen philoſophi qui in Ethicæ Ariſtotelis Commentarios ſcripſit.

EVTERPE, (εὐτέρπη) una ex Muſis, quæ Mathemata, uel, ut aliis placet, tibias inuenit, à concentus ſuauitate nomen trahens, eſt enim εὖ bene, & τέρπειν, delectare. Verg. in Epigram. de Muſarum inuentis. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

EVTHYDEMVS, pen. pro. (εὐθύδημος) Philoſophus fuit Tarſenſis Apollonij Tyanei præceptor: de quo uide plura apud Suidam.

EVTHYMVS, (εὔθυμος) pycta, in Locris Italię, qui Epizephirij cognominantur, ortus, Aſtycleo patre, uel (ut indigenis perſuaſū eſt) Cæcino amne genitus, qui Locros à Rheginis diuidit. Hunc tradit Pauſanias perpetuū fuiſſe Olympiorum uictorem ſemelq; tantum fuiſſe ſuperatum à Theagene Thaſio, nō iuſto quidē certamine, ſed circumuentū dolo: unde nec Theagenis decretus honore inſuper damnatus, ut mulctæ nomine talentum Euthymo repręſentaret. Reuerſus inde in Italiam, cum Temeſæo genio congreſſus, (cui oppidani quotannis eximia forma uirginē tributi loco pendebant) uictoria potitus eſt, Temeſæosq; ſeruitute liberauit, uirginemq; genio deſtinatam uxorem duxit: quo nomine diuinos honores etiā uiuus meruit. Vide hæc latius apud Suidā. Meminit huius & Aelianus Variæ hiſtoriæ li. 8. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus, & robore inſigni fuit: lapidem geſtabat ingenti magnitudine. qui Locris oſtenditur: et Temeſęum heroa, quod cuiq; per uim abſtulerat, reddere coegit, ēt cū fœnore: ut inde natum ſit adagium iis qui ſordidos & iniuſtos quæſtus faciunt, affore Temeſæum genium. Hic Euthymus ad amnē Cæcinū, oculis hominum apparere deſiit. Meminit eius & Pli. cap. 47. lib. 7.

EVTHYMIA, {Tranquillità d'animo} (εὐθυμία) animi trāquillitas. Laertius in uita Democriti definit Euthymiam eſſe rectum, quietumq; animi ſtatū, dū nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur. Ci. 5. de Fin. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquā tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa beata uita.

EVTHYORIA, (εὐθυωρία) rectæ lineæ porrectio, et menſura non per diuerticula itinerum) quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminū flexu, plerunq; neceſſaria ſunt) ſed in directum acta.

EVTHOCVS, auctore Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remanſiſſe & iis imperaſſe, qui unà ſecum ibidem remanſere.

EVTRAPELVS, pen. cor. (εὐτράπελος) apud Hora. lib. 1. Epiſt. uiri cuiuſdam nomen eſt in circumueniēdis hominibus callidiſſimi. Eutrapelus (inquit) cuicunque nocere uolebat, ueſtimēta dabat pretioſa. Vox eſt Græca, idem ſignificans quod urbanus, ſalſus, & facetus.

EVTRAPELIA, æ, {Facetia, piaceuolezza} (εὐτραπελία) dictio eſt Græca idem ferè ſignificans, quod apud nos urbanitas, lepor, feſtiuitas, & facetia. Ariſtoteles in Rhetor. Εὐτραπελίαν interpretat πεπαιδευμένην ὕβριν, hoc eſt, eruditum conuicium. Paulus ad Epheſi. cap. 5. pro ſcurrilitate accipit, ſiue ſcurrili urbanitate, graui uiro indigna.

EVTYCHIA, æ, (εὐτυχία) inſula eſt Theſſaliæ a iacens, ante ſinum Pagaſicum. Auctor Pli. lib. 4. ca. 12.

EVTYCHE, es, pen cor. (εὐτύχη) mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à uiginti liberis rogo illata. Auctor Pli. lib. 7. cap. 3.

EVTYCHES, pen. cor. (εὐτυχὴς) nomen fuit hæreſiarchæ Conſtantinopolitani, qui Chriſtum de Maria uirgine corpus negabat aſſumpſiſſe, ſed uirginis tantum uterum, uelut ſolis radios penetraſſe.

EVTYCHIDES, (εὐτυχίδης) inſignis fuit ſtatuarius qui Olympiade centeſima uiceſima floruit, teſte Pli. lib. 34. cap. 8.

EVVLGO, gas, are, {Diuulgare} (ἐξαγορεύω) in uulgus edo, occulta omnibus prodo. Liu. li. 9. ab Vrbe: Ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificū, euulgauit.

EVXINVS PONTVS, (εὔξεινος πόντος) mare illud eſt, quod incipiens à Boſphoro Thracio uergit in orientem & ſeptētrionem, prius Pōtus Axenus dictus, (ἄξενος) hoc eſt, inhoſpitalis, propter immanitatē eorū, qui eius maris litora incolebant. Illi enim & hoſpites immolare ſolebant, ut auctor eſt Strabo li. 7. et carnibus perefis, ex caluis eorū ſibi pocula conficere. Poſtea uero, cū in locis maritimis Iones aliquot oppida cōdidiſſent, cohibito Scytharū aſſueto latrocinio, receptoq; Græcorum hominum cōmercio pro Axeno Euxinus, hoc eſt, hoſpitalis appellatus eſt. Idem pene de huius nominis origine tradit Ouid. de Ponto: Frigida (inquit) me cohibēt Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

EVZOMOS, ſiue, Euzomon, pen. prod. (εὔζωμος, ἢ εὔζωμον) erucæ herba, ita dicta, quod iuris ſaporem commendet. ζωμὸν enim ius appellant Græci. Pli. li. no. cap. 13. In condiendis obſonijs tanta erucæ eſt ſuauitas, ut Græci Euzomō appellauerint.

E ANTE X.

EX, {Da. di. de. Pet. Tal frutto naſce di cotal radice} (ἐκ, ἐξ) præpoſitio, ut aliis atque aliis uerbis iungitur, ita aliam atq; aliam ſortitur ſignificationem. Interdum enim ſignificat locum: ut, Ex cœlo, apud Catullum: Spectatum ex cœlo Mars pater ipſe uenit. Interdum tempus, ut idem ſit, quod poſt. Ci. 1. Philip. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati ſumus. Sic etiam dicimus, Ex illo, hoc eſt, poſt illud tempus. Verg 2. Aene. Ex illo fluere, & retro ſublapſa referri Spes Danaum. Nonnunquam etiam perſonam: ut cum dicimus, Audiui hoc ex patre meo. Aliquando etiam cauſam importat. ut ferè idem ſit, quod propter. Senec. de Benefi. Si quis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicā me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor. quod propterea profitebor æs alienum. Nonnunquam etiam accipitur pro Cum. Plau. in Merc. Reſinam ex melle Aegyptiam uorato, ſaluū feceris. Quod locutionis genus frequens eſt apud Medicos. Alias præterea infinitas habet ſignificationes pro ratione adiunctis: ut ex abundanti, idem eſt, quod præter neceſſitatem, uel plus, quam neceſſe erat. Quint. lib. 5. ca. 6. Adijcit ex abundanti hanc quoque fiduciam.

Ex æquo, idem eſt, quod æqualiter. Tacitus libr. 18. Diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel etiam ex æquitate. Liu. li. 21. cap. 5. Decad. Et ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret, & ſe uiſurum quid ſibi faciendum eſſet. Ex animo, hoc eſt, non ſimulatè. Ter. in Eun. Vtinam iſtuc uerbum ex animo, & uerè diceres. Ex animi ſententia, idem eſt, quod pro uoto. Ex ante diem Nonarum, hoc eſt, ante diem Nonarum finitem. Cic. Att. lib. 3. De Quinto fratre uentij nobis triſtes, nec uarij uenerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, uſq; ad pridie Calen. Septembres. Ex compoſito, hoc eſt, ut compoſitum erat, uel ut conuenerat, uel dedita opera, Liu. lib. 1. ab Vrbe: Tum ex cōpoſito orta uis, ſignoq; data iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit.

Ex cōſuetudine, hoc eſt, ſecundum conſuetudinem. Plin. Epiſto. lib. 2. Hunc oro ex conſuetudine tua & legas, & relegas. Ex cōtinenti, idem eſt quod ſtatim. Iuſtin lib. 1. Septem tantum huius coniurationis conſcij fuerunt. quæ ex cōtinenti, ne dato in pœnitentiam ſpatio res per quenquam enarretur, &c. Ex dignitate, hoc eſt, pro dignitate, uel ut dignitas poſtulat. Cice. Licinio Epiſt. lib. 5. Quamobrem tu quantum tuo iudicio nobis tribuendum eſſe putes, ſtatues ipſe, &, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ex facili, idē eſt quod facilè. Pli. li. 22. cap. 15. Hippocrates tātum ſorbitionis gratia laudauit, quoniam lubricæ ex facili hauriretur. Ex fide, hoc eſt, fideliter. Sueto. in Galba: Nummulario nō ex fide uerſanti pecunias, manus amputauit. Ex induſtria, hoc eſt, dedita opera. Liu. li. 1. ab Vrb. Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cū ſe ſuaq; prædæ eſſe regi ſineret. Ex inſperato. i. præter ſpem & opinionem. Liu. lib. 8. Bel. Pun. Cum ex inſperato repentè miſiſſis nobis huc P. Scipionem. Ex integro, uel Deintegro, quod barbari dicunt, De nouo. Plinius in Epiſto. Ego quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumq; à Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi. Ex profeſſo. i. ſerio, conſulto, nō diſſimulatè, & quaſi ex profeſſione. Quintil. libr. 12. cap. 1. Ex profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt pleriſque orationis ornatus. Ex præſcripto, hoc eſt, ſecundum id, quod nobis præſcriptum eſt. Colum. lib. 1. ca. 1. Neque. n. ſemper eundem, uelut ex præſcripto habitum gerunt. Ex quo. i. poſtquam, uel poſt quod tempus. Liu li. 1. ab Vrbe: Duodequadrageſimo fermè anno, ex quo regnare cœperat. Ex tempore aliquid agere, uel dicere, hoc eſt, abſque ulla præcedente præmeditatione Plin. in Epiſto. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit.

EXACERBO, as, are, {Acerbare, prouocare ad ira} (παροξύνω) irrito, & ad iracundiam prouoco. Liu. 8. ab Vrb. Cum omnes affirmarēt, infeſtius Papyriū exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatumq;, clām ex caſtris Romam profugit. Sueton. in Galba: Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbauit.

EXACERBASCO, ſcis, {Inacerbire, farſi aſpro} (πικραίνομαι, παροξύνομαι) ualde acerbus. i. aſper fio: quod ab Exacerbeo, bes, fieri cōſtat, licet Acerbeo rarò inueniatur. Apul. in Apolog. Quis eſt tam mitis quin exacerbeſcat?

EXACESCO, is, ere, {Inacetire} (ὀξίζομαι) acidum fieri. Colu. lib. 12. cap. 17. In dolium, uel in amphoras conditur. deinde cum exacuit, & remiſit liquorem, quicquid eſt aceti, diligenter colatur. &c.

EXACON, (κενταυρίου, λεπτόν) ſecūda centaurij ſpecies à Gallis appellata eſt quod omnia mala medicamenta exigat per aluum Dicitur & Fel terræ, ob inſignem amaritudinem. Autor Plin lib. 25. cap 6.

EXACTOR, oris, {Eſattore, riſcotitore} (ὁ ἀπαιτητής) qui aliquid exigit, hoc eſt, acerbè & imperioſè petit. Cæſar. 3. Bel. Ciuil. Erat plena lictorum, & imperiorum prouincia, confecta præfectis, & exactoribus. Nonnunquam idem ſignificat quod expulſor. Liu. 9. ab Vrbe: Ita reges geſſerant bella, ita deinde regū exactores Iunij, Valerijq;.

EXACTIO, onis, {Eſattione} (εἴσπραξις) acerba & imperioſa petitio, cuiuſmodi eſt uectigalium & tributorum collectio. Cic. 2. de Legi. Eaq; pecunia nō minor eſſet facta ſuperiore exactione. Exactio operis dicitur, cum certum penſum in ſingulos dies exigitur. Colum. lib. 1. ca. 8. Nulla eſt autem maior uel iniquiſſimi hominis cuſtodia, quam operis exactio.

EXACTVS, a, um, parti. {Paſſato, traſcorſo} (παρεληλυθὼς, παρακεχαμένος) idem ſignificans, quod præteritus, elapſus. Verg lib. 3. Georg. At tribus exactis ubi quarta acceſſerit æſtas. Exacti menſes, in grauidis dicitur, qui partui ſunt uicini. Verg 3. Georg Exactis grauidæ cum menſibus errant. Interdum idē ualet quod exhauſtus, ſuperatus, & quod ueteres dicebant, exantlatus, ἐκτετλεσμένος. Senec. Vt tot procellis, tempeſtatibusq; exactis, aliquando in portum uenimus. Nonnunquam idem ualet quod expulſus: ut, Exactis regibus, apud Cicer. de Orat. Exactus uerò nomen adiectiuum, idem ualet quod abſolutus, conſummatus & ad unguem factus. Martial. lib. 4. Ex hortor moneoq; te libelle, Vt docto placeas Apollinari: Nil exactius, eruditiusq;. Plin. Epiſt. 176. Quod ille obſequiū Seruiano, exactiſſimo uiro præſtitit. Exactus, us, (πρᾶξις) ſubſtantiuum, idem quod exactio. Quintil. de paſtu cadauerum. Sacrolaactus mercator opportunus, opinor, inuenit mercis exactum.

EXACVO, {Aguzzare, fare acuto. Pet. Sempre aguzzando il giouenil deſio} (ὀξύνω) idem eſt quod ſimplex Acuo, hoc eſt, acutum facio. Verg. Vet. 3. Georg. Ipſe ruit, dentesq; Sabellicus exacuit ſus. Ad hominem translatum, idē

fert

ferè eſt, qđ incitare, uel inflāmare. Clau. de bel. Getico: At iuuenē ſtimulis immanibus æmula uirtus Exacuit. Exacuere animū, eſt acutiorē et perſpicaciorē reddere. Pli. Naſturtiū Venerē inhibet, animū exacuit. Exacutus, nomē ex participio. Pli. li. 18. c. 18. Latior hæc quarto generi, ſed exacutior in mucronē faſtigata. Exacutio, onis. Pli. li. 17. ca. 14. Calami exacutio medullam ne nudet.

EXADVERSVM. {Allo'ncontro}(ἀντικρύ) unica eſt dictio, idem ſignificās quod ex oppoſito, uel e regione. Ter. in Phor. In quo hæc diſcebat ludo, exaduerſum ei loco Tonſtrina erat quædam. Pro eodem etiam legimus Exaduerſo. Plau. in Merc. Reſpice huc ad dextram Charine, non'ne exaduerſo uides.

EXÆDIFICO, as, are, {Edificare, fabricare, compiutamente} (ἐξοικοδομέω) perfecte ædificare, uel ædificium abſoluere. Cæſ. 1. Bel. Ciui. Qđ oppidū Labienus cōſtituerat, ſuaq́; pecunia exædificauerat, Cic. 1. de Ora. Nō grauare exædificare id opus, qđ inſtituiſti. Aliqñ ſignificat domo priuo, domo eijcio. Plau. in Trin. Nam exædificaſſet me ex his ædibus, ſi abſq; te foret. Exædificare inchoatam ignauiam, per tranſlationē, hoc eſt, augere, perficere, & ad ſummū perducere. Plau. ibidē: Quid intereſt, dare te in manus argentū amanti homini adoleſcentulo, animi impoti, Qui exædificaret ſuam inchoatam ignauiam.

EXÆQVO, as, {Agguagliare, far uguale}(ἐξισόω, ἐξομαλίζω) idē eſt qđ æqualem facere. Cæſ. 1. Bel. Ciu. Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus, q; neminem dignitate ſecum exæquari uolebat, totum ſe ab eius amicitia auerterat. Exæquatus, ta, tum, Lucret. Exæquataq́; ſunt creperi certamina belli.

EXÆSTVO, uide ſupra in ſimplici Aeſtuo.

EXÆVIO, {Laſciar la crudeltà, diſcrudelire} idem quod Deſæuio, hoc eſt, ſęuire deſino. Liu. Conſulem Claudiū atrox tēpeſtatis adorta, in metū ingētē adegit. Populoneos inde cum perueniſſet, ſtetit ibi, dum reliquum tēpeſtatis exæuiret.

EXAGGERO, as, {Accreſcere, amplificare}(ἀνασωρεύω) idem eſt qđ in unū ueluti aggerem congero, & coaceruo. Plin. libr. 19. capi. 8. Exaggerando altam accumules. Eſt præterea Exaggerare pene idem quod amplificare, et uerbis extollere: cuius contrarium eſt Extenuare. Cic. 5. Tuſc. Xenocratem illum grauiſſimum Philoſophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuantem cætera. Exaggeratus uirtutibus animus, Cic. in Parado.

EXAGGERATIO, nis, {Accreſcimentu, amplificatione}(αὔξησις) magna coaceruatio: poniturq́; pro altitudine & excellentia, tranſlatione ſumpta à terra, quæ in aggerem erecta, ſuſtollitur in faſtigium. Cic. lib. 2. Tuſ. Hoc tibi ꝓpone, amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem q̃ altiſſimam animi, qui maximè eminet in contēnendis et deſpiciendis doloribus, unam eſſe omniū rem pulcherrimam. Oratores Exaggerationem (δείνωσιν, δεινολογίαν) facere dicuntur, quando pluribus uerbis unā eandemq́; rem uehementer dicunt, quę res maxime uenuſtat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio eſt: Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decē hominibus uitam eripis, indicta cauſa, iniudicatis, indemnatis.

EXAGITO, tas, {Inquietare, turbare}(διαταράττω) uexo, inquieto. Plaut. in Merc. Mala bilis cruciat me, atque exagitat. Nonnunquā ſumitur ꝓ exaſpero, (παροξύνω) ſiue ad iram prouoco. Salluſt. in Catil. Tū quia in tali tēpore tāta uis hominis magis leniunda, q̃ exagitanda uidebatur. Ponitur etiam nonnunquam pro excutere. Cic pro Cluen. Exagitabantur omnes eius fraudes, atq; fallaciæ: omnis uita in eiuſmodi ratione uerſata aperiebatur.

EXAGOGA, ę, p. p. maſ ge. {Quello che porta fuori} qui educit & exportat: ut, Exagoga bonorum. Plau. in Truc. Ite hac ſimul mulieris dāni geruli foras gerrones, Bonorū exagogæ. Exagoga, fœ. ge. (ἐξαγωγή) exportatio, euectio, eductio, prouentus, reditus. Plau. in Truc. Iſte dum ſic facit domum Ad te exagogam. Idem in Rud. Teq́; oro & quæſo, ſi ſperas tibi Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpitium, Eamq́; euenturam exagogam ſaluām & ſoſpitem.

EXALBESCO, is, ere, {Impallidire diuentar bianco} palleſcere, & colorem priſtinum in album commutare. Cice. 4. Acad. Si qui fremerent, & exalbeſcerent. Exalbeſcere metu, Cic. 3. de Orat.

EXALBIDVS, a, um. {Bianco, biancheggiu} idem quod Albidus, niſi Ex, præpoſitio aliquid minuat de ſignificatione. Plin. lib. 24. cap. 19. Folia urticę in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia.

EXALBVRNO, as, are, eſt alburnum detrahere. Eſt autem Alburnum ex arborum pars, quæ proxima eſt cortici. Pli. lib. 16. cap. 40. E reliquis arboribus ſicciſſima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color. Vide Latius in dictione Alburnum.

EXALTO, as, {Eſſaltare, eleuare, inalzare}(μετεωρίζω, ἀναψόω) in altum eleuo. Col. li. 3. cap. 13. Seni pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq́; & exaltant in tres pedes. Per tranſlationem ſignificat magnificè laudo.

EXALVMINATVS, ta, tum, denominatiuum ab alumine. Plin libr. 9. cap. 35. de unionibus: Summa laus coloris eſt, exaluminatos uocari. id eſt, ad colorem aluminis accedentes.

EXAMEN, inis, {Schiera d'api. Dant. Si come ſchiera d'api che s'infiora} (ἐσμός, ἀμῆνος) noua apum ſoboles quā parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt, q; hæ ita uniantur, ut ſimul ligatæ uideantur. Cicer. de Senect. Nec uero ſegetibus ſolū & pratis, & uineis, & arbuſtis res ruſticę lætæ ſunt, ſed hortis etiā & pomarijs, tū pecudū paſtu, & apū examinibus, & florum oīum uarietate. Nec ſolū de apibus dicitur, ſed etiā ad alia referī: ut Examina piſcium. Pli. lib. 31. ca. 1. Rapiunt eò ſecum piſcium examina. Examina infantium. Pli. in Pane. Aduentante congiarij die, obſeruare principis egreſſum in publicum, inſedere examina infantium, &c. Examina ſeruorum, Ci. Rurſus examen, (ῥοπή) ſtilus eſt in lance ſiue ſtatera, qui quo pondus ſe uergit, exit.

EXAMINO, nas, pe. cor. {Eſſaminare, inueſtigare}(ἐξετάζω, ἀκριβόω) ſcrutor, & inueſtigo, perpendo, dijudico, & ueluti trutina quadam expendo. Pli. in Epiſtol. Examina ſingula uerba, & expende. Cic. 2. de Orat. Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinatur. Examinare dicuntur apes. i. uernare. Colum. lib. 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant alui.

EXAMPÆVS, (ἐξαμπαῖος) Scythiæ locus eſt inter Boriſthenem & Hypanim fluuios, fontem habens eiuſdem nominis uſqueadeo amarum, ut Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabiles. Auctor. Herod. lib. 4.

EXAMVRCARI, olcum, {Leuar la fece de l'oglio}(ἀπαμοργεῖσθαι) dicitur, quando ſublata amurca defæcatum ſit. Apul. li. 4. Ac dum cœleſtis uaporis flāmis examurcatur.

EXAMVSSIM, (ἀπηκριβωμένως) uide in dictione Amuſſis.

EXANCLO, clas, ſiue potius Exantlo, {Cauar fuori}(ἐξαντλέω) Priſciano docente uerbum Græcum eſt, idem ſignificans quod exhaurio. Plaut. in Stich. Næ iſte ædepol uinum poculo pauxillulo Sæpe exantlauit. Inde per metaphoram accipitur pro ſuperare, perpeti, & quod dicimus deuorare. Cic. lib. 1. Tuſc. Quod cum exantlauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. Luci. lib. 30. Quantasq́; modo ærumnas, quantosq; labores exantlaris. Aliquando perficere. Pacu. in Periboea, ut Nonius citat. Non poteſt Menalippe hæc ſine tua opera exantlari clauus.

EXANGVIS, gue, {Senza ſangue, eſangue}(ἔξαιμος, ἄναιμος) qđ ſine ſanguine eſt. Cic. 7. Verr. Non deniq; etiam exanguiū corpora mortuorū mœror, &c. Accipitur etiam pro pallido, q; pallentes uideantur ſanguine carere, quū ſanguis per extrema diffuſus ſit cauſa ruboris: contrà, recedente ſanguine, ſubitò palleſcimus, ut in metu uidemus accidere, quū ſanguis ſe recipit ad interiora. Oui. 3. Triſt. Aſpicis exangui chartam pallere colore. Sic etiam Horatius cuminum dixit exangue, quod ſemen illius epotum pallidos reddat bibētes. Epiſt. 1. Quod ſi Pallerem caſu, biberent exangue cuminum.

EXANIMALIS, {Senza anima, non animale}(ἄψυχος) quod non eſt animal, uel quod eſt ſine anima. Plaut. in Bacc. Nam neque Bellona mihi unquam, neq; Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, ni ve exhæredem fecero uitę ſuę. Idem etiam in Rud. poſuit pro eo, quod animam eripit, Ita (inquit) malè uiuo, ita multæ in pectore Sunt curæ exanimales.

EXANIMO, as {Perturbare, ſpauentare, sbigottire}(συστέλλω, ἐκπλήττω) qñ ab animo ſit, ſignificat perterreo, perturbo. Teren. in And. Oratio hæc me miſeram exanimauit metu. Quando uero ab anima eſt, ſignificat anima priuo, ſiue neco, ἀποκτείνω. Curtius: Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorū aduſſit pedes, plurimorumq́; oculis præcipuè perniciabilis fuit. Exanimatio, onis, ſubſequitur metum, & eſt comes pauoris, ut ait. Cice 4. Tuſcula. Idem 1. Offic. Ne in perturbationes, atq; exanimationes incidamus.

EXANIMVS, ma, mum, & Exanimis, me, et Exanimatus, ta, tum, {Sbigottitu, ſpauentatu}(ἄψυχος) ambo duplicem, eandemq́; ſignificationem habent, licet Seruius uoluerit hæc inter ſe differre: Nā ut exanimus, ſiue Exanimis, modo idem eſt quod mortuus, ut apud Liu lib 8. Vt uno ictu exanimē equo præcipitaret. Verg. 6. Aen. Exanimūq; auro corpus uendebat Achilles. Modo idē eſt quod exterritus, et ueluti animi deliquio conſternatus. Idē lib. 4. Audijt exanimis, trepidoq́; exterrita curſu, Vnguibus ora ſoror fœdās, & pectora pugnis, Per medios ruit. Sic Exanimatus, (ἐκπλαγείς, θυμωθείς) nō ſolum pro exterrito, ſiue perturbato, (ut apud Teren in And. Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene diſſimulatum amorem & celatum indicat) ſed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liu. lib. 22. Vnā in ipſa porta ſoſpite filio repentè oblato, in conſpectu eius expiraſſe ferunt: alteram, cui mors filij falſo nuntiata erat mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam.

EXANIO, nias, {Cauar fuori la marza} eſt faniē, uel pus, aut aliū quęuis inutilē liquorē exprimo. Col. lib. ult. Vt oēm amaritudinē eius & pallorem exaniet.

EXANTHEMATA, (ἐξανθήματα) à medicis appellantur tumores, ſiue papulæ, per totam cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, idq; beneficio naturæ corporis profunda expurgantis. Horum duo ſunt genera: Sublimia, quæ cutem in manifeſtum attollunt tumorem, eamq́; exulcerant, et pruritum excitant. Vulgus Morbillos appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neq; pruritum excitant. Vulgo Variolæ dicuntur, quòd maculis per totum corpus ſparſis, uarijs cutem inficiant coloribus.

EXANTLO, Vide Exanclo.

EXAPTVS, {Atto} antiqui dixerunt pro Aptus. Lucret. lib. 4. Brachia nec porro ualidis exapta Lacertis Eſſe, manuſq́; datas utraq; à parte ſiniſtras, Vt facere ad uitam poſſimus, quæ foret uſus.

EXARDEO, es, {Ardere grandemente, eſſere infiammatu fuor di miſura} (ἐκφλέγομαι) ualde inflammatum eſſe. Transfertur ad multas res: ut ſi dicatur in aliquo exardere iniuriam, dolorem, ambitionem. Item exardere aliquem ira, & indignatione, ſiue Exardere in iras, ut apud Martial. quod eſt ueluti excandeſcere. Cice. 5. Tuſc. Contra quorum diſciplinam ingenium eius exarſerat. Idem 4. Verr. Exarſit iracundia ac ſtomacho. Idem pro Rab. Poſth. Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat.

EXARDESCO, is, ere, {Farſi ardente} ardentem fieri. Cice. 2. de Orat. Nulla materies tam facilis ad exardeſcendum, quæ niſi admoto igni, ignem concipere poſſit. Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflāmari. Cic. 3. Verr. Homo, ut hęc audiuit, ſic exarſit ad id quod non modo ipſe nunquam uiderat. Sic exarſit inquit, hoc eſt, tanto amore inflammatus eſt. Idem de Ami. Ex quo eorum exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia.

EXAREFIO, {Diuenire arido, ſeccarſi. Pe. Tal che ſi ſecchi ogni ſua foglia uerde}(ἀποξηραίνομαι) idem ſignificat, quod exareſco, niſi quod Exarefio, paſſionē quādā uidetur importare, quā nō habet Exareſco: ut Exareſcere dicatur quod ſponte ſua aridum fit, Exarefieri, quod ui aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à doctoribus ridentur magis q̃ obſeruantur. Plin. libr. 26. de fuco marino: Sed omnibus articulis morborum impoſitus, antequam exareſiat.

EXARENO, as, are, {Purgare della rena} eſt purgare, & ueluti arenas auferre. Pli. lib. 33. cap. 3. Poſtea exarenatur, an ſatis decoctum ſit ſplendore deprehēdente, iterumq́; exhalatur igni.

EXARESCO, aridum fio, {Diuenir arido}(μαραίνομαι) Col. lib. 4. Et ſole, ac uento penitus ſiccari, atque exareſcere. Cic. Papyr. Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. hoc eſt, omnino arida facta fuiſſet.

EXARMO, as, {Diſarmare}(ἀφοπλίζω) armis ſpolio. Suet. in Domi. Mineruam, quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniauit excedere ſacrario negantem ultra ſe eum tueri poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Exarmare feras, hoc eſt, dentes, ungues eis adimere, & ex feris manſuetas reddere, ἡμεροῦν. Vnde Exarmatæ beſtiæ, pro cicuribus & manſuefactis accipiuntur. Lampri. in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs. Exarmare accuſationem. Plin. lib. 3. Epiſt. metaphoricos dixit, pro debilitare, & infirmare.

EXARO, as, {Arare, cauar fuori arando}(ἐξαρόω) arando eruo. Ci. de Diui. 2.

Eſt'ne quiſquā ita deſipiens qui credat exaratū eſſe, deū. dicam, an hominē? hoc eſt, aratro erutū fuiſſe, uel inter arandū è ſulco emerſiſſe. Loquitur de Tage quodā quē antiquitas fabulata eſt, in agro Tarquinienſi aratro altius impacto, repē te ex ſulco emerſiſſe. Eſt etiā Exaro idē quod ex aratione percipio. Cic. 5. Ver. Cū ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, q̀ iis plus frumēti imperabatˉ, q̄ quantū exarabant. Per translationē ſignificat ſcribo, (ἐγχαράττω). Qui n. ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos more aratorū ducere uidentˉ. Ineſt autē in hoc uerbo tacita quædā feſtinationis, & breuitatis ſignificatio, cū ſcilicet paucis & obiter aliquid ſcribimus. Cic. Cornif. Hæc, cum eſſem in ſenatu, exaraui.

EXASCIO, as, are, {Polire} (λεαίνω, ἀξίνα ξέω) dedolare, dolabra & aſciis parare, nondū tamen expolire. Tranſlatio à fabris lignariis ſumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plau. in Aſin. Iam hoc opus eſt exaſciatum. i. utcunq; dolatum, nondum tamen undequaq; expolitum.

EXASPERO, as, {Eſaſperare, inaſprire, incrudelire. Pet. Onde, come nel cor m'induro, e'naſpro} (ὀξύνω) exacuo, ualde aſperū facio. Sil. Saxoq; exaſperat enſem. Tacit. Saxo exaſperatur ferrū. Exaſperare fauces, eſt aſperas & inæquales reddere. Pli. li. 23. ca. 4. Fauces exaſperat, & uenena olfa hebetat. Per metaphoram pro irritare, ſiue concitare ponitˉ. (παροξύνω, ἐξαγριαίνω.) Col. li. 9. ca. 15. Neq; enim conuenit æſtu medio exaſperatas apes laceſſiri. Liu. 8 Bel. Pun. Ad quorum primū aduentū exaſperati animo mox ipſius placido ſermone permulcētibus notos, cū quibus cōgreſſi erāt, leniti ſunt. Quin. Rem uerbis exaſperauit.

EXATIO, as, {Satiare. Pet. Però di perdonar. mai non ſi ſatia} idem quod ſatiare. Liu. lib. 8. Bel. Mace. Pop. Roma. nec morte quidem Publ. Scipionis exatiari, niſi & ipſius fama ſepulti laceretur.

EXATVRO, as are, {Satiare} idem quod ſaturare. Oui. 5. Metam. Sed quę ui ſceribus uexebat bellua ponti Exaturanda meis. Tranſlatè apud Cic. 7. Verr. cum eius cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos, animumq; exaturare uellēt, poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt Idem 6. Tuſcul. De Sardanapalo, Hæc habui, quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit.

EXAVTORO, as, p. p. {Diſobligare} (ἀφίημι) ſignificat ab autoramento, hoc eſt, obligatione militari, & iuramēto ſoluo et libero. quod Barbari dicunt, Quitare iuramentum. Vnde Exautorati (ἀφειμένοι, ἀποζωσθέντες) milites dicuntˉ, qui miſſionem habuerunt. Et quamuis frequenter cum dedecore Exautorare dicatur, perſæpe tamē ſignificat miſſos facere à militia milites citra uituperationē. Liu. lib. a 5. Volonum exercitus, qui uno Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, uelut exautoratus morte ducis, ab ſignis diſceſſit. Vlpianus, Exautorare interpretatur, inſignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur. ut eſt apud Lamprid. qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exautoraſſe.

EXAVDIO, dis {Eſſaudire} (ἐξακούω) perfectionem audiēdi denotat, & hoc duobus modis, Vno, cum quod petimus impetramus. Verg. 1. Ae. Et nulli exaudita deorum Vota, precesq; meæ. Alio, cum ſignificat perfectè audio. Liu. li. 1. Equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet.

EXAVGEO, ex, {Accreſcere grandemente} ualde augeo. Terent. Heau. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant, Locus, occaſio, ætas.

EXAVGVRO, as, p. c. {Diſconſecrare} propriè ſignificat, ex ſacro profanū facio. Contrarium eius eſt Inauguro, per augurium ſacrum facio. Non ſolent. n. ueteres, niſi addicente augurio templum dedicare, aut ſacerdotem conſecrare, neq; etiam quod ſacrum fuit, niſi addicentibus auibus profanare. Liu. 1. ab urb. Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet, tota Iouis templiq; eius, quod inædificaretur, exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit, quę aliquod ibi à Tatio rege primum in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ uota, conſecrata, inaugurataq; poſtea fuerant. Et paulò pòſt. Nam cum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere.

EXAVSPICO, exauſpicas. Plau Capt. Exauſpicaui ex Vinculis, nunc intelligo Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo.

EXBALLISTO, ſtas, {Baleſtrare} ſignificat balliſta proſterno, & metaphoricos decipio. Plaut. in Pſeud Ego hunc communem meum, atq; noſtrum omnium hoſtem exballiſtabo lapide.

EXCÆCO, as, {Acciecare} (τυφλόω) uiſum eripio, luminibus orbo. Cic. 1. Acad. Nunc ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?

EXCALCEO, ceas, {Scalciare} calceos detraho. Sue. in Vitel. cap. 2. Claudium uxoribus. libertiſq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalceandos.

EXCALEFACIO, aut detracta e. litera Excalfacio, {Scaldare, riſcaldare} (ἐκθερμαίνω) notæ eſt ſignificationis. Pli. lib. 21. ex. 20. Vrinas magis excalefacit q̄ crocum ipſum. Excalfactorius, (θερμαντικός) Excalfactoria uis apud Plinū.

EXCALPO, pis, {Scalpere} ſcalpo, excauo Cato cap. 18. Arbores craſſas pedes duos, altas pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres ſemis, & excalpata digitos ſex.

EXCANDEFACIO, {Infocare, infiammare} idem eſt, quod candens & ignitū reddo. Excandeſcere frumentū, uel annonā, eſt caritatē eius augere, et in pretiū immoderatum extollere. Varr. 3. de Re ruſt. c. 2. Sed ut ad hunc bolum uenias, opus erit tibi, aut epulū, triumphus alicuius, ut tunc fuit Scipionis, Metelli aut collegiorū cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excādefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam dixit pro eo, quod paulò pòſt dixit, Incēdere annonam. Quotus quiſq; (inquit) annus, quo non uideas epulum aut triumphum, aut collegia epulari, quæ nunc innumerabiles incēdunt annonas.

EXCANDESCO, is, excandui, {Eſſere abbruſciato, infiammato} ab Excādeo, ſignificat incendor, uel inflāmor. Cato de Re ruſt. ca. 95. Nā ſi in tecto coquas, cum bitumen & ſulphur additū eſt, excandeſcet. Per tranſlationē accipi pro iraſci, q̀ ira, uelut igne quodam animus ſoleat incendi. Cælius Cic. lib. 8. Epiſt. Id poſtquam reſciit, excanduit, & me cauſam inimicitiarū quærere clamitauit.

EXCANDESCENTIA, æ, {Infiammatione per ira} (θύμωσις) ab Apul. li. de Dogmatibus Platonis, appellatˉ ea animæ pars, quæ irritabilis eſt, hāc domicilium in corde, quā alio nomine Iraſcentiā nominat, qua. ſ. ſubito ad iracundiā incendimur. Cic. 4. Tuſc. Excandeſcentia āt ſit ira modo naſcens, & modo deſiſtens: quæ θύμωσις Græcè dicitur. Odium, ira inueterata: Inimicitia, ira ulciſcēdi tempus obſeruans: Diſcordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

EXCANTO, as, are, {Incantare, ammaliare} (ἐξεπᾴδω) idē eſt qđ incantare, ſiue incantationibus perniciem afferre. Pli. lib. 28. ca. 2. Qui fruges excātaſſet.

Ponitˉ etiā aliqñ pro Incantatione è loco aliquo euocare. Proper. lib. 3. Ele. 3. Vt per te clauſas, ſciat excātare puellas. Qui uolet auſteros arte ferire uiros. Horat. Epod. 5. Quæ ſidera excantata uoce, Theſſala, Lunamq; cœlo deripit.

EXCARNIFICARE, {Stracciare, tagliare in pezzi} dilaniare, in partes diuidere, & carnem diſſecare, quod proprium eſt laniorum & carnificum. Cic. 3. de Nat. Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. Per tranſlationem pro excruciare ponitur. Teren. in Heaut. Vt te omnes equidem Dii, deæq;, quantum eſt Syre, Cum iſtoc inuento, cumq; incepto perduint: Huiuſmodi mihi res ſemper committiſcere, ubi me excarnifices.

EXCAVO, as, are, {Cauare, far concauo} idē quod cauare. Cic. 6. Verr. Erat etiā uas uinarium ex una gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo.

EXCEDO, dis, p. p. {Partirſi, andar uia ſuperare, eccedere} (ἀπέρχομαι) diſcedo, egredior. Cæſ. 4. Bel. Gal. Nam cum omnibus ſuis domo exceſſerant, Rhenumq; tranſierant. Ibidē: Aut ſe interim paululū è prælio excedunt. Itē ſupero, antecello. ὑπερβαίνω: ut, Cicero facile excedit oēs eloquētia. Excedere è uita, idē eſt qđ mori. Cic. de Clar. Orat. Sed ad eos, ſi placet, qui è uita exceſſerūt, reuertamur. In qua ſignificatione & dicimus Excedere abſolutè. Cice. in Ora. in Sen. habita poſt reditū: Quo quidē tempore, cū is exceſſiſſet, qui cędi & flāmæ, uobis auctoribus reſtiterat. Inde Exceſſus, us, ui, uerbale: ut, Exceſſus è uita. Cic. 3. de Fin. In his exceſſum è uita, & in uita manſionem. Exceſſus uitæ. Ci. 1. Tuſ. Neq; exceſſu uitæ ſic deleri hominem. Exceſſus abſolutè & p morte poſitum inuenitur. Idem primo de Legib. Certe non longe à tuis ædibus inābulans poſt exceſſum ſuum Romulus, Iulio Proculo dixerit ſe Deum eſſe.

EXCELLO, is, uel Excelleo, les, excellui, excelſum, {Superare, ſopr'auanzare} (ὑπερέχω, ὑπερβάλλω, ὑπερβαίνω) ſignificat ſupero. Conſtruitur tam cū datiuo, q̄ cum accuſatiuo. Cic. pro Pomp. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur. Lact. li. 7. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Cic. pro lege Man. Hic miramur hunc hominem tātum excellere cæteris. Sed hæc ſignificatio uidetur eſſe tranſlatitia. Nam proprie Excellere, eſt altitudine uel ſtatura eminere. Vnde tumulum, uel montē excellētem dicimus, qui inter cæteros eminet. Cic. Antequam iret in exilium: Dii, Deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam. Hinc & fit Excelſus nomen ex participio, idem ſignificans, quod altus, magnus, editus μετέωρος. Cic. 2. Tuſc. Te natura excelſum quendam uidelicet, & altū, & humana deſpicientē genuit. Aul. Gel. li. 1. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem. Item Excellentia, æ, (ἐξοχή) hoc eſt, eminentia, magnitudo, præſtantia, nobilitas. Cic. 1. Off. Nobis autem perſonam impoſuit natura magna cum excellentia, præſtantiaq; animantium reliquorum. Excellenter aduerbium. Cic. 1. Offi. Quæ magno animo & elato fortiter, excellenterq; geſta ſunt. Excelſitas, altitudo. Cic. 3. Offic. Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas, animi, & magnitudo, &c. Excelſè aduerbium, hoc eſt, alte, & in ſublime. Colu. lib. 4. cap. 1. Si modo ſcandit excelſus, plus alimenti, terræq; deſiderat. Cice. in Orato. Omnia profecto, cum ſe à cœleſtibus rebus, referret ad humanas, excelſus, magnificentiusq;, et dicet, & ſentiet.

EXCEPTIO, onis, {Eccettione} (παραγραφή) exemptio, Cic. de Amic. Tū ſit inter eos omnium rerum conſiliorum, & uoluntatum, ſine ulla exceptione communitas. Exceptio, item dicitur quæ à reo opponitur aduerſus petitionē actoris. Cic. 2. de Inuen. Nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. Vlpia. l. j. ff de Except. Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quę interponitur actioni cuiuſlibet rei, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemq; deductum eſt.

EXCEPTO, as, {Eccettuare, riſaltare, trar fuori} (ἐξαιρέω, ἀναλαμβάνω) idē tūc capto, & ad me traho Cic. in Parad. Et uideat aliquē ſummus populi beneficiis uſum barbatulos mullulos exceptantē de piſcina, & pertrectantē. Verg li. 3 Geor. Ore oēs uerſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptantq; leues auras & ſæpe ſine ullis Coniugiis uento grauidæ, mirabile dictu. i. frequenter ad ſe trahunt & capiunt. Cæſ. 7. Bel. Gal. Eos ipſos rurſus ſingulos exceptans, in murum extulit. Exceptitius, a, um, qui excipitur Plin. lib. 18. cap. 10. Adiiciuntur his genera, bromos. ſiligo exceptitia & tragos. Vocat autem ſiliginem exceptitiam Laconicam, quæ ab alia ſiligine excipitur, eo quod ſine ariſta creſcat.

EXCEREBRO, bras, {Diſceruelare} (ἐξεγκεφαλίζω) cerebrum excipio, ut apud Eſaiam. Qui mactat pecus, quaſi qui excerebret.

EXCETRA, træ, p. p. (ἔχιδνα) dicta eſt hydra Lernæa, q̀ uno'ceſo capite tria excreſcebant. Plau. in Perſ. Nam cum leone & cum excetra, cum ceruo, & cū apro Aetolico, Cū auibus Stymphalicis, cū Antæo deluctari mauelim, Quàm cum amore. Ouid. Pars quota Lernææ ſerpens eris unus Echidnę? Scribit Diodorus, Herculem debellaſſe hydram non ſolum ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui inciſam ceruicem ardente face eueſtigio inureret. Cōſtat (ſecundū Hiſtoricos) Hydram in Lerna Argiuorum regione paludē extitiſſe, aquas euomentem, quæ uaſtabant uicinas ciuitates, in qua uno meatu clauſo, multi erumpebant. Quod Hercules uidens, loca ipſa exuſſit, & ſic aquę meatus clauſit. Nā hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt, ab aqua nomen accepit. Plato aſſerit in Euthydemo, Hydram fuiſſe callidiſſimum ſophiſtam, cui præter ſapientiam, pro uno ſermonis capite amputato, multa repullulabant.

EXCERNO, nis, excreui, excretū. {Purgare, cernere} (ἐκκρίνω, ἀποκρίνω, ἀποκαθαίρω) idē eſt qđ purgare. Col. li. 2. Itaq; in area detrita frumenta ſic aggerenda, ut ol flatu poſſint excerni. Ita dicimus Excernere aluū, uel ſimpliciter Excernere, p eo qđ eſt onus uentris deiicere. Cælſ lib. 4. Quoniā portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus, emittit. Hinc Excrementum, (περίττωμα) purgamentum & ſtercus unde Pli. li. 10. cap. 43. ſcribit coruū, q̀ excrementis ſuis calceamenta fœdaſſet à mancipe proximæ ſutrinæ fuiſſe examinatū.

EXCRETVM ti, ſubſtantiuum, {Purgamenta che ſi caua fuori del frumento} accipitur pro purgamento, quod excerniculo à frumento ſeparatur. Col. lib. 8. ca. 4. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta commode dantur gallinis.

EXCERPO, pis, pſi, ptū {Cauar fuori cernendo carpere} (ἀπολέγω, ἐκλέγομαι) ſignificat ſecernendo extraho. Ter. in Phor. Tu id, quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt. Vnde excerpta (ἀπάνθισμα) dicimus, quę ex libris ueluti floſculos extrahimus. Eſt etiā Excerpere idē quod eximere ἀφελεῖν. Vnde excerpere aliquē de numero Poetarū, eſt cū inter poetas non numerare. Horat. 1. Ser. Sat. 4. primum ego me illorū, dederim quibus eſſe Poetas, Excerpam numero.

Sic

Sic Excerpere ſe hominum conſuetudini, dixit Seneca in Epiſt. pro eo quod eſt, ſecedere ab hominum conſortio.

EXCHALCIO, exchalcias, are, uerbum non illepide à dictione Græca Chalcos formatum à quibuſdam. ſignificat autem ære ſpoliare, & auferre nummos. Vnde Porphyrio in Horatium lib. 1. Ser. Saty. 8. inquit: Voranus Q. Luctatij Catuli libertus omni loco, omni tempore furaciſsimus fuiſſe dicitur. De quo et illud traditur, cũ deprehenſus à numulario eſſet de cuius menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarcierat: quidam iocans, Bellè, inquit te numularius ille exchalciauit, cum aſpiratione. ſ. ſecundæ ſyllabæ: ſimul ut chalcon. i. æs, ablatum ex calceamento obijceret. Vide etiam Cœl. Rhod. Antiq. lect. lib. 19.

EXCIDIVM, dij, {*Sterminio, ruina*} (ἀφανισμός, ὄλεθρος) ab excido deducī manifeſtum eſt, pro euerſione, et quaſi nece urbis, aut prouinciæ. ut cum cæſis hominibus mœnia ſolo æquantur. Liu. 7. Bel. Pun. Magnum ſe excidio eius urbis terrorem cæteris earum iniecturum.

EXCIDO, dis, p. c. {*Cadere. Pet. Cade uirtu dall'inſiammate corna*} (ἐκπίπτω) ab Ex et cado, a in i, mutata, præteritũ, excidi ſupinũ Excaſum facit: ſignificatq; ex loco, uel re aliqua ſublimiori cado. Verg. li. 2. Ge. Nã ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis. Vnde per tranſlationem, Excidere animo, eſt obliuiſci. Idem 1. Aen. Necdum etiã cauſæ irarum, ſæuiq; dolores Exciderãt animo. Interdum diſſentire: Luci. libr. 27. Ego ab Archilocho excido. Excidere nobis aliquod uerbum dicitur, cum per incogitantiã, qđ alioqui dicturi non eramus, imprudẽtes proferimus. Cic. pro Syl. Verbum ecquod unquam ex huius ore excidit, unde quiſquã poſſet offendi? Sunt & aliæ nõ inelegantes huius uerbi trãslationes: ut cum nobis uictoriã, aut ipſẽ aliquã è manibus excidiſſe dicimus: cum ſignificare uolumus, nos amiſiſſe, qđ propemodum tenebamus. Ci. ad Bru. Deinde multa peccata, ut quodãmodo uictoria excideret è manibus. Excidere uxore, ẽ ambitæ uxoris ſpem amittere. Ter. in And. Herus, quantũ intelligo, uxore excidit.

EXCIDO, dis, pen. prod. excidi, pen. long. excaſum, cõpoſitum à Cædo, {*Fendere, diſtruere*} idem eſt quod excindo, uel eruo, ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. Cic. lib. 2. Offic. Nec lapides ex terra exciderentur ad uſum noſtrum neceſſarij. Item penitus deſtruo. Idem in Cato. Quomodo Carthagini male iandiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio: de qua uereri non antè deſinam, quàm illam exciſam cognouero.

EXCINDO, dis, {*Deſtrugere, ruinare*} idem eſt, qđ excido, deſtruo, diruo, extirpo. Cic. pro Plan. Vrbem unam mihi amiciſsimam declinaui, quæ ſe uel potius excindi, quã è ſuo complexu ut eriperer, facile pateretur. Exciſorius, a, um, ut, Exciſorius ſcalper, quo carioſa exciditur caro, apud Celſum lib. 8. cap. 3.

EXCIO, cis, exciui, excitum, pen. pr. uel Excico, es, exciui, excitum, pe. co. {*Chiamare. ſuegliere, incitare*} (ἐκκαλέω) idem eſt, quod euoco. Plau. in Epid. Quid eſt pater, q me exciuiſti ante ædes? P. Vt matrem tuam uideas. i. euocaſti. Aliquando expergefacere, ἐξεγείρειν. Liu. lib. 1. Hercules ad primam auroram ſomno excitus. Idem lib. 4. ab Vrb. Sed Dictatorẽ quoq; ex ſomno exciuit. Sic Excire cubilibus Liu. 5. ab Vrb Extremos tamẽ pauor cubilibus ſuis excitos, quę uix unde uis eſſet ignaros, in fugam, & quoſdam in hoſtem ipſum improuidos intulit. Excire animas ſepulcris, Verg. 4. Aen. Aliquando ſignificat commouere, uel ducere. Plau. in Cis. Et mihi exciuiſti lacrymas? Ita excire tumultum, Excire aliquem ad cupiditatem diſcendi, Liui. 1. ab Vrb.

EXCIPIO, pis, p. co. {*Eccettuare, riceuere*} (ἐκλαμβάνω) idẽ qđ eximo, ſiue ad me traho. Pla. Rud. Sum'ne ego ſceleſtus, qui illuc hodie excepi uidulũ? ut aũ excepi, qui nõ alicubi in ſolo abſtruſi loco. Aliqñ ſignificat idem qđ demo, eximo, numero. ἐξαιρέω. Cic. 4. Acad. Nihil excipit, de quo non profitetẽ. Idem lib. 1. Tuſc. Nam ſi ſolum eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui uiuerent, exciperes. Aliqñ idem eſt quod recipio, præcipuẽ afflictos, ὑποδέχομαι. Verg. lib. 3. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? Aliquando inquirere. Cic. lib. de Ora. Quædam dari ex hac arte ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates.

Aliquando ſeparare. Verg. lib. 9. Ipſum illum clypeũ, criſtasq; iubentes Excipiam ſorti. Aliquando pro dolum capere, opprimere, intercipere, cõprehendere incautum. Cic. Att. lib. 8. Admoniti ſumus, ut caueremus, ne exciperemur à Cæſare: q is in eadem loca, quę nos petebamus, celerius etiã q̃ nos poſſemus, eò quo intẽderat, uẽturus eſſet. Cęſ. 6. Bel. Gal. Multos ex fuga diſperſos excipiũt. Verg. 1. Aen. Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras. Aliqñ colligere, ἐκδέχεσθαι. Martialis: Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro. Aliqñ abſcondere. Plau. in Aul. Nec partem tibi ab eo indipiſces, neq; furem excipies.

Aliqñ compoſitẽ & ſine tumultu obſiſtere, ἀνέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι. Aliqñ educo, ἐκδέχομαι, ὑποδέχομαι, ἐπιλαμβάνω. Excipere brachijs, Col. lib. 9. cap. 15. Excipere clamoribus, pro applaudere. Plin. Epi. 38. Pudet referre, quæ q̃ fracta pronuntiatione dicantur, quibus, q̃ teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicuius excipi, Claudia. Paneg. 6. Cum genitoris amico Exceptus gremio mediam ueherere per urbem. Excipere oſculo. Plin. in Paneg. Gratum erat omnibus, q Senatum oſculo exciperes. Excipere pro audire, Plaut. Amph. Quid memorer hunc excipiam, ne propera. Excipere auidis auribus, Plin. Epiſto. 84.

Subire & excipere tela. Cic. de prouin. Conſul. Excipere cicatrices aduerſo corpore. Cic. 7. Ver. Excipere gladio. Q. Cur. lib. 9. E' quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipſum exanimes procumberẽt. Excipere item dicuntur, qui alio dictante aliquid deſcribunt. Sueto. de Tito. E' pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſsimẽ ſolitum. & cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocumq; certantem, imitari, chirographa, quæcunque uidiſſet. Excipere ſe in genua, pro erigere. Senec. Epiſt. 67. Qui ſucciſis poplitibus ingenua ſe excepit.

EXCIPVLVS, li, (ὑποδοχεῖον) ab excipio, dicitur inſtrumentum, quo aliquid excipitur, hoc eſt, intercipitur, & incautum comprehẽditur, ut eſt ſeptum ex uiminibus alia've materia contextum ad capiendos piſces. Plin. lib. 9. ca. 22. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum milliũ globi reperiantur. Idem lib. 25. cap. 7. uidetur accipere pro genere uaſis, quo ſuccus ex arboribus deſfluens excipitur. Vis (inquit) tanta eſt, ut è longinquo ſuccus excipiatur. Inciſæ conto ſubditur excipulus uentriculo hœdino. humor lactis uidetur effluere. Loquitur de euphorbia herba, à Iuba inuenta.

EXCIPVVS, a, um, quod excipitur: ſicut præcipuum, quod ante capiẽ. Feſtus.

EXCISO, ſas, {*Stracciare, ferire*} (ἀποκόπτω) pe. p. lanio, uulnero, Nonius: Excisatũ, laniatũ, uulneratũ. Plau. in Ciſt. Capillo ſciſſo, atq; exciſatis auribus.

EXCITO, tas, p. c. frequentatiuum ab Excieo, {*Eccitare, commouere. ſtimulare*} eadem ſignificatione eſt cum uerbo Excio: nam aliquando ſignificat commouere: ut, Excitare aliquem ad uirtutem, Cæſ. 7. Bel. Gal. Excitare ad arma ciuitatem, Cice. 1. de Diuin. Teren. in Heaut. Nam uides quantum mali ex ea re excitet? Aliquando expergefacere, ἐξεγείρειν. Liu. 5. Bel. Pun. Scipiones me ambo dies noctesq; curis inſomnijsq; agitant, & excitant ſæpe ſomno Cic. pro Sylla: Excutient tibi iſtam uerborum iactationem, & te ex ſomno ſæpe excitabunt.

Mortuos ab inferis excitare, Cic. in Orat. & in topicis. Excitare ędificium, pro exigere. Sene. Epiſt. 53. Puta duo ædificia excitata eſſe utrobo paria, atq; Excelſa, ac magnifica. Excitari, paſsiuẽ. Cic. 5. de Finib Excitamur ipe glorię, quę habet formam honeſtatis, & ſimilitudinem. Miles tuuci excitatur claſſico, Horat. Epod. 1. Excitatus nomen ex participio. Plin. lib. 20. ca. 17. Optimum q̃ excitatiſsimi odoris, & q̃ nigerrimum. Hoc eſt, odoris uehementiſsimi. Excitatus humo. Cic. 2. de Nat. deo. Quæ primum eos humo excitatos, celſos, & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere poſſent. Excitare aliquem de ſpectaculis, eſt aliquem ludos ſpectantem loco ſuo depellere: quod decoctoribus accidere ſolet, qui quòd equeſtrem cẽſum habere deſijſſent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quin. lib. 3. cap. 6. Si excitatus fuerit de ſpectaculis, & iniuriarum aget, depulſio actionis erit. Excitatẽ aduerbium, hoc eſt, uehementer, & lucide. Plin. libro 37. cap. 7. Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pinguiores ſunt, & craſsius nitent. hoc eſt, maiorẽ fulgoris uim habent & quodam modo excitatiorem alijs.

EXCLAMARE, {*Gridare, chiamare ad alta uoce. Pet. La doglia mia la qual tacendo io grido*} (ἀνακραυγάζειν. ἀναβοᾶν, ἀναφωνεῖν) uociferari, et quaſi e medio pectore uocem maximẽ emittere: quod aut indignationis, aut doloris cauſa fieri ſolet. Teren. in Phorm. Itaq; pene hercle exclamaui gaudio. Cic. 2. de Ora. Non. n. poſſum quin exclamem, ut ait ille in Trinummo. Inde Exclamatio uerbale, (ἀναφώνησις) pro ipſo actu exclamandi. Ad Heren. lib. 3. Acutas uocis exclamationes uitare debemus: ictus n. fit & uulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. Eſt & Exclamatio, ſchema rhetoricũ quod deſinitur ab auctore ad Herenn. libro 4. ad hunc modum. Exclamatio eſt, quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen decori eſt & ſplendori ciuitati.

EXCLVDO, dis, p. p. excluſi, ſum, {*Eſcludere. ſerrar fuori*} (ἐκκλείω) extra claudo, eiicio. Pla. in Aſin. Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Per tranſlationẽ ponitur pro liberare. Accius apud Nonium. Qua uirtute hic ſe ſeruitute excluſit? Item pro incubando pullum emittere. Col. lib. 9 Veteranas aues ad rẽ eligi oportebit, quæ iam ſæpius id fecerint, moresq; earum maxime pernoſci: qm alia melius excludant, aliæ editus pullos cõmodius educent. Interdum accipitur pro cælare, & in rudi materia alicuius rei figuram inducere. Vnde dicuntur et in arte argentaria excluſores. i. ex quadam confuſione maſſæ ad ſuam formam expreſſores. Excludi tempore, aut tẽporis ſpatijs, eſt impediri, ne quis quid poſſit ugere propter temporis anguſtiam. Cic. in Ver. Anguſtijs tẽporis excluduntur omnes. Idem: Hi poſtquam temporibus excluſi, per Senatum agere quę uoluerãt, non potuerunt. Excludere, pro repudiare, non admittere quod poſtulatur, aut petitur, ſed reijcere. Cic. de Aruſp. reſp. Quod anno ante frater Metellus & concors etiã tum Senatus principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti, excluſerat acerrimeq; una uoce ac mente reſtiterat. Excluſus, particip. Cic. 2. Philip. Itaq; excluſis ſuis uocibus, & ad te, & ad prædas milites miſit. Excluſiſsimus, nomen ex participio. Plaut. Menæch. Abiit intro ocyus in ædes, nunc ego ſum excluſiſsimus: Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.

EXCOGITO, as, {*Imaginare, ritrouar penſando*} cogitando inuenio. Cice. 6. Verr. Nouum ac ſingulare ſupplicij genus excogitauit. Excogito, pro uehemẽter cogito. Cic. Att. lib. 9. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, uel potius excogita, quẽuis euentum fortius feram, q̃ hunc dolorem. Excogitatus, partici. Cice. pro Clu. Ratio excogitata Larini eſt, ea tranſlata Romam. Excogitatus, nomen pro exquiſito. Suet. in Calig. Templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes, & excogitatiſsimas hoſtias inſtituit. Excogitatio, onis, Cic. 2. de Orat. Quæ ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem explicationem magis illuſtrem, perpolitamq; deſiderant. Excogitator, oris. Quin. Declam. 10. Sic Magnum protinus, neſcia matre, excogitatos hic mortis alterius adiicat.

EXCOLO, lis, pe. cor. excolui, excultum, {*Ornare, polire, abellire*} (ἐπικοσμέω, ἐξεργάζομαι) orno, polio. Plin in Epiſt. Emas marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur. Cic. in Ora. An uictua hominum Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem in Parad. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Excultus, particip. Cic. 2. de Legib. Tũ nihil melius illis myſterijs, quibus ex agreſti, immaniq; uita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus.

EXCOMMVNICATIO, {*Scommunica*} (ut in Decret. 3. quæſt. 4.) diſtinguitur ab anathemate, tanquã excõmunicatio ſit minor, anathema maius. Vnde Anathematizati, ab eccleſia omnino ſeparãtẽ. cũ talibus neq; ſermone cõgreſſus, neq; cibus cõmunicatur. Hos Cyprianus Abſtentos uocat eleganti uocabulo.

EXCONSVL, & Exquęſtor in Codice Iuſtiniani leguntur pro Cõſulari, & Quæſtorio, qui. ſ. aliquandu Cõſulatus, aut Quæſturæ honore functus eſt. Ita. n. hẽt l. u. C. de Veter. iur. enucleãdo. Oẽ ſtudiũ Triboniano uiro excelſo, magiſtro officiorũ. Exquæſtori ſacri noſtri palatij et Exconſuli credidimus. Hinc ẽt formauerunt denominatiuum Exconſularis, quo uſus eſt Compilator Codicis. l. iij. de Pro. ſacrorum ſcrinior. Conſulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, hũcq; honorẽ dignitatis teneant, qui Exconſularibus deſeris conſueuerũt.

EXCOQVO, is, ere, ualde coquo, {*Cuocere molto*} Verg. 1. Georg. Siue illis omne per ignem Excoquitur uitium, atque exudat inutilis humor. Plautus Perſ. Vſq; dum domi ero, dum excoxero lenoni malum. Id eſt, excogitauero, & ad tempus præparauero.

EXCORIO, as, {*Scorticare, ſcoiare*} (ἀποδέρω) uide in dictione Corium.

EXCORS, dis, {*Stolto, pazzo, ſciocco*} (ἄκαρδος) inſipiens ſtultus, amens, (quaſi ſine corde. Non defuerunt enim qui cor in homine mentis domicilium eſſe putauerint: quanquam uerior eſt eorum opinio, qui eam in cerebro collocarent.

EXCREO, {*Sputare, ſpurgare*} (ἐκπτύω, χρέμπτομαι) eſt quadã ui expuo. Pla. in Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excreas. Execrabilis, le, adiectiuum, quod excreari poteſt. Plin. lib. 20. cap. 14. Pulmonum uitia execrabilia facit.

EXCREMENTVM, (περίττωμα) quod egeritur ex cibo potuq́; & eſt duplex, ſiccum. ſ. & humidum. Conceptaculum humidi, dicitur Veſica: conceptaculum ſicci, Aluus nominatur, Oris excrementum. Tacit. lib. 20. Precabaturq́; principem, ut genas, & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Vide Excerno.

EXCRESCO, is, ere, {*Creſcere in alto*} (ἐκφύομαι, ὑπεραυξάνομαι) ualde, ſiue in altum creſcere. Lucan. lib. 4. Colle tumet modico, leniq́; excreuit in altum Pingue ſolum tumulo.

EXCRETVM, {*Sſpurgato, creſciuto*} (ἐκκριτόν, ἀπόκριτον) particip. paſſiuum eſt à uerbo Excernor, ſignificans idẽ quod egeſtũ, uel expurgatũ. Col. lib. 8. Furfures à farina excreti. Vnde Excreta tritici, dı̃r uulgo grana, q̃ ex incerniculo ꝓ immundis ſeponunt̃. Col. lib. 8. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta cõmode dant̃ gallinis. hoc eſt, furfures à farina excreti. Eſt præterea Excretus, a, um, ab Excreſco, nomen adiectiuũ, uel participium abſq; uerbi origine: Nã Excreſcor, à quo deduci poſſet, Latinũ non eſt. Habet ẽt actiuam ſignificationem, aut certè neutralem. Idem. n. penè eſt Excretus quod adultus, aut qui multum creuit. Ver. lib. 1. Geor. Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos.

EXCRVCIO, {*Cruciare molto*} (ἀποκρεμάννυμι) cruciatu eneco, ualde crucio. Ter. Heau. Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas. Excruciare animi. Ter. Phor. Eheu me miſerum: cum mihi paueo, tum me Antipho excruciat animi. Excruciabilis, le, dignus qui excrucietur. Plau. Ciſt. Nullam ego me uidiſſe credo magis anum excruciabilem Quam illæc eſt.

EXCVBIÆ, arum, {*Vigilie, ueggbie*} (φρουρά) uigiliæ: licet Vigiliæ tãtum nocturnæ dicantur: Excubiæ, & diurnæ & nocturnæ. Pli. li. 10. ca. 23. Excubias habẽt nocturnis tẽporibus, lapillũ pede ſuſtinẽtes, qui laſſatis ſomno decidẽs, indiligentiã ſono coarguat, de gruibus loquens. Ci. pro Marc. Non mò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.

EXCVBITVS, us, ui, pro excubijs. Hirtius de Bel. Hiſp. Partim ut pedeſtres copiæ in ſtatione & excubitu caſtris præſidio eſſent.

EXCVBITOR, {*Suegliatore*} (προκοιτος, φρουρός) qui excubat. Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Cæſ. 7. Bel. Gal. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidijs tenebantur.

EXCVBO, as, p. c. excubui, bitum, {*Veggiare, far guardia*} (προκοιτέω, φρουρέω, φυλάττομαι) uigilo, cuſtodiã facio, quaſi foris cubo, ut milites extra caſtra, uel extra territoriũ ad Imperatoria cuſtodiam noctu armati cõſidunt. Sall. in Iug. Neq; ſecus, q̃ ſi iter faceret, caſtra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liu. Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cic. de Diui. Ab Anaximandro phyſico moniti Lacedæmonij ſunt, ut urbem & tecta relinquerẽt, armatiq; in agro excubarent, ꝙ terræmotus inſtaret. Excubare animo, pro uigilare. Cic. 4. Tuſ. Qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Excubatio, onis. Valer. Max. lib. 4. de Amic. Pro dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem.

EXCVDO, is, p. p. excudi, excuſſum, {*Percuotendo trar fuori*} (ἐκχαράττω, ἐκτυπόω) cudendo elicio. Ver. li. 1. Ae. At primũ ſilicis ſcintillã excudit Achates. Accipit̃ etiã Excudo ꝓ cudendo conficio. Ver. 6. Ae. Excudent alij ſpirãtia mollius æra. Hinc per tranſlationẽ excudere opus, accipitur pro cõponere. Cic. Att. li. 15. Librum tibi celeriter mittam: de Gloria excudã aliquid ἡρακλείδειον. qđ lateat in theſauris tuis. Lact. de Opiſ. Profiteor nulla me neceſſitate rei uel tẽporis impediri quo minus aliquid excudã, quo philoſophi ſectæ noſtræ, quã tuemur, inſtructiores, doctoresq́; in poſterũ fiant. Ver. 1. Geor. Vt uarias uſus meditãdo excuderet artes. Vbi Seruius, Excuderet, inquit, hoc eſt, ſtudioſe inueniret. Tranſumit̃ etiã Excudere ꝓ ui, uel precibus aliquid extorquere. Col. li. 11. c. 1. Excudi mihi cultus hortorum proſa ut oratione cõſcriberẽ. Id eſt, uehementi flagitatione à me impetrauit. Excudere etiã dı̃r gallinæ oua, quã ex illis pulli naſcunt̃: qđ & Excludere dicimus. Col. li. 9. Negatur anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit. Varr de Re ruſt. li. 3. c. 9. de gallinis loquens. Incubare oportet incipere ſecundum lunam nouam. Diebus ferè uiginti excudũt. Ab Excudo fit uerbale Excuſor, qui aliquid excudit. Quint. ꝓ uaſculario uideri poſuiſſe, qui ex Metallo aliquo uaſcula excudit: ita. n. ait li. 2. c. 21. Nam ſi quærã, quæ ſit materia ſtatuarij, dicet̃ æs. ſi quærã. quæ ſit excuſoris. i. eius fabricæ, quam Græci χαλκευτικὴν uocant ſimiliter æs reſpondeãt.

Excuſores etiam uocare poſſumus, quos Græcè uocamus τυπογράφους, ꝙ miro quodam ingenio omne genus librorum ſuis typis excudat.

EXCVLCO, as, are, {*Calpeſtare, far uſcir fuori calcando*} calcando exprimo. Plau. in Cap. Eorũ ſi cuiquã ſcroſam in publico conſpexero, Ex ipſis dñis meis pugnis exculcabo furfures. Accipit̃ īterdũ ꝓ explodo, ſiue pedũ plauſu eijcio. Inde participium Exculcatus, qđ pro obſoleto uſurpauit Gell. lib. 21. cap. 7.

EXCVLPO, is, uel (ut alij legunt) Exſculpo {*Sculpere, ſcalpellare*} (διαγλύφω) perfectè ſcalpo, uel ſcalpendo conficio Cic. Att. lib. 13. Tamẽ neſcio quid è quercu exculpſeram, quod uideretur ſimile ſimulacri. Quin. lib. 2. cap. 19. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere. Exculpere alicui oculum, eſt alicui oculum eruere. Teren. in Phorm. Vel oculum exculpe: eſt ubi uos ulciſcar locus. Nonnunquam etiam accipitur pro extorquere. Terent. in Eunu. Poſſum'ne hodie ex te exculpere uerum?

EXCVRATVS, a, um, part. ab inuſitato uerbo Excuro, {*Eſquiſito, ſcielto*} idẽ eſt quod exquiſitus, quaſi cum cura paratus. Vnde uictus excuratus. Plaut. in Pſeud. Ita excurato uictu, ita magnis delicijs. Excuratus homo. Plaut. Caſ. Lepidè inceſſiſti excuratus.

EXCVRIO, as, uerbum à curia, quaſi extra curiam eijcio. Varro, Apolloniũ ideo excuriauit, quia nihil habebat. Nonius.

EXCVRRO, is, excurri, uel interdum etiam apud antiquos excucurri, {*Scorrere, traſcorrere*} (ἐκτρέχω) extra curro, uel præcurro. Plaut. in Moſt. Ego dabo ei talentum, qui primus excurreret. Liu. 2. ab urb. Cum plures igni, q̃ ferro, armati excucurriſſent. Per tranſlationem etiam Excurrere dicitur, quicquid ordinem aut modum. i. menſurã, numerum'ue egreditur. Vnde ſumma aliqua dicitur excurrere, quãdo ad maiorem ſummam accedit paruula quædam ſumma minoris numeri uel monetæ: ut ſi dicamus, Centũ aureos & quindecim ſolidos, uel Decem talenta, & aliquot drachmas. Paul. l. Publia Mæuia Dige. Depoſit. uel cõtrã: Debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis. Item χειρόγραφον decẽ item ex ratione patris ueſtri decem, & quod excurrit. Summa autẽ in quã nihil excurrit, Quadrata uocatur: et uerbum Quadrare contrariũ eſt uerbo excurrere. Quo uerbo ſemel, atq; iterum utitur Cic. in 3. Ver. Sic etiam excurrere dicitur litus uel peninſula, cum aliqua ſui parte in mare protenditur. Liu. li. 6. Bel. Pun. Ab intimo ſinu peninſula excurrit. Oratio etiam dicitur excurrere, quãdo clauſulæ legitimis rhythmis ſunt productiores. Cic. in Orat. Mutila ſentit quædam & quædam decurtata: quibus tanquam debito fraudetur, offenditur: productiora alis, & quaſi immoderatius excurrentia: quæ magis etiã aſpernant̃ aures. Excurrere etiam dicuntur milites, quando non iuſto prælio, ſed latrocinantium more, agrum hoſtium populantur. Liu. lib. 1. ab urb. In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, q̃ iuſti more belli. Vnde etiam eiuſmodi ſubitæ irruptiones Excurſiones dicuntur. Cic. pro Leg. Manilia: Cum una excurſio equitatus perbreui tempore totius anni uectigal auferre poſſet. Excurſor, oris, qui excurrit. Cic. 4. Ver. Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius. Excurſus, participium. Teren. Adelp. Prope iam excurſo ſpatio, mitto: id quamobrem, te ipſa reperi. Excurſus, us, ui, (παρέκβασις) idẽ quod excurſio, uel digreſſio. Plin. Epiſto. 101. Vides ut Aratus minutiſſima etiam ſydera conſectetur & colligat: modum tamen ſeruat, non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Verg. 4. Georgi. Excurſusq́; breues tentant.

EXCVSABILE, {*Eſcuſabile, degno d'eſcuſa*} (συγγνωστόν) quod excuſatione dignum eſt. Ou. 1. de Pon. Eleg. 8. Quod niſi delicti pars excuſabilis eſſet, &c.

EXCVSATORIVS, a, um, (ἀπολογητικός) quod ad excuſationem pertinet: ut, Excuſatoria epiſtola.

EXCVSO, as, p. p. {*Eſcuſare, purgare l'errore*} (ἀπολογοῦμαι, παραιτοῦμαι) obiectum crimen purgo, & à me repello. Cic Bru. Collegæ mãdaſti, ut te mihi per literas excuſaret. Quandoq; idem eſt quod afferre in excuſationem, (προφασίζομαι) id quod peccandi cauſam præbuit: quod potius per accuſo dici debere uidetur: ueluti ſi latrones aut ſumma impedimẽto fuerunt, ne ad diem adeſſe poſſem. Quin. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſeruis ueniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus. i. mare in excuſationem adduceres. Liui. de Torquato: Oculorum ualetudinem excuſauit. Excuſatio, onis, ἀπολόγημα. Cic. de Amic. Nulla eſt igitur excuſatio peccati ſi amici cauſa peccaueris. Excuſatè, aduerb. Quint. Et fieri id uidetur excuſatè. i. citra culpam, ait Budæus. Plin. Epiſt. 198. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies.

EXCVSSORIVS, a, um, {*Scuſſerio ſcotitoio*} (ἐκκριτικόν) quod ad excutiẽdum pertinet: ut, Excuſſorium cribrum, quod excutit, & tranſmittit farinã ignobiliorem, ex qua fit panis ſecundarius. Pollinarium uerò tenuius eſt, flori farinæ accommodum. Nam farina, in pollinem, & ſecundarium & furfures partitur. Plin. lib. 18. cap. 11. Cribrorum genera Galli ex ſetis equorum inuenere: Hiſpani è lino excuſſoria & pollinaria. Aegyptus è papyro atq; iunco.

EXCVTIO, tis, p. c. excuſſi, ſſum, {*Scuotere ſcoſſare. Pet. Torgli li uidi & ſcuoterli di mano*} (ἐκσείω) ab Ex, & Quatio ſignificat propriè quatiendo deijcere. Ouid. de Nuce: Atque utinam ſubitæ reperent mea poma procellæ, Aut poſſem fructus excutere ipſa meos. Habet hoc uerbum uarios uſus, & metaphoras non inuenuſtas, diuerſasq́; ſignificationes pro diuerſitate cõſtructionis. Iungitur autem ferè poſt ſe accuſatiuo modo rei inanimatæ, modo perſonæ. De accuſatiuo rei inanimatæ hæc erunt exempla. Cic. de Nat. de. 2. Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe, non intelligo cur non idem putet, ſi innumerabiles unius & uiginti formæ literarum, uel auræ, uel quælibet aliquo coniiciantur poſſe ex his in terram excuſſis, annales Ennij, ut deinceps legi poſſint effici. Pl. lib. 16. ca. 40. Quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Pro eodem Verg. 1. Aen. dixit Excudere ignem. Excutere oculos, apud Plaut. pro eruere. Et Excutere clauum lapide, apud eundẽ, pro expellere. Idem in Aul. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror: lapides loqueris. i. concutiunt, feriunt, quatiunt, commouent. Idem dixit. Nauem malleo excuſſam: id eſt, percuſſam. Teren. in Heaut. Lacrymas excuſſit miſer. i. elicuit, fecitq́; ut ſubito caderent. Cic. pro Syl. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. i. eiectos, eualſos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adimere. Excutere iugum, pro nolle obedire. Cum accuſatiuo perſonæ etiam non iniucundas habet tranſlationes. Plinius: Excuſſo Circenſibus auriga, hoc eſt de curru deiecto, & in terram proſtrato. Verg. 7. Aen. Quinetiã patria excuſſos infeſta per undas Auſi inqui. Vbi Excuſſos, dixit pro expulſis.

Cice. de Acuſ. Non ignouit, mihi crede, non. niſi fortè ignotum putas, ꝙ te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtũ. i. ſpoliatum pecunijs, quibus eos corripuiſti: & (ut uulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerũt. Paulus Iurecon. Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt quàm omnes tutores excuſſi fuerint. i quàm actione tutelæ expertus ſit, an ab eis ſuũ ius ſeruare poſſit. Plinius in Epiſto Tuſci grandine excuſſi, in regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed par utilitas nuntiatur. Aliquando ineſt in hoc uerbo diligens quædam inquiſitio, & ſcrutatio. Quin. lib 7. cap. 2. Excuſſerunt illi patrẽ, & aurum in ſinu eius inuenerunt Cic. pro Roſ. Nihil, eſt Glaucia, qđ metuas: non excutio te i non inquiro ea diligentia, qua poſſem. Vlp. l. ſi mandauero. ff. mandati. Si tibi mandauero, ut uires excuteres hæreditatis. id eſt, diligẽtius æſtimares, exactius expenderes. Cice. 2. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam. id eſt, ingenium tuum, ſenſusq́; omnes ad intelligentiam collige, & excita. Idem 12. Philipp. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus, id eſt elegimus, ut docet Nonius. Excutere debitorem frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt auctionem bonorum eius facere, & experiri, an ſit ſoluendo. Vnde iure nouiſſimo ſancitum eſt, ne fideiuſſori moleſti ſimus niſi prius excuſſo debitore. Excuſſus, participium. ut, Excuſſus, pectore noſtro, is dicitur, cuius obliti ſumus. Verg. 5. Aen. Piget incepti, lucisq́;, ſuosq́; Mutare agnoſcunt, excuſſaq́; pectore Iuno eſt. Excuſſe, aduerbium. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 17 Si cum tyrone & indocto non tam rigide, nec tam excuſſe, ſed languidius, & in ipſam eius dirigentes manum remiſſe occurremus.

EXDECIMO, (ἐκδεκατεύω) decimum quemque eligo: unde Exdecimatus, hoc eſt delectus, interprete Feſto. à uerbo Decimo, quod eſt, decimam partẽ detraho.

Exdorſuo,

EXDORSVO, as, {Rompere il doſſo, ſpallare} (ἀποῤῥαχίζω) dorſum cõſtringo uel aperio: quod & Exoſſare dicitur. Plau. in Aul. Tu Machærio, congruum, murænam exdorſua, quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum Ex. Alioqui enim non Ex, ſed E' componitur cum d, ut Educo.

EXECO, cas, p.c. {Tagliar uia} (ἀποτέμνω) ab ex, & ſeco, ſignificat excido. Colu. li. 3. Arborem quam inſerere uoles, diligenter execato ea parte, quæ maximè nitida, & ſine cicatrice eſt. dabiſq; operã, ne librum lędas. Sic Execare linguã, idem eſt quod excindere. Cic. pro Clu. Nam Stratonem quidem Iudices in crucẽ actũ eſſe execta ſcitote lingua. Execare teſtes, eſt uirilia amputare. Vnde Execti dicuntur, quibus detracti ſunt coles. Cic. 2. de Nat. deo. Nam uetus hęc opinio Græciam oppleuit, exectum Cælum è filio Saturno. Execti etiã dicunt, quos ueteres Cæſares, aut Cæſones uocauerunt, qui. ſ. ex matris mortuæ ſecto utero ſunt extracti. Paulus in l. Anniculos. ff de Verb. & rer. ſignific.

EXECROR, aris, depones {Maledire, beſtemmiare, augurare male} (προσβάλλομαι, καταρῶμαι) ſignificat deteſtari, & alicui dirum exitiũ imprecari. Verg. 3. Ae. & terram altricem ſæui execramur Vlyſsis. Hinc Execratio, κατάρα, ἐπάλυγμα: quæ aliquando ſumitur pro ſacramenti genere, quo quis diras capiti ſuo imprecatur, ſi peierauerit. Salluſt. in Cat. Fuere ea tempeſtate, qui Catilinam oratione habita dicerent, cum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui adduceret, humani corporis ſanguinem uino permiſtum, in pateria circũtuliſſe: inde cũ poſt execrationem omnes deguſtauiſſent (ſicut in ſolẽnibus ſacris fieri cõſueuit) aperuiſſe conſilium ſuum, atq; eò dictam rem feciſſe, quò inter ſe magis fidi forent alius alij. Vbi ſignificat Salluſtius, Catilinã cum ſuis dira quædam uerba & imprecatoria protuliſſe, quibus caput ſuum deuouerent, hoc eſt (ut uulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem feciſſe, cui eſſet obnoxius, ſi quis in ea coniuratione fidem falleret, proditorq; eſſet. Deducũtur præterea hinc alia duo uerbalia Execrabilis & Execrandus, quæ idem ſignificant, quod deteſtandus, & abhorrendus. Cic. 2. Phili. Deinde cùm Pompeij ſector eſſes, non te execrandum pop Rom. non deteſtabilẽ, non oẽs tibi Deos, oẽs homines tibi inimicos eſſe & futuros ſciebas? Liu. 6. Bel. Pun. Vetus atq; uſitata res eſt in oppugnanda hoſtium urbe labores & pericula pati: illud iræ atq; odij execrabilis indicium eſt. Execratus participium, aut nomen ex participio. Hor. Epo. 16. Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas.

EXEDO, p.co. exedis uel exes, {Mangiare, rodere, conſumare} (κατεσθίω, κατεσθίω) erodo, conſumo. Lucr. lib. 3. Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem, Quem uolucres lacerant, atque exeſt anxius angor. Exeſus, partici. Cic. 5. Tuſ. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum dimidiatis ferè. Exeſor, oris, Lucr. lib. 4. Acſtus ab undis Aequoris exeſor mœrorum litora circum. Aliquando exedere, accipitur pro peredere, & totum abſumere ἐξεσθίειν. Terent. in Phor. Tu tibi hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

EXEDRA, (ἐξέδρα) apud ueteres locus erat in porticibus patens, & ſoli perulus: plurimas habens ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, & reliqui, qui ſtudijs delectantur, ſolent diſputare. Vitru. lib. 5. Conſtituantur autẽ in tribus porticibus exedræ ſpatioſæ, habentes ſedes, in qbus Philoſophi, Rhetoreſq;, & qui ſtudijs delectantur, ſedentes diſputare poſſint: Budæus in Anno. in Pand. oſtendit Exedras hodie non ineptè dici poſſe loca illa in monachorum, aut canonicorum periſtylijs, quæ illi Barbarè Capitula uocant. Dicta eſt autem Exedra à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate, q; huiuſmodi loca, circumquaq; ſuas habebant ſedes. Cice. lib. 3. de Orat. Tunc dedita opera quieſcentibus alijs, cum in eam iam exedram ueniſſem, in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet.

EXEGEMATICVS CHARACTER, (ἐξηγηματικός χαρακτήρ) Latinè narratiuus uel expoſitus dici poteſt, cum. ſ. narrationis ſeries a nullius perſonę interlocutione interrumpitur. Cuiuſmodi eſt apud Vergilium in tribus primis libris Georgicon, & in duabus Eclogis, quarũ initia ſunt, Sicelides Muſæ, paulo maiora canamus, et Prima Syracuſio dignata eſt ludere uerſu. Dictus ἐξηγηματικός, ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera ſignificat narrare, ſi exponere.

EXEMPLVM, {Eſſempio} (ut Valla docet li. 6.) eſt uirtus, uel uitiũ, uel aliud quibus. quod in alio nobis imitandum, uel uitandum proponitur. Ille autem in quo ſunt huiuſmodi uirtutes, uel uitia dicitur Exemplar. Cic. 7. Verrina: Vetus eſt, quod dicam, & propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe ueſtrum inauditum. Idem pro Cæcina: Facula exemplar antiquæ religionis. Nõnunquam tamen confunduntur. Ouidius ad Liuiam: Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum. Quo in loco Druſum ipſum uocat Exemplum morum. Terent. in Adelph. Exemplum omnibus curarem ut eſſes. Sic etiam Cic. pro Muræna pro eodem dixit Exemplum & Exemplar. Nam cum antea dixiſſet. Domeſticum exemplum habere dixi ad imitandum: ſubdit paulò pòſt: Ad imitandũ uerò tam mihi propoſitum eſt exemplar illud, quàm tibi. Feſtus ita diſtinxit Exemplar ab Exemplo, ut Exemplum ſit illud, quod nobis proponimus, ut ſequamur aut uitemus, παράδειγμα. Exemplar, ex quo ſimile faciamus, πρωτότυπον. Plin. lib. 35. Sunt, qui Venerem Anadyomenem illo pictam exemplari putant. Sed ſæpe confunduntur, ut Exemplum ſit, ex quo ſimile faciamus. Quintil. lib. 10. Sic literarum ductus ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic Muſici uocem dicentium, Pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. Ponitur etiam aliquando Exemplum pro eſcriptione, quam barbari Copiam uocant. Cic. Appio: Ex literis, quarum ad me exẽplum miſiſti. Oui. de triſt. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Vtimur ẽt hoc nomine exemplum quandoq; pro graui pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Tere. in Eun. Quæ futura eſſe debent exempla in eum indigna. Idem: Vter q; in te exempla edent. Vbi Donatus: Noua ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta ſint cæteris ne delinquant, exempla dicuntur. Cice. ad Q. Frat. lib. 1. Simile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplum ſeueritatis tuæ uoluiſſe. Rurſus dicitur illud, quod adhibetur rei aut probandę, aut aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis uocatur ab exemplis: & in elocutione Exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo Exemplar dici non poteſt. Quin. lib. 10. cap. 2. Iis quæ in exemplum aſſumimus ſubeſt natura & uera uis. Similiter exemplum dicimus ſpecimen alicuius rei, quam uænalem habemus: ut, cum ex aceruo frumenti aliquãtulũ in uaſculo aliquo aſſerimus, ex quo reliquum emptor poſſit æſtimare δεῖγμα, δεῖξις. Auct. ad Herẽ. lib. 1. Si quis purpurã, aut aliquid quippiam uẽdens dicat, Sume à me, ſed huius exẽplũ aliunde cogabo, tibi quod oſtendam: aut ſi aceruos dicant ſe tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent, quod oſtendant. Exempli cauſa: &, Exempli gratia. Cice. in Offic. Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latius Pli. lib. 2. cap. 18. Multa promi amplius circa hæc poſſunt, ſecreta naturæ legeſq;, quibus ipſa ſeruat. Exempli gratia, In Martis ſydere, cuius &c. Exemplum continentiæ, diſciplinæ, innocentiæ, apud Teren. & Ciceronem. Singularis exẽpli mulier, Rariſsimi uxor exempli: Singularis exempli iuuenis, &c. Exẽplum, id qđ aliquando fuit. Tacitus: Omnia quæ nũc uetuſtiſsima creduntur, noua fuere: inueteraſcet hoc quoque & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla, erit. Pli. lib. 28. cap. 9. Sunt inter exempla, qui aſinını lac bibendo liberati ſunt podagra, chiragra ve. Id eſt, ſcriptum legimus aliquos fuiſſe. Exẽplar, pro eo quod ex aliquo ſcripto tranſcribitur (ἀντίγραφον) uulgus Duplum, uocat. Aſinius Pollio Ciceroni: Ex literis, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi earum exẽplar miſi. Exemplare, huius exemplaris, pro Exemplar. Lucre. libro 2. Duntaxat rerum magnarum parua poteſt res Exemplare dare, & ueſtigia notitiai.

Exemplarium, rij, pro exemplo reperitur, teſte Valla libro 6.

EXEMPTI, {Eſenti, eccettuati} (ἐξῃρημένοι) dicuntur excepti. Cicer. ad Quintum Fratrem libro 10. Cato concionatus eſt, comitia haberi non futurum, ſi ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti. Exemptus apud Iureconſultos dicitur, qui à ſuo iudice, ſiue iuriſdictione ordinarij ſubductus eſt. Exemptus eſt rebus humanis: id eſt, mortuus eſt.

EXEMPTILIS, pen. cor. (ἐξαιρέσιμος) quod auferri & eximi poteſt. Colu. lib. 9. Quadratæ perticæ paxillis ſupponuntur, ut auem recipiant aſsilientem. Sed idcirco ſunt exemptiles, ut quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum conuerrentibus ſtabulum præbeant.

EXEO, exis, {Vſcire} (ἐξέρχομαι, ἔξειμι) extra eo, egredior. Teren. in Adel. Fieri potis eſt, ut ne quà exeat. Et conſtruitur tam cum accuſa. quàm cum ablatiuo: ut Exeo domum, & Exeo domo. Per tranſlationem eſt liberari. Cicer. Vt tandem ex tot ærumnis atque miſerijs exeamus. Item uitare. Verg. 5. Aeneid. Corpore tela modo, atque oculis uigilantibus exit. Item erumpere, ſut apud eundem lib. 2. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exit, ἐξάγεται. Dicitur etiam Exit in laudem, Exit in uituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & ſimilia. i. fit, uel efficitur. Lactant. Potuerunt enim & libri aboleri et tamen res in memoriam exire. id eſt, fieri memorabiles, & de quibus fiat mẽtio. Plin. lib. 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem. Exire in tertium diem, Plin. iunior dixit pro differri. Huius (inquit) actionem uespera incluſit: non tamen ſic, ut abrumperet: Itaque in tertium diem probationes exierunt. Exire de poteſtate, (ἐξίστασθαι) ſignificat mentis impotem fieri. Cice. libr. 4 Tuſcu. Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate. i. de conſilio, de ratione, de mente. Exire in altitudinẽ dicitur arbor. Plin. lib. 13. cap. 4. Religant comas, ut in altitudine exeant. Ver. 2. Geor. Exijt ad Cœlum ramis felicibus arbos. Exijt dies, pro præterijt. Liu. lib. 5. Induciæ inde, non pax facta quarum & dies exierat, & ante diem rebellauerant. Exeunt libri. Cic. ad Att. lib. 13. Libri quidem ita exierunt, (niſi fortè me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quiddam. Id eſt, editi ſunt, & in lucem emiſsi. Exire è uita, pro mori. Cice. 1. de Fin. Aequo animo è uita, cum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus. Exire in eaſdem literas. i. terminari. Quint. lib. 1. cap. 5. Quia hoc noſtris nominibus accidebat, quorũ prima poſitio in eaſdem, quas Caſtor, literas exit.

Sors exit. Cic. Att. li. 1. Cum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet, una uoce ſenatus frequens retinendum me in urbe cenſuit. Exire de patritijs, eſt, ex patritio plebeium fieri. cuius exemplum habes apud Ciceronem in Oratione pro Domo ſua. Exiens, exeuntis, participium. Cice. 1. de Diui. Quinto autem anno exeunte, cum eſſet ex illo ſomnio, &c. Exitus, aliud participiũ apud antiquos: unde apud Feſtum, Ad exitam ætatem, ad ultimã ætatem. Exitus, us, ui, (ἔξοδος) egreſsio, euentus, caſus. Cic. Sulp. lib. 4. Neque ſolum ex perſpicis, quæ geruntur, quæq; iam geſta ſunt: ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Idem Tuſcu. 1. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors. Idem pro leg. Manil. Huius autem orationis difficilius eſt exitum, quàm principium inuenire. Felix exitus. Cic. Cœlio lib. 2. Hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis felicem: ea quæ ſequitur, magno eſt in timore. Incertus exitus, & anceps fortuna belli. Cicer. pro Marcello. Horati. Carmin. Ode 14. Fortuna luſtro proſpera tertio Belli ſecundos reddidit exitus.

EXENTERO, ras, p.c. {Sventrare, trar uia l'interiora} (ἐξεντερίζω) interiora auferre, qđ proprie de piſcibus dicit̃ cum apparantur. Sic per tranſlationẽ dixit Plaut. in Epid. Acutũ cultrũ habeo, qui ſenis exenterẽ marſupium. Exenteror, pro angor, & crucior. Plaut. Epid. Expectando exedor miſer, atq; exenteror.

EXEQVIÆ, arũ, {Eſſequie, pompe funerali} (ἐκκομιδή, ἐπικήδεια) funebre officiũ, qđ. ſ. in funere exequimur: ab eo dictæ, q; hoïes pompã pòſt ſequunt. Ci. de Legib. Sepultura, ac iuſtis exequiarũ caruerunt. Ter. in Phor. Exequias Chremeti, quibus eſt cõmodum ire, iã tẽpus eſt. Carere exequijs. Ouid. ad Liu. Exequijs caruit Liuia pene ſuis. Exequias celebrare, apud Liu. 2. ab urb. Cohoneſtare exequias. Cic. pro Quint. Si funus id habendum ſit, quò nõ amici cõuenerũt ad exequias cohoneſtandas. ſed bonorũ emptores, ut carnifices, ad reliquias uitę lacerãdas & diſtrahendas. Ducere exequias. Plin. lib. 8. cap. 42. Proſequi exequias funeris, Cic. p Clu. Hinc exequior, qđ eſt exequias facio, uel exequijs cõmitor, ἐκκομίζω. Varro: Ipſum propter ius liberti ſemiatrati exequiãtur. Hæc etiam Parentalia & Iuſta dicebantur. Hinc fit adiectiuum Exequialis: ut Carmen exequiale. Ouid. 14 Metamorph. Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.

EXEQVOR, pe.c. {Eſſequire, finire, compire, mandare ad eſſecutione} (ἐπιτελέω) perficio, & executioni mando. Plau. in Truc. Nullã rẽ oportet aggredi dolosẽ, niſi Aſtutẽ, accurateq; exequare. Apul. Neq; in tenebris, ſed in ꝓpatulo iuſſa domini exequebar. Accipi etiã nõnunquã pro perſequi: unde Exequor iniurias, idẽ eſt quod perſequor uel ulciſcor. Pli. li. 3. Epiſ. Veniebat in mentem, priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitium iniurias accuſationibus uarijs executos. Sic exequi uerbis, idẽ eſt, quod exprimere, διεξελθεῖν. Cic. Varroni. Habeo multò occultiora quæ uix uerbis exequi poſſum. Exequens, nomen ex participio. Gel. lib. 10. cap. 12. Philoſophus memoriarum ueterum exequentiſsimus. Executio, onis, Tacit. lib. 3. Executionem eius negotij libens ſuſcepit. Executor, oris. Sueto. in Veſp. Iamicitiarum & offenſarum minimè memor, executor'ue.

EXERCEO, ces, exercui, exercitum, {Eſſercitare. Pet. Que è colei che eſſercitar

ui ſuole)(κατατρίβω)ab ex et arceo, quaſi extra arceo, premo, fatigo. Teren. in Adelph. Iſanè, ego te exercebo hodie, ut dignus es, ſilicernium. Quandoq; eſt in opus cogere, quod uulgo dicitur facere laborare, ἀσκεῖν. Verg. 3. Geor. Exercete uiri tauros. Quandoq; tractare, ἐπιτηδεύειν. Colu. lib. 4. Qui urbanas & & delicatas artes exercuerit. Quandoq; habere. Sallu. in Proœ. Iugur. Iurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebat. Qñq; lucrari. Teren. in Heaut.

Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico Faciundo facilè ſumptū exercent ſuum, Oēs produxi ac uendidi. Qñq; probe terrā colere, ἐξασκεῖν. Verg. libr. 1. Geor. Exercetq; frequens tellurē, atq; imperat aruis. Qñ inſequi, ἐλαύνειν. Verg. li. 4. Aen. Tum uos, o Tyrij, ſtirpem & genus oē futurū Exercete odijs. A' ſupino Exercitum fit uerbale Exercitor, qui alterū in re aliqua exercet. Plau. in Trin. Hic quiſquis eſt, Curculio eſt Exercitor: is hūc hominem curſuram docet. Eſt etiam Exercitor, teſte Vlpia. lib. 1. ff. de Exerci. actione, ad quem reditus & obuentiones nauis perueniunt, ſiue is ſit dominus nauis, ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit uel ad tempus, uel in perpetuum.

EXERCITIVM{*Eſſercitio*}γυμνάσιον, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα)eſt ipſe actus, & uſus exercendi operandiq;. Gel. lib. 17. ca. 21 Eratq; hoc ſane, quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi ueniſſet uſus, uerborum ſententiarumq; elegantium recordationes.

EXERCITO, tas, {*Eſſercitare*}(γυμνάζω)frequentatiuum ab exerceo. Cicer. pro Clu Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Terent. Hecyr.

O' fortuna, ut nunquam perpetuo es bona: Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liu. 5. ab urb. Is tum iam non promptus ingenio tantū, ſed uſu etiam exercitatus talem orationem habuit. Exercitatior., Exercitatiſſimus. Cic. 2. Offi. Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erant & tam quam exercitatiores ab bene de multis promerēdum. Idem pro leg. Manil. Omnibus naualibus pugnis Carthaginienſes hoſtes in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimosq; uicerunt. Exercitator, oris. Plin. lib. 35. cap. 11. Lecythion agilitatis exercitator. Exercitatrix, icis, fœ. ge. Quin. lib. 2. cap. 15. Quòd duas partes ciuilitatis corporis aſſignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem. Hinc Exercitatio, de qua libr. 1. ad Heren. Exercitatio eſt aſſiduus uſus conſuetudoq; dicendi. γυμνασία, μελέτη. Cic. 2. de Nat. deo. Motu & exercitatione recaleſcunt corpora noſtra. Quin. lib. 1. cap. 2. Nam & maxime neceſſaria eſt oratori memoria, & ex præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

EXERCITORIVS, adiectiuum eſt, formatum à nomine Exercitor, quo ſignificatur quicquid ad exercitorem attinet: ut Nauis exercitoria, Actio exercitoria. Africanus in l.. j. §. exercitorem. ff. de exercit. act. Quęſitum eſt, an non aliter L. Titius exercitoria teneretur.

EXERCITVS, a, um, {*Eſſercitato*}particip. ab Exerceo: ut Homo exercitus, qui multis negotijs aſſuetus ſit, & experientia doctus, & detritus. (κατατετριμμένος, γεγυμνασμένος.) Ph. 10 Epi. Vidiſti'ne unquā quenquam tam laborioſum, tam exercitum, q̃ Varenum meū? Cice. lib. 5. Tuſc. uſus eſt Inexercitus, (ἀγύμναστος)pro non exercitato, cùm ait: Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philoſophum. Aliquando ſumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis aſſueto. Verg. lib. 3. Aene. Nate Iliacis exercite fatis.

EXERCITVS, tus, nomē, {*Eſſercito*} (στρατός, στρατιά)ſignificat militum copias, ab exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. Veget. lib. 2. Numerus militum exercitatur, unde & re ipſa atq; opere Exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret obliuiſci, quod uocabatur. Solent enim Romani milites tam ueteranı, q̃ tyrones, exerceri ad omnē genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teſte Vlpianu, opus eſt magno militum numero. Neq; enim una aut altera cohors. ſed plurimæ coniunctæ exercitum conficiunt. Verg 9. Aenei. Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis.

EXERO, is, p. c. exerui, exertū, {*Cauar fuori. eſtrarre*}(ἐξείρω, ἐξέλκω) ab Ex, & Sero, ſignificat emitto, extraho. Statius: Fulgentemq; exerit enſem.

EXERTI DENTES, {*Denti ſporti in fuori*}(προφαίνοντες) dicuntur extra os producti, ut apro. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto.

EXERTO, tas, frequentatiuum ab Exero, (προφαίνω, προκύπτω.) Vergil. 3. Aeneid. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris: Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.

EXFIO, {*Purgare, profumare*}(ἐκθυμιάω)ſignificat purgo: à quo Exfitus, us, pro purgatione.

EXFODIO, dis, (ἐξορύττω)quod foſſum erat, extraho. Plaut. Aulul. Exfodiu aulam auri plenam.

EXGRVMO, as, are, (ἀποθρομβόω)dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. Grumus. n. terræ collectio eſt, à congerie dicta. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 14. Deniq; ipſæ exgrumantes ad propalam uitam diu producunt, cum ad eam tē pauca laurea folia interijciant, & aſpergant furfures non multos.

EXGVRGITARE, {*Vomitare, ruttare*}quaſi extra gurgitē eijcere. Vnde per metaphoram. Plau. in Epid. dixit Exgurgitare pecuniam domo. in Epid. Proh deum atque hominum fidem, quid ego Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi, At argentum exgurgitem domo prorſum.

EXHÆREDO, as, are, {*Diſheredare, priuare della heredità*}(ἀποκληρόω)exhæredem aliquem ſcribere, & hæreditate ſpoliare, quæ ab inteſtato ad eum uentura erat. Cic. pro Cluen. Ille cum filium exhæredaret, quem oderat, ei ſibi homines alieniſſimos cohæredes coniunxit. Mart. lib. 3. Exhæredauit te Philomuſe pater. Ad Heren. lib. 4. Sed à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt. Quint. libr. 7. cap. 2. Tu impiè feciſti, cum exhęredationem metuiſti.

EXHÆRES, dis, com. gen. {*Priuato della heredità*}qui priuatus eſt hæreditate, quæ ad eum pertinebat. Cic. 1. de Orat. Nempe in ex cauſa quæſitum eſt, de iure ciuili, poſſet'ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

EXHÆRESIMVS DIES, p c. (ἐξαιρέσιμος ἡμέρα)id eſt, exemptilis: propterea ſic dictus, q ex menſe eximi ſolebat, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. Verr. Conſuetudo Siculorum eſt, cæterorumq; Græcorū, q ſuos dies menſesq; congruere uolunt cum Lunæq; ratione, ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem aut ſummum biduum ex menſe, quos illi Exhæreſimos dies nominant. Budæus in Annot.

EXHALO, as, pe. pr. {*Eſalare, ſpirare*}(ἐξατμίζω, ἐκπνέω)expiro, & ueluti per halitum aerem emitto. Lactan. lib. 7. Quos autem morbus interimit, ſpiritum diutius exhalant. Verg. lib. 7. Sæuamq; exhalat opaca Mephitim. Plin lib. 17. cap. 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cic. 5. Verr. Veniendum erat ad eos cōtra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent.

Exhalare animam, eſt mori. Ouid. 11. Metam. In uentos anima exhalata receſſit. Pro eodem etiam dicimus Exhalare uitam. Verg. 2. Aene. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi Vitam exhalantem. Exhalatio, expiratio, ἀναθυμίασις, ἀτμίς. Plin. lib. 31. cap. 3. Certior multo nebuloſa exhalatio eſt. Vnde Exhalationes terræ ſunt tenues ſpiritus, qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalantur, & ſurſum in aera feruntur. Cice. 1. Tuſcul. Quod & humidum & caliginoſum eſt, exhalationes terræ.

EXHAVRIO, is, ire, exhauſi, exhauſtum, {*Vacuare, trar fuora. cauare. attinguere*}(ἐξαντλέω)humorem euacuo, ebibo: diciturq; exhauriri tam ipſe humor, q̃ id, quo humor continetur. Aequè enim uſitatè dicimus Exhaurire uinum, & Exhaurire dolium. Cicer. 2. Philip. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum uini in Hippiæ nuptijs & exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in populi Romani conſpectu uomere poſtridie. Exhaurire poculum, Liu. Habet hoc uerbum multas elegantes tranſlationes. Cice. pro Clu. Ia exhauſto illo poculo mortis, eſt mortuus. Idem pro Seſt. M. Craſſus eadem ſibi manu uitam exhauſit, qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. Ad Att. 2. Tātus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet iniuria. i. deleri. Ad Q. Fra. 1. Exhauſtus. n. eſt ſermo hominum. id eſt, de ea re iam loqui eſt deſitum. Et iterum ad Att. 1. Multa enim ſunt quæ me ſolicitāt, agītq;, quæ mihi uideor, aures nactus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe. id eſt deponere Ad eundem 5. Reliquum eſt, ut antequam proficiſcare mādata noſtra exhaurias. id eſt, exequaris. Verg. 4. Aene. Heu, quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat! id eſt, finita & quaſi deuorata, uel exanslata. Exhauſtū, ſti, ſubſtant. Ver. 2. Geor. Eſt etiam ille labor curandis uitibus alter, Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. Exhauſti id eſt (inquit Seruius) exhauſtionis, finitionis quod quia aſperū uiſum ē, ſe ad figuram tranſtulit, & ait, Exhauſti, ut Seruātiſſimus æqui, pro æquitatis. Inexhauſtus (ἀνεξάντλητος)pro infinito: quaſi (ut ita dicam) inexhauribilis.

EXHEBENVS, ni, (ἐξέβενος)gemma ſpecioſa, & candida, qua aurifices aurum poliunt: ut ex Zoroaſtris ſententia tradit Plin. lib. 37. cap. 10.

EXHERBARE, {*Sterpare, ſherbe ſuellere*}(ἐκβοτανίζειν)eſt herbas eſtirpare, Col. lib. 5. Et cum germinauit, ad unam perticam ſummittitur, crebroq; foditur, atq; exherbatur, nec minus, quàm uinea pampinatur.

EXHIBEO, es, pen. cor. {*Dare in publico*}profero, & in publicum deduco, & uidendi, tangendiq; hominis facultatem præbeo, ἀποφαίνω, παρέχω, ἐμφανίζω. Paulus. Exhibere eſt facere in publicum poteſtatem ut ei qui agit, experiundi ſit copia. Cic. 7. Verr. Is omnino ſeruus in familia non erat, eum ſtatim exhiberi iubet. Exhibere reum, locutio eſt Iuriſcōſultis familiaris, pro eo quod eſt ſiſtere, et (ut uocant) perſonaliter pręſentare. Siquis (inquit Iuriſcōſultus. l. ſiquis, de exhibitione reor.) reum criminis, de quo ſatiſdedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamen ſi dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem eſſe damnandum. Vtuntur etiam Iuriſconſulti hoc uerbo in alia ſignificatione pro eo qđ eſt, uitæ neceſſaria ſuppeditare. Paul. in l. Neſennius. ff. de Nog. geſt. Pone, peregre patrem eius abijſſe, & matrem dum in patriam reuerteretur, tam filium, quàm filiam eius exhibuiſſe. Exhibere negotium, (πρᾶγμα παρέχειν) eſt labore, uel moleſtia afficere. Cic. lib. 3. Offi. Quod quum audiſſet adoleſcens negotium exhiberi patri. Sic Exhibere laborem: Exhibere moleſtiam, &c. Exhibitio, onis. Gellius. Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

EXHILARO, as, {*Rallegrare, fare allegro*}(εὐφραίνω) lætum & hilarem facio. idem quod ſimplex hilaro. Plin lib. 16. cap. 25. Nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur, natales'ue pomorum recurſus annuos uerſicolori nuntio promittunt. Exhilaratus, particip. Cic. Pæto. lib. 1. Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram.

EXHORREO, es, {*Tremare di paura*}(φρίττω)à quo Exhorreſco, pro expaueſco, præ timore horreo, & contremiſco. Planc. Ciceroni: Sed non poſſum non exhorreſcere, ſiquid intra cutem ſubeſt uulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curariq; poſſit. Nonnunquam etiam ponitur actiuè cum accuſatiuo à tergo, Verg. 7. Aene. Adueniat, uultus ne've exhorreſcat amicos.

EXHORTOR, aris, {*Eſſortare*}(προτρέπω, προτρέπομαι) uehementer hortor. Ouid. 13. Metam. Erigor, & trepidos ciues exhortor in hoſtem. Exhortatus, particip. Verg. 12. Aen. Sic exhortata reliquit Incertam, & triſti turbatam uulnere mentis. Aliquando accipitur paſſiuè. Cice. de Senect. Ille enim cum eſſet Cōſul in Gallia, exhortatus eſt in conuiuio à ſcorto, ut ſecuri feriret aliquem eorum, &c.

EXHVBERO, as, {*Abundare, auanzare*}(ὑπερβλύω)abundo. Columella in Prę fat. lib. 1. In Aſia Myſiaq; denſa & glutinoſa terra maxime exhuberat. Nonnunquam etiam accipitur actiuè. Colum. lib. 9. cap. 4. Quæ fauorum ceras exhuberant: hoc eſt, uberes reddunt.

EXIBILO, as, pen. co. {*Sibilare, fiſchiare beffando*}(ἐκσυρίττω, ἐκποππύζω) ſignificat cum ſono uocis, tumultuariaq; ſibilatione expello, derideo. Cic. in Paradox. Hiſtrio ſi paululum ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronuntiatus eſt una ſyllaba breuior aut longior, exſibilatur atque exploditur.

EXIGO, is, pen. cor. exegi, exactum, {*Eſcludere, ſerrar fuori, riſcuotere*} (ἐξωθέω, ἐξάγω)excludo, eijcio, expello, quaſi extra ago: Plaut. in Aulul. Itaq; omnes exegit foras. Eſt præterea Exigo, rem aliquam iure mihi debitam peto, (ἀπαιτέω). Cic. Caſsio: Longiores expectabo, uel potius exigam. Hinc Exigere pecuniā dicimur, quæ nobis debetur. Et Exactores (ἀπαιτηταί) uocant qui pecunias publicas exigunt. Interdū eſt cōuenienter poſtulare, ἀπαιτεῖν. Lact. lib. 4. Sapientia ſpectat ad filios, quæ exigit amorem. Interdum agere, ſeu traducere, διάγειν. Teren in Hecyr Illiq; exopto, ut reliquam exigat uitam. Interdum perdiſcere, inquirere, ἀκριβοῦν, ἐξετάζειν. Verg. 1. Aen. Quære conſtituit, ſocijsq; exacta referre. Suet. in Cæſ. Britanniā petiſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum ſua manu exegiſſe pondus. Interdum facere. Verg 6. Aeneid. Quos improba mentis Exegit cæcos rabies. Interdum definire, conſtituere. Idem libr. 4. Decreuitq; mori, tempus ſecum ipſa, modumq; Exigit. Interdum complere, τελεῖν. Plaut. in Amphit. Menſes iam

tibi

tibi exactos eſſe uides, Aliquando extorquere. Cic. pro Fonteio: Itaq; Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegiſſe. Exigere pœnam, eſt ſumere pœnam. Ouid. 4. Metam. Exigit iudicij memorem Cythereia pœnam. Exactus, participium, præteritus. Liu. 4. Bell. Pun. Exacta erat media æſtas. Verg. 3. Georg. At tribus exactis, ubi quarta acceſſerit ætas. Exacti reges, expulſi, Cic. 1. de Orat. Exactus, exactior, exactiſſimus, diligens, abſolutus, ad unguem factus. Martia. lib. 4. Exhortor, moneoq; te libelle, Vt docto placeas Apollinari: Nihil exactius, eruditiusq;. Plin. Epiſt. 176. Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit. Exactus, uerbale, pro uenditione, quia merx dum uẽditur, exigitur à nobis. i. emittitur. Quintil. Declam. 19. Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum putu ... mit. ſi tam bene uendideras, miror cur pecuniam non reddideris. Exactor, oris, (ἐκπράκτωρ) qui pecunias publicas exigit. Cæſ. 3. Bel. Ciu. Erat plena lictorum, & imperiorum prouincia, confecta præfectis & exactoribus. Exactores regum, id eſt, expulſores. Exactio, onis. Cic. 2. de Legib. Eaq; pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione.

EXIGVVS, a, um, {*Poco, picciolo*} (ὀλίγος) paruus, modicus. Cic. pro Deiota. Antea quidẽ maiores copias alere poterat, nunc exiguas uix tueri poteſt. Verg. 4. Georg. Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent. Exiguus animi. Claudia. in Eutro. Acer in abſentes linguæ iactator: abundans Corporis, exiguusq; animi. Exiguum, ſubſtantiuum. Oui. 5. Triſt. Exiguum pleno de mare demat aquæ. Exiguum aliquando pro exigue aduerb. capitur. Pli. Epi. 50. Quantum ego ſapio, qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquàm exiguum ſapio. Exigue, aduerbium parce, & tenuiter. Cic. 3. de Orat. Cum de duabus paginis nobis quidem ſatis, ſed ut ipſe dicebas, celeriter exigueq; dixiſſes, duas tibi reliquas feceras. Exiguitas, atis, (ὀλιγότης) ut Exiguitas copiarum. Cælius Cic. lib. 8. Nũc hęc exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuã præſagiebat. Exiguitas lactis, Varr. Exiguitas cibi, Colu. Exiguitas temporis, Liui. Exiguitas corporis, Cæſ. ad Att. lib. 11. A te. n. eſt peccatum, ut me iſta epiſtola nihil conſoletur. nam & exigue ſcripta hæc eſt, & ſuſpiciones magnas habet.

EXILIVM, lij, {*Eſſilio, bando. Pet. Et perche'l duro eſſilio piu m'aggraua*} (φυγή, φυγαδεία) patriæ priuatio, & natalis ſoli mutatio, legibus principis'ue imperio indicta. Seneca in lib. de Conſolatione. Exilium nempe loci commutatio eſt. Hanc commutationem loci aliquãdo ſequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcendum, nec commutatio loci oneroſa. Aſsiduus enim eſt humani generis diſcurſus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes, & transferendo domicilia. Cic. 5. Tuſ. Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Et paulò pòſt: Iam uero exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilij genus. Nam aut certorum locorum interdictio eſt: aut lata fuga, ut omnium præter certũ locum, aut relegatio in inſulam. Erat autem Exilium pœna capitalis: & Exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de ciuitate eximi dicitur. Quoties autem ciuitas retinetur, Relegatio proprie, non exilium dicitur.

EXILIO, is, pe. co. {*Saltar fuori*} (ἐκπηδάω) ab Ex, & Salio, ſignificat ſaltando egredior, uel erumpo. Luca. lib. 5. Sic fata, relictis Exiluit ſtratis. Accipitur etiam pro uehementer gaudere, & præ gaudio ſalire, περιχαρής εἶναι, ἐκθορεῖν. Cice. Troni: Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilij gaudio. Terent. in Heautont. Non aduorti primo: ſed poſtquam aſpexi, illico Cognoui, ad te exilui. hoc eſt, ueluti ſaliendo & geſtiendo cucurri. Huius frequentatiuum eſt Exulto, ἀγαλλιάζομαι.

EXILIS, le, pen. pr. {*Tenue, ſottile*} (λεπτός) id eſt, tenuis: ut, Exilis uox, Plin. lib. 11. ca. 51. Bubus tantum fœminis uox grauior, omni in alio genere exilior, q̃ maribus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 2. Et hic aprum glans cum paſcet emptitia, facit pinguem: illic gratuita exilem. hoc eſt, gracilem, & male ſaginatum. Exilitas, atis, tenuitas: ut, Foliorum exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6. Foliorum exilitate uſq; in fila extenuata. Exiliter, aduerbium, tenuiter. Cice. 1. de Orat. Etenim uidemus iiſdem de rebus ieiune quoſdam & exiliter, ut eum, quem acutiſſimum ferunt, Chryſippum, diſputauiſſe.

EXILITAS, & Exiliter, unde Exilis.

EXIMIVS, a, um, {*Eccellente, egregio, eccettuato da gli altri*} (διάφορος, πρόκριτος, ἐξαίρετος) excellens, egregius ab eo quod in ſacrificijs optimum ex toto grege pecus eximebatur, ut Dijs offerretur. Eximij porci dicebantur maiores, qui ad ſacrificium electi erant ſignati macula, aut nota: ſicut Egregiæ oues, è grege electæ. Et quia id quod à cæteris eligitur & eximitur, non uulgare eſſe ſolet, factum eſt, ut Eximium ponatur pro inſigni. Verg. 4. Geor. Quattuor eximios præſtanti corpore tauros. Sumitur & in malam partem. Cic. in Ver. Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe. Eximie, aduerbium, (διαφερόντως) excellenter. Plin. lib. 22. cap. 22. Picris ab inſigni amaritudinis cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximie uerrucas. Eximie ornatum templum, Liui. Eximie diligere, Cicero.

EXIMO, is, p. c. {*Cauar fuori, eccettuare*} (ἐξαιρέω, ὑπεξαιροῦμαι, ἀφαιροῦμαι, ἐκρίνω) ab Ex & Emo, ſignificat excipio, ſeu aufero. Cato cap. 112. Vbi triduum præterierit, eximio de dolio. Plau. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc laſsitudinem eximent. Eximere reum, eſt quouis modo auferre. Pomponius Iuriſcon. Eripere, eſt de manibus auferre per raptum: eximere uero quoquo modo auferre: ut puta ſi quis non raperet aliquem, ſed moram faceret, quo minus in iudicium ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur: uidetur exemiſſe, quamuis corpus non exemerit. Eximere diem, eſt extrahere. Cic. ad Qu. Fra. Tum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. Sic eximere horam. Cic. 5. Philip. Horam eximere nullam in tali ciue liberando, ſine ſcelere non poſſumus. Aliquando cum datiuo conſtruitur: ut, Eximere noxæ, eſt pro abſoluto habere, uel pœnam remittere, aut gratiam criminis facere: hoc eſt, remiſsionẽ (ut uocant) dare. Liu. 8. ab urb. Bene habet, inquit Dictator, Quirites, uicit diſciplina militaris, uicit populi maieſtas. non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit. Eximere notæ, remittere infamiã. Gel. lib. 4. ca. 20. Sed cũ ille deieraſſet, iuſtiſsimũ ſeſe oſcitatione uictũ, tenerique eo uitio, quod Oſcedo dicitur, notæ iam deſtinatæ exemptus eſt a Cẽſoribus. Eximere honoribus. i. priuare. Plin. in Epiſt. Quid enim miſerius, q̃ exactum, & exemptum honoribus Senatorijs, laboribus et moleſtia non carere? Eximere numero, qđ eſt reijcere, & tanquã indignũ ab aliorũ numero excludere. Quin. lib. 1. Auctores alios in ordinẽ redegerunt, alios omnino exemerunt numero. Eximere metu, eſt metu liberare. Plau. in Rud. Eximere hoc miſerã metu. Exemptus, participium, Horat. 2. Epiſt. 2. Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una. Id eſt, unũ tantum de multis ſublatum uitium. Exemptio, onis. Col. li. 7. ca. 18 Cum .n. per exemptionẽ imæ partes eorũ præfractæ ſunt, apertæ medullæ deponunt.

Exemptor, oris, Pli. lib. 36. cap. 15. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipſa marmora in lapidicinis creſcere, auctor eſt Papyrius Fabianus, naturæ rerũ peritiſſimus. Exẽptores quoq; affirmant, cõpleri ſponte illa montiũ ulcera ibi. Exẽptores uocat qui eximũt lapides ſub terra. Exemptilis, le, (ἐξαιρέσιμος) qđ auferri & eximi poteſt. Colu. lib. 8. cap. 11. Sed idcirco ſunt exẽptiles, ut cum res exigit, à pupillis deductæ liberum aditum conuenientibus ſtabulum præbeant.

EXIN, {*Dopo, dapoi*} (ἔντεῦθεν) per apocopen, ſiue Exinde, aduerbia ſunt ordinis, idẽ ſignificantia quod deinde. Liu. lib. 1. Vti igitur paulò antè animũ inter Fidenatẽ Romanamq; rem ancipitẽ geſsiſti, ita iam corpus paſsim diſtrahendũ dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in currus earũ diſtentum illigat Metiũ.

EXINANIO, is, {*Vacuare, menomare, attenuare, ridurre à niente*} (κενόω) ab Ex, & Inanio: euacuo, attenuo, & ad nihilum redigo. Plin. li. 10. ca. 60. Oua ſa ſe exinaniri credunt. Ci. 7. Ver. Non illa tota exinaniẽda naui conſumiẽ. Exinanitio, κένωσις, Plin. lib. 13. ca. 22. Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.

EXINSPERATO, {*Fuor di ſperanza*} (παρ' ἐλπίδα, ἐξ ἀπροσδοκήτου) aduerbium, præter ſpem Liu. lib. 1. Tum clamore, qualis exinſperato fauentium ſolet. Romani adiuuant militem ſuum.

EXISTIMO, as, p. co. {*Eſtimare, penſare, giudicare*} (ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, οἴομαι) puto, iudico, & quaſi ex ęſtimatione ſtatuo atq; decerno, Quin. Ex præteritis exiſtimari ſolent pręſentia. Hinc Exiſtimatio, (δόξα) quę ferè ſemper paſsiuæ ſignificationis eſt, & pro reputatione ac bona fama capitur: ut Homo magnæ æſtimationis. i. de quo omnes bene opinantur. Paulus Iureconſ. Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto noſtro, auctoritate legum, aut minuitur, aut cõſumitur. Minuitur, quoties manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: ſicut cũ relegat quis, uel quum ordine mouetur, uel quum prohibetur honoribus publicis fungi, uel quum plebeius fuſtibus cæditur, uel in opus publicum datur, uel quum in eam cauſam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ cauſa memoratur. Conſumitur uero, quoties magna capitis diminutio interuenit. i. quum libertas amittitur, ueluti quum aqua & igni interdicitur. Accipitur etiam nonnunquam actiue pro opinione hominum, quam de nobis conceperunt. Cice. pro Cæl. Nã quod de pietate dixiſtis, eſt ita quidem noſtra exiſtimatio, ſed iudicium certe parentis. Exiſtimator, oris, Cic. in Ora. Meminerimus nihil nos præcipiendi cauſa eſſe dicturos: atq; ita potius acturos, ut exiſtimatores uideamur loqui, non magiſtri.

EXISTO, is, {*Eſſere, apparere*} (ἀναφαίνομαι, ἀναφέρομαι, ἐξανακύπτω, ἐκπηδάω) appareo, emineo, prodeo, exurgo, exorior. Valla lib. 5. Exiſtit, atq; Extat, quorum uerborum unum atq; idem præteritum eſt, ſimile quiddã ſignificant, quod eſt, eminet, & supereſt. Sed primum cum motu, alterum ſine motu: ut illud ſit, prodit, uel exurgit: hoc uero, ſuperſtat. Ci. 2. de Na. de. Quicquid. n. oritur qualecunq; eſt, cauſam habeat à natura neceſſe eſt: ut etiam ſi præter conſuetudinem extiterit: præter naturam tamen non poſſit exiſtere. Cic. de Diuina. Summerſus equus uoraginibus non extitit. Et lib. 2. Offic. Atqui eo tempore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt, ut tyranni exiſterent, & optimates exterminarentur. i. exurgerent, uel emergerent.

EXITIABILIS, le, {*Mortale, che apporta rouina*} (ὀλέθριος, ἐξώλης) idẽ eſt quod exitialis. Oui. lib. 6. Meta. Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

EXITIALE, lis, {*Mortifero, dannoſo, calamitoſo*} (θανάσιμον) mortiferum, calamitoſum, damnoſumq;. Vergi. lib. 6. Aene. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſere malis.

EXITIVM, tij, {*Calamità, rouina, morte*} (ὄλεθρος) calamitas, pernicies, clades mors: ab exeundo, ut Feſtus innuit. Antiqui enim (inquit) exitium pro exitu ponebãt: nunc exitium, peſsimum exitum dicimus. Terent. in Phorm. Quod ego nunc ſubito huic exitio remedium inueniam miſer? Ci. 1. in Cat. Qui de noſtro omnium interitu, qui de huius urbis, atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent.

EXIVRO, as, {*Affirmare con giuramento*} (ὄμνυμι) pro iuramento aſſero, & affirmo. Plau. in Amph. Quando exiuraſti, te mihi dixiſſe per iocum.

EXLEX {*Senza legge*} (ἄνομος) expers legis, qui ſine lege, uel extra legẽ uiuit. Lucil. Sat. 2. Non dico uiuere licet: & uagus exulet, erret Exlex. Varr. Poſtremo quæro, parebis legibus an non? an ne exlex ſolus uiuis? Cice. pro Cluen. Non quo illi aut exlegem eſſe Syllam, aut cauſam pecuniæ publicę contemptam atq; abiectam putarent: ſed, &c. Horat. in Arte: Et potus & exlex.

EXLOQVOR, {*Parlar bene*} (ἀποφθέγγομαι) uetus eſt uerbum pro Eloquor, quo uſus eſt Plau. in Milite. Nempe ludificari militem tuum herum uis? P A. exlocuta es.

EXOBSECRO, as, are, {*Pregare grandemente*} (λιπαρῶ, ἀντιβολῶ) pro ualde obſecro uſurpauit Plau. in Aſina. Supplicabo, exobſecrabo, ut quenque amicum uidero.

EXOCHE, es, pe. cor. {*Eccellenza, grandezza*} (ἐξοχή) eminentia, uel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχὴν aliquid nominari dicitur, quod præſtantiæ, ſiue excellentiæ cauſa nominatur. Seruius in illud Verg. 1. Georg. Nec Peluſiacæ curã aſpernabere lentis. Peluſium, inquit, unum eſt de ſeptem oſtijs Nili, ubi optima lens naſcitur. unde κατ' ἐξοχὴν locutus eſt.

EXOCVLO, as, are, {*Acciecare, cauar gl'occhi*} (ἐξοφθαλμίζειν) exturbare, ſiue effodere oculum. Exoculatus, participium priuatus oculis. Apul. Cæcã & prorſus exoculatã eſſe fortunã. Exoculaſſo, exoculaſsis, exoculaſſere, idẽ quod exoculare. Plau. Rud. Vos adeo, ubi iniuero, ſi non ei caput exoculaſsitis, Quaſi myrteta iunciis, item ego uos uirgis circumuinciam.

EXODIVM, dij, (ἐξόδιον) carmen, erat ridiculum, quod in exitu chori cantabatur à iuuentute in fine fabularum Attellanarum. Tractũ eſt uocabulũ ἀπὸ τῆς ἐξόδου, hoc eſt, ab exitu, q̃ in fine fabulę ab exeunte iuuenum choro iactabatur. Vnde etiã ueteres Exodium pro exitu et fine uniuſcuiuſq; rei acceperunt. Varro: Cum in uinculis publicis eſſet, et iã bibiſſet κώνειον in exordium uitæ. Sunt qui Exodium arbitrantur dici ab ἔξω extra, & ᾠδή cantus, q̃ ſine cantu ſoleant in-

ctat:quorum tamen opinio refellitur teſtimonio Poetarum, qui antepenultimã ſemper corripiunt. quę proculdubio ſi ἀπὸ τῆς ᾠδῆς deduceretur, rõne ₒ deberet produci. Iuu. Sat. 6. Vrbicus exodio riſum mouet Atellanæ Geſtibus Autonoes.

EXOLESCO, is, lui, uel leui, letum {Ceſſar di creſcere, inuecchiare} (ὑπακμάζω, ἐξακμάζω) excreſco, ad finem incrementi pertingo. pro quo & Exoleo antiqui dixerunt. Hinc exoletus, a, um. i. adultus, puber, iuſtæq; ſtaturæ altitudinẽ iam adeptus: Plau. Trin. Reliqui domi exoletam uirginẽ. Exoleti itẽ (ἔξωροι) dicũtur ſcorta maſcula, quę iam prouectioris ſunt ætatis, q̃ ut amari ſint idonea: qđ genux nõ paucos circum ſe habuiſſe Heliogabalum, ſcribit Vopiſcus, quos deinde Alexan. Seuerus, rerum potitus, partim in inſulas deportãdos, partim naufragio mergendos curauit Cic pro Milo. Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Aliquando Exoleſcere, eſt inueteraſcere, (ἀπαρχαιοῦσθαι) ſiue obſoleſcere, in uſu eſſe deſinere temporis progreſſu deterioris cõditionis fieri, ſiue deficere. Cic in Sallu. Poſteaquã ætas tua iam ad ea patienda, quę alteri collibuiſſet, exoleuerat. Agretius: Adoleſcere augmenti eſt, Inoleſcere cognomenti. Exoleſcere euaneſcentis. Plin. lib. 37. Carchedoniã neſcio an in totum exoleuerint, poſtquã metalla æris ibi defecerũt Col. li. 2. Nã multa ſunt (ut dixi) quę negligẽtia exoleſcant, & fiant ſterilia. Vnde Exoletus, (ἀπηρχαιωμένος) uetuſtus, & ab uſu remotus. Quin. lib. 8. Obſcuritas fit in uerbis etiã ab uſu remotis, ut ſi cõmentarios quis Pontificum & uetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat. Liu. Ante agendũ, exoleto iã uetuſtate odio.

EXOLVO, is, {Sciogliere, ſlegare} (ἀπολύω) quod ligatũ erat, ſoluo, expedio, libero. Conſtruiturq; aliquando cum accuſatiuo ſolo Plaut. in Amph. Agedum eam ſolue ciſtulam. S. Quid? ego iſtam exoluam? obſignata eſt recte. Aliquando præter accuſatiuum habet & ablatiuum. Cic. lib 3. Epiſt. Si me occupationibus relaxaro: nam ut his me planè exoluam, nõ poſtulo, &c. Terẽ. in Hecy. Illa xerrore, & te ſimul ſuſpicione exoluas. i. liberes, explices. Accipitur pro ſatis facio ἐκτίνω. Cic. in Ver. Ille tantum decumanis, quantũ iſte imperauit, exoluit. Exoluere aliquem religione, eſt illi religionis ſcrupulum adimere, & omni prorſus religione liberare. Liu. ab urb. lib. 9. Dedamur per Feciales nudi uinctiq;, exoluamus religione popu. Romanum, ſiqua obligauimus.

EXOMEDES, p. co. {Veſte ſenza maniche} (ἐξωμίδες) appellauẽ ueſtes ſubſtrictæ, & breues, teſte Gel. lib. 7. Noct. Att. ſine manicis, & citra humerũ deſinentes. Talibus uſi ſunt monachi, qui hodieq; pingũtur exertis extra ueſtẽ brachiis. Quod genus ueſtium & Colobia uocupauit, quaſi truncata, et mutilata, ſine manicis. Meminit huius ueſtis & Plutar. in Catone: Ἐπανελθὼν δὲ (inquit) εἰς τὸ χωρίον, εἰ μὲν ἦν χειμών, ἐξωμίδα λαβὼν, θέρους δὲ, γυμνὸς ἠργάζετο μετὰ τῶν οἰκετῶν. Hoc eſt. Reuerſus autẽ in agrum, ſi quidem hyems erat, exomida ſumebat: ſin autem æſtas, nudus cum ſeruis operabatur. Dictæ Exomides, ſiue q; expeditæ eſſent, id enim ἔξωμον dicunt Græci) ſiue q; circa humeros (quod iidem ὤμους appellant) deſinerent.

EXOMPHALON, (ἐξόμφαλον) umbilici uitium, cum plus æquo extat. Celſus Vmbilicum prominentem, Plin. procidiuum appellat.

EXONERO, as, are, {Scaricare} (ἀποφορτίζω) onere leuo, onus detraho. Ter. Hecy. Ego nunc mihi ceſſo, quin hunc humerum exonerem pallio. Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt, moleſtia quapiam aliquẽ liberare. Ibidẽ: Nos quoq; amicos eius exonerastis metu. Exonerare item ſeſe in mare fluuiĳ dicuntur, cum aquas alioqui ripas egreſſuras, paulatim in mare emittunt. Exonerare uentrem. Martial. lib. 10. Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas Attulit, & uarias, quas habet hortus, opes.

EXOPTO, as, are, {Deſiderare grandemente, bramare. Pet. Et bramo di perir. & ghieggio aita} (εὔχομαι) uotis expeto, ualde deſidero. Cic. 1. Offi. Quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maxime exoptant. Exoptatus, participium, & nomen. Vergi. 2. Aene. Nec mihi iam patriam antiquam ſpes ulla uidendi, Nec dulces natos, exoptatumq; parentem. Cic. ad Att. lib. 5. Nihil exoptatius aduentu meo, nihil charius. Exoptiſſima gratulatio, Cic. ad Att. li. 4. Exoptabilis, le, adiectiuum: ut, Tempus exoptabile.

EXORABVLA, orum, plural. num. (ἐξαπατήματα) ab Apuleio uocantur omnia artificialia argumenta, quibus orator per uim eloquentiæ iudicem exorat.

EXORBEO, exorbui, exorbitum, uel exorptum, {Sorbire} (ἐκροφέω) eſt ſorbẽdo exhaurio. Iuue. Saty. 6. At tibi nunc curruca placet lacrymasq; labellis Exorbes. Idem Saty. 10. per metaphoram in fœda ſignificatione uſus eſt cum ait: Quot longa uiros exorbeat uno Maura die. Exorbere ciuilem ſanguinem, per tranſlationem pro auide haurire, & copioſe effundere. Cice. 2. Philip. Guſtaras ciuilem ſanguinem, uel potius exorbueras.

EXORBO, as, {Orbare, accecare} (ἐξοφθαλμίζω) priuo orbe oculorum, uel cæcum reddo. Exorbare animam dixit Plau. in Bacchide pro occidere. Iam (inquit) ego animam amborum exorbabo oppido.

EXORBITO, tas, p. co. {Pergarſi dal ſentiero, dalla dritta uia} (παρεκτρέπομαι, ἀφαμαρτάνω τῆς ὁδοῦ) ab eo quod rectum eſt, aberro, quaſi ex orbita recedo August. lib. 9. de Ciu. Non ea cedentes ad aliquid approbãdum uel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ & lege iuſtitiæ.

EXORCISMVS, mi, (ἐξορκισμός) idem quod adiuratio: cum ſcilicet hominis, dæmoniſue cuipiam magico carmine, uel efficacibus ſacræ ſcripturæ uerbis neceſſitas imponitur proloquendi ea, de quibus rogatur. Quo genere adiurationis qui utuntur. Exorciſtæ (ἐξορκισταί) Græco uocabulo appellantur: ἀπὸ τοῦ ἐξορκίζειν, quod eſt adiurare: pro quo & Exorcizare nonnulli uſurparunt: quod uerbum in ſacra ſcriptura aliquoties occurrit.

EXORDINE, {Senza interpoſitione} (ἑξῆς) ſine intermiſſione. Verg libr. 4. Geor. Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.

EXORDIOR, iris, exorſus, {Commenciare, dar principio} (ἄρχομαι) incipio, auſpicor, operis aliquid inchoo. Plau. in Aſin. Pergam quo occepi, & ibi cõſilia exordiar. Eſt etiam hoc uerbum Rhetoribus frequens, pro eo quod eſt orationẽ auſpicari, uel procemio uti, προοιμιάζειν, φροιμιάζεσθαι. Cic. de Ora. Qui nõ timide ad dicendum accedunt, neq; in exordienda oratione perturbantur penè uidentur impudentes. Cic. 2. de Ora. Iubent exordiri ita, ut eum qui audiat, beneuolũ nobis faciamus, & docilem, & attentum. Sed hæ ſignificationes tranſlatæ uidentur. Propriè. n. exordiri textores dicuntur, cũ telæ futuræ ſtamen inſtruunt: quo fit ut apud Ciceronem duo hæc Exordiri, & Pertexere, in eadem oratione ſæpe coniuncta uideamus: ut in 3. Phili. Pertexe modo Antoni, quod exorſus es. Exorſus, participium Cice. pro Cælio: Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? quid clamore exorſa uerbis paruam rem magnam facis?

EXORDIVM, dĳ, {Eſſordio, principio, cominciamento} (ἀρχή) initium, principium. Cic. 1. de Inuen. Atque huius quoq; exordium mali, quoniã principium boni diximus, explicemus. Eſt etiam Exordium apud Rhetores, prima pars orationis, qua auditores attentio captatur, beneuolentia, & docilitas. Græci uocant προοίμιον. Auctor ad Herẽ. lib. 1. Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris uel iudicis cõſtituitur, uel apparatur ad audiendũ. Pro eodem etiam legitur Exorſum in neu. gen. Verg. 2. Geor. Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages, & longa exorſa tenebo. Item Exorſus, us, maſcu. gene. Cic pro Leg. Manil. Sed pro ueſtri imperĳ dignitate atq; gloria (quoniam is eſt exorſus orationis meæ) uidete quem uobis animum ſuſcipiendum putetis.

EXORIOR, exoriris, pe. pro. per quartam coniugationem: uel Exoreris, per tertiam, {Naſcere, uſcir fuori} (ἀναφαίνομαι, καταφαίνομαι) naſcor, emergo, cum ergo. Verg. 11. Aenei. Exoritur clamorq; uirum, clangorq; tubarum. Idẽ 4. Aen. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Aliquando pro recreari. Cic. ad Att. lib. 7. Nunc uenit idem uſu mihi, quod tibi ſcribis, quoties exorior, ego. n. nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis, quæ Roma afferuntur. Exoriri item dicitur, quod repente, & præter opinionem fit. Cic. contra Rullum: Repentinus Sylla nobis exoritur. Exorta ſunt hæc omnia à te: Id eſt, à te proueniunt. Teren. Hecy. A' Myrrhina hæc ſunt mea uxore exorta omnia. Sidera quoque, dies, & aurora exoriri dicuntur, cum in noſtro hæmiſphærio incipiunt apparere. Cice. de Diuinat. Poſt ſolſtitium Canicula exoritur. Catullus: Aurora exoriente uagi ſub lumina ſolis. Exortus participium. Cic. 2. de Natu. deor. ex poeta quodam: Forte a tum uero proles exorta repente eſt. Exortus, us, ui, ut Exortus ſolis. Ad Heren. lib 3. Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea q; quotidie fiant.

EXORNO, as. {Apparecchiare, adornare, apparare} (διακοσμέω, ἐπισκευάζω, κατακοσμέω) diligenter orno, magnifice apparo, inſtruo. Cice. Fabio gallo libr. 7. Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum. Teren. in Eunu. Ita uiſus eſt dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit. Exornator, oris, Cic. 2. de Orat. Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATIO, onis, {Ornamento} (διακόσμησις, κόσμησις) ornamẽtũ, uel ipſe exornandi actus. Vox eſt Rhetoribus uſitata, qui duplicem conſtituunt exornationem, rerum ſcilicet, & uerborum. Auctor ad Heren. lib. 1. Dignitas eſt elocutionis forma, quæ reddit orationem, uarietate diſtinguens: Hæc in uerborum & ſententiarum exornationem diuiditur. Deinde ſubdit: Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione. ſententiarum exornatio eſt, quæ non in uerbis, ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem.

EXORO, as, pe. pr. {Impetrare pregando} (δυσωπέω, καταδυσωπέω, παραιτοῦμαι) orando induco, ſeu orando impetro. Terent. in Phor. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc. Cic. 8. Philip. Ante deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: ut nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Inuenitur etiã aliquãdo pro uehemẽter orare. Plaut. in Mil. Veneri pol habeo gratiam, Tandẽq; oro & quæſo, ut eius mihi ſit copia Quem amo, quemq; expetiſſo. Hinc deducitur uerbale Exorator, qui orando impetrat. Terẽt. in Prol Hecy. Orator ad uos uenio ornatu prologi, Sinite exorator ſim. Exoratus particip. Cic. pro Cluent. Poſt exoratus, initio per magnam pecuniam popoſcit.

EXORABILIS, le, {Placabile, da cui facilmente ſi ottiene quello che ſi adimanda} (εὐπαραίτητος) qui exorari poteſt, & a quo facile obtinemus quod petimus. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. Nam ſi implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin autẽ exorabiles, ſumma eſt leuitas: quę tamẽ (ut in malis) acerbitati anteponenda eſt. Huius contrarium eſt Inexorabilis. Horat. in Arte: Honoratũ ſi forte reponis Achillẽ, Impiger, iracũdus, inexorabilis, acer, Iura neget ſibi nata.

EXORS, tis, {Non partecipe} (ἀπόκληρος) extra ſortem, cui contrariũ eſt Cõſors, ὁμόκληρος. Verg. 5. Aen. Nam te uoluit rex magnus olympi Talibus auſpiciĳs exortem ducere honorem. Liu. 3. Bel. Pun. Vnum eſſe exortem Punicæ amicitiæ, fœderiſq; ſecũ facti. i. qui non eſſet particeps amicitiæ. Sic Exors culpæ, apud eundem lib. 2. Bel. Pun.

EXORSVS, us, & Exorſum, ſi, uide Exordium.

EXORTVS, us, uide Exorior.

EXORTIVVS, a, um, {Orientale} (ἀνατολικός) adiectiuũ idẽ quod orientalis. Plin. lib. 18. cap. 34. A' parte exortiua ſolſtitialẽ habebit exortum. i. orientẽ uerſus. Idẽ lib. 7. cap. 34. Negauerunt illi quẽquã nonaginta partium exortiuam menſuram (quod Anaphoras uocant) tráſgredi. De uarietate naſcendi loquitur exortiuam igitur menſuram, id eſt, eam, quę ortus noſtri ſpatium complectitur.

EXOS, exoſſis, {Senza oſſa} (ἄνοστος) ſine oſſe. Lucr. lib. 3. Exos et exanguis tumidos perfluctuat artus.

EXOSSO, as, {Diſoſſare, cauar l'oſſa} (ἐξοστεΐζω) oſſa detraho. Terẽ. in Adelp. Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper: ubi ego uenero exoſſabitur. Interdum ſignificat oſſa comminuere, uel confringere. Plau. in Amph. Exoſſatum eſſe oportet quem probe percuſſeris.

EXOSCVLOR, aris, {Baſciare molto} (καταφιλέω) multum & ex animo oſculor. Vide ſupra in uerbo ſimplici.

EXOSVS, a, um, {Che odia. che è odiato} (μισῶν) ferè actiue dicitur de eo, qui odio habet. Ver. 5 Aen. Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unũ Troianos, ſi quid pietas, &c. Accipitur aliquando & paſſiue, ut apud Gel. lib. 2. cap. 18. Eius Epicteti etiam de ſe ſcripti duo uerſus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes modo dĳs exoſos eſſe.

EXOTICVS, a, um p. c. {Foreſtiere} (ἐξωτικός) peregrinus, aduẽtitius. Plau. in Moſt. Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. hoc eſt, aliunde apportata. Dictum exoticum ab ἔξω Græca præpoſitione, quæ foras uel perègre ſignificat. Plau. Menæch. Iſtros, Hiſpanos, Maſſilienſes, Illyricos, Mare ſuperum omne, Græciamq; exoticam, Orasq; Italicas omnes ſumus circumuecti.

EXPALLEO, es, {Diuenir pallido} (ὠχριάω, ἐξωχριάω, χλωρὸς γίνομαι) pallidus ſum uel fio. Plin. Epiſt. 5. Expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper. Oui. 6. Metamor. Horruit infelix, totoq; expalluit ore.

EXPALLIO, expallias, expalliare {Leuar la ueſta, ſpogliare} palliũ auferre. Pla. in Caſ. Neq; quibus modis purgem ſcio me meæ uxoris expalliatus Sum miſer.

Expalleo,

EXPALPO, as, ἐκψηλαφάω. elicio, & quaſi palpationibus extorqueo. Plau. in Aul. Nunc ſeruus argentum à patre expalpabit.

EXPANDO, dis, di, ſum, {Spandere, aprire, ſpiegare} (ἐξαπλόω, ἐκπετάννυμι) extendo, aperio, explico. Colu. lib. 12. cap. 13. Hæ herbæ diligenter purgãtur, & ſub umbram expanduntur. Expandere dictis, explicare. Lucr. lib. 1. Et rerum naturam expandere dictis. Vnde Expãditor uerbale. Pli. in Paneg. Neq; enim ſolum uagus ille expanditor amnis intra uſurpata ſemper collium ſubſtitit, atq; hæſerat. Amnem expanditorem dixit, qui ſe extra alueum ſuum expandit, & effundit.

EXPANGO, is, ere, {Conſtituere} figere, ſeu conſtituere. Pli. lib. 2. cap. 26. Idẽq; auſus, rem etiam deo improbam, annumerare poſteris, ſtellas, ac ſydera ad normam expangere, organis excogitatis, per quæ ſingularum loca, & magnitudines ſignaret. Loquitur de Hipparcho.

EXPAPILLO, as, uſq; ad papillam denudo: unde brachium expapillatum dicitur, id eſt, exertum, inquit Feſtus. Plaut. Mil. idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

EXPATIOR, aris, {Paſſeggiare, ſpatiare, uagare} (παρεκβαίνω) aberro, uel latius egredior, quaſi ſpatium tranſeo. Ouid. 15. Metam. Ne tamẽ oblitus ad metam tendere longe Expatiemur equis.

EXPATRO, as, {Fornire} idem quod ſimplex patro, uel perficio Catul. in Cæſarem: Quid? an hæc ſiniſtra liberalitas parum expatrauit?

EXPAVEO, expaues, pen. cor. expaui pen. pro ſiue Expaueſco, is, {Spaſimarſi} (περιφοβοῦμαι) terreri. Liu. 6. ab urb. Cum ad id, moris eius inſueta, expauiſſet minor Fabia, riſui ſorori fuit.

EXPATO, as, pe. cor. in locum patẽtem me do, ut interpretatur Feſtus, uel in ſpatium me confero. Pacuuius: Expatant ſe omnes, publiceq; oſtendunt.

EXPECTO, as, {Aſpettare, attendere} (περιμένω, ἀναμένω, προσδέχομαι) maneo, opperior: ab Ex & Specto. Solemus enim aliquid expectãtes, ſępius exſpicere, an ne ueniat. Cic. de Amic. Amicorũ cauſa honeſta faciamus: ne expectemus quidem, dum rogemur. Teren. in Phorm. Senem quoad expectatis ueſtrũ? Ponitur pro deſiderare, quoniam quæ deſideramus, cum uoluptate aſpicimus. ποθέω. Cic. 14 Philip. Antè uero quã ea res, quam auidiſſime ciuitas expectat, allata ſit, lætitię, &c. Terẽ. in And. Expecto, quid uelis. Id eſt, deſidero ſcire, quid uelis. Item pro ſperare, προσδοκᾶν. Verg. lib. 1. Georg. — Sed illos Expectata ſeges uacuis eluſit ariſtis. Expectare, metuere. Ci. de Amic. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, nõ libet augurari. Expectatio, (πόθος, πόθημα) deſiderium: ut, Mouere expectationem, pro excitare deſiderium. Cic. ad Att. li. 2. Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Vincere expectationẽ omniũ, hoc eſt, opinionem & exiſtimationem ſuperare, Ci. 7. in Verrem. Expectatus, nomen ex participio, cupitus, deſideratus. Cic. Tiro. lib. 16. Nemo nos amat, qui te nõ diligat: charus omnibus, expectatusq; uenies. Idem: Nihil unquam expectatius fuit. Idem Planco lib. 10. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatiſſimæ literæ perferrentur. Expectatus etiã pro odioſo. ut, Expectati parentes, inquit Donatus, dicuntur, malæ uitæ & odio digni quorũ mors in dies ſingulos expectanda ſit. Teren. in Adel. — Si eſſes homo, Sineres nunc facere, dum per ætatem licet Potius, quam ubi te expectatũ eieciſſet foras.

EXPECTORO, ras, pen. cor. {Spettorare, mandar fuori del petto} (ἀποστηθίζω) extra pectus elicio. Cice. lib. 3. de Orat. Tum pauor mihi ſapientiam omnẽ examinato expectorat.

EXPECVLATI, ſerui à Plauto dicuntur, qui peculio ſunt exhauſti.

EXPEDIO, dis, pen. cor. (Spedire ſinire, ſcioglieere) (ἀπολύω, ὑπολύω) extrico, libero, & quaſi pedum ligamenta diſſoluo. Sil. it. li. 3. hiſto. Inermes armat, impeditos expedit. Aliquando ponitur pro explico, ἀπαλλάττω. Teren. And. — Viden'ne tuis conſiliis Miſerum impeditum eſſe? D. At iam expediam. Aliquando pro extra fero, profero. Verg. 1. Aenei. Cerereműq; caniſtria Expediunt. Expedire uirgas. i. proferre. Cice. 7. Verr. Cum repente hominem proripi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, & uirgas expediri iubet. Aliquando pro extollo. Idem 12. Aen. Tum uero augurium Rutuli clamore ſalutant. Expediuntq; manus. Expedire item eſt, utile, ſeu bonũ, ac neceſſariũ eſſe, συμφέρειν ſed hoc tantum in tertia perſona ſingularis uel pluralis numeri. Terẽ. in Heaut. Expedit bonas eſſe uobis. Eſt etiam euentum habere, ἀποβαίνειν. Plaut. in Amph. Nequiter penè expediuit.

EXPEDITVS, a, um, nomen ex participio, {Spedito, pronto} (ἕτοιμος) promptus, paratus, accinctus, nullis impedimentis oneratus. Cice. pro Milo. Fit ei obuiam Clodius, expeditus in equo nulla Rheda, nullis impedimentis. Expedita cœna, breuis, & ſuccincta, apud Pli. in Epiſt. Expeditũ iter, Cic. ad Atti. lib. 16. Omnibus copiis te amplector, ut ad me iter expeditum tibi ſit. Expeditum, hoc eſt, facilis, nihilq; habens impedimenti, aut obſtaculi. Idem de Amic. Reditus in cœlum optimo cuiq; expeditiſſimus eſt. Expeditior labor, facilior, apud Colu. li. 2. cap. 4. Expediti milites, dicuntur leuioris armaturæ, & ſine impedimentis, γυμνῆτες, εὔζωνοι, ἐξαρμαι. Sall. Iugur. Legionem cum qua hyemabat, & quã plurimos poteſt, Numidas equites pariter cum occaſu ſolis expeditos educit. Expedita legio, Expeditus exercitus, Expedita ſubſidia, in quibus milites ſunt leuis armaturæ, & qui facile huc illuc perducuntur. Liu. 4. Bel. Pun. Cum legione expedita profectus. Cic. ad Catonem lib. 14. Epiſt. Cum aduesperaſceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut, &c.

EXPEDITE. aduerbium, {Facilmente, ſpeditamente} (ῥᾳδίως, εὐζώνως) celeriter, facile. Cic. 2. de Inuent. Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quæ propoſuimus breui nominabuntur. Col. li. 2. ca. 10. Et ſine uento purgari expeditiſſime ſic poterit.

EXPEDITIO, onis, {Eſpeditione, ſpaccio} (ἐκβολὴ στρατείου) uocatur, cum exeunt milites ad bellũ, quod expediat Rẽp. aut ſe à cæteris negotiis. Curtius: Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Et ſuſcipere expeditionem, ἐπιστρατεύειν.

EXPELLO, lis, expuli, {Cacciar fuori, ſcacciare} (ἐξωθέω, ἐκβάλλω) eiicio. Hora. 2. Epiſt. 2. Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Expulſio, onis, ἐκβολή. Ci. Parad. Quis expulſiones uicinorum, quis latrocinia in agris, &c.

EXPENDO, dis, di, ſum, {Miſurare à peſo, peſare} (σταθμάομαι) pondero. Pla. in Aſina. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? At pol ego qui te expẽdi ſcio, nudus uinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Quandoq; ſignificat exacte examino, conſidero, λογίζομαι, ἐξετάζω. Cic. lib. 1. Offi. Quæ contẽplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat ſui, eademq; moderari. Quandoq; luere, exoluere, ἐκτίνειν. Verg. 2. Aene. Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. i. perſoluiſſe. Sic expendere pœnas ſcelerum. Verg. 11. Aene. Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes. Aliquãdo idem eſt quod erogo, conſumo, ἀναλίσκω, καταβάλλω. Vnde Expenſa uocamus in rationibus, id eſt, in uſum aliquem erogata: de quibus paulo poſt. Expenſus, particip. ponderatus: ut, Aurum expenſum. Cic. pro Flac.

EXPENSA, æ, & Expenſum. ſi, {Eſpeſa} (δαπάνη) ſumptus: hoc eſt, quod in uſum aliquem erogatur. Plau. in Truc. Vſuraria accepiat illico expenſa. Expenſum ferre, eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe, ut ſcribit Aſconius: ut cum per ſingula expenſi nomina ſummam quandam expẽſam aſcribimus. Nomina autem uocantur in rationibus, quos nunc Articulos dicimus. Ci. 3. Ver. Homo ſtultiſſime & amentiſſime, tabulas cum conficeres, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neq; in tuas tabulas ullum nomen referres? Neq; ſolum de pecunia, ſed etiam de aliis rebus dicitur. Cælius Cic. Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit Cæſari Pompeius. Iabolenus de Supell. leg. l. Qui ueſtem communem omnem, & res plurium generum ſupellectilis nomine expenſam ferre ſolitus erat.

EXPERGISCO, is, & Expergefacio, & Expergifico, actiuam ſignificationem habent, {Eccitare, ſuegliare, deſtare.} (ἀφυπνίζω, ἐγείρω) pro excitare. Pl. lib. 22. ca. 3. Vrtica letargicos expergiſcit tactis cruribus, magisq; fronte. Sic enim legit Perottus, & Perottum ſecutus Calepinus: quanquam bona pars exemplarium, quę hodie in manibus uerſantur, Expergiſci, modo infinito legendum oſtendũt ut dependeat à Cogit, ſuperioris clauſulæ uerbo: ut ſit ſenſus, Vrtica cogit expergiſci, &c. Aul. Gell. Ingenio expergificando ratus idoneas. Plau. Cinc. Magnum flagitium probrumq; expergefacis Phædrome. Cic. ad Heren. lib. 4. Terrore ſubito expergefacit Italiam tumultus. Experge te facias. dixit Cic. ἐπεγεῖραι, pro eo quod, expergefacias te. Expergiſcor autem paſſiuam habet ſignificationem, quemadmodum Expergeſio, aut certe neutralem abſolutam.

Cicero: Expergiſcimini aliquando, atq; exurgite. Ab Expergiſcor fit Experrectus, ſecundum Diomedem: Expergitus autem ab Expergor: & Expergefactus ab Expergefio. F. ſtus ita diſtinguit, ut Experrectus ſit, qui per ſe euigilare cœpit: Expergitus, ab alio excitatus quem ſolemus dicere expergefactum. Legitur & Expergiſco, neutrum abſolutum pro Expergiſcor. Pomponius Agamemnone ſuppoſito: ut citat Nonius: Ne quis miraretur, cum tam clare tonuerit, ut ſi quis dormitaret, expergiſceret.

EXPERGEFACIO, cis, (ἀφυπνίζω) excito è ſomno. Ci. 6. Verr. Si forte expergefaceret te poſſes, Auctor ad Heren. lib. 4. Italiam tumultus hic expergefecit metu ſubito.

EXPERGO, gis, rexi, rectum, {Sueghare, eccitare dal ſonno} (διυπνίζω, διεγείρω) quaſi exporrigo, à ſomno excito. Accius in Antig. Heua uigiles properate, expergite pectora tarda ſopore, exurgite. Hinc fit participium, Experrectus, ut quibuſdam placet: quanquã rectius uidetur ſenſiſſe Diomedes, qui hoc à uerbo Expergiſcor deduci maluit: cuius etiam ſignificationem retinet. Experrectus enim dicitur, teſte Feſto, qui ſponte euigilauit. Cic. 1. de Diui. Cũ autem experrectus eſſes hora ſecunda ferè, &c. Experrectus. nomen: ut, Experrecta nobilitas. Cic. pro. Sex. Roſc. Idcircò'ne experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. recuperauit, &c. Col. lib. 9. cap. 7. Vt apricum habeant apes matutinum egreſſum, & ſint experrectiores. Expergor paſſiuum. Lucr. lib. 5. Expergi quo poſſit uis animæ. Huius participium eſt Expergitus. p. c. Lucr. lib. 3. Nec quiſquam expergitus extat, Frigida quem ſemel eſt uitai pauſa ſecuta.

EXPERGO, gis, experſi, experſum, {Aſpergere, bagnare, ſpruzzare} (διαβρέχω, διυγραίνω, βρέχω) compoſitum à Spargo, idem eſt quod madefacio, ut docet Seruius in illud Verg. 3. Aen. Sanieq; experſa natarent Limina.

EXPERIENTIA, {Eſperienza} (ἐμπειρία, ἀπόπειρα) cognitio nullo docente per uſum reperta, et propriè ſingularium: Ars uero uniuerſaliũ, ut ait Ariſto. 1. Meta. Mani. lib. 1. Per uarios uſus artem experientia fecit, Exemplo mõſtrante uiam.

EXPERIOR, riris, expertus, {Prouare, fare eſperienza} (ἀποπειράω, πειρῶμαι, πειρῶμαι) ſignificat probare, & tentare, ac periculum facere: à peritia deriuatum. Cic. Att. lib. 7. Itaq; omnia experiar: & ut ſpero, aſſequar. Ab Experior fit Experiens, nomen ex participio. Hom. 1. Epiſto. Et decus & pretium rectè petit experiens uir. Item Expertus, quod ferè actiuè accipitur. Senec. in Thyeſte: Venenum in auro bibitur: loquor expertus. Aliquando etiam paſſiue. Pl. li. 16. ca. 13. Experta prodimus. hoc eſt, uſu cognita. Hinc fit compoſitum Inexpertus, (ἀπείρατος, ἀπείρατος) intentatus. Verg. 4. Aenei. Nequid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Eſt etiam Experiri, actionem intendere in iudicio, ἀγωνίζεσθαι, δίκην λαγχάνειν. Vlpia. l. Prætor ait. ff Vi bono. rapt. In eum in anno, quo primum experiẽdi poteſtas fuit, in duplum, poſt annum, in ſimplũ actionem dabo.

EXPERIENS, entis, nomen ex participio: uide in uerbo Experior.

EXPERIMENTVM, ti, {Proua, ſperienza} (ἀπόπειρα) idem quod experientia. Quin. lib. 3. cap. 8. Quia faciliime ad conſentiẽdum homines ducuntur experimentis.

EXPERS, tis, {Senza parte, non partecipe} (ἄμοιρος) idem fere quod carens, ſeu uacuus, quiq; rei alicuius nullam habet partem. Cic. 2. de Orat. Antonium omnino omnis eruditionis expertẽ atq; ignarum fuiſſe. Plau. in Amph. Diuex operis, & laboris expers. Cic. 6. Verr. His quidem temporibus in omni orbe terrarũ uacui, expertes, ſoluti, ac liberi fuerunt ab omni ſumptuum moleſtia. Apuleius Homo rudis omnium bonarum artium expers. Sic expers doloris, qui nõ ſentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucẽ. Iungitur etiam abla. Plau. Perſa Ea res me domo expertem facit. Id eſt, me abeſſe domo facit. Sallu. in Cat. Neq; quo periculum aliis faceremus: ſed uti corpora noſtra ab iniuria tuta forent, qui miſeri, egentes, uiolentia atq; crudelitate fœneratorum pleriq; patria, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus.

EXPES, {Senza ſperanza, diſperato} (ἄελπις) ſpe omni deſtitutus: ab Ex, & Spes, ſed s, abiicitur. Hora. in Art. Poet. Quid hoc, ſi fractis enatat expes Nauibus, ære dato qui pingitur.

EXPETO, is, p. c. {Deſiderare ardamente} (ἐφίεμαι) auide cupio, Ci. 2. Offi.

Expetuntur diuitiæ cum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uolupta tes. Expetere pœnas ab aliquo. Cic. pro lege Mani. Vt mihi quidem uidean tur dij immortales etiamſi pœnas à popu. Rom. ob aliquod delictum expeti uerint, &c. Expetere preces à deo, pro, precari deum. Plau. Rud. Qui ſunt, qui à patrona preces mea expetentes ſunt? Supplicium expetere. Liu. 6. Bel. Pun. Tanta auiditas ſupplicij expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. Accipitur aliquando Expetere, pro euenire, ſicut Appetere, pro aduentare. Plau. in Amphi. Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.

EXPETISCO, is, ere, {*Deſiderare grandemente, bramare*}(ἐφίεσθαι) uehemẽter deſiderare. Plau. in Mil. A' luculenta, atq; feſtiua fœmina, Quæ te amat, tũ quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.

EXPETESSO, is, ere, {*Chiedere, deſiderare, dimandare*}(ἐπιθυμεῖν) idẽ qđ petere, ſiue deſiderare. Pla. in Trin. Sed hoc non liquet, Nec ſatis cogitatũ, utrã potius harum mihi artem expeteſſam. Idem in Aſina. Vltro amas, ultro expeteſſis, ultro ad te accerſi iubes.

EXPICIO, (cuius frequentatiuum eſt Expecto) ab Ex præpoſitione, & Specio inuſitato uerbo.

EXPILO, las, pen. prod. {*Fraudare, ingannare, rubbare*}(περισυλάω) diripio, deprædor, furtiue fraudo: à Græco πιλῶ, i. cõplano, q; qui e domo ſuppellectilẽ detrahunt, æquare ac cõplanare omnia uideantur. Inde apud Iuriſcon. titulus eſt de crimine expilatæ hæreditatis: cuius criminis conuicti, extra ordinarie ſolent coerceri. Cic. in Parti. Si ſocios ſpolias ærarium expilas. Oui. lib. 3. Meta. Expilatq; genis oculos. Expilatus, particip. Cic. 3. de Ora. Quæ quoniã aliunde non poſſumus, ſumenda ſunt nobis ab ijs ipſis, à quibus expilati ſumus. Expilatio, onis, Ci. 3. Offi. Tanta ſublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; ſociorum. Expilator, oris, fur, deprædator, direptor. Ci. ad Q. fra. lib. 1. Cũ urbs cuſtodem, non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe uideatur. Expilatus (inquit Aſconius Pædianus) ſunt fures atrociores, qui ne pilũ quidẽ relinquunt in corpore ſpoliatorum. Innuens nimirum Expilatores à pilis euellẽdis dictos. Cui tamen ſententiæ refragatur pi, ſyllabæ quantitas, quæ in uerbis Expilo, & compilo producitur, cum in nomine Pilus corripiatur.

EXPINGO, is, {*Dipingere*}(ἐκγράφω, ἐκτυπόω) idem quod pingo. Cice. 5. Tuſc. Qui motus hominum, qui feriarum cum ita expictus eſt, ut quæ ipſe non uiderit, nos ut uideremus effecerit. Pli. lib. 33. cap. 7. Quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi.

EXPIO, as, are, {*Purgare, mondare, nettare, Pet. Che purga ogni penſier ch'el cor afflige*}(καθαίρω, ἀφοσιόω, ἀποδιοπομπέομαι) purgare, & mundum ac purum facere. Liui. lib. 1. ab Vrb. Itaq; ut cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Expiare ſcelera. i. punire. Cic. in Piſ. Tua ſcelera dij immortales in noſtros milites expiauerunt. i. propter te afflixerunt noſtros. Sall. de Rep. conſt. ad Cæſarem: Neq; barbaro ritu cæde cædem, & ſanguine ſanguinem expiandum. Expiatus, participiũ. Ci. 1. Phil. Quem potes recordari in uita tibi illuxiſſe diẽ lætiorẽ, q̃ cum expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, &c. Expiatio, onis, ἀγνισμός. Cicer. 1. de Legib. At uero ſcelerum in homines atq; impietatũ nulla expiatio eſt.

Expiabilis, le, (εὐκάθαρτος) purgabilis & facilis expiatu: ut, Expiabilis religio, apud Cic. 4. Tuſc. Bellum expiabile. Idem Ci. 13. Phil. Sed hoc primum uidendum eſt patres conſcripti, cum omnibus ne pax eſſe poſſit: an ſit aliquod bellum expiabile, in quo pacto pacis lex ſit ſeruitutis. Id eſt, neceſſarium, & expiãdi gratia ſuſceptum piaculo admiſſo. Budæus. Expiamentum, ti, idẽ quod expiatio. Expiationis autem necis humanæ ab imprudentibus admiſſæ exemplũ uidere licet apud Herodotum lib. 1. quo in loco Crœſi meminit nuptias filij ſui celebrantis. Cum autem (inquit) filij nuptias Crœſus in manibus haberet, aduenit. Sardeis quidã calamitate præditus, manibusq; impuris, natione Phryx. Hic cum ad Crœſi ædeis acceſſiſſet, gentilicq; uiſitato ritu q; patrio poſtulaſſet, ſibi ut liceret expiamenti optati compotem eſſe, Crœſus eum expiauit. Budæus.

EXPIRO, as, are, p. p. {*Spirare, morire, mandare fuora il fiato, Pet. Che ben muor chi morendo eſce di doglia*}(ἐκπνέω) ſpiritum emitto, efflo. Luc. li. 3. Expirans animã pulmonibus æger agebat. Aliquando per ſe poſitum eſt: ut, Expirauit: id eſt, mortuus eſt, ἐξέπνευσε. Liu. 2. ab Vrb. Inter primam curationem expirauit. Ponitur aliquando tranſlate. Pli. in Paneg. Ita uero quæ ciuitas quinquies, atq; etiam ſexies Conſules uidit, non illos, qui expirante iam libertate, per uim ac tumultum creabantur. Hoc eſt, declinante libertate, ac peſſum eunte.

Expirans, participium. Luc. lib. 2. Sanguinis expirans calidum ex pectore flumen. Expiratio, onis ἐκπνοή. Cic. 2. de Nat. Deo. Eiuſdemq; expirationibus aer alitur & æther, & omnia ſupera.

EXPISCOR, expiſcaris, {*Peſcare, inueſtigare, guadagnare*}(ἐξιχνεύομαι, ἀγρεύω) indago, percontor, diligenter inquiro: tranſlatione à piſcatoribus tracta, qui piſcium latebras diligenter perſcrutantur. Teren. in Phorm. Perinde expiſcare, quaſi non noris. Quandoq; lucrifacio, elicio, θηρᾶν. Plau. Tandemq; ne ſcio quid ab eo expiſcatus.

EXPISSO, as, are, {*Speſſire*}(συμπήγνυμι) ſpiſſum facere. Pli. li. 25. ca. 13. Semine trito expreſſus, & ſole denſatus in paſtillos, necat ſanguinem expiſſando. Idem lib. 20. cap. 7. Expiſſatum lac.

EXPLANO, as, p. p. {*Spianare, dechiarare, manifeſtare*}(καταλειόω, διασαφηνίζω) planum facio: ut, Explanatus in denos pedes cortex apud Pli. li. 16. ca. 8.

Explanare etiam eſt declarare, manifeſtare, exponere. σαφηνίζειν, διασαφεῖν. Teren. in Phorm. Quem amicum tuum ait fuiſſe iſtum? explana mihi. Sallu. in Catil. De cuius moribus hominis pauca prius explananda ſunt, q̃ initium narrãdi faciam. Explanari paſſiuum. Cic. 1. Acad. Poſt argumentis, & quaſi rerũ notis ducibus utebantur ad probandum & concludendum id quod explanari uolebant. Explanatus participium. Cice. 1. Acad. In lingua etiam explanatam uocũ impreſſionẽ ponebant. Explanate, aduerb. aperte. σαφῶς, δήλως. Ci. in Ora. Erit igitur hæc facultas in eo, quem uolumus eſſe eloquentem, ut definire rem poſſit: neq; id faciat tam preſſe & anguſtæ, q̃ in illis eruditiſſimis diſputationibus fieri ſolet: ſed cum explanatius, tum etiam uberius, & ad commune iudicium popularemq; intelligentiam accommodatius. Explanator oris, qui interpretatur & exponit. Ci. 2. de Diui. Sunt enim explanatores, ut Grammatici poẽtarum. Explanatio, onis, δήλωσις. Cic. 1. de Diui. Item igitur ſomnijs, uaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. Explanatio item figura eſt Rhetorum, de qua uide auctorem ad Heren. lib. 4.

EXPLANTO, as, are, {*Spiantare, ſuellere le piante*}(ἀποφυτεύω) plãtas euello. Col. lib. 4. cap. 14. Pampini ſe capreolis illigent ſuis, ne uentis explantentur.

EXPLENDESCO, is, ere. {*Riſplendere*}(ἐκφαίνομαι) luceo, emineo. Suet. in Tit. Veſpa. cap. 3. In puero ſtatim corporis animiq; dotes explenduerunt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

EXPLEO, ples, {*Satiare, empire, compire*}(ἐμπίπλημι, ἀναπληρόω) impleo, exatio. Cic. de Cla. Orat. Neque infricias uerba, quaſi rimas expleat. Verg. lib. 4. Geor. Improbus ingluuiem ranisq; loquacibus explet. Sallu. Neq; prius Iugurthæ finis fuit, q̃ Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit. Interdũ compleo, perficio: Verg. 6. Aen. Diſcedam, explebo, numerum, reddarq; tenebris. Interdum cõſolor. Ter. in Heau. Hem tot meis ſolius ſolus ſunt cauſa, ut me unum expleant. Interdum exonero: nam Ex, quandoq; priuatiua eſt. Ennius: Nauibus explebant ſeſe, terraſq; replebant. Vide Seruium. Explere animum curis, pro Exonerare. Teren. in Hecy. Exple animum, teq; hoc crimine expedi. Explere animum pro ſatiſfacere animo Ter. in And. Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui, animum ut expleret ſuum, expletus participium. Cicer. 2. de Fin. Habes undiq; expletam, & perfectam Torquate formam honeſtatis. Expletio, onis, ἐκπλήρωσις. Cic. 5. de Fin. In eaq; expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere.

Explementum, ti, ἐκπλήρωμα. Senec. Epiſ. 111. Si ſcieris cacumina arboris explementum eſſe uentris. Explebilis, le, quod expleri poteſt. Cic. 4. Tuſc. Indigentia, libido explebilis.

EXPLENVNT, pro explẽt, ſcripſerunt ueteres, ut annotauit Feſtus Põpeius.

EXPLICO, as, explicui, & explicaui, explicitum, & explicatum, {*Diſuolgere, ſpiegare. Pet. In te ſpiega fortuna ogni ſua pompa*}(διαπλόω) ſignificat extendere, atq; euoluere, & proprie de ijs rebus dicitur, quæ plicis inuolutæ ſunt: ut, Explicare ueſtes, Cic. Explicare uelum. Plau. Explicare plagas, Martia. Dicitur & de alijs rebus. Verg. 2. Geor. Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes. Mart. de pauone. Miraris quoties gemmantes explicat alas. Ouid. Atq; explicat enſem. Explicare aciem, ſiue ordines, ſiue agmen, dicuntur Imperatores, cum milites ſuos in patentẽ locum exponunt ad concertationẽ ineundã. Liu. 3. ab Vrb. Planitiem in medio non patuis modo excurſionibus ad prælia, ſed ad explicandas utrinq; acies ſuis amplam habebant. Explicare literas, ſiue epiſtolam, pro aperire, & clauſam reſerare, apud Cic. ad Q. Frat. Explicatã eſſe urbem in plano loco, pro diſpoſitã eſſe, & deſcriptam. Explicare & diffun'ere umbram, i. reddere. Mart. Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras. Explicare negotium aliquod, ſiue mandatum, pro abſoluere, expedire, exequi. Explicare ſe laqueis, & periculis, pro liberare. Explicare annonã, hoc eſt, ampliare, & faciliorẽ reddere. Cæſ. lib. 2. Bel. Gal. Legiones quas tã decimã & ſcitã ex hybernis ab Arari educit, quas ibi explicandæ rei frumentariæ cauſa relictas ſuperiore Cõmentario demonſtrauimus. Id eſt, ut per eos faciliorẽ haberent rẽ frumentariã. Transfertur ẽt ad res obſcuras & difficiles, et pro explanare, atq; clarius reddere, ponitur. Cic. ad Att. 13. Quòd me hortaris, ut eos dies cõſumã in Philoſophia explicãda. Id eſt, in ſcribendo aliquid planius in philoſophia. Ad eundẽ li. 10. Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis. Hinc deducuntur, Explicatio uerbale, explicandi actus: ut, Rudentis explicatio, Cic. 2. de Diui. Explicatio, declaratio, δήλωσις. Ci. 3. de Fin. Multaq; ad ea quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit. Explicatus, us, aliud uerbale eiuſdẽ ſignificationis. Ci. de Nat deo. 3. Quibus nõ uulgari in curſu gradus. ſed mollis alterno ciuium explicatu glomeratio. Idem: Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non ut eã tollerem. ſed ut intelligeretis, q̃ eſſet obſcura, et q̃ difficiles explicatus haberet. Inde ẽt explicabilis, le: ut, Explicabilis menſura. Pli. lib. 4. ca. 13. Toto aũt hoc mari ad Scaldim uſq; fluuium Germanicæ accolunt gẽtes, haud explicabili menſura. Explicate, aduerb. pro clare & aperte, δηλῶς, σαφῶς, Ci. 3. de Ora qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, & rebus & uerbis dicunt. Explicitus. p. c. partic Cic. Att. lib. 9. Quãquã à te eius quoque rei iuſta defenſio eſt explicita. Hoc, eſt explicata, et explanata.

Explicitus liber, pro abſoluto. Mart. lib. 14. Quo uis cũq; loco potes hunc finire libellum, Verſibus explicitum eſt omne duobus opus. Explicitius, comparatiuum ab Explicitus. Cæſ. 1. Bel. Ciu. Sed ex propoſitis conſilijs duobus, explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti. Explicator, toris, qui aliquid explicat, aut exponit Cic. in Orat. At laudatus eſt ab omnibus fateor: ſed ita ut rerum explicator, prudẽs, ſeuerus, grauis. non ut in iudicijs uerſaret cauſas, ſed ut in hiſtorijs bella narraret. Explicatrix, fœmi. gen. ut, Explicatrix orationis perpetuæ eſt, uis dicendi. Cic. 5. Acad.

EXPLODO, explodis, p. p. {*Cacciare uia con ſtrepito*}(ἐκκροτέω) explosi, explosum, ab Ex, & Plodo, ſignificat cum ſono eiicio, quod fit cum rem quæ nõ placuit, clamore, & geſtu, ac ſtrepitu damnamus. Cic. 2. De Diu. Sed hoc genus diuinationis uita iam communis exploſit.

EXPLORO, exploras, pe pr. {*Gridare, cercare con diligenza*}(ἀποδύρομαι) antiqui utebantur pro exclamo, ſiue eiulo. Varro: Gemit, explorat, turbam oẽm cõcitat. Feſtus Pompeius, Exploro antiqui pro exclamare uſi ſunt, ſed poſtea proſpicere, & certum cognoſcere, cœpit ſignificare, & ſagaciter inquirere. ἀνερευνᾶν, κατασκοπεῖν. Verg. lib. 1. Aeneid. Vt primum lux alma data eſt, exire locoſq; Explorare nouos, quas uento acceſſerit oras, Quærere conſtituit. Hinc Exploratores, (σκοποί, κατάσκοποι) dicti ſunt. Pli. lib. 10. ca. 9. Scribit in rectis ad duces exploratores. Interdum idem eſt quod obſeruare. Verg. 9. Aene. Nec non & trepidi Troes formidine poſtas explorant. Interdum deliberare, σκέπτεσθαι. Verg. 1. Aene. Tuus ô regina quod optas Explorare labor. Interdum ſiccare. Idẽ lib. 4. Geor. Et ſuſpenſis focis explorat robora fumus. Exploratus, nomẽ ex participio, ſignificat certum. ut, Explorata ſalus, cuius contrarium: Salus deplorata. Cic. ad Appi. Vt conſolarer forte uirum atq; ſapientẽ, q̃ ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderẽ &c. Exploratum eſt mihi, uel Exploratum habeo. i. certo ſcio, liquido noui. Ci. de Senect. Quis eſt tã ſtultus, quãuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad ueſperam uſq; eſſe uicturum? Idem Att. Quid enim exploratius eſſe poſſit, q̃ illius animus in Remp. Idẽ poſt reditum: Cũ mihi eſſet Exploratiſſimum P. Lentulum proximo anno, Cõſulem futurũ? Idẽ Att. Cæſarem hoc idem probaturum exploratum habeo. Explorate aduerbium, hoc eſt, certo, Ci. ad Q. Fra. Hæc ita ſentio, iudico, ad te explorate ſcribo.

Explorato,

Explorato, ablatiuus participij abſolute poſitus, Tacitus li. 18. Et explorato iſ profectos amicos, noctem quietam, utq; affirmatur, nõ inſomnẽ egit. Id eſt, poſt quam exploratum eſt illi & cognitum.

EXPOLIO, as, are, {*Spogliare*} (ἀποδύω, [illegible]) idem quod ſimplex ſpoliare. Cic. pro Deiot. Quo tum erga te rex animo ſuit, qui auctionatus ſit, ſeq; & filium ſuum expoliare maluerit, tibi pecuniam non ſubminiſtrare? Expoliare honorem & dignitatem Cæſaris, Cæſar. 8. Bel. Gal.

EXPOLIO, lis, lire, {*Polire, adornare*} (καταλαμπρύνειν, [illegible]) exornare, abſoluere, extremam manum imponere. Plau. in Milit. Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas. Cic. de Inuent. libr. 2. Nihil ſimplex in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Expolitus, particip. Pictum atq; expolitum orationis genus Dens expolitior, Cat. Libellus pumice expolitus, Idem. Expolitio, tionis. Cic. ad Q. Fra. Vrbanam expolitionẽ urget ille quidem & Philotimus. &c.

EXPONO, nis, nere, pen. pro. ab Ex, & Pono, {*Mettere fuori, dichiarare*} (ἐκτίθεμαι) emittere, & quaſi extra ponere. ut, Exponere uaſa, Cice. Exponere in ſole fornum, ut ſiccescat. Col. Exponere in terram copias, Liui. Exponere ex nauibus milites, Cæſ. Et Verg. 11. Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. Plau. in Truc. Nunc ego iſtos mundulos, urbanos amaſios Hoc ictu exponam. Aliquando ſignificat abijcere, & ſorti ac fortunæ committere. Vnde infantes abiecti & commiſſi fortunæ, Expoſiti dicuntur. Teren. in Heaut. Cũ exponendam do illi, de digito anulum detraho, & cum dico, ut una cum puella exponeret. Liu. 1. ab Vrb. In proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Plin. iunior, epiſtola omnibus commendationibus deſtituta, malignitati interpretantium exponitur. Cic. 3. Verr. Cum tibi expoſita eſſet omnis Pamphylia ad prædandam. Aliquando ſignificat declarare, explicare, interpretari. ἐξηγεῖσθαι, δηλοῦν, φράζειν, Ci. 1. Philip. Antequam de Repub. ſcribam, P. C. exponam uobis breuiter conſilium profectionis, & reuerſionis meæ. Ponitur etiam interdum pro expẽdo, καταβάλλω, Solinus Cũ magnam is pecuniam expoſuiſſet.

EXPOPVLOR, aris, {*Depredare*} (διαρπάζομαι) idem quod ſimplex Populor. Hinc uerbale Expopulatio, onis. Col. li. 3. cap. 2. Pluuijs, uentisq;, & apibus afferunt prędã: quarũ uocabulo propter hãc expopulationẽ cognominant.

EXPORRIGO, is, uel per ſyncopẽ Expergo {*Sporgere*} (παραφαίνομαι) ſignificat extendere, quaſi porro agere. Hirc. 5. Bel. Afri. Poſtero die eorum aciẽ prorius inſtituit exporrigere munitiones. Exporrigere frontem, eſt hilaſcere, ſicut Cõtrahere frontẽ, eſt ringi. Teren. in Adel. Da te hodie mihi exporrige frontẽ.

EXPORTO, as, are, {*Portar fuori*} (ἐκφορέω) extra portare, auferre. Cice. 6. Ver. Per iſtos quæ uolebat, in nauem clàm imponenda, occulte exportanda curabat. Exportare ex oppido, Ci. 6. Verr. Ex prouincia ſecum exportare, Idẽ 7. Verr. Exportatio, onis. Cic. 2. Offi. Iam uero earũ rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, inuectio, certe nulla eſſet. Exportatio, pro exilio: Sene. de Tranquil. uitæ: Quæ dignitas, cuius non prętextã, & augurale, & loca patritia comitentur, & ſordes, & exportatio, &c.

EXPOSCO, is, {*Dimandare con iſtanza*} (ἐξαιτέω) eſt enixe, & cum inſtantia aliquid peto. Verg. 3. Aen. Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacẽ. Expoſcere, uel Depoſcere aliquem, eſt petere eum ad pœnam dedi. Liu. 8. Bel. Mace. Legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores defectionis. Expoſcit audire. Verg. 4. Aen. Iliacosq; iterum demens audire labores. Expoſcit.

EXPOSITIO, onis, {*Eſpoſitione*} (ἐξήγησις) idem quod explicatio. Auctor ad Heren. li. 1. Narratio de ſuſoris breuẽ & ſimplicẽ expoſitionẽ habere debet.

EXPOSTVLO, las, pe. cor. {*Dimandare con iſtanza, lamentarſi*} (ἐξαιτέω) uehementer peto Ci. pro Qu. Roſ. Vix medius fidius, tu Fanni hoc à Ballione expoſtulare auderes. Sæpius tamen accipitur pro conqueror cum eo ipſo qui fecit iniuriam, & cum querela amico inſto, & quaſi officiũ amicitiæ deſidero, ἐγκαλῶ, διαλογίζομαι. Teren. in Adel. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominũ numero, qui ita putant Sibi fieri iniuriam: ultro ſi quã fecere ipſi, expoſtulãt, Et ultro accuſant. Habet autem ferè poſt ſe ablatiuum perſonæ mediante præpoſitione Cum, aut (quod perinde exiſtimari debet) has particulas Mecum, Tecũ, Secum, Nobiſcum, Vobiſcum. Cic. lib. 1. Epiſt. Sed locus alienus uidetur tecum expoſtulandi. Nonnunquam præter hunc ablatiuum perſonæ, habet & ablatiuũ rei, de qua quis expoſtulat, idq; mediante præpoſitione De. C. Metel. Cel. leuis & facilis a te exiſtimari debeo, qui mihi tecum de his ipſis rebus expoſtulem. Loco cuius tamen ablatiui nonnunquam legitur accuſatiuus dependens a præpoſitione Ob, uel Propter ſubaudita: quod frequens eſt apud Comicos. Tere. in And. Sed quid agam? Adeam'ne, & cum eo iniuriam hanc expoſtulẽ? Hoc eſt, propter hanc iniuriam. Hinc uerbale Expoſtulatio, (ἔγκλησις, μέμψις) querela aduerſus illum ipſum, qui peccauerit. Ci. ad Quin. Frat. lib. 2. Fuere nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio. Expoſtulator, (ἐγκληματικός) qui expoſtulat.

EXPOTVS, ueteres dixerunt pro Epotus. Plau. in Trin. Quid factum eſt eo? S. Comeſum, Expotum, exutum, elotum in balneis.

EXPRIMO, mis, pen. corr. {*Eſprimere*} (ἐκθλίβω, ἐκπιέζω, ἐκθλίζομαι) premendo extraho, & Elicio. ut, Exprimere oleum, Exprimere liquorem. Plin. lib. 14. Expreſſo uino infunditur aqua unaceis. Aliquando declaro, (ἐμφανίζω, ἐξηγοῦμαι) manifeſto. Pli. in Epiſt. Poſſumus apud Pruſenſes area: quam uacare ſcribis, uti. illud tamen parum expresſiſti. Aliquando repręſentare, aſſimulare, effingere, ἐκμάσσειν, ἐκτυποῦν. Ph. in Epiſto. Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoq; artifice exprimatur, non'ne debemus, &c. Exprimere inter alia etiam hoc ſignificat, ui & neceſſitate impetrare & efferre: quod & Extorquere dicimus. Ci. pro Quin. Extorquendum eſt inuito: atq; ingratis, quod non debet, eripiendum atq; exprimendũ eſt, de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. Exprimere formulas, pro conficere. Cic. pro Roſc. Com. Expreſſæ ſunt enim ea uniuſcuiuſq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicę à pretore formulę, ad quas priuata lis accommodatur. Expreſſus, a, um, tem, nomen, ex partic. Ci. pro Cæl. Habuit. n. ille, ſicuti meminiſſe uos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. Idẽ Lẽtulo: Hæc profecto uides quãto expresſiora, quantoq; illuſtriora futura ſint. Ph. Epiſt. 150. Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſus. Expreſſio uerbale, quo Pli. & Celſus in ea utunt ſignificatione, in quã Barbari medici Colaturam uſurpant. Expreſſe, aduerb. (ἐμφαντικῶς) manifeſte, apte, Plin. in Epiſt. Vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros a centumuiralibus cauſis explicari, ut ab Homero in ſcholis.

EXPROBRO, bras, pe. co. {*Rimproverare, gettare in occhio*} (ὀνειδίζω) quę aliis, præſtiti, commemorans impropero. Ter. in And. Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Sumitur tamen pro qualemcunq; culpam obijcere. Oui. lib. 12. Meta. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Aliquando eſt obijcere culpam non uerbis ſed re, & aliquo facto, κατηγορεῖν, ἀτυχεῖν, [illegible]. Pl. in Epiſt. Nam mala emptio ſemper ingrata eo quo exprobare ſtultitiam domino uidetur.

EXPROMITTO, is, ere, {*Promettere per altri*} (ἐξεγγυᾶσθαι) eſt pro alio promittere, hoc eſt, fideiubere, Vlp. de Iure dot. Debitor mulieris iuſſu eius pecuniã uiro ſuo expromiſit. Idem de Dona. Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderat, deinde liber factus eam expromiſerat. Hinc Expromiſſor, fideiuſſor, ſponſorq;, ἐξεγγυώμενος. Pomp. de Verb. obl. Satis acceptio eſt ſtipulatio, quę ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo petantur. Expromiſſores ſunt hi, qui pro eo promittunt, qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: ut qui pro ſeruo promittit centum domino, ſi eum manumiſerit, nec. n. cum ſeruo contrahitur uera obligatio. Quo uero expromiſſor a Mandatore, Fideiuſſore, Spõſore, conſtitutore, & principaliter obligato differat, annotatum eſt in Authen. de fideiuſſ. in princ. Accedit §. ſatis acceptio, l. v. ff. de uerb. obli. & ſi quis acceptio. de cond. ob cau. Sp.

EXPROMO, mis, pen. pro. {*Trar fuori, producere, pronuntiare*} (προφέρω) extra promere, efferre, in medium proferre. Pla. Mil. Neq; equidẽ heminas octo prompſi in urceum. Varr. 2. de Re ruſt, cap. 2. Cum emptor dixit, tanti ſunt mi hi emptæ: & ille reſpondet, Sunt: & exprompſit nummos. Expromere, interdum idem eſt quod eloqui, & animo ſenſa efferre. Ci. 4. Acad. Expromã primũ illa inuidioſa, quod eos omnes qui &c. Liu. 6. Bel. Pu. Expromerent quid ſentirent, cum bona uenia ſe auditurum. Expromitur, paſſiue. Ci. 2. in Catil. Quorum omnis induſtria uitæ, & uigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Exprompus, particip. in mediũ prolatus, inquit Donatus. Tere. in And. Myſis, nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

EXPVGNO, as, {*Prendere combattendo*} (αὐτοπολῶ, ἐκπολιορκῶ) pugnando capere, et euincere. Ter. in Eun. Primum ædes expugnabo. Expugnatio, onis, ἐκπολιόρκησις. Cic. pro lege. Man. Non multum ab hoſtili expugnatione differant. Expugnator, oris, (πολιορκητής) ut, Expugnator pudicitiæ. Cic. 3. Verr. Expugnabilis, le. Stat. 4. Theb. Et nullo ruis expugnabilis aſtro.

EXPVLSIM, (μετὰ ἀπωθισμοῦ) antiqui dixerunt pro eo quod eſt, expellẽdo, ſiue cũ expulſu, idq; ea forma, qua a cædẽdo fit Cæſim, a pũgẽdo Punctim. Varro apud Nonium: Videbis Romæ ante lauernas pueros pila expulſim ludere.

EXPVLSO, ſas, frequentatiuum, {*Scuotere, percuotere ſpeſſo*} (ἐξωθέω) ab expello, ſignificans idem quod frequenter pulſando excutio. Mart. Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam. Hinc Expulſor, ἐλατήρ, ἀποδιωκτής. Cic pro Quin. Iſte bonorum poſſeſſor expulſor, ereptor. & Expultrix, διώκτειρα, ἐλάτειρα, uerbalia. Cic. 5. Tuſc. O uitæ philoſophia dux, ò uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum: quid non modo nos, ſed omnino uita hominum ſine te eſſe potuiſſet?

EXPVLLVLO, las, uide Pullulo.

EXPVMO, as, are, {*Schiumare*} (ἐξαφρίζομαι) in modum ſpumæ emanare. Celſus lib. 6. cap. 7. Si ex grauedine eſt, purgare autem oportet, & ſpiritum continere, donec inde humor aliquis expumet.

EXPVNGO, gis, {*Cancellare*} (ἐξαλείφω) quod ſcriptum eſt, deleo, Plaut. in Caſtel. Nunc quod reliquum reſtat, uolo perſoluere. Vt apungatur nomen, ne quid debeam. Vnde etiam milites expungi dicitur a militia, cũ nomina eorum ex albo eradũtur: & Expuncti milites, dicti ſunt deleti, & a militia remoti. Plau. in Curc. Miles pulchre centuriatus eſt expuncto in manipulo. Expungi, (ἐξαλείφεσθαι, διαγράφεσθαι, ἀπολέγεσθαι, [illegible]) dicuntur iudices, quãdo amouentur a iudicando, ueluti eraſi ex albo iudicum. Perſius Sat. 2. per tranſlationem poſuit pro expellere, & loco mouere. Pupillum'ue utinam, quam proximus hæres Impello, expungam: nãq; eſt ſcabioſus & acri Bile tumet. Expungere rationes, eſt ultimam manum calculo imponere. Hermog. de Diuerſ. tẽp. preſcri. Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expunctæ, aduerſus eum quidẽ, qui adminiſtrauerit, ultra uiginti: aduerſus uero hæredẽ, ultra decem annos retractari non poſſunt. Tracta eſt locutio à more ſupputantium, qui ſemel atq; iterum diſpuncto calculo, ubi minores omnes ſummas in unam contraxerint, reliqua omnia ſolent expungere. Diſpungere uero rationes (ut ſuo loco dictum eſt) eſt expenſa & accepta conferre.

EXPVO, puis, {*Sputare*} (ἐκπτύω, ἀποπτύω) ſaliuam, aliud'ue quid ex ore ejicio. Plin. lib. 7. cap. 23. Anaxarchus, cum ſimili de cauſa torqueretur, præroſam dentibus linguam, unamq; ſpem iudicij in os tyranni expuit. Teren. per tranſlationem in Eunu. dixit, illam ubi expueret miſeriam ex animo.

EXPVRGO, as, {*Purgare*} (ἐκκαθαίρω) idẽ eſt, quod purgo, uel perfecte purgo. Cic. de Clar. Ora. Quo magis expurgandus eſt ſermo. Expurgare ſe a criminis alicuius ſuſpicione, eſt ſe innocentem probare. Pla. in Mil. Expurgare uolo me. PE. Tu'ne expurges mihi. Qui facinus tantũ, tamq; indignum feceris?

EXPVTO, tas, pe corr. {*Tagliare, potare*} ab Ex, & Puto, compoſitum, ſignificat ramos ſuperfluos ex arboribus, uel ſarmenta ex uitibus runca reſecare. Col. li. 11. Palos una opera cædere, & exputatos acuere, centum numero poteſt. Per tranſlationem ponitur pro reputare & mente uoluere, ἀναλογίζεσθαι. Plan. Cic. Quæ mens eum, aut quorum conſilia, a tanta gloria, ſibi uero etiam neceſſaria ac ſalutari, auocarint, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris, ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum eflagitatione tranſtulerit, exputare non poſſum. id eſt, apud me perpendere, & ratiocinari.

EXPVTRESCO, is, {*Putrefarſi*} (κατασήπομαι) apud Plau. in Cur. legitur pro penitus putreſio. Quin (inquit) tu aliquot dies perdura, dum inteſtina exputreſcunt tibi.

EXQVILIÆ, arum tantum plurale, mons Romæ dictus ab excubijs regis Tullij Hoſtilij, qui hunc collẽ urbi adiecit, (ut auctor eſt. Liu. li. 1. ab Vrb.) & in eum, ut frequentius habitaretur, domicilium ſuum tranſtulit. Oui. li. 1. Faſt. Adde q; excubias, ubi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias, nomina col

Idem in Perſa. Da illi cantharum, extingue ignem, ſi cor uritur, Caput ne ardeſcat. Per tranſlationem uero accipitur pro opprimo, ſic tamen, ut maiorem ſe uim habeat, quàm opprimo. Cic. in Lael. Primum danda opera eſt, ne qua amicorũ diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, ut extinctę potius amicitiae, quàm oppreſſę uideantur. Aliquando pro occidere, deſtruere, ἀφανίζειν. Lact. li. 3. Cœleſtes animas unà cum corporibus extinguunt. Ter. in Adelp. Seni animam primùm extinguerẽ ipſi, qui illud produxit ſcelus. id eſt, auferrem. Vergi. 4. Aene. Impleſſemq́ ſocos flammis, natumq́ patremq́ Cum genere extinxẽ. Extingui mori. Cic. de Sene. Extingui homini ſuo tempore optabile eſt. Aliquando eſt perfectè diſtinguere, ἀφορίζειν. Ci. in Horten. Quã ſi ſubtraxeris, quis ex ſingulis artificem ab inſcio? Extinctus, partic. Ci. pro Cor. Balb. Quum duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent.

Extinctor, oris. Belli domeſtici extinctor, Cice. de Aruſp. reſp. Extinctor incendij, Idem ad Piſon. Extinctor patriae: Idem pro Sylla. Extinctio, ônis, Cic. 1, Tuſc. Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius?

EXTIRPO, {*Sterpare, ſuellere*} (ἀποῤῥιζόω) proprie eſt unà cum ſtirpe euello. Col. lib. 2. cap. 2. Et extirpandis radicibus. Martial lib. 6. Extirpare pilos corporis. Per tranſlationẽ accipitur pro funditus extinguo. Cic. de Amic. Quamobrem ſi cadit in ſapiẽtem animi dolor, (qui profectò cadit, niſi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quae cauſa eſt, ut amicitiam funditus tollamus è uita? Extirpare perturbationes, Cice. 4. Tuſcu. Extirpare & funditus tollere uitia: Idem de Fato. Extirpatio, onis, eradicatio. Col. lib. 2. cap. 2. Filicis frequens extirpatio uel aratro fieri poteſt.

EXTISPICES, pen. cor. (σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι) dicti ſunt haruſpices, qui extis inſpectis futura praedicunt. Cic. 2. de Diu. Artificioſa diuinationis illa ferè genera ponebas extiſpicum, eorumq́ qui ex fulguribus oſtentisq́ prędicerent. Extiſpicium, & Extiſpicina, ipſa extorum inſpectio, quae alio nomine Haruſpicium dicitur, uel Haruſpicina. Accius in Medea: Principio extiſpicũ ex prodigijs congruens ars te arguit.

EXTO, tas, extiti, ſupinum Extitũ, & nonnunquam Extatum, unde participium Extaturus, uel Extiturus, {*Stare, ſoura ſtare, eſſere eminente*} (ἐξέχω, ἀποφαίνομαι,) emineo, ſuperſum. Verg. 3. Geor. Torpent mole noua, & ſummis uix cornibus extant. Extare etiam dicitur id, quod nondũ intercidit: unde opus aliquod extare dicitur, quod non deperijt. Cic. ad Metellum: Iam illud Senatuſconſultum, quod illo die factum eſt, ea praeſcriptione eſt, ut dum id extabit, officiũ meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Idem: Quę (ut ſcis) extat oratio. Saepiſſimè praeterea Extare accipitur loco uerbi ſubſtantiui Eſſe. Cic. ad Brutum: Quales tibi ſaepe ſcripſi Conſules extiterunt. Extaturus participium. Pli. lib. 17. ca. 22. Extaturũ cacuminum duabus gemmis. Extantia, ae, Co. lib. 5. c. 5. Ipſa capita ſine ulla extantia, neq́ aratro, neq́ bobus obnoxia ſunt.

EXTOLLO, lis, tuli elatum, {*Inalzare, accreſcere*} (ἐξαίρω) in altũ eleuo, educo effero. Pla. Amph. Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. Per tranſlationem accipitur pro exaugere ſiue amplificare. Sallu. Iugurth. Ita eorum, qui ea fecere, uirtus tanta habetur, quantum ea uerbis potuere extollere praeclara ingenia. Apud antiquos & lectum eſt pro differre. Caecilius Plotio, ut citat Nonius: Ito intrò, atque iſthęc aufer: tamen hodie extollet nuptias.

EXTORQVEO, ques, torſi, tum, {*Rapire per forza, tormentare per ſapere il uero*} (ἐξαναγκάζω, βασανίζω, ἐκβασανίζω) eſt tormentis uel alia quauis ui, aliquid decio aufero, uel eripio. Vnde extorquere ueritatem, eſt adhibitis tormẽtis, uerã confeſſionem exprimere. Donatus: Torquemus homines, extorquemus ueritatem. Ad hunc etiam modum dicimus Extorquere gladium è manibus, Extorquere errorem ex animo alicuius, Extorquere alicui regnũ, uel pecuniã. Cic. in Cato. Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo.

EXTORRIS, ris, {*Scacciato dalla ſua patria. fuor uſcito*} (ἄπολις, ἐξόριστος) qui eſt extra terram id eſt, patriam eiectus. Cic. 4. Verr. Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt.

EXTRA. {*Fuori*} (ἔξω, ἐκτός) praepoſitio ſeparata ſeruiens caſui accuſatiuo, cui contraria eſt Intra, ἔσω. Cic. 2. de Fin. Et in corpore, & extra eſſe quaedã bona. Idem de Vniuer. Sic in omni modo partes omnes collocatae ſunt, ut nulla pars huiuſce generis excederet extra. Extra, pro praeter exceptionis gratia, elegantiſſimè ponitur. Ter. Phorm. Neq́ cognatus, extra unam aniculam, quiſquam aderat. Extra iocum dicebant antiqui, cum quid ſeriò, non ioco, dicere ſe ſe uelle ſignificabant. Cice. Trebatio. Sed me hercule, extra iocũ, homo bellus es. Extra quàm pro niſi, in exceptionibus concipiendis ponebatur Ci. 1. de Inuẽ. Agit is, cui manus praeciſa eſt iniuriarũ, poſtulat is, qui cũm agitur, à Praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praeiudicium fiat. Vbi, ſi, particula deeſſe uidetur, Extra quam ſi. ut Vlp. in. l. 1. §. Labeo ſcribit. ff. de flumin. Sed ita excipiendum ait, extra quam ſi quid ita factum ſit, uti de lege fieri licuit. Hęc Bud. Liu. 3. Deca. lib. 6. Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. Ab Extra deducuntur Exter, Exterus, Extraneus, Extrarius, Extrinſecus, Extrorſum, (εἰς τὰ ἔξω) Extremus, Extimus, et Extrare uerbum obſoletum, quo antiqui utebantur pro egredi.

EXTRANEVS, {*Strauiere, alieno. foraſtiere*} (ἀλλότριος, ὀθνεῖος) alienus, nullo propinquitatis gradu nobis coniunctus, quaſi exterraneus. Vnde Extraneus haeres, apud Suet. in Claud. Caeſ. c. 4. Nec dubium eſt, quid poſt haec Auguſtus cõſtituerit, & reliquerit eum nullo, praeter auguralis ſacerdotij honore impertitum ac ne haeredem quidem, niſi inter tertios, ac penè extraneos, ne parte ſexta nuncuparet. Extraneus, & Domeſticus, contraria. Cic. ante quàm iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domeſticus non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur Bona extranea, id eſt, externa, neq́ animae, neq́ corpori propria: quae & bona fortunae dicuntur. Auctor ad Heren. lib. 4. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in laedendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere, &c.

EXTRAORDINARIVS, ria, rium, {*Eſtraordinario*} (ἐξαίσιος, παράταξιν) quod praeter ordinem fit. Cic. ad Bru. Quare tum & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere coeperis Cęſarem honoribus, quos acceperit, extraordinarijs fore contentum. Sic apud eundem Pręſidium extraordinarium, Poteſtas extraordinaria, Reus extraordinarius, Milites extraordinarij, ἐπίλεκτοι.

EXTRARIVS, a, um, {*Alieno, foreſtiere*} (ἀλλότριος) alienus, aut alienigena, hoc eſt, qui ex ea, in qua agimus ciuitate oriundus nõ eſt, aut etiam, qui ex noſtra familia non eſt. Pomp. Praeterea minabatur, ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filijs eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. Canis extrarius, pro non domeſtico, apud Suet. in Veſpa. Extraria lux, Lucret. lib. 4. Extrarium denique dicitur quicquid eſt extra rem, de qua agitur. Quin. lib. 7. c. 2. Cũm in perſonam certam transfertur accuſatio, aut in extrarium, &c.

EXTREMVS, ma, mum, {*Vltimo, eſtremo. Pet. Che l'eſtremo del riſo aſſaglia il pianto*} (ἔσχατος, ἄκρος) ultimus, poſtremus. Vergi. 6. Eclo. Extremum hunc Arethuſa mihi cõcede laborẽ. Ponitur nonnũquã pro perditiſſimo, ac nequiſſimo, quaſi à cõſortio humanitatis remoto. Verg. 4. Aen. Illam Terra parens, ira irrita deorũ, Extremã (ut perhibent) Coeo Enceladoq́ ſororem Progenuit, hoc eſt, peſſimam. Seneca: In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia, id eſt, maxima, & ultra quam nulla ſit malitia maior. Quod non ſine ratione eſſe uidetur, quandoquidem affirmant, deteriores cęteris eſſe, qui ultimi naſcuntur. Apul. lib. 3. Fateor, Quirites, extremos latrones fugare, atq́ proterere egreſſus ſum. Extremus, ẽt aliquando initium alicuius rei ſignificat, auctore Sipontino. Pla. Ab extremo narrare incipiam. Hoc eſt, à principio. Extremitas, tatis, eſt id quod in quaq́ re extremum eſt: ut, Extremitas circuli. Pli. li. 2. ca. 17.

Coeli extremitas, Cic de Vniuer. Cic. 2. de Fin. Haec non erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasq́ regiones, quarũ nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet. Extremo, aduerbium. Cic. ad Att. lib. 12. Quòd. n. ſcribis extremo, uide ne is ipſe locus ſit, eius cauſa, &c.

EXTRAHO, is, ere, extraxi, extractum, {*Trar fuori*} (ἐξέλκειν) extra trahere, elicere: ut, Extrahere ſerpentes cãtu. Extrahere uenena corpori, apud Pli. Ci. pro Clu. Extrahitur domo Oppianicus a Manil. Liu. li. 6. Bel. Pun. Ni uenirent in Senatũ, circa domos eorũ ituros ſe, & in publicũ oẽs ui extracturos eſſe. Extrahere diẽ, eſt, diẽ cõſumere, quod & Eximere diem dicimus. Caeſ. li. 2. Bel. Ciu. Catone uero acerrimè repugnãte, & priſtina cõſuetudine dicendi mora dies extrahẽte, ut ſui rõ abſentis haberetur, &c. Extrahere aliquẽ, pro inducere, et uehemẽter ſolicitare, ut aliquid faciat Liu. li. 2. Bel. Pun. Vulgus ẽt extrahere ad cõſulatũ nitebãtur. Extrahere ſe ex aliquo negotio. Ter. Phor. Ita nunc imparatũ ſubito tanta te impendent mala, Quae neq́ uti deuitem ſcio, neq́ quo modo me inde extraham. Extractus, participium. Cic. Quin. Fratri li. 2. Sed per obtrectatores Lẽtuli res calumnia extracta eſt. Extractorius, ria, rium. Pli. li. 24. ca. 11. Vulgaris arundo extractoriam uim habet hoc eſt, euacuatoriã, & eductoriã.

EXTRICO, cas pen. pro. {*Diſtracare, diſuiluppare*} (ἐκλύω, ἀπολλύω) uerbũ eſt à tricis deductum. Sunt autem Tricae capilli, uel aliae quaeuis res tenues quę gallinarum pedibus nonnunquã adhęrẽt, earumq́ greſſum impediunt: quãuis ẽt pro quibuſuis rebus minutiſſimis accipiantur. Eſt igitur Extricare, explicare, liberare. Plau. in Epid. Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. Lact. li. 3. Denique multa quoq́ animalia cum ſixu de capiuntur, ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint, fiunt poſtmodũ cautiora. Extricare locum aliquẽ, pro purgare, & mundare. Col. li. 4. Syluestris ager pręcipue eſt eligendus, qui etſi fruticeis aut arboribus obſeſſus eſt, facilè extricatur. Hinc Extricabile, à quo quis ſe facilè põt extricare, hoc eſt, eximere, uel expedire. Cuius contrarium eſt Inextricabile, ex quo ſe quis extricare non queat. Pli. li. 36. Intus labyrinthum inextricabilem, quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

EXTRINGO, gis, gere, extrinxi, extrictum. {*Strignere*} (σφίγγω) idem quod ſtringere, à quo eſt compoſitum. Cic. 4. Acad. Nam cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat. Viſum, in quiebat huiuſmodi eſt: Deinde cum paulum digitos extrinxerat, Aſſenſus huiuſmodi: Tum cũ plane cõpreſſerat, pugnumq́ fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat.

EXTRINSECVS, pen. corr. {*Di fuori*} (ἔξωθεν) aduerbium, externè, foris, aliunde, ab exteriori parte. Cic. 1. de Ora. Adhibita eſt igitur ars quaedã extrinſecus ex alio genere quodam. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 41. Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres noceant. Ci. 4. Acad. Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus.

EXTRO, as, {*Vſcire*} (ἐξέρχομαι) uerbum obſoletum eſt, quo antiqui utebãtur pro exeo, quemadmodum nos pro ingredi dicimus intrare. Afranius: Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

EXTRORSVM, {*Verſo la porta di fuori*} (εἰς τὰ ἔξω) uerſus exteriorẽ partem: ſicut Introrſum uerſus interiorem.

EXTRVDO, dis, pen. pro. {*Cacciar fuori*} (ἐξωθέω) extra trudo, per uim expello. Teren. in Hecyr. Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit. Accipitur etiam nonnunquam pro uendere, uel alienare. Hora. 2. Epiſt. Laudat uaenales, qui uult extrudere, merces.

EXTRVO, is, {*Edificare, fabricare*} (κατασκευάζω) aedifico, conſtruo. Caeſ. 3. Bel. Gal. Omnem eam materiam, quae erat caeſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, et pro uallo ad utrunq́ latus extruebat. Extruere ędificium in alieno, apud Cic. pro Mil. Extruere menſas epulis, & poculis. Cic. 3. Tuſc. Extruere thermas de marmore, apud Mart. lib. 9. Extructus, particip. Cice. in Piſon. Extructa menſa non conchylijs, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. Extructio, onis. Cic. 14. Phil. Eaq́ extructione quae fit ad memoriam aeternitatis.

EXTVBERO, as, {*Gonfiare, enfiare*} (ἐπιφυσάω) inflor, intumeſco, excreſco & quaſi in tuberis formam effigior. Pli. lib. 21. cap. 13. Neq́ in omnibus terris eſt radice ſoboles, ex qua media ueluti extuberat. Idem lib. 37 Cauae uel extuberantes uidentur uiliores aequalibus. Loquitur de gemmis. Nonunquam etiam actiue ponitur pro tuberibus inaequale aliquid reddere. Senec. lib. 6. Natur. quęſtio. Defert montes, ſubrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit. Extuberatio. Plin. lib. 31. cap 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus Hoc eſt, tuberculis per corpus enaſcentibus.

EXTVMEO, & Extumeſco, {*Gonfiare*} (ἐξοιδαίνομαι) idẽ quod ſimplex Tumeſco, in tumorem redigi. Plin. lib 37. cap. 5. Democritus in hoc genere poſuit Armenios, & Perſicos illos extumeſcentes pinguiter. Extumidus, da, dum, Varr. 2. de Re ruſt. cap. 51. Hanc eſſe modicam pro magnitudine ſegetis, potiſſimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

EXTVNDO, is, tudi, tuſum, {*Cacciar per forza ouero per prieghi*} (ἀπο-

θλίψω, ἐκπιέζω)ui, uel blãditijs aliquid extorquere. Suetonius: Nec ut appeteret, copelli uiſ matre potuit: ea demum extudit magis conuicio, q̃ precibus. Extundere, ſtudio; è facere. Verg. 8. Aene. Lanigeroſq; apices, & lapſa ancilla cœlo Extuderat. Idem. 1. Georg. Vt uarios uſus meditando extunderet artes. Ita enim legit Nonius, licet ibi nonnulli legant excuderet.

EXTVRBO, bas, {*Scacciare, diſturbare*} (ἐκταράσσω) è loco deijcio, extra turbo, expello. Cic. pro Cluen. Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadẽ domo ſibi ornari, & ſterni, expulſa atq; exturbata filia, iubet. Plau. in Ciste. Si rectè facias Phædrome, auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ægritudinẽ. Col. lib. 8. c. 17. Et in tranquillo cõſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. Exturbare calculos, pro eijcere, & expellere. Pli. libro 20. cap. 10. de aſparago loquens. Radix quoq; plurimorum prædicatione trita, & in uino albo pota, calculos quoq; exturbat. Exturbatus, participium. Catul. Eruit, illa procul radicibus exturbata.

EXTVSSIO, is, ire, {*Toſſire, gettar fuori qualche coſa con toſſe*} (ἐκβήσσω) tuſsiendo aliquid eijcere. Pli. lib. 35. cap. 15. Purulenta quoq; extuſsientibus, & contra ſcorpionum ictus.

EXVBERO, as, pen. cor. {*Abondare, ſoprabondare*} (ὑπερβλύζω) affluo, abũdo ab adiectiuo Vber, quod plenum, fœcundum, & fertile ſignificat. Verg. 2. Georg. Pomiſq; exuberat arbor. Aliqui per h. ſcribunt, Exhubero, Vide ſuo loco.

EXVCCVS, a, um, {*Senza ſugo, aſciutto*} (ἄχυμος, ἐκχυλος) quod eſt ſine ſucco. Senec. in Epiſt. Scio illum infirmi ſemper & exucci corporis fuiſſe. Quint. lib. 12. cap. 10. Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exangues.

EXVDO, das, pe. pro. {*Sudar, mandar fuori con ſudore*} ἀφιδρόω, ἐξιδρόω, uel uti per ſudorẽ emitto. Pl. li. 24. c. 9. Eſt aũt triũ generũ: unũ arbor ipſa exudat lumm modò, alterũ manat in plaga cũ floret. Verg. uerò li. 1. Georg. Exudat inutilis humor, dixit neutraliter pro ſudando effluit, nouo locutionis genere: nã ipſe humor propriè non dicitur ſudare, uel exudare: ſed id quod humorem emittit. Col. lib. 12. cap. 48. Cũm oliua quicquid habuit amurcæ exudauit.

EXVERRÆ, (ἀποσαρώσεις) purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ purgatio fit per euerriatorem, certo genere ſcoparũ adhibito, ab extra uerrendo dictæ. Auctor Feſtus.

EXVERTO, is, ere, exuerti, exuerſum, {*Preuenire*} (προφθάνω) præuenire, præoccupare Plau. Pœn. I in malam rem. M. I tu, & herus tuus. S. Verũ enim qui bene cum norit, citò homo euerti poteſt.

EXVGO, is, pe. cor. xi, ctum, quod & Exugeo, ges, dicitur, {*Suggere, ſucciare*} ἐκθηλάζω, ἐκμυζάω, pro ſugendo elicio. Plau. in Epid. Iam ego me conuertam in hirundinem, atq; eorum exugebo ſanguinem. Idem in Rud. Ni hæc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. Sed hoc uetuſtatẽ redolet. Hodie enim eſt tertię declinationis. Idem in Pœn. Iam nunc ego illi egrediendi ſanguinem exugam procul. Col. lib. 4. cap. 24. Sed ab uno latere exugitur.

EXVL, lis, {*Bandito, eſule*} (φυγάς, ἄπολις) ſi Nonio Marcel. credimus, dicitur quaſi extra ſolum eiectus. Ci. pro Aul. Cecin. Exilium non eſt ſupplicium, ſed perfugium, portuſq; ſupplicij. Nã qui uolunt pœnã aliquam ſubterfugere, aut calamitatẽ, eò ſolum uertunt: hoc eſt, ſedem & locũ mutant. Itaq; in nulla noſtra lege reperietur, apud cæteras ciuitates maleficium ullum exilio eſſe mulctatum: ſed cũm oẽs uincula, neces, ignominiaſq; uitãt, quę ſunt legibus cõſtitutę, cõfugiunt, quaſi ad arma, in exilium: qui ſi in ciuitate legis uim ſubire uellent, nõ prius ciuitatẽ, q̃ uitã amitterent. Hæc Cic. Solum (inquit Feſtus) quin ſignificet locũ, quis dubitet, cũm exules quoq; dicant loco patriæ ſuę pulſi? Cic. pro domo ſua: Hunc tu et portentoſa peſtis exulẽ appellare auſus es, cum tantis ſceleribus eſſes & factis notatus? Et iterũ: Quid. n. exul? Ipſum per ſe nomẽ calamitatis, nõ turpitudinis. Apud Iurecon. Exules hi propriè ſunt, quibus aqua & igni interdictum eſt. cætera non Exilia, ſ. d. Relegationes ſunt. Vide Exilium.

EXVLCERO, as, ſiue potius Exhulcero, {*Impiagare*} (ἑλκόω) propriè ſignificat hulcus inducere. Pli. li. 20. c. 6. Lepras, lichenas, lentigines exhulcerat. Var. li. 2. de Re ruſt. c. 9. de Canibus loquens: Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, q; muſcæ, ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſia uſus) ea exhulcerare. Per tranſlationẽ accipitur pro exaſperare uel exacerbare. Ci. 2. de Ora. Aut ea, quę ſanare nequeũt exhulcerãt. Idẽ pro Deiot. Fore putabãt ut in exhulcerato animo facilè fictũ crimẽ reſideret. Exulceratio, onis, ἑλκωσις. Pli. lib. 20. c. 3. Sed omniũ conſenſu, ſtomacho utiliſsimę iudicant, & interaneorũ ueſicarumq; exulcerationibus. Exulceratorius, a, um, (ἑλκωτικός) exulcerãdi uim habẽs: ut, Exulceratorium medicamentũ. Pli. lib. 23. cap. 7. Exulceratrix, cis. Pli. lib. 27. c. 12. Vis ei ſtiptica, & exulceratrix.

EXVLO, las, pen. cor. {*Eſſere in eſilio, eſſere in bando*} φεύγω, ἀπόλις εἰμι. patria priuatus ſum. Et duobus modis dicitur, ſcilicet de loco, in quo exul eſt, & de quo eiectus eſt. Tere. in Eun. Perij, nam domo exulo. Plau. in Moſt. Audiui, ut abeat foras urbem, exuletq; à patria ſua cauſa tui? Oui. 3. Triſ. Per externas profugus, pater exulat oras. Exulans, exulantis, participium. Ci. 2. de Diui. Rex Pruſias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent.

EXVLTABVNDVS, {*Molto allegro*} (γαυριῶν) ualde Exultans, lætitiãq; geſtu oſtendens.

EXVLTO, tas, tare, {*Allegrarſi grandemente, gioire*} (ἀγάλλομαι, γαυριάομαι, τῇ ψυχῇ, σκιρτάω) ab Ex, & Salto, a, in u, mutata, ſignificat ſupra modũ exilire, atq; efferri, & quaſi geſtibus ſaltibuſq; lætitia, aut et alium affectũ animi oſtẽdere. Ci. li. de Rep. eſt igitur quiddã turbulẽtũ in hominibus ſingulis, quod uel exultat uoluptate, aut moleſtia frangit. Idẽ in Cat. Annibalẽ iuueniliter exultãtẽ patiẽtia ſua molliebat. hoc eſt, iactãtia iuuenili gloriãtẽ. Ver. lib. 5. Exultantiaq; haurit Corda pauor. Cic. lib. 4. de Rep. Quæ ſanguine alitur, quæ omni crudelitate ſic exultat, ut uix hominũ acerbis uulneribus ſatietur. Quo in loco (ut Nonius interpretatur) accipitur pro ſæuire: quãuis alij malint ibi pro gaudere, & delectari accipi. Propriè uerò eſt extra ſaltare, ἐξάλλομαι. Verg. lib. 1. Exultantq; uada, atq; æſtu miſcent arenæ. Pli. lib. 8. c. 53. E monte aliquo in alium tranſilire cupientes, atq; recuſſu pernicius, quo libuerit, exultãt. Exultatio, onis, Pli. lib. 8. c. 54. Mutianus lana caua triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, nouã exultatione adorare. Indecora exultatio. Quint. li. 1. ca. 2.

Exultantia, tiæ, idem quod exultatio. Gel. li. 12. c. 5. Cum petulantia morbi doloriſq; exultantia colluctantem. Exultãter, aduerbium. Pl. Epiſ. 62. Cum ea potius, quę preſsius & aſtrictius, q̃ illa quæ hilarius et quaſi exultãtius ſcripſi, poſsint uideri accerſita, & inducta. Exultim, aduerbium. i. exultando, & ſaliendo. Hor. 3. Carm. Ode. 11. Quæ uelut latis equa trima campis, Ludit exultim, metuitq; tangi, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito.

EXVLVLO, as, {*Vlular gridar forte. Dant. Le bocche per urlar hauean già aperte*} (ὀλολύζω) ualde ululo, Oui. 1. lib. Meta. Territus ipſe fugit, nactuſq; ſilentia ruris exululat. Inde Exululatus, participium, ſub uoce paſsiua actiuè ſignificans. Oui 4. Triſt. Vtq; ſuum Bacche nõ ſentit ſaucia uulnus, Dum fur pet Idæis exululata iugis.

EXVM, {*Eſſere fuori*} (ἔξειμι) extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat: Hoſtis uictus, mulier uirgo exeſto. Hoc eſt, nõ introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

EXVNDO, das, {*Inondare, uſcire delle riue*} πλημμυρέω, ὑπερβαίνω, alueum exeo, ſiue extra alueum undas effundo. Pli. lib. 2. ca. 103. In Tenedo inſula fons ſemper a tertia noctis hora in ſextã ab æſtiuo ſolſtitio Exundat: Col. li. 8. c. 16. Verum meminiſſe oportebit, ut riuis, per quos exundat piſcina, præfigant ænei foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piſcium fuga. Transfertur etiã ad alia. Tacitus in Dialo. de Ora. Exundat, atq; exuberat admirabilis illa eloquentia. Hoc eſt abundanter affluit. Exundatio, onis, κατακλυσμός. Pli. li. 19. ca. 5. Negãt naſci, niſi exundatione fluminum inuecto ſemine à Tigris.

EXVNGO, is, ere. {*Vngere*} (χρίω) idẽ qđ ungere. Pla. in Rud. Ante poenitet in mari quod elaui, ni hic in terra quoq; eluã? S. Eluas tu, an exungare ciccus?

EXVNGVLO, as, are. {*Tagliar l'unghie*} (ἐξονυχίζω) ungues auferre, Plau. in Truc. Hem tuos exungula, malè uiuitis.

EXVO, is, exui, exutum, {*Spogliare*} (ἀποδύω) propriè eſt indumenta detraho. Lactan. li. 1. Exuuntur etiam ueſtibus flagitante populo. Exuere ſe fortunis paternis, idem eſt quod ſpoliare. Liu. lib. 1. Primo ſe agro paterno, auitoq; exuiſſe, deinde reliquis fortunis. Sæpe etiam accipitur pro ſoluo, λύω. Verg. 2. Aen. Suſtulit exutas uinculis ad ſidera palmas. Quandoq; etiam accipitur pro denudo, (γυμνόω) Idem. 5. Aene. Magna oſſa, lacertoſq; Exuit. Venuſtiſsimè uerò per tranſlationem accipitur pro depono. Cic. pro Ligario: Non ne humanitatem omnem exuiſſe?

EXVPERO, as, pen. cor. {*Superare, auanzare*} (ἐξοχή, ὑπερπαίω, ὑπερβαίνω) ab Ex, & Supero, idem quod ſuperare ſignificat, & excellere. Cicer. 4. Tuſc. Quis homo te exuperauit unquam gentium impudentia? Inde Exuperantia, (ἐξοχή) pro eminentia. Cic. 5. Tuſc. Non ne omnem exuperantiam uirtutis oderunt? Exuperatio, perationis. Ad Heren. lib. 4. Significatio eſt, quæ plus in ſuſpicione relinquit, q̃ poſitum eſt in oratione, ea fit per exuperationẽ. Exuperabilis, le, qui poteſt ſuperari. Sta. 1. Thebai. Nec exuperabile diris ingeniũ mortale queror. Vallum non exuperabile, Claudianus. Exupera bile, ſignificatione actiua, quod poteſt ſuperare. Verg. 3 Georg. Torteſq; Ixionis angues, Immanemq; rotam, & non exuperabile ſaxum. Seruius.

EXVRDO, das. {*Aſſurdare. Pet. Con gran ſuona i uicini intorno aſſorda*} (ἐκκωφόω) actiuum, ſurdum reddo, cuius paſsiuum poſuit Valer. Maxi. li. 1. Gręcis actionibus aures curiæ exurdantur. id eſt, obtunduntur. Plin. lib. 32. ca. 10. Panniculæ flos, ſi aures intrauerit, exurdat. Exurdare palatum dixit Horat. pro eo quod eſt, ſenſu guſtus ſpoliare, & ſtupefacere. Ita enim ait Serm. lib. 2. Saty. 8. Feruida q; ſubtile exurdant uina palatum.

EXVRGO, gis, {*Leuarſi*} (ἀνίσταμαι) idem quod ſimplex ſurgo. Cic. pro Cluen. Pauliſper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non neceſſariæ.

Per tranſlationem nonnunquam ponitur pro erigere ſe, & recreare ex diutina afflictione, ἀνακύπτω. Cice. pro Lege Agra. Hæc quæ procul erant à conſpectu imperij, nõ ſolum afflixerunt, ſed etiam nequando recreata exurgere, atq; erigere ſe poſſent, funditus (ut dixi) ſuſtulerunt.

EXVRO, is, pe. pro. exuſsi, cauſtum. {*Abbruſciare*} (κατακαίω) igne prorſus conſumo. Cic. in Piſon. Epirus exciſa, locri, Phocij, Bœotij, exuſti. Ex animo exuri. Idem tertio de Natu. Deor. Mihi quidem ex animo exuri nõ poteſt, eſſe deos. Sed forte legendum exui, aut erui. Igni exuritur ſcelus. Vergil. 6. Aen. Alijs ſub gurgite uaſto Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. Exuſtus, participium. Plin. lib. 2. cap. 68. Media uero terrarum, qua Solis orbita eſt, exuſta flammis, & cremata. Exuſtio, onis, ἐκπύρωσις, κατάκαυμα. Cic. in Som. Scipio. Propter eluuiones exuſtioneſq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, &c. Exuſtio ſolis, Plin. lib. 14. cap. 24.

EXVSCITO, as, {*Suſcitare*} (ἀνεγείρω) idem eſt quod ſimplex Suſcito. Cic. pro Muræn. Te gallorum, illum buccinarũ cantus exuſcitat. Exuſcitare ſe. Brutus ad Cic. Quare non Octa. eſt rogandus, ut uelit nos ſaluos eſſe magis tu te exuſcita, ut eam ciuitatẽ, in qua maxima geſsiſti, liberã, atq; honeſtã fore putes.

EXVVIÆ, rum, {*Spoglie*} (σκῦλα, λάφυρα) ſpolia hoſti detracta: ita dicta ab exuendo, ſicut Induuiæ, ab induendo. Ver. 2. Aen. Qui redit exuuias indutus Achilli. Et non ſolum hominum tegmina, aut ueſtes dicuntur, ſed etiam cæterorum animalium. Verg. li. 2 Georg. de ſerpente. Cum poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; iuuenta Voluitur. Pla. in Moſt. Mane caſtigabit eos exuuijs bubulis.

DELLA LETTERA F.

F. è lettera, che alcuni uogliono eſſer fatta da due lettere Greche, che eſsi chiamano gamma, onde la chiamano il digamma Eolico, & perche la detta lettera Greca ha queſta forma Γ pare che tal lettera F. ſia compoſta di due di quelle una ſopra l'altra. Vſano i Latini nell'iſteſſo ſuono di queſta lettera, il ph, che rappreſenta la φ. Greca in quanto al ſuono, & per queſto l'uſano ſolamente nelle parole che dal Greco diſcendono, & nella lingua Italiana ſi truoua nelle medeſme parole deriuate ò allegate dal Greco, uſata da gli ſcrittori antichi, & anco da qualche moderno. Ma perche la lingua uiene tuttauia migliorando & principalmente nella ortografia riducendoſi à perfettione, per queſto i piu intendenti di queſte età noſtre hanno incominciato à laſciarla del tutto, & ſeruirſi della F. propria & baſteuole per l'eſpreſsione della lingua Italiana, onde ſcriuono Filippo, Filoſofo, & coſi tutti gli altri. In lingua Italiana la lettera F. per ſe ſola, non rappreſenta parola alcuna.

DE LITTERA F.

F LITERA à Priſciano inter mutas numeratur, ab aliis inter ſemiuocales eo quod à uocali incipiat, & in ſeipſam terminetur. Hæc alio nomine dicta eſt Digamma Aeolicum, quod duplex gamma imagine referat. Eundem ſonum habet, quē apud Græcos φ. Vnde etiam dictiones aliquot Græcę, in Latinorū uſum receptæ, quæ apud illos per φ, ſcribuntur, apud Latinos ſcribuntur per F, ut. Fama, Fanū, et ſimilia. Vetuſtiſſimi hac litera loco aſpirationis uti ſolebāt. Dicebāt enim Fordeum, Traſo, Veſo, pro Hordeum, Traho, Vcho. Fuerunt preterea apud antiquiſſimos qui loco F. uterentur B. Bruges dicentes pro eo, quod poſteri Fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæſar inuerſam u conſonantis uicē uoluit præſtare quod etiam hodie in pleriſq; uetuſtis monumentis conſpicitur: nō quā tamen efficere potuit ut omnium conſenſu reciperetur.

FABA, bæ, {Faua} (κύαμος) genus leguminis, notius q̄ ut egeat deſcriptione. Teren. in Eun. At enim iſthæc in me cudetur faba. Faba Græca, λωτὸς dicitur. Pli. li. 16. c. 30. Faba Gręca, quam Romę à ſuauitate fructus ſylueſtris, quidē, ſed ceraſorū pene natura, Loton appellant. Faba porcina, (ὑοσκύαμος) herba, q̄ uulgus uocabulo deprauato uocat Iuſquiamū. Vide latius in dictione Hyoſciamus. Huius diminutiuū eſt Fabula, æ. Plau. in Sticho: Pro opibus noſtris ſatis cōmodule, nucibus, fabulis, ficulis, &c. Fabulū, li, pro faba, apud Gel. lib. 4. c. 11. Opinio uetus falſa occupauit & cōualuit, Pythagorā philoſophū non eſitauiſſe ex animalibus: item abſtinuiſſe fabulo, quem κύαμον Græci appellāt.

FABACIA, cię, ciæ, {Fauata} (κυαμίτης) à Veteribus dicebatᷓ genus libi ex fabis. Pli. li. 18. c. 12. Quin & priſco ritu fabacia ſuę religionis diis in ſacro eſt.

FABAGINVS, a, um, adiect. (κυαμικός) quod eſt ex fabis: ut, Fabaginū acus, apud Cat. de Re ruſt. cap. 54.

FABALIA, lium, {Stoppie di faua} (περικύσματα τῶν κυάμων) ſunt ſtipulæ fabarum, hoc eſt, culmi illi ex quibus ſiliquæ fabaceæ dependent. Pli. lib. 18. cap. 12. Sed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis, q̄ trimeſtrem fructum eius. Nam ſiliquæ, cauleſq; grattiſſimi ſunt pabulo pecori.

FABALIS, & hoc Fabale, adiect. {Fauale} (κυαμικός) ut, Stipula fabalis Oui. 4. Faſt. Certe ego de uitulo cinerem, ſtipulamq; fabalē Sæpe tuli plena februa teſta manu. Ac paulo poſt declarat, quid ſit Stipula fabalis: ſic inquiēs: Sanguis equi ſuffimen erit, uituliq; fauilla, Tertia res duræ culmen inane fabæ. Culmen uero pro culmo uſus eſt. Sicut aūt cinis uituli, & uituli fauilla, res eſt eadem: ſic culmen fabæ, & ſtipula fabalis: quæ & Fabalia ſubſtantiue dicuntur.

FABARIA, inſula eſt in mari Germanico, non procul à Cymbrica Cherroneſo: alio nomine Burchana dicta. Fabaria a Romanis dicta propter ſimilitudinem frugis, ſponte ibi prouenientis. Auctor Plinius.

FABARIS, pen. cor. fluuius in Sabinis, cuius meminit Verg lib. 7. Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt. Alio nomine uocant Farfarum, auctore Seruio. Pla. Diſſipabo te tanquam folia Farfari. Ouid. Et amenæ Farfarus umbræ.

FABARIVS, a, um, {Ciò che à faua ſi conuiene} (κυαμικός) quod ad fabā pertinet: ut, Fabariæ Calendæ, hoc eſt, Cal. Iuniæ, quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur, teſte Macrobio in Saturnal. Pilum fabarium, apud Catonem cap. 12.

FABELLA, {Fauoletta, fauoluccia, nouelletta} (μῦθος) diminutiuum eſt à Fabula. Cic. pro Cæl. Verum hæc tota uetus, & plurimarum fabellarum poetrię.

FABER, {Fabro. Pet. L'antiquiſſimo fabro Siciliano} generale eſt nomen, communeq; iis omnibus, qui circa durā uerſatur materiem, in opificio ſuo malleo utūtur. quę tamen ſignificationis amplitudo reſtringitur ex ſignificatione adiecti ut adiuncti. Eſt enim Faber ferrarius, qui aliquid ex ferro cōficit: Faber tignarius, qui tigna ad ędificia adaptat. Faber aurarius, qui ex auro aliquid excudit: & ſic de cæteris. Qui uero ex gypſo argilla, cera, alia ue molli materia aliquid conficiunt, Plaſtæ dicuntur. Plau. in Muſt. Venit imber, lauat parietes, perpluunt Tigna, putrefacitq; operam fabri: nequior iam factus eſt Vſus ædium, atq; haud fabri culpa.

FABIANVS, (φαβιανός) Martyris nomen, qui unà cum Sebaſtiano, quod Chriſtum profiteretur ſupplicio affectus eſt

FABIANVS, a, um, denominatiuum à Fabio deductum, unde dicitur Arcus Fabianus, qui conſtructus eſt iuxta regiam in uia ſacra. Fabius, a, um, aliud adiect. ut, Gens Fabia. Oui. 3. de Ponto.

FABIORVM familia, Romæ nobiliſſima fuit, cognomen hoc ſortita ab eo tēpore quo Romani pene omnes nobiliſſimi agriculturam exercebant. q primus qui hoc cognomen adeptus eſt, in faba ſerenda excelleret: ſicut etiam Cicerones, Piſones, & Lentuli dicti ſunt à lente, cicere, & piſis bene ſerendis. Horum tanta Romę potentia fuit, ut bellum aduerſus Veientes, ſoli cū ſuis Clientibus et ſeruis in ſe ſuſceperint: cumq; ex leuibus aliquot prælis ſæpius uictoriam reportaſſent, tandem ad Alliam fluuium inſidiis circumuenti, ad unum omnes cæſi ſunt Ouid. li. 2. Faſt. Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes: Ad bellū miſſos abſtulit una dies. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum ſuperfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cuius ſanguine per longā nepotum ſeriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator aduerſus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudētia rem Romanā aliorū imperatorum temeritate labefactatā primus reſtituit. Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Iſaram flumen interempto.

FABIVS PICTOR, homo nobiliſſimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus, ut eſt auctor Cic. in Bruto.

FABRATERIA, (φαβρατηρία) oppidū Cāpaniæ ad Terum fluuium. Iuuenal. Sat. 3. Optima Sore, Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone parat. Meminit huius oppidi & Sil. li. 8. Hinc deducitur denominatiuū Fabraternus, a, um.

FABRE, aduerb. {Artificioſamente} (ἐντέχνως) idem eſt quod artificioſe. Plau. in Pen. Baſilicē exornatus incedit, & fabre ad fallacias. Hodie uſitatius eſt cōpoſitum eius Affabre, quod eiuſdem eſt ſignificationis. Contrarium eius eſt Infabre, quo uſus eſt Pacuuius, Barbaricā (inquit) peſtē noſtris nauibus obuulit, noua figura factam, commiſſam infabrè: hoc eſt, fœdè, & turpiter, ut interpretatur Nonius. Omnia hæc originem ducūt ab antiquo adiectiuo Faber, ra, rū, quo uſus eſt Oui. 8. Meta pro fabrilis Dædalus (inquit) ingenio fabræ celeberrimus artis. Hinc etiam Apuleius lib. 2. Floridorum deduxit ſuperlatiuum Faberrimus. Et anulum (inquit) in læua aureum, faberrimo ſignaculo.

FABREFACIO, is. {Edificare, fabricare, comporre} (καλλιεργῶ, κατασκευάζω, τεκταίνομαι) ædifico, artificioſè compono. Pla. in Cap. Nec fallaciam aſtutiorem ullus fecit poeta, atq; ut hæc eſt Fabrefacta à nobis. Ple. de Viris illuſtr. Cūm uideret eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidam, q̄ decorā fabrefecit, hoc eſt, ædificauit. Vnde Fabrefactum opus, (καλλίεργον, τεχνοποιημένον) id eſt, artificioſè factum.

FABRICA, ricæ, {Bottega del legnaiuolo, fabrica} (ἐργαστήριον, τεκτονικόν) propriè fabri lignarii officina: quamuis & de aliis officinis dicatur. Nam & fabricam ferream dixit Pli. lib. 7 cap. 56. Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Ponitur etiam pro arte, & fabricatione alicuius rei, μηχανή. Vnde & ædificiorum Fabricam dicimus, & machinationem. Plau. in Pœn. Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas.

FABRICIVS, cii, (φαβρίκιος) nomen Romani ciuis frugaliſſimi, qui in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic norma paupertatis & exemplar fuit apud Romanos patellam & ſalinum ex argento tantū colendorum Deorum cauſa domi habuit, ita tamen ut patella corneo pediculo ſuſtineretur. Huius filiæ ob paupertatē de publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domeſticam: pecuniam publicam. Hic aduerſus Pyrrhum Epirotarum regem, & Samnites grauiſſima bella geſſit: aduerſus quos, ut bello inuictum, ita muneribus ſe præſtitit incorruptum. Regis etiam medicum domini ſui mortem per uenenum pollicentem uinctum ad regem remiſit.

FABRICIANVS. (φαβρικιανός) Fabrii Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, q illa maritum ſuum occidiſſet, ut liberius adulterium cum Petronio adoleſcente committeret. Auctor Doſitheus apud Plutarchum.

FABRICO, cas. pen. cor. & Fabricor, aris, deponēs, {Fabricare} (τεκταίνομαι, ἐνδημιουργῶ, κατασκευάζομαι) fabrili arte aliquid conficio. Ouid. li. 13. Metam, Craterē Aeneæ quem iam fabricauerat Alcon. Fabricatus, participium. Cic. 1. de Vniuer. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci uocant. Fabricator, oris. Quin. lib. 2. cap. 16. Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatorq; mundi, nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidē mortalia eſſent, animalibus, q̄ dicendi facultate. Fabricatio, onis. Cic. 2. de Nat. deo. Si erit tota hominis fabricatio perſpecta Transfertur etiam ad animum. Curtius: Multa interea fabricatus ingenio, quo modo auertere inde hoſtem poſſet.

FABRILIS, le, pe. pro. {Fabrile} (τεκτονικός) quod eſt fabri, ſiue quod ad fabrum pertinet: ut, Opus fabrile. Hora. 2. lib. Epiſt. Quod medicorum eſt Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Fabrile ſcalprum, Liu. 7. Bel. Pun. Fabrile erratum, Cic. ad Att. lib. 6. Fabrile glutinum, Pli. lib. 28. cap. 11. Fabrilis manus. Mart. lib. 11. Factaq; fabrili dedolat oſſa manu.

FABVLA, lę, {Fauola, nouella. Pe. La mia fauola breue è gia compita} (μῦθος) propriè eſt ſermo & rumor populi, & res paſſim diuulgata, etiam ſi uera ſit, à fando dicta. Iuue. Ita noua, nec triſtis per cunctas fabula cornas. Terent. Hecy. Odioſa hæc eſt ætas adoleſcētulis: E medio ęquū eſt excedere: poſtremo iā nos fabulæ ſumus, Pāphile, ſenex atq; anus. Dicitur etiam fabula, narratio ad delectationē et utilitatē inuēta, rerū nec uerarū, nec uериſimilium: ut, q Daphne uerſa ſit in laurū. & Tātalus apud inferos fugietia captet flumina Hor. in Ser. Sat. 1. Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Cic. 3. de Nat. Deo. Iam uero quid uos ille delectat explicatio fabularum, et enodatio nominum, exectū à filio Cœlum, uinctum itidē à filio Saturnum. Apologus āt differt à Fabula, ut ſpecies a genere. Dicunt. n. Apologi fabulę quæ ſub tectorio ridiculę alicuius narrationis, & inter Bruta animātia colloquii, recōdita aliquid, quod ad uitā & mores pertineat: quales ſunt fabellæ illæ, quę Aeſopi nomine circunferuntur, quāuis ab Heſiodo primum profectas conſtet. Comœdię itaq; et Tragœdię fabulæ ſunt, nō apologi. Huiuſmodi autē fabulæ diuerſa ſortiuntur nomina pro habitu et qualitate perſonarum, quę in eis introducuntur. Aliæ. n. Togatæ dicebantur, quarum perſonę togis et Romanorum cultu erāt ornatæ. Aliæ. n. Palliatę, cum perſonę Græco more Palliis indutæ in ſcenā prodibāt Erat. n. Palliū Græcis peculiare, quēadmodum Romanis Toga. Togatarum genera ſunt quatuor. Sunt enim Togatæ, quę Pretextatæ dicunt, in quibus reges Romani, uel duces inducuntur perſonarum dignitate et ſublimitate Tragœdiis ſimiles. Prætextatę āt dicunt, quia ferè regum uel magiſtratuum prætexta utētū in huiuſmodi fabulis perſonæ introducebant. Secundum genus togatarū Tabernariæ dicunt humilitate perſonarū, & argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares, in qbus nō magiſtratus, ſed humiles et priuatę perſonę induci ſolēt: quales ferè ſunt mercatores, aut inſtitores, qui in tabernis merces ſuas uendere conſueuerūt. Erāt pęterea fabulæ Attelanæ, iocis & ſalibus q̄ proxime ad Satyrā accedentes: ab Attelis Campaniæ oppido, in quo plurimæ actitatæ ſunt, nomen ſortitæ. Aliæ pęterea erant Planipediæ, planis actorū pedibus dictę qui ob humilitatem argumenti & utilitatem perſonarū neq; cothurnis utebantur, neq; ſoccis.

FABVLINVS Deus, qui pueris primò fari incipientibus præeſſe putabatur: cui etiam Romani ſacrificabant, quum primum liberi eorum fari incipiebant. Auctor Nonius, citans teſtimonium Varronis de liberis educandis.

FABVLOR, laris, {Ragionare, fauellare, fauoleggiare} (μυθολογέω, ὁμιλέω) à fando deriuatus: & ſignificat loqui. Plau. in Cap. Quid fabulor? quid negabo? aut quid fatebor? Idē in Ciſtel. Hęc noſtrā rem fabulatur, hāc ſcire oportet, filia tua ubi ſit. Id eſt, de re noſtra loquitur. Fabulari, pro inepte garrire. Liu. li. 5. Dec. 5. Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo ſenatus decreuit potius, q̄ quid Sergius Galba fabuletur, audi. Eius cōpoſitū eſt Confabulor, προσμυθολογέω. Teren. Si quādo ad eum acceſſerat confabulatū. Inuenitur quoq; Fabulo in actiua uoce, pro eodem: Pla. in Mil. Mala es. P. Imo ætaſtos ſtulta multū, Quæ uobiſcū cōfabulē. Vnde Fabulator, oris, facetus collocutor. Suet. in Octauio Auguſto: Si interruptū ſomnū recuperare, ut euenit, nō poſſet lectoribus, aut fabulatoribus accerſitis reſumebat, producebatq; ultra primā, ſæpe lucem. Fabularis, re, adiectiuū, idē ſignificans quod fabuloſus, (μυθώδης) ut, Hiſtoria fabularis, in qua multa falſa, & minime uera ſcribuntur. Suet. in Tyb. Cęſ. Maxime tamē curauit hiſtoriæ fabularis notitiā, uſq; ad ineptias, & deriſum.

FABVLOSVS,ſa,ſum. {*Fauoloſo. Pet. Tra queſti fauoloſi & uani amori*} (μυθώδης) dicitur, quod commentitium eſt: uel quod fabulis & figmentis celebratū eſt: uel de quo multa finguntur. Hora. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabuloſus Lambit Hydaſpes. Pli. lib. 10. ca. 49. Pegaſos equino capite uolucres, & Gryphas auritos aduncitate roſtri, fabuloſos reor. Fabuloſior. Pli. lib. 33. cap. 1. Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non & fabuloſiorē fateatur? Vnde fabuloſè aduerbium, hoc eſt, falsò, uel per fabulas. Pl. li. 32. cap. 11. Accedat his Taprobane, inſulæq; aliæ Oceani fabuloſè narratæ. Idē lib. 5. c. 1. Colonia à Claudio Cæſare facta Lixos, uel fabuloſiſſimè ab antiquis narrata. Fabuloſitas, tis, hoc eſt, fabulantiū uanitas. Pl. li. 36. c. 13. Sed cùm excedat omnia fabuloſitas, utemur ipſius M. Varro. in expoſitione eius uerbis.

FACESSO, ſis, faceſsi, ſupinum in uſu nō eſt. Legitur tamē participiū Faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet Faceſſitum. Ci. in Verr. Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitū. {*Andare à fare*} Significat autem propriè ad faciendū eo: ut, Viſo, ad uidendum eo. Vergilius: Haud mora, continuò matris præcepta faceſsit. Interdum eſt, diſcedere. ἀπέρχεσθαι, ἀπιέναι. Nec mirū: altera enim ſignificatio alteram gignit: nam qui ad faciendum quicquā it diſcedit, ut id faciat. Teren. in Phor. Dic quid uelis dari tibi in manū, ut heuus his diſiſtat litibus, Hęc hinc faceſſat? Id eſt, ſua curatum abeat. Donatus: Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt, abeat. Cic. in Hortē. Faceſſant igitur, qui docere nihil poſſunt, quò melius, ſapientiusq; uiuamus. Negotium faceſſere, (πρᾶγμα, παρέχειν) eſt cuipiā moleſtum eſſe. Cic. Appio Pulch. Quū eſt nobis allatū de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. Huius paſsiuū protulit idem pro Cluē. Sed hoc polliceor omnibus, ſicuti forte hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneat: ſi is uti me defenſore uoluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurum.

FACETIÆ, arum, {*Facetie, burle, piaceuolezze*} (εὐτραπελίαι) ſunt quaſi deliciæ quædam ſermonis, & dicta urbana ſine ſcurrilitate: quanquam etiam in factis intelligi poſſunt. Plau. in Mil. Nā tu quemuis potes es facere, ut fluat facetijs. Catullus. Eſt.n. Leporū Diſertus pater, et facetiarū. Ci. 1. Offi. Sale uerò & facetijs Cęſar Catuli patris frater uicit oēs. Idē. 2. de Ora. Etenim cū duo genera ſint facetiarū: alterū ęquabiliter in omni ſermone fuſum: alterū peracutū, et breue: illa à ueteribus ſuperior, cauillatio: hæc altera dicacitas nominata eſt.

FACETVS, ti, {*Faceto*} (εὐτράπελος, κομψός) dicitur, qui ſalibus & ſermonis urbanitate, citra ſcurrilitatē tamen, abundat. Cic. ad Quin. Fratrem: Nam neque parum facetus ſcurra Sex. Næuius. Idē. 2. de Legib. Facetiſsimus poeta ueteris comoediæ Ariſtophanes. Quidam à faciendo deriuant, ut is ſit qui geſtibus aut uerbis ita alium imitatur, ut ſe illum faciat. Alij à fando deducunt. Veteres etiam Facetum dixerunt, quicquid uenuſtum eſſet, & elegans. Vnde Horatius facetum dicendi genus Catoni Vergilio decens tribuit. A quo Facetè, aduerbium, pro eleganter, urbanè, κομψῶς χαριέντως. Cic. 6. Verr. Nunquam tantum mali eſt Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. Idē pro Roſc. Amerino: Noſq; ab iſto nebulone facetius eludimur. Facetoſus, a, um, idem quod facetus. Cic. 2. de Finib. Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetoſam urbanitatem incurratis, non dico.

FACIES, ei, {*Faccia. Pet. A lui la faccia nubiloſa e triſta*} (πρόσωπον) & Vultus (πρόσωπις) differuntq;. Vultus uoluntatis, indicium ſit, quod pro motu animi in facie oſtenditur: unde Seruius. Vultus uoluntatis indiciū, qui pro uoluntatis uarietate mutatur. Verg. 4. Aen. Spē uultu ſimulat, premit altū corde dolorē. Inde etiam coeli & terræ Vultum appellamus, quia mutari cōtingit. Facies uerò, pars anterior capitis humani, conſtans ex fronte oculis, naſo, malis, ore, & mento. Sallu. in Cat. prorſus in facie, uultuq; uecordia inerat. Sumitur itā Facies pro totius corporis forma. Ter. in Eun. O faciem pulchram. Vt enim ab aſpectu Species, à fingendo Figura, ita à faciendo uel a factura corporis, dicitur Facies. Pla. in Poen. Sed earū nutrix qua ſit facie, mihi expedi. M. Statura nō magna, corpore aquilino F. atq; ipſa eſt. M. Specie uenuſta, ore paruo, atq; oculis pernigris. Neq; ſolum de hominibus dicitur, ſed & de rebus inanimatis: ut, Egregia literarum facies: ut Facies dicatur cuiuſq; rei ſuperficies. Vt quū dicimus Faciē terrę. Faciē maris. Sallu. lib. 2. Hiſt. Sardinia in Aphrico mari facie ueſtigij humani, in occidentē, quàm in orientē latior. Idem: Quibus rebus permota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. Accipitur tamen nonnunquam Vultus pro facie, præſertim apud Poetas: qui pro eodem dicunt, Fœdato uultu, & Fœdata facie. Quandoq; etiam facies, pro ſpecie dicitur εἶδος. Verg. 6. Aen. Quæ ſcelerum facies, o uirgo, effare. Antiqui declinabant, hæc Facies, huius Facies, Vel Facij, pro Facies, ut teſtimonijs aliquot docet Gel. lib. 6 cap. 14. Vertere ſe in omnes facies, id eſt, experiri omnia ſua conſilia, aut uires. Verg. lib. 12. Aen.

Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid.
Siue animis ſiue arte uales.

FACILE, {*Facilmente, ageuolmente*} (ῥᾳδίως, εὐχερῶς) aduerbium, nullo negotio. Cic. lib. 1. Epiſt. Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, ſpero, reſiſtemus. Eſt etiam confirmantis aduerbium, ſignificans, haud dubiè, liquido, certo nullis aduerſantibus, ἀναμφιλέκτως, iungiturq; eleganter cum nomine Princeps. Ci. li. Epiſt. Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. Admittit & ſuperlatiuum, ut, Facilè doctiſsimus: Facilè primus. Item adiectiua diuerſitatē importantia: ut, Facilè diſsimilis. Aliquando & uerba cum præpoſitione Pręcōpoſita: ut, Facile præſtat æqualibus. Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. Tuſc. Sed te aberrare propoſito, facile patiebar. id eſt, nō inuitus. Antiqui pro facile Facul & Faculter dixerunt, ut ſuprà oſtendimus in dictione Difficilis.

FACILIS, le, pen. cor. {*Facile, ageuole. Dant. Verſo di quella ageuole & aperta*} (εὔχερής, εὔπολος, ῥᾴδιος) quod expeditū eſt, & nullius negotij. Teren. in Heau. Hæc dum incipias, grauia ſunt, dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. Idē apud Verg. 4. Geor. Bonā atq; iuſtam rem oppido imperas, & factu facilem. Huius contrarium eſt Difficilis, (χαλεπός) hoc eſt, multum habens negotij & moleſtiæ. Vnde Difficiles terræ dicuntur, quæ non ſine labore fructum producunt. Ver. 1. Geor. Difficiles primum terrę, colleſq; maligni. Aliquando Facilis, dicitur exorabilis, & ad ignoſcendū paratus: ut, Faciles uenerare Napæas. Ter. in Heau. Mihi ſi unquā filius erit, næ ille facili me utetur patre. Pli. lib. 7. cap. 6. Melior color marem ferenti, & facilior partus Ibid. c. 16. Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, cōceptus faciliimi traduni. Ex facili aduerbialiter, pro Facile. ῥᾳδίως. Col. li. 6. ca. 1. Quę uitanda nō ex facili dixerim. Pli. li. 30. Eorundē cinis exſis denſibus commiſtus ex facili eos cadere cogit.

FACILITAS, atis, {*Facilità, ageuolezza*} (ῥᾳστώνη) eſt inclinatio quædam, ſiue habitus ad aliquid promptè dicendum, faciendū' ue: ferèq; in meliorem partem accipitur: nā propenſio in deteriorem partem, uſitatius Procliuitas dicitur. Cic. 4. Tuſc. Procliuitas ad ægrotandum, ſed hæc in bonis rebus, q alij ad alia bona ſunt aptiores, Facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut ſignificet lapſionem. Sic Facilitatem ingenij dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. Facilitas carminis, uel orationis, eſt perſpicuitas quædam & claritas, qua mentem ſcribentis facilè aſſequimur. Accipitur etiam Facilitas pro placabilitate, & lenitate illa, qua facile patimur nos exorari. Ter. in Hecyr. Etſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprimè obſequentem: Sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. Id eſt, indulgentia, exorabilitas.

FACINOROSVS, a, ū, {*Scelerato, maluagio, ſeditioſo*} κακοῦργος. ſceleſtus, & flagitioſus. Cic. in Catil. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denīq; omnium facinoroſorum. Vita facinoroſa. Idem. 1. de Legib.

FACINVS, oris, pen. co. {*Fatto rileuato coſi in buona come in mala parte*} à facio deductum, uocabulum eſt medium, quo tā in bonam, quàm in malam partem uti poſſumus. Eſt enim facinus inſigne aliquod factum, ſiue bonum, ſiue malū. In bonam partem accipitur apud Sallu. pro uirili & ſtrenuo facto, quod Græci ἀνδράγαθημα appellant. Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Sæpius in malam, κακούργημα. Cic. lib. 3. Offic. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit.

FACIO, cis, feci, factū, {*Fare. Pe. Che ſolea far in terra un paradiſo*} (πράττω, δράω, ποιῶ) cuius paſſiuum eſt Fio. Apud antiquiſſimos tamē in uſu fuit Facior, quod adhuc remanſit in compoſitis illis, quæ ex præpoſitionibus fiunt: ut Afficio paſſiuum facit Afficior. Conficio, Cōficior, & ſic de reliquis. Quæ uero ex alijs partibus cōponuntur, paſſiua faciunt per uerbum Fio: ut Benefacio, Benefio, Fabrefacio, Fabrefio: Madefacio, Madefio. Sic etiam Pinguefacio, Aſſuefacio, Calefacio, Candefacio, Excādefacio, Condocefacio, Cōmonefacio, Frigefacio, Feruefacio, Cōſuefacio, Tepefacio, Diſſuefacio, Māſuefacio, Orbefacio, Stupefacio, Satisfacio, Vacuefacio, Patefacio, Congelefacio, Putrefacio, Pudefacio, Labefacio, Experfacio, Torrefacio, & ſi qua alia reperiantur. Vbi illud obiter notandum eſt, q compoſita à Facio, habentia e. ante f, quæ fiunt ex uerbis ſecundæ coniugationis, habent quartam à fine indifferentem. Hora. li. 2. Sermo. In matris iugulo ferrum tepefacit acutum. Catullus: Alta tepefaciet permiſta flumina cæde. Eſt autem facere propriè, in opere eſſe, id eſt, rei alicui faciē quandam inducere. Vnde etiam Facies dicitur. Qui enim facit uas, uaſis faciē illi imponit: qui ueſtimentum, ueſtimenti faciem. Interdum ſumitur pro ſcribere, (ποιεῖν) id eſt, componere. Donatus in Terentium: Facit, qui materiam cōponit, ut Menander. Pro æſtimare, ποιεῖσθαι. Plaut. in Curculio. Migrare certum iam nunc è fano foras, Quando Aeſculapij ita ſentio ſententiam, Vt me nihili faciat, nec me ſaluū uelit. Sic dicimus Magni facio, (περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι) Parui facio, Tanti facio: quod eſt, magno pretio æſtimo, nullius æſtimo, tanti æſtimo. Nec compoſita ſunt hæc, cùm manifeſtè diuiſa inueniantur. Pla. in Curcu. Reſpicio uos nihili meam gratiam facere. Idem in Ruden. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. Cice. Cecinnæ: Vtebar familiariſsimè Cæſare, Pompeium faciebam plurimi: Iungitur & cum genitiuis Lucri, & Sumpti, ut Lucri facio, idem ſit quod facio lucrum, ἐργάζομαι. & Sumpti facere, idem quod facere ſumptum, ἀναλίσκειν. Plau. in Perſa. Non ædepol trecentis cara eſt, feciſti lucri: Idem in Caſ. Si nunc me ſuſpendo, meam operam luſerim, & præter operam reſtim ſumpti fecerim. Transfertur hoc uerbum Facio ad innumeros propemodum uſus. Nam & Facere uerba. (ποιεῖσθαι λόγον) dicimus. i. loqui: Facere iter, (ὁδοιπορεῖν) eſt ire. Facere terrorē φόβον ἐμποιεῖν eſt terrere: Facere aliquem certiorem, eſt ſignificare alicui rem aliquam. Facere gratum, (χάριν φέρειν) i Facere, ludos Facere ſolennitatem, exhibere: Facere urinam, (οὐρεῖν) meiere: Facere ſordes, ſordeſcere. Facere pediculos, emittere: Facere copiam, (ἐξουσίαν διδόναι) poteſtatem præbere: Facere lucrum, lucrari. Facere etiam pati eſt: ut, Feci iacturam, damnum, naufragium. Item Facere accipitur pro ſacrificare, ἱερουργεῖν ἱεροποιεῖν. Verg. 3. Eclog. Cùm faciam uitula, pro frugibus ipſe uenito, id eſt, cū ſacrificabo. Cic. pro Muræ. Nobile à facris patriis Iunonis ſoſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum Conſulem potiſſimum auellere. Plau. Plenam faciam tibi fideliam. id eſt implebo. Item conuenire, συμπαλεῖν. Martia. Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones. Item rem obſcœnam facere. Plau. Mauult ancillæ facere, quā libertæ. Pertinet ad pecuniam, quæ fieri dicitur, cùm cogitur, ſeu colligitur. Salluſtius Iugurtha: Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. Denique Facere (ut Papinianus inquit) omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otioſus ſedet, ſi rogetur, quid faciat: rectè reſpondere poterit, ſe nihil facere, quandoquidem otioſus eſt. Rectè etiam ſe ſedere: quoniam & ſedere ipſum aliquid facere eſt: ut iacere, nauigare, quieſcere. Faciam te, ut plurimum amem. i. plurimum amabo. Faciam ut tibi proſim. i. tibi prodero. Fac (τίθει) te eſſe, qui ſum, id eſt, finge te eſſe me, uel pone te eum eſſe qui ſum. Facto opus eſt, fieri opus eſt, (ποιεῖν δεῖ, ποιητέον) quod etiam dicimus, Opus eſt facto. Factum iri audio illi iniuriam, hoc eſt, audio futurum, ut illi fiat iniuria. Item Factū itur mihi contumelia, Cato pro ſe contra Caſsium: Atq; euenit ita Quirites, ut in hac cōtumelia, quę mihi propter huiuſmodi petulantiam factum itur, rei quoq; pub. medius fidius miſereat Quirites. A' Facio item fiunt uerba primæ coniugationis in co terminata, quę propè infinita ſunt: ut Sacrifico, Magnifico, Deifico, Clarifico, Aedifico, Viuifico, Mortifico, Iuſtifico, Falſifico, & huiuſmodi. Facere ludos, ſignificat irridere, ἐμπαίζειν. Plau. in Aul. Quę tu ſenecta ætate ludos facias. Facere are, apud Lucr. lib. 6. pro Arefacere, κατατήκειν. Principio terrā ſol excoquit, & facit are. Factum in reſponſione affirmatiua, pro Ita, ſiue eſt. Ter. in Eun. Chęrea' ne tuam ueſtē detraxit tibi? DO. Factum. PH. & ea eſt indutus? DO. Factū. Ibidem: Die mihi, Aufugiſtin? CH. Hera, factum. Facere ægrè alicui, hoc eſt, Facere alicui rem moleſtam. Ter. Eun. Mihi uerò putare ſibi adductum ante oculos ęmulum, uoluit facere contra huic ægrè.

Facere animum alicui, eſt incitare, & animum alicui augere. Liuius quinto Bel. Puni. Miſſum à Metaponto pręſidium, Romanis fecit animum, ut noctu ex improuiſo opera hoſtium inuaderent. Liuius primo ab Vrbe cond. Eam autem ea regione coeli, & eius diei nuntiam ueniſſe, circa ſummum

culmen

culmen hominis auſpicium feciſſe. Facere cadauer, occidere. Apul. lib. 8. Cadauer, quod ipſe fecerat, auidè complexus eſt. Facere copiam et poteſtatem alicui. Plau. Capt. Gratiam habeo tibi, Cùm copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. Facere cum aliquo, eſt partes illius fouere, aut ſequi. Gel. lib. 15. cap. 22. Ex eis nationibus, quæ cum Sertorio faciebant, cùm multis prælijs ſuperatus eſſet, neminem unquam ab eo defeciſſe. Cic. pro Quin. Cùm ueritas cum hoc faciat, &c. Fac eſſe, permittentis & concedentis eſt locutio: ac ſi dicas, eſto, uel pone ita eſſe. Cic. in Verr. Fac ita eſſe, tamen hoc ferẽdum nullo modo eſt. Facere fidem, eſt facere ut quis credat. Facere gradum, eſt ambulare. Ci. 2. de Ora. Quin prodis mi Spuri, ut quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem? Gradum ad aliquid facere, eſt per quaſdam ueluti gradus ab una re paulatim ad aliam tranſitum facere. Quint. li. 3. ca. 6. Nanque & illud frequens eſt, ut ea, quibus minus cõfidimus, cum tractata ſit, omittamus, interim ſponte noſtra ueluti donantes, interim ad ea quæ ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. Facere gradũ, pro promouere, Liu. 6. ab urbe: Accingẽdum ad eam cogitationem eſſe conando, agendoque, iam eõ gradum feciſſe plebeios, unde ſi porro annitantur, peruenire ad ſumma, & patribus æquari tam honore, quàm uirtute poſſent. Facere gratiam iuriſiurandi. i. ſoluere uinculo iuriſiurãdi: quod barbari dicunt, diſpẽſare aliquem de iuramẽto. Plautus Rudent. Nihil hercle hoc tibi eſt, ne tu ſperes: iuriſiurandi uolo Gratiam facias. Facere gratiam, pro eo, quod eſt, onus quod ſub ire quis teneatur, ei remittere, priuilegioque ab eo eximere. Sueto. in Othon. c. 38. Mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque & triginta retinere cum nollent. Facere gratiã delicti, pro ignoſcere. Sallu. in Iugur. Cæterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. Id eſt, ignoſcit. Facere gratum, pro gratificari. Terentius Eunuc. Hac re, & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. Facere iniuriam, eſt uerbo factóve aliquẽ iniuſtè lædere, (ἀδικεῖν) Plaut. Mercur. Filio ſuo innocenti qui fecit tantam iniuriam: Facere initium, incipere. Cic. ad Attic. lib. 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget ſyncere, temperatè, prudenter, ualde uidero. Facere largitionẽ, ſeu largitiones, eſt largiri, & profundere, ac diſſipare. Cic. 3. Tuſcu. Et quidem C. Gracchus cùm largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, uerbis tamẽ defendebat ærarium. Ne longum faciam. i. ut breuiter dicam, apud Horat. 1. Serm. Saty. 3. Facere ludos, irridere aliquem. Plau. Pœnu. Enimuero ære meo me laceſſis, ludos & delicias facis. Facere magni, (περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι) eſt magni æſtimare. Plaut. Aſi. Nunc neque quid uelim facitis magni, peſſimæ. Facere maximi. Teren. Phor. Merito te ſemper maximi feci Chreme. Nihili facere (περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι) eſt nihili æſtimare. Facere parui. Plau. Rud. Illos ſceleſtos, qui tuum fecerunt fanum parui, & auſi ſunt uiolare nos. Ne pili quidem facere. Catullus, Ludere hanc ſunt, ut lubet, nec pili facit uni. Pluris facere. Cic. Att. lib. 8. Ego pro Pompeio libenter emori poſſum: facio pluris omnium hominum neminem. Facere manum pro colligere milites. Cic. in Ver. Illi nocte facta manu, armataque ueniunt. Facit mecum, hoc eſt, ſentit mecum, ac meæ eſt opinionis. Vnà facere. Ouid. Vt fatear, mecum ſola Corinna facit. Hora. Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Ad eundem etiam modum dicimus, Tecum, Secum, Nobiſcũ, aut Vobiſcũ facere. Cic. pro Syl. Quid tum? Caſſius ſi reſpondiſſet idẽ ſentire, & ſecum facere Syllam. Idem pro A. Cecin. Videaris auctoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. Facere mentionem, commemorare. Cic. de Senectu. Lyſandrum Lacedæmonium (cuius modo mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. Facere miſſum, idem quod dimittere. Cic. 3. Offi. Iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurãdum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Facere modum alicuius rei, eſt tempore, & ultra menſurã non extendere, ſeu modum non egredi. Cic. 1. de Legi. Ipſiſque magnopere auctorem fuiſſe: ut aliquãdo controuerſiarum aliquem facerent modum. Facere modos, eſt inter actus fabularum intercinere. Cic. de Ora. Neque id actores prius uiderunt, quàm ipſi poetæ, quàm denique illi et qui fecerunt modos. Facere mutuum cum aliquo. Plaut. Curc. Ea me deperit: Ego autẽ cum illa nolo facere mutuum. Id eſt, nolo eam deperire ut me deperit. Naufragium facere. Cic. ad Tironẽ: Qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerũt. Facere nomẽ, eſt nominare. Liu. 8. ab urb. Scelerato campo, credo ab inceſtu id ei loco nomen factum. Facere nomen alicuius amplum, eſt cõciliare famam & celebritatem. Liu. 8. bel. Pun. Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis ampliſſimum nomen apud exteras gentes pop. Rom. familiæque ueſtræ fecerant. Facere nomina, idem quod debitorem ſe conſtituere. Cic. 3. Offi. Emit homo cupidus, & locuples, tanti, quãti Pythius uoluit, & omni inſtructos: nomina facit, negotium conficit. Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare: aut alias debitorẽ ſibi aliquẽ facere. Cic. Gallo lib. 7. Accepi Auiani literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, Nomina ſe facturum, qua ego uellem die. Id eſt pecuniam crediturum, in eam diẽ ſoluendã, quã ego poſtulaſſem. Bud. Facere nomen cũ uineis, hoc eſt facere ſupputationem redituum uinearum. Col. lib. 3. Quod quaſi nomen, ſi ut fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum uineis ſuis fecerit, eius ſummæ uel in perpetuum, &c.

Facere otium. i. dare. Verg. 1. Ecl. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Facere oua, pro parere. Var. 3. de Re ruſt. cap. 9. Neque ferè in uillis oua ac pullos faciunt, ſed in ſyluis. Facere par. Plau. Tri. Feceris par tuis cæteris factis, patrem Tuum ſi percoles. Facere periculum, eſt tentare, & experiri. Terẽ. Andr. Quis ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? Facere poteſtatẽ, permittere, concedere. Cic. in Cat. Siquid de his rebus dicere uellet, feci poteſtatem. Facere poteſtatẽ, ſiue copiam ſui, eſt aditum ad ſe præbere, & permittere ut ſecum agatur. Facere omnibus ſui conueniendi poteſtatem, Cic. 8. Phil. Facere progreſſum in ſtudijs. Cic. 4. Tuſc. Philoſophiæ denique ipſius principes, nunquam in ſuis ſtudijs tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. Facere prouentum maiorẽ, hoc eſt, exuberantiores fructus dare. Col. lib. 2. cap. 15. Nec ſolùm ea res maiorem facit prouentum, ſed etiam ſaporem & odorem uini pomorumque reddit meliorem. Facere quæſtum, lucrari. Quæſtum facit meretrix ſuo corpore, Liu. 6. Bel. Pun. Quid me faciam, neſcio, Teren. in Andr. Quid iſto fiet, ſi huc Paulus uenerit? Cic. ad Att. lib. 6. Quid tu huic homini facias? Cice. pro Cec. Quid de P. Clodio fiat, reſcribe, Cic. ad Att. lib. 2. Facere ratione, hoc eſt, ob aliquam cauſam. Cic. ad Att. lib. 12. Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. Ratum facere eſt confirmare. Liu. 8. bel. Pu. Quæ nobis ĩperatores ueſtri cõmoda tribuerunt, ea rata, atque perpetua ueſtra auctoritate faciatis. Facere rem, eſt parare opes. Ter. in Adel. Nunquã rẽ facies: abi, neſcis ineſcare homines Sannio. Facere rẽ diuinã, ſacrificare. Pla. in Am. Ego rẽ diuinã intus faciã, uota quæ ſunt.

Facere reum: hoc eſt, accuſare, ſiue reum agere. Taci. libr. 1. Violatorẽ fœderis ueſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci. Facere ſacrificium, et ſacra. Cic. de Clar. Ora. Licet aliquid etiã de M. Popilij ingenio ſuſpicari qui cum Cõſul eſſet, eodẽque tẽpore ſacrificium publicũ cũ læna faceret. Liu. 1. ab Vrb. Qui ſacra publica pop. Rom. faceret. Facere ſanguinẽ, pro effundere. Liu. 5. bel. Mac. Nõdum indicto bello, aut ita cõmiſſo, ut ſtrictos gladios aut ſanguinẽ uſquã factũ audiſſent. Facere ſatis, eſt debitum perſoluere. Plau. 1 Aſi. Sed uina quæ uẽdidi heri uinario Exærãbo, iã pro his ſatisfecit Sticho? Li. Feciſſe ſatis opinor. i. ſoluiſſe. Facere ſatis alicui, pro eius uoluntati obtẽperare. Cic. de clar. Ora. Ego uerò, inquã, ſi potero, faciã uobis ſatis. Facere ſtipendium ſub aliquo, idẽ quod militare. Pli. de uiris illuſ. Sub Oreſte in Sardinia ſtipẽdia fecit. Facere ſtipendiarios, eſt cogere ad ſoluendum tributũ. Cæſ. 1. bel. Gal. Hæduos ſibi, quoniam belli fortunã tẽtaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent, ſtipendiarios ſibi factos. Facere ſtomachum alicui, eſt cõmouere aliquẽ, & bilẽ excitare. Cic. Lent. lib. 1. Epi. Nõ illi quidẽ ut mihi ſtomachum facerent. Facere ſumptum, quod alias facere expenſas, uel Expẽndere dicitur. Plau. Cap. Quin ita faciã, ut recupias facere ſumptum, etſi ego uetẽ. Facere uadimonium, pro promittere. Plau. Epi. Ilicet ut uadimonium mihi hic ultro facit. Facere uela. i. uelificare. Ver. 5. Aen. Vela facit tamen & plenis ſubit oſtia uelis. Facere ueſtigium ambulare, & progredi. Cic. pro Rab. poſth. Hic uos aliud nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbẽ ſibi intueri, atque in hoc foro ueſtigium facere liceat. Facere uitium, eſt corruere, uel uitiari, & aliqua parte labefactari. & proprie de ædificijs dicitur. Cic. in Top. Si ædes eæ corruerunt, uitiumve fecerunt. Facere uitium, pro uitiare. Vitruuius: Si uenti frigidi ſunt, lædunt, ſi calidi, uitiant: ſi humidi, nocent: ijdem faciunt uitia pauimẽtis. Facere uolupe animo ſuo. Plau. in Aſi. Hic ſenex ſi quid clam uxore ſuo animo fecit uolupe. Neque nouum, neque mirum fecit, nec ſecus quàm alij ſolent. Facere uota, eſt ſupplicare. Plin. lib. 17. ca. 2. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas, pro arboribus uota facit. Facere urinam, eſt meiere. Col. lib. 6. cap. 30. Plerunque iumenta morbos concipiunt laſſitudine & æſtu nõnunquam & frigore, & cum ſuo tempore urinã non fecerint.

FACTIO, onis. {*Fattione, congiura ſetta*} (αἵρεσις) ab initio (ut auctor ẽ Feſt.) honeſtum uocabulum fuit unde Factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc uerò (inquit) nomine Factionis ſeditio, (ςάσις) & arma dicuntur. Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, cum aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conanẽ, inter quos eſt æmulatio: utroque quàm maximam corradere potuit, ciuium trahente multitudine, quos Clientes uocant. Nonius, Factiõ dicitur malorum conſenſus, et conſpiratio. Sal. de Bel. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui rãt huiuſmodi factiones exercent, Factioſi, (ςασιαςικοί, φιλαίτιοι, καὶ ςασιώδεις) appellantur, qui ſcilicet procliues ſunt ad factionem. i. diſcordiam & ſeditionem. Sal. in Catil. Cn. Piſo adoleſcens nobilis ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quem ad perturbandum Remp. inopia, atque mali mores ſtimulabãt. Interdum factio capitur pro potentia, & auctoritate alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit, citans locũ Titinnij. Sed iam hercle me tuo, ne nimis ſtulte fecerim, qui ea tanta factione atque opibus ea auſus ſum aggredi. Plau. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Hinc factioſus, diues et potens. Idẽ in Aul. Venit hoc mihi in mentẽ Megadore te eſſe hominẽ diuitem, Factioſum, me itẽ eſſe hominem pauperũ pauperrimũ. Quatuor apud antiquos fuerũt aurigantiũ factiones, Veneta, Praſina, Alba, Roſea, à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harum factionum, cũ partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus, uirenti ueri dicatus erat: Roſeus, flammeæ æſtati. Venetus, nubilæ hyemi: Albus pruinoſo autumno. Sueto. ſcribit his addidiſſe Domitianũ duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæc certamine curuli & pernicitate curſus inter ſe decertabant, fauoreque populari, ſiue Imperatorio, uictoriæ præmia adiudicabãtur eis, qui uiciſſent. Factio interdum idem eſt quod confectio: unde factionem teſtamenti dicimus pro iure, ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. Cic. in Top. Quas is inſtituiſſet: qui teſtamenti factio nulla eſſet, hoc eſt, qui conficiendi teſtamenti non habebat poteſtatem.

FACTITIVS, a, um, {*Fittitio*} (αὐτοφυής, ποιητικός, τεχνικός) quod arte aliqua effectũ ẽ, hoc eſt, quod naturale nõ eſt: ut, Vinũ factitiũ, Color factitius, Sal factitius. Pli. lib. 13. ca. 17. Ergo in utraque gẽte bina laudaui genera, terrena & factitium. Facta uerba dicũtur, quæ Fictitia appellãtur, quæ ad ſoni alicuius ſimilitudinẽ efficta ſunt: ut, Crocire, Hinnire, Claſſis, Tintinnabulũ & ſimilia.

FACTITO, as, pe. co. {*Far ſpeſſo*} (ἐνεργῶ) ſæpe facio. Cic. li. 2. Offic. Hæc apud maiores noſtros factitata. Horat. in Arte. Nec ſatis apparet cur uerſus factitet.

FACTOR, oris, {*Fattore*} (ποιητής) nomen uerbale, qui aliquid facit, ut cum dicimus Deum factorem cœli & terræ, Sic etiam factorem uocamus, qui uinum uel oleum, uel quid ſimile facit. Cato de Re ruſt. cap. 13. Lectum ſtratum, ubi duo cuſtodes liberi cubent, & tertius ſeruus una cum factoribus ubi cubet.

FACTVRA, æ, {*Fattura*} (ποίησις) cõpoſitio rei, quã facimus. Pli. li. 34. c. 14. Alibi uena bonitatẽ hãc præſtat, alibi factura, ut Sulmõe aqua, ut diximus.

FACTVRIO, is, pen. cor. {*Deſiderar di fare*} (δρασείω) facere deſidero, quod nonnulli ad rem uenerea m transferunt. Plautus: Facturit, poſtquam ancillam aſpexit: hoc eſt, crocire cupit.

FACTVM, cti, ſubſtantiuum, {*Fatto*} (πρᾶξις) res geſta. Verg. lib. 1. Aeneid. Fortia facta patrum. Factum mutare, pro ſententiã mutare. Terentius in Andr. Haud muto factum.

FACTVS, us, {*Fatto*} (ποίησις) idem eſt quod cõfectio. Vnde Factus olei dicitur quantũ una uice cõficitur. Cato de Re ruſt. cap. 66. Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios, & in lucernã, quod opus ſit, hoc eſt, in ſingulas olei cõfectiones, uel quoties oleũ cõficitur. Varro de Re ruſt. lib. 1. ca. 24. Hoſtũ uocãt, quod ex uno factu olei reficitur. Factũ dicunt, quod uno tẽpore cõficitur. Factus uillæ pro ſtructura, opere, & exædificatione. Idem lib. 3. de Re ruſt. ca. 1. Ego quoque, quo exornatior nulla eſſe poſſet fructu, quam factu, hæc ad te miſi.

FACVLA, pen. cor. {*Facella*} (δᾳδίον, λαμπάδιον) diminutiuum eſt à Fax, facis: idem ſignificans quod parua fax, hoc eſt teda ex arboribus pinei generis, ſæpius diſſecta, ut facilius ardeat, quanquã & ex cera & ex pice fieri poſſit. Propertius lib. 2. Elegia 20. Quorum alij faculas, alij retinere ſagittas, &c.

FACVLARII, (*Quelli che portano le facelle*)(δᾳδοῦχοι) dicuntur qui faculas geſtant.

FACVLTAS, tatis, (*Facultà, arbitrio, poteſtà*)(φαγωϐα) propriè facilitas agendi: ut, Tere. in Andr. Dñ date facultatem obſecro Huic pariundi, atq; illi in aliñ a potius peccandi locum. Cuius contrarium eſt Difficultas. Aliquando pro poteſtate, ſeu commoditate, ἐξουσία. Plin. Si mihi facultas daretur, utrum mallem eligendi. Præterea Facultas, eſt uis quædã: quæ facit, ut id facilius fieri poſſit, qđ de unaquaq; arte præcipitur, δύναμις. Eſt enim genus omnium artium, quo in omnium artium definitione uti poſſumus: ut cũm dicimus: Dialectica, eſt facultas diſſerendi: Rhetorica eſt facultas dicendi, et ſic de aliñ. Facultates quoq; in plurali tantũm numero dicuntur opes, quoniam cũm diues quis exiſtit, facile quod uult agit. Cic. ad Attic. lib. 11. Si quas habuimus facultates, eas, tum Põpeio, cũm id uidebamur ſapienter facere, detulimus. Itaq; tum à tuo uillico ſumpſimus, & aliunde mutuati ſumus, &c. Facultatem à Facilitate ſic diſtinguit Plin. q; illam uocat uim & energiam eloquentiæ: hanc promptitudinem diuinat: Sic. n. Epiſt. 115. inquit: Quia ſcilicet nimia aſſiduitate facilitas magis, ǭ facultas: nec fiducia, ſed temeritas paratur.

FACVNDVS, di, (*Facondo, eloquente*)(λόγιμος, εὐφραδὴς) diſertus: à fando, quia ea quæ mente concepit, ad audientes facilè atq; ornatè profert. Ouid. de Arte: Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Hinc Facundia, (λογιότης) quæ eſt facultas diſſerendi cum gratia. Pli. libr. 9. cap. 30. Facundiæ Latinarumq; literarum parens Cic. Facundè, aduerbium, diſertè. Liu. 8. bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenñ dexteritas, ut non Syphacem modò barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè alloquendo ſibi conciliaret. Facundioſus adiectiuum. Sempro. Aſel. referente Gellio lib. 4. cap. 9. Facta ſua ſpectare oportere, dicta non, ſi minus facundioſa eſſent.

FADIVS, Pompeianus miles, cuius meminit Aſinius Pollio apud Ciceronem lib. Epiſt. 10.

FÆCATVM VINVM, (*Il uino che ſi trahe dalla feccia*)(τρυγώδης οἶνος) quod è fæcibus eſt expreſſum. Cato de Re ruſt. cap. 154. Vinum fæcatum ſic facito: Fiſcinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impleto, ſub prelumq; ſubdito, exprimitoq;. Plin. libe. 14. cap. 10. de uini operañ generibus agens: Tertium (inquit) eſt fæcibus uim preſſum, quod Fęcatum Cato appellat.

FÆCINIÆ VVÆ dictæ ſunt, quæ plus, quam cæteræ, fæcis afferunt: Alio nomine à colore Rubellanæ uocantur, & à loco Nomentanæ, auctore Columel. lib. 3 cap. 2.

FÆCVLENTVS, ta, tum, (*Feccioſo, pien di feccia*)(τρυγώδης) quod eſt fæcis plenum: ut, Fæculenta aqua apud Plin libe. 31. cap. 3.

FÆCVTINVS. pe pr (τρυγηρός) idem quod fæcatus. Gell. li. 13. ca. 19. Non eas ſinitiones prærancidas, neq; fæcutinas Grammaticas ſpectaueris: ſed autem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

FÆX, fæcis, (*Feccia*)(τρύξ, ὑποστάθμη) per æ, diph. (ut Apuleius docet) ut differat in datiuo, à præterito uerbi facio. & eſt excrementum cuiuſcunq; rei: cuius diminutiuum eſt Fæcula, deduciturq; à facio, Hor. 1. Carm. Ode 35, Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici. Fæces unguenti, eſt materia craſſior, ex qua expreſſum eſt unguentum. Magmata Gręco uocabulo appellantur, teſte Plin. lib. 13. cap. 2. Fæcem ciuitatis, (τὴν συγκλύδα) homines uiles, & abiectos aliquando uocamus: non q; homines ſint ſordes, ſed q; uitam agant ſordidam, & abiectam. Cic. pro Flacco: Opifices. & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum, quid eſt negotñ concitare? Sordes & fæx urbis, Cic. Att. libr. 1. Fæs Romuli, pro plebe Romuli, hoc eſt populo, quem ideo fæcem uocat Cice. ſcribens Att. lib. 2. Epiſt. 1. quòd collectus eſſet ex confuſa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quẽ reprehendit, quòd ita ſe gereret, quaſi eſſet in republica Platonis, & non in fæce, hoc eſt fæculenta plebe Romuli.

FAGVS, gi, (*Faggia*)(φηγός) arbor eſt glandifera, quam Ruſtici in Gallia uocant ua Fau: ita dicta ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. hoc eſt, à comedẽdo: q; ante inuẽtas fruges (ut fabulantur Poetæ) homines eius arboris glandibus ſolerent uictitare. Inde fiunt adiectiua Fagineus, Faginus, & Fageus, (φήγινος) quæ eiuſdem ſunt ſignificationis, quod ſcilicet ea fago arbore eſt. Ouid. 4. Faſt. Bis ſua faginea tẽpora fronde tegit. Sic faginus axis apud Vergi. 3. Geor, Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis. Et pocula fagina apud eundem 3. Eclog. Glans fagea apud Plin. lib. 16. cap. 5. Alia fageæ glandiſ figura, alia querneæ. Sunt qui ſcribant Phagus ad Græcam originem ſpectantes: id tamen magis ſuperſtitioſum eſt ǭ neceſſarium. Eſt enim hæc dictio ita iam apud Latinos recepta, ut meritò Latinorum more ſcribi poſſit.

FAGVTAL, fuit Romæ ſacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur. Plin. lib. 16. cap. 10.

FALACRIVM, (φαλάκριον) Ptolemæo 7 Europæ tabula, promontorium eſt Siciliæ, quod nõnulli idem eſſe credunt, q; uulgò hodie appellatur Melazo.

FALÆ, turres ligneæ, ab altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in ſpectaculis utebantur: à Falando. Tuſci enim Falandum cœlum uocabat.

FALARICA, cæ, (φαλαρικὴ) teli genus erat miſſile oblongo haſtili, quo utebantur pugnantes ex falis hoc eſt, turribus ligneis quę ad depellendos à mœnibus propugnatores extruebantur, Verg. 9. Aen. Sed magnum ſtridens contorta falarica uenit Fulminis acta modo. Liu. lib. 1. Bell. Pun. Falarica erat Saguntinis miſſile telum, haſtili oblongo, & cętera tereti, prę terquam ad extremum, unde ferrum extabat. Fuit autem duplex falaricæ genus ut latius infrà explicatum inuenies in dictione Phalarica. Etymi enim ratio poſtulat, ut Falarica potius per F, ſcribatur, eò q; Græca dictio non ſit.

FALCARII, (*Che uſano falce*)(δρεπανηφόροι) qui falcibus utuntur. Cice. 1. Inuec. contra Catil. Dico te prima nocte iuiſſe inter falcarios. quem locum Priſcianus exponens, Inter falcarios, inquit, i. in eum locum, ubi ſunt falcarñ.

FALCARIVS, ria, rium, (δρεπανικός) quod ad falcem pertinet: ut, Cotes falcariæ, quibus falces acuuntur.

FALCATVS, a, um, (*Che ha forma di falce*)(δρεπανοειδὴς) quod formam falcis habet. Plini lib. 10. ca. 21. de Gallo loquens: Sola, inquit, uolucrum in cœlum aſpicit crebrò, in ſublime caudam quoq; falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. lib. 17. ca. 10. Rurſus Falcatum, dicitur falcibus inſtructum: unde Falcati currus dicti ſunt, quos Maq. per circunloquutionem Currus cum falcibus appellat cum ait: Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Stati. lib. 10. Thebaid.

Antea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit grauis impetus haſtæ.

FALCVLA, (*Falcinella*) (δρεπάνιον, δρεπανίς) diminutiuum, parua falx, Colum. lib. 12. cap. 18. Nec minus falculæ, & ungues ferrei ǭ plurimi parandi. Dicuntur etiam Falculæ pardorum & pantherarum extremitates unguium in falcis formam incuruatæ. quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant: à quibus etiam falculis Falcones dictos putat Feſtus. Plin. libr. 8. cap. 15. Mirum pardos, pantheraſq;, leones, & ſimilia, condito in corporis uaginas unguium mucrone ne refringantur hebetenturq;, ingredi, auerſiſq; falculis currere, nec niſi appetendo, protendere.

FALCIDIA LEX. (φαλκίδιος νόμος) quæ amputat legata, quando ut minimum quarta pars bonorum non ſupereſt hæredibus.

FALCIFER, (*Che porta la falce*)(δρεπανηφόρος) falcem ferens. Vnde perpetuo epitheto Saturnus Falcifer à Poetis appellatur: cui idcirco falx tribuitur, q; primus in Italia agriculturæ uſum credatur indicaſſe, ut auctor eſt Macro. lib. 1. Satur. Mart. lib. 5. Nam ſi falciferi defendere templa tonantis.

FALCO, onis, (*Falcone*) Græcè ἱέραξ, auis eſt ex accipitrum genere, ita dicta (ut Feſtus innuit) q; ungues more falcis habeat introrſum flexos. Auis huius uolatus à ueteribus in augurñs maximè obſeruabatur. Feliciſſimum ſiquidem omen ad res agendas putabant, ſi falco à ſiniſtra uolaſſet. Vnde & à Græcis ἱέραξ quaſi ſacra auis uocatur. Campani Capyn olim uocabant. à qua etiam nõ nulli uolunt Capuæ nomen eſſe impoſitum. q; ex uolatu falconis, de ea ædificanda ſumptum fuerit augurium. Sunt autem Falcones omnes (ut hodie à principum aucupibus obſeruatum eſt) fœminæ, mares uerò ſunt, quos uulgus hodie uocat Moſcardinos.

FALERE, neutri generis. Varro de Re ruſt cap. 5. Intra rete aues ſunt omne genus, maxime cantrices, ut luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus obñcitur ſub rete. Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinq; &c. Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

FALERII, orum, (φαλέριον) oppidum fuit Faliſchorum in Tuſciæ mediterraneis. Auctor Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

FALERNVS AGER, teſte Plinio lib. 14. ca. 5. Campaniæ tractus eſt, qui à ponte campano incipiebat læua petentibus urbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus uitiferos habet colles, generoſiſſimo uino nobiles, quod à Regionis nomine etiam Falernum eſt appellatum. Huic inter generoſa Italię uina ſecũda nobilitas tribuebatur. Prima enim laudabatur Pucino, quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam uerò mirum uideri debet, ſi hoc uini genus hodie, aut prorſus incognitũ ſit, aut minus celebre, cũm etiam Pliniñ ſeculo (ut ipſe teſtatur) exoleſceret culpa agricolarum copiæ magis ſtudentium, ǭ bonitati. Pro uino frequẽtiſſimè neutri gen. eſt. Tibullus tamẽ in maſculino genere uſurpauit. Nunc (inquit) mihi fumoſos ueteres proferte Falernos.

FALISCI, (φαλίσκοι) populi Hetruſci fuerunt, quorum oppidum Falerñ (φαλέριον Stephano) uocabatur. Ouid. Adde ſenem Tatium Iunonicolaſq; Faliſcos. Faliſcus uenter, non diſſimilis Lucanicis, inuentus primò in Faliſcis. Pap. lib. 4. Syluarum: Non Lucanica, non graues Faliſci. Mart. libr. 1. Et Lucanica uentre cum Faliſco.

FALLACIÆ, arũ, (*Fallacie, inganni*)(στροφαὶ ἐξαπάται) technæ, doli mali: dicuntur uerba ad fallendum compoſita. Cice. 2. de Diuin. Tota res eſt inuenta fallacñs, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Terent. Andr. Fallacia alia aliam trudit. Colum. libr. 11, capi. 2. Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

FALLACITER, aduerbium, (*Fallacemente, fraudolentemente*) (δολίως) idem quod fraudulenter. Cic. 1. de Diu. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Offi. Ratio igitur hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter. Vendicare ſe alicui fallaciſſimè, Cic. de Aruſp. reſpon.

FALLAM, pro fallacia dixere Veteres, ut annotauit Nonius, Nonñ antiqui Poetæ locum citans, ex Decumis: Me non uocabit ob eam rem. hanc feci fallam.

FALLAX, cis. (*Fallace, ingannatore, gabbatore*)(ἀπατεών) doloſus, qui conſueuit fallere: ut Fallax interpres, apud Cice. ad Brutum, Plin. li. 22. ca. 23. Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpius fallacem. Martial. lib. 1. Sic auidis fallax indulget piſcibus humus. Cicer. de Amic. Nouitates autem ſi ſpem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidem repudiandæ.

FALLACIOSVS, a, um, (*Pieno d'inganni*)(ἀπατηλός) fallacñs plenũ. Gel. Veterum teſtimonia, quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

FALLO, lis, feſelli falſum, (*Ingannare, gabbare*)(ἐξαπατάω, παρακρούω) decipio: à fando deductum uerbum (ut inquit Varr.) cum contrà ǭ diximus, facimus; nam ſi quis te decipit, impropriè fallere dicitur. Cic. pro Roſc. Amer. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Ponitur & pro lateo, λανθάνω. Liu. Speculator Carthaginienſis, qui per biennium feſellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimittitur. Fallit me. i. ignoro. Cice. de Orat. Neq; hoc te Craſſe fallit. Ibidem: Quem quæſo noſtrum feſellit, ita uos eſſe dicturos? Fallere ſpem, fallere opinionem, eſt ſecus facere, ǭ quis opinatus fuerit. Cic. in Cati. Si quis improborum ſpem meam feſellerit. Falſus ſum, decipior. Plau. in Aul. Quãquam haud falſa ſum nos odioſas haberi. Terent. in Andr. Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo. P. Falſus es. Id eſt erras, aliter eſt atque tu putas. Huius compoſitum eſt Refello.

FALSARIVS, rñ (*Falſario*)(μεταγραφεὺς, ψευδογράφος) qui decipiẽdi gratia ſcripta publica falſificat. Suetonius in Neron. cap. 17. Aduerſus falſarios tum primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto obſignarentur.

FALSIDICVS, ci, pro. cor. & Falſiloquus, (*Che dice il falſo*) (ψευδολόγος, ψευδόλογος) qui falſa loqui conſueuit: ſicut Veridicus, qui uera fari cõſueuit. Plau. in Cap. Me meamq; rem, quod in te uno fuit, Tuis ſceleſtus falſidicis fallaciis

cĩs dilaceraviſti. Idem: quarum rerum te falſiloquium mihi eſſe nolo.

FALSIFICO, as, are, {*Falſificare*}(παραχαράττειν) ſcripturam uel ſignum adulterare. Inde Falſificator, & Falſificatio: uerbalia.

FALSIFICVS, {*Che fa il falſo*}(ψευδοποιός) qui facit fallacias. Plau. in Mil. Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiiurium.

FALSIMONIVM, nij. {*Frode, fallacia*}(ἐξαπάτη) fraus, fallacia. Plau. Bac. Multi more iſto atq; exemplo uiuunt: quos cùm cenſeas Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimonijs.

FALSIPARENS, tis, i. qui falſum habet parentem: hoc eſt cuius pater is eſſe creditur, qui minimè tamen eſt. Sic Catullus uocat Herculem, quem ex Ioue & Alcumena natum, plurimi credebant Amphitryonis eſſe filium, qui uerus erat Alcmenæ maritus. Catullus ad Mallium epigram. 63. Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis Auſus falſiparens Amphitryoniades.

FALSITAS, tatis, {*Falſità*}(ψεῦδος) dicitur, cùm id aſſerimus eſſe, quod nõ eſt. Cui contraria eſt Veritas, quæ oſtendit id quod eſt. Cic. pro Cluen. Etenim ſicut alijs in locis parum firmamenti, & parum uirium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet.

FALSO, ſas, {*Falſare*}(παραχαράττω, μεταγράφω) falſum facio. Modeſt. l. penul. ff. ad l. Corn. de fal. Decretoq; diui Adriani præceptum eſt, in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent.

FALSO, {*Falſamente*}(ψευδῶς) aduerbium, mendaciter, non uerè. Sal. in proœ. Iug. Falſò queritur de natura ſua genus humanum. Plau. in Bacc. Non maneo, neq; tu me habebis falsò ſuſpectum. Falſe, aliud aduerbium. Plau. in Cap. Tace modo: ego Philocrates Falsè faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus.

FALSVM HABERE, {*Ingannare*}(παρακρούομαι) eſt fallere. Sal. in Iug. Neq; ea res me falſum habuit.

FALSVS, a, um, nomen, {*Falſo. Pet. Non ſo ſe uero ò falſo mi parea*}(ψευδής) actiuè accipitur pro eo quod fallit, hoc eſt, pro eo quod uerum non eſt. Terenti. in Eunu. Quæ uera audiui Taceo, & contineo optimè: Sin falſum, aut uanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt. Sic falſus tutor dicitur, qui ſe pro tutore gerit, cùm uerus tutor non ſit. Falſum teſtamẽtum, quod ſuppoſititium eſt, uel corruptum. Sic etiam Falſum iudicium, Falſam ſententiam, Falſum nomen dicimus, pro eo quod uerum non eſt: non quod fallendi gratia, aut dictum, aut factum ſit, ſed quod hominum opinionem fallat. Quando uerò participium eſt, paſſiuè accipitur pro deceptus. Teren. in Andr. Falſus es, hóc eſt, deciperis, ut interpretatur Donatus.

FALX, cis, {*Falce*}(δρέπανον, ἅρπη) ferramentum aduncum, quo ſegetes, & herbæ ſecantur: item illud, quo uites, & arbores putantur. Var. li. 1. de Re ruſt. cap. 50. In Vmbria falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum. Ver. 3 Eclo. Tum credo, cùm me arbuſtum uidere Myconis, atque mala uites incidere falce nouellas. Plin. lib. 18. cap. 28. Falcium duo genera: Italicum breuius, ac inter uepres quoq; tractabile. Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cædunt herbas, breuioresq; prætereunt. Cice. 5. Tuſc. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Falces in Campania Secula dicuntur, à ſecando. Falcium uaria enumerantur genera à Catone cap. 110. & 111. Sunt enim falces quædam ſornariæ, quædam Stramẽtariæ, quædam Arborariæ, aliæ Vineaticæ, Syluaticæ, & Ruſcariæ. Falx etiam appellabatur bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro: ſic dicta, q; incuruata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherentur. Cæſ. 2. Bell. Gall. Vna erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, affixæq; longurijs, non abſimili forma muralium falcium.

FAMA, mę {*Fama. Pet. Ma la fama e'l ualor che mai non more*}(φήμη) à fando, dictio media. Eſt enim quicquid de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum. Verg. lib. 4. Neq; enim ſpecie, famave mouetur. Id eſt, infamia, ut exponit Nonius. Idem 4. Aen. Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo. Idem autem ſunt, Rumor, & Fama, præterquam quod alterum Latinum eſt, alterum è Græco, teſte Valla. Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataq; in hominum opinione, quãuis incerta. Marti. lib. 1. Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quint. Fama eſt, olim Iouem in imbrem aureum conuerſum, puellæ in gremium deſcendiſſe. Plinius Iunior in Epiſt. Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic Fama Scipionum, Fama Camilli, id eſt, laus, celebritas. Verg. 1. Aene. Sum pius Aeneas, fama ſuper æthera notus. A fama Diffamo, & Infamo deducuntur: de quibus alibi.

FAMELIA, Vide Familia.

FAMELICOSVS, a, um, {*Che ſpeſſo è affamato*}(βουλιμώδης) qui frequenter famelicus eſt. Vnde Famelicoſam terram, paluſtrem Veteres uocabant, teſte Feſto.

FAMELICVS, a, um, p. c. {*Famelico, affamato*}(βουλιμιῶν, βουλιμιάζων) qui fame laborat. Teren. in Eun. Ille ubi miſer famelicus u dit me eſſe in tantum honorem, Et tam facilè uictum quęrere, ibi homo, &c.

FAMELLA, diminutiuum eſt à fama. Feſtus.

FAMEN, {*Il parlare*}(λόγος, βάξις) locutio, & ſermo à fando dictum, ſicut à flando Flamẽ. Vnde eſt illud in Hymnis Diuorum: Ne leui ſaltem maculare uitam Flamine poſſes.

FAMEO, es, {*Hauer fame*}(λιμώττω, κακοσιτέω) & Fameſco, ſcis, fame laboro, cibum appeto.

FAMES, huius famis, {*Fame*}(λιμός, ὄρεξις) edendi cupiditas: à φάγω edo: & differt ab Inedia, quod Fames eſt ſemper cum appetitu edendi: Inedia etiam ſine appetitu, ut in ægrotis. Eſt enim propriè Inedia, abſtinentia à cibo, (ἀσιτία) à non edendo dicta: Vnde ſummos aliquot uiros legimus aliquot dierum inedia ſe enecuiſſe. Cic. pro Aul. Cluent. Iam hoc ignoratis iudices, ut etiam beſtiæ fame dominante, plerunq; ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, reuertantur. Accipitur interdum Fames, pro caritate ex annonæ penuria naſcente, cùm ſcilicet plerią; aliquo in loco alimento deficiẽte de uita periclitantur. Cic. Terentiæ: Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames in urbe ſit.

FAMIGERABILIS, le, {*Celebre, illuſtre, conoſciuto per fama*}(διαβόητος) celebris, clarus, fama notus, Apuleius de Aſino aureo: Satis famigerabilis confector.

FAMIGERATOR, {*Quello che diuulga la fama di qualche coſa*}(διαφημιστής) qui rei alicuius famam ſpargit. Plau. in Trinu. Ego de uerbis eorum famigeratorum inſcius proſilui.

FAMIGERATIO, onis, {*Diuulgatione di fama*}(διαβόησις) famæ diſſeminatio. Plau. in Trin. Hæc famigeratio te honeſtet, me cùm conſtultet.

FAMIGERO, as, {*Diuulgare*}(διαφημίζω) diuulgo, Famigeratus, diuulgatus, (διαβεβοημένος) fama celebratus.

FAMILIÆ, {*Famiglia*}(τῆς οἰκίας) appellatione comprehenduntur tam liberi, q̃ ſerui utriuſq; ſexus, unius, quem Patrẽfamilias uocamus, iuri ſubiecti. Apud antiquiſſimos Famelia ſcribebatur per e, literam, tantumq; de ſeruis dicebatur: ab Oſca dictione Famel qua illi ſeruum appellabant, ut auctor eſt Feſtus. Poſtea commutata e, in i, Familia appellata eſt. Quo uocabulo, Varronis etiã ſeculo ſerui ſignificabantur. Ita enim ait lib. 1. cap. 16. Si ab fundo lõgius abſunt oppida, aut uici, fabros parẽt, quos habeãt in uilla: ſic cæteros neceſſarios artifices: ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac feſtis diebus ambulet, feriata potius, q̃ opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Deinde tamen paulatim inualuit uſus, ut etiam liberi Familiæ nomine, & quicunq; ſub unius patrisfamilias iure uiuerent, comprehenderentur. Plaut. Trucu. Hæc una opera circumit per familias, puerum ueſtigat. Poſt hæc ad eos quoq; translatum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione: ut Cæſarum familia, Scipionum familia. Sueto. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Caluinorum, et Aenobarborum. Familia pro ſecta, αἵρεσις. Cice. 2. de Diui. Magnus locus, philoſophiæq; proprius à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaq; Peripateticorũ familia tractatus uberrimè. Vnicus uerò ſeruus Familiæ nomine non continetur nec duo faciunt familiam. Eſt enim collectiuum nomen pluralitatem in ſe continens. Vide latius nominis huius ſignificationem apud Paulum Iuriſconſultum. l. Pronũtiatio. ff. de Verb. ſignific.

FAMILIARIS, {*Famigliare*}(οἰκειακός, οἰκεῖος) quando adiectiuum eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet, unde Familiaria negotia, res familiaris, res domeſtica. Auctor ad Herennium in operis præfatione. Et ſi negotijs familiaribus impediti, uix ſatis otij ſtudijs ſuppeditare poſſumus. Gell. lib. 3. memoriæ mandatum eſt, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. Familiaris focus. Colum. libr. 11 cap. 1. Conſueſcat ruſticos circa larem domini focumq; familiarem ſemper epulari. Sepulchra familiaria, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit, quemadmodum Hęreditaria dicuntur, quæ quis ſibi & hęredibus extruit. Auctor Caius Iuriſconſult. l. familiaria. de R eli. & ſumptib. funer. Interdum idem eſt quod neceſſarius, amicus, intimus, arctaq; familiaritate coniunctus. Cice Atti. Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. Idem de Amicitia: Vidimus P. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Arbor familiaris Italię, id eſt, protrita, & paſſim naſcẽs, apud Plin. lib. 23. ca 5. Quando uerò eſt ſubſtantiuum, ſignificat amicum nobiſcum uerſantem & diurna conſuetudine nobis aſtrictum, (συνήθης) quaſi in eadem familia nobis coniunctum. Vnde Lælius apud Ciceronem in Dialog de Amicitia, appellat Terentium familiarem ſuum. Sed neſcio (inquit) quomodo uerum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obſequium amicos, ueritas odiũ parit. Quandoq; etiam hoc nomine intelliguntur domeſtici, qui've ſunt ex familia. Plau. in Amph. Ne qui eſſem, familiares quærerent. Verſari crebrò hic cum uiderent me domi.

FAMILIARIS SELLA, (ἀφεδρών) à ueteribus appellata fuit, ſella perforata, eijciendis alui excrementis accommodata. Var. 1. de Re ruſt. cap. 13. Itaq; perſis, ut eò aqua influat, eo nomine faciunt: Quidam & ſellas familiares ponunt.

FAMILIARITAS, tatis. {*Famigliarità, domeſtichezza*}(συνήθεια) conſuetudo ipſa, quæ eſt inter familiares & amicos. Cic. de Amic. Sic cùm accepiſſemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatẽ.

FAMILIARITER, aduerbium, {*Famigliarmente, domeſticamente*}(συνήθως) domeſticè, ad ſimilitudinem familiarium. Cice 6. Verr. Præſertim cùm is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter ferre mortem alicuius, i. grauiter & moleſte. nã quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara, inquit Donatus. Terent. in Andr. Huius mortem tam fert familiariter.

FAMOSVS, ſa, ſum, {*Famoſo*}(διάφημος) frequentius in deteriorem partem accipitur pro infami, Salluſt. Largitionem famoſam, impudentemq;. Inde Famoſa mulier dicitur, quæ eſt famæ parum integræ hoc eſt, quæ impudicitiæ nomine male audit. Cic. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea, Quando ad me uenis, cum tua colu & lana? Non pol, inquit, adeo. Nam me ad famoſas uetuit mater accedere. Interdum in actiua ſignificatione accipitur, pro eo quod uulgò dicitur diffamatorium. Vnde famoſi libelli apud Iuriſcõſultos appellantur, qui alicuius famam lædunt. Inuenitur etiam interdum in bonam partem acceptum, præſertim apud Plinium Iuniorem, & eius ſeculi ſcriptores. Nã Ciceronis ſeculo uix quiſquam aliter q̃ in malam partem uſus eſt. Plin. lib. 6 Epiſt. Impetrat petis, ut cauſam tuam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui & famoſam faciã. Tacitus libr. 21. Sed quia famoſæ urbis ſupremam diem tradituri ſumus, congruum uidetur primordia eius aperire.

FAMVLANTER, {*Supplicheuolmente*}(ἱκετευτικῶς) aduerbium à Famulans participio uerbi Famulor. Idem eſt, quod ſuppliciter & in modum famuli. Nonius Famulanter, ſuppliciter, Accius Tereo. Semela natum affare, & famulanter pete.

FAMVLARIS, re, {*Ciò che s'appartiene al ſeruo*}(δουλικός) qđ pertinet ad famulum ſiue famulam. Cic. 1. Tuſc. Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari ueſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio. Iura famularia dare, pro imperare populo regia poteſtate. Ouid. 15. Metam. Si Romam ieritis, famularia iura daturum. Manus famularis, Senec. Herc. Oetæo. Turba famularis menſas inſtruit, Sta. 2. Achi. Famulare, neutrum pro aduerbio, ſeruiliter. Stat. 3. Syl. — Nec turbidus ira Nec famulare timens. Id eſt, more famuli.

FAMVLATIO, {*Moltitudine de ſerui*}(θεραπεία) famulorum, famularumq; multitudo. Apul. lib. 2. Et ecce mulierum quampiam frequenti ſtipatam famulatione.

FAMVLATVS, us, & Famulitium, {*Seruitu*}(δουλεία) pro ſeruitute. Ci. de Amic. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. Idem 3. Offi. Quàm miſer uirtutis famulatus ſeruientis uoluptati. Var. Apud ignauum dominum, duro famulitio aſtrictus. Dicitur etiam Famulitiũ ſeruorum copia. Macrob. Vnus è famulitio, cui prouincia erat, admittere uo-

lentes dominum conuenire.

FAMVLVS, li, {*Seruo famiglia*}(ὑπηρέτης) originem habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſeruus Famul dicebatur. Martialis: Argolico famulum non te ſeruire tyranno Vidiſſent gentes, ſæuaꝗ; regna pati. Lucret. lib. 3. Oſſa dedit terra proinde ac famul infimus eſſet. Famulus, a, um, adiectiuũ (δουλικός) idem quod famularis. Ouid. 2. de pont. Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cæſareum famulo uertice ferre pedem. Famula, læ, (ὑπηρέτις) ancilla. Verg. 8. Aeneid. Noctem addens operi, famulasꝗ; ad lumina longo Exercet penſo. Famulor, aris, (ὑπηρετέω) famuli officium fungor, ſeruio. Plinius libr. 2. cap. 63. Vt alimentis noſtris famuletur. Fortuna famulante aliquid agere, id eſt, adiuuante fortuna. Claud. de Bel. Get. A' magno Stilicone caue, qui ſemper iniquos Fortuna famulante premit.

FANATICVS, a, um, adiectiuum eſt a fano deductum. Dicuntur autem Fanatici, quos Græci uocant ἐνθέους, aut θεοφορουμένους, quòd non ſua ſponte, ſed diuino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti ſunt idcirco, quòd in fanis, hoc eſt, in templis ſacerdotes oraculum æditui, huiuſmodi furore corripiebantur, ut eleganter depingit Vergil. 6. Aeneid. & Lucanus Pharſa. libr. 5. Liu. libr. 8. Belli Mace. Galli Matris magnæ à Peſsinunte occurrere cum inſignibus ſuis, uaticinantes fanatico carmine, Deã Romanis uiã belli et uictoria dare. Quint. libr. 11. Frequentes etiam capitis nutus non caret uitio: adeò caput iactare, et comas excutientem rotare, fanaticum eſt. Iuuen. Saty. 2. Et crine ſenex fanaticus albo, Sacrorum antiſtes. Fanatico carmine uaticinari, Liu. 8. bel. Maced.

FANATICVS, ſinus, (quod hic corruptè legebatur) reſtitue Phlanoniticus, et uide ſupra in dictione Phlanonites.

FANDVS, a, um, {*Ciò che è giuſto & lecito*}(θέμιστος) qua muis ratione originis uideatur ſignificare, quod fatu dignum eſt, ferè ſemper tamen accipitur pro eo quod iuſtum æquum & licitum eſt: quemadmodum econtrario Infandũ & Nephandum dicimus, quod iniuſtum eſt, & illicitum. Liu. Ita reſperſæ fando, nefandoꝗ; ſanguine aræ. Cice. de Diuin. ex uetuſto quopiam Poëta: Neque me Apollo fatis fandis inritam ciet. Vergil. 1. Aene. At ſperate deos memores fandi, atque nefandi. hoc eſt, iuſti, atque iniuſti, interprete Seruio.

FANESII, populi in Oceano ſeptentrionali, qui (ut ait Plinius lib. 3. cap. 13.) tam grandes habent aures ut eorum nuda corpora tegantur.

FANESTRIS colonia, Pomponio Vmbriæ ſiue agri Gallici oppidum eſt, non procul à Piſauro urbe, & Metauro amne, quod à Plin. lib. 3. cap. 14. Fanum fortunæ appellatur.

FANNIANA, pyra, uide Fauoniana.

FANNIA LEX, (Φάννιος νόμος) à Macrob. lib. 2. cap. 24. numeratur inter leges ſumptuarias, quæ ad nimium conuiuiorum luxum compeſcendum à Fannio Conſule lata fuit anno poſt urbem conditã quinquageſimo octauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeijs, Saturnalibus, & alijs quibuſdã diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi cõceſsit, decemꝗ; alijs diebus in ſingulis mẽſibus triceno, cæteris ãt omnibus diebus denos. Vide & Gellium lib. 2. ca. 24.

FANNIVS, duorum oratorum nomen, quorũ ſic meminit Cic. in Bruto: Horũ (inquit) ætatibus adiuncti ſunt duo C. Fannij, Marci filij. quorum C. Fannius, qui Conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſocijs & nomine Latino cõtra Gracchum reliquit, ſanè & bonam, & nobilem. Alter autẽ C. Fannius, M. F. C. Lælij gener, & moribus, & ipſo dicendi genere durior. Hęc ille.

FANVM, ni, {*Tempio, chieſa*}(ναός, νεώς) templum. à Faunijs Latinorum dijs qui in dormientibus reſponſa dare ſolebant, ut ait Martianus Capella: uel à Fauno, qui (auctore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Feſtus: Fanum à Fauno uel à fando, quod pontifex in dedicatione templi, certa uerba præfari ſoleat. Cic. 2. de legib. illud uitioſum Athenis, quod Cylonio ſcelere expiato, Epimeni decreto ſuadente, fecerunt Contumeliæ fanũ, & Impudentiæ. Sunt tamen, qui hoc nomen per ph, ſcribant. ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod ſignificat manifeſtum, quod e phano aperta reſponſa dabantur. Ab hoc nomine adiectiuum deducitur. Profanus, ſiue Prophanus, a, um.

FANVM FORTVNÆ, {*Fano*}(Φανου Step.) agri Gallici urbs eſt, teſte Pl. lib. 3. c. 14. in litore Adriatico, inter Piſaurum & Senogalliam, nõ longè à Metauro amne ſita: ſic dicta, quod in ea pulcherrimum fortunæ tẽplum fuerit. Huius urbis incolæ Fanenſes, & colonia ipſa Fanẽſtris à Pomponio appellatur.

FAR, farris, {*Farro*} olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti, ita dictũ à ferendo, ꝙ à terra proferatur: ſiue (ut Varroni placet) à faciendo, ꝙ in piſtrino fieret. i. præpararẽ, & cõtũderẽ. Hinc Triticeũ far, pro tritico ueteres dixerunt, & Hordeaceum far pro hordeo, & Far adoreum, pro certo frumenti genere, quod alio nomine Ador appellabatur. Colu. lib. 8. cap. 5. Poſt hęc, exuca cum matre claudendi ſunt. & farre hordeaceo cũ aqua incocto, uel adoreo farre uino reſperſo modicè alendi. Et paulo poſt: Vua labruſca de uepribus immatura lecta cum farre tritico minuto cocta obijcitur eſurientibus. Propriè autem Farris nomine certũ quoddam frumenti genus intelligimus, quod primum ab edendo Edor, deinde literæ immutatione Ador appellatum fuit, quodꝗ; paulo autè etiam Far adoreum dici indicauimus. Plin. lib. 18. cap. 8. Vulgatiſsima frumenti genera, Far, quod Adoreũ ueteres appellauere, ſiligo, et triticũ. Et paulò poſt: Qui zea utuntur non habent far. Et ruſum: Ex omni genere duriſsimum far & contra hyemes firmiſsimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum lib. eodem cap. 7. Populum Rom. farre tantùm è frumento CCC. annis uſum, Verrius tradidit. Farris quatuor ſunt genera, Cluſinũ, Vermiculum duplex, & Trimeſtre, quod & Alicaſtrum uocatur. Vide Colum. libr. 2. cap. 6.

FARAN, (Φαράν) oppidũ trans Arabiã iunctum Sarracenis, qui in ſolitudine uagi errant. Faran (inquit Steph.) oppidũ eſt inter Aegyptum et Arabiãtã quo fit gentile Pharanites, φαρανίτης, & poſſeſsiuum Pharaniticus, φαρανιτικός.

FARCIMEN, pen. pro. huius farciminis, {*Salciccia lucanica*}(ἀλλᾶς) inteſtinum uariè ac minutim conciſa carne refertum. Varr. lib. 6. de ling. Latin. Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

FARCIO, is, farſi, fartũ, {*Ingraſſare, impire*}(συμπιλέω, σιτίζω) ſagino, pinguefacio, ſaturo, quaſi farre impleo. Colu. lib. 8. cap. 7. Hæc enim ferè communis eſt cura farcientium: Nam illi qui uolũt non ſolùm opimas, ſed etiã teneras aues facere, mulſa recente aqua prædicti generis farinam conſpergunt, & ita farciũt. Significat & quouis modo implere, idꝗ; per Metaphoram. Plin. in Epiſt. Præterea architectis ſanè æmulus eius, à quo opus inchoatum eſt, affirmat parietes (quanquã uiginti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe: quia ſine cemento medij farti, nec teſtaceo opere præcincti. Farcire alicui centones. Plau. Epid. Hic non eſt locus: Quia tu aliũ quæras, cui centones farcias. Id eſt, quem tu glorioſis mendacijs, & conſarcinatis fabulamentis expleas. Fartus, ſeu Farctus, participium. Cic. 7. Ver. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus. Mart. lib. 5. Hic farta premitur angulo Ceres omni. Plin. lib. 29. cap. 5. Fartus uentriculus coriandro. Huius uerbi compoſita ſunt, Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, à quo Offertus, a, um, nomen adiectiuum ex participio, idem ſignificans quod pinguis. Plautus. Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſsimam. Refercio, repleo: unde Refertus participium, idem quod repletus.

FARFARVS, ſiue, FARFAR, Syriæ fluuius, qui ex radicibus Libani mõtis emittitur, & per Antiochiã fluens, Syriaco miſcetur mari. Farfarus etiã dictus eſt fluuius, per Sabinos fluens, de quò Ouid. Et amœnæ Farfarus unde. Alio nomine dicitur Fabaris, pen. corr. Verg. lib. 7. Qui Tybrim Fabarimꝗ; bibunt. Farfarum uocat Plaut. in Pœn. arborẽ populum. Proſternebam (inquit) eos, ut farfari, quæ leui pulſu uenti alicuius, autumno uniuerſa aliquã cadunt.

FARFENVM, uirgulti genus eſt, inquit Feſtus.

FARFVGIVM, gij, (χαμαιλεύκη) herba eſt Nymphææ non abſimilis, circa fluuios naſcẽs, populi folio, ſed ampliore. Alio nomine Farranum dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

FARINA, næ, {*Farina*}(ἄλευρον, ἄλφιτον) frumentum mola comminutum, & in puluerẽ redactum: quod nomen à farre deductum tradit. Pli. lib. 18. cap. cap. 9. Nam (inquit) quæ ſicca moluntur plus farinæ reddunt: quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorem medullam: uerùm plus retinet in furfure: Farinam à farre dictã ex nomine ipſo apparet. Hæc ille. Scribitur tamen unico r, quamuis Far in obliquis r, geminet. Corripit enim primam ſyllabam. Martialis: Paſcitur & dulci facilis galbina farina. Ouid. de Med. faciei: Nam quæ pulueræ fuerint conſperſa farinæ. Perſius. Saty. 3. Cribro decuſſa farina.

FARINACEVS, a, um, {*Di farina*}(ἀλευρώδης) quod factum eſt ex farina.

FARINARIVM, {*Luogo da tener farina*}(ἀλευρών) locus ubi ſeruaĩ farina.

FARINARIVS, a, um, quod ad farinam pertinet. Plin. lib. 18. Farinario cribro ſuccernunt.

FARIS, {*Parlare. Pet. Et come dolce parla & dolce ride*}(φωνεῖς) uel fare, fatur, fatus, a Fero deductum eſt, quod inter alia ſignificat loqui. Quãquam Fari, teſte Varrone minus ſit, ꝗ loqui. Pueri enim cùm primùm uocẽ edere incipiũt quæ intelligi poteſt, Fari dicuntur. Plin. lib. 11. ca. 51. Qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiunt. Loqui autẽ nemo dicitur, niſi qui ſeruato quodã uerborum ordine perfectè quæ ſentit efferre poteſt. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, Infantes dicuntur. Hæc tamen Varronis differentia non obſeruatur. Vergi. li. 6. Sic fatur lacrymans, claſsiꝗ; immittit habenas. Legitur et in ſignificatione paſsiua. Sueto. Prætorum faſti dies ſunt, quibus ius fatur. i. dicitur: ſicut Nefaſti, (ἀποφράδες) quibus non dicitur. Huius uerbi prima perſona deberet eſſe For, ut inquit Priſcia. quæ tamen non eſt in uſu. Eius cõpoſita ſunt, Effari, eloqui, Affari, Alloqui, προσειπεῖν. Cic. in Cat. Licet mihi ijſdem uerbis, affari te, o Attice, quibus affatur Flamininum ille uir. Præfari, antè fari προλέγειν. Colu. in Præfat. Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, cùm præfatus fuero, quæ reor ad uniuerſam diſciplinam maximè pertinere. Profari, idẽ quod effari. Ver. 1. Aen. Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur. A' Fari fit Fandus, a, um, (θέμιστος) cuius ſignificationem uide paulò ante ſuo loco. Fando, gerundium. Cice. pro Quintio: Non deniꝗ; ulla unquam interceſſit poſtulatio, mitto æqua, uerùm ante hoc tempus, ne fando quidem audita. Fans participium. Proper. lib. 3. Eleg. 7. Subtrahit hæc fantẽ; torta uertigine fluctus.

Fatus particip. Verg. 2. Aen. Sic fatus deinde comantem Androgei galeam, clypeiꝗ; inſignè decorum Induitur.

FARRAGO, p. p. huius farraginis, {*Commiſtione di diuerſe coſe*}(χιλός, ἄχυρον) à farre quod ex multis ſatis, ut hordeo, uicia, & leguminibus fit, pabuli cauſa. Var. Inde quod far ferro cæſum, Farrago dictum, aut ꝙ primum in Farracia ſegete ſeri cœptum ſit. Diuerſarum quoꝗ; rerum cõmiſtio Farrago dici poteſt. Iuuen. Saty. 1. Quicquid agunt homines, uotum, timor, ira, uoluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli. Perſius autẽ Saty. 5. Farraginẽ pro farre, uel frumento poſuit, cùm inquit: Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax.

FARREATIO. genus ſacrificij erat, quo ſacerdotum nuptiæ confirmabãtur.

Nam (ut auctor eſt Boethius in Topica Ciceronis) tria erant genera uxoris unũ cùm uxor tantũ in lecti partem ueniebat, quam Matronã uocabant: Alterum cùm in manũ, manciplumꝗ; uiri conueniebat, omniumꝗ; eius fortunarum ſiebat particeps, & marito ſuo inteſtato ut hæres ſuccedebat, & maritus uiciſsim illi: cuiuſmodi uxores Matresfamilias uocabantur. Tertium, cùm adhibito libo farreo, certa ſacrificij ſolemnitate nuptię contrahebantur. Sed huiuſmodi ſolemnitate in contrahendis nuptijs ſoli ſacerdotes utebantur. Porrò matrimoniũ per farreationem cõtractum, non niſi per diffarreationem poterat diſſolui. Erat autem Diffarreatio aliud ſacrificij genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu diſſoluebantur.

FARREVS, a, um, {*Di farro*} quicquid ex farre confectũ eſt: ut Panis farreus. Col. lib. 7. cap. 12. Farreo, uel triticeo pane ſatiandi ſunt.

FARREVM, rei, (ζειαί) genus libi ex farre factum. Plin. libr. 18. cap. 3. Nouæ nuptæ farreum præferebant. Farreum quoꝗ; ueteres uocabant horreum, à farre: ſicut Granarium à grano, & Horreum ab hordeo.

FARTILIS, & hoc fartile, p. co. {*Ingraſſato*}(σιτευτοί) idem eſt quod fartus. Plin. lib. 10. cap. 22. de anſeribus & eorum iecore loquens: Noſtri ſapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere: Fartilibus in magnam amplitudinem creſcit.

Vbi Fartiles anſeres uocat fartos & ſaginatos.

FARTIM, (συμπεφορημένως) aduerbium, penè idem quod aceruatim, cumulatim. Apul. Parabat ſiſcum fartim conciſum.

FARTORES, {*Salcicciai, che fanno ſalciccie*}(ἀλλαντοπῶλαι) qui farcimina faciunt, ex inſecta carne, & adipe, & huiuſmodi. Aut certè qui aues macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciũt, hoc ẽ ſaginãt, σιτίζουσι. Ter. in Eu. Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes. Hoc etiã uocabulo, auctore Feſto, appellati ſũt nomẽclatores, ꝙ obuiorũ nomina cãdidatis in aurẽ infarcirẽt.

FARTVM, ti, genus libi, à farciẽdo dictũ: ꝙ multis uarijs rebus farcirẽt. Perſ. Satyr. 2.

Saty. 2. Attamen hic extis, & opinio uincere farto Contendit. Veteres enim (ut Cato de Re ruſt. ſcribit) ſtruem farris, tritici, hordei, fabæ, ſeminis rapacij, ture ac uino additis, ante meſſem parabant in porcæ præcidaneæ immolationem, Ianoq; & Ioui, ac Iunoni ſacrificabant: quæ diuerſarum rerum congeries Fartum appellabatur. Eſt item Fartum, quo quid farcitur, uel fartum eſt. Colu. li. 3. Sæpe prodeſt, ſimulac ſolia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, et cum ſtercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum, et fartum fici ſpecioſius, et plenius. Fartũ ueſtis, pro ipſo corpore poſuit Pla. in Moſt. Non ueſtem amatores mulieris amant, ſed ueſtis fartum.

FARTVRA, ræ, dicitur actus, modusúe fariendi altilia. Col. lib. 9. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam facturæ præceſſerint.

FAS, *{Cið che è giuſto, lecito, & honeſto}* (θέμις, ὅσιον) nomen eſt defectiuum tres tantum caſus habens, eosq; in ſingulari numero, nominatiuum uidelicet, accuſatiuũ, & uocatiuum. Eſt autem Fas idem quod pium religioſum, & fari dignũ: & ad Deos refertur, ſicut Iuſtum ad homines. Ver. 1. Geo. Fas & iura ſinunt. id eſt, diuina & humana iura permittũt. Et pauló pòſt: Quippe ubi fas uerſum, atq; nefas, tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. Fas eſt, id eſt, licitũ. Plau. in Aſin. Neq; pol te accuſo, neq; id me facere fas exiſtimo. Cice. pro Mil. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Huius contrarium eſt Nephas, (ἀθέμιτον) quod eſt impium & execrabile.

FASCELIS, idis, dicta eſt Diana, à faſce lignorum, in quo abſconditum eius ſimulacrum Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

FASCIA, æ, *{Faſcia}* (ἐπίδεσμος, σπάργανον) genus Linteoli, quo pueri uel aliud quid ligari ſolet. Cic. 2. de Diu. Defert ad coniectorẽ quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Et propriè, pro tegumẽto crurũ pedumq; Faſciæ poni conſueuerunt, ideoq; Crurules, Pedulesq; dicuntur. Vlpia. Faſciæ crurules, pedulesq; ueſtis loco ſunt, quia partem corporis ueſtiũt. Scribit Plin. lib. 8. mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori, arroſis faſcijs, quibus in calceatu utebatur. Colu. lib. 7. Rectè genibus applicantur, ac faſcijs circũdantur. Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Marti. lib. 14. Item Faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quę ab Agrologis zonæ, ſiue Plagę appellantur. Martianus: Orbis terræ in quinq; zonas, ſiue melius faſcias diſcernitur. Aliquando ponitur pro nube, in modum faſciæ cœlum percurrente. Iuue. Saty. 14. Nil color hic cœli, nil faſcia nigra minatur.

FASCIO, as, are, *{Faſciare}* (σπαργανόω) eſt faſcia ligare. Spartianus de Antonino Pio: Sed cum eſſet longus & ſenex incuruatusq;, tiliacijs tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectius incederet. Marti. libr. 12. Nec faſciatu naufragus loquax trunco.

FASCICVLVS, li, *{Faſcio picciolo. Pet. Et molte coſe in picciol faſcio ſtringo}* (δέσμη) diminutiuum paruus faſcis: ut Faſciculus literarum, Cic. ad Q. Fra. lib. 2. Idem ad Tironẽ. Quod faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. Accipitur & pro olfactoriolo, ὀσφραντήριον. Cice. lib. 3. Tuſc. Faſciculũ ad nares admouebis, incendes odores, & ſertis redimiri iubebis, & roſa.

FASCINO, nas p.c. *{Amaliare, ſtregare}* (καταγοητεύω) eſt malefico aſpectu, uel peſtifera laudatione alicui nocere. Vergi. 3. Eclo. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Lingua mala faſcinare aliquid, Catu. ad Leſb. Faſcinãs, tis, particip. Plin. lib. 13. ca. 4. Dente contra faſcinantes religione politum. Faſcinatio, onis, Plin. lib. 28. ca. 2. Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib. 19. cap. 4. Hortosq; & fores tantum contra inuidentium faſcinationes dicari uidemus. Fit autem à uerbo Greco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo, indignor, iraſcor, accuſo. Huius compoſitum eſt Effaſcino.

FASCINVM, pe. c. *{Malia, incantamento ſtregamento}* (βασκανία, γοητεία) quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeq; ad extremam maciem deueniant. Horat. pro uirili mẽbro poſuit in Epod. Ode 8. Illiterati uum minus nerui rigent, Minusúe languet faſcinum? Quod ut ſuperbo prouoces ab inguine, Ore allaborandum eſt tibi. In eadem etiã ſignificatione legitur in priapea. Pædicabere faſcino pedali. Quę loca explicans Cæl. Rho. Antiq. lect. lib. 4. cap. 7. Lectum eſt, inquit, apud Varronem in Italiæ compitis Liberi patris ſacrã ſolita celebrari tanta turpitudinis licentia, ut in eius honorem uirilia colerentur pudenda palam exultante nequitia. Nam liberi patris mẽbrum per dies feſtos magna celebritate ploſtellis per agros prius, mox & in urbem uectabatur. Lauinij integer menſis Libero dicabatur: quibus diebus unuſquiſq; ſpurciſſimis utebatur uerbis, donec per forum id trãſueheretur membrum: cui inſpectantibus omnibus, matremfamilias honeſtiſſimam, coronam neceſſe erat imponere. Sic deus is propitiabatur, ad ſeminũ prouentus: ſic ab agris faſcinatio auerruncabatur, Vnde opinor turpi membro impoſitum nomen, ut Faſcinum ab effectu diceretur. Hæc Cælius.

FASCIOLA, diminutiuum, *{Picciola faſcia}* (ἐπιδέσμιον) parua faſcia. Hora. 2. lib. Serm. Saty. 3. Ponas inſignia morbi Faſciolas, cubital, ſocalia.

FASCIS, huius faſcis, maſcu. gen. *{Faſcio}* (δέσμη) lignorum aliarumúe rerum colligatarum congeries. Vnde Faſcem cocularium uocare poſſumus id, quod Galli Pariſienſes uocant, une bourree. Nam Cocula (ut Feſtus ait) ſunt ligna minuta, quibus facilè coquuntur obſonia. Cæſ. 8 bell. Gall. Faſces ſtramentorũ ac uirgultorum. Sic faſces calamorum, apud Martia. lib. 14. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro onere, ἄχθος. Nam faſces lignorum, ſeu aliarum rerum, graues ſunt portantibus. Verg. in Buc. Ego hoc te faſce leuabo. Erãt preterea Faſces apud Romanos magiſtratuum inſignia, quæ illis à Lictoribus præferebantur: Conſulibus quidem duodeni, Proconſulibus autem & prætoribus tantum ſeni. Fiebant autẽ ex betula arbore in eum uſum ex Gallia in Italiam tranſlata. Figura faſcium erat huiuſmodi. Detractis ex Betula arbore uirgis, ita includebatur ſecuris, ut acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circunducto loro tegeretur. Quod eo conſilio à maioribus fuit excogitatum, (ut docet Plutarchus in Problematibus) ut oſtenderent magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio nõ debere eſſe præcipitem, eosq; faſces habere, ſed tamẽ ligatos: quiq; ſine iuſta cauſa non debere diſſolui. Pręterea ſi ſubitó in aliquem magiſtratus excanduiſſet, ut ea mora, dum uirgę aut ſecuris expeditur, furor ille aliqua ex parte ſubſideret. Duo autem uidebant eſſe facinoroſorum genera, quorum alterum ſperatur poſſe emendari, alterum planè eſt deploratum. Qui igitur corrigi poterãt, uirgis caſtigabantur: multa uero deplorata ſecuri amputabatur. Quoniam uerò Faſces erant magiſtratuum inſignia, factum eſt, ut pro ipſis etiam magiſtratibus ponãtur. Verg. libr. 2. Georgic. Non illum populi faſces, non purpura regum Flexit.

Hinc Summittere faſces, eſt auctoritatem uimq; Imperij, reuerentiæ alicuius ſubmittere. ὑφεῖναι τὰς ῥάβδους τῷ προσήκοντι τῇ τιμῇ. Sic Publicola, teſte Liu. lib. 2. ab urbe, cum popu. Rom. acturus, eius maieſtati faſces ſubmiſit: hoc eſt, lictores, ceteraq; magiſtratus inſignia à ſe recedere iuſſit, ut ueluti priuatus populi iudicium ſubiret. Verba Liuij ſunt hæc: Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Ad hunc etiam modum intelligendũ eſt illud Plin. lib. 7. cap. 30. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſſidonij ſapientiæ profeſſione clari domum, fores percuti de more à lictore uetuit, & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe oriens, occidensq; ſubmiſerat. hoc eſt, lictores ſuos ad ianuam ſubſiſtere iuſſit, ut ueluti priuatus familiariter, cũ Poſſidonio colloqueretur. Faſceatim, Quin. li. 1. ca. 4. Adijciebant et aſſeuerationem, ut heu. & attractionem, ut faſceatim: quæ mihi non approbantur.

FASELVS, pe. pr. ſiue Phaſelus (φάσηλος) Straboni & Appiano nauigij genus fuit mixtam habens formam ex oneraria, & longa trireme, quod tam uelis quàm remis agi poterat. Nonius faſelum interpretatur nauigium Campanum. Sunt tamen qui in Pamphylia primum inuentum eſſe, et à Phaſelide oppido nomen accepiſſe exiſtiment. Verg. 4. Georg. Et circum pictis uehitur ſua rura phaſelis. Saluſt. lib. 3. Hiſtor. Et fortè in nauigando cohors una grandi phaſelo uecta, à cæteris deerrauit. Vide latius infra in dictione Phaſelus.

FASEOLVS, li, *{Fagiuolo}* (φασίολος) genus leguminis, ſiliquam ferens lõgiorem, quàm fœno græcum, quæ una cum ſemine manditur, uiridis ex oleo & garo. Colu. 2. cap. 15. Faſeoli modij quatuor obruuntur totidem operis. Legitur & Faſelus, li, per tres ſyllabas. Verg. 1. Georg. Seu pinguem uiciamq; ſeres, uilemq; faſelum. Gale. lib. 1. de alimen. facul. Faſeolum diſtinguit à faſelis: uulgoq; Faſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus Lobi dicuntur & Dolichi Theophraſto. Faſelũ autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpeciem, quæ etiam hodie Faſillorum nomen apud uulgus retinet.

FASTIDIES, (αἱ ἔνδικοι, δημόσιοι, ἡμέραι) dicti ſunt, quibus ſine piaculo prætoribus licebat tria uerba fari, ſcilicet do, dico, addico: & Nefaſti, quibus nõ licebat fari. Oui. li. 1. Faſt. Ille nefaſtus erit, per quẽ tria uerba ſilentur: Faſtus erit, per quem lege licebit agi. Faſti etiã libri erant, in quibus totius anni res popu. Roma. ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtiuitatem explicabantur, quales ſunt libri illi quos Ouidi ad imitationem Callimachi de cauſis feſtorũ conſcripſit: quorum argumentum ipſe explicat lib. 1. Faſ. his uerſibus. Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis, Et quo ſit merito quæq; notata dies. Inuenies illic & feſta domeſtica uobis: Sæpe tibi pater eſt: ſæpe legendus auus. Pro eodem etiam legimus Faſtus, huius Faſtus, per quartam decli. Luca. lib. 10. Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Et ut auctor eſt Priſcianus, eadem forma dicitur Faſtus, uel Faſti, qui Senatus, uel Senati, Ornatus, uel Ornati, Apparatus, uel ti, Ante tempora Appij Cæci, Romani faſtos non habebant, paucique ſciebant, poſſet lege agi, nec'ne, donec Cn. Flauius Appij ſcriba, compilatis patronis ſcrinijs, faſtos populo publicè legendos propoſuit: quod adeo gratum pop. Roma. extitit, ut illum primum Tribunum plebis, deinde etiam Aedilem curulẽ deſignarint. Faſtus uerò pro ſuperbia, (τῦφος) ſemper eſt quartæ. & eſt propriè indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio, cum contemptu aliorum. Plin. libr. 11. cap. 37. Hæc maximè indicant faſtus. Idem lib. 9. cap. 35. Superbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix. Faſtoſus. a, um, qui magno faſtu alterum contemnit. Mart lib. 10. Ad nocturna iaces faſtoſæ limina mœchæ.

FASTIDIO, dis, pen pr. diui, ditum, à faſtu fit, *{Hauere in faſtidio. faſtidire}* nam propriè faſtidire eſt, cum faſtu quodam contemnere, ὑπερφρονῶ, cum accuſatiuo, δυσχεραίνω, περιφρονῶ, δυσχεραίνω. Verg. 2. Eclo. Inuenies aliũ, ſi te hic faſtidit Alexis. Dicitur etiam de ſtomacho, cū cibum aliquem reſpuit: conſtruiturq; ſæpiſſimè cum accuſatiuo, interdum etiam cum genitiuo. Horat. in Serm. Num eſuriens faſtidis omnia, præter Pauonem, Rhombumq;? Plaut. in Aul. Abijt, neq; me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil. lib. 7. Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.

FASTIDIOSVS, qui omnia faſtidit, *{Faſtidioſo}* (δύσκολος, ὑπερφρονητής, ὑπερήφανος) Cic. de Claris orat. Propterea q; Antonius, qui maximè capetebatur, facilis in cauſis recipiendis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat. Faſtidioſè aduerbium. Cic. 1. de orat. Quàm diligenter, q; ſæpe faſtidioſè iudicamus? Idem 2. de Orat. Nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſè.

FASTIDITVS, pe. pr. *{Faſtidito}* (περιφρονηθεὶς, καταφρονητός) faſtidio habitus. Lucanus: Pars magna Senatus Faſtidita tacet. Plin. in Præfa. Res ardua uetuſtis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem. Verba faſtidita repellere, Oui. 4. de Pon. Domus faſtidita, Idem 2. de Remed. amo.

FASTIDIVM, dij, *{Faſtidio, tedio ſprezzamento}* (καταφρόνησις) contemptus, atq; etiam tædium. Cic. 12. Philip. Si eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. Quin. lib. 9. cap. 3. Quotidiani, & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuat. Faſtidium meum, quo ego alios faſtidio: faſtidiũ mei, quo ab alijs faſtidior. Quintil. Ceu mulier omnibus expoſita mortalibus, uanitatem faſtidio mei deſpectuq; captauit. Ad hunc etiam modum faſtidium ſtomachi dicimus, cum nos ciborum nauſea capit & ſatietas. Plin. lib. 7. cap. 6. Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indicia ſunt hominis inchoati.

FASTIGIO, as, *{Aguzzare, tirare in punta}* (ὀξύνω) acumino & quaſi in faſtigium erigo. Plin. lib. 18. cap. 7. Frumenta hyeme in herba ſunt, uerno tempore faſtigiantur in ſtipulum, quæ ſunt hyberni temporis. Sic dicimus Faſtigatum in metam: quod ſumma ſui parte acutis quàm ima, metæ habet ſimilitudinem: et Faſtigatum in mucronem, quod ſumma ſui parte cuſpidata mucronem refert. Liu. 7. Bell. Mace. Ipſe collis eſt in modum metæ in acutum cacumẽ à fundo ſatis lato faſtigiatus. Pro eodem etiam legimus Faſtigo, as, Sili. li. 5. Mediamq; per alium Seuſum faſtigans, compreſſa cacumina nectit. Sic legitur & apud Cæſarem Collis leuiter faſtigatus. Faſtigatio uerbale. Plin. lib. 17. ca. 14. Calami exacutio medullam ne nudet; tenui tamen fiſtula detegit, ut faſtigatio leui deſcendat cuneo, tribus non amplius digitis.

FASTIGIVM, gij, *{Faſtigio, ſommità, acutezza}* (ἀκρωτήριον) altitudo et ſummitas operis, quæ à latitudine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen. Hinc illam formam in quacunque re, Faſtigium, (κορυφὴν) dixere. Vergil. libr. 2. Aeneid. Et faſtigia ſuſpicit urbis. Quandoque eſt, quod uulgus Statum uo-

cat. Vnde apud Liuium, Ciues eiuſdem faſtigij, ἰσοτελεῖς ἀξίᾳ, hoc eſt, eiuſdem ſtatus, ſortis, conditionis, aut dignitatis. Curtius: Humanum faſtigium excedit, (μείζονα ἢ κατὰ ἀνθρώπους γεγονότα) id eſt, humanæ conditionis modum. Hinc Attollere faſtigium, id eſt, augere nomen, exiſtimationemque. Quandoque accipitur pro profunditate, ſiue altitudine. Vergi. lib. 2. Georg. Forſitan & ſcrobibus quæ ſunt faſtigia quæras. Per tranſlationem etiam pro cuiuslibet rei fine & extrema manu, quæ operi imponitur. Cic. libr. 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. Tracta eſt metaphora à ratione ædificiorum, quibus acuminatum illud tectum, quod propriè Faſtigium uocatur, ultimo loco imponitur.

FATALIS, le, {*Fatale. Pet. Queſt'anchor dubia del fatal ſuo corſo*} (πεπρωμένος) quicquid nobis ex fato debetur, ſiue bonum ſit, ſiue malum ἐπικεκλωσμένον, πεπρωμένον, εἱμαρμένον. Cic. 3. de Diu. Si enim prouideri nihil poteſt futurum eſſe, rerum quę caſu fiunt, quia eſſe certa non poſſunt, diuinatio nulla eſt. Sin idcirco poſſunt prouideri, quia certa ſunt & fatalia, rurſus diuinatio nulla. Fatale remedium. Valerius libro 1. Eò legatis miſſis fatalis remedij opem impetraturam ſe credidit. Accipitur nonnunquam Fatalis pro eo, quod fatum, hoc eſt, mortem affert. Inde Fatalem enſem dicimus, & Fatale cicutæ poculum. Fataliter aduerbium. Cic. 2. de Diui. Et omnia quæ fiunt, quęque futura ſunt, ex omni æternitate definita dicis eſſe fataliter.

FATEOR, teris, faſſus, {*Confeſſare, affermare ſpontaneamente*} (ὁμολογῶ, ἐξομολογοῦμαι, σύμφημι, ὁμολογέω) confiteor, uerum eſſe concedo. Martia. lib. 5. Ingenium, ſtudiumque tibi, moreſque, genuſque Sunt equitis, fateor, cętera plebis habes. Seruius inquit, fateri eſſe coactorū et culpabilium. Verg. 4. Aen. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichęi, &c. Donatus item, Fateri non teſtis eſt, ſed rei. Terent. in Eunuch. Vidiſtin' fratrem Chæream? D. non. P. non poteſt ſine malo fateri, uideo. Cic. 3. Tuſc. Vt uictum ſe quandoque eſſe fateatur. Huius compoſita ſunt, Confiteor, quod eſt eiuſdem ſignificationis, cum ſuo ſimplici, Diffiteor, Infiteor, quę ſignificant non fateor, nego. Profiteor, unde infrà.

FATICANUS, ni, pen. cor. {*Che predice le coſe future*} (χρησμολόγος) qui fata canit. id eſt futura prædicit. Ouid. 9. Metam. Hæc ubi faticano uenturi præſcia dixit Ore Themis, &c. Faticinus, ni, eiuſdem ſignificationis. Ouid. 15. Metamorp. Sic dicere uates Faticinaque ferunt ſortes.

FATIDICUS, ci, pe. cor. {*Che dice la uentura*} (θεσπιῳδός, μαντικὸς, χρησμολόγος) qui nobis fata, id eſt, decreta deorum exponit. Vnde Fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab hiſtoricis Fatales appellantur. Fatidici uates, & Fatidica Manto nominantur, quoniam erat fatiloqua hoc eſt, futurorum præſcia & uaticinatrix. Vergi. 8. Aen. Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis honorem. Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos. Plin. in Epiſt. Præſens numen, atque etiam fatidicum indicant ſortes.

FATIFER, a, um, pen. co. {*Che apporta la morte*} (μόρσιμος) idem quod mortiferum, quaſi fatum, hoc eſt, mortem afferens. Vergi. 8. Aeneid. Interque manus & brachia uerſat Terribilem criſtis galeam, flammaſque uomentem, Fatiferumque enſem.

FATILOQUUS, a, um, pen. cor adiectiuum, {*Che dice le coſe che hanno à uenire*} (χρησμολόγος) idem quod fatidicus. Liu. 3. ab urb. Venerabilior diuinitate Credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hę gentes fuerant.

FATIGO, gas, p. pr. {*Faticare*} (καταπονῶ, κάμνειν) laſſo, ſiue ad laſſitudinem perduco: quaſi fatim ago. Eſt autem Fatim aduerbium eiuſdem ſignificationis cum ſuo compoſito affatim, hoc eſt, ualde ſeu uehementer. Verg. lib. 5. Veloces iaculo ceruos, curſuque fatiget. Aliquando percutio. Vergi. 9. Aenei. Verſaque iuuencum. Terga fatigamus haſta. Aliquando perturbo, commoueo, ἐνοχλεῖν, ἐλαύνειν. ut Quæ mare nunc, terraſque metu, cœlumque fatigat. Aliquando excito. Idem: Sociosque fatigat: Præcipites uigilate uiri. Aliquando cohibeo, εἴργω. Cic. lib. 3. Offic. Qui non uerbis ſunt & diſputatione philoſophorum, ſed uinculis & carcere fatigandi. Huius compoſitum eſt, Defatigo, ualde fatigo. Teren. in Adelph. Vtinam quidem (quod cum ſalute eius fiat) ita ſe defatigarit uelim, ut triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.

FATIM, {*Abondeuolmente, copioſamente*} (ἀφθόνως) aduerbium eſt antiquum, idem ſignificans, quod abundè, copioſè, à quo Affatim compoſitum eiuſdem ſignificationis, & uerba Fatiſco, & Fatigo: quæ uide ſuo loco.

FATISCO, is, ere, {*Aprirſi grandemente*} (χαίνειν) eſt abūdanter aperiri, quaſi fatim hiſcere. Verg. 1. Aen. Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcūt. Vbi Seruius: Fatiſcunt, abundanter aperiuntur: Fatim enim, abundāter ueteres dixerunt. unde & Affatim: Hiſcere autem aperiri. Fatiſcor à fateor deduci, notauit Aul. Gel. libr. 17. capi 2. ex Qu. Claudij Annalium lib. 2. Fatiſcere etiam ſæpe accipitur pro deficere, ἀποκάμνω, ἀπαγορεύω, καταπονοῦμαι, ἀποτρύομαι. Colu. lib. 2. cap. 14. Sed omni ſolo, quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adiuues, & abſumptas uires hoc uelut pabulo refoueas. Verg. 1. Georg. Nec puluere uicta fatiſcat.

FATOR, taris, {*Parlar molto*} (πολυλογέω) multum loquor. Eſt enim frequentatiuum à uerbo Fari. Feſtus: Fatantur, id eſt multa fantur.

FATUA, Deæ cuiuſdam nomē erat, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebāt nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eius ſacris arcebātur, ut uel in ædem eius inſpexiſſe, capitale haberetur. Rationem huius affert Macr. lib. 1. Saturn. cap. 12. Fatuam, dum inter homines ageret, Fauni uxorem fuiſſe tanta pudicitia, ut perpetuò gynæceo, hoc eſt mulierum conclaui incluſa, nullum unquā uirum, præter maritum aſpexerit. Varro eundem eſſe exiſtimat, quę et Telluris, & Terræ nomine à Romanis colebatur. Fatuę autem nomen à fando deductum uolunt, quod infantes partu editi, non prius uocem edunt, quā terram attigerint. Eadem & Bona Dea uocata eſt, quod omnium nobis ad uictū bonorū cauſa eſt: & Fauna, quod omni uſui animantium fauet; et Ops, quod ipſius ope uita conſtat.

FATUITAS, atis, {*Sciocchezza*} (εὐήθεια) inſipientia, ſtultitia, ineptia, ſtoliditas. Cic. ad Att. lib. 11. Ego huius miſerrima fatuitate conflictor. Idem 2. de Inuen. Non hanc imprudentiam, aut caſum, aut neceſſitudinem: ſed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

FATUM, ti, {*Fato*} (εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον) à participio Fatus, teſte Priſciano, deducitur, quod Fatum nihil aliud ſit, quàm dictum & uelle diuinum. Cicer. lib. 1. de Diuin. Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, i. ordinem, ſeriemque cauſarum, cùm cauſę cauſa nexa, rē ex ſe gignat. Ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Quod cùm ita ſit, nihil eſt factum, quod non futurum fuerit: eodemque modo nihil eſt futurum, cuius non cauſas id ipſum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut Fatum ſit, non id, quod ſuperſtitiosè, ſed id, quod Phyſicè cauſa æterna rerū appellatur, cur & ea, quæ præterierūt, facta ſint, & quę inſtant fiant, & quæ ſequuntur, futura ſint. Chryſippus, referente Gellio, definit Fatum eſſe, ſempiternam quandam, & indeclinabilem rerum ſeriem. Seneca in Quęſt. na. Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſſitates rerum omnium actionumque, quas nulla uis rumpat. Apud poetas Fatum quandoque capitur pro natura, ut docet Aul. Gel. lib. 13. cap. 1. Exponens hunc locum Ciceronis ex prima Phil. Multa autem impendere uidentur præter naturam etiam, præterque fatum. Vergi. 4. Aen. Nam quia nec fato, merita, nec morte peribat. Quandoque pro oraculo (λόγιον) quod Dij fantur. Verg. li. 5. Aeneid. Oblitus fatorum, Italiaſne capeſſeret oras.

Quandoque pro morte, quia nihil tam neceſſarium impendet homini, quàm mors. unde Fato concedit, qui moritur: pro quo etiam Fungi fato dicimus. Pli. in Paneg. In principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, una, eademque certiſsima diuinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor.

FATUUS, adiectiuum, {*Senza ſapore, ſciocco, balordo*} (ἄνους) idem quod inſipidus, & propriè de cibis dicitur, qui cùm non ſapiunt, fatui dicuntur. Martial. in Diſtichis: Vt ſapientes fatuę fabrorum prandia betæ, O', quàm ſæpe petet uina piperque coquus. Quoties autem ad homines transfertur, idem eſt quod inſipiens, uel inſulſus, ἀφόρητος, εὐήθης, μωρός. Teren. in Eun. Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Vbi Donatus: Fatuus, inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni fatui, & Nymphæ fatuæ dictæ ſunt. Et iterum. Fatui ſunt, qui uerbis & dictis ſtulti ſunt: Inſulſi uerò corde & animo. Fatuus à fando, inquit Varro, qui fatetur, quod puer primò fatur, hoc eſt, qui inepta loquitur. Cic. 2. de Orat. Hoc præceptum eſt, magiſque monitoris non fatui, quàm eruditi magiſtri.

FATUOR, aris, {*Dir ſciocchezze*} (ὑθλέω, ψυχρολογέω) idem quod ineptire. Seneca de Morte Claudij: Audi me & deſine fatuari. Nonnunquam idem eſt quod diuino furore corripi, quēadmodum fanatici ſolent. Iuſtinus libr. 43. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ aſſiduè diuino ſpiritu impleta, uelut per furorem futura præmonebat, unde adhuc qui inſpirari ſolent, Fatuari dicuntur.

FATUELUS, qui Faunus dictus eſt, Pici Latinorū regis filius fuit, cuius uxor Fatua, uel Fauna dicta fuit. Vide Seruium in illud Verg. 7. Aen. Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater.

FAUENTIA. (Φαβεντία Stephan.) ciuitas in octaua regione Italiæ, quam hodie Itali ſua lingua uocant Faenza: Eius incolæ uocantur Fauentini, Fidentini finitimi, teſte Plin. lib. 3. cap. 15.

FAUEO, es, faui, fautum, {*Fauoreggiare*} (προσίεμαι, συμπράττω, εὐνοέω) alicubi bene cupio. Terent. in Eun. Benè ædepol narras: nam illi faueo uirgini. Fauere etiam tacere eſt, ut docet Donat. Ter. in And. Fauete, adeſte æquo animo. Fauere faucibus, antiqui dixerunt pro ſilere. Cic. 1. de Diuin. Qui quidem ſilentio noctis (ut ait Ennius) fauent faucibus: rurſus cantu plauſuque premunt alas. Loquitur de Gallis. Pro eodem etiam frequens eſt, Fauere linguis. Ouid. 15. Metamorp. Animis linguiſque fauete. Ad eundem modum dixit Verg. 5. Aen. Ore fauete omnes. Vbi Seruius, Fauet ore quis per taciturnitatem. Fauetur, imperſonaliter, cui contrarium eſt Inuidetur. Cic. 2. de Orat. Inuidetur enim commodis hominum ipſorum: ſtudijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. Ventis fauentibus nauigare, Ouid. 15. Metamo. Venti Cælo pelagoque fauentes. Ouid. Epiſt. 2.

FAUII, antea Fouij à familiæ auctore dicti qui ex ea natus fuit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Quamuis alij putent ita uocitatum, quod primus oſtenderit, quemadmodū urſi, & lupi foueis caperentur. Vtcunque ſit, conſtat a fouea dictos fuiſſe. Vnde Fouij non Fauij primum fuerunt appellati.

FAUILLA, læ, {*Fauilla*} (αἰθάλη, σπινθήρ) propriè eſt ſcintilla igne deſtituta, cuiuſmodi flammæ impetu ſolent egeri, quanquam etiam indifferenter pro quouis cinere accipitur. Plin. li. 36. cap. 25. Deinde ſpiſsè calcatis carbonibus inducitur ſabulo, calce, ac fauilla miſtis. Idem lib. 18. ca. 35. Cū contectus ignis à ſe fauillam diſcutit. Scintilla, (σπινθήρ) uerò propriè eſt, quæ è ſilice, cum excutitur, exilire ſolet. Verg. lib. 1. Aen. Ac primū ſilicis ſcintillam excudit Achates.

FAUISSÆ, (θησαυροί) cellæ quædam & ciſternæ in area Capitolina, ubi reponi ſolebant ſigna, & theſauri, & alia quædam religioſa donarijs conſecrata: auctor Gell. lib. 2. cap. 10. Dictæ Fuiſſę, quod in eas non rude æs, argentumque, ſed flata ſignataque pecunia conderetur. Vnde & à priſcis Latinis Flauiſſas dictas fuiſſe comperitur, quas Græci Theſauros appellant. Cellæ igitur quibus æditui Capitolini utebantur ad cuſtodiendas res ueteres religioſas, fauiſſæ detracta l litera dicebantur.

FAUITOREM, (συνεργάτης) antiqui dicebant pro fautore: quod & Nonius annotauit, citans locum Lucilij ex libr. 29. Fautorem me tibi, amicum, amatorem putes.

FAUNA, dea, uide in dictione Fatua.

FAUNI, agrorum & ſyluarum putati ſunt dij, qui poſt prolixum tempus moriuntur, quod e terra geniti ſint. Ouid. 1. Metam. Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ, Fauni, Satyrique & monticolæ Syluani. Ex quo loco apparet, alios eſſe Faunos, alios Satyros, & rurſus alios Syluanos.

FAUNUS, (Φαῦνος) filius fuit Pici & pater Latini, antiquiſsimus Aboriginum rex, deus poſt mortem habitus, qui regnauit in Latio. Is genuiſſe etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos ruſticorum numina, quos poetę fingunt, & cornigeros & caprinis pedibus.

FAUONIANA, pyra rubra, à Fauonio inſitore dicta, quorum meminit Plin. lib. & cap. 15.

FAUONIUS, {*Ponente*} (ζέφυρος) uentus ab occaſu æquinoctialis ſpirās, contra Subſolanum, teſte Pli. li. 2. c. 47. à fouendo dictus quod cuncta foueat. Eſt n. genitalis ſpiritus mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ, reuiuiſcunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quaſi ζωὴν φέρων, hoc eſt, uitam afferēs.

FAUOR, oris, uerbale à Faueo, {*Fauore*} (εὐνοία) eſt uoluntas, ſtudium, uel uox alicui bene cupientis. Ouid. in Ibin: Sit quoque (quod rarum eſt) ſolito defecta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ. Plin. lib. 14. cap. 4. Maiorque etiam fa-

uere

uore hominum fama. Cic. pro Roſ. Comœdo: Quam expectationem, quod ſtudium, quem fauorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus?

FAVORABILIS, {*Fauoreuole, gratioſo*} (ἐπιχαρὴς) dicitur, qui gratioſus, ac fauoris plenus eſt apud omnes. Quintil. lib. 11. cap. 1. Alter enim pro alio ſæpe dicendum eſt, ut quiſq; honeſtus, inuidioſus, fauorabilis erit. Dicitur etiam Fauorabilis actiuè pro eo qui fauet Liui. 2. Bel. Puni. Iam ad Conſulatus ſpem cùm attolleret animos, haud parum callidè auram fauorabilis populi ea Dictatoria inuidia petit. Inde fit aduerbium Fauorabiliter, idem ſignificans, quod plauſibiliter. Quintil. lib. 4. de Egreſſione. Pleriſq; moris eſt, prolato rerum ordine, protinus utiq; in aliquem lætum, atq; plauſibilem locum quàm maximè poſſint fauorabiliter excurrere.

FAVORINVS, (φαβωρῖνος) nomen philoſophi, de quo fit frequens mentio apud Gel. Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonenſis oppido. Inde in Græciam profectus ſub Dione Philoſophię operam dedit. Hic tria præcipue in ſe ſolet admirari: quod Gallus cum eſſet, Græciſſaret: cumq; eunuchus eſſet, in adulterij tamen ſuſpicionem aliquibus uenitet: & cùm Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen uiueret. Erat enim Adriano Cęſari infenſiſſimus. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare: hæresq; librorum ab eo factus eſt. Hæc ex Philoſtrato, Aelianus de uaria hiſtoria, dicit hunc quandoq; in diſputatione quadam Adriano ceſſiſſe, admirationibusq; proximis. Non ſine cedam (inquit) ei qui xxx. habeat legiones?

FAVSTIANVM VINVM, dicebat quod in medijs collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in ſummis iugis naſcebatur Gauranũ uocabant, quod in medijs collibus Fauſtianum: quodq; in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Auctor Plin. lib. 14. cap. 6.

FAVSTVLVS, paſtor, Remi & Romuli nutritor. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

FAVSTVS, a, um à fauore, {*Fauſto, proſpero, felice*} (εὐτυχὴς) proſperum ac felicem ſignificat cui fortuna fauet. Teren. in And. O fauſtum & felicem hunc diem. Hinc aduerbium Fauſtè feliciter. Cic. pro Murę. Idem ego ſum precatus, ut his quoq; hominibus, quibus hic Conſulatus me rogante datus eſſet, ea res fauſtè, feliciter, proſpereq; eueniret. Horum contraria ſunt, Infauſtum, & Infauſtè. Fauſtitas, tatis, pro felicitate, (εὐτυχία) apud Hora. 4. Carm. Ode 5. Nutrit rura Ceres, almaq; Fauſtitas.

FAVSTVS, L. Syllæ dictatoris cognomen fuit, quod ſibi ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogauit. Fauſtus Quintilianus Senator ſub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alij hoc nomine, quorum catalogum uide apud Volaterranum.

FAVTOR, oris, {*Fautore*} (σπουδαστὴς) ſtudioſus, qui alteri bene cupit. Cicer. pro Plan. Multi ſunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ.

FAVVS, (κηρίον) apum domus & cellulę. à fouendo, quòd in his ſobolem foueant. Verg. 4. Georg. Prima fauis ponunt fundamina. deinde tenaces Suſpendunt ceras. Huius diminutiuum eſt Fauulus. Plau. Meus dulciculus fauulus.

FAVX, cis, uel potius in plurali numero Fauces. Nam ſingularis numerus rarò eſt in uſu, λάρυγξ. ſuperior pars gulæ mento propinqua, ſed interior ubi os anguſtatur. Plin. lib. 11. Summum gulæ fauces uocantur, poſtremum ſtomachus. Cic. 1. Tuſc. Has tamen imagines loqui uolunt: quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum ue & pulmonum ui & figura poteſt. Fauces per tranſlationẽ dicuntur, ſtricti ingreſſus uallium, ſeu alterius loci. ut, Fauces Orci. Verg. 6. Aen. Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibus Orci. Florus de Bello Liguſt. De ſub alpibus, hoc eſt, de ſub ipſis Italiæ faucibus. Hinc deducuntur, Suffoco, Præfoco & Obfoco, diphthongo, au, in o, longum mutata, quæ omnia ſignificat obſtructis faucibus ſpiritum præcludere. Ouid. in Ibin: Suffocent animam dira uenena tuam.

FAX, cis, {*Face. Pet. Non potea fiamma entear per l'altrui face*} (δᾳς) fuſtis inciſus, & cera, uel oleo munitus, ac compoſitus ad lumen faciendum: fitq; præcipuè ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus: cuiuſmodi ſunt teda, & Larix. Varro de Vita pop. Rom. lib. 2. Cùm à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius ſumptus, fax ex pinu ablata eſſet, ut camillus ingenuus afferret.

Per tranſlationem accipitur pro incitatore, & auctore alicuius facinoris. Plini. in Epiſt. Ruſo ſucceſſit Theophanes, unus ex legatis, princeps, fax accuſationis, & origo. Id eſt, auctor & incitamentum, ſiue (ut Nonius, inquit) ſuſcitabulum. Cic. pro Domo ſua. Non ne Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax ſeditionis adhæreſceret? Addere faces alicui, eſt eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. libr. 17. Flagrantibus iam militum animis ueluti faces addiderat. Mæuius, &c. Primam facem, noctis principium uocitabant, quòd tum primùm uti face incipiamus. Gel. Sed cùm iam prima fax noctis, & denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent, diſceſſimus. Facem in nuptijs præferre ſolebant, ſiue ad obſeruandam antiquam conſuetudinem, quòd non niſi noctu duci nouas nuptas à ſponſa mos erat: ſiue in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proſerpina geſtauerat: ſiue ut noua nupta ignem et aquam, quæ duo ſunt in uita maximè neceſſaria, cum uiro communicare uideretur. Etenim aqua quoq; aſpergi ſolebat, ut caſta puraq; ad ſponſum duceretur.

FAXO, is, {*Farò*} (ποιήσω) pro faciam. Verg. li. 12. Ego ſydera faxo Firma manu, Verbum eſt defectiuum, quod tantum habet futurum indicatiui, nec id omnino integrum, ad hunc modum Faxo, is, it, & in numero plurali Faxunt: & in futuro optatiui, & præſenti ſubiunctiui, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Tere. in Heau. Vtinam Dij faxint. Ennius apud Ciceronem de Senect. Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit.

F A N T E E.

FEBRICITO, as, p. cor. {*Hauer febre*} (πυρέττω) febre laboro. Col. lib. 7. Febricitantis bouis conuenit abſtinere cibo uno die.

FEBRICVLA, læ, {*Febricella*} (πυρέτιον) diminutiuum, parua febris. Plancus Cic. Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam.

FEBRICVLOSVS, {*Che ha molta febre*} (πυρετώδης) qui habet multam febrem. Gellius. Non morbus hic febriculoſus, aut nimium grauis.

FEBRILIS, le, pen. prod. {*Che ſi appartiene à febre*} (πυρετικόν) quaſi ad febrem pertinens. Apuleius: Ardore æſtuans febrili.

FEBRIO, is, iui, itum {*Hauer la febre*} (πυρέττω) febrem patior Celſus libr. 6. cap. 11. Potiones, ſi febricitat puer, aquæ. ſi ſine febre eſt, uini diluti.

FEBRIS, huius febris {*Febre*} (πυρετὸς) à feritate morbi, uel (ſicuti Seruius docet) à feruore: eſt (ut medici docent) intemperies calida totius corporis. Cice. ad Tironem: Is enim mihi nuntiauit te planè febri carere, & belle habere, &c. Febres periodicæ, quæ ſtati temporis periodo accedunt & recedunt, cuiuſmodi ſunt quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Plin. lib. 20. ca. 3. Semina eius ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicũtur, quas Græci Periodicas uocãt.

Sunt & alia febrium genera, quæ, quoniam ad noſtrum inſtitutum nihil magnopere conducunt, rei medicæ ſtudioſis ex libro Galeni, quo ex profeſſo Febrium differentias tractat, petenda relinquimus.

FEBRVA, orum, (καθαρματα) dicebantur, quæcunq; purgamẽti cauſa in quibuſcunq; ſacrificijs adhibebantur. Plin. Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit, Februa eſſe omnia, quibus maleficiorum conſcientiæ purgarentur, delerenturq; peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur. Ouid. 2. Faſtor. Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoq; dant uerbo plurima ſigna fidem. Et pauló pòſt: Denique, quodcunq; eſt, quo corpora noſtra piantur, Hoc apud intonſos nomen habebat auos.

FEBRVO, as, luſtro purgo, {*Luſtrare, purgare*} (καθαίρω, ἁγνίζω) à ferueo, hoc enim adolendo, & flammis feruentibus, fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua, qui Febrium purgamentum dicunt. Varro de uita Pop. Roma. In eorum enim ſacris liba cũ ſint facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere, ſe ea februare. Id eſt, pura facere. Hinc Februarius menſis dictus eſt, quód tum, id eſt, extremo anni menſe, populus februaretur, id eſt, purgaretur Per duodecim enim dies continuos Februarij celebrabantur Februa: hiſq; diebus pro impetranda mortuorũ manibus quiete, omnis populus piaculis, ſacrificijsq; circa ſepulcra accenſis facibus cæreiſq; intentus erat. Et loco Februata, ſiue Februalia. quód et hoc menſe ſacra fiebant. eiuſq; feriæ erant Lupercalia.

FEBRVVS, (ᾅδης) dictus eſt Pluto, uel Dis pater, Inferorum Deus, quód ei menſe Februario ſacrificaretur. Vide Macrob. lib. 1. Saturnal.

FECIALES, {*Araldi*} (φετιαλεῖς Plut.) dicti à faciendo, (ut auctor eſt Feſtus) quod belli pacisq; faciendæ penes eos ius erat. Neq; enim licebat bellum alicui inferrè, niſi hi & iuſta cauſa ſuſceptum declaraſſent, & prius indixiſſent. Varro. Itaque bella tarde, & nulla licentia ſuſcipiebant, quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. Et priuſquam indiceretur bellũ ijs, à quibus iniurias factas ſciebant, Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores uocabant. Cic. 7. Verr. Habemus hominem in Fecialium manibus educatum: unum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum ſanctũ ac diligentem. Fecialis, & hoc feciale, adiectiuum. Cic. 1. Offi. Belli quidem æquitas ſanctiſſimè feciali pop. Rom. iure præſcripta eſt.

FEL, fellis, {*Fele*} (χολὴ) humor è flauua in corpore, in ſima hepatis parte, in ueſicula quadam contentus, quàm Ciſtulam fellis (χοληδόχον) appellant. Humor autem ipſe à medicis Flaua bilis appellatur. Bilis autem atra eſt, quam Græci Melancholiam uocant, inſaniam generans. Plaut. in Amphi. Delirat uxor atra bili percita eſt. Sed de bili ſuo loco dictum. Aliquando Fel, quód ſit amariſſimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plau. in Truc. In melle ſunt linguæ ſitæ ueſtræ, atq; orationes, Corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis, amantes ſiquid non danunt. Fel terræ. genus herbæ (quæ & Centaurion, teſte Pli. lib 5. cap. 6.) propter amaritudinem ſummam appellatur. Felleus, a, um, Pli. lib. 26. cap. 13. Sudores enim felleos mouent.

FELIS, huius felis, maſcu. gene {*Gatto*} (αἴλουρος) animal quadrupes, quod uobiſcũ in domibus tenemus ad murium uenatum, uulgò Catus dicitur ab inſigni aſtutia. Veteres enim Catos dicebant eos qui cauti & aſtuti erant. Vnde etiam Catones primo uolunt appellatos. Pli. lib. 10. c. 73. Feles quo ſilentio quam leuibus ueſtigijs, quàm multo ſpeculatu in auiculas exiliunt? excrementa ſua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem ſui eſſe. Var. li. 3. Omnes parietes tectorio leuigatur, ne feles aliaue beſtia introire ad nocendũ poſſit. De animalis huius natura ſic ſcribit Aelianus li. 7. cap. 40. Quemadmodum ex felibus mas eſt libidinoſiſſimus, ſic amantiſſima catulorum fœmina: quæ ue neream idcirco maris conſuetudinem refugit quod is calidiſſimũ ignisq; ſimile ſemen emittat, genitale ut fœminæ adurat. Eiuſce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc uero nouorum catulorum deſiderio permota, eius libidini morem gerit. Quod autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eo excrementa ſua, foſſa prius facta, in terra occultant. Hæc ille. Sunt & feles feræ, domeſticis aliquanto maiores, pelle nigris maculis uariegata, ex quibus domeſticum noſtrum animal uidetur propagatum.

FELICITAS, atis. {*Felicità proſperità*} (εὐδαιμονία) proſperitas, beatitudo. Ci. pro Fonte. Videns hoc leuiter uobis pro mea auctoritate, præcipere poſſe, ut ex eo genere homines, quorum induſtria uirtus, felicitas, cognita in re militari ſit, diligenter uobis retinendos exiſtimetis. Felicitas terræ, (εὐφορία) fœcunditas, fertilitas, apud Plin. in Epiſt. Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum proſperos rerum inſtitutarum ſucceſſus ſacra, fiebãt. Auguſt. 4. de Ciuit. Quid felicitas? Dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua inſtituta ſunt. Huius contrarium eſt Infelicitas.

FELICITER, aduerbium, {*Felicemente*} (εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς) proſperè, beatè, fortunatè Cic. 3. de Fin. Neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè uiuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere. Vergi. 1. Georg. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuę.

FELICITO, as, pe co. {*Felicitare, far felice*} (εὐδαιμονίζω) felicem ac beatũ facio. Contrarium eius eſt Infelicito, hoc eſt, bonis omnibus ſpolio, infelicem reddo. Plau. Pœnulo. Dij illum infelicitent omnes.

FELIX, icis, pe. gen. prod. {*Felice, fortunato*} (εὐδαίμων, μακάριος) proſper, beatus, fortunatus. Verg. 3. Aen. Viuite felices, quibus eſt, fortuna peracta Iam ſua. Interdum propitium ſignificat, qui ſcilicet alios felices reddit. Idem 1. Aeneid. Sis felix, noſtrumq; leues quæcunq; laborem. Vbi Seruius: Felix, propitia. Felix enim dicitur, & qui habet felicitatem, & qui facit eſſe felicem. Vnde & deos felices uel infelices dicimus ex rebus, quas præſtãt Idem in Daphnide: Sis bonus o felixq; tuis. Aliquando idem eſt quod utilis, ſiue commodus σύμφορον, Martia. Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum, Et felix domino, notaq; Cæſaribus. Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis, εὔγεως, εὔφορος. Verg. 2. Georg Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos. Mart. lib. 13.

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Huius contrarium eſt Infelix (δυςυχὴς) infortunatus. Cicer. 4. Philip. Siquis Reſpub. ſit infelix, is felix eſſe non poteſt. Accipitur pro aduerſo. Vergil. 7. Aeneid. Aſt ego magna Iouis cõiux, nil linquere inauſum Quæ potui infelix. Vbi Seruius: Infelix, id eſt, aduerſa Troianis. Aliquando pro ſterili & infœcundo. Idem: Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

FELLICO, as, {*Tettare, poppare*} (θηλάζω) idem eſt quod lac exugo. Solinus in Collectan. Nequaquam mater pullo præbet ubera fellicanda. Fortaſsis legendum Villicanda.

FELLO, las, {*Succiare, poppare*} (θηλάζω) lac exugo, et ſuctu ebibo. Vnde etiã ad obſcœnam eorum libidinem transfertur, qui uirilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt: qui uerò uirilia huic libidini per uoluptatem accommodabant, Irrumare dicebantur. Inde Fellator, (λαικαστής) & Fellatrix & Fellito, as, frequentatiuum.

FELSINA, urbs Italiæ, poſtea Bononia appellata, ut ſcribit Plin. cap. 15. libr. 3. in deſcriptione octauæ regionis Italiæ; Intus (inquit) colonia Bononia, Felſina uocitata, cùm princeps Hetruriæ eſſet.

FEMEN, inis, (μηρός) ſumitur in eadem ſignificatione, qua Femur. Propriè tamen Femina, teſte Valla lib. 4. ſunt anteriores partes, Femora exteriores: fœmina poſteriores, femora anteriores. Plin. lib. 11. ſic de apibus ſcribit. Prioribus pedibus fœmina onerant, propter id natura ſcabra. Et lib. 28. Femina, inquit, atteri, adurique equitatu, notum eſt. Femina enim interiora equitando atteruntur, nõ exteriora. Lucret. lib. 4. Ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. Hinc Apuleius finxit uocabulum, Interfemineum, pro pudendis muliebribus, ueluti poſitis inter femina. Colu lib. 7. Vtile quoque & ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant. Exiſtimat Seruius Femen in nominatiuo non reperiri. Priſcianus docet eſſe in raro uſu.

Femina etiam inferiores partes ſignificant: nam a flexu dicta uidentur. Vbi igitur iunctura cum flexu pedis eſt, Femina dicuntur. Plau. 10 Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Colu. lib. 6. femina ſecari & interdum inuri ſolent.

FEMINALIA, (περιζώματα) tegumenta feminum, & ſubligacula.

FEMVR, oris, (μηρός) quod & Femor dicitur, ſecundum Phocam, à ferendo, quod his præcipuè partibus ſuſtineatur animal atque feratur. Vide latiua in dictione Femen. Liui 4. Bel. Pun. Scipionis femur tragula confixum erat. Hinc Femoralia, (περιζώματα) pro uerēdorum tegminibus. Suc. de Auguſto: Quare quaſſato corpore neque frigora, neque æſtus facilè tolerabat, hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

FENESTRA, ſtræ, {*Fineſtra. Per Leandro in mare, & Ero alla fineſtra*} (θυρίς) ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt lucere. Fit enim ad lucem reddendam. Ouid. Quà lumen thalamis parua feneſtra dabat. Interdum ponitur pro aditu, & uia, & occaſione. Terent. in Heaut. Hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

Plin Feneſtrare uerbum uſurpat, pro feneſtras aperire. ſic enim ait libr. 11. ca. 37. Modica oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

FENESTRATVS, ta, tum, (πολύθυρος) quod eſt apertum, perforatū. Plau. Nulla eſt feneſtratior domus.

FENESTELLA, {*Fineſtretta*} (θυρίδιον) & Feneſtricula, diminut. ſunt à feneſtra. Colu. lib 1. cap. 1. Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Etiam Feneſtella nomen proprium hiſtorici, ſæpius à Plinio citati, qui nouiſsimo tempore Tyberij Cæſaris claruit, Feneſtella item alius fuit, cuius de magiſtratibus Romanorum liber extat.

FERABITES, pen. prod. dicitur agreſtis. Siſenna apud Nonium: Partim ferabite, partim lauro ac pinu abundant.

FERÆ, arum, {*Fiere*} (θῆρες) à ferendo dictæ ſunt, quòd cum impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali utãtur libertate, et pro deſiderio ferantur. Propriè autem Feræ dicuntur, quæ ferocitatem habent, ut leones, pardi, lupi: quę ubi mãſuefactæ ſunt, Cicures appellantur. Ouid. in Epiſt. Ariad. Mitius inueni, quam te, genus omne ferarum. Quintil. lib. 1. cap. 10. Non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſyluasque duxiſſe memoriæ proditum. Interdum Feræ ſignificatio latius extenditur, ut omnia ferè bruta terreſtria complectatur. Cice. 1. Offic. Expertes rationis & orationis feræ.

FERALIA, orū, (ἀπονίμματα, ἐναγίσματα) feriæ erãt apud Romanos Dijs Manibus ſacratæ, ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. Ouid. 2. Faſto. Hanc quia iuſta ferunt, dixere Feralia lucem, Vltima placandis Manibus illa fuit. Cic. Attic. lib. 7. Eodem enim die uideo Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe, id eſt, Feralibus, quo Canuſio manè Pompeium.

FERALIS, le adiect. {*Mortale, crudele*} (θανάσιμος, ἀπηνὴς, ἐπιτάφιος) ſignificat funeſtum, dirum, exitiale, à Feralibus dictus, quibus epulæ in mortuorum ſepulcra inferebantur. Verg. 4. Aene. Solaque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales uittæ, quæ ſunt funeri accommodatæ. Feralia amicula, ſunt ueſtimenta, quibus cadauera defunctorum ueſtita ſepulcro conduntur. Feralia fœdera, Tedæ ferales, & Arma feralia; hoc eſt, mortifera. Feralia officia, ſunt, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis arbor. Plin. libro 16. cap. 10. Picea, montes amat, atque frigora: feralis arbor, & funebri iudicio ad fores poſita. Ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare poſſumus, ex quorum grege ſunt funerum indictores. Budæus.

FERAX, cis, {*Fertile, fecondo, abondante*} (εὔφορος) fertilis, fœcundus. Plau. in Epid. Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico Aeque feracem, quàm hic noſter Periphanes. Colum. libr. 1. cap. 3. Nullus feracior, & uberior locus &c.

Hinc Feracitas, tatis, εὐφορία. Colu. lib 3. cap. 2. Vbi nihil erit, aut non multum quod prœſtet feracitatem potius ſequemur, &c.

FERCVLVM, {*Viuanda. Pet. Et por la menſa ingombra Di pouere uiuande*} (παρατιθέμενα, παραφερόμενα, παραθέσεις) teſte Nonio miſſus cibi, ita dictus, quòd ad menſam inferatur. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna. Aliquando ſumitur pro geſtamine, quo pompa deferri ſolet, φορεῖον. Sueto. in Cæſare. Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI, Hoc eſt inter pompæ triumphalis geſtamina. Quo nomine continentur ſimulacra oppidorum, ſpolia hoſtium, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ fieri ſolent in pompa triumphali. ſicut Fercula ludorum, quæ in ludis: ſacrorum, quæ in ſacris. Acron etiã docet, Fercula, eſſe pulpita, in quibus deorum ſimulacra reponebantur, quæ in pompa Circenſi (hoc eſt, celebritate ludorum Circenſium) huiuſmodi ſimulacra deorum ferebantur. Cic. lib 1. Offic. Cauendum eſt, ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ac ſimiles pomparum ferculis eſſe uideamur.

FERÈ, {*Quaſi*} (παρὰ μικρὸν, σχεδὸν) aduerbium, idem ſignificans, quod penè, hoc eſt, paulum abeſt quin: ut Ferè hominem occidiſti: id eſt, parum abfuit, quin hominem occideris. Fere pro plerunque Terent. Phor. Quippe homo iam grandior, Pauper, cui opera uita erat, ruri, ferè ſe continebat. Id eſt, non ſemper, ſed plerunque. Quint lib. 2. cap. 5. Nam in omnibus ferè minus ualent præcepta, quàm experimenta. Interdum in oratione ita conſtruitur, ut intelligatur quædam uniuerſitas, πάς. Quintil. Hæ fere ſunt emendatè loquendi ſcribendique partes. Id eſt, ferè omnes. Cic. de Amic. Memini in eum ſermonem incidere, qui tum ferè erat in ore. Id eſt, ferè ſemper, uel ferè omnibus.

FERENTARII, orum, (ἀκροβολισταὶ) leuis armaturæ milites, auxiliatores: à ferẽdo auxilio, ut quicquid opus eſſet auxilio ferrent, excurſu leues, armis grauibus non impediti, ſed enſe & telis tantum inſtructi. Hæc Nonius. Varro autem Ferentarios uocat milites qui fundis, lapidibusque pugnabant, quæ tela ferũtur, non tenentur. Salu. in Catil. Poſtquam eò uentum eſt, unde à ferentarijs prœlium committi poſſet. Hi & Velites uocabantur, ut inquit Feſtus, quòd ueſtiti inermes ſequerentur exercitum.

FERENTINVM, pe. pr. (Φερεντία Ptolemæo) oppidum eſt Tuſcorum iuxta Feſulas non procul ab Arno fluuio. Cuius oppidi incolæ dicuntur Ferentini φερεντῖνοι. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponius Mela lib. 2. Ferentinates autem Latij populi ſunt, apud eundem Plin. loco iam citato: quorum oppidum Ferentinum commemoratur à Strabone libr. 4.

FEREOLA, læ, uitis cuiuſdam genus eſt apud Colu lib. 3. ca. 2. Irtiolam (inquit) fereolamque non facilè aſſeuerem, quo gradu habendæ ſint.

FERETRIVS, (φερέτριος) dictus eſt Iupiter, non à pace ferenda (ut quibuſdam uiſum eſt) ſed à ferendis ſpolijs. Nã Romulus deuictis Ceninēſibus, hoſtium ſpolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu ſuſpenſa, Ioui conſecrauit eodemque in loco Ioui Feretrio templum cõdidit, auctorque fuit poſteris, ut eò capta ex hoſtibus ſpolia deferrent. Liu. lib. 1. ab urb. Inde exercitu uictore reducto, ipſe cùm factis uir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium aſcendit: ibique ea cùm ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit Iouis templo fines, cognomenque addidit deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modò animo metatus ſum: dedico: ſedem opimis ſpolijs, quæ regibus, ducibusque hoſtium cæſis me auctorem ſequentes poſteri ferent. Hæc templi eſt origo, quod primum omnium Romæ ſacratum eſt. Ita deinde dijs uiſum, nec irritam conditoris uocem eſſe qua laturos eò ſpolia poſteros nuncupauit: nec multitudine comptum eius doni uulgarem laudem. Bina poſtea inter tot annos, tot bella, opima parta ſunt ſpolia: adeo rara eius fortuna decoris fuit.

FERETRVM, tri, à fero, pen. c. {*Feretro, bara, cataletto*} (φέρετρον) lectus, uel aliquid aliud, quo mortuus efferri ſolet. Alio nomine Capulus dicitur, à capiendo. Plin. lib. 7. cap. 52. Varro quoque auctor eſt xx. uiris agros diuidentibus Capuę, quendam qui efferretur feretro, domum remeaſſe pedibus. Feretra item dicebantur, quibus fercula ſpolia'ue in põpis geſtabantur. Liu. 1. ab urb. Spolia ducis ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro, gerens, in Capitolium aſcendit.

FERIÆ, arum {*Ferie, giorni quieti*} (ἱερομηνίαι, τελεταί) dies ceſſationum ab opere ita dicti, uel à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum, frugumque prouentibus. Cic. 2. de Legibus: Ferijs iurgia amouento. Feſtus: Ferias antiqui feſta uocabant: & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia; quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum, frugumque. Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ polluti dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ſe ſtatæ aliæ publicæ, aliæ familijs quibuſdam propriæ. Feriarum publicarũ quatuor erant genera, ut docet Macro libr. 1. Saturn. cap 16. Statiuæ, uniuerſo populo communes, quæ certis et conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus concipiebantur in certos, ſiue incertos dies, ut ſunt Latinæ, Sementiuæ, Paganalia, Cõpitalia. Cic. 1 de Na. deo. Nã cum ferijs Latinis ad eum ipſius rogatu, arceſſituque ueniſſem. Imperatiuæ, quas Cõſules, uel Prætores pro arbitrio indicebant, extra ordinem pro ſalute Reip. aut principis, aut ob rem feliciter geſtam. Nundinę, paganorum erant ac ruſticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant præterea propriæ familiarũ feriæ, quas quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, ut Claudiæ, feriæ, & Aemiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, & fulgurum, & funerum expiationes. A ferijs feſti dies dicti ſunt Feriati: hoc eſt, in quibus feriæ celebrabantur. Vide Ferio, as.

FERINVS, a, um, pen. pr. {*Ferino*} (θήρειος, θηριώδης) quod eſt ferarum. Cic. 1. de Inuen. Nam fuit quoddam tempus, cùm in agris homines paſsim beſtiarum more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitam propagabant. Ferina abſolutè aliquando uſurpatum: & ſubintelligitur caro. Vergil. 1. Aeneid. Implentur ueteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

FERIO, is ire, {*Ferire*} (παίω, τύπτω) ſine præterito aut ſupino, idem quod percutio. Verg 9. Eclog. Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. Ferire item eſt ſancire, firmare. Vnde Ferire fœdus dicimus. Verg. 10 Aeneid. Haud mora, Tarchon iungit opes, Fœdusque ferit. Cic. pro Domo ſua: Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarũ. Origo harum locutionum inde tracta eſt, quòd antiqui fœdus & pacem ſolenni pompa cum hoſtibus inuntes porcã ſaxo ſilice feriebant: ut conſtat ex lib. 1 Liuianæ hiſtoriæ, ubi uetuſtiſsimi fœderis ritus, & ſolẽnitates deſcribit. Ferire item pulſare eſt, uerberare. Plau. in Amph. Ferijã fores, aperite. Ferire iugulũ, eſt inferre mortẽ, iugulare. Ferire munere, eſt mulctare munere, ſeu mumus emungere. Teren. Phor. Porrò autẽ Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit, Porrò autẽ alio, ubi erit puero natalis dies. Spectris feriuntur oculi. Ci. Caſsio, lib. 15. Epiſt. Ferire acres, pro

excitare,

excitare. Quin. lib. 9. ca. 3. Quæ etiamſi fuerint crebriores, aures conſuetas minus ferient. Huius compoſitum eſt, Referio, quod eſt repercutio ἀντιπαίω. Idem in Aſinaria: Patitor tu idem quum ego te referiam.

FERIOR, aris, & Ferior, aris, deponens, {Far feria, far uacanza} (σχολάζω, σχολὴν ἄγω) uaco ab opere, uel ſtudio. Inde Feriatus, a, um, (σχολαῖος) id eſt, quietus, ocioſus, nihil agens. Trebonius Ciceroni: Illud quoque nobis erit curæ, ut Cratippus unà cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Ci. 1. de Nat. Deum ſic feriatũ uolumus ceſſatione torpere. Feriati dies, (ἑορτάσιμοι) in quibus feriæ aguntur. Pli. in Epiſt. Nam & menſtruum meum Calendis Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Pli. li. 18. c. 6. Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi in tempeſtate cœli: Peiorẽ, qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis debere. Peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, quàm in agro. Contrà, Profeſti dicuntur, qui feriati non ſunt.

FERITAS, tatis, {Fierezza. crudeltà} (ἀγριότης) naturæ quædam aſperitas cõtraria manſuetudini. & à Ferus deducitur. Cæſ. 8. Bel. Gal. Cultu & feritate nõ multũ à Germanis differebãt. Mar. li. 1. Poſtquã inter nos eſt, plus feritatis ineſt.

FERME, aduer. {Quaſi} (σχεδόν) idem quod fere. Ter. in And. Iam fermè moriens me uocat. Id eſt, quum parum abeſſet, quin moreretur. Ponitur quandoque pro facilè ῥᾳδίως. Idem in And. Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum. Vbi Donatus: Fermè pro facilè poſuit: & Fermè facilitatem ſignificat: quia ſunt aduerbia extenuationis. Pla. Pœn. Facio quod manifeſtè deprehenſi mœchi haud fermè ſolent.

FERMENTESCERE, (ζυμοῦσθαι) eſt creſcere, & rareſcere addito fermento: & propriè de pane dicitur. Quãuis etiam ad terram transferatur, quæ tũc fermenteſcere dicitur, cum denſitas illa glebarum rareſcit, & reſoluitur. Pli. lib. 28 cap. 8. Cum teratur inter digitos, fermenteſcens. Idem lib. 17. cap. 2. Tellus quoque illo modo fermenteſcit: & ſucci plena, ac lacteſcentibus ſatis non effœta, cùm tempus aperit, tepidis arridet horis.

FERMENTO, tas, (ζυμόω) fermento miſceo, ſeu creſcere facio. Pl. Cum fieret panis hordeaceus cicerculæ farinæ admiſtione, fermentabatur. Transfertur & hoc uerbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, cũ rareſcit, & ſpiſſæ illæ glebæ reſoluuntur, & augentur, & ueluti inflantur: quemadmodum conſperſio, hoc eſt farina illa ſubacta, & in maſſam redacta, intumeſcit addito fermento. Varr. li. 1. de Re ruſt. ca. 38. Stercus optimum ſcribit eſſe Caſſius uolucrum, præter paluſtrium, ac nantium. De his præſtare columbinum, quòd calidiſſimum ſit, & fermentari poſſit terram. Col. li. 2. ca. 15. Maximè tamen columbinum probamus, quod modicè ſparſum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli expoſuerunt Fermentare pro ſtercorare, & pinguefacere, quòd uiderent Columellam de ſtercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam nõ eſſe mentem auctoris, ex diuerſis eius locis facilè poteſt deprehendi. Ita. n. habet. c. 1. li. 4. Quid, quòd repaſtinata humus, dum eſt recens ſoluta, laxataque, uelut fermento quodã intumeſcit: cum deinde non longiſſimam cepit uetuſtatem, condenſata ſubſidit? Quo in loco uocat Terram fermento intumeſcentem, quam alibi uocat fermentatam. Pro eodem & dixit Humum reſolutam, eique opponit Denſam lib. 2. ca. 2. Sed ex his nihil non melius reſoluta humo, quàm denſa prouenit. Quod noſter quoque Verg. cum & alias ſœcundiatis laudes retuliſſet, adiecit: Et cui putre ſolum: namque hoc imitamur arando. Neque enim aliud eſt colere, quàm reſoluere & fermentare terrã. Ex quibus Columellæ uerbis clariſſimum eſt, Fermentare terram nihil aliud eſſe, quam diligenti cultura, paſtinatione, ſiue etiã calidis ſtercoribus, quale eſt columbinũ, terram putrefacere, reſoluere, & rariorem reddere.

FERMENTVM, ti, {Fermento, leuato} (ζύμη, ζύμωμα) farina quæ ſubigitur prius quàm addatur ſal, ad pultis modum decocta, & relicta donec aceſcat. Dictũ quòd feruendo creſcat. Pli. li. 18. c. 7. Spuma ita concreta pro fermento utunt. Iacere in fermento, per tranſlationem dixit. Plau. in Mer. Nã mea uxor propter illum tota in fermento iacet. Id eſt, inflata eſt, & irata. Idem in Caſ. Dii te ſeruaſſint mihi, Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Aedepol ego illam mediã diruptam uelim. Fermentum, translatũ ad terrã, illud ſignificat, quod glebas reſoluit, tumidamque terrã ac rarã reddit, quẽadmodum conſperſionẽ rarefacit fermentum. Col. li. 3. c. 11. Parum quòd ſupereſt inferioris ſoli raſtris licet effodere, & in fermẽtũ congerere atque componere. Idem li. 4. c. 1. Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxataque, uelut fermento quoddam intumeſcat.

FERO, fers, tuli, latum, {Portare. Pe. Et doglia & morte dentro a gli occhi portate} (φέρω) propriè ſignificat porto. Ver. li. 5. Vix illam famuli Phegeus, Sagarisque ferebant. Aliquando tolero, patior. Teren. in Heaut. Nam quem feret, ſi parentem non feret ſuum? Aliquando duco, dirigo, ἄγω. Liu. lib. 1. Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò ueſtigia ferrent. Verg. lib. 6. Hinc uia tartarei, quæ fert Acherontis ad undas. Sæpe etiam accipitur pro dicere, (λέγειν) præſertim in tertiis perſonis: ut cum dicimus: Sic ferunt homines. hoc eſt, ſic loquuntur, aut dicunt. Idque tam actiuè, quàm paſſiuè, & tam perſonaliter, quàm imperſonaliter. Liu. li. 1. ab Vrb. Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. Cic. de Ami. Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum, cũ eſſet exul. Ver. 1. Aen. Quàm Iuno fertur terris magis omnibus unã Poſthabita coluiſſe Samo. Aliquando, exhibeo. Idem. 3. Aen. Sacra Dioneæ matri, diuiſque ferebã. Aliquãdo cõcupiſco. γλίχομαι, ἐπιθυμέω. Luc. lib. 1. Fert animus cauſas tantarum exponere rerum. Aliquando extollo αἴρω. Salluſ. Conſulares oẽs, itemque Senatus magna pars ſententiã eius laudant, uirtutem animi ad cœlum ferunt. Aliquando gigno, produco, γεννάω. Ver. 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Aliquando habeo. Idem Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. Aliquãdo affero. Idẽ Legati reſpõſa ferãt. Aliquãdo confero, συμφέρω. Idẽ. Quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manũ. Aliquando diſturbo, διαφέρω. Idem lib. 1. Aen. Quippe ferant rapidi ſecum, uerrantque per auras. Aliquãdo oſtento, ἐνδείκνυμαι. Idem lib. 11. Captiuo ſiue ut ſe ferret in auro Venatrix. Aliquando conſulo, χρηματίζω: ut, Pompeius tulit ad populum. Sic Ferre ad Senatum, (ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον) eſt Senatum aliqua de re conſulere. Aliquãdo aufero, ἀποφέρω. Verg. in Daphnide: Poſtquam te fata tulerunt. Aliquando refero, ſeu recipio. Ter. in Adel. Pro labore ab his fero odium. id eſt, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. Aliquando aſſequor. Idem in Eunuc. Hoc ſi effeceris, quodnam donum à me premium optato, id optatum feres. Quòd ſi cum hoc uerbo, Præ me, Præ te, uel Præ ſe, addatur, ſignificat dicto, uel facto, uel geſtu aliquid oſtendo, confiteorque, (δηλόω, ἐνδείκνυμαι) ut, Præ te fers iram. Cic. Nam ille qui accipit iniuriam meminit, & præ ſe fert. id eſt, ſe mentem perſequendæ iniuriæ habere oſtendit. In eundem ſenſum accipi ſolent, Præ me duco, Præ me gero. Ferre auras, eſt aſſueſacere aeris uarietati, quæ obeſt. Verg. lib. 2. Geor. Cùm ſemel hæſerunt auris, aurasque tulerunt. Ferre tribum, Ferre centuriã prerogatiuam dicitur is, qui tribum uel centuriã habuit ſibi ſuffragãtẽ. Cic. pro Plã. An tandẽ una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unquã prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit? Idem. 4. Phil. An tum, cum es factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? Ferre ſuffragium, eſt ſuffragari. Ci. Att. Idemque refert, ut uniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de cæde P. Clodii ferat. Ferre ſententiam, eſt pronunciare. Cic. pro Cluen. Vos autem iudices de hominum fortunis ſententiam fertis. Ferre fortunam, (χρῆσθαι τύχῃ) pro uti. Ferre expenſum, eſt id, quod alicui dederis, in rationis referre. Cui opponitur Referre acceptum, quod eſt, id quod acceperis ab aliquo in rationes referre, inter accepta. Qui plura ea de re noſſe cupit, uideat Adrianum Cardinalem, qui diligentiſſime hæc explicuit. Compoſita ſunt, Affero, Aufero, Antefero, Confero, Circunfero, Defero, Differo, Effero, Infero, Offero, Perfero, Præfero, Profero, Refero, Suffero, Superfero, & Transfero, quæ habent penul. correptam.

FEROCIO, cis, ciui, uel ferocii, ferocitum, {Farſi feroce, eſercitare la ferocità} (ἀγριαίνομαι, ἀγριαίνομαι) ferox fio, uel ferociam exerceo. Gel. lib. 1. Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atque in principiis præliorum ad ſalutem uirtutemque aptius rati, quàm ſi permulti ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ouid. Diſce bonas artes, nullis aſſueta iuuentus, Mox intractati more ferocit equi.

FEROCIA, æ, {Ferocità} (θράσος) idem quod Ferocitas, de quo infrà. Cic. li. 6. de Rep. Qui comprimit eius uim, & effrenatam illam ferociam. Idem de Aruſp. Reſp. Duobus inceptis uerbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi.

FEROCITAS, tatis, {Ferocità, crudeltà} (θράσος) ſuperbia, elatio animi, crudelitas, ſæuitia, & (ut inquit Speuſippus) exceſſus audaciæ, haud metuens, quæ metuenda ſunt. Cic. 1. Offi. Sicut equos propter crebras contentiones præliorũ ferocitate exultãtes domitoribus tradere ſolent, ut his facilioribus poſſint uti, &c. Idem de Senect. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis.

FERONIA, æ, (φερωνία) nemorum Dea, à ferendis arboribus. Verg. 7. Aene. Et uiridi gaudens Feronia luco. Tradunt enim, cum lucus eius fortuito arſiſſet incendio, & ob id transferre inde deæ ſimulacrum incolæ uellent, nemus ſubitò euiruiſſe. Fuit & Feronia ciuitas ſub monte Soracte, in qua eiuſdem nominis Dea erat, quam finitimi mira religione uenerabantur.

FEROX, cis, pen. gen. prod. {Feroce} (τολμητίας, αὐθάδης) elatus, ſæuus, præanimoſus ad certandum cum altero, & ad uim alteri inferendam, atque nocendum. Hora. Vrbes gentesque & Latium ferox. Salluſt. Ille animo feroci negat ſe fuſum toties Numidam pertimeſcere. Ver. 4. Aen. Stat ſonipes & fræna ferox (φρυαγματίας) ſpumantia mandit. Plaut. in Mil. poſuit, Et quia tecum erã, propterea animo eram ferocior. Hinc Ferocia, et Ferocitas, de quibus ſuprà. Ferociter, ſuperbè, elatè. Plau. Amph. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. Liui. 3. ab Vrb. Legatique caput ferociter oſtentantes. Idem. 3. Bel. Punic. Cum quo ferociſſimè pro Romana ſocietate aduerſus Punicum fœdus ſteterat. Multo ferocius. Cic. 5. Fra. lib. Feroculus, diminutiuum. Hircius de Bel. Afri. Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es?

FERRAMENTVM, ti, {Ferramento. Boc. Gior. 2. Nouel. 5. Poſti giu alcuni ferramenti che in collo haueua} (σίδηρον) inſtrumentum ex ferro. Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta tonſoria dicimus. Cic. 1. de Nat. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Col. lib. 3. Nonnunquam etiam cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

FERRARIA, æ, ſubſtantiuum, {Minera de ferro} (σιδηρουργεῖον) locus in quo ferrum foditur: ſicut Auraria, Argentaria, Aeraria, in quibus aurum argẽtum, & æs effodiuntur. Cæſ. 7. Bel. Gal. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ. Liu. 4 Bel. Maced. Parata prouincia, uectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariisque. Eſt etiam Ferraria {Ferrara} nomen urbis celeberrimæ in Italia circumpadana. Itẽ promontorium in Hiſpania non procul à Carthagine noua, ita nominatum, quòd fodinas habeat ferri feraciſſimas. Vide Melam lib. 2.

FERRARIVS, a, um, {Ciò che à ferro ſi appartiene} (σιδηρικός) quod ad ferrum pertinet, ut Faber ferrarius, Fodina ferraria, Officinæ ferrariæ, Metalla ferraria. Pli. lib. 34 cap. 24. Cùm ferraria metalla, in his locis non ſint. Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Pl. li. 28. ca. 16. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent.

FERREVS, a, um, {Di ferro}. (σιδήρεος) quod ex ferri materia eſt: ut Maſſa ferrea, Anulus ferreus. Pli. li. 10. c. 42. Hæc cum loqui diſcit ferreo uerberatur radio: non ſentit aliter ictus. Ferream fabricam inuenere Cyclopes, Pli. li. 7. ca. 56. Ver. 3. Aen. Confixum ferrea texit Telorum ſeges. Idem. 12. lib. It toto turbida cœlo tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber. Ferreus per trãslationem pro duro, & inexorabili. Cic. ad Treb. Ferreus eſſem, ſi te non amarem. Idem ad Att. 13. O te ferreum, qui illius periculis non moueris.

FERRATVS, a, um, {Ferrato} (σιδηρωτός) nomen eſt, non participium: cùm uerbi originem non habeat, ſicut Tunicatus, Manicatus, & ſimilia: ſignificatque id cui ferrum inductum eſt, unde Ferrata ſpicula, & Ferratas lanceas dicimus. Verg. lib. 3. Geor. Vndique iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. Huius compoſitum eſt Præferratus, quo ſignificatur illud, cuius anterior pars ferro munita eſt. Plin. lib. 18. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti piſente pilo præferrato.

FERRVGINEVS, a, um, {Di color di ruggine, ferrigno} quod eſt coloris ferruginis, hoc eſt, quod colorẽ habet ferri longa rubigine exeſi, qui eſt ex rufo & nigro cõmiſtus, qualis eſt quẽ Galli ſua lingua Perſumatũ, ueteres (ut opinor) Impluuiatũ dixerunt, aut certè is eſt, quẽ hodie colorem nigrum uocamus qui à ſuperiori non ita multũ diſtat. Sunt qui uelint Ferrugineum colorem eũ eſſe, quem alio nomine uocamus Cæruleum, adducti, opinor, auctoritate Plauti

ſi Milite, qui eundem colorem Thalaſſicum uocat & ferrugineum. Sed certe Plau. non idcirco uocat colorem ferrugineū Thalaſſicum, q maris colorē referat, ſed q nautæ eiuſmodi colore ſoleant uti in mari. Iubet.n. ibi Palæſtrio, Pleuſidem, qui meretricē abducturus erat ferruginea ueſte exornatum uenire, ut facilius perſuadeat militi ſe eſſe nauclerum. Verba eius ut res facilius intelligi poſſit, aſcribemus. Facito (inquit Palæſtrio) ut uenias ornatu huc nauclerico, cauſiam Habeas ferrugineā, cultutam ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color eſt Thalaſſicus hoc eſt, mari, & nautis, qui in mari uerſantur, idoneus. Non abſimilis error eſt eorum, qui ferrugineum colorē arbitrantur eſſe Colorem Hyacinthi: eō q Verg 4. Geor. Hyacinthos uocat Ferrugineos. Conſtat.n. uel Ouidij teſtimonio, florē Hyacinthum purpurei coloris eſſe, utpote qui Hyacinthi pueri ſanguinē, ex quo enatus fertur, dicatur referre. Certum eſt itaq; Verg. Hyacinthum non dixiſſe ferrugineū, q ferrugineum colorem imitetur: ſed eadē ratione, qua 6. Aen cymbam Charontis dicit eſſe ferrugineam. q.ſ. funeſta putabatur & luctuoſa. Solent.n. lugentes ueſtibus ferruginei coloris uti q is color fuſcus ſit, & ſubobſcurus. Sic & Vergi. Hyacinthum florem uocat ferrugineum, hoc eſt, lugubrem & funeſtum, alludens nimirū ad fabulam illā, qua fertur hunc florem ex ſanguine Hyacinthi pueri ab Apolline iactu diſci occiſi, primū fuiſſe enatum. Hæc paulò uerboſius uiſum eſt diſcutere, q uideamus eruditos noſtri ſæculi tam diſcrepantia de hoc colore tradidiſſe, ut quid de eo ſentire debeamus, non facilè fuerit conſtituere. Sed certè uerſimile eſt hunc colorē eum eſſe quē ſupra diximus, qui.ſ. ferruginis à qua nomen habet, colorem imitatur: huncq; eundē eſſe, quem ueteres appellauerunt Beticū, ſeu Hiſpanum. Quod & uoo obſcurè oſtendit Ver. li. 9. Acu cū uocat Ferruginem Iberam, hoc eſt, Hiſpanicam Quo coloris genere & hodie nautæ Hiſpani, atq; adeò omnes tenuiores utuntur. Neq; ſolum nautæ Hiſpanienſes, uerum & totius penè orbis nautæ hoc colore utuntur: ut non imperito Plautus colorem hunc uideatur appellaſſe Thalaſſicum, hoc eſt, mari maxime conuenientem. Nam cū hic color ſit notiuus, & penè terræ ſimilis, neq; facilè mutat colorē, nec que maculæ in eo apparent. Conſtat aūt hunc colorem fuiſſe uiliſſimum uel eo argumento, quod Plau. in loco iam citato ferrugineas ueſtes piſcatoribus tribuit. Nam cū iuſſiſſet Pleuſidem aduenire exornatum cauſia & palliolo ferrugineo, ut probè nauclerum ementiretur, ſubdit: Atq; apud hunc ſenem oīa hæc ſunt: nam is piſcatores habet Huc accedit, q Pli. li. 29. c. 6. ſcribit lacertas uirides ferrugineis maculis eſſe diſtinctas. Lacertæ aūt maculas, eius eſſe coloris, quem iam indicauimus, nemo addubitat, qui uel ſemel lacertam uiderit. Nō tā inficias iuerim pro ea quę eſt apud Latinos in diſtinguendis coloribus, uel ipſo Plinio teſte, uocabulorum inopia colores aliqua ex parte ad hunc accedentes & Ferruginis nomine fuiſſe appellatos. Vnde & apud Clau lib. 2. de Raptu Proſerpinæ, uiolas & ferrugineas inuenimus, appellari, et à magnæ auctoritatis ſcriptoribus colorē ferrugineum inter gratiſſimos colores numerari. Quāobrem ut non magnopere repugnauerim ijs, qui hunc colorem Gallorum lingua Tannetum, aut Caſtaneum interpretantur pro intentione, aut dilutione obſcurę rubedinis alijs atq; alijs appellantes nominibus: ita plurimum ab ijs diſſentio, qui hunc eundem faciunt cū colore cęruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorē manaſſe arbitror ex loco Vegetij lib. 5. c. 37. male intellecto, q ibi Vegetius nautis uideatur tribuere colorē cęruleum, ſiue Venetum, quibus (ut ſuprà oſtendimus) Plau. aſſignat ueſtes ferrugineas. Arbitrati ſunt itaque eundem eſſe colorem, quem Plau Ferrugineum, & Vegetius Cæruleū ſiue Venetum uocat. Sed hoc argumentum q̄ falſis nitatur fundamentis, facilè dijudicabit, qui citatum Vegetij locū non oſcitanter excuſſerit. Neq;.n. ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, ſed ijs tantū qui in bello nauali ſcaphis quibuſdam exploratorijs hoſtium conſilia inueſtigant, quibus & uelum nauis, atq; ipſos adeò rudentes cæruleo colore tinctos eſſe iubet, ut aquæ marinæ ſimilitudine, hoſtium oculos facilius fallant.

FERRVGO, inis, pen. pro. {*Ruggine del ferro*} (ἰὸς σιδήρου) rubigo ferri propriè dicitur, ſicut Aerugo, æris. Pli. li. 23. c. 8. Sudor uirgę corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas ſanat. Per tranſlationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, ſimilitudine coloris ferri, rubigine exeſi: unde Verg. li. 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

FERRVM, ri, {*Ferro. Pet. Cinto di ferro i piè, le braccia el collo.*} (σίδηρος) uel à ferendo, q in agros colendi gratia feratur, uel à feriendo, q cætera eo feriātur, hoc eſt, domentur. Sua.n. ſæuitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, et extendit Cic. de Nat. deo. Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rē ad colēdos agros neceſſariam. Ferrum aliquādo pro gladio accipitur Ci. 1. Tuſ. In ſeruorū ferrum & manus incidiſſet. in Ferrū, atq; in uincula coniectū. Cic. 7. Verg. Vbi Ferrum uidetur poſuiſſe pro compedibus ferreis.

FERRVMEN, inis, pe. pr. {*Saldatura*} (κόλλα, σύμφυσις) quoddam quaſi gluten, iunctura, ſeu ligatura, qua metalla, ſiue etiam aliæ res conſolidari ſolent. Pl. lib. 36. c. 23. Rumarum urbis ea maxima cauſa, q furtu calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur. Vbi calcem uocat ferrumen cæmentorum, id eſt lapidum, quòd illa conſolidentur & glutinentur cæmenta. Ferrumen auri (ut ſuo loco dicimus) uocatur Chryſocolla.

FERRVMINO, as, pe. co. {*Saldare, congiugnere*} (συναπτω, συμφύω) iungo, conſolido, propriè de metallis dicitur, quamuis & ad alia transferatur. Pomponius Iureconſultus: Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, argēto ferruminaueris, non dubitatur tuū ſcyphum eſſe. Pl. pro glutinare poſuit li. 36. Vitrum ſulphuri incoctū ferruminatur in lapides, hoc eſt. glutinatur in formā lapidis. Ferruminatio uerbale. Pau. l. in rē actio. §. itē quęcunq;. ff. de rei uē. Ferruminatio per eandē materiā facit confuſionē: plumbatura uerò non idē efficit.

FERTILIS, le, adiect. pen. cor. {*Fertile, abondante, graſſo fecondo, fruttuoſo*} (εὔφορος) idem quod ferax. Col. li. 4. Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximeq; fertiles agros colere, Ci. 1. de Diu. Ver. 2. Geor. Hic fertilis uuæ, Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro. Pl. b. 14. in Proœ. Tanto priſcorū cura fertilior, aut induſtria felicior fuit. Oui. 4. de Pō. Fertile pectus habes. interq; Helicona colētes Vberius nulli prouenit iſta ſeges. Pli. Captatio in quæſtu fertiliſſimo. Oui. 1. de Arte; Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Hinc fertilitas, (εὐτοκία, εὐκαρπία, εὐφορία,) ſicut à ferax Feracitas. Idem; Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci Cæſar. 2. Bel. Gal. Cic. 1. de Diuin. Quæ ſit uel ſterilitas agrorū, uel fertilitas futura.

FERTVM, ti, (φυστὸν) pro libi genere, uide Fartum.

FERVEO, es, feruī, uel ferbui, {*Bollire*} (ζέω) propriè eſt, ex igne ſuppoſito calere. Vnde aqua propriè feruere dicitur, cum ui ignis commouetur & agitatur: quod & Bullire dicimus. Transfertur tamen ad ea quæ quouis modo calefiunt, ſiue aliquo æſtu agitantur. Sic Vinum feruere dicimus, quod ex muſto tranſit in unū. Pl. li. 14. c. 9. Medium inter dulcia uinū eſt, quod Græci ἀίγλευκος uocant, hoc eſt, ſemper muſtum. Id euenit cura, qm̄ feruere prohibetur. ſic enim uocant muſti in uina tranſitum. Sic & mare feruere dicitur, cūm a ſtu & fluctibus agitatur: unde & Fretū appellatum uolunt. Ouid. 11. Meta. Pontus uertiginę ferueт. Feruere opus dicimus, dum ſtudio & diligentia elaboratur. Hominem quoq;, ira, odio, aut calore feruere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incenſus eſt. Ci pro Quin. Vſq; eò feruet, ferturq; auaritia, ut de ſuis commodis uelit aliquā partē amittere, ne quā partē huic propinquo ſuo illius ornamēti relinquat. Hora. 1. Epiſ. 1, Pectus auaritia, miſeraq; cupidine feruet. Ouid. 2. Met. Vtq; animus tumida feruebat ab ira, Arma aſſueta capit. Mart Fornacibus o ſa feruent. Feruēs, parti. quod bullit, aut calidum eſt. Pl. li. 7. c. 2. Ferūtq; ictas ſaliua, ut feruentis aquæ contactū fugere. Migrat interdum in nomē, admittitq; comparationē. Hor. 1. Serm. Sat. 10. Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni Ingenium Col. li. 12. c. 50. Ad pręſidiū aquę calidę curritur: ſed id non feruentiſſima fieri oportet. Ci. 1. Offi. Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec ſapiente feruentior plerunq; eſt. Feruenter, aduerb. Cælius Ciceroni: Quòd Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit, magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptum. Ferueſco, is, inchoatiuum: ut, Terræ feruēſcunt ſole, Luc. lib. 6. Ventus mobilitate ſua ferueſcit, apud eundem. Huius contrarium eſt Deferuere, quod eſt mitēſcere, & placidum fieri, ſeu à calore deficere. Compoſita à ferueo ſunt Deferueo, Efferueo, ualde ſeu extra ferueo, Referueo iterum ferueo. Pli. Item terebinthinam in ſartagine referuiētē. A quibus Deferueſco, Efferueſco, et Referueſco.

FERVO, uis, ui. {*Bollire*} eiuſdem ſignificationis eſt cum Ferueo. Ver. 3. Geor. Omnia tunc Pariter uento nimbiſq; uidebis Feruere.

FERVEFACIO, cis, {*Far bollire*} (θερμαίνω) bullire facio. Cato de Re ruſt. Et potionem polentæ eodem addito, & oleum poſtea feruefacito. Feruefacio pro calefacio. Plau. Pſeu. Ex ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illico. Feruefacta iacula, Cæſ. 5. Bel. Gal. Hinc cōponitur inferuefacio, quod eſt in re aliqua bullire facio. Cato: Sumito braſſicam: conijcito in aquā feruētē, coquito pauliſper, uti ſubcruda ſit: poſteà aquam defundito, non omnem: eò addito oleum bene, & ſalem, & cuminum paululum, inferuefacito pauliſper.

FERVIDVS, a, um, pe. co. {*Bollente*} (θερμός) idem quod Feruens, & maximè calidus. Pli. lib. 13. cap. 4. Nulla eſt in Italia ſponte genita, nec in alia parte terrarum, niſi in calida: frugifera uerò nuſquā niſi in feruida. Cic. 2. de Nat. Iā uerò reliqua quarta pars mundi, & ea ipſa tota natura feruida eſt: ardēs maximè. Ponitur & trāſlatè pro uehementi, feroci, diligenti. Li. 7. Bel. Pu. Cū toto eo bello damnoſa præpropera, ac feruida ingenia Imperatorū fuiſſent. Et Cic. de Cla. Ora. Appij Claudij uolubilis, ſed paulo feruidior erat oratio. Hinc fermentū dictum eſt, quòd feruendo creſcat: de quo ſuprà diximus.

FERVLA, læ, pen. cor. {*Bacchetta, ferula*} (νάρθηξ) baculus, ſiue uirga, qua puerorum manus feriuntur, unde nomen habet: quanquā ſint, qui a ferendo malint deducere, quòd propter leuitatē ſenes ferula pro Scipione ſolent uti. Iuue. Sat. 1. Et nos ergo manū ferulæ ſubduximus. Mart. li. 10. Ferulæq; triſtes ſceptra pedagogorū Ceſſent Col. Nec manibus mites ferulas. Idē: Ferulæq; minaces Plātantur. Græcè νάρθηξ, & per diminutionē, ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem in Phædone ναρθηκοφόροι, miniſtri Bacchi, quaſi ferulageri nominantur. Baccho.n. ferulæ aſſignantur, quæ aſinis gratæ ſunt in pabulo. Ideo aſinus grata hoſtia Baccho cadit. Ferula annumerata eſt inter cæteros frutices à Pli. lignum corticis loco habet. ligni aūt loco fungoſam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamuis in multò maiorem altitudinem & craſſitudinem excreſcat. Naſcitur in locis calidiſſimis: & uix aliubi, q̄ in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum uſum ſenectuti præbet. Col. lib. 3. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modū ſemipedis ponito, ibiq; ſemen ferulę facito: cum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam uel auellanam abſcondito. Hinc Ferulaceus, a, um, ναρθηκώδης. Pli. lib. 18. At milium & panicum in culmen geniculatum & concauum: zizania uerò, in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.

FERVOR, oris, {*Bollore Dant. Coſi ſi ritraheam ſotto i bollori*} (ζέσις) calor uehemens: qualis eſt ignis uel ſolis æſtus Pli. lib. 11. cap 31. Indi furantur æſtiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hiberno. Hor. 1. Carm. Ode. 16. Me quoq; pectoris Tentauit in dulci iuuenta Feruor, & in celeres iambos Miſit furentem.

FERVS, a, um, {*Fiera ſeluatico, indomita*} (ἄγριος) agreſtis, & indomitus, cui opponit̄ Cicur: & per tranſlationē atrox, ſeuerus, qui ferinū animum habet, uel qui durioris eſt uitæ, & animi crudelioris. Verg. 2. Aen. Ferus omnia Iuppiter argos Trāſtulit. Cic. ad Att. li. 11. O fera tempora, cū dubitet Curtius conſulatū petere. Hinc Feritas, (ἀγριότης) naturę quędā aſperitas, & dui ſemper eſt animi: de quo ſuprà. A' ferus cōponitur Semiferus, pe cor. Vnde Semifera dicuntur animalia quæ ex fero placidoq; naſcuntur, ut ex apro & ſue. aut certę, quæ nec placida nec fera ſunt, ſed mediæ inter utrunq; naturæ, ut in uolucribus hirūdines, in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, (πάνυ ἄγριος) ualde ferus. Varro li. 2. de Re ruſt. Boues perferi etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia. Et per tranſlationem, Fera ulcera, Fera ſcabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non poſſunt perdomari.

FESCENNINI, uerſus, (ut auctor eſt Feſtus) carminis genus erat omni obſcœnitate & opprobrio plenum: ita dictum, quòd ex Feſcennia urbe primùm fuerit allatum: ſiue quòd faſcinum arcere putabatur, quaſi Faſcininum Macro. lib. 2. Satur. Temporibus Triumuiralibus Pollio cūm Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo. Non eſt enim facilè in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.

FESCENNIA, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. Hetruriæ ciuitas eſt, cuius populi originem trahunt ab Athenienſibus, Inde Feſcenninus, a, um. Verg. 7. Aeneid. Hi

Feſcenninas acies, equoſq; Faliſcos.

FESSVS,a,um,{*Stancho,laſſo,ſtracco*}(κεκμηκὼς, πεπονηκὼς) idem quod fatigatus,& tã ad animum, q̃ ad corpus refertur,ut auctor eſt Vall. li.4. Elegã. de quo in dictione Defetiſcor. Verg.1. Aen. Tum Cererẽ corruptam undis, Cerealiaq; arma Expediunt feſſi rerum. Vbi Serui. Feſſi rerum,hoc eſt,penuria fatigati: Idẽ.2.Eclo. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia,ſerpyllũq; herbas contundit olentes. Pli.li.7.cap.52. Puerum æſtu & itinere feſſum.

FESTINANTER.{*Frettoloſamente*}(σπουδαίως)aduerbium à Feſtinans,celeriter,& cito.Ci.5 de Fin. Illud mihi à te nimium feſtinanter dictũ uidetur,Sapientes omnes eſſe beatos. Pl.li.17.ca.11. Quia feſtinantius germinant.

FESTINATO,aduerbium,à Feſtinatus,ἐπειγομένως. Plin.lib.18.cap.20. Quòd niſi feſtinatò peragatur,liuido colore mucceſcere. Quint.lib.4.cap.2. Quàm nihil properatò,nihil feſtinatò feciſſe uidetur Milo.

FESTINO,as,pen.pro.{*Affrettare*}σπεύδω. ſignificat propero. Verg.4. Aene. Feſtinate uiri:nã quæ tam ſera moratur Segnities? Interdum Feſtinare eſt trepidare,et turbari. Sall. Feſtinãtibus in ſumma inopia patribus. Ter.in Adel. Quid feſtinas mi Geta? animum recipe. Feſtinor,aris,paſſiuum. Tacit. de morib.Germ. Nec uirgines feſtinantur. Id eſt,citò ad coniugiũ abripiuntur. Feſtinatus,partic. Pl.in Paneg. Quinimo feſtinatis honoribus amplificat atq; auget,& maioribus ſuis reddit.

FESTINATVS,{*Veloce*}ταχύς.celer. Oui.11.Meta. Curſu feſtinus anhelo Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor.

FESTINANTIA,& Feſtinatio,{*Velocità,fretta*}(σπουδὴ)properatio. Cic. pro Milone quæ cauſa,cur Romam properaret? cur in noctem ſe coniiceret? quid afferebat feſtinationem? Col.lib.11.ca.2. Quò cautior uillicus uel abitione poſſit operibus,uel feſtinationem adhibere.

FESTIVITAS,tatis,{*Piaceuolezza,giocondità*}(ἀστειότης, εὐτραπελία) lepor & urbanitas ſermonis. Lib.1.ad Heren. Illud genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt,debet habere feſtiuitatem.

FESTIVVS,a,um,pen.prod.{*Piaceuole,faceto*}(ἀστεῖος, εὐτράπελος) ſeplidus urbanus,facetus: ut Feſtiua oratio,dictum feſtiuum. Ci.li.1. Offi. De Græcis dulcem,& facetum,feſtiuiq; ſermonis. Ter.in Adel. O mi pater feſtiuiſſime. Quidam ẽt Feſtiuum pro feſto accipiunt,ſiue ad feſtum pertinente,ut Feſtiua gaudia. In hac tamen ſignificatione apud ueteres non inuenies. Feſtiuẽ,aduerbium. Cic.ad Q.Frat.lib.2. Quanquàm à te actam fabellam uideo eſſe feſtiuè,nullo modo probaui.

FESTRA,oſtium minuſculum in ſacrario,ab feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ. Feſtus.

FESTVCA,cæ,pe.pro.{*Ramoſcello,feſtuco*}(κάρφος)minima quæq; res, & leuiſſima. Col.li.8.c.15. Per quos feſtucæ,ſurculiq; in auiarijs paſſim ſpargendi ſunt. Pl.li.9.ca.16. Fœminã coitum fugere,donec mas feſtucam aliquã imponat auerſæ. Feſtuca uirga prætoria,qua quis fiebat liber: quæ ẽt Vindicta dicebatur,ut colligi poteſt ex Plutarchi libello,quẽ de Sera numinis uindicta inſcripſit. Plau.in Mil. Quid ea? ingenua,an feſtuca facta? ſerua,an libera eſt? Perſius Saty.5. Non in feſtuca lictor quã iactet ineptus. Feſtucarius, adiectiuũ. Gel lib.20.c.9. Idcirco Ennius ſignificare uolens bellũ,non,ut ad Prætorẽ ſolitum eſt,legitimis actionibus,neq; ex iure manu conſertũ,ſed bello,ferroq;, & uera ui,atq; ſolida,quod uidetur dixiſſe conferens uim illam ciuilem,& feſtucariam,quæ uerbo diceretur,non quæ manu fieret,cum ui bellica,& cruenta.

FESTVS,ſta,ſtum,{*Feſta,di feſtiuo,di feſto. Pet. Per honorar il di feſto, & altero*}ἑορτάσιμος,ἑορταστὸς ſolenniter lætum,& feriatum. Vnde Feſtidies(ἑορταί)in quibus uel ſacrificia dijs offerebantur,uel epulationes celebrabantur, uel ludi in honorem deorum agebantur,uel feriæ obſeruabantur. Verg.1.Georgic. Quippe ẽt feſtis quædã exercere diebus Fas & iura ſinunt. Idem Feſtoſq; dies de nomine Phœbi. Huius cõpoſitũ & cõtrariũ eſt Profeſtus:ut, Profeſti dies qui hoĩbus ad rẽ uel priuatã uel publicã adminiſtrandam conceſſi erant. Quinq; Feſtus dicimus,ad feſtũ diem pertinens:ut, Feſtæ frondes, quæ feſtis adhibent.

FESTVS,Domitiani amicus, qui dũ mentagra uſq; ad deſperationẽ laboraret, gladio ſe traiecit:prius tamẽ amicos cõſolatus. Eius mortẽ Mar.li.1. deſcribit.

FESVLÆ, arum, {*Fieſole*}olim Hetruriæ inſignis ciuitas fuit: hodie modicus uicus non procul à Florentia:licet epiſcopalem ſedem retineat. Conditã autem uolunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

F ANTE I.

FIBER,(κάστωρ)animal in Ponto,ſic dictum à fibris,hoc eſt, ab extremis oris amnium,quas colit,& ubi maximè ſolet uideri. Effoſſis.n.in ripa cuniculis,caudam intra aquas tenet,reliquo corpore in ſicco habitat. Albertus Magnus dicit,habere pedes anſerinos poſteriores,quibus facilius natet,anteriores caninos. Vide in dictione Caſtor. Eſt & Fiber,genus ueſpæ quadrupes ineruatiſſimum teſte Feſto. Plau. Sic me ſubis quotidie,quaſi fiber ſalicem. Fibrinus,a,um. Pl. li.17.ca.28. Fibrina pelle detergunt.

FIBRÆ,arũ,{*L'eſtremità di tutte le coſe & uene. Pet. Non ho medolla in oſſo, o ſangue in fibra*}(ἶνες, λοβοί)omnium extremitates rerum. Vnde & iecoris, et cordis,& cuiuſcunq; uiſceris extremæ partes,Fibræ dicuntur. Ver.li.6. Nec fibris requies datur ulla renatis. Et Celſus pulmonis fibras nominat,cùm li.4.c.1.inquit: Pulmo ſpongioſus,ideoq; ſpiritus capax,& à tergo ſpinæ ipſi iunctus, in duas fibras ungulæ modo diuiditur. Quin & minuta radicũ in arboribus herbiſq; capillamenta,(ἶνες)hoc nomine appellantur. Vnde Pli.lib.17.cap. 10 de arborũ ſationibus ait,ſolũ eligi oportere q̃ maximè rimoſum,ne ſol exurat fibras. Verg.1.Geor. Et amaris intuba fibris. Perſius Sat.1. Nec.n. mihi cornea fibra eſt. Id eſt,non ſunt mihi ita dura præcordia,ut laudis amore non capiar. Budæ. Idem Saty.5. Quod latet arcana non enarrabile fibra. Fibratus,a, um, adiectiuum:ut, Fibrata radix cæparum modo, Pli.lib.25.ca.5.

FIBVLA,læ,pen.cor.{*Fibbia*}(πόρπη, περόνη)propriẽ ornamentum cinguli ad ueſtem ſubligandam:uulgo uocant Agraphã. Verg.1. Aeneid. Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem. Ponitur quandoq; pro circulo æneo, quo adoleſcentulorum uirilia ſolent coerceri,conſeruãdæ uocis gratia,quæ ex Veneris uſu debilior reddi ſolet,& aſperior. Solet etiam huiuſmodi fibula Comœdorum, hiſtrionumq; pudendis adhiberi,quod illi potiſſimum hominum generi uocalitas ſit neceſſaria. Mart.lib.7. Menophili penem tam grandis fibula ueſtit, Vt ſit Comœdis omnibus una ſatis. Hinc deducitur uerbum Fibulo,& eius cõpoſitum Infibulo,hoc eſt,circulum æneum peni induco. Item Refibulare,hoc eſt,fibulam huiuſmodi ſoluere. Vide plura de fibula apud Corn. Celſum lib.7. cap.25. Col.lib.6.cap.5.de bobus ſic habet: Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur:ita ut manante ſanguine,tanquam o,literæ ductus appareat. In emendatioribus tamen exemplaribus Subula legitur,non Fibula. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. Liu.9.Belli Macedo. Quintus alter Prætor ſuos equites catellis,ac fibulis donauit. Fibulæ item in ædificijs dicuntur ferramenta,quibus tigni coniunguntur. Cæſ.4.Belli Gall. Hæc utraq; inſuper bipedalibus trabibus immiſſis,quantum eorum tignorum iunctura diſtabat,binis utrinq; fibulis,ab extrema parte diſtinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum,ueſtimentum album,prætextum quadrangulum,oblongum, quod in capite ueſtales ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

FIBVLO,as,aic,{*Affibbiare. Dan. Dal luogo in giu doue s'affibbia il manto*,}ἐμπορπᾶν fulcire,coniungere. Col.lib.1. Omneſq; parietum & ſoli iuncturæ teſtaceis puluinis fibulantur:quoniam ferè,cum his partibus ædificia rimas egerunt,caua præbent,ac latebras,ſubterraneis animalibus. Huius compoſita ſunt Diffibulo,Refibulo,& Infibulo. Eſt autem Infibulare ſuper glandem penis fibulam,hoc eſt circulum æneum inducere: Quod fiebat duabus de cauſis, uel uocis ſeruandæ gratia,uel ualetudinis. Vide de hoc Corn.Celſ.lib.7.cap. 25. Refibulare uerò eſt fibulam tollere,ſiue ſoluere. Mart.lib.7. Et cuius Refibulauit turgidum faber penem. Idem ſignificat Diffibulare. Papinius: Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.

FICARIA,riæ,{*Luoghi doue ſono molti fichi*}(συκών)locus eſt ficis arboribus conſitus. Palla.lib.4. Aliqui inter ficarias caprifici arborem ſerunt.

FICARIVS,a,um,{*Di fico*}(συκινός)quod ex ficu eſt, aut ad ficum attinet. Pli.lib.11.cap.35. Ficarios culices caprificus generat. Cato ca.48. Eò ſarmenta aut ficarias crates imponito,quæ frigus arceant & ſolem.

FICATVM IECVR,ſuillum maximè,quod Græci συκωτὸν appellãt,à ſue fico paſta.

FICEDVLA,{*Beccafico*}(συκαλίς,)auis eſt,quæ ficuum eſu pingueſcit: de qua ſic Mart.lib.13. Cùm me ficus alat,cum paſcar dulcibus uuis, Cur potius nomen non dedit uua mihi? Idem alibi. Cerea quæ patulo lucet ficedula libo. Iuue.Satyr.14. Et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Quo in loco dictionis huius antepenultimã corripi,quæ in uerſu Martialis iam citato producitur. Pli.lib.10.cap.29. Alia ratio ficedulis nam formã ſimul coloremq; mutant. Hoc nomen non niſi autumno habent, poſtea Melancoryphi uocantur. Hæc auis à Romanis habita fuit in delitijs. Vnde Gel. lib.19.cap.8.ſcribit,tantam fuiſſe ueterum in cœnis inſtruendis luxuriam,ut negarent auem ullam, præter ficedulam totam comeſſe oportere.

FICETVM,ti,{*Ficareto*}συκών.locus ubi ficus conſitæ ſunt. Varro: Ficuſq; denſa materia uò eſt,ideo ſequitur calorem,quò fit,ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſint. Mart.iocum captans ex ambiguo,Ficetum poſuit pro obſcœnis partibus ficoſis,hoc eſt,multis ulceribus,quæ Ficos uocant, obſitis. Sic enim habet lib.12. Vt pueros emeret Labienus,uendidit hortum: Nil niſi ficetũ nũc Labienus habet.

FICITOR,pen.co.συκολόγος.ficorum amator,ſeu ficorũ collector. Næuius apud Nonium Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

FICOSVS,a,um,συκώδης.ficis,hoc eſt,ulceribus & tuberculis plenum. Vnde & Ficoſitas,ipſa ulcerum copia. Ficitas,ficorum fructuum abundantia,ſeu fertilitas. Vnde ficitor.

FICTILIS,le,p.c.{*Di terra*}(πλαστὸν)quod eſt factũ à figulo.ut Fictilia uaſa,Fictilia dolia. Pli.lib.35.cap.12. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus dolijs condi maluerunt. Vrna fictilis,Ci.in Parad. Pocula fictilia, Tibul.lib.1. Eleg.1. Fictilia uaſa,Ci.ad Att.li.6. Difficiles, Prop.li.4. Eleg.1. Fictile,lis, ſubſtantiuum, Iuue.Sat.11. Et quadringentis nũmis condire guloſum Fictile. Idem Saty.3. Fictilibus cœnare pudet. Auſonius. Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem. Pli.lib.35. Quoniam eò peruenit luxuria,ut etiam fictilia pluris conſtent,quàm murrhina.

FICTITIVS,a,um,{*Coſa finta & ſimulata*}(πλασματώδης) quod fictum eſt,hoc eſt,ſimulatum.ut Ratio fictitia,quæ ficta eſt, & falſo excogitata.

FICTOR,oris,{*Quello che fa uaſi di terra*}(πλάστης)figulus,qui ex creta atq; argilla opera facit. Cic.2.de Nat.deo. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores,fictoreſq; uoluerunt. Pli.li.34.ca.2. Cùm antea ſeculo fictores nobiles eſſe deſiſſent.

FICTVS,cũ participium eſt à uerbo paſſiuo Fingor{*Formato, finto,ſimulato*}(πλαστός.πεπλασμένος)idem eſt,quod formatus. Ci.in Piſonem. Ex argilla & luto fictus homulus. Aliquando uerò ex participio fit nomen, & tunc idem ſignificat quod falſus,aut ſimulatus. πλασματίας,ἐπίπλαστος. Ter.in Eunu. Quę uera audiui,taceo,& contineo optimè. Sin falſum,aut uanum,aut fictum eſt,continuo palam eſt. Ci.de Amic. In amicitia autem nihil fictum,nihil ſimulatum. & quicquid in ea eſt,idẽ uerum & uoluntarium eſt. Fictè, aduer. Cic. Appio Pul.lib.3. Nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut cauerem,ne cui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Fictè, & ſimulatè loqui. Cic.Qu.Fratri lib.1.

FICVLNEA,æ,(συκέα,συκῆ)ipſa ficus arbor. Pli.lib.26. Quibus & ficulnea,& ligna ex hedera tradentur. Quanquàm ibi Ficulnea magis adiectiuum eſſe crediderim,ut reſpiceat ſubſtantiuum ſequens Ligna. In uulgata Euangelij tranſlatione pro ipſa arbore ponitur. Reſpicite ficulneam, & cæteras arbores. Quod tamen Valla negat ſe apud aliquem claſſicorum inueniſſe.

FICVLNEVS,a,um,ſiue Ficulnus{*Di fico*}qđ eſt ex Ficu arbore. Pli.li.25. ca.28. Sũt ficulnei caules Hora.1.Serm.Sat.8. Olim truncus erã ficulnus inutile lignũ. Eadem aũt forma Ficulnus & Ficulneus dicimus, qua Salignus, & Saligneus, Ilignus,& Iligneus. Cato: Fibulæ unde fiant aridæ, ilignæ, ulmeæ, nuceę, ficulneæ. face ut in ſtercus,aut in aquam conijciantur, Ficulnea arbor. Col.lib.5.cap.11. Ad crus arboris ficulneæ religa.

FICVS,{*Fico*}tria omnino ſignificat fructum ſcilicet notiſſimum,quem Græci σῦκον uocant:deinde arborem ipſam,quæ hunc fructũ profert,quã illi συκῆν appellant.tertio hulceris quoddam genus in locis piloſis naſcens, à ſimilitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac itaq; ſignificationum uarietate diuerſa habet genera,& declinationes. Nam cùm pro fructu accipitur tam ſecundæ declina-

tionis eſt quàm quartæ. In ſecunda tamen declinatione tam maſcu. generis eſt, quàm fœmin. in quarta uerò ſolùm fœminini generis. De ſecunda declinatione hæc erunt exempla. Pli. lib. 16. cap. 26. Fici mirabiles ſunt, & abortiui, qui nunquam mature ſcunt. Macrob. lib. 3. cap. 10. Groſſi appellantur fici, qui non maturefcunt. Quanquàm Plinij lectio hodie ſic habet: In ficis mirabiles ſunt & abortus, qui nunquam matureſcunt. Item apud Macrobium hodie ſic legimus: Groſſi appellantur fici, quæ non matureſcunt. Et (ut ingenuè, quod ſentio, profitear) nulla aut certè paucisſima de genere maſculino poſſunt adduci teſtimonia: hiſce præſertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebantur, qui in maſculino mutatis aſſerunt. Valla tamen in ſecunda declinatione tam maſculinũ quã fœmininũ eſſe credit, quod etiam ex hoc apparet, quod hoc nomine pro morbo, qui à fructus ſimilitudine dictus eſt, in maſcu. gen. utamur. Huc accedit diminutiuum Ficulus, quod quum ſit maſcu. gen. uidetur ipſum etiam primitiuum eiuſdem eſſe generis. Solent enim ferè ſemper diminutiua eius eſſe generis cuius ſunt primitiua, quanquam hoc nonnũquam fallat. Quicquid id eſt, frequentius certè fœmininum eſt: ut apud Varro. li. 1. de Re ruſt. Fici (inquit) ſemen naturale intus in ea fico, quam edimus. Et paulò pòſt: Quum enim teſticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, & eas cũ maturuerint, complicant. Pli. lib. 15. cap. 18. E reliquo genere pomorum ficus ampliſsima eſt. De quarta declinatione ẽt frequentia occurrunt exempla. Iuue. Saty. 14. Si uis ſiliã decerpere ficum. Martia. Res mira eſt, ficus non habet unus ager. Huius diminutiuum eſt Ficulus, συκίον. Plau. in Stich. Nucibus, fabulis, ficulis, In ficorũ genere ſunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariſcæ, calliſtruthiæ, Liuiæ, Libiſſæ, Flauiæ, & reliquæ.

F I C V S, (Fico) (σῦκον) pro arbore generis fœmin. eſt, & ſecundæ, uel quartæ declinationis. Pli. li. 16. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longisſimæ ſunt, & ſenectus ocysſima. Iuue. At quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Cic. de Orato. ſecundum quartam declinationẽ inflexit: Cui cũm familiaris quidam quæreretur quod diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos.

F I C V S, pro morbo, (Mal del fico, porrofico) (σῦκος) maſc. gen. & ſecundæ declinatio. Mart. lib. 1. Dicemus ficos Cæciliane tuos. Sũt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Naſcitur hoc uitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obſcœnis, quæ pilis integuntur. Celſ. lib. 5. c. 3. Eſt ẽt ulcus, quod à fici ſimilitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excreſcit: & id quidem generale eſt, ſub eo uerò ſpecies ſunt. Nam alterum ulcus durum & rotundum: alterum humidum, & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinoſum exit: ex humido, pus mali odoris, fitq; in his partibus, quæ pilis conteguntur: ſed id quod calloſum eſt, & rotundum, maximè eſt in barba: id uerò quod humidũ, præcipuè eſt in capillo, atq; ano ex attritu, quẽ cinædi patiuntur.

F I D E I C O M M I S S A R I V S, ſarij, habet paſsiuam ſignificationem, nam is dicitur, qui fideicommiſſionem accepit. Vlp. l. Fideicommiſſa. de leg. iij. Paſsim igitur admittemus, & ſi ex parte pecuniæ rem comparauit: quam nõ hoc anno exegit, ut fideicommiſſarium priuet fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſſi petitionem ſupereſſe.

F I D E I C O M M I S S V M, (Fide commiſſo) eſt ſpecies diſpoſitionis ultimæ uoluntatis, cum teſtator alicuius fidei alicui committit, quod alteri ſit traditurus: quod idcirco Fideicommiſſum dictum eſt, quòd ex fide eius, cui committebatur pendebat. Poſtea tamen fideicommiſſa, ut omnis fraudi humanæ occaſio amputaretur, à Diuo Auguſto ad neceſsitatem iuris ſunt retracta, iuſtisq; legatis exæquata. Fideicommiſſus, a, um, adiect. ut Libertas fideicommiſſa, id eſt, fideicõmiſſo relicta. Vlp. l. Titius. ff. de actio. emp. Cæteri quoq; ſerui cognita uoluntate defuncti, fideicommiſſam libertatem petiſſent.

F I D E I V B E O bes, bere (Far ſigurtà) (ἐγγυάω) pro alio promittere. Vlp. l. ſi dubites §. filiusfam. ff. de fideiuſſ. Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere, nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio.

F I D E I V S S I O, onis, (Sigurtà) (ἐγγύη, ἐγγύησις) ſpõſio pro alio facta. Iabo. l. Sed etſi. ff. de fideiuſſ. Cũm ſeruus fideiuſſionis nomine obligari nõ poteſt.

F I D E I V S S O R, (Malleuadore) (μεσέγγυος, ἐγγυητής) ſponſor, qui pro alio quid promittit Donatus: Fideiuſſor eſt auctor credendi, alium aliquid daturum, facturum'ue, ſua fide ſuoq; periculo promittens. Vlp. in tract. de fideiuſ. Si quis Stichum ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua eſſe iubes? Vbi illud obiter animaduertendum eſt, pro eodem dici, Fideiubeo, & diuiſis dictionibus, Fide mea eſſe iubeo. Paulus l. ubi autem. ff. de Verb. obl. Si filiusfamilias ita ſtipulatus fuerit, quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes?

F I D E L I A, æ, (κεράμειον) genus uaſis Samij, teſte Nonio, ad uſus plurimos accõmodati. Perſius: Diſce, nec inuideas, quòd multa fidelia putet In locuplete penu. De eadem fidelia duos dealbare parietes, eſt eadem opera duos uelle demereri. Curius Ciceroni. Sed oro te, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtẽdere: ſine eum me uirum bonum eſſe putare, nec ſolere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta uidetur ab ijs qui parietibus albarium inductum colores habent in fictilibus præparatos. Vide Eraſmi Adagia.

F I D E L I S, le à fide, (Fedele) (πιστός) qui ſeruat fidem, uel cui tutò fidem adhibere poſſumus. Ci. ad Seru. Aut ſi quem tuorum fidelium uoles, ad me mittas. Idem Qu. Fratri. Græcorum familiaritates parum fideles ſunt. Terẽ. in Hecy. quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. Transfertur etiam ad inanimata Pli. lib. 26. ca. 36. de harundinum comis: Aut enim pro pluma cauponarum ſtrata replet: aut ubi limoſiore callo induruit, ſicut in Belgis, contuſa, & interiecta nauium commiſſuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisq; explendis fidelior pice. Hinc Fidelitas (τὸ πιστόν) obſeruatio fidei. Ci. ad Qu. Fra. li. 1. Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt, quod prorſus credo, &c. Fideliter aduer. πιστῶς. Horat. 1. Epiſto. Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt: Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures. Fidelẽ aliud aduerb. Plau. in Capt. Fac fidele ſis fideli, caue fidem fluxam geras.

F I D E N A, æ, pen. prod. (φιδήνη, φίδηναι) Stephano, & Fidenæ, arum, (φιδῆναι Straboni) urbs Latinorum mediterranea. Ver. lib. 6. Hi tibi Nomentũ Gabios, urbemq; Fidenam. Iuuen. Saty. 5. Viuat Fidenis, & agello cede paterno. Hinc Fidenates (φιδηναῖοι, φιδηνᾶται) Stephano dicti ſunt, Fidenarum incolæ, quorum meminit Pli. lib. 3. cap. 5.

F I D E N T I A, tiæ, (Fidanza) (θάρσος) firma animi confiſio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit. Ponitur autem in laude, quemadmodum & Fidens, (θαρραλέος) unde deducitur. Cõfidens autem & Confidentia plerunq; in malam partem interpretamur. Cic. 3. Tuſc. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniã Confidens mala loquendi conſuetudine in uitio ponitur: ductum uerbum à confidẽdo, quod laudis eſt: qui autem eſt fidens, is profectò non extimeſcit. Idem. 4. Tuſcu. Et ſi fidentia, id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio grauis, non temerè aſſentiẽs: metus quoq; eſt diffidentia expectati & impendentis mali.

F I D E N T I A, æ, (φιδεντία) oppidum eſt in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Pli. lib. 3. c. 15. Eſt & Fidentia Hiſpaniæ Bæticæ urbs, inter Bætim amnem & Oceanum ſita, alio nomine Iulia appellata, auctore eodem Pli. lib. 3. cap. 1.

F I D E N T E R, aduerb. (Fidatamente, con fidanza) (θαρσαλέως) intrepidè, & cum fiducia. Cic. 1. de Orat. Tum ille fidenter homo peritiſsimus confirmare, ita ſe rem habere, ut reſpondiſſet. Fidentius ſcribere alicui. Idem ad Att. lib. 6.

F I D E S, huius fidei, (Fede) (πίστις) dictorum eſt, & conuentorum conſtantia, et ueritas, quia fiat quod dictũ eſt, ſic appellata auctore Ci. 1. Offi. ubi ſic ait. Fundamentum autem iuſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum, conuentorumq; conſtantia & ueritas: ex quo (quanquam hoc uidebitur fortaſſe cuipiam durius, tamen ut uideamur imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirunt unde uerba ſint ducta) credamus, quia fiat, quod dictum eſt, appellatam fidem. Ter. Heau. Sed uideo eccos, quos uolebam. C. O Iuppiter, ubinam eſt fides? Conſtans fidei. Taci. lib. 19. Neq; fidei conſtans, neq; ſtrenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. de Senectu. Licet enim uerſibus ijſdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille uir haud magna cum re, ſed fidei plenus. Fides tabularum, id eſt, auctoritas. Cic. pro Arch. Cum Appij tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur, Gabinij, quãdiu incolumis fuit leuitas, poſt damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet. Bonæ fidei poſſeſſor, qui ignorauit rem, quam emit, alienam eſſe: aut putauit eum, qui uendidit, ius uendendi habere. Budæus. Bona fide, id eſt, ſerio. Plau. Aulu. Dic bona fide, tu id aurum non ſurripuiſti? Dare fidem, (ἐγγυᾶν) idem eſt quod ſanctè promittere. Cic. 2. de Finib. Nec dubitabit, iſti ueſtro beato M. Regulum anteponere, quem quidem cũm ſua uoluntate, nulla ui coactus, propter fidem, quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſet, tum ipſum, quum uigilijs & fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorẽ fuiſſe, quam potantem in roſa Thorium. Accipere fidem, & dare, πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι. Verg. 8. Aen. Accipe: daq; fidem, ſunt nobis fortia bello Pectora. Dare fidem publicam, eſt publico nomine ſecuritatem, uel impunitatem promittere. Cic. 3. Catil. Introduxi Vulturtium ſine Gallis: fidem ei publicam iuſſu Senatus dedi: hortatus ſum, ut ea quæ ſciret, ſine metu indicaret. Accipere fidem publicam, eſt id quod barbari dicunt, Impetrare ſaluum conductum. Sic, interponere fidem publicam, eſt alicui ſaluum conductum dare Salluſt. in Iugurtha: C. Memmius Popu. Ro. perſuadet, uti L. Caſsius, qui tum prætor erat ad Iugurtham mitteretur, eumq; interpoſita fide publica Romam duceret. Venire fide publica, quod Galli dicunt, Venire ſub ſaluo conductu, Salluſtius ibidẽ Comes eius, qui Romam fide publica uenerat. Affecta fides. Tacitus lib. 19. Et credebatur affectam eius fidem præuiuiſſe. id eſt, fidem læſam: ſicuti Latini dicũt. Res affectas li. 6. Deca. 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem lib. 17. appellat Afflictam fidem. Habere fidem alicui, eſt credere. Teren. And. Propemodum habeo iam tibi fidem. Implorare fidem alicuius. i. auxilium. Teren. Adel. Illa fidem nunc ueſtram implorat Demea. Cicero fidẽ in eadem ſignificatione. Iuuen. Saty. 5. Nos hominum, diuumq; fidem clamore ciemus. Liuius: Si Saguntinis obſeſsis, fidemq; noſtram implorãtibus impigrè tuliſſemus. Interponere fidem. Cic. de Clar. Orat. Quæ quidem uis tum maxime cognita eſt, Luſitanis à Ser. Galba Prætore contra interpoſitam, ut exiſtimabatur, fidem interfectis. Fidem liberare, eſt promiſsis ſtare, hoc eſt præſtare quod quis pollicitus eſt. Ci. pro Flac. Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclida petijt: ipſe tamen Fuſtis ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Mutare fidem eſt pactum reſcindere, & uiolare promiſſum Salluſt. in Iugu. Profectò cuncti, aut magna pars Carthenſium fidem mutauiſſent, tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt. Fallere fidem eſt quod quis ſua fide promiſit, non ſeruare. Cic. 1. Offi. ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere. Præſtare fidem. Cic. ad Att. lib. 9. Itaq; nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, ſuſtineo, meumq; officium, fidem, pietatem ijs præſto. Ouidius. 3. Faſtor. Bacche fidem præſta, nec præfer amoribus ullam Coniugis. Item Bonæ fidei homo uocatur, cui res tutò creditur, uel qui rem ſibi creditam fideliter ſeruat, aut etiam qui fideliter præſtat, quod promiſit. Suet. in Auguſt. populo promiſſum congiarium repoſcenti, bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Cic. Lentu. lib. 1. epiſto. Fidem pro promiſsione, & quaſi ſponſione poſuit: Pompeij fides, quam de me Cæſari dederat. Facio fidem, eſt rem per argumenta, tabulas, aut teſtes probare. πίστιν διδόναι, πίστιν ποιεῖν. Cic. 2. de lege Agr. Fac fidẽ, te nihil niſi populi utilitatem quærere. Accipitur interdum Fides pro fiducia, Teren. And. Triſtis ſeueritas ineſt in uultu atq; in uerbis fides. Eſt item Fides, uocabulum negotiatoribus proprium, pro conſtantia illa promiſſorum, quã debitores ſuo loco & tempore præſtant, quod promiſerunt: Cic. pro Pompeio: Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. Idem Att. lib. 11. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facile tuebere. Cæſar 3. Bel. Gal. Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neq; creditæ pecuniæ ſoluerentur.

F I D E S, fidium, (Lira, ouero altro ſtromento che habbi armonia nelle corde) (λύρα, χέλυς, κιθάρα) lyra, ſiue cythara, aliud'ue inſtrũm muſicum in chordis habens harmoniã. Cic. de legi. Seuera illa Lacedemõ neruos iuſſit, quod plures quàm ſeptẽ haberet in Timothei fidibus inde demi. Idẽ de Ora. Oẽs uoces, ut neruì in fidibus, ita ſonant, ut à motu animi ſunt pulſæ. Legitur & in ſingulari numero Fides, fidis, quod nõ temere alibi reperias, quàm apud poetas. Ci. in Arat. Cedit clara fides Cyllenia. Perſius Saty. 6. Atq; marẽ ſtrepitũ fidis intendiſſe Latinæ. Ouid. in Epiſt. Oenones: Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.

F I D I C E N, pe. cor. (κιθαρῳδός, κιθαριστής, λυρῳδός) qui cythara, lyra'ue canit. Cic. Pæto: Socratem fidibus docuit nobiliſsimus fidicen. Horat. 4. Carm. Ode 3. Romanæ fidicen lyræ.

Fidicinus

FIDICINIVS, a, um, quod ad fidicinem pertinet. Pla. in Rud. cam uidit ire e ludo fidicinio domum.

FIDICVLA, læ, {*Cethera, cetheretta*} (λυρίον) diminutiuum à fide ſeu fidibus deductum, cũ lyram ſiue citharam ſignificat. Gel. lib. 1. Sed enim Achæus Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularũ tibiarumq; concentu conſpiratam. Ci. lib. 3. de Natu. Quod ſi platani fidiculas ferrent numeroſè ſonantes, idẽ ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicam? Eſt & Fidicula inter aſtra conſtituta, quæ Fides à Columella, ab Higino Lyra nominatur. Pli. li. 18. Fidicula occaſu ſuo autumnũ inchoat. Preterea Fidiculæ (κιθάραι) numero tantũ plurali, ſumitur pro inſtrumento torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis cõpacto, ab extorquẽda ueritate ac fide, uel à nerueis funibus, quibus homines torquendi ligabant. Suet. in Tyberio: Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repentè ueretris deligatis, fidicularum ſimul urinæq; tormento diſtenderet.

FIDICVLANIVS, Falcula, ſenator leuiſſimus fuit, quẽ Cic. in Oratio. pro Cæcinna ſplendorem ordinis equeſtris, decus iudiciorum, & exemplar antiquæ religionis per ironiam appellat.

FIDIVS, (ὅρκιος) Iouis filius fuiſſe creditus eſt, quem ut fidei præſidem colebant. Plautus. Per Deum Fidium credis iurato mihi. Vnde dicimus Medius fidius, de quo ſuo loco.

FIDO, is, ſiſus, {*Confidarſi, fidarſi. Pet. Se del giudicio mio punto ti fidi*} (πεποιθέναι, πίστεύειν) fidem habeo, credo, ſpem, fiduciamq; in aliquo repoſitam habeo, & tam cum ablatiuo, quàm cum datiuo conſtruitur. Iuue. Fidimus eloquio Ciceronis. Verg. 6. Aen. Et fidere nocti. Pli. in Epiſt. liber fuit & opuſculis uarius, & metris: ita ſolemus, qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculũ fugere. Huius cõpoſita ſunt, Confido, & Diffido, pen. pro. quæ ſunt contraria. Nã confidere, idem eſt quod fidere. Cic. Att. Itaq; accuſabar ab eo, quòd parum cõſtantiæ ſuę conſiderem. Contra diffidere (ἀπιστεῖν) eſt fidem non habere. Seneca, Nec ſecundis rebus nimis fidendum, nec aduerſis diffidendum eſt.

FIDVCIA, æ, {*Fiducia, fede fidanza*} (θάρρος, θάρσος) idẽ penè quod fidentia, hoc eſt, certa quædam opinio & ſpes de ſe uel de alio concepta. Sumiturq; tam in meliorem partem quàm in deteriorem. Cic. 2. Ver. Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciã ſpolio. Idẽ de Amic. Vita tyrannorum, in qua nulla ſtabilis beneuolentiæ poſſit eſſe fiducia. Verg. 1. Aen. Tantàne uos generis tenuit fiducia ueſtri? Idem. 9. Aen. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerũ. Accipitur ẽt Fiducia apud ueteres pro fundo, uel alia quauis re, ea lege uendita, ut aliquando redeat ad uenditorẽ. Boethius in. 4. Cõmentario Topico. Fiduciam (inquit) accepiſſe dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mãcipanti aliquando remancipet. Veluti ſiquis tempus dubium timens, amico potentiori fundũ mancipet, redditurо cũ tempus illud dubium præterierit. Cice. pro Flac. Pecuniã aduleſcentulo grãdi fœnore, fiducia, tamẽ accepta occupaſti. Hãc fiduciam tibi cõmiſſam tenes hodie atq; poſſides. Credidiſti (inquit) adoleſcentulo grandem pecuniã fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quẽ reſtituas cũ tibi pecunia unà cum uſura fuerit reddita. Inde Fiduciariam mancipationem ueteres uocauerunt, quam hodie dicimus uenditionẽ cum regreſſu, ſiue ſub redimendi poteſtate contractã: & rem ipſam fiduciariam, quæ alteri ea lege traditur, ut poſtea reddatur ei, qui emancipàrit. Liu. 2. de bello Mace. Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, uelut fiduciariam, dare, uictori ſibi reſtitueret: ſiquid aduerſi accidiſſet, ut ipſe haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellũ Romanis illaturus Nabidi ea lege dederat, ut ſi uictor ex bello rediiſſet ſibi reſtitueretur. Inde Fiduciarius hæres uocatur ab Iaboleno, l. Seius ad Trebell. quem alias uocamus Fideicommiſſarium, quòd hæreditatem uelut fiduciariam uidetur accepiſſe, quam mox alteri ſit traditurus.
Ad hunc ẽt modum Cæſar Bel. Ciuil lib. 2. operam Legati uocat Fiduciariã, quia Legatus poteſtatem ſuam ab Imperatore accipit, quam redeuntis ad exercitum Imperatori debet cedere.

FIDVS, a, um, {*Fido, fidato, fedele*} (πιστός) à Fido, is, dicitur cui fidendum eſt. Cic. de Amic. Quod Tarquinium, dixiſſe fertur, tum, cũ exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, & quos infidos. Idem. 2. de Fin. Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiæ fida cuſtodia. Huius compoſitum & contrarium eſt Infidus, (ἄπιστος) pen. pro. nam Perfidus, pen. corr. à Fides ſit. Liu. Infida regni ſocietas. Fide, aduerbium, (πιστῶς) fideliter. Cic. Cælio lib. 2. Nec me iſta terrent quæ mihi à te ad timorem fidiſſimè, atq; amantiſſimè proponuntur.

FIGMENTVM, {*Fintione. Pet. Per fintion non creſce il uer ne ſcema*} (πλάσμα) quod fictum eſt: à fingo, fingis. Cic. 2. de Orat. Iam integræ ſententiæ, tã ueræ, tam nouæ, tam ſine figmentis fucoq; puerili, &c.

FIGO, is, xi, xum, {*Ficcare. Dan. Ficcando gl'occhi uerſo l'oriente*} (πήγνυμι, ἐρείδω) immitto, planto, affigo, adhærere facio. Verg. 4. Georg. Ipſe feraces Figat humi plantas. Cic. ad Att. lib. 1. Aſt tute ſcripſiſti ad me quondam, caput legis Clodium in curiæ poſte fixiſſe, ne referre, ne'ue interdici liceret. Figere per tranſlationem pro firmare, ſiue ſtabilire. Cic ad Att. lib. 8. Et ſimul ſcito labare meum conſilium, illud, quod iam ſatis fixum uidebatur. Interdum pro percutere, ferire. Iuue. Saty. 1. Cum tener uxorem ducat ſpado, Mæuia Tuſcum Figat aprum, et nuda teneat uenabula mamma. Figere arma dicebantur gladiatores iam emeriti, cũ arma ſua ad templi parietẽ, aut columnam ſuſpendebant. Hora. 1. Epiſt. Veianius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. Figere ſpem ſuam in aliquem eſt omnem ſpem ſuam in eo repoſitam habere. Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis locutio eſt, idem ſignificans, quod operam dare, ut perpetua beneficii extet memoria. Cic. 7. Ver. Et ut hoc beneficium, quẽadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum concilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de concilii ſententia Mamertinis ſe frumentum nõ imperare pronuntiat. Vide Eraſmi Adagia. Huius compoſita ſunt, Affigo, Configo, Defigo, Infigo, Præfigo, Refigo, & Transfigo: quorũ ſignificata uide ſuis locis.

FIGVLINA, næ, ſeu quod magis à doctis uſurpatur per ſyncopẽ, Figlina, pe. pro. {*Bottega di uaſaio*} (κεραμεῖον) officina figuli. Idem lib. 35. cap. 12. Figlinarum opera imbricibus, tubulis, tegulisq; ad balineas hamatis, uel ad tecta coctilibus laterculis, frontatisq;, aut quæ rota fiunt. Idem lib. 7. ca. 56. Figlinas primus inuenit Chorœbus Athenienſis. Figlinus, a, um, adiectiuum (κεραμεοῦς) ut, Figlina creta, qua figuli utuntur. Pl. li. 10. ca. 21. & Varr. 3. de Re ruſti. cap. 9. Figlinum opus. Plin. lib. 31. capi. 3. Olliſq; ex figlino opere crudis. Figlinum, ni, (κεράμιον) opus ipſum figuli. Pli. li. 34. cap. 18. Alii clinatamq; ſcobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

FIGVLARIS, re, (κεραμικός) quod ad figulum pertinet. Plau. Epid. Verſutiores, quàm rota figularis. Creta figularis, qua utuntur figuli. Col. lib. 6. ca. 16. Solet etiam ipſum animal uiuum creta figulari circundari.

FIGVLVS, pen. cor. {*Vaſaio, che fa uaſi di terra*} (κεραμεύς, κεροπλάθος) fictor dicitur, qui ex creta, atq; argilla opera facit. Plin. lib. 35. ca. 12. Dibutades Sicyonius figulus primus plaſticen inuenit Corinthi, filiæ opera.

FIGVRA, æ, {*Figura, aſpetto. Pet. Qual'hor ueggio cangiata ſua figura*} (εἶδος) forma, ſpecies, à fingendo dicta. σχῆμα, τύπος, Cic. lib. 1. Offic. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem, quę formã noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. Idem. 5. de Fin. Figura eſt forma et ſtatura corporis noſtri ad naturam apta. Terc. in Eun. Noua figura oris, color uerus, corpus ſolidum & ſucci plenũ. Oui. 2. Meta. Adimam tibi nanq; figuram, Qua tibi quaq; places noſtro importuna marito. Figura (inquit Aſconius) eſt circa geſtum, ſitũq; membrorũ, ſtatus, circa ornatum & habitum ueſtis. Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores uocantur floſculi quidam orationis à conſueto loquendi uſu recedentes. Quin. lib. 9. cap. 1. Figura eſt conformatio quædam orationis, remota à communi, & primum ſe offerente ratione.

FIGVRO, ras, pen. prod. {*Figurare, formare*} (σχηματίζω) formo, & figuram induco. Cic. de Vniuer. Mundum deus ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Col. lib. 6. Aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ Venerem. Lactan. lib. 2. Hominem figurauit ex limo terræ.
Figuratus, partic. formatus. Cic. 2. de Nat. deo. Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata. Oratio figurata (λόγος, ἐσχηματισμένος,) quæ figurarum coloribus, ueluti floſculis quibuſdam eſt exornata. Figuratio uerbale. Pli. lib. 11. cap. 37. Vt in unoquoq; poſcit figuratio. Figuratio pro imaginatione. Quint. Decla. 6. Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. Id eſt, imaginetur. Figuratè, aduerbium, ſignificat per figuram. Compoſita ſunt, Configuro, quod eſt compono, & ſimul formo, σχηματίζω. Lactã. li. 7. Quoniam homo ex rebus diuerſis, ac repugnantibus configuratus eſt anima & corpore. Præfiguro, de quo infra.

FILICTVM, cti, locus eſt filice herba obſitus. Col. lib. 2. ca. 2. Iunco'ne ſit, an gramine ueſtitus, an filictis, aliiſue frutetis impeditus.

FILICVLA, læ, herba eſt ſimilis filici, quam Græci πολυπόδιον uocant, radice piloſa, colore intus herbaceo, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa cuiuſmodi ſunt polyporum cirri: ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis. Pli. lib. 26. cap 8

FILIIFAMILIAS, liberi patrisfamilias poteſtati ſubditi. Cice. pro Cælio: Illũ filiumfamilias a patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctũ nõ potes. Filiifamiliasũ. Tacit. lib. 1. Nunquam'ne, niſi ſibi ſe, filiosfamiliarum uenturos?

FILIVS, lii, {*Figlio figliuolo*} (τέκνον, υἱός,) notæ ſignificationis nomen eſt, ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, hoc eſt, ab amore dictum, quòd omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Ci. 2. de Fin. Effigies probitatis paternæ filius. Ex improbo patre probũ filium naſci. Ci. pro Qu. Roſc. Appellatione Filiorum (ut Iureconſulti ſentiunt) ẽt filiæ continentur, ſed non econtrario. Fratris filius pro nepote. Teren. in Phor. Phædriam, mei fratris uideo filium mihi ire obuiã. Cęſar. 5. Bel. Gal. Quodq; ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent.
Dicitur ẽt de brutis. Col. lib. 6. ca. 37. Eiuſmodi admiſſarius nepotibus, quàm filius utilior. Terræ filii, dicuntur obſcuro, ignotoq; genere nati, ſiue quòd terra ſit omnium communis parens, ſiue quòd iuxta Poetarum fabulas Gigantum genus ignobiliſſimum è terra procreatum dicatur. Vnde ẽt apud Iuuenalem Fraterculus Gigantum pro homine ignobili legitur. Cice. ad Atti. lib. 1. Sed hæc ad te ſcribam alias ſubtilius: nam neq; adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Fortunę filius, cui omnia proſpero fortunæ euentu ſuccedunt. Hora. 2. Serm. Saty. 6. Luſerat in campo fortunæ filius omnes.

FILIOLVS, li, {*Figliuoletto, figliuolino*} (τεκνίον) diminutiuum. Iuuen. Sat. 4. Quòd tibi filiolus, uel filia naſcitur ex me.

FILIA, liæ, {*Figliuola*} (θυγάτηρ) proles fœmina. Ver. 7. Aen. Sola domum et tanta ſeruabat filia ſedes Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Filiola, lę, (θυγάτριον) diminutiuum. Cic. 1. de Diuin. Filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parua exoſculans animaduertit triſticulam.

FILIX, icis, {*Filice*} (πτέρις) herba eſt ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, quã Galli ſua lingua Feugeriam uocant. Duo eius ſunt genera, mas ſcilicet & fœmina. Filix mas, quæ propriè Græcis, πτέρις appellatur, folia habet cubitali longitudine, ex unò pediculo, exeuntia, inciſa, & alarum auium modò explicita, odore ſubgraui, radicem uerò in terrę ſuperficie foris nigram, craſſam, oblongam, adnaſcentias appendices'ue multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis (θηλύπτερις) dicitur folia habet mari ſimilia, non tamen uno ſingularíq; pediculo hærentia, ſed adnaſcentes ramulos multos altioreſq; habentia. Radix illi lõga, obliqua, in nigro colore ſubflaua, aliquãdo uerò rubeſcens. Vtraq; ſpecies montibus ſyluis & locis ſaxoſis gaudet: effoditurq; occidentibus Vergiliis. Radix quatuor drachmarũ pondere ſumpta latos lumbricos enecat, Mulieribus tamẽ non danda, quòd in grauidis abortum, in cæteris ſterilitatem facere credatur: Herba eſt agricolis in primis inuiſa, quòd & latiſſimè ſeſe per agros diffundat, & ægerrime extirpetur. Verg. 2. Geor. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.

FILVM, li, {*Filo. Pet. Si è debile il filo, à cui s'attiene*} (νῆμα, μίτος) propriè quod ex lino lana'ue trahendo ducitur. Ouid. 4. Meta. E quibus una leui deducẽs pollice filum. Deducit aranea filum pede, Idẽ. 1. Amor. Hora. 2. Carm. Ode. 3. Dum res, & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra. Id eſt, Parcarum Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro: Sumptoq; atramento ſutorio filum duxit. Aliquando pro lineamentis faciei, & uenuſtate formæ. Gell. libr. 14. c. 4. Forma ac filo uirginali dixit imaginem iuſtitiæ fieri ſolitã. Idem lib. 1. cap. 9. tradit, Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo, atq; habitu. Transfertur & ad ſtylum & phraſim orationis. Horat. 2. Epiſto. 1. Tenui deducta poemata filo. Tracta eſt metaphora à textoribus, qui telam tenuiſſimo filo texentes probatiſſimam conficiunt. Cicero de Amicitia, Nos autem a te potius, quanquam etiam ab iſtis ſæpe quæſitui & audiui, ſed

aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ.

FIMBRIA, (κρασπεδον, θύσανος) veſtium ora dicebatur, quæ inciſuras habebat ſerræ dentibus non abſimiles. Pli. lib. 7. cap. 51. Iam ſigna letalia: in furoris morbo, riſum. ſapientiæ verò ægritudine, fimbriarum curam, & ſtragulæ veſtis plicaturas. Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine ſignificari tradit: Vnde & cincinnorum fimbrias dixit Cic. in Piſonem: Erant (inquit) illi cõpti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſatæq; buccę. Inde Fimbriatus (θυσανωτὸς, θυσανωτοὶ) per ambitũ inciſus. Suet. in Cæſ. Vſum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. Fimbriata urticæ folia ſcribit eſſe Plin. ex quo colligimus, qualis fuerit poſitura & flexura fimbriarũ. Fimbria quoq; nomen fuit Romani ciuis crudelitate inſignis, qui cum Scæuolæ, quem grauiter uulneruerat, diem inſuper dixiſſet, quærentibus, quid in Scæuola eſſet accuſaturus. quòd, inquit, non totum corpore ferrum receperit.

FIMETVM, ti, {Ceſſo, letamaio} (κοπρών) ſterquilinium quo fimus cõgeritur. Pli. lib. 24. cap. 2. Fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligant uniẽda ſtramento, ne in ſole areſcant, palo à robore depacto fieri iubet Vergilius.

FIMVS, mi, {Letame} (κόπρος, ἀποπάτημα, ἀφόδευμα) lætamen dicitur, & excrementa animaliũ, quibus agri ſtercorantur. Apuleius, Fimo fiſtula excuſſo. Pli. lib. 17. cap. 9 Marcus Varro principatum dat turdorũ fimo ex auiariis. Verg. 1. Geor. Arida tantum Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola. Legitur & Fimum neut. gen. Pli. li. 29. cap. 6. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulopoſt: Turturis fimũ albugines extenuat. Idẽ Apuleius & fœminino genere utitur, cũ ait: Liquida fimo ſtrictum egeſta.

FINALIS, le, {Finale} (τελικὸς, τελευταῖος) quod ad finem pertinet: ut Finalis cauſa, dicitur illud cuius gratia opus aliquod fit, ut habitatio eſt cauſa finalis domus.

FINDO, dis, fidi, fiſſum, per duplex ſſ, {Spezzare, fendere} (σχίζω) ſcindo, & diuido. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 7. Terra feret ſtellas, cœlum findetur aratro, Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Findere freta claſſe, Proper. lib. 3. Rura finduntur uomere, Claudi. 1. in Eutrop. Verg. 6. Aen. Hic locus eſt, partes ubi ſe uia findit in ambas. Fiſſus participium: ut, Lignum fiſſum, Vergi. 9. Aenei. Paries fiſſus tenui rima. Oui. 4. Meta. Fiſſus, us, ui, (σχίδος, σχίσμα) pro fiſſura, & diuiſura. Cic. 3. de Nat. deo. Vnde porrò iſta diuinatio? quis inuenit fiſſum iecoris? quis cornicis cantum notauit? Fiſſio, onis, findendi actus. Cic. 2. de Nat. deo. Quibus cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum ab illo aureo genere. ut poetę loquuntur, uis ulla unquam afferebatur. Fiſſilis, le, (σχιστός) quod fiſſum eſt, aut findi poteſt: ut Fiſſile robur, Fiſſile lignum. Col. lib. 9. c. 1. Erit fiſſilis ſtipes. Verg. 1. Geor. Fiſſile lignum ſcinditur. Fiſſura, æ, (σχίσμα) rima uel diuiſio, quæ fit findendo. Col. lib. 5. cap. 10. Fiſſuram cuneo tedę pineæ adiguo. Pli. lib. 10. c. 63. Quorum in digitos pedum fiſſura diuiſa eſt, ea nunc robora in fœtu. Hinc etiam fiunt Bifidus, & Trifidus, pro eo quod eſt in duas uel tres partes diuiſum. Vnde orbis à Poetis eleganti epitheto dicit Trifidus, quòd in tres partes ſectus ſit. Compoſita ſunt Diffindo, & Infindo, quę uide ſuis locis.

FINGO, is, xi, ctum, {Fingere, formare} πλάττω, σχηματίζω. compono formo. Vnde & Figuli dicuntur: & uas Fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Sall. in Catil. Quæ natura uentri prona, atq; obedientia finxit. Lactan. li. 1. Itaq; homines eorum ſimulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt enim generale uocabulum ad omnia, quæ ingenio manuq; artificioſè formantur, ut apud Cic. lib. 1. Offi. Apium examina, no fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Ver. 8. Aen. Et corpora fingere lingua, hoc eſt, lambẽdo formare. Aliquando ſignificat ſimulare (λογοποιεῖν, προσποιεῖσθαι) quoniã ea quæ ſimulamus, ita formamus atq; cõponimus, ut uera eſſe uideantur Ci. de Fin. bo. Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Hinc Fictio, onis, (πλάσις) & Figmentum (πλάσμα) de quo ſuprà. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Affingo, quod eſt fingendo aliquid addo, προσαναπλάττω, ἐπιπλάττω. Lactan. lib. 3. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hęc, qui fecerunt. legebant, in quos hæc dicta ſunt. Confingo, ſimul fingo, ſimulo. συμπλάττω. Tere. in Phor. Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum, Cum tu horum nihil refelles uincam ſcilicet Diffingo, quod fictũ formatumq; fuerat, deſtruo, ἀναπλάττω. Hora. li. 2. Carm. Neq; diffinget, infectũq; reddet. Seneca: Diſſipatum inſtaurat, atq; diffingit. id eſt, in diuerſas formas fingit. Effingo de quo ſupra.

FINIO, is, iui, itum, {Compire finire Pet. Prego ch'el pianto mio finiſca morte} περαίνω, τελέω. perficio, abſoluo. Pli. de Viris illuſtr. Cũ inter Romanos & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio & Suffetio, placuit rẽ paucorum certamine finire. Animam finiunt, Oui 7. Meta. Dolores finire, Ver. 12. Aen. Gladio finire dolorẽ, Oui. 1. de Pon. Aliquando eſt terminum ponere, metari, ὁρίζειν. Sic dicimus Finire alicui prouinciam certo tempore, pro eo, quod eſt præſcribere alicui tempus adminiſtrãdæ prouinciæ, quo elapſo de prouincia debeat decedere. Cic. Att. lib. 8. Marcelloq; Conſuli finienti prouincias Gallias Calen. Martiis, reſtitit. Sic etiam Finire regiones animo dicebãtur Augures, cũ fines templi animo deſignabant. Liu. 1. ab urb. Signum, contra quod longiſſimè conſpectũ oculi ferebãt, animo finiunt. Finire agros, eſt cuilibet agri ſui fines præſcribere. Vnde & Finitores (γεωμέτραι) dicuntur terræ menſores, aut ẽt aliĩ arbitri, qui lite de agrorum finibus exorta ſuos cuiq; limites præſcribunt. Plau in Pœnu. Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo, ei rei factus finitor ſum ego. Cic. pro lege Agr. contra Rul. Quæſtori permittant, finitorem mittant: ratum ſit, quod finitor uni illi, à quo miſſus erit, renuntiauerit. Finitor rerũ maximus. Statius. 8. Theb. Finitorem item uocant Latini, quẽ Græci ὁρίζοντα, hoc eſt: circulum partem cœli conſpicuam nobis, à non cõſpecua dirimentem. Accipitur etiam Finire pro deſinere. Quint. lib. 2. Ante omnia, quid ſit Rhetorice, quę finitur quidem uariè. Sic Finis, & Definitio pro eodem accipiuntur. Quint. libro. 2. cap. 16. Hic igitur frequentiſſimus finis, Rhetoricen eſſe uim perſuadendi. Sic ſæpius eodem capite. Finire abſolutè, pro uita decedere. Tacitus libro. 5. Sic Tiberius finiuit, octauo, & ſeptuageſimo ætatis anno. Finitus, particip. pro eo quod ceſſauit, & finem fecit. Pli. lib. 18. cap. 27. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium. Finite, aduerbium. Cic. 2. de Fin. Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, uerùm habebit modum, & luxurioſus eodem modo. Compoſita ſunt Definio, & Diffinio, quę uide ſuis locis.

FINIS, is, {Fine, termine. Pet. Pur giunto al fin della giornata oſcura} (τέλος) generis tam maſculini, quàm fœminini. Verg. 1. Aen. Quẽ das finem rex magne laborum? Idẽ lib. 3. Hæc finis Priami fatorum. Eſt aũt finis, terminus, ſiue extremitas in unaquaq; re: hoc eſt, id quo unaquęq; terminat res. Varii autẽ ſunt uſus huius dictionis. Multis. n. modis dicimus quippiã eſſe finem rei alicuius. Eſt enim Finis terminationis: ut pratum dicitur finiri, ubi terminatur. Finis eſt cõſumationis, ut domus finitur, quando cõſumatur: & ueſtis finita eſt, quando conſuta eſt, ut indui poſſit. Rurſus eſt Finis conſumptionis. Sic dicimus, cibũ eſſe finitum, et candelã finitam, quando conſumpta eſt. Eſt etiam Finis intentionis (σκοπὸς) hoc eſt, intentio operarii. Hunc artifices finem uocant id, ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: ut, Finis medici, eſt curare. Finis oratoris: eſt aptè ad perſuadendum dicere. Fines, finiũ ſæpius in plurali numero, pro terminis, & limitibus. Ter. in Heau. Simus & Crito Vicini noſtri hic ambiguunt de finibus: Me cepere arbitrum. Pli. Iunior in Epiſt. Eſt in Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus. Cęſar Bel. Gal. Quorum per fines ierãt.

Nonnunquam ẽt in ſingulari numero inuenitur in hac ſignificatione, licet rarius. Liu. 3. lib. 4. Decad Redeuntes in Ligurum extremo fine cũ agreſti pręda, in agmen incidunt Romanum. Idem euſdem Decad. li. ult. Ligurum duo millia fermè ad extremum finem prouinciæ Gallię, ubi caſtra Marcellus habebat, uenerunt. Tacit. lib. 16. Apud finem Ligurum id temporis erat. Hinc compoſita ſunt, Affinis, & Confinis, pen. prod. Vnde Confines agri (ὅμοροι) dicuntur, qui eodem loco finiunt.

FINITIMVS, ma, mum, pe. cor. {Vicino finitimo} (πρόσορος) uicinus, ſiu propinquus, hoc eſt, fines noſtros attingens Liu. lib. 1. Iam res Romana adeò erat ualida, ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet. Mari finitimus eſt aer, Cic. de Nat. deo. Falſa ueris finitima ſunt, Idem. 4. Acad. Inferre bellum finitimis. Idem pro lege Manil.

FINITIO onis, (ὁρισμὸς, ὅρος) idem quod definitio. Quin. lib. 5. cap. 13. Finitio poſſet eſſe pro nobis.

FINITOR, pen. pro. Vide Finio.

FIO, fis, factus, {Eſſere fatto, diuenire. Pet. Et contra gli occhi miei s'è fatta ſcoglio} (γίνομαι) ſignificationẽ paſſiuam habet, quamuis uocẽ habeat uerbi neutri: unde ẽt inter neutra paſſiua à Grãmaticis numeratur. Veteres Facior dicebant uoce paſſiua. Vnde apud Catonem legitur: Græco ritu faciebanẽ Saturnalia. Hinc manſit præteritum Factus ſum. In præſenti optatiui & preterito imperfecto ſubiunctiui contra morem aliorum uerborũ quartę cõiugationis aſſumit e literã inter, i & r, ut Fierem dicimus pro Firem, & Fieri pro Firi. in reliquis temporibus à præſenti formatis ſequitur inflexionẽ uerborum quartæ cõiugationis. Hora 1. Epiſt. 1. Nunc agilis fio. Idem 4. Carm. Ode. 13. Fis anus, & tamen uis formoſa uideri, Ludiſq; & bibis impudens. Tere. in Eun Biduũ ſaltem ut concedas ſolum. PH. ſiquidem biduũ. Verũ ne fiant iſti uiginti dies. Cic. pro domo ſua: Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt? Compoſitum eius eſt Confio. Item Infit, & Deſit, quæ nõ aliter, quàm in tertia perſona, leguntur. Componitur præterea Fio penè cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur Facio, exceptis præpoſitionibus, cũ quibus rarò componitur: ut Calefacio, Calefio: Tepefacio. Tepefio: &c. Ponitur quandoq; Fio pro æſtimari, τιμᾶσθαι. Cic. in Lęlio: Tertius uerò ille finis teterrimus, ut quanti quiſq; ſe ipſe faciat tanti fiat ab amicis. In tertia perſona quandoq; pro euenit, contingit, συμβαίνει Idem li. 1. Offi. Fit autem interdum, ut nonnulli omiſſa imitatione maiorum ſuum quoddam inſtitutũ conſequantur. Fiet tibi acceptum, pro referetur. Pli. Epiſt. 120. Sed licet ceſſauerint illæ, tempeſtate detentæ: tu tamen meruiſti, ut acceptum tibi fieret: quo minus non exhiberes, non per te ſtetit. Fient in illum exẽpla. Ter. Eun. Quid ais? in quẽ exẽpla fient? Fieri obuiã. Cic Att. lib. 16. Obuiam mihi fit tabellarius. Fiat particula eſt permittentis, ac concedentis aut annuentis aliquid Plau. Pſeu. Agite amouemini hinc uos intro nunc iam, Ac meis uiciſſim date locũ illiciis S Fiat, geratur mos tibi. Fieri poteſt (ἐγχωρεῖ) pro poſſibile eſt, ab oratoribus uſurpatur. Cic pe Ami. Neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio, diſiunctioq; facienda ſit.

FIRMAMENTVM, {Firmamento, fermezza} στερέωμα, κῦρος. ſoliditas, & ſtabilimentum. Cic. de Amic. Stabilitatis, conſtantiæq; eius, quam in amicitia quærimus, firmamentum eſt fides. Vnde ẽt Gel lib. 13. ca. 21. Neruos uocat firmamenta mẽbrorum, quòd in illis cõſiſtat totius corporis robur & ſoliditas. Rhetores ẽt firmamentum appellant, quod à Quintiliano uocatur Continens cauſę à Græcis (συνέχον) hoc eſt, cardinem illũ, circa quem totius cauſæ deciſio uerſatur. Noſtri hodie Iuriſconſulti uocant Punctum deciſorium litis. Auctor ad Heren. lib. 1. Nam in eis nec ratio quare fecerit, quęritur, nec firmamentum quęritur, quoniam non ſubeſt ratio.

FIRMAMEN, nis, {Fermezza} (στερέωμα) idem quod firmamentum. Oui. 10. Metamor. Ruptoq; obliqua per ungues Porrigitur radix longi firmamina trunci.

FIRMITAS, & **FIRMITVDO**, nomina: **FIRME**, & **FIRMITER**, aduerbia, Vide Firmus.

FIRMO, as, {Fermare, ſtabilire. Pet. Et per fermar ſua bella intentione} (ἀσφαλίζομαι, κυρόω, κρατύνω, στερίζω) ſtabilio, fortifico. Liui. Firmabatq; eum Africis maximè præſidiis. Tacit. li. 4. Vetuſtũ aſylum ut firmaretur petentibus. Id eſt confirmaretur. Firmatus, partic. Vergi. 4. Eclog. Hinc ubi iã firmata uirum te fecerit ætas. Firmator, uerbale. Tacit lib. 2. Miſſus tamen Druſus, ut retulimus, pacis firmator. Huius compoſita ſunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, refirmo, & obfirmo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

FIRMVM, Pomponio, (φίρμον Ptolemæo) Piceni caſtellum eſt, cuius meminit & Plinius lib. 3. ca. 13.

FIRMVS, mi, {Fermo ſtabile. Pet Stabile & fermo, tutto ſbigottito} (ἀσφαλής, βέβαιος, ἑδραῖος) ſtabilis, conſtans: à ferendo, quod conſtãter omnia ferat. Ter. in Hecy. Adeon' peruicacẽ eſſe aio, ut puerũ præoptares perire, Ex quo firmiorẽ poſthac inter nos amicitiã fore ſcires. Firmus cibus, dicitur qui ualidus eſt, &, ut Varro de Re ruſt. lib. 2. ca. 12. loquitur, altilis. Firma potio, id eſt, multi nutrimenti. Celſ. lib. 2. ca. 18. Firmior ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum: firmior ex eo uino, quod bono ſolo, quàm quod tenui

natum

natum eſt. Firma ualetudo, dicitur integra ualida, & robuſta. Et qui robuſta eſt corporis habitudine Firmus dicitur Ci. Ttroni: Te penitus rogo, ne te tã longæ nauigationi & uiæ per hyemẽ, niſi bene firmum, committas. Item Firmus (ἐχυρός) dicitur munitus, fortificatus. Plancus Cic. Me ut, uenirẽ, copiaſq; coniungerem rogauit, eóq; magis, q & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus nõ mediocrem quidem equitatum habebat. Firmum uinũ dicitur quod Gallicè uocamus potens & durabile. Verg. 2. Geor. Sunt etiã Amminææ uites, firmiſſima uina. Hinc Firmitas uini dicitur, quem uulgus potentiam, & durabilitatem uocat. Pli. li. 14. c. 2. Principatus datur Ammineis propter firmitatem, ſenioq; proficientem uini eius ubiq; naturam. Alioqui Firmitas idem eſt, quod ſtabilitas, aut conſtantia. Cic. 2. de Fin. Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modò fuit aliquando in nobis eãdem cognoſcens, quam reliquiſti. Firmitas, ſoliditas. Cic. 2. Philip. Gladiatoria totius corporis firmitas. Plau. in Moſtel. Age ſpecta poſtes cuiuſmodi, Quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. Huic opponitur infirmitas, hoc eſt, imbecillitas, ab Infirmus, qđ imbecillẽ ſignificat. Firmitudo, dinis, idem quod Firmitas. Cice. ad Atti. lib. 10. Per enim magni æſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrũ probari. Vocis firmitudo, ad Heren. li. 3. Minus firmitudinis habere, Cic. 2. de Inuent. Firmè aduerbium (ἐρρωμένως, βεβαίως) ſtabiliter, inconcuſſè. ut, Firmè accurare rem ſuam. Id eſt, non ſegniter, ſed acri & diligenti animo. Plau. Perſa. Atq; ædepol firmè ut quiſq; rẽ accurat ſuam, Sic ei procedit. Aſſeuerare aliquid firmiſſimè, Cic. Att. lib. 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Firmiter, aliud aduerbium. Pla. Pſeu. Eum promiſiſſe, firmiter dixit mihi. Var. 3. de Re ruſt. cap. 9. Circum omnia poſita ſint cubilia Gallinarum aut exculpta, aut affixa firmiter.

FISCALE, {*Fiſcale*} quod ad fiſcum pertinet: ut, Ius fiſcale, Fiſcalis cauſa.

FISCALES, calumniæ dicebantur delatorum, qui alios accuſabant, & nonniſi quam ex fiſco eis dabatur pars mulctæ, qua accuſati mulctabantur.

FISCELLA, læ, {*Caſcello*} (ταλάριον) diminutiuum a fiſcina, uas uimineũ, aut ex iuncis, quo lac coagulatur, dum caſeus exprimitur, uel in quo caſei formantur. Tibu. li. 2. Tunc fiſcella leui detexta eſt uimine iunci, Raraq; per nexus eſt uia facta ſero. Item Fiſcella dicitur, qua boum ora, faueſq; iumentorum capiſtrantur: (φιμός) Pli. lib. 18. c. 19. Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato de Re ruſt. ca. 54. Boues niſi per hyemem cum nõ arabunt, paſci non oportet nam uiride cum edunt, ſemper id expectant. & fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectentur, cum arabunt. Fiſcellus, fiſcelli, pro eodem. Col. lib. 11. ca. 38. Mox fiſcello ligneo incluſas exprimito.

FISCVS, ci, m. g. {*Fiſco*} Aſcon. Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea, ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, q̃ priuatæ, factum eſt, ut Fiſcus pro pecunia publica dicatur. Hæc Aſcõ. Alij tamen malunt Fiſcum principis dici, Aerariũ uerò publicũ. Pli. ad Traia. At fortaſſe non eadẽ ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, q̃ de publico credis. Cic. 2. Verr. ei quoq; negotio fiſci Sicilienſes minabãtur. Corn. Tacit. li. 1. Primam ac uiceſimam legionẽ Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, cũ fiſci de Imperatore rapti inter ſigna, interq; aquilas ueherentur. Inde Confiſcare dicimus pro eo quod eſt, in ærarium redigere. Suetonius in Auguſto: Deuictis his & cõfiſcatis promiſſa ueteranis præmia ſoluerentur. Fiſcus itẽ pro qualo oleario, qui ceruici torcularia ſupponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant: uel etiã, in quo oliuæ ponuntur, cum prælo ſupponuntur, ut amurca. i. olei fæx, aliquantiſper exanietur. i. exudet, & per uimina perfluat. Colu. lib. 12. c. 47. Poſtero die cribratur, & nouo fiſco incluſa, prelo ſupponitur, uehementerq; premitur, ut exudet quantulumcunq; habet amurcæ. Eodem li. c. 49. Deinde inteſta oliua nouo fiſco includitur, & prelo ſubijcitur, ut tota nocte exprimatur. Item. c. 50. Sereno cœlo deſtringi ol. uam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cãnis cribrari & purgaritam diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiſcis nouis includi preliſq; ſubijci, ut quantum poſſit, paulisper exprimatur.

FISCINA, næ, pen. cor. etſi diminutiuum eſſe uidetur à Fiſcus, eiuſdem tamen eſt ſignificationis cum primitiuo. Eius itaq; ſignificationem uide in dictione Fiſcus. Varro de Re ruſt. li. 1. c. 22. Iſta ſunt ferè, quæ ex uiminibus materiaq; ruſtica fiunt, ut corbes, fiſcinæ, tribula, mallei, raſtelli. Fiebant etiam fiſcellæ ex ſparto, quod iunci genus eſt apud Hiſpanos frequentiſſimum circa Carthaginẽ nouam. Col. lib. 11. cap. 2. Siue regio ferulæ uel corticis ferax eſt, apibus aluearia fieri debent, ſiue palmæ, ſparti'ue fœcunda eſt, fiſcinæ, ſportę'ue, ſeu uirgultorum corbes ex uimine. Denique Fiſcinæ nomine comprehenditur omne uaſis genus, quod ex uimine, aut iunco, aut ſimili materia contextum eſt. Vnde & Cic. in oratione pro Flacco, poſuit pro calathis illis iunceis, in quibus ficus incluſæ in alias regiones tranſuehuntur. Homini (inquit) Phrygi, qui arborem fici nunquam uidiſſet, fiſcinam ficorum obiecisti. Inde Fiſcella diminutiuum: de quo ſuprà.

FISSILIS, le, pe. cor. {*Atto à eſſer feſſo*} (σχιστός) quod fiſſum eſt, uel quod eſt aptum ut findatur. Pli. li. 16. Hæc maximè fiſſilia, alia frangi celerius, q̃ findi. Verg. 1. Geor. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Plau. in Aulu. Ad focum ſi adeſſes, non fiſſile habere caput.

FISTVCA, cæ, machina eſt, qua pauitores utunt̃, utrinq; anſata, qua poli magni in terrã adiguntur, Vitr. 7. Si plano pede erit ruderãdũ, quæratur ſolum ſi ſit perpetuo ſolidum, & ita exequetur, & inducatur cum ſtatumine rudus: ſin a. t omnis, aut ex parte cõgeſtitius locus fuerit, fiſtucationibus cum magna cura ſolidetur. Vtitur & hac uoce Pl. li. 36. Fiſtuca alia eſt magnę molis, qua trabalia materies in terrã panguntur, aut in alueũ fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere ſuo remiſſa illiditur, cuiuſmodi Pariſijs ſæpe uiſitur. Cuius generis intelligendum eſt fuiſſe illud Cæſaris. 3. de Bell. Gall. Hæc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat, fiſtucisq; adegerat, non ſublicæ mõ directerat, &c. Fiſtucatum, dicitur fiſtuca exæquatum: unde & Fiſtucatio apud Vitruuium loco iam citato, pro ex exequatione areæ accipitur, quam ſuprà deſcripſimus. Plin. li. 17. c. 11. Sicuti terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam. Hæc Budæus in Annotationibus in Pandect.

FISTVLA, læ, {*Fiſtola*} (σύριγξ) propriè dicit̃, per quam aqua educitur fuſa: à fundendo, ſiue ferendo: ſicut Tubi à tumore, & Canales à canna, q ad earum ſimilitudinem facta ſunt. Sunt tamen qui Græcum eſſe putent, credantq; deduci à uerbo φυσάω, hoc eſt, inflo, uel inſpiro. Cic. pro Rabir. Etſi C. Marius, q fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis ac ſedibus, præcidi imperaret, &c. Ita apud Varro. li. 3. de Re ruſt. c. 5. Ab huius ſimilitudine dictum eſt inſtrumentum, muſicum, quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuiſſe, ut refert Pl. li. 7. c. 56. Ver. 2. Eclog. Eſt mihi diſparibus ſeptem cõpacta cicutis Fiſtula. Fiſtulæ item à Medicis appellantur hulcera manantia, anguſta, calloſa, & ſinuoſa, ex abſceſſibus ferè malè curatis ortum trahentia. Pli. lib. 20. ca. 6. Extrahit fiſtulis uitia cum ſulphure & reſina, etiam arundines cum pice. Eſt etiam Fiſtula in homine per quam ſpiratur ſeu cibus deijcitur. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lactantius, de Opificio hominis, ſpiritalem ſcilicet & cibalem: illa ſpiritum meare, hac cibum potumq; deſcendere. Spiritalem Corn. Aſperam arteriam nominat, Græci uocãt τραχεῖαν. Interior uocatur Gula, στόμαχος. Pl. lib. 9. cap. 7. Branchiæ non ſunt balenis, nec delphinis, hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent.

FISTVLATOR, oris, {*Trombetta*} (συριστής) accipitur pro tibicine, ut eſt apud Gel. & Ci. 3. de Ora. Sed fiſtulatorem domi relinquetis.

FISTVLO, as, fiſtulam ago, et in modum ſpongię cauernulas habeo. Pl. li. 18. cap. 11. Grata terræ eius puluerea ſumma, inferior bibula, & pumicis fiſtulans uice.

FISTVLOSVS, a, um, (σηραγγώδης) quod eſt ſpongiæ modo factum, hoc eſt, foraminibus plenum. Vnde Caſeus fiſtuloſus apud Col. lib. 7. ca. cũm eſt parum preſſus. Fiſtuloſa terra, Pli. lib. 17. cap. 5. Fiſtuloſus cancer, morbus, Cato cap. 157.

FIXVLA, à fingendo, pro fibula Veteres uſurparunt. Feſtus.

FIXVS, a, um, participium, uide ſuprà in uerbo Figo.

F ANTE L.

FLABELLVM, li, {*Suentolo, parmoſche*} (ῥιπίδιον) diminutiuũ à Flabro, & accipitur pro inſtrumento, quo fit uentilatio per æſtatem ad refrigerandũ corpus. Oui. de Arte amandi: Profuit & tenues uentos mouiſſe flabello. Flabellum ſeditionis, per tranſlationem. Cic. pro Flac. Cuius lingua, quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio uentilata. Flabellifer adiectiuum. Plau. Trinum flabelliferæ, ſandaligerulæ, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij.

FLABILIS, le, Cice. 1. Tuſcu. Nihil'ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aereo.

FLABRVM, abri, {*Soffio de uento*} (πνοαί, ῥιπαί) uel potius Flabra, orũ, plurale tantùm (ut Seruius docet) à uerbo Flo, as, ſunt flatus, uel flamina uentorũ. Proper. Neq; hic Boreæ flabra, neq; arma timet id eſt flatus, Verg. 2. Geor. Ergo non hyemes illam, non flabra nec imbres Conuellunt.

FLACCEO, es, cui, {*Diuenir languido flacco*} (χαλάω) langueo, à quo Flacceſco, (χαλᾶσθαι) languidus fio. Col. li. 3. Pauciſq; horis, dum flacceſcat, in ſole habeto. deinde in umbra aſſiccato, & ita condito. Compoſitum eſt Conflacceo, quo uſus eſt Gell. lib. 1. pro detumeſco: Nam fluctus (inquit) qui flante Aquilone maximi & crebriſſimi excitantur, ſimul ac uentus ſe poſuit, ſternuntur & conflacceſcunt, & mox fluctus eſſe deſinunt.

FLACCIDVS, a, um, {*Languido flacco*} (χαλαρός) languidus Pl. lib. 15. c. 39. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicante. Vnde Flaccidi, ſiue Flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectę ſunt. Col. lib. 8. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum eſt, quòd primus in ea gente aures haberet deorſum pendentes.

FLACCI dicebantur, qui aures latas haberent, & ob magnitudinem deorſum reflexas Ci. de Nat. deo. Redeo ad deos: ecquos inſignis nota ſtrabones, aut paetos eſſe arbitramur? ecquos naeuum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis.

FLACES, (quod hic corruptè legebatur) uide Fraces.

FLAGELLA, orum, {*Tralci, capi di uiti*} (βλαστοί) in uitibus dicuntur teneriores palmites, ex anniculis farmentis enati: prius Flabella (ut quibuſdam placet) à uentorum flatu & agitatione dicta: quanquam alij à flagris potius deducta malunt, quę longitudine & flexibilitate referre uidentur. Ver. 2. Geor. Ne'ue inter uites corylum ſere, neue flagella Summa pete, aut ſummas defringe ea arbore plantas. Frequentiſſimè aũt accipitur pro loro, ſiue alio quouis uerbere, quibus ſeruos nudatos cædere ſolebant: (μάστιξ) qđ pœnę genus grauius erat, q̃ fuſtibus cędi, Marcel. l. in ſeruorum. ff. de Pœnis: Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Cice. pro Rabirio: Porcia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic miſericors flagella retulit. Flagella etiam ſunt, quibus hodie aurigæ utuntur, quę excuſſa clarum reddunt ſonum. Verg. 5. Aen. Signum clamore paratis Aepytides longè dedit, inſonuitq; flagello.

FLAGELLO, as, {*Flagellare, battere, sferzare*} (μαστίζω) flagello, cædo, ſicut uerbero à uerbere, & Fuſtigo à fuſte, Man. li. 1. Lumina ſideribus certent, molleſq; flagellent Colla comæ. Item increpare atq; perſonare. Flagellare annonam, eſt annonam duriorem facere, ut Hermo. ſcribit: ob id à Gręcis (τιμομαστίγαι) appellati, quaſi pretio non parcentes, propter quod annona ingraueſcere ſolet. Pl. li. 32. c. 13. Aut aliquis præualens manceps annonam flagellet.

FLAGITIOSVS, a, um, {*Scelerato, maluagio*} (ὑβριστής, λωβητήρ, μοχθηρός) ſceleratus. Cic. de Ami. Itaque uideas rebus iniuſtis iuſtos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Flagitioſa uita, Cic. 2. de Fin. Flagitioſæ libidines, Idem 4. Verr. Flagitioſè, aduerbium, iniquè, ſceleratè. Cic. 2. Verr. Patres conſcriptores iudicia malè & flagitioſè tueri. Impurè, ac flagitioſè uiuere. Cice. 3. de Finib. Flagitioſiſſimè inſeruire aliorum amori, Idem in Catil.

FLAGITIVM, tij, {*Sceleraggine, ribaldaria*} (ὕβρις, μοχθηρία, αἴσχυμα) crimen grauius cum turpitudine & dedecore coniunctum. à flagitando (ut putatur) dictum, ſiue à flagris. q uel flagitatione, hoc eſt, expoſtulatione, uel flagris dignũ ſit. Ci. in Cat. Stupra uero & adulteria, & omne tale flagitiũ, nullis aliis illecebris excitari, niſi uoluptatis. Flagitium aliquando periculum ſignificat, ut uult Nonius Lucilius li. 29. Quiete poſceret minus, & prębent rectius mulſo, & ſine flagitio. Plau. in Epid. Abiero: flagitio cum maiore pòſt reddes tamẽ. Hic apud Plautum damnum, ſiue diſpendium uidetur ſignificare.

FLAGITO,as,(*Dimandare con inſtanza*)(προσλιπαρῶ. ἐνοχλῶ, ἐξαιτῶ)inſtãter peto,exigo,requiro,& quaſi iure quodam meo depoſco:habetq; in ſe maiorẽ uim,quàm Poſtulo:& quandoq; accuſatiuo tantùm iungitur.Ci. pro Quintio:Quanquam hoc cauſa poſtulat,etſi poſtulat,non tamen flagitat. Quandoque habet accuſatiuum cum ablatiuo mediante præpoſitione.Cæſ. Commen. 1. Interim quotidie Cæſar ab Heduis frumentum,quod eſſent polliciti,flagitat.

Quandoq; conſtruitur cũ duobus accuſatiuis:ut apud Suetonium in Vitel. Tum fœneratorum et ſtipulatorum publicanorumq; qui unquam ſe aut Romæ debitum,aut in uia portorium flagitaſſent,uix ulli pepercit. Flagitare, pro accuſare. Taci.lib. 17. Mox compertum pecuniam publicam auertiſſe, ut procuratorem flagitari iuſſit. Huius compoſita ſunt,Conflagito. Pli.lib.34. Tanta populi Romani contumacia fuit,ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito,de quo ſuprà. A Flagito fit uerbale Flagitator,qui aſſiduè petit,Plau. in Moſtel. Sol ſemper hic eſt uſq; à mane ad ueſperum,Quaſi flagitator aſtat uſq; ad oſtium. Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam ſibi debitam. Idem in Caſina: Ducite ex animo curam,atq; alienum æs. Nequis formidet flagitatorem ſuum.

FLAGRATORES,dicebantur illi,qui mercede flagris cædi ſe permittebãt, Auctor Feſtus.

FLAGRIONES,(μαστιγίαι)dicti ſunt ſerui,quòd flagris ſubiecti ſint: ut Verberones,à uerbere. Nonius.

FLAGRO,as,(*Ardere*)(φλέγομαι)ardeo. à Flamma,uel à flatu,quo alitur incendium,quãdo flatu excitatur ignis. Ver. 1. Aen. Flagrantisq; Dei uultus. Oui. 6.Faſt. Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes. Transfertur quandoq; ad deſiderium amoris,odij,iræ,uirtutis,aut uitij. Lact. lib. 1. Quid Apollo pater eius,no'ne ob amorem,quo flagrabat,turpiſſimè gregem pauit alienum? Et li. 7. Qui auaritia opum inexplicabili quadam ſiti flagrant. Liu.li.2. Ciuitas ſecũ ipſa diſcors,inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio. Flagrans,participiũ, ſeu nomen cu participio:ut, Flagrans pinus. Verg.lib.9. Aen. Flagrans cupiditas,Cic. 4. Tuſc. Eximio literarũ amore flagrans,Quin. in proœm. li. 2. Flagrantiſſimus homo,Cic. de fato. Flagranter,aduerbium. Tacit. lib. 1. Deſtinare Conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſimè cupiuerat. Huius compoſita ſunt, Conflagro,Deflagro,de quibus ſuprà.

FLAGRANTIA,tiæ,(φλόγωσις) actus ipſe flagrandi. Gel.lib. 17.cap. 10. Quod de natura atq; flagrantia montis eius cõpoſitum eſt. Flagrãtia oculorũ, pro ardore. Cic. pro Cælio: Si denique ita ſe gereret, non inceſſu ſolum,ornatu, atq; comitatu,flagrantia oculorum, libertate ſermonis,ſed etiam,&c.

FLAGRUM gri,(*Flagello*)(μάστιξ)quo cædi conſueuerunt ſerui. Iuuen. Sat. 5. —Nec dura timebis Flagra pati. Hinc Flagellum diminutiuum.

FLAMEN,inis,neu. gen.(*Soffio,fiato*)(πνεῦμα)flatus dicitur,à flo,flas, Verg. 10. Aene. Ceu flamina prima Cùm deprenſa fremunt ſyluis, & cæca uolutant Murmura,uenturos nautis prodentia uentos. Maſculino autem genere Flamen ſacerdotem ſignificat. Sumebãt autem Flamines cognomina ab eo Deo, cuius ſacra faciebãt:ut Flamen Dialis ἀπὸ τοῦ Διός,hoc eſt,à Ioue,quaſi Ionialis, Martialis,à Marte:& Quirinalis à Quirino,hoc eſt,à Romulo. Ratio autẽ nominis tracta eſt à filo,quo caput cinctum habebant,ut docet Seruius his uerbis,Flamines in capite habebant pileum,quòd cum per æſtum ferre non poſſent,filo tantum capita religare cœperunt,nã nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde à filo,quo utebantur,Flamines dicti ſunt,quaſi Filamines. Pli.li. 18.c. 11. Varro flaminem faba non ueſci tradit. Cic. 2. de Legib. Diuiſq; alijs alij ſacerdotes,omnibus pontifices,ſingulis Flamines ſunt.

FLAMINIA,flaminis domus Gel lib. 18. cap. 15. Ignem è flaminia,id eſt,flaminis Dialis domo,niſi ſacrum,efferri ius non eſt.

FLAMINIA VIA,quæ per portam Flaminiam ad Tyberim ſitam, Ariminum uſq; ducit Nomen habet è Flaminio Conſule,qui eã ſtrauit:à quo & Circus Flaminius,& Forum Flaminiũ nomen acceperunt Cic. 2. Philip. Tres ergo,ut dixi,uiæ. à ſupero mari Flaminia,ab infero Aurelia.media Caſſia. Oui. 1. de Pont. Eleg. 9. Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uia.

FLAMINICA,Flaminis uxor erat Gellius lib. 10. cap. 15. Eædem fermè ceremoniæ ſunt,quas Flaminicas ſacerdotiſſas Diales ſeorſum aiunt obſeruare.

Hoc etiam nomine appellabantur uirgines Flaminicæ Dialis præminiſtræ. Auctor Feſtus.

FLAMINIUM,nij,eſt Flaminis dignitas,ſiue ſacerdotium. Liu. 6 Bel. Pun. C. Claudius flamen Dialis,quòd exta perperam dederat. Flaminio abijt. Gel. li. 10. cap. 13. Vxorem ſi amiſit. flaminio decedit. Hic auté abire, & decedere flaminio,eo modo dictum,quo abire magiſtratu,officio,&c.

FLAMINIS,lictor,(inquit Feſtus)dicitur,qui flamini Diali ſacrorum cauſa præſto erat.

FLAMINIORUM nobilis fuit Romæ familia : ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thraſimenũ lacum ab Annibale cum uniuerſis pene copijs deletus eſt. Hic uiam flaminiam ſtrauit à Roma Ariminũ uſq;. Fuit præterea T. Quintus Flaminius ſuperioris filius,cuius uitã latè exequitur Plutarchus: Hic in ſuo Conſulatu Macedonũ regem Philippum acie uictũ,eo neceſſitatis cõpulit, ut Demetriũ filium obſidẽ dare,Græciæq; ciuitatibus,quę illius iugo parebãt,ab ſtinere cogeretur. Huic frater fuit. L. Flaminius fratri diſſimillimus,qui à Catone tũ Cenſore per ignominiam Senatu fuit eiectus, quòd quum Galliæ prouinciæ preeſſet,in gratiã pueri,quẽ turpiter à ſe amatum per oẽm prouinciã circũuecta uerat,Gallũ quendam in conuiuio ſuis manibus interemiſſet. Auctor Liuius.

FLAMINIUS CAMILLUS,puer patrimus, & matrimus, qui Flamini Diali in ſacrificijs præminiſtrabat. Antiqui enim miniſtros Camillos dicebãt. Auctor Feſtus.

FLAMMA,mæ,(*Fiamma*)(φλόξ)eſt fumus accenſus, à Græco φλέγω ardeo. Verg. 8. Eclo. Aſpice,corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua. Ponitur interdum metaphoricè Flamma pro periculo Ci. 2. Tuſc. Quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt,per quã non concurrerint hi,qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Præcipitare ſe ex fumo in flammã, eſt ita ſe expedire minore periculo,ut in maximum diſcrimen ſe quis conijciat.

FLAMMEA VIOLA,(φλὸξ φλογίον)flos eſt coronarij generis odoris ex ſus expers,colore tantum flammeo in coronamenta expetitus. Vide Ruel. lib. 2. cap. 137.

FLAMMEARIUS,rij,(*Tintore di colore di grana,di ſcarlatto*) infector flammei coloris,ſicut Violarius,coloris uiolacei tinctor,aut certè flammeorum cõfector,aut uenditor:quo amiculi genere nouæ nuptæ utebantur. Plau. in Aul. Ciniflones,patagiarij,induſiarij,flammearij,uiolarij,&c.

FLAMMESCERE,(*Infiammarſi*)(φλογοῦσθαι)eſt accendi, et flãma corripi.

FLAMMEUM,mei,(κρόκωτον πέπλον)Herm. genus ueli lutei,ſeu crocei,quòd à nouis nuptis geſtabatur,ſic dictum quòd eo aſſiduè utebatur Flaminica, id eſt, flaminis uxor:& quia Flamini non erat permiſſum cum uxore diuortium facere,inſtitutũ eſt,ut etiam nouę nuptæ hoc amiculi genere uterentur boni ominis cauſa,et in ſignũ indiſſolubilis coniugij. Lucanus de Martia iterũ nubente Catoni. Lutea demiſſos uelarunt flãmea uultus. Pli. li. 21. ca. 8. Lutei uideo honorẽ antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totũ fœminis conceſſum. Huius diminutiuum eſt Flammeolum. Iuue. Sat. 10. —Sedet illa parato Flammeolo.

FLAMMEUS,a,um,(*Di fiamma,fiammeggiante*)(φλόγινος, φλογώδης)ignitus,accenſus,flammæ colorem referẽs. Cic. 1. de Diu. ex Accio poeta: Dextrorſum orbem flammeũ Radiatũ ſolis liquier curſu nouo. Col. lib. 6. Quædã partes eius regionis ſic infeſtantur Euro,quẽ incolæ Vulturnum appellant,ut niſi uites tegminibus opacentur,uelut halitu flammeo fructus uratur. Cic. 1. de Natu. deo. Sunt aũt ſtellę natura flammeæ. Interdum etiam Flammeũ dicimus, quod flammæ colorem refert,hoc eſt ardens & lucidum:unde Flammearij dicti ſunt,qui flammeũ colorem tingebant,ut Violarij,qui uiolareum. Hinc fit diminutiuum Flammeolus,quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen. Col. li. 10. Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina caltha.

FLAMMIFER,a,um,(*Che abbruſcia.che porta fiamma*)(φλογοφόρος) flammam afferens,exurens,ſupra modum calefaciens,inflammans. Cic. 4. Acad. Fer mihi auxilium,peſtem abige à me Flammiferam hanc uim quæ me excruciat.

FLAMMIGER,a,um:ut,Sol flammiger, Valc. 5. Argo. Flammigerare,flammas emittere. Gel. li. 17. ca. 10. Interdiu fumare Aetnam,noctu flammigerare.

FLAMMIGENA,næ,(*Generata di fiamma*)(φλογογενής)è flãma genitus.

FLAMMIVOMUS,a,um,(*Che uomita fiamme*)(πυρίπνοος), quod flammas uomit.

FLAMMO,mas,(*Infiammare*)(φλογίζω) incendo,inflãmo,& per metaphorã incito,exacuo,παροξύνω. Tacit. h. 18. Namq; omnes exercitus flãmauerat arrogantiã uenientium à Vitellio militũ. quod truces corpore,horridi ſermone,cæteros ut impares irridebant. Idem li. 20. His inter ſe uocibus inſiſtenteis inflammauere inſuper allatę à Veſpaſiano literæ. Hinc Flammatus,a,um, incenſus, incitatus. Ver. 1. Aen. Talia flammato ſecum dea corde uolutans. Flammatus Iupiter:id eſt,flammã dextra manu tenens pro ſceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Ci. 1. de Diui. Principio æthereo flammatus Iuppiter igni Vertit, &c. Interdum Flammare abſolutè legitur pro exardere. Vnde Flammantia, lumina dicuntur,è quibus quidam quaſi flãmę color emicat, quod iratis accidere ſolet. Verg. 3. Geor. Exilit in ſiccum,& flammantia lumina torquens,Sæuit agris. Hinc componitur inflammo,quod eſt ualde uel intus flammo,incendo. Ci. Curioni: Non feci inflammandi tui cauſa,ſed teſtificandi amoris mei.

FLAMMULA,læ,(*Fiammella*)(φλόγιον)diminutiuum eſt à flamma. Colu. lib. 9 cap. 14. Vndiq; papiliones concurrunt,dumq; circa flammulam uolitãt, aduruntur.

FLANDRIA,driæ,regio eſt in finibus Belgarum,ad litora Oceani ſeptentrionalis poſita. in qua ſunt urbes inſignes Gandauum,& Brugæ.

FLATUS,tus,(*Soffio,fiato. Pet. dal lato occidental ſi muoue un fiato*)(πνοή)ſpiritus,uentus,flamen. Cic. in Ar... Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. Et paulo pòſt Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus ignes. Idem. 1. Offic. Quum proſpero flatu iudiciorum utimur.

FLATOR,oris,(*Trombetta*)(αὐλητής)ab antiquis dicebatur,quem nos tibicinem uocamus:ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Auctor Feſtus.

FLAVEO,es,ui,(*Biondeggiare,eſſere biondo di color d'oro*)(ξανθίζομαι) flauus ſum,hoc eſt,eius coloris,cuius eſt aurum. Col. li. 2. Sed æqualiter flauentibus iam ſatis antequam ex toto grana indureſcant,cum rubicundum colorem traxerunt,meſſis facienda eſt. Verg. 3 Georg. Turbidus & torquens flauentis Iſter arenas. Idem. 10. Aen. Tu quoq; flauentem prima lanugine malas Dum ſequeris Clitium,&c. Id eſt,habentem malas flauentes.

FLAVESCERE,(*Diuenir biondo*)ξανθίζεσθαι eſt flauum fieri. Verg. 4. Eclo. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta. Pli. lib. 9. ca. 35. Herbulæ ſpicas imitatæ,inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt.

FLAVIA FAMILIA à flauedine capillorum dicta, quę tres cõtinuos Romano populo Imperatores dedit, Veſpaſianum, Titum, & Domitianum.

FLAVIA COLONIA,Paleſtinæ urbs,primum ab Herode condita, & in gratiam Tiberij Cæſaris Cæſarea appellata. Poſtea deducta eo à Flauio Veſpaſiano colonia, Flauia appellata eſt. Auctor Pli. li. 5. ca. 13.

FLAVIOBRIGA,(φλαβιόβριγα)oppidum Vardulorum in Hiſpania citeriori:cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 20.

FLAVIOPOLIS,(φλαβιόπολις)Thraciæ oppidum,eo in loco conditum ubi antea Zela fuerat. Auctor Pli. lib 4. ca. 11.

FLAVIUM,(φλάβιον)Norici oppidum eſt,apud Pli. lib. 3. cap. 24.

FLAVINIUM,locus Italiæ in Sabinis ſub Soracte monte, unde Seruium in illud Verg. 7. Aen. Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua.

FLAVONA,pen. pro.(φλαουῶνα Ptolemæo)oppidum eſt Illyrici,apud Plin. lib. 3. cap. 21.

FLAVUS,a,um,(*Biondo,di color d'oro*)(ξανθός)color ex uiridi, & rufo, et albo concretus: hoc eſt,fuluo clarior,qualis eſt color auri, & mellis, & ariſtarũ cum iam maturuerũt. Flaua mella. Mart. li. 1. Flauaq; de rubro promere mella cado. Flauus crinis. Ver. 4. Aen. Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinẽ Abſtulerat. Flaui capilli. Oui. li. 2. Faſt. Forma placet, niueusq; color flauiq; capilli. Ver. li. 1. Geor. Neq; illum Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo. Vbi Seruius. Flaua Ceres dicitur propter ariſtarum maturitatem. Sic Flauam aquam, Flauas frondes olearum dicimus.

FLEBILIS,bile,(*Degno d'eſſere pianto*)πολυδάκρυς, δακρυώδης. quod dignum eſt,ut defleatur. Hora. li. 1. Car. Multis ille quidem flebilis occidit. Nulli flebilior,quàm tibi Vergili. A quo Flebiliter aduerbium,cum fletu. Ci. 2. Tuſc. Vide,quàm flebiliter reſpondeat.

FLECTO, is, xi, xum, {*Piegare torcere*}(καμπτω, λυγίζω, κάμπτω) torquere, & curuare. Plin. lib. 11. c. 45. Elephantus poplites intus flectit, hominis modo. Flectere iter ad locum aliquem, eſt curſum eo dirigere, uel iter inſtituere, quod barbari dicunt Capere uiam alicuius loci. Liu. 8. ab urb. Ad Priuernum COS. flexit iter. Et per tranſlationem Flectere animum: hoc eſt, attendere, & aduertere. Teren. in Hecy. Iſtuc eſt ſapere, qui ubicunque opus ſit, poſſis animum flectere. Flectere aliquem precibus eſt, aliquem exorare, commouere, & in noſtram ſententiam adducere. Cic. 4. Acad. Si te oratio Luculli flexit, quæ eſt habita memoriter. Flectere uocem de Græco. Gell. libr. 4. cap. 3. Hoc uocabulum eſt de Græco flexum. Flexus, participium. Ouid. 4. Metam. Flexumque genu ſubmiſit.
Flexio, uerbale, flectendi actus. ut uirilis laterum flexio, Cicer. in Orat. Idem in Piſon. Quos tu mæandros dum omnes ſolitudines perſequeris: quæ diuerticula, flexionesque quæſiſti? Huius compoſita ſunt, Circumflecto, Circundo, Circumplico, περιστρέφω. Verg. 3. Aenei. Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini Ceſſantem longos & circumflectere curſus. Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, Vide ſuis locis.

FLEGMINA, ſiue (ut alij ſcribunt) Flemina, dicuntur à Feſto, cùm ex labore uiæ ſanguis effleuit circa talum. Plaut. in Epid. Dum te ſequor, Præ laſſitudine inuaſerunt miſerum in genua flegmina.

FLEO, fles, fleui, fletũ, {*Lagrimare, piagnere*}(δακρύω, κλαίω) lacrymas emitto. Ouid. 2. de Reme. amoris. Vt flerent, oculos erudiere ſuos. Fletur, impersonale. Terent. in Andr. In ignem poſita eſt, fletur. Flens, participium Ouid. 1. Triſt. Vxor amans flentem, flens acrius ipſa tenebat. Fleturus, Ouid. 4. Triſt. Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum Ipſe fuit. Fletus, aliud participium, quem multis lacrymis proſequimur, ὁ δακρυσθείς. Verg. 6. Ae. Hic multum fleti ad ſuperos, belloque caduci. Id eſt, nobiles & conſpicui quorum mortem magna lamentatio ſequitus. Fletus ſubſtantiuum, δάκρυον κλαυθμός. Cic. ad Terent. lib. 14. Id quod ego maximo cum fletu legi. Compoſitum eſt Defleo, quod eſt flendo, deploro, κατοδύρομαι. Cice. lib. 1. Tuſc. Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, non liberi defleti, non fortunæ omnes a uictoribus poſſiderentur.

FLEVO, Rheni fluminis oſtium ut ſcribit Pomponius Mela lib. 3. Pli. ca. 15. lib. 4. alterum oſtiorum Rheni, Fleuum, alterum Helinium appellatum ſcribit Corn. Taci. lib. 3. Fleuum caſtellum eſſe ait prope Rheni in Oceanum exitum, à quo aut ſumptum nomen quod alueo datur, aut certè prius ab alueo natum in caſtello retentum eſt.

FLEXAMINA ORATIO dicitur, quæ animum flectere poſſit, ψυχαγωγός. Cic. 2. de Orat. Sed tantam uim habet illa, quæ rectè à bono poëta dicta eſt flexanima atque omnium regina rerum, oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare. ſed etiam aduerſantem & repugnantem, ut imperator fortis ac bonus, capere poſſit.

FLEXIBVLA, Satyræ nomen apud Varronem, aliquoties à Nonio citatę, quæ uox ex Latino Flectere, & Græco βουλή coaluiſſe uidetur: ut ſit Flexibula, quaſi conſilium flectens.

FLEXILIS, le, p. co. {*Pieghevole*}(λυγώδης, λυγιστός) quod facilè flecti poteſt. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus ceruix è multis uertebratisque oſſibus flexilis ad circunſpectum articulorum nodus iungitur. Cornu flexile. Oui. 5. Metam.

FLEXIBILIS, (καμπτύλος, λυγιστός) quod torqueri, & facilè in quáuis partem curuari poteſt. Oui. 3. Amor. Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus.
Flexibilis ætas, per tranſlationem, pro molli, & tenera, quæque facilè flecti poteſt in quancunque partem. Cic. ad Brut. Videtur enim in eo eſſe bona indoles, ſed flexibilis ætas, multique ad deprauandum parati.

FLEXVOSVS, ſa, ſum, {*Intorcbiato*} quod uarios, uel multos habet flexus: ut ut Flexuoſa uitis, Cato de Re ruſt. cap. 33. Plin. lib. 9. c. 20. Hæc omnia flexuoſo corporum impulſu ita maris utuntur, ut ſerpentes terra. Flexuoſus uolatus hirundinis, Plin. lib. 10. c. 24. Pli. lib. 11. ca. 37. Hominique flexuoſiſſimus orbibus.
Flexuoſè, aduerb. Plin. libr. 18. cap. 35. Si flexuoſè uolitet flamma.

FLEXILOQVVS, qui ambigua, & obſcura loquitur. Cic. 2. de Diui. Tuis enim oraculis Chryſippus totum uolumen impleuit, partim falſis (ut ego opinor) partim caſu ueris, ut fit in omni oratione ſæpiſſimè: partim flexiloquis, & obſcuris, ut interpres egeat interprete.

FLEXVMINES, equites Romani erant, à flectendis equis dicti. Pli. lib. 33. cap. 2. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt, in his quoque qui ad equitatum trahebantur, Celeres ſub Romulo, regibusque appellati ſunt, deinde Flexumines: poſtea Troſſuli, cùm oppidum in Tuſcis citra Volſinios paſſuum IX. M. ſine ullo peditum adiumento cepiſſent.

FLEXVS, us, {*Piega*}(λύγισμα, κάμψις, καμπή) eſt curuatio, uel ſubita conuerſio corporis. Quint. lib. 8. cap. 2. Propter flexus capillorum, pars eſt ſumma capitis, ſcilicet uertex. Idem lib. 9. cap. 2. Qui curſu parum ualent flexu eludunt.
Flexus ætatis, quum ætas uergere incipit, & inclinari. Cic. in Proœ. de Ora. Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtitiſſet.

FLEXVRA, {*Tortura, piega*}(στροφή, καμπή λύγισμα) flexus, curuatio. Colu. lib. 5. cap. 5. Proxima deinde putatione, melius exiſtimat Celſus ferro abſtineri, ipſosque coles in modum coronæ contortos arbori circundari, ut flexura materias profundat.

FLIGO, gis, xi, ctum, {*Percuotere*}(θλίβω) antiquiſſimi uſi ſunt pro percutio. Liu. Andron. in Aegyſtho, ut citat Nonius: Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. Inde Flictus uerbale, idem ſignificans quod ictus. Verg. 9. Aene. Dant ſonitum galeæ flictu: pugna aſpera ſurgit. Quo in loco Seruius putat dictum eſſe Flictu pro afflictu per Aphæreſin. Huius compoſita ſunt, affligo, (προσαράσσω) Confligo, Infligo, & Profligo, quæ habent penul. product. Eſt autem Affligere, propriè proſternere, & in terram extendere. Cæſar: Neque ſi quo afflictæ caſu fuerint, erigere ſeſe, atque eleuare poſſunt. Per tranſlationem ponitur pro perturbare, uexare. Sen. Vt animum uariis curis afflictum oratione leniret. Hinc Afflicto, as, (προσχρίω) frequentatiuum: de quo & alijs compoſitis, locis ſuis.

FLO, flas, aui, atum, {*Spirare ſoffiare*}(πνέω) ſpiro. Cice. Att. libr. 7. Bellè nobis flauit ab Epiro leuiſſimus Auſter. Flare ſimul & ſorbere, prouerbialis metaphora dicitur pro eo quod eſt duabus rebus diuerſiſſimis, naturaque diſiunctis eodem tempore operam dare. Plaut. Moſt. Simul flare, ſorbereque haud factu facile eſt: ego hic eſſe, Et illic ſimul haud potui. Hinc Flatus, tus. Flator, oris. Flamen, inis Flabellum li, & adiectiuum Flabilis, le, quæ uide ſuprà ſuis locis. Aliquando Flare (χωνεύω) ſignare eſt, quod æs ſiue argentum flando, hoc eſt, flatu, calefaciendo, ſignetur. Hinc flatum æs, & Flata pecunia dicitur. Eius compoſita ſunt, Afflo quod eſt ad aliquid ſpiro Cic. in Cato. Cùm admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humũ ſubactam atque puram, & ſuauitatem odorum, qui afflarentur è floribus. Per tranſlationem: Lact. lib. 7. Non uidiſſe, nec comprehendiſſe Philoſophos ueritatem, ſed ita leuiter odoratos, ut tamen unde odor ille ſapientię tam ſuauis, tam iucundus afflauerit, nullo modo ſenſerit id eſt, attigerit uel aſperſerit. Vergi. lib. 1. Aeneid. Nanque ipſa decoram Cæſariem nato genitrix, lumenque iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. id eſt, afflando dederat. Difflo, flatu diſpergo, diſturbo. Plaut. in Milite. Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu. Lucr. li. 26. Pars difflatur uento, pars autem obrigeſcit frigore. Deflo, deorſum uel ualdè flo, καταχωνεύω. Varro. Vas fictile, eo quod eſt leuiſſimum ad ſummu deflatum, ut traiiciant in alia uaſa. Inflo (ἐμφυσάω, φυσάω) turgefacio, quales ſunt utres uento diſtenti. Inflare calamos, uel tibias, eſt calamis, uel tibijs canere, quia huiuſmodi inſtrumenta ſonum non edunt, niſi flatu expreſſum. Vergi. 5. Eclo. Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus. Per metaphoram inflari accipitur pro ſuperbire & arrogantia turgeſcere. Cic. 3. Tuſc. Sic igitur inflatus, & tumens animus in uitio eſt. ſapientis autem animus ſemper uacat uitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Inflatio, ἐμφύσημα. Perflo, (διαπνέω, διαφυσάω) flando percutrere, flatu implere, uel commouere. Idem 1. Aen. Et terras turbine perflant. Reflo, contrè ſpiro, ἀντιφυσάω. Cic. 1. Tuſc. Sin autem reflantibus uentis reiiciemur, tum eodem paulo tardius referamur neceſſe eſt. Sufflo (πρὸς ἐμφυσάω) idem quod flare, ſeu flando turgefacere, Nonius: Sufflatum dicitur tumidum, & quaſi uento quodam latius factum. A uerbo Sufflo fiunt alia duo cõpoſita Inſufflo, & Exſufflo, quę uide ſuis locis.

FLOCES VINI, {*Feccia di uino*}(στέμφυλα) uuarum purgamẽta: hoc eſt, fæs uini ex uinaceis expreſſa, ſicut fraces oliuarum. Gel. lib. 11. ca. 7. Item floces audierat priſca uoce ſignificare uini fæcem è uinaceis expreſſum ſicuti fæces ex oleis. Cæcili. Aedepol ego neque floccem neque floces uolo mihi, uinum uolo. Gel. Apludam edit, & floces bibit. Vox eſt obſoleta.

FLOCCVS, flocci, {*Fiocco*}(κροκύς) lanarum particula diuiſa à ueſtibus inutiliter euolans. Varro: Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne qui flocci intereant. In ueſtibus item Flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quæ filum tegunt. Vnde Celſus ſigna mortifera morbi eſſe ſcribit, ſi quis in febre & acuto morbo manibus in ueſte floccos legit, (quod Græci κροκυδίζειν appellant) fimbriasue deducit. Pli. li. 10. Hirundines nidum mollibus plumis floccisque conſternunt. Et quia floccus res eſt nullius precii, factum eſt ut dicamus Flocci facio, & Flocci pendo, pro contemno, & in nulla æſtimatione habeo, περὶ οὐδενὸς ποιοῦμαι. Ter. in Eun. Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non flocci pendere. Idẽ autem ſignificant Flocci facere aliquem, & Nõ facere flocci, diuiſa compoſitione. Cic. ad Att. lib. 4. Totam denique Remp. flocci non facere. Idem ad eundem libr. 13. Hoc ipſum quantum acceperit, prorſus aueo ſcire: nec tamen flocci facio. A floccus fit Flocculus diminutiuum. Plin. lib. 16. cap. 7. Naſcuntur in robore pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos: nam & ſine oleo flagrabant.

FLORA, ræ, {*Flora*} dea quædam à Romanis in honore habita, quam floribus præeſſe uolebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt, quę cum magnas opes corporis quæſtu quæſiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamque pecuniam reliquit cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorũ, quos appellant Floralia, ſiue ludos Florales: Quod quia ſenatui flagitioſum tractu temporis uidebatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt eſſe, quę floribus præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene proſpereque floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſciuia, conuenientes memoriæ meretricis præter uerborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conſpectu multitudinis ad ſatietatem uſque impudicis motibus detinebantur. Hæc a Græcis χλωρίς dicitur. Ouid. 4. Faſt. Chloris eram quæ Flora uocor.

FLORALIA, orum, (ἀνθεστήρια) dies Feſti, ludique in honorem Floræ inſtituti, quæ florum dea habita fuit. Quinti. lib. 1. capi. 9. Quædam tamen & faciem ſolœciſmi habent, & Megaleſia. Ouid. 4. Faſt. Exit & in Maias feſtum florale Calendas. Floralia etiam dicuntur loca, in quibus ſunt flores. Varr. lib. 1. de Re ruſt. ca. 23. Nec minus ea diſcriminanda in conſerundo, quæ ſunt fructuoſa ab his quæ fiunt propter uoluptatem, ut quæ pomaria, aut Floralia appellantur.

FLORALITIVS, a, um, adie. à Floralibus deductum, quo id ſignificatur, quod ad Floralia pertinet, aut quo in Floralibus utimur. Martia. lib. 8. Et floralitias laſſet arena feras.

FLORENTIA, æ, urbs eſt inſignis Hetrurię, olim Fluentia dicta, quod ſita ſit ad fluctum Arni fluminis: & populi ipſi, Fluentini. quorũ meminit Cato in Origin. Refert Angelus Politianus in quadam Epiſtola ad Barthol. Scalam.

FLOREO, res, rui, {*Fiorire*}(ἀνθέω) eſt floridum eſſe, ſeu flores producere. Ci. 5. Tuſc. Segetes largas fruges, florere omnia, fontes ſcatere. Pli. li. 19. cap. 6. Florent uero cum fraxino ſerpyllum, abrotonum, &c. Per tranſlationem, eſt urgere, aut in aliqua proſperitate eſſe, ſiue excellere, ἀκμάζειν, εὐδαιμονεῖν. Cicer in Læl. Magnaque Græcia, quæ nunc quidem deleta eſt, tum florebat inſtitutis & præceptis. Lactan lib. 6. Iniuſti ac Deum neſcientes, & diuitijs, & potentis, & honoribus florẽt. Ci. 11. Phil. Nihil enim ſemper floret ætas ſuccedit ætati, &c. Oui. Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus. Florentiſſima fortuna, Ci. ad Att. lib. 10 Idem 1. de Legib. Qua nihil a dijs immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præſtabilius hominum uitæ datum eſt. Huius compoſita ſunt Defloreo, Effloreo, & Refloreo de quibus ſuo loco.

FLORESCO, is, ere, {*Diuenir florido portre*}(ἀνθίζω) eſt floridum fieri. Colu. lib. 5. Ventique nebulam & rorem peſtiferum celeritatem aſſiccant, multumque ad floreſcendum & ad bonitatem uini conferunt. Varr. libr. 1. de Re ruſt. Pratum aqua defendi debet ante, quàm floreſcere incipiat. Per metaphoram pro augeri, ſiue creſcere, αὐξάνεσθαι, ἀκμάζειν. Cicer. pro Marcel. At uero hæc tua uirtu-

purgare corpora noſtra ſolet.

FLVXIO, uerbale, {*Fluſſo*}(ῥεῦμα) actus ipſe fluendi uel profluuium: ut, Fluxio aquarũ apud Cic. 1. de Diui. & Fluxiones ſanguinis, apud Pli. li. 20. ca. 14.

F ANTE O.

FOCALE, lis, p.p. (προσαυχένιον) genus eſt ligaminis, & faſcia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi cõducens. Dictum Focale a Faucibus, au, in o mutata. quod etiam contingit in uerbis Suffoco, & Præfoco. Sene. lib. 3. Nat. Quæſt. Videbis quoſdam graciles, & palliolo, focalibusq; circundatos, pallentes & ægros. Quin. lib. 11. Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura ueſtiuntur, & focalia, & ligamina aurium, ſola excuſare poteſt ualetudo. Sunt qui putent aliquando accipi pro ferramentu, quo criſpantur capilli, & à nomine Focus deriuari, eò quòd uideant primã corripi apud Horat. 2. Serm. Sat. 3. ubi ſic legunt: Ponas inſignia morbi Faſciolas, cubitale, focalia. Quo tamẽ in loco doctiſſimorũ iudicio legi debet Cubital. Quod autẽ attinet ad ſignificationẽ nullo modo aſſentio iis, qui hoc locu pro ferramento exponant: Nã cùm Horatius numeret ibi faſcias & cubital inter morbi inſignia, quo pacto hoc de ferramẽto poteſt intelligi, quo capilli criſpantur, quum ægri ſoleant cultũ omnẽ negligere? Itaq; ſi quis attentius hũc Horatii locũ ſecum expendat, intelliget profectò in eadem ſignificatione accipi apud Horatiũ, in qua accipitur apud Quintilianum loco iam citato, quum ait, faſcias, & focalia ſola ualetudine excuſari.

FOCANEVS, palmes dicitur, qui ex fauce uitis, hoc eſt, ex biſurco medius erũpit. Col. lib. 4. c. 24. Vocatur etiã Focaneus palmes, qui ſolet in biſurco medius prorepere: et idcirco eũ prædicto uocabulo ruſtici appellãt, quòd inter duo brachia, qua ſe diuidit uitis, enatus, uelut fauces obſidet, ac utriuſq; duramẽti alimẽta præripit.

FOCARIA, æ, {*Concubina*} à ueteribus dicebatur concubina, quã domi habebant ad curam rei domeſticæ. L. iii. C. de donat. int. uir. & uxor. Si ancillam nummis tuis comparatam eſſe, Præſidi prouinciæ probaueris, donationisq; cauſa ſocariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum: eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen meos focariis ſuis hac ratione, fictisq; adulationibus ſpoliari nolo.

FOCARIVS PANIS, {*Pane cotto fatta al cenere*}(ἐσχαρίτης ἄρτος) qui in foco coquitur. qui & ſubcinericius, (ἐγκρυφίας) appellatur.

FOCILLO, cillas, {*Riſcaldare, riſtorare*}(ἀναζωπυρεῖν) ſignificat calefacere, recreare, reſtaurare. Pli. Epi. 16 li. 3. Focillata, Dixerã, inquit, uobis inuẽturã me quãlibet durã ad mortẽ uiã, quando uos facilẽ, negaſſetis. Suet. in Aug. ca. 16. Antonii ſocietatẽ ſemper dubiam, & incertã, uariisq; recõciliationibus malè focillatam abrupit. Pro eodem etiam quandoq; legitur Focillor deponens: quod & Nonius annotauit, citans Varronis teſtimonium ex opere de uita pop. Rom. Propter ſecundas res ſublato metu, non in cõmune ſpectãt, ſed ſuũ quiſq; diuerſi cõmodum focillatur. id eſt, fouet. Hinc componitur Refocillo, quod ẽ recreo. Focillationes, inquit Feſtus. à fouendo dicuntur, hoc eſt, à calefaciẽdo.

FOCVLA, lorum, {*Nodrimenti*}(τροφαί) dicuntur nutrimenta. Plau. in Perſa: Nam iam intus uentris fumant focula. Ex Nonio.

FOCVLVS, li, {*Focarello*} diminutiuum à Focus, ἐσχάριον. Valer. lib. 1. Cùm carbaſum, quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

FOCVNATES, Plinio populi ſunt in alpibus, lib. 3 cap. 20.

FOCVS, ci, {*Focolara*}(ἐσχάρα) à fouendo, dicitur id, in quo ignis ſeruatur. Ouid. li. 6. Faſt. At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus. Ponitur etiam quandoq; pro priuatis domibus, ſicut Ara pro templo. Plaut. in Amph. Conueniat, uicti uicti ſint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, ſeq; uti dederunt.

FODICO, cas, re pen. co. {*Stimolare, pugnere, cauare*}(νύττειν) ſtimulare, pungere, percutere, ſiue fodere. Hor. Emanue, Qui fodicet latus. Per tranſlationem accipitur pro angere, ſiue dolore afficere. Cice. 3. Tuſc. Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicãtibus his rebus, quas malas eſſe opinamus, diſſimulatio, uel obliuio. Fodicare animum. Plaut. Bacc. Quia iſtæc lepida ſunt memoratu: Eadem in uſu atq; ubi periculum facias, aculeata ſunt, Animum fodicant, bona diſſimulant facta, & famam ſauciant.

FODINA, næ, pe. pr. {*Minera*}(μέταλλον) locus ubi quid effoditur: ut, Auri fodina, ubi foditur aurũ: Argenti fodina, ubi effoditur argentũ. Pli. li. 33. c. 6. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

FODIO, dis, fodi, foſſum, {*Cauare foſſare*}(ὀρύττω) pala, aliòue ferramento terram, aliud ue quid eruo. Liu. 8 bel. Pu. in Meſeſſum finibus eſt ſita, Hiſpaniæ gentis, ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere Metallum: Pli. lib. 2. cap. 63. Fodere enſe iugulum, hoc eſt, percutere, ſeu ferire. Mart libr. 1. Fodere ſtimulis, eſt pungere. Cic. 2. Philip. Fodere calcaribus. Verg. lib. 6. Seu ſpumantis equi fodere calcaribus armos. Hieronym. Cerne manus Iudææ, quas fixeras, cerne latus Romane, quod foderas. Dicitur etiã Fodire per quartam uerborum coniugationẽ. Col. li. 11. c. 2. Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Hinc fouea, de quo infrà. Huius compoſita ſunt, Affodio, uide ſuo loco. Cõfodio, quod eſt cauo, ſiue in totum foro, διορύττω, Plaut. in Aul. Hic apud me confodere hortum iuſſi. Interdum tranſuerbero, occido. Sall. in Catil. Inter confertiſſimos incurrit, ibiq; pugnando confoditur, διελαύνεται. Circunfodio, (περιορύττω) terram circunquaq; eruo Col. li. 3. Arborem, quam depoſueris, ſæpius circunfodito. Defodio, κατορύττω. uide ſuo loco. Effodio, extra fodio, uel fodiendo eiicio, ἐξορύττω, Plaut. in Aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam tibi, ne me obſeruare poſſis, ſi quid rerum geram. Infodio, intus planto, ſeu fodiendo ſepelio, ἐνορύττω. Verg. lib. 2. Georg. Antè ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas. Quàm lætum infodias uitis genus. i. obruas. Perfodio, rumpo, ferio, perforo, διορύττω. Plaut. in Aſi. Vbi parietes perfoderis. Colu. lib. 11. Tu grauibus raſtris cunctantia perfode terga. Gell. lib. 2. Quadringenti omnes tum unà perfoſſi gladiis, aut miſſibus operti cadunt. Præfodio, antè fodio. Pli. li. 7. Præfodere ſcrobes antè, ſi fieri poſſet, tantò, donec pingui ceſpite obducantur. Refodio, rurſus fodio. ἀνορύττω. Plin. Mus marinus in terras, ſcrobe effoſſa, parit oua, & rurſus obruit terra, triceſima die refoſſa aperit, fœtumq; in aquã ducit. Suffodio, ſubtercauo ὑπορύττω. Col. li. 2. Neq; ſuem uehimus im paſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet. Trãsfodio, trãſuerbero, ab uno latere ad aliud fodio, διελαύνω, διορύττω. Ouid. Gemino tranſfodit uulnere pectus. Et hæc omnia habent fo ſyllabam corrept. in omnibus temporibus à præſenti manantibus. Nam quæ a præterito fiunt eandem producunt.

FOECVNDO, das, {*Far fertile, abondante*}(εὐθηνίζω) abundantẽ, ſeu fructiferum facio Ver. lib. 4. Geor. Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

FOECVNDVS, da, um, {*Feconda, fertile, abondante*}(εὔφορος) idem quod ferax, ſiue fertilis, hoc eſt, quod fructum producit. Ouid. lib. 4 Faſto. Forda ferens bos eſt, fœcundaq;, dicta ferendo Col. li. 8. c. 14. Id neq; æquè fœcundũ eſt, nec tam pretioſum. Plau. in Ciſt. Nanq; æcaſtor amor & melle et felle eſt fœcundiſſimus. Interdum ſumitur pro abundanti & pleno. Hor. Fœcundi calices quem non fecere diſertũ? Huius cõtrarium eſt Infœcundus, nõ ferax, ἄφορος. Verg. lib. 2. Geor. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras Infœcunda quidẽ. Inde Infœcunditas, (ἀφορία, ἀκαρπία) pro ſterilitate: ſicut Fœcũditas, (πολυφορία, εὐκαρπία, εὐθηνία) pro abundantia. Col. in Procemio operis. Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes, modò agrorum infœcunditatẽ, modò cœli per multa iam tẽpora noxiam frugibus intemperiem. Plin. lib. 20. ca. 6. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Cic. 1. de Nat. deo. Aquarũ inductionibus terris fœcunditatẽ damus. Fœcunditas animi. Pli. in Præf lib. 3. Fœcundè, aduerb. Pli. libr. 16. cap. 36. Atq; etiam reciſa fœcundius reſurgit.

FOEDO, as, are {*Bruttare, imbrattare*}(μολύνειν, μιαίνειν) polluere, inquinare. Verg. 2. Aen. Quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit uultus? Per tranſlationem accipitur pro dehoneſtare. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nos quoq; dictitant Barbaros: & ſpurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant. hoc eſt, conſpurcant, & dehoneſtant. Accipitur etiam pro dilacerare, frangere, uel corrumpere. Verg. 2. Aeneid. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. Liu. li. 3. ab ur. Vis Sabinorum ingẽs propè ad mœnia urbis infeſta populatione uenit: fœdati agri, terror iniectus urbi eſt.

FOEDE, adu. {*Bruttamente, crudelmente*}(αἰσχρῶς) turpiter, uel crudeliter. Liu. lib. 3. ab ur. Nõ minore motu animorũ Sicci cædis memoria renouata, quàm quòd noua fama de Virginea adeo fœde ad libidinẽ petiis accenderat. Fœdè diuexari, Cic. 1. Tuſc. Fœdè interemptus, Liu. 5. bel. Pun. Admiſſum fœdè, dictumq; ſuperbè, Lucre. lib. 5. Fœdiſſimè cauſam agere, Cic. Att. lib 9.

FOEDERATI, {*Confederati, uniti*}(ὑπόσπονδοι, σύμμαχοι) dicuntur populi, qui fœdere icto cum aliis populis in ſocietatem coiuerunt. Namq; inter ciuitates prouinciarum, aliæ ciuium Romanorũ, aliæ Latinorum ueterum aliæ Fœderatorum, (συμμαχίδες πόλεις) aliæ Stipendiariæ dicebantur. Suet. in Calig. Domi, foriſq; ciuilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Cic. 1. de Orat. Siquis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, iſſeq; liberaſſet. Idẽ 5. Ver. Fœderatæ ciuitates duæ ſunt, Mamertina, & Tauromitana.

FOEDIFRAGVS, p.c. {*Che rompe patti*}(ὁ παρασπονδήσας) qui fœderata fregit. Cic. 1. Offic. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

FOEDITAS, atis, {*Brutezza*}(αἶσχος) turpitudo. Cic. 3. de Fini Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Liu 1. ab Vrb. Auertere omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos.

FOEDVS, da, dum, {*Deforme, brutto*}(αἰσχρὸς, ἀειδής) quod eſt deforme Cic. ad Att. lib. 15. Parum ne fœda perſona eſt ſenectutis? Ponitur quandoq; pro execrando. Verg. li. 7. Auerſuſq; refugit Fœda miniſteria. Quandoq; pro crudeli. Terẽ. in Eun. O facinus fœdum. Donatus. Fœdum, crudele. Ea enim quæ crudelia ſunt & nefaria, ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt. Sic dicimus Fœdum exemplum quod crudelitatis, & turpitudinis plenum eſt. Liu. 7. bel Pun. Qui neq; magiſtratum continuari ſatis ciuile arbitrabant, & multo fœdioris exempli, eum ipſum creari, qui comitia haberet.

FOEDVS, ederis, {*Tregua, patto, conuentione*}(σπονδή, συνθήκη, τὸ ἔνσπονδον) à ferio, ut quibuſdam placet cum œ dipthongo, ut e, longa ſit, quoniam Ferio è breue habeat. Propriè enim Fœdus pacem ſignificat, quæ feritur inter dimicantes. Quidam huius nominis etymologiam manaſſe putant à Fecialibus, hoc eſt ſacerdotibus per quos fiebant fœdera. Alii à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Alii à fœde cædendo, nam ad fœdera ſanciẽda utrinq; Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant ſilice: eiuſmodi cæſum imprecantes capiti illius, qui prior fœdus uiolaſſet: de qua re uide Liu. lib. 1. ab ur. ubi ritum & formulam antiquiſſimi fœderis inter Popul. Roma. Regem, & Albanorum Dictatorem icti, latiſſimè exequitur. Tria autem (ut idem Liuius oſtendit lib. 4. Bel. Maced.) erant fœderum genera, quibus populi & reges mutuas amicitias inibãt. Vnum quum bello uictis dicebantur leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere uictos, quibus mulctari eos uellet, uictoris arbitrium erat. Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem atq; amicitiam ueniebant, redditis per conuentionem iis rebus, quarũ bello turbata erat poſſeſſio. Tertium, quum qui hoſtes nũquam fuiſſent, ad amicitiam ſociali fœdere iungendam coibant. Accipitur etiam Fœdus pro neceſſitudinis alicuius uinculo: unde Fœdera amicitiæ dicimus pro neceſſitudine illa, quæ eſt inter amicos Ouid. 3. Triſt. Eleg. 6. Fœdus amicitiæ non uis chariſſime noſtræ: Nec ſi forte uelis, diſſimulare potes Fœdera lecti, pro coniugali uinculo Luca. libr. 2. Da fœdera priſci illibata tori. da tantum nomen inane Connubii. Fœdus coniugale, Ouid. 11. Metam. Accipitur etiam quandoq; pro lege, ut apud Verg. 1. Aene. Regemq; dedit, qui fœdere certo, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Facere fœdus cum aliquo. Cice. de Senect. Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Ferire fœdera. Cicer. pro Cæl. Ideo'ne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera, ferires? Firmare fœdera: Verg. 12. Aeneid. Firmabant fœdera dictis.

FOELIX, {*Felice*} cum ſuis deriuatis, uide ſuprà in dictione Felix.

FOEMINA, næ, {*Femina*}(γυνή, θήλεια) latioris ſignificationis eſt, quàm mulier, Nam non ſolũm de hominum genere, uerumetiam de brutis, & plantis dicitur. Plau in Perſa. Qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci, atq; auat cuius fœmina. Plin. li. 9. cap. 50. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur. Idẽ lib. 22. ca. 18. de chamæleonte herba. Ea nigra aliqui marẽ dixere, cui flos purpureus eſſet: & fœminam, cui uiolaceus. Hinc Fœmineus, a, um, & Fœmininus, a, um, θηλυκός. Ver. 11. Aen Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore. Vbi Seruius Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibidem. Fœmineũ cœli clamorem ad ſidera tollunt. Plin lib 2. cap. 101. Fœmineum lunæ, ac molle ſidus. Quin. lib. 1. cap. 4. Aut quæ fœminina poſitione marẽ aut neutralia fœminas ſignificant. Diminutiua, Fœmella, & Fœminula, γύναιον, γυναικάριον. A fœmina, etiam fit Effœmino, (ἐκθηλύνω) de quo ſuo loco.

FOENARIVS, ria, rium, {*Ciò che à fieno s'appertiene*} quod ad fœnum per-

tinet:ut, Falces fœnariæ, quibus fœnum ſecamus.

FOENEBRIS, bre, pen. indifferenti, (δανειστικὸν) quod ad fœnus pertinet:ut, Lex fęnebris, qua fæneratorum auaritia coërcetur. Liu. 5. bel. Maced. Inſtabat, enim cura alia, q̃ ciuitas fænore laborabat, & cùm multis fęnebribus legibus conſtricta auaritia eſſet, uia fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur ijs legibus, nomina tranſcriberent. Fęnebris res. Liu. 7. ab Vrb. Inclinatis ſemel in concordiam animis, noui Conſules fęnebrem quoq; rem, quæ diſtinere unanimes uidebatur, leuare aggreſſi, ſolutionem alieni æris in publicam curam uertetunt. Malum fęnebre. Tacit. lib. 5. Sanè uetus urbi fęnebre malum.

FOENERATITIVS, tia, tium, (δανειστικὸς) quod datum eſt fænori, uel quod ad fænus pertinet:ut, Fęneratitia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

FOENERATO', aduerb. {Con uſura} id eſt, cum fęnore. Fæneratò reddere, σὺν τῷ κεφαλαίῳ ἀμείβεσθαι. Plau. in Menæch. Ne illam mecaſtor fænerato ab ſtuliſti. hoc eſt, ſub graui uſura, uelut à fæueratore, quam multo cum fænore reſtituas.

FOENERALIA, orum, tempus quo fænus ceſſabat, finiebatur, reddebaturq; pecunia. Liu. 5. bel. Mace. In tali uero fænore obruebanẽ debitores: cuius coercendi cùm ratio quæreretur, diem finem placuit: fęneralia quæ proxima fuiſſent, ut qui poſt eã diẽ ſocij ciuibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterentur, et ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor uellet legibus, creditori ius redderet.

FOENERATIO, onis, uerbale, {Vſura} (δανεισμὸς) ipſe fænerãdi actus. Cicer. pro Flac. Hæc pecunia ab honoribus tranſlata in quæſtum et fęnerationem, recuperata eſt multis pòſt annis.

FOENERATOR, oris, {Vſuraro} (δανειστὴς) qui dat ad fænus. Cic. 1. Offic. Primùm improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fæneratorum.

FOENERATVS, us, idem quod fæneratio, {Vſura} (δάνεισμα, δανεισμὸς) id eſt, mutuatio ad uſuram.

FOENERO, as, p. c. {Dare & preſtare ad uſura} & Fæneror, aris, deponẽs, eiuſdem ſunt ſignificationis (δανείζω) hoc eſt, ad uſurã do: et modo datiuo iunguntur, modo accuſatiuo. Pli. li. 2. c. 6. Fænerat ſol lumẽ ſuũ cæteris ſideribus. i. mutuat. Cic. Vt enim benefici liberaleſq; ſimus, nõ ut exigamus gratiam, neq; n. beneficium fæneramur ſed natura propenſi ad liberalitatẽ ſumus. i. fænori damus. Martia. Hæc ſapit, hæc omnes fænerat una deos. Fæneror, (δανείζομαι) cum ablatiuo, ſignificat, ad uſuram accipio: ut eſt eſt lib. Digeſt. 31. Si autem aliquis eorum noluerit uendere partem ſuã, uel fænerari ſuper eam poteſtatẽ habeat uendere cohæredi ſuo, & fænerari ab eo. Beneficium fæneratũ dicitur, quod cum fænore redditur. Ter. in Phor. Fæneratũ iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. Et paulò pòſt hoc ipſum exponens: Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, cõduplicauerit. Vbi Donatus: Fœneratum, hoc eſt, cum fænore redditum, et multiplicatum. Interdum fænerare, eſt cum fęnore reddere, uel refundere. Terent. in Adel. Metuiſti, ſi nunc de iure tuo conceſſiſſes paululum, atq; adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, Ne non tibi iſtuc fæneraret.

FOENICVLVM, li, {Finocchio} (μάραθρον) herba eſt nota, à fænore ut quidam exiſtimant dicta, q; ſemen hoc terræ mandatum magno fænore reddat fructum. Plin. lib. 20. cap. 23. Fœniculum nobilitauere ſerpentes guſtatu ſenectam exuendo, oculorumq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoq; caliginem præcipuè eo leuari.

FOENICVLARIVM, rij, (ut quidam interpretanẽ) ut eſt ipſa fœni reſectio, uel tempus illud, quo fœnum ſecatur. Cic. ad Att. li. 12. Scribe, quæſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarem cũ candidatis: utrũ ipſe in fœniculariũ, an in campum Martium cogitet. Quem locum ſic exponit interpres: in fœniculariũ. i. in aciẽ ad exercitum, quando fænum ſuccidtur a militibus falculariam facientibus.

FOENILE, lis, {Fenile} (χορτῶν) locus eſt, in quo aſſeruatur fœnum. Verg. 3. Geor. Nec tota claudas fœnilia bruma.

FOENISICIA, æ, idem quod fœniſecium. Var. de Re ruſt. lib. 1, cap. 49. Primùm de pratis ſummiſſis herba cùm creſcere deſijt, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad perareſcat, furcillis uerſari. cum peraruit, de ea manipulos fieri et uehi ad uillam. Tum de priuatis ſtipulam raſtellis, radi, atq; addere fœniſiciæ cumulum.

FOENISECIVM, ſecij, {La ricolta del fieno} (χορτοτομία) ipſa fœni ſectio & ueluti meſſis fœni. Col. li. 2. cap. 18. Altero tamen anno minora pecora poſt fœniſecia permittemus admitti.

FOENISEX, fœniſecis, {Segatore da fieno, fenaiuolo} (χορτοκόπος) qui fœnum ſecat. Plin. li. 18. cap 29. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Pro eodem etiam dicimus Fœniſeca, cæ, pen. cor. Perſius Saty. 6. Fœniſecæ craſſo uitiarunt unguine pultes.

FOENVM GRÆCVM, (τῆλις) genus herbæ eſt (ut inquit Plin. libr. 24. cap. ultimo) quam alij Telin uocant, alij Carphos: aliqui Buceras, alij Aegoceras, quoniam ſiliquas habet corniculis ſimiles: unde & Siliquam uocat Colum. libro 11. capite 2.

FOENVM, fœni, {Fieno} (χόρτος) herba in pabulum reſecta: ita dicta à fœnore, q; ſine cura fœnus præbeat, uel à fœtu, q; herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant. Hor. 1. Serm. Saty. 4. Fœnum habet in cornu, longè fuge.

FOENVS, oris, {Vſura} (τόκος) (ut oſtendit Gel. ex lib. 3. Varronis de Lin. Latina) idem eſt quod uſura, ita dictum à fœtu. Nihil enim aliud eſt Fœnus, q̃ fœtus, hoc eſt, partus pecuniæ. Quidã tamen à fundo, q; cum o, non cum u, apud antiquos ſcribebatur, q; prouentus propriè eſſet ea naturali terrę fructu: poſtea uero ad uſuram eſt tranſlatum, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra. Plaut. in Aſin. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumam fœnore. Cicer. pro Cæl. parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ: ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atq; famam. Proper. lib. 1. Eleg. 7. Sæpe uenit magno fœnore tardus amor. Ouid. 1. Faſt. Hordeaq; ingenti fœnore reddat ager.

FOENVSCVLVM, li, diminutiuum à fœnore. Plaut. Ad daniſtam deuenires, Adderes fœnuſculum.

FOETEO, es, {Puttre, puzzare} (δυσωδιάω, βρωμοῦμαι) malè oleo. Plaut. in Aſi. Dic amabo, an fœtet anima uxoris tuæ? Martia. lib. 5. Fœtere multo Myrtale ſolet uino.

FOETIDVS, a, um, {Fetido, puzzolente} (δυσώδης) malè olens. Cic. in Piſo. Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. Inde Fœtiditas uerbale, (δυσωδία) idem ſignificans quod fœtor. Senec. Epiſt. 111. At mehercule iſta ſollicitè ſcrutata, uarieq; condita, cùm uẽtrem ſubierint, una atq; eadem fœtiditas occupauit.

FOETOR, oris, {Fettore, puzza, lezzo} (δυσωδία) malus odor, Col. libr. 12. cap. 18. Cella quoq; uinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem reddoleat fœtorem, acorem've.

FOETIFICO, cas, {Partorire} (γονοποιέω) fœtum facio, pario. Plin. lib. 9. ca. 38. Qui cum fœtificauere, fluxos habent ſuccos. Vnde & Fœtificus, a, um. Plin. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in oſtrearijs, humorem ijs fœtificum lactis modo effluere.

FOETO, tas, {Partorire} (τίκτω) fœtum emitto. Colu. lib. 8. Circa paludes, in quibus plerumq; fœtant.

FOETVOSVS, a, um, q; eſt plenum fœtu, ἔγκυος. Hier. contra Ioui. Lippientem iam deformem, atq; fœtuoſum ſynagogæ typum prætuliſſe. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus eſt quartæ declinationis. Sic Sumptuoſus, Fructuoſus, Luctuoſus, Actuoſus, Quęſtuoſus. Quæ ueniunt ab alijs declinationibus, nõ habent u, ante o, ut Fabuloſus, Doloſus, Vitioſus, Portentoſus, et huiuſmodi.

FOETVRA, ræ, {Tempo del partorire} (τόκος) pecoris prouentus: à fœtando dictus. Verg. Ecl. 7. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Varr. li. 2. de Re ruſt. ca. 1. accipit ꝓ ipſa fœtatione, ſiue pro toto illo tempore ab admiſſione uſq; ad partum. Secunda (inquit) pars eſt de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. Transfertur etiã ad inanimata: ut, Fœtura pratorum. Plin. in Præfa. totius op. Opus natũ apud me, proxima fœtura licentiore epiſtola narrare conſtitui.

FOETVS, tus, {Il parto} (γονὴ) à fouendo, quoniam et dum in utero eſt, & poſtquàm eductus fœtus eſt à matre fouetur, id eſt, calefit. Eſt autem Fœtus generale nomen ad omnia penè, quæ naſcuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, ſiue feræ ſint, ſiue cicures: præterea etiam auium & piſcium, atq; adeo ipſorum etiam hominum. Plin. Legimus mulierem Aegyptiam binos fœtus quater enixam. Idem lib. 8. cap. 18. Totus tigridis fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo. Cic. 3. de Finib. Atq; etiam in beſtijs uis naturę inſpici poteſt, quarum in fœtu & educatione laborem cum cernimus, naturæ ipſius uocem uidemus audire. Neq; animalium tantum fœtus dicuntur, uerum etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus paſſim legimus, & fœtum terræ fœtum uocamus. Cic. 2. de Ora. Edit fœtus meliores & grandiores ager, nõ ſemel aratus, ſed nouatus, & iteratus. Verg. lib. 1. Georg. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ, Arbores fœtus alibi. Id eſt, fructus, ut poma. Idem 2. Geor. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Vbi Seruius: Fœtu, id eſt ubertate: nam omnis utilitas fœtus eſt. Fœtus animi, per tranſlationem. Cic. 5. Tuſ. Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtet: unus in cogitatione rerum poſitus, & in explicatione naturæ: alter in diſcretione expetendarum, fugiendarum've rerum: tertius in iudicando, quid cuiq; rei ſit conſequens, quid repugnans.

FOETVS, ta, tum, {Pieno, grauido, pregno} (ἔγκυος) propriè de minore pecore dicitur: ut Ouis fœta, id eſt, grauida, & in utero ferens. Verg. 1. Eclo. Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. Dicitur & partu liberata. hoc eſt, quæ peperit. Verg. 9. Aen. Fecerat & uiridi fœtam Mauortis in antro. Enixam autem fuiſſe, lac, quod pueris præbebatur, oſtendit. Transfertur & ad alia: ut, Loca fœta furentibus Auſtris, apud Verg. 1. Ae. id eſt, plena. Huius compoſita ſunt, Cõfœtus, Feſtus: Confœtus ſus dicebatur, qui cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Defœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

FOLIACEVS, a, um, (φύλλινος) quod ex folijs factum eſt, uel folijs ſimile eſt. Plin. lib. 19. cap. 7. Paucis foliacea & lata, ut atriplici, ſunt ſemina.

FOLIATVM, (μαλαβάθρινον) unguenti genus, quod & Nardinum uocat Plin. à nardi folio quo confectum eſt. Mart. li. 11. At mea me libram foliati poſcit Amica. Hoc Plin. ſcribit conſtare umphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Hoc unguenti genus Plaut. in Curc. Græca uoce uocat Petalion, πέταλον enim Græci uocant folium.

FOLIOSVS, a, um, {Pieno di foglie} (φυλλώδης) folijs plenus. Plin. lib. 24. cap. 15. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis fere, folioſa.

FOLIVM, lij, {Foglia} auctore Feſto, à Græca dictione φύλλον, ſed ideo per ſimplex l, ſcribitur, quia antiqui non geminabant conſonantes. Eſt autem Foliũ, teſte Valla, & arborum, & herbarum, & Florum, cum frondes arborum tantũ dicantur. Verg. 2. Georg. Folia haud ullis labentia uentis. Folia etiam appellãtur chartæ librorum, quas reuoluimus, à palmarum folijs, in quibus olim ſcribi ſolebat, quæ Græca uoce φίλυραι appellantur: quarum extremitas Margo dicitur: & pagina, σελὶς, utraq; pars folij nam folium duas paginas habet. Hinc componuntur Trifolium τρίφυλλον: Quinquefolium, πεντάφυλλον: Latifolium, πλατύφυλλον, quod habet lata folia: Millefolium, μυριόφυλλον herba, & huiuſmodi multa.

FOLLICO, as, p. c. {Suffiare col naſo} folium more reciproco ſpiritu nares agito. Apul. lib. 9. Met. Nares follicantes languidas. Eſt item folium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas geſtare ait, ut humani cultus contemptores uideantur.

FOLLICVLARE, pars remi, quæ folliculo tecta eſt. A' quo uita follicularis dicta eſt. Auctor Feſtus.

FOLLICVLVS, li, (θυλάκιον) cum ſit diminutiuum à Follis, accipitur tamen pro omni eo, quod turgidum eſt & laxum in morem follis. Vnde frequentiſſimè accipitur pro theca, ſeu ſiliqua leguminum frumenti, uel lini, uel cuiuslibet alterius rei, quæ granum continet inuolutum. ἔλυτρον, Colu. libr. 2. cap. 8. Quoniam folliculum, quo continetur, firmum & durabilem aduerſus longiori temporis humorem habet. Accipitur item Folliculus pro maiori pilæ genere, quod ea aluta conficiebatur, loloq; implebatur uento: quod & Follem frequentius inuenimus appellari. Sueton. in Aug. Poſt bella ciuilis ad pilam primò, folliculumq; tranſijt. Quandoque pro pelle ſeu ſacculo. ut lib. 1. Rhet ad Heren. Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt, ſoleæ ligneæ pedibus indutæ. Liu. 9 ab urb. Eques in caſtra folliculis frumentum ueheret. Non inuenuſtè aliquãdo tranſfertur ad corpus humanum, ſiue q; ad follis ſimilitudinem ſemper attrahat, & emittat ſpiritum, ſiue q; ad ſacci coriacei ſimilitudinem pelle ſit circũdatum. ueteres. n. ſaccos ex corio

factos

factos Folles appellabant. Luci. lib. 26. ut citat Nonius: Et quo Folliculo nunc ſum indutus, non queo.

FOLLIS, lis, maſ. ge. {*Mantice. Pet. Co mantici col fuoco, & con li ſpecchi*}(φύσα) inſtrumentum, quo attrahitur uentus atq; emittitur ad ignem excitãdum. Verg. li. 8. Alij uentoſis follibus auras Accipiunt, redduntq;. His utuntur ferrariæ, argentariæq; officinæ. Vtuntur et coqui paruulis, ne opus ſit ignem inſufflare buccis, quod qui faciunt, Suffitores uocantur. Primus Anacharſis philoſophus folles ignis exſuſcitatores inuenit, ut refert Strab. lib. 7. Eſt item Follis, pilæ genus omnium maximum, cõſtans ex aluta uento inflata: quod etiã hodie Italis plurimo eſt in uſu: puerorum præcipue & ſenum luſibus conueniens, utpote quo minus fatigentur ludentes, q̃ harpaſto. Nã & lentius fertur follis, magisq; reſilit, tardiusq; deſcendit, ueluti ex induſtria percuſſorem expectans. Mart. lib. 14. Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas. Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Quũ uerò hoc pilæ genus pugno excutitur, Pugillatorius follis quãdoq; uocatur. Plau. in Rud. Extemplo hercle ego te follẽ pugillatorium faciã. Quãdoq; accipitur pro marſupio, receptaculoq; numorum, ex pelle aut corio confectò. Iuuen. Et tenſo folle reuerti. Nam ſicut folles pilæ uento intumeſcunt, ita crumenæ pecunia turgent. à qua ſimilitudine inditum nomen. Vegetius auctor eſt, ex diſciplinæ militaris cõſuetudine decem folles, hoc eſt, decem ſaccos, per ſingulas cohortes ſolere diſponi, in quibus inditum pecunia condebatur.

FOMENTVM, ti, (πυρίαμα, κατάπλασμα) à fouendo. i. calefaciendo uel nutriendo. Vnde fomenta dicuntur, applicationes rerum calidarum, & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratia. Plin. Iun. Cuius grauiſſimo uulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Fomentum per tranſlationem. Cic. 2. Tuſc. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum.

FOMES, fomitis, {*Eſca*} à fouendo, hoc eſt, nutriendo igne dicitur. Eſt. n. aſſula ex arbore excuſſa, dum cæditur. Poſitus & pro omni materia ſicca, quæ facile igni inflammatur. ὑπέκκαυμα, ὑπέκκαυμα. Verg. 1. Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates: Suſcepitq; ignẽ folijs, atq; arida circum Nutrimẽta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Per tranſlationem Fomes dicitur, quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendũ. Gel. lib. 15. cap. 8. Fomitẽ eſſe quendã dicés, & incitabulũ ingenij uirtutisq; ſi mens & corpus hominis uino flagraret.

FONS, fontis, {*Fonte, fontana*}(κρήνη, πηγή) à fundendo, ꝙ fundat aquam, tãtum maſculini: quanquam nõ deſunt, qui olim etiam fœminini fuiſſe uelint: cuius tamen rei nullum proferunt teſtimonium. Cæſ. 8. bel. Gal. Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. Fons per tranſlationem accipitur pro origine, & cauſa. Cic. 3. Tuſc. Non rem ipſam cauſam atq; fontem eſſe mœroris. Idem ad Brutum: Nec in Senatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitaui. Fontem pro aqua fontana poſuit Verg. 12. Aen. pro parte totum uſurpans. Alij fontemq; ignemq; ferebant.

FONS SOLIS, (ἡλίου πηγή) in deſertis Lybiæ eſt, ultra Cyrenaica regionẽ, iuxta Iouis Ammonis oraculũ, cuius aqua manẽ & ueſperi tepida eſt, meridiano autẽ tẽpore gelidiſſima, ſub mediam uerò noctẽ feruidiſſima. Vnde & Fõtem Solis appellarunt, ꝙ à Sole regi uideatur, & pro ratione diuerſorũ cardinũ, quos ille perlabitur, calorẽ tepore, teporemq; frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herod. lib. 4.) aqua fontana eſt, quæ ſub matutinum quidem tepet: ſub horam, qua forũ frequẽtiſſimum eſt, frigeſcit: ſub meridiem multo frigidior eſt: eaq; hora hortos irrigant. Declinante iã die remittitur frigus, donec Sol occidat: tunc tepeſcit, magis ac magis caleſcens uſq; ad mediam noctem, quo tẽpore feruens exæſtuat: præterita nocte media, ad auroram uſq; refrigeſcit. Cognominatur autem Fons Solis. Hæc ille. Meminit huius fontis & Oui. lib. 15. Metam. quamuis Ammonis, non Solis Fontem appellat. Medio (inquit) tua corniger Ammon Vnda die gelida eſt, ortuq; obituq; caleſcit. Silius quoq; li. 3. Ammonis oraculum deſcribens, Stat (inquit) fano uicina nouũ & memorabile lympha, Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit: Quæq; riget, medium cũ Sol aſcendit Olympum. Pli. li. 5. cap. 103. duos huius naturæ fontes cõmemorat, quorum alterũ à uicino oraculo Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Aethiopię populos, eumq; Solis fontẽ nominat. Verba eius ſunt hæc: Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet. Deinde ſubdit: In Troglodytis fons Solis appellatus, dulcis, & circa meridiem maximẽ frigidus: mox paulatim tepeſcens, ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur.

FONTANALIA Varroni, Fontinalia Feſto, feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conijci, & putei coronari ſolent.

FONTALIS, le, {*Di fonte*}(πηγαῖος) idem quod fontanus, quod ſcilicet ex fonte eſt. Plaut. in Stich. Vide, Vtram tibi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam. S. Quid iſtuc eſt prouincię? T. utrum fontali, An Libero imperium te inſubere mauis? Vbi interpres: Id eſt, utrũ uelis imperium habere an præeſſe aquæ, an uino præbendo? Fontalem, aquam dixit è fonte ſcaturientem.

FONTANVS, a, um, {*Fontano, di fonte*} (πηγαῖος) quod ex fonte eſt. Plini. Fontanæ aquæ cyathos duos.

FONTEIA, uirgo Veſtalis, Fonteij ſoror, cuius meminit Cicero in oratione pro Fonteio.

FONTICVLVS, li, {*Fonticello*}(πηγίον) diminutiuum, paruus fons: à quo Fonticellus. Plinius: Vbicunq; moueris humum, fonticuli ſcatent.

FONTINALIS, porta dicta eſt Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem ſcaturiẽtium fontium. Iuu. Sat. 2. Subſtitit ad ueteres arcus, madidamq; Capenam. Liu. Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem ad Martis aram, qua in campos iter eſſet, perduxere.

FORAGO, pe. pro. filum eſt, auctore Feſto quo textrices opus diurnum diſtinguunt: a forando dictum.

FORAMEN, inis, pen. pro. à forando, {*Forame, buco*}(τρῆμα, ὀπή) quicquid perforatum eſt. Cic. 1. Tuſc. Nam quicquid nunc quidem quanq̃ foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt, tamen terrenis concretisq; corporibus ſunt interſepta quodam modo. Foramẽ ad excrementa corporis, apud Plin. lib. 11. capi. 12.

FORAMINOSVS, a, um, (πολύτρητος) quod foraminibus abundat.

FORAS. {*Fuora, fuori*}(ἔξω) & Foris, (ἔξωθεν) aduerbia loci ſunt, à foris, hoc eſt, ſpectaculis deriuata (ut Seruio uidetur) ſiue (quod ueriſimilius eſt) à foris: ꝙ domum exeuntes ferè ad interiorem partem urbis, in qua forum eſt, ſoleamus accedere: in qua etiam ſententia eſt Feſtus. Differunt autem inter ſe hæc duo aduerbia, ut Foras motum importet ad locum. Plaut. in Caſ. Foras tacitus exeo cum ornatu quo uides. Foris motum in loco, & de loco ſignificat. Terẽ. in Eu. Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius, Nec magis compoſitum quicquã. Plaut. in Aſin. Ille opere foris faciundo laſſus, domum noctu aduenit. Cicer. in Part. Illa uerò indigent, & nec eo dicuntur ſine arte, ꝙ ita ſunt, ſed ꝙ ea non parit Oratoris ars, ſed foris ad ſe delata tamen arte tractat.

FORATVS, tus, tui, {*Forato, bugio Dant. ſu per lo collo come fuſſe bugio*}(τρῆμα, τρῆσις) idem fere quod foramen, uel potius ipſa perforatio. Lact. lib. de Opifi. Oculorum orbes concauis foraminibus concluſit. à quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimauit.

FORBEA, genus cibi à ueteribus dicebatur, quo calido ueſci ſolebant, Græci φορβὴν uocant. Feſtus.

FORCIPES, p. c. {*Tanaglie*}(πυράγρα) quaſi Fornicapes dictę ſunt, ꝙ his forma. i. calida capiantur. Verg. libr. 8. Illi inter ſeſe magna ui brachia tollunt In numerum, uerſantq; tenaci forcipe maſſam. Et eſt tam maſculini q̃ fœminini generis, ſecundum Priſc. Oui. 12. Met. Terribilem, ſtridore ſonũ dedit, ut dure ferrũ Igne rubens plerumq; ſolet, quod forcipe curua Cum faber eduxit, lacubus demittit. Col. li. 16. c. 26. Deinde prius q̃ ferrũ admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipis, apprehendere teſtium neruos. Pli. li. 7. c. 56. auctorem et inuentorem forcipis fuiſſe tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

FORDA, dæ, {*Vacca pregna*}(βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγκυος) bos prægnans, a ferendo. Ouidi. 4. Faſt. Forda ferens bos eſt, fœcundaq;, dicta ferendo. Col. lib. 6. ca. 24. Poſt unum coitum forda non admittit taurum.

FOREM, {*Sarta. Pet. Fora un ſdegno à lato a quel che dica*}(γενοίμην) Fores, Foret, & in tertia perſona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui Fore, penquod eſt, futurum eſſe. Forem autem idẽ omnino ſignificat, quod eſſem. Sal. in Iugur. Nam ego quidem uellem, ut & hæc quæ ſcribo, et ea quæ antea in Senatu queſtus ſum, uana forent. Fore uerò, (ἔσεσθαι) habet ſignificationem participij futuri, unà cum infinito eſſe. Idem enim eſt Fore, quod futurum eſſe. Ideo iungitur cum nomine, uel interdum cum participio, quod in nomen tranſmigrauit: ut, Spero te amicum fore: non, amaturum fore. Cic. Treb. Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed cito fore. Cæſar: Nonnulli etiam Cęſari nuntiabant, cũm caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. Compoſita eius ſunt Abſore, Adſore, Conſore, Deſore, & Profore: quę ſæpius ſola ponuntur, hoc eſt, ſine nomine aut participio à tergo. Abſore quid ſignificet, quemq; in Oratione uſum habeat, explicuimus ſuprà. Adſore, idem eſt, quod adfuturum eſſe. Oui. 14. Metam. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur, adſore tempus. Adſorem, adeſſem. Verg. 1. Ae. Atque utinam rex ipſe Noto compulſus eodem Adſoret Aeneas. Conſore, (συνέσεσθαι) conuenturum eſſe. Teren. in Andr. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, & ſpero conſore. id eſt, conuenturos eſſe. Deſore, (ἐλλείψειν) defuturum eſſe. Cic. contra Rul. Verum arbitrantur non deſore, qui illam reſtituerem. Profore (ὠφελήσειν) pro futurum eſſe. Horat. in Epiſt. Quæ nocuere, ſequar, fugiam quæ profore credam.

FORENSIA, {*Veſte che s'uſauano nelle piazze*}(ἀγοραῖα) ueſtes, quibus in foro utebãtur, ſicut Cœnatoria, quibus domi utebant in cœna. Suet. de Aug. Forenſia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur Togæ forenſes, uel Veſtimenta, forenſia. Col. li. 12. c. 45. Arculæ faginæ, uel etiam tiliacæ. quales ſunt in quibus ueſtimenta forenſia conduntur.

FORENSIS, & hoc Forenſe, {*Ciò che al foro iudiciale s'appartiene*}(ἀγοραῖος) adiectiuum eſt, à foro deriuatum, quo ſignificatur omne illud, quod ad forum iudiciale pertinet. Vnde Forenſes cauſæ, dicuntur, quæ in foro iudiciali agitantur. Cic. 3. de Nat. de. Nec ſi id facerem in cauſis forenſibus, idem facerem in hac ſubtilitate ſermonis. Forenſis homo, qui foro uerſari & cauſas agere conſueuit. Forenſis Rhetorica, quæ foro, iudicijsq; eſt accommodata. Ci. 1. de Fi. Sed hac rhetorica philoſophorum, nõ noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, cũm populariter loquitur, eſſe interdum paulò hebetiorem. Sic etiam Forenſia ueſtimenta dicebantur ea, quibus in foro utebantur: de quibus paulò ante.

FORES, {*Porte*}(θύρα) proprię (inquit Seruius) quæ foris aperiunt. Vnde Plutarchus memorat, primum Valerio Puplicolæ fratri, cũm de Sabinis triumphaſſet, domum publicè poſitam, cuius fores extra aperirentur: cum antea cęterarum ædiũ intrò reſerando impellerẽtur: ut ea hac conceſſione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publicè admiſſurum. Cic. pro Cæl. Fores effregit, reſtituentur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, quanquam uſus hodie obtinuit, ut omnia oſtia Fores appellentur. Hoc nomen etiã ſingulariter hæc foris, huius Foris, declinatur. Oui. 1. de Amor. Difficilẽ moto cardine pande forem. Cic. pro Cuen. Aperuit forem ſcalarum. Terẽ. Quidnam foris crepuit? Vbi Donat. Foris, ſingularis numeri, nominatiui caſus. Plaut. in Amph. Orationem comprimam, increpuit foris. Hor. lib. 1. Serm. Sat. 2. Excluſus fore, cum Longarenus foret intus. Hinc diminutiuum Foriculæ, arum, de quo infrà.

FORFICES, pe. co. {*Forbice. Boc. Gior. 3. Nou. 8. Et trouata un paio di forbice à tutti toudò li capelli*}(ψαλίδες) quibus telam ſeu fila incidimus. Seruius. Forfices ſunt, quibus incidimus. Forcipes, quibus aliquid formum tenemus, quaſi Formicapes: nam Formum eſt calidum. Col. lib. 12. ca. 43. Alij cum legerunt uuam, ſi qua ſunt in ea uitioſa grana forficibus amputant. Huius diminutiuũ eſt Forficulæ, arum, ψαλίδια. Plin. lib. 25. cap. 5. de Helleboro: Præterea mirum inuentum eſt, ꝙ inciſum forficulis (ut diximus) cribrant, cortex remanet, hoc intimum, medulla cadit. Ab huius inſtrumenti ſimilitudine, etiam Forficulæ dicuntur, extremitates brachiorum, & ueluti manus cancrorum, ſcorpionum, & quarundam locuſtarum Plin. lib. 32. cap. 11. Elephanti locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis biſulcis: Præterea brachia duo, binis articulis, ſingulisq; forficulis denticulatis. Hæc ab eodem Plin. lib. 9. ca. 31. Forcipes uocantur. Fœminæ (inquit) primus pes duplex, mari ſimplex: præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

FORI, orum, (καταστρώματα, ζυγά) numero plurali. ſunt tabulata nauiũ, uel locus in naui apertior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ita dicti (ut Seruio placet & Feſto) ꝙ per eos ferant inceſſus. Cic. in Verg. 4. Aen. Faces in caſtra tuliſſem, Impleſſemq; foros flammis. Item Fori dicuntur, Circenſia ſpectacula, id eſt loca erecta, ut ex his ſpectetur. Liu. lib. 1. Tum primum Circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus: diuiſa loca patribus, equitibusq;, ubi ſibi ſpe-

ſtacula quiſq; faceret, Fori appellati. Hinc ſit Foruli diminu. de quo uide infrà ſuo loco. Fori etiã in hortis ſunt anguſtiores quidã ſulci & oblongi, uti præbẽtes circũ porcas (ita.n. uocant terrã editiorẽ inter duos ſulcos) quemadmodũ fori in nauibus facultatẽ præbent nautis ultro citroq; diſcurrendi. Col. lib. 10. Aoguſtoſq; foros aduerſo limite ducens, Ruſus in obliquum diſtinguat tramite paruo. Legitur etiã Forus in ſingulari numero pro uia illa in nauibus. Ennius, Multa foro ponens, agreaq; longa repletur. Gell. lib. 17. ca. 10. Stanſq; in ſumma puppis foro, carmen, quod Orthium dicitur, uoce ſublatiſſima cantauit.

F O R I A, orum, {*Sterco liquido*} ſtercora liquidiora, ſic dicta quòd facilè ferantur foras. Inde Conforire uerbũ, quod eſt ſtercore liquido fœdare. Auctor Nonius, citans illud Pomponij in Macco: Conſoriſti me Diomedes.

F O R I C A, æ, pe. cor. {*Condotto, chiauiga*} (ἀφεδρὼν) locus in quem alui ſtercora deijcimus. Iuue. Saty. 3. Inde reuerſi conducunt foricas. Et propriè de publicis dicitur, Latrina de priuatis, à latendo.

F O R I C V L Æ, arum, {*Porticelle*} (θυρίον) diminutiuum à foribus. Var. lib. 1. de Re ruſt. Et ideo opotothecas qui faciunt, ad Aquilonẽ ut feneſtras habeãt, atq; ut perflentur, curantq; neq; tamen ſine foriculis ne cum humorem amiſerunt, pertinaci uento uieta fiant.

F O R I C V L V S, (θυραῖος) Deus putabatur, forium præſes: ſicut Cardinea dea, quæ Cardinibus præerat. & Limentinus Deus, qui præerat limini.

F O R I N S E C V S, p. c. {*Eſtrinſeco, ciò che è di fuori*} (ἔξωθεν) idem ſignificat quod foris, ſiue ab exteriori parte: ſicut Intrinſecus, (ἔσωθεν) quod eſt intus. Pli. lib. 13. cap. 22. Lignum omne corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus.

F O R I O, ris, iui, {*Caccar liquido*} (ἀποσκυβαλίζω) uentrem deonero, forio, hoc eſt, excrementa liquida eijcio: cuius compoſitum eſt, Conforio. Pomp. in Macco: Conforiſti me Diomedes. Ex Nonio.

F O R I O L V S, li, cum accentu in antepen. qui uentrem ſolutum habet, & foria facilè emittit. Laberiolus: Foriolus eſſe uideris, in coleos cacas. Nonius.

F O R M A, mæ, {*Forma, bellezza, faccia, apparenza*} (σχῆμα, μορφὴ, τύπος) figura, ſiue facies uniuſcuiuſq; rei. Cic. 1. de Na. de. Omnium animantium formã uincit hominum figura. Idem 2. de Diu. In nubibus nũquã animaduertiſti leonis formã, aut hyppocentauri? Cic. 1 de Na. de. Rotunda forma ullã negat eſſe pulchriorẽ Plato. Qui. li. 1. c. 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Idẽ li. 1. c. 1. Neq;.n. mihi illud ſaltẽ placet, quod fieri in plurimis uideo, ut literarũ nomina et cõtextũ prius quàm formas paruuli diſcant. Eſt autẽ hoc uocabulum medium quod modò cum laude, modò cum uituperio dĩ pro ratione adiuncti. Ter. And. Et quia erat forma præter cæteras honeſta et liberali, &c. Puer egregia forma, Ci. 4. Tuſ. Sic etiã ecõtrario Infelicẽ, uitioſam, uel illaudatã formã dicimus, pro deformitate. Interdum tñ Forma abſolutè ponit̃ pro pulchritudine Verg. 9. Aene. Senſit læta dolis, formæ ſibi cõſcia coniux. Stata forma, quæ eadẽ & Vxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, et media inter extremã deformitatẽ, & ſummã pulchritudinẽ. Gel lib. 5. c. 11. Inter.n. pulcherrimã fœminam & deformiſſimã media quædã forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio uacat: qualis à Quinto Ennio in Menalippa, perquàm eleganti uocabulo Stata dicitur, quæ neq; κοινὴ futura ſit, neq; ποινή: quam formã modicã & modeſtã Fauorinus nõ mehercle inſcitè appellat Vxoriam. Ennius aũt iſta quam dixi, tragœdia eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. Transfertur etiam ad incorporea pro effigie quadam & imaginatione quadã ſeu Idea, quam de re quaq; mẽte cõcipimus. Cice. libr. 1. Offi. Formã quidẽ ipſam Marce fili, & tanquam faciẽ honeſti uides. Forma apud Colu. dicitur inſtrumentum in quo exprimitur caſeus lib. 7. ca. 8 Liquor (inquit) in ſiſcellas, aut in calathos, uel formas transferẽdus ẽ. Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. Quin. libr 7. c. 5. Abdicationum formæ ſunt duæ altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. Forma pro regula. Vergi. 6. Aen. Quam pœnam, aut quæ forma uiros, fortuna'ue merſit. Vbi Seruius: Forma, regula. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano, quem ſequitur. Accipere formam, id eſt, modum. Vergil. 1. Georg. Continuò in ſyluis magna ui flexa domatur in burim, & curui formam accipit ulmus aratri. Hinc Compoſita fiunt Conformis, (ὁμοιοσχήμων) Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, & huiuſmodi adiectiua. Colu. li. 9. Quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus uitiantur oua, pulliq; ſemiformes interimuntur, antequàm totis partibus ſuis conſummentur. Formula, læ, diminutiuum, uide Infrà.

F O R M A L I S le, {*Formale*} Suet. in Domit. Pari arrogãtia, cùm procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam ſic cœpit. Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet. Vbi Epiſtolam formalem accipit pro ea, quæ certa forma, qua dictabatur, excipiebatur a ſcribis. Pro quo prioris ſeculi homines dixiſſent Cõcipere epiſtolam. Plin. lib. 34. cap. 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarĩ uiceſima, maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanicum uocant.

F O R M A T V R A, æ, (μόρφωσις, μορφὴ) idem quod conformatio, ſiue forma uniuſcuiuſq; rei. Lucre. lib. 4. Formaturaq; laborum, pro parte figurat.

F O R M I Æ, arum, (φορμίαι) urbs eſt Cãpaniæ maritima iuxta Caietã Læſtrigonum quondã ſedes, à Laconibus (ut Strabo auctor eſt) cõdita: à quibus primum Hormiæ dictæ ſunt ſiue à frequentia, bonitateq; τῶν ὅρμων id eſt ſtationum, ut Feſto placet. ſiue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς.i. ab impetu Læſtrigonũ (ut Seruio placet) qui antropophagi fuiſſe perhibent̃. Quicquid id eſt, primùm Hormiæ dictę putantur, & deinde aſpiratione in F commutata, Formiæ. Veriſimile eſt, illud eſſe oppidum, quod quinto a Caieta lapide ſitum uulgò Molam uocant.

F O R M I C A, cæ, {*Formica*} (μύρμηξ) à ferendis micis dicitur. Mica uero propriè eſt puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget: à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, Micæ dicuntur. quaſi minutim cadentes. Vel ſimpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius pondera conuehat, neque ſi menſuram corporis reſpicias, maiora. Cicer 3. de Nat. deor. Num idcirco exiſtimas formicam anteponendã eſſe huic pulcherrimæ urbi, quòd in urbe ſenſus ſit nullus, in formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? Inde fit diminutiuum Formicula, μυρμήκιον.

F O R M I C Æ I N D I C Æ, (μύρμηκες ἰνδικαὶ) animalia ſunt Aegyptĩ lupi magnitudine, & felium colore, ſed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione ſeptentrionalium Indorũ, qui Dardę uocãtur, eruturnq; ſumma cura aſſeruantia. Accolæ æſtiuos feruores maximè obſeruant, illiſq; præ æſtu in cuniculis latitantibus, aurum ſurripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ è cauernis prouolant, crebroq; lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritaſq; eſt cum amore auri. Hæc Plin. lib. 11. cap. 31.

F O R M I C A T I O onis, {*Mal della formica*} (μυρμηκίασις) extuberatio quędam eſt parua & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſuperne anguſtior, quæ inter ſcalpendum mordentis formicæ ſenſum præbet: unde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus μυρμήκια, hoc eſt, formiculas appellarunt. Plin. lib. 8. cap. 7. Cinis muliebrium crinium, cum fuerint combuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit, illico, & formicationem corporum.

F O R M I C A N S P V L S V S, (σφυγμὸς μυρμηκίζων) exiguus eſt, debilis, et frequens, omniumq; maxime lætalis: ita dictus, quòd ueluti formicas per arteriam diſcurrentes tactus repræſentat. Plin. lib. 7. cap. 51. Venarum inæquali aut formicante percuſſu.

F O R M I C I N V S, a, um, pen. prod. {*Ciò che à formica s'appartiene*} (μυρμήκειος) quod ad formicam pertinet. Plaut. in Menech. Nunc cogito Vtrum me dicam ducere medicum an fabrum: Atq; eccum incedit, mouet formicinũ gradum, hoc eſt, incedit more formicæ.

F O R M I C O S V S, a, um, {*Pieno di formiche*} (μυρμηκιώδης) plenum formicis. Plin. lib. 10. cap. 74. Diſſident thoes & leones, & minuta ęquè ac maxima: Formicoſam arborem ſorices cauant.

F O R M I D A B I L I S, le, {*Formidabile, tremendo*} (φρικτὸν) quod eſt formidãdum. Ovi. 2. Meta. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

F O R M I D O, dinis, ſecunda ſyllaba producta, {*Paura, tema*} (φόβος, δέος) metus uehementior, pauor. Cic. 4. Tuſc. Formidinem metum permanentem definiunt. Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

F O R M I D O, das, p. p. {*Hauer gran paura, temer forte*} (ὑποψιάλλομαι, περιφοβοῦμαι) uehemẽter timeo. Plau. in Cap. Nimiſq; hercle illum malè formidabit. Idẽ in Ciſtel. Nam & intus paueo, & formido foris. Formidans, partic. Plaut. in Amph. Ego cunas receſſim, rurſum prorſum trahere et ducere, Metuens pueris, mihi formidans. Formidatus, partic. Hor. 3. Carm. Ode 6. Penè occupatã ſeditionibus Deleuit urbẽ Dacus, & Aethiops, Hic claſſe formidatus, ille Miſſilibus melior ſagittis. Huius cõpoſita ſunt, Deformido, & Reformido, quę ſignificant ualde formido. Colu lib. 1. Si uexationem uiæ non reformidet.

F O R M I D O L O S V S, a, um, {*Timoroſo, che è temuto*} modo actiuè ſumitur, Pro eo qui timet, περίφοβος. Terẽ. Eunu. Num formidoloſus obſecro es mi homo? Capagriſis, Egon formidoloſus? .i. timidus, uel meticuloſus. Modo paſſiuè pro eo qui formidatur, περιδεής. Sallu. Regibus boni, quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena uirtus formidoloſa eſt. i. quæ formidatur. Cice. 4. Tuſc. Conſeruatio ſtabilis iudicij in ijs rebus, quæ formidoloſæ uidentur. Formidoloſè, aduerb. (περιδεῶς) Cic. pro Seſtio: Eos qui plurimum poſſent, opponi omnibus cõcionibus falso, ſed formidoloſè tamen, auctores ad perniciem meam.

F O R M O, mas, {*Formare*} (σχηματίζω, κατίσχω, τυπόω, μορφόω) formam rei alicui induco. Cic. 4. Acad. Parmenides ignẽ, qui moueat terrã, quæ ab eo formetur. Verg. 9. Aen. Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Suet. in Domit. Epiſtolas, orationeſq;, & edicta alieno formabat ingenio. Id eſt, in ijs cõponẽdis aliena opera utebatur, ſiue per aliũ cõponebat. Hor. 3. Carm. Eradẽda Cupidinis Parui ſunt elemẽta: & teneræ nimis Mẽtes aſperioribus Formãdę ſtudijs. Formare iuuentutẽ, eſt inſtituere, & ueluti à rudiore ingenio ad meliorẽ quãdã formã traducere. Pli. in Panegy. Quid uitã? quid mores iuuentutis quã principaliter formas? Hinc Formator uerbale, qui inſtruit & format. ut, Formator animi, Formator morũ. Col. in Pręf. li. 1. Deniq; animi ſibi quiſq; formatorem præceptoremq; accerſat. Formatus, participi. Ouidi. 3. Meta. Vultuq; immotus eodem Hæret, ut è pario formatum marmore ſignum. Formatura, ræ, uide ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

F O R M O S V S, a, um, {*Bello di forma*} (εὐειδὴς, εὔμορφος) pulcher, ſpecioſus, bona forma præditus: ſemper.n. cum laude dicitur: quamuis Forma, unde originem ducit, medium ſit uocabulum. Ci. 1. de Nat. Eſt tanta uis naturæ, ut homo nemo uelit niſi hominis ſimilis eſſe: ſed tamen cuius hominis? quotus.n. quiſq; formoſus eſt? Verg. 2. Eclog. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Cic. 6. Ver. Mulierum nobilium et formoſarum gratia. Hinc Formoſitas, tatis, Cic. 1. Off. Idq; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto. Hinc diminutiuum Formoſulus, quo uſus eſt Hieron. contra Iouin.

F O R M V L A, læ, diminutiuum eſt a forma: quod aliquando pulchritudinem ſignificat, cum quadam tamen diminutione, ſiue blandimento. Plau. in Perſa: Tẽpori hanc uigilare oportet formulam atq; ætatulam. Ne ubi capillus uerſipellis fuat, fordè ſemper ſeruias. Capitur nonnunquam pro lege, & conſtitutione. Cic. lib. 3. Offic. Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Etiam formulæ dicuntur, quæ nos inſtrumenta uocamus. ut, teſtamentorũ formulæ, apud Cic. 2. de Orat. Formula dicendi pro ſtylo & ratione loquendi. Cice. de Opt. gen. ora. Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Formulã intendere, eſt dicam impingere, uel dictare actionem. Suet. in Vitel. Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti iniuriarũ formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet. Cadere formula, uel Excidere formula, eſt aliquid de concepti formulæ uerbis immutare. Erant enim iuris formulæ certis quibuſdam uerbis conceptæ, à quibus ſi quis uel minimum receſſiſſet, cadebat cauſa. hoc eſt, amittebat cauſam. Quin. lib. 3. Neq; ignoro multa transferri cum in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, &c.

Sunt qui pro eodem accipiant Cadere formula, & Cadere cauſa: quibus non facile aſſentior: etiamſi unum ſequi ſolet ex altero. Nam qui Formula cadebat, idem etiam cadebat cauſa. Quod & ipſum non obſcure oſtendit Quint libr. 7. cum ait. Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe uerba aſtringendi: idq; faciendum in lib. Cicer. de Orat. uetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, cum ſi uno uerbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe uideamur.

F O R M V L A R I V S, rij, dicebatur cauſidicus, qui ex formula iuris agere conſueuit. Quint. in 12. Quorum alij ad rubricas uel ad album ſe tranſtulerunt, et formularij, uel (ut ait Cicero) leguleij eſſe maluerunt.

F O R N A C A L I A, fornacaliorũ, feriæ farris torrẽdi gratia inſtitutę, quòd ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Ouid. li. 2. Faſto. Facta dea

eſt Fornax,

eſt Fornax, læti fornace coloni, & paulò poſt: Curio legitimis tunc Fornacula uerba Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit, Budæus poſt Feſtum.

FORNACARIVS, fornacarij, {*Fornaio*} cui accēdendæ fornacis, coquendiq́ panis cura incumbit. Vlpia. l. Si Seruus. ff. Ad legem Aquiliam. Si fornacarius ſeruus colon ad fornacem obdormiſſet, & uilla fuiſſet exuſta.

FORNAX, fornacis, {*Fornace*} (κάμινος) quæ rei alicuius coquendæ, aut cale faciendę gratia igni ſuccenditur: cuiuſmodi ſunt quibus calx, aut lateres coquun tur, quibusq́ hypocauſta calefiunt. Cic. 2. de Nat. deo. Sunt quędam etiam, quę igne naſci putentur, apparentq́ in ardentibus fornacibus ſæpe uolitantes. Pli. li. 9. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo. Fornaceus, a, um, factum in modum fornacis. Plin. lib. 35. cap. 14. Quid? non in Africa, Hiſpaniaq́ ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circūdati utrinq́ duabus tabulis, infarciuntur uerius, q̄ inſtruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, uentis, ignibus, omniq́ cæmento firmiores? Fornacula, diminutiuum eſt à fornax. Iuue. Satyr. 10. Magna eſt fornacula.

FORNICARIVS, rij, ſubſtantiuè, propriè dicitur opifex, aut propola, ſiue inſtitor, qui tabernas à fiſco cōduxit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas uænales habeat: cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori uænalium, id eſt, macelli, quas ſalas appellant In Pandectis. l. cùm quidam. de Vſuris: Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt. Bud. in Annot.

FORNICATIO, onis, {*Edificio in uolto* l. *hauere à fare con concubine*} (καμάρωσις) fornicis ſtructura. Seneca: Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. Fornicatio etiam (πορνεία) accipitur p̄ ſcortatione, præcipuè apud ſacræ ſcripturæ interpretes: à uerbo deponente Fornicari, quod eſt cum ſcortis rem habere, quę ſub fornicibus proſtare ſolebant.

FORNICO, cas, pe. c. {*Fabricare, in uolto*} (καμαρόω) fornices extruo, uel fornicis figuram rei alicui induco. Plin. lib. 11. cap. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis à ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. Idē lib. 16. cap. 42. Populus contra omnia inferiora panditur, palma è contrario fornicatur, hoc eſt, ſurſum incuruatur, cùm fornicis cornua deorſum ſoleant inclinari. Inde Fornicatus participium, quod ad fornicis modum ædificatum eſt, quod & Concameratum opus, & Arcuatum uocamus. Cic. in Top. Omnibus ius eſt, parietem directum ad parietem communem adiungere, uel ſolidum, uel fornicatum.

FORNICOR, aris, {*Hauere à fare con meretrici*} (πορνεύω) idē eſt quod meretricor, hoc eſt, cum meretricibus rem habeo. Dictum fornicari, à fornicibus, in quibus meretrices proſtare conſueuerant.

FORNIX, cis, p genitiuo cor. & gen. maſcul. {*Volto, arco*} (καμάρα) arcus in ædificijs, & quodcunq́ opus cōcameratum. à Furuo, atrocnā loca in arcū ædificata ſubobſcura ſunt. Cic. in Top. Non debebit pręſtare, q̄ fornix uitiū fecerit. Verg. 6. Aen. Mœnia cōſpicio, atq́ aduerſo fornice portas. Idem 10. Aen. Aut amnis ripis, aut fornice ſaxi. Pl. li. 33. ca. 4. Relinquunt̄ itaq́ fornices crebri mōtibus ſuſtinendis. Qm̄ uerò meretrices in huiuſmodi locis. i. ſub fornicibus, habitare cōſueuerūt, ponit̄ Fornix p̄ lupanari, ſeu meretricia cella, χαμαιτυπεῖον. Senc. libr. 1. Controuer. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in Priapeia. Nigri fornicis oblitus fauilla. Erant etiam Fornices arcus, in memoriam rerum à triumphalibus uiris geſtarum extructi, quaſi monumenta uictoriarum. Cice. 2. de Ora. Etiam illa ridentur, quæ minuēdi, aut agendi cauſa ad incredibilem admirationem efferuntur: uelut tu Craſſe in concione, ita ſibi ipſi magnum uideri Memmium, ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Huiuſmodi Fornices etiam hodie Romæ extant, quos Arcus triumphales uulgò uocant: quorum antiquiſſimus eſt D. Veſpaſiani nomine erectus in triūpho Iudaico. Alij autem duo maximè inſignes quorū alter ſeptimi Seueri, alter Conſtantini honori erectus eſt. A' Fornix deducuntur Fornico actiuum, & Fornicor deponens: item Fornicarius & Fornicatio: de quibus ſuprà ſuis locis.

FORO, ras, {*Forare, pertugiare*} (τιτράω, τρύω) penetro, ſiue pertūdo, Col. lib. 5. c. 9. Amygdala ſi parū ferax erit, forata arbore lapidē adigito, et ita librū arboris oleſcere finito. Plau. Moſ. O' carnificū crebrū, quod credo fore, Ita te forabunt patibulatū per uias. Col. li. 8. c. 3. Foratis duobus aduerſis parietibus. Forabilis, le, quod perforari poteſt. Ouı. 12. Meta. Cōtēptor ferri, nulloq́ forabilis ictu. Hinc Perforo, (τρυπῶ, τιτραίνω, ἀμφιτιτραίνω) pe. c. quod eſt perterebro, & ab uno latere ad alterū foro. Idem lib. 5. Sed aliud eſt ferramentum, quo priores uitem perforabant. Liu. Vna tamen perforata naui. Inforo, de quo alibi.

FORS, n fors, à forte, fœm. gen. {*Fortuna, caſo*} caſus eſt extemporalis: Fortuna autem, ipſa dea ut annotauit Nonius, citans locum Accij ex Andromeda: Multi, quibus natura parua magis, q̄ fors, aut Fortuna abfuit. Cice. ad Atti. libr. 14. Fors in aliquibus rebus plus q̄ ratio poteſt. Interdum tamen pro ipſa Fortuna ponitur. Cic. ad Att. 4. Sed de illa ambulatione Fors uiderit: aut ſi quis eſt, qui curet Deus. Teren. in Hecy. Fors fuat pol, id eſt, Donato expoſitore, fortuna faueat, uel bona eueniat. Idem Phorm. Dij ueſtram fidem, q̄ ſæpe forte temerè Eueniunt, quæ non audeas optare.

FORS FORTVNA, Vide fortuna.

FORSAN, {*Forſe*} (ἴσως) dubitandi aduerbium eſt. Verg. 1. Aenei. Forſan & hæc olim meminiſſe, iuuabit.

FORSITAN, {*Forſè*} (ἴσως) dubitandi aduerbium eiuſdem ſignificationis cum Forte, Forſan, & Fortaſſe. Cice. de Orat. Maior ars aliqua forſitan eſſet requirenda.

FORTASSIS, ſiue Fortaſſe, {*Forſe*} (ἴσως) dubitandi aduerbium. Cic. Cæcino lib. 2. Epiſ. Sed ego fortaſſis uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Terent. in Eu. Tu fortaſſe, quæ facta hic ſunt, neſcis.

FORTE, aduerbium, {*Perauentura*} interdum idem ſignificans quod fortuito, (τυχὸν) hoc eſt, caſu, & ueluti per ſortem. Verg in Buc. Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis. Aliquando autem dubitandi aduerbium eſt. Cicer. 2. de Orat. Ne fortè hoc magnum ac memorabile uideatur.

FORTESCO, ſcis, {*Diuenir forte*} (κραταιοῦμαι) fortis fio. Næuius: Creſcit annis, et forteſcunt uires. Hoc uerbum à Gellio lib. 19. cap. 7 refertur inter antiqua & obſoleta.

FORTICVLVS, la, diminutiuum à fortis. Cic. 2. Tuſc. Quamuis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat.

FORTIFICO, cas, {*Fortificare*} (ἰσχυρίζω) munio, roboro, quaſi fortem facio. Plaut. Fortifica animum.

FORTIS, te, {*Forte, gagliardo*} (ἀνδρεῖος) tam de corpore, q̄ de animo dicitur. Nam & eum ſignificat, qui ualidis uiribus eſt prædıtus, et qui infractum aduerſis habet animum. Ci. 2. Tuſ. Fortes Fortuna adiuuat, ut eſt in prouerbio. Idem de Senect. Senectus animoſior eſt, q̄ adoleſcentia, & fortior. Idē p Sext. Roſc. Vir contra audaciam fortiſſimus. Idem de Ora Inflexo laterum fortis et uirilis. Plau in Aſi. Qui me uir eſt fortior ad ſufferendas plagas? Verg 1. Ae. Fortemq́ Gyan, fortemq́ Cloanthum. Quandoq́ celer. Verg. 11. Aen. Quid tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo? Quandoq́ formoſus. Plaut. in Milit. Ecquid fortis uiſa eſt? Quandoq́ diues. Idem Trinummo: Eum ſororem ſpopondiſſe ſuam in tam fortem familiam.

FORTITVDO, dinis, {*Fortezza*} (ἰσχύς, ἀνδρεία) eſt (ut inquit Cicer. de Inuenti.) conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Vel (ut idem Tuſc. 4. definit) eſt ſcientia rerum perferendarum, uel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens, ſine timore. Macrobius: Fortitudinis eſt, animum ſupra periculi metum agere, nihilq́, niſi turpia, timere, tolerare fortiter uel aduerſa uel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. Cic. 13. Phili. Eſt omnino fortium uirorum, quales uos eſſe debetis, uirtute præſtare tātum, ut poſſint fortunæ culpam non extimeſcere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo ſolùm, uerùm etiam ſapientia poſtulatur, quanquam uidentur hæc non poſſe ſeiungi, &c. Idem 1. Offic. Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus.

FORTITER, aduerbium, {*Fortemente, animoſamente*} (ἀνδρείως) animoſè, infracto animo. Cic. de Senect. Quem ego meū caſum fortiter ferre uiſus ſum. Idem 4. Philip. Nec ſolùm id animoſè, & fortiter, ſed conſideratè etiam, ſapienterq́ fecerunt. Plau. Merc. Non abſtulit modò, ſed in amorem coniecit fortius. Pli. lib. 16. cap. 40. Fortiſſimè ulmus ſeruat rigorem.

FORTVITO, {*A caſo, per ſorte*} (τυχὸν, κατὰ τύχην) caſu, temere, forte fortuna. Cic. de Lege Agraria contra Rullum: Paucas tribus non certa conditione iuris, ſed fortuitò, ſortisq́ beneficio ad uſurpandam liberalitatem uocare. Idē 5. de Finib. Siue hęc ita fiunt fortuitò. Pro eodem legitur & Fortuitu. Cicer. 6. Philipp. Quod uerbum tibi non excidit (ut ſæpe fit) fortuitu: ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti.

FORTVITVS, ta, tū, pen. indifferente, {*Ciò che accade per caſo, per ſorte*} (τυχηρὸς) quod caſu accidit: ut Fortuitus concurſus. Cic. 1. Tuſc. Democritum n. illum, magnum quidem uirum, ſed leuibus, & rotundis corpuſculis efficientem animum concurſu quodam fortuito, omittamus. Quint. lib. 10. cap. 7. Nec tumultuarij, nec fortuiti ſermonis contextum mirabor.

FORTVNA, næ, {*Fortuna*} (τύχη) eſt accidentium rerum ſubitus, ac inopinatus euentus. Cæſ. 7. Bell. Gall. Miſeratur communem Galliæ fortunam. Cice. 2. de Diuin. Quid eſt enim aliud fors, quid fortuna, quid euentus, quid caſus, niſi cū ſic aliquid cecidit, ſic euenit, uel non cadere atq́ euenire, uel aliter cadere atq́ euenire, potuerit. Eſt autem Fortunæ uocabulum medium: ſed cum fortunam ſolam dicimus, intelligimus felicitatem. Fortuna dea credita eſt antiquis, quæ apud Pręneſtinos & Antiates præcipuè colebatur. Iuue. Saty. 10. Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus Fortuna deam, cœloq́ locamus. Ter. Phor. O fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus, Quàm ſubito, hero meo Antiphoni ope ueſtra hunc onerauiſtis diem. Vbi Donatus, Aliud fortuna, aliud Fors fortuna. Fortuna, dicta ē incerta res: Fors fortuna, (εὐτυχία, εὐπορία) euentus fortunæ bonus. Nam Fors fortuna Dea habebatur, trans Tyberim ædem habens, cuius feſtum colebant, qui ſine arte aliqua uiuebant. Cice. de Amic. Non enim ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunq́ efficit cęcos, quos complexa eſt. Accipitur etiam Fortuna in utroq́ numero pro diuitijs. Cic. in Diuin. Verrem. Cur, de quibus in prouincia non optime es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere? Idem de Amici. Sæpe enim quibuſdam aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificādæ fortunæ fractior. Horat. 1. Epiſt. 5. Quò mihi fortuna, ſi non conceditur uti? Fortunæ, arum, pluraliter pro felicitate. Teren. in And. Tum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Cic. pro Sylla: Hic uos orat Iudices paruus, ut ſe aliquādo, ſi non integra fortuna, at afflicta patri ſuo gratulari ſinatis.

FORTVNATÆ INSVLÆ. (μακάρων νῆσοι) à fructuum ubertate aerisq́ temperie dictę ſunt: de quibus Strab. lib 3. ſic ſcribit: Fortunatæ inſulæ cōtra extremam Mauritaniam ad Occidentem ſunt, quam quidem ad partem & Hiſpaniæ terminus occiduus concurrit. Sunt autem ſex numero, ut ea Iubæ ſententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32 quarum prima Ombrion appellari ait, ſecundā Iunoniam, tertiam eodem nomine, quartam Caprariam, quintam Niuariam, perpetua niue nebuloſam, ſextam Canariam, plenam canibus ingentibus. Fortunatę inſulę (inquit Mela lib. 3.) abundat ſua ſponte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus, nihil ſolicitos alunt beatius, q̄ aliæ urbes excultæ; una ſingulari duorum fontium ingenio maximè inſignis. alterum qui guſtauere, riſu ſoluuntur in mortem: ita affectis remedium eſt ex altero bibere: Solinus magna ex parte fabuloſa eſſe ſcribit, quę de Fortunatis inſulis traduntur: unamq́ tantùm eſſe, quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infeſta. Hodie omnes uno nomine Cannarię uocantur, à fertilitate cannarum, in quibus naſcitur ſaccharū.

FORTVNATE', aduerbium, {*Felicemente, proſperamente*} (εὐτυχῶς) feliciter, proſperè. Cic. 3. de Finib. Neceſſario ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè uiuere.

FORTVNATIM, {*Auenturoſamente*} (εὐδαιμόνως) aduerbiū, idē ſignificans quod fortunatè. Plau. Si dederit Iupiter, ut fortunatim omnia ſuccedant.

FORTVNATVS, ta, tum {*Proſpero, felice, auenturoſo*} (εὐδαίμων, εὐτυχὴς) proſper, felix. Ter. in Adelph. Deridés? fortunatus, qui iſthoc animo ſies. Vergi. in Daphnide: Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Aliquādo idem eſt quod propitius. Afranius. Deos ego omnes, ut fortunati ſint, precor.

FORTVNO, nas, {*Felicitare, proſperare*} (εὐδαιμονίζω) proſpero, ſecundo, Cic. Curioni. Tibi patrocinium dij fortunent. Idem M. Marcello: Maxima ſum lætitia affectus, cum audiui te Conſulem factum eſſe, cumq́ honorem Deos tibi fortunare uolo.

FORVLI, orum, oppidum Sabinorum, ſaxoſo in loco ſitum: unde Strabo libr. 5. Petram uocat ad rebellandum, quam ad habitandum aptiorem. Verg. libr. 7. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum, Caſperiamq; colunt, Foruloſ, & flumen Himellæ.

FORVM, ri, {Foro, piazza, palazzo}(ἀγορὰ) propriè dicitur locus, quo res uenales afferuntur: à ferendo nomen habens. Vnde Forum ſuarium, Romæ dictū fuit, in quo ſues uendebant: Boarium, in quo boues: Piſcarium, in quo piſces, ἰχθυοπωλεῖον: Olitorium (λαχανοπωλεῖον) in quo olera: Cupedinis forū, in quo cupediæ, hoc eſt lautiores cibi uendebantur. Quæ omnia, teſte Var. lib. 4. de Lin. Lat. poſtea in unum locum ſunt contracta, quē Macellū appellauerunt. Eſt præterea Forum, quod Græco uocabulo uocamus Emporium, hoc eſt oppidū, uel alius quiuis locus, quò undiq; mercatores cōuenire ſolent ad emendum, aut uendendum. Sal. in Iug. Erat haud longè ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidū Numidarum nomine Vacca, forum rerum uenalium, totius regni maximè celebratū, ubi & incolere et mercari conſueuerāt Italici generis multi mortales. Hinc pleriſq; etiam oppidis nomen à foro manſiſſe uidemus. ut Forū Cornelij, dicta eſt Aemyliæ urbs, quā nunc Imolā uulgò uocāt, à nomine eius, qui eo in loco primus nundinas inſtituit. Ad hunc etiam modum Forum Liuium, Forum Iulium, Forum Aurelium, Forū Sempronij, unde ſua nomina acceperūt, q; à Liuio, Iulio, Aurelio, uel Sēpronio in his locis inſtitutæ ſunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces ſuas afferebant. Cic. in Cat. Quanquā quid ego te inuitem? à quo iam ſciam eſſe præmiſſos, qui te ad forū Aurelium præſtolarētur armati. Fora, uaſa quibus antiqui utebant in torcularibus. Col. lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarij, & torcularij, & fora, omniaq; uaſa, ſi uicinū eſt mare, aqua marina, ſi minus, dulci eluenda ſunt, & commundanda, & diligēter aſſicanda, ne humorē habeant. Dicitur etiā Forū locus in quo iudicia exercentur. δικαςήριον. Cic. ad Att. Quòd me in forum uocas, eò uocas, unde etiā bonis meis rebus fugiebā. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſtum eſt: Forum Latium, ſiue Romanū antiquiſſimum: Forum Cæſaris Dictatoris, in quo loricatā ſibi fieri ſtatuā paſſus eſt: Et Forum Auguſti, quod cum æde Martis ultoris extruxit. Foro uti, eſt præſentē rerum ſtatum boni cōſulere, & utcunq; ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Ter. in Phor. Cœpi his omnia facere, obſequi, quæ uellēt. D. Sciſti uti foro. Donatus uulgare prouerbiū admonet eſſe: ductamq; metaphorā à mercatoribus, qui non antè locū cōmercij præſcribunt, quātı uendant, quæ aduehunt: ſed ſecundum annonā fori, quam deprehenderint, conſilium de non uendendis, aut uendendis mercibus ſumunt. Seneca: Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Eraſmo. Agere forum. Cic. Appio lib. 3. Qui te forum Tarſi agere, ſtatuere, multa decernere, iudicare dicerent. Forum ſ ſubſellijs & iudicijs diſtingui. Cic. de Orat. Age uero ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; meditetis, &c. Id eſt, cauſas ciuiles publica iudicia, conciones & ſententias in Senatu dicendas.

FORVM Claudij, oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolemæū libro 3. cap. 1. Sunt qui exiſtiment idem eſſe cum eo, quod hodie Tarenteſiam uocant.

FORVM CLODII, oppidum Hetruriæ, cuius incolæ Foroclodij nominantur à Plin. lib. 3. cap. 5. Fuit præterea eiuſdem nominis oppidum in octaua regione Italiæ, cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15.

FORVM BIBALORVM, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum eſt, non procul à Vaccæis, cuius meminit Ptolemæ. libr. 2. cap. 6. Sunt qui putent idem eſſe cum eo, quod hodie Fornillam appellant.

FORVM CORNELII, oppidum eſt in uia Aemylia, quod & Forum Syllæ appellatur: utroq; nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum inſtituit. Forocornelienſis agri meminit Pli. li. 3. ca. 16. Hodie Imolam uocant, quaſi Aemiliam à nomine uiæ, in qua ſita eſt.

FORVM IVLII, ſiue Forum Iulium, oppidum eſt Narbonenſis prouinciæ, Octauianorum colonia, teſte Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie ſeruatis non obſcuris priſci nominis ueſtigiis Freiuſium uulgo appellatur. Fuit & Carnotum ſiue lapidum oppidum eiuſdem nominis, teſte Ptolemæo libr. 3. cap. 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine Freiuliuor appellatur.

FORVM SEGVSIANORVM, Galliæ Lugdunenſis oppidum eſt, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9. idem cum eo (ut putatur) quod hodie Burgum Breſſiæ appellant.

FORVM LIVII, oppidum Aemyliæ, in octaua regione Italiæ, Cornelij Galli Poetæ natalibus nobilitatum. Meminit huius oppidi Plin. lib. 3. cap 15.

FORVM GIGVRRORVM, à Ptolem. lib. 2. cap. 6. appellatur urbs quędam Hiſpaniæ, in tractu Tarraconēſi, quæ à nonnullis eadem eſſe creditur, quā Hiſpani ſua lingua uocant, Medina de Rioſeco.

FOSSA, ſę, {Foſſa}(τάφρος, βόθρος) locus eſt, unde effoſſa eſt terra. Cic 5. Tuſcu. Tranſitum foſſæ ponticulo ligneo coniungere. Vlp. ſcribit, Foſſam eſſe receptaculū aquæ manufactum, ad caſtra, ſeu urbes, oppida'ue, aut alia huiuſmodi munienda. Cic ad At. lib. 4. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa & uallo ſeptum tenet.

FOSSÆ MARIANÆ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9. Galliæ Narbonenſis oppidum eſt, ad alterū ex Rhodani oſtijs ſitum, ita dictum à propinqua foſſa, quam Marius ex Rhodano duxit in uicinum lacum, (ut ſcribit Strabo lib. 4.) oſtreis abundantem.

FOSSATVM, ti, idem quod foſſa. Plin. lib. 17. cap. 21. foſſatum purgari & extendi, ne crudum relinquatur.

FOSSÆ PAPIRIANÆ, Tuſcorum ciuitas Ptolem. hodie Foſſonouum.

FOSSILIS, le, pe. cor {Ciò che ſi può cauare}(ὀρυκτὸς) quod foditur, ſeu quod quod fodi poteſt. Plin lib. 36. cap. 18. Theophraſtus auctor eſt, & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri, & oſſa è terra naſci. Idem lib. 33. cap. 6. Tum ſalem foſſilem adijciunt id eſt, qui foditur. Varr. a. de Re ruſt. Melior foſſilis ſal, quam marinus.

FOSSIO, {Cauamento}(ὄρυξις) ipſa fodiendi actio Col. lib. 5. Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

FOSSITIVS, a, um, (ὀρυκτὸς) idem quod foſſilis, quod ſcilicet è terra effoditur. Plin. lib. 36. cap. 13. Arenæ tria genera: foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet. fluuiatilis, aut marinæ tertia.

FOSSOR, {Zappatore}(σκαπανεὺς, ἀνασκαφεύς, ὀρύκτης) qui fodit. Vergil. lib. 2. Georg. E labefacta mouens robuſtus iugera foſſor. Rigidus foſſor. Martial. lib. 7.

FOSSVLA, pe. c. {Foſſicella}(ὀρυγμάτιον) diminutiuum parua foſſa. Cato de Re ruſt. cap. 161. Deinde foſſulas facito, quà radices aſparagi demittas.

FOSSVRA, ræ, {Cauatura}(ὄρυγμα, διορυγὴ) foſſio. Colu. lib. 5. Hanc planè foſſuram maximè nos probamus. Numerus autem foſſionis, aut idem debet eſſe qui primi anni, aut una minus.

FOTVS, ta, tum, participium à foueo (πυριαθείς, καταντλούμενος) Cic. 2. de Nat. Quinetiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus excluſi, fotiq; ſunt. Fotus, huius fotus, nomen ſubſtantiuum: idem quod fomentum uel potius ipſe fouendi actus, πυρίασις, περιβολή. Plin. lib. 23. cap. 1. Decoctura eorum ueteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

FOVEÆ, {Foſſe, cauerne}(βόθυνοι) à fodiendo dicuntur ſcrobes, ſiue ſpeluncæ. Plau. in Pœn. Ita decipiemus fouea lenonem Lycum Plin. lib. 10. cap. 38. Iniq; anates in foueas, quibus feras uenamur, delapſæ ſolæ euadunt.

FOVEO, ues, ui, tum, {Tener caldo couare}(θάλπω, περιέπω, ἀλεαίνω) propriè eſt calidum tenere, aut calefacere Plau. in Capt. Iuben, an non iubes aſtitui aulas, patinas elui? Lardum, atq; epulas foueri foculis feruentibus? Pli. li. 8. ca. 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, q̄ oua uolucres. Aliquando ſignificat nutrire, prouehere. Plau. in Merc. Alios enecat, extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit. Verg. lib. 3. Geor. Progeniem, nidoſq; fouent. Eſt etiam Fouere, (καταντλεῖν, πυριᾶν) medicorum uocabulum, pro eo quod eſt, partem læſam uel morboſam humidis calidis'ue fomentis foris applicatis tepefacere, humectare, & dolorem lenire. Idem lib. 12. Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapix. Interdum conſtituo. Idem lib. 4. Geor. Sæpe etiam effoſſis (ſi uera eſt fama) latebris Sub terra fouere larem. Sic enim legit Nonius: quanquam in uulgatis exemplaribus quibuſdam legatur Fodere. Interdum tueri, ut apud eundem lib. 9. Non obuia ferre Arma uiros, ſed caſtra fouere. Interdum amplecti, ſeu in delicijs habere. Idem 3. Eclo. Infelix o ſemper oues pecus, ipſe Neæram Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa, ueretur. Huius compoſita ſunt, Confoueo, Circunfoueo, Refoueo, fo, ſyllaba correpta: quorum ſignificata uide ſuis locis.

F ANTE R.

FRACEO, fraces, ere, {Eſſere corotto, guaſtarſi}(σήπεσθαι, σαπρύνεσθαι) à quo Fraceſco, idem eſt quod corrumpor, & quaſi uetuſtate putreſco. Colu. lib. 12. Oleum, quod minus prouenit, ſi cōgelat, fraceſcet, Id eſt, putreſcet. Varr. libr. 1. de Re ruſt. cap. 55. Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat.

FRACIDVS, a, um, p. c. à fraceo, {Che gia ſi comincia à corrompere per la maturità}(σαπρὸς) plus q̄ maturum, et iam putreſcēs. Cat. de Re ruſt. cap. 64. Factores uolunt, ut oliua in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius efficiant.

FRACES, olei, {Polpa d'oliua, fece d'oglio} dicuntur carnes et fæces oliuarum, quæ in oleo ſubſidunt. Plin. lib. 15. cap. 6. Oleum in tabulato minui, deteriuſq; fieri: item in amurca & fracibus: eæ ſunt carnes, & inde fæces: quare ſæpius decapulandum. Colu. lib. 6. cap. 13. Quidam fraces uino, & adipe commiſcent, eoq; medicamento poſt fomenta prædicta utuntur.

FRÆNO, nas, {Frenare}(χαλινόω) equo frenum inijcio. Cæſ. 8. bel. Gal. Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liu. 1. bel. Pun. Inſtructus, frænatuſq; equus. Per tranſlationē accipitur pro cohibere, cōtinere. Cic. 5. Ver. Cum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed cōſcientia ſceleris auaritiæq; ſuæ frenaret. Verg. 1. Aen. Luctantes uentos, tempeſtateſq; ſonoras Imperio premit, ac uinculis, & carcere frænat. Hinc cōpoſita, Defręno, & Effræno, (ἀποχαλινόω) quod eſt, frenum detraho, ſiue abſq; fræno rectore'ue duco. Hic Defrænatus, et Effrenatus, participia ſiue nomina ex participijs: quæ de iis dicuntur, qui ueluti fræno excuſſo regi nō poſſunt. Oui. 1. lib. Met. Et defrenato uoluuntur in æquora curſu. Cic. 4. Tuſc. Vt ægritudo quaſi morſum aliquē doloris efficiat, metus receſſum quendam animi atq; fugā, lætitia perfuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. Refræno, cohibere, & quaſi fræno retinere. Lact. li. 6. Virtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. Suffræno, arcto, conſtringo, Vnde uerbale Suffrenatio, quo ſignificat ſtructuræ genus, cūm, uelut fræno, lapides arctantur & colligantur. Plini. lib. 36. cap. 11. Sed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione deuinctus.

FRÆNVM, ni, {Freno, morſo}(χαλινὸς) cum æ, diphthongo in plurali numero tam maſc. q̄ neutrius generis, inſtrumētum, quo equus coercetur: ita dictum à frangendo, q; equorum ora frangat. Seneca: Hippolytus arctis continet frænis equos. Ouid. 1. de Arte: Tempore lenta pati fræna docentur equi. Fræna Pelethronij inuenere, qui & ſtrata equorum primi mōſtrauerunt, teſte Pl. li. 7. c. 56. Hinc cōponunt, Effrænus, na, num, & Effrænis, & hoc Effræne, (ἀχάλινος) idem quod indomitus, quaſi ſine fræno. Verg. libr 3. Geor. Gens effræna uirum Riphæo tunditur Euro. Vbi Seruius: Gens effræna, id eſt, fæua, rectorem recuſans. Hiero. Nequaquam effrænu lingua reperiaris. Infrænus, ſiue Infrænis, eiuſdem ſignificationis. Verg. 4. Aen. Hinc Numidæ infreni cingunt. Quo in loco Numidæ uocant Infræni, q; illorum equi nullius frænis coercerentur. Frænum mordere, (πρὸς τι ἰσχυρῶς μάχεσθαι. τὸν χαλινὸν διακνάειν) ſignificat obluctari, & oſtendere nos grauiter aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt. Tranſlatio ſumpta eſt ab equis, qui cūm frænum excutere non poſſint, perpetuo tamen mordēt & arodunt oſtenduntq; coactos & inuitos frænum ore recipere. D. Brutus ad Cic. Si frænum momorderis, per eam ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Accipere frænum, per tranſlationē, eſt dedere ſe alicui. Ver. 12. Aen. Ni frænum accipere, & uicti parere fatentur.

FRAGA, orum, {Frega}(χάμαρα Apuleio) mora quæ in herbis humi repentibus naſcuntur. Verg. 3. Eclo. Qui legitis flores, & humi naſcentia raga.

FRAGILIS, le, p. co. {Frale, che facilmente ſi può frangere}(ψαθυρὸν εὔθλαυστον) quod facile frangi poteſt. Plin. lib 12. cap. 8. Saccharum eſt mel in arundinibus collectum, gummium modo cādidum, dentibus fragile. Idem lib 12. cap. 7. Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod uocatur caryophyllon, grandius, fragiliuſq;. Per tranſlationem accipitur pro debili, fluxo, ſeu caduco. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducęq; ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt, quos diligamus, & à quibus diligamur.

FRAGI-

FRAGILITAS,tatis,{*Fragilità*}facilitas frangendi,qua aliquid facilius frangitur,quàm flectitur. Pli.li.3.c.14. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. Per tranſlationem pro debilitate, ſiue imbecillitate accipitur. Cic.5.Tuſc. Equidem eos caſus,in quibus me fortuna uehementer exercuit,mecum ipſe conſiderans,huic incipio ſententiæ diffidere: Interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemq́; extimeſcere.

FRAGESCO,cis,ab antiquo uerbo Frageo,es,{*Eſſere franto*}(χαλάω, χαλύζομαι)frangor,langueſco. Accius Aegiſto,ut citat Nonius: Neq; fera hominum pectora frageſcunt,donec uim perſenſerint imperij. Idem Eurylace: Nũquam erit tam immanis,cum mea opera extinctum ſciat,quin frageſcat.

FRAGILITER,{*Debolmente,inconſtantemente*}ἀβεβαίως, ψαθυρῶς.inconſtanter,debiliter.

FRAGITIDES VENÆ,) quòd hic corruptè pro ingularibus legebatur) uide Sphagitides.

FRAGMEN,inis,& Fragmentum,ti,{*Parte d'una coſa rotta*}κλάσμα. accipi ſolent pro parte rei fractæ. Ver.11.Aen. Mortalis mucro,glacies ceu futilis,ictu Diſiluit,fulua reſplendent fragmina arena.

FRAGOR,oris. {*Il ſtrepito,il romore che fa alcuna coſa che ſi frange*} (κτύπος)ſonitus,qui ex arbore,aut alia re inter frangendum redditur. Accipitur tamen pro quouis magno ſonitu. Verg.li.1.Georg. Et horridus altis Montibus audiri fragor, Seruius: Horridus fragor,ſonitus,qualis fieri ſolet ex aridis cùm franguntur,arboribus.

FRAGOSVS,ſa,ſum,à frango,{*Aſpero, duro*}τραχύς, χαλεπός.aſper, atque præruptus. Vnde Compoſitum Confragoſus. Col.lib.2. Incultum igitur locũ conſideremus,ſiccus an humidus: nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus. Fragoſa oratio,cui contraria eſt lenis. Quin.lib 9. cap.2. Quæ connexa, & totis uiribus fluit,fragoſa atq; interrupta melior oratio. Ibidem: Aures fragoſis offenduntur,& lenibus mulcentur. Hinc Fragoſè,aduer. Pli.li.16.c.10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius findunt,ægrius reuelluntur.

FRAGRO,as,are,{*Rendere odore*}(ὀσφραίνομαι)redoleo, oleo,odorem emitto frangendo quia res fractæ uehementius olent. Ver.1.Aen. Redolentq́; thymo fragrantia mella. Mart.lib.1.Ne grauis heſterno fragres Feſcennia uino.
Hinc Fragrantia,εὐωδία.

FRAMEA,eæ,pen.corr. {*Haſta*}(δόρυ)Germanicum eſt uocabulum,quo illi haſtam ſignificabant. Tacitus de Germ. Ne ferrum quidem ſupereſt,ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis,aut maioribus lanceis utuntur: haſtas,uel ipſorum uocabulo Frameas,gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili,ut eodem telo,prout ratio poſcit,uel cominus uel eminus pugnent & eques quidem ſcuto frameaq́; contentus eſt. Iuue.Sat.13. Et Martis frameã, & Cyrrhæi ſpicula uatis.

FRANCONES,Germaniæ populi ſunt,qos nonnulli Francos orientales uocant à Septentrione Chattis & Cheruſcis,à Meridie Noricis finitimi:ad occaſum Rhenum fluuium,ad ortum Hercyniæ ſyluæ partẽ,quà Boemiam attingit,habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupauerunt, ubi hodie Lutetia Pariſiorum ſita eſt,quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Francorum meminit Cic.in Epiſt.ad Att.lib.14.

FRANGO,gis,fregi,fractum,{*Spezzare,rompere*}ῥήγνυμι, καταῤῥάσσω, κατάγω.rumpo. Cic.7.Ver. Prætorem tu accuſas? frãge ceruicem. Vbi illud obiter notandum eſt,Frangere ceruicem,tam de eo dici, qui alteri per uim ceruicẽ rumpit,quàm de eo,qui patitur. Sic dicimus etiam: Fregit nauim,ἐναυάγησεν: Fregit brachium,ἐπηρώθη τὸ βραχίονα,quaſi ipſe fregerit, et non potius paſſus ſit. Ter.in And. Is fregit nauem apud Andrum. Cic.de Ora. Gregalesq́; cũ in campum cum non ueniſſet,requirerent: excuſauit Veſp. Tere. quòd cum brachium fregiſſe diceret,hoc eſt,quòd ei brachium eſſet fractum. Pl.in Epiſt. Fregit coxam.
Transfertus & ad incorporea: ut, Frangere animum,pro deficere, imminuere. Plau.in Ciſte. Ita meum frangit amantem animũ. Cic.3.Offi. Qua quidem re audita,fractum animũ Annibalis ſcribit. Frangere audaciam hoſtis,Liu.4. Bel.Pun. Frangere conſilia perditorum. Ci.ad Lentulum: Nec mihi aliter potuiſſe uideor hominum perditorum de me conſilia frangere. Frangi,debilitari, ſuccumbere. Cic.de Fin. Potius ergo illa dicãtur, Turpe eſſe uiro,debilitari, dolere,frangi,ſuccumbere. Frangi dolore,Ci.2.Tuſ. Frangi metu,Idem.1. Offic. Frangi pudore,Idem 2.Tuſc. Minus frangi,Stat.9.Thebaid. Fractus, partic.ſeu nomen ex participio,Cic.ad Att.lib.2. Deformatus corpore,fractus animo,quo ſe conferat,neſcit. Calamitate fractus,& afflictus, Ci.pro Sylla. Spes fractior. Cic.de Amici. Sæpe enim in quibuſdam aut animus abiectior eſt,aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior. Fractura,ræ,(θλάσις)unde pauló ante ſuo loco. Compoſita ſunt Affringo, Confringo, Defringo, Diffringo, Effringo, Infringo, Offringo, Perfringo, Refringo,& Suffringo: quorum omniũ ſignificata uide ſuis locis.

FRATER, tris,{*Fratello frate. Pet. Ben ſi può dire a me frate tu uai*}(ἀδελφός)iiſdem parentibus genitus: ita dictus quaſi ferè alter,ut poſt Nigidium docet Gel.lib.3.cap.10. Niſi malimus à Græcis deducere. Illi enim φράτορας cõiunctos appellant,& φρατρίαν contubernium. Pli.Epiſt.164. Cum affectum tuum erga fratris filiam cogito,etiam materna indulgentia molliorem,intelligo prius tibi,quod eſt poſterius,nuntiandum. Frater germanus. Cic.3. Verr. Dixit C.Fannius eques Romanus,frater germanus. Quin. Titinij iudicis tui,tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini (δίδυμοι)duo eodem partu editi: quos minus rectè Geminos fratres,conuerſo ordine appelles,ut docet Quin. lib.9.c.4. Cic.pro Cluen. C.& L.Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate,homines inter ſe cum forma,tum moribus ſimiles: municipium autẽ ſuorũ diſſimillimi. Fratres patrueles,(ἀνεψιοί, τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα)ſororesq́; patrueles(ἀνεψιαί)dicuntur,qui quæue duobus ex fratribus progenerantur,ut docet Iuſti.lib.3.Inſtit. Sueto.in Cæſare: Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat.

FRATERCVLVS,li,{*Fratellino,fraticello*}(ἀδελφίδιον) diminutiuum, id eſt,paruus frater. Iuuen.Saty.4. Vnde fit,ut malim fraterculus eſſe gigantũ. Vbi Fraterculus gigantum,dicitur homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti: tanquam e terra ſubito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poetæ fabulantur. Cic.5.Verr. Volo mihi fraterculo tuo credas.

FRATERNÈ,{*Fraternamente,fratelleuolmente*}(φιλαδέλφως)aduerbium, pro amore fraterno. Cic.ad Quin.Frat.lib.2. Quare facis tu quidem fraternè,quòd me hortaris: ſed mehercule currentem nunc quidem,ut omnia mea ſtudia in iſtum unum conferam.

FRATERNITAS,atis,{*Fraternità*}(ἀδελφότης)fraterni amoris coniunctio,neceſſitudo inter duos fratres. φιλαδελφία. Quin.Declam.16. A primis ſtatim ætatibus in eandem coire uitam,habet aliquem fraternitatis affectum.

FRATERNVS,na,num,poſſeſſiuum,{*Fraterno*}(ἀδελφικός)ut, Fraternus amor,φιλαδελφία. Fraterna inuitatio,Cic. Fraterna mors, Verg. Sic Fraternæ acies,apud Statium. Fraternum parricidium,apud Cluen.

FRATRICIDA,da,{*Vcciſor del fratello*} (ἀδελφοκτόνος) qui fratrem occidit. Ci.pro Domo ſua ad Pot. Extra ordinẽ ferri nihil placet Clodio. quid? de me quòd tuliſſe te dicis,parricida,fratricida,ſororicida,nõ extra ordinem tuliſti?

FRATILLI,(κροσσοί)uilli ſordidi in tapetis,quòd per terrã ferantur. Auctor Feſt.

FRATRO,as,are,de puerorum mammis dicitur,quòd uelut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento ſpica facere uidetur. pro eodem ueteres dixerunt Fraterculare. Feſtus: Sororiare mammæ dicuntur puellarum, cùm primum tumeſcunt,ut Fraterculare puerorum. Plau. Tunc mammulæ primum ſororiabant: illud uolui dicere,fraterculabant.

FRATRIA,æ,{*Moglie del fratello*}(εἰνάτηρ)uxor fratris,ut Feſtus docet. Contrà Nonius Fratrias dici uult fratrum inter ſe uxores.

FRAVDO,das.{*Fraudare,ingannare*}(πλεονεκτεῖν, ἀποστερεῖν, παρακρούω) i.decipio,& rẽ alicuius per fraudẽ interuerto. Habet aũt ut plurimum poſt ſe accuſatiuũ perſonæ cũ ablatiuo rei, Verg.4. Aen. Quẽ regno Italiæ fraudo,& fatalibus aruis. Liu.2.ab urb. In magna inopia pro domeſticis copijs unuſquiſq; ei aliquid,fraudãs ſe ipſe uictu ſuo,cõtulit. Aliquãdo autẽ ſolo accuſatiuo contentũ eſt omiſſa re,qua quis fraudatus dicitur. Ci.pro Roſcio Com. Aequè ut, perfidioſum,& nefariũ eſt,fidẽ frãgere,quæ cõtinet uitã: & pupillũ fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere,qui ſe in negotio cõiunxit. Interdũ etiam inuenitur cõ accuſatiuo rei. Cæſ.3.Bel.Ciuil. Fraudare ſtipendium militũ,& prędã omnẽ domũ auertere. Fraudare geniũ,eſt nõ ſatiſfacere appetitui & uoluptati. Nam Genius apud ueteres habebatur naturæ & uoluptatis Deus: unde Geniales homines dicti ſunt,qui dapſiles eſſent,& ad excipiendos cõuiuas liberales. Plau.in Aul. Perditiſſimus ego ſum omnium in terra. Nã quid mihi opus uita eſt,qui tantum auri Perdidi,quod cuſtodiui ſedulò? egomet me fraudaui, Animumq́; meum,genium meum. Huius contrarium eſt, Curare genium,id eſt,laute uiuere. Fraudare deſiderium alicuius, eſt non facere quod cupit. Fraudator,oris,Cic.pro Flac. Nolite exiſtimare iudices, non unã & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorũ & inficiatorum impudentiam. Fraudator,& interceptor prædæ,Liu.4.ab urb. Fraudatio,onis. Cic.3. Offi. Inter bonos bene agier oportet,& ſine fraudatione. Idem in Catil. Ex hac enim parte pudor pugnat,illinc petulãtia. hinc pudicitia,illinc ſtuprum. hinc fides, illinc fraudatio. Hinc componitur, Defraudo.

FRAVDVLETER,{*Con fraude*}(δολίως)id eſt,doloſè, Col.lib.1.cap.8. Sæpe enim quærendi poteſtatem faciat de iis,qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent: Pli.lib.30.cap.10. Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.

FRAVDVLENTVS,a,um,{*Fraudolento,pieno d'inganni*}(δόλιος, ἀπατηλός)doloſus,fallax. Cic.2.Offi. Nam quos improbos, maledicos fraudulentos putant,&c.

FRAVS,fraudis,{*Fraude,inganno*}(κακουργία, ἀπάτη)eſt deceptio, circumuentio,uel impoſtura. Cic.1.Offi. Vi,aut fraude fit iniuria: fraus quaſi uulpeculæ,uis leonis uidetur: utrunq; ab homine alieniſſimum: ſed fraus odio digna maiore. Plau.in Mil. Atq; adeo,ut ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratote,ut ſine talis domi agitem conuiuium. Accipitur quandoq; pro periculo. Verg.lib.5. Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra egit? Vſurparunt etiam ueteres non raró Fraudem pro crimine. Vnde Capitalem fraudem admittere,teſte Vlpiano de Aedil.edict.eſt tale aliquid delinquere, propter quòd capite puniendus ſit,qui deliquit. Liu.3.Belli Punici: Qui capitalem fraudem auſi,quiq́; pecuniæ iudicatę in uinclis eſſent. Inde fraudi eſſe,ueteres dixerũt,pro Crimini dari,uel culpæ aſcribi,aut uitio uerti. Cic.5.Philip. Cenſeoq́;,ut iis, qui in exercitu Antonij ſunt,ne ſit ea res fraudi,ſi ante Calend.Febr. ab eo diſceſſerint. Liu.lib.1.ab urb. Fecialis regem interrogauit, Rex, facis ne me tu regium nuntium,populiq; Romani,Quiritium: uaſa,comiteſq́; meos? Rex reſpõdit: Quod ſine fraude mea,populiq; Quiritium fiat, facio. hoc eſt, quæ res ſine meo damno,crimine,aut dedecore fiat.

FRAVSVS,{*Quello che ha fatto fraude*}antiquũ eſt participiũ actiuæ ſignificationis,quo ſignificatur is,qui fraudem commiſit,ut Feſtus,et Nonius annotauerunt. Plau.in Aſin. Metuo in commune,ne quam fraudem frauſus ſiet.

FRAXINVS,ni,pe.co.{*Fraſſino*}(μελία)genus arboris eſt notiſſimę,cuius umbra,teſte Pli.li.16.c.13. uſq; adeo inuiſa eſt ſerpẽtibus,ut circus in ignẽ cõfugiãt,quàm ad fraxini umbrã. Fraxineus,a,um,quod eſt ex fraxino: ut, Frõdes fraxineæ. Col.li.11.c.2. Iiſdẽ tẽporibus ſi ſit fraxineã: ſin minus,orneã: ſi nec hæc ſit,ilígneã frondẽ rectè prębebimus. Legitur & fraxinus,a,um, per tres ſyllabas: ut, Virga fraxina. Ouid.Epiſt.11. Vt quatitur tepido fraxina uirga noto.

FRAXO,as,uigilias circumeo,quòd eo labore homo frangatur. auctore Feſto.

FREGELLÆ,arũ,(φρέγελλα Steph.)olim ciuitas fuit clariſſima inter Formias & Sinueſſam ſita nõ procul à Liri amne,quẽ nunc Garilianũ uocamus. Cuius ẽt hodie nõ obſcura extãt ueſtigia,ex quibus facilẽ poſt æſtimari, quãta olim fuerit eius urbis amplitudo. Hæc cũ a Romanis defeciſſet, diruta,fuit, & ad uicum iã uſq; à Strabonis tempore redacta. Sil.li.8. Obſeſſæ cãpo ſqualẽte Fregellæ. Idẽ alio loco: Inde Fregellani populi dicti,quorum meminit Pli. lib.3.ca.5. Fregellanus,adiectiuum. ut Fregellana uitis, Col.lib.3.cap.2.

FREGELLANVS,nomen proditoris,cuius meminit Cic.5.de Fin. Fregellanum proditorem quanquàm Reip noſtræ profuit,non odit?

FREMITVS,tus,pen.cor {*Strepito,romore*}(φλοῖσβος, βρόμος) ſonus fluctuum,& in populo indignante murmur & ſtrepitus. Ver.2.Geor. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. Cice.ad Att. Qui fremitus hominum? quàm irati animi?

FREMEBVNDVS,di,ualde fremens. Ouid.12.Meta. Tum uerò præceps curru fremebundus ab alto.

FREMO, mis, mui, mitum, {*Fremere, far ſtrepito*} (βρέμω, φριμάττω, βροντάομαι) ſonitum edo, qualis fit à fluctibus maris: quanquam ſæpiſſimè accipit pro eo quod eſt, murmuro, & uoce indignationem oſtendo. Ver. 1. Aen. de uentis: Circum clauſtra fremunt. Ci. ad Att. Fremit ſibi ereptũ Cõſulatũ. Huius cõpoſitũ eſt Infremo, (ἐμβρέμω) pen. cor. ualde fremo. Idẽ li. 2. Si belli terror infremuit.

FRENDEO, des, dui, in ſupino Freſſum auctore Feſto, {*Frangere, fremere co denti*} θλάω, ſignificat frãgo. Vnde Faba freſſa, (κύαμος θλαστός) dicitur, quæ mola leuiter fracta eſt. Col. li. 2. c. 11. Ciceru bubus eruì loco freſſa dãtur in Hiſpania Bætica. Varro. 2. de Re ruſt. c. 4. Amiſſo nomine lactentis, dicunt nefrendes ab eo, quod nondũ fabã frendere poſſint, i. frãgere. Eſt etiam Frendere præ iracundia ſimul cõcuſſis, & ſtrictis dentibus uocem emittere. βρύχειν. Plaut. Captiuis: Nimiſque hercle ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus. Hinc componitur, Infrendeo, id eſt, ualde frendeo. Ver. lib. 3. Aen. Dentibus infrendens gemitu, graditurque per æquor Iam medium. Legitur & Frendo, frendis, tertiæ coniugationis. Plau. in Trucul. Traxit ex intimo uentre ſuſpiriũ. hoc unde, dentibus Frendit, icit femur. Frendens participium: ut, Frendens leo: Frendens uper. hoc eſt, ex ira dentes concutiens.

FRENTANI, populi ſunt Italiæ, non procul à Daunijs & Picentinis, diuerſi ab ijs, quos alibi Ferentinos, & ab ijs, quos Ferentinates diximus appellari. Horum regionem Pli. lib. 3. ca. 11. Frenta nam uocat, a Frentone uicino fluuio deducto nomine.

FREQVENS, tis, omnis generis, {*Frequente, ſpeſſo. Pet. Perche ſparger al ciel ſi ſpeſſi preghi*} (συχνός, θαμινός) denſus, creber, à multis frequẽtatus. Valla lib. 4. c. 96. Frequentẽ locũ dicimus, quẽ frequentare multi ſolent: ut, Vrbs frequẽs, Oppidum frequens, Platea frequens, ubi multi homines aut habitant, aut diuerſantur. Quando aũt de perſona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur. Vel de ſola ſic, Sit miles frequẽs ſpectator præliorũ. i. creber & aſſiduus. Vel de turba ſic, Frequens populus, Frequens Senatus. i. copioſus, et multus. Et id quidem cũ nomine collectiuo in ſingulari, cũ cæteris uerò, in plurali: ut, Frequẽtes ciues, Frequentes Senatores: hoc eſt, multi, & numeroſi. Veruntamen cũ dico, Sis frequens, innuo actionem: cũ dico, Frequens locus, paſſionẽ. ille frequentat, iſte frequentatur. Hæc ille. Cic. ad Len. Cauſam enim frequenti Senatu obtinemus. Pli. in Epiſt. Proximè frequenti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clare iocabantur. intraui, conticuerunt. Ci. de Senect. At caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis. id eſt, non uerſatur inter pocula.

FREQVENTER, aduerbiũ, {*Frequentemente, ſpeſſo*} (συχνῶς, πολλάκις) ſæpe, ſæpenumero, crebrò. Ad Heren. lib. 4. Vt frequenter & aſſiduè conſequimur artis rationem ſtudio, & exercitatione. Cic. in Ora. Tranſlatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſimè ſermo omnis utitur nõ modò urbanorũ, ſed etiam ruſticorum.

FREQVENTIA, tiæ, {*Frequenza, concorſo, moltitudine*} (πλῆθος, σύλλογος) qualiſcunque hominum multitudo. Ci. de Amic. Atque hoc maximè iudicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominũ frequentia tolleret, & in ſolitudinem uſpiam collocaret.

FREQVENTARIVS, ria, riũ, ueteres dixerũt pro frequẽte, Feſto auctore.

FREQVENTO, tas, {*Frequentare, continouare*} (φοιτάω, ἐπιχωριάζω) frequenter udeo. Saluſt. in Catil. Iuuentutem, quę domum Catilinæ frequẽtabat. Frequentari domus dicitur, quæ à multis adiitur, uel cũ multis. Ci. 1. Offi. & Liu. 7. ab urbe. Frequentare, pro geminare, uel frequenter repetere apud Gell. li. 13. c. 23. Quæ à Poetis uel Oratoribus celebrandæ & ornãdæ rei gratia duobus eadem pluribuſue nominibus frequentantur. Nonnunquam etiam Frequentare idem eſt, quod frequens reddere. Cic. in Cat. Inuect. 4. Conueniſſe uideo Tribunos ærarios fortiſſimos uiros, Scribas itẽ uniuerſos, quos cùm caſu hic dies ad ærarium frequentaſſet, uideo ab expectatione ſortis ad cõmunem ſalutẽ eſſe conuerſos. Cùm (inquit) hic dies frequentaſſet Tribunos, id eſt frequentes reddidiſſet & coaceruaſſet. Idẽ in Offi. ijs: Vrbes ſine cœtu hominũ nõ potuiſſent nec ædificari, nec frequentari. hoc eſt, frequentes & populoſæ reddi. Hinc Frequentatus, participium. Cic. de Cla. Orat. Alterum genus eſt non tam ſententijs frequentatum. Frequentatio, onis, uerbale. Ci. de Parti. Frequentatio argumẽtorum, & coaceruatio uniuerſa. Auctor ad Heren. lib. 1. Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit.

FREQVENTAMENTVM, ti, genus eſt modulationis Muſicę. Gel. li. 1. c. 11. Numeros, & modos, & frequentamenta quædam uaria tibicen incineret.

FRESSA FABA, uide Frendeo.

FRETVM, ti, {*Mare*} (πορθμός) à feruẽdo dictũ, ut Varro inquit, à ſimilitudine feruentis aquæ, quod in fretu ſæpe concurrat æſtus, atque ferueſcat. Propriè enim ſignificat loca maris anguſtiora, quæ quod aqua minus liberũ habeat fluxum, uehementius ſolent cõcitari. Vnde anguſtiæ illę, quibus Athlanticum mare irrumpit terras, Latini Fretum appellant. Ad eũdẽ etiam modũ, anguſtum illud mare, quod Siciliam ab Italia dirimit, Fretum appellatur. Cic. 7. Ver. Hi ut e freto ante ſua tecta, & domos nauigarent. Ibidẽ: Te iubere in ea parte figere, quæ ad fretũ ſpectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia inſula iuſſit cruces figi in ea inſulæ parte, quæ fretum ſpectabat: ut qui ſe ciues Romanos eſſe dicerent, ex cruce Italiã poſſent aſpicere. Apud Veteres legitur & Fretus, genere maſculino. Ennius. Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cœli fretum. Luc li. 6. Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum. Ci. in Verre 7. act. Vt ille in dolore cruciatuque moriẽs, perangusto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Sic enim Gellius legit. Hinc transfreto, tas, pen. cor. fretum traijcio, transfretã nauigo. διαπορθμεύομαι. Pli. in Paneg. Remiſque tranſfretare obſtantia freta.

FRETVS, a, um, uide Fruor.

FRIABILIS, le, {*Che facilmente ſi puo frangere*} (ψαθυρός, ψαφαρός, εὔθραυστος, εὐθρυπτος) quod facile friatur, et digitis minutim teri poteſt. Pli. li. 28. Optimaque eſt, quæ candidiſſima, & Friabilis, minimeque ponderoſa, cum teratur inter digitos.

FRICO, cas, {*Fregare Dan. Coſi ſicuro per lo'nferno freghi*} (ψήχω, ψώχω) notæ ſignificationis eſt. Verg. li. 3. Geor. Fricat arbore coſtas. Præteritum facit Fricui, & ſupinum Frictum. Hinc manſerunt uerbalia Frictio et Frictus. Olim & Fricaui et Fricatum. Vnde adhuc in uſu ſunt Fricatio, et Fricatus. Sic & duo manſerunt participia præteriti tẽporis Frictus & Fricatus. Iuu. Si prurit frictus ocelli Angulus. Macer: Vrticæ folijs reuocatur uulua fricata. Sed hoc in ſimplici rarũ, frequẽs in cõpoſitis. Cic. fr. 12. Epiſt. ad Att. Quæ res forſitan ſit refricatura uulnus meũ. Pl. lib. 8. Pãtheras per carnes affricatas aconito uenantur barbari. Frictus, us, eſt ipſe fricãdi actus. Iuu. Frictũ criſſantis adorat. Frictio, onis, Idẽ, Celſus li. 1. In ipſo quoque itinere frequẽs frictio. Fricatio, idẽ Col. li. 6. c. 12. Sed ſi ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur. Fricatus, tus. Pli. li. 23. c. 7. Luſcioſos ex oleo illitus emẽdat, dẽtiumque uitia crebro fricatu. Huius cõpoſita ſunt, Affrico, ad aliqd frico, προσψήχω, προστρίβω. Col. li. 8. Pecudes aut morſu ſcalpũt, aut cornu, aut ungula tundũt, aut arbori affricãt, parietibuſue detergunt. Cõfrico, ſimul frico. συντρίβω. Plau. in Aſin. Atqui pol hodie nõ feres, ni genua cõfricẽt. Defrico, (ἀποψήχω) fricãdo purgo li. 4. ad Herẽ. Nã ut fortè hic in balneas uenit, cœpit, poſtquã perfuſus eſt, defricari. Infrico, intus frico. Col. li. 7. Maximè prodeſt fuligo ex aheno ulceri infricata. Perfrico, ἀποτρίβω. Idẽ ibidẽ. Deinde nares perfricato, ut homines diſcãt odorari. Pli. in Prologo: Perfricui faciem, nec tñ profeci. Mos eſt eis qui cũ pudore aliquid agunt, ut faciẽ perfricent, natura ipſa ad id impellẽte, quaſi ad ambigendũ ſanguinẽ, qui ex præcordijs ad faciei ſuperficiem cõſtitit. Propter quod quęrit Ariſtoteles, cur pudore facies hominis erubeſcat, metu palleſcat, cum pudor nihil aliud ſit, q̃ timor futuræ reprehenſionis. Hinc ergo ortũ eſt prouerbium, ut quoties dicere uolumus, nos pudorem depoſuiſſe, dicamus: Perfricui faciem, hoc eſt, pudorem expuli. Refrico, (ἀναψήχω) fricando aperio: ut, Refricare uulnus, uel cicatricẽ. Cic. contra Rullum. Ne refricare iam obductam Rep. cicatricem uideres. Per tranſlationem item dicimus, Refricare dolorẽ, Refricare deſiderium, pro eo quod eſt renouare ſiue reuocare, ἀναξαίνω. Cic. li. 2. Epiſt. Verebar, ne refricarem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Habent autem omnia hæc penul. corr.

FRIGEDO, dinis, {*Freddo*} (ψῦχος, ψυχρότης) antiqui dicebant pro frigore. Varro: atque Ligni feruido medullitus Aquilonis ſeruat frigedinẽ. ex Nonio.

FRIGEFACIO, {*Far freddo, raffreddare,*} (ψύχω) à quo Frigefio notæ ſignificationis. & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plau. in Pœn. Calidũ prãdiſti prandium hodie? dic mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, cum rogas.

FRIGEO, ges, frixi teſte Priſciano, {*Raffreddarſi*} (ψυχρός εἰμι, καταψύχομαι) frigidus ſum. Ver. li. 11. Corpuſque lauant frigentis, et unguunt. Fit autẽ Frigeo (ut quibuſdã placet, ἀπὸ τοῦ φρίττω, quod eſt horreo. Vnde φρίκη, horror ſeu frigus dicitur. Siue (ut alij malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic. n. Græci frigus & rigorem uocant. Frigere etiam dicuntur, qui ſegnes ſunt, languidi & remiſſi. Teren. in Eun. Hice homines frigent. Id eſt, languidi ſunt & nequaquam feruidi: quales eſſe ſolent, quibus res parum ſuccedunt ex ſententia. Ci. 4. Ver. Cum omnia iudicia frigerent admonitu iſtius. Ter. in Eun. Sine Cerere et Baccho friget Venus. hoc eſt, languida eſt, & remiſſa. Cic. ad Att. lib. 1. Cum Romæ à iudicijs forum friaerit. Huius compoſitum eſt refrigeo, quod eſt calorem amitto, & ex calido frigidum fieri. Col. li. 7. Si bos eu languore ad maciem perductus eſt, aut ſudans in opere faciundo refrixit.

FRIGERO, ras, pen. cor. frigefacio. ut ψύχω. Compoſita eius magis ſunt in uſu. ut, Refrigero, quod eſt, rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero, (διαψύχω) uehementer frigefacio. Pli. Omnium earum uis eadem perfrigerare eſt, aſtringere.

FRIGESCO, ſcis, {*Diuenir freddo*} (ἀποψύχομαι) frigidus fio. Cato de Reru. cap. 65. Vbi erit tam craſſum, q̃ uiſcum, ſinito frigeſcat. Cælius ad Cice. Si Parthi nihil uos calefaciunt, nos hic frigeſcimus. Vbi metaphoricè accipitur Frigeſcere pro otioſum eſſe & langueſcere. Lactant. lib. 7. Quos uerò morbus interimit, ſpiritum diutius exhalant, ut paulatim frigeſcẽtibus membris anima effletur.

FRIGIDARIVM, rij, {*Rifreſcatoio*} (λουτρὸν ψυχρόν) ahenũ in balneis, quo frigida aqua cõtinebatur, ſicut Caldarium, quo calida, & Tepidariũ, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigida lauabantur. Pli. li. 5. Epiſt. Frigidariæ cellæ cõnectitur media, cui Sol benigniſſimè præſto eſt: caldariæ magis, prominet enim.

FRIGIDVLVS, {*Freddarello*} (ὑπόψυχρος) diminutiuum à frigidus, idem ualens quod ſubfrigidus, hoc eſt, aliquantulum frigidus. Catul. Argon. Frigidulos udo ſingultus ore cientem.

FRIGIDVS, gida. gidũ, {*Freddo, che ha freddo*} ψυχρός. quod habet frigus. Oui. Frigidus glacie pectus amantis erat. Quandoque dicitur ſegnis, lãguidus, & remiſſus. Verg. 11. Aen. Largus opũ, et lingua melior. ſed frigida bello Dextera. Sic Frigidũ hominẽ dicimus, qui omnia animis remiſſè agit: cui opponitur Feruidus et Vehemens. Ci. 3. Verr. Alij etiã frigidiores, ſed quia ſtomachabantur, ridiculi uidebantur eſſe. Ad hunc etiam modum ioci dicuntur frigidi, qui parum habent uehementiæ ad excitandum riſum. Frigidus, pernicioſus, inquit Seruius in hunc Vergilij locum: Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Frigida per ſe poſitum, accipitur pro aqua, quæ calida non eſt, aut tepida. Plau. in Moſt. Impridem mecaſtor frigida non lam magis libenter. Pli. 3. Epi. Per ſolem plerunque frigida lauabatur. Vnde, Frigidam ſuffundere, prouerbio dicimus, pro eo quod eſt, rem aliquam inflammare. Tractũ eſt prouerbium à fabris ferrarijs, qui igni ſuo frigidam aſpergunt quo uehementius ardeat. Frigidè aduerbium, ψυχρῶς. Quin. lib. 6. cap. 1. Tum ille, alioqui uir facundus, inopinatæ rei caſu obmutuit, & infantem ſuum frigidiſſimè reportauit.

FRIGILLA, læ, (σπίζα) auis ſic dicta, quod frigore cantet & uigeat. Mar. li. 9. Nũc ſturnos inopes, frigillarũque querelas Audit, & arguto paſſere uernat ager.

FRIGO, gis, xi, xum, & frictum, {*Friggere*} φρύγω, ταγηνίζω, ſignificat torreo. Feſtus: Frigere, & Frictum à Græco. Inde Frictorium, et Frixorium, (φρύγετρον) in quo quid frigitur. Plau. in Bacch. Tum frictum ego illum reddam, q̃ frictus eſt cicer. Idem in Pœn. Nil niſi laterculos, Seſamum, papaueremque, triticum, & frictas nuces. Pli. lib. 18. c. 7. Poſtera die frigunt, & deinde molis frangunt. Corn. Celſus: Tum res eadem magis alit inulenta, quàm aſſa, magis aſſa, quàm frixa.

FRIGORIFICVS, a, um, {*Che induce freddo*} ψυχροποιός, quod frigus inducit, ſicut à Calore Calorificus. Gel. lib. 17. cap. 8. Acetũ autem omnium maximè frigorificum eſt, atque id tamen nunquam concreſcit.

FRIGVS, goris, penul. corr. {*Freddo*} ψῦχος, ῥῖγος. pro horrore, qui eſt contrarius

trarius calori. Verg. lib. 1. Geor. Frigusq́ caloremq́ inter. Aliquando ſumi tur pro metu: ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur. Verg. 1. Aen. Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. Seruius: Frigore, id eſt, timore. Reciproca translatione, & Timor pro frigore, & Frigus pro timore ponitur, ut in Ter. Vxorem tuam pauitare aiunt, hoc eſt non timere, ſed laborare frigoribus. Rurſus, Frigus dicitur ipſa aeris natura. Verg. lib. 2. Geor. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Frigus id ēt appellatur, cum pro riſu, & gratia uel fauore ſperato, res in diuerſum exit. Cic. ad Qu. fra. lib. 2. Pridie Idus cum Appius ſenatum infrequentem coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuicio nos coactus ſit dimittere. Quin. lib. 6. Nam & imperitia, & ruſticitas, & rigor, et deformitas afferunt interim frigus, diligenterq́ actori hæc ſunt prouidenda. Frigus his in locis (ut Budæus docet) abſurdam rei ſpeciem ſignificat, quã incō modus euentus conſequitur.

FRIGVTIO, tis, tiui, frigutire minutim ſubſilire: quod uerbum à frigilla auicula putatur deductum. Plau. in Caſ. Nam quid friguſ? quid iſthuc tam cupidè cupis?

FRIO, as, {Fregolare} (λεπτύνω) ſignificat tero. Pli. lib. 13. c. 4. In ipſa quidem Aethiopia friatur hæc, (tanta eſt ſiccitas) & farinæ modo ſpiſſatus in panem. Varro. 1. de R. ruſt. c. 9. Si ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, quæ cùm fodiatur, facilè friatur. Huius compoſita ſunt, Affrio, Infrio, (ἐπιτρίβω,) quod eſt terendo aliud digitis leuiter inſpergo. Suffrio, paululum contero.

FRISII, populi ſunt ad Oceanum Septentrionalem ſiti, Batauis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

FRIT, dicitur illud in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minus q̃ granum. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 48.

FRITILLVS, li, (πύργος) tabula luſoria, in qua teſſeræ coniectæ agitatæq́ mittuntur, inquit Porphyrio. Solent enim teſſeræ conijci in fritillum, tanquam uaſculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Iuuena. Satyr. 14. Paruoq́ eadem mouet arma fritillo. Dictus Fritillus (ut quidam putant) à crepitu ipſo teſſerarum, uel quòd ſuper eo teſſeræ ferantur. Mart. lib. 4. Dum blanda uagus alea December Incertis ſonat hinc & hinc fritillis.

FRIVOLVS, a, um, pen. co. {Leggiero, uano, di niun momento} (ψυχρός, φλυαρός), a Frio, as, dicitur, quod eſt inane, leue, nullius ſit momenti, quaſi friabile. Pli. lib. 7. cap. 7. de generatione hominis loquens: Miſeret, atq́ etiam pudet æſtimantem, quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, cum plerunq́ abortus cauſa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam originem pro fragili, & infirma dixit, & ueluti friabili. Quin. li. 7. cap. 3. Eoq́ fatius eſt, omni ſe anteactæ uitæ abſtinere conuicio, quàm leuibus aut friuolis, aut manifeſtò falſis reum inceſſere.

FRIVOLA, orum, auctore Feſto, ſunt uaſa fictilia quaſſa. In Pandectis, in l. Solutum. de Pignora. actio. Non. n. credibile eſt, hoc conueniſſe, ut ad uniuerſam penſionem inſulæ friuola mea teneantur. Vbi Friuola pro ſuppellectili tenui, & uili accipiuntur: qualis eorū eſſe ſolet, qui in cœnaculis habitāt, quo modo & Satyricus uſus eſt. Sat. 5. Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. Quibus uerbis paupertatem regū Romanorum ſignificant: quos etiā Samiolis uaſis uſos eſſe conſtat. Idem in tertia: Viuendum eſt illic, ubi nulla incendia, nulli Nocte metus, iam poſcit aquam, iam friuola transfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant, a Græcis γρυτοπώλια dicuntur: id eſt, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη λιτὰ. Vnde & Grytopolæ ab eis dicunt̄, qui huiuſmodi ſuppellectilia uendit at. quos Latinè uocamus Friuolarios. Bud. in Anno.

FRIVICVLVM, li, (ut quibuſdam placet) eſt leuis offenſiuncula inter uirũ & uxorem, quam ſequitur ſeceſſio. Vlp. l. cum hic de dona. inter uirū & uxorem: Quòd ſi diuortium non interceſſerit, ſed friuiculum interuenerit: donatio profectò ualebit, ſi friuiculum quieuit. Quo tamen in loco malim legere, Friguſculum: ut friguſculū intelligas, quādo ea coniugali amore disſidio orto, aliquid remittitur, uehemensq́ ille ardor refrigeſcit. Sunt ēt qui Fribuſculum legant, quod tamen uocabulum nuſquam credo reperiri.

FRIXORIVM, rij, {Padella} (φρύγετρον) dicitur ſartago, in qua quid frigit: quæ & Frictorium appellatur, ab antiquo ſupino Frictum. Vide Frigo.

FRONDARIVS, a, um, {Ciò che ſi conuiene à fronde} (φύλλινος) quod ad frondes pertinet, ſiue quod ex frondibus eſt: ut, Frondariæ fiſcinæ. Pli. li. 18. c. 31. Vnus frondator quatuor frondarias fiſcinas complere in die iuſſū habet.

FRONDATIO, (φυλλοτομία,) frondium & ramorum ſuperuacaneorum refectio. Col. lib. 5. ca. 6. Atq́ in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ea amputatis uirgis relinquuntur.

FRONDATOR, oris, {Potatore} (φυλλοτόμος) qui arborum ramos ſuperuacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtū offerendos. & qui manibus loba uitiū, uellit, quo ardor ſolis uuā maturiorem reddat, aut auis quæ in frondibus habitat, & his ueſcitur: uel etiā palumbes quæ in frondibus nidificat. Hæc Seruius. Ver. Eclo. 1. Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.

FRONDEO, des, dui, {Infrondare eſſere fronzuto} φυλλοφυῶ. frondes habeo. Verg. 3. Eclog. Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus. Sic frondens uitis, Col. lib. 3 ca. 1. Hinc frondeſco, ſcis, ſcere, (φυλλίζω) eſt frondes emittere. Col. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis,

FRONDEVS, a, um, {Di fronde} (φύλλινος) quod totum ex frondibus eſt: ut Torus frondeus, Frondea corona. Pli. li. 16. ca. 4.

FRONDIFER, ra, rum, {Che produce fronde} φυλλοφόρος. frondes ferens. Luc. li. 1. Frondiferaſq́ domos auium. Nemus frondiferum, apud eundē lib. 2.

FRONDO, das, {Sfrondare, ſfogliare} (φυλλοφυέω) frondes amputo, à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod eſt frondes deijcere.

FRONDOSVS, ſa, ſum, {Frondoſo, che abonda di frondi} (πολύφυλλος, φυλλώδης) qd' frondibus abundat: ut, Lucus frōdoſus, Frondoſus ramus. lib. 10. ab urb. Et frōdoſi montes. Varr. 2. de Re ruſt. c. 5. Ver. 4. Geo. Corporaq́ ipſa boū frōdoſo deferere luco. Idē. 3. Geor. Dū mox frondoſa reducitur æſtas.

FRONS, tis, {Fronte} (μέτωπον) à ferēdo, (ut quibuſdā placet) q́ indicia animi præ ſe ferat. A dextra & ſiniſtra tēporibus, a ſuperiori capillorum radice, ab inferiori uerò parte ſupercilijs terminata corrugatur in triſtitiā, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum eſt, ut Frons accipiatur pro uultu, & pro animi noſtri affectu, quē ex fronte perſpicimus. Mart. Nec matutina ſi mihi fronte uenis Ci. ad Att. li. 4. Pōpeius fremit, queritur, Scauro ſtudet: ſed utrū fronte an mente dubitatur. i. uultu, an animo. Frontē explicare, uel exporrigere, dicimur, cū hilareſcimus: contrahere, cū ringimur: hoc eſt, ubi quid moleſtum eſt. Frons. n. (inquit. Pl. li. 11.) hominis triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ ſeueritatis index eſt. Ter. in Adel. Exporrige frontē. hoc eſt, uiue hilariter. Hora. li. 3. Car. Sollicitam explicuere frontē. Plau. in Caſ. Porrectiore fronte mecū loquaris oportet. Sic ēt dicimus, Frontē exporrectam, uel explicatā, pro hilari uultu. Contrà Obductam frontem, Corrugatam frontē, Contractam frontem, Caperatam frontē. pro nubilo & mœſto uultu. Plau. Caperata frons ſeueritudine. Nubila frons, ſerena ſiue explicata frons. Frontē perfricare, pro deponere pudorem. Pli. Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quint. lib. 9. ca. 2. Perfrica frontē, & dicte digniorem, qui Prætor fieret, q̃ Catonem. Perſius: Exclamet Melicerta periſſe frontē de rebus. Dicitur Frons ēt de rebus inanimatis pro principio, uel anteriore parte cuiuſq́ rei. Verg. Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrū. Et licet frequētiſſimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen maſculino genere ponitur: Hi ſunt, inquit, inimici peſſimi, fronte hilaro, triſti corde. De quo Gel. li. 5. c. 9. Hinc componitur Bifrons, δίμετωπος.

FRONS, dis, {Fronda, foglia} (φύλλον, πέταλον) generis fœminini, à Fero, q́ frondes arborum huc atq́ illuc à uento ferantur. Propriè autem Frondes arborum dicuntur, teſte Valla: folia uerò tam arborum, quàm herbarum, et florum. Varro. 1. de Re ruſti. Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ouibus, bubus ſit.

FRONTALE, lis, {Frontale} προμετωπίδιον. eſt ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis. Liu. 7. Bel. Mace. Ingentes ipſi erant. addebant ſpeciem frontalia, & criſtæ, & tergo impoſitæ turres.

FRONTATVS, a, um, {Che ha la fronte} quod frontem habet, uel quod in fronte rei alicuius eſt poſitū. Vnde Frontati lapides, à Vitruuio dicuntur, quos Græci διατόνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, utranq́ parietis frontem conficiat. Pli. lib. 35. cap. 12. Vel tecta coctilibus laterculis frontatiſq́ hoc eſt, ab ea parte continuatis, qua opus lateritium conſpici debebat. Budæus in Annotatio.

FRONTO, onis, {Che ha gran fronte} μετωπίας. qui latam habet frontem. Ci. 1. de Na. deo. Ecquos næuum habere, ecquos ſilos, flaccos frōtones, capitones, quæ ſunt in nobis?

FRONTO, philoſophiæ ſimul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, ut ille ſtatuam ei à ſenatu ſtatui peteret. Auctor Capitolinus. Frontonis alterius ſub Nerone meminere Tacitus, Iuuen. Mart. Clarum militiæ Fronto togæq́ decus.

FRVCTIFER, ra, rum {Fruttifero, che produce frutti} (καρποφόρος) quod fert fructum, hoc eſt, fœcundum, & fertile. Pli. li. 12. ca. 3. Quæ ex his incolarū numero eſſe cœpere, dicentur inter fructiferas.

FRVCTIFICVS, a, um, idē quod fructuoſus, qui facit fructum: hoc eſt, utilitatem præſtat, καρπιμος, γόνιμος.

FRVCTVARIVS, {Fruttuario} ὁ καρπούμενος. dicitur, cuius eſt fructus, uel qui fructum alicuius rei percipit. Fructuarius, ria, rium, quod fert fructū, ſeu quod ad fructum pertinet, ἐπικάρπιος. Col. li. 1. Pars autem fructuaria diuiditur in cellā oleariā, torculariam, & cellā uinariā. Palladius: Deciſia male natis omnibus, & ueteribus, nouellos, & fructuarios, ſerues. Varro. 2. de Re ruſt. ca. 4. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe.

FRVCTVOSVS, a, um, {Fruttuoſo} (πολύκαρπος) idē eſt quod fœcundus, uel utilis, quaſi fructum afferens. Ci. 2. Tuſc. Ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non pōt, Idem. 1. de Fin. Eas ergo artes perſequeretur: uiuendi artem tantam, tamq́ operoſam, & perinde fructuoſam reijceret? Fructuoſiſſima ars medicina, hoc eſt, utiliſſima, & haud parum fructus atq́ utilitatis afferens. Pli. li. 29. ca. 1. Cic. 2. Offi. Eſt. n. non modo liberale, paulūm nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.

FRVCTVS, ctus, {Frutto} (καρπός) & apud antiquos Fructi, & Fructuis, Teren. in Adel. Nunc exacta ætate hoc fructui pro labore ilis fero. Var. Quæro, utrū fructus, an delectationis cauſa uendatis. Dicuntur aūt Fructus, à fruendo, teſte Varrone, quia illis fruimur. Et propriè dicitur omne illud, quod in fundo naſcitur. Per translationē tamen accipitur pro commodo & utilitate. Vnde Fructū capere, ex aliquo, hoc eſt, utilitatem & commodū. Ci. de Amici. Et amicos, tanquam pecudes eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos.

FRVGALIS, le, & **FRVGALITAS**, & **FRVGALITER**, uide infra in dictione Frugi.

FRVGES, gis, {Frutti, i frutti della terra che conuertiamo in noſtro nodrimento} (καρπός) uel hæc Frux, gis, ſecundum Priſcianū dicitur generaliter, omne illud, qd' ex fructu terræ in alimoniā uertimus: neq́ ſolū quod ex frumētis & leguminibus, uerūetiam quod ex uino uel ex ſyluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis capitur. Feſtus, Seruius, & Donatus, Frugis uocabulū, à frumine, eminēte ſub mento gutturis, ſeu curgulionis a parte, qua cibus in aluum demittitur à ferendo cibo appellatū dicunt. Errant igitur, qui diſcernunt legumina à frugibus. Nā Ci. ait, Oleī & frugū minutatim: cū de leguminibus diceret: ut oſtenderet, ēt legumina Fruges uocari. Liu. lib. 5. ab urb. Eā gentem traditur fama, dulcedine frugū maximi uini, noua tum uoluptate captā. Verg. 3 Eclo. Cū faciam uitula pro frugibus, ipſe uenito. Recipere ſe ad frugem bonā, Ci. pro Cælio corrigere aliquē ad frugem, hoc eſt, ita emendare, ut frugi homo euadat. Plau. Trinū. Quin eū reſtituis? quin ad frugē corrigis? Euadere ad frugē bonā de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugē bonā. Lampri. in Heliog. Milites ſe parſuros dixerunt, ſi ad frugē bonam rediret. Nominatiuo ſingulari, Frux, uſus eſt Auſonius in Monoſyllabis: Antè equidem, campis, quã ſpicea ſuppeteret frux.

FRVGI, {Buono, utile, neceſſario, moderato, modeſto} (χρηστός) nomen à fruge denominatū, omnis, generis & indeclinabile eſt idē ſignificās qd' utilis, & neceſſarius. Quin. taxat eos, à quibus dicitur Frugalis & non Frugi, tanq̃ Frugalis ſit dictio parū proba: cum tamen (quod mirū uideri pōt) Frugalior et frugaliſſimus à Terentio & Cic. religioſiſſimis linguæ Latinæ cuſtodibus uſurpētur. Donatus in illud Eunuchi, Fruges, Frugi, inquit. i. utilis, & neceſſarius,

à frugibus, quæ quòd his fruamur, dictæ ſunt. Vnde antiqui ſeruū laudare uolentes, Frugi dicebant, tanquā ſobrium, utilem, & neceſſarium Plau. in Amph. Ita ſeruum par uidetur frugi ſeſe inſtituere. Pro eodem & apud ueteres legimus Bonæ frugi ſeruus: quæ quidem compoſitio etiā duriuſcula uidetur, frequētius tamen occurrit, quàm ut mendū uideri queat. Vlp. l. Neratius. ad. l. Aquil. Sed ſi frugi bonę ſeruus intra annum, mutatis moribus occiſus ſit. Ci. Att. li. 4. Per modeſtus ac bonæ frugi homo. Plau. in Trin. Is probus eſt, quem non pœnitet, quàm probus ſit, & frugi bonæ. Apud Gel. tamen pro eodē Frugis bonę legitur. Huius aūt uocis ſignificationem latius exprimit Cic. lib. 3. Tuſc. Sed quia (inquit) nec qui propter metum præſidiū relinquit, (quod eſt ignauiæ) nec qui propter auaritiam clā depoſitum non reddit, quod eſt iniuſtitiæ:) nec qui propter temeritatem malè rem geſſit) quod eſt ſtultitiæ) Frugi appellari ſolet eas tres uirtutes, fortitudinem, iuſtitiam, & prudentiam Frugalitas complexa eſt. Ergo frugi hominem, bonum & uirtute præditum intelligimus. Accipitur & frugi, pro eo qui in uictu, ueſtitu, ſimilibuſq; temperans eſt, ὁ τῆς οἰκονομίας κατορθωτικὸς, σώφρων, ἐγκρατής: ſicut à contra Luxurioſus nequā, ἄσωτος. Horat. Parcus hic uiuit, frugi dicatur. Vnde Frugalitas auctore Ci. 3. Tuſc. ea uirtus dici pōt, quā Græci σωφροσύνην, Latini tum Tēperātiā, tum Moderationē appellare cōſueuerūt. Seneca: Luxurioſo frugalitas pœna eſt. Ci. pro Deio. Hę ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt. ut uolet quiſq; accipiat: ego tamen frugalitatem. i. modeſtiam, & tēperantiā, uirtutem eſſe maximam iudico. Idem. 3. Tuſcu. Veriſimile & illud eſt, qui ſit temperans, quē Græci Σώφρονα appellant, eamq; uirtutem Σωφροσύνην uocant, quā ſoleo equidem tum tēperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam & modeſtiam: ſed haud ſcio an rectè ea uirtus frugalitas appellari poſſit. Et pauló poſt Frugalitas (ut opinor) à Fruge, qua nihil melius è terra oritur. Frugalior, pro temperatior. Ter. in Heau. Dedo me patri nunc iam, ut frugalior ſim, quàm uult. Et frugaliſſimus, quaſi experientiſſimus & prudentiſſimus. Col. li. 1. Magiſtros peronibus oportet præponere ſedulos, ac frugaliſſimos. Ci. 4. Ver. Nihil aliud in eo, quod reprehendi poſſit, inuenio: niſi q; homo frugaliſſimus atq; integerrimus, te hominem plenum ſtupri, flagitij ſceleris, domū ſuā inuitauit. Frugaliter, ſobriè, & modeſtè σωφρόνως Plau. in Epid. Ille eā rem adeo ſobriè & frugaliter accurauit, ut alias res eſt impensè improbus. Ci. pro Domo ſua: Itaq; omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit in fanis & cōmunibus locis, tota è Græcia, atq; inſulis omnibus, honoris pop. Rom. cauſa, ſanè frugaliter domum ſuam deportauit.

FRVGIFER, ra, rum, {Che produce frutti} (καρποφόρος) fructus ferens: ut Arbores frugiferæ, quæcunq; fructum ferunt, quæ & Fructiferæ dicunt. Oui. 5. Meta. Frugiferas meſſes alimentaq; mitia reddat. Per tranſlationem pro eo quod utilitatem affert. Ci. 3. Offi. Sed cū tota philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars inculta ac deſerta ſit, &c. Frugiferens, frugiferentis, poeticum epitheton, pro frugifero. Luc. lib. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

FRVGILEGVS, a, um, (σιτολόγος) formicarū epitheton eſt, à granorū colligendorum conſuetudine tractum. Oui. 7. Met. Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

FRVGIPERDA SALIX, Pli. li. 16. ca. 26. Ocyſſimè aūt ſalix amittit ſemen, anequam omnino maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero Frugiperda. Non inuenuſtè & hoc nomine appellari poſſunt homines nullius pretij, neq; alij rei, quam conſumendis frugibus nati.

FRVISCOR, eris, {Fruire, godere} (καρποῦμαι) à Fruor deducitur, eiuſdēq; ſignificationis eſt cū ſuo primitiuo. Metellus ad Domitios: Illi uerò omni iure, & honeſtate interdicti. ego neq; aqua, neq; igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor. Plau. in Rud. accuſatiuo iunxit. Hinc tu, niſi malum, fruiſci nihil potes. Vide Gell. lib. 17. cap. 2.

FRVMEN, inis, (λάρυγξ) ſumma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in uētrem. Seru. in. 1. Aen. Frumen eminens ſub mento, gutturis pars: Laryngem Græci uocant: Latini, & Celſus, Fauces.

FRVMENTACEVS, a, um, {Di frumento} σιτικὸς. quod ex frumēto eſt, Hieronymus: Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis paſcitur.

FRVMENTARIVS, a, um, {Ciò che à frumento ſi conuiene} (σιτηρὸς) quod ad frumentū pertinet: ut, frumentarius ager, Frumentarius negotiator, Frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Ci. 5. Verr. Neminem ueſtrum prætereit iudices omnē utilitatem, opportunitatemq; prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda pop. Roma. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maximè: nam cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac uerò alimur, ac ſuſtinemur. Pli. li. 18. c. 6. Syluestris pyrus, maluſq; frumentarij ſoli notę. Sic li. 27. ca. 5. Frumentarius mercator, qui frumēta cōparat, ut inde lucrum faciat. Plau. in Pſeu. Quæ amica es frumentarijs, Quibus cuncti montes, maximi aceruí frumenti ſunt domi. Cic. 3. Offi. Non. n. uidetur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium uenditor celare emptores debuiſſe.

FRVMENTATIO, {Raccolta di frumento, diſtributione di frumento} (σιτολογία) uerbum eſt caſtrenſe, quo ſignificatur egreſſio militum ad frumentū in caſtra cōgerendū Cæſ. 7. Bel. Gal. oēs noſtras pabulationes, frumētationeſq; obſeruabat. Li. 1. Bel. Gal. Quia ex tā propinquis ſtatiuis parum tuta frumentatio erat. Frumentatio & dicebatur diſtributio frumenti, quæ Romæ fiebat, poſtquàm principes receperāt curā publicę annonæ. σιτομετρία. Suet. in Auguſto: Impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

FRVMENTATOR, σιτολόγος) qui frumētatum profectus eſt. Liu. 1. Bel. Mace. Improuiſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumuentus.

FRVMENTOR, aris, {Raccogliere frumento} σιτολογέω. frumentum colligo. Cice. ad Att. lib. 8. Neq; ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas. Liu. 1. Bel. Maced. Cūm in propinquo agro frumentarentur Romani.

FRVMENTVM, ti, {Frumento} (σῖτος) dictum eſt à fruendo. i. ueſcēdo. Hora. 1. Epiſt. 15. Maior utrum populū frumenti copia paſcat. Frumēti genera (ut ſcribit Pl. li. 18. c. 7.) hæc uulgatiſſima ſunt: Far quod Adoreū dixerūt, Siligo, Triticū, Hordeū. Frumenta dici putat Seruí, quæcūq; emittunt ariſtas. Var. de Re ruſt. c. 48. In ſegetibus aūt frumentū quod culmus extulit. In ficis itē Frumenta dicuntur grana illa exigua, quibus ſunt refertæ. Pli. li. 15. c. 19. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: ſuccus matureſcentibus lactis, per coctis mellis.

FRVNISCOR, eris, {Fruire, godere} pro fruor, Cato poſuit auctore Feſto. & Frunitum dixit prudentem, hoc eſt, eum quo perfrui liceret: ſicut econtrario Infrunitum, (κακόφρονα, ὑπερφίαλον.) Hermolaus inſipientem, ac ſtolidū, qui nulli uſui eſſet. Quāuis alij Fronitū per o, legendū putent Nā Græci φρόνιμον prudentem dicunt. ἄφρονα uero dementem. Lucilius libr. 18. Aeque fruniſcor ego, ac tu. Celius lib. 2. Domus ſuas quouſq; ire iubet, & ſua omnia fruniſci. Nonius in Pac. Eo q; magnopere quæ ſierunt, id fruniſci non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, Fruiſci legit. Quicquid id eſt, Fruniſcor, niſi fortè apud obſoletos illos, non legitur.

FRVOR, fruer-is, fructū in lupino, ſecundum Priſcianum: ſicut ſtruo, ſtructum, {Godere fruire, uſare} Ci. in Horten. Et amęnitate ſumma fructus eſt. Nonnunquam & Fruitum. Vlp. l. Pomponius. ff. de uſufr. ea. rer. quæ uſu conſu. Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen uſumfructum amitti. quia non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor. Vnde participium Fruiturus. Cic. li. 2. Tuſc. Zeno Stoicorū acutiſſimus contendere, & magna uoce dicere ſolebat, eū eſſe beatum, qui præſentibus uoluptatibus frueretur, confideretq; ſeſe fruiturū. Fretus aūt nomen eſt, non participium: cūm uerbi originem non habeat. Nam à Fruor nō deriuari diuerſitas ſignificationū oſtendit. Eſt. n. Fretus omnino idem quod confiſus uel nixus. Cic. de Nat. deo. Fretus intelligentia ueſtra, diſſero breuius, quàm cauſa deſiderat. Cic. App. Fretus conſcientia officij mei, beneuolentiaq; hæc ad te ſcribo liberius. Eſt aūt frui, quaſi delectationem, & fructum capere, & ali. ἀπολαύω, καρποῦμαι, νέμομαι. Tere. in Adel. Agelli hic ſuburbe eſt paululū, quod locitas foras, huic demus, qui fruatur. Id eſt, unde fructū capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donat. Verg. 7. Aen. Et uarias audit uoces, fruiturq; deorum Colloquio. Vbi Seruí. Fruitur, paſcitur: quod de rebus tantum bonis dicimus. Compoſita huius uerbi ſunt, Defruor, & Perfruor, quę ſignificant in totum fruor, ſeu omnem fructum percipio.

FRVSINO, nonis, pe. cor. ciuitas Campaniæ, à qua Fruſinates populi ad Falernum, quorum meminit Pli. li. 3. ca. 5. Iuue. Sat. 3. Optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur. Silius lib. 12. Bellator Fruſino. Sed hic populum ſignificat. Ptolemæus Fruſinum inter Latij oppida enumerat li. 3. ca. 1.

FRVSTATIM. {A pezzo, à pezzi, à brano, à brano} (μεριστῶς, κατὰ μέρη) aduerbium ſignificat, per fruſta. Plin. lib. 20. cap. 16. Coquitur pluribus modis in ollis, quæ conijciatur in clibanum aut furnum, uel adipe aut luto illita, aut fruſtatim in patinis.

FRVSTILLATIM. (διαλεπτῶς, κατὰ μέρη) ſignificat per fruſtilla. Plau. in Curc. Iam ego te faciam, ut hic formicæ te fruſtillatim differant.

FRVSTRA. {In uano} (πλανωμένως, μάτην.) aduerbium, ſignificat Incaſſum, nequicquā Ci. de Senect. Nec me uixiſſe pœnitet: quī ita uixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem. Fruſtra eſſe dicitur, quod exitū ſperatum non habet, quodq; non ex ſnīa euenit. Salluſt. Cuius neq; conſiliū ullum, neq; inceptū fruſtra erat. Idem: Ea res fruſtra erat. i. expectationem fruſtrata eſt. Plau. in Amph. Hi iam ambo, & ſeruus, & hera fruſtra ſunt duo hoc eſt, uterq; fallitur. Fruſtra habere aliquem, pro decipere, & circumuenire. Plau. in Amph. Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtra habet.

FRVSTRO, as, {Ingannare, defraudare,} (ψεύδομαι, ἐξαπατάω,) decipio, fallo. Cæſar: Non fruſtrabo uos milites. Inuenitur & in eadē ſignificatione Fruſtror, uerbum cōmune ſecundum Priſcia. Plau. in Amph. Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierē. Paſſiuo uſus eſt. Pli. de Vir. illuſtr. Et cū ad tertium ab urbe lapidē caſtra poſuiſſet, tēpeſtatibus repulſus, primū à Fabio Maximo fruſtratus, deinde à Valerio Flacco repulſus, &c. Sic & Feneſtella: Fruſtratus igitur à ſpé deiectus, in caſtra ſe recepit. Fruſtrari itē eſt fruſtra facere, ἀποσφάλλειν, ματαιοῦν. Colu. lib. 1. ca. 1. Sæpe magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtrantur expenſas. Idem in Præfa. lib. 1. Sydetum ortus & occaſus memoria repetat, ne imbribus, uentiſq; imminentibus opera inchoet, laboremq; fruſtretur. i. fruſtra faciat laborem. Fruſtratio, onis, (ἀπάτη) deceptio. Planc. ad Cicero. lib. 10. Tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit.

FRVSTVM ſti, {Pezzo, particella} τμῆμα, τόμος, ἀπόκομμα. κόμμα, τεμάχιον. cibi cuiuſq; particula: ſic dictum, (ut quibuſdam placet) à frangendo. Vergil. 1. Aen. Pars in fruſta ſecant.

FRVSTVLVM, li, (τεμάχιον) diminutiuum, apud Plautum, à Fruſtum: à quo Fruſtillum.

FRVSTVLENTVS, fruſtulenta, fruſtulentum, {Pieno di pezzi} plenus fruſtis. Plau. in Cur. Vin' aquam? C. Si fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle abſorbeā.

FRVTETOSVS θαμνώδης, frutectoſus locus fruticibus abundās. Pli. lib. 16. cap. 1. Siccis: hæc & ſabuloſis locis, frutetuſiſq; naſcuntur.

FRVTETVM, ti, ſeu Fruticetum, ſiue & Frutectum, ut in uetuſtis quibuſdā codicibus legitur (θαμνών, θαμνώδης, τόπος. λοχμώδης.) locus fruticibus abundans. Pli. li. 18. Fruteta igni optime tolluntur. Col. l. 6. c. 12. Nā melius ac montibus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidoſis locis durantur ungulę. Hora. 3. Carm. Ode. 12. Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

FRVTEX, ticis. (θάμνος) teſte Valla lib. 4. dicitur, qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neq; areſcit, ut herba. Pli. lib. 16. ca. 36. Inter ea quæ frigidis gaudent, aquaticos frutices dicere conuenit principatū in his tenebunt arundines. Dictus Frutex ut quibuſdā uidetur, a fruticando hoc eſt, pullulando, q; ſucciſus ſemper ſupullulet. Quanquam uerisſimilius eſt Frutico uerbum à frutice deriuari. Aliqū ponitur pro ſtirpe. Sueto. de Veſpaſ. Singulos repente ramos à frutice dedit.

FRVTICESCERE, (θαμνοῦσθαι) eſt frutices emittere. Pli. lib. 17. c. 29. Vitis tantum tonſuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

FRVTICO, cas, pen. cor. {Germogliare, pullulare} (θαμνίζω) pullulo, & quaſi frutices emitto. Plin. lib. 6. Quod ſupra terrā eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet. Hinc fruticatio in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producunt. Pli. lib. 7. c. 1. Ita. n. appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis. Eſt & Fruticor, aris, deponens. Cic. ad Atti. Exciſa eſt enim arbor, non euulſa: itaq; quàm fruticetur, uides.

FRVTICOSVS, a, um, (θαμνώδης) quod longe lateq; fruticat, & multos habet

habet fruticantes ramos. Pli. lib. 12. ca. 4. Duo genera eius: rarum id, quod me lius, arboreum: alterum fruticoſum. Idem lib. 28. ca. 13. Latiora ſatiuæ folia, ra mi fruticoſiores. hoc eſt, folijs ac ſurculis abundantiores.

FRVTINAL, dictum eſt templum Veneris Frutæ. Feſtus.

FRVX, (καρπὸς) nominatiuus eſt antiquus, à quo in uſu manſerũt obliqui Fru gis, frugi, frugem, &c. Auſonius in Monoſyllabis: Ante equidem, cãpis, quàm ſpicea ſuppeteret frux.

F ANTE V.

FVAT, (Sia) dixerunt antiqui pro ſit, uel fuerit, ab antiquo uerbo Fuo, quo utebantur loco uerbi ſubſtantiui Sum: unde adhuc remanſit præteritum Fui. Ver. 10. Aen. Tros Rutulus'ue fuat nullo diſcrimine habebo. Plau. in Amph. Nec quiſquam tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi.

FVCINVS, pen. cor. lacus in quarta regione Italiæ, propè Albenſes Marſorũ populos. Verg. 7. Aen. Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda, Te liquidi fleuere lacus.

FVCO, cas, (*Colorare, imbellettare*) (φυκόω, ψιμυθιόω, καὶ χρωματίζω,) fuco, depingo, fucum rei alicui induco. Vnde Fucatæ mulieres dicuntur, quæ medicamentis quibuſdã colorantur, & uitia corporis inductis coloribus tegũt. Ver. li. 2. Geor. Alba neq; Aſſyrio fucatur lana ueneno. Ci. 1. de Nat. Quæ ẽt ſi eſſent, quæ nulla ſunt, pellere ſe ipſa, & agitari inter, ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare, fucare, colorare, animare nõ poſſent. Cic. de Cla. Orat. In qua naturalis ineſſet, nõ fucatus nitor. Per tranſlationẽ accipitur pro ficto & ſimulato. Ci. in Lælio: Secerni autem blandus amicus à uero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quã omnia fucata & ſimulata à ſynceris, atq; ueris.

FVCVS, ci, (κηφὴν) genus eſt inſecti apis ſimilitudine, ſed maiori corpore, quod non mellificat, neq; operam aliquam præbet in faciundo opere, niſi q; ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat: & conſumit alimenta, quæ apes congeſſerunt. Vnde ẽt non inuenuſtè transferũ ad ignauiſſimos aliquot hoies, qui quũ nihil egregiũ per ſe præſtare poſſint, alienis tamẽ laboribus inſidiantur, falcẽq; in meſſem inijciunt, cuius ipſi ſementẽ non fecerint. Fucorum naturã elegãter exprimit. Pli. li. 11. ca. 1. & 11. Fuci (inquit) ſunt ſine aculeo, imperfectæ apes, nouiſſimæq;, à feſſis & iã emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia uerarum apum. quãobrem imperant his, primosq; in opera expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Dictus Fucus, ut nonnulli putant, quaſi fur, q; furtim mella deuoret: quanquã uerisimilius eſt Fucũ dictum, q; apibus fucũ faciat, & propter ſtu calefaciendi aluei illorũ mellificia abſumat. Sunt ẽt qui à uerbo Græco φάγω deduci putent, q; apũ mellificia abſumat. Fucus marinus, herba eſt, quæ & Alga marina dicitur. Pl. li. 26. c. 10. Præcipuè uerò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον. i. fucus marinus lactucæ ſimilis: qui conchylijs ſubſternitur. Tria autẽ eius ſunt genera. latũ. & alterum longius, quadãtenus rubens. Tertium criſpis folijs, quo in Creta ueſtes tinguntur, omnia eiuſdẽ uſus. Accipitur ẽt Fucus pro medicamine, quo mulieres faciem tingunt, ut candorẽ aut ruborẽ inducãt, aut ut uitia corporis occultent. Plau. in Capt. Vetulæ, edentulæ, quæ uitiu corporis fuco occultant. Vbi ſeſe ſudor cum unguentis cõſociauit, illico itidẽ olent, quaſi cũ unà multa iura confundit coquos. Tibullus: Quid fuco ſplendente comas ornare, quid ungues Artificis docta ſubſecuiſſe manu? Per tranſlationem ſumitur pro fraude, aſtutia, ſiue inſidijs, in quibus ueritas occultatur, φενακισμός. Vnde Facere fucũ, idem eſt quod decipere. Cic. de Pet. Cõſul. Iam illud teneto diligenter, ſi eũ, qui tibi promiſerit, fucũ, ut dicitur, facere uelle ſenſeris: ut te id audiſſe, aut ſcire diſſimules. Ter. in Eun. Deũ ſeſe in hominẽ cõuertiſſe, atq; per alienas tegulas Veniſſe clanculũ, per impluuiũ, fucum factũ mulieri. Sine fuco, idẽ eſt, quod ſimpliciter, & ſine fraude. Ci. li. 1. de Ora. Sẽtẽtię uerę ſine pigmẽtis, fucoq; puerili. Hinc fit adiectiuũ Fucoſus, hoc eſt, non ſyncerus, quaſi fuco tectus & adulteratus. Ci. pro Rabir. Poſth. Audię, uiſęq; merces fallaces quidẽ & fucoſæ, chartis, & linteis, & uitro delatæ. Fucoſæ amicitiæ, ambitioſæ, ac ſpecie ſplendidæ. Ci. ad Att. li. 1. Nam illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodã ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent.

FVFIDIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicer. in Bru. Fufidius (inquit) in aliquo patronorum numero fuit.

FVGA, gæ, (*Fuga. Pet. Et per troppo spronar la fuga è tarda*) (φυγή, ἀποφυγή) ipſe fugiendi actus. Ver. 3. Aen. Lõgũq; fugæ ne linque laborẽ. Aliqñ celeritas. Ver. 11. Aen. Dimitte fugã, & te comminus equo Mecũ crede ſolo. Quo in loco Seruius fugã pro celeritate interpretatur. Idẽ fugã pro curſu poſuit, Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Et Quint. nauigationẽ dixit Fugam, & naues fugientes, quæ uelocem faciunt curſum. Aliquãdo Fuga dicitur impetus: auctor eſt Nonius, citans illud Verg. Ille uolat, ſimul arua fuga, ſimul æquora uertit. A Fuga, ſiue à fugiendo, fiunt cõpoſita Perfuga, Transfuga, Lucifuga, Noctifuga, Solifuga, Lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participiu Fugiens: ut, Perfugiens, Trãsfugiens, Lucẽfugiens, & ſic de cæteris.

FVGALIA. feſta fuerunt Romæ, in memoriã exactorũ regum, liberatęq; reipublicæ inſtituta. Cẽſorinus de Die genali feſtũ hoc Regifugium uocat, q; eo die, Tarquinius ab exercitu ad Porſenã Hetruſcorum regẽ fugiſſet. Celebrabantur aũt Fugalia menſe Februario poſt exacta Terminalia. Auguſt. li. 2. de Ciui. Sed demonſtrent loca talibus aliqñ cõuenticulis cõſecrata, nõ ubi ludi agerentur obſcœni, uocibus & motibus hiſtrionũ: nec ubi Fugalia celebrarent, eſfuſa omniũ licentia turpitudinum, & uerè Fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.

FVGAX acis, (*Fugace*) (φευκτικὸς) qui facilè fugit. Huiuſ. n. uerbalia in ax, habitũ important actus per uerbũ ſignificati: ut edax, & Bibax. Ver. 10. Aene. Si fortè fugacẽ Conſpexit capream. Inuenitur tñ aliquãdo poſitum pro fugiens. Verg. li. 11. Conuerſiſq; fugax aufertur habenis. Apud eundẽ li. 10. etiam legitur pro ueloci. Prolẽ Dolicaonis Hebrũ Sternit humi, cum quo Latagum Palmumq; fugacẽ. Quo in loco Serui. interpretatur Fugacem pro celeri & ueloci. Accipitur ẽt Fugax, pro eo, quod non eſt durabile, aut quod citò præterit. Sic Hora. li. 2. Carm. uocat annos fugaces, q; citò elabuntur. Sic ẽt Pli. mala Perſica uocat Fugacia, q; durabilia non ſint, decerptaq; facillimè corrumpantur. Sic. n. ait lib. 15. c. 12. Pretiumq; ſingulis iam treceni nummi fuerunt, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longiſſima namq; decerpto bidui mora eſt, cogitq; ſe uenundari. A Fugax fit abſtractum Fugacitas, quod modo ſignificat inclinationem ad fugam, modò inſtabilitatem & breuitatem alicuius rei: ut, Fugacitas temporis, Fugacitas ætatis.

FVGIO, gis, fugi, fugitum, (*Fuggire. Pet. Fugge dinanzi lor da state e'l uerno*) (φεύγω) cum curſu et celeritate diſcedo: cui opponitur Fugare, quod eſt in fugã aliquam conuertere, & fugientẽ inſequi. Et modò abſolutè ponitur. Plau. in Amph. Nã cum pugnabant illi maxime, ego fugiebã maximè. Verg. 3. Aene. Tendunt uela noti, fugimus ſpumantibus undis. Modo trãſitiuè cum accuſatiuo, pro eo quod eſt fugiendo uitare. Ver. 1. Eclo. Nos patriã fugimus. Ci. pro Lege Agr. Nec quorũ oculos offendebat, eorũ ipſorum cõſpectũ fugere auſus eſt. Aliquãdo pro neſcire, ſeu non recordari, ſed hoc duntaxat in tertijs perſonis. λανθάνειν καὶ διαφεύγειν τὴν μνήμην. Cic. li. 1. Tuſc. Niſi quę me fortè fugiunt, hæ ſunt fere omnium de animo ſentẽtię. Aliqñ procedere. Pl. li. 35. Fictitię ſacrificationis candicantiã fugiunt. hoc eſt, fictitias gemmas ad impreſſionẽ ſacrificãtis cedere, quod gemmarij ẽt hodie appellãt fugere. Hinc ortum, ut uina quæ annis cedunt, hoc eſt ætatẽ ferre nõ poſſunt, (ἐξιστάμενος οἶνος, & ἐξίσταμενος) fugere dicantur, & uina fugientia quę iam ętati cedunt, neq; diutius ſeruari poſſunt. Fugientes ẽt literæ dicuntur exoleſcentes, quæ uetuſtati cedunt, (ἐξεῤῥυηκότα γράμματα) quaſi diffluẽtes diabẽteſq;: quod fit etiã quum mẽbranæ perpingues literas non retinẽt. Budæ. Fugiens laboris Cæſar lib. 1. Bel. Ciui. Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c. Huius compoſita ſunt, Aufugio, abſfugio, (ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω) quod ex ab, & fugio cõponitur, b, in, u, mutata, ut fieret uox pronũciatu, auditùq; lenior. Confugio, ſimul fugio, concurro, καταφεύγω. Defugio, Diffugio, de quibus alibi. Effugio, extra fugio, diſcedo, deuito ἐκφεύγω. Effugiũ, & Effugia, giæ, ſicut Lana, & Lanitiũ. Perfugio, quod eſt auxilij gratia ad aliquẽ fugio. καταφεύγω. Vnde Perfugium, καταφυγή. Perfuga, qui ad hoſtes tranſit & perfugit. Refugio, (ἀναφεύγω) retrò fugio. Gel. Poſteaquã prælio uictus in ultimã regionẽ refugiſſet. Accipitur ẽt Refugere pro confugere. Vnde Refugiũ. Per tranſlationẽ ponitur pro deuitare, recuſare, & odio habere, ἀφίσταμαι. Col. li. 4. Idq; adeo plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talẽ poſitionẽ uitis. Profugio, longè fugio, (ἀποφεύγω) à quo Profugus. Subterfugio, ſecretò fugio, uel euito. διαδύομαι, Cic. pro Cælio: Qui uolunt pœnã aliquam ſubterfugere, aut calamitatẽ, eo ſolum uertunt. Suffugio, latenter fugio. ὑποστέλλομαι Suet. uerò pro retrò fugio in Tyberio poſuit, dicens: Adulationes adeò auerſatus eſt, ut neminem Senatorũ ad lecticam ſuam admiſerit: conſularem uerò ſatisfaciẽtem ſibi, ac per genua orare conantem ita ſuffugerit, ut caderet ſupinus. Transfugio, (αὐτομολέω) tranſeundo fugio ab uno ad aliũ locum. Vnde Transfuga, qui ad hoſtes fugit. Li. li. 1. Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios. Sall. in Ci. Modò harũ, mõ illarum partium, leuiſſimè trãsfuga. Habent autem hęc omnia fu, ſyllabam in præſenti correptam.

FVGITIVARII, apud antiquos fugitiuorum ſeruorum reprehẽſores erant: qui eam operã profitebantur, ut fugitiuos inueſtigatos reducerent. In Pãdectis in. l. ſi apud te. Nõ. n. ambo pecuniã, ego, & fugitiuarius depoſuimus. Varr. hoc uerbo metaphoricõs quodã modo uſus eſt, quũ inquit li. 3. ca. 14. Idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cõchlearijs, quem totum circum aqua claudas, ne, quas ibi poſueris ad partum, nõ liberos, earum, ſed ipſas quęras: aqua, inquã, claudendæ, ne fugitiuarius ſit parandus. id eſt, ne ſi locus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea tanquam fugitiuos ſeruos, ſic cochleas fugitiuas perſequi, & uti miniſterio reprehenſorum. Budæus in Annotationibus.

FVGITIVVS, a, um, (*Fuggitiuo*) (δραπέτης) qui aufugit, unde Fugitiuus ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiãſi mutato conſilio ad eũ reuertatur, quiſue extra domini domũ fugæ cauſa, ut ſe à domino celaret, manſit. Itẽ qui eò ſe confert, unde eũ dominus recuperare non poſſit, aut abducere. Qui aũt incendium, ruinam, hoſtẽ, aut præceptorẽ, cui in diſciplinam traditus erat, quia immoderatè eo utebatur, aufugit, non fugitiuus dicẽdus eſt. Plau. in Menæc. Homines captiuos, qui catenis uinciunt: Et qui fugitiuis ſeruis induunt cõpedes. Idem in Capt. Apage. haud nos deceat fugitiuos imitari. Fugitiuum argentũ. Tere. in Heau. Fugitiuus lapis, Pli. lib. 36. cap. 15. Fugitiua gaudia, hoc eſt, fugacia, quæq; citò euaneſcunt et abeunt, ac parum durãt. Mart. lib. 7. Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe.

FVGITO, as, pe. cor. (*Schiffare, fuggire in diuerse parti*) (δραπετεύω, φυγαδεύω) deuito uel detrecto, uel ẽt huc illuc fugio. Plau. in Aſi. Heru noſmet fugitare cẽſes? Ter. in Eun. Fugitandu fugi, ne quis me cognoſceret. Hinc fit participium, Fugitans, idem qđ ſtudioſè fugiens: quo uſus eſt Teren. in Phor. Pro nomine uerbali. Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis eſt, & fugitans litium. Fugitor uerbale, pro eo qui fugit. Plau. in Trin. Credo aciem fugitorem fore.

FVGO, as, (*Fugare mettere in fuga*) (τρέπομαι) expello & in fugam conuerto. Plau. in Amph. Ibi nunc meus pater Memorat, legionẽ hoſtium ut fugauerit. Pl. lib. 11. ca. 13. Vultures unguentu qui fugantur, alios appetunt odores.

FVLCIO, is, ſi, tum, (*Sostentare. fortificare*) (ἐρείδω, στηρίζω) munio, ſuſtento, fortifico, Iuue. Sat. 3. Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Mart. Fulcitẽ teſta fagina menſa mihi. Ci. poſt red. in Senatu: Horum Conſulum ruinas, uos Conſules ueſtra uirtutes fulciſtis. Huius cõpoſitum eſt Suffulcio, ὑποστηρίζω. Varro: Vt maioribus perticis ſuffultæ uites, auras non pertimeſcant.

FVLCIMENTVM, ti, (*Sostegno, sostentamento*) (ἔρεισμα, στήριγμα) quod aliquid fulcit & ſuſtinet. Plau. in Trin. Quid ego nunc agam, niſi ut ſarcinã Conſtringã, & clypeũ ad dorſum accõmodem, fulcimenta, iubeã ſuppingi ſoccis?

FVLCO, Andegauẽſium princeps fuit, quintus rex Hieroſolymorum, qui equo in caput uerſo occubuit, cum regnaſſet annis undecim. Volaterra.

FVLCRVM, cri, (*Lettera*) (ἐρεισμός) quo lectus ſuſtinetur, à fulciendo dictum. Verg. lib. 6. Aen. Fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gel lib. 10. c. 15. Neq; apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferto oportet. Sueto. in Claudio: Adhibebat omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum ſedentes ueſcerentur.

FVLGEO, ges, ſi, ſum, (*Risplendere Pet. Quel sol che solo à gl'occhi miei risplende*) à φλὸξ deducitur, quod apud Græcos flammã ſignificat: unde et pro lucere, & ſplendorem emittere ſumitur. στίλβω, ἀστράπτω. Lucan. li. 10. Fulget gemma toris, & iaſpide fulua ſupellex. Ci. in Cat. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Accipitur ẽt Fulgere pro Fulgurare. Ci. 2. de Nat. deo. Hinc etiã augures noſtri, cũm dicunt, Ioue fulgente, tonante. dicunt etiam, Cœlo fulgente, tonante. Fulgere, pro ferire priſci dicebant auctore Feſto Pompeio: unde

Fulgur dictum eſt. Huius compoſita ſunt: Affulgeo, alluceo, προσλάμπω. Liui. Et nautium ſpeciem de cœlo affulſiſſe. Conſulgeo, ſimul totus fulgeo. Plau. in Amph. Ardere cenſui ædes, ita tum conſulgebant. Effulgeo, ſplendorē emitto, ἐκλάμπω. Præfulgeo, uide loco ſuo. Refulgeo, ſplēdorem reddo. Perſi. in Proœ. ſui Poematis: Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi, Coruos poetas, &c.

FVLGETRVM, tri, {Lampa, baleno, fulgore} (ἀστραπή, στεροπή) à fulgendo idem quod fulgur. hoc eſt, lux illa, ſeu umbratio luminis, quę antè cernitur, q̄ tonitruum audiatur, cum ſimul fieri certum ſit. Pli. lib. 2. cap. 14. Hinc naſci procellas, et ſi in nube luctetur flatus, aut uapor, tonitrua edi, ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra his findi nubem, illis perrumpi. Dicitur & Fulgetra, træ. fœmi. gen. Idem lib. 27. ca. 2. Fulgetras popyſmis adorare cō ſenſus gentium eſt.

FVLGIDVS, a, um, pe. cor. {Chiaro. ſplendido} στιλπνὸς. clarus ſplendidus.

FVLGINATES, Italiæ populi ſunt, qui in Vmbria collocantur à Plinio libro. 3. cap. 14.

FVLGO, is, ſi, ſum, tertiæ coniugationis, {Riſplendere} (στίλβω) idem quod fulgeo. Verg. li. 6. Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis Concordes animæ, &c. Ad eundem etiam modum Effulgo dicebant pro Effulgeo. Idem lib. 9. Auroq́; effulgere fluctus.

FVLGOR, oris, pen. pro. {Splendore} σέλας. ſplendor. Ver. 5. Aene. Maculoſus, & auro Squammam incendebat fulgor. Accipitur etiam Fulgor, pro fulgure. Ci. 2. de Diu. Cùm autem ſe in nubem induerint, eiusq́; tenuiſſimā quāq; partem cœperint diuidere, ac diſrumpere, idq́; crebrius facere, & uehementius, tum & fulgores & tonitrua exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen.

FVLGVR, uris, pe. cor. {Lampa, baleno} ἀστραπή idem quod fulgetrum. Differt uerò à Fulmine, teſte Seneca lib. 2. Nat. quæſt. quod Fulmen dicatur, cùm ignis emittitur. Fulgur autem, cum ignis tantum oſtenditur. Vnde domū fulmine accenſam dicimus, non fulgure. Eſt. n. Fulgur nihil aliud, q̄ ſplendor ipſius fulminis: Fulmē autem, ipſum telum. Vtrunq; tamen ignem eſſe conſtat, illud tamē intereſt, quod fulgur tantum uirium nō habet, ut ad terram poſſit deferri. Pli. li. 2. c. 49. Quòd ſi ſimul rupit nubē, exarſitq́;, et ignem habuit, aut poſtea concepit, fulmē eſt. Hinc aiunt naturaliū cauſarum ſcrutatores, q̄ fulgura ex nubiū colliſione generentur in morem ſilicum duriorū, quos cùm complodeſtis ſibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atq; ita cū fulgure pariter, & tonitrua mugire, tonitruū ſcilicet ſonitu indicante, & fulgura excuſsi luminis claritate.

FVLGVRATOR, fulgurum inſpector eſt, teſte Nonio. Ci. 2. de Diu. Nonne intelligis eadem uis poſſe & aruſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum.

FVLGVRIO, is, pen. cor. {Gettar fulgore} ἀστράπτω. fulgur iacio. Næuius apud Nonium: Sanè ſuo ſonitu claro fulgurauit Iuppiter.

FVLGVRITVS locus, {Folgorato, tocco dal folgore} (κεραυνωθεὶς) id eſt fulmine ictus, qui ſtatim fieri religioſus putabatur, quòd eum Deus ſibi dicaſſe uideretur. Auctor Feſtus.

FVLGVRITAS, ritatis, afflatio fulminis. Lucilius apud Nonium: ſ luporum uicem claram, & fulguritatem arborum: Antiquum eſt, & obſoletum.

FVLGVRO, as, pe. cor. {Folgorare, balenare. Pet. Come co'l balenar tona in un punto} ἀστράπτω fulgur emitto. Pli. li. 18 ca. 35. Cùm ea omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Fulguratio. Sene. 2. Nat. quæſt. Fulguratio oſtendit ignem, Fulminatio emittit.

FVLGVRITASSVNT, pro fulgure percutiuntur, dixit Plautus in Trin. Nam fulguritaſſunt Alternæ arbores, ſues moriuntur angina acerrime.

FVLGVRALIS, le, Ci. 1. de Diuin. Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri noſtri etiam augurales, hoc eſt, libri, qui de fulgurum inſpectionibus tractant.

FVLICA, cæ, pe. cor. {Folica} (κύαφ nonnullis, aliis λαρος) auis eſt aquatica, magnitudinem colūbæ non multum excedens à furuo. i. nigro, aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, ſtagnisq; amplioribus. In ſiccum ſe recipiens, clamoreq; uoce clangens, mutas imminentis tempeſtatis admonet, Ver. lib. 1. Geor. In ſicco ludunt fulicæ. Pli. lib. 18. ca. 35. Loligo uolitans, conchæ adhæreſcentes, echini affigētes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales, & fulicæ matutino clangore. Legitur & Fulex in eadem ſignificatione: ut Rauca fulex, apud Ci. 2. de Diui.

FVLIGO, inis, pe. pro. {Fuliggine} (ἀσβόλη, λιγνὺς) nigrum illud excrementū, quod ex fumo caminis aut fumus adhæret: à furuo. i. nigro colore nomē habens. Pli. li. 35. c. 6. Adulteratur fornacum, balnearumq; fuligine. Fuliginoſus, λιγνυώδης. Cic. 2. Philip. Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in capitolio præclaram ſenatuſconſulta feciſti.

FVLLO, nis, {Purgatore} (γναφεὺς) qui purganda, poliendaſue ueſtimenta accipit: ita dictus à fouēdis aqua calida ueſtibus. Plau. in Aul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

FVLLONICA, cæ, ſubſtantiuè acceptum modò ſignificat officinam fullonis, (γναφεῖον) Vlp. l. apud Trebatium. ff. de aqua plu. arcen. Apud Trebatium relatum eſt, quū in fundo aqua oriretur, eum qui fullonicas circa fontem inſtituiſſet, & ex his aquā in fundum uicini immittere cœpiſſet. Modò etiam ipſam fullonis artem. Plau. Aſin. Si non didiciſti fullonicā, Non mirandū eſt: in oculos inuadere optimū eſt Pli. li. 7. c. 56. Fullonicam artem Nicias Megarenſis inuenit. Legitur & Fullonica neutro genere, & plurali numero pro fullonum officinis, à nominatiuo ſing. Fulloniū. Vlp. l. Si cuius ff. de Vſufr. Quod (inquit) dicitur meritoria non facturum, accipe quæ diuerſoria, uel fullonica uulgò appellantur.

FVLLONIVS, a, um, (γναφευτικὸς) quod ad fullonem attinet, Plau. in Pſeu. Cras mihi potandus fructus eſt fullonius.

FVLMEN, inis, {Fulmine} (κεραυνὸς, σκηπτὸς) ignis è nubibus erumpens: de quo uide latius paulò antè in dictione Fulgur Li. 1. ab urb. Auentino, fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. Transfertur aliquando pro ui, & impetu. Ci. ad Papyr. Infamne tibi uideris q̄ mitere uerborum meorū, ut ſcribis fulmina? Idem. 2. Tuſc Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis adipiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed et fulmina fortunæ contemnamus licebit. Fulmineus, a, um, Ouid. 2. de Pont. Et qui fulmineo, ſæpe ſine igne tonat. Fulmineum os apri, hoc eſt, uiolentum, & fulminis modò obuia quæq; proſternens. Ouid. 2. Faſto. Sicut aper longè ſyluis latratibus actus, Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

FVLMINO, as, are, {Fulminare, ſaettare} κεραυνοβολέω, κεραυνόω. eſt fulmen facere, uel fulmine afflare. Sen. Minore. n. igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus eſt, Pli. lib. 1. cap. 7. Fulminantem peierāt Iouem. Hinc fulminatus, a, um, Fulmine ictus, (κεραυνωθεὶς) Idem lib. 2. cap. 54. Vulnera fulminatorum frigidiora.

FVLSINATES, populi ſunt inſulam, iuxta oram Illyrici: quorum meminit.

FVLTVRA, ræ, {Soſtentatione ſoſtegno} (ἔρεισμα, στήριγμα) ſuſtentatio. Pli. lib. 36. ca. 15. Cyzici & Buleuterion uocant ædificium amplum ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, ut eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur.

FVLVVS, ui, (πυῤῥὸς) color dicitur, qui ex rufo & uiridi uidetur eſſe mixtus, in aliis plus uiridis, in aliis plus rufi habens. Nam & aquilam fuluam, dicunt Poetæ, & fuluum aurū, & arenam fuluam, & leonem fuluum: quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quin etiam iaſpidem fuluam uocant, quam tamen cōſtat eſſe uiridis coloris. Ver. 4. Aen. Atq; illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat. Vbi Seruius: Iaſpide fulua, pro uiridi ait. Fuluaq; caput nectentur oliua.

FVLVIANA, herba quædam, urinæ ciendæ utilis, à Fuluio inuentore nomē habens. Pli. lib. 26. cap. 8. Et herba Fuluiana trita cū uino, & hæc nomen inuētoris habet, nota tractantibus urinas ciet.

FVLVIVS Flaccus cenſor, tectum marmoreum Iunonis Laciniæ ſpoliauit, ut ædem quam dedicauerat equeſtri Fortunæ, tegeret. Auctor Liu. lib. 42.

FVMARIVM, rii, (καπνεῖον) locus ubi uina fumo condiebātur. Mar. li. 10. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogūt, Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nā uina fumo præcocē trahunt maturitatem, & celerius ueteraſcunt: ut docet Col. li. 1. c. 6.

FVMIFICO, as, {Fumicare. ſuffumicare,} (θυμιάω,) idem quod fumigo, uel ſuffio. Plau. in Mil. Egoq; ut Arabico fumificem odore. Fumificus, ca, um, quod fumum emittit. Oui. 7. Meta. Fumificisq; locum mugitibus impleuere.

FVMIGO, as, pe. cor. {Profumare, ſuffumicare} (θυμιάω) ſuffio. Var. 3. de Re ruſt. ca. 16. Verno tempore & æſtiuo ferè, ter in menſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter. Hinc Fumigatio, (θυμίαμα) pro ſuffitu.

FVMO, mas, {Far fumo. fumare} τύφομαι. fumum emitto. Ver. 1. Eclo. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. Cic. 7. Verr. Cùm fumantes etiam noſtras naues reliquiſſent. Fumare aper dicitur, uel urſus, cùm è naribus denſum ſpiritum emittit inſtar fumi. Mart. lib. 12. Fumantē uim naſum ne laſeris urſi. Huius compoſitum eſt Infumo, pe. pro. quod eſt ad fumum ſicco.

FVMVS, mi, {Fumo} (καπνός) uapor niger ex igni exhalās: à colore furuo, hoc eſt, nigro dictus. Ver. 2. Aen. Miſtoq; undantem puluere fumum. Accipitur per tranſlationem Fumus pro ſplendidis & magnificis pollicitationibus, quæ ſuo tamen carent effectu. Inde, Vendere fumos, dixit Martialis, pro eo quod eſt officium ſuum, quod nullum eſt, & ſimulatam apud principem gratiam, pretio uendere. Huiuſmodi homines Fumi uenditores dicuntur: qualis inſignis deprehenſus fuit Alexandri ſeueri tempore, Thurinus quidā, qui cùm nihil apud principem, aut gratia, aut auctoritate ualeret, ſimulata tamen principis amicitia non modica clientes pecunia emungebat. Sed tandem deprehenſo fuco, ut crimini reſponderet ſupplicium, alligatus palo iuſſu principis uiridium lignorum fumo eſt enectus: pronuntiante præcone, Fumo perit, qui fumos uendidit. A fumo fit Fumeus, a, um. ut, Vinum fumeum, hoc eſt, fumo conditum Mar. li. 13. Fumea Maſſilia ponere uina potes. Item Fumoſus, a, um, quod fumū emittit καπνώδης. Cato de re ruſt. c. 30. Codicillos oleaginos, et cętera ligna amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito, perbibant bene: ita neq; fumoſa erunt, & bene ardebunt. Interdum & Fumoſum dicitur, quod fumo tinctum eſt. Vnde Tecta fumoſa dicuntur à Verg. 2. Geor. Cùm ait: Colaq́; prelorum fumoſis deripere tectis: & Fumoſæ imagines, à Cicerone in Piſonem, pro ſtēmatibus maiorum, quæ à nobilioribus domi aſſeruabantur, tam ob uetuſtatem fumo denigrata: Sed (inquit) ne notum, quidē factum aut militiæ, aut domi: obrepſiſti ad honore errore hominum, cōmendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem. Ad hoc etiam alludit Iuuenalis, cùm ait: Famoſos equitū cum Dictatore magiſtros. Quāquā in quibuſdā exēplaribus corruptè legebatur Famoſos. Infumibulū per quod fumus erūpit, καπνοδόχιον.

FVMIDVS, a, um, {Fumicato, affumicato} (καπνώδης) fumum referens. Pli. lib. 37. ca. 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidęq; chryſolitho illas ſimiles eſſe dicant.

FVMIFER, ra, rum, {Fumoſo} (καπνοφόρος) fumū afferens, fumoſus. Ver. 9. Aen. Parte alia (horrendum uiſu) quaſſabat Hetruſcam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. Fumoſa nox pro caligine è fumi denſitate naſcente. Idem lib. 8. de Caco. Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit, inuoluitq; domum caligine cæca: Proſpectum eripiens oculis: glomeratq; ſub antro Fumiferam noctem.

FVNALIA, lium, {Torchi} (δᾷδες) dicuntur faces ex contortis funibus cera, aut pice circundatis. Cic. de Senec. Delectabantur crebrò funali, et tibicine: quę ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat: tantum licentiæ dabat gloria. Funales uerò equi ſunt, qui fune, hoc eſt, reſte iuncti, currum triumphalem præcedunt. σειραφόροι. Suet. in Tybe. Dehinc pubeſcens Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Funalia cereus. Valc. Maxim. lib. 3. cap. 6. Caius autē Duellius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit, quotieſcunq; epulaturus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti ſolitus eſt.

FVNAMBVLVS, pe. co. {Quello che camina ſu per le corde} (σχοινοβάτης) qui graditur per funes. Ter. in Prolog. Hecy. Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat.

FVNDA, dę, {Fromba} (σφενδόνη) inſtrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc eſt, iactantur lapides. Verg. lib. 1. Georg. Stuppea torquentem Balearis uerbera fundæ. Vocat autem Poeta fundam balearem, q̄ duæ illæ inſulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. Ter. in Eunu. Fundam tibi nunquam uellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes. Eſt etiā retis piſcatorū genus, quod in orbē iaculatur, (ἀμφίβληστρον) quod & Reticulum

dici ſolet. Verg. 1. Geor. Funda iam uerberat amnem. Accipitur quandoq; pro ſacculo, ſeu marſupio in modum retis facto, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrobius: Cumq; acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. Quod ſacculi genus etiam Reticulum uocatur. Hora. Reticulum panes uenales inter onuſto Fortè uehas humero. Aliquando pro circulo ex auro, ſiue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non niſi margines amplectatur. Pli. Funda includuntur perſpicuæ, cæteris ſubijcitur orichalcum.

FVNDAMEN, inis, & Fundamentum, ti, {*Fundamento*} θεμέλιον, ὑπόθεσις, βάσις. ſuper quod quid fundatur. Verg. 4. Geor. Et lentum de cortice glutē prima fauis ponunt fundamina. Idem. 1. Aen. Fundamenta locant alij, pars ducere muros. Iacere fundamenta Reipublicæ, eſt quaſi dare Reipublicæ principium. Ci. Corni. Ego mi Cornifici, quo die primum in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus cæteris ad xiij. Calendas Ianuarij fundamenta ieci, eo ipſo die prouidi multum, atq; habui rationem dignitatis tuæ.

FVNDI, orum, (Φοῦνδοι) oppidum eſt Campaniæ inter Taracinam et Caietam quod intercidit: hodie ſolum paluſtre ibi, ita tamen ut ædificiorum ruinæ ac ueſtigia cernantur: à quo Fundanus lacus appellatus eſt, & Fundanus ager. Pli. lib. 3. ca. 5. Inde generoſa uina Fundana ſcriptoribus commendata.

FVNDIBVLARII, (σφενδονῆται) ijdem qui funditores.

FVNDITO, as, pe. co. {*Spargere ſpeſſo*} σπερμολογέω. Plau. in Amph. Dum cruciatu tuo iſthæc hodie uerna uerba funditas. Idem in Pœnul. En monſtrū mulieris. tantula tāta uerba fundiat. i. multa & fruſtra profert. Fūditare rē, pro conſumere, Prodigere, ac profundere. Plau. in Merc. Omni, q; modo, cus iuuenis ipſe paſſerit, Me rem uideret funditare, ac perdere.

FVNDITORES, σφενδονῆται qui funda dimicant. Sallu. Ipſe cum expeditis cohortibus: ad hæc funditorum & ſagittariorum delecta manu. Cæſar. 3. Bel. Gal. Numidas, & Cretas ſagittarios, & funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit. Sic Liu. 1. bel. Pun.

FVNDITVS, pen. cor. {*Dal fondo*} (ἐκ βάθρων, πρόρριζον) aduerbium ſignificat fundo, ſicut Cœlitus e Cœlo. Cic. 6. Ver. Qui non obtruſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit, ac deleuit. Hoc eſt, ab ipſo fundo, uel ab ipſis fundamentis. Cic. Torquato lib. 6. Neceſſe eſt enim aut armis urgeri Rempub. ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquādo, aut funditus interire.

FVNDO, fundas, {*Fondare, gettare il fondamento*} (καταβάλλομαι, θεμελιόω) propriè idem quod fundamentum iacio. Verg. 8. Aen. Haud procul hinc ſaxo colitur fundata uetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes. Transfertur & ad incorporalia: idem ferè ſignificat quod firmo, ſiue ſtabilio. Quin. Fundatam paternis auitisq; opibus domum exhauſit. Huius compoſita ſunt Effundo, effundas, quod eſt, à fundo euerto. ὑποθεμελιόω. Cęcilius Republica amiſſo & effundato pulcherrimo ſtatu non paruam fecerat iacturam. Suffundo, pro fundamento ſubijcio. Varro: qui in domibus lateritijs paululum modò lapidibus ſuffundatis, ut humorem fugerent, habitabant.

FVNDO, dis, fudi, fuſum, {*Liquefare. Spargere. fondere. Dan. Biſcazza & fonde la ſua facultate*} χέω, χωνεύω. liquefacio. Vnde metalla dicuntur fuſa, cūm liquefacta ſunt in caloris. Item fundere aliquem dicūtur artifices, cūm effigiem alicuius arte fuſoria exprimunt. Pli. li. 34. c. 8. Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fundit, præter ſimilitudinem mirabilē, fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Hinc Fuſile, Fuſor, & Fuſorius, quæ uide ſuo loco. Quoniam uerò quæ fuſa ac liquida ſunt, ſpargi ſolent, fundere pro ſpargere ponitur. Cla. Et pesſima fudit Vina cadis. Lactan. lib. 6. Fudendus ad ultimum cruor, omnia deniq; amara & grauiora patienter ferenda. Aliquando pro proſternere. ἐδαφίζειν, καταβάλλειν. Verg. 1. Aene. Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia uictor Corpora fundit humi. Aliquando pro profligare, uel diſpergere. Liu. lib. 1. Exercitum fundit, fuſum perſequitur. Aliquando pro abundanter præbere. Verg. 4. Eclog. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliquando pro largè loqui. σπερμολογεῖν, ὑψηλολογεῖν, τὰς γνάθους φυσᾶν. Idem lib. 3. Talia fundebat lacrymans. Aliquando pro demittere, ut apud eundem: Criniſq; à uertice flammam Fundit. Huius compoſita ſunt, Affundo, ad aliquid fundo. ἐπιχέω. Pli. Exprimitur folijs ſuccus molliſſimis, in pila tuſis, affuſo paulatim uino auſtero. Confundo, perturbo, opprimo, ſiue omnia in unum miſceo, coniungo. συγχέω. Liu. li. 1. ab Vrb. Alterius urbis duo populi in unum confuſi ſunt. Verg. lib. 3. Qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis. i. coniungitur. Pli. Et ſi miſceantur, facile cōfundunt colorem. i. perturbant. Circunfundo, circumcirca ſpargo. περιχέω Apule. Atq; eo liquore ſtabulum omne circunfundit. Ver. 2. Aen. Vndiq; uiſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit. Defundo, deorſum fundo, καταχέω. li. 2. ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquam defuſus eſt, defricari. Diffundo, & Effundo de quibus ſupra. Infundo, in rem aliquā quippiam fundo. ἐγχέω. Col. li. 2. Mediumq; faucibus, ſi æſtuauerint boues, infundet. Hinc Infundibulum, de quo ſuo loco. Quandoq; Infundere, eſt ſupra fundere. ἐπιχεῖν. Verg. 1. Geor. Certatim largos humeris infundere rores. Infuſum, idem eſt Plinio, quod clyſter, τὸ ἐγκλυσμα. Offundo, & Perfundo ualde, ſiue per omnes partes fundo, ſpargo. διυγραίνω, διαπαύω. Oui. Perfunditq; genas lacrymis. Profundo, προχέω. Refundo, (ἀμείβομαι, ἀντεμβάλλω) rependo. Seneca: Id erat non tam accipere beneficium q̄ refundere. Interdū reſtituo, quod ſparſum erat. Idem: Quicquid deerit, ex meo refundam. Interdum reijcio, ἀναφέρω: ut, Omnem culpam in te refundam. Interdum idem eſt, quod euomo. Pli. Quod heſterna crapula ingurgitauerat, palā refudit, ἀναδίδωσι. Suffundo, eſt ſupra fundo aut fundendo iniįcio. Col. li. 7. Laſſæ & æſtuanti mulæ ad os in fauceis demittitur, utrunq; in os ſuffunditur. Interdum forinſecus ſpargo, ὑποχέω cū Infundo potius de interiori parte dicatur. Ver. 1. Geo. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit. Seruius: Suffuderit, forinſecus habuerit. Hinc Suffuſio, (ὑπόχυσις, ὑπόχυμα) morbus eſt oculorum, quē uulgo Cataractā uocant: ortū trahēs ex uitioſo humore inter duas tunicas collecto, inſemq; deprauante. Cel. li. 7. c. item. 7. Suffuſionis plures ſpecies ſunt: quædā ſanabiles, quædā quę curationem nō admittunt. Nā ſi exigua Suffuſio eſt, ſi immobilis, colorē uerò habeat marinæ aquæ, uel ferri nitentis, & à latere ſenſum aliquem fulgoris relinquit, ſpes ſupereſt. Si magna eſt, ſi nigri pars oculi, amiſſa naturali figura, in aliam uertit, ſi ſuffuſionis color cœruleus eſt, aut auro ſimilis, ſi labat atq; hac & illac mouetur, uix unquā ſuccurritur. Hęc Celſus. Interdum confundo, ſiue rubore perfundo. Cic. pro inſpergo poſuit, ad Lentulum ſcribens: Noui animum cū mihi amiciſſimum, tum multa in cæteros maleuolentia ſuffuſum. Suffundere frigidam, unde in dictione Frigida. Superfundo, ἐπιχέω. Lactan. lib. 6. Extinguitur protinus, tanquam igni aquam ſuperfuderis. Transfundo de uno uaſe in aliud fundo, ſpargo, immitto. ὑεδιαχέω. Cato de Re ruſt. Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. Cic. Dolabel. Libentius omnes meas laudes (ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauſeram ex tuis.

FVNDVM, di, {*Fondo, profondo. Pe. Nuoto per mar che non ha fondo e riua*} (πυθμὴν) ima pars cuiuſq; rei, quæ aliquid liquoris in ſe continet, uel ad continendum facta eſt, ut dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Verg. 2. Aen. Sæuitq; tridenti Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora fundo. Largitio fundū non habet, Cic. 2. Offi. Senec. Epiſt. 1. Sera in fundo parſimonia. Hinc Fundamentum de quo ſupra, & Profundum, quod propriè imū ſignificat. Vnde profundum mare dictum, quòd procul habeat fundum.

FVNDVS, di, {*Fondo, poſſeſſione. podere*} (χωρίον, ἀγρὸς) eſt cuiuſuis poſſeſſio ruſtica: ita dicta, quòd fundat quotannis multa: uel quòd ſit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis eſt. Plau. in cap. quaſi fundum uendā, meis me addicam legibus. Fundi appellatione (ut docet Florentinus Iureconſultus) omne ædificium, & omnis ager continetur: ſed in uſu, urbana ædificia, Aedes ruſtica, Villa dicuntur. Locus uerò ſine ædificio in urbe, Area: ruri autem, Ager appellatur. Idemq; ager cum ædificio, Fundus dicitur. Accipitur etiam fundus per translationem pro cuiuſuis negotij fundamento. Plaut. in Trin. Nunc mihi is propere conueniendus eſt, ut quæ quum eius Filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo. Hoc eſt, fundamentum, auctor, & approbator. Sic populum fundum fieri, teſte Feſto, eſt populū eius rei, quam alienat, fieri auctorem. Cic. pro Corn. Balb. quid enim dici potuit imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis proprium eſt fœderatorū, quā liberorum omnium. Et paulò poſt: Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tū ſit fundos, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat.

FVNERÆ, arum, apud ueteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinet: ut ſunt mater, & ſoror defuncti. Nam Præficæ ut planctus ſunt principes, ita doloris ſunt expertes. Ver. 9. Aen. Nec te tua funera mater Produxi, preſſiq; oculos, aut uulnera laui. Quem in locum Seruius, Funeræ, inquit, dictæ ſunt, quaſi Funereæ, ad quas pertinet funus.

FVNEBRIS, funebre, pen. cor. {*Funebre funeſto*} (ταφήϊος,) quod ad funus pertinet: ut, Funebris pompa, Funebre carmen, ἐπιτάφιον, ἐπικήδειον. Quintil. quid ſibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio. Ci. 2. de Orat. Funebre ueſtimentum, Idem. 2. de Leg. Funebria ruſta. Liu. 1. ab urb. Interdum accipitur pro exitiali ſeu pernicioſo, quodq; multa affert funera. Sic funebre bellum, (φθισήνορα πόλεμον Homero) legitur apud Horatium in Serm.

FVNERARIVS, a, um, {*Ciò che s'appartiene à funerale*} (ταφήϊος) qd̄ ad funerationem pertinet: ut, Funeraria actio. Vlp. l. At ſi quis ff. de relig. & ſump. fun. Qui mandatu alterius funerauit, non habet actionem funerariam.

FVNEREVS, a, um, {*Funero. Pet. Iuſin al cener del funereo rogo.*} (ταφήϊος) idem quod Funebris: ut Funerea fax. Verg. 4. Aen. Intenditq; locum ſertis, & fronde coronat Funerea.

FVNERO, as, pen. cor. {*Sepelire fare il funerale*} (κηδεύω, καταθάπτω) iuſta mortuo perſoluo, pompam funebrem duco. Pli. lib. 33. cap. 10. Qui funerati ſe iuſſit ſeſtertijs undecim milibus. Suet. in Domit. Cadauer eius populari ſandapila per ueſpillones exportatum, Phyllix nutrix in ſuburbano ſuo Latina uia funerauit. Hor. 3. Carm. Ode. 8. Funeratum dixit pro occiſo, id quod ſequitur ponens pro eo quod præcedit. Prope funeratus Arboris ictu.

FVNESTO, ſtas, {*Funeſtare*} (μιαίνω) cæde polluo, funere inquino. Cice. pro Font. Qui etiam ſi quando aliquo metu adducti, deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtijs eorum aras ac templa funeſtant. Idem pro Rabir. Funeſtari concionem carnificis contagione ueto? Vnde Domus funeſtata, quæ aliquo funere affecta eſt. Plau. Paternam domum funeſtaui.

FVNESTVS, ſta, ſtum, {*Funeſto. Pe. Dal corpo à chi l'attende agro e funeſto*} (ὀλέθριος) pernicioſus, exitialis. Cic. Att. Maiores noſtri funeſtiorem eſſe uoluerunt diem Allienſis pugnæ, q̄ urbis captæ. Idem in Catil. Hoc tibi perniciosum eſſe confido, & funeſtum futurum. Item quod funeribus adhibetur: ut, Funeſta tibia, quæ ad funera canebant. Funeſta arbor, dicitur à Poetis Cupreſſus, cuius ramus poni ante domum funeream ſolitus ſit, ne pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur.

FVNETA, arcus ſunt in uitibus, cūm breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo. Auctor Pli. lib. 17. cap. 23.

FVNGOR, eris, functus, {*Fare, eſſercitare ufficio, uſare,*} (τελέω, ἀπαλλάττω) ſignificat officium aliquod exercere, munus obire, aut dignitatem habere: conſtruitur cum ablatiuo: ut Fungor Prætura, Cic. 5. de Fini. Atq; in ſenſibus hæc eſt ſua cuiuſq; uirtus, ut ne quis impediat, quin mmus ſuo quiſq; ſenſus munere fungatur in his rebus celeriter, expediteq; percipiēdis. Aliquando cum accuſatiuo. Teren. in Adel. Maior filius tuus Aeſchinus, Quem fratri adoptādum dediſti, neq; boni, Neq; liberalis functus officium eſt uiri. Functio, onis, uerbale. Cic. 2. Tuſc. Labor eſt functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis, uel muneris. Huius compoſita ſunt: Defungor, id eſt, expedio, finem facio, perago, ceſſo, & liberor ab aliquo officio, uel munere. Verg. 6. Aenei. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. id eſt, qui ſuſtuliſti & euaſiſti pericula. Liuius: Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. id eſt, quæ euaſerunt morbos. Ter. in Adel. Vtinam hoc ſit modo defunctum. i. utinam hoc malum ultimum ſit, quo defungantur, & in quo finem faciat peccandi Aeſchinus. Inde etiam Defunctos dicimus, qui mortui ſunt, eo q; uitæ munus peregerant: quos etiam Functos uita dicimus, quaſi illud dicamus, eos uixiſſe, nec amplius uiuere. Perfungor, perfectè fungor, ad finem uſq; exequor. ἐπιτελέω, ἐκτελέω. Cic. Lent. Cū & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus.

FVNGVS, gi, {*Fungo*} (μύκης) à funere (ut quidam docēt) deſcendit, quòd ueſcentibus periculoſiſſimus ſit, uel ipſo Plinio teſte, qui eos annumerat inter ea quæ temerè manduntur. Tanta enim eſt fungis cum uenenis cognatio, ut ſi ue

caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut panni marcor adſuerit, aut ſi ſerpēs primò patefcentem adhalauerit, omnis ſtatim ſuccus decoquatur in uenenum. Fungi nomen generale eſt. Boleti autem dicuntur, qui in uuluis albis naſcuntur, quibus ſublatis lutei ſunt coloris. Plin. lib. 22. ca. 25. Fungorum lentior natura, & numeroſa genera: ſed origo non niſi ex pituita arborum. Tutiſſimi, qui rubent callo, minus diluto rubore, quàm boleti: mox candidi, uelut apice Flaminis inſignibus pediculis. Tertium genus ſuilli, uenenis accommodatiſſimum.

Fungorum diuerſa ſunt genera, nam ſunt boleti, pratenſes albi, qui in pratis naſcuntur, Spongioli, à ſimilitudine ſpongiæ, Digitelli, à digitis: à porrigine Porriginoſi. Naſcuntur & in arboribus fungi, & in ſpinarum radicibus. Fungus arborum morbus. Pli. lib. 17. cap. 24. Olea præter uermiculationem, quam æquè ac ficus ſentit, clauum etiam patitur, ſiue fungum placet dici, uel patellam: hæc eſt Solis exuſtio. Fungus, pro homine ſtupido & inſulſo. Plau. in Bacch. Adeon' me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem? Hinc Fungoſus, a, um, quod eſt rarum & leue ad ſimilitudinem fungi. μυκητώδης. Pli. Hunc totum fungoſa replet medulla. Fungoſitas, atis, hoc eſt, raritas & leuitas, qualis in ſpōgijs apparet. Idem: tota fungoſitas deraſa.

FVNGINVS, a, um, {Fonghino, di fongo} quod eſt ex fungo. Plaut. in Trin. Pol, hic quidem Fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.

FVNICVLVS, li, {Cordicella funicella} ὑολκίδιον, σχοινίον. diminutiuum à fune. Cic. 2. de Inuen. Vſqueadeò, ut dominus nauis, cùm idem gubernator eſſet in ſcapham confugeret, & inde funiculo, qui à puppi religatus erat, ſcapham annexam trahebat, nauim quoad poſſet moderaretur. Ponitur quoq; Funiculus pro menſura quadam Perſica ſexaginta continente ſtadia, ut placet Herodoto: quanquam Plin. ex Eratoſthenis ſententia quadraginta tantum ſtadiorum eſſe tradit. In hac tamen ſignificatione frequentius utimur Græco noīe Schœnus.

FVNIREPVS, pi, {Che camina ſu per le carde} (σχοινοβάτης) idem ſignificat quod Funambulus. Apuleius: Comœdus ſermocinatur, Tragœdus uociferatur, Funirepus periclitatur.

FVNIS, {Corda fune} (κάλως, σχοῖνος, μήρινθος) reſtis ex cānabe, aut alia materia contorta: Hodie tantum maſculini generis eſt, olim etiā fœmi. Ver. 5. Aene. Volucrem traiectam in fune columbam, Quò tendunt ferrum, malo ſuſpendit ab alto. Luc. apud Gel. lib. 13. cap. 10. Haud, ut opinor, enim mortalia ſecla ſuperne Aurea de cœlo demiſit funis in arua. Col. li. 6. ca. 2. Cannabinis q́; funibus cornua iuuencorum ligato.

FVNVS, eris, {Funerale. pompa funebre} (κηδεία) pōpa, quę fit in exequijs mortuorum. A funalibus dictum Funus, q; incenſi funes mortuis præferebantur: quoniam noctu efferebantur cadauera. Vel potius ab eo quod φόνος Iones dicunt Ionicè, pro φόνος, quod cædem, uel cladem ſignificat. Cic. de Amic. Quā autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt. Interdum ponitur pro cadauere. νεκρός. Ter. in And. Effertur funus. Interdum ſignificat mortē. Verg. 4. Aen. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Quandoq; pro ſepulchro. τάφος. Verg. 3. Aen. Ergo inſtauramus Polydoro funus.

FVO, fuis, fuit, futum, {Eſſere} antiquiſſimi dixerunt pro ſum. Plau. in Amphit. Ne quis tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Hinc manſit præteritum Fui. Vide ſuprà Fuat.

FVR, {Ladro, robatore} (φώρ, κλέπτης) generis cōmunis notæ ſignificatiōis eſt, à ferendo (ut quidam putant) hoc eſt, ab auferendo dictus. Vel (ut docet Var. lib. 14. rerum diuin.) à furuo, nigro, q; furta clam fiant, et plerunq; nocte. Aut certè, q; Gellio magis placet, à Græco nomine φώρ. Ita enim antiqui illi uocabant, quem nunc κλέπτην dicunt. Plau. in Aul. Tāetſi fur mihi es moleſtus nō ero furi. Idem in Rud. Fures mihi eſtis, hoc eſt furamini res meas. Ci. pro Mil. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impunè uoluerunt. Fur item, à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, lib. 3. de Re ruſt. c. 16. Interdū fur capitur pro ſeruo. Ver. 3. Eclo. Quid domini facient, audent cū talia fures? Compoſita ſunt Bifur, & Trifur, τρίφωρ. Plau. Verbaliſſimè etiam rogitas? non fur, ſed trifur. hoc eſt, ſumme fur. Aurifur, qui furatur aurum χρυσοκλέπτης. Diminutiua ſunt Furunculus, de quo ſuprà, & Furculus ſecundum Priſcianum.

FVRAX, cis, {Furace, data al robare} (ἐπίκλοπος) dicitur qui procliuis eſt ad furandum: ut, Furax aleator, Furax ſeruus, Furaces manus, Ci. 2. de Orat. Ridiculum eſt illud Neronianum uetus in furace ſeruo, ſolum eſſe, cui domi nihil ſit obſignatum & occluſum. Idem in Piſo. Nam cū tu timidus ac tremens tua ipſe furaciſſimis manibus detractam cruentis faſcibus lauream, &c. Furacitas, tatis, procliuitas, ſeu inclinatio ad furandum. Pli. li. 10. cap. 29. Cui ſoli aui furacitas auri argentiq; præcipua mira eſt. Furaciter, aduerb. Cic. in Vati. Cū q; omnium domos, apothecas, naues, furaciſſimè ſcrutarere.

FVRCA, cæ, {Forcella, forcina} (ὑποστάτης, ςηρίγμα) à fero, inſtrumentū quo ſtramenta feruntur. Hora. in Epiſt. Naturam expellas furca licet, uſq; recurret, Et mala perrumpet furtim ueſtigia uictrix. Dicitur & Furca, omne id, quo quid ſuſtentatur in modum furcæ factum. Pli. lib. 9. cap. 8. Tunc piſcatores circundāt retia, furcisq; ſubleuant. Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatum. Itē diminutiuum Furcula. Liu. 8. bel. Maced. Momento enim ad inane ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro peruenerunt. A quo fit aliud diminutiuum Furcilla de quo infrà.

FVRCIFERI, (ὑποςάται, Plutarcho) dicebantur ſerui, qui ob leue delictum cogebantur à dominis ignominiæ magis, ĝ ſupplicij̄ cauſa circa uicinos furcā in collo ferre ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum, ſimulq́; monere cæteros, ne quid ſimile admitterent. Vnde Plutar. in uita Coriolani: Furcifer huic nomen eſt q; maxima pœna apud antiquos ſeruo peccanti erat, ut his plauſtri lignum, cui temo affigitur, ſpectāte uicinia ferens circumageret: qđ ubi factum erat, infidus à domeſticis & uicinis exiſtimatus, Furcifer appellabatur. Nam Latini lignū illud Furcam appellant. Ci. in Vatin. Quod in illo uiro & tū ferendum eſſet, & maximis rebus, quas poſtea geſſit, obliterandum, id tu tibi furcifer ſumes? Hinc Trifurcifer, ſummus furcifer dicitur: ſicut Triueneſica, ſumma ueneſica.

FVRCILLA, læ, {Forcina} diminutiuum à diminutiuo Furcula eſt, & ſignificat inſtrūm: quo frumenta cillētur, hoc eſt, mouentur: (nam Cillere mouere eſt) & quo fœnum, ſtramenta, et id genus reliqua iumentis miniſtrantur. Hoc ruſtici in fœnu colligendo utuntur. Var. lib. 1. de Re ruſti. Herba cū creſcere deſijt, & æſtibus areſcit, ſubſecari debet, & quoad perareſcat, furcillis uerſari.

FVRENTER, aduerb. {Furioſamente} (μανικῶς) inſanè, more furiū. Ci. Att. li. 6 Dionyſius mihi quidē in amoribus eſt: pueri aūt aiunt eū furenter iraſci.

FVRFVR, furfuris, pen. genitiui co. {Semola, cruſca} (πίτυρον) purgamētum farinæ. Plau. in Capt. Tū piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues. Vnde Furfureus, a, um, ſiue Furfuraceus, quod ex furfure conſtat: ut, Panis furfuraceus, ſiue furfureus πιτυρίας, πιτυρίτης ἄρτος. Furfures itē Latini appellāt uitium capitis, qđ & Græci πίτυρα, ſiue πιτυρίασιν uocant, cū. ſ. quædā quaſi furfuraceæ ſquāmulæ abſq; ulceratione a cute reſoluuntur, præſertim in capillo, ſiue barba, nonnunquam ēt in ſupercilijs. Celſus & Serenus porriginē nomināt. Pli. lib. 20. ca. 9. de Scilla herba, Diſcutit & folijs ſtrumas, quadrinis diebus ſoluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita ex oleo cocta.

FVRFVROSVS, ſa, ſum, (πιτυρώδης) quod furfures habet admiſtos, aut quandam furfurum ſimilitudinem referre uidetur. Pli. li. 12. c. 25. Color, in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus deterior furfuroſus.

FVRIÆ, arum, {Furie} (ἐριννύς, ἀλάστορες, Cornuto, εὐμενίδες) deæ furoris, Noctis, Acherōtisq; filiæ, quæ tres eſſe putabantur; Alecto, Tiſiphone, & Megera. Ver. 12. Aen. Dicūtur geminæ peſtes cognomine Diræ, Quas et Tartaream Nox intempeſta Megærā Vno eodemq; tulit partu. Quē locum exponēs Seruius, Diræ, inquit, in cœlo, Furię in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres eſſe dicuntur. Vocantur ēt canes, ut eſt apud Verg. 6. Aen. Viſæq; canes ululare per umbram Aduentante dea. Hactenus Seruius. Furiæ ab Athenienſibus κατ' εὐφημισμόν Eumenides dicebantur, quaſi placabiles & benignæ, apud quos & fanum habebant ſolēnibus ſacrificijs celebratum, quēadmodum & lucum in Latio, qui Furinæ dicebantur. Numen aūt earum præcipuē circa ſcelerum ſpeculationē, ultionemq́;, & in animorū malē ſibi cōſciorum exagitatione uerſari putabatur: ut eſt uidere apud Euripidē in Oreſte. Ci. 3. de Natu. deo. Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ, Furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices credo & uindices facinorum & ſcelerum. Verg. 4. Aen. Heu furijs incenſa feror. Cic. pro Roſcio: Furiarū nomine à Poetis nihil aliud ſignificari ait, ĝ animū ſibi malè conſcium & ſcelerum quibuſdā quaſi ſtimulis aſſiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodū in fabulis ſæpenumero uidetis, eos qui aliquid impiè, ſceleratèq; cōmiſerunt, agitari, & perterreri tedis ardentibus. Sua quēq; fraus & ſuus terror maximè uexat: ſuum quemq; ſcelus exagitat, amentiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent. Hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæq; furiæ, quæ dies, noctesq; parentum pœnas à ſceleratiſſimis filijs repetāt. Trium aūt Furiarum numerus triplicē animi denotat affectū, iram, cupiditatem, & libidinē, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem deſiderat, cupiditas opes, libido uoluptates: quod Furiarum proprium eſt, aut ijs, qui Furijs exagitantur.

FVRIALIS, le, {Furiale} Ci. 2. Tuſc. Hæc me irretiuit ueſte furiali inſcium. Furialiter aduerb. Ouid. 3. Faſt. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

FVRIATVS, a, um. {Infuriato} ἐκμεμανημένος. furore concitatus. Verg. 2. Aene. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Vbi Seruius: Furiatus dicitur qui ex cauſa furit: Furioſus à quo Furor nunquam recedit.

FVRIBVNDVS, {Furibondo, infuriato grandemente} (ἐξεστηκώς, παραπληκτικός, μανιώδης) qui uehementer furit. Ci. pro Seſt. At cū ille furibundus incitata illa ſua uecordi mente ueniſſet, &c.

FVRINALIA, ſacra ſunt Furinæ deæ, cuius ēt feſta Furinalia feriæ uocabātur, & ſacerdos qui hæc ſacra peragebat, Flamē Furinalis dictus eſt. Auctores Varro & Feſtus: quāquā apud Feſtū corruptè ut arbitror, legamus Furualia.

FVRINVS, a, um, {Ciò che appartiene à ladro} quod ad furem pertinet. Plau. Pſeu. Nam non coquinum eſt, uerum furinum eſt forum.

FVRIO, as, {Infuriare, μαίνω} furore concito, in furorem ago. Hor. lib. 1. Car. Flagrans amor, & libido Quæ ſolet matres furiare equorum.

FVRIOSVS, a, um, {Furioſo} (μανιώδης) qui uehementi, iugiq; furore afficitur, uitiato. ſ. principis animæ facultatis inſtrumento. Differt autem Furioſus ab inſano mali magnitudine. Inſanus. n. is dicitur, qui mentis ſanitas non ſatis conſtat, ita tamē ut officium tueri poſſit, & cōmunem uitæ cultum. Furioſus autē, qui omnino mente alienatus eſt. Seruius in illud Verg. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Furiatus (inquit) dicitur, qui ex cauſa furit. Furioſus à quo furor nunquam recedit. quod tō omnino uerū non eſt. Sunt. n. furioſi, qui intermiſſionem habent, morbiq; & ſanitatis interualla. Vlp. l. Qui teſtamento. ff. Qui teſtamētum facere non poſſunt. Nec furioſus adhiberi teſtis pōt, cum compos mentis non ſit. ſed ſi habet intermiſſionem adhiberi poteſt. In hoc aūt Furioſus differt à Mente capto, q; Furioſus rabie quadam animi agitur: is uerò qui mente captus eſt, in quiete agit, nullaq; furoris oſtendit indicia. Vnde Mente captus uidetur dici, qui eo morbo laborat, quē Græci uocant μώρωσιν, cum. ſ. λογιστικόν, hoc eſt, pars rationalis animæ uitiata eſt. Furioſe, aduerbium, (μανικῶς) dementer, inſanè. Cice. ad Att. Etſi ſolet eum cùm aliquid furioſè fecit, pœnitere.

FVRNACEVS, a, um. {Ciò che è cotto in forno} quod in furno coctum eſt: ut, Panis furnaceus, κλιβανίτης, ἄρτος. Plinius. Nam furnaceis panibus binas adijciunt libras.

FVRNARIA, æ. {L'arte del fornaro} (ἀρτοποιική) abſolutè dicitur: ſicut Cauponaria, & Sagaria. Dicitur aūt quis furnariam exercere, qui ex furno, paniſq; coctura quæſtum facit, uel qui furnos locat conductoribus. Suet. de Vitellio: Cuius filius ſectionibus, & coſuturis uberius compendium nactus ex muliere uulgari Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia, equidem Romanum genuerit.

FVRNIANVS, a, um, adiect. ut, Furniana uaſa, à Furnio inuentore fortaſſe dicta. Pli. lib. 33. ca. 11. Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenij uariat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc Anaglypta, &c.

FVRNVS, ni, {Forno} (ἰπνός, κλίβανος, πνιγεύς) in quo panis coquitur: ita dictus à furuo. i. nigro colore, propter fuliginem, uel propter obſcuritatē, quam intus habet, ut inquit Porphyrio. Differtq; à Clibano, q; Clibanus mobilis eſt, & quaſi paruus furnus, teſtaq; aliquādo tegit̄, ſed ferè è metallo fit. Interdū & ex lapide conſtat, non tā pani, ĝ alijs dapibus coquendis ſeruiens. Furnus uero

ex cæmentis

ex cæmentis, ſeu lateribus & calce conſtat, magnusq; & immobilis eſt. Pli. cortices quoq; decuaſi ligni clibanis, & furnis præbent uſū. Plau. Caſin. Vna ædepol operam in furnum calidum condito. Os furni, Præfurnium dicitur. Sipont.

FVRO, is, ere, {Furiare, eſſere furioſo}(μαίνομαι) furioſus ſum, furore exagitor. Cic. 2. de Diuin. Qui ualetudinis uitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem de Clar. Orat. Eos furere, & bacchari arbitrabatur. Aliquando, idem quod uehementer iraſci, & præ iræ magnitudine furioſo ſimilem fieri. Cic. Q. Fra. Clodius furebat, à Racilio ſe contumaciter, urbaneq; uexatum. Idem in Epiſ. Nunc furit Domatius tam gauiſos homines ſuum dolorem. Transfumitur & ad alias ut cùm dicimus quempiam furere audacia, aut ſcelere, aut libidine, hoc eſt, præ audacia, ſcelere, aut libidine præcipitem ferri, & à furioſo non admodum differre. Cic. in Cati. Furens audacia, ſcelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuſ. Inflammatus, & furens libidinibus.

FVROR, aris, {Furare, rubbare}(κλέπτω) furtum facio, clàm alienum aufero. Cice. 6. Verr. Tum primum intellexi ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, ut iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum uteretur. Idem 3. Verr. Verres ſolet hæc, quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. Furari pro furtim aſſequi, et furtim obrepere ad aliquid. Cic. pro Corne. Bal. Non enim furatus eſſe ciuitatē, non genus ſuum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur.

FVROR, roris, {Furore, impeto, pazzia}(μανία, ἡ διάνοιας παραφορὰ) grauior, diuturniorq; mentis alienatio, ex uitiato principis animæ facultatis inſtrumento originem habens. Quo modo autem differat ab inſania, docet Cic. 3. Tuſcu. his uerbis. Itaq; non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Inſaniam enim eſſe cenſuerunt inconſtantiam ſanitate uacātem, quæ tamen poſſe tueri officium, et uitæ communem cultum, atq; uſitatum. Furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod cum maius eſſe uideatur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Vergi. 2. Aeneid. Inſtamus tamen immemores, cæciq; furore, Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce. Cice. de Aruſp. reſp. A' dijs quidem immortalibus quæ poteſt homini maior eſſe poena furore, atque dementia? Aliquando accipitur pro mente ui quadam diuina concitata, qualis eſt furor poetarum. Negabat enim Democritus quempiam poetarum magnum eſſe poſſe ſine furore, teſte Cicer. 1. de Diuina. Idem eodem, paulo antè, ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta atq; incluſa diuinitus, ea ſi exarſit acrius, Furor appellatur, cum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Dictus furor, q eo correptus huc atq; illuc temerè feratur.

FVRTIFICVS, a, um, {Che ſuole far furto} (ἐπίκλοπος) quod furtum facere ſolet. Plaut. in Perſa: Vbi illa altera eſt furtifica leæna. Idem in Pſe. Vt prædatis ueſtras furtificas manus.

FVRTIM, aduerb. {Naſcoſamente, celatamente}(λαθραίως) ſignificat latenter. Verg. lib. 3. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, Infelix Priamus furtim mandarat alendum. Cic. aduerſus legem Agra. Quid Alexandria, quid cuncta Aegyptus? ut occultè latet? ut recondita eſt? ut furtim tota Decemuiris traditur? Furtum habere ſeruum alienum, eſt occultare: cui opponitur Palàm habere.

FVRTIVVS, a, um, pe. pro. {Furtiuo, rubbato}(κλοπιμαῖος, κλεπτικὸς) quod furto ablatum eſt, Plaut. in Curc. Qui ſcias mercari furtiuas, atq; ingenuas uirgines, Ambula in ius. Quandoq; Furtiuum dicitur clādeſtinum. Vnde & Furtiuæ literæ & furtiua ſcripta, quæ artificio quodā fiunt, ne legi poſſint ab alio, quàm ab eo ad quem ſcribuntur: quales erant, quas Lacedæmonij, σκυτάλας uocabant. Gel. lib. 17. ca. 9. Res quaſdam occultas nuntiare regi furtiuo ſcripto uolebat. Sic Furtiuæ excurſiones, Liui. 4. bel. Puni. Furtiue aduerbium pro furtim. Plautus Poenu. Certiorem eſſe te uolui Nequid furtiuè, aut clam accepiſſe cenſeas.

FVRTIM, ti, {Furto}(κλοπὴ κλέμμα) ut Paulus Iureconſu. definit eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius, poſſeſſionis ue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Cicer. pro Cluent. Hoc ipſo ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiuſmodi. Veteres tamen dicebant Furtum quicquid clam committeretur: unde Furta pro adulterijs, coituq; clandeſtino frequenter legimus apud Poetas. Vergi. 4. Georg. Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. Tibu. Celari uult ſua furta Venus. Item pro inſidijs. Verg. lib. 11. Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Armatu ut biuias obſidam milite fauces. Sal. libro 1. Hiſtor. Metu gentis ad furta belli peridoneæ. Furta domeſtica uocantur, quæ ſerui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij illis apud quos degunt, ſurripuerunt.

FVRVNCVLVS, {Ladroncello} diminutiuum à Fur Cic. in Piſonem: Olim furunculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiam quandoq; pro muſtella ſylueſtri qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur Viuerra, Græcè ἰκτίς. Eſt & Furunculus, (δοθιὴν) tuberculum acutum, cum inflammatione, ac dolore in carnoſis maximè partibus, ut ſcribit Galenus. Prouenit ex humoribus craſſis, differtq; à phymate, quòd hoc maius eſt furunculo, rotundius atq; planius. Plin. lib. 26. cap. 12. Paſſim & in quacunq; parte, ac maximo incommodo naſcuntur, qui Furunculi uocantur, mortiferum aliquādo malum confectis corporibus. Eſt præterea Furunculus in uitibus tuberculum in modum uerrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Colum. libro 5. Plerunque autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longum profilierit, in flagellum ſubmittitur, ſiue breuius, in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculum: is ex quolibet minimo capillamento fieri poteſt. Ibidem cap. 14. Sed ſi reſecis ſacultas non erit, circumſpiciendus eſt furunculus, qui quamuis anguſtiſſime præciſus, in modum uerrucæ proximo uere materiam exigat. Dictus Furunculus quòd quaſi furtim naſcatur.

FVRVVS, a, um, {Oſcuro, nero, bruno}(μέλας, ἀμαυρὸς, σκοτεινὸς) idem eſt, quod niger, ater, obſcurus. Oui. 5. Meta. Aſcalaphus uidit, quem quondam dicitur Orphne, Inter auernales haud ignotiſſima nymphas, Ex Acheronte ſuo ſuruis peperiſſe ſub antris. Vnde hoſtiæ furuæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hoſtiarum genus Dijs inferis gratiſſimum putabatur.

FVSCINA, næ, pen. corr. {Tridente}(δίκρανον, τρίαινα) telum tridens, ſiue triſulcum, aut etiam biſulcum, quo piſcatores figunt anguillas, & ea quę in imo aquæ fundo natant. Erat autem hoc inſigne, & ueluti ſceptrum Neptuni, ut in Priap. Neptuni fuſcina telum. Cic. 1. de Nat. Dant etiam Deo arcum, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen. Hoc etiam retiarij in gladiatorijs ludis utebantur. Iuuen. Satyr. 2. Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi. Marti. libro 1. Fuſcina dente minax.

FVSCINVLA, diminutiuum parua fuſcina, δικραμίδιον, ἰχθυηκέντρον.

FVSCVS, ca, cum, {Foſco. Dant. Non frondi uerde ma di color foſco}(φαιὸς) color ſubniger, id eſt, nō plenè niger, qualis eſt Indorum meridionalium, & Aethiopum color. Fuſcus pelus. Plin. lib. 8. cap. 21. Fuſcum Falernum, Martia. Fuſcus equus. Ouid. 2. Faſt. Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. Fuſca uox eſt ea quæ clara aut canora non eſt. Cic. 2. de Nat. deo. Et uocis genera permulta canorum, fuſcum: læue, aſperum, graue, acutum flexibile, durum. Fuſca laterna. Mart. lib. 14. Cornea ſi non ſum, nunquid ſum fuſcior?

FVSCO, as, {Infoſcare, far foſco}(ὑπομελαίνω) eſt fuſcum, hoc eſt, ſubnigrum facio. Ouid. 1. de Arte amandi: Fuſcātur corpora campo. Fuſcatur, oris, Luca. lib. 4.—Quicquid cœli fuſcator eoi Intulerat Corus. Inde compoſitum, Offuſco quod uide ſuo loco.

FVSE', aduer. {Sparſamente, largamente, abondeuolmente} (εὐρὺ, πλατέως) hoc eſt, abundanter, & copioſè. Ci. 3. de Fin. Poteſt id quidē fuſè, & copioſè, et omnibus electiſſimis uerbis, grauiſſimisq; ſententijs rhetoricè & augeri, et ornari.

FVSIDIVS, fœneratoris nomen apud Horat. 1. Ser. Sat. 2. Fuſidius uappæ famam timet, ac nebulonis, Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.

FVSILIS, le, pe. cor. {Che ſi può liquefare}(χυτὸς) quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, uel quod pronum eſt ad fundendum. Vnde Fuſilia uaſa dicuntur, & Fuſilia ſigna, quæ ex metallo aliquo fuſa ſunt. Ouid. 11. Metamorph. Fuſile per ictus aurum fluitare uideres. Colum. libro 6. cap. 33. Vel cum fuſili ſale trita ſepiæ teſta.

FVSIM, aduerbium, {Sparſamente}(χύδην) idem eſt quod ſparſim. Fuſè autē, ut ſuprà diximus, ſignificat latè, & copioſe.

FVSIVS, pro Furius antiqui dixerunt, ut Valeſius pro Valerius. Auctor Feſt.

FVSIVS, oratoris nomen, cuius meminit Cic. lib. 2. de Ora. Fu. us (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non adſequitur: oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur, &c.

FVSIO, onis, (χύσις) Cic. 1. de Nat. Ipſumq; mundum Deum dicit eſſe, & eius animi fuſionem eſſe uniuerſam.

FVSORES, {Colora che fanno ſtatue, ò altri lauori di getto}(χωνευταὶ) à fundendo i. liquefaciendo, qui ex metallo quopiam ſtatuas, alia ue opera fundunt.

FVSORIVS, a, um, (χωνευτικὸς) quod ad fuſionem, hoc eſt, liquefactionem pertinet, ſeu quod funditur, aut quod fundi poteſt: ut, Opus Fuſorium. Fuſoriū uas, in quo metalla liquefiunt. Ars fuſoria, (χωνευτική) ars fundendi conflandi ue metalla, operisq; aliquid ea eis conficiendi.

FVSTERNA, æ, pars abietis ſuperior, durior, & nodoſior: nam inferior, minusq; nodoſa Sapinus dicitur. Plin. li. 16. cap. 39. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt, hæcq; quam diximus, ratione fluuiata decorticatur, atq; ita Sapinus uocatur, ſuperior pars nodoſa, duriorq; fuſterna.

FVSTIS, huius fuſtis, maſc. gene. {Baſtone}(βάκτρον, βακτηρία) baculus, ſtipes. Plin. lib. 14. cap. 13. Inuenimus inter exempla, Egnatij Mecenij uxorem, q uinum bibiſſet è dolio interemptam fuſte à marito, quamuis ſint, qui hoc in loco non legant Fuſte, ſed Fuiſſe. Cic. pro Cæc. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut Fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Fuſtigo, as, are, fuſte uerbero, ξυλοκοπῶ.

FVSTVARIVM, rij, (ξυλοκοπία) pœna, quæ fuſte infligitur. Cic. 3. Philip. Nam ſi ille Conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ Conſulem reliquerunt.

FVSVRA, ræ, (χύσις) fuſio, ſiue liquefactio. Plin. lib. 33. ca. 6. Chryſitis ex ipſa uena fit, Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit puteolis, & unde habet nomen.

FVSVS, a, um, {Liquefatto, ſparſo}(χυθεὶς) participium à Fūdo, dis, al ſecūdo idē eſt quod conflatus, uel liquefactus, ut cum aurum, uel argētum fuſum dicimus. Interdum idem quod fuſione cōfectus, ut cum ſtatuam, aliud ue quid operis ex metallo quopiam dicimus eſſe fuſum. Aliquando idem quod diſperſus. Cic. de Orat. Genus facetiarum æqualiter, tota in oratione fuſum.

FVSVS, ſi, {Fuſo}(ἄτρακτος) inſtrumentum, quod mulieres nendo digitis uoluunt: à fundendo dictum, q dum trahitur: uoluendo quaſi liquefieri uidetur. Oui. 4. Metam.—Verſato ducentem ſtamina fuſo.

FVTILIS, le, p. c. (χυδαῖος) à fundendo (ut Feſto uidetˉ) aut certè (quod Vallæ placet) ab antiquo uerbo Futio: à quo et Effutire, propriè dicitur, qđ liquorem ſibi commiſſum non ſatis fideliter cōtinet, ſed protinus effundit, χυδαῖος. Vnde Futile uaſis genus dicebatur auctore Donato, quod latiſſimi oris, ex altera parte arctum, quod ſtatim poſitum effundebatur. Vtebantur eo in ſacrificijs deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta in terra non ponitur, q ſi fiat, piaculū eſt. Vnde excogitatum uas eſt, quod ſtare nō poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetˉ. A' quo Futiles, (χυδαῖοι, φλυαροὶ) dicti ſunt, qui continere tacenda non poſſunt, ſed ea effundunt. Terē. Andr. Tam iners, tā nulli conſilij ſum: ſeruo'ut fortunas meas me cōmiſiſſe futili? Accipitur etiā futilis pro uano, leui, & inutili Ci. 1. de Na. de. Futiles cōmentitiæq; ſententiæ. Sic Plin lib. 33. ca. 2. Cauſam futilem uocat, quæ leuis eſt, & nullius momēti. Inde Futilitas, atis, idem quod uanitas, leuitas, inutilitas. Ci. 2. de Nat. Hæc & dicuntˉ & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt futilitatis, ſummæq; leuitatis. Futile, (ψυχρῶς) aduer. p futiliter. Ennius in Phœnice, ut citat Non. Vt qđ factū ē futile, amici nos ferramus fortiter.

FVTATIM, aduerb. antiquum, idem eſt quod profuſim. Plau. in Trucu. Futatim nomen meum commemoraui ter.

FVTIO, futis, {Mandar fuori}(ἐκχέω) effundo: à quo cōponitur Effutio, de quo paulò antè in dictione Futilis.

FVTINVS, erat deus, in cuius ſinu pudendo nubentes præſidebant, ut illarum pudicitiam prior deus delibaſſe uideretur.

FVTIS, uas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

FVTO, as, redarguo: à quo Confuto, & Refuto, ἐλέγχω. uide in dictione Refuto. Cato futauit uſus eſt, pro ſæpius fuit.

FVTVO, tutuis, futui, fututū, (ὀχεύω, βινέω, συγγενέσθαι) obſcœnū uerbū, quod à Futio deduci uidetˉ, cū nihil aliud ſit futuere, q̄ ſemē effundere. Vide Vallā lib. 5.

ptentrione Pontum Euxinum habens. A' qua Galatæ populi. Luca. lib. 7. Iſtis parce precor: uiuât Galatæq́; Syriq́;. Hęc & Gallogręcia dicitur, populiq́; ipſi Gallogræci. Nam cùm à rege Bithyniæ Galli ſimul & Græci in auxilium uocati ueniſſent, partē regni tenuerunt, & ab utriſq; populis Gallogręci ſunt dicti.

GALACTITES, (γαλακτίτης) gemmæ genus eſt lactei coloris, teſte Plini. lib. 37. ca. 10. Eſt præterea Galactites lapis cineritij coloris qui coti madefactæ attritus, liquorem reddit colore & ſapore lactis non diſsimilem. Hic melitię per omnia ſimilis eſt: hoc uno differt, quod ſuccus in quem diſſoluitur, remiſsiorem habeat dulcedinem. Vide Gal. lib. 9 Simp. & Dioſcor. lib. 5.

GALATA, à Pomponio Mela numeratur inter inſulas Siciliæ adiacentes, non procul à Melita.

GALAXÆRA, nympha marina, à lactis candore ſic dicta.

GALAXIAS, (γαλαξίας) gemma eſt lactei coloris, intercurrentibus ſanguineis uenis diſtincta. Plini. lib. 37. ca. 10.

GALBA Sergius, ut auctor eſt Suetonius in Galba, nobilis fuit Romanus, qui cum Hiſpaniam prouinciam Prætor obtineret, conuocato populo, tanquam de commodis ipſorum acturus a a a. Luſitanorum millia trucidauit. Eius frequēs eſt mentio apud Ciceronem in Bruto.

GALBA, bæ, uermiculus miræ exilitatis, qui naſcitur in eſculis: à quo qui primus Sulpitiorum cognomē Galbæ tulit, ab exilitate ita uocitatus eſt: quem alij è contrario, quòd præpinguis fuerit ita nominatum ſcribunt: Talem enim Galli uocant Galbam. Alij quod oppidum Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatum, illatis demum Galbano facibus, ſuccenderit. Nonnulli q. in diuturna ualetudine galbeo, hoc eſt, remedijs lana inuolutis aſsiduè uteretur.

GALBANEVS, a, um, adiect. à Galbanus. Vergi. 3. Geor. Galbaneoq́; agitare graues nidore chelydros. Idem 4. Georgicor. Hinc iam galbaneus ſuadebo incendere odores.

GALBANVM, ni, p. c. ſuccus eſt ſiue lacryma ferulæ in Syria naſcentis, quam Metopium uocant, teſte Dioſcor. de lib. 3. Græci χαλβάνη dicunt per ch, noſtri mutata aſpirata in ſuam mediam Galbanum uocant. Luc. libro 9. Hic ebulum ſtridet, peregrinaq́; Galbana ſudant. Plin. lib. 12 cap. 25. Dat & Galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiuſdem nominis reſinæ modo Stagoniten appellant. Eſt etiam hoc nomine genus ueſtimenti delicatorum, à colore albo, ac ſubluc ido, quod nullos habet pilos. Iuuen. Saty. 2. Cærulea indutus ſcutulata & Galbana raſa. Inde Galbanatus, nomen ſimile participio formauit Martialis, quod eſt Galbano indutum; accipiturq́; pro homine molli & effœminato: Licet (inquit) occupato galbanatus in lecto.

GALBEVM, ornamenti muliebris genus. Feſtus.

GALBINVS, a, um, pen. pro. mollis & laſciuus. Martia. Galbinos habet mores. Tunica quoq; galbina à colore dicta eſt. Flauius Vopiſcus in Aurel. Inter hæc ſunt tetricus chlamydæ coccea, tunica galbina. Quanquam in hoc Vopiſci loco malim legere, Tunica Gabina.

GALBVLA, auicula, quæ uuis matureſcentibus, calamis & retibus capitur. Martia. lib. 13. Galbula decipitur calamis & retibus ales, Turget adhuc uiridi cùm rudis uua mero. Quidam eandem eſſe exiſtimant cum ea, quam Græci ἴκτερον appellant. Quod an uerum ſit ipſi uiderint. Plin. certè lib. 33. cap. 11. Auctor eſt, quem Græci ἴκτερον uocant, à Latinis Galgulum, appellari.

GALBVLI, (σφαιρίδια τῆς κυπαρίσσου) pilulæ cupreſſi arboris, in quibus ſemen reconditur. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Quædam ad oriente ſunt uſq; adeò parua ut ſint obſcura, ut cupreſſi Non enim galbuli qui naſcuntur, id eſt, tanquam pilæ paruæ corticiæ, id ſemen, ſed his intus primigenia ſeminis dedit natura.

GALE, les, (γαλῆ) à Græcis appellatur animal illud notum, quod Latini Muſtelam nominant: ut multis argumentis docet Sipontinus, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominant. Nam quæ de gale tradit Ariſtoteles, eadem omnia muſtelæ aſsignat Pli. neq; ad felis naturam poſſunt accommodari.

GALEA, leæ, {*Celata, elmo*} (κράνος) inſtrumentum eſt ferreum ad capitis munitionem inuentum. Plin. lib. 7. cap. 56. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonij inuenere. Hinc Galeo, as, are, galeam induere. Hircius 5. Belli Africani: Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari. Galeatus, galea indutus. ut, Galeata Minerua, apud Cicer. 1. de Natur. deor. Et barbati quidem Iouis, galeatæ Mineruæ.

GALENA, dicitur plumbi & argenti uena communis, quæ & μολύβδαινα uocatur. Plin. lib. 34. c. 18. Eſt & molybdæna, quam alibi Galenam uocamus, plumbi & argenti uena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, docet idem Plin. eodem libro cap. 16. Plumbi (inquit) nigri origo duplex eſt. Aut. n. ſua prouenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, mixtiſq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor Stannum appellatur: qui ſecundus, Argentum: qui remanſit in fornacibus, Galena: quæ portio eſt tertia addita uenæ.

GALENVS, p. p. (γαληνὸς) nomen medici excellentiſsimi, ex Pergamo Aſiæ urbe. Floruit temporibus Traiani aduſq; Antonini Pij tempora. Plurima reliquit de re medica conſcripta uolumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripſit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum.

GALEOLA, læ, (κρατήριον) cum accentu in antepenultima, uas ſinuoſum, à galeæ ſimilitudine dictum, auctore Nonio. Varro de uita pop. Rom. Vbi erat uinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinu.

GALEOTÆ, (γαλεῶται) erant uates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi etiam fuiſſe traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. Vnde Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannum Galeotas ſolitum conſulere in Sicilia. Meminit horum Cic. lib. de Diuin. cùm ait: Hinc interpretes portentorum, qui Galeotę tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, &c.

GALEOTES, tæ, (γαλεώτης) ſpecies eſt ſtellionis, Plinij temporibus Italiæ incognitum. Hinc & Colotes & Aſcalabotes appellatur. Plin. lib. 29. c. 4. Scorpionibus maximè contrarius inuicem ſtellio traditur, ut uiſus quoq; pauorem his afferat, & torporem frigidi ſudoris, Hunc Græci Colotem uocant, & Aſcalaboten & Galeoten. In Italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, & ueſcitur: quæ omnia à noſtris ſtellionibus aliena ſunt.

GALERITA, penu. prod. {*Lodola*} (κορυδαλλὸς) auis quæ nunc Alauda dicitur. Varro galericum appellat, quia plumam elatam in capite habet galeri ſimilitudine. Plinius libro 10. capite 49. Quæq́; de una aue galerita priuatim commemorat.

GALERVS, ri, p. p. {*Capello*} (κυνῆ, πῖλος) pileus rotundus, à galeæ ſimilitudine dictus, ut inquit Varr. Iuue. Sat. 6. Flauo crinem abſcondente galero. Accipitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatam capiti in aptare ſolemus, ut internoſci non queat, φενάκη, περιθετή: Hoc apud Suet. in Calig. Capillamētum nominatur. Huius diminutiuum eſt Galericulus, πιλίδιον, πιλίσκος. Suet. in Othone ca. 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorū adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret.

GALESVS, ſi, pen. prod. (γαλαισός) fluuius iuxta Tarentum. Verg. lib. 4. Georgic. Quà niger humectat flauentia culta Galeſus. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen.

GALEOS, (γαλεός) piſcis eſt à Rhodijs olim maximo in pretio habitus, qui à noſtris etiam Muſtela dicitur. Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocant, nihil eſt ueneratius uſquā, quàm in mari paſtinaca, utpote cum radijs eius arbores necari dixerunt. Hanc tamen perſequitur Galeos.

GALGVLVS, li, (ἴκτερος) eſt, quæ ſi ſpectetur à quopiam morbo regio laborante, ſanatur æger, & auis emoritur. Plin. lib. 30. cap. 11. Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, et auem mori. Hanc puto Latinè uocari galgulum.

GALILÆA, læ, pe. pr. (γαλιλαία) nomen duarum regionum, ex quibus una Galilæa gentium uocatur, uicina Tyriorum finibus, ubi & Solomon uiginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in ſorte tribus Neptalim. Altera Galilęa dicitur regio ſita ad Tyberiadem, & ſtagnum Geneſareth in tribu Zabulon. Pli. lib. 5. cap. 14. Pars Iudææ Syriæ contermina, Galilæa uocatur.

GALLA, fructus quercus, κηκὶς Plin. lib. 20 cap. 20. Ceruicis dolores cum galla & lini ſemine pari menſura ſedat. Verg. 4. Georg. Proderit & tonſum gallæ admiſcere ſaporem. Gallam bibere ac rugas conducere uentri, ait Lucilius, cùm parſimonia eſſe utendum, neque gulæ indulgendum, uentremq́; coarctandum. Feſtus.

GALLAICI, (γαλλαικοὶ) ſiue Gallęci, Hiſpaniæ populi ſunt Gallis finitimi. Mart. lib. 1. Nec quæ Gallaicis linuntur. Sunt tamen, qui hoc loco apud Martialem legant Callaici per ſecundam conſonantem.

GALLIA, (γαλλία, Stephano, κελτογαλατία Ptolemæo) Europæ pars à cādore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur. Nam montes & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colerentur. Eſt autem triplex, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Ciſalpina, quæ ſcilicet inter alpes eſt, & rubiconem fluuium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi Romanorum more toga uterentur. Braccata autem Gallia dicta eſt Gallia Narbonenſis, Romanorum prouincia: à braccis uilloſæ ueſtis genere appellata, quibus peculiariter eius prouinciæ homines utebantur. Comata cognominatur omnis tranſalpina Gallia, à comæ nutriendæ ſtudio. Hæc rurſus in tres partes diuiditur, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica ante dicta eſt. Nam à Scalde ad Sequanam Belgica: ab ea ad Garumnam, Celtica, eademq́; Lugdunenſis. inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania.

GALLÆCIA, regio eſt citerioris Hiſpaniæ: cuius deſcriptionem uide apud Plini. lib. 4. cap. 20.

GALLICVS, ca, cum, quod eſt ex Gallia: ut Gallica terebra apud Colum. lib. de arboribus, cap. 8. Gallicum acer, in tranſpadana Italia, tranſq; Alpes naſcens, præcipui candoris. Plin. lib. 16. cap. 15.

GALLICANVS, a, um, idem quod Gallicus: ut, Gallicanę res. Cic. pro Quintio: Cùm & de ſocietate multa inter ſe communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana, &c.

GALLICÆ, arum, genus calceamenti, quo utuntur Galli pluuioſo tēpore. Vulgus (inquit Bayſius) uocat Galozas. Cic. 2. Phil. Nam quod quærebas, quomodo rediſſem, primùm luce, nō tenebris: deinde cum calceis et toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia penè exemplaria habent, Nec caligis nec lacerna: ſed corruptè ut ſatis conſtat ex Aul. Gellij. Noct. Att. lib. 13. ca. 20. ubi refert T. Caſtritium diſcipulis ſuis probo uertiſſe, quòd feſtato die conſpicerentur, lacernis induti & gallicis calceati.

GALLICINIVM, {*Quella parte della notte, quando cantano i galli*} (ἀλεκτοροφωνία) pars noctis appellata eſt qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis uigilia. Apu. lib. 2. de Aſino aureo: Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

GALLINA, næ. {*Gallina*} (ὄρνις, ἀλεκτορὶς) auis nota. Teren. in Phorm. Anguis per impluuium decidit de tegulis: Gallina cecinit. Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone de Re ruſtica libro tertio, capite nono. Villaticæ, Ruſticæ, ſiue agreſtes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur uulgatiſsimæ illæ, quas in uillis & nonnunquam etiam in urbe alì uidemus. Ruſticæ, ſiue Agreſtes, medij cuiuſdam generis ſunt inter uillaticas & Africanas: quæ Varronis tempore caræ erant in urbe: & in ornatibus publicis poni ſolent cum pſitacis, et merulis albis, alijsq; rebus inuſitatis. Ideo autem dictę ſunt agreſtes, quod non in uillis, ſed ferè in ſyluis oua facerent. Hæ primum allatæ ſunt è Gallinaria inſula maris Liguſtici: ubi hoc gallinarum genus, agreſte eſt, & ferum. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt, & ex Italia in Galliam & Germaniam translatæ ſunt: à quibus ea de cauſa Longobardicæ gallinæ uocantur. Tertium gallinarum genus eſt, quas quòd primùm ex Africa in Italiam ſint translatæ, Africanas uocauere. Hæ (ut loco iam citato ait Varro) grandes ſunt, uariæ, gibberę, & à Græcis Meleagrides appellantur. uulgus hodie uocat gallinas Indicas.

GALLINACEVS, a, um, {*Di gallina*} (ὀρνίθειος) quod ex gallinis eſt, ut Pullus gallinaceus. Varr. 3. de Re ruſt. capite 9 Gallinaceis cum pullis bis denidies opus ſunt: pauoninis ter nouem. Gallinaceum fel. Cicero 2. de Diuina. Gallinacea oua, Varro libro 3. capite 9. Si oua gallinis pauonina ſubijcies, cum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea ſubijcere, ut una excludant.

GALLINACEVS, cei, ſubſtantiuum, {*Gallo*} (ἀλεκτρυὼν) ipſe gallus. Feſc. nius niger, ob unius gallinacei direptionem decem cōmanipulares, qui raptum

ab uno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Plinius libro 37. ca. 16. Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie. Sic libr. 8. cap. 7. Gallinaceorum cuſtia.

G A L L I N A R I A, riæ, (γαλλιναρία) inſula eſt in mari Tuſco ſecundum Italiam, contra montes Liguſticos, à gallinarum agreſtium copia, ut inquit Var. li. 3. de R. ruſt. appellata. Eſt & ſylua Gallinaria, (γαλλιναρία ὕλη.) Cumis uicina, de qua Cicer. ad Pętum. Q. Cęparius obuiam mihi fuit in ſylua Gallinaria. De hac Strabo ita ſcribit: Hoc quoq; in ſinu fructuoſis uirgultis frequēs, & arboribus, ſylua eſt, multis porrecta ſtadijs, aquarum indiga.

G A L L I N A R I V M, rij, {*Pollaio*} (ὀρνιθών) locus in quo aluntur gallinæ. Colum. lib. 9. Gallinaria conſtitui debent parte uillæ, quæ hybernum ſpectat orientem. Græci auctore Polluce πωταρεῖον, uulgus à pullis gallinaceis, Pullarium appellat.

G A L L I N A R I V S, rij, & Gallinaria, riæ, {*Galinaru*} (ὀρνιθοκόμος) qui & quæ gallinas curat. Plin lib. 10. cap. 55. Traditur quædam ars gallinarij cuiuſdam dicentis quid ex quoq; eſſet.

G A L L V L O, as, (ἡβάω) idem quod pubeſco, teſte Nonio: aut certè graue quiddam & raucum ſono, more gallinaceorum: quod in adoleſcentulis iam pubem emittentibus ſolet accidere: quod alio nomine hirquitallire dicimus. Hinc Gallulaſco, cis. Nouius poeta in Exodio, ut citat Nonius. Puerum mulieri pręſtare nemo ſcit, quanto melior ſit, cuius uox gallulaſcit, cuius ramus roboraſcit.

G A L L O, as, (βακχεύω) bacchor, inſanio, Gallos Cybeles ſacerdotes imitor. Varro Eudæmonibus, ut citat Nonius. Et deam gallantes uario retinebant ſtudio. Nonius.

G A L L O G R Æ C I, ijdem ſunt qui Galatæ, ad quos Pauli epiſtolæ extant. Eorum regio eſt Galatia, quam Gallorum aliquot populos inſediſſe Plin. lib. 5. cap. 32. teſtatur, & Ptolemæus lib. 5. tabula Aſiæ prima. Strabo quoq; libr. 4. Tectoſages e Narbonenſi, Tolиſtobogios, & Trocmos, e Celtica Galliæ profectos, Phrygiam, Cappadociæ & Paphlagoniæ uicinam occupaſſe ſcribit: tanta olim hominum robore Galli ualuerunt. Meminit & Liuius pluribus quartæ Decadis lib. 8.

G A L L O G R Æ C I A, (γαλατία) regio Aſiæ minoris Cappadociæ, Bithyniæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur: cuius incolę Galatæ dicuntur. & Gallogræci. Nam cum Galli multitudine abundantes relicto natali ſolo Italiam inuaſiſſent: Græciam impleuerunt, Macedoniam, occuparūt, in Aſiam tranſierunt duce Leonorio, qui Gallogræciam miſto ex Gallis Græcisq; uocabulo cognominauerunt.

G A L L V S, a, um, ſicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. Salluſt. lib. 4. Hiſt. Duæ Galbæ mulieres conuentum uitantes, ad menſtrua ſoluenda montem aſcenduet. Catul. de Berecynthia: Agite, ite ad alta Galliæ Cybeles nemora ſimul.

G A L L V S, li, (γάλλος) Cybeles ſacerdos, à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquā qui guſtaſſent, reddebantur inſani. Oui. 4. Faſt. Amnis it inſana nomine Gallus aqua. Gallus gallinaceus ἀλεκτρυὼν uola auis, nocturnus uigil, quem excitandis in opera mortalibus, rūpendoq; ſomno genuiſſe prouidētia diuina uidetur. Cic. 2. de Diu. Democritus quidem optimis uerbis cauſam explicat, cur ante lucem galli canant: depulſo. n. de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo cantus edere, quiete ſatiatos: qui quidem ſilentio noctis (ut ait Ennius) fauent faucibus, ruſſus cantu, plauſuq; premunt alas. Et paulò antè: Quia galli uicti ſilere ſolent, canere uictores. Galli item Europæ populi ſunt in multas gentes regionesq; diuiſi: de quibus in dictione Gallia. Gallus item fortunam corporis ſignificat, ut inquit Quint. id eſt, caſtratum nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles. Fuit itē hoc cognomen Cornelij præſtantiſſimi poetæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Aegypti pręfectus fuit, Auguſto Cęſaris familiariſſimus: cuius tamen iuſſu, cum in proditionis ſuſpicionem ueniſſet, fuit interfectus. Vide plura de hoc ſupra in dictione Cornelius.

G A M A L E, p. co (γαμάλα) urbs in Iudæa, ſiue in Syria Iudææ finitima. Ioſephus: Syriæ habitatio quædam Gamale. Suet in Tito: Tarachiam, & Gamalen urbes ualidiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit.

G A M M A R V S, ri, pen cor. (ἀσταϰὸς) aquaticum animal, ſimile cancro: uel (ut quidam putant) ipſe cācer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. Color eius eſt glaucus: & ſubuiridis, ſed inter coquendum rubeſcit. Mart. lib. 2. Concolor in noſtro gammare lance rubes. Iuuena. Satyr. 5. Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus, ouo Ponitur. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plinius autem libro 9. capite 13. Leonem appellat, quod nomen Maſſilienſes etiam habent.

G A M M O I D E S. (γαμμοειδὲς) ferrum quo utuntur chirurgi ad extrahendū pus: ita dictum, à ſimilitudine Græcæ literæ γ.

G A M O S, {*Nozze*} (γάμος) Græcè, Latinè nuptię. Hinc compoſita ſiunt Agamus, Monogamus, Bigamus, Digamus, Trigamus, Poligamus, quæ omnia penultimam corripiunt. Hieronymus contra Iouinia. Non damno digamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt, octogamos.

G A M P H A S A N T E S, populi Libycæ Aethiopiæ, ſine ullis ueſtibus uiuentes, qui (ſicut ſcribit Pomponius) à prælijs abſtinēt, cum nec tela iacere aut uitare noſcant, ideoq; obuios fugiunt. Plin. lib. 5. cap. 8. Camphaſantes, nudi, præliorumq; expertes, nulli externo congregantur.

G A N D R I, populi ſunt interioris Aſiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit. Sunt & Gandaræ populi, quos Ptolemæus libr. 7. in India, ad ipſum Iudum ſitos eſſe ait.

G A N E A, æ, & Ganeum, {*Bordello. Dant. Non donna di prouincie, ma bordello*} (χαμαιτυπεῖον, πορνεῖον, ὀψοπωλεῖον) lupanar meretricum guloſorum diuerſorium, & popina, quod. ſ. in terra, non, ut cœnacula ſuperius. Eſt enim locus abditus, & uelut ſubterraneus, uiolentiæ & libidini aptus. Cic. in Piſo. Paulíſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo: unde tu nos cūm improbiſſimè reſpondendo, tum turpiſſimè eructando eiecisti. Ter. in Adelph. Vbi ego illum quæram? Credo abductum in ganeum. Plin. tamen accepiſſe uidetur pro ipſa ingluuie, cibarijsq;. Ait enim de porco lib. 8. Neque alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

G A N E O N E S, {*Bordellieri*} (ἄσωτοι) dicti à ganeis, teſte Nonio, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant, Varro in Mod. Et hoc intereſt inter Epicurum & ganeones noſtros, quibus modulus eſt uitæ culina. Cic. in Catil. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis? Terent. in Heauton. Si ſcire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo damnoſus.

G A N G A R I D Æ, (γαγγαρίδαι) ut inquit Curtius, populi inter Aſſyrios & Indos, iuxta Gangem. Verg. 3. Georg In foribus pugnam ex auro, ſolidoq; elephanto Gangaridum faciam, uictorisq; arma Quirini.

G A N G E S, gis, & Gangetis, (γάγγης) Indiæ fluuius maximus, qui uniuerſam ſecat Indiam, ſecum aureas arenas trahēs, alio nomine Phyſon à Græcis dictus quem ſacræ literę inter eos annumerant, qui de Paradiſo profluunt Fontes eius alij incertos eſſe tradūt, uictnasq; omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alij in Scythicis naſci, ipſamq; Indiam ſecare dixerunt, fluereq; in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo pero octo millia paſſuum, maxima per uiginti patet, Altitudo ubi uadoſiſſimus eſt, menſuram centum pedum implet. Dictus Ganges à Gange Aethiopum rege, ut ait Suidas, Ouidi. lib. 4. Metam. Decolor extremo qua cingitur India Gange.

G A N G E T I C V S, ca, cum, (γαγγητικὸς) denominatiuum à Gange Indiæ fluuio deductum. Colum. lib. 8. cap. 8. Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructans.

G A N G L I O N, (γάγγλιον) tumor eſt in capite, uel collo ut plurimum proueniens, interdum flatu tantum interdum tenuiſſimo humore plenus: quæ duo genera facillima ſunt curatu. Nonnunquam etiam contingit humores eſſe craſſiſſimos nullis cedentes medicamētis: quod genus non niſi arctis ligationibus, aut ſectionibus poteſt curari. De his Celſus lib. 7. Eſt & Ganglion Paulo, neruus alicuius uel ex ictu, uel ex laſſitudine contortio, in multis quidem omnino partibus corporis, ſed præcipue mollibus, ut in extremitate manum atq; pedum.

G A N G R Æ N A, næ, {*Gangrena*} (γάγγραινα) cum æ diphthongo, caro eſt emortua ex hulcere, uel inflammatione, cui niſi opportuno remedio occurratur ad uicina proſerpit. Dicta Gangræna παρὰ τὸ γραίνω τὸ ἐσθίω, hoc eſt, à comedendo, ſeu depaſcendo. Subalbeſcit autem primo, deinde atra fit ſenſu amiſſo, in prominentibus membris, id eſt inter ungues, & alas & inguina, & in ſenibus fere, atq; his, quorum corpus mali habitus eſt. Luci. lib. 1. Satyr. Serperet uti gangræna malo, ad quem herpetica poſſet. Varro: Non uituperamus, cum ſciamus digitum præcidi oporteret: ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium uentura. Vide de hoc Cornelium Celſum lib. 5.

G A N N I O, is, niui, uel gannij, itum, {*Far voce di volpe*} (κνυζάομαι.) propriè uulpium eſt, teſte Donato: dicitur tamen & de ranibus, cūm claro ululatu, dolorem quendam, gaudium ue teſtari uidentur. Vide Gannitio, & Gannitus, κνυζηθμὸς. Lucre. Longè alio pacto gannitu uocis adulant: Aut quum deſerto baubantur in ædibus: aut quum Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas, Inde ad homines tranſlatum. Perſius Saty. 5. Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurē. Huius cōpoſitum eſt Oggannio, quod eſt in aurem ſecretò loqui, & ueluti immurmuro. Apul. lib. 1. In aurem mulieris oggannijt. Aliquando multum dico, inculco. Plau. in Aſina. Cui nunquam unam rem me licet ſemel præcipere, fieri quin centies eandem imperem, atq; oggänniam.

G A N N O D V R V M, (γαννόδουρον) Heluetiorum oppidum eſt ad Iurā montem, teſte Ptolemæo lib. 2. ca. 9.

G A N Y M E D E S, (γανυμήδης,) Troia filius fuit formoſiſſimus puer, quem cum Iupiter deperiret, iuſſit in cœlum ab aquila portari, & ſibi à calicibus eſſe repudiato miniſterio Hebes, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Ver. 1. Aen. cūm inter cauſas odij Iunonis in Troianos, recenſit rapti Ganymedis honores. Higinus in Aſtronom. Poet. tradit Ganymedem inter ſidera tranſlatum conficere ſignum illud, quod Aquarium uocamus, quòd eius ſtellæ ſuo ſitu aquam fundentis imaginem uideantur referre.

G A R A M A N T E S, (γαραμάντες) populi interioris Lybiæ Pſyllis finitimi: à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantum oppidum ex ſuo nomine condidit. Fuit etiam Garamantes regis nomen, cuius filiam Garamantida Iupiter apud Bagradam fluuium cōpreſſit, & ex ea genuit Iarbam. A' Garamas fit Garamāticus adiectiuū: ut, Garamātica ſigna, apud Stat. li. 1.

G A R G A N V S, ni, pen. pro. (γάργανος) mons in Apulia, cuius accolæ propriè Appuli dicuntur. Hodie uulgo uocant Montem S. Angeli. Luca. lib. 4. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

G A R G A R I D I O, dixa. (γαμφηλιάω, φλυαρίζω) antiquis idem erat quod garrio. Varro in Epiſt. ad Fuſium, ut citat Nonius: Poemata eius gargaridians dices, O fortuna, ò fors fortuna.

G A R G A R V S, gari, & in plurali numero Gargara (γάργαρα,) cacumen eſt montis Idæ, teſte Macrobio, in ea parte, ubi ad Myſos declinat: tanta frugum ubertate affluens, ut quoties infinitum rei alicuius numerum uelimus denotare, à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem. Vnde & Oui. lib. 1. de Arte amandi, cūm uellet Romanorum puellarum numerum immenſum oſtendere, dixit tantam eſſe Romæ puellarum copiam, quantam in Gargaris ſegetum Huius autem tantæ ubertatis cauſa eſt fontium abundantia, quibus ſolum irrigatur: adeò ut æſtiuis caloribus fruges non facilè poſſint aduri. Nam quum Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus, unde & Homerus πολυπίδακα uocat præcipuè tamen ea pars huius montis, quæ ad orientem Solem Myſiam contingit. Eſt eſt etiam oppiduo: hoc nomine in radice huius montis ſitum ut docet Macrobius lib. 5. cap. 19.

G A R G A R I Z O, as, are, {*Sgargareggiare*} (γαργαρίζω) eſt liquorē ore hauſtum ſæpe ad gurgulionem, id eſt, guttur reuocare. Pli. lib. 20. ca. 17. Sedat anginas cum melle ac hyſſopo ex aceto gargarizatum. Corn. Celſus lib. 4. cap. 2. In uetuſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare, inferiora uehementer refricare, gargarizare his, quæ ſaliuam mouent. Inde Gargarizatio, & Gargarizatus uerbalia, (γαργαρισμὸς) quibus uſus eſt Plinius lib. 21. ca. 19. & lib. 30. cap. 4.

G A R G I T T I V S, (γαργίττιος Polluci) canis cuiuſdam generoſi nomen, qui Geryonis boues cuſtodiebat, & leonibus inſultabat: quem tunc Hercules interfecit, cūm illius armēta abduxit: fuitq; Cerberi Epirotici frater, ut ſcribit Iulius Pollux lib. 5. de uocabulis rerum ad Commodum Cæſarem.

G A R G V S, (quod hic pro Tauri montis parte corruptè legebatur.) Vide Gragus.

G A R Y O-

GARYOPHILLVM, li, ſeu potius Caryophyllon, {*Garofalo*} (καρυόφυλλον) frutex eſt, teſte Ruellio, in Oriente naſcens, ſambuci forma, ſemine grano piperis grandiori, fragilioriq́, ex atro ruſeſcente, in claui modum capitato, exertis in aduerſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus, prominulo apice, quadrati alueoli ſinu medio umbiculatim prodeunte. Hoc itaq; ſemen, quoniam clauatam habet ſpeciem, claui nomine à populis occidentalibus appellatur. Omnino autem ſcribi debet hæc dictio per ſecundam conſonantem in capite, non per quintam, ut uulgus ſcribere conſueuit. Dicitur enim Caryophyllon, ἀπὸ τοῦ καρύου καὶ φύλλου, quaſi nucis folium.

GARRIO, ris, garriui, uel garrij {*Ciarlare, ragionare mettamente, garrire*} (στωμύλλω, φλυαρέω, ἀδολεσχέω) ineptè loquor. Cic. lib. 2. de Orat. Nam & ſe cubis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, q̃ in his philoſophi garrire cœperunt. Mart. Garris in aurem ſemper omnibus Cinna. Propriè tamē Garrire eſt auiū: à quibus ad homines ineptè loquaces transfertur.

GARRVLVS, a, um, {*Garrulo, ciarlone*} (ἀδολέσχης) ineptè loquax. Ter. in Adel. Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen, Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem ac fieret palam. Sed hæc ſignificatio eſt metaphorica. Propriè enim aues garrulæ dicuntur, maximeq́; illæ, quæ canoræ ſunt, & egregiè uocales. Verg. 1. Georg. Garrula cum tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29. Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus. Garrula ſiſtra. Mart. lib. 14. Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

GARRVLITAS, tis, {*Cianciume*} (ἀδολεσχία) actus ipſe garriendi. Martia li. 5. Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones, Auctoris pereuat garrulitate ſui. Sec Plin. lib. 26. cap. 2. Extemporalis garrulitas, Quint. lib. 2. cap. 4. Rauca garrulitas picarum, Ouid 5. Metamor.

GARVM, ri, (γάρον) liquamē eſt ex inteſtinis piſcium ſale maceratis: ita dictū, q̀ primùm ex garo piſce confici ſolet. Plin. lib. 31. cap. 8. Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod garum uocauere, inteſtinis piſcium, cæteriſq; quæ abiicienda eſſent, ſale maceratis: ut ſit illis putreſcentium ſanies. Marti. lib. 13 Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

GARVS, ri. (γάρος) piſcis eſt ex genere locuſtarum, ex cuius inteſtinis primùm garum confici cœpit. Vide Plin. lib. 31. cap. 7. & lib. 32. ca. 1.

GARVMNA, næ, nobis Galliæ fluuius eſt, Celtas ab Aquitanis diuidens. Oritur octingeſimo à Narbone ſtadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

GASIDANES, (γασιδάνης) gemma eſt, quę in Media inuenitur, coloris olorini, uelutì floribus ſparſa. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

GASTER, ſeu Gaſterium, (γαστρα, Dioſco.) genus uaſis, uentricoſum, ut ex ipſa ſtatim etymologia apparet.

GASTROCHIRES, {*Artieri, manuali*} (γαστρόχειρες) dicebantur quaſi uētri manus, qui manuum artificio uictum quæritabant.

GASTRIMARGIA, pe. pr. (γαστριμαργία) nimia ingluuies, ut apud Ariſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargus, guloſus.

GAVDEO, des, gauſus, {*Allegrarſi, dilettarſi*} (χαίρω, γηθέω) eſt ſecum, et apud ſe lætari, neq; reſpicit alium: contra Gratulor, eſt alterius cauſa lætari. Cice. Cælio: Mihi gaudeo, tibi gratulor. Ter. in Heau. Gaudere adeò cœpit, quaſi qui cupiunt nuptias. Differunt autem Gaudeo, & Lætor. Nam gaudere dicimus, quum re aliqua exhilaratur animus nullum tamen eius foris apparet indicium. Contrà Lætari quis dicitur, cum ita mouetur animus, ut in uultu et geſtibus lętitiæ ſigna prodantur. Cic. 4. Tuſc. Atq; ut confidere decet; timere non decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet. Quandoq; cum ablatiuo conſtruitur, & tunc accipitur pro delectari. Vergi. in Bucol. Numero Deus impare gaudet. Cic. de Senect. Quàm gaudebat bello Punico ſuo Neuius? q̃ Truculento Plautus? quàm Pſeudolo? Interdum etiam habet poſt ſe accuſatiuum Gaudium. nā quemadmodum dicimus uiuere uitam, Somniare ſomnia, currere curſum: ſic & interdum legimus, Gaudere gaudium Cælius Ciceroni: Io ſtratum Curionis Hortenſius notroſt, puto, ut ſuum gaudium gauderemus. Gaudeo uoti. ſignificat ex animo gaudeo te uoti compotem factum eſſe. Apuleius lib. 1. Sed quid iſtud? uoti gaudeo. locutio eſt noua & inuſitata, ut plerǽq; apud Apuleiū. Gaudere in ſinu, prouerbialis locutio, quam et poetæ uſurpant, ſignificat ſecum, & cum ſuis lætari. Cic. lib. 3. Tuſc. Qm̄ plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant. Tibul. Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. Proper. lib. 2. In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. Huius uerbi compoſita ſunt, Cōgaudeo, ſimul gaudeo, συγχαίρω. Adgaudeo, (ἐπιχαίρω) gratulor. Lact. lib. 4. Ego eram, cui adgaudebat. hoc eſt, quaſi applaudebat & gratulabatur.

GAVDIVM, dii. {*Allegrezza, gaudio*} (χαρά, χάρμα) eſt affectio animi, alicuius præſentis boni opinione concepta. Et propriè cum exhilaratur animus aliqua re, neq; tamē ita ad exteriora diffunditur ultra modū, ut facilè appareat. Lætitia uero dicitur, cum ita mouetur animus ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in uultu. Hinc dicunt Stoici, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Cic. 4. Tuſc. Nam cum ratione animus mouetur placidè, atq; cōſtanter, tum illud gaudium dicitur: cū autem & inaniter, & effuſè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, uel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. Huius diminutiuum eſt Gaudiolum, χαρμάτιον. et compoſitum Gaudiloquus, p. c. qui cum gaudio loquitur, ut apud Plau. Dictū Gaudium, quaſi Gaurium. Græci. n. γαῦρον lætum ſuperbum, glorioſum dicunt.

GAVIA, auis eſt aquatica in petris nidificans. Plin. lib. 10 cap. 32. Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus, Pariunt plurimùm terna, ſed gauiæ æſtate, mergi incipiente uere.

GAVLEON, (γαυλεών) teſte Solino, inſula eſt Libyę obiacens, in qua ſerpens neq; naſcitur, neque inuectus uiuit. puluiſq; eius quocunq; gentium iactus, angues & ſcorpiones perimit.

GAVLVS, (γαυλός) nauis genus paruæ & rotundæ. Feſtus. Eſt itē Gaulos, inſula Siciliæ adiacens ab ea parte, qua Africā ſpectat. Auctor Plin. lib. 3. cap. 8.

GAVRVS, (γαυρός) mons Cāpaniæ, Maſſicis & Surrentinis propinquus, in quo naſcitur uinū præcipuæ bonitatis. Statius lib. 3. Sylua. Seu tibi Bacchæi apeta madentia Gauri. Hinc Gauranus, a, um, ut Gaurani montes, apud Pli. li. 3. ca. 5. Gauranū uinum, quod in ſummis agri Falerni iugis naſcebatur. Nā quod in mediis gignebatur montibus Fauſtianum, quod in imis Falernum dicebatur, teſte Plin lib. 14. cap. 6.

GAVSAPE, p. c. (γαυσάπης, ἀμφίμαλλον, ἀμφίταπον) ueſtis militaris, ſiue ſtraguli genus, quod olim ex ſtramento confici ſolet, quanquam poſtea etiam ex lana fieri cœpit maioribus uillis: quo etiam in urbe utebantur, hyberno potiſſimum tempore, aduerſus frigoris tempeſtatumq́; iniurias. Plin. lib. 8. ca 48. Antiquis torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpère amphimalla noſtra, ſicut uilloſa etiā uentralia. Nā tunica laticlaui in modum gauſape texi nunc primum incœpit. Quo in loco Gauſape genitiui caſus eſt. Eſt enim hoc nomen indeclinabile: quāquam apud antiquiſſimos inueniatur Gauſipes, is: Gauſapa, gauſapæ, & Gauſapum gauſapi. Vnde adhuc apud probatos auctores nonnunquam occurrit in numero plurali Gauſapa. Ouid. lib. 2 de Arte aman. Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta proba Perſ. Saty. 4. poſuit Gauſape pro barba hirſuta et prolixa. Sic enim ſolet interpretari uetus ille: Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

GAVSAPINA PENVLA, uilloſæ ueſtis genus, quo hyberno tempore, et frigido utebantur. Hanc ſic deſcribit Martia. in Diſtichis: Is mihi candor ineſt, uillorum gratia tanta, Vt me uel media ſumere menſe uelis. Pro eodem dicitur & Gauſapina abſolutè. Idem: Menſe uel auguſto ſumere gauſapinas.

GAZA, zæ, {*Maſſeritia, richezza*} (γάζα) dictio Perſica ſignificans opes, ſupellectilem, & omne quod poſſidemus. Pomponius Mela: Gazam Perſæ ærariū uocant. Curtius lib. 3. Igitur quaſi parum munimentis oppidi fidens, ante ſolis ortum pecuniam regiam (gazam Perſæ uocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. Verg. 5. Aene. Et gaza lætus agreſti. Cic. 2. Offi. Omni Macedonum gaza, quę fuit maxima, potitus eſt Paulus. Eſt etiam Gaza nomen ciuitatis in Perſide, ita dictæ, q̀ Cambyſes eò, in qua munitiſſimam totius regni arcem, omnes opes pecuniamq́; congeſſerat. Vnde Gazęus, a, um, (γαζαῖος) & Gazæticus, ca, um, quod eſt ex Gaza urbe Perſica, circa quam nobiliſſima uina naſcebantur, teſte Pomponio Mela. Sidonius in Fauſtum. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna.

GAZOPHYLACIVM, cii, {*Luogo doue ſi conſeruano le coſe pretioſe*} (γαζοφυλάκιον) nomen compoſitum ex Gaza dictione Perſica, & Græco uerbo φυλάττω, quod eſt cuſtodio. Eſt enim locus in quo gazam hoc eſt, theſaurum, opes, aut pretioſiorem ſuppellectilem conſeruamus.

G ANTE E.

GEA, (γέα) oppidum eſt Arabiæ Petræ, non procul à Petra regionis totius metropoli. Auctor Stephanus.

GEBALA, (γίβαλα) tertia Paleſtinæ portio: à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipſi etiam Idumæorum regio Gebalene (γεβαλήνη) cognominatur. Auctor Stephanus.

GEBANITÆ, populi ſunt maris Rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorū præcipua oppida ſunt Nagia & Tamna, teſte Plinio lib. 6. ca. 28. Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

GEBENNA, mons eſt in Gallia, Aruernos ab Heluiis diuidens ab ea parte, qua Cadurci & Ruteni Aruernos ſpectant. Cæſ lib. 7. Bel. Gal. Partem copiarum ex prouincia, ſupplementumq́; quod ex Italia adduxerat in Heluios, qui fines Aruernorum contingunt, conuenire iubet. His rebus iam cōparandis, repreſſo iam Lucterio & remoto, q̀ intrare intra prēſidia periculoſum putabat, in Heluios proficiſcitur; etſi mons Gebenna, qui Aruernos ab Heluiis dicludit, duriſſimo tēpore anni, altiſſima niue iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæſaris facilè deprehendi poteſt error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanum lacum ſitum, in confinio Heluetiorum, uocant Gebennam, cum omnino conſtet ea primo Commen. Cæſaris, Geneuam appellari, ut latius ſuo loco dicemus. Lucan. lib. 1. in plurali numero uſus eſt, pro oppido in Gebenna monte ſito. Cana, inquiens, pendentes rupe Gebennas.

GEDANVM, oppidum eſt Germaniæ. ad oſtium Viſtulæ fluminis.

GEDEON, nomē ꝓpriū iudicis Iſrael, qui occidit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

GEDROSIA, (γεδρωσία) regio maioris Aſiæ. Hodie Tarſæ regnum uocari Auctor eſt Sabellicus.

GEENNA, næ, (γέεννα) quid ſignificet explicat Hierony. hiſce uerbis: Erat (inquit) idolū Bahal iuxta Hieruſalem ad radicem montis Moria in quibus Siloa fluit. Hæc uallis & parua cāpi planities irrigua erat, & nemoroſa, plenaq; deliciis, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autē populus Iſrael uenerat dementiam, ut deſerto tēplo uicima ibi hoſtias immolaret rigorem religionis deliciæ uincerent, filioſq; ſuos incenderent dæmonibus, uel initiarent. Et appellabatur locus ipſe Gennon. i. uallis filiorum Ennon. Hoc regum uolumen & Paralipomenon, & Hieremias pleniſſimè ſcribunt. Et comminatur Deus ſe locū ipſum impleturum cadaueribus mortuorū, ut nequaquam Tophet & Bahal, ſed uocetur Polyandrum i. tumulus mortuorū. Futura ergo ſupplicia & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi ſunt, huius loci uocabulo denotantur. Duplicem autem eſſe gehennam nimiū ignis & frigoris, in Iob pleniſſimè legitur.

GELA, (γέλα Stephano) fluuiū nomen eſt in Sicilia, et urbis à Pruina, quā multam gignit, (Siculi enim γέλαν pruinam uocant) deducto nomine. Verg. 3. Aeneid. Immaniſq; Gela fluuii cognomine dicta. Inde Gelous, a, um, denominatiuum. Ibidem: Apparet Camerina procul, campiq́; Geloi.

GELABILIS, le, {*Che ſi può congelare*} (πήγνυσθαι δυνάμενον) quod Gelu durari poteſt, à quo fit compoſitum ingelabilis. Gel. lib. 17. cap. 8. Quur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit?

GELASCO, is, ere, {*Congelarſi, aggiacciarſi*} (κρυσταλλοῦσθαι) Gell. lib. 17. c. 8. Vina rarentur congelaſcunt Plin. lib. 14. capi. 21. Vini natura non gelaſcit.

GELASINI, pe pr. {*Denti dinanzi*} (γελασῖνοι) dentes anteriores, quos ridendo oſtendimus, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc eſt, à ridendo. Gelaſini item lineæ ſunt, ſiue rugæ, quæ in ridentis facie apparent. Martialis libro 7. Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt. Item mimi, qui geſticulatione faceta populum oblectant. Vnde Gelaſinus ille Plautinus riſionibus, & ſalſis dicteriis populum delectat, & dum riſum captat, irridetur. Vnde eſt Plautinum illud: Caue es Gelaſinus ſias, catagelaſimus. hoc eſt, deridiculus.

GELBOE, montes Syriæ ad ſextum lapidem à Sutopoli, in quibus etiam eſt uicus grandis, qui uocatur Gelbus.

GELICIDIVM, dii, (κρυμμὸς, κρύμος) ipſum gelu, & concretio aquæ. Columel. libro 2. cap. 8. Vt prius conualeſcant radices frumentorum, quàm hy-

Generatim diſtributi in ciuitates, Cæſ. 7. Bel. Gal. Aliquando Generatim dicitur nó per ſingula genera, ſed generaliter, confusè, et indeterminatè. καθολικῶς. Cic. li. 2. de Ora. Inſtitutum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetenda'ne eſſet eloquentia, expetendi'ne honores.

GENERO, as, are, {*Generare*} (γεννάω) gigno, fœtum procreo: & propriè de maribus dicitur. Verg. 8. Aen. At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui ſydera fulcit. Cic in Parti. Quemadmodum quiſque generatus, quemadmodũ educatus. Inuenitur tamẽ etiam de fœminis di ci. Pli. li. 8. c. 44. Et quę nó primo initio generare cœperit. Et de herbis. Gell. li. 5. c. 6. Obſeruari ſolitum, ut fieret è gramine, quod in olea generatũ eſſet. Per translationem accipitur pro inuenire. Quin. lib. 10. cap. 2. Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent. Hinc generatio, onis, (γένεσις) quę eſt (ut Speuſi. ait) motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ proceſſus in eſſe. Pli. lib. 10. ca. 52. Auium generatio ſimplex uidetur eſſe. Generator, oris, (γεννήτωρ) genitor, procreator. Cic. de Vniuer. Noſſe autem generatores ſuos optimè poterãt.
Generabilis, le, quod facilè generatur. Pli. li. 2. cap. 45. Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus. Huius cõpoſita ſunt, Congenero, (συγγεννάω) pro adiungo, aſſocio. Ennius: Quę mihi cõgenerat affinitas. Degenero, de quo in dictione Degener. Ingenero, quod modo ſignificat genero, modo gignendo in ſero, i) γεννάω, ἐμφύω. Lact. lib. 6. Deus itaq; cùm hominem primum fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi commotiones, ut poſſet capere uirtutem Cic. lib. 1. Offic. Eademq; natura ui rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & uitæ ſocietatem, ingeneratq; in primis præcipuum quemadmodum amorem in eos, qui procreati ſunt. Progenero, generationem propago. Colu. Nam & humidæ res & ſiccæ, quas terra progenerat, facilè uitiantur. Hinc Progenies, pro genere, & familia. Regenero, ἀναγεννάω, rurſus genero. Lact. lib. 4. Ea eorum ſemine regenerari iuſſit.

GENERASCO, is, ere, {*Naſcere*} (γίγνομαι) naſcor. Lucr. libr. 3. Cur omnia membra Ex ineunte æuo generaſcunt, ingeniũq;.

GENEROSVS, a, um, {*Generoſo, nobile*} (γενναῖος, εὐγενής) quod eſt nobile & præclaro genere ortum. Pap. 5. Sylu. Titulis generoſus auitis. Sue. in Tyb. Condemnatam et generoſiſſimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini Cõſularis prædiuitis, & orbi. Per translationem accipitur pro magnanimo. Cice, lib. 3. Offic. Cumq; de imperio certatum eſſet cum rege generoſo, atque potenti.
Transfertur etiam ad inanimata. ut cùm dicimus arbores generoſas, & uitem generoſam, & ipſum etiam uinum generoſum. Horat. lib. 1. Epiſt. Ad mare, cum ueni, generoſum & lene requiro, Quod curas abigat. Verg. li. 1. Georg. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Audet & ignoto ſeſe cõmittere ponto. Colu. libr. 3. Vitem maximè populus alit; & poſteà ulmus, quam Atiniam uocant ruſtici, generoſiſſima eſt. Hinc Generoſitas, atis, nobilitas, εὐγένεια. Idẽ lib. 13. Qui uineam uel arbuſtum cõſtituere uolet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet, cuius generis uitem poſiturus ſit. Nam quæ pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet: cum dubium eſt, an is, qui uendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. Interdum etiam idem eſt, quod magnanimitas. Generoſitas tauris eſt in aſpectu, Pl. li. 8. c. 45. Generoſè, (γενναίως) aduerbium: ut Perire generoſius, Horat. 1, Carm. Ode 38.

GENESARETH. (γεννησαρὲτ λίμνη Strab) ſtagni nomen proprium; ab eo (ut quibuſdam uidetur) ſic dictum, q; flantibus uentis, criſpantibus undis, auram ex ſe generare uideatur. Sed hoc profectò ridiculum uidetur, in uoce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idem dicitur Mare Tyberiadis, à Tyberiade ciuitate. & Mare Galilææ, ab adiacente Galilæa prouincia. Habet hoc mare, ſiue ſtagnum C X L. ſtadia in longitudine. X L. uerò in latitudine. Nõ tamen ideirco, mare uocatur, q; eius aquæ ſint amaræ: ſed Hebrææ linguæ, conſuetudo eſt, omnes congregationes aquarum, ſiue ſalſæ ſint, ſiue dulces, uocare Maria: ſicut in Geneſi ſcriptum eſt, Congregationes aquarum uocauit maria.

GENESIS, p. c. huius Geneſeos, {*Generatione*} (γένεσις) Latinè generatio, natiuitas. Accipitur etiam pro ſidere natalitio, quod conuerſione cœli oritur eo momento, quo quis naſcitur. Iuu. Sat. 14. Nota mathematicis geneſis tua. Idem Saty. 6. Si prurit frictus ocelli Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Sueto. in Veſpaſ. Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, q; uulgò crederetur geneſim habere imperatoriam, inſuper conſulem fecit. id eſt, q; opinio eſſet, à mathematicis prædictum eſſe, fore ut imperaret. Budæus.

GENETES, (γενήτης) promontorium Themiſcyrę regionis, inter Amiſum, & Phaſim amnes, templo Iouis, quem ξένιον, id eſt, hoſpitalem uocabant, nobilitatum. Vide Strabonem libr. 10.

GENETHLIACI, orũ, {*Coloro che pronoſticano delle natiuità*} (γενεθλιακοί) qui ex die & hora natiuitatis, quos Horoſcopos uocant, fortunam hominis, & ſucceſſum pronunciant. Gel. lib. 14. cap. 1. Aduerſum iſtos, qui ſe Chaldæos, ſeu Genethliacos appellant: ac de motu, deq; poſitu ſtellarum dicere poſſe, quæ futura ſunt, profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philoſophum Romæ Græcè diſſerentem egregia oratione. Genethliacus, a, um, (γενεθλιακός) idem quod natalitius.

GENETHLIA, orum, (γενέθλια) dicuntur celebritates, quę fiunt natali die.

GENETHLIVS, (γενέθλιος) Latinè natalis dicitur: unde Genethliaci dicti ſunt: de quibus ſuprà iam diximus. Erat etiam Genethlius Iouis cognomen, q; ei incumberet cura omnia propagandi. Fuit præterea, teſte Suida, hoc nomine Palæſtinus quidam Sophiſta, diſcipulus Minutiani & Agapeti: qui quamuis in ipſo ætatis flore occiderit, plurima tamen ſcripta reliquit: ex quibus Suidas recenſet, λαλιὰς & διαλέξεις & μελέτας, & multa alia, ut mirabile ſit dictu, tam paucis annis uitæ tanta ſcripſiſſe.

GENEVA, oppidum eſt Allobrogum ad Lemanum lacum proximum Heluetijs, quod etiam hodie nomen retinet. Cæſar Belli Gallici libro 1. Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumq; Heluetiorum finibus Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Ea quo loco Cæſaris facilè deprehendi poteſt error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: cum Gebenna, eodem Cæſare teſte, ſit mons ille, qui Aruernos ab Heluijs diuidit. De quo uide plura ſuo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæſaris locum ſic inquit: Quatuor hæc nomina Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multũ obſcuritatis lectori ingerunt, ac non attentum ſæpe fefellerunt: quæ ipſa longè diuerſa ſunt. Genua. n. Ligurum caput in Italia ad mare eſt noſtrum: Geneua uerò Allobrogum, ad oſtia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit. Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie, ut quidam putant Aurelia; denique Gebenna mons eſt qui Heluios ab Aruernis ſeparat: ut libro ſeptimo poſtea dicet. Cæſar. Hæc Glareanus.

GENIALIS, & hoc geniale, {*Geniale. Arioſt. Bagnar di pianto i genïali letti*} quod ad Genium naturæ & uoluptatis Deum pertinet: ut Genialis dies, lætus, & uoluptarius. Iuuena. Genialis agatur Iſte dies. Genialis torus, ſiue lectus, (θάλαμος, γαμικός) qui in nuptijs ſternitur in honorem Genij. Verg. 6 Aenei. Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cice. pro Cluent. Lectum illum genialem, quem biennio filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo, &c. Verg. 1. Georg. Inuitat genialis hyemps. Genialis homo, hoc eſt, hoſpitalis, & dapſilis.
Genialiter, aduerbium, opiparè & lautè. Ouid. 11. Metam. hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit.

GENIANES, gemma, quam Magorum uanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

GENICVLATIM, (γονυδόν) aduerbium ſignificat per genicula. Plin. li. 21. cap. 11. Folijs geniculatim circundata.

GENICVLATVS, a, um, (πολυγόνατον) dicitur quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotropium, quæ ob id Genicularis herba uocatur. Cic. de Sene. Deinde tepefactum uapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ iuxta fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

GENICVLVM, li, (γόνυον) diminutiuum à genu. Genicula dicuntur ſtipulæ, uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin. libro 16. cap. 39. Arundini in geniculo. Quandoq; Geniculum accipitur pro germine, βλαστός.

GENISTA, ſtæ, {*Geneſtra*} (σπαρτίον) arbuſcula quædam humilis eſt fronde minuta, flore luteo, apibusq; gratiſſimo, ſemine lenticulis haud abſimili, quod Phaſeolorum modo ſiliquis innaſcitur. ita dicta, quòd in modum genu flexilis ſit ad nexus, idcircoq; uitibus ligandis idonea: uel quia genibus medeatur dolentibus. Vide Ruel. lib. 1. cap. 84. & lib. 3. cap. 142. Plin. lib. 21 cap. 9. Florem eſſe dixerim geniſtas namq; & ijs decerpitur luteus. Mart. Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta. Verg. 2. Geor. Molle ſiler, lentæq; geniſtæ. Humiles geniſtæ, ibidem.

GENITALIS, & hoc genitale, {*Genitale, natio*} (γενεθλιακός) idem eſt quod natalis. unde Genitale ſolum, dicimus patriam in qua nati ſumus, quod & Natale ſolum appellatur. Et Genitalem diem, quo ſcilicet in lucem editi ſumus. Genitalia ſemina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Verg lib. 2. Georgi. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. Col. lib. 7. cap. 9 Fœminis quoq; uuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus clauduntur, ne ſint genitales. id eſt, ne poſſint generare. Genitalia membra, ſiue genitales partes (τὰ αἰδοῖα) dicuntur pudenda, tam in uiro, q̃ in fœmina. Col. lib. 7. Et ipſos neruos, quos Græci Cremaſteras, appellant q; ex illis genitales partes dependent, comprehenſæ. Genitalia ſubſtantiuè, tam de membro uirili, q̃ cæterorum animalium Plin. lib. 10. ca. 63.
Coitus auerſus elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinocerotis, leoni, daſypodi, cuniculis, quibus auerſa genitalia. Genitaliter aduerbium. Lucr. lib. 4. Vt ſemina poſſint Seminibus commiſceri genitabiliter apta.

GENIMEN, inis, penul. correp. {*Generatione*} (γέννημα) à gigno, generatio dicitur. Vtitur ſemel atq; iterum hac uoce interpres Noui teſtamenti: ut, Genimina uiperarum, & Genimen uitis. Alioqui apud idoneos ſcriptores non temere inuenies.

GENITOR, oris, {*Genitore, padre*} (γονεὺς, γεννήτωρ, ὁ γεννήσας) pater dicitur, qui ſcilicet genuit. Cice. de Vniuerſ. Quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. Genitores omnium uitiorum Græci, Pli. lib. 15. c. 4.
Genitor dubius, id eſt pater incertus: Oui. 5. Metam. Occidit Aſtreus Matre Palæſtina, dubio genitore creatus. Genitor deorum, id eſt, Iupiter. Idem. 2. Triſt. Iure igitur genitorq; deũ, rectorq; uocatur. Similiter Genitrix (γεννήτειρα, ἡ γεννήσασα) mater dicitur, quæ ſcilicet genuit. Verg. 1. Aen. Namq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis adflarat honores. Genitrix frugum Ceres, id eſt, inuentrix. Ouid. 5. Meta. Et frugum genitrix, immmenſos ſiſte labores.

GENITVRA, ræ, {*Generatione*} (γένεσις) quandoq; generationem ſignificat. Plin lib. 18 ca. 24. Inter diligentiſſimos cõuenit, ut in ſatum quadrupedumq; genitura, eſſe quoſdam ad conceptum impetus terræ. Accipitur etiam pro ſemine humano. quod Græco uocabulo Sperma uocamus. Plini lib. 22. c. 22. Datur & contra profluuia genituræ uiris. Genituram horoſcopum uocant Suet. in Auguſto: Verum genitura ſua uix et cunctanter edita exiluit Diogenes, adorauitq; eum. Tantam autem mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum uulgauerit, nummumq; argenteum nota ſyderis Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit. Iul. Firmicus lib. 3. Secũdum hanc genituram, & ſecundum has cõditiones ſtellarum, & ſecundum teſtimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum uolunt fata diſponi. Bud. in Annot.

GENITIVVS, a, um, {*Che ha forza di generare*} (γεννητικός) quod uim habet generandi. Vnde Genitiuus humor. & Genitiuus caſus, γενική. Interdum idem eſt quod genitalis, ſiue à natura ingenitus. & ingenuus, & originalis, & cum naſcente congenitus. ut Genitiuæ notæ, quæ ſunt maculæ à natura ingenitæ. Suet. de Augu. Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus, atq; aluũ genitiuis notis, in modum & ordinem & numerũ ſtellarum cœleſtis urſæ. Interdum etiam ponitur pro gentilitio. Ouid. 3. de Pont. Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ.

GENITVS, {*Generato, nato*} (γεννηθείς) à gigno, gignis. idem quod natus. Plinius libro 11. cap. 37. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium, & narium defuere. Geniti dentes in palato: Genitus annos nouem: Genitus ad perdenda uina: Genitus ad ſuperbiam. Genitus in ſeruitio pro eo, qui ſeruus natus eſt: multaq; id genus alia paſſim occurrunt apud eundem Plinium.
Huic componuntur Vngenitus, Primogenitus, & Progenitus: de quibus ſuis locis.

GENIVS, nij, {*Genio*} (δαίμων) Veterum ſententia dicitur uniuſcuiuſq; anima rationalis, ideoq; eſſe ſingulos ſingulorum. Fuere etiam qui dicerent Genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quę rerum ſemina ſunt, elementaq; appel-

lata. Duodecim quoq; ſigna, Lunamq; & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, q multa genere poſſent, Gerulos, deinde Genios uocitarunt. Cenſorinus ſcribit Genios dictos, quia, ut gignamur, curent: ſiue q unà gignãtur nobiſcum, uel etiam quia nos genitos ſuſcipiant, ac tueantur, (προςὸ τῆς κ προςγενέσεως.) Certè à gignendo Genius appellatur. Terent. in Andr. Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. Eundem eſſe Genium & Larem, multi ueteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicem omnibus nobis genium dicit appoſitum: hoc eſt, duos lares. Hi etiam Penates dici ſolent. Ab aliquibus Genius dicitur hoſpitalitatis, uoluptatis, & naturæ deus. Hinc Indulgere genio, eſt operam dare uoluptati, & quo quenq; natura trahat, ſubſequi. Perſi. Satyr. 5. Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare genium, negare naturæ quod appetit. Terent. in Phorm. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer, Id illa uniuerſum abripiet. Belligerare cum genijs ſuis, idem quod defraudare genium. Pla. in Truc. Non iſtæc mea benignitas docuit te fabulari. A. Sed iſtos, Qui cum genijs ſuis belligerant, parcè promi. A' nomine Genius fit Genialis adiectiuum, de quo ſuprà. Interdum etiam Genius accipitur pro energia quadam, ſeu potius gratia, lepore, aut uenuſtate alicuius rei. Mart. Victurus genium debet habere liber.

GENO, is, ere, genui, genitum, {*Generare*} (γεννάω) antiquis in uſu erat pro gignere, generare. Priſc. lib. 10 Gigno, genui: pro quo Geno uetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varr. in Andab. Sed quod hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Re ruſt. cap. 40. Quædam enim ad gerendum, &c. Ex uetuſto codice. Infinitiuum paſſiuum Lucretius protulit libr. 3. Tantò magis inficiandum Totum poſſe extra corpus durare, geniq;.

GENON, (quod hic pro cæpæ genere corruptè legebatur) uide Gethyon.

GENS, gentis, {*Gente*} (ἔθνος) à genus deducitur, u, litera detracta, idem ferè quod natio. quanquam gentis appellatio generalior eſſe uidetur, multaſq; ſub ſe comprehendere nationes. Gẽs enim Itala Latinos habet, Hetruſcos, Campanos, Vmbros, Picentes, & huiuſmodi. Cic. 2. de Nat. deor. Deum non curare ſingulos homines nec ciuitates, nec nationes, nec gentes. Cic. 1. Offi. Propior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ coniunctio. Vergi. 1. Aenei. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Interdum pro familia, φυλὴν. familiam, ut Gens Aelia, Gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum familia. Inde Gentiles dicti, ex eadem gente, id eſt familia oriundi. Sine gente, id eſt, ignobilis. Hora. 2. Serm. Sat. 5. Qui quamuis periurus, erit ſine gente, cruentus Sanguine fraterno, &c. Gens per tranſlationem de Apibus dicitur. Colu. lib. 9. cap. 9. Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. Et de piſcibus. Verg. 4. Geor. Cũm Proteus conſueta petens è fluctibus antra Ibat: eũ uaſti circũgẽs humida ponti Exultãs, &c.

Vbicunq; terrarum & gentium, Cic. 7. Ver. Idem in Catil. O' dij immortales, ubi nam gentium ſumus? quam Rempub. habemus? in qua urbe uiuimus?

Nuſquam gentium, id eſt nuſquam omnino. Teren. in Adel. Næ ego homo ſum infelix primùm fratrem nuſquam inuenio gentium.

GENTICVS, p. c. {*Di quella steſſa gente*} (ἐθνικός) idem quod gentilitius: unde Genticus mos, id eſt, gentis uel patriæ conſuetudo. Corn. Tac. libr. 3. Adduntur è ſeruitijs gladiaturę deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles.

GENTIANA, æ, (γεντιανή Dioſcor.) herba eſt folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani, ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, aquoſa, & ſine odore. Naſcitur ubiq; copioſiſſimè tamen in Illyrico, ubi à Gentio rege nomen accepit: quod etiam hodie ſeruat in Officinis.

GENTILES, {*Della medeſima famiglia*} (οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν οἰκείων, γεννῆται) qui ex eadem familia ſunt, et eiuſdem nominis ſunt: Vnde Cincius: Gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellantur. Cice. lib. 1. Tuſcul. Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominũ eſſe ſempiternos, antiquiſſimus ſanè: fuit enim meo regnante gentili. Hoc eſt, Seruio Tullio, quia eiuſdem nominis erat. Cice. in Topicis: Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti non ſunt. Auctor ad Heren. libr. 1. Si paterfamilias inteſtatus moritur, familia, pecuniaq; eius agnatorum, gentiliumq; eſto. A' Gentilis deducitur ſubſtantiuum Gentilitas, quod accipitur pro familia hominum ingenuorum, qui ſunt eiuſdem nominis. Seruorum autem, aut libertinorum nulla eſt gentilitas. Interdum etiam Gentiles dicuntur, qui ſunt eiuſdem nominis, etiamſi ex eadem familia non ſint oriundi.

Vnde etiam ſerui dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine uocabantur. Plin. lib. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Lucipores ue dominorum gentiles omnem uictum in promiſcuo habebant: nec ulla domi cuſtodia à domeſticis opus erat. Item Gẽtile dicitur, quod eſt gentis alicuius peculiare, & proprium: ut Iuuenalis Gentilia tympana dixit, id eſt, gentis propria. Suetonius de Tyberio: Capillo ponè occipitium ſubmiſſiore, ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in eo uidebatur. Rurſus ſcriptores rerum ſacrarum Gentiles uocant idolorum cultores, qui aliterquàm Chriſtiani de Deo ſentiunt, quos nonnulli uoce Græca malunt Ethnicos appellare: Qui loquendi ritus à Iudæis manauit, qui nationes omnes, præter ſuam, Gentes ſeu Gentiles, uocitabant.

GENTILITAS, atis, {*Moltitudine ò di gente, ò di famiglia, ò di natione, gentilità*} (ἐκ τῶν αὐτῶν οἰκείων) gentilium coniunctio, & neceſſitudo. Cice. de Aruſp. reſpon. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis & gentilitatis iure dicendum. Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, hoc eſt, pro multitudine ipſa uel familiæ, uel gentis, ſiue nationis alicuius. Plin. de Vir. illuſt. Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis poſtcà Capitolinus uocaretur. Plin. in Panegyr. Ex quo intelligi poteſt quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atq; (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere, atq; connectere.

GENTILITIVS, a, um, {*Ciò che è di quella steſſa gente ouero famiglia*} quod eſt ex gente, aut familia: ut, Gentilitia nomina dicuntur, quæ originem gẽtis uel familiæ declarant, ut Porcius Cornelius. Gentilitia ſacra, quę genti, hoc eſt familiæ alicui ſunt peculiaria. Cice. de Aruſp. Multi ſunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia ſacrificia, illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarint. Gentilitium ſacerdotium, quod ad ius familię pertinet, & nunc uulgo Ius patronatus dicitur. Gentilitium hoc illi, id eſt, hoc illi à gente ſua proprium eſt. Plin. Epiſt. Paſſenus Paulus ſplendidus eques Romanus, & in primis eruditus ſcribit elegos: gentilitium hoc illi: eſt enim municeps Propertij, atq; etiam inter maiores ſuos Propertium numerat. Plin. lib. 19. cap. 1. In Serranorum familia gentilitium eſſe fœminas linea ueſte non uti. Interdum etiam Gentilitium id uocamus, non quod familiæ alicui, ſed populo aut nationi cuipiam eſt peculiare: ut Gentilitium nomen, hoc eſt, nationis uel populi nomen. Gel. li. 14. cap. 1. Vulgus autem, quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, Mathematicos nominat.

GENTIVS, Illyrici rex, qui gentianæ herbæ à ſe inuentæ nomen fecit: teſte Plinio libr. 25. capi. 7.

GENV, {*Ginocchio*}, (γόνυ) neut. gener. & indeclinabile in numero ſingulari, & in plurali Genua, ſunt curuaturæ illæ, quibus crura & femora committuntur. Dicta genua, q hæc, dum infans eſt in utero matris, genis oppoſita ſunt: ſiue à generando, q in genibus eſt uitalitas. Pli. libro 11. cap. 45. Hominis genibus religio quædam ineſt, obſeruatione gentium: hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt ijs uitalitas. Namque in ipſa genu utriuſq; commiſſura, dextra læuaq; à priori parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt qua perfoſſa, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Hæc Plin. Verg. 5. Aeneid. Genua labant, uaſtos quatit æger anhelitus artus. Genua ſubmittere, pro flectere. Plin. libro 8. cap. 1. Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. A' Genu fit nomen adiectiuum Geniculatus, a, um, de quo ſuprà. Veteres declinauerunt Genus, maſculino genere. Lucil. libro 4. Satyra ut citat Nonius: Hæret uerticulis affixum in poſteriore Parte, atque articulis nouus ut taluſq; genuſq;. Legitur etiam Genus neutr. gen. in eadem ſignificatione. Cicer. in Arat. Atq; inter flexum genus, & caput alitis hæſit. Genualia, indumenta genuum. Ouidi. 10. Meta. Quæq; Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

GENVA, (γένυα) Ligurum caput in Italia ad mare noſtrum. Hinc incipit Apẽninus mons, diſtatq; à Sabatijs ſtadijs ducentis ſexaginta. Geneua uerò eſt extremum Allobrogum oppidum, proximum Heluetiorũ finibus: de quo ſuo loco diximus. Inter Varum & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu, quia habet tanquam genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidiſſe. Vel (ut quidam aiunt) à Genuino Phaetontis ſocio. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius conſul inſtaurauit, ſicut Liuius refert. Hinc fiunt adiectiua Genuenſis, & Genuanus, (γενυάτης) Quidam Ianuam hanc urbem appellant, q à Iano conditam dicant.

GENVINI, (σωφρονιστῆρες, κραντῆρες) dentes poſteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouiſſima. Gignuntur enim, teſte Plin. lib. 11. ca. 37. circiter uigeſimum annum, multis etiam circiter octogeſimum. Dicti Genuini, q à genis dependeant. Cice. 2. de Natu. Deor. Dentibus in ore conſtitutis manditur, atq; ab his extenuatur, atq; molitur cibus. Eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt qui Genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in poſtrema mandibulæ parte ueluti occultati ſunt, neque ita facilè patent aſpectui, quemadmodum primores, aut canini, factum eſt, ut Rodere dente genuino, & Frangere genuinum accipiantur pro eo quod eſt, clam alicui detrahere. Perſius Satyra 1. Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

GENVINVS, a, um, {*Natio, domeſtico*} (γνήσιος) id eſt, natiuus ac peculiaris. Apul. Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui. Gel. li. 5. c. 2. Cum extra rem publicam in domeſtica re, atq; uita ſedeatur, ambuletur, in cõuiuio quoq; familiari diſcumbatur, tum inter filium magiſtratum, & patrem priuatum publicos honores ceſſare, genuinos ac naturales exoriri.

GENVS, {*Genere, generatione*} à Græco γένος, propriè principium eſt uniuſcuiuſq; generationis, uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo quis genitus eſt: ut, Oreſtes à Tantalo ducit genus: &, Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis uniuſcuiuſq; principium eſt, quemadmodum & parentes. Plin. de uiris illuſtr. Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terent. in Adelphis, Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro? Præterea etiam Genus uocamus multitudinem aliquorum, ad unum aliquid, et ad ſe inuicem quodam modo ſe habentium, ut Romanorum genus dicimus quod ad Romulum refertur, & cognationem in ſe habet, per quam à ceteris diſtinguitur. In hac etiam ſignificatione accipimus Genus, cùm Genus humanum uel Genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad unum principium referuntur, ad primum ſcilicet parentem, aut certè ad omnium rerum conditorem Deum. & inter ſe habent quandam cognationem. qua à reliquis animantibus diſtinguuntur. Rurſus appellatur Genus, cui ſupponitur ſpecies, & quod prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie. Quę ſignificatio tracta uidetur à prima ſignificatione. Eſt enim genus hoc modo acceptum principium omnium. quæ ſub ipſo ſunt, ſpecierum: ut puta Animal genus eſt, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piſcibus, reptilibus, alijſq; ſpecie differentibus prædicatur. Homo uero eſt ſpecies, quoniam de Socrate, Platone, Ariſtotele, Fabio, Catone, Cicerone, alijſq; non ſpecie, ſed numero differentibus dicitur. Item genus dicitur, quicquid eſt, per quod alicuius rei qualitas indicatur, εἶδος. Vnde Genus mortis, Genus uitæ, Genus pœnæ, Genus memoris, Genus coloris, & huiuſmodi. Terent. in Eunuc. Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum uolunt. Verg. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominum? quæ ue hunc tam barbara morem Permittit patria? Nonnunquam ſumitur pro accidente partium orationis, ut quum dicimus, animal eſt generis neutri. Compoſita uide ſuis locis.

GENVSVS, fluuius quem Dyrrhachio euntes in Theſſaliam inueniunt. Luca. lib. 5. Quam uolucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis, &c.

GEODÆSIA, (γεωδαισία) terræ dimenſio, & ſcientia earum, quæ in ſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinum & figurarum, circa diuiſionem & compoſitionem uerſans.

GEODÆTES, (γεωδαίτης) qui Geodæſiam nouit: terræ diuiſor, & agrimenſor, inquit Budæus.

GEODES, (γεώδης) lapis eſt in concauitate ſua terram habẽs, quemadmodum aetites lapidem: unde & auribus admotus ſonitum edit, ſed dilatationem, q̃ aetites. Facultatem habet aſtringendi & ſiccandi: unde & ea quæ claritati oculorum officiunt purgat. Ex aqua quoq; in unctus mammarum genitaliumq; inflationes ſedat. Auctor Dioſcor. lib. 5.

GEOGRA-

GEOGRAPHIA,(γεωγραφία)dicitur terræ deſcriptio. γαῖα enim ſiue γῆ, ſiue etiam γῆ terram,& γράφω ſcribo ſignificat. Cic. Att. li. 2. De geographia dabo operam,ut tibi ſatisfaciam,ſed nihil certi polliceor: magnum opus eſt, ſed tamen ut iubes,curabo,ut huius peregrinationis tibi opus extet.

GEOMANTIA,pen.pro.(γεωμαντεία)diuinatio ex terra. Inde Geomantes, (γεωμάντις)qui ex terra diuinat.

GEOMETRES,& **GEOMETRA**,pen.cor. {*Miſuratore, ouer diuiſore della terra*}(γεωμέτρης)terræ menſor ſiue diuiſor. Ci.4. Acad. Quomodo aut geometres ea cernere poteſt, quæ aut nulla ſunt,aut internoſci à falſis non poſſunt?

GEOMETRIA,æ,(γεωμετρία)terræ menſuratio dicitur, uel ars ipſa terram dimetiendi:quanquam etiam latius ad aliarum rerũ dimenſionem extenditur. Eſt autem Mathematicæ pars,quemadmodum Aſtrologia, Muſica,et Arithmetica,circa formas præcipuè ſeu figuras uerſans. Cic. 3. de Fin. Quanquã ea uerba,quibus ex inſtituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica:quanquam ea Latinè dici poterant,tamen quoniam uſu percepta ſunt,noſtra ducamus.

GEOMETRICE,es,(γεωμετρική)ars terram aliudue quid dimetiendi: quę & Geometria dicitur. Pli. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus,præcipuè Arithmetice: & Geometrice:ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

GEOMETRICVS,a,um,adiectiuum,(γεωμετρικός)quod ad Geometriam ſpectat. Cic. 1. Tuſcu. Socrates interrogat quædam Geometrica de dimenſione quadrati.

GEOMETRICA,rum,(γεωμετρικά, τά)ſunt ipſa de Geometria præcepta. Cic. 1. Tuſc. Ita faciles interrogationes ſunt,ut gradatim reſpondens, eò perueniat,quaſi Geometrica didiciſſet.

GEON,(γεών)unus ex quatuor fluminibus,quę ſacra ſcriptura ex Paradiſo profluere teſtatur. Ioſephus eundem eſſe credit cum Nilo.

GEORGI,(γεωργοί)populi Scythici,ab agricultura,cui uni dediti ſunt, nomẽ ſortiti:quibus uicinos Corſitas, Phoriſtas, & Riphaces Mela facit. Conſtat etiam Tauricam Cherſoneſum Georgiam cognominatam: propter memorabilem in ea frumenti copiam,ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεωργίαν,& agricolas ipſos γεωργοὺς appellant.

GEORGICA,orum, {*Libri che trattano d'agricoltura*}(γεωργικά, τά)dicũtur libri tractantes ea quæ ad agrorum cultum pertinet. Georgicus, a,um, (γεωργικός)quod ad agriculturam ſpectat:ut, Carmen georgicum Col. li. 7. ca. 5. Sed georgicum carmen affirmat,nullam eſſe præſtantiorem medicinam, Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os,&c.

GEORGONTIA,(γεωργοντία)oppidum in altiſsimo monte in regione Aruernorum:cuius meminit Sueto. in Cæſare.

GERÆA,æ,(γεραία)oppidum mediterraneum Luſitaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

GERÆSTVS,(γεραιστός)promontorium Eubœæ inſulæ, Atticam ſpectans, teſte Pli. lib. 4. cap. 12. Ptolemæus lib. 3. ca. 15. portum eſſe ait in Eubœa.

GERANEA,æ,(γεράνεια)Laconici agri locus, teſte Pli. li. 4. c. 5. Eſt itẽ Geranea alterius loci nomen inter Megarã & Corinthum, teſte eodem Plin. li. 4. ca. 7. Fuit præterea euſdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ,quam Pygmæorum gens olim creditur tenuiſſe. Auctor idem Pli. lib. 4. cap. 11.

GERANION,(γεράνιον)herba eſt in duarum nomen eſt:quarum altera folijs eſt anemones, diuiſuris longioribus, radice ſubrotunda, cùm eſtur, dulci. Hanc Officinæ Acum paſtoris appellant. Altera caules habet ſeſquipedales,tenues,et piloſos,folia maluæ:in ſummis autem alis furſum ſpectantia gruum capitula cum ſuis roſtris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανον Græci gruẽ appellant. Hanc noſtræ ætatis herbarij pedem columbinum nominant.

GERANTHÆ,arum,(γεράνθαι)oppidum Laconicæ regionis. à quo fit gentile Geranthotes,(γερανθῶται:)ut ex Pauſaniæ ſententia docet Stephanus.

GERASA,æ,(γέρασα)oppidum eſt in ea parte Syriæ coeles,quæ à numero tredecim ciuitatum πεντεκαιδεκάπολις appellatur. Gentile eſt Geraſenus, γερασηνός. Stepha.

GERENIA,æ,(γερηνία)oppidũ agri Meſſeniaci,in quo Neſtor Pylius educatus fuit:unde ab Heſiodo Gerenius cognominatur. Hæc Stepha. Ptolemæus uero Gereniam Laconico agro attribuit.

GEREN,enos,(γέρην)uicus eſt in Leſbo inſula, ita dictus à Gerene Neptuni filia. Strabo li. 8. eiuſdem nominis oppidum in agro Meſſeniaco collocat: qđ idem eſſe opinantur cum eo quod alia inflexione Gerenia appellatur.

GERGIS,ithos,uel Gergithos,ithi,(γέργις, ἢ γέργιθος)Steph. oppidum Troadis,ſiue(ut Pli. placet) Aeolidis,à quo Sybillarum una Gergitha cognominata eſt.

GERMANE, {*Sinceramente,da fratello*}aduerbium, hoc eſt, ſyncerè & in modum Germani fratris. Cice. ad Quint. fratrem lib. 2. De quo petis, ut ad te nihil occultans,nihil diſsimulans, nihil indulgens, germanè fraterneq; reſcribam &c.

GERMANICEA,(γερμανίκεια)oppidum Euphrateſiæ,quod à Quadrato lib. 3. Rerum Parthicarum Parthis annumeratur.

GERMANVS,a,um, {*Fratello*}ijſdem parentibus natus: quod nomen à Germine deductum putat Feſtus. Germẽ(inquit)eſt,quod arborum ſurculis naſcitur:unde,& Germani quaſi eadem ſtirpe nati. Hinc Hermani fratres(αὐτοκασίγνητοι)dicuntur,qui patre eodem,eademq; matre editi ſunt:quemadmodum Vterini dicuntur,qui ex eodem utero prodierunt,qui ſcilicet matre eadẽ, diuerſis autem patribus ſunt procreati. Teren. in And. Si te in germani fratris dilexi locũ. Aliquando ſine fratre ponitur. Ter. in Adelph. O mi Aeſchine, ò mi Germane: ah uereor coram in os te laudare amplius. Ibidem: Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. Cic. 2. de Fin. Et L. Cicero frater noſter cognatione patruelis,amore germanus. Idem in Oratore: Cùm mutila quædam & hiantia locuti ſunt,uel quę ſine magiſtro facere potuerunt,Germanos ſe putant eſſe Thucydidis. hoc eſt, putant ſe pares eſſe Thucydidi. Accipitur item Germanus pro uero, & ſyncero, hoc eſt, non fucato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt: ut, Germana iuſtitia. Cice. 3. Offic. Sed nos ueri iuris, germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. Germana patria: Ci. 2. de Legib. Quia ſi uerum dicimus,hæc eſt mea, & huius fratris mei germana patria:hic enim orti ſtirpe antiquiſsima ſumus. Germanum nomen. Plaut. cap. Nam ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gerræ. Plau. Pœnu. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet Gerræ germanæ,atq; ædepol λῆροι λῆροι. Germaniſsimus Stoicis,id eſt, ſimillimus. Ci. 4. Aca. Erat quidem ſi perpauca mutauiſſet, germaniſsimus Stoicis. Fœmininum huius nominis eſt Germana. αὐτοκασιγνήτη Verg. li. 4. Aene. Iuueni germana uiam,gratare ſorori. Germana ſoror. Ci. 1. de Diu. Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

GERMANIA,niæ, {*Lamagna,terra Tedeſca*}(γερμανία)regio quę à Gallis, Rhætis,ac Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo,ac montibus ſeparatur:cætera ambit Oceanus, latos ſinus, & inſularũ immenſa ſpatia cõplectens. Rhenus, Rhæticarum alpium inacceſſo,et pręcipiti uertice ortus,modico flexu in occidentẽ uerſus, ſeptentrionali Oceano miſcetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ iugo effuſus, plures populos adit,tandemq; in Ponticum mare ſex meatibus erumpit: ſeptimum os paludibus hauritur. Germani ipſi indigenę exiſtimantur:quoniã non eſt uerisſimile aliquos Aſia, aut Aphrica, aut Italia relicta, Germaniam petijſſe, informẽ terris, aſperam cœlo, triſtem cultu, aſpectuq;, neq; cuiquam, cuius patria non ſit, magnopere expetendam. Hi antea Teutones appellabantur à Teutono Deo eorum, quem terra ortum exiſtimabant: ſiue à Teutono oppido cuius adhuc tenues ſuperſunt reliquiæ, etiam hodie nomen ſeruantes. Germaniæ uocabulum, ut auctor eſt Strabo lib. 7. à Romanis primum inuentum eſt, quoniam cũ primum Rhenum, deuictis Gallis, transgreſſi fuiſſent, uidentes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus, & uiuẽdi ritu Gallis ſimillimos, Germanos eos. hoc eſt fratres Gallorũ eſſe exiſtimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putẽt, q peculiari eius regiõis ritu, ſe mutuò ſua lingua Germanos, hoc eſt, fratres conſalutent. Eruditi tñ inter Germanos huius uocis etymologiã ex ſua lingua petũt. Illi enim Gar, ſiue Ger totum dicunt, & Man uirum, quaſi planè uirum Quibus ut facilius accedã, facit Alemanni uocabulũ, quod apud inferiores Germanos idem ſonat, qđ Germanus apud ſuperiores. Illi enim pro eo quod eſt totum dicunt Al, quod in ſuperiori Germania Gar, uel Gerdici oſtendimus. A Germanus fit Germanicus, ſicut ab Hiſpanus Hiſpanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti ſunt Imperatores aliquot à deuictis Germanis. Rurſus ab hoc fit aliud adiectiuum Germanicus: quo aliquoties uſus eſt Sueto. ut in Veſpaſiano: Neq; n. (inquit) deteriores eſſe aut Hiſpanicñ exercitu, qui Galbam: aut Germanicano, qui Vitellium Imperatorem feciſſet. Quo in loco Germanicani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, ſed qui in Germania militabant.

GERMANITAS,tatis, {*Fratellanza*}(ἀδελφότης. φιλαδελφία)eſt coniunctio, & uinculum quoddam neceſsitudinis quale ſolet eſſe inter fratres. Cic. pro Ligario: Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt, moueant te horum lacrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, ualeat illa uox, quæ uicit. Liu. 7. Bel. Mace. Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe: ab ea germanitate fraternam ſibi cum ijs charitatem eſſe.

GERME,(γέρμη)oppidum eſt ad Helleſpontum, non procul à Cyzico. Steph.

GERMEN,minis, {*Germe. Pet. Che ſuelto hai di uirtute il chiaro germe*} (βλαστός)dicitur, quod ex arborum oculis naſcitur. ſurculus ſcilicet prægnans, à generando dictus, q fit generationis principium. Ver. 2. Georg. Huc aliena ex arbore germen Includunt.

GERMINASCO,ſcis, {*Germogliare*}(βλαστάνω)germen emitto:à quo fit compoſitum Congerminaſco, (συμβλαστάνω)ſimul pullulo. & per tranſlationem coaleſco, coniungor. Quadrigarius: Facite, extempla eorum ut cum illis congerminaſcere ſciatur.

GERMINO,nas,pen.cor. {*Germogliare,pullulare*} βλαστάνω θάλλω. pullulo, & germen emitto. Plin. lib. 13. ca. 4. Fœmina citra florem germinat tantùm ſpinæ modo. Germinatio uerbale, (βλάστησις)pullulatio. Pli. lib. 16. cap. 25. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerũt: qđ Germinatio ideo uocatur. Col. lib. 4. ca. 24. Propter quod palmes, quę mox in germinatione exaruerit, imbecillis ac minus fructuoſus erit. Germinatus, us, idem. Pli. lib. 15. cap. 8. Oleam ſi capra depauerit primo germinatu, ſterileſcere auctor eſt M. Varro. Huius compoſita ſunt Congermino, quod eſt coaleſcere facio, conſocio, coniungo. Var. li. 3. Rerum humana. Poſtea cum his unã Rẽp. coniuncti ac cõgerminati tenuere Egermino, (ἐκβλαστάνω)germen foras emitto. Col. lib. 5. Nam plurimum intereſt, non eſſe longum ſarmentum, quod inſeratur: & rurſus, plures oculos quibus egerminet inciſe. Progermino, in germina excreſco. Idem ibidem: Vt & radices deorſum agat, nec ex propinquo negligenter in ſumma terra reſecta progerminet.

GERO,geris,geſsi,geſtum, {*Portare,hauere,fare,&c.*}κομίζω. φέρω. propriè ſignificat porto. Verg. 7. Aen. Bella manu, letumq; gero. Interdum eſt habere, ἔχειν. Idem lib. 2. Et nos aliquod nomenq;, decus Geſsimus. Interdum facere, πράττειν. Idem lib. 9. Nec tecum talia geſsi, Magnanimum Aenean, & fata extrema ſequutus. Interdum adminiſtro, διοικέω, τιμάω, διαχειρίζω. Cic. in Catone: qui ampliſsimum magiſtratum gerunt. Hinc dicuntur Geſta, & Geſta res, πράξεις. Cum accuſatiuo reciproco ſignificat uiuere, aut hoc, aut illo modo ſe habere: ut, Moderatè ſe gerere, χρῆσθαι ἑαυτῷ μετρίως. Cicer. de Ami. Qui ita ſe gerunt, ita uiuunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Pli. in Epiſt. Quia ſe in legatione turpiter geſſerat. Gerere Cenſuram, id eſt, fungor Cenſura. Pli. lib. 17. cap. 1. Conſulem gerere. Sall. in Iug. Formam alterius gerere, Plau. in prol. Amph. Honores gerere. Pli. in Epiſt. Ingenium callidum gerere Plau. in Aſin. Gerere inimicitias, Liu. 10. Bel. Maced. Iras gerere, Plau. in Pœnu. &c. Geſtor, geſtoris, uerbale, qui gerit, ſiue portat. Plau. Pſeu. Homines qui geſtant quiq; auſcultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Geſtores linguis, auditores auribus. Huius compoſita ſunt Aggero, Congero, Digero, de quibus locis ſuis. Egero, (ἐκκομίζω)efferо. Col. lib. 2. Auium primum habetur ſtercus, quod ex columbarijs egeritur. Quandoq; pro euomo, uel uentrem exonero ponitur, ἀποδίδωμι, ἐκκρίνω. Ingero, unde alibi. Oggero, ἐπάγω, intendo, ſeu adijcio: ut. Oggerere oculum alicui, eſt oculum alicui rei adijcere, ſeu intentum habere. Plau. in Trucul. Quando intrò aduenient, Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dũ alij

Tuſcu. Flatus inani lætitia, exultans, & temerè geſtiens. Huius compoſitum eſt, Prægeſtio, quod eſt ualde geſtio, ut exponit Priſcianus. Hora. lib. 2. Carmi. Nunc in udo Ludere cum uitulis ſalictu prægeſtientis. hoc eſt, ualde geſtiẽtis, ſiue (ut Porphyrio interpretatur) properantis. Ci. pro Cælio: Prægeſtit animus iam uidere primum lautos iuuenes mulieris beatæ.

GESTIO, onis, {Amministratione} (διοίκησις) curatio, & adminiſtratio. Ci. 1. de Inuen. Negotijs au[t]em quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotij geſtione cõſyderãtur: partim adiuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur.

GESTITO, tas, pen. cor. {Iubilare frequentemente,} φορέω. frequentatiuum, à Geſto, as. Plau. in Ciſt. Eloquere, unde ſunt tibi hæc citò crepundia? L. Mea hæc herilis geſtitauit, non tua. Idem in Amph. Næ ego homo infelix fui, Qui non alas intercellis: uolucrem uocem geſtito.

GESTO, ſtas, {Portare} φορέω, φέρω. ſæpe, uel quaſi continuè gero. Plaut. in Stic. Nam me illa aluo menſes geſtauit decem. Ter. in Adelphis. Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Geſtatus, participium. Mart. lib. 1. Geſtatus biiugis Regulus eſſet equis.

GESTVOSVS, ſa, ſum, {Attuoſo, che ha gran gratia ne geſti} (ὑποκριτικός, χειρονομικός) magna geſtuum concinnitate pollens. Gell. lib. 1. cap. 5. Geſtuoſas Hortenſii manus & argutas.

GESTVS, ſta, ſtum, πεπραγμένος. participium à Gero. Ci. pro Muræ. Geſtus eſt mos & uoluntati, & dignitati tuæ.

GESTVS, ſtus, {Geſto, atto fatto} (παρασήμασις, ὑπόκρισις) eſt actio quædam, & quaſi pronuntiatio corporis: Geſtio uerò, eſt adminiſtratio & actio quãuis parum in uſu ſit, inquit Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. deo. In corporum etiam motione atq; geſtu multa cernunt ſubtiliùs. Idem. 4. Acad. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat.

GETÆ, (γέται) populi in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. Strabo uerò lib. 7. Getas à Dacis ita diſtinguit, ut getæ ſint, qui ad Pontum in Orientem uergunt: Daci, qui in oppoſitum uerſus Germaniã, & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos uocatos nonnulli uolunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum et Getarum ſeruilia nomina in uſu maximè fuerunt. Getas à Lucullo uictos Saluſtius ſcribit. Aelius Spartianus ſcribit Getas dictos fuiſſe, qui poſtea Gothi appellati ſunt. De his Ouidius de Ponto: Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt Geta uel Getes. Getarũ deſerta, Verg. 3. Geor. Pharetrati Getæ, Ouid. 4. Triſt. Eleg 9. Geticus, a, um, (γετικός) ut Humus Getica. Ouid. 3 de Ponto: Qui Getica longè nõ ita diſtat humo. Lutus Geticum. Idem 3. Triſt. Eleg. 12. Nam procul à Getico littore uitis abeſt. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. Et Getici cedat tibi gloria plectri.

GETHYVM, (γήθυον) cæpæ genus condimentarium, nullo penè capite, ſed radice tantùm oblonga Latini Pallacanam uocant, teſte Pli. 19. cap. 6.

GETVLIA, uide Gætulia.

G ANTE I.

GIBBER, ra, rum, {Gobbo} (ὑβός, κυφός, κυρτός) gibbo deformatus: & propriè is, cui ſpina extrorſum flexa tumorem in dorſo creauit: nam quibus illa introrſum flectitur, tumorem efficiens in pectore, Regibberi (λορδοί) potius dicuntur. Pli. lib. 10. cap. 26. de gallinis Africanis: Hoc eſt gallinarũ genus gibberum, uarijs ſparſum plumis. Varro. 2. de Re ruſt. cap. 6. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ.

GIBBVS, bi, {Gobbo, gibbo. Dan. Et fanno un gibbo che ſi chiama Lattra} (ὕβος, κύρτωσις, κύφωσις) propriè eſt tumor dorſi, aut etiam pectoris, ex ſpinæ flexu enatus. Martialis: Non aliter uidetur Atlas cum compare gibbo. Nonnunquam tamen accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuuen. Saty. 6. Me dijsq; in naribus ingens Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli. Legitur & Gibbus, a, um, idem ſignificans quod conuexus. Celſus lib. 8. ca. 1. Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, utrinq; læuis. A' ſubſtantiuo Gibbus, fit adiectiuum Gibboſus, a, um, idem ſignificans quod Gibber, hoc eſt gibbo deformatus.

GIGANTOMACHIA, æ, {Pugna de giganti} (γιγαντομαχία) gigãtum pugna: qualem Poetæ in campis Phlegræis inter Deos & Gigantes geſtam fabulantur, cùm illi Iouem de cœli poſſeſſione deijcere conarentur.

GIGAS, gigantis, {Gigante} (γίγας) dictio compoſita creditur à uerbo Græco γίνομαι, quod eſt naſcor, & à γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram ſignificat: quaſi ex terra genitus. Credidit enim uetuſtas Gigantes homines fuiſſe excelſiſſimę ſtaturæ, et draconum pedibus, ab irata tellure procreatos in Deorum perniciem, ut ſcilicet ſuperis bellum inferrẽt, Iouemq; de cœli poſſeſſione deijcerent. Quo cõmento quid ſignificare uoluerint Poetæ, explicat Macrob. lib. 1. Satur. cap. 20. his uerbis: Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quandã impiam gentem Deos negantem, & ideo exiſtimatam Deos pellere de cœleſti ſede uoluiſſe. Horum pedes in draconum uolumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum cogitaſſe, totius uitæ eorum greſſu, atq; proceſſu in inferna uergente. Phyſici uero interpretantur Gigantes ſpiritus eſſe terræ incluſos, qui dum exitum non inueniunt, fractis interdum altiſſimis montibus ui erumpunt, & fruſta ipſa quaſi in cœlum eiaculantur. Cic. 2. de Nat. deo. Nec uero, ut fabulæ ferunt, Dij bellis, prælijsq; caruerunt nec ſolum, ut apud Homerum, cùm duos exercitus contrarios alij Dij ex alia parte defenderent: ſed etiam cum Titanis, cum gigantibus proprijs bella geſſerunt. Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſimè. Ouid. Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes. Iuuena. Satyra 4. Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe Gigantum. Id eſt, obſcuro & ignoto genere natus, quemadmodum Gigantes, qui nullo parente è terra prognati creduntur. Hinc Giganteus, a, um, (γιγάντειος) nomen poſſeſſiuum. Oui. 2. Triſt. Cumq; gigantes memorantur prælia belli. Furiæ giganteæ, Clau. 4. Pane.

GIGERIA, orum, teſte Nonio, inteſtina ſunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. Luci. li. 8. Gigeria ſunt ſine alho: his ueſcantur alacriter.

GIGNO, gnis, genui, genitum, {Generare} (γεννάω) genero. Ci. 1. de Fin. Ad maiora enim quędam nos natura genuit & conformauit, ut mihi quidem uidetur. Genitus, partic. natus. Ouid. 2. Met. Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas. Huius compoſitum eſt, Ingigno, (ἐγγεννάω) ingenero, gignendo inſero. Cic. 5. de Fin. Sine, ut doctiſſimis uiris uiſum eſt, maior aliqua atque diuinior hanc uim ingenuit: ſiue hoc ſit ita fortuito. Col. lib. 4. Tanquã naturali, & ingenita ſterilitate laborantibus. Antiqui pro eodem dixerunt Geno, de quo ſuprà: unde adhuc manſerunt genui præteritum, & ſupinum Genitum. Lucr. lib. 3. Totum poſſe extra corpus durare, genique. Hinc ſiunt Genitor, Genitrix, Genitura, Genitalis, & nonnulla alia: de quibus ſuis locis diximus.

GIGONVS, pen. prod. (γίγωνος) oppidum eſt ad ſinum Thermaicũ, non procul à Pallene: cuius meminit Herod. lib. 7.

GILLO, nomen notiſſimi adulteri tempore Iuuenalis, & egregiè mentulati. Iuue. Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem. Partes quiſq; ſuas ad menſuram inguinis hæres.

GILLVS, exul Tarentinus, qui cùm Perſarum exploratores, à piratis captos pecunia ſua redemiſſet, & ad Darium reduxiſſet, iuſſus eo nomine petere quicquid uellet, hoc unum petijt, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herodotum lib. 3.

GILVVS, {Greggiolino} color medius inter album, & ruſum: qui à Græcis, teſte Gel. li. 15. ca. ult. appellatur κίρρος. Hic à nonnullis uocatur Melinus, quaſi mellinus, q mel eiuſmodi colorem habeat. Verg. 3. Geor. Luxuriatq; toris animoſum pectus: honeſti Spadices, glaucíq; color deterrimus albis, Et giluo. Vbi Seruius: aliud eſt candidum eſſe. i. quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori cõſtat eſſe uicinũ. Giluus aũt melinus eſt color. Alij aũt legũt, Albis & Giluo: ut non album, & Giluum, ſed albogiluum uituperet. q ſi ſinguli colores uituperandi ſunt, quanto magis mixtus uterq;, id eſt, albogiluus?

GINDANES, (γινδάνες) Libyæ populi, Lotophagis cõtermini, quorũ uxores multis pellicei fimbrijs adornantur. Nam cum pulcherrimũ ducant à plurimis adamari, à ſingulis, quibus ſui copiam faciunt, fimbriam unam exorãt, coq; argumento oſtendunt, quot habuerint amatores. Auctor Herod. lib. 4.

GINDARA, æ, (γίνδαρα) oppidum Syriæ cœles, cuius incolæ dicuntur Gindareni, (γινδαρηνοί) quorum meminit Pli. lib. 5. ca. 23.

GINGIVA, æ, {Gengiua} pars eſt oris, cui dentes inhærent: cuius exterior pars à Græcis οὖλον, interior ἐνοῦλον uocatur. Iuue. Sat. 10. Frangendus miſero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum eſt Gingiuula, (οὐλίον) Apuleius in Apol. Magiæ. Complans torem tumidæ gingiuulæ.

GINGLA, (γίγγλα) oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluuio. Auctor Pli. lib 5. c. 24.

GINGRIO, gingris, gingrij, gingritum, {Fare la uoce dell'oca} (κλαγγάζειν) anſerum uocis proprium. Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipſe, Gingritor. Auctor Feſtus.

GION, uide Geon.

GIRGILLVS, (γίργιλος) inſtrumentum quo fila reuoluuntur. Galli ſua lingua uocant, ut Deuuydoir.

GITH, (μελάνθιον) genus ſeminis, quod uulgo Nigellam Romanã appellant. Col. lib. 7. Interdum faſtidio ciborum langueſcit pecus: eius remedium genus ſeminis, quod Gith appellatur. Pli. lib 20. cap. 17. Gith ex Græcis alij Melanthion, alij Melaſpermon uocant. Ruellius credit eſſe ſemen illud, quod ruſtici in Gallia ſua lingua uocant Prouuretum, quaſi minutum piper, eo, q tenuiores hoc ſemine cibos condire ſoleant uice piperis.

G ANTE L.

GLABER, bra, brum, {Pelato, pulito, ſenza peli} (ψιλός, λεῖος, φαλακρός) quod eſt læue & ſine pilis. Plau. in Aul. Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi, q̃ Volſus ludius. quem locum explicãs Nonius de Doctorum indagine: Legitur (inquit) q ludis pęſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ętatem, quos antiqui Ludios appellabant. Var. de Re ruſt. ca. 2. Si quem glabrũ facere uelis. Sic Glabræ ſues apud Col. in Præfat. lib. 1. Huius diminutiuum eſt Glabellus. Glabra, etiam, ſiue Glabella, (μεσόφρυον) uocatur interſtitium, ſupercilia ſupra naſum diſterminans: quia ſine pilis eſſe conſueuit. Capella lib. 1. Nup. Philologiæ: Quarum una deoſculata Philologiæ frontẽ illic, ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

GLABREO, es, {Eſſere ſenza peli} (μαδάω, φαλακρόομαι) glaber ſum & depilis: quanquam etiam ad terrã transfertur, quæ glabrere dicitur, ubi ſatis ſtirpibusq; nuda eſt, nihilq; gignit. Vnde Loca glabrentia, apud Col. lib. 2. cap 9.

GLABRESCO, is, {Diuenir ſenza peli} (μαδάω, ψιλοῦμαι) glaber, hoc eſt, ſine pilis, aut capillis, aut plumis ſio: quod euenit nonnunquam morbo aliquo. Transfertur etiam quandoq; ad alia: ut Glabreſcere dicitur area, cum herbis attritis uel euulſis complanatur, & quaſi glabra redditur. Col lib. 1. c. 20. Nã dũ à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam ungulis atterũtur, atq; ita glabreſcit, & fit idonea ſementibus area. id eſt, fit glabra, mundaq;.

GLABRETA, orum, (φαλάκρωμα) loca ſatis, ſtirpibusq; nuda: quę & Calueta à nonnullis appellantur: in quibus ſcilicet propter noxium aliquẽ humorem nihil gignitur. Col li. 2. ca. 9. Solet autem ſalſam nonnunquam, & amaram uliginem uomere terra: quę quamuis matura, iam ſata, manẽte noxio humore corrũpit, & locis glabrentibus ſine ulla ſtirpe ſeminũ areas reddit. Ea glabreta ſignis adhibitis notari conuenit, ut ſuo tempore uitijs eiuſmodi medeamur.

GLABRO, as, are, {Pelare, ſpelare} (ψιλοῦν, μαδίζειν) pilos auferre. Col. lib. 12. cap. 53. Cum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur: & uel aqua candente, uel ex tenuibus lignis flammulis ſi cta glabrantur.

GLABRIONES, {Coloro che non hanno peli ſu la perſona} (μαδῶντες) dicti ſunt qui corpus glabrũ, & pilis nudum haberent: unde Glabrionũ non ignobilis Romæ familia nomẽ accepit: ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex ſorore nepos: cuius meminit Aſconius in Orationem Cic pro M. Scauro.

GLACIALIS, le, {Di ghiaccio} (κρυσταλλώδης, κρυμώδης) à glacie deducitur, & eſt quod in glaciem aſtringi ſolet. Iuue. Saty. 2. Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. Fretum glaciale, Clau. 1. Paneg. Frigus glaciale, Ouid. 9. Meta.

GLACIO, as, {Agghiacciare, ghiacciare. Pet. Vedrem ghiacciar il fuoco arder la neue} (συμπήγνυμι) uerbũ eſt actiuũ, idem ſignificãs quod in Glaciem conuerto. Hora. Carm. lib. 3. Ode 10. Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus inter pulchra ſitum tectis remugiat Ventis? & poſitas ut glaciet niues Puro numine Iuppiter. Inde paſſiuũ Glacior, in glaciem conuertor. κρυσταλλοῦμαι. Pli.

lib.24.ca.13. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem lib.14.c.21. Glaciatæ moles prodigij modo. Caſeus glaciatus.i.coagulatus, & concretus. Co.li.7.c.82. Nec dubiū, quin ſi ex ramulis glaciatus caſeus iucūdiſſimè ſapiat.

GLACIES, glaciei, (*Ghiaccio*)(κρύσταλλος)aqua concreta gelu, quaſi gelacies. Pli.lib.8.cap.38. Auræ ad glaciem appoſita. Verg.10.Eclog. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

GLACITARE, (*Far uoce d'oca*)(κλαγγάζειν)proprium eſt uocis anſerum. In carmine de Philomela, quod Ouidij nomine circunfertur: Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. Alij legunt Glocitat.

GLADIATORES, (*Schermitori, coltellatori*)(μονομάχοι)ſerui erāt, quos laniſtæ armorum artem edocebant, ut poſtea populi delectandi cauſa in arena depugnarent. Cic.3. Philip. Quòd ſi iam (quod dij omne auertant) fatum extremum Reip.uenit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeſtè decumbāt, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumq; omnium, &c. Idem ad Caſſ. Cæ-dem enim gladiator quærit. Inter gladiatores erāt Retiarij, qui aduerſus Mirmillones pugnabant. De quibus loco ſuo. De gladiatorum origine ac cauſa Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multi dicunt, apud Veteres, hanc deuotionem contra hoſtes factam, ut ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alij hoc literis tradunt, quod ueriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos habuiſſe pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, et nudos inter ſe coeuntes, ne in bello armati hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorum.

GLADIATORIVS, ria, rium, (*Ciò che à ſchermitori ſi appartiene*)(μονομαχικός)qđ ad gladiatores pertinet, ut, Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. Cic.in Cati. Nemo eſt in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. Tere. in Phor. Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo in loco Animum gladiatorium uocat Terent. animum tam pertinacem, qui uel magno ſuo periculo rem aliquam perficere non dubitet, certus aut omnino ſuperare, aut labori ſuccūbere. Gladiatoribus enim, ubi ſemel in arenam deſcenderint, ea neceſſitas imponitur, ut aduerſarium uictum occidant, aut idem ab illo expectent. Cic.4. Tuſc. An uerò uir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? Gladiatorū id quidem quanquam in eis ipſis uidemus eſſe ſæpe conſtantiam. Saliu. Item ex Senatus conſilio decreuere, ut gladiatoriæ familiæ Capuā, & inter cætera municipia diſtribuerentur.

GLADIATVRA, æ, (*Schermaglia*)(μονομαχία)congreſſus gladiatorum. Cor.Tacit.li.3. Adduntur è ſeruitijs gladiaturæ deſtinati.

GLADIOLVS, li, (*Coltellino*)(ξιφίδιον)paruus gladius. Quo etiam nomine à Romanis dicta eſt herba quædā, quā & Græci ξίφιον appellāt, propterea quod ſoliū habeat gladij figuram referens. Iridi perſimilis eſt, niſi q; folio minor ſit, et anguſtiore, & gladij modo mucronato, neruoſumq; in caulem excunte, in quo purpurei flores, in ordinem digeſti. De hoc Pli.li.21.cap.12.

GLADIVS, dij, (*Spada, coltello, pugnale*)(ξίφος, μάχαιρα)enſis: à clade dici uidetur, c, in g, mutata (ut ſcribit Varro) q; ad cladem ſit inuentus. Cæſ.7. Bell. Gall. Gladijs diſtrictis portas occupauerunt. Teren. in Adelph. Suo ſibi hunc gladio iugulo. Eraſ. Suo gladio, ſuoúe telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur: aut qui ſuopte inuēto, doloúe capitur: deniq; in quem quocunq; mō ſeu dictum, ſeu factū retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit. Tranſlata metaphora ab ijs, qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur. Gladio plumbeo iugulare, eſt leui argumento nulloq; negotio conuincere quempiam. Cic.ad Att. Cūm illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Antiquiſſimi etiam Gladium dixerunt in neutro gener. ut probat Varro hac Lucilij auctoritate, Hærebat gladium mucrone in pectore totum. Eſt & Gladius, (ξιφίας) genus piſcis marini, roſtro mucronato, quo naues perfodit, & demergit in Atlantico Oceano. De hoc Pli.lib.32.cap.2. & 11.

GLANDARIVS, a, um, denominatiuum à glande: ut, Glandaria ſylua, quæ ſeruatur, glandis ferendæ cauſa. Cato de Re ruſt.ca.1. Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbuſtum, nono glandaria ſylua. Sic Var.1. de re ruſt.c.7.

GLANDATIO, (*Ragunation di ghiande*)(βαλανισμός)glandium collectio, & paſtio ſuum ex glandibus. Sipontinus.

GLANDIFER, ra, rum, (*Che produce ghiande*)(βαλανοφόρος)quod glandes producit. Cic.1. de Legib. Quare glandifera illa quercus, ea qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis.

GLANDIVM, dij, (ἀδένιον)pars apri glanduloſa, quæ eſt circa ceruicem: uel ipſa ceruix: in hac enim glandulæ poſitæ ſunt. Plau. in Capt. Præruncauit tribus tergoribus glandia. Pli.lib.8.cap.51. Hinc Cenſoriarum legum paginæ, interdictaq; cœnis abdumina glandia, teſticuli. Idem lib.6.cap.38. Quibuſdam ſunt tubera, ſicut ſunt in carne glandia.

GLANDOMIRON, (γλανδόμιρον)oppidum eſt Gallæcorū Lucenſium, in Tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ. Auctor Ptolemæus lib.2.cap.6.

GLANDVLA, læ, (ἀδένες)diminutiuum à glans, ſignificat carnem glanduloſam in ſue, cuius ſapor ab antiquis commendabatur. Mart. Partitur apri glandulas palæſtritis. Glandulæ, arum. Pli.lib.11.cap.37. in ſuibus Glandulas appellari teſtatur, quæ in homine uocantur Tonſillæ, hoc eſt, partes illas faucium, quæ utrinq; iuxta gargareonem ſitæ, à Græcis παρίσθμια appellantur. Quidā etiam Glandulas appellant, tumores ex pituita naſcentes, quos Græci χοιράδας, Latini Strumas appellāt: quæ nihil aliud ſunt, q̄ adenes indurati, præcipuè in collo, alis, uel inguinibus.

GLANDVLOSVS, a, um, (ἀδενώδης)plenum glādibus. Col.li.7.c.9. Qui porcum laudat, qui eſt amplæ & glanduloſæ ceruicis.

GLANIS, (γλάνις)Hetruriæ fluuius, in Tyberim influēs: cuius meminit Pl. lib.3.c.5. Glanis item, ſiue Glanus, piſcis aſtutiſſimi nomen, qui aucisos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat. Idem lib.32.ca.10. Verrucas tollit Clani iecur tritum.

GLANICVS, amnis, qui & Lyris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnenſis. Pli.lib.5.cap.5. Minturnæ, Glanico amne diuiſæ, Liri appellato.

GLANS, glandis, (*Ghianda*)(βάλανος)fructus quercus, roboris, eſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, & ſiqui ſint ſimiles. Verg.4. Geor. Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quondā uiuebant, Glandis appellatione (ut Vlpianus ſentit) omnes fructus continentur. Glans etiam dicitur plūbum, quod eſt in modum glādis formatum, quod antiqui loro alligatum in hoſtem torquebant, & ad ſe retrahebant. Salu. in Iugur. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Item Glans pars ſumma colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo ſimilis. Præputium enim pellis eſt, qua glans tegitur. Coles ipſe penis, à quo coles pendent. A' glans, fiunt Glandeus, a, um, & Glanduloſus, a, um, Glandifer, &, Glandula diminutiuum, de quibus ſuprà. Item Iuglans, & Dauglans, & Glandatio: de quibus ſuo loco.

GLANVM, (γλανόν)Salyum oppidum eſt, in Alpibus, Narbonenſem prouinciam ſpectantibus. Auctor Pli.lib.2.ca.9.

GLAPHYRVS, pen.cor. (γλαφυρός)notiſſimus adulter fuit Iuuenalis tempore, cuius meminit Sat.6. Vxorem ducis, de qua citharœdus, Echiō, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum eſt à feſtiuitate & elegantia: quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

GLAREA, reæ, pe.cor. (*Ghiara*)terra lapidoſa, qualis in fluuiorū ripis, uel maris litoribus eſſe ſolet. Ver.2. Geor. Nam ieiuna quidē cliuoſi glarea ruris Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat. Huius diminutiuum eſt Glareola, cū accentu in antepe. Plau. Glareolam manu eſſuadens.

GLAREOSVS, a, um, (*Ghiaroſo*)quod abundat glarea. Liu.1. Bel. Pun. Ad hæc ſaxa glareoſa uoluens, nihil ſtabilis, nec tuti ingredienti præbet.

GLASTVM, ſti, (*Guado herba*)(ἰσάτις)herba ſimilis plantagini, qua Britanni ſe inficiunt, (ut auctor eſt Cæſ.li.5. Bel Gal.) quò horridiori ſint aſpectu in pugna: efficit enim cœruleum colorem. Pli.lib.22.ca.1. Simile Plantagini glaſtum in Gallia uocatur: quo Britannorum coniuges nuruſq; toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Aethiopium colores imitantes. Glaſto infectores Cœruleum colorem pannis inducunt, Maximus eius eſt prouentus in agro Toloſate, ubi uulgi uocabulo Paſtellum appellant.

GLAVCIOLVS, dicitur equus, qui ſelineis oculis eſt.

GLAVCITO, tas, apud auctorem Philomelæ, uerbū eſt propriū catulis. Glaucitat (inquit) & catulus, at lepores uagiunt.

GLAVCIVM (γλαύκιον)ſpecies eſt rhœæ herbæ ſylueſtris, & erraticæ (ut auctor eſt Pli.lib.20.cap.19.) quæ alio nomine dicitur Paralion. Naſcitur in aſſlatu maris, aut nitroſo loco, unde nomen aſſumpſit. Nam glaucus cœruleum ſignificat, qui eſt color maris. Hodie hanc herbam pharmacopolæ uocant Memitham: ut docet Ruel.li.3. Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flacceſcant, deinde exemptis ac tuſis ſuccum exprimunt, qui & ipſe Glaucion appellatur, teſte Dioſcoride.

GLAVCOMA, matis, (γλαύκωμα)uitiū humoris eius, qui cryſtallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculum. Serenus: Si uerò horrendū ducēt glaucomata plumbū, Spiritus alterius prodeſt qui grana cymini Pallentis mandens uſus exhalat in ipſos. Pli.li.29.c.6. Glaucomata dicunt magi, cerebro catuli ſeptē dierū emendari, ſpecillo demiſſo in dextrā partem, ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtrā, ſi ſiniſter: aut felle recenti aſionis, Hypochyſes uerò, ſiue (q; idē eſt) Hypochymata, quæ nos ſuffuſiones uocamus oculorū, fiunt ex humore inter corneam & cryſtallinam partem concreto. Interdumq; oculi potentiæ, qua cernitur, ſe opponunt. Legitur et Glaucoma, æ, fœm.gen. Plau in Milite: Glaucomam ob oculos obijciemus, cumq; ita faciemus, ut quod uiderit, non uiderit.

GLAVCOPIS, pen pro glaucopidis, (γλαυκῶπις)habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ à latinis dicitur Cæſia: à colore cœli, quaſi cæſia. Diodorus ſcribit aerem nominatum eſſe Palladā: & ideo dici Glaucopin quoniam aer glauci, hoc eſt cœrulei ſit aſpectus.

GLAVCVS, a, um, (*Colore meſchio tra'l bianco e'l uerde*)(γλαυκός)color dicitur, qui admiſtu habet uiridi alborē, qualis in noctuarū, quas Græci γλαῦκας appellant oculis apparet. Gel.li.2.ca.26. Sed ne uiridis quidem color pluribus, q̄ a nobis, uocabulis dicitur: Neq; non potuit Verg. colorem equi ſignificare uiridem, uolens cœruleū magis dicere equū, q̄ Glaucū. ſed maluit uerbo uti notiore Græco, q̄ uſitato Latino. Sic etiam alibi uocat frondes ſalicis glaucas & oliuas glaucas. Item in hominibus & equis Glauci oculi, pro uiridibus dicuntur, quales ſunt felis, leonis, & noctuæ. Pli.lib.8.c.21. Oculis glaucis, colore ſanguineu, &c. Hic color à Latinis uocatur Cæſius quaſi Cælius, ut ex Nigidio probat Gellius. Nam à ueteribus illis linguæ Latinæ auctoribus Minerua Cæſia uocatur, quæ ab Homero γλαυκῶπις dicta eſt. Præterea maris color etiam Glaucus dicitur, quem et Cœruleū paſſim appellatum inuenimus.

GLAVCVS, (γλαῦκος)Hippolochi filius fuit, qui in Troiano bello Priamo ſuppetias tulit. homo tam ſtupidus, ut cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio prouerbio celebratur: quo utimur, quoties permutatarum rerū inæqualitatē uolumus denotare. Fuit & alter Glaucus piſcator, qui cūm piſces captos in ripa explicuiſſet, ſubitò contacta quadam herba ſe colligentes, in fluuiū proſilierunt. Admiratus itaq; Glaucus herbæ illius uim, cūm & ipſe deguſtaſſet, piſces ſecutus in aquam inſiliunt: mariſq; Deus factus creditur. Alij aliter referunt hanc fabulam: Glaucum inſignem urinatorem fuiſſe, qui cum ſæpius inſpectantibus ſuis municipibus in fluuium ſe deieciſſet, diutiuſq; ſub aqua moratus ſemper emerſiſſet: tandem cūm illis fruſtra expectantibus non rediret, creditum eſt Glaucum factum eſſe maris Deum. Alius præterea Glaucus fuit, Syſyphi filius, qui cum equas ſuas humana carne paſceret, ab illis etiam ipſe deuoratus eſt. Eſt etiā Glaucus, nomen piſcis. Pl.li.9 c.16. Quidam ruſus æſtus impatientia medijs feruoribus, ſexagenis diebus latēt, ut glaucus, aſelli, auratæ. Idē li.32.ca.11. tradit, glaucum æſtate non apparere.

GLAVCINVS, a, um, pen.cor. quod glaucum habet colorem: unde Glaucinæ ueſtes, quæ & Glaucina abſolutè dicuntur. Mart.lib.9. Pallia donaunt glaucina Coſme tibi.

GLAVX, (γλαύξ)herba eſt folia habens cytiſo, & lenticulæ ſimilia, quæ ſuperne uirent, auerſaq; candidiora ſpectantur. Ramuli à terra exiliunt quini ſeniue, tenues ab radice, dodrantem alti, flores, ceu uiolæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Naſcitur circa mare. Vide Pli.lib.17.ca.9.

GLEBA, bæ, (*Zolla*)(βῶλος)fruſtum terræ, ita dictum, q; ſit quaſi globus. Verg.1. Geor. Multum adeò, raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineaſq; trahit crates, iuuat arua. Huius diminutiuum eſt Glebula βωλίον. Colu.lib.1. cap.1.

cap.6. Eadem euentilata mundiora ſunt, lapillisq; carent & glebulis, quas per trituram ſere terrena emittit area.

GLEBOSVS, a, um, {Che abonda di zolle} quod glebæ in morē eſt cōuolutū, uel quod glebis abundat. Pli. li. 37. c. 15. de ſulphure loquens: Genera quatuor: Viuum quod Græci ἄπυρον uocant: naſcitur ſolidum, hoc gleboſum.

GLESSARIA, inſula in Oceano Germanico, quæ (Solino teſte) ſuccinum gignit. Sudaw uulgò appellata, haud longe à Pruſſia.

GLESSVM, (ἤλεκτρον) idem quod ſuccinum, uel electrum quo Gleſſaria inſula abundat. Pli. lib. 37. ca. 3. Certum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis Oceani, & à Germanis appellari Gleſſum: itaq; & à noſtris unam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerēte: Auſtraniā à Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus: ut gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia, denſatur rigore, uel tēpore autumnali. Hæc Plinius. Compertiora tamen hac de re tradidimus ſuprà in dictione Electrum.

GLEVCINVM, (γλεύκινον) olei factitiū genus, muſtum & aromata admiſta habens. Rationem conficiendi uide apud Col. lib. 2. ca. 51. Dictum Gleucinum à muſto, quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Pli. li. 15. ca. 7. Gleucino muſtum incoquitur uapore lento.

GLINON, aceris genus, quod aliter Craſſiuenium dicunt, campeſtre, candidū, nec criſpum. Pli. lib. 16. ca. 10.

GLIS, gliris, maſc. u. gen. {Ghiro. Ariſt. Agl'orſi a i taſſi, a i ſonnacchioſi ghiri} (ἐλειός) animal muri ſimile, maiori tamē corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur. Vide Pli. lib. 8. ca. 57. Mart. Somniculoſos ille porrigit glires. Idem lib. 13. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore ſum, quo me nil, niſi ſomnus, alit. Hinc Glirariū, (ἐλειοῦ) pro loco in quo nutriuntur glires. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 15. Glirarium diſſimili ratione habetur, quòd non aqua, ſed maceria locus ſepitur.

GLISCO, ſcis, {Creſcere, aumentarſi} (αὐξάνω, ἐπιφαίνομαι) creſco, augeor, inualeſco. Liu. lib. 6. Ab urb. Gliſcente in dies ſeditione. Gell. li. 2. ca. 7. Eadem autem ipſa, quæ creſcente luna gliſcunt, deficiente contrà luna deficiunt. Gliſcere etiam terra dicitur, cùm pingueſcit. εὐθενεῖ, εὐημερεῖ. Col. lib. 2. Prius tamen quàm eandem terram ſteremus, ſtercore conueniat, nam eo quaſi pabulo gliſcit. Item ardeo, uehementer cupio, προθυμοῦμαι. Papin. lib. 3. Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbo Exule. Huius compoſitum eſt, Pergliſco. Col. lib. 8. Quæ pro luna ſaginari corpus, uigeſima pergliſcit. hoc eſt, creſcendi uel pingueſcendi finem accipit.

GLOBO, as, are, {Agomitolare} (σφαιρόω) aliquid ſolidum in rotunditatem cōponere. Pli. lib. 2. cap. 2. Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe, nomen in primis, & conſenſus in eo mortalium Orbem appellantium. Ibidem ca. 65. Nanq; dependentes ubiq; guttę paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem, idem lib. 18. ca. 13.

GLOBVS, bi, {Globo, ſfera} (σφαῖρα) eſt corpus ſolidum, undequaq; rotundū. Verg. 6. Aen. Principio coelum, ac terras, camposq; liquentis, Lucentemq; globum lunæ. Cic. de Nat. Deo. Cumq; duæ formæ præſtantiſſimæ ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſpherā interpretari placet) ex planis circulus, &c. Globū, definiunt Geometrę, eſſe corpus ſolidū, unica ſuperficie cōtentū, in medio habēs cētrum, à quo omnes lineæ ad ſuperficiem ductæ ſunt equales. Ponitur quādoq; pro multitudine hominū, in unū collecta, & quaſi conglobata. Sal. Alij fiducia grauitatis locorū in occultā fugam ſparſi, alij globis eruptionē tentauerunt. A globus fit Globoſus, a, um, (σφαιρικός) pro rotundo, ſpiſſatoq;. Cic. de Vniuer. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocāt, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. Globulus, diminutiuū (σφαιρίδιον) paruus globus. Pli. lib. 33. ca. 5. Cùm tinxere pictores, Orbitin uocant: eiuſq; duo genera faciunt, Luteū quæ ſeruatur in lomenta: & liquidā globulis ſudore reſolutis. Accipitur pro genere edulij in globi modum cōuoluti. Cato de re ruſt. c. 79. Globulos ſic facito, caſeum cum alica ad eundem modum miſceto.

GLOCIDO, as, pe. cor. {Chiocciare} proprium eſt uocis gallinarum, cùm ouis incubituræ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, interiecta uoce acuta. Feſtus.

GLOCIO, cis, idem quod glocido. Col. lib. 8. ca. 5. Obſeruare debet cuſtos, dū edant oua, ut ea quæ nata ſunt, recolligantur, notenturq;, quo quæq; die ſint edita, & quàm recentiſſima ſupponantur glocientibus.

GLOMERAMEN, inis Lucre. lib. 2. Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum Conueniunt.

GLOMERO, ras, pen. corre. {Inuiluppare, auiluppare} περιειλέω. implico, & in globi ſpeciem formo, ſiue filum in globi figuram cōuoluo. Ouid. 6. Meta. Lanam glomerabat in orbes. Per tranſlationem ſumitur pro congregare, ac cumulare. Verg. 9. Aen. Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Glomerata clades, Cic. 2. Tuſc. Ver. 4. Geor. Magnum miſtæ glomerantur in orbem. Hinc fit compoſitum, Agglomero, quod eſt applico, adiungo. Ver. 2. Aen. Et lateri agglomerant noſtro.

GLOMVS, glomi, & glomus, glomeris, {Gomitolo gomiſcello} (ὄγκος) eſt filum, uel aliquid ſimile in globi figuram conuolutum. Pli. lib. 36. ca. 13. Iuſq; baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo ſiquis improperet, ſine glomere lini exitum inuenire nequeat.

GLORIA, riæ, {Gloria} (κλέος, δόξα) eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quin. Conſentiens laus bonorū Gloria appellatur. Ci. li. 1. Offi. Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculisq; aditis, nō quaſi mercedem rerū geſtarum deſideret gloriam. Inter Gloriam, & Claritatem hoc intereſt, ut inquit Seneca lib. 3. Epiſt. quòd Gloria multorum iudicijs conſtat, Claritas bonorum.

GLORIABVNDVS, di, (καυχηματίας) qui abunde gloriatur. Gell. lib. 5. ca. 5. Contemplatione tanta & tam inſtati exercitus gloriabundus, Annibalem uſpicit.

GLORIOLA, læ, (δοξάριον) diminutiuum à Gloria. Cic. Luceio: Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo ſumus, ut cęteri, uiuētibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi uiui gloriola noſtra perfruamur.

GLORIOR, aris, {Gloriarſi} (μεγαλαυχέω, καυχάομαι) gloria & prædicatione ſe efferre, aut aliquid iactantur de ſe pronuntiare, & conſtruitur modò cū præpoſitione. Ci. 3. de Fin. Quis aut de miſera uita poſſit gloriari, aut non de beata? Modo cum præpoſitione In. Cic. in Offi. Nobis quoq; licet in hoc quodammodo gloriari. Modò ſine præpoſitione. Cic. 5. Verr. Vt tu in multis epiſtolis tuis ad amicos gloriaris. Cæſ. 8. Bel. Gal. Propterea quòd inſolenter aduerſarij ſui gloriarentur. Nonnunquam etiam à tergo accuſatiuum habere inuenitur. Cic. de Sene. Equidem poſſe uellem idē gloriari, quod Cyrus. Sall. in Ci. Quaſi uerò togatus & non armatus, ea quæ gloriaris confeceris.

GLORIANDVS, à Glorior, idem eſt quod gloria & prædicatione dignus. Ci. 5. Tuſc. Beata uirgo, glorianda, & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt.

GLORIATIO, uerbale, (καύχησις) glorioſa prædicatio. Ci. 3. de Fin. Virtus eſt digna gloriatione.

GLORIOSVS, a, um, {Glorioſo} (ἔνδοξος) gloria plenus hoc eſt, præclarus, excellens, & cui omnes plurimum laudis, & gloriæ tribuunt: ut Glorioſus homo, Glorioſus triumphus. Plau. in Epid. Magnus miles Rhodius, raptor hoſtiū glorioſus. Cic. 2. de Diu. Magnificū etiā illud, Romanisq; hominibus glorioſum. Idē. 1. de Fin. Illuſtriora & glorioſa facta. Huius contrarium eſt Inglorius, (ἄδοξος, ἀκλεής) qui nulla laude, aut gloria dignus eſt, & ueluti ignobilis. Verg. li. 4. Geor. Ille horridus alter Deſidia, latāq; trahens inglorius aluum. Interdū tamē affectionem ſignificat, & in malu: ut Glorioſus dicatur, qui ſe inaniter iactat, uel alterius inani laudatione effertur, & laudari quærit. (καυχηματίας, κενόδοξος, ἀλαζών) unde Miles glorioſus inſcribitur Plauti Comœdia. Idem in Trucul. Vos nequam, & glorioſæ, malæ, &c. Pli. in Epiſt. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad anniculam quandam iactantes, & glorioſas.

GLORIOSE, {Glorioſamente} aduerb. cum gloria & laude Cic ad Cæl. In qua latis glorioſè triumpharent. Accipitur & in malam partem. Cic. 2. de Fin. Quid ergo attinet glorioſè loqui, niſi conſtanter loquare? idem pro Mil. Tamē impunè Miloni palam clamore, atq; mentiri glorioſè liceret.

GLOS, {Cognata} (γάλως) appellatur mariti ſoror, atque item fratris uxor. Nonius.

GLOSSA, ſæ, {Lingua} (γλῶσσα) per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde Gloſſę in quibuſdam pro interpretationibus ponuntur, quòd uice linguæ, hoc eſt, uice doctoris, fungantur. Quin. li. 1. ca. 1. Probitus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris (quas Græci Gloſſas uocant) dum aliud agitur, ediſcere. Quem locū Quintiliani ſic uulgò interpretātur, ut Gloſſæ dicantur interpretationes linguę ſecretioris. Quod certè neq; uerum eſt, neq; Fabij menti conueniens: ut latius docebimus in dictione Gloſſema. Hic illud ſufficerit dicere, Gloſſas & Gloſſemata eſſe uoces obſcuriores & minus uſitatas, quæ interpretatione indigent. Neq; in Quintiliani exemplo relatiuum referendum eſt ad accuſatiuum Interpretationem, ſed ad genitiuos illos linguæ ſecretioris.

GLOSSEMATA, (γλωσσήματα) dicuntur uoces occultiores, abſtruſiores, & minus uſitatæ, quæ ſcilicet interpretatione egent: quales ſunt uoces aliquot in Tragœdijs, heroicis uerſibus, & ſimili genere grauioris poematis. Quint. li. 1. c. 14 Circa Gloſſemata etiam, id eſt uoces minus uſitatas, nō ultima eius profeſſionis diligentia eſt. His uerbis Fabius innuit gloſſemata uoces eſſe, quę expoſitione indigent: non ut uulgo accipitur, ipſas expoſitiones. Sic Varr. lib. 6. de Ling. Lat. exponens uerſum Ennij, Cœlitum Camilla expectata aduenis &c. Camillam, inquit, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerūt adminiſtram, hoc eſt, qui uoces priſcas, & minus uſitatas ſunt interpretati. Eiuſdem etiam ſignificationis eſt Gloſſa: quod facilè deprehendet, qui locum Quintiliani, quem ſuprà in dictione Gloſſa, ex libri primi capite primo citauimus, diligentius cum hoc loco quem iam ex capi. 14. eiuſdē libri adduximus uelit conferre. Ibi enim Linguam ſecretiorem appellat, quas hic Voces minus uſitatas.

GLOSSOGRAPHI, {Chioſatori} (γλωσσογράφοι) dicuntur, qui gloſſas, hoc eſt, obſcuriores, & minus uſitatas uoces interpretantur.

GLOSSOPETRA, (γλωσσόπετρα) gemmæ ſpecies linguæ humanæ ſimilis. Magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente luna de cœlo decidere. Pli. lib. 37. cap. 10.

GLOTTIS, idis, (γλωττίς) lingula aſperam arteriam operiens, quæ & Epiglottis dicitur. Hinc Pli. lib. 10. cap. 23. auem, quæ rex coturnicum appellatur, Glottida uocaunt, quòd prælongam habeat.

GLVBO, is, {Scorticare, ſcorzare} (ξυρέω) pellem uel corticem detraho. Vnde & pecus glubi dicitur, cum pellis detrahitur: & arbores, cùm cortice denudantur. Cato de Re ruſt. cap. 33. Salictum ſuo tempore cædito glubito, arcteq; alligato librum conſeruato. Catullus, Nunc in quadriuijs & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Glubi pecus dicitur (ut Feſtus ait) cuius pellis detrahitur. Glubere ramos, diſtringere, ualde ſtringere, inquit Nonius. Varro de Re ruſt. Durities enim ea, non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

GLVMA, mę, (ἔλυτρον) folliculus grani frumentarij: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc eſt decorticetur. Varr lib. 1. de Re ruſt. capi. 48. de frumento loquēs: Granum dictum eſt, quod eſt intimum, ſolidum: Gluma, qui eſt folliculus eius: Ariſta, quæ, ut acutus tenuis, longa eminet è gluma. Proinde ut grani theca ſit, gluma, & apex ariſta.

GLVO, gluis, nonnulli interpretati ſunt pro diſtringo, decepti corrupta lectione Varronis de Re ruſt. lib. 1. ubi ſic legunt: Durities enim ea non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramus gluit, ac relinquit ad gelicidium retectos. Quo in loco procul dubio legendum eſt, Ramos glubit: & ſic ferè omnia habent exemplaria.

GLVTEN, inis, & Glutinum, ni, {Colla, incollamento} id uocant Latini, quod Græci κόλλαν. Pli. lib. 11. cap. 39. Boum corijs glutinum excoquitur, taurorumq;, & id præcipuum. Idem lib. 26. cap. 8. Laudatur Colophonium natione, Myſium, Prienēſe: ſpecie autem nitidum, & quàm ſimillimū taurino glutini. Hinc Glutinoſus, ſa, ſum, tenax. κολλώδης καὶ λεπτικός. Plin. lib. 35. cap. 16. Prioris laus, ut recens ſit, & leuis, linguaq; glutinoſa. Col. in Præf. libri. 1. In Aſia Myſiaq; denſa, etiam glutinoſa terra maximè exuberat.

GLVTINAMENTVM, ti, (κόλλησις) compactio, coniunctio. Pli. li. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed medijs inſerta glutinamētis tenia. Loquitur de chartis.

GLVTINO, nas, pe. co. {Congiugnere, incollare} (κολλάω, συνάπτω) coniungo, ferrumino. Pli. li. 35. c. 15. Vis bituminis, quæ ſulphuris: ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idem: Quo genere ſiſtitur ſanguis, & uulnus glutinatur. Huius cōpoſita ſunt, Agglutino, Conglutino, συγκολλάω, συμφύω. Pli. lib. 23. Cortex

uitiſſ, & folia arida uulnerum ſanguinē ſiſtunt, ipſumq; uulnus conglutinant. Deglutino, & Reglutino, à glutine libero ἀφικολλάω. Idem lib. 25. Purgāt hulcera oculorū, explentq;, & ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant.

GLVTINATOR, oris, {Incollatore} κολλητής. Cic. Att. lib. 4. Etiam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus: ad hoc, cætera adminiſtres, iiſq; imperes, ut ſumant membranulā, ex qua indices fiant.

GLVTIO, tis, tiui, titum, {Deuorare, inghiottire} καταπίνω, deuoro. Iuuen. Saty. 4. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? Hinc fit deglutino, ἀφικαταπίνω: de quo ſuo loco.

GLVTVS, a, um, {Amaſſato, unito} apud antiquos inuenitur pro unito, & bene ſubacto. Cato cap. 45. Locus bipalio ſubactus ſiet, beneq; glutus ſiet. Eſdē hæc uerba repetit Pli. lib. 17. cap. 18.

GLYCYMERIDES, (γλυκυμαρίδες) piſcis genus: qđ à Macrobio enumeratur inter delicias in adiicîali cœna Lentuli Flaminis appoſitas. Pli. lib. 32. cap. 11. inter cancrorum genera enumerat Chamæglycymeridas, maiores q̄ pelorides. Quo nomine uidetur ſignificare uel Glycymeridas nondum adultas, uel genus aliquod iuſta glycymeride minus.

GLYCON, (γλύκων) apud Hora. lib. 1. Epiſt. nomen eſt gladiatoris robuſtiſſimi. Nec (inquit) quia deſperes inuicti membra Glyconis, Nodoſa corpus nolis prohibere podagra. Fuit & nomen medici Panſæ, qui mortuo domino ex uulnere, quod in prælio Mutinenſi acceperat, in carcerem coniectus eſt, & à Torquato parricidiū accuſatus, tāquam uulneri uenenum indidiſſet. Sue. in Auguſt. Panſæ quoq; adeò ſuſpecta mors fuit, ut Glycon medicus cuſtoditus ſit, quaſi uenenum uulneri indidiſſet. Cic. ad Brut. Tibi Glycona medicum Panſæ qui ſororem noſtri Achilleos in matrimonium habet, diligentiſſimè commendo.

GLYCYSIDE, (γλυκυσίδη Dioſcorid.) herba quæ notiore nomine Pæonia uocatur. Pli. li. 27. ca. 10. Glycyſide, quam aliqui Pæoniam, aut Pentorobon uocant, &c.

GLYCYRRHIZA, æ, (γλυκύῤῥιζα) frutex eſt exiguus, ramos habēs duorum cubitorum, folia lentiſco ſimilia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilulatum platani magnitudine, ſed aſperiorem, eumq; incluſum ſiliquis lentis modo rubeſcentibus: radices autem longas colore buxeo, ſapore dulci: unde & nomen accepit, quaſi dulcis radix. Theophraſtus lib. 9 plantarum Scythicam radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine uocant Liquiritiam. Maxima eius copia prouenit in agro Franconienſi.

G ANTE N.

GNAPHALIVM, (γναφάλιον) herba quam quidam Chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia ſunt, ut planè uideatur tomentum. Plin. lib. 27. cap. 10.

GNAPHALON, (γνάφαλον) genus tomenti, ex lana illa ſcilicet breui, atque conciſa, quæ ueſtibus a fullo poliendo detrahitur. Vnde ea, quorū natura mollis, candida, & omnino lanea eſt, γναφαλώδη appellantur.

GNAPHOS, {Il garzo} frutex eſt ſpinoſus, & naſcens in eo carduus, quo pannis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus: quæ tamen nullius eorum, qui de ſtirpium differentiis aliquid conſcripſerunt, teſtimonio confirmat.

GNARE, {Peritamente, ſapientemente} (ἐπισταμένως) aduerbium peritè, & quandoq; apertè. Apuleius: Quę gnarè id noſtris oculis cōtemplati ſumus. Vide in dictione Ignoro.

GNARITER, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo Prognariter, quod ſignificat audacter, intrepidè. γενναίως. Plau. Agè, indica prognariter.

GNARVS, ri, & Narus, {Dotto, perito, eſperto} (ἐπιστήμων) ſciēs, peritus. Plin. lib. 9. cap. 35. Concha ipſa, cūm manum uidet, comprimit, operitq; opes, gnara propter illas ſe peti. Cic. in Ora. Pericles gnarus, quibus orationis modis animi mouerentur. Accipitur aliquando paſſiuè, pro cognito. Tacit. lib. 1. Trudebāturq; in paludem gnaram uincentibus, iniquam neſciis. Veteres Narus dixerūt ſine g. etiamſi in compoſito Ignarus, prius n, uertebant in g. Cice. in Orat. Noti erāt, & Naui, & Nari: quibus cū I N præponi oporteret, dulcius uiſū eſt, ignoti, ignaui, & ignari dicere, q̄ ut ueritas poſtulabat. Gnaritas, atis, ſcientia. ἐπιστημοσύνη. Sall. Namq; alii fiducia ignaritatis locorum, occulta fuga ſparſi, alii globis eruptionem tentauere. Horum contraria ſunt, Ignarus, & Ignaritas.

GNATHOS, {Guancia, bocca, maſcella} (γνάθος) Latinè gena, maxilla'ue dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho paraſitus. Hinc componitur Tetragnathius, (τετραγνάθιος) genus araneorum ita dictum à diſcurſu linearum, quatuor maxillarum ſpeciem referentium. Autor Plin. libro 29. capite 4.

GNATVS, ti, {Figliuola} (υἱός) filius: cui eadem ratione præponitur G, qua & Gnato. Cic. pro Planc. Quanquàm ad præcepta ætas non eſt gnati. Idem 1. de Diuin. O gnata, &c. Dulces gnati, Lucre. lib. 4.

GNAVVS, ui, & Nauus, celer, ſtrenuus, {Preſto, diligente} (δραστήριος, φίλεργος) à nauium celeritate, ut quibuſdam placet. Grammatici Protheſim figurā appellant, quando apponitur litera principio dictionis: ut Gnatus, pro Natus: Gnotus, pro Notus. Plaut. Moſtel. Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecum uos omnes uolo. Horat. 1. Epiſt. 6. Gnauus mane forum, & ueſpertinus pete tectum. Gnauiter, aduerb. diligenter. Liu. 10. ab urb. Ibi aliquandiu nec ceſſatum ab armis, nec gnauiter pugnatum.

GNESION, (γνήσιον) aquilæ genus, à Latinis ſyncerū interpretatur, uelut uerum, ſolumq; incorruptæ originis: media magnitudine, colore ſubrutilo, raro uiſum. Plin. lib. 10. cap. 3.

GNEVS, corporis inſigne & prænomen: à generando dictum, ut ex Græco γίγνεσθαι apparet. Feſtus.

GNIDE, ſiue potius Cnide, (κνίδη) piſcis genus, quod Latini Vrticam appellant. Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κνίδειν, hoc eſt, à mordendo.

GNIDVS, (γνίδος) urbs inſignis in extremo cornu peninſulæ Cariæ adhærentis ſita, Veneris templo & ſimulacro à Praxitele ſculpto in primis nobilis. Horat. 1. Carm. Ode 30. O Venus regina Gnidi, Paphiq;. E Gnido uiri memorabiles fuerunt, Eudoxus mathematicus Platonis ſodalis, Agatharchide Peripateticus hiſtoriæ conditor. Theopōpus Iulio Cæſari familiaris, Artemidorus eius filius: & his antiquior Cteſias, qui Xerxem medicatus eſt, & res Syriacas, Perſicasq; conſcripſit. Hinc Gnidius, gnidia, gnidium, ut, Gnidia Venus, Cic. de Diuin.

GNOMA, inquit Feſtus, genus eſt machinulæ, qua regiones agrorum dignoſcuntur: quod Græci dicūt γνώμονα. Gnomę item, (γνῶμαι) dicuntur memorabiles ſententię, omnium iudicio, & aſſenſu cōprobatæ. Vide Quint. lib. 8. ca. 5.

GNOMON, onis, {Il ſegno che dimoſtra l'hore} (γνώμων) eſt ſtylus in medio horologii ſolaris, umbra ſua horas indicans, quem Plinius umbilicum Solis uocat. Ita enim ait lib. 2. cap. 71. Solis itaq; umbilici, quem Gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctii de paulò plus, q̄ dimidiam gnomonis menſuram efficit: in urbe Roma nona pars gnomonis deeſt umbrę. In oppido Ancona ſupereſt quinta trigeſima, &c. Gnomones (γνώμονες) etiam dicuntur dentes iumentorum, quibus ætas illorum dignoſcitur. unde Agnomones, (ἀγνώμονες) dicuntur quorum ætas ex dentibus perſpici non poteſt.

GNOSIDICVS, (γνωσίδικος) clariſſimus Aſclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratis, Aenei, & Podalirii, auus autem Heraclidæ, qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctiſſimi. Auctor Stephanus in dictione Cos.

GNOSSO, (κνωσσός) urbs Cretæ fuit, Minois regia: quæ alio nomine Ceratus, ut ſcribit Strabo, appellata fuit, à fluuio eius nominis. Gnoſius, a, um, qđ eſt ex Gnoſſo urbe: ut Gnoſius ciuis, Gnoſia litera, Gnoſia regna. Ouid. in Epiſt. Parid. Non habuit tempus, quo Gnoſia regna uideret, Aptius. Pro eodem etiam dicitur Gnoſiacus, a, um, ut, Corona Gnoſiaca apud Statium li. 1. Syl. Item Gnoſſus, a, um, Luca. lib. 3. Creta uetus populis, Gnoſſaſq; agitare pharetras Docta. Item Gnoſis, idis, patronymicum fœmininum. Ouid. Epiſt. 21. Et Phœbus Daphnen, & Gnoſida Bacchus amauit.

GNOSTICI, (γνωστικοί) hæretici quidā erant, ſic dicti ob inſignem eruditionem, quam ſibi uendicabant, cūm nihil illis nec ſtultius eſſet, nec indoctius. Frequens horum eſt mentio in Epiſtolis Diui Hieronymi.

G ANTE O.

GOARENE, es, (γοαρήνη) regio Arabiæ nō procul à Damaſco, quæ & Goarea, (γοαρέα) dicitur. Auctor Steph.

GOBÆVM, (γοβαῖον) promontorium Galliæ Lugdunenſis, apud Ptolemæum lib. 2. capi. 8. Quanquam in pleriſque exemplaribus Gabæum legitur, non Gobæum.

GOBIVS, bii, {Go} (κωβιός) piſcis exiguus, qui & Gobio dicitur. Iuuen. Saty. 11. Nec mullum cupias, cūm ſit tibi gobio tantum In loculis. Mart. li. 13. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

GOBRIAS, (γωβρύας) nobilis Perſarum Satrapes fuit, unus ex iis, qui cū Dario coniurarunt aduerſus Magos. Nam erat Darii ſocer, antequam regnum Darius ipſe adipiſceretur, ut oſtendit Herodotus circa initium libri ſeptimi.

GOETIA, (γοητεία) incantatio, impoſtura, præſtigiatura. Quomodo autem differat à Pharmacia, unde apud Cælium Rhodig. lib. 5. ca. 62.

GOG, & MAGOG, uoces ſunt in ſacris literis aliquoties repetitæ: quibus ſunt qui putēt gentes Scythicas ſignificari, trans Caucaſum montem, & Mæotidē paludem, & mare Caſpium uſq; ad Indos protenſam. Hieronymus tamen in Ezechielem mauult allegoricum ſenſum ſubeſſe, nulloſq; iis nominibus populos ſignificari. Reliqua uide apud ipſum, quæ hic data opera prætermittimus q ad noſtrum inſtitutum nihil pertineant.

GOLGI, orum, (γολγοί Steph.) locus eſt in Cypro inſula Veneri & Cupidini ſacer. Catullus in Nupt. Pelei Sanctę pater, curis hominum, qui gaudia miſces. Quiq; regis Golgos, quiq; Idalium frondoſum, Quo in loco in omnibus ſerè exemplaribus hactenus corruptè lectum eſt Colchos.

GOMORRHA, æ, uel Gomorrhum, rhi, (utroq; enim modo dicitur) oppidū Iudææ, ab Aſphaltite lacu hauſtum, quemadmodum & Sodoma, & alia non nulla. Vide Solinum.

GONORRHOEA, {Diſcolamento} (γονόῤῥοια) uitium eſt membrorum genitalium, cum cuiquam præter uolūtatem ſperma effluit: quod genus uitii prouenire ſolet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui uero hoc uitiō patiuntur Gonorrhoei (γονόῤῥοιοι) appellantur. γονή nanq; ſemen ſignificat, ῥέω fluo. Vide Galenum de locis affectis lib. 6.

GONOS, (γόνος) Thraciæ oppidum eſt, non procul à Philippis, & Ergino fluuio. Auctor Plin. lib. 4. ca. 11.

GORDIANI, tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum lib. 8.

GORDIVS, (γόρδιος) Phrygiæ rex fuit, ruſticus alioquin, & ignobilis. Cū enim Phrygibus oraculum de rege creando conſulētibus, reſponſum eſſet, ut eū in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur, euenit ut Gordius ſummo manè ad agrum properans, loraq; paluſtri geſtans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex cōſalutatus, lora ad rei memoriam in templo ſuſpēdit. in quibus erat nodus adeò perplexus, ut indiſſolubilis putaretur: cecineratq; oraculum, ut regno potiretur, qui lora diſſolueret. Hunc nodum Alexander, cum diſſoluere non poſſet, enſe diſſecuit. Hinc factū eſt, ut Nodus Gordius, notiſſimo prouerbio dicatur de rebus indiſſolubilibus.

GORGIAS, (γοργίας) Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis diſcipulus, & Iſocratis præceptor, ut ſcribit Quint. lib. 3. cap. 2. eius tanta fuit artis fiducia, ut de omni re, quæcunq; in deſceptationem quæſtionemq; uocaretur, ſe copioſiſſimè dicturum eſſe profiteretur. Meminit eius Cicero in Bruto, & libris de Oratore. Hic arte ſua tantum pecuniæ corraſit, ut auream ſtatuam primus omniū poneret in templo Apollinis Delphici.

GORGONES, pe. cor. (γοργόνες) dictæ ſunt Phorci filiæ. Meduſa, Stheno, & Euryale. quæ Dorcadas inſulas, in Oceano Aethiopico ſitas habitaſſe dicūtur, contra Heſperidum hortos. Nomē habent à truculentia, quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuiſſe in Africa bellicoſas, aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum reginam Meduſam debellauerit, ac interfecerit. Vide Meduſa, & Pegaſus.

GORGONEVS, nea, neum, (γοργόνειος) nomen poſſeſſiuum. Ouid. 4. Meta. Gorgoneas tetigiſſe domos.

GORGONIA, {Corallo} (γοργονεία) teſte Pli. lib. 39. cap. 10. nihil aliud eſt q̄ corallium: ita dictum, q ex aquis exemptum protinus in duritiem lapidis conuertatur.

uertatur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſpexerant.

GORGOPHOROS, (γοργοφόρος) Palladis epitheton eſt, quaſi gorgonem ferens, in cuius enim ſcuto pictum eſt Meduſæ Gorgonis caput. Ci. antequam iret in exil. Teq; Tritonia armipotens, Gorgophora Pallas, Minerua, cæteriq; dij, deæq; immortales, &c.

GORGYTHION, (γοργυθίων) Priami filius ex Caſtianira Threiſſa ſuſceptus, qui poſtea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confeſſus occubuit. Auctor Homerus Iliad. 8.

GORGONIVS, uiri proprium male olentis. Hora. in Serm. Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius, hircum.

GORTIN, ſiue Gortys, ynis, ſiue Gortyna, æ, (γόρτυν, ἢ γόρτυς Stephano) oppidum mediterraneũ Cretæ inſulæ, ad Lethæũ fluuiũ, cuius meminit Pli. li. 4. cap. 12. Hinc Gortynius, ia, um, (γορτυνιος) ut, Gortynia ſpecula, apud Statiũ 5. Theba. Item Gortynis, idis, (γορτυνὶς) patronymicũ femininum. Luc. lib. 6. Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scæuam.

GOSSIPION, (ξύλον) frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabiã uergit, primùm allatus, nunc etiam in quibuſdam Italiæ locis naſcens: ex quo lina fiunt: quæ Goſſipina dicuntur. Alio nomine dicitur Xylon, & lina ex eo cõfecta Xylina. Pli. lib. 19. c. 1. Superior pars Aegypti in Arabiã uergens gignit fruticem, quem aliqui Goſſipion uocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta Xylina. Paruulus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructũ, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis in candore, mollitie præferenda. Ex quibus Plinij uerbis ſatis cõſtat Goſſipion fruticem eſſe, qui lanam illã molliſſimam profert: quam uulgò uocant Cotonium, quod & ipſum Latinè, uocare poſſumus Linum goſſipinum, uel Xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia uidimus, pomumq; eius mali cotonei ſimilitudine, quod matureſcẽs lanã, quam includit, copia dirumpitur, linumq; incluſum detegit.

GOTHIA, regio Europæ, cõterminia Daniæ, & Noruegiæ. Ex qua Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis ſubegerũt, Romamq; ipſam totius literaturæ fontẽ ſolo æquarunt, ſuamq; in totum orbem inuexerunt barbariem. Hæc dictio potius uidetur uno t, ſcribenda, cùm à Latinis poetis prima ſyllaba ferè ſemper corripiatur. Auſonius: Hinc poſſem uictos, inde referre Gothos. Et ſæpius apud Claudianũ. Non multum tamen peccauerit, qui conſonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animaduertimus.

G ANTE R.

GRABATVS, ti, pe. pro {Letticello} (κράβατος Suidæ) lectus exiguus, in quo meridiari ſolent: dictus quaſi Carabatus, q; in eo capite recũbamus, κάρα enim caput, βατὸς peruium Greci dicunt. Alij κράββατον, παρὰ τὸ κρέμασθαι τοὺς βάσεις, hoc eſt, à ſuſpendendis pedibus dictum malũt. Vnde & pro lectis pauperũ & mendicantiũ Grabati accipi ſolẽt. Cic. lib. 2. de Diuin. diuerſa facit lectos, & grabatos, cùm ait: Venit enim iam in contentionẽ, utrum ſit probabilius, Deos ne immortales, rerum omnium præſtantia excellentes, circumcurſare omnium mortalium, qui ubiq; ſunt, non modò lectos, uerumetiam grabatos, et cum ſtertentes aliquos uiderint, obijcere ijs uiſa quædam tortuoſa, & obſcura. Apud Latinos primam corripit: ſed apud Græcos eandem producit, & duplici β ſcribitur. Verg. in Mor. Membra leuat ſenſim uili demiſſa grabato.

GRACCHVRIS, urbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc urbem quæ antea Ilurcis dicebatur, ſplendidius reſtitutam, ut ſupereſſet rerum à ſe geſtarum monumentum, à ſuo nomine appellauit Gracchurim.

GRACCHVS Sempronius, Caij & Tyberij pater fuit, qui in Hiſpaniã Proconſul miſſus, Celtiberos in deditionẽ accepit, Ilurcimq; eorum oppidum ſplẽdidius à ſe reſtitutum, ut geſtarum à ſe rerum memoria ſupereſſet, de ſuo nomine Gracchurim appellauit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, inſignis pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos ſuſcepit, Generoſiſſimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiaq; in primis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus ſatis auidos. Quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad plebem ſe contulerint, legesq; agrarias perpetuos ſeditionum fomites in lucem reduxerint. neq; antea quieuerint, donec Senatum in ſuam necẽ armarent. Tyberius prior occiſus eſt in concione a Publio Naſica: Caius autem biennio poſt cum montem Capitolinum occupaſſet, iuſſu Opimij Conſulis eſt interfectus. Vnde plura apud Plutarch. in uita Gracchorum.

GRACILIS, le, adiect. pe. co. {Sottile, magro, ſcarmo, tenue} (ἰσχνός, λεπτός) tenuis, macilentus. Ter. in Eun. Haud ſimilis uirgo eſt uirginũ noſtrarum, quas matres ſtudẽt Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſient. Turpibus, Noſti q̃ ſit gracilis corpore. Gracilis lapis, Gracile marmor, Gracili nucleo glãs, Graciles uindemiæ, apud Plinium leguntur. Gracilis liber. Mart. lib. 8. Si quid fortè petam timido, graciliq; libello. Gracilis ponitur pro molli, ἁβρὸς. Hora. lib. 1. Carm. Quis multa gracilis te puer in roſa.

GRACILENS, gracilentis, om. gen. antiquis idẽ erat quod gracilis. Næuius in Proteſilao: Demum gracilentia colorem, dum ex hoc gracilens fit Nonius.

GRACILENTVS, a, um, idem quod gracilis. Ennius lib. 7. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

GRACILITAS, tatis, {Sottilezza, magrezza, tenuità} ἰσχνότης. corporis habitus tenuitas. Cic. 2. de Clar. Ora. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tã habitus corporis optimos, q̃ gracilitates conſectentur.

GRACILITVDO, dinis, idem quod Gracilitas. Accius in Amph. Tamẽ et ſtaturæ gracilitudo, & propemodũ luctus facit, ne dubitem. Nonius.

GRACILESCO, is, ere, {Diuenir tenue, ſmagrirſi} (ἰσχναίνομαι) gracilis & tenuis fio. Pli. lib. 17. ca. 22. Cum alias feſtinatione pariendi graciliſcat.

GRACVS, ſiue quod uſitatius eſt, Graculus (κολοιὸς) nomẽ auis, cornici ſimilis, niſi q; minor eſt: à uoce quã facit, uel à gerẽdo dicta, q; multa ſegetũ ſemina gerat. uel quia ex oliuetis cubitũ ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat; Seu etiam, q; gregatim uolitet: ſiue à gracilitate corporis. Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellauere, a furandis monetis. Exprimit ſermonem humanũ, et cauea emiſſus reuertitur. Harum auium tria ſunt genera: Maiuſculæ ſimiliores ſunt cornicibus, niſi q; nigriores: minimæ, & inter eas mediæ quibus roſtra, & pedes rubent. Pli. lib. 10. c. 29. Tranſpadana Italia iuxta Alpes Larium lacũ appellat, amœnum arbuſto agrũ, ad quẽ circomiæ non tranſmeant, ſicuti nec octauum circa lapidem ab eo, immenſa alioquin finitimo Inſubrium tractu examina graculorum monedularum: cui ſoli aui, furacitas auri, argentiq; præcipue mira eſt. Quo in loco ex eo, quod Plinius Graculos monedulas dicit per appoſitionem ulla intercedente coniunctione, apparet monedulam eſſe ſpeciem graculi. Sumitur etiam Graculus pro piſcis genere, qui & Monedula dicitur à Plinio, Græce κολίας.

GRADARII, {Caualli che han buono andare} (ἐν πορείᾳ) equi, qui ſine ſuccuſſatione molliter incedunt. Lucilius lib. 14. Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus.

GRADATIM, {Paſſo paſſo, à paſſo à paſſo} (κλιμακηδὸν) aduerb. ſignificat per gradus. Pli. lib. 33. c. 4. Foſſæ in quas perfluat, cauantur: Agogas uocant: ex ſternuntur gradatim. Gradatim, pro ſenſim, paulatim, ordinatè, & lentè, βάδην. Cic. Dolabellæ: Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſſam facti, tum receſſus. Idem. 1. Tuſc. Tamen ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens eò perueniat, quaſi geometrica didiciſſet.

GRADATIO, (κλίμαξ) apud Rhetores dicitur, quũ ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atq; ita deinceps. Cic. 3. de Ora. Eſt etiam gradatio quædam & conuerſio, & uerborum concinna tranſgreſſio. Auctor ad Her. lib. 4. Gradatio eſt, in qua non antè ad conſequens uerbum deſcenditur, q̃ ad ſuperius conſenſum eſt: hoc modo: Nam quæ reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis & quodlibet licet, & quod licet poſſunt, & quod poſſunt, audent, & quod audent, faciunt, & quod faciunt uobis moleſtum non eſt?

GRADATVS, a, um, (κλιμακωτὸς) in modum graduum factum. Pli. lib. 13. ca. 4. Denſis, gradatisq; corticum pollicibus.

GRADIOR, eris, greſſus, {Andare, paſſeggiare} (βαίνω) ſignificat uado, incedo, ambulo, eo, progredior. Verg. 1. Aen. Ipſe uno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deo. Iam uerò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. Idem. 1. Tuſcu. Fidenti animo, ſi ita res feret, gradietur ad mortẽ. Huius compoſita ſunt, Aggredior, Antegredior, Congredior, Digredior, Egredior, de quibus ſuis locis. Ingredior, (εἰσέρχομαι, εἰσβαίνω) intrò gradior. Propert. li. 2. Tuus ingreditur noua templa ſacerdos. Aliquando capitur pro ſimplici gradior, incedo. Verg. lib. 3. Geor. Continuò pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur. Interdum eſt prodire, & ſe oſtendere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in conſpectu ingredi? Interdum eſt quaſi incipere, ἐπιχειρεῖν. Lact. li. 6. Iuſtus ergo, quoniam durũ aſperumq; iter ingreſſus eſt. Introgredior, εἰσβαίνω. Verg. lib. 1. Aen. Poſtquam introgreſſi, & corãm data copia fandi. Progredior ultra procedo, προβαίνω. Cic. in Læl. Id primum uideamus, ſi placet quatenus amor in amicitia progredi debeat. Hinc Progreſſus, & Progreſſio, pro proceſſu. Idem lib. 1. Tuſc. Qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitutioneſq; notauit. Aliquando eſt antecire. Plau. Extremum intra carcerem ipſum progreditur Parthenopæum. Prætergredior, (παραβαίνω, παραμείβω) ultrà tranſeo. Cic. Appio Pul. Cum eſſes Lepta uenit, mihiq; nuntiauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Regredior, (ἐπανέρχομαι) retro gradior, reuertor. Lact. li. 6. Cũ uentum fuerit ad extremum, unde iam regredi non licet. Supergredior, ſuperambulo, ſupero, ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω. Subtergredior, ὑποβαίνω. Tranſgredior, (μεταβαίνω) ultrà gradior, unde ſuo loco. Tranſgreſſio, (μετάβασις) apud Rhetores dicitur, cum ab ea ſententia, quam propoſuimus, conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, ut fortunã, & tanquã præſentem appellamus: ut, Hæc mulier nuper fuit locuples, & potens in amore, atq; delicijs neceſſariorum. ornatus eius opibus abundat, magnus ancillarum, quæ ſequebantur, comitatus appellabatur. Nunc contra ſubito, & graui caſu afflicta uix mediocria ancillulæ dignitat rẽtinet. O fortuna, quam uehementer te rerum uarietas oblectat, & q̃ magno odio eſt tibi beatæ uitæ perpetuus, & conſtans fructus.

GRADIVVS, pe. prod. (ἄρης) Martis cognomen, à gradiendo (ut Feſtus ait) quia gradatim, & per ordines in bellum itur. Siue à uibratione haſtæ, quod Græci uocant κραδαίνειν. Sunt tamen qui à gramine dictum putent, quia gramine ſit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ eſt honorationis. Hæc ille. Alij gradiuũ non Latinũ, nec Græcum, ſed Thracium uocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum, ac fortẽ dicunt Verg. 3. Aen. Gradiuumq; patrem, Geticis, qui præſidet aruis. Gradiuus, Mars dicitur, cum ſæuit, inquit Seruius, cum tranquillus, Quirinus. Denìq; in Vrbe duo eius templa ſunt: unum Quirini intra urbem, quaſi cuſtodis, & tranquilli. Alterum in Appia uia, extra urbẽ prope portam, quaſi bellatoris uel Gradiui. Hæc Seruius.

GRADIVICOLA, læ, qui colit Martem. Silius li. 4. Iaculatoremq; Sabellũ, Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

GRADVS, huius gradus, maſc. ge. {Scaglione, grado. Pe. Et gradi one piu ſcende che piu ſale} (κλίμαξ) à gradiendo, id eſt, eundo. Sunt autem gradus ex quibus ſcalæ conſtant, ex quibus ad ædificiorũ altiora conſcenditur. Ver. 1. Aene. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. Gradus etiam idem interdum eſt quod greſſus, (βῆμα) hoc eſt, gradientium pedum uiciſſitudo, ut apud eundem, Gradibusq; ſonare Coraxpoſitis. Addere gradum, pro accelerare. Liu. 3. Dec. li. 6. Alacreſq; milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. Gradum facere, (βάσιν, κλίμακα ποιεῖν) dicimus, ut ſi in arborem tectumúe ſcandere uelim ex ſaxo, aut ſcamno, aliquaúe alia re, gradum facio. Valla lib. 5. cap. 26 Gradum facere, non eſt tranſitum facere: ſed aliquam rem gradum & quaſi ſcalam ad alia facere. Ouid. 4. Metam. Notitiam, primosq; gradus uicinus fecit. Gradum iacere ad aliquam rem aliqui, metaphoricè: quod barbari, facere ingreſſum dicunt. Cic. contra Rull. Hunc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactura intelligetis. Gradum inferre. Liu. Tandem gradum Romani acriùs intulerunt, ceſſitq; Luſitanus. Gradu mouere, eſt retrò agere, propellere retrorſum. Liuius: Primum gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremò haud dubie auerterunt. Deijci de gradu, eſt amittere conſtantiam & animi magnitudinem, ἀπὸ τοῦ φρονήματος καταπίπτειν. Cice. 1. Offi. Fortis enim animi eſt non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur: ſed præſentia animi uti conſilio. Sic etiã Gradu dimoueri, eſt ab exiſtimatione priſtina deijci, & deturbari. Cic. 2. Tuſc. Non ſentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel ſi ſentiunt, ſe mori malunt, quã tantummodo de dignitatis gradu dimoueri, id eſt, quàm indignè ſeſe aliquid admittere. Venire gradibus. Cice. 1. de Natu. deo. Nam à beatis ad uirtutem, à uirtute ad rationem uideo te ueniſſe gradibus. Interdum etiã Gradus accipitur

pro exiſtimatione, & loco honoris. Cic. 2. Phil. Eſt enim querela mihi neceſſaria pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit. Gradus quoq; cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarũ locorumue decliuiũ, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id eſt, in illum, qui quaſi ex illo naſcitur, ueniamus. Quapropter graduum huiuſmodi alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit, ut ſunt pater & mater, qui ſunt in primo gradu, in ſecundo auus & auia, in tertio proauus et proauia: Alios inferioris, ut liberi: Alios ex tranſuerſo ſiue latere, ut fratres & ſorores, liberiq; eorum. A Gradus fiunt Tardigradus, da, dum, pe. cor. (βραδύπους) qui tardè graditur. Vnde teſtudinem tardigradam dicimus. Spiſsigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plaut. Spiſsigradiſſimos tardiores, quàm corbitæ ſint in tranquillo mari.

GRÆÆ, (γραῖαι) tres fuerunt ſorores, Phorci filię, unicum tantùm habentes oculum & dentem, quibus uiciſsim inter ſe tres utebantur. Harum ope Perſeus ad Gorgonas peruenit. Vide prouerb apud Eraſmum, Orcigalea, ubi hæc omnia copioſius.

GRÆCA ROSA, (λυχνὶς στεφανωτικὴ Dioſcoridi) uiolæ magnitudine eſt non niſi in locis humidis prouenientis, quinq; folia non excedens, omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta: unde Lychnis coronaria appellatur. Vide Pli lib. 21. cap. 4.

GRÆCVLA ROSA diuerſum omnino genus eſt ab eo, quod ſupra Roſam Græcam appellauimus. Folia habet latiſsima, ſed panniculis ita conuolutos, ut nunquam niſi manu coacta dehiſcat, ſemperq; naſcenti ſimilis ſit. Auctor Pli. lib 21. cap. 4.

GRÆCA SALIX, dicitur ſalix rubra.

GRÆCARI, pe. pr. (ὑπερμεθύειν, συμπίνειν) eſt conuiuijs & libidinibus operam dare. ab eo quòd Græci liberius ſe haberent in conuiuijs. Nam quandoq; uerba trahuntur à moribus nationum. Hora. 2. lib. Serm. Saty. 3. Vel ſi Romana fatigat Militia aſſuetum græcari.

GRÆCISSO, (ἑλληνίζω) Græcos imitor.

GRÆCOSTASIS, pen. cor. (γραικόστασις) quaſi Græcorum ſtatio. locus de quo Var. de Ling. Latina lib. 5. ſic habet: Ante curiam Hoſtiliam roſtra, cuius id uocabulum ex hoſtibus capta fixa ſunt roſtra, Dextra è comitio locus ſubſtructus, ubi nationum ſubſiſterent legati, qui ad Senatum eſſent miſsi; is Græcoſtaſis appellatus. Cic. ad Quint. fra. lib. 2. Deinde eius operæ repentè à Græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

GRÆCVLA MALA, a patria ſic dicta. Pli. lib. 15. ca. 14. Patrias nobilitauere Camerina & Græcula.

GRÆCIA, (ἑλλάς) Europæ regio eſt, olim omni diſciplinarum genere excultiſsima, hodie non ſine ignominia nominis Chriſtiani Turcarum imperio ſubiecta. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium ſumit ad meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtijs, indeq; ad Septentrionem in Theſſaliam uſq; & partem Aegæi maris extenditur. Ad occaſum Archeloo fluuio ab Epiro diſtinguitur: Ab ortu rurſus habet mare Aegæũ, qui parte Sunium eo abluitur. Sciuditur in multas regiones, quarum præcipuæ ſunt Attica, Bœotia, Phocis, & Locri. Dicta eſt Græcia, à Græco primo eius prouinciæ rege, teſte Pli. li. 4. c. 7. Cic. pro Flac. Hęc cuncta Gręcia, quę fama, quę gloria, quę doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum Europæ tenet, ſemperq; tenuit: Italiæ maritimam oram bello ſuperatam cinxit urbibus. Idem. 1. pro lege Agr. In anguſtijs & faucibus Græcię poſita erat Corinthus. Magna Græcia dicta eſt extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium ſumens, in tres recedens maris Auſonij ſinus, patens in longitudinem LXXXII. paſſ. M. ut ex ſententia Varronis tradit. Pli. lib. 3. ca. 10. Hanc Græci ſubactam maximis potentiſsimisq; urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliæq; complures. Cic. 2. de Orat. Nam & referta quondam Italia Pythagoręorum fuit, tum cũ erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. Tuſc. Quum floreret in Italia Gręcia potentiſsimis & maximis urbibus, ea quæ magna eſt dicta, &c.

GRÆCVS, {Greco} (ἕλλην) qui eſt ex Gręcia. Ci. pro Flac. Quanquàm quis ignorat, qui modò unquàm mediocriter res iſtas ſcire curauit, quin tria Græcorum genera ſint uerè? Quorum uni ſunt Athenienſes, quæ gens Ionũ habetur: Aeoles alteri: Dores tertij nominabantur. Idem Qu. Fratri lib. 1. Familiaritates Gręcorum neq; tam fideles ſunt: inuident non noſtris ſolùm, uerum etiam ſuis. Idẽ de Aruſp. reſpon. Artibus Græci, Galli robore, Hiſpani numero, Pœni calliditate ualent. Græcus, ca, cum, adiectiuum. (ἑλληνικός) ut, Literæ Græcæ. Cic. de Cla. Orat. Gallus qui maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduit. Exemplaria Græca. Hora. in Arte: Vos exemplaria Græca Nocturna uerſate manu, uerſate diurna. Græco more bibere. Cic. 3. Verrin. Fit ſermo inter eos, & inuitatio ut Græco more biberent. Græcè aduerb. ἑλληνιστί. Cic. de Orat. Cum ea, quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Græculus diminutiuum, ἑλληνίσκος. Iuuen. Sat. 3. Græculus eſuriens in cœlum, iuſſeris, ibit. Aſſentator Græculus. Cic. pro Milon. Idem 2. de Orat. Homines Græculos controuerſia uerbi tandiu torquet. Græcanicus canica, canicum. Plin. lib. 34. cap. 9. Maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanicum uocant. Græcienſis, ſe, Gel. lib. 19. c. 10. Oſtendimus eum cubantem in ſympodio Græcienſi. Sic apud Plin. Græcienſe uelum lib. 35. ca. 6.

GRAIVGENÆ, arum, pe. cor. (ἕλληνες) Græci dicti ſunt. Ver. 3. Aen. Graiugenumq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua.

GRAIVS (ἕλλην γραικός) idem quod Græcus. Ver. lib. 4. Aeneid. Graiumq; ideo bis uindicat armis. Graius, a, um, (ἑλληνικός) idem quod Græcus, a, um. Idem 3. Aen. Priamidem Helenum Graias regnare per urbes.

GRALLÆ, rum, {Zanche} fuſtes furculas habentes ſunt, quibus nitũtur, qui ſuper ijs ambulant. Hinc Grallatores, qui grallis gradiũtur, ac paſſus ingentes faciunt, κωλοβάθραι. Plau. in Pœn. At ſi ad prandium in ędem uos dixiſſem ducere, Vinceretis ceruum curſu, & grallatorẽ gradu. Grallatores (inquit Feſtus) appellabãtur pantomimi, qui ut in ſaltatione imitarent Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atq; in his ſuperſtantes ob ſimilitudinem crurum eius generis gradiebantur utiq;, propter difficultatem cõſiſtendi. Grallatorius, ria, um, ut, Grallatorius gradus, id eſt, magnus, quales ſolent eſſe grallatorum, cui opponitur Teſtudineus gradus, hoc eſt, lentus, quali incedunt teſtudines. Plau. in Amph. Abſtine, quæſo, non potuimus Noſtros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, ſiue teſtudineus fuerit, certũ eſt mihi, hũc ſceleſtũ perdere.

GRAMEN, inis, {Gramigna} (ἄγρωστις) herba uulgatiſsima: ſic dicta à gradiendo, hoc eſt progrediendo, ſiue ſerpendo, quòd geniculatis internodijs nunſiet ſerpat, crebroq; nouas ſpargat radices. Hæc herba (ut auctor eſt Pli. lib. 24. ca. 19.) iumentis eſt gratiſsima, ſiue uiridis ſit, ſiue in fœno ſiccata. Verg. in Buc. Nulla neq; amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Gramen floreum. Mart. lib. 9. Sic in gramine floreo reclinis.

GRAMIÆ, ſiue **GRAMÆ**, (λῆμαι, γλάμαι) ſunt oculorũ pituitæ: unde Gramoſus, a, um, ſiue Gramioſus, id eſt lippus. Cæcilius apud Nonium: Gramoſis oculis ipſa, atratis dentibus.

GRAMINEVS, a, um, {Gramignoſo, di gramigna. Boc. Gramignoſi prati} quod ex gramine eſt factum: ut, Graminea corona. Gel. lib. 5. ca. 6. Obſidionalis corona eſt, quam ij, qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci, qui liberauit: ea corona graminea eſt, obſeruariq; ſolitum, ut fieret è gramine, quòd in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur. Sic Plin. lib. 22. cap. 3. Liu. 7. ab Vrb. Ceſpes Gramineus, Ouid. 2. Amo. Eleg. 15. Campus gramineus, Ouid. 3. Faſt.

GRAMINOSVS, a, um. {Gramignoſo, pieno di gramigna} (χορτώδης) plenus gramine. Col. in Præf. lib. 1. Quid ſyluester ager, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus recuſaret. Sic. lib. 7. cap. 9.

GRAMMATEVS, {Scriuano} (γραμματεύς) dictio triſyllaba, ſignificat ſcribam, qui rationes publicas in tabulis ſcribit. Apul. li. 11. Tum ex his unus, quẽ cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea eſſe notarium, & ἀπόρρητον, id eſt arcanorum participem. Hinc Archigrammateus, princeps ſcribarum, quem hodie uocamus Cancellarium. Budæus.

GRAMMATICA, cæ, uel Grammatice, ces, (γραμματική) eſt rectæ loquelæ, rectæq; ſcripturæ ſcientia, quæ uſu, ratione, auctoritateq; conſtat. Latini in num. plur. Literas uocant Cic. 3. de Fin. Quanquã ea uerba, quibus ex inſtituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grãmatica, Geometria, Muſica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam uſu præcepta ſunt, noſtra ducamus. Quint. lib. 2. cap. 14. Grammatice, literatura eſt, non literatrix. Et cap. 1. Et Grammatice, quam in latinum transferentes literaturam uocauerunt, fines ſuos norit. Grammatica, orum, ſtudium literarum quod profitentur ij, qui grammatici uocantur. Cic. 1. de Orat. In Grammaticis poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborum interpretatio pronunciandi quidam ſonus. Grammaticè aduerb. (γραμματικῶς) ut, Grammaticè loqui, eſt ubi cura ſermonis uitium non admittitur: Latinè loqui ubi elocutione eloceſcit oratio Quin. lib. 1. ca. 6. Quare mihi non inuenuſtè dici uidetur, aliud eſſe Latinè, aliud Grammaticè loqui.

GRAMMATICVS, ca, um, (γραμματικός) quod ad Grammaticam pertinet, ut Figuræ grãmaticæ, Grãmaticus ſtylus, Grãmatica oratio, Ars grãmatica. Ad Heren. lib. 4. Hæc qua ratione uitare poſsimus, in arte Grãmatica dilucidè diſcemus. Grammaticus ſubſtantiuum, qui Grammaticam docet: Latinè dici poteſt Literatus. Suet. de Cla. Gram. Appellatio Grammaticorum Græca conſuetudine inualuit: ſed initio Literati uocabantur. Corn. quoq; Nepos in eo libello, quo diſtinguit literatos ab eruditis, Literatos quidẽ uulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè aliquid ſcribere poſſunt, aut dicere: Cæterũ propriè ſic appellandos Poetarũ interpretes, qui à Gręcis Grammatici nominantur, eoſdem Literatos uocitatos. Hactenus Suet. Cic. 2. Tuſc. Vt enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur: aut ſi abſurdè canat is, qui ſe uelit habere Muſicum: hoc turpior ſit, quòd in eo ipſo peccet, cuius profitetur ſcientiam. Sic Philoſophus in ratione uitæ peccans, hoc turpiter eſt, quòd in officio, cuius magiſter eſſe uult, labitur; artemq; uitæ profeſſus, delinquit in uita. Horatius in Arte: Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Grammatici à ueteribus etiam Critici dicti ſunt, eò quòd ſibi de omni genere ſcriptorum dijudicandi ſumebãt poteſtatem. Eoſdem Literatores uocitatos, Meſſala Coruinus auctor eſt. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatiſta diſtinguunt, ut Literatum à Literatore, tanquam Grammaticus abſolutè, & perfectè doctus ſit, ſicut Literatus: Grammatiſta, ſicut Literator, tenuiter eruditus. in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat: Nam apud Maiores (ait) cum familia alicuius uenalis produceretur, non temerè quem Literatum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum in literis, ſed imbutum.

GRAMMATOPHYLACIVM, cij, {Luogo doue ſi conſeruano gl'atti publici, cancellaria} (γραμματοφυλάκιον) locus ubi tabulæ & inſtrumẽta publica, monumentaq; rerum geſtarum, actorumq; aſſeruantur, quod Tabulariũ Latinè appellatur. Iuriſconſultus in Tracta. de Pœnis: ἀρχεῖον fortaſſe, uel grãmatophylacio.

GRAMMATIAS, (πολύγραμμος) gemma eſt ex iaſpidum genere, ſimilis ſmaragdo, per tranſuerſum linea alba pręcincta, quę ab orĩetalibus populis pro amuleto geſtari ſolet. Hæc & Polygrammos dicitur. Pli. lib. 37 ca 9.

GRAMME, {Linea} (γραμμή) à Græcis appellatur, quam Latini Lineam uocant γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές. Hoc eſt Gramme ſiue linea, longitudo eſt ſine latitudine. Emenſa uero cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id eſt ſuperficies dicitur. Auguſt. Si omiſſa latitudine, ſolam quis longitudinem uoluerit emetiri, longitudo ſine latitudine menſurę ſubiecta, Gramme dicitur. Non quòd ſit longitudo aliqua, quæ careat latitudine, ſed quòd ſolã quis meticus longitudinem grammen metiri dicitur.

GRANARIVM, rij, {Granaio} (σιτοφυλακεῖον, σιτοβολών) locus in horreis ſeruandis ſeminum granis paratus, uel in quo grana frugum reponuntur. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 57. At triticum condi oportet in granaris ſublimia, quæ perflentur uentis ab exortu, & Septentrionum regione, ad quę nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Pro granarijs quidam habent ſub terris ſpeluncas, quas uocant Syros, alij Puteos. Perſius Saty. 5. Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. Hor. 1. Serm. Saty. 1. Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

GRANATVS, a, um, {Granato, che ha molti grani} quod abundat granis: ut Malum granatum ῥοιά. Col. lib. 11. cap. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica uocantur. Granatum, ti, ſubſtantiue accipitur pro malo Punico. Pli. lib. 20. cap. 41. Singultus & uomitus ſiſtit cum ſucco granati.

GRANDÆVVS, ua, uum, {*Di molta età*} (πολυετὴς) quod eſt prouectioris ætatis, quaſi grandis æui: id eſt, ſenex. Verg. 1. Aeneid. Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Alethes. Grandæuitas, atis, πολυετία. Accius: Ne quis nec uos, nec ille impunè irrideret meam grandæuitatem.

GRANDESCO, cis, {*Creſcere, diuenir grande*} (αὔξομαι, φύομαι, μεγαλύνομαι) creſco, grandis fio. Cic. 2 de Diuin. Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. Hinc Ingrandeſco, quod eſt ualde grandis fio. Colu. Quæ lens, ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat antè quàm ſeritur, fimo arido permiſceri debet.

GRANDIGRO, as, {*Caminare à gran paſſo*} antiquum uerbũ eſt, quo Plau. in Tru. eſt uſus, pro grandi gradu eo. Quid, inquit, clamitas inſane? Abire hinc ni properè grandigras, iam ego iſtos fictos Compoſitos, criſpos, cincinnos tuos unguentatos uſque ex cerebro Expellam.

GRANDILOQVVS, pen. cor. {*Che ragiona di coſe grandi*} (μεγαλορρήμων) qui grandi & ſublimi dicendi genere utitur, qui ve nihil humile loquitur. Cic. in Orat. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla, & ſententiarum grauitate, & maieſtate uerborum uehemens. Hinc Grandiloquentia, μεγαλορρημοσύνη.

GRANDINATVS, nata, tum, {*Tempeſtato*} (χαλαζόβλητος) participium, quod eſt grandine ſaucium.

GRANDINOSVS, ſa, ſum, {*Tempeſtoſo, che abonda di tempeſta*} (χαλαζώδης) quod abundat grandine Col. lib. 3 ca. 1. Poſt hæc non ignorabit dominus loci, plus poſſe qualitatem cœli frigidam uel calidam, ſiccam uel roſcidam, grandinoſam, uentoſamque, uel placidam, ſerenam, uel nebuloſam.

GRANDIO, dis, diui, ditum, {*Aggrandire*} (ἐπιτείνω αὔξω) grandem facio, Plau. in Aulu. Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum, Teſtimonium iſtum tibi ego grandibo gradum.

GRANDIS, de, {*Grande*} (πολυετὴς) propriè ætatis magnitudinem denotat. Cic. pro Cluent. Reliquit hunc annos XV. natum grandem autem & nubilem filiam. Quod ſi Natu addatur, prouectiorem ætatem ſignificat, & iam pene ſenilem. Cic. pro Roſc. Com. Quid expectas, quàm mox ego Luſcium & Manliũ dicam ordine eſſe Senatores: ætate grandes natu, natura ſanctos. Dicitur & de quauis alia magnitudine: neque de ſolo homine Grandis dicitur, uerùm etiam ad inanimata refertur: ut, Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38. Grandi Gnidiorum æ e alieno permutare eam conati. Grande pondus argenti. Cice. pro Cecin. Grande gaudium. Plaut. in Sticho: Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.

GRANDITAS, tis, {*Grandezza*} (πολυετία) propriè ætatis magnitudo. Siſenna lib. 4. Hiſt. Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. Accipitur etiam pro quauis alia magnitudine, ſiue ſublimitate. Cice. de Claris Orat. Idque apparet ex genere, & granditate uerborum. Quo in loco Granditas accipitur pro ſublimitate, uel Grandiloquentia uerborum, uel orationis.

GRANDITER, {*Grandemente*} (μεγάλως) aduerbium.

GRANDIVSCVLVS, la, lum, {*Grandetto, grandicello*} diminutiuum à Grandis. Teren. in Andr. Nam ferè grandiuſcula profecta eſt illinc.

GRANDO, dinis, {*Tempeſta, grandine*} (χάλαζα) pluuia in aere congelata: dicta, quòd granis ſimilis ſit. Verg. 1. Geor. Crepitans ſalit horrida grando. Hinc Grandinoſus, a, um, (χαλαζώδης) ut, Grãdinoſa loca, in quibus frequẽtes ſunt grãdines, de quo ſuprà. Grando idem morbus eſt, ſiue uitium oculorum, quod Græci χάλαζαν appellant: cùm ſcilicet in extrema ciliorum ora, unde pili oriuntur, tuberculum enaſcitur mobile, quod digito huc illuc impelli poſſit. In ſuibus item Grando dicitur, cùm ſub lingua uenulæ uaricoſæ fiunt ac nigreſcunt. Auctor Aetius lib. 13. cap. 120.

GRANICVS, (γράνικος Ptolemæo) fluuius eſt minoris Myſiæ, ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Acſapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darij Satrapas memorabili prælio ſuperauit, ſexcentis Perſarum millibus cæſis fugatiſque, cum uictoris copiæ triginta peditum millia, & quatuor millia equitum, & quingentos non excederent. Auctores Plutarchus in Alexandro, Iuſtinus lib. 2. Diodorus item Siculus lib. 17.

GRANOSVS, ſa, ſum, {*Granelloſo*} (κοκκώδης) quod intus habet grana. Pli. libr. 21. cap. 31. Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, Halicacabum uocant, & alij Callion.

GRANVM, ni, {*Grano, granello*} (κόκκος) propriè ſemen frugum dicitur, ut tritici, hordei, & huiuſmodi. Var. 1. de Re ruſt. ca. 48 Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. Et paulò poſt: Granum à gerẽdo: id enim ſeritur, ut ſpica gerat frumentum. Cice. 1. de Diuin. Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis: Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana cõgeſſerunt, ditiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. Hinc Granarium, de quo ſuprà. Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde et mali Punici acinos, Grana, ipſumque malum Granatum dicimus. Fructum quoque arboris cuiuſdam ilici ſimilis, quem Dioſcorides κόκκον βαφικὴν appellat, à quibuſdam Granum dicitur. Quod quia copioſiſſime naſcitur in Bætica prouincia, factum eſt, ut ea regio ab eo Granata dicatur. Granifer, ra, rum, ferens granum: ut Agmen graniferum, dictæ formicæ ab Ouid. 7. Meta. Graniferumque agmen ſubiectis ſpargere in armis.

GRAPHE, {*Scrittura, accuſa*} (γραφὴ) apud Græcos ſcripturã ſignificat. Aliquando etiam (ut inquit Suidas) genus eſt cuiuſdam publicæ accuſationis, quando ſcilicet lex aliqua ut iniqua, aut perperam lata accuſatur.

GRAPHIARIVM, rij, {*Pennaruolo*} (γραφιοθήκη) theca, in qua ſtyli reponũtur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant, antequam penicilli, et colores inuenirentur. Mart. libr. 14. Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro: Si puero dones, non leue munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur.

GRAPHICE, ces, (γραφικὴ) ars pingendi, quæ & Pictura à Latinis dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10. Et huius auctoritate effectum Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam, in buxo docerentur. Graphice item dicitur, teſte Budæo, cura, uſus, meditatio elaborandi limandique ea quæ ſcribimus: Cic. Stylum appellat, libro 2. de Orat. Huic opponitur Extemporanea dicendi ſcribendi ve facultas, quam Græci uocant αὐτοσχεδιαστικήν.

GRAPHICE', {*Elegantemente, galantemente, politamente*} (γραφικῶς) eleganter, polite Plau. in Perſ. Nunc huic ego graphice facetus fiam, Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. Idem in Trin. Exornetur graphice.

GRAPHICVS homo, (γραφικὸς) dicitur ad unguẽ factus, abſolutuſque, & quaſi pictoris manu expolitus. Plau. in Epid. Næ tu habes ſeruum graphicum, & quantiuis pretij, ſi ſeruat fidem.

GRAPHIS, phidis, {*Diſegno, abbozzamento*} (γραφὶς) eſt delineatio futuræ picturæ, quæ & ἰχνογραφία à Græcis dicitur Frequens eſt huius dictionis uſus apud Vitruuium lib. 1. ubi Graphidem accipit pro primo illo linearum ductu, & umbrarum delineatione in inſtrumentis Scothericis quam & Sciographiam identidem appellat. Dicta Graphis à ſtylo, quem Græci γραφεῖον & γραφίδα quoque nominant. Plin. lib. 35. Graphidis ueſtigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices.

GRAPHIVM, phij, (γραφεῖον) ſtylus ferreus, quo ueteres in cereis pugillaribus ſolebant ſcribere. Oui. libr. 1. Amorum, Eleg. 11. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo?

GRASSATOR, oris, {*Malandrino, ladrone, aſſaſſino da ſtrada*} (λωποδύτης) proprie dicitur, qui urbis uicos obſidens, obuios aut ueſtibus aut pecunia ſpoliat, quales ſunt qui prima face in maioribus urbibus, miniſtris ueſtes detrahunt, aut cœnas, quas dominis ferunt, ut eripiunt, metu uerberum aut mortis intentato. Iuuenalis: Interdum et ferro ſubitus graſſator agit rem Calliſtratus, l. capitalium. ff. de pœn. Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur. Suet. in Auguſto: Igitur graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit. Cice. de Fat. Hoc enim modo uiator quoque bene ueſtitus cauſa foret, cur à graſſatore ſpoliaretur.

GRASSOR, aſſaris, {*Aſſaſſinare*} ſi originem ſpectes, nihil aliud eſt, quàm cum impetu & uehementia incedere. Creditur enim frequentatiuum eſſe à uerbo Gradior. Frequentiſſime tamen accipitur pro eo, quod eſt uias obſidere, obuioſque inuriæ opportunos ueſtibus aut pecunia, aut alia quauis re ſpoliare. Feſt. Graſſari proprie dicuntur latrones uias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt, unde tractum Graſſari, ab impetu gradiendi. Sed cũ quis graſſatur, id eſt cum impetu ſiue frequenti gradu uadit in aliquem, & bono & malo animo graſſari poteſt: ideo & in bonam & in malam partem accipi poteſt: ut apud Sall. in Iugur. Sed dux atque Imperator uitæ mortalium animus eſt, qui ubique ad gloriam uirtutis uia graſſatur abunde potens, pollenſque, & clarus eſt. Liui. li. 3. ab urb. Iam à uita erat, quum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait, ſe iure graſſari: non ui, hoc eſt, iure procedere Næuius: Nunc me res ipſa reprimit ſæpe hac eadem graſſatus uia. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur pro ſæuire in aliquem, uel in aliquem adoriri, καταισχύνω, ἐγχειρίζω, λωποδυτέω. Plaut. in Ruden. Acta hæc eſt res: certum eſt mori, quàm hunc pati leonem in me graſſari Cæſar: Graſſari in hoſtes uetat. Liuius libro 1. Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur. Graſſatur peſtis, hoc eſt, cum ingenti clade hominum inualeſcit. Huius compoſitum eſt Oggraſſor, quod eſt obuiam ſeu contrà cum impetu gradior. Plau. in Pœn. Niſi eũ pedicis condidieritis oggraſſari grado.

GRASSATIO, onis, uerbale à Graſſor, λωποδυσία) actus ipſe graſſandi. Plin. lib. 3. cap. 22. Nero Cæſar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure ceraque, & ſequente die contra famam cutem ſynceram circunferens. Budæus.

GRASSATVRA, ræ, idem quod graſſatio. Suet. in Tib. in primis tuendæ pacis à graſſaturis, & latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit.

GRATES, {*Gratie. Pet. Che tardi non fur mai gratie diuine*} (χάριτες) numero tantum plurali, & in hac tantum terminatione, pro Gratia, quæ referri debet pro accepto beneficio. Verg. lib 3. Aen. Grates perſoluere dignas, Non opis eſt noſtræ, Dido. Cic. in Somn. Scip. Et grates (inquit) tibi ago ſumme Sol.

GRATIA, tiæ {*Gratia. Pet. Gratie ch'à pochi il ciel largo deſtina*} (χάρισμα) interdum idem eſt quod beneficium: inde dictum, quod gratis nobis detur. Ci. lib. 1. Epiſt. Cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam uel non capere animus meus, uel in accipiendo uel remunerando, cumulandoque illuſtrare poſſet. Terent in Andr. Ego Chreme neutiquam officium eſſe liberi puto, Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. hoc eſt, poſtulare, ut ſibi habeatur gratia, uel ut pro beneficio reputetur. Frequenter item Gratia accipitur pro memoria accepti beneficij, & uoluptate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro eo quod eſt, uerbis oſtendere nobis aliquid fuiſſe gratum. Habere autem gratias, (χάριν εἰδέναι) pertinet ad animum, quum in morem accepti beneficij mentem animumque habeo, & mutuam gratificandi uoluntatem. Referre uerò gratiam, (ἀποδιδόναι χάριν) eſt facto acceptum beneficium remetiri: ut ſi à me ſubleuatus aliquo beneficio, alio me uiciſſim ſubleues, gratiam mihi refers. Accipitur in malam partem pro eo, quod eſt, iniuriam iniuria compenſare, & par pari reddere. Cice. in Salluſt. Quod iſta ſoufitata rabie in uxorem & filiam meam inuaſiſti, (quæ & mulieres facilius à uiris abſtinuerunt, quàm tu uir à uiris) ſatis docte ac perite feciſti. Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuos compellarem. Referre igitur gratiam, tam in meliorem quàm in deteriorem partem ſumitur: cum ſit, ipſo facto acceptum beneficium, uel iniuriam compenſare. Rectiuſque huic uerbo accuſatiuum ſingularem Gratiam iungimus, quàm pluralem Gratias. Et contrà uſitatius dicimus, teſte Valla, Habere gratias quàm gratiam. Nunquam autem, uel rariſſime, Agere gratiam, ſed ſemper fere, Agere gratias. Liu. 5 Bel. Maced. Satiatus tandem complexu filij. Renuntiate, inquit gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quàm ut ſuadeam, non ante in aciem deſcendat, quàm in caſtra me rediſſe audierit. Cicer. pro Plan Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? Interdum efferuntur hæ locutiones per uerba paſſiua: ut, Habetur tibi gratia & Refertur gratia. Terent. in Eunuch Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es, gratia. Vbi Donatus: Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit: retulit, qui deſtitit habere multum ergo hic dixit, Et habetur gratia, & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſti. in bellum Iugurth. Arma, pecuniam ſume, utere, & quoad uixero, nunquam redditam tibi gratiam putaris: ſemper apud me integra erit. Cum illo magna eſt mihi gratia. Cicer. ad Lentul. Hoc eſt, magna intercedit mihi cum illo familiaritas: uel, mutuum nos amamus plurimum Cum bona, et cum mala gratia.

Terent. in Phorm. Cur non, inq̃, Phormio. Vides, inter nos ſic hæc potius cum bona Vt componantur gratia, q̃ cum mala? Eſt gratia, pro ago gratias. Plau. in Menæc. Eamus intro, ut prandeamus. MEN. Bene uocas: tũ gratia eſt. Eſſe in gratia, pro gratioſum eſſe, & gratia aliquid ualere. Cic. ad Attic. lib. 2. Erit nebulo iſtic cum iis dynaſtis in gratia. Facere gratiam, hoc eſt, ex iure ſtrictiori aliquid imminuere, uel remittere aliquid, quod ſibi debeatur. Vnde Facere gratiam iuſiurandi eſt iuſiurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes. iuſiurandi uolo gratiã facias. Liu. lib. 3. Omniũ tibi Appi Claudi, quæ impiè nefarieq́ per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam tibi facio. Accipitur interdum gratia pro beneuolentia & fauore. Sal. in Iugur. Ita bonũ publicum priuata gratia deuictum. Hinc Inire gratiam ab aliquo, eſt fauorem eius emereri. Teren. in Eun. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. Vbi Donat. Gratiam inire, eſt dare beneficium, ac per hoc, inire gratiã id eſt amicitiam. Recipimus in gratiam eum, qui uult nobis reconciliari, cùm aliquando fuerit inimicus. Cic. pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitiis receptũ in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. Redire in gratiam, eſt reconciliari. Cic. ad Att. lib. 1. Cùm Lucilio in gratiam redi. Gratia pro cauſa, ratione, ſiue occaſione: idq; in ablatiuo duntaxat. Terent. in And. Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam Portare, & ea me hoc reſtitiſſe gratia: Vbi Donat. Gratia ueteres pro cauſa ponebant. Sall. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Poetæ tres Gratias finxerunt, Iouis, & Autonoes, ſiue potius Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur. quarũ unam Aglaiam nominarunt ab hilaritate, ſeu lætitia: propterea quod hilariter præſtandum ſit beneficium. Secundã Thaliam, à uiriditate: quod beneficiĩ memoria ſemper uirere debeat & nunquam marceſſere. Tertiam Euphroſynen, ab oblectatione, eo q; non minus in dando beneficio, q̃ in accipiẽdo nos delectari conueniat. Harum una auerſa pingitur: duæ ad nos conuerſæ: quo illud ſignificatur, duplicẽ pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudæ ſunt: beneficia enim ſine fuco eſſe oportet. Connexæ, q; beneficium ſemper beneficium pariat quodq; perpetuum eſſe debeat beneuolentiæ fœdus. Hilares: tales enim eſſe debemus in dandis accipiendisq; beneficiis. Iuuenes: beneficiĩ enim accepti gratia ſeneſcere non debet, ſed perpetuò florere. Virgines ſunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lauantur. uel q; plura beneficia eſſe, nullamq; retributionis ſpem habere, uel q; nihil turpe rogare oporteat.

GRATIDIA, (Γρατιδία) proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguentariæ, ac maleficæ, quam Horat. in Epod. Canidiam nominauit.

GRATIFICOR, aris. {Far coſa grata} χαρίζομαι. χάριν φέρω. rem gratam facio. Cic. Lentulo: Quod Põpeio ſe gratificari putãt. Differunt tamẽ Gratificari, & Gratũ facere, q; Gratificari in ſe cõtineat quiddam maius, eſt enim beneficum eſſe. Vnde Cic. lib. 1. de Nat. deo. ait, Deum hominibus gratificari, nõ gratum facere: quaſi Gratificari ſit beneficia conferre, Gratũ facere, obſequi & inſeruire. Cic. Si hunc iuueris, gratiſſimũ mihi feceris. Gratificatio, onis, χάρισμα. Cic. 1. de Nat. deo. Vos autem quid mali datis, cùm imbecillitatem, gratificationem, & beneuolentiam ponitis? Impudens gratificatio, Idem 3. de leg. Agrar.

GRATIOSVS, tioſa, oſum, {Gratioſo} (χαρίεις. χαριτωμένος) qui gratia apud omnes plurimũ ualet, uel qui omnium gratiam, & fauorem ſibi facilè conciliat: quod ferè fieri ſolet obſequio, & morum comitate. Cic. Lentu. Vehementer confidit ſe his noſtris literis apud te gratioſum fore: id eſt, ualde gratum. Cic. pro Lentu. Murœn Nil tibi conſulatum petenti à me defuit, quod eſſet aut ab amico, aut à gratioſo, aut à conſule poſtulandum.

GRATIOSE, aduerbium, {Gratioſamente} (χαριέντως) cũ gratia. Vlpian. l. tutor qui repertorium §. comportet. ff. de admi. tut. Competet aduerſus tutores tutelæ actio, ſi malè contraxerint: ſi prædia non idonea comparauerint per ſordes, aut gratiam. Quid ergo, ſi neq; ſordidè, neq; gratioſè, ſed non bonam cõditionem elegerint? Rectè quia dixerit, ſolam latam negligentiam eos præſtare in hac parte debere.

GRATE, aduerb. {Gratamente} (εὐχαρίστως) grato animo: cuius contrarium eſt, Ingratè. Cic. pro Plancio: Audi, atq; attende Laterenſis, ut ſcias quid Plancio debeam, confitearisq; aliquando, quod faciam, me & gratè & piè facere.

GRATIS, {Senza premio, ſenza pagamento} (δωρεάν, προῖκα) aduerbiũ, gratuito, ſine præmio aut pretio. Cic. 3. Verrin. Is repentè, ut Romam uenit, gratis Prætor factus eſt. Sueto. de Clar. Gram. Sunt qui tradant, tanta eum honeſtate præditum, ut temporibus Syllanis proſcriptorum liberos gratis, & ſine mercede ulla in diſciplinã receperit. Gratis, & Pretio, contraria. Cic. pro Roſc. Com. Hic primũ quæſtus eſt non leuiter Saturius, communem factum eſſe gratis cũ Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fanĩ. Aliquãdo ſignificat ſpõtè. αὐτομάτως. Vnde deducitur cõpoſitum Ingratis, (ἀκουσίως) inuitè, non ultrò, quia ultronea grata ſunt: ingrata, quæ ab inuitis & recuſantibus fiunt. Terent. in Eunu. Opus faciam, ut defatiger uſq;, ingratis ut dormiam. Cic. pro Quintio. Exprimendum eſt inuito atq; ingratis quod non debet.

GRATOR, aris. {Ringratiare, allegrarſi} (συνήδομαι) idem quod Gratulor, hoc eſt, ob felicitatem uel cõmoda alterius, lætitiam meam teſtor. Verg. 4. Aen. Inuenit germana uiam, gratare ſorori. Dicitur quis & ſibi gratari, cum ob proſperum rei alicuius ſucceſſum, ſecum lætatur. Oui. 8. Metam. Totoq; libẽs mihi pectore grator. Gratari ſuperis, eſt diis gratias agere, & ob felicem rei alicuius ſucceſſum ſacrificare, quod Græci dicunt, χαριστήρια θύειν. Ouid. 2. Faſt. Quiſquis ades, caſtæq; colis penetralia Veſtæ, Gratare, Iliacis, thuraq; pone focis. Hinc Gratabundus, a, um, idem quod Gratulabundus. Tacit. lib. 17. Et proximi militum gratabundi reſpondent.

GRATVITVS, ta, tum, pen. cor. {Gratuito} (ἄμισθος) quod datur gratis, id eſt ſine præmio, aut pretio. Cic. lib. 1. de Legib. Quid liberalitas? gratuita'ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio, benigna eſt, gratuita eſt: ſi cum mercede, conducta. Hinc fit aduerbium, Gratuito, (ἀμισθί) idem quod gratis. Cic. 2. Offic. Diſerti igitur hominis & facilè laborantis, quodq; in patriis eſt moribus, multorum cauſas, & non grauatè & gratuito defendentis, beneficia & patrocinia latè patent.

GRATVLOR, aris, ri, {Rallegrarſi, congratularſi. Pet. Si rallegrò con meco & te con lui} (συνήδομαι, συγχαίρειν) eſt teſtari uerbis ſe gaudere de fortuna & felicitate alterius, ſeu ſua, tanquam alterius. Triplicem ferè habet conſtructionem. Interdum enim abſolutè ponitur ſine aliquo caſu à tergo. Ouid. 3. de Art. Aman. Priſca iuuent alios, ego nunc me deniq; natum Gratulor. Interdum ſolo datiuo contentum eſt. Trebonius Cice. lib. 12. Itaq; tibi (quod uerè facere poſſum) libenter quoq; gratulor. Nonnunquam etiam accuſatiuum habet cum datiuo. Cic. 2. Verrin. Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Inuenitur etiam aliquando cum ſolo accuſatiuo: ita tamen, ut datiuus ſubaudiatur. Terent. in Eunuch. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. Conuertitur aliquando accuſatiuus in ablatiuum mediante præpoſitione. Cic. Lentulo: Quod mihi de noſtro ſtatu, & de Milonis familiaritate, de leuitate, & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur. Interdum etiam ſine præpoſitione. Cælius Cicer. Gratulor tibi affinitate uiri medius fidius optimi. Accipitur præterea Gratulari pro eo quod eſt, ſuperis pro re benè geſta gratias agere, quemadmodum triumphantes ſolent, qui equis albis, curruq; aurato in Capitolium uecti, Ioui pro felici rerum ſucceſſu taurum immolabant, quod Græci dicunt χαριστήρια θύειν. Ennius in Hecuba: Iupiter tibi ſumme, tandem malè re geſta gratulor. Liuius: Triumphantes in Capitolium aſcendebant, Ioui Opti. Maxi. cæteriſq; diis gratulaturi. Huius compoſitum eſt Congratulor.

GRATVLATIO, onis, uerbale, {Allegramento, allegrezza, congratulatione} (συγχάρμα) modo ſignificat teſtationẽ gaudii ob felicem alicuius ſucceſſum. Cic. Attic. Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. Modo idem eſt quod ſupplicatio, χαριστήριον, hoc eſt, gratiarum actio, quæ à Senatu nomine alicuius Imperatoris, qui rem in bello feliciter geſſerat, ad omnium deorum templa ſolet decerni. Cic. in Catil. Cæteris ſemper bene geſtis, mihi uni conſeruatæ Reipub. gratulationem decreuiſtis.

GRATVLABVNDVS, idem quod ualde gratulans. Gell. li. 3. c. 15. Cumq; populus gratulabundus flores undiq; in eum iaceret, &c.

GRATVS, ta, {Grato} (εὐγνώμων) qui gratiam pro beneficio refert, uel ſaltem memor eſt accepti beneficii. Cic. 1. de Legib. Gratus eſt, qui in referenda gratia non commodum, ſed eum ipſum, cui refert gratiam, cernit. Idem: Tu quàm gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes. Brutus Cic. lib. 11. Gratiorem me eſſe in te poſſe, q̃ iſti peruerſi ſint in me, exploratum habes. Ci. Planco: Reipſa atq; animo gratiſſimus. Gratus interdum, idem eſt, quod acceptus, & iucundus, χαρίεις. Liu. 2. ab urb. Gratæ in uulgus leges fuere. Teren. And. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Gratum facere, χαρίζομαι obſequi, & inſeruire. Cic. lib. 13 Epiſt. Si hunc iuueris gratiſſimum mihi feceris. Huius cõtrarium eſt Ingratus, (ἀγνώμων, ἀχάριστος) à quibus Gratitudo, (εὐχαριστία) & Ingratitudo, ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη. Grate, & Ingratè, Gratis, & Ingratis aduerbia: de quibus ſuis locis.

GRAVASTELLVS, ſenior, {Vecchio} à grauitate dictus, ut Feſto placet. Pla. in Epid. Sed quæ eſt hæc muliercula, & ille Grauaſtellus qui uenit? Quidam tamen legunt Rauaſtellus, à Rauo colore.

GRAVATE, aduerbiũ, {Grauoſamente. Boc. Grauoſamente lo conceſſe} (ἀκουσίως, δυσχερῶς) inuitè, non libenter, ſiue cum moleſtia. Plaut. in Bacch. Quam grauatè pater dedit. Id eſt, q̃ ægro animo & inuito. Cic. pro Balbo: Qui erranti comiter monſtrant uiam, benignè non grauatè.

GRAVATIM, (ἀκουσίως) aliud aduerbiũ, idem ſignificans quod Grauatè. Titus Liu. ab Vrb. Haud grauatim ſocia arma Rutulis iunxit.

GRAVCASVM Caucaſum montẽ nominarunt Scythæ, quod illorum lingua ſignificat niue candidum. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

GRAVIS, & hoc Graue, {Graue, ponderoſo} (βαρύ) ſignificat ponderoſum: quod ſcilicet ſuapte natura deorſum fertur: cui opponitur Leue, cuius natura eſt ſurſum ferri. Vergilius 1. Georgic. Vomis & infléxi primum graue robur aratri. Per tranſlationem dicitur Morbus grauis, Senectus grauis, id eſt, moleſta, (δριμύς, βαρύς, χαλεπός) quoniam qui moleſtium ex ſenectute, morbo, cæteriſq; huiuſmodi ſentiunt, quaſi onere intolerabili premuntur, quod cupidè, uel graue onus, à ſe uellent deponere. Cicero in Catone: Quod nunquam ſenectutem tibi grauem eſſe ſenſerim. Grauis item accipitur pro conſtanti & ſeuero, quadamq; auctoritate & ſeueritatia pleno, quod Græci dicunt σεμνός. Quæ ſignificatio inde ducta eſt, quod quemadmodum graua & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines ſeueri & conſtantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cicero. de Orator. Vir auctoritate grauis. Idem in Hortenſio: Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius. Hinc Grauitas, (σεμνότης) pro firmitate ac conſtantia animi, ac in uultu, moribus, uerbis, rebuſq; agendis quadam ſeueritate. Sed de hoc latius infrà ſuo loco. Variis aliis modis dicitur Graue, ſed ad hos reduci poſſunt.

Nam ponitur pro pernicioſo, acerbo, nocente. Cicero. libro 3. Offic. Magnum illud bellum, & grauem aduerſarium imperii ſuſtuliſſent. Pro forti & robuſto, ἰσχυρός. Vergil. libro 5. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grandæuo. Idem 5. Aeneid. Hic grauis Entellus dictis caſtigat Aceſten. Pro utili, ſolido, firmo, conſtante, σπουδαῖος. Cic. lib. 1. Offic. Vt iam ſint alia grauiora, atque meliora, tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metimur. Pro triſti. Vergi. libro 8. Grauior ne nuntius aures Vulneret. Aes graue à Romanis dicebatur, æs rude, & quod non erat ſignatum: idcirco, quod non numero, quemadmodum hodie, ſed pondere in ſolutionem cederet. Liuius libro 4. ab urbe: Patres bene cœptam rem perſeueranter tueri, conferre ipſi primi: & quia nondum argentũ ſignatum erat, æs graue plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam collationem faciebant.

Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plin. lib. 33. ca. 3. Seruius, inquit, rex primus ſignauit æs: antea rudi uſos Romæ Remeus tradit. Pro neceſſario. Luci. lib. 29. Habeaſq; animo, mihi admodum cauſam grauem fore, quæ me ab illo commodo abducat tuo. Pro pleno. Verg. 1. Aene. Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè uirum quem Conſpexere, ſilent. Pro fecundo, & frugifero. Idem: Quid labor aut benefacta iuuant? quid uomere terras Inuertiſſe graues?

Pro multo: Var. apud Nonium: Vbi graues paſcantur & alantur pauonum greges. Sall. lib. 3. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus eſſe.

Pro amaro. Varr. Quinquatribus, ut citat Nonius Abſinthium ut bibã graue & caſtoreum. Nonnunquam etiam pro grauido. Verg. 1. Aen. Donec regina ſacerdos Marte grauis.

GRAVEDINOSVS, a, ſum, (κορυζῶν, κορυζώδης) non ſolum qui grauedine infeſtatur, ſed etiam qui ad eum morbum eſt procliuior. Cic. 4. Tuſc. Itaque

dicimus

dicimus quoſdam Grauedinoſos, quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſunt. Pli. lib. 18. ca. 15. appellat eruum grauedinoſum, quod bobus in pabulo grauedinem facit.

GRAVEDO, inis, (κόρυζα,) capitis morbus, cum humor craſſior ex cerebro in nares decumbit, eaſq; claudit, uocē obtundens, & tuſſim ſiccam mouēs. Celſus lib. 4. cap. 2. Aliud à deſtillatione malum, quāuis non multum diſtans, grauedo eſt. Hæc nares claudit, uocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet. ſub eadē ſalſa eſt ſaliua, ſonant aures, uenæ mouentur in capite. turbida urina eſt. Hæc omnia κορύζας uocat Hippocrates: nunc uideo apud Græcos in grauedine hoc nomē ſeruari: deſtillationes κατάρρους appellari. Plau. in Aſin. Quod illa autē ſimulet, quaſi grauedo profluat: hoc ne ſic faciat, tu labellū abſtergas. Cic. Att. li. 16. Grauedini quæſo, omni ratione ſubueni. Plin. lib. 23. Grauedinem enim capiti, morbumq; lethargicum faciunt.

GRAVEOLENS, tis, om. gen. {Che ha cattiuo odore} (δυσώδης) quod male olet. Verg. 4. Aen. Ad fauces graueolentis Auerni.

GRAVEOLENTIA, æ, {Puzza, lezzo} (δυσωδία) grauis odor. Pli. lib. 20. cap. 9. Sylueſtria, ſiue erraticæ braſſicæ effectus multo plus laudat Cato, adeò ut aridæ quoq; farinam in olfactorio collectam, uel odore tantum naribus rapto, uitia earum, graueolentiamq; ſanare affirmet.

GRAVESCO, ſcis, {Aggrauarſi farſi graue} (βαρύνομαι, βαρύνω) grauis fio, oneror. Verg. li. 2. Geor. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Id eſt, oneratur. Pli. lib. 11. c. 41. Cameli lac habent, donec iterū graueſcāt. Hoc eſt, grauidæ fiant: & prægnantes. Valetudo graueſcit. i. grauior fit. Tacit. li. 1. Hęc uti q; talia agitātibus, graueſcere ualetudo Auguſti. Idem lib. 14. Malis publicis in dies graueſcentibus. Hinc Aggraueſco, & Ingraueſco, de quibus ſuo loco.

GRAVIDVS, a, um, {Carico di peſo, grauida} (ἔμφορτος) onuſtus, grauis. Plau. in Truc. Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, Grauidas foras exportet. Sed hoc tranſlatitium eſt. Propriè. n. mulier dicitur grauida, (ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα) quæ iam concepto fœtu grauatur. Cice pro Cluen. Cum mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus uideretur. Aluus grauida. Ouid. 2. Amor. Eleg. 14. Si Venus Aeneam grauida temeraſſet in aluo, Cæſaribus tellus orba futura fuit.

GRAVIDITAS, tatis, {Grauidezza} (κύησις) prægnatio, conceptio. Cic. 1. de Natu. Ipſe ſol, mundum omnem ſua luce complcat, ab eoq; luna illuminata grauiditates, & partus afferat, maturitateſq; gignendi.

GRAVIDO, das, {Ingrauidare, caricare} (ἐγκύμονα ποιῶ) propriè eſt mulierem grauidam reddere, quāuis etiam ad alia transfertur. Cic. de Nat. Terra grauidata ſeminibus omnia parit, & fundit ex ſe. Cæcilius in Tyche: Per myſteria, hic te inhoneſtè grauidauit probro, id eſt, onerauit.

GRAVILOQVVS, {Che parla con grauità} (δεινολόγος) grauiter loquēs. inde Grauiloquentia, δεινολογία.

GRAVISCÆ, Ptolemæo, caſtellum eſt in Tuſcia, quod hodie Montem altū uocant: ita dictum ab aeris grauitate. Verg. 10. Aene. Et Pyrgi ueteres, intempeſtæq; Grauiſcæ.

GRAVIONARIVM, oppidū eſt Germaniæ, apud Ptolemæ. lib. 2. cap. 11.

GRAVITAS, atis, {Grauezza, peſo} (βάρος, βαρύτης) idem quod pondus, ſiue ponderoſitas. Cic. 1. de Nat. deo. Tanta contentio grauitatis, & ponderum. Accipitur & pro conſtantia & ſeueritate, quam Græci σεμνότητα uocant. Ci. Atti. Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Grauitas morbi. i. magnitudo apud Ci. 2. de Nat. deo. Grauitas cœli. i. intemperies aeris. Idem Attic. Corpore uix ſuſtineo grauitatem cœli huius.

GRAVITER, {Grauemente, moleſtamente, ſeueramente} (βαρέως, δυσχερῶς) idem quod moleſtè. Salluſt. in Cic. Grauiter & iniquo animo paterer male dicta tua M. Tulli, &c. Accipitur item Grauiter, pro conſtanter, ſeuerè, & cum quadam auctoritate. Ci. de Orat. Thucydides res geſtas narrat grauiter ſanè et probe. Interdū etiā pro ualde, ſiue uehementer σφόδρα. Cæcilius Plotio, ut citat Nonius: Placere occepit grauiter, poſtquā eſt mortua. Ci. in Catilinā: Si me meis ciuibus ſuſpectum tam grauiter atq; infenſum uiderem, &c. Sic Grauiter ægrotare, id eſt uehementer & periculoſe apud eundem. 3. Offic.

GRAVO, as, {Grauare, caricare} (φορτίζω, βαρύνω) proprie idē quod onero, ſiue graue reddo. Cic. 2. de Diuin. Iam uero ſemper uiridis, ſemperq; grauata Lētiſcus triplici ſolita grandiſcere fœtu. Liu. 5. Belli Pun. Grauatis omnibus uino ſomnoq;. Caput grauatū, hoc eſt, grauedine laborans. Col. li. 6. c. 9. Signa febricitantis manantes lacrymæ, grauatū caput, oculi cōpreſſi. Interdū Grauare accipitur pro eo quod eſt moleſtia afficere. Verg. 2. Aene. Nec me labor iſte grauabit. Nonnūquam etiam pro eo, quod eſt, grauius & moleſtius aliquid reddere. Oui. 5. Triſt. Eleg. 11. At tu fortunā, cuius uocor exul ab ore, Nomine menda ei parce grauare meā. Huius cōpoſita ſunt, Aggrauo, grauius efficio, ἐπιβαρύνω. Colu. lib. 2. Tum etiam tatio ruſtici aggrauatur exiguo profectu operis. Degrauo, deorſum grauo, ἀποβαρύνω, κατὰ βαρύνω. Idem lib. 1. Et quod prius ex tructum imminebat, cedentis paulatim degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur. Verg. lib. 3. Aene. Degrauat Aetna caput. Ingrauo, & Prægrauo, ualde grauo. Liu. 8. bel. Maced. Deinde cū prægrauaret multitudo, c. dere ſenſim, nihil confuſis turmarum ordinibus, cœpit. Et lib. 7. Onerata & prægrauata telis corpora. Et hæc omnia habent penultimam correptam.

GRAVOR, ris, {Aggrauarſi, hauere à male} (βαρύνομαι, δυσφορῶ) deponens, offendor, & grauiter fero. Plau. in Trin. Non grauabor, faciam ita ut uis. Cic. de Amic. Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. Liu. 1. ab Vrbe. Minus tamen plebs grauabatur ſe templa deum ædificare manibus ſuis. Grauari cum accuſ. Quintil. lib. 1. ca. 2. Quæ ſi quis grauabitur, non rationi defuerit ſed oneri. Lucre. Romanos odere omnes, dominoſq; grauāt uc. hoc eſt, grauiter ferunt dominos. Grauatus particip. Plaut. in Ruden. Nam uox me Precantum huc foras excitauit, bonam atq; obſequentem deam, atq; haud grauatam Patronam exequuntur, benignamq; multum. Id eſt, quæ ex animo facit, quod ab ea petitur: non inuita, aut ægrè. Et etiam Grauor uerbum paſſiuum a uerbo Grauo, poſt ſe exigens ablatiuum. ut, Lentiſcus triplici fœtu grauata, apud Cic. 2. de Diuinatio.

GREGALIS, le, {Di una iſteſſo gregge, di una iſteſſa maſſa} (ἀγελαῖος) quod ex eodem grege eſt. Varr. lib. 2. de Re ruſti. Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Dicitur quoq; de hominibus, idq; ferè in deteriorem partem. Cic. pro Domo ſua: An ut crudelem tyrānum? quod uos Catilinæ gregales dicere ſolebatis.

GREGARIVS, a, um, {Di gregge} (ἀγελαῖος) quod ex grege: ut, Gregarius bos, qui adhuc in grege paſcitur, nondum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, ſed tumultuariè undecunq; collectus. Cice. pro Planc. At id etiam gregarii milites faciunt inuiti. Col. in Præfatione lib. 6. Gregariorūq; paſtorum, uelut minutam profeſſionis ſuæ diſciplinam conſtantiſſimè repudiaſſe.

GREGATIM, aduerb. (ἀγεληδόν) per diuerſos greges. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Merula q; mera. i. ſola uolitet: contra ab eo graculi, q; gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen Grex, à quo deriuatur. Cic. 7. Verr. Vides ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

GREGO, gas, {Congregare, aggregare, raccogliere} (ἀγείρω) à Grex deductū, colligo, congrego. Huius compoſita magis in uſu ſunt: ut, Abgrego quod eſt a grege abducere. Aggrego, (προσυγκλάζω) aſſocio, adiungo Lact. lib. 4. Si nobis credendum eſſe non putant, credant Homero, qui ſummum illum Iouē dæmonibus aggregauit. Congrego (συναγελάζω,) coniungo. & quaſi in eundē gregem compello. Idem in eodem. Aliumq; ſibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Segrego, ſeparo, diuido. Feſtus. Segregare eſt, ex pluribus gregibus partes ſeducere. Et hæc omnia habent penultimam correptam. Diſgrego, diſpergo, διασπείζω, διαχωρίζω.

GREMIVM, {Grembo. ſeno. Boc. Gio. 4. No. 6. Il che ueggendo la giouane, & lui caduto ritirandoſi in grembo, quaſi piangendo diſſe} eſt inter cōplexū fœmorum, fœminum ue. in quo cōplexu mulieres cōcipere ſolēt. Differt autem à ſinu: quoniam ſinus eſt intra pectoris brachiorumq; cōplexum. unde, ſinus ueſtrum quales erant tunicæ Romanorū: & modo quorundam religioſorum ſupra cincturam laxitas illa ueſtis, quæ cingulū operit. Litora quoq; curua, et quaſi brachiis mare amplectentia, ſinus uocamus. Et per tranſlationem gremium terræ appellamus cùm ſemen ſuſcipit, conceptumq; retinet, quaſi uiuentem fœtum poſtea paritura. Quare cùm lactantur infantes, ad ſinum admouentur: pueri uerò iam facti à ſedentibus matribus, utiq; cùm illis blandiuntur ad gremium accipi ſolent. ut Verg. 1. Aen. de cupidine ſub imagine pueri Aſcanii: Hæret & interdum gremio fouet inſcia Dido. Quinetiam matres nutricéſue cùm ſuper genua collocant infantem, aut extremis ueſtibus repoſitum, & ad uterum uſq; ſublatū geſtant, in gremio magis q̄ in ſinu tenere aut geſtare dicuntur. ut idem de eodem. Et fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos.

GRESSVS, ſa, ſum, (βεβηκώς) particip. à Gradior. Verg. 6. Aeneid. Et pariter greſſi per opaca uiarum.

GRESSVS, ſus. {L'andare} (βάσις) inceſſus, ambulatio. Cic. 1. Offic. Cauendū eſt autem, ne aut tarditatibus utamur ingreſſu mollioribus, &c. Verg. 3. Geor. Iuſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

GREX, gregis, {Gregge, greggia} (ἀγέλη, ποίμνη) differt ab Armento, teſte Valla, lib. 4. cap. 24. quod Grex minorum animalium ſit congregatio, ut ouiū, porcorum, caprarum. Armentum maiorum, ut camelorum, boum, equorū. Vergi. 3. Georg. Hæc ſatis armentis. ſuperat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas. Inuenitur tamen quandoq; Grex de maioribus dici, ut de bobus, equabus, & ſimilibus. ſed tunc ferè habet adiunctum nomen adiectiuū, aut genitiuum determinantem, aut potius detorquentem eius ſignificationē ad rem aliquam, pro qua, ſi ſolum poſitum eſſet. nō ita aptè acciperetur. Ver. Eclo. 6. Aut aliquam in magno ſequitur grege. Vbi adiectiuum Magno efficit, ut Grex accipiatur pro armento. Sic Horat. quum uellet ſignificare boum armenta, dixit, Greges mugientium. Item Cic. 3. Phil. Cædit greges armentorum, reliquiq; corporis quodcunq; nactus eſt. Idem 3. Ver. Prǽterea greges equarū eius iſtum abigendos curaſſe. Ex his itaq; exemplis omnino dicendum uidetur Gregis appellationē generaliorem eſſe, q̄ Armenti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur, illud autē, quoties ſolum ponitur, ferè de minoribus, cū adiuncto autē etiam de maioribus. Neq; ſolū pro quadrupedum cōgregatione uerumetiam pro auium, atq; adeo ipſorū hominum multitudine accipitur. Hora. 1. Epiſt. 3. Ne, ſi forte ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Teren. in Eunu. Vnum etiam hoc uos oro, ut me in gregem ueſtrum recipiatis. Sed hæ ſignificationes improprię ſunt, & tranſlatitiæ.

GRIPHVS, phi, (γρῖφος) rete, ſagena. Item ænigma, hoc eſt, ſermo ita implicitus, atq; intricatus, ut facilè diſſolui non queat. Gell. lib. 1. c. 2. Alioſq; id genus griphos neminem poſſe dicens, niſi ſe, diſſoluere.

GRONII, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt ad Durium amnem, quorum meminit Pomponius lib. 3.

GROSSVS, groſſi, maſc. uel fœ. gen. {Fichi che non ſi maturano mai} (ὄλυνθος) ficus immaturus. Pli. lib. 13. cap 7 Groſſus eius nō matureſcit. Celſ. lib. 5. Groſſi in aqua cocti. Pli. lib. 15. c. 18. Deprehenſaſq; in his hyeme groſſos. Idē lib. 23. ca. 7. Crudæ groſſi uerrucas tollunt. Inde fit diminutiuū Groſſulus. Colu. de Arboribus, ca 21. Si uoles ficum, quamuis non natura, ſeram facere, quū groſſuli minuti erunt fructum decutito. Sic. lib. 5. cap. 10.

GRVES, {Gru} (γέρανοι) aues, minimè ſoliuagæ, quæ nō ſe ſegregant, ſiue cum uolant, ſiue cū paſcuntur: à ſono uocis ita dictæ. Excubias noctū diuidunt, capite ſubter alam condito dormiunt, alternis pedibus inſiſtentes. Volantes aūt ordine quodam, y literā faciunt, quod Palamedem primū deprehendiſſe ferūt. Vnde & Palamedis aues appellantur à Martiale, Turbabis (inquit) uerſus, nec litera tota manebit, Vnā perdideris ſi Palamedis auem. Verg lib. 1. Geor. Strymoniæ dant ſigna grues. Mira de gruibus habes apud Pli. lib. 10. cap. 23.

GRVMA, mæ, (γνώμα) menſura quædam qua flexæ uiæ ad lineam diriguntur, ut eſt agrimenſorum & ſimilium. Vnde apud Ennium lib. 17. referēte Nonio, legitur Grumam dirigere. Hinc fit uerbum deponens Degrumor, aris, pro dirigere ad exigentiam grumæ. Lucilius: Viamq; Degrumaris, ut in caſtris menſor facit olim. Dicuntur præterea Grumæ, teſte Nonio, quadriuia, in quibus quatuor directæ conueniunt uiæ.

GRVMVS, mi, {Mucchio, monticello} (θωμός) terræ collectio, minor tumulo, quē etiā Cliuulum uocamus. Col. li. 2. c. 18. Grumos quos ad ueſturam plerunq; tractæ faciunt crates, diſſipabimus ita, ut necubi ferramentum fœniſecæ poſſit offendere. Grumus ſalis. Pli. lib. 33. ca. 4. Torretur & cum ſalis grumo,

pondere triplici. Huius diminutiuum eſt Grumulus. Plin. lib. 19. cap. 6. Quidam triplicum, & allium in plano ſeri uetant, caſtellatimq; grumulis imponi ſtantibus inter ſe pedes ternos.

GRVNDIRE, (γρυλλίζειν) ueteres dicebant, quod nos Grunnire dicimus. Claud. lib. Annalium 15. ut citat Nonius: Grundibat grauiter pecus ſuillum.
Hinc Grundules Lares dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrophæ, quę triginta pepererat porcos. Caſſius Hemina: Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt laribus grundulibus.

GRVNNIO, is, niui, & grunnij, itum, {*Far la uoce del porco*} (γρυλλίζω, ὑΐζω) proprium eſt uocis porcorum. Iuue. Saty. 15. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Hinc Grunnitus, tus, γρυλισμὸς, ὑϊσμός. Cice. 5. Tuſcu. Nec grunnitum audit, cùm mactatur ſus.

GRVO, gruis, grui, {*Far la uoce di gru*} (κλαγγάζω) de gruibus dicitur, ut Grũnio de ſuibus. Hinc Congruo, pro conuenio, concordo. Teren. in Heaut. Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere ſentiant. i. concordare. Hinc etiã deducuntur Cõgruus, grua, gruum, et uerbum Ingruo: quorum ſignificationem uide ſuis locis.

GRYLLVS, li, {*Grillo*} (γρύλλος) genus eſt locuſtæ, ſimile cicadæ, longiori tamen corpore, ubiq; gentium pernicies agris, retrò ambulat, terram terebrat, & noctu ſtridet unde & nomen accepit. Plin. lib. 29. cap. 6. Auribus prodeſt gryllus cum ſua terra effoſſus, & illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulet, terramq; terebret, ſtridat noctibus. Fuit etiam Gryllus, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans honeſtam mortem oppetijt, multorumq; ob id encomijs fuit celebratus. Auctor Ariſtoteles in Politicis.

GRYNEVS, (γρυνεύς) dictio diſſyllaba, nomen eſt centauri. Ouidius 12. Metamor. Cumq; ſuas Gryneus immanem ſuſtulit aram Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

GRYNIA, Plinio, Straboni Grynium, (γρύνιον, ἢ γρύνεια Stephano) oppidum eſt Myrinæorum in Aeolide Aſiæ regione, Apollinis fano & peruetuſto oraculo nobile, à quo Apollo Gryneus, (γρύνειος) dictus putatur. Vide Strabonẽ libr. 13. & Plin. libro 5. cap 30.

GRYNEVS, a, um, adiectiuum, triſyllabum, (γρύνειος) cognomen eſt Apollinis, uſitum à Gryneo nemore iuxta Clazomenẽ Aſię ciuitatem, in quo Apollo colebatur. Ver. 6. Ecl. His tibi Grynei nemoris dicatur origo. Vbi Seru. Gryneum nemus eſt in finibus Aeolidis, Apollini conſecratum. Dictum eſt autem hoc nemus à Grynio uicino oppidulo. De quo uide Strab. lib. 13.

GRYPHES, {*Griffi, griffoni*} (γρῦπες) qui & Gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones: alis tantum et facie aquilis ſimilia, equis uehementer infeſta. Ver. Ecl. 8. Iungentur iam gryphes equis. Plini. lib. 10. ca. 49. Pegaſos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Singularis nominatiuus eſt Gryps gryphis, uel Gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Poſterioris teſtimonium eſt apud Plin. lib. 7. cap. 2. Sed & iuxta eos, qui ſunt ad Septentrionem uerſi, produntur Arimaſpi, quos diximus, uno oculo in fronte media inſignes: quibus aſſiduè bellum eſſe circa metalla cum gryphis ferarum uolucri genere, quale uulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus, &c.

GRYPVS, {*Colui che ha il naſo aquilino*} (γρυπός) ſine aſpiratione, dicitur, qui naſum habet aduncum. fortaſsis à gryphorũ ſimilitudine, quos Græci γρῦπας uocant. Feruntur n. gryphes roſtrum habere incuruatum in morem aquilæ.

G ANTE V.

GVBERNACVLVM, li, {*Temone*} (πηδάλιον) clauus nauis, quo illa gubernatur, & regitur. Cic. 2. de Inuen. Hic ille naufragus ad gubernacula acceſſit. Per tranſlationem accipitur pro adminiſtratione. Cic. pro Domo ſua: Cùm Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonũ impuriſsimo plenisſimis uelis nauigares. Gubernacula Reip. tractare, apud eundem pro Seſtio. Gubernacula uitæ, apud Plin. libr. 11. cap. 37. Legitur & Gubernaclum per ſyncopen. Verg 6. Aeneid. Namq; gubernaclum multa ui fortè reuulſum.

GVBERNATIO, onis, {*Gouerno, adminiſtratione*} (κυβέρνησις) propriè de nauis directione dicitur: quamuis per tranſlationem pro quauis adminiſtratione capiatur. Ci. 4. de Fini. Etſi in ipſa gubernatione negligentiam nauis eſt euerſa. Idem 3. Inuect. in Catil. Vix uidetur humani conſilij tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

GVBERNATOR, toris, {*Temonero gouernatore*} (κυβερνήτης) rector nauis, qui clauum moderatur. Cic. de Sen. Gubernator clauum tenens ſedet in puppi. Idem 7 Phi Quanquam non egeo conſilio, quo uales plurimum, tamen & ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à uectoribus admoneri ſolent. Gubernator equorum. Quint. lib. 8. cap. 6. Tranſlatio eſt, cùm in rebus animalibus'ue aliud pro alio ponit: ut de agitatore, Gubernator magna contorſit equũ ui. Cuſtos & gubernator Reipu. Idem 7. Verr. Huius fœmininum eſt Gubernatrix. Cice. de Orat. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

GVBERNO, as, {*Reggere, gouernare, amminiſtrare. Pet. Ma quel benigno Re che'l ciel gouerna*} (κυβερνάω) propriè nauim rego. Cic. 1. Offi. Vt nautæ certent, quis eorum potiſsimum gubernaret. Per tranſlationem accipitur pro moderor, procuro, adminiſtro, διοικέω. Cic. Curioni: Teq; hortor, ut oĩa gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem Att. lib. 6. Sed hæc Deus aliquis gubernabit.

GVLA, læ, {*Gola*} (οἰσοφάγος) eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in uentriculum deſinit: Græci οἰσοφάγον appellãt. Plin. lib. 11. cap. 37. de epiglottide loquens: Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis: exterior earum appellatur Arteria, ad pulmonem atq; cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac uoce illac meante, ſi potus, cibus've in alienum deerrauerit tramitẽ, torqueat. Altera interior eſt, appellatur ſanè Gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde in uentrem. Hanc per uices operit, cum ſpiritus tantum aut uox commeãt, ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Ex cartilagine & carne arteria, gula carne & neruo conſtat. Hactenus Plin. Inuenitur nonnunquam Gula poſita pro anteriore parte colli, quam Iugulum uocamus. Sal. in Catilin. Laqueo gulam fregere. Cicer. 6. in Verr. Quem obtorta gula in uincula abripi iuſsit. Sed in hac ſignificatione uix inuenies in Medicorum aut Phyſicorum ſcriptis. Illi enim Gulam, ut iam diximus accipiunt pro fiſtula illa, qua cibus et potus in ſtomachum demittitur. Vnde etiam per tranſlationem accipitur pro uoracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu, λαιμαργία. Iuuena. Quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Hinc Guloſus, a, um, (γαστρίμαργος) qui eſt deditus gulæ uitio. Mart. libro 8. Eſſe tibi uideor ſæuus, nimiumq; guloſus. Guloſè, aduerb. Col. in præfat. lib. 1. Contemptiſsimorum uitiorum officinas guloſius condiendi cibos, & luxurioſius fercula ſtruendi. Degulo, degulas, & Ingluuies, uide ſuis locis.

GVLLIOCÆ, nucum iuglandium ſumma & uiridantia putamina. Auctor Feſtus.

GVMMI, {*Gomma*} (κόμμι) indeclinabile, & Gummis, gen. fœmi. eſt gutta uiſcoſa ex arboribus quibuſdam per corticem diffluens. Plin. lib. 13. cap. 11. Gummi optimum eſſe ex Aegyptia ſpina conuenit. Col. lib. 12. cap. 50. Noſtrorum temporum agricolæ repudiauerunt, exiſtimaueruntq; ſatius eſſe, noua dolia liquida gummi perlinere. Vnde Gummitio, (κόμμωσις) linitio quædam ex glutinoſo illo arborum ſucco, quæ dolijs fieri ſolebat, quemadmodum Picatio ex pice. Idem li. 16. Multi, cum ſemel noua dolia uel ſerias craſſo gummi linerunt, una in perpetuum gummitione contenti ſunt. Et ſanè quæ ſemel oleum teſta cõbibit, alteram gummitionem non recipit. Hinc Gummatæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt. Palladius: In ceraſis hoc ſeruandum eſt, & in omnibus gummatis, ut tunc inſerantur, quando iis uel non eſt, uel deſinit gummi effluere. Gummoſus, a, um, quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. ca. 9. Facilius hoc, & cruſtoſius, amariusq; : at gũmoſum. Gumminus, na, num, (κόμμινος) quod ex gummi confectum eſt: ut Gumminum oleum, quod ex gummi dici ſolet, ac rutis in primis utile, teſte Plin. lib. 15. cap. 6.

GVRDVS, di, {*Balordo*} pro ſtolido, uox eſt Hiſpanica. Quintilian. libr. 1. capite quinto. Et gurdos, quos pro ſtolidis accipit uulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audiui.

GVRGES, gitis, {*Gorgo. Pet. Rimanti & tu corrente & chiaro gorgo*} (δίνη, ῥεῦμα, ποταμός) propriè locus eſt in flumine profundus, in quo aqua uertitur. quamuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur, & de ipſo etiam mari. Martia. libro 1. Raptus flumineo uenit de gurgite piſcis. Plin. lib. 8. ca. 5. Amnem tranſituri minimos præmittunt, ne maiorum ingreſſu atterente alueum creſcat gurgitis altitudo. Verg. 1. Aeneid. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Ponitur etiam tranſlatè, pro homine inſatiabili, aut alia quauis re inexplebili. Cic. in Piſonem: Ille gurges, atq; helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atq; gloriæ. Idem in Aruſp. reſpon. Quæ unquam Charybdis tantos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit?

GVRGVLIO, onis, ſiue potius Curculio, (γαργαρεών) à rei anatomicæ peritis uocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces depẽdens inter tonſillas, quam alio nomine Columellam appellamus. Varro libro 2. de Re ruſt. ca. 3. uidetur poſuiſſe pro colli parte anteriore, quam et Guttur appellat. Hircus (inquit) mollis pilo, & potiſsimum albo, ac ceruice, & collo breui, gurgulione longiore. Rurſus Gurgulio, uermis quidam, qui in horreis naſcens frumentum abſumit, (τρώξ, κις) ſic dictus quod totus ſit guttur. Verg. lib. 1. Geor. Populatq; ingentem farris aceruum Gurgulio, atq; inopi metuens formica ſenectæ. Rectius ſcripſeris Curculio per ſecundam conſonantem. Sic enim ueteres ſcripſiſſe conſtat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiuſdem nominis, in quo primę uerſuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

GVRGVSTIVM, ſtij, (οἰκίδιον) & diminutiuum Gurguſtiolũ, genus habitationis anguſtum, à curculione uerme ſic dictum. Seruius docet Gurguſtium eſſe obſcuram & latentem tabernam. Cic. in Piſon Meministi ne coenum, cùm ad te quinta ferè hora cum C. Piſone ueniſſem, quo è gurguſtio te prodire, obuoluto capite, ſoleatum.

GVSTATORIVM, torij, (ἀσάμινθος) crater, ſiue labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit. Plin. in Epiſto. lib. 5. Guſtatorium, grauiorq; cœnatio margini imponitur.

GVSTO, as, {*Guſtare*} (γεύομαι) libo, labris primoribus attingo Cic. ad Gallũ: Fugi in Tuſculanum, cum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. Et per tranſlationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. Cice. pro M. Cælio: Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigiſſent. A' Guſto fit uerbale Guſtatus, us, idem ſignificãs quod guſtus (γεῦσις) hoc eſt, ſenſus ille, quo rerum ſapores diſcernimus. Cic. 2. de Nat Guſtatus, qui ſentire eorũ, quibus ueſcimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. Huius compoſita ſunt, Deguſto, (ἀπογεύομαι) hoc eſt, delibo, labris admoueo. Sallu. in Catil. Inde cùm poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in ſacris ſolennibus fieri conſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum. Prægusto, (προγεύομαι) ante guſto.

GVSTVS, us, {*Guſto. Pet. Che per diſdegno il guſto ſi dilegua*} (γεῦσις) unus ex quinq; ſenſibus exterioribus, quo ſaporum diuerſitatem diſcernimus. Plin. libro 10. cap. 71. Exiſtimauerim omnibus ſenſus guſtus eſſe. Veræ laudis guſtum non habere, metaphoricè. Cicero 3. Phil. Vt quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: ſic libidinoſi, auari, facinoroſi, ueræ laudis guſtum non habent.

GVTTA, tæ, {*Gocciola, ghiocciola*} (σταγών, σταλαγμός) minima pars aquæ, uel alterius materiæ liquidæ, quæ & Stilla uocatur. Plautus in Caſin. Dij me & te infelicitent, ſi ego in os meum Vini gutta indidi. Plin. lib. 31. cap. 2. Diſtillantes quoq; guttæ in lapides dureſcunt in antris Corycijs. Huius diminutiuũ eſt Guttula. Plaut. in Epid. Ah guttula pectus mihi ardens aſperſiſti.

GVTTATIM, {*A goccia, à goccia*} (κατὰ σταγόνας) per ſingulas guttas. Plau. Cor ędepol miſerum meum, Quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem.

GVTTATVS, ta, tum, {*Pomellata*} quod ad colorem habet maculis quibuſdam in modum guttarum diſtinctum. Martialis libro quinto. Et picta perdix, Numidicæq; guttatæ.

GVTTANS, tis, (σταλάζων) formam participij habet, quaſi à Gutto, tas, pro guttatim ſtillare. Plinius libro 20. capite 8. Huius folia ambuſtis uulnera guttantia aſtringunt.

GVTTVR, turis, {*Gola, canna della gola*} (βρόγχος) pars colli anterior. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum, & ſuibus intumeſcit, aquarum, quę potantur, plerunq; uitio. Accipitur item pro uia ea, qua ſpiritus à pulmone ad os tranſmittitur, quæ in homine Aſpera arteria, (τραχεῖα, ἀρτηρία) appellatur. Cicero 2. de Diuina. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Vergi. in Geor. Et lætą pecudes, & ouantes gutture corui. Olim erat maſcu gene. unde Inferiorem gutturem, dixit Plau. in Aul. pro ano. Etiam'ne (inquit) obturat inferiorem gutturem, ne quid animæ emittat dormiens?

GVTTVRNIVM, turnij, (πρόχοον) uas, ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quod propter anguſtias guttatim fluat. Feſtus.

GVTTVROSI, {*Gozzuti*} dicuntur, quorum guttur tanquam ſpongia quædam intumeſcit, quod uitij genus Græci βρογχοκήλην appellāt, cùm ſcilicet inter cutem & aſperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor naſcitur, qui modo hebetem carnem, modò humorem melli ſimilem includit: interdū etiam comminuta oſſa, pilis admiſta. Solent autem huic uitio peculiariter obnoxij eſſe accolæ alpium, qui aquam bibunt ex niue reſolutam. Vlpian. de ædili. edicto: Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.

GVTTVS, ti, (πρόχοος) poculi genus anguſto collo, quo in ſacrificijs utebantur. Plin. lib. 6. Curius iurauit, ſe ex prǽda nihil attigiſſe, præter guttum faginū, quo ſacrificaret. Erat etiam Guttus, uaſis genus, in quo oleum aſſeruabatur. Gellius. Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus feſtiuiſſimus ad annos maximè natus VIII. ætatis & gentis argutijs ſcatēs) guttum Samium ute temere imprudens inanem, tanquam ineſſet oleum, affert, cōuertitq; eum. &, ut ſolitum eſt, circumegit per omnem partem ollę manum, nullum inde ibat oleum. Vtebantur etiam gutto in balneis, ad conſeruanda unguenta. Dictus eſt autem Guttus, teſte Varrone, a gutta, q̄ propter colli anguſtiam humor inde guttatim efflueret. Huius diminutiuum eſt Guttulus. Plaut. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G ANTE Y.

GYARVS, ri, fœm. gen. (γύαρος Stephano) uel Gyara, æ, penul. correp. inſula eſt, maris Aegæi, una ex Sporadibus, in quam Romani noxios ſuos deportabant. Plin. lib. 8. cap. 29. Ex Gyaro inſula incolas à muribus fugatos. Iuuen. Saty. 10. Vt Gyaræ uinctus ſcopulis, paruaq; Seripho. Idem Satyra 1. uſus eſt numero plurali. Aude (inquit) aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, Si uis eſſe aliquid.

GYAS, (γύας) uiri Troiani nomen eſt apud Verg. 5. Aen. Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

GYGÆVS LACVS, (γυγαία λίμνη) Lidiæ lacus eſt, ſtadijs quadraginta à Sardibus diſtans. qui poſtea Colous dictus eſt. Propertius: Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit huius lacus Homerus in fine catalogi. Plin. libr. 5. capite 29. Gygæum ſtagnum appellat.

GYGEMORVS, Thraciæ mons eſt, apud Plin. libr. 4. cap. 11.

GYGES, (γύγης) nomen uiri proprium, qui Cœli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. Sunt tamen qui Briareum, Gygen, & Aegeona eoſdem putant. Ouid. 4. Triſt. Centimanumq; Gygen, ſemibouemq; uirum. Eſt & nomen proprium uiri apud Maronem libr. 9. Principio Phalarim, & ſucciſo poplite Gygen Excipit. Itē formoſi pueri apud Horat. 2. Carm. Lanæ mari Gnidius ue Giges. Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui cùm Gādaules rex uxorem ſuam nudam oſtendiſſet, illa aduerſus maritum indignata, Gygem ad cædem eius impulit, ſeſeq; cum regno Lydiæ illi tradidit. Hiſtoriam hanc uide latius apud Herodo. libr. 1. De hoc Gyge ſic ſcribit Cicer. libro 3. de Offi. Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone, qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, æneumq; equum (ut ferunt fabulæ) animaduertit, cuius ī lateribus fores eſſent: quibus apertis, hominis mortui corporis uidit magnitudine inuſitata, anulumq; aureum in digito, quem ut detraxit atq; ipſe induit (erat autem regius paſtor) tum in conſilium paſtorum ſe recepit. Ibi cùm palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat. idem rurſus uidebatur, quum in locum anulum inuerterat. Itaque hac opportunitate anuli uſus, reginę ſtuprum intulit, eaq; adiutrice regem dominum interemit, ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quiſquam uidere potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus eſt Lydiæ. Hæc Cicero.

GYMNAS, adis, gen. fœmin. {*Eſſercitio*} (γυμνάς) exercitium. Statius. 4. Sylu. Sic lubrica ponit Membra Therapnæ reſolutus gymnade Pollux. Idem 1. Achil. Exercere proteruas Gymnadas.

GYMNASIARCHVS, uel Gymnaſiarcha, (γυμνασίαρχος) præſes gymnaſij, id eſt loci, in quo Athletæ nudi exercebantur. Cicer. 6. Verr. Demoliendū curauit Demetrius Gymnaſiarchus q̄ is ei loco præerat. Accipitur & pro ludi literarij præfecto. Nam ut ſtatim latius ſubiungemus, Gymnaſium generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui deſtinatus.

GYMNASIVM, ſij, {*Luogo da eſſercitarſi*} (γυμνάσιον) locus eſt, in quo fit aliquod exercitij, ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc eſt, ab exercēdo. Vnde apud ueteres loca illa: in quibus palæſtritæ nudi exercebantur, peculiari nomine Gymnaſia uocata ſunt. Plautus in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, Apud emporium, atq; in macello, in palęſtra, atq; in foro. Verū poſtea Gymnaſium pro ludo literario, & omni loco, in quo fiat aliquod genus exercitationis, ſumi cœpit, cùm philoſophi gymnaſia tenuerint, et in illis diſputauerint, quę & Scholæ & Diatribæ uocitatæ ſunt. Cic. de Orat. Clamabunt credo omnia gymnaſia, atq; omnes philoſophorum ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria. Plin. in Epiſt. Gymnaſijs indulgent Grǽculi. Vnde apud Rhetores Progymnaſmata, præexercitamenta dicuntur: id eſt, exercitationes quædam in dicendo, antequam ad ueras actiones deſcendant.

GYMNASIÆ, Plinio, ſiue Gymneſiæ, (γυμνησίαι Straboni & Stephano) inſulæ duæ ante Hiſpaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eò quòd incolæ harum inſularum præcipue ſe funda exercebant. Auctores Strabo libro 14. & Plinius libro 3. cap. 5.

GYMNASTES, (γυμναστής) præceptor exercitiorum, Athletas uel pueros exercens: ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, quod eſt exercere.

GYMNASTICA, ſticę, (γυμναστική) ars ſeu doctrina, qua pueri exercentur, diſciplina exercitationis. Vnde Ariſto. præcipit libr. 8. Polit. Adoleſcentes gymnaſticæ & prædotribicæ uacare debere, ut ita fiant exercitatiores, firmioresq;. Plato lib. 7. de Leg. Gymnaſticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet. eamq; diuidit in ſaltationem, & luctationem.

GYMNASTICVS, a, um, (γυμναστικός) quod pertinet ad exercitium. Plautus in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.

GYMNETES, (γυμνῆτες) Aethiopum populi, Nigritis, & Pharuſiis uicini: ut docet Plin. lib. 5. cap. 8.

GYMNICI LVDI, {*Lotta*} (ἀγῶνες, γυμνικοί) dicti ſunt, in quibus ſe nudi atq; uncti exercebant paleſtritæ: à Lycaone in Arcadia primùm inuenti: ut auctor eſt Pli. lib. 7. ca. 56. Gymnicos ludos etiam Romæ editos fuiſſe à Nerone teſtatur Suetonius in uita eius, cap. 12.

GYMNOSOPHISTÆ, (γυμνοσοφισταί) Philoſophi, Indorum. ſic dicti, quòd nudi in ſyluis agerent, uoluptatum omnium expertes, quibus mortalium uita corrumpitur. Plin. lib. 7. cap. 2. Philoſophos eorum, quos Gymnoſophiſtas uocant, ab exortu ad occaſum perſtare, cōtuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Hi cohibent ſe à generando, & frigora niuium, & æſtus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum magnum, cùm in Indiæ expeditione ad Gymnoſophiſtas penetraſſet, grauiſſimè ab illis fuiſſe increpitum, quòd mortalis cum eſſet, mortali tamen ſorte non contentus, totum Orientem latrocinijs infeſtaret. De his Cice. Tuſcu. quæ. libr. 5. Quæ barbaria (inquit) India uaſtior, aut agreſtior? in ea tamen gente primum hi qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucaſi niues, hyemalemq; uim perferunt ſine dolore: quumq; ad flammam ſe applicauerint, ſine gemitu aduruntur.

GYNDES, (γύνδης) fluuius eſt Aſſyriorum maximum ſecundum Euphratem, in Mantienis naſcens montibus, & per Dardanæos in Tigrim influens. Hunc Cyrus Perſarum rex, cum equitem quendam ſibi inprimis dilectum abſumpſiſſet, totum in uarios alueos deriuauit. Auctores Herodot. libro 1. & Seneca libro 3 de Ira.

GYNÆCEVM, cei, penu. prod. (γυναικεῖον) locus ſecretior in ædibus, ubi ſolæ mulieres habitant. Gręci enim mulieres γυναῖκας uocant. Plautus in Moſt. Dare uolt uxorem filio, quantum poteſt. ad eam rem facere uolt nouum gynæceum. Cicer. 2. Philip. Syngrapha ſeſtertij centies facta eſt in gynæceo. Pro eodem etiam dicitur etiam Gynæconitis, γυναικωνῖτις. Aemilius Paulus: Materfamilias apud Romanos primum locum tenet ædium, atque in celebritate uerſatur. quod multo aliter fit in Græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur, niſi propinquorum, nec ſedet, niſi in interiore parte ædium, quæ Gynæconitis appellatur.

GYNÆCOPOLIS, (γυναικόπολις) Aegipti oppidum, à quo ꝑpinqua præfectura Gynæcopolites appellatur: cuius meminit Plin. libr. 5. cap. 9.

GYPSATVS, a, um, {*Ingeſſato, imbiancato*} (γυψωτός) gypſo illitus. Tibu. li. 3. Eleg. Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre catasta pedes. Colu. Cùm deinde modicè aruerunt, in uaſa noua ſine pice operculata & gypſata, ſicco loco reponito. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8. Deſpice gypſati crimen inane pedis. Cice. in Epiſto. ad Treb. Hoc tibi iam ignoſcemus nos amici q̄ ignouerunt Medeę matronæ opulētæ optimates, quibus illa manibus gypſatis perſuaſit, ne ſibi illæ uitio uerterent, q̄ abeſſet à patria. Vbi Gypſatas manus dixit Cice. pro manibus medicamentis, & ueneficijs infectis.

GYPSEIS, (γυψαίς) Aethiopiæ inſula, apud Martianum libro 3. A qua ſit gentile Gypſeites. γυψαΐτης.

GYPSVM, pſi, {*Geſſo*} (γύψος) materia eſt calci ſimilis ex lapidibus exuſtis, ut plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & ſigna arte plaſtica conficiuntur. Plin. lib. 36. cap. 24. Cognata calci res gypſum eſt. Iuue. Sat. 2. Quanquàm plena omnia gypſo Chryſippi inuenias. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, ut in Syria, & Thurijs. & è terra foditur, ut in Cypro & Perrhæbis. è ſumma tellure & Tymphaicum eſt. Hinc formātur Gypſeus, a, um, quod ex gypſo eſt. Gypſatus, ata, atum, quod eſt ex gypſo infectum, uel gypſo tectum, (γυψωτόν) de quo paulo antè.

GYRO, as, {*Girare*} (γυρόω) in gyrum uertor. Vnde Regyro, pen. prod. quod eſt in gyrum reflecti. Varr. Quà non ſolùm à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo uentus regyrare poſſit.

GYRTON, onis, ſiue Gyrtona, næ, (γυρτὼν Ptolemæo, γυρτὼ Stephano) Perrhæbiæ oppidum, ut Stephano placet, ita dictum à Gyrtone Phlegye fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione. Plin. in Magneſia collocat.

GYRVS, ri, {*Giro, circuito. Pet. Che'l bel pie fece in quel corteſe gira*} (γυρός) circumuolutio in orbem ambitus, circuitus, circulus. Cice. ad Att. lib 2. Feneſtrarum anguſtias, quod reprehendis, ſcito te κύρου παιδείαν reprehendere: nam quum ego iſtuc idem dicerem, gyrus agebatur. Verg. 5. Aen. Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit.

Ducere ſeu compellere in gyrum eſt anguſtijs quibuſdam limitibus coarctare: & non ſinere latius euagari. Quæ tranſlatio tracta eſt ab equis, qui cū freno diſcunt parere, non in liberum ducuntur campum, ſed in ſpatium aliquod anguſtius, ubi ſæpius ſit flectendum, quod & ipſum Gyrus appellatur. Cicer. 3. de Orat. Sed ſi his contenti eſtis, atq; ijs etiam, quæ dici uoluiſtis à me, ex ingenti quodam oratorem, immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum cōpellitis. Idem primo Offic. Homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

GYTHEVM, (γύθειον) oppidum eſt Achaiæ ad Maleum promōtorium, quod Hercules & Apollo depoſitis eo loci ſimultatibus communi opera condiderunt. De hoc Liu. in bell. Maced. Gytheum (inquit) omnium maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculum. Hinc Gytheates ſinus, ad Maleum promontorium, cuius meminit Plin. libr. 4. cap. 5.

DELLA ASPIRATIONE H.

H Non è propriamente lettera, ma nota ò ſegno di aſpirare la ſillaba, alla quale ella ſta dauanti, ò d'ingroſſare il ſuono in queſte quattro ſillabe, che, chi, ghe, ghi. Percioche ſenza tal nota, ò lettera, dette ſillabe ouunque fuſſero, ſuonerriano piu ſottili & deboli. Hanno i Greci queſta tale aſpiratione affiſſa per natura, & per ſuono, non per forma ò ſegno particulare in alcune loro lettere, che ſono θ, φ, χ, lequali chiamano lettere aſpirate, & con aſpiratione le pronuntiano. Onde i Latini le rappreſentano con th, ph, ch, & hanno poi i medeſimi Greci un ſegno tra loro accenti che chiamano aſpiratione, ilquale è in forma d'una noſtra c, & la ſoprapongono à quelle lettere che la ricercano, lequai uoci ò ſillabe traſportandoſi poi nella lingua Latina, conuertiſcono tal nota à ſegno nella h, benche ancora alcune uolte ſu ſ. E ferma opinione de piu intendenti, che i Latini ouunque haueano tal lettera con uocali, ò con conſonante la proferiſſero coſi aſpirata tra' denti, ò nel palato, come ancor'oggidi ue la proferiſcono i Tedeſchi. La lingua Italiana la uſa hora per neceſſità di ſuono, come nelle dette che, chi, ghe, ghi, per differentiarle da ce, ci, ge, gi, & hora per differenza di ſignificato, come in ha uerbo, à differenza di. a. prepoſitione, & in altre tali. E alcune uolte l'uſa per un certo ornamento, ò continuation d'uſo ſcorto da' Latini, come in honore, homo, hieri, honeſto, & qualche altra tale, dalle quali quando anco ſi rimoueſſe in tutto, non ſarebbe contra alcuna buona ragione ò regola. Theſoro, Philoſopho, Thomaſo, Chriſto, & gli altri tali, non è oggi leggiadra ſcrittura, che non ſi riſolua à ſchifare in tutto, come abuſo cõportato fin qui nella ſcrittura, come molt'altre imperfettioni che ui ſi uedeano, & uengono tuttauia rimouendo dalle perſone dotte & giudicioſe lequali ſanno à pieno che in una perfetta ſcrittura ogni coſa che non adoperi nulla, s'ha da fuggire come ocioſo & uano.

DE ASPIRATIONE H.

H FINALIS in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in Ah, & Vah, interiectionibus, quæ uel per apocopen dictæ ſunt, cùm cõpletæ ſint Aha, & Vaha, uel quia abſcondita uoce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem uocalibus omnibus, & quatuor conſonantibus, ſcilicet, c, ut Chremes: p, ut Philippus: r, ut, Pyrrhus: t, ut Thraſo: & hoc ut ualentius ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipſe in Orat. teſtatur, ſolis uocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quemadmodum hodie: quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe fuiſſe ſequutum fatetur. Quin ego ipſe (inquit) cùm ſcirem ita maiores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in uocali, aſpiratione uterentur: loquebar ſic ut Pulcros & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idq́ ſerò, conuicio aurium cùm mihi extorta ueritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Gel. etiam lib. 2. cap. 3. auctor eſt, in pleriſq; Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aſpirationem, q credèrent ſonum firmiorem reddi & uegetiorem: idq́ exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aſpirant. Aſpiratio autem (ut idem Gellius auctor eſt) nõ ſolet literis interſeri, quemadmodũ nos hodie facere conſueuimus, ſed more Græcorum ſupra literas annotari: quod & ipſum ſe uidiſſe affirmat, in quodam uetuſtiſſimo codice, quem Vergilij autographon fuiſſe putat.

HA, interiectio eſt corripientis, ſiue admonentis, ne quid fiat, ne've quis in re cœpta progrediatur. Plautus in Moſtel. Ha caue, ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emiſſe.

HA, HA, HE, interiectio ridentis eſt. Teren. in Eun. Ha, ha, he, THR. quid rides? GNA. iſtuc quod dixti modò.

HABENA, næ, pen prod. {Briglia} (ἡνίοι, ἀγωγεύς, ῥυτῆρες) retinaculum et lorum illud, quo equi reguntur, & cohibentur. Vergi. libro 9. Aeneid. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Sumitur etiam Habena pro poteſtate, & facultate. Idem 12. Aeneid. Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat, Iraruḿq; omnes effundit habenas. Vbi Seruius: Habenas, poteſtatem, facultatem. Cice. 1. de Orat. Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidiſſet. Rerum habenæ traduntur Aſdrubali. Silius libro 1. Habenula, læ, diminutiuum. Celſus lib. 7. cap. 20. Ab ora quoque eius uulneris, quod in inguine eſt, demenda habenula paulo latior eſt, quo maior plaga fit.

HABENTIA, æ, {L'hauere} (ἕξις) ab antiquis uſurpatum eſt, pro diuitijs ab Habeo, ſicut à Sapio, Sapientia. Claudius 7. Annal. ut citat Nonius: Verebar, ne animos eorum inflaret habentia.

HABEO, bes, bui, bitum, {Hauere. Pet. Di mia ſperanza. ho in te la maggior parte} (ἔχω) in poteſtate teneo, poſſideo. Verg. 2. Aeneid. Hoſtis habet muros. Per translationem ponitur pro tenere, κρατεῖν. Salluſt. in Iugur. Tale periculum Reipub haud occultum habuit. Pro facere. Idem in Cati. Igitur comitijs habitis, Conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Pro tolerare. Idem: Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur, multi eas grauius æquo habuere. Pro detinere. Idem. Neq; flumen, neq; mons erat, qui fines eorum decerneret, quæ res eo magno diuturnoq; bello inter ſe habuit. Pro credere, exiſtimare, ἡγεῖσθαι. Terent. in Andr. Semper eius dicta, atq; habita eſt ſoror. hoc eſt, exiſtimata & reputata. Pro habitare. Sallu. in Cati. Credo, falſa exiſtimans, ea quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca tetra, occulta, fœda, atque formidoloſa habere. Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & poſſidere uidemur. Terent in Heaut. Habet omnem rem: pergam quo cœpi, hoc iter. Habere fruſtra, idem eſt quod decipere, & deludere. Plaut. in Amph. Is aduenientis ſeruum, ac dominum fruſtra habet. Nihil penſi habere, hoc eſt, nihili pendere, non curare, παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι. Habere honorem, idem eſt, quod exhibere reuerentiam. Terent. in Eun. Hic tibi pro eo merere honos eſt habitus ab eo. Eleganter etiam ponitur Habeo in peroratione operis. Cicer. in Læl. Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. Accipitur etiam pro tractare. Teren. in Hecy. Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet. Bene habere, idem eſt quod bene ualere, & incolumem eſſe: ſicut Malè habere infirmum, & ægrotum eſſe. Bene habet, uel Malè habet: uel etiam ſic, Res bene, uel malè habet hoc eſt feliciter, uel infeliciter cedit. Liu. libro 7. ab Vrb. Bene habet, iacta ſunt fundamenta. Bellè habeo: idem eſt quod bene ualeo, uel incolumis ſum. Cic. in Epiſt. Tullia noſtra ualet, Terentia minus bellè habuit. id eſt, minus bene ualuit. Item Habet, per ſe poſitum ſignificat percuſſus eſt, ut Dona tua inquit, & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd prius alij ſanguinem uideant, quàm illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Teren. in And. Certè captus eſt, habet.

Sat habeo, (ἅλις ἔχω) id eſt, ſufficit. Cæſar 3. bel. Ciui. Noſtri uerò cui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere. Quandoq; habere, eſt ſeruare, detinere, ut eſt illud Salluſt. in Catil. in cuſtodijs haberentur. Quandoque præbere, exhibere, ut apud eundem in Ciceronem. Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac forunas ſuas uænales habeat. Habere gratiam, uel gratias, in animo eſt, cum memorem accepti beneficij mentem animumq́; habemus, & inuicem gratificandi uoluntatem. Cicero: Nec enim mihi gratiam modo habuiſti, uerumetiam cumulatiſsimè retuliſti. Idem maximas tibi Panſa gratias & habemus, & agere [illegible] bemus. Habere iter, eſt proficiſci. Habere uerba, (λόγους ἔχειν) eſt loq[ui].

Habere fidem uerbis, (πιστεύειν) eſt credere. Terent. in And Nam propemodum habeo tibi iam fidem. Habere rationem ſalutis, honoris, rei familiaris, eſt habere reſpectum, λόγον, ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι. Sed ſi cum ablatiuo conſtruatur mediante Cum, ut Habere rationem cum re aliqua (ἔχειν πρᾶγμα πρός τινα) idem eſt, quod habere negotium & commercium. Ci. in Cati. Rem habet cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. Et ad Atticum: Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Habere rem cum muliere, (συνεῖναι) eſt coire. Habere rem cum aduerſario, (ἀντιδικεῖν) eſt litigare. Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum eſt mihi, pollicendum, audiendum. Cic. Lent. Tantum habeo polliceri. Idem in Catone: Neq; eos ſolum conuenire habeo quos uidi, ſed etiam quos audiui, & legi. Idem in Orat. Audire habeo, quid hic ſentiat. Vide Vall. li. 5. Suſq; deq; habere, uel Suſq; deq; ferre (utroq; enim modo dicimus) eſt æquo animo ferre, & non magni pendere, et penè idem cum eo, quod Græci dicunt, ἀδιαφορεῖν. Plaut. in Amphitr. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat: Quę uero ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit: Atque id me ſuſq; deq; eſſe habituram putat. Huius uerbi compoſita ſunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Prohibeo, Perhibeo. Poſt habeo, & Redhibeo, de quibus ſuis locis. Aegrè habere, (δυσχεραίνειν) idem quod ægrè ferre. Liu. 7. ab Vrb. Ita ægrè habuit filium, id pro parente auſum.

Sicuti pleraq; mortalium habētur: hoc eſt, ut ſolet accidere rebus hominum, Salluſt. in Catil. Habere delectum, id eſt, deligere. Cicero 3. de Finibus. Cum enim uirtutis hoc proprium ſit, earum rerum, quæ ſecundum naturam ſunt, habere delectum. Delectum militum habere: eſt, cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæſar 1. bel. Ciuilis. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, &c. Habere in delicijs, uehementer amare. Cicero 1. de Diuin. Sirma, qui rex Moloſſorum in delicijs habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit. Habere derelictui uineam, id eſt, relinquere incultam. Gellius libro 4. cap. 12. Siquis arborem ſuam uineamq́; habuerit derelictui. Habere pro derelicto oppidum aut regionem eſt curam eius nullam gerere. Cicer. ad Attic. libro 8. Id ergo in eam partem accepi: hæc oppida, atq; oram maritimam illum pro derelicto habere: nec ſum miratus, cum qui caput ipſum reliquiſſet, reliquum membris non parcere. Habere deſpicatum pro ſpernere, & contemptui habere. Terent. in Eunuc. Ad id flagitium eſt, ſi domum meretriciam Deducas, & illis crucibus, quæ nos noſtramq́; adoleſcentiam Habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiam. Habere deſpicatui, pro deſpectui. Plaut. Menæch. Tu huc poſt hunc diem pedem intrò non feres, ne fruſtra ſis, Quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui.

Habeo dictum, pro dixi. Plaut Perſa: Satis iam habeo dictum. Habeo dicere, id eſt, habeo, quod dicam. Cicero 3 de Natu. deor. Hæc fere dicere habui de natura deo. Idem de Parti. Quid habes igitur de cauſa dicere. Habere dignitatem alicuius: hoc eſt, alicuius dignitatem plurimi facere, Pli. in Paneg. Ita ſe habet, Cicero de Senect. Quod quidem, ni, ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent: haud optimi cuiuſque animus maxime ad immortalem gloriam alteretur.

Habere penſi. Salluſtius in Catil. Prorſus neque dicere, neq; facere quicquam penſi habebat. Periculum habere, eſſe in periculo. Colum. libr. 12. cap. 11. Sed periculum habet, ne uitietur uinum, ſi malè cocta ſit aqua. Potius habere, pro præferre. Cæſar 1. Bel. Ciuil. Semper ſe Reipub commoda priuatis neceſſitudinibus habuiſſe potiore. Habeo in promptu, hoc eſt, prompta eſt mihi de hac re memoria. Cicero 4. Academ. Oportet igitur & ea quæ pro perſpicuitate reſpondere poſſunt, in promptu habere. Sic habeto: id eſt, ita tibi perſuadeto, uel pro comperto teneto. Cicero ad Tironem: Sic habeto, mi Tiro, neminem eſſe, qui me amet, quin idem te amet. Habere ſtatiua, id eſt, in æſtiuis agere. Liui. 1. Bel. Macedon. Ibi ſtatiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo eſt. Habere ſuſpectum. Liui. 4. Bel. Pun. Quia & ipſum, ut ambiguæ fidei uirum ſuſpectum iampridem habebat. Habere ſibi res ſuas, iubebatur uxor, quæ à uiro repudiabatur, Cic. 6. Philip. Illam ſuas ſibi res habere iuſſit. Sic habendum eſt: hoc eſt, ita intelligendum. Cic. de Ami. Sic habendum eſt, nullam in amicitia peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentationem. Habeſſit, pro habeat, antiquè dictum. Cic. 2. de Legi. Separatim nemo habeſſit deos, ne've nouos: ſed ne aduenas, niſi publicè aſcitos, priuatim colunto.

HABESSVS, auctore Plinio libro 5. capite 27. Lyciæ ciuitas eſt, poſtea Antiphellus dicta.

HABILIS, le, {Habile, atto acconcio, conueniente} (εὐάρμοστος, προσήκων) quod eſt aptum & optimè quadrat. Ver. 6. Aenei. Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum Venatrix. Cice. 1. de Orat. Si mihi calceos Sycionios attuliſſes, non uterer, quamuis, eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles. Huius contrarium eſt, Inhabilis, (ἀνάρμοστος) ineptus, incedens, quaſi parum habilis, hoc eſt, minus aptus. Habilitas, (ἐφαρμογή) conuenientia, aptitudo. Cicero de Legib. Omitto opportunitates, habilitatesq; reliqui corporis moderationem uocis, orationis uim, &c.

HABITO

HABITO, as, pen. corr. {*Habitare, dimorare*} (οἰκέω) frequentatiuum eſt ab Habeo: unde etiam quandoq; cum accuſatiuo conſtruitur, quemadmodum primitiuum. Verg. 2. Eclog. Atq; humiles habitare caſas. Terent. in Andr. In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem. Huius paſſiuum in tertia perſona protulit. Verg. lib. 3. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Grais. Inter habitare autem & Commorari hoc intereſt, q; hoc fit ad tempus, illud uerò perpetuum: quanquam hæc differentia ſæpe confunditur. Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter uel paſſim habere. Varr. lib. 16. Rerum diuin. ut citat Nonius: Hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. Tecum habita, prouerbij ſpeciem habet, pro eo quod eſt, domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Perſius Sa. 4. Tecum habita, ut noris, quam ſit tibi curta ſuppellex. Hoc eſt, domi tuę uiuito, ut intelligas, quàm tenuis ſit tua fortuna. Tractum uidetur, ab iis, quibus, cum alienis opibus, ut ſuis, intumeſcant, domi nihil eſt miſerius.

Hinc Habitaculum, & habitatio, (οἴκημα, οἴκησις) pro domo, & loco, quem habitamus. Cice. Memmio: Peto à te, ut ei de habitatione accommodes. Colu. lib. 2. Villico iuxta ianuam ſtat habitatio. Habitabilis, (οἰκήσιμος) quod habitari poteſt. Cic. 1. Tuſc. Tum & habitabiles regiones, & rurſum omni, &c. Habitator, (οἰκήτωρ) pro [illegible] Lucan. lib. 1. Rarus & antiquis habitator in urbibus errat H[illegible] compoſita ſunt, Cohabito, συνοικέω. Adhibito, προσοικέω. In[illegible]

HABITVDO, di[illegible] *complexione*} (ἕξις) ipſe corporis habitus, quem Barbari uoc[illegible] Lib. 4. ad Herennium: Nam ut corporis bonam habitudinem [illegible], ita grauis oratio ſæpe imperitis uidetur ea, quæ turget, & [illegible]

HABITVS, us, {*Habito*[illegible]} ([illegible]ιμα) qualitas, & forma eſt corporis, & cuiuſcunq; rei. Pli[illegible] habitu [illegible]ris. Verg. lib. 1. Geor. Cultuſq;, habituſq; locorum. Accipitur [illegible] pro cultu corporis, ueſtiumq; ornatu. Vnde habitus ſcenicus, Habitus m[illegible], Habitus religioſus dicitur. Plaut. Quis habitus iſte tam prolixus? Hi[illegible] Qui ad nos lugubri habitu uenerat, & capillatior ſolito. Habitus, (ἕξις) eſt promptitudo frequentatis actibus collecta: & à Philoſophis definitur, q; [illegible] rei ſiue in animo, ſiue in corpore natura cœpta, ſed uſu corroborata & plena perfectio. Habitum item uocant medici conſtantem corporis conſtitutionem, & ſolutu difficilem ex proba improba'ue ſimilarium particularum temperamento, inſtrumentaliumq; confirmatione naſcentem. Vnde bonum corporis habitum, (εὐεξίαν) firmam ſanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones ſuas obeuntibus. Rurſus malum corporis habitum, (καχεξίαν) appellant, conſtitutionem corporis in morbos procliuiorem, ualetudinemq; infirmam, ex ſimilarium partium intemperie, uel improba inſtrumentalium prouenientem coagmentatione.

HABITVS, ta, tum, (*Hauuto*) participium à paſſiuo Habeor, quod uarias habet ſignificationes, quemadmodum & uerbum, à quo deſcendit. Pli. lib. 16. cap. 34. Vt mirum ſit, ullum honorem habitum ei. Interdum idem eſt, quod affectus. Teren. in Heau. Imò, ut patrem tuum uidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit. Aliquando idem qđ exiſtimatus. Cæſar 7. bel. Gal. Hic ſummo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus auctoritatis. Interdum etiam dicitur de eo quod pingue eſt, & bona totius corporis habitudine, εὐεκτὴς. Sed in hac ſignificatione nomen potius eſt, quàm participiū. Vnde Habitior, i. obeſior. Plau. in Epid. Corpulentior hercle, atq; habitior, i. pinguior. Terent. in Eunuc. Si qua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum. Habitiſſimus, pinguiſſimus. Gel. libro 4. Equum nimis ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem eius uberrimum & habitiſſimum uiderunt.

HAC, {*Per di qua*} aduerbium motus per locum. Ter. in Eun. Ite hac uos omnes.

HACTENVS, pe. cor. {*Fin qui, fin à qui*} ex Hac aduerbio, & tenus compoſitum, (μέχρι τοῦδε, μέχρι ἐνταῦθα) idem ſignificat quod hucuſq;. Ci. de Amicitia. Hactenus mihi uidetur de amicitia, quod ſentiam, potiſſimè dixiſſe. Aliquando ſignificat non ultra, uel non amplius. Sueto. in Nero. Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuoſioribus literis hactenus excanduit, ut malum iis, qui deſciſſent, minaretur.

HADRANITANI, Siciliæ populi, Plin. libr. 3. cap. 8.

HADRIA, ſiue potius Adria, (ἀδρίας Suidæ & Stephano) ſecundus Europę ſinus, inter Lacinium Italiæ, & Acroceraunium Epiri promontorium irrumpens dextra Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum, & Iſtriā, ſiniſtra Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. Luc. li. 5. Sonat Ionio uagus Hadria ponto. Videtur tamen hoc nomen rectius ſine aſpiratione ſcribi poſſe. Accepit enim nomen ab Atria nobili circumpadanæ regionis oppido (ut docet Cato in Originib. & Plin. lib. 3. ca. 16.) quod inſignem circa Padi oſtia habebat portum: à quo quidem oppido uicinum mare primum Atriaticū dictum fuit, & deinde literæ unius immutatione Adriaticum. Fuit itē Hadria, ſiue Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia. VII. M. paſſ. à mari diſtans, à qua uicinus ager, Ager Hadrianus, ſiue Adrianus dictus eſt.

HADROBOLVM, li, pen. prod. (ἀδρόβωλον) Bdellij genus eſt nigrum, & in offas conuolutum, naſcens in Arabia, Iudia, & Media, & Babilone, quod in ſacris uino perfundi ſolet, ut eſſet odoratius. Dictum Hadrobolum, à glebarum craſſitudine. Nam ἀδρὸν Græci craſſum & plenum appellant. Vide Plin. libr. 12. cap. 9. & Dioſcor. lib. 1.

HADROSPHÆRVM, (ἀδρόσφαιρον) nardi genus, à folij amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio, Macroſphærum, & rurſus aliud quod mediocri eſt folio, Meſoſphærum eſt appellatum. Auctor Plin. lib. 12. capite 12.

H ANTE AE.

HÆBVDES, p. p. (αἰβοῦδαι) inſulæ ſunt numero quinq; inter Caledoniam, quę hodie Scotia dicitur, & Thulen inſulam. Solinus. A' Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui nauigatio: inde excipiunt hæbudes, quinque numero. Et paulò pòſt. Secundam a continenti ſtationem Orcades præbent, quæ ab Hębudibus porrò ſunt, ſeptem dierum, noctiumq; totidem curſu.

HÆC, fœmininum ab Hic. Vide ſuo loco.

HÆDILIA, {*Le ſtalle de capretti*} (ἐριφοστασίαι) ſunt hœdorum ſtabula: qua ratione etiam dicuntur Caprilia, Ouilia, Porcilia, Equilia, & his ſimilia, quod in his ea animalia continentur. Hora. 1. Carm. Ode 17. Nec uirides metuunt colubros, Nec Martiales hædilia lupos. Vbi Acron, Hædilia, ſepta hædorum, per continens, id quod continetur ἀντίθετον σχῆμα.

HÆDVS, di, {*Capretto*} (ἔριφος) ſiue, ut alij ſcribunt Hædus, eſt fœtus capræ. Qui per æ, diphthōgum ſcribunt, uolunt dictū eſſe Hædum, ἀπὸ τῶν αἰδοίων, hoc eſt, à teſticulis. Alij uerò qui per œ, ſcribunt, à lingua Sabina eius originem petunt. Illi. n. Hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Verg. 1. Ecl. Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos. Hinc fiunt diminutiua, Hædulus, Hædillus, & Hædiculus, ἐρίφιον. Plau. in Aſin. Dic igitur me tuum paſſerculum, Gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Iuue. Sat. 11. E' Tiburtino ueniet pinguiſſimus agro Hædulus. Hædinus, a, um, (ἐρίφειος) nomē poſſeſſiuū. ut, Caro hædina, quæ eſt ex hædo. Et Hædinæ pelliculæ. Cic. pro Mur. At ille hō eruditiſſimus, ac Stoicus ſtrauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

HÆMACHATES, (αἱμαχάτης) gemma ex Achatæ generibus, ſanguinei coloris, Plin. lib. 37. cap. 10.

HÆMATINON, (αἱμάτινον) uitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo eſcaria uaſa ueteres conficiebant. Dictum Hęmatinum, quaſi ſanguineum, quòd ſanguinis colorem referret. Plin. lib. 36. cap. 26. Fit & tincturæ genere obſidianum, ad eſcaria uaſa, & totum rubens uitrum, atq; non tranſlucens, Hæmatinon appellatum.

HÆMATITES, pen. p. (αἱματίτης) lapis eſt duriſſimus, rubore adeò ſaturo, ut niger uideatur, coti tamen attritus rubedinē manifeſtam oſtendit, ſanguinis colori ſimillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differentię, duritie tātum diſtinctæ, & colore magis, minus've nigricante. Optimus tamen eſt, teſte Dioſcoride, qui friabilis eſt, & in quædā quaſi fila poteſt ſecari. Nomen habet, ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc eſt à ſanguine, uel q; totus concreto ſanguini ſimilis ſit, uel coti m[illegible] ctæ attritus, facultatem habeat ſiſtendi ſanguinis. Vide Gale. lib. 9. Simp. med. Dioſc. Mater. med. lib. 5. & Plin. lib. 36. cap. 16.

HÆMATOPODES, (αἱματόποδες) aues Aegypto peculiares, muſcis pręcipuè ueſcentes, terniſq; inſiſtentes digitis. Hæmatopodes dictæ à ſanguineo crurum colore. Habent enim crura prælonga, eaq; rubentia, teſte Plinio lib. 10. cap. 46. & 47. Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, ut arbitror, pro hæmatopodæ, himantopodem legamus, quod Latinè loripedem interpretari poſſumus, quo nomine quidam Aethiopiæ populi commemorantur à Plinio lib. 5. cap. 8.

HÆMODES, teſte Pomponio lib. 1. mons eſt Lyciæ.

HÆMON, (αἵμων) Thebanus iuuenis, qui quum amore incredibili Antigonē Oedipi & Iocaſtæ filiam deperiret, ad eius tumulum mortem ſibi cōſciuit. Fuerat autem Antigone iuſſu Creontis (qui uetuerat cadauera Græcorum inhumari) iugulata, q; Polynicem fratrem mortuum noctu ſepelire uoluiſſet. De huius adoleſcentis morte uide Statium in Thebaide, & Propertium lib. 2.

Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon? &c.

HÆMONIA, unde Aemonia.

HÆMORRHAGIA, (αἱμοῤῥαγία) eſt copioſus, immoderatuſq; ſanguinis effluxus in quacunq; corporis parte. Fit autem, teſte Gale. lib. de Symp. Diffe. tribus ferè modis ex uaſorum uidelicet ruptura, uel ex eroſione eorundē, uel ex nimia apertione oſculorum in uenis. Nonnunquam etiā ex nimia ſanguinis tenuitate, cùm uidelicet ſanguis magnam copiam ſeroſi humoris habet admiſtam.

HÆMORRHOIS, p. c. (αἱμοῤῥοΐς) ſerpentis peſtiferi genus eſt, cuius morſu ſanguis omnis effluit e corpore, unde & nomen habet αἷμα enim ſanguinem ſignificat: & ῥόος fluxus. Luca. lib. 9. Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Dicitur etiā Hæmorrhoia. Pli. Muſtum ſerpentibus aduerſatur, maximè hęmorrhoia & ſalamandræ. Eſt etiā Hæmorrhois, genus morbi, quod intra ſedem naſcitur, immaturi mori ſpecie, quū ora uenarum iuxta anum, tanquam ex quibuſdam capitulis turgent, & ſanguinē fundunt: quod & in ore uuluæ fœminarum incidere conſueuit. Vide plura apud Celſ. lib. 6. cap. de Hæmorrhoid.

HÆMVS, (αἷμος Suidæ) mons eſt Theſſaliā à Thracia diuidens, ſic dictus ab Hæmo Boreæ & Orithyæ filio. In hoc monte Martis domicilium conſtituerunt Poetæ. In eius montis radicibus ſunt amœna illa loca, quæ Græci Tempe dicuntur. Luca. Tunc linquitur Hæmus Thracius, &c.

HÆREDIOLVM, li, cum accentu in antepen. {*Campicello, poderetto*} ſignificat paruum hæredium, hoc eſt paruum prædium, quod nobis ex hęreditate ꝑuenit, κτημάτιον, χωρίον πατρικόν. Colu. in Præf. lib. 1. Ex qua Cincinnatus obſeſſi Conſulis & exercitus liberator ab aratro uocatus ad Dictaturam uenerit ruſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius uictor reddiderat, q̄ ſumpſerat imperator, ad eoſdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum hęrediolum redierit.

Quo in loco Hærediolum auitum uocat paruum prædium, à maioribus relictum, & ueluti per manus traditum.

HÆREDIPETA, tæ, pen. cor. (κληρονόμος, κληροθήρας) qui blanditijs, muneribus, & alijs huiuſmodi artibus captat gratiam ſenum & uiduarum, ut ab illis hæres inſtituatur.

HÆREDITARIVS, a, um, {*Hereditario*} (κληρονομικὸς, κατὰ κληρονομίαν πατρικόν) quod ad hęreditatē pertinet. Ci. 6 Ver. Simul cū cæteris Chelidonis hæreditarijs ornamētis poneni. Hinc Bona hæreditaria, & Succeſſio hęreditaria. Morbos etiā hæreditarios uocamus, qui parentū uitio nobis obtingūt.

HÆREDITAS, itatis, {*Heredità, ſucceſſione*} (κληρονομία) ſucceſſio eſt in uniuerſum ius, quod defunctus habebat tempore mortis. Et apud antiquos diuidebatur in duodecim uncias, quæ aſſis nomine continetur. Cic. 1. Offi. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio pręſtantior, gloria uirtutis, rerumq; geſtarum.

HÆREDIVM, hæredij, (χωρίον πατρικόν) paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 10. Quantum attinet ad antiquos noſtros, ante bellū Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primum diuiſa ferebantur uiritim: quæ, q; hæredem ſequerentur, Hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. ca. 4. In duodecim tabulis legum noſtrarum nuſquam nominatur uilla, ſemper in ſignificatione ea hortus: in hortis uerò hæredium.

HÆREO, es, ſi, ſum, {*Eſſere ſtrettamente congiunto & unito*} (ἔχομαι, συμφύομαι) arctè rei inſideo, & coniunctus ſum. Verg. 2. Aen. Hærent parietibus ſcalæ. Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur: ideoq; hærere, ac ſuſpenſi eſſe uidentur: factum eſt, ut Hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem eſſe (ἀμφιβάλλειν, ἀπορεῖν.) Teren. in Eunu. Hæreo quid faciam. Cic. in Anton. Hærebat nebulo, quo ſe uerteret, non habebat. Quāq; ſimpliciter

eſſe, manere, uel inſidere. Teren. in Hecy. Int... eret omnis culpa. Vergi. libr. 4. Multa uiri uirtus animo, multusq́; recurſat Gentis honos: hærent infixi pectore uultus. Huius uerbi compoſita ſunt, Adhæreo, (προσφύομαι) affixus, uel coniunctus ſum Lactan. libro 5. Quibus poſtea eiectis, omnes, qui ſanati fuerint adhęrent religioni, cuius potentiam ſenſerant. Cohæreo, (συμφύομαι) ſimul hæreo, coniungor, & conuenio. Lact. lib. 2. Ea enim, quæ eſt ſolis colore flagrātior, proxima eſt, & cohæret Orienti. Hinc Cohæreſco. Boethius in Top. Cic. Hæc talia ſunt, ut ſæpius quidem adiunctis ſibi cohæreſcāt. Inhæreo, à quo Inhæreſco: de quibus alibi.

HÆRES, dis, generis communis, {Herede, ſucceſſore} (κληρονόμος) qui defuncto ſuccedit in iura uniuerſum quod habebat: ab Hæreo, quòd qui hæres eſt, hæret, hoc eſt, proximus eſt illi, cuius eſt hæres. Quidā tamen hoc nomen ab Hærus deriuant, quòd dominus fiat bonorum, quæ ad eum perueniunt. Hæres. n. apud ueteres (auctore Feſto) dominus dicebatur. Hora. 2. Ser. Sat. 3. Vt hæres Iam circum loculos uel clauis, lætus, ouansq́; Curreret. Ouid. 6. Met. Et aui ti nominis hæres Tantalus. Cic. pro Quin. Hæredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium. Secundus hæres dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, ut inquit Boethius in Com. in Top. Ciceronis, ea lege, ut ſi prior hæreditatem non adeat, deuoluatur ad ſecundum. Cic. 1. de Inuent. Qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt. Hęredes arboris, pro ſurculis & ramis. Plin. lib. 16. cap. 37. Cæſiq́; denſius in numero hærede proſint. Hinc Cohæres, qui ſimul hæres inſtitutus eſt, cum altero, συγκληρόνομος. Exhæres, qui extra hæreditatem eſt, id eſt, qui hæreditate priuatus eſt, ἀκληρόνομος.

HÆRES Martia, nomen deæ, quæ una ex Martis comitibus eſſe putabatur, cui ueteres poſt acceptam hæreditatem rem diuinam faciebant. Auctor Feſtus.

HÆRESCO, {Accoſtarſi, unirſi inſieme} (κολλῶμαι) idem pene eſt, quod adhærere uel affixum manere: unde Adhæreſco, & Cohæreſco.

HÆRESIS, is, p. c. {Hereſia, ſetta} (αἵρεσις) Græca dictio eſt, qua optio, uel electio, & ſecta ſignificatur: ab αἱρέομαι, quod ſignificat eligo, uolo, expeto. Vnde ſumitur pro opinione tenaci, & confirmata de aliquo dogmate & ſententia, in qua perſiſtamus, electa. Cic. in Para. Cato autē perfectus, mea ſententia, Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſane probantur in uulgus, & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neq; dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit efficit. Hinc componuntur Diæreſis, (διαίρεσις) diuiſio: Aphęreſis, (ἀφαίρεσις) ablatio: Synæreſis, (συναίρεσις) coniunctio. Hæreſiarcha, hæreticorum princeps. Hæreticus propriè dicitur, qui eſt alicuius opinionis, uel ſectæ. Vnde à Theologis Hæretici dicuntur, qui ſectam aliquam diuerſam à recepta religione aut inſtituunt, aut ſectantur.

HÆSITO, hæſitas, pen. corr. {Accoſtarſi, dubitare} frequentatiuum ab Hæreo, (ἐνίσχομαι) identidem & multū hæreo, & progredi non poſſum. Ter. in Phor. In eodem luto hæſitas. Vbi Hæſitare in eodem luto, prouerbialiter dictum eſt, pro eo, quod eſt, ita implicitum eſſe alicui negotio, ut te commodè explicare non poſſis, ſed ſemper diſſimile aut deterius incidas. Tractū à uiatoribus, qui ſimul atq; in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Aptiſſimè autem competit in eos, qui uerſuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno ſe non liberant. Accipitur etiam Hæſitare pro dubitare, & ſeſe explicare non poſſe. Cic. 2. de Finib. bonorum & malorum. Aperiendum eſt igitur, quid ſit uoluptas: quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret. Idem 2. de Ora. Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis, rudis in Iure ciuili. Hæſitare lingua, eſt titubare. Idem 2. de Ora. Idem lingua hæſitans, & uoce abſonus. Hæſitantis uerba, apud eundem pro Domo ſua.

HÆSITATIO, onis, {Dubitatione, dubbio} (ἀπορία) pro dubitatione, cunctatione, & perplexitate. Cic. Appio Pulchro: Noli ignoſcere hæſitationi meæ. Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæſitantia, ἰσχνοφωνία. Idem 2. de Oratore. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractusq́; uerborum?

HÆSITANTIA, tiæ, (ἰσχνοφωνία) titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod ſentias. Cicer. in Philip. 3. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq́; cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

HÆSITATOR, ris, {Dubitatore, dimoratore} (μελλητής) cunctator, & dubitator. Plin. in Epiſt. Sum ipſe in edendo hæſitator, tu tamen meam quoq; cunctationem, tarditatemq́; uiciſti.

HAGIOGRAPHA, {Sacra ſcrittura} (ἁγιόγραφα) à Græcis dicuntur ſcripta ſacra, orthodoxorum omnium conſenſu in ſacræ ſcripturæ canonem recepta. Quomodo autem differant ab Apocryphis, uide in Decr. diſtinct. 15. cap. Sancta Romana eccleſia.

HAGNVS, ni, {Agnello} (ἀγνός) fœtus ouis, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, hoc eſt, à puritate dictus, ut Feſto placet, eo quod ſit hoſtia pura et immolationi apta. Alibi tamen idem Feſtus, ſibi nō ſatis conſtans, à Græco ἀμνός deducit, quod illis idem ſignificat quod nobis Agnus. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. originem huius dictionis ex Latino ſermone repetit, agnū dictum aſſerens, quod ouillo pecori ſit agnatus. Quicquid. i. conſuetudo obtinuit, ut potius ſine aſpiratione ſcribatur. Quin ipſe etiam Feſtus, cum à puritate deductum uelit, in eorum tamē ordinē retulit, quæ ab a, litera initiū ſumūt. Hinc fit dimin. Hagnellus, ſiue Agnellus, ἀρνίον. Plau. in Aſi. Dic igitꝰ me tuū paſſerculum, gallinā, coturnicē, hagnellū, hędillū.

HAGNES, etis, (ἁγνής) mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, id eſt, à caſtitate impoſitum.

HALABARCHES, (ἀλαβάρχης) Latinè ſalis præfectum ſonat. Erat autem is præcipuus honos apud Aegyptios, teſte Ioſepho Antiq. lib. ult.

HALÆ, (ἁλαί) Bœotiæ oppidulum, ut ex Pauſaniæ ſententia tradit Stephanus. Sunt & alia eiuſdem nominis loca, quæ commemorantur ab eodem Stephano.

HALALCOMENE, & Halalcomenæ. Vide Alalcomenæ.

HALCYON, halcyonis, {Pet. Halcione & Ceice in riua al mare} (ἁλκυών) auis eſt maritima, hyberno tempore, in mari oua pariens, pulloſq́; ſuos educens: quo tempore ſumma eſt in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plautus appellauit. Fabulantur Poetæ, Halcyonem Aeoli filiam, & Ceycis uxorem in hanc auē mutatam fuiſſe: Aeolumq́; hoc filiæ ſuæ poſteritati tribuere, ut quandiu illa pullis procreandis uacet, tā diu ſumma in mari ſit Trāquillitas. Seruius Ceycem Luciferi filium fuiſſe tradit, & Halcyones maritum: à qua cū prohibitus, iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni naufragio periȷ̄t. Cuius corpus cūm ad uxorem delatum fuiſſet, illa ſe præcipitauit in pelagus. Poſtea miſeratione Tethyos, & Luciferi conuerſi ſunt ambo in aues marinas, quæ halcyones uocantur. Sanè ſciendum eſt, quod cū de muliere dicimus, hæc Halcyone facit: cum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Iſtæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme: quibus diebus tanta eſt tranquillitas, ut nihil penitus in mari poſſit moueri. Inde etiam dies ipſi, Halcyonia nominantur. Hęc Seruius. Dictæ autem ſunt Halcyones, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, hoc eſt, ab eo quod in mari oua pariant. Quò fit, ut prima uocalis, ſi originem ſpectemus, aſpiranda uideatur. Euſtathius tamen contra etymi rationem tenui ſpiritu notandum præcepit, adiecto etiam generali canone, quo negat uocabulum ullum eſſe aſpirandū, quod initium ſumat ab αλ, ſubſequente κ.

HALCYONE, es, pen. co. (ἁλκυόνη) Aeoli uentorum regis filia uxor Ceycis, quæ præ dolore, quem ex naufragio & morte mariti ſuſceperat, mutata eſt in auem Halcyonem. Vide Alcedines.

HALEC, ecis, uel, ut alij ſcribunt Halex fœ. piſcis ſola aqua uictitans, quem Ariſtote. μαινίδα appellat, ſi Theodori uerſioni credimus. Hinc deducitur diminutiuum Halecula. Col. lib. 8. ca. 17. Itaq; præberi conuenit tabentes halecula, & ſalibus exeſam chalcidem. Eſt etē Halec, ſiue Halex, liquaminis genus, quod ex piſcium inteſtinis conficiſolet. Mart. lib. 11. Cui potat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem, ſed quam protinus illa uoret. Plin. lib. 31. ca. 8. Halec imperfecta, nec dum colata. Legitur & in neutro genere, Horat. 2. Sermo Saty. 4. Ego fæcem primus & Halec Inueni. Plaut. in Aul. Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. Vbi tamen ratio carminis damat legendum eſſe Halecem: alioqui uerſui deerit ſyllaba.

HALÆSA, (ἅλαισα) Siciliæ oppidum, inter Agathyrſum & Cephaledium ſitum, triginta paſ. M. diſtans ab utroq; teſtē Strabone lib. 6. Hinc deducitur adiectiuum Halæſinus, a, um, Halæſina ciuitas, hoc eſt, ipſa Halæſa. Cic. 3. Ver. Si Siciliæ ciuitates multæ ſunt, induſtris, ornatæ, atq; honeſtæ: ex quibus in primis numeranda eſt ciuitas Halęſina. Nullam enim reperietis aut officijs fideliorē, aut copijs locupletiorem, aut auctoritate grauiorem. Haleſini, urbis huius incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

HALÆSVS, (ἅλαισος) fluuius, & mons non longè ab Aetna. Col. lib. 10. Et quæ Sicanij flores legiſtis Halæſi. Eſt & in Ionia Aſiæ regione eiuſdem nominis fluuius Colophonem præterfluens. Auctor Plin. lib. 5. cap. 26.

HALÆSVS, (ἅλαισος) Agamemnonis fuit filius ex Briſeide, ut quidam uolunt, ex Clytemneſtra, ut alij. Dicunt enim hunc cum matre ſenſiſſe contra patrem, & poſtea patria pulſum in Italiam ueniſſe, atq; apud Maſſicum Campaniæ montem conſediſſe, & tanquam Troiani nominis hoſtem Turno aduerſus Aeneam fauiſſe. Verg. Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis Iungit Halęſus equos &c. Ouidius quoque libro 4. Faſtorum auctor eſt, ab hoc Halęſo Faliſcos nomen accepiſſe.

HALIA, (ἁλία) Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, ἀπὸ τῆς ἁλός, hoc eſt, à mari dicta.

HALIAS, haliados, (ἁλιάς) genus ſcaphæ uel paruæ naiculæ, ut ex Appiano docet Bayfius.

HALIÆETVS, ti, p. co. (ἁλιαίετος) genus eſt aquilæ: Falco à nonnullis dicitur, ab alijs Accipiter, ab alijs, Niſus. Ouid. Metam. lib. 8. Et modò factus erat fuluis haliæetus. Plin. lib. 10. cap. 3. Haliętus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit aduerſos intueri Solis radios: & ſi conniuentem humectantemq́; animaduertit, præcipitat è nido, uelut adulterinum, & degenerem illum, cuius acies firma contrà ſteterit, educat. Haliæeti ſuum genus non habent, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur.

HALIACMON, ſiue Haliagmon, (ἁλιάκμων) fluuius eſt Macedoniæ. Pli. lib. 31. cap. 2. Item in Macedonia, qui uelint ſibi candida naſci, ad Haliacmona ducere: qui nigra aut fuſca, ad Axium.

HALIARTVS, (ἁλίαρτος) nomen urbis Bœotiæ, quam Haliartus condidit Therpandri filius, de qua uide Strabo lib. 9.

HALICACABVS, (ἁλικάκαβος) alterum ſolani genus, ſemen in folliculis rotundis habens, ad ſpeciem ueſicarum, orbiculatum, rubens, & leue. Latini Veſicariam uocant, teſte Plinio libr. 21. cap. 31. Officinæ Mauritanos ſequutę, uocant Alcaquengi.

HALICARNA, (ἁλίκαρνα) oppidum mediterraneum Aetoliæ, apud Plin. libro 4. cap. 2.

HALICARNASSVS, p. p. (ἁλικαρνασσός) urbs Cariæ, principum regia, circa initium Tauri ſita ad mare in minori Aſia, Argiuorum colonia, in qua Mauſoleū quondam nobiliſſimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc prius Zephyra dicebatur. Ex Halicarnaſſo fuit Herodotus hiſtoricus, item Heraclitus poeta, & Diony. ſcriptor antiquitatum, qui ab ea Halicarnaſſeus dictus eſt.

HALIEVTICA, {Libri che trattano de peſci} (ἁλιευτικά) dicuntur uolumina in quibus tractatur de piſcibus. Pli. lib. 32. c. 2. Mihi uidentur mira, & quæ Oui. prodidit piſcium ingenia, in eo uolumine, quod Halieuticon inſcribi . Fuerunt & alij qui Halieutica ſcripſerunt: ut Olympius Nemeſianus, quem Vopiſcus tradit ſcripſiſſe Cynegetica & Halieutica. & Oppianus qui opus de piſcibus Antonio dicauit. Scripſit & Apicius, ſed Halieuſim appellauit.

HALIMVS, (ἅλιμος) frutex ex ſepimentis idoneus, ſimilis rhamno, ſine ſpinis, folijs oleæ, ſed latioribus. Naſcitur in ſepibus & maritimis, locisq́; ſi lſis, ſal ſilaginemq́; refert. Vnde & nomen uidetur accepiſſe. Alij ſine aſpiratione ſcribunt: indeq; Alimon dictū putant, quod famem arceat. Tradit. n. Soli. fruticē hunc in Creta naſci, mirabili effectu, quod eo aduerſo fames aliquandiu nulla ſentiatur.

HALIPHLOEOS, (ἁλίφλοιος) Græcis arbor eſt, glandiferarum omnium deterrima, quæ à noſtris Salſicortex appellari poteſt, cui glās tam amara, ut eam præter ſues, nullum animal attingat.

HALIPLEVMON, (ἁλιπλεύμων) marinus pulmo, genus piſcis apud Plinium lib. 33. cap. ul.

HALITO, as, p. c. {Spirare, reſiatare} (ἐκπνέω) expiro, halitum identidem emitto. Ennius: Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

HALITVS, halitus, pe. corr. {Halito, ſpirito, uento, fiato} (ἀναπνοή) ſpiritum ſignificat. & eſt nomen uerbale ab Halo, ſicut ſpiritus à Spiro. Plin. libr. 9. ca. 7. In aquas quidem penetrare hunc uitalem halitū quis miretur? Efflare extremū halitum. Cice. 2. Tuſcu. Halitus ſolis, id eſt uapor & calor Colum. Difiectum deinde protinus fimum inarari & obrui conuenit, ne ſolis halitu uires amittat.

Halitus terræ,(ἀναθυμίασις)pro uapore,qui per terræ rimulas ſurſum aſcēdit. Pli.lib.11.cap.12. Obuio terræ halitu infectus.

HALIZONES,pen.pr.(Ἁλιζῶνες)populi Aſiæ maritimi, Myſis,Caribus, et Lydis ſinitimi:ita dicti,παρὰ τὸ τῇ ἁλὶ περιζώννυσθαι hoc eſt,ab eo q̀ mari præcingantur,ut indicat Pli.lib.5.cap.31. Stephanus Halizonas dictos putat,quaſi ἀλαζόνας,quod ob diuitias ſuperbi eſſent,& præferoces.

HALLVCINOR,aris,(Fallare,ingannarſi)παρορῶμαι, διαπταίω.ſignificat aberrare,falli,uel et obſtupeſcere,ut Nonius docet. Propriè tamen ad oculos refertur,ut idem ſit,quod in conſpiciendo falli,& errare,dum alterum pro altero aſpicimus: ἀπὸ τοῦ ἄλλου,quod ſignificat aliud,uel ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod eſt languere uel obſtupeſcere,ut auctor eſt Cloatius Verrius apud Gel.li.16.c.12. Cic.ad Att.16. Ego tamen ſuſpicor hunc,ut ſolet,hallucinari. Aſpirari (ut inquit Gel.lib.2.ca.3.) ut ſonus firmior ſit & uegetior. Inde Hallucinatio,onis, uerbale idem ſignificans quod error aut ſtupor. Nonius ex aliquo ueterum: Vt aſſiduo oſcitantem uidit, atq; illius quidem delicatiſſimas mentis & corporis hallucinationes.

HALLVX,cis,uel Hallus,li,(Deto groſſo)(ἀντίχειρ)pollex,ex eo dictus, q̀d ſuper proximum digitum ſaliat. Nam conſtricta manu ſoles proximum digitū ſcandit. Vnde quidem à Græco ἅλλεσθαι trahunt,q̀d Latinè ſcandere,ſeu ſalire ſignificat.

HALMADES,(ἁλμάδες)teſte Ruellio,oliuæ dicūtur,quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη muriam uel ſalſuginem ſignificat.

HALMYRIS,(ἁλμυρίς),lacus ambitu LXIII. M.paſſ. Ex Danubio natus ſupra Iſtropolin:de quo Pli.lib.4.ca.12.

HALO,las,(Spirare,mandar fuor l'odore)ἀποπνέω, ἀναπνέω.ſpiro,uel odorē emitto. Ver.4.Geor. Inuitent croceis halantes floribus horti. Huius compoſita ſunt Adhalo,Exhalo,de quibus ſupra. Vnde Exhalatio(ἀναθυμίασις)denſiorum ſpirituum euaporatio,quæ à Cic. Halitus terræ appellatur. Inhalo,ἐμπνέω, ἐμπνέω. Lact.de Ira Dei: Si certè inhalauerit.

HALOS,(Corona)(ἅλως)ab Ariſtotele in Meteoris dicitur, quem noſtri modo coronam modo aream circa lunam dicunt,Senec.lib.1.Quæſtio. Hunc Græci Halo uocant,quem nos dicere coronam aptiſſimè poſſumus.

HALONE,es,(Ἁλώνη)inſula Propontidis ante Cyzicum, oppidū habēs eiuſdem nominis. Auctor Pli.lib.5.cap.ult.

HALONESVS,(Ἁλόννησος)inſula Aegæi maris. Stra.li.14.

HALOPHANTA,halophantæ,hominum genus nequā(ut ait Nonius)q̀d ob fuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. Plau.in Curcu. Aedepol nugatorem lepidum,lepide hunc nactus eſt Phædromus: Halophantam,an ſycophantam hunc magis dicam,neſcio. Quo tamen in loco legendum uidetur Holophantam.

HALOSIS,pe.p.(Preſa,eſpugnatione)(ἅλωσις)fœmin.gen. Latinè captio uel expugnatio dicitur. Suet.in Neron. Hoc incendium è turre Mecœnatica proſpectans,lætusq; flammæ pulchritudine,halosin Ilij decantauit.

HALTER,halteris,pe.genitiui pro.ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι,hoc eſt,à ſaliendo, dictus eſt. Sunt enim Halteres,(ἁλτῆρες)pilæ plumbeæ, maſſulæ ue, quibus utraq; manu ſe librabant,qui ſaltu certabant,ut certius aſſilirēt. Mar.in Apop. Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti? Exercet melius uinea foſſa uiros.

HALVS,li,à Gallis uocatur herba,quam Veneti Cotoneam dicunt,ſimilis cunilæ bubulæ,cacuminibus thymo,dulcis & ſitim ſedans.uide Pli.lib.26.cap.7.

HALYATTES,(Ἀλυάττης)Lydiæ rex,pater Crœſi. Auctor Herod.lib.1. Inde Halyatticus,a,um,Hora.li.3.Carm. Quàm ſi Mygdoniis regnū Halyattici Campis continuem. Regnum,inquit,Halyattici,hoc eſt,Crœſi, Halyattæ filij.

HALYS,(Ἅλυς)fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociā & à meridie Syros ac Paphlagones interfluens,contra Aquilonem in Euxinū mare euoluitur. Meminit eius Ci.2.de Diui. Crœſo fatalis Halys,Lucan.lib.3. Crebro uertice tortus Halys,Ouid.4.de Pont.

HAMA,æ,inſtrumentum ad incendium compeſcendum. Pli.in Epiſt. Et ſiqui nullus uſquam in publico ſipo,nulla hama,nullum denìq; inſtrumentum ad incendia compeſcenda.

HAMADRYADES,p.c.(ἁμαδρυάδες)nymphæ ſyluarum,quas uetuſtas credidit ſimul cum arboribus naſci & interire. Vnde Driades. Ver.10.Eclo. Iam neq; Hamadryades rurſus,nec carmina nobis Ipſa placent.

HAMATILIS,& hoc le,p.c.ἀγκιστρωμένος.quod ad hamum pertinet:ut Piſcis hamatilis,id eſt,hamo captus. Plau.in Ruden. Poſt id hamatilem piſcem, ſaxatilemq; aggredimur,captamus cibum in mari. id eſt,hamo piſcamur.

HAMATVS,a,um,(Hamato,pieno di hami)(ἀγκιστρωτός)hamo inſtructum & munitum ſignificat. Cic.4.Acad. Hamatis,uncinatisq; corpuſculis. Hamata munera,quæ ita dantur,ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. Pli.in Epiſt. Volo eum,qui ſit uere liberalis,tribuere patriæ,propinquis,affinibus amicis: ſed amicis dico pauperibus,non ut iſti,qui iis potiſſimum donant, qui donare maximè poſſunt. Hos ego uiſcatis,hamatisq; muneribus nō ſua promere puto ſed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. Oui.3.Triſt.Eleg.10. Pars cadit hamatis miſerè cōfixa ſagittis. Vngues hamati. Ouid.12.Meta. Hamatisq; uiri laniauerat unguibus ora.

HAMAXA,(Carro)(ἅμαξα)à Græcis dicitur,quod a nobis Plauſtrum. Vnde etiam ſydus illud,quod nos Septentriones dicimus,a figura,poſituraq; ipſa, quia ſimile plauſtri uidetur,ſimiliter Hamaxa appellatur. Vide Gell.libro.2. capi.21.

HAMAXOBII,Ptolemæo,Hamaxobitæ Pomponio,(ἁμαξόβιοι,ἁμαξοβῖται)populi ſunt Sarmatiæ Europææ,ita dicti,q̀ plauſtris utantur uice domorū. Vadianus Pomponij interpres eos eſſe putat,quos non procul a Polonis ſitos, uulgus corrupta uocat Moſcouitas.

HAMAXAMPEVS,pars eſt fluminis Hypanis,qui cū fonte Xampeo amaro commixtus eſt. Tortellius.

HAMIOTÆ,(Coloro che pigliano i peſci con gli hami)(γριπεῖς)ab hamis. qui hamo ad piſcandum utuntur. Plau.in Ruden. Saluete fures maritimi, conchitæ,atq; hamiotæ,Famelica hominum natio. Varro: Cohortis coquorum atq; hamiotarum,aucupumq;. Sunt qui hic legendum putent Hamotarum: & ita etiam uidetur exigere ratio carminis apud Plautum.

HAMMITES,gemma quæ ouis piſcium ſimilis eſt. Vide Plin. lib.37.ca.10.

HAMMODARA,oppidum inter Egyptum & Aethiopiam, iuxta ſe habens bituminis fontem. Auctor Pli.li.6.ca.29.

HAMMONIACVM,(ἀμμωνιακόν)reſinæ ſpecies ex arbore, quam metopium uocant,ſtillans in Arenis,iuxta Hammonis templum: unde et nomen ſortitum eſt. Vide Ammoniacum.

HAMMONIS cornu,inter ſacratiſſimas Aethiopiæ gemmas habetur auri colore. Pli.lib.37.ca.10.

HAMMONIVM,coloris genus tendentis in ſubrufum. Varro de Re ruſti. lib.3.ca.2. Nunc ubi uides hic citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema,aut lithoſtroton? illic omnia contra. Sunt tamen, qui hoc in loco malint legere Armenium.

HAMO,as,(Pregare,torcere à guiſa di hamo)(ἀγκιστρόω)curuo: à quo Hamatus,curuatus,de quo ſupra. Hinc Adhamo,as,pen.pro.quod eſt obligo. Ci.lib.2.Aca. Qui enim ſerius honores adhamauerunt,uix admittuntur ad eos.

HAMOTRAHONES,dicti ſunt,uel piſcatores,uel qui cadauera traherent hamo. Nam ut eſt apud Suet. eorum,qui ſupplicio afficiebantur,cadauera iuſſu principum unco ſæpe trahebantur in locum, quem tum Gemonias ſcalas dicebant.

HAMVS,mi,(Hamo)(ἄγκιστρον)catenam ſignificat. Verg.lib.3.Aen. Loricam conſertam hamis,auroq; trilicem. hoc eſt,hamis aureis. Accipitur etiā Hamus, pro unco,ex quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces. Oui. de Arte aman. Caſus ubiq; ualet: ſemper tibi pendeat hamus: Quo minimè credis gurgite,piſcis erit. Præterea ab huius unci ſimilitudine Hamus accipitur pro inſtrumento ferro,quo diuitum arcæ cumatæ abſcipiuntur. Iuu.Saty.14. Diſpoſitis prædiues hamis uigilare cohortē. Quo in loco hamus priore corripit, quā poetæ omnes producunt:aut certe dicendum erit s,literam in dictione Prædiues cum præcedente uocali abſumi.in qua ſententia eſt Mancinellus. Hamus & aliud inſtrumentum ferreum ſignificat,quo linum pectitur. Pli.li.19.capi.1. Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis,donec omnis membrana decorticetur. Hamulus,li,diminutiuum. Hamulum Celſus uocat uncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Celſus lib.5. Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.

HANNO,Punicum nomen eſt,quo plerìq; non ignobiles Carthaginēſium duces ſunt appellati:tres tamen inter cæteros maximè illuſtres extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus,qui cum tyrannidis cupiditate accenſus, omnes ciuitatis principes in filiæ ſuæ nuptiis ueneno necare conſtituiſſet,prodito a miniſtris conſilio,fruſtra cōcitatis ſeruitiis,Maurorumq; rege in patriæ exitium ſollicitato,uiuus in Carthaginēſium manus peruenit:a quibus & ipſe uirgis cæſus,& manibus cruribusq; fractis in crucē actus eſt,& in cognatos omnes ſæuiſſimè animaduerſum. Fuit alter Hanno,temporibus Agathoclis Siculorum tyranni,à quo cum XXX. Pœnorum millibus conſerta pugna eſt interfectus. Tertius fuit tempore ſecundi Bell.Puni. Barchinæ factionis princeps,contrarias Hannibali in Republica partes fouens. De hoc multa apud Liuiū:aliorum meminit Iuſtinus Trogi abbreuiator lib.21.& 22.

HANNVM,ueteres pro fano uſurparunt,& Hannulum, pro paruo fano.

HAPHE,(ἁφή)inſperſio pulueris,quo inſpergebantur luctantes,ubi ceromate illiti fuiſſent,ut mutuas præhenſiones admitterent. Mart.lib.7. Et flauēſcit haphe. Nam puluere perfuſa luctātium corpora quodam modo flaueſcebant,leprā patientibus ſimilia. Pli.lib.35 cap.13.refert arenam tenuiſſimam è Nilo petiſolitam,ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis. Haphe enim Græcè & tactū ſignificat,& uncturam,& contractationē palæſtræ,& notas, quibus lepra corpus maculat. Iulius Pol.haphen accipit primam infecturam, quoties ueſtes imbuuntur coloribus.

HARA,(συφεόν)Vide in dictione Ara.

HARINGA,apud priſcos ſignificabat hoſtiam,quæ inde dicta erat, q̀ eius adhærentia inſpiceretur. Auctor Feſtus. A' Donato autem Haruga uocatur hoſtia ab hara,cui includitur.

HARIOLVS,li,cum accentu in antepenultima,(Profeta,indouino)(μάντις) futurorū diuinator. Dictus hariolus,quaſi fariolus a fariis,uel a fando,ſicut Hanula,quaſi fanula:hoc eſt,parua fana: aſpiratione,ut plerunq; fieri ſolet,pro f,litera poſita. Ter.in Phor. Interdixit hariolus. Plau. in Ciſte. Hariola es. Cice.1. de Diui. Sibyllinorum uerſuum decem interpretes delectos ea ciuitate eſſe uoluerunt:ex quo genere ſæpe hariolorum etiam, & uatum furibundæ prædictiones.

HARIOLOR,aris,ari,(Profetare,indouinare)(μαντεύομαι)diuino. Cic. de Diuin. Nec eos qui quæſtus cauſa hariolantur agnoſco. Idem Att.lib.8. προθεσπίζω igitur noſter Attice,non hariolans ut illa,cui nemo credit,ſed cōiectura perſpiciens,&c. Hariolatio,(μαντεία)actus ipſe hariolandi. Idem de Diuin. Superſtitioſæ hariolationes.

HARMASTIS,is,(Ἁρμαστις)Iberiæ oppidum,ad Neorim amnem,ea aduerſo Portarum Caucaſi. Auctor Pli.lib.6.ca.10.& 11.

HARMATOPOLITÆ,(Ἁρματοπολῖται)populi ſunt Aſiæ in ſinu Elaitico,ita dicti ab Harmatunte uicino promontorio. Meminit eorum Pli. lib.5. cap.30. Apud Strabonem tamen hoc promontorium uocatur Hermatus per e literam in prima ſyllaba.

HARMODIVS,& Ariſtogiton,ciues Athenienſes fuerunt, quibus q̀ Rempub.tyrannide liberaſſent,hoc honoris a ciuibus ſuis tributum eſt,ut nemo unquam ipſorum nomine uocaretur.

HARMODOTVS,poetæ nomen eſt,apud Plutarchum.

HARMONIA,p.c.(Harmonia,concordanza,concento)(ἁρμονία) Latinè cōpoſitio,concordia,conuenientia,concentus,ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, quod eſt congruere. Muſici harmoniam uocant intentionem,concentumq; neruorum in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium. Cic. Tuſcu.1. Harmoniam autem ex interuallis ſonorū noſſe poſſumus:quorum uaria compoſitio & harmonias efficit plures. Quin.lib.1.cap.10. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia,quam uocant harmoniam.ſonum quoq; his motibus dederunt. Hæc & alio nomine dicitur Symphonia. Eſt etiā Harmonia Mulieris proprium,quo nomine Gelonis filia,Themiſtij uxor,appellata eſt,ab ἁρμόζω.coapto. Eſt præterea Harmonia,Martis et Veneris filia Cadmi uxor,cui Vulcanus,pulchrū:ſed

exitia'e monile dedit, eo quod ex coniugis adulterio fuiſſet prognata. Reliqua indi ſupra in dictione Cadmus, & apud Oui. lib. 4. Meta.

HARMONICVS, a, um, (ἁρμονικός) quod ad harmoniam attinet. Plin lib. 2. cap. 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptem millia.

HARMONIDES, ciuis Troianus fuit, architecturæ peritiſſimus: unde Homerus fabulatur eum à Minerua fuiſſe adamatum. Hic inter cætera naues illas fertur ædificaſſe, quibus Alexander Helenam raptam Troiam tranſuexit.

HARPACTION, ſiue (ut aliqua exemplaria habent) Harpacticon, apud Pli. lib. 35. cap. 16. genus eſt gummi, ita dictum à celeritate auellendi.

HARPAGIA, pluralis tantum numeri, (ἁρπάγια) locus eſt in Phrygia in cōfinio Agri Cyziceni, & Priapem, unde Ganymedem raptum fuiſſe ab aquila fabulata eſt antiquitas. Auctor Strab. lib. 13.

HARPAGO, pen. pro. in genitiuo Harpagonis, {*Vncino con che ſi legano le naui inſieme nella guerra*} (ἁρπάγη, ἁρπάγιον) inſtrumentum eſt ferreum in fine aduncum, quo in naualibus prælijs naues apprehenduntur, & tanquam in continenti coguntur dimicare: ita dictum à uerbo Græco ἁρπάζω, quod eſt rapio. Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum uel fluuiū deciderint, extrahūtur. Cuius inuentor traditus fuiſſe Anacharſis Philoſophus, teſte Pli. li. 7. ca. 56. Eſt etiam Harpago inſtrumentum ferreum, quod à nōnullis Canis uocatur, quo uaſa uinaria conſtringuntur, ut commodius inducantur circ. Liu. lib. 10. Bel. Puni. uſus eſt accuſatiuo Græco Harpagonas. Aſſeres (inquit) ferreo unco præfixi (Harpagonas uocant milites) ex Punicis nauibus inici in Romanas cœpti.

HARPAGO, as, pen. pro. {*Rapire*} ἁρπάζω, rapio. Plau. in Aulu. Hei miſero mihi aurum mihi intus harpagatum eſt.

HARPALICE, pen. cor. (ἁρπαλύκη) nomen mulieris, Harpali Thracum regis filiæ, quæ patrē a Getis captum liberauit. Auctor Seruius in illud. 1. Aene. Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq́ fuga p̄uertit Hebrū.

HARPALVS, pen. cor. nomen iſt prædonis apud Cic. lib. 1. de Nat. deo.

HARPASA, orum, pen. cor. (ἅρπασα) oppidum Aſiæ, appoſitum fluuio Harpaſo. Pli. lib. 2. ca. 96. Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens.

HARPASTVM, {*Palla dal calzo*} (ἁρπαστόν) genus eſt pilæ, grandioris q̄ pila paganica, minoris tamē q̄ follis: ita dictum ab ἁρπάζω uerbo Græco, qd' eſt rapio, eo q̄ plures protectum harpaſtum conētur arripere, & extra ludi limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, ſed cum multi ludentes in duas partes diuiſi ſunt, quiſq; annititur pilam arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt uiciniores limitibus, trāſmittere: cuiuſq; partis uictoria eſt, quæ pilam extra limites eiecerit. Laborioſum ludi genus eſt, grandioribusq́ tantum conueniēs, Cū enim multi ſimul pilam arripere conantur, in terram ſe inuicem proſternūt, puluereq́ & ſudore infecti flaueſcunt. Mart lib. 14. Seu lentum ceroma teris, tepidumq́ trigona, Siue harpaſta manu puluerulenta rapis.

HARPAX, gis, uel gos, (ἅρπαξ) à Syris uocatum eſt electrum, eo q̄ feſtucas & paleas ad ſe rapiat. apud quos etiam mulieres uerticillos ex electro conficere ſolent. Pli. lib. 37. ca. 2. In Syria quoq; uerticillos inde facere, & uocare Harpaga: quia folia & paleas, ueſtiumq; fimbrias rapiat.

HARPE, es, (ἅρπη) enſis eſt in ſummitate falcatus, quo Mercurius uſus fert in occidendo Argo illo centoculo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite. Ouid. 5. Meta. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ.

HARPOCRATES, pe. cor. (ἁρποκράτης) ſimulacrum in ſacris Iſidis & Serapidis erat, quod digito labijs impreſſo, admonere uidebatur, ut ſilentium fieret. Hic dicebatur ſilentij Deus. Re uera autē Græcus philoſophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, ut ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium: Gellius audierat patruum obiurgare ſolere, Si quis delicias diceret, aut faceret: Hoc ne ipſi accideret, patrui perdepſuit ipſam Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem (ut mouet Eraſmus in Adagijs) prouerbialiter dictū eſt, pro ſilentium imponere.

HARPYIÆ, {*Harpie*} (ἅρπυιαι) monſtra fuerunt, qualia deſcribit Verg. li. 3. Aen. Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior ulla Peſtis, & ira Deū Stygijs ſeſe extulit undis. Virginei uolucrū uultus, fœdiſſima uētris Ingluuies, uncęq́ manus, & pallida ſemper ora fame. Dictæ ab ἁρπάζειν: unde a Suida uocantur ἁρπακτικοὶ δαίμονες, hoc eſt, rapaces dæmones. Dicuntur aūt fuiſſe Ponti & terræ filiæ, ut ait Seruius: unde in inſulis habitant, partem terrarum, partē maris tenens. dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id eſt, a rapiendo. Volatiles, uultu uirgineo manibus uncis. Alij Neptuni filias faciunt, qui ferē prodigiorum omniū pater eſt, nec immerito. Nam ſecundum Mileſium Thaletem, omnia ea humore procreantur. unde eſt, Oceanumq́ patrem rerum. Hinc fit ut quotieſcunq; deſunt parentes, redeat in generalitatē. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt Harpyas, filias Thaumantis & Electræ fuiſſe. Has Vergilius tres eſſe dicit, Aello, Ocypeten, Celęno quarū poſtremam Homerus Podargē uocat, et ex ea Zephyrū uentū, Achillis equos, Balium uidelicet & Xanthum genuiſſe dicit. Heſiodus tātum duas nominat, Aello uidelicet et Ocypetē. De Harpyis quoq; ſupra nonnulla dicta ſunt in dictione Calais. nonnulla etiā infra dicentur in dictionibus Phineus et Zethes. Verg. lib. 3. Aen. Accipiunt Strophades, Graio ſunt nomine dictæ Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno, Harpyięq́ colunt, aliæ. &c.

HARVSPEX, icis, {*Indouino, profeta*} (ἱεροσκόπος) qui harugis, id eſt, hoſtijs inſpectis futura prædicit μάντις. Teren. in Phor. Haruſpex uetuit ante brumā aliquid noui Negotij incipere. Hunc locū exponens Donatus, Haruſpex, inquit, ab Haruga deriuatur, quæ eſt hoſtia, ab Hara, in quo concluditur & ſeruatur. Melius itaq; cum aſpiratione ſcribitur.

HARVSPICA, æ, {*Indouinatrice*} diuinatrix. Plau. in Mil. Da qui faciat, qui cōdiat: da quod dem Quinquatribus Percantatrici, collectrici hariolæ, atq; haruſpicæ.

HARVSPICINA, æ, pe. pr. {*L'arte d'indouinare*} (ἱεροσκοπική) eſt ars diuinandi ex cæſis hoſtiarum extis. Ci. 3. de Diui. Vt ordiar ab haruſpicina, quam ego Reipublicæ cauſa communiſq; religionis colendam cenſeo. Vnde Haruſpicinam facere, eſt exercere huiuſmodi artem. Cic. ad Leptam: Quare bono animo ſint, & mei, & tui familiares: neq; enim erat ferendum, cum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

HARVSPICIVM, cij, (σπλαγχνοσκοπία) idem quod haruſpicina, id eſt, ars diuinandi ex inſpectione extorum. Catullus tamē pro ipſa arte uidetur poſuiſſe, cum ait: Naſcatur magus ea Gelli, matriſq́ nefando Cōiugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.

HARVSPICINVS, a, um, pen. pro. Vnde Libri haruſpicini dicuntur, qui de haruſpicina, hoc eſt, haruſpicum arte præcepta tradunt. Ci. de Diuin. Quod Hetruſcorum declarant, & haruſpicini, & fulgurales, et rituales libri: noſtri etiam augurales.

HASBYTÆ, (ἀσβύται) Africæ interioris populi poſt Naſamones, Macis finitimi. Auctor Pli. lib. 5. cap. item 5.

HASDRVBAL, Vide Aſdrubal.

HASTA, ſtæ, {*Haſta, lancia*} (λόγχη, δόρυ) eſt inſtrumentum illud ex ligno tereti cuſpide præferrata, qua milites in bello utuntur. Cic. de Fin. 2. Euelli iuſſit eam, qua tranſfixus erat, haſtam. Haſtam abijcere, eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere. Cic. pro Mur. Vides'ne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. Eraſmus in Chil. Haſtę ſubijcere bona alicuius, eſt ea publica auctione, eiq́, qui plurimū obtulerit, addicere. Solet enim haſta figi in omnibus auctionibus. unde factum eſt, ut Haſta nonnunquam pro ipſa auctione ponatur. Cic. Philip. 8. Itaq; haſtam ſemper uidere cupiunt ij, qui noſtris bonis imminent. Sub haſta ſubire, eſt uendi. Plau. in Moſtel. Vel iſti, qui triam num morum cauſa ſubeunt ſub haſta. Ab haſta fit diminutiuum Haſtula, quod paruam haſtam ſignificat.

HASTA, oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygium promontorium: cuius meminit Pli. lib. 3. ca. 1.

HASTVLA REGIA, (ἀσφόδελος) herbam ſignificat, quæ & albucum, aſphodelus uocatur. Pli. lib. 21. cap. 17. & lib. 16. cap. 11.

HASTARIVM, rij, {*Vendita à l'incanto*} λαφυροπωλία uenditio auctionaria. unde Tertullianus in Apologet. In haſtario uectigales ſumus.

HASTATI, (αἰχμηταί) dicti ſunt, qui prima in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. Haſtatus uero primus dicebatur, qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium uocant, ut Vegetius denotat. Varro de lingua Lati. li. 4. Haſtati milites dicebantur, qui primi haſtis pugnabant. Vide in dictione Antepilanus.

HASTILE, lis, pen pro. {*Fatto à guiſa d'haſta*} dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt, lignum teres, oblongum, cuiuſmodi eſt haſta. Ci. pro Rab. Cum denique Qu. Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis, haſtili innixus, &c. Verg. 5. Aen. Præfixa haſtilia ferreo.

HAV, interiectio eſt mentis conturbatæ. Ter. in Eun. Hau obſecro mea Pythias quid iſtuc nam monſtri fuit? Interdum etiam inuenitur geminatum. Ter. Adel. Hau mi homo, ſanus'ne es?

HAVD, {*Non*} (οὐ) aduerbium negandi, ſignificat non. Ter. in And. Haud muto factum. Haudquaquam, (οὐδαμῶς) hoc eſt, nullo pacto, uel nullo modo. Liu. 10. Bell. Puni. Aſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda.

HAVRIO, ris, hauſi, hauſtum, {*Trrar fuori, attingere. Boc. Gior. 3. Nouel. 1. Attingeua acqua & faceua cotali ſeruigetti*} (ἀρύομαι, ἀντλέω, ἐπιχέομαι) ſignificat propriè extraho humorem, & educo ex profundo aliquo loco. Cic. 1. de Diui. Qui cum uidiſſet hauſtam quam de iugi puteo, terręmotus, dixit inſtare. Idem de Clar. Orat. Si is potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet. Idem de Diu. Aqua è puteo hauſta. Haurire auribus, eſt audire. Verg lib. 4. Voceمq́ his auribus hauſi. Haurire oculis, eſt aſpicere: pro quo poetæ etiam interdum dicūt Haurire, omiſſo ablatiuo Oculis. Verg. 10. Aen. Suſpiciens hauſit cœlum, mentemq́ recepit. Accipitur etiam pro confodere, ſeu uulnerare. Ver. 10. Aen. Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum. Item terere. Verg. lib. 4. Geor. Et medium ſol igneus orbem Hauſerat. Item defatigare. Idem. Exultantiaq́ haurit Corda pauor pulſans. Item exequi, implere, διατελεῖν, ἐκτελεῖν. Lucil. lib. 30. ut citat Nonius: Quando haurire animus Muſarum, & ſorte geſſit. Idem luere. Verg. 4. Aen. Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt, Supplicia Hauſurum ſcopulis. Quo in loco Vergilij obſeruato, Hauſurū dici abſq; i, pro Hauſturum. Item conſumo, νέμομαι. Liu. lib. 5. Tam longinquis portis opus incendium hauſit. Haurire calamitatem. Haurire dolorem. Haurire gaudium: uide Budæum in Anno. & in Epiſt. Huius compoſitum eſt Exhaurio, ἐξαντλῶ. Legitur etiam nonnunquam præteritum Hauriui, et ſupinum Hauritum. Varro ad Ciceronē: Cum idem quoq; haurierit. Apul. li. 2. de Aſino: Lagena facilis hauritu.

HAVSTO, ſtas, frequentatiuum ab Haurio: a quo fit compoſitum Exhauſto. Feſtus, Exhauſtant, efferunt.

HAVSTVS, ſtus, {*Sorbimento, uotatione*} (ἄντλησις) ſorbitio, et eductio liquoris ex aliquo loco. Col. lib. 1. Si deerit defluens unda, putealis quæratur in uicino aqua, quæ non ſit hauſtus profundi. id eſt, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Oui. 6. Meta. Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

HAVSTVS, ſta, ſtum, {*Conſumato, deuorata*} (ἀντλημένος) participium accipitur pro abſumptus, deuoratus. Liu. lib. 1. Nec ferro tantum periere, ſed in paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. Idē. 3. Bel. Maced. Multæ naues eiectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enaderit.

HAVSTRVM, ſtri, (ἄντλιον) teſte Budæo, eſt machinæ genus rotam habēs, qua calcata aquam è puteis, uel fluminibus haurimus: quod & Tympanū uocatur. Lucr. lib. 5. Vt fluuios uerſare rotas, atq; hauſtra uidemus. Nonius tamē mauult Hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt, ſitulas in huiuſmodi machinis, quibus aqua hauritur.

H ANTE E.

HEAVTONTIMORVMENOS, (ἑαυτὸν τιμωρούμενος) nomē eſt Comediæ Terentianæ quod nos Seipſum excruciantem interpretari poſſumus. τιμωροῦμαι enim idem eſt quod ſæuio, punio, crucio. & ἑαυτόν, ſeipſum. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, q̄ filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

HEBDOMAS, adis, {*Settimana*} (ἑβδομάς) & Hebdomada, dæ, dicitur numerus

merus ſeptenarius, ſicut Ogdoas numerus octonarius, & Enneas nouenarius, Decas denarius. Cic. Tironi lib. 16. Epiſt. Symphoniam Lyſonis uelim uitaſſes, ne in quartã hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem uigeſimum octauum, qui numerus cõſtat ex quatuor ſeptenariis. Septimi autem quiq; dies in febribus Criſimi ſunt, & periculoſi. Neque uero ſolũ de diebus dicitur, ſed etiam de annis, & quibuſcunq; rebus, quæ ſeptenario numero comprehenduntur. Gell. Tum ſibi addit, ſe quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuagintaquinq; librorum hebdomadas ſcripſiſſe.

HEBE, (ἥβη) filia fuit Iunonis abſq; patre, ut Latinorum Poetæ aſſerunt. Apollo enim cum Iunonis nouercę conuiuium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit, quas cũ Iuno auide comediſſet, illico uſq; tunc ſterilis, prægnans effecta eſt, peperitq; Heben, quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus aſſumpſit, deamq; iuuentutis effecit. Tandẽ cum ipſe una cum cæteris Diis apud Aethiopes comeſſaturus iuiſſet, cõtigit, q; adminiſtrans eius Hebe pocula, per q; lubricum minus caute incedẽs, caderet, reuolutisq; ueſtibus obſcœna ſuperis mõſtraret: quam ob rem ab officio eſt amota, eiusq; loco Ganymedes ſubrogatus. Poſtremo Herculi in Deos relato, uxor data. Auctor Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam eſſe tradit, neq; omnino ab officio remotam, ſed cæterorum Deorum pincernã fuiſſe, Ganymedem uero ſolius Iouis. Oui. lib. 9. Metam. Hæc illi dederat Iunonia muneris Hebe, &c. Hæc Dea iuuentutis putabatur ἥβη enim (ut ait Suidas) florem ætatis & primam pubem ſignificat.

HEBENVS, ni, generis fœmi. & hoc Hebenum, ni, pen. cor. {Hebeno} (ἔβενος Dioſc.) arbor eſt in India, atq; Aethiopia naſcens, cuius lignum tam ſolidũ eſt, & ponderoſum, ut in aqua ſubſidat: color eius foris eſt buxo non abſimilis, intus omnino niger. Sunt, qui ſine aſpiratione ſcribant: quo pacto etiam ſcribitur apud Græcos. Vide ſupra Ebenus.

HEBEO, bes, {Eſſere ottuſo} (ἀμβλυώττω) hebes ſum. Liu. li. 3. Bel. Pun. Nũ ferrum hebet? An dexteræ torpent? Verba ſunt Annibalis ſuos increpantis. Ver. 5. Aen. Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis hebet, frigentq; effœtę in corpore uires.

HEBES, hebetis, {Groſſolano, pigro, ſenza ingegno} ἀμβλύς. obtuſus, piger tardus, & acumine carens. Cic. lib. 2. Acad. Quid? Lunæ quæ lineamenta ſunt, poteſt'ne dicere, cuius & naſcentis, alias hebetiora alias acutiora uideant̃ cornua? Hic Cicero hebeti oppoſuit acutum. Oui. 3. de Arte aman. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Vnde per tranſlationem. Ingenium hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum: & Homo hebes, hoc eſt, tardus. Cic. Philip. 10. Scilicet hęc Panſa aut non uidet, (hebeti enim ingeniũ eſt) aut negligit? Id eſt, ingenio non acuto, ſed tardo. Idem 2. de Diui. Vides'ne Epicurum, quem hebetem & rudẽ dicere ſolent Stoici, quemadmodum, &c.

HEBESCO, ſcis, {Diuenir piu ottuſo, balordo} (ἀμβλυώττω) hebetior fio. Cic. 1. Tuſ. Sic mentis acies ſe ipſam intuens, nonnunquam hebeſcit. i. obtuſior, deſidioſior, & remiſſior fit. Sall. Poſtquam diuitiæ honori eſſe cœpere, et eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere uirtus cœpit.

HEBETO, as, pen. cor. {Oſcurare} ἀμβλύνω, ἀμβλύσσω. obtundo, obſcuro. Pli. in Paneg. Eodem ergo tempore nec animos modo, ſed & corpora ipſa languęſcere, gladios etiam incuria hebetari, retuſoſq; gaudebant.

HEBETATIO, uerbale, (ἄμβλυνσις) idem quod hebetudo. Plin. lib. 8. cap. 6. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

HEBETVDO, (ἀμβλύτης) rei alicuius carentis acumine, uel mẽtis, ingenii, uiſus, ſimiliumq; obtuſitas.

HEBRÆI, (ἑβραῖοι) dicti ſunt Iudæi, & Heber, qui abnepos Sem filii Noe: prius Hebræi cognominati, ac deinde una detracta litera Hebræi, ſicut docet Auguſt. lib. 10 Ciui. Et quia in eius familia remanſit lingua, quæ prius humano generi creditur fuiſſe communis, cum gentes linguarum diuerſitate ſunt diuiſę, deinceps Hebræa eſt nuncupata. Ab Hebræus fit Hebraicus, a, um, ut Lingua Hebraica.

HEBRVS, (ἕβρος) fluuius in Thracia naſcitur iuxta Adrianopolim, in monte Rhodope, labiturq; in Aegæum mare, è regione Samothraciæ inſulæ. Celebratur propter aurum quod ex arenis eius colligitur. Poetæ fabulantur in hũc Orphei caput, cum Cicones eum cõſeciſſent, proiectum eſſe, unde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Verg. lib. 4. Geor.

Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum,
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, &c. Ouid. lib. 11. Meta.
Membra iacent diuerſa locis, caput Hebre lyramq;
Excipis, & mirum, &c.

Martianus lib. 6. Hebrum (inquit) Odriſiæ niues complent, qui inter diuerſos Barbaros fluens, etiam Cicones perluit. Hebrus hodie Maritza dicitur.

HECALE, (ἑκάλη) nomen anus paupercula, quæ Theſeum adhuc adoleſcentẽ hoſpitio ſuſcepit. Huius paupertatem Callimachus iuſto uolumine celebrauit. Hinc natum eſt prouerbium, Nunquam Hecaleſies hoc eſt, nunquam te inopia opprimet. Ouid. de Amor.

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ nouerit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

HECAMEDA, (ἑκαμήδη) Arſinoi filia, quæ direpta Tenedo Neſtori in prędam ceſſit, teſte Home. lib. 11. Iliad.

HECATE, pen. cor. (ἑκάτη) Iouis & Latonæ filia, & ſoror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur. unde etiam a Vergilio Tergemina uocatur. Nam in cœlo creditur eſſe Luna, in terris Diana, & apud inferos Proſerpina. Dicta Hecate, teſte Seruio, q; centum uictimis placetur, aut q; centũ annos errare faciat inſepultos. Veriſimilius tamen uidetur Hecates nomen factum eſſe a maſc. ἑκατὸς, quo nomine Græci uocant Apollinem: ſicut a Cynthio Cynthia, a Delio Delia, a Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol eſt Hecatos, ab ἑκὰς longè, q; eminus radios ſuos ad nos mittat, et quodammodo iaculetur. Hæc & τρικέφαλος, quia (ut inquit Orpheus in argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis. Oui. 9. Meta. Tuq; triceps Hecate. Alia fuit Hecate herbarum ueneficiorumq; peritiſſima, quæ in Taurica Cherroneſo regnauit, teſte Dionyſio Mileſio. Filia fuit Perſæ, filii Solis, & fratris Aeetæ: à qua & Perſeis, ſiue Perſeia cognominatur. Ouid. 7. Meta. Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. Valerius Flaccus lib. 6. Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucis Flebat.

HECATHÆVS. (ἑκαταῖος) Hiſtoricus Mileſius fuit, Protagorę auditor, q; primus ſoluta oratione Hiſtoriam condidit. Floruit temporibus Darii, qui Cãbyſi ſucceſſit. Auctor Suidas. Fuit præterea eodem nomine Grammaticus quidam Abderits cuius meminit id m Suidas.

HECATOMBE, (ἑκατόμβη) ſacrificii genus, in quo ritus hic ſeruabatur, ut centenæ ſui generis mactarentur uictimæ. ut centum ſues, centum hœdi. Iul. Capitolinus. Tantum ſanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, ut hecatombẽ faceret, quod tale ſacrificium eſt: Centum aræ, uno loco conſtruuntur ex ceſpite ad eas centum ſues, uel centum oues mactantur. Iam ſi Imperatoris ſacrificium ſit centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, cum peſtilentia laborarent. Dicta hecatombe a numero uictimarum: uel a numero ſacrificantium, quia centum Peloponneſi urbes id faciebant, Iuue. Saty. 12. Exiſtunt qui promittant hecatõbẽ.

HECATOMPEOON, (ἑκατόμπεδον) templũ erat apud Athenienſes Mineruæ dicatum, patens omni a latere pedes centum: unde et nomen accepiſſe exiſtimãt. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit huius templi Plutarchus in Pericle.

HECATOMPHONIA, (ἑκατομφόνια) ſacra erant apud Meſſenios celebrari ſolita, a centum hoſtium cæde originem habentia. Meminit huius ſacri Plutar. in conuiuio Septem ſapientum.

HECATOMPOLIS, {Che ha cento città} (ἑκατόμπολις) Cretæ inſulæ epithiton eſt, a numero ciuitatum impoſitum, quæ centum in hac inſula fuiſſe perhibentur, uel Verg teſte lib. 3. Aene. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ. Centum urbes habitant magnas uberrima regna.

HECATOMPVS, odis, {Che ha cento piedi} (ἑκατόμπους) nomẽ piſcis, qui hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum quõdam egerat. Dictus Hecatompus a centum pedum numero: unde & Centipes a Latinis appellatur, Dicitur & Scolopendra, a terreſtris ſcolopendræ ſimilitudine.

HECATOMPYLOS, {Che ha cento porte} (ἑκατόμπυλος) Thebes Aegyptiacæ epitheton eſt a portarum numero, quæ centum in hac urbe fuiſſe dicũtur, uel Iuuenale teſte, Atq; uetus Thebe centum iacet Obruta portis. Et item eiuſdem nominis urbs in Parthia, teſte Stepha.

HECATONCHIROS, pen. pr. {Che ha cento mani} (ἑκατόγχειρος) Briareus, ſiue Aegæonis epitheton, quod nobis Centimanum ſonat. Fingunt enim Poetæ, Briareum centum manus, & quinquag inta uentres habuiſſe: ut tradit Plutarchus eo in opuſculo, quod περὶ πολυφιλίας inſcripſit.

HECATONNESI, (ἑκατόννησοι) inſulæ exiguæ uiginti circa Lesbum: ab Hecato, id eſt, Apolline dictæ, qui in illis plurimum colebatur.

HECATONTARCHVS, (ἑκατόνταρχος) centum militibus præfectus, quem Latini centurionem uocant.

HECTA, (inquit Sipontinus) accipitur pro minimi pretii, quaſi hieta, ab Hio uerbo: quaſi hiatus & oſcitatio. Alii puſtulam dicunt, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere. Pomponius: Hic homo hectæ me facit, & multibibam uocat. id eſt paruũ me facit.

HECTICA, cæ, uel Hecticæ, es, (ἑκτική) febris genus curatu difficile, niſi adhuc naſcenti occurratur, non in ſpiritibus, ut diaria; non in humoribus, ut periodicæ: ſed in partibus ſolidis inſidens, corpusq; paulatim conſumens. Dicta Hectica, ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc eſt, ab habitu. unde & Febrem habitualem nonnulli appellarunt. Duæ autem ſunt hecticæ differentiæ, quas uide apud Galenum li. 1. de Differen. feb. cap. 10.

HECTOR, (ἕκτωρ) Priami regis filius Troianorum omnium fortiſſimus, ab Achille interfectus: dictus (ut ſcribit Plato) ab ἔχω, defendo q; urbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriamq; ſeruarit: eo nanq; ſoſpite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachẽ, ex qua Aſtyanactem ſuſcepit quem Vlyſſes capta Troia è faſtigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles ſolus Troianos, fugabat: ex quibus Proteſilaum & Patroclum, aliosq; permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus eſt: a quo et bigis alligatus, circum Patrocli ſepulcrum, Troiæq; muros tractus eſt, Vergi. li. 1. Aen. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Tandem eius corpus per duodecim dies inſepultum ab Achille ſeruatum Priamus auro redemit idq; ueteri more honorificentiſſime cremauit. Vide Hom lib. 23. Ilia.

HECTOREVS, a, um, pen. cor. adiectiuum eſt poſſeſſiuum: ut Genus Hectoreã quę ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Oui. in Heroid. Epiſt. Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram.

HECVBA, (ἑκάβη) Priami Troianorum regis uxor fuit, filia Dymantis, teſte Homero, aut (ut Ver. Euripidem ſecutus ſentit) Ciſſei filia, capta Troia (ut Poetæ fabulantur) in canem uerſa. Quam fabulam inde ortam putat Seruius, q; cũm à Græcis captiua abduceretur, & filii ſui Polydori corpus in mare abiectum agnouiſſet, quoniam aliter iniuriam ulciſci non poſſet, Græcos maledictis laceſſiuerit conuiciis.

HECYRA, pen. cor. (ἑκυρά) Latinis ſonat ſocrum, quemadmodum, ἑκυρὸς ſocerum: quo etiam nomine dicta eſt Terentii Comœdia.

HEDERA, ræ, pen. co {Hedera, hellera} (κισσὸς) herba eſt perpetuo uirens, quę cum per ſe ſtare non poſſit, arboribus & muris adhæret. Huius tria pręcipua ſunt genera. Quędam enim à baccarum albedine, candida dicitur. Altera nigra q; baccas ferat ſubnigras, aut certe croceas. quę et Dionyſia appellatur. Tertia Elix dicit, fructũ nullum gignens, ſed albas habẽs uiticulas, et folia parua, anguloſa, & reliquis generibus multo cõcinniora. Verg. 7 Eclog. Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Vbi Seruius: Alba hedera, quia ſunt, et nigrę hederę: ut, Aut hederę pandũt ueſtigia nigræ. Dicta Hedera ab Herẽdo, q; hæreat ſemper, & ſequatur quicquid proximum eſt. ſquis nuis per diphthongum non ſcribatur: corripit enim primam ſyllabam, Vergil. in Pharmaceutria: Atque hanc ſine tempora circum Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Quidam ab Edo deducunt, q; parietes edat, atque conſumat. Feſtus: Hedera dicta, quod hæreat, uel quòd edita petat, uel quia id, cui adhæſerit, edat: quæ in tutela

Liberi patris putabatur, eſſe quia ut ille ſemper eſt iuuenis, ita hæc ſemper uiret.

HEDERACEVS, a, um, {*Di hellera*} (κισσινός) quod ex hedera eſt: ut Corona hederacea, materia hederacea. Cato cap. 111. Si uoles ſcire in uinum aqua addita ſit nec'ne, uaſculum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. Colu. lib. 8. cap. 10. Item oleaſtri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti.

HEDVI, Galliæ populi ſunt Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti, quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum eſt Auguſtodunum, uulgo Auſtun: de quo Tacitus lib. 3.

HEDYCHROVM. (ἡδύχρουν) odoramenti genus eſt. Cic. 3. Tuſc. Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis. Victorius tamen in ſuis in Ciceronem annotationibus iudicat hedychrum à Medicis inter unguenta potius numerari, quàm inter odores: putatq́ dictum à ſuauitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex Cicerone adducto uidetur potius accipi pro aromatis genere, quod igni accenſum ſuauem reddit odorem.

HEDYOSMOS, (ἡδύοσμος) herba notiſſima, ab odoris ſuauitate ita dicta, quam Latini Mentham uocant. Gale. lib. 6. Simp. duplicem facit mentham. Hedyoſmum, quam & Mentham odoratam appellat. alteram inodoratam, quam uocat Calaminthem. Meminit huius herbæ & Pli. lib. 35. cap. 15.

HEDYPNOSIS, idis. (ἡδύπνοις) intybi ſylueſtris genus eſt latioribus folijs, quod crudũ quidẽ aluum ſiſtit: coctum uero uẽtriculũ diſſolutũ aſtringit.

HEDYPNVS, (ἡδύπνους) Suſianæ fluuius, qui Perſarum Aſylum præterfluens, in Eulæum illabitur. Auctor Pli. lib. 6. cap. 27.

EDYSMATA. (ἡδύσματα) Græcè condimenta, ſed propriè quæ dulcore cõſtant: qualia ſunt quæ τραγήματα Græci uocant.

HEGALEOS, (quod ut deprauate ſcriptum, ita perperam huc relatum erat) uide Aegaleos.

HEGEMON, (ἡγεμών) Poeta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum, hoc eſt, pugnam illam qua ad Leuctra Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerunt, carmine heroico deſcripſit.

HEGESIAS, (ἡγησίας) Cyrenaicus philoſophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (ſicut Valerius Maximus lib. 8. ca. 9. ſcribit) ut ſic mala uitæ repræſentaret ut eorum miſeranda imagine audientiũ pectoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis oppetẽdæ cupiditatem ingeneraret, ideoq́ à rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohiberetur. Huius meminit Cic. in Ora. & li. 1 Tuſc. Quæſt. Alter fuit Magneſius orator eiuſdem nominis, cuius meminit Strabo.

HEGESIPPVS, (ἡγήσιππος) nomen hiſtorici, qui hiſtoriam eccleſiaſticam quinq; uoluminibus complexus eſt, à Chriſti paſſo ad ſua tempora. Hegeſippus alter fuit Poeta Comicus, cognomento Crobylus, inter cuius fabulas commemoratur Philæteros, ut ex Athenæi ſententia tradit Suidas.

HEGESIPYLE. pen. cor. (ἡγησιπύλη) fuit Olori Thracum regis filia, quã Miltiades Athenienſium dux accepit uxorem.

HEGESISTRATVS. pen. co. (ἡγησίστρατος) ciuis Epheſius fuit, conditor Eleæ urbis non procul à Delphis: Nam cum ob necem tribuli ſuo illatã exulans peruaſiſſet Delphos, oraculo monitus eſt, ut ibi ſedem figeret, ubi ruſticos cum coronis oleaginis uideret ſaltantes.

HEGETERIA, æ. (ἡγητηρία) ab Athenienſibus appellatus eſt fructus fici, qđ inter fructus omnes antiquitatis principatum obtinerent. Dicuntur n. Athenienſes ante fruges inuentas ficis uictitaſſe, quemadmodum Arcades glandibus. Coel. Rhodig. Antiq. lect. lib. 18. ca. 9.

HEI, {*Oime. Pet. Oime'l bel uiſo oime'l ſoaue ſguardo*} (αἰ) interiectio dolentis, ſiue ingemiſcentis, datiuo iungitur pronominis. Vt apud Verg. 2. Aen. Hei mihi, qualis erat. Aſpiratur natura, quia animi affectus aſpiratiõe melius declarãtur.

HELCYSMA, (ἑλκυσμα) eſt ſcoria argenti Pli. lib. 33. cap 6. Scoriam in argento Græci uocant Helcyſma.

HELCIARII. qui in nauis onera funibus moliuntur, uel qui naues deducunt, ſubducunt'ue ad officia inuicem adhortantes, ut uno carmine pariter conſpirantes, admoliri aduerſa uiribus poſſint, qđ ſinguli nequeunt. Hæc Bud. in prioribus Anno. in Pandect. Mart. lib. 3. Qui nec rumpere nauticũ celeuſma, Nec clamor ualet helciariorum.

HELCIVM, cij. {*Pettorale*} (ἑλκιον) dicitur inſtrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id eſt, humeris pendens, quo et molæ per machinulam interiæ uerſantur, & curricula per temonem trahuntur: unde & nomen accepit. ἑλκω enim Græcè, traho Latinè dicitur. Apuleius lib. 9. Meta. Defectum aliqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præſepio.

HELEI. pe. pr. populi in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrum Iouis Olympij, ludos & Olympicos, quorum præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi. & Carceres Heleus ſæpe leguntur. Luc. li. 1. Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes. Rectius ſcriptura Elei, ſine aſpiratione. Nam apud Græcos ἠλις, & ἠλειος tenui ſpiritu ſcribuntur.

HELENA, næ, ſiue Helene, nes, pen. cor (ἑλένη) filia fuit Iouis ex Leda, Caſtoris & Pollucis ſoror: uel ut alij, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, a multis amata eſt, & primum a Theſeo adhuc unguncula rapta, ſed poſtea abſente Theſeo a Caſtore & Polluce repetentibus citra iniuriam reſtituta: mox adulta Menelao Lacedæmoniorum regi nupſit. Paris autem Priami filius nemini quoq; forma cedens, illius pulchritudine illectus: Spartam nauigauit, ibiq; Helenam ipſam abſente Menelao, a quo prius benigne fuerat exceptus, rapuit. Alij tamen dicunt, cum poſtulata Heſione negaretur, Paridem illam regionem bello uaſtaſſe, & expugnata Sparta Helenã captiuã abduxiſſe. Hac itaq; iniuria uniuerſi Græcorum principes cõmoti, primum omnes in Aulide coniurarunt de repetenda Helena, & euertẽdo Ilio. Quo in bello occiſo Paride, Deiphobo eiuſdẽ fratri nupſit: cũq; Græci armis diffidentes ad proditionem conuerſi, diſceſſum ex compoſito ſimulaſſent, illa ex arce accenſa face ad occupandã urbẽ Græcos reuocauit. Capta urbe, Menelaum in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, uocauit: quo interfecto, cũ uiro in gratiã rediiſſe Ver. auctor eſt. Hoc igitur modo Menelao reſtituta, cum eodem nauem aſcendens, tempeſtatibus in Aegyptum delata: inde rurſus nauigans cum marito incolumis in Lacedæmoniam peruenit. Ver. lib. 7. Ledæamq; Helenam Troianus uexit ad urbes. Scribit Demetrius Moſchus tanta Helenæ uenuſtate fuiſſe, ut mirificæ admirationi, & ferè ſtupori fuerit ipſis diis: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratiæ ſuſceperint. Illas uero his uerbis eſt affata ΔΕῦτε φίλαι τήν μοι αὐτίκα τὴν Ἑλένην ἐπιμέλεσθε, Οἷον ἐμὸν παλάμαισι θρέψατε ἄμβροτον υἱόν.

HELENE, (ἑλένη) alio nomine Cranae, Inſula eſt una ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terræ Atticæ: inde dicta, quod Paris raptæ Helenæ primum ibi ſtuprum intulerit.

HELENIVM. (ἑλένιον) herba, quæ ex Helenæ lacrymis fingitur nata in Helenæ inſula in qua Paris illi primum obtulit ſtuprum. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam. Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in uino pota. Vide Pli. lib. 21. cap. 10. Officinis Enula campana.

HELENVS. pen. cor. (ἕλενος) uir Troianus fuit, filius Priami ex Hecuba, uaticinio clarus, quem quidam ob id a Græcis ſeruatum dicunt, quod loca opportuna ad capiẽdam patriam ipſis indicaſſet. Quinetiam, euerſo Ilio Pyrrhum a nauigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non ſolum a Pyrrho ſeruatus, uerumetiam liberaliter ab eo habitus eſt: cũq; ille Oreſti Hermionem eripuiſſet, Andromachen, quam antea iuſtæ uxoris loco habuerat, Heleno conceſſit: adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris ſui nomine Chaoniam appellauit: in qua & urbem ad ſimilitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Aeneam hoſpitio ſuſcepit. Verg. lib. 3. Aene. Cum ſeſe a mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

HELIADES, (ἡλιάδες) fuerunt filiæ Solis & Clymenes, ſorores Phaethontis, quarum nomina ſunt Phaetuſa, Lampetuſa, & Lampetia. Hæ iuxta Padum mortem Phaethontis fulmine deiecti flentes, in arbores, quas alnos uocant, uerſæ ſunt electrum lacrymantes. Vocantur autem Heliades a patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Ouid. lib. 2. Meta. Nec minus Heliades lugent, &c. Eædem & Phaetontiades appellantur a fratre Phaethonte. Verg. Eclog. 6. Tum Phaetontiadas muſco circumdat amaræ Corticis atq; ſolo proceras erigit alnos.

HELIÆA, (ἡλιαία) maximum erat Athenis iudicium, cuius iudices Heliaſtæ, (ἡλιασταί) dicebantur. παρὰ τὸ ὑπαίθριον εἶναι καὶ τῷ ἡλίῳ βάλλεσθαι. Hoc eſt, ab eo quod ſubdio eſſet, & ſolis radijs uerberaretur. Vide plura de hac uoce apud Pollucem Ariſtophanis interpretem.

HELICE. es, pen. cor. (ἑλίκη) Græco nomine dicitur, quæ a nobis Vrſa maior: παρὰ τὴν ἕλικα, hoc eſt, a circũuolutione dicta, quod diei noctiſq; ſpatio circa polum Arcticum uoluatur. Ouid. 1. Triſtium: Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur Sidonijs, Helicen Graia carina notet. Fuit item Helice, oppidum Achaiæ propriè dictæ ad ſinum Criſſæum, maris impetu hauſtum. Pli. lib. 2. cap. 92. Pyrrham & Antiſſam circa Mæotim Pontus abſtulit: Helicen & Buran in ſinu Corinthio: quarum in alto ueſtigia apparent. Ouid. 15. Met. Si quæras Helicen Buran Achæidas urbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtẽdere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

HELIOCHRYSOS, ſiue Heliochryſum, (ἡλιόχρυσος) herba eſt, quã alio nomine Chryſanthemon appellant, ramulis cãdidis, folijs ſubalbidis, abrotono ſimilibus, corymbos habens nunquam marceſcentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercuſſum aurei apparent. Pli. lib. 21. cap. 25.

HELICON, p. c. (ἑλικών) mons Bœotiæ iuxta Thebas, atq; (ut Strab. li. 9. ſcribit) Phocidi uicinus, non procul a Parnaſſo, eiq; æmulus & altitudine & orbe circuitus: qui & ipſe Apollini ſacer eſt & Muſis. Vnde Heliconides (ἑλικωνίδες) & per epentheſin Heliconiades Muſæ ſunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur.

HELICTERES, (ἑλικτῆρες) inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux, quæ et Helicæ dicuntur a clauiculis uitium, quas Helicas uocant.

HELIOCAMINVS, m, pe pr. (ἡλιοκάμινος) uaporarium quoddam ſolare in aprico loco ſitum, ad calorem ſolis excipiendum. Vlpia. l. ſi arborem. ff. de Seruit. urb. præd. Si arbor, inquit, in heliocamino, uel ſolario ſolem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutẽ impoſitam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus in prioribus Annot. Pandect. ad uerbum Solaris fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare uaporarium, in aprico ſitum ad calorem ſolis excipiendum quo antiqui utebantur. Pli. in Epiſt. lib. 2. de diæta quadam loquẽs. In hac heliocaminus quidam, alia xyſtum, alia mare, utraq; ſolem, cubiculum autem ualuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit.

HELIODORVS, pen. cor. (ἡλιόδωρος) nomen proprium Rhetoris Græci, cuius meminit Hora. li. 1. Serm. Saty. 5. Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæſaris temporibus, Imperatori Chariſſimus & ab eodem Magiſter epiſtolarum effectus: in quem extat illud Dionyſii Sophiſtæ ſcomma, Pecuniã & honores dare Cæſar poteſt: Rhetorem efficere non poteſt.

HELIOGABALVS, (ἡλιογάβαλος) Antonini Caracallæ filius, furtim ſuſceptus ex Soæmide Phœniſſæ, filia Meſæ, quæ ſoror erat Iuliæ uxoris Seueri. Meſæ enim filiæ duæ erant, Soæmis, & Mamæa: quarũ utraſq; Antoninus creditur polluiſſe, atq; ex illa quidem Baſſianum. qui poſtea dictus eſt Heliogabalus, ex hac uero Alexianum ſuſcepiſſe, qui deinde dictus eſt Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninoq; ipſo Macrini dolo interfecto, permiſſum eſt Meſæ, ut ſe cũ filiabus & nepotibus, rebusq; omnibus ſuis in patriã reciperet. Pollens itaq; opibus mulier, cũ Antiochiæ ſibi domiciliũ delegiſſet, facile perfecit ut Baſſianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solẽ appellabãt) ſacris præficeretur, ex cuius ſacerdotij munere & ipſe Heliogabali nomẽ inuenit. Aſta deinde autẽ ad imperiũ prouectus, uitã egit omni molliciæ luxuriæq; genere effœminatiſſimã. Poſtremo cũ Alexandrũ Conſobrinum Cæſarem conſortemq; imperij declaraſſet, & mox facti penitens eidem inſidiaretur, a militibus preuentus, una cũ matre eſt interfectus. Corpus utriuſq; per urbis uicos unco tractũ, ludibrioq; habitum, tandem in Tyberim eſt abiectum. Ex Herodiano lib. 5.

HELIOPOLIS, pen. pro. (ἡλιούπολις) ciuitas Aegypti, inter Alexandriam & Coptum, Solis numini ſacra, unde & nomen accepit. Diſtat u. Thebis nauigatione dierum nouem, ut lib. 2. teſtatur Herodotus. Huius incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Aegyptiorum omnium ſoleriſſimos eſſe tradit. Altera eſt in Cilicia, Chryſippi Stoici patria, ut auctor eſt Solinus.

HELIOPVS, (ἡλίωπος) nomen herbæ, eiuſdem cum heliotropio maiori, unde dictæ, quod Solem aſpiciat. Vide Marcellum Vergilium in Dioſc. lib. 4.

HELIOSCOPION, (ἡλιοσκόπιον) quartum tithymali genus eſt, folijs portulacæ, ramulis ſtãtibus a radice quatuor, aut quinq; rubentibus, ſemipedali altitudine,

titudine ſucci plenis. Naſcitur circa oppida, ſemine albo, columbis gratiſſimo, quod colligitur incipiente uua. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc eſt, ab aſpiciendo ſole. Capita enim cum ſole circumagit. Ex Plin. lib. 16. cap. 8.

HELIOSELINON, (quod hic pro apij genere corrupte legebatur) rectius ſcripſeris Eleoſelinon. Eſt autem Eleoſelinon apij genus, ſatiuo maius in paludibus, locis humidis ſponte proueniens: unde & nomen accepit. Nam ἕλος Græcis paludem ſignificat.

HELIOSTROPHON, (ἡλιόστροφον) nomen herbæ, quæ alio nomine Heliotropium maius appellatur, teſte Pli. lib. 22. cap. 21. Dictum Helioſtrophon ἀπὸ τοῦ συστρέφεσθαι τῷ ἡλίῳ, hoc eſt, ab eo quod cum ſole conuertatur.

HELIOTROPIVM, pij, {Giraſole} (ἡλιοτρόπιον) herba ſolaris; dicta quod ſe cum ſole circumagat, etiam nubilo die ac nocte. Varr. Nec minus admiranduṁ quod fit in floribus, quos uocāt Heliotropia: ab eo quod ſolis ortum mane ſpectāt, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, ut ad eum ſemper ſpectent. Pli. lib. 22. c. 21. duo facit heliotropij genera: Maius, in pinguibus tamen locis cultoq; ſolo naſcens, quod & Helioſtrophon nominat uulgo, ut creditur, Cancri flos appellatus. Et Minus, ubiq; proueniens, quod & Tricoccon, & Scorpiuron appellat, quod ſemen habeat caudam referens ſcorpionis. Eſt etiam Eliotropium, gēmæ nomen, uiridis quidem, ſed ſanguineis uenis diſtinctæ. Cauſa nominis eſt, auctore Pli. lib. 37. cap. 10. quod in uas aquæ deiecta radios ſolares accedentes in ſanguinis colorem mutare uideatur. Extra aquam autē ſpeculi modo ſolis imaginem reddit, eiusq; eclypſim prodit lunam ſubeuntem oſtendens.

HELIS, uide Elis. Græcè enim ἦλις, ſpiritu tenui ſcribitur.

HELISVS (quod hic pro Atticæ fluuio corruptè legebatur) uide Iliſſus.

HELITIS, pe. pro. (ἡλῖτις) Dioſc. ſquamma æris decuſſa ex clauis ex Cyprio ære confectis: quæ ſubtiliſſimæ eſt ſubſtantiæ, ſummamq; deſiccandi uim habet. Vide Galenum lib. 9. Simplicium.

HELIVS CÆSARIVS, uir Neronis adulatiōe potētiſſimus fuit, qui Sulpitium Camerinum uirum primarium, eiuſdemq; filiū è medio ſuſtulit, crimini dans, quod cum cognomine hæreditario Pythici dicerētur, in Pythicas Neronis uictorias ex τῆς ὁμωνυμίας impij uiderentur. Ex Dione Caſſio.

HELIX, icis, (ἕλιξ) tertium hederæ genus, nuſquam fructum ferens, folia habens exigua, anguloſa, et cōcinniora, quàm reliqua duo hederarū genera. Vide Pli. lib. 16. ca. 34. Dicta Helix ab eo, quod tenuibus ſarmentis, ueluti claniculis quibuſdam arboribus fruticibusq; circum uoluatur. Ἕλικας enim Græci claniculas appellant.

HELIXVS, (ἕλιξος) Cei inſulæ fluuius, iuxta Coreſſum: cuius meminit Strabo. lib. 10.

HELLAS, adis, (ἑλλάς) latiſſima Europæ regio, olim diſciplinarum omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium ſumit ad Meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtijs, ad Septentrionem in Theſſaliam uſq; protenſa. Ad Occaſum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Aegæo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio, ut ſcribit Thucydides lib. 1.

HELLE, es, (ἕλλη) filia Athamantis regis Thebarum, quæ una cum Phryxo fratre, nouercales inſidias metuens, cum accepto à patre ariete pontū uellet traijcere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab eius nomine Helleſpontum uocant eruditi.

HELLEBORVS, ſiue Helleborum (ἐλλέβορος) Dioſc. herba eſt inſignem purgandi uim habens, quam Latini Veratrum appellant. Eius duo ſunt genera, Album quod uomitione cauſas morborum extrahit: & Nigrum, per aluū quicquid noxium eſt, deijciens. alio nomine Melampodium dictum a Melampode quodam (ſiue is medicus, ſiue paſtor fuerit) qui eo Proeti filias in furorē actas, traditur perſanaſſe. Præcipuus huius uſus eſt in educendis noxijs humoribus, principis animæ facultatis ſedem infeſtantibus: unde melancholicis & furioſis dari ſolet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum eſt, ut quos cerebro minus ſano eſſe uelimus ſignificare, Helleboro opus eſſe dicamus, aut helleborū edere iubeamus. Pli. lib. 25. cap. 13. Efficacius helleborū ad uomitiones & ad bilem nigrā extrahenda. Pla. in Pſeud. Helleborū hiſce hominibus opus eſt. Maſculino genere uſus eſt. Verg 3. Geor. Helleboroſq; graues, nigrum bitumen. Col. li. 10. Sed negat helleboros, & noxia galbana ſucco. Præcipit Apuleius, nominis huius primam uocalem eſſe aſpirandam, etymon, ſpectans. Volunt enim Helleborum dictum, παρὰ τὸ τῇ βορᾷ ἑλεῖν. Apud Dioſcoridem tamen, cæteroſq; Græcos, tenui ſpiritu conſtanter ſcribitur.

HELLEBOROSVS, (ἑλλεβοριῶν) dicitur qui plus hellebori ſumpſit, quàm par ſuit. Pla. in Rud. Helleboroſus ſum. T. At ego cerritus. Helleborum enim, ſi plus æquo ſumatur, non mediocre periculum creat: ſin minus ſumatur, magnā ægritudinem leuare non poteſt. Vnde ſtomachatur Perſius in imperitos medicos qui cum modum miſtionis ignorarent, non dubitabant tamen, rem tā ancipitē & periculoſæ aleæ plenam, non ſine graui ſumentium diſcrimine aggredi. Diluis (inquit) helleborum, certo compeſcere puncto Neſcius examen: uetat hoc natura medendi.

HELLEN, (ἕλλην) Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credūt fuiſſe nominatos. Auctor Thucydides Belli Peloponneſiaci lib. 1.

HELLESPONTVS, (ἑλλήσποντος) fretum anguſtum, inter Aegæū mare & Propontidem, ſeptem tandem ſtadiorum ſpatio Aſiam ab Europa diuidens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi ſubmerſa. Vide Helle. Hinc Helleſponticus, (ἑλλησποντιακός) & Helleſpōtiacus, a, um, denominatiua. Ver. 4. Geor. Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

HELOPS, (ἔλοψ) piſcis delicatiſſimi ſaporis, quem Theodorus a Latinis Acipenſerem appellari putauit. Cui tamen refragatur Ouidij auctoritas, qui Helopē Italiæ incognitum eſſe ſcribit referente Pli. lib. 32. cap. ult.

HELORVS, pen. pro. (ἕλωρος) Siciliæ fluuius. Ver. 3. Aene. Præpingue ſolū ſtagnantis Helori. Fuit etiam eo nomine Iſtri fluminis filius, qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna, quam Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.

HELOS, (ἧλος) uitium eſt oleæ peculiare, & quædam quaſi ſolis inuſtio quā Latini nonnulli Clauum, alij Fungum, quidam etiam Patellam appellant.

HELVACEA, genus ornamenti Lydij dictum a colore boum, qui eſt heluus, hoc eſt, inter rufum & album. Auctor Feſtus.

HELVELLÆ, arū, (λαχανάρια) ſunt Holera minuta (ut inquit Feſtus) quoniam Hellus, & Helluſa ueteres dicebant, pro Holus & Holera. Cic. ad Gallū li. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita cōdiunt ut nihil poſſit eſſe ſuauius.

HELVETII, (ἐλουήτιοι Ptolemæo) fortiſſimi Gallorum populi, inter Rhenū & Rhodanum fluuios, Iuram montem, & Alpes ſiti: in quatuor olim pagos diuiſi: quorum eo tempore, quo aduerſus Cæſarem bellum gerebant, caput erāt Auenticum: ut eſt uidere apud Cæſarem Belli Gal. Commen. Ptolemæus li. 2, cap. 9. inter Heluetiorum ciuitates annumerat & Gannodurum, & Forū Tyberij. Hodie in tredecim diſtincti ſunt ſiue ciuitates, ſiue pagos, quorum nomina ſunt Tigurum, Berna, Lucerna, Vrina, Suicia, Syluania, Tugium, Glarona, Baſilea, Friburgum, Solodrum, Abbatiſcella, & Scaphuſia. Statum habent popularem, æqua inuicem libertate, concordi inter ſe fœdere aduerſus uim omnē externam muniti. unde & Confœderati a quibuſdam appellantur: a nonnullis & Suiceri, nimirum a Suicia pago, qui primus omnium Auſtriæ Ducum iugū excuſſit.

HELVII, populi inter Celtas monte Gebenna ab Aruernis diuiſi, &c. Vide Iudicem Marliani in Cæſarem.

HELVO, onis, {*Mangione, diuoratore, ingordo. Pe. Con'un ch'è infermo e di tal coſa ingordo*} (λαφύστης, ἄσωτος) homo immoderatæ uoracitatis, prodigus, gulæ uentriq; deditus. Heluo, (inquit Feſtus) qui immoderate bona ſua conſumit ab eluendo. Aſpiratur autem, ut auiditas magis ea probetur, ſic enim ſit uox incitatior. Teren. in Heau. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. CL. Quos? C. Si ſcire uis, ego dicam, Gerro, iraus, heluo, iners, ganeo, damnoſus. Ci. per tranſlationem Heluonem librorum dixit, pro nimis auido lectore librorum, qui legendo ſatiari nequit. Heluo patriæ, per tranſlationem, pro eo qui turpiſſimo ſcelerum genere patriam perdit & infamat, uel patriæ bona prodigit ac deuorat, Cic. pro Sext. Gurges atq; heluo, Idem in Piſo. Heluo impurus, Idem 1. de lege. agra. Heluo immanis, ſpurciſſimus, nequiſſimus, apud eundem pro Domo ſua, & poſt reditum in Senatu.

HELVARI, {*Diuorare, conſumare*} (λαφύσσειν, ἀσωτεύεσθαι) prodigere, per luxum conſumere, uorare. Cic. pro Domo ſua: Cur ille gurges, heluatus tecum ſimul Reipub. ſanguinem, ac cœlom tamen extruxit uillam in Tuſculano uiſceribus ærarij? Idem pro Sext. Quid? tu meo periculo gurges, ac uorago patrimonij heluabere? Heluatio, onis, (λαφυγμός, ἀσωτία) prodigalitas, uoracitas, dilapidatio Cic. poſt reditum in Senat. Cur in luſtris & heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Budæus in Epiſto.

HELVOLVS, a, um, pen. cor. quod accepit ad heluum colorem, ſed tamen dilutiorem, ut plus ex albo participet, quàm ex roſo. Vnde Heluolæ uuæ dicūtur, quæ eius ſunt coloris. Col lib. 3. cap. 2. Sunt & heluolæ, quas nonnulli Varias uocant, neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (ni fallor) colore uocitatæ.

HELVVS color, medius eſt inter rufum & album. Varr. lib. 2. de Re ruſt. c. 5. de corio boum loquens: Corium, inquit, attactu non aſperum ac durum, colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo.

HELXINE, (ἑλξίνη) herba eſt Mercurialis folia habens, eaq; hirſuta, cauliculos ſubrubentes, & circa eos ſemina aſpera, ueſtibus adhærentia: unde & nomē accepiſſe uolunt. Alio nomine Perdicium dicitur, quod perdices ea unice delectentur. A Romanis etiam Vrceolaris appellatur, quod urceis detergendis aſperitate ſua in primis ſit idonea. Naſcitur in parietinis, ſepibus & macerijs: unde & Parietaria uulgo appellatur.

HELYMVS, & PANOPES, Aceſtæ regis Siciliæ comites, uenatores fuerunt. Verg lib. 5. Aen. Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus Panopesq;, Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.

HEM, {*Oh, ah*} (φεῦ) interiectio corripientis ſeipſum, uel indignantis, uel admirantis. Seruius Sulpi. Ci. Epiſt. lib. 4. Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interijt, aut occiſus eſt, quorum, &c. Apul. Hem hominis audaciam. Quandoq; demonſtrantis eſt. Ter in And. Hem puer, hercle puer eſt.

HEMERESIOS, {*Diurno*} (ἡμερήσιος) adiectiuum ſignificans idem quod diurnus. Vnde tabella quædam uno die picta a Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine uocata eſt, cuius meminit Pli li. 35. ca. 11. Abſoluit uno die, inquit, tabellam, quæ uocata eſt hemereſios, puero picto.

HEMERIS, (ἡμερίς) genus eſt arboris glandem ferentis, teſte Theophraſto, trūco, neq; erecto, neq; læui, neq; excelſo, ſed caudice in orbem comoſo, contorto, ſinuoſoq; ramorum alis multis concaua, glande maxima, & poſt fagum dulciſſima. Meminit huius arboris & Pli. lib. 16. cap. 6. Theodorus Græci uocabuli uim exprimens, Placidam uertit.

HEMEROBIVS, (ἡμερόβιος) uermiculus eſt ad Hypanim Ponti fluuium ultra diem unum non uiuens. Pli. lib. 11. ca. 36. Hypanis fluuius in Ponto, circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit uolucris quadrupes ſupra dictæ modo, nec ultra diem uiuit: unde Hemerobion uocatur. Hemerobij præterea dicuntur homines in diem uiuentes, quibus craſtini nulla eſt cura. qualis fuiſſe traditur Diogenes Cynicus, qui & peculiariter idcirco hoc nomine appellatus.

HEMEROCALLIS, (ἡμεροκαλλίς Dioſco.) herba eſt folio & cauliculo lilio ſimilliſima, herbacei coloris, ut porrum. flores habens ternos, quaternos'ue in ſingulis ſcapis erumpentes, lilij modo ſtriatos, qui cum dehiſcere cœperunt, in colorē uehementer pallidum immutantur. Nomen accepiſſe putatur à floris fugacitate, quod uno tantum die pulchritudinem ſuam tueatur. Meminit huius herbæ & Plin. lib. & cap. 21.

HEMERODROMI, (ἡμεροδρόμοι) dicuntur curſores, qui die uno ingens ſpatium curſus emetiuntur. Liu. lib. 1. Bel. Maced. Niſi ſpeculator) hemerodromos uocant Græci) ingens die uno curſu emetiens ſpatium, contēplatus regium agmē, è ſpecula quadam prægreſſus nocte media Athenas perueniſſet. Inter huiuſmodi hemerodromos clariſſimus fuit Philonides Alexādri Magni curſor.

HEMICRANICI, (ἡμικρανικοί) ſunt qui dimidia parte capitis laborant. qui morbus Græco nomine ἡμικρανία, ſiue ἡμικρανία appellatur: quemadmodum Cephalæa, quo totum caput infeſtatur. Gignitur uterq; a ſtrepitu clamoreq; uehementiore, aut etiam ab immodico ſplendore, uel odore, alijs'ue huiuſmodi præualidis obiectis ſenſum lædentibus.

HEMICYCLOS, {*Mezzo cerchio*} (ἡμίκυκλον) Latinè interpretatū ſemicirculus qua uoce Mathematici frequēter utuntur. Accipitur etiam pro cathedra

ſemirotunda facta in medij circuli formam. Cic. in Lælio: Tum memini domi in hemicyclo ſedentem.

HEMINA, pen. cor. (κοτύλη) genus eſt menſuræ dimidium continens ſextarij: à Græco ἥμισυ quod dimidium ſignificat Gel. lib. 3. cap. 13. Si è ſextario hemina fuſa, ſit non dimidium ſextarium fuſum, dicendum eſt.

HEMINARIVS, a, um, (κοτυλιαῖος) quod heminæ menſuram habet. Per translationem accipitur pro exiguo. Quin. lib. 6. cap. 4. Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quę amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit, id, tenuia & exigua.

HEMIOLION, (ἡμιόλιον) nauigij genus, quod à puppi ad malum uſq; biremis remis, à malo ad proram unico tantum agitatur: cuiuſmodi ſunt (inquit Bayfius) quas hodie Fuſtas uocamus.

HEMIOLIVS, (ἡμιόλιος) quædam arithmetica proportio, continens aliquē totum numerum atq; eius dimidium: ut ſe habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gel. lib. 18. cap. 14.

HEMIONIVM, ſiue Hemionitis, (ἡμιόνιον, ἡ ἡμιονῖτις) herba eſt dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, iiſq; tenuibus, nunquam flores neq; ſemen, neq; caulem gignens, in petroſis locis naſcēs, auſtero ſapore. Alio nomine Splenium, (σπλήνιον) dicitur. Herbariorum pleriq; Linguam ceruinam appellant. Officinæ etiam Scolopendriam. Omnino tamen alia eſt a Scolopendrio Dioſcoridis.

HEMIPLEXIA, (ἡμιπληξία) paralyſis, ſemiapoplexia, cum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit: nam cum totum afficitur, apoplexia nominatur.

HEMISPHÆRIVM, {Mezza ſphera} (ἡμισφαίριον) dimidia ſphæra, hoc eſt cœli dimidium. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 5. Intrinſecus ſub tholo ſtellæ Lucifer, interdiu noctu Heſperus, ita circumeunt, ad infimam hemiſphærium ac mouentur, ut indicent, quot ſint horæ.

HEMISTICHIVM, {Mezzo uerſo} (ἡμιστίχιον) uerſus dimidiatus, quaſi ἥμισυ στίχος: cuiuſmodi apud Vergilium aliquot leguntur imperfecta.

HEMITRITÆVS, (ἡμιτριταῖος) ſemitertiana febris, ſic dicta q; parte aliqua tertianam præſentet. tertio die. ut illa, repetens, non tamen, ut illa diem unū præſtet integrū, ſed inter horas XXXVI. plus uel minus porrigitur. Martia lib. 12. Cui grauis & feruens hemitritæus erat. Morbi huius naturam & differentias uideto apud Gal. lib. 2. de Differen. feb. cap. 8. & 11.

HEMODES, uide Hæmodes.

HEMVS, ſeu potius Hæmus, (αἶμος) mons in Thracia, excelſitate conſpicuus, & cuius uertice uulgata olim opinio fuit Ponticum ſimul & Adriaticum mare & Iſtrum amnem, & alpes conſpici poſſe, nam excelſitate ſua ſex millia paſſ. continet. Dictus Hæmus, à nomine regis Hæmi: à cuius ſorore alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur in quos transfiguratos eſſe Rhodopē et Hęmū fabulę canunt. Ou. li. 6. Met. Threiciā Rhodopen habet angulus unus, & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Alij dictū uolunt Hęmum ab Hæmo Boreæ & Orithyiæ filio. Vide Hæmus. Eſt & Hæmus nomen Græculi hiſtrionis, cuius meminit Iuuenalis Sat. 6. Dicas hęc mollius Hæmo Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

HENDECASYLLABVS, {Verſo d'undeci ſillabe} (ἑνδεκασύλλαβος) uerſus undecim ſyllabarum qui & Phalæcius dicitur ab inuentore: qualis ille Catullianus, Paſſer deliciæ meæ puellæ.

HENDIADYS, ſi recentioribus Grammaticis credimus, figura eſt qua unum in duo diuiditur: ut apud Verg. 1. Aen. Moleſq; & montes inſuper altos Impoſuit. Id eſt, moles altorum montium. Sic alibi. Pateris libamus & auro, Id eſt, pateris aureis. Meminit huius figuræ Seruius in primum librum Aen. Vbi tamen in exemplaribus manu ſcriptis nō Hendiadys legimus, ſed ἓν διὰ δυοῖν, hoc eſt, duo per unum: cui figuræ contraria legitur apud Donatum in Andriam Terentij quam appellat δύο δι' ἑνός, id eſt, duo per unum.

HENETI, (ἐνετοί) Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce cū in intimum maris Adriatici ſinum ueniſſet, permiſti Troianis, omnes uno nomine Veneti appellati ſunt. Liu. lib. 1. ab urb. Caſibus deinde uarijs Antenorē cū multitudine Henetum, qui ſeditione è Paphlagonia pulſi, & ſedes, & ducē, rege Phylæmone ad Troiam amiſſo, quærebant ueniſſe in intimum maris Adriatici ſinum: Euganeiſq;, qui inter mare, alpeſq; incolebant, pulſis, Henetos, Troianoſq; eas tenuiſſe terras & in quem primum egreſſi ſunt locum, Troia uocatur; pagoq; inde Troiano nomen eſt. gens uniuerſa Veneti appellati.

HENIOCHI, (ἡνίοχοι) populi Pontici Achæis finitimi, latrocinijs ac piratica uictitantes. Originem ac nomen traxiſſe putantur ab Amphito, & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis, teſte Pli. lib. 6. ca. 5. Nam ἡνιόχους Græci aurigas uocant. quaſi τὰ ἡνία ἔχοντας. Vide plura de his apud Strab. lib. 11.

HEPAR, atis, pen. genitiui correpta, {Fegato} (ἧπαρ) primum eſt ſanguinis generandi inſtrumentum, uenarumq; omnium principium, quod Latinè iecur appellatur. Eſt etiam Hepar, piſcis nomen ex genere locuſtarum, cuius meminit Pli. lib. 32. ca. 11.

HEPATARIVS, a, um, {Ciò che à fegato s'appartiene} (ἡπατικός) ad hepar pertinens: ut Morbus hepatarius Plau. in Curcu. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

HEPATICI, {Fegatoſi} (ἡπατικοί) qui ex hepate laborant: & proprie ij, quibus imbecillum eſt iecur, ſine tumore tamen & dolore. Pli. lib. 26. cap. 6. Datur hepaticis in farre cocta.

HEPATICVS, a, um, (ἡπατικός) quod ad hepar attinet: unde a Celſo lib. 4. cap. 9. Hepaticus morbus dicitur, qui a Plauto appellatur Hepatarius.

HEPATITES, (ἡπατίτης) gemma eſt, quæ a iecoris figura nomē ſortita eſt. Pli. lib. 37. cap. 12.

HEPATORIVM, rij, (ἡπατώριον) à quibuſdam uocatur Eupatorium herba, eo quod iecori affecto auxilietur. Auctor Dioſcor. lib. 4. Quanquam non deſunt, qui hanc nomenclaturam inter eas reijciendam putent, quæ a doctioribus inter auctoris eius notha merito annumerantur.

HEPATITIS, pen. pro. (ἡπατῖτις) uena ampla, ex caua ſiue ſima hepatis parte emergens, omnes meſaræi uenas excipiens. Vulgus Hepatis portas appellat.

HEPATIZON, (ἡπατίζων) æris temperamentum, iecinoris colorem referēs, magno olim in pretio habitum. Pli. lib. 34. cap. 2. Pręter hęc eſt, cuius ratio nō poteſt reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamētum ſimulacris ſignisq;, illud ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginē uergens, quod ideo Hepatizon appellant, procul a Corinthio, longè tamen ante Aegineticum atq; Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

HEPHÆSTIAS, adis, (ἡφαιστιάς) ciuitas eſt Lemni inſulæ in Orientali tractu ſita, nonnihil tamen diſtans a maritima dicta a Vulcano, quem Græci ἥφαιστον appellant, cuius hac in urbe inſignę olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον uocabant. Iuxta hanc quoq; urbem collis oſtenditur, Vulcani (ut credi uolunt) caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum a Iunone ob inſignem deformitatem è cœlo præcipitatum, in collem illum decidiſſe. Cuius fabulæ occaſio inde ſumpta eſt, q; totus hic collis combuſto ſimillimus uideatur, neq; planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lēnia terra, Dioſcoridi & Galeni ſcriptis magnopere celebrata. Vrbis huius meminit Ptolemæus Geographię ſuę li. 3. & Gal. lib. 9. Simpl. Medicament.

HEPHÆSTION, onis, (ἡφαιστίων) unus ex Alexandri Magni ducibus, mirum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, ut hūc quidem φιλοβασιλέα, Hephæſtionem uero φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc poſtea apud Babylonem uita functum, tanta funeris magnificētia proſequutus eſt, ut facile omnes, quæ toto terrarum orbe editæ ſint, pompas ſuperaret. Fertur ſiquidem in funus hoc impenſa ſupra duodecim talentorum millia. Vide Q. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

HEPHÆSTITES, (ἡφαιστίτης) gemma eſt rutili coloris, naturam ſpeculi habens in reddendis imaginibus: dicta, ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου. hoc eſt, a Vulcano, ſiue q; ignei ſit coloris, ſiue q; materiam aridam in ſole accendat. Vide Pli. li. 37. cap. 10.

HEPIALVS, {Farfalla} (ἠπίαλος) papilio, qui lucernarum luminibus aduolat. Epialus autem ſpiritu tenui, genus eſt febris: de quo uide ſupra ſuo loco.

HEPSEMA, (ἕψημα) muſtum ad tertiam partem decoctum, quod & Sapam appellant. Pli. lib. 14. ca. 9.

HEPTACOMETÆ (ἑπτακωμῆται) populi ſupra Colchidem, Moſchicorū montium ſumma incolentes. ita dicti a ſeptē uicis, quos inhabitant. Auctor Strab. lib. 12.

HEPTAGONIÆ, (ἑπταγωνίαι) nomen loci apud Liui. lib. 4. Belli Maced. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum: parte una a Pherbeo, altera a Dictynneo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

HEPTAPHONOS, ſubſtantiuum (ἑπτάφωνος) porticus eſt Olympiæ, ea arte confecta, ut eadem uox in ea ſepties reddatur. Pli. lib. 36. cap. 16. Olympię autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon uocāt, quoniam ſepties uox redditur.

HEPTAPLEVROS, (ἑπτάπλευρος) plantaginis ſpecies eſt, folijs ſeptē laterum modo incluſa: unde & nomen habet. Auctor Pli. lib. 25. ca. 8.

HEPTAPORVS, (ἑπτάπορος) Rheſi Throadis fluuij epitheton eſt, apud Homerum li. 12. Iliad. a natura eius fluuij tractum, q; ſepties eadem ſpa adeo traijci poſſet. Vide Strabonem lib. 13.

HEPTAPYLOS, {Di ſette porti} (ἑπτάπυλος) Thebarum Bœoticarū epitheton, a ſeptem portarum numero ductum, uidelicet ad diſcrimen Thebarum Aegyptiarum, quæ a numero centum portarum ἑκατόμπυλαι dicebantur.

HEPHTHEMIMERIS, (ἑφθημιμερής) eſt cæſurę genus, cum poſt tres pedes ſupereſt ſyllaba, terminans partem orationis: quæ interdum, etiam ſi natura breuis ſit, licentia tamen poetica inuenitur produci. Verg. 3. Aen. Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto Imperat ad nauea ferri. Idem 12. Aene. Congredior, fer ſacra pater & concipe fœdus. Componitur autem Hephthemimeris ab ἑπτὰ ſeptem, ἥμισυ ſemis, & μέρος diuiſio uel para, quaſi dicas ſeptimam dimidiam diuiſionem, uel dimidium ſeptem pedum.

HEPTERES, (ἑπτήρης) nauis eſt ſeptem habens remorum ordines. Liu. 4. Decad. lib. 7. Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat. præter has decem triremes erāt. & ij adeſſe hoſtea ex ſpecula quadam cognouere. Ibidem: Maxime exterruit hepteres regia, a minore Rhodia naue uno ictu demerſa.

HERA, {Iunone} (ἥρα) Iunonis nomen apud Græcos, unde Hæræa, (ἡραῖα) eius feſta, & Heræum, (ἡραῖον) templum eius appellant. Sed in hac ſignificatione producit penultimam, cum apud Græcos ſcribatur per η uocalem longā. Vnde λευκώλενος ἥρα, apud Homerum aliquoties legitur in fine uerſus.

HERA, ræ, priore cor. {Padrona, donna} (δέσποινα) fœmininum ab Herus, idē eſt quod domina Ouid. Epiſt. 9. Aequaq; formoſa penſa rependis heræ. Ennius apud Ci. li. 1. Offi. Vos'ne uelit, an me regnare hera, quid'ue ferat ſors, Virtute experiamur. Quę in loco nonnulli male accipiunt Heram pro Iunone. Nā in ea ſignificatione (ut ſupra oſtendimus) priorē producit, cum hic corripitur. Neq; alioqui apte hic locus de Iunone intelligi poteſt, cui nihil cum bello eſt cōmercij, ſed de Fortuna potius, quæ in bello ſuo arbitrio uictoriam, cui ſibi uiſum eſt parti, creditur tribuere.

HERACLEA, æ, pen. pro (ἡράκλεια) multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maxime inſignis fuit ea, quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontū Euxinum ſita, iuxta Mariandynos: a qua Dionyſius Philoſophus Zenonis diſcipulus Heracleotes a Ciceronis iu Tuſculanis appellatus eſt. Heraclea item Magnæ Græciæ ciuitas fuit, in finibus Italiæ, inter Sirin, & Acirin amnes, nō procul a Crotone, aliquando Siris appellata, teſte Pli. lib. 3. cap. 11. Fuit præterea aliud eiuſdē nominis oppidum, ultra Caſpios montes, non procul ab Oxo amne qui Marginam Sogdianamq; irrigat, ab Alexandro Magno primum conditum: quod deinde euerſum Antiochus reſtituit, & Achaida appellauit. ut refert idem Pli. lib. 6. cap. 16. Eſt & Heraclea in Caria apud eundem li. 5. cap. 25. Item alia in Sicilia medio ferè ſpatio ſita inter Lilybæum, & Pachynum promontoria: cuius meminit Pomponius li. 2. in deſcriptione Siciliæ. Eſt & Heraclea Cretæ, apud Pli. lib. 4. c. 12. Item alia in Narbonenſi Gallia, ad oſtiū Rhodani, apud eundem li. 3. c. 4. Fuerunt & aliquot alia eiuſdem nominis oppida, quæ commemorantur a Stephano.

HERACLEOTES, ſiue Heracleota, (ἡρακλεώτης) gentile ab Heraclea urbe deductum: unde Dionyſius Philoſophus Heracleotes dicitur a Cice. 2. Taſcu. Hinc Heracleoticus, a, um, (ἡρακλεωτικός) denominatiuum ut Heracleotici cancri, apud Pli. lib. 9. cap. 31. Heracleoticum origanum, apud eundem lib. 25.

lib.25.cap.4. Heracleoticum oſtium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur apud eundem lib.5.ca.10. Heracleotica nux quæ & Auellana: uide in dictione Iuglans.

HERACLEON, onis, (ἡρακλέων) Grammaticus fuit Aegyptius, qui ſcripſit Commentarios in Homerum, & Lyricos quoſdam Poetas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

HERACLEOPOLIS, (ἡρακλεοπολις Steph.) oppidum eſt inſula quadam Nili, longa L.M. paſſ quod à Pli.lib.5.cap.9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopolitis præfectura, apud eundem Plinium loco iam citato. Stephanus duo alia enumerat eiuſdem nominis oppida, quorum alterum iuxta Peluſium, alterum iuxta Canopicum Nili oſtia collocat.

HERACLEON, ſiue **HERACLION**, pen pro. (ἡράκλειον) panacis ſpecies eſt, ab Hercule inuēta, quam alij Origanum Heracleoticū ſylueſtre dicunt quoniam eſt origano ſimile, ut teſtatur Pli.lib.25.ca.24. Eſt & alia herba: Heracleon ſiderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, folijs coriandri, iuxta amnes & lacus naſcens, & omnia uulnera ferro illata efficaciſſimè ſanans, Auctor Pli.lib.25.cap.5.

HERACLEOPOLIS, (ἡρακλεοπολις) nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Aegypto, ex qua fuit Theophanes phyſicus: altera nō longe à Peluſio. tertia ſecundum Nili oſtium, quod Canopicum appellatur.

HERACLIDES, pen.pro. (ἡρακλείδης) inſignis Philoſophus fuit ex Heraclea Ponti ciuitate, Platonis, & Ariſtotelis auditor, uir inſignis ingenio, ſed habitu adeo molli, ut pro Pontico, Pompicus diceretur. Auctor Laertius. Reliquit ingenij ſui monumenta non pauca, quæ non extant. Huius meminit, & Cic. 5. Tuſ. Fuit præterea hoc nomine Lycius quidam Sophiſta non ignobilis, qui cū aliquandiu Smyrnæ docuiſſet, ſub tempora Seueri ſe Romam contulit, corā quo ex tēpore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, ſermone excidit. Solus ſophiſtarū ad hanc artem induſtria & labore, natura minimè iuuante contendit. Hæc ex Philoſtrato. Heraclides alius fuit è Moſpo ciuitate Ciliciæ, grāmaticus nobilis, ut Scribit Stephanus. Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio naues pinxit: captoq; Perſeo à Paulo Aemylio Athenas cōmigrauit, eodē tempore, quo & Metrodorus philoſophus & pictor. Pli.li.35.ca.11. Fuerunt & alij multi Heraclidæ ingenio & doctrina inſignes.

HERACLITVS, pen.pro. (ἡράκλειτος) nomē proprium Philoſophi Epheſij, qui, ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuiſſe præceptorem: tantum natura, et diligentia ſola profecit. Quidam tamen audiſſe & Xenocratē & Hippaſum Pythagoricum uolunt. Floruit temporibus ultimi Darij. Scripſit poeticè multa: quę ad Ariſtotele ſępe pro teſtimonijs citantur. De hoc ſic ſcribit Cic.li.5. Tuſc.quęſt. Eſt (inquit) apud Heraclitum phyſicum de principe Epheſiorū Hermodoro. Vniuerſos ait Epheſios eſſe morte mulctandos, quod quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt. Nemo de nobis unus excellat: ſin quis extiterit, alio in loco, & apud alios ſit. Hæc ille. Hunc aiunt, cū hydropicus eſſet, ſpretis medicis, oblitū bubulo ſimo ſoli ſiccandū ſe prębuiſſe, dormientemq; a canibus dilaceratum eſſe Suidas. Hic quoties domo egrediebať, flebat, ſicut Democritus ridebat, quod alteri omnia quę agimus, miſerię: alteri ineptię uiderentur. Horū meminit Ci.li.4. Aca. Cognominatus eſt, σκοτεινός, quaſi tenebricoſus. De induſtria enim adeò obſcurabat ſtylum, ut eius uolumina philoſophi ſudantes uix intelligant. Huius dictionis penultima ſyllaba perperam corripitur, cum ſcribatur per ει diphthongum. Lucr.lib.1. Heraclitus init quorum dux agmina primus. Fuerunt alij quatuor Heracliti: primus, poeta Lyricus, ſecundus Halicarnaſſeus, ſummæ elegantiæ: tertius Lesbius, qui Macedonū ſcripſit hiſtoriam: quartus uir ridiculus.

HERACLIVS, lapis, ſiue Heracleus, {Calamita} (ἡρακλεία λίθος, καὶ μαγνῆτις Suidæ) lapis occulta quadam naturæ ui ferrum ad ſe trahens, qui & Magnes dicitur. Pli.lib.36.ca.16. Quid ferri duritia pugnacius? ſed reddit & patitur mores. Trahitur nanq; à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane neſcio quid currit: ut propius uenit, tenetur aſiſtitq;, et cōplexu hęret: Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidā Heracleon. Hęc ille. Rōnem autem nominis hanc afferunt, quod primū inuentus ſit circa Heracleā Magneſiæ ciuitatē. Meminit huius lapidis & Galenus lib.9. Simpl. eſt ad quem auri bonitatē exploramus. quē & Lydiū lapidem & Coticulam appellamus. Pli.lib.33.cap.8. Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quōdam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo (ut auctor eſt Theophraſtus) nunc uero paſſim: quē alij Heracliū, alij Lydium uocāt. Sunt autē modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. His coticulis periti, cum è uena ui lima rapuerint experimētum, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione uō fallente. Hinc factum eſt, ut Heraclius lapis prouerbiali ſpecie dicatur de hominibus exactiſſimi iudicij. Vide prouerbia Eraſmi.

HERACLIVS, (ἡράκλειος) Imperatoris proprium, qui ſalutiferum crucis lignum Conſtantinopolim intulit. Vide Suidam.

HERÆA, æ, (ἡραία) Arcadiæ oppidum, apud Plinium lib 4.cap 9.

HERÆVM, uel Heræus murus, (ἡραῖον, ἢ ἡραῖον τεῖχος) Thraciæ oppidū, apud Stephanum. Hæreum item Græci uocāt templum Iunonis, quam ἥραν appellant.

HERBA, bæ, {Herba} (βοτάνη, πόα) ab aliquibus ſcribitur per diphthongum, q; credant ab hærēdo deductum, eò quod terræ hæreat. Sed hęc Etymologia, ut nimis friuola, ridetur à Tortellio, neq; cuiquam eruditorū placet. Significatio eius nota eſt. Verg.9. Eclog Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra? Herbam porrigere, ſiue Dare herbam, tritū eſt prouerbium, pro eo quod eſt, ſe uictum fateri, & aduerſarium ſuum uictorem agnoſcere. Tractum (ut indicat Feſtus) ab eo, q; olim paſtores curſu certantes, cum ſuperati eſſent, herbam ex eodem loco ſtatim decerptam, aduerſario porrigebant, uictorię agnitæ ſymbolum. Nonius: Herbam ueteres palmam, uel uictoriam dici uoluerunt. Verg 3. Georg. Atq; immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro. Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro ſe quiſq;. Hęc ille. Vide plura apud Eraſmum in Adagijs.

HERBVLA, æ, {Herbetta. Pe. L'herbetta uerde e i fior di color mille} diminutiuum. Cic.2.de Nat.deo. Ceruæq; ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur.

HERBACEVS, a, um, {Di herba} quod eſt ex herba: ut, Corona herbacea: aut quod in herbam excreſcit & aſſurgit. Pli.li.12.cap.13. Herbaceum amomum peius.

HERBANVM, Tuſciæ oppidum eſt, apud Pli.lib.3.cap.5.

HERBEVS, a, um, {Verde, di color d'herba} idem quod uiridis, uel herbæ colorem habens. Plau. in Curcu. Qui hic eſt homo Cum collatiuo uentre, atq; oculis herbeis.

HERBARIVS, a, um, {Ciò ch'all'herbe s'appartiene} quod ad herbas attinet. Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarum uires dignoſcimus. pro qua & Herbariam ſubſtantiue dixit Pli.lib.7.cap.56. Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phyllyræ filio, &c.

HERBARIVS, ſubſtantiuū, {Herbolato, herbaiuolo} (βοταnολόγος) qui herbas, earumq; uires cognoſcit, & ex ijs medicamenta efficit. Plin.lib.20.cap.17. Dehon herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

HERBIFER, ra, rum, {Herboſo} (βοτανοφόρος) herbas producens. Pl.li.25.ca.8. Alioqui herbiferum eſſe & Pelium montem in Theſſalia.

HERBILIS, & hoc herbile, quod herba paſtum eſt: ut Anſeres herbiles, quos Feſtus maiores eſſe aſſerit, quam qui frugibus alti ſunt.

HERBESCO, is, ere, {Produrre herba, herbeggiare, conuertirſi in herba} (βοτανοῦσθαι) eſt herbam producere, uel in herbam conuerti. Cice. de Sene. Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit. Pro eodem etiam apud Pliniū legitur Herbaſcere. Ita enim ait libro. 19.cap.8. Quin & ouillo fimo nominatim uti: quoniam aliud herbaſceret hoc eſt, herbas emitteret.

HERBOSVS, a, um, {Herboſo} (βοτανώδης) herbis abundans. Oui.14. Meta. Soluitur herboſo religatus ab aggere funis.

HERBIGRADA, cochlea, quæ ſuper herbam graditur. Cic. 2. Diuin.

HERBIDVS, a, um, (βοτανώδης) idē quod herboſus, hoc eſt, plenus herbis. Pli. in Epiſt. Nulla in hoc nauis, (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ. Herbidus color, eſt qui herbam refert, hoc eſt uiridis: Pli.lib.12.cap.14. Herbidæ ſegetes, Col.lib.1.cap 6. Herbidus locus, uel campus, Liu.1. Ab urb. & 9.

HERBITA, (ἕρβιτα Ptolemæo) Siciliæ urbs eſt: à qua Herbitenſes populi: quorum meminit Pli.lib.3.cap.8. hodie ſanctum Nicolaum uocant.

HERCEVS, pen pro. (ἑρκεῖος) dictus eſt Iupiter, quem etiam Penetralem uocabant, quod intra conſeptum domus cuiuſq; colebatur. Græce enim ἕρκος ſeptum clauſtrumq; nominatur. Ouid. in Ibin: Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

HERCVLANIVM, (ἡράκλειον) fuit Campaniæ oppidum, iuxta Pōpeios. Plin lib.3.cap.5.

HERCVLANVS, na, num, (ἡράκλειος) nomen poſſeſſiuum ab Hercule deductum. Gell.lib.1.cap.1. Comprehenſa, inquit, menſura, Herculani pedis, ſecūdum debitam membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt. Herculaneæ formicæ. Plin. lib.30.cap.4. Herculaneæ urticæ genus odorem fundens. Pli.lib.21.cap.15.

HERCVLEIVS, (ἡρακλήιος) fuit uir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

HERCVLES, (ἡρακλῆς) Iouis & Alcmenę filius, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter Deos eſſe relatus. Cic lib.3. de Nat.deo. ſex hoc nomine fuiſſe appellatos commemorat: quorum primus fuit, qui certauit cū Apolline de tripode. Alter, Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas cōſcripſiſſe. Tertius, ex Idęis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus, Iouis filius, ex Aſteria Latonę ſorore, qui Tyri colitur, filiamq; habuit Carthaginē. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum geſta aſſignāt. Herodotus ſcribit, Herculem unum eſſe ex duodecim dijs Aegyptiorum, Græcoſq; ab Aegyptijs hoc nomen mutuatos indidiſſe filio Amphitrionis. Varro XLIII. Hercules nominat. Veruntamē oēs, qui robore præſtiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenę filio appellatos fuiſſe affirmat. Macrob.li.1. Satur.c.20 aſſerit Herculē eſſe Solē. Et reuera, inquit, Herculem Solē eſſe uel ex nomine claret. Ἡρακλῆς enim quid aliud eſt, niſi ἥρας, id eſt, aeris κλέος? Quæ porrò alia aeris gloria, niſi Solis illuminatio eſt, cuius receſſu, profunditate ſpiritus occulitur tenebrarum? Duodecim ūt illi labores, quos Hercules creditur cōfeciſſe, nihil aliud ſignificāt, q̄ XII. ſigna zodiaci, quę Sol ſingulis annis conficit. Sed de hoc uide plura apud Macrob. Herculem autē Alcmenes filium maxime nobilitauit implacabile Iunonis odium, quæ quod ex pellice natus eſſet, perdere illum cupiens, nouis ſemper monſtris obiecit. quæ res expectationem eius maximè feſellit. Ille enim ſemper uictoriam ref rens, immortale ſibi decus peperit, adeo ut illa prius iubendo, q̄ hic laborando defatigaretur. Quo factum eſt, ut licet multi fuerint Hercules, qui uarijs tēporibus floruerunt, oēs heroica uirtute rerumq; geſtarum magnitudine inſignes, tamen huic uni reliquorum omnium labores tribuūtur: quorum quando nuſquā nō mentio occurrit, uiſum eſt celeberrimos aliquot ſubijcere Primo itaq; cū adhuc in cunabulis iaceret, geminos angues à Iunone immiſſos eliſit. II. Theſpij filias numero quinquaginta adhuc puer, ſed corporis robore præſtans, una nocte cōpreſſit, ſuſcepitq; quinquaginta filios, quos Theſpiadas uocauerunt. III. Iam Hydram colubris & capitibus pullulantē, face & ferro in Lerna palude oppreſſit. IIII. Ceruam æripedem, aureaq; habentem cornua in Menalo monte curſu comp ehendit, atque interfecit. V. In Nemea ſylua iuxta Cleonas inuſitatæ magnitudinis leonem iugulauit, & detractā pellē pro inſigni geſtauit. VI Diomedem Thraciæ regem, qui equos ſuos hoſpitum carnibus & ſanguine paſcebat, deuicit, uictumq; ipſius equis in pabulum dedit. VII. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuaſtantē, cepit, eumq; uiuum ad Euryſtheū attulit. VIII. Stymphalides aues ſagittis, ut quidam uolunt interfecit: ut alij, ſonitu ahenei crepitaculi uſq; ad inſulā Aretiada fugauit. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiſerat, eò quòd Minos Neptuno ſacrificaturus optaſſet uictimam maieſtate illius dignam: cui cum pulcherrimus taurus ab eodem deo fuiſſet oblatus, ipſum Minos ſeruare uoluiſſet) Inſulā Cretā ferè totam deuaſtātem domuit eumq; uinctum ad Euryſtheum attulit. qui poſtea cum Atticę regioni immiſiſſet, cui plurimū dāni intulit ſed à Theſeo interfectus fuit apud Ma

rathonem, ut canit Oui. lib. 7. Meta. X. Acheloum ſuperauit, ut ſupra dictum eſt. XI Buſidem Aegypti regem hoſpites ſuos mactantem occidit. XII. Antænm gigantem in Libya lucta uictum ſuffocauit. XIII. Calpen & Abylã montes antea coniunctos, diuiſit. XIIII. Aurea mala in Heſperidum hortis, intercepto prius dracone peruigili, qui ea cuſtodiebat, ſuſtulit. XV. Cœlum, iam feſſo & ſuccumbente ponderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonem Hiſpaniæ regem tricorporem bello ſuperauit, eiuſq; armẽta abduxit. XVII Cacum latronem, Vulcani filium, ſemihominem, & flammiuomum, oppreſſit. XVIII. Lacinium latronem, extremam Italiæ orã infeſtantem, ſuſtulit, ibiq; Iunoni templum conſtituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. XIX. Albionem & Bergionem iter ipſius impedientes, haud longe ab oſtio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre, adiutus, deuicit. XX. Pyrechmum Eubœæ regem, Bœotijs bellum inferentem, profligauit, eumq; pullis equinis alligatum in diuerſas partes diſcerpſit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augiæ ſtabulum repurgauit, uide ſupra XXIII. Heſionem Laomedontis filiam monſtro marino compoſitam liberauit, occiſo prius ceto: ſed cum Laomedon equos præſtantiſſimos in præmiũ illi pollicitos, denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit, et occiſo rege Heſionen Thelamoni, qui primus murum conſcenderat, in prædæ partem conceſſit. XXIIII. Diripuit inſulam Con, regemq; Eurypylum cum uxore & liberis trucidauit. Vide ſupra in dictione Cos. XXV. Amazonas debellauit, earumq; reginam Hippolyten cepit, cui baltheum abſtulit, Euryſteoq; regi tradidit: captam uero Amazonem Theſeo bellorum ſocio dedit. XXVI. Ad inferos deſcendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena uinctum ad ſuperos traxit. Sunt qui dicant Herculẽ etiam iuuaſſe Theſeum in rapienda Proſerpina: alij ſolum Theſeũ eam eduxiſſe ad ſuperos, Ditemq; uulneraſſe. XXVII. Alceſtim Admeti regis coniugem ab inferis ad uitam reduxit. XXVIII. Ab inferis reuerſus Lycum Thebarum regem, eo quod Megaræ coniugi uim uoluiſſet inferre, interemit. XXIX Aquilã, quæ Promethei in Caucaſo religati perpetuò renaſcens iecur exedebat ſagittis tranſegit. XXX. Cygnum Martis filium equeſtri certamine uicit. XXXI. Occidit Theodamantem, quod ei cibum denegaſſet, illiuſq; filiũ Hylam ſibi chariſſimum, ſecum adduxit. XXXII. Cer opas uicit dum Omphalæ Lydorum reginæ ſeruiret. XXXIII Pylum diripuit, eiuſq; regem & Nileũ, cum tota domo, præter Neſtorem trucidauit: inſuper Iunonẽ Neleo opẽ ferẽtẽ telo triſulco uulnerauit. XXXIIII Eurytum Oechaliæ regem occidit, ipſamq; Oechaliã urbẽ deleuit, & Iolen Euryti filiam ſibi in uxorem denegatam, (quam tamen pater ante ei deſponderat) ui obtinuit, eamq; ſecum in Eubœam abduxit. Quod cum Deianira coniunx reſciuiſſet, maritum ſuum Iolea amore detineri, per Lycã Seruum ueſtem illi miſit Neſſi Centauri ſanguine infectam futurum rata ut ea ratione languentẽ uiri amorem excitaret, eumq; ab alijs auulſum, ad ſe unum reuocaret, quemadmodum Centaurus ipſi perſuaſerat. Cũ itaq; Hercules ueſtem ſacrificaturus induiſſet, in tantam rabiem uerſus eſt, ut conſtructa pyra ſeipſum combuſſerit. Poſt mortem uero in Deorum numerum relatus eſt. Habentur & aliæ res ab eo geſtæ apud Diod Siculum, quas ſiquis uolet inde petat.

HERCVLE, & HERCLE. HERCVLES, MEHERCVLES, & MEHERCVLE (νὴ τὸν ἡρακλέα) aduerbia ſunt iurandi, ab Hercule deducta: quaſi dicas, per Herculem. Ter. in Eun. Hercle hoc factum eſt. Cœlius Ciceroni, & hercule conſ cta omnia ſordè & inhoneſtè ſunt Idem de Cla. Or. Et Hercules hæ quidem extant. Idem de Orat. Libentius dixerim Mehercule, quàm Mehercules.

HERCVLEVM (ἡράκλειον) promontorium eſt. nõ longe à Leucopetra diſſitum Auctor Strab. lib. 6.

HERCVLEVS, a, um pen. cor. quanquam Græcè ἡρακλεῖος dicatur cum ei diphthongo in pen. Eſt autem propriè nomen poſſeſſiuum, ſignificans id quod ad Herculem pertinet: ut Claua Herculea. Labor Herculeus, Hor. lib. 1. Carm, Perrupit Acheronta Herculeus labor, hoc eſt, labor ipſius Herculis. Nonnunquam Herculeum laborem, prouerbiali hyperbole pro immenſo, & penè inſuperabili labore accipimus. Vide Eraſmi Adagia. Herculeus nodus, prouerbij item ſpeciem habet pro nodo indiſſolubili Hercules morbus dicitur, quem Comitialem alio nomine uocamus, quod Hercules morbum hunc aliquando paſſus credatur.

HERCVLEE, (*Fortemente gagliardamente*) (ἡρακλείως) pro fortiter dixit. Cic lib. 8 de Ami. Nunc fert etiam Herculeè.

HERCVLIS PORTVS. (ἡρακλέους λιμήν) oppidum eſt in ora Liguſtica, cum portu, apud Ptolemæum lib 3. cap 1. & apud Pli. lib. 3. cap. 5. Eſt & Herculis portus in litore Brutio, non procul à Metauro fluuio: cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 5.

HERCYNIA, ſylua (ἑρκυνία Straboni) eſt omnium Germaniæ ſyluarum lõge maxima: quam Cæſar lib. 6. Commen. deſcribit his uerbis: Huius Hercyniæ ſyluæ, quæ ſupra demonſtrata eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri poteſt: neque menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum & Rauracorũ finibus, rectaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum, et Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus diuerſia à flumine regionibus, multarumq; gẽtium fines propter magnitudinem attingit. Neq; quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiſſe ad initium eius ſyluæ dicat. cum dierũ iter XL. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur acceperit Plura de Hercynia ſylua uide eodem loco apud Cæſarem.

HERI, (*Hieri*) (χθὲς, ἐχθὲς) id eſt, heſterno die. Cic. ad Att. Lepidus ad me heri ueſperi literas miſit Antio. Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i, & e, ut Veſpere, & Veſperi. Teren. in Eunuc. Inhoneſtum hominem quem mercatus eſt here. Ab Heri fit Heſternus, a. um, (χθεσινὸς, χθιζινὸς) ſicut à Cras Craſtinus: ut Dies heſternus, Nox heſterna. Oui. Epiſ. 18. Eſt mare (cõfiteor) nondum tractabile nanti: Nocte ſed heſterna lenior aura fuit. Accipitur nonnunquam pro pridianus. Ter. in Eun Quo pacto ex iure heſterno panẽ atrum uorent.

HERICIVS, cij, (*Riccio*) (ἐχῖνος, χερσαῖος) animal eſt ſpinis horridum, ſeſe, dum metuit, in globum conuoluens. Alijs nominibus Herinacius, & Echinus terreſtris dicitur. In ſepibus dumoſis et uineis per autumnum præcipuè uerſatur. Conditur in arboribus hyeme, et cibis per æſtatẽ paratis ueſcit. Vbi ſenſerit uenatores, contractis ore & pedibus conuoluitur, in formam pilæ, ne quid cõprehẽdi poſſit præter aculeos. Sunt è genere eorũ maiores hyſtrices, quibus lõgiores aculei: de quibus infra. Vide plura apud Pli lib. 8 cap 37.

HERIFVGA, gæ, (*Che fugge il padrone*) fugiens herum. ut Famuli herifugæ. Catullus. Patria ò mea creatrix, patria ò mea genitrix, Ego quam miſer relinquens, dominos ut herifugæ Famuli ſolent, ad Idẽ retuli nemora pedem.

HERILIS, le, pen. pro (*Del padrone*) (δεσποτικὸς) poſſeſſiuum eſt ab hero deductum: ut Herilis filius, Herilia imperia. Ter. in And. Herum ſefelli: in nuptias conieci herilem filium.

HERINACIVS, (ἐχῖνος χερσαῖος) echinus terreſtris, qui & Hericius dicitur. Vide ſupra in dictione Hericius.

HERILLVS. (ἥριλλος) Chalcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus fuit qui cum audiſſet ſcientiam laudatam eſſe ab Ariſtotele & Theophraſto, ſummũ bonũ in ea poſuit. Meminit eius Ci. lib. 4. Aca. & 2. de Fin.

HERMÆ, (ἑρμαῖ) ſtatuæ erant ſiue ſigna, & præcipuè trunci, quorum capita permutari poterant: cuiuſmodi Athenis plurimi erãt, Mercurij imaginẽ referẽtes: à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς Ci. ad Att. li. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, nunc admodum me delectant. Probus Aemilius in Alcibiadem Plutarchi: Id cum appareret, priuſquam claſſis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deijcerentur, præter unum, qui ante ianuã erat. Suidas dicit Hermas ſtatuas dictas, q plurimum Mercurij ſtatuæ delinearentur. Vnde uidetur profectum eſſe uulgatum illud prouerbium: Non ex quouis ligno fit Mercurius. Solent autẽ Hermæ præcipuè circum ſepulcra erigi, ad propagandum defunctorum memoriam. Solent præterea Romani Mercurij, et Mineruæ ſtatuas coniungere in gymnaſijs, dicareq;, quas Hermathenas Cicero nominat lib. 1. ad Att Epiſt. 2. Quod ad me (inquit) de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ornamentum academiæ proprium meę. quod & Hermes commune omniũ, & Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſij.

HERMÆA, (ἑρμαία) promontorium Africæ propriæ dictæ, apud Ptolemęũ lib. 4. cap. 3.

HERMATHENA, (ἑρμαθήνη) Mercurij à Mineruæ ſtatua coniuncta. Vide Herma.

HERMAGORAS. (ἑρμαγόρας) Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Aeolidis ciuitate. Scripſit autem rhetoricam libris ſex, de cultu orationis, de Decoro de elocutione, de figuris, Docuit Romæ Auguſti temporibus, deceſſitq; ſenex. Fuit itẽ Hermagoras alter Amphipolitanus philoſophus, diſcipulus Perſæi, qui plures ſcripſit dialogos. Auctor Suidas. Hermagoras, philoſophus & orator, apud Cic. de Cla. Orato.

HERMANDVRI, ſiue Hermunduri, Germaniæ populi, Cheruſcis finitimi, in tractu, quem hodie Miſniam uocant. Meminit horum Pli. lib. 4. cap. 14.

HERMAPHRODITVS. pen. pro. (ἑρμαφρόδιτος) Mercurij & Veneris filius, ut ex ipſa ſtatim uocis compoſitione apparet. Nam Mercurius, ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic cum uagabundus in Cariam ad limpidiſſimũ fontem, quẽ Salmacis Nympha incolebat, perueniſſet, illa ſubito eius amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſſimus) cum neq; blanditijs, neq; precibus ad concubitum flecti poſſet, ſimulato receſſu poſt uepres latuit. Is autem Nymphã abijſſe ratus, fontẽ nudus intrauit: quod uidens Salmacis, ſubito accurrit, & abiectis ueſtibus arctiſſime eum complexa eſt. Sed cum ne tunc quidẽ obſtinatum exorare poſſet a dijs petijt, ut ex duobus corporibus in unũ redigerentur. Cuius precibus exauditis, ambo in unũ corpus coaluerũt, in quo ſexus uterq; remanebat integer. Quod cum uidiſſet Hermaphroditus, a ſuperis petijſſe dicitur ut ea fonti natura maneret, ut quis uir eũ intraret, ἀνδρόγυνος, id eſt, utrunq; ſexum habens, exiret. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermophroditi.

HERMENIA, (*Interpretatione*) (ἑρμηνεία) Latine interpretatio: ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod eſt interpretari. Vnde duos illos libros Dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inſcripſit Ariſtoteles, nos de interpretatione dicere poſſumus.

HERMEAS, (ἑρμείας) inſignis belli dux fuit, teſte Polybio, cuius ſtrenua opera ad res maximas uſus eſt Antiochus. a quo tamen poſtremo ob ſuſpicionem affectati regni cum uxore & liberis eſt occiſus.

HERMES. (*Mercurio*) (ἑρμῆς) dicitur à Græcis, quem nos Mercurium uocamus, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, hoc eſt, ab interpretatione, quod nuntius, & interpres Deorum habitus ſit Seruius in illud Vergilij. 4. Aene. Nunc etiam interpres Diuum, Ioue miſſus ab ipſo. Hermes, inquit, Mercurius dictus eſt, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id eſt, a ſermone. Præſtabat enim eloquentia: quẽ effigiabant alas in capite & pedibus habentem, quod ſermo hominum per aera uolitet. Vide infra in dictione Mercurius.

HERMES Triſmegiſtus. (ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος) philoſophus in Aegypto poſt Moſen claruit, eo tempore, quo Philoſophiæ ſtudia in Aegypto cœperunt efflorescere: cum antea tantum circa aſtronomiam, & Mathematicas diſciplinas uerſabantur, quæ ad exercendum ingenium magis, q̃ ad illuſtrandum animum ualẽt. Scripſit lingua patria dialogum, in Latinum ſermonẽ poſtea conuerſum, ubi Aſclepius introducitur. Deum omnino unum optimum omnium conditorẽ, erroremq; fatetur parentũ ſuorũ, qui ſuperſtitiones idolorum ſouerant De hoc plura apud Suidam & Auguſt de Ciuita. Dei. Hermes alter item philoſophus Aegyptius, auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli ſub Adriano principe, uir non minore iuſtitia, quam doctrina præditus. Moriens iurauit & immortalem ſe eſſe, & incorruptibilem animum habere. Hæc Suid.

HERMIONA. pen pro (ἑρμιόνη) oppidum fuit Peloponneſi maritimum, ad ſinum Argolicum ſitum, non procul à Phliunte, Iunonis templo nobile. Ver. in Ciri: Hinc ſinus, hic ſtatio contra patet Hermione. Verſus eſt ſpondaicus.

HERMIONES, pen. cor. (ἑρμιόνη) filia Menelai ex Helena admodum formoſa, militante patre apud Troiam, Oreſti Agamemnonis filio deſponſata fuit ſed hãc quoq; Menelaus huius rei inſcius, apud Troiã promiſit Pyrrho Achillis filio: qui domum reuerſus, cum Aegiſthus regnum occiſo Agamemnone occupaſſet, atq; Oreſtes ad regem Strophium Phocẽſem Electræ ſororis auxilio clam ablegatus eſſet, Hermionem reluctãtẽ ui rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in ſortem ceſſerat, quamq; pro uxore habuerat, Heleno uati, filio Priami. At Oreſtes poſito furore, quo ob interfectam à ſe matrẽ cruciabatur,

ciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidauit, ſuamq́ ſponſam recepit. Verg. lib. 3. Aene. Qui deinde ſecutus Ledæam Hermionem Lacedæmoniosq́ hymenæos, &c.

HERMIONES, populi ſunt in finibus Germaniæ. Auctor Pomponius libr. 3. Vadianus arbitratur eos eſſe, quos hodie Pomeranos uocant Germani.

HERMIPPVS, (ἕρμιππος) Athenienſis Poeta fuit, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, altero captus oculo, frater Myrtili comici. Scripſit fabulas XL. Fuit item alter Hermippus Berytius, diſcipulus Philonis Byblij, qui multa compoſuit ſub Adriano principe. Vide Suidam.

HERMOCRATES, (ἑρμοκράτης) nobilis Sophiſta fuit tempore Seueri principis: à quo coactus filiam Antipatri magiſtri epiſtolarum infelici forma puellam duxit uxorem, quam poſtea repudiauit.

HERMIAS, (ἑρμίας) eunuchus, trapezitæ cuiuſdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Ariſtotelemq́ audiuit: & domum reuerſus cum domino ſuo Atarnenſes, & Aſſenſes aggreſſus, eos ſubegit, & illis ſimul cum domino imperauit. Ex Suida.

HERMINIVS, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit: cuius cladis meminerunt Suet. in uita Auguſti, & Tacitus de rebus Germanicis. Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortiſſimus, unus ex ijs, qui unà cum Coclite Hetruſcis in ponte ſublicio reſtiterunt, donec à tergo ſolueretur. De qua re uide Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. Eſt præterea hoc nobilis cuiuſdam Hetruſci nomen, apud Verg. 11. Aeneid. Ingentem corpore & armis Deijcit Herminium.

HERMODORVS, pe. pr. (ἑρμόδωρος) fuit Philoſophus Epheſius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconſultus tradit auctorem fuiſſe Decemuiris ferendarum legum XII. tabularum Plin. lib. 34. ca. 5. dicit hunc fuiſſe interpretem legum Decemuiralium, eiq́ ob id ſtatuam publicè dicatam. De hoc ſic ſcribit Cic. 5. Tuſc. Eſt illud ſcitum apud Heraclitum Phyſicum, de principe Epheſiorum Hermodoro. Vniuerſos ait Epheſios morte eſſe mulctandos, quod cùm ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt, Nemo de nobis unus excellat: ſi quis extiterit alio in loco, et apud alios ſit. Eadem ferè refert & Strab. lib. 14.
Fuit & alter Hermodorus Siculus auditor Platonis: cui uitio datū eſt, quòd quæſtui philoſophiam habuerit, dictata quę ſub præceptore audiuerat colligendo, ac deinde in Sicilia uenditando.

HERMODOTVS, (ἑρμόδοτος) Poetæ nomen, cuius aliquoties meminit Plutarchus.

HERMOGENES, pe. c. (ἑρμογένης) Tarſenſis ſophiſta fuit, in pueritia tanto differendi acumine, ut natus annos non amplius XV. fama ſui nominis M. Anton. principē ad auditorium exciuerit, ab eoq́ non pœnitenda tulerit munera.
Accedente uero ætate tanta illi obtorta eſt ſtupiditas, ut omnibus eſſet ludibrio. Nam Cratillus ad nomen eius alludens dicebat, eum à patre degenerare, quòd cum Hermogenes eſſet, hoc eſt, Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem Sophiſta, cauillabatur, eum in pueritia fuiſſe ſenem, in ſenectute factum fuiſſe puerum.

HERMOLAVS, (ἑρμόλαος) Byzantius Grammaticus fuit, qui in librū Stepha. de Vrbibus ad Iuſtinianum Cæſarem ſcripſit Epitomen Suidas. Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum coniurauit. Alius item apud Plinium libro 36. cap. 5. ſtatuarius, inter eos qui ædes principum ſignis nobilibus ornarunt.

HERMOGLYPHVS, (Scultore, ſtatuario) (ἑρμογλυφος) ſtatuarius: nam, ut ſuo loco diximus Græci ſigna & ſtatuas Hermas uocant: γλύφειν autem eſt ſculpere.

HERMONASSA, (ἑρμώνασσα) oppidum in primo Boſphori Cimmerij aditu, Plin. lib. 6. cap 6.

HERMOPOLIS, (ἑρμούπολις Stephano) Latine Mercurij ciuitatem ſonat, urbs eſt Aegypti in præfectura Sebenitica, ubi Pan colitur & hircus, Auctor Strabo lib. 17.

HERMOPOLIVM, pe pr. (ἑρμοπωλεῖον) officina eſt, uel alius locus in quo Hermæ, hoc eſt ſtatuæ, uel ſigna uendi bantur.

HERMVPOA, (ἑρμοῦ πόα) herba, uulgo in uineis naſcens, quam Græci Linozoſtin uocant, Latini uero Mercurialem, quaſi Mercurij herbam. Plin. libro 25. cap. 5.

HERMVS, (ἕρμος) fluuius minoris Aſiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Dorylaum Phrygiæ ciuitatem, auctusq́ Pactolo Smyrnę campos irrigat, tandemq́ in Phocaicum ſinum illabitur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. & Stra. libr. 13. Verg. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

HERNIA, (Hernia) (κήλη) morbus eſt ſcroti intumeſcentis: et propriè, cum erupto peritonæo, corpus in aliquod ſcrotum deciderit. Eius multę ſunt ſpecies: Euterocela, (ἐντεροκήλη) enim dicitur cum inteſtina dilabuntur in ſcrotum, hoc eſt in ſacculum illum qui ambit teſticulos, quem Græci uocant ὄσχεον. Epiplocela, (ἐπιπλοκήλη) cum omentum: Epiploenterocele, (ἐπιπλοεντεροκήλη) cum inteſtina ſimul cum omento eodem fuerint delapſa. Hydrocela, (ὑδροκήλη) cum in alterum è teſtibus humor confluit Has ſpecies noſtri uocant Hernias (ut inquit Celſus) à duritie pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. Hernum enim durū & aſperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui Hernam ſaxum uocant. Mart. Deriſor Fabianus herniarum, Omnes quem modo colei timebāt Dicentem tumidas in hydrocelas. Ramices uerò uocant, cum integro peritonæo ſcrotum aliqua ex cauſa intumeſcit, quorum etiam aliquot faciunt ſpecies. Porocelam enim (πωροκήλην) uocant cum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit: Sarcocelam, (σαρκοκήλην) cum in ipſo ſcroto concreuit caro. Criſocelam, (κιρσοκήλην) cum tumeſcentes uenæ ſcrotum replent: Bubonocelam, cum illæſo peritonæo aliquod ſuperiorum corporum non in ſcrotum, ſed in inguem tantum deſcenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias, ne ab ipſis quidem medicis ſemper obſeruatur. De Bronchocela ante diximus. Neq́ enim illa inter ſpecies herniæ eſt connumeranda: utpote quæ non pudendas partes, ſed collum infeſtat. Eſt enim Bronchocele, tumor magnus & rotundus inter cutem & aſperam arteriam, cui modo caro hebes, modo humor aliquis includitur: interdum etiam minuta, ut fibus pili immiſti. Sunt etiam qui Herniam interpretentur teſtium thecam, in illo uerſu Martialis. Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

HERNICI, (ἕρνικοι) populi in Campania ſaxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam Hernias Sabini ſaxa uocant Hos tamen Hernicos appellatos uoluit Macrobius ab Herno quodam Pelaſgo ipſorum duce. Horum Metropolis eſt Anagnia. Verg. lib. 7. Aen. Et roſcida riuis Hernica ſaxa colunt, quos diues Anagnia paſcit.

HERNIOSVS, (κηλήτης) qui herniam patitur.

HERO, (quod hic perperam inter aſpirata relatū erat) uide Ero. Nam apud Muſæum, cæterosq́ Græcos, (ἡρώ) ſcribitur ſpiritu tenui.

HERODES, (ἡρώδης) Antipatri Idumæi filius, anno decimo Auguſti rex Iudæorum à Romanis declaratus eſt, regnauitq́ annis XXXVII. Hic uir ſtrenuus Samariam urbem in cineres redactam à fundamentis erexit, eamq́ in honorem Auguſti σεβαστὴν, hoc eſt, Auguſtam appellauit. Crudeliſſimus tamē fuit, quippe qui multos iniuſte occiderit. Nam omnes legis interpretes, & paruulos Bethleemitas gladijs interemit. Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas in actibus Apoſtolorum, quod cum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei eſſe illam non hominis: ab irato Deo, cuius honores ſibi uendicabat, percuſſus, ſcatentibus toto corpore uermibus, miſerando genere lethi perijt. Fuit alius Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galilææ, poſt Archelaum, qui impiiſſimus etiam fuit. Nam in ciues ſicarius, in nobiles latro, in ſocios populator habitus eſt, uxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptiſtam occidit, & dominum noſtrum illuſum Pilato remiſit: tandem Lugdunum à Caio Cæſare relegatus, ibi uitam finiuit. Tertius Herodes dictus Agrippa Ariſtobuli filius, qui Iacobū occidit. Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione (inquit Gell.) ferè uniuerſos grauitate, atque copia, elegantiaq́ uocum longè præſtitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia ſimul ſophiſtica facultate clarus, genus ex Aeacidarum ſanguine ducebat patre Attico, cui diuitiarum initium ex theſauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis uitam uide apud Philoſtratum.

HERODIANVS, (ἡρωδιανός) Alexandrinus, grammaticus, Apollonij etiā grammatici filius & diſcipulus floruit ſub Marco Anto. imperatore. Scripſit de arte grammatica: præterea Cæſarum hiſtoriam à Commodo Marci filio uſq́ ad Gordianum, eius Gordiani nepotē, qui Maximino ſucceſſit. Auctor Suid.

HERODIVS, (quod hic perperam relatum erat inter aſpirata) uide Erodius.

HERODOTVS, pen. cor. (ἡρόδοτος) hiſtoriographus Græcus, quem Cicero lib. 2. de Legibus, patrem hiſtoriæ appellat. Hunc Halicarnaſſeum fuiſſe auctor eſt Suidas, claroq́ apud ſuos genere ortum. Floruit tempore Cyri Perſarum regis tyrannis omnibus infenſiſſimus. Quare cum patriam à Lygdamo Tyranno uideret occupatam, receſſit in Samum, eoq́ extincto, quum ad ſuos rediſſet, inuidiæ obnoxius factus, ſponte Thurium Athenienſium coloniam in exilium profectus eſt: ubi etiam mortuus eſſe dicitur, & ſepultus. Scripſit hiſtoriarum libros nouem, quorum ſingulos ſingularum Muſarum nouem inſcripſit.

HEROIDES, (Donne illuſtri) (ἡρωΐδες, ἡρωΐναι) à ueteribus dictæ ſunt fœminæ illuſtriores, quales ſunt heroum uxores & filiæ. Papin. libr. 3. Syl. Quas ueteres Latias Graiasq́ heroidas æquas. Martia. Mutatas formas heroidas, inſuper iiſdem Addidit.

HEROINA, æ, (ἡρωΐνη) dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illuſtris: ut ſunt heroum filiæ, & uxores. Propert. libro 1. Eleg. Illa ſit Inachijs & blandior heroinis.

HERON, (ἥρων) Athenienſis orator, ſcripſit commētarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. Auctor Suidas.

HEROPHILA, (ἡροφίλη) proprium nomen fuit Sibyllæ Erctriæ, quæ Tarquinij Superbi tempore Romam uenit, tresq́ ſecum libros attulit heroico carmine conſcriptos: quorum nomine cum magnam pecuniæ ſummam à rege petiiſſet, nec obtinuiſſet, duos exuſſit, uniusq́, qui reliquus erat, nomine tātundem obtinuit, quantum paulò ante pro tribus popoſcerat. Auctor Suidas.

HEROS, (Barone & ſignore, heroe, huomo illuſtre) (ἥρως) in genitiuo herois, penul. prod. Dicti ſunt autem à ueteribus Heroes uiri nobiles & illuſtres, qui mortales quum eſſent, rerum tamen à ſe geſtarum magnitudine, quàm proximè ad Deos immortales acceſſerunt, eamq́ apud uulgus opinionem emeruerunt, ut poſt mortem in Deorum numerū crederentur relati, quales fuerunt ſemidij illi, de quibus fabulatur antiquitas, quos altero parente Deo, altero mortali prognatos credebant: quanquam eſſe uериſimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulteriorum turpitudinem Lucian in 3 Dialog mor. definit Heros hunc in modum: ἥρως ἐστὶν ὃ μήτε ἄνθρωπός ἐστι, μήτε θεὸς, καὶ ἀμφότερόν ἐστι. hoc eſt, Heros eſt, qui neque homo eſt, neque Deus, & ſimul utrumq́ eſt. Quod ad huius uocis originem attinet uariæ ſunt opiniones. Sunt. n. qui Heroem dictum putēt ἀπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς. hoc eſt, ab amore uirtutis, prima uocali tenui mutata in aſpiratam. Aug. li. 10. de ciuitate Dei, putat Heroes dictos ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc eſt, à Iunone, primumq́, neſcio quem eius filium Heroem appellatum. Hoc uidelicet myſticum ſignificāte fabula, quod aer Iunoni deputetur, ubi uolunt cum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem lib 7 auctor eſt inter lunæ gyrum & nimborum ac uentorum cacumina, aerias: ſed eas animo, non oculis uideri, & uocari Heroas, & Lares, & Genios. Martianus Capella in nuptijs Philologiæ, dicit Heroas ab Hera, quæ terra dicitur, nūcupatos. Horatius in arte poetica. Intererit multum, Dauus ne loquatur, an heros. Cic. ad Att. lib. 1. Heros ille noſter Cato & lib. 14. Illi non heroes, ſed Dij futuri quidē in gloria ſempiterna ſunt. Vergil. 6. Aenei. Tum maximus heros Mæcenas agnoſcit ſuos.
Hinc Heroicus a, um, (ἡρωϊκός) ut, Heroica ætas in qua heroes floruerunt. Et Heroicus uerſus, quod eo genere carminis heroum geſta deſcribantur. Ci. de Legib. lib. 2. Ne plus quatuor heroicis uerſibus, quos longos appellat Ennius. Herois, idis, (ἡρωΐς) apud Martialem, unde in dictione Heroides.

HEROVS, a, um, (Heroica) (ἡρῷος) idem quod Heroicus: unde Heroi pedes dicuntur: quibus in carmine heroico utimur, Cic. 3. de Orat. Quare plurimum ad heroum nos dactyli, & anapæſti, & ſpondei pedem inuitat. Heroi carminis opus, Proper. lib. 3. Eleg 3.

HEROSTRATVS, pen. corr. (ἡρόστρατος) Epheſius homo ignauus fuit, & ſceleſtus, qui celeberrimum illud Dianæ Epheſiæ templum ſuis manibus incendit ut ea re nominis immortalitatem ſibi compararet. Epheſij autem ne ſperatū ex ſcelere fructum conſequeretur, ſeueriſſimis edictis cauerunt, ne quis eum unquam nominaret: non tamen efficere potuerunt ut nomen illius ad nos non per-

uenirchut ſcribit Strab. libr. 14.

HERPES, (ἕρπης) tumor contra naturam ſiue ulcus, ab intemperie partis proſiciſcens, cum affluxu flauæ bilis: ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, id eſt, a ſerpendo nomẽ habens, propterea quod ad uicinas partes proſerpat, carnemq́; ſæpenumero uſque ad oſſa deuoret: quod cum fit, ἕρπης ἐσθιόμενος à Græcis dicitur. Eſt item Herpes, animalis nomen, ſic dicti, quod ulcera proſerpentia eo perſanentur. Pli. lib. 30. c. 13.

HERSILIA, (ἑρσιλία) nomen uxoris Romuli, quam Oui. 14. Metam. fabulatur, poſt mariti apotheoſin, & ipſam Deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatoq́; nomine dictam eſſe Oram.

HERVS, ri, {Padrone, ſignore} (δεσπότης) dominus. Vergi. 3. Aeneid. Nec uictoris heri tetigit captiua cubile. Herus interdum herilem filium ſignificat, δεσπόσυνος. Terent. in Andr. Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſum dabunt. Verba ſunt Daui de Pamphilo herili ſuo.

HESAIAS, (ἡσαΐας) nomen prophetæ proprium, qui nobili genere ortus, in Hieruſalem prophetauit, nihil ruſticitatis in ſermone habens, qui non tam Propheta, q̃ euangeliſta fuit. Vniuerſa enim Chriſti eccleſiæq́; myſteria ad liquidũ proſecutus eſt, ut non putes eum de futuro, ſed de præterito hiſtoriam texere. Tandem ſub Manaſſe rege ſerra ſectus in duas partes, occubuit.

HESIODVS, pen. corr. (ἡσίοδος) poeta uetus, ex Aſcra uico Bœotiæ unde & Aſcræus dictus eſt, Homeri (ut creditur) coætaneus, Hic primus de agricultura uerſibus ſcripſit, quem Verg. imitatus eſt. De morte eius ſcribit Plutarchus in conuiuio ſeptem Sapientum apud Nemeum Locricum occiſum fuiſſe, à Locrenſibus quibuſdam adoleſcentibus, cum quorum ſorore clam rem habebat hoſpes quidam Mileſius, quo Heſiodus familiariſſimè utebatur. Spicati itaq; fratres puellæ Heſiodum ab initio rei totius cõſcium fuiſſe, diſpoſitis inſidiis eum trucidarunt, & in mare abiecerunt. Corpus autem à delphinis protinus acceptũ, ad Rhium Molycricum aductum. Hinc Heſiodius, a, um, quod eſt Heſiodi, ſiue quod ab Heſiodo compoſitum eſt. Cice. in Bruto: Illud Heſiodum laudatur à doctis, quod, &c.

HESIONE, (ἡσιόνη) Laomedontis regis Troię filia, & Priami ſoror, quã Hercules à Piſtricis monſtri periculo liberatam, uxorem dedit Telamoni.

HESPERIÆ, (ἑσπερίαι) duę ſunt, una quæ Hiſpania dicitur, altera Italia, quę ſic diſcernuntur: aut enim Heſperiam ſolam dicimus, & ſignificat Italiam. Ver. 1. Aen. Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt. Aut addimus adiectiuũ Extremam, uel Vltimam, & ſignificat Hiſpaniam, quę in occidentis eſt fine Horat. lib. 1. Carm. Qui nunc Heſperia uictor ab ultima. Et hæc ab Heſpero occidentali ſtella dicta eſt. Italia uero ab Heſpero Atlantis fratre, qui à germano pulſus. Italiam tenuit, & ei nomẽ uel ſuum, uel ſuæ priſtinę regionis impoſuit. Macrobius tamen uolunt Heſperiam dictam eſſe Italiam, quod occaſui ſubiecta ſit.

HESPERIDES, pen. cor. (ἑσπερίδες) appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ, Aegle, Aretuſa, & Heſperethuſa, quas Poetæ fabulantur habuiſſe hortos, nemore aurifero pretioſos, ubi erat draco cuſtos peruigil, mala aurea uigilãter obſeruans, quem interfecit Hercules, pomaq́; aurea retulit ad ueitricum Euryſtheum. Plinius & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuarium maris, meatu flexuoſo inſtar draconis, quod hortos Heſperidum amplectebatur, ubi pręter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues ſignificari dicit quas Hercules ex Africa in Græciam exportauerit. Nam μῆλον apud Græcos ſignificat ouem & pomum. Hinc Melotæ, (μηλωταί) dictæ ueſtes ex pellibus ouium confectę. Aliter tradit Diod. libr. 5. Bibliothecæ, quem uidere potes.

HESPERIS, dis, (ἑσπερίς) teſte Plin. 21. cap. 7. herba eſt, quæ noctu magis olet: unde & nomen inuenit.

HESPERVM, (ἕσπερον) promontorium in Africa eſt, nauigatione decem dierum, ac noctium diſtans à monte quem θεῶν ὄχημα uocant Græci. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

HESPERVS, pen. cor. (ἕσπερος) Atlantis frater, unde Heſperia. Scribit Diodor. hunc Heſperum conſcendiſſe cacumen montis Atlantis, ad curſus aſtrorum obſeruandos, & nunquam deinde comparuiſſe: cui uulgus honores diuinos exhibuit, aſtrumq́; lucidiſſimum eius nomine appellauit. Verg. Ecl. 7. Ite domum ſaturæ, uenit Heſperus, ite capellæ. Hæc etiam Serotina ſtella, & Veſper dicitur, & Veſpertugo, & Lucifer, et Venus, de quibus ſuo loco. Huius meminit Cicer. lib. 2. de Nat. Deo. Infima eſt, inquit, quinque errantium, terręq́; proxima ſtella Veneris quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegraditur Solem, quum ſubſequitur autem, Heſperus.

HESSENI, populi Paleſtinæ, ſine ulla fœmina uiuentes, & omni Venere abdicati. Auctor Plin. lib. 5. cap. 17. Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tam cicures factæ traduntur, ut etiam ad ignotiſſimum quemque aduenarum aduolantes, ora roſtro uelut exoſcularentur. Ad hoc alludit Tibullus li. 1. Eleg. Quid referam, ut uolitet crebras intacta per urbes Alba Palæſtinis ſancta columba uiris?

HESTERNVS, a, um, {De hieri} (χθιζός) quod heri fuit: ut, Dies heſternus, Nox heſterna. Ouid. in Epiſt. Erus ad Leandrum: Eſt mare (confiteor) nondum tractabile nanti: Nocte ſed heſterna lenior aura fuit. Interdum idem eſt quod Pridianus. Terent. in Eun. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent.

HESTIÆA, (ἑστιαία) Eubœæ oppidum, quod Plinius ab uuarum copia πολυστάφυλον cognominat. Eſt & eiuſdem nominis oppidum in Acarnania, teſte Stephano. Pars item quædam Theſſaliæ a Strabone libro 13. Heſtiæa appellatur.

HESYCHIVS, (ἡσύχιος) Mileſius hiſtoricus fuit, qui tẽpore Anaſtaſii principis floruit. Scripſit Hiſtoriarum libros ſex de Romanorum, aliarumq; gentium principibus. item Dictionarium, quo ſe uſum fatetur Suidas.

HETEROCLITON, (ἑτερόκλιτον) quod à communi uulgataq́; declinandi ratione deflectit, quaſi alieno, & nouo quodam modo declinatum.

HETEROCRANEA, (ἑτεροκρανία) morbus eſt capitis, cum caput inæqualiter domet, tumetq́;, & inter prios rotunda, & humida hulcuſcula ſurgunt, & pus mali odoris. Plin. lib. 31. cap. 9. Ad heterocraneas, capitisq́; hulcera, & puſtulas, papulas've, &c.

HETEROGENIVS, a, um, pe. co. (ἑτερογενής) quod eſt alterius generis: cui opponitur Homogenius, (ὁμογενής) quod eſt eiuſdem generis.

HETEROMASCHALA, (ἑτερομάσχαλα) ueſtimenta, quæ ex altera tãtũ parte villoſa ſunt, & ſeruitiis dedicata. Contra Amphimaſchala, & Amphimalla, quæ ab utraque parte uilloſa, & ingenuis dedicata ſunt. Vide Bayfium de Re ueſtiaria.

HETRVRIA, (τυῤῥηνία Stephano) regio eſt Italiæ ad primam uſque Tyberis ripam protenſa, Macra fluuio à Liguria diſcreta: cuius hodie præcipua metropolis eſt Florentia. Dicta eſt autem Hetruria, quaſi ἑτερορία, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου καὶ ὄρου: quod extendebatur ad alteram ripam Tyberis: qui eſt terminus inter Latium & Hetruriam. Hinc Hetruſci, (τυῤῥηνοί) ſunt dicti regionis eius incolæ. Hęc dictio hactenus perperam inter diphthongatas reiecta fuit, cum primam corripiat. Martia. Quantum ſollicito fortuna parentes Hetruſco.

HEV, {Oime, ahi} (οἴμοι) interiectio eſt dolentis, & interdum exprobrantis. Iungitur nominatiuo, accuſatiuo, et uocatiuo: de quibus ubiq́; occurrunt exempla. Inuenitur etiam apud Plau ſepiuſculè cum datiuo, niſi exemplaria ſint uitioſa. Ita enim legitur in Mil. Heu mihi, nequeo, quin fleam. Idem in Merc. Heu miſerę mihi. Ibidẽ: Heu miſero mihi: Si ille abierit, mea omnes dicant eſſe ignauia. Sũt tamen, qui his omnibus in locis legant Hei. Pro eodem etiam dicimus Eheu: de quo ſuo loco diximus. Interdum etiam geminamus Heu, ſed tunc ferè ponitur ſine caſu. Plau. in Pſeu. Heu heu, q̃ ego malis modis perdidi, quod tibi detuli.

HEVS, {Oh, o, Petr. O cieche il tanto affaticar che gioua} (ὦ) aduerbium uocantis. Verg. 1. Aen. At prior, heus, inquit, iuuenes monſtrate mearum, Vidiſtis ſi quam hic errantem fortè ſororum. Aliquando duplicatur, Heus heus. Nonnunquam interiectio dolentis eſt: ut, Heus, etiam menſas conſumimus, inquit Iulus. Aſpiraturq́; magis uſu, q̃ ratione originis, cum Feſtus à Græco αἶ trahere uideatur, quæ uox dolentis eſt, unde & ægritudinem deductam eſſe tradit.

HEXACLINON, pen. prod. (ἑξάκλινον) uocatur ſtibadium, hoc eſt, cenatio ſex lectos ſenatorios capiens. Martia. E teſtudineum menſus quater hexaclinon ingemuit.

HEXAGONVM, pen. p. {Di ſei cantoni} (ἑξάγωνον) ſex angulorum. Col. lib. 5. cap. 2. Si fuerit ſex angulorum ad quadratos pedes ſic redigitur. Eſto hexagonum quoquo uerſus lineis pedum triginta. &c.

HEXAMETRVM, pen. co. {Di ſei miſura, di ſei piedi} (ἑξάμετρος) quod eſt ſex menſurarum ſiue pedum: unde uerſus hexametri dicuntur, qui ſex conſtat pedibus. Cic. de Orato. lib. 3. Solitus eſt uerſus hexametros, aliosq́; uariis modis atque numeris fundere ex tempore.

HEXAPHORVM, {Lettica portata da ſei ſerui} (ἑξάφορον) lecticam ſignificat, quæ a ſex ſeruis lecticariis ferri ſolet. Martia. lib. 2. Lauior hexaphoris tua ſit lectica licebit. Vide Lectica.

HEXASTICHVM, (ἑξάστιχος) hordeum dicitur, cuius ſpicæ ſex ordines habent, ſicut Diſtichum, cuius ſpicæ duos tantum habent ordines. Colu. libr. 2. ca. 9. Proximus eſt his frumentis uſus hordei: quod ruſtici Hexaſticum, quidam etiam Cantherinum appellant.

HEXECONTALITHOS, (ἑξηκοντάλιθος) gemma, quæ licet uireat, in parua tamen magnitudine multicolor eſt: ita dicta, quod ſexaginta colores habeat. ἑξήκοντα enim ſexaginta, λίθος lapis. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

HEXERES, pen. pro. (ἑξήρεις) naues dicuntur, quæ ſex ordines remorum habent. Liu. lib. 7. bel. Mac. Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat. præter has decem triremes erant.

H ANTE I.

HIARBAS, (ἰάρβας) Iouis filius, ex Garamantide nympha, & Getulorum rex qui cum ab Eliſa, quam in matrimonium petierat, repulſam tuliſſet, ira commotus naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cuius belli metu cum illa à ciuibus ſuis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, ut Sichæi prioris mariti manes placaret, ſeipſam in pyram, quam tanquam ſacrificatura, extruxerat, coniecit, maluitq́; ſe comburere, quàm ſecundas nuptias experiri. Sunt qui ſcribant Iarbas, ſine aſpiratione.

HIASCO, is, ere, {Aprirſi} (χαίνειν) hiare, & aperiri. Cato de Re ruſt. cap. 17. Vbi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet. Hoc eſt, quando primum incipiunt corticem interapertum oſtendere. De nucibus loquitur.

HIATO, tas, frequen. {Aprirſi aſſai} (χασμάω) eſt a uerbo Hio, hias, ſignificãs ſæpe, uel multum aperior. Plau. ſi qua fortè concio eſt, ubi cum hiatare nondum in mentem uenit, &c. Laberius paſſiuo uſus eſt: Hiatantur fores, inquit, pro eo, quod eſt, hiatant, id eſt, patent.

HIATVS, tus, {Hiato, apertura} (χάσμα) propriè eſt apertio oris. Cic. de Nat. Deo. Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt. Per tranſlationem accipitur pro terræ chaſmate, aliarumq; rerum apertione. Oui. in Epiſ. Briſ. Deuoret ante precor ſubito telluris hiatu.

HIBERIS, idis, (ἰβηρίς) herba eſt folia habens naſturtii, uere uiridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Naſcitur in incultis. Ruellius eam eſſe credit, quam Latini Lepidum ſylueſtre, herbarii Valerianam pratenſem appellant.

HIBISCVS, ſiue Hibiſcum, (ἀλθαία, ἰβίσκος) herba non diſſimilis maluæ (ut inquit Theophr.) folio, maiori, quàm maluę, piloſioriq́; caule. Alio nomine Althæa dicitur, & a uulgo ſeplaſiorum Biſmalua. Vſus eius ad rupta et tuſſes. Plin. lib. 19. cap. 5. Hibiſcum à Paſtinaca gracilitate diſtat, damnatum in cibis, ſed medicinæ utile. Verg. Accipit pro iunci ſiue uiminis genere, Eclog. 2. cum dicit, Hædorumq́; gregem uiridi compellere hibiſco. Rectius Ibiſcus ſcripſeris ſine h, ſiquidem a Dioſcoride & Theophraſto tenui ſcribitur ſpiritu.

HIC, ISTE, & ILLE, {Queſto, coteſto, quello} differunt in hunc modum ut Hic cum ſuis deriuatis et compoſitis dicatur de perſona, aut re loquẽtis, aut certè de re, aut perſona illi proxima. Iſte magis ſpectet perſonam audientis, quam uocamus ſecundam perſonam, hoc eſt, perſonam uel rem, ei cui loquimur proximam. Ille uero ad tertiam perſonam refertur, quæ remota eſt, tam a loquente, q̃ ab audiente. Cic. Curiom: Putares'ne unquam accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, neq; ſolum iſta ueſtra oratoria, ſed etiam hæc leuia noſtratia? Eadem quoque ratio eſt eorum aduerbiorum, quæ Localia nominata, ab iiſdem pronominibus formãtur: ut Hic denotet locum primum, in quo eſt is, qui loquitur, aut ſcribit: Iſtic ſecundũ locum ubi eſt, cui loquimus, aut ſcribimus: Illic tertium & remotum quendam locum, in quo neq; ego ſum qui loquor aut ſcribo, neque tu ſed tertius quidam locus remotus ab utroq; noſtrum. Quare ſic apte loquemur

hic

Hic noui habemus nihil: quod ſi quid iſtic nobis acciderit, ſcire cupio Item ſiet Regis Hiſpanorum oratores, qui diebus ſuperioribus hac iter habuerunt, ad quod tẽpus iſtuc peruenerint, facio te certiorem. Cic. Valerio: Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. Ille uero. (ἐκεῖνος) cum aduerbijs ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) ſignificat rem ſeu locum ab utroque remotum. Plau. Quis eſt, quem uidemus uenientem pannoſum ac ſqualidum? Ille'ne eſt noſter Syrus? Pli. Hæc omnia ad nos ex illa prouincia cõportãtur. Illinc ſucci, illinc odores, illinc extremo orbe quæſitæ luxuriæ opes. Duobus autem modis conſtruuntur, demonſtratiuè & relatiuè. Teren. in Eun. Vidẽn' tu illum Thais? Seneca. Et qui hoc facit, ſanè prudens appellãdus eſt, Et tunc Hic, eandem ſignificationẽ habet, quam Is. a quo in nominatiuo pluralis numeri & maſc. ac fœmin. generis, ſcriptura diſtinguitur. Hi enim & Hæ cum aſpiratione & una uocali, ab eo quod eſt Hic & Hæc deſcendunt. Ii uero, & Eæ, cum duabus uocalibus ſine aſpiratione fiunt ab Is, ea, id. Sciendum quoque eſt, quod Hic, quum pronomen eſt, indifferenter producitur, aut corripitur. Ver. 4. Aene. Solus hic inſpexit ſenſus animumq́ labantem. Idem 2. Aen. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quando uero aduerbium eſt, producitur. Iui, Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma? Hic interdum accipitur pro talis, ut apud Verg. 9. Aene. Huc ego te Euryale aſpicio. Hic aduerbium non inuenuſte accipitur pro tunc. Verg. lib. 1. Aeneid. Hic regina grauem gemmis, auroq́ popoſcit, Impleuitq́ mero pateram Præterea quemadmodum Hic pronomen accipitur aliquando pro talis, ita Hic aduerbiũ pro in tali loco, Plau. Hic'ne eſſe oportuit qui frugi eſſent? hoc eſt, in tali loco, et tam ſordido. Accipitur quandoque Iſte pro Hic. Cice. Cum iſto tempore ſtent cum gladijs armati. Hic et is, alio modo uſurpari ſolent ab auctoribus: ut, Alexander paruis copijs fretus ſuperauit Darium cum infinito exercitu, et id (καὶ ταῦτα) uel hoc in adoleſcentia. Ab Hic tam pronomine quàm aduerbio fiunt, Hicce, & Hiccine, τουτονί. illud eiuſdem ſignificationis cum hic, hoc ſemper interrogatiue ponitur, quaſi hic'ne? Dicimus & Hicce, Hæcce, & Hocce, τουτί. Vnde apud Terentium Hicce, plurali numero dicitur, pro eo, quod eſt hi: cum ait, Hicce arbitrantur, uene hoc munere ſuam eſſe Thaidem.

HIERA, (ἱερὰ) inſula inter Scillam, & Liparam, Vulcano ſacra, una ex Aeolis. In hac uetuſtas Vulcani officinam fuiſſe credidit. quod nocte cerneretur ignis quamplurimum, interdiu uerò fumum copioſiſſimum emittere. Vide Thucyd. lib. 3. Fuit & uia ſic dicta in agro Attico, quod ea ĩrent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem. Hoc nomine etiam appellata eſt uxor Telephi regis Myſorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, cum marito ferret opem, qui ab Achille uulneratus fuerat. Ea (ut fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam ſuperaret.

HIERACITES, (ἱερακίτης) gemma eſt à colore accipitris ſic dicta, quem Græci ἱέρακα appellant. Vide Pli. lib. 37. cap. 10. & 11.

HIERACIVM, (ἱεράκιον) herba eſt duorum generum. Hieracium maius caulem emittit aſperum, ſubrubeum, ſpinoſum, cauum, folia ex interuallis rariuſcule diuiſa, ſimilia ſoncho per ambitum: flores autem luteos in capitulis. Hieraciũ minus, folia ex interuallis habet diuiſa in ambitu, cauliculos teneros urentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant. Hieracia à Plinio inter agreſtis lactucæ genera numeratur, dictamq́ exiſtimat ab eo, quod accipiter eius ſucco oculorum caliginem diſcutiat. Vide ipſum lib. 20. cap. 7.

HIERANTHEMIS, uide Eranthemis.

HIERA PICRA, (ἱερὰ πικρὰ) confectionis genus eſt, a Galeno inuentum, ita dictum ab amaritudine aloes, quam multum recipit.

HIERAPOLIS, pe. c. (ἱεράπολις) ciuitas Aſiæ, contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ ſcaturiebant, quæ in tophum admodum facilè durabantur. Eſt præterea Hierapolis alijs miraculis inſignis. Præcipuè uerò admiratione dignum uideri poteſt, quod de Plutonio ore tradidit Strabo lib. 13. quod. ſ. in collis Hierapoli imminentis faſtigio puteus ſit ſemiiugeri magnitudine, tam peſtilentes exhalans nebulas, ut omnia animalia ſeptum ingreſſa protinus extinguat, cum tamen uicinus aer ſit innoxius. Strabo ipſe ſe aliquando paſſeres intra ſeptum hoc immiſiſſe teſtatur, qui ſtatim mortui conciderunt. Auctor eſt præterea idẽ Strabo circa Hierapolim aquam eſſe adeò tingendis lanis idoneam, ut ex radicibus tinctæ, cum ijs decertarent, quæ ex purpura tingebantur Dicta eſt autem Hierapolis, teſte Stephano, à multitudine ſacrorum, ſiue templorũ, quæ Græci ἱερὰ uocant. Huius oppidi incolæ Hierapolitæ ἱεραπολῖται, dicuntur.

HIERARCHIA, (ἱεραρχία) ſacrorum principatum ſignificat. & Hierarcha, (ἱεράρχης) ſacrorum præfectum. Dionyſius in lib. de Eccle. Hierar. Hierarchiã definit ordinatam omnium ſacrorum adminiſtrationem, & Hierarchen, uirum diuinum, omnium eorum, quæ ad ſacrorum cognitionem pertinent, peritum.

HIERATICA, (ἱερατικὴ) chartę quoddam genus ſubtilius, religioſis tantum uoluminibus dicatum, quos ab adulatione Cæſaris Auguſti nomẽ accepit Pli. lib. 13. cap. 11.

HIERI, populi ſunt ultra Sauromatas, calui & ſimi à natiuitate omnes & promiſcuè barbam habentes. Qui ideo ἱεροὶ, id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil iniuſtè agunt, nec bella norunt.

HIERICVS, untis, (ἱερικοῦς) oppidum Iudææ, inter Hieroſolyma & Iordanem ſitum, palmetis circunquaque conſitum, & fontibus irriguum. Vide Plin. libr. 5. cap. 14.

HIERO, (Ἱέρων) Syracuſanorum quoddam tyrannus fuit, qui corporis pulchritudine, & uiribus adeo pręſtitit, ut omnibus penè miraculo eſſet: uide Iuſtinum lib. 23. Hiero alter Ferreus cognomento Athenienſis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, unaq́ cum eo diſciplinis eruditus: Poemata nonnulla conſcripſit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem ſuam perueniſſe teſtatur.

HIEROBOTANE, (ἱεροβοτάνη) uerbenaca herba, ab uſu nomen ſortita quod ea in ſacris uterentur, ad Iouis menſam uerrendam, domumq́ luſtrandam. Hanc etiam legati ad hoſtes ituri manu ferebant. Duo eius ſunt genera, quę uide apud Plin. lib. 25. cap. 9.

HIEROSEPIA, oppidum eſt in Cypro inſula, ad Occidentem, non procul à Papho. Vide Strabonem lib. 14.

HIEROCOMITÆ, (ἱεροκωμῖται) populi ab Hieracome ciuitate Cariæ, Auctor Polybius.

HIEROCOMION, (ἱεροκομεῖον) locus eſt in quo leproſi aluntur, ἱερὰ enim inter cætera elephantiaſin ſignificat, quam Arabes lepram appellant.

HIERODVLI, horum, pe. pr. {*Miniſtri de ſacrificî*} (ἱερόδουλοι) ſacrorum miniſtri. Iulius Firmicus lib. 8. Matheſeos ſcribit futuros ęditúos, aut hierodulos, qui habuerint horoſcopum in uigeſimaſexta parte Geminorum.

HIEROGLYPHICÆ LITERÆ. (ἱερογλυφικὰ γράμματα) dictæ ſunt apud Aegyptios notæ quorundam animalium, aut aliarum rerum ſacris monumentis, quæ illi Hieroglyphica uocabant, inciſæ: quibus uice literarum utebantur, cum literæ adhuc non eſſent inuentæ. Quod etiam apertiſſimè teſtatur Cornelius Tacitus. Primi (inquit) Aegyptij per figuras animalium ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ ſaxis impreſſa cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.

HIERONICAS, (ἱερονίκας) uocamus uictores ſacrorum certaminum, hoc eſt, Olympiorum, Pythiorum, Iſthmiorum ſeu Nameorum.

HIERONYMVS, (Ἱερώνυμος) proprium nomẽ eccleſiaſtici diſertiſſimiq́ uiri, cuius opera in pretio habentur. Latinè ſacrum nomen interpretari poſſumus, quaſi ἱερὸν ὄνυμα, o paruo in y commutato. Fuit & hoc nomine philoſophus ex Rhodo inſula, qui finem ſummi boni poſuit in indolẽtia, quæ Græce dicitur ἀοχλησία. Alius pręterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui patri admodum puer ſucceſſit, Quapropter patre ei metuens, relictis tutoribus XVI. mandauit moriens, ut fidem erga pop. Roma. annos quinquaginta ab ſe cultam, inuiolatam ſeruaret Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxurioſius & arrogantius agendo. à Romanis deſciuit, Annibaliq́ adhęſit. Cumq́ ſuperbè nimis in ciues ſeſe haberet, ab eiſdem interfectus eſt. Auctor Liuius lib. 4. ſecundi bel. Pu. Hieronymus hiſtoricus Rhodius familiaris Demetrij Poliorcetis, relictusq́ ab eo pręfectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ipſius Demetrij geſtas, ut ſcribit Plutarchus in Demetr.

HIEROPHANTA, (ἱεροφάντης) æditúus ſacrorum cuſtodiæ præfectus. Hieronymus contra Iouin. Hierophantas quoque Athenienſium uſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in pontificatũ fuerint electi, uiros eſſe deſinere. In quem locum annotauit Eraſmus, Hierophantas non proprie dici ſacerdotes, ſed magis ſacrorum cuſtodes, quos Latinè uocamus Aedituos. Hierophantę dicti ſunt ab eo, quod ſacra oſtenderent, ſiue quod ſacris cibis ueſcerentur. Nonnunquam tamen accipimus pro ipſis ſacerdotibus.

HIEROPHYLAX, lacis, {*Guardiano di coſe ſacre*} (ἱεροφύλαξ) cuſtos ſacrorum, quaſi τὰ ἱερὰ φυλάττων. Sceuola de Ann. l. j. Annus ſacerdoti, hierophylaci, & libertis.

HIEROSOLYMA, hieroſolymæ & Hieroſolyma, hieroſolymorũ, & Hieroſolymæ, hieroſolymarum, numero pluralı: urbs Iudææ, totius Orientis clariſſima, quæ & Hieruſalem uocabatur. ἱεροσόλυμα. Cicero pro Flacco: Cum aurum Iudæorũ nomine ex Italia Hieroſolimam exportari ſoleret, hic Cneus Põponius captis Hieroſolymis uictor ex illo fano nihil attigit. Sueton. in Neron. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei gubernationem Orientis, & regnum Hieroſolymorum. Hieroſolyma (ut ſcribit Hegeſippus) quæ primo Solyma dicebatur, poſtea quàm rex Cananæus, cognomento Iuſtus, qui fuit cõditor Solymorum, templum ei addidiſſet, nam Græci ἱερὸν templum uocant. Euſebius lib. 9. Euang. præp. Hieroſolyma appellari ait, quaſi hieron Solomonis, hoc eſt, ædem Solomonis à templo quod Solomõ Hieroſolymis pulcherrimum magnificentiſſimumq́ conſtruxit. Hinc Hieroſolymita (ἱεροσολυμίτης) pen pro. & Hieroſolymitanus.

HIEROSOLYMARIVS, dictus eſt Cn. Pompeius ab Hieroſolymis expugnatis. Cic. lib. 2. ad Att. Si uero, quæ de me pacta ſunt ei non ſeruantur, in cœlo ſum, ut ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

HILA, (ἴλιον) inteſtinum tenue, ab hira, ſiue ab hilum (inquit Varro libr. 4. de Ling. Lat.) quod eſt minimum. Vnde quandoque Hilæ, pro inteſtinis fartis, aut lucanicis, accipi ſolent. Plautus: atque hilas eſt fumatas, & ſumen. Ab Hila, ſiue ab Hira, ut Feſto placet, fit diminutiuum Hilla Horatius 2. Sermon. Satyr. 4. Perna magis, an magis hillis Flagitat immorſus refici. Quandoque ponitur pro eo inteſtino, quod in anum reſoluitur, quod medici uocant rectum. Laberius: Næ'ue aliter hunc prædicabis, quomodo uideo adoleſcenti noſtro cædit hillas.

HILARESCO, {*Farſi allegro allegrarſi*} (ἱλαρύνομαι) hilaris fio. Varro: In uotum amicorum domus ſumat, hilareſce.

HILARIA, orum (ἱλάρια) tantum pluraliter, & gen. neutri, ſicut Saturnalia antiqui diem æquinoctij uerni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nẽpe octauum calendas Aprilis, quo fit æquinoctium uernum. quo primum tempore ſol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano. Vide Bud. in Epiſt.

HILARIS, hilare, pen. cor. {*Allegro, iocondo lieto*} (ἱλαρὸς. φαιδρὸς) iucundus, lætusq́. Hora. 1. Epiſt. 19. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́ iocoſi. Pro eodem etiam dicimus Hilarus, ra, larum. Teren. in Adelph. Ita ut decet, Hilarum ac lubentem fac te in nati nuptijs. Hilarulus, hilaruli, diminutiuum. Cicero ad Attic. lib. 16. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des. Hinc Hilaritas, pro feſtiuitate & iucunditate. ἱλαρότης. Cicero Dolabellæ: Sed tamen hilaritas illa noſtra, & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt Idem 2. de Finibus. Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu, aut ioci comite leuitate: ſed ſæpe etiam triſtes firmitate, & conſtantia. ſunt beati.

HILARE, & Hilariter aduerbia, {*Allegramente, giocondamente, lietamente*} (φαιδρῶς) idem ſignificant quod læté, ſeu cum hilaritate. Cicer. de Finib lib 5. Dicimus aliquẽ hilare uiuere. igitur ſi ſemel triſtior eff ctus eſt, hilara uita amiſſa eſt? Idem 3. de Orato. Quis unquam res, præter hunc, tragicas pene comice, triſtia remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope uenuſtate tractauit?

HILARITVS, pro hilariter dixit. Plaut. in Milit. Ea, bibe, animo obſequere mecum, atque onerato hilaritus me.

HILARIVS, (Ἱλάριος) Phrygius quidam uates, ſub Iouiano principe, literarum quidem imperitus, cæterum tanta diuinandi peritia pręditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionem communicaſſe uideretur. Fuit pręterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus: de quo uide multa apud Suidam.

HILARO, ras, {*Allegrare, dare allegrezza*} (φαιδρύνω, ἱλαρύνω) lętitiã, ſu-

cunditatemq́ do, lætiſico. Cic. li. 2. de Finib. Omnem enim iucundum motum, quo ſenſus hilaretur, Græce ἡδονὴν, Latine uoluptatem uocant. Palladius: Quę manſiones hyemi parantur, ita ſunt conſtitutæ ut poſſit eas hybemi ſolis tuua propemodum curſus hilarare. Huius compoſitum eſt Exhilaro.

HILVM, li, *(Il negro della fava)* paruum illud nigrum, quod in ſummitate fabę adhæret: unde & pro re exigua ſumitur, quæ parui uel nullius pretij eſt: quod Græci dicunt γρῦ. Cic. lib. 2. Tuſcu. Tum illud, quod Siſyphus uerſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum, id eſt quicquam, tantillū, minimumq́. Ab hoc nomine fit Nihilum, quaſi ne hilum quidem, & per apocopen Nihil, & per ſyncopen Nil. Lucretius: Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Varr. lib. ulti. de Anal. Itaque ut eum quem putamus eſſe non hili, dicimus Nihili, ſic in quo putamus eſſe ne quicquam, dicimus Nequam.

HIMANTOPODES, pe. c. (ἱμαντόποδες) populi in Aethiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt, hoc eſt, ut Solinus interpretatur, flexis cruribus ingredi, ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Plin. lib. 5. capt. 8.

HIMELLA, fluuius eſt Sabinorum, de quo Verg. lib. 7. Qui flumen Himellę, Et Tyberim Fabarimq́ bibunt, &c.

HIMERA, (ἱμέρα) fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem ſaporem in altera ſalſum retinet. Eſt etiam urbis nomen eiuſdem inſulæ: unde adiectiuum Himeræus, ræa, um, Sil. lib. 4. At mauere ſuos, qua mergitur Himera ponto. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

HIN, dictio eſt Hebraica, quam Hieronymus interpretatur eſſe genus menſuræ continentis duos coros Atticos, hoc eſt, duos ſextarios Italicos. Vide interpretationes dictionum Biblicarum.

HINNIO, nis, niui, nitum, pen. pr. *(Annitrire)* (χρεμετίζω) proprium eſt uocis equorum. Quint. lib. 1. cap. 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio uetuſtatis niterentur. Vnde Hinnitus, tus. χρεμετισμός. Cic. 1. de Diu. Cum autem aliquantum progreſſus eſſet, ſubitò exaudiuit hinnitum, reſpexitq́, & equum alacrem aſpexit.

HINNVS, hinni, dicitur animal, quod ex equo et aſina naſcitur. Varro lib. 2 de Re ruſt. cap. 8. Muli & hinni bigeneri, atque inſitij: non ſuopte genere ab radicibus. Ex equa enim & Aſino fit mulus: contrà ex equo & Aſina hinnus.

HINNVLVS, li. penult. corrept. (νεβρός) ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum, & ſimilium fœtura. Accipitur etiam Hinnulus pro paruo hinno, hoc eſt, pro fœtu ex equo & aſina nato. Plin libro 7. cap. 44. Equo & aſina genitos mares hinnulos antiqui uocabant, contraq́ mulos, quos aſini & equæ generarent.

HIO, hias, *(Sbadagliare, ſpirare con la bocca aperta)* (χαίνω) proprie ore aperto ſpiritum emitto. Plin. libr. 8. capt. 25. Inuitat ad hiandum ſui pabuli gratia. Accipitur etiam hiare pro ſponte, uel aliqua ui externa aperiri, ſiue ſcindi: ut ligna hiant ariditate, & tellus æſtu Salluſt. lib. 4. Atq́ hiauit humus multa, uaſta, & profunda. Hiare flores dicuntur, cum aperiuntur. Propert. lib. 4. Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter Impoſitus fronti langueat ante meæ. Hiare orationem, dixit Quint. li. 8. c. 6. quæ malè cōiuncta concinnataq́ eſt. Per translationem, ſignificat mirari, dubitare, ſtupere. Verg. libr 6. Inceptus clamor fruſtratur hiantes. Accipitur etiam Hio pro concupiſco. Seneca in Epiſt. Quicquid accepit, integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Inde formatur Hiſco, ſcis, inchoatiuum irregulare. Nam ſecundum regulam debebat facere Hiaſco, & iteratiuum hiſto, & compoſitum Inhio: de quibus ſuo loco.

HIOLCOS, (quod hic perperam inter aſpirata relatum erat) uide Iolcos.

HIPPACE, (ἱππάκη) caſeus eſt ex lacte equino coagulatus. Plin. libr. 28 cap. 9. de caſeis loquens: Sextius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc uocant Hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) diſtinguit lac equinum iam agitatum in partes tres: ex quibus quod ſupernatat, Butyrum uocatur: id quod ſidit, Hippace. tenue illud, quod in medio ſubſiſtit, ὀῤῥὸς, Serum.

HIPPACO, cas, pen. prod. ſignificat animam celeriter duco (ut inquit Feſtus) ab equi halitu. qui eſt ſupra modum acutus.

HIPPAGO, ginis, genus nauigij conuehendis equis aptum, quod à Iulio Polluce ἱππαγωγὰς dicitur: & à Liuio Hippagoga. Ita enim ait libro 4. Bel. Mac. Fortè poſtero die, quàm Sybota claſsis remiſſe quinque & triginta naues, quas Hippagogas uocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equiſq́ Phanas promontorium Chiorum petebant.

HIPPARCHVS, *(Maſtro de caualliери)* (ἵππαρχος) magiſter equitum. Quo nomine dictus eſt quidam celebris aſtrologus, qui (ut Colum. auctor eſt) futurum aſſerùit, ut aliquādo cardines mundi loco mouerentur. Scripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus inſtrumenta mathematica inuenit, unde hæc ſenſibus deprehendi poſſent, Plinio maximè laudatus. Hipparchus item alius fuit Poeta Comicus, cuius fabula quædā περὶ γάμων, id eſt, de nuptijs inſcribitur. Suidas. Alius propinquus Ariſtotelis. Alius Eretriæ tyrannus. Fuit etiam hoc nomine filius Piſiſtrati, qui ob libidinem in Harmodium, Ariſtogitonis coniurationem in ſe concitauit. Hic ut tyrannidis inuidiā ſapientiæ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Auctor eſt Aelianus de Varia Hiſtor.

HIPPASVS, (ἵππασος) Philoſophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum eſſe aiebat. Vide Laertiū.

HIPPE, (ἵππη) Chironis centauri filia fuit, quę cum in monte Pelio ſeſe uenando exerceret, grauida facta eſt & ob id patris indignationem timens, deorum miſeratione in equam conuerſa eſt: & in cœlum tranſlata. Nonnulli eam uatem eſſe dixerunt: ſed quia deorum conſilia hominibus pateſecaſſet, in equam eſſe conuerſam.

HIPPEVS, (ἱππεύς) cometæ genus, equinas iubas imitans, celerrimo motu in orbem circum ſe euntes. Auctor Plin. lib. 2. cap 5.

HIPPELAPHOS, (ἱππέλαφος) animal in Oriente, cerui magnitudine, habens cornua, & iubas poſt collum deſcendentes uſque ad ſcapulas, & barbam ſub mento. Theodorus ex Ariſtotele Equiceruum uertit.

HIPPI, (ἵπποι) cancrorum genus Phœnice peculiare, equorum propemodum celeritatem adæquans: unde & nomen accepit. Pli. li. 9. ca. 31. In Phœnice Hippi uocantur tantæ uelocitatis, ut conſequi non ſit. Eſt & Hippi Ioniæ oppidū iuxta Clazomenas, olim inſula, ſed ab Alexandro per duo ſtadia continenti annexum. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

HIPPIADES, (ἱππιάδες) ſtatuæ mulierum equeſtres appellabantur, cuiuſmodi fuiſſe uidentur Amazonum, quas mortalium primas equum ſcandere auſas, Lyſiæ oratori creditur.

HIPPIAS, (ἱππίας) philoſophus Eleus fuit, teſte Cic. lib 3. de Orato. qui audiente pene tota Græcia gloriatus eſt nihil eſſe ulla in arte rerum omnium, quod ipſe neſciret: nec ſolum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continentur Geometriam, Muſicam, literarum cognitionem, & Poetarum, atq́ illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de Rebus pub. dicerentur. ſed & anulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Fuit item Hippias, Piſiſtrati filius de quo Cice. ad Att. ſic ſcribit Nefarius (inquit) Hippias, Piſiſtrati qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

HIPPICE, (ἱππική) herba eſt, de qua Plin. lib. 25. ca. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem ſitimq́ non ſentiunt. Idem præſtat & hippice, dicta quod in equis eundem effectum habeat.

HIPPION ARGOS, (ἄργος, ἵππιον) oppidum fuit à Diomede cōditum, poſtea Argyrippa, (ἀργυριππα Stephano) et Arpi appellatum. Meminit Pli. lib. 3. cap. 11.

HIPPO, (ἱππώνιον Straboni) oppidum Locrorum in Brutijs: quod poſtea Romani Brutijs ereptum Vibonem Valentiam appellarunt, teſtibus Strabone li. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5. Sunt præterea teſte Strabone lib. ult. in fine, duæ hoc nomine urbes in Africa, quarum alteram Vticę proximiorem Hipponem regium uocamus, clarum D. Auguſtini epiſcopatu: alteram à litore remotiorem, quod in palluſtri loco ſita ſit, uocant Diarrhytum, hoc eſt, dilutum, interprete Pli. lib. 5. cap. 4. Eſt autem hoc nomen modo maſcu. gener. modo fœm. unde Hipponem, dilutum, legimus apud Plin. lib. 5. ca. 4. & Vtranque Hipponem, apud eundem lib 6. cap. 34. Auctor eſt Solinus, utrunque horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuiſſe, atque id nomen accepiſſe. Eſt & Hippo, (ἱππώ) puellæ Bœotiæ nomen, apud Plutarchum in Pelopida.

HIPPOBOTON, (ἱππόβοτον) paratum quoddam ampliſsimum eſt ſub Caſpijs portis, in quo regium armentum quinquaginta millium equorum paſcitur. unde & nomen accepit. Auctor Strab. lib. 11.

HIPPOCAMPÆ, *(Caualli marini)* (ἱπποκαμπαί) equi marini, in piſcium caudas deſinentes: ita dicti à flexu caudarum, quæ piſcoſę ſunt: καμπὴ enim flexura dicitur. Plin lib. 36. cap. . Hippocampos uocat, per ſecundam nominum inflexionem. Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitij delubro in circo Flaminio Neptunus ipſe, et Thetis, atq́ Achilles, & Nereides ſupra delphinos, & cete, & Hippocampos ſedentes.

HIPPOCAMPINVS, a, um, (ἱπποκάμπειος) adiectiuum ab hippocampis deductum: ut Hippocampus cinis. Plin. lib. 32. cap. 7. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro, & adipe ſuillo mixtus.

HIPPOCENTAVRI, (ἱπποκένταυροι) monſtruoſum hominum genus in Theſſalia iuxta Pelion montem, anteriore parte (ut Poetę fabulantur) hominū, poſteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulę occaſionem miniſtraſſe uidetur, quod primi equos domare ceperint, ijsq́ ita aptè inſidere, ut homines cū equis unum in corpus coaluiſſe uiderentur. Iidem autem Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc eſt, ab eo quod tauros ſtimulis agitarent. Verum cum idem poſtea ea equis pręſtarent, ijsq́ inſidētes ſtimulis tauros prę ſe agerent, Hippocentauri dici cœperunt. qui cum ad Peneum amnem aquatum ueniſſent, conſpecti ab ulterioris ripæ accolis, pro mōſtris habiti ſunt, præſertim cum inclinata potandi gratia equorum capita non conſpicerentur. Hinc fact[illegible] eſt locus fabulæ, Hippocentauros monſtruoſam Centaurorū ſobolem fuiſſe, [illegible] dimidia ſui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum eſt nunquam extitiſſe. Quod & Cicero affirmat 2. de Nat. deor. Quis (inquit) centaurum fuiſſe, aut Chimæram putat? quæ ve anus tam excors inueniri poteſt, quæ illa, quæ quondam credebantur, apud inferos portenta extimeſcat. Hæc Cicero.

Conſtat tamen monſtroſos huiuſmodi partus aliquando editos fuiſſe, non ſine graui alicuius mali impendentis præſagio. Nam & Claud. Cæſar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die perijſſe: & Plin. ipſe teſtatur, ſe eiuſdem Claudij principatu Hippocentaurum uidiſſe in melle ex Aegypto allatum.

HIPPOCOMI, (ἱπποκόμοι) mangones, ab equis curandis, colorem fuco, robur inani ſagina (ut ait Quint.) mentientes.

HIPPOCOMITÆ, (ἱπποκωμῆται) incolæ uici cuiuſdam in Lycia, cui Hippucome, (ἱππουκώμη) nomen eſt, ab equo uiatoris cuiuſdam ibi extracto. Ex Stephano.

HIPPOCRATES, pe. c. (ἱπποκράτης) nomen medici excellentiſsimi patria Coi: cui tanta fuit artis peritia, ut uulgò crederetur Aeſculapio prognatus. Extat apud Valerium Artaxerxis Perſarum regis honorificentiſsima de eo epiſtola, in hæc uerba: Rex regum magnus Artaxerxes Hyſtani Helleſponti Præfecto ſalutem. Hippocratis medici Aeſculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operam ut aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaq́ item, quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Perſide uiris, &c. Hic de re Venerea eam habebat exiſtimationem, ut coitum ſpeciem eſſe putaret morbi comitialis. Extant adhuc de re eius uerba apud Gell. libr. 19. cap. 2. τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. Eius libri tanquā diuino emanauerint ore, ubiq́ celebrantur. in primo enim Iuſiurandum continetur, in ſecundo Prognoſtica, tertio Aphoriſmi, quarto illa admirabilis compoſitio LX. libris omnem ſcietiā medicinæ complectens. Exceſſit è uita annos natus CIIII ſuſcepit filios Theſſalum & Draconem. Hæc ex Suid. Hippocrates, præter ſuperiorem, Suidas quinque commemorat, omneſq́ eiuſdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primi ingenium gloriamue adæquauit. Hippocratem alium, Athenienſium ducem ponit in bello Peloponneſiaco Thucydides.

HIPPOCRENE, penu. prod (ἱπποκρήνη) fons in Bœotia non procul ab Helicone monte, quem Poetæ fabulantur factum eſſe ungula Pegaſi equi alati: cui fabulæ occaſionem uidetur miniſtraſſe Cadmus, qui cum in Bœotia locū ubi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontē primus creditur inueniſſe. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum eſt, ut hic fons Muſis ſacer habeatur, Perſius ad uerbum reddens uocem Græcam Fontem caballinum

num appellat. Nam ἵππος nobis equum ſonat, & κρήνη fontem.

HIPPOCRENIDES, (ἱπποκρηνίδες) Muſæ. dictę ab Hippocrene fonte.

HIPPODAME, es, pen. c. (ἱπποδάμη) & Hippodamia, æ, pen. p. (ἱπποδάμεια) filia Oenomai regis Elidis & Piſarum qui cum ex oraculo ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit cum ipſa (habebat enim equos uelociſſimos, qui ex uentorum flatu creati erant) ea lege, ut qui uinceret filiam haberet, uictus ſubiret mortem. Tredecim igitur uictis & occiſis, Pelops Tantali filius uiſa puella eius amore protinus exarſit, cuius nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, ſic ut ille axes infirmos et fragiles ſubiunxerit, uel ut alij uolunt, obicem axi non obiecerit: & ſic fracto uel diſſoluto curru, Oenomaus excidit, moriensq; Myrtili caput deuouit: obteſtans Pelopem, ut necem ſuam ulciſceretur: quod & factum eſt. Cum enim pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope poſceret, ab eodem in mare deiectus eſt, atq; hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt. De hac Ouid. Venit ut in Phrygios Hippodamia fines. Verg. 3. Georgic. Hippodameq; humeroq; Pelops inſignis eburno.

Alia fuit Hippodamia Briſæ filia, quam Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit. Hanc poetæ à patria nomine Briſeida appellant. Alia quoq; Hippodamia fuit Anchiſæ filia, quæ Alcatoo Troiano in uxorem data eſt, quē poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna occidit. Fuit & alia Hippodamia Pirithoi uxor, quam cum ipſo nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theſeo ingenti clade ſunt profligati. Vide Ouid. 12. Metam. Piræei item forum Hippodamia appellatum fuit, ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piræeum extruxit. Auctor Suidas.

HIPPODAMVS, (ἱππόδαμος) Mileſius philoſophus, natura ſtudioſus primus eorum qui in Reipub. uerſati non eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuit. ſtat. Cōſtituit enim ciuitatem ex numero X millium, diuiſam in partes tres, artifices, agricolas, & milites. Regiones in totidem partes, ſacram publicam, & priuatam. Erat ob ambitionem uitæ moroſior, crinium prolixitate, ac ſumptuoſo ornatu. Ariſtoteles lib. 2. Politi. Fuit item hoc nomine architectus quidam Mileſius, qui Athenienſibus Piræeum portum extruxit, à quo forum quoddā Piræei Hippodamiam appellarunt. Auctor Suidas.

HIPPODORVS, (ἱππόδωρος) Athenienſis fuit, qui filiam cum mœcho deprehenſam, duabus quadrigis iuſſit alligari, & in partes diſcerpi. Auctor Aelianus.

HIPPODROMVS, pe. cor. {Luogo doue correno i caualli} (ἱππόδρομος) equorum curriculum, hoc eſt, ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulacrum. Nam ſtadium in quo equites imaginario prælio concurrere ſolent, Catadromus, (κατάδρομος) dicebatur. Martia. li. 12. Puluereumq; fugax Hippodromon ungula pulſat. Plau. in Ciſt. Dico ei, quo pacto eam ab Hippodromo uiderim Heridem filiam noſtram ſuſtollere.

HIPPODROMVS, Theſſalus genere patria Lariſſæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis ſcholę ſucceſſit, ut eſt Auctor Philoſtratus, qui eum inter ſophiſtas retulit.

HIPPOGLOSSA, ſiue Hippogloſſum, (ἱππόγλωσσον Dioſcoridi) herba eſt folia habens ſylueſtria myrti, concaua & ſpinoſa, & in his ceu linguas quaſdam, folio paruo exeunte de folijs. Plin. lib. 27. cap. 11. Ruellius exiſtimat eam eſſe, quam Itali ſua lingua Bonifaciam, ſeu linguam paganam appellant.

HIPPOGLVTTION, (ἱππογλώττιον) herba, quam alij Daphnitin, alij Carpophyllon & Alexandrinam laurum uocant. Plin. lib. 15. cap. 30.

HIPPOLOCHVS, penu. correp (ἱππόλοχος) filius Bellerophontis, & pater Glauci, teſte Homer. lib. 6. Iliad. Alter, teſte eodem, lib. 11 fuit Antimachi Troiani filius, qui una cum Piſandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus eſt.

HIPPOLAPATHVM, (ἱππολάπαθον) herba lapatho ſatiuo maior, candidiorq;, ac ſpiſſior. Plin. lib. 20. cap. 21 Officinæ Paricellam appellant.

HIPPOLITÆ, (ἱππολύτη) Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio uictam Theſeo dedit uxorem. Fuit etiam hoc nomine Acaſti Magneſiæ regis uxor, quæ Peleum, quo i libidini eius non paruiſſet, apud uirum accuſauit, tanquam et uim inferre uoluiſſet.

HIPPOLYTVS, pen. cor (ἱππόλυτος) Theſei, & Hippolytæ Amazonis filius fuit: qui cum cœlibem ducens uitam ſeſe uenatu exerceret, et conſtanti animo ſperneret mulieres à Phædra nouerca, abſente patre, amatus eſt: cuius turpi deſyderio cum obtemperare noluiſſet, illa apud uirum illum detulit, quod ſibi uim inferre uoluiſſet. Quamobrem cum uideret Hippolytus patrem dolo nouercæ perſuaſum, de nece ſua cogitare, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum phocæ, quæ tum forte in litus exierant, equorum & rotarum ſtrepitu perterritæ magno impetu ſe in mare præcipitarēt, exterriti equi, fruſtra, obluctante Hippolyto, currum per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, iuuenemq; infelicem loris implicitum in partes diſcerpſerunt. Hūc poſtea Aeſculapius reuocauit ab inferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit. Hippolytus uero, relicta terra Attica, in Italiam uenit, ne patris iram rurſus experiretur, & ſe Virbium appellari iuſſit, quod bis uixiſſet. Oppidum non procul à Roma ędificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit. Sed hanc fabulam eſſe conſtat, ut inquit Plato in Cratylo. Fuit quoque hoc nomine qui in Daniel, & prouerbia Solomonis lucubrationes ſcripſit. Suidas.

HIPPOMACHIA, pen pro {Combattimento da cauallo} (ἱππομαχία) pugna equeſtris.

HIPPOMACHVS, (ἱππόμαχος) Athenienſis fuit tibicen, de quo tradit Aelianus, quod cum diſcipulum ab imperita plebe laudari uideret, quem tamen in arte peccare cognoſceret, ſilentium ei impoſuit, quod nullum putaret maius eſſe ignorantię argumentum, quàm rudi multitudini, lacere.

HIPPOMANES, pen. correp generis neutri, ſecundum Priſcianum, (ἱππομανές) ab equæ furore nomen habet, quaſi τοῦ ἵππου μανία. Quid autem ſignificet, non ſatis conuenit inter ſcriptores Seruius ſcribit eſſe uirus, ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana uiſcera deſcendens, furorem facit. Verg. li. 3. Geor. Hinc demum, hippomanes uero quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine uirus. Sic Colum. lib. 7. Maxime itaque curandum eſt, ut tam fœminis, quàm admiſſarijs deſyderantibus, coeundi ſiat poteſtas, quoniam id præcipuè armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furijs. Vnde etiam ueneno inditum eſt nomen ἱππομανὲς, quod equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. Plinius uero libro 28. cap. 11. & libr. 8. cap. 42. aſſerit eſſe carunculam in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro: quam ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod ſi quis prius abſtulerit, pullum mater ad ubera non admittit. Verg. 4. Aenei. Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus. Et matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes, uertere homines feruntur in furorem.

HIPPOMARATHRVM, (ἱππομάραθρον) herba eſt folijs fœniculi, ſed maioribus, & guſtu acriore, quod nonnulli Myſineum, Officinæ Fœniculum ſylueſtre appellant. Plin. lib. 20. cap. 23.

HIPPOMENES, (ἱππομένης) Macarei filius fuit, qui quum Atalantā puellam Scyriam curſu uictam accepiſſet uxorem, & in luco magnę matris cum ea concubuiſſet, ab irata Dea in Leonem eſt conuerſus. Fabulam uide apud Ouid. libr. 10 Metam.

HIPPONA, (ἱππώνη) dea erat, quam ſtabularij maxime colebant, cuiusq; effigies in ſtabulis locabatur. Apul. lib. 2. Metam. Reſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo uero meditullio Hipponæ deæ ſimulacrum reſidens ædiculę, quod accurrate corollis roſeis quidem recentibus fuerat ornatum. Iuu. Saty. 8. Iurat Hipponam & facies olida præſepia pictas.

HIPPONAX, (ἱππῶναξ) Iamborum poeta tanta deformitate, et ſœditate uultus, ut eius effigies à pictoribus quibuſdam publicè propoſita fuerit deridenda. Quamobrem indignatus Hipponax, tam amare in illos eſt inuectus, ut aliquos ex ijs credatur compuliſſe ad ſuſpendium. Hic creditur inueniſſe Scazontem carminis Iambici genus, quod ab eius nomine Hipponacticum uocamus, ſiue Hipponacteum. Ci. in Ora. Senarios uero & Hipponacteos effugere uix poſſumus: magna enim parte ex iambis noſtra conſtat oratio, Vide Plin. lib. 36. cap. 5. Hipponacteum præconium, pro infami nota poſuit. Cic. Epi. li. 7. Eumq; addictum iam tum puto eſſe Calui Licinij Hipponacteo præconio.

HIPPONNESVS, (ἱππόννησος) inſula ante Cariam, in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31.

HIPPONICVS, (ἱππόνικος) Athenienſis ciuis fuit Hippiæ filius, qui cum patriæ ſtatuam dedicare decreuiſſet, ſuadentibus amicis, ut eam Polycleto faciēdam locaret, uehementer ab illis diſſenſit, quod in ſtatuis tam inſignibus artificis potius induſtriam, q̄ dedicantis uirtutem commendari arbitrarentur.

HIPPOPERÆ, pen. pr. {Bolge, ualigie, biſaccie} (ἱπποπῆραι) dicuntur ſacculi quibus equites neceſſaria itineri ſecum circunferunt. Sen. in Epi. ad Lucil. M. Cato Cenſorius, quem tam neceſſarium fuit Reipu. naſci, q̄ Scipionem (alter. n. cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit) canterio uehebatur, hippoperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret. Hæ à Pompon. Feſto uocantur Bulgæ. Galli Malas uocant.

HIPPOPHAES, (ἱπποφαές) frutex in maritimis ſabuloſisq; locis naſcens, folijs q̄ oleę, anguſtioribus, & inter ea ſpinis, cum areſcunt, candidis anguloſis, geniculatim inter ſe diſtātibus, floribus hederę corymbis ſimilibus. Radix craſſa eſt, & amara, lacte madēs, quod thapſię modo exceptum, aut per ſe conditur, aut in erui farina digeritur in paſtillos. Romani Lappaginem, ſeu Lappulam uocant. Vtuntur hoc frutice fullones in poliendis ueſtibus.

HIPPOPHÆSTON, (ἱππόφαιστον) ſpinæ fullonię genus eſt, in maritimis & ſabuloſis locis naſcens, ſine caule, ſine flore, manibus tantum calyculis, folijs paruis, & ſpinoſis, radiculis mollibus & craſſis: quarum ſuccus comitiali morbo utiliſſimus habetur, teſte Plin. lib. 16. cap. ult.

HIPPOPODES, (ἱππόποδες) populi in Oceano Scythico, qui teſte Solino, humanam uſq; ad ueſtigium formam tenent, ſed in equinos pedes deſinunt. Meminit horum etiam Plin lib. 4. cap. 13.

HIPPOPOTAMVS, p. co. (ἱπποπόταμος) equus fluuialis, ſeu aquaticus, in Nilo præcipuè naſcens, binis ungulis, quales ſunt bobus, dorſo equi & iuba, & hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis. Huius meminit Budęus in Pandect. & Plin. libr 8. cap 25.

HIPPOSELINVM (ἱπποσέλινον) apij genus eſt, ſatiuo multo maius, quod Romani Olus atrum appellant Hipposelinum dictum, quod inter ſpecies apij longe maximum ſit. Solent enim Græci, cum rem aliquam magnam ſignificare uellent, in compoſitione ἵππου, uel βοῦν præponere. Vide plura de hac herba apud Plin. lib. 20. cap. 12. Dioſc lib. 3. cap. 75.

HIPPOTADES, (ἱπποτάδης) dictus eſt Aeolus rex uentorum, quod nepos eſſet Hippotæ Troiani ex Segeſta filia. Ouid 11. Metam. Quod pater Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat uentos.

HIPPOTOXOTÆ, {Sagittarij à cauallo} (ἱπποτοξόται) dicti ſunt equeſtres ſagittarij. qua uoce utitur Hircius 5. bel. Afiat.

HIPPVRIS, (ἵππουρις) herba, à Latinis Equiſetū dicta. & uulgo cauda equina interpretatur Plin. lib. 26. cap. 13. Vide Equiſetum.

HIPPVRIS, (ἵππουρις) inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa. Plin. libr. 4 cap. 12.

HIPPVRVS, (ἵππουρος) piſcis ex genere locuſtarum, qui hybernis menſibus non capitur, propterea quod id temporis frigoris impatientia in cauernas ſeſe abdat. Vide Plin. lib. 9. cap. 16. & lib. 32. cap. ult. Hippuer autem pluralis numeri tantum, Taprobanæ inſulæ portus eſt, cuius meminit idem Plin. lib. 6. ca. 22.

HIPPVS, (ἵππος) fluuius eſt Colchorum, in Phaſim defluens. Strabo lib. 11. Eſt & Hippus mons Bithyniæ, in cuius radicibus condita eſt Pruſa altera, diuerſa ab ea, quam Annibal ſub Olympo condidit. Vide Plin. lib. 6. cap. 32.

HIR, {Palma della mano} (θέναρ) nomen antiquum, quod pro uola, ſiue palma manus accipiebaut. Genitiuum facit Hiris, ſi Chariſio credimus. Probus tamē mauult eſſe indeclinabile.

HIRA, (ἰχναῖον ἔντερον) inteſtinum ecphyſi adhærens, quod quia ſemper inane eſt, à Medicis Ieiunium appellatur Hinc deducitur Hilla, quod quamuis diminutiuum uideatur, eiuſdem tamen eſt ſignificationis cum primitiuo. Fuit item Hira, (ἱρὰ Stephano) urbs Meſſenię maritima, non procul à Pylo, Agamemnonis imperio parens: cuius meminit Homerus 11. Iliad.

HIPSICRATEA, uide Hypſicratea.

HIRCIPILI, pe. co. {Huomini di pelo duro} (δασύτριχες) dicuntur homines, qui pilos duros habent, quemadmodum hirci. Feſtus.

HIRCOSVS, ſa, ſum{*Che ſente di becco*}(τραγωμασχαλ@, ὑπομασχαλοι)qui hircum olet: hoc eſt, cuius alæ fœdum ſpirant odorem. Perſ. Saty. 3. Hic aliquis de gente hircoſa centuriorum. Idem Saty. 5 Dixeris hæc inter hircoſos centuriones Id eſt, ſubhircos olidos, & omnis nitoris expertes, inquit Budæus.

HIRQVITALLIRE, (τραγίζειν)proprie de pueris dicitur, ſiue adoleſcentulis, qui iam pubeſcentes, uocem emittere incipiunt grauē & ſubraucam, quod fere accidere ſolet ſub finem ſecundę hebdomadis, teſte Cenſorino, aut ſub initiū tertiæ Quo tempore & pueros ipſos Hirquitallos appellant. ſiue quod tum primum ſe Veneri initiantes: hircum incipiunt olere, ſiue quod uocem edant grauiorem & inæquabilem, hircinæq; non diſſimilem.

HIRQVVS, per q. {*Cantone dell'occhio*}(κανθ ὸς)eſt angulus oculi. Ver. 3. Eclog. Tranſuerſa tuentibus hirquis. Tractum eſt ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras oblique aſpiciunt. Vide Seruium in locum Verg. iam citatum.

HIRCVLVS, {*Lauanda*}(τραγ@ Dioſcoridi) herba eſt ſemper naſcens cum nardo Gallico, eiq; ſimillima, qua utuntur, qui ſyncerum nardum uolunt adulterare. In hoc tamen diſtat à Nardo, quod ſine cauliculo eſt, quodq; minoribus folijs, radiceq; amara, & minime odorata. Auctor Plin. lib. & cap. 12.

HIRCVS, ci, per c, {*Becco, capru caprone*}(τράγ@)dicitur caprarum admiſſarius hoc eſt, caper, qui iam coire, & fœtere cœperit. Hora. Epod. 16. Ametq; ſalſa leuis hircus æquora Plautus ad hominem tranſtulit immundum & libidinoſum. Plau. in Aſin. Flagitium maximum feci miſer Propter operam illius improbi hirci edentuli. Mulgere hircos dicitur prouerbialiter, de re abſurda. Verg. 3. Eclog Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui, Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Hircus item dicitur alarum grauеolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. Hora. Epod. 2. Grauis hirſutis cubat hircus in alis. Catullus etiam Caprum appellat: Valle ſub alarum trux habitare caper. Græcis enim τράγ@ dicitur: quo nomine Martialis quoque uſus eſt. Inde tragos, celereſq; pili, mirandaq; matri Barba.

HIRCINVS, a, um, pen. pro. {*Becchigno*}(τραγινός) nomen poſſeſſiuum, ab hirco formatum. Apu. Homo ſordidus, & hircina libidine fœtens. Plin. lib. 11. cap. 17. In pellibus hircinis.

HIRCIVS, aut(ut alij ſcribunt)Hirtius, Conſul fuit Romæ una cum Panſa, quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinæ: ad quem Liberandum profectus unà cum collega eſt interfectus

HIRNEA, æ, uaſi genus, quod Plaut. in Amph. Circeam appellat. Cato de Re ruſt. cap. 81. Indito in hirneam fictilem.

HIRPIÆ FAMILIÆ in Faliſcorum agro fuerunt, quæ in ſacrificio annuo quod fiebat in monte Soracte, ambulantes ſuper ambuſtam ſtruem lignorum non adurebantur. Auctor Plin lib. 7. cap. 2. Hi à Solino uocantur Hirpi.

HIRSVTVS, a, um. pen. pr. {*Peloſo*}(τριχώδης, λάσι@)piloſus, ſetoſus, hurridus Mart lib. 10 Hirſutis ego cruribus geniſq;, Os blæſum tibi, debiliſq; lingua eſt. Verg. 7. Ecl. Stant iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Quo in loco Verg. uocat caſtaneas hirſutas, quæ adhuc ſuis echinis includuntur. Plin. li. 20. ca. 9. rius comparatiuum protulit. Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris ſimilior, candidior ſatiua, & hirſutior Ouid. 2. Triſt. Sumpſerit annales, nihil eſt hirſutius illis ubi pro auſtero & inamœno accipitur.

HIRTVS. a, um, (λάσι@, τριχώδης)idem quod hirſutus. Verg. lib. 2. Georg. Hirtaſq; capellas. Plin lib. 11. cap. 37. Hirtus letis muſculus marinus. Ouid. 10. Metam Canicies rigidis ſtetit hirta capillis. Colum. lib. 10. Talis humus uel parietibus, uel ſepibus hirtis claudatur. Hirta corpora, Plin. libr. 7. cap. 2. Hirtæ oues, Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 2.

HIRVDO, pe. pro huius hirudinis, {*Sanguiſuga. ſanguettola*}(βδέλλα)ſanguiſuga, ab hærendo carni dicta βδέλλα Hora de Arte Poet. Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Hirudo ærarij. per tranſlationem, hoc eſt, exhauſtrix. Cice. ad Att. lib. 1. Accedit illud quod illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno unicè diligi putat.

HIRVNDO, dinis, {*La rondine*}(χελιδών)auis notiſſima in tectis nidificās, ſub initium ueris ad nos tranſuolans: Verg. 4. Geor. Ante Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. Hirundininus, a, um, quod eſt hirundinis: ut, Hirundininus nidus, apud Plaut. in Rud. & apud Martia. lib. 11. In nido ſeges eſt hirundinino. Hirundininus ſanguis, Plin. lib 30 cap. 14.

HISCO, cis, ere, {*Aprir la bocca, aprirſi*}(διαίρεσθαι τὸ ςόμα, Demoſtheni) proprie eſt labra diducere, & loquēdi gratia os aperire: unde etiam accipitur pro eo quod eſt, trepidè, hæſitātèr, & imperfectè pauca eloqui. quod Græci dicunt γρύζειν. Cice. 5. Philip. Reſpondere ne ad hæc, aut omnino hiſcere audebis? Verg. 3. Aenei. Vix pauca furenti ſubijcio, & raris turbatus uocibus hiſco. Dicitur tamen etiam de alijs quibuſuis rebus, Vnde terra etiam hiſcere(χαίνειν)dicitur, cum pręnimio æſtu aperitur, & rimas agit. Oui. 6. Epiſt. Hiſcere nempe tibi terra roganda foret, Plau in Pſeu. Tace, ædes hiſcunt. hoc eſt, patefiunt, & aperiuntur. Inter Hiare & Hiſcere hoc intereſſe puto, quod Hiare, ſit patentem eſſe: Hiſcere uero, pateſcere, id eſt patefieri. Quandoque Hiſcere accipitur pro hæſitare, & dubitare χασμᾶσθαι Næuius: Hiſcit: dubius eſt, quid agat. Huius compoſita ſunt, Dehiſco, & Fatiſco.

HISMAELITÆ, p. pr. (ἰσμαηλῖται)populi ſunt Africæ, qui nunc Saraceni dicuntur, ab Hiſmaele ſic nominati, Abrahæ filio ex Agar Ancilla.

HISPALIS, (Ἵσπαλις)Bæticæ prouinciæ urbs clariſſima, Romanorum colonia, cognomine Romulenſis: à qua unus ex quatuor iuridicis Beticæ conuentibus, Hiſpalenſis dicitur. Pli. lib. 3. capi. 1. Hæc hodie Siuilia dicitur.

HISPANIA, (ἱσπανία, ἰβηρία) regio Europæ, quæ à montibus Pyrenæis incipiens, per columnas Herculis circumiens, uſque in Borealem Oceanum protenditur. Decem millibus ſtadijs(ut Appianus ſcribit) eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe uidetur. Terra, frumenti, uini, olei, auri, gēmarum, metallorumq; ferax. Ex qua etiā belliсoſiſſimi uiri, ac ueloсiſſimi equi procreantur. Refert Varro, in Hiſpanijs equas credi ex uento concipere, quod equos habeat hæc regio curſu tam ueloces, ut merito ex uentis cōcepti ferantur.

Diuiditur autem omnis Hiſpania teſte Plin. libro 3. cap. 1. 2. & 3. in Citeriorem, & Vlteriorem Vlterior rurſus ſecatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie Granata dicitur, & Luſitaniam, quàm uocant Portugalliā, quę Ana fluuio à Bætica diſtinguitur. Vlterioris Hiſpaniæ cōuentus erāt quatuor: Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis. Citerior autem Hiſpania, quæ & Tarraconenſis dicebatur in ſeptem diuidebatur conuentus: quos uide apud Plinium. Hodie diuiditur in quinque regna: Caſtellam, quæ cum Legione permiſta, unum efficit regnum, Gallæciam, Cathaloniam, Arragoniam, et Nauarram.

Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluuio primum dicta fuit Iberia poſtea ab Heſpero Atlantis fratre, ſiue(ut alij malunt)ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ ueſpertino tempore in Occidente apparet, ſolem ſubſequens, uocata eſt Heſperia: ultimo uero ab Hiſpali urbe ad fretum Atlanticum ſita, quam hodie Sibiliam uocant, dicta fuit Hiſpalia: unaq; deinde litera immutata, Hiſpania. Ab Hiſpania, Hiſpanus, & Hiſpanienſis fiunt. ſicut à Sicilia, Siculus, & Sicilienſis: à Corintho, Corinthus, & Corinthieſis. Sed qui in Hiſpania natus ē, Hiſpanus, ἴβηρ, dicitur: Hiſpanienſis, (ἰβηριανὸς)qui alibi ortus in Hiſpania uerſatur. hoc eſt, qui licet in Hiſpania ſit, non tamen in ea natus eſt. Vnde Hiſpanienſes uocamus negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur. Sic Hiſpanienſem exercitum uocabant Romani, qui in Hiſpania militabat. Plin lib. 13. Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium, & Falernum dedit, cum in Hiſpania bellum aduerſus Romanos, non Hiſpanos geſſerit.

HISPIDVS, da, dum, pen. co. {*Peloſo, aſpero*}(λάσι@, δασὺς)hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus. Verg. Cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert. Plin. lib. 16. Continentur hiſpido calyce. Hiſpidus aſpectus, apud eundem lib. 22. cap. 6.

HISPIDOSVS, a, um, (λάσι@, τριχώδης)idem quod hiſpidus. Catu. Non dico pueros, ſed hiſpidoſis.

HISTER, (ὑποκριτὴς)Hetruſcorum lingua dicebatur Ludio. Auctor Liu. li. 7. ab urbe. Vide Hiſtrio.

HISTIÆA, (ἱςίαια) Eubœæ inſulæ ciuitas, quam Homerus in Catalogo nauium, à ouium copia πολυςάφυλον cognominat. Eadem poſtea Oropus dicta eſt, teſte Stephano.

HISTIÆVS, (ἱςιαῖ@)Mileſiorum tyrannus, qui cum relicto Dario, Ionas ad defectionem ſolicitaret, captus ab Harpago Darij præfectu in crucem ſublatus eſt. Vide Herod. lib. 6.

HISTONIVM, (ἱςώνιον)oppidum Frentanorum, in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

HISTORIA, ſtoriæ, {*Hiſtoria*}(ἱςορία)Latinè narratio, & rerum geſtarum expoſitio. Proprie tamen eſt earum rerum, quibus gerendis interfuit is, qui eas narrat. Vnde nomen habet, ἀπὸ τοῦ ἱςόρειν, quod ſpectare, uel cognoſcere ſignificat. Plau. in Merc. Quin nos hinc domum redimus: niſi hiſtoriā ſcripturi ſumus. Cic. 4. Aca. Sanè doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græce. Accipitur etiam latius nomen hiſtoriæ, ut non ſolum de narratione rei geſtæ dicatur, uerum etiam de quauis interpretatione, ſeu expoſitione. Vnde Pli. opus ſuum ad D. Veſpaſianum, de Naturali hiſtoria inſcripſit. Hiſtoriam Cicero alijs uocabulis uocat, Memoriam publicam, Memoriam rerum ueterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum ueterum. Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum, Omnium ſecretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, unde in dictione Annales.

HISTORICVS, {*Hiſtorico, ſcrittor d'iſtorie*}(ἱςοριογράφ@) hiſtoriarum ſcriptor. Cice. pro Muræ. Tua uero nobilitas Serui Sulpitij, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior: populo uero & ſuffragatoribus obſcurior. Hiſtoricus, a, um, (ἱςορικὸς)quod hiſtoriæ proprium eſt: ut Fides hiſtorica. Ouid. 3. Amor. Obligat hiſtorica, nec ſua uerba fide. Hiſtoricum ſcribendi genus. Cic. de Cla. Oratoribus: Non tam hiſtorico, q̄ oratorio genere perſcripſit. Hiſtorialis, hiſtoriale, quod ad hiſtoriam ſpectat. Plin. lib. 16. cap. 33. Trahiturq; etiam in picturas opere hiſtoriali.

HISTRICVS, ca, cum, pen. cor. (ὑποκριτικὸς)quod ad hiſtrum, hoc eſt, ad hiſtrionem pertinet: Plaut. in Pœnul. Audire uos iubet Imperator hiſtricus. Hinc formauit diminutiuum Hieron. contra Ruf. Si hiſtriculæ, & lu(i)dæ mortu hominem à me ſubmoueo, & ad unum ſtipitem cuncta iacula dirigo, qui uulnera ſua partitur in multos.

HISTRIONES, {*Hiſtrioni, che recitano le comedie*}(ὑποκριταὶ, μῖμοι) artifices ludiones, qui perſonati in ſcenis fabulas agunt: ab Hiſtria regione, ex qua primum ueniſſe, indeq; nomen ſortitos eſſe, aſſerit Feſtus: cui tamen refragantur Liuius, Valeriuſq;, ſcribētes nomē hiſtrionis fuiſſe inditum, quia Hiſter Tuſco uerbo ludio uocabatur. Cic. 4. Tuſcu. Aguntur iſta præclare, & ab oratore quidem melius(ſi modo eſt orator)quam ab ullo hiſtrione. Idem de Ora. Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari.

HISTRIONALIS, le, {*Ciò che ad Hiſtrione ſi conuiene*} (ὑποκριτικὸς)ad hiſtrionem pertinens: ut, Studium hiſtrionale. Cic. de Ora. Vt laſciuia uerborū, grauitate ſententiarum, breuitа compoſitionis, hiſtrionales modos exprimant.

HISTRIONIA, niæ, uel Hiſtrionica, æ, (ὑποκριτικὴ)ars hiſtrionum. Plau. in Amph. Quaſi uerò nouum Nunc proſcatur, Iouem facere hiſtrioniam.

HISTRIONICVS, ca, cum, (ὑποκριτικὸς)quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet: ut, Ars hiſtrionica, Hiſtrionicæ ueſtes, Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionica uerba.

HIVLCO, as, {*Aprire ſendere*}(σχίζω, διασχίζω, χασμώδη ποιῶ) aperio, ſindo, hiulcum facio. Catu. Aeſtus hiulcat agros.

HIVLCVS, a, um, {*Feſſo, aperto. Pet. Et membra rotte & ſmagliate arme & feſſe*}(χασμώδης)fiſſus, fatiſcens. Verg. 2. Geor. Hoc ubi hiulca ſitis findit Canis æſtifer arua. Per tranſlationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ male cohæret. Cice. de Orat. Nec aſpere uerborum concurſus ſit, ne've hiulcus. Diomedes Hiulcos uerſus appellat exiles, & quaſi in media parte hiantes, ἰσχνοὺς μεσόκενους. Hiulcè, aduerb Cice. de Orato. Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſperè, ut ille quem dixi: non uaſtè, non hiulcè, ſed preſsè, & æqualiter, & leniter.

H ANTE O.

HOARVS, (ὄαρος)Scithiæ fluuius, apud Thuſſagetas naſcens, & in Mæotim paludem influens. Auctor Herodotus lib. 4.

HOC, {*Queſto*}(τοῦτο)pronomen demonſtratiuum neutri generis, cuius maſculinum eſt Hic. Verg. 4. Aen. Hoc illud Germana fuit? Migrat interdum in aduerbium, idemq; ſignificat quod Huc. δεῦρο. Verg 8. Aene. Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto. Sic enim legit Priſcianus.

Hodie;

HODIE, {*Hoggi, hoggidi*}(σήμερον, καὶ τήμερον ἀττικῶς)hoc die. Cic. 3. Ver. Nonæ ſunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpimus. Accipitur item pro nunc, ſiue hoc tempore, ſiue hac ætate. Teren. in Eunu. O' populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior? Cic. pro Domo ſua: Hodieq́; Volaterrani non modo ciues, ſed etiam optimi ciues, fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. Hinc Hodiernus, a, um: ut Hodiernus dies, ἡ τήμερον ἡμέρα. Cic. in Cat. Neque à nobis ante hodiernum diem collocutum eſt.

HODIVS, (Ὅδιος) fuit teſte Homero lib. 9. Iliad. unus ex Græcorum præconibus in bello Troiano.

HODOEPORICVM, (ὁδοιπορικόν) commentarius itineris cuiuſpiam, eorum'ue, quæ in itinere acciderunt, deſcriptionem continens: quod et Itinerarium Latinorum nonnulli uocauerunt. Græci enim ὁδοιπορεῖν dicunt, pro eo quod eſt, iter facere, & Viatorem ipſum ὁδοιπόρον appellant.

HOETTCHIVS, (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) lege Tychius. Quod quidem erratum primū ab Homeri interprete manauit, dictiones duas, quæ diuidendæ erant, coniungente. Locus Poetæ eſt lib. 7. Ilia. ubi ſic habet: Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος, ἠΰτε πύργον, χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τυχίος κάμε τεύχων, &c. Quem locum interpres ſic uertit. Ferens ſcutum, turris inſtar, quod fecerat Hoetychius: non ſatis animaduertēs τὸ οἱ, ibi datiuum eſſe pronominis οὗ, æquipollentem datiuo Latino ſibi. Huius generis non pauca ex fontibus ipſis repurgauimus, quæ eorum culpa irrepſerunt, qui uoluminis magnitudini potius conſulentes, quàm bonitati quicquid ubique obuium fuit, nullo iudicio, albaq́; quod dici ſolet linea huc cōgeſſerunt, nihil interim penſi habentes, ſe & bibliopolis, quibus operas ſuas locant, fucum facere, & rudi linguę Latinæ tyrunculo adulterina pro ſynceris tradere: unum priuati ſui commodi ſcopum ſibi præfigentes, quo & librorum bonitatem, & officium ſuum metiuntur: opus illud longè optimum iudicantes, ex quo quàm plurimum compendij ad ſe redeat, & emolumenti.

HOLCVS, (ὁλκός) herba ariſtas è corpore educens: unde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, quod eſt trahere. Plin. lib. 27. cap. 10. Holcus in ſaxis naſcitur: ariſtas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum reſtibile. Hæc circa caput alligata, uel circa lacertum, educit è corpore ariſtas. Hanc quidam ob id Ariſtidam uocant. Hactenus ille. Multi zeam eſſe putant, inter ſaxa enaſcentem: alij ſylueſtrem auenam.

HOLOCAVSTVM, (ὁλόκαυστον) uictima quæ detractis extis integra aræ imponebatur: παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, hoc eſt, ab eo quod totum crematur. Idē & Holocautoma, (ὁλοκαύτωμα) dicitur, à uerbo ὁλοκαυτόω, quod eſt uictimas integras comburo.

HOLOGRAPHVM, phi, pen. cor. (ὁλόγραφον) teſtamentum quod totum teſtatoris manu ſcriptū eſt. Holographa epiſtola, quæ tota ſcripta eſt manu eius, cuius nomine mittitur. Hieronym. contra Ruſi. Quæ epiſtola holographa tenetur ab ijs ad quos periata eſt.

HOLOPHANTA, (ὁλοφάντης) qui ob confingenda mendacia uili conducitur mercede. Plau. Cur. Aedepol nugatorem lepidum hunc nactus eſt Phædromus: Holophantam, an ſycophantam hunc magis dicam, neſcio.

HOLOSERICA VESTIS, uel ſubſtantiue Holoſerica, orum, {*Veſta tutta di ſeta*}(ὁλοσηρικόν) genus ueſtis, quæ tota ex ſerico conſtabat, nulla alia materia admiſta qua primus, teſte Lampridio uſus eſt Heliogabalus. Tacitus autem Imperator holoſericę ueſtis uſum uiris omnibus interdixit. Quàm rarus āt fuerit apud ueteres holoſerici uſus, quantaq́; eius caritas, docet Vopiſcus in Aureliano his uerbis: Veſtem holoſericam neque ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam permiſit. Et cum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, ille reſpondit, Abſit ab auro fila penſentur. Libra enim auri tūc libra ſerici fuit. Hactenus ille. Sericę autem ueſtes à Seribus Indiæ populi ſunt appellatæ, apud quos uermiculos exiguus, qui σὴρ appellatur, cōficit molliorem illam lanam, quam Sericum appellamus. quod uermiculi genus, antea orbi noſtro ignotum, à monachis quibuſdam è Serinda Indorum urbe ad Iuſtinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam ſparſum eſt. De uermiculi huius natura, eſde plura apud Bayſium, ex quo hæc excerpſimus.

HOLOSTEON, (ὁλόστεον) herba eſt quadrantalis, humi repens, folijs utriculisq́; coronopo, aut graminis proximis, guſtu aſtringentibus. radice alba, prætenui, uſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum. dicta per antiphraſim quaſi tota oſſea, cum tamen careat omni duritia. Plin. libr. 27. cap. 10. Holoſteon ſine duritia herba, ex aduerſo appellata à Gręcis, ſicut fel dulce. Herbarij Molle gramen appellant.

HOMEROMASTIX, (ὁμηρομάστιξ) cognomen Zoili cuiuſdam qui eo ſolum nomine innotuit, quod prſtantiſſimum Poetarum omnium Homerum, libris aduerſus eum editis, auſus fuerit inſcitiæ arguere: quos libros cum Ptolemæo Aegypti Regi obtuliſſet, rex tum quidem diſſimulata indignatione, quā ex hominis impudentia cōceperat, poſt aliquot dies pecuniæ aliquid petēti, quo inopiam ſubleuaret, Mirum (inquit) te inopia premi, qui multo Homero es doctior, cum ille, qui ante annos mille, fato functus eſt, etiam hodie tot hominum millia paſcat. Tandē parricidij accuſatus, iuſſu regis in crucem ſublatus eſt. Dictus Homeromaſtix quaſi Homeri flagellum, μάστιξ enim Gręcis idem eſt, quod nobis flagellum. Vnde & Comici uerberones Maſtigias identidem appellant. Extenditur & latius Homeromaſtigos appellatio, ut omnibus planè detractoribus accommodetur, qui inſatiabili reprehendendi libidine optima quæq; lacerant, cumq́; Venerem ipſam non poſſint, ſandalium eius reprehendunt. Plin. in Proœ. operis: Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas: ita enim carptores ſuos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes Maſtiges appellantur, addito nomine eius, cui obloquuntur: ut, Vergiliomaſtix, Vergilij reprehenſor: & Ciceromaſtix, Ciceronis carptor. quo nomine Largius Licinius cum librū inſcripſit, quem in Ciceronem edidit, teſte Gel. lib. 17. cap. 1.

HOMERVS, ri, pen. pr. {*Pet. Degna che ſol di lei cantaſſe Homero*}(Ὅμηρος) nomen poetæ Græci excellentiſſimi qui fuit ante Romam conditam annis circiter centū ſexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen ſortitus eſt quum prius Meleſigenes diceretur, q̄ ad Meletem fluuium natus eſſet. Cumæi nanque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quod hamemis, id eſt, itineris ducibus, egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur, à Martiano libro 1. de Nupt. Philologiæ. Cæcutientis Mæonij ſuauiloqua ſenectus. Petrarcha in Bucol. Cæcumq́; ſenem, ſed multa uidentem. De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas, ut quum uiuum, rebusq́; omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multæ Grææ urbes certatim ſibi uendicēt, adeo ut quibus potiſſimum credere debeamus, non facile fuerit diſcernere. Quod etiam teſtatur Cic. pro Archia. Homerum (inquit) Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt: Smyrnæi uero ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: multi alij præterea pugnant inter ſe, atque contendunt. Extat ea de re diſtichon Græcum apud Gel. lib. 3. cap. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquam eius uitam breuitatis cauſa hic prætermittimus: quam qui latius noſſe cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

HOMERICVS, ca, cum, (ὁμηρικός) quod Homeri eſt. Iuuen. Tu miſer exclamas, ut uincere Stentora poſſis, Vel potius quātum Gradiuus Homericus.

HOMERIDÆ, (ὁμηρίδαι) familia apud Chios illuſtris, ut ait Hellanicus, quę generis ſui originem ad Homerum referebat.

HOMICIDA, dæ, pen. pr. {*Homicida, homicidiale*}(ἀνδροφόνος) qui hominem necat. Cice. 2. Philip. Fateor eos plus quàm ſicarios, plus q̄ homicidas, plus etiam quàm parricidas eſſe. Interdum cū laude dicitur, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horatius Homicidam Hectorem cum laude dixit, & aliter quàm uulgò dicitur.

HOMICIDIVM, dij, {*Homicidio*}(ἀνδροφονία, μιαιφονία) hominis necatio. Cic. 1. Philip. Homicidij rei ſunt, an uindices libertatis?

HOMILIA, (ὁμιλία) Græcis colloquium, & cœtum ſignificat: unde etiam concionem, ſiue orationem, quæ in cœtu habetur, ſcriptores Eccleſiaſtici Homiliam uocant. Hinc adiectiuum Homiliaticus deduxit Hieronymus ad Heraclium: Quem laborem (inquit) idcirco ſuſcepimus, ne pulſatæ quæſtiones & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo ſæpe fieri aſſolet) Latino lectori faſtidium generaret.

HOMO, inis, {*Huomo*}(ἄνθρωπος) ab humo dictus, ut Varroni placet, Cicero de Legib. Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & conſilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſſe à ſupremo deo. Idem 3. Officio Homo autem qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum uidet, &c. Idem 2. de Nat. deo. Homo ortus eſt ad mundum contemplandum & mirandum. Et paulò poſt. Deus homines humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut Dei cum cognitionem coelum intuentes capere poſſent. Ouid. 4. Metam. Pronaq́; cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, coelumq́; tueri Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus. Homo autem utrinque ſexum complectitur, tam uirum, quàm fœminam. Nam & ſeparatim de fœmina dictum inuenitur, quanquam rarius. Plau. in Ciſt. Intus paueo, & formido foris, ita metus nunc utrobique me agitat, illos hominis miſere miſere. Sulpitius ad Ciceronem Epiſt. Fam. lib. 4. In unius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris? quæ ſi hoc tempore non ſuum diem obijſſet, paucis poſt annis tamen erat ei moriēdum quoniam homo nata fuerat In quo tamen exemplo adiectiuum Nata, non cohæret ſubſtātiuo Homo, ſed cum ſubſtantiuo Tullia, uel pronomine Ipſa, quod facile intelligitur. Hic enim eſt ſenſus: Quoniam ipſa nata fuerat homo id eſt, humana ſorte, & conditione: quaſi dicat, mortalis. Eadem ratione dici poteſt, Ea nata erat animal. Ab Homo fiunt diminutiua, Homulus, Homullus, Homūculus, & Homuntio. ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπίσκιον Cicer. in Piſon. Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus dare hæc præclara præcepta ſapiētiæ, clariſſimo et ſummo Imperatori genero ſuo? Idem 1. Tuſc. Sed ut homunculus unus è multis, & Terent. in Eunu. Ego homuncio hoc non facerem.

HOMOEOMERIA, (ὁμοιομέρεια) ſimilitudo partium. Lucre. libr. 1. Hinc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam. Seruius ſuper illud Verg. lib. 4. Aeneid. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis: id eſt, ex oſſibus, ex ſanguine, ex medullis, nam omnia pro parte ſui tranſeunt in procreationem. Homœomeria item appellatur, cum partes eandem rationem, atq; idem nomen cum toto obtinent. Sic terram uel aquam ὁμοιομερῆ eſſe dicimus, quod etiamſi exiguam terræ aquæ'ue partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam à Medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & ſenſu ſimplices ὁμοιομερῆ appellātur, quas nos ſimilares nominamus: quales ſunt caro, os, cartilago, & eiuſmodi, quorum uel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

HOMOEOPTOTON, (ὁμοιόπτωτον) Figura eſt, quæ fit, cum diuerſæ dictiones in fine membrorum in ſimiles caſus exeunt. Saluſt. in Maximis ducibus fortibus, ſtrenuisq́; miniſtris. Ennius: Mærentes, flentes, lacrymantes, et miſerantes. Dictum Homœoptoton, quaſi ὁμοίως πῖπτον, hoc eſt ſimiliter cadēs, ut interpretatur Cicero.

HOMOEOSIS, (ὁμοίωσις) figura eſt ſententiarum, qua per ſimilitudinem cogniti deuenimus in cognitionem incogniti. Dicta Homœoſis à uerbo Græco ὁμοιόω, quod eſt aſſimilo. Latini Similitudinem interpretantur. Eius tres ſunt ſpecies, Icon, Parabola, & Paradigma: de quibus uide ſuis locis.

HOMOEOTELEVTON, (ὁμοιοτέλευτον) ſimiliter deſinens. Figura, cum plura uerba in eundem uocem finiunt: ut, Abijt, diſceſſit, euaſit, erupit. Differt ab Homœoptoto, quod illud ſolum fiat in caſibus ſimiliter deſinentibus: hoc etiam in ijs partibus orationis, quæ caſus non habent.

HOMOGALACTOS, {*Nodrito d'un iſteſſo latte*}(ὁμογάλακτος) eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum uocant. Vox compoſita eſt ab ὁμός, quod eſt unus, idem uel ſimilis, & γάλα, lac. Verum huiuſmodi uocum ſignificatio ex Græcolatino potius Lexico petenda erat: quippe quæ neque Latinis in uſu ſunt, neque noſtris literis ſcribi conſueuerunt. Quare id genus non paucas, nullo prorſus iudicio huc congeſtas, ſuſtulimus, & ueluti ab aliena familia remouimus: idq; eodem iure quo Latinas uoces è Græco Dictionario eximeremus.

HOMOLE, es, (ὁμόλη Stephano) mons eſt Theſſaliæ, Centaurorum olim

ſedes,quemadmodum & Othrys. Vergil.7. Aeneid. Ceu duo nubigenæ cum uertice montis ab alto Deſcendunt Centauri,Homolen,Othrynq́ꝫ niualem Linquentes.

HOMOLIVM,(ὁμόλιον Stephano)Magneſiæ oppidum,cuius meminit Pli. lib.4.cap.9.& Strabo libro 7.

HOMOHYPNI,(ὁμοϋπνοι) domeſtici, contubernales, ac familiares, quaſi una ſomnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas apud Ariſtotelem libro 1.Polit.

HOMONOEA,(ὁμόνοια)Latinè interpretatur concordia. Fuit etiã caſtiſſimæ matronæ nomen,cuius epitaphium meminit me uidere Romę in ueteri marmore inciſum,quod id temporis aſſeruabatur in peristylio ædium cardinalis Alexandrini. Erant autem huiuſmodi:

Tu,qui ſecura procedis mente,parumper
Siſte gradum,quæſo,uerbaq́ꝫ pauca lege.
Illa ego,quæ claris fueram prælata Puellis,
Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam paphiæ Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.
Nondum bis denos ætas mea uiderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc morte eſt mihi triſtior ipſa
Mœror Atimeti coniugis ille mei. ATIM.
Si tibi terra leuis,mulier digniſſima uita,
Quæq́ꝫ tuis olim perfruerere bonis,
Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunque meæ debentur tempora uitæ,
Penſarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc,quod poſſum,fugiam,lucemq́ꝫ, deoſq́ꝫ,
Vt te matura per Styga morte ſequar. HOM.
Parce tuam coniunx fletu quaſſare iuuentam,
Fataq́ꝫ mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lacrymæ,nec poſſunt fata moueri.
Viximus:hic omneis exitus unus habet.
Parce,ita non unquam ſimilem experiare dolorem,
Et faueant uotis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi uicturo proroget ulterius.

HOMONYMON,pe.c. {D'uno iſteſſo nome}(ὁμώνυμον)Latinè ſonat eiuſdẽ nominis. Propriè enim Homonyma dicuntur res diuerſæ eodem appellatæ nomine:ut,Taurus Aſiæ mons,& bos maſculus eodem appellant̃ nomine, cum ſint res diuerſiſſimæ. Homonyma itaque dici poſſunt,quæ à Grammaticis uocantur Aequiuoca,quę ſub una uoce plura ſignificant,quale eſt Lupus,quod et animal terreſtre ſignificat,& piſcem. Synonyma autem dicuntur uoces diuerſæ,quæ eiuſdem ſunt ſignificationis,quales ſunt Enſis, & Gladius.

HOMVSIVS,(ὁμοούσιος) eiuſdem ſubſtantiæ,quod Theologi uoce inter Latinos non ſatis recepta Conſubſtantialem dicũt. Ὁμὸς enim idem eſt,quod unus, idem,uel ſimilis,& οὐσία,ſubſtantia.

HONESTAS,atis, {Honeſtà}(τὸ καλόν)idem eſt quod dignitas, decus, laus uirtute comparata Cic.in Offi. In officio colendo ſita honeſtas eſt omnis, & in negligendo turpitudo. Idem pro Murena: Nolite eum ante partis honeſtatibus, atque omni dignitate,fortunaq́ꝫ priuare.

HONESTISSIMVS.(ἐπιφανέστατος)honeſtate,uel honore pleniſſimus. Cic.Lent. Poſt tuum deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in Senatu.

HONESTO,ſtas, {Fare honore,honorare. Pet. In ſin ch'io mentre uiſſe al mondo honore}(ἐπικοσμῶ,τιμάω)decoro,honore afficio. Plau Capt. Ne me ſecus honore honeſtes,quam ego te,cum ſeruiebas mihi. Cic.1.Offic. Nec domo dominus,ſed domino domus honeſtanda eſt. Sal.in Cat. Sed quod indignos homines honore honeſtatos uidebam. Huius compoſita ſunt,Cohoneſto,quod eſt ſimul cum alijs honeſto, συνεπικοσμῶ. Cic.Brut. Quos cohoneſtatis,in primisq́ꝫ me, ſi Reſpub. municipium'ue tuo ſtudio,& diligentia bene adminiſtrata erit. De honeſto,quod eſt contrarium ſuo ſimplici, ἀτιμάζω.

HONESTVM,ſti, ſubſtantiuũ,{Ciò che è honeſto,uirtu,honeſtà} (τὸ καλόν) uirtutem,probitatemq́ꝫ ſignificat,quo cauetur,ne quid indecore, effœminatè,libidinoſe,turpiter fiat,cogitetur'ue. Quint.lib.2.cap.4. Sed nos iuſtum,pium,religioſum,cæteraq́ꝫ his ſimilia honeſto complectimur.

HONESTVS,a,um, {Honoreuole,degno,honeſto}(σεμνὸς, ἔντιμος, εὐσχήμων)honore,& dignitate plenus. Sal.in Iugurt. Calumnia paucorum, quibus omnia honeſta,atque inhoneſta uendere mos erat. Item pulcher, καλὸς ἰδεῖν. Terent.in Eunuch. Hem Eunuchum tibi,Quàm liberali facie,quàm ætate integra? TH. Ita me dij ament,honeſtus eſt. Sic etiã Inhoneſtus, modo idẽ eſt quod turpis,hoc eſt,honoris & dignitatis expers,ἄτιμος. Cicer.pro domo ſua: Profectò illum Attilium hominem turpiſſimum, atque inhoneſtiſſimum iudicares. Modo idem quod deformis,αἰσχρός. Terenti.in Eunuc. Illum'ne,obſecro,inhoneſtum ſenem & mulierem?

HONESTE,aduerb. {Honeſtamente,honoreuolmente}(καλῶς)cum honore & dignitate,aut ſaltem ſine dedecore. Teren.in Eunu. Alio pacto honeſte quomodo hinc abeam,neſcio. Cic. de Amic. Quod qui recuſarent, quamuis honeſte id facerent, ius tamen amicitiæ deſerere arguerentur.

HONOR,oris, & Honos,{Honore,ornamento}(τιμή)reuerentia,quam alicui exhibemus in uirtutis teſtimonium. Cice pro Cælio: Nemini unquam præſenti Puteolani maiores honores habuerunt,quàm M.Cælio. Accipitur etiam Honor ſiue Honos pro dignitate,ſiue magiſtratu. Idẽ de Clar.Ora. Honos eſt præmiũ uirtutis,iudicio ſtudioq́ꝫ ciuium delatum ad aliquem. Idem Antequã iret in exiliũ: Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris,nõ diſpoliabantur honore. Vbi per ſummum gradum honoris intelligit dignitatem Conſulatus,ad quã per Aedilitatem & Præturam uelut per inferiores gradus paulatim aſcendebatur. Aliquando accipitur pro pulchritudine,κάλλος. Verg libro 1. Et lætos oculis afflarat honores. Aliquando pro cultura,obſeruãtiaq́ꝫ, θεραπεία. Idem lib.6. Semper honore meo,ſemper celebrabere donis. Inuenitur etiam aliquando poſitum pro ipſis ſacrificijs uel odoribus,quos ueteres Dijs ſuis accendebãt. Verg.1.Aen. Aut ſupplex aris imponat honores? Aliquando pro præmio,ut apud eundem: Ipſis pręcipuè ductoribus addit honores. Mortis honos,i.ſepultura:ut, Cernit ibi mœſtos,& mortis honore carentes. Aliquando pro amore. Idem 11.Aene Si quis amatæ Tangit honos animum. Honorem præfari dicimur,cum rem aliquam turpem dicturi,paucula uerba præmittimus,quibus turpitudinis ueniam à præſentibus precamur. Cic.Pæto: Nos autem ridicule. Si dicimus,ille patrem ſtrangulauit,honorẽ non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia,honos præfandus eſt. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Curtius libro 5. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: paulatim pudorem profanant: ad ultimum opus (honos auribus ſit habitus) ima corporis uelamenta proijciunt.

HONORABILIS,le, {Degno d'honore,honorabile} (ἔντιμος,ἀξιότιμος) honore dignus. Liu.4.ab ur. Quinq́ꝫ Conſulatus eodem tenore geſti,uitaq́ꝫ omnis conſulariter acta,uerendum penè ipſum magis, quàm honorabilem faciunt.

HONORARIA,(Διονύσια)ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris:qui & Liberalia dicebantur. Feſtus Honorarios ludos appellat.

HONORARIVM,rij,(γέρας)donum erat teſte Budæo, quod Conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur qualia hodie principibus ſuas primum urbes ingreſſis porrigi,ueluti bene ominandi gratia,ſolẽt. Honorarium ob id dictum,quod honoris cauſa dabatur,non tãquam debitum exigebatur. Cicer.in Piſon. Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi,qui honorarij? ſi quidem poteſt ui,& metu extortum honorarium nominari: quod cum peræquè omnes,tum acerbiſſimè Bœotij,Byzantij,Cheroneuſes, Theſſalonica ſenſit. Eſt etiam Honorarium apud Iuriſconſultos munus quod patronis dabatur à Clientibus. Olim enim patroni non exigebant officij ſui mercedem,quemadmodum noſtri hodie aduocati, quod turpiſſimum ducerent patronum eſſe mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficij immemores uiderentur,patronis ſuis pro ſuo arbitrio munus aliquod offerebat,quod honorarium uocabant, eo quod magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis ſatisfactionem pro arbitrio clientis ſoleat offerri.

HONORARIVS,a,um,(γεραίος)quod ad honorem pertinet:ut, Ius honorarium,i. Prætorium,ab honore Prętorum. Honorarius arbiter dicitur,quem honoris cauſa utraque pars ſummum facit ſuæ cauſæ & controuerſiæ iudicem. Cic.5.Tuſc. Quorum controuerſiam ſolebat tanquã honorarius arbiter iudicare Carneades. Ludi honorarij,quos antiqui Liberalia dicebant, ut inquit Feſt. dicti honorarij,ab honore uidelicet eorum,qui munera ea populo edebant.

HONORARIVS TVMVLVS,(κενοτάφιον) qui honoris cauſa erigitur Sueto in Clau. Cæſ. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps ſtatuto die quotannis miles decurreret,Galliarumq́ꝫ ciuitates publice ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphiũ Druſo in Germania extructum,cum corpus eius Romã deuectũ eſſet. Sic uocari poſſunt hodie, quas Repręſentationes in anniuerſarijs exequijs uocamus. Vide Cenotaphium.

HONORATVS,uide Honoro.

HONORIFICO,as, {Honorare, far honore}(ἄγω διὰ τιμῆς) honore afficio: apud recentiores duntaxat legitur. Lactan.libr.7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

HONORIFICVS,ca,cum, {Ciò che fa honore}(τίμιος)quod honorem cõfert, Cic.Cælio. Honorificus in me Conſul fuit, & ſummus amicus. Honorifica mentio alicuius,apud eundem ad Quintum Frat. Item, Honorifica uerba,Honorificum Senatuſconſultum. Honorifice,aduerb.idem quod honoratè. Cic.6. Verr. Itaque in curiam uenimus,honorificè ſanè conſurgitur: nos rogatu magiſtratus aſſedimus. Idem ad Cælium: In quo admirari ſoleo grauitatem & iuſtitiam,& ſapientiã Cęſaris: nunquam,niſi honorificentiſſimè, Pompeiũ appellat.

HONORO,ras,p.pro. {Honorare}(ἄγω ἐν τιμῇ)honore afficio. Cic.1.de Diu. Amphiaraum autem ſic honorauit fama Græciæ, Deus ut haberetur. Honorare alias a Cicerone dicitur, Honorem habere alicui, Honorem adhibere. Honeſtare, In honore habere, Honorem facere, Honorem debitum alicui præſtare. Honore augere, Honore ampliſſimo ornare. Vnde Honoratus, qui in honore habetur,ἔντιμος. Cic.lib.1.Offi. Dicendum eſt etiam,qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Idem de Senect. Manent ingenia ſenibus, modo permaneant ſtudium & induſtria,nec ea ſolum in Claris,& honoratis uiris,ſed in uita etiam priuata & quieta. Huius cõpoſita ſunt, Exhonoro & inhonoro,quæ ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici.

HONORVS,ra, rum,(τίμιος)decorus,honorificus. Taci.lib 3. Fuerunt,qui publici funeris pompam requirerent,compararentq́ꝫ,quæ in Druſum patrẽ Germanici honora & magnifica Auguſtus feciſſet. Honora oratio, apud eundem libr.3. Vnde Inhonorus,ſine honore,ἄδοξος,ἀκλεής. Pli.lib.5.ca.30. Aliæq́ꝫ inhonoræ ciuitates.

HONORATE, aduerbium, {Honoratamente}cum honore & dignitate. Cic. 11.Philip. Quæ de illo uiro Sylla? quæ Muræna? quæ Seruilius? quæ Lucullus,q̃ honoratè,q̃ honorificè,q̃ grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt. Tacit. lib.10. Quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinenſi deprehenſum honoratè cuſtodierant.

HONORIFICE, aduerb. idem quod honorate. Cice.5.Verr. Publicani tractati honorifice ſunt Honorificentiſſimè. Cic.ad Cælium: In quo admirari ſoleo grauitatem,& iuſtitiam,& ſapientiam Cæſaris: nunquam,niſi honorificentiſſime, Pompeium appellat.

HOPLOMACHVS,p.c.(ὁπλομάχος)dicitur is, qui ſcuto reliquisq́ꝫ armis inſtructus,in arenam deſcendit. Nam ὅπλον apud Græcos modo ſcutum,modo omnia generaliter arma denotat,quæ pugnantibus uſui ſunt. Martial. libro 8. Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus antè: Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

HORA,ræ,{Hora}(ὥρα)apud ueteres accipitur pro cuiuſuis temporis parte: ut de quatuor illæ anni partes, Ver, Aeſtas, Autũnus,& Hyems anni horę dictę ſunt. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus illis ſpatijs, in quæ dies diuiditur. Dictæ autem ſunt Horæ(ut Macrobius putat) à Sole. Aegyptij enim Solem uocabant Horum. Vnde etiam Horæ ab Ouidio Solis miniſtræ finguntur. Siue(ut alij malunt)ἀπὸ τοῦ ὅρου,quod terminum ſignificat,ſiue ab ὁρίζειν, quod eſt terminare,definire,uel diuidere. Sunt enim horæ,nihil aliud, q̃ ſpatia

quædam

quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alij malunt Horas dictas, ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, quo uerbo urina ſignificatur. Ferunt enim Hermetem Triſmegiſtũ horas primum obſeruaſſe ex urina ſacri cuiuſdam animalis, quod Serapi erat dicatum. Nam cũ animaduerteret ab eo animali dies & noctis unius ſpatio, æqualibus interpoſitis interuallis, urinam duodecies emitti, placuit ei totidem horas diem ciuilem diuidere: qui tñ poſtea duplicato numero in horas XXIIII. eſt diſtinctus. Terentius in Eun. Dum hæc dicit, abijt hora: rogo, nunquid uelit. Cic. 6. Ver. Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. Hora etiam quandoq; pro die accipitur, uel pro ſtatuto quodam et certo tempore. Cic. 3. Verri. Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendũ maxime appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remiſſurum putaſtis, ut cum horis noſtris nos eſſemus uſi, tu binis ludis interpoſitis quadrageſimo poſt die reſpõderes. Vbi Aſconius. Horas ſuas uocat uiginti dies, qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi, totidemq; defenſori. Ver. 1. Geor. Nũquam te craſtina fallet Hora, neq; inſidijs noctis capiere ſerenæ. Omnium horarum hominem, ueteres appellabant eum, qui ſerijs pariter ac iocis eſſet accommodatus, & quicum aſſiduè libeat conuiuere. Atq; ita appellatum Aſinium Pollionem, auctor eſt Fabius lib. 8. cap. 4. circa finem. Vide Eraſmi Adagia. Hora præterea Deæ cuiuſdam nomen erat apud Romanos, ita dicta ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc eſt, à uenuſtate & pulchritudine, cui præeſſe putabatur. Hanc Romani putabant eſſe Herſiliam Romuli uxorem, quæ poſt Romuli apotheoſin in cœlũ tranſlata, pro Herſilia uocata eſt Hora. Ennius: Teq; Quirine pater ueneror, Horamq; Quirini. Apud Ouid. tamen in fine lib. 14 Meta. legitur Ora, ſine aſpiratione, & priore correpta. Priſcum (inquit) pariter cum corpore nomẽ Mutat, Oramq; uocat: quæ nunc Dea iuncta Quirino eſt.

HORÆVM. (ὡραῖον) per ſimplex e, cum dipht. dicitur mel æſtiuum, cæteriq; omnes fructus, qui æſtate colliguntur, ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc eſt, à pulchritudine, quod fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. Dicuntur etiam hoc nomine quædam ſalſamenta ex piſcibus confecta. Athenæus: Salſamentum aũt horęum eſt, aut thynneum. In horęo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quæ Cymbia dicuntur, inter macra ſunt, inter pinguia, cordylæ.

HORARIVM, rij, ſubſtantiuũ, (ὡρολογεῖον) eſt inſtrumentum quoduis, quo diei horas deprehendimus, ſiue ſciotericum ſit, ſiue clepſydra, ſiue alia quæuis machina horas indicans. Cenſorinus cap. de diebus: P. Corn. Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium: quod & ipſum à conſuetudine naſcendi horas à Sole Solarium cœptum uocari.

HORARIVS, a, um, quod eſt unius horæ: unde Secretum horarium, dicitur ſecretum unius horæ: Suetonius in Domi. Inter initia principatus quotidie ſecretũ ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquã amplius, quàm muſcas captare ac ſtylo præacuto configere.

HORATIVS, (Ὁράτιος) poeta Venuſinus, Lyricorum & Satyrarũ ſcriptor, qui anno Imperij Auguſti Cæſaris XXVIII. ætatis uerò ſuæ LXIII. moriens, Auguſtum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mecœnatem in Exquilijs ſepultus. quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibus tamẽ præter ſcripturam primæ etiam ſyllabæ quantitas refragatur. Corripit. n. hoc nomen primam ſyllabam. Ouid. Detinuit noſtras numeris Horatius aures.

HORATIVS COCLES. Vide Cocles.

HORCTVM, & Forctum, {Buono} pro bono Veteres uſurparunt. Feſt.

HORDA, dæ, uacca prægnans, (βοῦς ἐγκύμων, ἡ ἔγκυος) nam quæ ſterilis eſt, Taura appellatur. Varr. 2. de Re ruſt. cap 5. Quæ ſterilis eſt uacca, Taura appellatur; quæ prægnans, Horda Ouidius mutata aſpiratione in digamma Aeolicum pro eodem dixit Fordam, putatq; à ferendo deriuari. Forda ferens bos eſt fœcundaq; dicta ferendo.

HORDICIA, orum, dicta ſunt ab antiquis ſacra, in quibus hoſtiæ hordæ, id eſt, prægnantes, immolabantur. κυοτοφόρ. Feſtus.

HORDEARIVS, ria, rium, quod hordeo uiuit. Pli. lib. 18 cap. 7. Antiquiſſimum in cibis hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro auctore apparet, & gladiatorum cognomine, qui Hordearij uocabantur. Vnde æs hordearium ueteres dicebantur, quod pro hordeo equiti dabatur. Feſt. Hordearia pruna. Pl. li. 15. cap. 13. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

HORDEVM, dei, {Orzo} (κριθή) ab horrore, quoniam licet calamus altior frumẽto, quàm hordeo ſit: ariſta tamen mordacior eſt hordeo. Vel dicitur ab oriẽdi celeritate, quod ante omnia frumenta ſit aridum, aut certè ab antiquo adiectiuo Herdus, quod apud uetuſtiſſimos ſignificabat grauidum: pro quo poſteriores mutata aſpiratione in digamma Aeolicum dixerunt Fordus. Pli. li. 18. cap. 7. Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt: ſeri non uult, niſi in ſoluta, & ſicca terra, ac niſi læta. Palea ex optimis: ſtramento uerò nullum comparatur. Hinc Hordeacius, cea, um, (κρίθινος) quod eſt ex materia hordei: ut, Panis hordeacius.

HORIZON, huius horizontis, pen. pro. {Horizonte} (ὁρίζων) Finitor uel terminatòr Latinè dicitur, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod eſt terminare. Eſt autẽ circulus uel cœli terminus quodam circo deſignatus: qui ſuper terram uidetur, quem ſibi uniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus. Cẽtum et octoginta ſtadia non excedit acies contra uidentis. Vbicunq; terrarum ſteteris, uideris tibi quondã cœli concluſionem uidere, quam Horizontem uocauerunt. Cic. 2. de Diuin. Cum enim illi orbes, qui cœlum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis Finientes rectiſſima uocari poſſunt, uarietatem maximam habeant, alijq; in alijs locis ſint: neceſſe eſt ortus, occaſusq; ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes.

HORODES, ſiue, (ut alij ſcribunt) Orodes pen. pro. rex Parthorum fuit, qui M. Craſſum occidit. Vide Plutar. in Craſſo.

HORMESION, gemma ex igneo colore radians auro, portante ſecum in extremitate candidam lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

HORMINODES, gemma quæ ex argumento uiriditatis appellata eſt, ambiente circulo aurei coloris. Pli. lib. 37. cap. 10.

HORMINVM, (ὅρμινον) herba eſt folio marrubij, caule ſemicubitali, quadrãgulo, ſemine Saluiæ ſimili: Vulgus Saluiam tranſmarinam appellat.

HORNO, aduerbium, {Quest'anno} τῆτες, τῆτες, τῷ ἔτει. ſignificat hoc anno.

HORNVS, na, num, {D'uno anno} (τήτινος) à pronomine Hic, & Annus id eſt, quod huius anni, uel quod ad ætatem unius anni non acceſſit. Vnde Hornã frugẽ dicimus, quę hoc anno prouenit. Acron uero Hornum, quod eſt unius anni dixit: ut Res horna: id eſt, annua, uel noua. Proper. li. 4. Illa dies agnis cædem denunciat hornis. id eſt, anniculis. At porphyrio Hornum, huius anni expoſuit. Vnde ſuper illud Horatij in Epodo: Et hornu dulci uina promens dolio. Horna (inquit) uina dicunt huius anni. Nonius uerò, illius anni interpretatus eſt, & adducit Lucilium lib. 28. ita ſcribentem. Vtrum anno, aut horno te abſtuleris. Hornam meſſem, prouerbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quaſi dicas, tantum lucri, quantum eo anno ſit prouenturum in agris. Vide Chiliad. Eraſm. Hinc Hotinus, a, um, (ὥριος) pen. corr. ſicut à diu Diutinus, huius uel unius anni. Ci. 5. Verr. Hæ literæ Iudices L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini, exhauſerunt. Cato de Re ruſt. c. 17. Hornatinæ nuces uirides. Col lib. 3. Plantas hornatinas, ſcrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martij diſpoſitas habeas.

HOROLOGIVM, gij, {Horologio, horiuolo} (ὡρολογεῖον) quaſi horarum ratio, inſtrumentum quo horę deſignantur, quod olim Solarium dicebatur: quoniã in Sole tantum horarum ratio conſpiceretur. Apud antiquos enim erat cõcha hemyclia, lineis debita proportione diſtincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus Soli oppoſitus ſupereminebat, & eius umbra in lineas incidẽs horas oſtendebat. Quanquam & alia habuerunt Priſci horologia, quæ aquę aut etiam arenulæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua ſenſim defluente Clepſydras uocabant. Vide Pli. lib. 7. ca. 60.

HOROMASDES, apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatũ. Sipontinus.

HOROS, {Termino} (ὅρος) à Græcis dicitur finis & terminus cuiuſuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuſcunq; corporis extremum.

HOROSCOPVS, pi, pen. cor (ὡροσκόπος) παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας. hoc eſt à perſpectandis horis, ſignificat eam cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiori hemiſphærio ſurgit ab Oriẽte. Aſtrologi noſtri ſeculi Aſcendentes appellant. Auguſt. lib. 5. De Ciuit. Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterũ naſcitur, ut eadem pars horoſcopi maneat, paria cuncta quæro, quę in nullis poſſunt geminis inueniri. Si autem ſequẽtis tarditas horoſcopũ mutat, parentes diuerſos quæro, quos gemini habere non poſſunt. Horoſcopus item id temporis momentum ſignificat, quo quiſq; naſcitur, quaſi horæ inſpectationem, et notationem. Perſ Saty. 6. Geminos horoſcope Varo Producis genios. Eſt etiam Horoſcopus interdum adiectiuum. ut, Inſtrumenta horoſcopa, & Vaſa horoſcopa dicuntur, in quibus horæ dignoſcuntur. Pli. lib. 2. cap. 27. Vaſa horoſcopa non ubiq; eidem ſunt uſui. trecentis ſtadijs, aut longiſſime etiam quingentis ſtadijs mutantibus ſemet umbris.

HORREARIVS, (ταμίας) dicitur cuſtos uel exercitor horrei.

HORREO, res, rui, {Hauere horrore, paura, freddo} (φρίττω) horrorem habeo proprie cum pili ſetæve in animante eriguntur. Verum quoniã hoc aliquando ex frigore ſit, factum eſt, ut horrere aliquando accipiatur pro frigere. Iuue. Sat. 1. Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. Et quia frigus ſæpe à timore proficiſcitur, ſit, ut, Horreo accipiatur pro timeo. Ver. lib. 3. Geor. Nec uanos horret ſtrepitus. Liu. 2. ab urbe: Conſules quoq; Romani nihil præterea aliud, quàm ſuas uires, ſua arma horrebant. Horrere item tremere ſignificat. Col. lib. 1. cap. cap. 4. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. Item aſperum eſſe: quoniam corpora quæ horrent, aſpera redduntur. Verg. 11. Aen. Tum latè ferreus haſtis Horret ager. Similiter horrere, eſt ſtupere, mirari. Verg. li. 3. Horrendũ ac dictu uideo mirabile monſtrum. Conſtruitur hoc uerbum modo abſolute, Tere. in Eun. Totus horreo. Modo cum datiuo. Pli. in Panegy. Nemo iam parens filio, niſi fragilitatis humanæ uices horret. Modo cum ablatiuo mediante præpoſitione: ut apud Lactan. lib. 6. Nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium beſtiarum ultra ipſam mortem carnificina ſæuierit. Modo cum accuſatiuo. Verg. li. 3. Geor. Nunquam cuſtodibus illis Nocturnum ſtabulis furem, incurſusq; luporum, Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Huius uerbi compoſita ſunt, Abhorreo, Cohorreo, Exhorreo, Inhorreo, & Perhorreo: quæ uide ſuis locis.

HORRESCO, is, (φρικιῶμαι) horridus fio: ut cum quis intrinſecus algorẽ ſeu tremorẽ in ſe citari et inſerere ſentit, pauore, ſtupore, aut febri inualeſcente: Ver. lib. 6. Horreſcit uiſu ſubito, cauſasq; requirit. Plau. in Aſin. Horreſcet ſaxo legena, leges cum audiet. id eſt expaueſcet. Item contremiſcere. Verg. li. 3. Geor. Tum ſegetes altæ, campiq; natantes, Lenibus horreſcunt flabris. Aliquando habet poſt ſe accuſatiuum. Idẽ li. 3. Aen. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. id eſt, expaueſce. Eius compoſita ſunt, Abhorreſco, Exhorreſco, Inhorreſco, & Perhorreſco: quæ uide ſuis locis.

HORRENDVS, a, um, gerundiuum, {Horrendo} (φρικτός) idem eſt quod timendus, & abhominandus. Ver. 3. Aen. Monſtrum horrendum informe, ingens, cui lumen ademptum. Tibul. Eleg. 10. lib. 1. Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?

HORREVM, ei, {Granaio} (σιτοβολεῖον, σιτοφυλακεῖον) ab horrore, quaſi horridum, propter aſperitatem ariſtarum. Priſci enim fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granarijs condebant. Varro ab hordeo tractum exiſtimat, quemadmodum à farre Farreum. Nam quemadmodum Farreum, dicitur locus, in quo reponitur far, ita Horreum dicitur locus hordeo aſſeruando accommodatus: quãquam generalius accipitur pro quarumlibet frugum repoſitorio. Ver. 1. Geor. Illius immenſę ruperunt horrea meſſes. Non ſolum autem horreum accipitur pro loco deſtinato ad cuſtodiam frugum, ſed etiã rerum aliarum pretioſarum, repoſitarium ad quotidianũ uſum. ut apud Apuleium in Metam. Demonſtrat horreum, ubi uesperè ſagaciter argentum Copioſum recondi uiderat. Iureconſulti Horrea, frequenter uſurpant pro repoſitorijs mercium, & rerum pretioſarum.

HORRIBILIS, le, {Horribile} (φρικτός, φοβερός) formidabilis. Ci. Et quod dictu quoque horribile uidetur, uiui eius ſanguine hauſto. Ver. 4. Geor. Omnia trãsformat ſeſe in miracula rerum, Ignemq;, horribilemq;, feram, fluuiumq; liquentem.

HORRIDE, aduerb. {Rozzamente, aſpramente} hoc eſt, aſpere, & inculte. Ci. in Orat. Putãt enim qui horride, inculteq; dicat, modo id eleganter enucleatèq;

faciat, eum ſolum Atticè dicere.

HORRIDITAS, atis, ipſe horror, φρίξις. Neui. Omnia mihi horriditati erāt maximæ.

HORRIDVLVS, la, lum, diminutiuum, idem quod ſubhorridus, id eſt, parū bene cultus. Perſius: Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Ci. ad Atti. lib. 2. Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atq; incompta uiſa ſunt: ſed etiam erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant. Sic in Orat. Horridulæ orationes.

HORRIDVS, da, dū, {Horrido, aſpro, peloſo} (δασὺς, λάσιος) hiſpidus, aſper. Verg. 4. Aen. Et glacie riget horrida barba. Interdum etiam accipitur pro inculto, et ornato. Ter. in Phorm. nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Per tranſlationē etiam oratio dicitur horrida, quæ dura eſt, aſpera, & ieiuna. Et horridus, (φρικτὸς) timendus. Vergi. 3. Aen. Horridus, in iaculis, hoc eſt, terribilis, ut exponit Seruius. Horrido contrarium eſt Nitens, uel Nitidum. Ci. 3. de Ora. Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam eſt oratio tua.

HORRIFER, ra, rum, (φρικτός) horrorem, hoc eſt, uehemens frigus incutiēs. Oui. 1. Meta. Septemq; triones Horrifer inuaſit Boreas.

HORRIFICO, cas, φρικόω, horrorem incutio. Verg. 4. Aen. Multaq; præterea uatum prædicta piorum Terribili monitu horrificant.

HORRIFICVS, fica, ficum, (φρικοποιός) quod horrorem facit, ut Horrificū bellum, apud Cic. pro Domo ſua. Verg. 3. Aen. At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt Harpyiæ.

HORRIPILO, as, pen. cor. (δασύνομαι) ſignificat horridiore, aſperioreq; pilo fruticare. Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

HORRISONVS, na, num, pen. co. {Che ha ſuono horrido, terribile} (ἐρίκτυπος) quod cum horrore ſonat, ſiue quod horridum ſonum habet, ut, Horriſonus fremitus. Verg. 9. Aen. Clamore excipiunt ſocij, fremituq; ſequuntur Horriſono. Cice. 2. Tuſc. Horriſonum fretum.

HORROR, roris, {Tremore, horrore, freddo, battimento di cuore} (φρίκη) tremor, propter eum totum corpus uel frigore, uel pauore intremeſcit, & ſuccutitur. Celſus li. 3. cap. 3. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus uoco, ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt: horrorem, ubi totū corpus intremiſcit. Verg. 3. Aen. Mihi frigidus horror Mēbra quatit. Idem 4. Aen. Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæſit. Refertur et quandoque ad toruitatem aſpectus. Apul. Quem cum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus, ſtatim retroceſſit. Quandoq; ad uenerationem pro metu illo, qui ex religione incutitur. Ver. 1. Aen. Horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Lucanus: Arboribus ſuus horror ineſt.

HORSVM, aduerbium loci, {Verſo queſto luogo} (δεῦρο) uerſus hunc locum: Teren. Hecy. Atat, eccum Phidippum & patrem Video, horſum pergunt.

HORTATVS, us, {Eſſortatione, ammonitione} (προτροπή) idem quod adhortatio, & monitio. Cic. pro Archia. quod ſi hæc uox huius hortatu, præceptisq; cōfirmata, nonnullis aliquando ſaluti fuit. &c. Pli. lib. 13. cap. 1. Cuius hortatu exceperat eos dies.

HORTAMEN, inis, & Hortamentū, ti, idem ſignificant. προτροπή. Liu. 10. ab urb. Vbi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda. Idem lib. 7. Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius uiribus urbis, in conſpectu parentum, coniugumq;, ac liberorum: quæ magna etiam abſentibus hortamenta animi, tū ſubiecta oculis, ſimul uerecundia, miſericordiaq; militem accendebant.

HORTENSIA, Q. Hortenſij filia fuit eloquentiſſima, quæ cum matronarū ordo graui tributo à Triumuiris Octauio, M. Anton. & Lepido premeretur, nec uirorum quiſquam liberius loqui auderet, cauſam conſtanter egit, repræſentataq; patris facundia, impetrauit, ut maior pecuniæ pars eis remitteretur. Eius orationis præcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

HORTENSIVS, cui Quinto fuit prænomen, Romanus Orator, qui in foro Romano cauſarum rex ob eloquentiam dictus eſt; licet eius ſcripta infra famam fuerint. De quo Cicero in Bruto ſic refert. Primum memoria tanta, quantam in uiro cognouiſſe me arbitror, ut quæ ſecum cōmentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis eiſdē redderet, quibus cogitaſſet. De quo et fertur, quod ſedens olim totum diem in auctione, omnes res uænales, & pretia, & emptores, ordine ſuo recenſuit, argentarijs recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur.

HORTOR, aris, {Confortare, eſſortare} (προτρέπομαι, παρακαλῶ) eſt uerbis quem ad aliquid faciendum impellere, uel conſilium dare ad rem aliquā aggrediendā. Et differt à Moneo, quia monemus auctoritate & conſilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerunq; blandiendo. Ter. in Hecy. Ego propterea te ſedulò Et moneo, & hortor, ne cuiuſquā miſereat, Quin ſpolies. Cic. ad Lentulū: Pompeiū & hortari, & orare, & iam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiā fugiat, non deſiſtimus. Hortari paſſiuè. Tacit. lib. 6. Annal. Memmium Pollionem Conſulem deſignatum ingentibus promiſſis inducūt, ſententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam deſpondere Domitio. Hortatio, onis, (προτροπή) hortandi actus. Cic. 5. de Fin. tamen mihi grata eſt hortatio tua. Hortator, oris, (προτρεπτήρ) qui hortatur, & ſuadet, ut aliquid fiat. Cic. pro Sex. Roſc. Poſtremo iſto hortatore, auctore, interceſſore, ad Syllam legati non adierunt. Hortatiuus, a, um, (προτρεπτικός) adhortationi accommodatus. Quint. Hæc adhortatiuum genus maximè pertinent. Huius compoſita ſunt, Adhortor, Cohortor, Dehortor, Exhortor, quæ uide ſuis locis.

HORTVS, horti, {Horto, giardino} (κῆπος) eſt locus in agro, ſiue etiā in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. Hor. 2. Serm. Saty. 4. Caule ſuburbano, qui ſiccis creuit in agris Dulcior. irriguo nihil eſt elutius horto. Ci. a 3. Philip. Nā paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrauit. Apud ueteres autē accipiebatur pro uilla, quod in illis uiri ad bella orirentur. Pli. lib. 19. cap. 4. In XII. tabulis legum noſtrarum nuſquam nominatur Villa: ſemper in ſignificatione ea Hortus: in horti uerò Heredium. Feſt. Hortus apud antiquos omnis uilla dicebatur, quod ibi, qui arma capere poſſent, orirentur. Conſtat itaque, ſi etymologiæ rationē ſpectemus, ſcribendum eſſe Ortus ſine aſpiratione: fecit tamen receptus à doctioribus uſus, ut aſpiretur, ad differentiam fortaſſis participij Ortus, uel nominis quartæ inflexionis. Vtcunq; tamen quis ſcribat, non multum peccauerit. Valla li. 3. c. 9. ponit differentiam inter Hortum in ſingulari numero, & Hortos, in plurali, ut Hortus dicatur, ubi olera naſcuntur, hoc eſt, quæuis herbæ ſatiuæ, quibus ueſcimur: Horti uero qui arboribus conſiti ſunt, & uoluptatis cauſa comparati. Vnde in ſuperiori dicendum putat Vnū hortum, Duos aut tres hortos: in poſteriore uero, per numeros diſtributiuos loqui præcipit: ut ſcilicet Vnos, binos, ternos, quaternos dicamus. Hæc tamen differentia etiamſi frequentius uera eſt, non ſemper tamen obſeruatur. Teſtimonia uide apud Vallam loco iam citato. Horti penſiles, qui ſupra ædificia facti, uel ſupra columnas erecti pendent. Pli. lib. 36. ca. 14. Leguntur & penſiles hortos, imò uerò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebe.

HORTVLVS, li, {Horticello, giardinetto} (κήπιον) diminutiuum eſt ab Hortus. Pli. lib. 35. Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo. Cic. 1. de Natu. deo. Mihi quidem etiam Democritus uir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit.

HORTENSIS, & hoc Hortēſe, {Ciò che naſce nell'horto} (κηπευτός) quod in horto naſcitur. Pli. li. 19. cap. 10. Morbos hortenſia quoq; ſentiunt, ſicut reliqua terræ ſata.

HORTENSIVS, a, um, (κηπευτός) idem quod hortenſis. Pli. lib. 19. cap. 8. Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. Idem lib. 22. ca. 24. Sed medicinas e floribus coronamentiſq;, & hortenſiis, quæq; manduntur, herbis proſecuti, quonā modo frugum omittemus.

HORVLA, pen. cor. diminutiuum, hora parua, ὥριον.

HORVS, (ὦρος) Iſidis filius, quem cum illa amiſiſſet, uerita ne illi obueniret quod Oſiri patri acciderat, multum fleuit: ſed eo inuento, mœrorem in lætitiā conuertit. Horus præterea ab Aegyptijs uocatur Sol: unde & Horas dictas arbitratur Macrobius. Fuit & Horus Aſſyriorum rex. Plin. lib. 30. cap. 15.

HOSPES, itis, generis cōmunis, {Albergatore, foreſtiere} (κατάλυτης ξένος) dicitur qui, quæue alterum hoſpitio ſuſcepit, uel ab eo excipitur. Propriè aūt dicuntur Hoſpites amici diuerſarum patriarum, qui ſe mutuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouid. lib. 1. Metam. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cice. pro Deiotaro: Per dextram iam, quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. Hoſpes item pro peregrino accipitur. Cic. Acad. 1. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantes, tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquando, qui, & ubi eſſemus agnoſcere. Sunt qui putent hoc nomē eſſe omnis generis, eo quod in numero plurali interdum legamus neutrum genus Hoſpita, ut apud Verg. 3. Aen. Quo tutior hoſpita luſtres Aequora. Sed ueriſimilius eſt, hoc eſſe ab adiectiuo Hoſpitus, a, um, cuius etiam fœmininum ſæpius inuenitur in ſingulari numero: ut Auis hoſpita, apud Statium 1. Achil. & Nauis hoſpita, apud Ouidium 1. Faſtor. & Terra hoſpita apud Vergilium 3. Aeneid. Huius compoſitum eſt Inhoſpitus, a, um, de quo ſuo loco.

HOSPITA ξενοδόχος, ξένη. quæ aliquem hoſpitio excipit, aut ab alio excipitur. Ci. 4. Verr. Contemnere etiam ſignum illud Himeræ, iam uidebatur, quod eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Accipitur etiam pro peregrina. Ter. in And. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ, Huiuſce propter conſuetudinem hoſpitæ?

HOSPITALIS, & hoc Hoſpitale, (ξενικός) adiectiuum: quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitem pertinet. Liui. lib. 2. Exceptus benignè ab ignaris cōſilij, cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Et lib. 2. Alij profecti domos nuntij hoſpitalium beneficiorum: Multos Romæ hoſpitio, urbisq; charitas tenuit. Accipitur item Hoſpitalis, pro liberali & facili ad ſuſcipiendum hoſpites hoſpitio, qui & Genialis dicitur, ξένιος. φιλόξενος. Ci. 3. Verr. Homo qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimusq; noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet, noluit uideri ipſum illum Rubrium inuitus in domum ſuā recepiſſe. Hoſpitalis Deus (ξένιος) dictus eſt Iupiter, quod in eius tutela hoſpites eſſe credebantur. Huius compoſitum eſt Inhoſpitalis, (ἄξενος) hoc eſt, auarus, cuius domus hoſpitibus nō patet. Item Locus inhoſpitalis, ad quem hoſpitibus non patet acceſſus.

HOSPITALITAS atis, (φιλοξενία) benignitas, & facilitas in excipiendis hoſpitibus. Cic. 2. Offi. Recte etiam a Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas.

HOSPITALITER, aduerbium, {Benignamente, liberalmente} benignè liberaliter. Liu. 1. ab urbe: inuitati hoſpitaliter per domos. Idem lib. 6. Moti exemplo patres, uocari eos iam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter iuſſere.

HOSPITIVM, tij, (Hoſpitale, alloggiamento, hoſpitio, albergo) (ξενών, ξενία) domus quæ gratis liberaliterq; uenienti hoſpiti patet. Liu. li. 2. Ibi benignè excepti, diuiſiq; in hoſpitia curatis uulneribus. Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitij neceſſitudo non modo inter priuatos, ſed etiam inter populos cōtraheretur: quod genus amicitiæ Græci προξενίαν, Latini Hoſpitium publicū uocauerunt. Nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενίαν, Latinè Priuatum hoſpitium dicebatur: cuius erat nota, pignusq; teſſera hoſpitalis, ut ille apud Plautum ait in Pœnulo: Deum hoſpitalem & teſſeram Mecum fero. Liu. lib. 7. Bell. Mace. Nihil tota noſtra actione P. C. neq; difficilius, neq; moleſtius eſt, quàm quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo uno maximè regum & priuatum ſingulis, et (quod magis nos mouet) publicum ciuitati noſtræ hoſpitium eſt. Budæus: Hoſpitium item familiaris quædam amicitia eſt, uel mihi hoſpitandi apud illum, uel illud apud me. Cic. Fuit mihi cū illo uetus hoſpitium. Idem 4. Verr. Dixit hoc idem M. Lentulus, ſe de his a Dionis incommodis pro hoſpitio, quod ſibi cū eo eſſet, iam ante cognoſſe. Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, Hoſpitia nō inepte poſſunt appellari: quæ nonnulli uocabulo non ſatis Latino uocant Hoſpitalia, ξενοδοχεῖα, πτωχοδοχεῖα. Quæ uerò uiatoribus, peregrinisq; mercede patēt Cauponæ, Diuerſoriaq; uocamur.

HOSPITOR, taris, {Alloggiare, eſſer alloggiato, albergare, eſſer albergato} amice in hoſpitium recipio ξενοδοχέω, uel hoſpitio utor, κατάγομαι. Seneca de uita beata: Quid enim eſt, cur illis bonum locum mendeat? ueniant, hoſpitētur. Et per tranſlationem Hoſpitari, pro in alieno ſolo creſcere. Pli. lib. 17. cap. 20. de caſtanea loquens: Nuda enim radice tota, in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur, & alia ab radice: ſed tranſlata neſcit hoſpitari, pauetq; nouitatem.

Hoſpitus,

HOSPITUS,a,um,(ξενικός)adiectiuum ab hoſpite deductum. Ver. 3. Aen. Quò tutior hoſpita luſtres Aequora. Sic auis hoſpita, id eſt,peregrina,apud Statium 1. Achil. Nauis hoſpita,apud Ouid. 1. Faſt. Terra hoſpita,apud Ver. 3. Aene. Huius compoſitum eſt Inhoſpitus:de quo ſuo loco.

HOSTIA,æ,{Hoſtia,uittima}(θυσία,ἱερεῖον)ab hoſtibus dicta eſt. Propriè enim erat animal,quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiſcēte pro impetranda contra hoſtes uictoria:aut quod iam profligatis hoſtibus mactari ſolet ab eo,qui potitus erat uictoria. Oui. 1. Faſto. Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet. Feſtus putat Hoſtiam propriè dictam fuiſſe ſacrificium, quod Laribus immolabatur:eo quòd hoſtes ab illis arceri putabant: unde & ipſi Lares Hoſtili dicti ſunt. Alij Hoſtias ab antiquo uerbo Hoſtio dictas putant, quod apud antiquos inter alia ſignificabat ferio uel retundo, ut probat Nonius hac auctoritate Pacuuij in Teucro: Niſi coercuero proteruitatem: atq; hoſtiero ferociā. Pro eodē etiam dicitur Victima,quæ cæditur uictis hoſtibus. Ouid. 1. Faſto. Victima,quæ cecidit dextra uictrice,uocatur. Gell. hoc putat diſcrimis eſſe inter Hoſtiam & uictimam,quòd hoſtia à quouis ſacerdote mactari poſſet: uictima tantum ab eo,qui hoſtes uiciſſet. Hoſtia,item puellæ nomen fuit,quā Propertius adamauit,& falſo nomine Cynthiam appellauit. Eſt & Hoſtia oppidi nomen in Latio,ad Tyberis oſtium in qua tamen ſignificatione rectius ſcripſeris Oſtia ſine aſpiratione.

HOSTICUS,ſubſtantiuum,nomen poetæ fuit.

HOSTICUS,ca,cum,pe.cor.{Inimico}πολέμιος,ἐχθρός. Hora. lib. 1. Serm. Saty. 9. Hunc neq; dira uenena,nec hoſticus auferet enſis.

HOSTILIS,le,pen.pro.{Ciò che è d'inimico}(πολεμικόν)quod eſt hoſtilis. Verg. 11. Aen. Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis Ipſos ferre duces.

Hoſtilis in Rempub. animus, Cic. ad Brut. Idem ad Cluen. Hoſtile odium & crudelitas. Facere hoſtilia,uel Pati omnia hoſtilia,eſt facere uel pati omnia, quæ ab hoſtibus poſſent expectari. Tacit. lib. 15. Quo pro Armenia hoſtilia faceret. Hoſtilia referre. Liu. lib. 1. Bell. Pun. Legati retulerunt omnia hoſtilia & Sagunti excidium nunciatū. Hinc Hoſtiliter,aduerbium,ad modū hoſtium πολεμικῶς. Ci. 5. Phil. Ergo Annibal hoſtis? ciuis Antonius? Quid ille fecit hoſtiliter,quod hic aut non fecerit,aut non faciat,aut non moliaſ, & cogitet?

HOSTIMENTUM,ti,{Agguaglimento}(ἀμοιβή,ἀντιμέτρησις,ἀντιπλήρωσις)idem quod æquamentum uel retributio:ab antiquo uerbo Hoſtire, quod inter cætera ſignificat æquare,uel æquum reddere,uel cōpenſare. Plaut. in Aſin. Par pari datum,hoſtimentum eſt opera pro pecunia. Feſtus: Hoſtimētum eſt beneficij penſatio.

HOSTIO,ſtis,{Agguagliare,ricompenſare}(ἀμείβω)æquam compenſationē retribuo,uicem reddo. Plau. in Aſin. Quin promitto,inquam,hoſtire cōtra, ut merueris.i.æqua reddere & talionem referre. Quādoq; comprimo,coerceo. Pacuuius in Teucro,ut citat Nonius: Niſi coercuero proteruitatē,atq; hoſtiero ferociam. Quandoq; offendo,caedo. Idem Erotopægnion lib. 1. ut citat idē Nonius: Nunc id mihi moleſtum eſt,quòd hoſtit uoluntatē tuam. Huius cōpoſitū eſt Rehoſtio,quod eſt,uicem refero,ut inquit Feſtus. Vtrunq; eſt obſoletum.

HOSTIS,tis,(πολέμιος)communis generis,ab hoſtio,ſtis, quod inter alia ſignificat comprimere,& retundere:ut in illo Pacuuij apud Nonium: Niſi coercuero proteruitatem,atq; hoſtiero ferociam. Dicuntur autem Hoſtes,cum quibus publicè bellum habemus:Inimici autē,cū quibus priuata odia exercemus. Apud antiquos tamen Hoſtis dicebatur peregrinus,quem nunc uocamus hoſpitē,ab hoſtiendo,hoc eſt,ab æquando:eò quòd ſuis legibus uiuens,nobis quodā modo æquari uideretur. Cic. 1. Offi. Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis uocaretur, lenitate uerbi triſtitiam rei mitigāte:hoſtis.n. apud maiores noſtros is dicebaſ,quē nūc peregrinū dicimus.

HOSTORIUM,rij,lignum æquatorium,baculus quo modius & cæterę menſuræ æquantur. Alio nomine Radius dicitur.

HOSTUS,teſte Varrone lib. 1. de Re ruſt. cap. 24. dicitur tantum olei,quantū ex uno factu conficitur. Factum autem uocant quod uno tempore conficiunt. Vide item Catonem cap. 6.

HOSTIUS,monſtroſæ libidinis homo fuit,non modò mulierum, ſed etiam uirorum appetens,nec tam agendi auidus,quàm patiendi:quem Seneca ob id Quadrā libidinis appellat.

H ANTE V.

HUBER,huberis,{Abondante,fruttifero,graſſo,diuitioſo}(εὔφορος,ὕπερος) ſecundum Apuleium,cum h,ab ὕω pluo. Alij magis ab Humeo, ſicut Tuber à Tumeo,m,in b,conuerſo. Loca enim arida infœcunda ſunt:contra quę humecta ſunt,feracia. Non deſunt tamen hodie,qui ſine aſpiratione ſcribere malint. Eſt autē Huber,ſiue Vber idem quod fœcundus,& fertilis. & in hac ſignificatione eſt adiectiuum omnis generis:quāuis in plurali numero neutrum genus non inueniatur. Cato lib. 2. Orig. Ita res huber fuit. Ci. ad Quin. fra. Multis locis aquam profluentē,& eam huberem uidi. Idem. 2. de Nat. deo. Huberrimi,lętiſſimiq; fructus uitium. Idem de Cla. Ora. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere uſus eſt Seneca: Et omnia,inquiens, quod huberi cingitur ſolo. Huius contrarium eſt Inhuber. Gell. Inhuberes,& multę quidē macræq; eſſent. Huber uero ſubſtantiuum,(οὖθαρ)idem ferè eſt quod mamma. Ver. 3. Eclog. Binos alit hubere fœtus. Propriè hubera uidentur dici anteriora mammarum:mammæ uero,huberum eminentiæ. Verg. lib. 3. Georg. Læta magis preſſis manabunt hubera mammis. Inuenitur etiā quandoq; Huber ſubſtātiuum poſitum pro hubertate,aut fœcunditate,(εὐθηνία,εὐφορία)ut,Huber agri,id eſt,hubertas,& fertilitas,quo pacto & Gręci οὖθαρ ἀρούρης dicunt.

Verg. 1. Aen. Terra antiqua,potens armis,atq; hubere glebæ. Pallad. lib. 1. cap. 33. Pratis uero recentia ſtercora ſufficiens ad huber herbarū. Ab Huber, pro fœcundo,fit Hubertas,atis,(εὐθηνία)fertilitas,abundantia,copia. Pli. lib. 7. cap. 2. Hæc facit hubertas ſoli,temperies cœli,aquarum abundantia. Cice. 2. de Nat. deo. Nuper nati mammas appetunt,earumq; hubertate ſaturantur.

HUBERIUS,& Huberrime,{Piu copioſamente,piu abondantemente}aduerbia ſunt comparatiui & ſuperlatiui gradus ab adiectiuo Huber deducta,idem ſignificantia,quod copioſe,& copioſius. Cic. ad Att. li. 3. Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ. non ſolum quia planius loquebantur, et huberius, quàm uulgi ſermo:ſed etiam quia magis uidebar tibi gratulari. Idem 2. de Diu. Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de Republica,quos tunc ſcripſimus, cū gubernacula Reip. tenebamus:magnus locus,philoſophięq; proprius,à Platone, Ariſtotele, Theophraſto,totaq; Peripateticorum familia tractatus uberrime.

HUBERO,ras,{Far abondante. far diuitioſo. fecondare}(καρπίζω, εὐφορεῖν, ποιεῖν)huber,& fecundum facio. Pallad. lib. 4. Hoc uelut coitu ſteriles arbores huberantur. Huberare,(εὐθηνεῖν,καρποφορεῖν)pro exuberare,ſeu huberem et fœcundum eſſe,dixit Col. lib. 5. cap. 9. Optimum eſt,inquiens, etiam conſtitutas plantas circum munire caueis:deinde conſtitutum iam & maturum oliuetum in duas partes diuidere,quæ alternis annis fructu induantur: neq; .n. olea continuo biennio huberat.id eſt,fœcunda eſt & fertilis.

HUBERTIM,{Abondantemente,copioſamente}(περίμως εὐθηνῶς)abundanter,copioſe.

HUBERTUS,ta,tum,{Abondante}(εὔπορος)abundans. Gel. lib. 7. c. 14. Sed ea ipſa genera dicēdi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt,tria in tribus: magnificum in Vlyſſe,& hubertum:ſubtile in Menelao, & cohibitum: mitium moderatumq; in Neſtore.

HUC,{Qua}(δεῦρο)aduerbium ad locum, Ter. in Eun. Ego cum illo,quo cum uno rem habebam tum,hoſpite Abij huc. Huc,& illuc,(δεῦρο κἀκεῖσε) incertum iter oſtendunt:quod etiam dicimus Surſum & deorſum. Cic. ad Att. Ne curſem huc & illuc determina uia. Hucuſq; hoc eſt,uſq; ad hunc locum,uel uſq; ad hoc tēpus. Pli. lib. 6. cap. 29. Hucuſq; Neſtoris exercitum duxit.

HUCCINE interrogatiuum eſt compoſitum ab Huc & Ne, per interpoſitionē ſyllabæ,ci Cic. 7. Verr. Huccine tandem omnia reciderunt?

HUI,{Hui,oh}interiectio eſt admirantis,inquit Dona. Teren. in Heau. Hui,tam graueis hos quæſo? M. Sic meritum eſt meum. Cic. ad Att. Hui toties'ne me literas dediſſe Romam,cum ad te nullas darem? Hui, Hem, & cæteris euiſmodi,utimur aduerſus eos quibus iraſcimur,interprete Donato. Ter. in Eun. Scabis: Principio eam eſſe dico liberā. THR. Hem. CH. Ciuem Atticam. THR. Hui Idem in Andria: Iuno Lucina fer opem:ſerua me,obſecro. S. Hui,tam cito? ridiculum.

HUIC,{Coſtui}(τούτῳ, ταύτῃ)datiuus pronominis, Hic,hæc,hoc:qui in carmine ferè unica ſyllaba effertur,ut apud Vergilium, Huic coniuux Sichæus erat.

Quandoq; etiam per duas,ſed rarius. Sta. lib. 1. Theb. Lætus huic domino uideas dare iura nepotes.

HUIUSMODI.& Huiuſcemodi,{Di queſta guiſa di queſta maniera}(τοιοῦτος)nomina adiectiua omnis generis indeclinabilia,copoſita ex genitiuis Huius,uel Huiuſce,& Modi à Modus,idem ſignificant quod talis, Ter. in Heau. Huiuſmodi,obſecro,aliquid reperi. Ibidem: Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,ubi me excarnufices. Cic. 3. de leg. Nec miror,ſed moereor caſum huiuſmodi.

HUMANITAS,atis,{Humiltà}(ἀνθρωπισμός,ἀνθρωπότης) propriè naturam humanam ſignificat. Cic. pro Roſc. Amer. Magna eſt uis humanitatis,cōmunio ſanguinis,natura ipſa. Et quoniam eruditio & bonarum artium diſciplinæ ſoli homini ſunt propriæ,factum eſt,ut humanitas accipiatur pro eruditione,& bonarum literarum ſcientia,quam Græci uocant παιδείαν: ut apertiſſime oſtendit Gel. lib. 13. ca. 16. adducens locum Varr. ex lib. 1. Rerum humanarum,qui ſic habet: Praxiteles propter artificium egregium nemini eſt paulum humaniori ignotus. Cic. in Verr. Tu ſine ulla arte,ſine humanitate,ſine ingenio,ſine literis ſolus iudicas? Idem de Ora. Homo non hebes,neq; inexercitatus,neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis eſt,idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & Humanitas pro facilitate, tractabilitate, manſuetudine, clemētia, beneuolentiaq;. quā Græci φιλανθρωπίαν uocant, quaſi amorē in homines. Cic. li. 1. Offi. Non modo id uitium non eſt,ſed eſt potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.

HUMANE,aduerbium,{Benignamente,humanamente, corteſemente}(ἀνθρωπίνως)humano affectu,hoc eſt,benigne,manſuete,faciliter,leniter. Terēt. in Adelp. Cum placeo,aduerſor ſedulo,& deterreo,tamē uix humanè patitur. Cic. Att. lib. 15. Ille quòd Puteolos proſequitur,humanè.quòd queritur,iniuſte. Humane ferre morbum. Cic. 2. Tuſc.

HUMANITER aduerbium,{Humanamente}(φιλανθρώπως)cum humanitate. Cic. ad Marium lib. 7. Epiſto. Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro,docebo profecto,quid ſit humaniter uiuere. Idē ad Att. lib. 1. Sin aliter acciderit,humaniter feremus.id eſt,æquo animo,& ut hominē decet,mille fortunæ telis expoſitum.

HUMANITUS,aduerbium,{Humanamente, da huomo}(ἀνθρωπικῶς)more humano. Pli. lib. 10. cap. 63. Viſi autem(ut dictum eſt)humanitus ſtrati,id eſt, ut ſolent homines. Cic. 1. Philip. Si quid mihi humanitus accidiſſet.id eſt,ſi fortaſſe morerer.

HUMANUS,na,num,{Humano,benigno}(ἀνθρώπινος, ἀνθρώπειος)denominatiuum eſt ab homine deductum,ſicut à fera Ferinus. Ci. 4. Ver. Quod eſt aliud in illa prouincia genus humanum? Pl. li. 11. ca. 49. Sunt & etiam humano calculo remedia præcipua.id eſt,calculo,qui in homine generaſ. Ci. pro Roſcio Amer. Portentum atq; monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura,qui tātum immanitate beſtias uicerit,ut propter quos hāc ſuauiſſimam lucem aſpexerit,eos indigniſſime luce priuarit:cum etiam feras inter ſe & partus atq; educatio, & natura ipſa conciliet &c. Accipitur etiā interdum Humanus pro eo,quod ab hominis natura non abhorret. Ter. in Adelp. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo eſt: Perſuaſit nox,amor,uinum, adoleſcentia. Humanum eſt. Vbi Donatus: Nihil tandē ex ea ſumptum cōſuetudine eſt, quod non humanum. Et hoc dicere ſolemus,ubi peccatum quidem non negamus,ſed tolerabile eſſe dicimus. Significat etiam Humanus,affabilem, benignū comem,blandum,commodum,urbanum,quem Græci φιλάνθρωπον dicunt. Ter. in And. Hęc ego putabam eſſe omnia humani,manſuetiq; animi officia.

HUMECTO,as,{Bagnare,far humido}(διαίνω,βρέχω) humidum facio. Ver. lib. 4. Georg. Qua niger humectat flaucntia culta Galeſus. Humectus,a,um, adiectiuum,(ὑγρός)idem quod humidus:ut. Humectus locus. Varro 1. de re ruſt. ca. 24. Si locus humectus ſit,ibi cacumina populorum ſerunda, & arundinetum.

HUMEO,mes,mui,{Eſſer humido}(νοτίω, Nicādro,ὑγρός εἰμι)madidus ſum, Oui. 10. Meta. Dat gemitus arbor,lacrymiſq; cadentibus humet.

HVMERVS,ri,pen.cor.{*Homero, ſpalla*}(ὦμος)eſt pars illa corporis, à qua dependent brachia:quæ etiam alio nomine uocatur Armus,auctore Feſto, ꝙ ab ea parte arma dependeant. Verg.lib 2. Aen. Hæc fatus,latos humeros,ſubiectaꝗ colla, Veſte ſuper,fuluiꝗ inſternor pelle leonis. Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic.2.de Nat.deo. Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga uires humerorum,& latitudines ad aratra extrahenda, &c. Dicuntur & humeri in auibus partes illæ,a quibus dependent alæ. Col.lib.8.cap.2.de gallinaceis. Iubæ deinde uariæ,uel ex auro flauæ per colla,ceruicesꝗ in humeros diffuſæ. Hinc Humeroſus,a,um,quod latos humeros habet ὠμώδης. Humeroſus locus. Col.lib.3.cap.10. Itaꝗ cuſtodiemus,ut à prædictis locis, quos humeroſos ruſtici uocant ſemina legamus. Humerale,lis,humerorum tegumentum quemadmodum Tibiale tegumentum tibiarum. Paulus: Nam ſi tibiale uel humerale miles alienauit,caſtigari uerberibus debet.

HVMESCO,ſcis,{*Diuenir humido*}(ὑγραίνομαι,ὑγρὸς γίνομαι)humectus fio Verg.lib.3.Geor. Humeſcunt ſpuma flatuſꝗ ſequentum.

HVMIDVS,a,um,pen.cor.{*Humido*}(ὑγρὸς,νοτερὸς) quod humorem inducit,uel quod humorem habet. Verg 2. Aene. Et iam nox humida cœlo Præcipitat,ſuadentꝗ cadentia ſidera ſomnos. Cic in Verr. Ignem ex lignis uiridibus atꝗ humidis in loco anguſto fieri iuſſit. Hinc fit diminutiuum Humidulus a ut Linum humidulum apud Oui.3.de Arte amandi: Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini.

HVMIFER,a,um,(νοτιζόμενος)humectus,humorem afferens Cic 1.de Diui. Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum.

HVMIGATVS,{*Bagnato*}βεβρεγμένος.humore perfuſus, Apuleius lib.1. Flo. Vel enim colliculus ſepimine conſecratus,uel truncus dolamine effigiatus, uel cæſpes libamine humigatus,uel lapis unguine delibutus.

HVMILIS,le,pen.cor.{*Humile*}(χθαμαλὸς,ταπεινὸς)depreſſum, & quod à terra non alte attollitur. Ver 4.Eclog. Atꝗ humilis habitare caſas. Idem.4. Eclog. Non omnes arbuſta iuuant,humileſꝗ myricæ. Accipitur etiam Humilis pro contempto,abiecto,demiſſo,quod & Græci ταπεινὸν dicunt. Ci.5. de Fin. Qui altiore animo ſunt,nihil abiectum,nihil humile cogitant. Idem de Amic. Nihil enim altum,nihil magnificum ac diuinum ſuſcipere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamꝗ contemptam. Idem ad Attic.libr.7. Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

HVMILIO,lias.{*Far humile, humiliare*}(ταπεινόω)humilem facio & quaſi abiectum ac uilem ut eſt illud, Humiliauit ſeipſum,formam ſerui accipiēs. Frequens eſt huius uerbi uſus in ſacris literis:alioqui apud probatos linguæ Latinæ ſcriptores uix inuenias,in hac præſertim ſignificatione. Legitur tamen Humiliatus,participiū pro eo quod eſt depreſſus,& humilis effectus,ita ut à terra parū attollatur. Cic.2 de Nat deo. Alia animalia humiliata,ut cibum terreſtrē facile roſtris contingant:alia altiora ſunt,&c.

HVMILITAS,atis,{*Baſſezza,humiltà*}(ταπεινότης χθαμαλότης)contrarium altitudini. Cic.5.Tuſcu. Sidera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. Humilitas,ignobilitas paupertas. Cic.lib.1.Offi Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione uerſatur. Idem 13. Pa.bis autem humilitatem deſpicere ſolet cuiuſquam, qui ex eadem ſuſtulerat liberos. Humilitatem generis alicui obijcere, apud Ciceronem antequam iret in exiliū. Humilitas,ut opponitur ſuperbiæ,(ταπεινοφροσύνη) definitur à Speuſippo,ꝙ ſit facilitas animæ,omnis expers iracundiæ Verum in hac ſignificatione uſitatius Modeſtiæ uocabulo utimur.

HVMILITER,aduerbium,{*Humilmente,baſſamente*}(ταπεινῶς)hoc eſt,demiſſe:contrarium habet Altè. Pli.in Epiſt Eadem enim facta claritate,uel obſcuritate facientium,aut attolluntur altiſſimè,aut humillimè deprimūtur. Liu. 4.Bel.Pun. Hæc natura multitudinis eſt,aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur.

HVMO,mas.{*Sepelire,coprire di terra*}θάπτω.humo,contego ſepelio. Cic.lib. 1.Tuſ Magorum eſt mos non humare corpora ſuorum niſi à feris ſint antè laniata. Ibidem: In terram enim cadentibus corporibus,hiſꝗ humo tectis,(ex quo dictum eſt Humari)ſub terram cenſebant reliquam uitam agi mortuorū. Pli.lib.7.cap.54. Sepultus intelligitur,quoquo modo conditus.humatus uerò humo contectus. Gel.lib.7 cap.8.de Delphino: In ſui pueri ſepulchro humatus eſt. Humatio uerbale,ταφὴ,ταφὴ ὁῆς. Cic.1.Tuſcu. Cuius hoc dicto admoneor,ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem. Huius compoſita ſunt, Exhumo,quod eſt e terra extraho. Inhumo,terræ iniicio,καταφράζω Pli.li.17. Non inhumare taleas,aut ſiccare prius,ꝗ ſerantur, utilius compertum. A' participio Humatus fit nomen compoſitum Inhumatus(ἄταφος)idem quod inſepultus:de quo ſuo loco.

HVMOR,oris.{*Humore,liquore*}(νοτὶς,ὑγρότης)aqua,liquor:ab Humus fit, quia aquæ terris incluſæ ſunt. Cic.de Diu. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus, Auſtro,poteſt ſudorem imitari. Idem 2.de Natu deo.de aſtris loquens: Et terrenis, maximiſꝗ humoribus longo interuallo extenuatis alantur. Verg.1.Geor. Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam. Humor proportione uini aquoſa. Verg.1.Geor. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi Humida uina uocauit tenuis,quæꝗ plurimum aquoſæ ſubſtantiæ haberent admiſtum.

HVMVS,mi,fœmi.gene.{*Terra*}(γῆ,γαῖα)terra. Verg.2.Geor. At quæ pinguis humus dulciꝗ uligine læta. Humi,genitiuus uice aduerbij ponitur, & hoc tā cum uerbis motus ꝗ cum uerbis quietis. Pli.lib.1.cap.13. Humi quoꝗ aice pedum ſerpunt. Col.lib.9.cap.14. Ineunt autem non ut priores aues, de quibus diximus,inſiſtentes humi. Oui.5.Meta. Sternit humi iuuenem. Verg.1.Aen. Nec prius abſiſtit,ꝗ ſeptem ingentia uictor Corpora,fundat humi.

HVNNI,(Οὖννοι)populi ſunt,qui quondam in Scythia Europæa ſuper Mæotim paludem incoluere:deinde mutatis ſedibus,ingenti multitudine in Pannoniā irrupere. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Atila totā pene Europam peruagata,Galliam,Italiamꝗ fœdiſſimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus uicta,rurſus ſe recepit in Pannoniam. Quare credibile eſt, Hunnos eos eſſe,qui etiā hodie Pannoniam incolunt,paucis immutatis literis Hungari uocati. De his Hieronymus ad Oceanum:ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim,& Maſſagetarum immanes populos,ubi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent,erupiſſe Hunnorum examina,quæ pernicibus equis huc illucꝗ uolitantia,cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

H ANTE Y.

HYACINTHIA,orum,(Ὑακίνθια)ſubſtātiuum(ut auctor eſt Hieronymus contra Iouin.)dicebantur quædam ſacra nocturna, à Lacedæmonijs reperta in honorem Hyacinthi pueri,ab Apolline diſci iactu interfecti. Quod & teſtaē Ouid.lib.10.Meta.his uerſibus. Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honorꝗ Durat in hoc æui:celebrandaꝗ more priorū Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

HYACINTHVS,(ὑάκινθος Suidæ)eſt genus uiolæ uernæ, colore obſcuræ purpuræ,quam à Romanis Vacciniū appellari auctor eſt Dioſcorides. Galli teſte Ruellio,ſeruato Latini nominis ueſtigio uocant Vacietam,herbam autem Cæpam agreſtem. Hoc uiolæ genus uenis quibuſdam nigris eſt diſtinctū, ut diſcurrentibus lineis,ut duarum Græcarum literarum α,& ι,figuram referat: quæ res Poetis duplicis fabulæ occaſionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline,quem imprudens diſci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt,interiectionemꝗ dolentis αἰ,quæ ex duabus illis literis conficitur,uelut teſtimonium doloris,quem Apollo ex eius morte conceperat,habere inſcriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuerſum aiunt,dū impatiētia prælati ſibi Vlyſſis ſeipſum interemit:duaſꝗ primas eius nominis literas in hoc flore manſiſſe impreſſas. Ouid.utrāꝗ fabulam complexus eſt li.13.Meta.his uerſibus: Rubefactaꝗ ſanguine tellus Purpureum uiridi genuit de cæſpite florē, Qui primus Oebalio fuerat de uulnere natus. Litera cōmunis medijs pueroꝗ uiroꝗ Inſcripta eſt folijs,hæc nominis,illa querelæ. Eſt & Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethyſto gemmæ non abſimilē,ſed tamen dilutiorem. Vide Pli.lib.37.ca.9.

HYACINTHINVS,a,um,pen.cor.(ὑακίνθινος) quod habet colorem hyacinthi. Perſius Sat.1. Hic aliquis,cui circum humeros hyacinthina læna eſt, Flos hyacinthinus,Catullus in Epitalamio Iuliæ.

HYACINTHIZONTES,(ὑακινθίζοντες)dicti ſunt ſmaragdi quidā,ad hyacinthi colorem accedentes:quorū meminit Pli.lib.37.cap.5.

HYADES,(ὑάδες Suidæ,)ſtellæ ſeptem in capite Tauri,quæ quoties oriuntur,uel occidunt,pluuias creant,ἀπὸ τοῦ ὕειν,quod eſt pluere. Oui.li.5.Faſto. At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem Pars hyadum toto de grege nulla latet. Ora micant Tauri ſeptē radiantia flammis, Naita quas Hyadas Graius ab imbre uocat. Fabulantur Poetæ Hyades Bacchi nutrices fuiſſe,quæ & Dodonides Nymphæ uocatæ ſunt,à Dodona ciuitate Epiri: quæ cū Iunonis irā uererentur,fugerentꝗ Lycurgi regis ſæuitiā,à Ioue in cœlum eſſe tranſlatas. Alij tradūt Atlantem ex Aethra uxore Hyantem filium ſuſcepiſſe,ſeptēꝗ puellas,quorum hæc ſunt nomina: Ambroſia,Eudora,Paſithoe,Coronis,Plexauris,Pytho,& Tyche,quæ cum fratrem à Leone deuoratum implacabili luctu proſequerentur,doloriſꝗ magnitudine extabeſcerent, Iouis miſeratione in ſeptem ſtellas ſunt conuerſæ,& ut perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimoniū,à fratris nomine Hyades ſunt appellatæ. Hæ à Latinis uocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ,ut Tiro Ciceronis libertus putauit. Nam cum iſcirent priſci illi linguæ Latinæ auctores ὗας à Græcis dici, quas nos uocamus ſues,putauerunt & ὑάδας Latinè poſſe uerti Suculas:tanquā Hyades,ἀπὸ τῶν ὑῶν, hoc eſt, a ſuibus, ac non potius ἀπὸ τοῦ ὕειν,hoc eſt,a pluendo dicerentur. Sed de Tironis iudicio,uide Gel lib.13,cap.9. Non abſurdum tamē uidetur,ideirco Suculas à Latinis uocatas eſſe,ꝙ propter maximas,quas afferūt, pluuias lutu gaudere uideantur,quemadmodum ſues.

HYÆA,(ὑαία)urbs Locrorum Ozolarum,apud Tucydidem lib.3.

HYÆNA,(ὕαινα)cum diphthongo,& pen.pro.animal ferum,& crudele, qđ ſermonem humanum aſſimilat,paſtorumꝗ nomina addiſcit, ut eos foras euocatos dilaniet. Pli.lib.8.ca.30. Hyænis utrāꝗ eſſe naturā,& alternis annis mares,alternis fœminas fieri. Parere ſine mare uulgus credit: Ariſtoteles negat. Et paulò poſt: Multa præterea mira traduntur:ſed maximè,ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimilare, nomenꝗ alicuius addiſcere,quem euocatum foras laceret. Item uomitionem hominis imitari, ad ſollicitādos canes, quos inuadat. Hyænæ etiam meminit Ouid lib.15.Meta. Et quæ modo fœmina tergo Paſſa marem,nunc eſſe marem miramur hyænam.

HYALVS,pen.cor.(ὕαλος)uitrum. Vnde color hyali, dicitur color uiridis, qualis eſt color uitri. Verg lib.4 Georg. Mileſia uellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. Inde fit Hyalinus,(ὑάλινος)pro uitreo: & Hyalurgus,(ὑαλουργὸς)pro uitreario. Eſt item Hyalus, Aſiæ fluuius, in Tmolo monte naſcens,& non procul ab Hermi oſtio,in mare Aegæum influens. Vide Strab.lib.11.

HYAMEA,(ὑαμεία)Meſſeniaci agri oppidum,unum ex quinꝗ,ut inquit Stephanus. Gentile eſt Hyamita,ὑαμείτης,teſte eodem Stephano.

HYAMION,(ὑάμιον)Troadis oppidum:a quo fit gentile Hyamios,ὑάμιος Stephanus.

HYAMPOLIS,(ὑάμπολις)Phocidis oppidum,ad Parnaſſum montem:cuius meminit Pli.lib 4.cap.7.& Strabo lib.9. Eſt & Hyampolis altera in Bœotia,non procul ab Orchomeno:cuius meminit Ptol.lib.4.cap 15.

HYANTES,(ὕαντες)ab antiquis appellabantur Græciæ populi,poſtea Bœoti appellati,teſte Pli.lib.4.cap.7.quod nomen ab Hyante rege trāxiſſe putant, ut non obſcure innuit Strab.lib.7. Hinc deducitur adiectiuum Hyantius,a, um,idem ſignificans quod Bœotius: unde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ouid.3.Meta. Cum iuuenis placido per deuia luſtra uagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

HYAS,antis,ὕας)Atlantis filius ex Aethra uxore,qui cum adhuc puer uenationibus ſeſe exerceret,a Leone deuoratus eſt. Huic fuerunt ſorores ſeptem,a patris nomine Atlantides dictæ:quæ cum fratris deſiderio extabeſcerēt, deorum miſeratione in ſeptem ſtellas conuerſæ ſunt:quarum pietas ne ullo temporis interuallo obliuione obliteraretur,a fratris nomine Hyades appellatæ ſunt. Fuit & Hyas Bœotiæ rex,a quo Bœoti aliquando Hyātes fuerūt nominati. auctor Strab.lib.7.

HYBANDA,(ὕβανδα)olim inſula fuit Ioniæ,poſtea maris receſſu continenti anneſa. Auctor Pli.lib.2.ca.89.

Hybera

HYBERES, HYBERI, & HYBERIA, quæ hic ut perperam ſcripta, ſic alieno loco inſerta erant, uide Iberes, Iberi, & Iberia.

HYBERNA, orũ, numero plurali, (*Luoghi doue tauernano i ſoldati*) (χειμάδια) dicuntur loca in quibus milites hyeme ſtationem habent. ſicut Aeſtiua, in quibus æſtiuo tempore commorantur. Cæſar: Poſt hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus eſt. Cic. ad Catonem: Exercitum in hyberna dimiſi. Tacit. lib. 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

HYBERCVLA, hybernaculorum, caſtra Hyberna. Liu. lib. 5. ab Vrb. Hybernacula etiam, res noua militi Romano, ædificari cœpta. Tacitus: Cohortes alæq; nouis hybernaculis locatæ.

HYBERNIA, (ὑβερνία) inſula inter ſeptentrionem & occidentem ſolem, dimidio minor q̃ Britannia, cui propinqua eſt. Ab hyberno tempore (ut quidã putant) ſic appellata, propter hyemis magnitudinem. Hinc Hybernicus, ca, cũ, ut Mare Hybernicum Claudianus hanc inſulam uocauit Hybernen. Ita enim ait in 7. Paneg. Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

HYBERNO, nas, (*Iauernare*) (διαχειμάζω) hyemo, hyemem ago, ſtationẽ hyberno tempore aliquo in loco habeo. Liu. li. 7. ab urb. Quia procul ab domo ac rebus ſuis hybernaſſent. Cic. pro Lege Man. Iam uerò quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur.

HYBERNVS, a, um, (*Inuernale, d'inuerno*) (χειμερινός) quod eſt hyemis: ut Hyberna glacies, quod nomen ab hyeme deduci aſpiratio indicio eſt. Plin. lib. 8. cap. 47. Mihi Hybernos agnos præferunt uernis. Soles hyles hyberni.
Verg. 2. Geor. Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles Hiberni: uel quæ tardis mora noctibus obſtet.

HYBLA, uel **HYBLE**, es, (ὕβλη) ciuitas Siciliæ, circa quam eſt thymi & ſalicum copia: ab Hyblone rege ita dicta Megara appellata poſtea. Hanc Strabo à Dorienſibus conditam ſcribit. Eſt etiam huius nominis mõs dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes paſtæ, mel optimum conficiunt. Mart. Cũ dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet eſſe fauos. Hinc fit adiectiuum Hyblæus, a, um, (ὑβλαῖος) ut Apes Hyblæę, quę in Hybla monte paſcuntur. Verg. 1. Eclo. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

HYBLON, onis, (ὕβλων) Siciliæ regulus, qui Hyblæ ciuitati nomẽ fecit, quę poſtea Megara dicta eſt. Auctor Stephanus.

HYBREAS, (ὑβρέας) inſignis Orator fuit ex Mylaſis Cariæ urbe: cui cum pater nihil præter mulum lignarium, & mulionem reliquiſſet, illorum opera aliquandiu nutritus, Diotrephi Sophiſtæ operam dedit: poſteaq; ad reipublicæ gubernacula conuerſus, proximam Euthydamo auctoritatem obtinuit: quem cum patriæ quidem ſuæ tyrannidem exercere, ſed tamen multis utilitatibus id incõmodi penſare uideret, fertur ei in concione dixiſſe: Euthydame, malũ es ciuitatis per neceſſarium. Nam nec tecum uiuere poſſumus, nec ſine te. Hic cum Labienus Parthorum auxilijs inſtructus, in Aſiam irrupiſſet, adoleſcentulumq; quendam iactantem audiret, ſe Parthicum Imperatorem eſſe, At ego, inquit, Caricus. Quo eius dicto irritatus Labienus impetum in urbẽ fecit, eaq; capta magnificas Hybreæ ædes diruit (nam ipſe fuga ſe Rhodum ſubduxerat) urbemq; ipſam ruinis incendijsq; deformauit. Verum cum ille Aſiam reliquiſſet reuerſus Hybreas, ædes ſuas, urbemq; reparauit. Ex Strabo. lib. 14.

HYBRIS, idos, uel Hybrida, æ, propriè dicitur ſus imparibus prognata parentibus, hoc eſt, ex altero fero, & altero domeſtico: quæ tamen appellatio & alijs animalibus conuenit, teſte Porphyrione, atq; adeo ipſis hominibus, imparibus, editis parentibus. Pli. lib. 8. cap. 53. In nullo genere æquè facilis miſtura cum fero qualiter natos antiqui Hybridas uocabant, ceu ſemiferos. ad homines quoq; ut in C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, appellatione tranſlata. Appellatio uidetur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera ſignificat adulterium. Videtur enim eſſe quædam quaſi adulterij ſpecies, cum aliquod animal cum alterius generis animali habet cõſuetudinem. Suetonius in Auguſto Thermaſinum quendam Epicardum uocat Hybridam, q natus eſſet ex patre Parthico, & matre Romana.

HYBRIS, (ὕβρις) auis ex accipitrũ genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clarè uidet, ſed nocte uenatur more aquilæ, pugnat etiam cum aquila adeò acriter, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

HYDA, dæ, ſiue Hyde, es, (ὕδη) oppidum Lydiæ, ſub Tmolo monte ſitum, cuius meminit Homerus in Catalogo. Sunt qui idem eſſe putent cum Sardibus. Vide Strabonem lib. 13.

HYDARCÆ (ὑδάρκαι) Indiæ populi, qui aduerſus Liberum patrẽ pugnarunt. Stephanus.

HYDARNES, (ὑδάρνης) fuit nobilis Perſa, qui, teſte Herodo. lib. 3. cũ Dario in Smerdim Magum coniurauit. Vide Strab. lib. 11.

HYDASPES, (ὑδάσπης) fluuius Indiæ qui per Parthos & Medos fluẽs in Indiam extenditur, Nyſamq; urbem alluens, Indo flumini miſcetur. Alij non in Indũ, ſed in mare labi tradunt, de quo Lucan. lib. 6. Qua rapidus Ganges, & qua Nyſæus Hydaſpes. Dictus ab Hydaſpe antiquiſſimo Medorum rege.

HYDEROS, (ὕδερος) aqua ſubter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, utroq; nomine ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc eſt, ab aqua deducto.

HYDISSVS, (ὕδισσος) Cariæ oppidum, ita dictum ab Hydiſſo filio Bellerophontis, & Aſteriæ, filiæ Hydei, teſte Stephano. Huius incolæ dicuntur Hydiſſenſes, (ὑδισσεῖς) quorum meminit Pli. lib. 5. cap. 29.

HYDRA, dræ, (*Hidra*) (ὕδρα) ſerpens in aquis uiuens: de quo uide plura in dictione Hydrus. Eſt & Hydra promontorium Aeolidis, quod Hermatunti alteri promontorio aduerſum, Elaiticum ſinum efficit. Auctor Strab. li. 13. Itẽ Aetoliæ oppidum, quod poſtea Lyſimachiam appellarunt: teſte eodẽ Strabo. lib. 10. Eſt præterea huius nominis inſula iuxta Carthaginem, ut ex Ephori ſententia tradit Stepha.

HYDRAGOGVS, (*Acquedutto*) (ὑδραγωγός) adaquator, aquæ ductor, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὕδατα. Vnde et Hydragogiæ dicuntur, ipſæ aquarum deductiones.

HYDRARGYRVM, (*Argento uiuo, mercurio*) (ὑδράργυρος) genus eſt metalli liquidi, argentum colore, liquida uerò conſiſtentia aquam referẽs. unde & nomen accepit. Latini argentum uiuum appellant. argentum quidem à colore, uiuum autem à motu. Ariſtoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc eſt, fuſile, ſeu liquidum argentum uocat. Huius duæ ſunt ſpecies: natiuum, ſiue foſſitium: et factitium, quod ex minio excoquitur: quod ſolum Galeno fuit cognitũ. Dioſcorides utriuſq; meminit. Pli. lib. 33. cap. 3. argentum uiuum ab hydrargyro uidetur diſtinguere, cum ait, Aes inaurari argento uiuo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controuerſia facile poteſt tolli, modò intelligimus Plinium illic, quod natiuum, ſiue foſſile eſſe diximus, Argentum uiuum: quod uerò ex minio excoquitur, Hydrargyrum appellare. Vtraq; ſpecies peſtilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

HYDRAVLOS, maſcu. gene. (ὕδραυλος) muſicum organum, aquæ decurſu ſonum reddens. Pli. lib. 9. cap. 8. Delphinus non tantum homini amicũ animal, uerum & muſica arte mulcetur, ſymphoniæ cantu, & præcipue hydrauli ſono. Hinc Hydraulicus, a, um, ὑδραυλικός: ut, Hydraulicum organum. Pli. li. 7. ca. 37. Laudatus Cteſibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

HYDRELÆVM, (ὑδρέλαιον) oleum aquæ commiſtum, humectandi, molliendi, & penetrandi uim habens: ut eſt auctor Gale. lib. 3. Simpl.

HYDRIA, (*Vrna d'acqua*) (ὑδρία) urna, ſeu uas aquarum. Cic. 4. Verr. Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas pretioſam ueſtẽ ſtragulã, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe. Ibidem: Cum in hydriam ſortes cõijcerentur.

HYDROCELE, (ὑδροκήλη) hernia aquoſa, cum ſcilicet aqua in ſcroto colligitur. Mart. lib. 12. Quem cuncti modo colei timebant Dicentem tumidas in hydroceles. Inde Hydrocelicus, (ὑδροκηλικὸς) qui hydrocele laborat. Vide in dictione Hernia.

HYDROCEPHALOS, (ὑδροκέφαλος) dolor capitis, naſcẽs ex humore inter cutem & pericranium, aut certe inter hoc, & cranium collecto, Vide Celſum lib. 4. cap. 2.

HYDROCHOVS, (ὑδροχόος) ſignum cœleſte, qd' Latinè Aquarium dicimus: παρὰ τὸ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc eſt, ab aqua fundẽda dictus. Nã qui Aſtrologiam Poeticam ſcripſerunt, putant hunc fuiſſe Ganymedem Troianum puerum, Iouis iuſſu ab aquila raptum, & in menſa Deorũ miſcendæ nectari aquę præpoſitum.

HYDROLAPATHON, (ὑδρολάπαθον) lapathi genus, quod in aqua naſcitur. Pli. lib. 20. cap. 21. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

HYDROMANTIA, (ὑδρομαντεία) diuinatio quæ fit per aquam. Auguſtinus lib. 7. de Ciuit. ſcribit, Numam Pompilium hydromantiam feciſſe, ut uideret imagines deorum, uel ludificationes dæmonum: a quibus audiret, quid in ſacris conſtituere atque obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Varro a Perſis dixit illatum, quo & ipſum Numam, & Pythagoram Philoſophum fuiſſe uſum commemorat.

HYDROMELI, (ὑδρόμελι) aquę mulſæ genus, ex imbre puriſſimo, et melle temperatum, & iam in uetuſtate uini ſaporem referens. Nam quod recens eſt, & ad præſentem uſum confectum, Melicraton potius nominatur. Pli. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoq; ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus uinum ægris. Vide Marcellum Vergiliũ in Dioſcor. lib. 5. cap. 9.

HYDROMELON, (ὑδρόμηλον) liquoris genus, ex melimelitia portione una, & duabus aquæ confectum, inſolatis ſimul per Canis ortum. Dioſco. lib. 5. cap. 21.

HYDROMPHALOS, (ὑδρόμφαλος) torpidi humoris in umbilico collectio.

HYDROPHOBIA, (ὑδροφοβία) quã Latinè interpretari poſſumus aquæ fugam. morbi genus: cum æger ſupra modum aquam expaueſcit: quod accidere ſolet ijs, qui a rabido cane fuerunt morſi. Hoc morbi genus intelligit Oui. de Remed. Amor. cũ ait: Tollere nodoſam neſcit medicina podagram: Nec formidatis auxilium aquis. Hinc Hydrophobi (ὑδροφόβοι) dicti ſunt ęgri, qui aquã expaueſcunt, hoc eſt, quos canis rabidus momorderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Pli. lib. 29. cap. 5. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur.

HYDROPIPER, (ὑδροπέπερι) herba eſt circa ſtagnantes aquas, aut quæ pigro lapſu fluunt, naſcens caule geniculato, robuſto, multis alis concauo. folijs menthę maioribus, candidioribus, tenerioribusq; guſtu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis ſecundum folia, continenti acinorum ſerie congeſtum, uuæ modo. Dictum Hydropiper, teſte Galeno, a piperis ſapore, & locis aquoſis in quibus naſcitur, quaſi Piper aquatile. Ruellius eam eſſe exiſtimat, quam uulgus herbariorum falſo nomine Eupatorium appellat.

HYDROPOTES, (*Beuitor d'acqua*) (ὑδροπότης) aquæ potator. Vnde Cyrus apud Xenophontem, monet ſuos, ut conſueſcant aquam bibere, ut fiant hydropotæ.

HYDROPS, pis, gen. maſcu. (*Hidropiſia*) (ὕδρωψ) morbum ſignificat, qui Latinè dicitur Aqua intercus, q ſub cute aqua naſcatur, qua corpus turgeſcit. Hora. 2. lib. Carm. Creſcit indulgens ſibi durus hydrops: Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo Corpore languor. Huius tria ſunt genera: Tympanites, nomen habens a tympano inſtrumento muſico cum corpus ſpiritu magis q̃ aqua diſtenditur, pulſatumq; tympani ſonum reddit. Aſcites, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ. hoc eſt ab utre, cum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter inteſtina & tunicã, quam Peritonæon uocãt, uelut in utrem colligitur. Tertium genus omnium periculoſiſſimum & pene incurabile uocant Leucophlegmatian uel Hypoſarca, cum ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, adeo ut corpus pallidũ reddat, & cadaueri ſimile. Vide de his ſpeciebus Celſum li. 3. cap. 21 Ab Hydrops fit Hydropicus, (ὑδρωπικὸς) qui hydrope laborat. Hora. 1. Epiſt. 2. Si noles ſanus, curres hydropicus.

HYDROPISIS, is, (ὑδρώπισις) idem quod hydrops, hoc eſt, aqua intercus Pli. lib. 10. cap. 1. Sic & contra phthiriaſim bibitur, & hydropiſes.

HYDROSELINVM, (ὑδροσέλινον) apium paluſtre, quod & Eleoſelinũ appellatur.

HYDRVNTEROCELE, (ὑδρεντεροκήλη) herniæ genus, cum & inteſtinum in ſcrotum delabitur & aqua ibidem colligitur.

HYDRVNTVM, ti, (ὑδροῦς) oppidum extremum agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod a Stephano, & Strabone Hydrus appellatur.

HYDRVS, & Hydra, (*Hidra. Dant. Che con hidre uerdiſſime eran cinte*)

(ὕδρ[illegible] καὶ ὕδρα)genus anguium in aqua degentium. Sed hydrus mas, hydra fœmina. Pli. lib. 29. ca. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua uiuit: Hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores ueneno. Aelianus lib. 9. auctor eſt in Corcyra hydras procreari, quæ ſe retrorſum ad inſequentes retorquent, & grauem odorem exhalantes, inſectatores reprimunt. Hydrã finxerunt poetæ eſſe multorum capitum in Lerna palude, quorum aliquot exciſis, totidem continuo renaſcebantur, quæ tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta eſt. Re uera autem Hydra ſophiſtria fuit acutiſſima, quę ita quęſtiones ſolet proponere, ut uno ſoluto dubio, multa ſubnaſcerentur.

HYDRUS, untis, (ὑδροῦς) oppidum extremũ agri Salentini, ad diſcrimen maris Ionij, & Adriatici, unde breuiſſimus in Græciam eſt tranſitus. Vide Strabo. lib. 6. Pli. lib. 3. cap. 11. Hydruntum nominat.

HYDRUSA, (ὑδροῦσα) duarum inſularum nomẽ fuit in mari Aegæo, quarũ altera notiore nomine Andros, altera Geos appellatur. Hydruſæ ab aquarum ubertate appellatæ. Vtriuſq; meminit Pli. lib 4. cap. 12.

HYELA, (ὕελα) oppidum Lucaniæ, iuxta Palinurum promontorium, à Phocenſibus conditum, teſte Herodo. lib. 1. poſtea Elea, deinde Helia, & poſtremò Velia appellata. Vide Strabonem lib. 6.

HYEMO, as, are, {Inuernare} (παραχειμάζω) hyemem perago, ſtationem hybernam aliquo in loco habeo, quod & Hyberno dicitur. Cæſar. 1. Belli Galli. Duaſq; ibi legiones conſcribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cic. pro Font. Cn. Pomp. maximus atq; ornatiſſimus hyemauit in Gallia M. Fonteio imperante. Hora. 1. Epiſt. 17. Mediis hyemet mercator in undis. Hyematio, onis, (παραχειμασία) hyemis traductio. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur. Hyemat item in tertijs duntaxat perſonis, interdum uerbum eſt ex ijs, quæ Grammatici Exceptæ actionis appellãt, quorum actio ſoli Deo, uel Naturæ conuenit, cuiuſmodi ſunt Pluit, Ningit, & ſimilia: quæ interdum ſola ponuntur ſine nominatiuo, quo facilè in ijs intelligitur. interdum eundem habent expreſſum. Sic aliquando dicimus Hyemat abſolutè, (χειμάζει) id eſt, hyems urget, uel frigus uehemens eſt. Col. li. 11. cap. 2. Quinto Calendas Nouẽbris Vergiliæ occidunt: hyemat cum frigore & gelicidijs. Interdum expreſſo nominatiuo. Deus, Natura, Ventus, Sydus, uel Dies hyemat. Pli. lib. 18. ca. 26. Delphini ueſpertini occaſu continui dies hyemant. Col. lib. 11, ca. 2. Auſter, aut Africus hyemat.

HYEMALIS, le, hybernus, {Inuernale} (χειμερινός) ut Hyemalis dies. Col. lib. 11. ca. 1. Hyemalis uis, Cic. 5. Tuſc. In ea tamen gente primum hi, qui ſapiẽtes habentur, nudi ætatem agunt, Caucaſi niues hyemalemq; uim perferunt ſine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuoſa, apud Cic. in Epiſt. famil.

HYEMS, mis, {Inuerno, inuernata} (χειμών) pars anni frigidiſſima, media inter Autumnum, & Ver. Verg. 1. Geor. Hyemes optate ſerenas agricolæ. ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo, q; id tempus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deriuat, q; anima, quæ à nobis efflatur tum appareat. ſpiritus enim noſter cum ſpiramus hyeme, quaſi in nebulam concretus cernitur. Interdum accipitur pro tempeſtate, procella, ſiue uentorum impetu.

HYERUS, Vide Hietus.

HYETTUS, (ὑεττός) uicus Bœotiæ, quem nonnulli Aſpledonem nominant: ab Hyetto quodam Argiuo nomen habens, ſiue (ut alijs placet) ab eo quod rigebus rigetur pluuijs. Vide Stephanum.

HYGASSUS, (ὕγασσος) Cariæ ciuitas, apud Stephanum: à qua campus uicinus Hygaſſeus appellatur.

HYGREIS, (ὑγρεῖς) Sarmatiæ Europææ oppidum, inter Lycum & Poritum fluuios. Vide Ptolemæum Tabula 8. Europæ.

HYGREMPLASTRA. (ὑγρέμπλαστρα) liquida emplaſtra: ſicut Xeria (ξήρια) quæ ſunt arida. Ex Galeno.

HYLACTOR. (ὑλάκτωρ) nomen unius ex canibus actæonis: ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν hoc eſt, a latrando. Ouid. 3. Meta. Et acutæ uocis Hylactor.

HYLÆA, (ὑλαία) Sarmatiæ regio ſyluoſa, non procul à loco, quem Achillis curſum nominant: à qua uicinum mare Hylæum appellatum eſt. Vide Herodo lib. 3.

HYLÆUS, (ὑλαῖος) Centauri nomen, à ſyluis deductum. Verg. 8. Aenei. Tu nubigenas inuicte bimẽbres, Hylæumq; Pholumq; manu, tu Creſſia mactas Prodigia.

HYLAS, (ὕλας) filius fuit Theodomantis, quem Hercules rapuit. Cum enim ex Calydonia occiſo Oenei pincerna fugeret, ueniſſetq; cũ Deianira et Hylo filio ad Dryopes, & eſurienti puero cum Lychas Pædagogus abeſſet, à Theodamãte aliquid cibi poſtulaſſet, ille autem denegaſſet, arreptum unũ ex bobus Theodamantis mactauit, atq; coxit. Quamobrem Theodamas conuocatis popularibus arma aduerſus Herculem mouit: & quamuis in ea pugna ferè oppreſſus fuerit Hercules, tamen uictoriam obtinuit, & occiſo Theodamãte, Hylam filium eius ſecum abduxit. quem poſtea unicè dilexit, ſecumq; cũ reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit: Verum cum inter remigandum Hercules remum ſuum fregiſſet, una cum Hyla naui egreſſus eſt, ut alium in Myſiæ ſyluis quęreret. Inualeſcente autem ęſtu, cum ſiti premeretur, Hylã cũ urna mittit ad Aſcanium fluuiũ, ut inde ſibi aquam afferret. Verũ cum ripa altior eſſet, quam ut ſtans haurire poſſet, procumbens in pectus Hylas, urnam è manibus amittit: quã cũ ſubito recipere conaretur, pondere eius demerſus eſt. Quæ res Poetis occaſionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuiſſe raptum. Hercules autẽ cum Hylas nuſquàm compareret, caſum eius tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Myſiam totam oberrans, Hylam quæreret. Iuue. Saty. 1. Et multum quæſitus Hylas, urnamq; ſecutus.

HYLATÆ, (ὑλάται) populi Syriæ cœles, apud Pli. lib. 5. ca. 23.

HYLAX, actos, (ὕλαξ) nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc eſt, a latrãdo.

HYLLUS, (ὕλλος Suidæ) filius fuit Herculis ex Melita Aegei fluminis filia, a quo Hyllinenſes populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. Hylus, ſimplici l, alius fuit filius Herculis ex Deianira, qui Iolen, patre mortuo uxorẽ duxit, ut ait Ouid. lib. 9. Metam. Hic poſtea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule ſuperſtites fuerũt, ab Euryſtheo pulſus, Athenas cõfugit, ibiq; Miſericordiæ, uel Clementiæ templum condidit, quod & accepit ab Athenienſibus beneficij teſtimoniũ, & miſeris in poſterum aſylũ eſſet, & perfugiũ. Seneca in Hercu. Octæo Si uera pietas Hyle quærenda eſt tibi, Iam perime matrem. Hyllus item Straboni lib. 3. fluuius eſt Lydiæ, in Hermũ influens, qui poſtea Phrygius appellatus eſt.

HYLONOME, es, (ὑλονόμη) mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio ſuo incubuit.

HYLUS, (ὕλος) filius Herculis ex Deianira: de quo copioſius egimus in dictione Hyllus.

HYMBER, bris, {Pioggia} (ὄμβρος) Vide Imber.

HYMEN, enis, (ὑμήν) a ueteribus accipiebatur pro uirginitatis pellicula, quã primo coitu rumpi putauerunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos ſatis conſtat in uirginum diſſectionibus pelliculam eiuſmodi nullam inueniri. Accipitur item Hymen pro Deo nuptiarum præſide, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenęus dicitur. Catullus in Epithalamio: Hymẽ, ò Hymenæe Hymen Hymen ò Hymenęe.

HYMENÆUS, pen. pro. (ὑμέναιος) Deus nuptiarum putatus eſt, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, hoc eſt, a membrana, quę clauſtrum uirginitatis eſſe, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus eſt, uel (ut quidã aiunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias inſtituerit. Alij putant Hymenæum uirum Atticum fuiſſe, qui raptas a latronibus uirgines, parentibus intactas reſtituit: ideoq; in nuptijs eius nomen inuocari, tanquam defenſoris uirginitatis: ideoq; hanc uocem nuptialem factam apud Græcos quemadmodum Romani in nuptijs uirginalibus Thalaſsii nomen inuocant. Alij dicunt Hymenæum fuiſſe quendam iuuenem, qui de nuptiarum ruina oppreſſus interiit. Vnde poſtea inſtitutum, ut expiationis gratia nominaretur in nuptijs. Sunt &, qui putent hymnum ipſum in uirginalibus nuptijs cantari ſolitum, uocari Hymenæum. Tere. in Adelp. hoc mihi in mora eſt, Tibicina, & Hymenæum qui cantent. Vbi Donatus, Sic accipe, inquit, Hymenæum in nuptijs, quemadmodũ θρῆνον in funere, uel in ſacris hymnum. Accipitur etiam pro ipſis nuptijs. Ver. 1. Aen. Pergama cum peteret, inconceſſosq; Hymenæos.

HYMERA, uide Himera.

HYMETTUS, (ὑμηττός Stephano & Suidę) per duplex tt, mons Atticę clariſſimus, ſemper florẽs, cuius mel Plinius ſcribit eſſe pretioſiſſimum. Martia. lib. 14. Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti Pallados a ſyluis nobile nectar apis. Inde Hymettius, himettia, himettium, adiectiuum, (ὑμήττιος Stephano) quod eſt ex Hymetto monte. Pli. lib. 36 cap. 3. Lucius Craſſus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Vbi columnas Hymettias uocat ex Hymetto monte exciſas. Nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

HYMNUS, {Hinn.o, laude} (ὕμνος) Latinè laus, canticum. Mart. lib. 12. Iratus puerum fate. ut hymnus. Inde Hymnifer apud Ouid. lib. 11. Meta.

HYOSCYAMUS, (ὑοσκύαμος) herba, quam Latini Apollinarẽ appellant. Vulgus Fabam porcinam uocat, uel Iuſquiamum. Col. lib. 7. Eſt ὑοσκύαμος, cuius ſemen detritum, & cum uino datum, prædicto uitio medetur. Pl. lib. 20. cap. 17. Colligitur ſuccus eius, ut hyoſcyami. Hyoſcyaminus, a, um, (ὑοσκυάμινος) quod eſt ex hyoſcyamo: ut Oleum hyoſcyaminum, quod ex hyoſcyamo decoquitur, Pli. lib. 23. cap. 15.

HYOSIRIS, (ὑόσιρις) herba intubo ſimilis, ſed minor, & tactu aſperior: quæ uulneribus contuſa præclare medetur. Pli. lib. 27. cap. 10.

HYPÆA, (ὑπαία) Maſſilienſium inſula, una Stœchadum. Auctor Pli. lib. 3. cap. 5.

HYPÆPÆ, arum, (ὕπαιπα Stephano, & Straboni) Lydiæ oppidum, quod occurrit a Tmolo monte ad Cayſtri campeſtria iter facienti. Nomen ei eſt (ut inquit Stephanus) quoniam ſub Aepo monte ſita eſt. Veneri ſacra eſt, eo q; pulchrę fœminæ ibi uiſantur. Ouid. de Arachne. Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.

HYPÆTHRA, (ὕπαιθρα) ſiue Hypæthria, teſte Budæo, loca ſunt aperta, quaſi ſub ęthere conſtituta, quę Latine Subdialia uocare poſſumus, q; ſub Dio, hoc eſt ſub Ioue, & ſine tecto ſint. Vide Budęi Annotationes in pandectas.

HYPAGOGEUS, (ὑπαγωγεύς) inſtrumentum quo lapides expoliuntur.

HYPAGUM, penu. produ. nonnulli uoluerunt eſſe nauticum inſtrumentum, adducti, ut opinor, trunca Plinij lectione, quam ex libro 7. cap. 56. adducũt ad hunc modũ: Velum Icarus, malum & antennam Dædalus. Hypagum Salaminij, aut Pericles Athenienſis. Ex quo loco ſic citato, ex ijs quæ præceſſerant de antennis & uelis, coniecturam fecerunt, Hypagum etiam eſſe inſtrumentũ nauticum. Sed iſti profectò, ſi paulo ulterius progreſſi eſſent, uidiſſent procul dubio Hypagum, ſiue potius Hyppagum (ut nos legendum docebimus) nauis genus eſſe, non inſtrumentum nauticum. Subdit enim Plin. Tectas longas Thaſii. Illud enim uult Pli. nauim illam, qua ad tranſuehendos equos utimur, a Salaminijs, aut certe a Pericle fuiſſe inuentam, quemadmodum nauim tectam a Thaſijs. Hoc autem nauigij genus ὑππαγός à Gręcis uocatur, quod nos i in a longum mutato Hippagum uocamus. Polyb. li. 1. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐξέστησαν τὰς ἱππαγοὺς [illegible] hoc eſt Poſt hæc diſſoluerunt hippagos, dantes ex ijs lora, & ſunt tractantes nauibus quæ in tertia claſſe erant. Ex his itaq; conſtat Hippagum eſſe nauigij genus ad tranſuehendos equos accommodatum.

HYPALLAGE, (ὑπαλλαγή) figura eſt, quã nos ſuppoſitionem uertere poſſumus, uel ſubmutationem, cum ſcilicet unum pro altero ſubijcitur: ut cum agere dicimus, quod patimur aut contra: aut cum aliud quiduis præpoſtere efferimus: Tarde rati uentos, pro eo quod dicendum erat, Tarde ratem uentis.

HYPANIS, pen. cor. (ὕπανις) fluuius Scythię, ex magna palude profluens, ſapore dulciſſimo, donec ad quadrageſimum miliare miſcetur ei exiguus fonticulus, Exampæum, nominat Herod. lib. 4. qui ſua amaritudine totum corrumpit Hypanim Ouid. 15. Meta. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, qui fuerat dulcis, ſalibus uitiatur amaris? Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius in India, cuius meminit Strab. lib. 15. Ad quem referri poteſt illud Propertij, Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.

HYPANA, (ὕπανα) Triphyliæ ciuitas, apud Strab. lib. 8.

HYPARCHUS, (ὕπαρχος) præfectus prouinciæ uel exercitus, cuius poteſtas ab alio dependet: quaſi ὑφ᾽ ἑτέρῳ ἀρχόμενος. Eiuſmodi erant Legati in exercitu, qui ſub Imperatore rem gerebant: & prouinciarum Præſides, a Prin-

cipe

cide uel Senatu conſtituti.

HYPATA,(ὑπάτη, καὶ ὕπατα) Atenienſium ciuitas, teſte Steph. Sunt autē Atenienſes, Aetoliæ populi, Perrhæbis finitimi, teſte Pli. lib. 4. ca. 2. Eſt item Hypata, Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluuium, teſte Steph.

HYPATOS,(ὕπατος) Phœnices fluuius, apud Melam lib. 1. Hypaton uerò Græci Conſulem appellant, & Hypatian Conſulatum, & Hypaticon Conſularem. Verum hæc, quia noſtro inſtituto parum conueniant, ex Græco potius Lexico petenda relinquimus.

HYPATIA,(ὑπατία) mulier Alexandrina fuit, Theonis Geometræ filia, & uxor Iſidori Philoſophi, quæ magno & frequenti auditorio uaria diſciplinarum genera in patria profeſſa eſt. Suidas.

HYPECOON,(ὑπήκοον) herba in ſegetibus aruiſque naſcēs, folijs rutæ, ramis exilibus, uires papaueri proximas habens. Alio nomine Hypophœon appellant.

HYPELATÆ,(ὑπελάτη) lauri ſpecies, quam quidam Laurum Alexandrinā, alij Daphnem, alij Carpophyllum uocant. Vide Pli. lib. 15. cap. ult.

HYPENEMIVM, ouum,(ὑπηνέμιον ᾠόν) dicitur, ex quo nihil gignitur: cuiuſmodi ſunt, quæ Gallinæ citra coitum edunt, ipſæ ſibi Venerem figurantes. A quibuſdam & Zephyrium ouum dicitur. Latini Ouum irritum, & uentoſum appellant. Pli. lib. 10. cap. 58. Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) equæ ſaliunt pariuntque oua irrita, quæ Hypenemia Græci uocant.

HYPENOR,(ὑπήνωρ) fuit princeps quidam Troianus, quem teſte Home. li. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

HYPENVS,(ὑπηνοῦς) Athleta, qui primus diaulo uicit, Pauſan.

HYPERASPISTES, {Protettore, defenſore} (ὑπερασπιστής) Latinè protector, ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν, quod eſt ſcuto protegere. Vnde Hyperaſpiſtes dicitur, qui uelut ſcuto aliquem protegit, ἀσπὶς enim apud nos ſcutum ſonat. Hieronymus in Præfa. Pentat. Cum Ariſtæus eiuſdem Ptolemæi hyperaſpiſtes, & Ioſephus non multò pòſt nihil tale retulerint.

HYPERBASIS,(ὑπέρβασις) ſiue hyperbaton, pen. cor. (ὑπέρβατον) Latinè tranſgreſſio uerbi interprete Quin. lib. 8. cap. 6. quam frequenter ratio cōpoſitionis & decoris poſcit. Fit enim frequentiſſimè aſpera & dura diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui uerba redigantur. Longius ergo uerbū propriè hyperbaton eſt. Inſigne huius exemplū eſt illud apud Ver. 12. Aen.

Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen. Bigis it Turnus in albis
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanæ ſtirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cæleſtibus armis,
Et iuxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ)
Procedunt caſtris.

Quo in exemplo poſt octauum demum uerſum nominatiuo redditur uerbum. Vide Macrob. Satu. lib. & cap. 6. Dictum Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod eſt, tranſcendere.

HYPERBOLE, les, pen. co. (ὑπερβολή) dici poteſt eminentia, uel (ut ait Cice.) Superlatio: à Quintiliano Superiectio interpretatur, à quibuſdam uerò Exceſſus: ab (ὑπερβάλλω) quod eſt extendo, ſupero, excedo. Eſt enim Hyperbole figura, cum ſententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: ut Niue cādidior: & Fulminis ocyor alis. Item, Volantis Te ſolij ſonitus terret: & Vix oſſibus hærent. Ver. 12. Aen. Qui candore niues anteirent, curſibus auras. Ci. in Top. In hoc genere oratoribus & Philoſophis conceſſum eſt, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ. quæ hyperbole dicitur uide Quin. lib. 8. ca. 6. Hinc Hiperbolicus, ca, cum, (ὑπερβολικός) id eſt exceſſiuus & Hyperbolicos, aduerbium.

HYPERBOREI, pen. cor. (ὑπερβόρειοι) montes et populi ſeptentrionales, ita dicti quòd ſupra Boreæ flatum ſiti eſſe crederentur. Feſtus docet Hyperboreos eſſe, ſupra Aquilonis flatum habitantes: quoniam humanæ uitæ modum excedant, uiuendo ultra centeſimum annum quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρος humani ſeculi. Ferunt magnam his de cœlo elementiam conceſſam eſſe, auras ſpirare ſalubres, nihil noxij flatus habere domos eſſe nemora, uictum arbores miniſtrare, diſcordiā neſcit ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale uotum eſſe, mortem accreſcere, & uoluntario interitu obeundi tarditatem caſtigare. Sed hæc fabuloſa ſunt. Diodorus oppoſitam Celtis Oceani accolis eſſe inſulam ſcribit, haud multò Sicilia minorem, ualde fertilem, & biferam, hoc eſt, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab ijs, qui Hyperborei appellanī, eò quòd uento Boreæ ſunt expoſiti. Hyperborei, inquit Pomp. Mela, ſuper Aquilonem Rhiphæosque montes ſub ipſo ſyderum cardine iacent ubi ſol non quotidie ut nobis, ſed primū uerno æquinoctio exortus, autumnali demū occidit: & ideò ſex mēſibus dies, et totidē alijs nox uſque continua eſt. Terra anguſta aprica, per ſe fertilis: cultores iuſtiſſimi, & diutius quàm ulli mortaliū, & beatius, uiuunt, etc. Hactenus Mela. Plura de his uide apud Pli. li. 4. ca. 12.

HYPERCATALECTICVM METRVM,(ὑπερκαταληκτικόν) cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Verg. 1. Aene. Alloquitur Venus: ò qui res hominumque deorumque. Et Horatius: Syluæ laborantes geluque. Illud dactylicum hypercatalecticum eſt: hoc uerò Iambicum hypercatalecticum.

HYPERECHIVS,(ὑπερέχιος) Alexandrinus grammaticus ſub Martiano principe, ſcripſit de nominibus & uerbis, & de orthographia. Suidas.

HYPEREA, ſiue Hyperia, pen. pro. (ὑπέρεια) fons Theſſaliæ apud Pli. lib 4. cap. 8. Meminit huius fontis & Strabo lib. 9. qui eum in medio collocat Metaleuſe, quod oppidum eſt Pheræorum in Theſſalia.

HYPERESIA,(ὑπερησία) oppidum eſt Achaiæ propriè dictæ, cuius meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 6.

HYPERICON,(ὑπερικόν) herba eſt odore reſinam imitans: (unde & Chamæpitys à quibuſdam appellatur) quæ digitis trita ſuccum ſanguineū emittit: qua ex cauſa ἀνδρόσαιμον à Græcis cognominatur. Vulgus Perforatam, ſeu herbam Diui Ioannis nominat.

HYPERIDES,(ὑπερίδης) Athenienſis Orator fuit, æmulus Demoſthenis iuſſu Antipatri execta lingua interfectus. Plut. in Vita Demoſth.

HYPERMNESTRA,(ὑπερμνήστρα) unà fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ cum totidem Aegiſti filijs nupſiſſent, iuſſæque eſſent a patre prima nocte maritos interficere, ſola ex omnibus maritum ſuū Lynceum nomine ab infidijs liberauit, qui poſtea Danaum occidit. Extat inter Epiſtolas Ouidij una Hypermneſtræ ad Lynceum uirum ſuum.

HYPERION,{Sole}(ὑπερίων) pen. pro. Hyperionis in genitiuo, pen. co. ἀπὸ τοῦ ὑπέρ καὶ ἴω, quod eſt eo, à Poetis accipitur pro Sole: quamuis aliqui Solis patrem eſſe uelint. Ouid. lib. 1. Faſto. Placat equo Perſis radijs Hyperiona cinctum. Diodorus ſcribit, Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cœli filiū, qui Solis & Lunæ aliorumque aſtrorum motus, horaſque primum ſumma cura obſeruatione que a ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit: ideoque horum parentem nominatum eſſe, ueluti ipſorum naturæ contemplatorem. Cic. in Prognoſ. Vt cum luna means Hyperionis officit orbi. Inde fit adiectiuum Hyperionius.

HYPERMETER, & Hypermetrus,(ὑπέρμετρος) dicitur uerſus abundans una ſyllaba quæ plerunque a prima ſyllaba ſubſequentis uerſus, incipiente a uocali, abſumitur. Verg. lib. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, Et folija undam, &c.

HYPHEAR,(ὕφεαρ) Arcadum uocabulo dicitur, quod Latini Viscū uocāt præſertim quod in abiete, ac larice gignitur. Vide Pli. lib. 16. cap. ult. & Theophraſtum lib. 2. de Cauſ plantarum.

HYPHEN,(ὑφέν) ſubunio interpretatur, ex ὑπὸ ſub & ἕν unum. quod fit, cum duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam ſequentis ſubducta. Verg. 1. Aen. Neque enim ignari ſumus ante malorum. Vbi Seruius: Ante malorem. ὑφέν eſt. Tere. And. Et heri ſemper lenitas Verebar quorſum euaderet. Vbi Donatus: Semper lenitas hyphen.

HYPNALE,(ὑπνάλη) aſpidis genus, ſolo ſomno, citraque ullum doloris ſenſum hominem necans: cuius morſu ſibi Cleopatram mortem conſciuiſſe auctor eſt Solinus. Galenus Ptyadem appellat, propterea quòd ceruicem erigens ex interuallo uenenum expuat.

HYPOBARVS, ri,(ὑπόβαρος) Indiæ fluuius, a Septentrione in exortiuum fluens Oceanum, iuxta quem Cteſias montem ſyluoſum eſſe tradidit, cuius arbores electrū exudarent. Vide Pli. lib. 37. cap. 2.

HYPOCAVSTVM, ſti,(ὑπόκαυστον) locus ad ſudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc eſt, a ſuccēdendo. Solent enim hypocauſta ſub paumēto habere fornaces, quibus accenſis ipſa calefiebant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis uaporibus. Papi. lib. 1. Syl. Tenuem uoluunt hypocauſta uaporem. Pli. ad Gallum: Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit aut effundit, aut retinet: Vitruuius appellat Hypocauſim, cum ſcribit facienda eſſe ahena ſupra hypocauſim tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.

HYPOCHYSIS, ſiue hypochyma,(ὑπόχυσις, ἢ ὑπόχυμα) morbus eſt oculorū, quem Latini Suffuſionē appellant. Eſt autē teſte Aegineta, effuſio humorum lentorum inter corneā tunicam & Cryſtallo idem congelatorum.

HYPOCHONDRIA,(ὑποχόνδρια) partes ſunt laterales utrinque nothis coſtis ſubiectæ, hepati & lieni ſuperiacentes quas Latini Præcordia uocant. Dicta Hypochondria, quòd ὑπὸ τοῦ χόνδρου, hoc eſt, ſub cartilagine ſitæ ſint. Pli. li. 30. cap. 3. Præcordia uocamus uno nomine extra in homine: Græci quoniā ſub chondro, hoc eſt, ſub cartilagine ſunt, Hypochondria.

HYPOCISTIS,(ὑποκιστίς) quiddam eſt mali punici cytinis non diſſimile, ſub ciſtu frutice naſcens: unde & nomen accepit. Pli. duo facit hypociſtidis genera candido & ruſo colore ea diſtinguens. Vide ipſum lib. 26. ca. 8.

HYPOCRISIS,{Simulatione, hippocriſia}(ὑπόκρισις) ut Budæus interpretatur eſt ſimulatio alienæ perſonæ, cum ſcilicet quis ſe alium uideri cupit, quā eſt: ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνειν, quod inter cætera ſignificat ſimulare: unde etiam in Comœdijs aut Tragœdijs actio ipſa uocatur Hypocriſis, eò quòd actores alias ſimulāt perſonas. A Rhetoribus item Hypocriſis appellatur, quam Latini Pronuntiationem ſeu Actionem uocant, in geſtu motuque præcipuè conſiſtentem: cui Demoſthenes primas, ſecundas, & tertias tribuit.

HYPOCRITA,{Simolatore, hippocrita} (ὑποκριτής) eodem Budæo interprete, eſt ſimulator alienæ perſonæ: unde hiſtriones, & mimi, planipedes, & ſi qui alij ſint fabularum actores, qui perſonam aliquam aſſumunt propriè uocantur Hypocrytæ. Transfertur tamen etiam ad eas perſonas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore, cumque ſe probos, piosque uideri cupiant, longiſſime tamē abſunt ab ea perſona, quam ſimulant.

HYPODIASTOLÆ,(ὑποδιαστολή) quam nos Subdiſtinctionem uocare poſſumus ex dextera pars circuli, ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia diſcernunt.

HYPODIDASCALVS,{Repetitore, ſecondo maeſtro} (ὑποδιδάσκαλος) dicitur is quem uulgus in ludo literario ſubmonitorē uocat, uel coadiutorem ita dictus παρὰ τὸ ὑφ᾽ ἑτέρῳ διδάσκειν, hoc eſt, ab eo quod ſub alio doceat. Cic. ad Papyr. Sella tibi erit in ludo tanquam Hypodidaſcalo.

HYPODITES, æ,(ὑποδύτης) interior ueſtis, ſiue ſubucula, et propriè Pōtificum, ut inquit Hieronymus: ὑπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod eſt ſubinduere.

HYPOGEA, orum,{Luoghi ſotto terra} (ὑπόγεια) loca ſubterranea dicunī a Græcis: quæ dictio frequens eſt apud Ioſephum, & Hegeſippum. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio cōplectitur cellas uinarias, carnarias, olearias, penarias, promptuarias.

HYPOGESON,(ὑπόγεισον) herba Aizoi, Sedi, & Sempervini maioris nominibus notior: ita dicta, quòd in ſubgrundijs naſcatur. Græci nanque partes tecti prominentes γεῖσα appellant.

HYPOGLOSSIS, idis,(ὑπογλωσσίς) caruncula, qua lingua cohæret inferiori parti oris: ita dicta, quòd ſub lingua ſita ſit.

HYPOMNEMA, atis, pe. pr. (ὑπόμνημα) & Hypomnematum, ſumitur pro interpretatione & commentarijs. Cice. Tiro. Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. Pli. lib. 7. cap. 5. Cuius commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα ſub nomine Democriti falſo produntur. Hinc Hypomnematographi dicuntur Commentariorum ſcriptores. Qua uoce utiī Imperator C. de Decur. l. Si quis ſpontaneus.

HYPOPHEON,(ὑπόφαιον) herba eſt in ſegetibus aruiſque naſcens, rutæ folijs, ramis exilibus, ſuccum emittens papaueris uiribus proximum. Alio no-

mine Hypecoon dicitur.

HYPOPYON,(ὑπόπυον)oculi morbus,cum pus ſub cornea tunica colligitur. In qua ſignificatione per y,in penultima ſcribi debet, cum ἀπὸ τοῦ πύου, hoc eſt,à pure deducatur. Hypopion autem per i,noſtrum, antepenul. produ. (ὑπώπιον)liuor eſt ſub oculis contingens,à ſanguine compreſſis uenulis excũte,& ſub cute permanente.cuiuſmodi uitia Latini Sugillata appellant.

HYPOSPHAGMA,(ὑπόσφαγμα)ſanguinis ſubter cutem diffuſio, contingens ex ruptura uenæ,ictu fuſte,duro'ue alio corpore illato. Galenus αἱματώδη ὑπόχυσιν,id eſt,ſanguineas ſuffuſiones appellat.

HYPOSTASIS,(ὑπόστασις)ſubſtantia,ſiue natura ſubſiſtens. Vnde Theologis Hypoſtaſis in Trinitate diuina, idem eſt,quod ἰδιότης, & πρόσωπον, quam Perſonam Latini nominant. Hypoſtaſis item à Medicis dicitur urinæ fæx,in ima matulæ parte ſubſidens.

HYPOTHECA,pe.pr.{Pegno(ὑποθήκη)Latinè pignus,teſte Martiano, qui dicit,Inter pignus & hypothecam tantum nominis ſonus differt:cui aſſentitur Valla. Cic.ad Thermum:Curet uelim,ut aut de hypothecis decedat, eaſq; pro curatoribus Cluuij tradat,aut pecuniam ſoluat.

HYPOTHESIS,pen.co.}{Argomento,materia,ſoggetto}(ὑπόθεσις)ſuppoſitio,ſcopus,inſtitutum. Vnde accipitur pro argumento,ſeu periocha operis præcipua libri totius capita paucis perſtringente. A' Rhetoribus item Hypotheſis dicitur quæſtio finita,circa quam totius diſputationis cardo uerſatur. Quæ uero infinitæ ſunt,& generaliter proponuntur, Theſes potius appellantur. Si itaq; in deliberationem ueniat, Num omnino ducenda ſit uxor, Theſis erit:ſin hoc in contentionẽ adducatur, Num Catoni Martia ducenda ſit, Hypotheſis cenſebitur. Cice.in Top. Quod Græci hypotheſim uocant,nos cauſam ex deſinito quæſtionum genere. Idem Att. Hypotheſin hanc habent, eamq; præ ſe ferunt, clariſſimũ uirum interfectum, Remp. perturbatam.

HYPOTHYRA,(ὑπόθυρα,ἡ ὑπόθυρις)apud Vitruuium capitur pro ualuarum cauitate & inanitate.

HYPOTHICOS,q hic p ueſtis genere corrupte legebaĩ uide Hypodytes.

HYPOZEVXIS,(ὑπόζευξις)ſubiectio,figura zeugmati contraria, cũ ſingulis ſenſibus datur propria clauſula. Verg. 10. Aen. Regem adit, & regi memorat,nomenq;,genusq;:Quidue petat,quid ue ipſe ferat,&c. A' uerbo Græco ὑποζεύγνυμι,quod eſt,ſubiicio,uel ſubiungo.

HYPSENOR,(ὑψήνωρ)fuit teſte Homero lib.5. Iliados,filius magnanimi Dolopionis,qui erat ſacerdos Scamandri:in tanto honore habitus, ac ſi Deus quidam fuiſſet. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

HYPSICRATEA,(ὑψικράτεια)Mithridatis regis uxor,inſigne coniugalis fidei exemplar,quę maritum a Pompeio uictum,attonſis capillis,uirilíq; habitu aſſumpto,per loca inculta,ferasq; gentes, infatigabili corporis animiq; robore ſecuta eſt.

HYPSIPYLE,(ὑψιπύλη)Lemni regina fuit,Thoantis filia, quæ cũ reliquæ mulieres eius inſulæ omnes uiros ex communi ſententia occidiſſent, ſola patrem ſeruauit. Ob quam pietatem è Lemno eiecta capta fuit à piratis, & Lycurgo Thraciæ regi uendita:a quo liberaliter habita fuit,& nutriẽdo filio eius præpoſita. Nam paulò antè fugam gemellos pepererat quos conceperat ex Iaſone quem in Colchos nauigantem hoſpitio ſimul & lecto exceperat. Poſtea cum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiſcentibus, Langiam fontem oſtenſura, Archemorum alumnum humi depoſuiſſet,ea abſente adrepens ſerpẽs puerum interemit,quo nomine cum à Lycurgo ad ſupplicium quæreretur, ab Adraſto,cæteriſq; Argiuis ſeruata eſt. Vide Statium in Theb. & Ouid. in Epiſt. Heroid.

HYRCANIA,(ὑρκανία)regio Aſiatica,magna ex parte plana,et præclariſſimis urbibus adornata,quarum celeberrimæ ſunt Talebrota, Samaria, Carta, & Tape. adeo autẽ fertilis & opulẽta,ut uitis uini metretam ferat, & ficus ſexaginta modios ficorum. frumentum ex ſemine naſcatur,quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur,perfluat mel ex oleis. Dicta hyrcania,ab Hyrcana ſylua,quę Scythiæ ſubiacet. Habet ab Oriẽte mare Caſpiũ,a Meridie Armeniã, à Spetentrione Albaniam,ab Occaſu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant,cum ſylua aſpera ſit. Hinc Hyrcanus,a,um, ὑρκανός: ut Mare Hyrcanũ, Homines Hyrcani. Hieronymus. Hircani uolucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt. Verg.4. Aen. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

HYREVS,(ὑριεύς)ruſticus quidã Bœotius fuit,qui cũ Iouẽ, Mercuriũ, & Neptunũ hoſpitio ſuſcepiſſet,iuſſus petere quicquid uellet, mox uoti compos futurus,reſpondit ſe quidem nihil æquè cupere,ac filium,uxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto,tres dij in bibulum tergus,quod ille iuuenco detraxerat,quẽ Ioui recens immolauerat,lotiũ reddidere. ea quin decimo menſe natus eſt puer, quem ille ἀπὸ τοῦ οὔρου,hoc eſt,ab urina Vrionem uocauit: qui poſtea primæ literæ mutatione Orion dictus eſt.

HYRIA,(ὑρία)inſula eſt Ionij maris,ante Peloponneſum,alio nomine Zacinthus dicta. Auctor Pli.lib.4.cap.12. Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo,teſte eodem Pli.lib.4.cap.7. & Strabone lib.9. Item aliud in Iapygia,à Cretenſibus conditum:cuius meminit Herod.lib.7.

HYRMINE,(ὑρμίνη)oppidũ in ea ea parte Achaiæ propriè dictæ,quæ Eleorum agro proxima eſt. Auctor Plin.lib.4.ca.5.

HYRTACVS,ci,(ὕρτακος)oppidum Cretæ,apud Stephanum. Fuit præterea hoc nomine Troianus quidã ex Ida mõte,pater Niſi,unius ex comitibus Aeneæ,qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Verg.li.9. Aen.

HYSBE,es,(ὕσβη)Lydiæ oppidum,apud Stephanum. à quo deducuntur gentilia Hysbæus, & Hysbites.

HYSGINVM:(ὕσγινον)plantę genus,quo color tingitur coccineo ſimilis. unde Græci ueſtes ὑσγινοβαφεῖς appellant hoc eſt,hyſgino tinctas. Plin.lib.25. cap.7. Quare Puteolanum potius laudatur q̃ Tyrium,aut Getulicum,aut Laconicum:unde pretioſiſſimæ purpuræ Cauſa eſt,q Hyſgino maxime inficitur, rubiamq; cogitur ſorbere.

HYSIA,æ,uel Hyſiæ,arum,(ὑσία,ἡ ὑσίαι)Bœotiæ oppidum colonia Hyrianorum,a Nicteo Antiopes patre condita: De hac Thucydides lib.3.

HYSSOPVS,pe,pro,(ὕσσωπος)fœmi.gene. & Hyſopum neutri cum y, & gemino ſſ,ſecundum Apul herba notiſſima pulmoni ualde utilis. Colum. li.6. ca.10. Veterem tuſſim ſanant duæ libræ hyſſopi macerati ſextarijs aquæ tribus. Pli.lib.25.ca.11, Hyſſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, & prurigini in capite. Apud Macrum legitur Hyſſopum unico ſ,duabus prioribus ſyllabis contra artem correptis. Eſt(inquit)hyſopum ſiccum,calidũq; & tertius illi eſt in utriſq; gradus.

HYSSOPITES,hiſſopitæ, maſcu.gene.(ὑσσωπίτης)uinum factitium ex hyſſopo: ſicut Myrtites,ex myrto: Abſinthites,ex abſinthio. Col.lib.12. c.35.

HYSTASPES,(ὑστάσπης)Darij Perſarum regis filius,ex Atoſſa Cyri filia. cuius meminit Herodo.lib.7. Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arſamenis filius, & iam dicti Darij pater: de quo idem Herod.lib.1.

HYSTERA,(ὑστέρα)Latinè uocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quibus infans inuolutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex utero ſequitur.

HYSTERICÆ,(ὑστερικαὶ)dicuntur mulieres,quæ uteri ſuffocatione laborãt in quibus ſenſum pulſumq; per interualla nullum,aut certe per exiguum percipere poſſumus. quam paſſionem Hiſtericam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem uel uterum ſignificant.

HYSTEROLOGIA,(ὑστερολογία)locutio præpoſtera:figura eadem cum ea,quæ dicitur Hyſteron proteron,cum ſcilicet,quod priore loco dicẽdum erat poſterius dicitur.

HYSTERON PROTERON,(ὕστερον,πρότερον)eſt figura, cum ſententia ordine commutatur:ut Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad equora uenit, nam prius ad æquora uenit,q̃ tangeret fluctus.

HYSRIX,Hyſtricis,pen.cor.(ὕστριξ Suidæ)animal eſt ſpinis contectum, ex herinaceorum genere. Plin.lib.8.cap.35. Hyſtrices generat India, & Africa ſpinis contectas ex herinaceorum genere: ſed hyſtrici longiores aculei, & cum intendit cutem, miſſiles. Ora urgentium figit canum, & paulo longius iaculatur. Hybernus autem ſe menſibus condit, &c.

DELLA LETTERA I.

I Nona tra tutte, & terza tra le uocali dell'Alfabeto Latino & nostro è la minima di tutte le lettere appresso quasi à tutte le nationi del mondo. Gli Ebrei principalmente l'hanno minore d'ogni altra, essendo appo loro un punto solo, il quale chiamano Iod. Onde alcuni in quel detto del Signor nostro, che le tradattioni commun hanno, Iota unum non præteribit de lege, leggono piu uolentieri, Iod unum, quantunque ancor la iota de' Greci sia la minore del loro alfabeto, essendo una i. come la nostra, ma senza punto sopra. Questa lettera quando si congionge in una sillaba stessa con altra uocale, diuien consonante, come in Ioue, Iunone, Iacomo, Hieremia, & gli altri. Benche tai uoci sieno à noi in quanto alla possibilità del proferirsi ma non in quanto all'uso della lingua Toscana. La quale ha per proprio di aggiunger sempre à tai sillabe la lettera g. & dire Gioue, Giunone, Giacomo, Geremia, & cosi d'ogni altro. Per se sola questa lettera nella lingua Italiana rappresenta parola intera. Percioche si pone per articolo maschile del maggior numero. Petrar. I di miei, piu leggier, che nessun ceruo. Mettesi anco nel uerso molto spesso in uece di io. Il medesimo. I dicea tra mio cor, perche pauenti, & altri molti. In Latino serue ancora per parola intera, come si dirà poco appresso.

DE LITERA I.

I LITERA uocalis eſt, quæ etiam conſonans fieri conſueuit, & modò pro ſimplici conſonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici conſonante accipitur quando in eadem dictione ponitur in medio duarũ uocalium ita, ut poſteriori cohæreat in eadem ſyllaba: ut Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem conſonans eſſe intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis ita, ut cum ſequente uocali cohæreat in eadẽ ſyllaba uut quoties ſubſequitur immediatè aliquã conſonantem: ut Ianus, Coniuro. Notandum tamen i, literam pro conſonante aſpirari non poſſe cum nulla cõſonãs ante ſe aſpirationem accipere ualeat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarum eſt, Hiulcus trium.

I ANTE A.

IA,(Ἴα)filia fuit Atlantis,ſoror Maię,matris Mercurij,de qua Home.libro.14. Odyſſ. Item Ia,(Ἴα)Gręci uocant uiolas: unde Ianthina ueſtis,uide infra.

IACCHVS,(Ἴακχος)nomẽ Bacchi,ab ἰακχῶ clamo,canto,uocifero, eò quòd Baccho ſacrificabant,ululatibus, & clamoribus omnia implere ſolebant. Ver. Eclog.7. Populus Alcidæ gratiſſima, uitis Iaccho. Ponitur quandoq; pro uino. Verg.6. Eclog. Inflatum heſterno uenas,ut ſemper, Iaccho.

IACEO,ces,iacui,iacere,{Giacere,ſtar giu}κεῖμαι,ἐρρίμμαι cubare, decumbere, & proſtratum eſſe. Verg.in Buc. Silenum pueri ſomno uidere iacẽtem. Idem 7. Eclog. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Dicimuſq; Iaceo in ſtrato, iaceo humi. Liui.lib.2.de Bel. Pun. Humi iacentem inter cuſtodias ſtationeſq; militum circumſpexerunt. Quandoq; accipitur pro ſitum eſſe. Saluſt. In medio campus iacet,aquas undiq; ſcatens. Quandoq; etiã accipitur pro mortuum eſſe,aut ſepultũ, eò q mortuorum cadauera nihil aliud poſſunt, q̃ iacere. Luca.lib.8. Ille iacet, lætæ paci quem prętulit orbis. Aliquando deiectum eſſe,ac contemni. Cice.2.de Finib. Maximas uero uirtutes iacere neceſſe eſt, uoluptate dominante. Iacens animus,id eſt non alacer, ſine ſpe deiectus. Cice.de Amic. Non eſt igitur amici,talem eſſe in eum,qualis ille in ſe eſt: ſed potius niti, & efficere ut amici iacentem animum excitet, inducatq; in ſpem, cogitationemq; meliorem. Huius uerbi compoſita ſunt, Adiaceo, iuxta iaceo, παράκειμαι. Interiaceo in medio iaceo. παρεγκεῖμαι. Liui. Deſcendunt in planitiem, quæ inter Capuam Tiphatamq; interiacet. Subiaceo, ſubtus iaceo, & ſubditus ſum, ὑπόκειμαι

ὑπόρριμμα. Lactan. lib. 3. Quoniam igitur utriſq; ſubiacet fortitudo. Obiacio, de quo alibi. Habent autem hæc omnia pen. cor. in triſyllabis.

IACIO, cis, ieci, iacere, iactum. {*Trarre, tirare, lanciare*} (ῥίπτω, βάλλω) ſignificat emitto, ac in impello. Cic. 6. Verr. In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. Iacere fundamenta eſt ponere uel collocare lapides, quibus ædificium ſuperſtruatur. Sueto. in Caio: In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit.

Per tráslationem autem accipitur pro inchoare, & rei alicuius exordium ſtatuere. Cice. 1. Philip. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Gradum iacere, atq; aditum ad cætera, idem eſt quod ueluti uiá parare, qua ad reliqua progrediamur. Cice. 1. de lege Agr. Hunc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligatis. Iacere, pro enuntiare, ſiue ſpargere in uulgus. Tac. lib. 1. Quædá de habitu, cultuq; & inſtitutis eius iecerat. Iacere apud aliquem quidpiam. Tac. lib. 4. Neq; raró, neq; apud paucos talia iacebat. Iacere in aliquem aliquid metaphoricè, pro eo quod eſt dictú aliquod in quempiam torquere. Liu. 4. Bel. Maced. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Conſul uerbo tenus, q̄ ut re inſimularet. Iacere contumeliam in aliquem, Cic. pro Syl. Huius compoſita ſunt, Abijcio ἀπορρίπτω, Adijcio, Conijcio, Circumijcio: unde Circumiecta impedimenta dicimus. Deijcio, καταβάλλω. Diſijcio, Eijcio, Iniicio, Interiaceo, Obijcio, Proijcio, Reijcio, Subijcio, Traijcio, quæ omnia uidetu ſuis locis.

IACOB, Latinè athleta, & exercens ſe dicitur: quam appellationem primum habuit, cum practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Cum autē iam uictor luctando euaſit, & ſpeculationibus fruebatur bona, tunc Iſraelē ipſe Deus appellauit æterna præmia beatitudinemq; ultimam (quæ in uiſione Dei conſiſtu) ei largiens. Hominem enim, qui Deum uideat, Iſrael ſignificat.

IACOBVS, pe. prod. (Ἰάκωβος) nomen proprium, quatuor ſyllabarum. Claudianus: Quid laceras uerſus dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos (ſicut Priſcianus docet) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, et penultimam producunt: ut Adam, Adamus: Ioſeph, Ioſephus.

IACTANTER, {*Con ſoperbia, ambitioſamente*} (ἀλαζόνως) aduerbiū, idem ſignificans quod inſolenter, & cum iactantia: à participio iactans. Tacit. libro 2. Periſſe Germanicum, nulli iactantius mœrent, q̄ qui maximè lætantur, Id eſt, maiori cum oſtentatione.

IACTANTIA, æ, {*Soperbia, iattanza, uanto*} (μεγαλορρημοσύνη, μεγαλαυχία, κόμπος, περπερεία) quæ & iactatio dicitur. Definitur à Cicerone 4. Tuſcu. q; ſit uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. Quin. libr. 9. cap. 2. Veritus opinionem iactantiæ. Idem hoc enim inanis eſt iactantiæ. Tacit. libr. 1. Iactantia, gloriaq; ad poſteros.

IACTITO, tas, (θρυλλέω, περπερεύομαι) frequentatiuum à Iacto. Liui. 7. ab urb. Iuuentus, hiſtrionibus fabularum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus, iactitare cœpit.

IACTO, tas, {*Lanciare, uantarſi*} (ῥιπτάζω, ῥιπτῶ) frequenter, & multum iacio. Seneca: Dum lapillos iactaret in puteum. Verg. lib. 1. Geor. Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Aliquando idem eſt quod ſæpe multumq; animo reuoluere ἐνθυμεῖσθαι. Idem 11. Aene. Atq; illum tales iactantem pectore curas. Aliquando fatigare, uexare, concitare, κινεῖν, ἐλαύνειν. ut Idem 1. Aen. Iactatos æquore toto, Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli. Vbi Seru. Iactamur in mari fatigamur in terris. Per tranſlationem tamen etiam latius accipitur pro quouis modo uexare, ſiue exagitare. Cic. in Ver. Act. 2. Iactatur domi ſuæ uir primarius, & homo honeſtiſſimus: pro ſe quiſq; manus affert. Aliquando pro ſeſe efferre, ſiue ambitioſius gloriari μεγαλαυχεῖν. Cice. pro Roſc. Amc. Hæc tu Eruci tot, & tanta ſi nactus eſſes in reo, q̄ diu diceres, quomodo te iactares. Quin. lib. 4. cap. 13. Aduerſarius enim fiduciam partis ſuæ iactat.

Hinc Iactantia, (μεγαλαυχία) gloriatio, ſiue glorioſa de ſe ipſo prædicatio, de quo paulo antè. Eſt interdum Iactare idem quod inaniter loqui. Vergil. 2. Eclog. Vbi hæc incondita ſolus Montibus et ſyluis ſtudio iactabat inani. Aliquando frequenter emittere, ſiue exaculari. Idem lib. 2. Georg. Et ſi non alium late iactaret odorem, Laurus erat. Et alibi: Ipſi lætitia uoces ad ſidera iactant, id eſt crebro emittunt. Aliquando frequenter ducere: ut apud eundem: Haud unquam manibus iactata fatiſcit. id eſt, ductata.

IACTATVS, us, ui, uerbale agitatio, ſuccuſſio: ut, Iactatus maris σάλος. Pli. libr. 14. cap. 18. Sic & mari nauigatio, cuius iactatus his, quæ durauerint tantum uetuſtatis adijcere ſentitur, quantum habuerint. Ouid. 6. Meta. Excuſſit pennas, quarum iactantibus omnis Afflata eſt tellus. Iactatus part. Verg. 1. Aene. Iactatos æquore toto.

IACTVS, us, ui, {*Tiro, il trare*} (βολή) actus ipſe iaciendi. Verg. 4. Geor. Ictu ſe dedit in æquore. Iactus pilarum, Ouid. 2. Triſt. Iactus fulminum, Cic. 3. Cat. Iactus abſolutè. (βόλος) pro iactu retis. Valer. libr. 4. cap. 1. A piſcatoribus in Mileſia regione uerriculum trahentibus, quidam iactum emerat. Iactus item accipitur pro mercium in mare proiectione, quæ in magnis tempeſtatibus fieri ſolet nauis exonerandæ gratia. Vnde extat Titulus lib. 14. Pandectarum, Ad legem Rhodiam de Iactu: quo cauetur, ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus ſit, omnium contributione eſſe ſarciendum, quod pro omnibus damni iactum eſt. Iactus partic. Cice. 2. de legib. Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

IACTATIO, onis, uerbale. {*Crollo, iattanza*} (σάλος, σεισμός) agitatio, ſuccuſſatio. Liu. 10. Bel. Pu. Simul ſperans leuiorem in nauigatione quam in uia iactationem uulneris fore, & orationis omnia commodiora. Cic. pro Mur. Quo tandem animo me eſſe oportet, propè iam ex magna iactatione terra uidentem, in hunc, cui uideo maximas Reip. tempeſtates eſſe obeundas. Idem 4. Tuſc. Iactatio eſt uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. Inſolentiam, & iactationem hominum ferre, Cicer. ad Att. libr. 10. Iactatio uerborum, Idem ad Brutum.

IACTATOR, oris, {*Vantatore*} (μεγαλαυχος, ἀλαζών) glorioſus, inſolenter ſe uenditans. Quin. lib. 11. cap. 1. de Cicerone. Is quidem iterū à ſe geſtarum maior, q̄ eloquentiæ, fuit in orationibus utiq; iactator. Claud. 3. Paneg. Immo dicas propriÿ iactator honoris.

IACTVOSE, {*Ambitioſamente ſoperbamente*} (ἀλαζόνως) iactanter, cum iactantia. Cice. Cum ſint multa iactuoſe dicta. Sic enim legunt quidam: quamuis in caſtigationibus exemplaribus non iactuoſe legatur, ſed actuoſe.

IACTVRA, ræ, {*Danno, perdita*} (ἐκβολή) propriè dicitur damnū illud, quod ex iactu conſequimur: hoc eſt, ex proiectione mercium in mare, quę fieri ſolet in magnis tempeſtatibus ad exonandam nauem. Salluſt. ad Cæſarem: Si quid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit, quæ minimi pretÿ ſunt. Per metaphoram tamen accipitur pro quouis damno: ut apud Cic. 2. de Fin. Facere iacturam rei familiaris. Ouid. 9. Met. Hunc tamē ablati domuit iactura decoris.

IACVLATOR, Iaculamen, & Iaculamentū, {*Il tirare, tiro*}, (ἀκόντισις, ἀκόντισμα) dicitur ipſe actus iaculandi.

IACVLATOR, ris, uerbale, {*Tiratore, lanciatore*} (ἀκοντιστής) qui iaculum emittit. Hora. 3. Carm. Ode 4. Enceladus iaculator audax.

IACVLATRIX, cis, uerbale fœmininum: (ἀκοντίστρια) mulier iaculationē exercens: ut, Diana iaculatrix. Ouid. 5. Metam. Pallada non'ne uides, iaculatricemq; Dianam Abſceſſiſſe mihi.

IACVLABILIS, le, {*Che ſi pua tirare*} quod Iaculari, hoc eſt, longè proÿci poteſt: ut, Telum Iaculabile. Ouid. 7. Meta. Sed non formoſius iſto Viderunt oculi telum Iaculabile noſtri. Pondus Iaculabile, Stat. 6. Theb.

IACVLOR, aris, p. c. {*Tirare, lanciare*} (ἀκοντίζω) deponens, Iaculū emitto, telum conÿcio. Ouid. 2. Met. Vaſti quoq; rector olympi. Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. Aliquando ſimpliciter accipitur pro proÿcio. Col. lib. 2. Faba, quæ longius emittetur, puta eò perueniet, quò uentilator eam Iaculabitur. Legitur & Iaculo actiuum. Claudianus: Latis Iaculabat in armis. Hinc fit compoſitum Eiaculo, quo uſus eſt A Gellius: Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus ſe in ſalum eiaculauerat, extitiſſe.

IACVLVM, li, p. c. {*Dardo*} (ἀκόντιον) propriè telum, ſiue haſtile, quod manu eiaculari poteſt. Verg. 9. Aen. Et Iaculum contorquens mittit in auras.

IACVLVS, li, pe. c. (ἀκοντίας) ſerpentis genus, arbores ſubiens, è quibus ui maxima ſe eiaculatur, penetratq; quodcunq; animal obuium fecerit fortuna. Luca. lib. 9. Et natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres. Vide Aelianum lib 9 ca. 49.

IADER, (Ἰάδηρ) neut. gen. fluuius eſt Illyrici, in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum eſt Iadera. Luca. lib. 4. Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

IADERA, quæ & Iader, neu. ge. {*Zarra*} (Ἰάδηρ Pto.) ciuitas eſt Illyrici, non procul ab Apollonia, & Salona. Pomp. lib. 2. Iaderæ meminit & Plin. in deſcriptione Liburniæ.

IALYSOS, (Ἰάλυσος) oppidum fuit Rhodi inſulæ, cuius meminit Plin. libr. 5. ca. 31. Et Pomp. lib. 2. In Rhodo, inquit, tres quondam urbes erant, Lindos, Camiros, Ialyſos. Ialyſos autem hæc ipſa eſt, quæ Telchinas olim aluit: his qui in Creta floruere, cognomines, maleficum genus hominū, & præſtigÿs infame.

IAM, {*Già, homai, hora*} (ἤδη) aduerbium temporis, quod penè eſt idem quod nunc, dico. Teren. in Adelp. Tace egomet conueniam iam ipſum. Idem in Eunuch. Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Interdum hortantis eſt, & ueluti moram increpantis. Tere. in Eun. Iam'ne imus?

Nonnunquam etiam accipitur pro modo. Verg. lib. 3. Georg. Iamq; hos curſu, iam præterit illos. hoc eſt, modò hos, modò illos. Interdum pro præterea, (ἔτι) & quaſi nodus eſt quidam coniungens ſententias: ut apud eundem: Iam maris immenſi prolem & genus omne natantum, Iam uarias pelagi uolucres.

Hoc idem efficit coniunctum cum uero. ἔτι τοίνυν. Cicero: Iam uerò urbibus conſtitutus, &c.

IAMBLICHVS, (Ἰάμβλιχος) Pythagoricus Philoſophus è Chalcide Syriæ fuit Porphyrÿ diſcipulus, qui tēpore Cōſtātini Magni floruit: ſub quo breui tēpore tantū profecit, ut ſecundas poſt præceptorē Romæ obtineret, nec ab eo quidquam differre uideretur doctrina: niſi q; ille melior facilitate candoreq; orationis, hic pauló durior habebatur: ac ut de Xenocrate Plato dicebat, uenere dicendi carebat. Moribus adeò probatus, ut eius uitæ abſtinentia, modeſtiaq; ea tempeſtate nulli non cognita fuerit. Huius meminit & Hieronymus.

IAMBVS, (ἴαμβος) pes metricus, conſtans ex priore breui, & poſteriore longa. Horat. in Arte: Syllaba longa breui ſubiecta, uocatur Iambus. Dictus Iambus, ut quidam uolunt, ab inuentore. Feſtus ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν deduci, quod eſt conuiciari, ſeu inuclu: cùm tamē uerſimilius ſit ἰαμβίζειν uerbum, ab Iambi pedis natura eſſe deductum. Hinc Iambicum carmen, cuius multa ſunt genera, quæ latiſſimè exequitur.

IAMDIV, {*Già molta tempo, gran tempo*} (πάλαι) multo iam tempore. Cic. de Senect. Carthagini male iamdiu cogitanti.

IAMDVDVM, {*Già buona pezza di tempo*} (πολλοῦ χρόνου, πολλῷ ἤδη χρόνῳ) ex Iam & Dudum componitur, & frequentius de paruo tempore dicitur: ut, Iamdudum te expecto. Cice. in Epiſt. Vides me ſudare iamdudum. Aliquando de longiori. Plin. lib. 19. Iamdudum ea eadem Hiſpania Zoelicum uenit in Italiam pelagi utiliſſimum. Ponitur etiam pro continuo, et quamprimū. Verg. 2. Aeneid. Iamdudum ſumite pœnas.

IAMESSAIS, (Ἰαμησσαίς) æſtuarium eſt maris Britannici, in quod illabitur fluuius ille, quem Tameſim Cæſar uocat. Plin. lib. 1. cap. 3.

IAMIAM, {*Hor hora*} (παραυτίκα, ἄρτι γε ἤδη) repente, ſine mora: ut, Iamiā aderit. Ponitur & cum præſenti, licet in futurum reſoluatur. Verg. 2. Aen. Iamiamq; manu tenet & premit haſta. quaſi mox tenebit, & nūc uidetur tenere. Plerunq; per indignationem accipitur. Idem: Iamiam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Et per miſerationem. Salluſt. in Iugurt. Iamiam animo meo chariſſime frater, quanquam tibi immaturo, & unde minime decuit, uita erepta, tamen lætandum magis, q̄ dolendum puto caſum tuum. Et per exhortationem: Quin. Iamiam commiſſuo, quicunq; caſus manet, etiā ſi Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium: ſatius eſt, q̄ à patre occidi.

IAMNO, onis, oppidum inſulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida Iamnonem, & Magonem, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponio Mela ad finem lib. 2. Ptolemæus Iamnam (Ἰάμνα) nominat.

IAMOLIM, {*Per lo paſſato, d'aſſai tempo*} (ἐκ πολλοῦ) multo iam tempore. Cicer. Iamolim à principio illud ſtatueram. Sumitur pro aliquando. Vergil. 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes. Olimiam, pro iampridem ἐκ πολλοῦ ἤδη. Quin. Olimiam Imperator inter fulgentes uirtutes ſuo locum quærit. id eſt, a longo tempore.

IAMPRIDEM, {*Già tempo, già molto*} (πάλαι χρόνου) aliquāto iam tempore. Seneca: Iampridem te expectantes ibi ſederamus. Dicitur & de longiori tem-

pore, ut idem ſit quod iam olim. Plin. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt: quod genus nuper et patrum ferè noſtrorum memoria inuentum eſt. Accipitur item pro ſtatim, ſiue continuò. Luc. li. 1. Tollite iampridem, uictricia tollite ſigna.

IAMTVM, {*Allora*}(ἤδη τότε) ſignificat ex eo tempore. Verg. 8. Aene. Iamtum relligio pauidos terrebat agreſtes.

IANA, prius dicta fuit, quæ poſtea præpoſita litera d, Diana appellata eſt, teſte Nigidio.

IANASSA, ([illegible]) nympha dicta eſt, à, ſuauiter regendo, *ἰαίνω*, lætifico, *ἀνάσσω*, regno, impero.

IANASVM, oppidum Celticæ gentis in Hiſpania citeriore. Pom. Mela lib. 2.

IANEVS, ab antiquis dicebatur, quem hodie Ianitorem uocamus, teſte Feſt.

IANICVLVM, oppidulum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim: ita dictũ à Iano conditore, ut quidam putauerunt: uel quod tanquam Ianua eſſet Romanis in Hetruriam proficiſcentibus. Verg. 8. Aene. Hæc duo præterea disiectis oppida muris, Relliquias, ueterumq́ue uides monumenta uirorum. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem. Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

IANIRA, p. pr. ([illegible]) Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filiæ: παρὰ τὸ ἰαίνειν τὰς ἀνδρας, hoc eſt, à uiris demulcendis. Heſio. in Theog.

IANITOR, oris, pe. co. {*Portiere*. Dant. *Et un portier ch'ancor non facea motto*}(θυρωρὸς) cui Ianuæ cuſtodia eſt commiſſa. Cice. 5. Ver. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. Ver. Ianitor inferorum, Cerberus. Verg. 6. Aenei. Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras.

IANTHE, ([illegible]) puella fuit Cretenſis, ex Phæſto oppido, Teleſtæ filia, uxor Iphidis, qui ipſo nuptiarum die ex fœmina mutatus eſt in marem, ut aſſerit. Ouid. 9. Metamorp.

IANTHINVS, a, um, pe. c. ([illegible]) idem eſt quod uiolaceus. Nam Græci, ἴα uiolas, & ἄνθη flores uocant. Ianthinum itaque dicitur, quod floris uiolæ colorem refert. Vnde ueſtis ianthina, & ianthina, orum, ſubſtantiuè dicuntur ueſtes uiolacei coloris. Mart. Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Plin. lib. 21. cap. 6 Ex his uiolis quæ ſponte apricis ac macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæq́ue Græco nomine à cæteris diſcernuntur, appellatæ: ἴα ab his ianthina ueſtis.

IANVA, æ, {*Porta*}(θύρα) primus ingreſſus ad interiora domus: à Iano dicta, quod huic Deo cõſecratum erat omne principium. Et propriè domus eſt Ianua: Oſtium uerò partium, ut cubiculorum licet confundantur. Nã & Ianua, à quo Ianitor, pro oſtio ponitur: et oſtium, à quo Oſtiarius, pro ianua. Cic. 2. de Orat. Vt illud Naſicæ, qui cũm ad poetam Ennium ueniſſet, eiq́ue ab oſtio quærenti Ennium. Et paulo pòſt: Cũm ad Naſicam ueniſſet Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Naſica, &c. Valla libr. 4. cap. 8. Porta murorum eſt, munitionumq́ue atque caſtrorum: Ianua parietis, atque domorum. Cicer. 3. Verr. Seruius ſuis imperat Rabirius, ut ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. Oui. 2. Amo. Clauſa tuo maius ianua ſumen habet.

IANITRIX, cis, fœ. gen {*Portinara*} (θυρωρὸς, ἡ) mulier, cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa. Plau. in Curc. Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix. Pli. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumq́ue. i. quæ ſolet plantari ante domos Cæſarum et Pontificum.

IANVLA, libi genus, quod Iano tantummodo libabatur. Feſtus.

IANALIS, le, adiectiuum à Iano ut, Ianalis uirga. Ouid. 2. Faſt. Virgaq́ue Ianalis de ſpina ſumitur alba, Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat. Ianalis porta, quæ & Belli porta uocabatur Romæ, a Iano dicta: ubi & poſitum fuit eius ſignum. Hanc Numa inſtituit, ut eſſet clauſa ſemper, niſi cũm bellum foret.

IANVARIVS, rij, {*Gennaio*}([illegible]) primum menſium, a Iano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni eſſe uoluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem, & proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq́ue principia.

IANVS, ([illegible]) ab hiatu dictus eſt, detracta aſpiratione: quem quidam Solem putant: ideoq́ue geminum, quaſi utriuſque ianuæ cœleſtis potẽtem, qui exoriẽs aperiat, occidens claudat. Alij Ianum mundum, id eſt, cœlum intelligunt, quaſi Eanum ab eundo, ut inquit Cice. lib. 2. de Nat. Deo. eò quod mundus ſemper eat, dũ in orbem uoluitur, & ex ſe initium faciens in ſe refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas eum facies habere dixerant: alteram ſuo loco, alteram a tergo, eò quod annus ex ſe initium faciens, fini occurrat: uel quod præterita ſciuerit, & futura præuiderit: ſeu quod ſuperorum & inferorum ianitor extiterit. Huius templum erat Romæ ad infimum Argiletum, a Numa Pompilio poſitum, quod tẽpore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde Patuleius, & Cluſius cognominabatur, ut auctor eſt Seruius: Conſtat autem templum hoc ter fuiſſe clauſum. Primùm regnãte Numa: iterum poſt bellum Punicum ſecundum: tertiò poſt bella Actiaca, quæ confecit Auguſtus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes: ſed bella flagrauere ciuilia. Huius autem claudendi, uel aperiendi tẽpli ratio uaria eſt. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum iã propè uinceretur, calidam aquam ex eodẽ loco erupiſſe, quæ fugauit exercitũ Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilij. Alij dicunt Tatiũ & Romulum facto fœdere hoc templum ædificaſſe. Vnde & Ianus ipſe duas facies habet, ut oſtẽdat duorum regum coitionem: uel quod ad bellum ituri debeãt de pace cogitare. Eſt alia melior ratio, quod ad prælium ituri, optent reuerſionem. hæc Seruius. Hunc alij quadrifrõtem fecerunt, ob quatuor orbis cardines: & Ianum quadrigeminum uocitarunt, & Iunonium quaſi Calendarum principẽ. Calendæ. n. ſunt Iunoni dicatæ. Ianus etiam erat locus Romæ, ubi fœneratores conſiſtebant è regione Baſilicæ: quoniam in eo Iani ſimulacra collocata uiſebantur. Ouid. Qui puteal Ianumq́ue timet, celereſq́ue Calendas. Hor. in Epiſtol. Hæc Ianus ſummus ab imo Prædicat. Suet. in Domi. Ianos, inquit, arcuſq́ue cũ quadrigis, & inſignibus triumphorum per regiones urbis extruxit. Ianus antiquiſſimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætuliſſe ferunt: quod ad regis prudentiam ſolertiamq́ue referendum eſt: qui præterita noſceret, atque proſpiceret futura: unde etiam bifrons dicitur. Hic Saturnum a filio fugatum è Creta claſſeque in Italiam aduectum, ſuſcepit hoſpitio: & quoniam ab eodem ruris agriculturam edoctus eſt, regni partem illi conceſſit, amboq́ue una regnarunt cõcordes, uicinaq́ue oppida communi opera condiderunt. Romani hunc omnibus ianuis præeſſe crediderunt, unde & claugerum ipſum uocarunt. Eum autem primum in Italia dijs templa feciſſe, ritusq́ue ſacrorum inſtituiſſe ac ideò eum in ſacrificijs præfationem meruiſſe perpetuam, auctor eſt Macrob. cap. 7. 8. 9. lib. 1.

IAPETVS, p. co. ([illegible]) Cœli & Terræ filius (ut inquit Heſiodus) uir quidem potens apud Theſſalos, ſed proterus ingenij, magiſq́ue filiorum, quàm ſua uirtute clarus. Ferunt hunc Aſiam Nympham uxorem duxiſſe, & ex ea Heſperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum ſuſcepiſſe. Valer. Fla. li. 1. Iapeti poſt bella trucis, Phlægræq́ue labores. Hunc quidã Promethei patrem fuiſſe aſſerunt. Ouid. 1. Meta. Siue recens tellus, ſeductaq́ue nuper ab alto Aethere, cognati retinebat ſemina cœli, Quam ſatus Iapeto miſtum fluuialibus undis, Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum. De Prometheo loquitur.

IAPIGIVM PROMONTORIVM, quod Acran Iapygiam ([illegible]) cum Græcis nominat Plinius, extremum Salentinorum promontorium eſt, quo quàm longiſſimè in mare excurrit Italia. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

IAPYGIA, æ, ([illegible]) regio eſt in finibus Italiæ, in Cherroneſi formam conſtructa, cuius Iſthmus a Tarento Brunduſium uſque extenditur. Alio nomine Meſſapia dicitur. Auctor Strab. lib. 6. Seruius in illud Vergilij, Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arius. Iapygia (inquit) pars eſt Apuliæ, in qua mons Garganus, qui uſque ad mare Adriaticum extenditur. Quod ſi uerum eſt, longè maiores ſunt Iapygiæ fines, quàm quos modo ea ſententia Strabonis deſcripſimus. Nam Garganus mons multis paſſuum millibus extra iam dictam peninſulam ſitus eſt. Dicta eſt autem Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, ut tradit Solinus in Polyhiſtore.

IAPYX, ygis, ([illegible]) uentus eſt ab occaſu ſolſtitiali ſpirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teſte Gell. lib. 2. Noct. Att. Dictus Iapyx a Græcis, quod ab Iapygia ſpirare uideatur: quare & commodiſſimus eſt ex Italia in Græciam nauigantibus. Horat. lib. 1. Carm. Ode Sic te Diua potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida ſidera, Ventorumq́ue regat pater, Obſtrictis alijs, præter Iapyga.

IAPIS, idis, ([illegible]) nomen proprium cuiuſdam Aetoli, qui cum ad regionem Venetiæ ueniſſet, oppidum de ſuo nominè condidit: a quo ea pars Italiæ, quæ Timauo fluuio irrigatur, Iapidis dicta eſt. Quinetiam Timauum ipſum ab huius nomine Iapidem cognominat. Verg. 2. Georg. Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui.

IARBAS, ([illegible]) Gætulorum rex, qui cum Didus ambiret nuptias, ab ea repulſus, naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod cum Pœni propulſare non poſſent, reginam ſuam eò adegerũt, ut nuptijs ſuis pacem redimeret. Quod cum illa alia ratione effugere non poſſet, ſimulat ſe antè Sichæi (id defuncti mariti nomen erat) manes placare uelle. Eam itaque ad rem impetrato ſpatio, pyram ingentem extruxit, cui ſuperincumbens, ſuis ſibi manibus necem conſciuit.

IARCHAS, ([illegible]) Philoſophorum Indiæ princeps, qui ſolio aureo ſedens apud ſuos ſapientiam profitebatur. Vide Philoſtratum in uita Apollonij Tyanei.

IASA, nomen ciuitatis, quæ imminet Rubeo mari, ubi eſt terminus Moabitarum prouinciæ.

IASIS, ([illegible]) dicta eſt Atalanta ab Iaſio patre. Propertius. Atque animam duræ contudit Iaſidos.

IASIVS, ([illegible]) filius fuit Abantis Argiuorum regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Seru. & Iaſius fratres fuerunt, Electræ filij: ſed Dardanus de Ioue, Iaſius de Corito procreatus eſt. Hæc Seruius apud Vergi. libro 3. Aene. Hinc Græci Iaſidæ, et Iaſis uocatur Atalanta eiuſdem filia. Fuerunt & alij eiuſdem nominis: unde Iaſides Palinurus, apud Vergi. 5. Aeneid. & Iapis Iaſides, apud eundem libro 12.

IASION, onis, ([illegible]) quem Diodorus lib. 6. etiam Iaſium appellat: Iouis & Electræ filius fuit, adeò a Cerere adamatus eſt, ut in eius gratiã ad nuptias Hermiones ipſius Iaſij ſororis, maximam & frumenti & panis copiam attulerit, ac ex eo Plutum pepererit, qui cultum uitæ inſtituere, pecuniaſq́ue coacervare, ac in uſus cuſtodire omnium primus docuit, cũm antea parua congregandæ ſeruandæq́ue pecuniæ fuiſſet cura. Alij addunt fabulæ, eum poſtea a Ioue ex inuidia fulminatum: quamuis non deſint, qui aliam mortis cauſam ponant, nempe quod ſimulacrum eius contumelia affecerit: hunc quoque alio nomine Actionem uocant. Ouid. lib. 9. Queritur canescere mitem Iaſiona Ceres, &c.

IASON, ([illegible]) filius fuit Aeſonis ex Polymela, ſeu, ut alij, uolunt, Alcimede, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit, tradito etiam regno, ea tamen lege ut illud adulto Iaſoni reſtitueret. Porrò Alcimede ſuſpectum habens Peliam, Iaſonem Chironi alendum dedit. Itaque Iaſon adultus ad repetendũ paternum regnum aduenit: ſed Pelias commentus fraudem, Iaſonem Colchos ad auferendum aureum uellus nauigare iuſſit. Quæ res licet, primò impoſſibilis uideretur Iaſoni, tamen præparata Argo naui cum reliquis heroibus Colchos profectus eſt. Inter nauigandum autem primùm ad Lemnum inſulam appulit, ubi ab Hypſipylæ & hoſpitio & thalamo ſuſceptus eſt. Deinde ad Phineum regem, a quo muneris loco edoctus eſt, quomodo per Cyaneas petras inter ſe concurrentes ad Colchos uſque tutò nauigare poſſet. Quò cũm perueniſſet, Medea Colchorum regis filia forma eius capta, a certiſſimo eum eripuit exitio: oſtenſa ratione, qua & æripedes tauros perdomare, & draconem peruigilem ſopire poſſet. Eius itaque conſilia ſecutus Iaſon, aureum uellus ſuſtulit, et inde clàm cũm ſocijs & Medea fugam arripiens, ad Iſtri oſtium peruenit aduerſoq́ue flumine ſubiens, cũm eum tandem in locum perueniſſet, ubi Danubius Liburnis montibus proximus eſt, nauim, qua uectus erat, ſuis ſociorumq́ue humeris ſuperatis mõtibus, in mare Adriaticum deportauit: tandemq́ue ſoſpes in patriã reuectus, duos ex Medea filios ſuſcepit. Sed cum poſtea Creuſæ Corinthiorum regis filiæ amore flagrans, eam uxorem duxiſſet, Medea ægrè ferens diuortium, Creuſam cum regia exuſſit. Sunt qui tradant, Medeæ poſt reconciliatum Iaſonem, Aeetem ſocerum a Perſa fratre pulſum, in regnum reſtituiſſe, multaq́ue alia præclara geſſiſſe, adeò ut diuinos in Aſia honores fuerit promeritus. Deſcribit latius tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valer. Flac. Corripit autem hoc nomen penultimam ſyllabam. Oui. 7. Meta. Multaq́ue perperpeſſi claro ſub Iaſone, tandem, &c. Et alibi. Quem niſi crudelem, non tangat Iaſonis ætas? Hinc fit patronymicum Iaſonides: ut, Iaſonidæ iuuenes, apud Statium lib. 10. Thebaid.

IASONIVM, ([illegible]) promontorium Cappadociæ. Ptolemæus lib. 5. c. 6.

Iaſpis,

IASPIS, (ἴασπις)gemma eſt è uiridantium genere, cuius ut multæ ſpecies, ita uarij ſunt colores: ut eſt uidere apud Plin. lib. 37. cap. 9. Martia. lib. 5. Sardonichas, ſmaragdos, adamãtas, iaſpidas uno Portat in articulo Stella, Seuere meus.
Iaſpideus, a, um, ut, Iaſpidea gemma, quæ Iaſpidas colorem refert. Pli. lib. 37. cap. 10. Cepionidę in Aeolide ad Dardanum nunc pagum, quondam oppidum naſcuntur multis coloribus tranſlucentes, aliàs uitreæ, aliàs criſtallinę, aliàs iaſpideæ.

IASPONYX, (ἰασπόνυξ)Iaſpidis gemmæ ſpecies, maculis quibuſdam humano ungui non diſſimilibus uariegata: unde et Onychipuncta dicitur. Vide Plini. libro 37. cap. 9.

IASVS, ſiue **IASSVS**, (ἰασσός)inſula Cariæ, continenti adiacens, cuius incolæ, quod regionem habeant ſterilem, expiſcatu potiſſimum uictum quærunt. Hinc proximus ſinus Iaſius cognominatus eſt. Ex Iaſo orti ſunt Choerilus poeta, & Diodorus Dialecticus, cognomento Chronus.

IATINVM, (ἰάτινον)Meldenſium ciuitas eſt apud Ptolæmeum libr. cap. 8.

IATRALEPTES, uel Iatralepta, (ἰατραλείπτης)medicus unguẽtarius, qui unguentis & perfrictionibus curat. Celſ. lib. 1. cap. 1. Sanus homo, qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque medico, neque iatralepta egere.

IATRALEPTICE, (ἰατραλειπτική)medicinæ genus, quæ unguentis, & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguẽtaria. ἰατρική enim medicina, ἀλείπτης unctor dicitur.

IATROS, {Medico}(ἰατρός)Latinè medicus. Vnde Archiatros, princeps medicorum: quo nomine dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes, deuſque medicorum. Plin. libr. 29. cap. 1.

IAXAMATÆ, (ἰαξαμάται) populi circa Mæotim (inquit Stephan.) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flacc. Mellis honos Tyrmos ditat, ſua mulctra Satarchen, Iaxamatas uenatus alit. De his Ammia lib. 4. Circa hæc ſtagna gentes ſermonum inſtitutionumque uarietate diſpares, Iaxamatæ, Mæotæ, & cum Celonis Agathyrſi.

IAXARTES, (ἰαξάρτης)fluuius Scythiæ eſt, eorum, qui in Caſpium mare influũt, longè maximus: Vnde idem eſſe cum Tanaide ab Alexãdro creditus eſt, cum ſit altius, ut nauigatione compertum eſt. Ortus apud Sacas (ut ait Ptolemæus) in Septentrionem fluens.

IAZYGES, Metanaſtæ, (ἰάζυγες)populi in Europa, qui (ſicut Ptol. lib. 3. ſcribit) ab Oriente habent Daciam, ab Occaſu & Auſtro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam. Hodie ſi quis in re tam uetuſta coniecturæ locus eſt, creduntur populi inhabitantes eam regionem, quam Septem Caſtra uocamus. Germanicè Sibenburgen: quę regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colĩt.

I ANTE B.

IBERVS, pe. pr. (ἴβηρ)fluuius Hiſpaniæ, qui apud Cantabros oriens, per XL. paſſuum millia fluit, & in Mare Balearicum exit. Dictus (ut Euſtathius ait) à rege eiuſdem nominis. Luca. lib. 4. Qui præſt it terris, aufert tibi nomẽ Iberus.

IBERIA, (ἰβηρία)primùm appellata fuit Hiſpaniæ regio, utrinque Ibero fluuio proxima, quam poſtea Celtæ Gallorum populi, relictis ſedibus ſuis, habitauere. Vnde compoſito ex utraque gente nomine Celtiberi appellati ſunt, & regio eorũ Celtiberia. Poſtea tamen uniuerſa Hiſpania Iberia dicta eſt, & Hiſpani ipſi Iberi, ſiue Iberes, ἴβηρες. Verg. 3. Georg. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Lucanus. Occurrat Iberibus alter. Eſt & alia regio hoc nomine iuxta Pontũ inter Colchida, & Armeniam, uenenorum ferax, quæ Caucaſijs montibus circundatur: cuius ſimiliter populi Iberi, et Iberes dicti ſunt, à quibus (ut Var. ſcribit) uenerũt, qui in Hiſpania habitauerunt: et ab illis Hiſpania, Iberia, et fluuius Hiſpanię, Iberus dictus eſt. Iberus, ra, rum, Verg. lib. 9. Pictus acu chlamidem, & ferrugine clarus Ibera. Dionyſius contrà tradit Iberes populos a Pyrenæis montibus profectos, in Aſia ſedes poſuiſſe. Vnde ea pars Aſiæ Iberia nuncupatur. Iberiam regionem mulier captiua ſub Conſtantino Helenę filio, cõuertit ad Chriſtianam fidem, in ea pudicã traducens uitã, & in oratione iugiter perſiſtẽs.

IBERICA HERBA, ſpartum dicebatur antiquis. Quin. lib. 8. cap. 2. Qui in actione Ibericas herbas, ſe ſolo nequicquam intelligente, dicebat, niſi irridẽs hãc uanitatem Caſſius Seuerus, ſpartum eum dicere uelle indicaſſet.

IBERIS, idis, (ἰβηρίς)herba eadem cum Lepidio ſylueſtri: de qua uide Pli. lib. 25. capi. 8.

IBI, {Iui, in quel luogo, li}(ἐκεῖ)aduerbiũ loci, ſignificat in eo loco: quo propriè utimur in demõſtrando: Ibidem uero relatiuum eſt, idem ſignificãs, quod in eodem loco. αὐτόθι Cice. pro Domo ſua: Ibi enim poſitis eſt, ubi templi aditus eſt. Idem in Epi. Nemo eſt, quin ubiuis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit. Accipitur aliquando pro aduerbio temporis, idemque ualet, quod tunc. Teren. in Eun. Inuitat triſtis, manſit: ibi illa cum illo ſermonem occipit. Ab ibi fiunt compoſita Inibi & Alibi, ſeu Aliubi, & Ibidem: quæ uide ſuis locis.

IBIDEM, p. p. {In quello steſſo luogo}(αὐτόθι)in eodem loco. Verg. 1. Aene. Ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Cice. pro Quin. Quod ibi rectè cuſtodire poterunt, id ibidem cuſtodiant.

IBICES, capræ ſylueſtres ſunt pernicitatis mirandæ. Plin. lib. 8. ca. 53. Sunt capræ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite uaſtis cornibus, gladiorumque uaginis: in hæc ſe librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quęrentes, atque recuſſu pernicius, quò libuerit, exultant.

IBYCVS, pen. cor. (ἴβυκος)nomen poetæ Lyrici Rhegini, apud Græcos pręclari, ſed tamẽ omni libidinis genere effœminatiſſimi: a quo genus metri dictũ eſt Ibycum: ſicut alterum ab Alcæo Alcaicum.

IBIS, ibis, (ἶβις)auis ſoli Aegypto peculiaris, quæ ſerpentibus ueſcitur. Hęc (ſicut Hierony. ſcribit) duplex eſt. altera nigra tota eſt, altera ciconiæ non abſimilis, diuerſa tamen a ciconia. De hac Cic. lib. 2. de Nat. Deo. Velut ibes maximã uim ſerpentium conficiunt, cùm ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroque roſtro: auertunt peſtem ab Aegypto, cùm uolucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuectas interficiunt, atque conſumunt: ex quo fit, ut illæ uiuæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem Ibis clyſteris uſum prima commoſtraſſe, quòd conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Auctor Pli. lib. 8. cap. 27.

I ANTE C.

ICADIVS, (ἰκάδιος)prędo inſignis fuit, cui ſaxum ex ſcopulo delapſum crus fregit. Cicer. de Fato: Ne Icadij quidem prædonis uideo fatum ullum. Nihil enim ſcribit ei prædictum. Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe? Puto enim, ſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet, ſaxum tamen illud caſurum fuiſſe.

ICADISTÆ, (ἰκαδισταί)cognominati ſunt Epicureæ ſectæ Philoſophi, quòd τὰς εἰκάδας, hoc eſt, uiceſimum quenque lunæ diem, quo natus eſt Epicurus, celebrarent, imagines eius per cubicula circunferentes. Vide Athenæum Dipnoſophiſtarum lib. 7.

ICARIA, ſiue Icaros, (ἰκαρία Ptolemęo, ἴκαρος Stephano)inſula eſt inter Samum & Myconum ſita, una Cycladum: a quo uicinum mare Icarium appellatur, non (ut Poetæ fabulantur) ab Icaro Dædali filio. Eadem & Doliche, & Macris, & Ichthyoeſſa aliquando fuit appellata. Auctor Plin. libr. 4. cap. 12.
In hac inſula fuit inſigne Dianæ templum, Tauropolium appellatum; cuius meminit Strabo lib. 14.

ICARIVS, (ἰκάριος)pater fuit Penelopes. Oui. Epiſt. 1. Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto Cogit, et immenſas increpat uſque moras. Hinc fit Icaris, (ἰκαρίς)patronymicum fœmininum, quod Poetæ accipiunt pro Penelope Icarij filia. Ouid. in Ibin: Et uelut Icaridis famulæ periere, procique. Item Icariotis, idis. Idem 3. de Ponto: Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela.

ICARVS, p. c. (ἴκαρος)Oebali Laconum regis filius fuit, pater Erigones qui cum acceptum à Libero patre uinum ruſticis diſtribuiſſet, illique ex nimio potu ebrij facti eſſent, arbitrantes ſibi toxicum eſſe datum, Icarium interfecerũt. Quod ubi Erigone cognouit, doloris impatientia laqueo uitam finiuit: quæ deorum miſeratione in cœlum tranſlata, ſignum efficit Virginis. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam: Cunctis Baccho iucundior hoſpes Icarus, ut puro teſtantur ſidera cœlo.
Item Propert. lib. 2. Icare Cecropijs merito iugulate colonis.

ICARVS, (ἴκαρος)Dædali filius fuit, qui una cum patre è Creta fugiens fretus alarum fiducia, cùm ultra patris iuſſa altius euolaſſet, ſoliſque ardore cera, qua pennæ cõtinebantur, liquefacta eſſet, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod eſt inter Samum, & Myconum, quod ab eius nomine Icarium dictum eſt, ut fabulantur Poetæ. Ouid. 3. Triſt. Icarus Icarias nomine fecit aquas. Verius tamen eſt, Icarium mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula, medio ferè inter Samũ & Myconum ſpatio ſita.

ICESIVS, (ἱκέσιος)conditor Eraſiſtratiorum ſcholę apud Smirnam: cuius meminit Strabo lib. 11.

ICHANA, (ἴχανα)oppidum Siciliæ mediterraneum: cuius incolæ dicti ſunt Icanenſes, (ἰχανῖνοι Stephano)quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

ICHNE, (ἴχναι) oppidum in ora Macedoniæ, non procul ab Axij fluminis uſtio Plin. lib. 4. cap. 8.

ICHEVMON, (ἰχνεύμων)animal eſt magnitudine felis ſpecie muris: uulgo nunc murem Indicum uocant. Naſcitur in Aegypto, & cum aſpide pugnat. Ichneumonia Aegyptij adorant: quoniam oua crocodilorum conterat, & luto conuolutus, cum os aperiunt, ita in uentres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. Plin. lib. 8. cap. 24.

ICHNEVTAS, quandoque Nicander uocat ichneumones.

ICHNOGRAPHIA, (ἰχνογραφία)quaſi ueſtigij deſcriptio, eſt futuri operis delineatio, quam Galli Planam formam uocant. Vide Vitruu. lib. 1.

ICHNVSA, p. p. (ἰχνοῦσα)inſula Sardinia dicta eſt: quoniam ſimilitudinem referat humani ueſtigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Silius lib. 12. Inde Ichnuſa prius Graijs memorata colonis. Vide Plin. libr. 3. cap. 7.

ICHTHYOESSA, (ἰχθυόεσσα) inſula in mari Icario, una Cycladum, inter Samum, & Myconum ſita, quæ alijs nominibus Icaros, & Icaria dicitur: Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

ICHTHYOCOLLA, {Colla di peſce}(ἰχθυόκολλα)glutin ex piſce, a Dædalo primum inuentum, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 56. Eſt item Ichthyocolla, piſcis cuiuſdam nomen, corium habens glutinoſum, ex quo glutinum conficitur. Auctor Plin. lib. 32. cap. 7.

ICHTHYOPHAGI, p. c. {Coloro che uiueno di peſce}(ἰχθυοφάγοι)qui ex piſcibus uiuunt: quo nomine dicti ſunt quidam populi, maris rubri accolæ, de quibus Hieronymus contra Iouin. Porro Ichthiophagi, gens errans in litore maris rubri, ſuper petras Solis calore feruentes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento uictitant. Vide Strabonem lib. 15.

ICHTHYOPOLA, pen. produ. {Venditore di peſci}(ἰχθυοπώλης) piſcium uenditor. Locus autem uẽdendis piſcibus deſtinatus, Ichthyopolion, ἰχθυοπωλεῖον appellatur.

ICHTHYOTROPHIVM, {Peſchiera} (ἰχθυοτροφεῖον) piſcina alendis piſcibus accommodata: quod & Viuarium a Latinis dicitur Colu. lib. 8. ca. 1. ἰχθυοτροφεῖα ſedula cura exercentur: ea ſunt omnia (ut Latinè potius loquamur) ſicut auium cortalium ſtabula, nec minus earum, quæ conclauibus ſepta ſaginantur, uel aquatilium animalium receptacula.

ICHTHYS, (ἰχθύς)Elidis eſt promontorium in Achaia apud Thucididem, quod Valla piſcem tranſtulit, & ob id merito reprehenſus eſt ab Hermolao.

ICO, cis, ici, ictum, {Percuotere, ferire}(πλήττω, τύπτω)ferio, percutio. Pli. li. 2. cap. 55. Lauri fruticem non icit. Icere colaphum, (κολαφίζειν)eſt impingere alicui colaphum. Plau. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit. malum uobis dabo. Icere fœdus, Cice. in Piſon. Tu ſcilicet homo religioſus, & ſanctus, fœdus quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere uoluiſti. Legitur & paſſiuum Icor. Plin. lib. 16. cap. 30. Arborum manu ſatarum receptarumque in domos, fulmine laurus ſola non icitur. Liuius libro 1. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

ICON, onis, {Imagine, effigie}(εἰκών)effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis a pictoribus, ſeu ſtatuarijs expreſſa. Plin. lib. 34. Eorum uero qui ter ibi ſuperauiſſent, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas Iconas uocant. Eſt & Icon, teſte Cic. ad Heren. figura cùm ſcilicet formę ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis aut uituperationis cauſa. Exemplũ eſſe poteſt illud apud Verg. 4. Aeneid. Omnia Mercurio ſimilis, uocemque, coloremque, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

ICONICVS, a, um, (εἰκονικός)quod eſt ita pictum, ſiue ſculptum, ut uiuũ rei

alicuius effigiem membrorumq́ omnium ſimilitudinem referat. Sue. in Calig. Simulacrum ſtabat in templo aureum iconicum amiciebaturq́ quotidie ueſte, quali ipſe uteretur. Pli. lib. 35. ca. 8. Adeo iam colorũ uſus increbruerat, adeoq́ ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur. Athenienſium, Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Datium, Tiſſaphernem.

ICONISMVS. (εἰκονισμὸς) ueræ, uiuæq́ imaginis expreſſio: à uerbo Græco εἰκονίζω, quod eſt, effingo, ſeu imaginem rei alicuius exprimo. Senec. lib. 15. Epiſt. Iconiſmos deſcriptiones interpretatur, atq́ eſſe uerbum Publicanorum.

ICONIVM. (Ἰκόνιον) oppidum Lycaoniæ, non procul à flexu Tauri montis. Strabo libro 12.

ICOS. (Ἰκὸς) inſula maris Aegæi, una Cycladum, Euboeæ proxima. Stephan.

ICOSIVM. (Ἰκόσιον) Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt, à uiginti Herculis comitibus, qui ab eo defeciuerant, conditum. Vnde etiam à numero conditorum nomen habet. Auctor Solinus.

ICTEROS, p. c. (ἴκτερος) eſt ſuffuſio bilis flauę, uel nigræ per totum corpus: Plin. & Varro Regium morbum appellant, q mulſo præcipuè, regio planè potu, curaretur. Celſus. & Apuleius uocant Auriginem, à colore auri. & hominẽ hoc morbo laborantem, Auriginoſum: Marcel. Vergi. ex Dioſcoride Arquatũ uertit, à colore cœleſtis arcus. Qui hũc morbum patitur, Ictericus, (ἰκτερικὸς) appellatur. Eſt item icteros auicula quædam flaui coloris, quam Latini Galgulum uocant, ſolo aſpectu regium morbum ſanans: unde et nomen habet. Pli. lib 30 cap. 11. Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè uocari Galgulum.

ICTIS, idis, (ἰκτὶς) inquit Ari. ſylueſtris muſtelæ genus eſt, magnitudine Melitenſia catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtelę ſimile. Manſueſcit maiorem in modum, & officit aluearibus, mellis enim auida eſt: aues etiam petit, ut felis. Hanc Martem ſpeciali uocabulo, uocant. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento urinæ ſtillationibus. Plin. lib 29. cap. 4.

ICTVS, us, {Colpo percoſſa}(τυπὴ, ὕπις, πληγὴ) idem quod percuſſio: à uerbo Ico, Ci. 3. Offi. Ictu fulminis deflagrauit. Legit & Icti genitiuus, à nominatiuo ſecundæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gel. Ne Gallus impetũ ictu haberet. Ictus, a, um, particip. (πεπληγμένος, τετυμμένος) idem quod percuſſus, Ouid. 1. Triſt. Non aliter ſtupui, q̃ qui Iouis ignibus ictus Viuit.

ICTVS, Tarentinus nobilis palæſtrita fuit, qui toto uitæ tempore à Venere religioſiſſimè abſtinuit, ne quid de corporis uiribus imminueret.

I ANTE D.

ID, {Ciò, queſto}(τοῦτο) neutrum genus pronominis Is: uarium in oratione uſum habens. Elegãter adiunctum habet genitiuum: ut, Id ætatis, Id temporis, id eſt, ea ætate, eo tempore. Cice. in Epiſto. Id ætatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Id quod res eſt, idem eſt, ac ſi diceremus, quod uerum eſt. Terent. in Adelph. Verum cogito id quod res eſt, τὸ ἐὸν. Idipſum, idem eſt, quod hoc. Cicer. Lentu. Multi rogabantur, atque idipſum Conſulibus inuitis. Ab Id, fit Id o, ταῦτα ob eam cauſam. & idcirco, (ὑπὲρ οὗ, διὰ τοῦτο) propter hoc: quę uide ſuis locis.

IDA, dę, (Ἴδη) mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat, habetq́ multos pedes. Latus eius Septentrionale, ex anguſtijs Abydi uſq́ ad Aeſapum, & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Helleſpontum reſpicit: Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia idę ad Myſos declinant. Abundatq́ mons aquis, & multa flumina ex eo deſcendunt: in cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero appellantur, tam pro monte ipſo, q̃ pro oppido in dorſo montis. Ouid. lib. 4. Faſt. Dindymon & Cybelen & amœnam fontibus Idam. Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia. Hinc Idęus, æa, um, ἰδαῖος, nomen ab Ida deductum. Propert. Cedite iam diuæ, quas paſtor uiderat olim Idęe tunicam ponere uerticibus. Eſt & Ida Cretæ mons, ita dictum a Corybantibus, ſiue Dactylis Idæis, qui cum in Cretam ueniſſent, montem, in quo conſederunt, patrij montis nomine appellarunt. Verg. 12. Aeneid. Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

IDÆI DACTYLI, (δάκτυλοι, ἰδαῖοι) ĩdem qui Corybãtes, quos Iouem aluiſſe ferunt, & ne uagitu puer proderetur, nouo luſus genere excogitato clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu & numeroſi pedis compoſitione, qui Dactylus inde dictus eſt, Saturnum celauiſſe. Dicti Idæi, ab Ida Phrygię monte, quem primum incoluerunt. Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quos Dactylos Idæos nominant. Vide Plin. libr. 37. cap. 10.

IDÆVS, (ἰδαῖος) Rhodius uerſificator, ſcripſit Rhodiorum res geſtas uerſibus ter mille. Auctor Suidas.

IDALIVM, (Ἰδάλιον) Cypri oppidum, quod ab euentu nomen accepit. Nam cum oraculum Chalcenori datum eſſet, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem ſolem conſpicaretur, unus è comitibus qui forte aſtabat, ad eum conuerſus εἶδον ἥλιον, inquit, id eſt, uide ſolem. Arreptoq́ Chalcenor omine ciuitatem ſtatuit, & ab ea uoce Idalium nominauit. Auctor Stephan.

IDALIVS, a, um, (ἰδάλιος) adiec. ab Idalio Cypri oppido: unde Venus Idalia, & Idalium nemus eſt appellatum. Verg. lib. 10. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq́ Cythæra, Idaliæq́ domus, &c.

IDANTHYRSVS, Scytharum rex, qui bello res magnas geſſit, bonaq́ parte Aſiæ ſubiugata, uſq́ in Aegyptum excurrit: ut auctor eſt Strab. lib. 14.

IDAS, dæ, (Ἴδας) Apharei filius fuit nomine, re autem ipſa Neptuni: qui acceptis à patre uelociſſimis equis, Marpeſſam filiam formoſiſſimam Eueni regis Aetoliæ, Martis filij, in Dianæ luco ſaltantem rapuit. Ob quam rem eiuſdem pater (qui nulli procorum filiam ſuam dare uolucrat, niſi certamine curſus fuiſſet uictus: a ſe autem uictos decollare eorumq́ capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere ſolebat) dolore commotus interemptis, quos habebat equis, ſe in fluuium Lycormam, qui poſtea ab ipſo Euenus dictus eſt, præcipitauit. Cæterum fugiẽti cum puella Idę Apollo in itinere obuiam uenit, qui cum Marpeſſam & ipſe præripere Idæ uellet, uentum utrinq́ ad certamen eſt. Sed a Ioue miſſus Mercurius arbitrium Marpeſſæ commiſit, ut ipſa utrum uellet eligeret: illa autem Idam elegit, uerita ne ſe ſe ætate prouectam Apollo relinqueret. Home. lib 9. Iliad. Vide Marpeſſa.

IDCIRCO, uel Iccirco, {Perciò, per tanto}(ὑπὲρ οὗ, διὰ τοῦτο) coniunctio, idem quod ideo ſignificans. Cice. 7. Ver. Reperietis idcirco hæc in uno homine conſtituta, ut cæteris formidines, &c.

IDEA, æ, p. p. (ἰδέα) ἀπὸ τοῦ εἴδους, eſt prima rerum ſpecies, & inchoata intelligentia. Cice. in Orat. Has rerum formas appellat Ideas ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicẽdi grauiſſimus auctor & magiſter Plato, eaſq́ gigni negat, atq́ ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno, & eodem ſtatu. Ideas (inquit Augu lib. 70. Quæſtionum) Latinè, poſſumus uel formas, uel ſpecies dicere, ut uerbũ è uerbo tranſferre uideamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autem Ideæ exẽplaria æterna eorum, quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et, ut res apertior fiat opus eſt, præter omnes homines intelligere quendam hominem, & præter omnes equos, equum. & pręter animalia, animal ingenitũ. Et quemadmodum ex uno ſigillo complures fiunt impreſſiones, ſic ex uno homine ſexcenta millia hominum. Et hæc eſt Platonis idea: a qua Ariſtot. diſſentiens, nullas putat eſſe ideas. Euſebius lib. Pręp. Ideam ſic definit. Idea eſt perpetua ſubſtantia, cauſa & principium, ut ſingularia talia ſint, qualis eſt ipſa: et quẽadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, ſic quę omnia in ſeipſa continet pulcherrima atq́ perfectiſſima, huius mundi exemplar eſt, ad q̃ a creatore Deo ab uniuerſa ſubſtantia mundus ſimillimè formatus eſt.

IDEM, {Quello iſteſſo, quel medeſimo}(ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτὸ) componitur ex Is, & Demum. Io maſc. gen. nominatiui ſingul. producit priorem, quam in neu. gene. corripit, tam in nominatiuo, q̃ accuſatiuo. Verg. 4. Aen. Idem ambas ferro dolor, atq́ eadem hora tuliſſet. Iuu. Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum. Accuſatiuus maſc. & fœm. gen. mutat m, in n, ante d, euphoniæ cauſa: ut Eundem, Eandem. Cæteri uero caſus ex integro & corrupto compoſiti inueniuntur: ut Eadem, Eiuſdem, Eidem, Eodem: ĩdem, eadem, eadem, eiſdem, uel ĩſdem, eoſdem. Itaq́ per duo ĩ, uel per e, & i, regula exigit ſcribi tam nominatiuum pluralem maſculinum, q̃ datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen poetæ per ſynæreſin duo ĩ, in unum contrahere. Vnde Iidem, & Iiſdem in carmine ſunt diſſyllaba. Ponitur interdum pro etiam. Cice. Et huic coniuncta beneficia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet. i quam etiam. Quin, ſi cauſam ueneficij dicat adultera. non M. Catonis dãnata iudicio uideat, qui nullam adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. Ab Idem fit Itidem, quaſi, Item idem, quod eſt ſimiliter eodem modo. Vide ſuo loco.

IDENTIDEM, p. c. {Souente, ſpeſſe fiate}(θαμινὰ, αὖθις καὶ αὖθις) componitur ex Idem geminato. ſed prius m, in n, mutatur, & t, interponitur euphoniæ cauſa, ſignificatq́ & frequenter, & (ut inquit Vall. lib. 2.) cum quodam interuallo. Liui. libro 1. Vnam longè ante alias inſignem ſpecie, & pulchritudine a globo Thalaſſij cuiuſdam raptam ferunt, multisq́ ſciſcitantibus, cuinam ferrẽt, identidem, ne quis uiolaret, Thalaſſio ferri clamitatem. Sueton in Cæſ. Cum M. Cato identidem, nec ſine iureiurando denuntiaret, delaturum ſe nomen eius ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet. id eſt, frequenter, ſubinde, & quod uulgo dicimus, per repetitas uices.

IDEO, {Perciò}(ὑπὲρ οὗ, διὰ τοῦτο) cõiunctio collectiua, ſiue rationalis ſignificans idcirco. Cice. in Ver. Ideo Claudius retulit, ut iſte auferret? Idem 1. de Inuent. Hæc ideo diligentius inducitur præſcriptio, ut poſſit, &c.

IDICVS, a, um poſſeſſiuum ab Ida monte. Plin. li. 16. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas pro montanis omnibus ſumunt. ut inquit Nicander.

IDMON, onis. p. ge. cor. (Ἴδμων) uates inter Argonautas, Apollinis, & Aſteriæ filius, ex Idmone autem et Theſtia, Theſtor: è Theſtore Chalcas eſt uates, ut placet Pherecydi. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium eſſe dicit, & item Herodotus, Volaterranus.

IDIOGRAPHVM, p. co. (ἰδιόγραφον) Latinè priuata ſcriptura.

IDIOMA, atis, {Idioma, linguaggio}(ἰδίωμα) proprietas ſermonis: ut ſunt quinq́ idiomata Græcorum, quæ Dialecti uocantur.

IDIOTES, ſiue Idiota, p. p. {Ignorante, idiota}(ἰδιώτης) propriè idẽ eſt quod priuatus, nulloq́ munere publico fungens. Vnde ἰδιωτεύειν dicunt Græci pro eo quod eſt priuatam uitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid ni, & tu idem illiteratum me, atq́ idiotam diceres? Cic. 7. Ver. Quæ non modo iſtum, hominem ingenioſum, atq́ intelligentem, uerũ etiam quemuis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent.

IDOLOLATRA, {Adoratore d'idoli}(εἰδωλολάτρης) idolorum cultor.

IDOLOLATRIA, (εἰδωλολατρεία) ſimulacrorum cultura: compoſitum ex εἴδωλον, λατρεία.

IDOLOPOEIA, (εἰδωλοποιΐα) figura eſt, qua introducimus perſonam mutam, ſed mortuam, & quæ loqui deſierit: ſicut in Hecuba Euripidis Polydori introducitur idolum, & Appij Cæci in oratione Cice. pro M. Cælio.

IDOLOTHYSIA, (εἰδωλοθυσία) cum accentu in antepenultima, immolatio quæ fit idolis.

IDOLOTHYTVM, p. p. (εἰδωλόθυτον) immolatum idolo.

IDOLVM, li, pe. pr. {Idolo, ſimolacro}(εἴδωλον) ſimulacrum, imago. Cic. 1. de Finib. Imagines, quæ Idola nominant. Nonnunquam accipitur pro ſpectro, ſiue phantaſmate. Plin. in Epiſt. Mox apparebat Idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba.

IDOMENÆ, (Ἰδομεναί) Macedoniæ oppidum, apud Stepha. Gentile Idomenius, (Ἰδομένιος) uel Idomenenſis: quo utitur Plin. lib 4. cap. 10.

IDOMENEVS, per quatuor ſyllabas (Ἰδομενεύς) Deucalionis filius, Cretenſium rex, qui contra Troianos ſtrenuè dimicauit. Troia autẽ euerſa, cum in patriam renauigaret, ſubito oborta tempeſtate ſolemne uotum cõcepit, ſi ſe Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum quod primũ ſibi occurreret. Contigit autem, ut filius eius ei primus occurreret: quem cum immolare uellet, a ſuis pulſus, fugit in Calabriam: ubi iuxta Salentinum promontoriũ oppidum condidit. Hæc refert Seruius in illud Verg. 3. Aene. Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus.

IDONEVS, a, um, {Atto, conueniente}(ἐπιτήδειος) conueniens, aptus, & alicui rei natus. Teren. in Aod. Adeon' uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis. Idoneus auctor, (ἀξιόπιστος) fidelis & ſufficiens. Cic. ad At. Nõ mihi ſatis idonei ſunt auctores ĩ, qui à te probantur. Idonea, orũ. Taci. li. 4. At apud idonea prouinciarum: id eſt, apud idoneos locos prouinciarum. Inde Idonee aduerbium pro apte, ſiue cõmode. Ci. 1. de Inuen. Exordiũ eſt oratio, auditoris

animum

animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

IDOTHEA, (Ἰδοθέα) nomen proprium filiæ Procti Argiuorum regis, apud Homer. 11. Odyſſ.

IDRYEVS, (Ἰδριεύς) Hecatomi Cariæ regis filius, frater Mauſoli qui Arte miſiæ ſorori in regnum ſucceſſit. Strabo lib. 14.

IDVLIS, ouis quæ omnibus idibus Ioui immolabatur. Feſtus.

IDVARE, {*Diuidere*} lingua Hetruſcorum diuidere eſt. Inde Viduam dictam putat Gellius, quaſi uæ iduam hoc eſt, ualde diuiſam.

IDVMÆI, (Ἰδουμαῖοι) populi inter Iudæam & Arabiam ſiti, ad Occaſum Caſio monti proximi. Orti ſunt à Nabathæis, teſte Strab. lib. 6. qui orta domi ſeditione, relictis ſedibus ſuis extrema Iudææ occuparunt. Horum regio Idumea dicitur, ab Idume oppido: cuius meminit Lucan. lib. 3. Gazaq́ȝ, & arbuſto palmarum diues Idume. Hinc fit Idumæus, mæa, um, Ἰδουμαῖος. Verg. 3. Geor. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

IDVS, duum, dibus, (εἰδοί) pluralis tantùm numeri, & fœm. gener. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies eſt decimuſquintus, in reliquis decimuſtertius. Dictæ Idus, ut quidā putant, ab antiquo uerbo Iduare, quod eſt diuidere, propterea quòd circa medium menſis exiſtentes, in duas partes propemodum æquales, menſem diuidere uideantur. Varro uocis huius etymon è lingua Sabinorū, aut Hetruſcorum ductam putat: qua de re uide ipſum lib. 4. de lin. Lat. Ab Idibus autem denominationem ſumunt ſeptem dies Nonas immediate ſubſequentes; non quòd ipſę ſint Idus, ſed quòd eas antecedant. Vnde Octauo, ſeptimo, ſexto, quinto, quarto, tertio, & pridie Idus dicimus: hoc eſt, Octauo uel ſeptimo die ante Idus. Ab Idibus Idules dictæ ſunt oues, quę ſingulis Idibus Ioui immolabātur.

IDYA, dicta eſt à Cicerone mater Medeæ, quam Ouid. Hypſeam uocat, cùm inquit, Non erat Aeetes, ad quem deſpecta rediret, Non Hypſea parens, Chalciopeq́ȝ ſoror.

I ANTE E.

IEBVS, (Ἰεβοῦς) ciuitas in finibus Iudææ, Iebuſæorum metropolis, qui ab ea nomen acceperunt.

IECVR, iecoris, & iecinoris, qui genitiuus (ut inquit Priſcianus) uidetur eſſe à nominatiuo Iecinus, qui non eſt in uſu. {*Fegata*} Eſt autem Iecur, uiſcus incraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ, uenarum omnium principium, & primum ſanguinis generandi inſtrumentum, uentriculum lobis quibuſdam, quaſi digitis, circunquaq́ȝ complectens. A Græcis dicitur ἧπαρ. Mart. lib. 13. Aſpice quàm tumeat magno iecur anſere maius.

IECVSCVLVM, li, {*Fegatella*} (ἡπάτιον) diminutiuum, paruum iecur. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur.

IEIVNIVM, nij, {*Il digiuno*} (νηστεία, ἀσιτία) abſtinentia à cibo, uel dies, quibus à cibo abſtinemus. Liu. 6. bel. Maced. Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex S.C. Decemuiri cùm adiſſent, renunciauerunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoq́ȝ anno ſeruandum eſſe. Ieiunio laborare, apud Colum. lib. 3. cap. 12. Ouid. 1. Metam. Longa domat illos inopi ieiunia uictu. Idem 15. Metam. Carne feræ ſedant ieiunia.

IEIVNO, pen. pr. (νηστεύω) à cibis abſtineo.

IEIVNIVM, INTESTINVM, (νῆστις) medium inter cephyſin, & Ileon ſitum obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuo inane reperiatur. Nulla enim cunctatione expellit, quicquid acceperit, affluentis in ſe bilis acrimonia laceſſitum. Hoc antiqui Hiram, & per diminutionem Hillam dixerunt (ut inquit Feſtus) & Hillum neutro genere.

IEIVNVS, a, um, {*Digiuno, che non ha anchora mangiato*} (ἄσιτος, ἄγευστος) qui cibum nondum guſtauit. Plau. in Pſeud. In cœnam qui ieiunus uenerit, aut ſitiens, la riſu, & uentre raſo uigilabit ſedulò. Idem Capt. Neq́ȝ ieiuniosiorem, neq́ȝ magis effractum fame uidi. Ieiunus animus, per tranſlationem, pro languido & imbecillo, apud Cice. 4. Phili. quoniam qui ieiuni ſunt, minimum habent uirium. Ieiuna auiditas, hoc eſt, maxima, & qualis ieiunis eſſe ſolet. Plin. lib. 10. cap. 3. Ex ieiunæ ſemper auiditatis, & querulæ murmurationis. Ieiuna oratio cui opponitur copioſa & plena. Ieiuna glarea, apud Vergilium, pro ſicca & ſterili terra. Ieiuna ſaliua, apud Col. quæ ab homine ieiuno expuitur.

IEIVNE, aduerbium, ut, Ieiunè de re aliqua diſputare, agere, dicere: hoc eſt, exiliter, frigide, & languide admodum. Cicer. in Orato. Quod cùm ſtatuerit, tum ut quidq́ȝ erit dicendum, id dicet: nec ſatura ieiune, nec grandia minute, nec item contra.

IEIVNITAS, atis, {*Digiuno, aſtinenza dal cibo*} (νηστεία) proprie eſt abſtinentia à cibo, quanquam per tranſlationem pro exilitate, & ariditate accipitur: cui contraria eſt Vbertas, & Copia. Cice. 2. Tuſcul. Sed reperiebantur nonnulli, qui cum obruerentur copia ſententiarum, atq́ȝ uerborum, ieiunitatem, & famem ſe malle, quàm ubertatem & copiam dicerent. Sic de Clar. Orator.

IENTACVLVM, li, {*Collatione, mangiare inanti diſnare*} (ἀκρατισμός) cibus qui ante prandium ſumitur. Mart. in Diſtic. Surgite, iam uendit pueris ientacula piſtor: Criſtatæq́ȝ ſonant undiq́ȝ lucis aues.

IENTO, ientas, {*Far collatione*} (ἀκρατίζομαι) aliquid ante prandium guſto, Varro Marcipore, ut citat Nonius: Vt cal. ac Remp. adminiſtret, et quòd pulli ientent. Afranius. Dum exeo domo in ientare nulla inuitat.

IENYSVS, (Ἰηνυσός) oppidum in ora Syriæ, tridui itinere a Caſio monte diſtans. Herodo. lib. 3.

IERNA, (Ἴερνα) Artabrorum fluuius in Hiſpania, apud Melam libro 3. Strabo Iernam Artabrorum montem eſſe tradit: a quo uerſimile eſt eiuſdem nominis amnem profluere.

IES, IETIS, ciuitas eſt Achaiæ, in promontorio eiuſdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluens, ſex millibus paſſuum nauigatur. Tortellius.

IESVS, (Ἰησοῦς) apud Græcos & Latinos dictio eſt triſyllaba, Hebræorum lingua ſonans ſeruatorem.

IETERVS, Mœſiæ fluuius, ex Rhodope profluens. Auctor Plin. lib. 4. ca. 26.

I ANTE G.

IGITVR, {*Adunque, dunque*} (οὖν, τοιγαροῦν) collectiua uel rationalis coniunctio eſt, ex præcedentibus concluſionem inferens: adhibeturq́ȝ (ut inquit Valla) breuioribus concluſionibus. Cic. pro Lig. Habes igitur Tubero, quod accuſatori maxime optandum, confitentem reum. Ponitur interdum pro inde, ſiue poſtea, &c. Teren. in Eunuch. Quid igitur faciam? Plaut. in Amph. Sin aliter ſient animati, neq́ȝ dent, quæ petant: Seſe igitur ſumma ui, uiriſq́ȝ eorum oppidum expugnaſſere.

IGNARVS, a, um, {*Pazzo, ignorante, negligente*} (ἀγνώς) cōpoſitum ab In & Gnarus, idem ſignificans quod neſcius. Ter. Eun. Imprudens harum rerū, ignaruſq́ȝ omnium. Verg. 3. Aene. Aut quis te ignarum noſtris deus appulit oris? Vbi ignarum dixit pro imprudēte. Idem 1. Aen. O ſocij, neq́ȝ enim ignari ſumus ante malorum. Vbi Ignari poſuit pro immemores. Accipitur etiam interdum paſſiue, pro ignoto uel ignorato: ut annotauit Gel. Noct. Att. lib. 9. cap. 12. Verg. 10. Aeneid. Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Ouid. Metam. lib. 7. Iamq́ȝ aderat Theſeus proles ignara parenti id eſt, parenti incognita.

IGNAVIA, æ, {*Paura, pigritia, dapocaggine*} (ῥᾳθυμία, ἀργία) ab Ignauus fit. & eſt contraria fortitudini, cùm quod ratio aggredi fortiter ſuadet, id nos formido aggredi diſſuadet, & ab audendo retinet. Sallu. in Cat. Scitis quidem, milites ſocordia, atq́ȝ ignauia Lentuli quantā ſibi nobiſq́ȝ cladem attulerit. Cic. in Lęl. Vt cum aliqua curares ſibi contrarias aſpernetur, atq́ȝ oderit, ut bonitas malitiam, temperantia Libidinem, ignauiam fortitudo. Idem ignauiam puſilli & abiecti animi uitium eſſe oſtendit, ad Cælium ſcribens: Etenim etiā hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrum Hortenſium, quòd nunquam bello ciuili interfuiſſet: hoc noſtra laus erit illuſtrior: quod tribuebatur ignauię de nobis id exiſtimari non poſſe arbitror. Quid aūt ſit fortitudo docet auctor ad Herenniū lib. 4. Iſta non eſt fortitudo (inquit) ſed temeritas. propterea quòd fortitudo contēptio eſt laboris, & periculi cū ratione utilitatis, & cōpenſatione cōmodorum. Temeritas eſt cum inconſiderata dolorum perpeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio. Ignauo item opponitur ſtrenuus. Sallu. in Catil. Compertum ego habeo, milites, uerba uirtutē non addere, neq́ȝ ex ignauo ſtrenuum, nec fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri. Ex his colligi poteſt, quòd Gnauus ſit his, qui induſtrius eſt, & ſtrenuus, ſiue fortis, ἐνεργός, ἀνδρεῖος. Cuius contrarium eſt ignauus, qui non eſt induſtrius: id eſt, qui negligit, aut formidat rem aliquam egregiam aggredi, aut in re bene cœpta perſeuerare ἀργός, ῥᾴθυμος, ἀναφρόδιτος. Verg. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent hoc eſt, inutile, & nullius artis. Cic. 1. Tuſ. Vt enim ſit in prœlio, ut ignauus miles, ac timidus ſimul ac uiderit hoſtem abiecto ſcuto fugiat. Liu. 5. ab urb. Cum concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fuſos eſſe ab ignauiſſimo, & fugaciſſimo hoſte. Differt hoc tamen, quantum intelligo inter Gnauum & Induſtrium, quòd Gnauus proprie ſit is, qui ad ſubeunda pericula, ac labores tolerandos, ſapiens & fortis eſt. Induſtrius, qui ingenio cùm multum ualeat, ut artifex bonus, aliquid ſtruere & negotiari, non otiari ſtudet. Cice. pro Pomp. Ex cæteris ordinibus homines ignaui & induſtrij, partim in Aſia negotiantur, quibus abſentibus uos conſulere debetis, partim eorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Componitur ignauus ex In, & Gnauus, ſiue ex In, & Nauus, n, in g. mutata. Vide Gnauus.

IGNAVE, ſiue Ignauiter, aduerbium, {*Pigramente, lentamente*} (ῥᾳθύμως) lente, & ſegniter. Cicer. 2. Tuſc. Sed hoc quidem in dolore maxime eſt prouidēdum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, muliebriter'ue faciamus. Hircius ad Cic. Rure iam tedierim, quæris? An ego, cùm omnes calcant, ignauiter aliquid faciam?

IGNAVIT, teſte Nonio, antiqui dixerunt pro ignauum fecit. Afranius Aeneadis decimo, ut citatur a Nonio in parte inferiori hic implicabitur caput, fateor: ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio. Verbum eſt omnino obſoletum.

IGNESCO, ſcis, ſcere, {*Diuenir di fuoco*} (πυρόομαι) ab antiquo Igneo, gnes. idem eſt quod ignitum fieri, & in ignem conuerti. Plin. lib. 34. ca. 8. Idemq́ȝ in uncias additis auri ſcrupulis ſenis, præteniut pyropi bractea igneſcit. Cic. 2. de Natu. Deo. Ex quo euenturum noſtri putat id, de quo Panætium addubitare dicebant ut ad extremum omnis mundus igneſceret. Per tranſlationem accipitur pro excandeſcere, uel uehementer iraſci. Verg. 9. Aene. Haud aliter Rutulo muros, & caſtra tuenti Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet. Col. lib. 10. Ante amor igneſcit mentis, ſæuitq́ȝ medullis.

IGNIA, quædam uaſorum fictilium uitia, quæ coquendo contrahuntur. Feſt.

IGNIARIVM, rij, {*Focile, batifuoco*} (πυρεῖον, ἐναυσμα, ἐμπύρευμα) eſt quo ignis elicitur, conſtatq́ȝ è ſilice, & ferro, quæ colliſa ignem emittunt: unde ſcintillę decuſſæ, & in fomite linteoq́ȝ adulto exceptæ, flammam excitant. Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignem concipientibus. Pli. lib. 16. cap. 40. Calidæ morus, laurus hedera, & omnes, e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris paſtorumq́ȝ repertus, quoniam ad excutiendum ignem nō ſemper lapis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, ignemq́ȝ concipit attrita, excipiente materia aridi fomitis.

IGNEVS, a, um, {*Di fuoco*} (πύρινος, ἔμπυρος) quod eſt ex igne, ſiue quod ignis naturam habet. Cice. 2. de Natu. Deor. Nam omne, quod eſt calidum, & igneum, cietur, & agitur motu ſuo. Igneus color, qui ignem imitatur. Pli. lib. 8. cap. 38. Arceſcit uc in gemmas carbunculis ſimiles, & igneo colore fugientes. Igneus feruor, Idem libr. 9. cap. 60. Hunc tam igneum feruorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contracta durat.

IGNICVLVS, culi, (πυρίδιον) proprie diminutiuum eſt ab Ignis. Iuu. Sat. 3. Igniculum brumæ, ſi tempore poſcas. Per metaphoram accipitur pro incitamento, & ſtimulo quodam, quo accendimur ad capeſſendam uirtutem. Cice. 3. Tuſcu. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibuſq́ȝ deprauatis ſic reſtinguimus, ut nuſquā naturæ lumen appareat. Ingenij igniculi. Quin. in Proœ. lib. 6. Deſiderij igniculus, Cice. ad Trebonium lib. 15. Epiſt. Virilis igniculus. Idem ad Att. lib. 15.

IGNITVS, a, um, {*Affocato, infocato*} (πύρωτος, διάπυρος) nomen adiectiuū pro candente: ut, Ferrum ignitum. Accipitur item pro eo quod quandam ignis ſimilitudinem refert, quodq́ȝ calidæ, igneæq́ȝ eſt naturæ. Sic Apuleius ignitam eſſe Martis ſtellam dixit. Ignitius uinum hoc eſt, uehementius & generoſius. Gell. libro 17. cap. 8. Tum ego reſpondi, coniectare me uinum idcirco minus coaleſcere, quod ſemina quædam caloris in ſeſe haberet, eſſetq́ȝ natura ignitius.

IGNIFER, ra, rum, {*Che porta fuoco*} (πυροφόρος) ferens ignem. ut Lampadas igniferæ. Lucre. libro 2. Ouid. 2. Metamor. Non tamen ignifero quiſquam

conſiſtere in aere Me ualet exceptio.

IGNIFLVVS, flua, um: ut, Cauernæ igniſluæ, apud Claudianum libro 6. Panegyr.

IGNIPOTENS tis, pen. nominatiui cor. (πυρσθενής) dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat. Verg. 8. Aene. Illam inter ſedes pallentem morte futura Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.

IGNIS, {Fuoco} (πῦρ) ab in priuatiuo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil naſcatur. Verg. 4. Georg. Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis. Per metaphoram accipitur pro amore. Verg. 4. Aen. Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. Interdum pro eo, uel ea, quam amamus, hoc eſt, pro ſcorto, eò quòd amantes ſcortorum amore ueluti flagrent, & urantur. Verg. 3. Eclo. At mihi ſeſe ultrò offert meus ignis Amynthas. Vnde Igneus, a, um, de quo ſupra.

IGNIS SACER, quis dicatur explicat Celſus lib. 5. his uerbis: Sacer quoque ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſunt. Alterū eſt ſubrubicundum, aut miſtum rubore, atque pallore, exaſperatumque per puſtulas continuas, quarum nulla altera maior eſt. In his ſemper ferè pus, et ſæpe rubor cum calore eſt. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Alterum autem eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine, latum, ſublinidum, &c. Seruius in illud Verg. 3. Geor. Contactos artus ſacer ignis edebat. Sacer, inquit, ignis eſt, quem Græci ἱερὰν νόσον, appellant, Quod tamen manifeſtè falſum eſt. Nam ἱερὰ νόσος ut inter medicos omnes cõuenit, idem eſt morbus cum epilepſia, ſiue morbo comitiali, quem et Latini morbum ſacrum appellant. Rectius itaque ſentit Manardus, ignem ſacrum à Latinis appellari, quod Eryſipelas dicunt Græci. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis ſacri multa aſſerit eſſe genera: inter quæ periculoſiſſimum eſt, quod Græci Zoſter uocatur, hominem medium ambiens, &, ſi cinxerit, enecans.

IGNIPES, ignipedis, {Che ha piedi di fuoco} (πυρίπους) igneos pedes habēs: quod epitheton Solis equis tribuit Ouid. 2. Meta. Tunc ſciet ignipedum uires expertus equorum Non meruiſſe necem, qui non bene texerit illos. Martia. lib. 1. Ignipedes poſſet ſine Colchide uincere tauros. Sic enim legunt nonnulli. Quo tamen in loco legendum eſt, Aeripedes tauros, cum diphthongo in prima ſyllaba. Loquitur enim Poeta, de tauris illis Aeetæ Colchorum regis, quos Poetæ fabulantur habuiſſe pedes æneos. Quod & ipſum indicat Ouid. in Epiſt. Medeæ ad Iaſonem his uerſibus; Martis erant tauri, plus quàm per cornua ſæui, Quorum terribilis ſpiritus ignis erat: Aere pedes ſolidi, prætentaque naribus æra, Nigra per afflatus hæc quoque facta ſuos.

IGNISPICIVM, {L'arte dello indouinare dal fuoco} (πυρομαντεία, πυρομαντεία) ea forma dicebatur ab antiquis, qua Haruſpicum. Erat autem diuinationis genus, quod ab ignis inſpectione ſumebatur. Plin. lib. 7. cap. 56. Aruſpiciū Delphus, ignispicia Amphiaraus, auſpicia auiū Tireſias Thebanus inuenit.

IGNITABVLVM, ignis receptaculum, πυρεῖον: Feſtus.

IGNIVOMVS, pen. cor. {Che uomita fuoco} (πυρίβολος) ignem uomens. Lactantius in Carmin. de Reſurrectione Domini: Altius ignivomum Solem cœli orbita ducit.

IGNOBILIS, bile {Ignobile, uile, incognito} (δυσγενὴς, ἄσημος) dicitur ignotus, incognitus, uilis, & abiectus: cuius contrarium eſt Nobilis, hoc eſt, clarus, celebris, conſpicuus. Verg. lib. 7. Solus ubi in ſyluis Italis ignobile æuum exigeret. Cice. 1. Tuſc. Quid? Cirenæum Theodorum philoſophum non ignobilē, non'ne miramur? Verg. 1. Aeneid. Seuitque animis ignobile uulgus.

IGNOBILITAS, tatis, {Ignobilità, humiltà, uiltà} (δυσγένεια) uilitas, humilitas, obſcuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum. Cic. pro Roſc. Amer. Iam quos nemo propter ignobilitatē nominat, ſexcenti ſunt. Idem 1. Tuſ. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Ignobilitas generis. Cice. pro Mur. Quanquam ego iam putabam, iudices, multis uiris fortibus, ne ignobilitas generis obijceretur, meo labore eſſe perfectum. Ouid. 6. Metam. Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum, Mira tamen.

IGNOMINES, {Che non hanno laude, ſenza nome, ſenza grido} (ἀνώνυμοι, δυσκλεεῖς) qui laude & gloria carent, quaſi inglorij, illaudati. A quo

IGNOMINIA, æ, {Infamia, uituperio, uergogna, biaſimo} (ἀτιμία, δυσφημία) nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. Componitur ex in, & Nomen n, litera commutata in g. Dicitur n. Ignominia, quaſi boni nominis priuatio. Cic. lib. 4. de Repub. itaque cum omnis ea iudicatio uerſetur tātummodo in nomine, animaduerſio illa Ignominia dicta eſt. Idem Thermo: Oſtendi graues te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis, ignominia affectus eſſet. Et hercle ſine dubio erit ignominia: Habes enim neminem gradu ſuperiorem.

IGNOMINIOSE aduerbiū, {Vergognoſamente, con infamia} (ἀτίμως) cum ignominia, & dedecore.

IGNOMINIOSVS, a, um, {Vituperato, ſuergognato} (ἄτιμος) notatus infamia. Quin. lib. 7. cap. 2. Tibi, inquit accuſator, illos non licuit occidere: exul. n. eras & ignominioſus. Accipitur enim ignominioſus, pro eo quod affert ignominiam. Liu. 3. ab urb. Hos ignominioſa fuga, domum ſe recipientes Romanus conſul Algido conſequutus, ad unum omnes occidit.

IGNOMINIO, as, {Far uergogna, far uituperio} (ἀτιμάζω) ignominia afficio, uerbum eſt parum uſitatum: legitur tamen participium Ignominiatus, pro ignominia affectus. Gel. lib. 9. ca. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatusque ſit à C. Cæſare Laberius poeta.

IGNORABILIS, le, {Incognito} (ἄγνωστος) quod non cognoſcit, uel quod facile ignorari poteſt. Plaut. in Pſeud. Quis eſt, qui oculis obuiam ignorabilis obijcitur? Gel. lib. 9. cap. 12. Alterum autem illud ignorabilius, obſcuriusque eſt. Cic. 2. de Inuent. Quod leuis facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit.

IGNORANTIA, æ, & Ignoratio, onis, uide Ignoro, as.

IGNORO, pen. pro. {Non ſapere} (ἀγνοέω) neſcio. Cic. pro Mil. At uero tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe uerſaris? tuæ peregrinantur aures? neque in hoc peruulgato ciuitatis ſermone uerſantur? Ignoror paſſiue. Oui. 1. Tri. Ele. 4. Si tamen hæc nauis uento ferretur amico, Ignoraretur forſitan iſta fides. Ab Ignoro, fit Ignoratio, & Ignorantia, ἄγνοια: ſed Ignoratio ad actum, et rem pertinet, quæ penitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Cic. lib. 3. Off. Quotus enim quiſque reperitur, qui impunitate et ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria? Idem de Ami. Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis, in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corrupte legitur Ignorantiam. Idem pro Aul. Cluen. Quod erat odium, Dij immortales, quæ ſuperbia, quanta ignoratio ſui? Ignorantia uero, ingenij uitiū eſt, cum quis ignorat, quid facere debeat, aut dicere. Quint. lib. 7. cap. 2. Ignorantia prætendi non poteſt. Cicer. pro Flac. Vbi adoleſcentes nihil poſſint diſcere, niſi ignorantiam literarum. Quid autem interſit inter Imprudentiam & Ignorantiam, docet Donatus his uerbis: imprudens, per ſe: Ignarus, per alios ἀγνοῶν. Ita & Imprudentia per ſe, Ignoratio per alios.

IGNOSCO, ſcis, ui, tum, {Perdonare, ſaper bene} (ἐπιγινώσκω) ualde noſco, et diſco. Auget enim hic In præpoſitio, uerbi ſignificationem. Varro: Vos qui in theatrum uoluptatem auribus aucupatum concurriſtis domo, adeſte, & à me quæ feram, ignoſcite: domum ut feratis a theatro literas. Verum hoc rarum eſt, & propemodum obſoletum. Nam frequentius Ignoſcere, eſt ueniam dare, errata habere, &, ut ait Cic. ad Att. ſcelera potuiſſe præterminttere, συγγνώμην ἔχειν, συγγινώσκειν. Vbi In Præpoſitio priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorem. Plau. in Aul. Id adeo te oratū aduenio, ut animo æquo ignoſcas mihi. Teren. in Adelp. Venit ipſus ultro lacrymans, orans, obſecrans, Fidem dans, iurās ſe illam ducturum domum. Ignotum eſt, tacitum eſt. Lactan. lib. 5. poſuit pro ignoto, & non intelligo, ἀγνοέω. Tum (inquit) quid legerint, ignouerunt. Gel. lib. 1. Contra patriam (inquit Cic.) arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profectò nemo ignouit, id eſt, neſciuit. Ab Ignoſco fit participium Ignoturus. Cice. in Caton. Ignoturum alteri, quòd patrem, alteri, quòd tutorem ſecutus eſſet Cato libro 5. Orig. Quod eorum nemo mihi ignoturus eſt. Quidam tamen contra regulam a præſenti tempore protulerunt futurum Ignoſciturum. Piſo Piu. libr. 2. Annalium: Quodcunque deliquiſſet, ignoſciturum aſſirmabat.

IGNOSCENS, ignoſcentior, nomen ex participio, {Colui che facilmente perdona, perdonatore. Boc. Tu ſarai patiente ò perdonatore dell'ingiurie} (συγγνωμονικὸς) qui facile condonat, & ignoſcit. Ter. in Heaut. Mi Chreme peccaui, fateor: nunc te obſecro, Quantum tuus eſt animus natu grauior, Ignoſcentior, Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi.

IGNOSCENTIA, æ, {Perdono. Petr. Spero trouar pietà non che perdono} (συγγνώμη) condonatio peccati. Gel. libro 7. cap. 3. Interdum autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat, & ignoſcentias utiles eſſe rebus humanis docet.

IGNOSCIBILIS, ſcibile, {Degno di perdono} (συγγνωστός) uenia dignus. Gell. libro 13. cap. 20. Hic ueſter huiuſmodi ueſtitus, de multo iam uſu ignoſcibilis eſt.

IGNOTVS, a, um, nomen adiectiuum, non participium, ut quidam putauerit {Incognito. non conoſciuto} (ἄγνωστος) Incognitus, id eſt, qui ignoratur. Verg. lib. 3. Aeneid. Ignoti noua fœma uiri. Locis ignotis errare, Ouid. 4. Metam. Verba obſcuriora & ignotiora. Quint. libe. 7. cap. 4. Pars ignotiſſimæ turbæ, Claudian. in Europ. Interdum actiue ponitur pro inſcio, hoc eſt, pro eo, qui ignorat, ἀγνώς. Quin. 6. Declam. Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filij mei nouerca, ſed mater. Hoc eſt, ignorans.

I ANTE L.

ILAPINASTES, (εἰλαπιναστὴς) cognomen Iouis apud Cyprios, inde dictum, quod magnifico apparatu, ſplendidiſque epulis, quas εἰλαπίνας uocāt Græci, colebatur. uide Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 24.

ILARCHVS, (ἴλαρχος) equitum turmæ præfectus. Nam Græci ἴλας, equitum turmas appellant. Vide Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 24.

ILBA, Vide Ilua.

ILE, per ſimplex l, ilis, neu. gen. (ἰσχίον) inteſtinum eſt omnium arctiſſimum, immediate uentriculo adhærens, in homine quidem, & oue Lactes dictæ, in cæteris animantibus Ile appellatum. Plin. lib. 11. cap. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris ile: unquibus capaciora inteſtina ad aluum, homini que flexuoſiſſima orbibus.

ILEOS, (εἰλεός) uel Ileus, morbus gracilioris inteſtini, quando ſcilicet obſtructis tenuibus inteſtinis, exitus excrementis negatur. Vnde eos, qui hunc morbum patiuntur, ſtercus per os uidemus eijcere. Plin. lib. 30. cap. 7. Grauiſſimum uitium Ileos appellatur.

ILEDRA, dæ, (ἴλερδα) oppidum Citerioris Hiſpaniæ, in conuentu Tarraconenſi, non procul a Sycori fluuio: cuius meminit Ptole. lib. 2. cap. 6.

ILERGETES, Hiſpaniæ populi, in tractu Tarraconenſi, non procul ab Ibero amne. Auctor Plin. lib 3. cap. 3.

ILEX, icis, per ſimplex l, & gen. fœm. (πρῖνος) arbor eſt glandifera magnitudine roboris, folio aculeato, leui cortice: cuius duo ſunt genera: quæ uide apud Plin. lib. 16. ca. 6. Verg. lib. 6. Aene. Talis erat ſpecies auri frondentis opaca Ilice: ſic leni crepitabat bractea uento. Procera ilex, Horat. Epod. 15. Ramoſa ilex, Ouid. 8. Metam. Arguta ilex, Verg. Eclog. 7.

ILIA, æ, (ἰλία) quæ & Rhea. Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulſo iam Numitore fratre, & interfecto euſdem filio Lauſo, uirginem ueſtalem fecit, ut habendæ prolis occaſionem adimeret, & ne quid ſupereſſet de prole Numitoris. Veruntamen Ilia dum aquam pro ſacris quæreret, obdormiuit, & in ſomnijs illi uiſum eſt, ſe a Marte compreſſam, & ſic geminos concepit: quos cum peperiſſet, partus exponi iuſſit, matremque Iliam uiuam apud Tyberim fluuium infodi: unde poetæ eam Tyberi nupſiſſe fingunt, qui ob id quoque uxorius amnis Horat. lib. 1. Carm. dicitur. Quid uero pueris acciderit, unde ſupra in dictione Amulius. Verg. lib. 1. Aen. Donec regina ſacerdos,
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

ILIA, ilium, {I fianchi} (λαγόνες, κενεῶνες) partes ſunt imi uentris, inter coxas & pubem poſitæ, teſte Celſo libr. 4. cap. 1. Perſius Satyr. 4. Ilia ſubter Cæcum uulnus habes. ſed lato baltheus auro Protegit. Plin libr. 11. cap. 37. Ilia appellat arterias quaſdam, quæ inter ueſicam, & aluum ſitæ, tendunt ad pubem. Sunt qui hoc nomen etiam ſecundæ declinationis eſſe aſſerant, addicentes teſtimonium ex libro 4. Corn. Celſi, ubi ſic legunt: Deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa ilijs fœminæ latera ſua innectit. Qui tamen in loco pleraque exemplaria Ilibus habent, non Ilijs. Et profectò quum nominatiuus ſingularis, Ile, paſſim legatur, nemini dubium eſſe debet, quin in numero plurali etiam

ſit tertiæ

ſit tertiæ declinationis. Nam quod apud Marullum Mimographū legitur, Tu Hectorem imitaris:ab Ilio nunquam recedis. Alluſio eſt, ad Ilium agri Troia ni urbem, ut maior ioco gratia adderetur. Hinc deductus nomen adiectiuumIlioſus, qui ex ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαγγόνος uocant.

ILIACVS, a, um, pe. cor. (ἰλιακὸς) poſſeſsiuum deductum ab Ilio, agri Troiani urbe. Verg. 1. Aene. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Ilius, a, um, idem Verg. 9. Aen. —Quam miſeram tenuit non Ilia tellus. Iliacus, morbus à Plauto uocatur, qui uiſcitat Ilia: ſed hoc ut pleraq; alia apud Plaut. credi- derim eſſe fictitium, ut ambiguitate uocis riſum captaret.

ILIADÆ, (ἰλιάδαι) Troiani. Iliades, Troianæ. Verg. 3. Aen. Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

ILIAS, adis, (ἰλιὰς) Homeri opus clariſsimum omnium quotquot unquam extiterunt, Poetarum ſcriptis extra controuerſiam prælatū. Dicta Ilias ab eo quod bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ geſtum. Ouid. lib. 2. Triſtium: Ilias ipſa quid eſt, niſi turpis adultera, de qua inter amatorem pugna, uirumq; fuit? Quoniam uero hoc in opere nullū mali genus non recenſetur, factum eſt, ut Ilias malorum, (ἰλιὰς κακῶν) pro ingenti calamitate accipiatur. Cic. ad Att. lib. 8. Non poſſum enim ſecus uaticinari: tanta impēdet malorum Ilias. Præterea quia hoc opus in primis prolixū eſt, ut XXIIII. continens uolumina, factum eſt, ut quum opus aliquod impendio prolixius indicare uolumus, dicamus id Iliade eſſe prolixius.

ILIBERIS, uide Illiberis.

ILICET, per ſyncopam dictum, {Di ſubito} quaſi ire licet. Donatus: Sic iudices de concilio dimittebantur, ſuprema dicta cum Præco pronunciaſſet Ilicet: quod ſignificat ire licet. Terent. in Phorm. Hoc nihil eſt: ilicet. Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Vbi Donatus: Ilicet, res finē ſignificat. Ilicet pro ſtatim, confeſtim. Verg. 2. Aeneid. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluitur. Ilicet aduerbium affirmantis. Plaut. in Epid. Ilicet, ut uadimonium mihi huc ultro facit.

ILICEVS, a, um, {Di elce} (πρίνινος) quod eſt materiatum ex ilice. Sta. lib. 6. Theb. Omniq; iliceæq; trabes, metuendaq; ſucco Taxus.

ILICETVM, ti, {Luogo doue ſono molti elci} (πρινὼν) locus ilicibus conſitus. Marti. libro 12. E' cathedra Surgentem locus excipit ſuperba Vicini ſtrue cultus iliceti.

ILIENSES, (ἰλιεῖς) populi ſunt Corſicæ inſulæ antiquiſsimi, ut ſcribit Pompon. lib. 2. Horum meminit & Pauſanias.

ILIGNEVS, ſiue Ilignus, na, num, {Di elce} (πρίνινος) idem quod iliceus. Teren. in Adelph. Lectulos ilignis pedibus faciundos. Columella libro 21. cap. 2. Si nec hæc ſit, ilignam frondem bubus rectè præbebimus. Sic Ilignea corona apud Plin. libro 16. cap. 4. Iligna glans, Plin. libro 16. cap. 5. & Hora. 2. Sermon. Sat. 4.

ILIONE, (ἰλιόνη) inter filias Priami natu maxima fuit. Verg. lib. 1. Aen. Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim, Maxima natarum Priami.

ILIONEVS, (ἰλιονεὺς) nomen propriū uiri Troiani, Phorbantis filij, qui qualis in bello fuerit, nuſquam legitur: eloquentia uero excelluiſſe, deletoq; Ilio cum Aenea fugiſſe, & apud eundem legati uice functum, auctor eſt Verg. 1. Aenei. Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit. Vbi Seruius: Non mirum, inquit, ſi eloquens à Vergilio introducatur Ilioneus, cum pater eius Phorbas, Homero teſte, ſemper Mercurio Deo eloquentiæ fauente pugnarit.

ILISSVS, (ἰλισσός) nomen amnis in Attica regione, Muſis dicati, quas ab eo Iliſsidas uocant. Vide Strab. lib. 9. Papi. libr. 4. Theb. uidetur hunc fluuium Furijs conſecrare, cum ait: Anfractu riparum incuruus Iliſſos, Sæuua honos fluuio: Stygias luſtrare ſeueris Eumenidas perhibetur aquis.

ILITHYIA, dictio quatuor ſyllabarum, & pen. prod. (εἰλειθυῖα) dea parturientibus propitia, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. Ouid. 9. Meta. Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

ILIVM, (ἴλιον) urbs fuit Phrygiæ minoris, ſiue Troadis, M. D. paſſ. à mari diſtans, a Dardano Iouis filio condita, ab Ilo uero rege ampliata & Ilium nominata, quum antea Troia à regione illa, in qua ſita fuit, diceretur, Regia fuit Priami: poſtea uero ob Helenam à Paride raptam decennali bello obſeſſa, ac demum expugnata eſt. Verg. libr. 2. Ceciditq; ſuperbum Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troia. Dicta eſt etiam Ilios Ouid. lib. 14. Metam. Poſtquam alta cremata eſt Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas. Horat. Non ſemel Ilios Vexata. Ilium proprie ciuitas eſt: nam regio, Troia eſt: quamuis interdū pro ciuitate, Troiam ponat Vergilius: ut libr. 3. Aeneid. Et campos ubi Troia fuit. Hinc fit Iliacus, ca, cum, (ἰλιακὸς) id eſt Troianus, Iliadæ ipſi Troiani: Iliades fœminæ Troianæ, & Ilias opus Homeri, quod de bello Troiano ſcripſit: de quibus ſuis locis.

ILLABOR, pen. prod. illaberis, illapſus, {Caſcare, ſcorrere, ſdrucciolare} (ἐπολισθαίνω, ἐπιρρέω) incido, influo. Plin. li. 5. ca. 29. loquens de Mæandro fluuio: Poſtremo Cariam placidus, omneſq; eos agros fertiliſsimo rigans limo, ad decimum à Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Verg. 2. Aenei. Senſit medios Illapſus in hoſtes. Illapſus huius illapſus, εἴσρευσις. Colum. lib. 2. ca. 2. Vt eiuſmodi conſtructio ripam ſuſtineat, ne præcludatur humoris illapſu atque exitu.

ILLABORATVS, a, um, {Coſa fatta ſenza fatica} (ἀπόνητος) quod ſine labore & diligentia confectum eſt. Quint. de Cic. lib. 10. cap. 3. Tum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſquam intentiſsima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata.

ILLAC, {Per quel luoga} aduerbium per locum. Terent. Eunuch. Plenus rimarum ſum: hac atque illac perfluo.

ILLACRYMO, as, pe. c. {Piagnere} (ἐπιδακρύω) idem ferè quod lacrymo. Liu. Bel. Pun. Secundi libr. 7. Illacrymaſſe dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illacrymare morti, uel errori alicuius, eſt propter errorem uel mortem eius lacrymas emittere. Idem 10. bel. Macedo Si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illacrymaſti, in locum meum ſubſtitutum relinquam. Dicitur & de rebus inſenſibilibus, pro eo quod exudare, ſeu humorem emittere. Verg. 2. Georg. Illacrymat mœſtum templis ebur, æraq; ſudant.

ILLACRYMABILIS, {Che non ſi muoue à pietà} (ἀδάκρυτος, δυσάλγητος) inexorabilis, & qui tam durus eſt, ut ad lacrymas, aut ad miſericordiā commoueri non poſſit. Hoc epitheton Horat. tribuit Plutoni, libr. 2. Carm.

ILLÆSVS, {Non offeſo} (ἀβλαβὴς) nomen adiectiuum compoſitum ex in, negatiuo, & participio Læſus. Marti. libr. 1. Illæſum timidis unguibus hæſit onus. Cupreſſus illæſa bruma, Stat. 6. Theb.

ILLÆTABILIS, {Triſto, maninconoſo} (ἄχαρις) iniucundus, ingratus, triſtis. Verg. 3. Aen. Hinc Drepani me portus & illætabilis unda Accipit.

ILLAQVEO, as, {Allacciare} (ἐμπαγιδεύω) laqueo, conſtringo. Cic. de Aruſp. reſpon. Sed ſi etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

ILLATEBRO, as, pen. corrip. {Aſcondere dentro} (ἐγκαταδύομαι) in latebras abſcondo. Gellius ex 5. Annali. Q. Claudij. Arma pleriquc abijciunt, atque inermes illatebrant ſeſe.

ILLAVDABILIS, le, {Indegno di laude} (ἀνεγκώμιαστος) qui non eſt dignus ut laudetur: ut, Carmen illaudabile Stat. 5. Syl.

ILLAVDATVS, illaudati, {Non laudato, non degno di laude} (ἀνεγκωμίαστος, ἀπαξιόλογος) idem quod Illaudabilis, teſte Gel. et innominabilis, qui neq; mentione, aut memoria ulla dignus eſt, neq; unquam nominandus: Sicut quondam à communi conſilio Aſiæ decretum fuit, uti nomen eius, qui templum Dianæ Epheſi incenderat, nemo ullo tempore nominaret. Eſt enim nomen hoc, idoneum ad exprimendum ſceleratiſsimi hominis deteſtationem. Verg li. 3. Geor. Quis aut Euriſtea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Eſt Autem Illaudatus nomen, non participium: neque enim uerbum habet à quo deſcendat, neque ullum importat tempus. Nam dicitur Illaudatus, non qui laudatus non ſit: ſed qui laudari non meruit, ut eſt lib. 7. Aeneid. Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos, pro inacceſsibiles, non ad quos nullus acceſsit, ſed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhauſtum dicimus non tam eum, qui nūquam exhauſtus ſit, quàm qui exhauriri non poteſt.

ILLE, ILLA, ILLVD, illius in genitiuo, pen. indifferente, {Quello, di colui} (ἐκεῖνος) pronomen eſt demonſtratiuum, tertiam deſignans perſonam, tam à loquente, quàm ab audiente remotam, de quo ſatis multa dicta ſunt in Dictione Hic. Interdum emphaſim habet, uehementiamq; addit orationi, quod Græci exprimunt per ὁ, articulum. Terent. in Andr. Hic, ille eſt. Vergi. in principio 1. Aen. Ille ego, qui quondam gracili, modulatus auena Carmen.

ILLECEBRÆ, arum, pen. cor. {Carezze. Boc. Più che mai li fecero carezze grandi} (θέλγητρα, ἐπαγωγαί) blanditiæ, & pellaciæ, ab illiciendo dictæ, quod animum ad ſe alliciant: quemadmodum uoluptates, & diuitiæ, quæ nulli non ablandiuntur. Vtimur autem hoc nomine tam in bonam partem, quàm in malam. Cic. lib. 6 de Repub. Suis te oportet illecebris ipſa uirtus trahat ad uerum decus. Idem pro Cælio: Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. Legitur etiam in ſingulari numero Illecebra. Idem pro Mil. Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Hinc Illecebroſus, a, um, quod blandimentis hominem allicit, (ἐπαγωγὸς, ἀπατηλὸς, φιλήδονος). Inde Illecebroſe ad uerbium. Plaut. in Bacc. Manum da, & conſequere. P. Aha minuere. B. Quid ita obſecro? P. Quia iſtuc illecebroſius fieri nihil poteſt.

ILLECTO, as, frequenter illicio, {Allettare} (ἐπάγομαι) Augu. Quos ad peccata illectant.

ILLECTVS, us, nomen, & Illectum, cti, unde Illicio, is.

ILLEPIDVS, a, um, {Senza piaceuolezza} (ἄχαρις, ἀναφρόδιτος) in quo nihil leporis eſt, nec elegantiæ. Cic. 3. de Nat. Deo. Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem. Scortillum non illepidum, nec inuenuſtum, Catullus. Illepide aduerb. (ἀχαρίτως) iniucundè, & infacetè. Plin. in Præfat. totius operis: Nec Plancus illepidè cum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, &c. Horat. 2. Epiſto. 1. —Non quia craſsè Compoſitum, illepidè ve putetur.

ILLEX, illegis, {Senza legge} (ἄνομος) qui ſine lege uiuit. Plaut. Perſa: Impure, inhoneſte, iniure illex, labes populi. Quo in loco Illex Valla idem ſignificare arbitratur, quod Exlex. Illex, icis, com. gen. interdum ſubſtantiuè accipitur pro illecebris, & incitamento, (παγὶς): ut, Illex animi Venus. Interdum adiectiue ſumitur, ut idem ſit quod illiciendi uim habens: ut, oculi illices, apud Apul. quod aſpectu ad libidinem incitemur.

ILLI, cum circūflexo, {Iui, in quel luogo} (ἐκεῖ) aduerbium, pro ibi, uel illic. Terent. in Adelph. Ego illi maximam partem feram. Vbi Donat. Errant, qui putāt illi, eſſe pronomen, cum ſit aduerbium loci: ut Verg. lib. 2. Aene. Illi mea triſtia facta Degeneremq; Neptolemum narrare memento.

ILLIBATVS, illibata, illibatum, {Intiera, intatta, puro, non guaſta} (ἄψαυστος) idem quod purus, intactus, & incorruptus. Eſt autem nomen non participium: cum Illibo non legatur. Liu. libr. 3. ab Vrbe. Illibatum robur hominis. Colum. lib. 12. cap. 1.

ILLIBERALIS, le, {Non liberale, non corteſe} (ἀνελεύθερος) parcus, nō magnificus, Cice. Memmio, libro 13 Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Interdum Illiberale dicitur, quod contra fit, ac liberum hominem decet. Illiberale facinus: libero homine indignum. Terent. in Adelph. Ex illa familia Tam illiberale facinus eſſe ortum? Iocus illiberalis. Cicer. 1. Officio. Duplex omnino eſt iocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitioſum obſcœnum. Illiberalitas, tatis, (ἀνελευθερία) parſimonia, auaritia, ſordes: cui opponuntur Liberalitas, & munificentia. Cicero 2. Offic. Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quam quidē delabi ſinere, flagitioſum eſt: ſed ita ut illiberalitatis auaritiæq; abſit ſuſpicio.

ILLIBERALITER, {Inciuilmente, non da gentil'huomo} (ἀνελευθέρως, ἀγροίκως) non liberaliter, iniuſtè, inclementer, atque aliter, ac hominem liberū decet. Illiberaliter apud ueteres dicebatur factum (inquit Donatus) ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficij. Terent. in Adelph Factum à nobis duriter, Immiſericorditerq; atque etiam, ſi eſt pater Dicēdum magis apertè, illiberaliter. Idem in Phormion. Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam grauis Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam, Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.

ILLIBERIS, (ἰλλίβερις) oppidum in finibus Galliæ Narbonēſis, iuxta Pyrenæos montes, non procul à Ruſcinone, eiuſdem nominis fluuio irrigatum, teſte Strabone libr. 4. Plinius in deſcriptione Galliæ Narbonenſis Illiberim ſua ætate exiguum oppidulum fuiſſe indicat, & ut ipſius uerbis utar, magnæ quondam urbis tenue ueſtigium. Ptolemæus libr. 2. ca. 6. Illiberim alteram collocat

in Bætica Hiſpaniæ regione, quam nonnulli eandem eſſe exiſtimãt cum ea quam hodie Granatam appellant.

ILLICITVS, a, um, {*Illicito*}(ἀθέμιτος) quod non licet. Cic. pro Clu. Multitudinem illicitum eſt contradicere.

ILLICIO, cis {*Accarezzare, attrarre, adeſcare*}(ἐπάγω, δελεάζω) attraho, et quaſi inleſco, ex In, & antiquo uerbo Lacio. Ter. in Andr. Tu'ne hic homines adoleſcẽtulos Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? Vnde Illectus, attractus, inuitatus. Cic. lib. 4. Tuſ. Libido ad id, quod uidetur bonum illecta & inflammata uidetur. Illectus, ctus, ui, (ἐπαγωγή) blanditiæ, & illectamẽtum. Plaut. Bacch. Magis illectum tuum, quàm lectum metuo. Eſt item Illectus, compoſitum à participio Lectus, (ἀπερίληπτος) idem ſignificans quod non lectum. Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Si non accipiat ſcriptum, illectumq́ remittat Lecturam ſpera, propoſitumq́ tene.

ILLICIVM, cij, ab illiciendo dictum, pro incitamento, {*Incitamento, ſtimolo*} (δέλεασμα, ἐπαγωγή.) Varr. lib. 3. Sed ſi tranſituræ ſunt apes ea, apiaſtro perfricandum, quod illicium hoc illis. Cic. ad Atti. lib. 11. Poſtea quam mihi literæ à Cornel. Balbo minore miſſæ eſſent, illum exiſtimare Q. fiat. illicium meæ profectionis fuiſſe, his uerbis ad Cæſarem ſcripſi.

ILLICO, {*Di ſubito ſubito, incontanente*}(αὐτόθι) aduerbium eſt loci, propriè idem ſignificans, quod ibidem, quaſi in eodem loco. Ennius: Et quia, quo irent, neſciebant, illico manſerunt. hoc eſt, manſerunt in eo loco. Teren. in Adelp. Otioſè nunc iam illico conſiſte. Donatus: Illico, modo locum, modo tempus ſignificat. Plerunque ponitur pro ſtatim, ſiue continuo, παραυτίκα. Cic. pro Murena. Simulatq́ increpuit ſuſpitio tumultus, illico artes noſtræ conticeſcunt.

ILLIDO, dis, pen. pr. {*Rompere, frangere*}(προσβάλλω, ἐπάγω, προσρήσσω) duro alicui corpori affigo, atque ita confringo. Valerius Maxim. lib. 1. Coactis Locrenſibus ex theſauro eius magnam illi pecuniam dare, cum onuſtus nefaria præda nauigaret, ut ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe uicinis Deæ litoribus illiſus eſt. Hoc eſt, impegit ad uicina litora, & naues fregit. Cice. de Aruſ. reſpon. Iam iſta ſerpens compreſſa atq́ illiſa, morietur. Verg. 5. Aene. Duroſq́ reducta Librauit dextra media inter cornua cæſtus Arduus, effractoq́ illiſit in oſſa cerebro. Dentes illidere labellis. Lucr. libro 4. Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. Et fragili quærens illidere dentem, Offendit Solido. Illidere manus. Cic. 3. Tuſcu. Aequora illiſa ſcopulis, Verg. 3. Georg. Illiſus, us, ui, idem quod illiſio, & ipſe ictus illidendi. Plin. libro 27. cap. 8. Illiſu ipſo repercuſſus.

ILLIGO, as, are, {*Legare, auilupare*}(ἐνδεσμεύω) innecto, intexo: ut cum emblemata poculis, uel aurum argento illigare dicimus. Per translationem ſumitur pro implicare, ſiue inuoluere, ἐμπλέκειν. Liuius libro 2. Bel. Maced. Poſtea quam nos neque deterrere, id præſidium, neque uelle illigari Romano bello uidit. Idem eodem Priuatis etiam hoſpitijs, familiariq́ amicitia plerique illigati Philippo erant.

ILLIMIS, me, {*Puro, ſenza fango*}(ἄπηλος, καθαρός) purus, quaſi ſine limo. Ouid. 3. Meta. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

ILLINC, {*Di li, di quel luogo*}(ἐκεῖθεν) aduerbium de loco. Teren. Adel. Illinc huc transfertur uirgo. Cicer. 2. Philipp. Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. Hinc illinc, prouerbiale. Terent. Adelph. An ſedere oportuit Domi uirginem tam grandem, dum cognatus huc Illinc ueniret, expectantem?

ILLINIO, is, ire, {*Vgnere*}(ἐπιχρίω) inungo. Colum. libro 6. cap. 14. Prædictis medicamento defricatur & illinitur: ſed ſi ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuſet, paucis diebus requies ab opere danda eſt: tum ceruix aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinenda eſt. id eſt, inungenda. Plinius libro [illegible] cap. 11. Cornicis carnes eſſe, & nidum illinire, in longiſſimis morbis utiliſſimum.

ILLINO, nis, p. c. illeui, illitum, tertiæ coniugationis, {*Vgnere*} (ἐπιχρίω, ἐμπλάσσω) inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. Horat. 1. Serm. Saty. 4. Et quodcumque ſemel chartis illeuerit, omnes Geſtiet a furno redeuntes ſcire. Inde ſit illitus, ta, tum, pen. cor. ἐπικεχρισμένος. Verg. Illita tela dolis, nec Martem comminus uſquam Auſa pati uirtus. Illitus, us ui, illinendi actus. Pli. lib. 24. cap. 6. Sonitus uurium emendat infuſu ſtrumas illitu, neruorumq́ nodos.

ILLIPA, (Ἴλιπα) cognomento magna, ciuitas Trudetanorum in tractu Hiſpaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

ILLIPVLA, (Ἰλιπούλα) quæ & Illipa minor, ciuitas Turdetanorum in ea parte Hiſpaniæ Bæticæ, quæ Luſitaniæ proxima eſt. Ptolemæus libr. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

ILLIQVEFACIO, cis, {*Liquefare in qualche coſa*}(ἐντήκω) in re aliqua liqueſacio. Cic. 4. Tuſc. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum: quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ uoluptates.

ILLITERATVS, ta, tum, {*Non letterato, ignorante*}(ἀπαίδευτος, ἀγράμματος) literarum expers. Cice. 2. de Orato. Quem cognouimus uirum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. Plin. Epiſto. 147. Eſt libertus mihi non illiteratus.

ILLO, {*A quel luogo*}(ἐκεῖσε) aduerb. ad locum. Terent. in Andr. Cum illò ad uenio, ſolitudo ante oſtium.

ILLOCABILIS, & hoc Illocabile, {*Che non ſi può allogare*}(δυσέκδοτος) quod locari non poteſt: ut, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam uirum inuenire non poteſt. Plaut. in Aul. Virginem habeo grandem dote caſſam, atque illocabilem, Neque eam queo locare cuiquam.

ILLOTVS, a, um, pen. pro. {*Che non è lauata, ſporco, immondo, brutta*} (ἄλουτος) quod lotum non eſt, hoc eſt, quod ſordidum eſt, & immundum. Vnde dicimus, Illotis manibus, uel pedibus rẽ aliquam aggredi, hoc eſt, irreuerenter, cõfidenter, & imperitè rem aliquam attentare: uelut ſi Grammatiſta aliquis triuialibus illis diſciplinis uix ad ſummam cutem tinctus, enarrationem Vergilianis poematis audeat aggredi. Tractum eſt adagium à ſacrorum ceremonijs: in quibus omnia pura conuenit eſſe, & probè lota. Vide Eraſmi Adagia. Illoti echini, Horat. Serm. Saty. 8. Erucas uirides, inulas ego primus amaras Monſtraui incoquere, illotos Catillus echinos.

ILLVCEO, es, ſecunda ſyllaba prod. {*Lucere*}(ἐμφαίνομαι, ἐπιλάμπω) in re aliqua luceo. Plau. Capt. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud Carnificẽ, tuoque capiti illuceat. Hinc Illuceſco, cis, lucidus fio: quo uix aliter, quàm in tertijs perſonis, utimur. ut Illuceſcit, id eſt, dies fit. Liu. lib. 3. ſecundi bel. Pun. Vbi illuxit, recepere claſſem.

ILLVC, {*A quel luogo*}(ἐκεῖσε) aduerbium ſignificatiuum motus ad locum: ut, Huc atque illuc intueri, apud Cic. de Orat.

ILLVDO, dis, penu prod. {*Beffare, berteggiare, dar la berta*} (ἐμπαίζω, σκώπτω) derideo, ludibrio habeo. Dicimus autem Illudo, tibi & Illudo te, & Illudo in te, id eſt inſulto. Verg. 2. Aenei. Certantq́ illudere capto. Teren in And. Adeon' uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem in Phorm. Satin' ſuperbè illuditis me? Vbi Donatus: Et datiuum, & accuſatiuũ caſum regit Illudo. Verg. 9. Aenei. Verbis uirtutem illude ſuperbis. Significat interdum per ludum noceo. Verg. 3. Georg. Neu uariæ illudant peſtes. Illuſus, particip. Tacitus lib. 14. Ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetijs illuſus. Veſtes illuſæ auro: id eſt, in quibus artifex, ludens, auro aliqua depinxerat, inquit Seruius, in illud Ver. 2. Geor. Illuſaſq́ auro ueſtes. Illuſio, onis, uerbale. (ἐμπαιγμός) irriſio. Cice. 3. de Orat Et extenuatio, & huic adiuncta illuſio à præceptis Cæſaris non abhorrens, &c.

ILLVMINO, as, are, {*Illuminare, alluminare*}(λαμπρύνω) clarum & lucidum reddo Cice. 2. de Nat. deo. Vt Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoq́ luna illuminata, grauiditates & partus afferat. Cic. 3. de Orato. Quæ ſententijs orationem, uerborumq́ conformationibus illuminet. Illuminatè, aduerb. (ἐμφαντικῶς) clare, aperte. Cice. 3. de Orat. Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus, & uerbis dicunt.

ILLVMINVS, illumina, minum, {*Senza lume*}(ἀφεγγής) quod eſt ſine lumine. Apule. libr. 6. Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum. Et libr. 3. Seruata noctis illumino tempore, id eſt, obſcuro, & ſine lumine.

ILLVNIS NOX, {*Notte, ſenza lume de la luna*}(σκοτομήνη νὺξ ἀσέληνος) dicta eſt à Plinio Epiſtola 106. pro obſcura: quaſi ſine luna, & lunari ſplendore uiduata. Vix (inquit) uiſi deſeruieramus, & nos, non quaſi illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. Apuleius lib. 9. Metamorph. per primam & ſecundam declinationem inflexit. Illunæ, inquiens, caliginis: à nominatiuo Illunus, a, um.

ILLVRO, oppidum ciuium Romanorum in ea parte Tarraconenſis Hiſpaniæ, quæ Pyrenæis montibus proxima eſt. Auctores Pli. lib. & ca. 3. & Pomponius Mela libr. 1.

ILLVRCO, (Ἰλλουργὶς Ptolemæo) Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt apud Pli. lib. 3. cap. 1.

ILLVSTRIS, ſtre, {*Illuſtre, chiaro, nobile*}(ἔνδοξος, λαμπρός, φωτεινός) clarus, lucidus Colum. lib. 1. Balnearia Occidenti æſtiuo aduertantur, ut ſint poſt meridiem, & uſque in ueſperum illuſtria. id eſt, clara. Plin. lib. 9. cap. 16. Noctibus quidem illuſtribus æque, quam die cernunt. id eſt, ſerenis. Plaut. Rudẽs. Illuſtriores fecit, feneſtraſq́ indidit. Per tranſlationem accipitur pro nobili, celebri, & qui magnæ eſt nominis ἐπιφανής, ἐνδόξιμος. Cic. de Am. Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum ueterum auctoritate, et eorum illuſtrium, plus neſcio, quo pacto, uidetur habere grauitatis. Idem in Ver. Tam illuſtre ac nobile demerilium. Illuſtre, notumq́ omnibus factum, apud eundem 7. Ver. Facta illuſtria, & glorioſa. Idem 1. de Finib. [illegible] illuſtris, Verg. 7. Aen. Illuſtris, & lata uia, Cic. 5. Verr.

ILLVSTRO, as, {*Illuſtrare*}(λαμπρύνω, καταλάμπω) rem aliquam lucidam & ſplendidam facio, uel lucem & ſplendorem affero. Colu. libr. 1. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis, & ijs anguſtijs illuſtratum feneſtris. Per tranſlationem accipitur pro nobilitare clarumq́ & celebrem reddere, (διαφημίζειν) Cice. Lentulo lib. 1. Epiſt. Illuſtrabit, mihi crede tuam amplitudinem hominum iniuria. Nonnunquam etiam pro declarare, patefacere, manifeſtare, aperire, (δηλοῦν) quod quę aperta ſunt, maiorem lucem prębeant. Cice. in Cat. Omnia & Senatus & uos, quæ erant contra ſalutem omnium cogitata, illuſtrata, & patefacta uidiſtis. Idem de Orato. Patefacere & illuſtrare obſcura. Illuſtrare philoſophiam Latinis literis, idem lib. 1. Aca. & 1. Tuſc. Illuſtratio, onis. Quint. libro 6. cap. 2. Inſequetur ἐνάργεια, quæ à Cic. illuſtratio & euidentia dicitur. Illuſtramentum, ti. Quin. libr. 11. cap. ult. Hæc ſunt uel illuſtramenta pronuntiationis, uel uitia: quibus propoſitis, multa cogitare debet orator.

ILLVIBILIS, le, {*Che non ſi può lauare*}(δυσέκνιπτος) quod elui non poteſt. Plau. in Menæc. Nę ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illuibili.

ILLVVIES, uiei, {*Sporchezzo, bruttura*}(ἀλουσία) ſquallor, immunditia, ſordes. Terent. in Heautont. Ea texebat una, pannis obſita, Neglecta, immunda, illuuie.

ILLYRIS, idis, (Ἰλλυρίς) ſiue Illyrium, rij, uel Illiricum, ci, regio Europæ ſatis ampla, ſecundum dextrum maris Adriatici latus extenſa, à cæteris partibus Iſtria, Myſia ſuperiori, & Macedoniæ parte, quæ Adriatico mari incumbit, terminata. Dicta ab Illyrio Polyphemi (ut Appianus ſcribit) ſiue, (ut Euſtathio placet) Cadmi filio. Hodie Sclauoniam uocant. Vrbes habet Iaderam, Epidamnum, poſtea Dyrrhachium, hodie Rhaguſiam dictam Salonam, & alias quàm plurimas. Hinc Illyricus, ca, cum, Ἰλλυρικός. Verg. 1. Aen. Antenor potuit, medijs elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus.

ILVA, (Ἰλούα Ptolemęo) inſula eſt Tuſciæ adiacens, decem paſſuum millibus diſtans à Populonia, renaſcentis ferri metallis uberrima. Verg. 10. Aen. Aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Calybum generoſa metallis.

ILVRCIS, (Ἰλουρκίς) urbs fuit Vaſconum, in citeriori Hiſpania, poſtea à Sempronio Graccho Gracchuris dicta.

ILVS, li, (Ἶλος) filius fuit Trois, regis Troianorum, et pater Laomedontis, quę matura ætate moriens, regni hæredem reliquit. Ab huius nomine celeberrimũ illud Myſiæ minoris, ſiue Troadis caput, Ilij nomen accepit: ſiue quod ab illo primũ fuerit conditum, cum Dardanus antea Dardaniã cõdidiſſet: ut placet Homero lib. 23. Iliad. ſiue quod à Dardano primum conditum inſtaurarit Ilus, & auctius reddiderit: quemadmodum non obſcurè innuit Verg. libr. 8. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor. Auctor eſt Strab. lib. 13. primum omniũ Ilum auſum fuiſſe in campis habitare, proindeq́ in medijs cãpis fuiſſe ſepultũ: cuius ſepulcri meminit & Homerus 11. Iliad. Fuit & alter Ilus, Aeneę filius,

alio

alio nomine Aſcanius appellatus. Ver. 1. Aen. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

I ANTE M.

IMACERENSES, (ἰμακαρεῖς) populi Siciliæ ſtipendiarij, in mediterraneis inſulæ ſiti, quorum meminit Pli. lib. 3. cap. 8.

IMADVCHI, (ἰμαδοῦχοι) Scythiæ populi, Caucaſi montis iuga accolentes. Pli. lib. 6. cap. 7.

IMAGINARII, (σημαιοφόροι) dicti ſunt qui ferebant ſigna militaria, in quibus Imperatorum imagines erant.

IMAGINARIVS, a, um, (φανταστικὸς, σκιαγραφικὸς) quod uerum non eſt, ſed quod ita imaginamur, & animo concipimus, ac ſi uerum eſſet: cuiuſmodi apprehenſionem propriè dicimus Imaginationem. Suet. in Claud. Cæſare. Equeſtres militias ita ordinauit, ut poſt cohortem, alam: poſt alam, Tribunatum legionis daret: ſtipendiaq́ inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur ſuper numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginarijs faſcibus cedere. Liu. 3. ab Vrbe. Emptio imaginaria, Vlpia. l. is qui ius. ff. de manumiſſ. Si ab ignoto emptus ſit, poſteà autem pretium ſuum obtulerit, dicendũ erit non eſſe audiẽdum: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & ſeruum agatur. Eſt autem imaginarius emptor, qui ſeruum illius nummis emit.

IMAGINATVS, a, um, {Fatto ad imagine d'alcuno} (ἀπεικασμένος) quod eſt ad alicuius imaginem factum, Lactan. lib. 15. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant, & adorent.

IMAGINO, nas, {Far imagini, rappreſentare} (εἰκονίζω, ἀπεικάζω) imagines facio, ſeu repræſento. Gel. li. 15. Vt ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum tranſlatum facit imagines.

IMAGINOR, aris, {Imaginarſi} (φαντάζομαι, ὑποτυπόω, οἴομαι) ſignificat rei alicuius, quæ facta ſit, uel fieri poſſit, uel etiam quæ fieri non poſſit ſimilitudinem mente concipio. Pli. lib. 20. cap. 13. Idem profluuio genitali datur, & Venerem crebrò per ſomnia imaginantibus. Plin. in Epiſt. Caius quidem Fannius, quod accidit, multo antè præſenſit. uiſus eſt ſibi per nocturnam quietẽ iacere lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium (ita ſolebat) mox imaginatus uenisse Neronẽ, in toro ſediſſe. Hinc Imaginatio, (φαντασία, ὑποτύπωσις) pro huiuſmodi conceptu: ut, Imaginationes libidinum, apud Pli. lib. 20. ca. 7. Imaginabile, (φανταστόν) quod mente concipi poteſt.

IMAGINOSVS, noſa, ſum, {In cui ſono molte imagini} (εἰκονώδης) in quo ſunt plures imagines. Vnde Speculum imaginoſum, à Catullo dicitur ab imaginibus, quæ in ſpeculo numeroſæ uidentur.

IMAGO, nis, {Imagine, figura, ſimulacro, ſembianza} (εἰκών) ſimulacrũ, ſpecies, exemplar, & alicuius rei repræſentatio. Cice. de Amic. Nemo unquam animo aut ſpe maiora ſuſcepit: qui ſibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Verg. 2. Aen. Atq; ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago. Cic. in Orat. Demoſthenis imaginem ex ære uidi.

Olim nobiliores maiorum ſuorum imagines ad uiuum expreſſas, in atrijs ſuſpendere ſolebant, illarum multitudine nobilitatem metientes. Quo factum eſt, ut imagines pro nobilitate accipiantur. Cic. de Lege Agraria. ſignificare uolẽs ſe nouum hominem, id eſt, nulla generis nobilitate commendabilem, Conſulem tamen factum, ita ad populum inquit; Quemadmodum quum petebam, nulli uobis auctores generis mei commendarunt. ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à uobis deprecentur. Pli. in Epiſt. lib. 9. ad Proſocerum. Neque enim ardentius tu pronepotes ego liberos cupio: quibus uideor à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, et non ſubitas imagines relicturus: naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorẽ gaudio mutent. Subitas imagines appellat Pli. nobilitatem parum antiquam, ſed repentè, fortunæq; beneficio quæſitam. quomodo noſtris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui ne auum quidem, aut etiam patrem ciere aut poſſent, aut auderent, qui ſubitarijs principum beneficijs, & aulicorum ſuffragationibus, ſupra eruſſe faſtigiũ erecti, ingentiũ ſplendidarumq; gentilitatum fundamenta iecerunt. Hæc ex Budæo. Imago pro uagina, quod uelut ſit imago eius rei, quam claudit. Verg. li. 8 Curuá ſeruans ſub imagine falſam. Rhetores imaginem (εἰκόνα) uocant quandam orationis figuram, quum res geſta non ſimpliciter indicatur, ſed ut geſta ſit, oſtenditur, ut eſt illud: ipſe inflammatus ſcelere ab ſauore in forũ uenit. ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat.

IMAGVNCVLA, (εἰκόνιον) diminutiuum. parua imago.

IMANTOPODES, pe. cor. (ἱμαντόποδες) populi in Aethiopia loripides, quibus ſerpendo ingredi natura eſt: hoc eſt, ut Solinus interpretatur, qui flexis crurum nexibus ingrediuntur, ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. De his Pli. lib. 5. cap. 8. Sunt & aues quædam Imantopodes dictæ ex argumento pedũ. quaſi loripedes, quod habeant crura prælta. Plin. lib. 10. cap. 47. Laudatiſſimi porphyriones in Comagene: roſtra ijs, & prælonga crura rubent. Hæc quidem & Imantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Naſcitur in Aegypto. inſiſtit ternis digitis. quo tamen in loco Plinij quidam Hæmatopodas legere malunt, ut potius ſanguineo crurum colore, quàm ab eorundem longitudine dicta ſit. Vide ſupra Hæmatopodes.

IMAVS, pen. pro. (ἴμαος) Caucaſi montis pars, Indiam à Scythia diuidẽs, Scythiamq; ipſam in duas ſecans partes, quarum altera Scythia intra Imaum, altera Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. lib. 6. cap. 17. & Ptolemæum Aſiæ Tabul. 9.

IMBAROS, (ἴμβαρος) Sami inſulæ fluuius eſt, apud Pli. lib. 5. ca. 27.

IMBECILLIS, & hoc imbecille, & Imbecillus, a, um, {Debole, languido} (ἀσθενής) debilis, languidus, infirmus: quaſi bacillo deſtitutus: quæ ſignificatio tracta uidetur à tenerioribus plantis quæ citra bacilli adminiculũ uix poſſunt ſubſiſtere. Pli. in Panegy. Quis enim eſt tam imbecilli ingenio? qui non tãto meliorem Conſulem ſperet, quanto ſæpius fuerit. Cic. de Amic. Vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeãt imbecilliores, uel animo, uel fortuna: eorum augeant opes, eisq; honori ſint, & dignitati. Hor. 2. Ser. Imbecillus iners, ſi quid uis, adde popino. Cic. de Ami. Imbecilla enim humana natura eſt ad contemnendam potentiam, &c.

IMBECILLITAS, atis, {Debolezza, infirmità} (ἀδυναμία, ἀσθένεια) debilitas, infirmitas, defatigatio, & tam ad animum, quã ad corpus refertur, ſicut & Imbecillus. Cic. de Amic. Sæpiſſimè igitur mihi de amicitia cogitãti, maximè illud conſyderandum uideri ſolet, num propter imbecillitatem atq; inopiã deſideranda ſit amicitia. Imbecillitas materiæ murorum, Cæſar 2. Bell. Ciuil. Imbecillitas conſilij, Cic. 1. Offi. Imbecillitas ætatis, Cic. ad Brutum.

IMBECILLITER, aduerb. {Debolmente, languidamente} (ἀδυνάτως) debiliter, & remiſsè, ac languidè. Ci. 4. Aca. Dubitant hæſitant, reuocant ſe interdum, hisq; quæ uidentur, imbecillius aſſentiuntur. Idem 5. Tuſc. Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant.

IMBELLIA, liæ, {Viltà poca ſperanza di combattere} (ἀπολεμία) ignauia, inertia, & belli imperitia. Macro. lib. 3. Satur. Tunc Pœnus eludens inauiam, imbelliamq; militum eius pretioſe armatorum, Planè, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc, & ſi auariſſimi ſunt.

IMBELLIS, & hoc imbelle, {Inetto alla guerra, timido} (ἀπόλεμος, ἄμαχος, ἄναλκις) timidus, ignauus, quaſi bello parum aptus. Cic. 1. Offi. Nunquã periculi fuga committendum eſt, ut timidi imbellesq; uideantur. Ouid. in Epiſt. Tres ſumus imbelles numero, ſine uiribus: uxor Laerteſq; ſenex, Telemachusq; puer. Imbellis, inermisq; fœminarum turba, Liu. 8. Bel. Pun. & 8 Bel. Mace. Imbelle telum. Verg. 2. Aen. Sic fatus ſenior, telumq; imbelle ſine ictu Coniecit. Imbelles damæ: Martia. li. 13. Imbellis cithara, hoc eſt, molle quiddam & effœminatum reſonans, & à Martio tubæ ſtrepitu pluримum diſtãs.

IMBER, bris, {Pioggia, pioua} (ὄμβρος) gen. maſ. in ablatiuo imbre, uel imbri. Verg. 4. Aen. Et uentis pulſatur & imbri. Lucretius: Ex igni terraq; amnes naſcuntur, & imbre. Eſt autem imber (ut Apul. li. de Mundo inquit) agmẽ aquarum largiua ex concretis effuſum nubibus. Nimbus uero repentina, & uehementior pluuia: quæ quanto eſt improuiſior, tanto eſt præcipitatior, & breuiore aſtringitur caſu. Ver. 1. Geor. Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber. Per tranſlationem pro quouis humore aqueo accipitur. Verg. lib. 1. Aeneid. pro aqua marina accepit, cum ait: Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiſcunt. Imber pro lacrymarum effuſione. Oui. 3. Amor. Eleg. 5. Spargebat tepido flebilis imbre ſinus. Lactis, lapidum ſanguinis, & terræ imber. Ci. 1. de Diui. Ferreus imber. Verg. 12. Aen. Tempeſtas telorum, & ferreus imber. Sunt tamen qui hoc nomen cum h, & y, ſcribant, quod à Græco uerbo ὕειν, quod eſt pluere, deduci arbitrentur: unde & hyemem dictam eſſe ſupra oſtendimus. Veriſimilius tamẽ uidetur à Græco ὄμβρος deriuari, quod nobis imbrem ſonat, Sine aſpiratione autem ſcribi debere ex compoſitis apparet, quæ ſunt Septẽber, October, Nouember, & December.

IMBERBIS, & hoc imberbe, {Senza barba, sbarbato} (ἀγένειος, ἄπωγων) quod non eſt barbatum. Hora. de Arte: Vel quia turpe putant parere minoribus, & quod imberbes didicere, ſenes perdenda fateri. Cic. 1. de Nat. Deo. Iſto enim modo dicere licebit Iouem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem.

IMBIBO, is, pen. cor. {Beuere, apprendere} (ἐμπίνω) idem ferè quod bibo, uel humorem attraho, & in me recipio. Pli. lib. 10. c. 14. Imbibitur ad ſerpentium ictus decorum, Idem lib. 24. ca. 15. Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Imbibere itẽ per metaphoram apprehendere ſignificat. Cice. 2. Verr. An iſte unquam de ſe bonã ſpem habuiſſet, niſi de uobis malã opinionem animo imbibiſſet? Liu. 2. ab Vrbe. Nec ulla ui domare poterat: tantum certamen animis imbiberat.

IMBRASVS, (ἴμβρασος) Sami inſulæ fluuius eſt, apud Pli. lib. 5. cap. 31.

IMBREVS, per duas ſyllabas, nomen unius ex Centauris, apud Oui. 2. Metam. At non Eurynomus, Lycidasq;, & Areus, & Imbreus, Effugere necem.

IMBREX, icis. pen. cor. {Embrice, coppo} (σωλήν) canalis eſt, uel tegula curua & obtorta, per quam imber defluit. Plau. in Mil. Quod meas confregeſti imbrices & tegulas, ibi dum condignam te ſectaris ſimiam. Siſenna lib. 3. Hiſt. Diſſipatis imbricum fragminibus, ac teſtis tegularum. Ex quibus locis conſtat, Imbrices genus eſſe tegularum incuruum ex opere figlino, quo etiã hodie in pleriſq; locis utimur ad arcendum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus ſunt confecta. Vide infra.

IMBRICATVS, a, um, {Che ha figura d'embrice} (σωληνωτός) imbricis modo incuruatus, imbricum figuram referens Pli. lib. 11. cap. 1. Superne tantum imbricatis flexibilibus uertebris. Vitruu. lib. 2. Inſerta uero cæmenta, alia ſuper alia ſedentia, inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quàm reticulata, præſtant ſtructuram. Quo in loco uocat Imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter ſe ligata ſunt & compoſita. Budæus.

IMBRICATIM, aduerbium, imbricis modo. Pli. lib. 9 cap 34. Iam diſtinctione uirgulata, crinita, criſpa cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

IMBRICIVM, inquit Perottus, idem quod imbrex, citans illud diſtichon Mart. lib. 2. quod ſic legit: Cum ſint crura tibi, ſimulant quæ cornua Lunæ, Imbricio poteras, Phœbe lauare pedes. Qui quidẽ Perotti locus totidem uerbis à Calepino, ſiue à ſemidocto quopiam (ne omnia omnium errata in unum Calepinũ conferre uideamur) Dictionarij huius locupletatore, huc fuit tr[illegible] datus: [illegible] tamen apud Martialem non Imbricio legendum conſtet, ſed in rhytio. Eſt autem Rhytion uaſis genus lunari ſpecie: ut latius uidebimus [illegible]

IMBRICVS, ca, cum, {Pioueſo} (ὀμβροφόρος) pluuioſus, [illegible] ferens, aut generans. Plau. in Merc. Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus, Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.

IMBRIFER, ra, rum. pen. cor {Che apporta pioggia} (ὀμβροφόρος) pluuius, pluuias afferens: ut Auſter imbrifer, Cœlum imbriferum. Colum. lib. 5. cap. 5. Hoc ego ſiccis locis fieri utiliter non negauerim, ſed ubi aut uliginoſa regio eſt aut cœli ſunt imbriferi, minimè faciendum cenſeo. Verg. 1. Geor. Vel cũ ruet imbriferum uer.

IMBRVS, (ἴμβρος) inſula Thraciæ adiacens, Mercurio ſacra, cum oppido eiuſdem nominis. Vide Pli. lib. 4. cap. 12.

IMBVLBITARE, (βολβιτίζειν) eſt pueriſ ſtercore inquinare. Imbubinare autem eſt menſtruo mulierum ſanguine polluere. Lucilius apud Nonium: Hæc te imbubinat: at hic contra te imbulbitat. Deductum autem eſt Imbulbitare à Græco βόλβιτον: quo nomine fimus uel ſtercus ſignificatur.

IMBVO, is, bui, butum, {Tingere, empiere, immergere} (ἐμβρέχω, ἐμβάπτω) liquore, uel odore aliquid inficio, &, ut ita dicã, imbibere facio. Habetq; itẽ pre

ter accuſatiuum, etiam ablatiuum eius rei, qua quid imbuitur. Col. lib. 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut inſiſtentes apes, quaſi per ſiphonem ſuccum euocent. Hora. lib. 1. Epiſt. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu. Cic. Philip. 14. Imbuti ſanguine gladij, P. C. legionũ, exercitusq; noſtrorum, uel madefacti potius duorum Conſulum. Per tranſlationem ſumitur pro initiare, inſtituere, erudire: unde imbutum literis, Imbutum bonis moribus, dicimus, id eſt, præditum, & ornatum ac perfuſum. Imbutum uitijs, hoc eſt, inquinatum. Salluſt. Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi malis uenenis imbuta, corpus, animumq; uirilẽ effœminat. Cic. lib. 1. Offi. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti, ad eorũ conſuetudinem moresq; deducimur. Gellius: Farinam fermento imbutam, id eſt, conditam. Aliquando prætermittitur ablatiuus. Cato de Re ruſt. Dolia olearia noua ſic imbuito, amurca impleto, id eſt, infundito, uel illinito. Verg. 1. Eclog. ... Illius aram Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. id eſt, inſperget, uel inficiet ſuo ſanguine.

IMITOR, aris, pen. cor. {*Imitare*}(μιμοῦμαι) aliorum exempla ſequor: ſed ad mores tãtum, dicta, factaq; pertinet: Sequor & ad corpus, & ad mores ſpectat. Neq; enim rectè dixeris, Tu præcedis, ego te imitor. dicimus tamen, Tu ſequeris præcepta patris. Pli. in Epiſt. Quam ſanè cum componerem, illos habui in manibus, ut non æmularer, improbum enim, ac penè furioſum) ſed tamen imitarer, & ſequerer, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi et minimi, aut cauſæ diſſimilitudo pateretur. Cic. de Clar. Ora. Quem Cotta cum uerbes, tum ſono ipſo ſubruſtico imitabatur. Imitari chirographum alterius, id eſt, adulterare. Cic. de Nat. Deo. Chirographum ſex primorum imitatus eſt. Imitari, pro ſimulare. Tacitus li. 1. Quanquàm mœſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores. Imitatus, participium paſſiuè ſumptum, Cic. de Vniuerſ. Cum autem ingreſſa eſt, imitata & efficta ſimulacra, bene agi putat ſi ſimilitudinem ueri conſequatur. Imitatio, onis, μίμησις. Ci. 14. Philip. Excellentium ciuium uirtutem imitatione dignam, non inuidia putarent. Imitator, tatoris, μιμητής. Ci. 3. de Leg. Nec enim tantum mali eſt, peccare, principes (quanquàm eſt hoc magnum per ſeipſum malum) quãtum illud, quod permulti imitationca principũ exiſtunt. Mart. lib. 1. Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti. Imitatrix, cis, Cicero 1. de Leg. Penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas.

IMITABILIS, le, {*Che ſi può imitare, imitabile*} quod quis pòt imitari. Cic. in Ora. Nam orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.

IMITAMEN, inis, neu. gen. {*Imitatione*}(μίμησις) imitatio. Ouid. 4. Faſt. ... Priſcaq; imitamina facti, Acra deæ comites, raucaq; terga mouent.

IMITAMENTVM, ti, {*Imitatione*}(μίμησις) idẽ quod imitatio. Gel. lib. 7. cap. 5. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, oſſa atq; urnã è ſepulcro tulit filij & quaſi Oreſtis amplexus, oppleuit omnia, non ſimulacris, nec imitamentis, ſed luctu atq; lamentis ueris & ſpirantibus. Tacit. li. 3. Cæterum peractis triſtitiæ imitamentis, curam ingreſſus, &c.

IMMADEO, es, ere, {*Eſſere humido*}(ὑγραίνεσθαι) madidum eſſe. Pli. lib. 17. c. 5. Et quum à ſiccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illum ſuum halitum diuinum ex ſole conceptum. Ouid. 3. Triſt. Credibile eſt lacrymas immaduiſſe genas. Terra immaduit, Idem 6. Meta.

IMMANIS, & hoc immane, pen. pro. {*Crudele, fero*} (ἄγριος, ὑπερφυής) ſignificat crudele, ac minime bonum, nocens, ac ferum. Verg. 4. Geor. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Idem 1. Aen. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Cic. ad Quin. frat. lib. 1. Quod ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, immanibus, ac barbaris nationibus, &c. Immania ſaxa, à Verg. dicuntur pro aſperis & horrendis. 1. Aen. Tenet ille immania ſaxa, Veſtras Eure domos. Immane aliquãdo ponitur pro ingenti, magno, ſiue immenſo, ὑπερμεγέθης, ὑπερμήκης. Verg. lib. 6. Aene. Poſuitq; immania templa. Sumitur aliquando Immane, pro fœdo, Sic enim interpretatur Nonius illud Accij in Andro. Immane te habet templum obuallatum oſſibus. Immanè, pro Immaniter. Salluſtius, Immanè quantũ animi exarſere. Immanitas, tis, (ἀπήνεια, ἀγριότης) ſæuitia. Cic. lib. 1. Offi. Quo deteſtabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni ſcelere patriam. Immanitas pretij, id eſt, magnitudo. Pli. lib. 35. cap. 11. Nec ullius in pictura uelocior manus fuit: artis uero tantum, ut immanitate pretij antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

IMMANSVETVS, a, um, {*Indomito, non manſueto*}(ἀτίθασος, ἀνήμερος, ἄγριος) aſper, indomitus, & manſueto contrarius. Ci. 1. de Leg. Ipſisq; in hominibus nulla gens eſt neq; tam immanſueta, neq; tam fera, quæ non, etiamſi non ignoret qualẽ habere deu deceat, tamen habendum ſciat. Ouid. Epiſto. 17. At tu rapidis, immanſuetiſſime, uentis, quid mecum certa prælia mente geris?

IMMARCESCO, is, ſcere, {*Ammarcirſi*}(διαφθείρομαι, σήπομαι, μαραίνομαι) corrumpor, putreſco. Hora. 2. Serm. Sat. 7. Nempe immarceſcunt epulæ ſine fine petitæ, Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant Corpus. Id eſt, corrumpuntur in ſtomacho cibi.

IMMATVRVS, a, um, {*Non maturo, acerbo*}(ἄωρος) non maturus, propriè de fructibus, & frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. Pli. lib. 12. ca. 13. Eſt & quæ uocatur Amomis, minus uenoſa, atq; durior ac minus odorata: quo apparet, aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. Transfertur & ad alia: ut, Cõſilium immaturum, id eſt, præcipitatum. Liu. 2. Bel. Pun. Se, quæ conſilia magis rebus dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura nõ percepturũ. Immaturus amor, id eſt, intempeſtiuus. Liu. lib. 1. ab Vrb. Abi hinc cũ immaturo amore ad ſponſum, inquit, oblita fratrum mortuorũ uiuiq;, oblita patriæ. Immatura mors qua quis ante conſtitutũ uitæ tempus, & confectam ætatem ſenio, eripitur ac morit. Cic. 2. Philipp. Etenim ſi ab hinc annos propè uiginti hoc ipſo in tẽplo negaui poſſe mortem immaturã eſſe Conſulari: quanto uerius nunc negabo ſeni? Immaturitas, tis, (ἀωρία) ut apud Cic. pro Quintio: Quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat?

IMMEDIATÈ, aduerb. {*Preſto preſtamente*} cito, ac celeriter. Gel. lib. 10. c. 15. Incurioſe, & immediate, ac prope etiam ſubruſtice, ex ipſo loco ac tempore hybernarum uigiliarum Atticas noctes inſcripſimus. Quo tamen in loco crediderim rectius legi poſſe immeditate.

IMMEDICABILIS, le, {*Che non ſi può medicare*}(ἀνίατος, ἀθεράπευτος) quod medicaminibus non poteſt ſanari. Oui. 2. Meta. Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere. Telum immedicabile, Verg. 12. Aen.

IMMEMOR, immemoris, pen. corr. omnis generis, {*Non memore, non ricordeuole*}(ἀμνήμων) qui non meminit. Verg. 9. Aen. ... Meriti tam non immemor unquam. Immemor beneficium, paſſiuè. Teren. in And. Iſtæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris benefici. Vbi Donatus: Immemoris beneficij, cuius nemo meminerit.

IMMEMORABILIS, le, {*Che non ſi commemora*}(ἄφραστος) quod cõmemorari non debet, aut non poteſt. Plau. Capt. Neque ſpurcidici inſunt uerſus immemorabiles. Spatium immemorabile, id eſt, maximum, Luc. lib. 4.

IMMEMORATVS, ta, tum, adiectiuum, (ἀμνημόνευτος) non commemoratus. Hora. 1. Epiſt. ... Iuuat immemorata ferentem Ingenuis, oculisq; legi, manibusq; teneri.

IMMENSVS, a, um, {*Smiſurato, grande*}(ἀμέτρητος) quamuis a participio Menſus ſit compoſitum, nomen tamen eſt, non participium, idem ſignificans, quod ualde magnũ, & quod menſurari præ magnitudine non poteſt. Cic. 1. de diui. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, hoc eſt, infinito & uix menſurabili. Verg. 3. Aen. Clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus Italiæ. Immenſitas, ſitatis, (ἀμετρία, ἀπειρία) infinitas. Cic. 1. de Nat. deo. In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinũ, altitudinum, infinita uis innumerabilium uolitat atomorum.

IMMEO, as, are, {*Nuotare*}(ἐννήχομαι) innato. Pli. lib. 8. cap. 25. Itaque et Delphini immeantes Nilo, quorum dorſum, &c.

IMMERENS, {*Innocente*}(ἀναίτιος) innocens, qui nihil commeruit. Suet. in Tito: Multum queſtus, eripi ſibi uitam immerenti. Pli. Epiſt. 9. Honeſtiſſimum credidi non premere immerentem. Hora. 2. Car. Ode 13. Te triſte lignũ, te caducum in domini caput immerentis.

IMMERENTER, aduerb. {*Immeriteuolmente*}(ἀναξίως) præter meritũ. Valer. lib. 6. cap. 3. Inſerta ſe tantis uiris mulier alienigeni ſanguinis, quæ a Philippo rege temulentum immerentur damnata prouocarem, inquit, ad Philippũ, ſed ſobrium.

IMMERITVS, a, um, {*Che non ha meritato*}(ἀνάξιος, ἀναίτιος) qui nihil commeruit. Verg. 3. Aen. poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam uiſum ſuperis. Hinc deducitur ſuperlatiuum Immeritiſſimus, & aduerbium Immerito, (ἀναξίως) hoc eſt, præter meritum. Tere. Phor. laudãda te omnes nos accuſare audio immerito, & me omnium immeritiſſimum.

IMMERGO, is, ere, immerſi, merſum, {*Bagnare, immergere*}(ἐμβάπτειν) intingo, ut Immergere panem aceto. Interdum idem quod ſubmergo, καταδύω. Ver. 3. Aen. ... Vaſtoq; immergite ponto. Liu. 3. bel. Pun. Et eo impenſius, quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant.

IMMERSBAILIS, le, {*Che non può eſſere ſommerſo*}(ἀβάπτιστος) quod mergi non poteſt. Per tranſlationem ſumitur pro forti, firmo, & erecto, qui nullis aduerſarum rerum fluctibus mergi poteſt. Hora. 1. Epiſt de Vlyſſe. Et mores hominum inſpexit, latumq; per æquor, Dum ſibi, dum ſocijs reditum parat, aſpera multa pertulit, aduerſis rerum immerſabilis undis.

IMMIGRO, as, are, {*Andare ad habitare*} in domum aliquam habitandi gratia ſe conferre. Cic. 13. Phil. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.

IMMINEO, nes, pen. cor. {*Sovraſtare*} ἐφίσταμαι, ἐπικρέμαμαι, ſignificat. inſto, impendeo, Cic. 1. Tuſc. Mors propter incertos caſus quotidie imminet. Liu. 2. ab Vrb. Cum haud cuiquam in dubio eſſet bellum in Tarquinijs imminere, id quidem ſpe omnium ſerius fuit. Imminere exitio alterius, (ἐφεδρεύειν) eſt uigilare, & inſidiari ad inferendum alteri exitium. Ouid. li. 1. Meta. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.

IMMINVO, is, ere, {*Menomare, ſcemare*}(ἐλαττόω) attenuare, diminuere. Oui. in Epiſ. Sapphus: Poſtquam ſe dolor imminuit, nec pectora plangi, Nec puduit ſciſſis exululare comis. Cic. Att. lib. 1. Dolor acceſſit bonis uiris, uirtus non eſt imminuta. Imminutio, uerbale, ἐλάττωσις. Cic. Pulchro, lib. 3. Sine ulla imminutione dignitatis.

IMMISCEO, es, ere, {*Meſcolare*}(ἐμμίγνυμι) admiſceo. Liu. 3. ab Vrbe: Et immiſti turbæ militum togati, &c. Idem 5 ab Vrb. Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant. Verg. 11. Aen. Cõtentusq; fuga, medijs ſe immiſcuit armis, Oui. 7. Meta. ... Summis immiſcuit ima.

IMMISERABILIS, le, {*Di cui niuno ha miſericordia*} qui nullius miſericordia ſubleuatur. Hora. 3. Carm. Ode 5. Si non periret immiſerabilis Captiua pubes.

IMMISERICORS, dis, {*Che non ha miſericordia, nõ miſericordioſa*}(ἀνελεήμων) immitis, quaſi ſine miſericordia. Cic. 2. de Inuen. Ipſum immiſericordem, ſuperbum fuiſſe. Immiſericorditer, aduerbium: Ter. Adel. Factum a uobis duriter, immiſericorditerq;.

IMMISSVM, ſi, (ἐμβεβλημένον) differt à proiecto (ut Iabolenus de uerborum ſignificatione inquit) ut Proiectum dicatur, quod ita prouehitur & extenditur ex aliquo ædificio, ut nuſquam quieſcat, qualia ſunt Mœniana & Suggrundia: Immiſſum uero, quod ex noſtro ædificio protenſum, in alieno recumbit. ut ſunt tigna, & trabes, quæ ex noſtro pariete in parietẽ uicini immittimus.

IMMITIS, pen. cor. {*Crudele, ſenza miſericordia*}(ἀπηνής, ἄγριος) aſper, crudelis. Verg. 1. Aen. Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilli. Accipitur nonnunquam pro & acerbo, immaturo, ἄωρος, στρυφνός: ut, Immitia poma, apud Pli. lib. 15. Immite pelagus, id eſt, procelloſum, & inquietum. Apu. Erat enim turbidum, atque immite pelagus.

IMMITTO, tis, {*Mettere dentro*}(ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐπαφίημι) infero, intromitto. Ver 9. Aen. Rumpere clauſtra manu, ſociosq; immittere portis. Immiſſa barba, pro prominenti & prolixa, καθειμένος. Ver 3. Aen. Reſpicio, dira illuuies, immiſſaq; barba. Accipitur etiam immittere pro eo, quod uulgo dicimus ſubornare. Salluſt. in Cat. Alij Tarquinium à Cicerone immiſſum aiebant, ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio, Rempu. turbaret. Immiſſio uerbale. Cic. de Senec. Sarmẽtorumq; ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.

IMMOBILIS,le,{*Immobile*}(ἀκίνητος)quod moueri non poteſt. Verg.7. Aen. Soloq; immobilis hæret Intentos uoluens oculos. Ouid.13.Meta.Scopulis immobilior.

IMMODERATVS,a,um,{*Immoderato,non temperato*}(ἄμετρος)intemperans,uel nimius in re aliqua.Cic.ad Att.lib.13. Alexandrum, poſtquam rex appellatus ſit,ſuperbum,crudelem,immoderatum fuiſſe. Idē p Sex.Roſc. Ventis uehementioribus,aut immoderatis tempeſtatibus,aut nimio calore,&c. Immoderatio,onis,ἀμετρία.Cic.pro Syll. Interdum immoderatione uerborum. Immoderatè aduerbium immodice,extra modum.Cic.2.Tuſc. An temperantia ſinet te immoderatè facere quicquam.

IMMODESTVS,a,um {*Immodeſto*}(ἄμετρος)immoderatus, nō temperatus.Ter.Heau.Vel heri in conuiuio quam immodeſtus fuiſti Cic.1.Offi. Ipſumq; genus iocandi non profuſum,nec immodeſtum,ſed ingenuum, & facetum eſſe debet. Immodeſtia,ſtiæ,(ἀμετρία)intemperantia,immoderatio. Plau.Merc.Sed amori accedunt etiam ultra hæc,quæ diximus, Incogitantia, excors,immodeſtia,Petulātia,cupiditas,&c. Immodeſte,aduerb.(ἀμέτρως) immoderate.Plau.Pœn.Cur ego apud te mentiar? Amo immodeſtè.

IMMODICVS,a,um,{*Fuor di miſura.ſmiſurato*}(ὑπέρμετρος)nimius.Colum.lib.1.cap.3.Suaq; lege C.Licinius damnatus eſt,quod agri modum, quē in magiſtratu rogatione tribunitia promulgauerat,immodico poſſidendi libidine tranſcendiſſet.Ouid.3.de Ponto,Eleg.1. Cuncta ſed immodicum tempora frigus habent.

IMMODICE,aduerb.{*Smiſuratamente*}(ὑπερμέτρως)nimis immoderatè. Col.li.2.cap.16.Magisq; conducere agricolæ frequenter id potius,q̄ immodicè facere. Immodice ferre aliquem caſum,pro immoderatè.Cic.4.Tuſc.

IMMODVLATVS,a,um,non modulatus,uel parum bene modulatus:ut, Poemata immodulata.Hor.in Arte poet.Non quiuis uidet immodulata poemata.

IMMOLITVS,pen.prod.{*Edificato*}idem quod ædificatus.Liu.1.Bel.Maced. Aquam publicam omnem in priuatum ædificia m, aut agrum fluentem ademerunt: & quæ loca publica inædificata,immolita'ue priuati habebant, intra dies triginta demoliti ſunt.

IMMOLO,las,pen.co.{*Sacrificare*}(θύω)ſacrifico, quod uerbum tractum eſt à conſuetudine ſacrificantium,qui uictimis iam mactandis molam ſalſam ſolent inſpergere.Feſtus.Immolare eſt mola,id eſt,farre molito, & ſale hoſtiam ſuſam ſacrificare.Cic.2.de Diui.Quid,cum pluribus dijs immolatur, qui tandem euenit,ut beté alijs,alijs nō litetur? Hor.Epod.5.Libidinoſus immolabitur caper,Et agna tempeſtatibus.Cic.pro Fon. Conſuetudo hominum immolandorum apud Gallos. Accipitur aliquando pro occido, quemadmodum et Macto.Verg.12.Aen.Pallas te hoc uulnere,Pallas immolat, & pœnas ſcelerato ex ſanguine ſumit.Immolator,oris,qui immolat & ſacrificat.Cic.1.de Diuin. Hæc deceſſio capitis,aut acceſſio ſubito'ne fieri poteſt,ut ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent?

IMMORIOR,eris,{*Morire*}in re aliqua morior.Oui.2.de Ponto: Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Sic immori haſtæ,apud Valer.Flaccum li.6.Argon.Immori ſtudio alicui,hyperbolica locutio,pro eo quod eſt, tā pertinaciter ei incumbere,ut ſola morte quis uideatur ab eo poſſe diuelli.Hora.1.Epiſt.7. Immoritur ſtudijs,& amore ſeneſcit habendi.

IMMOROR,immoraris,pen.cor.immorari,{*Dimorare*}(ἐμμένω) morā trahere.Quin.lib.2.ca.16.Quis neſcit ignes,aquas,ſiue quibus nulla ſit uita: & (ne terrenis immorer)ſolem,lunamq;,præcipua ſyderum,aliquando et nocere?

IMMORTALITAS,tatis,{*Immortalità, eternità*}(ἀθανασία)eſt ſempiterna uiuendi perſeueratio.Ci.de Amic. Ni ſi enim(quod ille minime putabat) immortalitatē optare uellet,quid non eſt adeptus,quod homini fas eſſet optare?

IMMORTALIS,le,{*Immortale,perpetuo,eterno.Pet.Re del ciel inuiſibile immortale*}(ἀθάνατος)qui perpetuo uiuit,nunquam moriturus. Ter. in Eunu.Dij immortales,homo homini quid præſtat? Immortalis memoria, Cic. pro Cor.Balb.Immortalia facinora,Immortalia opera,quæ nullo tempore ſunt interitura.Liu.1.ab Vrb.His immortalibus editis operibus,cum ad recenſendum exercitum concionē in campo ad Capræ paludem haberet,&c.Immortale pro immortaliter:ut,Flos immortale uirens,apud Vale.Flac.7.Argon.

IMMORTALITER,aduerb.{*Perpetuamente,eternamente*}perpetuò. Ci. ad Q.fra.Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo.

IMMOTVS,a,um,à moueo,{*Immoto*}(ἀκίνητος)quod non mouetur. Ver. 3.Geor.Sæpe ſub immotis præſepibus,aut mala tactu Vipera delituit. Idem 4.Aene.Mens immota manet.

IMMVLGEO,es,{*Molgere*}(ἐναμέλγω)lac ex uberibus in rē aliquam exprimo.Ver.11.Aen.Et lacte ferino Nutribat,teneris immulgens hubera labris.

IMMVGIO,gis,immugiui,& immugij,immugitum,immugire{*Muggire*} (μυκάομαι)idem quod mugio.Verg 3.Aen. Curuisq; immugijt Aetna cauernis.Idem 11.Aen.Mœſtoq; immugit regia luctu.

IMMVNDVS,a,um,{*Immondo,lordo*}(ἀκάθαρτος)impurus, impolitus.Ter.Heau.Ea texebat una,pannis obſita,Neglecta,immūda illuuie.Ver. 3.Aen. Contactuq; omnia fœdant Immundo.Idem 5.Aene.Sed protinus in ipſo concedit immundoq; fimo ſacroq; cruore.

IMMVNIS,ne,pen.cor.{*Eſente*}(ἀτελής)qui eſt liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, qui uel ætate,uel alio priuilegio præſtare munia nō tenetur.Cic.5.Verr,Quinq; præterea ſine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Centuripina:Haleſina,&c.Immunes agros,liberosq; arare,Cic.4.Verr. Immunis,pro otioſo,pigro.Cic.de Amic.Non eſt inhumana uirtus, neq; immunis,neq; ſuperba,quæ et populos uniuerſos tueri,eiſq; optimè conſulere ſoleat. Verg.lib.4.Geor.Immunisq; ſedens aliena ad pabula fucus. Immunis cū genitiuo.Oui.1.Meta.Nullū paſſa iugum,curuiq; immunia aratri. Verg 12.Aen. Aen.Aſpicit Vrbem Immunem tanti belli,atq; impunè quietam.Legitur aliqū & cū ablatiuo.Liu.1.ab urb.Inde una cēturia facta eſt immunis militia.

IMMVNITAS,atis,{*Immunità,eſentione*}(ἀτέλεια)exemptio, & uacatio munerum & onerum.Cic.Phil.2.Nequa poſt Idus Martias immunitatis tabula,neue cuiuſquam beneficij figeretur.Idem ad Caſſium Epiſt.lib.12.Tabulæ figuntur,immunitates dantur.Pli.Paneg.Eandem immunitatē in paternis bonis filio tribuit,ſi modo reductus eſſet in patris poteſtatem.

IMMVNITVS,ta,tum,{*Non fornito,non fortificato*}(ἀτείχιστος)non munitus.Eſt autem nomen,non participium,cum immunio non dicatur.Cic.pro Cecin.Si ua ſit immunita.iubet,qua uelit agere iumentum. Liu.2.bel. Pun. Edictoq; propoſito,ut quibus oppida,caſtellaq; immunita eſſent: in loca tuta commigrarent. Vrbs immunita,Ouid.10.Meta.

IMMVNIFICVS,ca,cum,{*Non liberale*}(ἀφιλόδωρος)auarus,ſordidus, tenax,illiberalis.Pla.in Trin.Ciui immunifico ſcis, quod cantari ſolet: Quod habes,ne habeas.

IMMVSCVLVS,li,auis eſt,auctore Feſto,quam alij regulum,alij oſſifragā dicunt.Videtur tamen apud Feſtum legēdum eſſe Immuſſulus,cuius auis meminit Pli lib.10.cap.7. inter genera aquilarum. Vide ea,quæ infra annotauimus in dictione Immuſtulus.

IMMVTESCO,is,ere,immutui,{*Star cheto,ammutire*}(ἀφωνέω)mutū fieri,tacere.Quin.lib.10.cap.3.Non ergo putemus ſemper optimum eſſe quod latet,ne immuteſcamus alioqui.Stat.5.Theb.Ruptis immutuit ore querelis.

IMMVTO,as,are,{*Mutare,uariare*}(μεταβάλλω,ἀλλοιόω)idē quod ſimplex muto,ſiue uario.Tere.Eun.Dij boni,quid hoc morbi eſt? adeo'ne homines immutarier Ex amore,ut non cognoſcas eundem eſſe? Interdum idē qđ permuto,ἀλλάττομαι.Plau.Epidico: Accipe argentum hoc Danista: hic ſunt quadraginta minæ:ſi quid erit dubium, immutabo.

IMMVTABILIS,le,{*Immutabile*}(ἀμετάβλητος)quod nullo modo mouetur ac flectitur.Cic.2.de Nat.deo.Stellæ ſpatijs immutabilibus ab ortu ad occaſum cōmeant.Idem de Fato:ſequitur illico,eſſe cauſas immutabiles,eaſq; æternas,quæ prohibeant quicquam ſecus cadere,atq; caſurum ſit. Immutabilitas,atis,ἀμεταβολία.Cic.de Fato:Sed in factis immutabilitatē apparere.

IMMVSTVLVS,ſiue immuſſulus,ales ex genere aquilarū eſt (inquit Feſt) ſed minorum uirium quam aquila:quæ uolucris raro, & non ferè,præterquam uerè apparet.quia æſtum,algoremq; metuit. Appellatur autem ita quod ſubito & inexpectata ſe immittat. Hæc Feſtus. Ex cuius uerbis non Immuſtulus,ſed immuſſulus ſcribendum uidetur,ſiue immuſſulus: nam ab immittendo deducitur. De hac aue ſic ſcribit Pli.lib.10.cap.7. Sanqualem,autem atq; immuſſulum, Augures Romani magnæ quæſtionis habent. Immuſſulum alicui uulturis pullū arbitrantur eſſe,& Sanqualem oſſifragæ. Maſſurius Sanqualem oſſifragā dicit eſſe:immuſſulum autem pullum aquilæ,prius quàm albicet cauda. Quidā poſt Mutium Augurem non eſſe uiſos Romæ confirmauere. Ego(qđ ueriſimilius eſt)in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos. Hæc Plin.

IMO,unico m,{*Anzi*}(μᾶλλον δὲ)idem eſt,quod Quin potius. Ter. And. Dictum puta,Nempe ut curentur rectè hæc.SI.Imò aliud.

IMOLA,æ,urbs eſt Italiæ, in uia Aemylia, quæ Forum Corneliam uocatur à Ptolemæo lib.3.cap.1.

IMPACATVS,a,um,{*Non placato*}non pacatus. Verg.3 Geor. Incurſusq; luporum Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Odia impacata, Claud. 2.in Eutrop.

IMPAGES,penul.produ.(ἐμπήγματα)dicuntur, quæ à fabris in tabulis figuntur,quo firmius cohæreant: a pangendo, id eſt, a figendo. Vnde & Poetæ uerſus pangere dicuntur,& agricolæ pangere plantas,id eſt, infigere: Hæc Feſtus.

IMPANCRO,as,teſte Nonio,antiqui dicebant pro inuado: quod uerbū eſt a Græco tractum,quaſi πᾶν κρέας,hoc eſt,omnem carnem conſumo. Varro: In regiam arcam impancrarunt.

IMPAR,imparis,{*Diſuguale*}(ἄνισος)non par,inæqualis:ut, Imparia arma,id eſt,inæqualia.Verg 4.Georg. Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis. Oui.4.de Pont.Eleg.9.Fortuna eſt impar animo,id eſt, non reſpondet animi magnitudini. Impar numerus,qui nō poteſt diuidi in duas partes æquales:unde & περισσὸς uocant Græci.Verg.Eclog.8.Numero deus impare gaudet. Par impar,(ἄρτιον,ἢ περισσὸν)luſus puerilis genus eſt, quo manu nuces,pecuniam,aliudue quid occultantes exquirunt coniecturā colluſoris: Hor.2. Ser. Saty.3.Ludere par impar,equitare in arundine longa.Hinc fit aduerbium Impariter,id eſt,inæqualiter.Hora.in Arte: Verſibus impariter iunctis querimonia primum,Mox etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.

IMPARATVS,a,um,{*Non in ordine*}(ἀπαράσκευος)non paratus Ter Phor.Vt ne imparatus ſim, cum aduenerit Phor.Cic.pro Milo. Quanquam paratus in imparatos Clodius,tamen mulier inciderat in uiros.

IMPARENS,tis,non parens,ſiue inobediens.Feſtus.

IMPASCO,is,impaui,impaſtum,{*Paſcere in qualche luoco*}in loco aliquo paſco.Col.lib.6.cap.5.In ea loca perducendi ſunt,quibus uullum impaſcitur pecus. Impaſtus,nomen eſt compoſitum ab In,priuatiuo,& participio Paſtus, idemq; ualet quod non paſtus,ieiunus.Ver.9.Aen Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans,&c. Turba impaſta luporum Sili.lib 7.

IMPATIBILIS,le,{*Che non ſi può patire*}(ἀνυπομόνητος,δυσκαρτέρητος)intolerabilis,& qui ferri non poteſt.Cic.2.de Fin.Quem quidem uos impatibilem facitis. Impatibilis cruciatus,Impatibilis dolor Pli.lib.25.cap.5.Idem li.20. cap.18.Cum impatibilis ualetudo odium uitæ feciſſet.

IMPATIENS,impatientior,impatientiſſimus,{*Che non può patire coſa alcuna,impatiente*}nullius laboris,aut doloris patiens.Pli.lib.8.cap.1.de Elephantis:Idem impatientes frigoris. Ouid.1.de Rem. Amor.impatiens animus,nec adhuc tractabilis arte,Respuit,atque odio uerba monentis habet. Piſum impatientiſſimum frigorum,Pli.lib.8.cap.12.Ouid.3.Triſt.Eleg.2. Quiq; fugax, ſecuraq; in otia natus Mollis & impatiens ante laboris eram. Impatientia, tiæ,ἀκρασία.Pli.lib.11.cap.23. Fieri autem primo papiliones paruos nudosq;,mox frigorū impatientia uillis inhorreſcere. Impatienter,aduerb.(ἀφόρητα)ægre,& moleſte. Pl.Epi.7. Amaui conſummatiſſimum iuuenem tam ardēter,quàm nunc impatienter requiro.

IMPAVIDVS,a,um,{*Che non teme coſa alcuna, ſenza paura*}(ἀδεής) qui nihil timet. Verg.12.Aen.Fixumq; latronis Impauidus frangit telum,& fremit ore cruento. Impauide,aduerbium,(ἀδεῶς)intrepide,audacter. Liu.lib. 9.Bell.Maced.Et poculo impauide exhauſto,haud ita multo poſt expirauit.

IMPECCABILIS,{*Che non pecca*}(ἀναμάρτητος,ἀπταιστος)immunis à peccato.Gell.lib.17.cap.19.Is erit plerunque impeccabilis, uitamq; uiuet tranquilliſſimam.

IMPEDIMENTVM, ti, {*Impedimento Pe. Non altro impedimento doue ei ſi lagni*} (ἐμπόδισμα, κώλυμα) quo quis impeditur, ut non perficiat quod cu pit Cic. 1. de Ora. Athenienſem Demoſthenem, in quo tantum ſtudium fuiſſe, tantusq; labor dicitur, ut primum impedimenta naturæ, diligentia, induſtriaq; ſuperarit. In exercitu impedimenta, (ἀποσκευαί) dicuntur inſtrumenta, uel ſarcinæ, uel etiam aliæ quæuis res, quæ ad uſum exercitus circumferuntur. Curtius: Magno conſilio iacturam ſarcinarum impedimentorumq; contempſit. Cæſar 1. Bel. Gal. Alteri ad impedimenta, & carros ſuos ſe contulerũt. Impedimentorum nomine etiam iumenta contineri docet Frontinus in Strateg. cũ ait, in Hiſpania, à Petreio Pompeij legato in magna aquarum & pabuli inopia impedimenta fuiſſe interfecta.

IMPEDIO, is, ire, {*impedire*} (πεδᾶν, ἐμποδίζειν) eſt implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur: quanquam ad alia etiam trãſfertur. Ter. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animũ diuerſè trahunt. Ibidẽ: Viden' me tuis conſilijs Miſerum impeditum eſſe. Cic. 4. Verr. Si illud dices, te Heraclij uoluntate ab lege receſsiſſe, ipſe te impedies, ipſe tu tua defenſione implicabere.

Impedire aliquando accipitur pro conſpurcare, ſordidare, polluere, μιαίνειν, Plau. in Amphi. Qui domi uxorem meam impudicitia impediunt: per quam teneo theſaurum ſtupri. Impedire, obſtare ne quid fiat, impedimento eſſe, κωλύειν Cic. ad Att. lib. 8. Vt te mecũ coniungeres prius, quàm Cæſar aut tuum iter impediret, aut me abs te excludere poſſet. Hinc.

IMPEDITIO, onis, {*Impedimento*} (κώλυσις, ἐμπόδιον) prohibitio, occupatio, detentio. Cic. 1. de Diui. Vrget enim animus in ſomnijs, liberq; ſenſibus, ab omni impeditione curarum, iacente & penè mortuo corpore.

IMPEDITVS, participiũ, {*Impedito*} (ἐμπεποδισμένος, πεπεδημένος) à quo Impeditus, tior, tiſsimus, nomen. ut, Impeditiſsimæ ſyluæ, Cæſ. 8. Bel. Gall. Impeditior pugna, Liu. 4. Bel. Pun.

IMPEDO, as pen. cor. {*Fortificare con pedagno*} (ἱστιδάω, χαρακόω) pedaminibus ſuſtineo. Col lib. 4. ca. 10. Cum menſem triceſimum exceſſerit, poſita uinea, tertio autumno, uehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt.

Vnde Impedata uinea ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta eſt.

IMPELLO, is, {*Perſuadere, ſcacciare, ſpingere, inuitare*} (ἐπάγω, παροτρύνω) inſtanter perſuadeo, induco, incito. Salu. Aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli poſſe. Ter. in And. Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Item Impellere eſt urgere, ὠθεῖν, Verg. 4. Aen. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Hinc Impulſor, quod ferè in mala re uſurpatur, ſicut Adiutor in bona. Terẽ. in Eunu. Here, ne me ſpectes me impulſore hęc non fecit. Aliquando eſt contorquere. Ver. li. 1. Aen. Cauum conuerſa cuſpide montem impulit in latus. Aliquando eſt labefactare. Pli. lib. 13. cap. 11. Immenſo & Achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores. Hinc impulſus, participium, (σεσεισμένος) pro labefactato, & penè perfracto, translatione ſumpta ab arboribus aut columnis, quæ conuelluntur, & paulatim nutant. Aliquando ſignificat loco pellere. Liu. Impulſa frons prima, & trepidatio ſubſidijs illata. Iuue. Sat. 10. Vnde altior eſſet Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ. Impellere ianuam digito, Cic. 4. Tuſc.

IMPVLSVS, us, nomen, {*Incitamento*} (παρορμή) incitatio, inſtigatio, Cic. 2. de Nat. Deo. Is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte mouetur. Impulſu tuo, ſuo, ueſtro, hoc eſt, ductu, & ſuaſu, atq; hortatuionibus. Ci. pro Roſci. Amer. Ipſos certò ſciò non negare, ad hęc bona Chryſogonum acceſsiſſe impulſu ſuo.

IMPVLSIO, onis, idem quod impulſus. Cic. lib. 2. de Inuen. Impulſio eſt, quę ſiue cogitatione per quãdam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor iracundia, ægritudo, &c. Inductio & impulſio ad hilaritatem, apud eundem 3. de Orato.

IMPVLSOR, oris, {*impulſore, incitatore*} qui incitat, & impellit ad aliquid faciendum. Ter. in Eun. Here, ne me ſpectes, me impulſore hæc non fecit.

IMPENDEO, des, di, ſum, {*Eſſere ſopra. ſopraſtare*} (ἐπικρέμαμαι, ἐπικρέμομαι, ἐπηωρημένος, ἐφίσταμαι) uerbum eſt neutrum idem ſignificans, quod ſupra aliquid pendeo: ut cum gladium, uel ſaxum alicuius, capiti dicimus impendere. Cic. 1. de Fin. Accedit etiam mors quæ, quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet. Accipitur per metaphoram Impendere pro inſtare, uel imminere. Cicero de Aruſpicum reſponſis: Tum uidi, ac multo ante perſpexi, quãta tempeſtas excitaretur, quam impendere procella Reipublicæ. Idem Planco: Agiturq; præclarè, ſi noſmetipſos regere poſſumus, ut ea quæ partim iam adſunt, partim impendent, moderatè feramus, hoc eſt, propè uel parata ſunt. Inuenitur aliquando hoc uerbum habere poſt ſe accuſatiuum. Ter. in Phor. Ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala.

IMPENDIO, {*Grandemente, con eſpeſa*} (ἐπιτόκως) aduerbium intendendi, idem ſignificans quod ſupra modum, impenſe, uel plus ſatis: ſoliq; comparatiuo iungitur. Gel. lib. 11. cap. 18. Quoniam uidebantur impendio acerbiores. Impendio magis, pro multo magis. Cic. ad Att. lib. 10. At ille impendio magis odit Senatum. Sic etiam dicimus, Impendio minus, pro multo minus. Plaut. in Aul. Atq; ille uero, minusq; impendio curare, minus me impertire honoribus.

IMPENDIOSVS, a, um, {*Che fa molta ſpeſa*} (δαπανηρός) qui plus æquo impendit, & plus conſumit quàm par eſt. Plau. Bacch. Nimio præſtat, impendioſum te, quàm ingratum dicier.

IMPENDIVM, dij, {*Eſpeſa. ſpeſa. Pet. Conuien che altri impari alle tue ſpeſe*} (δαπάνη, ἀνάλωμα) dicitur impenſa, ab impendendo ære. Cic. pro Quin. Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. Impendium & teſte Varrone, dicitur pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit hoc eſt, uſura ipſa, qđ fœnus cũ ſorte coniunctum unum fiat quaſi compendium. Cic. ad Att. lib. 6. Itaq; aut tutela cogito me abdicare, aut ut pro Glabrione Scæuola, fœnus et & impendium recuſare.

IMPENDO, dis, di, ſum, actiuum, {*Spendere. Pet. Coſi ſpendo il tempo lagrimando*} (δαπανάω, ἀναλίσκω) in rem aliquam expendo, & inſumo, Pli. in Epiſ. In aquæductu, Domine, Nicomedienſes impenderunt H-S. XXX. CCC. XXIX, qui imperfectus adhuc relictus. Vnde Impenſa, & impendium. Per translationem, Impendere operam, Impendere laborem, dicimus pro eo qđ eſt, operam, uel laborem in re aliqua collocare. Pli. iunior ad Cæcilium Marcũ, Rurſus cum audis, quid ſtudijs laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis uidetur, nec legiſſe. Dicimus autem, Impendo operam huic rei, & in hanc rem. Col. in Præfa. lib. 1. Sic ut roſarijs impenderet curam, cum à pleriſq; etiam maiora negligantur. Cic. in Verr. Impendere pecuniam in res uanas.

IMPENETRALE, pen. pro. (ἄδυτον) cuius ultimum, inquit Feſt. penetrale intrare non licet.

IMPENETRABILIS, le, {*Non penetrabile*} quod penetrari non põt. Liu. 2. Bel. Pun. Et cum auerſi, ac diuerſo late agmine a tam multis ſimul uenientibus haud ſanè impenetrabiles eſſent, in ſpetus paſsim naues egerunt. Mens impenetrabilis iræ, Silius lib. 17. Armis impenetrabilis, Stat. 3. Theb. Pudicitia impenetrabilis, Tacit. lib. 4.

IMPENNATAS AGNAS, inquit Feſtus, in Saliari carmine ueteres pro ſpicis uſurparunt, quæ non habent ariſtas: Agnas enim nouas uoluerunt intelligi.

IMPENSA, æ, {*Speſa*} (δαπάνη, ἀνάλωμα) idẽ eſt quod expenſa, ſumptus. Cic. ad Att. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant nondum inſtruxerant.

Accipitur etiam impenſa pro beneficio. Martia. lib. 1. Epig. Impenſis uitam principis annumeres.

IMPENSE, aduerbium, {*Molto grandemente*} (σφόδρα, ἄγαν) ualde uel nimis: Ter. in Adel. Sed ſi id uultis potius quę uos propter adoleſcentiam minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſultis parum. Inde impenſius, pro uehementius, ſiue multo magis, σφοδρότερον. Col. ſed cuiuſq; diſciplinæ prudentiam delectant impenſius ea, quæ proprijs generibus diſtinguuntur, quàm quę paſsim uelut abiecta & quodam aceruo confuſa ſunt. Pli. lib. 6. Epiſt. Quo impenſius rogo, ut timori meo quotidie ſingulis uel etiam binis epiſtolis conſulas.

IMPENSIBILIS, le, (ἀσύμβατος, ἀπίστευτος) idem quod inconſiderabilis, quod ſatis expendi non poteſt. Gell. lib. 11. cap. 5. Omniumq; rerum fidẽ, ueritatem, miſtis confuſisq; ſignis, ueri atq; falſi, ita impenſibilem uideri aiunt, ut quiſquis homo eſt, &c.

IMPENSVS, nomen ex participio, {*Inſolente, immodeſto*} (ἀλαζών) inſolẽs, immodeſtus. Plautus in Capt. Væ miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior. Plautus in Bacch. Pol quidem meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt.

IMPERCEPTVS, adiectiuum, (ἀκατάληπτος) quod ſatis perceptum non eſt, quod'ue ſatis percipi non poteſt. Gel. lib. 14. cap. 1. Minora maioris imperceptiora.

IMPERCVSSVS, adiectiuum, {*Senza ſtrepito*} ut, Pedes imperculſos mouere, hoc eſt, ſine ſtrepitu. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Atq; imperculſos nocte mouere pedes.

IMPERDITVS, a, um, {*Che non ſi può deſtruere*} quod perdi deſtrui'ue non poteſt. Verg 10. Aen. Et uos o Graija imperdita corpora Teucri. Vbi Seruius Imperdita corpora Graija quos Græci perdere nequiuerunt. Pectora imperdita, Sta. 3. Theb.

IMPERFECTVS, a, um, {*Imperfetto*} (ἀτελής) nondum abſolutus. Verg. 8. Aen. Pars imperfecta manebat.

IMPERFOSSVS, a, um, (ἄτρωτος) non perfoſſus. Oui. 12. Meta. Manet imperfoſſus ab omni Inq; cruentatus Ceneus Elateius ictu.

IMPERATOR, oris, {*Imperatore, capitano generale*} (πολέμαρχος) ad quẽ rei militaris ſumma refertur: ab imperando dictus, propterea qđ exercitui, quæ facto opus ſunt, imperet. Id autem nominis nemo conſequebatur, niſi re bene geſta, atq; aliquot millibus externorum hoſtium cæſis. Pli. lib. 7. c. 26. enumerans Pompeij laudes. Toties Imperator, antequam miles. Cic. Phil. 4. Faciã igiť, ut Imperatores inſtructa acie ſolent, quãquam paratiſsimos milites ad prælandum uideant, ut eos tamen adhortentur. Idem 2. Tuſc. In primis laudabat illud, quod diceret, eoſdem labores non eſſe æquè graues Imperatori & militi, qđ ipſe honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. Nunc ſummi principis Romani imperij nomen ſolum eſt, ſacroſanctum, maieſtateq; non impune uiolabili munitum Græci αὐτοκράτορα uocant.

IMPERATRIX, cis, {*Imperatrice*} fœmininum ab Imperatore deductum. Ci. pro Cælio: Prægeſtit animus iam uidere, primum lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes uiros ab Imperatrice in inſidijs, atq; præſidio balnearum locatos.

IMPERATORIVS, a, um, {*imperiale, imperatorio*} quod ad Imperatorẽ, pertinet: ut, Imperatoria donatio, Cic. 5. Verr. Imperatorium ius. Idem 3. Ver. Publius Seruilius quæ ſigna atq; ornamẽta ex urbe hoſtium uirtute capta belli lege, atq; Imperatorio iure ſuſtulit, ea pop. Rom. aſportauit.

IMPERIOSVS, {*Imperioſo*} qui nimius eſt in imperãdo, aut qui nimis acerbe imperat. Cic. in Ora. Cognoſcat etiam rerum geſtarum, & memoriæ ueteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ urbis, ſed & imperioſorum populorum, & regũ illuſtrium. Liu. 7. ab urb. Eodem tenore duos inſequentes Conſulatus geſſit, eodẽ hæc imperioſi Dictatura geretur. Sic etiam Cice. lib. 2. de Fin. Manlium illũ Torquatum qui filium quod iniuſſu ſuo cũ hoſte pugnaſſet, ſecuri percuſſit, uocat Imperioſum, hoc eſt, nimis ſeuerum & crudelem in imperando. Imperioſus ſibi, qui ſibi ipſe imperat, qui uitæ ſuæ modum habet: ſiue, ut uulgo dicitur, qui ſuis paſsionibus dominatur. Hora. 2. Ser. Sat. 7. Quis nã igitur liber? ſapiẽs, ſibiq; imperioſus. Imperioſiſsima & ſuperbiſsima familia, Liu. 9. ab urb. Ab imperioſus fit comparatiuum Imperioſior. Hora. lib. 1. Carm. Ode 14. Ac ſine funibus Vix durare carinæ Poſſunt imperioſius Aequor. Item Imperioſe aduerbium, hoc eſt, ſeuere, acerbe, & imperioſi domini more.

IMPERITIA, æ, {*Ignoranza*} (ἀπειρία, ἀπειροπολεμία?) inſcitia. Pli. li. 17. cap. 2. Contra Cicerum ſcire imperitia exiſtimatur.

IMPERITVS a, um, {*Ignorante, poco pratico*} (ἀδαήμων, ἄπειρος, τῶν πραγμάτων) nõ expertus, inquit Donatus: inſcius, ignarus rudis, indoctus. Terẽ. in Adel. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius. Imperitus & Callidus contraria ſunt quemadmodum Rudis & Aſtutus. Ci. pro Roſc. Comœdo: Callidum imperitus non fraudat. Imperita multitudo, Imperitũ uulgus. Ci. 1. Offi. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pẽdet, hic in magno uiris non eſt habendus. Pli. lib. 34 cap. 34. Quod imperitum uulgus appellat ſertum uiuum. Imperitus rerum. Ter. in And. Tu'ne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

IMPERITE', aduerb. {*Ignorantemente*}(ἀπείρως) indoctè. Ci. de Cla. Ora. Dicebat eum Scipio non imperitè: Gneuſq́; Pompeius Sex. F. aliquem numeſū obtinebat. Idem pro Corn. Balb. Quid enim potuit dici imperitius?

IMPERITO, tas, pen. cor. {*Comandare, imperare*} frequentatiuum eſt ab Impero: quod modo ſignificat iubeo, κελεύω. Plau. in Cap. Quod antehàc pro iure imperitabam meo. Modò dominor, ſiue imperiū in alios habeo. ἄρχω. Hora. 2. Ser. Sat. 7. Nempe Tu, mihi qui imperitas, alijs ſeruis miſer.

IMPERIVM, rij, {*Comandamento, imperio*}(ἐπίταγμα) ſignificat iuſſum uel præceptum. Verg. 4. Aen. Imperio læti parent. Aliquando dicitur dominium aut regnum δυναστεία, ἀρχή, ἡγεμονία: ut apud eundem 1. Aen. Imperium oceano famam qui terminet aſtris. Aliquādo eſt poteſtas uel iuriſdictio. Vlp. de Iuriſ. omnium iudi. l. imperium: Merum eſt imperium, habere gladiū poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam Poteſtas appellatur. Miſtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit: ut Iuriſdictio, iudicis dandi licentia.

IMPERO, ras, pen. cor. {*Imperare, comandare*}(κελεύω, ἐπιτάττω) iubeo, præcipio. Cic. 3. de Leg. Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: et qui modeſtè paret, uidetur, qui aliquando imperet, dignus eſſe. Imperare tributum, diciturq́; princeps, quādo ſubditos imperio cogit ad conferendū tributū.

Imperare pecuniā, arma, naues, obſides. Ci. ad Att. li. 4. Obſidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia. Cæſ. li. 1. Bel. Ciu. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c. Cic. 7. Verr. Superiorum Prætorum conſuetudo cum hæc fuiſſet, ut naues ciuitatibus, certusq́; numerus nautarum, militumq́; imperaretur, tu & maximæ & locupletiſſimæ ciuitati Mamertinæ nihil horū imperauiſti. Imperare, pro uelle. Ter. in And. Animū iam nunc olim ſo eſſe impero: Vbi Donatus: Impero, pro uolo. Imperor, aris, paſſiue. Hor. 1. Epiſt. 5. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non Inuitus. Imperatum (πρόσταγμα) idem quod iuſſum: unde Facere imperata, pro eo quod eſt parere mandatis, apud Cæſ. 1. Bel. Gall. Liui. Qui cum in pace eſſent, imperataq́; pro rebus Conſulibus feciſſent.

IMPERMISSVS, a, um, adiec. {*Non permeſſo*}(ἀθέμιτος) illicitus: ut, Gaudia impermiſſa, id eſt, illiciti concubitus, apud Hora. 3. Carm. Ode. 6.

IMPERSONALE VERBVM, (ἀπρόσωπον) dicitur quod non habet certas aut diſtinctas perſonas, aut numeros: ſed ſub eadē uoce omnibus perſonis utriuſq́; numeri attribuitur. Eius duæ ſunt ſpecies. Quædam enim ſunt impersonalia actiuæ uocis, quædam paſſiuæ. de conſtructione eorum uide Syntaxin. Neq; enim hic uocum conſtructionem, ſed ſignificationem docendam ſuſcepimus.

IMPERTERRITVS, a, um, {*Che non ha paura di coſa alcuna*}(ἀκατάπληκτος, ἄδειος) qui nulla re terretur. Ver. 1. Aen. Manet imperterritus ille. Imperterritus equum impellebat. Silius lib. 7.

IMPERTIO, is, {*Partire, impartire, far partecipe*}(μεταδίδωμι) participē facio, tribuo. Cic. de Ora. Et te exorabo profectò, ut mihi quoq; tuæ ſuauitatis aliquid impertias. Idem in Cat. Deinde collegæ meo laus impertitur.

Habet autem hoc uerbum poſt ſe uel datiuum perſonæ, cum accuſatiuo rei, cuius quis particeps fit, ut in exemplis iam adductis. Vel accuſatiuum perſonæ cū ablatiuo rei. Ter. Eun. Plurima ſalute Parmenonem ſuum impertit Gnato. Legitur & Impertior deponens. Lucullo tantum impertior laudis quantū uiro forti debetur. Idem pro Archia: Multi gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebantur.

IMPERVIVS, a, um, (ἄβατος) ut, Amnis imperuius: id eſt, non uadoſus. Oui. 9. Met. Vorticibusq́; frequens erat, atq; imperuius amnis.

IMPESCO, is, ere, in lætam ſegetem paſcendi gratia immittere inquit Feſtus.

IMPES, impetis, uide Impetus, us.

IMPETIGO, inis, tertia ſyllaba pro. {*Volatica*}(λειχὴν) quibuſdā, alijs, λειχὴν) fœdatio cutis, ſerpens cū pruritu: quā alij ſcabiē, ſiccā aſperā, & prominentē ītelligunt, alij morbū ſimilē ſcabiei ſquāmoſum, corpusq́; dehoneſtantē. Ab impetu nomē deductū. Serenus: Si uero uitiū eſt, quod ducit ab impete nomē, hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Et apud Col. li. 5. ſcribitur, q impetigines, & ſcabies aceto & alumine defricantur in equis. Pli. lib. 13. ca. 7. Hybernæ capriſicus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Impetiginis ſpecies ſunt quatuor, quas uide apud Celſum li. 5. Olim etiā pro eodē dicebatur Impetix, teſte Feſt. Itē Petigo: q uicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundēs Luc. li. 30. ut citat nonius: Illuuies, ſcabies oculos huic, deniq; petigo conſcendere.

IMPETO, tis, pen. cor. {*Aſſaltare*}(προσβάλλω) inuado, adorior. Varr. 3. de re Ruſt. ca. 16. Itaq; impetentes à ſe eijciunt fucos, quod hi, &c. Apuleius: Iurgiā me oppido impetens.

IMPETRABILIS, le, paſſiue, {*Che facilmente ſi può impetrare*}(κατανυστός) quod facilè poteſt impetrari. Liu. 6. Bel. Mace. Itaq; præmiſſis à Philippo, qui ſpem impetrabilis ueniæ oſtendebant, &c. Aliquando actiue accipitur pro eo, qui facilè impetrat. Plau. in Moſtel. Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis.

IMPETRASSO, {*Impetrare*} pro impetro Veteres dixere. Plau. in Aul. Et iſtuc confido à fratre me impetraſſe.

IMPETRITVS, a, um, {*Impetrato*}(βέβαιος) quod eſt ſtabilis, quaſi in petra fixus. Plau. in Aſin. Impetritum, inauguratum eſt.

IMPETRO, as, p. c. {*Impetrare, ottenere*}(κατανύω) ſignificat obtineo & quaſi id quod cupio, facio: ex In, et Patro: unde et Perpetro, pro perficio. Teren. in Hecy. Videndum eſt, ne minus propter iram hanc impetrem, quod poſſim: aut ne faciā plus, quod poſt minus me feciſſe ſatius ſit. Impetratio, onis, uerbale. Ci. ad Att. li. 11. Illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil ualere.

IMPETVS, us, {*Empito, aſſalto, uiolenza*}(ἐπιφορά, ῥύμα, βία) uis, uel uiolē ta inuaſio. Pli. de Viris illuſt. Cū Tarquinios in urbem reſtituere tentaret, & primo impetu Ianiculū cepiſſet. Luc. li. 1. Quamlibet in partem trudunt res aute, ruunt Impetibus crebris. Cic. pro Roſc. Amer. Vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur. Legimus etiam pro eodem ablatiuum Impete ab antiquo nominatiuo Impes, qui nunc non eſt in uſu. Stat. lib. 7. Theb. Tranſilient campos, aurigamq; impete uaſto Corripiūt. Plau. in Amph. Quis tam uaſto impete has fores toto conuulſit cardine?

IMPETVOSVS, a, um, {*Impetuoſo*}(βίαιος, αἰπύς) qui magno fertur impetu. Pli. lib. 35. cap. 10. Impetuoſus animus.

IMPEXVS, a, um, {*Non pettinato*}(ἀκτένιστος) nō pexus: ut Barbæ impexæ. Verg. 3. Geor. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Antiquitas triſtis & impexa, id eſt, inculta, apud Tacitum in Dialogo de Oratore. Comæ impexæ, Ouid. 3. Faſt.

IMPIA HERBA, (ἀσέβης) ea eſt, quam Officinæ & Herbariorum uulgus Chriſtoculum appellant. Ita dicta, ſiue quod ſurculos habeat capitatos, his, ex quibus enaſcuntur, ramulis altius inſurgentes, atque ita uideri ut liberi ſe ſupra parentes efferre: ſiue quod à nullo animalium attingatur. Auctor Pli. lib. 24. cap. 19.

IMPIATVS, Vide Impio.

IMPIE', {*Empiamente, crudelmente*}(ἀσεβῶς, ἀνοσίως) ſceleratè, nephariè: et propriè quando quis de Deo, patria, aut de parentibus malè meretur, aut de his, qui parentum loco ſunt. Cic. 5. Tuſc. Vituperare quiſquam, inquam, uitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet, & tam impiè ingratus eſſe, ut eā accuſet, quam uereri deberet, etiamſi minus percipere poſſet? Quin. li. 7. c. 2. Tu impiè feciſti, cum exhæredationem meruiſti.

IMPIETAS, atis, {*Impietà crudeltà*}(ἀσέβεια, ἀθεότης) ſceleratus, inhumanus affectus aduerſus Deum patriam, uel parētes, eos ue qui parentum loco ſunt. Cic. 1. de Fin. Et ſi uerò impietas molita quippiā eſt, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet, id fore ſemper occultum.

IMPICO, as, are, {*Vngere di pece*}(πισσόω) pice illinere. Col. lib. 12. cap. 29. De lacu quàm recentiſſimum additu muſtum in amphoram nouam, eamq; oblinito & impicato diligenter, ne quicquam aquæ introire poſſit.

IMPIGER, pen. corr. {*Diligente, ſollecito*}(ἄοκνος) non piger, ſed ſtrenuus, & diligens. Tibul. Impiger Aeneas uolitantis frater Amoris Ci. Quis eſt tam impiger in ſcribendo, quàm ego? Hora. 1. Epiſt. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. pro Fon. Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem.

IMPIGRE', aduerbium, {*Diligentemente, uelocemente*}(ἀόκνως) diligenter. Liu. 2. ab urb. Impigrè ſecuti ſunt. Plaut. in Rud. Nam ut de nocte multa, Impigreq; exurrexi, lucrum propoſui ſopori & quieti. Liu. 4. Bel. Pun. Omnia impigrè facta.

IMPIGRITAS, atis, {*Diligenza, ſollecitudine*}(ἀοκνία) pro impigritia. Ci. li. 3. de Rep. ut citat Nonius. Nunquam uiri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

IMPINGO, gis, impegi, impactum, {*Sbattere, percuotere, ſpingere*}(ἐπάγω, καταφέρω, συγκρούω) ex In, & Pango, ſignificat impello, & illido. Cic. lib. 3. Tuſc. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Impingendus dixit, quaſi illidendus, & nolenti ingerendus. Denotat enim uim aliquā. Verg. lib. 5. Aen. Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Plaut. in Cap. pro impono uſurpauit: Iubete huic craſſas compedes impingier. Impingere dicam, idem eſt, quod ſcribere dicam, uel actionem intendere. Ter. in Phor. Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberam, dicam tibi impingam grādem δίκην ἐπάξω συμμεγάλην.

IMPINGVO, guas, {*Ingraſſare*}(πιαίνω, λιπαίνω) pinguem facio, ſagino. Vnde impinguatus, participium idem ſignificans quod pinguis factus.

IMPIO, as, {*Contaminare, uiolare*}(μιαίνω) contamino, ſcelere polluo: ex In, et Pio, cui opponitur Expio. Plau. in Rud. Nam hoc mihi haud laboris eſt, laborem hunc potiri, ſi erga parentem, Aut deos me impiaui. id eſt, ſi impius ſui erga parentes. Impiatus, ſceleratus, inquit Feſtus. Significat etiam maculatum, & pollutum. Apul. Cruore humano aſperſum, atque impiatum. Thalami impiati facinore. Senec. Hypol.

IMPIVS, a, um, {*Empio, ſcelerato, crudele*}(ἀσεβής, ἄθεος) ſceleratus, nepharius, & præcipuè, qui de Deo, patria'ue, aut parentibus malè meretur. Terē. in Eun. Vbi ego illum ſceleroſum miſera, atque impium inueniam? Idem in Piſo. Me fugerat deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Gens impia, Verg. 2. Geo. Domus impia, Ouid. 8. Meta.

IMPLACABILIS, & Implacabile, {*Implacabile, che non ſi può placare*}(ἀκαταπράϋντος) qui placari non poteſt. Cicero ad Quin. Fra. Nam ſi implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma eſt lenitas. Cicero in Piſon. Si aſpernaretur amicitiam meam, ſeſeq; mihi implacabilem inexpiabilemq; præberet: tamē ei cum tantas res geſſiſſet, gereretq; quotidie, non amicus eſſe non poſſem. Ouid. 3 de Pon. Eleg. 3. Effice ſit nobis non implacabilis ira. Inde Implacabiliter aduerbium, (ἀκαταπραΰντως) Tacit. libro primo. Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tranſmiſit.

IMPLACATVS, a, um, {*Non placato*} nō placatus: ut, Gula implacata. Oui. 8. Meta. Sed inattenuata manebat Tum quoq; dira fames: implacatæq; uigebat Flamma gulæ.

IMPLACIDVS, a, um, {*Inquieto*}(ἀτρεμής, ἄπαυστος) inquietus, non placidus: ut, Diuum implacidiſſimus Mars, Stat. 9. Theb. Hor. 4. Carm. Ode 14. Milite nam tuo Druſus Genaunos implacidum genus, Brennosq; &c.

IMPLANO, as, pe. co. {*Ingannare*}(ἀποπλανάω) decipio Cyprianus: Si quis (inquit) putat ſe aliquid eſſe, cum non ſit, ſe ipſum implanat. Hinc Implanator, pro impoſtore, qui Græcè πλάνος dicitur. Apud claſſicos hoc uerbum non temere inuenias.

IMPLEO, ples, {*Empire. Pe. Ne che l'empia di ſpeme ò di duol colmi*}(ἐμπίπλημι, ἐμπίμπλημι, πληρόω, ἀναπληρόω) plenum facio. Conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Ver. 1. Aen. Implentq; mero pateram. Interdum etiam inuenitur habere ablatiuum cum præpoſitione. Cic. 4. Acad. De quibus rebus uolumina impleta ſunt, non à noſtris ſolum, ſed etiam à Chryſippo. Implere ſuum officium, eſt quod barbari dicunt, Facere ſuum debitum, Pli. in Epiſt. Vereor enim ne aut acceſſiſſe, aut non impleſſe officij mei partes uidear. Impleri etiam dicuntur fœminæ brutorum animantium, cum adhibitu admiſſario fœtū concipiunt. Pli. lib. 14. cap. 63. Canes implentur uno coitu. Col. li. 7. Itaq; quinquennis parum habetur idoneus fœminis implendis.

IMPLEXVS, {*Inuiluppato, intricato*}(ἐμπλεκής, ἐμπεπλεγμένος) inuolutus, innexus. Pli. lib. 33 cap. 1. Eſt quidem apud eundem Homerum, uirorū crinibus

aurum implexum:ideo neſcio,an prior uſus à fœminis cœperit. Verg. 4. Geor. Cœruleos implexæ crinibus angues. Eumenides.

IMPLICITE, aduerbium,{*Intricatamente*}(ἐμπλόκως)perplexe,latenter, inuolute,cuius antithetō eſt Expedite Ci. 2. de Inuē. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non ut negotialis,implicite, & abſcondite,ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

IMPLICO,cas,pen cor. {*Ingroppare,auiluppare*}(ἐμπλέκω, ἐπιπλέκω)idē eſt,quod inuoluere uel innectere. Verg. 2. Aen Implicuitq; comam læua. Oui. 3. Meta. Dixit,& implicuit materno brachia collo. Per translationē accipitur pro ſermonibus obtinere,& circumuenire. Liu. 7. Bel. Pun. Eum primo incertis implicantes reſponſis,ut metus tormentorum admotus fateri uera coegit, edocuerunt literas ſe ad Annibalem ferre. Præteritum eius eſt Implicui, & interdum implicaui. Supinum implicitum uel implicatum. Cic. 1. Offi. Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata & implicita ſunt,tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Idem in Piſo. Quid auaritiæ,quæ criminibus infinitis implicata eſt. Implicari morbo,detineri. Liu. 3. ab urb. Intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum tenuit. Implicari,& cōſtringi multis officiis. Cic. 1. Acad. Nullis occupationibus implicatus Deus, Idē pro domo ſua. Implicare caput,hoc eſt,ornare. Plau. Poen. Implicat ad ſpeculum caput Impliciturus,parti. Oui. 5. Faſt. Protinus accedunt Charites nectuntq; coronas: Sertaq; cœleſtes implicitura comas. Implicito,as,are,frequentatiuum. Pl. li. 9. Epi. ad Caninū: Varios orbes implicitat,expeditq; hoc eſt,inuoluit,& euoluit. Implicatio,onis,(ἐπιπλοκή)inuolutio,connexio. Ci. 2. de Nat. d. o. Huic adde neruos,à quibus artus continentur,eorumq; implicationē corpore toto pertinentē.

IMPLORO,as,pe. p. {*Inuocare,dimandare aita*}(ἀνακαλῶ, ἐπικαλοῦμαι) inuoco:& proprie dicitur,cum quis in malis poſitus eſt, & cū miſeratione auxilium petit. Ter. in Adelph Illæc fidem nunc noſtram implorat Demea. Ci. 7. in Verr. Vosq; etiam atq; ēt imploro & appello ſanctiſſimę Deæ,quæ, &c.

IMPLORATIO,onis,(ἀνάκλησις)inuocatio,auxilij petitio in rebus afflictis. Cic. de Ora. Omnium deorum & hominum,& ciuium, & ſociorum imploratio.

IMPLVMIS,& hoc implume,pen pro. {*Senza piume*}(ἄπτερος, ἄπτιλος) quod plumis caret. Pli. lib 8 cap 55. Lepus omnium prædæ naſcens ſolus, præter daſypodem,ſuperfœtat,aliud educās,aliud in utero pilis ueſtitum,aliud implume,aliud inchoatum gerens pariter.

IMPLVO,is,impluı,uel impluui,implutum,impluere,{*Piouere ſopra qualche coſa,ſtrapiouere*}(ἐμβρέχω)ſuper aliquid pluere Plau. Moſt Cū impluit cæteris, ne impluat mihi. Hinc Implutus,a,um,(κατάβρεκτος)pluuia madefactus.

IMPLVVIA,æ,{*Piuiale*}(χλαῖνα)ueſtis erat,qua ſacerdotes per imbrē utebantur: Pluuiale nunc uulgo appellatur. Varr. Salium quoque ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Hæc Sipontinus. Alij tamen à colore hoc ueſtis genus dictum putant. nā Impluuiatus color à Nonio dictus eſt,quē nos Fuſcum ſiue Pullum uocamus,quaſi fumato ſtillicidio implutus.

IMPLVVIATVS COLOR,(φαιός)is eſt,quem nos fuſcum aut pullum dicimus:inde dictus,teſte Nonio,quaſi fumato ſtillicidio implutus. Vide Tyleſium in libello de coloribus.

IMPLVVIVM,uij,(inquit Varro)eſt locus ſub cœlo in medio domus relictus: unde lumen deorſum caperent:ita dictus, quod eo implueret. Feſtus: Impluuium,quo aqua impluit collecta de tecto. Ter. in Phorm. Monſtra euenerunt mihi: Intrauit in ædes ater alienus canis:anguis per impluuium decidit de tegulis.

IMPOLITIA,tiæ,{*Rozzezza Boc. G. or. 3 No. 1. Cimone per ſua rozzezza*}ἀκαλλωπισία, ἀκοσμία-quaſi incuria,inelegantia. Gell. lib. 4 capi. 12. Si quis eques Romanus equum habere gracilentem,aut parum nitidum uiſus erat,impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebantur Cenſores, inquit Feſtus,cum equiti ea abnegabant,ob equum male caratum.

IMPOLITVS,a,um,{*Rozzo goffo*}(ἀπερίξεστος)rudis,nondum perpolitus Ci de Prou Conſ. Impolitæ uero res,& acerbæ ſi erunt relictæ , quanquā ſunt abſciſſæ,tamen afferent ſeſe aliquando,& ad renouandum bellum reuireſcent. Idē de Clar. Ora. Forma admodum impolita, uelq; rudis. Impolitè,aduerbium,(ἀκόμψως)ineleganter. Cic. 1. de Ora. Cum ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter impoliteq; dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus, &c.

IMPOLLVTVS,a,um,{*non macchiata,non uiolato*}(ἀμίαντος, ἀμόλυντος)non pollutus:ut Fides impolluta, Silius lib. 13.

IMPOMENTA,quaſi imponimenta,quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus

IMPONO,is,pen pr {*Imporre,ſopraporre*}(ἐπιτίθημι, ἐπιτίθεμαι) ſopra pono. Verg. 1. Aene. Molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Imponere finem uel clauſulam rei alicui,eſt idem quod finire uel abſoluere. Verg. 7. Aen. Finēq; imponere curis. Interdum iniungo,(ἐπιβάλλω, ἐπιτάττω, προστάσσω)ut, Impono tibi hoc onus. Ter. in And. Tibi pater me dedo,quiduis oneris impone, impera. Cum datiuo uero ſignificat decipere,ἐξαπατῶ Quin. in Decl. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Cic. ad Q. Fra. lib. 2. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur,maximè Catonis:cui tam egregiè impoſuit Milo noſter. Imponere extremam manum ſignificat perficio. Dona Imponitur extrema manus rebus, cum perficitur id quod cœperit:relinquitur,cum res imperfecta dimittitur. Verg. 7. Aen. Nec minus interea extremam Saturnia bello Imponit regina manum.

IMPORCO,cas,(αὐλακίζω)porcas in agro facio. Col. lib. 2. cap. 10. Et ſimiliter cum ſemē crudo ſolo ingeſſerimus,inarabimus,imporcatumq; occab mus. Imporcitor,oris,qui porcas facit. Eſt autem Porca,ut inquit Var lib. 2. de Re ruſt. terra eminens inter duos ſulcos. Contra Feſtus , ſulcos rariores , qui aquæ ducendæ gratia fieri ſolent , Porcas uocari tradit:crebriores autem Limos appellari.

IMPORTO,as ,{*Portare dentro*}(εἰσφέρω)infero. Cæſ 8. Bel. Gall. Sylueſtribus,anguſtisq; itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. Ci. 2. Offi. Per eoſdemq; ſi quid importetur nobis incōmodi,propulſemus. Cæſ. 5. Bell. Gal. Aere utuntur importato.

IMPORTVNVS,a,um,pen. pro. {*Importuno,faſtidioſo*}(ἄκαιρος) qui aliquid facit præter rationem loci,ſeu tēporis,aut perſonarum. Ter. in Heau. Imo ille fuit ſenex importunus ſemper. Nonnunquam idem eſt quod immanis, & abominandus. Verg. 11. Aen. Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictisq; uiris gerimus. Vbi Seruius, Importunum,inquit,bellum,inde uocat quod portu,i. quiete,careat. Cic. in Ant. Non poſſum æquo animo uidere tam importunos,tam ſceleratos hoſtes. Pauperies importuna. i. grauis, & moleſta. Hora. lib. Carm. Importuna tamen pauperies abeſt.

IMPORTVNE',aduerbium,{*Fuor di tempo fuor di propoſito*}(ἀκαίρως) intempeſtiue,moleſte,imprudenter præter loci,temporis,aut perſonarum rationem: ut importune inſiſtere,apud Cic. 1. Acad.

IMPORTVNITAS,tatis,(ἀκαιρία)intempeſtiuitas quæ neq; loci , ut ait Donatus,neq; temporis obſeruat commoditatē. Ter. in And. Importunitatem ſpectate aniculæ. Accipitur tamen Importunitas non rarò pro immanitate, ſiue nephario aliquo & execrando ſcelere. Cic. pro Cluen. Huius importunitatē matris à filij capite depellite. Idem in Piſo. Animal ex omnium ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorum impuritate concretum.

IMPORTVOSVS,a,um,{*Senza porto*}(ἀλίμενος)qđ eſt ſine portu. Salluſt. in Iug Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare ſæuum et importuoſum, & ager frugum fertilis.

IMPOS,impotis,pen. gen. cor. {*Che manca di qualche coſa,che non ottiene qualche coſa*}(ἀκρατής, ἀτυχής)qui rem aliquam in poteſtate ſua non habet:cuiue quod cupit ex uoto non ſuccedit. Sic Impotem rationis,(ἀκρατῆ λογισμοῦ)dicimus eum,qui rōnē non habet cupiditatibus dominantem. Item Impotem animi,(ἄφρονα)cui mens ſana non eſt,cuiuſq; animi inſtrumentum eſt uitiatum. Plau. Cap. Eripite huic gladium,quæ ſui eſt impos animi. Impos uoti,(ἀτυχής)cui aliquid ex uoto non ſucceſſit,quiq; quod optabat,aſſecutus nō eſt. Huius antitheton eſt Compos: de quo ſupra egimus ſuo loco.

IMPOSSIBILIS,le,{*Impoſſibile. Pet. Io ſolea dir queſt'è impoſsibil coſa*}(ἀδύνατος),quod fieri non poteſt: quam uocem nonnulli putauerunt Latinā non eſſe,ſed illi profecto tota errant uia. non ſemel enim legitur apud Quin. ut li. 5. ca. de Argum. Non enim,inquit,longum tantū,ſed etiam impoſſibile.

IMPOSTORES,{*Ingannatari*}(φενακισταί)dicuntur deceptores,uerſuti,qui alijs imponunt,hoc eſt,decipiunt. Vlp. l. 1 §. medios. ff de uar. & extraord. cog. Non tamen ſi incantauerit,ſi imprecatus eſt, ſi(ut uulgari uerbo impoſtorum utar)exorziſauit.

IMPOSTVRA,ræ,{*Fraude inganno*}(ἐξαπάτη. φενακισμός)fraus, deceptio:unde impoſturam facere.(ἐξαπατᾶν, φενακίζειν)eſt decipere,circūuenire. Vlpianus de crimine ſtellionat. l 3. Si quis impoſturam fecerit,aut colluſionem in necem alterius,ſtellionatus poteſt,appellari.

IMPOTENS,tis,pe. cor. {*Impotente,debole, che non può raffrenar i ſuoi affetti*}(ἀκρατής)qui affectuum ſuorum potens nō eſt,ſed ab appetitibus ſuis uincitur. Ci. 5. Phil. Aduolabat ad urbem à Brunduſio homo impotentiſſimus,ardens odio,animo hoſtili in omnes bonos Antonius. Idem Lepid. Sin iſta pax perditorum hominum in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtituta eſt. id eſt,ſuperbiſſimi,& iræ,libidoq; & quo rapiunt,ſequentis. Sic etiam Impotē tem Decemuirorum dominatum dixit Liuius,pro crudeli,libidinoſo,& rationis minime coercito Accipitur etiam Impotens(ἀδύνατος)pro inope,tenui,debili. Cic. pro Muræ. Ad ſalutem innocentium ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc ualeant.

IMPOTENTIA,æ,{*Debolezza,importanza*}(ἀδυναμία, ἀσθένεια)plerū que imbecillitatē ſignificat,ſiue infirmitatem,ut inquit Donatus. Ter. in Adel. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ,magis ſunt,neſcio quomodo, Suſpicioſi,ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Quoties autem ad animum transfertur, ſignificat uitium illud,cum quis iracundiæ uel alijs animi ſui affectibus imperare non poteſt. ἀκρασία, ὕβρις Cic. 4. Tuſc. Item inflammant appetitione nimia,quam tū cupiditatem,tum libidinem dicimus,impotentiam quandam animi à temperantia moderatione plurimum diſſidentem. Cic. 5. Tuſc. quæſt. Qui nihil metuant, nihil angant,nihil concupiſcant,nulla impotentia efferantur. Ad eundem ēt modū Tyrannus impotentiſſimus, dicitur à Quintiliano: & Decemuiri, quorum principatus erat ſuperbus,uiolentus, & immoderatus , à Liuio Impotentes domini nuncupantur: & à Seneca Impotentia fortunæ aſcribitur: cuius ſucceſſu elatiores,inſolentioresq; reddi homines conſueuerunt.

IMPRÆSENTIARVM.{*Al preſente*}(ἐν τῷ παρόντι, ἐν τῷ παρόντι)unica dictio eſt,idem ſignificans,quod tempore præſenti. Neq; ſolum dicitur de eo,quod nunc præſens eſt,ſed ſæpius de eo quod præſens fuit,aut præſens erit Cato ca. 144. de lege oleæ legendæ. Extra quam ſi quē ſocium impræſentiarum dixerit. Vlp. de tab exh b. Quid n ſi occultatæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt cur noceat ei,qui reſponderit,quod impræſentiarum ei uidebatur? Idem. Tēpus enim ei dandum eſt,ſi non poteſt impræſentiarum exhibere. In præſentia aūt duæ potius uidentur eſſe dictiones: quare non per m,(ut à nonnullis ſcribi uideo)ſed per n,potius diuiſis dictionibus ſcribendum puto.

IMPRANSVS,a,um,{*Che non ha anchora deſinato*}(ἀνάριστος) qui nondū pranſus eſt. Hora 2. Ser. Sat. 2. Verū hic impranſi mecum diſquirite. Plaut. in Amph. Hoc adeo,hoc commemini magis,quia illo die impranſus fui.

IMPRECOR,aris,ſecunda ſyllaba cor. {*Pregar qualche male*}(ἐπαρῶμαι) eſt mali quippiam in caput alicuius precari. Verg 4. Aen. Littora littoribus contraria,fluctibus undas Imprecor. Hinc imprecatio,onis,uerbale,(ἀρά)id eſt, execratio,deuotio,diræ.

IMPRESSIO.{*Violenza aſſalto uiolento*}(προσβολή)id eſt , uiolentus impetus,qualem facere ſolent acies inſtructę,cum altera in alteram irrumpere conatur. Cic. pro Flac. Nō igitur impreſſio nō occaſio,nō uis,non tēpus, non imperiū,nō ſecures ad iniuriā faciendā Flacci animū impulerunt. Hircius in Cōmē. Cęſar equitū turmas ſuorum iubet in hoſtiū equitatū,qui ad oppidū in ſtatione erat,facere impreſſionē. Budęus in Epiſt. Per translationē itē impreſſiones dicuntur imagines,quas imaginatiua animę facultate apprehēdimus. Ci. 4. Aca. Cum uiſa in animos imprimuntur,inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe.

IMPRIMO,mis,pe. co. {*Imprimere,ſtampare,calcare*}(ἐντυπόω, ἀποτυπόω, ἐνσφραγίζω)rei cuipiam molli figuram aliquam induco. Vnde Impreſſę literæ,obſignatæ dicūtur. Ci. li. 1. Tuſc. An imprimi,quaſi cerā,putamus animū

IMPRO-

IMPROBVS, a, um, pen. cor. {Triſto, maligno} μοχθηρός, πονηρός, κακότεχνος. non probus, malignus, & nequam. Plau. in Pſeu. Verum ita uos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo. Ter. in And. Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. Interdum idem eſt quod ſæuus. Verg. 10. Aen. Lauit improba teter Ora cruor. Interdum turpis. Lucil. Omnes, formoſi, fortes, ubi ergo improbus eſt? hoc eſt, turpis & fœdus, ut Nonius interpretatur. Pla. Improbiorem non uidi faciem mulieris. Interdum magnus, & indefeſſus, ἀκάματος. Verg. 1. Geor. Labor omnia uincit Improbus. Vbi Seruius: Improbus, uel magnus, uel nulli probabilis. Quandoque inſatiabilis, damnoſus. Verg. 1. Geor. Nihil improbus anſer, Strymoniæq; grues. Vbi Seruius: Improbus, inſatiabilis nulli probandus. Improba merx, iniuſta, uel quæ facile emptorem inuenit. Plau. in Mil. Sicuti merci pretium ſtat, pro uirtute ut ueneat. Quæ improba eſt, pro mercis uitio dominum pretio pauperat. Improbum os, inuerecundum, improbitatem, & impudentiam præ ſe ferens. Suet. de Cla. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quod eũ oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima Satyra lacerauerit.

IMPROBVLVS, dimi. {Cattiuello} Iuue. Sat. 5. Finge tamen te Improbulũ: ſupereſt illi, qui ponere cogat.

IMPROBE, aduerbium, {Maluagiamente} (πονηρῶς, ἀπρεπῶς) non probe praue, peruerſe. Ci. 5. Verr. Eſt aliquid quod improbius fieri poteſt? Idẽ 2. Officio. Nec ſi plures ſunt ij, quibus improbe datum eſt, quàm illi, quibus iniuſtè ademptum.

IMPROBITAS, atis. {Ribalderia, maluagità} μοχθηρία. malignitas. Cice. 4. Verr. Ex multis ſimilibus ea ſumam, quæ maximè improbitate excellere uidebuntur.

IMPROBO, as, are, {Dannare, uituperare, rifiutare} (ἐγκαλέω, ψέγω) damno, abjicio, uitupero, Plau. in Merc. Qui bono ſunt genere nati, præditi ingenio malo, Suapte culpa ea genere capiunt genus, ingenium improbant. Pli. in Epiſt. Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomẽ aſſumpſit, reliquit teſtamentũ ante octo & decem annos nuncupatum: adeoq; poſtea improbatum ſibi, ut patris eorum bona proſcribenda curauerit. Cæſ. 2. Bel. Ciu. Curio utrunq; improbans conſilium, quantum alteri ſententiæ deeſſet animi, tantum alteri ſupereſſe dicebat. Hor. Epod. 5. Per hoc inane purpuræ decus precor, Per improbaturum hæc Iouem. Improbatio, nis, uituperatio, reiectio. Ad Heren. 1. Hæc & improbationem, & approbationem teſtium pertinebunt.

IMPROBABILIS, le, {Che non ſi può prouare} (ἀπόδοκιμαστος) quod probari non poteſt. Cic. 4. Acad. Quamobrem ſiue tu probabilem uiſionem, ſiue improbabilem, & quæ non impediatur (ut Carneades uolebat) ſiue aliud quid proferes, &c.

IMPROBRO, as, penul. corr. {Biaſimare} (ἀποδοκιμάζω, ὑτιμάζω) probro afficere. Plaut. Truc. Rus tu improbras, ut nacta es hominem quem pudeat probri.

IMPROCERVS, ra, rum, pen. prod. {Baſſo} (ἄμηκης) humilis, non procerus. Gell. lib. 4. cap. 19. Aduertimusq; hinc elici tarditatem, corpora eorum improcera fieri.

IMPROFESSVS, participium abſq; uerbo. Martia. in l. interdum. §. eodem etiam ff. de pub. Si quis improfeſſus ſeruus fuerit, & probetur in commiſſum cecidiſſe, & aut uxorem corrupiſſe domini dicatur, aut aliud quid grauius admiſiſſe ut cognoſcat procurator.

IMPROMISCVVS, (ἄμικτος) non promiſcuus impermiſtus. Gel. lib. 12. cap. 4. Suauitas tam impromiſcua, tamq; ab omni fuco remota eſt.

IMPROMPTVS, a, um, {Tardo, non pronta} (βραδύς) tardus, contrarius prompto. Liu. 7. ab urbe. Qui infacundior ſit, & lingua impromptus. βραδύγλωσσος.

IMPROPERO, ras, pen. cor. {Rimprouerare, dir uillania} ὀνειδίζω. crimen, uel aliquid aliud objicio. Pla. in Rud. Etiã uim improperas flagiti flagitium? Impropero aliquando etiam accipitur pro intrò propero: hoc eſt, feſtinanter & properanter ingredior. Pli. lib. 35. ca. 13. Inq; baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo ſiquis improperaret ſine glomere lini, exitum inueni re nequeat.

IMPROPERATVS, nomen {Non affrettato} non feſtinatus. Verg. 9. Aenei. Haud aliter retro dubius ueſtigia Turnus Improperata refert.

IMPROPRIVS, a, um, {Improprio} (ἄκυρος) non proprius. Quin. lib. 8. c. 2. In hac autem proprietatis ſpecie, quæ nominibus ipſis cuiuſq; rei utitur, nulla uirtus eſt, atq; ei contrarium eſt uitium, id apud nos improprium, apud Græcos ἄκυρον dicitur. Impropriè, aduerb. Gell. lib. 17. cap. 1. Vt ſcribere auſi ſint, M. Ciceronem parum integrè, atq; impropriè, atq; inconſideratè locutũ. Pli. li. 8. cap. 10. Mandunt ore, ſpirant & bibunt, odoranturq; haud impropriè appellata manu. De elephantis.

IMPROSPERE, aduerbium, {Infelicemente} (δυστυχῶς) infeliciter, non proſpere. Col. lib. 1. cap. 1. Vbi quid perperam adminiſtratum ceſſerit, improſpere, uitatur quod fefellerat.

IMPROTECTVS, {Non difeſa} (ἀπροστάτευτος, ἀδιάδικτος) indefenſus, protectore, patrono'ue deſtitutus. Pl. lib. 13. cap. 26. Nequis in re aduerſa et repentina incurſio imparatis, improtectisq; nobis oboriatur.

IMPROVIDVS, a, um, {Incauto, non accorta} (ἀπρονόητος) incautus, q nõ prouidet, quod futurum eſt. Cic. de Legi. Neceſſitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Improuida tela, paſſiue, (ἀφύλακτα) quæ non præuidentur. Pli. in Epiſt. Sæpius à Domitiano, non ſecus ac tela, quæ ipſa cæca & improuida feruntur, in optimum quenque contorquebatur.

IMPROVIDE, aduerb. {Incautamente, non accortamente} (ἀπρονοήτως) incautè. Liu. 7. Be. Pun. Neq; pro ueteris prudentia ducis tam improuide iſſet.

IMPROVISVS, a, um, pr. pro. {Improuiſo, non preuiſto} (ἀπροόρατος) q̃d non eſt præuiſum, inopinatum, ſubitum, repentinum. Cic. ad Att. lib. 15. etiã illud quid eſt, quod non pertimeſcendum ſit? cum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſus morbus oppreſſerit? Hora. 2. Car. Ode 13. Sed improuiſa leti Vis rapuit, rapietq; gentes. Improuiſior. Tacit. lib. 2. Eodẽ anno duodecim celebres Aſiæ urbes collapſæ, nocturno motu terræ; quo improuiſior, grauiorq; peſtis fuit.

IMPROVISE, aduerbium. {All'improuiſa, improuiſamente} (ἀπροσδοκήτως, ἀπροσδοκήτως) ex improuiſo, ex inopinato, de improuiſo, de repente, ſubito, repente. Plau. in Truc. Qui amat, nequit quin nihil ſit, utque improuiſe ſe partibus expoliet.

IMPROVISO, aduerb. (ἀπρονοήτως) idem. Ci. 2. Phil. Cur hoc tempore? cur tam improuiſò? cur tam repentè pacis eſt facta mentio?

IMPRVDENS, tis. {Imprudente} (ἀγνώς) ignarus, non prudens, inſciẽs. Ci. pro Roſc. Amer. Hæc omnia iudices imprudente L. Sylla facta eſſe certe ſcio. Ter. in Hecy. Equidem plus hodie boni Feci imprudens, q̃ ſciens ante hunc diẽ unquam. Conſtruitur interdum cum genitiuo. Col. in Procem. lib. 1. Tota uita uellent imprudentes negotij ſui conſpici. Id eſt ignari. Ter. in Eun. Emit eam dono mihi, Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium

IMPRVDENTIA, æ, {Imprudenza, inauertenza} (ἄγνοια) inſcitia, error, inſcientia. Cic. 2. de Inuen. Imprudentia eſt, cum ſcitte aliquid is, qui arguitur, negat. Ter. in Eun. Si id eſt peccatum peccatum, imprudentia eſt.

IMPRVDENTER, {Imprudentemente} (δι᾽ ἄγνοιαν) aduerbium inſciè, et per imprudentiam. Ter. in And. Interea hæc ſoror, Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius. Cic. 1. de Inuen. Nam ſi ijs, qui imprudenter læſerunt, ignoſci conuenit: ijs qui neceſſario profuerunt, habere gratiam oportet.

IMPVBES, ris, uel Impubis, & hoc impube, uel Impuber, eris, {Giouanetto, ſenza barba} (ἄφηβος) qui ad annos pubertatis nondũ peruenit: hoc eſt, qui nondum lanuginem circa genitalia membra emiſit, quã Latini Pubẽ uocant. Oui. 2. Faſt. Nam puer impubes & adhuc nõn utilis armis, Vnus de Fabia gente relictus erat. Liu. 2. ab Vrb. Laudatamq; uirginem parte obſidum ſe donare dixit: ipſa, quos uellet, legeret: productis omnibus elegiſſe impuberes dicitur. Inde Impubeſcens dicitur, qui nondum lanuginem emittit: ut in loco eo, quem iã è Plinio citauimus.

IMPVDENS, tis, pen. cor. {Impudente ſenza uergogna} (ἀναίσχυντος, ἀναιδής) qui nullo pudore ducitur, quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictæ frontis Cic. 4. Acad. Vtrum igitur nos impudentes qui labi nolumus? an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia?

IMPVDENTIA, æ. {Sfacciatezza} (ἀναισχυντία) inuerecũdia. Cic. 5. Ver. Quid ad hanc impudentiam addi poteſt?

IMPVDENTER, {Sfacciatamente} (ἀναιδῶς, ἀπερυθριάστως) idem quod petulanter, inuerecunde. Cic. de Amic. Sed pleriq; peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem uolunt, quales ipſi non poſſunt.

IMPVDICVS, a, um, pen. pro. {Impudico, non caſto} (ἀσελγής, ἀναγνός) nõ pudicus, impurus, qui pudicitiam ſuam proſtratam habet. Cum de mare dicitũ, eum denotat, qui muliebria patitur, καταπύγων, κίναιδος. Cic. ad Octa. Audiet Marius, impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere uoluit, niſi pudicum. Ponitur quandoq; etiam pro impudente, temerario, et pro eo qui nullo pudore ducitur. Plau. in Rud. O ſcelus impudicum Quam libere ẽ oportet, ſeruire poſtulare. Hinc Impudicitia, æ, καταπυγοσύνη, ἀσέλγεια Cice. ad Octa. Cui forma per dedecus pecuniam & nomen nobile conſceleratũ impudicitiæ dediſſet.

IMPVDICATVS, adiectiuum, ſtupratus, inquit Feſtus.

IMPVGNO, as, are, {Oppugnare, impugnare} (προσβάλλω, πολιορκέω) ſignificat oppugnare. Plau. in Mil. Ad eum Vineas, pluteosq; agã, res parata eſt, impugnandoq; Capere certa res eſt. Per tranſlationẽ ponitur pro aduerſari. Hor. 2. Epi. 1. Noſtra ſed impugnat: nos, noſtraq; liuidus odit. Impugnatus participiũ uictus. Pli. li. 5. c. 24. Primo hũc illi ĩpugnatus curſũ taurus aufert.

IMPVGNATIO, onis, (προσβολή, πολιόρκησις) idẽ quod oppugnatio. Ci. Att. li. 4. Ipſe domũ P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationẽ ſumpſerat.

IMPVLSIO, IMPVLSOR, & IMPVLSVS, Vide ſupra in uerbo Impello.

IMPVNO, onis, à ueteribus impudens dicebatur. Luci. lib. 2. ut citat Nonius: Homo impuratus, & impuno, & rapax.

IMPVNE, aduerbium, {Senza punitione ſenza pena} (ἀτιμωρητί, ἀζημίως) ſine pœna, abſque mulcta, impunite Ouid. 2. Meta. Haud impune feres: adimã tibi namq; figuram. Aliquãdo idem eſt, quod ſine noxa, aut detrimento. Verg. lib. 2. Geor. Et ſæpe alterius ramos impune uidemus Vertere in alterius, mutataq; inſita mala Ferre pyrum. Vbi impune, uidetur poſuiſſe, pro eo quod eſt ſine noxa aut detrimento matris. Aliquando accipitũ pro fruſtra μάτην. Iuue. Saty. 1. Impune ergo mihi recitauerit ille Togatas? hic Elegos? impune diem conſumpſerit ingens Telephus? Impunius magis impune, ac cum minori periculo. Ci. 6. Ver. Ille, cuius Romanus q; erat, impunius id facturũ putauit. Impuniſſime. Plau. in Pœn. Nã impuniſſime Tibi quidẽ hercle uendere haſce ędes licet.

IMPVNITAS atis, {Perdona} (ἀτιμωρησία) uenia peccati, licẽtia, libertas, cũ ſ. is qui peccauit, nulla mulctatur pœna. Sal. in Cat. Si quis indicaſſet de cõiuratione, quæ contra Rẽp. facta erat, præmiũ decreuere, ſeruo libertatẽ, & libero, impunitatẽ eius rei, et ſeſtertiorum ducenta millia. Ci. 2. de Fin. Quæ libido ſe nõ proripiet ac proſiciet, aut occultatioe propoſita, aut impunitate, aut licẽtia.

IMPVNITVS, a, um, liber, {Non punito, aſſolta} (ἀτιμώρητος) inultus, non punitus, pœnæ ſolutus: ut, Impunita iniuria, ob quam nullum ſumptũ eſt ſupplicium. Cic. 7. Verr. Poſſemus hanc iniuriam, ignominiamq;, noſtris Rom. inultam impunitamq; dimittere?

IMPVRVS, a, um, pe. pr. {Immondo, ſporco ſcelerata} (ἄναγνος, ἀκάθαρτος) immundus, turpis, impudicus: quanquam etiam frequenter pro ſcelerato & improbo accipi ſolet. Ter. in Adel. O hominem impurum. Cic. lib. 4. de Rep. Sed iuuentuti noſtræ minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, ut loquitur, eſt homo impurus. Idem: Quam multis illum ingratum, q̃ multis matribus familiam in illa tetra atq; impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis?

IMPVRATVS, a, um, idem quod impurus. Ter. in Phorm. Impuratus me ille ut etiam irrideat?

IMPVRE, aduerbium, {Immondamente, impudicamente} (ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς) immunde, turpiter, impudice, Cic. 3 de Fin. Quis animo æquo uidet eum, quem impure ac flagitioſe putet uiuere?

IMPVRITAS, atis, {Infamia, biaſimo} (ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια) turpitudo, impudicitia. Cic. 2. Phil. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, uino, luſtriſq; confectus.

IMPVTATVS,a,um,(ἄτμητος)quod non eſt putatum,ſeu amputatum,nomen eſt,non participium:cum imputo in hac ſignificatione non legatur. Pli.li. 4.Eadem lege ex imputata uite libari uina dijs,nefas ſtatuit, ratione excogitata,ut putare cogerentur.

IMPVTO,as,pen.cor.{*Imputare*}(προσάπτειν)eſt commodi uel incommodi alicuius cauſam in aliquem reijcere,& aſſerere eũ fuiſſe eius rei cauſam & originem. Et tam in bonam partem accipitur,quàm in malam: Quin.lib.5.ca.10. An ei cædes imputanda ſit,à quo iurgium cœpit? Pli.lib.18.ca.1.Noſtris eã criminibus urgemus , culpamq; noſtram illi imputamus. Interdum ſignificat ſupputare,& numerare,ſubducere rationem,λογίζεσθαι. Vlp. Præterea ſi matrẽ alen pupilli tutor,putat Labeo imputare eum poſſe.Col.lib.1.cap.7. Longeq; plus ſeminis imputant iacti,quàm quod ſeuerint. Interdum imperare, imponere tributum. Pli.in Epiſt. Eidem ciuitati imputata ſunt terna millia , quæ uiatici nomine annua dabantur, legato eunti ad eum , qui Meſiæ præeſt , publicè ſalutandum.

IMPVTRESCO,is,(σήπομαι)idem quod putreſco.Col lib.6.ca.17. Nam animal ipſum oleo merſum necatur: & cum imputruit,conteritur.

IMVS,a,um,{*Baſſo,infimo,ultimo*}(κατώτατος,ὕστατος)infimus, extremus. Verg 6. Aen.Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.Cic.in Somnio Scipionis: Ima ſede ſemper hæret terra. Aliquando etiam dicimus Imum pro intimo. Verg.6. Aen.Fuditq; præceps rex pectore ab imo.

I ANTE N.

IN,{*In,nel*}(ἐν,εἰς)præpoſitio eſt,quæ & ſeparari & componi ſolet. Separata tã accuſatiuo,quàm ablatiuo deſeruit.Cum accuſatiuo conſtructa uarias habet ſignificationes pro ratione adiuncti.Quandoque enim in bonam partem accipitur,idemq; ſignificat,quod erga.Ver.1. Aen. Accipit in Teucros animũ,mentemq; benignam. Quandoque in malam pro aduerſus,uel contra,(κατὰ)ut In parricidam dico,& In tyrannum pugno Pli.Cum mihi ſermo in adulterã eſſet Verg.1.Aen.Quid meus Aeneas in te committere tantum,Quid Troes potuere? Quandoque ad.Idem 1. Aen.Impulit in latus. Quandoque poſt. Liuius.Bellum in trigeſimum diem indixerant.id eſt,poſt triginta dies, uel triginta diebus exactis. Iungitur etiam aliquando accuſatiuo pro ablatiuo:ut, Vereor te in os laudare,pro in ore Ter.in Adel. In quem exempla fient?id eſt,in quo. Interdum idem quod uſq; ad. Mart.lib.1.In lucem ſemper Acerra bibit hoc eſt,uſq; ad lucem. Nonnunquam idem ferè eſt quod pro Ter.in And. Olera & piſciculos minutos ferre in cœnam ſeni.hoc eſt , pro cœna uel gratia cœnæ.Cic 5.Verr. Ne amplius in iugera ſingula quàm terna medimna exigeret.hoc eſt,pro ſingulis iugeribus. Cum uerbis autem motus conſtructum idem eſt quod intro:ut Recepit ſe in forum: Rediit in urbem.Cum autem iungitur ablatiuo,tunc habet eandem uim,quam apud Græcos ἐν:ut,In urbe , In tempore. Aliquando ſignificat inter. Verg.1.Aenei. Pentheſilea furens medijs in millibus ardet. Compoſita quoq; uarijs capitur modis. Nam modo ponitur pro intra,uel intro:ut Ingredior,Induco Modo pro contra:ut Inclamo,Inſulto.

Modo intenſiua eſt:ut Increpuit,Inſonuit. Sic Infractum aliquãdo inuenit̃ pro eo,quod eſt ualde fractum. Verg.12.Aen.Turnus ut infractos aduerſo marte Latinos.Idem alibi: Noſco crines,incanaq; menta: hoc eſt, ualde cana.

Modo negatiua,ſeu priuatiua:ut,Ignarus,Inutilis. Modo ſignificat ſupra: ut Immineo,Impendeo Modo ſine,ut iniuſſu meo. Modo ſolennitatem quandam importat:ut,Indico,cis,quod ſignificat ritu ſolenni quicquam promulgo aut iubeo. Modo motum ad locum:ut,Infero,Importo. Habet nonnunquam qualitatem ad peius deterius q; pendentem: ut , Quum ſemel informeis uidiſſe Cyclopas. Non enim Informis,nullius formæ,ſed malæ fortunæ ſignificat.Cõponitur In,cum omnibus literis tam uocalibus,quàm conſonantibus.Sed quãdo iungitur uocalibus,uel c,d,f,g,h,n,q ſ,t,ſemper remanet n.Inaurio,Ineo,Inijcio,Inops,Inuoco,Incedo Induco,Infero,Ingero,Inhibeo,Innuo,Inquiro,Inſiſto,Intueor.Quando uero cum b,m,& p mutatur n,in m:ut,Imbibo. Immunis, Impono.Cum l,& r,mutatur n,in l,uel in r:ut Illudo,Irruo.

IN DIEM ADDICERE,(ἐμπροθεσμεῖν,προτιθέσθαι)eſt rem uænalẽ ita uendere,ut niſi alius ad certum præſtitutumq; diem maius pretium obtulerat,illius ſit,qui primo obtulit.

IN DIES SINGVLOS,{*Di dì,in dì,ogni dì*}καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν,id eſt, per quoslibet dies.Ci. Metello: Meæ rationis atque eius mei conſilij, maiorem in dies ſingulos fructum,uoluptatemq; capio.

IN DIEM uiuere,{*Viuere à giornata*}eſt præſentis tantum diei habere rõnẽ, neq; ſolicitum eſſe de uictu ſubſequentis diei: qualiter uixiſſe traditur Diogenes Cynicus,qui ob id ἐφημέριος, hoc eſt,in diem uiuens eſt appellatus . Sic Mercari panem in diem,dicimus,pro eo quod eſt tantum panis emere, quantũ nobis in ſingulos dies eſt opus.

IN DIES,{*Ogni dì*}id eſt per ſingulos dies:& ferè conſtruitur cum comparatiuo,aut alia quauis dictione incrementum importante. Liu.lib.1.ab urb.Creſcente in dies multitudine.Cic.1.Phil. Nam cum ſerperet in urbe infinitũ malũ,idq; manaret in dies latius.Interdum etiã ſine aliquo incremento. Hircius: Vt omnes in dies,horasq; parati eſſent.

IN HORAM,{*D'hora in hora*}(ἐπὶ ὥραν)plerunq; cum uerbo Viuo coniungitur,ſicut & in diem.Dicimus enim Viuere in horam,ſicut, Viuere in diem: quæ duo ferè ſunt eiuſdem ſignificationis,hoc eſt,non habere rõnem ſubſequẽtis diei,aut horæ:ſed ita uiuere,ac ſi proxima hora nobis eſſet moriendum.Ci. Neq; qui in horam uiuunt ,nõ modo de fortunis et bonis ciuium, ſed ne de utilitate quidẽ ſua cogitauerunt. In horas uero,(εἰς ὥρας)ferè coniungitur cum uerbo incrementum ſignificante:ſicut In dies,pro eo quod eſt de hora in horã, magis ac magis. Ver.10.Eclog.Gallo,cuius amor tantũ mihi creſcit in horas, Quantum uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus . Aliquando etiam ſine dictione incrementi,pro eo quod eſt ſingulis horis. Hora.2.Ser.Saty.7. Clauum ut mutaret in horas.hoc eſt,ſæpiſſime, quaſi ſingulis horis.

IN MANV,uel in manibus,{*In poteſtà,in arbitrio,in mano*}(πρόχειρος)eſſe dicitur,quod eſt in poteſtate,uel in promptu,& in facili:ut Victoria in manibus eſt.id eſt,propemodum iam tenetur. Ter.in Hecyr. Tibi in manu eſt, ne fiat. In manibus,(μετὰ χεῖρας)pro inter manus. Cic. in Cato. Septimus mihi liber Originum eſt in manibus.id eſt,ſeptimo libro nondum ſumma impoſita eſt manus.

IN MANVM dare,(ἐγχειρίζειν)eſt(ut Donatus interpretatur) dare & ſine arbitris dare,quemadmodum fieri ſolet,cum iudex aut aduerſarij patronus corrumpitur. Ter.in Phorm. Soli ſumus nunc inquam,hic:eho dic, quid uelis tibi dari in manum.

IN MEDIVM,(εἰς τὸ μέσον)id eſt,in uſum communem. Cic lib.1. Offic.In hoc naturam debemus ducem ſequi,& communes utilitates in medium afferre,mutatione officiorum.

IN MENTEM VENIT,{*Venire,tornare in mente*}(ἐπέρχεται εἰς νοῦν) idem quod recordor,ſiue memini.Cic.3. de Fin.Venit mihi Platonis in mentem. Idem lib.3. Epiſt. Solet mihi in mentem uenire illius temporis, quo ſuauiſſimè una fuimus. Interdum idem eſt quod expendere,ſeu cogitatione reuoluere,ἐξετάζειν. Verg.4. Aen.Non uenit in mentem , quorum conſederis armis.

IN NVMERVM ludere,{*Ballare à tempo*}(εὐρύθμως παίζειν) eſt , inquit Seruius,ludere & ſaltare ad modum rhythmi, & cantilenæ. Verg.6. Eclo.Tũ uero in numerum Faunosq;,ferasq; uideres Ludere,tum rigidas motare cacumina quercus.

IN ORDINEM REDACTVS,ſiue coactus,(ἐγκυκλιος,ἰσομοιρος,ἐντεταγμένος)idem eſt quod cæteris hominibus inferioris ordinis adæquatus. Vnde illi propriè dicuntur in ordinem redigi , qui cũ aliquando fuerint functi ſummis honoribus,eo tandem rediguntur,ut inter alios nihil emineant.Liu.li. 12.ab urbe. Tribuni plebis in ordinem redacti,id eſt,contemptui habiti,nec pluris ęſtimati,q̃ aliquis è populo. Suet. in Clau. In ordinem ſe coactum ſcriberet. Hinc etiam Extra ordinem,(ἐκπρεπῶς)pro egregie dicitur.

IN POSTERVM,{*Per l'auuenire*}(τὸ λοιπὸν,εἰς τὸ ἔπειτα) poſthac, uel poſtea. Pli.Epi.li.6.In poſterum,niſi adhibebis modum,ego adhibebo. Quin. lib.1.Multa linguæ uitia,niſi primis eximantur annis,inemendabili in poſterũ prauitate durantur.

IN REM PRÆSENTEM,non tempus,ſed locum ſignificat, quaſi in locũ rei controuerſę. Vnde iudex in rem preſentem,uenire dicitur,cum accedit ad locum de quo eſt controuerſia. Cic.lib.1.Offi. Vt ſi conſtitueris te cuipiam in rem præſentem eſſe uenturum. Idem pro Cecin. Placuit Cecinnæ de amicorũ ſententia conſtituere quo die in rem præſentem ueniretur. Sic etiam dicimus, in re præſenti diſceptare, hoc eſt,eo ipſo in loco,de quo eſt controuerſia. Liu.lib. 2 Scribit miſſuros ſe in Africam,qui inter populum Carthaginienſem & regẽ Maſiniſſam in re præſenti diſceptarent.

IN SPEM VENIO,{*Entrare in ſperanza,cominciare à ſperare*}(εἰς ἐλπίδα ἥκω)ſperare incipio. Ci.lib.2.de Ora. Nonnullam in ſpem ueneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

IN TEMPORE,{*Opportunamente,à tempo*}ἐν καιρῷ.ſignificat opportunè. Sall. Maximè ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. Ter.in And. Venit in tempore.

INABRVPTVS,a,um,{*Che non ſi può rompere*}(οὐ διάρρηκτος)indiuulſus,non abruptus,aut qui abrumpi non poteſt. Sta. 5. Syl. Nec mirum,ſi uos collato pectore miſſos iunxit inabrupta Concordia longa catena.

INACCESSVS,a,um,{*Doue non ſi può andare*} (ἄβατος,ἀπρόσιτος) ad quod non acceditur,uel accedi non poteſt. Pli.lib.12,capi.14. Saba regio à dextra maris ſcopulis inaceſſa. Ver.7. Aen.Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Vbi Seruius,Inacceſſos lucos interpretatur inaccedendos,hoc eſt,ad quos nemo debeat accedere:non autem inacceſſibiles , cum Vlyſſes eo acceſſerit. Sic illaudatum Buſiridem uocat Vergilius,non quod nũquam fuerit laudatus.Conſtat enim ab Iſocrate fuiſſe laudatum:ſed quod laudari aut nominari non debeat.

INACHIA,(ἰναχία)peninſula eſt Europę totius clariſſima,quam Peloponneſum uocamus. Eſt & Inachia nomen puellæ ab Horatio adamatæ, cuius meminit Epod. 11. Hic tertius December,ex quo deſtiti Inachia furere.

INACHIVM,(ἰνάχιον)Peloponneſi oppidum,inter Scyllęum promontoriũ, & Iſthmum ſitum,alio nomine Argos Dipſium appellatum. Pli.lib.4.cap.5.

INACHVS,penu.cor.(Ἴναχος)fluuius eſt in latere exortiuo Peloponneſi,per agrum Argiuum in ſinum Argolicum illabens. Hunc Poetæ fabulantur Ius patrem fuiſſe,quàm Iupiter cum uitiaſſet,aduentum Iunonis præſentiens in uaccam mutauit. Ouid lib.1. Meta. Inachus unus abeſt, imoq; reconditus antro Fletibus auget aquas,natamq; miſerrimus Io Luget,&c. Fuit & Inachus primus Argiuorum rex qui Inacho fluuio nomẽ dedit:à quo Argiui ipſi Inachidæ appellati ſunt. Huius filia creditur fuiſſe Io,quam cum Iupiter uitiaſſet, & in Cretã aduexiſſet,Iuno pellicis impatiens,grauiſſimis odijs eam exagitauit. Quæ res Poetis occaſionẽ fabulãdi dedit, Io Inachi fluuij filiã fuiſſe , Iunonis metu a Ioue in uaccam mutatã:quam cũ illa a coniuge dono accepiſſet , œſtro immiſſo tantopere fuiſſe exagitatam,ut furore correpta nuſquã conſiſtere poſſet donec in Aegyptum tranſuecta,in Iſidem Deam mutata eſt.

INACHIS,(ἰναχίς) patronymicum fœmininum eſt,ab Inacho deductum: qđ à Poetis accipitur pro Io,Inachi filia,quam Iupiter metu uxoris in uaccam dicitur transformaſſe. Oui lib.1. Metam. Coniugis aduentum præſenſerat,inq; nitentem Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.

INACHVS,pen.cor.(Ἴναχος)Ius pater fuit,& primus qui apud Argiuos regnauit. A' quo Inachius,a,um, Verg.lib 2.Geor. Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

INADVLABILIS,le,{ *Non ſoggetto alle adulationi*}(ἀκολάκευτος)non obnoxius adulationi. Gel.lib.14.cap 4.Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi uoluit iudicem,qui iuſtitiæ antiſtes eſt,oportere eſſe grauem,ſanctũ ſeuerum, incorruptum,inadulabilem,&c.

INÆDIFICO,as,are,{*Fabricare,edificare*}(κατασκευάζειν,ἐνοικοδομεῖν)idẽ ferè eſt quod ædificare,ſiue potius,locũ aliquem,ſiue aream ædificijs implere. Cic. de Aruſ.Reſp. A' Sex.Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, euerſa,inædificata,oppreſſa,ſumma deniq; turpitudine fœdata eſſe neſcimus? Vbi ſacella inædificata intelligit loca,in quibus ſacella fuerant,poſtea prophanis ædificijs occupata. Sic inædificare plateas,dixit Cæſar li.1.Bel.Ciu.pro eo quod eſt,plateas ædificijs obſtruere. Inædificare præterea aliquando accipitur pro eo quod eſt iungere,uel adaptare in ædificio. Pli.lib.10.cap.3.inædificatur nido lapis aetites,quem aliqui dixere Gagatem.

INÆQVA-

INÆQVALIS, le, {*Diſuguale*} (ἀνώμαλος, ἄνισος) non æqualis, diſpar, Martia.lib.1. Pinguis inæquales onerat cum uillica menſas. Inæqualis perfuſſus uenatum, Plin.libe.7.cap.51. Inæqualitas,atis, (ἀνωμαλία) diſparitas. Colum.lib.3.cap.12. Opus eſt inter has inæqualitates magno temperamento. Inæqualiter, aduerbium. Colu.de Arbo.cap.7. Et eodem ferro acuto plagam emendes ſicubi inæqualiter findi uidebatur. Inæquabilis, le, idem quod inæqualis: ut Inæquabili uarietate diſtinguere. Cicer.in Partit. Inæqualiter, aduerbium. Varro 3.de Re ruſt.cap.4. Ob quam re oua aut inæqualiter matureſcunt, aut conſeneſcunt.

INÆQVO, as, {*Spianare*} (ἰσόω) idem quod complano, hoc eſt, planum, & æquum facio. Cæſ.1.Bel.Ci. Foſſas tranſuerſas uijs perducit, ſtipiteſq́ præacutos defigit: hæc leuibus cratibus terraq́ inæquat.

INÆSTIMABILIS, le, {*Ineſtimabile*} (ἀτίμητος, ἀνεκτίμητος) quod æſtimari non poteſt. Liu.5.bel. Maced. Quod è grege ſe Imperatorum, uelut Inæſtimabilem, ſecreuiſſet. Inæſtimabile gaudium, Liu.9 bel. Pun.

INÆSTVO, as, are, {*Bollire*} (καυματίζομαι) idem quod æſtuare, aut ualde æſtuare. Hor. Epod.11. Bilis inæſtuat præcordijs.

INAFFECTATVS, a, um, non affectatus. Quin.lib.11. Quia mirè ſimplicitas illa & ſecuritas inaffectatæ orationis tenues cauſas decet.

INALBESCO, is, ere, {*Diuenir bianco*} (λευκαίνομαι) album fieri, Celſ.lib.2. Venę ſub lingua inalbeſcunt. Idem lib.3. Totum corpus cum albore inalbeſcit.

INALGESCO, is, ere, {*Diuenir freddo*} (ψύχομαι) idem quod algeſcere. Celſus lib.3.cap 3. Frigus uoco, ubi extremę partes membrorum inalgeſcunt: horrorem, ubi totum corpus intremit.

INAMABILIS, le, {*Che non ſi può amare*} (ἀνέραστος) qui non poteſt amari, in quo nihil eſt quod ametur. Pli. Epiſt.187. Quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magiſq́ laboribus ruris, q̄ uoluptatibus ſimile. Ouı.5.Triſt. Eleg.7. Siue locum ſpecto, locus eſt inamabilis, & quo Eſſę nihil toto triſtius orbe poteſt.

INAMARESCO, is, ere, {*Diuenir amaro*} (πικραίνομαι) amarum fieri. Horat.5 Serm. Saty.2. Nam inamareſcunt epulę ſine fine petitæ.

INAMBITIOSVS, a, um, nullo modo ambitioſus. Ouid.11. Metam. Secretos montes, & inambitioſa colebat Rura.

INALPINI, dicuntur, qui Alpes incolunt. Plin.lib.3.cap.5. Alpes, populiq́ Inalpini uarijs nationibus, ſed maximè capillati.

INAMBVLO, as, are, {*Paſſeggiare*} (περιπατέω) ſignificat ſpatiari, & ſpatia ambulando conficere. Cic.1.de Ora. Neque his conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo. Idem ad Att. Ante lucem inambulabam domi. Inambulatio, onis, Cice.in Brut. Non multa iactatio corporis, non inclinatio uocis, nulla inambulatio.

INAMOENVS, a, um {*Non ameno*} (ἀηδής) iniucundus. Ouid.10. Meta. Perſephonen adijt, inamœnaq́ regna tenentem. Feritas inamœna, Stat.2. Syl.

INANESCO, ſcis, {*Vanire. Dant. Marta cantando & cantando uanito*} (κενοῦμαι) Inanis fio: quod ab Inaneo, nec fieri certum eſt.

INANIA, æ, (κενότης) idem eſt quod inanitas, uel uacuitas. Plau.in Aul. Nā hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus: Ita inanijs opplete ſunt, atq́ araneis.

INANILOQVVS, qui inania loquitur, κενολόγος. Plau. Surdus ſum profectò: inaniloquus es.

INANIMVS, a, um, {*Senza anima*} (ἄψυχος) quod non habet animam, uel anima caret, & non uiuit. Cic lib.2. Offic. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent partim ſunt inanima, ut aurum, argentum. Idem 1. Tuſ. Inanimū eſt omne, quod pulſu agitatur externo. Inanimatus, a, um, idē quod Inanimus. Cice.in Somn. Scip. Inanimatum eſt enim omne quod impulſu agitatur externo. Idem in Topic. Animata inanimatis anteponantur.

INANIO, nis, niui, nitum, {*Votare, euacuare*} (κενόω) uacuo. Plin.libe.20.cap.3. Herbacea areſacta per ſe inanit aluum. Vnde Inanitus, pen.prod. euacuatus. Plin.lib.25.cap.5. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. Huius compoſitum eſt Exinanio, ἐκκενόω: de quo ſuo loco.

INANIS, ne, pe.pr. {*Vacuo uoto. Pet. Voto d'ogni ualor pien d'ogni orgoglio*} (κενὸς, ἄψυχος) uacuus. Cice.7.Verr. Inanem te nauem eſſe in Italiam deducturum. Ponitur quandoque Inane, (κενὸν) pro aere. Lucr.lib.2. Longum per inane reſoluit. Quandoque pro otioſo Horat.in Serm. In medio qui ſcripta foro recitent, ſunt multi, quiq́ lauantes: Suauè locus uoci reſonat cōcluſus: inanes Hoc iuuat. Sic & Vacuus pro otioſo dicitur à Verg.in Sileno: Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mentes.

INANITAS, atis {*Vacuità. uanità*} (κενότης) pro uacuitate. Cic.de Fato: Cum duo indiuidua per inanitatē ferantur. Item pro uanitate, ματαιότης. Siquidem & inane pro leui & uano quandoque ſumitur. Vergil. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.

INANITER, aduerbium, {*Vanamente*} (κενῶς) uanè. Cice.4. Tuſcu. Cum tamen inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, uel nimia dici poteſt. Inaniter, pro fruſtra, μάτην. Ouidi.2. Metamorph. Et medicas exercet inaniter artes.

INAPPARATIO, incuria, & negligentia apparationi contraria. Ad Heren. libro 2. Si præterea ex altera parte uires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

INAPERTVS, a, um, {*Non aperto*} non patens, non expoſitum: ut Senectus inaperta fraudi, Salius lib.7.

INARDESCO, cis, {*Eſſere acceſo*} (ἐκπυρόομαι) flammam concipio, igne accendor. Inardeo uero, idem eſt quod in re aliqua ardeo. Horat Epod.3. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit ęſtuoſius, Hoc ē, arſit I humeris Herculis.

INARESCO, cis, {*Seccarſi*} (ξηραίνομαι, ἐξικμάζομαι) aridus, & ſiccus fio. Colum.lib.1. Deinde ubi tectorium illud inaruerit.

INARGENTATVS, a, um, {*Argentato, inargentato*} (ἀργυρωθείς) argento coopertus, & illinitus, atq́ obuolutus. Plin.lib 21.ca.2. Paulatimq́ & Romę ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollarijs poſtquam è lamina ærea, tenui, inaurata, aut inargentata dabantur.

INARGVTE, aduerbiū, {*Non argutamente, non acutamente*} non acute. Gel. li.21.ca.13. Tunc Sulpitius Apollinaris ridens, Non mehercule inarguté, inquit, nec inalliſide oppoſuiſti hoc Tullianum.

INARIME, (Ἀρίμοι Homero, Πιθηκοῦσαι Stephano) inſula eſt in ſinu Puteolano non procul à Neapoli, ut ait Plin.lib 3 cap.6. In qua mons fuit, qui ter tremorum paſſus alteram ſudat inſulam, quę Prochyta ab effuſione dicta eſt. Sub hāc quoq́ inſulam Typhoea gigantem à Ioue detruſum, Vergilius his uerſibus declarat: Tū ſonitu Prochyta alta tremit, durumq́ cubile Inarime, Iouis imperijs, impoſita Typhæo. Eadem & Aenearia à ſtatione nauium Aeneæ & à corē dicta forma Iſchia dicitur. Ab Homero in Catalogo inſula hæc ἀρίμοι appellatur. Primus Vergilius cum illud Homeri ἐν ἀρίμοις trāſferret, ex ἐν Ionum præpoſitione, & ἀρίμοις unam dictionem conflauit, numero & declinatione mutatis. Inarime uero ab Arimis, ſiue populis, ſiue beluis ita per ea Hetruſcorū lingua ſimias dictante, quas Græci πιθήκους uocant unde nomen inſulis Pithecuſis, ut Strab placet, ea hiſtoria fabuloſa, quam Harpocration. Xenagoras & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omniū ſcelerū, quibus humana uita damnata eſt, auctores et inuentores Quibus morum peruerſitas, Cercopū nomen dedit. Impoſtores enim ac planos quales hi præcipui fuere, ita Græci uocant, ab animalibus, quæ κέρκῳ, id eſt, caudæ motu blandiuntur. Iis ſummum ſtudium fuit appulſos, & aduenas dolis quibuſcunq́ circumuenire. Quod quum in ipſum etiam Iouem tentaſſent ab eo ex hominibus in ſimias mutati ſunt, quas Gręci pithecos uocant. Vnde inſulis, quas tenebant, Pithecuſæ uocabulum datum. Hinc Ouid. Xenagoram ſecutus 14. Meta. recinit, Inarimē, Prochytenq́ legit, ſterilıq́ locatas Colle Pithecuſas, habitātum nomine dictas. Quanquam Plin.lib.3 ait: Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, nō à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimauere, ſed à figulinis doliatiorum.

INARO, pe.cor. {*Arare*} (ἀρόω) idem quod aro Plin lib.18.cap.4. Inarari protinus ſolum opus eſt. Interdum Inarare, idem eſt, quod arando obruere: ut cū lupinum, fabalia'ue, aut quid ſimile ſtercorandi agri gratia aratro obruimus. Varro libro 1.de Re ruſt.ca.24. Itaque lupinum, cum necdum ſiliculam cepit, & nonnunquam fabalia, ſi ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent. Inarare arbores, apud Colum.libr.2.cap 2.

INARATVS, a, um, {*Non arato*} (ἀνήροτος) non aratus. Verg.2.Geo. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

INARTIFICIALITER, aduerbiū, {*Non artificioſamente*} (ἀτέχνως) Quin.lib.2.cap.17. Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius inartificialiter gerat, in ea eſſe artem.

INASSATVS, {*Arroſtito*} (ὀπτός, ἀπτηλός) idem eſt, quod ſimplex Aſſatus. Plin.lib.28.cap.8. Glaucomata uero iecinoris recentis inaſſati ſanie, cum deſpumato melle inunctis. Idem lib.30.cap.8 Verendorum formicationibus, uerrucisq́, medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies.

INASPECTVS, a, um, {*Non uiſto*} non uiſus, non conſpectus. Sta.2.Theb. Imæq́ receſſu Sedis inaſpectos cœlo radijsq́ penates Seruantem.

INASSVETVS, a, um, {*Inuſitato, non conſueto*} (ἀήθης) idem quod inſuetus, inuſitatus. Oui.4. Faſt. Panditur interea Diti uia: iamq́ diurnum Lumen inaſſueti uix patiuntur equi. Idem in Ibin: Cogit inaſſuetas ſumere tela manus.

INATERÆS, pe p. (ἐνάτερες) Græco nomine dicuntur, quæ duobus uel pluribus nupſerunt fratribus. ſicut Aeelij, (αἴλιοι) quibus duæ nupſerunt ſorores. Quibus uocibus quando Latinis deſtituimur, pro noſtris uti poſſumus.

INATTENVATVS, a, um, {*Non attenuato, non ſminuito*} non attenuatus, aut imminutus. Oui.8. Metam. Iamq́ fame patrias, altiq́ uoragine uentris Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat. Tum quoque dira fames, implacatæq́ uigebat Flamma gulæ.

INAVDAX, acis, {*Timido*} (δειλός) timidus. Hora.3.Carm. Ode 20. Dura paulò póſt fugies inaudax Prædæ raptor.

INAVDIO, dis, (ὑπακούω) rem antea occultā audio, & intelligo. Pla.in Aul. Credo ego iam illum inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum domi. Cic. Panſę: Quorum erupit illa uox, de qua ego ex te primum inaudieram.

INAVDITVS, a, um {*Inaudito, nouo*} (ἀνήκουστος) non auditus, nouus. Liu.5.bel. Mace. Et multa nomina gentium inauditarum. Taci.li.17. Inauditi, atq́ indefenſi, tanquā nocentes, perierant. Cice.1.de Orato. Nihil dicam recōditū, nihil expectatione ueſtra dignum, nihil aut inauditum uobis, aut cuiquā nouum.

INAVDITIVNCVLA, læ, (ἀκρόαμα) feſtiua, iucūdaq́ narratiuncula, auditu non indigna. Gell.lib.5.cap.21. Habebatq́ nonnullas diſciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoataſq́, partim non probas.

INAVGVRO, as, p.c. eſt præcedēte augurio dedicare, uel conſecrare. Apud ueteres.n. nefas erat quēpiam in dignitatē aliquā, aut ſacerdotiū aſſumi, aut et ædē alicui Deorū conſecrari, niſi augurato: hoc eſt adoleſcētibus auibus. Ci.2.Phil. Quid igitur ceſſas? cur as non inaugurare? ſume diem. uide qui te inauguret: collegę ſumus, nemo negabit. Liu.3.ab Vrb. Eō magis, quod & Augures iuſſos adeſſe ad Regillum lacum fama exierat. locumq́ inaugurari, ubi inauſpicato cū populo agi poſſet. Huic contrarium eſt Exaugurare, hoc eſt, quod augurio cōſecratum erat, addicentibus auibus profanum facere. Ab Inauguro fit aduerbiū Inaugurato, hoc eſt, præcedēte augurio, & addicētibus auibus. Liu.lib.1.ab urbe. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Accius Nauius, inclytus ea tēpeſtate Augur, neq́ mutari, neq́ nouum conſtitui, niſi addixiſſent aues, poſſe.

INAVRIS, {*Ornamento dell'orecchie*} (ἐνώτιον, ἐλλόβιον) ornamentū quod ab aure pendet, Nam in oriente decus exiſtimatur, geſtare aurum in auribus. Plau.in Epid. Non meminiſti me inaurem ad te afferre natali die?

INAVRITVS, a, um, {*Che non ha orecchie*} (ἄωτος) carens auribus. Gel.lib.7.cap.6. Quædam animalium alia alio carent ſenſu. & aut cęca natura gignuntur, aut inodora, inaurita've. id eſt, ſine auribus.

INAVRO, as, {*Dorare, indorare*} (χρυσόω) auro tego, uel aurum induco. Per metaphoram accipitur pro diuitem facio. Cic.ad Treb.lib.7.Fam. Puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari. Hora.1.Epiſt.12. Vt te confeſtim liquidus fortunæ riuus inauret. Inauratus, a, um, (χρυσοβαφής, χρυσοφαής) auro intectus: ut Inaurata ſtatua, Cice.in Piſo Ouid 2. Faſt. Coruus inauratum pedibus cratera recuruus Tollit, & aerium peruolat altus iter.

INAVSPICATO, {*Senza aruſpici, con importuni auſpici*} (ἀοιωνίστως) non captatis uel perperā captatis auſpicijs. Cice.1 de Diuina. Qui cum tabernaculū uitio cepiſſet imprudens, q́ inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Cōſulibus abrogādis habuit. Et quia ueteribus ita perſuaſum erat, nihil feliciter

ſuccedere, niſi aues addixiſſent, factum eſt, ut Inauſpicatò accipiatur pro infeliciter. Vnde Crito ille Terentianus dicit ſe inauſpicatu Athenas contuliſſe: q magnam moleſtiam ſuſcepiſſet, ſine ulla commodi compenſatione.

INAVSVS, a, um, {*Che non ſi ardiſce*} quod quis non audet. Sen. Thyeſte. At me innocen em faciat, & inauſa audeat. Id eſt, quæ alij uò ſint auſi. Verg. 8. Aen. At furijs Caci mens efféra, nequid inauſum, Aut intentatum ſceleris've, doli've fuiſſet.

INCÆDVVS, a, um, {*Che non ſi taglia*} (ἄτμητος) cum diph. non cæditur, ex In & Cæduus: ut Incæ‑dua ſylua. Luc. lib. 3. Stat uetus, & multos incædua ſylua p. r annos. Sic Incædui montes, dicuntur ſyluoſi, quos Intonſos Vergilius appellat. Seruius: Intonſi montes, ſyluoſi, incædui.

INCALESCO, ſcis, incalui, {*Scaldarſi, diuenir caldo*} (διαθερμαίνομαι) ual de calidus fio. Plin. lib. 14. ca. 21. Item uaſis incaleſcentibus, operculiſq; ſudantibus. Colu. lib. 2. cap. 4. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proſcindendi ſunt anni tempore iam incaleſcente. Liu. lib. 9 Bel. Maced. Fortè epulantibus ijs, cum iam uino incaluiſſent, nuntiatum in conuiuio eſt.

INCALEFACIO, cis, {*Scaldare*} (θερμαίνω) calidum facere. Ouid. 4. Faſt. Quantum ſi culmos Titan incalfacit udos. Idem 15. Metam. Ictaq; coniectos incalfacit hoſtia cultros.

INCALO, incalas, pen. cor. (ἐνκαλεῖν) idem quod uocare teſte Feſto.

INCALLIDVS, a, um, {*Semplice, non aſtuto*} (ἄδολος, ἁπλοῦς) per duplex ll, non aſtutus. Cicer. 1. de Inuent. Sed cum à ſummis uiris maximæ res adminiſtrarentur arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad paruas controuerſias priuatorū accederent. Incallidè, (ἁπλῶς) ſimpliciter, non aſtutè. Idem libro 3. Offic. In his tribus generibus, quoquo modo poſſunt, non incallidè tergiuerſentur.

INCANDESCO, ſcis, incādui, {*Diuenir affocato corrucciarſi grandemente*} (ἐκπυροῦμαι, χυροῦς γίνομαι) candens & ignitus fio. Ouid. 7. Metam. Non ſecus exarſit, quàm cum Balearica plumbum Funda iacit: uolat hoc, atq; incandeſcit eundo: Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes. Per metaphoram accipitur pro uehementer iraſci, & iracundia quodammodo accendi.

INCANTO, tas, {*Incantare. Pe. Et gli aſpidi incantar ſanno in lor note*} (ἐπᾴδω, γοητεύω) uerbis ſolis, uel etiam rebus quibuſdam adiunctis, aliquid ſupra naturam molior. Plin. lib. 28. cap. 2. Qui malum carmen incantaſſet. Hinc Incantatio, & Incantamentum, ti, (ἐπῳδή, γοητεία) Idem lib. 28. cap. 21. Valeant' ne aliquid uerba, & incantamenta carminum.

INCANVS, a, um, {*Canuto*} (πολιός) idem quod canus, aut ualde canus, Seruio teſte. Plaut. in Rud. Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum uideris. Verg. 3. Geor. Noſco crines, incanaq; menta. Incana herba, id eſt, ſubalbida lanugine canitiem referens Colu. lib. 8. cap. 2. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ uelut in canæ herbæ dependent. Hinc Incaneſco, uerbū, (πολιόω) canus fio. Cat. in Argon. Spumis incanuit unda.

INCAPISTRARE, {*Legare*} (φιμοῦν, κημοῦν) illigare: à capiſtro formatum uerbum; quod tamen apud claſſicos ſcriptores non temere inuenies.

INCASSVM, aduerbium, {*In uano*} (φροῦδα, μάτην) fruſtra inaniter: tractum à caſſibus, ut ait Seruius. Salluſt. Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quintium uidiſtis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitētur: quæ profecto incaſſum agerentur, ſi prius quàm nos ſeruiendi, finem illi dominationis facturi erant. Vergi. 7. Aen. Turne tot incaſſum fuſos patiere labores? Incaſſum tela iactare, Liu. 10. ab Vrbe. Ignis incaſſum furit, Verg. 3. Geor.

INCASTIGATVS, a, um, {*Non caſtigato*} (ἀνεπανόρθωτος) non caſtigatus. Horat. 1. Epiſt. 10. Nec dimittes incaſtigatum, ubi plura Cogere, quàm ſatis eſt, ac non ceſſare uidebor.

INCAVO, as, pen. corre. {*Cauare, incauare*} (κοιλάω, κοιλαίνω) idem quod cauo, excauo, uel effodio. Colum. lib. 4. cap. 25. Nam cum in aduerſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro utitur: cum autem retrahere, ſinu: cum alleuare, ſcalpro: cum incauare, roſtro.

INCAVTVS, a, um, {*Incauto, non auueduto*} (ἀφύλακτος, ἄπειρος) qui ſibi cauere nequit. Verg. 3. Georg. Continuo ferro culpam compeſce, prius quàm Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Incautè, aduerbium, (ἀπροσέκτως, ἀπερισκέπτως) improuidè, imprudenter. Cice. ad Att. lib. 7. Niſi ego inſanio, ſtultè omnia, & incautè agi iudico. Liui. 9 bell. Macedo. Sed dum incautius ſubit muros, ictus, ex uulnere paucos poſt dies moritur.

INCEDO, dis, ceſſi, ceſſum, penu product. {*Andare, caminare pompoſamente. Pet. Che'n uiſta auda altera e diſdegnoſa*} (ἐπέρχομαι) ingredior: ſed propriè cum pompa, & quodam faſtu βαδίζειν. Vergil libro 1. Aenei. Aſt ego, quæ diuum incedo regina. Iouiſq; Et ſoror & coniux. Aliquando ſignificat ſimpliciter ire, βαδίζειν. Liui. 5. lib. belli Punici Secundi: Cum ſigna prima luce mota, ſegniter agmen incedere. Hinc Inceſſus, ſus, βάδισμα, βάδισις. Valla Incedere eſt ambulare: inde Inceſſus ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue commotus, incompoſitus, immoderatuſq; propriè tamen ſublimior quidam, & faſtum præ ſe ferens. Cice. 2. de Finib. Quod ſi uultum, ſi inceſſum fingeres, quo grauior uidere, non eſſes tui ſimilis. Verg. 1. Aeneid. Et uera inceſſu patuit Dea. Accipitur tamen quandoq; p quouis greſſu, ſiue hominū, ſiue aliorum animalium. Plin. libro 10. cap. 38. Inceſſus omnibus animalibus certus, & uniuſmodi, & in ſuo cuique genere.

INCELEBRIS, bre, pe. cor. {*Non celebre, non celebrato*} (ἀκαὶ μαστος, ἄσημος) non celebre: ut, Vallis incelebris, apud Silium lib. 8.

INCENDO, dis, {*Infiammare, abbruſciare*} (ἐμπυρίζω, ἐμπρήθω, ἐμπίπρημι) inflammo. Plaut. in Menæch. Sternite lectos, incendite odores. Cice. 7. Verr. Inflammari nauem, incendiq; iuſſit. Hinc per tranſlationem dicimus, Incendere aliquem ira, uel amore: hoc eſt, ad amandum, uel iraſcendum inducere. Plau. in Aſin. Sine me hunc perdere, qui ſemper me ira incendit.

INCENDIARIA, auis quædam infauſta, alio nomine Spinturnix dicta: cuius conſpectus tam inauſpicatus habebatur, ut eam ſolam ob cauſam, urbem ſæpius luſtratam fuiſſe, memoriæ proditum ſit. Quidam Incendiariam auem eſſe uolunt, quæcunque apparuerit ex aris uel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. lib. 10 cap. 13.

INCENDIARIVS, rij, {*Incendiario*} (πυρπολητής) qui tectis, ædificijs've ignem inijcit. Quint. Declamatione 9. Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus eſt) homicidas, incluſus turpiore cuſtodia. Vtitur etiam hac uoce Suetonius in Vitellio, & Tacit. lib. 15.

INCENDIVM, dij, {*Incendio, abbruſciamento*} (ἐμπρησμός, ἐμπύρησις) inflammatio. Plin lib. 12, cap. 19. Donec id delubrum incendio conſumptum eſt. Per metaphoram etiam accipitur pro uehementia amoris. Plaut. in Aſin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantum eſt homini incendium.

INCENSIO, onis, (ἐμπρησμός, πυρπόλησις) inflammatio. Cicero pro P. Sylla. Incenſione urbem, internecione, ciues, uaſtitate Italiam, interitu Rempu. liberauit.

INCENTIO, onis, (ἐπᾳδή) cantio, ſeu cantilena. Gell. lib. 4. cap. 13. Docet plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. Incentio, incantamentum, quod uocis modulatione fiebat. Gell. lib. 16. cap. 11. Vt ſerpentum uirulentorum domitores ſint, & incentionibus, herbarumq; ſuccis faciant medelarum miracula.

INCENTIVVS, a, um, (ἐπαυλητικός) ut Tibia incentiua, apud Varronem, quæ à dextra canit: ſicut Succentiua, quæ à ſiniſtra ſuccinit. Verba Varronis ſunt hęc lib. 1. de Re ru. ca 2. Et ut dextra tibia alia, quam ſiniſtra, ita ut tamen ſit quodam modo coniuncta. quod eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. Accipitur etiam Incentiuū p incitatiuo, ſiue irritatiuo, (παροξυντικός) propterea quod milites incentione tubarum ad bellum ſolent incitari. Plin. in Panegy. Non tubæ ſolum, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquid feruntur habuiſſe.

INCENSVS, a, um, (ἀτίμητος) qui non eſt cenſus, hoc eſt, qui cenſum ſuum non eſt profeſſus: quod criminis grauiſſimi loco habebatur apud Romanos, adeo, ut qui cenſum non eſſet profeſſus, libertate ſpoliaretur. Cicero pro Cecina. Si pater uendidit eum, quem in ſuam poteſtatem ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. Iam populus cum eum uendidit, qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem, ſed iudicat eum non eſſe liberum, qui, ut liber ſit, adire periculum noluit. Cum autem incenſum uendidit, hoc indicat cum ij, qui in ſeruitute iuſta fuerunt, cenſu liberentur, eum, qui cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.

INCEPTO, ptas, {*Incominciare*} (ἐπιχειρῶ, ἐπιβάλλω) frequentatiuum ab Incipio. Teren. Heaut. Vah: uideo quod inceptet facinus.

INCERNICVLVM, li, {*Criuello, naſpro*} (πτίσσα) eſt inſtrumentum, quo frumenta purgantur, antequam molantur. Plinius libro 8 cap. 44. Decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato de Re ruſt. cap. 3. Cribrum unum, incerniculum unum, ſecurim unam, ſcamnum unum.

INCERNO, nis, {*Criuellare, cernere*} (διαλέγω, ὑποκρίνω, ὑποσήθω, διυλίζω) compoſitum à Cerno, ſignificat cribro. Cato de Re ruſt. cap. 48. Tam ſemen ſerito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus, quo frumenta purgantur. Vitruu. Super fricaturam læuigationibus & polituris cum fuerit perfecta, incernatur marmor.

INCERO, as, pe pro. {*Incerare*} (κηρόω) incerare, aliquid cera tegere. Iuuen. Satyr. 10 Genua incerare deorum.

INCERTO, tas, {*Far dubbio*} (ἀδηλόω, & ἀμφίβολον καθίστημι) incertum ſeu dubium reddo. Plaut. in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum eſt deriuatum à nomine Incertus.

INCERTVS, a, um, {*Dubbio, incerto*} (ἄδηλος, ἄπορος.) Plaut. in Piſc. Certa amittimus, cum incerta petimus. Tere. in Heau. Domum reuertor mœſtus, atq; animo ferè perturbato, atque incerto præ ægritudine. Incertum uulgus, hoc eſt, non ſibi conſtans. Cice. pro L. Muræna: Nihil eſt incertius uulgo, nihil obſcurius uoluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

INCESSO, is, ſſi, uel iui, {*Moleſtare, prouocare*} (παρενοχλοῦμαι) à ſupino uerbi incedo formatū idem ferè ſignificās, quod laceſſo, uel conuicijs inſector. Quin. libro 7. cap. 3. Satius eſt omni ſe ante actæ uitæ abſtinere conuicio, quam aut leuibus, aut friuolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere. hoc eſt, lacerare, uel accuſare maledictis. Βάλλειν λόγῳ. Dicimus etiam, Inceſſit me cupiditas, uel inceſſit mihi cupiditas, pro eo quod eſt, Inuaſit, uel cepit me cupiditas. Sunt tamen, qui in hac ſignificatione uelint eſſe præteritum à uerbo Incedo: quibus non facile aſſentior, eo quod in præſenti, aut futuro, alijs've temporibus, in quibus Incedo diſtingui poteſt ab Inceſſo diuerſitate ſcripturæ, non utamur Incedo in hac ſignificatione. Nō enim dicimus, Incedit me cupiditas, uel Incedet. Veriſimilius itaq; uidetur præteritum Inceſſit in hac ſignificatione eſſe ab Inceſſo. Liu. lib. 1. Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua externa adoriretur. Et iterum: Perfectis patris mandatis, cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet uenturum. Valerius Maximus datiuo iunxit: Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Tere. in Adel. Coniunxit cū accuſatiuo mediante In: Noua, inquit, nunc religio in te iſthæc inceſſit. Aliquando ponitur ſine datiuo uel accuſatiuo expreſſo, & ſignificat ingruo, ἐπιβάλλω. Colum. lib. 2. cap. 21. Si uero procellæ uentorum, aut turbidines inceſſerint, maior pars ad terram defluit. Idem cum datiuo poſuit: Famem quoq;, ſi ſterilitas annorum inceſſit hominibus, commodè propulſat. Interdum ſignificat ingredior. Idem lib. 3. Et cum autumnus inceſſerit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

INCESTO, as, {*Macchiare, uiolare*} (μιαίνω) polluo. Suet. in Tiberio, ca. 43. Triplici ſerie connexi, inuicem inceſtarent ſe coram illo. Tac. li. 5. Poſt quos Sextus Marius Hiſpaniarum ditiſſimus, delatus inceſtaſſe filiam, è ſaxo Tarpeio deijcitur. Verg. 6. Aene. Totamq; inceſtat funere claſſem.

INCESTVOSVS, qui inceſtum commiſit, hoc eſt, qui inconceſſo concubitu ſe polluerit: cuiuſmodi ſunt qui aut cum ſanguine iunctis, aut Deo dicatis uirginibus ſeſe commiſcent.

INCESTIFICVS, a, um. Sene. Thyeſte. Ego caſtam manum Nefandus, inceſtificus, execrabilis Attrecto.

INCESTVS, ſtus, & Inceſtum, ſti, {*Arioſt. Sono queſt'altre due note d'inceſto*} dicitur flagitium, quod committitur cum ea, cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, ut cum matre, ſorore, ſacris uirginibus, aut ſimilibus, ita dictum (ut Nonius putat) quaſi non caſtum. Alij inceſtum deducunt à ceſto Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptijs conciliari putabatur, ut Inceſtus dicatur cōcubitus illegitimus, cui ſinga'lß,

illud

illud, fulltarum nuptiarum inſigne, non adhibetur. Papin. l. ſi adulterium. ff ad legem Iuliam. de adult. Inceſtum autem, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur, excuſari ſolet, uel ſexu, uel ætate, uel etiam puniendi correctione, quæ bona fide interuenit. Cice. 4. Tuſc. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla uehementior: at ſi iam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo. Seru. in illud 6. Aene. Totamque inceſtat funere claſſem, Inceſtum interpretatur quamcunque pollutionem.

INCESTVS, ſta, ſtum, {Macchiato, uiolato} (μιαρὸς) idem eſt quod pollutus. Proper. lib. 3. Scilicet inceſti meretrix regina Canopi. Inceſtè, aduerbium fœdè, turpiter. Cice. pro Cœlio: Ideo aquam adduxit, ut ea tu inceſtè uterere?

INCHOATIVA VERBA, (ἀρκτικὰ ῥήματα) à Priſciano appellantur, quæ à uerbis ſecundæ potiſſimum coniugationis, aut à nominibus quibuſdam adiectiuis, deducta, in ſco, ſyllabam deſinunt: cuiuſmodi ſunt Caleſco, & Frigeſco, à Caleo, & Frigeo: item Miteſco, Dulceſco, Sterileſco, à nominibus adiectiuis Mitis, Dulcis, & Sterilis deducta. Huius generis autem uerba Priſcianus Inchoatiua appellauit, quòd putauerit per ea ſignificari inchoationem actionum, quæ per uerba primitiua denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla libr. 1. Elegantiarum, docens ea Augmentatiua potius appellanda, cùm incrementum potius importent, quam inchoationem. Eius rei exempla quæ hic citra modum, nullo iudicio, minoreque ordine, & plane quod a Græcis dici ſolet, παρὰ μέλος, καὶ ἀπροσδιονύσως congeſta erant, ſtudioſo lectori ex Valla petenda relinquimus.

INCHOO, as, {Cominciar, dar principio} (ἄρχομαι) a nomine Chaos, ut auctor eſt Feſtus, eò quòd Heſiodus omnium rerum initium dixerit eſſe chaos. Eſt autem inchoare idem quod incipere. Verg. 3. Geor. Te ſine nil altum mens inchoat. Quandoque perficere, τελεῖν. Ver. lib. 6. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seru. Inchoat, perficit. & eſt uerbum ſacrorum. Idem Ser. in illud 3. Geor. Te ſine nil altum mens inchoat: auctor eſt, antiquos olim ſcripſiſſe Incoho, aſpiratione interpoſita inter duas uocales, quòd putarent nullum uerbum eſſe Latinum, quod ante o finale haberet alterum o: quod tamẽ hodie uidemus in uerbo Boo, & compoſito Reboo. In ſecunda autem ſyllaba uerbi Inchoo nullã ſcribebant aſpirationem, quòd tres tantum putarent eſſe uoces Latinas, quæ poſt c literam aſpirationem reciperent, Sepulchrum, Orchus, & Pulcher: ex quibus, inquit Seruius, pulcher tantum hodie recipit aſpirationẽ. Martianus Capella neutrû protulit, cùm ait, India ab Emodiis montibus inchoat. Ab inchoo fit Inchoatiuus, ſchoatiua, ſchoatiuũ, ἀρκτικός. Vnde Inchoatiua uerba: de quibus ſupra.

INCIDO, dis, incidi, inciſum, p. pr. {Tagliare intagliare} (διατέμνω, κατατέμνω, ἐγκολάπτω) ex In, & cædo, quod eſt ferio, ſeu ſeco. Verg. 3. Eclo. Atque mala uites incidere falce nouellas. Accipitur etiam Incido pro inſculpo. Plin. in Paneg. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus, aut ſtatuis nomen tuum, ſed monumentis æternæ laudis inciditur. Vnde Inciſus, ſa, ſum, (ἐγκεκολαμμένος) quod ſignificat per inciſionem inſcriptum uel inſculptum. In qua ſignificatione habet poſt ſe datiuum: ut apud Suet. de Clar. Grammaticis: In quo faſtos a ſe ordinatos et marmoreo parieti inciſos publicaret. Interdum etiam accuſatiuum cum præpoſitione In. Liu. 3. ab Vrb. Leges in æs inciſas in publico propoſuerunt. Nõnunquam, etiam ablatiuum cum eadem præpoſitione: quod eſt contra Laurentium Vallam. Cice. in Orat. de Signis: Id non modò commiſerunt, uerumetiam in ære inciſum tradiderunt. Inciſum aliquãdo ſignificat amiſſum, ἀποκεκομμένον. Liu. lib. 3. Itaque ſpe inciſa, prius quàm prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſciuit.

INCIDO, dis, incidi, pe. cor. {Accadere, incorrere} (ἐμπίπτω) ex In, & Cado: ſupinum facit Incaſum, licet parum uſitatum. Omnia enim a Cado compoſita proferunt ſupinum cum a, ſicut Cado: quæ uero a Cædo pro ferio, mutant e in i, ut Inciſum, Recîſum. Vnde ab Incido, Incaſum, Incaſurus. Plin. lib. 1. Sed ea accidiſſe, non quia hæc facta ſunt, arbitror, uerumetiam hæc ideo facta, quia incaſura erant illa. Eſt autem Incidere, propriè idem, quod in aliquid, ſeu ſupra aliquid cadere. Liu. lib 2. Bel. Pun. Secundi: Sagunti ruinæ (utinam falſus uates ſim) ueſtris capitibus incident. Sumitur tamen frequenter Incidere, pro eo quod eſt caſu incurrere, (περιπίπτειν) aut de improuiſo labi, præſertim quando conſtruitur cum accuſatiuo mediante In: ut Incidit in latrones, Incidit in errorẽ. Cic. Curioni: Quòd in id Reipublicæ tempus non incideris, ſed ueneris. Incidere ergo caſu uenire eſt: Venire uerò, certo iudicio, & ſententia, et conſultò. Quod ipſe Cicero in eo quod ſequitur declarat: Iudicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti Tribunatum tuum. Iungitur quandoque cum datiuo: ut, Mihi incidit ſuſpicio. Quandoque abſolutè ponitur, ut Incidunt ſæpe multæ cauſæ: Obiurgationes incidunt neceſſariæ. &, Incidit de uxoribus mentio. Itẽ, Incidit quæſtio: Aliud ex alio incidit. In quibus tamen intelligitur datiuus, ſi militerque exponuntur, ac ſi datiuum haberent: ut Incidit mentio. hoc eſt, caſu nobis euenit, ut de ea re faceremus mentionem.

INCIDVVS, incidua, inciduum, {Che non ſi dee tagliare} (ἄτμητος) quod cædere, uel incidere non licet. Ouid. 2 Faſt. Monte ſub Eſquilio, multis inciduus annis, Iunonis magnæ nomine lucus erat. Idem 3. Amor. Eleg. 1. Stat uetus & multos incidua ſylua per annos.

INCIENS, dicitur propinqua partui quòd fœtus eius ſit incitatus. Feſtus.

INCILE, huius incilis, (διῶρυξ) teſte Vlp. l. 1. ff de Riuis, eſt locus depreſſus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Sciditur enim lapis uel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit, quemadmodum in piſtrinis frumẽtariis uidemus. Quod autem ad incile opponitur aquæ deriuandæ, compellendæ'ue ex flumine cauſa (quod uulgo Clauſa dicitur) ſiue id ligneum ſit, ſiue lapideum, ſiue ex quolibet alia materia, ad continendam tranſmittendamque aquam excogitatũ, Latinè (Vlpiano teſte) Septum dicitur. Item Incile, dicitur locus per quem primum deducitur ex quocunque riuo aqua, irrigandi cauſa. Apud Feſtum pro eodem in plurali numero legimus Incilias ſiqua tamẽ fides haberi debeat libro a ſciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certè Incilia legendum puto.

INCILES, {Canali, condotti} inquit Feſtus, canales ſunt, in quos aqua conſluit in uiis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria.

Quo tamen in loco non Inciles, ſed Inlices, ſiue Illices legendum eſt.

INCILO, las, pe. pro. {Vituperare, biaſimare} (ἐγκαλεῖν, ψέγειν) increpo, uel improbo. Plaut. Melius tamen eſt ita uiuere, ne quis noſtra incilet facta. Lucret. lib. 3. Iure (ut opinor) agit iure increpet, inciletque.

INCINGO, is, {Cignere} (περιζώννυμι) idem quod cingo, & circumligo. Liu. libr. 8 ab Vrbe: Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Vergil. 7. Aeneid. Pampineasque gerunt incincti peſſibus haſtas.

INCINO, uis, pen. cor. {Cantar per ragione} (ἐπᾴδω) cum quadam modulatione cano. Propertius: Seu uarios incinit ore modos. Hinc fit frequentatiuum Incanto, tas, & Incentio, de quibus ſupra.

INCIPIO, pis, pe. co. ex In, & Capio, {Cominciare, incominciare} (ἄρχομαι, ἐπάρχομαι) ſignificat inchoo. Teren. in Adelp. Periĩ hercle: hanc ſpe alii hoc inceperunt. Coniungitur cum uerbo infinito: ut Incipio timere Deum, Tu incipis eſſe probus, Ille incipit doceri a præceptore, Illũ incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plaut. in Capt. Quandiu id factum eſt? ST. hic annus incipit uiceſimus. Aliquando cum ablatiuo ponitur, cum præpoſitione A. Plin. lib. 14. Vnde autem potius incipiemus quàm a uitibus? Hinc Inceptum, ti, (ἀρχή) inſtitutum, principium. Cice. in Catil. Cuius ego ſi non modò factum, ſed inceptum ullum, conatum'ue contra patriam deprehendero. Inceptor, oris, qui incipit. Teren. in Eunuc. O' Parmeno, ô meorum uoluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector. Inceptio, onis, principium. Ter. in And. Nam inceptio eſt amentium, non amantium.

INCISE', aduerbium, {Minutamente, in piu parti} (κατὰ κόμματα) idẽ quod inciſim. Cicer. in Orato. Quo autem pacto deceat inciſe, membratim'ue dici, iam uidemus.

INCISIM, ſignificat per inciſiones, minutatim, κατὰ κόμματα ἀπομεμερισμένως. Cicer. in Orato. Hæc quidem duo binis pedibus inciſim, deinde membratim dicere ſolebas.

INCISIO, onis, {Taglio, intaglio} (διακοπή) eſt actus ipſe incidendi. Col. lib. 3. Infra inciſionem & alligaturam, falce acuta leuiter uitam uulneato ex utraque parte, ut his potius plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet. Inciſio alias in oratione pars membri eſt, quod Græci κόμμα nominant. Cice. in Orat. In inciſionibus uero multo magis & in membris.

INCISVM, ſi, (κόμμα) Oratores uocant ſenſum, non expleto numero concluſum, quod pleriſque pars membri eſſe uidetur: ut Domus tibi deerat? At habebas: pecunia ſuperabat? at egebas. Fiunt autem ſingulis uerbis inciſa. Ci. in Orator. Quæ neſcio, cur cum Græci & κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè Inciſa & Membra dicamus.

INCISVRA, ræ, {Taglio} (διατομή) ipſa inciſio. Pli. lib. 15. cap. 30. Pili ſecti ſi non, ut herba, ab ipſa inciſura augentur ſed ab radice exeunt. Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ uulgo Lineæ uocantur. Plin. lib. 11. cap. 52. Contra longæ eſſe uitæ incuruos humeris, & in manu duas inciſuras longas habentes.

INCISVS, ſus, m. pen. prod. idem quod inciſio. Plin. lib. 16. cap. 12. Fructum quędam proximo anno ab inciſu largiuntur.

INCITA, æ, pe. cor. {Pouertà} (ἀπορία) paupertas, & indigitas. Plau. in Trinummo: Hic eius eſt? ut ad incitas redactus.

INCITABVLVM, li, Incitamen, inis, & Incitamentum, ti, idem ſignificant, {Incitamento} (ἐρεθισμα, ὁρμητήριον.) Gell. lib. 15. ca. 15. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, uirtutiſque. Cice. pro Arch. Hoc maximum & periculorum incitamentum eſt, & laborum.

INCITEGA, pen. prod. pro machinula, in qua amphora uini conſtituebatur: unde ſubinde uina in conuiuia ſubminiſtrarent. Feſtus.

INCITO, tas, pen. corre. ab In, & Cito, quod eſt frequentatiuum, a uerbo Cieo, {Incitare, prouocare} (παρακαλεῖσθαι, καὶ παρορμᾶν, προτρέπειν, ἐπάγειν) Vnde & pro irritare, & prouocare ſumitur. Cæſ. 3. Bel. Gal. Sed multa tamen Cęſarem ad bellum incitabant. Treb. ad Cice lib. 12. Epiſt. Ne putes in Aſia feriatum illum ab his ſtudiis, in quę tua cohortatione incitatus futurum. Incitatus, participium: ut, Incitatus ira aut aliqua perturbatione. Cice. lib. 1. Offic. Iracundia incitatus populus. Incitatum, pro uehementi, nomen ex participio. Cice. in Brut. Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem in Somn. Scipi. Hic uero tantus eſt, totius mundi incitatiſſima conuerſione ſonitus, ut eum aures hominum capere non poſſint. Incitatio, onis, inſtigatio, commotio. Cic. 2. de Orato. Languentis populi incitatio, & effrænati moderatio.

INCITATE, aduerb. {Incitatamente} Cice. ad Att. lib 2. Quas Numeſtio literas dedi, ſic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet.

INCIVILIA VERBA, (ἀστεῖα) appellat Gellius petulantiora, nihil prorſus habentia ciuilis modeſtiæ.

INCLAMO, as, pe. pr. {Riprendere gridando, ſgridare. Boc. Gior. 3. Nou. 7. E frati ſgridano contra gli huomini la luſſuria} (ἐγκαλεῖν) eſt [illegible] uoce obiurgare. Plau. in Aſina. Nimis ægrè riſum contmui, ubi hoſpitem inclamauit, qui ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. Aliquando accipitur pro antiò uocare. Ouid. lib. 2 Faſt. Fit ſonus, inclamat comites, & lumina poſcit.

INCLAREO, es, uel inclareſco, is, inclarui, {Diuenir chiaro, noto, manifeſto} (ἐπιφαίνομαι, διαφημίζομαι) clarum fieri, manifeſtum, & notum. Plin. li. 35. cap. 11. Inclaruit maximè diſcipulo Nicea Athenienſi, qui diligentiſſimè mulieres pinxit.

INCLEMENS, tis, {Duro, aſpro} (ἀπηνής) durus & aſper, contrarium clementi. Liui. 8 ab Vrbe: Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

INCLEMENTER, {Duramente, aſpramente} (ἀπηνῶς, ἀνεπιεικῶς) durè, aſperè. Plau. in Amp. Iterum hic iam in me inclementer dicit, atque id ſine malo. Liu. lib. 3. Quæſo, inquit, Appi, primum ignoſce patrio dolori, ſi quid inclementius in te ſum inuectus.

INCLEMENTIA, æ, {Aſprezza durezza} (ἀπήνεια, ἀνεπιείκεια) duritas. Vergil. 2. Aeneid. Verum inclementia diuum Has euertit opes. Huius contrarium eſt Clementia.

INCLINO, as, pen. pro. {Chinarſi, inchinare} (κατακλίνω, καταπρίνω, ἐγκλίνω) inflecto. Iuue. Saty. 9. Atque ipſos etiam inclinare maritos. Liui. 10. Bell. Mace. In præſentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad conſilia belli, ad quæ iam ſua ſponte animum inclinaſſet. Idem 1. ab Vrbe. Vt Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. Dicitur autem acies inclinari, cùm retrocedit, & paulatim in fugam conuertitur.

INCLINATIO, onis, {*Inclinatione*} (ἔγκλισις) inflexio. Plin. lib. 18 ca. 43. de lignorum ſectione loquens: Altera inclinatione egerunt ſcobem. Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reipub. conſtitutio tenorem ſuum iam non amplius ſeruat, ſed ad mutationem ſpectare uidetur. Cic. in Philip. Minimis momentis P.C. maxima inclinatione temporum fiunt.

INCLINAMENTVM, ti, (ἔγκλιμα) pro declinatu, uel declinatione, uel terminatione. Gell. libr. 4. cap. 9. Hoc inclinamentum ſemper huiuſcemodi uerborum, &c.

INCLINATVS, us, (ἔγκλισις) declinatio. Gell. lib. 3. cap. 12. Neq; aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur.

INCLVDO, dis, p.p. {*Rinchiudere, ſerrare di dentro*} (κατακλείω, ἐγκλείω) intus claudo. Verg. 2. Aene. Incluſos utero Danaos. Cice. de Senect. Nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis, munere quodam neceſsitatis, & graui opere perfungimur. Idem de Vniuer. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat. Incluſio, onis Cice. in Vatin. M. Bibulum, cuius incluſione contentus non eras interficere uolueras.

INCLYTVS, a, um, pen. cor. cum y, {*Inclito, glorioſo, illuſtre*} (διάσημος, περιβόητος) idem eſt, quod glorioſus, excellens atq; inſignis, quiq; ueluti fulgore quodam famæ reſplendet. Componitur ex ἐν & κλυτὸς, quod clarum ſignificat, & glorioſum. Vergi. 2. Aene. O patria, ò diuum domus Ilium & inclyta bello Mœnia Dardanidum. Liuius ſexto Belli Puni. Inclytum diuitijs templum. Sunt qui per i, noſtrum ſcribant, putentq; deriuari ἀπὸ τοῦ κλειτὸς: quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi ει, media deberet produci, quæ apud autores corripitur.

INCOACTVS, a, um, {*Volontario non sforzato*} (ἑκούσιος) pro uoluntario. Vale. max. lib. 4. cap. 7. Incoactam uoluntatem eſſe in amicitia contrahendis.

INCOCTILIA, {*Vaſi di metallo ſtagnati*} à ueteribus dicta fuerunt uaſa ænea, quibus plumbū incoctū erat, ne quid ex ære ingrati ſaporis cibis accederet. Plin. lib. 34. cap. 17. Album plumbum incoquitur æris operibus, Galliarum inuento, ita ut uix diſcerni queat ab argento: eaq; incoctilia uocant.

INCOCTVS, a, um, (ἐναφεψηθείς) participium paſsiuum eſt à uerbo incoquo; idem ualens, quod in aliquo coctus. Plin. lib. 18. cap. 11. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert. Cruor incoctus herbis, Horat. Epod. 3. Incoctum generoſum pectus honeſto. Perſ. Sat. 2. Vellera incocta Tyrios rubores, Verg. 3. Georgic.

INCOENO. {*Cenare*} apud Suetonium in Tyberio, ca. 39. legitur pro ſuo ſimplici Cœno δειπνῶ. Incœnante eo (inquit) complura & ingentia ſaxa fortuito ſupernè delapſa ſunt.

INCOENATVS. {*Che non ha cenato*} (ἄδειπνος) non cœnatus, nomen eſt, non participium, cùm Incœno non legatur in hac ſignificatione. Cato de Re ruſti. Bibat aquam mulſam, cubet incœnatus, poſtrà manè bibat ſuccum. Plaut. in Pſeud. It incœnatus cubitum.

INCOENIS, ne, {*Senza cena*} (ἄδειπνος) ſine cœna, qui non cœnauit. Plau. in Caſ. Ille autem ſenem in cœnam extrudere cupiunt ex ædibus, Vt ipſæ ſolæ uentres diſtendant ſuos.

INCOGITABILIS, le, (ἀλόγιστος) idem quod incogitans, hoc eſt, qui non ſolet cogitare, cùm quid rerum gerit. Plau. in Mil. Nunc demum ſcio me fuiſſe excordem, cæcum, incogitabilem. Lact. lib. 1. Qui deos colunt interdum uideri ſolent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes. Dicitur etiā paſsiuè de re, quæ non cogitatur, (ἀπερινόητος) ſiue quæ cogitatione comprehendi non poſsit.

INCOGITANS, tis, {*Inconſiderato*} (ἀλόγιστος, ἄλογος) inconſideratus, non ſatis perpendens ea, quæ aggreditur. Terent. in Phorm. Quòd niſi fuiſſem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit. Et iterum: Adeon' te eſſe incogitantem, atq; impudentem Phædria, Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis? Incogitantia, æ. Plaut. in Merc. Incogitantia, excors immodeſtia.

INCOGITATVS, a, um, idem quod incogitans. Plaut. Bacchid. Petulans, proteruo iracundo animo, indomito, incogitato, Sine modo, & modeſtia ſum. Hic actiuè accipitur. apud Senecam uerò Epiſtol. 58. paſsiuè ponitur: Alacritas incogitata, & inuiſa.

INCOGNITVS, a, um, {*Incognito, non conoſciuto*} (ἄγνωστος) non cognitus. Verg. 1. Aene. Sed res animos incognita turbat.

INCOHIBESCO, is, ere, Lucre. lib. 3. Aere qui credas poſſe hanc cohiberier ullo, Corpore qui noſtro rarus magis incohibeſcit. Hoc eſt, non cohibet.

INCOIBILIS, le, quod coire, & coniungi non poteſt. Gell. libro 5. cap. 3. Videt enim cum ex genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facilè atq; expeditè incedentem.

INCOLATVS, huius incolatus, {*Habitatione de foreſtieri*} (οἴκησις) ipſa habitatio in aliena patria, ſeu tempus, quo quis in aliquo loco habitat ita, ut inde receſſurus ſit.

INCOLA, læ, {*Habitatore*} (οἰκήτωρ, μέτοικος) ab incolendo deducitur ſicut ab accolendo Accola. Eſt autem Incola, qui in aliena urbe, uel Repu. habitat, quaſi ciuis aut municeps. Cic. lib. 1. Offi. Peregrini & incolæ officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere, nec eſſe in aliena Repub curioſum. Pomponius Iureconſultus ſcribit, Incolam eſſe, qui in aliqua regione domicilium còduxit, quē Græci πάροικον appellant. Nec tantùm qui in oppido morantur incolæ ſunt, ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiant. Inquilinus autem, qui in alienas ædes, alienaq; prædia ex conducto habitat, ſiue in urbe, ſiue ruri. Cice. in Phili. At uerò te inquilino, non domino, perſonabant omnia uocibus ebriorum. Vnde Inquilinus probri uel odij cauſa quis appellatur, quaſi domum propriam non habeat. Sallu. in Ciceronem: M. T. inquilinus ciuis urbis Romæ. Qui autem inquilinis cœnacula locant, à Iureconſultis dicuntur facere cœnaculariam. Ponitur tamen quandoque Inquilinus, pro cohabitatore. Martial. Vicinus Nouio uel inquilinus Sit, ſi quis Nouium uidere non uult.

INCOLO, lis, {*Habitare*} (οἰκέω, κατοικέω) inhabito. Cice. 1. Tuſcul. Vbi ſunt ergo ij, quos miſeros dicis, aut quem locum incolunt. Idem 1. de Diuinat. Loca, quæ à quibuſq; incoluntur.

INCOLVMIS, pen. co. {*Sano & ſaluo*} (ἀσινής, σῶος, ὑγιής) idem eſt quod ſanus & ſaluus. Cicer. 4. de Finib. Vt ſe & ſaluum in ſuo genere, incolumemq; uellent. Idem pro Roſc. Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Aedes incolumes, pro integris et non ruinoſis, apud Vlpian. l. qui bona fide. §. cùm inter. ff. de damn. infect. Horat. 1. Serm. Saty. 4. Vitam, famamq; tueri Incolumem poſsim, &c.

INCOLVMITAS, atis, {*Sanità, ſalute*} (ὑγίεια, ἀσφάλεια) eſt, ut Cicero inquit, ſalutis tuta atq; integra conſeruatio. Idem Trebatio: Itaque ſi quis erit mihi additus de tuis fortunis: id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia agenda agam per me ipſe & moliar.

INCOMES, pen cor. huius incomitis, {*Che non ha compagno*} Feſto auctore, dicitur ſine comite.

INCOMITAS, atis, (ut quidam putauerunt) eſt actus incedendi ſine comite. Varr. de Re ruſt. cap. 10. Nec non etiam hoc, quas uirgines ibi appellant, non nunquam annorum uiginti, & quibus mos eorum non denegauit, ante nuptias ut ſuccumberent, quibus uellent, et incomitas ut uagari licet, & filios haberent, à quibus uellent. Quo tamen in loco uel puer diſcernat legendum eſſe Incomitatis: ut ſit datiuus ab adiectiuo fœminino Incomitata.

INCOMITATVS, a, um, {*Scompagnato*} (ἀπαράπεμπτος) non comitatus comitibus deſtitutus. Cic. 1. de Orat. Cuius artem cùm indotatam eſſe atq; incomitatam uideres, uerborum eam dote locupletaſti, & ornaſti.

INCOMITIO, as, are, inquit Feſtus, eſt tale commiſſum facio, propter quod neceſſe ſit in comitium, hoc eſt, in conuentum uenire. Plaut. in Curcu. Adoleſcens, quæſo ne me incomities. LYCO. Licet'ne inforare, ſi incomitiare non licet?

INCOMMODO, das, pe. cor. {*Incommodare, nocere*} (βλάπτω) noceo, ſeu damnum infero. Cice. pro Quin. Vt cùm ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incommodi cadere poſsit. Teren. in Andr. Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia facturum, Magis id adeò, mihi ut incommodet, Quàm ut obſequatur gnato.

INCOMMODVM, di, {*Danno, incommodità*} (βλάβη, βλάβος) damnum detrimentum. Plaut in Amph. Ita cuiq; comparatum Eſt in ætate hominum, ita dijs placitum uoluptati ut mœror Comes cōſequatur: quia incommodi plus maliq; illico adſit. Cice. 1. de Finib. Itaq; non ob ea ſolum incommoda, quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incōmodare. Cice ad Quint. Frat. Dicebat ſcriptum in ea Epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, te aut quaſi amicis tuis, gratias acturum, aut quaſi inimicis, incommoda laturum.

INCOMMODVS, a, um, {*Incommodo, moleſto, dannoſo*} (βλαβερός, ἀπρόσφορος, ἄκαιρος) quod damnum adfert, uel moleſtum eſt. Ter. in Hecy. Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Cice. 5. Verr. Non poteſt reprehendi illa æſtimatio, quæ aratori non modò incommoda non eſt, ſed etiam grata eſt. Incommoda uxor, & importuna, Plaut. in Aſina.

INCOMMODITAS, atis, {*Incommodità, danno*} (βλάβη, ἀπροσφορία) damnum, moleſtia. Terent. in Andr. Nempe incommoditas deniq; hæc omnis reddit, Si eueniat (quod dij prohibeant) diſceſsio. Liu. 10. ab urbe: Roma tum deſiderio uiri, tum incommoditate temporis triſtis nuntius fuit, ut &c.

INCOMMODE. {*Incommodamente, diſconciamente*} (ἀκαίρως, ἀχρήστως, ἀπροσφόρως) moleſtè, intempeſtiue, cum incommodo, ſeu detrimento. Teren. in Hecy. Sed continuò uultum earum ſenſi immutari omnium, Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum. Cice de Amic. Quamobrem cum illo quidem (ut ſupra dixi) actum optime eſt: mecum autem incōmodius. Incommodiſsime nauigare, Cice. ad Att. lib. 5.

INCOMMODATIO, onis, {*Incommodità*} pro incommoditate. Cic ad Atti. li. 1. Atq; in iſta in commodatione alienati illius animi & offenſi, illud inest tamen incommodi, &c.

IN COMMVNE {*Communemente*} (εἰς κοινὸν, κοινῇ) æqualiter omnibus. Teren. in Andr. Id te oro, in commune ut conſulas. Pro eodem etiam dicimus, In medium conſulere.

INCOMPACTVM, {*Diſgiunto, mal compoſto*} (ἀσυμπακτον) diſiunctum, male compoſitum.

INCOMPARABILIS, le, {*Incomparabile*} cui nihil poteſt comparari, ſeu adæquari. Plin lib. 7 cap. 25. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas. id eſt, cui comparari alia non poteſt. Quin. lib. 1. cap. 3. Sed præſtet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctiſsimum atq; incomparabilem magiſtrum domi habeat.

INCOMPERTVS, a, um, {*Incognito, non trouato*} (ἄδηλος, ἀγνώριστος) incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. Plin. li. 34. ca. 13. Origo atq; natura eius incomperta eſt mihi. Liui 8 bel. Pun. Id utrum purum ex interuallo ſit conſpectum, an dolus aliquis ſuſpectus fuerit, incompertum eſt.

INCOMPOSITVS, a, um, {*Non ornato, non elegante*} (ἀκαλλώπιστος, ἄτακτος, ἀσύνθετος) incomptus, inornatus, inelegans. contrarium compoſito: ut, Incompoſita oratio. Liui. 4. ab urb. Temparij oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterum militariter grauis. Moribus incompoſitis. Quin. libr. 4. cap. 5. Motus incompoſitos dare, Verg. 1. Georgi Incompoſite, aduerbium, ineleganter. Liui. 5. bell. Puni. Et in hoſtem negligenter & incompoſite uenientem incurrunt.

INCOMPREHENSIBILIS, le, {*Incomprenſibile, che non ſi può comprendere*} (ἀκατάληπτος) quod comprehendi non poteſt Plin. in Epi. Vt eſt in diſputando incomprehenſibilis, ut lubricus, ita eludit. Incomprehenſibilia arenæ paruitas, Colum. libr. 10. in Procemio.

INCOMPREHENSVS, {*Non compreſo*} (ἀσύλληπτος, ἀκατάληπτος) non comprehenſus Lacta. libr. 3. Intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam perueniri, & ideo non oportere incomprehenſæ atq; imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

INCOMPTVS, {*Non ornato, non acconcio*} (ἄκομψος, ἀκαλλώπιστος) inornatus. Cice. ad Attic. libr. 2, Quanquàm tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atq; incompta uiſa ſunt. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

INCONCESSVS, a, um, {*Prohibito, non conceſſo*} (ἀθέμιτος) non conceſſus, illicitus, negatus, prohibitus. Quint libr. 10. cap. 2. Cùm totum exprimere, quem elegeris, penè ſit homini inconceſſum. Vergili. 1. Aeneid. Pergama cum peteret,

peteret, inconceſſoſq; hymenęos.

INCONCILIO, as, are, {*Diſturbare*} (ταράττω) turbo, diſpergo. Plaut. in Bacch. Ipſe quod in ſe fuit, accuratum habuit, quod poſſet mali Facere in me, in conciliare copias omnes meas. Accipitur etiam Inconciliare pro irritare & inimicum facere Plaut. in Trin. Inconciliaſtin' eum, qui mandatus eſt tibi? illum, qui mandauit eum, exturbaſti ex ædibus? Inconciliatè, aduerbium, (ἀπαραιτήτως) perperam, inconſulte. Plaut. in Moſtel. Ne inconciliatè quid nos porrò poſtulet.

INCONCINNVS, a, um, {*Mal compoſto, diſconcio*} (ἐμμελὴς, ἀνάρμοστος, ἄμουσος, ἄκομψος) inelegans, inornatus, abſurdus, incompoſitus. Cice. de Orato. Nam qui aut tempus quid poſtulet non uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibus cum eſt, uel indignitatis, uel cômodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. Horat. Epiſto. 19. Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſq;. Inconcinniter aduerbium, (ἀναρμόστως, ἀμούσως) inornate, incumpte, impolite. Gel. lib. 10. cap. 17. Verbiſq; in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCVSSVS {*Che non ſi commoue*} (ἀδιάσειστος, ἀκατάσειστος, ἀσάλευτος) qui non concutitur. Lactan. libr. de Ira Dei: Pronus eſt lapſus, & facilis ad ruinam, niſi pedes inconcuſſa ſtabilitate figantur. Stat. 4. Sylu. Florebant hilares, inconcuſſiq; penates.

INCONDITVS, a, um, penul. correp. ex In, & Conditus, quod à Condo fit {*Diſordinata, mal compoſta*} (πλημμελὴς, ἐμμελὴς, ἀσύντακτος, αὐτοσχέδιος, ἀκόσμητος) idem eſt quod inordinatus, incompoſitus, Liu. lib. 4. Decad. 1. Coſſus ſpolia optima regis interfecti gerens, in eum milites carmina incôdita, equâ tes eum Romulo, canere. Eius ſimplex protulit Plaut. in Amphytr. Magis iam faxo dices poſtquàm in cunis conditus eſt. Interdum inconditum ponitur pro inconſcripto. Salluſt. in Iugurtha: At alii, quibus uires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Quo in loco Inconditum accipitur pro inconſcripto: ut indicat Seruius in illud Verg. 2. Eclog. Vbi hæc incondita ſolus Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani. Corpora incondita, id eſt, inſepulta, apud Lucanum lib. 6.

INCONDITÈ, aduerbium, {*Diſordinatamente*} (ἀκοσμήτως) incompoſitè, inordinate. Cice. 3. Offic. Dicam, ut potero, inconditè fortaſſe, ſed tamen, ut res poſſit intelligi.

INCONDITVS, pen. produ. (ἀκαρύκευτος) à uerbo Condio, non conditus, inſipidus.

INCONFESSVS, non confeſſus. Ouid. 2. Metam. Seruandum dederat, ſed enim inconfeſſa quid eſſet.

INCONGELABILE, {*Che non ſi può congelare*} (ἀκρυστάλλωτον, ἄπηκτον) quod non poteſt congelari. Gell. Cur fluuiorum, & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile ſit.

INCONGRVENS, tis, {*Diſconueneuole*} (ἀνάρμοστος) quod non côgruit, nec concordat rei, de qua agitur. Plin. in Epiſto. Nam quibus ſententia Cæpionis placuit, ſententiam Macri, ut rigidam, duramq; reprehendunt, quibus Macri, illam alteram diſſolutam, atq; etiam incongruentem, uocant. Gell. lib. 2. cap. 5. Eſt enim pleraq; & ſibi, & nobis incongruens.

INCONNIVENS, pen. pro. omn. gene. {*Che non muoue le palpebre de gl'occhi*} (ἀσκαρδάμυκτος) quod palpebras non mutat. à uerbo Conniueo: quod ſignificat oculorum tegumenta commoueo. Gel. libr. 2. cap. 1. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atq; pernox à ſummo lucis ortu, ad ſolem alterum orientem inconniuens.

INCONSCIVS, a um, (ἀσυνείδητος) contrarium conſcio. Liu. 1. Bell. Pun. Alcon inconſciis Saguntinis, precibus aliquid moturû ratus, cùm ad Annibalem noctu tranſiſſet.

INCONSEQVENTIA, æ, (ἀκολουθία) uitium eſt orationis, cùm aut res aut uerba prætermittuntur, quæ ad ſuperiora ſubſequi par erat. Quin. lib. 8. cap. 6. Quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima.

INCONSIDERATVS, a, um, qui non conſiderat, {*Che non conſidera, traſcurato*} (ἀσκεπτος, ἀλόγιστος) Cice. pro Quin. O rem incredibilem, ô cupiditatem inconſideratam. Inconſiderata fama popularis, Cice. 3. Tuſcu.

INCONSIDERANS, tis, {*Inconſiderato*} (ἄσκεπτος) adiectiuum, idem quod inconſultus, & inconſideratus. Cic. 2. de Diu. Nos autem ita leues atq; inconſiderantes ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus.

INCONSIDERANTIA, æ, {*Inconſideratione, traſcuraggine*} (ἀλογιστία) inconſulta ratio. Cice. ad Quin. fr. Cuius hoc in uno inconſiderantiam & ego ſuſtinebo, ut potero, & tu, ut poſſis, eſt tuorum neruorum.

INCONSIDERATÈ, aduerbium, {*Senza conſideratione, inconſiderata mente*} (ἀσκέπτως, ἀπερισκέπτως) inconſulte, temere, ut apud Cice. in Offi. Temere, fortuitu, inconſiderate, negligenter facere aliquid. Gel. lib. 17. ca. 1. Vt ſcribere auſi ſint, M. Ci. parum integre, atq; improprie, atq; inconſiderate locutum.

INCONSOLABILIS, le, {*Che non riceue conſolatione*} (ἀπαραμύθητος, ἀπαραμύθευτος) qui conſolationem non admittit, cuius dolori conſolatio nulla mederi poteſt. Ouid. 5. Metam. Contemptaq; fontis Iura ſui mœrens, inconſolabile uulnus Mente gerit tacita.

INCONSTANS, tis, com. gen. {*Inſtabile, leggiero, inconſtante*} (ἀβέβαιος, ἄστατος) qui ſibi non conſtat, leuis, mobilis, uolubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. Cice. Planco, lib. 10. Famil. Cum is frigidas ſanè & inconſtantes recitaſſet literas Lepidi. Plin. lib. 19. cap. de Medicina: Mirumq; & indignum protinus ſubit, nullam artium inconſtantiorem fuiſſe, & etiamnum ſæpius mutari.

INCONSTANTER, {*Inconſtantemente*} (ἀβεβαίως, ἀστάτως) leuiter, nullaq; conſtantia. Cice. 4. Tuſcu. Si aut ambigue, aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta ſunt.

INCONSTANTIA, æ, {*Leggierezza, inconſtanza, inſtabilità*} (ἀστασία) leuitas conſtantiæ contraria. Cice. Att. lib. 10. Nemo doctus unquam mutationem conſilii inconſtantiam dixit eſſe.

INCONSVETVS, a, um, {*Non conſueto, inuſitato*} (ἀήθης) non aſſuetus. Silius lib. 11. Stupet inconſuetus opimæ Sidonius menſæ miles.

INCONSVLTVS, nomen, {*Senza conſiglio, imprudente*} (ἄβουλος, δυσβουλος) imprudens, temerarius, quaſi nullius conſilii, qui nullo ſano conſilio, ea quæ aggreditur, expendit. Cic. pro Deio. Homo inconſultus, & temerarius hęc non uidebat. Quin. Declam. 19. O inconſultam & muliebrem ſemper amentiam. id eſt, imprudentem et inconſideratam. Quandoq; uerò Inconſultus participium eſt, & accipitur pro eo, a quo conſilium non eſt petitum. ἀσυμβούλευτος. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Etenim inſcio atq; inconſulto domino, ſerui ſæpe ex agro diſcedunt. Sic dicimus Inconſultus medicus ad ægrotû uenit. id eſt, a quo conſilium nemo petiit. Interdum accipitur pro eo qui incertus eſt, cuiq; deeſt conſilium. Verg. 3. Aene Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibyllæ.

INCONSVLTV MEO, {*Senza mio conſiglio*} (ἄνευ ἐμοῦ συμβουλεύσαντος) dixerunt ueteres pro eo quod eſt me inconſulto. Plaut. in Trin. Quia rure dum ſum ego unos ſex dies, me abſente atq; inſciente, inconſultu meo Aedes uenales haſce inſcribit literis.

INCONSVLTÈ, {*Pazzamente ſenza conſiglio*} (ἀνοήτως, ἀβούλως) ſtulte, temere, ab re, nulloq; conſilio. Salluſt. Inconſulte ac ueluti per dementiam cuncta ſimul agebant. Inconſulte ac temere aliquid dicere, apud Cic. lib. 1. de Na. deor. Pro eodem legitur & Inconſulto, in Rhetoricis ad Heren. lib. 1.

INCONSVMPTVS, a, um, {*Non conſumato*} (ἀδαπάνητος) non conſumptus, non exhauſtus. Ouid. 7. Metam. Inq; manu turis pars conſumpta reperta eſt.

INCONSVTILIS, pen. corr. {*Senza cucitura*} (ἄρραφος) non conſutilis: ut, Veſtis inconſutilis, quæ nullam habet ſuturam. Pro eodem dicitur & Inconſultus.

INCONTAMINATVS, {*Puro, ſincero, non contaminato*} (ἀμίαντος, ἀμόλυντος) impollutus, purus, ſyncerus. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9. Aſpectu ac facie incontaminata. Liu. 4. ab urb. Ne quid ſynceri, ne quid contaminati ſit. Vide de hoc plura in uerbo Contamino.

INCONTENTVS, adiectiuum a uerbo tendo, is {*Non tirato*} (ἀσύντατος) contento contrarium, hoc eſt, quod non eſt tenſum, ſed laxum. Cic. 4. de Finib. Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint, &c.

INCONTINENS, tis, om. ge. {*Incontinente, immoderato*} (ἀκρατής) intemperans qui ſe a libidine, gulâ've non continet. Plau. in Aſin. At nunc dehinc ſcito illum ante omnes minimi mortales pretii: Madidum, nihili, incontinentem, atq; oſorem uxoris ſuæ. Interdum Incontinens accipitur pro eo, quod ſibi cômiſſum fideliter non continet. Plin. lib. 8 cap. 43. de aſinis loquens: Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, ni cogatur in curſum uerberibus a coitu.

INCONTINENTER, aduerbium, {*Intemperantemente, incontinentemente*} (ἀκρατῶς, ἀφειδῶς) intemperanter, ſine continentia. Cic. 3. Offi. Si omnes deos, hominesq; celare poſſimus, nihil tamen nobis auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinoſè, nihil incontinenter eſſe faciendum.

INCONTINENTIA, æ, {*Incontinenza, immoderanza*} (ἀκρασία) intemperantia, immoderatus uoluptatum uſus. Cice. pro M. Cœlio. Multa de incontinentia, intemperantiaq; differunt. Accipitur aliquando Incontinentia pro impotentia ſiue imbecillitate aliquid ſibi commiſſum retinendi. Vnde Incontinentiam urinę dicimus, pro imbecillitate muſculi retentiui, urinam malè retinentis. Plin. libr. 8. cap. 28. Veſicam in uino potam contra urinæ incontinentiam.

INCONVENIENS, omn. ge. {*Inconueniente, che non ſta bene*} (ἀπρεπής) indecens. Quin. lib. 1. cap. 9. Eſt enim ſolœciſmus in oratione comprehenſionis unius ſequentiû ac priorum inter ſe inconueniens poſitio. Caſſius ad Ciceronē, lib. 12. Hæc nouiſſima noſtra facta non ſubita, nec inconuenientia: ſed ſimilia illis cogitationibus. Inconuenientia, (ἀσύμφωνα) etiam dicuntur, quæ ob diuerſitatem inter ſe nô conueniunt. Sen. de Vita beata: Deſinant igitur inconuenientia inter ſe iungere, & uoluptati uirtutem implicare. Inconuenientia, æ, indecētia.

INCOQVO, quis, pen. cor. incoxi, ctum, {*Cuocere dentro à qualche coſa*} (ἐνέψω) in re aliqua coquo, ſiue lixo. Verg. 4. Georg. Huius odorato radices incoque Baccho.

INCORDIO, as, are, {*Mettere nel core*} in cor immittere, Antiquum eſt uerbum, quo Plau. uſus eſt in Ciſt. Si me abſente Alceſimarchus uenerit, nolito acriter Eum inclamare, &, ut ut in me erga eſt meritus, tamen incordies.

INCORPORALIS, le, {*Che non ha corpo*} (ἀσώματος) quod non habet corpus. Quint. lib. 5. cap. 10. Ius, q; ſit incorporale apprehendi manu non poſſe. Seneca Epiſt. 91. Deinde a corporibus ſe ad incorporalia tranſtulit.

INCORPOREVS, a, um, {*Senza corpo*} (ἀσώματος) corpore carens. Cic. 3. de Finib. Omnis iſta incorporeorum rerum æſtimatio, ſplendore uirtutis & magnitudinis obſcuretur & obruatur, atq; intereat neceſſe eſt Gel. lib. 5. ca. 15. Corpus'ne ſit uox, an incorporeum: hoc enim uocabulū quidam finxerunt, proinde quod Græcè dicitur ἀσώματον.

INCORRECTVS, a, um, {*Incorretto, ſcorretto*} (ἀπαρανόρθωτος) non correctus: ut, Opus incorrectum. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 14. Illud opus potuit, ſi nô prius ipſe periſſem, Certius a ſumma nomen habere manu. Nunc incorrectum populi peruenit ad ora: In populi quidquam ſi tamen ore meum eſt.

INCORRVPTVS, a, um, {*Incorrotto, integro*} (ἄφθαρτος, ἀδιάφθαρτος) quod corruptum non eſt, aut corrumpi non poteſt. Pli. lib. 13. cap. 9. Nec minus ſpina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat. Cice. de Clar. Orat. Cęſar autem rationem adhibens, conſuetudinem uitioſam et corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. Animus incorruptus Cic. 1. Tuſc. Per tranſlationem ſumitur pro integro, quiq; muneribus a fide officio've abduci non poteſt: ut, Incorruptus iudex, ἀδωροδόκητος κριτής. Incorruptior cuſtos canis, Colum. lib. 7. cap. 12. Horat. 1. Serm. Sat 6. Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis Circum doctores aderat. Incorruptè, aduerb. purè, ſyncere, integrè. Cic. pro Marcello. Serui igitur iis etiam iudicibus, qui multis pôſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio an incorruptius, quàm nos.

INCOXO, as, in coxam ſedeo. Pacuuius, Adeò incoxanti mihi pes obſtupuerat. Pompo. in Pannuceatis, ut citat Nonius: Neq; interim cacandi cauſa unquam incoxaui, nate.

INCREATVS, {*Increato*} (ἀκτιστος) non creatus. Lacta. lib. 1. Vnus Deus, qui ſolus principatur, iſq; ampliſſimus, increatus.

INCREBRESCO, is, ere, {*Accreſcere, diuolgare*} (διαθρυλλῆσαι) diuulgor, inualeſco. Liu. 7. ab urbe: Gallici quoq; belli fama increbreſcebat. Idem 4. Bel. Pun. Cùm increbreſceret rumor, bellum in Sicilia eſſe. Præteritum eius eſt

Increbrui, ut analogia uidetur exigere: non Increbui, ut quidam hodie ſcribũt. Cice. 14. Phili. At ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum aut Thracum mille, aut duo millia occidiſſet, num eum hac conſuetudine, quæ increbruit, Imperatorem appellaret Senatus? Increbruit Auſter, hoc eſt, auctus eſt, et uehementer factus eſt. Cæſar 3. Bell. Ciu. Ventus increbreſcit. Cice. ad Treba. Epiſto. libr. 7. Increbruit ſermo.

INCREDIBILIS, le, {*Incredibile*}(ἀπαράδοξος)non credibilis. Cicer. ad Sulpi. Epiſto. lib. 13. Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant. Ibidem: Quia præter ſpem atque incredibile hoc mihi obtigit. Incredibiliter, aduerb. Cice. de Senect. Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector.

INCREDVLVS, a, um, {*Incredulo*}(ἄπιστος)cui quid facilè perſuaderi nõ poteſt. Hora. in Arte: Quodcunq; oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

INCREMENTVM, ti, {*Aumento, accreſcimento*}(αὔξησις)augmentum, à uerbo Increſco. Quint. libr. 8. cap. 4. Quatuor tamen maximè generibus uideo conſtare, amplificationem, incremento, compa ratione, ratiocinatione, cõgerie. Incrementum eſt potiſſimum, cùm magna etiam uidentur, quæ inferiora ſunt. Ci. 2. de Finib. Negat enim ſummo bono afferre incrementum diem. Incremento ingenti res auctæ, Liu. 1. ab urb. Quin. lib. 3. cap. 2. Huic ſtudium & incrementum dederit utilitas. Incrementa, ſemina, unde aliquid creſcit. Oui. 3. Metam. —Motæq; iubet ſupponere terræ Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

INCREPITO, as, pen. cor. {*Riprendere, dir uillania*}(ἐπιπλήττω) frequentatiuum ab Increpo, idem ſignificans quod arguere, conuiciari. Ver. lib. 10. Ae. Hoſtis amara, quid increpitas, mortemq; minaris? Cæſ. 2. Bel. Gal. Increpitare, atq; incuſare reliquos Belgas. Increpitare aliquando eſt in excuſationem afferre, & culpam in aliquem reiicere. Verg. lib. 4. Georg. Aeſtatem increpitans ſeram. id eſt, cauſatus æſtatem fuiſſe tardiorem.

INCREPO, as, crepui, crepitum, pe. c. {*Far ſtrepito, riprendere*}(ἐπιβοάω, ἐπιπατάσσω)ſignificat ſonum, & crepitum emitto. Vergi. 9. Aen. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit. Dicimus ergo, Tuba increpuit ſonum: Tuba, ſiue ſonus increpuit. &, Ego increpui tuba. Plaut. in Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput. Liu. 1. ab urbe: Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micantesq; fulſere gladij, horror, &c. Per tranſlationem ponitur pro reprehendo, (λοιδορῶμαι, ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω) idq; cum crepitu, & uerborum, pedum' ue ſtrepitu: hoc eſt, contra aliquem crepando & ſtrependo inſurgo. Plaut. in Amph. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. Præteritum eius eſt Increpui. Plin. in Epiſt. Summo die Saluius liberalis reliquos legatos grauiter increpuit. Interdum etiam Increpaui. Cice. ad Quin. Fratrem: Cato Pompeij in me perfidiam increpauit.

Item pro Intonare. Turpilius: Agè tu hymenæum increpa. Increpare, pro accuſare. Cicer. Hortenſio: Cum Pieudemenus. Et ſortiam, & totam Dialecticam aut illudis, aut increpas. Ouid. lib. 3. Metam. Increpat à cunctis, totumq; immurmurat agmen.

INCRESCO, ſcis, {*Accreſcere, prender aumento*}(ἐπιδίδωμι, αὐξάνομαι) augeor, inualeſco. Luc. lib. 2. Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos Paſſus erat, mœſtamq; genis increſcere barbam. Oui. 9. Metam. Vt dolor increuit.

INCRESCENTIA, tiæ, (ut nonnulli interpretantur) idem eſt quod incrementum, adducentes illud ex Plin. lib. 8. ca. 32. Increſcentia ſolis uapore durãt. Qua tamen in re nimis pueriliter labuntur, cùm increſcentia ibi ſit nomen adiectiuum neutri generis, caſus accuſatiui, cui reſpondet ſubſtantiuum Cornua: ut hic ſit ſenſus: Cerui durant increſcentia cornua uapore ſolis.

INCRVENTVS, ta, tum, {*Senza ſangue non ſanguinolento*}(ἀναίμακτος, ἀναίμωτος)ſine cruore: ut, Incruenta uictoria, in qua nullus cruor effuſus eſt, nulliq; aut pauci ſunt occiſi. Liu. li. 7. bel. Pun. & 7. ab urbe: Nec Romanis incruenta uictoria fuit, quarta parte militum admiſſa. Idem 8. ab urbe. Haud quaquam tamen incruento milite ſuo. Incruentatus, a, um, (ἀναίμωτος) non maculatus cruore. Tacit. libr. 20. Diceſſerant obſeſſores, miſtus ex Cattis, Vbijs, Mattiacis exercitus ſatietate prædæ, nec incruentati.

INCRVSTO, as. are, {*Incroſtare, far croſta*}(κονιάω) cruſtam inducere, ſiue cruſtam applicare. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 14. Has quoq; laginare ſolent ita, ut ollam cum foraminibus incruſtent ſapa & farre. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. At nos uirtutes ipſas inuertimus, atq; Syncerum cupimus uas incruſtare. Id eſt, uirtutem quaſi uitium interpretamur. Incruſtatio, onis (κονίασις) cruſtę ad parietem, aut pauimentum, aut uas aliquod applicatio.

INCVBO, bas pen. corr. incubui, incubitum, {*Appoggiarſi, ſtar ſôpra couare*}(ἐγκεῖμαι, ἐπίκειμαι)propriè idem eſt quod incumbere, inniti, quaſi iure quopiã cubare. Habet autem plerunq; datiuum. Quint. li. 10. Qui autẽ ſciuerit, quæq; ſint modo dicenda, niſi tãquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, uelut theſauris clauſis incubabit. Verg. 1. Aen. ponto nox incubat atra. Incubare ouis dicuntur aues, (ἐπωάζειν) cùm excludendi fœtus gratia oua fouent. Lact. lib. de Opifi. Nidos aut luto ædificant, aut uirgultis, & frondibus inſtruunt, & ciborum expertes incubant ouis. Dicimus quoq; incubare oua, in eadem ſignificatione. Varr. lib. 3. de Re ru. Negant plus uigintiquinq; oua incubare. Quo in loco Incubare uerbum eſt actiuum: cuius etiam paſſiuo aliquoties uſus eſt Plini. lib. 10. cap. 54. Oua incubari intra decẽ dies edita utiliſſimum: uetera, aut recentiora, infœcunda. Idem li. 29. ca. 3. Fiũt & tota lutea, quæ uocant Schiſta, quum triduo incubata tolluntur. Pro eodem legitur & Incubare abſolutè: ita tamen, ut ſubaudiamus datiuũ Ouis, uel accuſatiuum Ouo. Col. lib. 8. cap. 5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuarijs. Et paulò pòſt: Inhibetur cupiditas incubandi pinnula per nares, traiecta. Incubare Ioui, eſt in Capitolio dormire, ad accipienda à Ioue Reſponſa. Pla. in Curcul. Nãq; te incubare ſatius fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Seruius in illud Verg. 7. Aeneid. Pellibus incubuit ſtratis, ſomnosq; petiuit. Incubare, inquit, propriè dicuntur ij, qui dormiunt ad accipienda reſponſa. Accipitur aliquando Incubare pro inhabitare. Apul. lib. 7. Metam. Tabernulam quandã, uiſitatis maris fluctibus incubabat. Ad eundem etiam modum Macrobius Dionyſium appellat Siculæ aulæ incubatorem. Incubare pecuniæ, pro inhiare, & uehementer cupere. Cic. pro Cluen. Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniæ, quam cõdiderat, ipſe iam atq; animo incubaret, cõtrahit frontem. Interdũ ſignificet curam habere: tranſlatione ſumpta ab auibus, quæ incubatu fouent oua, & excludunt fœtus. Apul. lib. 3. Aureos folles incubabat. Ab incubo, fit Incubitus, tus, uerbale, quod modò actum illum ſignificat oua fouendi, ἐπωασμός. Plin. lib. 11. cap. 54. Quædam autem citra incubitum ſponte naturæ gignunt. Modò geſtum, modumq; cubantes: ut, Incubitus dextri lateris, cùm quis cubat in dextrum latus, Plin. lib. 28. cap. 4. Anſt. & Fabianus plurimum ſomniari circa uernum et autumnum tradũt, magisq; ſupino cubitu, & prono nihil. Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à ſupinis. Incubatus, us, pen. pr. Plin. lib. 10. cap. 54. Si incubatu tonuerit, oua pereunt: hoc eſt, cùm gallina incubat ouis. Incubatur, oris, de quo iam diximus. Incubatio, onis, idem quod Incubitus. Plin. lib. 10. cap. 56. Rara incubatio ouis noxia. Incubitio, nis, idem quod incubatio. Plin. lib. 10. ca. 54. Incubitioni datur initium poſt nouam lunam.

INCVBITO, as, are, frequentatiuum Col. lib. 8. cap. 14. Cellas, in quibus incubitant, ſicciſſimas eſſe oportet.

INCVBVS, (ἐφιάλτης) morbus eſt noctu quieſcentes infeſtans, cùm ſcilicet externa quædam uis quieſcentes uidetur inuadere: & ueluti ſuo pondere preſſos grauare. Naſcitur hoc morbi genus copia uaporum ex uoracitate, & cruditate in caput redundantium. Antiquitas credidit eſſe Faunos & Syluanos, uel dæmones hominum inſultores.

INCVLCO, as, are, {*Inſaccare, inualiggiare. Dant. Che mal dell'uniuerſo tutto inſacca*}(ἐπισάττω) infercio, & quaſi calcando immitto. Plin. lib. 29. cap. 2. At canis rabioſi morſibus inculcata, poſt diem ſeptimum ſoluitur. Per tranſlationem ſignificat eadem ſæpius iterando ingerere, ταυτολογεῖν. Cic. 1. Offic. Ne, ut quidam Græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. Idẽ de Fato: Quid ergo attinet inculcare fatum, quum ſine fato ratio omnium rerum ad naturam, fortunam' ue referatur.

INCVLPATVS, a, um, {*Incolpato, ſenza colpa*}(ἀνέγκλητος, ἀνεπίληπτος) qui culpa caret. Gel. libr. 2. cap. 6. Sed enim qui omni re, atq; omni tempore, laude omni uacat, is illaudatus eſt: iſq; omnium peſſimus, deterrimusq; eſt. Sicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit. Inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ uirtutis. Ouid. 9. Metam. —Sed uita, fidesq; inculpata fuit.

INCVLTVS, a, um, {*Rozzo, inculta*}(ἀγεώργητος) à Cultus participio cõpoſitum: idem eſt quod non cultus, proprieq; dicitur de agris, quorum cultus deſeritur. Liu. 2. ab urbe: Caritas primum annonæ ex incultis per ſeceſſionem plebis agris. Ci. de Nat. de. Terræ regio inhabitabilis & inculta. Per tranſlationẽ accipitur pro inornato, neglecto, horrido, ineleganti, & illaborato. Cic. de Clar. Orat. Vir ut uita, ſic oratione durus, incultus, horridus. Et paulò pòſt. Cotta alia quidem inculta uia & horrida ad eandem laudem peruenerat.

INCVLTE, aduerb. {*Rozzamente, inornatamente*}(τραχέως) aſperè, horridè, inornatè. Cice. de Clar. Orato. Et dicere non inculte ſolebat, & erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis, ut illis temporibus, ſatis eruditus. Idẽ pro Quin. Vixit enim ſemper inculte atq; horride: natura triſti atq; recondita fuit.

INCVMBA, æ, eſt pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificij incumbit. Vide Annotat. Budæi in Pandectas.

INCVMBO, bis, ere, {*Appoggiarſi, attaccarſi, dar opera à qualche coſa*}(ἐπίκειμαι, ἐπερείδω) innitor, inhæreo ſuper aliquid iaceo. Verg. 8. Eclog. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Pli. lib. 1. Nãq; in illo caua in ſe conuexitas uergit, & cardini ſuo. hoc eſt, undiq; terræ incumbit. Verg. 5. Aen. Incubuitq; toro, dixitq; nouiſſima uerba. Aliquando accipitur pro eo quod obnixe rei alicui operam dare, σπουδάζειν. In qua ſignificatione ſæpe datiuo iungitur: ut, Incumbere literarum ſtudijs, Virtuti incumbere. Frequenter etiam accuſatiuo, mediante Ad, uel In, ut à Cice. ferè ſemper uſurpatur: Quare incumbamus (inquit) ad illa præclara ſtudia, hoc eſt, totis uiribus, omniq; conatu enitamur. Idẽ Cornificio: Te tamen hortor, ut omni cura in Rempub. incumbas: hoc eſt, ſuſtentandam, ſiue tuendam. Aliquando poſt accuſatiuum adhibetur adiectiuũ, ut effectus rei, quæ deſignatur, demonſtretur: ut idem pro P. Sylla: Neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio, uirtute, auctoritate incuberet ad Rempublicam conſeruandam. Si uerò non ponitur adiectiuum, tunc ſubintelligitur. ut, Incumbere ad bellum, ſcilicet ſuſcipiendum uel gerendum, &, Ad eius perniciem incumbenti: ſubaudi exequendam. Eſt præterea quando Incumbere ſignificat ſubire, ſiue ſuperuenire, ingruere, ἐπιβάλλειν, ἐγκεῖσθαι, ἐπεμπίπτειν. Lactan. lib. 2. Si morborum peſtifera uis incubuit. Verg. 1. Aen. Incubuere mari. Quin. libr. 5. cap. 9. Cùm magna uis uenti in mare incubuit.

INCVNABVLA, orum, uide ſupra in dictione Cunæ.

INCVRIA, æ, {*Negligenza poca cura*}(ἀμέλεια)negligentia. Ci. At. Quo magis uituperanda eſt rei tam neceſſariæ tanta incuria. Incuria, fame, uel morbo conſumi. apud eundem de prouincijs Conſ. Hinc deducitur adiect. Incurioſus, a, um, (ἀμελής, ἀπερίεργος) negligẽs, curę, uel curioſitatis expers. Apul. Incurioſum agnum, dixit pro pingui, quod qui omni prorſus cura ſint liberi, pulcherrime pingueſcat.

INCVRRO, eis, {*Correre contro à qualch'uno, incorrere*}(ἐμβάλλω, ἐπιτρέχω) contra aliquem curro, uel incido in rem aliquam. Liu. lib. 1. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit: utrinq; à cornibus poſitos, cùm iã pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe a lateribus ferunt. Aliquando, eſt irruere, ſeu in ſe aliquo iniicere Salluſt. Poſtquam Catilina fuſas copias ſeq; cum paucis relictum uidet: memor generis atq; priſtinę dignitatis, per confertiſſimos hoſtes incurrit, ibiq; pugnando confoditur. Incurrere maleuolentiam uel indignationem alicuius, idem eſt, quod ſubire, uel incidere in eius odiũ uel indignationem. Lactan. Aut oblitus eſſe propoſiti uideat, aut loquacitatis crimen incurrã. Aliquando ſignificat incurſiones facere, agrumq; hoſtilem populari D. Brutus Cic. Aut Apennino, Alpibusq; ſe teneat, & decurſionibus per equites, quos habet multos, uaſtet ea loca, quę incurret. Hinc Incurſus ſus, (ἐπιβολή, ἐπίδρομα) & Incurſio, id eſt, impetus, & acceſſus. Colum. Hoſticis incurſionibus uaſtatas fruges. Cic. pro Cecinna. Impetum armati Antiochi, cęterorumq; tela, & incurſus refugit.

INCVRSO, as, are, frequentatiuum ab Incurro, (ἐπιτρέχω) eſt currendo petere, & offendere. Plaut. in Aſina. Vbi uiuos homines mortui incurſant, boues. Ouid. 2. Metam. Atq; ſub æthere fixis Incurſant ſtellæ. Tacit. lib. 19. Nutantem aciem uictor equitatus incurſat. Incurſans, antis, partic. Pli. lib. 11. ca. 37. Natura oculos compoſuit lubricos propter incurſantia, & mobiles.

INCVRVESCO, Incurueſcis, {*Diuenir torto*}(κυρτοῦμαι)incuruus fio, Cic. lib. 1. Tuſc. Arbores frondeſcere, ramos baccarum ubertate incurueſcere.

INCVRVO, as, {*Torcere*}(κυρτόω)incuruum facio. Plin. lib. 16. cap. 42. Robur, olea incuruantur, ceduntq́ ponderi. Cicer. 2. de Fini. Incuruatum bacillum, Verg. 5. Aeneid. Tum ualidis incuruant uiribus arcus. Membra incuruata, Ouid. 6. Metamorph.

INCVRVVS, {*Torto grandemente*}(κυρτὸς αὐχὴν)ualde curuus, Ter. in Eunu. Continuò accurrit ad me, q̃ longè quidem, incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Incurua carina, Ouid. 15. Metam. Cice. 1. de Diuina. Incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum.

INCVS, udis, pen. pr. form. gen. {*Incude. Petr. Per incude gia mai ne per martello*}(ἄκμων)inſtrumentum ferreum eſt ſuper quod fabri ferrum ducunt. Cice. 1. de Nat. Deo. Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atq; figuræ, quas uos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis. Reddere uerſus incudibus, per translationem ſumitur pro emendare & expolire. Horat. in Arte: Et malè tornatos incudi reddere uerſus.

INCVSO, as, {*Accuſare*}(αἰτιάομαι)mores, factum've alicuius reprehẽdo, idq; cum querela, q officij limites ſit prætergreſſus. Cæſ. 1. Commen. Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus, uehementer eos incuſauit.

INCVSATIO, onis, uerbale ab Incuſo, (αἰτίωσις)reprehenſio, querela. Cic. 3. de Orato. Quorum partem habent uitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incuſationem, aut querelam.

INCVSVS, a, um, pen. prod. adiectiuum eſt à uerbo Incudo formatum: ut Incuſus lapis, apud Verg. 1. Georg. Lapidemq; reuertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. Quem locum exponens Seruius, incuſum (inquit) lapidem, id eſt, manualem molam, cudendo aſperatam.

INCVSTODITVS, a, um, {*Senza cuſtodia, non cuſtodito*} ἀπροφύλακτος non cuſtoditus. Ouid. libr. 2. Meta. Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros Proceſſiſſe boues.

INCVTIO, tis, p. cor. cuſſi, cuſſum: ex In, & Quatio q, in e, & a, in u, mutatis, {*Scuotere ſquaſſare. Pet. Che ſcuoter forte & ſolleuar la ponno*}(ἐμφορέω, ἐντείνω)ictum infero, impingo, infligo: ut, Incutere Scipionem eburneum in caput alterius, apud Liu. 5. ab urbe. Incutere colaphum, Iuuen. Saty. 9. Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Per translationem ſumitur pro immittere, ἐμβάλλειν. Verg. 1. Aene. Incute uim uentis. Cice. de Vniu. Rurſusq; rurſi errorem incutiant rationis capientibus. Incutere metum, terrorem hoſtibus, apud Liuium.

INDAGO, as, pe. prod. {*Inueſtigare, cercare*}(θηρῶμαι, τῇ σαγήνῃ καὶ τὰ περιβάλλω, περιστοιχίζω)propriè uenatorum uerbum eſt, idem ſignificans q feras inueſtigare. Cic. 2. de Finib. Canis natus ad indagandum. Per translationem accipitur pro quouis modo inquirere, uel perſcrutari, ἀκριβοῦν. Cice. de Opt. gen. dicen. Aut reprehẽdet, quod inuſitatas uias indagemus, tritas relinquamus. Indagatio, (ἀκριβασμὸς)inquiſitio, perſcrutatio. Idem 1. Offi. Ineſt indagatio & inuentio ueri, cuiuſq; uirtutis munus eſt proprium. Indagator, ris, (θηρευτὴς)uenator, inquiſitor. Columell. libro 9. cap. 8. Sed indagatorem conueniet matutina tempora ueſtigandi eligere. Indagator aquarum. Idem lib. 2. ca. 2. Indagatrix, cis. Cicer. 5. Tuſc. O uitæ philoſophia dux, uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum. Indaganter, aduerb. Colum. libro 5. cap. 1. Boni uenatoris eſt indaganter quàm plurimas feras capere.

INDAGO, ginis, {*Inquiſitione*}(στοῖχοι, σαγηνασμὸς)ſeries plagarum, quibus ſaltus, ſtabulaq; ferarum cinguntur à uenatoribus. Verg. 4. Aene. Saltusq; indagine cingunt. Luca. in 6. Saltus nemoroſaq; teſqua, Et ſyluas, uaſtaq; feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucan. per metaphoram indaginem uocauit foſſam, & turrium munitarum ſeriem. Cæſ. 8. bell. Gall. Syluis undiq; impeditisſimis, aut altisſimo flumine uel indagine munitum. Per translationem accipitur pro captionibus, quas quis non facilè queat effugere. Taci. lib. 13. de Seneca: Romæ teſtamenta & orbos uelut eius indagine capi. id eſt, captatorem eſſe orborum, ita ut nullus captiones eius euadat. Item generaliter ſumitur pro quauis indagatione, ſeu inquiſitione. Plin. lib. 7. cap. 49. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem uideo, & ea multis perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus.

INDE, {*Indi, de li, di quel luogo*}(ἐκεῖθεν)aduerbium eſt importans motum de loco, idem ſignificans, quod ex eo loco. Liu. libr. 1. ab urb. Primo in Macedoniam ueniſſe, inde in Siciliam quærentem ſedes, delatum. Aliquando dicitur non de loco, ſed de rebus. Idem in Præfa. Omnis te exempli documenta illuſtri poſita monumento intueri: unde tibi, tuæq; Reſpub. quod imitere, capias. Aliquando ponitur pro deinde, εἶτα: ut apud eundem Criminii maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos collecta iuuenũ manu hoſtilem in modum prædas agere. Hinc fiunt compoſita, Deinde, Exinde, Perinde, & Proinde, quæ habent accentum in antepenultima.

INDEBITVS, a, um, non debitus, {*Non douuta*} ut, Fletus indebitus. Sene. Her. Octæo. Indebitus nato quidem Compeſce fletus mater Alcidæ inclyti. Ouid. Epiſt. 15. Præmia magna quidem, ſed non indebita poſco.

INDECENS, tis, omn. gen. {*Non conueneuole, diſconcio, brutta*}(ἀπρεπὴς, αἰσχρὸς, ἀπρεπὴς)non decens, turpis, præter decorum deformis. Mart. li. 5. Oculoq; ludus ſpectat indecens uno. Sene de Benef. lib. 1. cap. 9. Indecentisſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. Indecenter, aduerbium ἀπρεπῶς Plau. Merca. Nec tolerant, ut æquum eſt, patres: ſed clamant, indecenter obſtrepunt. Martia. lib. 12. Quàm ſit luſca Philænis indecenter. &c.

INDECET, pe. c. {*Eſſer inconueniente, ſtar male*} (ἀπρεπὲς ἐστὶ) uerbum eſt in tertijs duntaxat perſonis uſitatum, idem ſignificans quod dedecet, ſiue indecorum eſt, & inconueniens. Plin. Iun. in Epiſto. Iuuenes adhuc confuſa quædã & quaſi turbata non indecent: ſenibus placida omnia, & ordinata conueniunt.

INDECLINABILIS, le, {*Che non ſi può ſchiffare*}(ἀδιάτρεπτος)quod declinari, uel uitiari non poteſt. Gel. lib. 6. cap. 2. Fatum eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum. Indeclinatus. Ouid. 4. de Pont. Hæc tibi, qui perſtas indeclinatus amico, Non eſt quod lingua dicta tremente putes.

INDECOR, pe. cor. huius indecoris, etiam penul. correp. {*Diſhonore, biaſima*} (ἄχαρις, ἀεικὴς)idem eſt q indecorus. Seruius putat compoſitum eſſe a nomine Decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quamuis a Verg. aliquot in locis corripiatur, ut lib. 7. Non erimus regno indecores. Item lib. 12. Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris, Nec genus indecores. Vbi Seruius ait Aut ſyſtole eſt, aut certe dicimus nominatiuum non inueniri, ut in multis nominibus fit. Nonius oſtendit apud antiquos fuiſſe in uſu nominatiuum Indecoris, & hoc Indecore, citans illud Acci ex Athamante: Cuius ſit uita indecoris, morem fugere turpem haud conuenit. Hodie tamen nominatiuus nõ eſt in uſu, ſiue ille fuerit Indecor, ſiue Indecoris. Vtcunq; eſt, penul. obliquorũ ſemper corripitur. Quare magis uideri debet compoſitum à decus q̃ a Decor: ſicut a corpus fiunt compoſita Bicorpor, & Tricorpor. aut certe Bicorporis, & Tricorporis. Qui quidem nominatiui etiam ſi non ſint in uſu, frequenter tamen utimur eorum obliquis.

INDECORVS, ra, rum, pen. pr. {*Inconueniente, brutta*}(ἀπρεπὴς)turpe, contrarium decoro: ut, Indecora laſciuia ludere. Plin. lib. 18. cap. 32. Cice. 1. Offic. Et iuſta omnia decora ſunt. iniuſta contra, ut turpia, ſic indecora. Indecorus quæſtus, Liu. 1. Bel. Pun. Indecorus uiſus, Plin. libr. 13. cap. 12. Indecore, aduerbium, (ἀπρεπῶς)indecorè, turpiter. Cic. 1. Offic. Et ea, ſi non decore, aut q̃ minime indecore facere poſſimus.

INDEFENSVS. {*Non diſeſo*}(ἀπροστάτευτος, ἀφύλακτος) non defenſus, defenſore, patrono've deſtitutus. Liu. lib. 4. Suos increpans clara uoce, Hic præbituri (inquit) uos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti? id eſt, ſine defenſione, ſine uindicta. Plin. lib. 18. cap. 7. Indefenſa quippe membranis continentur.

INDEFESSVS, a, um, {*Non ſtracco*}(ἀκάματος)non fatigabilis. Ouid. 9. Meta. Defeſſa iubendo eſt Sæua Iouis coniunx: ego ſum indefeſſus agendo.

INDEFINITVM, dicimus, quod nullis rationibus circumſcriptum eſt, ἀπαρέμφατον. Vnde Grammatici, indefinite ſignum eſſe poſitum affirmant, quando nec relatiue, nec interrogatiue poſitum eſt. Significat etiam obſcurum & perplexum. Gell. lib. 16. cap. 4. Indefinitus, explicabiliſq; ſermo fiet.

INDEFLETVS, a, um, {*Non pianta*}(ἄκλαυστος)non defletus, cuius mortẽ nemo lacrymis eſt proſecutus. Ouid. 7. Metam. Qui lacryment deſunt, indefletæq; uagantur Natorum, matrumq; animæ, iuuenumq;, ſenumq;.

INDEFLEXVS, a, um, {*Non piegato*}non inclinatus. Plin. in Paneg. Iam firmitas iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas.

INDELEBILIS, le, {*Che non ſi può deſtruere, ſempiterno, perpetuo*} (ἀνεξάλειπτος)quod deleri non poteſt. Ouid. lib. 15. Metam. Nomenq; erit indelebile noſtrum.

INDELIBATVS, a, um, {*Non tocco, integro*}idem quod illibatus, intactus. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 4. Dum iuuat, & uultu ridet fortuna ſereno, Indelibatas cuncta ſequuntur opes.

INDEMNATVS, a, um, {*Non condennato*}(ἄκριτος, ἀκατάγνωστος)non condemnatus. Cice pro Lege Agra. L. Sylla, cum bona indemnatorum ciuium funeſta illa auctione ſua uenderet.

INDEMNIS, ne, {*Senza danno*}(ἀβλαβὴς, ἀζήμιος)nullo affectus damno, nullum conſecutus detrimentum.

INDEMNITAS, atis, {*Schiffare il danno*}fuga uel uitatio damni. Papinia. in l. fideiuſſor. ff. de neg. geſt. Fideiuſſor imperitia lapſus, alterius quoq; contractus qui perſonam eius non contingebat, pignora, uel hypothecas ſuſcepit, & utranque pecuniam creditori ſoluit: exiſtimans indemnitati ſuæ conſa ſio prædijs conſuli poſſe.

INDEPLORATVS, ta, tum, {*Non pianto*}(ἄκλαυστος)idẽ quod indefletus. Ouid. 3. Triſt. Eleg. Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulcri, Indeploratum barbara terra teget.

INDEPRECABILIS, (ἀπαραίτητος)quod nullis precibus poteſt auerti. Gell. Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

INDESERTVS, a, um, {*Che mai non ſi abbandona*} quod nunquam deſeritur. Ouid. 2. Amorum, Ele. 9. Si tamen exaudis pulchra cum matre cupido Indeſerta meo pectore regna gere.

INDESES, {*Nõ pigro, preſto. Pe. Et al ben tardo al mal ueloce & preſto*}(ἄοκνος)impiger, qui deſes non eſt. Gell. libr. 7. cap. 22. Id profecto exiſtimandum eſt, non omnino inculpatũ, neq; indeſidem uiſum eſſe, cuius corpus in tam modicum modum luxuriaſſet, exuberaſſetq;.

INDESINENTER, aduer. {*Contrauamente*}(ἀπαύστως) ſine intermiſſione, ſemper, & continue. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 9. Et ſi alter indeſinenter æger eſt, ne ſine cane grex ſit.

INDETONSVS, ſa, ſum, {*Non toſata*}(ἀκούρευτος, ἄκουρος)non tonſus. Oui 4. Metam. Additur his Nyſeus, indetonſusq; Thyoneus.

INDEX, cis, {*Demoſtratione, indicia*}(μηνυτὴς, μηνύτρια)generis communis, pro eo uel ea, qui uel quę aliquid indicat, & defert. Aſconius ſcribit eſſe qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. Salſu. in Catil. Pleriq; Craſſo ex negotijs priuatis obnoxij, conclamabant indicem falſum eſſe. Martial. lib. 1. Indice non opus eſt noſtris, aut uindice libris. Cicer. 7. Verr. Cuius rei neq; index, neq; ueſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet ulla. Plin. lib. 8. cap. 16. Leonum animi index cauda, ſicut & equorum aures. Cic. in Orato. Imago animi uultus eſt, indices oculi. Eſt pręterea Index in libris, quem alio nomine uocamus Elenchum: Barbari uocant Repertorium. Cic. ad Attic. lib. 4. Iisq; impera, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos Gręci, ut opinor, συλλάβους appellatis. Index etiã dicitur digitus pollici proximus, (λιχανὸς)propterea q in indicanda re quapiam eo uti ſoleamus. Lapis quoq;, quo auri bonitatem exploramus a Latinis index appellatur. Oui. 2. Met. Perinde ſaq; pectora uertit in durum ſilicem, qui nunc quoq; dicitur index.

INDIA, (Ἰνδία)regio Orientalis, Aſiæ terminus, quæ tam uaſta perhibetur, ut eam tradant eſſe tertiam partem omnium terrarum. Pomponius ſcribit tantum ſpatium litoris eam occupare, quantum per ſexaginta dies noctesq; uelificantibus curſus eſt. Tradunt in ea fuiſſe quinque milia oppidorum, quorum nullum Cooppido minus fuerit. Nomẽ habet ab Indo flumine, in quem ab Occidentali plaga deſinit, qui ſolus, præter Nilum crocodilos erat. A' Septentrione Tauri iugis, ab ortu Eoo pelago, a Meridie ſuo, hoc eſt, indico clauditur. Gẽmis abundat, capricanes & elephantos procreat. Arbores habet ſemper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum, aromaticũ, & cinnama ad nos mittit. Indi prope gentium ſoli nunquam emigrauere finibus ſuis. Illic binæ æſtates, lenes auræ, temperies cœli, ubertas ſoli, aquarum abundãtia.

quæ omnia faciunt, ut maiora in India, quàm in cęteris regionibus naſcantur anima lia. Ab India fiunt adiectiua, Indus, Ἰνδικός, & Indicus, & Ἰνδικός.

INDICATIO, onis, {*Eſtima del precio de qualche coſa*} (τίμησις) æſtimatio alicuius rei ſiue appretiatio, quam uocant. Pli. lib. 22. ca. 24. Mellis cauſas atq; differentias, nationesq;, & indicationem, in apium ac deinde florum natura dicimus. Plau. in Perſ. Tua merx eſt, tua indicatio.

INDICATIVVS, a, um, {*Demoſtratiuo*} (δεικτικός, ἀποφαντικός) dicitur id, quo aliquid indicatur. Vnde indicatiuus modus dictus eſt, quia eo præſentem actum indicamus.

INDICATVRA, æ, æſtimatio, τίμησις. Plin. in Præfat. Nec fiducia operis eſt hæc, ſed indicatura.

INDICATVS, a, um, particip. (τετιμημένος) Plin. lib. 18. Eadem ex cauſa emi lienem uituli, quanti indicatus ſit, iubent.

INDICIVM, dicij, {*Manifeſtatione, ſegno*} (μήνυσις, μήνυτρον) propriè eſt delatio detectio'ue criminis, facta à quopiam, qui eius conſcius fuerit. Sallu. in Catil. Itaq; conſulente Cicerone frequens Senatus decreuit indicium falſum uideri.

Accipitur item Indicium pro ſigno, argumento, ueſtigio, ſiue nota alicuius rei τεκμήριον. Idem poſt redditum. Specimen hoc uirtutis, hoc indicium animi ſui fore non putauit. Idem pro Cluen. Omnia quæ ſilent eſſe indicia & ueſtigia ueneni, in illius mortuæ corpore reperta ſunt.

INDICINA, næ, (μήνυσις) idem quod indicium: qua uoce uſus eſt Apuleius. Indicinæ (inquit) præmium occupaſſe.

INDICO, cas, are, p. c. {*Manifeſtare, paleſare*} (ἐμφαίνω, δείκνυμι) manifeſto, palàm facio. Plau. in Aſina. Ego'ne hæc patiar, aut taceam? Emori me malim, quàm hęc eius uxori non indicem. Aliquando demonſtro, indicio, ſum, ἐπισημαίνω. Lact. libr. 7. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum ſic uirtutem ceperit permanere: quia & uirtus perpetua eſt, & ſolus humanus animus uirtutem capit. Aliquando defero, accuſo, ἐνδείκνυμι. Vnde Vlpian. in l. indicaſſe. ff. de uerb. ſign. Indicaſſe, inquit, reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe. Sed hæ ſignificationes in idem recidunt. Aliquando negationis uerbum eſt, & rebus uenalibus accommodatum, quod in mercibus diſtrahendis uſurpatur, quando ille cuius eſt merx, pretium ſtatuit rei, quam uenundat. Eſt enim Indicare (τιμᾶσθαι) uenditoris, ſicut Liceri emptoris. Plaut. in Perſ. Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Idem in Mil. Venio ad Macellum, rogito piſces, indicant caros. Cice. lib. 3. Offi. Scæuola Publij filius cùm poſtulaſſet, ut ſibi fundus, cuius emptor eſſet, ſemel indicaretur.

INDICO, cis, xi, ctum, pe. pr. multa ſignificat. Nam aliquando ſignificat denunciare, {*Denontiare*} (παραγγέλλειν, ἐπαγγέλλειν). Quamuis inter ſe differat, quòd maiorem uim habeat indicere, quàm denuntiare. Nam denuntiare propriè eſt ſignificare, & ſimpliciter ſiniri poteſt, ut uentus denuntiat pluuiam: & Denuntio me tibi propediem affuturum. Cic. pro Plan. Denuntiaſti homo adoleſcens, qui de Republica ſentires. Indicere uerò, eſt ſolenniter, & quadam cum auctoritate ſignificare. Quod Cice. lib. 1. Offi. aperte docuit, qui utrunq; uerbum coniunxit, Ac belli quidem, inquiens, æquitas feciali pop. Roma. iure perſcripta eſt. Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum antè ſit, & indictum. In his uerbis duo genera belli gerendi fuiſſe ſignificat: Primum rebus repetitis, quæ ſi negabantur reddi, & bellum cum illis geſtum fuiſſet, iuſtum habebatur. Alterũ honeſtius iuſtiusq; erat eo cum repetitis rebus, niſi redditæ fuiſſent, bellum gerendum eſſe maturo decernebatur conſilio. Tum ad fines hoſtium, denuntiatis belli ſuſcipiendi cauſis, bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur, Liu. lib. 1. declarat his uerbis, Quò docunq; pars maior, eorum qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum, ut fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret: Quod populi priſcorum Latinorum, hominesq; priſci Latini aduerſus pop. Rom. Quiritium fecerunt, deliquerunt, quòd pop. Rom. Quiritium bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, Senatus've pop. Rom. Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, populusq; Romanus, populo Priſcorum Latinorum hominibusq; priſcis Latinis bellũ indico, facioq;. Id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum, moremq; eũ poſteri acceperunt. Voluptatibus bellum indicere, per translationem dicimus pro eo quod eſt cum uoluptate pugnare, libidiniq; & gulæ frænum iniicere. Cice. de Sene. Ne omnino bellum uidear indixiſſe uoluptati. Sic etiam dicimus, Indicere concilium, Indicere tributum, hoc eſt ſolenniter & publica auctoritate ſignificare, & ueluti imperare, συγκαλέσαι. Liu. lib. 1. ab urb. Longè à domo patribus excitis, ipſum qui cõcilium indixerat, non adeſſe. Idem lib. 4. Vnde enim eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto. Cice. in Ver. Act. 5. Legem ſibi induerunt innocentiæ, continentiæ, uirtutum omnium, qui ab altero rationem uitæ repoſcunt. Indicere ſpectaculum, eſt denuntiare & ſignificare futurum ſpectaculum. Liu. libe. 1. ab urb. condi. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Indicere funus, eſt euocare homines per præconem ad funus: Sueto. in Cæſ. Funere indicto rogus extructus eſt. Indicere iuſtitium, eſt imperare ceſſationem dicendi iuris: quod non aliter, quàm in maximo Reipub. luctu aut periculo fieri conſueuit. Liu. 10. ab urb. cond. His nuntijs Senatus conterritus, iuſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iubet.

INDICTIO, onis, eſt tributi, uel exactionis genus, quod à principibus populo indicitur, hoc eſt, imperatur. Aſcon. Pædianus in 4. Verr. Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, Canonis, oblationis, Indictionis. De hoc titulus eſt de Indictionibus libr. 10. Codicis Iuſtiniani. Vide Annotat. Budæi in Pandectas.

INDICTIVVS, dictiua, indictiuum, (ἐπαγγελτός) quod indictum eſt: ut Funus indictiuum, ad quod per præconem populus ſolet euocari. Et Indictiuæ feriæ, quas Conſules uel prætores indicunt.

INDICTVS, cta, dictum, {*Manifeſto con ſolennità*} (παραγγελθείς) dicitur quod eſt ſolẽniter promulgatum: ut, Indictum bellum dicitur, quod publica auctoritate, & ſolenni ritu eſt denuntiatum. Indictum funus, denuntiatæ exequię. Indictæ dapes. Ouid. 4. Faſto. Tunc magis indictas concelebrantq; dapes.

Et præterea Indictus, a, ctum, nomen compoſitum a participio Dictus, & Præpoſitione In, quod idem ſignificat, quod non dictus. Tere. in Phor. Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, id irritum eſt. Liu. li. 5. Itaq; quę tum cecinerit, diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec ut indicta ſint reuocare poſſe.

Sic etiam dicitur, Indicta cauſa, ἄκριτος, id eſt, non dicta, & non defenſa. Cicero pro Quin. Rabirio: Sed indicta cauſa, ciuem Romanum capitis condemnari coegit.

INIDEM, pen. co. {*Da quello iſteſſo luogo*} (αὐτόθεν) aduerb. compoſitum ab inde, & Idem, quod eſt ex eodem loco. Cic. pro Sext. Roſcio Ame. Si per alios feciſſe dicis, quęro ſeruos'ne, an liberos? quos homines? indidem'ne Ameria, an hoſce ex urbe ſicarios?

INDIES, {*Ogni giorno*} (καθ' ἡμέραν) ſignificat quotidie, ſed propriè cum incremento. Ideo plerunq; iungitur comparatiuo, uel certe dictioni, quę incrementum importat. Cice. Cum id malum ſerperet indies magis. Liu. Creſcente indies multitudine. Sunt qui diuiſis dictionibus ſcribere malunt. Vide ſupra in præpoſitione In.

INDIFFERENS, is, gen. com. {*Indifferente*} (ἀδιάφορος) quod ſua natura, neq; bonum eſt, neq; malum. Cic. 3. de Fini. Itaq; id definimus, quòd ſit indifferens cum æſtimatione mediocri. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut Indifferens dicerem. Indifferens homo, qui non diſcernit, nec eſt difficilis, aut moroſus in re aliqua. Suet. in Iul. Cæſ. Nam circa uictum C. Oppius adeò indifferentem fuiſſe docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum pro uiridi appoſitum, aſpernantibus cæteris ſolum etiam largius dicat appetiſſe. Indifferens dolor apud Stoicos. Gell. libr. 12. cap. 15.

INDIFFERENTIA, ferentiæ, {*Indifferenza, ſomiglianza*} (ἀδιαφορία) ſimilitudo, affinitas, conuenientia. Gel. lib. 13. cap. 3. Hoc ego ſcripſi de utriuſq; uocabuli indifferentia, Ibidem cap. 21. Cotus ſonitus quanta apud ueteres indifferentia ſit, notius eſt, quàm ut plura in id uerba ſumenda ſint.

INDIFFERENTER, aduer. {*Indifferentemente, ſenza differenza*} (ἀκρίτως, ἀδιαφόρως) indiſcriminatim. Indifferenter ferre, hoc eſt, æquo animo ferre, uel non magni pendere, quod alio modo dicimus, Suſq; deq; ferre. Sueton. in Dom. Occiſum eum, populus indifferenter, miles grauiſſime tulit.

INDIGENA, næ, pe. cor. & com. gen. {*Colui che habita in quello iſteſſo luogo doue egli è nato*} (αὐτόχθων) qui in eo loco, quem incolit, natus eſt: quaſi inde genitus. Omnes habitatores aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Aduenæ, de uno loco uenientes: Cõuenæ de diuerſis. Indigenæ, qui in ea ipſa regione, in qua habitant, ſunt geniti. Liu. 1. Bel. Pun. Nec maiores eorum indigenas, ſed aduenas Italię cultores. Aliquando adiectiui uim habet, iungiturq; ſubſtantiuis cuiuſuis generis. Ouid. 6. Metam. Naiadum, Faunoq; forent tamen ara, rogabam, Indigeno've deo, Plin. lib. 14. cap. 6. Dixiſſe hoſpiti de indigena uino.

INDIGEO, diges, gere, {*Hauer biſogno*} (ἀπορέω, δέομαι, χρῄζω) ex In, & Egeo, compoſitum, d, euphoniæ gratia interiecto: ſignificat idem quod ſimplex egeo: iungiturq; nunc genit. nunc ablat. Teren. Andr. Quid ais pater? quid tu huius indigeas patris. Cic. de Orat. lib. 1. Iam illa non tam artis indigent, quàm laboris. Caſſius Ci. Cohortatione te puto non indigere. Huius imperſonali Pli. lib. 10. uſus eſt: Nunquam, inquit, conſpectis, niſi cum præſidio caſum indigei.

ab Indigeo fit participium, Indigens, (ἀπορῶν, δεόμενος) egens. Cice. de Ami. Quid enim ille erat indigens mei? Benignè facere indigentibus, Idem 2. Offi. Ferre opem indigentibus, Idem 2. de Fini. Indigentia, tiæ, ἔνδεια, inopia, egeſtas, penuria. Cice. de Amic. Amare enim nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames nulla indigentia, nulla utilitate quæſita.

INDIGESTE, aduer. {*Diſordinatamente*} (ἀδιαθέτως, ἀτάκτως) ſignificat inordinate, & incompoſite. Gel. lib. 20. ca. 11. Quas breuiter, & indigeſte, & incondite, annotationibus, tractationibus, lectionibusq; uarijs feceramus.

INDIGESTVS, a, um, {*Diſordinato*} (ἄτακτος, ἀδιάθετος) digeſto, et ordinato contrarium. Plin. lib. 30. cap. 15. Materia ſurda, & indigeſta ſimplicitas. Ouid. lib. 1. Metam. Rudis, indigeſtaq; moles.

INDIGETES, pe. c. {*Santi*} (οἱ ἀποθεωθέντες) Dij ex hominibus facti. Quo nomine dictus eſt Aeneas, cùm pugnans cum Mezentio, nuſquam apparuiſſet. Alij indigetes dicunt eſſe deos tutelares, quorum nomina uulgari nõ licet. Liu. 8. ab urb. Lares dij Nouenſiles, Dij Indigetes, Diui quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumq;, &c. Verg. 1. Georg. Dij patrij indigetes, & Romule, Veſtaq; mater. Vbi Seruius: Patrij dij ſunt, qui præſunt ſingulis Ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthagini: Indigetes autem propriè ſunt Dij ex hominibus facti, quaſi in dijs agentes. Abuſiue tamen omnes Dij generaliter poſſunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. Vide Macrob. lib. 1. de Som. Scip. cap. 9.

INDIGITAMENTA, libri pontificales, qui & nomina Deorum, & rationes ipſorum nominum continent. Feſtus: Indigitamenta, incantamenta, uel indicia interpretatur.

INDIGITO, tas, pe. c. {*Chiamare, nominare*} (ὀνομάζω) antiquũ uerbum eſt, idem ſignificans quod uoco, nomino: ita dictum ab indicando, quaſi indicito: uel a digitis, quod quempiam nominantes perinde fit: ac ſi digito oſtendamus. Macrob. Nanq; uirgines Veſtales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo Pæan. Idem: Nam ita, ab incolis indigitantur.

INDIGNOR, aris, {*Sdegnarſi*} (ἀγανακτέω, δεινοπαθέω) grauiter fero, ſtomachor, mihi indignum uidetur. Cicer. 1. de Inuen. Duodecimus locus eſt, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit. Oui. 9. Metam. Venerat huc Dryope fatorum neſcia: quoq; Indignere magis, Nymphis latura coronas. Seru. Cic. li. 4. Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interijt aut occiſus eſt. Indignans, partici. Freta indignantia, Ouid. 11. Metam. Corda indignantia longam pacem, Stat. 3. Theb. Indignans, nomen, qui facile indignatur. Colu. lib. 8. cap. 17. Quum ſit molliſſimum genus, & ſeruitutis indignatum. Indignatus, a, um, participium. Vergil. 2. Georgic. Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor. Procellæ indignatæ, Sta. 3. Syl. Indignatio, onis ex, Iuue. Saty. 1. Si natura negat, facit indignatio uerſus. Plin. libr. 9. cap. 30. Conuertit in ſe cuſtodum indignationem aſſiduitate furti immodici. Indignabundus, indignans. Liu. 8. bel. Maced. Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia ſecum conſultatum adreciſſet.

INDIGNITAS, atis, Vide ſupra in dictione Dignitas.

INDIGNVS, a, um, {*Indegno*} (ἀνάξιος) non dignus. Teren in Eunu. Nam ſi ego digna contumelia hac Sum maxime: at tu indignus qui faceres tamen. Liui. 4. ab ur. Itaq; ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeis cãdidatos, ciues

etiam dignorum tædium, fecerant. Interdum pro miſerabili, fœdo, crudeli, gra αἰϰτρός. Idem: Indignis cum egomet ſim acceptus modis. Ver. 6. Aen. Atq; illi Miſenum in littore ſicco Vt uenere, uident, indigna morte peremptum. Interdum pro magno: unde Ennius Indignas turres dixit, id eſt, magnas.

INDIGNE, aduerb. {*Indegnamente*} (ἀναξίως) inhoneſte, præter dignitatem. Teren. in Adelph. Cui miſeræ indigne per uim uitiū obtulerat. Idem: Eripuit mulierem Quam amabat, clamant omnes indigniſſime Factum eſſe.

INDIGNVM, aliquando interiectionis uim habet, & per parentheſim interponitur, quēadmodum & Infandum. Oui. 5. Metam. Pectora rupiſſet niſi poſt altaria Phineus Iſſet, & (indignum) ſcelerato profuit ara.

INDIGVS, a, um, pe. cor. {*Biſognoſo*} (ἐνδεής, ἄπορος) hoc eſt, egenus, uel qui indiget. Plin. lib. 8. cap. 40. Stipendiorum indiga. Verg. lib. 2. Geor. Haud opis indiga noſtræ.

INDILIGENS, tis, adiectiuum omn. gene. {*Negligente, non diligente*} (ἀλόγιστος, ἀμελής) idem quod negligens, Teren. in Adel. Sed uereor, ne indiligēs nimium ſiet. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur etiam odore cum fuerit indiligentior. Indiligentia, æ, (ὀλιγωρία) negligentia. Cic. ad Quint. Frat. Literarum miſſarum indiligentiam reprehendi. Indiligenter, aduerb. (ὀλιγώρως) negligenter. Teren. in Phorm. Quia pol mei patris bene parta indiligenter Tutatur. Cice. ad Atti. lib. 16. Quanquam nihil ab eo arbitror neq; indiligenter neq; illiberaliter factum.

INDIPISCO, is, {*Conſeguire*} περιποιοῦμαι aſſequor, adipiſcor. Pla. in Aul. Neq; partem Tibi ab eo, cui ſit, indipiſces, neq; furem excipies. Pro eodem & dicimus Indipiſcor, eris, in præterito Indeptus. Liu. li. 6. Bel. Pun. Ne dirimi ab ſe hoſtem pateretur, quam quis indeptus nauem erat ferrea manu iniecta. &c. Gell. li. 12. pro auſpicari, ſiue incipere uidetur poſuiſſe. Sed enim, inquit, Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumq; concentu, uerū cō ſenſu tacito nitibundos. Hinc Indepto, tas, frequentatiuum. Varr. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

INDIRECTVS, a, um, {*Inornato*} (ἄτακτος, ἀδιάθετος) incompoſitus, et inornatus. Quint. lib. 5. ca. 13. Indirecta fere, atq; ut ſic dicā, clamoſa eſt actio.

INDISCRIMINATIM, {*Indifferentemente*} ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. indifferenter, & ſine diſcrimine. Varr. 4. de lingua Latina. Quibus nos in hoc libro perinde ut nihil interſit, utamur indiſcriminatim.

INDISCRETVS, a, um, ex In, & Diſcretus participio uerbi Diſcerno, compoſitum. {*Che non ſi puo diſcernere*} (ἀκριτος) quod ægre, aut nullo modo diſcerni poteſt. Plin. lib. 35. cap. 10. Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretæ pinxit ut, &c.

INDISERTVS, a, um, {*Ineloquente, ſenza eloquenza*} (ἀφραδής) non diſertus, ineloquens. Cic. 2. de Natu. Deo. Nam neq; indiſertū Academicum pertimuiſſem, nec ſine iſta Philoſophia Rhetorem quamuis eloquentem. Idē 3. de Finib. Vt interpretes indiſerti ſolent. Indiſerte, aduerb. ſine aliqua eloquentia, Cice. ad Quin. Frat. lib. 2. Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis, nō me hercule indiſerte Seuerus Antiſtius.

INDISSOLVBILIS, bile, {*Indiſſolubile, che non ſi puo ſlegare*} (ἄλυτος) quod diſſolui, ſiue rumpi non poteſt. Ci. de Vniuer. Sed quoniam orti eſtis immortales, uos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis. Indiſſolutus. Indiſſoluta, Indiſſolutum, colligatus, non ſolutus. Cic. de Vniuerſ. Hæc ſunt indiſſoluta me inuito. quanquam omne colligatum diſſolui poteſt.

INDISTINCTVS, a, um, {*Confuſo, non diſtinto*} (ἄτακτος, ἀδιάκριτος) inordinatus, confuſus. Quint. lib. 8. cap. 2. Neq; inordinata, neq; indiſtincta. Indiſtincte, aduerb. (ἀτάκτως) inordinate, confuſe. Gell. lib. 20. cap. ulti. Indiſtincte atq; promiſcue adnotabam.

INDISTRICTVS, a, um, {*Non offeſo*} non diſtrictus. Oui. 2. Metam. Remouebitur omne Tegminis officium tamen indiſtrictus abibo. Id eſt, illæſus.

INDIVIDVVS, dua, um, {*Indiuiduo, che non ſi può ſeparare*} ἄτομον quod non poteſt diuidi, uel quod non ſeparatur, Ci. 1. de Finib. Ille atomos, quas appellat, id eſt, corpora indiuidua. Indiuiduum a Dialecticis dicitur terminus ſingularis, qui de uno ſolo prædicatur, ut Socrat. de ſeipſo. Indiuidue, ἀδιαιρέτως aduerbium.

INDIVISVS, a, um, {*Indiuiſo*} (ἀδιαίρετον) nō diuiſum. Indiuiſæ ungulæ, quæ fiſſæ non ſunt. Var. 2. de Re ruſtic. cap. 7.

INDO, dis, didi, ditum, {*Imporre*} (ἐντίθημι) impono. Plau. in Capt. Pægnium uocitatus eſt: poſt uos nomē indidiſtis Tyndaro. Quādoq; ſignificat infero, immitto. Idem in Caſ. Dij me & te infelicitent, ſi ego in os meum uini guttam indidi. Interdum imprimo, ἐντείνω. Plau. in Aſina. Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

INDOCILIS, le, {*Cui non ſi può inſegnare*} δυσμαθής, ἀδίδακτος. qui penitus doceri non poteſt. Seruius: Indocile eſt, quod penitus non poteſt diſcere. Pli. li. 30. c. 4. E uolucribus hirundines ſunt indociles. Cice. 1. de Natu. deo. Dictū eſt omnino hac de re alio loco diligentius: ſed quia inm is indociles quidā, tardiq; ſunt admonendi ſæpius uidentur.

INDOCTVS, a, um, {*Rozzo, ignorante*} ἀμαθής, ἀπαίδευτος. rudis, & qui doctus non eſt. Cice. 1. de Finib. Non admodum indoctus. Plau. in Trinu. Indoctus q̄ docte facis. Cice. in Brut. Sed omnium oratorum, ſiue rabularum, qui et plane indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt.

INDOCTE, aduerb. {*Ignorantemente*} (ἀμαθῶς) imperite. Cice. 2. de Nat. Deo. quæ qui uideat, nō indocte ſolum, uerū ēt impie faciat, ſi Deos eſſe negat.

INDOLENTIA, tiæ, abſentia doloris, cum nihil dolet, ἀπαλγησία. Cice. 2. Offic. Vt qui eam expetendam, uel uoluptate, uel indolentia metiuntur.

INDOLEO, les, & Indoleſco, cis {*Dolerſi grandemente*} (ἀλγέω) ualde doleo uel dolore afficior. Plin. lib. 31. cap. 5. Sed tanta intentione oculorum opus eſt, indoleſcant. Cice. Philip. Quis, qui non indoluerit, tam ſero ſe, quam hominem ſecutus eſſet, cognoſcere? Ouid. 2. Triſt. Non igitur noſtris ullū gaudere Quiritem Auguror, at multos indoluiſſe malis. Indoleo genitiuo iunctum. Ouid. 13. Metam. Succeſſorumq; Mineruæ Indoluit.

INDOLES, huius indolis, pen. cor. {*Natura, ingegno*} ab Inoleſco fit, per interpoſitionem d. Et in pueris quidem, atq; adoleſcentibus eſt ſignificatio quædam futuræ probitatis, φύσις. Cice. de Senect. Vt enim adoleſcentibus bona indole præditis, (φύσιν καλὴν ἔχουσι) ſapientes ſenes delectantur. In uiris uero ſignum eſt præſentis uirtutis. Idem 3. Offic. Homines, in quibus eſt Virtutis indoles, cōmouentur. Vnde pro præſtantia, ſeu generoſitate quadam uirtutis, atq; animi ponitur. Liui. 1. ab urb. de Lauinia iam matre: Tanta, inquit, in ea uirtutis indoles fuit. Lucan. lib. 5. Indole ſi dignum Latia, ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Aliquando etiam in malum dicitur ut apud Liui. lib. 1. Bell. Pun. de Annibale: Cum hac indole uirtutum ac uitiorum ſub Aſdrubale meruit. Trāſfertur quoq; ad muta, atq; inanimata. Idem: Sicut in frugibus pecudibusq; non tātum ſemina ad ſeruandam indolem ualent quātū terræ proprietas, cœliq; ſub quo aluntur.

INDOMABILIS, {*Indomito, che non ſi puo domare*} (ἀδάμαστος) indomitus, qui domari non poteſt. Pla. in Caſ. Acdepol nae tu, ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

INDOMITVS, a, um, pe. co. {*Idomito*} (ἀγριόμενος, ἀδάμαστος, ἀδάμαστος) qui domari non poteſt, & miteſcere. Plau. in Trin. Vt ego nunc adoleſcentis theſaurū indicem indomito, Pleno amoris ac laſciuiæ. Indomiti boues, apud Var. 2. de Re ruſti. cap. 5. Indomitus iuuencus, Columela. lib. 6. cap. 2. Indomitæ animi cupiditates, Cice. 3. Ver. Indomita ingenia, Liui. 1. Bel. Pun. Aliquando ponitur pro magno. Verg. 3. Aenei. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.

INDORMIO, is, ire, {*Dormire ſopra qualche coſa. ſopraſedere. ſopraſtare*} (ἐπικοιμάομαι) proprie idem eſt, quod in re aliqua, uel ſuper rem aliquā dormire. Horat. 5. Sermo. Saty. 1. Congeſtis undiq; ſaccis indormis. Per metaphoram accipitur pro ceſſare. & tardum eſſe. Cic. ad Quint. Frat. li. 1. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigā tarditatem tum equis tū uelis. Indormire cauſæ, eſt remiſſius, & ſegnius tractare negotium. Cice. 4. Phil. Edormi crapulam, inquam, & exhala an faces admouendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem?

INDOTATVS, ta, tum, {*Indotato ſenza dote*} (ἄπροικος) non dotatus, uel dote carens. Teren. in Adel. Primum indotata eſt: tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat, periit. Indotata ars. Cic. 1. de Orato. Cuius artem cum & indotatam eſſe, atq; incomitatam, & incomptam uideres uerborum, eam dote locupletaſti, & ornaſti.

INDVBITO, as, are, {*Dubitar, diffidarſi*} (ἀπιστῶ) idem quod diffido. Sta. 3. Syl. Sed ingratus qui plura adiecto. tuiſq; Moribus indubito.

INDVBITATVS, a, um, {*Certo, indubitato*} (ἀναμφίβολος) certus, & de quo dubitari non poteſt. Quintil. lib. 9. cap. 4. In iis uero, quæ indubitata ſunt breuior. Indubitata ſpes, apud eundem lib. 31. cap. 3.

INDVBITABILIS, le, idem. Quint. lib. 4. cap. 5. Illa ſequentia) ſi modo indubitabile ſit, utendum ſolo. Indubitanter, aduerb. (ἀναμφιβόλως) certo. Pli. lib. 18. cap. 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

INDVCIÆ, arum, {*Tregua*} (ἀνοχή) dicuntur quædam quaſi pax, uel potius ceſſatio a bello in certum tempus inter hoſtes pactæ, ita dictæ, q̄ in certum diem a pugnando otium præbeant. Cice. lib. 1. Offi. Vt illi, qui, cum centum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabantur agros, q̄ dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. Aurelius Opilius Inducias dici exiſtimabat, ab initu, hoc eſt, introitu quoniam tempore induciarum hoſtes inter ſe utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impune inire ſolent, & introire. Gellius putat inducias dictas eſſe ex tribus dictionibus, Inde uti iam, quod elapſo tēpore induciarum deinceps omnia belli iure agantur. Græci etiam ἐκεχειρίαν ab abſtinendis manibus appellarunt. Nam per ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam, nō pugnatur, & manus cohibētur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theſeus.

INDVCO, cis, pen. prod. {*Introdurre perſuadere, indurre*} εἰσάγω, ἐπάγω. proprie intro induco. Plaut. Induc eam in domum. Quandoq; eſt perſuadere, illicere, decipere, inclinare, ἐνάγειν, ἐπαίρειν. Lucil. Huius ego animum ſi induco, ut ab amore meretricis deſiſtat. Terent. in And. Vide quo me inducas. Quandoque abolere, cancellare, antiquare, περιγράφειν, διαγράφειν, ἀκυροῦν. Sueto. in Cæſ. Ampliſſimis uerbis collaudatum integrum reſtituit, inducto priori decreto. Et alibi: Multa, inquit, & delata, & inducta, & ſuperſcripta inerant. Verbum id iuris eſt. Origo ea, q̄ quæ in pugillaribus ceratis ſcripta erant, ducto per cerā ſtylo, interlini ſolebant, & oblitterari. Accipitur præterea Inducere pro eo, quod barbare dicimus perſonam aliquam loquentem facere, quod & introducere dicimus. Ci. 3. Offi. Hinc ille Gyges inducitur a Platone. Tracta eſt hæc ſignificatio a fabularum actionibus. Ibi enim perſonæ induci proprie dicuntur, cum ad agendum proſcenium ingrediuntur. Inducere animum, eſt, ſibi perſuadere. Teren. in Adelph. Sic mea ratio eſt, ſic animum induxi meum.

INDVCTIO, onis, {*Induttione*} uerbale, idem quod ductus, ſiue ductio: ut, Inductio aquarum. Cice. 1. de Natu. Deo. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Inductio præterea genus argumenti (ἐπαγωγή) quo fit a particularibus ad uniuerſalia progreſſus. Inductio (inquit Budæus) argumentatio eſt, quæ ex cōceſſis ſenſim laqueos texit ad irretiendum eum, qui ſemel ſe interrogandum præbuit. Deinceps enim aliæ alias percontationes excipiunt, & allationes.

INDVGREDI {*Intrare*} antiqui dicebant, metri cauſa, pro ingredi. ſicut Induperator, pro Imperator: Indupeditus, pro Impeditus. Lucret. lib. 2. Viamq; indugredi ſceleris.

INDVLCO, cas, {*Addolcire*} γλυκαίνω. dulcem facio.

INDVLCORO, dulcoras, pen. pro. idem quod indulco ἡδύνω.

INDVLGEO, ges, dulſi, indultum, {*Compiacere, far coſa grata*} καταχαρίζομαι, ἐπιτρέπω, ἐφίημι, συγχωρέω, χαρίζομαι. ſignificat obſequor, conſentio, inſeruio, facile cōcedo, et plus æquo permitto. Ci. in Lxl. Sed obſequiū multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit. hoc eſt, peccatis non repugnans. Idem. Tironi: Indulge ualetudini tuæ. id eſt, molliter uiue. Terent. in Heaut. Nimium illi indulges. Item Indulgere accipitur pro operam dare, & cupiditatibus obſequi. Verg. 4. Georg. Quod nec concubitu indulgent. Idem: Sin tumulis acclive ſolum, colleſq; ſupinos, Indulge ordinibus. Inuenit aliquando Indulgere cum accuſatiuo. Terent. in Eunuch. E iocunda eſt hercle hæc animi mollities: nimis me indulgeo. Indulgeor, paſſiuum. Gel. lib. 20. cap. ult. Ipſe autem ad hæc ſcripſi, ut liberæ quoque meis paratæ iſtiuſmodi remiſſiones eſſent, quando animus eorum interſtitione aliqua negotiorum data laxa

aliquando ſignificat eum, qui alteri indulget. Plin. lib. 17. cap. 10. Nutricem indulgentiorem eſſe, q̃ matrem, ſæpe conuenit. Interdum accipitur pro pulchro & formoſo, cui propter inſignem formam aliquid indulgetur. Quin. Declam. 18. Placet ergo, ut ſi filio obtigerit indulgentior facies, uultus erectior, refugiat mater amplexus. Ab Indulgens fit abſtractum Indulgentia: quod aliquando accipitur pro molli permiſſione, (φιλοστοργία, ἐνδοσις) quæ ſeueritati opponitur. Quint. lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis corporis frangit. Aliquando etiam Indulgentia accipitur pro pulchritudine, quemadmodum etiam Indulgens pro pulchro & formoſo. Stat. Egregiæ tanta indulgentia formæ. Indulgentiſſimi imperatores dicti ſunt, quaſi clementes, benefici propenſiq; ad gratificandum.

INDVLGITAS, pro indulgentia, συγχώρησις. Siſenna Hiſto. lib. 3. ut citat Nonius: Baſſus aſſidua indulgitate uictus.

INDVLGENTER, aduerb. {Piaceuolmente} obſequenter, blande, demiſſe, ad nutum, & pro arbitrio alicuius. Cice. ad Att. li. 9. Illud me præclare admones, cum illum uidero, ne nimis indulgẽter, & ut cum grauitate potius loquar.

INDVMENTVM, ti, {Veſtimento} (ἔνδυμα) ueſtimentum: ab induo. Cic. de Natu. Deo. lib. 1. Quod cum facere uultis, indumenta tamen concipitis.

INDVCVLA, læ, ueſtis interioris genus eſt, ab induẽdo dictum. Pla. in Epid. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam.

INDVTVS, huius indutus, nomẽ uerbale. Gerere ueſtem indutui. Tacit. li. 16. Niſi ea, quam indutui gerebat, ueſte detergeret.

INDVO, is, ui, tum. {Veſtire. Pet. coſi ueſtiſſi d'un color conforme} (ἐνδιδύσκω, ἐνδύω, ομαι, περιβάλλω, ομαι) ex In, et Duo, duis, cuius origo a Græco δύω, quod ingredior ſignificat, trahitur. Conſtruitur autem uariis modis. Nã quandoq; habet duos accuſatiuos in uoce actiua, in paſſiua autẽ unũ: et hoc apud poetas & hiſtoricos, non apud oratores, quos imitandos in primis cenſeo. Ver. lib. 1. Deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; inſigne decorum Induitur. Curtius Iamq; nox apparebat, quum thoracem indutus procedit ad milites. Aliquando cum uno tantum accuſatiuo conſtruitur. Cice. ad Att. Quare talaria induamus. Sic Curtius. Loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus ſumpſit. In hac conſtructione Induo tranſumitur pro aſſumo Cic. 3 Offi. Deponit enim perſonam amici: qui induit iudicis. Interdum etiam habet accuſatiuum cum datiuo. Cic. lib. 2. de Finib. Ex eius ſpoliis ſibi & torquem & cognomen induit. Suet. in Augu. Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur. Aliquando ultra uerbis actiuis peculiarem habet alium accuſatiuum cũ præpoſitione in, & tunc pro conuerto, ſiue transformo ſumitur. Ver. lib. 1. Geo. Contemplator item cum ſe nux plurima ſyluis Induet in florem. Ci. 2. de Diuin. loquẽs de anhelitibus terræ, Cum autem, inquit, ſe in nubem induerint. In hac etiam conſtructione accipitur pro iniicio, ſeu immitto. Ci. in Horten. Et, ut docuit Antiochus, in idipſum ſe induit, quod timebat. Gell. Aeſopus ille è Phrygia fabulator, res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas, in mẽtes animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Denique cũ pro ueſtio capitur, ultra accuſatiuum conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione eius rei, qua quis induitur. Curtius: Depoſita ueſte, quã habebat, Arabica induitur. Lib. 4. ad Heren. Palla inaurata indutus. Quandoq; etiam in hac conſtructione pro illino ſumitur. Pla. Moſtel. Id eis uitium nocet, atq; etiam nunc ſatis boni ſunt, ſi ſunt induti pice. Colum. ad uites tranſtulit pro onero, cum dixit: Nã ita ſe induunt uuis, ut nequeant capere maturitatem. Sumitur etiam pro ferio, occido, implico, aut iugulo. Cic. 3. Ver. Sua confeſſione induatur, ac iuguletur. Cæſ. lib. 7. Quin ordines coniuncti inter ſe atq; implicati, quo qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis uallis induebant: hos Cippos appellant. Et iterum. Aut ſe ſtimulis inopinantes induebant, aut in ſcrobes delati transfodiebantur.

INDVPEDIRE, {Impedire} apud antiquos legitur pro impedire. Lucr. li. 4. Et multo citius, quanto minus indupedire Pauca queunt.

INDVPERATOREM, {Imperatore} pro Imperatore poetæ uſurparunt. Iuuena. Saty. 4. Quales tunc epulas ipſum gluttiſſe putamus Induperatorem?

INDVRO, as, are, {Indurare, far duro} (σκληρύνω) durum facere. Oui. 6. Metam. Induroq; niues, & terras grandine pulſo.

INDVREO, es, ſiue Indureſco, is, {Diuenir duro} (σκληρύνομαι) durus fio. Columel. lib. 2. cap. 21. Antequam ex toto grana indureſcant. Quint. lib. 1. cap. 4. Frangas citius, q̃ corrigas, quæ in prauum indurUerunt.

INDVS, (ἰνδὸς) fluuius Orientis, ſecundum Gangem longe maximus, Indiſ ab occaſu alluens: à quo tota ea regio nomen accepit. Hunc in iugo Caucaſi mõtis, quod uocatur Paropamiſſus, aduerſus Solis ortũ effuſum aiũt, in ſeq; XIX. amnes recipere: de quo Arrianus de Geſtis Alexandri lib. 5.

INDVSIARII, dicuntur qui conficiunt induſia. Plaut. in Aulu. Patagiarii, Induſiarii, Flammearii, uiolarii.

INDVSIVM, ſii, {Camiſcia} (χιτωνίσκος) genus ueſtis, quaſi intuſium, quod intus, & mox ſupra ſubuculam ſumebatur: ſicut Pallium & Palla uocata ſunt, quæ palam, id eſt, foris ſupra induſium. A quo Induſiatus dicitur qui huiuſmodi ueſte eſt indutus. Plaut. in Epid. Induſiatam, patagiatam, caltulã, & crocotulam. Varro Intuſium appellat per, t, non per d, cum ait. Vnum quod foris, a palam Palla: alterum quod intus, a quo Intuſium.

INDVSTRIA, æ, {Induſtria, arte, ingegno. Pet. L'induſtria di quante buoni mi s'auuolſe} (φιλοπονία) promptitudo quędã ingenii, & habilitas ad aliquid faciendũ. Auctor ad Heren. in Præfat. operis: ut induſtria noſtra tuæ morẽ geramus uoluntati. Cice. 5. Ver. In quo meam induſtriam ac diligentiã ſpectari uolo. De induſtria aliquid facere, hoc eſt, dedita opera. Cice. 1. Offic. At illę quidẽ iniuriæ, quę nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur. Ex induſtria, idem Quint. lib. 6. Maſtrugam, quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit.

INDVSTRIVS, a, um, {Induſtrioſo, ingenuſo} (φιλόπονος) diligẽs, qui multæ induſtriæ eſt, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. Cice. 5. Ver. Nympho eſt Centuripinus homo nauus & induſtrius experientiſſimus ac diligentiſſimus orator. Induſtrior comparatiuus. Plau. Moſtel. Quo neq; induſtrior de iuuentute erat ante gymnaſtica, diſco, haſta, &c. Induſtrium (inquit Feſtus) antiqui dicebant Indoſtruum, quaſi quicquid ageret, intro ſtrueret, & ſtuderet domi. Ab Induſtrius, fit aduerbium Induſtrie, hoc eſt ingenioſe. Colu. lib. 9. cap. 2. Higinus ueteris auctorum placita ſecretis, diſperſa monumẽtis, induſtrie collegit. Hinc deducitur comparatiuum Induſtrius, pro magis induſtrie. Cic. pro domo ſua ad Pont. Quis apud popu. Rom. de illius dignitate induſtrius, qui Senatui ſæpius dixit.

INDVVIÆ, arum, ab Induendo, {Veſtimenti} (ἐνδύματα) dicuntur indumẽta, quibus quis induitur: ſicut Exuuiæ ab exuẽdo, dicũtur ſpolia quibus uictores ſpoliant uictos. Plin. lib. 13. cap. 4. Vtilem ſibi, arborisq; induuiis circulã mira pernicitate hominem ſubeuare.

INEBRÆ, aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorſus omnia inebra appellantur, quæ tardant, uel morantur agentem. Feſtus.

INEBRIO, as, are, {Inebbriare. Boc. Gior. 7. Nouel. 4. Che la donna inebbriare lo uoleſſe} (μεθύσκω) ebrium reddo. Iuuena. Saty. 10. Quis te per compita quærat. Nolentem, miſeram uinoſus inebriat aurem.

INEBRIOR, briaris, {Inebbriarſi} (μεθύσκομαι) ebrius fio. Dicimus & per tranſlationem Inebriari uoluptatibus, hoc eſt uoluptatum illecebris ita implicari, & irretiri, ut ad res honeſtas ſeriasq; inidoneus reddaris & ineptus.

INEDIA, æ, (ἀσιτία) abſtinentia a cibo. Cic. 5. de Finib. Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54. Hominem non ante diem ſeptimum lætalis inedia.

INEDITVS, (ἀνέκδοτος) idẽ eſt quod non editus: ut, Cauſa inedita. Vide Cauſa.

INEFFABILIS, le, {Ineffabile, che non ſi puo eſprimere} (ἀνεκλάλητος) quod effari non poſſis, aut exprimere. Plin. lib. 28. cap. 2. Non eſt facile dictu, externa uerba atq; ineffabilia derogẽt fidem ualidius, an Latina inopinata, &c. Idem in Præfat. lib. 5. Populorum eius (ſubaudi, Africæ) oppidorumq; nomina uel maxime ſunt ineffabilia.

INEFFICAX, cis, om. gene. (ἀνενέργητος) quod uirtutem aliquid efficiendi nõ habet. Plin. lib. 27. cap. 12. Inefficacius, q̃ ſuperiora. Idem lib. 34. cap. 11. Fit & ex candido ære ſquama, Cypria longe inefficacior.

INEFFIGIATVS, ta, tum, {Senza forma, che non ha alcuna effigie} (ἄμορφος) informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. Gel. li. 17. ca. 10. Nãq; ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informemq;, lambendoq; id poſtea, quod ita ediſdiſſet, conformaret, & fingeret.

INELABORATVS, a, um, {Senza politezza} (ἀνεπεργαστος) quod artificio non ſatis excultum eſt. Quint. lib. 4. cap. 1. Nec tamen deducta ſemper, atq; circumlita, ſed ſæpe ſimplici atq; inelaboratæ ſimilis, nec uerbis uultuq; nimia promittens, &c.

INELEGANS, tis, {Rozzo, ſenza eleganza} (ἄκομψος) eleganti contrarium. Cice. de Clar. Orato. Ineratq; & ingenium ſatis acre, & orationis non ineleganis copia. Ineleganter aduerb. Cice. 2. de Finib. Primum diuiſit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, fecit tria.

INELVCTABILIS, le, {Che non ſi puo domare} (ἀκαταγώνιστος) quod eluctari non poteſt, hoc eſt domari, & lucta euinci. Verg. 8. Aene. Me pulſum patria, pelagiq; extrema ſequentem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatũ His poſuere locis. id eſt, inſuperabilis uis fati.

INEMENDABILIS, le, {Che non ſi puo emendare} (ἀδιόρθωτος) quod emendari non poteſt: ut, Prauitas inemendabilis, apud Quint. lib. 1. cap. 1.

INEMPTVS, a, um {Non comperato} (ἀώνητος) nõ emptũ. Ver. 4. Geo. Dapibus menſas onerabat inemptis.

INENARRABILIS, le, {Che non ſi puo narrare, ne raccontare} (ἀνεκδιήγητος) admirabile, & quod enarrari non poteſt. Plin. lib. 8. cap. 7. Sed Pompeiani amiſſa fugæ ſpe, miſericordiam uulgi inenarrabili habitu quærentes, ſupplicauere. Inenarrabilis ſubtilitas, Plin. lib. 21. cap. 5. & lib. 10. cap. 2. Martia. li. 12. Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus. Inenarratus, ta, tum, Gel. li. 12. cap. 6. Quod inenarratum relinquamus.

INENODABILIS, le, {Che non ſi puo ſnodare, ſciogliere} (ἀδιάλυτος, ἄλυτος) idem eſt quod inextricabilis, perplexus, quod ſcilicet enodari & diſſolui non poteſt. Cice. de Fato. Nec cum hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus poteſt metuat fatum, & ab atomis petat præſidium, eaſq; de uia deducat, & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles.

INEO, is, ire, {Entrare, incomminciare, acquiſtarſi, prendere} (εἰσέρχομαι) ingredi. Pla. in Caſ. Si tu iubes, inibitur tecum. i. ingrediar tecum. Cic. pro Corn. Balbo. Ne quis caſtra Imperatoris iniret. Pla. Iaiñ te unquã febris? id eſt, nunquã ne te corripuit febris? Inire bellum, incipere, & aggredi, ἐγχειρέω. Saluſt. in Cat. Quapropter uos moneo, ut forti atq; parato animo ſitis, & prælium cum inibitis, memineritis uos diuitias, decus gloriam, præterea libertatem & patriam in dextris ueſtris portare. Inire certamen, Cice. 4. de Finib. Inire beneficium. i. comparare. Terẽ. in And. Quam maxime abs te poſtulo Chreme, Vt beneficiũ uerbis initum dudum, nunc re comprobes. Inire conſilium, pro capere conſilium. Cice. ad Brut. Conſilia inire cœpi Brutina plane. Inire cauſam & rationem alicuius rei. hoc eſt rationem uel cauſam cogitando inuenire. Liu. li. 4. Bel. Maced. Atq; ego nonnullarum cupiditatum nec cauſam quidem aut rationem inire poſſum. Inire Conſulatum, eſt auſpicari dignitatem Conſularem. Cæſar. Qua ex die Conſulatum iniit Lentulus. Inire cubile alicuius, pro eo quod eſt cum uxore eius concumbere. Cice. de Aruſp. reſp. Cum uxorem, ſororemq; nõ diſcernis, cum q; ineas cubile, non ſentis. Inire gratiã ab aliquo (χάριν τινὸς χαρίζειν) eſt beneuolentiam alicuius demereri. Cice. ad Att. Quid ille ſi faciat, iam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Inire nexum, pro uinciri, & deuinciri, illigari & detineri. Liu. 7. ab urb. Nam etſi unciario fœnore facto, leuata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes, nexumq; inibant. i. uinciebantur, & aſtringebantur. Inire rationem pro uiam ac modum aliquid agendi quærere. Terent. in Heaut. Quid agã? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineũda eſt mihi. Inire pro coire, ſiue concumbere, ἐμβαίνειν, βινεῖν. Plin. lib. 7. cap. 40. de Canibus. Primos quoq; mares pariunt, in cæteris alternant, ſi ineantur opportuno & commodo tempore. Iatto, as, are, frequentatiuum. Vide ſuo loco Initus, us, nomen, coitum ſignificat. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis. Nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare. Sic. lib. 10. cap. 63. Varro lib. 2. de Re ruſti. cap. 7. Tametſi incredibile, quod uſu uenit memoriæ mandandum. Cum equus matrem ut ſaliret adduci non poſſet, & cum capite obuoluto perorigas adduxiſſet, & coegiſſet, matrem iniret: cũ deſcendẽti uelum dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Perorigas appellant eos, qui admiſſarium ad fœminam admittit, ut ait Varro ibidem.

INEPTIO, is, iui, itum, {*Far inettie, inettire*} (ἀβελτεῖν, ψυχρολογεῖν) ineptias facio, aut dico, quod neq; loco, neq; tempori, neq; rebus, neq; perſonis conuenit. Teren. in Phorm. Non agam, imo nō deſinam. Donec perfecero hoc. P. Ineptis. Idem in Adelph. Hanc te æquum eſt ducere; & te operam, ut fiat dare. M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te, inquam. M. Ineptis.

INEPTVS, a, um, {*Non atto, mal destro*} (ψυχρολόγος, ἀπειρόκαλος, φλύαρος) ex In, negatiua particula & aptus componitur. Quid autem ſignificet, docet Cice. lib. 2. de Ora. his uerbis. Ineptus nomen habere uidetur, q̄ nō ſit aptus idq; ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nā qui aut tempus quid poſtulet, non uidet, ut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, uel dignitatis, uel commodi rationem nō habet, aut denique in aliquo genere, aut incōcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. A quo Ineptia, & Ineptitudo, ἀπειροκαλία. Teren. in Phorm. Vt ad pauca redeam, ac mittam illas ineptias. Cice. 1. Tuſcu. Ineptiæ pene aniles. Inepte aduerb. (ἀπειροκάλως) minus apte, & imprudenter, Plaut. in Moſt. Interdum inepte ſtultus es. Cic. 1. Tuſc. Nam etſi non ſus Mineruam, ut aiunt, facit tamen inepte, quiſquis Mineruam docet.

INERMIS, me, {*Senza arme, disarmato, inerme.* Pet. *Le donne lacrimoſe, e'l uulgo inerme*} (ἄοπλος) dicitur, qui armatus nō eſt. Ci. pro. Cec. Arma eſſe ſuis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendū: quæ qui non habuerint, eos inermes fuiſſe uinces. Et per tranſlationē Inermis dicitur, qui nihil habet, quo cauſam ſuam tueatur, aut defendat. Cice. 1. de Finib. Iam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi & diſſerēdi, quæ λογικὴ dicitur, iſte ueſter plane (ut mihi quidem uidetur) inermis ac nudus eſt. Inermus, ma, mum, idem Vergil. 12. Aen. Tum ſtudio effuſæ matres, & uulgus inermum. Inualidiq; ſenes, turres, & tecta domorum Obſedere. Sallu. in Iug. Neq; quēquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere.

INERMO, as, are, armis ſpoliare, Feſtus.

INERRANS, {*Che non erra*} (ἀπλανής) idem eſt quod non errans. Vnde inerrantes ſtellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. Cice. 2. de Natu. Deo. Nec uero eæ ſtellæ, quæ inerrantes uocantur, non ſignificant eandē mentem atq; prudentiam, quarum eſt quotidiana, conueniēs, conſtansq; conuerſio. Idem: Habēt igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthera commictione ſecretā & liberā.

INERRO, as, {*Vagare in qualche luogo*} (ἐμπλανᾶσθαι) in loco quopiam oberro. Plin. lib. 1. Epiſto. Experieris non magis Dianam montibus, q̄ Mineruā inerrare. Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. Syl.

INERS, tis, {*Senz'arte, ſtupido, diſutile, poltrone*} ab antiquis accipiebatur pro eo qui artem nullam noſſet, quem Græci ἄτεχνον appellant. Cic. li. 3. de Finib. Sed luſtremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. Poſtea tamē conſuetudo obtinuit, ut pro ignauo potius, ſtupido & deſide acciperetur, ῥᾴθυμος, ἀπράγμων. Teren. in And. Atq; hoc cōfiteor iure obtigiſſe, quandoquidem tam iners tā nulli conſilii ſum. Ci. 4. Ver. At homo inertior, ignauior, magis uir inter mulieres, nequā, q̄ impura inter uiros muliercula, &c. Verg. lib. 4. Georg. In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor. Donatus in Adelp. Intelligamus aliter dici non inertē Socratem, aliter non inertem ſeruum. Iners membris. Plin lib. 8. cap. 28. Iuxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, cæteriſq; membris iners, caput tantū prægraue ægre ferens. &c. Iners in Venerem, id eſt, ſegnis ad coitum. Colum. lib. 6. cap. 27. Aetas iners ſenectus. Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Corda inertia, Verg. 9. Aen ei. Corpora inertia, Idem 2. Aenei.

INERTIA, æ, {*Pigritia, poltroneria*} (ἀπραγμοσύνη, ῥᾳθυμία) proprie artis ignorationem ſignificat: accipitur tamen pro ignauia, ſocordia, deſidia. Cicer. in Partit. Animi autē, aut quemadmodum affecti ſunt, uirtutibus, uitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, uoluptate, moleſtia. Idē lib. 1. ad Quin. Frat. Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ noſtræ.

INERTICVLA, (ἀμέθυστος) uitis genus eſt, uinum ferens neruis innoxiū: unde & nomē habet, q̄ ſcilicet iners habeatur in tentandis neruis. Græci uocāt Amethyſton, eo, q̄ non facile gignat ebrietatem. Colum. lib. 3. ca. 2. Inerticula tamen nigra, quā quidam Græci Amethyſton appellant, poteſt in ſecūda quaſi tribu eſſe, q̄ & boni uini eſt, & innoxia: unde etiā nomen traxit, quod iners habetur in tentandis neruis.

INERVDITVS, a, um, {*Ignorante*} (ἀμαθής, ἀπαίδευτος) nō eruditus. Ci. 1. de Finib. Non ergo Epicurus ineruditus. Sueto. de Cla. Gram. Præterea priſcorum Catonis uerborum in eruditiſſimum furem.

INESCO, cas, {*Ingannare, adeſcare*} (δελεάζω) quaſi oblata eſca decipio. Trāſlatio ſumpta eſt a piſcibus, & auibus, quæ proprie ineſcari dicuntur, cum eſcam captantes capiuntur. Teren. Adelp. Nunquam rem facies: abi neſcis ineſcare homines, Sannio. Liu. 2. Bel. Pun. Annibal id damnum haud ægerrime pati, quum potius credere uelut ineſcatam temeritatem ferocioris Conſulis.

INEVITABILIS, & hoc, le, {*Che non ſi puo ſchiffare*} (ἀπαράδραστος, ἀδραστος) quod uitari non poteſt. Ouid. ad Liuiam: Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.

INEXATVRABILIS, le, {*Inſatiabile*} (ἀπλήρωτος) inſatiabilis. Verg. 5. Aenei. Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.

INEXCOGITATVS, {*Non imaginato, non premeditato*} quod excogitatū & præmeditatum non eſt. Plin. lib. 36. cap. 15. Nouum & inexcogitatum antea poſteaq; remedium inuenit ille rex.

INEXCVLTVS, a, um, {*Inornato, rozzo*} (ἄκομψος, ἀργός) inornatus. Gell. lib. 15. cap. 12. M. Cato conſularis, & cenſorius, publicis iam, priuatiſq; opulentus rebus, uillas ſuas inexcultas & rudes, nec tectorio quidem prælitas fuiſſe dicit.

INEXCVSABILIS, le, {*Ineſcuſabile*} (ἀπροφάσιστος) quod excuſari non poteſt. Ouid. 7. Metam. Gratia diis, felix, & inexcuſabile pectus.

INEXERCITATVS, a, um, {*Non eſſercitato, non prattico*} (ἀγύμναστος) exercitato contrarium. Cice. de Senect. Quibus qui ſplendide uſi ſunt, hi mihi uidentur fabulam ætatis peregiſſe: nec, tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe. Inexercitus, idem Cice. 5. Tuſc. Aſclepiadem ferunt nō ignobilem, nec inexercitum philoſophum, &c.

INEXAVSTVS, a, um, {*Ineſſauſto, che non ſi puo uotare*} ἀνεξάντλητος, nunquam deſinens, ſiue, quod exhauriri non poteſt. Ci. 3. de Legib. Erat enim in ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi. nec ſatiari poterat. Inexhauſta metalla quæ exhauriri non poſſunt, præ abundantia. Verg lib. 7. Aenei. Aſt Ilua trecentos Inſula, inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

INEXORABILIS, le, {*Che non ſi puo mitigare, che non ſi puo placare*} (δυσμείλικτος) implacabilis, qui exorari non poteſt. Verg. 2. Aen. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas: Atq; metus omnes, & inexorabile fatū Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.

INEXPECTATVS, a, um, {*Non aſpettato*} (ἀπροσδόκητος) contrarium expectato. Ouid. 12. Metam. Nec inexpectatus in armis Hoſtis adeſt.

INEXPERRECTVS, a, um, {*Non ſuegliato*} non experrectus. Ouid. 12. Metam. In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat Sopitus uenis, & inexperrectus Aphyreas.

INEXPERTVS, a, um, {*Non prouato*} (ἀπείρατος) intentatus. Vergil. 4. Aenei. Nequid inexpertum fruſtra moritura relinquat.

INEXPIABILIS, le, {*Che non ſi puo purgare*} (ἀκάθαρτος) quod expiari non poteſt. Ci. 3. Tuſc. Tum e Pontificio iure, & cæremoniis ſepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi nec tāta cura coluiſſent, nec iniuiolatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. Liu. 6. Bel. Maced.

INEXPLANATVS, a, um, {*Impedito, non piano*} ut, Inexplanata lingua, hoc eſt, impedita, neq; agilis, neque etiam complanata, ut aperte proferre poſſit, Plin. lib. 11. cap. 17. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanatæ fuiſſe accepimus, ut multis menſibus tortus crederetur: cum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.

INEXPLEBILIS, le, {*Che non ſi puo impire, inſatiabile*} (ἀπλήρωτος) quod expleri non poteſt, inſatiabile. Cice. 5. Tuſcu. Quid uero illum, quem libidinibus inflammatum & furentem uidemus omnia rapide appetentem cum inexplebili cupiditate? Pro eodem etiam legimus Inexpletus: ut, Cædes inexpletæ, apud Stat. 8. Thebai. hoc eſt, nondum completæ. Lacrymans inexpletum Verg. 8. Aenei. id eſt, Inexplebiliter, nomen pro aduerbio, ut inquit Seruius.

INEXPLICABILIS, le, {*Che non ſi puo eſplicare*} (ἄλυτος, ἀδιέξιτος) quod explicari non poteſt. Plin. lib 21. cap. 2. De generibus ſingulis dicere, immenſum & inexplicabile eſt. Inexplicabiles fraudes, Cice. 1. Tuſc. Plin. lib. 5. cap. 5. ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Inexplicabiles uiæ continuis imbribus. Hoc eſt, unde ſeſe quis facile extricare non queat, Liui. 10. Bell. Maced. Laquei inexplicabiles, Quint. lib. 5. cap. 10.

INEXPLICITVS, a, um, {*Intricato, inuiluppato*} (δυσλυτος) intricatum inuolutum, obſcurum, & quod facile explicari non poteſt. Martia. lib. 6. Democritos, Zenonas, inexplicitoſq; Platonas.

INEXPLORATVS, a, um, {*Oſcuro, non inueſtigato*} (ἀκατασκόπητος) explorato contrarium Liu lib. 6. bel. Pun. Non altitudo mœnium, non inexplorata ſtagni uada, non caſtellum in alto tumulo ſitum, &c. Accipitur interdum pro incerto, & incomperto, ἄδηλος. Plin. lib. 35. cap. 6. Apportatur & Indicū ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. De atramento.

INEXPLORATE, ſiue Inexplorato, aduerb. (ἀκατασκόπως) ſine exploratione & inquiſitione. Liui. li. 6. Inexplorato pabulatum cohortes miſere. Gel. lib. 6. cap 16. Sed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur.

INEXPVGNABILIS, le, {*Che non ſi puo pigliare, ineſpugnabile*} (ἀπόρθητος) quod expugnari non poteſt. Liu. 2. ab urb. Ibi alto, & munito loco arcē inexpugnabilem fore. Cice. 5. Tuſcu. Volumus enim eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum atq; munitum.

INEXPVTABILE, {*Che non ſi puo nouerare*} ἀναρίθμητον, ἄπειρον. quod numerari non poteſt. Columel. lib 9. cap. 4. Nam inexputabilis erat numerus.

INEXTINCTVS, a, um, {*Viuo, non ſpento*} quod non extinguitur. Vnde Ouid. lib. 6. Faſto. ignem Veſtæ uocat inextinctum, quod ſemper ſuppeditatis fomentis à ſacris uirginibus, nunquam penitus extinguatur, Ignis inextinctus templo celatur in illo: Effigiem nullam Veſtra nec ignis habent.

INEXTIRPABILIS, le {*Che non ſi puo ſtirpare, che non ſi puo ſuellere*} quod extirpari non poteſt. Pli. lib. 15. ca. 20. Radices multæ, atq; altæ & ideo inextirpabiles.

INEXTRICABILIS, {*Che non ſi puo ſtricare, che non ſi puo ſcioliere*} (ἄφυκτος, ἄλυτος) inſolubilis, quod extricari nō poteſt: ſeu unde quis extricare ſe non poteſt. Verg. 6. Aenei. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Plin. lib. 36. cap. 13. Inq; baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Inextricabilia uitia, Idem lib. 20. cap. 21.

INEXVPERABILIS, le, {*Inſuperabile, che non ſi puo uincere*} (ἀνυπέρβατος) quod ſuperari non poteſt. ut, Inexuperabilis uis fati, Liu. 8. ab urb. Idem 5. ab urb. Alpes inde oppoſitas erant, quas inexuperabiles uiſas haud equidem miror, nulla dum uia ſuperatas.

INFABRE, pen. co. {*Impolitamente, ſenza artificio*} (ἀκόμψως, ἀτέχνως) inartificioſe, inornate, fœde, & impolite: ſicut Affabre, pulchre, et ornate. Liu. 6. Bel. Mace. Aureos torques. M. CCCCLXX. ad hæc auri pōdo. CCXLV. argenti infecti, factiq; in Gallicis uaſis, non infabre ſuo more factis duo millia CCCXL. pondo, &c. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. Quid ſcalptum infabre, quid fuſum durius eſſet.

INFABRICATVS, a, um, {*Non fabricato*} (ἀκατασκεύαστος, ἀργός) nō fabricatus, impolitus. Verg. 4. Aenei. Frondenteſq; ferunt ramos, & robora ſyluis infabricata fugæ ſtudio.

INFACETIÆ, ium, {*Ruſtichezze*} inurbanitates, & ruſticitates. Vnde Catullus Annales Voluſii dicit eſſe plenos infacetiarum.

INFACETVS, a, um, {*Non facetto, non ciuile*} inurbanus, ruſticus, qui nihil ſalis habet, aut leporis. Plau. in Truc. Quid? iam infacetus Lemno aduenis? Non infacetus homo, Cice. 3. Offic. Non infaceto lepore, Plin. lib. 37. cap. 1. Infacetum mendacium, Cice pro Cælio.

INFACVNDIA, æ, {*Infacondia, goffezza nell'orare*} dicēdi imperitia. Gel. lib. 11. cap. 16. Tui erroris culpam eſſe intelligo in mea ſcilicet infacundia. Infacundus, inelegans, nulla dicendi facultate præditus. Liui. 4. ab urb. Et tribunis pleb. uir acer, nec infacundus, nactus, inter aduerſarios. &c.

INFAMIA, æ, {*Infamia, dishonore*} (ἀτιμία, δυσφημία) macula, probrum, nota turpitudinis. Terē. in And. Tu id clam cauit, ne unquam infamiæ Ea res

ſibi eſſet, ut uirum fortem decet. Cice. 5. Ver. Nihil ad tuas aures, de tua infamia perueniſſe.

INFAMIS, me, pe. pro. {*Infame, uituperato. Boc. Gior. 4. Nouel. ulti. Di ladroneccio, & cattiuita era infame*}(ἄτιμος) qui ob uitiũ aliquod, aut turpitudinẽ male audit, aut cui fama eſt parum ſecunda, aut integra. Cic. 5. Ver. Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis ſtupris, flagitiĳsq; feciſti. Teren. in Heaut. Ea cauſa magis Patiar Clitipho flagitĳs tuis me infamẽ fieri? Infamis dictus eſt ab antiquis, digitus medius propter ignauiam, quoniã indigere uideatur aliorum defenſione. Perſius Sat. 2. Infami digito luſtralibus ante Saliuis Expiat. Iuue. Mediũq; oſtenderet unguem. Nã ueteres, cum aliquem medio digito indicabant, latenter eius ſignificabant infamiam: cuius rationem propter nimiam obſcœnitatem hic cõſulto prætermiſimus. Si quis tamẽ noſſe cupiat, uideat prouerbium, Digitum medium oſtendere.

INFAMO, as, are, pen. pro. {*Suergognare, infamare*}(ἀτιμάζω) infamia afficio ignominiam uel notam inuro. Quint. lib. 10. ca. 1. Deinde cum ſe iactaret eodẽ modo dicere, Senecam infamauit. Inuenitur etiã interdum pro diuulgare. Liui. 10. Bel. Maced. Infamandæ rei cauſa ianuam obſeruari iubet. Infamare agrũ, deuaſtare. Colum. lib. 1. cap. 7. Ita fit, ut & actor & familia peccent, & ager ſæpius infametur. Infamatus, particip. Ouid. 14. Metam. Et procul inſidias, Infamataq; relinquunt Templa deæ.

INFANDVS, a, um, {*Coſa da non dire*}(ἄῤῥητος) ingens, immenſus, inenarrabilis, nepharius: illicitus: a fando, quod oratione exprimi non poſſit aut debeat. Verg. 2. Aenei. Infandum Regina iubes renouare dolorem. Mart. lib. 9. Immaturas dabant infandas corpora poenas. Verg. 4. Aenei. Infandum ſi fallere poſſet amorem. Ponitur nonnunquam pro interiectione. Idem lib. 1. Geor. Infandum, ſiſtunt amnes, terræq; dehiſcunt. Idẽ l 1. Aen. Nauibus (infandũ) amiſſis.

INFANS, tis, {*Fanciullo, bambino*} νήπιος, βρέφος. ſubſtantiuum, dicitur puer qui nondum fari cœpit Ci. 3. Verr. Iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Ouid. 15. Metam. Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans. Accipitur etiam aliquãdo Infans pro brutorum animalium, atq; ipſarum etiam auium fœtu Pli. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt Idem lib. 10. cap. 61. Veſpertilio uolucru ſola lacte nutrit ubera admouens, geminos, uolitat amplexu infantes. Adiectiuum uero, capitur quaſi pro paruo. Idem li. 22. ca. 22. de boleto, Nec tamen minor gratia in cibo infantis boleti. i. parui & nondum adulti. Interdum dicitur Infans, non facundus. Cice. in Bruto. ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Per translationem ſumitur pro ſtulto, & quaſi loqui neſciente. Ex quo Infantior & Infantiſſimus, id eſt, ſtultior & ſtultiſſimus. Auctor ad Herenn. lib. 2. Et dum caute, expediteq; loqui uolunt, Infantiſſimi reperiũtur. Idẽ ad Quin. Frat. Gabinius abſolutus eſt: omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribusq; infantius: nihil illo conſilio ſordidius.

INFANTIA, tiæ, {*Età del fanciullo fino à ſette anni*}(νηπιότης) ætas hominis uſq; ad annum ſeptimum, q; ad id fere tempus ſatis cõmode fari non poſſumus. Quintil. lib. 1. cap. 2. Et quantum in infantia præſumptum eſt tẽporis, adoleſcẽtiæ acquiritur. Dicitur etiam infantia, cum quis rem aliquam nouit, quã tamen explicare non poteſt. Cice. lib. 3. de Orato. Dummodo hoc conſtet, neq; infantiã eius, qui rem norit, ſed eam explicare dicendo non queat, neq; inſcitiam eius, cui res nõ ſuppetit, uerba non deſint, eſſe laudandam: quorum ſi alterum optandũ ſit, malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.

INFANTARIA, pro puerpera. Martial. lib. 4. Et quod mireris magis, infantaria non eſt.

INFANTILE, (παιδικὸς) adiectiuum, quod eſt infantis.

INFARCIO, cis, impleo, {*Impire, inſaccare*}(ἐμπλήττω) Pli. lib. 35. cap. 14. Quid? non in Africa, Hiſpaniaq; ex terra parietes, quos appellãt formaceos, quoniam formacum modo circundati, utrinq; duabus tabulis infarciũtur uerius q̃ inſtituuntur) æuis durant incorrupti imbribus, uentis, ignibus, omniq; cæmẽto firmiores? Colum. lib. 12. cap. 53. Et maxime in eas partes, quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcito. Infarcire uerba, inculcare, & ſine ordine inſerere. Ci. in Ora. Quæ uitia qui fugerit, ut neq; uerbũ ita traĩciat, ut, id de induſtria factum intelligatur: neq; infarciens uerba, quaſi rimas expleat, &c.

INFATIGABILIS, {*Che non ſi ſtracca*}(ἄκαμπτος) qui non defatigatur ut, Infatigabilis curſus. Plin. li. 18 ca. 19. Dentes quidem eorum maximi, equis quoq; adalligati, infatigabilem curſum præſtare dicuntur.

INFATVO, as, are, {*Far impazzire*}(ἐμμωραίνω) fatuum, ſine ſale, id eſt, ſine ſapientia facio. Fit enim à Fatuus, & præpoſitione In quæ eius ſignificationẽ auget. Cice. pro. L. Flac. Neminẽ quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummũ ullũ crederet. Idem 3. Phil. Vt hominem ſtultum magis etiã infatuet mercede publica. Infatuatæ mulieres dictæ ſunt, quæ Faunorum ludibrĳs attinguntur. Et ſimiliter Infatuati uiri, quos nunc uulgus ſpiritu correptos nominat: quidam etiã Dæmoniacos.

INFAVSTVS, ſta, ſtum, {*Sfortunato, infelice*}(δυστυχὴς) infelix, infortunatus. Oui. lib. 4. Metam. Bella infauſta gerunt, multumq; ab utraq; cruoris Parte datur.

INFECTORES, {*Tintori*} βαφεῖς, δευσοποιοί. qui lanam colore aliquo inficiunt, id eſt, tingunt. Pli. lib. 20. ca. 7. Quarto infectores lanarum utuntur, qđ Glaſtum uocant. Infector ſuccus, quo lanæ, uel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib. 11. cap. 23. Purpurarum generi infector ille ſuccus.

INFECTVS, a, um, {*Tinto, macchiato*} ab Inficio, idẽ eſt quod tinctus, maculatus uenenatus, βεβαμμένος, διεφθαρμένος. Plin. lib. 11. cap. 37. Mulieribus etiam palpebræ infectæ quodam modo, tãta eſt decoris affectatio, ut tingãtur oculi quoq;. Sueton. in Caligula: Inuenta & arca ingens uariorum uenenorũ plena, quibus mox a Claudio demerſis, infecta maria traduntur, nõ ſine piſciũ exitio. Seneca: Diu in iſtis uitĳs iacuimus, elui difficile eſt: nõ enim inquinati ſumus, ſed infecti. Ci. li. 5. Tuſcu. Sed nos umbris, delicĳs, otio, languore, deſidia animum infecimus. i. polluimus, corrupimus, Eſt præterea Infectus nomẽ adiectiuum compoſitum ex In, negatiua particula, & participio Factus, idem ſignificans quod non factus: ut Infectum argentum, ἀργυρὸς ἄσημος, ἀπύρωτος. Infecta pace, Infecto negotio, ἄπρακτος, Plaut. in Capt. Quod male feci, crucior modo, ſi infectum fieri poſſet, ἀγένητον. idem in Amph. Ea quæ ſunt facta infecta eſſe acclamitat. Teren. in Eunu. Infecta pace, ultro ad eũ uenies, indicãs te amare, & ferre non poſſe. Liu. lib. 4. Bell. Maced. Argẽti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo ſeptingenta triginta duo: ſignati bigatorum XVII. millia uiginti tria. Infecti, id eſt, non ſignati, nec cælati.

INFECTVS, tus, {*Tintura*} βαφή. accipitur pro tinctura. Plin. lib. 8. cap. 48. De reliquarum infectu ſuo loco dicemus.

INFELIX, INFELICITER, INFELICITO, & INFELICITAS, Vide paulo poſt in Dictione Infœlix.

INFENSO, as, are, {*Hauer per che inimico*} pro infenſum habere. Tacit. li. 13. Vt quaſi Infenſantibus Deis extmo tradi crederetur. Infenſare pro Infeſtare. Idem lib. 5. Adequitare caſtris, infenſare pabula. Idem li. 13. Sed palam infenſare Armeniam.

INFENSVS, a, um, {*Per che inimico corrucciato*}(ἐχθρὸς) iratus, male alicui cupiens. Teren. in And. Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptĳs fallaciã. Sueto. in Vitel. Nullis tamen infenſior, q̃ uernaculis. Ci. 1. Verr. Iã nunc timeo quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici, infenſiq; ſunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui poſſim.

INFER {*Di ſotto*} apud antiquos legitur pro infra, ſicut Super. Cato de Re ruſ. cap. 149. Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo, ubi ſuper inferq; uicinus permittet, tum decedito. Sunt tamẽ qui hoc in loco Super & Infer malint eſſe antiqua adiectiua: ut, Super uicinus dicatur, qui a ſuperiori parte fundum cõtingit: Infer, qui ab Inferiore.

INFERIÆ, arum, (χοαὶ, ἐναγίσματα) ſacrificia, quæ inferis ſoluuntur. Vnde Inferias facere, eſt manes ſacrificĳs placare. Verg. 9. Aenei. Viuentes rapit inferias, quas immolet umbris. Cice. de Natu. Deo. li. 3. Tertius eſt ex Idæis dactylis, cui inferias afferunt. Ver. 9. Aenei. Abſenti ferat inferias, decoretq; ſepulcro. Ouid. 5. Faſto. Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

INFERNALIS, & hoc le, {*Infernal, dall'inferno*}(καταχθόνιος) ab Inferna fit, cum ſit ſubſtantiuum: unde, Infernales Furiæ.

INFERNAS, atis, ſicut ſupernas, omnis gene. Plin. lib. 16. ca. 39. Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. Vitruuius: Infernatia ligna ſunt, quæ ex Apennini parte, qua inferum mare ſpectat, cæduntur: ſupernatia è diuerſo.

INFERNVS, {*Inferno*}(ᾅδης) pro inferorũ loco, in ſingulari gen. maſ. in plurali neutri generis eſſe auctores ſunt Grammatici: cuius tamẽ rei nullũ ex claſſicis teſtimonium proferunt: niſi fortaſſis ex ſacræ ſcripturæ interpretibus, quos ea in re non imitabimur. Eſt enim re uera Infernus, a, um, nomẽ adiec. ſignificãs id quod eſt infra nos, ſicut Supernus, quod ſupra nos eſt. Plin. li. 2. ca. 47 Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris ſpirat. Infernæ umbræ, Martia. lib. 1. Inferna ſtagna. Liu. 8. ab urb. Inferni dĳ, Idem 1. Bel. Maced. Ab infernus fit Infernè, aduerbium, (κάτωθεν).

INFERO, pe. cor. infers, intuli, illatum, {*Portar dentro. Pet. Et doglia & morte dentro à gli occhi porto*}(εἰσφέρω) intro porto, Lactã. lib. 2. Non placebat Perſio, q; aurea uaſa templis inferantur. Interdũ ponitur pro iniĳcere, ἐπιβάλλειν, ut, Inferre manus. Ci. in Parado. Et æque peccare ſe, ſi priuatis, ac ſi magiſtratibus manus inferantur. Inferre ſe, pro eo quod eſt, cum impetu irruere. Liu. lib. 2. Adeo concitato impetu ſe intulerant Hetruſci, ut funderent ipſo incurſu Romanos. Inferre damnum, cladem, detrimentum Cæſ. 2. Bel. Ciuil. Magnis q; ultro illatis detrimentis, eos qui irruptionem fecerant, in oppidum rejĳciebant. Interdum ſubĳcere, ſeu apponere, ἐπιφέρειν. Lactan. lib. 1. Quod clarum fiet, exemplo, quod inferemus. Interdum introducere. Liui. lib. 1. ab urb. Lacus erat, quẽ medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua, quo quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris, uelut ad congreſſum Deæ, inferebat, Camœnis eũ locum ſacrauit. Interdum pro ingerere, Cice. lib. 3. Offi. Turpe eſt, & ualde uitioſum in re ſeuera, conuiuio, dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Interdũ pro concludere. Seneca: Cum his argumentis quod propoſuerat intuliſſet. Interdum pro contra ferre. Cæſ lib. 1. Romani conuerſa ſigna bipertitò intulerunt. Inferre arma, eſt bellum gerere, ἐκφέρειν πόλεμον. Cice. Octa. Quibus cogitas arma inferre? Inferre, crimen, eſt imputare, ſeu obĳcere. Idem in Læli. Addẽdum eodem eſt, ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Sumptum inferre. Cice. in Parad Quamcunq; in domum ſtuprum intulerint, eandem eſſe labem libidinis.

INFERVS, a, um, Inferior, Infimus, {*Cio che è di ſotto inferno*}(ὑπένερθε, κατώτερος) quod eſt infra, quemadmodum Superus, a, um, quod eſt ſupra. Cice. 1. Tuſc. Eademq; ab animo, tanquam ab oculis caliginem diſpulit, ut omnia ſupera infera, prima, media, ultima uideremus. Ab Inferus dicti ſunt Inferi, q; infra nos circa terræ centrum credantur habitare. Cice. pro A. Cluent. Nũc quidẽ quid tandem illi mali mors attulit? niſi forte ineptĳs, ac fabulis ducimur ut exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre. Inferum mare, Tyrrhenũ: ſicut Superum, Adriaticum, quod ex urbe Roma uerſus Adriaticum euntes, fere ſemper aſcendunt: contra ad urbem, ad mare Tuſcum uenientes deſcendunt. Aut certe, eo q; Adriaticum mare Italiã ab Oriente alluit, Tyrrhenum ab Occidente & Meridie. Inferior, & hoc inferius, comparatiuũ ab Inferus. Cic. 1. Ver. Vt cum omnibus rebus inferior ſis, hac una in re te maluerim teferri putas oportere, q; Quæſtor illius fueris; ego, ſi ſuperior cæteris rebus eſſes te hanc unam ob cauſam accuſatorem repudiari putarem oportere. Corn. Tacit. li. 3. Tiberius atq; Augusta publico abſtinuere, inferius maieſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur. Inferius comparatiuum aduerbiale. Ouid. 2. Metam. Inferiusq; ſuis fraternos currere Luna Admiratur equos. Infimus, a, um, ſuperlatiuum. Plau. Curc. In loco infimo boni homines atq; dites ambulant. Infimi homines, id eſt, contempti, nullo in honore habiti, uel abiectæ conditionis. Tere. in Eunu. Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos Homines. Ci. pro Flac. Si quem infimo loco natum, nullo ſplendore uitæ, nulla commendatione famæ defenderem. Idem 1. de Finib. In quo nihil æque nec ſummum, nec infimũ, nec medium, nec ultimum, nec extremum ſit.

INFERVEO, es, ſiue Inferueſco, is, {*Bollire*} idem quod ferueo. Hor. 2. Serm. Saty. 4. Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis, Corycio, &c. Inferuefacio, cis. Colum. lib. 9. ca. 12. Omnia eadem æquis ponderibus in unum leuigata, & fictili uaſe cum amminæo uino inferuefacta.

INFESTA SIGNA, {*Inſegne, bandiere contro all'inimico*}(πολέμια σημεῖα) dicuntur, quæ aduerſum tendunt, hoc eſt, uexilla in hoſtem euntia. Cæſ. 6. Bel. Gall. Illi ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis ad ſe uenire uiderunt.

INFESTIVVS, (Ruſtico, non piacevole, non faceto) (ἀχαρις, ἀστεῖος) minime feſtiuus, iniucundus. Gell. Homo ſubagreſti ingenio, & infeſtiuo.

INFESTO, ſtas, (Moleſtare) (ἐνοχλεῖν) diuexo, moleſtiam infero. Pli. lib. 7. cap. 2. Quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Infeſtare pro infeſtare. Plin. lib. 15. Arborem ipſam fertilitate conſumi, muſco, præterea rubro infeſtari. Infeſtantur uineta Auſtris & Euris. Colu. lib. 3. cap. 12. Infeſtat infantes editos plenilunium, Plin. lib. 7. cap. 6. Vnde Infeſtatio, (ἐνόχλησις) moleſtatio, uexatio. Infeſte, aduer. non e. Liui. 6. Bel. Pun. Age contra, quæ illi infeſte in nos fecerunt, reperite. Id eſt inimico animo.

INFESTVS, a, um, (Inimico, piu che inimico) (ἐπιθετικός, ἐχθρός) qui alicui bellum infert: & eſt plus quam inimicus, tamque aduerſus eum fertur. Cice. 5. Verr. Quis hoc audet dicere aratoribus, infeſtum, & inimicum fuiſſe? Accipitur etiam paſſiue pro eo qui infeſtatur. Cice. pro Roſc. Amer. Filij uita infeſta ſæpe ferro & inſidijs appetita. Nigidius Infeſtum à feſtinando dici putat. Qui enim inſtat alicui, eumque properans urget, & opprimere eum ſtudet, atque feſtinat. & contra de cuius periculo, & exitio feſtinatur: horum uterque infeſtus dicitur, ab inſtantia fraudis, quam uel facturus alicui, uel paſſurus eſt. In illum mare habere, ut annotauit Nonius, ſignificat latrocinando mare infeſtare. Cic. lib. 3. de Repu. Nam cum quæreretur ex eo: quo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum uno myoparone. eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Senectus infeſta, hoc eſt, moleſta & grauis. Liu. 1. ab urb. Tum uero indies infeſtior Tullo ſenectus, infeſtius cœpit regnum eſſe. Signa infeſta, dicuntur, quæ aduerſum tendunt. Cæſ. 6 Bel. Gal. Illi ubi præter ſpem, quos fugere credebant infeſtis ſignis ad ſe ire uiderunt. Liu. 2. ab urb. Sic in primum infeſtis haſtis prouolant duo Fabij.

INFIBVLO, las, quid ſignificet, uide ſupra in dictione Fibula.

INFICIAS, tantum accuſatiuus caſus eſt, & pluralis numeri. & ſolum, cum Eo iungitur, & ſine præpoſitione. ut, Hic inficias iturus eſt, hoc eſt, negabit, ἐξαρνήσεται. Teren. in Adel. Si inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus, quem amiſerat.

INFICIALIS, le, ut Inficialis ſtatus, quo itur inficias, & negantur obiecta. Cice. in Top. Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

INFICIATOR, toris, (Negatore) ἐξαρνητής, qui negat ſe id debere, quod actor petit, uel commiſiſſe, quod accuſator obijcit. Cic. lib. 1. de Orato. Num ne intelligebat, ut ſi ille inficiator probaſſet iudici, ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet deberi cœpta, &c. Vnde ſtatus coniecturalis dicit Inficialis, quo negamus, quod uel petimur uel obijcitur. Ci. in Cati. Hoſce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos eſſe arbitror. Marti. lib. 1. In me ò fallax, atque inficiator, eamus.

INFICIATIO, onis, (Negatione) (ἐξάρνησις) negatio. Cic. 2. de Orato. Ac noſtræ fere cauſæ quæ quidem ſunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur. Vide Inficior.

INFICIO, is, ere, pen. cor. ex In, & Facio, (Tingere, macchiare. Pet. Et di bianca pauia il viſo tinge) (βάπτω) tingo, imbuo. Pla. in Trucu. Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Cæſ. 5. Bell. Gal. Omnes uero ſe Britanni glaſto inficiunt, quod cœruleum efficit colorem. Per tranſlationem ſumitur pro uitio, ſeu maculo, (καταχραίνω). Cice. lib. 5. Tuſc. Sed nos umbris, delicijs, otio, languore deſidia, animum infecimus. Liui. Hoc luxu, & peregrinis infecti moribus. Item uenenare, (φαρμάσσω). Verg. lib. 2. Georg. Quo non præſentius ullum Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ. Plin. lib. 11. Nidore fumo inficiunt apes. Hoc uerbum Diomedes a Fuco componi exiſtimat: dicit enim: Facio, Conficio: Fuco, Inficio. Sed aſpera nimis uidetur compoſitio, licet a ſignificatione non abhorreat.

INFICIOR, aris, deponens, (Negare) (ἀρνέομαι, ἐξαρνοῦμαι) nego, dictu non facto. Vnde Inficiationes, (ἐξαρνήσεις) quæ ſunt debitæ rei negationes, cum per creditorem a debitore depoſcitur. Plau. in Ciſtel. Omnia inficiatur, ea quæ dudum confeſſa eſt. Cice. in Cati. Nam quum id poſſet inficiari, repente præter opinionem confeſſus eſt.

INFIDVS, a, um, pen. pro. (Infido, di cui non ſi dee fidare) (ἄπιστος) non fidus cui non eſt fidendum. Cice. de Ami. Tum cum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos haberet, quos infidos. Liu. 7. ab urb. Et propter Latinorum infidum tandiu fœdus. Verg. 2. Georg. Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres. Hora. 1. Carm. Ode. 35. At uulgus infidum & meretrix retro Periura cedit.

INFIDELIS, le, (Infidele, ſenza fede) (ἄπιστος) qui promiſſis non ſtat, nec fidem promiſſam exoluit, quin potius uiolat. Cæſ. 7. bel. Gal. Qui autem erant per ſe infideles, manus cogere, atque aperte bellum parare cœperunt. Cice. ad Caton. lib. 5. His ego ſubſidijs ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem, ut ex alieniſſimis ſocijs amiciſſimos ex infideliſſimis firmiſſimos redderem. Infidelitas, atis, fides uiolata, perfidia. Cæſ. 8. Bell Gall. Infidelitatem eius ſine ulla perfidia iudicauit comprimi poſſe, Ci. pro Milo. Quantæ infidelitates in amicis. Idem 5. Tuſc. Quantopere uero amicitias deſideraret, quarum infidelitatem extimeſcebat, &c. Infideliter, (ἀπίστως) aduer. Cicer. ad Brut. Infideliter aliquid cuipiam ſuadere.

INFIGO, infigis, pen. pro. (Ficcare dentro) (ἐμπήγνυμι, ἐμπήγνυμαι) intus figo. Cice. 4. Tuſcu. Cum in acie M. Allienum Pelignum ſcuto perlexit, gladium que hoſtis in pectus infixit. Infixa in tergis hoſtium pila, Liui. 7. Bel Pun. Infixa animis religio, Idem 6. Bel Pun. Telum infixum educere, Oui. 13. Metam. Hærent infixi pectore uultus, Verg. 4. Aenei.

INFIMATES, pen. pro. (Huomini di baſſa conditione, plebei) (οἱ ὕστατοι) dicti ſunt, qui infima plebe ſunt, ſicut Summates, qui maximæ & ſummæ nobilitatis ſunt, uel auctoritatis. Pla. in Stic. Summates uiri atque infimates.

INFIMO, as, pe. co. (Deprimere, abbaſſare) deprimo, infimum facio. Eſt enim contrarium uerbo Sublimo. Apul. de Dæmonio Socratis. Ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſunt, hæc ad miſerias infimata.

INFIMVS, a, um. Vide inferus, a, um.

INFINDO, is, ere, (Fendere) (ἐγχαράττω) findendo incido: Verg. Eclog. 4. Quæ cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

INFINITVS, a, um, (Infinito, ſenza fine) (ἄπειρος) finito contrarium. Cice. pro Roſc. Comœ. Qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter iuſtitiam libera, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitæ altitudinis ſpelunca, Cice. 6. Ver. Infinitum imperium id eſt, ſine exceptione, uel maximum, & quaſi perpetuum. Cic. 4. Ver. Poſtquam M. Antonij infinitum illud imperium ſenſerant. Infinite, aduerb. perpetuo, indeſinenter. Cice. in Paradox. Illi aurata tecta in uillis, & ſola marmorea facienti, & ſigna tabulas, ſupellectilem & ueſtem infinite concupiſcenti, &c. Infinito, ablatiuus loco aduerbij. Pli. lib. 15. ca. 8. Procedente perſuaſione illa, quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Infinitas, tis, (ἀπειρία) perpetuitas. Cice. 1. Offi. Gradus autem plures ſunt ſocietatis hominum. ut enim ab illa diſcedatur infinitate, propior eſt eiuſdem gentis, nationis, &c. Infinitio, onis. Cice. 1. de Finib. Infinitio ipſa quam ἀπειρίαν uocant, tota ab illo eſt. Id eſt, infinitas, ſiue infinitudo.

INFINITIVVS modus. (ἀπαρέμφατος) ſine alterius uerbi adminiculo poni ſolet: ut apud Verg. 1. Aenei. Mene incepto deſiſtere uictam? Quo in loco ſubintelligitur, Oportet uel Decet. Ponitur etiam frequentiſſime infinitiuus pro præterito imperfecto indicatiui. Tere. in Eunuc. Inuidere omnes mihi: pro inuidebant. Ideo autem dicitur Infinitiuus, quia alij modi definiunt perſonas & numeros: hic autem ſine numeris & perſonis eſt, & habet ſolum præfinitum tempus, præſens, præteritum, & futurum. ut Amare, præſens: Amaſſe, præteritum: Amatum ire, futurum.

INFIRMO, as, are, (Indebolire ſar infermo) (καταλύω, ἀκυρόω) debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere. ut, Infirmare argumenta, & rationes alicuius. Cice. de Diuin. Nec ea dico quæ ſi dicam, tu infirmare non poſſis. Infirmare fidem teſtis ad iudicem, Cice. pro Roſc. Comœ. eſt infirmum reddere, & oſtendere periurum eſſe teſtem, aut ſaltem fide indignum. Idem. 2. de Nat. Deo. Quanta uero illa ſunt, quæ uos Academici infirmatis & tollitis? Infirmatio, mationis confutatio. Cic. lib. 2. de Inuent. Iudicatio eſt, quæ ex infirmatione et confirmatione rationis naſcitur controuerſia. Infirmatio rerum iudicatarum, Cice. pro Lege Agrar.

INFIRMVS. (Infermo, debole) ἀσθενής, ἄκυρος. non firmus, imbecillis, & debilis, Cic. 1. Acad. Et ſimul aſſidamus, inquam, ſi uidetur. Sane iſtud quidem inquit: ſum enim admodum infirmus. Inops & infirma claſſis. Ci. 7. Verr. Aetate affecta, & uiribus infirmus homo. Idem 6. Verr. Infirmi ſaporis uinum, ingeneroſum, debile, & quod linguam non ferit, aut pungit. Col. lib de Arbori. cap. 3. Montibus cliuiſque difficulter uineæ conualeſcunt, ſed firmum, probumque ſaporem uini præbent: humidis & planis locis robuſtiſſimæ, ſed infirmi ſaporis uinum, nec perenne faciunt. Infirmior, comparatiuus. Horat. 1. Sermo. Saty. 9. Sum paulo infirmior unus Multorum. Infirmiſſimus ac deſperatiſſimus homo, Cice. in Piſonem. Caput infirmum, Horat. 1. Epiſto. 17. Leuiſſimæ, ac infirmiſſimæ cauſæ. Cice pro Cluen. Vnde Infirmitas, (ἀσθένεια) inualiditas, non ægrotatio, ſicut pleriq; male uſurpant. ſed potius debilitas illa, quæ uel ex ætate, uel ex morbo contigit. Cice. de Senect. Vt enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis. ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, &c. Idem pro Syll. Infirmitatem corporis animi uirtute ſuperauit.

INFIT, (Comincia dire) uerbum defectiuum, auctore Feſto, idem eſt quod Incipit. Plaut. in Aul. Infit ibi poſtulare plorans, eiulans. Sæpius tamen accipitur pro loquor. Liu. 1. ab urb. Ibi infit annum ſe tertium & nonageſimum agere.

INFLAMMO, as, (Infiammare) (φλογόω, φλεγίζω) idem eſt quod incendo. Cice. 6. Ver. Quam cum inueſtigare Ceres uellet, dicitur inflammaſſe tedas ijs ignibus, qui ex Aetnæ uertice erumpunt. Idem 7. Ver. Claſſem pulcherrimam populi Roma. in littus expulſam & eiectam, cum primum aduesperaſceret, inflammari, incendique iuſſit. Per tranſlationem accipitur pro angere. Cic. 2. Ver. cum ſint parati, qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare conentur. Inflammare paſſiue, pro uehementer appetere, & deſiderare aliquid. Cice. de Amic. Homines uero, quorum cupiditati quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius eſſe, nihil leuius exiſtiment. Inflammatio, nis: ut, Inflammationes mammarum quas Græci φλεγμονὰς uocant, ſæpe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, ueluti cuiuſdam ignis ardor ſentitur.

INFLECTO, is, ere, (Piegare, torcere) (κάμπτω) idem quod flecto: Cæſar 1. Bel. Gal. Cum ferrum ſe infelxiſſet. Cice. 7. Verr. Vbi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur. Veſtigium curſus ſui inflectere, a curſu ſuo declinare, Cic. 2. de Nat. Deo. Oculos aliquorſum inflectere, Ci. ad Quir. poſt Red. Voces inflectere cantu, Tib. li. 2. Ele. 1. Inflexus, participium: ut, Aratrum inflexum Verg. 1. Geor. Incuruum, & leuiter a ſummo inflexum bacillum, Cic. 1. de Diuin. Ceruix inflexa, Verg. 3. Aenei. Genu inflexum, Propert. lib. 5. Eleg. 9. Inflexus, us, nomen, ipſe inflectendi actus. Pli. lib. 11. ca. 15. Ferit obliquo ictu & inflexu. Inflexio, onis, (κάμψις) idem Ci. de Vniu. Omnis enim orbis eorum quaſi facilitatis inflexione uertebatur. Laterum inflexio, Ci. 3. de Orat. Inflexibilis, le, (ἀκαμπής) quod inflecti non poteſt. Plin. lib. 28. cap. 12. Dolorem inflexibilem, (Opiſthotonon uocant) leuat urina capræ auribus infuſa. Pli. Epiſt. 317 Pertinaciam certe, & inflexibilem obſtinationem debere puniri.

INFLIGO, gis, pen. prod. (Percuotere, dare colpi) (ἐπιφέρω, προσρίπτω) ictum infero, incutio, eſt ab In, & Fligo, uerbo antiquo, quod ſtringere ſignificabat. Plin. lib. 8. cap. 36. Sæpe in arcos colaphis inflictis exanimantur. Cice. in Piſonem. Quæ diſceſſus meus Reipublicæ uulnera inflixit. Idem in Vatin. Sed cætera uulnera, quibus putaſti Rempub. delere, hæc quoque uiolarat: plagam inflixiſſes Auguratus tui.

INFLO, flas, are, (Inſiare, gonfiare) (ἐμπνέω, ἐμφυσάω) turgefacio, à folle, qui flatu turgeſcit, tractum. Vnde tibicen Buccinam uel calamos inflare, dicitur pro tibia canere, uel calamis, Varr. 3 de Re ruſt. cap. 13. Qui cum eo ueniſſet cum ſtola, & cithara, & cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit. Inflare ambas buccas iratorum proprium. Horat. 1. Sermo Saty. 1. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. Inflare, turgeſcere, tumere, & efferri, uel ſuperbire. Cic. 1. de Legib. Fauonij autem ætati coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius, habuitque uires agreſtes ille quidem, atque horridas, ſine nitore ac palæſtra. Inflatus animus, ſuperbus, elatus. Cice. 3. Tuſcu. Sic igitur inflatus, & tumens animus in uitio eſt: ſapientis autem animus ſemper uacat uitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet.

INFLATVS, us, (Il gonfiare) (ἐμπνευσις, ἐμφύσησις) ipſe inflandi actus. Cice. 4. Aca. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt, aut Andromacham. Inflatus diuinus, pro afflatu, & inſpiratione apud Cic. 1. de Diui. Tum

aliquo inſtinctu, Inflatuq́ diuino futura renunciat.

INFLVO, is, xi, xum, {*Scorrere, inondare dentro*} (εἰσρέω) illabor, introfluo, Colum. lib. 1. Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit. Cice. 4. Tuſcu. Apud Hypanim fluuium, qui ab Europæ parte in Pontum in fluit. Influere in aures hominum, id eſt, ſenſim irrepere. Cic in Læl. Quibus blã ditiis C. Papyrius nuper influebat in aures.

INFODIO, di, ſum, {*Cauare, incauare*} (κατορύττω) humi defodio, terra obruo, Verg. 2 Georg. Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas, Quam lætum info dias uitis genus. Nonnunquam idem ualet quod ſimplex fodio Colum. lib. 4. Campeſtris locus altè duos pedes infodiendus eſt.

INFOELIX, cis, {*Infelice, miſero, sfortunato*} (δυστυχὴς) uel potius Infelix abſq́ diphthõgo omnis gene. idem quod infortunatus, miſer. Teren. in Eunuc. At ego infelix, neq́ ridiculus eſſe, neq́ plagas pati Poſſum. Infelix, & ærumno ſus, Cice. 7. Verr. Infelix, non fœcundus, inquit Seruius in illud Ver. 5. Eclo. In felix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Cic. pro Rab. Quæ tu homo lenis, ac popularis, libentiſſime commemoras: Caput obnubito, arbori infelici ſuſpen dito. Ver. 2. Geor. Salſa autẽ tellus, & quæ perhibetur amara Frugibus infelix.

INFOELICITAS, atis, uel potius Infelicitas, ſine diphthongo, {*Infelicità, diſgratia*} (δυστυχία) aduerſa, uel incommoda fortuna, calamitas, Terẽ. Ade. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis diſcernere. Cic. li. 2. de Finib. bon. & malor. Beate autem uiuere, alii in alio, uos in uoluptate ponitis, item omnẽ infelicitatem in dolore.

INFOELICITER, {*Infelicemente diſgratiatamente*} (δυστυχῶς) uel potius infeliciter, ſine diphthongo aduerbium, idem ſignificans quod infortunate, miſere, calamitoſe. Teren. in Eunu. Dum ſequor hanc, fit mihi obuiam P Incõ mode hercle. C. Imo enim uero infeliciter Liui li. 1. ab urb Id quanquam omnẽ ſum iam ea omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tẽtatam in armis uidebatur.

INFOELICITO, as, are, uel melius ſine diphthõgo infelicito, {*Fare infelice, fare miſero*} (δυστυχῆ ποιῶ) infelicem & miſerum facere. Plaut. in Caſ. Dii me & te infelicitent, ſi ego in os meum unã guttam indidi.

INFORMIS, me, {*Sformato, ſenza forma*} (ἄμορφος) ſine forma. Plin. lib. 7. cap. 15. Ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum, & aciem reſpuens. Informe cadauer, Verg 8. Aenei. Hyemes informes, Horat. 2. Car. Ode. 10.

INFORMO, as, re, {*Fare la prima bozza fare il primo ſchizzo*} (ὑποτυπόω, σχηματοποιεῖσθαι, περιγράφειν, μορφοῦν) eſt primam illam, & rudem operi alicui formam inducere. Verg. lib 8. His informatum manibus, iam parte polita, Fulmen erat. Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt in mores componere, (ἠθοποιεῖν) ſeu certam formam morum imprimere animo. Cice. pro Archia: Nam ut primum ex pueris exceſſit Archias, atq́ ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit. Animus bene a natura informatus, Cice. 1. Offic.

INFORMATIO, nis, {*Il primo ſchizzo*} (ὑποτύπωσις, περιγραφή) proprie dicitur prima illa & rudis forma, quæ ab artifice operi alicui inducitur. Per tranſlationẽ autem accipitur pro rudi quadam & imperfecta notione a natura primum animo impreſſa. Ci. 1. de Natu. Deo. Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat, ſine doctrina anticipationem quãdam Deorũ quam appellat πρόληψιν Epicurus, hoc eſt, anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quicquam, nec diſputari poſſit?

INFORO, as, pen cor. a foro compoſitum, {*Far fauola del foro, forare*} (εἰς ἀγορὰν διαβάλλεσθαι, κατὰ ἀγορὰν Herodiano) in foro traducere, fori fabulã facere: ſicut Incomitiare, per comitiũ diuulgare. Plaut. in Cur. Adoleſcens ob rem publicam, hoc intus mihi Quod inſigne habeo, quæſo ne me incomities. L. T. Licet ne inforare, ſi incomitiare non licet? C. Non inforabis me quidẽ: nec mihi placet tuum profecto nec forum, nec comitium. Aliquando componitur ex In, & Foro, as, (ἐντετραίνω) quod eſt intus foro. Plin. lib. 17. cap. 24. Tunc bant priſci truncum findere: mox inforare auſi medium: ipſiq́ medullæ calamũ imprimebant.

INFORTVNATVS, a, um, {*Infelice, miſero, sfortunato*} (δυστυχής) infelix, miſer, calamitoſus, ærumnoſus. Teren. in Eunu. O infortunatum ſenem. Cic. ad Atti. lib. 2. Nihil me infortunatius, & Catulo, tum ſplendore uitæ, tum hoc tempore.

INFORTVNIVM, ii. {*Infelicità, diſgratia, miſeria*} (δυσπραγία, δυστυχία) infelicitas, calamitas, ærumna. Teren. in Adel. Si attigiſſes, ferres infortunium. Infortunium habere, calamitoſum eſſe. Liui. 1. ab urb. Ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe.

INFORTVNITAS, atis, idem. Gell. lib. 6. cap. 1. Itidem ſunt bona, & mala felicitas & infortunitas, dolor & uoluptas.

INFRA, {*Di ſotto*} (ὑπὸ, ὑποκάτω) ab In, naſci uidetur, cuius ſignificatio nota eſt. Et ſine caſu quidẽ aduerbium eſt adiuncto uero caſu, præpoſitio: ut apud Teren. in Eunuc. Ego te eſſe infra omnes infimos puto homines. Facitq́ ex ſe Inferus, a, um, Inferior, Infimus, Infernus. Docet Laurẽ. Valla Infra, ad dignitatem, & locum referri: ut Infra dignitatem meam eſt, & Infra tectum. Intra, ad numerum, & ſpatium, (ἐντὸς) ut, Intra viginti dies, & Intra muros: non autem Infra. Sunt autem Infra, & Supra, inter ſe relatiua, ſicut Intra, & Extra, Super, & Subter.

INFRACTIO, onis, {*Rottura*} (κλάσις, θλάσις) uerbale ab Infringo, idẽ eſt quod fractio, uel ruptura: ut Infractio oſſis, uel cartilaginis, Infractio animi, id eſt puſillanimitas, uel demiſſio & torpor animi rebus aduerſis, uel deſperatione fracti, ἀθυμία. Cice. 3. Tuſcu. Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, in eundẽ cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demiſſionem.

INFRACTVS, a, um, {*Rotto, ſpezzato*} (κατεαγώς, κεχαυνωμένος) idem quod fractus: niſi ſiqua maior uis ex natura præpoſitionis accedat. Cic. 1. Acad Tu autem te negas infracto remo commoueri. Idem pro domo ſua, Itaq́ infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Sic Infractus animus dicitur, qui demiſſus eſt, & deiectus, & rerum aduerſarum fluctibus pessundatus. Cic. 1. Acad Nõ modo nõ infracto animo erat, uerum etiam confirmato & renouato. Res infracta, id eſt, perdita, afflicta, & deſperata. Cice. Attic. lib. 9. Tum poteramus deliberare, non ſcilicet iam integra re, ſed minus infracta, quam ſi una profecteris re Oratio infracta, i. humilis & demiſſa, qualis ſolet eſſe eorum, quibus parum proſpitia eſt fortuna. Liu. 8. bel. Maced. Oratio fuit ſummiſſa & infracta, extenuãtis opes ſuas, urbiumq́ ſuæ ditionis egeſtatem quærentis. Legitur aliquando Infractus, in contraria ſignificatione, pro non facto, ἄρρηκτος, ἀθραυστος. Pli. li. 8 cap. 50. Mares q̃ maxime ſimos, longis auriculis, infractisq́ armis q̃ uilloſiſſimos probant. Ad eundem etiam modum interpretatur Seruius illud Ver. 12. Aenei. Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos Defeciſſe uidet.

INFRÆNO, as, are, {*Frenare, mettere il freno*} (χαλινόω) proprie equis frena imponere. Liu. 7. bel. Maced. Pauci ſtabant impauidi equi, eos ipſos non ſternere, non infrænare, aut aſcendere facile poterant. Per tranſlationẽ accipitur pro cohibere, ſeu domare, detinere. Pli. lib. 9. ca. 31. Quod ubi uidere nautici, ſtatim plumbea anchoris nauigia infrænant. hoc eſt detinẽt, ſeu cohibent ne longius progredi poſſint.

INFRÆNATVS, a, um, {*Sfrenato*} (ἀχάλινος) nomẽ adiectiuum eſt idẽ ſignificans, quod non frænatus. Liui. 6. Bel. Maced. Non ſtratos, & infrænatos magna pars habebant equos.

INFRÆNVS, a, um, & Infrænis, ne, {*Senza freno, sfrenato*} (ἀχάλινος) ſine fræno, non frænatus. Verg. lib. 10. Illum infrænis equus lapſu tellure iacentem. Idem 4. Aenei. Hinc Numidæ infræni cingunt. Vbi Numidas infrænos uocat quod equis uterẽtur infrænatis, quos ſola regebant uirga. Infrænus curſus. Colu. lib. 10. Sed quid ego infræno uolitare per æthera curſu Paſſus equos?

INFRAGILIS, le, {*Fermo, ſaldo, non fragile*} (ἄρρηκτος) firmus & ualidus Ouid. 1. Triſt. Si uox infragilis, pectus mihi firmius eſſet. Animum infragilem tenere, Idem ad Liuiam.

INFREMO, is, re, {*Fremere*} (βρέμω, βρυχάομαι, φριμάττω) idem quod ſimplex fremo, hoc eſt, murmure & flatu indignationem oſtendo. Ver. 10 Aenei. de apro: Infremuitq́ ferox, & inhorruit armos. Accipitur aliquando pro perſtrepere, perſonare, & ſonitu horrorem incutere. Silius lib. 3 Nec bellum raptatam dirum mille carinis Aeneas infremuit, trepidumq́ exterruit orbem.

INFRENDEO, es, ere, infrendui, ὑποπρίειν τοὺς ὀδόντας, βρύχειν proprie ſignificat dentes iraſcendo quatere, & inuicem colliſere. Verg. 3. Aenei. Dentibus infrendens gemitu, graditurq́ per æquor Iam medium.

INFRENDES, (ἀνόδοντες) dicuntur pueri ſine dentibus, qui frendere non poſſunt.

INFREQVENS, tis, omnis, gen, {*Poco frequentato*} (μανὸς) parum frequẽtatus: ut Infrequens forum, in quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, paucorum Senatorum conuentus. Liu. 3. ab urb. Præterquam q̃ infrequẽs Senatus iudicio erat ſociis afflictam ciuitatem peſtilentia eſſe, mœſtum etiam reſponſum tulere. Infrequens in loco aliquo quis eſſe dicitur, qui raro eum frequentat. Cic. ad Quin. Fra. Et ſum equidem, ut ſcribis, & Romæ, & in prædiis infrequens.

INFREQVENTIA, tiæ, {*Rarità*} (μανότης) raritas, & paucitas. Cicero ad Quint. Frat. Summa infrequentia, cum uellet exire, a COSS retentus eſt. Li. 2. ab urb. Nec agri quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

INFRICO, as, ui, {*Fregare*} (ἐντρίβω) idem quod fricare, & fricando contundere, uel illinere etiam fricando. Colu. lib. 12. cap. 30. Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infricato, & oblinito.

INFRIGO, is, infrixi, frictum, {*Frigere inſieme*} ſimul frigo, in patella, aut alio quouis inſtrumento. Plin. lib. 20. cap. 12. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum.

INFRINGO, gis, {*Rompere grandemente*} κατεάγνυμι, ualde frango, Pli. lib. 22. cap. 6. Ne inſidens ales Infringat. Cæſ 3. bel. Ciuil. Vt primus excurſus, uiſq́ militum infringeretur, acieſq́ diſtenderetur, &c. Interdum eſt illudere, et infligere, ἐντρίβω. Terent. in Adelph. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Hinc fit infractus, quando idem ſignificat, quod fractus, uel ualde fractus. Vide ſupra.

INFRIO, as, (ἐντρίβω) rem friatam & comminutam rei alicui intero. Cato de Re ruſt. cap. 79. Eos melle ungito, papauer infriato. Colum. lib. 8 ca. 3. Atq́ ita paulum triti ſalis uulneribus infriatur.

INFRVCTVOSVS, a, um {*Infruttuoſo*} (ἄκαρπος) quod non fert fructũ. Colum. lib. 11. cap. 2. Poſt quem diem fera & infructuoſa fit huiuſmodi terræ cultura. Infructuoſæ preces, uanæ, fruſtra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat fructus aut utilitas prouenit. Pli. Epiſto. 176. Quod uel maxime dolorem meum exulcerat: obuerſantur oculis caſſi labores & infructuoſæ preces, & honor quem meruit.

INFRVNITVS, apud Senecam lib. 3. de Beneficiis, legitur pro ſtolido, & inſipiente. Vide Frunitus.

INFVCO, as, are, pen. pro. {*Imbellettare, coprire, diſſimulare*} (φυκόω) fuco tingo, & per tranſlationem tego, diſſimulo. Ci. 3. de Orato. In ſcriptis, & in dictis non aurium ſolum, ſed, animi iudicio etiam magis infucata uitia noſcuntur. Plau. in Mil. Nunc pol ego metuo nequid infucauerit. Si hic nõ uidebit mulierẽ, aperitur dolus. Vbi infucare aliquid, dicitur pro eo quod eſt, fallaciam aliquam tã latenter ſtruere, & quibuſdam quaſi coloribus ita diſſimulare, ut difficile deprehendatur.

INFVLA, læ, pe. cor. (ταινία) faſcia eſt in modum diadematis (ut inquit Seruius 10. Aenei.) a qua dependent uittæ ab utraq́ parte. Feſtus: Infulas, ſacerdotũ filamentum uocabant. Alii ſcribunt Infulas filamenta alba eſſe, quibus tẽpla ornabantur: & morem fuiſſe, ut nubentes priuſquam mariti domum ingrederentur infulis poſtes ornarent. Cic. 3. de Orato. Pamphilumq́ neſcio quem, ſinamus in infulis tantam rem, tanquam puerilis delicias depingere. Idem 6. Verr. Præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt. Hinc Infulatus, a, um quod eſt infula ornatum. Ver. 3. Geo. Lanea dum nitea circũdatur infula uitta.

INFVMIBVLVM, (αὐτοκάπνιον) ſpiraculum per quod fumus exit.

INFVMO, as, pen pro. {*Seccare al fumo*} (καπνίζω) ad fumum ſicco: ſicut inſolo, ad Solem ſicco. Vnde Carnes infumatæ, (κρέα κεκαπνισμένα) dicũtur, quæ fumo ſunt ſiccatæ. Plaut. Atq́ hillas infumatas, & ſumen Plin. lib. 28. cap. 9. Et infumata pilis oculorum medetur.

INFVNDO, is, ere, {*Infondere, gettar dentro*} (ἐγχέω, ἐγχύω) intro fundere. Ci. 12. Philip. Ac hic nuper ſororis filio infudit uenenum, non dedit. Infuſio, onis, infundendi actio. Pli. lib. 20. cap. 21. Vuluas & cibo & infuſione mollit in oleo. Infuſus, us, idem quod Infuſio. Plin. lib. 24. cap. 6. Sanatus aurium commendat infuſu, ſtrumas illitu.

INFVN-

INFVNDIBVLVM, li, {*Imbotatoio, piria*} (χώνη, ἐπίχυσις) inſtrumentum quo in uaſa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hęc opus ſunt, dolia olearia, & opercula, ſectarium olearium unum, labellum unum, infundibula duo. Col. lib. 24. ca. 15. Atque is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Ruſtici noſtrates Luram uocitant. Antiquiores autem os utris, Luram dicebant. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, qui à Græcis appellantur λαίμαργοι, & γαστρίμαργοι.

INFVRNIBVLVM, {*Pala da infarnare*} pala qua panes in furno diſponuntur. Pli. lib. 24. cap. 15. Radix eius ponitur in carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in ueteri tuſſi. Quo tamen in loco uetuſti codices teſte Hermolao habent, per infundibulum. Non malè tamen infurnibulum legi poſſe idem Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris ἀποπνιγμὸν uocant.

INFVSCO, as, are, {*Offuſcare*} (ὑπομελαίνω) fuſcum reddere. Pli. lib. 9. ca. 29. Infuſcata aqua abſconduntur, id eſt, obſcurata & turbida facta, uel turbata. Infuſcare uellera, Col. lib. 7. cap. 3. Infuſcari barbarie, tranſlatè pro inquinari. Cic. de Cla. Ora. Sed omnes tum ferè, qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

INFVSCVS, {*Fuſco*} (φαιὸς) idem quod fuſcus. Col. lib. 9. c. 10. Quidam etiã infuſci atq; hirſuti reperiuntur.

INGAVNI, Liguriæ populi fuerunt, qui Albingaunum oppidum in ora Liguſtica condiderunt.

INGÆVONES, latiſſimi Germaniæ populi, in Sicãbros, Teutones, & Cauchos diuiſi, teſte Pli. lib. 4. cap. 14.

INGEMINO, as, are, {*Raddoppiare*} (διπλασιάζω, διπλόω) idem quod geminare, aut frequenter gemino. Ver. 1. Geor. Tum liquidas corui preſſo ter gutture uoces, aut quater ingeminant. Ouid. 6. Faſt. Hoſtiles ingeminas ut opes. Ingeminare, neutrum. Verg. 1. Georg. Ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber. Vbi Seruius ingeminant, pro ingeminantur poſitum eſſe ait.

INGEMO, mis, ui, itum, ſecunda ſyllaba cor. {*Gemere*} (στένω, στενάζω, ἐπιστενάζω) uehementer gemo, & grauiter fero. Cic. 5. Phil. Vna illa in re ciuitas ſeruitutis oblita ingemuit. Habet aliquando poſt ſe accuſatiuum. Ver. in Daphnide: Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum. Hinc deducitur Ingemiſco, cis, eiuſdem ſignificationis Cic. in Epiſt. Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt uerberũ dolore laniati. Ingemiſcere malo alicuius, eſt mali alicuius gratia ingemiſcere. Idem 2. Tuſc. Quem uidit nemo uſſi ingemiſcentem malo.

INGENERO, as, {*Ingenerare*} (ἐγγεννάω, ἐμποιῶ) ingigno, gignẽdo infero. Cic. 1. Offi. Eademq; natura ui rationis hominem conciliat homini & ad orationis & uitæ ſocietatem: ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt.

INGENICVLARI, {*Inginocchiarſi*} γονυπετεῖν. ſignificat genu flectere.

INGENICVLVS, ſignum in cœlo, quod Græco uocabulo ἐγγόνασιν nominant. Firmicus lib. 6. Ingeniculus, qui & Engonaſis, in extremis partibus ortẽ. Hoc ſidere nati, erunt mendaces, fugaces, callidi. Hic eſt Hercules) ut Higinus docet) qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

INGENIVM, nij, {*Natura ingegno*} (φύσις) à gignendo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita. Ter. in And. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi. id eſt, cum hominibus eius naturæ. Eſt etiam ingenium, uis quædam naturalis nobis inſita, ſuis uiribus præualens ad inueniẽdum, quod ratione indicari poſſit: εὐφυΐα, ἀγχίνοια. Cic. lib. 5. de Fin. Prioris ingenij eſt docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine: eaſq; uirtutes qui habent, Ingenioſi uocantur. Vnde Præclara ingenia, & Obtuſa ingenia dicimus, id eſt, acuta & rudia.

INGENIOSVS, a, um, {*Ingegnoſo*} (εὐφυὴς, ὀξύς) qui naturalẽ uim ad aliquid agendum accommodatam habet. Cic. pro Cluen. Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Idem pro Quin. Rabirio: Quo quiſq; ingenioſior, & ſolertior, hoc docet iracundius, & laborioſius. Ingenioſè aduerbium, (εὐφυῶς) ſubtiliter, & cum ingenio. Cic. de Inuen. Nam ſatis in ea uidetur ex antiquis artibus ingenioſè, & diligenter electas res collocaſſe.

INGENS, tis, {*Grande*} (ὑπερφυὴς, ὑπερμεγέθης) magnus & immenſus. Plus enim eſt ingẽs, quam magnus. Ter. in Eun. Magnas uero agere gratias Thais mihi? Ingentes. Verg. 1. Geor. Populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Ingens animus, (μεγαλοψυχία) fortis, magnus, & conſtans. Pli. in Paneg. Si annus tertium conſulatum eundem in annum, in quem tuum, contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. Hora. lib. 2. Serm. Ingens, uirtus atq; animus. Verg. 3. Geor. Ingentes tollent animos.

INGENVATVS, (ἐλευθέριος) ingenuis moribus dotatus Plau. in Milite. Itidem Diuos diſpertiſſe uitam humanam æquum fuit: Qui lepidè ingenuatus eſſet, uitam longinquam darent.

INGENVVS, a, um, {*Libero, gentile*} (ἐλεύθερος, γνήσιος) qui in libertate natus eſt. cuius antitheton eſt Libertinus. Eſt enim Libertinus, (ἀπελεύθερος) qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt: aut certè qui liber quidem natus eſt, ſed ex parẽtibus libertis. Vnde interrogare hoc modo ſolemus, ingenuus'ne, an libertinus eſt? id eſt, liber natus, an ſeruitute liberatus, ſiue ex libertinorũ genere ortus? Ter. in Phor. Vt ne addam, quod ſine ſumptu, ingenuam, liberalem nactus es. Cic. 3. Verr. Ibi hominẽ ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenua facies quæ & liberalis dicitur, hoc eſt, elegans. Plau. in Pœn. Facies quidem pol ingenua eſt. Artes, ſiue diſciplinæ ingenuæ, id eſt, liberales, & ingenuis, hoc eſt, liberis dignæ. Cic. 2. de Fin. Sint iſta Græcorum, quanquam ab his philoſophiã, & omnes ingenuas diſciplinas habemus. Hinc Ingenuitas, (ἐλευθεριότης) liberalitas, nobilitas, honeſtas. Cice. 3. Verr. Veſtitus enim neminem commonebat is, quẽ illi mos, & ius ingenuitatis dabat. Præ ſe ferre probitatẽ quandã, et ingenuitatem, Cic. 1. Aca. Idem 3. Verr. Detrahes ornamenta non ſolum fortunę ſed etiam ingenuitatis. Ingenuè aduer. (ἐλευθερίως, ἁπλῶς) liberè, & ſimpliciter. Ingenuè loqui dicimus, cum quis ita loquitur, ut liberum hominem decet: hoc eſt, ut nihil timidè dicat, aut ſeruiliter. Sic Ingenuè fateri, eſt liberè, & audacter, ſimpliciterq; fateri. Cic. ad Metel. Quod me abs te cupiſſe laudari, apertè atque ingenuè confitebar. Ingenuè educari, hoc eſt, liberaliter, & quemadmodũ hominem liberum decet. Idem 3. de Fin. Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit, offenditur?

INGERO, ris, pen. corr. {*Portar dentro, por dentro*} (ἐμφορέω) infero, importo. Plau. in Pſeu. Tu qui urnam habes, aquam ingere: face, plenum ahenum ſit citò. Ingerere cibum, uel potionem ægroto, pro porrigere. Celſus. Conuicia ingerere alicui, Hora. 1. Serm. ſat. 5. Ligna ingererem foco, Tibul. lib. 2. Eleg. 1. Mala multa in aliquem ingere, Plau. Bacch. Oſculum ingerere, Suet. de Cla. Gra. Semen ſolo ingerere pro ſeminare, Col. lib. 2. cap. 11. Ingerere dicta in aliquem, pro maledicere, & conuiciari. Plau. in Aſin. Nunc uxorem me eſſe meminiſti tuam? Modo cum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram. Ingeſtum, pro eo quod uiolenter oblatum eſt. Tacitus lib. 1. Nomen patris patriæ, Tiberius à populo ſæpius ingeſtum repudiauit.

INGESTABILIS, le, {*Che non può portare*} (ἀβάσταστος) quod geſtari non poteſt. Plin. lib. 7. capi. 6. Ingeſtabile onus crurum, & inguinum ſcius tumor.

INGIGNO, is, ingenui, ingenitum, {*Ingenerare*} (ἐγγεννάω) inter gignendũ infero, ingenero. Cic. lib. 9. de Fin. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi, &c. Natali & ingenita ſterilitate laborantibus Col. lib. 3. cap. 7. Ingenita nobilitas, Ouidius ad Piſonem.

INGITAS, {*Pouertà*} (ἔνδεια) quaſi indigitas, id eſt, paupertas. Pla. 1 Pœn. Profectò ad ingitatem lenonem rediget, ſi eas adduxerit. Alij legunt, Inertas. Vide ſupra.

INGLOMERO, as, are, {*Acomulare, accumulare*} (συσσωρεύω) accumulare, coaceruare, et ueluti in globi formam inuoluere. Sta. 1. Thebaidos. Sed plurimus Auſter Inglomerat noctem, tenebroſa uolumina torquet.

INGLORIVS, ria, rium, {*Senza gloria, ignobile*} (ἄδοξος, ἀκλεής) qui nullam laudẽ, aut gloriam ſua uirtute, aut fortitudine conſecutus eſt, et ueluti ignobilis. Verg. 9. Aen. Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Ci. 1. de Leg. Propter quam honeſtatis, & gloriæ ſimilitudinem, beati, qui honorati ſunt, uidentur: miſeri autem, qui ſunt inglorij.

INGLVVIES, ingluuiei, {*Ingordigia*} (λαιμαργία, λαφυγμὸς, λαιμαργία) inſatiabilis uoracitas. Ter. in Eun. Quę cum amatore ſuo cum cœnant, liguriũt: Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam, &c. Accipitur etiam pro ſinu gutturis, in quem aues cibos recenter deuoratos demittunt. Col lib. 8. ca. 13. de gallinis loquẽs: Nam niſi uacua eſt ingluuies, cruditatem ſignificat. Apuleius pro curculione poſuit, cum ait: Reſtis ingluuiem aſtricta.

INGRANDESCO, cis, dui, {*Diuenir grande, aggrandirſi, farſi grande*} (μεγαλύνομαι) augeor, grandior fio. Col. lib. 11. cap. 3. At circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre. Idem lib. 2. cap. 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat, ante quam ſeratur fimo arido permiſceri debet.

INGRATIS, (ἀκοντί, ἀκουσίως) præter gratiam & meritum, & præter uoluntatem. Plau. in Amph. Ingratis excitauit. Ci. pro Quintio: Extorquendum eſt inuito atq; ingratis, quod non debet. Vide Gratis.

INGRATIIS, ablatiuus aduerbialiter poſitus, pro ingratis: ut, ingratijs tuis, id eſt, præter gratiam tuam uel meritum: quaſi dicas, non eſt, quod tibi agã gratias. Plau. Mercatore: Nimium multum ſcis: EVT. Tuis ingratijs. Idẽ in Caſ. Si tu nolis, filiusq; etiam tuus, Vobis inuitis, atque amborum ingratijs, Vna libella liber poſſum ego fieri.

INGRATVS, a, um, {*Ingrato, non grato, non ricordeuole de benefici*} (ἀηδής) iniucundus, non gratus, non acceptus. Pli. lib. 15. ca. 25. Minus quinquennium eſt, quod prodiere, quæ uocant laurea, non ingratæ amaritudinis. loci nõ ingrati, Ouid. 3. Faſtor. Onus ingratum, Catullus. Ingrata oratio, cui opponitur iucunda, Quin. lib. 8. cap. 3. Ingrati ſaporis caſeus, Col. lib. 7. ca. 8.

Ingratus item dicitur, (ἀχάριστος, ἀγνώμων) qui non meminit accepti beneficij, nec gratiam ullam habet. Tere. in And. Adeo'ne me ignauum putas, Adeo'ne porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cice. ad Att. Nihil cognoui ingratius, in quo uitio nihil mali non ineſt. Ingratus animus, Seneca Epiſt. 1. Nec mirum eſt, inter plurima maximaq; uitia nullum eſſe frequentius, quàm ingrati animi. Ingratus, inuitus, & coactus, inquit Donatus. Ter. in Eunu. Opus faciam, ut defatiger uſque, ingratus ut dormiam. Ingratè, aduerbiũ, ἀχαρίστως. Pli. lib. 27. cap. 2. Quod ſiquis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem lib. 18. cap. 3. Non ingratè nominando Marcum Varronem id eſt, libenter.

INGRAVO, ingrauas, pen. cor. {*Aggrauare far piu graue*} (ἐπιβαρύνω) exaggero, & grauius facio. Verg. 1. Aen. Ingrauat hæc ſæuus Drances.

INGRAVESCO, is. {*Diuenir piu graue, piu moleſto*} (ἐπιβαρύνομαι) grauior & moleſtior fio. Cic. de Senectu. Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. Idem ad Brutum: Ingraueſcit in dies malum. Ingraueſcentem morbum, præuidere, Ci. 2. de Diui. Ingraueſcens ætas, id eſt, ſenectus. Cic de Ami. Mutari etiã mores hominum ſæpe dicebat, alias aduerſis rebus, alias ætate ingraueſcente.

INGREDIOR, eris, {*Entrare*} (εἰσέρχομαι, ἐμβαίνω) introeo. Propert. li. 2. Nouus ingreditur tua templa ſacerdos. Accipitur aliquando pro ſimplici gradior, ſiue incedo. Verg. 1. Geor. Continuo pecoris generoſi pullus in Aruis Altius ingreditur.

INGRESSIO, onis, {*L'entrata*} (εἴσοδος) actus ipſe ingrediendi. Cicero. 5. Philip. Vt quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, & aggeribus: ita ab ingreſſione fori populum Tribunuſq; plebis propulſari uideres. Idem de Oratu. 1. Ac, uideo hanc primam ingreſſionem meam e media philoſophia repetitam.

INGRESSVS, us, {*L'andare*} (βαδισμὸς) inceſſus, ambulatio. Ci. 1. de Natu. deo. Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. Idem 1. de Ora. Oratoris ueſtigia, ingreſſumq; non uidi. Ingreſſus initium ἀρχή. Quin. lib. 9. ca. 4. Si pars poſterior in clauſula deprehendatur, rurſus prima in ingreſſu.

INGRVO, is, {*Aſſalire*} (ἐπιβάλλω) eſt confertim, & cum clamore impetũ facio, more gruum, qui non niſi magno agmine et uehementi clangore uolitãt. Plau. in Amph. Noſtri contra ingruunt, uicimus ui feroces. Col. lib. 2. Etiam ingruente hyeme frumẽta iacimus. Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempeſtate, de ruina, & huiuſmodi.

INIQVVS, a, um, ab In, & æquus, q, in i, productam conuerſa, {Iniquo}(ἀνώμαλος) idem eſt proprie, quod inæqualis, hoc eſt, non planus, Vnde Iniquus locus dicitur, qui æqualis non eſt. Liu. 2. ab urb. Cum Aequis poſt aliquanto pugnatum eſt, iniuſto quidem Conſule quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes.

Per tranſlationem uero dicitur de hominibus iniuſtis, & improbis, quiq; ab omnis æquitatis ſunt expertes, ἀπίστευτος, ἀγνώμων. Teren. in And. Sed comminiſcere ne cuiquere, Iniqui patris eſt. Idem in Hec. Quàm iniqui ſunt patres in omnis adoleſcentes iudices? Cic. 2. Tuſc. Quod hi ferunt iniquo animo, qui certos, &c.

Aliquando capitur pro magno ſeu Immenſo, ἄπειρος. Verg. 1. Geor. Iniquo pondere raſtri. Aliquando pro anguſto. Idem 4. Georg. Verum hæc ipſe equidem ſpatijs excluſus iniquis Prætereo.

INIQVITAS, atis, {Iniquità, ingiuſtitia}(ἀνωμαλότης, ἀδικία, πονηρία) iniuſtitia, malignitas, iniuria. Plin. lib. 12. cap. 19. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non ſatis conſtat. Iniquitas loci, inæqualitas. Liu. 7. ab Vrbe: Si ab eo conſilio iniquitate loci deterrerentur. Iniquitas temporis, difficultas, & anguſtia. Liu. 5. bel. Maced. Nam ſi quod aliquando ſeruierunt temporum iniquitate preſſi, &c.

INIQVE, aduerb. {Iniquamente} (ἀνωμάλως, ἀδίκως) iniuſtè. Cicer. ad Brut. Atque hoc ipſum, iniquies, inique facis, qui hoſtilis animi in Rempub. homines, ciues appelles.

INITIO, as, {Ordinare nelle coſe ſacre} μυῶ. ſacris imbuo. Cice. 1. de Nat. de. Vbi initiantur gentes orarum ultimæ. Plin. lib. 30. cap. 2. Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Vnde Initiatus, ſacris imbutus, μεμυημένος. Cic. 2. de Leg. etiam myſteria appellan Initia, quibus ex Agreſti uita exculti ad humanitatē ſumus, tanquam ea ſint uitę principia. Proprie tamen Initia dicebantur Cereris ſacra, quibus neminem intereſſe fas erat, niſi initiatum. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. ad Cui conſentaneū eſt, quod Initia uocantur potiſſimum, quæ Cereri fiunt ſacra. Liu. lib. 14. Decad. Acarnanes duo iuuenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi ſunt. Pueri quoq; Edulæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi Diuabus, initiabantur, teſte Varrone lib. 4. de Ling. Lat. cum à lacte & cunis, ad ſolidiores cibos & lectulos tranſibat. Alias Initiari, et inchoare & auſpicari κατάρχεσθαι. Firmicus: Ver initiatur, cum primam Arietis partem Sol fuerit ingreſſus.

INITIVM, tij, {Principio} ἀρχή. cœptum. Valla: Principium rei maioris, Initium uocatur: ut, Initium orationis. Quin. Quod Principium Latinę uel Exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci uidentur Procemium nominaſſe, quod à noſtris initium modo ſignificatur: illi ſatis clarè partem hanc eſſe ante ingreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſtendunt. Teren. in Hecy. Hic odor his rebus annulus initium fuit inueniendis. Initia item dicebantur Cereris ſacra, quæ & μυστήρια Græco nomine appellantur. Varro libr. 2. de Re ruſt. A ſuillo pecore immolandi initium primum ſumptum uidetur: Cuius ueſtigia, quod initijs Cereris porci immolantur, & quod initijs pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur. Alio nomine Initiationes nuncupantur, quæ (ut ait Tertul.) ſemper arcent profanos, & arbitris carent.

INITO, as, frequentatiuum ab Ineo, ἐμβατεύω. Diomed. Ab Ineo, is, Inito dicimus: Pacuuius. Loca arida initas.

INIVCVNDVS, a, um, {Ingiocondo, triſto, moleſto}(ἀηδής) inſuauis, triſtis, moleſtus. 1. de Finib. Minime nobis iniucundus labor. Iniucunde, aduer. Cic. ad At. lib. 1. Quæ res mihi aſperius à nobis atque noſtris, & iniucundius actæ uidebantur. Iniucunditas, atis. Cice. 2. de Nat. deo. Sed tamen prætereundum eſt nequid habeat iniucunditatis oratio.

INIVDICATVS, a, um, {Non giudicato}(ἄκριτος) non iudicatus. Gel. lib. 13. cap. 23. Decem hominibus uitam eripis, indicta cauſa, iniudicatis, indemnatis. Quint. lib. 12. cap. 1. Id quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.

INIVGES, hoſtiæ, (ἀζύγες, ἄζυγοι) uocabantur, quæ nunquam domitę, aut iugo ſubditæ fuerant. Feſtus & Macrob.

INIVNGO, is, {Imporre, commettere}(ἐπιτίθημι, προστάττω) impono, demando, præcipio: ut Iniungo tibi hoc onus, uel munus. Liu. 3. ab urbe: Comitiorū illi habendorum, quando minimus natu ſit, munus conſenſu iniungunt. Idem 6. bell. Pun. Verterunt orationem eo ut dicerent, priuatis id, ſeu æquum, ſeu iniquum onus iniungendum eſſe. Sic Cæſar 8. belli Gall. & 2. Bell. Ciuil. Proprie tamen Iniungere, eſt intus, uel ſupra iungere, ἐπιζευγνύω, ἐπιζεύγνυμι. Columel. libr. 1. Itaque pingui terra ſingulis brachijs herbis binis iniungere flagella. Iniungere detrimentum Reipublicæ, eſt inferre, aut addere: quod & Facere detrimentum dicitur. Brut. ad Cice. 11. Epiſt. Tamen ſi quo etiam caſu Iſaram ſe traiecerint, ne quid detrimenti Reipub. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Id eſt, ne damnum inferant Reipublicę. Iniungere iniuriam, Liu. 3. ab ur.

Iniungere ſeruitutem, in ſeruitutem redigere, Idem 5. ab urb. Iniungere tormentum, Plin. in Paneg.

INIVRATVS, a, um, {Che non ha giurato} (ἀνώμοτος) qui non iurauit. Plau. in Amph. Nam iniurato ſcio plus crederet mihi. Cice. pro Cecin. Cum ad iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo.

INIVRIA, æ, {Ingiuria} (ἀδικία, ὕβρις) ex eo dicta eſt, quod non iure fiat. Omne enim quod non iure fit, (inquit Vlpianus l. 1. Digeſt. de iniurijs, & famoſ. libell.) Iniuria dicitur, ſiue uerbis, ſiue re. Re, cum manus inferuntur: uerbis, cū fit conuicium. Specialiter uero, eodem Vlpiano teſte, Iniuria dicitur Contumelia, à contemnendo. Interdum etiam, eodem teſte, iniuriæ appellatione damnū culpa datum ſignificatur: interdum etiam Iniquitas, cum quis inique uel iniuſtè ſententiam dixerit. Tere. in Heaut. Nunc aliud ſpecta: matres omnes filijs in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe. Nonnunquam Iniuria, aduerbialiter ſumitur pro immeritò, ἀλόγως, ἀδίκως. Plaut. in Mil. Amant te omnes mulieres, neque iniuria, Qui ſis tam pulcher. Cic. in Cati. Ego tibi iniuria ſuſpectus ſum.

INIVRIOSVS, {Ingiurioſo. Pet. Diuenio ingiurioſo et importuno} (ὑβριστής) cum de perſona dicitur, eum ſignificat, qui iniuriam infert. Cic. 1. Offi. Primum in eo peccant, quod ſint iniurioſi in proximos. Quando uero de rebus dicitur, id ſignificat, quod iniuriæ plenum eſt, ὑβριστικός: ut, Iniurioſus actus. Plin. lib. 17. cap. Aut circunioſſior iniurioſo ictu uerberauit. Iniurioſa uita, plena ſceleribus, & iniquitatibus, quæq; alteri damnum infert & iniuriam. Cic. 1. de Fin. Quod ſi pœna, ſi metus ſupplicij, nō ipſa turpitudo deterret ab iniurioſa, facinoroſaq; uita, nemo eſt iniuſtus. Iniurioſe, aduerbium, Cic. pro lege Man. Maiores ueſtri ſæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. Colum. lib. 1. cap. 8. In cæteris prohibitis iniurioſe tractentur.

INIVRIVS, a, um, {Iniquo}(ἄδικος) quod eſt iniquum. Teren. in Hec. Iniurium autem, ulciſci aduerſarios? Vbi Donatus: Iniurium, iniquum: indignantis modo ſignificatio eſt, & uim aduerbij habet. Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Terent. in Heaut. Enimuero reticere, nequeo: multis modis iniurius Clitipho eſt.

INIVSSVS, a, um, {Non comandato}(οὐκ ἀρχεγγελτος) non iuſſus. Vergili. 6. Eclog. Non iniuſſa cano. Idem 1. Georg. Atque iniuſſa ireſcunt Gramina.

Iniuſſu, ſus, ſubſtantiuum, quod uix aliter, quàm in ablatiuo uſurpatur: ut, iniuſſu meo, id eſt, me non præcipiente. Tere. in Phorm. Ita'ne tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cice. ad Att. lib 4. Ne iniuſſu populi iudicarent.

INIVSTE, aduerbium, {Ingiuſtamente}(ἀδίκως) inique, iniurioſe. Plautus Pſeudol. Non ſoles reſpicere te, cum dicas iniuſte alteri. Cicer. pro Flacco: Facis iniuſte Lælis.

INIVSTVS, a, um, {Ingiuſto}(ἄδικος) non iuſtus. Cice. 2. de Orat. Me uero tam pertimeſcente, ut illam non Norbani ſeditionem ſed illam pop. Rom. iracundiam, neque eam iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderet.

INIVSTITIA, æ, {Ingiuſtitia}(ἀδικία) iniquitas. Terent. in Heaut. Eum ego eieci hunc miſerum iniuſtitia mea.

INNASCOR, eris, {Innaſcere}(ἐμφύομαι, ἐγγεννάομαι) naſcendo inſeror. Ci. lib. 1. Offic. Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia, et nimia cupiditas principatus innaſcitur. Ter. in And. Hoc cine credibile eſt, aut memorabile, Tanta uecordia innata cuiquam ut ſiet, &c.

INNATO, as, are, {Notare}(ἐννήχομαι) intus nato. Verg. 2. Georg. Nec non torrentem undam leuis innatat alnus.

INNAVIGABILIS, le, {Innauigabile}(ἄπλωτος) ubi quis nauigare non poſſit. Liu. lib. 5. ab urb. Inſignis annus hyeme gelida, ac niuoſa fuit, adeo ut uiæ clauſæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

INNECTO, is, ere, {Ligare, ingroppare}(ἐμπλέκειν) colligare, circumligare. Verg. 8. Aene. Tum lactea colla Auro innectuntur. Colum. libr. 11. cap. 1. Itaque mancipia uincta, quę ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atque explorare, ut ſint compedibus diligenter iuncta.

INNITOR, pen. prod. innitens, nixus, uel innixus, {Appoggiarſi attaccarſi} (ἐπερείδομαι, ἀπερείδομαι) inhæreo, incumbo. Conſtruitur autem cum datiuo uel ablatiuo Datiuo. Quin. lib 6. ca. 2. Omnia curæ tutelæq; unius innixa. Liu. 8. bel. Pun. Itaque ſteterunt ſcutis innixi. Verg. 4. Aene. Ter ſeſe attollens, cubitoq; innixa leuauit. Ablatiuo: Liu. 4. ab urb. Et ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit. Admittit & accuſatiuum, mediante præpoſitione In. Plin. lib. 7. cap. 53. Hora diei ſecunda, in P. Pariam fratrem innixus, obijt.

INNO, nas, {Natare}(ἐπινήχομαι, ἐπινεύω, ἐπιπλέω) per duplex nn, ex In et No, quaſi intus no. Cic. 2. de Na. de. Quot genera, quamq; diſperſa partim ſubmerſorum, partim fluitantium, et innantium beluarum. Liu. 1. B. Pun. Nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera poſſent, curātes. Verg. 3. Georg. Fluuios innare rapaces. Hora. 3 Carm. Ode. 17. Et innantem Maricę Littoribus tenuiſſe Lyrim. Hinc fit Innato, frequentatiuum: de quo paulò antè.

INNOCENS, tis, adiectiuum, {Innocente}(ἀθῷος) innoxius, crimine purus. Cice. 5. Tuſcu. Innocens dicitur non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Cic. pro Roſc. Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt.

INNOCENTIA, æ, {Innocentia}(ἀθῳότης) integritas, ſeu, ut Cic. 3. Tuſcu. ait, Affectio animi talis, quæ noceat nemini. Sallu. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntijs accepit: ſimul & de innocentia ſua certior Romę factus, diffidere, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt.

INNOCENTER, {Innocentemente}(ἀθῴως) innoxie, ſine noxa. Cicer. in Salluſtium: Antequam eos res ſuæ geſſit, & uita innocentiſſimè acta commendaret. Plin. lib. 18. cap. 31. Omnia, quæ ceduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decreſcente luna, quam creſcente, fiunt.

INNOCVVS, a, um, {Che non nuoce ad alcuno} (ἄκακος) actiue accipitur pro eo, qui non nocet. Pli. lib. 8. Eoſdem peſtiferos ferunt in Gręcia, innocuos eſſe in Sicilia. Paſſiue uero pro eo, cui non nocetur, ἀσινής. Ver. 10. Aen. Et ſedere carinæ Omnes innocuę. id eſt, ſine detrimento. Vbi Seruius oſtendit, illud intereſſe inter Innocuum & Innoxium, ut Innocuus dicatur, cui nocere nemo poſſit. Innoxius, qui non nouit nocere. Quam tamen differentiam irridet Valla lib. 6. putatq; in loco Vergilij iam citato naues non idcirco dictas eſſe innocuas, quod eis noceri non poſſet, ſed magis quod nemini nocuiſſent.

INNOTESCO, is, {Farſi noto}(γνωρίζομαι) notus fio, Lacta. libr. 1. Denique à doctis huius ſęculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolent. Plin. lib. 35. capi. 11. Cteſilochus Appellis diſcipulus petulanti pictura innotuit.

INNOXIVS, a, um, {Innocente, che non nuoce ad alcuno} (ἄκακος, ἀβλαβής) innocens, culpa carens, inculpatus, ſeu is qui nemini nocet. Salluſ. Ipſi innoxij, florentes, ſine metu ætatem agere. Serpens innoxius, Verg. 5. Aenei. Verba non innoxia, Idem 2. Georg. Innoxius paſſiue, cui noceri non poteſt. Colu. libr. 2. cap. 10. Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem libr. 5. cap. 9. Vt ſit innoxius ab iniuria pecorum.

INNVBILVS, a, um, {Chiaro ſereno, non nubiloſo}(αἴθριος) idem eſt quod clarum, & ſerenum, nubiloq; contrarium. Lucre. libro 3. Neque iniacet concreta pruina Cana cadens uiolat, ſemperq; innubilus æter Integit: & large diffuſo lumine ridet.

INNVBIS, & hoc innube. pe. pr. {Senza nuuoli}(ἀνέφελος) ſine nubibus: ut, Dies innubis, quo nullæ apparent nubes. Seneca Hercule: Nanque ut reluxit pellicis captæ decus, Et fulſit Iolæ, qualis innubis dies.

INNVBO, is, ere, {Andar à marito}(ἐγγαμεῖν) proprie eſt tranſire ad domum mariti. Accipitur tamen ſimpliciter pro tranſire. Lucil. lib. 6 Saty. Iouadere atq; innubere cenient. Feſtus. Vnde Innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ uiro generoſo nubūt, multisq; imaginibus claro. Huic opponitur Enubere quod eam reſpicit familiam, è qua mulier nuptui traditur. Vnde Enubere è patribus, dicitur mulier patritij ordinis, quæ uiro plebeio nubit.

I N N V B V S, pen.co. {*Che mai ſi è maritato*} (ἄγαμος) qui uxorem non duxit. Innuba, quæ nunquam nupſit. Sic laurus dicitur innuba apud Oui. lib. 10. Metam. propter Daphnen uirginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe transformatam. Oui. 14. Meta. Contempto munere Phœbi Innuba permaneo. Idem 10. Metam. Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.

I N N V M E R A B I L I S, le, {*Innumerabile*} (ἀναρίθμητος) quod numerari non poteſt. Cice. 5. Verr. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam. Innumerabilitas, atis, (ἀπειρία) infinitas. Cicer. 1. de Natu. deo. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, &c. Innumerabiliter, aduerbium, Lucr. lib. 5. Qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

I N N V M E R A L I S, le, {*Innumerabile*} (ἄπειρος, ἀναρίθμητος) idem quod innumerabilis: ſed eſt antiquum. Lucr. lib. 2. Cætera, quæ ſunt, Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali.

I N N V M E R V S, a, um, idem quod innumerabilis. Plinius libro 2. cap. 3. Innumeræ rerum effigies. Lucan. Adde, quod innumeræ concurrunt undique gentes.

I N N V M E R O S V S, a, um, idem cum ſuperioribus. Plin. lib. 10. cap. 65. Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, uel tantos & innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fœtus.

I N N V P T V S, a, um, {*Non maritato*} (ἄγαμος) non nuptus. Vergil. 2. Aeneid. Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt. Cicer. 2. de Orator. Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. id eſt, illicitis, & præter ius faſque contractis.

I N N V T R I O, is, ire, {*Nodrire*} (ἐντρέφω) idem quod in loco aliquo nutrire. Plin. in Epiſt. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pauor.

I N N V O, is, {*Accennare*} (ἐπινεύω) ſigno aliquo capitis uoluntatem oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negem. Cice. pro Muræ. Atque ille, ut ſemper fuit apertiſſimus non ſe purgauit, ſed indicauit, atque innuit. Ad Here. libro 4. Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imo innuiſſet modo, hoc facile perfici poſſet.

I N O, (Ἰνώ) nomen Cadmi & Hermionæ filiæ, uxorisque Athamantis Thebarum regis, & Liberi patris nutricis. Eadem Cice. teſte, eſt, quæ Leucothea (Λευκοθέα) id eſt, alba dea, à nobis uero Matuta, & Aurora dicitur. Vnde Ouidius in Faſto, Leucothee Graiis, Matuta uocabere noſtris. Fabulam Inus Ouid. libro 3. Metamorph. refert, quemadmodum Ino cum Melicerta filio propter timorem de ſcopulo ſe præcipitem miſit in mare, amboque facti ſunt dii marini. Illa Leucothea: Melicertes, Palæmon (qui & Portunus) uocati ſunt. De quibus Cypria. Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſt modum maris numina.

I N O B L I T V S, a, um, {*Che mai ſi dementica*} perpetuo memor. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 15. Semper inoblita repetam tua munera mente.

I N O B R V T V S, a, um, non obrutus. Ouid. 7. Metam. Deucalionea effugit inobrutus undas.

I N O B S C V R O, ras, are, {*Oſcurare*} (ἀμαυρόω, ἀποσκοτίζω) obſcurum reddere Cic. 9. Philip. Cuius ſi ſtatuam in roſtris decreto ueſtro ſtatueritis, nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio.

I N O B S E Q V E N S, tis, omnis generis, {*Inobediente*} (ἀπειθής) inobediens. Seneca in Hippol. Inobſequentes protinus frænis equi Rapuere currum.

I N O B S E R V A T V S, a, um, {*Non guardato, non cuſtodito*} (ἀπαρατήρητος) non obſeruatus. Martia. lib. 8. Luſerat hoc caſus, niſi inobſeruata maneret. Ouid. 4. Metamorph. At ille Vt puer, & uacuus & inobſeruatus in herbis, Huc it, & hinc illuc. Inobſeruata uarietas, Plin. lib. 28. cap. 5. Inobſeruabilis, le, quod obſeruari non poteſt. Plin. libr. 2. cap. 17. Cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus. Catul. Argon. Ne labyrintheis è flexibus egredientem Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

I N O C C I D V V S, a, um, non occiduus: ut, Viſus inoccidui, id eſt, oculi ſemper uigilantes. Statius 6. Theb. Spectat inoccidua ſtellatum uerſibus Argum.

I N O C C O, as, {*Coprire*} (ἐμβωλοκοπέω) cooperio, quod fit cum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas ſarculis, aut cratibus diſſoluimus, ut ſemen humo contegatur. Col. lib. 2. cap. 8. Nam ſemen, quod ſiccu ſolo ingeſtum, & iam inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum eſſet in horreo, non corrumpitur. Componitur autem ex In, & Occo, as, quod eſt comminuo. Sed de Occo alibi.

I N O C V L O, as, pe. cor. (ἐνοφθαλμίζω) oculum unius arboris alteri adhibeo, ſeu oculum in arbore aperio, Col. lib. 11. cap. 2. His quidem diebus arborea ſlorum inoculantur. Quod genus inſitionis, Emplaſtratio uocatur. Pli. li. 17. cap. 14. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio (ἐνοφθαλμισμός) antiqua.

I N O D O R V S, ra, rum, {*Senza odore*} (ἄοδμος, ἄοσμος) quod eſt ſine odore, Perſius Sat. 6. Vinæ Oſſa inodora dabit. Gel. lib. 7. cap. 6. Quædam animalia alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritaue. Alii legunt Inora.

I N O D O R O, as, are, odore inficere. Colu. lib. 11. cap. 3. Nam ſic ſata, & rurſus ſic recondita, exiſtimantur neque acerrimi ſaporis exiſtere, neque mandentium halitus inodorare.

I N O F F E N S V S, a, um, {*Non offeſo*} (ἀβλαβής, ἀπρόσκοπος) quod non offenditur: ut, Inoffenſa tempora, à ualetudine, hoc eſt, nullo morbo læſa & offenſa. Gell. lib. 2. cap. 1. Temperantia quoque eum fuiſſe tanta traditum eſt, ut omnia ferè uitæ ſuæ tempora ualetudine inoffenſa uixerit.

I N O F F I C I O S V S, a, um. {*Diſcorteſe*} (ἀκαθήκων) qui facit contra officium, uel qui nullum officium præſtat amico. Ci. ad At. li. 13. Aliter cum fuiſſemus & tu hos officioſi, & noſmetipſos. Inofficioſum teſtamentum, (ἀκαθήκουσα, διαθήκη) dicitur (ut ait Paulus Iuriſcon.) quod non ex officio pietatis paternæ confectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis. Cic. 3. Verr. Teſtamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficioſum, non inhumanum.

I N O L E S C O, cis, leui, lui, etum, & itũ, {*Creſcere, aggrandirſi*} (ἐμφύομαι) ſuper increſco. Verg. 2. Geor. Huc aliena ex arbore germen includunt, udoque docent inoleſcere libro. Inoleuit, active, Gell. lib. 12. cap. 5. Natura omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis inoleuitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus. id eſt, inoleſcit, inſeruit, confirmauit.

I N O M I N A T V S, a, um {*Infelice, ſfortunato*} (δυσώνυμος, δύσποτμος) male ominatus, infelix. Horat. Epod. 16. Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes, Inominata perprimat cubilia.

I N O P A C O, as, are, {*Oſcurare*} (ἐπισκιάζω) opacum reddere & obſcurum. Col. lib. 8. ca. 15. Media rurſus terrena pars eſſe debet, ut colocaſiis conſeratur, aliiſque familiaribus aquæ uiridibus, quæ inopacant auium receptacula.

I N O P I N A N S, {*Incauto, che non conſidera à quello che può accadere*} (ἀπροσδόκητος) nomen eſt adiectiuum, idem ſignificans quod Incautus, improuidus, cuique aliquid accidit præter opinionem. Cæſar 6. belli Gallici: Multos in agris inopinantes deprehẽdit. Inde Inopinanter, (ἀπροσδοκήτως) hoc eſt, ſubito, et præter expectationem, Sueto. in Tibe. Cæſ. cap 60 In paucis diebus, quam Capreas attigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti, grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodẽ piſce faciem iuſſit. Inopinatus, a, um, (ἀπροσδόκητος) improuiſum, quod præter ſpem & opinionem euenit. Cice. 3. Tuſc. Hæc enim ſibi tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum uideri. Repentina, & inopinata grauiora, Idem 3. Tuſcu. Inopinate, & inopinato, aduerbia (ἀπροσδοκήτως) idem quod præter ſpem. Liu. 4. bell. Maced. Quid ad id, quod futurum erat, ne inopinate accideret, præparatis ſuorum animis ſigna extemplo canunt. Idem 6 bell. Pun. Cum inopinato in caſtra Romana Numidæ, Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent. Inopinabilis, le, (ἀπροσδόκητος) quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum. Gell. lib. 17. cap. 12. Infames materias, ſiue quis mauult dicere inopinabiles. Inopinus, a, um, p. p. Idem quod inopinatus: ut, Inopina quies. Ver. 5. Aen. Vix primos inopina quies laxauerat artus. Gaudia inopina, Stat. 1. Sylu. Dolor inopinus, Stat. 1. Theb.

I N O P I O S V S, a, um, {*Senza aiuto*} (ἄπορος) ſine ope, Plaut. Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio, Dubias, egenas, inopioſas conſilii.

I N O P S, inopis, {*Pouero, ſenza aiuto*} (ἄπορος) pauper. Cicer. 2. Offi. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, &c. Aliquando dicitur ſine ope, ſine auxilio. Vnde Inopem animi, Inopem prudentiæ dicimus, id eſt, ſine ope animi, ſine ope prudentiæ. Iungitur enim cum genitiuis omnium rerum. Inops auxilii, Liu. 3. ab urbe. Inops conſilii. Idem 6. bell. Pun. Inops dicendi ſapientia, Cicer. 2. de Diuin. Inops remedii, Plin. libr. 16. cap. 1. Aliquando Inops dicitur inſepultus, ἄταφος. Verg. lib. 6. Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba. Ex iure enim Pontificio terra iniiciebatur & etiam cadaueri, & circa abſentium corpora quibuſdam ſolennibus ſacra addita. Inops igitur dicitur inſepultus, quaſi ſine terra, quæ Ops dicitur.

I N O P I A, æ, {*Pouertà, biſogno*} (ἀπορία) egeſtas, indigentia. Cic. de Ami. Hi uidem ſanè relinquunt, & minime generoſum, ut ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia nati uolunt.

I N O R D I N A T V S, a, um, {*Diſordinato*} (ἄτακτος) quod non eſt ordinatum. Cice. de Vniuerſ. Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Inordinati, & incompoſiti milites. Liu. 2. bel. Pun. Inordinatiſſime pili, Plin. lib. 22. cap. 22.

I N O R N A T V S, a, um, {*Diſordinato, rozzo*} (ἀκόσμητος, ἄκοσμος, ἀκαλλώπιστος) ornato contrarium. Cicer. in Orato. Dum intelligamus hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quod tenuis ſit, & inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens & ineptum. Inornata uerba, Horat. de arte. Inornati capilli, Ouid 5. Metam. Inornatè, aduerbium, ἀκόσμως. Ad Heren. libr. 4. Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando, & in ridiculo, aut in corpore, aut in extraneis rebus docere.

I N O R A, {*Senza bocca*} (ἄστομα) dicuntur animalia ſine ore, quales ſunt Aſtomi Indiæ populi, halitu uiuentes & odore: quorum meminit Plin. lib. 7. cap. 2.

I N O R A T V S, a, um, non oratus. Cicero pro Roſci. Ameri. Legati Amerinam re inorata reuertuntur. Loquitur de legatis ad Syllam miſſis, ab eo tamen non auditis.

I N P O S T E R V M, penu corre. {*Per l'auenire*} (τὸ λοιπὸν, τὸ ἐντεῦθεν, εἰς τὸ ἔπειτα) unde in dictione Poſtremo.

I N P R I M I S, pe. pro. {*In prima. Pet. Amor ch'in prima la mia lingua ſciolſe*} (ἐν τοῖς πρώτοις) duæ partes ſunt, poſitæ loco aduerbii ordinis, quæ idem ualent quod ante omnes, uel ante omnia, uel unum ex primis. Salluſt. Quæ quidem res in primis mihi uidetur cauſa fuiſſe facinoris maturandi.

I N Q V A M, {*Dico*} uerbum eſt defectiuum, idem ſignificans, quod dico, dicebam, uel dixi. Teren. in Andr. Matura. D A V. Iam, inquam, hic adero. Plaut. Capt. Quis agit hoc? quis profitetur? inquam: quaſi muti ſilent.

I N Q V A N T V M, {*In quanto*} aduerbium, id eſt, tantum quantum. Plinius in Epiſtol. Quæ, ut domus ipſa, perierunt, à me tamen inquantum potuerunt, requirentur.

I N Q V I E S, tis, gen. om. {*Inquieto*} (ἀκάματος, ἄπαυστος) pro Inquietus, ta, tum, quod eſt ſine quiete. Salluſt. lib. 1. Hiſtor. Humanum genus inquies, atque indomitum. Plin. in Præfatione Naturalis hiſtoriæ: Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum, & potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere. Apul. li. 1. Qua conſ̃tione et inquieti procacitate præditus aſinus. Inquies uero ſubſtantiuum fœm. gen. idem eſt quod inquietudo, ſolicitudo. Plin. lib. 13. cap. 22. Formales ſomni, & inquies nocturna.

I N Q V I E T O, as, {*Inquietare, turbare*} (ἐνοχλέω) turbo, quietem agere non permitto. Col. lib. 9 Ne incubantes natrices ab aliis auibus inquietentur.

I N Q V I E T V D O, inis, {*Inquietudine, perturbatione*} (ταραχή) turba, priuatio quietis. Sen de Benefi. lib. 2. cap. 8. Tametſi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.

I N Q V I L I N V S, ni, pe. pr. ex In & Colo, (ἔνοικος) qui in alieno priuato habitat: proprie tamen in conducto, ſiue in urbe, ſiue ruri, ut inquit Val. lib. 4. Sue. in Claud. Cæſ. Partem etiam cenſus omnes ordines conferre iuſſit. & inſuper inquilinos priuatarum ædium, atque inſularum, penſionem annuam repræſentare fiſco. Cic. 2. Philip. At uero te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia uocibus ebriorum. Inquilini etiam interdum dicuntur, qui in eiſdem habitant ædibus. Mar. lib. 1. Vicinus Nouio uel inquilinus Sit, ſi quis Nouium uidere non uult. Vide etiam in uerbo Incolo, is.

I N Q V I N O, as, pe. corr. {*Macchiare, imbrattare*} (κοινόω, μολύνω) maculo, de turpo. Hor. lib. 1. Ser. Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis Coruorum. Ci. 1. Tuſ. Quibus cæcati uelut domeſticis uitiis, atque flagitiis ſeſe inquinaſſent. Fit autem à Cunio, is, (ut inquit Feſtus) Cunire uero eſt ſtercus facere. Inquinatus, a, um, fœdatus, contaminatus, pollutus. Cic. de Aruſp. Reſ. Fœdior

dior atque inquinatior. Idem pro Flac. Nihil enim illo inquinatius. Sordidiſſima & inquinatiſſima ratio, Cic. 2. Offi. Inquinate, aduerbium, ſordide, turpiter. Cic. de Clar. Orat. Itaque diligenter loquendi laude caruit, neq; tamen eſt admodum inquinate locutus. Huius compoſitum eſt Conquino Col. lib. 8. Totam progeniem coinquinat: ſiquidem celeriter cum alia pecora, tum præcipue oues contagione uexantur.

INQVINAMENTVM, ti, {Sporcitia}(ῥυπασμα) ſordes & immunditia. Gel. li. 2. c. 6. Cuius ſignificationis multo aſſiduoq; uſu totum uerbum ita contaminatum eſt, ut iam Squallor de re nulla alia, quàm de inquinamentis ſolis dici cœperit.

INQVIO, is, {Dire} φημί. defectiuum eſt, ſignificans idem quod dico. Cic. lib. 2. de Ora. Aucupari uerba oportebit, inquio: ut ea quæ ſunt frigidiora, uitemus. Iuue. Sat. 3. Quãdo artibus, inquit, honeſtis. Nullus in urbe locus. Ci. in Ver. Vbi ſunt Pamphile (inquiunt) ſcyphi? Idem 2. de Ora. Tu uero, inquiſti, moleſtus non eris. Ter. in Heau. Eccum me, inque. Auctor ad Heren. lib. 4. Quid enim tibi uis, aliquis inquiat. Plau. in Aulu. Nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ Bene, feliciterq; uortat: ita Dij faxint, inquito. Hæc ſunt ferè, quæ in uſu ſunt huius uerbi Inquio.

INQVIRO, is, pen. cor. {Cercare, inueſtigare} ἐξετάζω, ἐπιζητέω, inueſtigo, quaſi intus quæro. Cic. 1. Offi. Peregrini autem atq; incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; eſſe in aliena Rep. curioſum. Inquirere pro eo quod uulgo dicunt, facere informationem. Cic. 6. Verr. Nimirum didici, etiam dum in iſtum inquiro, artificum nomina. Inquirere in patrimonium & uaſa, hoc eſt, patrimonij & uaſorum ualorem ſciſcitari. Sene. Epiſt. lib. 1. Sed nomina facturi diligenter in patrimonium et uaſa debitoris inquirimus. Sic etiam accipiendum eſt illud Ouidij: Filius ante diem patrios inquirit in annos. Inquiſitio, onis, inueſtigatio. Ci. 1. Offi. In primiſq; hominis eſt propria, ueri inquiſitio, atq; inueſtigatio. Inquiſitio, pro informatione, quã uocant. Ci. 4. Verr. Ecquẽ exiſtimatis unquam ulla in prouincia reum abſentem contra inquiſitionẽ accuſatoris, tantis opibus, tanta cupiditate eſſe defenſum? Inquiſitor, oris, qui inueſtigat. Pli. lib. 18. cap. 40. Scrutatur ueſtigia atq; perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorẽ loco retrahens. Inquiſitor qui inquirit, & ut uulgo loquũtur informat ſe de aliqua re. Pli. Epi. 9. Nor banũ Licinianum legatum & inquiſitorem reorum poſtulauit.

INSALVBRIS, bre, pe. p. {Non ſano}(νοσώδης) quod eſt ſaluber contrariũ. Pli. li. 18. cap. 5. Neque fœcundiſſimos locis inſalubrem agrum parandum.

INSALVTATVS, a, um, {Non ſalutato}(ἀπροσαγόρευτος) nõ ſalutatus. Vnde Inſalutato hoſpite diſcedere dicuntur, qui clanculum ſe ſubducunt: quod facere ſolent ij, qui facinoris alicuius ſibi conſcij, hoſpitis ſui conſpectum ſubterfugiunt.

INSANIO, is, iui, itum, {Impazzire} à Sanus compoſitum, pro eo quod eſt, furere, uel inſanum eſſe. μαίνομαι, παραφρονέω. Ter. in Adel. Minimè miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria. Quandoq; eſt carmen componere. Verg. 3. Eclog. Inſanire libet. Nam inſani, ἔνθεοι dicuntur, id eſt, Deo pleni, Seruius.

INSANITAS, atis, {Pazzia}(μανία, παραφροσύνη) idẽ quod inſania, Ci. 3. Tuſc. Inſipientia autem quaſi inſanitas, eademq; dementia.

INSANVS, pen. pro. {Pazzo}(παράφρων, μανιώδης) qui non eſt ſani conſilij, & qui non habet mentem integram Ter. in Eun. Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Vnde Inſania, æ, ſtultitia, demẽtia, μανία, παραφροσύνη. Tere. in Adelp. Pro Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam. Item Inſanus, magnus dicitur. Verg. 9. Eclog. Inſani feriant ſine litora fluctus. Inſanum ſtudium equorum, armorum, etc. (ὑπερμανία, ἀπλομανία) id eſt immodicum. Sunt qui exiſtiment inſanum aliquando accipi pro ualde ſano, ut in particula intendendi uim habeat, ſicut in dictione Inclytus, & Infractus: citantq; illud Perſii ex Saty. 3. Et inſano multũ laudanda magiſtro. Quo tamen in loco accipi congruè poteſt, pro nimis concitato ad curam diſcipuli, à quo ſubueretur reportare notam indiligentiæ. Nam ueteres præter nostram ſignificationem pervicaces & intractabiles appellabant Inſanos. Cõtentioſi quoq; qui nunquam ſuccumbebant, aliosq; improbabant, Inſani uocati ſunt. Inde Inſanè, (ἐπιμανῶς) aduerbium, uehementer, propterea quod inſani omnia uehementer faciunt, inquit Varro, neq; rei alicuius ſeruant modum.

INSANABILIS, {Che non ſi può ſanare}(ἀνίατος, ἀθεράπευτος) quod ſanari non poteſt. Ci. pro Seſt. Ego uero, ſi mihi uni pereundum fuiſſet ac non accipienda plaga mihi inſanabilis illa mortifera, quam Reip. impoſuiſſet.

INSATIABILIS, le, {Non ſatteuole, che non ſi può ſatiare}(ἀπλήρωτος) quod ſatiari non poteſt. Inſatiabilis cupiditas, Cic. 1. Tuſc. & 1. de Fin. Inſatiabilis uoluptas. Idem 4. de Fin. Inſatiabilis animus, Liu. 4. ab urb. Inſatiabiliter, aduerbium. Pli. in Epiſt. Quos ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua, tam inſatiabiliter deſidere, &c.

INSATIVVS, a, um, {Che non ſi ſemina}(αὐτοφυής) quod nõ ſeritur, quod ſponte prouenit. Pli. lib. 19. cap. 12. Hoc inſatiuum Rumex uocatur, naſciturq; fortiſſimum.

INSATVRABILIS, le, {Che non ſi può ſattare, inſatteuole}(ἀπλήρωτος) quod ſaturari non poteſt. Cic. pro Seſt. Libelli etiam pro uino ſæpe oppignerabantur: manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Inſaturabiliter aduerbium. Cic. 2. de Nat. deo. Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit ætas tẽporum ſpatia, annisq; prætermiſſis inſaturabiliter expletur.

INSCENDO, is, {Aſcendere}(ἐπιβαίνω) idem eſt quod aſcendo. Pla. in Amphi. Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis, Atq; hinc fugias. Gell. uſus eſt huius paſſiuo Inſcendor Ita enim ait li. 5. c. 2. de Bucephalo Alexandri equo: Haud unquam ſeſe ab alio inſcendi, niſi à rege, paſſus eſt.

INSCIENS, tis, adiectiuũ, {Ignorante}(ἀγνοῶν) ignarus, inquit Donatus. Plau. in Trin. Me abſente, atq; inſciente, inconſultu meo, Aedes uenales haſce inſcribit literis. Ter. in Heau. Si peccaui, mi Chreme, Inſciens feci. C. id equidẽ ego, etiam ſi tu neges, certo ſcio, Te inſcientem atq; imprudentem dicere, ac facere omnia.

INSCIENTIA, æ, {Ignoranza}(ἄγνοια) ignorantia. Cicer. 1. Acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem illam, quam dixi, collocabat.

Inſcienter, aduerbium, (ἀγνοοῦντως) per imprudentiam ſiue ignorãtiam. Ci. in Top. Partitione autem ſic utendum eſt, nullam ut partẽ relinquas: ut ſi partiri uelis tutelas, inſcienter facias, &c.

INSCITVS, a, um, {Inelegante, mal compoſto}(ἄμουσος) inelegans, & malè compoſitus. Plaut. in Menæc. Mulier hæc inſcita eſt, & ſtulta, quantum perſpexi modo. Inſcite, imperite, incompte, impolite, ineleganter. Plaut. in Trinu. Si quid ſcis me feciſſe inſcite aut improbe, ſi id me non accuſas, tute ipſe obiurgandus es, ſcio.

INSCITIA, æ, {Ignoranza}(ἀμαθία, ἀπειρία) ab Inſcitus, ta, tum, ignorantia, imprudentia. Terent. in Heaut. O' Iupiter, tantam inelle animo inſcitiam?

INSCIVS, {Che non ſa, imprudente}(ἀνεπιστήμων) neſcius imprudens, quaſi non ſciens. Cic. 4. Aca. Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtinguas artificem ab inſcio? Inſcia ac temeraria turba. Liu. 4. bell. Puni.

INSCRIBO, bis, pen. pro. {Sopra ſcriuere}(ἐπιγράφω) eſt rei alicui titulum, uel auctoris nomen addere. Cic. li. 1. Tuſc. Quid noſtri philoſophi, nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnẽda gloria, ſua nomina inſcribunt? Interdum dilacerare, ἐπιξαίνειν, ἐπιγράφειν. Plaut. Corpus tuum uirgis ulmeis inſcribam. i. inſigniã, uel ita dilacerabo, ut notæ inſcriptæ appareant. Hinc inſcriptio uerbale. (ἐπιγραφή, ἐπίγραμμα) modo titulus, modo nota. Plin. lib. 29 cap. 1. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio, Turba ſe medicorum periiſſe.

INSCRIPTVS, a, um, {Non ſcritto}(ἄγραφος) quandoque pro non ſcripto ſumitur, ut apud Varr. lib. 2. Itaq; greges, ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege cenſoria committat mulctam. Quint. lib. 3 cap. 8. Alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta.

INSCRIPTVM, ti, {Breue, bollettino} breue quoddam in chartula ſcriptum, cuiuſmodi ſolẽt dare Præfecti urbium ijs, qui merces exportant. Liu. Facit idẽ, quod illi, qui inſcriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. Inſcriptum, pro inſcriptione. Gell. lib. 20. cap. ult. Quædam alia inſcripta nimis lepida, multasq; prorſus concinnitates redolentia.

INSCVLPO, is, pſi, ptum, {Scolpire}(ἐγγλύφω) à Scalpo compoſitum eſt, teſte Diomede, non à Sculpo quod Latinum non eſt. Mutatur autem prima uocalis in ultimam, quemadmodum in compoſitis uerbi Calco, Inculco, Conculco, & Proculco. Vnde gemmam, Scalptam contendit dicendum, non ſculptam. Eſt autem Inſculpere, incidere aliquid in æs, in argento, in marmore, in gemma, & ſimili materia. Plin. in Epiſt. Inciſa & inſculpta publicis æternisq; monumẽtis. Per metaphoram dicimus aliquid inſculptum eſſe in animo, quod ita memoriæ animoq; noſtro impreſſum eſt, & infixum, ut facile excidere non poſſit. Cicero 2. de Natu. Deos. Omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum eſſe Deos.

INSECTA, (ἔντομα Ariſt.) animalcula ſunt, partim terreſtria, ut ſcolopendræ, ſtelliones: partim uolucria, ut apes, ueſpæ: partim cum utroque participantia, ut formicæ: partim pennis & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine uiſcuntur: dicta Inſecta ab inciſuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum ſint atque aliui. Hæc Albertus magnus appellat annulata. Vide plura de his apud Plinium libro 11. cap. 1.

INSECO, as, are, {Tagliare}(ἐντέμνω, ἐγχαράσσω) idem quod ſecare, ſiue intus ſecare. Liu. 8. bell. Macedo. Sed non tam patentibus plagis mouentur interdum inſecta cute, ubi latior, quàm altior plaga eſt, etiam glorioſum ſe pugnare putãt. Colum libro 4. cap. 15. Sequente deinde anno inſecatur ſuperior pars curuaturæ uſque ad medullam.

INSECABILIS, le, {Che non ſi può tagliare}(ἄτμητος) quod ſecari, ac diuidi non poteſt, quales ſunt atomi Quin. lib. 2. cap. 17. Ne hi quidem, qui ignẽ, aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora inſecabilia eſſe ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

INSEDATVS, a, um, {Non acquetato, commoſſo} non ſedatus, turbulentus, commotus. Cic. in Partit. Simulq; altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniurijs, et omne quod eſt eius generis graui, inſedatum, turbulentum.

Inſedabilis, le, quod ſedari non poteſt: unde aduerbium, Inſedabiliter. Lucre. libr. 6 Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans.

INSEMINO, as, are, {Seminare}(ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω) inſerere. Gel. libe. 19. cap. 5. Qui aquam niualem frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret, ſed hominibus potu nimiu inſalubrem eſſe. tabem & morbos ſenſim atq; in diẽ longam uiſceribus inſeminare.

INSENESCO, ſcis, ere, {Diuenir uecchio in qualche negotio}(ἐγγηράσκω) diutiſſimè immorari, quaſiq; in eo ætatem conſumere, & ſenem fieri Quin. lib. 10. cap. 3. Singulis actionum partibus inſeneſcere. Tacit. libr. 3. Cum pleriq; iiſdem negotiis inſeneſcerent.

INSENSIBILIS, le, {Inſenſibile}(ἀναίσθητος) quod ſub ſenſum cadere nõ poteſt. Gell libr. 17. cap. 10. Innumerabile eſſe ait, & propemodum inſenſibile.

Inſenſibilis, le, idem Luc. lib. 2. Neceſſe eſt Ea inſenſibilibus tamen omnia confiteare Principijs conſtare.

INSEPVLTVS, a, um, {Inſepulto, non ſepulto}(ἄταφος) non ſepultus. Cicer. 4. Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. Horat. Epod. 5. Poſt inſepulta membra differẽt lupi, Et Eſquilinæ alites.

INSEQVOR, pen. co. {Seguitare, ſeguir dentro, perſeguitare}(ἐπακολουθέω, ἐφέπομαι) ſequor, uel ſubſequor. Ver. 1. Aen. Inſequitur clamorq; uirum, ſtridorq; rudentum. Cice. de Clar. Orator. Hunc proximo ſeculo Themiſtocles eſt inſecutus. Item perſequi, & inſectari, διώκειν. Verg. 1. Aene. Nunc eadem fortuna uiros tot caſibus actos Inſequitur: quẽ das finem rex magne laborum? Inſequi clamore ac minis. Cic. pro Cluen. Ab Inſequor fit participium Inſequens. Cic. ad Auguſtum. Quę non inſequens hora antecedente calamitoſior pop. Roma illuxit? Inſequens officium, de quo mox dicturi aut deliberaturi ſumus. Plancus ad Senatum lib. 10. Epiſto. Ciceronis: Huic prius excuſandum me eſſe arbitror, q̃ de inſequente officio quicquam ulli pollicendum. Inſequenter, aduerbium, pro inconſequenter, ἀπαρακολούθως. Gell. lib. 10. ca. 20. Obſcurè & inſequẽter particula illa poſita.

INSECTOR, aris, frequentatiuum, {Perſeguitare}(διώκειν) ſæpe & multũ perſequi. Cic. pro Font. Inſector ultro, atq; inſto accuſatori iudices: inſector, inquam, ac flagito teſtes. Legitur etiam in actiua uoce Inſecto, ſed apud uetuſtiſſimos duntaxat. Plau. in Cap. Iam illi nos inſectabunt lapidibus, niſi illum ...

Comprehendi. Inſectari terram raſtris. Verg. 1. Geor. Aſſiduis terram inſectabere raſtris. Inſectatio, onis, Liu. 2. ab urb. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quod morando ſpem deſtituerit.

INSERO, is, pe. co. inſerui, inſertum, {*Inſerire, por dentro*} (ἐμβάλλω, ἐντίθημι, ἐμβάλλειν, ἐμπερονάω) ſignificat immitto, impono, immiſceo. Ter. in Heau. Vidin' ego te modo manum in ſinum huic meretrici Inſerere? Plin. lib. 10. cap. 57. Penna per tranſuerſas inſerta nares. Quando facit inſeui, inſitum, ſignificat idem quod inſemino. Colum lib 5. ca. 7. Arboribus rumpotinis, ſi frumentum non inſeritur, in utranque partem uiginti pedum ſpatia interueniunt, hoc eſt, ſi inter arbores frumentum non ſeminetur. Solent enim Itali inter arboreas illas quæ uitibus ueſtiuntur frumentum ſerere: qui mos etiam hodie manſit in Cāpania, & in agro Mediolanenſi. De arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco, ſurculus foecundæ arboris inſeritur (ἐμφυτεύεται) in ſterili: ſiue cum oculus unius arboris alteri adhibetur, quod quidam Inoculationem uocant: uel quādo arbor ſeritur, aut plantatur. Ver. 1. Eclog. Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites. Colu. de Arboribus cap. 8. Vitem, quam inſiturus es, reſecato, & plagam leuato, atq; ita ſindito, & paratus ſurculo in ſiſſura dimittito eatenus, qua adraſi ſunt. Per tranſlationem. Lact. lib. 5. Odium & inuidiam & dolum hominibus inſeuit, ut tam eſſent, quam ſerpentes, uenenati, tam rapaces, quàm lupi. Diome. Inſeror, inſertus et inſitus ſacit. Et tradunt quidam Inſitus arborum eſſe, Inſertus, hominis uel alicuius rei. Seruius: Inſitas arbores dicimus: inſertas uero cauſas aut fabulas. Pli. lib. 10. Penna per tranſuerſas inſerta nares. Inſitum, inſiti, pe. c. nomen, eſt ipſe ſurculus ex una arbore reciſus & in aliam implantatus. Col. de Arbo cap. 26. Terram circa arborem aggerato uſque ad ipſum inſitum.

Inſitus, pen. corr. participium, (ἔμφυτος) innatus, ingenitus Cic. 6. Ver. Hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tā perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum, atq; innatum eſſe uideatur. Inſitus urbi ciuis. Salluſt in Cicer. Inſitus genti mos per latrocinia militiam exercere. Intus, us. pe. cor nomen, idē quod inſitio Plin. lib. 16. cap 3 Et hactenus publica ſunt genera, cætera regionum locorumq; aut ex his inter ſe inſitu mixta. Inſitio, inſitionis, (ἐμφυτεία) inſerendi actus. Ouid. 1. de Rem. amo. Venerit inſitio, fac ramum ramus adoptet. Inſitor, oris, qui inſerit. Plin. libr. 18. cap. 23. Hunc caueat inſitor calamis, gemmisq; inoculator. Inſititius, & Inſitiuus. uide infra ſuo ordine.

INSERPO, is, ere. (ἐφέρπω) idem quod ſerpere, & obrepere. Sta. 1. Theb Iam ſomnus auaris Inſerpit curis.

INSERTO, tas, {*Accommodare*} (παρεντίθεμαι) frequentatiuum à ſupino Inſertum formatum. Verg. 2. Aene. Hic ferro accingor rurſus, clypeoq; ſiniſtram Inſertabam aptans, meq; extra tecta ferebam. Dextras inſertare catenis, Stat. 12. Thebaid.

INSERVIO, is, {*Seruire*} (δουλεύω, θεραπεύω) obſequor alicui, & ſeruientis officium præſto. Cic. 1. Offi. A' quo plurimum ſperat etiamſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſeruit. Antiqui etiam accuſatiuo iungebāt. Plau in Muſtel. Non mea tecum eſt, unum inſeruire amantem. Inſeruire ſuis commodis, eſt utilitati ſuæ conſulere. Cice. 2. de Finib Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus & magnam indolem. quos ſuis commodis inſeruituros, & quicquid ipſis expediat, facturos arbitramur.

INSIBILO, as, are {*Sibbiare*} (ἐμφυσάω) idem quod ſibilare, uel ſpirare. Oui. 15. Metam. Qualia ſuccinctis ubi trux, inſibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. Membra inſibilat ignis, Silius libr. 12.

INSICCATVS, a, um, {*Non ſeccata*} non ſiccatus. Sta. 3. Theb. Vulneraq; iſta ferens putri inſiccata cruore, Protinus in p[illegible].

INSIDEO, es, pe cor. {*Sedere ſopra qualche coſa Pet Seder la donna noſtra ſopra l'herba*} (ἐπικάθημαι) in re aliqua, ſiue ſuper rem ſedeo. Liu 7. ab urb. E quo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem ſe in ſpecum immiſiſſe. Aliquando pro inhæreo, ἐμφύομαι. Cice. lib. 9 Tuſcu. Cum autem hic feruor concitatioq; animi inueterauerit & tanquam uenis medulliſq; inſederit. Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum prætereuntes, ἐνεδρεύω: ut Inſidere arcem militibus. Liu. 6. bel Pun. Quingentis militibus arcem inſedit. Inſidere itinera. Liu. 5. bel Pun Quā fugam inclinaturam credebat, omnia itinera, inſidere iubet. Vnde Inſidiæ, ἐνέδρα, & Inſidior, aris, ἐνεδρεύω: de quibus mox dicemus. Aliquando obſidere, (περικαθίζω) et modo cum accuſatiuo conſtituitur. Liu. 2. de bell. Pun. Mago locum monſtrabit, quem inſideatis. Modo datiuo. Verg lib. 11. Arripuitq; locum, & ſyluis inſedit iniquis. Liu. lib 9. Inſeſſis omnibus uiis, per quas commeatus ex Samiu ſubuehebatur. Inſideri paſſiue. Liui. 5. bell. Pun Vixq; omnes hoſtium præſidijs inſiderentur.

INSIDIÆ. arum, {*Inſidie, aguati*} (ἐνέδρα, ἐπιβουλή) doloſa expectatio ad aliquem aggrediendū ab inſidendis locis, quæ ad inſidias deligimus. Solent. n. qui hoſtibus inſidiantur ea loca inſidere, qua illos iter facturos putant, ut incautos opprimant Cæſ 2. bell. Gall. Inſidias ueritus. Ci. pro Cn. Plan. Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.

INSIDIOR. aris, {*Inſidiare, far aguati*} (ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω) inſidias tendo. Ouid 13. Meta. Hoſtibus inſidior, foſſas munimine cingo. Inſidiator, oris, (ἐπίβουλος) qui tendit inſidias. Cice. pro Mil. Inſidiatori uero, & latroni, quæ poteſt afferri iniuſta nex?

INSIDIOSVS, {*Pien d'inganni*} (ἐπίβουλος, ἐπιβουλευτικός) qui ſæpe inſidiatur, plenus inſidijs, fallax, Ci. 4. Ver. Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquam? Inſidioſus latro, Mart. lib. 14. Plin. lib. 19. ca. 1. In qua cōditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciunt. A' quo Inſidioſe, quod eſt, cum inſidijs, μετ' ἐπιβουλῆς. Cice. lib 3. Offi. Ratio ergo poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter.

INSIDO, is, pe. pr inſedi, inſeſſum {*Sedere*} (ἐφιζάνω, ἐπιβάλλω) ſignificat ad ſedendum deſcendo, uel clam & ſenſim delabor. Verg. 5. Aene. Ac ueluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt uarijs, & candida circum Lilia funduntur. Quin. lib. 10. cap. 7. Moras, & ſeceſſum, & ſilentium quæreret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ inſidant. Stat. paſſiuum protulit 2. Theb. Feſſis inſiditur aſtris.

INSIGNIA, inſignium, {*Inſegne, arme. Pet. O ſola inſegna al gemino ualore*} (παράσημα) dicuntur, ea, quæ in ueſtibus, uexillis, & huiuſmodi inſignita ſunt: aut ipſæ ueſtes, uexilla, et alia, quæ fiunt, aut feruntur ita ab alijs diſcreta ut noſci poſſint, cuius ſint, et ad quos pertineāt: ut ueſtes militares, et inſignia militaria, regalia, conſularia'ue, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex et Conſul à uiro priuato cognoſci debet. Verg. lib. 2. Danaumq; inſignia nobis Aptemus clypeos. Sallu. Cum faſcibus, atq; alijs imperij inſignibus ad Manlium in caſtra tendit. Mos enim fuit antiquorum, ut benemerentes inſignia tribuerent magiſtratuum. Vnde ſcribit Tacitus decreta fuiſſe Narciſſo Quæſtoria inſignia à Claudio Cæſare. Ab eodem inſignia Præturæ Criſpino decreta fuerunt. Et nō ſolū ſigna & ornamenta ob uirtutem adepta, ſed etiam Inſignia laudis & inſignia gloriæ dicimus. ut Cic. App. Inſignia enim uirtutis, multi etiam ſine uirtute aſſecuti ſunt. Dicimus etiam in numero ſingulari, Inſigne, is. Ouid. 1. de Arte: Eſte procul uittæ tenues, inſigne pudoris. Sic etiam dicimus Inſigne regni, pro diademate, quo reges utuntur. Cic. 3. Philip. Eſſet enim ille ſeruiendum ſi Cæſar ab ipſo regni inſigne accipere uoluiſſet.

INSIGNIO, is, iui, itum, {*Ricamare, ornare*} (ἐπισημαίνω, ἐπισφραγίζω) ſignis noto, ſeu diſtinguo: ut apud Clau. lib. 1. Hic elementorum ſeriem, ſedeſq; paternas Inſignibat acu. lib. 4. ad Heren. Siquam rem deformabimus turpē aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis inſignita ſit forma. Ver. 7. Aen. At leuem clypeum ſublatis cornibus Io Auro Inſignibat. Inſignire annum cladibus, Tacitus. pro inſignem facere.

INSIGNIS, & hoc inſigne, {*Nobile, manifeſto, chiaro*} (ἐπίσημος) eximius, nobilis: & proprie is, in quo aliena ſunt ſigna, quibus ab alijs diſcernitur, Verg. lib. 3. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo. hoc eſt, inſignitus, quiq; maculis ab alijs diſtinguitur. Liu. 1. ab urb. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignemq; eum ueſte, & curuli regia ſella adornauit. Inſigne itaq; generaliter dicitur quicquid ſigno aliquo, uel nota inter alia eminet. Vnde qui nobilitate, aut uirtute aliqua, aut etiam uitio inter alios eminēt, Inſignes dicuntur. Verg. 1. Aen. Inſignem pietate uirum. Sic etiam Inſignes latrones dicimus, qui maiore audacia graſſantur, et ſuis facinoribus omnibus innotuerit. Item inſignia etiam facinora dicimus, quæ uulgaria non ſunt, ſed rara: nihilq; habent mediocre, ſed aut inſigniter bona, aut mala. Inſignis homo omnibus notis turpitudinis, Cic. pro Rab. Ter. in Eun. Iandiu aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem aliquid inſigne faceret. Dona. Inſigne aliquid, magnum, & nobile facinus. Sic etiam Inſignia ſcelera, à Tacito dicuntur. Omne. n. quod excellit, ſiue illud ſit uitium, ſeu uirtus, Inſigne dicitur. Vnde etiam quandoq; ſimpliciter pro magno ſumitur. Lucil. Cocus non curat caudam inſignem eſſe, modo pinguis ſiet. Ab Inſignis ſit Inſignitas, (ἐπιφάνεια) pro claritate, & nobilitate, et Inſigniter aduerbium. (ἐπισήμως) egregie: eximie: de quo paulo poſt in dictione Inſignite.

INSIGNITVS. pen. pro partic. aut nomen ex participio, {*Ornato*} (ἐπίσημος) idem quod inſignis. Cic. 1. de Diui. Quod plenus aer ſit immortalium animorum in quibus tanquam inſignitæ notæ ueritatis appareant. Tacit. l. 4. His partæ uictoriæ ſpes eſſe cædant, inſignitius flagitium.

INSIGNITE', pen. prod. {*Illuſtremente, manifeſtamente*} (περισσῶς) inſigniter eximie. Cic. pro Quin. Neq; tamen quiſquam inuentus eſt tam inſignite improbus. Inſigniter, (περισσῶς, ἐπισήμως) aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis. Cic. in Part Parentibus amicis, hoſpitibus præcipue atq; inſigniter diligendis.

INSILE. inſilis, pen. corr. eſt ſuſpendiculum, uel perpendiculum, quod telam demiſſam examinat: ita dictum, ut credit interpres Lucretij, eo quod applauſu pectine tela reſultet & ſubſiliat. Lucr. lib. 5. Textile poſt ferrum eſt, quia ferro tela paratur: Nec ratione alia poſſunt tam leuia gigni Inſilia, ac fuſi, radij, ſcapiq; ſonantes. Alij uolunt Inſilia eſſe duo inſtrumenta lignea, pedibus textorum ſuppoſita, quibus alternis reſurgentibus, & depreſſis, telæ, aperiuntur, & contrahuntur.

INSILIO, is, p. c. inſilui, inſiliui inſilij, inſultū, {*Aſſaltare, ſaltare in qualche coſa*} (ἐφάλλομαι, ἐπιπηδάω) ſaltu ingredior, uel ſuper aliquid ſaltu ſignificat. Sta. lib. 9. Thebaid Inſiluere uadis, magnoq; fragore ſolutus Agger. Luc. lib. 3. Inſilit ſolo nocturus pondere puppi. Inſilire in equum. Liu 6. ab urb. Plau. in Rud. E' naui timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus, &c. Pli. lib. 8. cap. 16. Deſequitur, inſilit ſaltu quo in fuga non utitur.

INSIMVL, {*Inſieme*} (ἅμα) ex In & ſimul ſignificat una. Sta. 1. Syl. Et gentes alis inſimul togatas.

INSIMVLO, as, pen. cor. {*Accuſare, incolpare*} accuſo, crimē ingero. προσάλλομαι, αἰτιάομαι, διώκω, κρίνω. Cic. Trebat. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem accipis. Iungitur etiam quandoq; genitiuo. Ter. in Phor Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies. Vnde Inſimulatio, (δίωξις) quæ ut inquit Donatus) eſt falſi uel ueri criminis inculatio. Cic. pro Fonteio: In falſam atq; iniquam probrorum inſimulationem uocabatur. Accipitur etiam inſimulo pro ſuo ſimplici Simulo, προσποιοῦμαι. Cic. lib. 1. Offi. Solus neglexit fidem, furere inſimulauit, ne quo iret.

INSINVATVS, {*Rituolto, torto*} (συμπεπλεγμένος) inflexus, complicatus, compreſſus. Apul. lib. 9. Siccine uacuus & otioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi? Tali enim habitu manus otioſorum complicantur. Liuius pro eodem dixit, Compreſſis manibus: cuius hæc ſunt uerba ex lib. 7. Quid aliud cauſæ eſſe credamus, cur ueteranus dux fortiſſimus bello compreſſis. quod aiunt, manibus ſedeat?

INSINVO, as, {*Dimoſtrare*} (ὑποδύομαι, εἰσπολιτεύω, εἰσκωμάζω, ἐγκολπίζω, παραδύομαι) in notitiam alicuius adduco Suet. de Cla Gram. Quare cum manumiſſus Auguſto inſinuatus eſt, quod eleganter curam ordinandarū bibliothecarum in Octauiæ porticu ſuſcepit hoc eſt, in notitiam Auguſti peruenit. Cic. de Ami. Callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſe cauendū eſt. Plau. in Mil. Interim uenit huc miles: forte Athenas aduenit: Inſinuat ſeſe ad illā amicā heri mei. Dicitur autem Inſinuo, quaſi in ſinum uel pectus immitto. Apud Verg. lib. 2. Aen. legitur inſinuat pro paſſiuo Inſinuatur. Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor. Vbi Seru. Inſinuat in uit. pro Inſinuatur. Inſinuatio, onis. Ci. 1. de Inuen. Inſinuatio eſt oratio quadam diſſimulatione & circuitione obſcure ſubiens auditoris animum. Vide Quint. lib. 4.

INSIPIDVS, a, um, {*Che ha cattiuo ſapore*} (ἄχυμος) quod iniucundum habet ſaporem, aut quod fatuum eſt: & ſaporis omnis expers. ἄχυμος Per trāſlationē accipitur pro ſtulto & inſipienti. ἀφρων. Gell. li. 6. ca. 5. Nihil eſt prætereſim in-

ſus inquit, inſipidus, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi nõ eſſent itidem mala.

INSIPIENS, tis, (*Pazzo, ſcioccο*) (ἀφρόνησ, ἄφρων, μωρός) non ſapiens, qui non cogitat quæ agenda ſunt. Ci. 2. de Fin. Turpe eſt ſapientem ex inſipientũ ſermone pendere. Inſipientia, inſipientiæ, (ἀφροσύνη) imprudentia, dementia. Plau. in Amph. Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt. Inſipienter aduer. (ἀφρόνως) imprudenter. Plau. in Truc. Per tua obſecro genua Vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras, mihi ignoſcas.

INSIPO, as, are, uerbum eſt antiquum & obſoletum, quod Feſtus interpretaẽ inĳcere. Cato de Re ruſt. cap. 85. Omnia bene permiſceo, & in ollam nouam inſipato.

INSISTO, ſtis, (*Afermarſi, ſtar fermo*) ἐφίσταμαι, ἐφίσταμαι. ἐνίσχομαι. ſignificat in re aliqua conſiſto. Cæſ. 2. Bel. Gall. At hoſtes etiam in extrema ſpe ſalutis tantam uirtutem præſtiterunt, ut cum primi eorum cecidiſſent, proximi iacentibus inſiſterent. hoc eſt, ſuper mortua cadauera ſtarent, & pugnarent. Inſiſtere ueſtigia, pro firmare. Verg. li. 11. Vtq; pedum primis infans ueſtigia plantis Inſtiterat, iaculo palmas armauit acuto. Item inſiſtere, pro operam dare ἐπιβάλλομαι, ἐνίσταμαι. Item ſolicitare, urgere. ἐγκεῖμαι Plin. Frequentiusq;, ut id ageret, inſiſtebat. Auctor ad Herennium in hac ſignificatione cum datiuo cõſtituit: Nunc identidem noſmet ipſi uobis inſiſtemus: res enim communis agitur. id eſt, urm faciemus. Item pro reſiſtere, immorari, & quaſi ſiſtere gradũ. cuius contrarium Progredi. Cic. in Ora. Sæpe accidit, ut aut citius inſiſtendũ ſit, aut longius procedendum. Inſiſtere haſtæ, hoc eſt inniti. Pli. de Viris illu. Aduocato Marco Liuio Pontifice, haſtæ inſiſtens, & ſolennia uerba reſpondens, ſe & hoſtes dĳs manibus deuouit. Inſiſtere ueſtigĳs alienis, hoc eſt, inhærere, & ſequi aliena ueſtigia, Pli. lib. 6. ca. 17.

INSITIO, (*Inneſtamento*) (ἐγκεντρισις) ipſe inſerendi actus: cum ſ. fructiferarũ arborum ſurculi, fiſſis infructiferarum truncis inſeruntur. Col. lib. 5. capi. 11. Tria porro inſitionum genera antiqui tradiderunt. Ouid. 1. de Rem. amo. Venerit inſitio, fac ramum ramus adoptet.

INSITITIVM, (*Inneſtato*) (ἐγκεντριζόμενον) dicitur illud quod inſitum eſt: ut Surculus inſititius. Per metaphoram accipitur pro omni eo quod propriũ aut naturale non eſt, ſed aliunde aſcitum. Pli. in Epiſt. Quid multa? inuideo Græcis quod illorum lingua ſcribere maluiſti. Neque enim cõiectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cum hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

INSITIVM, (ἐνθετον) ab inſectione dictum pulmenti genus, ex inſectis & minutatim tritis carnibus confectum. Apud Apitiũ ſæpe fit mentio de inſitĳs.

INSITVM, ti, (*Inneſtato*) (κλάδος, φρύγανον) ſurculus iam inſitus. Col. lib. 4. cap. 29. Tum quod ex inſito profundit, ſubligandum, ne uento ſurculus motus labefactetur.

INSITIVVS, a, um, idem quod inſititius, quod. ſ. naturale non eſt, ſed aliunde adſcitum Gel. Corpusq; & animum benignè ingenitis primordĳs inchoatum, inſitiuo degenerīq; alimento lactis alieni corrumpere.

INSOCIABILIS, le, (*Che non ſi può accompagnare*) quod coniungi nõ poteſt. Pli. lib. 16. cap. 43. In omni genere & glutinum abdicant, quædam & inter ſe, & cum alĳs inſociabili glutino, ſicut robur. Sed nec ferè cohærent, niſi ſimilia natura, ut ſi quis lapidem lignumq; coniungat. Indomita, & inſociabilis gẽs, Liu. 7. Bel. Mac. Regnum inſociabile. Taci. lib. 13. Liu. 7. Bell. Pun. Inuiſitati namq; antea alienigenis: nec uidere ipſi aduenam in terra ſua adſueti, omni generi humano inſociabiles erant.

INSOLABILITER, aduerbium, (*Senza conſolatione*) (ἀπαρηγορήτως) ſine conſolatione. Hora. 1. Epiſt. 14. Me quamuis Lamiæ pietas & cura moratẽ Fratrem mærentis, rapto, & de fratre dolentis Inſolabiliter.

INSOLENS, pen. cor. (*Inſolente, arrogante, faſtidioſo, non ſolito*) (ἀήθης) inſuetus & inſolitus. Hora. 3. Carm. Ode. 29. Fortuna ſæuo læta negotio, & Ludum inſolentem ludere, pertinax, Tranſmutat incertos honores. Nũc mihi nũc alĳ benigna. Sallu. inſolens uera accipiendi. Gell. lib. 1. At, ut id quod à C. Cæſare excellentis ingenĳ, ac prudentiæ uiro, in primo de Analogia ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque pectore, ut tanquam ſcopulum, fugias in auditum, atq; inſolens uerbum. Per tranſlationem ponitur pro ſuperbo & arrogãte, qui præter legem aut humanam, atq; naturalẽ: & quem audacem, uel præſumptuoſum dicere ſolemus. ἀλαζών. Quod eſt, cum quis audet facere uel dicere, quod à modeſtis uiris fieri aut dici non ſolet. Cic. pro Marc. In uictoria, quæ ſui natura inſolens & ſuperba eſt. Idem de Senect. Tertiam enim iam ætatem hominum uiuebat. nec erat ei uerendum, ne uera de ſe prædicans nimia uidereẽ aut inſolens, aut loquax.

INSOLENTIA, æ, (*Inſolenza, ſuperbia, arroganza*) (ἀήθεια) inſuetudo, res non conſueta aut ſolita. Cic. 1. de Inuentione. Primo propter inſolentiam reclamantes, deinde propter rationẽ atque orationem ſtudioſius audientes, &c. Liu. 7. Bell. Mace. Et offenderunt aures inſolentia ſermonis. Inſolentia, pro arrogãtia, ſuperbia. ἀλαζονεία. Cic. 5. Verr. De luxuria Apronĳ loquor, nihil de inſolentia, nihil de ſingulari nequitia ac turpitudine. Inſolentia, pro nouitate. Cicer. pro Deiot. Moueor etiam loci ipſius inſolentia.

INSOLENTER, (*Superbamente, arrogantemente, inſolentemente*) (ἀήθως) aduerbium, arroganter, & ſuperbè, Cic. 4. Tuſcu. Inſolenter ſe efferre. Liu. 2. ab urb. Tandem ſuperant externa: adeo ſuperbe, inſolenterq; hoſtis eludebat. Aliquando et inſolenter ponitur pro raro Cic. 1. de Inuen. Deinde natura eius euenire'ne uulgo ſoleat, an inſolenter & rarò.

INSOLIDVM, ſiue Inſolido, pen. cor. (*Integramente*) integrè. Sen. de Beneſ. lib. 2. Præſentia nõdum tota inſolido ſunt: poteſt illa caſus aliquis incidere. Debere inſolidũ pecuniã, Iabolenus. l. 2. ff de duob. reis. Obligari inſolidum, Vlp. l. his uerbis eod. tit. Spondere inſolidum, Iulianus l. reos. eod. titu.

INSOLITVS, a, um, (*Inſolito. non conſueto*) ἀήθης. non ſuetus. Ver. 1. Geor. Inſolitis tremuerunt motibus Alpes, exercitus, Cæſ. 3. B. ll. Ciu. Inſolite, aduerbium, ἀήθως. Gell. lib. 1. ca. 5. Intempeſtiue ac inſolitè diſſerebat. Sunt tamẽ qui eo loco legant, Inſubide diſſerebat.

INSOLO, las, pe. pro. (*Seccar al ſole*) ἡλιάζω, ἡλιόω. ad ſolem ſicco. Col. lib. 12. cap. 39. Quas per triduum inſolaueris. Vnde Inſolatus, in ſole, ſeu ad ſolem ſiccatus, aut calefactus. Col. lib. 5. Super hoc, materiæ quæ fructum habent, me lius conualeſcunt, & uuæ commodius inſolatæ percoquuntur. Inſolare quoque puellæ crines dicuntur, dum facie tecta paſſos capillos ad ſolem expandunt ſiccandi gratia. Et ipſi crines inſolati dicuntur. Plin. li. 21. cap. 14. De cera loquẽs: Candidiſſima uero fit poſt inſolationem etiamnum recocta.

INSOLVBILIS, lubile, (*Che non ſi può ſciogliere*) (ἄλυτος) quod ſolui non poteſt. Quin. lib. 5. cap. 9. Vbi eſt ſignum inſolubile, ne lis quidem eſt. Inſolubile iudicium, neceſſarium, quod urget hominem. apud Quintilianum.

INSOLVTVM ACCIPERE, eſt aliquid accipere in ſatisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. Sen. lib. 2. de Beneſ. cap. 26. Inde eſt, ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & in ſolutum accipiat, nec ſatis pro ſuo pretio æſtimatum exiſtimet. Sic etiam dicimus In ſolutũ credere, id eſt, cedere in ſolutionem. Exẽpla nuſquam non occurrunt apud Iuriſconſultos.

INSOLVM, ueteres pro Inſolitum dixerunt. Afran. Orbitatem ſenectuti tuæ malum metui: quod inſolum non uenit cæco, ac dementi.

INSOMNIA, niæ, (*Vigilia, uigilanza*) (ἀγρυπνία, ἀϋπνία) uigilia. Cæcilius Plotio, apud Nonium: Conſequitur comes inſomnia. ea porro inſaniam affert. Donatus in illud Terentĳ ex Eun. Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Legitur, inquit, & Adiget, ut ſit Inſomnia numeri ſingularis.

INSOMNIOSVS, (*Che ſi ſogna molte coſe*) (ἐνυπνιώδης) qui multum ſomniat. Cato de Re ruſt. cap. 157. Omnino qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies.

INSOMNIVM, nĳ, neu. gen. (*Sogno*) (ἐνύπνιον, ὀνειρωγμός) quod in ſomnis uidemus. Tibul. Dĳ meliora ferant, nec ſint inſomnia uera. Cice. de Senect. Caret ergo etiam uinolentia, & cruditate & inſomnĳs.

INSOMNIS, inſomne, (*Senza ſonno. uegilante*) (ἄϋπνος) quod eſt peruigil. Vnde Inſomnes noctes, apud Verg. 9. Aen. hoc eſt, peruigiles. Noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo. Oculi inſomnes, Stat. 3. Thebaid.

INSONS, tis, (*Innocente*) (ἄκακος, ἀναίτιος) innocens, qui extra culpam eſt. Liu. 4. ab urb. Etiam ſi regni crimine inſons fuerit. Plaut. in Aſin. Ille æcaſtor ſuppilabat me, quod ancillas meas ſuſpicabar, atque inſontes miſeras cruciabam.

INSONO, as, are, (*Suonare*) (ἐνηχέω) idem quod ſimplex Sono. Lucan. lib. 2. Inſonuere tubæ, & quanto clamore cohortes Miſcentur, tantum, &c. Oui. 11. Metam. Nulla mora eſt, calamis agreſtibus inſonat ille.

INSONVS, a, um. pen. co. (*Senza ſuono che non ha ſuono*) (ἄφωνος, ἀνηχής) quod eſt ſine ſono & ſtrepitu. Apuleius. Inſono ueſtigio me perducit. Sic Abſonum ſine ſono, uel malè ſonans. Vide ſuo loco.

INSOPITVS, a, um. pe. pr. (*Vigilante*) (ἄϋπνος) inſomnis, peruigil: ut Inſopitus draco. Ouid. 7. Metam. Cur non tauros exhortor in illum, Terrigenasq; feros, inſopitumq; draconem.

INSORTITVS, a, um, ut Inſortita ſpicula. Plau. Caſin. Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi.

INSPECTO, as, (*Guardare con diligenza*) (ἐφορῶ, κατοπτεύω) continuè, ſiue attentè intueor. Hel. lib. 1. Ibi in ſtadio inſpectante populo, in oſculis atq; manibus filiorum animam efflauit. Cic ad Brut. Quod utinam inſpectare poſſis timorem de ſtilo meum. Inſpectare etiam dicuntur ſatellites, quos principes præſidĳ, cuſtodiæq; corporis ſui cauſa circum ſe habent. Suet. in Cæſare: Sunt qui putent confiſum cum nouiſſimo illo Senatuſconſulto, ac iureiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladĳs inſpectantium ſe remouiſſe.

INSPERANS, tis, omn. gene. (*Che non ſpera, ſenza ſperanza*) (ἀπελπίζων) qui non ſperat. Cic. 1. de Orat. Inſperanti mihi cecidit ut in iſtum ſermonem dilaberemini. Inſperatus, a, um, pe. pr. non ſperatum: ut, Gaudium inſperatum. Teren. in Heaut. Celem tam inſperatum gaudium. Inſperatum, nec opinatum malum, Cice. 3. Tuſcu. Inſperabilis, le, quod non ſperari potuiſſet. Gell. lib. 4. ca. 18. Pacemq; et uictoriam uobis peperi inſperabilem. Et inſperatò, aduerbiũ, (ἀπροσδοκήτως) præter ſpem & opinionem. Plin. lib. 25. cap. 2. Caſuq; accidit, ut milite à morſu canis, &c. ſeruatusq; eſt ex inſperato.

INSPERGO, is, ere, (*Spargere, aſpergere*) (ἐπιπάσσω) ſparſim infundo Cicer. 2. de Diuina. Cor eſt in extis, iam abſcedet, ſimulac molam & uinum inſperſeris. Col. lib. 11. cap. 3. Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inſpergenda. Næui inſperſi egregio corpore, Horat. 1. Sermon. Saty. 6.

INSPICIO, is, pen. cor. (*Guardare, uedere*) (καθορῶ, ἐφορῶ. ἐπισκοπέω, ἐπισκοπῶ) aſpicio, intueor, ac penitus cognoſco. Terent. in Adelph. Denique inſpicere tanquam in ſpeculum uitas hominum iubeo, atque ex alĳs exemplum ſumere ſibi.

INSPECTIO, onis, (*Conſideratione diligente di qualche coſa*) (ἐπισκοπή, ἐφορεία, ἐπίσκεψις) diligens rei alicuius conſideratio Col. lib. 1. cap. 4. Nam prima inſpectione neque uitia, neque uirtutes abditas oſtendit. Cic. 2. Phil. Nos. n. aſpectionem ſolum habemus: Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. id eſt, cognitionem & iudicium.

INSPICO, as, p. p. (*Aguzzare*) (διασταχύζω) in modum ſpicæ uel ſpici acuo. Verg. lib. 1. Geor. Ferroq; faces inſpicat acuto. Seruius: Acuto ferro incidit, ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

INSPIRO, as, pe. pro. (*Inſpirare, ſpirare*) (ἐμπνέω) afflo perflo. Colum. lib. 1. ſed Granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Verg. 1. Aen. Occultum inſpires ignem Idem 4. Georg. Illis ira modum ſupra eſt, læſæq; uenenum Morſibus inſpirant.

INSPOLIATVS, a, um, (*Non ſpogliato*) non ſpoliatus. Quin. libro 2. cap. Hominem occiſum eſſe conſtat non in ſolitudine, ut à latronibus ſuſpicer: non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit: odium igitur in cauſa.

INSPVO, is, ere, (*Sputare ſopra qualche coſa*) (ἐμπτύω) ſuper aliquid ſpuere. Plin. libr. 22. cap. 21. Traduntq;, commanducata ea ſi inſpuatur, mori ſerpentem. Inſputo, as, frequentatiuum. Plaut. Capt. Quibus inſputare ſaluti fuit, atq; ĳs profuit.

INSTABILIS, le, (*Inſtabile*) (ἄστατος, ἀβέβαιος) inconſtans, uariabilis. Vergi. lib. 4. Georg. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. Et pauló póſt ut cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram.

INSTABILITAS, atis, (*Inſtabilità, inconſtanza*) (ἀστασία) incõſtantia. Plini. lib. 24. cap. 17. Hanc autem à regibus Perſarum comedi atque bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemq; mentis.

INSTANS, tis. {*Inſtante*} pro minimo temporis momento, apud claſſicos ſcriptores non legimus, quo tamen utuntur quidam noſtræ ætatis philoſophi, ut pleriſque alijs, quæ docti non recipiunt. Apud idoneos tamen ſcriptores legimus Inſtans tempus, pro tempore præſenti, uel pro momento illo temporis quod nũc inſtat: non tamen abſolute (ut illi utuntur) pro quouis minimo temporis puncto. Tacit. libr. 19. Præterita, inſtantia, futura pari obliuione dimiſerat. Quint. lib. 5. cap. 10. Præteritum, inſtans, futurum.

INSTANTER, aduerb. {*Di continuo, continuamente*} (ἐν συντόνως) ſedulo, perſeueranter, Quint. lib. 9. cap. 4. Vbicunq; acriter erit, & inſtanter, pugnaciterq; dicendum, membratim, cæſimq; dicemus.

INSTANTIA, æ, {*Inſtanza*} (ἐν στάσις) ſedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. Plin. lib. 3. cap. 5. Quid eſt enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere?

INSTAR, {*A guiſa, à ſimilitudine*} (δίκην) indeclinabile, licet Probus Inſtaris genitiuum eſſe dixerit: & ferè ſine præpoſitione ponitur. Et modo idem ſignificat quod ad æquiparationem, ſiue ad menſuram. Colu. libr. 1. In campo rarius, in colle ſpiſſius aceruí ſtercoris inſtar quinq; modiorum diſponentur. Modo ad ſimilitudinem, ut illud Ciceronis accipi poteſt: Fugeranam autem, quæ fuit non uici inſtar, ſed urbis, quod erat Amani caput, &c. Et in Piſonem: Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar (ἰσόρροπον, ἰσοστάσιον) fuit, quo in patriam redij, cum Senatum egreſſum uidi, Populumq; Romanũ uniuerſum. Sueto. in Cæſare. Cuius iam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit, i. effigiem conſimilem, ἀντίτυπον. Solinus cum præpoſitione uſus eſt Meſopotamiam opimat annuæ inundationis exceſſibus, ad inſtar amnis Aegyptij terris ſuperfuſus, inuecta ſoli fœcunditate.

INSTAVRO, ras, {*Rinouare, riſtaurare*} (ἀνανεόομαι, ἀνακαινίζω) Feſtus putat dictum eſſe ab Inſtar, eo quod proprie aliquid inſtaurari dicatur, cum ad priſtinam ſimilitudinem reficitur. Vnde Donatus in illud Terentij, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt. Integratio, inquit, hoc eſt, inſtauratio. Vergilius ad animum tranſtulit, cum ait: Inſtaurati animus ſuccurrere tectis. hoc eſt, recreati, & reſtituti. Alij uolunt Inſtauro compoſitum eſſe à Stauro antiquo uerbo, quod idem ſignificabat, quod hodie Inſtauro: negantq; ab Inſtar deriuatũ eſſe, propterea, quod raro uſu ueniat, ut euerſa ædificia ad ſimilitudinem priſtinam reſtituantur. Multaq; ab iſtis argumenta adducuntur, quibus probare conãtur, inſtauro non eſſe dictum ab inſtar, ſed ab antiquo uerbo Stauro, a quo & Reſtauro aliqui uſurparũt. Melius itaq; dicemus Inſtaurare, nihil aliud eſſe, quàm reficere, reſtituere, integrare Liu. lib. 4. Nam phaliſci perpulſi ad inſtaurandum bellum, neq; clade Romanorum, neq; ſociorum precibus potuere. Inſtaurandũ non ad ſimilitudinem priſtini gerendum, ſed integrandum, et denuo inferendũ. Sic Cicer. de Prouinc. conſul. in Piſonem, & Gabinium: Periculum eſt, ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Verg. li. 3. Ergo inſtauramus Polydoro funus, id eſt, integramus, ſupplemus, & facimus funus, quod fieri pro loco & tempore concedebat. Cum ergo inſtauro nihil in ſignificato conueniat cum inſtar, nullo pacto ab Inſtar formari dicendum putant, præſertim cum nec ad analogiam pertineat, quod Inſtaro, non inſtauro facere deberet. Reſtauro autem, quamuis penè aboleuerit, & pro eo Inſtauro melius utamur, tamen Lact. lib. 7. uſus eſt pro reduco, ſeu reformo, renouo, reficio've: Verum ille (inquit) cum deleuerit iniuſtitiam, iudiciumq; maximum fecerit, ac iuſtos, qui à principio fuerũt, ad uitam reſtaurauerit, mille annis inter homines uerſabitur. Non. n. Ad antiquam ſimilitudinem reformauerit, intelligendum eſt, cũ longe elegantiori forma ſint iuſtorũ corpora reficiẽda, quàm ea quam prius habuerãt.

INSTAVRATIO, onis, {*Rinouatione, riſtoro*} (ἀνανέωσις) refectio. Cice. de Aruſp. reſp. Dij ludorum inſtauratione placantur.

INSTAVRATITIVS DIES, ultimus Circenſium erat, Iouis propitiãdi gratia additus: de cuius inſtitutione uide Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7.

INSTAVRATIVI LVDI, dicebantur, qui in locum eorum, qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur. Cice. 1. de Diui. Itaque ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

INSTERNO, is, {*Diſtendere di ſopra, coprire*} (ἐπιστρώννυμι) ſuperſterno, operio, ſuperextendo. Plin. lib. 19. cap. 5. Si palo adacto cauerna palea inſternatur. Liu. 10. bel. Pun. Tabulaſq; ſuperinſtrauit, ut peruium nauium ordinem faceret. Ver. 2. Aen. Fuluiq; inſternor pelle leonis. Inſtratus ornatu regio, Pli. lib. 8. cap. 42. Vnde Inſtrata, equorum ornamenta dicuntur. Et Inſtratus lectus dicitur, ueſte ſtragula excultus, ἐπεστρωμένος. Vlpian. inſtratum, ſignificat omnem ueſtem ſtragulam inſternendi cauſa paratam, στρῶμα.

INSTIGO, as, pe. prod. {*Inſtigare, ſtimolare*} (παροξύνω, ἐπικεντρίζω) ex In & obſoleto uerbo Stigo, cuius originem referunt, ad uerbum Græcum στίζω, quod eſt pungo, ſeu ſtimulo. Vnde Inſtigo, pro inſtimulo: & tam in bonum, quàm in malum ſumitur. Inſtigare, incitare, & quaſi impellere obiurgatione quadam. Terent. in And. Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Liu. 10. ab urb. Hæc precatus uelut inſtigante Dea, & ipſe collegæ, & exercitus uirtutem adæquauit ducis. Cice. in Piſon. An tu eras Conſul, cum in palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te? Inſtigatio, onis, inſtigandi actus. Ad Here. lib. 2. Amplificatio res quæ per locum communem inueſtigationis auditorum cauſa ſumitur.

INSTILLO, as, are. {*Gocciare, inſtillare, lambiccare*} (ἐνσταλάζω, ἐπισταλάζω) guttatim infundo. Cicer. de Senec. Nanq; hæc quoq;, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Per trãslationem accipitur pro eo quod eſt ſenſim in animum mittere. Cic. ad Att. lib. 9. Attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo ſtatem, inſtillarunt.

INSTINCTVS, us, ui, {*Inſtinto, inſpiratione diuina*} (παρόρμησις) inſtigatio, & quam diuinam uocant inſpirationem. Cice. 1. Tuſcula. Sine cœleſti aliquo mentis inſtinctu. Inſtinctu alicuius facere, hoc eſt, ſuaſu et impulſione. Plini. in Paneg. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam et imperio. Inſtinctus, a, um, participium, inueſtigatus. Liu. 5. ab urb. Itaq; quæ tum receperit diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe, nec ut indicta ſint, reuocare poſſe, &c. Inſtinctor, inſtinctoris, impulſor. Cornel. Taci. lib. 7. Nec deerat ſceleris inſtinctor.

INSTIPVLOR, aris. (ἐπισυμβολογοῦμαι) eſt certa & ſolennia quædam uerba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid ſe daturum factum'ue promittit. Stipulationis huiuſmodi exemplum inſigne eſt illud apud Plaut. in Pſeudolo.

Minæ uiginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi.
Hodie, quas abs te inde eſt inſtipulatus Pſeudolus.
S. Velim quidem hercle. B. Roga me uiginti minas,
Si illic hodie illa ſit potitus muliere,
Siue eam tuo gnato hodie, ut promiſit, dabit,
Rogato obſecro Hercle, geſtio promittere,
Omnibus modis tibi eſſe rem ut ſaluam ſcias:
Atque etiam habeto mulierem domo tibi.
S. Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier.
Vt concepiſti uerba, uiginti minas dabin?
B. Dabuntur.

INSTITA, æ, pen. cor. (κόρσαι) tenuis faſciola, qua honeſtæ tantum matronæ utebantur, (inquit Acron) quæ ſtolę imam partem ambiebat. Hora. li. 1. Serm. Sat. 2. Nil medium eſt, ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas, Quarũ ſubſuta talos tegit inſtita ueſte. Contra, alius nullam niſi olenti in fornice ſtãtem. Ovi. in Arte: Eſte procul uittæ tenues, inſigne pudoris, Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.

INSTITO, as, pe. co. {*Stare contra, premere*} (ἐνίσταμαι) contra ſto, urgeo. Cæſa. lib. 1. Bell. Gall. Id conſpicati Heluetij, qui in montem ſeſe receperant, rurſus inſtitare, & prælium redintegrare cœperunt.

INSTITOR, oris, pen. nominatiui cor. {*Fattore di mercante*} (παλιγκάπηλος) dicitur, qui à mercatore negotiationi alicui eſt præpoſitus. quales ſunt illi, quos negotiatores tabernis ſuis ſolent præponere, uel merces aliquas uendendas committere. Dicti autem ſunt Inſtitores (ut indicat Vlpia. in l. iii. Dige. de Inſti. act.) ab inſiſtendo, eo quod negotio inſiſtant. Iuue. Saty. 7. Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci. Liu. 6. ab urb. Vbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumq;, & inſtitorum, opificum q; retenta. Inſtitor eloquentiæ. Quin. lib. 11. cap. 1. Commoueatur'ne quiſquam eius fortuna, quem tumidum ac ſui iactantẽ, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ in ancipiti ſorte uideat. Portæ ferè ſemper accipiunt Inſtitorem, pro eo qui uenditor eſt mercium delicatarum, cuiq; ueſtiarij & lintearij dant ueſtem circunferendã & diſtrahendã. Ovi. de Arte Inſtitor ad dominam ueniet diſcinctus emacem. Plau. ancillam pro domina negotiantem Inſtitricem uocat. Vergiliarum quoq; ſidus Inſtitor ueſtis, dicitur, quod menſe Nouembri cum earum occaſus eſt, ex hoc ſidere cõiecturã faciunt hyemis. nam ſi nubilus fuerit earũ occaſus, pluuioſam hyemẽ denuntiat. Ideoq; negotiatores ſtatim augent lacernarum pretia, quibus pluuio tempore utimur; ſi uero ſereno tẽpore occiderint, aſperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarum ueſtium pretia accendunt.

INSTITORIVS, a, um, (ἐμποριαστικός, καπηλικός) quod ad inſtitorem pertinet: ut Ars inſtitoria. Sue. in Clau. Cæſ. cap. 27. Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſorię tabernæ parabantur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitorias operas imitantium, atq; hinc inde orãtium ut appelleret. Inſtitoria actio, (δίκη ἐμπορική) dicitur qua dominus inſtitorem conuenit, uel pro inſtitore conuenitur. Vlp. l. quicunq; Dig. de Inſti. act. Si libitinarius (quẽ Græci νεκροθάπτης uocãt) ſeruum pollinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem: quamuis & furti, & iniuriarum actio competeret.

INSTITVO, is, ex In, & Statuo, {*Proporre, inſtituire, ordinare*} (προτίθεμαι) propono, conſtituo, decerno, certum mihi eſt. Cic. 4. Verr. Tu qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent. Aliquando incipio. ἐνίσταμαι. Cic. pro Cluen. Quæſo, ut me, Iudices, ſicut facere inſtituiſtis, benignè, attenteq; audiatis. Aliquando doceo, inſtruo. παιδοτριβέω, παιδεύω. Senec. Sunt enim non modo literis ſed etiã bonis moribus inſtituendi adoleſcentes. Cicero pro Quin. Qui apud te eſſe educatus, quem tu à puero inſtituiſſes, ut nobilis ne gladiatori quidem hæreret. Dicitur & de malis artibus. Iuue. Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas, id eſt, docet eas ueneficia. Aliquando ordino, & proprie de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur. καθίστημι, ἱδρύω. Ter. Optimè uitam inſtituit. Sall. Ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcẽtia uitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet. Inſtitutus, a, um, participium, cõſtitutus, ordinatus. Cic. Att. lib. 2. Magiſtratus hic multos annos poſt Decemuiros inſtitutus eſt. Inſtitutus, eruditus. Cic. 3. de Fin. Eos melius à natura inſtitutos fuiſſe, q̃ inſtitui potuiſſent à philoſophia. Inſtitutus, inceptus. Ci. p domo ſua: Neq; inſtitutas ceremonias perſequi, neq; uerbum ullũ ſolẽne potuit efari.

INSTITVTIO, onis, {*Inſtitutione, introduttione*} (παιδεία, ἀγωγή) inſtructio, doctrina. Ci. 1. Offi. Magis ad inſtitutionem uitæ communis ſpectare uidentur. Inſtitutiones item dicuntur libri, ſiue præcepta, ad artem aliquã uiam ſternentia, quas, εἰσαγωγὰς appellãt Græci. Vnde etiam Quintilianus opus ſuũ, quo futurum Oratorem inſtituit, Inſtitutiones oratorias inſcripſit.

INSTITVTVM, ti, {*Vſanza, propoſito, ordine*} (ἔθος) bonus mos, cõſilio et ratiõne ſumptus & domeſticã diſciplina quæ literis nõ mandatur, ſed obſeruatur communi opinione bonorum uirorum per quandam conſuetudinem. Vnde de Inſtitutis antiquis, titulus eſt apud Valerium Maxim. lib. 2. id eſt, de moribus antiquorum uſu & conſuetudine receptis. Cic. de Cla. Orat. Iuris publici leges, & inſtituta cognouerat. Aliquando idem eſt quod propoſitum, ſiue inceptum, aut ſcopus, προαίρεσις, σκοπός. Ci. Topic. Sed ad huius libri inſtitutum nihil pertinent.

INSTO, as, {*Inſtare*} (ἐνίσταμαι, ἐπείγομαι) idem eſt quod urgeo: & ferè datiuo iungitur. Cic. pro Quin. Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in con ſilium: a me poſtulat ne dicẽdo tempus abſumam. Interdũ incumbo, ἐπείγομαι, ἐφίσταμαι. Verg. 1. Aen. Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat. Per medios inſtans operi, regniſq; futuris. Inſtare ẽt dicuntur hoſtes, cum undiq; urgent & impreſſionẽ faciunt. Liu. lib. 1. Ita incurriſſe à lateribus ferunt, ut non ſiſterent modo Sabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus, ſed ſubito in fugã auerterent. Quandoq; uerò accuſatiuum habet, Plau. in Curc. Si magis me inſtabunt ad Prætorem, ſufferam. Interdum etiam accipitur Inſto pro inſiſto, hoc eſt, ingredior. Idem in Aſin. Rectam inſtas uiam. id eſt, inſiſtis, uel ingreſſus es rectam uiam. Inuenitur ẽt ſine aliquo prædictorum caſuum, licet poſſit intelligi. Sall. in Catil. Veterani uirtutis priſtinæ memores comminus acriter inſtare. illi haud timidi reſiſtunt. Inſtare pro inſtabant, quaſi contra ſtabant, id eſt, pugnabant. Ter. in And. Ego illud ſedulo Negare factum, ille inſtat factum. id eſt, contendit & perſeuerat eſſe factum. Aliquando idem eſt, quod immineo,

minere, uel propinquum eſſe. Salluſt. in Cat. Optimum factum ratus, noctem, quæ inſtabat, antè capere, ne quid eo ſpatio nouaretur: id eſt, proxima erat, uel ſequebatur. Huius uerbi frequentatiuum eſt. Inſiſto, aa, are, ſæpe contra ſtare, repugnare. Cæſ. 1. lib. Id conſpicati Heluetij, qui in montem ſeſe receperant, rur ſua inſtitare, & prælium redintegrare cœperunt. Inſtantia, æ, Inſtanter, aduerbium, & inſtito, as, frequentatiuum.

INSTABILIS, & INSTABILITAS, uide ſupra ſuis locis.

INSTRAGVLVM, li, (στρῶμα) idem quod ſtragulum. Cato de Re ruſt. c. 10. Culcitras octo, inſtragula octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

INSTRATVM, ſubſtantiuum, {Coperta da caualli} (ἐπίσαγμα) ab inſternendo, equorum operimentum. Vlp. l. inſtrato ff de uerb. ſign. Inſtratum omne ueſtimentum contineri, quod inijcitur, Labienus ait.

INSTRENVVS, a, um, {Non bellicoſo, nõ generoſo, inſtrenuo} (ἄνανδρος, ῥᾴθυμος) contrarius ſtrenuo, minime generoſus, ignobilis, indiligẽs, & ad res gerendas minime promptus. Plau. in Moſtel. Atq; ubi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, Immundus, inſtrenuus, hic iam ædibus uitium additur. Inſtrenuus animus, ingeneroſus, ignobilis. Tere. in Heautimorum. Ambo accuſandi; etſi illud inceptum tamen Animi eſt pudentis ſignũ, & non inſtrenui.

INSTREPO, is, ere, {Far ſtrepito} (ἐμβομβεῖν) in re aliqua ſtrepitum edere, ut, cum apes floribus inſtrepere dicimus. Aliquando accipitur pro ſimplici ſtrepo, cum quadam tamen intentione ſoni, ea ui præpoſitionis accedente, ut ſit inſtrepere, grauem ſtrepitum, & ſonum emittere. Verg. 3. Geor. Poſt ualido nitens ſub põdere faginus axis Inſtrepit. Liu. 4. ab orb. Vnde ſiquid inſtrepat terroris, ſiue patritio magiſtratu placere Remp. opprimi.

INSTRINGO, is, ere, Catul. de Lesbia. Quin te animo offirmas, teq; inſtringis q; Et dijs inuitis deſinis eſſe miſer.

INSTRVMENTVM, ti, {Inſtromento} (ἐργαλεῖον, ὄργανον) ab Inſtruo fit: quo nomine ſignificatur omne illud, quo quis ad operandum utitur. Sic dicimus arma, inſtrumenta belli eſſe, ὅπλα πολεμικά. Cic. in Acad. Totius belli inſtrumenta, & apparatu. Ligones, marras, ſarcula, inſtrumenta agricolationis. Item dicitur id quo quis inſtruitur, hoc eſt, docetur, διαθήκη. Vnde dicimus Inſtrumentum uetus, & Inſtrumentũ nouum, pro lege ueteri, et Lege noua. Ea his enim homo inſtruitur, quid agere, aut uitare debeat. Aliquando ſumitur pro apparatu, quo fundus, taberna, & id genus alia inſtruuntur. κατασκευή. Cicero pro Domo ſua: In fundũ uicini Conſulis, non modo inſtrumenta, aut ornamenta uolæ, ſed etiã arbores transferebantur. Idẽ in Ver. Hæc omnia in inſtrumento ac ſupellectili C. Verris nominabantur. Suet. in Aug. Alexandria capta nihil ſibi, præter calicem, ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud iureconſultos titulus eſt Fundo inſtructo, & inſtrumento legato. Aliquando inſtrumenti nomine intelligitur monumentum ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium, quale ferme eſt Repertoriũ, quod uulgo Inuentarium (ὑπόμνημα) appellatur. Sue in Veſp. Vndiq; inueſtigatis exemplaribus inſtrumentum imperij pulcherrimũ ac uetuſtiſſimum confecit.

INSTRVO, is, xi, ctum, {Apparecchiare, ordinare} (συντάσσω, κατασκευάζω) ordino, apparo, compono. & dicitur de acie, de claſſe, de cauſa, ac etiam de mente alicuius. ἐκτάττω, παρατάττω. Cic. pro Mur. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Lact. lib. 1. Quod malum a Græcis ortum eſt, quorum leuitas inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt, quantas mendaciorũ nebulas excitauerit. Col. lib. 5. Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſq; id eſt, armant uel muniunt. Inſtruere epulum, (παρασκευάζειν, ἐξαρτύειν) eſt apparare. Gel. lib. 1. Verba Legiſ hæc ſunt, Quibus hœdum, qui ad epulas fuit allegatus, demiſſum, cœnãq; ita ut lea ſanariſſet, pomis, oleribus inſtructam, id eſt, paratam. Inſtruere diſcipulos, (διδάσκειν) id eſt, docere, literis & diſciplinis imbuere: quamuis Valla neget, ſe in eo ſignificatu reperiſſe, Quin. lib. 2. ca. 5. Orationum lectione ſuſceptos a ſe diſcipulos inſtruxerit: His omnibus admiſcebitur, ut quiſq; locus poſtulabit, dicendi ratio: quæ non eorum modo ſcientiam, quibus ſolis quidam nomen artis dederant, ſtudioſos inſtruat.

INSTRVCTOR, oris, {Colui che ordina, che apparecchia} (κατασκευαστής) qui parat, & inſtruit. Cic. poſt Red. in Sen. Hi ſunt conditores, inſtructoreſq; conuiuij.

INSTRVCTVS, us, {Apparecchiato, ordinato} (κατασκευασθείς) apparatus. Ci. 3. de Ora. Riuis eſt deducta oratio, non fontibus: et quocunque ingreditur, eodem eſt inſtructu ornatuq; comitata.

INSTRVCTIO, nis, {Ordinatione, inſtruttione} (κατασκευή) conſtructio. Troianus in Epiſt. Plinij. Si inſtructio noui balinei oneratura uires Pruſenſiũ non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere. Inſtructio exercitus, Inſtructio militum, apud Cic. 2. de Nat. deo.

INSTVPEO, es, {Stupire} (ἀποθαμβεῖν, ὀκνεῖν) idem quod ſtupeo, ut ualde ſtupidus, & ſenſus expers ſum. Pli. lib. 28. cap. 4. Salpe torporem ſedari, quocunq; membro inſtupente, ſi quis in ſinum expuat.

INSVASVM, ſi, neu. gen. appellabant antiqui colorem (inquit Feſtus) ſimilem luteo, qui fiebat e fumolo ſtillicidio. Plau. in Truc. Aduenisti huc ſubtentatum caeruatis caſibus, Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Vide Suaſum.

INSVAVIS, e, {Non ſoaue, aſpro, ingiocondo} (ἀηδής) iniucũdus. Ci. de Ami. Inſuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundiſſima fuiſſet, ſi aliquem, cui narraret, habuiſſet.

INSVBIDÈ, aduerb. eſt, quo utitur Gell. lib. 1. cap. 2. Multa atq; immodica de Philoſophiæ doctrinis intempeſtiuè atq; inſobidè diſſerebat. id eſt, præcipitanter, priuſquàm ſubiret, aut in mentem ueniret, quid diceret. Macro. Satur. Ipſam uerò uidendi naturam non inſubida introſpexit Epicurus. Inſubidus, Gell. lib. 16. ca. 9. Sed ne hos, id eſt, nomen Latinum, tanquam profecto uaſtos quoſdam & inſubidos ἀναφροδίτους condemneris.

INSVBRES, (Ἴνσουβροι) populi Ciſalpinę Galliç, cuius ciuitates ſunt, Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Vercellæ, & Comum. Ci. pro Corn. Balb. Fœdera Germanorum, Inſubrium, Heluetiorum, Iapidum, &c. Strab. li. 5. Inſubres hac etiam ætate ſunt, qui Mediolanum metropolim habuere. Ea quidem pridẽ uicus erat: (omnes enim uicatim habitabant) hac uero tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas eſt, quodammodo Alpibus finitima. Hæc ille. Horum regio dicta eſt Inſubria.

INSVCCO, cas, {Bagnare, imbrattare intengere} (ἐγχυλίζω, ἐγχυματίζω, ἐμβρέχω) ſucco imbuo, humecto, irrigo Colu libr. 7. cap. 5. Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura ſanantur, inuoluta lanis, oleo atque uino inſuccatis, atque mox circundatis ferulis colligata.

INSVESCO, is, & Conſueſcor {Aſſuefarſi, auezzarſi} (ἐθίζομαι) idem quod aſſueſio. Teren. in Adelp. Nam qui mentiri, aut fallere inſueuit patrem, aut Audebit, tanto magis audebit cæteros. Tacitus: Duas pellices quarum corpori inſueuerat. Id eſt, cum quibus conſuetudinẽ habuerat. Inſueſcere, frui parta uictoria, Liu. 5. bel. Pun. Inſueſci, paſſiue. Colum. libro 11. cap. 3. Atque ubi cœperunt aliquod incrementum habere, ſic inſueſci debent, ut in ſpatium, quod ſulcis interiacet, inclinentur.

INSVETVS, a, um, {Non uſato, inſolito, diſuſato} (ἀήθης) inſolitus, uel cui nõ aſſueuimus: ut apud Vergilium 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Inſuetus alicuius rei, dicitur is, qui rei alicui non aſſueuit. Liu. 8. bel. Pun. Vt non Syphacem modo barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè aliquando ſibi conciliaret. Inſuetus mos. Cic. ad Att. libr. 4. Quo ſenatuſconſulto recitato, cum populus more hoc inſueto, et nouo plauſum eo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. Inſuetus contumeliæ, Idem ad Att. lib. 2. Inſuetus laboris, Cæſ. 7. bel. Gall.

INSVEFACIO, is, ere, conſuefacere, (ἐθίζειν) unde Inſuefactus, aſſuefactus. Cæſar 4. Bel. Gall. Notiſſimus locis audacter tela conijcerent, & equos inſuefactos incitarent.

INSVLA, læ, pen. corr. {Iſola} (νῆσος) dicitur terra, quæ undique aquis clauditur, proprie autem in mari. Vnde quidam à ſalo appellatas Inſulas uolunt quod in ſalo, id eſt, mari, ſitæ ſint. Hinc Peninſula, (χερρόνησος) quæ quaſi inſula eſt, et undiq; ferè aquis clauſa anguſtoq; tãtum terrę ſpatio, quod dicitur Iſthmos, continenti annectitur. Medamnis autem (μεσοποτάμιος) uocatur, quam amnis circuit. Inſulas tamen nullo diſcrimine uocamus etiam eas, quæ flumine uel lacu ambiuntur. Cice. 2. de Legib. Inſula quæ eſt in Fibreno flumine. Idem pro Milo. Inſula in lacu Precio. Inſulæ etiam dicuntur domus in urbe alijs ſeparatæ, (διάλουρος, ὡς ἐν Budæo) & uicos undique habentes, quod, ſicut inſulæ ſunt in mari loca undiq; ambita, undiq; diſcreta à continenti, ita domus nullis connexa ædificijs cohærentibus, Inſulæ nominantur Vnde Spartianus ſcribit. CCCXXXV. inſulas olim Romæ incendio abſumptas fuiſſe. Vlpian l. ſtipulationes non diuiduntur. Digeſt. de uerb. oblig. Planè ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectandum, ut inſula ruat. Cicer. pro M. Cæl. Nunc demum intelligo P. Clodij inſulam eſſe uenalem, cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor millibus.

INSVLARIS, & hoc re, {Ciò che appartiene ad iſola} (νησιωτικός) quod eſt inſulæ, & ad inſulam pertinet: ut, Morbus inſularis, ex inſulis inuectus. Plinius: Qui primus inſularem morbum in urbem inuexit. Inſularis pœna, qua quis in inſulam deportatur. Marcel. Nec ſtrepente ullo, nec obſiſtente, inſulari pœna mulctati ſunt.

INSVLARIVS, qui inſulas, hoc eſt, ædes potentiorum, ab alijs ædificijs diſcretas cuſtodiæ cauſa inhabitat. Vulgus Concie rgum uocat. Hoc uerbo uſus eſt Pomponius in l. ſi ita. ff de uſu et habitat. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito uſufructuario, uel uſuario, fundum, uel ædes, per ſaltuarium uel inſularium cuſtodire poterit. Budæus.

INSVLSVS, a, um, {Non ſalato, goffo} (ἄναλμυρος) proprie id dicitur quod ſalſum, aut ſalitum non eſt. Sępius tamen per tranſlationem accipitur pro fatuo, inepto, ſiue inſipiente. ἀπειρόκαλος, ἀφυής. Plaut. in Rud. Bonã eſt quod habeas gratiam meritò mihi, qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea. Terent. in Eunu. Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq; & dies. Cic. 1. de Orato. Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt, artemq; tradere, ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas uideatur.

INSVLSITAS, atis, {Inettia, gozzezza} (ἀπειροκαλία, ἀφυΐα) inepia. Cic. ad Att. lib. 13. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in uilla cuius inſulſitatem bene noram.

INSVLSÈ, aduerb. {Inettamente, imprudentemente} (ἀπειροκάλως, ἀφυῶς) imprudenter, inepte. Cic. ad Cæſ. lib. 2. Epiſt. Sed ita locutus inſulſè eſt, ut mirum. Senatus conuicium exceperit.

INSVLTO, tas, {Aſſalire, dileggiare} (ἐπιπηδάω) frequentatiuum ab Inſilio, cuius ſupinum eſt Inſultum. Inde Inſulto proprie eſt inſultum & cum impetu ſuper rem aliquam ſalire. Et aliquando habet poſt ſe accuſatiuum. Teren. in Eunu. Ne tu iſtas, faxo, calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Sæpius tamen datiuum. Verg. 3. Georg. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Per tranſlationem accipitur pro inſidioſo & contumelioſus in aliquẽ aliquid uel dico, uel facio. ἐντρυφάω, ἐπιχαίρω. Sallu. Multos tũ ab adoleſcẽtia bonos inſultauit. Ci. pro Flac. Nunc uero non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem inuehar. Idem pro Milone: Clodius qui tot annos in hanc Rempub. inſultauit.

INSVLTATIO, onis, (ἐπιχαιρεκακία) amara iniſio, et inſolẽs in calamitate alicuius cõtumelia. Quint. li. 8. c. 5. Non tam probatio, q̃ extrema quaſi inſultatio.

INSVLTVRA, ræ, (ἐπιπήδησις) inſultandi actus. Plau. Nam ego iſtam inſulturam & deſulturam nihil hic moror.

INSVM, {Eſſere} (ἔνειμι) in re aliqua ſum. Teren. in Eunu. In amore hæc omnia inſunt uitia, iniuriæ, &c.

IN SVMMA, {Inſomma} (κεφαλαιωδῶς) diuiſis dictionibus, & ſummatim eandem ferè habent ſignificationem. Quin. Inſumma nõ recedo: ius eſt mihi in uitis etiam parentibus ṗtẽ facere. Perinde enim eſt, ac ſi diceremus, Quod ut ſummatim comprehendam.

INSVMO, mis, per ſimplex m, p. p. {Conſumare, ſpendere} (ἀναλίσκω, δαπανάω) ſignificat impendo, conſumo. Gel. lib. 2. cap. 24. Lex Fãnia lata eſt, q̃ ludis Romanis ẽ ludis plebeijs, et Saturnalibus, et alijs q̃buſdã diebus in ſingulos dies, centenos ęris inſumi cõceſſit. Cic. ad Att. li. 5. Nos tamen, etſi hoc te ex alijs audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, ut nullus terũcius inſumatur in quẽquã. Inſumere curam. Pli. lib. 9. cap. 46. Omnis ergo cura ad ſpeculãdum hoc ma

lum inſumitur. Inſumere operam. Cice. 5. Verr. Quantam igitur ſpem illi prædæ propoſitam arbitramur fuiſſe, qui tantum præſes lucrum nulla opera inſumpta contempſerit atque deſpexerit.

INSVO, is, {*Cuſcire uentre, in qualche coſa*} (ἐνράπτω) in re aliqua ſuo, includo. Verg. 5. Aene. Terga boum plumbo inſuto, ferroq́ rigebant. Oui. 3. de Arte Aman. Nec prodite graues inſuto ueſtibus auro. Valer. Maxim. lib. 1. Tarquinius M. Tullium duumuirum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum, pecunia corruptus, Petronio Sabino ſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mare abijci iuſſit. Per tranſlationem accipitur pro implicare, immiſcere, coniungere. Liu. 10. bel. Maced. Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod prædia habebat ibi, priuatamq́ publicæ rei impenſam inſuerat, &c.

INSVPER, pen. cor. {*Oltre à ciò*} (προσέτι) ad hoc, præterea. Cic. ad Qu. frat. Nam ne te fugiat, latius inſuper Epicurus.

INSVPERABILIS, le, {*Inſuprabile, inuincibile*} (ἀδάμαστος) quod ſuperari, & domari non poteſt: ut, Morbus inſuperabilis, id eſt, incurabilis ἀθεράπευτος, ἀνίκητος. Plin. in Epiſt. Rogauit, ut medicos conſuleremus de ſumma ualetudinis. ut ſi eſſet inſuperabilis, ſpõte exiret è uita. Interdum idem eſt quod imperuius, (ἀδιάβατος) inacceſſus: proprieq́ de montibus dicitur, qui facile trajici non poſſunt. Liu. 1. bel. Pun. Conſtabat non tã bello motos, q̃ longinquitate uiæ, Alpiumq́ inſuperabili tranſitu. Inſuperabilis bello, (ἀνίκητος) inuictus, qui bello ſuperari non poteſt. Verg. lib. 4. Aen. Genus inſuperabile bello.

INSVRGO, is, ere, {*Leuarſi*} (ἐπέγειρω) ſurſum me erigo. Ver. 11. Aen. Tum ualidam perq́ arma uiro, perq́ oſſa ſecurim Altius inſurgens ornati & multa precanti Congeminat: uulnus, calido rigat ora cerebro. Inſurgere remis, idem eſt, quod incumbere, & uehementer adniti. Solent enim remiges, cum totis uiribus remis incumbunt, è ſedilibus ſuis aſſurgere. Verg. 5. Aen. Nunc nunc inſurgite remis. Inſurgere altius in oratione uerba dicuntur, cum ſubſequentia pondere ſuperant priora. Quint. libr. 8 cap. 4. Hæc etiam ſolet creſcere, uerbis omnibus altius atque altius inſurgentibus.

INSVSVRRO, as, {*Mormorare, rampognare*} (ἐμψιθυρίζω) leni ſuſurro alicui quicquam in aurem dico. Idem 5 Tuſcu. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos eſt in Græcia, inſuſurrantiſq́ alteri, Hic eſt ille Demoſthenes.

INSVSCEPTVS, a, um, non ſuſceptus. Oui. ad Liuiam: Dixit, & iratus uota inſuſcepta reliquit: Durauitq́ animum, deſtituitq́ preces.

INSYNCERVS, ra, rum, {*Non ſincero, corrotto*} (ἀμιγνής) non ſyncerus, parum integer, corruptus. Gell. lib. 5. cap. 3. Is Protagoras inſyncerus quidẽ philoſophus, ſed acerrimus ſophiſtarum fuit. Cruor inſyncerus. Verg. 4. Geo. Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri Pandere: quoq́ modo cæſis iam ſæpe iuuencis Inſyncerus apes tulerit cruor.

INTABESCO, is, ere, {*Ammarcirſi*} (μαραίνομαι, ἐκτήκομαι) idem cum ſimplici, marcore uidelicet ac tabe conſumi. Colum. lib. 4. ca. 3. Nouella uero, dum adoleſcit, niſi omnia iuſta perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & ſic intabeſcit, ut nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Hor. Epod. 5. Cibo Interminato intabuiſſent pupulæ Ouid. 15. Metam. Vt lata plumbea funda Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cœlo.

INTACTVS, tacta, tactũ, {*Non tocco, incorrotto*} (ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος) integer, immaculatus, impolutus. Liu. li. 5. ab ur. Integri, intactiq́ fugerunt. Intacta religione animi uir, hoc eſt quem nulla religio tangit. Liu. li. 5. ab urb. Intactus a ſibilo, nunquam exſibilatus, aut exploſus. Cælius Ciceroni: Hoc magis animaduerſum eſt, quod intactus à ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem. Virgo intacta manet. Catullus in carmine nuptiali. Carmen intactum Græcis, Horat. lib. 1. Serm. Sat. 10. Grex intactus, Verg. 6. Aeneid.

INTACTILIS, {*Che non ſi può toccare, che fugge il tatto*} (ἀψηλάφητος) tactũ refugiens, ſiue quod tangi non poteſt. Luc. lib. 1. Sic intactile erit, &c.

INTALIARE, {*Intagliare*} (ἐγγλύφειν) antiqui dicebãt pro eo quod eſt ſcindendo formare, teſte Varrone, quemadmodum Taliare, pro ſcindere.

INTAMINATVS, {*Incorrotto, non contaminato*} (ἀμόλυντος, ἀμίαντος) idem eſt, quod incontaminatus. Hor. 3. Carm. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget honoribus.

INTANTVM, & inquantum, {*In tanto, in quanto*} idem ualent quod Eatenus, & Quatenus. Seneca de Benef. lib. 1. Quomodo intantum producenda notitia eſt muneris ſui, inquantum delectatura eſt cui datur, ita, &c. Verg. 6. Aen. Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos Intantum ſpe tollet auos.

INTEGER, a, um, pe. co. {*Intero, integro*} (ὁ ἀκμαῖος) ſi de ætate dicitur, intelligitur ea, quæ in flore conſiſtit. ſ. iuuentute, in qua robur mundum, & ſanguis adhuc integer eſt, qui ætate in ſenium uergente minuitur. Terẽ. in Andr. Egregia forma, atque ætate integra. Integra res, quæ eſt perfecta, (ὁλόκληρος) de qua nihil eſt imminutum: ut, Integrum corpus, cui nihil deeſt. Integer uir, (ἀκέραιος, χρηστός) qui eſt innocens, candidus, nulloq́ uitio corruptus. Ci. p Plan. Cumq́ illo nemo eſſet neq́ integrior, neq́ ſanctior. Integer homo, & caſtiſſimus, Cicer. 1. de Orat. Integer æui, (ἀκμάζων) dicitur, cui adhuc ætas integra ſupereſt. Vnde Ennius deos integros æui, uocat, quod cum immortales ſint, nihil de eorum æuo imminuatur. Integrum mihi eſt, ſignificat in arbitrio eſt et poteſtate. Cic. pro Rab. Ego autem ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerẽ, confiterer. In integru res eſſe dicitur, hoc eſt, in poteſtate ita, ut adhuc poſſit uel fieri, uel omitti. Idem lib. 3. de Oratore: Sed quoniam hęc iam neq́ in integro eſſe poſſunt, &c. Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæſar: Cum crebro integri defeſſi ſuccederent. Item pro ſobrio, quiq́ ex crapula nihil ſentit detrimenti. Cic. de Nat. Deorum: Multo plura euenirent, ſi ad quietẽ integri iremus: nunc onuſti cibi & uino perturbata & confuſa cernimus. Integrum ſe ſeruare, pro neutri parti ſe addicere. Cic. ad Att. libr. 7. Quod me amiciſſime admones, ut me integrum, quod poſſim, ſeruem, gratum eſt. In integrum reſtituere, eſt in priſtinum ſtatum reducere. Terent. in Phormi. Si hoc ui detur, quod te abſente hic filius Egit. reſtitui in integrũ æquum eſt. Cic. 7. Ver. Vt damnati in integrum reſtituãtur, uincti ſoluantur. Hinc aduer. Ab integro, denuo, rurſus, ἐξ ὑπαρχῆς. Verg. 4. Eclog. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. De integro, idem Teren. in Heau. Ratio de integro, iucunda eſt mihi. De integro incidere in morbum, Cic. ad Cornif. Epiſt. lib. 12.

INTEGRASCO, is, {*Eſſere fatto intero, eſſere reintegrato*} (ἀνανεοῦμαι) idem eſt quod integror, inſtauror: ab integro redeo, Ter. Hoc malum integraſcit. Vbi Donatus, Integraſcit, id eſt integratur.

INTEGRO, as, pen. cor. {*Reintegrare*} (ἀνακαινίζω) rurſus inchoo, inſtauro, ſiue innouo. Verg. 4. Geor. Ramoq́ ſedens, miſerabile carmen Integrat. Ci. 1. de Inuen. Sic animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. Stat. 8. Theb. Bellum integrabat Enyo.

INTEGRITAS, atis, {*Integrità*} (ἀκεραιότης, ὑγίεια) incorruptio innocentia. Cic. 3. Verr. Mulierem eximia pulchritudine, ſed eam ſumma integritate, pudicitiaq́ exiſtimari. Integritas corporis, id eſt Integra ualetudo, ὑγίεια. Cic. 3. de Fin. Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

INTEGRE, {*Integramente*} aduer. purè ſyncere, caſte: ut, Integre uiuere, apud Cic. 4. de Fin. Incorrupte atq́ integre iudicare, Idem 1. de Finib. Caſte, integreq́ uerſari in periculis amicorum, Idem pro leg. Manil.

INTEGO, is, penul. cor. integere, {*Coprire*} (κατακαλύπτω, ἐπιστεγάζω) idem quod ſimplex tegere. Cæſar 2. Bel. Ciu. Integebantur porticus lignis coniunctis inter ſe.

INTEGVMENTVM, ti, {*Coprimento, coperta*} (κάλυμμα) quo quid integitur. Ci. in Piſo. Vereor, ne quis ſit, qui iſtius inſignem nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat.

INTELLECTVS, ctus, {*Intelletto*} (νοῦς, σύνεσις) nobiliſſima animæ rationalis pars, quæ & Mens, & intelligẽtia dicitur, qua prędıtus homo unus, cæteris antecellit animantibus, cuiusq́ opera res incorporeas, & ab omni materia ſeiugatas notiones atq́ formas ſolus apprehendit. Improprie tamen paſſim apud ſcriptores Intellectus uocabulum etiam de brutis animantis dicitur, in ea dem ſcilicet ſignificatione, qua nos & ſenſus, & perceptionis, & cognitionis uocabulis utimur. Pli. lib. 20. cap. 35. Columbis ineſt quidam gloriæ intellectus. Intellectus pro ſignificatione. Quin. lib. 5. cap. 10. Verba quædam diuiſos intellectus habent. Idem lib. 1. ca. 11. Quidam literis inſtituendos, qui minores ſeptem annis eſſent, non putauerunt, quod illa primum ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem pati poſſit. Sic intellectus ſaporum, id eſt, perceptio, & ſenſus. Pli. lib. 11. cap. 37. Intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua, homini & in palato.

INTELLIGENTIA, tiæ, {*Intelligenza*} (νόησις, σύνεσις) facultas animæ nobiliſſima, qua res etiam incorporeas, & ab omni materia abſtractas contemplamur, Ci. 1. de Nat. deo. Mens ſimplex fugere intelligentiæ noſtræ uim ac notionem uidetur. Idem 2. de Diu. Pars animi, quæ rationis atq́ intelligentiæ ſit particeps. Intelligentiæ item dicuntur particulares notiones, quas mente apprehendimus. Idem 1. de Leg. Natura homini rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enudauit, tanquam fundamenta ſcientiæ.

INTELLIGENS, tis, {*Intendente, ſapente, dotto*} (συνετός) ſagax, ſapiens, doctus, prudens nomen ea participio. Ter. in Eun. Dij immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens Quid intereſt? Intelligenter aduerb. Cic. in Parti. Sumuntur autem trium rerum gratia. ut amice, ut intelligenter, ut attẽtè audiamur. Pli. in Epiſt. Quam ſtudioſe, quàm intelligenter lectitabat.

INTELLIGIBILIS, {*Che ſi può intendere*} νοητόν. quod mẽte percipi põt.

INTELLIGO, is, pe. cor. xi, ctum, {*Intendere*} (συνίημι) intellectu apprehendo, ſeu mente percipio. Cic. ad Tiro. Tu iſtic, ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. Ter. in And. Quantum intellexi modo ſenis ſenectuti de nuptijs. Idem 3. de Na. deo. Sed ea magis ex aliorum contẽtione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci, atq́ intelligi poteſt. Intelligitur impersonale: Cic. 1. de Finib. Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe. Huius compoſitum eſt, Subintelligo, quod eſt mediocriter intelligo.

INTEMERATVS, ta, tum, {*Inuiolato, incorrotto*} (ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος) inuiolatus, incorruptus. Ver. 2. Aen. Si qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam Intemerata fides. Intemerata ſacra dicuntur, quę ritè perfecta ſunt, & ut ſacrificij ratio exigebat. Verg. lib. 3. Aene. Corripio è ſtratis corpus, tendoq́ ſupinas Ad cœlum cum uoce manus & munera libo Intemerata focis. Vbi Ser. Intemerata, ritè perfecta, ut ſi leniter eſt fundendum uinum, aut mola inſpergenda, ſic fiunt, ut ratio exigit ſacrificij. aliter ſi fiant temerata ac turbata ſunt ſacra. Intemerãdus, nõ uiolãdus, aut cõtaminãdus. refertq́ ad res ſacras. Valerius Flac. 5. Argon. Ac Martia tẽpla Intemeranda mouet.

INTEMPERIÆ, arum, (ἐριννύες, δαιμόνια) erant quædam Deæ habentes uim nocendi, & per intemperantiam ſæuiendi: quas Cato de Re ruſt. c. 141. facto ſacrificio iubet propulſari. Plau. Laruæ hunc, atque intẽperiæ agitant ſenẽ.

INTEMPERIES, ei, {*Mala diſpoſitione, diſtemperanza*} (δυσκρασία) rerũ miſtarum inconueniens temperatura. Sic intemperiem cœli dicimus, cũ aer qui immoderatè aut calidus eſt, aut frigidus, aut humidus, & ſiccus. Col. lib. 1. in Præfa. Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes, modo agrorum infœcunditatem, modo cœli per multa iam tempora noxiam frugibus intẽperiem. Liu. lib. 8. ab urb. Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude fuit.

INTEMPERANS, tis, {*Intemperante, immoderato*} (ἀκρατής, ἀσελγής) immoderatus, incontinens, uoluptatibus, & uitijs præter modum indulgens. de Senect. Libidinoſa etenim, & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Idem 1. Acad. Intemperantis enim arbitror eſſe, ſcribere quod occultari uelit.

INTEMPERANTIA, æ, {*Intemperanza, incontinenza*} (ἀσέλγεια, ἀκρασία) incontinentia, immoderatio. Cic. 4. Tuſcu. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente etiam a recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant. Pli. lib. 11. cap. 33. Intemperantiam nihil conſtare lineis magnitudine quidam putant.

INTEMPERANTER, aduerbium, {*Intemperantemente*} (ἀκρατῶς) immoderate, immodice. Cic. 1. Philip. Nimis iracunde hoc quidem, & ualdè intẽperanter. Idem 5. Philip. Ne honoribus noſtris elatus, intemperantius ſuis opibus utatur. Intemperate, aduerbium, (ἀκολάστως) incontinenter. Cic. de Uniuer. Qui autem immoderatè intemperatè uixerit, eum ſecundis ortus in figuram muliebrem transfert.

INTEM-

INTEMPERATVS, a, um, {*Incontinente, intemperato*} (ἄμετρος, ἀκρατὴς) incontinens, immodicus. Cic. in Piſo. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam et gratulationem tuam, quid cum tuis ſordidiſsimis gregibus intemperatiſsimas perpotationes prædicē, &c. Idem de Amic. Intemperata quędam beneuolentia.

INTEMPESTA NOX, {*Quando ogn' un dorme*} (ἀωρονυχία) Varro li. 4. de Ling. Lat. Inter ueſperuginem & iubar dicta nox intempeſta. ut in Bruto Caſsij, quod dicebat, Lucretia, Nocte intempeſta noſtrā deuenit domum. Intēpeſtam Actius dicebat, cum tempus agendi eſt nullum: quod alij Concubium appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent: alij ab eo quod ſileretur, Silentium noctis, quod idem tempus Plautus Conticinium. Videbimus (inquit) factū uolo, redito conticinio. Hæc Varro. Verg. 1. Georg. Aut intempeſta ſilet nox. Et 3. Aenei. Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. Vbi Seruius: intempeſta media, hoc eſt, nimiū obſcura. Intempeſta dicta eſt nox media, inactuoſa, carens actibus, per quos tempus dignoſcimus. Vnde eſt, Intempeſtiue ueniſti, id eſt, ἀκαίρως. Hæc Seruius. Cice. 7. Ver. Repente nocte intempeſta ſeruorū armatorum ſit concurſus atque impetus. Macrob. li. 1. Satur. & Cenſorinus de Die natali ca. 2. de diebus. Intempeſtam noctem docent eſſe eam partē noctis, quæ eſt inter noctem concubiam & mediam noctem: putantq; dictam intempeſtā, quaſi intempeſtiuam, quod ea pars noctis intempeſtiua ſit rebus agendis. Vide Macrobium, et Cenſorinum locis iam citatis: ubi omnes diei & noctis partes ex ordine explicant. Intempeſtæ Grauiſcæ. Verg. 10. Aene. Et Pyrgi ueteres, intempeſtæq; Grauiſcæ. ubi Seruius: Grauiſcarum oppidum alij intempeſtum dicūt, quaſi uentis ac tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione contingere. Intēpeſtas ergo Grauiſcas, accipiamus peſtilentes, & ſecundum Piniū in Naturali hiſto. & Catonem in Originibus: aut, Intempeſtas intelligas ſine temperie, id eſt, æqualitate, aut temperatura. Nam, ut ait Cato, ideo Grauiſcæ dictæ ſunt, quod grauem aerem ſuſtinent.

INTEMPESTAS, atis, {*Mala diſpoſitione*} (δυσκρασία) intemperies: ut, Intempeſtas coeli, hoc eſt, iniuria. Plin. lib. 18. cap. 6. Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate coeli.

INTEMPESTIVVS, a, um, {*Fuor di tempo, importuno*} (ἄκαιρος, ἄωρος) quod ſit præter opportunitatē temporis, habetq; antitheta Tempeſtiuus & Opportunus. Cic. de Amic. Nunquā intempeſtiua, nunquam moleſta eſt amicitia. Idem ad Att. li. 4. Si nihil habebis, tamen ſcribas aliquid, nunquam enim mihi tua, aut intempeſtiua epiſtola, aut loquax uiſa eſt. Intempeſtiuus, pro ominoſo, & mali portenti. Pli. li. 18. c. 35. de inditijs tempeſtatum: Anſeres continuo clāgore intempeſtiui, pecora exultantia, & indecora laſciuia ludētia, eandem ſignificationem habent. Intempeſtiue, aduerbium, (ἀκαίρως) importune. Cicer. libr. 1. Offi. Ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiue accedentibus, aut impudēter rogantibus in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus.

INTENDO, {*Tirare, drizzare, caricare*} (ἐντείνω, ἐπιτείνω) uehementer tēdo, uel extendo, ut Intendere arcum. Cicer. 7. Ver. Tabernacula quemadmodū conſueuerat temporibus æſtiuis, quod antea iam demonſtraui, carbaſeis intenta uelis collocari iuſsit in litore. Idem in Catone: Intentum animum tanquā arcū habebat: nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Intendo, aliquando idem eſt qđ animaduerto, diligenterq; intueor, ἐφίσταμαι. Verg. 5. Aeneid. Intenti expectāt ſignum. Intendere animum rei alicui, eſt animum adijcere, & applicare. Salluſt. in Iug. In regnum Adherbalis animum intendit. Intendere animum re aliqua, per tranſlationē dicimus, pro eo quod eſt, rei alicui arduæ totis ingenij uiribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod eſt intenſam animi curā re quapiam amœniore remittere. Cic. in Hortenſio. Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem. Interdum Intendere idem eſt quod innectere, illigare, ἐπιπλέκειν. Verg. 2. Aenei. Et ſtuppea uincula collo intendunt.

INTENTVS, ſiue Intenſus, particip. ab Intendo, {*Intento*} (ἐντεταμένος) extenſus, porrectus. Cice. de Orato. Voces & chordæ ſunt intentæ. Pli. li. 8. ca. 8. Intentos ingentes arcus defigunt humi. Intentus, attentus, προσεχής. Liu. 3. ab urb. Operi certe (id quod conſtat) agreſti intentus, &c. Quint. lib. 10. ca. 1. Vix ſingula quiſquam intentiſsima cura conſequi poſsit.

INTENTE, aduerb. {*Intentamente, diligentemente*} (ἐπιμελῶς) accurate, diligenter. Audire aliquem intente & modeſte. Quint. li. 2. c. 2. Liu. 7. Bel. Pu. Hu filium intētus monuit, ut in eo ſpem non moturos quicquā Hetruſcos poneret.

INTENTVS, tus, tui, {*Intento, intentione*} uerbale eſt a uerbo Intendo, quod ſignificat rei alicuius in alterā extenſionem: ut Intentus gladij in iugulum. Intentus palmarum, id eſt, manuum extenſio cum quadam comminatione: cuiuſmodi fieri uidemus in ſeditione et diſcordia, aut reclamatione alicuius turbę: cuius non ſolum uoces, uerumetiam manus intenſæ conſpiciūtur in eum, quem explodere & eijcere cupiunt. Cice. pro Seſt. Voces quidem, & palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnem præfuderunt.

INTENTATVS, a, um, nomē, {*Non tentato*} (ἀπείρατος) non expertus, nō tentatus. Cic. in Læl. Nemo eſt, qui non, quo cum conſueuit, libentius utatur, q̄ intentato & nouo. Verg. 16. Aene. Hæc intentata manebat Sors rerum. Mart. lib. 2. Nil intentatum Selius, nil linquit inauſum.

INTENTIO, ſiue Intenſio, {*Intentione*} (ἔντασις) extenſio, cui opponitur Laxatio, & remiſsio. Colum. lib. 6. ca. 6. Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac uētris ſonitus, faſtidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Intentio corporis. Cice. 1. Tuſc. Intentio uocis, quæ & uociferatio dici poteſt. Pli. li. 28. ca. 16. Intentio & remiſsio contraria. Cic. 2. Tuſc. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſa opprimunt: ſimillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſsione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. Eſt præterea intentio, finis, quo animus, ad quod intēditur, dirigitur, σκοπός. Pli. in Epi. Tu ergo intentionem ſcribentis accommodes. Intentio etiam accipitur pro diligentia, & ſtudio. Quint. lib. 8. ca. 2. Idipſum in conſilio eſt habendum, nō ſemper tam eſſe acrē iudicis intentionem, ut obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat. Pl. in Epiſt. Vt tantum curæ intentionisq; ſuſcipere & poſsint, & uelint. Intentio, apud oratores eſt oratio crimen, debitumve alicui obijciens. Ci. 1. de Inuent. At ſi qua intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio nec pars cōſtitutionis eſt. Intentio, augmentum, incrementum, ἐπίτασις. Gel. lib. 16. cap. 5. Ve, particula, ſicuti quædam aliæ, tum intentionem ſignificat, tum minutionem.

INTENTO, as, are, {*Minacciare*} (διατείνομαι, προτείνομαι, ἀπειλέω) com minor. Verg. 1. Aeneid. Præſentemq; uiris intentāt omnia mortem. Liu. 8. Bel. Maced. Vno in loco ferro ignīq; geſta res eſt, à duobus initio incepto, cum intētaſſent magis, q̄ iniſſent certamen, Aetoli abſceſſerunt. Id eſt, cum nō tam certamen iniſſent, q̄ ſpecie certaminis hoſti terrorem incutere conati eſſent. Intentare manus alicui, pro inijcere. Hircius 6. bel. Hiſp. Eū qui legatos iugulaſſet, lapidare, & ei manus intentare cœperunt. Intentare arma Latinis, Liu. 6. ab urb. Intentare ſicam, Ci. pro Mil. Intentatus partici. Liu. 6 ab urb. Gladij etiam pleriſque intentati, & uulnerati quidam, necatiq;. Eſt & Intentatus nomen, idem ſignificans quod inexpertus: de quo egimus paulo ante.

INTEPEO, es, ere, & Intepeſco, ſcis, {*Divenir tepido*} (χλιαίνομαι) incaleſcere & tepidum fieri. Propert. lib. 4. Eleg. 1. Et lacus æſtiuis intepet Vmber aquis. Ouid. 5. Faſt. Et uariæ radiis intepuere comæ.

INTER, {*Tra fra*} (μεταξύ) extra compoſitionem medium quiddam importat: & tam de loco, quam de tempore, & perſona dicitur. Ci. Att. li. 3. Inter me & Brunduſium Cæſar eſt. Idem de Amic. Quæ ſæpe inter me, & Scipionē de amicitia diſſerebantur. Inter cœnam, hoc eſt, in cœna, uel dum cœnatur. Cice. 2. Philip. Si inter cœnam, in tuis illis immanibus poculis, hoc tibi accidiſſet. Inter falcarios, dixit Cic. in Cat. pro eo quod eſt, In eum locum, ubi ſunt falcarij. Dico (inquit) te priore nocte ueniſſe inter falcarios (non agam obſcure) in M. Leccæ domum. Inter ſe diligere, eſt ſe mutuo diligere. Ci. 1. de Nat. deo. Dij inter ſe diligunt. Idē Q. Fra. Pueri ualent, & nos, & inter ſe amant. In compoſitione ſępe idem ualet quod in medio, ut interpono, Interſero. Modo priuationē, ſeu deſtructionem importat: ut interficio Interimo. Modo idem ualet, quod Ex, uel In uniuerſum: ut, Interbibo, pro ebibo. Modo ſignificat maxime: ut, Interdico, Interminor. Componitur autem fere cum omnibus literis, & integra manet: a, ut Interareſco: b, ut Interbibo: c, ut Intercedo: d, ut Interdico: e, ut Intereo: f, ut Interficio: i, ut Interiacio: l, ut Interlinio: (uertitur intelligo, ubi r, mutatur in l) m, ut: Interminor: n, ut Interneco: p, ut Interpellor: r, ut Interregnum: ſ, ut Interſum: t, ut Intertinbo: u, ut Interuenio. Ab Inter fiunt Interea, & Interim.

INTERALBICO, as, are, eſt colorē album per interualla oſtēdere, inter alios colores emicantem: quod in quibuſdam uarij coloris gemmis accidere ſolet & in ueſtibus quibuſdam quarum ſubtegminis color diſtat a colore ſtaminis. Pl. lib. 37. cap. 10. Leucochryſos ſit chryſolito interalbicante.

INTERAMNA, (ἰντεράμνα) urbs Vmbriæ, ita dicta quod inter duos amnes ſit conſtituta, Nariao ſcilicet, & Tyberim.

INTERANEA, orum, {*Interiori*} (τὰ ἔντερα) dicuntur inteſtina, a præpoſitione, Intra, eo quod intra corpus ſint condita. Plin. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea.

INTERARESCERE, {*Seccarſi affatto*} (διαξηραίνεσθαι) eſt penitus areſcere. hoc eſt omnino aridum fieri: ſicut Interbibere funditus ebibere. Cice. 5. Tuſ. Nihil enim interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus uita beata conſiſtit.

INTERBIBO, is, pen. co. {*Bere affatto*} (ἐκπίνω, διαπίνω) totum bibo. Pla. in Aulul. Præterea tibicinum, Quę mihi interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenen poteſt. Donatus.

INTERBITO, as, are, {*Interuenire*} (ἐπέρχομαι) interuenire. Pla. in Moſt. Hic ego tibi præſidebo ne ulla interbitet quæſtio. Verbum eſt antiquū, compoſitum ex Inter, & Ito, interpoſita litera b. cauſa ſolidioris ſoni.

INTERCALARIS, & hoc re, (παρεμβεβλημένος, ἐμβόλιμος) interiectitius, interpoſititius. Vt Intercalaris menſis, dictus ē, cui inſerebatur dies, qui deerat ad complendum annum, diuerſis quidem rationibus diuerſo tempore. Is autem menſis erat Februarius, quoniam erat ultimus anni. Nō tamen intercalabatur in fine menſis, ſed poſt uigeſimum & tertium diem Terminalibus iā peractis: deinde reliquos Februarij dies, qui erāt quinque poſt intercalationem, ſubiungebant, uetere religionis ſuę more, ut Februarium omnino Martius ſequeretur. Vide de hoc plura in dictione Biſſextus. Intercalares Calendæ, dicuntur Calendæ menſis intercalaris, id eſt, Februarij. Alij intelligūt Calendas Martias nō quod eo menſe intercalarentur dies, ſed quod eſſent proximæ diebus intercalatiand eſt, quod ſtatim ſequerētur intercalationē, quinque tantū diebus interpoſitis, aut certe eo quod in omnibus mēſibus dies qui Idus ſubſequūtur, denominationem, ſumunt a menſe ſubſequente. Cic. ad Liga. Familiar 9. Ego tamen cū ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum ueniſſem mane ad Cæſarem. Intercalares dies, (ἐπακτὰς ἡμέρας) Græci Emboliſmos ſiue Hyperbolicos nominant. Intercalaris uerſus, qui frequenter inter aliquos uerſus interponitur, ut eſt apud. Verg. Incipe Mænalios, mecum mea tibia uerſus.

INTERCALO, as, are, {*Intraporre, intramettere*} (παρεμβάλλειν, παρεντιθέναι) interſerere, ſeu interponere. Cato de Re ruſt. c. 160. Si intercalatum erit Calendis Maij, agnos X X X. ne amplius promittat. Plin. lib. 18. ca. 24. Ita ut X I I. annis continuis non intercalaretur. Intercalare, differre Liu. 6. ab urb. Sed ſi me audiatis, priuſquam dedantur, hic in comitio uirgis cæſos, hanc iam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant. Budæus.

INTERCALARIVS, a, um, (ἐμβολιμαῖος) idem quod Intercalaris. Liu. 7. Bel. Maced. Triumphauit menſe intercalario pridie Calendas Martias.

INTERCALARIVM, rij, ſubſtantiue, pro tempore quod intercalatur, ut annus cum curſu Solis conueniat. Cice. 4. Verr. Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur.

INTERCAPEDO, penultima product. geni. Intercapedinis, {*Interuallo*} (διάστημα, διαχώρημα) interſtitium temporis, uel loci, inter duo ſpatia interceptum. Cicer. Tironi Famil. 16. Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe. Idem 1. de Finib. Alij audaces, proterui, ijdem intemperantes & ignaui permanent: atquas ob cauſas in eorum uita nulla eſt intercapedo moleſtiæ.

INTERCEDO, is, p. p. ſsi, ſum, {*Intercedere, intramelerſi*} (διαγίγνομαι, παρεγγίγνομαι) proprie idē eſt quod medium eſſe, & inter duo ſpatia ſiue temporis, ſiue loci interponi. Cæſar. lib. 1. Non ſe hoſtē uereri, ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſyluarum, quæ inter eos, & Arouiſtū intercederent. Cic. li. 2. de Ora. Vix annus interceſſerat. Intercedere etiam illud eſt, quod barbarè dicimus, Opponere ſe, hoc eſt, rem aliquam impedire, & prohibere ne ſtatuatur, (διαπράττομαι ad uerbum. Plut. ἀντιπίπτω, ἐναντιοῦμαι, ἐνίσταμαι) ut Tri

buni interceſſerunt, hoc eſt, oppoſuerunt ſe, & rem impediuerunt, contradixerũt. Cæſ. li. 8 Quod ad Arcianos ſpectat, nihil intercedit, quo minus Samniti popu lo pacis, bellíq; arbitrium ſit. Teren in Andr. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. id eſt, interuenerit, uel impedierit. Dicimus etiam intercedit (ἐστί) mihi tecum neceſſitudo, id eſt amicitia. Intercedit tibi cum illo affinitas: hoc eſt, media eſt, quæ me tibi, & te illi conciliat. Cice. Appio Pul. Famil. 6. Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt, quibus ego agere de tenõ deſtiti. Gel. pro inhibere ac coercere poſuit: Ne ſibi (inquit) intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate uti liceat. Similiter Sueto. in Cæſare: Cæterum Cælio Metello Tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarum interceſſionẽ ferẽti auctorem, propugnatoremq; ſe pertinaciſſime præſtitit. Intercedere, item aliquando accipitur pro ſpondere, ſeu fideiubere, ἐγγυᾶσθαι. Ci. Att. li. 1. Acceſſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Idem Phil. 2. Tantũ pro te interceſſiſſe dicebãt. Quidam etiam hoc uerbum uſurparũt pro eo quod eſt, conciliandi gratia interuenire, & pacificatorem, deprecatoremve agere. Apuleius: Dum pro inope & calamitoſo intercederem.

INTERCESSIO, ſionis, {*Oppoſitione, impedimento*} (ἔνστασις) impeditio, & prohibitio, nequid fiat: quam uulgi uocabulo Oppoſitionem uocamus. Erat autem Interceſſio propriè Tribunorũ quibus ius fuit intercedẽdi, hoc eſt, uitandi prohibendiq;. Nã (ut Gellius docet) Tribuni plebis antiquitus creati uidentur, non iuri dicendo, ſed interceſſionibus faciendis, ut iniuria, quę coram fieret, arceretur, & ut eam fieri prohiberẽt. Cæſ. 1. Bel. Ciu. Refertur ſtatim de interceſſione Tribunorum. Interceſſioni cedere, uel prouocationi: hoc eſt, non procedere ultra, & admittere oppoſitionem. Interceſſor, oris, is, quem uulgus Oppoſitorem uocat. Cic. 3. de Legib. Parere iubet lex interceſſori. Ibidem. Interceſſor rei male ſalutaris ciuis eſto.

INTERCIDO, is, pen. pro. cidi, ciſum, ex Inter, & Cædo: æ, diphthongo, in I, productam mutata, {*Tagliare per mezo*} (διακόπτω, διατέμνω) per medium ſeco. Cæſar. lib. 1. Vt ſi poſſent, caſtellum, cui præerat Titurius Quintus legatus expugnarent, pontemq; interciderent. Vnde interciſæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cice. in Parad. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas, &c. Interciſi dies dicebantur, Deorum, hominumq; communes, ita dicti quod ueluti diuiſi eſſent, partemq; ſibi Dii, partem homines uendicarẽt. Macro. li. 2. Satur. Interciſorum dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdã fas non eſt ius dicere: nã quum hoſtia cæditur, fari nefas eſt: inter cæſa & porrecta fari licet. Quibus uerbis ſignificatur medio illo interuallo, quod erat inter uictimã cæſam, & exta porrecta, dum ſacerdos cæremonias quaſdã peragit, fas eſſe Prætori ius dicere, & fari uerba illa. Do, Dico, & Addico. Et ita dies interciſi ex parte feſti, & ex parte profeſti ſunt. Ci. ad Att. Ne quid inter cæſa & porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nõnulli male legunt Intercæſa unica dictione, quemadmodum etiam in loco Macrobii iam citato: quũ tamen Intercæſa Latinum non ſit. Nã ab Intercido dicitur Interciſum. Eſt itaq; legendũ utroque loco Inter cæſa, diuiſis dictionibus: ut Inter cæſa & porrecta intelligamus tempus illud intermedium, quod eſt inter uictimas cæſas, et exta porrecta hoc eſt illud tempus quo exta porriciuntur: quo medio tempore ſacerdotes ſolent cæremonias quaſdã peragere, ut auctor eſt Varro lib. 2 de Lin. Lat. Cicero autem loco iam adducto prouerbialiter dixit, Inter cæſa & porrecta, pro eo quod eſt inter hæſitationem & cunctationẽ rei alicuius cœptæ, aut perficiundę, aut omittendę. interciſio, ſionis, uerbale: ut, interciſiones ſtomachi, apud Plin. lib 20 ca. 14. quas Dioſc. li. 3. cap. 26. δηγμοὺς, ςομάχου, morſus & eroſiones ſtomachi uocat.

INTERCISE, aduerb. {*Partitamente*} (κατὰ τμήματα) ſectim, & per inciſiones Ci. in Partit. Inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum uerſus, retroq; dicatur: deinde idem interciſe atque permiſte.

INTERCIDO, is, pe cor. intercidi, intercaſum, {*Cadere, morire*} (διαπίπτω, διαπίπτω) pereo, intereo, & tẽporis ſpatio euaneſco Liu. li. 2. Credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit Conſulatum, memoriam intercidiſſe. Plin li. 35. Siue extant, ſiue intercidere Cice. pro Deio. Pereant amici, dum una inimici intercidant. Pli lib. 9. cap. 51. Ea excludunt quinquageſimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt Intercidere pro cadere. Liu. 6. Bel. Pun Ita in arcto ſtipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mare uanum intercideret.

INTERCINCTVS, particip ab Intercingo, maculis quibuſdam circumquaque diſtinctus. Plin. lib. 27. cap. 10. Candore intercincto uariis coloribus.

INTERCINO, nis, pen. cor. (παρᾴδω, διαυλέω) cantum immiſceo. Hora. in Epiſt per translationem dixit. Neu quid medios intercinat actus, Quod nõ propoſito conducat. hoc eſt, nihil ſcribat, quod non ad propoſitum faciat.

INTERCIPIO, is, pe. co. {*Tor di mezo, pigliare, riceuere*} (ὑποτέμνομαι, ὑπολαμβάνω, μεταλαμβάνω, διαλαμβάνω) incautũ per inſidias capio, interuerto, efficioq; ne quid eo perueniat, quo deſtinatum eſt. Cice. pro Cluent. Id cũ daretur in mulſo, Balbutiũ quendã eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimq; eſſe mortuũ. Idem ad Quint. Fr. Ego ad te ne hæc quidem ſcribo, ne cuiuſquã animum meæ literæ interceptæ offendant. Intercipere regnum. Plin. de Viris illuſtr. Intercipere uictoriam, Idem in Paneg. Interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus, Idem in Epiſt. Intercipi morbo, Colum. lib. 7. cap. 3. Quandoque tamen ſignificare poteſt, totum capio: ſicut exponit Donatus illud Terẽtii in Eunuch. Quod nos capere oportet, hæc intercipit. Interceptio, onis. Cicer. pro Cluen. Per quem porro datum? unde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi? Interceptor, oris, Liu. 4. ab urb. Prædæ ne interceptorem fraudatorẽq; etiã malum miniari militibus? Interceptor litis alienæ. Liu. 3. ab urb.

INTERCISI DIES, erant Deorum, hominumq; communes, de quibus uide paulo ante, in dictione Intercido.

INTERCLVDO, is, pe. pro. ab Iter, & Cludo: n, euphoniæ cauſa interiecta, {*Serrar il paſſo*} (ἀπολαμβάνω, διείργω) iter impedire, quaſi iter claudere. Cic. ad Terentiam Ep. 14. Etiam illud metuo, ne iã intercludamur, ut cum uelitis exire, non liceat. Aliquando etiam accipitur pro impedio. Verg. 3. Aeneid. Sæpe illos aſpera ponti Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes. Commeatum inimicis intercludere, eſt impedire, & itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri. Cæſar 1. Bel. Gall. Eo conſilio, uti frumento, commeatuq; qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæſarem intercluderent. Fugã intercludere, iter occupare, per quod inimici fugam arripere poſſent. Cæſar 7. Bell. Gal. & Liu. lib. 5. Bell. Pun. Hoſtes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni, Cæſar libro. 1. Bell. Ciuil. Dolore intercludi, id eſt, impediri, Cicero ad Att. lib. 8. Interclusio, onis, impedimentum, occupatio. Cicer. 3. de Orato. Clauſulas enim & interpuncta uerborũ, animæ, interclusio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

INTERCOLVMNIVM, {*Spatio fra l'una & l'altra colonna*} (μεσοκίονιον) dicitur ſpatium illud in ædificiis, quod eſt medium inter columnas. Vide Columna.

INTERCONCILIARE, {*Conciliarſi, farſi beneuolo*} (ἁρμόζεσθαι) beneuolum reddo. Quint. lib. 12. ca. 10. Sine aliud interconciliandi uidetur præſtare officium.

INTERCVLCO, as, are, ex Calco compoſitum, in medio, uel inter aliqua calco Colu. lib. 12. ca. 41. Et deorſum uerſus ſpectantes ollæ componuntur, ita diſtantes, ut interculcari poſſint uinacea.

INTERCVRRO, is, ere, intercurri, intercurſum, {*Traſcorrere, intrauenire*} (μεσιτεύω) interuenire & intercedere, ait Budæus. Ci. 8. Philip. Pugnatur acerrime: qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis: hos contempſit. Idẽ 2. Tuſcu Ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit Intercurſo, as, are, frequentatiuum. Plin. lib. 76. ca. 4. Vnum ſimile formicæ, ſed multo maius rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſertum guttis Intercurſus, us, ui, interuentus, interceſſio. Liu. 2. ab urb. Conſulũ intercurſu rixa ſedata eſt.

INTERCVS, utis, pen. genitiui cor {*Tra carne & pelle*} adiectiuum eſt, idem ſignificans quod inteſtinus, a, um, quaſi inter carnem & cutẽ, uel quaſi intra cutem. Vnde Aqua intercus, ὕδρωψ. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cuipiã dederit ad aquam intercutem &c. Sic Vitium intercus appellat Gell lib. 13. ca. 8 quod foris non apparet, quaſi intra cutem conſiſtens. Cum (inquit) uitia fœdiſſime accuſarent, intercutibus uitiis ipſi madentes.

INTERCVTANEVS, nea, um, (τὸ ὑπὸ τῷ δέρματι) quod intra cutẽ eſt.

INTERDATVS cibus, apud Lucr. li. 4. hoc eſt, per corporis partes diuiſus. Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, Et recreet uires interdatus.

INTERDICO, is, penul. prod. {*Prohibire, uetare, interdire*} (παραγγέλλω, ἀπαγορεύω, εἴργω) ueto, prohibeo. Interdicitur autem locus, homo res. Et conſtruitur cũ datiuo, & ablatiuo. Ci. in Catone. Male rem gerentibus, patriis, bonis interdici ſolet. Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accuſatiuo poni. Sueto. de Nerone: Et quum interdixiſſet uſum amethyſtini ac Tyrii coloris, præcluſit cunctos negotiatores. Seneca li. 3. de Ira. Si iubet Cæſar, ſtatim illi domũ meam interdicam. Quod eſt contra Sipontinum, qui negat poſſe conſtrui cũ accuſatiuo. In paſſiuis autem locutionibus accuſatiuus huiuſmodi in nominatiuũ conuertitur. Ci. pro Domo ſua: ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur, πυρὸς καὶ ὕδατος εἴργεσθαι. Significat quandoque obſtare: & tunc duntaxat cum datiuo conſtruitur. Cic. in Verr. 4. Nemo noſtrum poſſet ædes ſuas, nemo fundũ, nemo bona patria obtinere: ſi cum hęc a quopiam ueſtrum petita ſunt, prætor improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem uelit, iudicem.

INTERDICTVM, cti, ſubſtantiuum, {*Vietato, interdetto, diuieto. Dant. Come m'hai uiſtu ancho eſtu diuieto*} (παράγγελμα, ἀπόρρημα) idem quod uetatio, ſiue prohibitio. Vnde interdicta Prætorum, dicũtur formæ, & conceptiones uerborũ quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tũc maxime faciebat, cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Cicer. contra Rul. Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. Idẽ ad Atti. Cæſaris interdicta reſpuuntur. Interdictus, a, um, participium, idem quod uetitus, ſeu prohibitus. Horat. 1. Epi. 5. Cui potior patria fuit interdicta uoluptas. Suetonius in Caligula cap. 25. Breuiq; miſſam facit, interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu.

INTERDICTIO, nis, uerbale ab interdico, (ἀπόρρημα, παράγγελμα) idẽ quod prohibitio. Cice. pro Domo ſua: Id autem ut eſſet faciendum, nõ adẽptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

INTERDVCTVS, us, (διαστολή) interpunctio, diſtinctio, quæ inter ſententias a librariis duci ſolet. Ci. in Ora. Ne infinite feratur, ut flumẽ, oratio, quę non aut ſpiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, ſed numero coacta debet inſiſtere.

INTERDIV, {*Di giorno*} (μεθ' ἡμέραν) aduerbium temporis, ſignificat per diẽ: cui contrarium eſt noctu. Cato de Re ruſt. Canes interdiu clauſos eſſe oportet, ut noctu acriores & uigilantiores ſint. Olim etiam pro eod. m dicebatur Interdius. Plaut. in Moſtel Sed quid hoc occluſa ianua eſt interdius.

INTERDVM, aduerbium. {*Qualche uolta*} (ἐνίοτε) idem quod aliquando, uel nonnunquam, ex Inter, & Dum, quod antiqui Interduatim dicebant. Verg. lib. 2. Georg Interdum aut hederę pandunt ueſtigia nigræ. Terent. in Eunuc. Cũ nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

INTEREA, {*Tra tanto fra queſto mezo*} (μεταξύ, ἐν τοσούτῳ) aduerbiũ tẽporis eſt, cõpoſitum ex integris duobus, Inter, et ea, quod quũ ſit neutrum plurale, debuit corripi: ſed quia factũ eſt aduerbium, producit a, ſicut præterea, antea & ſimilia Põt etiã & ablatiuus ſingularis intelligi, qui in cõpoſitione ſolet huiuſmodi inueniri: ut Quapropter, Quocirca. Significat autem interim, ſiue per hoc interim ſpatio. Terent. in Hecy. Quid interea ibatne ad Bacchidem? Vbi Donatus. Interea, inter eos dies. Idem in Andria: Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies: Interea fiet aliquid, ſpero. Interdum ſignificat tamen. Verg. 1. Georg. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

INTEREA LOCI, {*Fra queſto tempo*} (ἐν τῷ μεταξύ) idem eſt quod Interea tẽporis Sæpe n. Locus accipitur pro tẽpore. ut apud Ter. in And. Et multa alia, quæ non eſt nunc narrandi locus. Terent. in Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletaſti te Antiphila.

INTEREO, is, interii, {*Morire affatto*} (διαφθείρομαι, ἔρρω, ἀπαγχονίζομαι, παραπόλλυμαι) pereo, occido, morior, intercido Cicer. 3. de Natu Deo. Non intelligo, quomodo calore extincto corpora intereant. non intereant aut humore, aut ſpiritu amiſſo. Ira interit mora, Ouid. 1. de Arte. Morte interire, Idem in Ibin. Interire radicitus, eſt penitus, & ſine ulla ſpe renaſcendi interire: metaphora ducta à plantis, quæ cum radicibus euulſæ nunquam repullulãt. Lactan. lib. 9. Sed & genus omne impiorum radicitus interibit Habet autem Interire maiorem uim, q̃ perire. Tere. in Hecy. Perii, interii, cur mihi id non dixti?

Hinc Interitus, us, (ἀφανισμός) pro morte. Cice. 1. Tuſcu. Eſt enim interitus, quaſi

quaſi diſceſſus & ſecretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iun ctione aliqua tenebantur. Interitus patriæ, id eſt, euerſio patriæ. Cice. 5. Tuſc. Interitus patriæ, ca ſlium, ſeruitus &c. Interitus legum, hoc eſt, abolitio. Cice. in Catil. Aruſpices legum interitum, & urbis occaſum appropinquare dixerũt.

Interitus uero participium, (διεφθαρμένος) reperitur in paſſiua ſignificatione apud Quin. Claudium, Pugna acriter cõmiſſa, & multis utrinq; interitis.

INTERITIO, onis, uerbale, {Il morire} (ἀφάνισις) idem quod interitus. Ci. in Frument. Cum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uerſatæ ſunt, tum interitio facta nulla eſt. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen, qui legũt hic, Internecio.

INTEREQVITO, as, {Caualcare tra mezzo} διιππεύω. in medio equito. Cæſ lib. 6. Bel. Gal. Ordines interequitant. Liu. 5. Bel. Maced. obſtabant duces haſtilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, ſed inter equitantes alariĩ non patiebantur.

INTEREST, componitur ex In, & Re, & Eſt, ut ſit, quaſi Inreeſt, {Appartenere, eſſere differenza} διαφέρει. Vnde Mea intereſt, (διαφέρει μοι τοῦτο, διαφέρει μοι τοῦτο, μέλει μοι τούτου) in re mea eſt, hoc eſt, in mea utilitate, Ideoq; conſtruitur cũ his ablatiuis, Mea, tua, Sua, Noſtra, & Veſtra, & Cuia: ſiue ſit perſonale, ſiue imperſonale, cum in aliĩs nominibus genitiuo iungatur: ut Socratis intereſt: id eſt, in re Socratis eſt. Pro eodem interdum inuenitur, In re eſt, diuiſis dictionibus. Liui. Quid enim in re eſt aliud, ſi plebeiam Patricius du xerit? Quid iuris tandem mutat? Plaut. Si tuam eſt quippiã in rem. id eſt, ſi tua intereſt. Ponitur quandoq; ſine aliquo caſu. Plin. lib. 6. Seri etiam radices illitas fimo intereſt. Sic dicimus, Intereſt unde quis gaudeat. id eſt, multum facit, uel magna differentia eſt. Valerius Maximus: Nihil intereſt, an humi, an ſublime putreſcam. Cicero genitiuum iunxit: cum ait: Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Similiter Liuius: Si nihil intereſt regis, peto, ut illum dico, uinculis liberet. Nam hæc nomina, Magni, Parui, Tanti, Quanti, & aduerbia Facile Multum Plus, Plurimum, Parum, Paulũ, Paululum. Pauxillum, Nihil, Nunquid, Aliquid, Magis, Minus, Maximè, Minimè, iunguntur cum his uerbis, Intereſt, & Refert: ut Minime intereſt, Minime refert. Interdum etiam Intereſt, componitur ex Inter, & Eſt, ſignificatq; interdum præſentem eſſe, (παραγίνεσθαι, παρεῖναι) & ſic cõſtruitur cum datiuo. Ci. Lentulo: Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiĩs non interfuit ſolum, ſed etiam præfuit. Interdum in medio eſſe, interiacere παρήκειν. Liu. 2. de Bel. Pun. Id morari uictoriam rati, q intereſſet amnis. Colum. Arbores, quę in tererunt, ablaquebantur. Interdum differentiam importat, (διαφέρει) & conſtruitur cum duobus accuſatiuis, mediante Inter. Cice. 1. Offic. Inter hominẽ & beluam hoc maxime intereſt Dicimus quoq;, Sapiens intereſt a ſtulto & Inter eſt ſtulto. Teren. in Eunuc. Homini homo quid pręſtat? Stulto intelligens quid intereſt? Idem alio modo protulit in Adelph. Hoc pater, hoc dominus intereſt. id eſt, hoc intereſt inter patrem & dominum.

INTERFACIO, interfeci, interfactum {Fare in mezzo} (μεταξὺ ποιῶ) interim, ſeu per interualla facio. Liu. 5. Bel. Pun. Reliquit tamen modicum præſidium, ut ſimul interfaciendo muro adiuuaret, &c.

INTERFARIS, interfatur, interfari, {Interompere inframetterſi à parlare} (διακόπτειν) interpellare, loquentem interrumpere. Verg. 1. Aenei. Nec plura querentem Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt. Liui. 3. ab urb. Prius q̃ aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur. Interfatio, uerbale. Quint. lib. 4. Interim expedit narrationes breuiter interfatione diſtinguere.

INTERFEMINIVM, (τὰ γυναικεῖα) Apuleius appellat genitalia muliebria, eo q inter femina ſint collocata. Vide in dictione Femen.

INTERFICIO, cis, pe. co. {Vccidere, ammazzare} κατασφάζομαι, διαχρῶμαι, ἀποκτείνω. ſignificat occidere, Cęſ. 7. Bel. Gal. Equitẽ Romanum qui rei frumentarię iuſſu Cæſaris præerat, interficiunt. Interficere uita, hoc eſt, uita priuare. Plaut. in Trucu. Salue, qui me interfeciſti pene & uita & lumine. Interficere peſſimis exemplis. Plaut. Moſtel. Pro Iuppiter: nam quod malum uerſatur meæ domi: ut Diĩ Deæq; omnes me peſſumis exemplis interficiant. Interfectus omni ſupplicio. Cice. pro lege Manil. Vos legatum popu. Roma. omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis? Interfectus uſus ædium, Plautinus ſermo in Mercat. Vſus, fructus, uictus, cultus iam mihi harumce ædium interemptus eſt, interfectus eſt, alienatus eſt: occidi. Interfici etiam inanimata dicuntur. Ver. 4. Geog. Fer ſtabulis inimicum ignem, atq; interfice meſſes. id eſt, perde & crema. Interfector, ctoris, (φονεύς) Brutus Ciceroni: Hic ipſe puer, quem Cęſaris nomen incitare uidetur in Cæſaris interfectores. Cice. poſt reditum: Si hoſtes atq; interfectores Reipub. reuixiſſent.

INTERFIO, is, interfieri, {Conſumarſi, morire} (ἀφανίζεσθαι, διαφθείρεσθαι) pro conſumi, & interire apud antiquos. Lucret. lib. 3. Vt aut putreſcat corpore poſto, Aut flammis, interfiat, malisve ferarum.

INTERFLVO, fluis, {Scorrere per mezzo} διαῤῥέω. per medium fluo. Liu. 7. Bell. Pun. Et Aetoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras inter fluit (Rhion incolæ uocant) exercitu traiecto, depopulati erant.

INTERFLVVS, a, um. {Che ſcorre di mezzo} (μεσόῤῥοος) quod interfluit. Plin. lib. 6. cap. 26. Interfluo Euphrate, id eſt, interfluente.

INTERFRINGO, gis, ere {Rompere, frangere} (διαθρύπτομαι) idem quod infringere. Cato cap. 44. Qui locus recte ferax erit, quæ aridæ erunt, & ſi quid uentus interfregerit, ea omnia eximito. Sic Pli. lib. 17. cap. 18.

INTERFVRO, furis, furere, {Furiare, di mezzo} in medio duorum inſanio. Sta. 1. Achi. Dũq; arma parantur Dories, & alternũ Mauors interfurit orbẽ.

INTERFVNDO, {Spargere di mezzo} διαχέω. per medium fundo. Plin. lib. 2. Idem Oceanus interfuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam Aſiam diſpertit. Verg. 4. Georg. Et nouies Styx interfuſa coercet.

INTERGERINI, parietes appellantur, qui intergerunt. hoc eſt, ferunt, & ſu ſtinent onera, quos è creta iubet Vitruuius conſtituere. Dicti intergerini, q inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius: Et cratis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, cõſtituantur & intergerinis e creta, beroni busq; ea ulua factis calcetur. Feſtus: Intergerini parietes dicuntur, qui inter cõſi nes conſtruuntur, & quaſi intergeruntur. Budęus putat eoſdem parietes intergerinos dici, qui a Papiniano Concrantĩ uocantur, qui cõmuniter a duobus uicinis ædificantur, ad gerendum onus duorum ędificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari uocant Medianum parietem. Plin. lib. 35. cap. 14. Romæ non fiunt talia ædificia, quia ſeſquipedalis paries non plus q̃ unam contignationem tolerat cautumq; eſt, ne communis craſſior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

INTER HÆC, {Fra queſto mezzo} (μεταξὺ) duæ dictiones loco aduerbiĩ poſitæ, euſdem ſignificationis cum Interea.

INTERIACEO, es, pen. cor. (παράκειμαι) uide in ſimplici iaceo.

INTERIBI, {Fra queſtu mezzo} (ἐν τῷ μεταξὺ) aduerbium idem ſignificãs quod Interea. Plaut. in Aſina. Age tu interibi da ſuauium. Gell. lib. 3. cap. 7. Cõſul interibi dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos atq; editos.

INTERIICIO, is, tertia ſyllaba co. {Gettare, fra qualche caſa} (παρεμβάλλομαι, παρεμβάλλω) inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermiſceo. Colu. lib. 2. Vt ſi qua interiecta ſint ſtramentis, aut paleis ſpinarum, uel geminum ſemina intereant. Liu. lib. 1. ab urb. Aliasq; interiectas collibus ualles. Cæſ. lib. 7. Bel. Gal. Galli inter equites, raros ſagittarios, expeditoſq; leuis armaturę interiecerant, qui ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerent. Hinc Interiectio pars orationis animi affectum exprimens, ita dicta q orationi interiiciatur. Interiectus participium. Cæſ. 4. Bel. Gal. Neq; inter ſe contingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiĩs ſingulæ ſingulis ſaxis interiectis, arcte contineantur. Interiectus inter Philoſophos, id eſt, intermedius, inquit Budæus. Ci. 1. Offi. Aut interiecti inter philoſophos, & eos qui Rempu. adminiſtrarent, delectarentur re ſua familiari. Idem 2. de Natu. Deo. Naſus quaſi murus oculis interiectus.

INTERIECTVS, us, ui, {L'interporre} (παρένθεσις, παρεμβολή) ipſe interiĩciendi actus. Cice. 2. de Natu. Deo. Interpoſitu, interiectuq; terræ.

INTERIECTIO, {Interpoſitione} (παρένθεσις) interpoſitio, & inſertio. Quint. lib 4 cap. 2. Ne ſententia quidem uelut fatigatum intentione ſtomachũ iudicis reficere diſſuaſerim, maxime quidem breui interiectione. Idem lib. 8. ca. 2. Etiã interiectione, qua & oratores & hiſtorici frequenter utuntur, ut medio ſermone aliquem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur, breue eſt. Auctor ad Heren. lib. 10. Et tamen occulte dicemus interiectione uerborum.

INTERIECTVM tempus, {Tempo interpoſto} (ὁ παρεμβεβλημένος χρόνος) hoc eſt, interpoſitum.

INTERIM, pe. co. aduerbium temporis, {Fra queſto mezzo} (μεταξὺ) idem ſignificans quod interea, tantiſper, hoc interim ſpatio. Teren. in And. Funus interim procedit, ſequimur. Cice. 3. de Orat. Hoc interim in ſpatio conclaue illud cõcidit. Idẽ pro Ligario. Interim Varus, Vticam uenit. Ponitur & pro aliquãdo ἔσθ' ὅτι. Quint. lib. 1. ca. 6. Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſantur hæc uitia, aut cõſuetudine, aut auctoritate, aut uetuſtate, denique uicinitate uirtutum acriter ſe in illud tenue diſcrimẽ Grammaticus intẽdat. Aliquando pro repente. Teren. in Hecy. primum dies compluſculos bene cõueniebat ſane inter eas: interim Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam. Vbi Donatus Interim, exponit pro repente. Interim Aliquando diſcretio eſt rei, quæ ad narrationem pertinet, ut apud Teren. in And. Triſtis interim, nonnunquam collacrymabat.

INTERIMO, mis, pe. cor. {Ammazzare, uccidere} (ἀπαλλάττω, ἀφανίζω, διαφθείρω) interficio. Cice. 1. de Natu. Deo. Si quæ interimant innumerabilia ſunt, etiam ea quæ conſeruent infinita eſſe debent Interdum ponitur pro priuo. Pla. Ciſte. Nam dudum, ut concurrimus, Alceſimarchus ne ſe uita interimeret.

INTERIOR, {Più à dentro} (ἐνδότερος) & Interius, ἐσωτέρω, ab Interus antiquo poſitiuo. Vide Intra.

INTERITVS, us, {La morte} uide ſupra in uerbo Intereo.

INTERIVNGO, ſubſiſto, {Raggiungere, far fermare} (ἐφίσταμαι) tractum a curru, cuius rotæ interiectã ſude iunguntur, ut quieſcat. Martia. lib. 2. Et qui currere debeas Bouillas, Interiungere quæris ad Camœnas. Interiungere equos eſt equos è curru ſoluere, ut & paſtu, & quiete reficiantur. Idem lib. 3. Et hora laſſos Interiungit equos meridiana. Interiungere dextras, quod & Iungere dextram dextræ dixit Verg. Liu. 2. Bel. Pun. Tum dextrę interiectæ, militeſq; cõcione dimiſſa, a notis, ignotiſq; benigne atq; hoſpitaliter inuitati.

INTERLINO, is, pe. cor. interlinere, interlini, interliui, uel interleui, {Cancellare} (καταλείφω) ſcripturam, uel picturam lituris corrumpo. Ci. pro Cluentio. Qui tabulas publicas municipiĩ ſui corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit. Ibidem: In eo codice non haberet, qm tum interlitus proferebatur.

INTERLOQVOR, pen. cor. {Romper il parlare} (διακόπτω) abo loquente ſermones intermiſcere, ac quodammodo interturbare loquentẽ. Terẽ. in Hea. Siccine mihi interloquere? Quãdoq; ſignificat aliquid inter agendum definio. Vnde Interlocutoria ſententia uocatur, quæ non definit controuerſiam, ſed aliquid obiter ad cauſam pertinens decernit. Gel. lib. 14. cap. 2. Aliter atq; aliter eadem in cauſa, eodemq; in tempore ſentire, & interloqui uideatur. Interlocutio, onis, ſermonis interpoſitio. Quintil. lib. 5. ca. 7. Breui interlocutione patroni refutandus eſt.

INTERLVCEO, ces, pen. cor. {Tralucere} (παραφαίνω) in medio luceo, uel interea luceo, uel inter aliquid luceo. Liui. 9. Bel. Pun. Duos Soles uiſos, & noctu interluxiſſe, & facem ſtellæ ſepties ab ortu Solis ad Occidentem porrigi uiſam. Interlucet per tranſlationem, pro interapparet, & interconſpicitur. Liui. li. 1. ab urb. Quibus inter gradus dignitatis fortunęq; aliquid interlucet, poſteri fama ferrent. Verg. 9. Aenei. Interlucetq; corona Non tam ſpiſſa uiris.

INTERLVCO, cas, pen. pro. (διακαθαίρω) ramos ſeu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo reſecare: & a luce deductum uidetur, q cum cęduntur rami, lux fiat ipſi arbori amplior. Plin. lib. 17. cap. 13. Deputantur enim pariter cũ uite interlucata denſitate ramorum, qui ſint ſuperuacui. Interlucatio, uerbale. Pli. lib. 17. cap. 27. Interlucatio arboribus prodeſt: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. Eadem dicitur Collucatio, apud Catonem, & Varronem.

INTERLVNIVM, niĩ, (σύνοδος) dicitur id ſpatium temporis, in quo nec amplius luna uetus apparet, nec adhuc noua uidetur. quia radiĩs ſolaribus ſuperne illuſtratur, non autem ab ea parte, quæ nobis conſpicua eſt. Plin. lib. 7. cap. 5. Septimo non niſi pridie, poſterove pleniluniĩ die, aut interlunio concepti naſcuntur. Idem lib. 16. cap. 36. Inter omnes conuenit, utiliſſime in coitu lunæ ſterni: quem diem aliĩ interlunium, aliĩ ſilentis lunæ appellant. Hor. 1. Carm. Ode 25. Thracio bacchante magis ſub interlunia uento.

INTERLVO, luis, {*Bagnare in mezzo*}(περικλύζω) interfluo. Clau. lib. 1. Trinacria, quondam Italiæ pars una fuit, ſed pontus, & æſtus Mutauere ſitū, rapuit confinia Nereus Victor, & abſciſſos interluit æquore montes. Aliquando lauare eſt, διακλύζειν. Cato de Re ruſti. Manus interluito, poſtea uinum ſumito. Verg. 3. Aene. Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina, (Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt: quum protinus utraque tellus Vna foret, uenit medio ui pontus, & undis Heſperiam Siculo latus abſcidit: aruaque, & urbes Littore diductas anguſto interluit æſtu.

INTERMANEO, es, ere, {*Stare in mezzo*} inter, uel in medio maneo. Luca. lib. 6. Deſeſſus Cæſar mediis intermanet agris.

INTERMEDIVS, a, um, {*Framezzo*}(παρεμπείμενος, μέσος) interiacēs. Cice. in Orato. Eſt autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acumine poſteriorum, nec flumine utens ſuperiorum: uicinus amborum, in neutro excellens. Var. lib. 3. de Re ruſt. In lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbuſculis humilibus ordinatę.

INTERMEO, as, are, {*Scorrere di mezzo*}(παραρρέω) idem quod interfluere, hoc eſt, per medium meare, & fluere. Plin. lib. 5. cap. 30. Longeque clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Selenus.

INTERMESTRIS luna, (σύνοδος) dicitur interlunium, & coitus Lunę. Plin. lib. 16. cap. 38. Niſi intermeſtri luna, atque dimidiata, ne tangas materiam.
Intermenſtruum, idem eſt. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Quod à noua luna creſcit ad plenam, & inde ruſus ad nouam lunam decreſcit, quoad ueniat ad intermenſtruū, a quo die dicitur luna eſſe extrema, et prima. Intermenſtruus, ſtrua ſtruū, adiectiuum. ut Luna intermenſtrua. Plin. lib. 18. cap. 25. Maxime autem inter menſtrua dimidiaque ſtercorato.

INTERMICO, as, pen. cor. {*Riſplendere in mezzo*} διαυγάζω. In medio ſplendeo, Claud. lib. 1. Rutilum ſquammis intermicat aurum.

INTERMINOR, naris, pen. cor. {*Minacciare qualche gran male*}(ἐπαπειλέω, ἐμβριμῶμαι) magnum malū denuntio, uehementer minor. Terē. in And. Dixi ne tibi? Interminatus ſum, ne faceres? num ueritus? Interminari uitam. Plaut. Caſin. Imitatur malarum malam Diſciplinam, uiro quæ interminatur ſuo uitam. Id eſt, quæ uirum ſe interfecturam minatur.

INTERMINVS, a, um. {*Senza termine*}(ἀπέραντος, ἄορ[illegible]) quod nō habet terminum. Sidon. ad Fontei. Dominis Simplicio & Appollinari interminia intercaſſione uos comperi, &c. Hanc tamen uocem apud quempiam ueterum non facile inuenias.

INTERMINATVS, a, um, {*Non terminato*}(ἀπείρατος, ἀόριστος) nō terminatus, termino carens, indefinitus. Cic. de Natu. Deor. Confugitis ad Deum, cuius operam profecto non deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionem uideretis.

INTERMISCEO, es, ere, {*Meſcbiare di mezzo*} (παραμίγνυμι) miſcere in medio. Verg. Eclog. 1. Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

INTERMITTO, {*Tralaſciare*} διαλείπω, ἐπέχω. ad tempus omitto, ceſſo. Cic. Eſt ego ad tempus intermiſeram, potius quàm omiſeram. Cic. 2. Offic. Acriores autem remorſus ſunt intermiſſæ libertatis, quàm retentæ.

INTERMISSVS, us, (διάλειψις) idem quod intermiſſio. Plin. lib. 10. cap. 29. Luſcinus diebus, ac noctibus quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus.

INTERMISSIO, nis, uerbale, {*Intermiſſione*}(διάλειψις) uacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cice. 1. de Natu. Deo. Nec tamen uideo, quo modo uideatur iſte deus beatus, cum ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna.

INTERMORIOR, eris, {*Morire*}(παραπόλλυμαι) morior, pereo, intereo, perdor. Bithynichus ad Cic. lib. 6. Epiſto. Peto a te, ut abſentem me quibuſcunque in rebus opus fuerit, tuearis, ſi nullum officium tuū apud me intermortuum exiſtimas. Intermortuum uero, Latini dicunt eum qui inter mortem uitamque ex dolore procumbit, ſimilis expiranti. Sueto. de Nero. Poſtquam deinde Galbam, & Hiſpanias defeciſſe cognouit, collapſus, animoque male fracto diu & ſine uoce & prope intermortuus iacuit. Cice. in Piſo. Vos eandem illam manu ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis. Id eſt, ex reliquiis propemodum extinctis. Memoriam generis prope intermortuam reuocare. idem pro Muræna.

INTERMVNDIVM, dii, ſpatium medium inter plures mundos: Sicut Intercolumnium ſpatium inter columnas. Voluit enim Epicurus infinitos eſſe mundos, & inter ea ſpatia magna inania, per quæ atomi uolitantes alios atque alios mundos coagmentarent. Cic. lib. 3. de Finib. Indiuidua cum dicites, & Intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus. Idē 1. de Nat. Deo. Tanquam modo ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet. Budæus.

INTERNASCOR, eris, {*Naſcere in mezzo*}(παραφύομαι) in medio naſci Plin. lib. 18. cap. 16. Internaſcentesque herbas excludi. Liui. 8. Bel. Pun. Anguſtiæ & internata uirgulta ordines dirimebant.

INTERNECO, as, pen. cor. internecaui, internecatum, & internectum, {*Uccidere, amazzare*}(ἐξολοθρεύω) deleo, ſimul interficio, & multitudinem totam ferme complectitur. Plau. in Amph. Legiones reueniunt domum, duello extincto maximo, atque internectis hoſtibus. Cic. 14. Phil. Internecti noſtra teſtamentis credo ſubiiciunt. Hinc internecio, (πανωλεθρία) uitæ priuatio. Cic. 5. Ver. Tamen aratorum internecio facta nulla eſt.

INTERNECINVS, a, um, pen. pro. {*Cio che ſi appartiene ad uccisione*}(πανώλεθρος) quod ad internecionem pertinet. Vnde Internecinum teſtamētum dicitur, auctore Feſto, propter quod dominus eius necatus eſt. Iternecinū bellum, cuius exitus alteri parti internecionem affert. Liu. lib. 7. Nullus modus fuit cædibus, deleta Auſonum gens, uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet.

INTERNECTO, is, re, {*Ligare inſieme*}(συνδέω, συμπλέκω) colligare, inter ſe connectere. Stat. 8. Theb. Vix magna lauare Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.

INTERNIGRANS, pen. cor. internigrantis, paſſim nigricans. Stat. 6. Thebai. Noctemque diemque Aſſimilans, maculis internigrantibus albæ.

INTERNITEO, es, ere {*Lucere tra l'altre coſe*} inter alia nitere, uel perlucere Curtius: Spiſſę nubes intendere ſe cœlo, & quicquid lucis internitebat, offuſa caligine extinctum eſt. Idem alibi, Armorum internitentium fulgor.

INTERNODIVM, dii, {*Spatio tra l'uno & l'altro nodo*} (φάλαγξ) eſt ſpatium intermedium inter duos nodos, quale uidemus in arundinibus, & culmis Plin. lib. 7. ca. 2. Arundines uero tantæ proceritatis, ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Ouid. 11. Metam. Longa internodia crurum. Idem 6. Metam. Mollia nodoſus facit internodia poples.

INTERNOSCO, {*Diſcernere, conoſcere tra gli altri*}(διαγινώσκω) inter alios noſco, ſiue diſcerno. Ci. 4. de Orat. Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoſcere.

INTERNVNTIVS, tii, {*Meſſetto, mezzano interprete, ſanſale*}(διάκτορ) qui inter alios medius eſt ad aliquid tractandum, & modo huc, modo illi per uices nuntiat. Tere. in Eunu. Eho, num nam tu hic relictus cuſtos, Ne quis forte internuntius clàm a milite ad iſtam curſitet? Internuntius, & miniſter rei alterius. Liu. 3. Bel. Maced. Augures interpretes, & internuntii Iouis, Cic. 1. Phil. Huius fœmininum eſt Internuntia.

INTERNVS, Interaneus, (ἐντός, ἔσωθεν, ἐνδόμυχος) & Interne ab intra.

INTER OPVS, (μεταξύ, ἐργαζόμενος) hoc eſt, in ipſo opere, uel cum opus fit. Tibul. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

INTERO, ris, ere, {*Tritare, Pet. L'altro ch'appreſſo à me la terra trita*}(ἐντρίβω) terendo immitto: ut, Intere panem lacti. Var. 2. de Re ruſt. cap. 6. Nec nō ſta panem hordeaceum dandum, ut nō potius eum in lacte des intritū &c. Cato de Re ruſt. cap. 156. Et eo cyminum interito. Teren. in Phorm. Ad te ſumma ſolum Phormio redit: Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum. Vbi Donatus: Parœmia apta paraſito, quę de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de allio mortario dici ſolet. Et bene Intriſti: proprie enim intrita dicitur huiuſmodi cibus. Hæc Donatus.

INTERORDINIVM, nii, τὸ μεταόρχιον. ſpatium quod eſt inter ordines. Colum. lib. 5. cap. 5. Sed de ſpatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ, ſiue aratro uineas culturi ſunt, laxiora interordinia relinquenda, &c.

INTERORDINARIVS, & Interordo. quæ huc congeſta erant, reſecuimus, cum uideremus Calepinum ea in re corruptis exemplaribus fuiſſe deceptū Nam quod ad priorem dictionem, attinet in eo loco, quem ex Columella adducit Inter ordinaria, regendum eſt, diuiſis dictionibus, ad hūc modum: Conſitis pluribus inter ordinaria ſemina malleolis. Idem dicendum de poſteriore. Nam in eo loco, quē ex Columella adducit, legitur, Inter ordines, diuiſis dictionibus. Hoc ideo admonere uiſum eſt, nequid temere quis a nobis credat amputatum.

INTERPELLO, las, lare, {*Interrompere*} διακόπτειν, παρενοχλεῖν τῷ λέγοντι, καὶ λόγον ὑπεμβάλλειν. eſt loquentem: uel aliquid agentem interrumpere. Cice. 1. Tuſcu. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Hircius 2. Bel. Aſia. Cum in Aſiam ueniſſet, reperiebat Titum Appium, conatum eſſe tollere pecunias ex fano Dianæ: ſed interpellatum aduentu Cæſaris profugiſſe. Aliquando eſt dicere uel commonere. Lucil. lib. 27. ut citat Nonius: Verum tu quid agis? interpella me, ut ſciam. Aliquando rogare. Valer. Maxi. li. 3. Cato rogatus, ut ſocios apud auunculum adiuuaret, conſtanti uultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Interpellare uirginem uel matronam de ſtupro, frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro ambire, uel petere eius concubitum. Interpellare ſtuprum, id eſt, quod impedire, & interrumpere. Liu. 3. ab urb. Stupro interpellatu magis, quàm cæde motus. Interpellare debitorem, eſt debitum exigere. Pomp. Si nemo ſit, qui a parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit. Interpellare partā uictoriam, impedire, remorari. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Sed ſiue ipſorum perturbatio, ſiue error aliquis, ſiue etiam fortuna partam iam præſentemque uictoriam interpellaſſet, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum uirtute ſarciretur.
Interpellare de negotio aliquem, (λόγον περί τινος προσάγειν) eſt conuenire, & uerba cum eis facere. Senec. li. Declam. 8. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit. Interpellatio, onis. Cice. de prouinciis Conſularibus: Interpellatio mei familiaris, qua paulo ante interrupta eſt oratio mea. Idem Lepte. li. 16. Itaque literæ quidem meæ impediūtur, in quibus ſine ulla interpellatione uerſor. Plin. in Epiſto. Interdum laſſo mihi opportuna interpellatione ſubueniunt. Interpellator, toris, interuētor, qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agētē. Cice. 3. Offic. Dictabat ſe hortulos aliquos emere uelle, quo inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Auctor ad Heren. lib. 1. Dialecticæ alieni ſermonis moleſti interpellatores.

INTERPENSIVA. apud Vitruuiū, perticarum, tigillorum, aſſerumue genera ſunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorū, ad imbres in colliquias deriuandos, uel alium quemuis uſum interlocantur, quaſi ea quę a pendēdo Græci appellant κρεμαστήρια.

INTERPENSIVI PARIETES. (κρεμαστῆρες) ſunt qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in Solo fundamentum habent, ſed in pendenti iungūt. Hermolaus.

INTERPLICO, as, are, (παρεμπλέκω) paſſim implico. Stat. 4. Thebad. Albaque puniceas interplicat infula criſtas.

INTERPOLO, as, are, {*Rinouare, inſtaurare*} (ἀνακαινίζω) eſt immutare uel inſtaurare, & rebus uetuſtis nouam formam inducere: a poliendo dictū, ut Perottus exiſtimat. Vnde Veſtimēta interpolata, quibus a fullonibus ita noua lana eſt inducta, ut pro nouis fallere poſſint. Cic. Quin. Frat. Vult, inquam, Appius renouare eundem magiſtratum, quo minus togam prætextā quotannis interpolet. Sic Mancipia interpolata dicuntur, quæ cum ſint ueterana, tamen a uenaliciariis ita ornantur, fingūtur, & quaſi renouātur, ut pro nouis uēdi poſſint. Vlpian. in l. Præcipiunt Aediles. ff. de Aedil. edict. Quia igitur Venaliciarii ſciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant ueteratores, & pro nouitiis uendunt. Plin. lib. 10. cap. 14. At hercle Alexandriæ, ubi tura interpolantur. id eſt, rudia cum ſint, poliuntur. Conuehebatur enim illuc tus rude, aſpectu ſimile cortici. Plau. in Amph. Illic me homo interpolabit, meūque os unget denuo. Interpolatio, onis, Plin. lib. 1. cap. 12. de chartis. Hanc excepit Romæ Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpellatione principalem fecit è plebeia.

INTERPOLATOREM, {*Rigattiere*}(ἱματιοκάπηλος) uocamus, qui antiquas ueſtes reconcinnat, ac renouat, ut facilius uendat.

INTERPOLATRIX, (ἀμφιεννύτρια) mulier quæ antiquas ueſtes renouat, ut eas facilius uendat. Pomponius. Interpolatricem accerſire oportet, quæ huic ueſtem adducat.

INTERPOLIS, & hoc le, (ἐπισκευαστὸν) quod interpolatum eſt. Pli. lib. 19. Eſt quodã eius natura interpolis, rurſusq; quamlibet uetuſtum nouo miſcetur. Sic per tranſlationẽ mulieres etiam interpoles dicuntur, quæ uitia deformitatis arte occultant. Plaut. in Moſtel. Nam iſtæc ueteres, quæ ſe unguento unctuãt interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant.

INTERPOLVS, la, lum, (ἐπισκευαστὸς) idem quod interpolis, hoc eſt, reconcinnatus. Vlpian. l. Labeo. Digeſt. de Contrahen. emp. & uendit. Si ueſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præſtãdum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit.

INTERPONO, nis, ere, {*Interporre*} (παρεντίθημι, παρεμβάλλω) interſero, interiicio. Cice. de Amic. Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne Inquam, & inquit, ſæpius interponeretur. Interponere accuſatorẽ, eſt ſubmittere, uel ſubornare. Cice 3. Ver. Interpoſuiſtis accuſatorem, qui cum ego mihi centum & decem dies ſolus in Siciliam poſtulaſſem, centum & octo ſibi in Achaiam poſtularet. Interponere auctoritatem ſuam, eſt auctoritate ſua impedire, ne aliquid fiat. Ci. 3. Phi. Quod ſi auctoritatem tuam interponis ſine armis, magis quidem laudo. Fidem ſuam interponere, eſt aliquid in fidem ſuam recipere. Cæſ. 5. Bell. Gall. Ipſi uero nihil nocitum iri, inq; eam rem ſe ſuam fidem interponere. Interponere poſtulata, eſt proferre ea quæ quis ſibi poſtulet concedi. Ci. 8. Phil. Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quo minus, quod opus eſſet ad bellũ, a nobis pararetur. Interponere ſe rei alicui, eſt ſe immiſcere. Cic. in Diuin. in Verrem. Cur te interponis inuitiſſimis his quibus maxime lex conſultum eſſe uult? Interpoſitio, onis, (παρένθεσις) inſertio, interiectio. Cic. de Inuen. Quæſtionem autem eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, ſine certarum perſonarum interpoſitione. Interpoſitio, pro iis quę lineis ſuperſcribi, & interſcribi ſolent, dum aliquid emendatur. Ci. ad Tironem lib. 16. Tu iſtic, ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidẽ facilè legere ſoleo, de quadrimo Catone. Interpoſitus, a, um, participium. Plin. lib. 18. cap. 16. Interpoſitis quinis diebus. Hoc eſt, interiectis, uel intermiſſis.

INTERPOSITVS, us, ui, {*Interpoſitione*} (παρένθεσις, παρεμβολὴ) idem quod interpoſitio. Cice. 2. de Natu. Deo. Tum ipſa incidens in umbram terræ, cũ eſt è regione ſolis interpoſitu interiectuq; terræ repente deficit De luna.

INTERPREMO, pen. cor. (συμπιέζω) comprimo, uel premendo colliſdo, un de Interpremere fauces: eſt faucibus compreſſis ſpiritum intercludere. Plaut. in Ru. Aedepol, infortunio hominẽ prædicas donabilem, Qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

INTERPRES, tis, {*Interprete*} (ἑρμηνεὺς) eſt qui in aliqua re agẽda medius eſt, & ueluti conciliator, & auctor, πρόξενος. Verg. lib. 4. Aene. Tuq; harum interpres curarum, & conſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicuntur, per quos inducitur pactio. Quoniam uero huiuſmodi homines, animos eorũ, quibus dati ſunt interpretes, ſolicitantur, & inuicem illi exponunt, factum eſt, ut interpres pro eo accipiatur, qui obſcura exponit. Verg. 3. Aeneid. Troiugena interpres diuum. Vbi Seruius. Interpres uaticinator, qui mentem Deorũ mortalibus publicat. Ci. 1. de Diuin. Interpretes portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. Interpres item qui uertit aliquid ex una lingua in aliam. Cice. de Opti. gene. Orat. Nec conuerti ut interpres, ſed ut orator, ſententijs iiſdem, & earum formis, tanquam figuris, uerbis ad noſtram conſuetudinem aptis.

INTERPRETAMENTVM, ti, {*Interpretatione*} (ἑρμηνεία) interpretatio. Gellius. Ea quibus diuerſa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus.

INTERPRETOR, aris, pen. cor. {*Interpretare, eſponere*} ἑρμηνεύω, ἐξηγοῦμαι, expono, explico, explano. Cice. lib. 2. Offic. Nec quicquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari uelis, quàm ſtudium ſapientiæ. Interpretari, pro iudicare. Cice. ad Atti. Quod ſi auderem, Athenas peterem, ſane ita cadebat, ut uellẽ. Nũc noſtri hoſtes ibi ſunt, & te non habemus: et uetemur, ne interpretẽtur illud oppidum non ſatis ab Italia abeſſe. Interpretari memoriæ alicuius: hoc eſt, reducere in memoriã. Pla. in Epid. Iniquè iniurius es. P. Quid iã? M. quia tuæ memoriæ Interpretari me æquum cenſes. Interpretatio, tionis, ἑρμηνεία, expoſitio. Cice. 2. Offic. Nimis callida ſed malitioſa iuris interpretatio. Interpretatio, inquit, auctor ad Heren. li. 4. eſt, quæ non iterans idem redintegrat uerbum, ſed id commutat, quod poſitum eſt alio uerbo, quod idem ualeat. Interpretatio, coniectura & iudicium. Li. 2. ab urb. Non crediderim factum an tantum animo roboris fuerit nec traditur certum nec interpretatio eſt facilis, Budæus. Interpretatus, a, um, participium: expoſitus, explicatus. Cice. 2. de Legib. Veſta quaſi focus urbis, ut Græco nomine eſt appellata: quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

INTERPVNCTVS, a, um, (διεσταλμένος) quod punctis diſtinctum eſt. Cice. 2. de Orato. Sed feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus. Interpunctum, cti, neut. gene. (διαστολὴ) diſtinctio. Cice. 3. de Orato. Clauſulas, & interpuncta uerborũ, animæ interclusio, & anguſtię ſpiritus attulerunt. Interpunctio, onis, idem quod interpunctum. Cic. pro Mur. Res enim ſunt paruæ prope in ſingulis literis, atq; interpunctionibus uerborũ occupatæ.

INTERPVNGO, gis, xi, ctum, διαστέλλω, διαστίζω) punctis diſtinguo, unde interpunctus, particip. de quo iam egimus.

INTERPVTO, as, pen. cor. (περικαθαίρω) quaſi per circuitum putare, & purgare. Colum. li. 3. Roſam fruticibus, ac ſurculis diſpons per ſurculos pedales cõuenit, per idem tempus, quo & uiolam: ſed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat.

INTERQVIESCO, is, re, {*Riposarsi*} (ἡσυχάζω) idem quod quieſcere. Pli. in Epiſto. Iulio menſe, quo maxime lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. Cice. de Clar. Orato. Cum hæc dixiſſem, & paululum interquieuiſſem, &c.

INTERRADO, is, pe. prod. {*Radere d'ogni intorno*} (διαξέω) hinc illinc abrado. Colum. de Arb. cap. 16. Nam ſi ſpiſſe poſueris, neq; infra quicquam ſerere poteris, nec ſi ipſe fructuoſæ erunt, niſi eas interraſeris. Plin. lib. 15. cap. 2. Oleę attondentur, ſicut & uites, atq; etiam interradi gaudent. Interradere, pro exculpere, hinc ille eradere, & excauare. Plin. lib. 35. cap. 1. de pictura: Nec tantum, inquit, ut parietes toti operiantur: uerum & interraſo marmore, uermiculatiſq; ad effigies rerum animaliumq; cruſtis. Budæus.

INTERRASILIS, ſile, idem quod interraſus, hoc eſt, per interualla eraſus, et exculptus. Plin. li. 12. cap. 16. Coronas ex cinnamomo interraſili auro incluſas.

INTERREX, egis, {*Vice re in morte de Re*} (μεσοβασιλεὺς) dicitur is, qui regis mortui munere fungitur, donec nouus rex creatus ſit. Hic autẽ magiſtratus, introductus fuit poſt mortẽ Romuli. Nam cum inter Patres de rege creãdo conuenire non poſſet, res ad interregnum redijt, placuitq; Rempu. a Patribus adminiſtrari, donec nouus rex creatus eſſet. Vide Liui. li. 1. ab urb. Ci. contra Rullum: L. Fla. Interrex legem de Sylla tulit, ut omnia quęcunq; ille feciſſet, rata eſſent. Idem 3. lib. Epiſto. Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilij dederim, ut a ſingulis Interregibus, binas aduocationes poſtulent.

INTERREGNVM, ni, (μεσοβασιλεία) regni interuallum, & ſpatium temporis, quouſq; in locum demortui regis alius ordinatur. Cic. ad Atti. Nam per magni eius intereſt, rem ad interregnum non uenire.

INTERRITVS, a, um, pen. cor. {*Che non ha paura*} (ἄδειος) idem quod imperteritus. Ouid. 10. Metam. Quid, quod ineſt uirtus, & mens interrita læti.

INTERROGO, as, {*Interrogare, dimandare*} (ἐρωτάω, πυνθάνομαι) quæro, rogo. Cice. in Orat. Vt interrogando urgeat, & rurſus quaſi ad interrogata ſibiipſe reſpondeat. Plau. Pœnulo. Si exierit leno, cenſetis hominem interrogẽ, Meus ſeruos ſi ad eũ uenerit, nec ne? Ab hoc Interrogatio, (ἐρώτησις) & Interrogatiuum, (ἐρωτηματικὸν) deducuntur. Cic. de Fato: Recte genus hoc interrogationis ignauum atq; iners nominatum eſt. Inſtare interrogationi, Quin. li. 5. cap. 7. Longius repetita interrogatio, Quintil. Ibidem. Interrogatiuncula, læ, diminutiuum. Ci. in Parado. Sed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit efficit.

INTERRVMPO, pis, {*Interrompere, diſturbare*} (ἀπορρήγνυμι, διαρρήγνυμι) medium abrumpo. Plãcus Ciceroni. Pontes, quos feceram, interrupi. Interrumpere ordinẽ, id eſt, confundere. Colu. lib. 11. ca. 2. Interrumpere ſomnos, interturbare. Plin. lib. 28. cap. 4. Interrupta conſuetudo, intermiſſa. Cice. ad Caſ. Epiſto. lib. 15.

INTERRVPTE, aduerb. {*Diuiſamente, ſeparatamente, interrottamente*} (συντόμως) inciſe, uel cæſim, aut diuiſe. Cice. 2. de Orato. Erit autem perſpicua narratio, ſi uerbis uſitatis, ſi ordine tẽporũ conſeruato, ſi non interrupte narrabitur.

INTERSCALMIVM, mij, (μεσοσκάλμιον) dicitur ſpatium illud in naui, quod eſt inter ſcalmum & ſcalmũ: ſicut Interſtitium ſpatium duarum columnarum. Eſt autem Scalmus lignũ illud ad quod remus inhæret, & circũflectitur.

INTERSCALPILIVM, lij, proprie eſt ſpatium illud in dorſo, quod inter ſcapulas eſt. Hyginus in deſcriptione Vrſæ: In humero claram unam, in pede de poſterioribus nouiſſimi duas, in ſummo interſcapilio unam.

INTERSCINDO, dis, {*Fendere, tagliare per mezzo*} (διασχίζω) medium abrumpo, ſiue diſcindo, Liui. 1. Bel. Pun. Pontemq; interſcinderẽt. Cic. 2. de Legi. Nec quia nuſquam erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, à tergoq; pontem interſcindi iuberet. Lactan. de Opiſic. Labra ipſa, quæ quaſi antea cohærebant, quàm decenter interſcindit. Liu. 8. Bel. Pun. Nã et ipſa Chalcis, quanquã eiuſdem, inſulę urbs eſt, tamen adeo arcto interſcinditur freto, ut ponte continenti iungatur.

INTERSCRIBO, bis pen. prod. {*Scriuere di mezzo*} (παρεγγράφω) inter uciſus ſcribo, interpono, interſero. Pli. Epi. 129. Poteris & quæ dixeris poſt obliuionẽ retractare, multa detinere, plura tráſire, alia interſcribere, alia reſcribere.

INTERSECO, as, pe. cor. {*Tagliare in pezzi*} (διατέμνω) in partes ſecare. ad Heren. lib. 3. Vt ipſa pronuntiationes res ipſas, quæ demonſtrauimus inſerere, atq; interſecare uideamur in animis auditorum.

INTERSEPIO, pis, pen. cor. {*Intermezzare*} (διείργω, διαλαμβάνω) ueluti ſepibus quibuſdam intercludo, uel iter impedio. Liu. 2. Bel. Macedo. Per triduum inſequens territauit eos, nunc prælijs laceſſendo, nunc operibus interſepiẽdo quædam ne exitus ad fugam eſſet. Interſepire urbem uallo, id eſt, munire, Liui. 5. Bel. Pun. Cic. pro Corn. Balb. Ne interſeptum ſit huius iter perpetuo ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis. Hinc Interſeptum dicitur, (διάφραγμα) quicquid in re aliqua medium eſt: ueluti eſt cartilago illa, quę ueluti paries inter medium nares dirimit: item ſeptum illud tranſuerſum, quod uiſcera uitalia ſeparat a naturalibus.

INTERSERO, ris, interſeui, interſitum, pe. co. {*Piantare, ò ſeminare fra altre coſe*} (παρεμφυτεύω, παρεμβάλλω) in medio aliorum planto, ſemino, inſerove. Colum. de Re ruſti. lib. 3. cap. 17. Coæquato deinceps paſtinato, malleolus ordinarijs uitibus interſerendus eſt. Idem lib. 8. ca. 18. Eaq; contegantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus. Ouid. 10. Metamorph. Medijs interſerit oſcula uerbis.

INTERSERO, ris, ſerui, ſertum. {*Tramettere, interporre*} (παρεμβάλλω, παρεντίθημι) interpono, interijcio. Pli. in Epiſt. Prædia agris meis uicina, atq; etiam interſerta: uenalia ſunt.

INTERSPIRO, ras, pen. prod. {*Sperare*} (διαπνέω) perſpiro, expiro. Cato: Manu comprimito acina, ut combibant aquam marinam: ubi impleueris doliũ operculo operito, relinquito qua inter ſpiret. Hinc Interſpiratio uerbale, Cice. 3. de Orato. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, &c. Plin. lib. 23. ca. 1. A balneis raptum & ſine interſpiratione uecat. De muſto loquitur.

INTERSTERNO, nis, {*Interporre*} (παρεμβάλλω) interiicio, intermiſceo. Iuſt. lib. 1. Hæc Babyloniam condidit, murumq; urbi cocto latere circundedit, arena, pice, bitumine interſtrato. Plin. li. 29. ca. 2. Alij haſtulas tedæ ſubiectis, & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt.

INTERSTINGVO, guis, {*Diſtinguere ſeparare, eſtinguere*} (διαστίζω, κατασβέννυμι) diſtinguo. Stat. 3. Syl. Spatia interſtincta columnis. Interdum idẽ quod extinguo. Feſtus: Ignis Veſtæ ſi quãdo interſtinctus eſſet, uirgines uerberibus afficiebãtur a Pontifice. Apul. Iamq; protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet. Id eſt animam intercludere ſeu ſuffocare.

INTERSTITIVM, tij, {*Spatio, diſtanza*} (διάστημα) ſpatium & diſtantia inter aliqua. Macrob. Cum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aer, & ignis, tribus ſine dubio interſtitijs ſeparãtur: quorum unũ eſt a terra uſq; ad aquam, ab aqua uſq; ad aera, ſequẽs: tertium, ab aere uſq; ad ignẽ

Higinus. Quod ab eo ſidere paruo interſtitio differt. Interſtitio, tionis, (διάλειψις) intermiſſio, ceſſatio, uacatio. Gell. lib. 20. cap. 1. Velut quoddam interſtitium, id eſt, turis inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem.

INTERSTITIVM LVNÆ, (σύνοδος) idem quod interlunium, ſeu coitus lunæ cum ſole. quo tẽpore ꝙ ſuperiore parte tantum illuſtretur, à nobis cerni non poteſt. Apul. Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium.

INTERSTREPO, is, {*Far ſtrepito tra gl'altri*} ſtrepitum inter alios emittere. Verg. 9. Eclog. Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores. Quã tamẽ in loco uidetur rectius legi poſſe, Inter ſtrepere, diuiſis dictionibus: ut ſit ordo, Strepere inter argutos olores.

INTERSTRINGO, is, {*Stringere*} (συμπιέζω) comprimo: ut, Interſtringere gulam (στραγγαλᾶν) id eſt, ſuffocare, uel ſtrangulare. Pla. in Aulu. Ibo intro, atq; illi tuo ſocieno, iam interſtringam gulam.

INTERSTRVO, uis, {*Mettere inſieme, comporre*} (συνοικοδομέω, συντάττω) ſimul inter ſeſe conſtruo, coapto, compono. Silius lib. 10. Teleſinus ad oſſa illiſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus, Occumbit.

INTERSVM, {*Eſſere preſente*} (πάρειμι) præſens, ſum, adſum. Ci. Lentulo: Quæ hic geruntur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed etiam, præfuit. Significat etiam differre, diſcrepare, (διαλλάττω) Terent. in Eunuc. Stulto intelligens quid intereſt. Vide Intereſt.

INTERTEXTVM, ti, {*Teſſuto in mezzo, che ha qualche coſa teſſuta di mezzo*} (παρύφαντον) quod in medio textum aliquid habet. ut Chlamys interte xta auro eſt, chlamys ſerica, quæ aurum habet inter byſſum tranſlucens, a Phrygionibus intextũ quod genus ueſtium à Suetonio in Auguſto Phrygianæ uocantur. Vulgus hodie uocat Brocatas. Quin. lib. 8. ca. 5. Neminem decet intertexta pluribus notis ueſtis.

INTERTRAHO, is, {*Rapire, leuar uia*} (ἐξέλκω) eripio, auſero. Pla. in Amphi. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

INTERTRIGO, pen. pro. huius intertriginis nomen ab interterendo deductum, (παράτριμμα) eſt id malum, cũ ſimul membra interteruntur & cõfricantur, accedenteq; ſudore excoriãtur, quod mali genus in fœminibus maxime ſolet accidere, cum ſcilicet equitantium uel pedibus incedentium femina atterũtur, adurũturq;. Dicitur etiã Intertrigo in iumentis, cum uitioſo ingreſſu calces aut etiã ſuffragines atteruntur. Colum. li. 7. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto ac trito ſale, cum adipe deſiccatur.

INTERTRIMENTVM, ti, {*Danno*} (βλάβη) quid ſit, declarat Var. li. 4. de lingua Latina. Detrimentũ (inquit) a detritu dicitur, ꝙ ea quæ trita ſunt minoris pretii ſunt. Ab eadẽ mente Intertrimentum ab eo, ꝙ duo quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt. Teren. in Heaut. Nunc, cum ſine magno intertrimẽto non poteſt Haberi, quid uis dare cupis. Intrimentum pro euanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit, accepit Liu. lib. 2. Bel. Maced. Carthaginenſes eo anno argentum in ſtipendium primum impoſitum aduexerunt: id quia probũ non eſſet Quęſtores renunciauerunt, experiẽtibusq; para quarta decocta erat pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Cic. 3. Ver. poſuit pro communi iactura, quæ accidit in conficiendo aliquo negotio. L. Rabonio (inquit) ædem Caſtoris tradi oportebat. Is caſu Iunii pupilli tutor erat teſtamento patris. Cum eo nullo intertrimento conuen. rat iam, quemadmodũ traderetur. Aſconius: Detrimentum unius partis eſſe poteſt: intertrimentũ uero dãtis, & accipientis. Secundum quo Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negotii iactura poſuit. Budæus.

INTERTRITVRA, æ, {*Danno*} (βλάβη) idem quod intertrimentũ. hoc eſt damnum, & proprie in auro, argento, aut ueſtibus quorum pretium uſu atque attrectatione imminuitur. Scæuola de Pig. actio. l. Pignori. Quæro intertrituram, quæ ex operis facta eſt.

INTERTVRBO, as, {*Diſturbare*} (διαταράττω, παρενοχλέω, διακόπτω) ualde turbo, ſeu aliquid aut agentem, aut dicentem interpello. Terẽ. in And. Daaus interturbat omnia, ubi Donatus: Hic Inter, auctiua particula eſt, adeo ut nõ pro media ſigni catione ſit, ſed qua maiorem habere non poteſt: ut, Interfectus. Interturbatio, onis. Liu. 3. Bell. Pun. Ipſi q; ualetudinem excuſans patri animi quoq; eius miſerabilem interturbationem cum quæreret, &c.

INTERVACO, cas, pen. cor. {*Reſtare uacua in mezzo*} (διακενόομαι) in medio uacuus maneo. Colum. li. 5. Bulbus tripedaneis interuacãtibus ſpatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

INTERVALLVM, li, {*Interuallo, ſpatio*} (διάστασις, διάστημα) ſpatium quod eſt inter palos uallũ caſtrenſe; conſtituentes: a quo omne ſpatium Interuallum eſt nuncupatum. Plin. lib. 6. cap. 22. Septem dierum interuallo ſerato. Ci. ad Caſ. Primu ut te, quem tamdiu plurimi facio, tanto interuallo uiderem: deinde ut tibi, &c. Ex tanto interuallo. Cice. ad Caſ. Cur ex tanto interuallo eum deiectam uſurparent. Longo interuallo: Cic. 8. Ver. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionyſius, &c. Quod etiam dicitur Longo poſt tempore. Interuallatus, a, um, (περιοδικός) quod poſt certa tẽporũ interualla reuertitur: ut, Interuallata febris, quam intermittentem, & reuertentem uocamus. Gel. lib. 17. cap. 12. Hæc biduo medio interuallata febris.

INTERVELLO, lis, {*Sterper di mezzo*} (παρατίλλω) paſſim è medio aliorum euello. ut cũ aut Lolium è tritico, aut canos è barba, aut capillo euellimus. Pallad. Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua, ut cætera roborentur. Pla. in Amp. Næ ego infelix homo fui. Qui non alas interuelli, uolucrem uocem geſtito.

INTERVENIO, nis, pen. co. {*Sopravenire, interuenire*} (ἐπέρχομαι, ἐπιφαίνομαι) in medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenio, & opprimo in ipſo actu eos, qui rem celatam uellent. Terẽ. in Adel. Interuenit homo de improuiſo. Accipitur etiam aliquando pro intereſſe, παρεῖναι. Cice. Quod non eſſet factum, ſi ipſe interueniſſem. Interuentum eſt, impersonale. Tere. Heau. Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri. Interueniens, particip. Cice. 3. Tuſcu. In magna parte uitæ dolore non interueniente.

INTERVENTVS, us, ui, {*Sopravenuta, interuenimento*} (ἐπιφάνεια) actus ipſe interueniendi. Liui. lib. 2. ab urbe: Interuentu collegæ ipſe exercitusq; eſt ſeruatus.

INTERVENIVM, (μεσοφλέβιον) quod eſt inter uenas terræ. Vitruuius li. 8. Sed non per interuenia dilabantur, & decreſcant. Idem lib. 2. cap. 6. Igitur penitus ignis, & flammæ uapor per interuenia permanans & ardens, efficit leuem eam terram.

INTERVENTOR, {*Interuentore, malleuadore*} dicit qui alicui rei interuenit, quem & Interpellatorem uocamus. Ci. de Fato: Omnis fere in his deliberationibus conſumebatur oratio: idq; & ſæpe alias. & quodam liberiore quã ſolebat, & magis uacuo ab Interuentoribus die. Aliquando etiam accipitur pro fideiuſſore, idq; maxime apud Iuriſconſultos.

INTERVERTO, is, {*Togliar uia con aſtutia*} (ὑποσπάω, σφετερίζομαι) callide ſurripio: quod plerunq; ſit, cum rem commodatam, aut creditã nobis uendicamus, doloq; ne domino reſtituatur, efficimus. Vnde Cicer. 6. Ver. cãdelabrum, quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a rege acceperat, interuerſum eſſe cõqueritur. Dicimus autem, Interuertere aliquem ſimpliciter: & Interuertere aliquem re aliqua, & Interuertere rem aliquam. Pla. in Pſe. Vt me, ſi poſſet, muliere interuerteret? Marce. Iuriſcõ. in l. Si duo. ff. Depoſiti: Si duo hæredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint. Interuertere pro ſubuertere, euertere. Paul. in l. amiſſione. ff. de cap. dimin. Quæ ſalua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti cõſtat. Scæuola: Cui per fundum aquæductus debetur, quacunq; uult, in eo iuſ facere licet, dum ne aquæductum interuerterit.

INTERVISO, is, pen. pro. (περιεσκοπεύομαι) per interualla inuiſo. Cic. Marioc: Te q; & iſtam rationem otii tui, & laudo, & uehementer probo: quodq; minus interuiſis, hoc fero animo æquiore.

INTERVLA, pen. co. {*Camiſcia*} (χιτωνίσκος) ueſtis intima & corpori proxima, quam uulgus Camiſiam uocat. Val. ad Rufin. Quem ueſtiet debuit interula, ueſtiuit interitu. Hæc alio nomine Supparus, Tunica linea, Subucula, & Induſium dicitur.

INTESTABILIS, {*Che non può far teſtamento*} (ſimile apud Græcos ἀτιμος) qui iure teſtamentum facere non poteſt, & cuius teſtimonio non creditur. Caius in l. cum lege. ff. de teſta. Inteſtabilis cũ lege quis eſſe iubetur, eo pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur: & eo amplius (ut quidam putãt) ne ſe ipſi dicatur teſtimonium. Gel. lib. 7. ca. 18. pro deteſtabili poſuit ἀτεχνος. Eos tamẽ (inquit) qui ad Annibalẽ nõ rediſſent, uſq; adeo inteſtabiles, inuiſoſq; fuiſſe, ut tædium uitæ ceperint, necemq; ſibi conſciuerint. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. Vter Aedilis fueritue Veſtrum Prætor, is inteſtabilis, & ſacer eſto. Vbi interpres Porphyrio: Antiqui eos quos ad teſtimonium admitti nolebant, Inteſtabiles uocabant: Deteſtabiles, quorum teſtimonium malum, & execrandum eſſet.

INTESTATVS, {*Che non ha fatto teſtamento, inteſtato*} (ἀδιάθετος) dicitur non ſolum, qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas, ut inquit Paul. l. inteſtatus. de quo uerbo ſigni. Pomp. Ipſe cum uno ſeruo ſenex inteſtatus proficiſcitur. Vlpian. de Suis & legit. Inteſtati proprie appellantur, qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati nõ ſunt. Cic. pro Cluent. Haud hæres eſt Cluentius, inteſtatum dico eſſe mortuũ. Inteſtatus, nullis teſtibus conuictus. Plau. in Cur. Hoccine pacto indemnatum atq; inteſtatum arripi? Non abſurde tamen dici poſſet Inteſtatum in hoc Plauti loco accipi pro non anteſtato, hoc eſt, nemine in teſtem aſſumpto. Erat enim cõſuetudo apud ueteres, ut antequam aliquem in ius raperent, anteſtarentur. hoc eſt liberum hominem unum aut alterum in teſtem aſſumerent, eiq; aurẽ uellicantes quærerent, Licet ne anteſtari? Qua ſolẽnitate nõ obſeruata, nemini licebat, quẽpiam in ius ducere. Vide in, uerbo Anteſtor.

INTESTATO, aduerbium, {*Senza teſtamento*} (ἀδιαθέτως) ſine teſtamẽto. Cice. 2. de Inuen. Si paterfamilias inteſtato moritur: familia, pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. Scæuola: L. Titius inteſtato moriturus. Paulus. Vt legata quæ ei dederat, inteſtato moriens relinqueret.

INTESTINVS, a, um, pe. prod. {*Interiore, coſa di dentro*} (ἐντόσθιος, τὸ ἔνδον) idem quod interaneum, ſiue internum, quod ſcilicet intus reconditum eſt, & foris non apparet. Seruius. Sulpit. Ciceroni: Quid eſt, ꝙ tantopere cõmoueat tuus te dolor inteſtinus? Inteſtinũ bellum, (ἐμφύλιος, πόλεμος) cum ciuitas ueluti in ſua uiſcera coniurat. Inteſtinum malum. Cice. ad Brutum: Ingrauẽſcit enim in dies inteſtinum malum: nec externis hoſtibus magis q̃ domeſticis laboramus. Inteſtinum odium, dicitur occultum, & diſſimulatum. Liui. 3. ab urb. Inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio. Inteſtinum opus, quod ad ornatum ædium ex ligno conficitur. Vulgus uocat minutiariam. Varro li. 3. de Re ruſtic. Quum uillam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pauimentis è nobilibus lithoſtrotis ſpectandam parum putaſſes eſſe, ni tuis quoque literis exornati parietes eſſent.

INTESTINA, {*Interiori*} (ἔντερα) quædam ſunt quaſi membranacei canales qui in interiore uentris parte ſiti, alimentorum excremẽta e uentriculo excipiũt, longisq; orbium anfractibus tandem per ſeceſſum deiiciunt. Ci. 2. de. Nat. Deo. Ex inteſtinis autẽ & aluo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad iecur per uias quaſdam a medio inteſtino uſq; ad portas iecoris. Sunt autem inteſtina in corpore humano numero ſex, quorum primum uẽtriculo per pylorum adhærens a duodecim digitorum longitudine, Herophylus δωδεκαδάκτυλον appellauit: rei anatomicæ periti fere ἐκφυσιν uocant. Secundũ a Græcis νῆστις, a nobis Ieiunum appellatur, quod ſemper ſit inane. Tertium a nobis Tenue, ab illis εἰλεὸς appellatur. Varro etiam Hillã appellat. Quartum Cæcũ dicitur, quod propter ſinuoſitatẽ exitu carere uideatur. Quintum Græco nomine κῶλον a Latinis Craſſum inteſtinũ nominatur quod reliquis carnoſius ſit dextra ilium regione ad ſiniſtrum ſuper uentriculi fundum delatum, lienem attera & iecur contingens. Sextum, ſpinæ è directo incumbit, ad ſedem uſq; per rectum, quod quoniam nullos habet ſinus, Rectum appellatur. Legitur & Inteſtinus maſcul. gene. Plin. lib. 11. cap. 36. Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiẽs, quadam uia eodem inflectitur, ut lepiæ & Polypo: in homine annexus infimo ſtomacho ſimilis canino.

INTEXO, is, ere, {*Teſſere tra qualche coſa*} (συνυφαίνω, ἐμπλέκω) intus texere, innectere, texendo inſerere, implicare, innectere. Verg. lib. 3. Georg. Vtq; Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius: Intexti, intus texti. nam in uelis ipſi erant picti, qui eadem uela portabant. Idem 2. Georg. Illa tibi lætis intexit uitibus ulmos. Id eſt, annectit. Ci. in Partit. Lætis triſtibus, incredibilia probabilibus intexinnus. Intexere aliquem. Cice. Att. lib. 13. Scis me antea orationes aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. Id eſt, cum loquentem inducere, ut ſit in dialogis.

INTIMUS, a, um, {*Più dentro, domeſtico famigliare*} (ἐνδότατος) ſuperlatiuũ eſt ab antiquo adiectiuo Interus. illud ſignificãs quod maxime intus recõditũ eſt. Cice. 6. Verr. In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. Intimus, charus, familiaris, Cice. ad Quint. Fra. lib. 1. Intimus, proximus, familiariſſimus quiſq;, aut ſibi pertimuit, aut &c. Pla. in Truc. Nam me fuiſſe huic fateor ſummum, atq; intimum. In intimis alicuius eſſe, pro ualde amari ab aliquo. Ci. ad Att. li. 4. Itaq; in intimis eſt meis, cùm antea notus non fuiſſet. Intime, aduerbium. Cice. ad Quint. Frat. Quarum altera eſt de Blandemo Teuxide, quẽ ſcribis, certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.

INTINGO, gis, {*Intingere, bagnare. Arioſt. Che gl'hauea intinti nel liquor di Lete*} (ἐμβάπτω) intin. ergo, madefacio. Plin. lib. 10. ca. 17. de anſo: Viride aridum ve omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur, deſideratũ. Cato c. 156. Crudam ſi edas, in acetum intingito, mirifice concoquit. Intinctum arte: Cice. 2. de Orato. Alterum, quod totũ arte intinctum uidetur tametſi artem requirit tamen prudentiæ eſt mediocris quid dicẽdum ſit uidere. Vnde intinctus, us, cõdimentum ad obſonia cõdienda, quod nos Saporem in cibis dicimus, Græci ἐμβάμματα. Columella: Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneũ, ſed etiã ſpecioſo uteris: ἐμβάπτειν enim intingere eſt. Plin. lib. 15. cap. 19. Eadem origine aprorum ſapor commendatur, plerunq; ad intinctus additis myrtis

INTOLERABILIS, le. {*Intolerabile, inſopportabile*} (ἀνύποιστος, ἀνυπόστατος) quod tolerari & ferri non poteſt. ut, Intolerabilis dolor, Cic. 3. de Ora. Mihi omnia ſunt intolerabilia ad dolorem. Intolerabilis auaritia, Idem ad Qu. Fra. lib. 1. Intolerabile frigus, Idem pro Roſc. Amer.

INTOLERABILITER, {*Intolerabilmente*} aduerb. ſupra modum, ita ut ferri non poſſit, & ut ita dicam impatibiliter. Colum. lib. 1. cap. 4. Sunt quædã loca, quæ ſolſtitijs minus concaleſcunt, ſeu frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

INTOLERANDUS, a, um, adiectiuum, {*Da non eſſer tolerato*} (ἀνύποιστος) idem quod intolerabilis. Cice. 7. Verr. O magnum atq; intolerãdum dolorem. Intoleranda hyems, Liui. 5. ab urb. Intoleranda libido, Idem. 7. Bella. Puni. Immanis atq; intoleranda barbaries, Cice. pro Font.

INTOLERANS, antis, adiectiuum, {*Impatiente*} (ἀδυνάτος) impatiens, impotens, qui tolerare non poteſt. Liu. 9. ab Vrbe. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Intolerantiſſima laboris corpora, hoc eſt, impatientiſſima, Liu. 10. ab urb. Et lib. 7. Bel. Pun.

INTOLERANTER, aduerb. {*Impatientemente*} (ἀκρατῶς, ἀδυνάτως) impotenter. Cice. 2. Tuſcu. Poſſumus ne nos contemnere dolorem, cum ipſum Herculem tam intoleranter dolere uideamus?

INTOLERANTIA, æ, {*Intoleranza*} (ἀδυναμία) impotentia, impatientia. Ci. pro Cluen. Quis illum cum illa ſuperbia atq; intolerantia ferre potuiſſet? Idem pro lege Agrar. Perſpicite quanta poteſtas permittatur, non priuatorũ inſaniam, ſed intolerantiam regis eſſe dicetis.

INTONDEO, es, re, {*Toſar d'intorno*} (περικείρω) circuntundo. Colum. lib. 11. ca. 23. Vt ante q̃ tranſlatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarũ ſummas partes intondeas.

INTONSUS, a, um, {*Non toſato*} (ἄκουρος) non tonſus. Plin. lib. 6. cap. 28. Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine, barba abraditur, præter q̃ in ſuperiore labro. Intonſa coma, Cice. 3. Tuſcu. Colum. lib. 9. cap. 3. Igitur, ut dixi, miraberis oues intonſas: uariam & canam comam improbabes. Oui. 4. Faſto. Bis caput intonſum Fontana ſpargitur unda. Intonſi homines, & inculti, Liui. 1. Belli Punici.

INTONO, as, pen. cor. are, {*Tonare, far romore*} (βροντάω) idem quod tono. Cice. de Diuina. Partibus intonuit cœli pater ipſe ſiniſtris. Ouid. 2. Metamor. Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure Mittit in aurigam. Per tranſlationem dicitur, & de quouis alio ſono uehementiore. Pli. lib. 9. cap. 40. Intonuit ingenti latratu canis. Hyems intonata Eois fluctibus. Horat. Epod. 2. Hoc eſt, tẽpeſtas ſonora. Intonare, pro irat unde dicere, & cum quodã uocis impetu loqui. Liui. 3. ab urb. Cum hæc intonuiſſet plenus iræ, multitudo ipſa ſe ſua ſponte dimouit.

INTORQUEO, es, {*Tirare, trarre con impeto*} (ἐνστρέφω, ὑποβάλλω) cũ impetu iaculor, iniicio, uibrando emitto. Verg. 2. Aenei. Sacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Cice. de Aruſp. reſp. Si quod in me telum intorſerit, ſtatim me eſſe arrepturum arma. Item circuntorqueo, διαστρέφω. Cice. 2. de Orato. Vt cum Teſtio Penario mentum in dicendo intorqueret: tum ut diceret ſiquid uellet, ſi nucem fregiſſet. Intortus, a, um, participium obuolutus: ut, Intortum circa læuum brachium paludamentum, Liui. lib 5. Bell. Pun.

INTRA, {*Entro, dentro, intra, tra*} (ἐντός) præpoſitio, ab In, deducta, ſicut ab Ex, Extra: ſignificatq; ſpatium temporis, aut loci. Pla. in Curc. Dimidiam partem nationem uſq; omnium Subegit ſolus intra uiginti dies. Lucan. lib. 5. Intra caſtrorum timuit tentoria ductor. Intra cubiculum, intra oppidum, ſignificat in tentorijs, in cubiculo, in oppido. Aliquando ſignificat citra. Cic. ad Sulpitium: Sed tamen quoniam effugi eius occaſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc Rempublicam nõ putare, ſi perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum, ut & illius uoluntati, & meis ſtudijs ſeruiam. Intra modum (inquit) id eſt, citra modum, hoc eſt, minus q̃ modice: quod idẽ ualet quod moderate, & cum modo. Cuius contrarium eſt, Vltra modum. Sic dicimus, Intra diẽ (ἐμπρoθέσμως, ἐντὸς τῆς προθεσμίας) Intra famam (ἧττον τῆς φήμης) id eſt, citra opinionem, & minus ipſa fama, uel quod famæ magnitudini nõ reſpondet. Vltra famã, quod eſt maius ipſa fama. Quintil. Hortenſii ſcripta tamen intra famam ſunt. Intra, ſine caſu, aduerbium eſt, cui contrarium eſt Extrinſecus. Columel. lib. 12. cap. 43. Hæc uaſa & opercula, extrinſecus & intra diligenter picata eſſe debebũt. Valla hoc intereſſe docet Inter, Intra, & Infra, ut hoc ad dignitatem & locum: illud ad ſpatium & numerum referatur. Qua de re latius egimus non ita multo ante, in dictione Infra. Ab Intra, fit Interus, a quo Interior, et hoc interius, magis intra, uel intro. Teren. in Eunuc. In interiore parte, ut maneam ſolus cum ſola. Cice. in Salluſt. Africam interiorem obtinẽs. Ver. 1. Aen. At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur. Cice. 3. de Natu. Deo. Plures enim tradunt nobis ij, qui interiores ſcrutantur, & reconditas literas, antiquiſſimum Ioue natum, &c. Intimus, ſuperlatiuum, (ἐνδότατος) de quo ſupra Internus, Interaneus, Intrinſecus, Introrſum, Intrarius, Inteſtinus, Intro, tra: quæ uideto ſuis locis

INTRARIUS, a, um, {*Di dentro*} (τὸ ἔνδον, ἐνδόμυχον) interaneum, intus abditum, intimum, Plaut. Charus mihi, atq; intrarios amicos.

INTRACTATUS, tracta a, tractatum, {*Indomito, non maneggiato*} (ἀδάματος) ut, Intractatus equus, hoc eſt, indomitus. Ci. de Ami. Atqui in ipſo equo, cuius modo mentionem feci, ſi nulla res impediat, nemo eſt qui non eo, quo cõſueuit libentius utatur, q̃ intractato, & nouo.

INTRACTABILIS, le, {*Che non ſi può domare*} (ἀδάμαστος) indomabilis, qui tractari, domariue nõ poteſt. Plin. lib. 16. cap. 5. Vnus illis intractabile eſt. Verg. 1. Georg. Serite hordea campis Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem, Animus intractabilis. Senec Hippol.

INTREMO, tremis, pen. cor. intremere, {*Tremare*} (τρέμω, τρομέω, φρίττω) idem quod tremo. Verg. 3. Aenei. Clamorem immenſum tollit quo pontus, & omnes Intremuere undæ, penituſq; exterrita tellus Italiæ. Intremiſco, is, idem quod intremo. Plin. lib. 8. cap. 4. de elephanto: Idẽ ueſtigio hominis animaduerſo prius q̃ homine, intremiſcere inſidiarum metu traditur.

INTREPIDUS, a, um. {*Intrepido, che non ha paura*} (ἀδεής) qui nihil timet impauidus. Ouid. 13. Metam. Illa ſuper terra defecto poplite labens, Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima uultus. Hyems intrepida, apud Tacit. in uita Agricolæ. Intrepide: aduerbium, (ἀδεῶς) ſine pauore, audacter. Liui. 6. Bell. Punic. Poſtquam aſſuetudine quondam ſatis intrepide uiſum eſt fieri, in campum, &c.

INTRICO, cas, pe. pro. {*Intricare*} ἐμπλέκω. implico. Plau. in Perſa: Atq; ita intricatum ludit potans Dorpalum. Eius contrarium eſt Extrico. Vtrunque dictum creditur a tricis, quæ ſunt feſtucæ, uel capilli, uel ſimile quippiam, quo auium pedes implicantur. Plautus: Quod argentum tu mihi, quas mihi tricas narras?

INTRINSECUS, {*Di dentro, intrinſecamente*} ἔσωθεν. Extrinſecus ἔξωθεν aduerbia ſunt compoſita ab Intra, & Extra, & Secus, cum ſignificat iuxta. Columel. lib. 11. cap. 43. Lata uaſa in modum patinarum fieri iubeat, eaq; intrinſecus & extrinſecus & intra diligenter picata eſſe debebunt. Sic Plin. libro 11. cap. 37.

INTRITUM, pen. pro. (μυττωτὸς Thod.) genus edulij ex allijs, caſeo, oleo, ouis, & porro concinnatum: ita dictum q; in mortario teratur: Cocumlata dus menſis intrita ſecundis. Eſt etiam Intritum, uel melius Intrita, calcis genus manibus ſubactum neq; ſtatim ad opus adhibitum, ſed tempore maceratum, fermentatumq; Plin. lib. 37. cap. 23. Ruinarum urbis ea maxime cauſa, q; furto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur, Intrita quoq; quo uetuſtior, eo melior. Eſt etiam Intrita apud Catonem emplaſtri genus ad inſitionem accõmodatum, quod conſtabat ex argilla manibus ſubacta. Plin. lib. 17. ca. 26. Sed id etiã apud ueteres Græcos inuenitur, & apud Catonem, qui oleam ficumq; ita inſeri iuſſit: menſura etiam præfinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam: cortices ſcalpro excidi quatuor digitorũ longitudine, & trium latitudine, atq; ita coagmentari, & illa ſua Intrita oblini.

INTRO, {*Entro, dentro*} (εἴσω) aduerbium motus ad locum, idem ſignificans, quod In domum quẽadmodum Intus, domi, uel è domo. Componitur autem cum uerbis incipientibus à d, ut Introduco: à g, ut Introgredior: m, ut Intromitto: r, ut Introrumpo: ſ, ut Introſpicio: u, ut Introuoco. Pla. in Aulu. Ibo intro, ut herus hæc quæ imperauit, facta cum ueniet ſient.

INTRO, as, {*Entrare, andar dentro. Pet. Non potea fiamma entrar per altrui ſi ce*} (εἰσέρχομαι) ingredior, introeo. Ver. 5. Aene. Adſumus, & portus delati intramus amicos. Venabula intrant urſos, hoc eſt, transfigunt, Martia. lib. 14. Et per tranſlationem, Intrare familiaritatẽ alicuius, id eſt, ſeſe inſinuare Ci. ad Qu. Frat. In prouincia uero ipſa, ſi quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante ignotus ſit, huic quantum credendum ſit, uide. Intratus, particip. præteriti temporis: rarum. Liuius: Ibi rurſus ſyluæ intratæ. Id eſt, in ſyluas intratum eſt.

INTROCLUDO, {*Rinchiudere*} ἐγκατακλείω. eſt in interioribus claudo. Seneca: Qui domi introcluſus otiabatur.

INTRODO, as, are. Cic. pro Cecin. Atq; etiam ſeipſe inferebat, & introdabat. Hoc eſt, ultro ſe offerebat gerendi negotijs. Budæus.

INTRODUCO, cis, pen. pro {*Introdurre, menar dentro*} εἰσφέρομαι, εἰσάγω, ἐπάγω ſignificat intra aliquem locum duco. Salluſt. in Catil. Vulturtium cũ legatis introducit. Introducere, pro inducere. Cice. 11. Philip. Quam ambitionẽ conſtantiſſimus & grauiſſimus ciuis L. Cæſar in Senatum introducat. Per tranſlationẽ eſt inſtruo, doceo, Vnde Introductio, eruditionis principium, quã Græci εἰσαγωγὴν uocant.

INTROEO, is, iui, itum, pe. ſupini cor. {*Entrare*} (εἰσέρχομαι, εἰσπορεύομαι) ingredior. Teren. in Andr. Vt hunc te iuſſi introire, opportune hic fit mihi obuiã. Introire in uitam, id eſt naſci. Cice. de Amici. Quamobrem cum illo quidem ut ſupra dixi, actum optime eſt, mecum autẽ incommodius: quẽ fuerat æquius, ut prius introieram, ſic prius exire de uita. Introitur, impersonale. Varro lib. 1. cap. 63. Quo cum periculo introitur recenti apertione. Introitus, introitus, pro ingreſſu, εἴσοδος, εἰσόδιον. Cæſ. 1. Bel. Ciuil. Tamen ueritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, &c.

INTROGREDIOR, deris, {*Entrare*} (εἰσέρχομαι) introeo. Verg. 1. Aen. Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi.

INTROMITTO, tis, {*Mettere dentro*} (εἰσδέχομαι. εἰσπέμπω, προσάγω) in domum admitto, Teren. in Eunuch. Vereor, ne illud grauius Phædria Tulerit ne'ue aliorſum atq; ego feci, acceperit, Quod heri intromiſſus non eſt. Dicimus autem, Intromitto, in ædibus, & in ædes. Plaut. in Aulu. Profecto in ædibus meis, me abſente, neminem uolo intromitti. Frequẽtius tamẽ per accuſatiuũ Intromittere in ædes, eo q; tacitus quidam motus per hoc uerbum ſignificetur.

INTRORSUS, aduerbiũ, uel introrſum, {*Verſo dentro*} intro uerſus, hoc eſt, uerſus interiora Cæſ. li. 2. Bel. Gal. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur aduerſus huic contrarius, paſſibus circiter ducẽtis infernus apertus, a ſuperiori parte ſylueſtris, ut non facile intro rſus inſpici poſſet.

INTRORUMPO, pis, {*Entrar con furia*} (εἰσβάλλω) irruo, cum impetu ingredior, Gel. lib. 14. cap. 22. Ceruã emula in cubiculum Sertorij introrupit.

INTROSPICIO,cis,pe.cor.{*Guardare dentro*}(εἰσβλέπω)introrſus aſpicere, diligentiſſime uidere. Cice. 2.de Diuin. Negant enim id eſſe maieſtatis Deorũ ſcilicet cauſas omnium introſpicere,ut uideant quid cuiq; conducat.

INTROVOCO,pen.cor.{*Chiamare dentro*}(εἰσκαλέω)in domum aduoco. Liui.lib.10.ab urbe: Fabius nihil precatus populum,quam ut priuſquam intro uocarentur ad ſuffragium tribus, Appij Claudij Prætoris allatas ex Hetruria literas audirent.

INTRVDO,is,ere,{*Caccearſi dentro*}(εἰσωθέω)introtrudo,& importune me ingero.Cice.pro Cecin. Atq; etiam ſe ipſe inferebat,& intrudebat,& in eã opinionẽ Ceſenniam adducebat:ut mulier imperita nihil putaret agi callide poſſe ubi non eſſet Ebutius.

INTVBVS,{*Radicchio,indiuia*}(σέρις)maſcu. uel Intubum neutri,uel etiã(ut aliis placet)Intybus,uel Intybum per y,pen.corr. genus eſt herbæ uarias ſub ſe continens ſpecies. Eſt enim ſatiuum quoddam,aliud ſyluestre. Satiuũ rurſus in duas diuiditur ſpecies: quarũ altera folio latiore,& lactucæ ſimilior eſt, altera ſubamara,& folio anguſtiore. Vtrũq; genus Officinę Scariolã,uulgus Cichorium hortenſe uocat. Agreſte quoq; Intubum duas ſub ſe continet ſpecies: quarum altera Romano nomine Ambubeia, Aegyptiorũ uero uocabulo Cichorium nominatur. Altera a Græcis Hedynois,ab herbariorum uulgo Dens leonis appellatur,propterea quod folia habeat utrinq; denticulata. Plin. li. 20. c. 8. Intubi quoq; non extra remedia: ſuccus eorum cum roſaceo,& aceto capitis dolores lenit. Verg. lib. 1. Georg. Et amaris intuba fibris.

INTVBACEVS,cea,ceũ,quod eſt ex intubo.ut, Intubacea folia, apud Plin. lib 27.cap.12.

INTVEOR,eris,intuitus,{*Guardare*}(ἐμβλέπω)uidere et cominus inſpicere. Pl. Epiſto. 31. Erit ergo pergratum mihi,hanc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere,ſub hac conſiſtere: Plau.in Truc. Qui alterum incuſat probri,ipſum ſe intueri oportet. Intueri animis, id eſt,animaduertere. Ci.pro Domo ſua Date hanc Trib. Pl. licentiam,& Intuemini paulifper animis meentu &c. Intueri aliquid acri,& intento animo, Cice. 1.de Finib. Intueri aliquam rem,& Intueri in aliquem, Cice. de Vniuer. & de Clar. Orato. Intuitus,us, uerbale, ipſe actus intuendi. Quinti.li. 10.cap. 1. Totum opus non ad intuitum rei,pugnãq; præſentem,ſed ad memoriam poſteritatis &c. Plin. libro 16.cap. 10. Abies hilarior intuitu.

INTVMEO,es,ere,& Intumeſco,is,{*Gonfiarſi*}(ἐξοιδέω, ἐξογκόομαι)inflari conuerti in tumorem. Plin.lib. 11.ca. 34. Eſt animal eiuſdem turpitudinis,inſitũ ſemper ſanguini capite uiuens,atq; ita intumeſcens. Idem lib. 2.cap 81. Intumeſcens fluctus. Bilis intumuit ſub pectore, Perſius Sat. 5. Humus intumeſcit uiperis, Horat, Epod. 16. Intumeſcere pro iraſci. Ouid. 1. Metam. Intumuit Iuno,poſtquam inter ſydera pellex Fulſit. In qua ſignificatione inuenitur etiã datiuo coniunctum. Oui. 4. de Ponto. Ele. 14. Intumuit uati nõ tamẽ Aſcra ſuo.

INTVOR,intueris,pe.cor. Intutus,uel Intuitus ſum, Intui, {*Guardare, uedere*}(ἐσορᾶν, ὁρᾶν)inſpicere: uidere. Plau. Moſt. Profecto nullam equidem illic cornicem intuor.

INTVRBATVS,{*Non turbato*}(ἀτάραχος)non turbatus. Plin.li.in Pane. Et ſedit inturbatus interritus,& tanquam ita fieri ſoleret.

INTVRBIDVS,pen.cor.adiectiuum,{*Non turbido*}non turbidus. Tacit.li. 3. Inturbidus externis rebus annus domi ſuſpecta ſeueritate,&c.

INTVS,{*Dentro*}(ἐνδον, ἔσωθεν)aduerbium loci ab In, deductũ,idem ſignificans quod genitiuus Domi aduerbialiter poſitus: uel E domo. Pla.in Moſtel. Quid ita pultas,ubi nemo intus eſt? Idem in Moſtella. Pultandum fores, Atq; euocandum aliquẽ intus ad te Tranio. Idẽ in Milite. Sed ubi ille exierit intus, &c.

INTVSIVM,{*Camiſcia*}(χιτωνίσκος)ueſtis interior,ita dicta,teſte Varrone q; intus geſtetur: quemadmodum Palla,q; palam feratur. Inde Intuſiatus,ta, tũ, qui huiuſmodi ueſte eſt indutus,apud Plaut. in Epid.

INTVTVS,ta,tum,pen.prod.{*Mal ſicuro,non ſicuro*}(ἐπισφαλὴς, ἀπροφύλακτος)non ſecurus,incuſtoditus,indefenſus. Liui.lib. 5. Caſtra Gallorum intuta,neglectaq; ab omni parte nacti inuadunt.

INTYBVS,uide Intubus.

INVADO,dis,pen.pro.{*Aſſaltare,uenire adoſſo,entrare*}(κατακλυμβάνω)inceſſo,corripio,incido,& tam datiuo,q̃ accuſatiuo iungitur. Var. de Vit. Paſtor. Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum pleriſq;. Sallu. de bello Iugur. Tanta libido cum Mario eundi pleroſq; inuaſerat. Item repente,& cum impetu aliquem aggredi,(εἰσβάλλειν, ἐμβάλλειν)aggredior. Verg. 2. Aenei. Inuadũt urbem ſomno uinoq; ſepultam. Item ingredi,uel intrare. Cice. ad Lent. Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. Verg. lib. 6. Nunc inuade uiam,uaginaq; eripe ferrum.

INVALESCO,leſcis,{*Inualerſi, corroborarſi*}(ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπικρατέω)robur ac firmitatem acquiro. Vnde inualuiſſe cõſuetudinem,ſiue mores dicimus quum ſignificare uolumus conſuetudinẽ inueteraſſe,& iam longo uſu receptã eſſe. Plin. in Epiſto. Nam poſtquam obijt ille,increbuit paſſim,& inualuit cõſuetudo,binas,uel ſingulas clepſydras,interdum & dimidias,& dandi,& petẽdi. Quintil. lib. 2. cap. 1. Tenuit conſuetudo,quæ quotidie magis inualeſcit. Aliquando Inualeſcere,ut Calepino uiſum eſt,ſignificat infirmum ac debile fieri,in deſuetudinem uenire. Quint. lib. 10.cap. 2. Cum uerba intercidant,inualeſcãtq; temporibus. Mea tamen ſententia multo aptius accipies ibi inualeſcere pro robur & uires acquirere,ut uerbum Inualeſcant,opponatur uerbo Intercidãt. Hoc enim uidetur uelle,uerba intercidere,& rurſum in conſuetudinem redire: quod & ipſum teſtatur Horat. de Arte Poet. Multa renaſcentur,quæ iam cecidere, cadentq; Quæ nunc ſunt in honore uocabula,ſi uolet uſus.

INVALETVDO,inis,{*Debolezza, infirmità*}(ἀῤῥωστία).imbecillitas. Cic. in Lael. Quod autem his Nonis in collegio noſtro non affuiſſes,inualetudinem reſpondeo cauſam non mœſtitiam fuiſſe.

INVALENTIA,æ,{*Debolezza*}(ἀῤῥωστία)idem quod inualetudo. Gel. li. 20.cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonſtrantur.

INVALIDVS,a,um.{*Debole,poco gagliardo*}(ἄῤῥωστος)infirmis, debilis. ægrotus. Plin. lib. 11.cap. 36. Inuenitæ fœminæ quædã defluuio capitis inualidæ. Inualidi milites, Liui. 3. Bell. Puni. Idem 6. ab urb. Qui ubi uidere Camillum,iam ad munera corporis ſenecta inualidum,uadentem in hoſtes,procurrũt pariter omnes. Corpus inualidum, Oui. Epiſto. 20. Artus inualidi, Idem Epi. eadem. Manus inualidæ, Lucan. lib. 5. Robur inualidum, Ouid. 5. Triſt.

INVEHO,pe.cor.{*Menare dentro*}(ἐμφορέω, ἐπάγω)intro ueho,naui uel uehiculo importo: cuius contrarium eſt Eueho. Plin. lib. 6. ca. 19. Alij tellurẽ exercent,militiam alij capeſſunt,merces alij ſuas euehunt, res externas inuehunt. Inuectus portum, Inuectus urbem,pro in portum, & in urbem. Pli. lib. 6. cap. 2. Aquilonibus raptus præter Acarnaniam XV. die Hipporoa portum eius inuectus. Liui. li. 4. ab urb. Præpoſito COS. caſtris,ipſe triumphans inuectus urbẽ, Dictatura ſe abdicauit. Aliquando inuehere idem eſt,quod in naui curruve uehere. Verg. 5. Aenei. Centauro inuehitur magna.

INVEHOR,eris,deponens,{*Dir male, far impeto contra alcuno con male parole*}(λοιδορέομαι)maledictis aggredior,& ueluti quodam impetu ſermonis in aliquem feror. Cice. Epi. lib. 3. Itaque in ea palam uehementer inuectus. Idem 2. de Natu. Deor. In Stoicos inuehebatur. In eadem ſignificatione aliquando legimus Inueho. Cice. 3. Phil. Cum ille in me abſentem inueheris, non intelligebat,&c.

INVECTIO,onis,uerbale,{*Il portar dentro*}ipſe inuehendi actus. Ci. 2. Offi. Iam uero & earum rerum,quibus abundaremus,exportatio,& earum quibus egeremus,inuectio certe nulla eſſet,niſi hiſ muneribus homines fungerentur. Inuectio, pro ſectatione & impetu animi in aliquem. Cice. de Inuent. Clementia per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

INVECTVS,us,ui,idem quod inuectio. Plin. lib. 4. cap. 1. Amnis Achelous è Pindo fluens, Atq; Acarnaniam ab Aetolia dirimens,& Artemitam inſulã aſſiduo terræ inuectu continenti annectens.

INVECTITIVS,a,um,quod inuehitur. Pli. lib. 10. cap. 26. Cum Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in Aſia etiam columbas.

INVECTIVVS,a,um,(στηλιτευτικός)quo in aliquẽ inuehimur,hoc eſt,quo quis maledictis inceſſitur. Vnde Inuectiuę orationes dicuntur aduerſus aliquẽ ſcriptæ,quibus in illius mores,uel ingenium,aut uitam inuehimur.

INVENIO,inuenis,pe.co.{*Ritrouare,trouare*}(εὑρίσκω)comperio,quaſi in aliquid uenio, Plau. in Ciſt. Quod quæritabam,filiam inueni meam. Inuenire,comminiſci,excogitare. Teren. in Eunu. Cæterum idem hoc tute melius quã to inueniſſes Thraſo? Verg. 4. Aenei. Inueni germanam uiam. Inuenire, acquirere. Terẽt. in Eunu. Vtinam tam aliquid inuenire facile poſſis Phædria,Quã hoc peribit. Inuenire,adipiſci. Cice. 3. Phil. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq; cordis cognomen ea contumelia inuenit. Hinc Inuentiones,& Inuenta,(εὑρήματα, ἐπινοήματα). Plin. li. 5. ca. 12. Ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis,& ſiderum. Idem li. 23. ca. 1. Vinum calidum bibere nouiſſimo inuento utiliſſimum eſt. Dicitur & Inuentus,us,ui. Plin. li. 16. cap. 10 Ex eodem inuentu eſt ſurculos abſciſſos ſerere. Differunt(ſecundum aliquos) Inuenio & Reperio: q; Inuenire,ſit rem quæſitam offendere: Reperire caſu. Ouid. 2. Metam. Tu non inuenta reperta es. Inuentiuncula, læ diminutiuum. Quint. lib. 8. Ad hoc pleriq; minimis etiam inuentiunculis gaudent. Inuẽtor,oris,qui quippiam primus inuenit: ut, Inuentor olei Deus, Ci. 6. Ver. Scelerumq; inuentor Vlyſſes, Ver. 2. Aenei. Inuentrix,icis,fœmi. gene. Ci. 3. de Na. Deo. Princeps & inuentrix belli Minerua. Inuentarium,rij,idem quod Repertorium. Vlpia. in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tuto. Tutor qui repertorium non fecit,quod uulgo inuentarium appellatur, dolo feciſſe uidetur.

INVENVSTVS,ſta,ſtum,{*Senza gratia*}(ἀναφρόδιτος, ἄμουσος)illepidus,& ſine Venere(ut inquit Donatus)id eſt ſine gratia,quem omnes reſpuãt repudientq; pulchræ,& quem deformes appetant. Teren. in And. Adeo ne eſſe hominem inuenuſtum,aut infelicem quenquam,ut ego ſum? Cice. de Cl. Ora. Cenſorinus. Græcis literis ſatis doctus,quod propoſuerat explicãs expedite,nõ inuenuſtus actor,ſed iners,& inimicus fori. Inuenuſte,aduer. inepte, ineleganter impolite. Gell lib. 17. cap. 12. Inibi in eiſdem laudibus non hercle hac ſententiola inuenuſte luſit.

INVERECVNDVS,da,dum,{*Senza uergogna*}(ἀναιδής, ἀναίσχυντος)impudens,totius uerecundiæ expers. Suet. de Cla. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit,ut Salluſtium hiſtoricum,quod eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet,&c. Plau. Rud. Legirupa,impudens,impurus, inuerecundiſſimus. Cice. 1. de. Inuent. Si uerecundum animi ingenium poſſidet tamẽ eum accuſes: non enim probus eſt.

INVERGO,gis,inuerſi,inuerſum,ſecundum Diomedem inuergere,(ἐπιστάζειν)illabi,influere. Plaut. Curc. Ipſum expeto te tangere: inuergere in me liquores tuos ſine ductim.

INVERSVM,(ἐς τοὔμπαλιν, ἀρχαῖα)ſignificat in ordinem. Verg. 4. Georg. Ille etiam ſeras inuerſum diſtulit ulmos.

INVERTO,is,{*Riuoltare,riuerſciare*}(ἀναστρέφω, μεταβάλλω)in contrariũ uerto,ut ueſtem aut pellem,ſeu etiam uerba præpoſtere pronũtio,ut pro Laua, Vola. Teren. in Heau. Ego autem te noui,q̃ eſſe ſoleas impotens, Inuerſa uerba euerſas ceruices tuas. Plin. lib. 32.cap. 2. Inſicam hamo inuertere,ſe quoniam ſit dorſo cultellato. Verg. 3. Georg. Et campum horrentem fractis inuertere glebis. Inuertere negotium aliquod,eſt perturbare. Cice. ad Quin. Frat. Quid quæris? probe premitur,niſi noſter Pompeius dijs hominibuſq; inuitis negotium inuertit. Ab Inuerto fit participiũ Inuerſus: ut Manus inuerſa, Ceruix inuerſa, Inuerſa conſuetudo. Quin. lib. 3. ca. 11. Non ne nos hac inuerſa conſuetudo deceperit? Inde etiam Inuerſio uerbale: ut Inuerſio uerborum apud Ci. 2. de Ora. pro tranſpoſitione.

INVESPERASCERE,{*Farſi ſera*}(ἐπεσπεράζειν)uеſperã fieri. Liui. 6. Bel. Mac. Iam inueſperaſcebat.

INVESTIS,& hoc Inueſte,{*Senza barba*}(ἄγενειος)idem eſt quod impubis cui ſcilicet inguina nondum prima lanugine ſint ueſtita. Mac. Sat. li. 3. Romani quoq; pueros puellaſue nobiles,& inueſtes Camillos & Camillas appellãt. Palladius lib. 11.cap. 14. Inueſtis puer hoc,aut aliqua ſatis purus efficiat.

INVESTIGO,gas,pe.pr.{*Inueſtigare*}(ἐξιχνιάζω)quærendo inuenio: tractum a uenatoribus,qui per ueſtigia feras quærendo inueniunt. Teren. in Hea. Nihil tam difficile eſt,quin quærendo inueſtigari poſſit. Cice. pro Ligario: Sed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt,quod latebat, confitendum eſt,ut opinor. Accipitur etiam Inueſtigare ſimpliciter pro quærere & indagare, ἀνιχνεύειν. Cice. 6. Ver. Qui inueſtigabant,& perſcrutabantur omnia. Inde

Inueſtigator,

Inueſtigatur,(ἀφίχνευτος)pro inquiſitare. Cic.de Vniuerſitate: Acer inueſtigator.& diligens,earum rerum,quæ à natura inuolutæ ſint. Inueſtigatio idē eſt,(ἀφίχνευσις)quod diſquiſitio,ſiue inuentio.Cic.lib 1. Offi. In primiſq; eſt hominis propria,ueri inquiſitio atq; inueſtigatio.Inueſtigabilis,(ἀνεξιχνίαστος)pro minus ueſtigabili.

INVESTIO,is,ire,{Adornare}(κοσμέω)orno,quaſi ſpecioſam ueſtem induco.Pli.lib.35.ca.7.Publicas porticus inueſtiuit picturâ.

INVETERO,as,are,{Inuecchiare}(παλαιόω)ad uetuſtatem ſeruare, inquit Bud.Pli.lib.23.cap.2. Aquæ marinæ ſextarios quinq; pariter coquebant, decies deferueſcente cortina,atq; ita deſcendebant,inueterabantq; Idem lib 19.ca.6.Si diutius allium cæpeq; inueterari libeat.Col. Nonnulli, quibus non fuit curæ cœleſtem inueterare aquam,recentem ſumunt,eamq; uſq; in quartam diem decoquunt.Sic Inueteratum uinum,Pli.lib.14,cap.1. Inueterare pro inualeſcere,(ἐρριζωμένον).Ci.2.de Natu. Nec una cum ſeculis ætateq; hominum hæc opinio diuinitatis inueterare potuiſſet.Budæus.Inueteratum malum, antiquū. Cic.de Amic.Omne malum naſcens,facile opprimitur: inueteratum fit plerunque robuſtius. Inueteratus dolor,Cic.5.Tuſcu. Inueterata inuidia, Idem pro Cluen.& 2.Offi.Inueteratio,onis,uetuſtas antiquitas.Ci.in Tuſc. Inueteratio autem, ut in corporibus ægrius depellitur,q̃ perturbatio:citius oculorū repentinus tumor ſanatur, q̃ diuturna lippitudo: ſic cognita iam cauſa perturbationum.

INVETERASCO,is,ere,{Inuecchiarſi}(ἐρριζόομαι,παλαιοῦμαι) uetuſtatem ſequor,inualeſco.Col.lib.7.de morbo loquens:Sed iam inueterauit,ut uehementioribus eſt opus remediis.Ter.in Prol.Hecy. Nouas qui exactas fecit, ut inueteraſcerent: Ne cum poeta ſcriptura euaneſceret.Cic.in Cati.Res noſtræ in monumentis inueteraſcent,& corroborabuntur.

INVICEM,pen.corr.{Scambieuolmente,à uicenda}(πρὸς ἀλλήλους)ex In,& Vicem,proprie ſignificat mutuo.Quin.Qui ſe ardentiſſimo amore inuicē dilexerunt, Aliquando ſumitur uiciſſim.Pli.Iunior: Habes res urbanas,inuicem ruſticas ſcribe.

INVICTVS,a,um,{Inuitto,che non ſi può uincere}(ἀνίκητος) qui uinci nō poteſt.Cic.pro Marc.Rectè igitur unus inuictus es,à quo etiam ipſius uictoriæ conditio,uisq; deuicta eſt.Inuictum ſe à labore præſtare,id eſt,ind.feſſum. ἀκάματον.Cic.1.Offi.Nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluptate. Armis inuictus Annibal,Cic.3.de leg.agr Dux inuictus,Oui.4.Tri,Eleg.2.

INVIDENTIA,æ,{Inuidia}(φθόνος)ægritudo animi,ex alterius rebus ſecundis ſuſcepta,quæ præſertim nullam iacturam afferunt inuidenti.Huius autē antitheton eſt miſericordia.Cic.4.Tuſc.Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis.ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis Ibidem:Ab inuidendo Inuidentia rectè dici poteſt,ut effugiamus ambiguum nomen Inuidiæ.quod uerbum dictum eſt à nimis uidendo fortunam alterius.Cadit enim in utrunq; & in eū qui inuidet,& in eum cui inuidetur. Vbi Inuidentiam potius q̃ Inuidiam dicere maluit,tanquam Inuidentia inuidi ſit,Inuidia utriuſq;,tam eius qui inuidet,q̃ eius cui inuidetur. Sed in frequenti uſu eſt Inuidia magis,q̃ Inuidētia,apud doctos indoctoſq; indiſcriminatim. Inuidia diſtat ab Odio,q; inuidemus fortunato,odimus uitioſum: inuidiā profiteri erubeſcimus,odiſſe palàm,decorum eſt:inuidia hominum tantū eſt, odiū reliquarum etiā animantiū,ut inquit Plutarchus in libro de Inuidia et Odio.

INVIDE,{Inuidamente}(φθονερῶς)aduerbium ab Inuidus,idem ſignificans, quod ex inuidia,uel inſtinctu inuidiæ unde Inuidè aliquid facere dicitur is,qui inuidia ductus aliquid facit,quod alterius ſui laudi ,aut proſperitati obfuturū arbitratur.

INVIDEO,es,ſecunda ſyllaba cor.(Hauere,inuidia,inuidiare)(φθονέω, βασκαίνω)ex alicuius rebus ſecundis dolore afficior. Tractum à nimis uidēdo,teſte Cicerone,q; oculos & animum in eos,quibus inuidemus continue intentos teneamus. Vnde etiam cum accuſatiuo conſtructum inuenitur. Oui.Epiſt.13. Troadas inuideo. Sæpius tamen cum datiuo.Ci.pro Cor.Balbo: Eſt huius ſeculi labes quædam & macula uirtuti inuidere. Interdum cum utroq;,cum datiuo ſcilicet perſonæ,& accuſatiuo rei. Ver.7.Eclog.Liber pampineas inuidet collibus umbras. Sic etiam decenter dicimus,Inuideo tibi doctrinam,φθονῶ σοι τῶν λόγων.Fortuna mihi inuidet diuitias.Pli. Neq; ego(ut multi)inuideo aliis bonum,quo ipſe careo.Cic.3.Tuſc.Vt nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur. Sunt qui dicant,Inuidere aliquando accipi pro non uidere adducens illud Ciceronis ex 1.lib.de Orat.Itaq; ne hoc poſſim dicere me, omnino ignorare,quid poſſideat.neq; planè noſſe atq; inuidiſſe.Quo tamen in loco ut in pleriſq; aliis,decepti ſunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc conſarcinauerunt.Nam in hoc loco apud Ciceronem Inaudiſſe legendum eſt, non inuidiſſe. Eius paſſiuum eſt Inuideor,φθονοῦμαι,Hora. in Arte Poetica: Ego cur,acquirere pauca Si poſſum,inuideor? Aliquando etiam legitur inuidetur impersonaliter. Plau.in Truc. Mauelim mihi inimicos inuidere, quā me inimicis meis. Nam inuidere aliis bene eſſe,tibi male eſſe miſerum eſt. Qui inuident,egent:illi quibus inuidetur,rem habent.

INVIDIA,æ,{Inuidia}(φθόνος,βασκανία)mœror ex aliena proſperitate, Hora.1.Epiſt.2.Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Eſt autem Inuidiæ uocabulum ambiguum,quod tam in eū cadit,qui inuidet,quā in eum,cui inuidetur.Inuidentia autem actiue ſolum accipitur.Cic.4.Tuſcu. Ab inuidendo Inuidentia rectè dici poteſt,ut effugiamus ambiguū nomen inuidiæ:quod uerbū dictum eſt à nimis uidendo fortunā alterius.Cadit enim in utrūq;.& in eum,qui inuidet,& in eum,cui inuidetur.Et paulo antè: Aegritudini ſubiici inuidentiæ:utendum eſt enim docendi cauſa uerbo minus uſitato quoniam inuidia nō in eo ſolum qui inuidet,dicitur,ſed & in eo, cui inuidetur. Aliquando pro odio & maleuolentia ſumitur:ut ſi quis calamitates ſuas referat,oſtēdatue,ut auctori calamitatem concitet odium cæterorum, tunc dicitur Inuidiam facere,uel Vocare,uel adducere inuidiam.Quin.Nec ex tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam.Ter.in And.Ita ut ſine inuidia laudē inuenias,& amicos pares.Huius diminutiuum eſt inuidiola.Idem.Cum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum ueniſſet.

INVIDIOSE,{Far qualche coſa per concitar inuidia}(ἐπιφθόνως)ut, Inuidioſè aliquid dicere,uel facere,eſt eo animo quippiā dicere uel facere ut aliquē in inuidiam,hoc eſt,in odium adducamus.Cice.4.Acad.Num minus hæc inuidioſè dicuntur? Idem pro Milone: Conciones illæ quibus inuidioſè potentiam meam criminabare.

INVIDIOSVS,a,um,{A cui ſi ha inuidia}(ἐπίφθονος)proprie is dicitur cui inuidetur.Idem 11.Metam.Pactolumq; petit:quanquam non aureus illo Tēpore,nec caris erat inuidioſus arenis. Sic potentia & opes, inuidioſè dicuntur. Cice.pro Cor.Balbo:pecunia L.Cornelii neq; inuidioſa eſt,& quantacunq; eſt,&c.Hoc eſt,non tanta ut merito ei quis poſſit inuidere. Inuidioſum etiam dicitur,quod inuidia,hoc eſt,odium alicui conciliat Cice.de Leg. Agrar contra Rul.Qui poſſeſſiones inuidioſas tenebant. Inuidioſus etiam actiuè accipitur (ut quidam uolunt)pro inuido hoc eſt pro eo qui inuidet.Oui.15.Meta.Tempus edax rerū,tuq; inuidioſa uetuſtas Omnia deſtruitis.Quo tamen in loco nō abſurde uetuſtas inuidioſa accipi poteſt,hoc eſt,odioſa,cuiq; omnes male cupiāt.

INVIDVS,p.co.{Inuido}(φθονερός,βάσκανος)qui alicui inuidet,hoc eſt,qui ex alterius proſperitate dolore afficitur.Horat.Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.Plin.in Pane. Alieniſq; uirtutibus tunc quoq; inuidus.

INVIGILO,las,p co.{Veggiare}(ἐπαγρυπνέω)cum cura & ſolicitudine uigilo,uel rei alicui incumbo.Colu.lib.10.cap.10.Inuigilate uiri,tacito nam tempora greſſu Diffugiunt,nulloq; ſono conuertitur annus. Verg.4. Geor. Nanq; aliæ uictu inuigilant & fœdere pacto Exercentur agris.

INVINIVS,{Che non bee uino}(ἄοινος)abſtemius,quaſi ſine uino: ſicut Inuius ſine uia.Qui.n. uinum non bibit,Inuinius dicitur. Apu.li.xi. Neq; ullum animal eſſem,& inuinius eſſem. Vox noua eſt,& ut pleræq; aliæ,aſino Apuleii aptiſſima,qui rudere interdum maluit,quàm loqui.

INVIOLABILIS,le,{Che non ſi può uiolare}quod uiolari non poteſt, aut uulnerari.Silius lib.16.—Velut inuiolabile telis Seruabant, ſacrumq; caput.

INVIOLATVS,a, um, {Incorrotto,inuiolato}(ἄρρατος, ἀθώωτος, ἀμίαντος)integer,incorruptus,illæſus.Cic.pro Rab.Qui caſtam concionem ſanctum campum inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo ſeruari oportere.Idem pro Seſt.Omnino inuulnerati,inuiolatiq; uixerunt. Inuiolate,aduerbium incorrupte.Cicer.de Senect.Memoriam noſtri p ê,inuiolateq; ſeruabitis.

INVISO,is,ere,{Andare à uedere}(ἐπισκοποῦμαι) idem quod ſimplex Viſo, niſi quid addat compoſito uehementiæ.Cicer.ad Att.libro 1. Et ut iam inuiſas nos,non ſolum rogo,ſed etiam ſuadeo. Verg.1.Georg.Incertum eſt, urbis'ne inuiſere Cæſar, Terrarumq; uelis curam,

INVISVS,a,um,{Non uiſto,odioſo}(ἀθέατος)non uiſus. Cic.de Aruſp.reſp. Occulta & maioribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. Alias ponitur pro odioſo, (μισητός)ſeu pro odio habito, & quem æquo animo uidere non poſſumus.Cic pro leg.Ma.Ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra,aut ingrata eſſe uideatur.Idē 2.Offic.Quo enim quis uerſutior & callidior eſt,hoc inuiſior,& ſuſpectior,detracta opinione probitatis.Plin.lib.22.cap.13. Vrtica quid eſſe inuiſius poteſt? Plin.Epiſto.ult.Cuius marito inimiciſſimus ipſi inuiſiſſimus fuerat.

INVITATVS,tus,Inuitamentum,& inuitatio,{Inuitato}(πρόσκλησις,ἐπίδομα)illectamentum,incitatio,prouocatio. Cice. Cæl. Aſto ad te Trebatium,atq; ita mitto,ut initio mea ſpōte,poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim.Idem in Hortenſ.Voluptates autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus.Idem pro Plan.Is autem qui uere appellari poteſt honos,nō inuitamentum ad tempus ſed perpetuæ uirtutis eſt premium.Idem ad Att.libe.9.In Epirum uetum inuitatio q̃ ſuauis,q̃ liberalis,q̃ fraterna.

INVITABILIS,le,{Dilettauole}(ἐπαγωγός)pellax,blandus,delectabilis,iucundus.Gell.li.13.cap.11.Sermones iucundos,& inuitabiles, et cum quadam illecebra & uoluptate utiles.Interdum etiam Inuitabile (ἀλυσιτελής, ἄλυτον) dicitur,quod uitari nō poteſt:quod frequētius uſitatiusq; Ineuitabile dicimus.

INVITO,tas,pe.pr.{Inuitare}(παρακαλέω, προσκαλοῦμαι)ad cœnam epulas'ue aduoco.Cice.3.Offic.Et ſimul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem. Inuitare in hoſpitium,& hoſpitio.Liu.8.bell. Pun.Vt eos per idoneos homines benigno uultu ac ſermone in hoſpitiū inuitatos, ſopitoſq; uino,uincirent.Cic.11.Philip.Poſſeſſiones enim ſunt P.Clodii,tota familia occurret,hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. Inuitare aliquē poculis maioribus,eſt propinare, & ad largius bibendum prouocare: quod Cicero dixit Maioribus poculis poſcere. Plau. Rud.Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.Sic Inuitare ſe,eſt ſeipſum ingurgitare nullo urgēte.Plau. ibidem.Mira ſunt,niſi ſe inuitauit in cœna pluſculum. Per tranſlationem Inuitare accipitur pro allicere,attrahere,& incitare,ἐπάγειν. Cice.de Senect.Ad quem fruendum non modo non retrahit,uerumetiam inuitat atq; illectat ſenectus. Verg.1.Geor.Inuitat genialis hyems,curaſq; reſoluit.

INVITATVS,ta,tum,{Suo mal grado, contro ſua uolonta}(ἀβούλητος, ἄκων,ἀκούσιος)qui non libenter,ſed tergiuerſans,contra uoluntatem, & repugnans aut coactus aliquid facit.Cui contrarium eſt Libēs.Idem in Heau. Nulla eſt tamen facilis res,quin difficilis ſiet,Quam inuitus facias. Inuitè,aduerbiū,(ἀκουσίως)non libenter,coactè.Cice.ad Att.libr.8.Inuite cepi Capuam, non q; munus illud defugerem,&c.Idem 2.de Orat.Quem ego paulo ſciebam uel impudentius,uel inuitius(nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius)ad hoc genus ſermonis accedere.

IN VNIVERSVM,uniuerſaliter{Generalmente,uniuerſalmente}(ὅλως,καθόλου)Quin.In uniuerſum autem præcipue. id eſt,generaliter.

INVIVS,a,um,{Senza uia,oue non ſi può andare}(ἀνοδος,ἀδιόδευτος, ἄβατος)quod eſt ſine uia,& per quod iri non poteſt.Plin.lib.12.cap.14. Saba regio undiq; rupibus inuia.Verg.4.Aene. Poſtquam altos uentum in montes, atque inuia luſtra. Inuii ſaltus.Liu.9. ab urbe Inuia dicuntur loca,ad quæ accedi non poteſt,ad quæ,uel per quæ difficillime acceditur,quæ Græci ἄβατα uocant,quaſi inaccſſa,uel inacceſſibilia.Ouid.5.Faſt. Et non acceſſis inuia fluminibus.

INVLA,(ἑλένιον Dioſco.)herba eſt folia ferens uerbaſci foliis non diſſimilia, ſed anguſtiora & oblongiora,radice ſubcandida , ad rufum colorem nonnihil tendente,ex qua gratiſſimum condimentum fieri ſolet , Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo maxime illuſtratum. Rationem autem eam condiendi docet. Colu. lib.12.cap.46. Vulgus Enulam Campanam uocat.

INVLTVS, a,um, {*Non uendicato*} (ἀνεκδίκητος, ἀτιμώρητος) impunitus, non uindicatus, Cic pro Clue. Cur hunc eſſe inultum tam diu ſinis? Interdum etiam Inultus de eo dicitur, qui accepit iniuriam, de qua nulla ſumpta eſt uindicta. Verg. 2. Aen. Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

INVMBRO, as, are. {*Far'ombra, adombrare*} (ἐπισκιάζειν) eſt tegẽdo umbrã facere, & quod dicitur opacare. Verg. 11. Aen. Inſtructoſq; toros obtentu frondis inumbrauit. Per methaphoram tamen ponitur pro tueri atq; defendere: quæ tranſlatio ſumpta eſt ab arboribus, quæ ſua umbra nos tuentur ab iniuria ſolis.

INVNCO, as, {*Arampinare*} (ἀγκιστρίζειν, ἐγκαταγκιστρίζειν) rapio, & quaſi unco ad me traho. Luci. Aut qui numos triſtis inuncat. Colu. libr. 7. cap. 3. Tum etiam quotidie minuitur lana quę quanto prolixior in pectore concreſcit, tanto magis obnoxia eſt rubis, quibus uelut hamis inuncata, à paſcẽtiũ tergoribus auellitur. Apul. libr. Flor. Vnde roſtro tranſfodiat, unde unguibus inuncet.

INVNDO, as {*Spanderſi fuor, inondare. Pet. Per inondar e noſtri dolci campi*} (πλημμυρέω) aliquãdo abſolute ponitur pro eo quod eſt, extra alueum diffluo, uel effundor. Plin. Antequam Nilus inundaret. Verg. 10. Aene. Inundant ſanguine foſſę. Per tranſlationem accipitur pro copioſe accurrere, & undarum more quaſi affluere. Verg. 12. Aen. Hinc denſi ruſſus inundant Troes, Agyllinięq;, & pictis Arcades armis. Quandoq; actiue accipitur pro eo quod eſt undis obruere, (ἐπικλύζειν) uel aqua operire. Cice. de Clar. Ora. Terram inundat aqua. Plin. Agros & ſata omnia inundauit.

IVNDATIO, onis {*Diluuio*} (ἐπίκλυσις, κατακλυσμός) idem quod diluuiũ. Colum. lib. 8. cap. 11. Vel etiam ualles, quæ fluminum alluuie, & inundationibus concreuerint, aptas eſſe uineis aſſeuerat.

IN VNGVEM, {*Perfettamente*} (ἐξωνυχισμένως) idem quod ad unguẽ, hoc eſt, perfecte: unde Ad unguem factum, dicitur, quod ita elaboratum eſt, ut in eo nihil poſſit reprehendi. Arbores in unguem poſitæ, id eſt ita ordine ſuo collocatæ, ut nulla extra alias emineat. Verg. libr. 2. Georg Nec ſecius omnis in unguẽ Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Tranſlatio à lapicidis, qui ungue marmoris læuitatem experiuntur.

INVNGO, is, {*Ongere*} (ἐπαλείφω) illino. Plin. lib. 8. cap. 54. Mira ſolertia uiſco inungunt oculos. Inunctio, onis, illitus, illitio. Plin. lib. 28. cap. Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi prope creditur tridui inunctione.

INVOCO, as, pen. cor. {*Chiamare dentro, chiamare in aiuto, inuocare. Pet. Inuoco lei che ben ſempre riſpoſe*} (ἐπικαλέω) intro uoco. & nonnunquam non uoco: quanquam poſterius hoc rarius eſt. Plaut. in Capt. utranq; ſignificationem complexus eſt, cum inquit: Nam ſcorta inuocatum, & nos paraſiti uocamur. Aliquando ſignificat in auxilium uocare, & ſubſidium petere, (ἐπικαλέω, ἐπικαλέω) & proprie in rebus afflictis. Plaut. in Aſin. Deam ſibi inuocet, quam lubebit, propitiam. Cicer. 2. de Natu. Deo. Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.

INVOCATVS, a,um, {*Non chiamato*} (ἄκλητος) non uocatus. Plaut. Capt. Iuuentus nomen indidit Scorto mihi, Quód inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio. Cælius ad Ciceronem Epiſto. libr. 8. At ego ſimulatq; audiui inuocatus ad ſubſellia rei accurro.

INVOLO, as, are {*Inuolare*} (ἀφαρπάζω. ἁρπάζειν) à uola fit, quæ eſt manus, & pedis concauitas: & ſignificat furari, cũ aliquid furtim uola manus ſubtrahitur: quaſi uolã inijcere. Luc. li. 6. Quid corpore Magni Proiecto rapuit, quos Cæſaris inuolet artus. Plin. lib. 9. ca 59. Singulos inuolat uerius, q̃ capit. Dicitur etiam Inuolare, pro eo quod eſt, manus uiolenter in aliquem inijcere, ἐγχειρέω, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Ter. in Eunu. Vix me contineo, quin et inuolem in capillum. Aliquando inuolare compoſitũ eſt à uerbo Volo, as, idemq; eſt quod intro uolare, εἰσπέτομαι. Colum. libro 8. cap. 3. Neque enim debent ipſis nidis inuolare, nedum aſſidant, pedibus oua confringant. Var. 3. de Re ruſt. At in uillam intrò inuolant columbæ, de quibus merula, &c. Inuolito, as, are. frequentatiuum. Hora. 4. Carm. Ode 10. Et quæ nunc humeris inuolitant deciderunt comæ.

INVOLVCRE, is, {*Panno che'l barbiere pone intorno alle ſpalle di coloro che ſi fanno toſare*} ſubſtantiuum, eſt linteum illud, quo tonſores humeros tondendorum inuoluunt, ne ueſtes capillorum ſegmentis ſordidentur. Pla. in Capt. Næ is quidem inuolucre inijcere uoluit, ueſtem ut ne inquinet.

INVOLVCRIS, cre, {*Che non può uolare*} (ἄπτην) quod adhuc uolare non poteſt. Gell. libr. 2. cap. 29. Pulli tunc inuolucres erant.

INVOLVCRVM, cri, pe. pr. {*Inuoglio*} (εἴλημα, ἐνείλημα) quo quippiam inuoluitur, aut integitur. Cice. 1. de Orat. Sic modo in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra atq; integumenta perſpexi: ſed ea cum contẽplari cuperẽ, uix aſpiciendi poteſtas fuit. Inuolucris ſimulationum tegi, hoc eſt, ſimulatis affectibus. Cice. ad Quin. Frat. lib. 1. Multis enim ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura. Fit autem inuolucrum à uerbo inuoluo, uis, (ἐνειλέω, ἐντυλίσσω, περιπλέκω) cuius ſupinum eſt inuolutum, & mutata tum, in crum, fit Inuolucrum. Sic fiunt multa alia, ut Lauacrum Simulacrum, Ambulacrum, Aratrum, Sepulcrum, quæ habent pen. prod.

INVOLVO, is, ere, {*Inuolgere, auiluppare*} (ἐπικυλινδέω) in, ſeu ſuper aliquid uoluo, uel uoluendo impono, aut inijcio. Verg. 1. Georg. Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum. Ouid. 12. Metam. Saxa, trabeſq; ſuper, totoſq; inuoluite montes. Sæpe tamen accipitur pro circumplico, circumuoluo, & re aliqua intego. Plin. lib. 11. cap. 24. de araneis: Nam & lacertarum catulos uenantur, hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra utraq; morſu apprehendentes, &c. Crinem inuoluit caſſide, Silius libr. 7. Ouid. 4. Faſt. Captiuam ſtipula fœnoq; inuoluit, & ignes Admouet. Hor. 4. Carm. Ode 29. Et mea Virtute me inuoluo, probamq; Pauperiem ſine dote quæro. Per tranſlationem accipitur pro obſcurare. Verg. 3. Aen. Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum Abſtulit. Verg. 6. Aene. Obſcuris uera inuoluens.

INVOLVOLVS, li, pe. cor. (ἴψ, ἴουλος Suidæ) idem uermiculus, qui & Conuoluolus dicitur, q; ſeſe ſulſis arborum & uitiũ circumuoluat, & implicet. Pla. Ciſte. Imitatus nequam beſtiam, Et damnificam. P. Sed quidnam amabo? L. inuoluolum, Quæ in pampini ſolio intorta implicat ſeſe.

INVRBANVS, a,um, {*Incivile, ruſtico, rozzo*} (ἀναφρόδιτος) inciuilis, inuenuſtus, ruſticis moribus præditus. Cic. 1. de Orat. Inopem quendam humanitatis & inurbanum. Hora. in Arte: Si modo ego, & uos Scimus inurbanũ lepido ſe ponere dicto. Inurbane aduerbium inciuiliter. Cic. 3. de Nat. deo. Alabandenſes quidẽ ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quã quẽquam nobilium deorum: apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, &c.

INVRINO, as, pen. pro. {*Nuotar ſotto acqua*} (ἐγκολυμβάω) idem quod urinare, id eſt, in aquam mergi, & natando emergere. Col. lib. 8. cap. 14. Lacus, piſcinaq; manu fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aues.

INVRO, is, ere, {*Segnare con ferro caldo*} (ἐγκαίειν, καυτηριάζειν) ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſeruorum fronti et equorum coxis, ut cognoſcantur a domino. Inurere, adhibito igni fingere; quod genus picturæ Encauſtice dicitur. Pli. lib. 35. cap. 4. Cuius ſupra caput tabula bigæ pendet, quam Nicias ſcripſit ſe inuſiſſe. Et per tranſlationem Inurere ſignificat ita imprimere, ut deleri nequeat: ut inurere ignominiam alicui. Cic. de prouin. Cõſu. Sed fruatur ſane hoc ſolatio: atq; hanc inſignem ignominiam, quoniam uni præter ſe inuſta eſt, putet eſſe leuiorem. Inurere ſibi maculam, eſt crimen indelebile ſibi contrahere. Liu. lib. 3. ab urb. Prænſabat ſingulos, orabatq;, ne Claudiæ genti eã inuſtã maculam uellent.

INVSITATVS, a,um, {*Inuſitato, fuor d'uſanza*} (ἀήθης, ἀσύνηθος) inſolitus præter conſuetudinem, raro uſus, inauditus. Cic. 2. de Orat. Alter leporem quendam inuſitatum noſtris oratoribus eſt conſecutus, Inuſitate aduerbium. Cic. ad Quin. fratrem: abſurde, & inuſitate ſcriptæ epiſtolæ.

INVTILIS, le, {*Inutile, diſutile*} (ἄχρηστος) qui nulli uſui eſt. Cic. de Inuen. Is inutilis ſibi, pernicioſus patriæ ciuis aliitur. Oui. 13. Meta. Donec ſolertior iſto, Et ſibi inutilior, timũ commenta retexit. Inutiliter, aduerbiũ. Pli. lib. 16. cap. 39. Alij non inutiliter relinquunt. Inutilitas, atis, ἀχρηστία. Cic. 2. de Inuen. Ex hic illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas & utilitas: uitandarum turpitudo & inutilitas.

INVTRIVM, (Ἰνούτριον) oppidum in finibus Vindeliciæ, non procul ab Alpibus: cuius meminit Ptolem. lib. 2. cap. 13. Idem eſſe putatur cum eo, quod hodie Oem pontem nominant.

INVVLNERATVS, a,um, {*Non ferito*} (ἀτρώτος) non uulneratus. Cic. pro Seſt. Cæteri uero aut repentina ui perculſi, ac tempeſtate populari, per populũ tamẽ recreati ſunt, atq; reuocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerũt.

I ANTE O.

IO, (ἰώ) dolendi particula eſt. Tibullus: Vror io, remoue ſæua puella faces. Quandoq; exprimit geſtientis lætitia affectum. Ouid. 2. de Arte: Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.

IO, genitiuo Ius, (Ἰώ) filia Inachi fluuij traditur à poetis, à Ioue adamata, quam ob interuentũ Iunonis, ne agnoſcerentur, Iupiter in iuuencam trãsformauit. Iuno tamen, ſuſpicata id quod res erat uaccam eam à Ioue ſibi dono dari poſtulauit: quã cũ accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculũ: a quo cum moleſtiſſima cuſtodia premeretur, ęgre id ferens Iupiter, per Mercurium eum interficiendũ curauit. Quam ob rem indignata Iuno, oeſtrum pellici immiſit, eius aculeis exagitata, in Aegyptum uſq; perfugit: ubi implorato Iouis auxilio, priſtinã formã recuperauit, & regiq; Oſiridi nupſit: Aegyptijſq; omnibus adeo chara fuit, ut poſt mortem dea habita ſit, quã illi Iſidem appellarũt, ſacraq; eius Iſiaca, quibus anſer immolari conſueuit. Vide hanc fabulam latius apud Oui. lib. 1. Meta. Eſt & Io, Theſſaliæ fluuius, iuxta Oxineam ciuitatem in Peneũ illabens. Auctor Strab. lib. 9.

IOCASTA, (Ἰοκάστη) Oedipi mater fuit, filia Creontis Thebanorum regis, & uxor Laij. quæ poſt mariti necem, Oedipo filio imprudens nupſit, ex quo Eteoclem & Polynicem genuit: qui cũ ſe mutuis uulneribus cõfeciſſent, ipſa quoq; ſibi manus intulit. Vide Statium 2. Thebaid.

IOCHABELLA, (Ἰωχαβέλ) nomen matris Moſis, ut ex Ioſepho tradit Hieronymus.

IOCOSVS, a,um, {*Giocoſo, piaceuole*} (παιδιώδης) quod ſerium nõ eſt. Martialis: Non potuit melius litem finire iocoſam.

IOCOSE, {*Piaceuolmente, da gioco*} (παιδικῶς) non ſerio, ſed ſolius feſtiuitatis gratia. Cic. Quin. Frat. Eumq; luſi iocoſẽ ſatis. In eadem ſignificatione dicimus & ioco, aduerbialiter. Ter. Heau. Ioco' ne an ſerió illæc dicat neſcio.

IOCVLOR, aris, {*Scherzare*} (παίζομαι, χαριεντίζομαι) per iocum aliquid dico, facio'ue. Liu 7 ab urbe: Inter carmina propemodũ incondita militares ioculantes, Torquati nomen auditum.

IOCVLARIS, are, (παιδιώδης) ioco, riſuq; dignus. Terẽ. in Phorm. Quid metis? Illa quidem noſtra erit. D. Iocularem audaciam. Cic. de Fato. O licentiã iocularem.

IOCVS, ci, maſc. gen. pluraliter hi ioci, uel hæc ioca, {*Scherzo, gioco*} (παιδιά) dicitur quod ſerium non eſt: & differt a Ludo, q; Ludus factis, Iocus præcipue uerbis fieri dicatur. Mart. Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi. Saluſt. in Iug. ioca, ſeriaq; cum humillimis agere, Cic. 2. de Fin. At quicum ioca & ſeria, ut dicitur, quicum arma, quicum occulta omnia? Ioculus diminutiuum. Plau. in Stic. Noui illum, ioculo hæc dixit.

IOCVLARIVS, a,um, {*Coſa da ſcherza*} (παιδιώδης) quod ioco fit, dictum'ue, neq; ſerium eſt: uel quod ioco riſuq; dignum eſt. Hora. 1. Sermo. Saty. 1. Præterea ne ſic, ut qui iocularia, ridens Percurram. Teren. in And. Iocularium in malum inſciens pene incidi.

IOCVLARITER, {*Da ſcherzo*} (παιδικῶς) iocoſè, per iocum & riſum Pli. lib. 22. cap. 22. Hæc eſt, quam Ariſtophanes Euripidi poetæ obijcit iocula riter, Matrem eius ne olus quidem legitimum uenditaſſe olim, ſed ſcandicem.

IOCVLATORIVS, a,um, {*Coſa che ſi fa da ſcherza*} (παιδιώδης) quod fit per iocum. Cic. ad Att. lib. 4. Huic ioculatoriæ diſputationi ſenem illum, ut noras, intereſſe ſane nolui.

IOCOR, aris, {*Scherzare*} (παίζομαι, χαριεντίζομαι) nugas ago, non ſerio loquor, cauillor. Ci. lib. 1. Epiſt. Sed iam cupio tecum corã iocari. Plau. in Mene. Solet iocari ſæpe mecum illo modo. Ci. 4. de Fin. Habent enim acceſsionẽ dignam, in qua laboretur, ut mihi in hoc iocari uideantur interdum, cum ita dicãt. Iocans, tis, partic. Cic. 4. Aca. Me quoq; iocans' ne, an ita ſentiens, (nõ enim ſatis intelligebam) cœpit hortari, ut ſentẽtia deſiſterẽ. Iocatio, tionis, uerbale, iocoſa & faceta narratio, aut locutio. Ci. ad Pap. Nunc uenio ad iocationes tuas.

IOL, (Ἰὼλ Ptolemęo) Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, Iubæ olim regia, a D. Claudio

dio coloniæ iure donata, deductis eo eiuſdem iuſſu ueteranis & in honorē D. Augusti Cæſarea appellata. Auctor Pli.lib.5.ca.2. & Strabo lib.ult.

IOLCOS,(Ἰωλκὸς Steph.)oppidum eſt Magneſiæ,(quæ eſt regiuncula Theſſaliæ ab Ortu annexa)inter Pelion & Oſſam montes ad ſinum Pelaſgicū,quē & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat Ouid.7.Meta.

IOLAVS,(Ἰόλαυς)Iphicli filius fuit,qui Herculi hydram interficienti adiuit ferroq; candente cruorem reſtinxit atq; cohibuit. Hic cum ad decrepitam ætatē perueniſſet,Herculis precibus iuuentuti reſtitutus eſt:ut fabulatur Oui.4.Meta. Dubiaq; legēs lanugine malas Ore reformatus primos Iolaus in annos. Hercule uero uita functo,plerosq; ex filijs eius in Sardiniam inſulam adduxit,ibiq; cum incolis,qui natione Tuſci erant,promiſcue habitauit,ut tradit Strabo li.5.

IOLE.es, (Ἰόλη)Euryti Oechaliæ regis filia fuit, ab Hercule adamata,quam cū Eurytus iā uictus ei tradere recuſaſſet,licet certaminis lege debitā,ita accēſus Hercules Eurytum interfecit,urbeq; direpta Iolen abduxit,poſteaq; Hyllo filio ſuo uxorē tradidit. Oui.li.9.Meta. At longis anxia curis Argolis Alcmene queſtus ubi ponat aniles, Cui referat nati teſtatos orbe labores, Cuiue ſuos caſus Iolē habet. Herculis illā Imperio,Thalamoq; animoq; receperat Hyllus.

ION,(Ἴων)Orthomenis filius,ex Chio inſula,Poeta Tragicus. & Lyricus, & Philoſophus: cuius ſcripta commemorantur a Suida. Fuit & alter Ion, Xuthi filius,à quo Pelaſgi Aegialees,qui Achaiam Peloponneſi regionem incolebant,Iones primum appellati ſunt,teſte Herodoto lib.7.

IONIA,æ,(Ἰωνία)Aſiæ minoris regio media inter Cariam & Aeolidem tū cœli bonitate,tum ſitus commoditate nulli regionum poſthabenda. Huius incolæ dicti ſunt,Iones,(Ἴωνες)ab Ionibus Græciæ populis oriundi: quorum olim duodecim præcipuæ fuerunt ciuitates,decem in continenti ſitæ, Miletus ſcilicet Myus Priene,Epheſus,Colophon,Lebedus,Theos,Clazomenæ, Phocæa,Erythræa,& duæ in inſulis Chios,& Samos. Vide Herod.lib.1.

IONICVS,ca,cum,pen.cor.(Ἰωνικὸς)quod eſt ex Ionia:ut, Ionica lingua,inter quinq; Græcorum linguas notiſſima. Motus Ionicus. Hora lib.3.Carm. Ode 5. Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo,& fingitur artubus Iā nunc, & inceſtos amores De tenero meditatur ungui.

IONIVM MARE,(Ἰόνιον πέλαγος)dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ ſupra fauces Adriatici inter Siciliam et Cretam expanditur:ut, non obſcurē innuit Pli.lib.4.cap.11.cūm ait, Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum diuidi. Sunt qui Iſthmum Peloponneſiacum Ionij & Aegæi maris terminum faciunt.in qua ſententia uidetur fuiſſe & Lucanus,ſic ſcribens li.1.Pharſaliæ. Qualiter undas Qui ſecat,& geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos Nec patitur cōferre fretū:ſi terra recedat Ionium. Aegæo franget mare. Quod ſi concedamus, dicendum erit, Creticum mare, Aegæi,non Ionij partem eſſe. Ptolemæus uerò in deſcriptione Macedoniæ iam quoq; partem ſinus Adriatici,quæ Macedoniæ oram ab occaſu alluit, Ionio mari attribuit:eiuſq; terminos,Dyrrachio,ſiue Epidamno urbe,& Pylichno fluuio circumſcribit. Rectius tamen Plinius,cæteriq; Acroceraunio promōtorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quod autem ad nominis rationem attinet,non ſatis conuenit inter ſcriptores. Didymus.n dictum exiſtimat ab Ionio quodā Dyrrachij filio,quē Hercules cum imprudenter occidiſſet,in mare proiecit,ut memoriam eius propagaret. Solinus ab Ionia extrema Italiæ regiuncula dictum mauult. Lycophron,ab errore Iuſ Inachi filiæ.alij ab Ionum naufragio:nonnulli ab Ione quodā Adriæ patre,qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

IONIVS,a,um,(Ἰόνιος)ut,Fluctus Ionius. Verg 3. Aen.Nepotis Ionios fluctus æquare ſequendo. Vnde Joniæ,Lucan.lib.3.Illyris Ionias uergens Epidaurus in duas.

IONTHI,(ἴονθοι)à Galeno appellantur exigui duriq; faciei tumores, à craſſo humore generati,quos Plinius Celſusq; Varos,Itali ſua lingua Coſſos appellāt,teſte Manardo. Epiſt. Med.lib 7.& 8.

IOPAS,(Ἰώπας)Africæ regulus fuit, unus ex procis Didus, cuius meminit Verg.lib.1. Aen. Cithara crinitus Iopas perſonat aurata.

IOPPE,(Ἰόππη)urbs eſt maritima Palæſtinæ,quæ(ut quidam uolunt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc referente Solino in Collectaneis, & Pli. lib.5.fuit antiquiſſima omnium urbium in uniuerſo orbe, utpote ante diluuiū uniuerſale condita. Quod & oſtendit ſaxum,quod uinculorū Andromedę ueſtigia adhuc retinet,quam expoſitam beluæ(ut ait Solinus)non irritus timor circuntulit. Nonnulli uerò alij non Ioppen Palæſtinæ, ſed aliam Iudæ urbem fuiſſe dicunt,ubi Andromeda marinæ beluæ fuit expoſita,cum dicat Oui.lib. 1.de Arte Aman. Perſeus Andromedem nigris portauit ab Indis. Et Sappho ad Phaonē. Candida ſi non ſum,placuit Cepheia Perſeo Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ. Sunt tamen qui credant,eam in Aethiopia Indica fuiſſe natā, circa Ioppen tamen Palæſtinæ urbem beluæ marinæ fuiſſe expoſitam.

IORDANIS,(Ἰορδάνης)fluuius in Iudæa eximiæ ſuauitatis, Peræam à reliqua Iudæa dirimens,ut auctor eſt Pli.lib.5.cap.5. Oritur ad radices Libani duobus fontibus:alteri eſt nomen Ior,alteri Dan:qui ſimul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

IOS(Ἴος)inſula eſt maris Myrtoi,una Sporadum,diſtans à Naxo XIIII. M.paſſ.in qua ſepultus eſt Homerus,oraculo iubente, quoniam mater eius ex Io foret:ipſe uero certa matre,incerta eſſet patria. Vide Pli.lib.4.cap.12.

IOSBICA,oppidum in ora Liburniæ,apud Pli.lib.3.cap.21. Ptolem. Lopſicam appellat.

IOTAPATA,orum,ſiue Iotapata,tę (Ἰωτάπατα,ἢ Ἰωταπάτη Stephano)Syriæ oppidum,apud Ioſephum lib.3. Antiquit.

IOVINIANOS,(Ἰοβιανοὺς)diuus Maximianus uoluit uocari,qui ſe fortiter in Illyrio geſſiſſent.

IOVIS GEMMA,(Διὸς λίθος)quæ ultra candorem & leuis eſt & tenera. Pli.lib.37.ca.10.

IOVIS FLOS,(Διὸς ἄνθος)flos eſt æſtiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur. Pli lib.21.cap.10. Colore tantum placet Iouis flos,odor abeſt:ſicut & illi,qui Gręce Phlox uocatur.

I ANTE P.

IPES,quę & Senipes,(Ἶπες,ὑ σκνῖπες)à Grecis appellantur uermiculi uerno tempore,& potiſſimum ſpirante Auſtro,in uitibus naſcentes, oculoſq; earum erodentes:quos ruſtici ſolent amphitude terra enecare,ut docet,Gale.li.9.Simp. Medic.

IPHARES, & Theſtorius,filij fuerunt Priami, quos illi uno partu Peridia Idæa nympha enixa eſt,quam ipſe furtim in uenatione compreſſerat. Poſtea uero in bello Troiano ab Antiocho Neſtoris filio ſunt occiſi.

IPHIANASSA,(Ἰφιάνασσα) & Lyſippe,filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis,quibus Perottus Mœram et Eurialem addit. quæ cum ad Iunonis templū ueniſſēt,deam contumelijs affecerunt,patris ſui domum diuitijs templi Iunonis,uel ut alij ferunt,formā ſuā Deæ pulchritudini præferētes, à Iunone in furorem uerſę ſunt,ut putarent ſe eſſe uaccas. Ad quas curādas accerſitus eſt Melāpus,cui pater regni partem,& alteram filiam, quam uellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationem, & hoſtias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit,& Iphianaſſam uxorem duxit. Hoc nomine appellatur etiam a Lucretio li.1. Iphigenia, Agamemnonis filia,ex Clytemneſtra,cum inquit: Aulide quo pacto Triuiai uirginis aram Iphianaſſæo turparunt ſanguine fœde.

IPHICLVS, p.c.ſiue,ut apud Solinum legitur, Iphicles,(Ἰφικλῆς Suidæ) fuit Amphitryonis,& Alchmenæ filius,eodem partu cum Hercule editus, Iolai pater:ſepulchrum habet Arcadiæ urbem,ut ſcribit Pauſanias. Seru. Hercules natus eſt cum Iphiclo, Amphitryonis filio:ſed quum Iuno duos ſerpentes immiſiſſet Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapſus, ſuo uagitu excitauit parentes: qui quum ſurrexiſſent,uiderunt Herculem angentem manibus angues immiſſos ei nouercalibus odijs. Fuerunt & alij huius nominis.

IPHICRATES,(Ἰφικράτης)teſte Aemylio & Plutarcho, uir Athenienſis, non tam magnitudine rerum geſtarum,quā diſciplina militari nobilitatus. Hic primus omnium ſpolijs bello captis nomen ſuum inſcripſit, cum antea ſolius ciuitatis nomen inſcriberetur. Auctor Suidas.

IPHIDAMAS,(Ἰφιδάμας)teſte Home.lib.11. Iliad. Antenoris filius fuit, corpore lato atq; procero,ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.

IPHIGENIA,(Ἰφιγένεια)Agamemnonis & Clytemneſtrę filia fuit, de qua ita fabulantur poetæ. Quum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidiſſet, dea irata uentorum flatus amouit, ut Græci nauigare non poſſent.

Quapropter cum oraculum conſulerent,reſponſum eſt, Agamemnonio ſanguine Deam eſſe placandam. Miſſus igitur Vlyſſes Iphigeniam aſtu a matre abduxit, Achilli eam nupturā ſimulans. cumq; iam immolanda eſſet, dea eius miſerta ceruam pro ea ſuppoſuit,uirginem autem in Tauricam regionem tranſtulit,ubi à Thoante rege eiuſdem deæ ſacris præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebant. Quo cum poſtea Oreſtes Furijs agitatus & ab incolis captus ueniſſet,iamq; eſſet immolandus,à ſorore agnitus & liberatus eſt: cum quo non multo poſt occiſo Thoante rege aufugit,ablato ſecū Dianæ ſimulacro,in lignorum faſce abſcondito,propter quod illam Faſcelidem uocarunt. Tandem uenerunt in Italiam,& in Aricino nemore ſimulacrum locauerunt, ædificato Deæ inſigni templo, Ouid.3.de Ponto, Sceptra tenente illo,liquidas fecit per auras Neſcio quam dicunt Iphigeniam iter.

IPHIMEDIA, p.p.(Ἰφιμέδεια)uxor fuit Aloei, quæ compreſſa a Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialten,qui ſingulis menſibus nouem digitorum longitudinem ſtaturæ ſuę adijciebant: cumq; paucis annis in ſummam corporis molem excreuiſſent, una cum cæteris gigantibus aduerſus ſuperos bellum mouentes: Apollinis & Dianæ telis confixi ſunt.

IPHINOVS,(Ἰφίνοος)unus ex Centauris,apud Ouid.12.Metam.

IPHIS,(Ἶφις)puer fuit formæ uenuſtate conſpicuus,qui cum Anaxareten puellam efflictim amaret,neq; illa eius amori reſponderet,impatientia amoris uitam laqueo finiuit. Cumq; iam ad ſepulturam efferretur, Anaxarete è feneſtra proſpiciens,in ſaxum mutata eſt. Vide latius hanc fabulam apud Ouid.14. Metam.

Fuit item Iphis,puella quædam Cretenſis,ex Phæſto oppido, Lygdi, & Telethuſæ filia,quam mater inſcio uiro(qui ſi filia ſibi naſceretur, occidi eam imperarat)uirili habitu educauerat. Qua ratione cum ad annos pubertatis patrem fefelliſſet, Lygdus Ianthem puellam ei deſpondit. Quapropter inops conſilij Telethuſa, Iſidis auxilium implorauit:quæ ipſo nuptiarum die Iphidem transformauit in marem. Vide Ouid.lib.9.Metam.

IPHITVS,(Ἴφιτος)filius Praxonidis, ſiue Hemonis, qui primus Olympia inſtituit. Iphitus item alius Euryti Oechaliæ regis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules è turri præcipitauit. Alius fuit Troianus, de quo Verg.li.2. Aenei. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

IPS,(Ἴψ)uermicula eſt uitium oculos erodens, ut Cis frumenta, Trips ligna, Sis ueſtes, Is uitium, Midas fabam. Vide latius ſupra in dictione Ipes.

IPSE, a,um,{*Eſſo.Pet. Et eſſo ſola haurà la ſuma e'l grado*}(αὐτὸς)pronomen demonſtratiuum quod cum alijs pronominibus iunctum eorum accipit ſignificationē.ut Ego ipſe, Tu ipſe, Is ipſe. Inuenitur tamen ſæpe abſq; alijs per eclypſim prolatum,& tamen eorum habens ſignificationem,quę cum eo ſubaudiuntur. Verg.2. Aen. Quęq; ipſe miſerrima uidi Aliquando relatiuum eſt. Idem 3. Aenei. Ipſe arduua,altaq; pulſat Sidera. Aliquando emphaſim.i. expoſitionem alicuius rei latiorus habet,cuiuſmodi eſt illud apud Ver.2. Aen. Ipſe pater Danais animos,uireſq; ſecundas Sufficit. Ibi enim Ipſe,latentem quandam habet energiam. quaſi dicat, Ipſe Iupiter,qui ſe omnibus æquum ſolet prębere,et quem minime uériſimile erat talia facturum fuiſſe. Quod ſi addatur particula Met, diſcretio ſignatur:ut Ipſemet,hoc eſt,ipſe per ſe,& non per alios. Apud Veteres Ipſus,pro Ipſe dicebatur. Terentius, Ipſus eſt. Item ſuperlatiuum Ipſiſſimus, αὐτότατος. Hinc fit compoſitum Iſipſe,id eſt,ipſe,& non alius.

IPSVLLICES, bracteæ dicebantur in muliebrem,uirilemue ſpeciem expreſſæ. Feſtus.

I ANTE R.

IR, ſiue potius Hir,per aſpirationem,{*Concauità della mano*}(θέναρ)neutri generis,& indeclinabile,propriè manus concauitas,licet quandoque pro ipſa manu capiatur.

IRA, æ,{*Colera,ira*}(ὀργὴ)animi excandeſcentia,in corde ſedem habens. ita dicta eſt ab eo quod eſt Ire. Nam a ſe it,qui iraſcitur,& furit. Vnde & qui iram deponit,ad ſe redire dicitur. Terent. in Adelph. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Cice.4.Tuſc. Quæ autem libidini ſubiecta ſunt ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi eius, qui uideatur læſiſſe iniuria. Iræ ſunt inter Gryceriam & Gnatum,Teren.in And. Iram euomere in aliquem,Idem in Adel. Cice.in Offi. Prohibenda maxime eſt ira in puniendo. Iudomitæ iræ. Vir.

Aeneid Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Exercere iras. Verg. 3 Georg. Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

IRACVNDVS, a, um, {Cholerico, iracondo}(ὀργίλος, χολώδης, θυμώδης, θυμικός) qui ex parua, uel nulla cauſa, quíq; natura ad iram procliuis eſt, etiamſi tunc nulla moueatur ira. Plau. in Mil. Opus erit ne tibi aduocato triſti, iracundo? Hinc Iracundia dicta (ὀργίλότης) procliuitas in iram. Donatus: Ira de cauſa eſt, iracundia de uitio multum iraſcentis. Cice. 4. Tuſc. Ea quæ in aliis anxietas, unde anxij, in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratum. Seneca: ira quo diſtet ab iracundia, apparet: quo ſcilicet ebrius ab ebrioſo, et timens à timido. Iratus, poteſt eſſe, non iracundus: iracundus, poteſt aliquando non iratus eſſe. Vſurpatiue tamen iracundia ponitur pro ira Cic. 3. Tuſc. Quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars: ſic enim definitur: Iracundia, eſt ulciſcendi libido. Ter. in Adel. Me miſerum, uix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Iracunde, aduerbium, furioſe, animoſe, cum ira. Cice. Phil. 8. Nam me tecum iracunde agere dixiſti ſolere. Non eſt ita uehementer me agere fateor, iracunde nego.

IRASCOR, ſceris, iratus ſum. {Irarſi, adirarſi, corrucciarſi}(ὀργίζομαι) ira cõmoueor, ſtomachor, ſuccenſeo. Ter. in Eun. Ille continuo iraſci, Neq; negare audere. Et modo abſolute ponitur. Cice. ad Att. libr. 1. Pompeij noſtri amici negant me eſt iratum fore, ſi ad mea conuicia non uenerit. Modo conſtruitur cum datiuo. Cice. pro Quint. Roſc. Dij immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſueuerunt. Huius compoſita ſunt, Subiraſcor, quod eſt paulum uel leniter iraſcor. Obiraſcor, contra iraſcor, ἀντοργίζομαι Liu. libr. 1. Fortunæ (ut fit) obiratis, cultum reliquerant Deum.

IRATE', aduer. {Iratamente}(πρὸς ὀργήν) per iram ſignificat. Colu. libr. 7. cap. 12. Satis eſt ſeueros eſſe, nec blandos, ut nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur, ſemper excandeſcant, in exteros.

IRATVS, dicitur, {Adirata, corrucciato}(ὀργισθείς) qui aliqua re laceſſitus excandeſcit, etiam ſi natura non ſit iracundus. Cicer. pro Cælio. Huic ego Deos propitios, pleriq; autem iratos putant. Idem ad Att. Nolo te illum iratum habere. Iratior, Cice. ad Attic. lib. 15. Antonio eſt enim fortaſſe iratior. Iratiſſimus. Cice. 8. Phil. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

IRCEVS, genus eſt farciminis. Feſtus.

IRE PEDIBVS IN SENTENTIAM, (προσιέναι) quid ſit uide ſupra in uerbo Eo.

IRENARCHES, is uel Irenarcha (εἰρηνάρχης) qui ad tollẽdas diſcordias et pacandos ciuium animos, ſiue qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim εἰρήνην, pacem uocant, ἄρχον, præfectum aut principem.

Horum officium erat tranquillitatem publicam ſeruare, & iter facientibus uias ſecuras præſtare. Vide Vlpian. l. Munerum. ff de Munerib. & honor.

IRIA FLAVIA, oppidum eſt Cæpororum, in ora occidentali Tarraconẽſis Hiſpaniæ: cuius meminit Ptol. lib. 2. cap. 6. Eſt & Iria Taurinorum oppidum, non procul a Dertona: cuius meminit idem Ptol. libr. 3. cap. 1.

IRIS, huius iris, uel iridis, (ἶρις) arcus cœleſtis: ab εἴρειν, quod eſt dicere, uel nũtiare: propterea quod arcus huiuſmodi pluuias denunciet: unde etiã Poetæ Irim Iunonis nuntiam eſſe finxerunt. Verg. 5. Aene. Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno. Huius arcus cauſa eſt radius Solis, cauæ nubi immiſſus, qui repulſa acie in Solem refringitur. Nubes enim formam arcus diſcoloris efficiunt, quia alia parte earum tumidiores ſunt, alia ſubmiſſiores, & quædam craſſiores, q̃ ut Solem tranſmittant, aliæ imbecilliores q̃ ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem umbramq; commiſcet, & exprimit illam mirabilem arcus uarietatem. Eſt & Iris (ἶρις) herba gladioli foliis, ſed maioribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, & ſternutamenta mouente, flore colorũ uarietate arcus cœleſtis ſpeciem referente. Vulgus Lilium cœruleum appellat. Vide Plin. lib. 21. cap 7.

IRINVM, (ἴρινον) unguentum quod ex iride fit. Plin. lib. 13. ca. 1. Irinum Corinthi diu maxime placuit. Idem lib. 20. ca. 27 Capitis dolores, diſcutit illitum ex aceto & infuſum naribus cum irino, oculorum epiphoras, & tumores.

IRION, onis, (ἐρύσιμον) frugis genus eſt, culmo aſſurgens ferulaceo, foliis & flore ſeſamo non diſſimile. Seritur in Italia ante Vergiliarum caſum, in Græcia autem & Aſia ſub earundem occaſum. Vide Pli. lib. 18. cap. 7.

IRNELLA, uaſis genus in ſacris. Feſtus.

IRONIA, pen. pr. (εἰρωνεία) figura eſt in pronuntiatione uim omnem habens, quam nos uel Diſſimulationem, uel Irriſionem dicere poſſumus. cũ ſcilicet pronuntiatione ipſa nos diuerſum oſtendimus ſignificare, ab eo, quod uerba ipſa uidentur ſonare. Eiuſmodi eſt illud Iunonis apud Verg. 10. Aene. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Niſi enim amaritudo pronũtiationis adiuuerit, confiteri uidetur, quod negare contendit.

IRPICES, raſtri ſunt dentati, in agris ad exturpandas radices herbarum accommodati. Feſtus.

IRPINI, populi erant ad Soractem montem, ita appellati ab Irpo: quo nomine Samnites lupum appellant, ſiue q; lupum ducem ſecuti, ſedes ſuas delegerũt, ut Feſtus tradit. ſiue q; more luporum ex rapto uiuerent. Hos Seruius Hirpinos uocat per aſpirationem in prima ſyllaba.

IRRASVS, pen. prod. (ἄξυρος) non raſus. Plau. in Ruden. Dij te ament cum irraſo capite.

IRRATIONABILIS, le, p. c. {Non ragioneuole}(ἄλογος) ratione carens. Quint. lib. 7. cap. 4. Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationabile: nam eſt equus animal, ſed irrationabile. Sunt tamen qui et, hic & alibi apud eundem auctorem, non Rationabile, ſed Rationabile legant.

IRRAVCIO, is, irrauſi, ſum, teſte Priſciano: ſiue Irrauceſco, cui, {Diuenir rauco}(βραγχῶ, βραγχιάω) raucus fio. Cic. lib. 2. de Orat. At Aeſopum, ſi paulum irrauuerit, explodi. Priſcianus legit Irrauſerit.

IRREDVX, irreducis, penu. correp. contrarium eſt nomini redux: ut, apud Lucanum libro 9. Irreducemq; uiam deſerto limite carpit: hoc eſt, uiam, a qua rediturus non eſt.

IRREDIVIVVS, a, um, contrarium rediuiuo: ut, Irrediuiuus pons, apud Catullum pro Irreparabili, inquit Budæus. Catulli uerba hęc ſunt, Epig. 17. ad Coloniam. Sed uereris inepta Crura ponticuli, ſub lua totus irrediuiuus. Ne ſupinus eat, cauaq; in palude recumbat.

IRRELIGATVS, a, um, {Sciolto}(ἄδετος) idem quod ſolutus, & non ligatus. Ouid. 1. de Arte: Vtq; erat è ſomno tunica uelata recincta, Nuda pedẽ croceas irreligata comas.

IRRELIGIOSVS, a, um, {Irreligioſo}(ἀσεβής, ἀνόσιος) pietati, & religioni repugnans. Liu. 5. ab urb. Saluo etiam tum diſcrimine diuinarum, humanarumq; rerum, irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos ſacraq; pop. Rom. pedibus ire, ferriq; ſe & ſuos in uehiculo conſpici.

IRREMEABILIS, {D'onde non ſi puo tornare à dietro} unde remeare nõ poſſis; ut, Error irremeabilis. Verg. 5. Aene. Ancipitemq; Mille uiis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi Falleret indeprenſus, & irremeabilis error. Viæ irremeabiles, Senec. Hercul. furente.

IRREMEDIABILIS, le, {Cui non ſi puo trouare remedio}(ἀνίατος, ἀθεράπευτος) cui mederi, ſiue remedium adhibere non poſſumus. Pli. lib. 20. cap. 7. E quibus dixiſſe non pudeat, ſi in defectu Lunæ, Solis ue congruat uis illi, irremediabilem fieri. Idem lib. 25. cap. 13. Sed in uino pota irremediabilis exiſtimatur.

IRREMVNERABILE {Che non ſi puo remunerare}(ἀμοιβῆς κρεῖττον) quod ob magnitudinem remunerari non poteſt, nec par pari rependi.

IRREPARABILE, (Che non ſi puo reparare}(ἀνεπανόρθωτον) quod reparari & integrum reſtitui non poteſt. Verg. 3. Georg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

IRREPERTVS, a, um, {Non ritrouato} non repertus. Hora. 3. Carm. Qua tumidus rigat arua Nilus aurum irrepertum, et ſic melius ſitum Cum terra celat. Id eſt nondum repertum.

IRREPO, is, pen. prod. {Rampicare}(παρεισέρπω, ὑποδύομαι, παρέρπω, παρεισέρχομαι) paſſim & lateuter more reptilium introeo. Cuius frequentatiuũ eſt Irrepto. Pli. lib. 26. cap. 1. Non fuerat hæc lues apud maiores, patreſq; noſtros, & primo Tiberij Cæſaris principatu medio irrepſit in Italiam. Cic. 3. de Orato. Irrepit in hominum mentes.

IRREPREHENSVS, {Che non ſi puo riprendere}(ἀνεπίληπτος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος) qui reprehendi iure non poſſit. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 15. Et tandem probitas irreprehenſa fuit.

IRREQVIETVS, a, um, {Che non ha quiete}(ἀνάπαυστος) quod nullã habet requiem. Mart. lib 4. Diſcurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra eſt, Cui non mane feras irrequietus aue. Bella irrequieta, Ouid. 2, Triſt. Sors irrequieta, Ouid. 2. Meta.

IRRESECTVS, a, um, non reſectus. Hora. Epod. 5. Hic irreſectum ſæua dẽte liuidũ Canidia rodens pollicem.

IRRESOLVTVS, a, um, quod nunquam remittitur. Oui. 1. de Ponto, Ele. 2. At ſemel intentus neruo leuis arcus equino, Vincula ſemper habens irreſoluta manet.

IRRETIO, tis, {Irretire. Boc. Parole lequali ſono lacci da irretire gli huomini}(περιβάλλω, περιτίθημι, ἀγρεύω) dolo capio, & quaſi reti quodam inuoluo. Cice. 4. Acad. Quid enim ad illum, qui te captare uult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris allectare, & detinere. Cice. in Cati. Cui tu adoleſcentulo quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non ad audaciam ferrum ad libidinem facem prætuliſti.

IRRETITVS, {Legato, preſo} περιπλακείς, δεδεσμευμένος. dicitur, qui aliqua fraude uel blanditijs, aut dolo, quaſi reti captus eſt. Cice. 5. de Fin. unde Homerus probari fabulam nõ poſſe, ſi captiunculis tantus uir irretitus teneret.

IRRETORTVS, a um, pro recto. Hora. 1. Carm. Ode 2. Quiſquis ingentis oculo irretorto Spectat aceruos.

IRREVERENTER, {Senza reuerenza}(ἀναιδῶς) aduerbium, ſine reuerentia, & honore. Pli. Epiſt 38. Cæteri audaces, atq; etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri, ad declamandum huc tranſeunt, tam irreuerenter & temere, ut mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros a centumuiralibus cauſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholis.

IRREVERENTIA, æ, {Imprudentia, poca reuerenza}(ἀναίδεια) reuerentiæ contraria. Pli. Epiſt. 92. Studioſorum irreuerentia.

IRREVOCABILIS, le, {Irreuocabile, che non ſi puo reuocare} quod non poteſt reuocari. Hora. 1. Epiſt. 18. Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.

Irreuocandus, a, um, idem: ut, Error irreuocãdus, apud Claudianum de bel. Get. Irreuocatus, a. um. non reuocatus. Ouid. 11. Meta. Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper.

IRREVOLVTVS, a, um, {Non riuolto} contrarium reuoluto. Mar. lib. 11. Vadas, & redeas irreuolutus.

IRRIDEO, irrides, irriſi, ſum, pen. prod. Ex In, & Rideo. {Beffare}(καταγελάω) derideo, ludibrio habeo. Ter. in Heau. Irrides in re tanta, neq; me quicquam conſilio adiuuas. Idem in Eun. Cœpit ad id alludere, Et me irridere. Cic. 2. de Nat. deo. Etiam per iocum deos irridens, cum cauea liberati pulli, &c.

Irriſus participium. Tacit. lib. 4. Ad uana, & toties irriſa reuolutus. Irriſus, us, pen pro. Tacit. lib. 1. Retinentem centuriones irriſu, & contumeliis, poſtremo uerberibus inſectantur. Irriſui eſſe: id eſt, ludibrio haberi. Pli. lib. 22. cap. 5. Imo uero pleriſq; ultro etiam irriſui ſumus, iſta commentãtes, ac friuoli operis arguimur. Irriſio, nis, ſubſannatio. Cic. 1. Offi. Deforme etiã eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim: & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Irriſor, oris, qui irridet. Cic. in Parad. Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiæ, & iam uel ipſi iudicent, &c. Irridicule, aduerbium, infacete, ineleganter. Cæſ. 1. Bel. Gal. Quod cum fieret, non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit, pluſquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

IRRIGO, pen. cor. ex In, & Rigo, {Adacquare, bagnare}(ἀρδεύω, βρέχω, ὀχετηγέω) adaquo, humecto, quaſi riuos in agrum deduco. Cic. 2. de Nat. deo. Aegyptum Nilus irrigat. Idem 1. de Nat Deo. Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Irrigatio, onis, uerbale, (ἀρδεία, ὀχετεία) actus irrigandi. Cic. 1. Offi. Adde ductus aquarum deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, &c.

IRRIGVVS, a, um, {Che facilmente ſi puo adacquare} κατάρρυτος. qđ irrigatur, uel facile irrigari poteſt. Cato cap. 1. de Re ruſt. Vinea eſt prima. ſi uino multo opus ſiet: ſecundo loco hortus irriguus. Accipit & quãdoq; in ſignificatione

ficatione actiua: ut, Aqua irrigua, quæ irrigat. Verg. lib. 4. Georg. Irriguumq; bibant uiolaria fontem.

IRRITVS, a, um, {*Vano*} (ἄκυρος, ἄκυρον) compoſitum ab In, et Ratus: idē quod non ratus. Ter. in Phor. Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum. Labor irritus anni. Ouid. 1. Meta. Irritæ preces id eſt, uanæ, futiles, & incaſſum fuſæ. Pli. in Paneg. Ac plerique irritua precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. Tela irrita, Verg. 4. Eclog. Verba irrita, Oui. 1. de Reme. amor. Interdum irritus idem eſt quod ad nihilum redactus. Verg. 4. Eclo. Te duce, ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

IRRITO, as, pen. pro. {*Prouocare*} (ἐρεθίζω, ἐπάγω, παροξύνω, παρορμῶ) frequentatiuum ab irruo, per mutationem u, in i, euphoniæ cauſa. Eſt autem Irritare idem quod laceſſere, prouocare, & ad iram incendere. Quæ ſignificatio à canum more tracta uidetur, qui in laceſſentem, irruunt, uel ut donatus ait, reſtrictis dentibus r, literam imitantur. Ver. li. 3. Aen. Irritatq; uirum telis & uoce laceſſit. Ouid. lib. 2. Faſto. Tum ſicco primas irritat cortice flammas. i. ſuſcitat. Ab eodem fonte manat & Prorito, tas, pe. pro. Nam ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita Prorito à proruo: nec multum in ſignificatione differūt. Nā prorito idem eſt quod prouoco, παρορμάω. Col. li. 2. Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione, quam colis, prouentus, & pretium proritat, ſerendum nō eſt. Hoc eſt, niſi pretium alliciat, & inuitet. Differunt autem Prorito, & Irrito quod illud & in bonam & in malam partem, uti Prouoco, capi pōt: Irrito nō niſi in malam. Irritatus, a, um, participium. Gens irritata. Ouid. 3. Metam. Voluptas irritata, Idem 2. de Arte. Irritatus pro irato. Teren. in Phorm. Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Irritatus nomen ex participio. Gel. lib. ult. cap. ult. Quo fit quorundam maledicorum hominum ſæuitas & inuidentia irritatior. Irritatio, onis, (παροξυσμός) inſtigatio. Liu. 2. Bel. Maced. Et irritatio animorum ea prima fuit.

IRRITABILIS, le, {*Che facilmente ſi prouoca*} quod facile irritatur: cuius contrariū Placabilis. Hora 2. Epiſt. 2. Genus irritabile uatum.

IRRITAMEN, inis, quo quis irritatur, & accenditur. Oui. 12. Meta. Haud ſecus exarſit, q̄ circo taurus aperto Cum ſua terribili petit irritamina cornu. Irritamen amoris, Oui. 6. Meta. Idem 13. Meta. Magnas Adieciſſet opes animi irritamen auari.

IRRITAMENTVM, ti, {*Prouocamento*} quo quis irritatur, & accenditur. Ouid. lib. 1. Meta. Effodiuntur opes irritamenta, malorum. Sic Irritamēta gulæ, dicuntur condimenta, quibus edendi auiditatem prouocamus.

IRROBORO, as, pen. cor. {*Diuenir forte*} (ἐπιῤῥώννυμαι) inualeſco, uires acquiro. Gel lib. 1. cap. 22. Irroborauit, inueterauitq; falſa atq; aliena uerbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſupereſt.

IRROGO, as, pen. co. {*Dare, imporre*} (ἐπάγω, προστίθημι) inficio, infligo, impono. Plau. in Cap. Qui conſilium iniere, quo nos uictu & uita prohibeant: diem dicam, irrigabo mulctam, (ἐπιβολή, ἐπιβολὰς) ut mihi cœnas decem Meo arbitratu dent, cum cara annona ſit. Pli. Non modo culpam omnem, ſed etiam mulctam irrogauit. Ci. pro domo ſua: Vetant leges ſacratæ, uetāt XII. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium. Irrogare alicui mortem. Tacit. lib. 4. Sibimet irrogaret mortem, quam pat: i ſtruxerat. Irrogatus, irrogata, irrogatum, particip. Tac. lib. 13. Exiliumq; accuſatori irrogatū & tabulæ exuſtæ ſunt. Irrogatio, onis. Cic. pro Rabi. Nam quid ego ad longā orationem comparem? quod eſt in eadem mulctæ irrogatione perſcriptum hunc nec ſuæ, nec alienæ pudicitiæ pepercliſſet?

IRRORO, as, pen. pro. {*Bagnare*} (ἐπιδροσίζω, βρέχω) rore aſpergo, ſeu madefacio. Col. lib. 11. cap. 2. Septimo idus Decembres aquila mane oritur: Africus, interdum Auſter irrorat. Idem lib. 12. cap. 22. Noctibus autem labrū operire conueniet, ne irroretur. Dicimus autem, Aquam irrorare agro: & Agrum irrorare aqua. Ouid. 1. Meta. Inde ubi libatos irrorauere liquores Veſtibus. Somnus irrorat quietem oculis. Sil lib. 10.

IRRVBEO, es, pen. cor. uel Irrubeſco, is, {*Farſi roſſo*} (ἐρυθριάω) rubrū fieri, rubore ſuffundi. Stat. 9. Theb. Irrubuit cœli plaga ſydere miſſo, Occaſuq; ſacro pariter iubar arſit utrinq;. Ignis irrubuit meis uultibus, apud eundem li. 5. Syl. pro eo quod eſt, ſuffudit uultus meos.

IRRVCTO, as, (ἐνερεύγομαι) eſt ructu afflare. Plaut. Pſeud. Quid tu, malum, ebrius mihi in os irructas.

IRRVGIO, gis, {*Rugere grandemente*} (ἐπιβρυχάομαι) ualde rugio.

IRRVGO, as, are, {*Creſpare*} (ῥυτιδόω) in rugas contrahere. Gel. lib. 12. cap. 1. Ne æquor illud uentris irrugetur.

IRRVMARE, (θηλάζειν) antiquis honeſtum uerbum erat, idem ſignificans quod lactare, quaſi rumen, hoc eſt, mammam in os inſerere. Poſtea tamē uſus obtinuit, ut obſcœniſſimo libidinis genere tantum diceretur, cum quis uirilia ſua cuipiam præbet exugenda. Contra qui uirilia in os recipiunt, eaq; ueluti papillas quaſdam exugunt, Fellare dicuntur. Auctor Priap. Mandabo domino tamen ſalaci, Vt pro me uelit irrumare fures.

IRRVMPO, rumpis, {*Entrare con empito, entrare uiolentemente*} (εἰσπίπτω, εἰσβάλλω, ἐμβάλλω.) uiolenter & cum impeditu ingredior. Vir. 11. Aen. Portas irrupere patentes. Et ferme ſemper in hac ſignificatiōe hoc uerbo utūtur auctores. Lactan. proprie ſumpſit li. 6. pro penitus frango, ὑποῤῥήγνυμι. Sūmum (inquit) inter ſe hominum uinculū eſt humanitas, quod qui id irrperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt. Irruptio, onis, (εἰσβολή) impetus, incurſio. Cice. pro lege Manil. Nam cum hoſtium copiæ, non longe abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.

IRRVO, is, rui, irrutum, pen. cor. {*Aſſalire con furia*} (εἰσβάλλω, εἰσδύω) cū impetu aliquem aggredior, uel uiolenter me aliquo immitto. Cice. 2. de Fin. Et equo admiſſo in medium Latinorum aciem irruebat. Tere. in Adel. Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas.

IRTIOLA, æ, genus uitis, Vmbriæ, Piceno, & Meuanati agro peculiare, teſte Plin. libr. 14. cap. 3. Col lib. 3. ca. 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, ferreolamq;, non facile affeuerem, quo gradu habendæ ſint.

IRVS, (Ἶρος) mēdicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Vlyſſes domum reuerſus pugno interfecit: ut eſt uidere apud Homerum 18. Odyſſ. Huius paupertas abijt in prouerbium, ut hominem extremæ inopię Iro pauperiorem dicamus. Ouid. Irus eri ſubito, qui modo Crœſus erat.

I ANTE S.

IS, ea, id, eius, {*Queſto, il medeſimo, quello, colui coſtui*} (ἐκεῖνος, οὗτος) pronomen eſt eandem habens ſignificationem, quam Ille aut Hic: eundemq; in oratione ſitum obtinet. Et modo demonſtratiue accipitur. Cic. li. 2. Epi. Neq; enim tu is es, qui, qui ſis, neſcias. Idem pro P. Sylla: neq; enim una eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. Modo relatiue Idem Att. lib. 1 Vt cum mihi obuiā puer tuus is mihi literas abs te reddidit. Nōnunquam accipitur Is, pro talis, uel eiuſmodi. Idem 2. lib. Epiſt. Is enim tu uir es, & cum me eſſe cupio, ut &c. Cic. Att. lib. 3. Itaq; ego is in illum ſum, quem tu me eſſe uis.

IS, (Ἴς) urbs a Babilone itinere dierum octo diſtans, apud quam eſt Is fluuius, in Euphratem ſe exonerans: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis ſubminiſtrabatur. Auctor Herodot. lib. 1.

ISACA, ſiue (ut in quibuſdam exemplaribus legitur) Iſca, fluuius eſt in Meridionali latere Britanniæ inſulæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

ISÆVS, (Ἰσαῖος) cum æ, diphthongo, nomen rhetoris pariter & philoſophi, quē Philoſtratus in Vitis ſophiſtarum Aſſyrium fuiſſe tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiuſuis rei argumentum in breue contrahere compendium.

ISAGOGE, p. p. {*Introduttione*} (εἰσαγωγή) prima artis, ſcientiæ've alicuius rudimenta, ad maiora altioraq; uiam munientia. A' Græco uerbo εἰσάγω, quod ſignificat inſtituo, & prima artis cuiuſpiam elementa trado. Quidam ex noſtris uerbum ex uerbo reddentes, Introductionem appellarunt. Gel. li. 16. ca. 8. Cum diſciplinas Dialecticas induci atq; imbui uellemus, neceſſe fuit adire atq; cognoſcere, quas uocant dialectici, εἰσαγωγάς.

ISAGOGICON, {*Introduttorio*} (εἰσαγωγικόν) liber prima artis alicuius præcepta tradens, & ad interiora altiora've uiam quandam muniens. Quidam ex noſtris Introductorium uertunt, uocabulo inter doctos non ſatis recepto.

ISANDER, (Ἴσανδρος) filius fuit Bellerophontis et Achimenes, qui quum eſſet bellum inter Lycios, & Solymos, contra Solymos pugnans occiſus eſt.

ISAPIS, p. p. fluuius Flaminiæ. propinquus Cæſenæ, ut Stra. lib. 5. ſcribit Lucan. lib. 2. Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

ISARA, pe. c. fluuius eſt Allobrogum, non procul a Cemeno monte in Rhodanum influens. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

ISATIA, (quod hic pro maris Tyrrheni inſula corrupte legebatur) uide Iſchia.

ISATIS, (ἰσάτις) à Græcis uocatur herba quā Latini Glaſtum appellant. Eius duo ſunt genera: Iſatis ſylueſtris, folia habet lactucæ, ſed maiora: caules prætenues, multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen habet flore tenui & luteo. Satiua, folia habet plantagini ſimilia, uerū pinguiora nigrioraq;, caulemq; duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc truſatilibus molis premunt, ut herbaceam ſaniem excludāt: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putreſcere ſinunt. Toloſates Paſtellū ab effigie paſtillorum, in quos glomerantur, nominant.

ISAVRIA, (Ἰσαυρία) regio eſt Aſiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Iſauricus ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, ut cepit. Hęc Strab. lib. 12. qui ſe Seruilium uidiſſe ſcribit. Fuiſſe autem traditur fortunæ adeo tenuis, ut publico funere fuerit elatus. Iſauri populi Iſauriam tenentes.

ISAVRVS, Flaminiæ fluuius eſt, qui accepto Iſapi, non procul a Cæſena in mare Adriaticum influit. Lucan. libro 2. Cruſtumq; rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

ISAVRA, orum, (Ἴσαυρα, τά) urbs Iſauriæ, quæ eſt Aſiæ regio non procul a Tauro monte, inter Lycaoniam et Ciliciam ſita. Hanc urbem poſtea Claudius, deducta eo colonia, a nomine ſuo Claudipolim appellauit: ut eſt auctor Ammianus.

ISCHADES, (ἰσχάδες) Græco nomine ſici aridi appellantur, teſte Polluce: nā σῦκα proprie de recentibus dicuntur.

ISCHAS, adis, (ἰσχάς) raphani agreſtis genus, quod Apion uõnulli, alij Agrioraphanum appellant. Auctor Plin.

ISCHÆMON, (ἴσχαιμον) herba a Thracibus primum inuenta, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modo uena, uerum etiam præciſa. Serpit è terra milio ſimilis, folijs aſperis & lanugino ſis. Auctor Plin. lib. 25. cap. 8.

ISCHIA, (Ἰσχία) inſula eſt maris Tyrrheni, altera Oenatridum, è regione Veliæ ſita Auctor Plin. lib. 3. cap. 7.

ISCHIAS, adis, (ἰσχιάς, λευκάκανθα) herba quædam radice Cyperi, quæ commanducata dentium dolorem ſedat. Alij Leucantham uocant, alij Polygonaton. Plin. lib. 22. cap. 16.

ISCHIA, (ἰσχία) oſſa duo ſunt in poſteriore hominis parte oſſi ſacro, in anteriori mutuo κατὰ σύμφυσιν cohærentia. Latinè Coxendices appellantur. Vtrunque horum grandi cauatum eſt acetabulo, in quo inſertum femoris caput circumuoluitur.

ISCHIAS, adis, {*Sciatica*} (ἰσχιάς) arthritidis ſpecies eſt apud Aeginetam, coxendices (quæ ἰσχία uocant Græci) præcipue infeſtans. Vulgo corrupto nomine Sciaticam uocat. Plin. libro 27. cap. 1. Bibitur propter Iſchiada & ſtranguriam in uino.

ISCHIACVS, ſiue Iſchiadicus, (ἰσχιαδικός) qui iſchiade morbo laborat. Pli. lib. 23. cap. 1. Prodeſt ſtomacho, &c. uertigini, torminibus, iſchiadicis. Cato de Re ruſt. cap. 123. Vinum ad iſchiacos ſic facito, &c.

ISCHOMACHE, es, (Ἰσχομάχη) uxor Pirithoi fuit, ex Atracia Theſſaliæ reguncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theſeo profligati ſunt. Propert. libr. 2. Elegi. 4. Iſchomache Lapithæ genus heroinæ. Dicta Iſchomache παρὰ τὸ ἴσχειν τὴν μάχην, hoc eſt, a cohibenda pugna.

ISCHOPOLIS, (Ἰσχόπολις) urbs eſt Ponti Cappadocij, iuxta Ceraſuntem: teſte Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

ISCHVRIA, (ἰσχουρία) à Græcis dicitur urinæ ſuppreſſio: quæ octo modis fieri ſolet, inflammatione, duritia, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, ulceratione, & ischiaſi.

ISIACI, (Ἰσιακοί) Iſidis ſacerdotes erant in Aegypto, qui ueſtibus tantū lineis quas illi [illegible] appellabant, amiciebātur. A' qua conſuetudine emanauit

ſcitum illud Plutarchi dictũ, Οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφία καὶ τριβωνοφορία ποιεῖ, οὔτε ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι. Hoc eſt, Nam neq; philoſophos facit barba promiſſior, ueſtiſq; attrita, nec itẽ Iſiacos linei amictus. Habet autem hoc non inuenuſtam prouerbij ſpeciem Iſiacum non facit linoſtolia, pro eo quod trito uulgi prouerbio dicimus Monachum non perfici cucullo.

ISIPHYLVS, (Ἰσίφυλος) pater fuit Proteſilai, cuius meminit Oui. in Epi. Laodamiæ ad Proteſilaum. Vix ſocer Iſiphylus, uix me grandæuus Acaſtus, Via mater gelida mœſta refecit aqua.

ISIS, ſis, & ſidis, Iſim, in accuſatiuo, (Ἶσις) Inachi filia, Io prius dicta, quæ cum a Ioue adamaretur, metu interuenientis Iunonis in iuuencam fuit tranſmutata: appoſitoq; à Iunone Argo centoculo cuſtode, arctiſſime fuit obſeruata. Tandẽ implorato Iouis auxilio, cum ad Nilum perueniſſet, priſtinam formam recepit, & ab Aegyptijs mutato nomine Iſis dicta eſt; à quibus etiã numinis loco eſt habita. Luca. lib. 6. Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim. Hoc etiam nomine dicta eſt inſula in ſinu Arabico. Scribit Suidas, Iſim Iouem ex Argo Græciæ urbe rapuiſſe, & cum Iunonem timeret, mutaſſe mox in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in uiolaceam, cumq; ea oberrantem in Aegyptum ueniſſe. Et Iſiacus, a, um, denominatiuum ab Iſide. Iuue. Saty. 3. Aut apud Iſiacæ potius ſacrariæ lenæ.

ISMARVS, penul. corre. gen. maſcu. (Ἴσμαρος) in plurali neutri, mons Thraciæ aſper & incultus ex una parte, ex alia fertilis uinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Vergil. 6. Eclog. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. Eſt item Iſmarus, (Ἴσμαρος Stepha.) ſiue, ut apud Plin. legitur, Iſmaron, Cyconium urbs in Thracia a monte, ad quem ſita erat, nomen habens. Vnde Iſmarius, a, um, id eſt, Thracius.

ISMENE, (Ἰσμήνη) Oedipi filia: ut afferit Stat. 2. Theb. Cyrrhei cuiuſdam iuuenis ſponſa ante nuptias a Tydeo occiſus eſt.

ISMENIAS, (Ἰσμηνίας) nomen Thebani uiri, optimi tibicinis. Apuleius: Neſcio inquit ut Iſmenias tibijs canere: ut Apelles pingere: ut Lyſippus, fingere. De hoc Plutarchus in Pericle dicit: Cum audiſſet Antiſthenes, Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur uir eſt: nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

ISMENVS, p. p. (Ἰσμηνός) fluuius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripũ Euboicum illabens. Dictus autem putatur Iſmenus ab Iſmeno Pelaſgi filio. Stat. lib. 1. Theba. Horruit ingenti uenientem Iſmenon aceruo. Iſmenius, menia, menium. id eſt Thebanus. Iſmenides, mulieres Thebanæ.

ISOCINNAMON, (Ἰσοκιννάμωμον) frutex eſt præſtantiſſimi odoris in iiſdem ferè naſcens, in quibus & cinnamum naſcitur & caſia. Dictum Iſocinnamum. quod cinnami præſtantiam adæquare uideatur. Alio nomine Daphnoidem appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 20.

ISOCOLON, (ἰσόκωλον) a Rhetoribus uocatur ſchema qđ Latinorum non nulli Compar appellarunt: cum ſcilicet periodus duabus aut pluribus ſententijs breuibus, & inter ſe paribus exigitur. Exemplum eius hoc affert Sipontinus: Nequaquam mihi, res eſt cum eo, qui neq; finem habet cupiẽdi, neque modum ſtatuit utendi. Nam & multum deſiderare, egentis eſt ſignum: & nihil parcere, egeſtatis eſt initium.

ISOCRATES, p. c. (Ἰσοκράτης) nomen maximi oratoris Græci cuius domus cunctæ Græciæ, quaſi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, ſuauiſſimus orator, & in diuerſo dicendi genere nitidus, et comptus. Omnes dicendi ueneres ſectatus eſt, inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione diligens. Hic nonageſimo quarto anno ætatis cum librum cõpoſuit, qui Panathenaicus inſcribitur. Centum & ſex annos uixit.

ISODOMON, (ἰσόδομον) uocabant genus ſtructuræ in ædificijs, in quo coria omnia æqualis ſunt craſſitudinis. Nam ubi craſſitudo eſt inæqualis, Pſeudiſodomum appellant Plin. lib. 36. cap. 22. Græci è lapide duro ac ſilice æquo cõſtruunt, ueluti lateritios parietes: cum ita fecerint, Iſodomon uocant genus ſtructuræ. At cum inæquali craſſitudine ſtructa ſunt, Pſeudiſodomon.

ISONOMIA, (ἰσονομία) cum accentu in penultima, Latinè Iuris æqualitas dicitur. Cic. 1. de Nat. Summa uerò uis infinitatis magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt: in qua intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturam, ut omnia omnibus, paria paribus reſpondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt, æquabilem tributionem.

ISOPYRON, (ἰσόπυρον) herba, quam aliqui uocant phaſeolum, quoniam eius folium, quod eſt aniſo ſimile in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthij. Plin. lib. 27. cap. 11.

ISOPLEVRON, (ἰσόπλευρον) figura, cuius latera omnia ſunt æqualia. Nã ἴσον Græcis æquale ſonat, & πλευρὰ latus.

ISOSTATES, (ἰσοστάτης) æqualitatis recognitor. C. de pond. & aut. ill. l. Quoties. Quoties de æqualitate ſolidorum orta fuerit contentio, placet, quam ſermo Græcus uocat Iſoſtaten, pro ſua fide & induſtria, ut neq; fallat, neq; fallatur, contentionem dirimere.

ISPALIS, (Ἴσπαλις Ptolemæo) urbs clariſſima Hiſpaniæ Bæticæ, non procul a freto Gaditano: à qua unus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus Hiſpalenſis a Plinio appellatur. Hodie ab Hiſpanis Sebilla dicitur.

ISPELLVM, (Ἴσπελλον) Vilumbrorum ciuitas, non procul a Camertibus: cuius meminit Ptolemæ. lib. 3. cap. 1. Hodie Iſpolum.

ISPORIS, (Ἰσπορὶς) olim uicus fuit ad Syrtim magnam, teſte Ptole. libr. 4. hodie ciuitas eſſe creditur ea, quæ Naym appellatur.

ISRAEL, (Ἰσραήλ) interpretatur Vir uidens Deum: quod nomen diuinitus impoſitum fuit Iacob patriarchæ: a quo Iſraelitæ, (Ἰσραηλῖται) p. ml. prod. qui de Iſraelis ſtirpe ſunt oriundi. Hi prius Hebræi dicebantur. Sed poſtquam in duo regna populus Hebræorum diuiſus eſt, tunc duæ tribus, quæ de ſtirpe Iuda reges habebant, Iudæorum nomen ſortitæ ſunt: reliquæ decem tribus, Iſraelis nomen tenuerunt.

ISSA, (Ἴσσα) inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, ut tradit Ptol. li. 2. cap. ult. in qua fuit non ignobilis ciuitas eiuſdem nominis. Eſt item Iſſa catellæ nomen apud Mart. epigram. 138. Iſſa eſt paſſere nequior Catulli.

ISSVS, (Ἰσσός) oppidum Ciliciæ non procul ab Amano mõte, circa quod Alexander Darium uicit: unde etiam pro Iſſo Nicopolim appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus ſinus Iſſicus appellatur a Ptole. Tab. 4. Aſiæ.

ISTE, iſta, iſtud, genitiuo iſtius, pen. indifferẽte, {Quesſu, cotesto} (οὗτος) proprie dicitur de eo qui apud te eſt, aut de quo loqueris. Cic. Cælio lib. 2. Putas ne unquam accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, neq; ſolum iſta ueſtra uratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia. Iſto, aduerbium ad locum, idem ſignificãs qđ Iſtuc. Pli. Epiſt. 50. Deſtino enim, ſi tamen officij ratio permiſerit, excurrere iſto.

Iſtic, Iſtæc, Iſtoc. pro Iſte hic. Ter. in Heau. Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? ita'ne fieri oportet? Iſtuccine, pen. cor. pro iſtud'ne. Ter. in Eunuc. Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Iſtiuſmodi, pen. cor. nomen indeclinabile. hoc eſt, iſtius formæ & ſpeciei: uel, talis. Plau. in Moſt. Nihil Moror mihi clientes iſtiuſmodi. Id eſt, tales.

ISTER, Iſtri, (Ἴστρος) fluuius eſt Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ mõtis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes, ſexaginta auctus amnibus, in Pōtũ ſex oſtijs euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præſertim a fonte uſq; ad cataractas, quæ ſunt in montibus Daciæ non procul a Tauruto oppido. Nã inde deinceps Iſtri nomen aſſumit. Ouid. 1. de Ponto: Stat uetus urbs ripæ uicina binominis Iſtri.

ISTIC, {Costi, in cotesto luogo} (αὐτοῦ) aduerbium eſt loci, quietem uel motum ſignificans eo in loco, in quo tu es. Cic. Valer lib. 1. Et ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, q̃ iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. Iſtinc aduerb. de loco. Cic. ad Att. lib. 7. de malis noſtris tu prius audis, q̃ ego, iſtinc enim emanant. Iſtoc aduerbium, pro ab iſto loco. Ter. in Adel. Accede iſtuc Parmeno: Nimium iſtoc abiſti. Iſtac aduerbium per locum. Tere. in Heau. Abi deambulatum. C. Deambulatum, quo? S. uah, quaſi deſit locus: Abi ſanè iſtac, iſtorſum quo uis.

Iſtorſum aduerbium, uerſus eum locum, ubi tu es. Tere. in Phorm. Concede hinc a foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona.

ISTHMIA, (Ἴσθμια) inter quatuor ſacra certamina numerantur, quæ quinto quoq; anno in Græcia celebrari ſolent, in honorem Neptuni inſtituta a Theſeo (ut Plutarcho uidetur) aut certe in honorem Palæmonis: ut ex Archiæ poetæ Græco Epigrammate colligitur, quod etiam hodie circunfertur. Huius certaminis uictores pinu coronabãtur De inſtitutione horum ludorum ſic ſcribit Plutarchus in Vita Theſei: Theſeus primus Neptuno certamẽ inſtituit, gloriariq; eſt ſolitus, ob Herculem Ioui, ob ſe uero Iſthmia Neptuno celebrari. Quod.n. ibidem in Melicertæ honorem inſtitutum eſt, noctu agebatur, initiandi magis q̃ ſpectaculi ſpeciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem ſunt Iſthmia, a Peloponneſi iſthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul a Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

ISTHMVS, Iſthmi, (Ἰσθμός) eſt anguſtia illa intermedia inter peninſulam & continẽtẽ, & ueluti quędã ceruix, quę a continente, uelut a corpore graciliſcẽs, peninſulam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore connectit. Iſthmo opponitur Porthmus, id eſt, fretum anguſtum inter duas continentes: quale eſt Fretũ Gaditanũ, exiguo interuallo Europã ab Africa diuidens. Iſthmus omniũ celeberrimus, eſt ille, quẽ & Corinthiacum, & Achaicum uocamus, quinq; tantum milliũ ſpatio Aegæum mare ab Ionio ſubmouens, anguſtoq; tramite Helladi Peloponneſum annectens. In huius Iſthmi faucibus Corinthus olim ſita fuit, totius Peloponneſi urbs clariſſima.

ISTRI, orum. (Ἴστροι) Iſtriæ populi, a Colchis (ut putatur) oriundi. Lucan. li. 4. Detegit orta dies ſtantes in puppibus Iſtros.

ISTRIA, (Ἰστρία) Italiæ regio, poſt flexum Adriatici ſinus, Illyrio conterminaquæ in latitudine ſexaginta paſſuum millia in circuitu centum uiginti quinque millia complectitur: a Phormione, nunc Tiſano fluuio, ad Banaticum ſinum, in quo Arſia amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrio dirimit. Iſtrorum gentẽ, fama eſt, originem a Colchis duxiſſe, miſſis ab Aeeta rege ad Argonautas perſequẽdos: qui ut in Ponto intrauerunt Iſtrum, nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis ſiue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam conſederunt, Iſtriq; ex amnis nomine, quo a mari cõceſſerant, ſunt appellati. In ea eſt Iuſtinopolis urbs quam Iuſtinus imperator extruxit

ISTROPOLIS, (Ἰστρόπολις) Thraciæ urbs, non procul ab oſtijs Iſtri, Mileſiorum colonia Auctor Pli. lib. 4. cap. 11.

ISVRA, inſula eſt ſinus Arabici, apud Pli. lib 6. cap. 28.

I ANTE T.

ITA, {Si, coſi, à queſtu modo, in tal maniera} (οὕτως) aduerbium eſt ſimilitudinis, idem ualens quod Sic. Cic. in Verrem: Eſt ita, ut dicitur, iudices. Cum aegatiue idem ferè ualet quod ualde. Cic. 3. lib. Epiſt. Caſſius non ita multum ſorore utitur. Idem 2. de Fin. Acceſſione utuntur non ita probabili. Idem de Clar. Ora. Ille non ita pridem abijt. Ter. in And. Non ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. Quandoq; optantis. Pacuuius Ita te dij ament. Ita tibi pm uoto ſeceſſerunt omnia. Quandoq; illatiua coniunctio eſt, pro igitur. Cic. Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ, & olim potentiſſima, ſepulcrum ciuis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. Similiter quando componitur cum Que, ſemper eſt coniunctio cauſalis, & habet accentum in prima ſyllaba, idemq; ſignificat, quod ergo uel igitur. (οὖν, οὔτι). Si autem duæ partes ſunt, habet accentum in penultima & dicimus Itaq; καὶ οὕτως. Teren. in And. Imo ita uolo, itaq; poſtulo, ut fiat.

ITA SANE', {Certamente coſi} (ναί, πάνυ γε) concedentis eſt particula cũ affirmatione.

ITALIA, (Ἰταλία) Europæ regio, prius Heſperia dicta, ab Heſpero Atlantis fratre, qui a fratre ex Africa pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomẽ. Siue (ut Macrobius inquit) ab Heſpero ſtella, q, occaſui ſubiecta ſit. Dicta etiam fuit Oenotria, uel a bonitate uini quod in Italia naſcitur (nam Græci οἶνον uinum dicunt) uel ab Oenotrio Sabinorum rege. Poſtea Italia, ab Italo Siculorum rege qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eamq; partem, in qua poſtea Turnus regnauit a ſuo nomine Italiam appellauit. Verg. lib. 1. Aene. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ, Oenotrij coluere uiri, nunc fama, minores Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem. Timæus & Varro, a bobus uocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca ueteri lingua, Itali uocati ſunt, a quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium autem & Auſonia, non totius Italiæ, ſed partium quarundam ſunt nomina. Latium enim eſt ea pars Italiæ, q̃ citeriori Tyberis ripæ adiacet, ubi hodie eſt Roma: Auſonia uero dicta fuit

Italia

Italię regio maritima, inter eam agri Brutij partem, quę Siciliæ obijcitur, & Salentinos intercepta: unde etiam uicinum mare Auſonium appellatum fuit. Eſt autē omnis Italia in formam cruris inter Adriaticum, & Tuſcum mare, à iugis Alpium dorſoq; Apennini porrecta, ſe paulatim attollens uſq; ad fretum Siculum. In ultimo ſui ſcinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium ſpectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo, quæ ab Auguſta prętoria, quæ in Alpino fine ſita eſt, per Romam Capuāq; porrigitur, uſq; ad oppidum Rhegium, Solino teſte, decies centena & uiginti millia paſſuum continet: latitudo uero quadringenta decem, ubi maior latitudo: ubi uero minor, centum triginta ſex, habetq; umbilicum in agro Reatino. Olim tamē ex latere maris ſuperi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur autem in ſedecim regiones. ſ. Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium ſiue Aprutium, Picenū, Flaminiam, & Aemyliam, ſeu Romandiolam, Vmbriam, nunc ducatum Spoletanū, Galliā Ciſalpinam, Venetiam, nunc Marcham Taruiſanam, Iapidiam, & Carniā, nūc Forū Iulium, & Iſtriam. Ab Italia fit adiectiuū Italus, a, um, ἰταλός, qđ ex Italia eſt: ut Gens itala. Verg. 6. Aene. Qui maneant Itala de gente nepotes. Hor. 2. Carm. 7. Dijs patrijs, Italoq; cœlo. Italicus, a, um, ἰταλιώτης, ut, Orę Italicę. Oui. 15. Met. Grais ĝs Italicis auctor poſuiſſet I oris mœnia.

ITALICA, (ἰτάλικα) urbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur ut ait Strabo lib. 5. Alia Hiſpaniæ Bæticæ, in Conuentu Hiſpalenſi, teſte Plin. lib. 3. cap. 1. patria Silij Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

ITALICENSES, (ἰταλικήσιοι) dicti ſunt populi ab Italica Hiſpaniæ Bæticæ urbe.

ITALICVM, (ἰταλικόν) philoſophiæ genus quoddam nuncupatum, ea parte Italiæ quæ quondam magna Græcia dicta eſt, quod (ut docet Auguſtinus lib. 8. de Ciui.) auctorem habuit Pythagoram Samium: a quo etiam ferunt ipſum Philoſophię nomen exortum.

ITEM, {Similmente} (ὡσαύτως, ὁμοίως) aduerbium, ſignificat ſimiliter, quaſi iterum idem. Auctor Donatus, & Valla lib. 2. cap. 51.

ITER, {Viaggio. Pet. Che mi moſtra la ſu qual ſia'l uiaggio} (πορεία, ὁδοιπορία) itineris, ſecundum Priſc. & Itineris, ab antiquo nominatiuo Itiner, quo ueteres uſi ſunt Plau. in Merc. Ergo itiner meum exequi me ſines? Genitiuus etiā Iteris, quamuis hodie non ſit in uſu, legitur tamen ablatiuus Itere apud Lucretiū lib. 5. Concuſſos itere, & labefactos aere multo. Dictum Iter, ab eundo, cuius ſupinū eſt Itum, ſiue ab Ito frequentatiuo. Eſt autē Iter idem ferè quod uia, uel Profectio ipſa, uel etiā nauigatio, ut apud Terentium: Ain'tu tibi incōmodo eueniſſe hoc iter? Iter facere, (ὁδοιπορεῖν) eſt ire, quod & Iter tenere (τὴν ὁδὸν ἔχειν) dicimus. Verg. 1. Aen. Quove tenetis iter? Habere iter, idem quod iturum eſſe: ut, Iter habeo ad Cæſarem. id eſt, oportet me ire, uel iturus ſum ad Cæſarem. At Viam facere, (ὁδοποιεῖν) non eſt iter facere: ſed locum, ubi non erat uia, aperire: quod etiam dicimus Viam munire. Iter prō incepto, & inſtituto. Cic. ad Qu. frat. lib. 5. Quare neq; ego impediri Ciceronis iter, atque illā diſciplinam uolo: & ipſe puer magis illo declamatorio genere duci, & delectari uidetur: in quo quoniam ipſi quoq; fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus. Id eſt, noſtro dicendi genere.

ITERO, ras, pen. cor. {Rifare, replicare} (ἀναλαμβάνω) repeto, reſumo, quaſi iterum aliquid ago. Liu. lib. 1. ab urb. Reſiſtere, atque iterare pugnam iubet. Iterare æquor, apud Horatium lib. 1. Carm. Ode 7. pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum. Plau. Caſ. Iterandum eadem iſta mihi, Cice. ad Att. li. 14. Iterare campum, terram, agrum, pro iterum proſcindere. Col. lib. 2. capi. 4. Igitur uliginoſi campi proſcindi debent, poſt Idus menſis Aprilis. quo tempore cum arati fuerint diebus interpoſitis circa ſolſtitium, quod eſt nonum uel octauum Calendas Iulias, iteratos eſſe oportebit: ac deinde circa Septēbris Calendas tertiatos. Idem: Colles pingues ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt. deinde de Aprili medio uſq; in ſolſtitium iterandi, tertiandiq;. Iteratio, onis, (ἀνάληψις) repetitio, reſumptio. Cic. in Orato. Itemq; ſi quæ uerborum iterationes contentionem aliquam & clamorē requirent, erunt ab hac ſummiſſione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus, qua ager ſecūdo proſcinditur, apud Pli. lib. 18. ca. 20. Iteratio præterea ſecunda oleæ in preſſura dicitur, apud Col. lib. 12. cap. 50. apud Gel. lib. 3. cap. 18. legitur Iterare pro Iter facere. Sed eos (inquit) Senatores, qui Magiſtratum curulem nondum acceperant, pedibus iterauiſſe in curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto Itauiſſe.

ITERVM, {Vn'altra uolta, di nuouo, anchora} (αὖθις, αὖ) aduerbium, idem ualens, quod ruſus. Ver. 4. Ecl. Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Interdum ſignificat ſecundo τὸ δεύτερον. Cice. lib. 1. de Inuen. Primo quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe.

ITHACA, (ἰθάκη) inſula eſt in mari Ionio, ante Epirum in qua regnauit Vlyſſes. Cicero libro primo de Orator. Ac ſi nos id (inquit) quod maxime debet, noſtra patria delectat, cuius rei tanta eſt uis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati eſſe debemus in eiuſmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus eſt uirtutis, imperij, dignitatis? Hæc ille. Ab Ithaca, Vlyſſes Ithacus dicitur & Ithacenſis Verg. libr. 2. Aene. Hoc Ithacus uelit, hoc magno mercentur Atridæ. In Itacha urbs eſt eiuſdem nominis. item mons Neritos (νήριτος) à quo tota inſula interdum eſt Neritos appellata, ut annotauit Seruius in illud Vergilij 3. Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua ſaxis, &c.

ITHOME, (ἰθώμη) oppidū eſt in Phthiotide Theſſaliæ regione cuius meminit Homer. in Catalog. Eſt & altera Ithome, in Agro Meſſeniaco, quam Lacedæmonij poſt decem annorum obſidionem in deditionem acceperunt: ut refert Thucydides libro 1. Stat. libro 4. Thebaid. Planaq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithome.

ITIDEM, p. c. {Medeſimamente, ſimilmente, parimente} (παραπλησίως) ſimiliter, eodem modo, quaſi iterum idem. Ter. in And. Ibo ad eum, atq; hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Sue. de Augu. Centuriones ſtatione deſerta, itidem ut manipulares, capitali animaduerſione puniuit.

ITINERARIVM, (ὁδοιπορικόν) deſcriptio itineris, hoc eſt, commentarius earum rerum quæ in itinere acciderunt.

ITINEROR, raris, {Far uiaggio} (ὁδοιπορέω) iter facio. Vtitur hoc uerbo Apuleius, & recentiores quidam. Alioqui apud claſſicos ſcriptores non temerè occurrit.

ITIO, onis, {L'andare, il partirſi} (πορεία) profectio, actus eundi. Teren. Phor. Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

ITO, tas, {Andar frequentemente} (φοιτάω) frequenter adeo: unde proprie de pueris dicitur ludum adeuntibus. Suetonius de Clar. Rhetor. Maiores noſtri, quę liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare uellent, inſtituerunt.

ITON, onis, (ἴτων) oppidum eſt in Phthiotide Theſſaliæ regione, ea in parte, qua Crocium campum Amphryſus fluuius irrigat. Hinc Itonia, (ἰτωνία) cognominata eſt Minerua, quod hoc in oppido eximium haberet templum, ſummoq; cultu ueneraretur. Fuit & Itoniæ Mineruæ templum in Bœotia. Vide Strabonem libro 9.

ITVRVM, (ἴτουρον) Vmbriæ oppidum eſt, non procul ab Iſpello. Auctor Strabo. libro 5.

ITVRÆI, (ἰτουραῖοι) populi Syriæ Cœles in Arabiam uergentes, accolas, qui plana incolunt, perpetuis excurſionibus infeſtantes, teſte Plin. libr. 5. cap. 23. & Strab. lib. 16. Hos arcu plurimum uſos fuiſſe memoriæ traditur: unde Ituræi arcus à Poetis maximè celebrantur. Verg. 2. Georgic. Ituræos taxi curuantur in arcus. Lucan. libro 7. Ituræis curſus ſuis inde ſagittis. Cice. 5. Philip. Ituræi barbari cum ſagittis.

ITVS, ùs, {Andata} (πορεία) uerbale ab Eo, idem ſignificans, quod Itio, uel profectio. Cicer. Attic. libro 15. Quis porrò noſter itus, reditus, uultus, inceſſus inter iſtos?

ITVRISSA, (ἰτούρισσα) ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris in tractu Vaſconum, cuius meminit Mela lib. 3. & Ptole. libro 2. cap. 6.

ITYLVS, & NEIS, filij fuerunt Zethi, ex Aedone coniuge, quorum Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum eſſe Amalea Amphionis filium: inuidebat enim uxori Amphionis, eo quod ei ſex eſſent filij maſculi. Quæ cum errorem ſuum cognouiſſet, optauit mori, ſed deorum commiſeratione in Carduelem uerſa Itylum deflet.

ITYMONEVS, teſte Hom. Hypirochi filius, uir in primis ſtrenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidenſibus à Neſtore iaculo eſt interfectus.

ITYPHALLI, (ἰθύφαλλοι) dicti ſunt in ſacris Bacchi, qui Phallum ſequebantur, muliebri ueſte induti, et ad carmina phallica, ſiue Ityphallica numeros ſaltantes. Erat autem [illegible], teſte Suida, membri uirilis effigies, quæ primum ex ficulno ligno, poſtea uero ex aluta rubra fieri ſolet, quam ſibi ita inter femina adaptabant, ut inde erata uideretur.

ITYS, (ἴτυς) Terei & Prognes filius fuit, qui (ut eſt in fabulis) à Progne matre diſcerptus, & patri epulandus appoſitus, in Phaſianum mutatus eſt. Auctor Seruius apud Vergilium in Sileno. Ouid. ad Liuiam: Deflet Threicium Daulias ales Itym. Vide Progne.

I ANTE V.

IVBA, rex Mauritaniæ fuit, Pompeianarum partium conſtantiſſimus aſſertor, qui Curionem à Cæſare in Africam miſſum, cū omnibus copijs deleuit. Victo uero Pompeio, cum Scipione copias coniunxit: commiſſoq; prælio ſuperatus, cum nulla iam ſpes reliqua eſſet, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis uulneribus cōcurrens, fortiſſimè cecidit. Plutarchus in uita Cæſaris. De Iuba (inquit) ergo triumphauit. Eius filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus eſt triumpho: fortunatiſſimam utique captiuitatem, qua effectum eſt, ut ex barbaro inter doctiſſimos ſcriptores connumeretur.

IVBÆ, arum, {Crini} (χαῖται) crines animalium à collo pendentes. Cæſar 1. bel. Gal. Equorum iubis ſubleuati. Iubatus, a, um, quod iubas habet. Vnde Iubati (χαιτήεντες) leones dicuntur, qui iubas habent, ad differentiam, qui iubas non habent. Iubati angues, id eſt criſtati, & ceruicibus erecti. Plau. in Amph. Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo.

IVBAR, iubaris, pen. cor. {Il ſplendor del ſole ò d'altra ſtella} (αὐγή) proprie eſt ſplendor ſolis, aliorum'ue ſiderum, iubarum quandam ſimilitudinem referens. Verg. 4. Aen. It portis iubare exorto delecta iuuentus. hoc eſt, exorto ſole, uel ſolaribus radijs, non autem Lucifero, ut quidā interpretantur: quod ex eo quod præcedit, facilè poteſt intelligi: Vbi primos craſtinus ortus Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem. Ouid. 1. Faſt. Et tremulum ſumma ſpargit in ęde Iubar. Et non tantum de ſolis ſeu ſtellæ claritate dicitur, ſed etiam de cuiuſcunque rei ſplendore, ut auri, argenti, gemmarum aut ſimilium rerum. Vnde & ad maieſtatem hominis transfertur. Claud. Per fratris regale iubar.

IVBEO, iubes, iuſſi, iuſſum, {Comandare} (κελεύω, προστάττω) impero, præcipio, mando. Teren. in Eun. Iubes ne? H. Iubeo, cogo atque impero. Quint. 9. Declam. Nam quamuis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui: neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri, cur hoc mihi imperaret. Interdum ponitur pro rogare. Verg. lib. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdū pro precari, optareq;: ut Iubeo te ſaluere, Iubes me bene ſperare. Teren. in Adel. Iubeo Chremetem ſaluere. Interdum pro decernere, ψηφίζω. ut Populus iuſſit, id eſt, decreuit. Inuenitur aliquando hoc uerbum cum accuſatiuo. Luc. lib. 2. Iamq; ſecuturo iuſſurus claſſica Phœbo. A' Iubeo, fit Iuſſio, onis, Iuſſus, us, & Iuſſum, ſi (πρόσταγμα, ἐπιταγή) id eſt, mandatum. Plaut. in Amp. Iouis iuſſu uenio. Idem in Curc. Poſtquam ſuo iuſſo profectus peruenit in Cariā. Siſen. lib. 3. Tamen Tudertibus ſenatuſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatem. A' Iuſſus componitur iniuſſus, us, Tere. in Hec. Quamobrem incendor ira, te eſſe auſum facere iniuſſu meo, δίχα προστάγματος.

IVBILATVS, eſt clamor ruſticorum, Quiritatus urbanorum, ut oſtendit Valla ex Varronis auctoritate.

IVBILO, as, pe. co. {Giubilare, far feſta} (ἀγαλλιάομαι) eſt ruſtica & incondita uoce gaudium teſtari. Iubilare (inquit Feſtus) eſt ruſtica uoce inclamāre. Auguſtinus uero ſic. Iubilare proprie eſt, gaudium uerbis non poſſe explicare, & tamen uoce teſtari, quod corde conceptum eſt, & uerbis explicari non poteſt.

IVBILVM, li, (ἀγαλλίαμα) dicitur id quod ex gaudio fit uoce, nec tamen uerbis explicatur. Silius lib. 4. Et late in ſcopulis audiunt iubila Cyclops.

IVCVNDOR, aris, {Hauer piacere, riceuer dilettatione} (ἡδυπαθέω) uoluptate, & delectatione afficior. Lacta. lib. 4. Quotidie autem iucundabar ante faciē

exiſtimarent, decorare eum digna appellatione uolentes Iuglandem, quaſi Iouis cibum nuncupauere. Hanc nucem ob excellentiã Græci Baſilicam appellãt, quaſi nucẽ regiam. Plinius; Et iuglãdes è Perſide a regibus tranſlatas, indicia ſunt Græca nomina. Optima earum genera ſunt, quę Perſica atque Baſilica uocant. Perſica quidem intantum augentur, ut putamen rumpant, ideoq́ Molluſcæ nuces a putaminis mollitie uocitãtur. Eſt & aliud nucis iuglandis genus, quę Tarẽtina dicitur fragili putamine, & ita mollis, ut uix attrectata frangatur, & auiũ furto ſemper expoſita. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quod nuces iuglandes, & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentũ autem Sabini uocãt, quod nos dicimus Molle. Ad quod alludens Horatius Molle Tarentũ uocauit. Secundum inter nuces locum obtinet Pinea, exiles nucleos habens, quamuis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Hæc ſylueſtris pinus dicitur ad differentiam alterius, quæ Vrbana uocatur. Eſt et tertiũ genus eius quæ Pinus picea appellatur, quod piceæ potius quam pino ſimilis ſit: idcirco etiam Apinã uocant, quaſi minime pinum. Nux hæc cutem uerius, quam putamẽ, adeo mollem habet, ut ſimul mandatur. Quartum genus Apinaſtrum uocant. Tertio loco numerãtur Auellanæ, quas antea Abellinas patrio nomine conſtat uocitatas, ab Abellino Cãpaniæ oppido, ubi abundant, cæteris minores: unde a Satyrico poeta Numæ nuces uocantur: Proprium arboris nomen eſt Corylus. Eędẽ et Præneſtinæ uocantur, quod his Præneſtini abundẽt: uel quod à Pœnis obſeſſi hoc nucis genere famem tolerauerint: ut refert Macrob. li. 3. Satur. Et Ponticæ quod in Aſiam Græciamq́ primo è Ponto uenere, inquit Plinius. Hinc illud Papinij ex Hendecaſyllab. Quicquid nobile Ponticis nucetis. Dehinc ſequitur amygdala, nucleum habens diſſimilem laſtudine. Hæc & nux Græca uocatur & Thaſia, a Thaſo inſula Thraciæ adiacens, è regione Neſſi fluuij, olim Aeria, et Aethria dicta: cuius populi Thaſij uocantur. Poſtea nux caſtanea armata echinato calice, quæ & Heracleotica. Sunt & caſtaneæ triangulari forma, quæ in aqua naſcuntur, & coctiuæ uocantur.

IVGO, as, {Congiungere} (ζεύγνυμαι) coniungo: à iugo, quaſi ad unum iugũ alligo. Colum. lib. 12. cap. 39. Inter quaternos pedes figere, & perticia iugare. Cic. 2. Tuſcul. Hoc quidem eſt commune uirtutum: omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. Dicitur etiam de ijs, qui maritali iugo, inſtar boum colla ſubierunt. Huius cõpoſita ſunt, Abiugo, Adiugo, Cõiugo, Deiugo, Subiugo: quę omnia habent pen cor.

IVGOSVS, a, um, (ἀγκυλώδης) quod in iugum acuitur, quod & Accliue dicimus.

IVGVLA, læ, (ὠρίων) ſignum eſt cœleſte, quod & Orion dicitur. de qua Varro: Iugula ſignum eſt, quod Accius appellat Oriona, cum ait: Citius Oriõ patefit. Huius ſigni caput ducitur ex tribus ſtellis: quas infra duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod uidetur iugulum: unde Iugula dicta. Pla. in Amphi. Neque iugula neque ueſperugo, neque uergiliæ occidunt.

IVGVLO, las, {Scannare} (σφάττω, σφάζω) iugulum incido, interficio. Ci. 5. Tuſcul. Nec grunnitum audiunt, cum iugulatur ſus. Liu. 4. Bel. Pun. Inter hæc abſtractam penetralibus iugulant. Et non ſolum de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſus lib. 3. Quartana neminem iugulat. Transfertur interdum ad inanimata. Mart. Scelus eſt iugulare Falernum. Iugulare hominem ſuis uerbis hoc eſt conuincere. Teren. in Eunuch. Pulchre mehercle dictum, & ſapienter, papæ: Iugularas hominem, quid ille? Sic apud Cicer. 7. Verr. Iugulari ſua confeſſione. Iugulari ſuo gladio, ſuoq́ telo dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuo inuento, dolove capitur: denique in quem quocunque modo, ſeu dictum, ſeu factũ retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit. Vide Adagia Eraſmi. Iugulare gladio plumbeo, hoc eſt, facile nulloq́ negotio, aliquem cõuincere ſeu reum peragere. Cic. Attic. lib. 1. Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Iugulatio, onis, uerbale. Hirc. 6. Bel. Hiſp. Iugulatione oppidanorum facta.

IVGVLVS, li, pe. cor. uel in neut. gen. Iugulum, {Gola, ſtrozza} (σφαγή) fere accipitur pro colli parte anteriori, in qua aſpera arteria cernitur eminere. Periti tamẽ rei anatomicæ Iugulos appellãt concauitates duas in ſumma thoracis parte ſub clauibus ſitas: quorum alterum dextrum, alterum ſiniſtrum iugulum nominant. Græce σφαγαὶ dicuntur. Plin. li. 11. Viri homini ſunt duo iuguli, dextrũ & ſiniſtrum. Corn. Celſus lib. 8. A dextro iugulo ſi id factum eſt, ad alam ſiniſtram: à ſiniſtro, ad dextram. Neutro genere uſus eſt Ci. de Fato: Quod iugula concaua non haberet. Paſſim tamen (ut iam diximus) iugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maxime letalis eſt et penetrabilis, factum eſt ut Iugulare acciperatur pro quouis modo interficere: pro quo etiam Iugulum ferire frequenter legimus apud idoneos auctores. Dare iugulũ, & Petere iugulũ. Cic. pro Mil. Quod ſi ita putaſſet, certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non ſemel ab illo, neque tum primum petitum: quã iugulari à uobis, quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet. Oſtentare iugulum pro capite alicuius, eſt uelle ſe obijcere periculo capitis pro uita alterius. Cice. ad Att. li. 1. Me uero teſte productio, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audiſſe, quę conſurrectio iudicum facta ſit, ut me etiam circumſteterint, ut aperte iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. Ver. 10. Aene. Hæc loquitur, iuguloq́ haud inſcius accipit enſem. In agendis cauſis iugulũ petere, (ἐπιτρεπεῖν) tunc dicitur orator, quando quod eſt potentiſſimum, id inuadit, ac premit ualidiſſime aduerſarium uideturq́ illum iugulare argumentis, perinde ac uibratis telis. Quint. li. 8. ca. 6. Nam illa agendas cauſis iam detrita, Pedem conferre, et Iugulum petere, & Sãguinem mittere, inde ſunt: nec offendit tamen.

IVGVM, iugi, {Giogo, ſommita de monti} (κορυφὴ, ἀκρώρεια) uertex ſiue cacumẽ montis. Verg. 5. Eclog. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit.

Eſt & ligneum inſtrumentum, quo iunguntur boues, & ad interim arctãtur. ζυγὸς ζυγόν. Plin. li. 8. ca. 16. de leonibus. Iugo ſubdidit eos, primusq́ Romæ ad currum iunxit M. Antonius. Accipitur & pro pari boum. Ci. 5. Verr. Quid, qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Per metaphoram etiam Iugum accipitur pro ſeruitute, onere, uel tyrannide. Ci. 1. Philip. Patrię liberatores urbe carebunt ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerint.

Item lignum quo textores telam conuoluunt. Ouid lib. 6. Metamorph. Tela iugo iuncta eſt: ſtamen ſecernit arundo. Præterea Iugũ dicebatur, ſub quo ignominiæ gratia uicti hoſtes mittebantur. Nã fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia: tunc uicti hoſtes diſcingebantur, & ſub illa tranſire cogebãtur inermes. Cic. 3. Offic. At Tit. Veturius & Sp. Poſthumius, cum iterum Conſules eſſent, quia cũ male pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti ſunt his. Liuius lib. 3. ab Vrb. Sed ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam, domitamq́ eſſe gentẽ, ſub iugum abituros. Tribus haſtis iugum fit, humi fixis duabus, ſuperq́ eas trãſuerſa una deligata. Sub hoc iugo Dictator Aequos miſit. Hinc Subiugare, pro debellare, ac ſubijcere. χειρόω. Item iugum in uinea dicitur, cum duabus aut pluribus perticis fixis alię ſuper alias alligantur, in quibus uites coniunguntur, & quaſi iugum, id eſt, ſummitatẽ quandam faciunt: a quo uites ipſæ ſeu uineę, Iugatæ dicuntur. Quod ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticę ui unam tantum partẽ ordinis annectuntur, Vniugæ uineæ dicuntur, et genus ipſum iugi, Canterium ruſtici uocant. Plin. lib. 16. ca. 37. Salices quædam in proceritatẽ magnam emittunt iugis uinearum perticas. Hinc Iugari uineæ, quæ in iugum conſtituuntur. Colu. Sequitur iam adminiculandæ, iugandæq́ uineę cura. Item iugum (ut Varro inquit lib. 1. de Re ruſt. ca. 10.) in Hiſpania ulteriore uocatur, quod iuncti boues uno die exarare poſſunt, quod Romani uocãt Iugerum. Dicitur etiam Iugum, ferrum, uel lignum, tranſuerſum in libra, a quo lances dependent, quod & Græci ζυγὸν appellant. Rurſus Iuga ſunt tabulæ nauium, in quibus remiges ſedent, quæ & Tranſtra uocantur. Verg. 9. Aen. Inde alias, animas quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat, laxatq́ foros.

IVGVRTHA, filius fuit Manaſtabalis, fratris Micipſæ regis Numidarũ, quẽ Micipſa patruus moriens, hæredem regni ſui conſtituit, una cum duobus filijs ſuis adhuc impuberibus, Adherbale et Hyempſale, quos ille poſtea beneficiorũ immemor, inſidijs adortus interfecit, ut ſolus regnaret. Id ægre ferentes Romani bellum aduerſus Iugurtham mouerũt: quod ducum inertia perfidiaq́ preter omnium expectationẽ multos in annos eſt protractum: quo temporis interuallo uario ſępe euentu pugnatum eſt, donec miſſo in Numidiam Mario, Iugurtha fractis opibus ſuis ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllęq́ traditus, ad Marium perductus eſt, & ab eo Romæ triumpho ductus tandemq́ in carcerem coniectus, animi dolore perijt. Propert. lib. 3. Victor cũ uectis pariter miſcebitur umbris: Conſul cum Mario capte Iugurtha ſedes. Vide Salluſtium de bello Iugurthino.

IVLI, (ἴουλοι) proprie dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, ut in ficu groſſuli. Plin. lib. 16. cap. 26. Ferunt & auellanæ iulos cõpactili callo ad nihil utiles. Vnde per metaphoram dicuntur Iuli teneræ illæ lanugines, quæ in iuuenum genis primæ enaſcuntur. Hinc Seruius Aſcanium Aeneæ filium Iulum cognominatum exiſtimat, quod adhuc adoleſcens, cum primam cœpiſſet emittere lanuginem, Mezentium ſingulari certamine ſuperarit. quanquam Verg non uno in loco etiam antequam in Italiam appelleret, Iulum fuiſſe cognominatum oſtendit. Eſt item Iulus uermis multipes, & lanuginoſus, arboribus paſſim adrepens.

IVLIA GENS, (ἰούλιον φῦλον) dicta eſt ab Iulo Aſcanio, Aeneæ filio, ſiue ab Iulo, Iuli Aſcanij filio, ut inquit Feſtus.

IVLIA, (ἰουλία) Auguſti Cæſaris filia fuit, uitæ incontinentia, adulterijsq́ in primis infamis. Hæc aliquando rogata, qui fieri poſſet, ut cum multis uiris ſui copiã faceret, liberi tamen omnes Agrippæ ſimiles naſcerentur: Non mirum, inquit: neque enim uectorem fero, niſi plena naui. Rurſusq́ interrogata, cur inter animalia ſola mulier grauida, coitum expeteret, cum beſtiæ omnes fœtæ marẽ non admitterent. Nimirum, inquit, beſtiæ ſunt.

IVLIA, (ἰουλία) urbium multarum nomen eſt, in gratiã C. Iulij Dictatoris impoſitum. Eſt enim Iulia Norici oppidum, apud Pli. lib. 4. cap. 24. Iulia Fidentia, Hiſpaniæ oppidum, inter Bætim amnem, & Oceanum ſitum. Pli. li. 3. ca. 1. Iulia claritas, eiuſdem Bæticæ oppidum, in conuentu Aſtigitano. Plin. ibidem. Iulia fama, oppidum in eadem Bætica, quã Luſitaniæ proxima eſt. Plin ibidem. Iulia uirtus, eiuſdem Bæticæ oppidum eſt, in cõuentu Aſtigitano, apud eundem lib. 3. cap. 1. Iulia concordia, eiuſdem Bæticæ oppidum, ibidem apud Plinium. Iulia contributa, Iulia reſtituta, eiuſdem Bæticæ oppida, apud Plinium loco iam citato. Iulia felicitas, Luſitaniæ oppidum, notiore nomine Olyaſippo appellatum. Plin. lib 4 cap. 22.

IVLIANVS, (ἰουλιανὸς) Imperatoris Romani nomen, qui cũ Chriſto nomẽ dediſſet, factus Imperator ab eo deſciuit: unde & Apoſtatæ cognomen apud Chriſtianos inuenit.

IVLIAS, adis, (ἰουλιάς) Iudææ oppidum, ad latus exortiuum Geneſaræ lacus. Plin. lib. 5. cap. 15.

IVLIOBONA, oppidum eſt Caletum, in Gallia Lugdunenſi, non procul a Lexouijs & Vnellis. Ptolemæus lib. 2. ca. 8.

IVLIOBRIGA, (ἰουλιόβριγα) Cantabrorum oppidũ eſt, in tractu Tarraconenſis Hiſpanię, Plin. lib. & cap. 3. Ptolemæus lib. 3. cap. 6.

IVLIOMAGVS, (ἰουλιόμαγος) Andium oppidum, in Gallia Lugdunenſi. Ptolem. lib. 2. cap. 8.

IVLIOPOLIS, (ἰουλιόπολις) Myſiæ oppidum, alio nomine γορδιουκώμη appellatum. Plin. lib. 5. cap. 32.

IVLIS, dis, (ἰουλίς) Ceæ inſulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. li. 4. cap. 12. Eſt & Iulis piſcis nomen, cuius ius præcipuam purgandæ alui facultatem habet. Plin lib. 32. cap. 6. Optimum ius è ſcorpionibus, & Iulide, & ſaxatilibus, nec uirus reſipientibus.

IVLIVM SEXTIFIRMIVM, Iulium forum, Iulium caſtrum, Hiſpanię Bæticæ oppida ſunt apud Plin. lib. 3. cap. 1.

IVLIVS, menſis, (μετάγειτνιών) dictus eſt quintus a Martio, in honorẽ Iulij Cæſaris, propterea quod eo menſe ad quartum Idus Quintiles fuerit natus. Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macrobium lib. 1. Saturn. ca. 12. Nimis itaque pueriliter labuntur, qui Cæſarem a menſe Iulium dictum putãt, cum conſtet omnium ſcriptorum teſtimonio Iuliorum familiam ab Iulo Aſcanio Aeneæ filio nomen traxiſſe. Ver. 1. Aene. Iulius, a magno demiſſum nomen Iulo. Luca. lib. 9. Gentis Iulęæ ueſtris clariſſimus aris Dat pia tura nepos.

IVLIVS CÆSAR, omnium Romanorum Imperatorum clariſſimus fuit, quemq́ unum ex Romanis habemus, quem Alexandro Macedoni non modo conferre, uerũ etiam iure poſſumus præponere. Eius laudes & res geſtas paucis perſtrictas uide apud Plin. lib 7. cap. 25. Iuliorum autem nomen, ab Iulo Aſcanio Aeneæ filio tractum putatur: quod & ipſum oſtendit Verg. lib. 1. Aeneid.

eum ait: Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar, Imperium Oceano, famã qui terminet aſtris, Iulius, a magno demiſſum nomen Iulo. A Iulius fit denominatiuum Iulianus, na, num. Vnde Iulianı milites appellãtur à Suetonio ueterani milites, quorum opera uſus erat Iulius Cæſar. Item Faſti Iuliani, à Iulio Cæſare confecti. Similiter Vectigalia Iuliana, à Iulio impoſita & exacta, apud Ciceronem. 13. Anton.

IVLIVM CARNICVM, Ptolemæo lib. 2. cap. 14. urbs eſt inter Italiã & Noricum, in ditione Ducum Auſtriæ. Vulgo Goritia.

IVMENTVM, ti, {Boc. Gior 5. No. 2. *Quando andaua à correr le giumente*} (κτῆνος) à iuuando, id eſt, operam præbendo, cuius appellatione continentur animalia, quę uel ſarcinas gerunt, uel currus trahunt, uel terrã excolunt: ut equi, muli, aſini, cameli, boues. Colum. in Præfat. li. 6. ca. 3. Nec tamen ulla, regio eſt, in qua modo frumenta gignantur, quæ non, ut hominum, ita armẽtorum adiumento iuuetur. Vnde etiam iumentis nomen à re traxere, quod noſtrum laborẽ uel onera ſubuectando, uel arando iuuarent. Pli. lib. 8. ca. 8 de camelis. Omnes autem iumentorum in iis terris dorſo funguntur. Colum. fere iumenti nomine intelligit equos, non autem boues, ut libr. 1. ca. 6. Nec altius edita eſſe præſepia conuenit, quam ut bos aut iumentum ſine incommodo ſtans ueſci poſſit. Idem lib. 6. cap. 16. Machina fabricanda, qua clauſa iumenta, bouesq́; curẽtur. Eſt et Iumentũ uehiculi genus, (ζεῦγλα) quod adiunctis pecoribus trahebatur, quod a iungendo quidam dictum exiſtimant. Gel lib. 20 cap. 1. Iumentum non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſe uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim noſtri Iumentum à iungendo dixerunt.

IVNCTIM, aduerb. {*Congiuntamente*} (κατὰ συνέχειαν) ſine interuallo. Suet. Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

IVNCVLVS, (χοινίον) diminutiuum à Iuncus. Iunculos, item uocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad ſimilitudinẽ iũcorum figuratus erat, quales hodie in opere piſtorio uænales conſpiciuntur. Vel dicitur opus lactarium, ſiue coagulatum, inſtar metæ formatum, iuncis incluſum, quæ meta lactis a Martiale dicitur. Vulgus Iuncatam, à iuncis nominat.

IVNCVS, ci, {Giunco. Dant. *Prena di giunchi ſopra il molle limo*} (χοῖνος, βρύλλον) à iungendo, quoniam uſus eius ad iuncturas utilis eſt. Iuncorum autem multæ ſunt ſpecies, de quibus uide Plin. li. 21. ca. 18. Molli iunco detexere aliquid, Verg. 2. Eclog. Paluſtres iunci, Ouid. 8. Metam. Limoſus Iuncus. Vergil. 1. Eclog Tibull. lib. 2 Eleg 3. Et fiſcella leuis detexta eſt uimine iunci. Hinc fit Iunceus, a, um, (βρύλλινος, χοίνινος) quod eſt ex iunco: ut Iuncea cratis, Plin. lib 21. cap. 14. Et apud Colum. lib. 12. cap. 6. Iuncea ſporta. Per tranſlationem Virgo iuncea, id eſt tenuis, gracilis, & tenera, in modum iunci. Ter. Eunuc. Deducunt cibum, Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Iuncinus, adiectiuum, ex iunco factum. Plin. lib. 15. cap 7. Sic & Rhodioũ è roſis, Iuncinum e Iunco.

IVNCETVM, ti, {*Luogo doue ſono molti giunchi*} (χοινιών) locus iuncis cõſitus. Varr. 1. de Re ruſt. ca 7. Primum genus quod dixi, maxime quærit ſalicta ſecundum arundineta, tertium iunceta.

IVNCOSVS, a um, {*Pieno di giunchi*} (χοινώδης) iuncis plenum. Pli. libro 18. cap 6. Iuncoſus ager uerti pala debet. Littora iuncoſa, Ouidius libro. 7. Metamorph.

IVNCTIO, onis, {*Congiontione*} (σύζευξις) idem quod coniunctio. Ci. 1. Tuſcu. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio earum partium, quæ ante iunctione aliqua tenebantur.

IVNCTVRA, æ, {*Giontura*} (σύζευξις) idem quod coniunctio. Colum. lib. & cap. 3. Hoc enim genus iuncturæ maxime probatum eſt. Genuum iunctura. Ouid. 1. Metamorph. Iunctura uerborum, id eſt, compoſitio. Quintil. libro. 9. cap. 4.

IVNCVS ODORATVS. (σχοῖνος ὁ μυρεψικός) à roſæ odore, quem ſpirat, nomen accepit. Scapo eſt exili rubente, flore copioſo, uinoſo ſapore linguam mordicans. Præſtantiſſimus naſcitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vid. Plin. lib. 12. cap. 12.

IVNGANNI, uide Ingauni.

IVNGO, gis, iunxi, iunctum. {*Giungere, congiongere*} (ζεύγνυμι) connecto, compono, quaſi in unum ago. Plin. lib. 11. cap. 32. Ceruix articulorum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, Cic. de Clar. Orato. Verg. 8. Aeneid. Queis neque mos, neque cultus erat: nec iũgere tauros, Aut componere opes norãt, aut parcere parto. Iunctus, participium: Amor legitimo fœdere iunctus. Ouid. 2. Triſt. Eleg. 7. Puella iuncta matrimonio, Liu. 10. Bel. Pun. Huius compoſita ſunt Abiungo Adiungo, Coniungo, Diſiungo, Deiungo, quod eſt ſeparo. Plaut. in Aſinar. Ne nos deiunge amantes, Iniungo, Interiungo, Subiungo, & Seiungo.

IVNICES, pen. prod. {*Manzuole, tocelle*} (δαμάλεις) teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam ceſſarunt uitulæ eſſe, necdum tamen ad ſummam magnitudinẽ peruenerunt. Dictæ quaſi iuuenicæ, a iuniore ætate. Perſius Saty. 3. Tot tibi cũ in flamma iunicum omenta liqueſcant. Nominatiuus ſingularis eſt Iunix, Pla. in Milit. Quam mox ad ſtabulum iunix recipiat ſe de pabulo. Mares autem in eadem ætate Iuuenci, (μόσχοι) appellantur.

IVNICVLVS, palmes uetus in magnam longitudinem, & ad quartũ uſque pedamentum porrectus, quod alio nomine Draconem uocant, ad maſculeta cõficiẽda idoneum. Plin. lib. 17. cap. 25. Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti, quod alii, Dracones, alii Iuniculos uocant ut faciant quæ Maſculeta appellant.

IVNIPERVS, ri, pe. cor. {*Ginebro*} (ἄρκευθος) arbuſcula, quæ in locis arenoſis frequens naſcitur, pro foliis ſpinas habens perpetuo uirentes: unde & topiariæ idonea eſt: materiamq; habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. lib. 8. cap. 25.

IVNIOR, oris, {*Piu giouane*} (νεώτερος) comparatiuum eſt a Iuuenis, ſiue (ut Cornuto placet) ab antiquo nomine Iunis. Hor. 2. Epiſt. 1. Qui uel menſe breui uel toto eſt iunior anno.

IVNIVS, menſis. {*Giugno*} (ἰούνιος, ἐκατομβαιών) a Iunone putatur dictus, quẽ Iunonalem, & Iunonium dicebant. Sed poſtea detritis quibuſdam literis, ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putãt a Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romę factus eſt Conſul, quod hoc menſe. I. Calendis Iuniis, pulſo Tarquinio, factum Carneæ Deæ in Cælio monte uoti reus fecerit. Alii a iunioribus deriuant, ſicut Maium a maioribus. Ouid. li. 6 Faſt. Sic ſtatuit, menſesq́; nota ſecreuit eadem. Iunius eſt iuuenum: qui fuit ante, ſenum.

IVNO, {*Giunone*} (ἥρα) Saturni filia fuit, & (ut fabulantur Poetæ) Iouis & ſoror, & coniunx. Phyſici interpretantur per Iunonem intelligi aerem: ideirco ſororem Iouis coniugem, et ſororem putari, quod ſumma ſit aeris cum æthere ſimilitudo. Cic. 1. de Nat Deo. Aer, ut Stoici diſputant, interiectus inter mare & cælum Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror & coniunx Iouis, quod ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma coniunctio. Effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quod nihil eſt eo mollius. Et paulò pòſt: Sed Iunonem a iuuando credo nominatam. Iunonis multa ſunt nomina. Eſt enim Curitis, quę utitur curru & haſta. Ver. 1. Aen. Hic illius arma, Hic currus fuit. Eſt & Lucina, quę partubus præeſt. Terent. in Andr. Iuno Lucina fer opem. Eſt regina. Verg 1. Aene. Aſt ego quę diuum incedo regina. Et quia præeſt nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. Aene. Et pronuba Iuno. Iunonius, a, um, ut Auis Iunonia pauo. Ouid. 1. de Arte: Laudatas oſtendit auis Iunonia pennas. Iunonius menſis, id eſt, Iunius. Ouid. 6, Faſto. Iunonius puer, dicitur Auguſtus a Cicerone ad Octauium. Templa Iunonia, Ouid. 2. Triſt. Iunonicolæ, colentes Iunonem. Ouid. 6. Faſt. Iunonigena, æ. Vulcanus dicitur, Iunonis filius Ouid. 4. Metamorph.

IVNONIA, (ἡραία) duarum inſularum nomen eſt inter Fortunatas, quarũ altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur. ut ex Iubæ ſententia refert Plin. lib. 6. cap. 32.

IVPITER, Iupitris, uel eris, {*Giove*} (ζεύς) ſecũdum Priſci non Iouis: qui genitiuus eſt non a Iupiter, ſed a nominatiuo Iouis. Nam a principio Iouis appellatus eſt, a iuuando: poſtea adiuncto altero uocabulo dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater: ſicut Liber pater, & Dis pater dicere ſolemus, E contrario Veteres Veiouẽ appellauerũt Deum, cui dempta eſſet iuuandi facultas, Celebrabant enim quoſdam Deos, ut prodeſſent: quoſdam, ne obeſſent, placabant. Fabulantur autẽ Poetę Iouem Opis, et Saturni filium fuiſſe, in Creta inſula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida mõte a Curetibus educatum: idq; clam patre, qui ex pactione cum Titano fratre inita, filios ſuos omnes deuorabat. Cũ autem iuuentute adoleuiſſet, cognouiſſetq; etiam tũc patrem uitæ ſuæ inſidiari, regno eum pepulit, mundiq; imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone ſorte diuiſit: ac Ioui quidem cœli, & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde ſororem ſuam uxorem duxit, quæ ei Vulcanũ peperit. Cic. 3. de Nat deo. tres enumerat Ioues, cuius hæc ſunt uerba: Principio Ioues tres numerant ii, qui Theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundũ natos in Arcadia alterum patre Aethere: ex quo etiam Proſerpinã natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuiſſe Mineruam dicitur, quam principẽ & inuentricem belli ferunt Tertium Cretenſem, Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur Hæc Cicero. Phyſici interpretantur Iouem eſſe elementũ ignis, dictumq; Iouem putant a iuuãdo, eo quod nulla ſit res, quæ ſic omnia iuuet, quemadmodum calor. A poetis dicitur Diuum atque hominum rex, a maioribus autẽ Optimus maximus. Et quidem ante Optimus. i. beneficẽtiſſimus, quam Maximus: quia maius, certeq; gratius, prodeſſe omnibus, quã opes magnas habere Cicero contra Clodiũ pro domo ſua: Quo circa te Capitoline, quẽ propter beneficia Pop Rom. Optimum, propter uim Maximum appellant. In carmine fere geminamus p, eo quod a iuuando putatur deriuari, cuius prima ſyllaba corripitur. Ponitur quoque pro aere. Horat. Ode 1. Manet ſub Ioue frigido Venator tenere coniugis immemor. Iuuena. Fremeret ſæua cũ grandine uernus Iuppiter. Vnde & Sub dio dicimus. i. ſub aere. Nam Δία Iouem uocant Græci, quem omnia eſſe uoluerunt. Accipitur & pro pluuia. Verg lib. 2. Geor. Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis. Eſt & Iupiter nomen ſtellæ illius ſalutaris, quæ [illegible] ordine ſecũda eſt. Aliquando per Iouem intelligimus ipſam uim duorum ſuperiorũ elementorum, quæ actiua eſt, dum agit in hæc duo inferiora ad generationem, & corruptionem.

IVRA, mons eſt Galliæ Sequanos ab Heluetiis diuidens, auctore Cæſare in Cõmentariis. Sunt qui putẽt eum eſſe, quem Galli ſua lingua uocant. Le mont des faucilles.

IVRAMENTVM, ti, {*Giuramento*} (ὅρκος) ſacramentum, iuſiurandum, hoc eſt, affirmatio, uel negatio, rei alicuius ſacræ atteſtatione firmata. Senec. lib. 2. de Clem. O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iuramentum faciãt. hoc eſt, in cuius uerba reges, & principes iurent.

IVRANDVM, di. (ὅρκος) idem quod iuſiurandum. Plaut. in Ciſtel. Verum haud metuo, ne iurandum noſtrum quiſquam culpitet.

IVREIVRARE. (ὀμνύναι) idem quod iurare. Liu. Deca. lib. 5. Prætores ambo in eadem uerba iureiurarunt.

IVRATVS, *Che ha giurato, giurata* (ὀμωμοκώς, ἔνορκος) aliquando actiue accipitur pro eo qui iurauit. Auctor ad Heren. Ex eo, quod ait ſe non potuiſſe ſe, ita, ut iuratus fuerat. i. ut iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit, *non giurato*. Idem in Verr. Malo et iurato ſuam, quam iniurato aliorum tabellas committere. Paſſiue protulit Lucil. lib 8. Mihi per Latium iurata tonant em. Idem lib. 5. uſus eſt uerbo paſſiuo Iuror, Et lævæ iurantur aues buboue ſiniſtre.

IVRGIOSVS a, um, {*Contentioſo*} (φιλόνεικος) contẽtioſus ſeu contumelioſus. Gell. lib. 1. cap. 17. Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur, & iurgioſa De Xantippe Socratis uxore.

IVRGIVM, iurgii, {*Contentione, lite*} (φιλονεικία, ἔρις) contentio, diſſenſio, et leuior quædam lis, qualis, nonnunquã etiam inter amicos ſolet accidere. Cic de Senect. Vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe.

IVRGO, as, {*Contendere, litigare*} (λογομαχέω, ἐρίζω, φιλονεικέω) contẽdo, iurgo, rixor. Terent. in And. Cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Dicitur autem Iurgare a litigare, et Iurgium a lite, quoniam Iurgiũ leuior res eſt ſi quidem interbeniuolos aut propinquos diſſenſio, uel concertatio, Iurgium dicitur: inter inimicos diſſenſio, Lis appellatur. Cice. lib. 4. de Repub. Si iurgãt, inquit, beneuolorum concertatio eſt: lis inimicorum, non iurgium dicitur. Idem: Iurgare lex putat inter ſe uicinos non litigare. Eſt & Iurgor deponens. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Iure loquar Thraſius iſtis Iurgatur uerbis. Ab his fiunt compoſita, Obiurgo & Obiurgor, de quibus alibi.

IVRIDICVS,ca, cum,pen..cor.{*Giuriditione*}(δικικὸς)quod iuriſdictioni deſtinatum eſt,uel quod ſecundum ius eſt. Vnde Iuridicus dies,quo rite ius dici poteſt. Et Iuridica actio,quæ ſecundum ius eſt. Dicitur etiã Iuridicus,(δικαςὴς)qui iura dicit.Seneca in Herc.fur.Flentes Eurydicen iuridici ſedent. Iuridici conuentus dicuntur,in quibus ius redditur.Pli.li.3.ca.1.Iuridici conuentus ei quatuor,id eſt,in quibus iura redduntur.

IVRISDICTIO,nis,{*Giuriditione*}(δικαιολογία δικάζειν)iuris dicẽdi officium. Seruius Sulp. Poſtero die cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio,ut ab Athenis in Bœotiam irem reliquamq́; iuriſdictionem abſoluerem. Idẽ 4.Verr. Is uænalem iuriſdictionem in Sicilia habuit.

IVRIDICIALIS,le,(δικανικὸς)idem quod iudicialis. Cicer.2.de Inuent. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit,deliberatiuam,demonſtratiuam,iuridicialem,negotialem. Iuridicialis ſtatus,apud Quint.lib.3.cap.8.

IVRISCONSVLTVS,ti,ſiue Iureconſultus(νομικὸς)iuris ſiue legũ interpres.Cic.2.de Legib.Sed Iuriſconſulti , ſiue erroris obijciendi cauſa,quo plura & difficiliora ſcire uideantur:ſiue(quod ſimilius ueri eſt)ignoratione docẽdi (nã non ſolum ſcire aliquid artis eſt,ſed quædam ars etiam docẽdi)ſæpe quod poſitũ eſt in una cognitione,id in infinita diſpertiuntur:uelut in hoc ipſo genere, q̃ magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo,& ijdem iuriſperitiſſimi. Conſultus iuris,apud Horat.de Arte.

IVRO,as,{*Giurare*}(ὀμνύω,ὄμνυμι)iureiurãdo aliquid affirmo,uel nego:quod uerbum à iure deductum putatur,quod iurare proprie ſit aliquid ita ſancte promittere,ac ſi ius eſſet.Cicer.ad Metel.Iuraui iuſiurandum uteriſſimum. Iurare conceptis uerbis,is eſt iurare certa uerborum formula,quã iuraturo præit is,qui iuramentum defert.Plau.in Ciſtel. At ille conceptis iurauit uerbis apud matrẽ meam,Me uxorem ducturũ eſſe. Iurare in leges alterius:id eſt,iurare ſe ſeruaturũ leges alterius. Pli.de Vir.Illuſt. Aqua & igni interdixit ei,qui in leges ſuas non iuraſſet. Iurare in litem.Ci.pro Roſc.Comœdo:Quod in codicẽ iniuratus referre noluit,id iurare in litem non dubitet? Iurare in uerba.Cæſ.1.Bell.Ciuil. Princeps in hæc uerba iurat ipſe:ad idem iuſiurandum adigit Afranium Huius compoſita ſunt, Abiuro, Adiuro,Coniuro,Deiuro,Exiuro,Deiero,Peiero, Obiuro,Præiuro,& Eiuro:quorum ſignificat uide ſuis locis.

IVRVLENTVS,a,um,{*Cotto con brodo*}(ζωμώδης)quod cum iure coctũ eſt Corn.Celſus li.2.ca.10.Tum res eadem magis alit iurulenta,quam aſſa,magis aſſa,quam frixa. Varro: Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant,a capiẽdo Catinum nominarunt. Apuleius uero in Magiæ Apolog. Iuſſulentũ,non Iurulentum formauit ſic de Ennio dicens.Oſtendit,qualiter quiſque piſcium aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat.

IVS,iuris,{*Ragione,dritto,giuſtitia*}(δίκη,τὸ δίκαιον)a iuſſu,ut quidam uolũt deducitur. Nihil enim aliud eſt Ius,quam quod uel natura , uel ciuitas,aut populus,uel gens,uel conſuetudo iubet. Teren.in Heaut. Quid cum illis agas,qui neque ius,neque bonum,atque æquum ſciunt? Et differt a Lege,q; Ius generale eſt, Lex iuris ſpecies. Rurſus Ius ad nõ ſcripta etiã pertinet. Ius generale Lex tãtum ad ius ſcriptum. Diuiditur autem Ius,in Naturale , Gentium, & Ciuile. Naturale,quod eſt commune omni nationi,eo quod ubique inſtinctu naturæ habetur,non aliqua conſtitutione facta ab homine,ſed ab ipſo naturæ conditore:ut maris & fœminæ coniunctio,liberorum ſucceſſio in bonis parentũ, puerorum educatio,communis omnium poſſeſſio,quia iure naturali omnia hęc omnibus nationibus ſunt communia:quemadmodum & rei depoſitę uel cõmodatæ reſtitutio,uiolentiæ per uim repulſio,quod tibi uis fieri,ut alteri facias,& è cõtrario. Ius gentiũ,quo gentes humanæ utuntur,quod a naturali proceſſiſſe facile intelligere licet:quia illud omnibus animalibus hoc ſolis hominibus inter ſe conuenit:ut.ſ.Deo,religioni patriæ,& parentibus pareamus , ut uim atq; iniuriã propulſemus. Ius ciuile,cum aliquid communi iuri uel additur uel detrahitur:hoc eſt,cum populus ſibi conſtituit quaſi proprium ius ciuitatis. Hoc autẽ ſcripto cõſtat,ut ſunt leges,plebiſcita,Senatuſcõſulta,principũ decreta. Aut ſine ſcripto,ut ea quæ auctoritate prudentiũ fiunt:quæ legum interpretationes rectius dici poſſent,quam leges. Vnde qui hoc profitentur,Interpretes iuris,& Iureconſulti,& Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antiſtites,nominãtur. In ciuili iure Prætoriũ ius continetur quod Prætores ſupplẽdi,uel corrigẽdi iuris ciuilis gratia introduxerũt,ob publicam utilitatem. Hoc a Prætoris honore, Honorarium appellatur. Eſt etiam ius ſingulare,quod contra tenorẽ rationis,ob aliquam utilitatẽ auctoritate cõſtituẽtiũ introductũ eſt. Ius conſuetudinis,quod in morẽ uetuſtas uulgi approbatione produxit. Ius militare,quo ſoli milites ſunt adſtricti,ut belli inferendi ſolennitas,fœderis faciẽdi nexus,ſigno dato egreſſio in hoſtes & pugnæ cõmiſſio,ſigno dato receptio,ſtipendiorum modus,dignitatum gradus,præmiorum honor,prædæ diuiſio pro perſonarum qualitatibus. Iuris præcepta tria ſunt,Honeſte uiuere, Alterum non lædere,Ius ſuum cuique tribuere. In noſtra etiã religione eſt Ius diuinũ,in quo diuina oracula comprehẽduntur:& Ius principum,quod principes ſinguli ſuis regnis præſcripſerunt. Aliquãdo Ius ponitur pro auctoritate, ſiue libertate quadam,atque licentia,ἐξουσία. Cice.pro Archi. Quare ſuo iure noſter ille Ennius, ſanctos appellat poetas.i.ſua quadam auctoritate,& pro libertate ſibi omnium conſenſu,ut grauiſſimo Poetæ,conceſſa. Idem.Pro meo iure dico,quaſi cõfidẽter. Hinc ſui iuris,αὐτεξούσιοι,αὐτόνομοι esse dicũtur,qui nullius imperio ſunt ſubiecti. Aliquando pro neceſſitudine.ut Eſt mihi cum illo ius cognationis,uel amicitiæ. Aliquando pro loco,in quo ius redditur appellatione collata ab eo qđ fit,in id,in quo fit:quem locum definiunt, ubicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui ſaluoq; more maiorum dicere ius conſtituit. Ius ſuum obtinere non poſſe dicebant ueteres eum quem nunc iuſtitiam habere,uel cõſequi nõ poſſe dicimus. Cicero: Hic Philodamus:poſtq̃ ius ſuum obtinere nõ potuit, ut humanitatem,conſuetudinemq; ſuam retineret, laborabat. In eadem etiam ſignificatione dicimus,Ius ſuum non retinere. Idem Cicero in Anton.actione 4. Hoc edicto non Siculi,ſed iſti ipſi equites Romani,qui ius ſuum retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati,ſplendidi homines,& alijs Prætoribus gratioſi,uincti Apronio traditi ſunt. Iure,ablatiuum,aliquando aduerbialiter ponitur pro eo quod eſt merito. Quint. Quis eũ id non meruiſſe,quis nõ iure paſſum affirmet? Dicitur etiam ius (ζωμὸς)liquor eorum quæ coquuntur. Terẽ.in Eunuc. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent.

IVSCVM,ſiue,quod uſitatius eſt,Iuſculum,{*Brodetto,guazzetto*}(ζωμίδιον) liquor eorum quæ coquuntur Apuleius: Offendo Photidẽ,quæ ſuis dominis parabat iuſcum fartim conciſum. Cato de Re ruſt.c.156.Poſtea inde iuſculum frigidum ſorbere.

IVSIVRANDVM,di,{*Giuramento,ſacramento*}(ὅρκος,ὁμωμοσία)eſt affirmatio religioſa,ut inquit Cic.li.3.Offi. Cic.3.Offi. Nullum enim uinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt.

IVSSVM,iuſſi , {*Comandamento*}(πρόςταγμα)idem quod iuſſio , uel mandatum. Verg.4.Aene.Ille patris iuſſa exequitur. Frequentius tamen hoc nomẽ in ſingulari numero per quartam declinationem efferimus. Cicer.pro Pompeio: Lucullus ueſtro iuſſu coactus abijt. Plura de his uide ſupra in uerbo Iubeo.

IVSSVS,ſa,ſum , {*Comandata*}(προςταχθείς)participium a Iubeo:qđ quamuis raro ſit in uſu,aliquando tamen legitur,ut apud Lucanũ: Cuius ſeruaueris umbram,Si quicquid iubere uelis. Liu.1.ab urb. Sed alijs alio itinere iuſſis certo tempore ad regiam uenire paſtoribus.

IVSTA,{*Eſſequie,pompe funerali*}(κτερίσματα,νομιζόμενα, νόμιμα)exequiæ,ſiue parentalia quæ mortuis impenduntur , ita dicti,quod iure fierent his,qui de nobis uiuentes bene meriti fuerant. Salluſt.in Iugurth. More regio iuſta magnifice fecerant. Ouid Hanc quia iuſta ferunt,dixere Feralia lucẽ. Cice.2.de Legib. Non ſolum uita cruciati atque dedecore:uerum & ſepultura et iuſtis exequiarum caruerunt. Iuſta pro conſtitutis,quæ neceſſario præſtari debẽt. Colum.lib.11.cap.2. Item uinearum foſſio ijſdem locis peragenda, arbuſtorumq; ſiue putatio,ſiue alligatio ſumenda eſt,quorum iuſta certa eſſe nõ poſſunt. Ad iuſta perducere,id eſt,ad iuſtum laborem. Colum.lib.6.cap.14. Iuſta reddere,opus debitum & conſuetum perficere,Colu lib.1,cap.8.

IVSTITIA,æ, {*Giuſtitia*}(δικαιοσύνη)ut inquit Ci 3.de Finib. Eſt habitus animi,communi utilitate ſeruata ſuum cuiq; tribuens, atque ſocietatem coniunctionis humanæ munifice,atque æque tuens. Verg.1.Aene. O regina,nouam cui condere Iuppiter urbem Iuſtitiaq; dedit gentes frænare ſuperbas. Oui.2.de Ponto Iuſtitia uires temperat ille ſuas.

IVSTITIVM,ſtitij,(ἀπραξία Plutarcho)quaſi iuris ſtatio dicitur. Eſt enim iuris dicendi intermiſſio,quæ fieri ſolet in publico luctu,& Reipublicæ calamitatibus. Liu. Dictator cum iuſtitium edixiſſe,omnes iuniores ſacramento adegit. Triſti iuſtitio clauſa fora, Lucan.li.5. Dicitur & iuſtitium remittere,pro eo quod eſt iuſtitio finem imponere, Liu.li.10. Vt Romam reditum eſt, iuſtitium remiſſum eſt.

IVSTVS,{*Giuſto*}(δίκαιος)qui a iuris præceptis non deflectit. Cic.1.Offi. Iuſtus homo,idq;,quem bonum uirum dicimus. Idem pro Seſtio. Ariſtides,qui unus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. Interdum ponitur pro ſatis magno,et mediocri,cum & ius ipſum mediocritas quædam ſit. Vnde Iuſtã magnitudinẽ alicuius rei dicimus , cum nec debita minor eſt,nec modum excedit. Iuſtum opus,ſatis magnum,non exiguum. Plin.in Præfat.lib.8. Opere iuſto temporũ noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic Iuſtum prælium, Iuſtum exercitum, hiſtorici dicunt magnum,& non contemnendum. Sic etiam Aſcon. Iuſtas inimicitias,pro magnas apud Ciceronem expoſuit. Interdum pro uero,γνήσιος. Vnde apud Iurecõſultos,qui filium adoptat,interrogatus, An uelit eum,quẽ adoptat,iuſtũ ſibi filium eſſe.id eſt,uerum filium. Iuſtus dominus,pro uero:cui contrarius eſt alienus. Cic.lib.1.Offic. Quare L. Syllæ,& C. Cæſaris pecuniarum translatio iuſtis dominis ad alienos,non debet liberalis uideri. Iuſta materfamilias,et Pellex contraria. Liu.6 Bell.Maced. Nam etſi minor ante quã Perſeus eſſet:huius tamen iuſta materfamilias,illum pellice ortum eſſe. A Iuſtus fit compoſitum Iniuſtus,qui contra ius facit,et qui iuſtam magnitudinem excedit,ἄδικος. Ci. 5.Tuſcul. Vir maleficus natura & iniuſtus. Interdum accipitur pro nimis magno. Verg.3.Georg. Iniuſto ſub falce uiam dum carpit.

IVSTE,aduerbium,{*Giuſtamente*}(δικαίως)recte,legitime,iure. Brutus Ciceroni. Ad hoc ipſum,inquies,mique facis:imo iuſtiſſime. Idem in Salluſt. Id uos ſi forte offendimus,iuſtius huic,q̃ mihi,ſuccenſere debetis. Iuſte,& legitime imperare. Cicero lib.1.Offi.

IVSTIFICVS,a,um,{*Che fa giuſtitia*}(δίκαιος)iuſtitiã faciens. Catul. Argon. Iuſtifica mens deorum.

IVSTO,ablatiuus{*Il douer,il conueniente*}pro aduerbio:ut, Longius iuſto,id eſt longius,quam par eſt. Quint lib.7.cap.4. Membrum longius iuſto tardum, breuius,inſtabile eſt.

IVSTIDIES,qui fuerint apud ueteres apertiſſime docet Gell.libr.20.ca.2. his uerbis:Cõfeſſi itaque æris,ac debiti iudicatis,triginta dies ſunt dati cõquirendæ pecuniæ cauſa,quam diſſoluerent, Eoſq; dies Decemuiri Iuſtos appellauerunt,uelut quoddam iuſtitium,id eſt,iuris inter eos quaſi interſtitionem quãdã & ceſſationem,quibus diebus nihil agi cũ his iure poſſet. Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiẽdis Dies iuſti,numero tres & triginta,ab eo.ſ.die,quo res repetitæ erant per fecialem,quibus elapſis,niſi redditæ res eſſent,haſta in ſinẽ hoſtiũ coniecta,bellum indicebatur. De hoc uide Liu.lib.1.ab urb.

IVTVRNA,(Ἰουτοῦρνα)Dauni filia,& Turni Rutulorum regis ſoror quã Iupiter pro erepta uirginitate immortalitate donauit(ut placet Verg.li.12.Aen.) Numiciq; fluminis nympham fecit . Hæc in bello fratrem aduerſus Aeneam multum adiuuit ſed uidens fratri necem inſtare,in Numicum fluuium ſe occultauit. Alij dicunt eã rem habuiſſe cum Latino rege,eoq; palam facto, ſua ſponte ſe in Numiciũ præcipitauiſſe. Verg. At procul ut diræ ſtridorem agnouit et alas Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos,&c. Eſt & Iuturna fons Italiæ,prope Numicum ſaluberrimæ aquæ:unde ad omnia ſacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem pleique in ſuperioribus Verg reſpexiſſe uolunt.

IVVAMEN,Iuuatio,& Iuuamentum,{*Giouamento*}idem ſignificat,ſcilicet auxilium,ὠφέλημα,ὄνησις.

IVVENALIA,(νεανικά)erant ludi,qui pro ſalute iuuenum celebrabantur. Sidonius: Iam uero iuuenalibus peractis, Quem te præbueris ſequente in æuo, Chartis poſterioribus loquemur. Tacitus libr.14. Ne tamen adhuc publico theatro dehoneſtaretur,inſtituit ludos Iuuenaliũ uocabulo,in quos paſſim nomina data.

IVVENALIS,le,adiectiuum,a Iuuene,νεανικός, Plin lib.33.cap.2. Cum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinorum pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies,dicebatur feſtum quoddam,quod a iuuenibus peculiariter celebrabatur primo die poſt elapſa Saturnalia , a Caligula primum inſtitutum

DELLA LETTERA L.

L E' lettera conſonante, la qual chiamano liquida per riſpetto del ſuono, coſi i Greci, come i Latini. Metteſi per ſegno del numero cinquanta, & appo i Latini per ſe ſola rappreſenta parola, come ſi dirà à ſuo luogo, il che non ſi nella Italiana. In queſta lettera con le tre altre liquide M. N. R ſuol terminare in alcune voci la lingua Italiana per natura, & per troncamento. Per natura in queſte. il al, dal, col, nel, ſu'l, pe'l, ſe'l, che'l, che pur tutte ſono compoſte con l'articolo primo. Per troncamento in bel, quel, animal, tal, mal, ſol, & altre, in vece di bello, quello, animale, tale, male, ſolo, ò ſole, & coſi di tutte

DE LITERA L.

L LITERA Latinorum eſt, Græcorum Lãbda ſono & poteſtate reſpondens, una ex iis, quæ à Græcis ἀμετάβολα, hoc eſt, immutabiles, a Latinis Liquidæ appellantur. Quo fit, ut mutã immediate ſubſequens in eadem ſyllaba præcedentem ſyllabam, ſi breuis fuerit, reddat indifferẽtẽ. Hinc fit, ut Atlas, priorem ſyllabam habeat indifferentem, cum natura breuis ſit. Martialis: Nõ aliter uidetur Atlas cum compare gibbo. Et alibi: Conturbabit Atlas. Verg. eandem producit, 8. Aene. At Maiam maximus Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui ſidera tollit. Nomina uerbaq́; ab hac litera incipientia, ſi cum præpoſitione Ad, uel In componantur, poſterior litera præpoſitionis conuertitur in l. ut Allabor, Alluo, Illuo, Illuſtris pro Adlabor, Adluo, Inluo, Inluſtris.

LA, ſiue, LAA, (λᾶ Lycophroni, λᾶυ Homero) Lycaoniæ oppidum, edita, in petra ſitum: unde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra eſt, uel lapis. Hanc urbẽ cum expugnaſſet Caſtor & Pollux: Laperſæ (Λαπέρσαι) cognominati ſunt. Incolæ Lai, (λᾶοι) dicuntur, teſte Stephano.

LABARVM, p.c. (λάβαρον) uexillum erat militare, ante Imperatorem geſtari ſolitum auro intertextum, gemmiſq; interinicantibus ſplendidiſſimum: tãtæ olim exiſtimationis, ut a militari turba adoraretur. Huius deinde loco Conſtantinus Crucis dominicæ inſigne iuſſit præferri: Meminit huius uexilli Ambroſius in Epi. Septimius in Apologetico, Sozomenus Hiſtoriæ Tripart. li. 1. ca. 5. Et præter hos Caſſiodorus Rufinus, & Prudentius in Symmachũ.

LABASCO, cis, {*Minacciare ruina, caſcare*} (καταφέρομαι, ὑποφέρομαι) uerbum à labando deductum, idem ſignificans quod caſum minari, & ruinæ uicinum eſſe. Lucret. lib. 4. Vincitur in longo ſpatio tamen atq; labaſcit. Per trãſlationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priſtina conſtantia excidere, καταβαίνειν. Teren. in Eunu. Labaſcit, uictus uno uerbo, q̃ cito. Reperitur & Labaſcor, deponens pro neutro. Varro Rerum Diuin. li. 7. Poſtquam uidit miſericordia labaſci mentem infirmam populi Numus.

LABARA, (λάβαρα) Cariæ oppidum apud Stephanum.

LABANIS, inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

LABDA, (λάβδα) Amphionis cuiuſdam ex Bacchiadarum genere filia fuit, quæ q; clauda eſſet, & ob id à Bacchiadis cæteris ſperneretur, Eetioni nupſit, eiq; puerum peperit, quem ab euentu Cypſelum nominauit. Nam cum duo Corinthiis reddita eſſent oracula, quibus illi monebantur, fore, ut Labdæ filius Corinthi aliquãdo tyrannidem inuaderet, miſſi ſunt publico decreto decẽ uiri, qui puerum interficerent. Verum cum forte puer, ei, qui primus eum a matre acceperat, arriſiſſet, ille miſericordia motus, adduci nõ potuit, ut eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alii: atq; ita deinceps per manus traditus in ſinus, a decimo matri reditus eſt, nemine eum interficere uolente. Poſt hæc illi egreſſi, & pro foribus ſtantes, ſeſe mutuo, & præcipue eum, qui primus puerum acceperat, increpabant, qui eum ex conuento non occidiſſet. Quod quum audiſſet Labda, quæ intus ad fores adſtabat, puerum in menſura frumentaria, quam Cypſelum uocant Græci, occultauit, unde poſtea mater ei Cypſelo nomen impoſuit. Vide Latius hanc hiſtoriam apud Herodo. lib. 5.

LABDACIDÆ, pen. cor. (Λαβδακίδαι) cognominati ſunt Thebani à Labdaco rege, Laii patre.

LABDACVS, (Λάβδακος) Phœnicis filius, qui ſenex Thebas uocatus, ibi aliquandiu regnauit filiumq; habuit Laium, qui a patre Labdacides uocatur. Stat. lib. 6. Theb. Nec uerbera pallidus abdit Labdacides.

LABEATES, Liburniæ populi ſunt apud Plin. lib. 3. cap. 22.

LABEFACIO, is, {*Deſtrugere, rouinare, crollare*} (παρασαλεύω, λυμαίνομαι) rumpo, frango perdo, mobile & inſtabile reddo. Teren. in Adel. Omnes dentes Labefecit mihi: Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Aliquando pro deterrere, & à conſtantia abducere. Cic. pro Seſt. Quem nulla unquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. Labefacere fidem ſuam dicitur debitor, cum male ſoluendo efficit, ne quis ei quippiam uelit credere. Sueto. Redit ſane nihilo opulentior, ut qui prope labefacta fide, omnia prædia fratri obligaret. Aliquando, pro eneruare, frangere, debilitare, reſoluere. Lucre. Vſque adeo Veneris compagibus hærent Membra, uoluptatis dum ui labefacta liqueſcant. Labefactio, onis. Pli. lib. 23. cap. 1. Tuſſim ueterem iubebet, & gutturis rheumatiſmos, orthopnœã, dentium labefactionem. Labefactus, particip. Verg. 4. Aenei. Animum labefactus amore Robora labefacta, Ouid. 12. Metam.

LABEFACTO, as, (λυμαίνομαι, παρασαλεύω) frequentatiuum a Labefacio: affligo, perdo, corrumpo, mobile & inſtabile reddo, uacillare facio, Colu. lib. 2. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo ſpecioſius ingrediãtur ſublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cic in Catil. Quod ſi legere uel audire uolitis, externas maximas Reſpubl. ab adoleſcẽtibus labefactatas à ſenibus ſuſtentatas, & reſtitutas reperietis. Aliquando pro commouere, & a propoſito auertere. Cic. ad Cornifi. Nec uero poſtea deſtiti labefactare eum, qui ſumma cum tua iniuria, contumeliaq; Reipub. prouinciam abſens obtinebat.

LABELLVM, li, {*Labretto*} (χειλάριον) diminutiuumq; a Labrũ, ſicut a flabro. Flabellum. Cice. 1. de Diuin. At Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. Interdum etiam pro uaſculi genere ponitur, facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis uti ſolemus ad lauandum. Pli. Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur.

LABEO, Antiſtius, nomen Iureconſulti, a Labiorum magnitudine ſic dicti. Quicunque enim magna labia habent, Labeones, & Labrones, (πρόχειλοι, χειλῶνες) cognominantur. Hic Labeo (ut Gellius ait lib. 14.) iuris ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publice reſponſitauit. Sed certarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticã atque Dialecticam, literaſq; antiquiores altioreſq; penetrauit, Latinorumq; uerborũ origines, rationeſq; percalluit, eaq; præcipue ſcientia ad enodandos iuris laqueos utebatur. Immodica libertate fuiſſe perhibetur, et nimia tuẽdi iuris pertinacia, adeo ut D. Auguſto iam principe, & Rempub. obtinente, ratum tamen penſumq; nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumq; eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet. Quare cum a muliere quadam Tribuni aduerſus eũ aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, ut ueniret, & mulieri reſponderet, iuſſit eum, qui miſſus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere neq; ſe, neq; alium quenquã uocandi, cum moribus maiorum Trib. pleb. prehenſionẽ haberent. Poſſe igitur eos uenire, & prehẽdi ſe iubere, ſed uocandi abſentem ius non habere. Vide plura de hoc apud Gell. lib. 13. cap. 10. & 12.

LABERIVS, Poeta Mimographus a Cæſare annulo equeſtri donatus: cuius meminit Macrob. Satur. lib. 2. & Gel. lib. 11. cap. 9. Sene. lib. 7. Declamat. Laberium Mimum Diuus Iulius ludis ſuis produxit: Deinde equeſtri ordini reddidit, quem quum iuſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctauerũt, ut uenientem non reciperent.

LABES, huius labis, fœm. gene. {*Rouina, macchia*} (πτῶμα) ruina, lapſus: a labendo. Verg. 2. Aenei. Hinc mihi prima mali labes. Eſt quoque Labes uiolenta quædam illuuies aquæ: aut tempeſtatis, grandinisve ruina: aut cum terra in altiſſimum hiatum, barathrumve aperitur. Cice. 1. de Diui. Delata etiam ad Senatũ labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Ibidẽ: Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſederint. Labes, atq; cluuies ciuitatis, Cice. pro Domo ſua. Labes atq; pernicies prouinciæ: idẽ 2. Verr. Labes item accipitur pro macula, qualis fieri ſolet ab oleo, aut ſimili liquore in ueſtem delapſo, σπίλος, κηλίς. Frequentius tamen per tranſlationem pro quouis animi uitio accipitur, Cic. pro Domo ſua: Hanc labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit Popu. Roma. dignitas ſuſtinere? Ouid. in Epiſt. Deianiræ: Lætaq; ſit uitæ labe nouerca tuæ. Cice. 3. Offi. Hunc tu quas conſciẽtiæ labes in animo cenſes habuiſſe, quæ uulnera? Huius diminutiuum eſt Labecula. Cice. in Vatin. Sed cum Annium tantopere laudes, & clariſſimo uiro nõ nullam laudatione tua, labeculam aſperges, &c.

LABETIA, Arabiæ oppidum, ab Aelio Gallo dirutum. Plin. lib. 6. cap. 28.

LABICANVM, (Λαβικανόν) a Sueton. in Cæſare accipitur pro uilla quadã in agro Labicano. Dictus eſt autem ager Labicanus a Labicis uicino oppido, cuius meminit Liui. lib. 2. ab urbe: Labicos inquiens, proditum ui cepit. Vnde & populi ipſi Labici dicti ſunt, de quibus Verg. lib. 7. Et picti ſcuta Labici.

LABICI, Italiæ populi, qui genus ſuum a Glauco Minois filio traxerunt, quẽ Labicum appellarunt a ſcuto militari, intus anſato, quod primus in Italia oſtendit. Nam λαβὴ Græcis anſam ſignificat, uel manubrium. Verg. li. 7. Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. Vide Labicanum.

LABIENVS, prænomine Titus, Cæſaris in Gallia Legatus, qui plurimum in exercitu & gratia ualebat & auctoritate. Hic poſt res ampliſſimas ſub Cæſare geſtas, inſtante bello ciuili, defecit ad Pompeium pertinaciſſimumq; ſeſe Cæſaris hoſtem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in ſocietatem ſolicitauit: magnaſq; eorum copias in Aſiam adduxit. Auctor Strab. lib. 14.

Fuit præterea Titus quidã Labienus ſcriptor immodicæ libertatis, qui q; in omnes nullo diſcrimine inueheretur, Rabies cognominatus eſt, factũq; eſt opera inimicorum, ut ſcripta eius publice exurerentur. Quod quũ intueretur Caſſius Seuerus, Nunc me, inquit, uiuum, cauri oportet, qui ea ad unguem edidici. Labienus autem ignominiam illam tã grauiter tulit, ut ſcriptis ſuis ſuperſtes eſſe noluerit, ſed in maiorum ſuorum monumenta ſe inferri iuſſerit, atq; ibidem includi.

LABIVM, bii, & Labrum, bri, {*Labro*} (χεῖλος) eiuſdem ſunt ſignificationis. Sunt enim extremitates, & opercula oris, & ueluti uallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem, a natura datum. Perſius: Nec fonte labra prolui caballino. Terent. in Eunuc. Labiis demiſſis. Cæſar 5. Bel. Gal. Capilloq; ſunt promiſſo, atque omni parte corporis raſa, præter caput, & labrum ſuperius. Marti. lib. 2. Baſia dimidio q; das mihi Poſthume labro, &c. Admouere labra poculis, Verg. 3. Eclog. Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo. Primoribus ſeu primis labris aliquid deguſtare, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod eſt leuiter & perfunctorie aliquid attingere. Cice. 1. de Natu. Deo. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe Phyſiologiam? Labra item dicuntur rei cuiuſuis extremitates: unde ſummi foſſarum & fluuiorũ margines, Labra appellantur Cæſar. 7. Bel. Gal. Foſſam pedes uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. In uulneribus quoque extremæ oræ quæ acu iunguntur, Labra dicuntur. Labrum item dicitur uas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Pli. Epiſto. 101. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectaſq; platanos, & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. Eſt & Labium genus uaſis in balneis ad lauandum aptum, quaſi lauabrum, λουτήρ. Cic. Tere. Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Item quoduis aliud uas amplum & patulum. Verg. 8. Aenei. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis, Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ. Hinc labra uinaria, lupinaria, et olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ uina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Ca

to: Olcum in librum primũ indito. A Labrum in primo ſignificato fit Sublabro: de quo infra. Apud antiquos etiam Labias legimus in fœminino genere. Pla. in Sticho: Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium: Labias ſenſim primores emouemus.

L A B I L E, (ὀλισθηρόν) quod facile labitur, Memoria labilis, quæ rem ſibi commiſſam fideliter non continet.

L A B I O L V M. cum accentu in antep. (χειλάριον) diminutiuũ eſt à Labium, quemadmodum Labellum a Labrum.

L A B O. as, {*Cadere, uacillare*} (ὑποφέρομαι) cado, uacillo, nuto Oui. li. 11. Metamor. Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine ceræ Rima patet. Ver. lib. 2. Aen. Labat ariete crebro Ianua. Horat. 3. Carm. Ode. 6. Delicta maiorum immeritus lues Romane, donec templa refeceris, Aedesq; labantes deorum. Et per tranſlationem Labare ſermone, pro inconſtanter & timide loqui. Pli. lib. 14. cap. 22. Labant animi, hoc eſt, deficiunt, Liu 6. Bel. Maced. Labat conſilium meũ Cic. ad Atti lib. 8. Mens labat, Celſus lib. 2. cap. 7.

L A B O R, eris, lapſus {*Caſcare, ſcorrere*} (πίπτω, ὀλισθαίνω) cado, leuiter & ſenſim deorſum feror, Cice. de Aruſp. reſp. Vt aliquis lapſus de cœlo cœtus hominum adeat. Interdum idem eſt, q; in deſuetudinem abire, ſiue exoleſcere. Liu. in præla. lib. 1. Labente deinde paulatim diſciplina. Aliquando errare, falli peccare, Cic. 1. de Finib. Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum non ſere labitur. Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico figentes ueſtigia in terrã ruunt. Vnde lapſus, πτῶμα. Lapſio, onis. Lapſo, as, are, frequentatiuum, quæ uide inſra ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Allabor, Collabor, Dilabor, Elabor, Illabor, Interlabor, Prælabor, Prolabor, Perlabor. Relabor, & Sublabor: quæ omnia habent pen. pro. Significata uide ſuis locis.

L A B O R, boris, {*Fatica*} (πόνος, κάματος) opera, defatigatio, Ver. 2. Aeneid. -Nec me labor iſte grauabit. Valla. Labo primam breuem habet, Labor primam longam. Hinc Labor, oris, & Laboro, ras, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an ab utroq; potius, liberum opinaturis relinquo. Ouid 1. de Arte: Pars eſt exhauſta laboris. Cice. pro Arch. Quid eſt, quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exercemus? Labor exercet apes, Verg. 1. Aenei Labor apud poetas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, uel alio quouis incommodo, Verg. 3. Aenei. Requies ea certa laborum. Ouid Epiſt 6 Series immenſa laborum. Dicitur etiam Labos, ſicut lepos, arbos. Plau. Trin. Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos. Valc. 6. Argon.

L A B O R I Æ, arum, Campaniæ pars illa, quæ uulgo terra laboris dicitur, miræ fertilitatis, ſtipulam tantæ craſſitudinis gignens, ut ea incolæ pro ligno utantur Dictæ autem ſunt Laboriæ, a laboro, eo q; ad ſui cultum plurimum exigant laboris. Plin. lib. 18. ca 11. Quantum autem uniuerſas terras campus excucam panus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ Laboriæ uocãtur. Finiuntur Laboriæ uia ab utroq; latere Conſulari, à Puteolis, & a Cumis, Capuam ducente. Hinc Laborinus campus. Plin. lib. 17. cap. 4.

L A B O R I O S V S, a, um, {*Faticoſo*} (ἐπίπονος, πολυμοχθηρός) ut laborioſus homo dicitur laboris multum ſuſtinens. Cic. pro Cælio: Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis, nec in communi quidem otio liceat eſſe. Laborioſus ager, in quo colendo plurimum laboratur. Cæcil. Durum im fugit, & laborioſum. Laborioſum opus, difficile, & quod non ſine labore perficitur. Plau. in Mercu. Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laborioſæ exercitationes. Cice. 1. de Finib. Quis noſtrum exercitationem ullam corporis ſuſcepit laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodi cõſequatur? Hinc laborioſior, laborioſiſſimus, Et aduerbia Laborioſe, (ἐπιπόνως) Laborioſius, Laborioſiſſime (ἐπιπονώτατα) quod eſt cum maximo labore Cic. 1. Verr. Itaq; ſemper hi diligentiſſime, laborioſiſſimeq; accuſarunt qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis uenire arbitrati ſunt. Idem pro Roſc. Quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius.

L A B O R O, as, pen pro. {*Affaticarſi, faticare, durar fatica*} (πονέω, ταλαιπωρέω) fatigor & cum labore aliquid ago. Seneca: ſugiter fodiendo laborat. Ci. 6. Verr. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt atq; in hoc laborandũ, ut omnes, &c. Ambitioſe circa aliquid laborare Quintil. lib. 3. cap. 11. Arma laborare. i. laborando conficere, Stat. 3. Theb. Vnde & per tranſlationem Laborare pro male habere ſumitur. ut cum aliquẽ Laborare quartana, (πυρέσσειν) aut laborare podagra dicimus. Plin. Succus eius podagra laborãtibus prodeſt. Laborare ex renibus, Cice. 2. Tuſcu. Laborare ex dolore puerperij. Teren. in And. Laborare a frigore, Plin. lib 32. cap 10. Aliquando pro conari, huc anniti. quod & Allaborare dicimus. Cice. de prouincijs: Nec decreui ſolum, ſed etiam ut uos decerneretis laboraui. Interdum idem quod angor, & ſollicitus ſum, φροντίζω Cice Epiſto. 110. Nam de iudicijs quod quæris multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: ſit uel Selius tam eloquẽs. ut probare poſſit ſe liberum, non laboro. Idem Quint. Frat. De filij tui eruditione q; labores, nihil eſt Aliquando pro cõponere, colere, ἀσκεῖν, διαπονεῖν. Ver. 2. Aenei. Arte laboratæ ueſtes, id eſt compoſitæ. Et laboratur ager, (ἐπιπονεῖσθαι χωρίον) dicitur qui probe cultus eſt. Laborati libri, hoc eſt, compoſiti elucubrati. Martial. lib 3. Plena laboratis habeas cum ſcrinia libris, Emittis quare Soſibiane nihil? No laboro de hac re: hoc eſt, non curo, neq; anxius ſum, inquit Budæus. Ci. 4. Acade. Sed quia non laboro q̃ ualde ea quæ dico, probaturus ſim, eo minus conturbor. Laborare re frumẽtaria. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Illi omnia perpeti parati, maxime re frumentaria laborant. Laborare uitijs. Liui. 4. Bell. Maced. Diuerſiſq; duobus uitijs, auaritia & luxuria ciuitatem laborare. Laboratur, impersonale Cice. ad Lentu. lib. 1. Laboratur uehementer, inclinata res eſt. Huius uerbi compoſita ſunt, Allaboro, & Elaboro: de quibus egimus ſupra ſuis locis. A laboratus, fit compoſitum Illaboratus, a, um, quod ita ſecerni tur ab Inelaborato, q; inelaboratum, (ἀφιλοτέχνητον) dicitur quod non ſatis artificio excultum eſt. Illaboratum uero (αὐτοσχέδιον) quod ea tempore & ſine labore factum uidetur: illud uitio dari ſolet hoc laudi. Quintil. de C. Cum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſpiam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata.

L A B O R I F E R, pe. cor. adiectiuum, (ἐπίπονος) idem quod laborioſus, ſeu laboris patiens. ut, Hercules laborifer Ouid. 6 Metam Nãq; laboriferi cum iam natalis adeſſet Herculis, Idem 15. Metam. Numẽq; ſuperbum Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.

L A B R A D E V S. Iupiter, in Caria colebatur: cuius ſimulacrum primus dicitur conſecraſſe Arſalis rex, cum Gyge aduerſus Candaulem Mydorum regem ſuppetias tuliſſet, indeq; ſecurim, Lydorum regum geſtamen, in Cariam retuliſſet. Securim autem Lydi Labryn appellant: Vnde & Ioui Labradeo cognomẽ factum eſt. Vide Cæl. lib. 6. cap. 11. Auctor eſt Pli. lib. 32. cap. 2. Labradei Iouis delubrum fontem fuiſſe anguillis inſignem, quæ inaures additas geſtabant.

L A B R V M. bri, Vide Labium.

L A B R V M V E N E R E V M, (δίψακος) herba eſt ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula quibus fullones pannis ueſtibusq; lanam inducunt. Dioſcorides Dipſacum appellat. Vulgus herbariorum Virgam paſtoris.

L A B R O S V S. a, um (χειλώδης) quod extremitates habet, uelut quædam labra prominentes. Celſus lib. 7. cap. 26. Ferramentum fecit in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum.

L A B R V S. piſcis genus, cauda placens, ab uno Ouidio memoratum, referente Plin. lib. 32. cap. ulti.

L A B R V S C A, æ, {*Lambruſca*} (ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία) uitis agreſtis, quæ & Erratica dicitur. Labruſca dicta, teſte Seruio, q; in agrorum labris, hoc eſt, marginibus & ſepibus naſcatur. Ver. in Buc. Syluestris raris ſparſit labruſca racemis. Legitur & Labruſcum gene. neut. Verg in Culic. Denſaq; uirgultis auide labruſca petuntur.

L A B V R N V M. arbor eſt Alpina, dura candidaq; materia, aquis refugiens, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Auctor Plin. lib. 16. c. 18.

L A B Y N E T V S, filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandemq; Babyloniorum tyrannus. Herod. uide lib. 1.

L A B Y R I N T H V S {*Pet. Chiuſo m'hauea in cieco laberinto*} (λαβύρινθος) per y. & per th, locus multis uiarum ambagibus inflexus. Quatuor autẽ præcipuos fuiſſe Labyrinthos docet Plin lib 36. ca. 13. Creticum qui arte maxime fuit ſpectabilis, a Dædalo, ut putant, factus iuſſu Minois, qui Minotaurum illic incluſit: cui Athenienſes ex fœdere ſeptem quotannis cu liberis ſuis deuorandos mittebant. Aegyptium in nomo Heracleopolite, omnium maximum & perfectiſſimum humani ingenij opus, lapideis è Paro columnis in introitu, reliquis Syenticis, unde exemplar ſumpſit eius, quem in Creta fecit Dædalus quẽ Pomponius Mela lib. 1. deſcribit. Lemnium, columnarum nitore inſignem, centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum à Porſena Hetruſcorum rege ſepulcri cauſa extructum. Creticus centeſimam tantum portionem eius, qui in Aegypto erat, continebat, itinerum tamẽ ambagibus, occurſibus, & recurſibus multo admirabilior. Si quis plura noſcere cupit, Pli. adeat li. 36. cap. 15. qui uere ueſanam illam fuiſſe dementiam ſcribit, quæſiſſe gloriã impendio nulli profuturo, præterea fatigaſſe regni uires, cum tamen laus maior artificis eſſet Hinc Labyrinthæus, a, um. Catullus: Ne Labyrinthæis è flexibus egredientem Tecti fruſtaretur inobſeruabilis error. Et Labyrinthiacus, a, um, apud Mantuanum.

L A B Y Z V S, (λάβυζος) aromatis genus, ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem Labyzus, gummi quoddam myrrhæ nõ diſſimile, ſed longe precioſius, odoratiusq; Cæl. Rhod. li. 8. c. 18.

L A C, lactis {*Latte*} (γάλα) ſuccus maternus quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo quod admotis mammis infantes alliciantur. Verg. 3. Eclog. Et lac ſubducitur agnis. Lacte, gene. neut. in nominatiuo dixit Plaut. in Menæch. Nec aqua aquæ nec lacte lacti mihi crede, uſquam ſimilius Lac ſchiſton, (γάλα σχιστόν) appellatur in quo pars caſeoſa ſeparata eſt à ſeroſa. Lac Cyrenaicum, laſerpitij ſuccus, quod & Laſer appellatur, in Cyrenaica regione primum repertũ. Vide infra in dictionibus Laſer & Laſerpitium.

L A C C O B R I G A, (λακκόβριγα) oppidum Vaccæorum, in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolem lib. 2. cap. 6.

L A C Æ N A, æ, (λάκαινα) fœmininum eſt a Lacon, ſignificans mulierem ex Laconia. Verg. 2. Aenei Non tibi Tyndaridæ facies inuiſa Lacænæ Has euertit opes. Idem 2. Georg. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

L A C E D Æ M O N, onis, (λακεδαίμων) clariſſima totius Peloponneſi urbs, Lycurgi legibus optime inſtituta, alio nomine Sparta dicta, Menelai olim regia Dicta Lacedæmon a Lacedæmone Iouis & Taygetes filio. Ver. 7 Aen. At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor. Huius ciues Lacedæmonij dicuntur, & Lacones. Vegetius etiam Lacedæmonas appellat lib. 3. Athenienſes (inquit) & Lacedæmonas, & Macedonas rerum potitos.

L A C C O P L V T I, (λακκόπλουτοι) cognominati ſunt Calliæ Athenienſis poſteri, propterea q; is Callias repente ditatus eſſet, theſauro in campis Marathonijs ſubter terram inuento. Nam Græci λάκκους appellabant, quos & Syri ſiri dicimus, hoc eſt loca ſubterranea, in quibus uinum, oleum, frumentaue recondebant. Vnde & Laccum pro ſepulchro uſurpat Pſalmorũ interpres: καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Hoc eſt, Et ſimilis ero deſcendentibus in laccum.

L A C E R, ri, & Lacerus, a, um, pen. cor. {*Stracciato ſquarciato*} (διεσπαραγμένος, ἀκρωτηριασμένος) id laniatus. Proprie ait Aſconius, Lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, uel auribus. Verg 6. Aenei. Atq; hic Priamiden laniatũ corpore toto Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora. Tacitus: Donec ſoluta compage ſcutorum, exangues laceroſq; proſternerent. Lacer (inquit Feſtus) dicitur, qui auribus curtatus eſt: item Lacerum, quodcunq; in corpore imminutũ.

L A C E R N A, næ, (φαινόλης) ueſtis exterioris genus, pluuiæ frigoriſq; iniuriæ propulſandæ in primis accõmodatum. Pli. li. 18 ca. 25. de Vergiliarum occaſu agens: Ergo ex Occaſu eius de hyeme augurantur, quibus eſt cura inſidiãdi negotiatoris auaritia. Nubilo Occaſu pluuioſam hyemẽ denuntiant, ſtatimq; augẽtur lacernarũ pretia. Hactenus Pl. Ob eandẽ & cauſam a uiatoribus lacernæ ſumebantur, præſ rtim ab ijs, qui expedite & ſine togæ impedimento iter facere uolebant Hinc M. Antonio obijcit Cicero, q; nimio feſtinandi ſtudio ordinis magiſtratusq; ſui oblitus, nõ toga aut calceis ornatus, ut Cõſulẽ decuit, ſed Gallicis, & lacerna, ut quiuis è uulgo in urbẽ rediſſet. Verba eius ſunt hæc 2. Phil. Nam quod quærebas, quomodo rediſſem, primum luce non tenebris, deinde cum calceis & toga nullis nec gallicis, nec lacerna. In caſtris item nobiliores lacernis utebãtur. Oui 2. Faſt. Mittẽda eſt domino, nunc nunc, properate puellæ Quam primũ noſtra facta lacerna manu. Verba ſunt Lucretiæ puellas ſuas ad opus

ad opus adhortantis, ut uiro ſuo in. Ardeæ obſidione agenti lacernam mitteret.
Lacernis item in ſpectaculis utebantur, & potiſſimum candidis, quæ togis ſuper induebantur. Martialis in Diſtichis: Amphitheatrales nos commendamur ad uſus, Cùm tegit algentes noſtra lacerna togas. Candidis autem potiſſimum lacernis in ſpectaculis uſos fuiſſe, ſatis indicat Epigramma Martialis in Horat. quendam, qui cum ſolus nigra lacerna ſpectaculis intereſſet, cæteris omnibus albatis factum eſt, ut repente cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius ſunt hæc.

> Spectabat modo ſolus inter omnes
> Nigris munus Horatius lacernis,
> Cùm plebs, & minor ordo, maximusq́;
> Sancto cum duce candidus ſederet,
> Toto nix cecidit repente cœlo:
> Albis ſpectat Horatius lacernis

Mulieres quoq; lacernis quandoq; uſas legimus. Iuuena. Saty. 1. Ipſe lacernatæ dum ſe iactaret amicæ. Feſtus Lacernam dictam putat, quaſi laceram, hoc eſt, parte aliqua imminutam, eo q minor ſit (ut ille ait) capitio.

LACERO, as, {*Stracciare ſquarciare*} (σπαράσσω, ἀποσπαράττω) dilanio, membratim diſcerpo. Verg. 3. Aen. Quid miſerum Aenea laceras. Lacerare morſu uiſcera, Cic. 2. Tuſcu. Lacerare unguibus, ibidem. Lacerare homines maledicendo, Plaut. in Curc. Lacerare diem, in uanum conſumere tempus diei, Plaut. in Stich. Lacerare rem ſuam, abſumere bona ſua, Plaut. Merc. Lacerat me meus mœror, Cic. ad Atti. lib. 3. Laceratio, onis uerbale, σπαραγμός. An ego ſi te Gabinium cruci ſuffixos uiderem, maiore affi ciar lætitia ex corporis ueſtri laceratione, q̃ afficior ex infamia. Muliebres lacerationes genarum, Cic. 3. Tuſcu. Huius uerbi compoſita ſunt Delacero, & Dilacero: de quibus ſupra egimus ſuis locis.

LACERTA, tæ, {*Lucerta*} (σαύρα) uel Lacertus, ti, (σαῦρος) ſerpentis genus notiſſimum, inde nomen habens, q pedes habeat ad noſtrorum lacertorum, hoc eſt brachiorum ſimilitudinem accedentes. Eius duo ſunt genera colore & magnitudine diſtincta. Minorem zignyda uocãt, ſiue Chalcidẽ, tergo ferrugineo maculis quibuſdam nigricantibus diſtincto. Alterum genus uiride eſt, ſuperiore multo maius, Italię q̃ noſtris regionibus frequẽtius. Vtroq; in genere mas Lacertus dicitur. Verg. Eclog. 2. Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos Cic. ad Atti. lib. 2. Nam ad lacertas captandas, tempeſtates non ſunt idoneæ.

LACERTVS. (σαύρα) piſcis genus mari peculiare, cuius multæ enumerãtur ſpecies a Plin. lib. 32. cap. ulti. Martia. Cum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lacertus idem in homine dicitur ſumma brachij pars inter ſcapulę & cubiti oſſa intercepta, quæ a Celſo Humerus, à Galeno βραχίων appellatur. Vergi. 5. Aenei. Ferit æthera clamor Nauticus, adductis ſpumant freta uerſa lacertis, Et quoniam partes illæ corporis muſculoſæ ſunt, & ualidis toris compactæ, factũ eſt, ut Lacertos pro uiribus ac robore accipiamus: neq; ſolum pro corporis robore: uerum etiam pro uehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. Cic. de Cla. Orato. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit ualentius. Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratorijs lacertis, uiribusq; torquere, apud Cic. 2. de Orato. Hinc Lacertoſus, a, um, id eſt, toroſus & muſculoſus. Colum li. 7. Feminibus lacertoſis, cruribus compactis.

Quandoq; idem quod ualidus & robuſtus. Ci. 8. Philip. Quos centuriones pugnaces, & lacertoſos inter Mimorum, & Mimarum greges collocauit.

LACESSO, is, laceſſiui, & laceſſi, per ſyncopen, & laceſſiſſe, pro laceſſiuiſſe, & laceſſerũt, pro laceſſiuerunt, {*Prouocare, incitare*} (προκαλοῦμαι, ἐρεθίζω, ὑπάρχω, κατάρχω, προπηλακίζω, παροξύνω). Eſt autem Laceſſo idem quod prouoco, irrito, incito. Et tam in bonam partem accipitur, q̃ in malam. Tere. in prolo. Eunuc. Is ne erret moneo, & deſinat laceſſere. Ci. Hos ego ſermones, qui & multi ſunt, & tuam exiſtimationem (ut ſentio) non offendunt, laceſſiui nunquam, id eſt, excitaui, inquit Budęus. Sallu. Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit. Ci. Cornif. Sic igitur facies, meq; amabis, et ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere facilius poſſum, q̃ prouocare. Huius paſſiuum eſt Laceſſor. Cice. 3. de Orato. Teſtis ſæpe non lædit, niſi laceſſatur. Legitur & Laceſſiri per quartam uerborum declinationem, ab indicatiuo Laceſſior, quemadmodũ Acceſſo dicimus, & Acceſſio.

LACHANON, {*Herbe da mangiare*} (λάχανον) Græcum nomen eſt, generale, ad omnia olera. Horat. lib. 1. Sermo. Saty. 6. Ad porri & ciceris refero, lachaniq; catinum. Hinc Lachanopola, pen. pro. (λαχανοπώλης) olerum uenditor, & Lachanopolis, (λαχανόπωλις) mulier olera uendens. & Lachanopolium, pen. pro. (λαχανοπωλεῖον) forum olitorium, hoc eſt, locus uendendis oleribus deſtinatus. Laganum autem per g, placentæ genus eſt ex farina cum aqua temperata, et iure pingui incocta, cum caſeo, pipere, croco, cinnamoq;: ut latius uidebimus infra ſuo loco.

LACHESIS, (λάχεσις) una Parcarum, quam Latine Sortẽ interpretari poſſumus. Nam λαγχάνειν eſt ſortiri. Hanc autem idcirco uitæ humanæ præeſſe uoluerunt, q in ea ſortem, hoc eſt caſum plurimum ualere arbitrabantur.

LACHRYMA, æ, uel potius Lacryma, ſine aſpiratione, à Græco δάκρυον {*Pet. Che di lagrime ſon fatt'uſcio & uarco*} d, in l, mutata: cuius rei argumẽto illud eſſe poteſt, quod uetuſtiſſimi Dacrymas dicebãt, ſeruato de, Feſtus. Dacrymas pro Lacrymas Liuius ſæpe poſuit: nimirum q Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen, qui negent hoc nomen Græcum eſſe, ſed Latinum, à lacerando: ut ſint Lacrymæ dictæ, quaſi lacerimæ quoniã ex animi laceratione lacrymæ citãtur. Quicquid id eſt, cõſtat certe abſq; aſpiratione ſcribendũ. Eſt autem Lacryma, humor ex oculis flentium manans. Ouid. lib. 2. Metam. Perfudit lacrymis & aperto pectore fouit. Lacrymæ arborum dicuntur, auctore Theophraſto, ipſe humor naturalis, quem interdum ipſę arbores foris oſtendũt, uel qui in ipſis interioribus partibus continetur. Huius diminutiuum eſt Lacrymula, δακρύδιον Tere. in Eunuc. Hæc uerba una mehercule falſa lacrymula, Quam oculos terendo miſere uix ui expreſſerit, Reſtinguet.

LACHRYMO, as, pen. cor. neutrum, & Lachrymor, aris, deponens, uel potius Lacrymo, & Lacrimor ſine aſpiratione, {*Lagrimare, piangere*} (δακρύω) lacrymas effundo, aut profundo. Teren. in Adelph. Oh, lacrumo gaudio. Oui. 3. de Arte aman. Quo non ars penetrat? diſcunt lacrymare decenter. Lacrymat id, hoc eſt, ob id. Teren. in Eunu. Num id lacrymat uirgo? Cic. 7. Ver. Ecquis fuit, quin lacrymaretur. Ouid. 13. Metam. Manuq; ſimul ueluti lacrymantia terſit Lumina. Lacrymare etiam dicuntur plantæ, cum humor ex eis diſtillat. Plin. lib. 17. cap. 14. Ideo lachrymantes calamos inſeri non oportet, non hercule magis q̃ aridos. In qua ſignificatione interdum inuenitur poſt ſe habere accuſatiuũ. Lactan. in Hymno Dominicæ reſurrectionis Lacrymat ſua gaudia palmes. Hinc Lacrymatus, a, um, participium, a paſſiuo Lacrymor. Ouid. lib. 1. Faſt. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas Acta per ęquoreas hoſpita nauis aquas. Lacrymatio, onis, Plin. in Procem. lib. 13. Genarum ſcabiem emendat, oculorumq; lacrymationes. Lacrymoſus, a, um, (δακρυώδης) abundans lacrymis. Plin. lib. 17. ca. 28. Quin & uitium radicibus aquam ſalſam iubent affundi, ſi ſint lacrymoſæ. Carmen lacrymoſum, Ouid. lib. 5. Triſt. Fumus lacrymoſus, hoc eſt, prouocans lacrymas, Horat. lib. 1. Sermo. Saty. 5. Funera lacrymoſa, Ouid. Epiſt. 13. Rurſus lacrymoſus, Stat. 7. Theb. Lacrymoſe, aduerbium. Pli. lib. 16. cap. 43. Stamneam hoc uſu probant uenam, & uocãt fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lacrymoſe criſpa. Lacrymabilis, le, (πολυδάκρυς) lacrymas commouens, miſerabilis. Ouid. 2. Metam. Vixq; tenet lacrymas, quia nihil lacrymabile cernit. Lacrymabundus, a, um, Liui. 3. ab urbe: At ille lacrymabundus, Gratũ eſt, inq̃t craſtina die ueſtra opera utar. Huius compoſita ſunt, Collacrymo, Delacrymo, Illacrymo, & Superlacrymo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

LACHRYMABILIS, Lachrymoſus, Lachrymoſe, & Lachrymabũdus uide Lachrymo.

LACIBVRGIVM, Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs in climate magis Septentrionali.

LACINIÆ, ſunt in ueſtimẽto partes extremæ, quas interdum in humerum ſolemus reuocare, quibusq; in ſinum collectis, aliquid geſtare conſueuimus: ita dictæ, ut Feſtus indicat à lacerando q ſint partes quædam, & ſegmenta ueſtẽ diuidentia. Cic. Tironi: Videor enim uidere te ementem ruſticas res, cum uillico loquentem, in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Vnde Laciniata ueſtis, id eſt, ſinuoſa, & aduerbium Laciniatim, quod ſignificat, particulatim, & ſeparatim. Apuleius: Nõ laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu difficultates illas tranſabiremus. Colum. li. 8. iubet pecus ęgrotum diſtribui, in lacinias, id eſt, in particulas ſeparari, ut facilius conualeſcant. Nam diſcreta animalia, & in partes diuiſa, in lacinias ſegregata dicuntur.

LACINIOSVS, a, um, amplus, & ſinuoſus: ut Veſtis laciniosa. Sermo Lacinioſus. i. flexuoſus, multisq; ambagibus inuolutus. Hieronymus ad Theo. Lacinioſus contra nos ſermo protractus eſt. Ab eodem diſputatio lacinioſa dicitur, pro tortuoſa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis lacinioſa. Plin. etiã Alexandriam lacinioſam fuiſſe ſcribit, hoc eſt, extenſis ueſtium laciniis ſimilẽ. Verba eius ſunt hæc lib. 5. cap. 10. Metatus eſt eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV. M. paſſ. laxitate inſerta, ad effigiem Macedonicę chlamydis, orbe gyrato, lacinioſam, dextra lęuaq; anguloſo procurſu. Lacinioſa ſuſta, Plin. lib. 25 ca. 10.

LACINIVM, (λακίνιον) promontorium in extremis Italiæ finibus, inter Petiliam, & Crotonem in mare excurrens, Ioniumq; dirimens ab Adriatico. Dictum Laciniũ a Lacinio quodam latrone, quem Herculem, q boues ſuos abegiſſet, ibi traditur interemiſſe, Iunoniq; ibidem templum ædificaſſe, quam etiam a nomine illius Laciniam cognominauit. Verg. 3. Aenei. Hinc ſinus Herculei (ſi uera eſt fama) Tarenti Cernitur: attollit ſe Diua Lacinia contra.

LACIO, is, lacui, & lexi, ſecundum Priſcianum, & in ſupino lacitum, & lectũ, {*Menare, alla mazza*} (ἀπατάω) ſignificat in fraudem duco, ab obſoleto nomine Lax, quod fraudẽ ſignificat. Feſtus: Lacit, id eſt, decipiendo inducit. Lax enim fraus eſt, Simplex tamen Lacio deſiit eſſe in uſu. Eius compoſita ſunt, Allicio, Delicio, Elicio, Illicio, Oblicio, Pellicio: ex quibus fiunt frequentatiua, Allecto, Delecto, Electo, Illecto, Oblecto, Pellecto. Et habent quidem duo prętenta, eodem Priſciano teſte, & duo ſupina, quemadmodum Lacio: quamuis ab Elicio, Elicui ſolum inuenitur. Ex eo tamen q faciat de ſe frequentatiuũ. Electo, uidetur aliquando etiam habuiſſe præteritum Elexi, & ſupinum Electum Plau. in Aſina. Ibo aduerſum, atq; electabo, quicquid illud ſit Cętera uſitatius præteritum per xi, & ſupinum per ctum, faciunt: ut, Allicio. Allexi, Allectum Pellicio, Pellexi, Pellectum Legitur tamen & præteritum Pellicui, apud antiquos. Liui. Andronicus in Laudan. Te illo Aſiatico ornatu fluens pellicuit.

LACIPPO, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt in conuentu Gaditano, teſte Plin. lib. 3. cap. 1.

LACMON, (λάκμων) Epiroticorum montium pars eſt, ex quo Aeas fluuius oritur, per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticũ illabens. Auctor Herodot. lib. 8.

LACON, onis, pe. genit. pro. (λάκων) qui eſt ex Laconica regione. Stat. 6. The. Tandem inſperatus media de gente Laconum Proſilit Alcidamas. Huius fœmininum eſt Lacæna. Vt ſupra oſtendimus. Eſt item Lacon, canis nomẽ apud Ouid. lib. 3. Metamor. Præualidusq; Lacon, & curſu fortis Aello.

LACONICA, æ, (λακωνική) Peloponneſi regio, inter Argiuum agrum, & Meſſeniacum, ſecundum litus extenſa: olim a numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit Lacedæmon, quę & Sparta, ſalutaribus olim Lycurgi legibus optime inſtituta, Huic proximus ſinus Laconicus dicitur, inter Tęnarum promontorium, & Maleã extenſus. Vide Strabo. lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

LACONICVM, ci, {*Stuffa*} (λακωνικόν) ſubſtantiuum, ponitur pro loco in balneis orbiculari ambitu in ſe recuruo, quo ſudor elicitur ſicco calore, ut docet Celſus lib. 2. Nonnulli Hypocauſton, alij Vaporarium appellant. Vitruu. lib. 5. præcipit Laconicum, ſudationesq; coniungi debere tepidario. Eſt enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quę incluſo igne per ſpiracula parua calefacit per præfurnium Laconici. Frequentabatur Laconicũ à crudis, ut per deſudationem exugeretur quicquid excremẽtitij & ſudorifici humoris in corpore reſediſſet. Colum. in. Præfat. lib. 1. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto ſudore ſitim quærimus. Dictum Laconicum, q eo Lacones peculiariter uterentur.

LACONISMVS, niſmi, {*Parlar breue & corto*} (λακωνισμός) breuiloquiũ. Tractum a Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitas nihil erat

edioſus. Cic. ad Brutum lib. 11. Sed quid ago? non imitor laconiſmum tuum: altera iam pagella procedit.

LACRYMA, æ, **LACRYMO**, as, uide Lacryma, & Lacrymo.

LACRINES, (Λακρίνης) Lacedæmonius quidam fuit, ad Cyrum Ionibus bellum inferentem legatus miſſus, teſte Herodo. lib. 1.

LACTARIVS, a, um, (γαλακτώδης) quod lac in ſe habet, ſiue ſuccũ lacteũ. Plin. lib. 26. ca. 8. Tithymalum noſtri herbam Lactariam uocant, alij Lactucã caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia paſcuntur. Varr. lib. 2. de Re ruſti. cap. 1. Dandum bubus lupinum & lactarija medica & cythiſum. Lactaria item dicuntur cibi ex lacte confecti. Spartianus in Heliogaba. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunq; coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent, uel ſtructores, uel pomarij, illi modo de dulcibus, modo de lactarija exhiberent.

LACTARIVS, rij, (λαλακτουργός) piſtor, qui cibos ex lacte cõficit. Spartianus in Heliogabalo: Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quęcunq; coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent, uel ſtructores, uel pomarij, illi modo de dulcibus, modo de lactarija exhiberent.

LACTEO, es, lac ſugo θηλάζω. Ci. 2. de Diuin. Romulus lactẽs fulmine ictus. Vnde Lactens porcus eſt, qui adhuc lac ſugit. Varr. 2. de Re ruſti. cap. 4. Porci qui depulſi ſunt a mamma à quibuſdam Delici uocantur: neq; iam lactentes dicuntur. Lactentia frumenta, uocat Verg. lib. 1. Georg. quaſi lacteſcentia, hoc eſt, albeſcentia, & lactis colorem referentia.

LACTES, plurali nume. gene. fœmi. dicuntur graciliora inteſtina, per quę labitur cibus, quæ tria ſunt, ieiune, ieiunũ, pylorus, inuoluunturq; meſenterio, ut a ſpinæ contactu duro munitiora tutioraq; reddantur. Dictæ Lactes a lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis aut certe ab antiquo uerbo Lacio, propterea quòd cibum alliciant. Plaut. Curc. Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus. Plinius exiſtimat Lactes tantum in hominibus & ouis dici, in cęteris autem animalibus Ilea appellari. Eius uerba ſunt lib. 11. cap. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine et oue, per quas labitur cibus, in cęteris Ilea: quibus capaciora inteſtina ad aluum hominiq; flexuoſiſſimis orbibus. Quidã pro inteſtinis pinguibus accipiũt: unde Perſius: Emeris auriculas pulmone et lactibus unctis.

LACTESCO, {Conuertirſi in latte} γαλακτοῦσθαι eſt in lac conuerti. Cice. lib. 3. de Natu. Deo. Omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. Nonnunquã idẽ quod lacte impleri. Plin. lib. 11. cap. 41. Aſinæ prægnantes continue lacteſcũt.

LACTEVS, a, um, {Di latte} γαλακτινός. quod ex lacte eſt. Quandoq; accipitur pro niueo, & lactis candorem referente: ut, Colla lactea. Verg. 8. Aen. Tũ lactea colla Auro innectuntur. Lacteus porcus, qui lacte alitur. Martial lib. 5. Nondumq; uicta lacteum faba porcum. hoc eſt, porcum adhuc lactẽtem, & fabam per ætatem frangere non ualentẽ. Lacteus orbis, ſiue circulus, in cœlo dicitur, quẽ Græci γαλαξίαν uocant: utroq; nomine à lactis candore deducto. Cice. in Som. Scip. Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem uos (ut a Graijs accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Plin. lib. 2. c. 25. Omnea ferme ſub ipſo ſeptentrione aliqua eius parte non certa, ſed maxime in candida quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrob. in Som. Scip. Lacteolus, a, um, diminutiuũ: ut, Puellæ lacteolæ, Catul. in Cameriũ, Epigrã. 51.

LACTICINIA, (ἀγάλακτα) a quibuſdam appellantur cibi ex lacte confecti, quæ aptius Lactaria dici poſſunt. Vide Hermolaum in Plinium.

LACTIDIACI, ſunt, qui circa umbilicum calce percuſſi ſunt, quia ea pars delicata & mollis eſt, aut quia inteſtina circa umbilicum eſſe noſcuntur, λαλακτιζόμενοι.

LACTO, as, {Lattare, dare il latte} (θηλάζω) lac præbeo, quod proprie matrum eſt. Varr. 2. de Re ruſti. ca. 7. Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures uſquequo a ſciunt lactantes. Lactans mulier proprie dicitur quæ lac in mãmia habet. Gel. li. 11. ca. 1. Nam plerunq; ſine diſcrimine, quæcunq; lactans eſt eo tempore offerri ſolet. Celſus lib. 2. cap. 28. uidetur Lactantia accipere pro lactarijs. hoc eſt, pro ijs, quæ ex lacte confecta ſunt. Lac (inquit) mel, adeoq; lactãtia, atq; omne piſtorium opus. A Lacto fit compoſitum Ablacto, hoc eſt, a lacte arceo: quod uide ſuo loco. Eſt præterea Lacto frequentatiuũ ab antiquo uerbo Lacio, quod ſignificat decipio, & per blanditias in fraudẽ Illicio, ἐπαγομαι διαβάλλω. Teren. in And. Nonne tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidum eſſe gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Lactatus, us, ui, actus ipſe lactandi. Plin. lib. 32. cap. 2. Ob id ſibilo a piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari, & capi, pingueſcere lactatu, &c. De murenis

LACTORIS, herba eſt oleę folio, ſed minore, & flore luteo: intus plena lactis quod guſtatum uomitiones concitat. Eadem eſſe putatur, aut certe ſimillima illi, quæ Militaris herba appellatur, quoniam uulnus ferro factum, nullum non ſanat intra dies quinq; ex oleo impoſita Plin. lib. 27 cap. 18.

LACTVCA, æ, pen. pro. {Lattuca} (θρίδαξ) herba acetariorum uſu notiſſima inde dicta, quòd abundantia lactis exuberet. Plin. lib. 16. ca. 8. Quæ meconis uocatur a copia lactis ſoporiferi, quanquam omnes ſomnum parere credãtur. Apud antiquos Italiæ hoc ſolum genus clarum fuit: & ideo lactucæ nomen adeptæ. Lactucarum aliæ ſunt Cæcilianæ, aliæ Cappadocæ. Item Tarteſiacæ, Paphiæ, ſiue Cypriæ, & Seſſiles. Lactucarum criſpas Cappadocas uocant, Seſſiles, quæ late per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teſte Pli. lib. 16. cap. 8. Martial lib. 13. Claudẽre quæ cœnas lactuca ſolebat auorum: Dic mihi, cur noſtras incipit illa dapes? Horat. 2. Sermon. Saty. 4. Nam lactuca innatat acri Poſt uinum ſtomacho. Lactucula, læ diminutiuum: Colum. lib. 10. Iam teneris frondens lactucula fibris.

LACTVCINI, cognominati ſunt Romæ proceres quidam ex Valeria familia, appellatione a lactucis deducta. Vide Plin. lib. 16. cap. 4.

LACVNA, æ pen. pro. {Acqua morta, lagune} (πίνος) a lacu fit, & eſt aquæ collectio, uel foſſa, ut Feſtus docet, in qua aqua collecta ſtare conſueuit. Ver. li. 1. Geo. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit, & obducto late tenet omnia limo, Vnde cauæ tepido ſudãt humore lacunæ. Vbi Seruius. Lacunæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. Vnde etiam in agris Lacunæ dicuntur foſſæ ad ſiccandos agros paratæ. Idem lib. 3. Geor. Et totæ ſolidam in glaciem uertere lacunæ. Lacuna pro quacunq; etiam foſſula ſiue concauitate accipitur. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe, præterquam cum dentes ſunt facti brochi, & ſupercilia cana, & ſub ijs lacunæ, ex obſeruatu dicunt eum equum habere annos ſedecim. Lacuna in pauimento pro loco ſidente ponitur a Vitruuio. lib. 8. cap. 1. In libris quoq; Lacunæ dicũtur loca hiulca & mutilata, in quibus ad perfectionem nonnihil deſideratur. Explere Lacunam rei familiaris, per tranſlationẽ dicitur pro eo, quod eſt ſarcire damnum acceptum, uel rem familiarem exinanitam explere, & redintegrare. Cic. Act. in Verrem, Cenſores fecerunt idem, quod in noſtra Repub. ſolent ij, qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt: dederunt operam ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Item uallecula ſuperioris labri, per ſimilitudinem Lacuna uocatur a Lactãtio. Lacuna in auro, id eſt adulteratio, uel fraus, & legitimi ualoris imminutio. Cic. ad Att. Vide ne qua ſit lacuna in auro. Huius diminutiuum eſt Lacunula.

LACVNAR, aris, pen. prod. (φάτνωμα) contignatio exculpta, tignorũ interſtitijs lacuum, ſiue lacunarum quandam ſimilitudinem referens. Horat. 2. li. Car. Non ebur, neq; aureum Mea renidet in domo lacunar. Ci. 5. Tuſcu. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, ſeta equina appenſum, demitti iuſſit. Eadem & laquearia dicuntur. Verg. 1. Aenei. Dependent lychni laquearibus aureis.

LACVS, huius, lacus, gene. maſcu. {Lago} (λίμνη, λάκκος) locus profundus eſt aquis perpetuis ibidem uatis, qui efficit riuos & flumina. Differtq; a Stagno, quòd hoc temporalem habeat aquam ſtagnantem, quæ plerunq; hyeme colligi ſolet, æſtate ſiccari, cum Lacus aqua ſit perpetua & perẽnis. Ver. 8. Aeneid. Deinde lacu fluuius ſe condidit alto. Colum. lib. 7. ca. 105. Nec ulla re magis gaudet, quã riuis, atq; cœnoſo lacu uolutari. Item Lacus dicitur uas amplum in quod muſtum pedibus præloue expreſſum influit. Ouid. in Faſtis: Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Græce ληνὸς dicitur: unde Lenæus Bacchus: et Lenobates uuæ calcator. Lacubus itã diſtinguunt granaria, ut ſeparatim quæq; legumina ponantur, ut eſt uidere apud Colum. lib. 1. cap. 6. Interdum Lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum cõtignationibus, teſte Seruio, uel pro ipſo tignorum interſtitio, lacuum quandã ſimilitudinẽ referente. Lucil. Reſultãtq; ædeſq; lacuſq;. A Lacus fit diminutiuum Lacuſculus. Culum. lib. 12. cap. 50. Oportet habere lacuſculos, tam multos, quã poſtulabit modus oliuæ.

LACVNOSVS, a, um, adiectiuum, idem eſt quod inæquale, & lacunis plenũ. Cice. 2. de Natu. Deo. Quid pulchrius ea figura, quæ ſola omnes alias figuras cõplexas continet, quæq; nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil incíſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum.

LACVNO, as, pen. pro. (φατνόω, ἐκκοιλαίνω) lacunar facio, uel lacunaris ſimilitudinem rei alicui induco. Ouid. 8. Meta. Mollis tellus erat humida muſco: Summa lacunabant alterno murice conchæ. Lacunatus, a, um, ad lacunæ formam depreſſum. Pli. lib. 15. ca. 10. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

LACYDES, (Λακύδης Suidę) philoſophus fuit Cyrenæus, primus nouę Academiæ inſtitutor. Hunc tradit Pli. tantopere ab anſere quodam, fuiſſe adamatũ, ut ei perpetuo comes adhæſerit, nuſquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argiuorũ regibus, molli inceſſu, comaq; perpetuo unguẽtis delibuta. Meminit eius Plut. eo in Opuſculo, quo docet, quo pacto utilitatẽ ab inimicis capere poſſimus.

LADA, Plinio, (Λῆδαν Dioſcoridi) frutex eſt ex cyſthi generibus, longioribus folijs, & nigrioribus, quæ uerno tempore pingue quiddam & roſcidum contrahunt, quod caprarum barbis adhæreſcit, indeq; depexum colatur, cogiturq; in offas. Id Ladanum appellãt, in Cypro inſula præcipue laudatũ. Pli. li. 12. c. 16.

LADAS, (Λάδας) Alexandri Macedonis curſor fuiſſe traditur, tanta pedum uelocitate, ut ueſtigia eius in arena nõ apparerent. Qui nomine ſtatuam meruit apud Argos in templo Veneris quam νικηφόρον cognominabant. Martia. lib. 2. Quid ſi per graciles uias Petauri Iuuenem iubeas ſubire Ladam.

LADANVM, (λάδανον) eſt quiddam pingue Ladæ herbę inſidẽs, barbiſq; caprarum adhæreſcens. Hæc autem herba naſcitur in Cypro. Vide Plin. lib. 12. cap. 17. & quę ſupra annotauimus in dictione Lada.

LADE, inſula in ora Ioniæ, teſte Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Λάδης Aeolidis inſulam facit.

LADON, (Λάδων) fluuius Arcadiæ, iuxta quem Poetæ fabulantur Syringa nympham in fiſtulam fuiſſe mutatam Ouid. li. 1. Metam. Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnẽ Venerant. Eſt & nomen canis Actæonis apud Ouid. lib. 3. Metam. Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Quo tamen in loco in caſtigatioribus exemplaribus Lagon legitur, non Ladon.

LÆANA, oppidum eſt Arabiæ ad ſinum illum rubri maris, qui in Aegyptum uergit, qui ab oppidi huius nomine Læaniticus uocatur. Auctor Pli. li. 5. c. 11.

LÆDO, is, ſi, ſum, per æ, diphthongum, {Offendere, far diſpiacere} (βλάπτω) uerbo factoue aliquem offendo: quod uerbum quidam a Græco λοιδορεῖν tractum putãt, quod ſignificat maledictis, & conuicijs quempiam inceſſere. Et cõſtruitur fere cum accuſatiuo. Ver. 10. Eclo. Ah ne te frigora lædant. Interdum præter accuſatiuum habet datiuum. Teren. in Adel. Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Nonnunquã etiam ablatiuum. Ci. pro Clue. Itaq; diutius ſuſpicionibus obſcuris lædi famam ſuam nolunt. Ouid. 4. de Pon. Ele. 6. At ſi quem lædi fortuna cernis iniquã, Mollior eſt animo fœmina nulla tuo. Læſus, partici. ut, Cor uulnere læſum, Oui. 11. Meta. Fœdus læſum, Ver. 1. Aenei. Pudicitia læſa, Ouid. Epiſt. 5. Læſio, onis. Cice. 3. de Ora. Purgatio, cõciliatio, læſio, optatio, atq; execratio. Huius cõpoſita ſunt, Allido, Collido, Elido, Illido, Oblido, quæ habent pen pro. de quibus uide ſuis locis.

LÆMARGIA, (λαιμαργία) crapula, uoracitas, & uentris ingluuies. Læmargus, (λαίμαργος) uorax, helluo. Sed hæc ſatius fuerit è Græcolatino Lexico petere. Huc enim nihil pertinent: quippe quæ neq; Latinis in uſu ſunt, neq; noſtris literis ſcribi conſueuerunt.

LÆMVSCHATON, (λαιμοσχατόν) præmium quod reportabant, qui ex gladiatura uictores extitiſſent: αἷμα, ſanguis, guttur, σφάζω, uerum ſeco: quaſi præmium illud gladiatoribus daretur ob iugulationem. Præmiũ autem Græcis erat (ex Demoſthene & Suida) centum minæ.

LÆNA, æ, (χλαῖνα) ueſtis lanea (teſtibus Varrone & Feſt.) habitus duplicis, quę ſuper cætera ueſtimenta imponebatur. Nonius putat eſſe ueſtem militarem citans illud Verg. 4. Aen. Tyrioq; ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. Pertuſa læna. Iuue. Sat. 5. Cic. de Clar. Orat. docet, Lænã etiã fuiſſe ueſtẽ ſacerdotalem, qua Flamines uti ſolent, cum ſacrificia facerent, Qui (inquit) cum Conſul eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamẽ

Carmentalis,

Carmentalis,plebis contra Patres concitatione & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem.

LÆNEVS, (quod hic pro Cretæ fluuio corrupte legebatur) unde Lethæus.

LAERTE, tes, (λαέρτη) ſiue(ut apud Strabonem & Stephanum legitur)Laertes caſtellum eſt Ciliciæ,in tumulo quodam ſitum, qui mamillæ ſpeciem præbet. Auctor Strabo lib. 14.

LAERTES, (λαέρτης) Acriſij filius fuit.& pater Vlyſsis,qui ab eo Laertiades dicitur. Ouid.in Epiſto. Penelopes: Tres ſumus imbelles numero,ſine uiribus uxor,Laerteſq́ ſenex, Telemachuſq́ puer. Hinc Laertius,a,um:ut, Regina Laertia,apud Verg.3. Aeneid.

LAERTIVS DIOGENES, ex Laerte Ciliciæ caſtello ortus putatur,indeq́ cognomentum aſſumpſiſſe. Creditur floruiſſe ſub Antonio Philoſopho. Scripſit Vitas Philoſophorum oratione ſoluta:eaſdemq́ breui carmine perſtrinxit,quod πάμμετρον inſcripſit.

LÆSTRIGONES, p.c. (λαιστρυγόνες) populi fuerunt immaniſsimi, Formias Campaniæ urbem incolentes,quos Plin.lib.7.tradit humana carne uictitaſſe. Gell.lib.15.cap.21. Præſtantiſsimos uirtute,prudētia,uiribus, Iouis filios poetę appellauerunt,ut Aeacum,Minoa,& Sarpedona:ferociſsimos,& immanes,& alienos ab omni humanitate,tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt,Cyclopa,& Cercyona,& Læſtrigonas.

LÆTABILIS, le, {Degno d'allegrezza}(γηθόσυνος).i.lætitia dignus.Ci.li.5.Tuſc. Quod ut ita ſit,(nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile,aut glorioſum? Inde fit compoſitum Illætabilis contrariæ ſignificationis.

LÆTAMEN, minis, {Letame}(κόπρος)fimus qui per agros iacitur,quod lætas,hoc eſt,pingues ſegetes faciat. Plin.lib.18.cap.16. Ipſumq́ pro lætamine eſt.

LÆTIFICO, as, {Fare allegro}(εὐφραίνω)lætum facio. Cic.2 de Nat.Deo. Contrahit terram,tum uiciſsim lætificat,ut cum coelo hilarata uideatur. Lætificor,aris,deponens,(γήθω,γήθομαι)lætor,lætus ſum. Plau. Aul. Nunc eo alij lætificantur meo malo & damno. Lætificus,tifica,ficum,ut Lætificæ uites,Cic.5. Tuſcul.ex antiquo poeta.

LÆTISCO, is, (φαιδρύνομαι)antiquiſsimi dixerunt,pro lætus fio. Siſe.lib.4. apud Nonium: Vtrum ne dij cultu erga ſe mortalium lætiſcant,an ſupernæ grates humana negligant. Verbum eſt prorſus obſoletum.

LÆTITIA, tiæ, {Letitia,allegrezza}(εὐφροσύνη,γηθοσύνη,χαρά)eſt exultatio animi(ut definit Gel.lib.2.cap.27.)cum gaudio efferuentiore,propter euentum rerum expetitarum. Cic.4.Tuſcu. Lætitia,opinio recens boni præſentis,in quo efferri ſectum uideatur. Et proprie Lętitia eſt,cum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur,& maxime in uultu; Gaudium,cum animus exhilaratur aliqua re,neq́ tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in ſapientem cadere poſſe Lætitiam non poſſe. Vide Gaudium. Cice.in Catil. Hæc tu qua lætitia perfruere, quibus gaudijs exultabis,quanta in uoluptate bacchabere? Proſequi aliquem lætitia, Quinti.lib.5.cap.11.

LÆTITVDO, nis, idem q̃ lętitia,(χαρμοσύνη,χαρά) Accius in Bacchis,ut citat Nonius: Quanta in uenando affectus eſt lætitudine.

LÆTO, tas, lætum facio,(φαιδρύνω) Accius Pelopidis,ut citat Nonius: Et te ut triplici lætarem bono. Antiquum.

LÆTOR, aris, {Allegrarſi,hauer diletto}(γήθομαι,εὐφραίνομαι) gaudeo,delectationem capio,ſed extrinſecus,cum gaudere ſit intrinſecus:quamuis ſæpe confundantur. Teren.in Heaut. Ego non tam meapte cauſa Lætor, q̃ illius, quam ego ſcio honore quouis dignam. Conſtruitur ferè cum ablatiuo. Cic.2.de Diuina. An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus,tribus triumphis,maximarum rerum gloria lætaturum fuiſſe,ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri? Interdum etiam legitur cum accuſatiuo. Idem ad Marium: Vtrunq́ lætor,& ſine dolore corporis te fuiſſe,& animo ualuiſſe. Quo tamen in loco uidetur intelligi præpoſitio Propter: ut hic ſit ſenſus, Lætor propter utrunq́. Inuenitur etiam cum genitiuo. Verg.libr.11. Nec ueterum memini, lætor've malorum. Hinc fit compoſitum Collætor,(συνήδομαι)ſimul lætor.

Lætans,tis,partic. Cice.pro Cluen. Itaq́ nubit Oppianico continuo Saſsia lętanti iam animo,& ſpe optima confirmata. Lætandum. Cice. pro Lege Man. Atq́ illud in primis lætandum mihi eſſe uideo. Salluſt. Tamen lætandum magis,q̃ dolendum caſum tuum puto.

LÆTVS, a, um, {Allegro, lieto}(φαιδρὸς,γηθόσυνος) qui hilaritatem, quam intus habet,etiam uultu oſtendit,à latitudine mentis,ut quidam putant. Nã qui gaudium aſpectu promunt,dilatare quodam modo faciem uidentur. Vergi.4. Aene. Imperio læti parent. Lætas oues (ἴφια μῆλα Home.)dicimus,quæ bona ſunt corporis habitudine atq́ pinguedine. Inanimata uero læta dicuntur, quæ aſpectu homines,lætificant,uel quæ pinguia ſunt. Verg.1.Geor. Quid faciat lætas ſegetes. Et lætum legumen:hoc eſt,fertile. Ibidem: Vnde prius lætũ ſiliqua quaſſante legumen. Læta uero prata,Læta domus, quæ lætos nos faciunt. Lætum aliquãdo à Poetis inuenitur poſitum pro celeri,idcirco fortaſsis q̃ in ijs,quę læto animo aggredimur,celeritate utimur. Ver. Lętus eois Eurus equis. Accipitur præterea Lætus pro fauſto & felici. Pli.lib.8.cap.47. Sunt.n. delubra gemina,alterum intraſſe,lætum eſt:in altero dira portendit. Læte, aduerbium,iucunde,& hilariter:cui opponitur Seuerè. Quint.lib.8.cap.3. Concitate dicere,ac moderate:læte,an ſeuere,&c. Lętius frondere,Lætius fruticare: id eſt,huberius,apud Colu.lib.5.cap.9.& Plin.lib.16.cap.31.

LÆVA, æ, {Mano ſiniſtra manca}(σκαιὰ unde & Scæuolę nomen tractum eſt) manus ſiniſtra dicitur,à Græco λαιὸς,quod ſiniſtrum ſignificat. Cicer.4. Academ. Cum autem læuam manum admoueret,&c. Verg.3. Aene. Læuam cuncta cohors remis uentiſq́ petiuit. Liu.4.ab urb. Dextra montibus,læua Tyberi,amne ſeptus.

LÆVIGO, as, p.c. {Polire, ſpianare}(λειαίνω)cõplano,polio,quaſi læue ago. Plin. Sunt quidam in eo genere molliores,qui & cote læuigantur.

LÆVIS, & hoc læue, cum diphthongo in priore ſyllaba, {Polito, ſpianato}(λεῖος)quod planum,politum,& tactu aſperum non eſt. Verg.7. Aene. At læuem clypeum ſublatis cornibus Io Auro inſignabat. Accipitur aliquando pro glabro,& depilato. Tibul.lib.1.Eleg.8. Charior eſt auro iuuenis,cui læuia fulgent Ora,nec amplexus aſpera barba terit. Oui.5.de Arte aman. Fœmina quid faciet,cum uir ſit læuior ipſa.

LÆVITAS, tatis, (λειότης)eſt aſperitati contraria. Martia. Lunarem circulũ ingreſſa uirgo,conſpicatur globoſum quoddam tenerumq́ corpus,è ſuperni roris læuitate compactum,inſtar ſpeculi pendentis. Accipitur interdum Læuitas pro lubricitate. Celſus lib.4.cap.16. Ex torminibus inteſtinorum læuitas oriũ, quæ continere nihil poſſunt,et quicquid aſſumptum eſt,imperfectum protinus reddunt.

LÆVO, as, {Polire} λειαίνω, ξύω. idem quod læuigo. Stat.lib.1.Theb. Para teretes læuare manu,ac diſponere menſas. Celſus: Læuat quæ exaſperata ſunt.

LÆVATVS, tior, uatiſsimus. Gel.lib.17.cap.8. Ad cocundum ideo uidentur faciliora,quæ læuatiora,læuiaq́ ſunt.

LÆVOR, huius læuoris,gene.maſcu.(λειότης) idem quod læuitas, aſperitati contraria. Pli.lib.9.ca.35. Dos omnis in candore,magnitudine, orbe, læuore pondere,&c. De unionibus.

LAGANVM, lagani,pen.cor. {Laſagna}(λάγανον) placentæ genus ex farina, aqua ſubacta,addito caſeo,alijſq́ condimentis,ſimul in pingui iure decoctæ. Lagana(inquit Acron)ſunt quædam quaſi mẽbranulæ ex farina & aqua, quę iure pingui coctæ,& caſeo,pipere,croco cinnamoq́ conditæ in cibis dantur.

LAGARIA, (λαγαρία)magnæ Græcię oppidum,nõ procul a Thurijs, Epei & Phocenſium opus. Hinc ſit adiecti. Lagaritanus,a,um.ut, Vinum Lagaritanum,mite& dulce,& à medicis mirifice commendatum. Auctor Strab.li.6.

LAGEOS, (λάγειος)genus uuæ,quæ & Leporaria dicitur. Verg.li.1.Geor. Et paſſo pſythia utilior tenuiſq́ lageos. Seruius.

LAGARI, (λάγαροι)uerſus dicunt,qui medio claudicant pede: ſicut Myuri qui poſtremo & Acephali,qui à Breui ſyllaba incipiunt. Ex Hermolao.

LAGENA, æ.(οἰνοφόρον)genus uaſis teſtacei,ad uinum præcipue accommodatum. Mart lib.7. Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis. Idem lib.1. Et nigra Syra defruti lagena.

LAGIA unum ex nominibus Deli inſulæ apud Pli.lib.4.cap.1.

LAGOIS, pen.pro.(λαγωΐς)genus auis,quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos lepus eſt. Eſt & genus piſcis. Hora.2.Serm.Saty.2. Pinguẽ uitijs,albumq́ nec oſtrea, Nec ſcarus,aut poterit peregrina iuuare lagois.

LAGOPHTHALMOS (λαγόφθαλμος)dicitur oculorum uitium, cũm ſuperior palpebra non deſcendit. Cui uitio contrarium eſt Ectropium,quum inferior palpebra parum ſurſum attollitur,nec cum ſuperiore committitur. Dictũ à leporibus,qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

LAGOPVS, pen.pro.(λαγώπους)auis eſt Alpina,de qua ſic ſcribit Pli.li.10. cap.48. Et præcipuo ſapore lagopus:pedes leporino uillo ei nomen hoc dedere, cætero candidæ,columbarum magnitudine. Mart.lib.7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Eſt etiam lagopus herba quædam a pedis leporini ſimilitudine dicta. Pli.lib.18.cap.8. Lagopus ſiſtit aluum è uino pota,aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

LAGOTROPIA, {Luogo doue ſi nodriſcono i lepori}(λαγοτροφεῖα) leporaria ſunt,id eſt,loca,in quibus lepores aluntur. Vtitur hac uoce Colum. lib.8. cap.1.

LAGVNCVLA, læ,diminutiuum,(οἰνοχοΐδιον)parua lagena. Cic. Att.li.6. In his muentæ ſunt quinq́ laguncule matronarum,&c.

LAGVS, (λάγος)pater fuit Ptolemæi ſucceſſoris Alexandri,cui Philadelphus ſucceſſit in regno Lucanus lib.10. Nobilitas uarij proles clariſsima Lagi.&c. Hinc Lagæus,a,um, Vide Ptolemæum.

LAGVSA, (λαγοῦσα)inſula eſt in mari Pamphylio, ex aduerſo Glauci fluuij. Auctor Pli.lib.5.cap.31. Strabo Laguſam enumerat inter inſulas Cretę uicinas,non procul Io inſula.

LAGYGES, (inquit Calepinus Perottum ſecutus)populi ſunt Sarmatię. Qua tamen in re uterq́ fallitur:cum Ptolemæi Strabonisq́ teſtimonijs ſatis conſtet non Lagyges,ſed Iazygas eos appellandos de quibus egimus ſupra ſuo loco.

LAGYRA, (λάγυρα)urbs eſt Tauricæ Cherroneſi, apud Ptolemæum lib.3. cap.6.

LAICVS, a,um,pen.cor.(λαϊκὸς,ἰδιώτης)quod commune eſt, & non ſanctũ: hoc eſt,quod attractabile eſt,ſicut Sacrum & Sanctum dicitur,cuius tactu populo interdictum eſt. Nunc Laicos uocamus quaſi populares,& profanos,qui ſacris initiati non ſunt. Budæus.

LAIS, idis,(λαΐς)nomen proprium famoſiſsimæ meretricis,quæ à ſcriptoribus Corinthia dicta,quia Corinthi habitauit:ad quam propter inſignem pulchritudinem potentiſsimi quiq́ ex omni Græcia conueniebãt.nec quiſpiam admittebatur,niſi qui dabat,quod popoſcerat. Vnde profectum creditur prouer. Non cuiuſuis hominis eſſe,adire Corinthum. Tam care enim Lais ſuas locabat noctes,ut uel potentiſsimi,pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur,qui cum ſcorti tam nobilis fama accenſus, aliquando Corinthũ nauigaſſet,illaq́ noctis unius operam decem millibus drachmarum indicaſſet,expauefactus pretij immenſitate, Græcè reſpondit, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν Nonemo,inquit,decem millibus drachmarum pœnitentiã. Oui.1. Amor. Multis Lais amata uiris. Vide Gel.lib.1.cap.8.

LAIVS, filius fuit Labdacei regis Thebarum,pater Oedipi, qui Iocaſtam Creontis Thebani filiã uxorẽ duxit:quã quum concepiſſe audiſſet, de futura prole oraculũ conſuluit:cui reſponſum eſt,eum naſcituri manu periturum. Quapropter Iocaſtæ præcepit,ut quicquid peperiſſet,necaret. Verum cum illa inſigni forma puerum peperiſſet,maternaq́ pietate ducta adduci non poſſet,ut eum interficeret,neq́ tamẽ educare auderet,miniſtro cuidam exponẽdum tradidit,qui acceptum puerum in ſyluam detulit,plantiſq́ perforatis,uimineq́ traiecto, ex arbore eum ſuſpendit,futurum ratus,ut inedia moreretur. Verum cum Phorbas Polybij Corinthiorũ regis paſtor illac iter faceret,audito uagitu, eo accurrit,puerumq́ ſeruauit, quem & reginę,quę liberis carebat,magni muneris loco obtulit. à qua,ueluti puer coelitus miſſus filij loco eſt educatus,et a pedibus ex uulnere tumentibus Oedibus eſt appellatus. Grandior deinde natu factus, cum generis cognoſcendi auidus Apollinem conſuluiſſet,reſponſum accepit, ſe Patrem in Phocide inuenturum. Quo cum ueniſſet,Laium in tumultu quodã inter ciues ſuos,exteroſq́ exorto,interfecit,matremq́ imprudens duxit uxorẽ Sta.11.Theb. Enſem ſceptriferi ſpolium lacrymabile Laij. Reliqua uide in dictione Oedipus.

LALÆTANIA, Hiſpaniæ regio eſt in tractu Tarraconenſi. Mart.li.1. Apri

ea repetes Tarraconis litora, Tuamq; Lalætaniam. Inde fit adiectiuum, Lalætanus, a, um: ut, Vinũ Lalætanum, magis copia, quàm bonitate laudatum, teſte Pli. lib. 14. cap. 6. Mart. lib. 9. Et Lalætanæ nigra lagena fæpa.

L A L A S S I S, fluuius eſt Iſauriæ, quæ Aſiæ regio eſt, inter Ciliciam & Pamphiliam ſita. Auctor Pli. lib. 5. cap. 27.

L A L I S I O N E S, pulli ſunt onagrorum. Martia. Dum tener eſt onager, ſolaq; lalïſio matre Paſcitur, hoc infans, ſed breue nomen habet.

L A L L A R E, (θηλάζειν) antiqui dixerunt pro eo quod eſt lac ſugere. Videtur eſſe ex his uocibus, quibus nutrices alumnis ſuis ſe accommodant. Cuiuſmodi ſun Pappa, & Tata pro patre, & Mamma pro matre, et ſimiles. Perſius Saty. 3. Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſans.

L A M A, æ, (τέναγος) aquarum collectio eſt, interprete Feſto, quæ & Lacuna dicitur.

L A M B O, is, bi, tum, ſecundum Priſcianum, {*Leccare*} λείχω, λιχμάομαι. Lucil. lib. 14. Iucundasq; puer qui lamberat ore placentas. Eſt autem Lambere, lingere hoc eſt, lingua aliquid leuiter tãgere, ſicut canes bibentes λάπτειν. Mar. li. 14. Lambere quæ turpes prohibent tua prandia muſcas, Alitis eximiæ cauda ſuperba ſuit. Verg. pro tangere poſuit 3. Aen. Attollitq; globos flammarum, et ſidera lambit. Interdum ſumitur pro leuiter alluere. Hora. li. 1. Carm. Vel quę loca fabuloſus Lambit Hydaſpes, Allambo, compoſitum uide ſuo locu.

L A M B R V S, fluuius in Ciſalpina Gallia quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. lib. 3. cap. 16. & 19. A' quo Lambrani dicti ſunt eius uccolæ. Suet. in Cæſ. Per Lambranos & Tranſpadanos duxit.

L A M E N T A B I L I S, le, {*Lamenteuole*} (πολύθρηνος) quod eſt dignũ multa lamentatione. Verg. 2. Aen. Troianas ut opes, & lamentabile regnũ Eruerint Danai. Lamentabili uoce deplorare. Cic. 2. Tuſcu. Carmen lamentabile, Statius. 5. Syl.

L A M E N T A R I V S, a, um, (θρηνώδης) quod ingerit lamentationem. Plau. in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt.

L A M E N T O R, aris, {*Lamentarſi, dolerſi. Pet. Tutta la notte ſi lamenta è piagne*} (θρηνέω, ὀλοφύρομαι) uoce querula, triſtiq; oratione damnum ac dolorem teſtor. Tere. in Phorm. Modo quandam uidi uirginem hic uiciniæ Miſeram ſuam matrem lamentari mortuam. Cic. 1. Tuſc. pro lamentatione dignum aliquid monſtrare poſuit, cum inquit: Nam hæc quidem uita mors eſt, quam lamentari poſſem ſi liberet. Cic. 1. de Ora. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari cogiſſet. Lamentatus, ta, um, particip. ut, Fata diu lamentata, Silius libro. 13.

L A M E N T A T I O, {*Lamento*} (θρῆνος, ὀλοφυρμός) eſt (ut Cic. 4. Tuſc. docet) ægritudo, cum eiulatu. Idem. 1. Tuſc. Sed illa lugubris lamentatio, fletuſq; mœrens, ex eo eſt, quod &c.

L A M E N T A S, pro lamentationibus dixere ueteres. Pacuuius in Herm. Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

L A M E N T V M, ti, {*Lamento*} (θρῆνος) ipſa lamentatio. Verg. 4. Aen. Lamentis, gemituq; & fœmineo ululatu tecta fremunt.

L A M I Æ, arum, (λαμίαι) ab antiquis mulieres eſſe putabantur, ſiue uerius dæmonum quædam phantaſmata, quæ formoſarũ mulierum ſpecie aſſumpta, pueros pariter & iuuenes blanditiis allectos deuorabant. Hæ cum foris eſſent egregie oculatæ, domi prorſus cæcutiebant. Hora. 1. Carm. Neu pranſæ lamię puerum uiuum extrahat aluo. Philoſtratus in Apollonio ait Lamias à quibuſdam Laruas appellari & Lemures, a nonnullis etiã Empuſas, ſeſeq; ad amorẽ et Venerẽ propenſa, & carnes humanas maximeq; formoſorum eſurienter appetere ideoq; libidinis cupiditate, allicere eos, ut poſtea deuorent. Plura de his uide apud Cæl. lib. 29. cap. 5. Lamiarum itẽ nobilis Romæ familia fuit, à Lamo ex ta Antiphatis patre, & Læſtrygonum rege, qui Formiis regnauit. Ex hac familia fuit Aelius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat carmen illud lib. 3. Aeli uetuſto nobilis ab Lamo (Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos et nepotum Per memores genus omne Faſtos) Auctore ab illo ducis originem, Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, & innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lyrim. Chryſoſtomus Dion in intima Africa feras quaſdã eſſe ſcribit muliebri facie, quæ & ipſæ Lamiæ dicuntur, uberibus autem totoq; pectore adeo ſpecioſo, ut nullo pictoris ingenio effingi queant, quibus retectis homines in fraudem alliciunt, captoſq; deuorant. Lamia item meretrix quædam inſignis fuit Demetrii regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum conſecrarunt.

L A M I N A, pen. cor. {*Lama, piaſtra*} (ἔλασμος) metalli cuiuſuis fruſtum in latitudinem ductum craſſius tamen quàm bractea. Cic. 4. Verr. Quid cũ ignes, candentesq; laminæ, cæteriq; cruciatus admouebantur? Lamella, læ, diminutiuum. Vitru. lib. 7. cap. 3. Speculum tenui lamella ductum.

L A M I V M. urticæ genus mitiſſimum, prorſuſq; innoxium, quam Vrticã mortuam herbarii appellant. Plin. lib. 21. ca. 16. Quæ innoxia eſt, morſu carens, Lamium uocatur.

L A M N A, pro lamina, apud Hora. libro. 2. Carmin, Nullus argento color eſt auaris Abdito terris, inimice lamnæ Criſpe Salluſti, niſi temperato Splendeat uſu.

L A M I R V S, (λάμυρος) Herculis filius fuit, ex Iole Euryti Oechaliæ regis filia.

L A M P A S, dis, pen. cor. {*Lampade*} (λαμπάς) idem quod fax, ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod eſt ſplendere. Verg. 9. Aenei. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Frequenter tamen ſumitur pro inſtrumento, in quo ellychnium accenſum oleo fouemus, quod & Lychnum penſilem uocamus: ut apud Iuue. Saty. 3. Aenea lampas. Col. lib. 12. cap. 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Ouid. 2. Metam. Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis. Eſt etiam Lampas genus facis in aere. Pli. lib. 2. ca. 26. Duo genera facum: Lampades uocant planè faces: alterum Bolidas, quale Mutinenſibus malis uiſum eſt. Vulgus faces ardentes, uel lanceas ignitas uocat. Lampada curſu tradere, elegans eſt prouerbium, pro eo quod eſt, partes ſuas quaſi ſucceſſione in alium transferre. Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 19. Sed o Merula, Axius noſter ne, dum hoc audit, Phyſicam addiſcat, quod, de fructu nihil dixi: nũc curſu lampada tibi trado: Tractum à conſuetudine Lampadophororum, qui in certamine Lampadodromico ſi lampadem ad metam inextinctam non pertuliſſent, eam alteri tradebant.

L A M P E, pes, (λάμπη) oppidum eſt Arcadiæ, ad Lampeum montem. Plin. lib. 4. cap. 2.

L A M P E T I A, (λαμπετίη) filia Solis ex Neæra, ſoror Phaetuſæ, & Lampethuſæ, cũ quibus patris ſui armenta in Sicilia paſcebat, quo tempore Vlyſſes eò tempeſtate appulſus eſt. Vide infra in dictione Phaethuſa.

L A M P E D O, mulier Lacedæmonia, raræ felicitatis, ut quæ & regis filia fuerit & regis uxor, & regis mater. Plin. lib. 7. cap. 41.

L A M P E V S, mons eſt Arcadiæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 5.

L A M P I A, fluuius eſt Arcadiæ, cuius meminit Stat. li. 4. Thebaidos, Cadenſq; iugis Lampia uinoſis.

L A M P O N, Pãchates, Pelorus, Camphuſus, nomina ſunt equorum apud Suid. Fuit & Lampon, ſacrificus uates per anſerem, uelut auem auguralem, iurare ſolitus. Eraſ. in prouerb.

L A M P S A C E V S, a, um, (λαμψάκιος, λαμψακηνός) denominatiuum a Lampſaco Helleſponti urbe deductum. Martia. lib. 10. Nam mea Lampſacio laſciuit pagina uerſu. Vbi Lampſacium uerſum dixit, pro laſciuo, quales Priapo dedicari ſolent, qui Lampſaci præcipue colebatur.

L A M P S A C V M, Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampſacus, pen. cor. (λάμψακος) nomen urbis in litore Helleſponti, in ora Aſiatica. Cic. 3. Verr. oppidũ in Helleſponto eſt Lampſacum, in primis Aſiæ prouinciæ clarum, & nobile: homines autem ipſi Lampſaceni in omnes ciues Romanos officioſi. Pli. lib. 5. cap. 32. Deinde Percote oppidum, & Lampſacum antea Pityuſa dictum. Hic Lampſacenus, a, um, λαμψακηνός. Vnde Charon hiſtoricus, & Adamantius & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri ſodalis, Lampſaceni a patria fuerunt cognominati.

L A M P Y R I S, idis, {*Lucciola*} (λαμπυρίς) uermiculus noctu lucens: nonnulli Noctilucam, alii Nitedulam, uocant. Plin. lib. 11. cap. 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgẽtes, nunc uero compreſſu obumbratæ: non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuæ. Idem lib. 17. ca. 26. Eſtq; ſignum illius maturitatis, & horum ſationis commune, lucentes ueſpere per arua cicindelæ. Ita appellant ruſtici ſtellãtes uolatus, Græci uero Lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

L A M V S, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydię, cui nouercã ſe factum eſſe Deianira apud Ouid. in Epiſto conqueritur, cum inquit: Vna recens crimẽ referatur adultera nobis. Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo. Alius fuit Lamus Neptuni filius, Leſtrygonum rex, a quo Lamiarum familia nomen accepit: de qua paulo ante egimus in dictione Lamia. Item Lamus, equus generoſus apud Silium Tum Lamus, & Sicoris proles bellacis Ilerdæ.

L A M Y R V S, piſcis eſt ex genere lacertorum, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

L A N A, æ, (ἔριον) {*Lana*} quæ de ouibus detõdetur, aut deciditur, a laniando. Laniare enim ſcindere eſt. Scinditur autem nunc lana, quæ uelli ſolebat: unde a uellẽdo Vellus dicebatur. Verg. 2. Geor. Quid nemora Aethiopum molli canẽtia lana? Sunt qui a leuitate, hoc eſt, a mollicie lanam dictam putent. Hinc Lanugo, primi pili in barba quia cæteris ſunt molliores ἴουλος. Et in cydoniis Lanuginem dicimus, molitiem illam, qua mala huiuſmodi ueſtiuntur ante maturitatem. Eſt autem in ſola oue lana: cum cæteræ quadrupedes pilos, aut ſetas habeant. Dicitur & Lanicium (ut inquit Seruius) ſicut Fuga, & Effugium. Ver. 3. Georg. Si tibi lanicium curæ, &c. Hinc Laneus, a, um, (ἐρεοῦς) apud Martia. quod eſt ex lana: ut, Pannus laneus. Plau. in Mil. Cauſiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam. Laneum Pallium, Cic. 3. de Nat deor. Laneæ uita: Proper. lib. 3. Ele. 6. Laneum latuſculum: id eſt, latus molliſſimum Catul. ad Thallum.

L A N A R I S, & hoc lanare, {*Lanoſo*} (ἐριώδης, εἰροπόκος) quod habet lanam: Varr. lib. 2. de Re ruſt. Nos qui pecus paſcimus lanare.

L A N A R I V S, rii, ſubſtantiuum, {*Lanaio*} (ἐριουργός) qui lanam curat. Plau. in Aulu. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

L A N A R I A, æ, (στρούθιον) herba eſt, quam uulgus Saponariam appellat, unde nomen habens, q; lanæ, quæ ob pinguedinem colorem recipere non poſſunt, eius ſucco eluantur. Plin. libr. 24. cap. 18. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

L A N A T V S, a, um, {*Lanoſo, coperto di lana*} lana tectus: ut, Lanatæ oues, apud Colum. lib. 12. cap. 2. Lanatæ pelles. Colum. libr. 6. cap. 2. Sed iacub, quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſunt. Lanatæ urtica, Amminea dictæ, q; canefcant lanugine. Colum. lib. 3. cap. 2. Lanatam quoq; Ammineam quidam maxime probant, quæ hoc uocabulum non ideo uſurpat, q; ſola ex omnibus Ammineis, uerum q; præcipue caneſcit lanugine. Lanatior, lanatius, comparatiuum. Plin. lib. 20. Hi & folia eius thymo ſimilia tradunt, niſi q; molliora ſunt, & lanatiora cauliſe.

L A N E V S lupus, piſcis eſt Timaui fluuii, qui idcirco Laneus dicitur, q; iuxta hunc fluuium maxima ouium copia ſit, uberrimuſq; lanarum prouentus. Martia. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

L A N C E A, æ, {*Lancia*} (λόγχη) teli genus longiſſimum quod quidam a ſerii latitudine, alii a Græco λόγχη deductum putant. Gell. tamen lib. 10. ca. 39. Hiſpanicam uocem eſſe affirmat. Luca. lib. 6. Nulla fuit non certa manus, non lancea felix. Feſtus auctor eſt, lanceam olim a Lucullis uocatam fuiſſe Lucullam.

Huius diminutiuum eſt Lanceola, cum accentu in antepen. λογχάριον. Hieron. lib. 3. Regum: Prophetæ lucorum incidebant ſe lanceolis, donec ſanguine perfunderetur. Lanceam Budæus etiam eſſe dicit ſpiculum uenabuli uel iaculi.

L A N C E A R I V S, rii, {*Che porta lancia*} (λογχοφόρος) qui lanceam gerit. Lancearii ſunt ex Tranquillo, inquit Budæus, qui nunc uulgo Picarii, quaſi ſpicularii dicuntur.

L A N C E A T V S, a, um, {*Armato di lancia*} (λογχωτός) lanceam armatus. Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. Iul. Firm. Quicunq; habuerint horoſcopum in 21. parte Tauri, Lanceati morientur.

L A N C E S, (παροψίδες, πίνακες) uaſa lata & rotunda, minus excauata, q̃ patinæ, quibus caro tam toſta, q̃ elixa menſæ infertur. Hor. 2. Serm. Sat. 4. Iligna nutritus glande rotundas Curuat aper, lances. Lances etiam in libra dicuntur

duo

duo illa uaſcula lancium eſcariarum ſimilitudine, in quorum altero pondus, in altero uero res ponderanda imponitur, unde & libræ bilances dictę ſunt, quòd duas habeant lances. Cic. 5. de Fini. Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera librę lance ponere. Perſius Saty. 4. Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ. Lancem etiam uas eſſe rebus diuinis aptum, docet Auſonius in Monoſyllabis: Turibula, & pateræ: quæ tertia uaſa deum? lanx.

LANCINO, as, pen. cor. {*Lacerare*}(θωράζω. θωνίζω, κατατχίζω) lacero, orxo. Plin. lib. 11. cap. 34. Eſt & uolucre canibus peculiare malum, aures maxime lancinans, quæ defendi morſu non queunt: Seneca. Alium inter leges celebriſq; ſpectaculum fori lancinauit.

LANDIA, quod hic pro fontis nomine corrupte legebatur) uide Langia.

LANERVM. (εἰσώνιον) ueſtimenti genus ex lana ſuccida confectum. Feſtus.

LANGA, æ, à Græcorum quibuſdam animalis genus creditum eſt (quod & Languriam appellarunt) circa Padum Italiæ fluuium uitam agens cuius urinam Zenothemis in electrum putauit concreſcere: quod tamen falſum eſſe conſtat, ut pleraq; omnia, quæ Græci ſcriptores de tota Electri rōne prodiderunt. Pli. lib. 37. cap. 2. Alij dixere Langurium, & eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis Langas uocat eaſdem, & circa Padum ijs uitam affirmat.

LANGIA, pen. prod. fons eſt in Nemea ſylua, poſtea Archemorus dictus, ab Hypſipyles alumno, quem cum illa, Argiuis fontem hunc oſtenſura, in gramine reliquiſſet, ſerpens interemit. Stat. lib. 4. Theb. Hæc quoq; ſecreta nutrit Lāgia ſub umbra. Nondum illi raptus dederat lacrymabile nomen Archemorus.

LANGVEO, es, gui, {*Languire, eſſere debole*} κατατετρῦμαι, χαλάω, παρειμαι, deficio, infirmus ſum, diſſoluor: ut, Languēs uox, apud Cic. 1. Offic. Idē in Piſo. Quanquam languet iuuentus, nec perinde, atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate uerſatur. Idem 1. Philip. Cumq; languerem è uia, & mihimet diſpicerem, niſi, &c. Interdum eſt timidum eſſe. Sall. in Catil. Quanto uos attentius ea agetis, tāto illis infirmior erit animus. Si paulum modo uos lāguere uiderint, iam omnes feroces aderunt. Interdum otioſum eſſe, ῥᾳθυμεῖν, ῥᾳθύμως ἔχειν. Ibidem: Sicq; ſi pauci adiuuarent languentibus alijs in curiam impetum facturū. Huius uerbi Compoſita ſunt, Elangueo, ἐξασθενῶ: à quo Elangueſco, quod eſt, ualde infirmus fio, παρίεμαι. Relangueo, à quo Relangueſco, in languorem recido. Ouid. lib. 6. Meta. Impoſita fratri moribunda relanguit ore. Claud. lib. 1. Relanguere pro remiſſum eſſe poſuit. Vis illa pepercit Erubuitq; preces, animuſq; relanguit atrox.

LANGVESCO, {*Diuenire languido, languire*} ἐκλύομαι, χαλῶ. inualidus, tepidus, ſeu otioſus fio. Cice. in Cato. Orator, metuo, ne langueſcat ſenectute. Aliquando ponitur pro languore confici. Verg. lib. 11. Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens. Aliquando pro Minui. Pli. Epi. 173. Seu quia ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, longinqua ſectemur. ſeu q; omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt.

LANGVEFACIO. {*Far languire*} languorem affero, ſiue languere facio. Cic. de Leg. Incitare languentes, & languefacere excitatos.

LANGVIDVS, da, dum, {*Languido, Pet. Gl'occhi langui di uolgo & uergognoſa*}(ἐκλελυμένος, χαλαρός, νωθρός) remiſſus, debilis, infirmus. Oui. lib. 5. Faſto. Violas arere uideres, Filaq; punicei languida facta croci. Pli. Epiſ. 190. Cū iam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet. Cic. in Catil. Qui mihi accubantes in conuiuijs, cōplexi mulieres impudicas, uino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguētis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incēdia.

Languidulus, a, um, diminutiuum: ut, Somni languiduli, Catullus Argon.

Hinc Languide aduerbium, id eſt, cunctanter, negligenter otioſe. Col. li. 11. cap. 1. Hoc igitur cuſtodire oportet uillicum, ne, ſtatim à prima luce familia cūctanter, & languide procedat. Cęſ. 7. Bel. Gal. Quod paulò incautius cuſtodias in muro diſpoſitas uidebat, ſuos quoq; languidius in opere uerſari iuſſit, & qd fieri uellet oſtendit.

LANGVOR, oris, {*Languore, il languire. Pet. Veggio à molto languir poca mercede*}(χαῦνος, παρειμένη) defectio uirium, et remiſſio uigoris: & tam de corpore, q̄ de animo dicitur. Ci. de Diuin. Animus cum languore corporis nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in uaria uiſa & incerta. Idem li. 1. Offi. Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, q̄ ne languori ſe deſidiæq; dedat. Plau. in Aſina, pro laſſitudine poſuit, cum ait: Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo Validos lictores ulmeis affectus lentis uirgis.

LANGVRIVM, quidam ex Græcis ſcriptoribus ſuccinum appellarunt, q; putarent, circa Padum fluuium beſtias quaſdam eſſe Langurias, ſiue Langas appellatas quarum urinam exiſtimabant in ſuccinum concreſcere. Vide Pli. li. 37. cap. 2.

LANIARIVM, rij. (κρεωπώλιον) idem quod Laniena. Varr. 2. de Re ruſti. cap. 4. Ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, q̄ ea domeſtico fundo.

LANIATVS, us, ui, {*Il ſtratio, il ſtracciare, il ſcorticare*}(κρεουργία, σπαραγμός) ipſe actus laniandi. Cic. 1. Tuſc. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

LANIENA, æ, {*Beccaria*}(κρεωπώλιον) officina in qua laniantur, ac uenduntur carnes. Plau. in Epid. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias rogitādo ſum iurus factus. Accipitur etiam pro ipſa laceratione, κρεουργία, à laniādo.

LANICIVM, cij, (ἔριον) idem quod lana, uel lanæ prouentus. Ver. 3. Geor. Si tibi lanicium curæ primum aſpera ſylua, Lappæq; tribuliq; abſint. Vbi Seruius Lana, inquit, dicimus & Lanicium, quemadmodum Fuga & Effugium.

LANIFER, ra, rum, {*Che produce la lana*}(ἐριοφόρος) quod lanam fert: ut, Laniferæ arbores. Pli. lib. 13. cap. 14. Aethiopia Aegypto contermina inſignes arbores ferè non habet, præter laniferas.

LANIFICIVM, cij, {*Lanificio*}(ἐριουργία, ταλασία) lanæ opificium. Plin de Præclaris geſtis Romanorum. E uade Collatiam petunt, Lucretium inter ancillas in lanificio offendunt.

LANIFICVS, {*Lanaiuolo*}(ἐριουργός, ταλασιουργός) qui lanæ artem exercet. Mart. lib. 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos uox habet iſta deos. Manum lanificam imponere penſis, Tibul. lib. 2. Eleg. 1. Artis lanificæ doctiſſimus, Claud. 2. in Eutrop.

LANIGER, a, um, {*Che porta lana*}(ἐριοφόρος) lanam ferens. Eiuſdē inſulæ (inquit) excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo q̄ Serum. Vergil. 3. Georg. Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas.

LANIO. as, {*Fendere, ſtracciare*}(κρεουργῶ, κατατέμνω, κατατεμαχίζω) ſcindo. Verg. lib. 3. Geor. Ipſiq; ſuos iam morte ſub ægra Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. Liu. 2. bel. Mace. Et Forulis duo lupi oppidum ingreſſi obuios aliquot laniauerant. Laniatus, a, um, particip. Vergi. 12. Aene. Et roſeas laniata genas. Claſſis laniata, Ouid. Epiſt. 7. Capillos laniata, idem Epiſt. 14. Huius compoſitum eſt Dilanio, (διασπαράσσω) diſſeco, diuello: de quo ſupra.

LANIONIVS, nia, nium, (κρεουργικός) quod ad lanium pertinet. Vnde Lanionio more, κρεουργηδόν. Et Laniomæ menſæ in quibus ſcinditur caro. Sueton. in Claud. Carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſæq; lanionis flagitauit.

LANISTÆ, (γυμνασταί) præfecti ludi gladiatorū, qui gladiatores inſtituebant exercebantq; ad mutuam laniena m. Hi familias domi ad gladiaturam exercendam habebant inſtituere, & mox paratas uendere ſolebant munerarijs. Iuue. Saty. 3. Hic plaudat nitidi præconis filius, inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuueneſq; laniſtæ. Hinc Laniſtæ auium, dicti ſunt a Columella, qui aues certaminibus præparabant.

LANIVS, nij, ſeu Lanio, onis, {*Beccaio*}(κρεωπώλης, κρεουργός) qui carnes in carnario uendit populo a laniandis pecoribus, q; eas concidat, lanietq;. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Lanij qui ad cultrum bouem emunt. Terent. in Eunu. Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui.

LANOCVLVS, qui lana tegit oculi uitium, inquit Feſtus.

LANOSVS, a, um, {*Lanoſo*}(ἐριώδης) lana abundans. Colum. libr. 7. cap. 3. Eliges bimam, uaſti corporis, ceruice prolixa, prolixi uilli, nec aſperi, lanoſi, & ampli uteri.

LANVGO, inis, pe p. {*Prima barba, lanugine. Arioſt. Sol la prima lanugine ui eſſorto Tutta à fuggir*}(ἴουλος) tenera quaſi lanæ cuiuſdam mollities, qualis in adoleſcentium genis, & in pomis quibuſdam cernitur. Col. lib. 4. Lanatā quoq; Ammineam quidam maxime probabant: quæ hoc uocabulum non ideo uſurpat, q; ſola ex omnibus Ammineis, uerum q; præcipue caneſcit lanugine. Ponitur aliquando pro ſcobe. Colu. lib. 4. ca. 29 Nulla incrementa lanugine quam excitabat antiqua terebra. Hinc Lanuginoſus adiect. Plin. lib. 22. cap. 2. Eſt et alia ſimilis, & Pſeudāchuſa ob id appellata: a quibuſdam uero Enchuſa, aut Doris, & multis alijs nominibus, lanuginoſior, & minus pinguis.

LANVVIVM, oppidum erat Latij in uia Appia, a quo proſpectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens eſt mentio apud Ciceronem in Orato. pro Milone.

LANVVINVS. a, um, quod eſt ex lanuuio: ut Coles Lanuuini. Cice. Peto lib. 9. Honeſti, cole Lanuuinu: Cliternini, non honeſti.

LANX. cis, uide ſupra Lances.

LAOCOON. (Λαοκόων) filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus haſtam in equum ligneum torſit: ob quod factū Vergil. lib. 2. ait ipſum cum duobus filijs perijſſe. Primus ibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce, &c.

LAODAMAS, (Λαοδάμας) Halius & Clytoneus filij fuere Alcinoi regis et Aretes: ut ſcribit Homerus Odyſſ. lib. 8.

LAODAMIA, (Λαοδάμεια) Bellerophontis fuit filia ex Achemene coniuge: cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, ſuſcepitq; Sarpedonem, qui poſtea Lycię rex factus eſt. Verum cum Bellerophontes rerum ſucceſſu elatus, in coelum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œſtrum illi immiſit, quo exagitatus equus, ſeſſorē excuſſit. Diana quoq; Laodamiæ infenſa, ſuis eam telis confixit. Home 6. Ilia. Altera fuit Laodamia Acaſti & Laodotheæ filia, quę tanto amore Proteſilaum uirum ſuum adamauit, ut cum ab Hectore occiſum cognouiſſet, ſuperſtes ei eſſe noluerit. Priuſquam tamen interiret, in ſolatium mœroris optauerat, ut mortui umbram uideret: quā uiſa in illius amplexibus expirauit. Ouid. Epi. 10. Mittit & optat amans, quo mittitur, ire ſalutem Aemonis Aemonio Laodamia uiro, &c.

LAODICE, (Λαοδίκη) Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thracræ filio nupſit. Alia fuit Agamemnonis filia, quam pater cum Chryſothemi, & Iphigenia, ſeu Iphianaſſa Achilli obtulit, ut ex his quam uellet, uxorem eligeret.

LAODICEA, (Λαοδίκεια) urbs celeberrima in Aſia, Luco fluminī impoſita. primo Dioſpolis appellata, dein Rhoas, & poſtremo Laodicea. Hæc urbs præ cæteris Aſiæ urbibus multis clariſſimis ciuibus eſt nobilitata. Ex quibus fuit Hiero, qui hæreditatem populo diuiſit ſupra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Poſtea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter geſtas prius ab Antonio, poſtea ab Auguſto ad regiæ dignitatis faſtigium euectus eſt.

LAODOCVS, (Λαόδοκος) teſte Homero lib. Iliad. 4. Antenoris Troiani filius, ſtrenuus, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit ſe in acies Troianorum, ut Pandarum inuenire poſſet, quo ei ſuaderet, ut ſagitta Menelaum confoderet.

LAOMEDON, p c. (Λαομέδων) rex fuit Troiæ, Ili filius, qui cum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus ſe ſolutum iureiurando affirmauit. Verum perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus Aquam, Apollo peſtem urbi immiſit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de ea re Apollinis oraculum conſuluit: reſponſum eſt, non aliter deos placari poſſe, q̄ ſi ſingulis annis uirgo Troiana ceto dilacerāda exponeretur. Inſtitutum igitur eſt uirginem quotannis exponi, eamq; ſorte eligi. Sed cum tandem ſors in Heſionem, (quam tamen alij ſtatim ab Apolline & Neptuno expoſtulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidiſſet, & iam ſcopulo alligata monſtrum expectaret. Hercules forte illac tranſiens liberaturum ſe filiā Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in pignorum ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta. Hercules interfecta belua, uirginem liberauit. Sed cum Laomedon promiſſa non ſtaret, indignatus Hercules, collecto undequaq; exercitu, Iliū expugnauit, Laomedontem occidit, Heſionem Telamoni uxorem dedit, q; primus murum conſcendiſſet. Priamum eius filium captiuum abduxit, qui poſtea auro a uictoribus redemptus fuit, ideoq; ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc eſt, a redimendo nomen obtinuit. Ab

eo ſit Laomedontiades, patronymicum. Ver. lib 8. Laomedontiaden Priamum Salamina petentem ubi additura, ut in multis alijs, commodius ingrediatur car men heroicum, ſicut Anchyſiades, Telamoniades. Aliquãdo ſubtrahitur ſylla ba, ut Athemides, pro Athemonides, Deucalides pro Deucalionides.

LAOMEDONTEVS, pen. prod. (λαομεδόντειος) adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege. Verg. 4. Aene. Necdum Laomedonteæ ſentis periuria gentis?

LAPATHVM, (λάπαθον) herba eſt acidi ſaporis, quæ à Latinis Rumex appellatur. Multæ autem ſunt lapathi ſpecies, quas uide apud Plin. lib. 20. cap. 21.

LAPERSÆ, (λαπέρσαι) dicti ſunt Caſtor & Pollux Iouis filij, ab eo, quod Lan agri Laconici urbem expugnauerint.

LAPETHOS, (λάπηθος) Cypri inſulæ oppidum eſt, portum habens & naualia. Meminit eius Plin. libr. 5. cap. 31.

LAPICIDA, dæ, uel Lapidicida, æ, gene. maſcu. {*Taglia pietra, ſcarpellino*} (λατόμος, λιθοξόος, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργός) qui lapides uel ex rupe excindit, uel ædificio adaptat.

LAPIDARIVS, a, um, quod ad lapides pertinet, (λατομικός) ut Latomiæ lapidariæ. Plaut. in Cap. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Aegione dãnatur.

LAPIDESCO, is, ere, {*Diuenir pietra, conuertirſi in pietra*} (λιθοῦσθαι) legitur pro in lapidem conuerti, ſeu in lapideam duritiem. Plin. lib. 32. de Baccis coralij. Aiunt tactu protinus lapideſcere.

LAPIDICINA, pen. pro. uel potius Lapicidina, quemadmodum Lapicidam, & Homicidam dicimus, {*Luogo doue ſi taglíano le pietre*} locus ubi lapides exciduntur: quam λατομίαν uocant Græci. Vnde & carcerem Latomias uocamus, ſiue q damnati ad lapides excidendos mittebãtur: ſiue q Syracuſanorum tyranni latomias habebãt inſtar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerunt ad urbem extruendam, hisq; pro carcere utebantur. Plaut. in Capti. Io lapidicinas facite deductus fiet. Cic. 2. de Diuin. Poteſt igitur tale aliquid etiam ſua ſponte in lapidicinis Chiorum extitiſſe.

LAPIDO, as, pe. co. {*Lapidare*} (λιθάζω, λιθοβολέω, καταλυθόω) lapidibus obruo, uel lapides in aliquem iacio. Vnde ſcribit Macro. lapidatum à po. Roma. fuiſſe Vatinium, ſignificare uolens, lapidibus iactis fuiſſe impetitum. Transfertur etiam ad inanimata: ut, Lapidare aliquem uerbis, pro eo quod eſt inceſſere. Macro. Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. Lapidare aliquando eſt lapidibus pluere. Liu. lib. 7. bel. Pun. Veijs de cœlo lapidauerat. Idẽ lib. 3. Deca. 5. Reate imbri lapidauit. Hinc lapidatio uerbale, id eſt, iactus lapidum. Cic. 6. Ver. Fit magna lapidatio. Lapidator, (λιθοβόλος) lapides iaciẽs. Cic. pro domo ſua. Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ. Huius compoſita ſunt, Delapido, & Dilapido, quæ uide ſupra ſuis locis.

LAPILLVS, li, dimi. {*Pietra picciola*} (λιθίσκος) calculus, paruus lapis. Pli. lib. 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens, indiligentiam coarguat. Lapillorum item nomine gemmas, hoc eſt, lapides pretioſos intelligimus. Ouid. de Nuce: Peregrini lapilli.

LAPIO, is, iui, itum, {*Impetrare. Dant. Io non piangeua ſi dentro impetrai*} (λιθόω) durum efficio, & quaſi in lapidem conuerto. Pacuuius: Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Feſtus: Lapit, id eſt dolore afficit. Obſoletum eſt.

LAPIS, idis {*Pietra, ſaſſo*} quem Græci (λίθον) uocant, à nõnullis ita diſtinguitur à Saxo, ut Lapis minor ſit, minorq́; ac tenerior: Saxum maius, aſperius, duriusq́;. Vnde gemmæ lapides, non ſixa dicuntur. Plin. libr. 36 ca. 18. Nuſquã hic utilior, q̃ in Italia gignitur, lapisq; non ſaxum eſt. Idem. Eſt & uiridis lapis, uehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & ubi inuenitur, lapis, non ſaxum eſt. Sed hæc profecto differentia non uidetur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine diſtinguit ſaxum à lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoontis ſtatuam ex uno lapide exciſam fuiſſe affirmat. Videtur itaq; magis dicendum, Saxum eſſe quod ex rupibus uel lapicidinis exciditur: Lapidem, qui è terra effoditur. Et quoniam apud ueteres lapidibus miliaria ſignabantur, ponitur quãdoq; lapis pro miliario. Vnde legimus, Ad tertium, Ad quartum lapidem. De lapide emptos quoq; dicimus, qui publica actione à præcone erant uenditi. Nam priſco more præcones ex lapide facere præconium ſolebant: ubi mancipia quoq; uenalia, præconis uoce proclamabantur. Colum. lib. 4. Non tamẽ excedunt ſeptem iugera unius operam uinitoris, quem uulgus quidem parui æris, uel de lapide noxium poſſe comparari putat. Cice. in Piſo. Tribunus de lapide emptos eſſe ait, quia mercede id faciebant. Traductum autẽ eſt à lapide quodam editiore, quem Romæ fuiſſe complurium auctorum teſtimonio conſtat, unde præcones in auctionibus res uenales pronũtiabant. Vnde M. Tul. uiliſſimos homunculos, de lapide emptos appellat. Hominem præterea lapidem quandoq; dicimus, qui negligens ſtupidusq; ſit, quiq; ad id agẽdũ, quod maximè oporteat, non moueatur. Teren. in Heaut. Hei, quid ſtas lapis? Ibidem: Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quæ uidi? Lapis interdum, pro petra accipitur. Verg. Ecl. 1. Et tibi magna ſatis, quamuis lapis omnia nudus, Limoſoq; palus obducat paſcua iunco. Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. Verg. 1. Geor. Lapidemq; reuertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. Lapis bibulus, qui Arenarius uocatur. Verg. 2. Geor. Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas. hoc eſt, pumicem.

A' lapis ſit Lapideus, a, um, (λίθινος) quod ex lapidis materia conſtat. Vt lapideus murus, apud Liu. lib. 1. ab urb. Lapideus imber, apud eundem li. 10. bel. Pun. & Lapidea Niobe, id eſt, in lapidem conuerſa. Cic. 3. Tuſc. Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. Per tranſlationẽ ponitur Lapideus pro graui & ponderoſo. Plau. in Truc. Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo. Lapidoſus, a, um, λιθώδης, quod lapidibus abũdat. Ouid. de Nuce: Cauſabor, quare ſit lapidoſus ager. Aliquando pro duro ponitur. Verg. 1. Georg. Et prunis lapidoſa rubeſcere corna.

LAPITHÆ, pe. co. (λαπίθαι) populi fuerunt Theſſaliæ, Pindum & Othrym montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Hi primi omnium fræna, et ſtrata equorum creduntur inueniſſe. Verg. 3. Georgi. Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere.

LAPPA, æ, {*Lappola*} herbę genus, capitula habens leuiter hamata, ideoq; ueſtibus adhærentia. Tres autem ſub ſe complectitur ſpecies. Nam quædam dicitur Canaria, quæ eſt exigua, cambusq; adhæret. Altera maior eſt, et φιλάνθρωπος appellatur, q ueſtibus hominum adhærens, ipſos amare uideatur. Eadem uocatur Aparine. Tertia appellatur Perſonata: & maxima eſt, naſciturq; inter riuos & flumina. Græci eam ἀρκεῖον uocant.

LAPPAGO, pen. pro. herbæ nomen eſt, quam deſcribit Plin. lib. 26. cap. 10. his uerbis: Et lappago ſimilis anagallidi, niſi eſſet ramoſior, ac pluribus folijs, aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, grauis odoris. Quæ talis eſt, Mollugo appellatur: ſimilis ſed aſperioribus folijs, Aſperugo.

LAPSANA, pen. cor. (λαμψάνη) olus ſylueſtre, trium foliorum: de quo Pli. lib. 20. cap. 21. Inter ſylueſtres braſſicas, & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis folijs, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem lib. 19. cap. 9. Nec non olus quoq; ſylueſtre eſt trium foliorũ, diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uerſibus exprobauere, lapſana ſe uixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cauillantes.

LAPSIO, {*Ruina*} (ὀλίσθημα, πταῖσμα) idem quod lapſus, pro ruina. Cic. 4. Tuſc. Sed hęc in bonis rebus, q alij ad alia bona ſint aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut ſignificet lapſionẽ: in neutris habeat ſuperius nomẽ.

LAPSO, as, frequentatiuum à Labor, {*Scorrere*} (ὀλισθαίνω) lubrico, & cunctanti gradu incedo. Verg. 2. Aene. Hæc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit, et in multo lapſantem ſanguine nati. Lapſantem greſſum firmare, Silius lib. 3.

LAPSVS, us, {*Ruina, errore*} (ὄλισθος, ὀλίσθημα) ruina, caſus, præcipitiũ. Pli. lib. 7. cap. 37. Et uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Per tranſlationem etiam accipitur pro errore, uel culpa per imprudentiam admiſſa. Pli. lib. 5. ca. 1. Haud alio fidei proniore lapſu, q̃ ubi falſæ rei grauis auctor extitit. Item Lapſus, ſerpentum progreſſiua dicitur. Verg. 2. Aen. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. Lapſus rotarum à Verg. 2. Aen. dicuntur, quaſi Labiles rotæ: quibus ſcilicet ſubiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

LAQVEARE, ris, & per apocopen Laquear, aris. et Laquearium, rij, (φάτνωμα, ὀροφὴ, φάτνωμα) dicitur camera, hoc eſt, pars ſuperior cubiculi & cœnationis cõuexa, quæ uarijs adornari ſolet ſculpturis & coloribus. Hæc etiam Lacunaria appellantur, propterea q tignorum interualla, quandam lacuum ſpeciem præbere uideantur. Hora. lib. 2. Carm. Non ebur, neq; aureum Mea renidet in domo Lacunar. Seru. in illud Ver. 1. Aen. Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine Lacus ſignificante trabem in ędificijs planam, aut diminutiuum eſſe Lacunar: à quo Lacunarium, & per antiſtœchon Laquear, & Laquearium.

LAQVEATVS, a, um, {*Legato, allacciato*} (ἐμπεπλεγμένος) quod eſt laqueis irretitum. Col. lib. 6. cap. 19. Cæterum corpus laqueatum, & diſtentum temonibus obligatur, immotumq; medentis arbitrio eſt expoſitum. Laqueatum item (φατνωτὸν) dicitur id, quod laquearibus eſt ornatum: unde Laqueata tecta. Ci. lib. 2. de Legib. Magnificas uillas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liu. 5. Deca. lib. 1. Laqueatum auro templum dicit: hoc eſt, laquearibus aureis, uel auratis ornatum: qualis ſtructura in tectis regij palatij Pariſijs uiſit̃. Verba Liuij ſunt hęc: Antiochię Iouis Capitolini magnificũ tẽplũ, non laqueatũ auro tantum, ſed parietibus totis lamina inauratũ, hoc eſt, non tantũ habens lacquearia inaurata, ſed etiã ipſos parietes auro incruſtatos.

LAQVEVS, laquei, {*Laccio*} (βρόχος) uinculum, ita nexum, ut põdere depreſſum claudatur. Vnde dicimus, Laqueo uitam finiuit, id eſt, ſuſpendio uitam finiuit. Cic. 6. Verr. Hominis, iam collum in laqueum inſerentis ſubueniſti. Oui. 6. Meta. Laqueoq; animoſa ligauit Guttura. Ver. Geor. 1. Tum laqueis captare feras, & fallere uiſcu Inuentum. Ponitur etiam Laqueus pro quacunque re, qua homo capi, ac irretiri poteſt. Hinc griphos captioſasq; argumentationes, Laqueos dicimus. Cic. de Fato. Ad Chryſippi laqueos reuertamur. Gel. lib. 1. ca. 2. Atq; interea uocabulis haud facile cognitis, ſyllogiſmorum, captionumq́; dialecticarum laqueis ſtrepebat. Hinc & Cic. pro Milo. Laqueos iudicij dixit: Et pro Cecinna, Capi aliquẽ laqueo uerbo dixit, pro eo quod eſt irretire aliquẽ argutijs uerborum.

LAR, laris, & **LARES**, larium. Vide Lara.

LARA, ſiue **LARVNDA** nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit. Hanc Mercurius compreſſit, et inde geminos ſuſtulit, qui a matre Lares appellati ſunt. Sunt qui credãt Lares, (δαίμονας) Geniosq; eoſdem eſſe, exiſtimantes unicuiq; duos Lares eſſe, alterum bonum alterum malum. ut Chriſtiani etiam duos Angelos bonum, malumq; à Deo in cuſtodiam datos dicũt, ſed nõ natos nobiſcum, ut illi de genio ſiue lare dicunt. Colebantur domi, ſocusq; illis ſacer erat. Vnde uulgus focum, Foculare appellat, quaſi laris focum. Hi putati ſunt dij domeſtici, (ἐφέστιοι θεοί) q ad urbis cõmoda uigilare dicunt, inter cõpita. Oui. in Faſt. Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt. Ab aliquibus dij agrorum uocati ſunt. Tibullus: Vos quoq; felices quondã, nunc pauperis agri Cuſtodes fertis munera ueſtra Lares. Quoniã ſũt Lares, ſiue Penates, ẽt priuatorum domibus præeſſe credebantur (Plau in Aulu. Ego Lar ſum familiaris ex hac familia Vnde exeuntem me aſpexiſtis) factum eſt, ut utrumq; uocabulum pro ipſis domibus uſurpetur, ἑστία. Sallu in Catil. Illos, binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nuſquam eſſe? Mart. lib. 1. O' mihi curarem pretium non uile meorum, Flacce Antenorei ſpes & alumne laris. Ponitur & pro parte interiore domus. Oui. 1. Faſt. Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frõtes: E quibus hæc populum ſpectat, at illa larẽ. Vbi ẽt pro foco poſſet accipi, ſicut & alibi ſæpe apud poetas. Quandoque pro igne. Col. lib. 11. cap. 1. Conſueſcatq; ruſticos circa larem domini, focumq; familiarem ſemper epulari.

LARANDA, (λάρανδα) ciuitas Lycaoniæ, in Præfectura Antiochena, non procul à Derba. Vide Ptol. lib. 5. ca. 6. & Strabo lib. 12.

LARARIVM, rij, (ἱερὸν, θυμιατήριον) ſacrarium domeſticum, in quo Lares & Dij peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad effigies Deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & CHRISTVM. In ſecundo larario ſimulacrum Verg. & Cicero.

LARDVM, ardi, ſiue Laridum, {*Lardo*} (χοιρεία σάρξ) caro ſuilla, quouis modo ſalita. Ouid. lib. 6. Faſt. Pinguia cur illis guſtantur larda Calendis? Laridum legitur apud Plautum in captiuis, Quanta, inquit, pernis peſtis ueniet? quanta labes lardo?

LAREN-

LARENTIA, nobiliſſima meretrix fuit, quæ populum Romanum hæredem fecit, et poſtea pro dea habita, Flora appellata eſt: cuius ſacra Floralia dicuntur. Vide ſupra in dictione Flora.

LARGIOR, iris. {*Donare largamente*} (προΐεσθαι, χαρίζομαι) profuſe dono. Largiri ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. Homo tum grauitate & prudentia præſtans, tum uel nimium parens in largienda ciuitate. Largiri cœnam. Plaut. in Amph. Proin tu iſtam cœnam largire, ſi ſapis, eſurientibus. Largiri libertatem populo. Cic. 3. de Legib. Sed ego, etſi ſatis dixit pro ſe in illis libris Scipio, tamẽ libertatem iſtam largior populo, ut auctoritate ualeant, & utantur bonis. ſic. n. à me recitata lex eſt de ſuffragĳs. Largiri uitã. Plau. in Aſina. Iam ipſe Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. Si tempus non largitur: id eſt, non permittit, non concedit, Col. lib. 5. cap. 9. Largiri ſe ultro. Plau. Mil. Nam tu te uilem feceris, ſi te ultro largibere, pro largieris. Sicut idem Plau. in Bacch. Tum libertatem Chryſolao largibere. Hinc Largitor uerbale, id eſt, profuſor, prodigus. Liu. 6. ab urbe. Cum urbem impetu cepiſſet Dictator, prædam mili ti dedit quo minus ſperatam, minime largitore duce, eo mil ti gratiorem. Cic. hac uoce frequentiſſime utitur, pro eo, qui largitione populum corrumpit, & ambitus crimen committit: quemadmodum in Ora. pro Cæl. Non poteſt qui ambitu ne abſolutum quidem patitur eſſe abſolutum, ipſe impune unquam eſſe largitor. Compoſita eius ſunt Elargior, & Dilargior: de quibus ſuis locis.

LARGITAS, tis, {*Liberalità, largità*} (δαψίλεια) et Largitio, onis, (διανομή) inter ſe differunt, quòd Largitas (ut Agretius ait) humanitatis ſit, Largitio am bitionis. Eſt enim Largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus: Largitio, expenſa quæ fit ad aucupandũ fauorem in petitione magiſtratuum. Terẽ. in Adel. Quæ iſtæc ſubita eſt Largitas? Quandoque tamen Largitas pro libera litate ponitur. Cæſ. 1. Bell. Ciui. Simul à tribunis militum, centurionibusq́ue mu tuas pecunias ſumpſit, has exercitui diſtribuit. quo facto duas res cõſecutus eſt, quòd pignore animos centurionũ deuinxit, & largitione redemit militũ uolũtates.

LARGVS, a, um, {*Largo. Pet. Magnanimo gentil coſtante & largo*} idẽ quod copioſus, multus. Pli. lib. 11. ca. 39. Pili equis in iuba largi, in armis leoni. Accipitur etiam pro eo, qui multa largitur, hoc eſt pro eo qui liberalis eſt, uel etiã prodigus, ſplendidus, dapſilis, λαμπρός, δαψιλής Cic. li. 2. Offi. Omnino ſunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Hinc Large, (δαψιλῶς) aduerbium, liberaliter, abundanter Hora. 1. lib. Carm. Ligna ſuper foco Largè reponens. Dicitur & Largiter, quamuis non ita in uſu ſit. Brutus Attico. Sed perſuade tibi de uolũtate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio lar giter. Inuenitur & Largitus pen. cor. teſte Nonio pro Large, ſiue largiter: ſed antiquum eſt, & obſoletum. Afranius: Quid iſtuc eſt? Quid fles? quid lacrymas, largitus proloquere. A' Largus, & Loquor fit Largiloquus, qui abundan ter loquitur. Plau. in Ciſtel. Quæ ubi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ extemplo ſumus: plus loquimur, quàm ſat eſt. Sic etiam Largifluũ dicimus pro eo, quod Large & abundanter affluit. Cic. 3. de Ora. Grando miſta imbri largifluo ſubita, & præcipitans cadit.

LARINA, pen. pro. uirgo quædam Italica, una ex Camillæ comitatu, quę Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit. Verg. 11. Aen. At circumlectæ comites, Larinaq́ue uirgo, Tullaq́ue & æratam quatiens Tarpeia ſecurim, Italides, quas ipſa decus ſibi Dia Camilla Delegit, paciſq́ue bonas, belliq́ue miniſtras.

LARINE, (λαρίνη) fons eſt eſt Atticæ. ſicut Callirrhoe. Pli. lib. 4. ca. 7.

LARISSA, (λάρισσα) nomen eſt multarum ciuitatum. Vna eſt in plaga Theſſalica, a qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia penſilis in Creta. Alia in Peloponneſo, arx Argiuorum. Alia in agro Attico. Apud Trallis etiam Aſiæ urbem eſt Lariſſa (ut Strabo ſcribit) à qua Lariſſæus Iupiter, (Ζεὺς λαρισσαῖος καὶ λαρισσηνὸς) eſt dictus. Lariſſa quoque in Italia, quam (ut Diodorus lib. 1. ſcribit) Pelaſgi condidere. Cæſ. 3. Bell. Ciu. Vniuerſi ſimul Lariſſam uerſus ſe recipere cœperunt.

LARIVS, lacus eſt totius Italiæ ampliſſimus: unde & a Vergilio Maximus uocatur, quem & a Como uicino oppido nõnulli appellant Comẽſem. Per hũc lacũ medius fluit Abdua fluuius, aquasq́ue eius reddit ſuauiores: deinde per oppoſitam lacus partem erumpens, in Padum non longe a Cremona influit. Dictus Larius a fulicarum multitudine. A' Græcis enim λάρος uocatur fulica, quæ eſt auis nigra, & aquatica. Hinc fit Larius, a, um, Catullus: Veronam ueniat noui relinquens Comi mœnia, Lariumq́ue litus.

LARIX, (πίτυς Theophraſto, ſi Theodoro credimus) arboris genus cognatũ abieti & pino, nullam quantumuis longa ſenecta cariem ſentiens, neque ignẽ per ſe concipiens, neque ulla ratione ardens, eo quòd plurimum terreſtris aqueæq́ue habeat ſubſtantiæ, minimum autem igneæ, aut aeriæ. Nec eſt alia ratio eam conſumendi, quàm ſi magna lignorum copia uratur, quemadmodum in ĳs contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici litora, uti alibi nota. Vide Pli. lib 6. cap. 10. Lucan. li. 9. Et larices, fumoq́ue grauem ſerpentibus urunt Abrotanum.

LARODII, populi fuerunt in Scythia Aſiæ, ut lib. 4. ſcribit Herodotus.

LARVÆ, arum, {*Spiriti di notte*} (μορμόνες, μορμολύκεια) noxię inferorum umbræ: a Laribus (ut quidam putant) dictæ. Plau. in Amph. Nam hęc quidem ædepol laruarum plena ſunt. Vnde Laruati, (νυμφόληπτοι) dicuntur furioſi, & mente moti. quaſi a laruis exterriti: quales ſunt, quos uulgo Dæmoniacos appellant Plau. Laruatus ędepol hominem miſerum mendicum quæritat. Hi etiam Cerriti dicuntur a Cerere, quaſi Cereris ira animo uexati. Plaut. Certe laruatus, aut cerritus. Larua etiam perſona, (προσωπεῖον, μορμολύκειον) dicitur, quam barbari uocant Maſcham: & Laruatum dicimus perſonatum. Hora. 1. Serm. Saty. 5. Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis. Apuleius in Apol. Laruas appellat nocturum occuriacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. Auguſt. lib. 4. de Ciui. Laruæ dicuntur animę hominum deprauatæ, & in malis uitæ mentis maculoſæ, quæ a corpore ſeparatę, terriculamentum ſunt mortalibus.

LARVALIS, le, (μόρμορος) terribilis deformatus, pallens, emaciatus, ac prorſus horrendus. Sidonius: Facies ueluti umbris mœſtificata larualibus.

LARVNDA, nympha fuit, Larium mater, quam alii Laram uocant, a uocant, quia Lares dicti. Vide Lara.

LARVS, ri, (λάρος) auis eſt aquatica, colore furuo, magnitudinem colũbę nõ multum excedens. Quidam Fulicam interpretantur. Larus hians, (λάρος κεχηνώς) prouerbiali metaphora de furibus dicitur. Eſt enim hæc auis mirum in modum rapax & uorax. Suidas.

LARYMNA, oppidum in ora Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul a Thronio oppido. teſte Plin. lib 4. cap. 7.

LASANVM, pro. cor. (λάσανον) uaſculum cuacuando uentri accomodatum, Horat. 1. Serm. Saty. 6. Cum Tyburte uia Prætorem quinque ſequuntur Te pueri Laſanum portantes, œnophorumq́ue.

LASCIVIO, is, {*Laſciuiare, luſſuriare*} (ἐξυβρίζω, ἀσελγαίνω) ſignificat petulanter agere: ut qui indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum aut luſitare, exultareq́ue ſolent Colu lib. 7. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt. Laſciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

LASCIVVS, ua, uum, pen. pro. {*Laſciuo, molle, luſſurioſo*} (ἀσελγής, λάγνος) proteruus, ſalax plus mollitiei (ut inquit Valla in Raudenſem) quàm roboris aut cõſtantiæ habens. Verg. 3 Eclog. Malo me Galatea petit Laſciua puella. Plini. lib. 8. cap. 14. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, uxore ſua Conſyge lacerata, propter laſciuiorem eius cum marito iocum. Dicitur etiam de brutis animantibus. Verg. 2. Eclo. Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. Ali quando ponitur pro impudico. Martia. lib. 1. Laſciua eſt nobis pagina, uita proba. Hinc laſciuibundus, adlectiuum. Plaut. Quid nam dicam Dinacium laſciuibundam tam libenter mœrere? Et laſciue aduerbium, id eſt petulanter, procaciter, molliter, nequiter.

LASCIVIA, æ, {*Laſciuia, luſſuria. Pet. Et nacque d'otio & de laſciuia humana*} (ἀσέλγεια, λαγνεία) mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi, nec uirtutem, nec probitatem reuerentis, procacitateq́ue ſe oblectantis. Procedit enim laſciuia ab animi alacritate. Aliquando ponitur pro ioco, petulantia, & procacitate improba. Plin. lib. 26 cap. 1. Grauiſſimum ea his morbis Lichenas appellauere Græco nomine: Latinè, quoniam in mento ferè oriebatur, ioculari primum laſciuia, (ut eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox et uſurpato uocabulo, Mentagram, occupantem in multis totos utroque uultus. Laſciuia maledicendi, apud Quin. lib. 9. cap. 1. ponitur pro dicacitatis uoluptate. Aſſiſtentes, inquit, oderint hanc maledicendi laſciuiam. In oratione quoque ludibunda, & exultante dicitur eſſe laſciuia. Idem Quint. Ne recentis huius laſciuiæ fluſculis capti, uoluptate quadam praua deliniantur.

LASER, eris, (ὀπὸς σιλφίου) ſuccus laſerpitĳ, eximiĩ in medicamẽtis uſus. Pli. lib. 19. cap. 3. Ab his proximum dicetur auctoritate clariſſimum laſerpitium: quod Græci Silphion uocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum uocant Laſer magnificum in uſu medicamentisq́ue. Colu. lib. 5. cap. 10. Nos exiguum admodum laſeris uino diluimus. & ita cacumina arboris ſumma oblinimus. Laſeris in conditurís meminit Apicius. Palladius lib. 3. laſer appellat Opõ Cyrenaicum eo quòd laſerpitium herba ea qua hic ſuccus cõficitur, primum in Cyrenaica regione ſit aperta. Officinæ Aſam fœtidam appellant.

LASERPITIVM, tĳ, (σίλφιον) urgultum herbidum, ex cuius culmo exudat ſuccus roſcidus, quem uocant Laſer, magnificum in medicamentis, et in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum. Hinc Catul. ad Leſbiam Laſerpitiferas uocat Cyrenas. Caulem laſerpitĳ magudarim uocari auctor eſt Galenus: quanquam non deſunt, qui ipſum etiam ſemen eodem nomine appellent. A' Laſerpitio Cato formauit Laſerpitiatus, a, um, cap. 116 de Re ruſt. Lentim quomodo ſeruari oporteat, Laſerpitium aceto diluito, permiſceto lentim aceto laſerpitiato & in ſole ponito. Plin. lib. 17. cap. 30. Sunt qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant.

LASIA, (λασία) inſula eſt decem tantum paſſuum millibus diſtans a Cereſſo Eubœæ, quæ notiore nomine Andros dicitur Auctor Plin. lib. 4. ca. 12. Eſt & altera eiuſdem nominis inſula, non procul a ſinu Trœzenio, teſte eodem Plini. loco iam citato.

LASSEO, es, laſſus ſum, a quo Laſſeſco, is, laſſus fio, {*Diuenir laſſo, ſtancarſi*} (ὀκνεῖν, ἐκάμνον, ἀποκάμνω, ἀπαγορεύω) fatigor. Plin. lib. 10. ca. 16. Non laſſeſcere in ullo labore, qui neruos ex aliis grauis et cruribus habeant. Idem lib. 14. cap. 2. Si non præpinguis ſoli hubertas, laſſeſcentem ſuſtineat.

LASSO, as, {*Stancare, affaticare*} (κοπόω, ἀπαγορεύω, κατατείνω) fatigo. Plin. Epiſt. lib. 3. Multisq́ue cauſis non laſſaretur modò, uerum etiam confunderetur. Ouid. 3. de Pont. Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda. Quàm ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. A' quo laſſatus. Iuuena. Satyr. 6. Et laſſata uiris, nondum ſatiata receſſit. Huius compoſitum eſt Delaſſo, uehementer laſſo. Plau. in Aſina. Eum etiam hominem in ſenatu dare operam, aut clientibus ſibi labore delaſſatum, noctem totam ſtertere. Laſſor, aris, paſſiuum. Ouid. 2. Metamor. Molli nequicquam laſſor arenam.

LASSVS, {*Stracco, affaticato, laſſo*} (κεκμηκώς) nomen eſt adiectiuum idem ſignificans quod feſſus, uel fatigatus, hoc eſt, corporis uel animi labore fractus Teren. Hec. Etenim laſſam oppido tum æebant: eo ad eam, non admiſſa ſum. Plau. Pſeud. Nam ut laſſus ueni de uia, Me uolo curare. Amore laſſus, Ouid. 3. Amor. Eleg 6. Laſſulus, li, diminutiuum Catullus: Itaque ut domum Cybeles tetigerunt, laſſulæ Nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere. Hinc laſſitudo, nis, (κόπος, κάματος) pro moleſtia, quam ex labore ſuſcipimus. Ci. ad Corniſ. Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet. Cæſ. 3. bel Gal. Curſu ac laſſitudine exanimatus.

LASTAVROS, (λάσταυρος) à Græcis dicitur uir egregie mutoniatus. quaſi λασιόταυρος, hoc eſt, hirſutus circa tauros. i. uirilia Nam teſte Ariſt. homines hirſuti iuxta femora & crura prætabidi ſunt ad Venerem. Alĳ λάσταυρον dictum putant a λα', intenſiua particula, & nomine ταῦρος, quo pars uirilium ſignificatur. Sueto. in Vita Salluſtĳ: Lenæus Pompeĳ libertus mores eius ſigillatim expreſſit, nebulonem, lurconem, popinonem, & laſtaurum appellans. Vox poſtrema indicat fuiſſe hominem ualidæ libidinis Hæc Suetonius.

LASTHENIA, nomen eſt mulieris Mantineæ, quæ adeo cupida fuit diſcendæ Philoſophiæ, ut aſſumpto uirili habitu, Platonis auditorium frequentaret. Laertius.

LASVS, (λάσος) primus de muſica ſcripſit, & dithyramborum certamen protulit primus: uixitq́ue temporibus Darĳ Perſarum regis. Suidas.

LATEBRA, bræ, pen cor. & Latebræ, arum. {*Naſcondimento Boc. Gli Orſi la ſerranno l'antiche ſelue, & gli ſecreti naſcondimenti*} (φωλεός) locus ubi aliquid occultatur. Lucan. libro 1. Cedendum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra

Lesbos erit. Quidam ita diſtinguunt, ut Latebræ de hominibus dicantur, Latibula de feris: quod quamuis aliquando uerum ſit, non ſemper tamen obſeruatur. Nam & latebræ paſſim apud receptæ auctoritatis ſcriptores pro ferarum luſtris inueniuntur accipi. Liu. libr. 46. Inter uepres, & latebras ferarum noctem unam detulit. Plin. lib. 10. cap. 19. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet. Neque ſolum de ferarum cubilibus, uerumetiam de quibusuis locis dicitur in quibus aliquid abſconditur. Plau. in Aul. Non metuo, ne quiſpiam inueniat: ita probè in latebris ſitum eſt. Ponitur interdum Latebra, (πρόσχημα) pro excuſatione, & prætextu. Cic. 3. Offi. Sed ſi hoc ſibi ſumat, nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit: uiderint, ne quæratur latebra periurio: id eſt, excuſatio in qua lateat: id eſt, non uideatur periurium.

LATEBRICOLA, colæ, pe. cor. (φωλητήρ) latebras incolens. Plau. in Trinu. Latebricolarum hominum corruptor.

LATEBROSVS, a, um, ut, Latebroſus locus, {*Doue ſono molti naſcondimenti*} (φωλεώδης) in quo frequentes latebræ ſunt. Plau. in Bacc. Nam huic ætati non conducit, mulier, latebroſus locus. Latebroſus locus ad equites tegendos, Liu. 1. bel. Pun. Colles latebroſi, Silius lib. 5. Flumina latebroſa, Vergi. 8. Aen. Nox latebroſa, Luc. lib. 6. Via latebroſa, Cic. pro Seſt. Latebroſe, aduerb. (κρυβδὴν) occulte, clam, Plaut. Trin. Pater adſum, Impera quid uis, neque tibi ero in mora: neq; latebroſe me abs tuo Conſpectu occultabo.

LATEO, es, latui, {*Eſſere aſcoſo, naſconderſi*} (λανθάνω) in occulto ſum. Ver. 3. Eclog. Latet anguis in herba. Et quoniam ea, quæ occulto ſunt, ferè ignoramus, factum eſt, ut Latere accipiatur pro incognitum eſſe, uel ignorari. Et in hac ſignificatione plerunq; accuſatiuum habet. Vergi. 1. Aene. Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Sic dicimus, Hæc res latet me: id eſt, ignoro hanc rem. Latet pleroſque: id eſt, in occulto eſt, pleriſque, uel plerique ignorant. Plin. lib. 2. cap. 20. Latet pleroſque, magna coeli affectatione compertum à principibus doctrinæ uiris, ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe. Aliquando etiam in hac ſignificatione cum datiuo legitur. Lucan. lib. 10. Tu mihi cauſa lates. Huius uerbi compoſita ſunt Deliteo, de quo ſupra, Oblitèo, (περικρύπτομαι, ἐλλοχῶ) quod eſt omnino uel circumquaq; lateo. Seneca. Qui uelut timidum atq; iners animal, metu, oblituit, ille ſibi non uiuit: ſed quod eſt turpiſſimum, uentri, ſomno, libidini. Hinc Oblitèſco. Varro: Ne æſtu per rimoſa in rimas eius grana oblitèſcant, & recipiant aquam.

LATENTER, aduerbium, {*Naſcoſamente*} (κρυβδὴν) clàm, occulte. Cice. in Topic. Cum enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt, fortunæ, euentus obſcura cauſa, quæ latenter efficitur.

LATER, maſc. gen. {*Quadrello, mattone*} (πλίνθος) laterem, latere, & lateres in plurali integrum inuenitur pro terra cocta, & in lapidem durata genitiuus et datiuus ſingulares raro leguntur. Cic. 2. de Diuin. Num hoc in latere, aut in cæmento ex quibus urbs effecta eſt potuit ualere? Colum. lib. 6. cap. 14. Itaq; cum id accidit, ueteri lateri later conteritur, eoq; intrito, &c. Valla libr. 1. Coctiles lateres, qui cocti ſunt, & non crudi. Vitruuius: Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit utendum. Plaut. Latere firmior. Laterum tria genera ſunt, Didoron, (δίδωρον) à longitudine duorum palmorum ita dictum, palmorum (inquam) maiorum, quorum ſinguli ualent palmos minores tres, hoc eſt, digitos duodecim: quæ menſura geminata conficit ſeſquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autẽ pedis unius. Alterum Tetradorõ (τετράδωρον) tertium Pentadoron (πεντάδωρον) nominabant à menſura quatuor & quinq; palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum uocabant, & ideo δῶρα munera, qui manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14. Laterem lauare, prouerbiali ſpecie dicitur pro eo quod eſt operam ludere. Inde tractum, quod rubedo illa in lateribus ablui non poſſit. Teren. in Phorm. Purgem me? laterem lauem. Id eſt, fruſtra agam.

LATERANVS, nomen proprium nobiliſſimi Romani, qui cum Conſul deſignatus eſſet, iuſſu Neronis eſt interfectus. Iuuena. Saty. 10. Egregias Lateranorum obſidet ædes Tota cohors. Vnde etiam Lateranenſis baſilica ſancti Ioannis uocata eſt, quod eo in loco extructa ſit, ubi olim erat palatium Lateranenſium clariſſimæ apud Romanos familiæ. Hieronymus ad Marcel. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Conſulis deſignati, &c.

LATERARIVS, adiectiuum, {*Di mattoni*} (πλινθικός) idem quod Lateritius. Plin. lib. 7. ca. 56. Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalos, & Hyperbios fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus: cum tamẽ omnia Plinij exemplaria, quæ quidem nobis uidere contigit, hunc in modum legendum oſtendãt, Laterarias, ac domos conſtituerunt, &c. ut laterarias intelligamus officinas fornacesq; fingendis, coquendisq; lateribus aptas. Laterarium, genus tigni. Vitruu. libro 1. cap. 20. Ipſi autem laterarijs circa ſixis contineantur, teganturq; tabulis maxime palmeis.

LATERCVLVS, li, {*Mattonello*} (πλινθίον) diminutiuum, paruulus later. Plin. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius lib. 5. ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis.

LATERITIVS, a, um, {*Mattonato, di mattoni*} (πλίνθινος) quod eſt materiatum ex latere. Plin. Lapide duro, ac ſilice æquo conſtruunt, ueluti lateritios parietes.

LATERNA, æ, {*Lanterna*} (ἰπνός, φανός) à lateo, licet Lateo habeat primam cor. Laterna uero productam. Martia. lib. 14. Dux laterna uiæ clauſis feror aurea flammis: Et tuta eſt gremio parua lucerna meo. Dicta Laterna, quod lumen in ea incluſum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à uento extinguatur. Plau. in Amph. Quo ambulas tu, qui Vulcanum incluſum, in cornu geris?

LATERNARIVS, rij, {*Che porta la lanterna*} (λυχνοῦχος, δᾳδοῦχος, λυχνοφόρος, ἰπνοφόρος) qui alteri laternam præfert. Cice. in Piſon. An eum altero barbaro Epicureo? cum altero Catilinæ laternario?

LATESCO, is, {*Dilatarſi, allargarſi*} (πλατύνομαι) latus fio, & in latum extendor. Colum lib. 2. Iugerum agri non amplius quatuor ſextarijs uaporum ſeminis obſerendum eſt: quarta parte amplius napis ſpargendum, qui non in uentrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Cicer. in Arato: Hic equus à capite & longa ceruice lateſcit.

LATEX, laticis, (νᾶμα) omnis humor dicitur, ab eo quod intra aliquid lateat. De aqua. Verg. 4. Aen. Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. De uino: Idem. 1. Aen. Regales inter menſas, laticemq; Lyæum. Sic Oui. Palladios latices, dixit, quum oleum dicere uellet. Et Lucretius. Abſynthij laticem. Liquores uitigeni lacte, Lucr. lib. 5. Cærulei latices Ouid. 3. Triſt Eleg. 10. Calidi latices, Verg. 6. Aen. Abſynthij amarum perpotare laticem, Lucr. lib. 4.

LATHYRIS, (λάθυρις) herba, quæ Catapuria maior appellatur. De qua ſic Pli. lib. 27. cap. 21. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, teneriora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, ut capparis.

LATIALIS, et hoc latiale, quod ex Latio eſt: ut, Iupiter Latialis dictus eſt, quod in Latio coleretur. Vergilius: Et reſidens celſa Latialis Iupiter Alba. Cic. Sient utiq; ferias non Latiales, Latiares'ue, ſed Latinas dixeris. aut Latias. Latialis ſermo, qui & Romanus & Latinus. Pli. lib. 3. cap. 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia. Id eſt, Latino. Macrob. lib. 1. cap. 1, Doctrinæ latialis haud inſcium.

LATIBVLO, latibulas, neutrum, & Latibulor, aris, deponens, {*Naſconderſi*} (φωλεύω) ſignificat lateo. Varro: Vide ne ſeruus dominus latibulet. Accius: Progredere, & ne quis latibuletur, proſpice. Antiquum eſt.

LATIBVLVM, li, {*Luogo doue ſi naſconde*} (φωλεός) in quo aliquid deliteſcit. Valla diſtinguit Latibulum à Latebra, quod Latebra hominum ſit, Latibulũ ferarum Sed hęc differentia non ſemper obſeruatur. Nam quemadmodũ ſupra oſtendimus, Latebram etiam pro ferarum luſtris accipi, ita etiam Latibulũ, aliquando de ijs locis dicitur, in quibus homines ſe occultant. Ci. Att. lib. 12. Ego autem uolo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei.

LATICLAVII, (πλατύσημοι) ſenatores appellati ſunt, à latoclauo. Suet. in Auguſto: Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis. Laticlauia tunica. Valer. lib. 5. Et tunica laticlauia donatum ad Maſiniſſam remiſit.

LATIFOLIA, (πλατύφυλλος) arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum eſculo: à latitudine foliorum nomen habens. Pli. lib. 16. ca. 6. In quęrna glande alia dulcior, molliorq; fœminæ, maris ſpiſſior. Maxime autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia, apud Pli lib. 15. cap. 7.

LATIFVNDIVM, dij, {*Gran fondo, gran poſſeſſione*} (εὐρυχωρία) magnus & amplus fundus. Pli. lib. 17. cap. 22. Latifundijs non legitima naturæ ſeſtiuatio, id eſt, non pōt una certa ratio præſcribi putandæ uineæ in magnis prædijs: quod aliæ ſerius id, aliæ maturius deſiderant. Idem lib. 18. cap. 6. Latifundia perdidere Italiam.

LATINÆ, arum, feriæ erant conceptiuæ, ſingulis annis à magiſtratibus in certos, uel incertos dies concipi ſolitæ, quibus pro communi totius Latij ſalute Ioui Latiali in Monte Albano ſacra fiebant à Præfecto urbis Latinarum cauſa creato: populisq; Latinis carnes diuidebãtur ex pręſcripto uetuſti fœderis inter Romanos & Latinos icti Sp. Caſſio, & Poſthumo Cominio Coſſ. Cuius fœderis leges ne ullo unquam tempore interciderent, Romæ in ænea colũna fuerunt inciſæ. Ci pro Plan. Quibus in municipijs uix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur.

LATINÈ, {*Latinamente*} (λατινιστί) aduerbium, id eſt, more Latinorum. Ci. 2. Philip. Antonium, quem gladiatorem non ita appellant, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed ut appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur, hoc eſt propriè & aperte. Dicimus quoque, Scio Latinè: ubi ſubauditur, Loqui: quod turpiter exprimeretur: ſicut cum dicimus, Scio fidibus, ubi ſubauditur, Canere: non tamen exprimitur. Cic. pro Cecin. Quid enim facilius eſt, quàm probari ijs, qui Latinè ſciant, in uno ſeruulo familiæ nomen non ualere?

LATINITAS, atis, {*Fauella latina*} locutio ipſa Latina, ſiue ſermo Latinus. Cic. ad Att lib. 7. Secutusq; ſum, non dico Cæcilium Manè ut ex portu in Piræeum, (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi.

LATINI, Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui eſt inter oſtia Tyberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabãt. Hi ante Aeneæ in Italiam aduentum Aborigenes dicti ſunt, poſtea uero Troianis permiſti uno nomine dicti ſunt Latini, ſiue à Latio regione illa, quam incolebant, ſiue à Latino rege, cuius filiam Lauiniam Aeneas duxerat uxorem.

LATINIENSIS, & hoc Latinienſe, idem quod Latinus. Ci. de Aruſp. Reſpon. Quòd in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Significare & poteſt eum, qui alibi ortus, in Latio cum Latinis uerſatur: ut ſupra dictum eſt in dictione Hiſpanus.

LATINVS, ni, ſubſtantiuum, (λατῖνος) nomen regis Aborigenum, Fauni et Maricæ nymphæ filij, cuius filiam Lauiniam Aeneas accepit uxorem. De hoc Verg lib. 7. Aen. Rex arua Latinus, & urbes Iam ſenior longa placidas in pace regebat.

LATINVS, a, um, (λατῖνος) nomen deriuatiuum à Latio. Verg 1. Aen. Genus unde Latinum. Inde Latinum ſermonem dicimus eum, quo utebantur in Latio. Carmen Latium. Hor. 1. Car. Ode 32. Latinę conſuetudini tradere, id eſt, in Latinum ſermonem conuertere. Col. in Præfa. li. 12. Hæc in Oeconomico Xenophontis: & deinde Ciceru, qui eum Latinæ cõſuetudini tradidit. Vertere in Latinum: hoc eſt, in Latinam linguam Quin lib. 10. ca. 5. Vertere Græca in Latinum. Veteres noſtri oratores optimum iudicabant. Cic. 1. de Fin. Ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguam non modo non inopẽ, ut uulgo putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe, quàm Græcam.

LATITO, as, pen. cor. {*Naſconderſi ſpeſſo*} (λανθάνω, ἐλλοχῶ) ſæpe aut ferè ſemper lateo. Cic. pro Cluen. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manlio. Hora. 3. Carm. Ode 12. Catus idem per apertum fugientes Agitato grege ceruos iaculari, & Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. Catu tamen Latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt: frequentatiuum ſecundum uerbi Ferò, fers. Latitare, inquit Budæus, dicuntur, qui ad iudicium uocati fruſtrantur, & ludificantur. Cic. pro Quin. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. Latitatio, onis, Quin. lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & ſimilia. Hinc fit compoſitum Illatito, quod eſt intus latito.

LATITVDO, inis, (πλάτος) uide infra in dictione Latus.

LATIVM, tij, ea pars Italiæ eſt, teſte Pli. lib. 3. cap. 5. Quæ eſt inter oſtia Tyberis, & Circeios millia paſſuum quinquaginta in longitudinem non excedẽs: quod poſtea prolatis imperij terminis, Antiquum Latium eſt appellatum. Poſtea

ſtea uero, teſte Seruio, Latiũ nomine dictum eſt, quicquid eſt inter Tyberim et Vulturnum amnes. Totusq́; ille tractus diuiditur in Latiũ citerius & Latiũ ulterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos uſq; protenditur, Vlterius a Fundis uſq; ad Vulturnũ amnem. Dictum autem Latium putatur, q̃ il lic latuerit Saturnus, dum Iouem fugeret. Ouid. 1. Faſto. Dicta quoq; eſt Latium terra latente Deo. Verg. 8. Aen. Latiumq; uocari Maluit, his quoniã latuiſſet tutus in oris. Contra Varro, Latium a Latino rege dictum aſſerit.

LATIVS, a, um, quod ex Latio eſt. Col. in Præf. lib. 1. At Latiæ Muſæ nõ ſolos adytis ſuis Accium & Vergilium recepere: ſed eorum & proximis, & procul a ſecundis ſacras conceſſere ſedes. Agri Latij. Ouid. 3. Faſt. Gens Lata, Ouid. 4. Faſt. Lingua Lata, Idem 2. de Ponto. Eleg. 3.

LATMIVS, (λάτμιος ὄρος) mons Ioniæ, notus Fabula Endymionis, quem cum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea ſopitum ferũt, ut unum ab eo oſculum auferret: unde & ipſe Endymion Latmius dictus eſt. Ouid. li. 3. de Arte: Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori.

LATOIS, idis ſecunda ſyllaba producta, (λητωίς) patronymicum eſt fœmininum, a Græco nomine λητώ deductum. quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaq; a Poetis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ouid. 7. Meta. Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua.

LATOMIÆ, uel Latumiæ, arũ, {*Luogo doue ſi ſcarpellano ſaſſi*} (λατομίαι) à Græcis dicuntur, quas nos uocamus Lapidicinas, hoc eſt, loca, unde cæduntur ſaxa, λᾶς enim à Græcis uocatur, qui a nobis lapis, & τόμος ſectio. Liui. 6. Bel. Pun. Comprehenſa poſtea priuata ædificia, cõprehenſæ latomiæ, forũq; piſcarium. Ad latomias damnari ſolebãt ij, qui in opus metalli damnabantur. Plau. in Cap. Tyndarus in latomias lapidarias ab Argione damnatur. Et quoniam carceres in pleriſq; locis fiebant in lapicidinis iam exhauſtis, ut in Sicilia Latomiæ Syracuſanæ, factum eſt, ut latomiæ de quouis carcere dicantur. Cic. 7. Verr. Carcer ille, qui eſt a crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ uocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit.

LATOMVS, {*Taglia pietra*} (λατόμος) Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus ſaxa cæcidit, aut ad opus adaptat.

LATO, as, {*Slargare*} (πλατύνω, εὐρύνω) latum facio: quamuis non ſit in uſu, pro quo compoſitum Dilato uſurpamus: de quo ſupra. Ab hoc uerbo Lato actiuo fit neutrum Lateo prima producta, id eſt latè pateo: à quo fit inchoatiuum Lateſco: de quo ſuprà.

LATONA, pen. pro. (λητώ) filia Cœi Titanis a Ioue amata & oppreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem uidelicet & Dianam: quod Iuno adeo ægrè tulit, ut immiſſo contra illam Pythone ſerpente, per totum terrarum orbem pellicem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſteriem in inſula Ortygiam permutatam perueniſſet: a qua ſuſcepta eſt, ibiq; Dianam peperit, quæ e ueſtigio obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit: qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare reſponſa. Porro hæc inſula, cum antea Ortygia uocaretur, poſt a Delos uocari cœpit, quod cum antea aquis merſa fuiſſet, ſubito Iouis iuſſu conſpicua fuerit reddita. Nam δηλοῦν Græci dicunt, quod nos oſtendere, ſeu manifeſtare.

LATONIA, (λητωίς) dicta eſt Diana, a matre Latona, quemadmodũ Apollo ipſe, Latonius, λητῷος. Ver. 9. Aen. Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori. Aſtrorum decus, & nemorũ Latona cuſtos. Similiter Delos, ut ait Seruius, dicta eſt Latona, q̃ in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem.

LATOR, oris. {*Datore, portare*} uerbale a fero. ut Lator legis, qui & Legislator (νομοθέτης) uno uerbo dicitur, qui promulgauit, uel inſtituit, uel tulit legẽ. Cic. 2. de Nat. deo. Ferre ne ciuitas ulla latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. Suet. in Calig. Quaſi uouiſſa tradita inſula magnificas Romam literas miſit monitta ſæpe latoribus, uehiculo ad forum uſq; & curiam pertenderent.

LATREVS, (λατρεύς) unus ex Centauris. Oui. lib. 12. Meta. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

LATRIA, æ, pen. pr. {*Seruitù, oſſeruatione*} (λατρεία) Latinè cultus, obſequiũ ſeruitus. Auguſt. lib. 10. Ciui. Latriam noſtri, ubicunq; ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem: ſed ea ſeruitus, quæ debet hominibus ſecundum quam præcipit Apoſto. ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nuncupari ſolet. Latria uero ſecundum conſuetudinem, qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut frequenter, aut pene ſemper ea dicitur ſeruitus, quæ pertinet ad colendum Deum.

LATRINA, æ, (ἀφεδρών, ἀπόπατος) locus priuatarum ſordium, & ad exonerandum uentrem accommodatus: a latendo, ſiue potius a lauando, ut mox Varronis teſtimonio docebimus. Apule. de Aſino lib. 9. Omnia prorſus, ut in quandam cœnoſam latrinam, in eius animum confluxerant uitia. Foricæ uero loca publica, in quibus licet omnibus uentrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus ſubterraneus dicitur ad eluendas urbis ſordes accommodatus. Antiqui Lauatrinã dixerunt, quæ poſtea, ſyllaba una ſublata, Latrina eſt appellata. Varr. lib. 8. de Analogia. Deinde quum breuitatis cauſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora, pro lauatrina latrinam nominarunt. ſicut ex maxillis, axillis, & uexillis, malæ, alæ, & uela diminuta ſunt. Ex quo apparet, Latrinam a lauando dictam eſſe propterq; ſignificare colluuiem omnium ſordium, quæ ex tota domo in unum locum confluunt. Pla. in Curcu. Iſtas tuas magnas minas non pluris facio, q̃ ancillam meam, quæ latrinam lauat. Videntur q; Latrinæ differre a cloacis, tanquam priuatæ a publicis, Colum. li. 11. Immundis quæcunque uomit latrina cloacis.

LATRO, tras, {*Abbaiare. Dan. Qual è quel cane ch'abbaiando agogna*} (ὑλακτέω) proprium eſt canis, quum uocem edit, terrens, & in aliquẽ impetũ faciens. Verg. 3. Eclog. Multum latrante Lyciſca. Latrare ad homines transfertur, pro uociferari, & intentiore uoce clamare. Cice. 2. de Orato. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, cum a Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit. Hinc Latratus, us, (ὑλακή, ὑλαγμός) ipſe uox canum, ſiue ipſe latrandi actus. Verg. 5. Aene. Sequit canum latratus in auras. Plin. lib. 8. cap. 40. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus. Latrator, ὑλάκτωρ. Verg. 8. Aenei. Et latrator Anubis. Latror, aris, paſſiuum. Plin. lib. 25. cap. 10. Hanc habentes negant latrari a canibus. Latratur, impersonale. Ouid. 2. Triſt. Scit cui latretur, cum ſolum obambulat ipſa. Latrantis, particip. ut, Colla latrantia canis. Proper. lib. 5. Eleg. 18. Latratus, parti. a paſſiuo Latror. Stat. 1. Achil. Iuxtaq; Caphareus Latratum pelago tollens caput. Huius uerbi compoſita ſunt, Allatro, (προσυλακτέω) quod eſt latratu aliquem inſecto. Colu. per tranſlationem dixit: Sed ne caninum quidem (ſicut dixere ueteres) ſtudium præſtantiſſimi, locupletiſſimũ quenq; allatrandi. Oblatro, (καθυλακτέω) contra latrans nulla ratione contradico. Lacta. lib. 5. Qua Demetrianum (ſicut ipſe ait) oblatrantem, atq; obſtrepentem ueritati redarguere conatur.

LATROCINIVM, nij, {*Ladroneccio*} (λῃστεία) ipſe latrocinandi actus. Cæſar 8. Bel. Gall. Qua repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorum erant oppreſſi. Cic. pro Deiot. Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrociniis. Ponitur aliquando pro ipſa militia. Plaut. Quid apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium accepitaſti.

LATROCINOR, aris, pen. cor. {*Rubbare*} (λῃστεύω) latronum more prædor. Cic. pro Mil. Quaſi Appius ille Cæcus uiam muniuiſſet, non qua pop. Rom. uteretur, ſed in qua poſteri ſui impune latrocinarentur. Plaut. in Curcu. Latrocinatus annos decem mercedem accipio. Hinc Latrocinatio, uerbale. (λῃστεία) idem quod Latrocinium. Plin. libro 19. cap. 4. Multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio.

LATRONES, {*Ladroni*} (λῃσταί) Græca dictio eſt, qua ſignificantur uiarum obſeſſores, qui uiatores, aut uita, aut pecunia ſpoliant. Horat. libr. 1. Epiſt. Vt iugulẽ homines, ſurgunt de nocte latrones. Ita dicti, auctore Feſto, q̃ a latere aduentantur, uel a latendo, q̃ latenter inſidientur. Cice. 2. Phili. Erat enim uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. Quem cur diſtringere coner Tutus ab infeſtis latronibus. Vſurpant poetæ latronem pro uenatore. Verg. lib. 12. Fixumq; latronis Impauidus frangit telum Quum ſuperius dixiſſet, Saucius ille graui uenantũ uulnere pectus. Apud antiquos etiam latrones dicebantur conducti milites, a λατρεία inſeruio: nam ſeruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Varro autem huiuſmodi ſtipatores putat Latrones dictos, quaſi Laterones, quoniam circa latera eſſe ſoleant, quos nũc Satellites uocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & Lateram, & Stipatores, & σωματοφύλακες uocantur. Plau. in Mil. Nam ego hodie ad Seleucum regem miſi paraſitum meum, ut latrones, quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur. Latrunculus diminutiuum, paruus latro, Cicer. de prouin. Conſu. Res in Sardinia cum Maſtrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. Sunt etiam Latrunculi ſiue Latrones, quibus ludimus, ſedecim ſcrupis gemina acie utrinq; directis: in quibus duo reges ſunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Martia. Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Seneca: Latrunculis ludimus.

LATRVNCVLATOR, oris, {*Giudice de maleficij*} qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & uulgo Iudex maleficiorum. Vlpia. lib. 5. Pandect. l. ſolemus. de Iudic. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

LATVS, a, um, {*Spatioſo, largo, ampio*} (εὐρύχωρος, πλατύς) ſpatioſus, amplus, laxus: cuius contrarium eſt Anguſtus. Pli. lib. 12. ca. 7. Lata radice arbor. Teren. in Heau. Huc eſt intrò latus lectus. Cice. 6. Verr. Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoq; disiuncta. Hinc aduerbium Late, (εὐρέως, διὰ ſοδ πολλοῦ) quod ſignificat in multis locis. Cice. pro lege Manil. Late, longeq; diffuſa laus Pompeij. Verg. 8. Aene. Lucus late ſacer. Cic. in Cati. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latiſſime pateat, ad plurimosq; pertineat. Hinc Latitudo, (πλάτος, εὖρος) pro ſpatioſitate. Cicer. 1. de Nat. deo. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinũ. Idẽ 2. de Orato. Oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur. Latus etiam aliquando participium eſt Feror, idem ualens quod portatus. Cicer. ad Quint. frat. lib. 2. Latus lectica.

LATVS, eris, {*Lato. Pet. Quand'una toccata bella da lato*} (πλευρά) quod eſt infra alam. Verg. 2. Aene. Lateriq; Argiuum accommodat enſem. Cicer. pro Clu. la ex equo cecidit, & latus offendit uehementer. Hinc Lateris dolor, quem Græci πλευρῖτιδα uocant. Cice. 3. de Orato. Craſſus laterum dolore conſumptus. Aliquando Latus pro uiribus & ſpiritu ponitur. Cice. de Senectu. Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Idem de Sene. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. A latere, dicuntur chari, et amici principum, qui eorum lateribus ſemper adſunt. Liu. lib. 4. bel. Pun. Ab latere inde nominat tyrannos, quorum capita ultiſſima fugienti inter dolores gemitusq; occurrerunt. Curtius lib. 5. Cum ad perniciem eius etiam a latere pecunia ipſius ſollicitaret hoſtis.

LATVSCLAVVS, (πλατύσημον) tunica erat purpura prætexta, latior tunica uulgari, qua Senatores utebantur. Hoc ueſtis genere primus uſus eſt Tullus Hoſtilius Romanorum rex, teſte Plin. lib. 9. cap. 39. Vtebantur eo & ſacerdotes: ut non obſcure oſtendit Silius Italicus li. 3. cum ait: Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo. Et quoniam hac ueſte utebantur peculiariter Senatores, factum eſt, ut Latuſclauus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. in Epiſt. Ego Sexto latum clauum a Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetraui. Ab Ouid. Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo uerſu: Curia teſtabat, clauus menſura coacta eſt.

LATVSCVLVM, li, paruum latus, diminutiuum. Catullus ad Thallum: Ne laneum latuſculum, manuſq; mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. Speculorum latuſcula, id eſt parua latera. Lucre. libr. 4. Quinetiam quæcunq; latuſcula ſunt ſpeculorum.

LAVACRVM, p pro. {*Doue ſi laua*} (λουτρόν) a lauo, as, balneum in quo quis lauari commode poteſt. Gel. lib. 1. ca. 2. Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus, ædium poſticum refrigerantibus lauacris. Huius dictionis pen. ab indoctis quibuſdam male corripitur, cum deriuetur a ſupino Lauatum, mutatu tum, in crum: ſicut ab Ambulatum fit Ambulacrum, & a Simulatum Simulacrum: quæ proculdubio producunt penultimam.

LAVATRINAS, (ἀφεδρῶνας, ἀποπάτους) dixerunt antiqui quas nos Latrinas dicimus, ſublata una ſyllaba, loca ſcilicet in ædibus, ad quæ ſordes confluunt. Nec in culina tantum, ſed in triclinijs quoq;, et cubiculis, & cœnationi-

bus cum dignitate & elegantia fiunt. Vide Latrina.

LAVDABILIS, {*Lodeuole*}(ἐπαινετὸν, ἀξιέπαινον) quod merito laudari poteſt. Plaut. in Perſa. Aedepol dediſti uirgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis uita, apud Cicer. de Amic. Rectæ & laudabiles res, Cice. 1. de Finib. Opus laudabile, Lucret. libr. 5. Carmen laudabile, Horat. de Arte.

LAVDABILITER, aduerbium, {*Lodeuolmente*} (ἀξιεπαίνως) cum laude & commendatione. Cic. 5. Tuſcu. Quid? ad recte, honeſte, laudabiliter, poſtremo ad bene uiuendum ſatis'ne eſt præſidij in uirtute?

LAVDATIO, laudationis, {*Lode, laude*}(ἐγκώμιον) ipſa laudantis oratio. Cice. 4. Verr. Præclara laudatio.

LAVDATIVVS, a, um, (ἐγκωμιαστικός) quod laudationi eſt accommodatum. Vnde Laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine Demonſtratiuum uocant Rhetores. Quin. lib. 2. ca. 16. Laudatiuam totam, quæ eſt pars Rhetorices tertia, Et Laudatiuus caſus, dictus eſt accuſatiuus, quia per hanc uidemur, uel accuſare, uel laudare.

LAVDO, das, {*Lodare, laudare*}(ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω) commendo, uerbis extollo. Verg. 2. Georg. Laudato ingentia rura: Exiguum colito. Differt autem à uerbo Probo, quod re magis probemus, laudemus uerbis. Plau. in Trin. utrunque coniunxit: Laudo, inquiens, conſilium, & probo. Aliquando Laudare, eſt nominare. Plau. in Cap. Id ſcias Iouem ſupremum teſtem laudo. Laudare, inquit Macrobius lib. 6. cap. 7. Satu. ſignificat priſca lingua nominare, appellareque. Nonnunquam etiam citare, & in teſtem adducere, ἐπάγομαι. Cic. 3. de Orato. Atque hæc quidem ab his Philoſophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta ſunt: quod eo ſæpius teſtificor, quod auctoribus laudabilis ineptiarum crimen effugiam. id eſt, his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis, quos auctores harum rerum habeo. Laudare cum exceptione, id eſt, non integre. Cice. lib. 1. Epiſto. ad Quin. Fratrem: Vnum eſt, quod tibi ego præcipere non deſinam, neque te patiar cum exceptione laudari. Laudatus, a, um, participium, ſiue nomen ex participio, ἐπαινετός. Abunde laudatus. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 6. Falſo laudata lormina, Ouid. 3. Amor. Eleg. 11. Laudatiſſima forma, Ouid. Epiſt. 18. Laudator, oris, ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. Ad Heren. libro 4. Nolo eſſe laudator, ne uideas adulator. Laudator uoluntarius, Cicer. 6. Verrin.

Laudatrix, cis, Cic. 3. Tuſcu. Vitioſum laudatrix fama popularis Laudandus, gerundium: ut, loci non laudandi, Ouid. 1. Triſt. Eleg. 8. Huius compoſita ſunt, Allaudo, de quo ſupra. Elaudo, quod ueteres uſurparunt pro eo, quod eſt plus quam omnino. Varr. Elaudat, nomenque eius millies repetit. Collaudo, (προσεπαινέω, συνεπαινέω, συνεγκωμιάζω) ſimul laudo. Cicer. Lent. Si rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore, ut abſens à multis, cum redieris, ab omnibus collaudere.

Perlaudo, ualde laudo. Lactan. libro 6. Ea res quas etiam homo ſi contempſerit, iure perlaudatur.

LAVERNA, Dræ cuiuſdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures eſſe putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti ſunt. Hinc Lauernalis porta, Romæ dicta eſt, ab æde Lauernæ propinqua. Hæc ferè ex Feſto.

LAVER, eris, neutri generis, et aliquando fœminini, (σίον Dioſcoridi) herba eſt in aquis naſcens, frutice pingui, recto, folijs latis, olaſatro ſimilibus, ſed minoribus & odoratis. Vulgo Berlam dicimus, & Berulam. Plin. lib. 26. ca. 8. Lauer quoque naſcens in riuis, condita, & cocta torminibus medetur.

LAVGIA, (quod hic pro Nemeæ fonte corrupte legebatur) uide Langia.

LAVINIA, (Λαουινία) filia fuit Latini regis & Amatæ, quę primum Turno, deinde Aeneæ deſponſata eſt: cuius occaſione orto inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem deuicto Turno, Aeneæ nupſit: quo mortuo ipſa priuigni inſolentiam timens, in ſyluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum paſtorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulium Syluium Poſthumum appellauit, eo quod poſt patris funus in ſyluis natus eſſet. Hanc tamē poſtea Aſcanius in regnum reuocauit, cum ipſe ſeceſsiſſet Albam longam, urbem a ſe conditam: Lauinio nouercæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio Poſthumo filio ſuo reliquit. Verg. lib. 12. Et uictum tendere palmas Auſonij uidere: tua eſt Lauinia coniunx, &c.

LAVINIVM, (Λαβίνιον Stepha. Λαουίνιον Straboni) urbs fuit in Latio, ab Aenea condita, & à nomine Lauiniæ uxoris ita appellata. Cuius rei teſtis eſt Liui. lib. 1. ab urb. Aeneam, inquiens, apud Latinum fuiſſe in hoſpitio tradunt.

Ibi Latinum apud Penates Deos domeſticum publico adiunxiſſe fœdus, filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res utique Troianis ſpem affirmat tandem ſtabili, certaque ſeſe finiendi erroris. Oppidum condunt: Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat.

LAVO, as, {*Lauare*}(λούω, νίπτω, πλύνω) idem quod abluo, & quod ſordidum eſt, aqua purgo. Verg. 3. Eclog. Omnes in fonte lauabo. Præteritum facit Lauī. Teren. in Heaut. Atque illa, ſi iam lauerit, mihi nuntia. Supinum eſt Lotum: unde deducitur participium Lotus. Marti. lib. 5. Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnauit, & idem Inuentus mane eſt mortuus Andragoras. Olim etiam Lauatum faciebat, & per ſyncopen Lautum. Teren. in Eunuch. Abeunt lauatum, perſtrepunt. Hora. 1. Sermo. Satyr. 6. Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum Admonuit. Ouid. lib. 3. Faſto. Sacra lauaturas mane petebat aquas. A ſupino Lauatum fit uerbale Lauatio, (λοῦσις) ipſe lauandi actus, au. lauacrum. Pli. lib. 8. ca. 45. Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere. Cic. Varroni: Si minus, perſequar in Cumanum, & ante te certiorem faciam, ut lauatio parata ſit. id eſt, balneum. Lauacrum, (λουτρόν) balneum, in quo quis lauari commode poteſt. Gel. lib. 1. cap. 2. Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus, ædium poſticum refrigerantibus lauacris. Aurdus ſplendere lauacris, Claudia. 2. in Eutro. Veteres hoc uerbum per tertiam coniugationem inflectebant. Verg. lib. 10. Viſceribus ſuperinfundens lauit improba teter Ora cruor. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Ora manuſque tua lauimus Feronia lympha. Quibus in locis cum prima ſyllaba huius uerbi corripiatur, certum eſt, non eſſe præteriti temporis, cum diſſyllaba præterita priorem neceſſario producant. Simile eſt illud apud Verg. 3. Aene. Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem. Interdum ſignificat madefacere, humectare, βρέχειν. Plaut. in Pſeu. Geſtas tabellas tecum, eas lacrymis lauit. Huius compoſita. Abluo, Alluo, Colluo, Circumluo, Deluo, Diluo, Eluo, Illuo, Perluo, Proluo, Præluo, Reluo, & Subluo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

LAVREA, {*Foglia di lauro*}(δάφνη) proprie lauri folium appellatur, perpetuo uirens, & topiario operi accedens. Oui. 3. Faſtu. Cedit ab Iliacis laurea cum focis. Pli. lib. 15. cap. 30. Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur uiris: unius folia diſtinguuntur appellatione: Lauream enim uocamus. Quem Plinij locum ſic intellige. Nullam eſſe arborem à qua uiris nomen ſit impoſitum præter unam laurum. Fuit enim Ciceroni libertus nomine Laurea de quo mox dicturi ſumus in dictione ſequenti. Præterea Laureolus, & Laurentius nomina ſunt uirorum, à Lauro deducta. Deinde nullam eſſe arborem, cuius folia habeant diſtinctam appellationem, præter unius lauri folia, quæ Laurea dicunt.

Aliquando ponitur pro lauro. Hora. 2. lib. Carm. Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis. Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Mart. lib. 2. Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua eſt. Cato uero de Re ruſti. lib. 1. Laurea & Laureum, & mutata diphthongo au, in o, literam, Loream pro eodem accipit.

LAVREA Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de aquis Ciceronianis Epigramma, apud Pli. li. 31. quod quoniam circa principium operis huius inſeruimus in dictione Academia, illinc lectori petendum relinquimus.

LAVREATVS, a, um, nomen eſt, non participium. Laureo enim uerbū, quamuis nonnulli eo utantur, Latinum non eſt. Hinc Laureati, (δαφνηφορούμενοι) qui laureati coronati ſunt. Cic. pro Muræ. Qui imaginem parentis ſui laureatam in gratulatione ſua conſpexit. Sic Faſces laureatos dixit. idem Cic. 2. de Diui. id eſt, faſces laurea uel laureo circūuolutos. Pli. li. 35. cap. 18. Tantum que non cum laureatis faſcibus remitti illo, unde cretatis pedibus aduenissent.

LAVRENS, tis, (Λαυρεντῖνος) modo gentile nomen eſt, à Laurento Latij oppido deductum. Verg. 12. Aen. Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini. Idem 1. Aen. Laurentis regia Pici. Modò denominatiuum omnis generis. Idem 12. Aen. Te quoque Laurentes uiderunt Aeole campi Oppetere. Idem alibi. Ignarum Laurens habet hora Mimanta.

LAVRENTALIA, (Λαυρεντάλια) feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ inſtituta, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui ſacerdotes in Velabro ſacrificabant, teſte Varr. li. 5. de Ling. Lat. Laurentalia (inquit Feſtus) Laurentiæ coniugis Fauſtuli, & nutricis Romuli & Remi feſta.

LAVRENTIVS, Laureolus, Laurea, & Laurentia, nomina uirorum, ac mulierum propria, à lauro deducta.

LAVRENTIA, uxor Fauſtuli fuit, paſtoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expoſitos nutriuit: & quoniam ſe omnibus proſtituebat, lupa dicta eſt: & hinc locus datus eſt fabulæ, Romulum, & Remum à lupa eſſe nutritos. Hanc aliqui Laurentiā uocant, feſtaque in honorem eius inſtituta, Laurentalia.

LAVRENTVM, ciuitas Latij, non procul à Lauinio, ita dicta à ſylua laurea qua exciſa ædificata eſt. Vel (ut inquit Priſcianus) à lauro ibi primum inuenta, dum Picus eā conderet. Hinc Laurentes populi dicti ſunt. de quibus paulo ante in dictione Laurens.

LAVREOLA, æ, cum accētu in antep. diminu. à Laurea, & pro corona triumphali capitur Cic. lib. 2. Epiſt. Familia qualemcunque triumphum Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantum modo ut haberem negotij, quod eſſet laureolam ſatis. Laureolam in muſtaceo quærere, eſt ex re friuola inſignem laudem captare. Cic. ad Att. Bibulus, credo, uoluit appellatione hac inani nobis eſſe par: in eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere. De origine prouerbij, uide Eraſ.

LAVREOLVS, à Poetis traditur fuiſſe latro ſceleratiſſimus, eoque nomine in crucem ſublatus, & à feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpectaculis repreſentata eſt. Iuuen. Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me, dignus uera cruce. De Domitiano quoque memoriæ proditum eſt, quod hanc fabulam repreſentaturus, nocentiſſimum quendam, ultimo ſupplicio damnatum, in crucem erigi iuſſerit, & immiſſa urſa dilacerari: atque ita rei ueræ, non fictæ, ſpectaculum populo exhibuerit. Mart. in Amph. Cæſaris: Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Aſſiduā nudo pectore pauit auē: Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo, Non falſa pendens in cruce Laureolus.

LAVREOTIS, huius Laureotis, pen. pro. ſpodij genus eſt, ex argento. Eſt autem ſpodium cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, fauillæ modo euolans, & fornacis pauimentum recidens: ut docet Gal. lib. 9. Simpli. medicamen. qui ea ratione diſtinguit Spodium à Pompholyge, quod hæc ob leuitatem ad ſummas uſque fornacum cameras euolaret, ijſque adhæreſceret. illud neque tam alte euolaret, & mox in pauimentum recideret. Pli. tamen Spodion etiam illud appellat, quod ſummis fornacum teſtudinibus adhæret: diſtinguitque à pompholyge ſolo colore, quod pompholix minus candida ſit. Verum de re omni metallica tutius Galenum ducem ſequemur, qui ut exploratoria hac de re tradere poſſet, præſens metalla artificumque officinas perluſtrauit. Erit itaque Laureotis (ut diximus) cineris ſpecies ex argenti fornacibus, fauillæ modo euolans, & in pauimentum recidens. Pli. lib. 34. cap. 13. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam uocant Laureotim.

LAVREVS, a, um, (δάφνινος) quod eſt ex materia lauri, quomodo Roſeus, Myrteus, quod ex roſa, myrto ue cōfectum eſt: ut, Laurea corona, & Serta laurea. Pli. Lib. 15. ca. 30. Ouid. 2. Triſt. Ponat & in nitida laurea ſerta coma.

LAVRETVM, {*Luogo pien d'allori*}(δαφνών) locus in quo laurorum copia eſt ueluti Roſetum, Myrtetum, Spinetum, locus roſis, myrtis, ſpinis ue obſitus Pli. lib. 15. cad. ult. Durat & in urbe nomen impoſitum loco, quando Lauretū in Auentino uocatur, ubi ſylua lauri fuit.

LAVRICES, fœtus ſunt cuniculorum, è matre execti, uel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratiſſimi in cibis habebantur. Auctor Pli. lib. 8. ca. 55.

LAVRIFER, ra, rum, & Lauriger, (δαφνηφόρος) ferens, ſeu gerens laurum. Pli. lib. 15. cap. 30. Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Luca. lib. 5. Lauriferos nullo comitetur uulnere currus. Ouid. 3. de Arte: Viſite laurigero ſacrata palatia Phœbo.

LAVRICOMVS, a, um: ut, Montes lauricomi. id eſt lauricomis ornati. Lucr. libro 6.

LAVRINVS, a, um, pen. pro. {*D'allora*}(δάφνινος) quod eſt ex lauro factū: ut, Laurinum oleum, δαφνέλαιον. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum laurinum utilius, quo recentius. Idem lib. 12. cap. 8. Item laurino folio. Idem li. 19. c. 8.

Eas

Exit & in cubitale altitudine, folijs laurinis ſed, mobilibus.

LAVRION, (λαύρειον) locus in Atticę montanis, mare ſpectans, argenti fodinis nobilitatus. cuius meminit Thucydides Belli Pelopon. lib. 2. & 6.

LAVROLAVINIVM, (λαυρολαβίνιον) urbs Latiũ, proxima Laurentio.

LAVRVS, ri, {Lauro, alloro} (δάφνη) hodie ſecũdæ eſt declinationes, olim etiã quartæ fuit. Vnde aliquando legitur ablatiuus ſingularis Lauru, & accuſatiuus pluralis Laurus. Eſt autem genus arboris perpetua uirens coma: unde & Apollini ſacra eſſe putatũ, eo quod is deus ſemper iuuenis & imberbis eſſe exiſtimetur. A Græcis δάφνη dicitur. quæ res Poetis fabulandi occaſionem uidetur præbuiſſe, Daphnen puellam: ab Appolline adamatam, cum uim eius effugere nõ poſſet, deorum miſeratione in laurum fuiſſe mutatam. Laurus (inquit Pl. lib. 15. cap. 30. triumphis proprie dicatur, ut gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumq́; quæ ſola, & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta, quod uictores Delphis ea coronarẽtur: & eſt uiridior laurus, maximis baccis, & è uiridi rubentibus. Cypria, folio breui, nigro, ſubcriſpa. Quidam Muſtaceam addiderunt, ita dictam, quoniam muſtaceis ſubijceretur. Hanc eſſe folio maximo conſtat, flaccidoq́;, & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli, ſylueſtrẽ laurum intelligunt, nonnulli ſui generis arborem. Differt colore, eſt enim ei cœrulea bacca: Item Regia laurus, quæ & Auguſta cognominatur, ampliſſima & arbore, & folio, baccis quoque guſtatu nõ aſperis. Sunt & alia lauri genera: quæ uide apud Pli. lib. 15. cap. 30. ex quo hæc, paucis uerbis immutatis. Laurus Apollinea, quod Apollini dicata ſit. Ouid. 6. Faſto. Venit Appollinea longas Concordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere, Horat. 3. Carm. Ode 30. Fatidica laurus, Claudian. 5. Pane. Vel quod Apollini fatidico deo eſt dicata: uel quod ex eius crematę ſtrepitu futura colligebant, ut Porphyrius philoſophus, & Iliados 1. ſcribit Euſtathius. Fragoſius enim combuſta felicitatem portendere credebatur. Tibull. libro ſecundo Eleg. 6. At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni Contra ſi tacite conflagraſſet, triſte erat augurium. Propert. lib. 2. Eleg. 29. Et tacet extincto laurus aduſta foco. Vide Cælium Rhod. lib. 5. cap. 7 Laurus pacifera. Plin. lib. 51. cap. 30. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit iudicium.

LAVS, lai, dictio diſyllaba (λάος) fluuij nomen eſt in finibus Italiæ, agrum Bruttium, à Lucanis dirimens: cuius meminit Strabo lib. 6. Ptolem. libro. 3. cap. 1. Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius, in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima eſt, per Apolloniatarum agrum in mare ſeſe exonerans: idem (opinor) cum eo, quem Plinius Acantem appellat. Vide Ptolemæum lib. 3. cap. 13.

LAVS, huius laudis, fœm. gener. {Laude, lode, gloria, honore} (ἔπαινος) præconium, commendatio, gloria. Terent. in Adelph. Dij noſtram fidem, Vtrum ſtudio'ne id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? Proprie uirtus eſt, non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Verg. 5. Aeneid. Primam merui qui laude coronã. Dicta ἀπὸ τῶν λαῶν. hoc eſt a populis, quod proprie laus ſit populi de aliquo recta, loquentis. Certare laudibus alicuius. Verg. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hæmus, Laudibus Italiæ certent. Concedere laudem alicui. Cice. 1. de Orato. Vt eorum, quibus ſumma dicendi laus a noſtris hominibus conceſſa eſt, &c. Conciliare laudem, Quintil. lib. 2. cap. 7. Et laudem ſæpe maiorem, quam ſi noſtra ſint, conciliant. Ponere in laude. Ci. 3. de Orat. Recte genus hoc numerorũ, dummodo continuum ſit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cice. Metel. lib. 5. Ego dolori non ſolum ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo.

LAVS POMPEIA, Italiæ tranſpadanæ oppidum, à Boijs conditum, teſte Pli. lib. 3. cap. 17. Vulgo Loda.

LAVSVS, filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluię, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Ouid. 3. Faſt. Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. Alius fuit Mezentij filius, quem Aeneas interfecit, cum parentem uulneratum defenderet. Verg. lib. 11. Ingemuit chari grauiter genitoris amore, Vt uidit, Lauſus, lachrymęq́; per ora uolutæ.

LAVTIA, orum, (λαύτια) munera dicebantur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebãt: ut inquit Plutarchus in Problematibus. Vnde ſcribit Liuius, Lautia Attalo fuiſſe decreta. Feſtus: Dautia dicebant ueteres, quæ Lautia dicimus: dabantur legatis hoſpitij gratia, Liu. 8. Bel. Punic. Locus inde, lautiaq́; legatis præberi iuſſa. Legimus & Lautias fœminini generis in eadem ſignificatione. Liuius 8. Bel Pun. Ad hoc ædes, libera, loca, lautię legatis decreta. Ex Budæo.

LAVTITIA, æ, {Delicatezza} (πολυτέλεια) epularum magnificẽtia, a lauatione, dicta ut Feſto placet, quia apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro quis lauabat. Lautitia igitur munditia eſt, quæ in ueſtitu, & cibo ſit. Plin. lib. 9. cap. 35. Cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, lautitiam eius omnem, apparatumq́; detrectant. Ci. in Epiſt. Fama ad te de mea noua lautitia ueniet. Antiquitus etiam Lautitia dicebatur, teſte Feſto, farina ex tritico aqua conſperſa.

LAVTVLÆ, arum locus fuit in urbe Romana, non procul à Iano gemino: à lauando dictus, quod aquas calidas haberet. Auctor Varro libr. 4. de Ling. Latina.

LAVTVS, ta, tum, {Lauato, delicato} (λελουμένος) modo ſignificat idẽ quod lotus. Terentius: Te ne aſymbolum uenire unctum, atque lautum è balneis? Horat. 2. Serm. Saty. 3, Libertinus erat, qui circum compita ſiccus Lautis mane ſenex manibus currebat. Cicer. pro Deiotaro: Cur te lautum uoluit, cœnatum noluit occidere. Modo idem fere quod mũdus, & ſplendidus. πολυτελής. Vnde Lauta cœna, apud Plinium in Epiſt. 164. dicitur, quæ magnifice, opipareq́; eſt inſtructa. Et homo lautus dicitur, qui elegans eſt, mundus, & ſplendidus, λαμπρός. Cice. in Verr. Cum iſte atque iſtius amici, homines lauti, atque urbani, ſermones huiuſmodi diſſiparent. Modo diuitem & potentem. Terent. in Heaut. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. Acilio li. 13. in Halcſina ciuitate tam lauta, quam nobili coniunctiſſimos habeo. Lautum & copioſum patrimonium, apud eundem pro Rab. Poſthumo. Hinc aduerbium Laute, id eſt, eleganter. Plautus in Caſ. Laute ueſtitus, exornatus ambulat. Idem in Milit. Loquitur laute, & minime ſordide. A Lautus fit diminutiuũ Lautulus: à quo aduerbium Lautulè.

LAXITAS, atis, (χαυνότης) proprie opponitur contentioni: ut Laxitas in fidibus eſſe dicitur, cum tenſæ non ſunt. Accipitur tamen non raro pro amplitudine, ſeu magna capacitate, (εὐρύτης) cui opponitur Anguſtia: ut Laxitas domus Cic. 1. Off. Sic in domo clari hominis, in quã & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cuiuſq; modi multitudo, adhibẽda eſt cura laxitatis. Laxitas uiarum Colum. lib 4. cap. 18.

LAXAMENTVM, ti, {Rallentamento} (ἄνεσις) idem quod relaxatio, ſiue remiſſio intentionis, uel requies. Cice. li. 7. Epiſt. Ego tamen nactus in nauigatione noſtra pauſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum.

LAXO, as, {Rallentare} (χαυνόω) proprie idem quod laxum facio, & quod tẽſum erat, remitto: ut, Laxare arcum, Laxare fides citharæ, Laxare rudẽtes. Accipitur tamen non raro pro dilatare, ſeu ampliare, εὐρύνειν. Cice. Att. li. 2. Vt monumentum illud eo uſque laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus. Pli. li. 12. ca. 14. Laxatur hic plaga, nõ adimitur. Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere, (ἀφιέναι) habetq́; antitheton Aſtringere. Ci. ad Att. Tantum abeſt, ut ex eo, quo adſtricti ſumus aliquid laxari uelim, ut, &c. Aliquando ponitur pro Libero. Lucceius ad Cic. li. 5. Epi. Vt iſtis te moleſtijs laxes. Ci. in Cato. Maio. Qui ſe à libidinum uinculis laxatos eſſe non moleſte ferrent. Idem 1. Tuſc. Quodq; nunc facimus, qui laxati curis, &c. Aliquando ponitur pro aperio. Verg. 2. Aene. Laxat clauſtra Sinon. Hinc componitur Relaxo, quod eſt, rurſus laxo, recreo, remitto. Ci. lib. 1. Offic. Atque etiam quum relaxare animos uoluerint, caueant intemperantiam.

LAXVS, xa, xum, {Rallentato} (χαῦνος) proprie idem eſt quod non tenſus, ſiue remiſſus: ut, Laxæ, fides, Laxi rudentes, Laxus arcus, Verg. 11. Aeñ. Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Sic Laxa uela dicimus, quæ uentorum flatu non tenduntur. Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio, tranſlatione ab equis ſumpta, qui habenis adductis moleſtius laborioſiusq; incedunt, q̃ ijſdem relaxatis. Accipitur item Laxus, pro amplo & capaci. εὐρύς. Colum. lib. 1. cap. 3. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager, non recte cultus, q̃ anguſtus eximie. Laxum tempus, id eſt, longum: cui opponitur breue, & anguſtũ. Pli. in Epi. Fecit enim hoc quoque, ut cætera, impudentiſſime, quod poſt duos & Conſulares, & diſertos, tempus ſibi & quidem laxius uindicauit. id eſt, longius. Cice. ad Att. lib. 6. Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam. id eſt, tempus ſatis lõgum. Proculus l. cum ſtipulatus. ff. de Verborum oblig. Cũ ipſe arbitratu meo aliam diem opera faciundo laxiorem dederim. id eſt, cum diem protulerim.

Hinc Laxe aduerbium. Cice. pro domo ſua: Habitare laxe & magnifice uoluit. Laxe, & Anguſte ſunt contraria. Varr. de Re ruſt. cap. 10. De numero paſtorum alij anguſtius alij laxius conſtituere ſolent. Hinc Prolixum, quaſi porro laxum. Inuenitur & Laxum, aduerbium, pro late. Mart. Et adhuc ſuperceſſes tibi laxum.

LAZI, (Λαζοί. Stephano) populi ſunt Themiſcyre regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

L ANTE E.

LEA, leonis fœmina eſt, quæ & Leæna {Leona, leoneſſa} (λέαινα) dicitur. Lucretius lib. 5. Irritato leæ iaciebant corpora ſaltu. Lea item braſſicæ genus, latis folijs è caule exeũtibus: unde & κράμβη λεία quidã uocauere. Græci item λείαν appellant, hoc eſt, læuem, a foliorum læuitate. Plin. lib. 10. cap. 9. Eſt item Lea, inſula ſupra Cretam, una Sporadum, cuius meminit Pli. lib. 4. ca. 12. Item oppidum Sycnitarum, qui ſunt populi in ea Africæ parte, quæ Sinum Arabicum ſpectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 19.

LEÆNA, pen. prod. (λέαινα) leonis fœmina, quæ & Lea appellatur. Ver. 2. Eclog. Torua leæna lupum ſequitur. lupus ipſe capellam. Pli. li. 8. ca. 16. Ariſtoteles tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere: informes q̃, minimasq́; carnes eſſe initio magnitudine muſtelarum: ſemeſtres uix ingredi poſſe, nec niſi bimeſtres moueri. Fuit præterea Leæna, ſcortum quoddam Athenis non ignobile, ob lyræ cantũ Harmodio & Ariſtogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum eſt, ad necem uſque à tyrãnis excruciatam, nullis tamen tormẽtis adduci potuiſſe, ut tyrannicidarum cõſilia patefaceret. Quamobrem Athenienſes & honorem haberet ei uolentes, nec tamen ſcortum celebrare, animal nominis eius facere. atque ut intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab artifice uetuerunt. Auctor Pli libro 34. cap. 7.

LEANDER, (Λέανδρος) iuuenis nomen eſt ex Abydo Aſiæ oppido, in litore Helleſponti ſito, qui cum Erus puellę captus amore eſſet, quę in oppoſito litoris oppido Seſto habitabat, noctu ad eam tranſnabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter ceciddiſſet, iam audacior factus, cum mari tumido, & impacato ſe cõmiſiſſet, ui uentorum, fluctuumq́; uictus, in Helleſponto ſubmerſus eſt. Fabulã hanc, aut fortaſſis hiſtoriam, elegãtiſſimo carmine apud Græcos proſecutus eſt Moſæus à quo; Ouid. mutuatus eſt argumentum Epiſtolarum Erus ad Leãdrum, & Leandri ad Ero.

LEARCHVS, (Λέαρχος) Athamantis et Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod cũ uidiſſet Ino, arrepto Melicerta altero filio in mare ſe pręcipitauit: atque illa quidem in Deam maris mutata eſt, quam Gręci Leucotheã Latini Matutam uocant: Melicertes autem in deum marinum, quem Gręci Palæmona, Latini Portunum uocant. Oui. 6. Faſto. Tuq́; cadis patria parue Learche manu.

LEBADIA, ſiue Lebadea, pe. pro. λεβάδεια) urbs Bœotiæ eſt, non procul à Chæronea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. Plin lib. 8 ca. 58. In Bœotiæ Lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt, quę iuxta in Orchomeno tota ſubruunt arua, talpæ: quarum è pellibus cubicularia uidimus ſtragula. adeo ne religio quidem à portentis ſubmouet delicias.

LEBEDVS, pe. co. (λέβεδος Suidæ) Ioniæ ciuitas eſt, à Colophone centũ uiginti ſtadia diſtans. Hic ſcenicorum hiſtrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horat. li. 1. Epiſt. Scis Lebedus quam ſit Gabijs deſertior.

LEBES, betis, maſc. gen. pe. gr. pro. {Paiuolo} (λέβης) uas æneum in quo quid igni applicamus, ut ebulliat, ut docet Porphyrius. in 9 libr. Iliad. Ouid. in Epi. Briſeidos ad Achillem: Viginti fului operoſo ex ære lebetes. Verg. 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

LEBINTHVS, (Λέβινθος) inſula eſt una Sporadum, non procul à Patmo, te

ſte Strabone lib. 10.

LECANOMANTIA, (λεκανομαντεία) cum accentu in penultima, diuinatio, quæ fit per peluim. Vnde Strabo Lecanomantas & Hydromantas in Perſide frequens fuiſſe tradit, libro ſexto Geographiæ.

LECHÆVM, (λέχαιον) portus eſt, Corinthi, ad ſinum Criſſæum ſiue Corinthiacum, qui Iſthmum Peloponneſi ad occidētem alluit. Nam alterum, qui ſinu Saronico ab Oriente abluitur, Schœnuntem appellāt. Papinius: Curua Palæmonio ſecluditur unda Lechæo.

LECTE', lectius, lectiſſimè, uide Lego, gis.

LECTICA, æ, pe. pro. {Lettiga} (φορεῖον, κλίνη) cathreda aut ſedes, qua ferebātur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus ſtratus erat. Iuuena. Sat. 3. Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Græci modo ἑξαφόρον, modo ὀκταφόρον appellant, a numero ſex aut octo ſeruorum, lecticam geſtātium. Huius diminutiuum eſt Lecticula, læ, κλινίδιον. Sueton. in Auguſt. A cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Cicero. Matio: Vt noſtras uillas obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſſis.

LECTICARIVS, lecticarij, {Portatore di lettica} (κλινοφόρος) qui lecticā ferebat. Seruius Sulpitius ad Ciceronem: Coactus ſum in eadē illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſq; lecticarijs in urbem eum referre.

LECTICARIOLA, læ, à Martiale uocatur mulier quæ lecticariorū (id erat uiliſſima ſeruorum genus) amores ſectatur: quemadmodum contra Ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum conſuetudinē appetit. Locus eſt. Mart. lib. 12. in Alaudam. Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

LECTIO, onis, {Lettione} (ἀνάγνωσις) proprie eſt actus legendi. Cice. ad Att. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eā per lectionem relevarit? Quint. lib. 2. ca. 12. Et ipſius lectionis tædium uicibus leuatur. Accipitur etiam Lectio, pro recitatione poematis: quæ ſic definitur a Diomede: Lectio, eſt artificialis interpretatio, uel uaria cuiuſque ſcripti pronūtiatio ſeruiens dignitati perſonarum, exprimensq; animi cuiuſque habitum. Aliquando ponitur pro electione, (ἐκλογή, αἵρεσις) Liuius. Et eam lectionem nemo ratā habuerat. Aliquando pro collectione συλλογή. Colu. lib. 2. cap. 2. At ſaxoſum facile eſt expedire lectione lapidum.

LECTISSIMVS, a, um, uide infra in Verbo Lego, gis.

LECTISTERNIATOR, oris, qui lectum ſternit. Pla. in Pſeud. Tu eſto Lectiſterniator, tu argentum eluito.

LECTISTERNIVM, nij, (θεοξένια apud Athenæum) quum ſacrorum gratia lecti in templis ſternebantur, ad diſcumbendum, ſiue pernoctandum. Proprie Iouis epulum dicebatur. In Capitolio enim ſtratis tribus lectis, cōuiuium apponebatur tribus dijs, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iupiter, id eſt, Iouis ſimulacrum ſtatuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in ſellis cōſidebant. ſed appoſitis epulis, non ipſi dij, ſed ſeptem epulones fruebantur. De inuentione lectiſterniorum lege Liuium lib. 5.

LECTITO, tas, pen. cor. {Leggere ſpeſſo} (ἐπαναγινώσκω) frequenter lego. Cicero Pæto. Pyrrhi te uideo libros lectitaſſe. Ponitur & pro identidem colligere. Valer. lib. 8. Conchulas, & calculos in litore lectitaſſe.

LECTOR, oris, {Lettore} (ἀναγνώστης) qui aliquid legit. Cic. de Oratore: Brutus duos lectores excitauit: & alteri Craſſi orationem legendam dedit, alteri de Leg. Seruil.

LECTVM, (λεκτὸν Homero) Aſiæ promontorium eſt ad Idam montem pertinens, Troademq; diſterminās ab Aeolide. Auctores Plin. lib. 5. ca. 30. & Strabo lib. 3.

LECTVS, {Letto. Pet. E'duro campo di battaglia il letto} (κλίνη, εὐνή) in utraque ſignificationis eſt: dictus, (ut Varro inquit) quod lectis herbis & frondibus, & ſtramentis fieri ſolebat. Vel (ut alij putant) ab alliciēdo, quod fatigatos ad quieſcendum alliciat. Alij a Græco deducunt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci uocabant λέκτρον. Cice. ad Pætum lib. 6 Epiſt. Dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. Idem 7. Verri. Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur, id eſt, decumbebat, iacebat, & morbo uexabatur. Lectos etiam olim habebant in triclinijs, in quibus recumbentes cibū ſumebant: quos ab uſu Diſcubitorios, et Tricliniares appellabant: ad quorum differentiam Lectos cubiculares uocat Cice. 2. de Diuinatione quos nocturnæ quietis cauſa in cubiculis habemus. Huius diminutiuum eſt Lectulus, κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. Cice. ad Atticum li. 14. A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquā iucundius. Terentius in Ad. Iphis. Lectulos in ſole ilignis pedibus faciundos dedit.

LECTVS, a, um, participium, & nomen ex participio, uide paulo poſt in uerbo Lego, gis.

LECTVS, us, ui, {Scielta, elletta} (ἐκλογή, συλλογή) electio, ſiue collectio. Tacit. lib. 20. Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium Tribocorum, lectu auctas, ueterano pedite, atque equite firmauit.

LECYTHVS, pen. cor. {Boccale da l'oglio} (λήκυθος) uaſis genus uentre protuberante, oreq; anguſtiore, oleo aſſeruando accōmodatum: quod A. Gellius Guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter unguentaria uaſa annumerat. Per tranſlationem item Lecythum pro orationis ſplendore, & excuſſis in ſcribendo cura poſitū legimus. Cicero Attic. libro primo. Noſti illas ληκύθους.

LEDA, (λήδα) Tyndari Laconiæ regis uxor fuit, quam cum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum cum ea concubuit. Ex quo cōgreſſu Leda duo peperit oua: ex quorum altero nati ſunt Pollux & Helena, ex altero Caſtor & Clytemneſtra. Ouidius in Epiſt. Helenes ad Paridem: Dat mihi Leda Iouem cigno decepta parentem.

LEGALIS, le, {Ciò che a legge ſi appartiene} (νομικός) quod ad legem pertinet. Quint. lib. 3. cap. 10. Aliquando etiam incidere poſſunt legales tractatus in priuata maxime conſilia.

LEGARIVM, rij, (ὄσπριον, χέδροψ) idem quod legumen: a legendo dictum quod manu legatur, non falce ſecetur. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 32. Viciam, lentem, cicerculam, eruiliam, cæteraq; quæ alij legumina, alij (ut Gallicam quidā) legaria appellant.

LEGATARIVS, uel Legataria dicitur, cui ex teſtamento aliquid legatū eſt. Iuſtinianus Inſtit. de leg. Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatū. Legataria prouincia dicitur, quæ alicui delegata eſt. Cicero ad Attic. libro 15. O rem miſeram, primum ullam ab iſtis legationem: dein, ſi aliquam, hanc Legatariam prouinciam.

LEGATIVVM, ui, dicebatur id, quod dabatur legato nomine uiatici, & impenſæ. Vlpian. in. l. munerum. ff. de Muner. & honor. Legati quoque, qui ad ſacrarium principis, mittuntur, quia uiaticum, quod Legatiuum dicitur, interdū ſolēt accipere: ſed & Nicoſtrategi, piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt. Idem l. 2. ff. de Legat. Hi qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuū ex forma reſtituunt. Sic legit Budæus: alij Legatitium legunt.

LEGATOR, legatoris, qui aliquid legat per teſtamentum. Suetonius in Tyberio. Iterum eo cenſente, ut Trebianis legatam in opus noui Theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet.

LEGATVM, ti, (τὸ καταλειπόμενον) diminutio quædā hæreditatis, qua teſtator ex eo quod uniuerſum hæredis foret, alicui quid collatū uelit. Modeſt. l. legatum. ff. de Leg. 3. Legatum, eſt donatio, quædā, teſtamento relicta: & Legati appellatione, fidei commiſſum, & mortis cauſa donatio continentur. Pli. Epi. 44. Illa ut in periculo credula, poſcit codicillos, legatum Regulo ſcribit. Petere legatum ex teſtamento. Quint. lib. 4. cap. 14.

LEGATVS, ti, {Ambaſciatore, legato} (πρεσβεύς, πρέσβυς) qui legatione fungitur, ſiue qui refert mandata alterius. Verg. 11. Aen. Legati reſponſa ferunt. Cic. 6. Philippica. Lartes Tolumnius rex Veientum, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit. Legatus item in bello dicebatur, (ὕπαρχος, ἀντιστράτηγος) qui Imperatoris uice fungebatur, maximamq; eo abſente in exercitu obtinebat auctoritatem, qui 'ue ab Imperatore cū parte ad expeditionē mittebatur, aut præſidio præficiebatur. Cæſ lib. 2. de Bell. Ciuil. Neque ſe ignorare quod ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Vbi legatum propterea fiduciariam operam obtinere dixit, teſte Budæo, quia redeunte Imperatore, aut conſule, cedere eum oportet. Legatum mittere de aliqua re, eſt mittere, aliquem, qui de aliqua re cum alio noſtro nomine tractet. Cice. 2. de Orato. Cum Athenienſes ad Senatum legatos de ſuis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, eſt cenſere legatos mittendos eſſe, ſiue legatos ſententia conſtituere. Cic. ad Lentulum. Craſſus tres legatos decernit.

LEGATIO, onis uerbale, {Ambaſciatore, legatione} (πρεσβεία, πρεσβεύσις) munus, officiū, uel functio legati. Ci. 9. Philippic. Etenim cum legatio ipſa morti cauſa fuiſſet, eius monumentum extare uoluerunt: ut in bellis periculoſis obirēt homines legationis munus audacius. Legatio interdū pro ipſis legatis, qui mittuntur, ponitur. Quint. lib. 10. cap. 2. Miſſa ad Achillem legatio. Legatio quoque quædā eſt, quæ Libera dicitur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantū cauſa ab Senatu impetrabātur: quemadmodum honorarij magiſtratus a principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, tituloq; tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ij Senatores impetrabant, quibus negotia futura erāt in prouincijs, ut qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere uolebāt in prouincijs, legatorum perſonis acceptis commendabiliores controuerſias haberent, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. tabul. id uetitum erat, his uerbis: Rei ſuæ ergo nequis legatus eſto. Cic. contra Rullum: Legatos noſtros auctoritate tenui, qui quanquam rerum priuatarū cauſa legationes liberas obeunt: tamen exteræ nationes ferre uix poſſunt. Graue eſt enim nomen imperij, idq; etiam in leui perſona pertimeſcitur, propterea quod ueſtro non ſuo nomine abutuntur. Eſt & Legatio uotiua, quæ uoti prætextu ſuſcipitur. Cicero ad Att. li. 15. Votiua ne tibi quidē placebat: etenim erat abſurdum, quæ ſi ſtetiſſet Reſpub. nouiſſem, ea me, euerſa illa, uota diſſoluere. Legationem dare, eſt alicui obeundæ legationis munus iniungere. Ci. Contra Rullum: Quibus uos legationē dediſtis. Legationem accipere, id eſt, ſuſcipere onus legationis obeundæ. Ci. pro Flacco: Qui hāc ipſam legationem, quam habet, non accepit a ſuis ciuibus, &c. Legationem gerere, (πρεσβεύειν) id eſt, fungi legatione, & legatum eſſe. Quin. lib. 7. cap. 5. Male geſtæ legationis apud Græcos.

LEGEM, {Legge} (νόμον) dictam putant, quod publice legatur, ut omnibus nota, ſit, & ab omnibus obſeruetur. Hanc quidā definiunt eſſe generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu, & hoc duntaxat in libera ciuitate. Quanquam etiam regum & principum iuſſa Leges dicuntur, præſertim Imperatoris, poſtq; in eum populi Romani maieſtas tranſlata fuit. Rogabat magiſtratus populum quod conſtituendum eſſet, populus iubebat. Id iuſſum ſi generale eſt, & ad omnes, pertinens, Lex dicitur: ſi ad ſingulos ciues ſpectat, Priuilegium eſt. Ci. 1. de Leg. ſic Legem definit, quod ſi ratio ſumma, inſita in natura, quæ recta ſuadeat prohibeatq; contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatuſconſulta, Plebiſcita, Edicta prætorum, Decreta principum. Legitimæ actiones, Interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis uirtus eſt imperare, uetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus, Actionem intendere in iudicio, ſiue iudicio experiri. Pla. in Aul. Lege agito mecum, moleſtus ne ſis, & cœnam quoque. Interdum Lege agere, eſt exequi ſententiam à iudice latā, ſiue iudicis iuſſum explere. ut ſi iudex ſententiā tulerit, ut qui uincti ſunt, uirgis cædantur, deinde ſecuri feriantur & lictori dicat iudex, Lege age. hoc eſt, exequere ſententiam. Liu. de Campanis loquens: Fuluius acceptas literas, neque reſolutas, cum in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet. id eſt, ut ex officio ſuo ageret. & ſententiam in damnatos exequeretur. Interdum Lege agere, pro eo quod eſt, legitime agere ponitur. Legibus aliquem ſoluere, pulchre etiam dicitur: quod nunc Diſpenſare uulgus uocat. Liu. 10. ab urb. Tribuni plebis nihil impedimēto futurum aiebant. ſe ad populum laturos, ut legibus ſolueretur. Is legibus, ſolui dicitur, cui ſpeciali priuilegio conceditur, ut legibus parere non teneatur. Cice. Philippic. 11. Qui ex ædilitate Conſulatum petit, legibus ſoluatur. Legem ferre, eſt legis auctorē eſſe. Cicero poſt Reditum: Legem Tribunus Pleb. tulit, ne auſpicijs, &c. Condere leges, eſt leges obſeruandas præcipere. Vnde Conditores legum (νομοθέται) dicuntur quos Legis latores appellamus: quales apud Athenienſes fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus, Romæ Decemuiri. Pro eodem etiam dicimus, Componere leges, Conſtituere legem, Sancire leges, Dare leges, Imponere leges, Scribere leges. Iubere legem. Quibus contraria ſunt, Perrumpere leges, Diſſoluere leges. Perfringere leges. Lex quoque pro conditione ponitur, Plau. in Aſi. Agedum, iſtum oſtende

quem

quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me, & amicam, & lenam: leges pellege.

Dicimus & Hac lege, ſiue Ea lege. id eſt, hac conditione, ſiue hoc pacto, ſiue hoc iure. Cic. 3. Tuſcula. Ea lege nos eſſe natos, ut nemo in perpetuum eſſe poſſit expers mali. Terẽt. in Eunuch. Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem. Accipitur item Lex pro norma, ſiue regula. Cic. 3. de Orat. Hanc igitur, Craſſus inquit, ad legem cum exercitatione, tum ſtylo, qui & alia, & hoc maxime ornat, ac limat, formanda uobis oratio eſt. Idem in Orat. Quo etiam difficilius eſt oratione uti, quam uerſibus, quod in illis certa quędam & definita lex eſt, quam ſequi oportet.

LEGERDA, (λεγέρδα) urbs eſt Armeniæ maioris, in Entetena regione, non lõge ab Euphrate fluuio. Ptolemæus lib. 5. cap. 13.

LEGIFER, ri, {*Legislatore*} (νομοθέτης) idẽ quod legiſlator. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6. Optauit Minos ſimiles ſibi legifer annos. Huius fœmininum eſt Legifera. Verg. 4. Aene. Mactant de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo.

LEGIO, onis, (τάγμα) à delectu militum dicta eſt, teſte Varrone libr. 4. de Lingua Latin. eo quod legionis milites uiritim legi, hoc eſt, eligi ſoleãt. Diuiditurq; legio in decem cohortes: Cohors in quinquaginta manipulos. Manipulus in uigintiquinque milites. Legiones Romanę à numero, atque ordine nomina ſumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites uocabantur, qui erant primæ, ſecundæ, & decimæ legionis. Liuius. 7. Belli Macedonici: Romana acies uniua prope formæ fuit, & hominũ, et armorum genere: duæ legionis Romanæ, duæ ſociorum & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos ſingulæ habebant. Vide Veget. de Re Milit. lib. 2. cap. 2. & ſeq.

LEGIONARIUS, a, um, (ταγματικός) quod eſt legionis, uel, quod ad legionem pertinet. Aſinius Pollio Ciceroni libro 10. Epi. Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. Cæſar 3. Bel. Ciuil. Et legionarij interioris munitionis defenſores, ſcalis admotis, &c. Legionariæ cohortes. Liu. 4. Bel. Macedo.

LEGIRUPA, legirupæ. {*Che rompe la legge*} (παράνομος) qui legem frangit. Plaut. in Pſeu. Impudice, ſceleſte, uerbero, buſtirape, furcifer, ſocifraude, parricida, ſacrilege, periure, legirupa, pernicies adoleſcentum.

LEGIRUPIO, onis, (παράνομος) qui rumpit leges. Plaut. in Ruden. Iube modo accedat prope hunc legirupionem.

LEGISLATOR, legiſlatoris. {*Colui che fa la legge*} (νομοθέτης) qui legẽ tulit. Dicitur etiam Legumlator, & ſeparatim Lator legum, uel Lator legis. Liuius 4. Bel. Macedonici. Noſter legumlator non in paucorum manu Rempublicam eſſe uoluit. Cice. 4. in Catil. Latorem legis Semproniæ iuſſu populi pœnas Reipublicæ dependiſſe.

LEGITIMUS, a, um, {*Legitimo*} (γνήσιος, νόμιμος, γιγνόμενος) quod eſt æquum, iuſtum, conueniens, & ſecundum legem factum. ut, Vxor legitima. Marti. lib. 5. Quæ legis cauſa nupſit tibi Lælia Quinte, Vxorem potes hanc dicere legitimam. Aetas legitima ad petendum conſulatum. Liu. 5. Bel. Puni.

Amor legitimus. Ouid. Epiſt. 11. Legitime aduerbium, νομίμως. Cicer. 1. de Offic. Iuſte, & Legitime imperanti. Cuius contrarium eſt Illegitimum. Vnde Legitimi filij, qui ſecundum legem nati ſunt.

LEGIUNCULA, læ, diminutiuũ à nomine Legio deductum, (ταγμάτιον) parua legio. Liu. lib. 5. Bel. Maced. Videretis uix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.

LEGO, legas, {*Mandar legati, ambaſciadori*} (διαπρεσβεύω, ἐπικηρυκεύομαι) in legationẽ mitto, oratorẽ cõſtituo, uel meo, uel publico nomine aliquid acturum. In qua ſignificatione præter accuſatiuum inuenitur habere datiuũ ſignificantem eum, ad quem aliquis legatur. Plaut. in Amph. Delegit uiros primorum principes: eos legat Telebois. Sæpius loco huius datiui accuſatiuum habet cum præpoſitione Ad. Cice. 5. Verrina: Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Cum nominibus locorum conſtructum, eandem habet conſtructionem, quam cætera uerba motum ad locum includentia. Nam ſi ea fuerint ciuitatum, caſtellorum, aut uicorum nomina, in accuſatiuo collocabũtur ſine prępoſitione: ut Legare quempiam Carthaginem, uel Corinthum. Sin regionum ea fuerint nomina, in accuſatiuo ponentur, mediante præpoſitione In. Sal. in Iugur. Legantur tamen in Aphricam maiores natu. Hinc Legatio, uerbale, & Legatus, ti, de quibus ſupra. Interdum Legare, uerbum eſt militare, idem ſignificans quod legatũ ſibi ſubſtituere, & parti copiarum aliquem præficere. Cic. Atti. lib. 8. Dolabellam me ſibi legauit. Quandoque committere. Plautus in Caſi. Quin ruri es in præfectura tua? quin potius, quod legatũ eſt tibi negotiũ, id curas? Quandoque decernere, & teſtamẽto aliquid alicui relinquere, (διατίθεμαι, καταλείπειν) ut, Teſtator liberto ſuo argenti pondo decem legauit: hoc eſt, decreuit ex hæreditate ſua decem argenti pondo liberto ſuo conferri. Liu. li. 1. ab urb. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnũ ueuſtum Syluię gentis legat. Aliquando aſſignare, adſcribere, imputare. Liu. 8. Bel. Punic. Patere nos omnia, quæ proſpera tibi, & pop. Roman. imperio euenere, tuo conſilio aſſignare: aduerſa, caſibus incertis belli, & fortunæ legare. Huius uerbi compoſita ſunt, Ablego, Allego, Delego, a quo Subdelego, Relego, Sublego, quæ habent penul. product. Deriuatiua ſunt, Collega, & Collegium: de quibus omnibus ſuo loco.

LEGO, gis, gi, ctum, {*Radunare, leggere*} (ἀναλέγομαι) proprie colligo, hinc atque illinc decerpo. Verg. 3. Eclog. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.

Colum. lib. 2. Optimam quanque ſpicam legere oportet, ſeparatimq; ex ea ſemen reponere. Hinc tractum eſt, ut Legere etiam ſit oculis ſcripta percurrere (ἀναλέγειν, ἀναγιγνώσκειν) quoniam literæ oculis legi, id eſt, colligi uidentur. Cicero Mario lib. 7. Dummodo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit. Propter quod, ea quoque quæ picta ſunt, Legere dicimur. Idẽ li. 6. Quin protinus omnem Perlegerent oculis. Tractum à Græcis, qui γράφειν ſcribere & pingere dicunt. Item quoniam nautæ dum aſpera loca prætereunt, legere, id eſt, colligere uela conſueuerunt, quandoque accipitur pro prætereire, uel prænauigare παραλέγεσθαι. Verg. 3. Aene. Littoraq; Epiri legimus. Aliquando pro ſurripere (κλέπτειν) quod ea quę furamur, colligimus. Ver. 10. Aen. Quod ſoceros legere, & gremijs abducere pactas? Quo in loco Seru. exponit legere pro furari. Idem Eclog. 9. Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.

Hinc Sacrilegium, ἱεροσυλία. Ab huius uerbi paſſiuo Legor, fit participiũ lectus: quod interdum comparatione, & temporis amiſſione in nomen migrat, idemq; ſignificat quod ſelectus, ſiue ex aliorum numero ſeparatus, ἐπίλεκτος. Horat. in Carm. ſeculari: Virgines, lectas, puerosq; caſtos. Dijs quibus ſeptẽ placuere colles, Dicere carmen. Ver. 9. Aeneid. Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum corpora, captiuosq; dabit. Cic. 9. Verr. Lectiſſimus adoleſcens, dixit: et in 3 Lectiſſimi, atque ornatiſſimi. Idem in Catil. & ad Attic lib. 10. Lectiſſimi, uiri, atque ornatiſſimi. Idem in Catil. & ad Att. li. 10. Lectiſſima fœmina.

Hinc fit aduerbium, Lecte, ctius, ctiſſime. Ci. in Orato. Sententijs uerbisq; lectiſſime dicere. Huius uerbi compoſita ſunt Allego, Colligo. Deligo, Diligo, Eligo, Intelligo, (à quo Subintelligo) Negligo, Perlego, Relego, Sublego, Seligo, quæ habent penul. corr. Significata uide ſuis locis.

LEGULÆ, ſunt, uitæ paruæ, ſiue ligulę fimbriatæ reticulatis cancellis, plagulis orbicularibus: a legendo dictæ.

LEGULEIUS, leguleij, {*Colui che ſtudia nelle leggi, legiſta*} (νομικός) qui legum ſtudia ſectatur, ſeu uerſatus in legibus. Cic. 1. de Orato. Ita & tibi Iurecõſultus per ſe nil niſi leguleius quidam cautus uidetur, & acutus præco, actionũ cantor formularum, auceps ſyllabarum.

LEGULUS, li, pen. cor. (συλλογεύς) qui uuas aut oleas colligit. Cato. cap. 14. Legulos quot opus erit, præbeto. id eſt, collectores.

LEGUMEN, pen. pro. huius leguminis, {*Legume*} (ὄσπριον) quicquid ex terrę ſatis in ſiliquis naſcitur: ut ſunt fabæ, piſa, cicer, lentes, & ſimilia. Dictum eſt autẽ Legumẽ a legendo, quod manu legatur. Varr. li. 1. de Re ruſt. de cicere. Hoc enim quoque legumen ut cætera, quæ euelluntur, è terra, non ſubſecantur ut fruges: quæ quod ita legantur, Legumina dicta. Verg. 1. Georg. Vnde prius lætũ ſiliqua quaſſante legumen.

LEGUMENTUM, ti, & Legarium, rij, {*Legume*} (χέδροπα) idem quod Legumen. Varr. de Re ruſt. lib. 1. ca. 32. Viciam, lentem, cicerculam, eruiliam, cæteraq;, quæ alij legumina, alij (ut Gallicam quidam) Legaria appellant &c.

LEITUS, (λήϊτος) unus ex quinque Bœtorum ducibus, qui ad Troiam profecti ſunt, teſte Homero. lib. 2. Iliad.

LELANTUS, fluuius eſt Eubœæ inſulę, apud Pli. lib 4. cap. 12.

LELEGES, pen. cor. (λέλεγες) Aſiæ populi fuerunt, origine Græci, ita dicti, quaſi λελεγμένοι, eo quod diuerſis è locis collecti eſſent. Hi primum inſulas tenuerunt. indeq; in continenti trangreſſi, partim in Myſia ad Adramyttenum ſinum conſederunt: ubi & Homerus maiorem Lelegum partẽ uidetur collocare: partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ eſt proximus: unde etiam Plinius tradit, Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuiſſe appellatam. Ouid. li. 6. Metam. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; peterrat. Lelegum originem non nulli ad Theſſalos, retulerunt: è quibus eſt Seruius, explicans illud Ver. 8. Aen. Hic Lelegas, Carasq;, ſagittiferosq; Gelonos Finxerat. Pli. uero li. 4. c. 8. Lelegas olim appellatos fuiſſe ait, quos poſtea Locros Epicnemidios nominarũt, per quos Cephiſus amnis in mare illabitur. Euſtathius λέλεγας multis ex locis cõſtruxiſſe exiſtimat, atque inde etiam nomen accepiſſe: quod etiam non obſcure innuit Strab. lib. 7. Ariſtoteles autem Lelegum appellationem ad Lelegem quẽdam Leucadium refert, cuius nepotem ex filia tradit fuiſſe Teleboam.

LEMA, æ, (λήμη) humor albus in oculis concretus. Plin. lib. 23. cap. 1. Aut ſi cruore ſuffundũtur oculi, uel ſi lemę in oculis erunt. Inde Lemoſi, (λημῶντες, λημαλέοι) Cœlius lib. 7. cap. 6.

LEMANNONIUS ſinus, in Septentrionali Britanniæ parte collocatur a Ptolemæo. lib. 2. cap. 3.

LEMANUS, pen. prod. (λημανός) lacus eſt Allobrogum. Geneuam, & Loſanam urbes alluens, Rhodanũq; fluuium impermiſtis aquis tranſmittens. Luca. lib. 2. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemano.

LEMBUS, (λέμβος) nauiculæ exiguæ genus, ſed miræ uelocitatis: cuiuſmodi ante claſſem explorandi gratia ſolent præmitti. Polybius lib. 1. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν συρακουσῶν προαπεσταλμένοις ταμίαις ἀπήγγελλον οἱ προπλεῖν εἰθισμένοι λέμβοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. Hoc eſt, Similiter, et Quæſtoribus, qui a Syracuſanis pręmiſſi erant, annunciarunt lembi, qui ſolebãt antecedere, aduerſariorum aduentũ. Liuius. Lembos inter naues actuarias uidetur annumerare: ut Decadis 4. lib. 4. Naues, quas ciuitatibus maritimis ademiſſet, redderet: ne'ue ipſe nauim ullam præter duos lembos, qui non plus, quã ſedecim remis agerentur haberet. Erant autem & maiores lembi, bello utiles. Idem lib. 5. Deca. 5. Antenor, qui cum claſſe lemborum ad Phanas ſtabat Caſſandriã inde traiecit. Erant & minores, ſcapharum inſtar, quibus à litore, ad onerarias aduehebantur. Pla. Mercat. Dum hæc agũtur, lembo aduehitur pater tuus pauxillulo. Verg. quoque lib. 1. Geor. Lembos inter fluuiatiles lyntres annumerat. Non aliter (inquit) quàm aduerſo uix flumine lembum Remigijs ſubigit, ſi brachia forte remiſit, Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

LEMMA, tis, (λῆμμα) dicitur, id quod in ratiocinationibus aſſumitur, ſiue per ſe, ſiue in ſubiectis pronunciationibus. Cice. 2. de Diuin. Sumptionem interpretatur, Sed demus (inquit) tibi iſtas duas ſumptiones, ea, quę λήμματα appellãt Dialectici: ſed nos Latine loqui maluimus. Vocantur prætcrea Lemmata quædam ueluti themata, quæ carmini, alij'ue operi præfixa, paucis uerbis eius indicant argumentum. Mart. lib. 14 Lemmata ſi quæris cur ſint adſcripta docebo: Vt, ſi malueris, lemmata ſola legas. Vbi Lemmata uocat, ſuccinctos illos uelut titulos, quos Epigrammatis ſuis præfixit, ad indicanda ſingulorum argumẽta. Accipitur etiam Lemma, pro themate, ſiue argumento, quod nobis in carmine, alio'ue opere ſcribendo proponimus. Pli. Epiſt. 92. Nam lemma ſibi ſumpſit quod ego interdum uerſibus ludo.

LEMNISCI, orum, {*Fiocchi, uappe*} (λημνίσκοι) faſciolæ coloriæ dependentes ex coronis: unde dictę, quod antiquiſſimum genus coronarum fuit laureatũ inquit Feſtus. Plin. lib. 21. cap. 3. Craſſus diues primus argento, auroq; folia mitatus, ludis ſuis coronas dedit: acceſſerunt quoque & lemniſci, quos adijci, ipſarum coronarũ honos erat propter Hetruſcas, quibus iungi, niſi aurei, non debebant. Celſus lib. 7. ca. 28. uidetur accepiſſe Lemniſcum pro linamento, quod chirurgi uulneribus imponunt, oleo, uel unguento illitum. Intus (inquit) implicitũ in longitudinẽ linamentum (λημνίσκον Græci uocant) in aceto tinctum demittere. Inde fit adiectiuum Lemniſcatus: ut, Palma lemniſcata. Cicero pro Roſcio Amer. Multa eſſe infames palmas: hanc primam tamen eſſe lemniſcatam, quæ Romæ deferatur.

LEMNOS,(Λῆμνος)inſula eſt maris Aegei, Thraciã a ſeptentrione, ab Occa ſu Athon montem habens, fabuloſo Vulcani caſu nobilitata. Eadem & Hyſiphyle dicitur, à filia Thoantis eiuſdem nominis, quæ in hac inſula regnauit.

Hinc deducitur Lemnius adiecti. ut Lemnia turba, apud Ouidium, in Ibin. Saxa Lemnia, apud eundem 5. Triſt. Lemnia mala(λήμνια κακά)id eſt, ingentia, & inaudita: qualia Lemnium afflixiſſe dicuntur.

LEMNIA TERRA, quæ in Lemno inſula effoditur. Eius tres Galeno enumerantur ſpecies, quarum una fullonibus in uſu eſt ad extergendas ueſtes: altera fabris quæ a Græcis μίλτος, à Latinis Rubrica uocatur: tertia medicis, quæ à Græcis, σφραγὶς λημνία, hoc eſt, Sigillum Lemnium appellatur ab imagine capræ(ut uult Dioſcorides)aut certe Dianæ,(ut mauult Galenus)quæ illi imprimi ſolet. Effoditur autem hæc terra in ſola Lemno, non tamen in quauis parte eius inſulæ, ſed tantum in colle quodam Hephæſtiadi ciuitati imminenti: quem etiam Vulcano ipſi ſacrum fuiſſe fabulantur, eo quod is a matre de cœlo, deturbatus in collem illum feratur decidiſſe. Cuius fabulæ occaſionem præſtitit collis eius color, & ſterilitas. Nam & cauſto ſimillimus eſt, & nullã omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto ſoleat præparari à ſacerdote Dianæ, unde Galenum lib. 9. de Faculta. Simpli. medicamen. ubi merito reprehẽdit Dioſcoridem, qui putauit terræ huic hircinum ſanguinem admiſceri. Hodie Seplaſiarij pro terra Lemnia ſupponunt Terram ſigillatam. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligi poteſt ad Turcarum principem defertur, neque ulla ratione ad nos peruenire poſſet, niſi ille noſtros principes, eorumve legatos, aliquot orbiculis interdum donaret.

LEMONIVM, herba eſt ſuccum lacteum emittens, & creſcentem gummis modo, humidis locis, Auctor Plin. lib. 25. cap. 9.

LEMVRES, lemurum, pen. corre. larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginũ, & beſtiarum, inquit Nonius. Ouid. 5. Faſtorum Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum. Varro lib. 1. de Vita popul. Roma. Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe lemures domo extra ianuam eijcere.

LEMVRIA, orum, feſta erant Lemuribus ſacra, quæ cum celebrabantur(id autẽ erat menſe Maio)templa omnia claudebantur, nuptiæq́; omnes infauſtæ putabãtur. Quæ res fecit locum prouerbio, Malum menſe Maio nubere. Oui. li. 5. Faſtorũ: Ritus erit ueteris nocturna Lemuria ſacri: Inferias tacitis manibus illa dabant. Et paulo poſt: Fama tamen ueteres illis clauſere diebus: Vt nunc ferali tempore operta uides. Nec uiduæ tędia eadem, nec uirginis apta Tempora: quæ nupſit, non diuturna fuit. Hac quoque de cauſa(ſi te prouerbia tangunt) Menſe malum Maio nubere uulgus ait.

LENÆVS,(Ληναῖος)unum eſt ex Bacchi cognominibus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc eſt, a torculari, ſiue lacu impoſitum. Verg. lib. 2. Georg. Huc pater o Lenæe tuis hic omnia plena Muneribus.

LENA, æ. {Roffiana}(μαστροπός)appellatur ab Vlpia. l. palam. ff. de ritu. nup. quæ mulieres quæſtuarias proſtituit. Item ea quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet. Itẽ ſi qua cauponã exercẽs, in ea corpora quæſtuaria habeat, ut multæ aſſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponij proſtitutas mulieres habere, dicẽdum eſt hanc quoque Lenæ appellatione contineri.

LENIMEN, inis,(κήλημα)idem quod lenimentum: hoc eſt, quo aliquid lenitur & dulcoratur, Oui. 11. Metam. Addidit illis Hoc quoque lenimen, quo ſolo flexit amantem.

LENIMENTVM, ti,(κήλημα. παραμύθιον)idem quod mulcimentum, ſiue mitigatio: ut Elleborum dare cum lenimento rhaphani. Plin lib. 25. cap. 5.

LENIO, nis, niui, uel nij, nitum, {Mitigare, placare, humiliare}(ἀπαλύνω)mulceo, placo, flecto. Salu. in Catil. In tali tempore tanta uis hominis magis leniunda, quam exagitanda uidebatur. Aliquando imminuere, leuare, mitigare. Ibidem: Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea exiſtimabant ab ijs, qui Ciceronis inuidiam, quæ poſtea oborta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris, qui pœnas dederant, id eſt, imminui. Cic. Trebat. Tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectabo, abſentem memoria colam, omne deſiderium litteris mittẽdis accipiendisq́; leniam. Legitur & Lenibo, futurum antiquum. Propert. Lenibunt tacito uulnera noſtro ſono. Huius cõpoſitũ eſt Delenio,(καταπραΰνω)de quo uide ſuo loco.

LENIS, & hoc Lene, {Manſueto facile, humile}(πρᾶος, ἤπιος, πρᾶος)idẽ quod facilis, non iracundus, clemens, indulgens. Tere. in Hecy. Ego ſum animo leni natus non poſſum aduerſari meis. Cice. pro Sexto Roſc. Amer. Veſtrũ nemo eſt, quin intelligat populum Romanum, qui quondã in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Lene & aſperũ ſunt contraria: ut uidere eſt apud Ciceronem libr. de Finib. 2. Lenes cibi & acres, apud Cælium lib. 2. cap 21. opponuntur. Lene uinum, dicitur delicatum nõ uehemens, aut aſperum, neque linguam, aut cerebrum feriens. Terent. in Heauto.

Pitiſſando modo mihi, Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens, aſperum Pater hoc eſt, aliud lenius. Lene uenenum dicitur, quod miram quodam modo, & uix ſenſibilem mortem inducit. Cicer. ad Atticum lib. 2. Sed ita lenibus, uti uidebantur, uenenis ut poſſe uiderentur ſine dolore interire. Lenis ſonus id eſt, placidus. Cice. lib. 3. de Orato. Ille autem ſuperiore leniore quodam ſono eſt uſus. Leniſſimus Auſter quoque a Cicerone lib. 7. ad Attic. dicitur. id eſt leniter ſpirans.

LENITAS, lenitatis, {Manſuetudine, facilita}(πραότης)manſuetudo, facilitas Cic. ad Attic lib. 10. Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quam tam crudeliter negligenda. Lenitas guſtus, id eſt, ſuauitas contraria aſperitati. Plin. lib. 26. cap. 7. Differentia intelligitur lenitate guſtus.

LENITVDO, inis,(πραότης)idem quod lenitas, hoc eſt facilitas. Ci. 6. Verr. Verebar ne eorum nimia lenitudine oppugnarer. Lenitudo orationis, id eſt, ſuauitas expers aſperitatis. Idem 5. Tuſcul. Lenitudo orationis, mollitudo corporis ea ſi bona dicemus, quid erit in philoſophi grauitate?

LENITER, aduerbium, {Piaceuolmente, manſuetamente}(πράως, ἠπίως)placide, non uehementer: ut, Leniter arridere, apud Cice. 1. de Finib. Leniter diſputare, apud eundem 4. Acad. Leniter agere. Liu. 8 Bel. Pun. Caſtigando, increpandoq́; & plus quam leniter agendo. Legitur & lene, in eadem ſignificatione, licet non æque uſitate. Martia. lib. 1.

Tepida natabis lene Congedi unda.

LENO, onis, {Roffiano. Boc. Gio. 4. No. 2. Di ladrone, di roffiano, di falſario}(μαστροπός, πορνοβοσκός)qui ſcortorum proſtitutione quæſtum facit: ita dictus ab alliciendo, quod adoleſcentulos alliciat, uel à leniẽdo, quod leniẽdo animos adoleſcentium corrumpat. Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 10. Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari. Priſcianus exiſtimat hoc nomen duobus generibus commune eſſe: quamuis habeat fœmininum Lena.

LENOCINIVM, cinij, {Roffianeſmo}(μαστρωπεία)lenocinandi actus, hoc eſt, exercitiũ lenonis. Vlpian. l. palam. ff. de ritu. nup. Lenocinium facere nõ minus eſt, quam corpore quæſtum exercere. Quid autem ſit Lenocinium facere docet Vlp. l. athletas. ff. de his qui not. infam Lenocinium facit(inquit)qui quęſtuaria mancipia habuerit: ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet. Cic. 5. Verr. Pudorem & pudicitiam qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam, domeſticum lenocinium uidere? Ponitur interdũ pro delinimento, allectamento, illecebra, blanda aſſimulatione, ἐπαγωγή, Cice. pro L. Muræ. Vtrum lenociniũ, inquit, a grege delicatę iuuentutis, an orbis terrarum imperium a pop. Roma. probas? Idem pro Seſt. Et ſe uitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderit. Quandoque ſumitur pro exquiſitiore elegantia, καλλωπισμός, κομμωτική. Cice 2. de Natu. Deo. Perſpicuum eſt enim, quæ cõpoſitiones unguentorum, quæ ciborum conditiones, quæ corporum lenocinia proceſſerint.

LENOCINOR, aris, tertia ſyllaba corr. {Roffianare}(μαστροπεύω, προαγωγεύω)lenocinium facio. Per translationem pro blandiri ponitur ſiue allicere, quod lenones facere ſolent. Cicer. 1. Verr. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quam poteſt. Interdum ſignificat gratiam conciliare. Pli. 3. Epiſt. poteſt tamen fieri, ut quanquam in his difficultatibus, libro iſti nouitas lenocinetur Budæus.

LENONIVS, nia, um, {Coſa da roffiano}(μαστρωπικός)quod ad lenonem pertinet. Plaut. in Menæc. Ab his locis lenonijs.

LENS, lendis, fœminini gene.(κονίς)ouum pediculorum, capillis adhærens: ex quo poſtea pediculi generantur. Plin. lib. 29. cap 6. Lendes tolluntur adipe canino, uel anguibus in cibo ſumptis anguillarum modo.

LENS, lentis, {Lenticchia, lente}(φακός)genus leguminis, folio uiciæ, tribus, quatuorve in ſiliqua granis, inter legumina minimus. Dicta autẽ putatur Lens, ab adiectiuo lenis, quod qui ea veſcuntur, lenes ac moderati fiunt. Verg. 1. Georg. Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Lentim pro Lentem in accuſatiuo frequens eſt apud Catonem: ut cap. 35. Lentim in rudeto, & rubricoſo loco, qui herboſus non fiet, ſerito.

LENTEO, lentes, {Eſſere lento, molle, tenero}(γλισχραίνομαι)lentus ſum, tener & mollis, Vnde apud Luciliũ legitur, Lentet opus, pro eo quod eſt, lente procedit. A lento fit Lenteſco, teſcis, quod ſignificat lentum, ſeu teneium, ac molle fieri. Colum. libro. 11. ca. 2. Quæ ſi natura nimis lenta eſt, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in ſtercore obruenda eſt, ut lenteſcat. Verg. lib. 2. Geor. Sed piceis in morem ad digitos lenteſcit habendo, id eſt, cohæret, ut exponit Seruius. Colum. li. 2. ca. 11. Cicera bubus erui loco freſa datur in Hiſpania Bætica, quæ quum ſuſpenſa mola diuiſa eſt paulum aqua maceratur dum lenteſcat, hoc eſt cohæreat, uel(ut ait Budæus)glutinoſa fiat. Curæ lenteſcunt tempore. Oui. lib. 2. de Arte aman. Sit mora tuta breuis, lenteſcunt tempore curæ.

LENTICVLA, æ, {Lente piccola}(φακῆ)genus eſt leguminis, lenti ſimillimum, ſui tamen generis. Plin. lib. 15. ca. 11. Folia ſunt lenticulæ ſimillima Grę ci φακὸν appellant, ut ex Theodori uerſionẽ annotauit Hermolaus: cum lentem φακὸν nominent. Vnde tritum illud Græcorum prouerbium, ἐν τῇ φακῇ μύρον ſic fere omnes uertunt. In lenticula unguentum. Quod quidem prouerbium in eos dici ſolet, qui nullo rerum diſcrimine, quas agunt, dicuntve, pari arte cũcta moliuntur: quod genus homines Græci κακόζηλον, καὶ ἄτροπον appellant. Lenticula etiam genus uaſis eſt a figura leguminis dictum. Videturq́; id eſſe, quod Diſcus appellatur apud Dioſcor. Pli. lib. 18. cap. 22. Duo lentis genera in Aegypto: alterum rotundius. nigriusq́; alterũ ſua figura: unde uario uſu translatum eſt in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuiſſe uaſis unguẽtarij genus, in qua etiam ſignificatione a ſacrorum Bibliorũ interprete uſurpatur. Ab huius item uaſis ſimilitudine, in gemmis quoque Lenticula appellatur, figura circa medium ſui lata, rotunda, & depreſſa. Pli. lib. 37 cap. 12. Figura oblonga maxime probatur: deinde quæ uocatur Lenticula, poſtea Clypeolos.

Rurſus Lenticulæ, maculæ ſunt in corpore, quæ & Lentigines dici ſolent. Celſus lib. 6. cap. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

LENTICVLARIS, & hoc lare, (φακοειδής)adiectiuum a lenticula: ut, Lenticularis forma, Apul. lib. 2. Flor.

LENTIGO, pe. prod. ge. lentiginis, {Lentigine}(φακός)macula ſubruſa, et nigra interdum, in facie, ad lentis ſimilitudinẽ. Vnde & Lentiginoſus φακώδης. Pli. li. 20. ca. 10. de Amplice: Ac niſi mutata ſæpe aqua coquendum, ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere.

LENTISCVS,(σχῖνος)arbor eſt in Chio præcipue naſcens,(quanquã & in Italia, & in Narbonenſi Gallia proueniat)magnitudine roboris ſorbi folio terebinthi odore, acinis, dũ matureſcunt, ruffis: ubi maturuerunt, nigris: maſtichẽ eudans in modũ gummi. Hæc arbor perpetuo uiret: terq́; in anno fructus profert.

Quod & ipſum teſtatur Cicero de Diuinatione uerſibus ex uetuſto aliquo poeta adductus: Iã uero ſemper uiridis, ſemperq́; grauata Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu: Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arãdi. Dictã autẽ Lentiſcum putat Ruellius, quod liquore quodam lenteſcat. Sudat enim reſinam, quam in Chio inſula Maſtichen uocant. Eius fructum Hippocrates σχινίδα uocat: arborem autem σχῖνον. Ex arboris huius ligno præſtantiſſima fiunt dentiſcalpia. Mart. lib 14. Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit, dentes penna leuare poteſt. A lentiſcus fit denominatiuum Lentiſcinus, ſcina, num, quod ex lentiſco factum eſt: ut. Oleum lentiſcinum. Plin li. 23. ca. 2. Tunc addito oleo lentiſcino illita, una nocte ruſat capillum.

LENTO, tas, {Lentare}(χαυνόω)lentũ reddo. Verg. lib 3. Ante & Trinacria lentandus remus in unda. Vbi Ser. Lentandus: aut Lente tibi nauigandũ eſt(nã totam Siciliã circuit)aut flectendus: unde Lentum uimen dicimus. i. flexibile.

LENTVLI,(Λέντουλοι)Romani quidam nobiliſſimi, ita cognominati, a lẽte, ut Cicerones a Cicere. A quibus denominatiuum Lentulitas, deflexit Cice. li. 3. Epiſt. pro nobilitate Lentulorum. Vllam(inquit)Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis, exiſtimas?

LENTVS,a,um,{*Fleſſibile,tardo,uiſcoſo*}(γλίσχρος)proprie idem eſt quod tenax & uiſcoſus. Plaut. Menæc. Quàm lentum eſt,& uiſco ſimile? Nonnunquam idem quod molle,flexibile,& minime fragile. Verg.5.Eclog. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. Sed tranſlatum ad animum,pro leni ac placido capitur, & æquanimi:ut, Vir patiens,& lentus,apud Cice.lib.2.de Orato. Interdum pro facili. Luc.li.11.Sat.ut citat Nonius: L.Cotta ſenex Craſſi pater huius Paneti Magnus Trico fuit numarius ſoluere nulli Lentus. Interdum pro tardo βραδύς. Pli.Epiſt.147. Ibat illa lento gradu,quaſi grauis uinculis. Interdum pro ſecuro & otioſo. Verg.1.Eclog. Tu Tytire lentus in umbra,&c. Interdum pro remiſſo & frigido. Verg.2.Georg. Noctis lentus non deficit humor. Habet & alias ſignificationes,ut cum dicimus,Lentum colorem,id eſt,fluentem,et facile euaneſcentem. Plin.li.12.ca.15. Colos in quacunque natione præfertur rufus,& pinguiter lentus. Lentus ignis,dicitur moderatus, non uſqueadeo caleſcens. Plin.li.13.ca.4. Lentus ignis è palmis. Lentus tepor,remiſſus. Plin.lib.12.cap.29. Probatur caſia guſtu,quàm maxime feruens potius,quàm lēto tepore leuiter mordens. Lenta uiuacitas,id eſt,longa,& tenax. Plin.lib.8.cap 27. Alioqui uiuacitatis adeo lentæ,ut euectis interaneis diu pugnet. Hinc fit aduerbium Lente,(βραδέως)id eſt,tarde,& cunctanter. Plin.Epi.23. Ac tum quoque lente,& cunctanter ueniunt,nec tamen permanent,ſed ante finem recedunt.

Lente aliquid ferre eſt illud patiente & æquo animo pati. Cice.2.de Ora. Neque enim eſt facile,perficere,ut iraſcatur ei,cui tu uelis,iudex, ſi tu ipſe id lente ferre uideare. Lēte agere,eſt remiſſe,& ſegniter agere. Liu.1.ab urb. Lente agere his Tatius,Sabiniq; uiſi ſunt. Lente,ac faſtidioſe probare aliquem,eſt longo tēporis tractu,& poſt diuturnam moroſamq; tentationem aliquem probare. Cic. ad Attic.li.2. Quem tibi ego non eſſem auſus mittere,niſi cum lente,ac faſtidioſe probauiſſem.

LENTITIA,tiæ,(γλισχρότης)idem quod lentor,ſeu flexibilitas. Plin.lib.16.cap.37. Aliæ nigras ſequacis ad uiuicturas lentitiæ.

LENTITVDO,inis,{*Tardezza*}(βραδύτης)tarditas. Cic.ad Qu.frat.lib.1. Nam illud non ſolum eſt grauitatis,ſed nōnunquam etiam lentitudinis. Idē 4.Tuſculan. Eamq;,quam lentitatem nos dicimus,uitioſo lentitudinis nomine appellant.

LENTOR,toris,(γλισχρότης)humor tenax,& glutinoſus,inquit Budæus. Pli.li.9.ca.36.de purpuris: Congregantur uerno tempore,mutuoq; attritu lentorē cuiuſdam ceræ ſaliuant. Idem libr.15.cap.5. Fert folliculos emittentes animalia lentoremq; reſinoſum.

LENVLVS,li,{*Roffianetto*}(μαστρωπίον)diminutiuum: à Leno. Plaut.in Perſa: Ita ut occepi dicere,lenule,de illa pugna.

LENVNCVLVS,culi,{*Roffianello*}(μαστρωπίον)aliud diminutiuum,a lenone deductum. Plaut.in Pœn. Sic deriſorem ære militari tetigero lenunculū. Eſt & Lenunculus nauigium piſcatorium. Salluſt.li.1.hiſtoria. Indicit forte per noctem lenunculo piſcandum.

LEO,leonis,{*Leone*}(λέων)animal ferox,& omnium animalium generoſiſſimū tum præcipue,quum colla armoſq; ueſtiunt iubæ,quod ætate accidit. Leones tantum ex feris clementia utuntur in ſupplices,proſtratis parcunt,cocūt auerſi, quemadmodum & lynces,cameli,elephanti,rhinocerotes,& tigrides. Eorū animi index eſt cauda,ſicut equorum aures,uim ſummam in pectore habent,ſocis innoxij ſunt. Timent rotarū orbes circumactos,& curus inanes,& criſtas,cātusq; gallinaceorum,ſed maxime ignes. Vide Plin.lib.8.cap.16. A leo fit Leoninus,Leonina,Leoninum,(λεόντειος)ut, Adeps leoninus,apud Pli.lib.24.cap.17.& Leonina ſpecies,apud Varr.li.2.de Re ruſt.cap.9. [illegible] & Leo marinus e cancrorum genere,apud Plin.lib.32.cap 11. Item l[illegible],cœleſte ſignū. apud eundem lib.17.ca.24.quem putant fuiſſe leonem Theumeſium ab Hercule occiſum,in cœlū ab Ioue tranſlatum. Dictus eſt autem Theumeſius,à Theumeſo Bœotiæ monte.

LEO,es,leui,letum,hodie in uſu non eſt:ex compoſitis tamen eius quæ ſunt deleo & Releo,apparet eiuſdem ſignificationis fuiſſe cum uerbo Lino:quod etiā præteritum ab eo mutuo accepit. Hora.lib.1.Carm. Græca quod ego ipſe teſta Cōditum leui.

LEONATVS,(λεόννατος)uir nobilis fuit ex Macedoniæ ducibus,Philippi ex materno genere conſanguineus,una cum Alexandro educatus. De quo uide plura apud Suidam.

LEO,(λέων)Byzantius philoſophus fuit,auditor Platonis,qui Philippo Macedonum Regi infeſta patriæ ſuæ arma inferenti,occurrens, Dic,inquit,Philippe, quæ cauſa te impellit ad oppugnanda noſtra mœnia? cūq; Philippus reſpondiſſet, Amore patriæ illius eſſe impulſum,ut ea potiretur, Atq;,inquit,muſico amātibus inſtrumento,non bellico opus eſt. Poſtea uero quum Philippus Byzantiū diu fruſtra obſediſſet,intelligens id Leonis opera fieri,ut illum apud ſuos in inuidiam uocaret literis cum apud ciues calumniatus eſt,proditorem patriæ appellans,ſæpiuſq; ſibi ab eo urbem uenalem eſſe oblatam,& potuiſſe iam urbe potiri,niſi turpe iudicaſſe uictoriam ſuffurari. His itaq; literis Leo apud ciues ſuos in ſuſpitionē adductus,quum domum ſuam arctiſſima cuſtodia obſeruari uideret,laqueo uitam finiuit.

LEOCHARES,(λεωχάρης)nobilis ſtatuarius fuit,unus ex ijs qui Mauſoli regis Cariæ ſepulchrum cælauerunt: ut tradit Plin.lib.35.cap.5.

LEOCORION,(λεωκόριον)monumentum fuit ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica uniuerſa maxima fame laboraret, unumq; hoc ab oraculis oſtēderetur remedium,ſi quis liberos ſuos immolaret, inuentus eſt Leos quidam Orphei filius,qui tres filias ſuas uirgines, Paſitheā. Theopen,& Eubulen tradidit immolandas. Cuius beneficij memores Athenienſes,monumentum in Ceramico erexerunt,quod Leocorion appellarūt. Auctor Suidas.

LEODAMAS,pen.cor.geniti. Leodamantis. (λεωδάμας,)Thaſius Philoſophus fuit,cuius meminit Laertius in uita Archytæ Tarentini.

LEOGORAS,ræ,(λεωγόρας) Andocidæ Rhetoris pater fuit,teſte Suida.

LEONIDES,(λεωνίδης)Lacedæmoniorum rex fuit,ex genere Heraclidarū, qui apud Thermopylas,quum anguſtias aduerſus Xerxem tueretur,fortiſſime pugnās occubuit. Cuius cadauer Perſæ,abſciſſo capite è cruce ſuſpenderūt. Auctor Herod.lib.7. Fuit præterea Leonides quidam Alexandri Magni Pædagogus: qui quum diſcipulum uideret in pueritia ſine parſimonia thura aris ingerentem,monuit illum,ut tum demum quum thuriferas regiones ſubegiſſet,illo modo ſupplicaret. Cuius rei memor Alexander Arabia iam potitus,miſit ei nauim thure onuſtam,exhortans eum,ut in deos parcus eſſe deſineret. Auctor Plin.lib.12.cap.14.

LEONTICE,(λεοντική)herba eſt,quam Dioſcorides Cacaliam appellat,folijs grandibus & candidis,inter quæ ſemen dependent minutis margaritis ſimile: cuius grana quindecim in oleo macerata,atque aduerſo capillo illita,porriginem tollunt. Vide Plin.lib.25.cap.11. Officinæ Carui agreſte appellant.

LEONTIOS,(λεόντιος)gemma,à Leoninæ pellis ſimilitudine nominata, quemadmodum Pardalios,à ſimilitudine pellis pantheræ. Auctor Plin.li.ult. cap.10. Fuit præterea Leontius quidam eximius ſtatuarius,qui Olympiæ fecit Stadiodromon Aſtylon,aliaq; opera,quæ commemorantur a Plin.lib.34.cap.8. Fuit item Leontius quidam Tripolis Lydiæ Epiſcopus, ex Mœſia ortus,de quo uide Suidam.

LEONTISCVS,(λεοντίσκος)Mamertinus quidam Pycta fuit,ex argumēto Acrochersites cognominatus, tanto corporis robore, ut ſummis aduerſariū manibus arripiens non prius eum dEſereret,quam deficientem ſentiret. Suidas.

LEONTOPETALON,(λεοντοπέταλον)herba eſt caulem emittens dodrātalem,plurimis alijs concauum & in cacumine ſemina parua duo aut tria,eaq; in ſiliquis,ciceris modo: flores puniceí coloris anemonę ſimiles: folia Braſsicæ,ſed papaueris diuiſura,radicibus nigris,rapæ ſimilibus. Naſcitur in aruis. Vide Pl. lib.27.cap.11. Vulgus à ſimilitudine pedis leonini Pedem leonis appellat.

LEONTOPHONOS,(λεοντοφόνος)exiguum eſt animal,in ijs tantum regionibus naſcens,in quibus gignuntur leones: quibus tam pręſens eſt uenenū: ut guſtato leontophono leo ſtatim moriatur: unde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit. Auctor Plin.lib.8.cap.32.

LEONTOPODION,(λεοντοπόδιον)herbula eſt duorum digitorum,folio paruo,anguſto,digitorū trium,quatuorve longitudine,hirſuto, lanofioreq; ad radicem,& ſubcandidoin cacumine caulium capitula tanquā perforata,floribus nigris erumpentibus,ſemen quod oculis uix poſſit depręhendi propter circundatam lanuginem. Ruellius exiſtimat eam eſſe,quam uulgus Cruciatam appellat.

LEOPARDVS,{*Leopardo*}(λεοπάρδαλις) animal ex pardo & leæna natum,iubis carens,nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus. Naſcitur in Africa,ubi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum cōuenit,ideo multiformes ibi animalium partus,mutuo ſeſe miſcentibus diuerſorum generū animalibus: Vnde ortum eſt prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre. Vide Plin.lib.8.cap.16.

LEOSTHENES,penult.corr.(λεωσθένης)uiri Athenienſis nomen qui quū ſponſus eſſet,& Lamiacum bellum concitaſſet,in prælio interfectus eſt. Ob cuius amorē ſponſa,Demotionis Areopagitarum principis filia ſe interfecit,ſicut Hieronymus contra Iouinianum teſtatur. Suidas Leoſthenē tradit eo in pręlio, quod Athenienſes aduerſus Macedonas commiſerunt,cum multa ſtrenue geſſiſſet,lapidis ictu interijſſe.

LEPIDIVM,(λεπίδιον)herba eſt in cubitalem,eoq; maiorem altitudinem ſurgens,folijs lauri ſed mollioribus, & maioribus,quæ tria ſinapi olēt & piperis acrimoniam referunt. Vnde uulgus herbariorum Piperitum uocitat. Quidā etiam Rhaphanum,quod rhaphano ſylueſtri,quem Amoraciam alio nomine dicunt plane ſimilis ſit. Lepidium autem ab effectu appellatur,quod τὰς λεπίδας,hoc eſt,ſquammas & maculas faciei delcat,& repurget.

LEPADVSA,uide Lopaduſa.

LEPIDOTES,(λεπιδωτής)gemma,quæ ſquammas piſcium imitatur. Pli. lib.37.cap.10.

LEPIDVS,da,dum.penult.corr.{*Piaceuole,gratiato*}(λαμυρὸς,καὶ λεπτὸς χαρίεις)in quo leporis eſt plurimum,quam uulgus imperitum Bonam gratiā uocat: & tam de homine,quam de oratione,& alijs rebus dicitur. Teren. And. O lepidum caput. Plau.in Mil. At quidem illuc ætatis qui ſit,nō inuenies alterum. Lepidiorem ad omnes res. Idem in Moſtel. Quin tu te exornas moribus lepidis,quum lepida tute ea? Hinc fit aduerbium Lepide,id eſt,cum lepore,et ut uulgus loquitur,cum bona gratia. Cic.ad Att.li.2. Nunc ſit lepide illa ἰυγγίας radiorum. Pla.in Perſa: Lepide hercle adiuuas.hoc eſt,eleganter, et opportune.

Hinc fit diminutiuum Lepidule. Plau.in Pſeudo. Eam circunducam lepidule. Lepidum interdum aduerbialiter ponitur pro lepide. Plaut.in Pœn Lepidum eloquere. Hinc Lepiditas,(κομψότης)& compoſitum Illepidus. Donatus dicit Lepidum dic politum,ἀπὸ τῆς λεπίδος.id eſt,à lamina,ſiue ſquamma. Plin.lib.34. Excutiuntur uelut milij ſquammæ,quas uocant Lepidas.

LEPISTA,ſtę,uaſis aquarij genus,teſte Feſto,idē fortaſsis cum eo qd' Ariſtophanes λεπαστὴν uocat. Varr.li.1.de Vita.Pop.Rom.ut citat Nonius: Lepiſtę etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſq; aut fictiles ſunt,aut æneæ.

LEPONTII,populi ſunt Alpini,Salaſsis finitimi ex comitatu Herculis ibi relicti,quod membra haberent niue præuſta,Plin lib.3.cap.20.

LEPOR,oris,& Lepos,oris,{*Piaceuolezza,giocondita,humanita*} (καλλιέπεια,χαριεντισμὸς)proprie eſt uenuſtas,urbanitaſq; ſermonis. Cice.7. Verrī. Lepore,ac uenuſtate affluens. Idem 1.de Orato. Magnus in iocando lepos erat in homine. Lepor dicendi,eſt ornatus,concinnitas,elegantia. Cice.4.Acad. Cuius primo non admodum probata ratio,quanquam floruit acumine ingenij, tū admirabili quodam lepore dicendi,&c.

LEPORARIVM,rij.(λαγοτροφεῖον)non tantum pro loco ubi lepores aluntur,ſed etiam pro omnibus ſeptis,uillæ affixis accipitur, quæ habent incluſa animalia quæ inibi paſcuntur. Gel.lib.2.cap.20. Viuaria ueteres quandoque Leporaria dicere,in quibus omnia clauderentur animalia. Varr.de Re ruſt.lib.3.ca.3. Leporaria te accipere uolo,nō ea quæ tritaui noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta,affixa uillę quę ſunt,et incluſa habent animalia,quæ paſcūtur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellare uoluerunt: à tabulis roboreis, quibus ſepta erant ante quam muro cingerentur.

LEPORINVS,a,um,pen.pro.{*Cio che è de lepore*} (λαγῷος)quod eſt ex lepore. ut, Pes leporinus. Leporinus cinis,apud Plin.lib.28.ca.11. Leporinū,lac, Varr.2.de Re ruſt.cap.11.

LEPRA,æ,{*Lepra*}(λέπρα)Galeno,cæteriſq; Græcis medicis,ſcabiei genus eſt cutem deformi obducens cruſta,ab atra naſcens bile,corpuſq; uehementius pe-

ſitu infeſtans. In qua ſignificatione Lepræ uocabulo utuntur etiam Latini. Pli. li. 26. Lacryma uitiũ, ueluti gemmia, lepras, & lichenas, & pforas uitro ante præparatus ſoluit. Auicenna uero, cæteriq; Arabicæ factionis, Lepræ uocabulum improprie uſurpant pro elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiori multo eſt periculoſius: at quod nõ ſolum cutem infeſtet, uerumetiam carnem ipſam uſque ad oſſa depaſcatur.

LEPRIVM, (λέπρειον) Elidis oppidum, ad Alpheum fluuium: cuius incolę dicuntur Lepreatæ. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Ptolemæum lib. 3. cap. 16. Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Arcadia: cuius meminit Plin. li. 4. ca. 6. & Cic. lib. 6. Epiſt. ad Attic.

LEPTE ACRA, (λεπτὴ ἄκρα) Indiæ promontorium, alias Drepanum appellatum: de quo uide Plin. lib. 6. cap. 29.

LEPTINES, pen. produ. (λεπτίνης) Athenienſis orator fuit nõ incelebris, qui quum liturgiarum onus ad paucos, eosq; tenuioris fortunæ rediſſe uideret, potentioribus fere omnibus immunitate donatis talē legē ut ſublato iure immunitatis, liturgiarum ſumptus ex æquo à ditioribus ſuppeditaretur. Quam legem oppugnat Demoſthenes ea Oratione, quam aduerſus Leptinem inſcripſit.

LEPTIS, (λεπτὶς Ptolemæo) duarum urbium nomen eſt in Africa propre dicta: quarũ minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes eſt ſita, cuius meminit Silius lib. 3. Tabraca, tum Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Altera, quæ Maior Leptis dicitur, trans Syrtim minorem ſita eſt, ad Oeam oppidum. De hoc Hieronymus, In Lepti (inquit) urbe ſemibarbara, & poſita in ſolitudine, moris eſt, ut nurus altera die ſocrum ollam mutuo poſtulet. Vtriuſque ciuitatis meminit Strabo lib. 7.

LEPTOCARYA, (λεπτοκάρυα) Græco nomine dicuntur auellanæ, quæ et Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

LEPTON CENTAVRIVM. (κενταύριον λεπτόν) hoc eſt, Centaurium minus, herba eſt, quam Latini Fel terræ uocant, propter ſummam amaritudinē. Galli uocāt Exacam, eo quod potum omnia medicamenta mala per aluum exigit. Plura uide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

LEPTOPHYLLON, (λεπτόφυλλον) ſeptima tithymali ſpecies eſt, in petris naſcens, ita dicta a tenuitate foliorum. Alio nomine Dendroides (δενδροειδὴς) appellatur, eo quod ex omnibus tithymali generibus comoſiſſimũ ſit. Vide Plin. lib. 26. cap. 9.

LEPTORAGES, (λεπτόραγες) uuæ quædam dicuntur, dulces quidem habentes acinos, ſed tenues tamē & minutos: cuiuſmodi ſunt, quas uuas Corinthias uulgo appellamus. Plin. lib. 14. cap. 1. Eſt & illa naturæ laſciuia, ut prægrādibus adhærcāt pergulis portai, mites, & ſuauitate certantes Leptoragas has uocant. Hactenus Plinius. Dictæ autem ſunt Leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum eſt, & tenue, ῥᾶγες autem a Græcis uuarum acini dicuntur.

LEPVS, oris, {Lepore} (λαγώς) animal ſatis notum, a celeritate dictū quaſi leuipes: ſiue (ut Varro putat li. 3. de Re ruſt. ca. 12.) ab eo quod Aeoles antiquo uocabulo λέποριν uocabant, quem nos Leporem. Vide plura de hoc apud Gel. lib. 1. cap. 18. Verg. 1. Georg. Auritoſq; ſequi lepores, tum figere damas. Per translationē pro infami, impudico, ſiue pathico accipitur: ſiue quod hoc animal poſteriore potiſſimam ſui parte, hoc eſt, lumbis, & clunibus, pulpamētum de ſe præbeat: ſiue puerorum amatores non ſecus illos ſectentur, uenēturq; atque canes leporē: ſiue quod lepori utrunque ſexum tradant ineſſe, ſicut & hyænæ. Teren. in Eun. Lepus tute es, & pulpamentum quæris: id eſt quod in te habes (inquit Donatus) hoc quæris in altero. Lepus etiam piſcis eſt ex lacertorum genere, inter marina uenena numeratus, præſertim in Indico Oceano, ubi uel ſolo tactu peſtilētē uomitum diſſolutionemq; ſtomachi protinus creat: in noſtro mari colore tantum lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plin. lib. 6 cap 49.

LEPVSCVLVS, li {Leprettino} (λαγίδιον) diminutiuum a Lepus Cicero 6. Verr. Si minus eiuſmodi quidpiam uenari potuerant, ita quidem certe pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c.

LERINA, inſula eſt Prouinciæ Narbonenſi adiacens, è regione Antipolis. Pli. lib 3. cap. 5.

LERNE, uel LERNA, (λέρνη) lacus eſt in agro Argiuo, Herculis labore notiſſimus, qui in eo Hydram Lernæā fertur interemiſſe, uicinæ omni regioni adeo infeſtam, ut locum fecerit prouerbio, λέρνη κακῶν hoc eſt, lerna malorum. Eſt & fluuius eiuſdem nominis per Praſias in ſinum Argolicum illabēs, teſte Strabone lib 7. Hinc Lernæus, a, um, (λερναῖος) ut Palus Lernæa, Hydra Lernęa.

LERO, ronis, (λήρων) inſula eſt Galliæ, Antipoli aduerſa, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

LEROS, (λέρος) inſula eſt Cariæ adiacens, in mari Icario inter Sporadum, quę & Lena dicitur, teſte Strab. li. 10. Inſulani Lerij (λέριοι) dicuntur, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe perhibentur. Hinc eſt illud, quod Phocylidæ nomine circũfertur Λέριοι κακοὶ οὐχ ὁ μὲν ὃς δ' οὔ· πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος, hoc eſt, Lerij, mali, non unus quidem, alter uero minime. Sed uniuerſi excepto Patrocle. Etenim Patrocles Lerius.

LERTOSA, (λερτώσα) Ilercaonum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

LESBOS, (λέσβος) inſula in Aegæo, Aeolicarum urbium metropolis, quæ olim uniuerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius ſtadiorum centũ ſupra mille, a Borea in Auſtrũ protenſa, quingenta, & ſexaginta ſtadia longitudinis habēs. Fracti in agro, & multa materia ad claſſes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylenæ, a qua nunc tota inſula Mitylene uocatur, & Pyrrha in occidentali littore ſita. Fuit & Ereſſos, & Antiſſa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine, quæ in ea potētiſſima fuit, ſiue à Lesbo Iapeti filio, qui in eam inſulam nauigauit. Ex hac Pittacus unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus item Alcæus, Sappho, Theophraſtus philoſophus, et alij uiri ſcientia clariſſimi orti fuere. Hinc Lesbius, bia, um, (λέσβιος) ut, Lesbium uinum, apud Gel lib. 13. cap. 5. & Lesbous, a, um, pen. prod. Horat. lib. 1. Carm. Lesboum refugit tendere barbiton. Et Lesbides, pen cor. dicuntur mulieres ex Lesbo. Sappho apud Ouid. in Epiſt. Lesbides infamem quæ me feciſtis amatæ, Deſinitæ ad citharas turba uenire meas.

LESSVS, us, {Pianto} (θρῆνος) lugubris eiulatio, Cic. 2. de Legib. Mulieres genas ne radunto: neve leſſum funeris ergo habento. His enim uerbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

LESTORI, populi Indiæ extra Gangem: qui feri, & ſyluestres eſſe dicūtur, et in ſpecubus habitare, & coruis albis & pſittacis abūdare. Meminit horũ Ptolemæus lib. 7. cap. 2. Hodie regnum Pego dicitur.

LESTRYGONES, ſiue potius Læſtrygones cum diphthongo in prima ſyllaba, (λαιστρύγονες) populi fuerunt Italiæ totius immaniſſimi, agrum Formianum non procul à Caieta incolentes, humanaq; Carne ueſcentes. Dicti Læſtrygones, ἀπὸ τῆς λῃστείας, hoc eſt, a latrocinio. Verum de his copioſius egimus ſupra ſuo loco.

LETHÆVS, (ληθαῖος) fluuius Aſiæ, ortum habens a Pactio Ephæſiorum monte, & circa Magneſiam urbem in Mæandrum influens. Auctor Strabo li. 14. Eſt & Lethæus alius in Creta inſula, non procul à Gortyne, teſte eodē Strabone lib. 10. Sunt & alij eiuſdem nominis fluuij, qui recenſentur ab eodē Strab. lib. 14.

LETHALIS, & hoc, le, {Mortifero, mortale} (θανάσιμος, καίριος) mortiferũ. Hinc fit Lethaliter ad uerbium Plin. lib. 11. cap. 37. Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

LETHARGVS, gi, (λήθαργος) eſt torpor, & inexpugnabilis pene ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis: ut inquit Celſus lib. 3. cap. 20. Plin. lib. 20. cap. 12. Præterea inſaniam facere, & lethargos, & iocinoris uitia, &c. Quidam Latine Veternum dici putant: quamuis Plin. in Raphani medicinis Veternum a Lethargo diuiſiſſe uideatur. Locum eundem in corpore occupat, quē Phrenitis, nimirum cerebrum, materiam uero habet contrariam. Gignitur enim ex abūdantia pituitæ, quum Phrenitis ex flaua bileq; aduſta naſcatur. Hinc Lethargicus, a, um, (ληθαργικὸς) qui lethargum patitur. Hora. 2. Sermo. Saty. 3. lethargicus hic quum fit pugil, & medicum urget. Ponitur etiam adiectiue, ut Lethargicus morbus. Plin. lib. 24. Grauedinem enim, morbumq; lethargicum patitur. Lethargia etiam pro Lethargo ponitur. Plin. lib. 24. cap 9 Semen ſeſilis ter in oleo decoctum capitis, in lethargia & phreneſi. Dicitur autem Lethargus (ut quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt ab obliuione. Nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum, a pituita frigidiore, humidioreq; cerebrum irrigante, & madefaciente, & præcipue poſteriores uentriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ ſedem eſſe uolunt, quanquam ueriſimilius eſt eā per totum cerebrum eſſe diffuſam.

LETHE, lethes, (λήθη) nomen fluuij, quem apud inferos eſſe Poetæ tradiderūt cuius latices ſi quis guſtaſſet, omnium prǣteritarum rerum obliuiſci uoluerunt. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt, ab obliuione nomen habet. Datus eſt huic fabulæ locus, quia morientibus omniũ rerum obliuio ſurrepit. Cōſtat autem hūc amnē in Aphrica circa extremam Syrtium cornu, Berenicen urbē alluere, ſed ea apud omnes fama eſt, hunc fluuium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. Lucan. lib. 8. Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis. Inde Lethæus, thæa, thæum, ληθαῖος. Verg. 6. Aenei. Lethæumq; domos placidas qui prænatat amnem. Ouid. 1. Triſt. Ele. 7. Cunctane lethęis merſa feruntur aquis?

LETHO, as, {Dar la morte, uccidere} (θανατόω) morte afficio. Vnde Lethata corpora legimus: hoc eſt, morte mulctata, & interempta, Ouid. 3. Metamorph. Cadmi ſocijs, a ſerpente interemptis: Vt nemus intrauit, lethataq; corpora uidit, Victorem ſupra ſpatioſi corporis hoſtem, &c.

LETHVM, thi, {Morte} (μοῖρα, θάνατος) pro morte. Verg. 12. Aenei. An fratris miſeri lethum ut crudele uideres? De etymo, et ſcriptura huius dictionis, diuerſi diuerſa ſentiunt. Priſcianus putat ab antiquo uerbo Leo deriuari, quod ueteres uſurpauerunt pro deleo: unde etiā ſine aſpiratione ſcribendum putat. Apuleius a Luo deducit, & per œ in priore ſyllaba ſcribi præcipit. Alij per antiphraſin dictum putant ab adiectiuo Lætus. quod minime ſit lætum ſed omnium rerum triſtiſſimum. Veriſſima tamen uidetur Varronis, & Feſti opinio, qui ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt, ab obliuione dictum putant, eo q; per mortem omniũ rerum obrepat obliuio. Vnde etiam poetæ Lethen fluuium apud inferos eſſe finxerunt, quo guſtatu nos omnium rerum protinus obliuiſci uoluerunt. Rectius itaque facturi uidemur, ſi Lethum, per aſpirationem ſcripſerimus.

LETHIFER, a, um, {Che da morte, mortifero} (θανατηφόρος) quod mortem infert. Verg. 10. Aenei. Qui telo ſagittæ Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus. Annus lethifer, Verg. 3. Aenei. Anguis lethifer, Statius 5. Theb.

LEVAMEN, inis, {Alleuiamento, alleggiamento} (κούφισμος) quod leuat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. Verg. 3. Aenei. Heu genitorē omnis curæ, caſuſq; leuamen Amitto Anchiſen

LEVAMENTVM, ti, idem quod leuamen. Cic. 5 de Finib. Nos autem non ſolam beatę uitæ iſtam oblectationem uidemus, ſed etiam leuamētũ miſeriarũ.

LEVANA, uocabatur Dea, quæ pueris præerat de terra leuandis. ut inquit Auguſtinus.

LEVCACANTHA, (λευκάκανθα) herba eſt in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores ſedat. Alio nomine Rhamnas dicitur. Dioſco. lib. 3. cap. 21. Plin lib. 22. cap. 16.

LEVCACHATES, chatæ, (λευκαχάτης) maſcu. gen. gemma candida et genere Achatarum. Plin. lib. 27. cap. 10.

LEVCANTHEMIS, (λευκανθεμὶς) herba eſt, quæ, & Anthemis, & Leucanthemum a nõnullis uocatur: ab alijs etiam Chamęmelon, eo quod mali odorem habeat. Vide plura de hac herba apud Plin. lib. 22. cap. 21. Officinæ hodie Chamomillam uocant.

LEVCÆTHIOPES, (λευκαιθίοπες) teſte Plin. lib. 5. cap. 7. populi ſunt interioris Libyæ, qui ſupra Catulos Meridiem uerſus primi occurrunt, Libyę Ægyptijs proximi,

LEVCADIA (λευκαδία) peninſula fuit contra ſinum Ambracium, opera accolarum a continenti abſciſſa, arenæq; accumulatione rurſus continenti reddita ut tradit Pompo Mela lib. 2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin. lib. 4. c. 1. Deinde Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritis appellata opera accolarum abſciſſa a continenti ac reddita, uentorum flatu congeriem arenæ accumulātē qui locus uocatur Dioryctos.

LEVCARGILION, (λευκαργίλλιον) argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida duntaxat, frigidaq; terra prouenens. Vide Plin. lib. 17.

lib. 17. cap. 7.

LEVCAS, cadis, (λευκάς) oppidum eſt in Leucadia peninſula, olim Neritum appellatum, teſte Pli. lib. 4. cap. 1. Quinetiam Strabo totam peninſulam, ſiue (ut ipſe appellat) inſulam (aliquando enim humano opere a continenti fuit abſciſſa, & rurſus arenæ alluuione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib. 10.) in inſulæ formam redegerunt, & in eum locum tranſportato Nerito, qui quondam fuerat iſthmus, nũc uero fretum, & euripus eſt, ponte iugabilis, mutato nomine dixerunt Leucadem, ſumpto (ut reor) a Leucate uocabulo. Hinc fit denominatiuum, Leucadius, a, um, quod eſt ex Leucade inſula. Ouid. in Epiſto. Sapphus: Tu quoq; mollis Amor pennas ſuppone cadenti, Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquę.

LEVCASPIS, (λεύκασπις) unus ex comitibus Aeneæ, natione Lycius, una cum Oronte in Tyrrheno mari tempeſtate ſubmerſus. Vergi. 6. Aeneid. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes Leucaſpim, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem.

LEVCATES, æ, pen. pro. (λευκάτης) promontorium eſt Acarnaniæ, ad ſinũ Ambracium, Apollinis templo nobile a petræ candore nomen habens. Ver. 3. Aenei. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.

LEVCE, (λευκὴ) paruum oppidum in finibus Ioniæ, & Aeolidis, non longe a Smyrna olim inſula. Auctor Plin. lib. 5. cap. 26. Eſt præterea Leuce parua inſula Ponti, Boriſthenis amnis oſtio obiecta, quæ q; Achilles, in ea ſepultus fuerit, etiã uocatur Achillea, ab aliquibus etiam Macaron appellata. Auctor Pli. lib 4. cap. 13. Aliud item huius nominis oppidum in Italia, ſtadijs quingentis a Tarento diſtans. Luca. lib. 5. Secretaq; littora Leuce. Sunt item Leucæ, inſulæ quinq; Lesbo adiacentes, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

LEVCE, (λεύκη) a Græcis appellatur, quam Latini Populum albam appellant. Galli a tremula frondium mobilitate Trambulam nominant. Vide infra in dictione Populus. Eſt item Leuce herba mercuriali ſimillima, niſi quod per medium folium linea alba tranſcurrat: unde & Meſoleucon appellarunt. Auctor Plin. lib. 27. cap. 11. Eſt item Leuce, morbi genus, quod Latini Vitiliginem albam appellant.

LEVCI, populi inter Belgas. Mediomatricibus finitimi, iaculandi olim peritiſſimi, ijdem (ut putatur) cum ijs, quos hodie Luxemburgenſes uocamus. Luc. li. 1. Optimus excuſſo Leucus, Rhemusq; lacerto.

LEVCIPPVS, (λεύκιππος) Philoſophus fuit Eleates, ſiue ut alijs placet, Abderites, Zenonis auditor, qui uniuerſum quidem infinitum eſſe dixit, eiusq; partes Plenum eſſe & inane, omniaq; fieri ex atomis ſibi inuicem implicatis. Reliqua uide apud Laertium. Meminit huius & Cic. 4 Tuſcu.

LEVCOCHRYSVS, (λευκόχρυσος) gemma eſt hyacinthorum genere, inter auri colorem uena, candida interueniente. Auctor Plin. lib. 37. cap. 9.

LEVCOGÆA, gemma eſt tota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur: lactis ſucco & ſapore notabilis. Plin. lib. 36. cap. 10.

LEVCOGEI, colles ſunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus ſulphur præſtantiſſimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admiſtum, candorem ſimul afferebat & teneritatem. Fontes quoq; ex his collibus erumpebant, uulneribus medicinam, dentibusq; firmitatem afferẽtes. Vide Plin. lib. 18. cap. 11. & lib. 31. cap. 2. & lib. 35. cap. 15.

LEVCOGRAPHIS, idis. (λευκογραφὶς) herba quædam utilis ſanguinem excreantibus. Plin. lib. 27. cap. 11.

LEVCOION, {Viola, garoſano} (λευκόιον Dioſcoridi) licet pro ratione etymi uiolam albam uideatur ſignificare, tamen & pro lutea & purpurea ſolet uſurpari. Neq; tamen eſt q; Leucoii nomine, cum intelligas florem, quem ἴον Græci, Latini uiolam proprie appellãt, ſed quem uulgus ab odoris ſimilitudine Caryophyllon nominat, ſiue is albus ſit, ſiue luteus, ſiue purpureus. Vnde Leucoiõ album dixit. Colu. lib. 11. innuens nimirum etiam aliorum colorum eſſe leucoia.

LEVCOLA, apud Plin. lib. 5. ca. 27. promontorium Pamphyliæ, Lyciæ conterminæ. Eſt & inſula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. Strabo quoq; portum in Cypro uocari tradit Leucolã.

LEVCOMA, pen. pro. huius leucomatis, (λεύκωμα) album dicitur, hoc eſt, tabula alba, in qua iudicum deſcripta erant nomina, & in qua ſingulorum annorũ acta literis mandabantur a Pontifice maximo. Pictatium alias dicitur, & Matrix. Hermolaus. Accipitur etiam Leucoma λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo oui, quod uitellum ambit.

LEVCOMÆNIDES, {Giroli} (λευκομαινίδες) piſciculi exigui, qui & Bœ̃ides appellantur, ut ex Speuſippo annotauit Hermolaus.

LEVCON, is, (λεύκων) rex Ponti, a fratre Oxylocho necatus, q; cum eius uxore adulteriũ, & inceſtus conſuetudinem haberet. Ouid. in Ibin. Aut pia te cæſo, dicatur adultera: ſicut Qua cecidit Leucon uindice, dicta pia eſt. Eſt item Leucon, (λεύκων) genus quoddam ardeolarum, a candore ita dictum, de quo Plin. lib. 10. cap. 60.

LEVCOPARYPHOS, (λευκοπάρυφος) candidis ueſtibus indutus, nulloq; precioſo ſucco inebriatus. Eſt enim παρυφὴ, ueſtium contextus. Vnde tritũ eſt apud Græcos prouerb. ἄφυκτον λευκοπάρυφον ἐστι, τὰ δὲ ἔνδον ὁλοπόρφυρον. In eos dici ſolitum qui in ueſtium quidẽ ſumptu frugi ſunt, animi uero luxu diffluunt. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 8.

LEVCOPETALOS, (λευκοπέταλος) gemma, quæ, candorem nimis auro diſtinguit. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCOPETRA, (λευκόπετρα) promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino, a candore nomẽ habens. Ci. 1. Phi. Cum aut me eſt ex Sicilia ad Leucopetram, (quod eſt promontorium agri Rhegini) uenti detuliſſent, ab eo loco conſcendi ut tranſmitterem.

LEVCOPHÆVS, cum, diphthong. {Foſco, quaſi nera} (λευκόφαιος) color naturus ex albo & fuſco miſtus. Nam λευκὸν album dicunt Græci, & φαιὸν fuſcum, hoc eſt, ſubnigrum. Plin. lib. 32. cap. 10. Iecur rubetæ, uel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Vitruuius de his coloribus ſcribẽs: Fontes, inquit, & flumina ſunt quorum potu pecora, quamuis alba ſint, alijs locis procreant uellera leucophæa, alijs locis pulla alijs coracino colore. Nos colorem Cinericium uocamus, uulgus noſtrum Gryſeum appellat. Hinc fit Leucophæatus, qui eſt leucophæo colore indutus: cuiuſmodi ſunt Franciſcani. Martia. lib. 1. Amator ille triſtium lacernarũ, Et bæticatus, atq; leucophæatus Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quaſi ſubfuſca, ſiue ſubcandida.

LEVCOPHLEGMATIA, (λευκοφλεγματία) ſpecies eſt hydropis, qua aqua ſubter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine Hyposarcha, (ὑποσάρκα) appellant. Vide Celſum lib. 3. cap. 21.

LEVCOPHORVM, (λευκόφορον) glutinum, quo aurũ ligno inducitur. Fit ex ſinopidis Ponticæ ſelibra, ſilis lucidi libris decem, & melini Græcienſis libris duabus, miſtis, & per dies duodecim una tritis. Plin. lib. 35. cap. 6.

LEVCOPHTHALMOS, (λευκόφθαλμος) gemma quæ candidam, nigramq; oculi ſpeciem continet, alias rutila. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEVCOPOLIS, (λευκόπολις) oppidũ Aſiæ in ſinu Doridis, apud Pliniũ lib. 5. cap. 29.

LEVCOPYGI, (λευκόπυγοι) molles & effœminati, quaſi candidis natibus, qui ſcilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur Melampygi, hoc eſt fortes & uiriles quibus nates nigricant.

LEVCOSIA, (λευκωσία) inſula contra Pæſtanum ſinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens (ut Strabo lib. 6 refert) paruum ad cõtinentẽ habens curſum dicta Leucoſia, ab una Sirenum, quæ hoc in loco perijt, quum ſpreta ab Vlyſſe, in profundum ſeſe abiecisſet. Feſtus ab Aeneæ conſobrino, loco datum nomen exiſtimat. Quin & Samothracia Leucoſia, prius eſt appellata, ut inquit Ariſtoteles de Repub.

LEVCOSTICTOS, (λευκόστικτος) marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis.

LEVCOSYRIA, (λευκοσυρία) prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo. lib. 12.

LEVCOTHEA, {Aurora} (λευκοθέα) quã & Matutam Latini uocauerunt, eadem eſt cum Aurora, Leucothea dicta quaſi alba Dea. Cice. 1. Tuſcu. Quid Ino Cadmi filia, non ne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a noſtris? De hac uide plura ſupra in dictione Ino.

LEVCOTOE, pen. cor. (λευκοθόε) Orcami regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam a Phœbo grauidã factam cum pater uiuam defoderet, Phœbi miſeratione mutata eſt in arborem turiferam. Vide Oui. lib. 4. Metam.

LEVCROCVTA, Aethiopica fera eſt perniciſſima, humanas imitans uoces, Aſini feri magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite melinum, biſulca ungula, ore ad aures uſq; reſciſſo, dentium locis oſſe perpetuo. Auctor Plin. lib. 8. cap. 21.

LEVCTRA, rum, (λεῦκτρα, τὰ) uicus eſt Bœotię iuxta Theſpias, circa quem Epaminundas Thebanus Lacedæmonios uicit, adeoq; attriuit, ut poſtea imperium nequiuerint reparare. Hinc deducitur adiectiuum Leuctricus, a, um: ut, Leuctrica pugna, leuctrica monumenta. Item Leuctricæ puellæ id eſt, Hippo & Mileta, ſiue (ut alijs placet) Theano & Euexippe, Scedaſi filiæ, quæ a Lacedæmonijs quibuſdam hoſpitibus uim paſſæ, doloris impatientis ſibi necem intulerunt, coq; in campo ſepultæ ſunt, in quo poſtea commiſſa eſt ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt. De his ſic ſcribit Hieronymus contra Iouin. Quo ore laudandæ ſunt Scedaſi filię in Leuctris Bœotiæ, quas traditũ eſt abſente patre duos iuuenes prætereuntes iure hoſpitij ſuſcepiſſe, qui multũ indulgentes uino, uim per noctem intulere uirginibus: quæ amiſſa pudicitia, nolẽtes ſuperuiuere, mutuis conciderunt uulneribus? Plutarchus tamen in Narrationibus amatorijs, ab ipſis hoſpitibus puellas poſt ſtuprum occiſas ait, & in puteum coniectas: cadaueraq; earum a Scedaſo canis indicio fuiſſe inuenta.

LEVE, {Leggiero, lieue ſenza peſo} ((ἐ)λαφρὸς, κοῦφος, ἀφαυρὸς) ſignificat idq́; eſt ſine pondere: unde Leuis ſtipula. Verg lib. 12 Corytiq; leues humeris, & letiferi arcus. Leue illud proprie dicitur eſſe, quod facilius ſurſum attollitur, q̃ deorſum tendat: ut ignis. Leue etiam dicitur, quod licet non prorſus ſine pondere ſit, parum tamen habet ponderis: ut, Leuis armatura. Cice. 10 Phil. Noſtrę ſunt legiones, noſtra leuis armatura, noſtri equitatus, &c. Leuis armaturæ milites, ſunt pedites expediti, nõ magno armorum pondere onerati. Eadẽ quoq; ratione, Leuis armaturæ equites dicuntur. Et a Ci. 2. de Diui. Leuis armaturæ excurſio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorũ textura. Sed hæc inquit: fuerit nobis tanquam leuis armaturæ, prima orationis excurſio, nũc cominus agamus, experiamurq;, ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuæ. Transfertur etiam ad animum. Vnde Leues homines uocantur inconſtantes, (ἀβέβαιοι) qui facile opinionẽ mutant, uiles, & nullo honore digni: quemadmodum econtrario Graues, dicimus conſtantes, ſeueros, prudẽtes. Plau. in Men. Quid ait homo leuior, q̃ pluma. Hinc leuis auctor, a Liui. lib. 3. ab urb. dicitur, cui nulla ſit adhibenda fides: Sed inquit, auctorẽ leuem, nec ſatis fidum ſuper tanta re eſſe patres rati. Et a Teren. in Hecy. ea dicuntur Leuia quæ uana ſunt, & nullius aut certe parui momenti. Leuia, inquit, hæc ſunt quæ tu pergrauia eſſe In animum induxti tuum. Et Cice. ad Att. li. 4. quod indiligẽter agitur. Leui brachio agi, dixit: Conſules, inquit, qui illud leui brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerunt. Leuis quandoq; accipitur pro paruo: ut, Leuis dolor. Ci. 1. de Finib. Quod mors ſenſu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis ſoleat eſſe. Plau. in Pœn. Verum ita ſunt omnes iſti noſtri diuites. Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia, hoc eſt, nullam aut paruam habent gratiam. Plin. lib. 11. cap. 53. Mortem illico affert leui tactu. Leuiadmodum uomere ſauciare ſummam partem terræ, dixit Colum. lib 2. cap. 2. Pro eo quod eſt, leuiter terram arare. Leuis eſſe ſententiæ, dicuntur ij, qui ſententiam, ſiue propoſitum ſæpe mutant. Teren. in Hecy. Itidem mulieres illæ ſunt ferme, ut pueri, leui ſententia. Leue interdum pro inefficaci ponitur: ut cum dicitur Leue nomen. Cice. pro Roſc. Amer. Sin eos, quos, qui Leuiore nomine apellãt, percuſſores appellant, &c. Hinc fit aduerbium Leuiter. Sueto. de Clar. Gram. Functusq; militia, ſtudia repetit, quæ iam inde a pueris nõ leuiter attigerat id eſt, non paruo tẽpore literis operã dederat, aut non indiligenter a pueritia attigerat, & multo plus q̃ a limine ſalutauerat. Aliquando ponitur pro breuiter: Ci. in Cato. Tamen ut leuiſſime dicam, &c. Idem pro Roſc. Amer. Non omnis dicam, et leuiter unumquodq; tangam. hoc eſt, obiter, & quod dicitur, in tranſcurſu. Idem pro eodem: Sed in animo eſt, quemadmodum ante dixi, leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquãq; rem. hoc eſt, ſuccincte, & breuiter tractare. Dicitur etiam pulchre eadem in ſignificatione, Leuiter in tranſitu attingere aliquid. ut apud Quint. lib. 7. ca. 4. Ponitur aliquando pro parum, &

pro eius diminutiuo ſecundo Paululum, ſiue admodum parum. Pla. in Pœnul. Et quanquam bene uolumus leuiter lenonibus. Cice. li. 2. de Orato. Leuiter eruditus homo. id eſt, parum, & non mediocriter. Aliquando ponitur pro facile, patienter, ſiue æquo animo. Cice. de Prouinc. conſula. Atq; hoc uelim probare omnibus P. C ſed leuiſſime feram, ſi forte his munus probaro, qui inimicū meū repugnante ueſtra auctoritate texerunt. Idē ad Atti. Id grauiter equidem, ſed aliquapio leuius ferebam. Hinc Leuitas, tatis, (ἐλαφρότης, κουφότης) quæ modo dicitur de re non ponderoſa Pli. lib. 12. cap. 12. Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modo de uitio, grauitati & conſtantiæ contrariu. ἐλαφρία. Cice. Quum in Antonio genus quoddā ſordidiſſimum uitæ demonſtrare uellet, q̧ in caupona delituiſſet, q̧ ad ueſperum portaret, q̧ ore inuoluto iter faceret, ne cognoſceretur: Videte (inquit hominis) leuitatem: tanquā prorſus iſta dedecora hoc uitio notarentur.

LEVI, nomen patriarchæ: a quo Leuita, ſeu Leuites, (λευίτης) pe. pro. pro eo qui eſt de tribu Leui. Hiero. in Exod. Aron frater tuus Leuites, ſcio q̧ eloquens ſit. Hinc Leuiticus, ca, um, (λευιτικός) poſſeſſiuum.

LEVIATHAN, uox eſt Hebraica, qua Iudæi magnum draconem ſignificāt, & pro Oceano accipitur: unde accedente Oceano, draconem aiunt recedere. De hoc uide Interpretationes dictionum Hebraicarum.

LEVICVLVS, a um. {Leggerreto} (ὑπκοῦφος) diminutiuum a Leuis. Cice. lib. 5. Tuſcu. Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt.

LEVIDENSA, (auctore Seruio) uile genus ueſtis: ſic dictū, quoniam filo admodum raro eſſet textum. Cice. Dolabellæ: Sed ego hoſpiti ueteri et amico munuſculum mittere uolui leuidenſe, craſſo filo, cuiuſmodi eſſe ſolent ipſius munera. Ibi Cicero parum elaboratam, atq; expolitam orationem ſuam pro Deiotaro quam Dolabellæ requirenti mittebat, uocat prouerbiali figura Munus leuidēſe hoc eſt, munus uile, & minimi pretij, cuiuſmodi ſolēt eſſe regis Deiotari munera. Quondam inter hoſpitū xenia ueſtes in primis erāt. Vide Eraſmi Chiliades.

LEVIFIDVS, a, um, pen. cor. {Che non ha ferma fé} (ὑπόπιστος, ἄπιστος) qui facile fidem uiolat. Plaut. in Perſa: Omnes ſunt lenæ leuifidæ.

LEVIPES, pe. cor. huius leuipedis omnis generis. {Che ha e pedi ueloci} (κουφόπους) celer, & pedibus leuis. Var. 3. de Re ruſti. ca. 12. Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, q̧ leuipes eſſet.

LEVIR, leuiri, pen. genitiui cor. {Cognato} (δαήρ) affinitatis nomen, quo ſignificatur frater uxoris, uel mariti.

LEVISOMNVS, a, um, {Che ha il ſonno ſottile} quod leui ſomno eſt: elegans canum epitheton, qui leui ſomno premuntur. Lucre. lib. 5. Et leuiſomna canum fido cum pectore corda.

LEVIS, & hoc Leue. Vide ſupra Leue.

LEVO, uas, pen. cor. {Leuare, alzare} (αἴρω) in altum tollo, ueluti leue quiddam. Liuius: Mox aqua leuata uento, quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet. Interdum ſit auferre. Verg. 2. Aeneid. Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Interdum exonerare, & quaſi releuare. Idem 9. Eclog. Ego hoc te faſce leuabo. Poſſumus etiam cum datiuo dicere, Leuabo tibi hunc faſcem, in eadem ſignificatione. Plau. in Mil. Leuandum morbum mulieri uideo. Interdum extenuare, minuere, & leuefacere, κουφίζειν. Verg. 1. Aenei. Noſtrumq; leues quæcunq; laborem. i. leuem facias: ut exponit Seruius. Cic. pro Mil. & pro Corn. Bal. Gaditani popu. Roma. in caritate frumento ſuppeditato leuauerūt. i. ſubuenerunt. pop. Rom. annonæ penuria laboranti. Ponitur aliquando pro recreare Ci. in Cato. Ma. Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. Ponitur aliquando pro liberare. Cice. de Amici. Qui hac opinione non modo uerbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. Aliquando ponitur pro curare, ſiue ſanare. Plin. lib. 7. cap. 2. Crates Pergamenus in Helleſponto circa Parium genus hominū fuiſſe tradit, quos Ophiogenes uocat, ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos. Hinc fit Leuatio, uerbale, (κουφισμός) quod præter alia ſui uerbi ſignificata pro conſolatione ponitur, ſiue pro alleuatione. Cice. 1. Tuſcu. Quæ leuationem habent ægritudinum. Compoſita huius uerbi ſunt, Alleuo, Collevo, (ἐπικουφίζω) ſimul leuo. Colu. lib. 7. Paſtinacæq; agreſtis ſemina & ſuccus amoracæ cum melle collieuāt, oculorūq; ſedant dolorem. Eleuo, extenuo, diminuo. Contrarium eius eſt Exaggero. Releuo, rurſus leuo, & quaſi idem quod alleuo. Tere. in Adel. Nam & illi animū iam releuabis, quę dolore ac miſeria tabeſcit. Subleuo, adiuuo. Habent autē hęc omnia pen. cor.

LEVPHANA, (λευφάνα) oppidum eſt Germaniæ in climate magis Septentrionali. Ptolemæus lib. 7. cap. 11.

LEVTYCHIDES, (λευτυχίδης) uir Lacedæmonius fuit, Menaris filius, & inimicus Demarati, quē à Cleomene adiutus regno expulit, & in locū eius Spartanorum rex creatus eſt. Verum cum acceptæ contra leges pecuniæ in ius acceſſeretur, Tegeam profugit, ubi & diem ſuum obijt. Vide Herod. lib. 6.

LEVVS, a, um, uel potius Læuus, {Siniſtro} (λαιὸς σκαιός) idem quod ſiniſter, ut, Læua manus apud Cice. 1. Acad. Læuus humerus, Oui. 6. Meta. Læuum cornu, Cæſ. 3. Comment. Per tranſlationem accipitur pro inauſpicato & infelici, δυσοιώνιστος. Verg. 1. Eclog. Si mens non læua fuiſſet. Læuum tamen fulmen cum dicimus, proſperum ſignificamus, εὐοίωνον: propterea quod quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſint dextra. Hetruſci cœlum in ſedecim partes diuiſerūt ē quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem econtrario appellauere dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera: quoniam a læua parte mūdi ortus eſt, ſicut ſcribit Plin. Et (ut auctor eſt Ci. 3. de Diui.) optimum auſpiciū habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Verg. antiquitatis conſultiſſimus dixit: Intonuit læuum. quod felicitatem portendere credebatur.

LEX, legis, Vide ſupra in dictione Legem.

LEX CORNELIA, quam Cornelius Sylla Dictator tulit aduerſus falſarios cuius pœna erat in liberum deportatio, & bonorum omnium publicatio: in ſeruum, capitis ſupplicium, ut docet Martianus l. 1. ff. ad Leg. Corn. de falſis.

LEX LEPIDIANA, quam Lepidus tulit: quæ & ſumptuaria dicta eſt, q̧ cœnarum ſumptus reſtringeret.

LEX LICINIA, lata eſt a Publio Licinio Craſſo diuite: cuius ferendæ tantū ſtudium ab optimatibus impenſum eſt, ut Senatuſconſulto iuberetur, ut ea tātū modo promulgata, antequam trinundino cōfirmaretur, ita obſeruaretur ab omnibus, quaſi iam populi ſententia comprobata eſſet. Huius legis ſumma erat ut Calendis, Nonis, Nundinis, liceret cuiq; in dies ſingulos duntaxat triginta aſſes edendi cauſa conſumere: cæteris uero diebus ne amplius apponeretur quam carnis aridæ pondo tria, & ſalſamentorum libra, & quod ex terra, uite, arbore've natum eſſet.

LEX MVNICIPALIS, quam unaquæq; urbs ſibi priuatim conſtituit.

LEX ORCHIA, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius Tribunus plebis de Senatus ſententia, tertio poſt anno q̄ Cato Cenſor fuerat. Hæc numerum tantū conuiuarum præſcribebat, iubebatq;, ut patētibus ianuis cœnitaretur, quò obſeruatio eius uideri poſſet.

LEX PLAGIARIA, quæ aduerſus plagiarios erat lata, hoc eſt, qua puniebātur, ſi qui aliena mancipia ad fugam incitabant, uel fugitiua receptabant. Vide Plagium.

LEX SATYRA, dicebatur quæ uno rogatu multa ſimul comprobabat.

LEX TABELLARIA, (νόμος, φιναῖος) ſuffragia ſcribere non permittebat, ſed puncto notare iubebat.

LEXIS, huius lexeos, {Vocabulo, uoce} (λέξις) dictio. Cice. 3. de Orato. Quam lepide lexes compoſtę ut teſſerulæ omnes Arte pauimento atq; emblemate uermiculato. Eu poeta quopiam uetuſto.

LEXVBII, (λιξούβιοι) Galliæ Lugdunenſis populi, apud Ptolemæum lib. 2. ca. 8. quos Cæſar lexouios uocat. Horum Metropolis erat Neomagus: uulgo Lyſieux.

L ANTE I.

LIÆ, ſunt foramina, quæ in ſummo mali recipiunt funes.

LIBADION, (λιβάδιον) herbæ genus, quæ noſtris uulgo Centauriō minus appellatur, nomen habet ab eo q̧ fontibus locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium ſcaturigines λιβάδας appellant. Vide Plin. lib. 25. cap. 65.

LIBAMEN, inis. Libamentum, ti, & Libatio, onis, (λοιβή. σπονδή. ἀπαρχή) pro eodem ſumūtur, ſignificantq; quicquid in ſacris libatur: a libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Ioui libauit. Oui. li. 3. Faſt. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomē. Liber enim, qui Bacchus dictus eſt, quum uictor de Scythis, alijsq; nationibus extitiſſet, rerū primitias magno Ioui obtulit. Veriſimilius tamen uidetur, hæc omnia deducta eſſe a uerbo Græco λείβω: quod inter alia ſignificat, leuiter guſto. Cice. 2. de Legib. Quod tempus ut ſacrificiorū libamēta ſeruentur. fœtusq; pecorum, quæ dicta in lege ſunt, diligenter habēda ratio intercalandi eſt. Vergil. 6. Aeneid. Ignibus imponit ſacris libamina prima. Stat. 3. Syl. Hæc, ego naſcentes lætus bacchatus ad aras Libamēta tuli. Vide Delibo.

LIBANIVS, (λιβάνιος) nomen ſophiſtæ Antiocheni qui floruit Iuliani apoſtatæ temporibus, uſq; ad Theodoſium ſeniorem. Diſcipulus fuit Diophanti. Scripſit encomiū Conſtantij Cæſaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnaſmata Rhetorices, & epiſtolas quaſdam. Suidas.

LIBANOCHROS, (λιβανόχρως) gemma, quæ turis ſimilitudinem oſtendit, & ſuccum melleis. Plin. 37. cap. 10.

LIBANOTIS, pen. pro. {Roſmarino} (λιβανωτίς) frutex odorem turis habens, quæ Roſmarinus appellatur. Plin. lib. 16. cap. 12. Libanotis radicem habet oluſatri, nihil a ture differentem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam alio nomine Roſmarinum appellant. Hactenus Plin. Eius tres ſunt ſpecies: quas uide apud Dioſco.

LIBANOTVS, (λιβανωτός) uentus flans inter Liba, hoc eſt, Africum, & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47.

LIBANVS, pen. cor. (λίβανος) Syriæ mons, a Sidone Phœnices oppido, uſq; ad Symiram urbem Syriæ cœles extenſus, centum quinquaginta ſtadiorū longitudine. Huic ex aduerſo obtenditur Antilibanus, ualle tantū interiecta, olim muro illi coniunctus. Inter duos hoſce montes Orontes fluuius oritur, teſte Pli. lib. 5. cap. 16. au. & 22. Libanus item quæ & Dendrolibanus dicitur frutex, ſiue arbuſcula thurifera. ita dicta (ut Poetæ fabulantur.) a iuuene quodam Aſſyrio eiuſdē nominis, in hunc fruticem commutato. Hinc etiam thus ipſum Græci λίβανον appellant.

LIBARNVM (λίβαρνον Ptolemæo) Libarna Plinio, oppidum Italiæ ſub Apennino ſitum non procul a Dertona. Ptolem. lib. 3. ca. 1. & Plinius libro 3. cap. 5.

LIBATIO, uerbale, (λοιβή. χοή) ſacrificatio, uel ea deguſtatio, quæ in ſacrificiis fieri ſolebat. Cice. de Aruſp. reſp. Te appello Lentule, tui ſacerdotij ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæq; ludorum.

LIBELLA, læ, (ζυγίον) diminutiuum a Libra, quod modo pro ſtatere accipitur, hoc eſt pro ponderandi inſtrumento duas habente lances. Modo pro pondere duodecim unciarum, λίτρα. Aliquando etiam pro nummulo argenteo, qui & As dicitur. Cic. 4. Ver. Ecquis Volcatio, ſi ſua ſponte ueniſſet, unam libellā dediſſet? Libellam pro aſſe poſuit, ex eo dictam q̧ libram æris ualebat. i. aſſem. Cum autem minimam pecuniam ſignificare uolebant, aſſem, & libellam dicebant. Pla. in Cap. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, q̧ nummulus erat argenteus decima pars denarij. Cicer. ad Atti. lib. 7. Fecit palam te ex libella me ex teruncio ſubaudi, hæredem. Libella etiam eſt fabrile inſtrumentum, quod noſtrates, auctore Budæo, Niuellum appellant. Plin. lib. 7. cap. 56. Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius, ſubaudi inuenit.

LIBELLIO, onis, maſcu. gene. {Corriere} (γραμματεύς) a ueteribus dicebatur, quem nos Tabellionem uocamus. Varro: Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebant. Accipitur interdum pro librario, qui libros ſcribit, & uendit Stat. 4. Syl. Sed Bruti ſiant oſcitationes, De capſa miſeri libellionis, Emptū plus minus aſſe Caiano, Donas.

LIBELLVLVS, (βιβλίδιον) diminutiuum a Libellus. Hierony. in præfati libellulo edoceat.

LIBELLVS, li. {Libretto} (γραμμάτιον, βιβλίον) paruus liber. Marti. lib. 14. Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello Conſtabit nummis quattuor empta tibi. Aliquando etiam ponitur pro epiſtola ſiue tabella Brutus ad Cic. li. 11. Ne de Planco quidem ſpē adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. Inde Libelliones dicti ſunt, de quibus ſupra. Ponitur aliquando pro punctis, ſiue articulis ſcriptū aliquod diſtinguentibus. Cicer. in Ver. Recita mihi

hunc

hunc primum libellum: deinde illum alterum Ganuleij. Libelli etiam dicuntur, quos uulgus ſupplicatiões, ἱκετηρίας appellat: quos Martialis Supplices libellos nominauit illo hendecaſyllabo: Idem ſupplicibus uacat libellis. Tales n. principibus dari ſolent ad negotia explicanda à ſubditis, in quibus petitiones cõtinentur. Suet. in Cæſ. pro eodem ſine addito dixit Libellum. Libellumq; indicem inſidiarum, ab obuio quodam porrectum, libellis cęteris, quos ſiniſtra tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit. Libellus ponitur etiam pro commentario, quam Memoriam uulgo uocãt Quin. lib. 12. cap. 8. Peſſimæ uero conſuetudinis eſt libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Quo in loco, teſte Budæo, Libellus accipitur pro ſcripto memoriæ cauſa parato, pro quo etiam libellum memorialem dicimus Suet. in Iul. Cæſ. Epiſtolæ quoq; eius ad Senatum extant, quas primum uidetur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertiſſe. A' Cicerone autem ad Att. Libellus mãdatorum dicitur, in quo memoriæ cauſa, quę ubicũ mandantur ſiue iniunguntur, ſunt perſcripta. Libellus etiam, eodem Budæo teſte, dicitur epiſtola aſſertoria, quam uulgo Certificationem uocamus: ut quas uectigalium & tributorum immunes ad publicanos deſtinare ſolent, ne prouectura res ſuas aduehentes, importantes'ue inhibeant. Paul. in l. ſi publicanus. ff. de Publican. Significet, inquit, id libello manu ſua ſubſcripto, cumq; ad publicanum mittant. Eſt & Libellus menſurę genus. Cato de Re ruſt. c. 15. Parietes uillæ ſi locet in pedes centum. id eſt, pedes denos quoquouerſum, habeat libellum, in pedes quinos, &c. Dicitur quoq; Libellus ſcripti genus, quo aliquis in iudicium uocatur. Plau. in Curc. Vbi tu es, qui me libello Venereo citaſti? ecce me ſiſto, ades contra. A' libellis autem, miniſtri illi eſſe dicuntur, qui principi in hoc negotio ſubſeruiunt ut ſupplicẽs libellos accipiant, euoluãt, & ijs reſpondeant. Suet. Epaphroditum à libellis capitali poena condemnauit. Libellos proponere in locis celeberrimis, eſt ſcriptum aliquod in locis publicis affigere. Cic. pro Quintio: De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite, obſcureq; conceditur. Libellos ſignare, ſiue ſubnotare dicitur is, qui libellis ſupplicibus, quas uulgus Requeſtas uocat, reſpondet. Plin. in Epiſt. Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & Libellos agere in l. reſcriptum. de diſtra. pigno. Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano. i. Papiniano, libellis apud Imperatorem præfecto. Apud leguleios, Libellus diuerſis modis dicitur. Nam eſt libellus accuſationis, (ἔγκλημα, τὰ ἐπιγεγραμμένα) conuentionis, repudij, et huiuſmodi. Libellum uero genere neutro diminutiuum eſt à Libum, ut C. de epiſ. audien. l. iudices. Incarceratis debet uictualis ſubſtantia miniſtrari, uel tradi libellis duobus aut tribus diurnis.

LIBENS, tis, {*Volontario, facile*} (ἄσμενος, ἑκὼν) uolens, uolũtarius, gaudẽs. Cic. ad Att. lib. 10. Si uera ſunt, ignoſces: ſi falſa me libente eripies mihi hunc errorem. Idem pro Cluen. Eamq; animis ueſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. Liu. lib. 9. Bel. Pun. Vt modicas iniurias non æquo animo pati, ſed prope libenti uideri poſſent. Cic. ad Att. li. 4. Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus. Libens, auctore Donato interdum aduerbialiter ponitur pro libẽter, ἀσμενῶς. Ter. in And. Fugin' hinc? B. Ego uero ac libens.

LIBENTER, {*Volontieri*} (ἑκουσίως, ἀσμένως) non grauate, æquo, gratoq; animo. Cic. 4. Acad. Itaq; cum aliud diceret, atq; ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, &c. Hora. 2. Epiſt. Diſcit enim citius, meminitq; libentius illud. Quod quis deridet, quam quod probat, & ueneratur. Libenter uiuere, & coenare, auctore Donato, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. Teren. in Eun. Tu hercle cum illa Phædria, Et libenter uiuis: etenim bene libenter uictitas.

LIBENTIA, æ, (ἡδοναί) uoluptates illecebræ. Gell. lib. 15. cap. 2. Cui libẽtiæ, gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ ſint.

LIBENTINA dea, Venus, ſeu Proſerpina, Auguſt. lib. 4. de Ciu. Neq; enim audent aliquas partes ſub nomine Deorum, uel Dearum Deæ Cloacinæ tribuere: aut Volupiæ, quæ a uoluptate appellata eſt: aut Libentinæ, cui nomen eſt a libidine. Huius meminit & Cic. 2. de Nat. deo.

LIBER, priore pro. in genitiuo Liberi, pe. cor. Bacchus ſiue Dionyſius, (Διόνυσος) uini repertor. Multos autem fuiſſe Liberos, ſiue Bacchos, Dionyſios'ue oſtẽdit Diodorus: quorum longe celeberrimus eſt, qui ex Semele & Ioue genitus fuit, quem tertium fuiſſe autumant, & Thebis Boeotijs natum, qui Liber appellatus eſt a Liberando: nam Libertatis Deus eſt: ſiue q; Boeotiæ urbes liberas fecerit. (ipſe enim, ut inquit Plutarch pro Boeotiæ libertate pugnauit) uel quia uinũ curas ſoluat, & mentem ab illis liberet, ſeu q; uino uſi libere loquantur. Fiunt autẽ pleriq; ebrietate petulantiores. Sene. li. de Tranquil. uitæ, Liberũ appellatũ dicit non ob licentiã linguæ, ſed quia liberat ſeruitio curarum animum, & triſtitiæ medetur. Varro a libendo deducit, q; libera mens ebrij, quo lubet, prolabatur. Auguſtinus docet Liberum uocari, q; mares in coeũdo, per eius beneficium, emiſſis ſeminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in foemina agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Interdum liber ponitur pro ipſo uino. ſicut Ceres pro frumento. Ter. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol: quia libere per aerem uagatur. Verg. lib. 1 Georg. Vos ò Clariſſima mundi lumina, labentem coelo, quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

LIBER, ra, rum, {*Libero non ſeruo*} (ἐλεύθερος) proprie is dicitur, qui ſeruitutẽ non ſeruit: hoc eſt, qui aut ingenuus natus eſt, aut ab hero ſuo libertatẽ eſt aſſecutus: habetq; antitheton Seruus. Cic. 2. de Nat. Deo. Qui de libera matre eſt, liber eſt. Idem pro Cecin. Non poteſt iure Quiritum liber eſſe, qui in numero Quiritum non ſit. Liber item dicitur is, qui ad gratiam non loquitur, ſed libere profert, quicquid ſentit, παῤῥησιαστής. Cic. 1. de Natu. Deo. Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber. Aliquando Liberum etiam dicimus pro otioſo, & omni negotio, curaq; uacuo: ut, Soluto liberoq; animo eſſe, apud Cice. 4. Verr. Idem. 1. Offi. Si ab omni animi perturbatione liber ſis. Martialis uno in Diſticho ſignificationem hãc cum ſuperiori coniunxit, ludens in uocis ambiguitate. Liber homo es, nimium, dicis mihi Chœrile ſemper: (hoc eſt, nimium libere loqueris) In te qui dicit Chœrile, liber homo eſt. hoc eſt, uacuus negotijs, & q̃d agat, non habens. Liber etiam ponitur pro eminenti & extanti. Varr. in Eumen. ut citat Nonius: Iterum tragici prodeant cum capite libero, cũ antiqua ſtola. Item pro magno, ſeu ualido. Ouid. Epiſt. 8. Perfruor infelix liberiore malo. Vnde Campus liberior, (εὐρυχωρία) qui amplus eſt, lateq; patens, et in quo equi libero inoffenſoq; curſu uagari poſſunt. Indeq; ſumpta tranſlatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, cum in locum late patentem inciderunt amplam ſuppeditantem materiam ad latius expatiandum. Libera uti lingua, (παῤῥησιάζειν) eſt audacter loqui quod ſentias, nihilq; aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. Plau. in Ciſt. Quia cum adeo me complexus ſiet Liberi Magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. Libero corde fabulari, eſt fabulari libere, & ſine timore. Plaut. in Epid. Facile tu iſtuc ſine periculo, & cura, corde libero Fabulare loqui. Liberæ ædes, quibus quis uti poteſt, tanquã ſuis, Plaut. in Milit. Liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, me uti uolo libere.

Liberum arbitrium, eſt animi uoluntas, ac ſententia libera. Liu. 7. Bel. Macedon. Et permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſua ſæuiretur metuebant. Liberum cælum, quod omnibus æque commune eſt. Cice. 1. Tuſcu. Et in liberum coelum, tanquam in domum ſuam, uenerit. Liberæ literæ, quæ liberius, atq; audacius loquuntur. Cic. ad Att. lib. 1. Itaq; neque Achaicis hominibus, neq; Epiroticis pauló liberiores literas committere audeo. Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatem habent. Liu. 7. Bel Maced. de legatis loquens: His quæ præſentia diſceptationis eſſent, libera mãdata de ſumma rerum ſenatus conſtituit. Liberum tempus, id eſt, uacuum quo omni cura ſoluti ſumus. Cic. 1. de Fin. Nam libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, cumq; nihil impedit. &c. Aliquando Liber ponitur pro immuni, ſiue pro alicui rei non obnoxio: & ablatiuo iungitur cum præpoſitione, & ſine præpoſitione: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto eſt obnoxius, apud Cice. pro lege Agra. Liber à fide, qui fidem ſoluit. Liu. 7. Bel. Pu. Ita tollit inducias, ut liber a fide incepta exequeretur. Liber ab irriſione, qui nihil aut fecit, aut dicit, cur merito poſſit irrideri. Cic. 4. Aca. Liber igitur a tali irriſione. Socr. liber Ariſto Chius, &c. Liber a legibus qui non ſubditur legibus, Plau. in Trin. Ambitio iam more ſancta eſt: libera eſt a legibus. Sic liber à predonibus, Liber à metu. Sine præpoſitione: ut, Liber omni cura animus: apud Cic. 1. de Fin. Sic, Liber pauore, Liber metu, Liber religione animus. Aliquando cum genitiuo conſtruitur, pro liberali. Plau. in Amph. Nam ego me noctiſſe credo iam, ut ſit pater meus, Quam liber harum rerum multarum ſiet. Liberum eſt mihi eleganter dicitur, pro licet mihi, uel poſſum, & in arbitrio meo conſtitutum eſt. Plin. in Epiſto. Erit enim & poſt emendationem liberum nobis uel publicare, uel continere.

LIBERA, æ, (περσεφόνη) Iouis & Cereris filia, quæ & Proſerpina dicitur. Cice. 1. de Natu. Deo. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

LIBERE', {*Liberamente. ſplendidamente*} (ἐλευθέρως) quod modo idem ſignificat quod ingenue & liberaliter. Teren. in Andr. Tu'ne hic homines adoleſcentulos Imperitos rerum, educatos libere fraudem illicis? Modó idem quod ſolute, & ſine alicuius obſtaculo. Plaut. in Bacch. An non uides ut ſolæ libere graſſentur? Libere uiuere, id eſt, ſuo more uiuere, neq; ſubijci alterius uoluntati. Teren. in And. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, Liberius uiuendi fuit poteſtas. Libere loqui, (παῤῥησιάζεσθαι) eſt confidenter loqui, ita ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cuiuiſquam. Cice. pro Planc. Aſperius (inquit) locutus eſt imó uero liberius.

LIBER, bri, ſubſtantiuum, priore. cor. {*Scorza d'albero*} (φλοιὸς) proprie corticis genus eſt tenuius, quod in philyras plures diuidi poteſt: cuiuſmodi erãt, quę papyris in Egypto detrahebantur, chartæq; uſum præbebant. Cice. 1. de Natu. Deor. Trunci obducuntur libro aut cortice, quó ſint a caloribus & frigoribus tutiores. Indifferenter tamen pro quouis cortice poſitum inuenitur. Colum. 2. Georg. Huc aliena ex arbore germẽ Includunt, udoq; docent moleſcere libro.

Et quoniam libri, hoc eſt, tenuiores arborum cortices, chartæ olim uſum prębebant, codices quoq;, qui ex ijs cõpaginari ſolebant, libri (βίβλοι) dicti ſunt: obtinuitq; uſus ut quamuis mutata re, alijſq; iam inuentis chartarũ generibus, priſcum tamen manſerit nomen, libriq; dicãtur, qui ex pluribus concinnati ſunt chartis, ex quacunq; materia præparatis. Iidem & Codices dicuntur, ab arborum caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad ſcribendi uſum ſolent cõficere, eaſq; cera obducere. Cic. ad Att. Demetrij librum de concordia tibi remiſi. Sic uniuerſa Vergilij opera ſimul compacta, unum dicimus librum. Plin. Epiſt. 20. Poſtea reciſa, ac purgata, in unum librum grandem quidem, unum tamen, coarctaſſe. Quandoque tamen Libros uocamus operis alicuius partes, certaq; ſegmenta, in quæ totum opus diſtinguitur. Græci λόγους, τόμους, καὶ βιβλία appellant: ut, cum dicimus Vergilij Aeneida in XII. libros diſtinctam eſſe. Liber præterea ponitur pro rationario, ut uulgo dicitur, ſiue regiſtro. Cic. 5. Verr. Miſit literas ad Carpinatium quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud Tullium magiſtrum familiarem tuum inueni. Budæus. A' Liber, quando corticem ſignificat, ſit uerbum Delibro, pen. cor. quod eſt corticem detraho, ἀπολεπίζω, ἀποφλοιῶ. Vide ſuo loco.

LIBERALE IVDICIVM, & Cauſa liberalis, {*Giuditio nelquale ſi tratta della libertà d'alcuno*} (ἐλευθερία, δίκη) in quo de alicuius agit libertate. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipſe fœdiſſimus eſſet eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Ter. in Andr. Nam ego illam liberali cauſa aſſero manu. Vbi Donatus, Ordo eſt. Ego liberali cauſa aſſero illam manu: & ſunt iuris uerba, a quibus etiam Aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis. Quin & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Vid. Aſſero.

LIBERALES ARTES, {*Arti liberali*} (ἐλευθέριαι, μαθήματα) quę ſolius ingenij, non manuum miniſterio peraguntur. cuiuſmodi ſunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræq; id genus: adeo liberales dictæ, q; liberum hominem potiſſimum deceant: nam manibus corporiſq; labore uictum quæritare, illiberale quiddam habet & ſeruile. Cice. 1. de Inuent. Quos habuerit artium liberalium magiſtros, quos uiuendi præceptores. &c. Cice. de Orato. Ingenuas artes appellat. Studia liberalia, Tacit. lib. 3. Liberalis doctrina, Cice. 5. de Fini. Liberalis eruditio & doctrina, Cic. 2. Tuſ. illiberales uero Mechanicæ, quę in manuum opera conſiſtunt: habent enim ſeruile miniſterium.

LIBERALIA, orum, Liberi feſta, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια. Næuius: Libera lingua loquimur ludis Liberalibus. Cice. ad Coro lib. 12. Liberalibus literas accepi tuas. Idem Att. liberalia tu accuſas.

LIBERALIS, le, {*Liberale, magnifico*} (ἐλευθέριος, φιλόδωρος) benignus, mu

nificus:cui contraria ſunt Parcus, Auidus, Tenax, et Sordidus. Cic. pro Quin. Roſc. Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Idē pro Cæl. Huic tanto facinori tua mens liberalis cōſcia eſſe non debuit. Idem pro Quin. Roſc. Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusq; fuit. Differt tamen Liberalis à Munifico: quia Liberalis dicitur, qui rogatus: Munificus, qui ſponte beneficiū cōtulit. Cic. lib. 3. de Orat. Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, q̃ opem ferre ſupplicibus. Sunt etiam, qui ita diſtinguant, ut Liberalis ſit, qui paruis, & priuatis hominibus beneficia præſtat: Munificus qui magnis, & in magnis rebus. Sic Liberalitas, naturæ benignitas, quæ maximè in præſtanda opera amicis perſpicitur, & uerſatur inter priuatos & paruos homines, Munificentia inter magnos. Quod nomen a Libero patre (ut Valer. Maxim. credimus) deductum eſt. Accipitur quandoq; Liberalis pro pulchro, & eleganti. Terent. in Eunu. Quàm liberali facie, q̃ ætate integra? Liberali ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut uulgo dicitur, bonæ naturæ, ſiue boni cordis. Teren. in Adelph. Nam ingenium noui tuum liberale. Liberale reſponſum, hoc eſt ingenuum, & minus diſſimulāter prolatum. Cic. ad Atti. lib. 3. Quod ſi non modò tu, ſed quiſquam fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum, a turpiſſimo conſilio reuocaret, &c. Liberale coniugium, eſt, quod libere & inter liberos fit. Teren. in And. Spero conſuetudine, & coniugio liberali deuinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Vide.

LIBERALITAS, {*Liberalità, magnificenza*} (ἐλευθεριότης) munificentia. Cic. 1. Offi. Iuſtitiæ eſt coniuncta beneficentia, quā eandem uel benignitatē, uel liberalitatem appellari licet. Liberalitas, (ut inquit Speuſippus) eſt habitus, qui in quærēdis, erogandisq; pecuniis decorum ſeruat. Hoc eſt, decens & moderata acquiſitio & erogatio pecuniæ, auaritiæ, & prodigalitatis extremis circūſcripta. Nam ſi non tantum, quantum oportet, tribuas, Auaritia oritur. Sin excedas in dando modum deſq; plus q̃ oportet, & cui non oportet, & quando, & qua cauſa non oportet, in uitium laberis Prodigalitatis. Aliquando ita accipitur Liberalitas ut ſeruili metui opponatur. Teren. in Adelph. Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.

LIBERALITER, {*Liberalmente, magnificamente*} (ἐλευθερίως) large, munifice. Cic. 4. Verr. Hi porrò, qui ſucceſſerunt, uehementer iſtius cupidi: liberaliter ex iſtius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Interdum liberaliter idem ualet: quod ingenue, & ut libero homine dignū eſt. Cic. 3. de Fini. Eſſeq; hominis ingenui, & liberāliter educati, uelle bene audire à parentibus.

Liberaliter eruditus is dicitur, qui optimis artibus inſtitutus eſt. Ci. 2. Tuſc. Sed ſi poſſumus, eos excitemus: qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione, & uia philoſophantur. Sic liberaliter inſtructus, apud Cæſ. lib. 3. Bel. Ciui. Liberaliter ſeruire, id eſt, bono animo, & libero, libenter obſequendo. Teren. in And. Propterea quod ſeruiebas liberaliter. Aliquādo pro indulgenter. Saluſt. Exercitum, quem in Aſia ductauerat, luxurioſe, nimisq; liberaliter habuerat. Cuius contrarium eſt illiberaliter, (ἀγεννῶς) quod ueteres de eo dicebant, qui omne maleficii genus exceſſiſſet. Terent. in Adelph. Factum a uobis duriter, immiſericorditer atq; (ſi æquum eſt dicere magis aperte) illiberaliter. Donatus: Illiberaliter, inutile, inclementer, non bene: quia Liberalis bonus dicitur.

LIBERATIO, onis, & Liberator, oris, Vide Libero.

LIBERI, orum, plurali tantum numero, {*Figliuoli*} (τὰ τέκνα, παῖδες) dicuntur filii, uel filiæ: quamuis etiam liberorum appellatione unus filius, & una filia intelligatur. Caius in l. anni eſt. ff. de uerb. ſignifi. Nō eſt ſine liberis, cui uel unus filius, una'ue filia eſt. Teren. in Hecy. Qui illū decreuit dignum, ſuos cui liberos committerent. Sic & Ci. En cui tuos liberos cōmittas, cum de uno ageret. Olim tamen in uſu erat nominatiuus ſingularis Liber, pro filio. Catu. in Argo. Optauit genitor primæui funera gnati: Liber, ut innuptæ poteretur flore nouercæ. Item nepotes, & pronepotes, cæteriq; ex his deſcendentes, Liberorū appellatione continentur. Paul. ff. de Gradib. affi. l. iureſcō. Liberi, inquit, uocantur uſq; ad trinepotem. Calliſtratus. l. Liberorum. ff. de uerb. ſignifi. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cęteriq; qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabul. comprehendit.

Similes patri liberi. Sene. Medea. Parere liberos, Idem Thebaid. Procreare liberos. Quint. lib. 3. cap. 8. Auctus liberis. Tacit. lib. 3. Tanquam auctus liberis Druſus domum Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, eſt procreandorum liberorum cauſa cum uxore rem habere. Ci. 1. Offi. Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum.

LIBERO, ras, {*Liberare, donare la libertà*} (ἐλευθερόω, ἀπαλλάττω) modo idem ſignificat quod manumitto, & ex ſeruo libertum facio. Proprieq; heri eſt, cum ſeruum de poteſtate ſua emittit. Nonnunquam tamen & ſeruus ſe liberare dicitur, cum peculio ſuo ſe redimit. Idem lib. 1. de Orato. Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. Modo iudicii uerbum eſt, idem ſignificans quod abſoluo, (ἀφίημι) & ab actione intentata liberum iudico. Ci. pro Cluent. Iudices hunc, quem iam bis condemnatum acceperant liberarunt.

Aliquando generale uerbum eſt idem ſignificans, quod moleſtia, damno, uel periculo eripio. Cice. Atti. Næ tu me ſollicitudine magna liberaris. Liberare fidem, eſt præſtare promiſſum. Cice pro Flacc. Ipſe tamen Fufiis ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Liberare ſe ære alieno, eſt creditam ſibi pecuniam creditori numerare, ſiue debita perſoluere. Cic. ad Att. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debitorem dicitur creditor, aut eius hæres, quum quod ſibi debebatur, ei acceptum fert. Papin. l. cū hæres. ff. de Liber. lega. Cum hæres rogatur debitorē ſuum liberare, de eo tantum cogitatū uidetur, quod in obligatione manſit. Paulus l. Legaui Titio. ff. eodem tit. Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere uoluerit, nihil intereſt hæredem ſuum iuſſerit, ut eū liberaret, an prohibeat eum exigere: utroq; enim modo liberādus eſt debitor, & utroq; caſu competit ultro ad liberandum debitorem actio. A uerbo Libero, deducitur uerbale Liberator, ratoris, (ἐλευθερωτής) id eſt, uindex libertatis. Cic. Atti. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. Idem alibi: Romæ noſtri liberatores tuto eſſe non poſſunt. Liberatio, tionis, (διάλυσις, ἄφεσις, ἀπαλλαγή) actus ipſe liberandi, remiſſio, abſolutio. Cic. in Piſo. Reorum acerbiſſimæ damnationes, libidinoſiſſimæ liberationes. Accipitur præterea Liberatio pro acceptilatione, quæ a Græcis ἀποχή dicitur, ſiue pro abſolutione a nexu. Vnde Titulus eſt in Pandectis, de liberatione legata.

LIBERTAS, bertatis, {*Libertà, licenza*} (ἐλευθερία) a Liber, ſeruituti oppoſita eſt: quam ſic definit Florē. l. Libertas. ff. de ſtatu homi. Libertas, eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet niſi quod ui, aut iure prohibetur. Ci. in Para. Libertas eſt poteſtas uiuendi, ut uelis. Accipitur etiam libertas pro ea, quā Græci uocant παῤῥησίαν, hoc eſt, pro loquendi, admonendi, increpandiq; fiducia, quum ſ. quiduis quod ſentimus, libere loquimur, nullius reſpectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac ſignificatione Libertas accipitur ferè in meliorem partem, eiq; opponitur Aſſentatio. Licentia uero in malam ferè partem accipitur, quum quis libertate abutitur uſq; ad temeritatem, & procacitatem.

Eſt enim Licentia immoderata impunitaq; quædam facultas agendi, dicendiq; quicquid uelis. Quin. Quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia uocatur. Teren. Heaut. Deteriores omnes ſumus licentia. Ponitur tamen quandoq; Licentia pro libertate in bonam partem: ut apud Cic. lib. 3. Offi. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; probabile maxime occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Idem lib. 1. eiuſdem operis: Magnus enim ille, et diuinus bonus hanc licentiam aſſequebantur. Libertas quandoq; etiam in malum accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cice. 5. Verr. Nunquam ipſimet nobis, præcideremus iſtam licentiam, libertatemq; uiuendi. Adimere libertatem, eſt quem libertate ſpoliare. Cic. pro Domo ſua; Quod idem is poſte rum de extraordinariis poteſtatibus libertatem ademiſſes. Amittere libertatem: Ibidem, Nemo ciuis Romanus aut libertatem, aut ciuitatem poſſit amittere, niſi ipſe auctor factus ſit. Dicimus præterea Dare libertatem alicui, Habere libertatem, Largiri libertatem, Retinere libertatem, Recipere libertatem, Tenere libertatem, uindicare in libertatem: quorum exempla uſquam non occurrunt. Libertas etiam libertatis dea dicebatur: cuius exemplum in Auētino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ.

LIBERTINUS, tini, (ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος) antitheton eſt Ingenuo. Libertus autem relatiuum Patroni. Per Libertinum enim ſignificamus conditionē hominis, ſicut per ingenuum: per Libertum uero priuatim quendā reſpectū ad patronum. Plau. Mil. Ingenuam an libertinam? Proprie itaq; Libertini dicuntur, qui ex libertis procreati ſunt: hoc eſt, qui ipſi quidem nunquā ſeruierūt, ſed quorum parentes, antequam filii naſcerentur, è ſeruitute manu emiſſi ſunt. 4. Philip. Ipſe ex Libertini filia ſuſcepit liberos. Poſtea tamen Libertinorum, & Libertorum uocabula in eadem ſignificatione uſurpari cœperunt, pro iis ſcilicet, qui poſt iuſtam ſeruitutem libertatem eſſent conſecuti. Quod manifeſtū me oſtendit Sueto. in Claud. his uerbis: Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, Libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.

LIBERTUS, {*Fatto libero di ſeruo*} (ἀπελεύθερος) qui quum eſſet ſeruus factus eſt liber, ita dictus quaſi liberatus. Huius relatiuum eſt Patronus. Plau. in Aſina. Magis decorum eſt, Libertum potius, q̃ patronum, onus in uia portare. Vlpianus cum eſſe Libertum definit, quem quis ex ſeruitute ad ciuitatē Romanam perduxit. Quin. lib. 7. c. 8. Patrono in libertum manus iniectio ſit. Liberta, fœmininum. Hora. 1. Sermo. Saty. 1. Ad hunc liberta ſecuit. Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarū. Modeſtinus: Libertis, libertabusq; non libertum libertæ teſtatoris non contineri.

LIBET, {*Piace*} (ἀρέσκει, ἐπέρχεται) uerbum impersonale, idem ſignificans qđ placet: a libendo (ut Varro inquit) q. quę placent, in uentrem prolibentur. Duo habet prĕterita Libuit, & Libitum eſt. Plau. in Pſeud. Cur id auſus facere? R. Libuit. i. ſic uolui: ſic placuit mihi. Idem in Aſina. Si quid te uolam, ubi eris? L. Vbicunq; libitum erit animo meo. Hinc fiet Collibet, pen. cor. uel Collubet, collibuit, collibitum eſt, collibere, idem quod libet. Teren. in Eun. Si quid collibuit, noui te.

LIBETHRA, libethræ pen. pro. (Λειβήθρα) fons Muſis ſacer in Magneſia regiuncula Theſſaliæ amœna: ut docet Plin. lib. 4. cap. 9. & Pomp. Mela lib. 2. Sunt, qui in Olympo monte Libethram urbem fuiſſe dicant, a Sye torrente funditus euerſam, quum iam olim oraculo prædictum eſſet, fore ut Libethrii ὑπὸ συὸς omnes interirent, cum Orphei oſſa Sol inſpexiſſet. Erant autem Orphei reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ uiæ imminebat a Dio in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum uis conueniſſet, ut paſtorē in ſomniis ſuauiter canētem audirent, euenit ut columna euerſa Orphei oſſa nudarētur: eodemq; die torrens nomine Sys ſupra modum auctus, Libethrios cū urbe ſubmerſit. Vide Cœlium Rhodig. lib. 18. cap. 22.

LIBETHRIDES, (Λειβηθρίδες) dictæ ſunt Muſæ, a Libethra Magneſię fonte, Muſis ſacro, & Poetarum carminibus celebrato: ut non obſcure innuit Pomponius Mela lib. 2. in deſcriptione Macedoniæ. Strabo tamen lib. 10. auctor eſt, Muſas appellatas eſſe Libethridas, a Libethro Thraciæ monte, quē poſtea Macedones tenuerunt: ſub quo & antrum fuiſſe ait Muſis Libethridibus a Thracibus conſecratum. Verg. 7. Eclog. Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, &c.

LIBETHRUS, pen. pro. (Λείβηθρος) mons eſt Macedoniæ, teſte Lycophrone, habens ad radicem Pimpleam fontem, Muſis conſecratum. Alii Libethrum Thraciæ montem eſſe aiunt, poſtea a Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit, Muſis Libethridibus a Thracibus conſecratum. Vide Strabonem lib. 10.

LIBIDINOSUS, noſa, noſum, {*Luſſurioſo, libidinoſo*} (ἀσελγής, ἀκρατής, ἀκόλαστος, ἀφροδίσιος) qui in libidinē propenſus eſt, quiq; Veneri plus æquo indulget. Cicero in Cat. Libidinoſa enim & intemperans adoleſcētia, effœtum corpus tradit ſenectuti. Quin. lib. 6 cap 4. Libidinoſior es, q̃ ullus ſpado.

Libidinoſas ſententias Cic. pro Domo ſua dixit, quæ pro libidine cuiuſque feruntur. Libidinoſę dapes, dicuntur exquiſitæ, & curioſæ. Col. in præfatione lib. 10. Mox quum ſequens, & præcipue noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtitueret, &c. Hinc fit aduerbium Libidinoſe, (ἀκρατῶς) idem quod impotenter, & pro animi libidine. Cic. 1. Verr. Vt quæ ille libidinoſe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit.

LIBIDO, pen. pro. genitiuo libidinis, {*Libidine, luſſuria*} (ἐπιθυμία ἀδυνάτων) eſt effrænata, & temere ſuſcepta rei alicuius cupiditas. Vnde ferè ſemper in deteriorem partem accipitur. Plau. in Epid. Nequam es homo Epidice cui libido eſt male loqui. Auguſt. lib. 14. de Ciui. Dei: ſcribit Libidinem eſſe ge-

nerale

nerale uocabulum omnis cupiditatis, quum & ipſam iram nihil eſſe q̃ ulciſcendi libidinem ueteres deffinierunt: & Auaritiam, libidinem habendi pecuniam: Pertinaciam, libidinem quomodocunq; uincendi. & Iactantiam, libidinẽ gloriandi. Et quum multarum rerum libidines ſint, tamen quũ libido dicitur, neq; cuius rei libido ſit, additur, nõ ferè ſolet animo occurrere, niſi illa qua obſcœnæ partes corporis excitantur. Cice. 4. Tuſc. Voluntas eſt, quæ quid cũ ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius, ea libido eſt, uel cupiditas eſſrænata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Sallu. in Catil. medium uocabulum eſſe oſtendit, quod tam in meliorem, q̃ in deteriorem partem accipi poſſit, hoc eſt, pro uoluptate tã honeſta, q̃ inhoneſta. Magisq; (inquit) in decoris armis, & militaribus equis, q̃ in ſcortis, & conuiuiis libidinem habebant. Libido nauſeæ, id eſt, cupiditas uomendi. Cato cap. 156. Vbi libido ueniet nauſeæ, cumq; apprehendit, decumbat, purgetq; ſeſe.

LIBIDINOR, aris, {Darſi alla luſſuria} (ἀσελγαίνω) libidinem perago, uoluptati indulgeo. Suet. in Nerone, cap. 28. Olim etiam quoties lectica cum matre ueheretur, libidinatum inceſte, ac maculis ueſtis proditum affirmat.

LIBITINA, æ, pe. pro. dea, in cuius templo uendebantur et locabantur ea, quę ad ſepulturam pertinebant: ita dicta à libitu, uel a libidine. Plutar. Venerẽ fuiſſe putat, redditq; rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad põpam funebrem ſpectant, in Veneris templo uoluerint aſſeruari: ut ſcilicet eo ipſo humanæ fragilitatis admoneremur, certo ſcientes exitũ ab ortu nõ procul abeſſe, quum eadem Dea morientibus præſit, & uitam ingredientibus. Alij malunt eſſe Proſerpinam Plutonis uxorem, quam, q inferorum crederetur regina, mortuis præeſſe putabant: ideoq; etiam ea, quibus mortui exornati ueluti ad inferos deducuntur, in eius templo uoluerunt aſſeruari. Quandoq; Libitinam poſitam legimus pro ipſo apparatu funebri, quẽ Libitinarij in uſum exequiarũ locabant. Liu. li. 40. In urbe tanta fuit peſtilentia, ut uix tunc libitina ſufficeret, ad ſuppeditanda ſcilicet funeribus neceſſaria. Suet. in Nerone: Peſtilentia unius autumni qua triginta funerum milia in rationem Libitinæ uenerunt. Quo in loco Rationem Libitinæ dixit, pro ijs rationibus, quas conficiebant ij, qui in ęde Libitinæ locabant ea, quæ ad funebres pompas pertinerent. Exercere Libitinã dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis uendendisq; ijs, quæ neceſſaria erant funebrem pompam inſtructuris. Vale. Maxim. Qui tunc libitinã exercebãt, tum rerum ſuarum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt. Sed quoniam in æde Libitinæ, locabantur neceſſaria ad funebrem apparatum, hinc factum eſt, ut Libitina aliquando pro morte, ſeu pro lecto, quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. libro. 3. Carm. Multaq; para mei Vitabit libitinam.

LIBITINARIUS, arij, {Colui che uende, ò dà à pigione quello che ſi appartiene alla pompa de morti} (ἐντεφιαστής, ταφεύς) proprie dicit is, qui locat aut uẽdit ea quæ ad pompam funebrem ſunt neceſſaria: uel qui curam habet ſepeliendorum funerum. Tractum eſt nomen à Libitina dea, in cuius æde aſſeruabanẽ ea, quæ ad inſtructionem funebris pompæ erant neceſſaria. Vlpia. l. quicunq;. ff. de Inſtitor. actio. Si libitinarius, quem Græci ἐνταφιαστὴν uocant, ſeruum pollinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Ex quibus uerbis patet libitinarij exercitium honeſtius fuiſſe, q̃ pollinctoris. Habebant enim libitinarij domi ſuę ſeruos, quorum opera utebantur ad pollincienda, hoc eſt, ad abluenda, unguenda, & conſuenda cadauera: quos Pollinctores uocabant, à polliendis cadaueribus. Deſignatores autem dicebantur, qui pompam funebrem inſtruebãt, & cuiq; incedendi præſcribebant locũ: quos Græci βραβευτὰς appellant. De quibus latius ſuis locis: Seneca de Benefi. An tu Aruntium, & Aterium & cæteros qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios, uota?

LIBO, bonis, Romanus ciuis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus ea traxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur ab Hora li. 1. Epiſto. 20. Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus ad arma Proſiluit dicenda Forum, putealq; Libonis Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.

LIBO, libas, {Deguſtare leggiermente, aſſaggiare con le labbra} (λείβω) leuiter deguſto, & quaſi primis labris attingo. Sunt qui Libare dictum putant, quaſi labiare: quũ tamen conſtet, uerbum eſſe Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ex diphtongo in i, longum commutata, uertimus Libo. Verg. lib. 4. Georg. Purpureosq; metunt flores, & flumina libant. Per tranſlationem quandoque ponitur pro leuiter tangere. Verg. lib. 2. Aen. Oſcula libauit natæ. Quãdoq; pro ſacrificare. ποτὸν θύματα, πομπαί τε θύματα ποιεῖν. Verg. lib. 3. Aen. Tendoq; ſupinas ad Cœlum cum uoce manus, & munera libo Intemerata focis.

Libare laudem ex alienis laboribus, hoc eſt, laudis quæ alteri debebatũ, partẽ præripere, & ſibi uendicare. Lib. 4. ad Heren. Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine uelis ex aliorum laboribus libare laudem. Libare interdum eſt excerpere legendo auctores, & quod ſibi utile eſt, tranſumere. Cic. 5. Tuſcu. Sed à te impetrare libenter uelim, niſi moleſtum ſit, quoniam nulla uincula te impediunt ullius certæ diſciplinæ, libasq; ex omnibus, quodcunq; te maxime ſpecie ueritatis mouet. Libatus participium, idem quod decerptus. Cic. lib. 2. de Diuin. Natura quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex diuinitate, unde omnes animos hauſtos aut acceptos, aut libatos haberemus. Huius uerbi compoſita ſunt, Delibo, Prælibo, Prolibo, pen. prod. Plin. lib. 35. In ſacris quidem etiam inter has opes, non myrrhinis criſtallinis'ue, ſed fictilibus prolibatur ſympulis innocentius. Huius compoſitum eſt Illibatus: de quo ſuprà ſuo loco.

LIBORA, (Λίβωρα) Carpetanorum urbs, in Hiſpania Tarraconenſi: apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

LIBRA, libræ, {Libra} (λίτρα) quæ & As, & Mina ſeu Mna, & Pondo dicitẽ, duodecim conſtat uncijs. Libra tamen unciarum uarietatem accepit, Pondo ſemper idem fuit. Erat præterea Libra apud Romanos menſuræ genus cõſtans ex duodecim partibus æqualibus, quas ſimiliter Vncias uocabant. Hanc autem menſuram ad differentiam ponderis Libram menſuralem uocabant, uel Libram menſuram: alteram autem, qua res appenduntur, hoc eſt, pondus ipſum, Libram ponderalem, uel Libram pondo. Erat autem Libra menſuralis, teſte Galeno lib. 1. de Compo. medicamen. menſura cornea, qua oleum admetiebantur Romani, interſecta lineis quibuſdam diuidentibus ipſam in duodecim partes. Huius uero libræ pars duodecima, hoc eſt, interſtitiũ inter duas lineas, Vncia uocabatur. Porrò quantum differat Libra menſuralis in pondere a Libra põderali, docet idem Galenus eiuſdem operis lib. 6. oſtendens Libram menſuralẽ, æqualem eſſe decem uncijs põderalibus, hoc eſt, duabus uncijs minorem eſſe libra ponderali. Corneis autem menſuris oleum apud Romanos uendi conſueuiſſe, oſtendit etiam Horat. lib. 2. Sermo. Sat. 2. Ac ſi mutatum parcit diffundere uinum: & Cuius odorẽ olei nequeas perferre (licebit ille repotia natales, alios'ue dierum Feſtos albatus celebret) cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat ueteris non parcus aceti. Proprie autem Libra inſtrumentũ eſt, quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depreſſione, uel eleuatione iuſtum rei põdus deprehẽditur. Vnde etiam Bilancem uocant. Cic. 5. Tuſc. Quo in loco quã uim habeat Libra illa Critolai: qui, quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat. Perſius Saty. 4. Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ. Statera uerò inſtrumentum eſt, quo res ſine lancibus ponderantur. Eſt & Libra cœleſte ſignum, quod Cæſaris ætate octauo hodie. 13. Cal. Octob. Sole ipſum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Verg. 1. Georg. Libra die, ſomniq; pares ubi fecerit horas. Pli. lib. 19. cap. 25. Alterumq; æquinoctium Libræ. Libra etiam inſtrumentum eſt fabrile, ſeu potius Geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuũ, uel fluuiorũ, num ſcilicet altiora ſint eo loco, quò ea ducere conſtituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ uocabulum uſurpamus pro ipſa altitudine, quam machina huiuſmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus eſſe pari libra cum mari, id eſt, æquali altitudine. Item fontem dicimus eſſe infra libram montis, cuius ſcaturigo monte eſt inferior. Colum. lib. 8 cap. 1. Sin autem locus ubi uiuarium cõſtituere cenſemus, pari libra cum æquore maris eſt, in pedes nouem defodiatur piſcina. Idem inſtrumentum & Libella appellatur per diminutionem. Colu. ibidem: Hos autem meatus fieri cenſemus per imam cõcepti partem, ſi loci ſitus ita competit, ut in ſolo piſcinæ poſita libella ſeptem pedibus ſublimius eſſe maris æquor oſtendat. Ponitur quoq; pro libramento. Plin. lib. 10. ca. 36. Contra ſtatus quoq; peruicaa libra Bononienſibus calamis.

LIBRALIS, & hoc, rale, {D'una libra} (λιτραῖος) quod eſt unius libræ. Pli. lib. 19. ca. 2. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere.

Librales offæ, quæ libræ unius pondus exæquat. Colu. lib 6. cap. 2. Poſt hæc diductis malis, educitu linguam, totumq; eorum palatum ſale defricato, libralesq; offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

LIBRAMENTUM, ti {Agguagliamento} (ἰσορροπία) æquamentũ. Pli. lib. 31. cap. 6. Libramentum aquæ in centenos pedes ſurſum elici minimum erit.

Libramenta tormentorum, ſunt habenæ, & lora, ſeu funes, quibus librantur, ſeu uibrantur tormenta. Tacit. lib. 19. Vincula, & libramenta tormentorum abſcidiſſent. Libramenta plumbi, ſunt maſſæ plumbeæ in arietes cõiectæ & uibratæ. Liui. lib. 8. Decad. 4. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorũ ſtipites'ue robuſtos incutiebant.

LIBRARIUS, a, um, {Ciò che s'appartiene à libri} (γραφικός) quod ad libros pertinet: ut, Atramentum librarium quo libri ſcribuntur, quemadmodum Sutorium quo coria, & Tectorium quo parietes dealgrãtur. Pli. lib. 35. ca. 6. Omne autem atramentum Sole perficitur: librarium & tectorium glutino admiſto.

Taberna libraria, (βιβλιοπωλεῖον) in qua libri uænales proſtant. Cic. 2. Philip. Cum tu illum in foro ſpectante pop. Rom. gladio ſtricto inſecutus es: negotium tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecisſet. Eſt & Librarius, ria, rium, à Libra, (λιτραῖος) quod eſt libræ. Colu. lib ulti. cap. 53. Caro in libraria fruſta conciditur. Vbi fruſta libraria uocat, quorum ſingula ſingulas libras pondere adæquarent.

LIBRARIUS, rij, ſubſtantiuum, {Libraro, ſcrittore de libri} (βιβλιογράφος) qui libros manu ſua deſcribit, pretio ad id conductus: nam qui eos uendit, Græco potius nomine Bibliopola (βιβλιοπώλης) dicitur. Cic. pro lege Agra. Aliquando tandem me deſignato, lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures uno tempore librarii deſcriptam legem ad me afferunt. Horat. in Arte: Vt ſcriptor ſi peccat idem, librarius, uſq; Quamuis eſt monitus, uenia caret.

Librariolus, li, diminutiuum, pro ſeruulo à manu. Cice. ad Attic. lib. 4. Et ſam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyranno utatur glutinatoribus.

LIBRARIA, riæ, ſubſtantiuum, {Libraria} (βιβλιοπωλεῖον) taberna, in qua libri proſtant. Gell. lib. 5. cap. 4. apud Sigillaria forte in libraria ego & Iulius Paulus poeta, uir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. Eſt & Libraria, à Libra, quo nomine ſignificatur ancilla, quæ præficitur partiendis penſis. Iuuena. Saty. 6. Si nocte maritus Auerſus iacuit, perit libraria, ponunt Coſmetæ tunicas.

LIBRARIUM, rij, theca eſt, ſiue ſcrinium, quo libri continentur. Cic. pro Domo ſua: Exhibe quæſo, Sexte Clodi, librarium illud legum ueſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe è domo, & ex medijs armis, turbaq; nocturna, tanquam Palladium, ſuſtuliſſe.

LIBRATOR. {Scandagliere} dicitur, qui in ducendis aquis peritiam habet librandi hoc eſt, expendendi, & examinandi altitudinem fontium, uel lacuum, quanto ſcilicet altiores ſint eo loco, quo eos ducere conſtituimus. Plin. in Epiſt. Supereſt, ut tu libratorem, uel architectum, ſi tibi uidetur, mittas: qui diligenter exploret, ſit'ne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hoſtibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Tacit. lib. 13. Libratoribus, funditoribusq; attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent.

LIBRILE. pen. pro. (ζυγός) ſcapus libræ, inquit Feſtus hoc eſt, trabs illa tranſuerſa, ex qua libræ dependent.

LIBRILLA, (inquit Feſtus) inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachiũ craſſitudinem, in modum flagellorum, loris reuincta, unde dicta quod librari manu, id eſt, ponderari uideantur.

LIBRIPENS, dis, (ζυγοστάτης) antiquitus dicebatur, qui ante argentum ſignatum, cum Romani adhuc ære graui uterentur, militibus appendebat ſtipẽdia dictus Libripens a Libra ænea, qua utebatur ad pendenda, hoc eſt, ad ponderanda ſtipendia. Plin. lib. 33. cap. 3. popu. Roma. ne argento quidem ſignato antè Pyrrhum regem deuictum uſus eſt. Libralis (unde etiam nunc Libella di-

citur)et dipôdius appendebatur aſſis Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc Expenſa in rationibus dicuntur: item Impendia, & Dependere. Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores, Libripēdes dicuntur: conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinÿ uerbis clariſſime oſtenditur, eum primum dictum fuiſſe Libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in ſtipendium. Poſtea uero Libripendis nomen trāſiiſſe ad eum, qui in mancipationibus, hoc eſt, in contractibus imaginariÿs, quibus res mancipi, adhibito ære & libra, alienabantur, tenebat libram. Nam apud ueteres (ut docet Boethius in tertia parte Commen. in Topi. Ciceronis) res mancipÿ, hoc eſt, quæ noſter huit dominiū, alienari non poterant, niſi adhibitis, ut minimum, quinq; teſtibus ciuibus Rom. puberibus, & eo, qui libram tenebat, qui uocabatur Libripens. Quo autem ritu id fiebat docet Caius lib. 1. Inſtit. his uerbis: Eſt autem mancipatio (ut & ſuprà indicauimus) imaginaria quædam uenditio. Eaq; res agitur, adhibitis non minus, quam quinq; teſtibus Rom. puberibus, & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens. Is qui mancipiū accipit, æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſq; mihi emptus eſt hoc ęre, ęneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; ęs dat ei, a quo mancipium accipit, quaſi pretÿ loco.

LIBRO, as, {Peſare, ponderare, eſſaminare} (ταλαντεύω) pōdero, trutino, æſtimo, examino. Plin. libr. 19. ca. 5. In priore mitē tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Metum librare. Stat. 9. Theb. Paulum ſtetit anxius heros Librabatq; metus. Apule. Omnia prius q̄ aliquid ſtatuas, libranda ſunt. Aliquando graue iacere. Verg. 4. Georg Excurſusq; breues tentant, & ſæpe lapillos Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant. Aues etiam ſeſe librare dicuntur, cum, uelut ſagitta arcu excuſſa, alto in terram ſe præcipitant. Plin. lib. 10. cap. 3. Supereſt haliæetus clariſſima oculorum acie, librans ex alto ſeſe, &c. Ouid. 8. Metam. Corpus librauit in alas. Aliquando æquare. Colu. libr. 4. Sic per menſum & libratum opus ſimilitudinem ueruacti ſemper procedit. Librare ponderibus. Cice. 5. Tuſcu. Vnde terra, & quibus librata ponderibus quibus cauernis maria ſuſtineat, &c. Librare malleum. Ouid. lib. 2. Metam. Lactentis uitulo dextra libratus ab aure tempora diſcuſſit claro caua mallēus ictus. Ponitur interdum pro iaculari, & magna ui quicquam iacere. Plin. in Paneg. Nihil a cæteris, niſi robore ac præſtantia differens, quum libero Marte nunc cominus tela librares, nunc uibrata ſuſciperes. Ver. 9. Aen. Hoc acrior idem Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure. Inde libramentum & Aequilibrium, (ἰσοῤῥοπία) de quibus egimus ſuis locis. Huius uerbi compoſita ſunt: Delibro, quod eſt optime pondero. Gel. Quid relinquitur, niſi delibent ſibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur? Perlibro, exactē libro. Colum. libr. 4. Pariter imę foſſæ ſolum metitur, atq; perlibrat.

LIBS, libis, (λίψ) uentus ab occaſu brumali flans aduerſus Vulturnum: ita dictus, quod a Libya ſpiret, qua ratione & Africus a noſtris appellatur. Gel. libr. 2. cap. 22. Plin. lib. 2. cap. 47.

LIBVM, bi, (ψαιστόν) genus dulciariÿ cibi ex farre, caſeo, melle, & oleo. Verg. lib. 7. Et adorea liba per herbam Subÿciunt epulis. Dictum eſt autem Lybum a uerbo Græco λεῖβω, quod nos, mutata ει, diphthongo in i, longum, dicimus Libo. Solent enim liba ſacrificÿs adhiberi. Aliÿ uolunt a Libero patre dictum eſſe libum: quod etiam indicat Oui. lib. 3. Faſto. Liba Deo ſiunt, ſuccis quia dulcibus ille gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt. Quo pacto autem fieri ſoleat libum, docet Cato de Re ruſt. cap. 75. his uerbis: Libum ſic facito: Caſeum bene diſtere in mortario: ubi bene triueris, farinæ ſiligineę libram, aut ſi uoles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, permiſcetoq; cum caſeo bene: ouum unum addito, & permiſceto una bene. Inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter.

LIBVRNI, (λιβυρνοί) populi ex Liburnia regione inter Iſtriam, & Dalmatiam ſita. Verg. 1. Aeneid. Aeneas potuit mediÿs elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus Regna Liburnorum, & fontes ſuperare Timaui. Liburni item uiatores dicti ſunt, qui ex agris iuſſu magiſtratuum ſæpe uocabant ciues frequensq; eorum uia erat ab agris ad urbem. Liburni inde dicti, q feré ex Liburnia orti eſſent, qui hoc uiliſſimum officiÿ genus adminiſtrabant. Iuuen. Saty. 4. Primus clamante liburno, Currite, iam ſedit, rapta properabit ab olla.

LIBVRNA, æ, uel Liburnica, cæ, (λιβυρνίς Plutarcho & Appiano) genus nauigiÿ leuiſſimi, uelociſſimiq;, quod Liu. 3. Deca. libr. 4. leuem biremem appellat. Ratio nominis tracta ē à Liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus ue locibus uſi, Ionium mare, inſulasq; prædabantur. Qua ex cauſa Romani, naues leuitate, celeritateq; pręſtantes Liburnas appellauere Liburnicas, ſicut refert Appianus. Horat. in Epod. Ibis liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Sueto. in Auguſt. Vtrobiq; parte liburnicarum demerſa, ſimulq; eius qua uehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diſtracto. Firmicus Liburnicum imperium uſurpat pro nauali.

LIBVRNIA, (λιβυρνία) regio ſupra intimum Adriatici ſinus receſſum ſita, inter Iſtriam, & Dalmatiam: ita dicta a Liburno quodam Attico, ſi Stephano credimus. Hodie Croaciam uocant, in ditione Ducum Auſtriæ.

LIBVRNVM, ni uehiculi, ſiue lecticæ genus fuit, ad Liburnicæ nauis ſimilitudinem conſtructum, quo principes Romani uehi ſolent adeo molliter, ut interim uel dormire intus poſſent, uel legere, uel ſcribere, aut aliud quiduis non incō mode agere. Iuuena. Saty. 3. Si uocat officium, turba cedente uehetur Diues & & ingenti curret ſuper ora liburno: Atq; obiter leget, aut ſcribet, aut dormiet intus: Nanq; facit ſomnos clauſa lectica feneſtra.

LIBVRNVS, (λιβυρνός) portus Tuſcorum. Ptolem. libro 3. cap. 1. Hodie Liuorna.

LIBYA, byæ, & Libye, libyes, (λιβύη) tertia pars totius orbis, quam & Africam dicimus, ab Aſia, Nilo fluuio: ab Europa mari mediterraneo diuiſa. Dicta autem putatur Libya, q inde Libs uentus flare ſoleat: ſeu q pluuia indigeat propter nimiam ſiccitatem, ἀπὸ τοῦ λείπειν, καὶ ὕειν. Vel a Libya Epaphi filia, Iouis filÿ.

LIBYAS, libyadis, (λιβυάς) Iudææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluuio ab Ortu adiacens, teſte Ptole. lib. 5. cap. 16.

LIBYCIS, (quod hic pro Iudææ oppido corrupte legebatur) uide Libyas.

LIBYCONTES, inquit Calepinus, Perottum ſequutus, carbunculi genus eſt languidius, lucens. Verum uterq; nimium pueriliter lapſus eſt, corrupto, ut arbitror, Pliniÿ codice deceptus, cum caſtigatiora Plinÿ exemplaria gemmas hasce Lithizontas, non Libycontas dictas oſtendant. ut latius infra docebimus.

LIBYCVS, libyca, bycum, (λιβυκός) adiectiuum a Libya deductum. Verg. 4. Aen. Te propter Libycæ gentes Nomadumq; tyranni Odere. Libycus cāpus, agri Argiui pars eſt, unde nomen habens, quod illuc primum fruges ex Libya allatæ ſint: unde Ceres ipſa ab Argiuis Libyſſa cognominata eſt, teſte Feſto.

LIBYS, yos, (λίβυς) gentile eſt maſculinum, a Libya deductum, cuius fœmininum eſt Libyſſa, ſicut a Phœnix Phœniſſa.

LIBYSSA, (λίβυσσα) oppidum fuit Bithyniæ, notiſſimum Annibalis interitu. Pli. lib. 5. ca. 32. Fuit & Libyſſa oppidum, ubi nunc Annibalis tantum tumulus eſt.

LIBYSTINVS, (λιβυστῖνος) dictus eſt Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant, eo q immiſſa Libybus, hoc eſt, Carthaginenſibus hoſtibus peſte, penè cunctos ſubita morte interemerit.

LIBYSTIS, idis, (λιβυστίς Stephano) poſſeſſiuum eſt fœmininum, patronymici formam habens, a nomine Libys deductum, quum tamen analogiæ ratio Libyſſis poſtulare uideatur. Verg. 5. Aen. Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis urſæ. Quo tamen in loco nonnulli Libyſſidis legere maluerunt. q̄ recte ipſi uiderint. Stephanus certe a nomine Libys λιβυστικὰ deducit, λιβυστῖνος, λιβυστίνη, λιβυστικός, καὶ λιβυστίς: putatq; ea fieri a genitiuo λίβυος, a nomine Libys irregulariter formato, pleonaſmo τοῦ σ. cum regularis genitiuus ſit Libyos.

LIBYSTOS, (λίβυστος) oppidum eſt Scytharum Aroterum, non procul a Danubÿ oſtÿs: cuius meminit Pli. in deſcriptione Thraciæ, lib. 4. cap. 11.

LICA, (quod hic pro Herculis puero perperam legebatur) uide Lichas.

LICAMBES, Vide Lycambes.

LICEO, lices, licui, citum, {Eſſere eſtimato, eſſere apprezzato} antiquum uerbū eſt, ſub uoce neutra paſſiuam habens ſignificationē: unde a Grammaticis Neutrum paſſiuum eſſe dicitur, quemadmodum Væneo, & Vapulo: quæ cum uoce neutra ſint, ſignificationem tamen habent reſpondentem uerbis paſſiuis Vendor, & Verberor. Licere itaq; res aliqua dicitur, cum pretium pro ea offertur. Cōtra Licen. (ἀρτωνεῖσθαι) dicitur is, qui rei alicuius emendæ animo pretiū pro ea offert. Indicare autē (ἐκτιμᾶσθαι) dicitur uenditor, cum merces ſuas emptur o certo æſtimat pretio. Plau. in Menæch Die ſeptima auctio fiet. MES. Menæchme. MEN. mane ſanè: Venibunt, ſerui, ſupellex, fundi, ædes, omnia Vęnibūt quiqui licebunt, præſenti pecunia. hoc eſt, quantuluncunq; eorū nomine offeretur. Hora. 2. Sermo. Contra Leuinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis Nonnunquam pretiū pluris licuiſſe. Ci. ad Att. li. 12. De Druſi hortis, quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoq; audieram: &, ut opinor, heri ad te ſcripſeram.

LICEOR, ceris, {Mettere all'incanto} (ἐπιβάλλω, ἀρτωνέομαι) idē eſt, quod pretium offero in auctione alicuius rei. Plaut. Sticho: Iocos ridiculos uendo, age licemini. Perſius Saty. 3. Et centum Græcos curto centuſſe licetur. Huius uerbi præteritum ratione analogiæ deberet eſſe Licitus ſum, quod teſte Valla, non eſt in uſu. Eo tamen uſus eſt Cic. 5. Verr. Herbitenſes cum uiderent, ſi ad Aeſchrionem pretium rediſſet ſe ad arbitrium libidinoſiſſimę mulieris ſpoliatū iri: liciti ſunt uſq; eo, quo ad efficere poſſe arbitrabantur. Liceri contra aliquē. Cic. 3. Offi. Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe liceatur emptor opponet.

LICENTER, {Licentioſamente} (ἀδεῶς) aduerbium, ab adiectiuo Licens idem ſignificans, quod nimium libere. Cic. in Ora. Solutum quiddam ſit, nec uagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter uideatur errare. Ab hoc Gell. formauit Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licentes. Quæ uerba (inquit) fiūt prælicenter.

LICENTIA, æ, {Licenza} (ἄδεια, ἄδεια) libertas immodica, impunitaq; quędam facultas agendi, dicēdiq; quicquid uelis. Ter. Deteriores omnes ſumus licentia. Luc lib. 1. Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri? Quint. Quæ in aliÿs libertas eſt, in aliÿs licentia uocatur. Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem ſit quod libertas. Cic. 3. Offi. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; probabile maxime occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Idem lib. 1.

LICENTIOR, & Licentius, oris, {Piu licentioſo} (παῤῥησιαστικώτερος) quod immodice liberum eſt: ut, Licētior epiſtola, in qua nimis libere ſcribimus. Pli. in Præfa. Natu. Hiſto. Licentiore epiſtola narrare conſtitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quaſi multa per licentiam facientia. Licentior uita. i. diſſoluta. Val lib. 9. cap. 1. Licentior Dithyrambus. Cic 3. de Orat. Inde illi licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Idem in Ora. Quid uero licētius, q̄ q hominum etiam nomina contrahebant quo eſſent aptiora?

LICENTIOSVS, a, um, {Licentioſo} (παῤῥησιαστής) qui nimia utitur licentia. Quin. lib. 1. cap. 10. Nam Ebor dicere, non minus eſt licentioſum, q̄ ſi Sulphuri, & gutturi ſubÿcerent ô mediam in gen. Tac. Ex moribus Imperatoris miles intactus aut licentioſus.

LICET, {E lecito} (θέμις, ἔστι, ἔξεστι) impērſonale, modo idem ſignificans, quod fas eſt. Ci. Neq; enim licebat locum numinis conſecratum turpi flagitio cōtaminare. Verg. 9. Aen. Quandoquidem Auſonios cōiungi fœdere Teucris Haud licitum, nec ueſtra capit diſcordia finem. Modo ſignificat poſſibile eſt, ſiue conceditur, aut poteſtas datur, οἷόν τε, ἐγχωρεῖ, ὑπάρχει. Martialis: Piſcinam peto, nō licet natare. Quibus in teſtimoniÿs hoc animaduertendum eſt, utroq; modo recte dici, Licet mihi eſſe otioſo. Cic. Atti. lib. 1. Quo in genere mihi negligenti eſſe non licet. Idem pro Flacc. Cur his per te frui libertate ſua? cur denique eſſe liberos non licet? Si per te licet, id eſt, ſi permiſeris, uel ſi potero a te non impeditus. Plau. in Aſin. Aſinaria uult eſſe, ſi per nos licet. Terent. in Prolog. Heaut. Date poteſtatem mihi, ſtatariam agere ut liceat per ſilentium. i. ut ego poſſim agere, uobis tacentibus. Lucan. uero lib. 7. Omnia maiorum uertamus buſta licebit: pro eo quod eſt, ius, faſq; erit. Licet, abſolute, pro poteris facere. Ci. li. 1. de Inuen. Hanc ſiquis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit, id eſt, poterit ſequi. Modo ſignificat facile eſt. Cice lib. 1.

Otio.

Offi. Licet enim ora ipſa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine, aut motu commoti ſunt, &c. i. facile eſt. Modò aduerbium concedentis eſt, idē ſignificans quod Ego. Verg. 6. Aen. Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat umbras. Modò eſt coniunctio aduerſatiua pro quamuis. Quin. lib. 1. cap. 10. Licet enim dicamus proprium, ſpecioſum, ſublime: nihil tamen horum, &c. Licitum eſt, idem quod licet. Plau. in Amph. Quin in troire in ædes nunquam licitum eſt. i. nunquam permittitur. Liciturum Cic. ad Att. lib. 2. Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Rempublicam perdere, quàm ſimilibus eius, &c.

LICHAS, (λίχας) menſura eſt, quam Galli ſua lingua improprie Palmum uocant. hoc eſt, illud interſtitium quod eſt inter pollicem & indicem q̃ maxime extenſos. Fuit item Lichas puer quidam Herculis, per quē Deianira uiro ſuo in Oeta monte ſacrificaturo, ueſtem miſit Neſſi Centauri ſanguine infectam: quā cū ille induiſſet, ſerpente iam per corpus ueneno, doloris magnitudine in furorem uerſus, Lichan pernicioſi muneris latorem, capillis arripuit, & in ſubiectū mare præcipitauit: quem Poetę fabulantur in ſaxum ſui nominis fuiſſe mutatū, qđ à nautis in mari Euboico oſtenditur. Oui. 6. Met. Nunc quoq; in Euboico ſcopulus breuis eminet alte Gurgite, & humanæ ſeruat ueſtigia formæ: Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerentur, Appellantq; Lichan.

LICHADES, (λιχάδες) inſulæ tres ſunt in mari Euboico, a Licha Herculis puero ita appellatū, quem in hoc mare præcipitauit Hercules, Neſſi Centauri ſanguine in furorem conuerſus. Auctor Strab lib. 9.

LICHEN, enis, (λειχὴν) uel Lichenes, plurali numero, (λειχῆνες) morbi genus, faciem præcipue infeſtās, quem Latini q; a mento potiſſimum oriretur, Mētagram appellarunt. Irrepſit in Italiam Tiberij principatu, antea uniuerſæ propemodum Europæ incognitus ſine ullo quidem dolore, & ſine uitæ pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunq; mors præferenda eſſet. Hæc Pli. lib. 26. ca. 1. Galenus tamen, cæteriq; Græci, Lichenum nomine leuius quoddam mali genus uidentur intellexiſſe, quàm q; a Plinio deſcribitur, illud ſcilicet, quod Latini impetiginem appellant: Quinetiam Plin. lib. 20. cap. 1. lichenas impetiginem interpretatur, ſicut Pſoram ſcabiem. Vide Manardum Epiſt. Medic. lib. 7. Eſt & Lichen, herbæ genus ſingulari aduerſus Lichenas remedio: unde & nomē accepit. eius duo ſunt genera: quorum alterum in locis naſcitur ſaxoſis, folio uno ad radicem lato, caule uno, paruo, longis folijs dependentibus. Alterum petris iiſdem adhæret, ut muſcus. Auctor Pli. lib. 26. cap. 4.

LICIA, orum, {Licci} (μίτοι) ſunt fila, quibus in telis textrices implicant ſtamina: quamuis nonnunquam etiam pro ipſis accipiatur ſtaminibus. Pli. lib. 8. cap. 48. Plurimis uero licijs texere, quę Polymita appellant, Alexandria inſtituit. Verg. 8. Eclog. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Licia circumdo. Oui. 2. Faſt. Tunc cantata tenet cum fuſco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus ueſtem, quæ ex tribus licijs conſtat. Et Titiuilicia, fila de tela decidentia. Plau. in Caſina. Non ego hoc uerbum emptitem titiuilicio. i. ne admodum uili.

LICIANVS, poeta Martiali coætaneus & conterraneus: ad quem extat eius Epigramma lib. 1. Videbis altam Liciane Bilbilim.

LICIATORIVM, rij, (μεσάμιτον τοῦ ὑφαντοῦ) lignum circa quod licia inuoluuntur. Hierony. lib. 1. Regum: Haſtilis haſtæ eius erat, quaſi liciatorium texentium.

LICINIA, ę, genus oliuæ, quę & Liciniana dicitur, ab inuentore. Cato de Re ruſt. cap. 6. Qui ager ingidior, & macrior erit ibi oleam licinianam ſeri oportet. Col. lib. 11. cap. 49. Videntur autem & alia genera huic rei magis eſſe idonea, ſicut Liciniæ & culminiæ.

LICITATOR, oris, (ὁ ἀντωνούμενος, πλειστηριαστής) qui crebro licetur, quiq; pro re emenda conducendaúe pretium alio maius pollicetur. Licitatorem apponere, eſt ſubornare aliquem, qui coram emptore maius pretium offerat, ut res pluris æſtimetur, uendaturq;. Cic. ad Marium lib. 7. Nunc quoniam tuum pretium noui, licitatorem potius apponam, q̃ illud minoris ueneat.

LICITE, (θεμιτῶς) aduerbium, a Licitus formatum, ſignificat iuſte, non repugnante iure uel æquitate.

LICITOR, aris, (ἀντωνοῦμαι, ἐπιβάλλω) quamuis frequētatiuum uideatur a uerbo Liceor, eiuſdem tamen omnino eſt ſignificationis cum ſuo perfecto, ut auctor eſt Valla lib. 3. Nihil enim aliud eſt Licitari, q̃ pro re uenali pretium offerre. Curtius de Reb. Alexandri. Quum habeatis arma, licitamini hoſtium capita, ἐπικηρύττετε, χρήματα. Pli. lib. 7. c. 38. Ariſtidis Thebani pictoris unā tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt. Licitari item, teſte Nonio, congredi, & pugnare ſignificat. Cæcilius in Hym. Quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſcicus. Enni. Pars ludicre ſaxa iactant, & inter ſe licitantur.

LICTOR, oris, (ῥαβδοῦχος Plutarcho in Romulo) miniſter Conſulis, Proconſulis, & ſimilium. Sed duodeni lictores Conſulis erant, aliorum ſeni tantū, portantes uirgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos: Hi magiſtratus præibāt, ac quoties iuſſi erant, faſciculos ſoluentes, primo uirgis cædebant damnatum, mox ſecuri feriebant. Liu. Miſſiq; lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos uirgis cædunt, ſecuriq; feriunt. Hos primus inſtituit Romulus, ut eſt auctor Plutarchus in uita eius. Dicti autē ſunt lictores a ligando, eo q; magiſtratus pop. Ro. priuſquam quempiā uerberari iuſſiſſet, pedes & manus a miniſtris illi iubebat ligari: quod & ipſum non obſcure indicat Cic. in Orat. pro Rabirio: I lictor, inquit, colliga manus. Differunt autem Lictor & Viator, ut Lictores dicantur miniſtri Conſulum, Prætorum, Proconſulum, Præſidum cęterorūq; qui cum imperio ſunt. Viatores, Tribunorum miniſtri. Liu. li. 2. ab urb. Ardēs itaq; ira Tribunus uiatorem mittit ad Conſulem: Conſul lictorem ad tribunū. Gel. lib. 13. cap. 12. ex lib 21. Rerum hum. Varr. In magiſtratu habent alij uocationem, alij prehenſionem, alij neutrum uocationem, ut Conſules, & cæteri, qui habent imperium; Prehenſionem, ut tribuni plebis, & alij, qui habent uiatorem: Neq; prehenſionem, neq; uocationem: ut Quęſtores, & cęteri, qui neq; lictorē habent, neq; uiatorem.

LICTORIVS, a, um, (ῥαβδουχικός) quod ad lictorem pertinet. Pli. li. 7. c. 30. Faſces lictorios ianuæ ſummiſit, cui Oriens Occidensq; ſummiſerat.

LIEN, lienis, gene. maſc. {Milza} (σπλήν) uiſcus eſt in humano corpore ſiniſtrā partem occupans, concaua ſui parte in dexteram hepar uerſus, gibba uero ad ſpinalium coſtarum extrema conuerſum, humoresq; melancholicos ex hepate per uas uenoſum ad ſe attrahens, quorum partem leuiſſimam in ſui alimentum cōuertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem Stomachum uocant medici in uentriculum eructans. Alio nomine Splen dicitur. Perſius Saty. 1. Sed ſum petulanti ſplene cachinno, Hoc eſt, procliuior ſum ad riſum. Tradunt n. Phyſici, lienis magnitudinem uſus intemperantiam gignere. Intumeſcit quandoq; lien, ut cingere hominem uideatur. Plaut. in Curc. Nam quaſi zona, liene cinctus ambulo, Geminos in uentre habere uideor filios. Nihil metuo, niſi medius diſrumpar miſer. Hinc Lienoſi, (σπληνικοὶ σπληνιῶντες) qui liene laborant. Accidit autem hic morbus (ut inquit Ariſ. lib. 3. de partibus animalium) quoties plus excrementi in lienem diuertit, q̃ calor eius uiſceris poſſit conficere. Plin. lib. 7. cap. 11. Quorundam corpore partes naſcuntur ad aliqua mirabiles: Sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienoſis medebatur. Lienoſum cor, lienis naturam habens: ut turgeat ſicut lien. Plaut. in Caſi. Vbi ſim neſcio: Perij, cor lienoſum, opinor, habeo, iamdudum ſalit. Lienicus, idem quod lienoſus. Plin. lib 29. cap. 3. Hæc & illita lienicis, &c.

LIENTERIA, æ, (λειεντερία) fluxus uentris ex lęuitate inteſtinorum: cum ſcilicet inteſtina ob læuitatem cibum non continent, ſed talem prope modum excernunt, qualis eſt ingeſtus. Nam λεῖον Græci læne dicunt, & ἔντερα inteſtina. Hoc morbo qui laborant Lienterici dicuntur.

LIGAMEN, inis, {Legame, legatura} Ligaculum, li, Ligamentum, ti, (ἅμμα, δεσμός) ſignificant id, quo aliquid ligatur. Colu. lib. 11. cap. 2. Poſſit etiam falx deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad uitium ligamina præparari. Proper. lib. 2. Eleg. 30. Nocturna ligamina mitræ.

LIGARIVS, Romanus quidam nobilis, Pompeij partes in bello ciuili ſequutus: quo mortuo in Africam ſeſe contulit ad Scipionem, pertinaciſſimumq; ſeſe Cæſari hoſtem præbuit. Quo nomine cum poſtea a Tuberone accuſaretur, defenſus eſt a Cicerone elegantiſſima illa Oratione, quæ pro Ligario inſcribitur.

LIGELLVM, li, {Caſetta, caſuppola} (καλύβη, οἰκίδιον) breue domicilium & tuguriolum. Pla. in Aul. Diuum atq; hominum clamat continuo fidem De ſuo tigillo fumus ſi quà exit foras. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domūculam ſiue tugurium intelligit. Quanquam non inuenuſte Ligellum intelligere poſſumus diminutiuum eſſe a ligno, quemadmodum Tigellum a tigno.

LIGEA, æ, pr. (λίγεια) Nymphæ nomen, Nerei & Doridis filiæ, a cantus ſuauitate dictæ. Verg. 4. Georg. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti ſenſit: eam circum Mileſia uellera Nymphæ carpebant hyali ſaturo fucata colore, Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;.

LIGER, Ligeris, Rutuli cuiuſdam nomen fuit fratris Lucagi: quem Turni auſpicia ſequutum Aeneas interfecit. Vergi. 10. Aene. Veſano talia late dicta uolant Ligeri.

LIGER, eris, (λίγειρ Ptolemæo) qui et Ligeris: unde accuſatiuus Ligerim: nobilis eſt Celtarum fluuius, qui Aruernorum finibus oriens, Heduosq; a Biturigibus diuidens non procul a Pictonibus in Oceanum Britannicū influit. Cęſ. lib. 7. Bel. Gal. Liger ex niuibus creuerat. Idem paulò pòſt: Magis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgo Loire.

LIGILIVM, genus herbæ, de qua apud rei ruſticæ ſcriptores fit mentio, quomodo ſeratur.

LIGILLA, nomen eſt uetulæ apud Martialem: Quid uellis uetulum Ligilla cunnum?

LIGNOR, aris, ari, {Far legne, legnare} (ξυλίζομαι) uerbum eſt caſtrenſe, idem ſignificans, quod ligna colligere, ſiue congerere. Proprie enim milites Lignari dicuntur, cum in ſyluam profecti ligna incidunt, quæ in caſtra conuehant. Liui. lib. 10. ab ur. Reſpondentibusq; lignatum ſe ire, An tandem, inquit nunc caſtra uallata non habetis? Lignatio, onis lignorum deſectio, uel deportatio.

LIGNARIVS, a, um, {Legnaiuolo} (ξυλικός) quod ad lignum pertinet: ut, Faber lignarius, qui ligna dolat. Lignarius, rij, ſubſtantiuum, qui lignatum it. Liu. 5. bel. Macedon. Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

LIGNATORES, {Soldati che uan à far legne} (ξυλισταί) dicti ſunt milites, qui lignatum uadunt. Liui. libr. 10. ab urb. Paucis circa millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.

LIGNILE, huius, lignilis, pen. prod. & neut. gen. {Legnaio} (ξυλών) dictum eſt, ubi ligna in domo ad comburrendum parata ſunt: ſicut Fœnile, ubi eſt, uel eſſe ſolet fœnum. Sic Bouile, Equile, Caprile, & huiuſmodi.

LIGNOSVS, {Legnoſo} (ξυλώδης) quod inſtar ligni durum eſt. Plin. lib. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignoſaq;.

LIGNVM, ni, {Legno} (ξύλον) a legendo inquit Var. q; ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. Verg. 1. Geor. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Hinc ligneus, a, um, (ξύλινος) quod ex ligno eſt: ut, Ligneus equus. Plau. Rud. Nempe equo ligneo per uias cœruleas eſtis uectæ. Ouid. 10 Met. Quo multa ſacerdos Lignea contulerat ueterum ſimulacra deorum. Cic. de inuent. Materiam ligneam flamma uri poſſe neceſſe eſt. Soleas ligneas in pedes inducere. Idem 2. de Inuent. Ponticulus ligneus, Idem 5. Tuſc. Lignea turris. Liu. 3. bel. Pun.

LIGNEOLVS, diminutiuum a Ligneus. Cice. ad Quin. Frat. lib. 3. Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

LIGO, gas, {Legare} (δέω δεσμεύω) uincio, conſtringo Quint. lib. 5. c. 14. Quę apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis prius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili ſerie connectunt. Guttura ligant laqueo. Oui. 6. Met. Vulnera ligare. Idem 7 Metam. Legibus ligare aliquem. Stat. 4. Syl. Cice. 4. in Cati. Filium enim eius impuberem ligatum a prætore miſſum. Huius compoſita ſunt Alligo, Colligo, Circumligo, Deligo, Illigo, Obligo, Prælligo, Religo, Subligo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

LIGO, onis, {Zappa} (δίκελλα, μάκελλα) ruſticum inſtrumentum, ad extirpandas herbarum radices accommodatum. Plin. libr. 18. cap. 6. Adduxit graues ligones, uomeres ponderoſos. Ouid. 3. Amor. Cum bene iactati pulſarant arua ligones.

LIGVLA, quid ſit uide infrà in dictione Lingula.

LIGVRIA, æ, {Paeſe di Genoua} (λιγυρία) Italię regio, ꝓ maiore parte mōtuoſa inter amnes Varum & Maciam, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padū, Tuſciā attingēs. Cuius caput eſt Genua. A qua Liguſtica ora, et mare L i

guſticum. Dicta Liguria, à Ligyſto Phaetontis, filio, conuerſione y, in u.

LIGVRIO, ris, riui uel rij, ritum, {*Conſumare il ſuo in pacchia*} (λιχνεύω, λιχνεύομαι) ſignificat multa auide conſumo, & ſuauiora edulia carpo, & per heluationem patrimonium uoro. Perſonæ triſyllabæ huius uerbi penultimam produ cunt, contra conſuetudinem eorum quæ ſunt eiuſdem terminationis. Hora. lib. 2. Serm. Saty. 2. Puer unctis Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit.

Inde Liguritores, (λίχνοι) dicuntur guloſi, & uoratores eduliorum dulciorum, qui conſumptis dapibus catillos etiam linguut, quos antiqui Catillones appellabant. Liguritores inguinum, dicuntur ab Auſonio, homines execrandæ, monſtroſæq; libidinis, qui ſe patiuntur irrumari, quos et Fellatores appellari ſupra oſtendimus. Eſt etiam Ligurire, ſuauiſſima quæq; deguſtare paulatim, & cum quadam mora atq; elegantia, comedere, quaſi ſinendo, ut per ſe cibus in ſtomacho liqueſiat. Terent. in Eunu. Quæ cum amatore ſuo, quum cœnant, ligurriunt. Dictum ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ quod Græci ſuaue dicunt, ut inquit Donatus.

Per tranſlationem. Cic. D. Bruto ſcribens, ad ſuppilationem rerum uſus eſt: Quum quidam (inquit) de collegis noſtris Agrariam ligurirent curationem diſturbaui rem, totamq; nobis integram reſeruaui. Quidam tamen non poſtremæ notæ uiri, ligurirent, interpretantur ibi pro eo quod eſt, appeterent, & pręproperа quadam ſpe quaſi deuorarent. Ligurire lucra, pro eo quod eſt, ſenſim depeculari. Cic. per tranſlationē dixit 5. Verr. Commiſſa eſt, inquit, pecunia tanta Prętori: non reperietis hominem timide, nec leniter hęc improbiſſima lucra ligurientem, &c. Hinc Liguritio, onis, auiditas, immoderata appetentia. Cicer. 4. Tuſ. Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, mulieroſitas, peruicacia, ligurritio, uinolentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia.

LIGVR, uel Ligus, guris, {*Genoueſe*} (λίγυς) ſecundum Priſcianum aliquando eſt proprium nomen, & tunc eſt gene. maſc. Alias eſt nomen gentile, uirum ſignificans, uel mulierem ex Liguria: & ſic eſt communis generis. Probus putat, Ligus eſſe adiectiuum omnis generis: nullum tamen de neutro genere profert teſtimonium. Lucan. libr. 1. Et nunc tonſe Ligur: quondam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Verg. lib. 11. Vane Ligus fruſtraq; animis elate ſuperbis. Idem: Aſſuetumq; malo Ligurem.

LIGVSTICVM, herba eſt, in ea Apennini parte præcipue naſcens, quę Ligurię imminet: unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt quod Panaceam Heracleoticā & caule referat, & radice, & effectu. Galenus literæ unius immutatione Libyſticum uocat Officinæ leuiſt[...]ppellant.

LIGVSTICVS, ca, cum, pen. cor. (λιγυστικός) nomen poſſeſſiuum, à Liguria deductum: ut mare Liguſticum, q Liguriam alluit. Saxum Liguſticum. Iuuen. Saty. 3. Nam ſi procubuit, qui ſaxa Liguſtica portat.

LIGVSTRVM, ſtri, (κύπρος quibuſdam, alijs φιλυρέα) a lego quaſi Leguſtrum, arbor ex cuius ligno teſſeræ fiunt aptiſſimæ, oliuę ſimilis folio, ſemine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq;, quod poſtea Cyprinum uocatur ab arbore ſua, quæ dicitur Cypros alio nomine: a cuius ubertate Cypro Cilico maris inſulæ nomen inditum eſt. Plin. lib. 24. cap. 10. Liguſtrum eadem arbor eſt, quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa uſus habet.

LIGYES, (λίγυες) populi Aſiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarūt: quorum meminit Herod. lib. 7.

LIGVSTVS, teſte Fabio pictore, Phaethontis fuit filius, a quo Liguria cognominata eſt.

LILIVM, lilij, {*Giglio*} (κρίνον) flos eſt notiſſimus, proximam, teſte Plin. a roſa nobilitatem obtinens, eximio candore, folijs foris ſtriātis, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſe laxantibus effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuiq; filo, & ſemine, ſtantibus in medio crocis. Ex hoc flore conficitur oleum, ſiue unguentum, quod Gręci λείριον uocant. Nam illi λείριον uocant florem, quem nos Lilium dicimus. Sunt autem diuerſa liliorum genera, quæ uide apud Plin. libro 21. cap. 4. Verg. 6. Aen. Et candida circum lilia funduntur. Liliaceus, a, um, adiectiuum, (λείρινος) ut, Oleum liliaceum, Palladio lib. 6. ca. 14. Lirinon, (λείρινον) unguentum, ſiue oleum ex lilijs. Plin. libro 21. ca. 5. Lilium roſæ nobilitate proximum eſt, & quadam cognatione unguenti, oleiq; qđ lirinon appellatur.

LILIETVM, ti, {*Luogo doue ſono molti gigli*} (κρινών) locus in quo liliorum copia eſt. Palladius Lilitea, canneta ponenda ſunt. Idem lib. 3. cap. 21. Noua lilicta formabunt.

LILIBÆVM, (λιλύβαιον) promontorium Siciliæ, cum urbe eiuſdem nominis, Libyam ſpectans. Tria enim traduntur eſſe eius inſulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam reſpicit, Pachinum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppoſitum: quod autem in auſtrum Libyam uerſus procurrit, Lilybeum appellatur. Auctor Pomp. lib. 2. Ab his tribus promuntorijs Sicilia dicta eſt Trinacria, q tria habeat acra, hoc eſt promontoria.

LIMA, limæ. {*Lima*} (ῥίνη) inſtrumentum fabrile, quo ferrum aut aliquid aliud terendo expolitur. Quint. lib. 10. cap. 3. Opus poliat lima. Hinc non ineleganter dicimus Scriptis deeſſe ultimam limam cum ſignificare uolumus, non ſatis terſa eſſe, & expolita. Item Lima uti pro caſtigare & expolire. Oui. lib. 1. de Pont. Scilicet incipiam lima mordacius uti, Vt ſub iudicium ſingula uerba uocem.

LIMATVLVS, li, (ἐῤῥινημένος) diminutiuum a Limatus. Cicero Volumnio. Opus eſt huc limatulo, & polito tuo iudicio. Id eſt, terſo & ſubtili.

LIMATVRA, ræ, {*Limatura*} (ῥίνημα) ſcobs, hoc eſt, puluiſculus limando detractus.

LIMAX, cis, {*Lumaca*} (κοχλίας) teſte Var. lib. 6. de Lin. Lati. idem eſt quod cochlea: nomenq; habet a Limo, in quo per hyemem deliteſcit, uere prodiēs. Colu. lib. 10. Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe. Nonnulli tamen uolunt Limacis nomen generalius eſſe q̄ Cochleæ: ut Cochlea tantum dicatur, quæ conchæ includitur, ſuamq; ſecū domum circumfert: Limax etiā illa, quę teſta caret.

LIMBOLARIVS, rij, (θυσανοποιός) qui limbum ueſtium conſuit. Plaut. in Aul. Textores, limbolarij, arcularij, &c.

LIMBVS, bi, {*Lembo*} (κροσσοί, θύσανοι) eſt pars infima ueſtis muliebris, imos pedes contingens: uel potius faſcia extremitatem ueſtium circunquaq; ambiens. Verg. 4. Aene. Sidoniam picto clamydem circundata limbo. Vbi Seruius. Limbus eſt faſcia extremitatem ueſtium ambiens, ſecūdum antiquum ritum. Huius diminutiuum eſt Limbulus: a quo Limbellus.

LIMEN, nis, {*Soglia, limitare*} (φλιά, οὐδός, βαθμός) dicitur, quod ex trāſuerſo in ianua eſt: a limo. i. obliquo, q ingredientibus, exeuntibusq; tranſuerſum ſit, ut eſt apud Donatum, Feſtumq;. Ter. in Hecy. Iam ut limen exirem, ad genu accidit. Nec ſolum inferiorem partem ſignificat, quæ ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu, ſed etiam ſuperiorem, quam Græci ὑπέρθυρον, ἢ ὑπερθύριον appellant. Iuue. Saty. 6. Pendentia linquit Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Næuius Limen ſuperum & inferum dixit. Eaine limen ſuperum, qđ mihi miſero ſæpe confregit caput. inferum quoq;, ubi ego omnes defregi digitos. Limen ſuperum, inferumq; diſcedentes ſalutabant. Plau. Limen ſuperum, inferumq; ſalue, ſimul autem uale. Ponitur interdum Limen pro ingreſſu, εἴσοδος. Ver. 2. Aen. Limen erat, cæcæq; fores, & peruius uſus Tectorum. Interdū pro domo ipſa. Ver. 2. Geor. Penetrant aulas & Limina regum. Interdum pro carceribus unde ſtadiodromi curſum auſpicantur. Idem. 6. Aen. Signoq; repente Corripiunt ſpacia audito, limenq; relinquunt. Interdū pro amicitia, ut teſtatur Seruius, enarrās illud de Turno, Se limine pelli. Iuu. Saty. 3. Limine ſubmoueor, i. repellor ab amicitia. Ad limina ſeruus, pro atrienſi apud Apul. de Aſino, & apud Ver. li. 9. Fidusq; ad limina cuſtos. i. Ianitor, inquit Budæus. Limina imperij, i. extremi fines. Muſas uix a limine ſalutaſſe, prouerbiali metaphora dicuntur ij, qui uix leuiter, & ſummis tantum labris literas deguſtarunt. A Limen deducitur Liminaris, re, ut, Lapis liminaris, qui in domus aditu tranſuerſus iacet. Item uerbum Elimino, & nomen Poſtliminium de quibus ſuis locis.

LIMENTINVS, (προστατήριος) putabatur deus, qui liminibus præeſſet.

LIMENARCHA, æ, maſc. gen (λιμενάρχης) dictio Græca eſt, quam Latine Præfectum portus, interpretari poſſumus. λιμένα enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchę, qui portubus præerant, ex quibus frequens erat traiectus ad exteras nationes. Hos Ariſto. lib. 6. Politicon (λιμενοφύλακας) appellat. Hæc ferè Budæus in l. Limenarchæ. ff. de Seru. fug.

LIMEVM, herba, qua uenatores ſagittas inficiūt: unde a nonnullis Venenum ceruarium appellatur. Pli. lib. 27. cap. 11.

LIMES, itis, maſcu. gen. {*Via per trauerſo, termino*} (ἀτραπός) ſemita tranſuerſa, militari uia anguſtior. Verg. 2. Aen. Tunc longo limite ſulcus Dat lucem. Liu. lib. 1. Bel. Mac. Intra portam, extraq; latæ ſunt uiæ, ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portam poſſent: & extra limes mille ferme paſſus in Academię gymnaſium ferens, pediti equitiq; hoſtium liberum ſpacium præberet. Budæus. Limites item in agris dicuntur ipſi termini, quibus agrorum fines diſtinguuntur. Feſtus: Limites in agris modo termini, modo uiæ tranſuerſæ dicuntur. Verg. 1. Georg. Nec ſignare quidem aut partiri limite campum Fas erat. In agris limites duo maximi erant, Cardo & Decumanus. Limes decumanus eſt, qui ab Oriente in Occidentem ſpectat: Cardo a Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites anguſtiores, diſtantq; inter ſe paribus interuallis. Vide Pli. lib. 22. cap. 33.

LIMITANEI, milites, (ὅριοι. οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις) qui ſunt in limitibus, id eſt in finibus Imperij in pręſidio conſtituti, ad incurſus inimicorum arcendos. Item Agri limitanei, qui in liminibus alicuius prouinciæ, prope hoſtes ſunt ſiti, Iuriſconſultus in. l. ſi. de Fund. limitrop. Agros limitaneos uniuerſos cum paludibus, omniq; iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei ab omni munere uacuos ipſi curare pro ſuo compendio atq; arare conſueuerunt, &c.

Limitanei fundi, ſunt limiti deputati.

LIMITO, limitas, pen. cor. {*Limitare, terminare*} (ἀφορίζω, περιορίζω) termino. ſiue limitibus, diſtinguo, quemadmodum Semito, in ſemitas diſtinguo. Vnde Limitatus ager, dicitur in centurias diuiſus, inquit Feſtus. Pli. lib. 17. ca. 22. Vineas limitari oportet decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios uehiculorum tranſitus, alijsq; limitibus denom pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior modus ſit totidem pedum cardine, quot decumano limitari: ſemper uero quintana ſemitari: hoc eſt, ut quanto quoq; palo ſingulæ uuæ paginæ includantur. Per tranſlationem accipitur pro reſtringo, ſiue reſeco. Cicero Appio Pul. De tua prolixa, beneficaq; natura limitauit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum. Quo tamen in loco quædam exemplaria Limauit habent, non Limitauit. Limitatio, onis. Col. lib. 3. cap. 12. Non intempeſtiue commemorabimus Iulij Græcini conſcripta, uelut formulā ad quam poſita eſt limitatio terræ uinealis.

LIMNÆ, (λίμναι) locus erat in arce Athenarum. templum habens Dionyſio ſacrum, a Theſeo rege extructum: quo in loco uetuſtiora Bacchanalia peragebantur, die duodecimo menſis Antheſterionis, qui noſtro ferè Nouembri reſpōdet. Meminit huius loci Ariſtophanes in Ranis, & Thucydides lib. 2. Hiſto.

LIMNESIVM (λιμνήσιον) herba eſt, quam alio nomine Centaurium minus appellant, copioſiſſime circa lacus prouueniens, & paludes, quas (λίμνας) Græci appellant: unde & nomen accepit: Dioſco. lib. 3. cap. 7.

LIMNOS, (λίμνος) inſula eſt deſerta, iuxta Orientalem plagam Hyberniæ, ut ſit Ptol. lib. & ca. 2. Pli. li. 4. c. 16. Silimnum uocat.

LIMNOTHALASSA, (λιμνοθάλασσα) inſula Hiſpaniæ adiacens, inter Carthaginem nouam & Sucronem, non procul a Dianio. Stra. lib. 3.

LIMNORIA, (λιμνωρεία) nympha: a cura lacus ſic dicta, λίμνη enim lacus, & ὤρα cura dicitur.

LIMO, as, {*Polire, limare*} (ῥινάω, περιψάω) lima polio, laeuigo. Pli. lib. 36. ca. 6. Scalpere atq; limare gemmas. Ponitur aliquando per tranſlationē pro expolire, et redundantia circumcidere. Ci. 1. de Ora. Neq; hæc ita dico, ut ars aliquid limare non poſſit: neq; enim ignoro, & quæ bona ſunt, fieri meliora poſſe doctrina. Aliquando eſt limis oculis aliquid intueri. Hora. Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat. Aliquando eſt coniungere, teſte Nonio. Plau. in Poen. At unde ſis, cum illa nunquam limaui caput. Hinc Limatus, a, um, nomen ex participio. Cic. de clar. Ora. Nihil enucleate, quo fieri poſſit aliquid limatius. Hor. 1. Serm. Saty. 10. Fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis. Et Limate, tius, ſſime, aduerbium. hoc eſt polite, ornate. Cic. 5. de Fin. Vnum populariter ſcriptum, q ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod &c. Huius compoſita ſunt Delimo, & Elimo, quæ habent penult. produ.

LIMONIADES, (λειμωνιάδες) nymphæ ſunt florum, & pratorum, quas aliquando mori, & deficere dicit Ariſtoteles, ſicut Faunos & Satyros. Dictę Limoniades à pratis, quæ Græci uocant λειμῶνας.

LIMO-

LIMONIVM.(λειμώνιον)herba eſt ſimilis betæ, uerum folĳs tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine liliorum, pleno ſeminis: ubi, quod guſtatum linguam aſtringit. Plin. Betam ſylueſtrem appellat, lib. 20. cap. 8. Vulgò Beta pratenſis.

LIMONVM, Pictonum oppidum in Gallia Aquitania, teſte Ptolem. libro. 2. cap. 7.

LIMONIA, æ, (λειμωνία) alterum genus anemones. Plin. lib. 21. cap. 11.

LIMONIATES, (λειμωνιάτες) gemma eadẽ uidetur, quæ ſmaragdus: Pli. lib. 37. cap. 10.

LIMVICI, Ptolem. lib. 2. cap. 7. Galliæ Aquitanicę populi: alio nomine Lemouices. Vulgo Limoſins.

LINDOS, (Λίνδος) urbs eſt Rhodi inſulæ. In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialiſos, Gentile eſt Lindius, λίνδιος.

LIMPIDVS, a, um, {Chiaro, limpido} (διαφανής) clarus purus, lucens. Colum. lib. 12. cap. 18. Verè florente roſa, defæcatum q̃ limpidiſſimum in uaſa bene picata & pura transferto. Lacus limpidi, Catullus ad Sirmionem peninſulam. Epigr. 29.

LIMPITVDO, dinis, (διαφάνεια) puritas, claritas. Pli. lib. 32. cap. 11. Stant uelut fuſilo crure longo in arena defixa, hianteſq; qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio.

LIMVS, limi, genus ueſtis, ab umbilico ad pedes pertinges, qua teguntur, ut ait Seruius, pudenda poparum. Hæc autem ueſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt, flexuoſam: unde & nomen accepit: nam Limum obliquum dicimus. Verg. lib. 12. Velati limo, & uerbena tempora uincti. Limus preterea lutum ſignificat, (ἰλύς, πηλός) ſeu cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet. Verg. 8. Eclo. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit. Hor. 2. Serm. Saty. 4. Siue grauis ueteri cratere limus adhæſit. Limoſus, a, um, (ἰλυώδης, πηλματώδης) limo plenus, & cœnoſus. Verg. 2. Aen. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui. Hinc Illimis & hoc me, pe. prod. (ἀπηλος) quod eſt ſine limo, defæcatum, ſyncerum. Ouid. lib. 4. Meta. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis. Hinc & Oblimo, de quo alibi.

LIMVS, ma, mum, {Trauerſo, torto} (διεστραμμένος, παραβλώψ) obliquus, tranſuerſus, obtortus: pro quo etiam Limus dicimus, teſte Feſto, per tertiam declinationem. Vnde Oculi limi, uel limes dicuntur, quibus ex obliquo aliquẽ aſpicimus. Plin. lib. 8. cap. 16. Nec limis intuentur oculis, aſpiciq; ſe ſimili modo nolunt, id eſt, obliquis oculis. Vnde qui oblique aſpicit, limis oculis ſpectare dicitur, παραβλέπειν, παραβάλλειν τοὺς ὀφθαλμούς, παραβλέπειν. Ter. in Eun. Ego limis aſpecto ſic per flagellum clanculum. Vbi Donatus: Limis, ſi nominatiuus ſingularis eſt tráſuerſus ſignificat: ſi ſeptimus pluralis, deeſt oculis. Nã limis eſt, tranſuerſus: unde Limen dicitur quoq;, quod ingredientibus exeuntibusq; tranſuerſum eſt. Cum igitur diſſimulant homines ſe uidere, quod uident, & non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur, limes dicuntur aſpicere. Hinc Limulus diminutiuum. Plau. in Bacch. Vide'n limulis ut obſecro intuentur.

LIMYRA, (Λίμυρα) Lyciæ fluuius, cum oppido eiuſdem nominis. Pli. lib. 5. capi. 27.

LINAMENTVM, ti, (μοτὸς τιλτός) penicillus ex linteo decerptus, qui uulneri imponitur ex linteolo, uel ſpongia, uel lana, ad exiccandam ſaniem, & purulentiam extrahendam. Celſus lib. 5. Linamentum inuolutum, & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nares. Idem lib. 7. caps. 28. Et intus implicitum in longitudinem linamentum (λήμνισκον Græci uocant) in aceto tinctum demittere: ſupraq; ſuccidam Lanam aceto madẽtem deligare.

Linamenta item dicuntur, quæcunq; ex lino conſtãt. Pli. lib. 32. cap. 10. Delphini adipe linamenta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas.

LINDVM, {Lincolon} (λίνδον) duorum oppidorum nomen eſt in Britannia inſula: ut eſt uidere apud Ptol lib. 2. ca. 3.

LINEA, æ, {Linea} (γραμμή) à Geometris propriè appellatur longitudo, latitudinis prorſus expers. Hoc item nomine dicit filum illud, quo fabri utuntur ad ſignandam materiam: ſiue quod ex lino fieri ſoleat: ſiue quod eo creta aut rubrica infecto, lineæ materiæ ſoleant induci. Preterea Linea dicitur filum omne ex lino, & quicunq; tenuis funiculus. Col. Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Pli. Murænæ deuorant hamum, admouentq; dentibus lineas, atq; ita erodũt. Quo in loco accipitur Linea pro funiculo illo, cui annexus eſt hamus, quo piſcatores utuntur ad decipiendos piſces. Lineam mittere, apud Plaut. in Moſtel. uidetur accipi pro eo, quod eſt expiſcari, uel explorare aliorum conſilium. Non (inquit) extemplo oſtendam meum ſenſum, lineam mittam. hoc eſt, explorabo illorum mentem. Sunt qui a nautis ductum putent prouerbium, qui ad explorandam locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbũ in extremo adhæret: Græci βολίδα uocant. Alĳ a piſcatoribus dictum putant, qui ad capiendos piſces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiã qui a pictoribus ortum putent, qui ubi aliquid pingere uolunt, lineam prius umbrę cuipiam ſimilem mittunt, per quam ipſi picturam dirigunt; ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ forma.

LINEO, as, {Tirar linee, lineare} (ὑπογράφω) eſt lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & deformare. Cato. de Re ruſt. ca. 14. Et quæ opus ſunt domus præſtabit, & ad opus dabit, ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitq; materiã ſolam duntaxat.

LINEAMENTA, {Lineamenti} (γραμμαί) lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuſcuiuſq; forma dignoſcitur: a lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebantur. Iuſti. lib. 1. Lineamentorũ æqualitas matri & filio perſimilis. Cic. 4. Verr. Cõtemnere etiam ſignum illud Himeræ iam uidebatur, q̃ eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Lineamenta in geometria ſunt linearum productiones. Ci. 1. de Orato. Io geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c. Lineamenta animi ſunt ornamenta. Cic. 3. de Fin. Animi enim lineamenta ſunt pulchriora, q̃ corporis.

LINEARIS, & hoc Lineare, {Lineare} (γραμμικός) quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura uocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus, rei propoſitę ſimilitudinem ſola linea exprimebat. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, ſine ullo colore, ſpargentes tamen lineas intus: unde et Græci huiuſmodi picturam γραφίδα appellarunt. Vide Plin. lib. 35. cap. 3.

LINGO, gis, xi, ctum, {Leccare} (λείχω) eſt aliquid lingua molliter delibo: Plau. in Caſ. Mel mihi uideor lingere. Plin. Epiſto. 171. Auditum eſt ſiequentes ab ipſo, cum quęreretur de contumelĳs debilitatis ſuæ, digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere. Nonnunquam idem eſt quod paulatim deglutio. ut cum aliquid ore tenentes ſenſim demittimus in uentriculum. Plin. lib. 37. capi. 10. Tecolithos oleæ nucleo ſimilis uidetur, neq; eſt gemmæ honos, ſed lingentium calculos frangit, pellitq;. Inde Linctus, us, uerbale, hoc eſt, ipſe lingendi actus, Pli. lib. 31. cap. 9. Multi tuſſim ueterem linctu ſalis diſcuſſere. Quæ uero in eum uſum fiunt, ut delingantur, a Græcis uocantur ἐκλείγματα, quaſi dicas Delinctoria. Qua etiam uoce uſus eſt Plin. E ſemine lini fiunt ecligmata. Hinc fit compoſitum Elingo, quod idem ſignificat cum ſuo ſimplici. Plau. in Curc. Hic hodie apud me nunquam elinges ſalem.

LINGONES, (Λίγγονες) ſunt populi Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis, & Leucis uicini: qui etiam hodie aliquod nominis retinent ueſtigium. Siquidem totius regionis eius metropolim Galli ſua lingua uocant Langres. Lingonus, ni, idem Martia. lib. 8. Lingonus a recta Flaminęaq; recens. Ab hoc ruſſus fit adiectiuum Lingonicus, a, um, ut Bardocucullus Lingonicus apud Perſium, pro ueſtimenti uiliſſimi genere, quod Lingonibus præcipue erat in uſu.

LINGVA, æ, {Lingua} (γλῶσσα) pars corporis nobiliſſima, uoci formandæ, dinoſcendiſq; ſaporibus deſtinata: ita dicta q̃ eius miniſterio lingentes utamur. Cic. 3. de Orato. Hæc tibi eſt excidenda lingua: qua uel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Corruſcare linguis dicuntur ſerpentes, Oui. 4. Metam. Verg. 3. Georg. Linguis micat ore triſulcis. Biſulca lingua, Ouid. 4. Metam. Aſpera lingua premit fauces, Verg 3. Georgic. Comprenſam forcipe linguam Abſtulit. Ouid. 4. Metam. Linguam conuertere ad mores alicuius, eſt reprehendere. Plaut. in Pœn. Si reſpondebunt, Punice pergam loqui: Si non, tum ad horum mores linguam diuertero. Eſt & lingua minor, quæ a Græcis Epiglottis dicitur, (ἐπιγλωττίς) operculum cartilaginoſum, quod fiſtulam ſpiritalem in gutture claudit, ne quippiam in eam decidat. Hæc quum ridemus, attollitur, quia eſus omnia conticuit. Quapropter periculoſum eſt, ne nos riſus inuadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura inſtituit, ne quid eſculenti poculentiue ad pulmonem feratur: quod ſi acciderit niſi reĳceretur, hominem ſtrangularet. Accipitur quandoq; Lingua pro differentia ſermonũ. Plau. in Pœn. Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Vnde dicimus linguam Latinam, linguam Græcam. Quinetiam in una lingua ſermonis diuerſitas, (διάλεκτος) lingua dicatur: ut in Græca lingua quinq; præcipuæ ſunt linguarum diuerſitates, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, & Communis. Lingua pro oblocutione. Cic. ad Varr. libro 9. Tibi autem idem conſilĭ do, quod mihimetipſi, ut uitemus oculos hominum, ſi linguas minus facile poſſimus. Tela linguæ. Oui. 4. de Pont. Hoſtibus eueniat, q̃ ſis uiolentus in armis, Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ. Eſt præterea lingua, ſiue Lingula promõtorium, uel alia, quæuis terra longa, & anguſta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. Cæſ. 3. Bel. Gal. Erant eiuſmodi ferè ſitus oppidorum, ut poſita in extremis, lingulis, promontorĳsq;, neq; pedibus aditum haberent, &c. Budæus. Plin. lib. 5. cap. 7. Idem in altum lingua mille paſſuum excurrit. Lingua item Plin. libr. 24. cap. 19. herba eſt, quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. Similiter Lingua bubula, genus herbæ quam Græci βούγλωσσον dicunt, boum linguæ ſimilis. Lingua canina, alia herba quæ κυνόγλωσσον, uocatur a Græcis. Lingua petræa, genus lapilli, quod inter gemmas connumeratur. A lingua fit Lingulatus adiectiuum: ut, Lingulatus tubulus, apud Vitru. lib. 8. cap ult. Item Elinguis, Elinguo, Bilinguis, Trilinguis, & huiuſmodi: quorum ſignificata uide ſuis locis. A lingua fit diminutiuum

LINGVLA ſecundum Priſci. & per concisionem Ligula Feſtus, Lingula per diminutionem dicta, alias a ſimilitudine exertæ linguæ, ut in calceis: alias infertæ, id eſt, intra dentes coercitæ, ut in tibĳs. Docti noſtræ ætatis Priſcianum ſecuti indifferenter ſcribunt Lingula, uel abiecta n, litera, Ligula. Martia. tamẽ irridet ſuperſtitionem Grammaticorum ſui temporis, qui cum Senatorũ, & Equitum eorumq;, qui emendatiſſime loquebantur, uſus obtinuiſſet, ut Ligula diceretur, Etymologię tamen rationem ſecuti, Lingula dicendũ contendebant. Quãuis (inquit) me Ligulam dicant Equiteſq;, Patreſq;, Dicor ab indoctis Lingula Grammaticis. Quo in loco prima ſyllaba corripitur. quemadmodũ et apud Iuuen. Saty. 5. Et ligulas dimittere ſolli... us, nec Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. Mart. lib. 2. eandem produxit: ubi ſic legitur: Non extrema ſedet lunata ligula planta. Vnde nonnulli putant ibi legendum eſſe Lingula. Sed uériſimile non eſt Poetam in idem uitium labi, quod in alĳs reprehendit. Eſt & Ligula inſtrumentum cauum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum: quale eſt illud, quo utuntur aromatarĳ ad extrahenda è uaſis unguenta. Plin. libr. 21. cap. 14. Cera Punica fit hoc modo: uentilatur ſub dio ſæpius cera fulua: deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis eligunt florem. Colu. libr. 9. cap. 15. ligulam uocat inſtrumentum ad purgandum e uaſe ſpumam: Deinde (inquit) ubi liquatum mel in ſubiectũ alueum defluxerit, transfer in uaſa fictilia, quæ paucis ante diebus aperta ſint, dum muſteus fructus efferueſcat, iſq; ſæpius ligula eſt purgandus. Accipitur etiam Ligula pro menſura quadã, quæ alio nomine Cochlear dicitur, quę eſt quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo uide Agricolam lib. 1. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, ſexta, ſeptima, ligulæ menſura. 1. cochlearia. Veteres etiam gladiolum oblongum, in ſpeciem linguæ factum, Ligulam uocitauere: cuius rei teſtis eſt Gel. libr. 10. cap. 26.

LINGVAX, cis, {Ciancıatore} (λάλος) uerboſus, multum loquens, qui nimium & ſtulte loquitur. Gel. lib. 1. ca. 15. Hoc genus homines in uerba proiectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

LINGVLACA, æ, piſcis ex planorum genere delicatiſſimus, quem Germani Linguam uocant, Galli a ſimilitudine ſolearum, quæ calceis ſubſuuntur, Soleam appellant. Plaut. in Caſin. Vtin' lingulacas? S T. quid opus eſt? quando uxor eſt domi, Ea lingulaca eſt nobis: nam nunquam tacet. Quo in loco facit Plautus, quod uſquam non agit, ut undique concitandi riſus occaſionem quærat. Nam cum Olympio, cui a Stalinone hero negotium erat iniunctum obſonandi, hoc eſt, obſonia coemendi, quæſiuiſſet, uellet ne lingulacas

quod genus erat piſcis delicatiſſimi: detorſit Stalino uocis eius ſignificationem ad mulierem linguacem; reſponditq; nihil ſibi opus eſſe lingulacis, cum domi haberet uxorem linguaciſſimam. Eſſe autem lingulacam piſcis genus apud Plautum clariſſimum eſt eo, quod ſtatim ſubijcit Olympio: Io te præſenti ex copia piſcaria Conſulere licebit, quid emam.

L I N I G E R, ra, rum, (λινοστολοφόρος) gerens ueſtes lineas. Ouid. 1. Metam. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Iſidis intelligit qui lineis ueſtibus indui ſolebant.

L I N I O, is, iui, itum, quartæ coniu. {*Vngere fregare*} (χρίω, ἀλείφω) ungo uel frico aut quid ſimile, quod digito, aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur, fricatur, uel imprimitur, ſed tenuiter, non craſſo. Colu. libr. 8. Ferè autem per æſtatem ſic muſcis aureis exulcerantur ſæpe ut totas amittant. Quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniendæ ſunt. A' Linio componitur Circumlinio, περιχρίω. Lactant. libr. 1. Circumliniatur modò poculum cœleſti melle ſapientiæ ut poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari.

L I N O, is, liui, liui, uel leui, litum, (ἀλείφω, χρίω) rem aliquam mollem alteri induco. Colum. lib. 7. Sed illius ſanatur noxia, fibula ahenea ſi locum læſum compungas, ceraq; cimuſia & aceto linas. Aliquando obturare. Verg. lib. 4. Geo. Neq; illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Aliquando infignire, & quaſi linendo & poliendo exornare. Cice. ad Quin. Fra. li. 2. Lucretij poemata, ut ſcribis, lita ſunt multis luminibus ingenij, i. inſignita, & quaſi fucata. Præteritu Liui uſus eſt Quint. in Decla. Cæcis Et ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti. Col. lib. 12. ca. 59. uſurpauit præteritum Liui. Multi (inquit) quum ſemel noua dolia uel ſerias craſſa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti ſunt. Præteritum Leui uidetur manſiſſe ab antiquo uerbo Leo quod tamen hodie inter præterita uerbi Lino eſt uſitatiſſimum. Hora. lib. 1. Carm. Ode 20. Vile potabis modicis Sabinum Cãtharis, Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui. Supinum unum tantum habet, Litum pe. co. Vnde litus, a, um, (κεχρισμένος) pro obturato, maculato, inſperſo. Verg. lib. 4. Geor. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant: Ardentes auro & paribus lita corpora guttis. i. inſperſa, ſeu diſtincta. Eius compoſita ſunt, Allino, (ἐπιχρίω) ad aliquid lino. Plini. Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc ſæpe allinant dentem. Palladius: Si ſtercus primogeniti uituli allinamus oribus uaſculorum. Collino. Gellius: Poſtea tabulas cera colleuiſſe. Circumlino. Cic. 1. Tuſc. Condiunt Aegyptij mortuos, & eos ſeruant domi: Perſæ etiam cera circumlitos condiunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Delino, Illino, Interlino, (περιγράφω, ἐξαλείφω) idem eſt quod deleo, hoc eſt inducto atramento, aut alio liquore ſcripturam aliquam, picturam've deſtruo. Sic Interlitæ literæ dicuntur quæ deletæ ſunt ita, ut legi non poſſint. Elino, inquino ſordo. Luci. lib. 6. Si hæc ueſtimenta eleuit luto. Perlino, (διαχρίω, διαλείφω) idem quod oblino, uel obduco. Col. lib. 8. Mox ulcera lauantur aceto & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Relino, (ἀφοίγω, ἀφαχρίω) quod obturatum erat aperio. Terent. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Sublino, (ὑποχρίω, ὑπίλλω) medinciter ſordo, decipio, & pro ridiculo habeo. Plaut in Epid. Senex tibi os ſublitum eſt planè & probe. id eſt, uerba tibi data ſunt. Et in Capt. Quanto in pectore hanc magis rem uoluto, tanto mihi ægritudo auctior eſt animo, ad illum modum ſublitum eſſe os mihi. id eſt, ita me eſſe irriſum, uel ita mihi data eſſe uerba.

L I N O S T R O P H O N, (λινόστροφον) herba eſt notiſſima, quam nõnulli Praſion, alij Marrhubium uocant. Vide Plin. lib. 20. cap 22.

L I N O Z O S T I S, (λινόζωστις) dicitur herba, quam Latini Mercurialem uocant Plin. lib. 25. cap. 5.

L I N Q V O, linquis, liqui, lictum, {*Abbandonare*} (λείπω) ſecundum Priſcian. quamuis in ſimplici ſupinum in uſu non ſit. Calepinus Neſtorem ſequutus putauit priorem præteriti Liqui indifferentem eſſe, deceptus (quod res ipſa loquitur) corrupta Vergilij lectione, quam ſic adducit: Nãq; ſuam patria liquerat tellure ſepultam. Quem tamen uerſum omnium tum Grammaticorum, tum exemplarium conſenſu ſic legendum conſtat, Nanq; ſuam patria antiqua, cinis ater habebat. Eſt autem Linquere idem quod deſerere, relinquere. Vergi. 3. Aenei. Linquimus Ortygiæ portus pelagoq; uolamus. Linquens animus uocatur à Curtio, animus deficiens & deliquium patiens. Linquentem (inquit) reuocauit animum & nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit. Linqui animo, hoc eſt, deficere, et deliquium pati. Curtius: Linqui demũ animo, & ſubmitti genu cœpit. Huius compoſitum eſt Delinquo.

L I N T E A R I V S, rij. {*Che fa, ouero uende lenzuola*} (λεντιουργὸς, λινοπώλης) qui lintea conficit, aut uendit.

L I N T E O L V M, linteoli, {*Lenzuolo picciolo*} (ῥάκος, ὀθόνιον) diminutiuum eſt à linteo. Plin lib. 21. cap. 12. Vulneribus (inquit) in linteolis imponitur.

L I N T E O N E S. {*Teſtori*} (ὀθονοποιοί, λινοπλόκοι) qui texunt linteamina in ueſtium uſum, ut docet Seru. li. 7. Aene. Plaut. in Aul. Aut manulearij, aut myrobrecharij, Propolæ, linteones, calceolarij. Firmicus li. 2. Math. Si Luna in Veneris ſignis conſtituta feratur ad Martem, iſta coniunctio faciet linteones, aut tabernarios, atq; colorum tinctores.

L I N T E R, tris, maſc. uel fœm. gene. proprie dicitur arbor excauata, qua accolæ fluuiorum olim utebantur uice nauicularum. Verg. 2. Geor. Cauat arbore lintres. Cæſ. Tib. libr. 2. Eleg. Exiguus pulla per uada linter aqua.

L I N T E R N V M, Vide Liternum.

L I N T E V M, lintei, {*Panno de lino, fazuolo*} (ὀθόνη) pannus lineus: & ſudariũ, quo balneis utimur, & alijs negotijs ad extergendum. Martialis, Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Lintea etiam dicuntur uela quibus utuntur nautæ. Vergil. 3. Aeneid. Certum eſt dare lintea retro. Item quæ in theatro tendi ſolent ad ſpectantium umbracula. Vnde legimus Cæſarem totum forum linteis adumbraſſe. Accipiuntur etiam Lintea pro ueſtibus lineis. Vnde Linteatus, linteis indutus. id eſt, lineis ueſtibus, quali habitu fertur fuiſſe Apollonius philoſophus, quoniam huiuſmodi habitus uidebatur mũdior, quàm qui ab animalibus deglubebabatur. Liui. 10. ab urb. Ea legio linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt.

L I N T E V S, a, um, {*Coſa di lino*} (λίνεος) quod ex lino eſt confectum: ut, Veſtis lintea. id eſt, lino compacta, & contexta. Cic. 7. Ver. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram, tus, alij, atq; odores, ueſtemq; linteam.

Lintei libri, qui de lino fiebant, cuiuſmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu. 4. ab urb. Licinius Macer auctor eſt, & in fœdere Ardeatino, & in Linteis libris ad Monetæ inuentis.

L I N V M, ni, {*Lino*} (λίνον) herba eſt notiſſima, quæ cãnabis modo in lanę molliciem contuſa, netur in uſum intimarum ueſtium. Verg. 1. Geor. Vrit enim cãpum lini ſeges. Pli. lib. 10. ca. 33. Argatilis appellatur, eadem figura ex lino texens. Linum pro filo poſuit Cel. lib. 7. cap. 4. A' quibuſdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde utriuſq; lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringuntur. Hic lineus, a, um, (λίνεος, λινοῦς) quod ex lino eſt: ut, Veſtis linea, de lino facta. Pli. lib. 12. cap. 6. Sed unde lineas ueſtes faciunt. Verg. 5. Aen. Nodos, & uincula linea rupit.

L I N V S, (Λίνος) filius fuit Apollinis ex Pſammate Crotopi Argiuorum regis filia. Cum enim Apollo occiſo Pythone ſerpente, ad Crotopum ueniſſet, ab eodem hoſpitio ſuſceptus eſt, ubi clàm cum Pſammate filia concubuit, quæ cum concepiſſet, & tempore debito ſecus Nemeum flumen occulte peperiſſet, filium ſuum Linum appellauit: eumq; ut quorundam eſt opinio, expoſuit, qui ſic repertus à canibus deuoratus eſt. Alij dicunt hanc paſtori infantem alendum tradidiſſe, qui eum cum ex incuria in herba iacentem neglexiſſet, à canibus mortuum dilaniatum eſſe. Alius fuit Linus, Apollinis & Terpſicores filius, ſiue ut quidã uolunt, Mercurij & Vraniæ Muſæ, lyricæ peritiſſimus, ut qui diſcipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occiſum ferunt, cum eum ruſticius canentem nimis petulanter compuiſſet. Verg. Eclog. 4. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus, huic mater quãuis atq; huic pater adſit. Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. Fuit autem reuera Linus poeta antiquiſſimus, qui ſcribitur primus a Phœnice ad Græcos literas attuliſſe. Hermodotus uero Platonicus li. 1. diſciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Muſa Vraniæ filium, Thebis genitum, ſcripſiſſeq; de mundi generatione: item de Solis & Lunę curſu, animaliumq; et fructuum generatione. In principio ſui operis omnia ſimul nata dixit, quem ſecutus eſt Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, ſagitta ab Apolline transfixus.

Alius fuit Linus Hypermneſtræ maritus Aegypti filius, quem tamẽ Ouid. in Epiſt. Heroi. Linceum appellat, non Linum.

L I P A R A, pen. co. (Λιπάρα) inſula una ex Aeolijs, a Liparo rege, Auſonis regis filio, cui ſucceſſit Aeolus: cum ante Meligunis uocaretur, teſte Plin. lib. 3. cap. 9. Hinc Liparæus, a, um, λιπαραῖος. Eſt etiam medicamenti pinguis, & lenis nomen, ut ait Celſus. Plin lib. 33, cap. 9. Addunt & in medicamenta, quæ uocant Liparas, ad excreſcentia ulcerum.

L I P A R I S, (λίπαρις) Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniam ut ſcribit Vitru. natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, non aliter ungũtur ab ipſa aqua, quàm ſi oleo, aut adipe lauarentur. Eſt quoq; piſcis quidam ex genere lacertorum, teſte Pli. lib. 32. cap. 11. Eſt & gemmæ nomen, quæ ſuffita beſtias omnes euocat. Pli. lib. 37. cap. 10.

L I P O P S Y C H I A, (λιποψυχία) uox Græca eſt, Latinè ſonans animi defectionem, uel animi deliquium, quæ & συγκοπὴ dicitur.

L I P O T H Y M I A, (λειποθυμία) Latinè defectus animi, ſiue animæ, quę et Lipopſychia dicitur.

L I P P I O, is, iui, itum, {*Deuenir lippo*} (λημάω) lippus fio, hoc eſt, marorem in oculis contraho. Pli. lib. 28. Oculorum uitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. ad Att. lib. 7 Cum leuiter lippirem has literas dedi. Plau. in Curc. ad Fauces tranſtulit: Proſpicio parum, Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus. Lippitur, pen. pro. Impeſonale. Pli. li. 28. cap. 8.

Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci uncia.

L I P P V S, pi, {*Pet. L'era cieco del tutto non pur lippo Fatt'haueua Sylla*} (λημῶδης) qui oculos habet lacrymãtes, quum putredo ab his defluat. Pli. in Mil. Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. Lippa ficus dicta, uel quòd ſuccus foliorum eius lacteus lippis prodeſt, uel quòd dum folia & ramuli truncantur ſuccum lacrymoſum emittant. Mart. lib. 7. Et lippa ficus, debiliſq; boletus. Lippitudo, inis, (λήμη) ipſum oculorum lacrymantium uitiũ. Corn. Cel. Si frons prurit, lippitudinis metus eſt.

L I P S A N A, pen. cor. {*Supraunanzo, auanzagli*} (λείψανα) tantum pluraliter declinatum, nomen eſt quo apud nos reliquię ſignificantur.

L I P T O T E, à quibuſdam recentiorum Grammaticorum uocatur figura, quando uis uerborum rei magnitudini non reſpondet. Vt apud Verg. 1. Aene. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Vbi non ignara mali, dixit pro eo quod eſt in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referunt ad uerbum λείπομαι, quod eſt deficio, eo quòd eiuſmodi orationibus uis quædam uerborum deeſſe uideatur. In antiquiſſimis tamen Seruij, aliorumq; Commentarijs manuſcriptis, non Liptote Legitur, ſed Litotes, (λιτότης) quæ uox Græcis inter cętera tenuitatẽ ſignificat, et ſimplicitatẽ. Hinc fit ut credam recentiorũ quorundam Grammaticorum inſcitia factum eſſe, ut figura, quam uetuſtiores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

L I Q V A M E N, inis, (γάρον) genus condimenti liquidi, ex putrefactis piſcium inteſtinis, aliſúe ratione confectum, & in uſum coquinarium ſeruatum ad condiendos cibos: licet & de alijs dici poſſit, quæ non comeduntur. ut apud Colu. lib. 7. cap. 4. Succus excocti lupini, ueteris uini fæx & amurca pari menſura miſcentur: eoq; liquamine tonſa ouis imbuitur.

L I Q V E F A C I O, cis, {*Liquefare. far liquido*} (χέω, ἐκτήκω) idem eſt quod liquidum & fluidum facio admoto ignis, uel ſolis calore: à quo Liqueſio eiuſdem cum Liqueſco ſignificationis. Ci. in Cat. Et ſtatuæ ueterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. Verg. 1. Geor. Flammarumq; globos, liquefactaq; uoluere ſaxa, id eſt igne ſoluta, inquit Seruius. A' Liquefacio compoſitum Illiquefacio, (συντήκω) inſtillo, quaſi intus liquefacio. Cic. li. 4. Tuſc. Quę ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactę uoluptates Colliquefacio, συντήκω.

L I Q V E N T I A, Vide Liquetia.

L I Q V E O, es, liqui, liquere, {*Eſſere liquido*} (τήκομαι) liquidum & fluidum eſſe. Vnde Liquens nomen ex participio, idem ſignificans quod liquidus. Verg. 5. Aene. Principio cœlum, & terras, camposq; liquentes Spiritus intus alit. Vbi

Campos

Campos liquentes dixit pro mari. Hinc fiunt compoſita Colliqueo, & Deliqueo: à quibus rurſus fiunt augmentatiua Colliqueſco, & Deliqueſco. quorum ſignificata uide ſuis locis.

L I Q V E F I O. liquefis. {*Diuenir liquido*} (χέομαι, τήκομαι) fundor, liqueſco. Ci. 2. de Natu. Deo. Glaciem calore liquefactam, & dilapſam diffundi. Idem in Catil. Cum & legum æra liquefacta ſint.

L I Q V E S C O, is, {*Diuenir liquido*} (τήκομαι) liquidus, fluidusq; fio, in lleſco. Perſi. Saty. 2. tot tibi quum in flammas iunicum omenta liqueſcant. Vergil. 8. Aenei. Vulnificusq; chalybs uaſta fornace liqueſcit. Vbi Seruius, Liqueſcit proprie dixit. nam ferrum non ſoluitur, ſed molleſcit. Liqueſcere uoluptate, & fluere mollitia, eſt mollem eſſe, & uoluptati deditum. Cic. 2. Tuſcu. Opinio eſt enim quædam effœminata & leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in uoluptate, qua cum liqueſcimus fluimusq; mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre nõ poſſumus. Liui. 1. Bel. Pun. Vt uero tot hominũ iumentorumq; inceſſu dilapſa eſt per uiudam infra glaciem, fluentemq; labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.

L I Q V E T, {*E manifeſto*} (σοφές, δῆλον ἐστί) impersonale, idem quod conſtat, ſiue manifeſtum, & certum eſt. quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. Cice. 1. de Natu. Deo. Nec uero Protagoras, qui ſeſe negat omnino de Dijs habere quod liqueat, ſint, non ſint, qualesve ſint, quicquam uidetur de natura deorum ſuſpicari. Liquet inter nos, id eſt, compertum, & certum habemus. Cice. 1. de Natu. Deo. Sed quod inter nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere ſibi de cauſa, dicebant iudices quando non ſatis ſibi conſtabat, condemnandus ne eſſet reus, an abſoluendus: neq; commode poterant iudicare, niſi cauſa denuo diceretur. Cum itaq; illud ſignificare uolebant, ſibi de cauſa non conſtare, reumq; eſſe ampliandũ inſcribebant in illis tabellis, quæ ad colligenda ſuffragia iudicibus dari ſolent, duas haſce literas N. L. Illa enim erat nota ampliationis, quemadmodum A. abſolutionis, & C. condemnationis. Quod ſi collectis ſuffragijs maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inſcriptam, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, iudicibus de cauſa non liquere, reumq; ampliandum uideri pronũtiabat: hoc eſt, cauſam denuo eſſe dicendam, & reum in aliud tempus reijciendum. Vlpianus de Arbit. l. idem Pompo. Proinde ſi forte urgeatur à Prætore ad ſententiam arbiter, æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere, ſpatium ei ad pronuntiandum dari. Gel lib. 13. Vt abſoluerem tamen, inducere in animum non quiui, & propterea iuraui non liquere, atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum.

L I Q V E T I A, ſiue (ut quidam ſcribunt) Liquentia, fluuius eſt Iapidiæ, in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus naſcens, teſte Plin. lib. 3. capi. 18. Vergil. 9. Aen. Qualea aëriæ Liquetia flumina circum Siue Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum Conſurgunt geminæ quercus. Quo tamen in loco nonnulli Liquentia legere malũt, & Liquentia flumina eadem ratione dicta exiſtimãt, qua alibi, & Fluuios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia, perpetuo epitheto Poeta appellauit.

L I Q V I D V S, a, dum, pe. cor. {*Liquido*} (ὑγρός) molle, fluxum. Lucretius: Craſſaq; conueniunt liquidis, & liquida craſſis. Liquidus uenter dicitur à Martia. lib. 13. qui eſt fluidus, & laxus. Aliquando ponitur pro puro, (καθαρός) Verg. 6. Aenei. Liquidumq; per aera lapſæ. Idem lib. 4. Georg. Dulcia mella premes nec tantum dulcia quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem. i. defæcata, & ſine ſordibus. Aliquãdo pro proſpero, ſiue optimo. Plautus in Pſeu. Ab ſiniſtra auſpicio liquido, atq; ex ſententia confidentia eſt, inimicos meos me poſſe perdere. Liquidum, di, ſubſtantiuum, pro aqua. Horat. 1. Sermo. Saty. 1. Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna Vel cyatho. Hinc fit aduerbium Liquido, quod ſignificat pure & manifeſte, ἀκριβῶς. Cic. ad Cato. lib. 15. Gratiſſimum eſt, te libenter amicitiæ dediſſe, quod liquido ueritati dares. Liquido dicere, id eſt, aperte. Cic. 5. Verr. Nemo eſſet, qui in hoc ſe audiſſe liquido diceret.

Liquide, liquidius, liquiſſime, idem quod liquido. Cice. ad Plan. lib. 10. Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui. hoc eſt, apertius, certius, ac facilius. Dicimus etiam, Ad liquidum, quod eſt manifeſte.

L I Q V O, as, {*Liquefare*} (τήκω, χέω) priore ſyllaba correpta, ſignificat liquidũ facio, quum ſcilicet aurum uel plumbum igni diſſoluimus. Lucan. lib. 7. Exeptaq; tela liquauit. Cice. 2. Tuſcu. Ea quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ. Oui. 4. Faſt. Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere & expreſſis mella liquata fauis. Liquare aluum. Celſus lib. 4. cap. 4. Liquanda aluus interdũ etiã ducenda. Aluus liquida fluida, & libera, non aſtricta. Ducta aluus quæ liberius fluit. quàm natura patiatur, ac multum ſoluta. Huius paſſiuum eſt Liquor. Compoſitum Eliquo, (ἐκτήκω) quod eſt aliquando elicio, uel liquidum reddo. Lactan. lib. 2. Vnde autem, uel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem & aquam uel accenderit, uel eliquauerit. ſolus poteſt ſcire, qui fecit. Deliquo, effundo. Colum. lib. 12. ca. 39. Deinde poſt uiginti uel triginta dies, cum deferbuerit in alia uaſa deliquare, & confeſtim opercula gypſare, & pelliculare.

L I Q V O R, oris, maſcu. gene. {*Liquidezza*} (ὑγρότης) humor liquidus. Verg. 3. Geor. Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaq; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Pellucidi amnium liquores, Cic. 2. ad Natu. Deo. Vitigeni liquoris latex, Lucre lib. 5.

L I Q V O R, eris, tertiæ cõiugat. abſq; præterito, & ſupino, {*Eſſere fatto liquido*} (τήκομαι, χέομαι) idem eſt, quod reſoluor, defluo deſtillo, liquefio, uel liqueſco. Producit autem hoc uerbum primam ſyllabam, quę in uerbis Liquo, Liqueſco Liquefio, & in nomine Liquor corripitur. Luca lib. 9. Femorum quoq; muſculus omnis Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe. Liquidus autem apud Lucretium ponitur indifferenter, eo quòd tam a Liquor fieri poſſit, quàm a Liqueo. Craſſaq; (inquit) conueniunt liquidis, & liquida craſſis.

L I R A, æ, prima ſyllaba pro. {*Solco*} (αὖλαξ) ſulcum ſignificat, ſiue foſſam rectã in agro, teſte Nonio, in quam terrę uligo confluit. Colum. tamen Liras eaſdem uidetur facere cum porcis, hoc eſt, editiores terrę cumulos inter duos ſulcos interceptos. Sic enim ſcribit lib. 11. cap. 2. Liras ruſtici uocant eaſdem porcas, quum ſic aratũ eſt, ut inter duos latius diſtãtes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Hinc Lirare, quod eſt, liras facere, ut in ſulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri ſolet tertia aratione, iacto iam ſemine. Solẽt enim antiqui, teſte Varr. de Re ruſti lib. 1. cap. 28 tres facere arationes. Primo enim arabatur terra idq; uocabant Proſcindere. Deinde ſecũda, arationes excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod uocabant Offringere. Tertia aratione iacto ſemine, boues Lirare dicitur, quum tabellis ad uomerem additis ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quo pluuia aqua dilabatur. Pli. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur, ubi res poſcit, crate, uel raſtro, & ſato ſemine iterato hoc quoq; ubi conſuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod uocant Lirare, operiẽtes ſemina: unde primum appellata deliratio eſt.

L I R A R E, quid ſit uide ſupra in nomine Lira.

L I R A T I M, {*A ſolco à ſolco*} (κατ' αὔλακας) aduerbium, pro liras, Columel. Eæq; quum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent.

L I R I O P E, (λειριόπη) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephiſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſcepit. Ouid. li. 3. Metam. Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo Implicuit, &c.

L I R I N O N, pen. cor. (λείρινον) unguentum eſt ex lilijs confectum, quæ Græci λείρια appellant. Plin. lib. 23. cap. 4. Lirinon, quod & Phaſelinum, & Syrium uocant. ius, renibus utiliſſimum eſt, ſudoribusq; euocandis.

L I R I M I R I S, (λιριμιρίς) oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 11.

L I R I S, (λίρις) fluuius Campaniæ, ſiue Latij noui, per Minturnarum ruinas in ſinum Caietanum illabens, non procul a Formijs Alio nomine Glanicus dicitur, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. Itali hodie Guarilianum appellat.

L I S, litis, {*Lite controuerſia*} (δίκη, ἔρις) cõtrouerſia, a limite. i. termino dicta quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. Lis & Iurgium ſic differunt, teſte Nonio, quòd leuior diſſenſio, uel diſcordia inter beneuolos, aut propinquos, Iurgium dicatur: grauior diſceptatio inter inimicos, Lis, Cic. de Repu. 4. Si iurgãt beneuolorum concertatio eſt, nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. Et paulo poſt: Iurgare igitur lex putat inter ſe uicinos, non litigare. Litis inſtrumentum a Quintiliano pro ipſis actis quas Productiones uocamus. Dicimus elegãter, Litem habere cum aliquo. Litem alicui intendere. Litem capitis in aliquem inferre. Litem ſuam facere, id eſt litis cauſam ſuſcipere, & tanquam ſuam defendere. Litem perdere, id eſt eius rei cauſam, de qua agebatur, dimittere. Litem in rẽ ſuam uertere, id eſt rem inter duos cõtrouerſam adiudicare ſibi quod fit, cum iudex ita cum Litigatoribus agit, ut ei iure ſuo cedant. Litis conteſtatio, eſt hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis conteſtatio ex petitione actoris, & exceptione rei.

L I S S A, (λίσσα) inſula eſt in mari Adriatico contra Iader. Plin. lib. 4. cap. ulti.

L I S S V S, (λίσσος) fluuius Thraciæ, inter Meſembriam Samothracũ, & Strymam Thaſiorum in mare illabens, quem Græci ſcriptores inter eos annumerãt quos à Xerxiano exercitu exiccatos tradunt. Auctor Herodo. lib. 6. Liſſus item oppidum eſt in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul a Nymphæo promontorio: teſte Pli. lib. 3. cap. 22. & Ptole. lib. 2. cap. ulti. Luca. lib. 5. Prætereunt fruſtra tentati littora Liſſi, Nymphæumq; tenent.

L I T A N I A, (λιτανεία) idem eſt quod ſupplicatio a uerbo Græco λιτανεύειν quod eſt ſupplicare, & uota ſuſcipere. Vulgus inepte uocat Letaniam.

L I T E R A, ræ, {*Lettera*} (γράμμα) quãuis ratione etymologiæ primam uideatur debere corripere: (creditur enim Litera dicta, quaſi litura) ubiq; tamẽ apud ueteres poetas eandem producit. Superflua itaq; anxietas eorum poteſt uideri, qui primam huius dictionis ſyllabam producere non audent, niſi geminata cõſonante: inſignis autem illorum temeritas, qui eam nullo ueterum exemplo corripiunt, friuoloq; ac incerto etymo freti, ab unanimi ueterum omnium conſenſu non dubitant diſcedere. Proprie autem Literæ dicuntur minimæ ac indiuiduæ partes orationis, ex quibus cõſtituuntur ſyllabæ, & tam ſingulari, quàm plurali numero elementum ſignificat uidelicet A, B, &c. Cice. pro P. Syl. Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt. Quint. lib. 1. cap. 4. Vt pro Fundanio Cic. teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet irridet. Cic. 4. Verr. Hinc etiam Romæ uidemus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum à cõi Siciliæ datas. Dicitur autẽ Litera, quaſi legitera. ut quibuſdam placet, eo quòd legenti prębeat iter: uel quòd in legẽdo iteretur, ut ait Seruius: uel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunq; ſcribere ſolebant, & deinde delebant. Vel à lino, is, quòd in ſcribendo atramentum illinunt, hoc eſt, leuiter inducitur chartæ. Aliquando Litera capitur pro ſcribentis manu, Cic. ad Atti. Nam Alexidis manũ amabam, quòd tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. Plurali numero Literæ epiſtolam, (γράμματα) deſignant, niſi apud poetas, apud quos legitur Litera pro epiſtola. γράμμα quoq; à Græcis. Oui. in Epiſt. Quam legis a rapta Briſeide litera uenit. Vocantur prӕterea Literæ, (λόγοι) diſciplinæ, quæ literarũ monumentis continentur. Plau. in Truc. Literas didiciſti, ſine alios diſcere. Vnde dare literis operam, dicimus: hoc eſt, incumbere artibus quæ ſcriptæ ſunt.

Ad literam, idem quod ad uerbum, et quod barbari literaliter dicunt. Quin. lib. 1. cap. 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubieci.

Aliquando ponitur pro ſcriptura. Ci. in Verr. act. 3. Vt Romã uenit, nullã literam pupillo, nullam matri eius nullam tutoribus reddidit. i. ſchedulam nullã ſcripſit, qua teſtaretur, & agnoſceret ſe accepiſſe pecunias, &c. Nullam literam ad me miſit, aut ſcripſit pulchre pro eo quod eſt, nihil ſcripſit, nullas literas miſit. Cic. Caninio lib. 2. Ille cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit. i. tantum abeſt, ut ad me literas miſerit, ut ne literã quidẽ miſerit. Literas attingere, eſt ipſas tractare, ſeu uerſari in ſtudijs literarũ. Literæ interiores, ſunt abſtruſiores, altioresq; diſciplinæ. Vulgares & reconditæ literæ ſunt contraria. Literæ publicæ ſunt, quas barbari Regiſtra uocant. Referre aliquid in literas publicas, eſt quod barbari Inregiſtrare dicunt. Ponuntur interdum Literæ pro alicuius ſcriptis. Ci. ad Att. Quod meis omnibus literis in Põpeiana laude eſſet perſtrictus. i. meis omnibus ſcriptis. A litera fit diminutiuum Litterula. γραμμάτιον. Cic. ad Tiro. lib. 16. Accepi tuam epiſtulam uacillantibus literulis. In numero plurali pro epiſtolio. Cic. ad Atti. lib 14. Etſi nouI nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas. Aliquando eodẽ numero pro ſcientijs, ſiue diſciplinis aut earum ſtudijs. Cic. ad Tiro. lib. 16. Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt.

L I T E R A T V S, {*Litterato, dotto*} (ὁ φιλόλογος, ὁ ἐμφιλόλογος, ἐγγράμματος) qui literis prӕditus eſt, literis ornatus, eruditus, doctus. Cicero. in Verrem. Act. tertia. Circumpedes autem homines formoſos, & literatos, ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Idem: Frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret, Hic uerſus Plauti nõ eſt, hic eſt. Literatus etiam dicitur

cui aliquid inſculptum eſt, & ſuperſcriptum. Plaut. in Pœnu. Haud ſecus tu uideas literatas ibi epulas, & Literatum otium, in quo literis operam damus. Cice. 5. Tuſcu. Quid eſt enim dulcius otio literato? Hinc Literate aduerbium, docte, erudite, eleganter. Cice. in Piſo. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcite, & literate, &c. Cuius contrarium eſt Illiteratus, pro rudi & indocto. Literatulus diminutiuum eſt.

LITERARIVS, a, um, {Cio che ſi appartene à lettere} (γραμματικός) qđ ad literã, uel ad literas pertinet. Vnde dicitur Ludus Literarius, παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον. Plin. lib. 9. cap. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum literariũ itantem. &c. id eſt, in ſcholam.

LITERATOR, ris, (γραμματιστής) qui leuiter literis tinctus eſt, uel qui prima literarum elementa docet. Literatorem enim non perfectum literis, ſed imbutum eſſe docet. Sueto. de Clar. Gram. Vnde apud maiores, cum familia alicuius uenalis produceretur nõ temere quem literatum in titulo, ſed literatorem inſcribere ſolebant, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

LITERATVRA, ræ, (γραμματική) eadem quæ Grammatica. Quint. lib. 2. cap. 15. Nos ipſam nunc uolumus ſignificare ſubſtantiam, ut Grammatice literatura eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria quemadmodũ oratoria. Aliquando ponitur pro literarum ſcientia, & cognitione. Cic. 2 Philip. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare loquitur.

LITEROSVS, a, um, (ἐγγράμματος) idem quod literatus. Caſſius Hemina Anna lib. 4. ut citat Nonius: Homo mere literoſus.

LITHARGYROS, (λιθάργυρος) corporis metallici genus, quod à Plinio argenti ſpuma appellatur: quamuis non ex ſolo argento, uerum etiam ex auri uena fiat & ex plumbo. Sunt enim tria eius genera, Chryſitis, Argyritis, & Molybditis quæ uide apud Plin. lib. 33. cap. 6. & Dioſco. lib. 5.

LITHIASIS, ſis, (λιθίασις) calculi generatio in ueſica, per quem urinæ excretio prohibetur. A uerbo Græco λιθιάω, quod eſt calculo laboro. Lithiaſis præterea dicitur, cum in palpebris gignuntur albicantia quædam, & dura tubercula, lapillorum modo.

LITHIZONTES, (λιθίζοντες) gemmæ quædam ex genere carbunculorũ liuidius & languidius lucentes. unde & nomen acceperunt, q ad lapidum potius, q̃ gemmarum naturam accedant. Auctor Plin. lib. 37. cap. 7.

LITHOCOLLA, (λιθόκολλα) glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Herm.

LITHOGLYPHVS, pen. corr. {Scarpellino} (λιθογλύφος) ſculptor lapidum.

LITHOSPERMON, (λιθόσπερμον) herba eſt, quæ hodie nomine uulgare Milium Solis dicitur. Lithoſpermon ideo dictum, q ſemina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia uero lapidea. Vide Pli. lib. 27. cap. 11.

LITHOSTROTOS, pen. pro (λιθόστρωτος) Græcis adiectiuum eſt, idem ſignificans quod lapide ſtratus. à nomine λίθος, lapis, & uerbo στρώννυμι, qđ eſt ſterno. Hinc Lithoſtrota dicta ſunt quædam pauimentorum genera, quæ ex minutis lapillis ſternebantur, colorum diuerſitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Pli. lib. 36. cap. 25. Pauimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec Lithoſtrota expulere eam. Et paulo poſt Lithoſtrota cœptauere iam ſub Sylla, paruulis certe cruſtis: extatq; hodie quod in Fortunæ delubro Præneſte fecit.

LITHOTOMIA, (λιθοτομία) lapicidina, quæ & Latomia dicitur: à nomine λίθος, lapis, & uerbo τέμνω cædo, uel ſeco. Fuit etiam carceris nomen apud Syracuſanos, in quo noxij aſſeruabãtur, qui inde uidetur ſuiſſe appellatus, q in loco quodam extructus eſſet, unde olim excîſi erant lapides. Meminit huius carceris Thucydides lib. 6. & ſæpius Cice. in Verr.

LITICEN, pe. cor. gene. liticinis, (σαλπικτὴς) qui lituo canit: quemadmodum Tubicẽ, qui tubam inflat. Eſt autem Lituus buccinæ genus incuruum, gracilẽ, acutumq; edens ſonum: ut latius infra docebimus ſuo loco.

LITIGATOR, {Che ſa lite} (ὁ δικάζων, ὁ δικαιολογούμενος) qui litigat, hoc eſt, qui litem habet in iudicio pendentem. Ci. pro Domo ſua: Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius q̃ æſtimabat. Suet. de Claris grammat. Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petijt, ut litigator ſuus alium Grammaticum adhiberet.

LITIGIOSVS, ſa, ſum, {Litigioſo} (φιλόδικος, δύσερις, ἐγκληματικός, ἀμφισβητικός) qui frequens in litibus uerſatur, uel quauis de cauſa litem mouet. Cice. pro Muræ. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, unde petebatur. Litigioſa diſputatio Cice. 5 de Finib. Fora litigioſa. plena litibus. Ouid. 4. Faſto. Interdum Litigioſum, idem eſt quod controuerſum, (ἀμφισβητήσιμος) hoc eſt, de quo lis eſt, & controuerſia. ut Litigioſum prædium, apud Cice. de Orato. Litigioſus ager apud Ouid. 2. Faſt..

LITIGIVM, gn. {Lite, controuerſia} (ἀμφισβήτησις, ἔρις) litis actio. Plau in Caſin. Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos. Plin. lib. 37. cap. 10. Siderites ferro ſimilis, & litigio illata diſcordias facit.

LITIGO, as, pen. cor. {Litigare, far lite} (ἀμφισβητῶ, ἐγκαλῶ, δικάζομαι, διαφέρομαι) diſcepto, contendo tam in foro quam extra iudicium, Ci. pro Cæl. Aliquot enim in cauſis uideram eum fruſtra litigantem. Martia. li 7. Ah miſer, & demens uiginti litigat annos Quiſquam, cui uinci Gargiliane licet? Cic. ad Atti. Hirtius cum Quinto acerrime pro me litigauit.

LITO, as, {Placare, con ſacrificij} (καλλιερέω) ſacrificio facto Deos placo, uotumq; impetro: uerbum à precibus dictum, teſte Feſto, quas Græci λιτὰς uocant. Suet. in Ceſa. Deinde pluribus hoſtijs cæſis quum litare nõ poſſet, introijt curiam. Inter Litare & Sacrificare hoc intereſt (inquit Nonius) Sacrificare eſt ueniam petere. Litare eſt propitiare, & uotum impetrare. Verg. 4. Aeneid. Tu modo poſce deos ueniam, ſacriſq; litatis Indulge hoſpitio. Sacris (inquit) litatis, id eſt, uenia per ſacrificia impetrata, uel felicem euentũ promittere uictima. Plau. in Pœnu. Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Iupiter faciat ut ſemper ſacrificem, neq; unquam litem. Litare uictimas, apud Tranquillum, id eſt, uictimis cæſis litare. Aliquando ponitur pro ſatiſfacere. Plin. in Paneg. de ſtatuis loquẽs. Illæ autẽ aureæ, & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litauerunt. Litato, id eſt, addicentibus uictimis: ſicut Auſpicato, id eſt, addicentibus auibus, hoc eſt, lætum rei inſtitutæ exitum promittentibus. Liu. 5. ab urbe. Non deorum ſaltem, ſi non hominum memores, nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem diductam in cornua. Litandum, gerundium, hoc eſt, litari debet. Verg. 2. Aenei. Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum Argolica.

Litatio, onis, (καλλιέρημα) uoti per cæſam uictimam impetratio, uel uictimæ latæ promittentis mactatio. Liu. 7. Bell. Puni. Per dies aliquot hoſtiæ maiores ſine litatione cæſæ: diuq; non impetrata pax deum. Huius compoſitum eſt Perlito, quod eſt Perfecte lito. Gel. Si hę res diuinę factę, recteq; perlitatę eſſent, Haruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.

LITVS, oris, {Pet. Dal lito occidental ſi mouea un fiato} (αἰγιαλός, ἀκτή, ᾐών) dicitur terra adiacẽs mari, quæ fluctibus alluitur: unde & nomen inueniſſe putatur ab alluendo, uel alliſdendo. Litus (inquit Celſus. Litus. ff. de uerb. ſignifica.) eſt quouſq; maximus fluctus à mari peruenit: idq; M. T. aiunt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. Proprie itaq; Litus de mari dicitur: Ripa (ὄχθη) de fluminibus. Ouid. 2. Metam. Campoq; recepti Liberioris aquæ pro ripis litora pulſant. Quandoq; etiam Litus dicitur de fluminibus. Verg. in Diris: Litora quæ dulces auras diffunditis agris, quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. Sumitur interdum pro agro mari uicino. Idẽ 4. Aen. Cui litus arandum, Cuiq; loci leges dedimus. Interdum pro ſpatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur hoſtiæ. Nam (ſicut docet Donatus) nauigantes eundo et redeundo in litore ſacrificabant. Si itaq; Donato a litando Litus dici credimus, uidetur unico t, eſſe ſcribendum: quemadmodum etiam a nonnullis ſcribi uidemus. In carmine tamen omnes geminant conſonantem. Sed ne hoc quidem uidetur neceſſarium, cum nuſquam inuenlatur breuiari. Vnde uidetur potius natura longa eſſe, q̃ per epentheſim geminatæ conſonantis liceter produci. Malo tamen rem integram cuiuſq; arbitrio permittere, q̃ de re tam incerta quicquã temere pronuntiare. A Litus fiunt Litoreus, rea, um, (ἀκταῖος, ἐπάκτιος) ut, Litorea domus, quę in litore, aut iuxta litus conſtructa eſt. Martia. lib. 16. Aeduris æquorei placidos Frontine receſſus, Et propius Baias litoreamq; domũ.

Litoreæ aues apud Ver. 12. Aenei. Littoreas agitabat aues, id eſt, paluſtres.

Litoralis, le, idem: ut Litoralis piſcis: id eſt, in litore uiuens. Plin. li. 9. ca. 17. Nec litoralibus grata. Dij literales. Catul. de Phaſel. Neq; ulla uota litoralibus deis Sibi eſſe facta. Litoroſus, a, um, Plin lib. 37. cap. 10. Calais ſapphirũ imitatur, candidior, & litoroſo mari ſimilis, id eſt cum aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.

LITVRA, ræ, {Caſſatura} (κατάγραμμα) macula, uel deletio in ſcriptura, picturaue, cum ſcilicet ſuperinducto atramento, aliouẽ liquore ſcripturam, uel pictaram deſtruimus. Cic. pro Archia: Et unius nominis litura ſe commotum eſſe dixerit. Idem pro Cluen. Ne lituris coargui poſſet. Martia. lib. 4. non poſſunt noſtros multæ Fauſtine lituræ Emendare iocos: una litura poteſt. Ponitur aliquando pro ipſa litione uel linimento, χρίσις, ἐπίχρισις, ἄλειμμα. Colu. lib. 4. cap. 24. Neq; eſt difficile mox alleuatas plagas terra, quam prius amurca madefeceris linire: nam & teredinem formicamq; prohibet. ſolem etiam & pluuias arcet eiuſmodi litura.

LITVRO, as, {Cancellare} (περιγράφω, ἐξαλείφω) cancello, expungo. Sidonius Apol. Tunc uel certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero.

LITVS, a, um, {Macchiato} (χεχρισμένος) participium à Lino: idem quod unctus, ſiue oblitus: ut, Litæ ueneno ſagittæ. Aliquando idem quod maculatus, ſiue maculis quibuſdam aſperſus: κατάστικτος. Ver. 4. Geor. Elucent aliæ et fulgore coruſcant Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

LITVVS, litui, λίτυος Plutarcho) baculus incuruus, quo ſedentes Augures auibus templa deſignabant. Gel. li. 5. cap. 8. Lituus eſt, uirga breuis, in parte, qua robuſtior eſt, incurua. Primus litui uſus a Romulo manaſſe creditur, qui dum urbem conderet huiuſmodi baculo regiones direxit. quod & ipſum aſſerit Ci. li. 1. de Diui. Quid (inquit) Lituus iſte ueſter) quod clariſſimũ eſt inſigne Augutatus (unde uobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, cũ urbem condidit, Qui quidem Romuli Lituus, id eſt incuruũ, & leuiter à ſummo inflexum bacillum, (quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit) cum ſitus eſſet in Curia Saliorum, quę eſt in Palatio, eaq; deflagraſſet, inuentus eſt integer. Eadem fere de hoc lituo ſcribit Plutar. in uita Romuli Lituus (inquit) conſecratus eſt in Palatino colle uſq; ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis a Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas illæſus, quum ignis omnia conſumpſiſſet, inuentus eſt. Eſt præterea Lituus, auctore Feſto, buccinæ genus incuruum gracilem edens uocem, quo in bello utebatur. Qua qui canebat Liticen dicebatur. σαλπικτής. Ver. lib. 6. Et lituo pugnans inſignis obibat & haſta Luc. li. 1. Stridor lituum clãgorq; tubarum Ouid 3. Faſto. Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat. Ab huius ſimilitudine dictus eſt, Lituus baculus Auguralis: ut patet ex iam citato Ciceronis exemplo.

LIVEO, es, {Eſſer liuido. Dant Liuido è uero come gran di pepe} (πελιδνόω) liuidus ſum, hoc eſt, plumbei coloris. Ouid. 2. Metam. Liuent rubigine dentes. Crura liuentia compedibus Ouid. 2. Amor. Eleg. 2. Labellis impreſſe liuent, Idem 1. Amor. Eleg 7. Per translationem accipitur pro inuidere, βασκαίνειν, φθονεῖν. Tracta ab inuidiorũ cõſuetudine, aliena felicitate pallentiu. Pop. Malignus homo, fortunis aliorum ſemper liuens. Martia. li. 10. Liuet Carmus, rumpitur, &c. Fata liuentia, Stat. 5. Sylu.

LIVESCO, is, {Diuenir liuido} (πελιδνός γίνομαι) liuidus fio. Claud. lib. 3. Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe Deos. Digiti liueſcunt in pedibus, Lucr. lib. 3. Huius compoſitum eſt Alliueſco.

LIVIDVS, a, um, {Pe. Per uenta qual che liuido maligno} (πελιδνός) proprie is dicitur, qui ex ictu fuſtis, alteriuſve corporis duri, plumbeum colorẽ in parte læſa contraxit. quod accidere ſolet, exilibus uenis ictu colliſis, ſanguineq; ad cutem diffluente. Pli. Tapſiæ ſuccus ſuggillatis ac liuidis prodeſt. Hinc Liuidum, pro eo quod ſubnigrum eſt ponitur: qualis eſt color plumbi. Ver. 6. Aen. Quidve petunt animæ, uel quo diſcrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis uada liuida uerrunt. Brachia liuida armis, Hora. 1. Carm. Ode 8. Virago paludis liuidiſſima, Catul. ad Colonã. Ora liuida facta digitis. Ouid Epiſt. 16. Quoniã uero qui inuidia laborãt, excedẽtes ſe dolore, hunc colorẽ contrahunt Liuidus, (βάσκανος) ſæpe pro inuido ponitur. Mar. lib. 1. Oibus inuideas liuide nemo tibi. Huius

tibi. Huius diminutiuum eſt Liuidulus, id eſt, ſubliuidus. Iuue. Saty. 11. Ponebant igitur Tuſco farrata catino Omnia tunc quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.

LIVIVS, (λίβιος) nobilis hiſtoriæ Romanæ ſcriptor, patria Patauinus, quē Quintilia. Herodoto opponit, ut Salluſtium Thucydidi. De hoc Hieron. ad Paulī. Ad Titum Liui. lacteo eloquentiæ fonte manātē, de ultimis Hiſpaniæ, Galliarumq́; finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus: & quos ad cōtemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditū omnibus ſeculis celebrandumq́; miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quærerent. Fuit & alius Liuius cognominatus Andronicus, Latinorū poetarum antiquiſſimus: de quo Diomedes, Conſtat, inquit apud Romanos primum Latino ſermone Comœdiam Liuium Andronicum ſcripſiſſe. Gell. lib. 16. ca. ult. Primus omnium T. Liu. poeta fabulas docere Romę cœpit: poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum & ſexaginta.

LIVOR, oris, {Liuidore} (πελίωμα, ϛμώδιξ) color ex pallido nigreſcens, quē & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contuſis corporis partibus uidere eſt, cum fuſte, aliove corpore duro ictu illato, cædes ueluæ contuſæ ſanguinē ad extremam cutem diffundunt. Plin. lib. 20. cap. 22. Illinitur & liuoribus, ſugillatisq́; cum melle. Hinc liuorem contrahere, eſt nigreſcere, Colum. lib. 2. cap. 47. Quia hæc candidior eſt, oliua quàm ea, quæ contuſione, liuorem contrahit. Et quīa talis eſt color inuidorum, ideo Liuor accipitur pro inuidia. Lucan. li. 1. Liuor edax tibi cuncta negat.

LIX, licis, {Cenere} (κόνις) dicitur cinis, in quem materiæ rediguntur, quum fuerint exuſtæ. Plin. lib 36. cap. 27. citat Varronem dicentem, Lix cinis eſt foci. Hinc fit Lixiuium: de quo infra.

LIXABVNDVS, dicitur, qui exiguæ mercedis gratia inluſtmis ſeſe obſequijs immiſcet: Tractum a lixarum conſuetudine, qui utiliſſima quæq; in exercitu munia obibant. Plaut. qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

LIXÆ, arum, (ἐνλιαφόροι) dicti ſunt, inquit Sipontinus, qui uilioris quęſtus gratia exercitum ſequūtur, utputa lauandi, aut coquendi gratia: a cinere, qui Lix antiquis dicebatur, ut Varronis teſtimonio docet Plin. li. 36. ca. 17. Nonius tamē affirmat antiquos Lixam dixiſſe pro aqua: indeq́; Elixum dictum eſſe quod aqua coctum & mollitum eſſet: & Lixas qui militibus aquam ad caſtra, uel tētoria ſolent ferre. Silius lib. 1. Inutile Marti Lixarum uulgus. Scipio, apud Liuium, Actium Vmbrum appellat Semilixam, quaſi ſemimancipium, nomine ignominioſo. Varro Lixulas & Semilixulas uocabulo Sabino ſcribit dici circulos ex farina, caſeo, & aqua cōmiſtos, olim inter uiliora cibaria numeratos.

LIXIVIA, {Liſcia} (κονία) aqua, in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis. Colum. lib. 12. cap. 16. Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo, quod cremauerint, cinere lixiuiam faciant. Nonius Marcellus Lixiuium effert neutro genere. Lix (inquit) cinis dicitus, uel humor cineri miſtus. Nam etiam nunc id genus Lixiuium uocatur.

LIXO, as, {Alleſſare} (ἑψεῖν) aqua coquo: quod tamē apud ueteres non facile inuenies. Magis in uſu eſt compoſitum eius Elixo, quod eſt eiuſdem ſignificationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim fit a Lixo, ſed ab adiectiuo Prolixus, quod componitur ex Porro, & Laxus.

LIXVS, a, um, {Cotto à leſſo} (ἑψετὸς) quod aqua coctū eſt: à Lixa antiquo nomine, quo ueteres aquam ſignificabant, teſte Nonio. Frequentiore tamen in uſu eſt Elixus, quemadmodum Elixo uſitatius eſt, quàm Lixo.

LIXVS, (λίξος) colonia à Claudio Cæſare facta in Mauritania Tingitana, circa quam Poetarum fabulæ & Antæi regiam, & Heſperidū hortos collocarūt aurea mala ferentes, a dracone peruigili ſumma cura aſſeruata. Cui fabulæ occaſionem ſuppeditaſſe exiſtimat Plinius flexuoſum maris æſtuariū, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleaſtros ferens. Vide Pli. lib. 5. c. 1.

Eſt & Lixus amnis in eadem ora, cuius meminit ibidem Pli. et Pomp. Mela in fine ſui operis.

L ANTE O.

LOBÆ, (λόβαι) in milio Indico dicuntur culmi, ſiue comæ arundinaceę ſemen complectentes. Plin. lib. 18. ca. 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam eſt inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineū culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem, prægrandibus culmis, (Lobas uocant) omnium frugum fertiliſſimum.

LOBRINIMONTES, (λόβρινα ὄρη) in Phrygia ſunt, unde Rhea Lobrina. Scholiaſtes Nicandri.

LOBVS, bi, (λοβός) ima auricula: ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, propterea quod eā apprehendamus quempiam admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quędam ueluti ſegmenta, uentriculum circunquaque amplectentia, Lobi dicuntur, Nicander in Theriacis. [Greek] Vbi interpres Trapezam accipit ſummam ſolidam q́; hepatis partem ex qua lobi dependent.

LOCARIVM, {L'affitto} (οἰκίου μισθὸς) pretium, quod pro taberna ſtabuloue perſoluitur, ut in eo quis ſe locare, hoc eſt, collocare poſſit. Auctor Varro lib. 4. de Lingua Latina.

LOCATIO, onis, uerbale, {Locatione, il dare affitto} (ἀπομίσθωσις) relatiuum eſt Conductionis, proprieq́; eius eſt, qui pretium accipit. Cice. ad Attic. lib. 4. Diſturbata porticua Catuli, quę ex S. C. COS S. locatione reficiebatur, et ad tectū pene peruenerat. Inducere locationem, eſt irritam facere locationem, tabulaſq́; de locatione confectas interlinire, aut diſcerpere. Cic. ad Att. lib. 1. Aſiani, qui de cenſoribus conduxerūt: queſti in Senatu ſe cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe, ut induceretur locatio poſtulauerunt.

LOCATOR, oris, {Colui che da affitto} proprie dicitur is, qui rem aliquam prętio utēdam dat. ut, Locator prædij, uel ędium dicitur is, qui pro prædij ædiūue uſu conductori conceſſo pretium accipit. Interdum tamen Locator, is, dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem conſtituit. Budæus: Quāquā Locator, ſit plerunque qui pretium accipit, & Conductor qui dat: ut ſit Locator dominus, Conductor inquilinus tamen nonnunquam uiceuerſa euenit, ut Locator pretium det, Conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. Romæ quoque Corfidium materteræ ſuæ maritum, funere locato reuixiſſe, & locatorem ab eo elatum.

LOCELLVS, li, (βαλάντιον) id eſt, crumenula, diminutiuum à loculis. Martial. lib. 14. Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli, Munus erit: nihil eſt ipſe locellus erit.

LOCITO, as, pen. co. (ἀπομισθοῦν, ἐκδιδόναι) frequentatiuum formatū a ſupino uerbi Loco a, in i, mutata. Terent. in Adelp. Agelli eſt hic ſub urbe paululū quod locitas foras: Huic demus, qui fruatur.

LOCO, as, {Collocare, porre, maritare affittare} (τάττω) pono, conſtituo. Liu. li. 1. Caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locat. Verg. 1. Aenei. Hic alta theatri Fundamenta locant alij. Interdum eſt reponere. Plaut. Aulul. Dū aulam domi locatam perquirit ablatam reperit. Interdum nuptui tradere, ἐκδοῦναι, συνοικίζειν, Terent. in Phorm. Quæſo quid ſi filiam ſuam unicam locaret? Pro eodem etiam dicimus, Locare filiam nuptum. Terent. in Phorm.

Vt potui, uirginem nuptum locaui huic adoleſcenti. Item, Locare in matrimonium. Pla. in Trinum. Vbi erit locata uirgo in matrimonium. Hinc Illocabilis (δυσέκδοτος) quæ ob inopiam aut deformitatem facile maritum inuenire nō poteſt. Pla. Aulu. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilē.

Interdum idem eſt quod pretio utendum do, μισθῶ, ἀπομισθῶ, ἐκδίδωμι.

In qua ſignificatione frequenter datiuum habet perſonæ, cui quid locatur, cū accuſatiuo rei quę locatur, et ablatiuo pretij: ut Aedes, quas in Palatio ampliſſimas habebas, centum te ſeſtertiis Matio locaſſe audio. Sæpe tamen pretium non exprimitur. Cic. in Vert. Menonis nobiliſſimi hominis uxoris fundus erat colono locatus. Locare alicui operam ſuam, (μισθαρνεῖν) eſt aliquid mercede faciendum ſuſcipere. Gellius lib. 5. cap. 2. Ob quærendum uictum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſe. Plau. Trinu. Nam operā meam tribus nummis ego locaui ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, (μισθοῦν) dicitur is, qui pro opere faciundo alteri mercedem cōſtituit Sulpitius Ciceroni: Curauimus, ut iidem Athenienſes in eodē loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Interdum Locare, idem eſt quod collocare, ſiue impendere: ut cum operam, pecuniamve bene aut male locatā dicimus. Plau. Moſt. Nec quicquam argenti locaui tam diu uſquam æque bene.

LOCANVS, fluuius eſt Locrorum in fronte Italię, quæ olim magna Gręcia dicebatur. Plin. lib. 3. cap. 10.

LOCHIAS, (λοχίας) promontorium eſt Aegypti non procul ab Alexandria & Pharo. Strabo lib. 17.

LOCI, (ἀδελφοί) in muliere dicuntur Vaſcula ſemen & maternum ſanguinem recipientia, inter ueſicam & inteſtinum rectum ſita, in duos diuiſa ſinus: unde et Locos plurali numero appellarunt. Alijs nominibus & Vterus dicitur, & Vulua. Quanquam inter hæc Plinius ita diſtinguit, ut Vulua brutorū animātium dicatur. Loci autem & Vterus ſolarum mulierum. Verba eius ſunt hęc li. 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præterq́; ueſicæ iunctus utriculus: unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animantibus uuluam. Loci item (τόποι) a Dialecticis appellantur ſedes argumentorum, ex quibus, ueluti ex promptuarijs quibuſdam petuntur argumenta. Cice. 3. de Orato. Ariſtoteles Locos (ſic enim appellat) quaſi argumentorum notas tradidit. Et paulo ante: Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

LOCOZVS, (λοκόζοι) urbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt, cognomento Locozij. Vide Stephanum.

LOCRI, orum, (λοκροί) Græciæ populi, Parnaſſum montem utrinque accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Criſſęum uſque ſinum pertingētes, medij inter Aetolos & Phocenſes, a grauitate odoris Ozolæ, & à ſitu Heſperij cognominantur: Qui uero Parnaſſum ad ortum accolūt, ad mare uſq; Euboicum extenſi, in duplici ſunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte Epicnemidij, illi uero ab Opunte urbe Opuntij cognominantur. Auctor Stra. lib. 9. Sunt & Locri in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciā antiqui appellarūt, oppidum incolentes eiuſdem nominis, ab ijs Locris, qui Aiacem Oileū ad Troiam ſequuti ſunt, conditum annotauit Seru. in illud Verg. 3. Aenei. Hic & Narycij poſuerunt mœnia Locri. Hi diſcriminis gratia Epizephyrij cognominantur, quod ſupra Zephyrium promontorium ſiti ſint.

LOCRIS, idis, (λοκρίς) Græciæ regio, utrinque Parnaſſo incumbens: cuius incolæ dicuntur Locri: de quibus paulo ante.

LOCVLAMENTA, orum (σηκοί) loca diſtincta, ſiue capſulę in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia ſeorſum nidificare ſeu habitare ſolent: & a loculis deduci uidetur. Colum. li. 8. ca. 8. Vel ſi non ita competit paxillis adactis tabulæ ſupponuntur, quę uel loculamenta quibus nidificent aues, uel fictilia colūbaria recipiant. Idem libro. 9. ca. 12. Crepitaculis, æreis aut teſtarum plerunque uulgo iacentium terreatur ingens iuuentus: atq; quę uel pauida quum repererit alueum maternum, & in eius aditu glomerata pependerit, uel ſtatim ſe ad proximam frondem contulerit protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perlinat intrinſecus prædictis herbis: deinde guttis mellis reſperſum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. Ponitur aliquando pro conceptaculo, ſiue theca rei alicuius. Vitruu. lib. 10. Super autē tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, incluſum in alterum loculamentum collocetur.

LOCVLATVS, a, um, {Che ha molti luoghi} (σηκωτὸς) quod habet diuerſos locos. Var. 3. de Re ruſt. ca. 17. Nam ut Pauſanias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habēt arculas, ubi diuerſi colores ſint, certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

LOCVLVS, li, diminutiuum a Locus, {Luoghetto, borſa, cataletto} (χωρίον) exiguus, & anguſtus locus. Plau. Mili. Sed in cella paululum erat loculi ſubdi ci. Aliquando Loculi (σηκοί) dicuntur loculamenta quædam ſeparata in piſcinis, orinthotrophiis, aliorumve animalium ſtabulis, in quibus unaquæque ſeorſum alitur. Varr. lib. 3. de Re ruſt ca. 17. Hortenſius familiaris noſter, quum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe eo ad uillam iui. Sæpe etiam Loculos (βαλάντιον) accipimus pro ſacculo, in quo pecunia ſeruatur. Mart. lib. 14. Hos niſi de flauis loculos implere moneta Non decet.

Interdum etiam Loculus (σορὸς) pro capſula ſeu conditorio, quo mortuorum reliquiæ conduntur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumq́; loculo in templo.

LOCVLOSVS, a, um, (σηκώδης) quod multos habet loculos, ſeu ſinus ſepto aliquo intermedio diſtinctos. Pli. li. 16. cap. 22. Sola differentia generum in putamine duro fragili'ue, & tenui ac craſſo, loculoſo, & ſimplici.

LOCVPLES, pen.cor. genitiuo Locupletis, pen. prod. {*Ricco. Pet. Per l'altrui imporuerir ſe' ricca e grande*} (πολυκτήμων, πλούσιος) diues, multa poſſidens: quaſi locorum plenus, hoc eſt, multos habens agros, ſeu poſſeſſiones. Plin. lib. 18. cap. 3. Cognomina etiam prima inde: Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerunt: Piſones à piſendo: hinc & Locupletes dicebant loci, id eſt, agri plenos.

Eſt autem hoc nomen omnis generis, ſecundum Priſci. tam in i, quam in e, ſiniens ablatiuum. Cic. Att. Nec moderatior, quàm ſylla, in pecuniis locupletiũ. Idem in Frument. In prouincia locupleti & referta. Hor. 2. Sermo. In locuplete domo. Neque ſolum pro diuite, & loca multa poſſidenti accipitur, uerumetiã pro firmo, certoq; & magnæ auctoritatis, indubitatæq; fidei homine. Vnde Locupletem auctorẽ, teſtẽ, tabellarium dicimus, (ἀξιόπιστον) de cuius fide merito nemo debeat ambigere. Cic. li. 3. Offic. Accedit eo teſtis locuples, Poſidonius. Et paulo poſt: Quorum quidem teſtem nõ mediocrem, ſed haud ſcio an grauiſſimum, Regulum nolite, quæſo, uituperare. Quẽ enim locupletiorẽ quærimus quàm principẽ pop. Rom: qui retinendi officij cauſa, cruciatum ſubierit ultro?

Locupleti antitheta ſunt egens, & Tenuis. Ci. 4. Verr. Nam locupletiſſimi cuiuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Idem pro Plancio. Egentes in locupletes armabantur. Locuples oratio, diues uerborum, & abundans. Cic. 3. de Orato. Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus: cuius mẽbra & pedes, ut ait idem, ſunt in omni locuplete oratione diffuſa. Locuples etiã aliquando per translationem ponitur pro inſtructo, & copioſo. Cice. 1. de Nat. Deo. Locupletior igitur hominum natura ad beate uiuendum, quàm Deorũ: q plurimis generibus fruitur uoluptatum.

LOCVPLETO, as, pe. prod. {*Arricchire*} (πλουτίζω) dito, locupletem reddo. Plaut. Viſus eſt paterna hęreditate locupletarier. Cic. Offic. Hiq; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacũque ratione. Huius compoſitum eſt Collocupleto, quod ſignificat ualde dito. Teren. in Heaut. Vbi nam eſt fides? dum ego propter te errãs patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti Antiphila te.

LOCVS, huius loci, & in plur. nu. Loci, orum, uel loca, orũ. {*Luogo. Pet. Com' huom ch'à muouer luogo è tempo aſpetta*} (τόπος) quicquid aliquid cõtinet, ſiue, ut ait Varr. 4. de Ling. Lati. ubi quicquam conſiſtit. Ver. 8. Aene. Hic locus urbis erit. Seru. Sulp. Cic. lib. 4. Epiſt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus ibiq; eum combuſſimus: poſteaq; curauimus ut ijdẽ Athenienſes in eodẽ loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Frequentiſſime etiam accipimus locum pro uice: ut cum dicimus, Loco patris te habeo, hoc eſt uice patris, & ea charitate te amplector, qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco. Mouere aliquem loco, eſt aliquem de loco ſuo, uel de dignitate depellere. Horat. li. 2. Epiſt. Audebit quæcunque parum ſplendoris habebũt, Verba mouere loco. Cice. ad Qu. Fratr. lib. 2. Exarſit dolor: urgere illi, ut nos loco mouerent. Accipitur etiam locus pro natalibus, uel conditione natiuitatis. Salluſt. Inter ſuos non obſcuro loco natus. In plurali numero indifferenter dicimus Loca, uel Locos, pro eo quod aliquid cõtinet. De neutro genere ubique plurima occurrunt exempla. Maſculino genere uſus eſt Ver. 6. Aen. Deuenere locos lætos. Gel. lib. 6. cap. 6. eodem in loco utroque genere uſus eſt. Nam quo niam non ipſę tantum aues, quæ proſperius præuolant, ſed etiam loci, quos capiunt, quòd idonei felicesq; ſunt, præpetes appellãtur: ideo eo Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Frequentius tamen Locos (τόπους) accipimus pro ſedibus argumentorum, ex quibus, uelutí ex promptuarijs quibuſdam, petuntur argumẽta. Loci ẽt in mulieribus dicuntur uaſcula ſemen recipientia, in quibus (ut ait Varro) naſcẽdi initia conſiſtunt. Pli. li. 11. ca. 37. Fœminis eadẽ omnia, præterq; ueſicę iunctus utriculus. Vnde dictus Vterus, quod alio nomine Locos appellãt, hoc in reliquis animalibus Vuluam tantum dicimus. Colu. tamen li. 6. c. 37. equarum etiam genitalia uocat Locos. Quod ſi (inquit) admiſſarius iners eſt in Venerẽ odore perfricatur deterſis ſpongia fœminæ locis, et admota equi naribus. Idem etiam lib. 8. cap. 11. pauonum Loca appellat, in quibus oua naſcuntur. Sæpiusq; (inquit) digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt oua. E loco inferiore agere, eſt ad iudices: De ſuperiore loco agere, eſt pro roſtris. Ex æquo loco agere, eſt in Senatu: ut etiam annotauit Budæus. Ci. 3. de Orato. Nã ſiue de cœli natura loquitur, ſiue de terra, ſiue de diuina ui, ſiue de humana, ſiue ex inferiori loco, ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore. Priore loco cauſam dicere, eſt ante defẽdere, quam quis accuſatus ſit. Ci. pro Quint. ut ipſe cauſam capitis, ſi ſponſionẽ feciſſet, priore loco diceret. Poſteriore uero loco dicere, eſt defenſorem eſſe, & pro reo dicere. Ibidem: quoniã maiores ita conſtituerunt, ut qui pro capite diceret, is poſteriore loco cauſam diceret. Secundo loco, à Cice. ad Len. pro præterea ponitur: Facile, inquit, ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum, &c. Pulchrè etiam dicitur, Si in iſto eſſem loco, pro eo quod eo, ſi meum eſſet negotium, ſi mea res ageretur. Plaut. in Bacch. Verum, ut ego opinor, ſi ego in iſtoc, ſiẽ loco, Dem potius aurum, quàm illum corrumpi ſinã.

Ponitur aliquando Locus pro ſtatu. Terent. in Adelph. Peiore res loco non poteſt eſſe, quã in quo nunc ſita eſt. Ci. ad Brutum: Noſtræ res meliore loco uidebantur, id eſt, ſtatu, & fortuna. In loco res poſita dicitur, quæ recte, digneq; poſita, ſiue collocata eſt. Cic. 7. Verr. Recte collocata, & iudicio populi in loco poſita eſſe uideatur. Ponitur interdum Locus, pro æſtimatione, amore, gratiaq;. Cice. in Philippi. Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti? quo numero fuiſti? Eſſe magno loco apud regem, dixit Cice. in Epiſt. Cæſar. 1. Commen. Qui ſi iuuiſſent, eodem ſe eos loco, quo Heluetios, habiturum. Ponere in loco male dicti, & contumeliæ, eſt quod barbari dicunt, capere ad malum & ad iniuriam.

Cice. in Piſo. Tu'ne etiam auſus, meum diſceſſum in male dicti & contumeliæ loco ponere? Tenere principem locum eſt, maximo eſſe in pretio, & auctoritate, primumq; dignitatis gradum obtinere. Cic. pro Plan. Qui in mea ſalute principem ſemper locum auctoritatemq; tenuiſtis. Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρός. Cice. de Offic. Locum autem actionis, opportunitatẽ tẽporis eſſe dicunt. Loco aliquid quærere, eſt quærere, quando res expoſtulat. Cic. in Partit. loco tu quidem quæris, ſed plenius, &c. In loco, id eſt, opportune. Terent. in Heauton. In loco ego uero laudo. Cicer. ante quàm iret, in exilium: Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. Loco dicere, eſt aliquem rogatum ſententiam dicere. Cic. 3. de Legibus. Vt loco dicat, id eſt, rogatus: ut modo, ne ſit infinitus. Locus nõ eſt bonitati: id eſt, bonitas non eſt in pretio. Ci. 3 de Finib. Quod ni ita ſe haberet, ne iuſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus. Locum alicui dare, eſt ipſum admittere, & recipere. Cicer. de Orato. Hæc turba & barbaria forenſis dat locum uel uitioſiſſimis oratoribus. Aliquando Locus ponitur pro tempore, uel ſpatio. Terent. in Heaut. Nam & cognoſcendi, et ignoſcendi dabitur peccati locus. Locus preci nõ eſt relictus, hoc eſt, precibus amplius flecti non poteſt. Terent. in And. Nihil eſt preci loci relictum. Locus etiam in ſcriptoribus dicitur, quæuis operis particula. Terent. in Prologo Adelph. Eum Plautus locum Reliquit integrum: eum hic locum ſumpſit ſibi in Adelphos.

LOCVSTA, æ, f. {*Cauaietta*} (ἀκρίς) inſecti genus eſt, infirmas habens alas, tam modicis ſe uolatibus a terra attollẽs, ut ſaltare potius uideatur quam uolare. In Africa & Syria maiore corpore naſcuntur, firmioribusq; alis: tanta autẽ copia, ut herbas, meſſesq; omnes aut erodãt, aut tactu adurant. Quin etiam & maria tranſuolare dicuntur, & abſumptis domeſticis omnibus, externa pabula quærere non ſine infauſto præſagio eorum, ad quos penetrarint. In India monſtroſæ magnitudinis naſci traduntur, ut interdũ trium pedum longitudinẽ excedãt: ex quorum femoribus & cruribus, cum inaruerint, ſerræ ſolent confici. Vide plura de his apud Pli. lib. 11. ca. 29. Locuſta quoque uenefica fuit Neroni grata ex Gallis euocata: cuius opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio ſuſtulerunt. ut eſt uidere apud Tacitum li. 11. & 12. Iuue. Sat. 5. Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas per famam & populũ nigros efferre maritos. Huius Locuſtæ meminit & Dion Caſſius, his uerbis. Λοκούσταν τινὰ φαρμακίδα περιβόητον ὑπ' αὐτῆς μετεπέμψατο, καὶ φαρμάκου τι ἀφύκτου προκατασκευάσασα ... τῶν καλουμένων μυκήτων ἐμέβαλε, καὶ αὐτὸ ... τῶν ἄλλων ... Locuſta etiam piſcis eſt ex genere cruſtatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina lõga et aſpera habet: dictus a ſimilitudine terreſtris.

Plin. lib. 9. cap. 30. Locuſtę fragili cruſta muniuntur in eo genere, quod caret ſanguine. Latent menſibus quinis: & ueris principio ſenectutem exuunt anguium more renouatione tergorum. Cætera in aquis natant: locuſtæ reptantiũ modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ ſunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis in pauore, in latera procedunt. Cornibus inter ſe dimicant. Vnum hoc animal, niſi uiuum feruenti aquæ incoctum, fluida carne non habet callum.

LOCVTIO, onis, {*Il parlare, ragionamento*} (φράσις) ſermo uel ipſe loquendi actus. Cice. 1. Off. Riſus, locutio, reticentia, uocis ſubmiſſio. Idem 3. de Orat. Quanquam omnis locutio oratorio eſt: tamen unius Oratoris locutio hoc proprie ſignata nomine eſt.

LOCVTOR, ſeu Loquutor, (λάλος) qui nimium loquitur. Gell. Qui ſunt leues & futiles & importuni locutores.

LOCVTVLEII, (ὑψορήμονες) ſunt homines in uerba proiecti, quos & blaterones, & linguaces dicimus, quorum lingua tam prodiga infrenisq; eſt, ut teterrima quadam colluuione uerborum fluat ſemper & æſtuet. Gellius lib. 1. cap. 5.

LODIX, cis, pe. prod. {*Coltre*} (στρῶμα) lecti operimentum. Iuue. Saty. 6. Zelotypus ... modo ſuo lodice relictus Vteris in turba. Huius diminutiuum eſt Lodicula, lodiculę. Sueto. in Auguſt: Ita ut in extremis ſpatijs ſubſultim decurreret feſticulo, uel lodicula inuolutus.

LOEDORIA, (λοιδορία) cũ accentu in penultima, a Græcis dicitur mordax conuicium: differtq; à Scommate, quod hoc ſit mordacitas quadam urbanitate & loco adumbrata. Lœdoria uero apertum, amarulẽtumq; eſt conuicium nulla urbanitatis ſpecie uelatum. Vide Macr. in Satur.

LOEMIVS, (λοίμιος), Apollinis cognomen, quod ei Lyndij impoſuerunt ob malorum expulſionem, finita peſtilentia. Nam peſtem Græci λοιμὸν appellant.

LOGARION, (λογάριον) apud Vlpianum l. 3. de Pœnu. legat. accipitur pro leuioribus minutionibusq; rationibus, quales ijs de rebus, quæ quotidie in uſũ familiæ erogantur, in aduerſarijs ſolent conſcribi. Verba Vlpiani ſunt hæc Sed & chartas ad rationculam, uel ad logarion paratas, contineri appellatione penoris.

LOGEVM, pe. prod. (λογεῖον) pulpitum in ſcena, in quo chorus Tragœdiarũ & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, exteriq; perſonam nõ habentes, fabulæ ſubſeruiebant. Vtitur hac uoce Vitruuius.

LOGICA, cæ, & Logice, ces, {*Loica. Boc. La donna che loica non hauea*} (λογική) ars differendi, uerumq; inquirendi, quæ & Dialectica dicitur. Nonnulli Græcæ uocis etymon reddentes, Rationalem Philoſophiæ partem appellant. Cicero 1. de Finib. Iam in altera philoſophiæ parte quæ eſt quærendi ac diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur, iſte ueſter, ut mihi quidẽ uidetur, plane inermis ac nudus eſt. Ibidem. Totaq; eſt logice, quam rationem diſſerendi uoco. Boethius in Cõ. Top. Hæc eſt (inquit) diſciplina quaſi diſſerendi quædam magiſtra, quam Logicen ueteres Peripatetici appellarunt continens in ſe inueniendi iudicandiq; peritiam. Logica, orum, neutr. gene. plur. num. Cicer. 4. Tuſculan. Habes ea, quę de perturbationibus enucleate diſputant Stoici, quæ logica appellãt, quia diſſeruntur ſubtilius.

LOGION, pe. cor. (λόγιον) Græci oraculum appellant, præſertim ſoluta oratione editum. Nam quod carmine reſpondebatur, χρησμὸν potius nominant: ut poſt Suidam annotauit Cæl. Rhod. lib 7. cap. 6.

LOGISTÆ, (λογισταί) ſupputatores, ſiue æſtimatores dicuntur: ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod eſt rationes ſubducere, æſtimare, ſeu rem aliquam diligenter expendere. Athenis Logiſtæ magiſtratus erant: quorum munus erat expendere, quę in magiſtratu quiſque geſſiſſet. Ariſtophanis tamen interpres Logiſtas eoſdem fuiſſe exiſtimat cum Agoranomis, quorum munus idem fere erat cum eorum officio, qui Romæ Aediles dicebantur.

LOGISTERIVM, (λογιστήριον) locus, in quo exercitus recenſetur, militiq; ſtipendium penditur. Iulius Pollux inter Athenienſium dicaſteria numerat & Logiſterium: interpretaturq; locum fuiſſe, in quo Logiſtę conſidere & muneri ſuo uacare conſueuerunt.

LOGISTICA, es, (λογιστική) ars ſuputãdi, quã uulgus Abacum uocat: ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod eſt, ſupputare & calculum ſubducere.

LOGISTORICVS, liber fuit Varron. ſerm. & dictorum inſignium narrationem

tionem continens. Gell.lib.4.cap.29. M. Varro in logiſtorico ſcripſit, &c. Macr.li.3.Satur. Varro in logiſtorico, qui inſcribitur Marius de Fortuna.

LOGODÆDALVS,(λογοδαίδαλος)qui inanem verborum ornatum, nõ rerum pondus ſequitur: ſiue qui captioſa, arteq́; compoſita oratione alium in fraudem conatur inducere. Cicero in Oratore. Hæc tractaſſe Thraſymacum Chalcidonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam Theodorum inde Byzantium multosq́; alios, quos(λογοδαιδάλους)appellat in Phędro Socrates

LOGOS,{*Ragionamento, parola, ragionare*}(λόγος)apud Græcos modo ſermonem ſignificat, modo uerbum, modo rationem. Hiero. ad Paulinum: Logos Græce multa ſignificat: nã & uerbum eſt, & ratio, & ſupputatio, et cauſa uniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingula, quæ ſubſiſtunt. Auguſt. contra hæreſes: Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, ſcripſit librum, qui λόγος τέλειος appellatur, id eſt, uerbum perfectum λόγων, item Græci uocant operis tomos, ſiue ſectiones, quos & Libros Latine appellamus: Habet & alia ſignificata apud Græcos, quæ ad noſtrum inſtitutum nihil pertinent Hoc tamen hic prætereundum nõ fuit, Logos etiam à Latinis ſcriptoribus uſurpari, pro uerbis futilibus, & ad nihil prorſus conducentibus. Cice. Gallo: Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe. Terent. in Phorm. Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchre dices. D. logi, id eſt, ridicula dicta, & uerba inutilia. A Logos fiũt, Catalogus, Epilogus, Dialogus, Elogium, Analogia, Logica, & propẽ infinita alia.

LOGOGRAPHI, pen. cor. (λογογράφοι) teſte Suida, dicuntur, qui acta iudicialia excipiunt. Cuius ſententiæ ſubſcribit & Ammonius περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: cuius hæc ſunt uerba: λογογράφος ἐστὶν, ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων. Demoſthenes tamen & Aeſchines uocem hanc in deteriorem partẽ fere uſurpant, magniq́; conuicij loco ſeſe mutuo λογογράφων appellant.

LOLIGO, pen. prod. loliginis, {*Peſce calamaro*}(τευθὶς Theodoro)piſcis genus, a uolatu dictum, teſte Varrone. Nam(ut ex Trebij Nigri ſententia ſcribit Plin.li.32.ca.2.)tanta interdum multitudine è mari euolant loligines ut nauigia demergant. Coeunt linguis, quemadmodum & ſepiæ, componentes inter ſe brachia, & in contrarium nantes. pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ ſimilitudine Calamarium appellant. Habet enim duo oſſicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perſpicui, pellucidiq́; imaginem refert. Ad hæc, cruorem habet nigrum atramenti ſimilitudine. Vnde Succũ loliginis pro liuore hominis parum candidi poſuit Hora. 1. Serm. Saty. 4. Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt Aerugo mera. Vbi Porphyrio: Ex loliginis ſucco liuorem mentis uult intelligi: ex erugine uenenũ. Prima huius dictionis ſyllaba ſemper producitur, idq́; contra naturam primitiui Volo, quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato, l, ſcribunt Lolligo. Huius diminutiuum eſt Loliguncula, τευθίδιον. Plaut. in Caſi. Emito ſepiolas lepidas, loliguncũlas, &c.

LOLIVM, lij, {*Loglia. Dan. De la mala cultura quando loglio*}(αἶρα, ζιζάνιον) herba eſt hordeo ſimilis, (cuius etiam uitium eſſe putatur) in ſegetibus naſcens. Gallis yuraa ab inebriando dicitur. Verg. 1. Georg. Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Plin.li.18.ca.17. Nam lolium & tribulos, & carduos, lappasq́; non minus, quã rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Lolio uictitare dicuntur, qui uiſu ſunt imbecillo: nocet enim oculis lolium, propter uapores acres, quos in cerebrum attollit. Ouid. 2. Faſt. Et careant loliis oculis uitiantibus agri. Hinc Loliaceus, a, um, (αἰρινος) quod ex lolio eſt: ut, Farina loliacea. Item Loliarius, a, um, ut Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur, Colum lib.8.ca.5. Cribro uiciario uel loliario, qui iam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur.

LOLIVS,(τευθὶς)genus piſcis admodum parui, & facie a loligine diſſidens. Vide Hermolaum in Plinium.

LOMENTVM, ti, (ἔρεγμὸς) farina fabacea, qua ad erugãda corpora uſa eſt antiquitas. Mart. lib. 3. Lomento rugas uteri quod condere tentas. Eſt item Lomentum coloris quoddã genus, quod in uſum pictorum ex cæruleo confici ſolet. Plin. lib. 33. cap. ult. Ex cæruleo fit, quod uocatur Lomentum: perficitur in lauando terendove: & hoc eſt cæruleo cãdidius. Et paulo poſt: Eſt & ſubtiliſſimum genus lomenti (quidam Tritum uocant) quinis aſſibus æſtimatum. Poſtremum hoc genus à Græcis proprie λεῖομα appellatur.

LONCHITIS,(λογχῖτις)herba eſt in locis ſitientibus naſcens, folijs porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, perſonis comicis ſimiles, paruam exerentes linguam: ſemen uero inuolucris clauſum, triangulum & lanceę ſimile, unde ſibi nomen uendicauit. Vulgus in Gallia Nigros capettos appellat. Non eſſe autem eandem cum Xiphio, ſeu Phaſgano (ut hactenus a Dictionarij huius concinnatoribus perperam creditum eſt) apertiſſime docet Pli. li. 25. cap. 11.

LONDINIVM,(Λονδίνιον)Ptolemæo lib.2.ca.3.(ſiue, ut alijs placet, Londinum Britanniæ inſulæ Metropolis.

LONGÆVVS, a, um, {*Vecchio, attempato, di longa età*}(πολυέτης, μακρόβιος) annoſus, ſenex, quaſi longi æui. Verg. 6. Aene. Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniux Educet ſyluis, regem, regumq́; parentem. Idem 3. Aen. Surge age, & hæc letus longæuo dicta parenti Haud dubitanda refer. Cicero in Catone: O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non uiderit. Hinc Longæuitas, (μακροβιότης, πολυετία) annoſitas, ſenectus.

LONGANIMIS, longanime, pen. cor. {*Patiente d'animo, che tolera i caſi della fortuna*}(μακρόθυμος)qui eſt perſeuerantis animi, ęquanimiter tolerãs quicquid ſibi acciderit: à quo Longanimitas, (μακροθυμία) pro tolerantia. Hieron. Longanimitas, quæ alibi ſuſtentatio dicitur, a patientia differt.

LONGANO, onis, (ἀπευθυσμένον, ἔντερον) à quibuſdam appellatur inteſtinũ rectum, a craſſo inteſtino, quod κῶλον appellant, ad ſedem uſque porrectum, ſpinę è directo incumbens. Ratio nominis inde tracta eſt, quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cætera inteſtina. Apicius Longanones porcinos ex rure Tarentino, fartos cunctos in cinere pullorum.

LONGE, {*Di lungi*}(πόῤῥω, μακράν) aduerbium idem ſignificans quod procul, ſiue longo interuallo: & modo de loci ſpatio dicitur. Cicer. pro Flacc. Non longe a gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur. Ibidem. Longe omnino à Tyberi ad Caicum. Modo de temporis interuallo. Cic. pro Sylla: Tempus muneris dandi longe abeſt. Idem de Claris Orato. Varro uitam Næuij producit longius. Longe, lateq́; (διεσπαρμένως) ut eſt multis uariiſq; in locis. Cicer. pro Lege Manlia: Tantum bellum, tam diuturnum, tam lõge lateq́; diſperſum. Interdum ſignificat ualde. Salluſt. Longe mihi alia mens eſt. Interdum accipitur pro multo, iungiturq́; comparatiuo aut ſuperlatiuo, μακρῷ. Cice. de Clar. Orat. Vir longe poſt natos homines improbiſſimus. Accipitur etiam Longe aliquando pro eo quod barbari dicunt, à Longe. Sic Ver. 2. Georg. dixit, Litora longe reſonantia. Ita etiam fere accipitur apud Plau. in Trucu. Ne iſta ſtimulum longe habet, quæ uſque illinc. Cor pungit meum. hoc eſt, habet ſtimulum longum, uel à longe protenſum. Longe proſpicere futuros caſus, eſt eos longe ante uidere, quam eueniant. Cice. de Amic. Vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reipu. Hinc Longule diminutiuum. Plau. in Ruden. Haud longule ex hoc loco. Longe gentium, ſignificat longe: ſicut, Nuſquam gentium, nuſquam locorum, idem ſignificant, quod omnino nuſquam. Cic. Att. lib. 6. Tu autem abes longe gentium.

LONGIMANVS, ni, (μακρόχειρ) cognomen fuit Artaxerxis Perſarum regis, inde impoſitum quod alteram manum haberet longiorem.

LONGINQVVS, a, um, {*Lontano, ſtraniero*}(ἀπόπτερος, μακρός) quod eſt remotum, diſtans. Cic. Marcello: Non dubito, quid præſentes cenſeãt, nos quidẽ longinqui, & alte ipſo miſſi in ultimas gentes. Aliquando ſignificat quod in longum tenditur. Claudianus: Sic qui uecturus longinqua per æqua merces Molitur tellure ratem. Aliquando ponitur pro externo & peregrino, ἀλλοδαπός. Ouid. de Triſt. Sic mea longinquus uiſcera piſcis edet. E longinquo, & E præſenti opponuntur. Plin. lib. 7. cap. 51. Reperimus inter exempla Clazomenij animã relicto corpore errare ſolitam, uagamq́; è longinquo multa annuntiare, quæ niſi a præſenti noſci non poſſent. E a longinquo ueniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. Pli. lib. 10. cap. 42. Minor nobilitas, quia non ex longinquo uenit, &c. Ponitur aliquando pro diuturno. Liu. lib. 1. ab urb. Donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. Aliquando pro longo. Plau. in Milite. Vitam longinquam darent. Nonnunquam pro ſero ſiue lento. Plaut. Merca. Longinquum amanti iſtud. Longinquus ſermo opponitur breui. Plau. in Mil. Breui 'n'an longinquo ſermone? Longinquum loqui id eſt, diutius, & quod barbari dicunt, tenere longum proceſſum. Plau. in Merca. Oratione odioſa eſt, quum rẽ agas, longinquum loqui. Et quidem ad capita rerum peruenias. Hinc Longinquitas, (διάστημα) ipſa locorum diſtantia. Cicer. ad Cæl. lib. 2. Propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. Aliquando pro diuturnitate. Cice. 1. de Fini. bono. & malo. Qui autem uoluptate uitam effici beatam putabit: qui ſibi is conueniet, ſi negabit uoluptatem creſcere longinquitate?

LONGIPES, longipedis, om. ge. {*Longo di piedi*}(μακροσκελής) longos pedes, ſiue longa crura, habens. Pli. lib. 30. cap. 4. Bupreſtis animal eſt rarũ in Italia, ſimillimum ſcarabęo longipedi, hoc eſt, longos pedes habenti.

LONGISCO, is, (ἐκτείνομαι) longus fio. Ennius: Neque corpora firma longiſcunt quicquam. Nonius.

LONGITVDO, inis, {*Longhezza*}(μακρότης, μῆκος) prolixitas. Cicer. 9. Philip. Non longitudo itineris, non aſperitas uiarum, non morbus ingraueſcẽs retardauit. Accipitur nonnunquam pro longo temporis ſpatio. Cicer. 7. Verr. Noctis longitudo ſtupris & flagitijs conterebatur.

LONGIVSCVLVS, ſcula, ſculum diminutiuum, a comparatiuo Longior, ſiue Longius, idem ualens quod paulo longior. Cic. pro Archia: Quod Epigrãma in eum feciſſet tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. Pli. lib. 10. c. 36. Fœminis paſſeribus longiuſculum ſpatium.

LONGOBARDI, populi Ciſalpinæ Galliæ, à Germanis oriundi, & a barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano ultimisq́; Germaniæ oris, Albuino duce Italiam ingreſſi, breui omnes pene citerioris Galliæ urbes cepere: Ibi quũ ducentis annis regnaſſent, à Carolo Magno ſuperati fuerunt. Alij arbitrantur Longobardorum gentem ex Lingonibus, & Bardis, hoc eſt, Gallis, coaluiſſe: quemadmodum Celtiberi ex celtis Galliæ populis et iberis creduntur commiſti: ideoq́; Lingobardos potius appellandos putant.

LONGVLVS, a, um, diminutiuum à Longus: ut, Longulum iter. Ci. ad Atti. lib. 16. Itaque eo die manſi Aquini. longulum ſane iter, & uia inepta.

LONGVRIO, onis, (προμήκης, ὑψηλός, ὑψίμηκης) longus homo, & Procerus, a perticæ, quam Longurium uocant, ſimilitudine dictus. Varr. Hic qui ante me eſt, neſcio quis longurio. Antiquum eſt.

LONGVRIVS, rij, {*Pertica. Arioſt. Di che hauea ſatt'una pertica longa*}(κάμαξ, δόλων) pertica longior, quæ ſepibus hortorum, uel etiã bellicis trãſc. ſolebat ad eas confirmandas. Varro. de R. e ruſ. lib. 1. ca. 14. Secunda ſepes ex agreſti ligno, ſed non uiuit. Fit autẽ palis ſtatutis crebris, ac uirgultis implicitis: aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demiſſis in terram, deinceps conſtitutis. Cæſar. lib. 4. Bell. Gal. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longurijs, cratibusq́; conſternebantur.

LONGVS, ga, gum, {*Longo*}(μακρός) proprie(inquit Nonius) idem eſt, quod per planum porrectus. Verg. 3. Georg. Tum longo nullus lateri modus. Nonnunquam idem quod in altum erectus. hoc eſt procerus. Verg. 9. Aeneid. Stant longis adnixi haſtis, ſcuta t. nentes. Plaut. Trin. Qua facie eſt homo? S. Seſquipede quidem eſt, quàm tu, longior. Longus pedes ſeptem. Plinius. In hoc coeli circumplexu æquinoctij die media, umbilicus, quẽ gnomonẽ uocant, ſeptẽ pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor. Colum. In morem horti areas latas pedum denum, longas pedũ quinquaginta facito. Per tranſlationẽ ponitur quandoque pro diutinno. Verg. lib. 3. Aenei. Et longum Andromache teſtantur amorem. Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuſo. Plaut. in Trin. Longo ſermone utimur. Cic. lib. 1. de Natu. Deo. Sed nolo eſſe longior. Longum eſt, id eſt, eſt multi temporis. Cice. 3. Ver. Longum eſt dicere, quam improbe fecerit. Quandoque pro magno: unde Longiores dies, maiores dicimus. Quandoque pro pernicioſo. Verg. lib. 1. Aeneid. Necnon & uario noctem ſermone trahebat Infelix Dido, longũq́; bibebat amorem. Longa dies, pro longo tempore. Iuuen. Saty. 10. Longa dies igitur quid contulit? Ne longum faciam: id eſt, ut breuiter dicam. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 3. In longum ducere. Verg. 9. Eclog. Cauſando noſtros in longum ducis amores. Longum, (μακρὰν) aduerbialiter, quod ſignificat longo tempore. Martialis: Vtq́; tuis longum dominusq́; puerq́; fruantur Muneri

bus. Verg. 3. Eclog. Et longum formoſe uale, uale inquit Iola. A Longus fiunt compoſita Oblongus, & prælõgus, (ἐπιμήκης, προμήκης) de quibus ſuis locis.

LOPADVSA, (Λοπαδοῦσσα) inſula eſt inter Siciliã & Libyã, è regione Thapſi: cuius meminit Strab. lib. ult.

LOPAS, adis, (λοπάς) genus conchæ marinæ. Plau. in Medico paraſito: Addite lopades, echinos, oſtreas. Dictæ Lopades à uaſis culinarij genere, qđ Græci (λοπάδα, uel λοπάδιον) appellant. Bayſius ſartaginem interpretatur. Eſt & Lopas, ſiue Lope, ueſtimenti genus: in qua ſignificatione priorem ſyllabã producit, cum apud Græcos ſcribatur per ω.

LOQVACITAS, atis, πολυλογία, στωμυλολογία) multiloquium, inanis & immodica garrulitas. Ci. Torquato: Facit autem non loquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. Idem ad Atticum lib. 7. Loquacitati ignoſces, quę & me leuat ad te quidem ſcribentem, & elicit tuas literas.

LOQVACITO, as, {Parlar molto} (στωμυλολογῶ) multum loquor. Hierony. Si quando mulierculæ de diuitijs proprijs, de filijs, de ueſtibus, de mundi uanitatibus garrulando loquacitent, ut moris eſt eis, frangãtur. Vox noua eſt, quam apud ueteres non facile inuenias.

LOQVAX, cis. {Cianciator, che parla molto} (λάλος, στωμυλόλογος) uerboſus, garrulus. Cicer. pro Cluent. Præterea ſeruum illum Nicoſtratum, quem nimium loquacem fuiſſe, ac nimium domino fidelem &c. Hinc corui & aliæ aues, quæ humanam uocem imitantur, loquaces dicuntur. Hinc comparatiuum Loquacior, (λαλίστερος) & ſuperlatiuum loquaciſſimus. λαλίστατος. Ci. de Senect. Et ſenectus eſt natura loquacior. Idem pro Flacc. Repente homo loquaciſſimus obmutuit. Hinc loquaciter aduerbium. Cicer. pro Muræ. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille?

LOQVELA, læ. (λαλιά) ſermo, quem loquendo proferimus. Catullus: Verboſa gaudet Venus loquela.

LOQVENTIA, tiæ, & loquium, quamuis a loquor deducantur, non tamẽ eis utimur, niſi in compoſitione: ut breuiloquentia, Breuiloquium. Multiloquentia Multiloquium: Magniloquentia, Magniloquium. Similiter Magniloquus, Multiloquus, Stultiloquus, Blandiloquus, & huiuſmodi, quæ habent penu. cor. Valerius Probus tamen teſte Gellio lib. 1. ca. 1. affirmat Salluſtium Loquentiã uſurpaſſe pro loquacitate. Sic enim legit: Satis loquentiæ ſapientiæ parum. Vbi tamen uulgo legitur, Satis eloquentiæ.

LOQVITOR, aris, {Cianciare, parlar molto} (πολυλογεῖν) garrio, multum loquor uerba multa inaniter profundo: Pla. in Bac. Eho tu loquitatus'ne es gnato meo male? Vſus eſt hoc uerbo Apuleius in Floridis.

LOQVOR, loqueris. {Parlare, ragionare} (λαλέω, φθέγγομαι) locutus per c, ſecundum Priſcianum, ſiue Loquutus per q, proprie ſignificat, uerba qualiacunq; proferro. Differunt autem Loqui & Dicere, quod loqui ſit a natura, Dicere eleganter & facunde. Quanquam Loqui aliquando pro dicere poſitum inuenitur. Pla. in Menæch. Quos tu paraſitos loquere? ibidem, Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen. Loqui ad uoluntatem, apud Ciceronem in Paradox. eſt, quod lubet, dicere. Loqui ad uoluptatem, eſt ſermone ſuo uoluptatẽ audientibus afferre. Cicero pro Quintio: Fatetur ſe non dicere, non ad uoluptatem loqui poſſe. Loqui lapides, eſt ea loqui quę ſic audientis mentem obtundant, offendũt, ut ſi lapidibus illius caput ferires. Plaut. in Aulul. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror: Lapides loqueris. Loquuntur hoc palam. Cicer. 5. Verr. Hoc quum palam Decumani tota prouincia loquerentur. Loquũtur uulgo, id eſt, uulgi in ore uerſatur. Ci. 7. Verr. Quum uulgo loquerentur, ſuppoſitũ in eius locum, &c. Loquuntur annales hiſtoriæ, hoc eſt, referunt, commemorant. Loquitur res ipſa, hoc eſt, apertiſſima eſt, & ſermone non eget. Loquitur fama, hoc eſt, homines famam ſecuti loquuntur. Dare aliquem loquendum chartis, dixit Mart. lib. 5. Quem chartis, famæq; damus, populoq; loquendum. Locutus, ſiue Loquutus, participium. Hora. li. 1. Epiſt. 7. Vt uentum ad cœnã eſt, dicenda tacenda locutus, Tandem dormitum dimittitur. Verg. 1. Aene. Sic ore locuta eſt. Locutio, ſiue Loquutio, loquutionis, ſermo. Cicero in Ora. Quanquam enim omnis locutio oratio eſt tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Compoſita uerbi Loquor ſunt, Alloquor, Colloquor, Circũloquor, Deloquor, Eloquor, Interloquor, Obloquor, Præloquor: & perloquor: quorũ ſignificata partim ſupra explicuimus partim infra ſuis locis exequemur.

LORA, æ, ſiue Lorea, genus potionis eſt, quam Græci δευτερίαν appellãt, quaſi ſecundariam: uelut apud nos tertiaria per uini caritatem: nam δεύτερος apud Græcos ſecundum dicitur. Plin. lib. 14. ca. 10. Non poſſunt iure dici uina, quę Græci δευτερίας appellant, Cato, & nos Loram, maceratis aqua uinaceis quæ inter uina operaria numerentur. Tria eorum genera. Primum decima parte aqua addita, quæ muſti expreſſa ſit, & ita nocte & die madefactis uinaceis rurſusq; prelo ſubiectis. Alterum, tertia parte eius, quod expreſſum ſit, addita aquę expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus uini expreſſum, quod Fęcatum Cato appellat. Varro de uita popu. Roma. Antiquę mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora, quaſi lota, quod fiat ea uinaceis aqua dilutis. Vide Varrone de Re ruſt. lib. 1. cap. 54. & Colum. lib. 12. cap. 40.

LORARII SERVI, (λωροδέρμαι) à loro dicti ſunt quorum officium erat, aliquem ex conſeruis iuſſu domini aut uincire, aut loris cædere. Lorariorum frequens eſt mentio apud Plautum: Dicebantur præterea Lorarij lictores aut miniſtri magiſtratuum, qui eis in prouincias proficiſcentibus miniſtrabant, faceſq; præferebant. Cato id genus homines etiam Bruttianos appellat: quoniam Bruttij ignominiæ cauſa iuſſi ſunt à Romanis, ut magiſtratibus in prouincias euntibus parerent, & præminiſtrarent ſeruorũ uice, quod primi totius Italiæ ad Annibalem deſciuiſſent.

LORICA, cæ, pen. prod. {Panciera, lorica Pet. Contra cului ch'ogni lorica ſmaglia} (θώραξ, προβολή) eſt munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis ſtatuis uidemus. quãuis generaliter accipiatur pro omni eo quo corpus aduerſus uim tegimus. Dicta autem putatur Lorica a loro. Nam antiquitus, teſte Varrone pectoralia ea crudo corio fiebant. Ver. 3. Aeneid. Loricam conſertam hamis, auroq; trilicem. Dicitur præterea Lorica, (θωράκιον) in ædificijs quoddã quaſi ſepimentum, & ueluti peribolus, quæ nos tuetur a lapſu. Pars eſt enim lorica murorum, & ſtructurarum. Vitruuius li. 2. de lateritijs parietibus loquẽs Cũ enim in tectu tegulæ fuerint fractæ, aut a uentis deiectæ, qua poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea lædi laterẽ, ſed proiectura coronarum reijciet extra perpendiculum ſtillas. Curtius li. 8. Anguſta muri corona erat: non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium eius diſtinxerant: ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Itaque rex hærebat magis quam ſtabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulſans. Loricam appellat ſtructuram faſtigiatam, quæ aquam pluuiam utranque diſpellit extra perpendiculum ueluti ſuggrundijs, prominentibus. Capiſtratæ huiuſcemodi ſtructuræ a noſtris appellãtur ſtructoribus. In pauimentis etiam Lorica appellatur corium è marmore tuſo cum calce & arena. Vitruuius libro ſexto: Itaque ſi neceſſitas urgeat ut minime uitioſa fiant, ſic erit faciendum. Cum coaxatum fuerit, inſuper altera coaxatio tranſuerſa ſternatur, clauiſq; præfixa duplicem præbeat coniugationi loricationem: deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 57. Parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc Budæus. Cæſ. 5. Bel. Gal. Turres contabulantur. pinnæ, loricæq; ex cratibus attexuntur.

LORICO, cas, (ἐπιθωρακίζομαι, θωρακίζω) loricam induo. Plin. lib. 8. cap. 14. Mox ubi pluribus eodem modo ſe corijs loricauit, in dimicationem pergit.

Vnde Loricatus, ta, tum, participiũ, lorica indutus. Liu. 3. Bel. Punic. Statua eius indicio fuit Præneſte in foro ſtatuta, loricata, amicta toga uelato capite, &c. Loricatio, (θωράκωσις) apud. Iureconſ. accipitur pro ornatu domus ſpecioſo magis quàm neceſſario. Huius uerbi compoſitum eſt Dilorico, de quo alibi.

LORICVLA, lę, (προβόλιον) diminutiuum a lorica, paruam loricam ſignificat. Accipitur etiam pro munimento, quod obſeſſores urbium conſtruunt. Nã ultra iactum teli foſſa faciunt eamq; uallo, ſudibus, & turriculis inſtruunt, ut erumpentibus è ciuitate poſſit obſiſtere. auctor Vegetius li. 4. Cæſ. 8. Bel. Gal. ſic ſcribit: Hæc imperat uallo XII. pedum muniri coronisq; pro hac ratione eius altitudinis inædificari. Foſſam duplicem pedum denum quinum lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus traiectis, conſtratisq; coniungi. quorum frontes uiminea loricula munirentur, ut hoſtes a duplici propugnatorum ordine depellerentur.

LORIPES, edis, pen. correp. {Zoppo, che ha il pie torto} (ἱμαντόπους) qui pedem in modum lori tortum habet. Iuuena. Saty. 2. Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

LORVM, ri, priore pro. {Coreggia, ſtaffile, redine} (ἱμάς) proprie ſignificat corrigiam ex corio, unde habenas, & retinacula iumentorum, quæ fere ex corio fieri ſolent, Lora appellamus. Ver. 3. Georg. Illi inſtant uerbere torto, Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis. Præterea etiam Lora dicuntur Zonæ. ac uolumina ex corio bubulo quibus pugiles utebantur: quos & Cæſtus appellabãt. Præterea quæcunque ligamina Lora dici poſſunt: Gel. Poſtea uidebamus Aadrodum & leonem loro tenui reuinctũ, urbe tota circum tabernas ire. Et Loramenta quælibet ligamenta etiam quæ ex tabulis fiunt. Hieronym. Loramento ligneo circundatum ędificij fundamentum non diſſoluetur. Iuſtinus li. 11. de nodo Gordio: Cum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire nõ poſſet, uiolentius oraculo uſus, gladio loramenta cædit. Lorum etiam pro corrigia accipitur, qua homines uerberantur. Donat. Lora apud ueteres Laura dicebãtur a lauro triumphorũ, ſub qua mos erat captiuos, uinciri, duciq; per pompã. Iidem autem ut conditionis reminiſcatur, loris cæduntur. Vnde & Lorarij dicebãtur: de quibus ſuo loco diximus. Cic. 14. Philip. Quos Antonius delicatum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat a ſuis publice. Item lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & ſellæ inſtruuntur: ſuper quibus tomenta, uel culcitræ imponũtur. Martia. li. 2. Recens ſella linteiſq; loriſq;. Hinc etiam funiculus aureus argenteus ue, qui collo geſtari ſolet, Lorum appellatur. Hinc fit Loreus, a, um, adiect. Plin. lib. 18. ca. 31. Antiqui funibus, uittiſq; loreis ea detrahebant. Sic apud Catonem c. 3. Loreus funis. Inuenitur etiã Lorus, (λῶρος) maſc. gen. ſicut & corius, & collus Apul. Lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

LORYMA. (Λώρυμα) locus eſt Cariæ, è regione Rhodi inſulæ. Plin. lib. 5. ca. 28. & Strabo lib. 14.

LOTIS, idis, (Λωτίς) nymphæ nomen eſt, quæ Priapum fugiens, in arborẽ Loton fingitur tranſmutata. Oui. 6. Met. Lotis in hanc nymphæ fugiens obſcœna, Priapi, Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.

LOTOMETRA, æ, panis genus eſt ex ſemine loti herbæ cõfectum. Vide Pli. lib. 22. cap. 21.

LOTOPHAGI, pen. corr. (Λωτοφάγοι) populi in Aphrica apud Syrtes, à loto nomen ſortiti, quod arboris eius fructu creduntur uectitare: cuius cibus tã eſt dulcis, ut aduenis incutiat patriæ obliuionem. Vnde cum Vlyſſis ſocij delati fuiſſent in Africam, & lotum guſtaſſent, uix inde abducti ſunt, ut placet Home. li. 9. Odyſſ. Vide Lotos.

LOTIVM, lotij, {Orina} (οὖρον) urina, a diluendis corporibus appellatum eſt, a totius corporis lotio. Sueto. in Veſpaſiano: Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ uectigal commentus eſſet, pecuniã ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitans, num odore offenderetur at illo negante, Atqui, inquit, è lotio eſt. Habet autem hæc dictio, quamuis a ſupino Lotum fieri putetur, cõtra naturam ſupinum primam ſyllabam correp. uide Vallam lib. 1. cap. 2.

LOTOS, (λωτός) arbuſculæ, ſiue fruticis ſpecies Africę familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens, in eam arborem fingitur commutata, nomẽ habet. Ouid. lib. 10. Metamorph. Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos. Hæc arbor (ut loquit Plin. lib. 13. cap. 7. & lib. 21. cap. 17. in Africa uocatur Celtis tamq; dulci eſt cibo, (nam myrti modo baccas fert) ut nomẽ etiam genti, terręq; dederit, nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ. Ligno color niger, ad tibiarum cantus expetitur. Quare et à poetis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur eſſe eam arborem quam Romani Viſciolum dicunt. Eſt etiam eodem nomine herba in Aegypto, quam Homerus inter herbas ſubnaſcentes deorum uoluptati primam nominauit. Hæc recentibus aquis Nili, prouenit ſimilis fabæ, in cuius capite fructus eſt papaueri ſimilis, intus grana, ceu milium, ex quo incolę faciunt panem, quem Lotometram appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

LOXIAS, (Λοξίας) Apollo dictus eſt, uel propter obliqua & tortuoſa reſponſa, quæ huius uates reddebant, quo facilius conſultoribus imponerent uel quod Apollo, id eſt, Sol Zodiacũ oblique percurret. λοξὸς enim Græcis obliquus eſt.

L ANTE V

LVBENTIA, æ, & Libentia (ἡδονή) quemadmodum dicimus, Libet & Lubet,

Lubet,idem eſt quod uoluptas,lætitia,deliciæ,iucunditas. Gel.libro.15.ca.2. Cui libentiæ,gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ ſint. Plaut.in Aſin.Lubentiorem te faciã,quam Lubentia eſt.Quo in loco Lubentiam uidetur accepiſſe pro Dea quadam,uoluptatum deliciarumq; præſide.

LVBET. lubuit ueteres per u,ſcribebant,quod nos per i,{*Piace*} Vide Libet.Ci. de Senect.Idipſum tamen ut lubebat:quoniam,&c. Lubens,tis,om.gene.*ἑκούσιος*.Pla.Ciſt.–Aedepol factum id eſt lubenti animo.Idem Stic. Lubente hercle me facies.Lubens pro Lubenter. Teren.in Heaut.Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re,ac Lubens. Lubenter,aduerb.id eſt,lubenti animo.Plaut. Rud.Nã qui dormiunt lubenter ſine lucro,& cum malo quieſcunt.Idem Cap.Omnes,perfecti liberi lubentius Sumus,quam ſeruimus.

LVBIDINEM, {*Libidine*}ueteres dixere à Lubet,pro libidine. Pla.in Trin. Lubido eſt obſeruare,quid agat.Idem Menæc.Nam homini miſero malum ſi accidit ad malum,Mami lubido eſt fugere,& facere nequiter.

LVBRICO, as,(γλισχαίνω,ὀλισθηρὸν ποιῶ)lubricũ facio. Iuue.Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

LVBRICVS, a,um,pen.cor.{*Pet.Et lubrico ſperar dopo le ſpalle*}(ὀλισθηρός, γλοιώδης,σφαλερός)quaſi labricus. Proprie n.Lubricus locus dicitur,teſte Valla li.4.in quo quis nequit cõſiſtere:quales ſunt herbæ perfuſę ſanguine,aut terra argilloſa humectata,aut marmora leuigata,terra glaciata, aqua gelata, cęteraq; huiuſmodi,ubi commode ueſtigium figere non poſſumus. Verg.1.Aen.Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgẽs.Lubricum item dicitur,quod ſi comprehẽdatur,manibus elabitur,facileq; effluit:ut,Piſcis lubricus.qui facile manibus effluit,dum contrectatur. Ver.3.Aen.Lubrica conuoluit ſublato pectore terga & alibi:Adytis cum lubricus anguis ab imis.Inde figurate adoleſcẽtia ſubrica dicitur,quod procliuis ſit ad lapſum.Cice.pro Cæl.Viæ adoleſcentię lubricæ,quibus illa inſiſtere,aut ingredi ſine caſu aliquo,aut pro lapſione uix poteſt. Lubrici oculi,id eſt,mobiles:ſicut dicitur Pes lubricus,qui eſt iu lubrico.Idem l.2.de Natu.Deo.Natura oculos fecit lubricos,& mobiles. Ponitur aliquando pro fallaci & qui multas elabendi nouit uias. Verg.11.Aene.Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes.Lubricus locus per tranſlationem dicitur pro difficili & incerto.Ci.2.Offi.Qui locus eſt ſane lubricus:quoniam uix inuenitur,qui laboribus ſuſceptis periculiſq; aditis,nõ quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Hinc fit aduerbium Lubrice pen.cor.(γλίσχρως)inconſtanter,& parum ſyncere.Cice.2.Philip.Et lubrice uerſatus in bello eſt.

LVBRICVM, ci,pen.cor ſubſtantiuum:(τὸ γλοιῶδες)ut,Lubricum itinerũ. Tacit.lib.18.Et lubrico itinerum adempta æquorum permietate.Idem li.2.Illi ſanguine ſuo,& lubrico paludum lapſantes,&c.Idem lib.29.per anguſta,& lubrica uiarum flexerunt.

LVCA,(λοῦκα)ciuitas Thuſciæ a qua Lucenſes dicuntur,qui in ea habitant,uel qui in ea orti ſunt.Dicta à Lucumone Hetruſcorum rege De hac Strab.lib.5. Luca urbs eſt ad montes Lunæ incombentes,ubi plerunque uicatim habitant: regio tamen uirorum probitate floret:& robur militare hinc magnum educitur,& equitum multitudo,ex quibus Senatus militares cepit ordines.

LVCÆ BOVES, ſiue Lucanæ,dicti ſunt elephantes,eo quod in Lucania primũ uiſi ſint,eo tempore,quo Pyrrhus Romanis bellum inferebat. Plin.lib.8.cap.6.Elephantes Italia primum uidit Pyrrhi regis bello:& Boues Lucas appellauit in Lucanis uiſos. Dicti autẽ ſunt boues,eo quod Itali ad ea uſque tempora maius animal non noſſent,quam bouem.Næuius: Atque prius pariet locuſta bouem lucam.

LVCANI,(λευκανοί)populi Italiæ a Samnitibus oriundi, ſecundum mare extenſi,& Silaro fluuio à Picentinis,Lao a Brutijs diremptı:quorum oppida præcipua fuerunt,Velia,Pæſtum,& Buxentum, aliaq; nonnulla, quæ uide apud Plin.lib.3.cap.5.Horatius lib.2.Serm.Saty.8.Lucanus an Appulus anceps.

LVCANICA,(λουκάνικα)genus farciminis ex porcinis carnibus,a Lucanis populis primum inuentum. Mart.li.13.Filia Picenæ uenio Lucanica porcæ:Pultibus hinc niueis grata corona datur.

LVCANVS, nomen proprium poetæ,Senecæ,uiri undecunque doctiſſimi & grauiſſimi Tragœdiarum ſcriptoris,nepotis. Hic bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeium grauiſſimo carmine perſcripſit. Item Orpheum Tragœdiam multaq; alia,quæ hodie non extant. Perijt inciſa iuſſu Neronis uena,iam Conſul deſignatus propterea quód inter eos nominatus eſſet,qui cum Piſone coniurarãt. Vide latius uitam eius apud Crinitum.

LVCAR, pretium(inquit Feſtus)quod ex lucis captatur: uel erogatio quæ in lucos fiebat. Et Lucaris pecunia,quæ in luco erat data.

LVCARIA, iorum,feſta quę in luco Romani faciebant,qui permagnus erat inter uiam Salariam & Tyberim:eo quod uicti à Gallis,fugientes è prælio ibi ſe ſe occultauerant. Feſtus.

LVCELLVM, li,{*Picciol guadagno*}(κερδύφιον)diminutiuum,paruum lucrum. Horat.2.Sermo.Saty.5.De ſene guſtarit tecum partita lucellum. Cice.5. Ver.Age,quid ſi,ſi Appronio delicijs Pretoris lucelli aliquid iuſſi ſum dare? putate Appronio datum,ſi Appronianum lucellum,ac non prætoria præda uobis uidebitur.

LVCEM,{*Luce*}(φῶς φέγγος)claritatem eſſe nemo eſt qui dubitet. Oui.1.Metamor.Sic erat inſtabilis tellus,innabilis unda,Lucis egens aer:nulli ſua forma manebat. Lucr.li.4.Omnia corrident concepta luce diei. Quoniam autem dies clara eſt,quemadmodũ nox obſcura,ponitur quandoque pro die,ſicut Nox, pro tenebris. Gel.lib.2.cap.26.Alta luce orta auis in paſtum profecta eſt. Mar.lib.7.Cum facias uerſus nulla non luce ducentos. Cic.pro Mil. Centeſima lux eſt hęc ab interitu P.Clodij & opinor,ultra. Prima luce,hoc eſt,ubi primum cœperit diluceſcere:ſicut contra Primis tenebris,id eſt,incipiente iam nocte. Tere. Adelph.Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus:Cum primo lucu,legit,dicens,Cum primo lucu,ueteres dicebãt,Lucum pro luce, ſeu ſole ponentes: Ergo, Cum primo lucu,cum primum ſol cœperit luceſcere. Liu.1.ab urb.Vt omnes ciues Romani,equites,peditesq; in ſuis quiſque centurijs in campo Martio prima luce adeſſent. Lux autẽ ἀπὸ τοῦ λύκη dicta eſt: λύκην enim ueteres Græci appellant primam lucem,quæ precedit ſolis exortum;quod etiam ſummum mane dicitur. Aliquando idem eſt quod ſplendor, & nitor Lucre.lib.4.Viridis cum luce ſmaragdi. Verg.2.Aene.Exultat telis & luce coruſcus ahena. Ponitur aliquando pro uita. Cic.1.Tuſc. Tamen obijciebatur interdum animo metus quidam,cogitãti fore aliquando finẽ huius lucis,& amiſſionem omnium uitæ commodorum. Lucis uſuram alicui dare,eſt ſinere eum uiuere. Ci.in Verr. Act.7.Cur inquam,ciuibus Romanis,quos piratæ ceperãt ſecuri ſtatim percuſſis,ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? In luce,pro in publico dixit uenuſte Cic.in Cato. Maior nec uero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus,ſed intus denique præſtantior. Lux mea,blandimenti genus:quo mulierculis blandimur. Mar.ad Gel.Si non mentiris,ſi uerum lux mea dicis. Lux pro oculis. Stat.lib.11.The –Et effoſſæ ſqualent ueſtigia lucis. Luces in plurali,pro ſtellis. Cice.in Arato: Ille quæ fulgens luces ex ore coruſco.

LVCI, aduerbium,{*Di giorno*}id eſt,interdiu:cui opponitur Noctu. Cic.2.Philipp.Quis enim audeat luci,quis in militari uia,quis bene comitatum,quis illuſtrem aggredi?

LVCENS,{*Lucente*}(φαίνων)idem eſt quod ſplendidus,uel clarus. Verg.li.6. Aenei.Lucentemq; globum lunæ.

LVCENTIA, citerioris Hiſpaniæ urbs,& Romanorum quondam colonia,ut ſcribit Pompo.Mela.lib.2.

LVCENTVM, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum a ſuperiore diuerſum.quod Ptole.lib.2.cap.6.ſtatuit ſupra Chartaginem,occaſum uerſus.

LVCEO, ces,xi,{*Lucere,riſplendere*}(γαλαγάω,λάμπω,φέγγω)ſplendeo, lucem emitto. Cice.in Somn.Scip Luna,quæ luce lucebat aliena. Aliquando ſignificat diem eſſe. Cice.pro Roſc.Ame.Occiſus eſt a cœna rediens:nondum lucebat,cum Ameriæ ſcitum eſt. Lucere facem alicui,aut cereum, eſt alicui preferre facem,aut cereum. Plaut.in Caſ Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem in Circul.Tute tibi puer es lautus,luces cereum. Lucens, participium,ſplendens,conſpicuus: Verg.6 Aeneid.Lucentemq; globum lunæ. Faces lucentes,Ouid.3.Faſt. Marmora lucentia,Stat.1.Syl. Tunicæ lucentes auro,Idem 9.Theb. Eius compoſita ſunt, Alluceo,Colluceo,Diluceo, Eluceo,Illuceo,Interluceo,Pelluceo,ſiue,Perluceo,Reluceo,et Trãsluceo.quorum ſignificata quoniam ſuis explicantur locis, hominis eſſet otio ſuo plus ſatis abutentis,ea hic denuo inculcare.

LVCERES, ſiue Lucerenſes,tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorum regis.Conſtat enim auctore Liuio.receptis iam in urbem Sabinis populoq; aucto,Romulum omnem populum in tres ſecreuiſſe tribus: quarũ una Tatientiũ appellata eſt a T.Tatio Sabinorum duce:altera a Romulo Ramnẽſium:tertia Lucerũ a Lucumonibus,hoc eſt,à Tuſcis(ut refert Varro)qui pugnanti aduerſus Tatium Romulo ſuppetias tulerunt.

LVCERIA,(λουκερία)urbs Apuliæ, Auſonum colonia. Pli.lib.3.cap.11.

LVCERIVS,(λουκέριος) Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium.

LVCERNA, a luceo,{*Lucerna*}(λύχνος)inſtrumentũ,in quo unum plura'ue ellychnia accenſa,oleoq; lota nobis lumen præbet,quanquam etiam nõ raro pro ipſo lumine accipitur. Huius prima corripitur,quum tamen in Luceo producatur. Iuuenalis:Diſpoſitæ pinguem nebulam uomuere lucernæ. Ci.4.Acad. Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi unquam cum oculum torſiſſet,duas ex lucerna formulas eſſe uiſas. Plaut.in Moſt.Lucernam forte oblitus fueram extinguere. Plinius: Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum uſum primi Aegyptij monſtrauere,ut auctor eſt Euſebius li.10.Preparat.Euangel. Lucernarum alia Simplex eſt,quæ habet partem unam tantum exporrectam,& quæ uno ellychnio contenta eſt:quæ Cubicularia dicitur: de qua Mart.lib.14. Alia Dimyxos,ad duo ellychnia ferenda:alia Trimyxos,ad tria:alia Polymixos ad plura. Mart li.14.Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis,Totq; geram myxos,una lucerna uocor.

LVCERNVLA,(λυχνίον)diminutiuum a lucerna.

LVCERNARIVS,(λυχνοῦχος)qui lucernam fert.

LVCESCIT, imperſonaliter,{*Si fa giorno*}(ἐλλάμπει,ἡμέρα γίνεται)clarũ fit. Plaut.in Amphi.Exire ex urbe,priuſquam luceſcit uolo.

LVCETIVS,(λουκέτιος)dictus eſt Iupiter,a luce,quam præſtare hominibus putabatur,ſic Iuno Lucetia,quod lucis cauſa ſit parturientes adiuuans.

LVCIDO, das,{*Lucidare,riſchiarare*}(λαμπρύνω)lucidum facio, Illuſtro:unquo Dilucido,Elucido,quæ uide ſuis locis.

LVCIDVS, a,um,{*Lucido,chiaro*}(φανερός,φωτεινός)quod eſt clarum, perſpicuum:ut Lucida nox,apud Pli.lib.1.cap.7. Ouid.Epiſt.21.Nec premit articulos lucida gemma meos. Idẽ 1.Faſt.Lucidior uiſa eſt,quam fuit ante, domus. Hora,1.Carm.Ode 3.Sic frater Helenę Lucida ſydera,&c. Aquo Pellucidus, & Tranſlucidus.διαφανής Quintilia li.8.Similiter illa tranſlucida,& uerſi color quorundam elocutio res ipſas effœminat.

LVCIFER, pe.cor.(φωσφόρος)ſtella Veneris,ita dicta,quum antegraditur Solem,quum uero ſubſequitur, Heſperus uocatur,teſte Cicerone l.2 de Natu.deo. & Varrone 3.de Re ruſt.c.5.Infima eſt quinque errantium(inquit Cicero)terræq; proxima ſtella Veneris,quæ φωσφόρος Grece, Lucifer Latine dicitur,cũ antegreditur Solem,cum ſubſequitur autem Heſperos. Verg.lib.2. Aeneid. Iãq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ,Ducebatq; diem. Oui.8 Metam.Iam nitidum retegente diem, noctiſq; fugante Tempora Lucifero:cadit Eurus,& humida ſurgũt Nubila,&c. Luciferus fera,ferum.adiectiuum:ut,Diana lucifera, Valer.Argo.7.Equi luciferi,Ouid.Epiſt.11.Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phoebi,Denaq; Luciferos Luna premebat equos. Luciferum Poetæ filium faciunt Iouis & Auroræ,qui Trachiniam nymphã amauit,& ex ea ſuſcepit geminam prolem.Ceycem uidelicet & Dædalionem. Dictus autem eſt Aurorę filius,quia ſtella illa,quæ & Venus dicitur,mane ſolem pręcedẽs,quaſi ex eiuſdem ſinu oriri uidetur. Verg.Eclog.8.Naſcere,pręq; diem ueniẽs age lucifer almum.

LVCIPICO, as,pe.cor.{*Dilucidare,far lucido*}(φωτίζω)lucidũ facio:a quo compoſitum Elucifico,quod eſt,luce priuo. Laberius apud Gel.lib.10.cap.17. Democritus Abderites Phyſicus philoſophus clypeum Conſtituit contra exortum Hyperionis,oculos effodere ut poſſet ſplendore æreo Deinde ſubdit paulo poſt:Sic ego Fulgenti ſplendore in pecuniam uolo Elucificare exitium ætatis meæ.

LVCIFVGVS, & Lucifuga,pe cor.{*Che fugge la luce*}qui fugitat lucem,& gaudet tenebris. Ci.1.de Finib.Lucifugi,maledici,monſtroſi,etiam aliis amato

rijs leuitatibus dediti. Verg. 4. Georg. Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio, & Lucifugis congeſta cubilia blattis. Seneca Lucifugas homines appellat, qui contra naturã nocte utũtur pro die: qui et λυχνόβιοι dicũtur quaſi lucernarij.

LVCIGENA, {Generato di luce} (λυκηγενής) luce genitus.

LVCILIVS, Poetæ uetuſtiſſimi nomen, patria Auruncani, qui primus Latinorum Satyrã ſcribere aggreſſus eſt. Obijt apud Neapolim anno ætatis ſuæ quadrageſimoſexto, publicoq́ꝫ funere elatus fuit. De Lucilio uide Quintilianum li. 10. Et Horat. lib. Serm. Saty. 4. Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus, &c.

LVCINA, pe. pr. (Εἰλείθυια) dea partuum præſes teſte Seruio, quæ & Iuno dicitur & Diana. Terent. in And. Iuno Lucina fer opem. Ver. in Pollione: Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Quo in loco manifeſte accipitur pro Diana: Ci. lib. 2. de Natu. Deo. Luna a Lucendo nominata ſit: eadem eſt enim Lucina. Itaque ut apud Græcos Dianam, eamq́ꝫ luciferam, ſic apud noſtros Iunonẽ Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à uenãdo, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam uagantibus. Dicta Lucina, quod partum ferat in lucem. Plin. li. 16. cap. 44. putat Lucinam dici, quod ocubis præſit & luci. Sunt qui a luco deducant, qui Romæ Iunoni ſacer eſt, in Exquilijs Ouid. lib. 2. Faſt. Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes.

LVCINOS, dicimus quibus ſunt parui utrinque ocelli, et breuis uiſus. Illud. n. uidetur innuere Pli. lib. 11. cap. 37. ſi uulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab ijſdem (inquit) qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites uocantur, qui parui utrinque ocelli, Lucini iniuriæ cognomen haberent. In quibuſdam tamen uenerandæ uetuſtatis exemplaribus ſic legitur: Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites uocabantur: queis parui utrinque, Ocellæ.

LVCIVS, prænomẽ eſt Romanis familiare: quod ideirco illi, qui primo hoc prænomine fuit appellatus, impoſitum creditur, quod prima luce eſſet natus. Sic Lucia nomen mulieris, pen. corr. proferri debet contra communem abuſum.

LVCIVS OSTIVS, tempore bellorum ciuilium patrem ſuum proſcriptum quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebant latentem prodidit, ut eius bona acciperet. Auctor Plutarchus in Romulo.

LVCO, cas, licet non ſit in uſu, a luco, ſiue a luce fieri puto, cuius compoſita ſunt, Colluco, quod eſt ramos ſyluæ decidere. Interluco, idem ſignificat. Subluco, ſuccidendoq́ꝫ illumino.

LVCRETIA, Romanæ caſtitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini præfecti urbis & uxor Collatini, quam Sext. Tarquinius, cum precibus exorare non poſſet, ui oppreſſit, ſtricto enim gladio in cubiculum irruens, mortẽ minabatur ni uoluntati ſuæ obſequeretur: addebatq́ꝫ ſecum mortua iugulatum ſeruum poſiturum, ut in ſordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, ut infamiæ ſuſpicionem effugeret, expugnari ſeſe paſſa eſt. Quo facto fœmina conuocatis, patre, marito, cæteriſq́ꝫ amicis, obortis repẽte lacrymis, tyranni flagitiũ detexit, & educto cultro, quẽ ſub ueſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato reges expulerunt. Vide hæc latius apud Liuium ad finem lib. 1. ab urb. Martia. Eſſe uidebaris, fateor, Lucretia nobis, &c.

LVCRETILIS, pe. corr. mons fuit in Sabinis: de quo Horat. lib. 1. Carm. Velox amœnum ſæpe Lucretilem mutat Lycæo Faunus.

LVCRETIVS, poeta antiquiſſimus, qui Ciceronis tamen ætatem non multo anteceſſit. Scripſit de rerum natura libros ſex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo Elogium apud Ouid. in Eleg. Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti, Exitio terras cum dabit una dies.

LVCRIFICABILIS, le, {Che aſpetta guadagno} (κερδαλέος) id eſt, lucrum afferens. Plaut. Perſa. Ne hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

LVCRIFVGA, {Che fuge il guadagno} (μισοκερδής) qui lucrum fugit. Pla. in Pſeu. Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni ſui cupidos.

LVCRINVM, D[illegible]m eſt oppidum in Apulia, ut ſcribit Strabo li. 6. & Pompo. lib. 2.

LVCRINVS, pe. pr. (λουκρῖνος) lacus Campaniæ in ſinu Baiano, cõtra Puteolos, propinquus Auerno lacui, adeo ut in maximis quandoque tempeſtatibus cõiungi ſoleant. Dictus a lucro, propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. De utroque Martialis: Dum modo Lucrino, modò ſe permittit Auerno.

LVCRIONES, {Amici al guadagno} (φιλοκερδεῖς) dicti ſunt, qui undique lucrum aucupantur.

LVCROR, aris, {Guadagnare} (κέρδος ποιοῦμαι, κερδαίνω, κερδίζω) id eſt, lucrifacio. Cice. in Parad. An uiuum bonum dices qui depoſitum nullo teſte, cũ lucrari impune poſſet, auri pondo, &c. Idem 7. Verr. Pretio certo miſſos facere nautas, miſſorum omne ſtipendium lucrari. Moram fati lucrari. Stat. 6. Theb.

LVCRIFACIO, cis, {Far guadagno} (κερδαίνω) idem quod lucrari. Cic. 5. Verr. Iam uero omnem ex ærario pecuniam lucrifactam uidetis. Lucrifacere iniuriam, eſt impune alicui iniuriam inferre, nullamq́ꝫ ob eam pœnam luere. Pl. lib. 7. cap. 39. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis quoniam arguere nulli uacabat. Mart. lib. 8. Emit lacernas millibus decem Baſſus Tyrias coloris optimi lucrifecit. Lucrifio, Cicer. 1. Verr. Quid, ſi oſtendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum.

LVCRVM, cri, {Guadagno, utilità} (ἔργον, κέρδος) quæſtus, uel utilitas. Tere. in Heauton. Nam haud ſcit, hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet. Cic. 5. Tuſc. Alij emendi, aut uendendi, quæſtu & lucro ducerentur. Ouid. 3. de Arte: Ira ſubit deforme malum, lucriq́ꝫ cupido, Iurgiaq́ꝫ & ira, ſollicituſq́ꝫ dolor.

Lucri eſt, ueteres uſi ſunt, pro prodeſt, uel utile eſt. Plau. in Amph. Lucri eſt, quod miſeriam deputat. Frequentius pro eodem dicimus, Lucro eſt. Cic. Quibus, utri noſtrum ceciderint, lucro futurum eſt. Deputare in lucro, eſt tanquam lucrum æſtimare. Terent. in Phorm. Quicquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus, Ponere in lucro. Cic. pro Flacco: Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Lucroſus, ſa, ſum, (κερδαλέος) plenum lucro. Oui. 2. Amor. Eleg. 10. Cur mihi ſit damno, tibi ſit Lucroſa uoluptas. Pli. li. 28. ca. 31. Id peræque lucroſiſſimum. Idem lib. 37. cap. 12. Neque eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

LVCTA, æ, {Lotta} (πάλη) certaminis genus, unum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium proſternere in terram nititur.

LVCTATIVS Catulus, Romanus ciuis fuit qui primo Punico bello trecẽtis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus, & alijs oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam & Aphricam depreſſit & neq́ꝫ bello impoſuit, pacem petentibus, hac cõditione conceſſit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris inſulis inter Italiam Aphricamq́ꝫ decederent. Hiſpania citra Iberum fluuium abſtinerent.

LVCTIFER, VS, a, um, {Ch'apporta pianto} (γοοφόρος) dicimus feres uel nũcians luctum. Sene. Hercul. Furen. Hic uultur, illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera, Sen. Medea. Ter latratus Audax Hecate dedit & ſacros Edidit ignes face luctifera.

LVCTIFICVS, a, um, pe. c. {Ch'induce pianto} (λυπηρός, ἀλγεινός) quod luctum inducit. Ci. 2. Tuſc. Luctifica clades noſtro infixa corpori. Lucan. li. 7. Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos. Verba luctifica, Sen. Thebai. Luctifici clangores, Stat. 10. Thebas.

LVCTISONVS, a, um, (γοόφωνος) luctum ſonitu præ ſe ferens. Oui. 1. Metam. Quos potuit ſolos, tendens ad ſydera uultus, Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu, Cum Ioue uiſa queri eſt, finemq́ꝫ orare malorum.

LVCTOR, aris, deponens, {Giocare alla lotta, lottare} (παλαίω) proprie ſignificat, lucta contẽdo, quod fit, cum duo ſe inuicem complectentes, alter alterum in terram deijcere conatus. Verg. 9. Aene. Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. Per translationem accipitur pro contendere, uel repugnare. Ci. 1. de Orat. Tum ridens Sceuola, Non luctabor, inquit, tecum Craſſe amplius. Hinc Luctatio, (πάλαισμα) ludus quo alius alium nititur in terrã proſternere. Liu. 1. bel. Pun. Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente ueſtigium, &c.

Per tranſlationem accipitur pro pugna, ſiue contentione, ſeu concertatione. Cice. 2. de Finib. Nam cum Academicis incerta luctatio eſt, qui nihil affirmãt.

Luctator, (παλαιστής) qui lucta cum altero contendit. Oui. in Ibin: Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus. Plau. Pſeudo. Magnum hoc uitiũ uino eſt: pedes captat primum: Luctator doloſus eſt. Luctatus, tus, taui, idem quod luctatio, πάλαισμα. Pli. li. 8. cap. 12. Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus. Luctamen, inis, idem. Verg. 8. Aene. Remo ut luctamen abeſſet. Miſerum luctamen. Valer. Flac. 2. Argona. Compoſita ſunt, Colluctor, (συμπαλαίω) Inde Colluctator uerbale (συμπαλαιστής) qui cum altero luctatur. Lactantius de Opific. Nã & ille colluctator, & aduerſarius noſter, ſcis quam ſit aſtutus, & idem ipſe uiolentus. Obluctor, (ἀντιπαλαίω) acrius contra aliquem nitor. Col. lib. 7. Quum in proſcindendo aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus cõuellit armos. Reluctor, (ἀντιτείνω, ἀντιπαλαίω) pro repugno. Idẽ li. 1. Nam quum ueteri aſtruitur recens ædificium, quaſi aſſurgẽti reluctãs oneri cedit. Quintilianus: Quum a me quidem familiariter poſtularent, ut aliquid de ratione docendi componerem, diu ſum equidem reluctatus.

LVCTO, as, (παλαίω) ueteres dicebant pro eo quod nunc uſitatius dicimus Luctor. Terent. in Hecy. Dicitq́ꝫ ſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe. Inde etiam legitur compoſitum Delucto. Plau. in Trin. Quibus ærumnis deluctaui, ſiue dum diuitias quæro?

LVCTVOSVS, a, um, {Pieno di pianto} (θρηνώδης, γοώδης) luctu plenũ. Horat. 3. Carm. Ode 6. Di multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſæ. Dicitur etiam Luctuoſum, quod luctum affert. Cic. pro lege Agra. Quam me hercle ego præconi hanc ipſam luctuoſum: & acerbã prædicationẽ futuram puto.

LVCTVS, us, {Pianto} (πένθος) eſt dolor extrinſecus, apparens ex aſpectu, lacrymis, geſtibus, aut clamore. Ci. 4. Tuſ. Luctus, ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acerbo. Verg. 2. Aene. Crudelis ubique Luctus, ubique pauor, et plurima mortis imago. Sæpe etiam ipſe habitus uultuſq́ꝫ, & ueſtes luctus dicitur. Nam in luctu atrati ſunt, purpura, auroq́ꝫ depoſitis: quum eluxerint, nigram ueſtem exuunt, purpuramq́ꝫ reſumũt. Vnde poſt cladem illam Cannenſem Senatuſconſulto cautum eſt, ne matronæ ultra triginta dies in luctu eſſent. Quo in loco Luctus pro dolore accipi non poteſt: quandoquidem, in poteſtate Senatus non erat dolori imperare: ſed potius pro ueſte lugubri, cæteriſq́ꝫ exterioribus doloris indicijs. Antiqui etiam declinabãt Luctus, ctis. Accius. Ceſſo hinc ire, & rapere lucti ueſtem in lecto coniugis.

LVCVBRO, lucubras, penul. cor. {Veggiare, componere qualche coſa veggiando} (νυκτογραφῶ) uigilo, & nocte ad lucernã aliquid compono. Varro de Origin. Nõ ſolum ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiã ad Cleanthis lucubraui. Liu. li. 1. ab urbe: Sed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes, ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Cicero in Parad. Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. Vnde Lucubratio, lucubrationis, uigilia, & opus quod fit lucubrando. Cice. lib. 1. de Natu. deo. Nam iſta quæ uos dicitis, ſunt tota commentitia, uix digna lucubratione anillarũ.

Sunt & lucubrationes ruſticanæ, ueſpertina & antelucana, quãdo a ueſpere & ante lucem conficiunt intra uillam opera rei uillaticæ conducibilia. Colum. lib. 11. ca. 2. Item ad lucubrationem ueſpertinam palos decem, uel ridicas quinque conficere, totidemq́ꝫ per antelucanam lucubrationem. Lucubratoria lectica a Tranquillo in Auguſt. cap 78. dicitur in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

LVCVLENTVS, ta, tum, {Splendido pieno di luce} (λαμπρός, περιφανής) quod eſt luce plenum, ſplendens. Cic. Treb. Camino luculento utendum. Pla. in Curc. Pulchrum & luculentum hoc uobis eueniet prælium. Aliquando accipitur pro ornato, perſpicuo, & aperto. Salluſt. in Catil. Tum M. Tull. orationẽ habuit luculentam, & utilem Reipu. Ponitur aliquando pro probato, & optimo: ut cum Cic. ad Attic lib. 7. dicit, Luculentus auctor, & Luculẽta commemora optima, uel opima. Plaut. in Rud. Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? Aliquando pro diuite. Plaut. in Cap. Multos iam lucrum luculentos homines reddidit. Aliquando pro magno. Cice. 7. Philipp. Luculentam ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix. Hinc aduerbium Luculenter, (λαμπρῶς) egregie, & ſplendide. Cice. 2. de Finib. Cum Græce, ut uideor, luculenter ſciam. Luculente, idem Cic. 1. de Diuin. Cum ipſe paucis interpoſitis uerſibus dicas ſatis luculentè. Aliquando ponitur pro aperte. Cic. de Clar. Orato. Et luculente ſcripſerunt, etiam ſi minus, quam tu, polite.

LVCVLENTITAS, tatis, antiquum eſt. Laberius Tucca, ut citat Nonius Dominus noſter tua luculentitate captus.

LVCVLLVS, (Λούκουλλος) nomen nobiliſſimi Romani, & ditiſſimi, Pompeij, & Ciceronis æqualis: qui in Quæſtura ampliſſimũ populo munus edidit

Prætor

Prætor Africam iuſtiſſimè rexit. Aduerſum Mithridatē miſſus, collegā ſuū Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit. Cyzicon obſidione ſoluit. Mithrida-tis copias ferro & fame afflixit: eumq; regno ſuo Ponto expulit. quē rurſum cū Tigrane rege Armeniæ bellū inſtaurantem magna felicitate ſuperauit Nimius in habitu, maximè ſignorum & tabularum amore flagrauit Ingraueſcente deni de ætate, cum iam deſipere cœpiſſet, tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt. Vide latius uitam eius apud Plutarchum.

LVCVMONES, (λουκούμονες) olim dicti ſunt Tuſci quidam: qui quod Romulo aduerſus Sabinos ſuppetias tuliſſent in ciuitatem recepti, Lucerēſium tribui nomen fecerunt. Auctor Varro.

LVCVS, ci, {*Boſco, ſelua*} (ἄλσος, τέμενος) nemus arboribus denſum, Deo alicui ſacrum: à luceo per antiphraſim dictum, teſte Seruio, eo quod non luceat: quin cum nullæ illic arbores propter religionē cæderentur opacus: & ſine luce erat. Valla lib. 4. Lucus nequaquam cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſusq; atq; uel alicui Deo, uel alicuius hominis cineribus cōſecratus. Ideoq; aut circa delubra numinum, aut circa ſepulchra poſitus eſt. Sunt alij qui non per contrarium dictum putent, ſed propter lumina crebra ſacrificiorum, quę ibi nocturno tempore fiebant. Verg. 1. Aen. Lucus in urbe fuit media, lætiſſimus umbra. Vbi Seruius: Vbicunque Vergilius lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio: ut, —Luco tum fortè parentis Pylumni Turnus ſacrata ualle ſedebat. Idē 6. Aen. Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Cic. pro Milo. Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos inquam imploro, atq; obteſtor. Lucus Martis dictus eſt in quo Mars Iliam Veſtalem uirginem compreſſit, ut eſt apud Iuſtinū & Plutarc. Fuit & Martis lucus apud Colchos, in quo Poetæ finxerunt aureum Phryxei arietis uellus à peruigili dracone aſſeruari. Meminit huius luci aliquoties Valer. Flac. in Argon. Idem Iuue. Saty. 1. Nulli nota magis domus ſua quàm mihi lucus Martis, &c.

LVCVS AVGVSTI, Ptolem. lib. 2. cap. 6. urbs Cæpotorum, in tractu Hiſpaniæ Tarraconenſis, quam Auguſti turrim P. Mela nominat.

LVCVS FERONIÆ, oppidum eſt Tuſciæ mediterraneum, non procul à Luca, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 5.

LVDIA, æ, (ὀρχήστρια) dicitur mulier geſticulatrix, quæ ſaltu & geſticulatione ſpectatores oblectat. Viri, qui artem eam exercent, Ludiones dicuntur, Mart. lib. 5. Hermes cura, laborq; ludiarum. Martianus de Nup. Philologiæ: Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem uidimus ſemicinctam.

LVDIBRIVM, brij, {*Scherno*} (τὸ καταγέλαστον) res uana, & deridenda: Verg. 6. Aen. Folijs tantum ne nomina manda: Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Vnde habere aliquid ludibrio dicimus, (ἐντρυφᾶν) id eſt, deriſus, & contemptus. Ter. in Hecy. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem.

Eſſe alicui ludibrio, eſt deridere, uel illudi ab aliquo. Cice. ad Brut. Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe Imperium populi Romani.

LVDIBVNDVS, (παίζων) id eſt, quaſi ludens, & nullo negotio. Ci. 4. Ver. Si Vulterum habebis, omnia ludibundus perficies. Idem ad Tironem: Poſtero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

LVDICRVM, ludicri, ſubſtantiuum pen. cor. {*Coſa da ſcherzo*} (ἄθυρμα, παίγνιον) id eſt ludus, & quæcunque res iocularis, & non ſeria. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & a Palāteo urbe Arcadica Palanteum: deinde Palatinum montem appellatum li. 7. Bel. Puni. ſimul quòd Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbiū, id eſt, iocoſo prouerbio celebrari. Pli. lib. 3 cap. 11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq;, & urbes duas, quę in prouerbij ludicrum uertere, Apinā, et Tricam.

LVDICER, a, um, (παιγνιώδης) iocularis, leuis. Verg. 12. Aen. Neque enim leuia aut ludicra petuntur Præmia. Artem facere ludicram, id eſt hiſtrionicā exercere. Vnde Duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus ſederet qui artem ludicram feciſſet. Plau. in Aul. Cōtinuo meum cor cœpit artem facere ludicram, id eſt, ſubſilire. Ludicrę tibiæ, quibus in ludis uti ſolebant ad modos faciendos. Pli. lib. 16. cap. 38. Nunc ſacrificæ Tuſcorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, oſſibusq; aſininis, & argento fiunt.

LVDIFICO, as, actiuum et ludificor, aris, deponens, {*Beffare, dileggiare*,} (ψεύδομαι, ἐντρυφῶ) derideo, ſeu per iocum, & ludum fallo. Plau. in Caſ. Iā hic eſt lepide ludificatus. Teren. in Phorm. Ergo ſic me ludificamini? Plau. in Amph. Rogas ne improbe etiam, qui ludificas me? Ci. pro Roſc. Amer. Cum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur. Ludificans, antis, participium, Silios lib. 7. —Succi ſimulabant ſanguinis enſ s. Ludificante ducem Fabio. Ludificatus, aliud participium Silius lib. 7. —Variè nunc læuus in orbem, Nunc dexter, læuibus flexu per deuia gyris. Ludificatus, equo. Plau. Bacch. Neu quid ei ſuccenſeat Mea cauſa, de auro quod eum ludificatus eſt. Ludificatus paſſiuè Sallu. in Iugur. Ludificari incerto prælio. Ludificatio, onis, Liu. li. 8 Dec. 4. Ferri iam ludificatio iſta non poteſt. Ludificabilis, le, Plau. Caſ. Neq; uſquam ludos tam feſtiuos fieri, quàm Hic intus fiunt, ludi ludificabiles Seni noſtro.

LVDIVS, dij, & Ludio, onis, {*Giuocolatore*} (ὀρχηστὴς χειρονόμος) pro ioculatore, hiſtrione: & Ludia, pro ioculatrice. Mar. li. 5. Hermes cura laborq; ludiarum. Liuius. Acciti ex Hetruria ludiones, qui ad tibicinis modum ſaltabāt. Cice. pro P. Sext. Ipſe ille maximè ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama. Ouid. 1. de Arte: Ludius æquatam ter pede pulſit humum.

LVDI MAGISTER, (γραμματοδιδάσκαλος) qui ludo literario præeſt. Cice. 1. de Nat. Deo. Sed cum agellus eum non aleret, ut opinor, ludi magiſter factus eſt.

Ludi magiſtri (inquit Aſconius) dicuntur, qui primas literas docent.

LVDO, dis, ſi, ſum, {*Giuocare*} (παίζω) notæ eſt ſignificationis, & conſtruitē ferè cū ablatiuo eius rei, qua luditur. Teren. in Adelp. Ita uita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris. Cic. in Antonium. O hominem nequam, qui non dubitarit uel in foro alea ludere. Nonnunquam etiam cum accuſatiuo. Sue. in Auguſt. Aliquando ut uincat, ludit aſſiduè aleam. Sic dicimus ludere ludum, & ludere ludo. Ter. in Eunu. Conſimilem luſerat iam olim ille ludum. Plaut. in Moſtel. Scis ſolere illam ætatem tali ludo ludere. Ludere alieno corio, eſt in re aliena munificum ſe præbere et liberalem: ut contra, Ludere ſuo corio, eſt de ſuo largiri, aut ſuo ſumptu periculoq; quippiā aggredi. Mart. li. 3. Das gladiatores ſutorum regulæ cerdo: Quodq; tibi tribuit ſubula, ſicca rapit: Ebrius es: neq; n. faceres hoc ſobrius unquam, Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Interdum eſt deridere, iocari, leuiter ſiue ſcurriliter loqui, uel alterū deludere, ſiue eludere, ἐντρυφᾶν, κατορχεῖσθαι. Plautus in Aſinar. Nec me cur ludatis ſcire poſſum. Terent. in adelph. Quin non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt, Quandoquidem hoc nunquam mihi uoluit credere. Plin. Fab Ludere me putas? ſerio peto. Interdum moueri. Teren in Adelph. Congruum ſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. Vergilius libro nono Aeneid. Geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. Interdum canere, pulſare. Gellius: Is optimè ludere a magiſtro eius didicerat. Interdum uerſibus ſcribere, ſed nō niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt Epigrammata: & huiuſmodi opuſcula Luſus dicuntur. Vergil. 1. Eclog. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. Interdum amittere, perdere. Terent. in Phormion. In illis fructus eſt, in his opera luditur. Nā ludere operam eſt ipſam perdere, & fruſtra laborare. Plautus in Caſi. Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim. Vbi notandum, Ludo modo actiuum, modo neutrum eſſe, ut ex ijs quæ ſcripta ſunt, intelligi licet. Interdum decipere, ψεύδειν. Vergil. libro 1. Aeneid. Vana ſpe luſit amantem. Ludere aliquem dolis eſt dolo circumuenire. Terent. in Eunuc. An potius hæc pati æquum eſt fieri, ut à me ludatur dolus? Ludere in numerum, eſt ſaltare ad rhythmi modum, & ſonum cantilenæ. Vergil. in Sileno: Tum uero in numerum Faunosq;, ferasq; uidere Ludere. Ludūt mea uerba, uenuſte dicitur, pro inaniter iactantur, incaſſum uolant, & tanquam ludibria ſunt. Propertius lib. 2. Non audis, & uerba ſinis mea ludere. Fortaſſe legendum eſt, Verba ſinis me ludere: ut dicamus Ludere uerba, quemadmodum dicimus, Ludere operam, hoc eſt perdere. Luſum iic. Horat. 1. Sermon. Satyr. Luſum it Mecœnas dormitum ego, Vergiliusq;. Luſus, a, um, participium deceptus, falſus, ψευσθείς. Cice. libro 5. de Finib. Sed & illum quem nominaui, & cæteros ſophiſtas, ut è Platone intelligi poteſt, luſos uidemus u Socrate. Hinc Luſito, tas, frequentatiuum. Plautus in Capti. Nam ubi illo adueni, quaſi patritijs pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibus cum luſitent. Luſor, luſoris, uerbale, qui ludit aut decipit. Plaut. in Amphitr. Quid enim cenſes, te ut deludam contra luſorem meū, Qui nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Ouidi. libro 4. Triſt. Ele. 9. Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum, id eſt, ſcriptor. Luſorius, ria, um, quod ad ludum ſpectat: ut, Tabula luſoria, in qua teſſeris luditur. Plin. libro 37. ca 2. Tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium gemmis duabus. Luſoria quæſtio, uel quæ ludo fit, uel de ludo tractat. Plin. libro 7. cap 53. Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta obijt. Compoſita ſunt. Alludo, Colludo, Deludo, Eludo, Illudo, Præludo, pen. produ. quorum ſignificata uide ſuis locis.

LVDVS, di, {*Giuoco. Pet. Et dentro aſſai dolor con breue giuoco*} (παιδιά) dicitur in factis, inquit Valla, iocus in uerbis. Eſt. n. propriè Ludus quoduis ludicrū ad animi recreationem, uel corporis exercitationē fieri ſolitū, propoſita tñ quædā lucri ſpe, & damni periculo. Nā quæ ad ſolam uoluptatem fiunt, eodem Valla teſte, Luſus propriè dicuntur, uel Luſiones. Vnde Ludum aleæ, melius dicimus, quàm luſum, et contra Luſum trochi, melius quàm ludum. Accipitur tamē aliqñ Ludus pro ioco, & iocus pro ludo Hor. lib. 1. Ser. Sat. 1. Sed tñ amoto quæramus ſeria ludo. Oui. lib. 3. de Arte aman. Mille fac eſſe iocos, turpe eſt neſcire puellā Ludere: ludendo ſæpe paratur amor. In priore exemplo Ludus ponitur pro ioco, opponiturq; ſerio: In poſteriori Iocus ponitur pro ludo. Sed hoc rarius. Nā fere Ludus ita accipitur, ut de factis dicatur: & præcipue de priuatis quibuſuis ludicris. Nā ſpectacula publica magis Ludi dicūtur in numero plurali: ut, Ludi Megalenſes, Ludi Circenſes, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorij. Sed de his poſtea. Accipitur etiā Ludus frequentiſſime pro ipſo loco, in quo aliquid exercitij fit, in quo. ſ. aut uires corporis, aut ingenij acumen exercemus, aut et in quo pueri inſtituunt a ſuis præceptoribus: quod et Greci ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc ē, ab exercendo, uocāt Gymnaſiū. Sic dicimus Ludū paleſtræ, Ludū pilę, Ludum gladiatoriū, Ludū literarium, pro loco ipſo in quo huiuſmodi rebus exercemur, aut inſtituimur. Aſconius: Omnem ſcholā Ludum dixerunt Romani. Ci. lib. 2. de Orat. Tum hoc in ludo non præcipitur: Faciles enim cauſæ ad pueros deferuntur. Quo in loco Ludum dixit Cicero pro ſchola Rhetorū. Sic Ludus literarius, dicitur ſchola, in qua pueri literis dāt operā. Plau in Merc. Hodie ue in ludum, occœpit literariū. Ludi magiſter, qui præeſt ludo literario, de quo paulo ante ſuo loco. Ludum aperire, eſt ludi magiſtrum agere. Cic. ad Pætum lib. 9. Epiſt. Dionyſius tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitē ludū aperuiſſe. Per tranſlationē et Ludus dicitur pro Re iucunda, & minime difficili. Cic. de Ora. Oium cæterarū rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini nō hebeti. Ludos reddere. Ter. And. Hiccine me ſi imparatū in ueris nuptijs adortus eſſet, quos mihi ludos redderet? id eſt, ut me luderet, ſiue irrideret. Ludos quoq; aliquē facere, eſt aliquē irridere, ἐντρυφᾶν, καταγελᾶν. Plaut. in Cap. Nunc is te ludos facit. Et abſolute, Ludos facere, eſt quod Gallicū uulgus ait, ſe gaudir, ſe mocquer. Ter. in Phor. Vt ludos facit? Ludū nouū, a Plauto dictū eſt eleganter, pro eo quod eſt Perſpicio techinā, intelligo dolū. Pla. in Amp. Atat, noui iā ludum: Id Soſię factū eſt opera. Ludos operā facere, eſt operā perdere. Plau. Rud. Iā nunc & operā ludos facit, & retia. Aliqñ ludus pro cantilena ponitē. Ver. 7. Eclo. Poſthabui tñ illorum mea ſeria ludo. Ita. n. hoc in loco Ludum interpretatur Seruius. Ludo, ablatiuus ponitur pro, Per ludum. Verg li. 5. Aen. Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat. Luſus uero, et Luſio (ut iā diximus) ad uoluptatē magis pertinent ſine ulla ſpe lucri, aut periculo damni, & pueror u propriè dicuntur. Quin. lib. 1. Nihil me luſus offenderit. Et paulo poſt. Sunt et nonnulli acuendis ingenijs non inutiles luſus. Cice. lib. de Sen c. Sibi igitur alij habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauā, ſibi pilā, ſibi natationes & curſus. nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquat et teſſeras. Ponitur tamē quoq; Luſus pro ludo, et Ludus pro luſu: ſimiliter Luſus pro ioco, opponiturq; ſerio, quemadmodū & Iocus. Pli. Iun. Ariſtoni: Quos, quantosq; auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, ut errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, uerum luſus etiam exprimere laudabile eſt. Ludi uero, ἀγῶνες, πανηγύρεις) tantū plurali numero, ſpectacula publica ſignificant Cic. in Verr. Inter binos ludos. Idē Phil. 10. de Bruto loquens: Qui ne Apollinares quidē Ludos, pro ſua, populiq; Romani dignitate apparatos, præſens fecit. Sic ludos gladiatorios potius dicimus, quàm Ludum gladiatorium, quotica unum plura ve paria

gladiatorum depugnatura in arenam producitur. Contra pro loco, ubi gladiatores inſtituuntur, melius Ludum gladiatorium dicimus in numero ſingulari.
Legitur tamen aliquãdo Ludus gladiatorius, pro publico ſpectaculo. Quin. in Decla. pro Gladiatore: Quod me diu piratæ in carcere retentum, qui redemptorem illis diuitem promiſeram patrem, in ludum uendiderunt, hoc eſt, ut me exhiberent in ludis gladiatorijs. Frequẽtius tamen in hac ſignificatione numero plurali utimur. Sic dicimus apparere ludos, Facere ludos, pro edere. Facere ludos alicui numini, hoc eſt, in honorem alicuius numinis ſpectacula exhibere.
Item Committere ludos, id eſt, celebrare. Cicero ad Quint. Fra. libr. 3. Hæc ſcripſi ad octauum Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur. Fuerũt apud Grecos quatuor ludorum genera præcipua. ſ. Olympici, Pythij, Iſthmici, & Nemæi, de quibus dictum eſt in dictione Certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenſes, Funebres, Plebeij, & Apollinares.

L V E N T I N V M, ſiue potius Leuentium, Britanniæ urbs Ptolemæ. libro 2. cap. 3.

L V E S, (λοιμὸς) dicitur, cum in urbe, aut in agro febris, aliud've morbi genus homines uel pecora, arbores've corripit, aut ſata. Differtq; a peſte, quod hęc aut citò perimit, quæ corripit, aut citò abit ab eo, quẽ inuaſit. Lues uerò generalius accipitur etiam pro ijs malis, quæ lentè ea, quæ corripiunt, conficiunt. Dictam autem putat Feſtus Luem a lauando, quod omnia quæ corripuit, ad nihilum uſque diluat. Alij Luem dictam putant ἀπὸ τοῦ λύειν, quod omnia diſſoluat. Cic. de Aruſp. reſp. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. Verg. lib. 3. Aene. Subitò cùm tabida membris Corrupto cœli tractu, miſerandaq; uenit Arboribuſq;, ſatiſq; lues, & leti ferannus.

L V G D V N V M, (λούγδουνον Steph.) emporium eſt totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum a quo ea pars Galliæ Lugdunẽſis dicta eſt, a L. Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ pręeſſet, conditum, in colle ſupra confluentem Rhodani & Araris imminente: ubi etiam hodie non obſcura antiquæ urbis extant ueſtigia. Strabo libr. 4. Lugdunum in colle conditum, ubi Arar amnis Rhodano immiſcetur, Romano tenetur imperio: Ampliori quoque dignitate uirorum ſecundum Narbonem affluens, quibus uſui magno eſt emporium. Ibi quoque Romani duces aureum numiſma, argenteumq; ſignarunt. Lugduni etiam templum fuit, communi uniuerſæ Galliæ impenſa extructum, & Cæſari Auguſto conſecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes cõfluunt: inibiq; ara dignitatis eximiæ erat, gentium ſexaginta titulo inſignis: dicatis ibi totidem gentium ſimulacris. Hæc Budæus de Aſſe. Fuit præterea hæc ciuitas celebribus nundinis inſignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum, & uendendum conueniebant: unde etiam hodie locus ille, in quo olim ſitum fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiam urbe, a Caligula Cæſare (ut in Vita eius cap. 20. teſtatur Suetonius) inſtitutum fuit certamen Latinæ, Græcæq; facundiæ. Quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos contuliſſe, eorundem & laudes cõponere coactos. Eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpõgia, lingua've delere iuſſos, niſi ferulis uerberari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. Hãc ſpectaſſe uidetur Iuuenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunenſem dicturo. Hæc autem urbs, tam inſignis totq; egregijs ornamentis nobilitata, teſte Seneca in Epiſtolis, ſub Imperio Neronis, centeſimo anno, a quo fuerat condita, una nocte conflagrauit. Hodie uero Lugdunum in plano ſitum eſt, magna ſui parte Rhodano & Araris fluminibus incluſum, nullis Chriſtiani orbis angulis incognitum.

L V G E O, es, luxi, luctũ. {*Piangere. Pe. Piangete donne & con uoi pianga amore*} (ὀλοφύρομαι, πενθέω) a uerbo Græco λύω (ut quidam putant) quod eſt ſolueo: eò quòd continuo luctu uita hominis ſoluatur. Accipitur autẽ modo actiuè pro deflere, aut deplorare, κατακλαίειν. Ouid. lib. 11. Metamor. Fratrem lugebat ademptum. Cice. ad Curium lib. 7. Epiſt. Sed mehercle & tum Rempublicam lugebam, quæ non ſolum ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficijs mihi erat charior. Modo neutraliter, & abſolute ponitur pro eo quod eſt, in luctu eſſe. Cic. pro Plan. Hos pro me lugere, hos gemere uidebam. Idem pro Domo ſua: Lugente Senatu: mœrentibus bonis omnibus. Accipitur preterea Lugere, pro eo quod eſt ob neceſſarij alicuius interitum ueſte lugubri dolorem teſtari. Liu. lib. 2. ab urb. de Bruto: Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt, quod tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuiſſet. • Huius uerbi compoſita ſunt, Prolugeo, & Elugeo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

L V G V B R I S, & hoc lugubre, p. co. {*Lugubre, funeſto*} (πενθικός) quod ad luctum pertinet: ut, Veſtis lugubris, qua dolorem poſt neceſſarij alicuius interitũ teſtamur. Teren. in Heau. Mediocriter ueſtitam ueſte lugubri. Cice. poſt Reditum, ad Quirit. Me fratris miſerrimi, atq; optimi quotidianę lacrimæ, ſordeſq; lugubres a uobis deprecatæ ſunt. Idem 1 Tuſc. Sed illa lugubris lamentatio, fletuſq; mœrens ex eo eſt, quod, &c. Lugubria abſolutè, pro ueſtibus lugubribus. Ouid. 11. Metam. Surge, age, da lacrymas, lugubriaq; indue, nec me Indeploratum ſub inania Tartara mitte. Sen. Herc. fur. Amicta coniux lugubribus. Lugubre pen. cor. aduerbium, idem quo Lugubriter, πενθικῶς. Plaut. Ci. Nam ſi hæc non nubat, lugubrè fame familia pereat.

L V M A, lumæ, (ἄκανθα) genus ſpinæ, quæ in pratis naſcitur, & locis uliginoſis: ſic dicta, quod agricolæ eam è terra luunt, id eſt, ſoluunt. Hinc lumeta, loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta ſecantur: ut ait Varro de Lingua Latina libro 4.

L V M B A G O, uitium & debilitas lumborum, ut ait Feſtus.

L V M B A R E, (περίζωμα) tegmen, quo pudenda teguntur, ut apud Hieremiã. Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lumbos tuos.

L V M B R I C I, {*Vermi*} (ἕλμινθες) uermes terreni, à lubricitate dicti. Plau. in Aul. Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo. Lumbrici etiam uermes dicũtur, qui in uentre hominis, aut etiam aliorum animalium naſcũtur: qui teſte Galeno ad finem Methodi, in triplici ſunt differentia. Aut enim lati ſunt, aut teretes, aut omnium minimi, quas ἀσκαρίδας nominant. Col. lib. 6. cap. 24. Solent autem uitulis nocere lumbrici, qui ferè naſcuntur cruditatibus.

L V M B V S, uel quod uſitatius eſt, Lumbi, rum, {*Lombi*} (ὀσφύς, ψύα, ψοῖα) à rei anatomicæ peritis dicitur pars inferior ſpinæ, quinq; conſtans uertebris, quæ mediæ ſunt inter os ſacrum, & uertebras dorſi. Plin lib. 20. ca. 2. Lumborũ uero dolori, ſemine ſole ſiccato. Dicuntur etiam Lumbi de brutis. Hora. libro 1. Ser. Curto ire licet mulo, uel, ſi libet, uſq; Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, ac eques armos. Hinc fit Elumbus, a, um, uel Elumbis, lumbe (ἀπόψυμος) quod lumbis caret, ſeu potius quod lumbos confractos habet, aut inualidos. Bona enim pars uirium in lumbis ſita eſt: ut qui ſoli, nullius alterius uſis adminiculo, ſuperiorem corporis compagem ſuſtineant. Hinc factum eſt, ut elũbis accipiatur pro debili. Pli. lib. 10. cap. 33. Perdix prægrauem, aut elumbem ſeſe ſimulans. Item Delumbis pro molli & effœminato. Perſius Saty. 1. Summa delumbe ſaliua, hoc natat in labris. Inde Delumbe carmen, pro laſciuo, minimeq; uirili. Et uerbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare, ἐξαοθενίζειν. Pli. li. 20. cap. 4. Hoc ſæpe delumbata quadrupede, approbatur. Delumbare ſententias, per tranſlationem, pro eo quod eſt, neruis & robore ſuo ſpoliare. Cice. in Ora. Nec minutos numeros ſequens concitet, delumbetq; ſententias.

L V M B V L V S, li, diminutiuum eſt a Lumbus. Pli. li. 28. cap. 11. Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis, atq; contritis, & impoſitis tollitur.

L V M B I F R A G I V M, gij, id eſt, fractura lumborum. Verbum eſt fictitiũ, quo uſus eſt Plau. in Amphit. Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

L V M I N O S V S, a, um, {*Luminoſa*} (φωτεινός) quod eſt clarum, & apertum. Cic. in Ora. Tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ.

L V M E N, inis, {*Lume. Pet. Dal lume onde ſalute & uita prende*} (φῶς) res aliqua ſplendorem de ſe diffundens. ita dictum, quaſi lucimen. Seru. 2. Aen. Lumẽ à luce diſtinguit, quod in lumine ſit ſplendor, ſed cum fumo. in Luce ſolus ſplendor. Verg 6. Aen. Nec fumea tedis Lumina. Idem 6. Aen. Piceum fert fumida lumeo Teda. Verum hæc Seruij differentia non eſt perpetua. Nam & Solẽ, & Lunam, & cætera cœleſtia corpora Lumina appellamus, quæ tamen procul dubio fumi omnis ſunt expertia. Alij Lumina intelligunt corpora ipſa lucida, quæ claritatem de ſe diffundunt. Sic ſolem ipſum Lumen appellant, Lucem autem claritatem a Sole profectam. Sed hoc, ut in Sole fortaſſe uerum eſt, ita in cæteris locum non habet. Neque enim ſplendorem a candela, lychnoſe per ædes diffuſum, ſtatim Lucem appellaueris. Lucem itaque alij um Solis ſplendori proprium eſſe uolunt, aliarumq; rerum claritati non niſi per abuſum, aut per tranſlationem tribui. Ponitur aliquando pro luce, ſiue die. Cic. pro Rab. Poſthu. Si te ſecundo lumine hic offendero moriere. Ver. 6. Aen. Vix lumine quarto proſpexi Italiam. Aliquando pro oculo, quod oculorum beneficio lumen conſpiciamus. Quint. in Procem. lib 6. Prior alterum ex duobus erant lumen.
Doctorum ac lumen deſiderare, eſt deſiderare rei alicuius difficilis, ac obſcurę interpretationem. Cic. ad Treb. li. 7. Qui quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen, lumenq; deſiderant. Luminibus obſtruere, eſt ædificando officere lucidomus uicini Cic. pro domo ſua: Cum ille negaret, primo ſe luminibus eius obſtructurum minabatur. Per tranſlationem quoque alterius luminibus obſtruere dicimur, cum nominis eius claritatem obſcuramus. Cic. in Bruto: Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorem quaſi exaggerata altius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id ſignificat, quod uulgo inſpirare aliquem dicimus.
Cicero antequàm iret in exiliũ: Vos, uos obſecror Dij immortales, qui mea menti lumina prætuliſtis, quum conſenſum extinxi coniurationis, arcemq; urbis ab incendio, ac flamma liberaui. Lumina ciuitatis, dicuntur inſignes uiri, & Clari. Cic. in Cat. Ora. 3. in fine: Lumina ciuitatis extincta ſunt. Lumina in pictura, umbræ opponuntur. Pli. lib. 35. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & inuenit lumen, atque umbras, differentias colorum alterna uice ſeſe excitante: deinde adiectus eſt ſplendor alius hic, quam lumen, quem quia inter hoc & umbrã eſſet appellauerunt Tonon. Lumina orationis, ſunt ſententiæ, & figuræ ſuis locis uelut emblemata quædam intericcta, orationẽ miũ in modũ illuſtrãt. Hinc & Lumino, luminas, (φωτίζω) a quo illumino, as, (καταλάμπω) eadẽ utrunq; ſignificationis. Martianus: Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri uibratus ignium luminabant. Relumino, lumenq reddo.

L V M I N A R E, huius luminaris, {*Lume, luminare*} (φωστήρ) ipſum lumẽ, aut id quod claritatem, ſplendoremúe de ſe diffundit. Hieronymus in Gen. Fecit Deus duo luminaria magna: unum ut præeſſet diei, alterum ut præeſſet nocti. Luminaria item per tranſlationẽ appellamus uiros eximios in quibus ſingularis quidam uirtutis ſplendor elucet quiq; ſui ordinis hominibus decori eſt, et ornamento. Cic. 2. Phil. In te autem M. Antoni, id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id eſt, tot egregijs uiris, qui ſunt lumen & ſplendor, ac ornamentum Senatus, & ciuitatis.

L V N A, æ, {*Dant tatepider piu il fredda della luna*} (σελήνη) a lucendo dicta, quod noctu ſoleat. Alij Lunam quaſi Lucem alienam dicunt, quod lumen a ſole recipiat. Cic. in Som. Scip. Ex quibus ea erat minima quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, et prout acceditur ad Solem uel recedit a Sole, creſcens aut ſeneſcens, diſpenſat lumen, ſemper eſt inſtabilis. Oui. 15. Meta. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ eſſe poteſt uſquã, ſemperq; hodierna ſequente. Si creſcit, minor: maior, ſi contrahit orbem. Luna (ut inquit Mac.) diſpenſationibus ſeptenarijs luminis ſui uices ſempiterna lege uariando diſponit. Primis ſeptẽ diebus dimidiata ſemiorbem oſtendit. Græcoq; ſermone Διχόμηνος & Διχότομος uocatur, quaſi dimidia. Secũdis totũ orbẽ cõplet, fitq; plenilunũ, quod Græci πανσέληνον uocãt. Tertiis rurſus Διχότομος efficit. Quartis fit totius lunę cũ ſole, qđ interluniũ uocãt, et Silẽtẽ Lunã, et Intermẽſtruã. Gręcè σύνοδος dicitur. Hanc Plenilunium, qđ eſt quũ Luna quintadecima et rotunda eſt, Soliq; ex diametro opponit. Pl. li. 18. Quũ uerò occidente Sole orietur (.ſ. Luna ex aduerſo) ita ut pariter aſpiciant, tunc erit pleniluniũ. Interlunium, quum apparere deſierit, et noua fit, & coeunte uel ſilẽti Luna. Vnde lunę coniunctio dicitur dies ſilentis Lunę. Luna uiceſima, pro uiceſimo die poſt nouã lunam. Pl li. 2. ca 97. Aeſtus idem triduo in menſa conſiſtit, ſeptima, octaua nonaq; Luna. Diminutiuũ a Luna eſt Lunula, σεληνίδιον. Plau. in Epid. Lunulam atq; anellum aureolum in digito.

L V N A, Hetruriæ oppidum ad mare ſitum, fœcundiſſimum candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunenſe dicebatur, olim, nobilitatum, Luc. li. 1. Quorum qui maximus æuo, Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ, &c.

L V N Æ P R O M O N T O R I V M, (σελήνης ἄκρα) Hetrurię promontoriũ, non procul a Macra fluuio: cuius meminit Ptolemæus li. 3. c. 1. Eſt item eiuſdem nominis promontorium in Luſitania, non procul à Tagi oſtio, apud eundem Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

Lunpium,

LVNARIVM, promõtorium Laſetanorum, in Hiſpania Tarraconenſi: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis.

LVNARIS, & hoc Lunare, (σεληναῖος) quod ad Lunã pertinet. ut Lunaris ratio, Lunaris annus. Pli. lib. 15. cap. 39. Lunaris annus, qui menſe uno ſuum efficit curſum. Oui. 15. Met. Cœrulea, & uultum ferrugine lucifer atra Sparſus erat, ſparſi lunares ſanguine currus. Cice. in Som. Scip. Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtellifer curſus, cuius cõuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris & infimus.

LVNATICI, (οἱ σεληνιαζόμενοι) dicuntur, qui furore laborant, non illo quidẽ perpetuo, ſed interuallis quibuſdam recurrẽte. Quod mali genus unde nomẽ accepit, quod ijs qui ipſo interlunio nati ſunt, familiare eſſe conſueuerit. ſiue q̃ ſtatis Lunæ ratione interuallis ſoleat reuerti. Iulius Firm. 4. Matheſ. Et ſi luna male fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

LVNATVS, ta, tum, {*Lunato, à guiſa di luna*} (σεληνοειδής) quod eſt ad Lunæ ſimilitudinem factum, uel quod habet ſpeciem Lunæ. ut, Lunatum ferramẽtum. Col. li. 18. cap. 54. Deinde, ſicut conſueuerunt ſalgamarij, decuſſatim ferramento lunato incidito. Tres enim ſunt figuræ creſcentis Lunæ, nam modo curuatur in cornua, mò in orbẽ circumacta, ut quum eſt plena, & ſoli aduerſa: modo dimidio orbe cæſa: hoc eſt, quum æqua proportione diuiditur: & ob id à noſtris diuidua, à Græcis διχότομος uocatus. Verg. li. 1. Aen. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis Pentheſilea furens. Claſsis lunata, Luca. li. 3. Cauda lunata delphinorum, Sene. Œdi. Frons lunata uituli, Claud. de Rapt. Proſ.

LVNENSIS CASEVS, à Luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ: quæ Liguriæ proxima eſt. Erat autem hoc caſei genus ſola magnitudine laudatum, ut quod librarum mille pondus nonnunquam æquaret. unde inter ſeruorum obſonia refertur a Martiale, li. 14. Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ præſtabit pueris prandia mille tuis. Pli. lib. 11. ca. 42. Mixtum Hetruriæ atque Liguriæ confinium Lunenſem mittit, magnitudine conſpicuum: quippe & ad ſingula millia pondo premitur. Ab eadem Luna, Lunenſe quoque marmor nomen accepit, miro candore conſpicuum. Pli. lib. 36. ca. 6. Adiecit idem, Nepos, Mamurram totis ædibus nullam niſi è marmore columnam habuiſſe, omnes ſolidas e Cariſtio, aut Lunenſi.

LVNO, nas, nare, {*Torcere à guiſa di luna*} (σεληνοειδῆ ποιῶ) in modum lunæ quando in cornua curuatur, flectere. Oui. 1. Amor. Lunauitq; genu, ſinuoſum fortiter arcum: id eſt, intendit.

LVO, is, lui, {*Purgare, pagare*} (λύομαι) ſignificat perſoluo. Liu. li. 1. ab urb. Vt tamen debito ſupplicio ſcelus lueret. id eſt, ſolueret, ſeu purgaret. Dictum putãt à uerbo Græco λύω, q̃ inter cætera ſignificat crimẽ purgo, aut ἀπὸ τοῦ λούειν quod eſt lauare, ſiue abluere. Luere pœnas eſt dare pœnas, ſeu ferre ſupplicium. Cic. Att. lib. 3. Itaque mei peccati luo pœnas. Sic Luere ſupplicium, eſt ſupplicio affici. Iuſti. lib. 1. Quicunque capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt.

Luere capite, eſt capite, plecti. Liu. 9. ab urbe. Obſides etiam ſexcenti imperati capite luerunt. Luere maculas ſanguine, eſt abſtergere, purgare, eluere, & id à lauando, quidam ductum uolunt. Cic. in Verr. Act. 7. Errabas Verres, et uehementer errabas, cum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare. Luere peccata, eſt delictorum ſupplicium ferre. Liu. 6. Bel. Maced. Ego tamen & cum alijs pro dignitate imperij ueſtri coactus luere peccata ſua, pacem pepigi. Luere aliquando eſt, pretium redemptionis redemptori offerre, ait Budæus. Vlpianus: Qui ſtatus controuerſiam patiuntur, nõ debent per id tempus militare. ſed nec hi, qui ab hoſtibus redempti ſunt, prius quàm ſe luant. Luitur impersonale. Luc. li. 2. Hæc cæde luatur Quicquid Romani meruerunt pendere mores. Luitio, onis. Vlpia. de cap. & poſtli. reuer. l. ſi patre. Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum eſt ſuum ei poſſe hæredem exiſtere. Luiturus partic. Luitura pœnas puppis, Claud. 4. Panegyr. Luendus. Ouid. 2. Triſt. Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt. Hinc componitur Reluo, pro ſoluo, ſeu repigneto. Nam in alia ſignificatione cõponitur à lauo, ſicut Diluo, Proluo.

LVPA, pæ, {*Lupa*} (λύκαινα) fœmininum eſt à lupus. Ouid. lib. 3. de Arte am. Rapidæ tradis ouile lupæ. Ponitur tamen quandoque pro meretrice, quod, ut lupa cibi, ita hæc uel libidinis, uel quæſtus appetens ſit. Ci. pro Mil. Ille qui ſemper ſecum ſcorta ſemper cinædos, ſemper lupas ducebat.

LVPANAR, pen. prod. {*Bordello. Dan. Non donna di prouincie, ma bordello*} (πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον) proſtibulum, ganeum, in quo lupæ, hoc eſt, meretrices proſtant. Quin. li. 7. cap. 4. An deprehenſus in Lupanari c[illegible] aliena uxore, adulter ſit, quæritur. Iuuen. Saty. 6. Intrauit calidum ueteri c[illegible]e lupanar. Oblitum lupanar. Catul.

LVPANARIS, & hoc re, (χαμαιτυπικός) ut, Infamia Lupanaris, apud Apul. pro ſpurca, & fœda fama, qualis eſſe ſolet meretricibus. Ambroſius, Cũ meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari.

LVPANARIVM, rij, (πορνοβοσκεῖον) idem quod Lupanar. Vlp. de Pet. hæred. licet a lupanario præceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtiorum uirorum prædijs lupanaria exercentur.

LVPOR, aris, n. {*Andare alle meretrici*} (πορνεύειν) ſcortari, meretricari. Turpilius apud Nonium: Qui cum meretrice per uias habitu noſtro lupantur. Antiquum.

LVPARIVS, rij, (λυκοθήρας) qui uenatur lupos. Seru. in Commen. Georg. Conſtat enim luparios carnibus tinctis ueneno lupos necare.

LVPATVM, ti, {*Morſo*} (χαλινός) idem quod lupus, pro fræno aſperrimo. Ver. Geor. Preſſiq; negabunt Verbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata (ut Seruius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt: unde & eorũ morſus uehementer obeſt. Ouid. 1. Amor. Eleg. 2. Aſper equus duris contunditur ora lupatis.

LVPERCAL, (λυπερκάλιον) à lupa dicitur, locus ſub Palatino monte, ſacratus ab Euandro Pani Deo Arcadiæ qui Lycæus uocatur, eo, quod non ſinat lupos in oues ſæuire. Quamuis quidam ita ita appellatum uelint, quod lupa ibi Remũ & Romulum nutriuerit. Ouid. 2. Faſt. Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal Magna dati nutrix præmia lactis habet.

LVPERCALIA, (λύκαια) ſolennia quædam ſacra dicebantur, quæ mẽſe Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos paſtorum Dei. Cic. ad Qu. Fra. lib. 2. Hodierni diei res geſtas. Lupercalibus habebis. Seruius enarrãs illud Vergilij lib. 8. Aene. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Cum inquit, in honorem Panos Lupercaliorum ſolennitas celebraretur pecora Romanorum ſubitò à Latronibus rapta ſunt. Illi [illegible] præcintis ueſtibus, perſecuti ſunt latrones: quibus oppreſſis, & receptis animalibus, propter rem a nudis proſperè geſtam, conſuetudo permanſit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

LVPERCI, ſacerdotes erant Panos Dei paſtorum, qui Lupercaliorum die nudi per urbem curſitabant, prægnantiumq; mulierũ manus uterosq; caprina pelle feriebant: qua re & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. Dicti autem creduntur Luperci, à Pane Deo paſtorum cui ſacra faciebant in Lupercali. Græci enim Pana uocant Lycæum, nomine ὑπὸ τοῦ λύκου, hoc eſt, a lupo deriuato, q̃ oues à lupis tueri credebantur. Vel à Lyceo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ouid. 2. Faſt. Quid uetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Cic. 2. Philip. inſectatus M. Anton. in Lupercalibus, in quibus ſedeat Cæſar amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus, ſe lupercum exhibuerit.

LVPIA, Germaniæ fluuius Põponio lib. 3. Coniectura eſt, inquit Vadianus in Melam, eum eſſe, quem hodie Neccharum uocant, qui haud longè a Danubij fontibus ortus per Vuirtembergenſem ducatum lapſus, moxq; in occaſum uerſus: Rhenum ſeorſum illabitur. Strabo longe ſecus, quàm Pomponius Lupiam in Viſurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine non Neccharus, ſed is amnis quẽ hodie Fuldam uocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla uariant ſcriptores) libro Auguſtæ hiſtoriæ 2. Lupiam uocat amnem, non in Rhenum, ſed in Oceanum elapſum. Hæc Vadianus. Cuius uiri alioqui diligentiſsimi lapſum tam ſupinum ſatis mirari non poſſum, præſertim in ſuæ Germaniæ chorographia. Cõſtat enim Lupiam Bructerorũ (hodie Vueſtphalos appellant) fluuium eſſe, quẽ etiam hodie nomen retinet, nõ procul a Ba[illegible]emborna naſcentem: ad cuius caput extat oppidum, quod Germani ſua lingua Lipenprunnum, quaſi Lupiæ fontem appellãt. aliudq; circa medium ferè fluminis tractum uiſitur oppidum, quod eodem cum fluuio nomine Lupiam nominant: Labitur autem in Rhenum (quod & Mela aſſerit) circa Veſaliam agri Cliuenſis oppidum.

LVPFVRDVM, Ptolemæo lib. 2 cap. 12.

LVPINVS, a, um {*Lupino, di lupo*} (λύκειος) quod eſt lupi. Ci. in Cat. Quem inauratum in capitolio paruum atque lactãtem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.

LVPINVS, ni, & Lupinum ni, ſubſtantiuum, (θέρμος) leguminis genus eſt, omnium amariſſimum, ſui circumactu agricolis horas etiam nubilo die oſtendit. Dictus autem putatur Lupinus à Lupi natura, quod non minus terram appetat, uoraxq; illius ſit, quam lupus: & tellurem adeo amat, ut quamuis frutecto ſolo coniectum inter folia uepresq;, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. libro 18. cap. 14. Hor. 1. Epiſt. 7. Nec tamen ignorat quid diſtent æra lupinis. Vide Eraſmum in Chiliadib. Verg. 1. Georgic. Triſtisq; lupini Suſtuleris fragiles calamos.

LVPVS, lupi {*Lupo. Pe. Orſi, lupi, leoni, aquile, e ſerpi*} (λύκος) animal rapax, q̃ nulli notum non eſt cuius fœm. eſt Lupa. Oui. 1. Triſt. Excuſſa eſt auidis dentibus agna lupi. Eſt etiam Lupus (λάβραξ) piſcis genus, quẽ Romani olim piſcibus omnibus prætulerunt: eosq; præcipue, qui in Tyberi inter duos pontes capti eſſent: quos Catillones, hoc eſt, ligurritores uocabant: metaphora ducta ab hominibus guloſis, & delicatis, quos ideo Catillones uocabant antiqui, q̃ abſumptis cibis ipſos etiam catillos lingerẽt. Eſt enim hic piſcis uoraciſsimus, ſtercorumq;, ac latrinarum auidiſsimus ſectatos nullo ſordium genere temperans.

Paulus Iouius in eo libello, quem de piſcibus Rom. edidit, Spigolam uocari oſtendit: multisq; argumẽtis eorum opinionem conuincit, qui hunc Sturionem eſſe putauerunt. Plin. lib. 9 cap. 17. Poſtea præcipuam auctoritatem fuiſſe lupo & aſellis Cornelius Nepos & Laberius poeta Mimorum tradidere. Luporum laudatiſsimi qui appellantur lanati, a candore mollitiaq; carnis. Mart. li. 13. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas. Item Lupus, genus eſt fræni aſperrimi, quod & Lupatum dicitur, a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, & propterea morſus eorum aſperrimus. His frænis utebantur Galli. Ouid. 4. de Triſt. Tempore paret equus lẽtis animoſus habenis. Et placido duros accipit ore lupos. Item Lupus, eſt inſtrumentum aduncum, quo uaſa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur ἅρπαξ Græco uocabulo & à noſtris Harpago nominatur Liu. 8. bel. Pun. In alios lupi ſuperne ferrei iniecti, ut periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherẽtur. Item araneæ genus. Plin. lib. 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non texunt. Hoc nomine etiam dicta eſt herba, quæ aſparagi uice mandi ſolet: quæ & Lupus ſalictarius appellatur, quòd ſalices ad ſimilitudinem uitis aſcẽdat. Hanc herbam officinæ uocant Lupulum, Galli Hubelon. Ea utuntur Belgæ ad condiendam ceruiſiam admiſtis frugibus. Item Lupus (ut Palladius auctor eſt) ſerula manubriata uocatur. Ouem lupo commiſiſti, Terent. in Eunuch. Concinnè hoc utemur prouerbio, quoties ei ſeruandum aliquid cõmittitur, cuius gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi Cic. 3. Phil. Etenim in concione dixerat ſe cuſtodem futurum urbis, uſque ad Calend. Maias ad urbem exercitum habiturum. O' præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum. Cuſtos'ne urbis an direptor & uexator eſſet Antonius? Quadrare uidetur. quoties inimico negotium committitur, eiq; qui nobis peſsime uult: propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio diſsident. Lupo agnum eripere. Plaut. Pœn. Lupo agnum eripere poſtulãt: nugas agunt. Hoc uti poſſumus prouerbio, ubi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidet, ſperare futurum, ut lupus agnum ſemel arreptum amittat. Lupus eſt in fabula, prouerbiũ eſt notiſsimum, quo utimur, quoties noſtro ſermoni ſuperuenerit is, de quo loquebamur, & nobis ſua præſentia amputat loquendi facultatem. Prouerbium tractum eſt a lupi natura quem ferunt ijs, quos prior aſpexerit, uocẽ intercludere. Ad quod alludit Verg. 9. Eclog. Vox quoque Mœrim Iam fugit ipſa: lupi Mœrim uidere priores. Lupum auribus tenere prouerbium eſt, quod in re ancipiti periculoſaq; dici ſolet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere poteſt ſine periculo. Sueto. in Tyber. Cunctandi cauſa erat metus undique imminentium diſcriminum, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret.

LVRA, (inquit Feſtus) os culei, ſiue utris ab antiquis dicebatur.

LVRCO, cas, {*Tranguggiare*}(λαφύσσω)cibum cum auiditate nimia ſumo. Pomponius Syrus, ut citat Nonius: Lardum lurcabat lubēs. Lurcor, aris, deponens, idem. Luci. Sat. 2. Vt lurcaretur laridum, & carnaria furtim.

LVRCONES, {*Goloſi, trangugiatori*}(λίχνοι)dicti ſunt guloſi, & bonorum ſuorum conſumptores. Plau. in Perſ. Perenni ſerue, lurco, edax, furax. Luci. Sat. lib. 5. ut citat Nonius: Edite Lurcones, comedones, uiuite, uentres. Sueto. de Clar. Gram. cap. 15. Laſtaurum, & Lurconem, & nebulonem, popinonemq́; appellans, & uitis ſcriptiſq́; monſtroſum.

LVRIDVS, a, um, p.c.(ὠχρός, πελιδνός) quod eſt ſupra modum pallidum, quaſi Loridum, ſeu loco percuſſum, & liuidum factum. Ouid. 1. Metam. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.

LVROR, oris, maſc. ge. {*Pallidezza*}(ὠχρός)pallor, color ſubflauus. Lucr. lib. 4. Lurida præterea fiunt, quęcunq́; tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fiunt ſimulacris obuia rerum.

LVSCINIA, æ, {*Roſignuolo*}(ἀηδών)auis cantus ſuauitate præcellens, quæ Philomela appellatur: ita dicta, ut uolunt, quod lugens canat, aut certè quod canat ante lucem. Plin. lib. 10. ca. 29. Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine, non in nouiſſimum digna miratu aue. Poetæ fabulantur, Philomelam à Tereo uiolatā, in hanc auem fuiſſe mutatam ad quam fabulam alludit Mart. lib. 14. Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur. Ob eandem cauſam & Atthis dicitur. Fuit etiam Philomela patria Athenienſis, Pādionis regis filia. Mart. lib. 6. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus. A' Luſcinia fit diminutiuum Luſciniola. Plaut. in Bacc. Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne deſuat cantio.

LVSCIOSVS, ſiue Luſcitioſus, {*Che ha corta uiſta*}(μύωψ) is dicitur, teſte Nonio, qui ad lucernam non uidet. Varro Diſciplinarum lib. 8. ut citatur a Nonio: Veſperi non uidere quos appellant luſcioſos. Idem Andabatis: Aedepol idē cæcus, non luſcioſus eſt. Bud. in Annot. Luſcioſos, ſiue Luſcitioſos eos dici exiſtimat, qui propius admota oculis, uident, remota uero non. quod genus homines res intuendas oculis ferè contingere ſolent, et limis etiam eluſiſq́; oculis aſpicere, Eoſdemq́; à Græcis μύωπας uocari ait.

LVSCVS, ſci, {*Loſco*}(ἑτερόφθαλμος)qui altero captus è oculo: qualis fuit Annibal, de quo Iuue. Saty. 10. Quum Getula ducem geſtaret bellua luſcum. Luſca, æ, Mart. lib. 1. Oculo Philænis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quæris modeſtior? luſca eſt. A' Luſcus fit Eluſco, eluſcas, (πηρόω)quod eſt, luſcum facio, & oculum eruo. Scribit Iulianus Iureſconſultus: Aquilia lege teneri eum, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

LVSITANIA, æ, (λυσιτανία)tertia Hiſpaniæ pars, ad Septentrionem Durio amne a Tarraconenſi ꝓuincia, ad Auſtrum a Bętica Ana fluuio diſcępta: cuius deſcriptionem inde apud Pli. lib. 4. ca. 21. & Ptol. lib. 2. c. 5. Strabo tamen lib. 3. Luſitaniam ad Auſtrum Tago flumine terminat. Dictam autem uolunt Luſitaniam à Luſo, & Lyſa Liberi patris comitibus, qui cum bacchantes in Hiſpaniam ſecuti ſunt, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Hu hc Portugalliam appellant.

LVSIO, onis, & Luſus, us, quid ſignificent, paulo antè explicuimus in dictione Ludus.

LVSITO, tas, {*Giuocolare*}(παίζω)frequentatiuum eſt à uerbo Ludo. Plautus Capt. Nam ubi illo aduenit quaſi patriciis pueris, aut monedulæ aut anates, aut coturnices dantur, quibus cum luſitent.

LVSIVS, (λούσιος) Arcadiæ fluuius frigidiſſimus, Gortynam uicum præterfluens, in quo Iouem primum ablutum fuiſſe Arcades aſſerunt: unde & nomen accepiſſe putatur. Vide Coel. Rhod. lib. 18. cap. ulti. Fuit & Luſius quidam, Marii ex ſorore nepos, qui cum Trebonio generoſo adoleſcentulo uim afferre conaretur, ab eodem occiſus eſt. Valerius lib. 6. cap. 1. Cluſium appellat.

LVSORIVS, a, um, {*Coſa che s'appartiene à giuoco*}(παικτικός)quod ad ludum ſpectat: ut, Tabula luſoria, id eſt alueus, in quo teſſeris, aut latrunculis ludimus. Plin. lib. 36. cap. 2. Trāſtulit alueum cum teſſeris luſorium gemmis duabus. Luſoria quæſtio, id eſt, iocoſa, quæ ludo fit. Pli. lib. 7. cap. 53. Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta, obiit.

LVSPIÆ, (λουπίαι)Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plinio.

LVSTRALIS, & hoc luſtrale, (ἁγνιστικός, καθαρτικός)quod luſtrandi, hoc eſt purgandi, ſeu expiandi uim habet. Vnde aqua luſtralis dicitur, qua a ſacerdote luſtrationis, hoc eſt, purgationis cauſa aſpergimur. Ouid. 3. de Ponto: Spargit aqua captos luſtrali Graia ſacerdos. Sic Luſtrale ſacrificium dicitur, quod luſtrationis cauſa fit. Liu. li. 1. Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Luſtralia exta, ueteres dixerunt præpinguia: eo quod luſtralis, id eſt, quinquennalis bos dicitur eſſe perfectæ ætatis.

LVSTRAMEN, inis, idem quod luſtratio. Valer. 6. Argon. Semineceſq́; duces inter ſua tela, ſuoſq́; inter equos, ſęuam miſero luſtramine uerſant Congeriē.

LVSTRICVS, ca, cū, (καθαρτήριος)idem ferè eſt quod luſtralis. Vnde, Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes luſtrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Feſtus. Et qui eos luſtrāt, Luſtratores uocant, & fœminę Luſtratrices, et qui luſtrant, Luſtrati nominant.

LVSTRIFICVS, a, um, (ἁγνιστικός)idem quod luſtralis: ut, Cantus luſtrificus, Valer. 3. Argon.

LVSTRO, as, {*Cercondare, purgare*}(περιπολέω, περιέρχομαι, περινοστέω)perago, ambigo, circumago. Lactant. libr. 2. Sed Luna, quæ orbem illum ſigniferum triginta dierum ſpatio luſtrat. Cic. lib. 5. de Fini. Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtrauit, & Perſarum Magos adiit? Verg. lib. 3. Ae. Quo tutior hoſpita luſtres Aequora, & Auſonio poſſis conſidere portu. Interdum ſignificat expiare, ἁγνίζειν, ὑποκαθαίρειν. Verg. 5. Eclog. Et quum ſolennia uota Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros. Luſtror, aris, paſſiue. Oui. lib. 13. Meta. Ego luſtror ab illis, Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto, Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum. Ouid. 10. Meta. Magico luſtrabere ritu. Ver. lib. 3. Aene. Luſtramurq́; Ioui, uotiſq́; incendimus aras. Vbi Seruius: Aut luſtramur, id eſt, purgamur, ut Ioui ſacra faciamus: aut certè luſtramur. Interdum idem eſt quod circunquaq́; aſpicio, & oculis quodammodo ambio, περιβλέπω. Verg. 8. Aen. Ille os, oculoſq́; loquentis Iandudum, & totum luſtrabat lumine corpus. Luſtrare animo, (ἐξετάζειν) id eſt, perpendere & examinare. Cic. lib. 3. Offi. Sed quum omnia ratione atque animo luſtraueris. Interdum Luſtrare accipitur pro ſequi, ἀκολουθεῖν. Verg. 2. Eclo. At mecum raucis, tua dum ueſtigia luſtro, Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. Interdum patefacere, clarificare, illuſtrare, περιλάμπειν λαμπρύνειν. Idem lib. 7. Aen. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras Orta dies. Luſtrare exercitum, (ἐξετάζειν) id eſt, recognoſcere, recenſere. Cæſ. lib. 7. Bel. Gall. Legionibus quæ ex omnibus hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eo profectus eſt, ibiq́; exercitum luſtrauit. Huius uerbi compoſita ſunt Colluſtro, (περισκοπῶ)circunſpicio. Verg. li. 3. Aen. Omnia colluſtrans, hanc primum ab littore claſſem Proſpexi uenientem. Illuſtro, (περιλάμπω)illumino: ut, Auri fulgore templum illuſtrare, apud Cic. 6. Verr. Interdum patefacere, explicare, aperire. Cice. pro Cœlio: Signa quibus ueritas illuſtrari ſolet. Aliquando idem quod celebrare, & nobilem reddere. Cic. Lentulo, lib. 1. Epiſt. Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Perluſtro, (περιπολέω, περινοστέω) peragrando perſpicio. Liu. lib. 7. ab urb. Perluſtrauitq́; hoſtium agros, nulla arma, nullam uim nec apertam, nec inſidiis expertus. Interdum idem quod recenſeo ἐξετάζω. Idē lib. 1. ab urb. Hercules ad primam auroram excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis.

LVSTRATIO, uerbale, (περινόστησις)circuitio, peragratio. Cic. 2. Phil. Quę fuit eius peragratio itinerum? luſtratio municipiorum? Ponitur & pro ſacrificio expiationis, ἁγνισμός, καθαρισμός. Colum. lib. 2. cap. 22. Hoc loco certè habeo quoſdam, quum ſolennia feſtorum percenſuerim deſideraturos luſtrationē, cęterorumq́; ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatū.

LVSTRATVS, participium, {*Purgato*}(καθαρθείς)purgatus, expiatus: ut, Luſtratum, atque purgatum Capitolium. Liu. lib. 3. ab urb. Mart. in præfa. li. 8. Meminerit, non niſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere. Corpus luſtratum diuino odore, Oui. 14. Meta.

LVSTROR, aris, {*Andare à meretrici*}(πορνεύω)deponēs, ſignificat ſcortor, in luſtris & lupanaribus uerſor: a luſtris, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. Plau. in Pſeu. Luxuriantur, luſtrantur, comedunt, quod habent.

LVSTRVM, ſtri, {*Habitacolo delle fere, bordello*}(φωλεός, κοιτών)ferarum habitaculum in ſyluis: a luto, ut Seruius putat, eo quod apri, ſueſq́; ſyluſtres in lutoſis ferè locis ſua habeant cubilia. Alii putant luſtrum per antiphraſim dictum, quod minimè ſit illuſtratum, ſed obſcurum & immundum. Verg. lib. 2. Geor. Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum. A' qua ſimilitudine ii qui in locis abditis ac ſordidis, deſidiæ & uentri indulgent, in luſtris uitam agere dicuntur. Propter quod & Luſtra dicuntur popinæ, & lupanaria, ubi lupæ, id eſt, meretrices delitεſcunt. Cic. 2. Phil. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſciperes, uino, luſtriſq́; confectus. Idem Caſſio: Quę autem in luſtris & in uino commutatio potuit eſſe? Luſtrum item dicebatur ſacrificiū quoddā genus, quo urbis luſtrandæ gratia ſus, ouis et taurus immolabant. Liu. lib. 1. Omnes centuriæ, & equites in campum Martiū conuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt: quod luſtrum eſt dictum, ſiq́; a ſacrificio illo cenſus obtinuit nomē Luſtri. Quia uero cenſus ipſe, ſiue luſtrum quinto quoq́; anno habebatur (quanto tempore durabat Cenſorum magiſtratus) inualuit cōſuetudo, ut luſtri appellatione ſpatium quinq́; annorum appelletur: quod Olympus apud Græcos dicitur, id eſt, quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto quinto quinq́; anno ineunte, luſtrū peractū intelligatur. Pli. auunculus li. 2. c. 47. Omniū quidē (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdē uices quadriennio exacto Eudoxus putat, non uentorum modo, uerum & reliquarum tempeſtatū magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit, quem Biſextilem dicimus. Vlp. de Rebus cred. Nam & ſi colonus poſt luſtrum completū fructus perceperit condici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum dixit, ut ſecundam Olympiadem, de illo quinquennali loquens Romæ inſtituto. Hæc Budæus.

LVSVS, ſus, {*Giuoco*}(παίγνιος, παιδιά)puerilis exercitatio, & propriè ſine ſpe lucri, aut periculo damni, ſoliuſq́; uoluptatis ergo. Quin. lib. 1. Nihil me luſus offenderit. Et paulò pòſt. Sunt etiam acuendis ingeniis non inutiles luſus. Accipitur aliquando pro ioco. Pli. Iunior Ariſtoni. Quos, quantoſq́; auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, ut errare me, ſed cum illis ſinant, quorū nō ſeria modo, uerum luſus etiam exprimere, laudabile eſt.

LVTAMENTVM, ti, (πήλωμα)paries, aliud'ue opus ex luto confectum, luto ue oblitum. Cato de Re ruſt. ca. 128. Neque mures caua facient, neque herbę naſcentur, neq́; lutamenta ſcindent ſe.

LVTARIVS, a, um, quod in luto degit: ut Teſtudines lutariæ, apud Pl. li. 32. capi. 4. Lutarius mullus, qui ex luto ſibi pabulum petit uiliſſimum ex omni mullorum genere, teſte Pli. lib. 9. ca. 17.

LVTRA, æ, (λυσιμάχιον quibuſdam)herba eſt in paluſtribus, & aquoſis locis naſcens, flore ruſo, uel aureo, cauliculos ſpargens cubitales, eoſq́; maiores quorū è geniculis folia exeunt gracilia, ſalices foliis non diſſimilia. Ruſtici Corneolā uocant, pannorum infectoribus hoc nomine notiſſimam, qui coerulei coloris pannos ei incoquentes, colorem uiridem efficiunt. Nam ex flaui coeruleiq́; commiſtione uiridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chryſocollam conficiebāt, lutea herba cæruleo ſubtrita. Pli. lib. 33. ca. 5. Luteam putant a lutea herba dictam, quam ipſam coeruleo ſubtritam, pro chryſocolla inducunt, uiliſſimo genere, atq́; fallaciſſimo.

LVTEOLVS, (ὑπόχρυσος)diminutiuum a luteus. Verg. 2. Eclog. Mollia luteola pingit uaccinia caltha. Col. lib. 12. ca. 47. Oliua pauſea uel orchita, quum primum ex albo decoloratur, fitq́; luteola.

LVTER, luteris, pen. pro. (λουτήρ)uaſis genus eſt (ut quidam exiſtimant) quo uinum diluitur: cuius meminit Hierony. in Iouin. Alii hoc nomine peluim ſignificari arbitrantur, aut certè uas, in quo uaſa abluuntur. Quibus etiam uocis ipſius etymò ſuffragari uidetur, quod ἀπὸ τοῦ λούειν, hoc eſt, a lauando tractum uidetur. Vnde & λουτήριον diminutiua forma, uaſis genus eſt, Iulio Polluci, in quo calices abluuntur.

LVTESCERE, (πηλοῦσθαι)ſignificat luteum fieri, & in luti morem molleſcere. Col. lib. 8. cap. 17. Nam quæ limo, cœnoq́; luteſcunt, ut antè iam dixi, cōchyliis magis, & iacentibus apta ſunt animalibus. Nonius ex Poeta quopiam. Sāguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.

LVTETIA, (λουκοτεκία)Pariſiorum urbs celeberrima, primū in Sequanæ inſula

ſula cond ta, nunc præter inſulam utranque ripam latiſsimis occupans ędificijs, cumq; maximis Europę urbibus magnitudine certans et frequentia Græci λευκοτεκίαν nominant, a parietum (ut quidā exiſtimant) albedine. Meminit huius urbis Strabo lib. 4.

LVTEVS, lutea, luteum, prima ſyllaba pducta, {*Di color d'oro, giallo*} (ὠχρός) quod eſt coloris ruſi, ſed dilutioris: unde Luteum oui, dicimus pro uitello, qui albumine ambitur. Huius nominis primitiuum eſt Lutum priore ſyllaba producta, quo nomine herba quędam ſignificatur, croceo colori tingendo idonea, quā & luteam nominat Plinius, ut paulò pòſt latius ſumus dicturi. Hoc colore nuptialia uela, quæ flammea uocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 21. ca. 8. Lutei uideo honorem antiquiſsimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Luca. Lib. 1. Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

LVTEVS, lutea, luteum, prima ſyllaba corr. {*Di terra*} (πηλώδης) quod ex luto confectum eſt: ut, Luteus paries, Lutea uaſa. Ouid lib. 1. Faſt. Ignotaq; pdit hirundo, Et luteum ſub trabe fingit opus. Per translationem Luteum dicimus, quicquid uile eſt, & nullius pretij. Cic. 6. Ver. Tum illos cœpiſſe Prætori dicere, putaſſe id ſe, quod audiſſent, alicuius pretij ſcyphos eſſe Pamphili: luteum negotium eſſe, non dignum, quod in ſuo argento Verres haberet.

LVTOSVS, a, um. {*Fangoſo*} (πηλώδης) cœnoſus, luto plenus, uel luto infectus. Plin. lib. 18. cap. 19. Lutoſam terram ne tangito. Colu. lib. 12 capi. 54. Raporum quàm rotundiſsima ſumito, eaq; ſi ſint lutoſa detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

LVTVLENTVS, a, um, (πηλώδης, βορβορώδης) idem quod lutoſus. Colu. lib. de Arbori. cap. 15. Lutulentam terram neque arare, neq; fodere oportet. Cic. in Sallu. Itaq; nihil aliud ſtudet, q̄ ut lutulentus ſus cum quouis uolutari. Hor. 1. Serm. Saty. 5. de Lucilio: Cum flueret lutulentus, erat quod tollere uelles.

LVTVM, pe. pro. (λυσιμάχιον quibuſdam) herba eadem eſt, quam & Luteam diximus uocari, qua olim cœruleo ſubtrita chryſocollā adulterinam faciebant. Verg. 4. Eclo. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuauè rubenti Murice, iam croceo mutabit uellera luto. Vitruuius Luteum appellat per tres ſyllabas. Vnde nonnulli etiam apud Verg. Luteo, legēdum cenſent, duabus poſtremis ſyllabis in unam contractis.

LVTO, tas, {*Infangare*} (πηλόω) luto inficio, ſiue oblino: Cato de re ru. ca. 92. Poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Ponitur etiam pro maculare. Mart. lib. 14. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

LVTRA, æ, (ἐνυδρίς Herodoto) animal eſt ex ijs, quæ Græci ἀμφίβια, uel ἔνυδρα uocant, ſimile fibro, ſola cauda ab eo differens. Nam fiber piſcis caudā habet. Plin. lib. 8. cap. 30. de fibro loquens. Cauda piſcium ijs: cætera pars lutræ. Vtrunque aquaticum, utrique mollior pluma pilus.

LVTVM, ti, pe. cor. {*Fango, lota*} (πηλός) terra eſt humore ſoluta, quam & cœnum uocamus. Iuu. Saty. 6. Compoſitiq; luto nullos habuere parentes. Fictus ex argilla & luto homulus, Cice. in Piſo. Volutatus in luto totius corporis ueſtigiis Verres, Cic. 6. Vere. Pocula compoſuit de facili luto, Tibul. lib. 2. Eleg. 4. In eodem luto hęſitare: id eſt, ſic implicari cuipiam negotio, ut ſe inde nequeat extricare, quin idem, aliud've ſimile recidat. Teren. in Phorm. Quid nunc porro? Quid fiet? in eodem luto hæſitas, uorſuram ſolus Geta: præſens quod fuerat malum, in diem abijt plagæ creſcunt. Vide Eraſm. in Chiliad. Per translationem Plaut. in Perſa lenonem uocat Lutum. Poſſum, inquit, te facere, ut argentum accipias lutum. Hinc Luteus, lutea, luteum, prima ſyllaba corr. (πήλινος) cuius ſignificationem paulò antè explicuimus.

LVX, {*Luce, ſplendore*} (φῶς) ſplendor, fulgor, claritas, & propriè ea quæ à Sole diffuſa orbem illuſtrat. Cice. de Diuin. Si deus erat, cur ſe contra naturam, abdidit, ut patefactus aratro lucem aſpiceret? Hinc lucem intueri dicimus pro eo quod eſt uita frui. Habet & alia ſignificata, alioſq; in oratione uſus: de quibus quoniam paulò antè egimus in uoce Lucem, nō uiſa eſt cauſa, cur hic eadem denuò inculcaremus.

LVXO, as, {*Sconſtrare, mouer di luogo*} (στρέφω, ἐξαρθρόω) membrum aliquod intorqueo, et loco ſuo moueo. Vnde Luxa, ſiue Luxata mēbra, (ἐξηρθρωμένα) dicuntur locis ſuis mota, & ſoluta. Plin. lib. 28. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare: M. Varro podagris. Idem 31. cap. 6. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam facillimè in artus redeunt. Et Luxati, (ἐξηρθρωμένοι) dicuntur, quorum mēbra ſuis locis mota ſunt. Idem: Althææ radix decocta luxatis prodeſt. Stirpium quoque radices luxari dicunt, quum aratro aut ligone perſtrictæ mutilantur, locoq; mouentur. Pli. lib. 17. ca. 24. Aut culpa uinitorum colentium ægrotant uites, quum perſtringuntur: aut circunfoſſor inuitioſo ictu uerberauit, uel etiam ſubarator imprudens luxauit radices, corpus've deſquamauit.

LVXVRIO, luxurias, neutrum, et luxurior, luxuriaris, deponens, {*Soprabondare, luſſuriare*} (ἐξυβρίζειν) propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo laſciuiunt, ramos, frondeſq; iuſto plures emittentes. Colu. lib. 3. Cacumina uirgarum, ne luxurientur demutilato. Plin. li. 18. ca. 24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni, in calidis ſerius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoque præ[...]s luxuriare dicuntur, cum abunde ſtercorati præter modum feraces eua[...] Oui. 1. Epiſt. Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. Trāſfertur et ad homines, quos et ipſos luxuriare dicimus, quum rebus ſecundis, otio've laſciuiunt. Tibul. Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis. Liu. lib. 1. Poſitis exterorum periculorum curis, ne luxuriarēt otio animi, quos metus hoſtium, diſciplinaq; militaris continuerat. A Luxurior fit compoſitū Eluxurior, quod eſt, ualde luxurior Col. lib. 3. Qui ſi pingui agro ualidas uites depoſuerit, pampinis magis eluxuriabuntur. Luxurians, luxuriantis, participiū. Horat. lib. 2. Epiſt. 2. Latiumq; beabit diuite lingua: Luxuriantia compeſcet, nimia aſpera ſano Leuabit cultu. Luxuriatus participium. Ouid. lib. 5. Triſt. Non tamen, ut luſit, ruſſus mea litera ludet: Sit ſemel illa meo luxuriata ioco.
Fames luxuriata multo ſanguine, Stat. 2. Theb.

LVXVRIA, ſiue Luxuries, ei, {*Luſſuria*} (ἀσωτία) immodicus uoluptatum deliciarumq; uſus, nimiaq; non modo in rem ueneream, uerum etiam in molliorē ueſtitum, lautioreſq; epulas profuſio. Cic lib. 1. Offi. Luxuria cum omni ętati turpis, tū ſenectuti fœdiſsima eſt. Et paulò pòſt: Turpe eſt diffluere luxuria. Idem pro Sext. Roſc. In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. In ſegetibus item, cæteriſq; ſtirpibus Luxuries (ἐξύβρισις) dicitur quum alimenti ubertate quodāmodo laſciuiunt, herbarum frondium've copiam iuſto maiorem emittentes. Verg lib. 1. Georg. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

LVXVRIOSVS, a, um, {*Luſſurioſo*} (ἄσωτος, ἐπιδαψιλευόμενος) immodice uoluptatibus delicijſq; indulgens, & non ſolum in rei ueneręæ uſu, uerum etiam in epularum apparatu, ueſtiumq; ornatu modum excedens, et plus ſatis laſciuiens. Quin. in Proœ. lib. 1. Muliebris & luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentē. Ci. de leg. Agr contra Rul. Vt in ſuis rebus, ita in Remp. luxurioſus nepos Idē 6. Philip. Multa & lauta ſuppellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. Luxurioſa lætitia, dicitur nimia, & profuſior, quàm par ſit. Liu. lib. 2. ab urbe condita: Sed patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. Luxurioſa frumenta, quæ tam confertim, & copioſe nimis proueniunt, ut immitti in ea ſolent oues ad depaſcendum. Cice. in Ora. de ruſticis loquens. Siquidem eſt eorum gemmare uites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. Luxurioſa uitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut ſarmēta Colu. lib. 4. ca. 21. Siquidem luxurioſa uitis, niſi fructu compeſcitur, male deflo reſcit, et in materiam, frondemq; effunditur. Luxurioſa pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4. Nec luxurioſa pabula, pinguis ſoli ſemper indicium habent. Hinc luxurioſe aduerbium, (ἀσώτως) ut, Luxurioſe uiuere, id eſt, molliter & delicate. Cic. pro Cœlio: Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere.

LVXVS, xus, {*Luſſuria. ſontuoſità*} (ἀσωτία) non ſolum pro re uenerea, ſed etiam, & ferè ſemper, proprieq; pro omni ſuperfluitate, & nimia profuſione, & ſumptuoſiore cibi, ueſtitus, & aliarum rerum cura dici ſolet. Cic. 5. Verr. Niſi fortè exiſtimatus, eum in uino & luxu non riſiſſe qui, &c. Regali luxu ſplendida domus. Verg. lib. 1. Aene. At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur. Regifico luxu paratæ epulæ, Verg. 6. Aeneid. Tacit. lib. 20. Effuſi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Luxum deponere, eſt faſtum, pompam, habituſq; ſplendorem abijcere. Claudia. lib. 2. Sub tua purpurei uenient faſtigia reges, Depoſitio luxu.

L ANTE Y.

LYÆVS, æi, p. p. (λυαῖος) unum ex Liberi patris cognominibus, inde impoſitum, quod immoderatus uini uſus pariat λύαν, hoc eſt, rixā & ſeditiones. Aut certe παρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυσκομένων, hoc eſt, ab eo quod ebriorum membra ſoluat. unde & λυσιμελὴς, à Græcis cognominatur. Verg. lib. 4. Aene. Legiferæ Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo. Inde Lyæus, a, um, pro Lyæius. Verg. 1. Aen. Regales inter menſas laticemq; Lyæum.

LYCABETVS, ti, pen. pro. (λυκαβηττὸς Suidæ) Atticæ mons eſt, apud Plin. lib. 5. cap. 7.

LYCÆVS, æi, (λύκαιον) Arcadiæ mons, Ioui ſacer, teſte Pauſania in Arcadicis, olim etiam Olympus, & ἱερὸ κορυφή, id eſt, ſacer uertex ab incolis appellatus, q Iouem ibi educatum exiſtimarent. In quo etiam monte Iouis Lycæi ara fuit, à Lycaone Pelaſgi filio primum conſecrata, quam cum poſtea mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum dicitur eſſe transformatus. Erat ibidem & Iouis Lycæi lucus, quem ſi quis lege ſpreta eſſet ingreſſus, annum ſuperuiuere negabatur. Item fons inſignis, nomine Agnò, tam admirabilis naturæ, ut re diuina ibi curioſius peracta, quernoq; ramo aqua leuiter commota, mox denſus inde ſuggereret uapor, nebulæ aſsimilis, quæ non multò poſt effecta nubes, aggregatis item alijs, largos demitteret imbres. Hęc Pauſanias. Conſtat tamen Lycęum montem non ſoli Ioui, uerum etiam Pani ſacrum fuiſſe. Verg. 1. Georg. Ipſe nemus linquens patriū, ſaltuſq; Lycæi, Pan ouium cuſtos, tua ſi tibi Męnala curæ, Adſis o Tegeæe fauens. Hinc etiam Lycæus paſsim a poetis cognominatur. Idem lib. 8. Aeneid. Gelida monſtrat ſub rupe Lupercal, Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

LYCÆA, (λύκαια) ſacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri ſolita, quę poſtea ab Euandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta ſunt, ut placet Oui. li. 2. Faſt. Pauſanias tamen in Arcadicis Lycæa Iouis ſacra fuiſſe tradit, à Lycaone Pelaſgi filio ad Iouis Lycæi aram primum inſtituta. Vide Cœl Rhod. lib. 24. cap. 17.

LYCAMBES, bis, per tertiam, uel Lycambes, bæ, per primam declinationem, (λυκάμβης) Neobules pater fuit, qui cum filiam Archilocho Poetæ deſpōdiſſet, poſteaq; pœnitentia ductus non tradidiſſet, tam acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus ut una cū filia laqueo uitā finierit. Hor. in Epod. Ode 7. in malos aſperrimus Parata tullo cornua: Qualis Lycambæ ſpretus infido gener. Hinc Lycābæus, a, um, pe. pr. Ouid. in Ibin: Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

LYCAON, p pi genitiuo Lycaonis, p. c. (λυκάων) Arcadiæ rex fuit, Pelaſgi filius, quem Iupiter, quod aram ſuam in Lycæo monte, mactato puero ſanguine reſperſiſſet, in lupum mutauit: ut ſcribit Pauſanias in Arcadicis, Oui tamen lib. 1. Meta. omnino aliam tradit transformationis huius cauſam: quæ ſic habet: Iupiter aliquando cum multa de humani generis impietate inaudiſſet, neq; tamen omnia crederet, ut rem omnem certus exploraret, relicto cœlo, in terram deſcendit. aliquotq; regionibus peragratis, tandem ſub noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam, ubi cum ſe Deū eſſe ſignificaſſet, uulguſq; ſe ad ſacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon ea ipſa nocte ſe periculū facturū eē dixit, deum'ne an mortalē hoſpitio ſuſcepiſſet: conatuſq; eſt noctu dormientem interimere. Qd' cū fruſtra tentaſſet, alia rone rē aggreſſus eſt. Habebat obſides à Moloſſorum gente ad ſe miſſos. Horum unum iugulauit, partim elixum Ioui epulandum appoſuit. Cuius rei immanitate indignatus Iupiter, regiam tyranni immiſſo fulmine exuſſit, ipſumq; in ſyluas fugientem, in lupum trāſformauit. Alius fuit Lycaon Nelei filius & frater Neſtoris, quē Hercule capta Pylo, interemit. Alius item fuit Priami filius ex Laothoe Altæi Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit: ut placet Homero lib. 21. Iliad. Lycaon item faber inſignis fuit ex Gnoſſo Cretæ urbe, artifex eius enſis, quem Aſcanius dedit Euryalo: de quo Verg. 9. Aeneid.

LYCAONIA, (λυκαονία) Aſiæ regio, Cappadociæ pars ſecundū Ptolemęū ad Taurum montem pertingens in ea parte, qua Pamphyliæ imminet. Vrbes habet Iconium, Adopiſſum, Cannā, Paralida, aliaſq; complures, quas uide apud Ptolemęum lib. 5. ca. 6. Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, a Lycaone rege, Pelaſgi filio, & a patre Arcadis, a quo deinde Arcadia dicta fuit.

LYCAONES, pen. cor. (λυκάονες) populi Lycaoniæ, in finibus Cappadocię

ad Taurum montem, qui & Lycaonij appellantur. Lycaones alij a Ptolemæo lib. 5. cap. 2. collocantur in finibus Lyciæ, non procul à Themizonijs.

LYCANTHROPIA, (λυκανθρωπία) melancholicæ affectionis ſiue inſaniæ genus eſt, quo qui afficiuntur, Lycanthropi, (λυκάνθρωποι) dicuntur teſte Aegineta, eo quod lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem uſque inter ſepulchra diuerſantes, facie interim pallida, oculisq; areſcentibus, et lingua, ſitibundi quoque cruribusq; immedicabiliter exulceratis.

LYCASTE, (Λυκάστη) filia fuit Priami ex côcubina, cuius amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanus ſororis Hecubæ filius, eã uxorem duxit. Fuit item Lycaſte, meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cum Butẽ, Amyci Bebryciorum regis filium hoſpitio excepiſſet, eius concubitu uſa, Erycem ei peperit: quo factum eſt, ut apud poſteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycem genuiſſe. Vide ſupra in dictione Butes.

LYCASTVS, (Λύκαστος) urbs Cretæ, ita a leporum multitudine, quæ ibi eſſe perhibetur, Strab. lib. 10.

LYCEVM. pe. pr. {*Schola d'Ariſtotile*} (Λύκειον) gymnaſij celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Ariſtoteles frequẽtiſſimo auditorio Philoſophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cice. 1. Aca. Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo. Fuit et Lyceum gymnaſium Ciceronis in fundo Tuſculano, a nomine ſcholę Ariſtotelicæ ita dictum, de quo lib. 1. de Diu. ſic refert: Nuper cum eſſem cum Q. fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam quum ambulandi cauſa in Lyceum ueniſſemus (id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt) Perlegi (inquit ille) tuum paulo antè tertium de Nat. de. Huius nominis pe. produci à Cicerone in uerſu illo. Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo, Fuderunt claras foecundi pectoris artes.

LYCHNIDVS, (Λυχνιδός) Macedoniæ oppidum, ſub Canauia monte ſitum, ad uiam Egnatiam quæ ab Apollonia, mariq; Adriatico, in intimã Macedoniam ducit. Auctor Strab. lib. 7. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

LYCHNITIS, idis, (λυχνῖτις) lacus eſt in occidentali tractu Macedonię, ſub Catuania monte: cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum περὶ πόλεων, & Strabonem lib. 7.

LYCHNIS CORONARIA, (λυχνὶς στεφανωτική) herba eſt, quę à Romanis Genicularis, ſeu Bellaria uocatur. Florem habet uiolæ albę magnitudine, ſed purpureum. Nectitur ad Coronas. Plin. lib. 11. cap. 4. Roſam Gręcam appellat: uulgus hodie Candelariam. Lychnis ſylueſtris, (λυχνὶς ἀγρία) herba eſt ſatiuæ lycnidi per omnia ſimilis, cuius radicem Aſiani Boliten uocant. Dioſcorides à Romanis Accipitrinum pedem appellari teſtatur. Penitus tamẽ diuerſa eſt Lyſimachia, ſiue Lutea, quam uulgus hodie Accipitrini pedis nomine agnoſcit. Plin. lib. 25. cap. 10. Lycnidem agriam ſcribit eſſe herbam lino ſimilem radice nulla, flore hyacinthi, ſemine uitulinarũ narium ſimilitudinẽ referente. alioq; nomine Antirrhinon, ſiue Anarrhinon appellari.

LYCHNITES, pe pr. (λυχνίτης) marmor album, quod in Paro inſula eſſodiebatur: ſic cognominatũ, quod ad lucernam in cuniculis cæderetur, ſicut Pli. lib. 36. cap. 5. teſtatur. Eſt etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta a lucernarum accenſarum præcipua gratia. Plin. lib. 37. cap. 7.

LYCHNITIS. tidis, (λυχνῖτις) herba eſt ex Phlomidos generibus, alio nomine Thryallis dicta, folijs ternis, aut quaternis, craſſis pinguibus, plumoſis, ad lumina lucernarum utilibus. Auctor Plin. lib. 25 cap. 10.

LYCHNVS, m, {*Lucerna, lume*} (λύχνος) Græcis idem eſt, quod nobis lucerna: παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος, hoc eſt ab eo quod tenebras ſoluat. Verg. 1. Aene. Dependent lychni laquearibus aureis. Hinc Ellychnium, (ἐλλύχνιον) dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuſo oleo flammam nutriat. Lychni penſiles, lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus ſuſpenſę, totũ illuſtrabant triclinium.

LYCHNOBII, (λυχνόβιοι) dicti ſunt, qui loco dierum noctibus utuntur, et ad lucernas uiuunt, quaſi lucernarij. Seneca ulti. Epi. Nihil conſumebat, niſi noctem. Itaq; crebrò dicentibus illum quibuſdam auarum & ſordidum, Vos, inquit, & lychnobium d[illegible] tis.

LICHNVCHVS, {*Lucerniere*} (λυχνοῦχος) Græcè nominatur, quicquid lucernas ſuſtinet, ſiue id ſit cãdelabri genus, ſiue homo, quiſpiam lucernam geſtãs. Plin. libr. 34. cap. 3. Placuere & lynchnuchi penſiles in delubris, aut arborum modo mala ferentum lucentes.

LYCIA, (Λυκία) regio minoris Aſiæ, inter Pamphyliam, & Cariam ſita, olim (ſi poetarum fabulis credimus) Chimæræ monſtri ignibus infeſtata. Cuius fabulæ occaſionem præbuit Chimęra eius regionis mons, crebro ignem eructãs. Dicta eſt autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: a qua Apollo Patareus cognominatur. Hinc Lycius, gẽtile. Verg. 1. Aen. Vnam, quæ Lycios, fidumq; uehebat Orõtem. Item Lycius, a, um, adiectiuum: ut, Lyciæ ſortes, apud Verg. 4. Aeneid. id eſt, ſortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram reſponſa edebat.

LYCIDAS, dæ, (Λυκίδας) nomen Centauri unius ex ijs, qui Pirithoo Hippodamiam ſponſam eripere conati, a Lapithis interempti ſunt. Ouid. 12. Aenei. At non Eurynomus, Lycidasq;, & Aræus, & Imbreus Effugere necem. Eſt & nomen paſtoris apud Verg. 9. Eclog.

LYCIMNIVS, ſiue potius Licymnius, (Λικύμνιος) auus maternus Herculis, quem Tlepolemus quidem Herculis ex Aſtiochia filius, iam ætate prouectum interfecit. Auctor Homerus in Catalogo.

LYCISCA, nomen canis proprium, a lupi (ut uidetur) ſimilitude impoſitum, ſiue ab eo quod lupum coerceat. Verg. 3. Eclog. Multum latrante Lyciſca. Seruius Lyciſcas uocare arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natas: cuiuſmodi in Cyrenaica Libya gigni ſcribit Ariſtoteles. Plin. libr. 8. cap. 21. hoc genus hybridas Crocutas uocat, omniaq; dentibus frangere ait, & deuorata protinus concoquere.

LYCIVM, (λύκιον Dioſcoridi) ſpinæ genus folia habens buxetis ſimilia: unde & Pyxacanthan appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoq; expreſſo, fit medicamentũ, quod & ipſum Lycium appellant. Naſcitur hæc ſpina copioſiſſimè in Lycia Aſiæ regione, teſte Dioſcoride: unde & nomen uidetur accepiſſe. Plin. lib. 24. cap. 14. Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quam & Pyxacanthon Chironiam appellant.

LYCIVS, (Λύκιος) Apollinis cognomen, a lupi natura (ut quidam putant) impoſitum. Nam ſicut lupi pecora rapiunt, ita ipſe humorem haurit radijs. Vel ἀπὸ τῆς λύκης, quo nomine priſci Græcorum dicebant, lucem illam, quæ præcedit Solẽ. Vel (quod uerius puto) a Lycia Aſiæ regione, in qua præcipue celebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo inſignem.

LYCOCTONON (λυκοκτόνον) aconiti genus ita dictum, quod eo, in crudę carnis offis occultato lupos necent uenatores, Vide Dioſ. lib. 4. cap. 66.

LYCOMEDES, (Λυκομήδης) Scyri inſulę rex, cui Thetis filium ſuum deſmiente præceptore ſuo Chirone clam raptum ſeruandũ tradidit, ut ibi inter eiuſdem regis filias (erat enim facie uenuſta & puellari, ita ut facile pro puella ſeſe gereret) muliebri habitu indutus lateret, ne ad Bellum Troianum, à quo illũ non reuerſurum eſſe ſciebat proficiſci cogeretur. Apud quẽ cum delitеſceret, Deidamiam regis filiam uitiauit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Homer. lib. 9 Iliad.

LYCON, (Λύκων) philoſophus Peripateticus fuit, ex Troade Aſiæ regione, in dicendo adeo ſuauis, ut pro Lycone Glycon nominaretur: tracto nomine a dulcedine. Hic fuit cultu & ueſtium mollitie nitidiſſimus. Lucta & pilari luſione exercebatur. Perijt Podagrę morbo annos natus ſeptuaginta quatuor. Fuit pręterea Lycõ quidã Orator, unus ex accuſatoribus Socratis: de quo Laertius in uita Socratis. Fuerunt & alij eiuſdẽ nominis, quorum meminit idem Laertius.

LYCOPHRON, (Λυκόφρων) poeta, patria Chalcidenſis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione uero lyci Rhegini hiſtorici filius, inter ſeptem poetas, qui Pleiades dicebãtur a numero ſtellarũ a Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philetus, Homerus iunior, Lycophron. Tragędias eius enumerat Suidas. Scripſit et Alexandrã, poema ualde obſcurum, in quo meminit de Vaticinijs Caſſandrę, euerſisq; ab Hercule, et rebus Troianis, proſequitur uſque ad Alexandrũ Macedonem. De huius morte Oui. in Ibin: Vtq; cothurnatum periſſe Lycophrona narrãt, Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis. Alius fuit Periãdri Corinthiorum regis filius ex Meliſſa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quã cum Periander grauidam ictu calcis occidiſſet, Lycophron cum Cypſelo fratre ſuo ad Proclẽ ſe recepit. Verum repetente filios Periandro, cum Procles eos dimittere cogeretur, flens eos admonuit, meminiſſe eos debere, quiſnam matrem eorum occidiſſet. Quod uerbum tã altè Lycophronis menti inſedit, ut Corinthum reuerſus adduci non potuerit, ut aut patrẽ prior ſalutaret, aut ab eo compellatus, uerbum illum reſponderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ędibus eum eiecit, edicto ſimul propoſito, Apollini ut ſacer eſſet, quiſquis eum tecto reciperet. Cum edicti metu cum ab omnibus excluderetur, quarta demũ die in porticu quadã a patre inuentus, illuuie ſqualidus, & inedia tantũ non enectus, blandeq; ab eo inuitatus, ut poſita pertinacia regni ſucceſſionẽ miſerrimo præferret errore, nihil aliud reſpondit, quàm caput eius Apollini deberi, quod cõtra edictum in colloquium ſuum ueniſſet. Periander itaque animaduertẽs, grauius eſſe malũ filij, cui facile mederi poſſet, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verum cum ingraueſcente iam ætate, Periãder ſibi conſcius eſſet, ſe deinceps tyrannidi adminiſtrandæ minus idoneum eſſe, miſſa ad Lycophronẽ ſorore ad regni adminiſtrationem eum euocauit. Cui cum ille reſpondiſſet, ſe patre uiuo Corinthum non reuerſurum, hãc ei conditionẽ tulit Periander, ſeſe in Corcyram cõceſſurum modo ipſe ad Tyrannidis ſucceſſionem ſeſe Corinthum cõferat. Id approbante filio, Periander conſcenſa naui, in Corcyram curſum tenuit futurum ratus, ut filius mitteretur Corinthum. Quæ res cum magnopere ſedit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periãdro malè cupiebãt ut aduentum eius prætercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tã moleſtè tulit Periander, ut inſulam ui ingreſſus, trecentos primorum Corcyræorũ pueros Sardis ad Halyatten regem miſerit caſtrandos: qui tamen cum Samum appuliſſent, beneficio Samiorum ſeruati ſunt, & incolumes domum remiſſi. Vide Herodotum lib. 3. & Laertium in Periandro.

LYCOPHTHALMOS, (λυκόφθαλμος) gemma eſt quatuor colorum ex rutilo, et ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 11.

LYCOPOLIS, (Λυκόπολις) urbs Aegypti, à lupis dicta, quod Aethiopes Aegyptum incurſantes, lupi facta acie uſque ad urbem Elephantinã repulerint: Ibi Aegyptij Lycopolim condiderunt, a beſtijs illis ei nomen imponentes: quas etiam pro dijs coluerunt. Auctor Diodo. lib. 2.

LYCOPSIS, (λύκοψις) anchuſæ ſpecies, longioribus quã lactuca folijs, craſſioribusq; caule longo, hirſutoq;. Vide Plin. lib. 27. ca. 11. Galli; Linguam caninam appellant.

LYCORIS, idis (Λυκωρίς) Volumnij Senatoris liberta fuit, uero nomine Cytheris dicta, miſere à Cornelio Gallo adamata: quo tamen ſpreto Antonium in caſtra ſequuta eſt. Verg. 10. Eclog. Tua cura Lycoris Perq; niues alium, perq; horrida caſtra ſequuta eſt.

LYCORMAS, (Λυκόρμας Step) fluuius eſt Aetoliæ, flauas arenas uoluens. Hic poſtea Euenus ab Eueno rege Aetoliæ, qui ſe in illum præcipitauit, appellatus eſt teſte Strabone lib. 7. Ouid. lib. 2. Meta. Arſurusq; iterum Xanthus, flauusq; Lycormas.

LYCOS, (λύκος) minimum aranei genus, a rapacitate dictum. Plin. libr. 30. ca. 6. Araneus, & maxime, qui Lycos uocatur, dolenti medetur lien. Idẽ alibi Lupum appellat, ut lib. 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non texunt.

LYCTVS, (Λύκτος) Cretæ urbs, edito in loco ſita: unde & Lython quidam appellauerunt, teſte Stephano de urbibus, & Strab. libro 10. Hinc Lyctius, (λύκτιος) gentile: ut Lyctius Idomeneus, apud Verg. 3. Aene.

LYCVRGVS, (Λυκοῦργος) nobilis Spartiata fuit, Polydecta filius, et frater Eunomi Lacædemoniorum regis: cui etiam in regnum ſucceſſit, ignarus Eunomũ uxorem grauidã reliquiſſe. Quod ubi primum cognouit, poſitio regis nomine, Prodici, hoc eſt, tutoris nomẽ aſſumpſit, regioq; adulto (Charilao ei nomẽ erat) regnũ fideliter reſtituit. Verum cum ciuitatẽ peſſime inſtitutã animaduerteret, ad cõſtituẽdam ſalubrioribus legibus Remp. animum adiecit. Cõſcriptis itaq; ijs, quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati utilia fore, Delphos ſeſe cõtulit, ut Dei quoq; Cõſilium in re ſanctiſſima exploraret. Cumq; Pythia conſilium eius à Phœbo maximè probari, Deiq; potius, quàm hominis inuentum eſſe reſpondiſſet, alacrior ad peragendum inſtitutum factus, fore aliquot annos

occupa-

occupato, leges ſuas perfert. Quibus cum iam ciues mediocriter aſſuefactos uideret, ut quas tulerat leges, æternas quoq; redderet, hanc rationem commentus eſt. Simulat arduum adhuc ſupereſſe, quod ad ciuitatis ſalutem pertineret, quod tamen inconſulto oraculo aggrediendum non eſſet: eaq; de cauſa ſe Delphos proficiſci uelle. Interim tamen Reipub. intereſſe ut leges, quemadmodum latæ erant, in reditum ſuum inuiolatæ ſeruarentur: idq; ita futurum, primum à Regibus, deinde à cæteris omnibus iuſiurandum exegit. Profectus itaq; Delphos cum Pythiam reſpondentem audiſſet, nihil legibus illis abſolutius eſſe, feliciſſimamq; fore ciuitatem eam, in qua illæ q̃ diutiſſime ſeruarentur, conſtituit ſibi amplius in patriam non eſſe redeundum, ne illi aliquando iureiurando ſoluti, leges ſuas excuterent. Miſſo itaq; Spartam oraculo, amicosq; itineris comites amplexus, iisq; dimiſſis, Cirrham conceſſit, ubi mox ſua ſibi manibus necem conſciuit. Quanquam alij Criſſæ, nonnulli etiam in Creta interiiſſe uolunt: ubi etiã ſepulcrum eius apud Pergameam urbem oſtenditur. Spartani mortuo ſacellũ conſecrarunt, & ob ſingularia eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide latius uitam eius apud Plutarchum. Fuit & Lycurgus quidam Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hyſiphyles, cuius meminit Stat. lib. 5. et 6. Theb. Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate uino deditos conſpiceret, uites omnes toto regno excidi iuſſit: ut ſcribit Plutarchus eo in opuſculo, quod de Poetarum utilitate conſcripſit. Hinc datus eſt poetis locus fabulæ, Lycurgum infeſtiſſimo Bacchũ odio proſecutum eſſe, adeo ut & nutrices illius, in Nyſa latentes perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, ut præcipiti fuga traiecto mari, in Naxum ſe receperit. ideo ſubita numinum ira Lycurgum in furorem conuerſum, cum uites quoq; ne Baccho in poſterum libaretur, excidere uellet, tibias ſibi ſuccidiſſe. Hic eſt ille Lycurgus, cuius meminit Verg. 3. Aen. Terra procul uaſtis colitur Mauortia campis: Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

LYCVRGEVS, a, um, pe. pro. (λυκούργειος) denominatiuum à Lycurgo deductum. Ci. ad Att. lib. 1. Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur. Vbi interpres Lycurgei, id eſt, optimates, legum aſſeclæ, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus ſeueriſſimum interpretatur.

LYCVS, (λύκος) Bœotiæ rex fuit, qui Antiopam Nyctei regis filiam uxorẽ duxit: quã poſtea, cum ab Ioue in Satyrũ conuerſo compreſſam cognouiſſet, repudiauit, Dirceneq; uxorem duxit: quæ uerita ne Antiope cum Lyco in gratiã rediret, arctiſſimis eam in uinculis aſſeruauit: quibus Iouis miſeratione diſſoluta in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit: qui poſtea a paſtore, qui ipſos nutrierat de Lyci iniuria edocti, eum una cum uxore interfecerunt. Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad inferos deſcenderat, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo regnum Thebanorum occupauit: cumq; iam Megaræ Herculis uxori uim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, & cũ ſuis omnibus interfectus: ut eſt uidere apud Senecam in Hercule furente. Fuit item Lycus quidam ex Aeneæ comitibus: de quo Verg lib. 1. Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum Fata Lyci.

LYCVS, (λύκος) fluuius eſt Ponti præter Heracleam Maryandinorũ in Pontum Euxinum influens. Auctor Pli. lib. 2. ca. 103. Alius item eſt eiuſdem nominis fluuius in Aſia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Pli. li. 5. cap. 29. Eſt item Lycus Germaniæ fluuius, Rhætos dirimens a Vindelicis, & præter Auguſtam Vindelicorum in Danubium illabens, teſte Ptolemæo lib. 2. ca. 12.

LYDIA, (λυδία) regio Aſiæ minoris, Crœſo rege & Pactolo aurifero flumine notiſſima, quæ flexuoſis Mæandrij amnis recurſibus perfuſa, ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis uicina, ad Septentrionem Myſiæ. Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta eſt à Lydo Atyos filio, cum antea Mæonia uocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magneſiam, et Sardis Crœſi regiam, totiusq; regionis caput. Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui teſte Herod. lib. 1. primi aurum, argentumq; ſignarunt: primiq; caupones, inſtitoresq; fuerunt.

LYDIVS LAPIS, (βάσανος) coticula eſt, cuius attritu aurum proditur eiuſmodi ſit: alio nomine Heraclius lapis uocatur, teſte Theophraſto de Nat. lapidũ. Latini etiam Indicem appellant: in quem Battus ille paſtor apud Ouidium traſfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnũ in prodendi ſtudio. De hoc meminit Pli. lib. 33. ca. 8. his quidem uerbis: Auri, argentiq; mentionem comitatur, lapis, quem Coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, ut auctor eſt Theophraſtus, nunc uero paſſim: quem alij Heraclium, alij Lydium uocant. Iis coticulis periti cum è uena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea quantum argenti, uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Vicem autem prouerbij habet in eos, qui uehementer acri, exactoq; iudicio ſunt.

LYDDA, (λύδδα) Iudææ oppidum, ad occaſum Iordanis fluuij teſte Ptole. lib. 5 cap. 16. & Plin. lib. 5. cap. 14. Vulgo Aama.

LYDVS, (λυδός) Herculis filius ex Iole. Alter filius Atyos, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio eſt appellata, Nam quum propter terræ ſterilitatem Mæonia populum ſuum alere non poſſet, Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cum ingẽti multitudine ad Italiam ueniens eam tenuit partem, quæ ad mare inferum uerſa eſt, & à ſe Tyrrheniam nominauit, mareq; ipſum Tyrrhenũ: Lydus uero remanens, Mæoniam de ſuo nomine uocitauit. Fuit præterea hoc nomine Herculis filius ex Iole.

LYGDAMVS, (λύγδαμος) Naxius quidam fuit, Piſiſtrato in recuperanda tyrannide. Herod lib. 1.

LYGDANVM, oppidum Teuthraniæ, quæ Myſiæ pars eſt, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

LYGOS, ſeu, Lygus, (λύγος) frutex eſt ad iuſtæ pene arboris magnitudinem excreſcens, in aſperis naſcens locis & fere in fluminum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, ſed molliora. Duo eius ſunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantum & ſemine piperi non diſſimili.

Ratio nominis dicta eſt a ramorum flexibilitate. Nam λύγος à Græcis dicitur uimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur, Officinæ uocãt Agnum caſtum.

LYMIRA, oppidum eſt Lyciæ, cum fluuio eiuſdem nominis, in quem Arycandus influit, teſte Plin. libr. 5. cap. 27. Ptolem. tranſpoſitis uocalibus λίμυρα appellat.

LYMPHA, {Acqua} (νύμφη) à noſtris aqua, per mutationem n, in l, quaſi nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Verg. 4. Aeneid. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.

LYMPHATICI, {Matti, pazzi, furioſi} (νυμφόληπτοι) furioſi inſanientes: quaſi nympharum conſpectu in furorem uerſi. Nam creditum eſt ab antiquis, ut inquit Feſtus, qui in fonte ſpeciem quandam, id eſt, imaginem nymphæ uidiſſet, furore corripi, quos Græci νυμφολήπτους, Latini Lymphaticos uocãt. Liu. 10. ab urbe: Ita uictorem equitatum uelut lymphaticus pauor diſſipat. Tales ſunt ferè ij, qui cerriti & laruati dicuntur: quaſi Cereris ira, aut laruarum occurſatione uexati. Plautus: Laruatus certe es, aut Cerritus. Et alibi. Iube hanc pro cerrita circumferri.

LYMPHO, as, uerbum actiuum, à Lympha {Infuriare} (ἐκμαίνω) in furorem ago. Val. Argon. Rupta quies: deus accipientem lymphauerat urbem. Id eſt, turbarat, & in belli furorem uerterat. Eius paſſiuo uſus eſt Plin. lib. 37. ca. 17. Hac herba epota lymphari homines. Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teſte Priſciano. ut apud Curtium. Quippe lymphati, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. Niſi forte ibi malimus, legere Lymphati. Eſt autem Lymphatus idem quod inſanus, uel furore correptus. Hora. lib. 1. Carm. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in ueros timores. Vergi. 4. Aene. Immenſam ſine more furit lymphata per urbem. i. mente commota furiata. Pli. lib 30. cap. 10. Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Metu lymphatu trepidare. Lucan. lib. 7. Pectora lymphata, Oui. 11. Metam. Lymphatio, onis. Plin. lib 35. capi. 15. Et præfixiſſe in limine è ſepulchro euulſos clauos, aduerſus nocturnas lymphationes.

LYNCESTIS, (λυγκηστίς) Macedoniæ fluuius eſt, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, q̃ ſi quis uino ſe ingurgitaſſet. Plin. lib. 2. cap. 106. Lynceſtis aqua temulentos facit. Hinc Lynceſtius, a, um Ouid. 15. Metamor. Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis, Quem quicunq; parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat, quam ſi mera uina bibiſſet.

LYNCESTIS, idis, (λυγκηστίς) Macedoniæ regio, in occidentem uerſa: cuius caput eſt Heraclea, teſte Ptolem lib. 3. ca. 13. Huius incolæ dicuntur Lynceſtæ, quorum meminit. Plin. lib. 4. cap. 10.

LYNCEVS, a, um, per tres ſyllabas, & pen. pr. (λύγκειος) denominatiuum eſt a Lynceus formatum. Ouid. 5. Faſt. Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe, Non expectato uulnere preſsit humum. Vltor adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſta. Qua ceruix humeros continuata tegit. In primo carmine. Lynceo eſt adiectiuum. in tertio Lyncea, eſt accuſatiuus a Lynceus primitiuo.

LYNCEVS, diſſyllabum, huius Lyncei, uel Lynceos penul. obliquorum corr. (λυγκεύς) unus ex argonautis, tanta oculorũ acie præditus, ut diceretur uel parietem uiſu penetrare, et (ut ex hiſtoricis nonnulli prodiderunt) nouiſſimam Lunam, primamq; eodem die in ſigno arietis conſpicere: quod paucis mortaliũ contigit uidiſſe. Vnde Vale. li. 1. Argo. Solus tranſibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit: ſolitumq; exeuntem a Carthagine claſſem Punicam, numerumq; nauium, ex Libycana ſpecula manifeſtiſſime notare. Solinus refert fuiſſe Strabonem. Fuit et Lynceus alius frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas deſponſatas Caſtor & Pollux rapuerant, arma ſumpſerunt, initaq; pugna Caſtor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas uero, cum ipſum etiam Pollucem conaretur adoriri, immiſſo a Ioue fulmine interijt. Vide Ouid ad finem lib. 5. Faſt. Apollonius tamen in Argonauticis Idam a Caſtore interfectum tradit: idq; Lynceum per arietem uidiſſe, & Caſtorem occidiſſe.

LYNCVRIVM, (λυγκούριον) gemma eſt coloris ſubflaui, quam uetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere: unde & nomẽ uidetur accepiſſe. In qua etiam ſententia fuit Plin. lib. 8. ca. 38. Item Ouid. 15. Metam. ubi ſic habet: E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit, Vertitur in lapides, & congelat aere tacto. Recentiores tamen aſſerunt lyncis urinam non concreſcere: quod etiam ſuperioribus annis compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliã aduectis.

LYNCVS, (λύγκος) rex Scythiæ fuit, qui miſſum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum uſum commonſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe gloriam transferret, interimere cogitauit. Ob quam rem irata Ceres eum cõuertit in lyncem feram uarij coloris, ut ipſe uariæ mentis extiterat. Hæc Seru. Oui. 5. Meta. Rex ibi Lyncus erat, regis ſubit ille penates.

LYNDVS, Vide Lindus.

LYNX, maſcul. uel fœm. gen. {Lupo ceruiere} (λύγξ) genitiuo Lyncis, animal eſt ex luporum ceruariorum genere, uario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimoq; uiſu. Plin. lib. 28. cap. 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſime omniũ quadrupedum cernunt. Hora. 2. Carm. Timidos agitare lynces. Verg 1. Aenei. Maculoſæ tegmine lyncis. Huius urina in calculi duritiem uerti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id Lyncurium appellant. Quod tamen falſum eſſe nuper compertum eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis. A Lynceus fit adiectiuum, Lynceus, a, um, pen. pro. λύγκειος. Ouid. 5. Faſto. Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe. Interdum abiecta uocali ſubiunctiua penultimam corripimus. Hora. 1. Serm. Satyr. 2. Ne corporis optima Lyncei Contemplere oculis. Eſt enim prius hemiſtichium uerſus dactylici finis: niſi per ſynæreſin malis duas ſyllabas in unam contrahi. Homo Lynceus, id eſt, uehementer perſpicax, quem non facile quis feſellerit. Cicer. ad Varronem libr 9. Epiſtol. Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

LYRA, {Lira} (λύρα, χέλυς) inſtrumentum muſicum, in quo quot ſunt fides, tot reſonant uoces. Lyra dicta, quaſi λύτρου, propterea q; Apollini a Mercurio (qui eam primus creditur inueniſſe) pro boum compenſatione fuerit data: cum ante Chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plini. lib 9 ca. 10.) teſtudinis. Hor. 1. Car. Ode 10. Te canam magni Iouis, & Deorum Nuntiũ, curuæq; lyræ parentem. Hinc Lyricus, ca, cum, adiectiuum, (λυρικός) quod ad lyrã pertinet. Hinc poetæ Lyrici, dicti q; ad lyram ſua carmina cantabant, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorum, ac tauro donabatur. Hora. 1. Carm. Ode 1. Quòd ſi me lyricis Vatibus inſeris Sublimi feriam ſydera uertice. Modi ly-

lib.4.cap.12.

MACCABÆVS.(μακκαβαῖος)cum duplici c, & diphthongo nomen barbarum,quo uocati ſunt uiri illi fortisſimi,apud ſacras literas celebratisſimi.

MACCO,oppidum Brāchmanarum,populorum Indiæ:apud Plin.lib.6.ca.17.

MACEDNON,(μακεδνὸν)Pindi montis Theſſaliæ regiuncula,apud Herodotum lib.1.

MACEDO,pen.cor.(μακεδὼν)qui ex Macedonia ortus eſt.Luca.lib.6.Quā tibi ſacrato Macedo ſeruetur in antro.

MACEDONIA,(μακεδονία)latisſima Europæ regio, duobus olim regibus,& terræ imperio clarisſima,antea Aemonia:& Emathia appellata, quæ à temporibus'inuictis regum prudētia,gentisq́ fortitudine eo magnitudinis excreuit, ut centum quinquaginta ſacta fuerit populorum.Hāc à Septentrione,a Dalmatia Moeſiaq́ montana ſeiungunt:ab occaſu mari Adriatico,ſiue Ionio,ab ortu Aegæo abluitur.Meridianam oram Epiroticæ gentes,& ipſa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Oſiridis,ſiue(ut Stephanus & Solinus ſcribunt)Iouis filius,& Thyre filiæ Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo,donis,(μακεδὼν)& poſſesſiuum Macedonicus,nica,nicum,μακεδονικός.

MACEDONICVS,ca,cum,(μακεδονικὸς)poſſesſiuum à Macedonia:unde mare Macedonicum,quod eſt Aegæi pars, Macedoniam ab ortu abluens.
Macedonius,a,um,Ouid.12.Metam.Qui clypeo,gladioq́,Macedoniaq́ ſariſſa.

MACELLARIVS,rij,{*Colui che uende il companatico*}(ὀψοπώλης)dicitur uenditor eorum,quę ad uictum pertinent,non ſolum carnium,ſed omnium obſoniorum:quinetiam panis et frumenti uenditor,nam hæc omnia in macello ueneundabantur. Varro lib.3.ca.4.Duo ſunt ornithonis genera.unum delectationis,alterum fructus cauſa:quo genere macellarij,& in urbe quidam habēt loca clauſa,& rure maxime conducta,&c.Sueto.in Cæſa.Ea quæ ad epulum pertinebant,quamuis macellarijs oblocata,etiam domeſticatim apparabat.

MACELLOTA,æ,Vide Macellum.

MACELLVM,li,(ὀψοπωλεῖον)locus Romæ,quo uenalia omnia quæ ad uictum humanum pertinebant,contrahebantur Cic.2.de Diui.Si Epicuri de Voluptate liber corroſus eſſet,putarem annonam in macello cariorem fore. Dictū macellum,teſte Varrone,& Feſto,à Macello quodam homine improbisſimo, qui in urbe latrocinium exercebat,quo damnato Cenſores Aemylius,& Fuluius ſtatuerunt,ut in domo eius obſonia uenderentur,redactis in ærarium eius bonis. Alij Macellum dictum putant quod ibi fuerit hortus,quem macellū à Lacedæmonijs appellatum ferunt.Et Iones oſtia hortorum Macellotas uocabant,ut ait Varro libro 4.de lingua Latina.Donatus à mactandis pecoribus deriuat.

MACELLVS,a,um,diminutiuum a Macer,pro macilento.Lucil.lib.5.Si noſti,non magnus homo eſt,naſutus, macellus.Nonius.Fuit præterea Macellus hominis improbisſimi,& ſeditioſi nomen quo capitis damnato, redactisq́ in ærarium eius bonis ędes etiam eius dirutæ ſunt,caq́ in area extructum eſt ędificium uenundandis obſoniis deſtinatum,quod ab eius nomine Macellum fuit appellatum.

MACEO,ces,macui,{*Smagrirſi*}λεπτύνομαι,ἀσχναίνομαι,idem quod macreo, hoc eſt,macer ſum.Plau.in Aulu.Qui oſſa,atq́ pellis totus eſt,ita cura macet. A quo Maceſco,ſcis,macer fio.Colum.lib.2.ca.9.Conſtat arua ſegetibus eius (ſcilicet hordei)maceſcere.

MACER,cra,crum,{*Magro*}(ἰσχνὸς,λεπτὸς)exilem,extenuatumq́ ſignificat, quem medici gracilem uocant.cuiuſmodi ſunt bilioſi fere omnes.Ver.3. Eclo. Heu Heu q̄ pingui macer eſt mihi taurus in aruo? Colum.lib.2.ca.9.Nam uel pinguisſima uel macerrima humo iaciatur.Sipontinus à Grçco μακρός,deduci putat.Illi enim μακρά,longa dicunt:quæ autem tenuia ſunt , longiora uidentur. Macer,(μάκερ)eſt etiam poetæ proprium, qui de herbarum uiribus ſcripſit.

MACERESCO,{*Macerarſi*} (ὑγραίνομαι)idem eſt , quod maceror , hoc eſt madeſio & mollificor. Cato de Ruſt.cap.92.Frumento curculio ne noceat, neu mures tangāt,lutum de amurca facito,palearum paulum addito,ſinito macereſcant.

MACERIA,æ,& Maceries,ei,(τοῖχος)paries ſiue murus,uel congeries lapidum in unum compactorum,ſine intrita,aut alio genere ferruminis,cuiuſmodi parietes fere eos eſſe uidemus,quibus uineæ claudi ſolent. Teren.in Adelph.Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter lib.3.de Re ruſt.ca.12.Quis ignorat ſepta è macerijs ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint,& ſint alta.Cato de Re ruſt.cap.15.Maceria ſi ex calce,& cæmentis, uel ſilice ædificetur.Legitur quandoq́ Maceries apud antiquos pro macie,uel macilentia, λεπτότης. Afranius Si ille hoc nunc ſentit,facere illi ſatis uis,quanta illius mora ſit maceries tibi. Nonius.

MACERO,as,{*Macerare*}(ἀποτήκω, τήκω)quum ad corpus refertur, ſignificat attenuo,contero:ab eo quod eſt Macer. Hora.li.1.Carm.Quàm penitus lentis macerer ignibus. Plau.in Cap.Multos iſte morbus homines macerat.Quū autē ad animum:ſignificat affligo,ac nimia cura,ſtudio, uel ſolicitudine meipſum conficio,& attenuo. Teren.in And. Tu modo, anime mi,noli te macerare. Ibidem:Sed quid ego cur me excrucio? cur me macero? Accipitur etiam frequentisſime pro eo quod eſt,humore aliquo emollire,uel in aqua quippiā aſſeruare donec ſalſedinem alium'ue ſaporem deponat. Teren.in Adelph.Salſamēta hæc,Stephanio,fac macerentur pulchre. Eſt etiam Macerare aliquando proluere,madefacere.Plin.lib.11.cap.41.de Poppea:Totum corpus illo lacte macerabat. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari,antequam fabri ea utantur Maceratus,a,um, participium,mollis & tener factus. Plaut.Poenu. Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

MACESSVS, (μακεσσὸς)fluuius eſt Myſiæ,in Rhyndacum influens.Plin. lib.5.cap.31.

MACHÆRA,ræ, {*Spada,ſcimitara*}(μάχαιρα)ſica,gladius,culter:quod nomen impoſitum eſt à Græcis,à uerbo μάχομαι,quod eſt pugno. Iuue.Saty.7. Armes nomen uictumq́ machæræ.

MACHEROPHORVS,{*Spadaccino*}(μαχαιροφόρος)ſicarius , gladium ferens.Cice.ad Quint.Fratr.lib.6.Hominem portam ad mare octophoro, machærophoris centum ſequentibus.

MACHÆROPOEVS{*Spadaro*}(μαχαιροποιὸς)faber gladiorum. Quo nomine Dictus eſt Demoſthenis pater,ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam,multisq́ artificis ſeruis inſtructam habebat.

MACHÆRVS,untis,(μαχαιροῦς Stephano)arx Iudææ , ſecundum olim ab Hieroſolymis dignitatis locum obtinens. Plin lib.5.cap.16.

MAGHALAVM, nomen Græcum,compoſitum ex μάχη,quod pugnam ſignificat:& ἀλαὸς,cæcum & errantem.Oppidum in Brixiano agro, Inſubrum clade nobile.

MACHAON.(μαχάων)filius fuit Aeſculapij & Arſinoes(alij Coronidis, alij Heſiones filiæ Meropis,alij Xanthiones filium faciunt)Podalirii frater,et medicus inſignis,qui etiam cum reliquis Grecię principibus ad Troiam uenit. Tandem ab Eurypylo occiſus. Verg.lib.2. Aenei. Pelidesq́ Neoptolemus,primusq́ Machaon. De eo etiam Homę.2. Il. Ab eo Machaonius deducitur. Vnde Machaoniam artem Poetæ uſurpant pro Medicina.

MACHINA,pen.cor.{*Machina*}(μηχανή)molitio,inuentio. Vnde Mechanicus faber,ſeu opifex eorum operum,quæ ingenio ſimul & manibus fiunt. Et Mechanica ars,fabrilis. Vnde artes diuiduntur in Liberales, & Mechanicas. Aſconius:Machina dicitur,ubi non tam materiæ ratio,q̄ manus,atq́ ingenij ducitur. Machina etiā dicitur inſtrumentum,quo moles aliqua facile quocūq́ uolueris impelli poteſt. Plin.lib.19.cap.2.de ſpartho loquēs:Qui uolet miraculum æſtimare,quanto ſit in uſu omnibus terris nautum armamentis, machinis ædificationum. Et Machinas bellicas,(ἑλεπόλεις)uocamus opera fabrilia quibus in bello utimur. Ver.2. Aenei. Quo molem hanc immanis equi ſtatuere? quis auctor? Quidve petunt? quæ religio? aut quę machina belli? Hora.2. Epiſt.2. Torquet nunc lapidem,nunc ingens machina tignum. Vitruo.lib.10. cap.16.Conſtituebatur autem in ea arietaria machina,quæ Grecè κριοδόχη dicitur,in qua collocabatur taurus perfectus in torno,in quo inſuper conſtitutus aries. Murales machinæ. Plin.lib.7.cap.56. Item ipſa conſilia,quibus decipere hoſtem conamur, Machinæ uocantur Cice.3.de Natu.Deo. Nec quid inde auferam. Nec quem dolum adeum,machinamve cōmoliar, Scio quicquā.

MACHINALIS,& hoc le, quod ad machinas ſpectat,(μηχανικὸς)ut, Machinalis ſcientia,apud Plin.lib.7.cap.37.Grande & Archimedis Geometricę & machinalis ſcientiæ teſtimonium M.Marcelli contigit.

MACHINARIVS,rij,(μηχανοποιὸς)machinarum opifex. Paul.l.Si putatori.ad leg. Aquil.Si machinarius hominem prætereuntem occiderit.

MACHINOR,aris.{*Machinare,imaginarſi*}(ἐπινοοῦμαι, μηχανάομαι)imaginor,cogito,per dolum aliquid molior. Frequentius enim in malam partem accipitur. Liui.lib.1.ab urb.Confeſtim Turno necem machinatur. Dicitur autē machinaria μηχανάομαι,quod eſt inuenio. Vnde μηχάνημα,inuentum & molimen dicitur. Cic.3.de Natu.Deo.Niobe,parum'ne ratiocinari uidetur, & ſibi ipſa nefariam peſtem machinari? Machinari peſtem aliquam in omnes. Cice. in Catil. Accipitur etiam Machinari in bonam partem, pro inuenire rationē. Ci.2.de Diui.Nam primum aliæ mares,aliæ foeminæ ſunt: quod perpetuitatis cauſa natura machinata eſt.

MACHINAMENTVM,(μηχανή)pro machina capitur. Liui.4.Bel.Pun. Turres contabulatas,machinamentaq́ alia quatiendis muris portabant.

MACHINATOR,oris,(μηχανοποιὸς)machinarum inuentor,aut opifex. Liui.4.Bel.Pun. Archimedes is erat,unicus ſpectator coeli,ſyderumq́ mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum,operumq́:qui ea,quę hoſtes ingenti mole agerent,ipſe perleui momento ludificaretur. Machinator item (μηχανορράφος)dicitur,doli alicuius & fraudis conſutor. Ci.in Catil. Improbisſimus machinator omnium ſcelerum,hoc eſt inuentor & auctor.

MACHINATIO,{*Inuentione,aſtutia*} (μηχάνημα)aliud uerbale,pro inuētione,& aſtutia. Colu.lib.6.ca.1. Hac machinatione conſequemur, ut etiam cōtumaces boues grauisſima onera non recuſent. Interdum etiam pro ipſa Machina. Cæſ.2.Bel.Gal. Primus irridere ex muro,atq́ increpitare uocibus,q̄ tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur.

MACHINOSVS,a,um,machinę confectum, uel dolis excogitatum,ut nauigium machinoſum,apud Sueto.in Nero.ca.34.Repetentiq́ Baulos in locum corrupti nauigii,machinoſum illud obtulit.

MACHLYÆ, (μάχλυες Herodo.populi Africę ſupra Naſamones, quos Androgynos eſſe tradit Calliphanes,utriuſq́ naturæ inter ſe uicibus coeuntes. His Ariſtoteles tradit dextram mammam eſſe uirilem, læuā muliebrem. Vide Plin.lib 6.cap.2.

MACHLIS,fera eſt ſcandinauiæ inſulæ peculiaris,alcę ſimilis,ſed nullo ſuffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat,ſed arbori ſe acclinans ſomnum capit qua à uenatoribus ante ſuccisa,cum ſemel ceciderit,erigere ſe non poteſt,caq́ ſola ratione capitur:alias miræ uelocitatis. Labrum ei ſuperius prægrande: ob id retrogaditur in paſcendo , ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plin.libro 8. cap.15.

MACIDOS,urbs Thraciæ,quam Ptolemæus Madi nominat de genere uocabulo Vide Vadianum in Mel lib 2.in deſcriptione Thraciæ.

MACIES,macritudo,& Macor,ſiue Matror, {*Magrezza*}(λεπτότης,ἰσχνότης)corporis extenuationem ſignificant. Plau.in Cap. Oſſa atq́ pellis ſum miſera macritudine. Pacuuius. Corpusq́ meum tali moerore,errore,macrore ſenet, Colum.lib.6.cap.14. Eſt etiam illa grauis pernicies,cum pulmones exulcerantur:unde tuſſis & macies. Verg.3. Aenei. Cum ſubito è ſyluis macie confecta ſuprema Ignoti noua forma uiri,miſerandaq́ cultu Procedit.

MACILENTVS,{*Macilento*}(λεπτοσαρκὴς, ἰσχνόσωμος)macie extenuatus,interprete Feſt. Pla.Cap.Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? A R. dicam tibi: Macilento ore,naſo acuto,corpore albo,& oculis nigris.

MACIDATVS.{*Bagnato*}liquoris infuſione madens. Apul.lib.8.Ille ſpongiis macidatis tumore comprimere.

MACIO,as {*Immagrire*}(ἀποισχναίνω ἀποτήκω)macrum facio,cuius compoſitum eſt Emacio,ualde macrum reddo. Colum.li.5. At certe in ordinariis uitibus utiq́ obtinendum eſt,ne pluribus flagellis emacientur,niſi ſi futuris propaginibus proſpiciemus.

MACIR Plinio,alijs Macer(μάκιρ Dioſcorid.)cortex eſt ſubrufus & magnę radicis,qui ex India aduehitur, detractus ex arbore ſui nominis. Vide Pli.lib.

12.cap.8 Officinis Macis appellatur.

MACISTVS, (μάκιςος) Stephano oppidum eſt Triphyliæ, hoc eſt Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Maciſto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. cap 6. Maciſtum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

MACRA, campus eſt Iudææ, teſte Strabone lib. 16. in quo Poſidonius ſcribit uiſum eſſe ſerpentem mortuum ingenti longitudine, eaq; craſſitudine ut equites ex utraq; parte aſtantes, ſe inuicem intueri non poſſent: hiatu autem tanto, ut hominem equo inſidentem reciperet: ſquammis uero quouis clypeo maioribus.

MACRAS, regio Iudææ, mari proxima: de qua Strabo lib. 16.

MACRA, fluuius eſt ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria diuidens, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. & iuxta Lunam ciuitatem in Tyrrhenū mare influēs. Vide Strabo. lib. 5. Eſt & Inſulæ nomen in Carcinite ſinu, teſte eodem Plin. lib. 4 cap. 13. Ptolemæo Marcalla dicitur.

MACREO, cres, {Diuenir magro} (λεπτύνομαι) macer fio: à quo Macreſco, eiuſdem ſignificationis. Colu. lib. 6. cap. 3. Dabimusq; operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Var. Quia earum aſpectus ad deſiderium macreſcere facit uolucres incluſas. Martia. lib. 13. Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus.

MACRITIVS, (μακρίτιος) uir Cous fuit Sinopes celeberrimæ Ponti urbis conditor. Vide Stephanum in dictione Sinope.

MACRIS, (μάκρις) inſula eſt exigua, Eubœæ adiacens, olim eius pars, donec impetu maris fuit abſciſſa. Vide Plin. lib. 4. cap 88 Stephanus Eubœam ipſam olim Macrim uocatam tradit.

MACRO, as, macero {Smagrare} (ἰσχναίνω) cuius cōpoſitum eſt Emacro, quod eſt ualde macrum facio. Plin. lib. 18. Terram emacrari hoc ſatu (ſcilicet milij) exiſtimantes.

MACROBII, (μακρόβιοι) populi ſunt Aethiopiæ, ultra Meroen, ut inquit Solinus, quibus dimidio protenſior eſt uita, q̄ noſtra. Iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimum ualent robore, & forma ſunt pulcherrima. Vltra hos populos deſertæ, inhumanæq; ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt, quo perfuſa corpora quaſi uncta niteſcunt, adeoq; liquidus, ut ne folia quidem ſuſtineat.

MACROBIVS, (μακρόβιος) uiri Conſularis nomen eſt, qui fuit Seruij cognatus, qui in Somnium Scipionis Commentariorum libros duos, aliosq; ſeptem Saturnaliorum conſcripſit. Latine longæuus interpretatur. Nam μακρὸς, lōgus & βίος uita dicitur.

MACROCENI montes, Vide Macrocremnū.

MACROCEPHALI, (μακροκέφαλοι) populi ſunt Themiſcyræ regionis quæ Ponto & Colchidi proxima eſt. Horum meminit Plin. libro 6 cap. 4. & Mela lib. 1.

MACROCHIR, (μακρόχειρ) cognomen fuit Artaxerxis Aſſyriorum regis ideo illi impoſitum, q; alteram manum haberet longiorem. Latini longimanum uertunt.

MACROCHIRA, (μακρόχειρα) tunica manicata quę & chirodota appellatur Lampri. Macro. hiras ex purpura ad uſum ſuum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorum. Auguſt lib 1 de Doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud Veteres Romanos flagitium erat.

MACROCOLA, orum, pen. pro. {Carta reale} (μακρόκολα) teſte Hermolao in Plinium, ſunt maiores, & longiores chartæ, quas nos hodie Chartas regias uocamus: quo etiam nomine Catullus chartæ quoddam genus appellauit. Cic. ad Atti. lib. 13. Sed tamen ego non deſpero, probatum iri Varroni: & id, quoniā impenſam fecimus in macrocola, facile potior teneri. Arbitratur autem Hermolaus Macrocolum dici ἀπὸ τοῦ μακροῦ καὶ κώλου, quaſi longum membrū, uel potius longam membranam. Vnde potius unico l, ſcribendum uidetur: quemadmodum & protocolon. Nam utriuſq; eadem uidetur origo. Eſt enim Protocolon prima illa charta, in qua ſcribæ acta breuiter delineāt, ornatius, & amplius, quoties res popoſcerit, deſcripturi. Macrocolorum meminit Pli lib. 13. cap. 12. de generibus chartarū, loquens. Præterea (inquit) in chartis ſpectantur tenuitas, denſitatis, candor, & læuor. Primatum mutauit Claud. Cæſ. Nimia quippe Auguſtæ tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens literas liturę metum afferebat aduerſis: & alias in decoro uiſu per tranſlucida. Igitur & ſecūdo corio facta ſunt ſtatumina è primo ſubtegmine. Auxit & latitudinē. Pedalis erat menſura & cubitalis macrocolis. Hæc Plin. Sunt qui Macrocollum ſcribant gemino ll, putantes dictum eſſe, ἀπὸ τῆς κόλλης, hoc eſt, à glutine quo chartæ glutinantur.

MACROCREMNII, montes ſunt non procul ab Iſtri fluminis oſtijs. Pli. lib. 4 cap. 12.

MACROLOGIA, (μακρολογία) ſermonis prolixitas: cui opponitur βραχυλογία, ſiue Laconiſmus. μακρολογεῖν enim Græcis eſt multa loqui, & prolixo ſermone uti.

MACRONES, pe. pro. (μάκρωνες) populi Iberiæ. Albanis finitimi. Pli. lib 6. cap. 10.

MACRON TICHOS, (μακρὸν τεῖχος) oppidum eſt Thraciæ nō procul ab Iſthmo Cherroneſi, ita dictum a longo muro, quem Milciades ibi a Propōtide ad Melancum ſinum duxit, Cherroneſum a reliqua excludēs Thracia, Auctor. Plin. lib. 4. cap. 11.

MACROPOLIS, (μακρόπολις) agri Syracuſani, oppidulum, quod & Euryelus appellatur Stephano.

MACRYTES, (μάκρυες) Lybiæ populi ſunt Stephano, ijdem, opinor, cum ijs, quos Herod. & Plin. Machlyes uocat. Vide ſupra.

MACRINTA, Vide Macyma.

MACTEÆ, {Cibi de molto pretio} (ματτύαι) dicuntur precioſa edulia. Sueton de Calig. Multis uenenatas macteas miſit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas alij Matteas, Apud Martialem legitur Mactea pluralis numeri, & neutri generis. Mactea (inquit) ſola iuuant. Vide exactius infra in dictione Mattya.

MACTICVS, pen. cor. qui habet magnas malas, & os patens, quaſi malacticus. Feſt.

MACTO, ctas, {Ammazzare} (ἀποκτείνω) interficio. Cic. de Aruſp. reſpon. Clodius diuiſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactauit. Tractum eſt a ſacris, ubi mactari hoſtiæ (θύεσθαι) dicuntur quę immolantur. Ver. 4 Georg. Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes. Idem 4. Aeneid. Mactāt lectas de more bidentes. Vbi Seruius. Mactant, uerbum ſacrorum, (κατ' εὐφημισμὸν) dictum ut adolere. Mactare ſupplicio Cice. in Catil. Nemne hunc in uincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?

Mactare Orco, id eſt, ad Orcum demittere, & præcipitare. Liu. li 9. ab urb. Sacratos more Samnitium milites, eoſq; candida ueſte, & paribus candore armis inſignes eos ſe Orco mactare Iunius dictitans, cum intuliſſet ſigna, &c.

Mactare infortunio. Pla. in Poen. Diutiem audacter ſolemus mactare infortunio. Dictum eſt autem Macto, quaſi magis aucto hoc eſt, augeo. Nam prius q̄ uictimam immolarent, tus aut uinum ſuper eam fundebat. Vnde mactum eſſe taurum dicebant, ture uel uino cumulatam hoſtiam quaſi magis auctam.

Hinc Mactare pro magis augere, ueteres uſurparunt. Cice. de Rep. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Per tranſlationem ponitur pro malo afficere, ſeu male tractare, Plau. in Aulu. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri Dotatæ mactant & malo, & damno uiros. Quandoq; pro præcipitare. Accius: Aut illorum copias fundam in campo, aut naues urā, aut caſtra mactabo in mare. Quandoq; pro honorare. Plau. Tamen honeſte mactatum reducam domum. Quandoq; pro uiolare. Cice. 6. Ver. Cum uideant ini ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. Quandoq; pro uerberare. Mactatus, a, um, participium. ut, Hoſtia mactata. Hora. 1. Carm. Ode 19. Mactata ueniet lenior hoſtia. Mactandus, a, um, Sene. Troad. Mactanda uirgo eſt Theſſali buſto ducis. Mactatus huius mactatus. Lucret. lib. 1. Nubendi tempore in ipſo Hoſtia conciderat mactatu mœſta parentis. Mactator, oris, Sene. Troad. Perge mactator ſenum.

MACTORIVM, (μακτώριον) urbs Siciliæ, apud Stephanum.

MACTRA, {Madia, arcella} arca panaria, quæ κάρδοπος a Græcis dicitur, A uerbo Græco μάττω, quod ſignificat ſubigo, uel pinſo.

MACTVS, a, um, {Accreſciuto} putatur eſſe dictio compoſita ex aduerbio Magis, & nomine auctus. Solus autem uocatiuus utriuſq; numeri ab hoc nomine eſt in uſu. in numero ſingulari Macte, & in plurali Macti: quibus propere utimur, cum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Conſtruiturq; tam cum genitiuo, q̄ cum ablatiuo. Verg. li. 9. Aen. Macte noua uirtute puer, ſic itur ad aſtra. Martia. li. 12. Macte animi quem rarus habet, morumq; tuorum. Cice. Atti. Macte uirtute eſto. Plin. lib. 2. cap. 12. in laudem Aſtrolog. Macti ingenio eſte cœli interpretes, rerūq; naturæ capaces. Stat. lib. 7. Theb. Macte animo iuuenis. Simillimum eſt illud apud Græcos ἰὲ παιὰν, ἰὲ παιών, quibus utuntur re grauiter, & feliciter geſta. His autem dictionibus Macte & Macti, quamuis uocatiui ſint: attamen ex uſu auctorū tam pro nominatiuo, q̄ pro accuſatiuo licite utimur, nō ratione, ſed auctoritate Liu. li. 2. ab urb. Iuberem, macte uirtute eſſe, ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret. Idem lib 4. ab urbe: Macte uirtute Seruili eſto, liberata Repu. Ponitur aliquādo aduerbialiter. Plau. in Mil. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis, i. ualde, uehementer, & quantum poterat, amabat.

MACVLA, læ, {Macchia} (κηλὶς, σπίλος) ſordes, ſiue labes. Plin. Fullones eas maculas è ueſtibus tollunt. Verg. 3. Georg. Ne maculis infuſcent uellera pullis Naſcentum. Lucentes maculæ. Stat. 1. Syl. Quandoq; pro infamia. Ci. Cum ut adoleſcentiæ maculas, ignominiaſq; prætereā. Quandoq; pro retis foramine, ſeu plaga. Idem in Verr. act. 5 Reticulum ad nares ſibi admouebat, tenuiſſimo lino minutus maculis, plenum roſæ. Varr. li. 2. pro reti poſuit: Septum totū grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex eo euolare aues. Maculæ item in corpore dicuntur, colorum uarietates, a reliquo corporis colore differentes. Plau. in Capt. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem. Marmora item uariegata maculis picta dicuntur. Senec. Epiſto. 116. Delectant nos ingentium maculæ columnarū.

Eleganter dicimus Delere maculam. Cic. pro lege Man. Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Eluere maculam. Ci. pro Sext. Quoniam illa in Repu. macula regni publicati maneret, quam nemo iam poſſet eluere. Inurere maculam. Ci. in Salluſt. Non'ne tibi uiderer æternas inurere maculas quas reliqua uita eluere non poſſit. Afficere macula. Cice. pro Roſc. Com Legationis ipſius ceremoniam polluerit, maculaq; affecerit.

MACVLO, as, {Macchiare} (μιαίνω, κηλιδόω) id eſt, fœdo, turpo. Verg. 3. Aenei. Et terram tabo maculant. Idem 10. Aenei. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen, Pulſus ob inuidiam ſolio ſceptriſq; paternis. Cice. pro Mil. Tuq; ex tuo edito mōte Latialis ſancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, fineſq; ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere maculara t. Hinc Commaculo, las, & Immaculatus, qui eſt ſine macula.

MACVLOSVS, a, um, {Machiato, ſporco} (ῥυπαρὸς, κατάστικτος) ſordidus, immundus. Plau. Sordida & maculoſa facie. Cice. 2. Philip. Auctionis uero miſerabilis aſpectus: ueſtis Pompeij non multa, eaq; maculoſa. Maculoſus, notis, ſiue maculis conſperſus. Verg. 1. Aenei. Succinctam pharetra, ac maculoſæ tegmine lyncis. Maculoſus homo, per tranſlationem dicitur immundus, & impurus. Cic. ad Atti. lib. 1. Non enim unquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit: maculoſi ſenatores, nudi equites, &c. Tacitus lib. 17. Auaritia & libidine fœdus, maculoſus. Hora. 4. Carm. Ode. 5. Mos & lex maculoſum edomuit nefas.

MACYBERNA, Vide Mecyberna.

MACYNIA, (μακυνία) oppidum eſt Aetoliæ, in Taphiaſſo monte ſitum: de quo Strab. lib 10 & Plin. lib. 4. cap. 2. Apud Stephanum Macrynia legitur, ſed corrupte, q; & ipſa literarum ſeries, & alphabetici ordinis lex ſatis indicat.

MADAVRA, (μαδαύρα) ciuitas in cōfinio Getuliæ ſita, & Numidiæ, a qua Apuleius Madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc urbem ſcribit Auguſt. lib. cōfeſſ ſe contuliſſe, quum adoleſcens eſſet, diſcendarum ingenuarum literarum gratia, florente ibi gymnaſio.

MADEFACIO, cis, {Bagnare, inhumidire} (δεύω, διυγραίνω, βρέχω) madidum facio, humore aſpergo, Verg. 5. Aenei. Humum uiridesq; ſuper madefecerat herbas.

MADEFIO, {Eſſere bagnato, eſſere inhumidito} (δεύομαι) habet ſignificatione paſſiuam, idemq; eſt quod madidus fio, uel humore aſpergor. Sueton. in Cæſare, Quum decidiſſet in mare, per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent. Ouid. 8. Metam. Madefactaq; terra cruore eſt.

MADEO, es, {Eſſere humido, bagnato, molle} (βρέχομαι) madidus ſum, & humore

more aliquo conſperſus. Plin. lib. 8. cap. 25. Tergoris ad ſcuta galeasq; impene trabilis, præterquam ſi humore madeat. Madere metu, eſt præ timore, ſudore aſperſum eſſe. Plau. in Moſtel. Hei mihi cum iſtæc blanda dicta, quo eueniant, cogito, madeo metu. Madere uino, eſt ebrium eſſe. Martia. lib. 11. Hic totus uolo rideat libellus, Et ſit nequior omnibus libellis, Qui uino madeat, nec erubeſcat. Ouid. 13. Metam. Arripit enſem: hoc ait, utendū eſt in me mihi: quiq; cruore Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit. Idem 3. Triſt. Eleg. 5. Osq; madens fletu, palldisq; meo.

MADESCO, ſcis, (Eſſere bagnato)(ὑγραίνομαι) habet ſignificationem paſſiuā innatam, idemq; fere eſt, q madidum fieri, humeſcere, ſiue humectari. Colu. li. 11. cap. 3. Hæc enim res efficit, ut in coctura celerius madeſcat, & eundem colorem ſine nitro conſeruet. Aliqui hanc differentiam conſtituunt inter Madeſcere & Madefieri, quod madeſcamus ſudore, uel alio humore ex nobis prouenīte: Madefiamus humore extrinſecus ueniente. Sed hoc non eſt omnino uerum. Colum. lib. 8. Stabuletur ſicco loco, ne humore madeſcant ungulę. Hinc componitur Permadeſco(διάβροχος γίνομαι) quod eſt ualde madidus fio. Idem lib. 2. In id tempus conuenit inter peritos rei ruſticæ non eſſe arandum, niſi ſi magnis (ut fit nonnunquam) ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.

MADIAN, (μαδιάμ) urbs quædam Arabiæ deſertæ, ſic dicta ab uno filiorū Abrahæ ex Cethura quæ (teſte Hieronymo) eſt trans Arabiam ad Meridiem in deſerto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri. Vnde uocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filias Ioab, ſoceri Moſi, filias Madiā. Sed hæc ciuitas homonyma eſt iuxta Arnonem & Arjopolim, cuius ruinę nūc tantummodo demonſtrantur.

MADIDO, das, (Inhumidire)(ὑγραίνω) madidum facio. Clau. lib. 2. de Rapt. Proſerpinæ. Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcūdo rore maritat.

MADIDVS, a, um, (Humido, bagnato)(διάβροχος) aliquo liquore reſperſus: cui opponitur Siccus. Verg. 5. Aenei. Madidaq; fluens in ueſte Menoetes.

Ponitur aliquādo pro ebrio. Plau. in Amph. Faciam ut ſit madidus ſobrius, id eſt, efficiam ut uideatur ebrius, cum nihil biberit. Quādoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Si quis Cecropiæ madidus, Latiæq; Mineruæ Artibus.

Hinc Semimadidus, (ἡμιβροχος) Colu. li. 2. Sed quandocunq; arabitur, obſeruabimus, ne luteſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus.

MADIFICO, as, (Bagnare, inhumidire)(ὑγραίνω, βρέχω) idem quod madefacio. Plin. lib. 28 cap. 7. Et ſi contra epiphoras feruentes oculorum anguli ſubinde madificentur.

MADOR, oris, (Humidità)(δίασις, ὑγρασία) humiditas. Salluſt. lib. 3. Hiſtor. Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimēta madore infirmarentur. Nam omnia oppida ſtagnabāt redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

MADON, herba eſt, quę à Latinis uitis, à Grecis ἀμπελὸς λευκή dicitur. Huius ſarmenta longis & exilibus internodijs geniculata ſcandunt. Folia habet pampinoſa, ad ſimilitudinem hederæ. Plin. lib. 18. cap. 1.

MADVLSA. ſ. (Vbbriaco) ebrius, q quaſi madidus ſit uino: apud Pla. in Pſeu. Feſtus legit Madoſa ſine l, his uerbis. Madula, ebrius, à Græco μάδαν deductum, uel quia madidus ſit uino.

MÆA, (μεῖα) ciuitas ad Helleſpontum Stephano.

MÆANDER, (μαίανδρος) & diphthongo, qui & Mæandrus, flumus Phrygiæ, ſiue Mæoniæ, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimisq; affuſus oppidis, & repletus fluminibus, crebris ita ſinuoſus redditur flexibus, ut ſæpe ad fontē credatur reuerti. Apameniam primum peruagatur regionē, mox Eumeneticam, ac deinde Bargylieticos campos: poſtremo Cariā placidus, omnesq; eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum à Mileto ſtadium illabitur in mare. Hæc Plin. lib. 5. cap. 29. Ouid. li. 9. Metam. Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq;. Mæander, inquit Strabo, flexuoſus eſt, quoniā alueus multas recipit mutationes, & multū limum deducens, modo huic, modo illi ripæ adijcit. Hunc Poetæ fingunt Oceani & Terræ filium fuiſſe & Cyaneam Nympham genuiſſe, quam poſtea Miletus Solis filius oppreſſit, & ex ea Caunum & Byblidem ſuſcepit. Vide Ouid. 6. Metam. Vnde obliquitates omnes Mæandros ueteres appellarunt: et cum res agitur non ſimpliciter, ſed uafre, & obliquis conſilijs: ſumpta metaphora à fluuio Mæandro, qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur: unde & nomē habere uidetur, quaſi oberret, quærens hominum conſortia. Cice. in Piſo. Quos tu Mæandros dū omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula, flexionesq; quęſiſti? More Meandri illud fieri dicitur, quod tortuoſe flexuoſeq; fit. Colum. li. 8. cap. 17. Oportebit autem nonnullis locis moles intercidi more Mæandri, paruis, ſed anguſtis itineribus. Mæander etiam teſte Nonio, picturæ genus eſt, in morē labyrinthorum flexuoſisq; ambagibus implexum, quod oris chlamydū addi ſolet. Verg. 5. Aenei. Victori chlamydem auratam, quam plurimam circū Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Vbi Ser. Mæandro duplici flexuoſo. Et hoc dicit: erat in chlamyde, flexuoſa & inter ſe remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Feſtus neut. gene. Mæandrum uocat hoc genus picturæ. Mæandrum, inquit genus picturæ, dictū à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. Hoc etiam nomine dictus eſt mons Iudææ.

MÆANDRIA, (μαιανδρία) Epiri oppidum, apud Plin. lib 4. cap. 1.

MÆANDROPOLIS, (μαιανδρόπολις) oppidum Magneſiæ in Aſia, à Mæandro fluuio ita appellatum.

MÆDI, (μαιδοί) populi ſunt ſupra Macedoniam ſiti, Triballis & Dardanis uicini, quorum meminit Plin. lib. 14. ca. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ, diphthongum in prima ſyllaba, ad differentiam Medorum, qui in Aſia ſunt Parthis finitimi.

MÆMACTERION, (μαιμακτηριών) menſis September, ita appellatus à turbido aere.

MÆNA, mænæ, (μαινὶς Ariſto.) piſcis eſt marinus, qui Latinis Alecula, ſiue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo ſalſamenta fieri ſolent. Pli. lib. 31. ca. 7. Quin è muria ſalſamentorū recoquitur, iterumq; conſumpto liquore ad naturam ſuam redit: uulgo è mænis iucundiſſimus. Cic. 2. de Finib. Qui enim uolu ptatem ipſam contemnunt, his licet dicere ſe accipenſerē mænæ non anteponere.

MÆNADES, (μαινάδες) dictæ ſunt mulieres, quæ inſanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant. unde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ ſunt à uerbo Græco μαίνεσθαι, quod ſignificat inſanire. Iuuena. Saty. 6. Cr nemq; rotāt ululante Priapo Mænades.

MÆNALVS, (μαίναλος Stephano) in ſingulari numero maſc. gene. teſte Diomede, & in plurali, Mænala, neu. gene. Arcadię mons altiſſimus, nō procul ab Argis, pinis refertus, ita dictus ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, quod eſt, furere, et inſanire: aut certe à Mænalo Lycaonis filio: ut annotauit Scholiaſtes Theocriti. Ver. 8. Ecl. Mænalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes Semper habet. Idem 1. Georg. Tua ſi tibi Mænala curæ, Huc ades ò Tegeæe fauēs. Eſt & Mænalus Stephano (μαίναλος) nomē ciuitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio. Męnalius, a, um, quod eſt ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus eſt Mænalius. Vt aper Męnalius, quē Herculis Euryſtheo attulit. Et uerſus Męnalius, id eſt, Arcadicus. Verg. 8. Eclo. Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.

MÆNARIA, (μαιναρία) inſula eſt in mari Liguſtico: ita dicta à mænis piſcibus quorum ibi magna capitur copia. Meminit inſulæ huius Plin. lib. 3. ca. 6.

MÆNAS, Vide Mænades.

MÆNOLES, (μαινόλης) dictus eſt Dionyſius, quód Latine totum furentem ſignificat. ſiue q uino contrahitur ebrietas, quæ ſpecies eſt inſaniæ, ſiue à mulieribus furentibus, quas Bacchas uocabant, aut Mænadas, ſacra eius celebrabantur.

MÆNOMENON, (μαινόμενον μέλι) genus eſt mellis ueneni, quod in Pōto ex Rhododendri flore contrahitur, ita dictum ab inſania, quam gignit. Pli. lib. 21. cap. 13.

MÆONIA, (μαιονία) Lydia eſt regio minoris Aſiæ, Phrygiæ ab exortu Solis uicina, ad Septentrionem Myſiæ: Meridiana parte Cariam amplectens ad Occaſum ſupra Ioniam excurrens: ita dicta a Mæone fluuio, ut Stephano placet, Mæoniam Strab. li. 13. κατακεκαυμένην χώραν, hoc eſt, exuſtam regionem uocat: eamq; arboribus protius parere tradit, præter uitem, unde iucundiſſimi fructum. Summam autem camporum faciem cineruleniam eſſe, petroſam & nigrā, aduſtionis quandam ſimilitudinem retinentem. Imminet aūt Mæoniæ Tmoli montis rupes altiſſima, ex qua Pactolus fluuius defluit, aureas trahēs arenas unde & Chryſorrhoas dicitur. Inde Bacchus dictus eſt Mæonius, Ver. 4. Geo. Cape Mæonij carcheſia Bacchi. Item Lydi dicti ſunt Mæonidæ, & mulieres Lydiæ, Mæonides. Oui. 6. Metam. Mæonis eluſam deſignat imagine tauri Europam. Quo in loco Mæonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

MÆON, onis, pe. genitiui co. (μαίων) pater fuit Homeri. unde & ipſe dictus eſt Mæonides: ipſiuſq; poemata Carmina Mæonia paſſim appellantur à poetis. Mart. Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

MÆOTIS, pen. pro. (μαιῶτις) palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phaſidis oſtium, hyeme congelaſcens Tanaim, aliosq; innumeros ferè recipiēs fluuios, & Cymmerio Boſphoro à Ponte Euxino diſcreta: ita dicta ab accolis qui Mæotæ appellantur: de quo uide teſtimonium Plinij in dictione Mæotę. Luca. lib. 3. Quaq; fretum torrens Mæotidos egerit undas. Aliquando utimur hoc nomine tanquam patronymico fœminino. Iuuena. Sat. 15. Tale quid excuſas Mæotide ſæuior ara Aegyptus? Quo in loco Aram uocat Mæotidē quæ erat in Taurica regione Thraciæ, quæ non procul abeſt à Mæotide palude. Inde fit adiectiuum Mæoticus, a, um, ut Mæotica tellus, Mæotica unda, quæ paſſim leguntur apud poetas.

MÆOTÆ. pen. pro. (μαιῶται) dicti ſunt populi Scythiæ, nōn procul à Mæotide palude, quæ ab illis nomen ſumpſit. Plin. lib. 4. cap. 12. A Buge ſupra Mæotin Sauromatæ, & Eſſedones. At per oram ad Tanaim uſq; Mæotæ: a quibus lacus nomen accepit.

MÆREO, Mæſtus, & Mæſtitia. Vide Mœreo.

MAGAR, Pœnorum lingua uillam ſiue tuguria paſtoritia ſignificat: quę et Magalia Vergilio dicuntur. Quamuis magaria (ſecundum Seruium) dici debeant Verg. 1. Aenei. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

MAGARSVS, (μάγαρσος) oppidum Ciliciæ iuxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano Verruca eſt editiſſima, non oppidum.

MAGAS, adis ſiue Magadium, (μαγάς, καὶ μαγάδιον) inſtrumentum eſt muſicum, tabula quadrata conſtāns, leuiter conuexa, intentis in ea citharę fidibus. Dicitur etiam ea pars lyre, in quam plectrum illiditur, id eſt, ubi percuſſio fit chordarum manu dextra. Iugum uero dicitur ubi ſiniſtra manu chordę premūtur. Budæus

MAGDOLVS, (μάγδωλος) Aegypti, oppidum, apud Stephanum: cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

MAGIA, magiæ, (μαγεία) cum accentu in penultima, uox eſt Perſica, quàm illi fere accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci uocant Philoſophos. Duplex tamen traditur Magiæ ſpecies quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt, quam conſummatus naturalis Philoſophię apex, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cęteriq; inter Philoſophos præſtantiſſimi, uelut ſanctiorē quādam diſciplinam, indefatigabili ſtudio, longinquisq; peregrinationibus cōquiſiuerunt. Altera quam Goetiam, (γοητείαν) uel Theurgiam uocant, dęmonum inuocatione, infandisq; incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Pli. artem inteſtabilem uocat, irritam & inanem. Eccleſiaſtici Magicas præſtigias uocant, eo quod rerum ueritatem ementiantur, hominum mentes fallacia præſtingentes. Huius Magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, (ὑδρομαντεία) quæ fit ex aqua. Axinomantia, (ἀξινομαντεία) quæ fit ſecuribus & alijs dolabris. Lecanomantia, quę fit peluibus, quas Gręci λεκάνας uocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, ut lib. 15. docet Strabo, quaſi ex peluibus diuinantes. Nam uaticinātes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda repentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum quendam fatidicum. Catoptromantia, (κατοπτρομαντεία) quæ fit per ſpecula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit, quū ait Carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt, fieri in quo pueri præligatis oculis incantando futura reſpicere dicuntur. Pyromantia, (πυρομαντεία) quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit. Geomantia, (γεωμαντεία) quæ fit per terram. Chiromantia, (χειρομαντεία) per

ſacamenta manuū. Necromātia ſiue Necyomātia,(νεκρομαντία, ἢ νεκυομαντεία)quæ fit per euocationes umbrarum,& per inferorum colloquia:à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitati, diuinare, ad interrogata reſpondere uidentur. Quam nonnulli etiam Sciomantiam uocari putāt. Quidam Necyomantiam, Sciomantiamq́ diſtinguunt, ꝙ in Necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius, in Scyomantia ſola ſufficiat umbræ euocatio. Capnomantia,(καπνομαντία)quæ fit ex fumo aræ, ex cuius motu futura cognoſcebant: à quo Capnomantæ dicuntur. Coſcinomantia,(κοσκινομαντία)quæ fit per cribrum quo genere etiā hodie mulieres aliquot in Gallia utūtur, ad inueſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druidæ & Bardi, apud Siculos Galeotæ: ubiq́ autem terrarum Aſtrologi, qui & Chaldæi uocantur, quamuis alibi ſint nati.

MAGI,(μάγοι)populi ſub Caucaſo monte ſiti è regione Bactrianorum: quorū meminit Plin.lib.6.cap.25.

MAGICE, huius magices, pen.cor.{*Arte magica. Pet. Zoroaſtro Che fu de l'arte magica inuentore*}(μαγικὴ τέχνη)ars ipſa incantandi, quam quidam Magiā uocant. Pli.li.30.ca.1. Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

MAGICVS, a, um, adiectiuum,(μαγικὸς, γοητικὸς)quod ad magum, uel etiam magicen pertinet: ut Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorū uanitas gloriatur. Ver.4. Aenei. Teſtor chara deos & te germana tuumq́ Dulce caput, magicas inuitam accingier artes. Plin.lib.25.cap.3. Nec alia dico magica portenta, niſi ubi cauenda ſunt, aut coarguenda, in primis fide eorū damnata. De magica arte uide Plin.lib.30.cap.1.& 2.

MAGINARI,(quod hic corrupte legebatur) uide muginari.

MAGIRVS, pen.pro.{*Cuoco*}(μάγειρος)Latine coquus dicitur. Vnde archimagirus,(ἀρχιμάγειρος)princeps coquorum.

MAGIS, idis,(μαγὶς)ut ex Polluce docet Budæus, idem eſt, quod mactra: hoc eſt uas illud in quo farinæ ſubiguntur. Nonnunquā etiā rotundæ menſæ genus tripodi imponi ſolitum ut eiuſdem Pollucis teſtimonio probat Budæus. Idem auctor eſt hoc nomine etiam appellari poſſe orbiculatum inſtrumentū, quo paniſices, & dulciarij piſtores, quos paſtillarios uocamus, ſubigendis farinis opificij ſui utuntur. Rondellam appellant. Eſt etiam genus lancis eiuſdē formæ. Pli. lib.33.cap.11. Corne. Nepos tradit tympana, ſic uiuere, appellata ſtateras, & lances quas antiqui Magidas appellauerunt. Platellam noſtri uocant.

MAGINOR, aris. quaſi tarde conor, & nugor, inquit Feſtus.

MAGIS,{*Piu Pet. Ke la oppia pasſi & piu e piu s'affretta*}(μᾶλλον, ἐπιπλεῖον, ἐπιπλεῖστον)aduerbium, ſignificat plus. Vnde Magis ac magis, (ἐπιπλεῖον, ἐφεξῆς)deducitur q́ à magnus, & præter naturam aliorum aduerbialiū comparatiuorum terminatur in is, cum reliqua omnia ſimilia ſint comparatiuo neutri generis. Iungitur interdum comparatiuo. Plaut.in Stic. Imo enim hic magis eſt dulcius. Mage ponitur interdum pro magis. Plaut.in Tru. Quem ſecaſtor mage amo, quam dudum. A quo fit compoſitum D.magis, quod ſignificat ualde magis, & pro nimis a ueteribus ponebatur, teſte Feſto.

MAGISTERIVM, rij,{*Magiſtero. Pet. Maſtro uel ſuo mirabil magiſtero*}(ἀρχὴ)magiſtri dignitas, ſeu officium. Nam Magiſteria ſic à magiſtro uidentur deduci, quomodo à miniſtro Miniſteria. Cice. de Senec. Me uero & magiſteria delectant a maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. Pli.li.8.ca.40. Inter ſe exercent etiā magiſteria.

MAGISTRATVS, tus,{*Magiſtrato*}modo ſignificat eos, qui in poteſtate aliqua ſunt cōſtituti:(οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν ταῖς πράξεσιν, οἱ πολιτευόμενοι)ut ſunt Conſules, Proconſules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates, & prouincias regunt. Ci.ad Papyr. Pæt. Quem magiſtratus cōprehēdi & in uinculis teneri iuſſerat. Idem lib.3 de Legi. Videtis igitur hanc eſſe magiſtratus uim, ut præſit, præſcribatq́ recta & utilia, & coniuncta cū legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus, uereq́ dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: Legem autem mutum magiſtrum. Idē 1. Offi. Eſt igitur proprium munus, magiſtratus, intelligere, ſe gerere perſonam ciuitatis debereq́ eius dignitatem, & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. Modo ipſam poteſtatem, ſeu officium,(πολίτευμα, τέλος)Cice. Nam iſtum in urbe magiſtratum gerebat. Magiſtratuū alij Maiores, ut Conſules, Cenſores, Prætores. Alij præter hos dicebantur Minores: ut Aediles Quæſtores, Tribuni. Venuſte dicimus, Creare magiſtratum, Dare magiſtratum, Gerere magiſtratum, Habere magiſtratum, Mandare magiſtratum, Abire magiſtratū, Accipere magiſtratum. Venire in magiſtratu, Magiſtratum imminuere, quod eſt derogare iuri, & prærogatiuis uſſicq́.

MAGISTER, ſtri,{*Maeſtro*}(διδάσκαλος, καθηγητὴς)proprie artium præceptor dicitur, auctore Feſt. Ci.de Ami. Quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Scæuola. Quāuis etiā Magiſtri nomen ad oēs transferri poſſit, quibus præcipua cura rerū incumbit. Hinc magiſtri pagorū, ſocietatū, uicorum, collegiorum dicuntur,(ἐπιστάται)qui pagis, ſocietatibus, uicis, collegijs præſunt. Magiſter equitum,(ἵππαρχος)dicitur cui ſumma poteſtas erat in equites: uulgus Gallicum Conneſtabilē appellat. Varr.4. de lingua Lati. Magiſter equitum dicebatur, ꝙ ſumma poteſtas ei eſſet in equites & acceſſos. Addebaturq́ ſemper Dictatori cui ſumma poteſtas erat in populū, à quo & Magiſter populi dicebatur. Ci.1.de Finib. Rectius magiſter populi (ia enim eſt Dictator) ꝙ̄ Sylla, qui trium peſtiferorum uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magiſter fuit. Magiſter aliquando pro pædagogo ponitur. Terē.in Phorm. Abeuntes ambo hinc tū ſenes, me filijs relinquunt quaſi magiſtrū. Vbi Dona. Magiſtrum. ſic Latini, quē Græci pædagogū appellāt. Quint.lib.1.cap.2. Doctiſſimū, & incōparabilē magiſtrū domi habeat. Magiſter pecoris, paſtor. Var.2.de Re ruſt. cap.10. Contra pernoctare quēq́ ad ſuū gregē, eſſe oēs ſub uno magiſtro pecoris, eū eſſe maiorē natu potius, ꝙ̄ alios, & peritiorē ꝙ̄ reliquos. Magiſter ludi, & Ludimagiſter uno uerbo dicitur. Cic.1. Ver. Si ab iſto libro, quē tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit uerbo uno diſceſſeris. Magiſter morū. Ci ad Appiū lib.3. Eo breuior eſt hæc epiſtola, & ut aduerſus magiſtrū morū modeſtior. Magiſter nauis eſt, cui totius nauis cura mādata eſt: ut docet Vlpia.de Exerci.act.lib.2. Magiſter ſcripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouētus ſcribēdi munus habet. Ci.5.Ver. Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, cum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſex publicanorum. Magiſtri etiam dicuntur, qui bona ſub haſta uendunt. Cic. ad Att.li.1. Vna agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant fore magiſtrum, ſi bona uenirent. l. Pontius. Vide Cel. Rhod. Antiq. lect.lib.11.cap.5.

MAGISTELLVS, li, diminutiuum, paruus magiſter.

MAGISTRA, æ,(διδάσκαλος, ἡ)Ouid.epiſto.5. Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe, Conſule: quorum ætas longa magiſtra fuit.

MAGISTRO, as,(πρυτανεύω)moderor, guberno, auctore Feſto.

MAGMATA, pen.cor.(μάγματα)paſtilli, & maſſæ factæ ex unguentorum fæcibus odoris gratia. ἀπὸ τοῦ μάσσειν, quod eſt terere & miſcere, & in maſſam redigere. Plin.lib.13.cap.2. Sicca odoribus conſtant, quæ Diapaſmata uocantur: nam fæces unguenti Magmata appellant.

MAGMENTVM, inquit Feſtus, ueteres, dixerunt, quaſi maius augmentum & auxilium, quoniam augebant numerum hi qui accedebant, alienigenę, ut adiumento eſſent.

MAGNA GRÆCIA, dicta eſt ea pars Italiæ, quę à Tarēto uſq́ ad Cumas eſt, uel (ut Plin.lib.3.refert) quæ a Locris Italiæ fronte, ad Tarentum uſq́ protēditur. Sic dicta, ut Feſtus putat, ꝙ multę magnæq́ ciuitates in ea fuerunt a Gręcis conditæ. Vide Iuſtin.lib.20. Verg.3. Aenei. Effuge: cuncta malis habitātur moenia Graijs. In ea habitauerunt Pythagoras philoſophus, & Archytas, Parmenides, & Zeno eiuſdē ſectatores, & Ennius poeta. A quibuſdam tota Italia dicta eſt maior Gręcia. Ouid.in Faſtis: Itala nam tellus Græcia maior erat.

MAGNALIA,{*Fatti grandi*}(μεγαλεῖα)ſunt ingentia facta, & admiratione digna. Vox eſt Eccleſiaſticis duntaxat ſcriptoribus uſurpata.

MAGNANIMVS, mi,{*Magnanimo*}(μεγαλήτωρ, μεγαλόψυχος)qui magni eſt animi. Ver.4. Geor. Magnanimosq́ duces, totiusq́ ordine gentis Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.

MAGNANIMITAS, atis,{*Magnanimita. Boc. Tu non ſei di quelli in cui la magnanimita debba moſtrar gl'effetti ſuoi*}(μεγαλοψυχία)eſt ſublimitas, & præſtantia animi: quam ſic definit Speuſippus: Magnanimitas eſt moderatus contingentium uſus, urbana cum hominibus conuerſatio, magnificentia cū ratione. Cic.1. Offi. Nam cum omnis honeſta manet a partibus quatuor, quarū una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.

MAGNARIVS,{*Che ha gran maneggio*}(μεγαλέμπορος)apud Apuleiū, pro magno negotiatore ponitur, a negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

MAGNATA,(μάγνατα Ptolemæo)urbs Hyberniæ, a qua Magnatę populi uocati ſunt. Vide Ptolem.lib.2.cap.2.

MAGNATES, pen.pro.{*Nobili, potenti*}(μεγιστᾶνες)dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna eſt potentia, & auctoritas.

MAGNES, etis,{*Calamita*}(μάγνης)generis maſculini, genus lapidis, ad ſe ferrum attrahentis. Plin.lib.36.cap.16. Quid ferri duritia pugnacius? ſed cedit & patitur mores: trahitur uāq́ a Magnete lapide: domitrix illa rerum omniū materia ad inane neſcio quid currit. atq́ ut propius uenit, aſſilit, tenetur q́, & cōplexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidā Heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore, ut ex Nicandri ſententia tradit. Pli.li.36.c.16. qui cū pecus paſcēs, Pedum forte haberet ferratū, & crepidas ferreis clauis compactas, animaduertit lapidem hunc ferro adhæreſcere. Alij a Magneſia dictum uolunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primum uolunt eſſe inuentum circa Heracliam urbem: unde & Heracleon appellarunt. In qua ſententia eſt Lucret.lib.6. ubi ſic ſcribit, Quod ſupereſt agere incipiam, quo fœdere ſiat Naturę lapis hic ut ferrum ducere poſſit. Quē Magneta uocāt patrio de nomine Graij Magnetum quia ſit patrijs in finibus ortus. Magneticus, a, um. Claudianus de magnete. Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNES,(μάγνης Suidę)Athenienſis antiquæ Comœdiæ ſcriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, uicit duabus. Magnes uē alter, Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formoſus, poetica inſuper & muſica ornatus, coma ſanguis aurea, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat mulieres dilectus, præſertim Gygi Lydorum regis. Patētes autem probrum huiuſmodi perosi, capta occaſione comam eius inciderunt: ueſtem, ornatumq́ omnem lacerauerunt. Qua re commotus Gyges, in Magneſios bellum mouit: quibus tandem ſuperatis uenerſtens Sardibus panegyricum celebrauit magnificentiſſimum. Suid.

MAGNESIA,(μαγνησία)Macedoniæ regio, Theſſaliæ annexa, de qua Plin. lib.4.cap.9. & Magneſia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluuium, diſtās ab Epheſo, ſicut ſcribit Plin.lib.5.cap.29. XV I. M. paſſ. circa quā L. Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit. Hinc magnetes(μάγνητες)qui & Magneſij(μαγνήσιοι)populi uocati ſunt Luca.lib 6. Et Magnetes equis Minyæ gens cognita remis.

MAGNESSA, æ,(μάγνησσα Stephano)mulier è Magneſia regione Theſſaliæ annexa, aut è Magneſia Ioniæ ciuitate. Horat.lib.3. Carm. Ode 7. Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens. Maſculinum eius eſt Magnes, etis: quod de ſe facit fœmininum Magneſſa, quemadmodum a maſculino Cres fit fœmininum Creſſa.

MAGNETES, etum,{*Senatori*}(μάγνητες)apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, ſiue principes & capita urbis: unde & ſummum magiſtratum uocant Magnetarchem, eſte Liu.lib.5. Bell. Macedo.

MAGNIFICO, as,{*Eſſaltare, magnificare*}(μεγαλύνω)extollo, exalto. Pli. lib.17.cap.9. Arceſilaum quoq́ magnificat Varro. Plau. Menæch. Te unum ex omnibus Venus uoluit me magnificare.

MAGNIFICVS, a, um,{*Magnifico, ſplendido*}(μεγαλοπρεπὴς)qui in magnis pro dignitate ſumptū facit. quiq́ circa munera impenſas facit honorificas: uelut in ludis, in rebus dijs ſacrificatis, in ędificijs, in epulis publicis. non autem qui in ſeipſum ſumptuoſus eſt. Plau. Aſin. Ea tēplo facio factū me, atq́ magnificum uitam: Dicit me eſſe atrienſem. Teren. Heau. Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Ci.1. Offi. Delectāt etiā magnifici apparatus, uitęq́ cultus cum elegantia & copia. Magnifica uerba. Teren. Eunu. Verbis magnificis. Oui.2.de Ponto. Magnifica domus. Plin.lib.17.cap.1. A magnificus fit comparatiuus Magnificentior, & ſuperlatiuus Magnificentiſſimus. Ci.2.de Finib. Ad altiora quædā, & magnificentiora mihi crede Torquate, nati ſumus.

MAGNIFICENTIA, æ,{*Magnificēza*}(μεγαλοπρέπεια)eſt, ut inquit Ci.

2. de Inuent.) rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atq; adminiſtratio. Idem de Amic. Nec Metiamur ea, ut quidā indocti, uerborū magnificentia. Quin. li. 4. c. 2. His tribus uel randis uirtutibus adiciunt quidā magnificentiā, quā μεγαλοπρέπειαν uocāt.

MAGNIFICE, {*Magnificamente*} (μεγαλοπρεπῶς) aduerbium, laute, honorifice. Tere. in Adel. Nunquā ita magnifice quicquam dicam, id uirtus quin ſuperet tua. Brutus ad Cic. Iuuat enim magnifice loqui: & certe decet aduerſus ignorantes. Pli. lib. 13. ca. 7. Siccæ ſici ſtomachum lædunt, gutturi & faucibus magnifice utiles. Cic. 1. Offic. Hæc præſcripta ſeruantem licet grauiter, magnifice, animoſeq; uiuere, atq; etiam ſimpliciter, fideliter, & uitæ hominum amice.

Magnificius, Cato pro Magnificentius dixit, ſeruata regulari formatione à comparatiuo Magnifice. Vide Feſtum.

MAGNO, {*Per gran prezza*} (μεγάλως) abſolute, pro magno pretio. Vergi. 2. Aene. Hoc Ithachus uelit, & magno mercentur Atridæ. Cic. 5. Ver. Qui, ut ais magno uendidiſti. Eiuſdem ſignificationis eſt genitiuus Magni, uerbis, æſtimationem importantibus iunctus. Cic. Caſſio lib. 15. Magni erunt mihi literæ tuæ. Id eſt, habebo eas in pretio. Plin. Epiſt. 2. lib. 3. Itaq; magni æſtimo, dignitati eius aliquid aſtruere.

MAGNVM, {*Grandemente*} (μέγα) pro ualde. Plau. Mil. Eho an dormit Sceledrus intus? LVC. Non naſo quidem, nā eo magnum clamat, tegit calcem. Idem Moſtel. Atq; ille exclamat derepente maximum.

MAGNVS, a, um, {*Grande*} (μέγας) grandis, cuius comparatiuum eſt Maior, ſuperlatiuum Maximus. Ci. in Ora. Magnū opus & arduum Brute conamur. Idem. 1. de Orat. Studio acriore, otio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore, & labore ac induſtria ſuperiore. Idem de Amic. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & ſpectato uiro. Ouid. 13. Meta. Quæritur iſtis, Quàm mihi maior honos. Idem ad Liuiam: Maximus ille armis, maximus ille toga. Maior, ad annos relatum, pro longiore æuo. Marti lib. 9. Maior erat menſibus illa tribus. Magno natu. Liui. 3. ab urb. Conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Maior natu. Cic. 1. Tuſcula. Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu, quā Plautus & Næuius. Maximus natu. Liu. 1. Bel. Pun. Ita enim maximus natu ex iis in concilio reſpondit. Magnum facere. i. magnum aliquid præſtare. Hora. 1. Sermo. Satyr. 10. At magnum fecit, q uerbis Græca Latinis Miſcuit. Ci. 1. Acad. Magnum eſt efficere, ut quis intelligat, quid ſit illud uerū & ſimplex bonū, hoc eſt, magni laboris, uel magnæ utilitatis. Quod maius eſt. Ci. de Amic. Quód ſi tanta uis probitatis eſt, ut eā uel in eis, quos nunquam uidimus, uel (quod maius eſt) in hoſte ēt diligamus. Cōcipere maiora animo. Ouid. 15. Meta. Viribus maiora audere, Verg. 10. Aenei. Maior morbus, qui & comitialis dicitur. Celſ. lib. 3. cap. 23. Inter notiſſimos morbos, eſt etiam is qui comitialis, uel maior nominatur. Optimus Maximus, nō ſolum de deo dicitur: ſed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Celſ. in l. cum uenderes. ff. de contrah. emp. Cū uenderes fundum, non dixiſti, Vt optimus maximusq; eſt, uerum eſt, quod Q. Mutio placebat, non liberū, ſed qualis eſſet, fundū præſtari oportere. Maximus Pontifex dicebatur, q rerū, quæ ad ſacra & religiones pertinent, maximus iudex ſit, uindexq; contumaciæ priuatorū, magiſtratuumq;. Minorum pontificū Maximus dicitur, qui primus in id collegium uenit. Itē Minimus, qui nouiſſimus. Maximæ dignationis Flamen (inquit Feſtus) Dialis eſt inter quindecim Flamines, & cum cæteri diſcrimina maieſtatis ſuæ habeant, minimi habetur Pomonalis q Pomona leuiſſimo fructu agrorū præſidet, hoc eſt, pomis. Maiores flamines appellabātur patritii generis: Minores, plebii. Maximus Curio, cuius auctoritate Curiæ, omneſq; Curiones reguntur. Maximi annales appellabantur, non magnitudine, ſed q eos Pontifex maximus cōfeciſſet. Maiorē Conſulem L. Cæſar putabat dici, uel eum, penes quem faſces ſint, uel eum, qui prior creatus ſit. Prætorum aūt maiorem, urbanum: Minores, cęteros. Maximum Prætorem putant dici alii eum qui maximi imperii ſit. alii, qui ętatis maxime collegio, quibus Augurum decretū ſit, q in ſalutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatē, ſed ad uim imperii pertinere. Magnum annū dicūt mathematici, quo ſeptem ſydera errātia explctis propriis curſibus ſibimet concordant. Maximā hoſtiam ouilli pecoris appellabāt, nō ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore. Magnum ſocerum, appellat uir uxoris ſuæ auum. Magnā ſocrum, uir uxoris ſuæ auiā appellat. Maior ſocer, uxoris meæ proauus. Maior ſocrus, uxoris meæ proauia. Maior patruus, aui & auiæ patruus. Maior amita, aui & auiæ amita. Maior ſocer, uxoris meæ proauus. Maior ſocrus, uxoris meæ proauia. Maior patruus, aui & auiæ patruus. Maior amita, aui & auiæ amita. Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Maior magiſtratus, Conſul dicitur. Hæc Feſtus.

MAGNILOQVVS, (μεγαλοῤῥήμων) qui magna loquitur. Martial. lib. 2. Candide κοινὰ φίλων, hæc ſunt tua Candide πάντα. Quæ tu magniloquus nocte, dieq; ſonas. Hinc Magniloquentia, (μεγαλοῤῥημοσύνη) Cic. in Orato. Quod ille dactylicus numerus hexametrorū magniloquentiæ ſit accommodatior. Homeri magniloquentia, Cic. Cæſari, lib. 13. epiſt.

MAGNIPENDO, is, {*Eſtimar grandemente*} (περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι) in magna æſtimatione habeo. Plau. Curcul. Neq; eū ad me, adire, neq; me magni pendere Viſus eſt. Liuius: Romanorū nemo id auctoritatis aderat, ut promiſſa eius magni penderentur. Teren. Adelph. Ego quoque à meis me amari, & magni pendi poſtulo.

MAGNITAS, pro Magnitudine apud antiquos. Accius: Nanque ſat frugi neque dici poteſt pro magnitate.

MAGNITVDO, {*Grandezza*} (μέγεθος) copia, amplitudo, ſublimitas. Cic. pro Roſc. Ame. Magnitudo æris alieni. Magnitudo animi, (μεγαλοψυχία) id eſt, excellentia, præſtantia. Cice. 4. de Finib. Quæq; ab eiuſdem de temperantia, de modeſtia, de magnitudine animi. deorum honeſtate loquuntur. Magnitudo periculi, pro grauitate. Cice. pro Quintio: Primum magnitudo periculi ſummo timore hominem afficit.

MAGNOPERE, aduerb. {*Grandemente*} (μέγα) id eſt, ualde, uehemēter. Ci. ad Caſſium lib. 15. Ego cæterarū rerum cauſa tibi Romā magnopere properandum cenſeo. Magnopere facere. Cic. 7. Verr. Quid, inquam magnopere potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia manibus exinanitis? Non magnopere laboro, quod barbari dicūt, Nō multū curo. Ci. pro Roſc. Com. Et quorſum recidat reſponſum tuū, nō magnopere laboro. Magno opere, ſeparatim aliquando legitur. Plaut. Caſi. Atq; id non tam ægre eſt iam uiciſſe uillicum, Quam id expetiuiſſe opere tam magno ſenem.

MAGNVS PORTVS, (μέγας λιμήν) Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt, à portus ſpatio ita appellatum, ut tradit Plin lib. 5. cap. 2.

MAGO, nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem, ac diſciplinam Carthagimenſiū uehementer auxit. Is ante ullū Punicum bellū, ut Liuius & Trogus referunt, cum CXX nauibus bello Tarentino auxilio uenit Romanis, ægre ferens Italiam ab externis inuadi. Cui actæ à Senatu gratiæ auxiliaq; remiſſa. Duos moriens filios reliquit, Aſdrubalem & Annibalē de quibus ante ſcripſimus. Mago, Annibalis frater, cauſa uictoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus, ab Annibale liberatur. Liui. quoque lib. 30. ſcribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Inſubrium uulneratum, cū in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corſicā obiiſſe. Mago alius, a Scipione capitur apud Carthaginē in Hiſpania: Romamq; per Lælium mittitur. Mago denuq; Afer, qui de Re ruſt. duo de triginta uolumina ſcripſit, de quo Colu. lib. 1. ſic ait. Veruntamen Carthaginenſem Magonē, uel ruſticationis parentem ueneremur. Nā huius octo & uiginti memorabilia illa uolumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem conuerſa ſunt. Huius Magonis meminit & Seruius, quem Verg. in Georg. ſcribit eſſe imitatum. Itē M. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 1. & Plin. lib. 18. cap. 3. Mago item, oppidum eſt in minoribus Balearibus, ut ſcribit Pompo. in fine lib. 2.

MAGOG, (μαγώγ) nomen uni filii Iaphet proprium: à quo (ut ait Ioſeph. li. 1.) Magogæ dicti ſunt, qui à Græcis Scytæ dicuntur.

MAGVDARIS, ſiue (ut alii ſcribunt) Magydaris, (μαγύδαρις) caulis eſſe creditur ex laſerpitii radice enaſcens. Pli. lib. 19 cap. 3. Alii tradunt laſerpitii radicem fuiſſe maiorem cubitali, tuberq; in ea ſuper terram. Hoc inciſo profluere ſolitum ſuccum, ceu lactis ſupernato caule, quem Magydarin uocarunt. Eſt etiam Magudaris laſerpitii ſpecies: ut teſtatur Pli. eodem libro & capite, Alterum inquit, genus eſt, quod Magydaris uocatur, tenerius, & minus uehemens, ſine ſucco. Plau. in Rud. Si tibi confidis fore multam magudarim. Colu. lib. 5. cap. 16. Facit & radix, quam Græci uocant μαγύδαριν. Vulgus noſtra conſuetudine uocat laſerpitium. Vbi tamen quædam exemplaria, σίλφιον habēt, non μαγύδαριν.

MAGVS, gi, {*Maga Pet. De queſti magi tranſmutato fui*} (μάγος) dictio Perſica qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ Magos uocant, ut Græci Philoſophos, Latini ſapientes, Galli Druydas, Aegyptii Prophetas, ſiue Sacerdotes, Indi Gymnoſophiſtas, & Aſſyrii Chaldæos, à Chaldæa Aſiæ regione.

Accipitur ēt Magus pro incantatore, qui maleficas, & omnibus legibus uetitas artes exercet. Nam quū Magi apud Perſas potiſſimum deorum cultui uacare ſoleāt, in tantū poſtea aucta eſt eorum uanitas, ut non ſolum obſeruatione ſiderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdā, & maleficiis, & ſcire ſe omnia & facere poſſe profiterentur. Hinc Magice, ces, (γοητεία) ars ipſa incantandi, quæ etiam Magia dicitur, de qua uide Pli lib. 30. cap. 1.

MAIA, (μαῖα) Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit. Verg. 8. Aen. Vobis Mercurius pater eſt, quē candida Maia Cyllenes gelido conceptū uertice fudit, At Maia (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui ſidera fulcit. Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in Mellario uaſe, non mel ſed uinum ſacrificabant. Maiā item Græci amitam & materteram uocant: item nutricē & obſtetricem: deinq; mulieres omnes natu grandiores honoris gratia Maias ſalutabant. Eſt item Maia (μαῖα) cancrorum genus maximum apud Ariſt. lib. 4. Animal.

MAIALES, {*Porci caſtrati*} (χοῖροι τομίαι) porci caſtrati. Var. 2. de Re ruſt. ca. 4. Caſtrantur uerres commodiſſime anniculi utiq;, nec minores, quàm ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atq; è uerribus dicuntur Maiales.

MAIESTAS, tis, {*Maieſta. Pet. Con tanta maieſta al cor s'offerſe*} (σεμνὸν, μεγαλειότης ἀξιωματικὸν, ὕψωμα) à magnitudine dicta eſt. Eſt. n. decus amplitudo, & dignitas, uel populi, uel Senatus, uel Principis, Imperatoriſue aut etiā priuati magni uiri, aut alterius etiam inanimatæ rei. Horat. 2. Epiſt. 1. Sed neq; paruum Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quā uires ferre recuſent. Vnde Maieſtatis crimen, Iureconſulti definiunt, quod aduerſus Pop. Rom. uel ſecuritatē eius committitur. Et Rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi criminis accuſantur. Maieſtas etiam dea credita eſt, Honoris & Reuerentiæ filia, de qua Ouid. Donec Honor, placidoq; decens Reuerentia uultu Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra Maieſtas, quæ mundum temperat omnē, Quaq; die partu eſt edita, magna fuit. Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo Aurea purpureo conſpicienda ſinu. Maieſtas, populi dicebatur: Auctoritas autē Senatus. Populus. n. ſciſcere ſolebat & iubere: Senatus cenſere, & auctor eſſe Cic. 3. Philip. Tantus aūt conſenſus municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Galliæ, ut oēs ad auctoritatē huius ordinis, maieſtatēq; Po. Rom. defendendam conſpiraſſe uideantur. Maieſtas nominis, eſt magnitudo, ſiue dignitas. Mart. lib. 1. Cum pars libri & maior & melior ad maieſtatē ſacri nominis tui allegata ſit. Maieſtas alicuius loci, eſt eius præſtantia, ſiue excellentia. Liui. 1. ab urb. Concepit animo eā magnitudinem Iouis templi, quæ digna deū, hominumq; rege, quę Romano imperio, quę ipſius ēt loci maieſtate eſſet. Maieſtas in oratione eſt grauitas. Cic. de Ami. Quanta in oratione maieſtas? Imminuere, uel minuere maieſtatem, eſt aliquid cōmittere contra dignitatē, uel amplitudinē populi, aut principis. Pro quo ēt dicimus, Lædere maieſtatem, uel Soluere maieſtatē. Cic. in Parti. Maieſtas eſt imperii, atq; in omni populi Romani dignitas: quā minuit is, qui per uim multitudinis, rem ad ſeditionē uocauit. Idē. 2. de Ora. Tamen ab illo maieſtatē imminutam negabam, &c. Sueto. in Claudio Cæſ. cap. 16. Ex quibus uerbis apparet, maieſtatē populi Rom. læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quod ciuis Rom. aſſeclam ſe regi, & comitem præbere non dubitaſſet contra morē maiorum, ut creditam pecuniam reciperet. Contra, Retinere maieſtatem eſt, quod uulgus ait, Seruare auctoritatem. Ci. in Orat. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirii cauſa continebatur. Conſtituere maieſtatem eſt lapſam, aut labantem dignitatis uenerationē, amplitudiniſq; exiſtimationem confirmare. Sallu. Maiores noſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendę gratia per ſeceſſionem armati bis Auentinum montem occupauere. Conſeruare maieſtatem, eſt idem quod retinere.

MAIORES, {*Maggiori antichi*} (προπάτορες, πρεσβύτεροι, ἀρχαῖοι

ϰετὰ τὰς γονέας, πρόγονοι)intelligi poſſunt quicunq; aui,abaui,proaui, atraui, triraui,& ante hos in infinitum:ſicut Minores,qui etiam poſt trinepotes futuri ſunt.Cic.in Salluſ.Ego meis maioribus uirtute præluxi, ut ſi prius noti non fuerint,à me accipiant initium memoriæ ſuæ.Cæſ.4.Bel.Gall.Quòd Germanorũ conſuetudo hęc ſit à maioribus tradita,quicunq; bellum &c. Accipiuntur etiã Maiores indifferenter pro omnibus,qui ante nos fuerunt: quemadmodum Minores pro poſteris:utimurq; his duobus nominibus in duabus iam dictis ſignificationibus tantum in numero plurali.

MAIOR, (Maggiore)(μείζων)& hoc Maius(μεῖζον)comparatiuum eſt irregulare à Magnus,quod aliquando etiam ad ætatem refertur : ut Maior natu, hoc eſt ſenior,quemadmodum Minor natu,iunior. Interdum etiam ad dignitatem ut, Maiores magiſtratus,dicuntur Conſules,& Prætores,qui reliquis dignitate præeunt.Item Maior Conſul,auctore Feſto,penes quem ſunt faſces,uel qui priore loco creatus ſit. Sic Maior,uel maximus Prætor,dictus eſt, qui in urbe ius dicebat,qui tãtum alijs dignitate præcellebat,quantum urbis maieſtas, prouincias dignitate anteibat.

MAIVS, (Maggio)(μάϊ@, ϑαργηλιών)menſis à maioribus dictus, (ut inquit Macrobius)quorum conſilio Reſpu.gerebatur,ſicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquam enim Romulus Pop.Ro.in maiores,iunioresq; diuiſit,ut altera pars conſilio,altera armis Rempub.tueretur, in honorem utriuſq; partis hunc Maium:ſequentem Iunium uocauit. Ouid 5.Faſto. Hinc ſua maiores tribuere uocabula Maio:Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt.

Sunt qui Maium,à Maieſtate Dea,denominatum uelint q; flamen Vulcanalis Calendis Maijs huic deæ rem diuinam faceret. Alij à Maia Mercurij matre:propterea hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.Quam opinionem etiam attingit Ouid.loco iam citato:At tu materno donaſti nomine menſem Inuentor curuæ furibus apte fidis. Hoc menſe Romæ Lemuria celebrabantur,templaq; omnia clauſa erant:putabaturq; id tempus nuptijs contrahendis parum eſſe idoneum: quæ opinio ad noſtra etiam tempora permanauit. Vide Ouid lib. 5. Faſto.

MALA, æ,pe.pr (Guancia)(μῆλα, σιαγών)eſt pars faciei eminens inter oculum, naſum,& buccam,quæ & Gena dicitur.ita appellata, q; rotundam ſpeciem mali præ ſe ferat. Plin lib.11.ca 37.infra oculos malæ homini tantum, quas priſci Genas uocabant:ibi oſtenditur pudor. Verg.tamen lib. 3.Georg. equino generi malas tribuit,quum ait:Quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. Verg. 5. Aen.Duro crepitant ſub uulnere malæ.Lucre.lib.5.Iuuentas molli ueſtit lanugine malas.Cic.in Orat. Malam à maxilla dictam eſſe oſtendit,abiectis aliquot medijs literis.Quinetiam(inquit) uerba ſæpe contrahuntur,non uſus cauſa,ſed aurium.Quomodo enim ueſter Axilla, Ala factus eſt,niſi fuga literæ uaſtioris?quam literam etiam è maxillis,è taxillis, è uexillo, & pauxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.

MALABATHRVM, pen.cor.(μαλάβαθρον) Dioſcoridi folium eſt nardi odore,quod ex India aduehitur:cuius duo ſunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibuſdam gignitur,nullisq; hærens radicibus,lenticulę modo aquis innatat. Alterum in Syria,copioſius q; etiam in Aegypto arboribus eiuſdem nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum conficitur odoratiſſimum, q; Malabathrinum,& Foliatum appellatur. Scribitur & Malobathrum per quartam uocalem in ſecunda ſyllaba.

MALACA, (μαλάχα)Stephano ciuitas in Hiſpania Bætica. Mela lib.2.Siga oppidum è regione Malacam urbem Hiſpaniæ contemplatur.

MALACHE, pe.cor.(μαλάχη)ſpecies eſt maluæ,uentrem emolliens:unde & nomen habet Nam Græci μαλακὸν dicunt,quòd nos molle. Pli.lib.20.ca.21. Duo maluarum genera amplitudine folij diſcernunt. Maiorem Græci Malopẽ uocant in ſatiuis. alteram ab emolliendo uentrem, dictam putant Malachen.

MALACHRA, quam alio nomine Maldacon uocant, arbor eſt in Bactriana regione,magnitudine oleæ,folio roboris,fructu caprifici,gummi genus caudãs quod Bdellium uocatur. Plin.lib.12.cap.9.

MALACHITES,(μαλαχίτης)gemma ſpiſſius uirẽs:ita dicta à colore maluæ, quæ Græcè μαλάχη,dicitur. Eadem & Molochites appellatur : Nam Græci μαλάχην,& μολόχην pro eodem dicunt. Plin. libr.37. cap. 9. Non tranſlucet molochites ſpiſſius uirens, à colore maluæ nomine accepto,reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine.

MALACIA, ciæ, (Bonaccia)(μαλακία)Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quieſcunt,& languent,neq; ulla aura commouentur. Cæſ.3.bel. Gall. Ac conuerſis in eam partem nauibus,quo uẽtus ferebat, tanta ſubito malacia ac tranquillitas extitit,ut ſe loco mouere non poſſent. Lucre. Pellaciam,à pelliciendo appellat,ubi dicit: Subdola quum ridet placidi pellacia ponti. Eſt etiã Malacia,mollities quædam prægnantium & defectio,cum modo hoc,modo illud appetunt:adeo ut ne terra quidẽ,aut carbonibus extinctis abſtineant, qđ uitiũ alio nomine κίττα hoc eſt, Pica uocatur. Prouenit hoc incommodũ à cõceptu potiſſimum menſe tertio,nequeunte fœtu omnia ad ſe delata alimenta abſumere. Plin.lib.25.cap.6. Maliconum expetitur grauidarum malaciæ,quoniam guſtatu moueat infantem.Ibidem: Horum ſemen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. Malacia ſtomachi.hoc eſt,deprauatus appetitus, propter oris uẽtriculi affectum ab humorum erodentium copia. Plin.lib.28.cap.7.

MALACISSO, ſas, (Ammollire,domare)(μαλακίζω) mollio,ſubigo Plau. in Bacch. Ah nimium ferus es.P. Mihi ſum.S. Malaciſſandus es.

MALACOSTRACON,(μαλακόστρακον)Græci uocant,quod mollem habet teſtã:unde Malacoſtracos piſces, (μαλακοστράκους ἰχθύας)uocamus,qui teſtam quidem habent,ſed tamen molliorem:ut in cãcrorum genere eſt uidere. Piſces enim omnes aut ſquãmis teguntur,ut mugil & cyprinus, aut molli cute, quos μαλακοδέρμους uocant Græci,ut polypus & ſepia:aut teſtis duriotibus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur:quales ſunt oſtreæ,purpuræ, & buccinæ:aut molliore teſta,quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

MALACVS, a,um, (Molle,delicato)(μαλακός)Latine mollis,delicatus. Plau. in Bacch. Pro lorica malacum capiã pallium. Id eſt,molle,et effœminatũ. Ibidẽ: Hic noſtra agetur ætas in malacum modum. hoc eſt, molliter, & ſuauiter.

MALAGMA, matis, (μάλαγμα)fomentum,quod integræ cuti,imponitur ad apoſtemata,alios'ue tumores præter naturam molliendos. à uerbo Græco μαλάττω,quod eſt mollio. Colum.lib.7. Adijcitur exiguũ picis liquidæ,& axungiæ,ut lentorem malagmatis habeat. Quomodo autem differant, malagmata ab emplaſtris,& paſtillis,docet Corn.Celſ.lib. 5.capi. 17. Malagmata(inquit) maximè ex floribus,eorumq; ſurculis,emplaſtra, paſtilliq; magis ex quibuſdã metallicis fiunt. Deinde malagmata contuſa,abunde molleſcunt:nam ſuper integram cutem iniſciuntur,laborioſè uerò conteruntur ea ex quibus emplaſtra, paſtilliq; fiunt:ne lædant uulnera,cum impoſita ſunt. Inter emplaſtrum autem & paſtillum hoc intereſt,quòd emplaſtrum utiq; liquati aliquid accipit:in paſtillo tantũ arida medicamenta humore iunguntur. Vide reliqua apud Celſum loco iam citato.

MALASSO, ſas, (Far molle,maturare)(μαλάσσω)mollio ſubigo, maturo. Cõmalaſſo,quod eſt, mitigo,maturefacio. Var. In dolore adiaphorò, eſſe quod philoſophia commalaſſaret eam partem,quæ concuti cupiditatibus ſolet.

MALCHVS,(μάλχ@)Sophiſta fuit Byzantius,qui ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino uſque ad Anaſtaſium. Suidas.

MALE (Malamente,iniquitoſamente)(κακῶς)praue,nequiter,uitioſe, improbe Cic. Att.O' factum male de Alexione. Aliquando ponitur pro ualde.Idem de Clar. Orat. Addebat ẽt,idq; ad rem pertinere credebat,ſcriptores illos male mulctatos.i.magna pœna affectos. Similiter cum dicimus, Male formido, Male mæreor, Male metuo, Male timeo, Male odi, ſignificat ualde,multum, ſiue uehementer. Modo pro parum. Verg 3.Georg. Heu male tum mites defendit pampinus uuas. Modo pro incõmodè. ſicut Bene pro cõmodè:ut, Male habito, Bene habito. In compoſitione habet uim negationis,(δυς)ut, Maleſanus, Malefortis. Ouid.lib.4.Faſt. Nondum tradiderat uictas uictoribus artes Græcia,facundum,ſed maleforte genus. Male uiuere eſt, pauperrimè & in egeſtate,uel anxie,& ſolicite uiuere. Male loqui,eſt maledicere. Male habet me hæc res.i.illud me moleſtat,iratus ſum ob id,illud me angit,uexat, ſolicitat. Male docere,quid ſit,hæc Terentij uerba docebunt in Heaut. Male docet te mea facilitas multa,i.cauſa eſt tibi, ut male agas:arripis inde anſam male faciendi. Male conſulere in aliquem eſt aliquid illius incõmodo, & damno facere. Male conciliatus,dicitur magno emptus. Ita enim exponit Donatus illud Ter.in Eun.Fugitiue prodi,male conciliate. Male acceptus inopia rerũ, dicitur,qui propter inopiam male tractatus eſt. Male aliquem uerbis accipere,eſt iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando ablatiuus, Verbis. Male animatus erga aliquem is dicitur,qui illi male afficitur,& non bene uult. Male eſſe animo tum dicitur,cum ictu alicuius mœroris perculſus animus non ſuſtinet corpus,ſequiturq; ruina membrorum. Male aliquid cuipiam credere, eſt non tuto credere. Hora.2.lib.Sermonum: Pratenſibus optima fungis Natura eſt:alijs Male creditur. Male cadere,id eſt,male ſuccedere, ſiue accidere alicui,quòd non ſperabat. Cæſ. in Comment. Vbi tantos ſuos labores,& apparatus,male cecidiſſe uiderunt,&c.

MALEA,pe.indifferente,(μαλέα, μάλεια)promontorium Laconiæ,qđ per quinquaginta millia paſſuum in mare protenditur,ubi periculoſa eſt nauigatio propter aduerſos uentorũ flatus. Hinc eſt illud prouerbium:Quum ad Maleã deflexeris,domeſticos obliuiſcere. Ver.li.5.Ioniòq; mari, Maleæq; ſequacibus undis. Dicta Malea,à Maleo Argiuorũ rege,qui in ea templum pulchrum conſtruxit,quod Maleoticum appellauit. Maleacus ſinus,unde Maliacus.

MALE AVDIO, (Hauer cattiua fama,hauer mal nome) (κακῶς ἀκούω, δυσφημοῦμαι, κακῶς λέγομαι)ſignificat alicuius maledicta ſuſtineo,ſeu infamor,uituperor, culpor,ſicut Bene audio,laudor. Huius antitheton eſt Maledico. Ter. in And. Si pergat maledicere,peius audiet. Cice. ad Atticum : Hanc nonnulli amici Apij ridicule interpretantur,qui me idcirco putent bene audire uelle, ut ille male audiat.

MALE COGITO DE TE,(Io ſon di mal animo uer te)(κακονοέω)id eſt,male affectus ſum erga te,et maleuolo in te ſum animo. Ouid.in Epi. Didus:Non tamen Aeneam,quamuis male cogitet,odi. Cælius Ciceroni : Et ipſe facile animaduerterem,male eum de me cogitare. Huic contrarium eſt,Bene cogito,εὐνοῶ.

MALE CONCILIATVS,Teren.Eun.Fugitiue prodi,male conciliate. Vbi Donatus: Male,magno ſignificat ut Plau. Amph.Hæc nos ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male. Ergo, Male,conciliate, magno empte ſignificat. Plau. Pſeu. Exite huc,agite ite ignaui,male habiti,& male conciliati.

MALEDICO TIBI, (Io ti maledico)(κακολογέω, κακηγορέω)id eſt,te maledictis afficio:in te maledicta,id eſt,conuicia probra,contumelias conijcio. Teren.in Eun.Neſcis,cui maledicas nunc uiro.

MALEDICVS,a,um,(Che dice male d'ogn'uno)(βλάσφημος) Maledicentior,& Maledicentiſſimus,qui procliuis eſt ad maledicendum, aut obtrectandũ. Ci.pro Flac. In tam ſuſpicioſa,& maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum nõ reliquit. Idem de Fin. Homo natura maleuolus,& maledicus. Idem pro Flac. Qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate,in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne,non modo crimen effugit. Plau.in Merc. At ego pol maledicentiorem,quàm te,noui neminem. Et Maledicentia [illegible]rectatio,conuicium.Gel.lib.3.ca.3. Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis &c. Et Maledice aduerbium,id eſt, contumelioſe Cic.1.Offi.Quod maxime tum ſolet euenire,cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa,aut per ridiculum,aut ſeuere, aut maledice, contumelioſeq; dicitur.

MALEDICTVM,cti,(Mal detto,uillania)(λοιδορία)conuicium, probrũ, contumelia,Ci.ad Q fratrem,li.2. Cum omnia maledicta,uerſus denique ẽt obſcœniſſimi in Clodium & Clodiã dicerentur. Oui.5.Met. Maledictaq; cultis Addidit,& nõ eſt patientia libera nobis.Figere oéa maledictis, Cic.1. de Nat.deo. Congerere maledicta, Quin.li.7.c.3. Conijcere maledicta in uitã alicuius, Cic.pro Plan. Vexare aliquem probris & maledictis. Cic.pro Flacco.

MALEDICTIO,onis (Maledittione)(κακηγορία)Cic.pro Cœlio, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.

MALEFACIO,(Far male)(κακῶς ποιέω, κακουργέω)Cice.ad Brutum lib. Epiſt 11.Dij iſti Segulio male faciant,homini nequiſſimo omniũ,qui ſunt,etc. Idẽ ad Att.Quòd ſi iſte Italiã relinquet,faciat oĩno male. Et Malefacio cõpoſitum. Ter. Adel.Neq; tu uerbis unquam ſolues,quod mihi re malefeceris.

MALEFACTVM,cti,(κακούργημα)Cice.1.Offic.Benefacta, male locata, malefa-

malefacta arbitror. Ex Ennio. Inſignia malefacta. Lucre. lib. 3.

MALEFICVS, ca, cum, {*Colui che fa male*} (κακοῦργος) pro pernicioſo, qui damnum infert, & qui nocet alteri. Cic. 7. Verr. In externorum hominũ & maleficorum, ſceleratorumq́; cuſtodias, in prædonum, hoſtiumq́; tu tantum numerum ciuium Romanorũ includere auſus es? Maleficum ſcondibus animal capra, Pli. lib. 12. c. 17. Interdum idem eſt, quod ueneficus, & incãtator. unde Maleficas mulieres dicimus incantatrices, quæ & Sagæ dicuntur, & Maleficas artes, pro incantationibus, & ueneficijs.

MALEFICENTIA, æ, {*Maleficio, danno, ingiuria*} (κακουργία) damnum, iniuria, facinus. Cæſ. li. 1. Bel. Gal. Sibi eſſe in animo iter facere per prouinciam ſine ulla maleficentia. Plin. lib. 9. cap. 9. Abeſt enim illa laſciuia, maxime tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimilati.

MALEFICIVM, cij, {*Maleficio*} (κακούργημα) malefactum, iniuria, facinus. Budæus. Maleficium dicitur, quicquid improbe admiſſum eſt. Vlpian. l. 1. ff. ſi fam. fur. fec. dic. Vtiliſſimum in edictum Prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum. Cice. pro Roſc. Amer. Vt ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret. Cõmittere maleficia, & Admittere maleficia, apud Cic. pro Sex. Roſc. Amer. Temperare à maleficio, Cæſ. 1. Bel. Gal. Neq; homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, exiſtimabat temperaturos ab iniuria & maleficio.

MALEFICIOSE, aduerbium. Cicer. pro Cecin. Cum hoc nouæ litis genus tam maleficioſè intenderet. Sic enim legit Calepinus: cum tamen conſtet, Malitioſè ibi, non Maleficioſè legendum eſſe. Nam Maleficioſus, & Maleficioſè Latina non ſunt.

MALE IVDICO, {*Penſar male*} (κακῶς κρίνω, κακῶς φρονῶ) male cenſeo, male opinor.

MALE MEREOR DE TE, {*Triſto male*} (κακῶς ποιῶ σε) male tracto te tibi noceo, & incommodo. Cuius contrarium eſt, Bene mereor, εὖ ποιῶ, εὐεργετῶ. Cic. 1. de Finib. Male credo mererer, de meis ciuibus, ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem.

MALE OPTO TIBI, {*Iuti deſidero male*} (κακῶς εὔχομαι) male precor, uel imprecor tibi rem aliquam malam.

MALESVADVS, pe. pro. {*Che perſuade male*} qui male ſuadet. Pla. Moſt. Perij hercle, ni ego illam peſſimis exemplis enicaſſo. Illa hanc corrumpit mulierem maleſuada uulgi lena. Fames maleſuada. Verg. 5. Aen. Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas. Amor maleſuadus ſceptri. Stat. 1. Theba.

MALEVENTVM, Hirpinorum urbs, poſtea auſpicatioris ominis gratia Beneuentum appellatum. Vide Pli. lib. 3. cap. 11.

MALE VERTERE, {*Volgere in rouina*} (κακῶς τρέπειν) eſt in perniciẽ uertere. Teren. in Adel. Minis uiginti tu illam emiſti? quæ res tibi uertat male. Vbi Donatus: Vertũnus dicitur Deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. Sæpe autem male cedit, quod bonũ putatur: & hoc eſt, male uertiſſe: ut ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti, de quo Vergi. 4. Aene. Enſemq́; recluſit Dardanium, non hos quęſitum munus in uſus.

MALE VOLO TIBI, {*Iuti uoglio male*} (κακονοῶ) odi te: quod & male cupio dicitur.

MALEVOLVS, {*Maleuolo, inuido*} (κακόνοος) inuidus, & malum cuiquam exoptans. Cic. 3. Tuſc. Nam illam quidem noueram ex cõmemoratione alienorum malorum ad maleuolos conſolandos eſſe accõmodatam. Idem ad Brutũ: Atq; illo die cognoui paulo plures in ſenatu maleuolos eſſe, quàm gratos.

MALEVOLENTIA, æ, {*Maleuoglienza*} (κακόνοια, δύσνοια) inuidia odium. & (ut Ci. 4. Tuſcu. definit) uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Item ad Q. fratrem lib. 1. Quanquam illorum erit uerius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

MALEVOLENS, tis, {*Maleuolo*} (κακόνοος) idem quod maleuolus, Plaut. Viuo maleuolente genio natus.

MALEVS, (μάλευς) per ſimplex l, mons eſt Oretũ, Indieę gentis, iuxta quem umbræ æſtatum in Auſtrum, hyeme ad Septentrionem iaciuntur.

MALIACA, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, Ptole. li. 2. c. 6. uulgo Malgrado.

MALIACVS SINVS, (μαλιακὸς κόλπος) Locrorum Epicnemidiorum eſt è regione Eubœæ, in quem Sperchius fluuius influit, teſte Ptolomæo, ita dictus à Malico oppido, cuius meminit Stephanus.

MALICORIVM, {*Scorza del pomo granato*} (σίδιον) putamen mali granati. Pli. lib. 24. cap. 11. Huius aridis folijs, ut malicorio, coria perficiuntur.

MALIGNVS, a, um, {*Maligno, ſcelerato, che ha mal' animo*} (κακόθυμος, φθονερός) qui malo eſt & deprauato animo, et cõſuetudine maleuolus, ut interpretatur Nonius. Plinius: Homo malignus & inuidus. Interdum idem quod iniquus, & alienus, Tere. Hecy. Sed ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſeſe uidet, Maligna multo & magis procax facta illico eſt. Hinc maligna uia, quæ anguſta & ardua eſt. Verg. 11. Aeneid. Aditusq́; maligni. Maligna lux, quæ ſubobſcura eſt. Idem. 6. Aen. Quale ſub incertam lunam ſub luce maligna. Interdum idem qđ parcus, & minime liberalis: (γλίσχρος, φειδωλός) cuius antitheton eſt benignus, Vnde Malignus ager dicitur, hoc eſt, ſterilis, quiq́; domino ſuo ſe quodammodo ingratum exhibet, ſemenq́; ſibi creditum parum liberaliter refundit. Vergi. 2. Georg. Difficiles primum terræ colleſq; maligni. Laudatores quoq; malignos dicimus qui intra modum & frigide laudant, adeo ut pręclaris ex meritis laudibus aliquid detrahere uideantur. Quin. In laudãdis diſcipulorum dictionibus, nec malignus, nec effuſus. Hinc Malignitas, tatis, (κακοθυμία) quæ eſt peruerſa & deprauata uoluntas. Plau. in Cap. Nam hercle hunc diem, ſi liceat, oculos effodiam lubens: Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Quandoq; pro parſimonia ponitur. Liui. Malignitas conferẽdi ex priuato. Maligne aduerb. peruerſe, deprauate, & qđ Ci. dicit malitioſe, parum candide, & cũ quadam parſimonia. Liu. 3. ab urbe: Maligne Senatus in unũ diem ſupplicationes conſulum nomine fecit. Laudare aliquem maligne. Hor. 1. epiſ. 1.

MALIMNVS, (μάλιμνος) Siciliæ mons eſt apud Theocritum, malis, hoc eſt, pomis refertus.

MALITIA, æ, {*Malitia. Pet. Cotal ha queſta malitia rimedio*} (κακία) peruerſitas, quę uirtutis, ſeu bonitati cõtraria eſt: Seneca. In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia. Proprie autem Malitia eſt, cum quis data opera male agit. Senec. epiſt. 47. Hoc habent inter cætera boni mores, placent ſibi, & permanent, leuis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud. Frequenter autem ſumitur pro uerſutia, ῥᾳδιουργία. Cice. 4. Tuſcul. Huius igitur uirtutis contraria eſt uitioſitas: ſic enim malo quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia, certi cuiuſdam uitij nomen eſt, Vitioſitas, omnium. Antiquis Malitia uocabulum medium fuiſſe uidetur, quod in bonam partem accipi poterat. Vnde Malitiam malam legimus apud Plaut. in Aulula. Equidem (inquit) te ciuem ſine omni malitia mala etiam Semper ſum ratus, & nũc arbitror.

Accipitur etiam quandoq; Malitia pro inclementia, uel intemperie. Vnde cœli uel terræ malitiam dicimus, pro mala cœli, uel terræ temperatura. Plinius Quod modo cœli, modo terræ malitia facit. Var. Id ſæpe accidit malitis ſoli.

Hinc Malitioſus, (ῥᾳδιουργός, πανοῦργος) uerſutus, callidus, aſtutus, fallax. Cic. 2. Offic. Hoc autem celandi genus quale ſit, & cuius hominis, quis non uidet? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non uiri boni: uerſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, ueteratoris, uafri. Malitioſa iuris interpretatio, Cicero. 1. Offic. Et malitioſe, aduerb. πανούργως callide, doloſe. Pla. in Milo. At non malitioſe tamen feci. id eſt, non feci ut deciperem. Cicero, 2. Verr. Malitioſe neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. Idem in Orat. Et in eligendo fecit malitioſe. Malitioſius gerere rem mandatam. Cice. pro Roſcio Amer.

MALLEATVS, ta, tum, {*Martellato*} (σφυρωτός) quod malleo factum, aut contuſum eſt. Vnde Malleati libri dicuntur, qui malleo percuſſi, & complanati ſunt: quod fere fieri ſolet, ante quàm libri compaginentur. Vlpianus. l. Librorum appellatione. de Legat. 3. Sed & perſcripti libri, nondum malleati, uel ornati continebuntur. Colum. li. 12. c. 19. Iſq; qui præerit huic decoquẽdo, cola iuncea, aut ſpartea, ex crudo, id eſt, non malleato ſpartu præparata habeat.

MALLEO leas, {*Martellare*} (σφυρῶ μαι) quaſi malleo, operor. Vnde Malleator, Martialis libe. 12. Illinc paludis malleator Hiſpaniæ Tritum nitenti fuſte uerberat ſaxum.

MALLEOLARIS, & hoc lare. (μοσχευματικός) à Malleolus fit. Colum. lib. 3. Virgam malleolarem non amplius, q̃ ſex gemmarum, eſſe conuenit.

MALLEOLVS, li, {*Martellino*} (σφύριον) diminutiuum à Malleus: id eſt, paruus malleus. Ab huius ſimilitudine etiam uocatur Malleolus, (μόσχευμα) nouus palmes uitis, innatus prioris anni flagello, dictus qđ in ea parte, quæ deciditur, ex ueteri ſarmẽto prominẽs utrinq; malleoli ſpeciem præbet, & plantationi aptus eſt. In qua etiam ſententia fuiſſe Plinius uidetur, cum ait lib. 17. capi. 21. ſurculum utrinque capitulatum è duro ſeri conſueuiſſe. eoq; argumento Malleolum etiamnunc uocari. Cicero de Senectu. Malleoli, plantæ, ſarmenta, uitis, traduces, propagines, non ne ita afficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? Dicuntur etiam Malleoli, faſciculi ex pice, ſulphure, alijsq; id genus incendi fomitibus confecti, ad comburenda ædificia accommodati. Cice. in Cati. Deſinant inſidiari domui ſuæ Cõſuli, circunſtare tribunal Prætoris urbani obſidere cum gladiis curiam malleolosq́; ad incẽdendã urbem, facesq; cõparare.

MALLEVS, lei, {*Martello*} (σφῦρα) fabrile inſtrumentum notiſſimum, ita dictum, quod res duras molliat, quaſi molleus: uel qđ quæ dura ſunt, molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur. Plau. in Menę. Quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo.

MALLI, (μαλλοί) Indię popul, à Mallo monte uicino ita dicti. Auctores Plinius lib. 6. cap. 17. & Strabo lib. 15.

MALLOS, (μαλλός) Ciliciæ oppidum clariſſimum, à Mallo conditore ita appellatum, ut ex Callimachi ſententia refert Stepha. Luca. lib. 3. Mallos & extremæ reſonant noualibus Aegæ, Hodie uulgo Malo.

MALLOTES, pe. prod. (μαλλώτης) à Græcis appellatur mons Ida, ab ouiũ multitudine. Nam μαλλωτή, apud eos ſignificat uellus, uel pellem lanatã. Vide Cœl. lib. 25. cap. 1.

MALLVS, (μάλλος) mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gãgem, à quo uicini populi Malli, (μαλλοί) appellantur. Auctor Plin. lib 6. cap. 17.

MALLVVIVM, uij, {*Lauatoro da mano*} (χειρόνιπτρον) uas, in quo lauantur manus. Et fœminino genere Malluuiæ (ut Feſtus ait) ſicut Pelluuium, & Pelluuiæ, quo lauantur pedes.

MALO, mauis, mauult, malle, magis uelle {*Voler piu toſto, amar meglio*} Cice. de Clar. Orato. meo iudicio multo ſtare malo, quàm aliorum. Legitur & Mauolo, Mauellem, Mauelim, pro Malo, Mallem, Malim. Plau. Aſi. Amari mauolo, mi gnate, me abs te. Idem Amphit. Experiri iſtuc mauellem me, q̃ mihi memorari, & idem Aulu. Mortuum ego me mauelim letho malo, Quam non ego illi dem hodie inſidias ferri.

MALOBATHRINVM, uide in dictione Malobathrum,

MALOBATHRVM, thri, (μαλάβαθρον φύλλον) folium eſt nardi odorem referens: cuius duæ ſunt ſpecies. alterum in quibuſdam Indiæ paludibus gignitur, nullisq; hærens radicibus lenticulæ modo, aquis innata. Alterum in Syria, copioſiusq; etiã in Aegypto arboribus eiuſdem nominis detrahitur. Ex utroque unguentum, uel oleum exprimitur odoratiſſimum, quod & Malobathrinum, & foliatum uocatur, eoq; matronæ, & effœminatiores aliquot uiri Romæ uti ſolent ad ungendos capillos. Hora. 2. Carm. Cum quo morantem ſæpe diem mero Fregi coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Scribitur & Malabathrum, μαλάβαθρον Dioſcorid. Vide ſupra.

MALOION, (μαλόϊον) à quibuſdam appellata eſt herba, quam Dioſcorides λυχνίδα στεφανωματικὴν, hoc eſt Lychnidem coronariam appellat.

MALSANE, es, (μαλσάνη) oppidum eſt fœlicis Arabiæ: à quo fit gentile Malſanites. Stephanus.

MALTHA, æ, (μάλθα) cera erat pici liquidæ commiſta. tabulis cerandis idonea, ἀπὸ τοῦ μαλθάσσειν, hoc eſt, à mollitie nomen habens. Hoc etiam nomine appellatur limus quidam flagrans, magna in copia prouentiens in ſtagno quodam Samoſatæ, urbis Comagenes natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec niſi terra reſtinguatur. Hoc limo Samoſateni urbem ſuam, Lucullo oppugnante, defenderũt, hoſtes una cum armis exurentes, ut auctor eſt Plinius li. 2. cap. 107. Eſt præterea Maltha, materia quædam duriſſima, ex calce uiua, adipe ſuillo ſubacta, aduerſus omnem annorum iniuria in inuicta. Vide eundem libro. 36. capite. 24. Hinc deducitur uerbum Maltho, as, quod eſt maltham rei alicui inducere, uel maltha oblinere: quod præcipue fiebat in ijs monumentis, quæ æterna eſſe uolebant, & aquæ reſiſtentia. Plinius loco

ſum citatu. Quæ malthantur, oleo perfricantur antè.

MALVA, Aphricæ fluuius, Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolemæo. lib. 4. cap. 1. Pli. lib. 5. cap. 2. Maluanam appellat.

MALVANA, uide Malua.

MALVA, æ, (μαλάχη, καὶ μολόχη) herba eſt notiſſima, cuius duo genera ponit Pli. lib. 20. cap. 21. quæ foliorum amplitudine diſcernuntur. In ſatiuis maiorem Græci Malopen: alteram ab emolliendo aluo Malachen dixere. Ci. Gallo lib. 7. Ita ego, qui me oſtreis & murænis facile abſtinebam, à beta, & à malua deceptus ſum. Mart. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. A malua fit Maulaceus, cea, ceum, μαλάχινος. Plinius libro. 21. cap. 4. Alia funditur è caule maluaceo.

MALVS, li, {*Il melo. Pet. Qual à ueder de fioretti del melo*} (μηλέα) fœmi. gen. arbor, cuius fructus eſt Malum, notiſſimum pomi genus, Ver. Eclo. 3. Malo me Galatea petit laſciua puella. Tractû nomen à Græcis, qui malû, μῆλον dicunt, Vnde Melimela dicuntur pen. prod. Vergil. 3. eclog. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Malum punicum, Col. lib. 5. cap. 10. Malum granatum, Pli. lib. 16. cap. 8. Malum perſicum, Pli. lib. 15. cap 14. Plura alia malorum genera inuenies apud ipſum Plin. & Colu. lib. 5. cap. 10. & Varro. de Re ruſt. lib. 1. cap. 59. Hinc Malinus, a, um, (μήλινος) quod eſt materiatum ex malo. Colum. lib. 7. cap. 8. Eſt etiam non ingrati ſaporis muria præduratus, atque ita in malini ligni, uel culmi fumo coloratus.

MALVS, li, priore prod. {*L'arbore della naue*} (ἱστὸς) maſc. gen. arbor nauis, q inſtar mali ſit in ſummitate, uel quia cingitur, quaſi quibuſdam malis, quorū uolubilitate facilius leuantur uela. Verg. 5. Aene. Ingentiq; manu malum de naue Sereſti Erigit.

MALVM TERRÆ, à Latinis uocatur herba, quæ à Græcis Ariſtolochia dicitur: cuius quatuor ſunt ſpecies, quas recenſet Pli. lib. 25. cap. 8.

MALVM PVNICVM, {*Pomo granato*} (ῥοιά) mali genus, quod à granorum multitud ne etiam Granatum appellatur. Dictû Punicum, quod è Pœnorum regione, primum in orbem noſtrum ſit tranſlatum. Mart. lib. 1. Aut inuicta breues Punica mala roſas.

MALVS, la, lum, prima correp. {*Coſa mala, coſa cattiua*} (κακὸς, φαῦλος) dicitur quod opponitur bono. Ouid. 4. Triſt. Leuior fortuna malorum. Pœnas exercere malorum hoc eſt, caſtigare malos. Verg. 6. Aene. Mala ætas. Plaut. Aulula. Atq; ut te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus. Plaut. Menæ. O hominem malum? Vt diſſimulat? Dicimus etiam Malum militem, qui eſt imbellis. Malum imperatorem, qui eſt imprudens. Malum Grammaticum, qui eſt rudis. Malum iudicem, qui eſt iniquus: Malam faciê, quę eſt deformis. Preterea Malum ſubſtantiue ſumitur pro labore, afflictione. & anguſtia, ταλαιπωρία, δεινόν. Vir. 2. Geor. Aſſuetumq; malo Ligurê. Cic. 5. Ver. Tu, niſi malo coactus, recte facere neſcis. Feſſus malis, Oui. 9. Meta. Cauſa, crimen, caputq; malorum, Verg. 12. Aeneid. Opes irritamenta malorum, Ouidi. 1. Meta. Diforme malum. Oui. 3 de Ar. Fatale malum. Ouid. 5. Triſt. Affligi malo. Quint. in Proœ libri. 6. Ego uel hoc uno malo ſic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Item ſumitur pro malignitate. Senec. Imbecillum, inſontemq; damnare, ſummum eſt malum. Item malum pro interiectione, perinde ac ſi diceremus, Proh nefas. Qui loquendi mos, per interrogationem & honeſtus, & uſitatus eſt. Pli. lib. 7. ca. 55. Quæ (malum) iſta dementia eſt, iterari uitam morte: Teren. in Adelph. Quod hoc (malû) infelicitatis? In eundem ſenſum Cicer. ad Atti. dixit: Qui (malum) iſti Pindenaſſit? Aliquando. capitur Malum pro paruo, ſicut bonum pro magno.

MAMAVS, (μάμαος) fluuius eſt Peloponneſi, in tractu Triphyliaco, nô procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Auctor Strabo lib. 7.

MAMBLIA, Oppidum Aethiopiæ, ab ea parte, qua Africam ſpectat. Auctor Plin. lib 8 cap. 29.

MAMBRE, (μαμβρῆ) mons iuxta Hebron.

MAMERCVS præſul fuit Viennenſis, qui teſte Ptolemæo Lucenſi, anno CC. CLIIII. ſupplicationes primus inſtituit, quas Rogationes noſtri uocât, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infeſtabatur. Volaterranus. Mamercus item Pythagoræ filius fuit inſignis humanitate, à quo Aemylia gens appellationem traxit.

MAMERTVS, Oſcorum prænomen, à Marte deductum, quem illi Mamertem appellarunt.

MAMERS, (ἄρης) Lingua Oſcorum dictus eſt, qui à Romanis detractatione unius ſyllabæ Mars, & à Poetis per epentheſim Mauors appellatur.

MAMERTES, Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam ubi Siſapo factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit, ut eſt auctor Ouid. in Ibin.

MAMERTINI, (μαμερτῖνοι) populi Campani, qui cum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius, quam Meſſanenſes ſunt uocati, & uinum eorum, cuius ager ille feraciſſimus eſt, Mamertinum, teſte Plin. lib. 14. cap. 6. non Meſſanenſe, appellatum eſt. Marti. lib. 13. Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta, Si detur, quodum nomê habere poteſt. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis ſubuerſa ſunt, quod Meſſenij quinquaginta uirgines Lacedæmonias uiolare tentaſſent, & non conſentientes eas occidiſſent. Stephanus μαμέρτιον uocat.

MAMILIA, æ, Thelegoni filia fuit, à qua Mamiliorû familia nomê traxit.

MAMILLANA, fici genus eſt, à mamillarum ſimilitudine ita dictum, cuius meminit Pli. lib. 15. cap. 18.

MAMILLA, læ, {*Mamella* (τιτθίον)} quamuis diminutiuum ſit à mamma, quod geminata conſonante ſcribitur, unico tamen m, contentum eſt, primamq; ſyllabam contra primitiui naturam corripit Iuuenal. Saty. 6. illa loqui recta facie, ſtrictiſq; mamillis. Mamillæ penſiles in capris. Varr. lib. 2. de Re ruſti. ca. 3. Duas ut mamillas penſiles habeant, quod hæ fœcundiores ſint, &c.

MAMILLARE, ris, (ἐπιμαστίδιον) uelum, ſiue faſcia, aut quoduis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere conſueuerunt: de quo eſt diſtichon illud apud Martial. lib. 14. Taurino poteras pectus conſtringere tergo: Nã pellis mammas non capit iſta tuas.

MAMMA, æ, {*Poppa, mamma. Pet. Con la ſiniſtra ſola intera mamma*} (μαστὸς, θηλή) dicitur receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat, quod & Vber dicitur. Iuuen Satyr. 1. Et nuda teneat uenabula mamma. Mammas habent & capræ. Plin. li. 11. c. 40. Quibus ſolida ungula, nec ſupra geminos partus hęc omnia binas habent mammas, nec alicubi q̃ in fœminis. Mãmæ etiam porcarum dicuntur. Mart. lib. 2. Quicquid ponitur, hinc, & inde uerris, Mammas ſuminis, imbricemq; porci &c. Μάμμα quoq; Græca dictio eſt, qua ſignificatur auia, id eſt, patris, ſeu matris mater. Hoc etiam nomine infantuli matrem, uel nutricem appellant, ſicut patrem Tatam. Mart. li. 1. Mammas, atque tatas habet. Afra. Plau. in Moſtel. Nunc cum ſtatum ibi ad Philolachetem, ubi nos hilari ingenio, & lepido accipiet. ecquid tibi uidetur mammam adire? Cato. Qui cibum, ac potionem Buas, & Pappas uocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

MAMMILLA, (quod hic pro nomine mulieris corrupte legebatur) Vide Mamilia.

MAMMATVS, ta, tum, (μαστοειδὴς) quod mammarum ſimilitudinem refert: unde Tegulæ mãmatę dictę ſunt, quæ balneis adhibentur, & aquæ ductibus.

MAMMEATVS, ta, tum, (μαστώδης) idem quod mammoſus. Plaut. Cuius amicam mammeatam uidimus.

MAMMOLARIAM, qui huc ex Brunfelſii Onomaſtico tranſtulerunt, pro Acantho herba, ij profecto imperitum ſequuti gubernatorem, unà cum illo in ſcopulum impegerunt. Nam in caſtigatioribus Dioſcoridis exemplaribus Marmoraria legitur, non mammolaria. Vide infra.

MAMMONA, pen. prod. (μαμμωνᾶς) uox eſt Syriaca, diuitiarum Deum ſignificans quem Græci πλοῦτον uocant: accipiturq; pro ipſis diuitijs. Qui plura de eo noſſe cupit, uideat Annotationes Eraſmi in Matthæum.

MAMMOSVS, ſa, ſum, {*Che ha gran mamelle*} (μαστώδης) quod habet magnas mammas. Mart. lib. 14 Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ. Varro lib. 2. cap. 9. Canes ēt mammoſas appellat, & apud Pli. lib. 15. cap. 15. Pyra mammoſa. Apud eundem lib. 12. cap. 14. Tus mammoſum dicitur, pro fœminino, ad differentiam maſculi turis. Mammoſum panicum, idem lib. 18. cap. 9.

MAMMVLA, (μαζίον) diminutiuum à mamma.

MAMPHVR, lignum rotundum, loro circumuolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Feſtus.

MAMVRIVS, (μαμούριος) faber ærarius laudatiſſimus, qui tempore Numę floruit, & Saliorum ancilia confecit, ad ſimilitudinem eius, quod de cœlo deciderat. De hoc ſic ſcribit Feſt. Mamurij Veturij nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de cauſa, Numa Pompilio regnante, è cœlo cecidiſſe fertur ancile, id eſt ſcutum breue: quod idea ſic appellatum eſt, quia ex utroque latere erat reciſum, ut ſummum infimumq; eius latus medio pateret: tumq; edita uox eſt, omnium potentiſſimam fore ciuitatem, q̃ diu id in ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci coeleſte poſſet, Probatum opus eſt Mamurii Veturij, qui præmij loco petiit, ut ſuum nomen Salij inter carmina canerent. Hęc ille. Oui. 3. Faſto Inde ſacerdotes operi promiſſa uetuſto Præmia perſoluunt, Mamuriumq; uocant.

MAMVRRA, Formijs natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C. Cæſaris in Gallia, qui primus Romę in Cælio monte parietes domus ſuæ marmore incruſtauit, nullamq; in ædibus columnam habuit, niſi è marmore, omneſq; ſolidas è Caryſtio, aut Lunenſi. Hic eſt ille Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus: qui domum eius dixit habere, quicquid habuiſſet Comata Gallia. Hæc Pli. lib. 36. cap. 6.

MANÆTHVS, (μανέθως) Aegyptius fuit ex Dioſpoli urbe ortus, qui de Phyſiologia, & de Aſtrologia iudiciaria carmen reliquit. Fuit & alter hoc nomine Mendeſius, ſacerdos apud Aegyptios. Vtriuſq; meminit Suidas.

MANALIS, fons, dictus, quia aqua ex eo perpetuo manat. Manalis urceolus, ſiue gutturnium, (πρόχοος) uas dicebatur, ex quo aqua in polubrum dimittitur. Manalis lapis, oſtium eſt Orci, per quod animæ inferorû ad ſuperos manant, qui dicuntur manes. Manalem lapidem ēt uocabant petram quandã, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ędem Martis, quam cum propter nimiam ſiccitatem in urbem pertraherent, ſequebatur ſtatim pluuia, eumq;, quod aquis manaret, Manalem lapidem dixere Feſtus.

MANARE, {*Stillare*} (μανοχεῖν τὸ ῥεῖν,) proprie dicitur, quum aliquid ex integro, ſed non ſatis ſolido, per minutiſſimas partes ſtillat. Tractum à Græcis qui μανὸν rarum, & ſine denſitate appellant. Feſtus manare à Mane aduerbio dictum putat, Soliſq; proprium eſſe exiſtimat, quum orientes radij ſplendorem iactare incipiunt. ſed frequentius ad aquam & ad humores refertur. Per tranſlationem ponitur pro deſcendere, fluere, procedere: προχεῖσθαι. Et huiuſmodi, res quæ manat, quandoq; in nominatiuo ponitur. Verg. 3. Aeneid. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. Lacta. li. 1. Quid mirum ſi ab hac gente uniuerſa flagitia manauerunt? id eſt, proceſſerunt. Quandoq; in accuſatiuo. Pli. lib. 14. Arborum ſucco manantium picem, reſinamq; aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Quandoq; in ablatiuo. Liui. lib. 1. ab urb. Cultrum ex uulnere Lucretię extractum, manantem cruore præ ſe tenens. i. fluentem, uel ſtillãtem. Quandoq; ponitur pro diſſeminari, diſpergi ſerpere, percrebeſcere. Cic. 2. Tuſculan. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, q̃ de uno dolore occupabit. Sic fama uel rumor rei alicuius dicitur manare, hoc eſt, diſpergi, & diuulgari Liui. lib. 7. ab urbe: Diuiſa enim erant per Campaniæ urbes, manarentq; à Capua conſilia in exercitum omnem. Cic. 14. Philip. Cû uiſitis, hoc triduo, uel quatriduo triſtis à Mutina fama manaret. Sic Manat malum, apud eundem, Philip. 3. Huius uerbi compoſita ſunt Emano, & Permano: quæ uide ſuis locis.

MANCEPS, pis, (ἐργολάβος) qui aliquid à populo emit, conducitve, quia ſublata manu, ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe. Conductor alias Latine & Redemptor, & ſector, appellatus. Cicero pro Roſcio Amerino: Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus. Paul. l. qui fideiuſſor. D. reſt Locati. Qui fideiuſſor exiſtit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, hoc eſt, apud publicanum. Cice. 3. Verrina: Si opus pupillo redimeret, res abiret, ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe. Quo in loco Manceps accipitur pro redemptore ſartorum tectorum. Sueton. in Veſpaſiano cap. 1. Non negatum iactatum à quibuſdam Petronij patrem è regione tranſpadana fuiſſe mancipem operarium, id eſt, côductorem mercenariorû, & operariorum ſeruorum, ut opera eorum ad quæſtum uteretur. Pli. lib. 20. cap. 41.

cap. 43 uidetur Mancipem acceſiſſe, pro magiſtro officinæ, qui operis opificū redemptis utitur ad quæſtum: aut certè pro eo, quem Græci Propolam uocāt, qui minoris emit, ut carius uendat. Hunc (inquit Pli.) ſiue æmulatione incitatus manceps proximæ ſutrinæ, ſiue iracundia ſubita, ut uoluit uideri, excrementis eius impoſita calceis macula, exanimauit. In hac etiam ſignificatione, hoc nomine uſus eſt idem Pli. lib. 33 cap. 4. Aut aliquis præualens manceps annonā flagellet. Hæc fert Budæus. Quandoq; accipitur pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plau. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat, Ego n'ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus ſui nihil eſt? Metaphoricῶs hac dictione uſus eſt Pli. Epiſt. lib. 2. Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti, & redempti mancipes: conuenitur à conductis, & redemptis in media baſilica. Mancipes, inquit, id eſt, ij, qui cau ſidicos in cauſis agendis, conducta ad hoc corona uulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

MANCINVS, (μάγκινος,) conſul fuit Romanus, qui quòd ignominioſam cum hoſtibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hoſtibus fuit deditus.

MANCIOLÆ, (χειρίδιον) diminutiuum à manu; quaſi paruæ manus: Næuius; Manciolis tene illis.

MANCIPIVM, pij, uel mancuplum, {*Pet. L'im di uertute non d'amor mancipio*} (ἀνδράποδον) homo in bello captus, & ſeruituti ſubiectus. Varro; Mancipium dicitur, quòd manu capiatur. Plau. in Sticho: Damna euenerunt maxima miſero mihi. Ita me mancipia miſerum affecerunt malè. Aliquando eſt dominij comparatio poſſidendiq; ius atq; etiam dominium, & mancipatio, Cice. 3. Off. Ex Sergio ſeruiebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat. Sic materfamilias dicitur eſſe in mancipio mariti, hoc eſt in eius dominio & poteſtate. Mancipio dare, eſt rem ita dare, ut euictionem præſtaturos nos ſpondeamus. Et Mancipio accipere, eſt ea lege emere, ut uenditor præſtet euictionem. Pla. in Curc. Memini & mancipio tibi dabo. CV. ego'ne à lenone quicquā Mācupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua? Lucr. libr. 3 Vitaq; mancipio nulli datur, id eſt, nulli ita datur, ut propriam, ac perpetuam habeat. Sui mancipij eſſe, eſt nullius dominio ſubiectum eſſe. Brutus ad Ciceronem, Quærenda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur Antonius, an, ſut illo prohibito rogaremus alterum, qui ſe in eius locum reponi pateretur, an ut eſſet ſui iuris & mancipij Reſpublica? Quo in loco Sui mancipij Rempu. dixit Brutus, quæ nullius dominio ſubiecta eſſet, antequā Auguſtus Imperium occupaſſet. Inde res mācipi, uel (ut antiqui loquebant) Res mancupi dicunt, quę in noſtro ſunt mancipio: hoc eſt, quæ noſtro dominio, iuri, aut poteſtati ſunt ſubiectę, quaſq; quoties lubet, poſſumus alienare. Quę ſe in illius ſunt poteſtate, quæq; alienari nō poſſunt, Res nec mancupi, uel res ſui iuris dicunt, quę. ſ. in nullius ſunt mancipio. Emptio mancipi, dicebat ſolenne quoddā genus imaginarię emptionis, quod fiebat pręſentibus, non minus quinq; teſtibus puberibus Romanis, & eo, qui lancē tenebat, Libripenſq; uocabatur: quibus præſentibus, is qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio: iſq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretij loco. Sunt itaq; Emptio mancipi, & Mancipatio quaſi correlatiua. Nā reſpectu uenditoris contractus hic dicitur Mancipatio: contra reſpectu emptoris, dicit emptio mancipi. De his latius diximus in dictione Libripens. Quod aūt attinet ad Grammaticæ rationem, in hiſce locutionibus, Res mancipi, uel Mancupi, Res nec mancipi, Emptio mancipi, & ſimilibus. Mancipi genitiuus eſt à Mancipium, abiecta ultima uocali per apocopen: quanquam non deſunt, qui aut nomē indeclinabile putant, aut datiuum eſſe à Manceps: qui certè falluntur: ut alibi latius docuimus. Huiuſmodi emptionis meminit Pli li. 33 c. 3. Qua cōſuetudine (inquit) in ijs emptionibus, quæ mancipi ſunt, ēt nunc libra interponitur.

MANCIPO, pas, pen. cor. {*Mancipare, alienare*} (ἀνδραποδίζω, χειρῶ, ὑπομαι) à nomine mancipiū fieri uidetur: idemq; eſt, quod in mancipium, hoc eſt, in dominiū alterius trado, hoc eſt, uendo, obligo, uel quouis modò alieno. Pla. in Curc. Alienos mancipatis, Alienos manumittitis, alienis imperatis, Nec uobis auctor ullus eſt, nec uoſmet eſtis ulli. Cic. Philip. Tum iſte uenditum atque mancipatum tribunatum conſilijs noſtris oppoſuit. Mancipatum emphaticῶs dixit, quod plus eſt quā uenditum Mancipatus quoq; participium ponit pro deuincto, ſeu aſtricto. Cic. in Cato. Maio. Ita n ſenectus honeſta eſt, ſi ſeipſa defendat, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt, &c. A mancipo fit uerbale mancipatio, (χείρωσις, ἀνδραποδισμός) quod eſt genus imaginarię uenditionis, fieri ſolitum ſolenni quodam ritu, quē iam aliquoties deſcripſimus, tam in dictione Libripens, quàm pauló ante in nomine Mancipium Mancipatio (inquit Boethius. 3. Cōmentario in Top. Ci.) eſt imaginaria quædā uenditio. Ea res ſic agitur: adhibitis non minus, quàm quinq; teſtibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Libripens dicitur, is qui mācipiū accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meū eſſe aio: idq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: id q; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi Pretij loco. A mancipo fit compoſitum Emancipo, quod eſt, iure meo libero, quaſi extra mancipium, hoc eſt, extra dominium meum pono. Item uerbale Emancipatio: de quibus ſuis locis diximus.

MANCVS, {*Che ha una mano ſola debole*} (πηρὸς, χωλός) propriè dicitur, qui altera manu caret: quanquā & pro debili accipiatur & infirmo, cuius. ſ. membrum aliquod naturales ſuas actiones probè obire non poteſt Cic. pro Rabi. Quintus Scæuola cōfectus ſenectute, præpeditur morbo māeus, & membris omnibus captus & debilis. Oui. 3. Faſtor. Et licet antiquo manibus collatus Epeo ſit prior, irata Pallade mancus erit. Transfertur & ad res inanimatas. Ci. 3. de Fin. Qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione uirtutem.

MANDANE, es, (μανδάνη) Aſtiagis Medorū regis filia fuit, quæ patri per quietem uiſa eſt tantū urinæ reddere, ut totam Aſiam inundaret. Quare cū ex Magia didiciſſet fore, ut qui ex filia ſua naſceretur, Aſię imperiū obtineret Medorum nemini eā tradere uoluit uxorem, ſed Cābyſem quendam, mediocris dignitatis Perſam ſibi generū delegit: ex quo cū illa grauida eſſet effecta, ruſus Aſtyages ſomnauit, ex filiæ uero uitē egredi, quæ totam Aſiam obumbraret. Quo ſomnio exterritus, filiā grauidam ad ſe acceſſit, filiumq; ex eo natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpago nomine, tradit necandū. Qui cum per ſe ipſe tam triſte miniſterium nollet exequi, Mitradati regio paſtori, negotium illud committit. Huic uxor erat nomine Spaco, quæ ſub idem ferè tēpus mortuum enixa erat partum. Quare cum regium puerum intueretur, forma inſigni præditum, eum pro ſuo educauit: qui poſtea ab auo agnitus, & in Perſidem ad matrem remiſſus, ubi primū adoleuit, Harpagi inſtinctu Aſtyagi bellū intulit, eumq; in prælio captum quoad uixit penes ſe habuit Vide Herod. lib. 1.

MANDANIS, (μανδάνις) Gymnoſophiſta fuit inſignis apud Indos, quem cum Alexander per internuntios ad Iouis filij epulum uocari iuſſiſſet, & parēti ampliſſima præmia, detrectanti uerò grauiſſimum proponeret cruciatum, cōſtantiſſime ferunt reſpondiſſe, nec illum Iouis filium eſſe, nec magnæ partis terrarum imperare: nec ſe illius donis permoueri, cui nulla eſſet ſatietas, nec minas pertimeſcere: quòd uiuenti India abundè multa eſſet ſuppeditatura, mortem uerò tantum abeſſet ut formidaret, ut multis etiam uotis eam expeteret, quæ ſeſe mar cida ſenio carne liberatum, in puriorem, melioremq; uitam immutaret. Vide Strabonem libro 15.

MANDATARIVS, (ὁ ἐπιτετραμμένος) cui dantur mandata peragenda.

MANDATVM, {*Commiſſione, commandamento*} & participium, & nomen eſſe poteſt Participium, ut mandatum eſt mihi, (ἐπιτέτακται) apud Plau. Cice. pro Roſc. Amer. In priuatis rebus, ſi quis rem mandatam non modò malitioſius geſſiſſe: &c. Nomen, ut apud Quin. Mandata tamen tua fili perago. Et eſt propriè Mandatum, (ἐντολή, ἐπίταγμα) commiſſio, hoc eſt, quod committitur. Sal. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mādatis huiuſmodi. Eleganter dicimus, Venire cum mandatis. Mandata, & legatos mittere: Mandata accipere ad aliquem: Habere mandata ab aliquo: Facere mandata: Mandata digerere, perſequi, conficere: Mādata addere, Exhaurire mādata, id eſt, exequi & abſoluere: Dare mandata de aliquibus rebus: Dare mandata alicui ad aliquem.

MANDIBVLA, læ. {*Maſcella*} (γνάθος, γένυς) in qua dentes ſunt ſiti, quæ et Maxilla dicitur. Sunt autem duæ mandibulæ, ſuperior ſcilicet, & inferior: a mandendo.

MANDO, das, {*Commettere, imporre*} (παρακατίθεμαι, παραδίδωμι) committo, ut quum quid memoriæ mandatur, committitur'ue. ut memoriter teneatur: ſiue ex propria memoria id fiat, quum quid repetitur, auditus, ſiue ex ſcripto. Ex memoria propria Libro tertio ad Herennium: Quoniam nuperrimè dictum facilè memorię mandatur, utile eſt, quum dicere deſinamus, recentem aliquā relinquere in animis auditorum firmā argumentationē. Ex ſcripto, Gell. Memoriæ mandatum, Platonem philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. Et ſic Mando ſignificat manu ſcribendo memoriæ do: ut Cic. pro Sext. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, poſteritati propagātur. Nā Mādare monumentis, aut annalium, aut literarum, eſt ſcribere, & poſteritati relinquere. Aliquando utrunque coniungimus, Mandare aliquid memoriæ, & literis. Idem lib. 12. Phil. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæq; mandauit? Literis & memoriæ, capere licet, non ſolù ſcripto id mandatum eſſe, ut rē ordine geſtam ipſi ſcriptores, haberent, ſed ēt ut memoriæ poſteritati darent. Nā non intelligi par eſſe cenſeo, Literis & memoriæ, dictū ex abundantia, ſed ex diuerſitate rei. Eſt ēt Mandare memoriæ, in memoria figere, & retinere. Cic. de Ami. Cuius diſputationis ſententias memoriæ mādaui. Mandare terræ ſemina, idem eſt quod ſeminare. Col. libr. 3. Semina q̄ recentiſſima terræ mandare conuenit. Interdum Mādare, (προσαγγέλλω, ἐπιτίθημι, ἐντέλλομαι) committere, iniungere. Plau. in Curcul. Mandatum eſt mihi, ut has tabellas ad eum ferrem. Terē. in Adel. Huic mandes, ſi quid rectè curatū uelis. Et à manu dāda declinatū conſtat, quòd in dandis accipiendiſq; mandatis manus ſibi inuicem dare mos erat. Mandare aliquid æternitati ſiue immortalitati, eſt curare, ut ſit ęternum. Mādare in ultimas terras, eſt mittere. Mandare aliquid animis, eſt ipſis animis cōmittere, uel in animos immittere. Mandare animis, & mentibus, eſt memoriæ cōmittere, & memoria tenere. Cic. in Cat. Attendite, quæſo, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis ueſtris, mentibuſq; mandate. Mandare fidei alicuius eſt cōmittere eius fidei. Mandare ſe fugæ, eſt fugere. Similiter Mandare uitam fugæ, quod eſt fugiendo uitā ſeruare, & tueri. Mandare literis, eſt ſcribere. Mandare ſcriptis, eſt ſcriptum poſteritati relinquere. Mandare aliquē humo, eſt inhumare. Mandare tumulo, idem. Mandare uinculis, eſt in uincula conijcere. Cic. in Catil. in Senatu: Cæſar non dubitat P. Lentulum ęternis tenebris uinculiſq; mandare. Mandare uerſibus, eſt carmine aliquid conſcribere: apud Ciceronem pro Archia. Mandare honores alicui, eſt honores tribuere.

Mandare magiſtratū eſt decernere. Cic pro Plan. Populus in mandandis magiſtratibus non mirais eſt dignitatis iudex. Mandare curam uel curas alijs, eſt eas alijs relinquere, ſiue cōmittere. Mandare infra mortuos, dixit Ci. pro Quin. Iā nō modo ex numero uiuorū exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiā mortuos mandatur. Mandare uetuſtati, eſt poſteritati relinquere. Hinc Mandator, uerbale, qui alteri mandato aliquod iniungit. Mandatores item, Budæus ait, impulſores eſſe delatorū, interq; delatores numerari. Suet. in Veſpa. Inter aduerſa temporū & delatores, mādatoreſq; erant. Cōpoſita huius uerbi ſunt, Amando, Admando, Cōmendo, Demando, Præmando, & Remando de quibus ſuis locis.

MANDO, dis, mādi, māſum, {*Maſticare*} (μασσάομαι) ſignificat cibū dentibus conficio. Ci. 1. de Na. de. Alia ſugunt, alia carpunt, alia uorāt, alia mandunt. Serenus: Purgāt cerebrū manſa radice pyrethri Accipitur etiā pro rodere, uel mordere. Ver. 4. Ac Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumātia mandit. Hinc eſt Māſito frequentatiuū Plau. in Amph. Mutatos Atticos in Arcadia homines, Et ſæuas beluas Manſitaſſe. Huius cōpoſitum eſt Remādo, (ἀναμασσάομαι) qđ eſt ruſſus mādo, rumino. Pli. li. 10. Pontici quoq; mures ſimili modo remandunt.

MANDO, onis, {*Mangione*} (φάγος) edax, qui aſſiduè mandit. Lucilius apud Nonium: Atq; omnes mandonum gulæ.

MANDONIVS, dux Hiſpanus, partes Romanorum cum Scipione Africano in Hiſpania iuuit: deinde Scipione ægrotante, ſeditionem agitare, in Romanoſq; inſurgere cœpit: quem quum Scipio morbo liberatus comprehendiſſet, ueteris officij memor, tantū caſtigatum uerbis dimiſit. Liu. lib 29.

MANDRA, æ, {*Mandra*} (μάνδρα) ſpelunca, cubile, & receptaculū ouiū boū, aliorūq; iumēt. Itē agmē ipſum ueternorū, aut aliorū brutorū animātiū. Iuue. Sat. 3. Et ſtātis conuicia mandrę Eripiunt ſomnū Druſo. Probus ſcribit mandrā eſſe uicū, oſtiū, uel flexum, uel arrectū, aut breue, & uile ædificiū, qđ anguſtat

latitudinem uici: uel ingens uehiculum, quo trabes portãtur: quod Græcè Mandroo dicitur. Martia libro 5. Vixq́ꝫ datur longas mulorum uincere mandras, Quæq́ꝫ trahit multo marmora fune uides.

MANDRAGORA, æ, p.c. (μανδραγόρας) herbæ ſoporiferæ genus eſt, quod alio nomine appellatur Circeium. Eius duæ ſunt ſpecies: quas & ſexu diſtinguunt. Nam candidam, marem putant: nigram, fœminam. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine. Mandragoram foſſuri ab aduerſante uento cauent, & occaſum ſpectant. Vis eius in poculo ſomnifera eſt, ac etiam olfactu. Colu. lib. 10. Mandragoræ pariat flores. De hac herba uide Plin. lib. 25. cap. 13.

MANDRO, fuit maniculàrius quiſpiam, qui aſpirante fortuna, tandem factus eſt Imperator: unde etiam factus adagio locus, in eos, qui præter meritum ad opes euecti priſtinæ conditionis non meminerint.

MANDROPOLIS, (μανδρόπολις) oppidum eſt Phrygiæ: à quo gentile Mandropolites, μανδροπολίτης. Stephano.

MANDVCATVS cibus, & Commanducatus, {Cibo mangiato, maſticato} (διαμεμασσημένος, & διαμάσημα) non tam ſignificat comeſtum, quàm manſum, & dentibus comminutum, maſticatumq́ꝫ, qui deinde pro medicamento imponi ſolet.

MANDVCO, cas, pen. pr. {Mangiare, maſticare} (μασσάομαι) idem quod mando. Sueto in Auguſt. Qui in balneo demum, poſt horam primam noctis duas buccas manducaui prius, quàm ungi inciperem. Manducor, aris, deponens apud antiquos. Luci. lib. 14. ut citat Nonius. Illud quid faciat, quod manducamur in ore. Eius compoſitum eſt Commanduco. Plin. lib. 20. Huius cucurbitæ commanducatæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt.

MANDVCO, onis, {Mangione} (ἀδηφάγος) edacẽ ſignificat, teſte Nonio. Hæc. n. omnia ferè idem denotant, Mandones, Manducones, Manduci, Manſutij, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Curguliones, Helluones, Paraſiti, Gulones, Phagones, Liguritores, Nepotes, Catillones.

MANDVCVS, ci, (φάγος) idem quod manduco, onis, teſte Nonio. Plaut. in Ruden. Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduco locem? Manduci effigies in põpa antiquorum inter cæteros ridiculas, & formidoloſas imagines ire ſolebat. Erant enim laruato capite humano, maxillas uaſto magnitudine, uaſtisq́ꝫ armatas dentibus habentes: qui oris hiatu, dentiumq́ꝫ crepitu ſeſe in utranq́ꝫ partem uiæ dum flecterent, ridentem turbam uertebant in fugam. Quædam exemplaria hoc in loco apud Plautum habent Manduca. Feſtus legit manduce à nominatiuo Manduces, uel Mandux.

MANDVRIVM, (μανδύριον) oppidum Iapygiæ, hoc eſt, Apuliæ: à quo ſit gentile Mandurinus. Stephanus.

MANE, {La mattina} (πρωΐ, ὄρθρον) diei principiũ, quum dies clarus eſt. ab omine boni nominis. Manum enim ueteres bonum dicebant, ut ait Seruius. Teſte autem Nonio, Manum ueteres clarum dixere. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum, putat Manè dictum eſſe à Manibus, eò quòd exordium lucis ab inferioribus partibus emergat. Varro à manando deriuat, quòd cum Sole manet dies ab Oriente. Vnde Manij, & Lucij, qui nati ſunt mane, & luce. Iunctum inuenitur ſæpe adiectiuis, migratq́ꝫ in nomen ſubſtantiuum. Mar. lib. 1. Sed manè totum dormies. Perſius Satyr. 3. Iam clarum mane feneſtras Intrat. Iunguntur quoque et aduerb. Cicer. 3. ad Att. Bene manè hæc ſcripſi. Inuenitur iunctum genitiuo: ut, Manè diei Hirc. de bel. Afric. lib. 5. Præſertim cum milites à mane diei ieiuni ſtetiſſent defatigati.

MANEO, nes manſi, ſum, {Reſtare, remanere} (μένω) ſignificat me contineo aliquo in loco, moror, cõmoror, reſiſto, firmus ſto. Ci. lib. 3. Off. Cyrillum quendã ſuadentem, ut in urbe maneret. Verg. 10. Aene. Manet imperterritus ille, Hoſtẽ magnanimum opperiens. Quandoq́ꝫ expectare, ἀναμένειν, περιμένειν. Plau. Ego hic te manebo. Quandoq́ꝫ futurum eſſe, (μένειν) inſtare, imminere. Cicer. 2. Phil. Cinus te fatum, ſicut Curionem. Quandoq́ꝫ inhærere, fixũ eſſe. Verg. 1. Aen. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Quandoq́ꝫ durare, perſiſtere, perſtare. Ter. in Hec. Manere affinitatẽ hanc inter nos, uolo, ſi ullo modo poſſit, quod ſpero fore. Manere promiſſis, idem quod ſtare promiſſis: quod barbari dicunt, Tenere ſua promiſſa. Verg. 2. Aen. Tu modo promiſſis maneas, ſeruataq́ꝫ ſerues Troia fidem. Mane, gaudentis aliquã particula, non opperiri iubentis, inquit Donat. Ter. in Adel. Sed quid nam foris crepuit? S. mane, ipſe exit foras. Huius compoſita ſunt. Commaneo, ſimul habito. Emaneo, extra maneo, à quo Emanſor: quorum ſignificata uide ſuo loco. Emmaneo, Promaneo, & Præmaneo, Immaneo. Remaneo, (καταμένω) retro maneo, perſiſto. Iuſt li. 2. Interea Rex, uelut ſpectator pugnæ, cũ parte nauiũ in litore remanet. Cicer. 1. Tuſc. Sed fac (ut iſti uolunt) animos non remanere poſt mortem. Et in Catone: Tantũ Remanet, quod uirtute, & rectè factis ſis conſequutus. Sed hæc per tranſlationem magis. Permaneo, (ἐμμένω, διαμένω) perſeueranter maneo. Obmaneo, diu maneo. Manſio, onis, à Maneo, actus ipſe manendi, aut quieſcendi, in aliquo loco, cui contrariũ eſt deceſſio. Cic. ad Sulpit lib. 4. Ia mecum ſæpe de tua manſione, aut deceſſione cõmunicat. Ponitur ẽt pro hoſpitio (σταθμὸς, πανδοχεῖον) Suet. in Tit. Veſp. ca. 10. Deinde ad primã ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, &c. Ponitur quandoq́ꝫ pro itinere unius diei. Plin. li. 12. cap. 14. Manſionibus octo ſtat regio turifera à monte excelſo. Manſito, as, frequentatiuum à Maneo Taci. lib. 13. Quippe manſitaſſe una conuincebatur.

MANES, manium, {Anime infernali} (δαίμονες) Seruius putat per antiphraſim dictos ab antiquo adiectiuo Manus. hoc eſt bonus, quòd maximè eſſent boni. Putabant. n. ueteres Manes eſſe deos inferos, eosq́ꝫ inter numina læua numerabãt: placabantq́ꝫ eos ſacrificijs, ne nocerẽt. Alij putant hoc nomine appellatas fuiſſe animas ſeparatas e corpore: unde uidemus uetuſta ſepulcrorum monumenta Dijs manibus eſſe inſcripta. In qua etiam ſententia uidetur fuiſſe Apuleius de Dæmonio Socratis: Manes (inquit) animæ dicuntur meliores meriti, quæ in corpore noſtro Genij dicuntur: corpori renunciantes, Lemures: cũ domos incurſionibus infeſtarent, Laruæ appellabantur: contrà ſi bonæ fuerint, Lares familiares. Sunt ẽt qui putent Manes eoſdem eſſe, quos uetuſtas Genios appellauit: duosq́ꝫ Manes corporibus ab ipſa ſtatim conceptione aſſignatos fuiſſe, qui ne mortua quidem corpora deſerant: conſumptisq́ꝫ ẽt corporibus, ſepulcra inhabitẽt. Quare qui ſepulcra demoliebantur, Deos Manes uiolare putabantur. Cic. 2. de Legib. Deorum manium iura ſancta ſunto. Quandoq́ꝫ Manes dicuntur pœnæ. Verg. 6. Aeneid. Quiſque ſuos patimur manes. Vbi Seruius: Manes, id eſt, ſupplicia, quæ ſunt apud manes.

MANES, (μάνης) hæreſiarcha fuit, tempore Aureliani Cæſaris genere Brachman. tantæ demẽtiæ, ut ſe Spiritum Paracletum eſſe aſſereret, à Chriſto promiſſum, à quo Manichæorum ſecta fluxiſſe traditur. Suidas.

MANESIVM, (μανήσιον) Phrygiæ oppidum, à diuite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

MANES, (μάνης) fluuius eſt, ſiue potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronium præterfluens, interdum tam exiguus, ut trãſeuntis uix tingat pedes interdum tam latus, ut in bina diffundatur iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strabonem lib. 9.

MANETHVS, uide paulo ante Manæthus.

MANETHVSA, urbs Cretæ inſulæ, apud Pomponium Melam lib. 2.

MANGONES, {Venditori & mercatanti d'huomini} (σωματέμποροι, ἀνδραποδοκάπηλοι) dicti ſunt magiſtri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem probè callentes, qui homines uendebãt. Solebãt enim pueris, puellisq́ꝫ, quò facilius uendi poſſent, artificio quodã inducere colorẽ, fuco, ac uerũ robur inani ſagina mentiri, ut carius uenderent. Mart. Millia pro puero centum me mango popoſcit. Aliarum quoq́ꝫ rerum Mãgones dicuntur, qui merces poliunt, atque interpolant, ut pluris uendant. Vnde Pli. lib. 37. cap. 13. Decuſſi fragmenti paululum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimento excuſant mangones gemmarum. Nec mares tantũ, ſed etiam fœminæ Mangones uocãtur. Pli. Mango obſtetrix erat.

MANGONICVS, ca, cum, (σωματεμπορικός) quod ad mangonem pertinet. Pli. li. 21. c. 26. Radix hyacinthi bulbacea, mangonicis uenalitijs pulchrè nota, quæ è uino dulci illita, pubertatẽ coercet, nec ſinat erũpere. Suet. Neceſſarioq́ꝫ ad mangonicos, quæſtus ſuſtinendæ dignitatis cauſa deſcendit.

MANGONIVM, nij, (μαγγανεία, σωματεμπορία) artificiũ, quod ad res facilius uendendas adhibetur. Pli. li. 10. c. 50. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum gallinarum laudatis.

MANGONIZO, zas, {Ornare le coſe, accio che piu facilmente ſi uendano} (μαγγανεύω, σωματεμπορῶ) orno, compono rem ad alliciendos emptores. Pli. li. 23. ca. 1. Succus radicis uitis nigræ, cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. Transfertur etiam ad alia. Nam & Oratio mangonizata, & forma, & domus, & reliqua dici poſſunt ut lenocinis & fuco potius, quàm ueritate allectent. Hodie etiam mangonizantur panni, ſiue linei, ſiue lanei. Quin & equos mangonizatos uænire uidemus. Hos Græci ab equis comendis, ἱπποκόμους uocant.

MANIÆ, arum, (μανίαι) deformes perſonæ, auctore Feſto. Manias item laruas, quas nutrices pueris, minitari ſolent, appellant. Item Mania Dea Larium mater, cui olim ſacrificabant. Maniæ etiam dicebantur ficta quædam ex farina in hominum figuras, quòd deformes eſſent, quas etiam Maniolas appellabant. Auctor Feſtus.

MANIA, æ, (μανία) teſte Aetio, inſaniæ genus eſt ſine febri, ex ſanguine non putrido proueniens, in caput irruente, cui quandoq́ꝫ & bilis miſcetur. Differt à melancholia, quòd hæc ex atra bile fiat: mania uero, ex tenuium, et bilioſorũ humorum malignitate, ut teſtatur Galen. in. 3. li. Aphoriſmorum. Cic. 4. Tuſcul. Græci μανίαν unde appellent, non facile dixerim: eam tamen diſtinguimus nos melius, quam illi. Hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ latius patet, a furore diſiungimus. Græci uolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo: quem nos furorem melancholiam illi uocant: quaſi uero atra bile ſolum mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Quo genere Athamãtem, Alcmæonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus. Qui ita ſit affectus, eũ dominum eſſe rerum ſuarum uetant duodecim tabulæ. Itaq́ꝫ non eſt ſcriptum, ſi inſanus: Sed, Si furioſus eſſe incipit. Stultitiam enim cenſuerunt. i. inconſtantiam ſanitate uacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communem cultum, atque uſitatum. Furorem autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem: quod maius eſt, quam inſania.

MANICA, cæ, pen. cor. {Manica. Onde Et fattogli mettere le maniche} (χειρίς) pars ueſtis, qua manus teguntur. Ver. 9. Aen. Et tunicæ manicas, & habẽt redimicula mitræ. Hinc manicata ueſtis, quæ manicas habet: quas, uelut probroſas, & fœmineas, taxat Poeta, quòd priſci Romani breues, & circa humerum deſinentes ueſtes primò geſtauerant. Ci. in Cati. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis, & talaribus, ac tunicis, uelis amictos, non togis. Manicæ ẽt dicuntur manuum uincula, quemadmodum pedicæ (πέδαι) uel Compedes uincula, quibus pedes ligantur. Verg. 2. Aen. Manicas, atq́ꝫ arcta leuari Vincula iubet Priamus. Aliquando etiam Manicæ per translationem, dicuntur uincula nauium. Luca. Aſt alias manicæq́ꝫ ligabant, teretesq́ꝫ cateruæ. Itẽ Manicæ, thecæ ſunt ex ferro, quibus brachia, et manus contra hoſtium iniurias muniuntur. Iuue. Qualẽ decus rerum, ſi coniugis auctio fiat, Balteus, et manicæ, criſtæ, crurisq́ꝫ ſiniſtri Dimidium tegmen. Brachialetum Gallicum uulgus appellat. Et Manicæ (χειρόθεκαι) dicuntur, quibus aduerſum uim frigoris manus muniũtur. Pl. Iunior ad Macrum: Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cœli quidem aſperitas ullum ſtudij tempus eriperet.

MANICHÆI, (μανιχαῖοι) hæretici quidam dicti ſunt à Manete quodã Perſa, qui Paracletum ſe eſſe dictitans à Chriſto pollicitum, bonam Orientis partẽ abſurdiſſima hæreſi infecit. Hic tandem à Perſarum rege, quòd eius filium, quem repulſis omnibus medicis, ſanãdum ſuſceperat, peremiſſet, uiuus excoriatus eſt. Auctor Suidas.

MANICON, (μανικόν) Strychni herbæ ſpecies eſt, quã ſiquis drachmæ põdere ſumpſerit, uariæ ſpecies ac lætitia plenæ animo obuerſantur: quod põdus duplicatum, mentis exceſſum triduo affert, triplicatũ mortem. Alio nomine Dorycnion appellatur, eo quòd cuſpides in prælijs eo tingerentur. Vide Pli. li. 21. ca. 31. Ea putatur eſſe, quæ hodie in officinis Solatrum mortale appellatur.

MANICVLA, æ, (χειρίον) diminutiuũ parua manus. Plau. in Ruden. Duæ cõnexas maniculæ et ſucula. Manicula itẽ dicitur tranſuerſa regula in ſtiua aratri, ita dicta, quòd manu bubulci teneatur. Auctor Varro li. 4. de Ling. Lat.

MANIFESTARIVS, a, um, {Manifeſto} (ἐπίδηλος, φανερός) idem eſt, quod manifeſtus: quod uulgo dicimus Notorium: ut, res manifeſtaria. Plaut. in Milite: Mitte Sceledre: manifeſtaria res eſt. Fur manifeſtarius, (αὐτόφωρος) uel

Adulter

Adulter manifeſtarius, (κατ' ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχός) qui in ipſo furto, uel adulterio deprehenſus eſt, idem in Aulu. Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium.

MANIFESTO, (φανερόω) palam facio.

MANIFESTVM, ſti, *(Manifeſto, chiaro, aperto)* (δῆλον, φανερόν) dicitur quod eſt clarum, & apertum, ab antiquo adiectiuo Manus, quod clarum ſignificabat, teſte Nonio, & uerbo Facio. Cic. 4. Ver. Manifeſtus in rebus hominem ſtatim tenere uidebitis. Iungitur pulchre genitiuo. ut, Manifeſtus ſceleris, aut mendacij: cuius ſcelus, aut mendacium omnibus palam eſt. Sall. in Iug. At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra uerum niti, &c. Dicimus autẽ uenuſte, Manifeſtum facere, & Manifeſtum habere. Hinc aduerbium Manifeſte, (φανερῶς) id eſt, palam, perſpicuè, clare, non obſcure. Cic. in Catil. Vt tota res à uobis manifeſtò deprehenderetur. Et Manifeſtò eiuſdem ſignificationis. Cic. pro Cluen. Oppianici facinus manifeſto compertum, ac deprehenſum.

MANILIVS OCTAVIVS, à quo Manilij fluxerunt Tuſculanorũ dux, & Tarquinij gener, ad quem ille poſt fugã ſe recepit, eiuſq; auxilio Romanis intulit bella. Liu. lib. 1.

MANIOLÆ, inſulę ex aduerſo Indię extra Gangẽ, in quibus tradunt nauigia quæ clauos ferreos habent, detineri: nec ulterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipſas gignitur, illa ad ſe trahat. Eas tenent Antropophagi, Manioli dicti: ſicut ſcribit Ptolemæus lib. 7.

MANIPVLATIM, (κατὰ λόχους) aduerbiũ ſignificat per manipulos. Liu. lib. 8. ab urb. Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis erant, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.

MANIPVLVS, li, *(Manipolo, brancata)* (δράγμα, ἐγχειρίς) à manu fit, & proprie ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo. Plin. lib. 18. ca. 28. Iuſtum eſt una opera iugerum in die deſecare, alligariq; manipulos tria millia ducẽta, quaternorum pondo. Manipulos fœni hic uocat Plinius, quos noſtri Botelles uocant, inquit Budæus. Interdum ponitur pro exigua militum manu quę unum ſequitur ſignũ, λόχος, μανίπλος. Et in legione quidẽ erant triginta manipuli. Dictus Manipulus (ut inquit Varro) ab eo q plures militum manus iungũtur. Seruius docet Manipulos eſſe fœneſcros, q imperante Romulo, quũ Romani & Latini ſub uno centurione bella aggreſſuri eſſent, manipulo herbæ haſtæ alligato pro ſigno uteretur. Oui. 3. Faſt. Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Vnde maniplaris nomina miles habet. At Vegetius lib. 2. ſcribit Manipulum uocari contubernium decẽ tantummodo militum ſub uno papilione degentium, ab eo q coniunctis manibus dimicabant. Teren. in Eun. Cedo alios: ubi centurio eſt Sanga & manipulus furum? hoc eſt, manus militum. Inde Commanipulones, qui in eodem manipulo ſunt: & Commanipulatio, quibus nominibus utitur Spartianus.

MANIPVLARIS, & hoc re, quod ad manipulum pertinet, quodq; eſt de manipulo. ut, Miles manipularis unus è manipulo: quem & Manipularem dicimus abſolute. Cic. ad Attic. lib. 9. Et me una hæc res torquet, q non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium, tanq̃ unus manipularis ſecutus ſim. Cęſar 7. Bell. Gall. tres ſuos nactus manipulares, atq; ab ijs ſubleuatus, murum aſcendit.

MANIVS, (μάνιος) prænomen eſt, quo Romanorum quidam appellati ſunt, quod mane nati eſſent, quemadmodum Lucij dicebantur, qui prima luce naſcebantur. Hoc prænomine appellatus eſt Martius quidam, qui (ut ſcribit Plin. li. 18. cap. 3.) in ſumma annonæ caritate populo ſingulos frumenti modios ſingulis aſſibus uendidit.

MANLIANA, imperia, dicuntur dura, ſeuera, & crudelia: quemadmodum à Gręcis tyrannis & crudelitas, φαλαρισμὸς uocatur. Tractum prouerbium ab hiſtoria quam ſcribit Liu. lib. 4. ab urb. de Manlio Torquato, qui filium q contra edictum ſuum cũ hoſte pugnaſſet, uirgis cæſum ſecuri iuſſit percuti. Vide Eraſm. in Chiliadib. Sunt & Manliana malorum genera ab inſitore ſic dicta: ut tradit Plin. lib. 15. cap. 14.

MANLIANA, urbs Luſitaniæ Ptole. uulgo mons maior. Manliana item, Tuſcorum urbs, Ptolemæo. hodie Mallianum, Pontificum uilla.

MANLIVS, Capitolinus, Prænomine Marcus, nobilis Romanus fuit, qui re male geſta à Conſulibus ad Alliam contra Gallos Senones, uidens in mœnibus urbis parum eſſe præſidij, lecta mille iuuenum manu arcẽ Capitolinam occupauit, & à ui hoſtium ſeruauit intactã. A qua tamen ipſa arce, q in affectati regni ſuſpitionẽ ueniſſet, poſtea præcipitatus eſt: cautumq; eſt Senatuſcõſulto, nequis ex Manlia gente Marcus diceretur. De huius fortitudine uide Plin. li. 7. c. 28. Hiſtoriam hanc ſcribit Seruius enarrans illud Verg. In ſummo cuſtos Tarpeię Manlius arcis. Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperioſus, q ſeueriſſimi exempli auctor fuerit, filio ſuo maximæ ſpei iuuene, q cõtra imperiũ ſuũ in hoſtẽ pugnaſſet, uirgis cæſo, & ſecuri percuſſo. Atq; inde, Imperia Manliana dicta, apud Liu. Decad. 1. lib. 4. De hoc uide Gel lib. 9 cap. 13. Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij, & linguę tarditatem à patre in prædia ruſticana relegatus fuit: patremq; iudicio exemit à Marco Pomponio accuſatum ut ſcribit Liu. lib. 4. Decad. 1. Manlius Volſo cuius meminit Liu. lib. 8. de bel. Mace. Cn. Manlius Volſo (inquit) Conſul in Aſia acceptis à L. Scipione copijs, & exercitu luſtrato, cõtra Gallogræcos bellum geſſit, eiſq; ſuperatis reuertens, cum in æde Bellonę triumphum peteret, decẽ legati, qui cum eo miſſi fuerant, reſtitere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebãt ſe legatos, Cn. Manlio datos, pacis fœderisq; cum Antiocho ineundi gratia. Manlium operam dediſſe, ut eam pacẽ turbaret, multosq; nobiles uiros in exercitu ſua temeritate morti obieciſſe: uicit tamen amicis atq; cognatis ſuffragantibus, res feliciter geſtas, & exercitum integrum reportatũ dicẽtibus. Triumphus igitur ei decretus. Hactenus Liuius. Manlius item alius fuit, Proconſul Hiſpaniæ: de quo ſic ſcribit Liu. lib. 50. Manlius Proconſul ex Hiſpania reuertens, cum in æde Bellonæ triumphũ ob res bene geſtas peteret, exemplum obſtabat, quod ita comparatum more maiorum erat, ne quis qui exercitum non deportaſſet, triumpharet, niſi perdomitam pacatamq; prouinciam tradidiſſet ſucceſſori: medius autem honos Manlio habitus eſt, ut ouans urbem intraret. Idem li. 50. T. Manlius, iuris Pontificij peritus, iudex inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus, audita cauſa ita pronuntiauit, Cum probatum ſit Syllanum filium meũ pecuniam accepiſſe, ipſum republica & proſe mea ind ignum iudico, protinusq; à conſpectu eum abire iubeo. Syllanus itaq; dolore animi percitus, nocte proxima ſe ſuſpẽdit: neq; pater exequijs interfuit: ſed dum funus duceretur, conſulere ſe uolentibus, ſui copiã fecit, uacuasq; præbuit aures. Auctor Valer. Maximus lib. 6. cap. de ſeueritate. Manlius item Torquatus alius, Cic. temporibus, uir doctus ex Rhodia diſciplina Molonis, natura ad dicendũ nec ſatis ſolutus, neq; expeditus. Cui ſi uita ſuppeditaſſet, ſublato ambitu conſul factus eſſet. Plus facultatis habuit ad dicendum q̃ uoluntatis. Itaque ſtudio huic non ſuffecit. Hæc Cicero. Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etſi non erat (inquit Cicero) oratio quam Græci Politicẽ dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec eæ uulgares, ſed interiores quædam & reconditæ: ſumma uerborum & grauitas, & elegantia. atq; hæc omnia uitæ decorabat grauitas: me quidem admodum delectabat. Pędianus autem de eodem ſic ſcribit: L. Torquatus. qui P. Syllam patris competitorem in Conſulatu, accuſauit, qua & ipſe Sylla & collega damnati ſunt. Rurſus eum accuſauit, q in coniuratione Catilinę fuiſſet: defenditur à Cicerone cuius extat oratio. L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius forte cœnaret, filiosq; eius deformes animaduerteret: Non ſimiliter (inquit) Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Auctor Macrobius. Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, conditione ſeruus, arte aſtrologus ac poeta, unà cum Ploteo poeta mimorum, & Taberio Erote Grammatico conſeruus, ex Aſia, una naui aduectus, teſte Plinio libro 35. cap. 17. Fuit prætera alius hoc nomine, ex utero mortuæ matris exectus, quem Plinius libro 7. capite 9 ſcribit Carthaginem cum exercitu eſſe ingreſſum. Manlius item Mathematicus apici auratam pilam addidit, cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam, alia atque alia incrementa iaculantem apice, ratione, ut ferunt, à capite hominis intellecta. Plin. libro 36. cap. 10.

MANNA, *(Manna)* (μάννα, δρόσομελι, ἀερόμελι.) Hebraicũ uel certe Syriacum eſt uocabulum, quo ſignificatur ros melleus matutinus, teſte Celſo lib. 13. ca. 56. qui à Corn. Celſo Ros Syriacus appellatur. Gale. lib. 3. de Alimentis, auctor eſt, hoc mellis genus copioſiſsime colligi in Libano Syriæ monte eiuſq; regionis ruſticos expanſis humi uelleribus, concuſſisq; arboribus plena ſæpe ſictilia eius roris domum referre.

MANNA THVRIS, (μάννα λιβάνου Dioſcoridi) micæ thuris ſunt, è maioribus guttis, uecturæ concuſſione eliſæ. Omnis enim thuris ſubſtantia in antiqua medicina trifariam diuiſa fuit, in thus, corticem thuris, & eiuſdem manna: quam & pollinem thuris nonnulli appellarunt. A Gręcis etiam ὑπόσεισμα, a concuſſu dicitur, nihilq; habet commune cum melle aerio, quod uoce ab Hebræis detorta recentiores Manna appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 14. & Dioſcoridem lib. 1. cap. 72.

MANNI, orum, equi ſunt exigui tollutim ueſtigia glomerantes: qui & Aſturcones ab Aſturia regione Tarraconenſis Hiſpaniæ, & Gradarij appellantur. Horat. in Epod. Et Appiam mannis terit.

MANNVLVS, li, *(Poledro)* equinus pullus. Mart. lib. 12. Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt. Dicti autem ſunt Mannuli, ſiue, ut eſt apud Horatium, Manni, q manſuetudine manum ſequantur, ut ſcribit Acron in illud Horat. li. 3. Carm. Si per obliquum ſimilis ſagittæ Terruit mannis.

MANNVS, filius fuit Tuiſconis Dei, alias Teutonis, à quo Alemanni dici gloriantur. inde in Alemanni.

MANO, as, Vide Manare, ſuprà.

MANOBARBVLVS, teli genus ſimili plumbeæ pilæ, quo utentes milites ipſi Manobarbuli dicti ſunt. Hi poſtea à Maximiano Cæſare, q ſe fortiter in Illyrio geſſiſſent, Iouiniani, & Herculiani dicti ſunt. Sipontinus putat eſſe uocabulum peregrinum.

MANON, (μανόν) ſpongiæ genus minus ſpiſſum, & mollius: ἀπὸ τῆς μανότητος, hoc eſt, à raritate appellatum. Pli. lib. 9. ca. 45. Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum, prædurum, & aſperum: Tragos id uocatur: minus ſpiſſum et mollius, Manon: tenue denſumq;, ex quo penicilli, Acchilleum.

MANSIO, onis, ipſe manendi, uel quieſcendi actus: cui opponitur deceſſio. Ci. ad Sulpitium lib. 4. Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communicat. Ponitur etiam pro demenſo diei unius itinere, uel pro ipſo diuerſorio, quo ſub noctè ex itinere diuertimus. Plin. lib. 12. cap. 14. Manſionibus octo diſtat regio turifera à monte excelſo.

MANSISTERNA, (ὑδρία) aquæ urna, id eſt, urceus. Plaut. in Bacc. Effer manſiſternam cum aquis foras.

MANSVEFACIO, is, *(Domeſticare, far manſueto)* (τιθασεύω) manſuetum reddo. Liui. 3. ab urb. Paulatim permulcendo, tractandoq; manſueſecerant plebem. Cic. 1. Tuſcul. A quibus manſuefacti, & exculti, a neceſſarijs artificijs ad elegantiora defluximus.

MANSVEFIO, *(Eſſere fatto manſueto)* (τιθασεύομαι) manſuetus fio, manſueſco, cicuror. Cęſ. 6. Bel. Gal. Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne paruuli quidem excepti poſſunt.

MANSVES, etis, *(Manſueto)* (τιθασός) antiqui dicebant pro mãſueto. Plaut. Aſin. Reddam ego te ex fera fame manſuetem. Accius Meleagro: Nunc me matrem manſues miſericordia capſit.

MANSVESCO, is, *(Eſſere domeſticato)* (τιθασεύομαι, ἡμερόομαι) manſuetus fio, miteſco Verg. 4. Georg. Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda. Luca. lib. 4. Sic ubi deſuetæ ſyluis in carcere clauſo Manſueuere feræ. Ver. 2. Geor. Tellus manſueſcit arando Varr. lib. 1. de Re ruſt. pro manſuefacio poſuit, quũ inquit. Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem, quæ poſſent, ſylueſtria deprehenderent, ac concluderent, & manſueſcerent. Fortaſſe legendum mãſuefacerent.

MANSVETARII, *(Coloro che domeſticano le fiere)* (τιθασευταί) qui feras manſuefaciunt. Lampridius in Heliogã. Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per manſuetarios, ſubito ad ſecũdam menſam iubebat accumbere. Iulius Firmicus lib. 8. Matheſeos: Septentrione oriente ua i, erunt manſuetarij ferarũ.

MANSVETVDO, inis, *(Pet. Indi & manſuetudine & dolcezza)* (πραότης) lenitas, clementia, Facilitas, et ut inquit Speuſippus, conſtantia animæ aduerſus iræ impetum immobilis. Cic. 1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari?

MANSVETVS, a, um, *(Petr. Manſueto fanciullo & fiero veglio)* (τιθασός

χειροήθης, πρᾶος ἥμερος)mitis, cicur, quaſi manu aſſuetus, quod omnia quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant. Verg. 7. Aen. Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili. Cice. 3. Phil. Illud quæro, cur tam ſubitò manſuetus in ſenatu fuerit, cùm in edictis tam fuiſſet ferus. Ouid. 3. Triſt. Eleg 6. Numinis ut læſi fiat manſuetior ira. Cic. 2. de Orat. In moribus ſuis erga neceſſarios declarandis manſuetiſſimus. Feſtus: Manſuetus, neque miſericordia mœſtus, neque crudelitate ſæuus, ſed modeſtia temperatus. Beſtiæ manſuetæ etiam placidę, & cicures dicuntur. Plinius trifariam diuidit animantia, in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines, apes, delphini, nec placida ſunt, nec fera: ſed mediæ inter utrunque naturæ. Manſuetè, aduerbium, (πρᾴως)placidè, clementer. Cice. pro Marcel. At uerò cùm aliquid clementer, manſuetè, iuſtè, moderatè, ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in uictoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur, ut eos ſæpe, quos nunquam uidimus, diligamus?

MANSVM, ſi ſubſtantiuum, (ψωμὸς, μάσημα, σιτίον) quod à nutricibus dari ſolet infantibus illarum primùm dentibus comminutum. Cicer. libr. 2. de Orato. Atque omnia tenuiſſima manſa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inſerunt.

MANSVS, a, um, {Maſticato}(μασηθεὶς)quod eſt dentibus contuſum, comminutumque. Seren. Purgatur cerebrum manſa radice pyrethri.

MANSVTIVS, (πολυφάγος)à mandendo, edacẽ ſignificat, ut inquit Feſt.

MANTALVS, (μαντάλος)Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore Gentile Mantalenus, μανταληνός. Steph.

MANTELVM, li & Mantelium, lij, & Mantele, is, {Mantile, touaglia}(χειρόμακτρον)compoſita dictio ex Manus, & Tela: quaſi mappa, à manibus tergendis. Eſt enim linteolum, quo manus tergere ſolemus. Ouid. lib. 3. Faſt. Dixerat: ad dextram uillis mantele ſoluta. Mart. libro 12. Mantele è menſa ſuſtulit Hermogenes. Aliqui hoc in loco legunt Mantile: quod tamẽ in idem recidit, ut ſuo loco dicemus. Rurſus Mantelia, ſeu Mantela accipiuntur pro peculiari genere, quo ſe, ut lorica, milites ſolent munire: ſiue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc μανδύαν uocant, ut Suidas ait. Plin. lib. 7. cap. 2. Oſſibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. Ponitur metaphoricè pro tegmine quolibet ſiue uelamento. Plau. in Cap. Nec mendacijs ſubdolis mihi uſquam mantelum eſt meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra, aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi poſſit.

MANTES, is, {Indouino}(μάντις, ὁ μάντις)Latinè uatem ſonat. Cic. 1. de Diui. Nam Athenienſes omnibus ſemper publicis concilijs diuinos quoſdam ſacerdotes, quos Mantes uocant, adhibuerunt.

MANTARE, ueteres pro manere, {Reſtare, rimanere}(μένειν) uſurpabant, teſte Non. Plau. in Pſe. At dabit: parabit aliquid hos dies. manta modò. Cæcilius Hypobrastiana, ut citat Nonius, in uoltu eodem, in eadẽ mantat malitia. Plaut. Pſeud. Nos herus apud ædem Veneris mantet.

MANTEVM, tei. pe. pro. (μαντεῖον) locus oraculis dicatus. Cic. lib. 2. de Fin. Vt quaſi de manteo promanauit medicamenta illa Epicurea: dolor ſi grauis, breuis: ſi longus, leuis. Vetera exemplaria habent, De maſtheceio. Plin. lib. 5. cap. 29. Ab Epheſo manteum aliud Colophoniorum.

MANTIA, æ, {Diuinatione, profetia}(μαντεία)diuinatio, uaticiniũ. A' Mãtia per compoſitionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiuſmodi quorum pen. producitur. Vide ſuprà in dictione Magia.

MANTICA, æ. p. co {Biſaccia}(πήρα)perula uiatoria qua ſcilicet iter facientes uiaticum, alia'ue neceſſaria circumferunt. Finxit Aeſopus mortales ſingulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propẽderet: ſed in priorem aliena uitia conijcere, in poſteriorem ſua. Hinc ortum eſt prouerbium ut dicamus homines non uidere quod in tergo manticæ eſt, hoc eſt, cum aliena uitia acutiſſimè uideant, in ſuis prorſus cęcutire. Catullus ad Varum, Sed non uidemus, manticę quod in tergo eſt. Hinc fit diminutiuum Manticula, pro parua mantica, in qua (ut ait Feſtus) pecunias ſuas tenuiores ſolent recondere.

MANTICHORA, (μαντιχώρας) beſtia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciẽ unà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans. Plin. lib. 8. cap. 21. De mantichora ſic ſcribit Aelia. libr. 7. cap. 2. Apud Indos (inquit) naſcitur immenſo robore animal, cui Indorum lingua Mãtichora nomen eſt, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo uilloſum, facie eadem propè, quæ hominis, dentium triplici utrinque ordine acutiſſimorum, caninis maiorum, auribus hominis ſimilibus, niſi quod hę & grandiores & uilloſiores ſunt: oculis cæſijs & his non diſsimilibus hominis: pedibus & unguibus ijſdem, qui leonis. Summa cauda illi ſcorpionis modo terrens, aculeo plus quàm cubitali armata: reliquum caudæ utrinque aculeis cuſpidatum eſt, quos, tã quam tela, ſi quis inſequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec ſingulos duntaxat homines inuadit, ſed plures collectos ſolùm interimit. Ideo Indicè Mantichora appellatur, quod beſtia ſit hominum conficientiſſima, ex rebus, quas gerit, nomen trahens. Vide plura apud Aelianum loco iam citato.

MANTICVLARIA, {Coſe ch'ogni giorno ſi hanno per le mani}dicuntur ea quæ in frequenti uſu habẽtur & quaſi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas uſus fuit mantelorum: unde hæc trahitur ſimilitudo. Feſtus.

MANTICVLARIVS, rij, {Taglia borſe}(κλέπτης)dicitur fur, qui inſerens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. Dictum a manticulis, in quibus tenuiores, teſte Feſto, pecuniam recondebant.

MANTICVLATIO, (κατακλέμμα)aſtus & fraus, furtum, inciſio loculorum.

MANTICVLOR, aris, {Mariuolare}(πανουργέομαι)eſt, auctore Feſto, furandi gratia manticulas attrectare. Inde ponitur pro aliquid doloſe ago. Pacu. Ad manticulandum aſtu aggreditur. Hoc uerbo etiam uſus eſt Plau. in Cap. Sume, poſce, prome quiduis te facio cellarium. Nam hercle niſi manticulatus probè hęc fuiſti, petito, Aeternum tibi dapinato uictum, ſi uera autumas.

MANTICE, es, p. c. {L'arte d'indouinare}(μαντική) ars ipſa diuinandi. Cic. 1. de Nat. deo. Sequitur μαντικὴ ueſtra, quæ Latinè diuinatio dicitur.

MANTILE, lis, pe. pr. neut gen. {Mantile, touaglia}(χειρόμακτρον)idẽ quod Mantelum. Verg. 4. Georg. Tonſiſque ferunt mantilia uillis. Seruius inquit, maiores mappas uillos habuiſſe. Epigramma eſt apud Mart. li. 14. de mantili, ſiue Gauſapa uilloſa. Nobilius uilloſa tegant tibi lintea citrum Orbibus in noſtris circulis eſſe poteſt. Pli. lib. 7. cap. 2. Cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Quo tamen in loco in pleriſque Plinij codicibus Mantelibus legitur per ſecundam uocalem in antep.

MANTINEA, pen. pro. (μαντίνεια)urbs Arcadiæ, quæ poſtea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Hadriani Imperatoris iuſſu rurſus Mantinea fuit appellata. Hinc Mantineus, a, um: ut prælium Mantineum quod inter Thebanos & Lacedæmonios eorumque ſocios apud Mantineam contingit: in quo Epaminondas Thebanorum dux uictoria iam propemodum potitus, cecidit: ut eſt uidere apud Xenophontem de rebus Græcorum lib. ult. & apud Plutarchum in uita Epaminondæ.

MANTIOLA, læ, diminutiuum, parua manus Næuius: Mantiolis tene illa.

MANTIS, {Indouino, profeta}(μάντις)diuinus, uel uates, à Manta filia Tireſiæ uatis Thebani. Vide Mantes.

MANTISSA, {Giunta. Bocc. V n'occa al denaio & un pauero giunta}(προσθήκη)lingua Tuſca, auctore Feſto, dicitur additamentum rei, quæ uenditur: id eſt, pauxillum illud quod adijcitur ponderi: ita dictum quod manu addatur. Lucilius. Mantiſſa obſonium uincit.

MANTIVS, (μάντιος)Melampi filius, ex Iphianaſſa filia Proeti et pater Polyphidei, et Cliti: ut eſt uidere apud Homerum lib. 15. Odyſſ.

MANTO, huius Mantus, (μαντὼ)mulier fatidica fuit Tireſiæ Thebanorum uatis filia, quæ cum poſt patris obitum Creontis, & Theſei Tyrannidem fugeret, primùm in Aſiam uenit: ubi Apollinis Clarij templum condidit: deinde & in Italiam, ubi ex Tyberi fluuio (ut poetæ fabulãtur) uel ex Tyberino rege Ocnum peperit: qui poſtea ad Padum fluuium urbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit. Vide Mantua.

MANTVA, æ, (μάντουα, ἡ μάντυα Stephano)urbs eſt clariſſima ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tireſiæ Thebani uatis filiæ. ad Padum condita, et à nomine matris eius Mantua appellata. Vnde Verg. li. 10. Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantus, & Tuſci filius amnis, Qui muros, matriſque tibi Mantua nomen. Poetarum clariſſimo, illuſtriſſimoque principe Vergilio Marone gloriatur Mantua, cuius felia ingenium tam amaes eſſent debent, quàm imitari nulli poſſunt.

MANTVANVS, a, um, (μαντουανός, ἡ μαντυανός)à Mãtua poſſeſſiuum. Vnde Mantuanus Homerus, Verg. dictus eſt. Fama mantuam, Sta. 4. Syl.

MANVALIS, le, quod extenſæ manus altitudinem habet. Pli. li. 24. c. 13. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcapis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſque ad tertias. Manualis faſciculus lini, (δράγμα) apud Pli. li. 19. c. 1. hoc eſt, qui manus implet: noſtræ ætatis medici Manipulum uocant.

MANVALES FASCICVLI, (δράγματα) à Plinio appellãtur, quos medici hodie Manipulos uocant. Vide Manualis.

MANVARIVS, a, um, {Ciò che appertiene à mano}(ἐγχειρίδιος) quod ad manum pertinet: unde Aes manuarium, quod manuum labore acquiritur. Gel. Hoc ære quaſi manuario collecto, cœnula parabatur.

MANVBIÆ, arum, {Prede tolte à gl'inimici}(λάφυρα) dictæ ſunt, quod manu capiantur ab hoſtibus. Eſt enim præda ab hoſtibus capta. Aſcon. ſcribit Manubias eſſe prædas Imperatorũ pro portione de hoſtibus capta. Vnde Cic. 5. Verrina, facetè Manubias uocat, ſigna & tabulas, quæ è Sicilia Verres, tanquàm hoſtium ſpolia deportauerat. Nonne (inquit) perſpicuũ eſt, Verrem eſſe qui ueſtras uillas ſuis manubijs ornet? Spolia quoque quæſita de hoſte nobili per deditionem, Manubias ueteres dicebant de quibus quod uellent, facerent. Gel. uerò li. 13. c. 33. quid præda à Manubijs diſtet, his uerbis declarat. Nam præda, inquit, dicuntur corpora ipſa rerũ, quæ capta ſunt: Manubiæ appellatæ ſunt pecuniæ, quę à Quæſtore ex uenditione prædæ redactæ ſunt. Dicit tamen quoſdam non ignobiles ſcriptores, aut temere, aut incuriosè prædam pro manubijs, et manubias pro pręda poſuiſſe: ſed qui propriè locuti ſunt, ſicut Cic. in oratione de lege Agraria, Manubias pecuniam dixiſſe. Verba autem Ciceronis ſunt hęc: Quod ad quemque peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifeſtè diſtinguit Prædam à Manubijs: ut annotauit Nonius Marcellus: qui prorſus eadem de manubijs ſentit, quæ Gellius. Manubias facere, eſt prædari. Cic. in Verrem: Qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubijs fecit. Eſt quoque, ut iactus fulminum Manubiæ (κεραυνοβολία) dicitur. Vnde ait Sene. li. 2. Quæſt. Ioui tres manubias dari, quarum prima monet, ſecunda prodeſt, tertia, adhibitis conſilio dijs emittitur.

MANVBIALIS, & hoc manubiale, quod ad manubias pertinet: ut, Manubialis pecunia, quæ ex uenditione manubiarũ contracta eſt. Suc. in Aug. Quo autẽ facilius undique urbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia uia Arimino tenus munienda, reliquas triũphalibus uiris ex manubiali pecunia ſternẽdas diſtribuit.

MANVBIARIVS, adiectiuum, manubiarum particeps. Plau. in Truc. Amicus mihi eſto manubiarius.

MANVBRIVM, brij, {Manico}(κώπη, λαβή)à manu, capulus cuiuſque rei appellatur, quod manu teneatur. Plau. in Aulu. Exemit ex manu manubrium. Col. li. 11. ca. 2. Vel facta manubria aptare, quorum optima ſunt iligna.

MANVBRIOLVM li, {Manichetto}diminutiuũ, paruum manubrium. Celſus li. 7. ca. 7. Lini duo capita apprehendere, & per ea erecto ungue, ſi qua parte oculo inhęret, manubriolo ſcalpelli diducere, donec ad angulum ueniat.

MANVLEARIVS, qui ueſtimenta manicata conficiebat. Plau. in Aul. Aut manulearij, aut myrobrecharij,

MANVLEATVS, a, um, (χειριδωτός)idem quod manicatus. Pla. in Pſeu. Manuleatam tunicam hominem habere addecet. hoc eſt, tunicam manicas prolixiores habentem. Manicatum, aut Manuleatum hominem, dicimus indutum tunicis manicatis. Suet. in Calig. c. 52. Gemmataſque, indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit.

MANVM conſerere, {Combattere, uenire alle ſtrette}(συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι)eſt prælium incipere, & comminus pugnare. Propriè tamen Manum conſerere, nihil aliud eſt, quàm manus coniungere. Apud Iuriſconſultos autem Manũ conſerere dicebant litigantes, cum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præſente Prætore, rem litigioſam manu apprehendebant, utque ſuum eſſe

præſente

præſenti uindicabãt. Poſtea tamẽ propagatis Italiæ finibus, Prætoribusq́ aliis negotiis occupatis placuit, ut litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentẽ, glebamq́ inde in ius ad Prætorem deferrent, et in ea, tanquam in toto agro, uin dicarent, aduerſariumq́ ex iure manu conſertum ad Prætorem uocarent. Vide ea, quæ de hoc annotauimus in uerbo Conſero. Ad manus uenire, ſimiliter eſt prælium, ſeu contentionem incipere. Plaut. Itur ad manus, arma ſumuntur.

MANVFACTVM (χειροποίητον) quod naturale non eſt, ſed hominis manu fabricatum. Cic. 3 de Fin. Quid autem eſt aut in natura, aut in operibus manu factis, &c.

MANVM, Vide Mane, & Manes.

MANVMITTO, is, {*Liberare, donare la libertà*} (ἀφίημι) de ſeruo liberũ fa cio, libertatem do. Cic. pro Cælio: Adſunt ſerui ex cognatorum ſententia manu miſſi. Manumiſſus, (ἄφετος, ἀπελεύθερος) liberatus à poteſtate domini. Nã quãdiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt, poteſtati ſubditus eſt. Interdum uer bum hoc diuiditur: dicimusq́ Mittere manu, uel emittere manu. Plau. in Aul. Igitur orabo, ut manu me mittat. Frequentius coniunctim ſcribitur. Hinc Manumiſſio, quæ eſt datio libertatis. Ci. pro Cæl. Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio. Erat autem mos in manumiſſione, ut do minus caput, aut aliud membrum ſerui tenens, diceret: Hunc hominem liberum eſſe uolo, & mittebat eum è manu.

MANVOR, aris, deponens, {*Rubbare*} (κλέπτω) idem eſt, quod furor. Accius: Manuatus ueſtem amicæ.

MANVPRETIVM, dictio, compoſita idem ſignificans quod merces. Cice. in Piſonem: cùm uerò iſta tibi prouincia manupretium fuerit non euerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis.

MANVS, huius nus, {*Mano. Pet. La bella netta ignuda e bianca mano*} (χείρ) à manãdo dicta eſt, quòd ex brachiis manet, uel quòd ea ea manent digiti. Ver. 1. Aen. Tendentemq́ manus Priamum conſpexit inermes. Plena manu: hoc eſt, ampliter, copioſè, probaè, ſummeq́ malignè. Cic. Att. lib. 2. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? Manu factus, una dictione, ſiue duabus, opponitur naturali. Celſus: Naturales, uel manufactæ natationes. Manus præterea inſtrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ ſimilitudine. Pli. lib. 7. cap. 56. Anacharſis harpagonas, manus Pericles Athenienſis inuenit. Item Manus multitudo uocatur, uel exercitus. Ver. 6. Aen. Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſſi. Idem. 6. Aene. Iuuenũ manus emicat ardens Littus in Heſperium. Accipitur etiam Manus pro poteſtate: ut cùm dicimus, rem aliquam in manu noſtra eſſe ſitam: quod Græci, dicunt ἐν ταῖς χερσὶν εἶναι. Luca lib. 1. In manibus ueſtris, quantus ſit Cæſar, habetis. Inde Manumiſſio dicta eſt & Manumiſſus, à poteſtate liberatus. Item Manus capitur pro proboſcide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephantus. Cur. lib. 4. de elephanto loquens: Præcipuè terribilis illa facies erat, quũ manu arma, uirosq́ corriperent, & ſuper ſe regentibus traderat. Non nunquam pro ſcriptura manuum. Quin. li. 1. de Orthographia: Cauſſa, Caſſus, Cic. & Verg. ſcripſerunt: ſic manus eorum docent. Cic. ad Att. lib. 11. Quibus tibi uidebitur, uelim des literas nomine meo: noſti familiares: ſignũ requirent, et manũ: dices iis, me propter cuſtodias eas uitaſſe, Budæus. Manibus pręlium facere, eſt manus cõſerere. Sall. in Iugur. Romani pro ingenio quiſq; pars eminus, glande, aut lapidibus pugnare, alii ſuccedere, ac modò murum ſuffodere, modò ſcalis aggredi, cupere manibus prælium facere. Manu docere, eſt apertè docere. Cic. 1. de Nat. deo. Epicurus autem res occultas, & penitus abditas non modo uiderat animo, ſed & ſic tractauit, ut manu doceat uos, eã eſſe uim & naturam deorum. Primas & ſecundas manus (quas legere eſt apud Quint. lib. 5.) Hermolaus uocari poſſe ait, quando feſſis recentes ſuccedunt: ſed tamen potius ictus ſignificari uidentur, ait Budæus. Inter manus ar pere aliquem, eſt collatis ſimul manibus aliquem ſublimẽ ferre. Plau. in Moſt. Arripite hũc intrò auctium inter manus. Inter manus aliquid eſſe, dicitur per translationem, pro in poteſtate eſſe. Ver. Ante oculos, interq; manus ſunt omnia ueſtras. Verſari inter manus, eſt in uſu eſſe. Sub manus eſſe, id eſt, ad latus, expeditũ, prõptumq; in uſum, ſiue eſſe in promptu, & in proximo. In manus ſumere librũ, pro eo quod eſt librum legere. Eſſe in manibus liber dicitur, qui editus eſt, & legitur. Manus remittere in aleæ ludo, eſt colluſori iactum condonare, quẽ ſua quiſq; manu damnoſum iecit. Manu capere, idem quod bello quærere. Sallu. Pop. Rom. quaſcunq; urbes, & agros manu ceperat, Regi donat. Succedere ſub manus, eſt aliquid bene, & ad optatum contingere. Rem ad manus uenire, eſt eam ad contentionem & pugnam uenire. Per manus tradere, idem quod de manu in manum, quo utitur Cic. ad Cæſ. Imperato. lib 7. Totum denique hominem tibi trado de manu, ut dicitur, in manum tuam iſtam. Per manus tradita diſciplina, uel hiſtoria dicitur, quæ non monumentis literarum, ſed uerbo tantũ traditur, & à maioribus ad poſteros ſine literis tranſmittitur: quemadmodũ ſacrorum myſteria olim tradi ſolebãt. Prę manibus, pro in manibus, uel inter manus. Plau. in Bacch. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.

Præ manu dare, eſt quod uulgò dicitur, ante omnia, uel ante manum dare: Gallico ſermone, auancer. Tollere manus, modus eſt loquendi, ſignum lętitię ſignificans. Cic. Cæſ. Suſtulimus manus & ego, & Balbus, tanta fuit opportunitas. Tendere manus, eſt petentis auxilium, uel miſericordiam implorantis ſignum. Cæſ. lib. 3. Bel. Gal. Hedui manus tendere, dedit ionem ſignificare. Plus illi eſt in manu, quàm tibi, id eſt, ditior eſt te. Nihil illi eſt in manu, id eſt, nihil habet. Habere enim in manibus dicũtur, qui aliquid poſſident, & diuites ſunt.

Manus tua hæc eſt, hi fauent tibi, & te iuuant. Manus uetant prius, quàm penes ſeſe habeant, quicquam credere, Plau. in Trucul. id eſt, nihil credam te daturum, niſi prius numeraueris. Manus multas poſcit hoc opus, Pli. in Epiſto. a 58. id eſt, hoc opus eſt multi laboris. Manus oculatæ dicuntur à Plauto in Aſin. quæ re ipſa aliquid uolunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (inquit) oculatæ noſtræ ſunt manus: credunt quod uident. Plena manu aliquid facere, copioſè, & minimè parcè aliquid facere. Cic. Att. lib. 2. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? Manu fingere, eſt arte, curaq; formare. tractum a plaſtis, qui è molli luto manu imagines faciunt. Manum ferulæ ſubducere, eſt iam aliquo modo in literis profeciſſe, & deſinere in ludo literario uerſari. Nam antiquitus Grãmatici ſolent puerorum manus ferula percutere. Iuu. Sat. 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Manum de tabula tollere neſcire, eſt in re aliqua conficienda nimis anxium eſſe. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quo dicebat illũ manum de tabula tollere neſcire. Manum non uerterim, prouerbialis eſt hyperbole, qua utimur quoties nos rem aliquam ſusq; deq; ferre uolumus ſignificare, & de ea nos nihil eſſe ſolicitos. Manum ſub pallio habere dicuntur Rhetores, qui inter agendum non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus conſiſtit. Quæ omnia uide latius in Adagiis Eraſmi. Manus iniectio, (χειρῶν ἐπιβολὴ) dicitur quoties nulla iudicis auctoritate expectata, rem noſtram nobis uindicamus. De quo uide Iniicio. Manibus ac pedibus quicquam obire, (ποσί τε καὶ χερσί τε λειτουργεῖν) id eſt, ſumma diligentia. illis enim uerbis extremum conatum ſignificamus. Teren. in Andr. Quem ego credo manibus, pedibusq; obnixè omnia facturum.

MAPALIA, orum, {*Capanne*} (καλύβαι, οἰκίδια) Punica lingua, agreſtes caſę dicuntur, auctore Feſto: in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id uocabulum ſolutè uiuentibus obiici. Sunt autem quaſi rotundæ cortes, ut inquit Cato lib. 4. Orig. Liu. 9 bel. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribusq; ſuis (ea pecunia illis eſt) proſecuti ſunt regem. Mapalia, inquit Seruius, idem ſignificat quod Magalia, hoc eſt, Afrorum caſas. ſed Magalia, ma, producit: Mapalia uero corripit. Verg. 3. Georg. Et raris habitata mapalia tectis. Idem 4. Aene. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

MAPETA, (μάπετα) Sarmatiæ Aſiaticæ urbs, auctore Ptolem. lib. 5. capite 9. Vulgò Copa.

MAPPA, æ, {*Tovaglia*} (χειρόμακτρον) linteum, quo menſa ſternitur, aut certe qua manum ſordes in menſa abſtergimus. Nam in conuiuium ſecum quiſq; mappam aſferebat. Mart. lib. 12. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Plin. libr. 19. cap. 1. Ardentes in focis conuiuiorũ uidimus mappas, ſordibus exuſtis, ſplẽdeſcentes igni magis, quàm poſſent aquis. Mappam (inquit Quinti. libr. 1. cap. 9.) uſitatum Circo nomẽ Pœni ſibi uendicant. Idcirco autem dicit mappam Circo uſitatam, quòd in ludis Circenſibus Prætor ſoleat præſidere, qui mappæ miſſione ſignum dabat ineundi certaminis. Mart. li. 12. Cretatam Prætor cum uellet mittere mappam, Prætori mappam ſurripit Hermogenes. A' Mappa uerò fit diminutiuum Mappula.

MARAS, (μαρᾶς, Suidæ) nomen propriũ uiri ex Beroea Syriæ ciuitate: qui ut ditiſſimus, ita humaniſſimus, & officioſiſſimus in omnes tum ciues tum hoſpites extitit, unde Suidam.

MARASMVS, (μαρασμὸς) idem quod tabes, hoc eſt, totius corporis, uel partis alicuius ſiccitas, quæ accidere ſolet, humore natiuo ui caloris abſumpto. A' uerbo Græco μαραίνομαι, quod eſt tabeſco. Hinc Febris maraſmodes à medicis appellatur hecticæ ſpecies, quæ contingit, ex febri ardente adeo propagata, ut humorem totius corporis abſumat. Vide Galenum de Different. feb. libro 1. capite 10.

MARATHESIVM, (μαραθήσιον) Epheſiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesii: Stephanus.

MARATHONIA, (μαραθωνία) oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolę dicuntur Marathoniatæ. Stephanus.

MARATHON, (μαραθών) Attici agri ciuitas, diſtans ab Athenis circiter decẽ millia paſſuum, non procul à Tricorytho, et Rhamnute: morte Icari regia interſecti inſignis, uictoriaq; Theſei, tauro Marathonio ſuperato: ſimiliter et Miltiadis gloria, ibi centum millia ex Darii Perſarum regis exercitu profligauit. Hinc Marathonius, a, um, (μαραθώνιος) Vnde Taurus Marathonius dictus eſt, qui apud Marathonẽ à Theſeo interfectus eſt. Hic eſt taurus amatus à Paſiphae, quẽ Hercules ex Creta eò abegit. Eſt & Marathon, exiguum oppidulũ Phocidis, ad mare non procul ab Anticyra: ut eſt uidere apud Strab. lib. 9.

MARATHRON, {*Finocchio*} (μάραθρον) Latini fœniculum dicunt. De Marathro & hippomarathro uide Plin. lib. 20. cap. 10.

MARATHRITES, (μαραθρίτης οἶνος) uinum, eo modo dictum, quo Aromatithes, nempe quòd marathrum infuſum habet: ualetq; ad uſus imbecillitatem adiuuandam. Colu. lib. 12. cap. 35.

MARATHVS, thi, (μάραθος) antiqua Phœnicum ciuitas: cuius meminerunt Plin. lib. 5. cap. 20. & Strabo lib. 16. Stephanus item Marathrum urbem in Acarnania collocat.

MARATHVSA, æ, (μαραθοῦσσα Stephano) inſula ante Ioniam, Aſiæ regionem, non procul à Clazomenis: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Eſt & Marathuſa, Cretæ inſulæ oppidum, apud eundem lib. 4. cap. 10.

MARCELLA, (μαρκέλλα) nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata eſſet, gauderet ne ſe nupſiſſe: Ita ualde, reſpondit, ut amplius nolim.

MARCELLVS, nomen uiri clariſſimi Romani proprium, cuius geſta & à Plutarcho, & ab aliis ſcripta ſunt. Hic Gallorum ducem ſingulari certamine fudit, ſpolia legit: Annibalem primus uinci poſſe docuit. Syracuſas per tres annos expugnauit, quinquies Conſul. Hic ſecundo bello Punico, dum ad occupãdum collem quendam cum paucis proficiſcitur, Annibalis inſidiis circumuentus, occiſus eſt, magnificeq; à Romanis ſepultus.

MARCEO, es ui, {*Marcire*} (σήπομαι, μαραίνομαι) putreo. Mart. lib. 5. Marcentes tibi porrigentur uuæ. Nonnunquam idem quod langueo. Ouid. 1. Amorum, Eleg. 13 Cur ego plector, amans, ſi uir tibi marcet ab annis. A quo Marceſco, puteſco, Pli. li. 10. c. 48. Corpus occiſę ſtatim marceſcit. Ponitur quãdoq; pro langueſco Liu. 8 Bel. Pun. Ad hæc equitem marceſcere deſidia. Huius cõpoſitũ eſt, Emarceo, (ἀποσήπομαι) quod eſt ualde marceo. à quo Emarceſco.

MARCIDVS, a um, adiectiuũ, {*Marcio marcito*} (μαραινόμενος) id eſt, putridus ſiue langueſcens. Plin. lib. 11. cap. 37. Feſſis equis aures marcidæ. Pli. in Paneg. Alii marcidi ſomno, heſternaq; cœna redundantes comitiorum ſuorũ nuntios opperiebantur.

MARCIPOR, Marci puer, hoc eſt, famulus: ſicut Publipor, Lucipor, & alia huiuſmodi. Pli. li. 33. c. 1. Singuli Marcipores Luciporesue, dominorũ gẽtiles, uictum in promiſcuo habebãt. Quibus uerbis ſignificat Pli. priſcos Romanos ſingulis ſeruis cõtentos fuiſſe: quare Marcipores, quaſi Marci pueri uocabãtur hoc eſt miniſtri & aſſeclæ: ut Græci παῖδας uocãt ſeruos. Quod in numeroſa familia poſtea fieri non potuit. Fabius lib. 1. In ſeruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores.

MARCLTDAS, latro fuit inſignis in ſylua Dodonea, ut ſcribit Tortellius.

MARCOMANI, uncea u, & p.c. (μαρκομάνοι) populi Germaniæ, quos Cæſar cum Arioniſto Germanorum Rege ſuperauit. Hos Bohemos, uel Morauos putant eſſe. Stat. lib. 3. Syl. Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella, uagosq; Sauromatas. Vide & Strab. lib. 7.

MARCOR, oris, {*Marcia*} (σηπεδὼν, σῆψις) putredo, uel languor, & conſumptio, quæ & Tabes dicitur. Plin. lib. 22. cap. 22. Si ferri uel chalybis aliqua rubigo uel panni marcor affuerit. Celſus de lethargo, lib. 3. cap. 20. In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas.

MARCVLVS, diminutiuum à Marco, inquit Feſtus. Eſt etiam nomen inſtrumenti, quo fabri ærarij uti ſolent. Plin. lib. 7. cap. 56. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris, utrunq; in inſula Cypro. item forcipem, marculum, uectem, incudem. Mart. lib. 12. Negant uitam Ludimagiſtri manè, nocte piſtores, Aerariorum marculi die toto.

MARDI, (μάρδοι) populi Aſiæ, ſupra Pontum, non procul à Colchide: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 6. Stephanus Mardos quoſdam inter Hyrcanos collocat.

MARDONIVS, (μαρδόνιος) ex præcipuis fuit Perſarum ſatrapis, qui Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themiſtocle ſuperatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc poſtea Pauſanias ſpecioſiſſima uictoria apud Platæas ſuperauit: ubi & Mardonius ipſe occubuit, ab Aimneſto quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodot. lib. 9.

MARE, huius Maris, {*Mare*} (θάλασσα) notæ eſt ſignificationis: dictũ (ut putatur) ab amaritudine aquarum. Verg. 2. Aen. Vaſtum maris æquor arandũ.

Maximum autem illud mare, q totam terram ambit, à uelocitate Oceanum appellant. Illud uerò quod inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare uocatur. Vtriuſque autem maris partes à prouincijs quas alluunt, uaria ſortiuntur nomina. Sic Oceanũ Atlanticum, uocamus mare illud, quod ab occidente Atlantẽ montem alluit. Britannicũ, quod Britanniç: Germanicum, quod Germaniæ eſt proximum. Ad hunc etiam modum ſinus ille maris, quem Mediterraneum mare uocamus, à regionibus, quas alluit, uaria inuenit nomina. Nam ubi Hiſpaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Liguriam, Liguſticum: ubi Tuſciæ proximum eſt, Tuſcum mare, uel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius ſuis locis. Mare cœlo miſcere, eſt omnia turbare, nihilq; non facere. Verg. de Iunone omnia aduerſum Troianos tentãte: Maria omnia cœlo Miſcuit. Iuue. Saty. 6. Clames licet, & mare cœlo Confundas homo ſum. Mari, terraq; quærerend eſt, ubiq;. Plau. in Pœn. Poſtquã eas perdidit, Mari, terraq; illas uſquequaq; quæritat. Sic Cicero: Terra mariq; conquirere. Mare quandoq; pro quacunq; grandiore aqua uſurpatur.

MARE RVBRVM, (ἐρυθρὰ θάλασσα) ſinus maris eſt Arabiam Felicem à meridie alluens, ab anguſtijs Arabici ſinus uſq; ad ſinum Perſicum extẽſus. Rubrum appellatum, non q aqua eius reuera ſit rubra, (ut pleriq; putauerunt) ſed q eiuſmodi appareat, à ſubiectæ arenæ rubedine, uel Solis repercuſſu. Siue (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui Mare hoc Erythræum appellarunt, ab Erythra rege Perſei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit: ubi etiam ſepulcrũ eius oſtendi ſolet, teſte Strabone lib. 16. Latini itaq; tati Erythræum à Græcis dictum quod ἐρυθρόν, hoc eſt, rubrum eſſet ipſi quoq; Rubrum mare appellarunt. Vide latius apud Strabonem loco iam citato.

MAREA, (μάρεια) lacus eſt Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili foſſis auctus: portum habens altero, qui ad mare eſt, multò uberiorem. Alio nomine dicitur Mareotis: ut teſtatur Strabo li. 17. Stephano item Marea oppidum eſt Mareotidi lacui adiacens.

MAREOTIS, idis. (μαρεῶτις) lacus in Aegypto, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili foſſis, tum à ſuperioribus partibus, tum à latere adauctus, portũ habens nobilem, eoq; qui ad mare eſt multo uberiorem. Auctor Strabo lib. 17. Mareotis præterea appellatur pars illa Libiæ quæ eſt inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum, à Ptolemæo Marmarica appellata. Eius deſcriptionem uide apud Pli. lib. 5. cap 6. Eſt præterea Mareotis pars Epiri, in qua uinum optimum naſcitur: unde Mareotides uuæ dictæ ſunt. Ver. 2. Geor. Sũt Thaſiæ uites, ſunt & Mareotides albæ. Col. lib. 3 cap. 2. Mareoticæ uites.

MAREOTÆ (μαρεῶται) populi ſunt in ea parte Libiæ, quæ Aegypto proxima eſt, quæ Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 6.

MARGANA, æ, ſiue Marganæ, arum (μάργανα, ἢ μαργανῶν) oppidum Indiæ, ut ex Martiani ſententia tradit Stephanus.

MARGÆA, (μαργαῖα) nomen fontis in Agro Syracuſano, apud Plin. lib. 3. c. 8 quo etiam nomine dicta eſt urbs in Elide: cuius meminit Stephanus.

MARGA, gæ, genus terræ in modum cretæ albæ, qua ruſtici utuntur ad agros ſtercorandos. Vide Plin. libr. 17. cap. 6.

MARGARIDES, (μαργαρίδες) palmæ ſunt à margarita nomen trahentes, quoniam & breues, & candidç, & rotundæ ſunt acinis, q̃ balanis ſimiliores. Plin. lib. 13. cap. 4.

MARGARITA, ç, uel Margaritum ti, pen. p & antep. co. {*Perla*} (μαργαρίτης) lapillus candidus eſt in conchis naſcens, quem Romani Vnionem uocant, q nulli duo reperiantur indiſcreti. Cic. 6. Verg. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe, quin abſtulerit. Tacit. in uita Agric. Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca & liuentia. Galli ſua lingua uocant Perlam.

MARGARITARII, (μαργαριτέμποροι) negotiatores, mangonesq; margaritarum, apud Firmicum.

MARGARITIFER, a, um, adiectiuum, (μαργαριτοφόρος) quod fert margaritas. Plin. libro 32. cap. 11. Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

MARGIANA, (μαργιανή) regio Aſiæ maioris, inclitæ apricitatis (ut inquit Solinus) ambitu ſtadiorum mille quingentorum difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit ut lib. 10. & 11. ſcribit Strabo.

MARGO, {*Margine*} (χεῖλος, κράσπεδον) tam maſculini, q̃ fœm. gen. uniuſcuiuſq; rei extremitas. Oui. libr. 1. Metam. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Iuuen. Satyr. 1. Plena iam margine libri. Margines teſtudinis. Pli. lib. 9. cap. 10. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti ſuperna parte inferiorem claudente pyxidum modo. Margines fluminũ. Var. 3. de Re ruſt. c. 5. cũm habeam ſub oppido Caſino flumen, quod per uillam fluat liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. Margines imperij. Pli. lib. 12. ca. 20. Quin & in noſtro orbe ſeritur extremo in margine imperij, quà Rhenus alluit. Gramineus margo fontis. Ouid. 3. Metam.

Hinc Margineus, a, um, qđ eſt in margine: & Marginatus, a, um: ut, Marginata tabula, apud Pli. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet latiſſimum.

MARGVS, fluuius Aſiæ, quem Ptolem. lib. 6. c. 10. duobus fontibus ex montibus Sariphijs deſcẽdere tradit, & per Maſſagetas, qui Margianis uicini ſunt ac Derbicas in Oxum amnem deferri.

MARIA, (μαρία) fœmininum eſt à nomine Marius, & accentum in antep habet: nam pe. habet cor. quemadmodum et Marius, Claudianus de Nupt. Honorij: Præparat & pulchros Maria, ſed luce minores Eligit ornatus. Pro Deipara uirgine uult Valla Mariam nominatiuo caſu legi, quemadmodum Abrahã, indeclinabile & accentu in ultima. Nam apud Lucam cap. 1. Vbi legimus, Et nomen uirginis Maria. Græca lectio habet Mariam Hebræi uero Miriam dicunt duabus tantum ſyllabis: ut Exod. c. 15. legitur de ſorore Aaronis propheteſſa. Nos i, conſonantem uertimus in primam uocalem. Hæc ſert Eraſmus in Anno. in Lucam.

MARIABA, (μαρίαβα Stephano) metropolis Sabæorum. eſt Strabo lib. 16. Iuncti ſunt his Sabæi, eorumq; metropolis Mariaba.

MARIAMMIA, ç. (μαριαμμία) Phœnices oppidum, cuius incolç dicuntur Mariamnitæ. Auctor Pauſanias lib. 6.

MARIANA COLONIA, Corſicæ inſulæ ciuitas, ita dicta a C. Mario ſeptiés Conſule, qui eò coloniam deduxit. Auctor Pli. lib. 3. c. 6.

MARIANÆ FOSSÆ, Narbonenſis prouinciæ oppidum eſt, quod hodie Aquas mortuas uocant. ita dictum à uicina foſſa à C. Mario ad mare uſq; ducta. Vide Ptolemæum lib 2. cap. 10. Pli. li. 3. ca. 4. & Strabonem lib. 4.

MARIANDYNVM, (μαριανδυνία Stephano) regio in Aſia ſita eſt, Bithyniæ cõtermina, ubi Hercules Cerberum canem tricipitem ad ſuperos tranſiſſe dicitur: quem ferunt ibi uirulẽtam ſpumam in ſaxis euomuiſſe, ex qua ibi natum uolunt aconitum. Eius regionis incolæ dicti ſunt Mariandyni. qui olim, teſte Herodoto li. 1. Crœſi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strab. li. 8. Et Valer. Flac. li. 4. Argo. Et Mariandynum patrias penetrauit ad urbes.

MARIANVS, Ptolemæo Hiſpaniæ Bæticæ mons uulgo Sierra Morena, dictus Caſtulonenſis.

MARICA, dea habita fuit litoris Minturnenſium iuxta Lyrim amnem Horat. li. 3. Carm. Qui Formiarum mœnia dicitur princeps, & innantem Maricç Litoribus tenuiſſe Lyrim. Fuit etiam Marica Fauni uxor, & regis Latini mater: ut teſtatur Verg. lib. 7. Aen. Rex arua Latinus, & urbes Iam ſenior, longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accepimus.

MARIDVNVM, (μαρίδουνον) Britanniæ inſulæ urbs, Pto. lib. 2. cap. 3.

MARINVS, a, um, {*Marino. Pet. Non d'atra tempeſtoſa onda marina*} (θαλάσσιος, ἐνάλιος) quod mare incolit, uel quod eſt in mari: ut Piſcis marinus, Marina aqua, Oſtreæ marinæ, apud Pli. li. 10. c. 69. Cic. 2. de Nat. Deo. Probabile eſt igitur, præſtantem intelligentiam in ſyderibus eſſe quæ & ætheream partem mundi incolant, & marinis terrenisq; humoribus longo interuallo extenuatis aluntur. Tranſmarinum autem (ὑπερθαλάσσιον) dicimus, quod trãſmare eſt. ut, Tranſmarinæ merces, & Tranſmarinus triumphus.

MARIS, fluuius Agathyrſorum in Iſtrum fluens, teſte Herodoto lib. 4.

MARISCÆ, ficus grandiores, ſed inſipidæ, quas à Grçcis *Βάλανας* appellari tradit Feſtus. Mart. li. 14. Infanti melimela dato fatuasq; mariſcas. Plin. li. 15. ca. 18. Cato de ficis ſerendis ita meminit Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. A fructus huius ſimilitudine etiam Mariſcæ dicuntur, tubercula ulceroſa, quæ ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur: & fortaſſe eadem ſunt cum illis, quæ Martialis in Cæcilianum Ficos appellat. Iuuen. 2. Saty. Cçduntur tumidæ, medico ridente mariſcç.

MARISCVS, maſc. gen. uel Mariſcũ generis neutri, genus iunci maioris, quẽ ὁλόσχοινον Græci uocant: hoc eſt, totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & mariſcç: ut ait Plin. lib. 21. cap. 18.

MARITÆ, {*Donne maritate*} (σύνευνοι) dicuntur mulieres nuptæ. Oui. li. 2. Faſt. Dura cum ſorte maritæ Reddebãt uteri pignora rara ſui. Transfertur etiã ad arbores uitiferas, quales ſunt ulmi & Populi cæteræq; id genus arbores, quibus uites applicantur, quasq; ſuis claniculis complectuntur. Plin. lib. 14. ca. 1. Iam in Campano agros populis nubunt uites, maritasq; cõplexæ, atq; per ramorum procacibus brachijs geniculatu curſu ſcandentes, cacumina æquant.

MARITIMVS, a, um, pe. corr. {*Marittimo*} (ἐπιθαλάττιος, παράλιος) quod mare accolit, uel quod ad mare eſt, uel ad mare ſitum, Ora maritima (χώρα ἐπιθαλαττίδιος) Gens maritima, Bellum maritimum, Cic ad Attic. lib. 2. Quod extremum eſt te in Arpinati uidebimus, & hoſpitio agreſti accipiemus, quia maritimum hoc cõtempſiſti. Pla. Ciſt. Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat: Maritimis moribus mecum expertus, ita meum frangit amantem animum, Id eſt, periculum de me facit eiuſmodi, cuiuſmodi mare cum iactatur uariis fluctibus. Accipitur etiam aliquando Maritimus pro eo quod ex mari eſt, uel quod ad mare pertinet. Ci. 2. de Nat. deo. Aeſtus maritimi multum accedentes, & recedentes, Sic etiam Plaut. in Rud. Fluctus maritimos dixit, pro fluctibus marinis.

MARITO, tas, {*Maritare*} (συνοικίζω) uiro trado, ſeu aſſocio. Suet. in Veſp. ca. 14. Vitellij hoſtis ſui filiã ſplendidiſſime maritauit, dotauitq; etiã, & inſtruxit. Neq; ſolum de hominibus, ſed etiam de alijs dicitur, ut de arboribus, quç uites ſuſtinent. Colu. lib. 4. ca. 1. Et ideo maritandis arboribus nemo minorẽ ſcrobem uitibus comparat. Maritari etiam dicuntur canes. Varro 2. de Re ruſt. cap. 6. Tum enim dicuntur catulire, id eſt oſtendere ſe uelle maritari.

MARITVS, ti, {*Marito*} (ἀνὴρ, εὐνέτης) uxoris uir, à nomine Mas, maris. Plaut. in Caſ. Quid agis tu marite, mi uir? unde ornatu hoc Aduenis? Ignara puella mariti: hoc eſt uirgo, Horat. 2. Epi. 1. Iura uiolata mariti. Oui. 2. de Art.

Neq; ſolum de uiro, ſed de alijs quoq; animantibus dicitur: ut de gallinaceo apud Col. lib. 8. c. 15. Rarior eſt in his auibus, maritis bonitas. Olearis uxoris

marita

mariti:hoc eſt capræ.Hora.1.Carm.Ode 17. Hinc Maritus,a,um,de quo mox dicemus. Item Maritalis,& hoc maritale,Col.in Procemio.li.12. Xenophon Athenienſis eo lib.P.Syluine,qui Oeconomicus inſcribitur, prodidit maritale coniugium ſic comparatum eſſe natura,&c. Capiſtrum maritale.Iu. Sat.6.Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro. Veſtis maritalis.Ouid.2. de Arte:Luſa maritali gallica ueſte manus.

MARITVS,a,um,adiect.{Congiugale}idem ſignificans quod coniugalis. Ouid.in Epiſt.Paridis ad Helenam: An pudet, & metuis Venerem temerare maritam,Caſtaq; legitimi fallere iura tori? Sic maritum oliuetum per trãslationem dixit Col.li.3.c.11.Rariſſimum(inquit)arbuſtum,uel oliuetũ, quod non fuerit maritũ,uincis deſtinatur. Marita pecunia,hoc eſt dotalis,apud Plautũ in Epid. Pulchra ędepol dos pecunia eſt.P. Quę quidem ędepol nõ eſt marita.

MARIVM,(μάριον Stephano)oppidum fuit in Cypro inſula: teſte Plin. lib. 5.cap.31.

MARIVS,qui ſepties Romæ Conſul fuit,ex municipio Arpinate humili loco fuit natus,multosq; annos in uilla Ciuernate uitam ruſticam egit procul ab urbanis delicijs. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando,Conſulatum adeptus,Iugurtham captum ante currũ egit. In proximum annum Conſul ultro factus,Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Teutonas in Italia uicit,deq; his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in Palude latuit:inuentus, & in carcerẽ coniectus, immiſſum percuſſorem Gallum uultus auctoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in Africam traiecit, ubi diu exulauit. Mox Cinnana dominatiõe reuocatus,cæſis inimicis,ſeptimo conſulatu(ut quidam ferunt)uoluntaria morte deceſſit. Hic quum in cruribus uarices haberet,præbuit uaricoſum crus medico ſecandum: & dum ſecaretur, neq; ſuſpirans,neq; ſupercilia contrahens,pertulit ſectionem: fixisq; oculis ſpectauit,cruciabilem curationem. Quumq; medicus alterum crus ſecare uellet, minime aſſenſum præbuit,dicens: Curationem tanto dolore dignam eſſe non arbitror. Habuit filium Marium nomine, qui quum eſſet uiginti ſeptem annorũ, Conſulatum inuaſit: quem honorem matri tam immaturum fleuit. Hic patri ſæuitia ſimilis,curiam armatus obſedit: & inimicos trucidauit:tandem & ipſe crudeliſſimo mortis genere Catuli manibus inferias miſſus eſt. Marianus,a, um. Ci.de lege Agra. Quid ergo ait Marianus Trib.pleb.qui nos Syllanos in inuidiam rapit?

MARMACES,(μαρμάκες)populi Aethiopiæ: quorum meminit Hecatęus in deſcriptione Aſiæ.

MARMARICA,(μαρμαρική)regio Africę,quæ(ut Ptol.lib.4.ſcribit)ab Occaſu terminatur Cyrenaica prouincia, à Septentrione Aegyptiaco pelago, ab Oriente Aegypto,à Meridie interioris Libyæ parte,quæ Aegypto contermina eſt. Pli.lib.5.cap.6. Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas,& Mareotas.

MARMARIDÆ,populi ſunt, Marmaricam Libyæ regionem incolentes. Inter hos ſunt Pſylli,qui habent ſaliuam præſens aduerſus omnia uenena remedium afferentem. Horum opera uſus eſt Cato,cũm reliquias Pompeiam exercitus per deſerta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

MARMARIDIVS,Magi nomen apud Pli.lib.3.ca.1.

MARMARITES,(μαρμαρίτης)herba à quibuſdam appellatur, quã Dioſcorides καπνὸν:nos Fumariam,uel fumum terræ dicimus. Eſt autem ex ijs nomenclaturis,quas inter Notha Dioſcoridis reijciunt eruditi.

MARMARITIS,pen.prod.(μαρμαρῖτις)herbæ genus quam alio nomine Aglaophotim uocant propter admirabilem colorem. Naſcitur in marmoribus Arabiæ:qua de cauſa Marmaritis uocata eſt. Vide Pli.li.24.ca.17.

MARMARIVM,(μαρμάριον)Euboeæ inſulæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Marmarĩ,& Marmirium. Vnde & Apollo Marmarinus dictus, qui inſigne ibi habebat templum. Strabo lib.10.

MARME,es,(μάρμη)oppidum Phoenices:cuius incolæ Marmęi(μαρμαῖοι) appellantur. Stephanus.

MARMOR,oris,pe.corr.{Marmo.Pet.Conſumar uedi marmi & pietre ſalde} (μάρμαρος)genus lapidis duriſſimi,et ſolidiſſimi:cuius diuerſa ſunt genera. Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro inſula: quale & in Liguria olim Lunenſium lapicidinæ dederunt. Aliud Laconicum,quod uiride,& cũctis hilarius. Aliud Luculleum,quod ferè atrum erat,quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites,à maculis ſerpentum,quibus diſtinguitur,nomen accipit. Aliud Porphyrites, quod eſt rubrum,candidis interuenientibus punctis,quod & Leucoſtictos uocatur. Baſaltes ferrei coloris & duritiæ,unde nomen mutuatur. Onychites, ex Arabiæ montibus eſt,ex quo uaſa potoria in Germaniam afferuntur. Alabaſtritẽ quoq; candidum cauare ſolent ad myrothecia:quoniam unguenta incorrupta ſeruare creditur. Sunt & alia marmoris genera,quæ breuitatis cauſa omitto. Vide Plin.lib.36.cap.7. Templum de marmore. Verg.4. Aen. Præterea fuit in tectis de marmore templum. Inciſa notis marmora,Hora.4.Car.Ode 8. Verg.6. Aen. Solido de marmore templa.

MARMORATIO,onis,{Fabrica, edificatione di marmo} (μαρμάρωσις) ex marmore conſtructio,à Marmoro,as,quod eſt ex marmore conſtruo. Apu. lib.3.Flo. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio,nec proſcenæ contabulatio,nec ſcenæ columnatio,ſed nec culminis æris pretium,& artificis miniſterium,quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquẽ defuere.

MARMORATVS,a,um,{Coperto di marmo}(μεμαρμαρωτὸς)quod ſuperficiem tantum ex marmore habet.ut Marmorata pauimenta,apud Ci.2.de Leg. Var.li.3.de Re ruſt.ſubſtantiuum uſurpauit Intrinſecus (inquit) quaſi breuiſſimo marmorato toti parietes,ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus circum feneſtras,ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria poſſit.

MARMOREVS,a,um,{Marmoreo, di marmo}(μαρμάρινος, μαρμάριος) quod ex marmore eſt:ut Sepulcrum marmoreum. Oui.4.Meta. Marmoreum ratus eſſet opus. Tecta marmorea, & Sola marmorea apud Cic.in Parado. Ceruix marmorea, hoc eſt, candida, niuei marmoris ſimilitudine, Vergil.4. Georg.

MARMOROSVS,a,um,adiect.(μαρμαρώδης) quod marmoream formam,uel duritiem habet. Plin.lib.33.cap.12.Sil propriè limus eſt: Optimum ex eo quod Atticum uocatur: Pretium libras XXXII. Proximum marmoroſum ſub dimidio Attici pretio.

MARO,onis,opifex fuit figulus,ſiue(ut alij putant) Magi cuiuſdã uiatoris mercenarius, Vergilij Latinorum poetarum principis pater. Hinc Maroneus,a, um,pe.pr.Stat.lib.4.Sylua. Tenues ignauo pollice chordas Pulſo,Maroneiq; ſedens in margine templi, Sumo animum.

MARONEA,pe.pr.(μαρώνεια Stephano) Ciconum ciuitas, præſtantiſſimo uino laudata. Inde Maroneus,a,um, Tibullus ad Meſſalam: Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

MARPESVS,pen.prod.(μάρπησσα Stephano) mons in Paro inſula: à quo Marpeſius,ſia,ſium,(μαρπήσιος)ut Marpeſia cautes, Apud Verg.6. Aene. id eſt, Parius lapis.

MARPESSA,(μάρπησσα Home.)filia Eueni,& ſpecioſa inter paucas nympha,uxorq; Idæ, omnium illius ſeculi uirorum formoſiſſimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminę,uxoris Meleagri. Hanc maritus tam teneriter fertur adamaſſe,ut cum eam Apollo rapere conaretur, ſumpto arcu & ſagittis,raptorem inuadere non dubitarit. Verum cum eius recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet, mater eam pro Marpeſſa Halcyonem nominauit, propterea q; fatum Halcyonis ſimile ſortita uideretur. Vide Homerum 9. Iliad.

MARPLACIDÆ,nauigij genus, quo Siculi utebantur.

MARRA,{Marra}ferreum inſtrumentum,ad excidendas herbas accommodatum. Iuuen.Saty.3. Ne marræ, & ſarcula deſint.

MARRVBII,populi fuerunt Italiæ,circa Fucinum lacum habitantes,ſic dicti uel à rege Marrubio,uel q; circa mare habitent. Verg.7. Aen. Quin & Marrubia uenit de gente ſacerdos.

MARRVBIVM,bij,{Marobbio}herba ſatis nota,quę exulcerare ueſicam putatur. Gręci πράσιον,alij Linoſtrophon,quidam Philopæda,nonnulli Philochares appellant. Plin.lib.20.cap.22. Eſt & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν,& βαλλωτὴ à Gręcis appellatum:quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant.

MARRVCINI,populi Italiæ in regione Marſorum. Silius lib.8. Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

MARS,(ἄρης)Deus belli præſes ab antiquis creditus:dictus,ut ait Varr.lib.4. de Lin.Lati.q; maribus in bello præſit,ſiue à Sabina dictione Mamers,quo nomine Sabini Martẽ dicebant: à poetis Mauors dicitur per epẽtheſim,q; magna uertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuiſſe fingitur:uel,ut Oui.fabulatur, ſolius Iunonis: Cum enim olim Iuno turbata, eò q; animaduertiſſet Iouem maritum percuſſo capite ſine muliere procraſſe Mineruam,uerſus Oceanum proficiſceretur,ut ſcrutaretur quo pacto & ipſa ſine uiro parere poſſet, & in itinere fatigata,ſecus fores Floræ Deæ,coniugis Zephyri,conſedaſſet, interrogata ab ea fertur,quam ob cauſam ad Oceanum pergeret:qua cognita,facturam ſe uoti compotem Deam pollicita eſt,ſi ad Iuno Iouem celaret. Quod cum Iuno iureiurãdo affirmaſſet,mox illam Flora monuit,in campis Olenia florẽ eſſe, quo tacto ſtatim conciperet ſine uiro:id experta Iuno concepit, et peperit filium,quẽ Martem nominauit. Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe, eosq; Vulcani fallacijs tam obſcœne iacentes catena inuiſibili ligatos, omnium deorum riſui expoſitos fuiſſe:tandem Neptuno intercedente à Vulcano ſolutos eſſe. Sororem habuit Bellonam,belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei huius tutela eſſe credi uoluerunt. Salios habuit ſacerdotes, de quibus infrà. Ponitur ſæpiſſimè pro ipſo bello μετωνυμικῶς. Verg. Eclog. 10. Nunc inſanus amore duri me Martis in armis Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes.

Hinc Martius,a,um,id eſt,bellicoſus. Eſt etiam Mars planetæ nomen quatuor & uiginti menſibus,et ſex diebus orbem luſtrans. Marte noſtro aliquid dicimur facere (αὐτοδιδάκτως)quoties aliquid noſtro ingenio nullius adiuti auxilio conficimus. Cic.3.Offi. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis,ſed,ut dicitur,noſtro Marte. Mars communis dicitur,q; incertus ac uarius belli euentus ſit. Cic.11.Phil. Sed ut concedam incertos eſſe exitus belli, Martem communem,tamen pro libertate uitæ periculo decernendum.

MARSI,orum,(μαρσοὶ Stephano)populi Italiæ Picentibus, Aequiculanis,& Sãnitibus finitimi à Marſo Circes filio orti,qui ſaliua ſua ſerpentum morſibus medebantur. Vide Plin.libr.7.cap.2. Quinetiam regio ipſa eodem nomine efferetur. Cice.pro Domo ſua. Is in Marſis natus eſt. Sunt & Marſi Scythiæ populi apud Herod.lib.4. A' Marſis fit Marſicus,a,um:ut, Marſicũ bellum,quod Romani cum Marſis geſſerunt.

MARSVS,Circes filius,qui Marſorum genti in Italia nomen dedit,ut teſtatur Plin.lib.7.cap.2.

MARSPITER,p.c.(ἄρης)Mars pater:ſicut Iupiter,& Iouis pater, ut Iouis ſit nominatiuus, Hoc eſt.ipſe Iupiter,& ipſe Mars,Gel.lib.5.cap.12.

MARSVPIVM,pij,{Borſa}(μαρσύπιον)ſacculus nummorum, Cato de liberis: Et,quod perſpicuum eſt,maiorem curam habere marſupij noſtri,quàm uitæ noſtræ.

MARSYAS,(μαρσύας)tibicen fuit è Phrygia ea temeritate,ut ipſum etiam Phœbum ad cantus certamen auderet prouocare:à quo & uictus, & excoriatus eſt. Vide fabulam apud Ouid.lib.6.Faſt. Eſt & Marſyas, ſiue Marſia, Aſiæ minoris fluuius, Apamiam alluens: quem Poetæ fabulantur ortum eſſe ex Nympharum,& Satyrorum lacrymis, Marſyam deflentium. de quo Oui. 6.Metam.

MARSYA,æ,(μαρσύα)oppidum Phœnices:cuius incolæ dicuntur Marſyeni. Stephanus.

MARSYAS,Periandri filius, Pellæus hiſtoricus, nutritus unà cum Alexandro Magno,ſcripſit res Macedonicas libris decem à primo rege uſq; ad Alexãdrum. Item de rebus Atticis libros duodecim. Marſyas Philippeus hiſtoricus ſuperiore recentior. Marſyas Tabenus,qui ſcripſit de Trãquillitate libros duodecim,e fabuloſa libris ſeptem, & quedã alia de patria ſua. Auctor Suidas.

MARTES,tis,fera exigua,ex genere muſtellarum:cuius pellis ſummo habetur in pretio. Mart.lib.10. Venator capta marte ſuperbus adeſt.

MARTIA,Catonis Vticenſis uxor fuit,quam poſtea, cum ex ea aliquot liberos ſuſtuliſſet, Hortenſio amico conceſſit: eoq; mortuo ſub initium bellorum ciuilium eam reduxit. Qua in re Cato maleuolorum reprehenſione caruit, qui uacuam & pauperem eam dimiſſam eſſe calumniabantur, ut poſtea Hortenſij teſtamento locupletatam reciperet. Auctor Plut.in Vita Catonis.

MARTIA AQVA, quæ & Auſeia, omnium toto orbe aquarum clariſsima fuit, à nono lapide ſtructis fornicibus in urbē perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in urbem ducere auſpicatus eſt. Vide ſuprà in dictione Auſeia. & apud Plin. libr. 3. cap. 3.

MARTIALIS, & hoc le, (ἀρήϊος) quod eſt natum ſub Marte ſtella, uel qui Marti ſeruit. Cice. pro Aul. Cluen. Martiales quidam Latini appellabantur, miniſtri publici Martis, atque ei Deo ueteribus inſtitutis, religionibusque Larinatiū conſecrati. Martialis uerò ſubſtantiuum, eſt nomen Poetæ proprium, qui Epigrammatum feſtiuitate Epigrammatici nomen promeruit.

MARTION, Smyrnæus medicus, de quo ſic ſcribit Pli. lib. 28. ca. 4. Martion Smyrnæus, qui de ſimplicibus affectibus ſcripſit, rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit, item rubetas, aliasque ranas.

MARTIVS, a, um, (ὁ τῷ ἄρεως) quod ad Martem pertinet: ut Martia auis, Marti dicata. Ouid. Faſt. Martia picus auis gemmino pro ſtipite purgant. Interdum etiam Martium dicitur, quod ad bellum pertinet: ut Martia arma. Auguſt. lib. 3. de Ciuit. Dei. Nullo Martio impetu territi ſedarentur inimici. Interdum bellicoſum: ut Martius populus.

MARTIVS, ſubſtantiuum cognomē fuit Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilij nepos fuit, æquitate & religione auo ſimilis. Latinos bello domuit, & Auentinum Ianiculumque montes urbi addidit: noua mœnia, oppido circundedit. ſyluas ad uſum nauiū publicauit. ſalinarum uectigal inſtituit: carcerem primus ædificauit: Oſtiam Coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit. Auctor Liui. lib. 1. ab Vrbe.

MARTIVS CAMPVS, (ἄρειος πεδίον) planities quædam fuit in Agro Romano, inter Tyberim, & antiquam urbem ſita: hodie urbis pars: ita dictus, quòd Tarquinio in exiliū acto (cuius hic ager erat) Marti fuerit conſecratus. Liui. lib. 2. ab Vrb. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tyberim erat, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit.

MARTIVS, menſis, {Marzo} (μάρτιος, & μουνυχιών) primus olim anni mēſis apud Romanos, quem Romulus genitori ſuo dicauit. Ouid. 3. Faſt. A te principium Romano ducimus anno, Primus de patritio nomine menſis erit.

MARTIGENVS, a, um, adiectiuum, (ἀρειογενής) Marte genitus. Plaut in Amphit. Martigenam ille aggreſſus beluam magnus Europæ quæſtor, angui-neo Repentè hoſtes peperit ſemino.

MARTYR, yris, pe. ge. co. (μάρτυρ) à Græcis dicitur, quem nos teſtem uocamus. Quò factum eſt, ut qui ſanguinis ſui pignore Chriſto diuinitatis teſtimonium dederunt, Martyres uocētur. Hinc Martyriū (μαρτύριον) teſtimoniū.

MARVLLVS, Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæſaris Dictatoris ſtatuis detraxit, eosque qui primi Cæſarem regem ſalutauerant, in uincula duci iuſſit. Quamobrem Cęſar Marullum magiſtratu priuauit. Auctor Plutarchus in Cæſare. Marullus item poeta mimographus ſub Antonio principe, apud Spartianum. Pomponius item Marullus Grammaticus Romæ profitebatur, ſermonis Latini exactor moleſtiſsimus, cūm ex oratore Tyberium reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone & eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè. Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus: uerba non potes. Pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrammate oſtendit, Qui caput ad lęuam didicit, gloſſemata nobis Præcipit: os nullum, uel potius pugilis.

MARVM, (μάρον Dioſcoridi) herba eſt ſurculoſa, flore origani, ſed odoratiore, folijsque multo candidioribus: quæ circa Magneſiam & Tralleis copioſa gignitur. Plin. quoque libr. 12. cap. 24. in Aegypto Marum naſci tradit, ſed peius, quàm Lydium, maioribus folijs ac uarijs.

MARVS, (quod hic pro nomine montis perperam legebatur) uide Tmarus.

MAS, maris, maſcu. gen. {Maſchio} (ἄῤῥην, ἄρσην) ſexus uocabulum eſt, fœmineæ appellationi oppoſitum. Cice. 1. de Natur. deor. Beſtię aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt.

MASARIS, (μάσαρις) Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine ſic fabulantur: in comitatu Rheæ, cui Iupiter Bacchum alendum commiſerat, mulierem fuiſſe, cui nomen erat Ma, quam cūm Iuno rogaſſet, cuius is eſſet puer, ἄρεως, hoc eſt, Martis, illa reſpōdiſſet. Qua uoce à uulgo excepta, Bacchus deinceps Maſaris dictus eſt, quaſi τῆς μάσαρις.

MASCVLESCO, is, ere, {Immaſcherſi} (ἀῤῥενοῦσθαι) eſt maſculinum fieri. Pli. lib. 18. ca. 13. de rapis & napis loquens: Genera eorum duo prima fecere, maſculinum, fœmininumque: & ea ferendi modo ea eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere: hoc eſt, ex fœminis maſculos fieri.

MASCVLO, as, {Immaſchire} (ἀῤῥενόω) maſculum animum induo, firmo, roboro. A quo Commaſculo: Apuleius 2. de Aſino: His cognitis, animum meum commaſculaui.

MASCVLETVM, ti, locus in quo Plantæ uinearum maſculæ conſitæ ſunt. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ nō ſubiguntur, ut palmites alios emittant: ſed altius creſcunt, & in altum attolli permittuntur. Plin. lib. 17. cap 22. Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti, quod alij Dracones, alij Iuniculos uocant, ut faciant, quæ Maſculeta appellant.

MASCVLVS, li, ſubſtantiuū, {Maſchio} (ἀῤῥενικός) diminutiuū eſt à Mas. Plau. in Ciſt. Bona fœmina & malus maſculus huc te uolunt. Aliquando adiectiuum eſt, idem ſignificans, quod maſculinus, ut Maſcula facies, ἀῤῥενωπία. Maſcula Sappho dicta eſt ab Horatio lib. 1. Epiſt. eò quòd tribas eſſet, & in portētoſo mulierum concubitu uiri uice fungeretur. Maſcula proles Hor. 3. Carm. 6. Sed ruſticorum maſcula militū proles Sabellis docta ligonibus Verſare glebas. Aliquando accipitur pro forti & uehementi, et quod uirum decet. Sic maſcula bilis dicitur à Perſio 5. Sat. Calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit. Plin. lib. 12. cap. 14. quandam turis ſpeciem Tus maſculum appellat: ad differentiam fœminini. Idcirco autem Tus maſculum quidam dici putant, quòd teſtiū ſpeciem habeat. A maſculus fit Maſculinus, a, um, (ἀῤῥενικός) ut Maſculinū genus, quod maſculum eſt. Plin. lib. 18. cap. 13. Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum fœmininumque & ea ferendi modo ex eodem ſemine.

MASDORANI, Aſiæ populi iuxta Parthiam, & Carmaniam deſertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus libr. 6. capi. 17

MASDORANVS, mons Aſiæ, qui Parthiam ad Orientem ad Aſia dirimit. Auctor Ptolemæus lib. 6. cap. 5.

MASSINISSA, Numidarum rex fuit, acerrimus primùm nominis Romani hoſtis, poſtea uerò fideliſsimus ſocius. Hic ad extremā uſque ſenectam mira ualetudinis proſperitate, uegetoque corporis robore uſus eſt, adeo ut nonageſimo ætatis anno filium genuerit, uerò quamuis prolixum faciens equum nunquam aſcenderit. Ouid. 6. Faſt. Poſtea lux melior, ſuperat Maſsiniſſa Syphacem. De hoc multa Liu. lib. 3. Bel. Pun.

MASIVS, (μάσιος Stephano) Gordyæorum montium pars eſt, ſupra Niſibim, ubi Armenia dirimitur à Meſopotamia Auctor Strabo lib. 11.

MASPETVM, ti, pen. cor. (μάσπετον Dioſcoridi) caulis eſt Laſerpitij, ferulæ ſimilis. Plinius autem libro 19. capite 3. folia laſerpitij hoc nomine tradit appellari.

MASPII, (μάσπιοι) gens Perſica, apud Stephanum.

MASSA, ſſæ, {Paſta} (μᾶζα) farina omnis macerata, & aqua ſubacta, quā Galli ſua lingua Paſtam uocant. Significat etiam quicquid denſum eſt, ſpiſſum ut ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ: ut Maſſa auri, Maſſa ferri: hoc eſt, pila, & uti luti moles. Verg. 1. Geor. Maſſam picis urbe reportat. Maſſula eius diminutiuum eſt. Colum. lib. 12. cap. 38. Poſt hæc complures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera ſeriæ in muſtum demittuntur, &c. Eſt & Maſſa Libyæ fluuius Ptolemæo.

MASSACA, (μάσσακα Stephano) Indorum oppidum eſt, apud Arrianum.

MASSÆSYLIA, (μασσαισυλία) ſiue, ut apud Stephanum, & Strabonē legiū, μασαισυλία unico σ, Africæ regio, à Mauris Mulucha fluuio (quē Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabonem lib. 17. & Pli. li. 5. c. 2. Huius regionis populi Maſſæſyli uocati fuerunt, quos Plinius teſtatur ſua ætate extinctos fuiſſe, regionemque eorum à Getulis fuiſſe occupatam.

MASSAGETÆ, (μασσαγέται) populi Scythici in Aſia ultra mare Caſpiū: qui quum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cū lacte bibunt. Apud hos ſenio confecti, in fruſta cæduntur, admiſtisque ouilis carnibus a ſuis eduntur: qui uerò morbo intereunt, feris deuorandi obijciūtur. Infeſtiſsimi ſunt hoſpitibus, neque cum uicinis populis ullam ſeruant amicitiam, aut fidē. Vxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire nō uerētur. Solem pro deo uenerantur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. Vide Strab. li. 11. & Herodotum lib. 5. Stati in Achillei. Lactea Maſſagetæ ueluti qui pocula fuſcant Sanguine puniceo, &c. Nominatiuus ſingularis eſt Maſſageta, uel Maſſagetes, Luc. li. 3. Longaque Sarmatici ſoluens ieiunia belli Maſſagetes, quo fuit equo.

MASSARIS, uua eſt, quæ ex uite ſylueſtri, cum flore in Africa decerpitū, Medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Vide Pli. lib. 12. cap. ult. & in Proœmio lib. 23.

MASSIA, (μασσία Stephano) oppidum Hiſpaniæ ulterioris, non procul à Tarteſſo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicoſa, qui ſiccati non mergebantur in aqua. Vide Pli. lib. 35. ca. 14.

MASSICVS, pen. cor. mons Campaniæ, optimi uini ferax. Silius lib. 7. Maſſicus uuiferis addebat nomina glebis. Hinc Maſsicum uinum, inter Campana uina olim laudatiſsimum. Hora. li. 1. Carm. Eſt qui nec ueteris pocula Maſsici Spernit. Docet Seruius, Maſsicus in plurali facere Maſsica. Verg. lib. 7. Vertunt felicia Baccho Maſsica.

MASSILIA, (μασσαλία) urbs in Narbonēſi prouincia Macedonibus Aſsyrge, Hebræis uerò Sedechia imperante condita, circa ſecundam & quadrageſimam Olympiadem, annis antè quàm uirgo pareret DCXIII. poſt obitū Dauid regis annis CCCCLXXXIIII. Diruta deinde à Phocenſibus inſtaurata eſt, qui Cyri tyrannidem fugientes, deſtituta Græcia, in hunc ſinum migrarunt. Olim Maſsiliæ ſtudia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Maſsilioticum peterent gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plau. in Caſin. Maſsilienſes mores, tanquā optimos, & probatiſsimos dixit: Vbi (inquit) tu es, qui colere mores Maſsilienſes poſtulas. Maſsilienſium mores & inſtituta ſummis laudibus extollit Cicero, cūm alibi ſæpe, tum præcipue in Oratione pro L. Flacco: cuius hæc ſunt uerba: Neque uerò te Maſsilia, prætereo, quæ L. Flaccum militem quæſtorē cognouiſti. cuius ego ciuitatis diſciplinam atque grauitatem, non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorū omnium regionibus, diſciplinis, linguisque diuiſa, cū in ultimis terris cincta Gallorū gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur; ſic optimatum conſilio gubernatur, ut oēs eius inſtituta laudare facilius poſſint quàm æmulari. Inclytam autem fuiſſe clariſsimo gymnaſio in Agricolæ uita Tacitus quoque teſtatur, cum ſocerum ſcribit agricolam ſtatim paruulum ſedē ac magiſtram ſtudiorū Maſsiliā habuiſſe, locum Græca comitate & prouinciali parcimonia mixtum ac bene cōpoſitum. Lege Strab. lib. 4. De eius ueteribus inſtitutis multa Val. li. 2. De origine uerò & primis initijs nō pauca Iuſt. li. 43. Hæc uini optimi ferax fuit: unde Mart. lib. 13. Tu me Maſsiliæ ponere uina putes. A Maſsilia fiunt Maſsilienſis, Maſsilianus, Maſsilioticus, (μασσαλιεύς, μασσαλιώτης) Vnde Maſsilienſes uiri, Maſsiliana uina, et Maſsilioticū oſtiū Rhodani, quod Maſsiliæ proximū eſt. Pl. li. 3. c. 4. Lybica appellantur duo Rhodani ora modica, ex his alterū Hiſpanienſe, alterum Metapinū tertium idēque ampliſsimū, Maſsilioticū.

MASSYLI, pe. pro. (μασσύλοι Stephano) populi Africæ, Cæſarienſi Mauritaniæ, & Maſſæſylis proximi. Hi neque frenis, neque ephippijs utuntur, ſola contenti uirga, qua equos regūt. Hinc Maſſylus, a, um, adiect. Verg. 4. Aen. Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos. Item Maſſylius, a, um. Luca. li. 4. Et gens quæ modo reſidens dorſo Orā lenti flectit, frenorum neſcia uirga. Item Maſſylicus, a, um, Mart. li. 9. Et Maſſylicum uirga gubernat equum.

MASTAVRA, (μάσταυρα) Lydiæ ciuitas: ita dicta quòd in ea Rheæ, Bacchi nutrici: (quæ Ma Lydis appellatur) taurus ſoleat immolari. Vide ſuprà in dictione Ma. Huius incolæ dicti ſunt Maſtaurenſes, (μασταυρεῖς, καὶ μασταυρῖται Stephano) quorum meminit Pli. li. 5. ca. 29. Vide ſuprà in dictione Ma.

MASTICHE, es, pe. co. cum aſpiratione in ultima ſyllaba, {Maſtice} (μαστίχη Dioſcoridi) teſte Pli. lib. 12. cap. 17. Lacryma eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat.

MASTIGIA, antepen produ. (μαστιγίας) dici poteſt uerbero, hoc eſt, uerberibus dignus. Plautus: Crucior lapidem non habere, ut illi maſtigiæ cerebrum excutiam.

MASTIGOPHORVS,(μαστιγοφόρος)dicebatur ſeruus,flagellifer, qui ſcilicet agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur uirgas præferens, ad ſubmouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Budæus.

MASTIX,igis,pe.obliquorum pro.{Staffile}(μάστιξ)ſcutica ſeu flagrum,quo mancipia cæduntur:è Græco uerbo,μαστίζω,flagris cædo. Inde Homeromaſtix appellatus eſt Zoilus ille Homeri calumniator:de quo uide infra,in dictione Zoilus.

MASTIGEVS,gei,idem quod maſtigia. Plau.in Trinum. Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus.

MASTRVCA,ueſtis genus,qua Sardi utebantur. Ci.pro Scauro: Quē purpura regalis non cōmouit,cum Sardorum maſtruca mutauit. Hinc maſtrucatus qui maſtruca utitur. Idem de Prouincijs Conſularibus. Res in Sardinia cū maſtrucatis latrunculis à Proprætore una cohorte auxiliaria geſta.

MASTVS,(μαστός)Latine mamma,& proprie animalium eſt. Per tranſlationem tamen Maſti,etiam appellitur tubuli mammati in fontibus,& aqueductibus,quas Latinorum nonnulli mammas, Varro etiam Papillas uocat. Vitruuius lib.7. Athenis(inquit)in huiuſmodi locis,& fontibus maſti uſq; ad portū Piræeum ducti ſunt ſalientes. A Caſſiodoro etiam Vbera appellantur. Quanto(inquit)pulchrius eſt,Claudiā aquam per tot ſicca montium iuga lauacris,& domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus immiſiſſe. Plin.lib.26,cap.15. herbam etiam cios nominis eſſe dicit,quæ potui indita,pilos mammarum è partu maſc entium aufert.

MASTVPRARI,uel etiam Maſturbari,(δέφομαι)eſt manu tractando uirilia,rem Venereā peragere:quo uerbo utitur Martialis: Maſtuprabantur Phrygij poſt oſtia ſerui,hoc eſt,præputia ducebāt. Nā à manu & ſtupro deriuatur. Inde uerbale Maſturbator,& Maſtuprator,qui ſe nefando hoc libidinis genere polluit. Mart. Tam tremulum criſſat,tam blandum prurit,ut ipſum maſtupratorem fecerit Hippolytum. Hi alio nomine ab apoſtolo Molles uocantur.

MASSVRIVS.(μασσούριος)eques Romanus fuit tempore Tyberij,Iureconſultus non incelebris,qui publice de iure reſcripſit.

MATÆOTECHNIA,(ματαιοτεχνία)ſuperuacua artis imitatio, & uanitas artis dicitur,quæ ſcilicet artifici nihil affert cōmodi. Eiuſmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex ſpatio ſatis longinquo in acum ſine fruſtratione inijciebat. μάταιον uanum, τέχνη ars.

MATAVRVS,(μάταυρος)Siciliæ oppidum,Locrorum opus:cuius incolæ dicuntur Matauriui. Steph.

MATELLA,{Maſtelleta,orinale}(ἀμὶς,οὐράνη, ἀγγεῖον, οὐρητήρ)à matula uas,in quod urinam reddimus. Mart.lib.10. Diſpereā,ſi tu Pyladi præſtare matellam Dignus es. Græci σκαφίον uocant. Sunt tamen qui ita matellam diſtinguūt à ſcaphio,ut illa uirorum ſit:hoc mulierum,tam ad uentris onus,q̃ ad urinam excipiendam accōmodatum. Matellā uero,quod anguſtiore eſſet ore, urinæ tantum excipiendæ fuiſſe utilem. Eſt item Matella,aquarum uas, teſte Nonio. Plaut. Amphitryone, Næ tu poſtulas,matellam unam tibi aquæ infundi caput. Varro Endymionibus,ui à Nonio citatur. Diuitū Aphocaſchas ad communem reuocat matellam.

MATELLIO,uaſis aquarij genus,teſte Var.li.4.de Lin.Lati.ita dictū à Matula:à cuius figura tamen nōnihil recedit. Varro de Vit.paſt. Poſtularet truellū matellionem,peluim. Cic.in Parad. Quid enim cenſes,ſi L.Mummius aliquē iſtorū uideret matellionē Corinthium cupidiſſime tractantem,&c. Matellio itē Pompeio Feſto uas eſt,in quod urina redditur quod & Matella appellatur.

MATEOLA,apud Plinium,& Catonem,genus eſt ſarculi. Cato de Re ruſt. ca.47. Cum taleam demittes,pede tantum opprimito:ſi parū deſcendit, malleolo,aut mateola adigito:cauetoq; ne librum ſcindas,cum adiges.

MATER,huius matris,{Madre}notæ ſignificationis nomen eſt,à Græco μήτηρ Verg.8.Eclog. Crudelis tu quoq; mater. Carentes matre priuigni. Horat.3. carm.Ode 24. Aliquando tamen pro nutrice ponitur. Pla.utranq; ſignificationem complexus eſt. Ita forma ſimili pueri,ut mater ſua Non internoſſe poſſet quæ mammam dabat, Neq; adeo mater ipſa,quæ illos pepererat. Sumitur etiā hoc nomē latius,ut & de brutis animantibus dicatur,quæ fœtū ediderūt. Mater,inquit Nonius,quæ quoduis animal partu edit. Verg.3.Georgic. Excretos prohibent à matribus hœdos. Mater mellis apis. Varro 2.de Re ruſt.cap.5. Denq; ea hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes,mellis matres. Transfertur & ad arbores,quæ matres dicuntur reſpectu propaginum,quæ ex ipſis naſcuntur. Pli.lib.12.cap.5. Superiores euſdem cami in excelſum emicant,ſyluoſa multitudine,uaſto matris corpore. Luxuries auaritiæ mater, Cic.2.de Orat. Sapientia omnium bonarum rerum mater, Idem 2.de Leg.

MATERCVLA,æ,(μητρίδιον)diminutiuum à mater. Horat.1.Epiſt.7. Dū pueris omnis pater & matercula pallet.

MATERFAMILIAS,{Patrona di caſa,donna, madōna} (οἰκοδέσποινα) uxoris ſpecies eſt. Non enim quæuis uxor ſtatim materfamilias eſt, ſed ea ſola quę in mariti manu mancipioq; eſt,aut in eius,in cuius manu,mācipioq; eſt maritus:ita dicta,quoniam non in matrimonium tantum,ſed in familiā quoq; mariti,& in ſui hæredis locū uenit. Feſtus dicit,non ante Matremfamiliæ dici,q̃ uir eius paterfamilias appelletur:nec poſſe hoc nomine plures in una familia appellari,ſed unam tantum materfamilias dici. Vlpianus l.pronūtiatum.ff.de Verbo.ſignif. aliter hoc nomen interpretatur: Matremfamilias(inquit)accipere debemus eam,quæ non inhoneſte,ſed honeſte,& cum dignitate uixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt,atq; ſeparāt:proinde nihil intereſt nupta ſit,an uidua:ingenua,an libertina. Nā neq; nuptiæ,neq; natales faciunt matremfamilias, ſed boni mores. Liu.4.Bel.Mace. Et cū tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti,matremfamilias tuam purpureū amiculum habere non ſines? Iuſta paterfamilias,& pellex,contraria. Liu.9.Bel.Maced. Hunc iuſta matrefamilias,illum pellice ortum eſſe. Vide hac de re plura apud Gell. lib.18.cap.6.& apud Boethium Comment.3.in Topica Ciceronis. Porro quod ad uocis huius cōpoſitionē attinet, Familias,antiquus eſt genitiuus,Græcorum imitatione formatus,qui genitiuum fœmininorum in a purum deſinentium mittunt in as.

MATER MAGNA,(κυβέλη)dicebatur Tellus, deorum(ut uetuſtas credidit)omnium mater,à Græcis Cybele dicta:cui ſua prægnans mactabatur, quę hoſtia eſt propria terræ. Dicitur & mater alma,q; omnia alat. Idem mater deū, q; omnia generet. Vocatur item mater Phrygia,à monte Phrygiæ,quem plurali numero Dindyma uocant.

MATERMATRIMA,illa quæ quum mater ſit,adhuc habet matrem uiuentem. Vide infra in dictione Matrimus.

MATERMATVTA,(λευκοθέα)Aurora dicitur,quam antiqui,teſte Feſto ita appellarunt à uetuſto nomine Mauum,quod illis bonum ſignificabat. Hāc Poetæ fingunt fuiſſe Ino Cadmi filiā,quæ Athamantis furorem metuens: unà cum Melicerta filio ſeſe in mare præcipitauit:qui cum nuſquam conſpicerentur, in marinos deos mutati credebantur:atq; ipſa quidem à Græcia λευκοθέα,& à noſtris Mater Matuta: Melicertes autē ab illis,παλαίμων,& à Latinis Portunus appellatus eſt. Ci.1.Tuſc. Ino Cadmi filia. λευκοθέα nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris.

MATERIA,riæ,ſeu Materies,ei,{Materia,argomento, ſoggetto}(ὕλη)eſt ex qua aliquid fieri: ut Materia libri,membrana eſt,& atramentum. Oui.2.Meta. Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,Clara micante auro,&c. Et paulo poſt. materiam ſuperabat opus,nam Mulciber illic Aequora cælarat medias cingentia terras,&c. Rudis materia,apud Lucan.li.2.id eſt, primū chaos. ſiue parens rerum,cum primum informia regna, Materiamq; rudem flamma cedente recepit,&c. Materia domus, calx,lapides,ligna,ſaxa,tegulæ: quanqua in materiæ appellatione peculiariter intelligātur ligna,quæ ædificijs apta ſunt. Liuius Multam materiam ceciderat miles. Quint.lib.7.cap.1. Opera extruentibus ſatis non eſt,ſaxa,& materiam,& cætera ædificanti congerere utilia,niſi diſponēdis eis,collocandisq; artificum manus exhibeatur. Colu.li.3.uocat materiam lignum,quod eſt intra corticem. Quaſi cuneum ferreum(inquit)uel oſſeū inter corticem & materiam leniter demittito,ne lædas,aut rumpas corticem. Idem lib. 5.cap.6. Materiam uocat palmitem,qui de nouello naſcitur:& in tenero alligatus dependet. Materies de equia etiam dicitur. Colu.lib 6.cap 27. Equarum pecus tripartito diuiditur:eſt enim generoſa materies quæ circo ſacrisq; certaminibus equos præbet. Accipitur etiam Materia pro argumento libri: Græci ὑπόθεσιν uocant. Horat.de Arte Poet. Sumite materiam ueſtris,qui ſcribitis,æquā Viribus. Sueto.de Cla.Gram. Ad excitanda diſcentium ingenia,æquales inter ſe committere ſolebat,propoſita non ſolum materia, quam ſcriberent:ſed & præmiū,quod uictor auferret. Ci.ad Att.li.2. Quod me,ut ſcribam aliquid hortaris: Creſcit mihi quidē materies,ut dicis,ſed tota res etiā nunc fluctuat, &c.

MATERIALE,(ὑλικός, μετὰ ὕλης)quod eſt materiæ,à quo Materialiter,(ὑλικῶς)aduerbiū. Vnde materialiter aliquid ſumi,dicitur,quum nō forma rei,ſed materia ſignificatur.

MATERIARIVS,rij,(ὑλουργός)dicitur,qui materiam ad ædificia ſuppeditat:à materia, cuius nomine ligna ad fulciendum, ædificandumq; neceſſaria, idoneave ſignificantur. Plaut.in Milit. Adſunt fabri,architectiq;, eam quidē ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratus,quo quidem opus eſt,Noui indolem noſtri ingenij, cito erit parata nauis. Eſt & Materiarius adiectiuum,ut Materiarius faber, faber lignarius & Materiaria fabrica, lignaria. Plin.libro.7.cap.56. Fabricam materiariam Dædalus,& in ea ſerram, aſciam &c.inuenit.

MATERIOR,aris,deponēs,(ὑλοτομεῖν)uerbum eſt caſtrenſe ea forma dictum,qua Lignor. Eſt autem Materior idem quod materiam cædo. Proprie enim milites materiari dicuntur,cum materiam cędunt ad conficiendum uallū. Cæſar 7.Bel.Gal. Erat eo tempore & materiari,& frumentari,& tantas munitiones fieri neceſſe.

MATERIATVS,a,um,adiectiuum,quod ea materia confectum eſt. Sic.Cicero lib.3.Offic.uocat ædes male materiatas,quæ ex mala,& improba materia ſunt confectæ.

MATERIATIO,& Materiatura,uerbalis eſſe uidentur à uerbo Materio, quod tamen nuſquam,quod quidem ſciam,legitur. Vtroque uſus eſt Vitruuius lib.4.cap.2.

MATERIS,{Picca}huius materis,teli genus poſt lanceā longius. Siſenna: Galla matribus Suculi lances configunt. fœminini generis eſt. Nonius.

MATERNVS,a,um,{Materno}(μητρικός)quod matris eſt;ut Maternus paternusq; ſanguis, Ci.pro Roſ.Ame. Idem pro Cluen. Nomen amantius indulgentiusq; maternum. Verg.4.Aene. Materno ueniens ab auo Cyllenia proles. Hubera materna,Stat.1.Theb. Maternus animus, Terent.in Heaut. Res maternæ atq; paternæ abſumptæ,Horat.1.Epiſt.16.

MATERTERA,{Zia,ſorella della madre}(μητραδέλφη)matris ſoror,quaſi mater altera,inquit Feſtus. Cic.1.de Diu. Puellam defatigatam petijſſe à matertera,ut ſibi concederet pauliſper,ut in eius ſella requieſceret. Ouid.2.Metam. Tu tantum fida ſorori Eſſe uelis, Prolisq; meæ matertera dici.

MATHEMATICVS.(μαθηματικός)à nomine Græco μάθημα,quod diſciplinam ſonat,dicitur proprie,qui Geometriæ, Muſicæ, Arithmeticæ, Aſtrologiæq; diſciplinas nouit. Nam hæ proprie Mathematicæ ſcientiæ,uel diſciplinæ dicuntur,eo q; diſcantur plane,& per demonſtrationem aliquam percipiantur. Philoſophia uero, Logica,cum alijs,non dicuntur Diſciplinæ,quia non firmiſſima demonſtratione,ut illæ,ſed ratione quadam,& ſtudij inueſtigatione, percipiuntur. Cic.1.de Orat. Quis ignorat,ij qui Mathematici uocantur,quāta in obſcuritate rerum,& q̃ recondita in arte & multiplici,ſubtiliq; uerſentur. Iuuen.Saty 14. Nota mathematicis geneſis tua.

MATHESIS,ſis,(μάθησις)uel Mathema,atis.(μάθημα)pe.pro.diſciplina:à μανθάνω,quod & diſco ſignificat,& doceo. Proprie autem de ijs dicuntur artibus,quæ firmis demonſtrationibus cōſtant. cuiuſmodi ſunt Geometria, Aſtrologia, Muſica,& Arithmetica.

MATINVS,pen.prod.mons eſt Calabriæ,auctore Porphyrione, apibus abundans. Luc.lib.9. Et calidi lucent buxeta Matini. Matinus,a,um, adiectiuum: ut apis matina. Horat.4.Carm.Ode 2. Ego apis Matinæ More modoq; Grata carpētis thyma per laborem Plurimum circa nemus:uuidiq; Tyburis ripas operoſa paruus Carmina fingo Cacumina matina. Idem Epod.16. Quando Padus Matina lauerit cacumina.

MATIVM,Cretæ inſulæ oppidum eſt,apud Plin.lib 4.cap.12.

MATRALIA,(μητρῷα)matris Matutæ feſta,tertio Nonas Iunij celebrari ſolita. Ouid.lib.6.Faſt. Ite bonæ matres,ueſtrum Matralia feſtum. Flauaq; Thebanæ reddita liba deæ.

MATRESCERE,{Aſſimigliarſi alla madre}(μητρίζειν)eſt matri ſimilem ſieri Pacu. Vtinam nunc matreſcam ingenio, ut meum patrem ulciſci queam. Nonius.

MATRICI, Feſto, Homines dicūtur malarum magnarū, atq; ore late patenti.

MATRICIDA,æ.{Vccidítor della madre}(μητροκτόνος, μητραλοίας)qui matrem occidit: unde Matricidium, actus ipſe, hoc eſt, matris occiſio. Cicer. ad Quin. Fra. li. 1. Quem ſcribis certiſſimum matricidam. Idem 1. de Inuen. Oreſtes ſi accuſetur matricidij, &c.

MATRIMONIVM, nij.{Matrimonio}(συζυγία; ἐπιγαμία)eſt maris, & fœminæ coniugatio. Cice. pro Cluent. Saſſiam in matrimonium ducere cupiuit. Idem 2. Philip. Curio te à meretricio quæſtu abduxit, tanquam ſtolam dediſſet in matrimonio ſtabili, & certo collocauit. Hinc matrimoniale(γαμικόν)eſt adiectiuum, quod ad matrimonium pertinet. Aug. lib. 13 Ciui. Quid concubitus coniugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum, procreandorum ſit cauſa liberorum?

MATRIMVS, mi, pen. cor.{Colui che ha la madre anchora uiua}qui matrem ad huc habet ſuperſtitem. Cic. de R. reſp. reſpon. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua uide infra in dictione patrimus, & ſupra. Mater matrima.

MATRINVS,(μάτρινος)fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria urbe: de quo Strabo lib. 5. & Ptolem. in deſcriptione Italiæ.

MATRIX, cis,{La femina di qualche animale che ſi tiene per razza}(μήτρα) fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. Colum. Sint; ergo matrices robuſti corporis quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Idem lib. 7. ca. 3. Vt eadem ratione matrices ineantur. Medici tamen accipiunt Matricem pro utriculo, qui in fœminis iunctus eſt ueſicæ, ad recipiendum ſemen, & continendum fœtum accomodatus, Vide Gell. lib. 12. cap. 7. Matricem arborem dixit Suetonius in Aug. ex qua ſtolones ſuccreuerunt. Ex ea arbore, inquit, continuo nata ſoboles adeo paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modo matricē, uerumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni uel caudicis tertium à cortice continetur: à nonnullis Cor, ab alijs Medulla dicitur, à Theophraſto μήτρα. Vide Ruellium lib. 1. cap. 2.

MATRONA, æ,{Patrona di caſa, matrona}(οἰκοδέσποινα)dicitur, inquit Gel. lib. 17. ca 6. quæ in matrimonium cum uiro conuenit, ut in eo maneat, etiam ſi liberi adhuc nō ſunt ſuſcepti. Quippe appellationem habet à matris nomine, nō iam adepto, ſed cum ſpe, & omine, mox adipiſcendi. Vnde ipſum quoq; Matrimonium uocatum eſt, quoniam ea uir & uxor coniunguntur, ut illa mater fiat. Pla. in Caſ. Nō matronarum officium eſt, ſed meretricum, Viris alienis, mi uir, ſubblandirier. Oui. 2. Metam. Senſerat hoc olim magni matrona tonantis. Diſtinguitur autē Matrona a Materfamilias, q; Materfamilias dicatur quæ per coemptionem in manum mancipiumq; uiri conuenit, & in ſui hæredis locū, uitroq; inteſtato, ueluti, filia, ſuccedit. Matrona autē, quæ & uxor uſu, dicebatur, quę in lecti tantum conſortium ueniebat, non etiam bonorum. Vide Boethium in Topi. Ciceronis. Hinc Matronalia, quæ erant dies matronis feſti, quibus uiri pro conſeruatione coniugij dijs ſuplicabant. Et Matronalis, & hoc le, adiectiuum, apud Liu. 4. Bel. Maced. Matronale decus apud Colu li. 12. in Procemio. Matronalis labor, qui matronæ eſt. Matronales genæ. Ouid. 2. Faſto. de Lucretia: Quæq; poteſt, narrat: reſtabant ultima, fleuit: Et matronales erubuere genæ.

MATRVELIS,(ὁ μητρὸς υἱός)dicitur qui ex matris meæ fratre progratus eſt. Vlp. lib. 1. ad Legem Pomp de Parricidis.

MATTA,{Stuora}(καλάδιον, ψίαθος)ſtoria, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, iunco, palma, ſcirpo, aut ſparto: ubi ſtuppa, uel fœnum, uel lanæ eudrores, aut quid ſimile inſertū eſt. Oui. 6 Faſt. At dominus, diſcedite, ait, Plauſtroq; morantes Suſtulit: in plauſtro ſcirpea matta fuit.

MATTIACVM, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatū: de quibus ſic ſcribit Plin. lib. 31. cap. 2. Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet. Circa margines uero pumicē faciunt aquę.

Hinc Mattiacas pilas quidam dictas exiſtimant ſphærulas ex odorato ſapone conſtantes, q; fortaſſis præſtantiſſimæ apud Mattiacum cōficerentur. Mart. in Diſtichis: Si mutare paras longæuos cana capillos, Accipe Mattiacas(quo tibi calua?)pilas. Idem paulo ante Cauſticam ſpumam pro eodem poſuiſſe uidetur, cum ait, Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos, Captiuis poteris cultior eſſe comis.

MATTICI, lege Matiaci.

MATTYA, æ, quid ſit, oſtendit Cælius lib. 9. cap. 12. his uerbis: Mazam)in quit putant ex farina, oleo, & aqua confici ſolitam: Suidas etiam ex lacte: unde mox paulo nata & Mattya eſt. dictaq; eo nomine pretioſa omnia edulia, ut ſcribit Athenæus. Martial. lib. 10. Diues, & ea omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi, ſed te Mattya ſola iuuat. Suetonius in Caligu. Et mulris uenenatas mattyas miſit.

MATVLA, æ.{Orinale}(ἀμίς, ὑποδοχὴ σκάφιον)uas eſt, in quod ueſicā leuamus quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium proprie mulierum eſſe uolunt. Plau. in Moſt. Iam hercle ego uos pro matula habebo, niſi matulam datis,

MATVRE.{A tempo, preſto}(ὡραίως)aduerb. tempeſtiue, ſiue ad tempus, uel in tempore. Sallu. in Cata. Prius quàm incipias, conſulto: at ubi cōſulueris, mature opus eſt facto. Superlatiuum Maturiſſime, uel Maturrime. Ci. 3. de Orat. Quippe qui omnium maturrime ad publicas cauſas acceſſerint. Idē pro Cecin. Nam ut quæq; res eſt turpiſſima, ſic maxime, & maturiſſime indicanda eſt. Pro eodem etiam legimus Maturate. Liu. 2. Belli Macedonici. Iuſſis cæteris, quantum maxime poſſent maturate ſequi. Plaut. Milit. Iube maturate illam exire huc.

MATVRESCO,{Maturarſi}(πεπαίνομαι)à Matureo, maturum fieri. Plin. lib. 11. Quum Mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Hinc ſunt compoſita Ematureſco, & Permatureſco, quæ perfectionem actus indicant, Gel. li. 2. Dominus poſtea ſegetum illarum filium adoleſcentē uocat, Et uides'ne(inquit) hæc ematuruiſſe & manus iam poſtulare? Matureſcere dicitur homo, quum nōdum grauis eſt, ſed iam incipit eſſe grauis. Et apoſtema matureſcere dicitur, quum non diſcutitur, ſed perducitur ad maturitatē, ut uel frangi per ſe, uel ferramento aperiri poſſit: Hinc Matureſcens participium. Plin. lib. 20. cap. 3. Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt: alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs ſubnaſcentibus.

MATVRITAS, tatis,{Maturità}(πέπανσις)proprie eſt perfecta coctio ſeori in fructibus: Cic. de Nat. deo. Commutationes temporum quadripertitæ ad maturitatem frugum aptæ. Col. Nos quoq; medicatam fabam ſic comperimus, cū ad maturitatem perducta ſit, minus à curgulione infeſtari. Transfertur & ad alia: ut Maturitas orationis, Maturitas ſceleris, Maturitas, ætatis. Cic. Sulp. li. 4. Epiſto. Tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, maturitate credo ætatis ad prudentiā. Idem de Sene. Sic ſenectutis maturitas naturale quiddā habet quod ſuo tempore percipi debeat. Maturitas uirtutis, Cic. pro Cæl. Quæ ſtudia in his iam ætatibus noſtris contractiora eſſe debent: in adoleſcentia, tanq; in herbis ſignificant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futurę. Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, ſiue opportunitate. Ci. ad Atti. li. 1. Inducendi ſenatuſconſultum maturitas nondum eſt.

MATVRO, ras,{Maturare}(πεπαίνω)maturum facio perficio. Ci. in Cat. Primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Interdum Maturare, eſt, accelerare, ita ut adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligētię tarditas: ex quibus duobus cōtrarijs fit maturitas, ut neq; aliquid citius, neq; ſerius fiat. Hoc uerbū Diu. Auguſtus duobus Græcis uocabulis exprimere ſolebat σπεῦδε βραδέως quæ ſignificant, accelera tarde. Vnde Ver. lib. 1. Geor. quaſi contraria, ſeparauit Maturare, & Properare, quum ait: Frigidus agricolā ſi quando detinet imber, Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno, Maturare datur. Vnde Mature fit, quod tempeſtiue fit. Maturare iram, eſt mitigare, & lenire. Paſſiuū eſt Maturor, eiuſdem ſignificationis cum matureſco. πεπαίνομαι. Plin. lib. 15. c. 18. Cōtra nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia: Hinc maturatus participium, id eſt maturus factus. Cic. in Cat. Deinde maturata dulceſcit. Maturatum negotium dicitur acceleratum, aut mature perfectum. Et apud Pli. Maturata concoctio, id eſt, perfecta.

MATVRVS, a, um pe. pro.{Maturo}(πέπειρος, ὥριμος)quod neq; crudum, neq; immite, neq; caducum, neq; nimium coctum, ſed in tempore temperatum prouenit. & proprie de fructibus dicitur: ut, Poma matura. Ci. in Cat. Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, ui auelluntur, ſi matura, & cocta, decidunt.

Per tranſlationem ponitur quādoq; pro ſene: ut, Maturus æui homo, id eſt, ſenex, & perfectam ætatem habens. Ver. 5. Aen. Aeui maturus Aceſtes. Matura ætas(ὡραία, ἡλικία. ὥρα τῆς ἡλικίας)ſenilis, quaſi omnino perfecta, & tēpus debitum aſſecuta. Ponitur interdum pro celeri, & feſtino, ſiue repentino: ut, Matura ſenectus. Celſus: Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturā ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. Quandoq; pro graui ac conſtanti. Ci. pro Cecin. Siquis quod ſpopondit, qua in re uerbo ſe uno obligauit, id nō facit, maturo iudicio, ſine ulla religione iudicis condemnatur. Virgo matura uiro. Gell. lib. 12. cap. 7. Virginem habens iam maturam uiro. Horat. 3. Carm. Ode. 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Virginitas maturæ rius, apud Statium 1. Achille. Maturiſſimus, ſuperlatiuum. Colum. lib. 4. cap. 29. Fœcundos, & quam maturiſſimos ſurculos uiti detraxerit. Idem li. 11. ca. 3. Horum autem tuborum ſemina quàm maturiſſima eligi oportet. Maturrimus aliud ſuperlatiuum. Tacitus libr. 12. Robur ætatis quam maturrimum precari.

MATVTA, tæ, pe. pro. à noſtris Aurora,{Aurora}(Λευκοθέα)à Græcis dicitur. hoc eſt, alba dea ita dicta, eo, q; matutino tempori præſit. ut ait Cicer. lib. 1. Tuſc. ſic inquiens. Quid. Ino Cadmi filia? non'ne Leucothea nominata a Grę cis, Matuta habetur à noſtris.

MATVTINVS, na, num,{Della matina, matutino}(ἑωθινός)& Matutinum tempus, cum ſcilicet Matuta, hoc eſt, aurora incipit apparere. Ci. ad Atti. lib. 1. Itaq; cum bene completa domus eſt, tempore matutino, cum ad forum ſtipati gregibus amicorū deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quo cum aut iocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Quare te expectamus, &c. Matutinis omnibus, pro quolibet mane, dixit Pli. lib. 10. ca. 43 Coruus omnibus matutinis euolaus in roſtra. Matutino, pro mane, idem Pli. dixit lib. 9. cap. 10. & ſubauditur tempore. Ferunt inquit, & paſtum egreſſas noctu, auidèq; ſatuitas laſſari, atq; matutino ſumma in aqua obdormiſcere. Matutinus homo. Verg. 8. Aen. Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Vbi Seruius. Rem temporis ad perſonam tranſtulit.

MATYCETE,(ματυκῆται)populi Scythiæ Europææ, apud Steph.

MAVOLO, mauis,{Voler piu toſto}idem quod malo: quod frequēs eſt in Plauti Comœdiis.

MAVORS,(ἄρης)qui & Mars, q; magna uertat: ut ait Cic. lib. 1. de Nat. deo. Vnde Mauortius, tia, tium. Vide Mars.

MAVRI,(μαῦροι ἢ μαυρούσιοι)populi ſunt, qui Mauritaniā Africæ regionem occidentalē, uerſus Gaditanū fretū incolunt. Eos fuiſſe Indos, & Herculc duce cum innumera aliarum gētium multitudine, in hæc loca perueniſſe multi crediderunt, ut Strabo lib. ult. ſcribit. Sall. certe in Iugurth. Mauros & Numidas reliquosq; qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas, & Phœnices fuiſſe indicat. Hi Romanis, bellis Punicis maxime autem rebus contra Iugurtham geſtis innotuerunt. Vide Strabonem lib. ult.

MAVRITANIA,(μαυριτανία)Africę regio extrema, uerſus Gaditanū fretū, & Occidentalem Oceanū. In ea Antæus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule uictus. Eſt autem duplex, Cæſarienſis à Cæſarea, & Tingitana à ciuitate Tingi.

Dictaq; eſt Mauritania, ἀπὸ τοῦ μαύρου, quod inter cætera ſignificat obſcurum, uel nigrum, q; nigros habeat colonos. Gignit ſimias, dracones, ſtruthiones, & elephantes. Eius incolæ Mauri(μαῦροι)dicuntur. Maurus nomen gentile eſt, ut Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus uero poſſeſſiuū, ut Gallicus. Dicimus ergo uirum Maurum, & belluam Mauritanum.

MAVRVSIVS, a, um,(μαυρούσιος)poſſeſſiuū eſt à nomine Maurus. Sil. lib. 10. At multa thorax perfoſſus cuſpide, & hærens Loricæ interdum Mauruſia pēdet arūdo. Sic. Tellus Mauruſia apud Claud. 3. Paneg. Hinc deducitur aliud poſſeſſiuū Mauruſiacus, a, um, Mart li. 12. Et Mauruſiaci pondera rara citri.

MAVSOLVS, pe. pro.(μαύσωλος)Cariæ regis nomē, quē Theopompus ſcripſit, referēte Suida, nulla a re pecuniæ cupiditate abſtinuiſſe. Hūc tā ingēti amore proſecuta eſt uxor Artemiſia, ut eius fato perfuncti cineres uino permiſtos

tradunt

tradatur ebibiſſe. Ad hæc ſepulcrum eidem ſumptuoſiſsimum extruxit, quod inter ſeptem orbis miracula eſt numeratum.

MAVSOLEVM, pen. pro. (μαυσώλειον) Mauſoli regis Cariæ ſepulcrum, ab Artemiſia uxore extructum tanta operis magnificentia, ut inter ſeptē orbis miracula fuerit numeratum. Martialis de Amphitheatro Domitiani. Aere nec uacuo pendentia Mauſolea Laudibus immodicis Cares in Aſtra ferant, ab operis huius ſimilitudine ſepulcra omnia ſumptuoſiora, Mauſolea ſunt appellata.

MAVSOLI (μαυσωλοί) dicti ſunt Cares, Aſiæ populi, a Mauſolo rege, Artemiſiæ uiro. Stephanus.

MAVSOS, (μαυσός) agri Corinthij uicus eſt Stephano.

MAXILLA, læ, {*Maſſella*} (σιαγών) non eſt diminutiuum, à Mala, (ut putauit Priſcianus) ſed mala à Maxilla fit per detractionem mediæ ſyllabæ ſicut docet Cicer. in Orat. ad Brutum. Vide ſupra in dictione Mala. Eſt autem Maxilla, in qua fixi ſunt dentes: quamuis etiam de parte exteriore quandoq; dicatur, quæ barbam emittit. Perſius Satyr. 4. Tu cū maxillis balanatum gauſape pectas, Inguinibus quare detonſus gurgulio extat? Hinc Maxillaris, & hoc maxillare, quod ad maxillam pertinet: ut Deus maxillaris (γόμφιος) qui etiam dicitur Molaris. Plin. lib. 15. cap. 37. Maxillaresq; ita ſanari dentes præcipue putant.

MAXIMA mulcta, (μεγίστη ζημία) antiquitus erat boum triginta, & duarum ouium. Sed cum in fraudem mulctæ dictę ſoluerentur boues, ouesq; parui pretij, idcirco cōſtitui ſunt, poſtea in ſingulas oues deni æris, 10 boues uero æris cēteni. Erat itaq; Mulcta maxima, trium millium & uiginti æris: hoc eſt, trecentarum, & duarum drachmarum.

MAXIMA, hoſtia, (μεγίστη θυσία) Vide Magnus.

MAXIMA Veſtalis, (μεγίστη ἱέρεια) Vide Magnus.

MAXIMATES, (ἄριστοι μεγιστᾶνες) dicuntur primarij ciuitatis qui & Summates, & Primates, & Optimates uocantur.

MAXIMI annales, quos Pontifex maximus conficiebat.

MAXIMINVS, (μαξιμῖνος) natione Trax, Romanorū Imperator, ſuffectus eſt in locū Alexādri Seueri, à militibus occiſi: qui & ipſe ab exercitu ſuo cæſus eſt, cum Aquileiam nequicquam obſideret. Vide Herodianum lib. 8.

MAXIMITATEM, ueteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius. Neq; ad hoc me rogas inani maximitate.

MAXIMOPERE, aduerb. {*Grandiſsimamente*} (ὑπερφυῶς) uehemēter, mirum in modum, Cic. lib. 1. Epiſt. A te maximopere peto, & quæſo.

MAXIMVS, {*Grandiſsimo*} (μέγιστος) ſuperlatiuum à Magnus: à quo fit aduerbium Maxime, (μάλιστα) quod quandoq; præcipue, quandoq; ſæpiſsime ſignificat. Cic. Lentulo: Vel etiam id, quod mihi maxime libet. Idem pro domo ſua: Intuemini pauliſper animis iuuentutem & maxime eos qui, &c. Idem 1. de Nat. deo. Quæ ratio poetas, & maxime Homerum impulit. Sæpiſsime autem pro ſumme, & uehementer. Cic. 1. Offic. Vt quiſq; maxime opis indigeat, ita ei primum opitulari. Idem de Orat. Dicere q̄ maxime ad ueritatem accommodate. Interdum eſt affirmatiua reſponſio. Terent. in Eunuc. Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maxime. Hinc fit Maximopere aduerbium. Cic. in quadam Epiſt. A te maximopere peto, & quæſo.

MAXIMVS Pontifex: (μέγιστος ἀρχιερεύς) Vide Magnus.

MAXIMVS Curio, Vide Magnus, & Curio.

MAXYES, (μάξυες) Africæ populi, à Troianis (ut ipſi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam geſtant, ſiniſtram radūt, & corpus minio tingunt. Auctor Herod. lib. 4.

MAZA, (μᾶζα) panis genus eſt conſtās farina, oleo, & aqua, aut etiam ex lacte, teſte Suida. Vide Cœl. Rhodig. lib. 9. cap. 12.

MAZÆNA, (μάζαινα) Palæſtinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæneni, μαζαινηνοί.

MAZACA, (μάζακα Stephano) ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo, quam Tyberius Archelao pulſo, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæſareā. Hinc Mazacenum, & Mazaces, Mazacis in genitiuo, μαζακηνός, μαζακεύς. Sueto. in Nero. Turba Mazacum.

MAZÆVM, (μαζαῖον) Bithyniæ oppidū, teſte Steph. in dictione ὑμαζαῖον.

MAZÆI, (μαζαῖοι) Pannoniæ populi ſunt apud Strabonem lib 7.

MAZARES, (μαζάρης) ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienenſes in Cyri ditionem redegit. Vide Herod. lib. 1.

MAZYES, (μάζυες) Libyæ populi inter Nomades, diuerſi ab ijs, quos ab Herodoto Maxias uocari ſupra oſtendimus.

MAZARA, æ, genus teli, quo antiqui in bello utebantur. Cæſar. 1. Bell. Gall. Et nonnulli inter carros, rotasq; mazaras, ac tragulas ſubijciebant, noſtrosq; uulnerabant.

MAZERAS, fluuius in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 5. cap. 16.

MAZONOMVM, pe. cor. (μαζόνομον, μαζονομεῖον) Græca dictio: qua lanx grandior ſignificatur ad ferenda obſonia in menſam. Hora. 2. Serm. Sat. ult. Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis. Varr. lib. 3. de Re ruſtic. ca. 4. Vt in eodem tecto ornithonis incluſum triclinium haberet, ubi delicate cœnitaret: & alios uideret turdos in Mazonomo poſitos coctos, alios uolitare circa feneſtras captos.

M ANTE E.

MEAPTE, compoſitum ex ablatiuo Mea, & particula Pte, extra compoſitionem nihil ſignificante: ut Meapte cauſa, (ἐμῇ αἰτίᾳ) id eſt, mea propria. Terent. in Heaut. Ita me dij ament, ut ego nunc non tam meapte cauſa Lætor, q̄ illius, quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.

ME, pro mihi, inquit Feſtus dicebant antiqui, Ennius lib. 2. Siquid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

MEARVS, (μέαρος Ptolemæo) fluuius Hiſpaniæ in ora Aſturum. Pompo. Mela libro 3.

MEATVS, (πόρος) uide in dictione Meo, as.

MECAPHRODITON, (μηκαφρόδιτον) ſpecies eſt papaueris, ſpumeum habens ſemen: unde etiam à Dioſcoride μήκων ἀφρώδης, hoc eſt, ſpumeum papauer appellatur.

MECASTOR, (νὴ τὸν κάστορα) iurandi aduerb. Mecaſtor, ait Feſtus, & Mehercules, iuſiurandū erat: quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules, ut ſub audiatur, Iuuet. Tere. in Hecyr. Salue mecaſtor Parmeno. Vbi Donatus. Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, ut hoc ſedulo facere uiderentur.

MECESTVS, (μέκηστος) Troadis fluuius, in Ryndacum influens: cuius meminit Strabo lib. 12.

MECHANICVS, pe. cor. {*Mecanico*} (ὑποχειρούργητος, μηχανικός) faber opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul ac manibus fiunt ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem ſignificat Suet. in Veſp. Aug. ca. 18. Mechanico quoq; grādes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, præmiū pro commento non mediocre obtulit. Eſt & Mechanicus adiectiuū: ut, Ars mechanica, (βαναυσουργία) quæ manu exercentur. cuiuſmodi eſt ars ſalinlis. Vnde artes diuiduntur in Liberales, & Mechanicas.

MECISTVM, (μήκιστον) Triphyliæ oppidum eſt Stephano. Eſt autem Triphylia Peloponneſi regio litoralis, quæ & Meſſenia dicitur.

MECISTEVS, (μηκιστεύς) fuit ex ſocijs Aiacis Telamonij, ut ſcribit Homerus lib. Iliad. 13.

MECOENAS, (μαικήνας) cum œ, diphtongo, proprium nomen Tuſci equitis clariſsimi & apud Auguſtum potentiſsimi. cui uelut unico ſtudiorū patrono Verg. Geor. ſua, & Hora. libros Carm. inſcripſit Delicatum hunc fuiſſe, nō ſolum cultu, ac moribus, ſed etiam ſtylo commemorant: quare eum Auguſtus Malacinum uocabat, & exagitabat frequenter ut Cacozelum, teſte Tranquillo. Hora. 1. Carm. Mecœnas atauis edite regibus. Fuit uir hic in prouehendis cum omnium diſciplinarum, tum præſertim poeticæ cultoribus adeo benignus ut ab eo etiam hodie ſtudiorum patroni, qui in ſubleuanda doctorum hominū egeſtate ſe munificos præbent, Mecœnates appellantur.

MECON, onis, (μήκων Stephano) urbs eſt Peloponneſi, nō procul à Corintho, quæ poſtea Sicyon appellata eſt, teſte Stra. lib. 8.

MECONIVM, (μηκώνειον) ſuccus eſt papaueris, teſte Dioſcoride, adeo frigidus, ut epotus exitium afferat.

MECONITES, (μηκωνίτης) gemma eſt papaueris ſimilitudinem exprimēs de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

MECONIS, (μηκωνίς) lactucæ genus: à copia lactis ſoporiferi μήκωνα enim Græci papauer dicunt. De hoc uideas Dioſcoridem li. 6. ca. 17. & Hermolaum Barb. in eundem lib. 4. cap. 98. & Plin. lib. 8 cap. 19.

MECVM, {*Meco, con meco*} (μετ' ἐμοῦ) id eſt, cum me, ubi præpoſitio euphoniæ cauſa poſtponitur. Cic. in Orat. ad Brut. Ex eo Mecum, & Tecum: non Cum me, & Cum te, ut eſſet ſimile illis Vobiſcum, atq; Nobiſcum. Interdum mecū, μετ' ἐμαυτοῦ, πρὸς ἐμαυτὸν ſignificat intra me. Terent. in Hecy. Haud propterea rogo, ut hæc proferā, ſed ut tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiſcum, & Vobiſcū. Mecum cum Simul pulchre iungitur. Plaut. in Bacc. Atq; ut eum mecum ad te adducam ſimul. Similiter cum una. Teren. in Hecyr. Vt colloqui mecum una poſſit. Interdum hæc tria coniūgimus, Mecum, una ſimul, Terent. in Heaut. Clinia hæc fieri uidebat? M. quidni? mecum una ſimul. Mecum facere, ſignificat mecum ſentire, quod inſulſe dicitur, facere pro me. Cice. pro A. Cecin. Rem & ſententiam interdicti mecū facere fatebatur, uerbo me excludi.

MECYBERNA, (μηκύβερνα) oppidum maritimum in Orientali tractu Macedoniæ, non procul à Pallene. à quo & uicinus ſinus Mecybernæus dicitur. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 10.

MADABA, (μήδαβα Stephano) Nabathæorum oppidum.

MEDDIX, ſummi magiſtratus nomen erat apud Oſcos. Ennius. Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

MEDEA, (μήδεια) inſignis incantatrix fuit, Aeetæ Colchorum regis filia: quę cum Iaſonem perdite deamaret, facilem illi ad aureum uellus aditum præbuit, ſopito peruigili dracone, qui noctes, dieſq; illud aſſeruabat. Quo facto, patris irā metuēs Iaſonē in Græciam ſequuta eſt, patremq; inſequentem diſcerptis Abſyrti fratris membris, & per uiam diſperſis, retardauit. Repudiata deinde ab Iaſone, filios ſuos, quos ex eo ſuſceperat, occidit, Glaucamq; Creontis filiam, cū qua Iaſon ſecundas contraxerat nuptias incenſa regia, uiuam cremauit, ipſumq; etiam Iaſonem impatientia doloris manus ſibi inferre coegit.

MEDELA, æ, {*Medicina*} (ἰατρεία, ἄκεσις, ἀκεσμός) idem quod medicina, ſiue morbi remedium.

MEDERGA, {*Ver me*} pro erga me dixerunt antiqui, interpoſito d, propter hiatum uocalium. Plaut. in Epid. Quaſi quid filius meus Deliquiſſet mederga.

MEDEON, onis, (μεδεών) duorum uicorum nomen eſt apud Strabonem li. 9. quorum alterum in Phocide collocat, ad ſinum Criſſæum: alterum in Bœotia non procul ab Oncheſto.

MEDEOR, deris, {*Medicare*} (ἰάομαι ἰατρεύω) à Medius fieri uidetur, eo q̄ ad medium temperamentum, quoad fieri queat, ęger debeat reduci. Eſt autem Mederi, remedium afferre. Et conſtruitur fere cum datiuo. Cic. pro Quintio: Ita fit, ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, &c. Quandoq; cum accuſatiuo. Teren. in Phorm. Quas, quum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſit. Inuenitur etiam Medetur imperſonale. Plin. lib. 27. Eo medetur oris ulceribus perunctis hoc ſucco folijs puſillis. Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. lib. 9. cap. 13. Contra ſerpentium ictus medentur. Medendo gerundium, quod etiam in paſſiua ſignificatione inuenitur, ut annotauit Seruius in illud Verg. 12. Aen. Exuperat magis, ægreſcitq; medendo, id eſt, dum ei medetur. Huius uerbi compoſitum eſt, Immedeor, quod eſt intus medeor. Colu. lib. 6. Si oportebit palorum capita, & imas partes milio fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

MEDIA, {*Media*} (μηδία) regio Aſiæ, a Septentrione Hyrcano mari, ab Occaſu maiori Armenia & Aſſyria terminata. à Meridie Perſida, ab ortu Hyrcaniā habēs & Parthiā, quæ Coſſæorū montibus ab ea excluditur. Strabo lib. 11. Mediam in duas diuidit partes, quarum alteram Maiorem uocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram Minorem, quę & Atropatia dicta eſt, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præſtitit. Eſt autem Media bona ſui parte montoſa & frigida, & fere tota ſterilis, excepta regione, quæ ſub Caſpijs portis in humili & cōcauo iacet ſolo, quæ opulenta eſt, rerumq; omniū neceſſariarum ferax, præterquam olei. In ea cāpus eſt latiſsimus, quem Hippoboton uocat, in quo equorum quinquaginta millia paſci dicūtur. Regiū id ae-

mentum eſt. Mediam Solinus dictam putat à Medo, Aegei & Medeæ filio.
Hinc Medicus, a, um, prima ſyllaba longa, (μηδικὸς) ut, Malum medicum quod & Citreum appellatur.

MEDIA VOCABVLA, {Voci communi} dicuntur, quæ & in bonam, & in malam partem accipi poſſunt: μέσα à Græcis dicta qualia ſunt tempeſtas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, induſtria, Periculum, Venenū, Contagiū: & apud ueteres Honor, quo etiam ſignificabatur iniuria. Vide Gell. lib. 12. cap. 9.

MEDIANVS, a, um, {Mezzano} (μέσος) quod in medio eſt. Vnde Medianas columnas dixit Vitruuius lib. 3. ca. 1. ut ab angularibus, quæ craſſiores ſunt, diſtingueret.

MEDIASTINVS, pen. prod. {Famiglio uccio} (μεσοτοίχος, μεσίτης) mancipiū abiectius eſt, teſte, Budæo, quod uiliſſima, & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur, qualia ſunt domum uerrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omnium, nutuſq; ſoleat excubare. Cic. in Catil. Magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus, ex ijs qui uadimonia deſerere, quàm illum exercitum, maluerunt. Columel. li. 1. ca. 9. Separandi ſunt aratores à uinitoribus, atq; à mediaſtinis. Horat. 1. Epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Vlpian lib. 1. Digeſt. Naut. caup. ſtabulat. Qui mediaſtini opera fungitur, nō cōtinetur: ut purpurarij, atriarij, & focarij, & his ſimiles. Priſcianus. Mediaſtinos interpretatur ſeruos eſſe abiectiſſimos lauantibus in balneis miniſtrare ſolitos: itaq; appellatos exiſtimat quod in medio balnei ſtare ſoleant, ad ſordidiſſima quæq; miniſteria parati.
Mediaſtinum appellant medici membranas in uentre hominis medio, quæ ſunt ueluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos ueluti uētriculos.

MEDIASTVTICVS, pen. co. ſummus apud Campanos magiſtratus erat. Liu. lib 6. Decad. 3. Mediaſtuticus (qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt) eo anno Seppius Leſius erat loco obſcuro, tenuiq; fortuna ortus, &c.

MEDIBILE, {Che ſi può medicare} (ἰάσιμος) idem quod medicabile. Feſtus Medibile, medicabile.

MEDICA, æ, {Medica, tre foglie} (μηδική) herba eſt trium foliorum, ſemper uirens, in equorum pabulis laudatiſſima: quę ſemel ſata decem annos durat, ſingulis q; annis quater, aut interdū ſexies demeſſa, ſua ſemper ſponte ſuccreſcit, ita dicta, quòd in media abundet. Seruius ſcribit medicam à Medis in Græciam fuiſſe tranſlatam, quo tempore eam Romani inuaſerunt. Colu. lib. 7. Ad maciem nulla res tantum, quantum medica, poteſt. Vide Cat. de Re ruſt. cap. 41. & Var. li. 1. de Re ruſt. cap. 42. & Colu. lib. 2. cap. 11. Medica arbor. Vide media.

MEDICABILIS, le, {Atto à eſſere medicato} (ἰάσιμος, ἰατρεύσιμος) cui adhiberi medicina poteſt. Ouid. 1. Metam. Hei mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis. Idem Epiſt. 5. Nulla medicabilis arte Læſa pudicitia eſt. Sunt tamē qui legant reparabilis. Quandoq; ponitur pro medicinali. Colu. lib. 7. cap. 10. Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtini tumorem compeſcit.

MEDICAMEN, inis, {Medicamento} (ἄκεσμα) idem quod Medicina. Plin. lib. 7. cap. 16. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, ſaliuam infici. Ouid. 2. de Arte: Ergo age, & iratæ medicamina fortia præbe: Illa fere requiem ſola doloris habent: Cic. in Piſo. Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti ualetudinis: quod diceres, uinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. Accipitur & Medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc eſt, inficiuntur, ſeu tinguntur: unde & pro ſucco purpuræ poſuit Plin. lib. 9 cap. 28.

MEDICAMENTARIVS, rij, {Colui che fa medicine} (φαρμακοποιός) ſubſtantiuum, qui medicamenta conficit. Plin. lib. 16. ca 6. Sectiuus duo genera, hoc herbaceum, folio inciſuris eius ardentibus, quo utuntur medicamentarij.

MEDICAMENTARIA, (φαρμακοποιΐα) ars conficiendi medicamenta Plin. lib. 7. cap. 56. Medicinam uolunt Aegyptij, apud ipſos repertam, alij per Arabem Babylonis, & Apollinis filium: Herbariam & medicamentariam à Chirone.

MEDICAMENTVM, ti, {Medicina} (ἄκεσμα, φάρμακον) idem quod medicina: quo uidelicet homines, ac etiam cætera animalia curantur. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritq;, ne illo medicamento unquam poſtea uteretur. &c. Sumitur quandoq; Medicamentum pro ueneno, ſicut Venenū pro medicamento, quoniam Græci utrunq; φάρμακον uocant. Caius Iureconſ. de Verb. ſig. Qui uenenum dicit, adijcere debet bonum uel malū: Nam & medicamēta, uenena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum eſt, mutat. Quum id quod nos uenenum appellamus, Græci Pharmacum dicunt, apud illos quoq; tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine, continetur. Vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit. Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quæuis uenena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta ſoporiſera quibus ſomnus acceſſitur.

MEDICAMENTOSVS, (ἰατρικός) quod remedium adfert, & medicamenti uice eſt. Cato cap. 15. Et primum ſcito, de omnibus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior.

MEDICINA, æ. {Medicina} modo ipſam medendi artem ſignificat, quā Græci ἰατρικὴν uocāt. Cice. 5. de Finib. Quoniam ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio, ſic uiuendi ars eſt prudentia. Modo pharmaca, & remedia, quibus quis curatur. Idem 2. de Orat. Sicut medico diligenti prius quàm conetur ęgro adhibere medicinam: non ſolum morbi eius, cui mederi uolet: ſed etiam cōſuetudo ualentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. Somnus medicina curę. Ouid. 1. de Ponto. Eleg. 2. At puto cum requies, medicinaq; publica curæ Somnus adeſt, ſolitis nox uenit orba malis. Adhibere medicinam Reipub. Cic. pro Seſt. Et cohortari auſus eſt accuſator in hac cauſa uos iudices, ut aliquando eſſetis ſeueri, aliquando medicinam adhiberetis Reipub. Non ea eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellū adhibetur, atq; integrę: carnificina eſt iſta, & crudelitas. Afferre medicinam. Cice. in Catil. Deinde ſingulis medicinam conſilij, atq; orationis meæ, ſi quam potero, afferam. Facere medicinam. Cice. Terentię: Ita ſum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam feciſſe uideatur. Pla. Ciſtel. Confidam fore, Si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinam poteſt. Parare medicinam. Ouid. 1. de Reme. Principiis obſta ſero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras. Medicinam, inquit Nonius, dicimus & uenenum, tractum à Græcis, qui uenenum φάρμακον appellant. Medicinæ inuentorem Chironem Centaurum perhibent, hic inuenit herbarum uires. Nonnulli Aeſculapio hoc tribuunt. Apud Oui. 1. Metam. medicinę inuentionem ſibi Apollo uendicat: Inuentum (inquit) medicina meum eſt. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates, ſupremum autem faſtigium Galenus impoſuit. Medicinæ tria genera ueteres fecere: διαιτητικὴν, χειρουργικὴν, καὶ θεραπευτικὴν) quarum prima uictus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

MEDICINÆ, arum, {Spetiarie, bottega da medicine} (ἰατρεῖον) medicorum tabernæ, uicus turarius, tabernæ aromatarię, ubi pharmacopolæ obuerſantur, et pharmaca ueneduntur. Plau. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia myropolia, Apud emporium, in macello, in palæſtra, atq; in foro, in medicinis, in tonſtrinis, apud ædes omnes ſacras.

MEDICINALIS, le. {Medicinale} (ἰατρικὸς) adiectiuum, quod ad medicinam pertinet: ut Herba medicinalis, (πόα ἰατρική) Cucurbita medicinalis, (σικύα ἰατρική) uaſculū ore anguſto inferne latius quo ſanguis exugitur, cute prius ſcalpello inciſa. Nomen accepit à cucurbita hortenſi, quā ſimilitudine refert. Pli. lib. 32. c. 10. Quippe eadem ratio earum, quę cucurbitarum medicinalū, ad corpora leuanda ſanguine. Celſus: Vix ulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. Medicinalis uero digitus, dictus eſt minimo proximus, ut inquit Macro. quem & anularem ueteres appellarunt, quòd in eo digito ueteres anulum potiſſimum geſtabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem Macro. lib. ult. Neruum ſcilicet quēdam à corde ad hunc digitum proficiſci: ideoq; potiſſimū anulo, ueluti corona quadam circundari.

MEDICO, cas, & Medicor, aris, {Medicare} (ἰατρεύω) idem ſignificant, quod medeor. Vergil. lib. 1. Georgic. Semina uidi equidem multos medicare ſerentes. Ouid. 1. Amor. Eleg. 14. Dicebam deſiſte tuos medicare capillos, Tingere quam poſſis, iam tibi nulla coma eſt. Eius paſſiuo uſus eſt Plin. lib. 16. cap. 27. Ficus ſola ex omnium arborum fœtu maturitatis cauſa medicatur. Sed hoc rarius. Frequentius enim utimur uerbo deponente Medicor: quod modo cum datiuo iungitur. Verg. 3. Georg. Senibus medicantur anhelis. Modo cum accuſatiuo. Idem lib. 11. Aeneid. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Eualuit. Hinc Medicatio, uerbale, ἰατρεία, ἰασμός. Colum. lib. 2. cap. 10. Poteſt tamen etiam citra iſtam medicationem cineri multa commode ſeruari.

MEDICATVS, a, um, (φαρμακευθεὶς) quod medicamentis admiſſis eſt infectum, ut, Medicatæ fruges. Verg. 6. Aen. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam. Sic. Medicata pocula, medicatę ficus, Medicatus ſapor, Medicatus odor. Mart. lib. 9. Santonica medicata dedit mihi pocula uirga. Plin. lib. 23. ca. 7. de ficis. Nouiſſimæ ſalubriores, quàm primę: medicatæ uero nunquam. Pli. Ep. 173. Color cæruleo albidior, uiridior, & preſſior, ſulphuris odor, ſaporq; medicatus, uina qua fracta ſolidantur. Medicata ſuffitiore uina. Colu. lib. 1. cap. 6. Tela medicata ueneno. Silius lib. 7.

MEDICVS, ci, {Medico} (ἰατρὸς) qui artem medendi nouit: cuius duo ſunt ſcopi: ut ſcilicet pręter naturam affectos, quoad eius fieri poteſt, ad naturalem ſtatū ſciat reducere, aut ſi id fieri non queat, ut ſaltem dignoſcat, qui ſanabiles ſint, & qui deplorati. Officium medici (ut inquit Aſclepiades) eſt, ut tuto, ut celeriter, ut iucunde curet. Vocantur quoq; medici, ἀσκληπιάδαι, παιῶνες à Græcis. Plaut. in Rub. Imo ędepol una litera plus ſum quàm medicus. C. tum tu Medicus es? L. tetigiſti acu. Cic. pro Cluen. Iam hoc quoq; prope iniquiſſime comparatum eſt, quòd in morbis corporis, ut quiſq; eſt difficilimus, ita medicus nobiliſſimus, atq; optimus quęritur: in periculis capitis, ut quęq; cauſa difficilima eſt, ita deterrimus obſcuriſſimus patronus adhibetur. Cura ſolers medicorum. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 7. Celer, atq; fidelis medicus, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Conuocat medicos, Catullus.

MEDICVS, a, um, (ἰατρικὸς) quod eſt medici. Ver. lib. 3. Geor. Dum medicas adhibere manus ad uulnera paſtor Abnegat. Ars medica, Tibul. lib. 2 Eleg. 3. Ope medica iuuare aliquem Ouid. 2. Amorum. Plin. lib. 8. cap. 16. Vnde medicas manus homines ſciunt.

MEDICVM MALVM, Vide Media.

MEDIETAS, atis, {Meta} (μεσότης) rei alicuius pars media. Hac uoce Cic. non auſus eſt uti, ut teſtatur in libello de Mundo, ſiue Vniuerſitate. Sic enim ibi habet: Vt in ſingulis eſſent Bina media. uix enim audeo dicere Medietates, quas Græci μεσότητας uocant. ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur: erat enim planus.

MEDIMNVS, (μέδιμνος) genus menſuræ, teſte Budæo, quæ ſenos capit modios: Galli ſua lingua Minam uocant. Cic. 5. Ver. Sed tritici ſeptem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neut. gen. Idem ibidem: In iugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur.

MEDIOCRIS, & hoc, cre, {Mediocre, mezzano} (μέτριος) medium tenens, modeſtus. Cicer. 2. de Orato. Hæc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. Idem 3. Tuſcul. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum eſt. Cic. de Amic. Nec uero negligenda eſt fama, nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuium. Hinc Mediocritas, (μέτρον, μετριότης) id eſt, medium, ut ait Nonius. Cice. lib. 1. Offic. Eadem ratio eſt habenda ueſtitus in quo, ſicuti in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt. Hinc quoque Mediocriter, aduerbium, (μετρίως) id eſt, medio quodam modo, ſiue prudenter, & moderate, Cic. 5. Ver. Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum uidetur. Idem 2. Tuſcu. Nemo mediocriter doctus ignorat.

MEDIOLANVM, {Milano} (μεδιολάνον) urbs eſt Ciſalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertiſſima, agriq; bonitate feliciſſima, annis, CCCLIX. ante Chriſti aduentum a Gallis Inſubribus condita, & à nomine ſchedi ab eis Mediolani (ut putat Volaterranus) ita appellata. Quanquam ſunt nonnulli, inter quos eſt Ambroſius, qui à ſue dimidia Parte lanata Mediolanū appellatum putent. In hac etiā ſententia uidetur fuiſſe Sidonius Appollinaris. Veriſimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præſertim cum ipſe etiam Ptole. Mediolanij oppidum in Gallia Lugdunenſi recēſeat inter Ligerim & Sequanam fluuios.

fluuio: De origine huius urbis ſcribit Liu. lib. 5. Decad. 1. In hæc uerba: Galli per Taurinos, ſaltusq́ Iuliæ Alpis tranſcenderunt: fuſisq́ acie Tuſcis haud procul Ticino fluuio, cùm in quo cõſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognominem Inſubribus pago Heduorum: ibi omen ſequentes loci, condidere urbem, quam Mediolanum appellarunt: Ex hac urbe Statius Cæcilius poeta comicus originem traxit. Eſt præterea Medeolanum, ſiue Mediolanum, teſte Ptolem. Britanniæ oppidum. Item aliud inferioris Germaniæ oppidum in Colonienſi diœceſi, quod hodie Monaſterium uocant. Strabo lib. 4. aliud huius nominis oppidum collocat inter Xantones Galliæ Aquitanicæ populos, quod hodie idem eſſe credimus cum eo, quod uulgo Saintes uocant. Vrbs eſt (inquit) Xantonũ Mediolanum, ad Oceanum uergens, inter Aquitanos maxime arenoſa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus ſterilis. Huius etiam Mediolani, & alterius in Gallia Ciſalpina meminit Stephanus Byzantius excelentiſſimus chorographus his uerbis. Μεδιόλανον πόλις ἀκυταρίας, καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτῆς Μεδιολάνιοι· καὶ πόλις ἄλλη τῆς ἰταλίας λαμπροτάτη·

MEDIOLVM, (μεδίολον) oppidum eſt Celtiberorum in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Putatur ea eſſe, quæ hodie Medina coeli appellatur.

MEDIOMATRICES, (μεδιομάτρικες) populi ſunt inter Belgas Leucis & Eburonibus uicini: Metenſes ſcilicet & his uicini Lotharingiæ populi. Pli. & Strabo Mediomatricos uocant.

MEDION, (μήδιον) herba eſt Mediæ peculiaris (unde & nomẽ accepit) in locis umbroſis, petroſisq́ naſcens. Romani Trifolium odoratũ uocant. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 20.

MEDION, (μεδίων) oppidum in finibus Aetoliæ, apud Polybium. lib. 18.

MEDIOXIMVS, uel medioxumus, pen. corr. {Mediocre} (μέσος) mediocrem, ſiue medium ſignificat. Vnde Medioximi Dij uocantur, poteſtatis mediæ. Seruius in lib. 8. Aeneid. dicit Herculem eſſe communem Deum, utriuſq́ naturæ medium, inter mortalitatem, & diuinitatem. Eſſe enim numina aliqua tantum terreſtria, aliqua tantum cœleſtia, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos uocat. Pla. in Caſ. At ita medij, Deæq́ superi, inferi, & Medioxumi, &c. In Ciſt. 1. Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea nata eſt hæc uirgo.

MEDIPONTVS, inſtrumẽtum funarium, quod apud Catonem cap. 3. numeratur inter ea, quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum oleum.

MEDITABVNDVS. {Penſoſo} (σύννους, ὁ ἐπὶ φροντίδων) cogitabundus: & aduerbium Meditabunde, (φροντιστικῶς) cogitabunde.

MEDITATIO, onis, (μελέτη) cõmentatio, exercitatio. Cic. 2. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atq́ expeditos habere debeis. Idem 2. de Diuin. Multi naturę uitium meditatione, atq́ exercitatione ſuſtulerunt: ut Demoſthenes. Idẽ 3. Tuſcul. Stulta eſt meditatio futuri mali. Definitur autem hoc modo: Meditatio eſt reuocatio ſenſuum interiorum ad ſuam originem, ſedemq́ principalem.

MEDITATVS, a, um, Vide Meditor.

MEDITAMENTVM, ti, idem quod meditatio. Tacitus lib. 20. Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. Idem lib. 15. Nomina ſummæ curæ, & meditamenta.

MEDITATORIVS, a, um, (μελετητικός) quod meditari ſolet.

MEDITERRANEVS, nea, um, (μεσόγειος) quod eſt à mari remotũ, quaſi in media terra. Cæſ. 5 Bel. Gal. Naſcitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Mediterraneum mare, (ἡ ἔσω θάλασσα) quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ, & Calpen Hiſpaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur: Africamq́ dirimit ab Europa.

MEDITERREVS adiectiuum, idem ſignificans, quod Mediterraneus, Feſtus Mediterream melius, quam Mediterraneam Siſenna dici putat. Antiquum.

MEDITOR, aris, pen. cor. {Penſare, curare} (μελετῶ, φροντίζω, φιλοσοφῶ) quaſi medio animo uerſo, hoc eſt cogito, & mente pertracto. Pla. in Emph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illò aduenero. Interdum eſt cogitando, inuenire. Tere. in Andr. Venit meditatus, (ἐσκεμμένος) alicunde ex ſolo loco. Plin. in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoq́ meditati teneamus, &c. Meditati, inquit, id eſt, præparata oratione. Interdum exercere. Verg. 6. Eclog Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam. Inde meditationes, (μελέται, σκιάμαχα) in Romana militia dicebantur, exercitationes, & imaginarij quidam cõflictus, qui citra ſanguinem fiebant: Nam ars militaris, teſte Vegetio, ut ceterę omnes artes, meditatione perficitur. Meditari alicui inſidias, uel dolum, idem eſt quod tendere inſidias, uel dolum. Ver. 5. Eclo. Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolum meditãtur. Seruius putat Meditor dictũ eſſe, quaſi melitor, à uerbo Græco μελετῶ, per immutationem l, in d. Interdum enim hæ duæ literæ ſibi mutuo cedunt: ut cum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc eſt, quod Meditor interdum accipitur pro ſuauiter cano: ut apud Ver. 1. Eclog. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. Reperitur etiam hoc uerbum in paſsiua ſignificatione. Terent. in Phor. Meditata (πεφροντισμένα) ſunt mihi omnia mea incommoda. Cic. 1. Offic. Leuiora enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidũt q̃ ea quæ meditata & præparata inferuntur. Hinc aduerbium Meditate. Pla. in Bacch. Ne tu illorum mores perquàm meditate tenes. quaſi dicat, probe calles illorum mores, illosq́ ad unguem noſti ex longa meditatione, uſu, & experientia. Huius compoſitum eſt, Præmeditor. Immeditatus, (ἀμελέτητος) participium ſiue uerbo, non meditatus. Cic. li. 1. Offic. Id ſe tu foro optime iam in meditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

MEDITATIVVM, dictio ficta à Grammaticis, qui Meditatiuum uerbum appellant, quod ſenſum quẽdã meditandi uideatur habere, cuiuſmodi ſunt Eſurio, Micturio, & ſimilia: quæ Valla deſideratiua uocat q́ deſiderium ſignificẽt actus per uerbum primitiuum ſignificati.

MEDITRINA, pen. prod. medicamentorum Dea, Feſto.

MEDITRINALIA, orum, ſacra Deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Feſtus, Latinis populis, quo die quis primũ guſtaret muſtum, dicere ominis gratia, Vetus nouum uinum bibo ueteri nouo morbo medeor. A' quibus uerbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiusq́ ſacra Meditrinalia dicta ſunt. Varo de Lingua Latina li. 5. Meditrinalia, dies dictus eſt à medendo, q́, ut ait Flaccus, Flamen Mart. dicebat hoc die ſolitum uinum nouum & uetus libari, & deguſtari medicamenti cauſa, quod facere ſolent etiã nunc multi, cum dicant, Nouum uetus uinum bibo: nouo ueteri morbo medeor.

MEDITVLLIVM, lij, (τὸ μέσον) non medium terræ, ſed procul a mari quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. Cic. in Top. dicit, tullium in hoc uerbo extenſionem eſſe uocabuli, nihil ſignificantem.

MEDIVS, dia, um, {Mezzo} (μέσος) quod menſuratum, ęqualiter diſtat ab extremis: quamuis etiam mediũ dicatur, quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet ab utroq́. Ver. 7. Aen. Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat Certus iter. Quandoq́ idem ualet, quod in commune, ſiue in communẽ uſum. Cic. 1. Offic. Et omnes utilitates in mediũ afferre mutatione officiorum.

Aliquando Medium dicitur, quod ex uno tantum participat, quantum ex altero. Liu. li. 1. ab urb. Medium erat Anco ingenium hoc eſt, procliue tam ad pacis, q̃ ad belli artes: ita religione Numam auum ſuum exprimens, ut militarem diſciplinam non negligeret. Aliquãdo pro dubio ponitur Liu li. 9. Belli Mac. Medio reſpõſo ſpem ad uoluntatem interpretantibus fecerat, ceſſurum patriũ auctoritati eſſe. Quandoq́ manifeſtum. Verg. 2. Aen. Medioq́ ex hoſte recepi. Ibidem. Quanq̃ in media iam morte tenetur. Vtrobiq́ exponit Seruius Mediũ pro manifeſto. In priore tamen exemplo, non inepte interpretari poſſumus, E' medio hoſte, pro, E' medijs hoſtibus, uel E' medio hoſtium. Quandoq́ intercedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idem 1. Aene. Ne qua ſciat dolos mediusue occurrere poſſit. Accipere aliquem medium, hoc eſt, per mediũ corpus. Liu. li. 1. ab urbe: Multo & ætate & uiribus ualidior, medium arripit Seruium, elatumq́ è curia in inferiorem partem per gradus deijcit. Sic apud Terẽ. in And. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Eleganter dicimus. Ponere in medio, uel quod idem eſt Proferre aliquid in medium, pro eo quod eſt, publice exponere & omnibus ea de re iudicandi poteſtatẽ facere. Cic. 1. de Nat. deo. Ponam in medio ſententias philoſophorũ. Vocare in medium, idẽ fere eſt quod uocare in dubium, & clarius de re aliqua uelle cognoſcere. Cic. pro Cluen. Rem in medium uocare cœperunt, & cauſam illam totam depoſcere. Venire in medium, eſt in diſputationẽ & controuerſiam uenire. Cic. 1. de Fin. Prima ueniat in medium Epicuri ratio. Procedere in medium, eſt in coronam prodire: & interdum idem cum ſuperiori. Relinquere aliquid in medio, eſt indeciſum, & cõtrouerſum aliquid relinquere, nihilq́ de eo ſtatuere. In medio eſſe, uel, Poſitum, aut ſitum eſſe in medio, eſt manifeſtũ eſſe facile, uel in promptu. Cic. 4. Ver. Tabulæ poſitę ſunt in medio. Aliquando tamẽ In medio ponitur eſſe, pro eo quod eſt, dubium eſſe, uel incõpertũ: ut apud Suet. Quod diſcrepat, in medio ſit, hoc eſt indeciſum relinquitur. In medium conſulere, eſt in cõmune conſulere, uel ad communem utilitatem: de quo ſupra diximus. Pellere de medio, uel è medio, eſt extra conſortium noſtrum abigere. Ennius apud Cic. pro Muræna: Pellitur è medio ſapientia. Recedere de medio, eſt ſe ſubducere, & occultare. Cice. pro Sext. Roſ. Recede de medio, per alium tranſigam. Sumere argumenta de medio, eſt ex rebus manifeſtiſsimis, & omnibus notis argumẽta ſumere. Tollere de medio, pro occidere. Cic. pro Roſ. Am. Perfacile hunc hominẽ incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum, tolli de medio poſſe. Medio excedere, pro mori: E medio diſcedere, pro ſecedere & occultari ait Budæus. Priſcianus Medium dictum putat à modo, hoc eſt, à menſura: unde & Modum, & differentiæ cauſa Medium dici exiſtimat, mutato o, in e. Alij malunt a Græco μέσος deducere, quod idem eſt quod medius. Hinc Dimidius, a, um, quaſi per medium diuiſus. Item Medietas, atis, de quo ſupra.

MEDIVSCVLVS, putauit Calepinus diminutiuum eſſe, ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinij loco, quem ex lib. 11. cap. 37. citat ad hunc modũ: Oculos unicolores nulli, cũ candore omnibus mediuſculo differentes: Qui locus hodie ſic reſtitutus eſt: Oculus unicolor nulli, cum candore omnibus medius color differens.

MEDIVSFIDIVS, (νὴ τὸν ἡρακλέα) aduerb. eſt iurãndi, ex tribus cõpoſitũ putaturq́ idẽ ſignificare quod Mehercules: quaſi dicas, ita me Iouis filius amet. Nã, Δία Gręci dicũt quẽ nos Iouẽ. Fidiũ aũt p̃ filio dictũ uideri: q̃ ſ antiqui p̃ l, litera d, ſępiſsime collocabãt. Quidã iterpretãtur per diui fidẽ: qu idã per diurni tẽporis. i. diei fidẽ Hæc Feſtus: Alij ſic exponũt, Medius fidius, hoc eſt, per Deũ Fidiũ. Nã Fidius Deus eſt, qui fidei præeſt. Plau. in Aſin. Per Diũ Fidiũ credis iurato mihi. Cic. ad Brutũ: Ego mediusfidius nõ exiſtimo tã omnes Deos auerſos. Fidij Dei alia duo fuerũt nomina. Nam & Sancus, & Semicaper appellabatur: fiebatq́ ei ſacrum Nonis Iunij in colle Quirinali. ubi templum habebat à Sabinis (ut putatur) primum dedicatũ, qui in urbẽ recepti, deos quoq́ patrios in urbem tranſtulerunt. Ouid. 6. Faſtorum. Quærebam Nonas Sanco Fidio ne referrẽ, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait: Cuicunq́ ex iſtis dederis, ego munus habebo: Nomina terna fero: ſic uoluere Cures.

MEDMA, (μέδμα Stephano) oppidum in agri Brutij litore, una cum portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

MEDMASSA, (μέδμασσος) Stephano oppidum Cariæ, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 29.

MEDON, (μέδων) nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, teſte Homero libro 2. Iliad.

MEDVACVS, ſiue Meduacus, (μεδόακος) Venetorũ fluuius, Patauiũ alluẽs qui nũc uulgo Brẽta dicitur. Nã oſtia Padi Plinius deſcribẽs ait: Pars eorũ & proximum portum facit Brundulum, ſicut Edronẽ Meduaci duo, & foſſa Clodia. Strab. ſcribit Medoacum uocari & portum, & fluuium. Idem ſupra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuiſſe gentem tradit. Vide Plin. lib. 3. c. 16.

MEDVLLA, æ, {Midolla} (μυελός) dicta eſt, q́ in oſsibus media ſit. Cice. 4. Tuſcul. Cum autem hic feruor, concitatioq́ animi inueterauerit, & tanquam in uenis medullisq́ inſederit, tum exiſtit & morbus, & ægrotatio. Hinc Emedullo, (ἀπομυελόω) quod eſt medullam extraho. Pli. de limonio: Item grauęolentiam alarum emendat, radices emedullatę uncta in uini Falerni hemina tribus decocta. Per tranſlationem ſignificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atq́ emedulla.

MEDVLLIA, (μεδυλλία Stephano) Latij oppidum fuit, Albanorũ opus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

MEDVLLINA, (μεδυλλίνη Plutarcho) puellæ cuiuſdam Romanę nomẽ fuit, quæ à patre in tenebris uitiũ paſſa, cùm ex detracto ei anulo ſtupri auctorem agnouiſſet, capillis eum ad aram pertraxit, patremq́; primum deinde etiam ſeipſam ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

MEDVLLITVS, pe. cor. (ἐκ μυελῶν) aduerbium eſt, ſignificãs ex ipſis medullis, uel uſq; ad medullas. Varro: Medullitus Aquilonam ſeruat frigeduſ. Per tranſlationem ſignificat intimè, uel ex intimo affectu. Plaut. in Moſtel. ut uideas eam medullitus me amare.

MEDVSA, pe. prod (μέδουσα) fuit filia Phorci ex Ceto marina belua, quę una cum duabus ſororibus Euryale & Stenone, Gorgadas inſulas in Oceano Aethiopico tenuiſſe fertur, Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc cum eſſet inſigni forma, etiam habuit inter alia decoris ſpectabilia crines proxime ad aurũ colorem accedẽtes, quorum ſplendore captus Neptunus, in Mineruę templo cum ea cõcubuit: ex quo concubitu poſtea natus eſt Pegaſus equus. Quam iniuriã Minerua grauis & iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maxime amatori ſuo placuerat, in angues mutauit: deditq́; ut omnes eã aſpicientes in lapides uerterẽtur. Quamobrem cum nemo tam immane monſtrum intueri poſſet, Perſeus Iouis & Danaes filius, Mercurij talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, ut ære repercuſſam effigiem eius uidere impunè poſſet, ea improuiſo, cum ipſa anguesq́; ſopiti eſſent, adortus, uno ualidiſſimo ictu peremit, & in patriam rediens cum eiuſdem caput ſecum deferret, contigit ut guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Aphricæ mutarentur in ſerpentes. Vide Luca. libr. 9. Squallebant late Phorcinidos arua Meduſæ. Inde Meduſæus, a, um, Vide in dictione Pegaſus.

MEDVSA, (μέδουσα) a quibuſdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam ſiue Lanceolã, Dioſcorides λογχῖτιν appellauit. Habet hæc herba florẽ inuerſo paleolo ſimilem, qui theatralis laruæ, & hiſtrionicę perſonæ formam refert: ex cuius medio, quaſi ex aperto & hiante ore, ſe profert quædam quaſi lingua candido colore. Ob quam cauſam & Meduſem appellarunt, à Gorgonis abſciſſi capitis ſimilitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Meduſæ caput ita effictum uidemus, ut quàm maxime poteſt aperto ore, linguam exerat. Vide Marc. Vergil. in Dioſc.

MEGABYZI, (μεγάβυζοι) ſiue Megalobyſi, dicebantur Epheſiæ Dianæ ſacerdotes, quos Eunuchos eſſe oportebat: unde & pro imbellibus ac mollibus poni conſueuerunt, quales ſunt ſpadones. Quintil. li. 5. ca. 12. An uero ſtatuarũ artifices, pictoresq́; clariſſimi, quum corpora q̃ ſpecioſiſſime pingendo, fingendove effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoũ, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis aſſumerent ſibi, ſed Doryphorum illum aptum uel militiæ, uel paleſtræ: aliorum quoq; iuuenum bellicoſorũ & athletarum corpora decorare exiſtimarunt.

MEGÆRA, (μέγαιρα) cum diphth. in pen Furia infernalis. Nam μεγαίρω odi, ſiue inuideo Latine denotat. Cla. Inuectiua prima in Rufinum: Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra.

MEGALIVM, (μεγάλειον) unguentum à magnificentia ſic appellatum, eo q̀ excuſſerit Telinum ante ſe cantatiſſimum: alij à Megaleo inuentore Siculo, ſiue Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſcoridem lib. 1. ca. 6. & Hermolaum in Plinium.

MEGALESIA, orũ, (μεγαλήσια) dies, qui dicatus erat magnæ matri Deorũ. Ludi quoq; qui celebrabãtur ante templum in ipſo magnę matris Deum cõſpectu, Megaleſia, ſiue Megalenſia dicebantur, & Ludi Megalenſes. Liu. li. 1. ab urb. M. Iunius Brutus ędẽ magnę matris Deum in palatio dedicauit & ludos ob eam dedicationẽ factos, Megalenſia appellauit, Cicero de Aruſp. reſpon. Nã quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu & Megalenſibus fieri, celebrariq; uoluerunt?

MEGALOPOLIS, (μεγαλόπολις) Arcadiæ urbs poſt Leuctricũ bellum cõdita: quæ dimidia ſui parte Oreſtia uocabatur, ab Oreſtis aduẽtu. Ex hoc oppido ortũ traxerũt Cercidas, pręſtantiſſimus legiſlator, Miliambon poeta, Aeneſias Peripateticus, Theophraſti diſcipulus. Aceſodorus, qui de urbibus ſumpſit. & Polybius Hiſtoricus. Megalopolis itẽ Aſiæ oppidũ fuit, poſtea Aphrodiſias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios ſitum, quod Stephanus Carię attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariam corruptè legamus pro Caria. Tertia eiuſdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stepha.

MEGALOPOLITÆ, (μεγαλοπολῖται) Megalopolis incolæ. Stephanus.

MEGALOPREPEIA, {Magnificenza} (μεγαλοπρέπεια) magnificẽtia, uel munificentia, quę inter magnos uiros uerſatur, magniſq; in rebus. Et Megaloprepes (μεγαλοπρεπής) dicitur, qui huiuſmodi magnificentia, aut munificẽtia utitur: quem Magnificum quidam appellant.

MEGALOPSYCHIA, (μεγαλοψυχία) magnanimitas: & Megalopſycus (μεγαλόψυχος) magnanimus.

MEGARA, æ, pe. cor. (μέγαρα) urbs eſt Achaiæ in confinio Atticæ, & Peloponneſi, patria Euclidis Geometræ: ita dicta à Megareo Apollinis filio. Vrbis huius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Seruius Sulpitius ad Ci. lib. 4. Epiſt. Pro eodem dicimus Megara, orum, plurali numero. Plin. lib. 16. cap. 39. Megaris diu ſtetit oleaſter in foro. Colum. lib. 10. Iam Megaris ueniant genitalia ſemina Bulbi. Hinc deducitur adiectiuum Megarus, a, um. Verg. 3. Aen. Pantagiam Megaroſq; ſinus. Eſt item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui urbem habet eiuſdem nominis in radice ſitam. Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & uxor Herculis.

MEGARIS, idis, pen. cor. (μεγαρίς) regio eſt Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponneſi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus urbe. Plin. lib. 4. ca. 7. Attingit Iſtmũ parte ſui quæ Megaris appellatur a colonia Megara. Ex hac regione præſtantiſſimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti ſunt Megarici. Pli. li. 16. cap. 5. Proxima his eſt bulborum natura, quos Cato in primis ſerendos pręcipit, celebrans Megaricos. Eſt præterea Megaris, inſulæ, nomen inter Neapolim, & Pauſilypum ſitæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 6.

MEGAREVS, dictio triſyllaba, (μεγαρεύς) nomen fuit patris Hippomenis, & nepotis Neptuni, ex Oncheſto Bœotiæ oppido oriundi. Oui. 10. Meta. Namq; mihi genitor Megareus Oncheſtius: illi eſt Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. Fuit præterea eodem nomine unus ex Apollinis filijs, qui Megaris à ſe conditis nomen fecit.

MEGES, (μέγης) unus fuit ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti ſunt: de quo Homerus in Catalogo nauium.

MEGISTANES, {Magnati, gran perſonaggi} (μεγιστᾶνες) dicuntur proceres, primateſq́; nam μέγιστος Latine dicitur maximus. Cor. Tacit. Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus.

MEHERCVLE, (νὴ δία, νὴ τὸν ἡρακλέα) iurandi aduerbiũ. idem ſignificans quod per Herculem. Cic. Att. li. 10. Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, et mehercule mihi. Dicimus etiam Mehercules in eadem ſignificatione. Feſtus Mecaſtor, & Mehercules iuſiurandum erat, quaſi diceretur, Ita me Caſtor, ita me Hercules: ut ſubaudiatur, Iuu. & Ci. in Orat. Imperat licet, inquit à cõſuetudine, ut peccare ſuauitatis cauſa liceret: & Pomeridianas quadrigas, q̃ Poſtmeridianas, libentius dixerim, & Mehercule, q̃ Mehercules.

MEIO, is diſſyllabum, {Orinare} (οὐρέω, ὀμιχέω) tertię coniugationis, ſignificat urinam emitto. Diomedes pręteritum quidẽ proprium Meij, eſſe dicit, ſed Minxi eſſe in uſu. Perſius Sat. 7. Sacer eſt, pueri, locus, extra Meiite. Hora. 2. Serm. Saty. 7. Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Mart. lib. 3. Minxiſti currẽte ſemel Pauline carina: Meiere uis iterum, iam paliuurus eris. Iuue. Sat. 1. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt. Mictum, mictu in ſupino. Horat. 1. Serm. Sat. 8. Atq; in me ueniat mictum atq; cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Multa meiens, Catullus.

MEL, huius mellis, {Mele} à Græco, μέλι, notæ ſignificationis eſt. Verg. 4. Aen. Hinc cœli tempore certo Dulcia mella premes. Sunt qui dicant mel eſſe cœli ſudorem, alij ſyderum ſaliuam, alij purgantis ſe aeris ſuccum. Conſtat ſane ex aere decidere ſyderum maxime exortu, ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram, folia arborum melle roſcida inueniuntur. Mel uernum, dicitur Anthinum mel, mel æſtiuum, uocatur ὡραῖον. Mel quod per ſe fluxit, Acetum uocatur q̀ ſine retrimento fit. Mel ſylueſtre, Ericæum, ab erica frutice, quã & giſarum nominant, folia habet tamarici ſimilia. Acratòn, mel purum atq; integrum, quod neq; aceſcere cœpit, nec ullum paſſum eſt uitium. Vide Plini. lib. 11. cap. 14.

MELABATHRVM, pe. cor. (μελάβαθρον) herba eſt, quæ alio nomine Parthenium dicitur. chamæmelo adeo ſimilis, ut pro ea ſępe fallat legentem. Vide Dioſcoridem lib. 3.

MELÆNA, (μέλαινα) inſula eſt in oſtio maris Adriatici, quæ alio nomine Corcyra dicitur, ut docet Plin. lib. 3. cap. 26. Statius lib. 12. Thebaid. Icarij, Celeiq́; domus, uiridiſq; Melæna.

MELÆNÆ, (μέλαιναι) oppidum in Arcadia, à Melæneo Lycaonis filio conditum inter Heræam, & Megalopolim. Plin. Melanæam uocat lib. 4. cap. 6. Stephanus Melænas.

MELAMPELOS, pen. cor. (μελάμπελος) herba eſt, quæ alio nomine Helxine dicitur, quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioſcorid. lib. 4.

MELAMPHYLLON, (μελάμφυλλον) herba eſt aculeata, folio in nigredinem tendente: unde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin lib. 22. cap. item 22. & Dioſcoridem lib. 3. & quæ ſupra annotauimus in dictione Acanthus.

MELAMPHYLLON, (μελάμφυλλον) nomen eſt montis in Thracia, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

MELAMPHYLLVS, (μελάμφυλλος) inſula eſt Ioniæ adiacens ante Epheſum quæ notiori nomine Samus appellatur. De hac Plin. lib. 5. cap. 32. & Strabo. lib. 14.

MELAMPYROS, (μελάμπυρος) herba eſt in ſegetibus naſcẽs, teſte Theophraſto, quæ alias Myagros appellatur. Latinè ſonat frumentum nigrum.

MELAMPODION, (μελαμπόδιον) genus eſt nigri hellebori, ita dictũ, à Melampode quodam, qui eo uti in diuinationibus ſolebat, appellatum. uel à paſtore eiuſdem nominis, qui primus hãc herbam inueniſſe dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Vide Pli. lib. 25. cap. 5.

MELAMPVS, (μελάμπους) Amythaonis Argiui, & Dorippes filius, teſte Homero Odiſſ. lib. 15. Nomen aũt accepiſſe fertur, eo q̀ mater infantem expoſuerat toto corpore tectũ præterq̃ pedibus, qui à ſole atro colore attracto, nomini cauſam dederunt. Augurio claruit: Byantẽ itẽ iuuit in auferẽdis bobus Iphiclo, quas ille Neleo reſtituit, accepta eiuſdem filia, Pero nomine in uxorem. Filias quoq; Prœti furijs agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam Iphianaſſam nomine in coniugem accepit, ut ſuperius traditum eſt. Ver. lib. 3. Geo. Phyllirides Chiron, Amythaoniusq́; Melampus &c. Eſt quoq; canis nomen apud Ouid. lib. 3. Meta. à pedum nigredine impoſitum.

MELANCHÆTES, (μελαγχαίτης) canis nomen eſt apud Ouid. lib. 3. Meta. ἀπὸ τῆς μελαίνης χαίτης, hoc eſt, à pili nigredine impoſitum.

MELANCHOLIA {Melanconia} cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera, hoc eſt, atra bilis, quæ ſæpe in furorem agit homines. Græcè μελαγχολία. Cic. 3. Tuſcu. Græci uolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo, quem nos furorem, melancholiam illi uocant: quaſi uero atra bile ſolum, mẽs, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Hinc Melancholicus, qui nigra bile pluſimum abundat. Cic. 1. Tuſc. Ariſtoteles quidem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe: ut ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. Melancholiæ uarias ſpecies, uide apud Gal. in tractatu de Atra bile.

MELANCLÆNI, (μελάγχλαινοι) Scythiæ populi, à nigris ueſtibus, quas ferunt, ita nominati Steph.

MELANCORYPHVS, phi, {Beccafichi} (μελαγκόρυφος) auis, quę & Ficedula dicitur. ſed ficedula tantum autumno ab edendis ficis, alijs temporibus melancoryphus uocatur, q̀ κορυφὴν μέλαιναν hoc eſt uerticem nigrũ habeat. Latinè Atricapillam dicere poſſumus. Pl. li. 37. ca. 8. Sunt qui in Arabia inueniri eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos uocant.

MELANDRYON, (μελάνδρυον) Ruellius interpretatur intimam, denſiſſimamq́; roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

MELANÆA, (μελαναία Stephano) oppidum eſt in Arcadia. Pli. lib. 4. cap. 6.

MELANEVS, per tres ſyllabas, & pe cor. (μελανεύς) numeratur inter canes Actæonis, apud Ouid. 3. Metamor. Harpalos, & Melaneus, hirſutuſq; corpore Lechne. Eſt & Centauri nomen apud eundem 12. Metam.

MELANION,(μελάνιον,)flos eſt ſubnigri coloris. Latine Violam albam poſſumus interpretari.

MELANIPPION,(μελανίππιον)Pamphylię fluuius,apud Hecatęum in deſcriptione Aſiæ.

MELANORRHIZON, pen.pro.(μελανόῤῥιζον)herba eſt , quam alio nomine Veratrum nigrum appellant: Nomen habet à radicis nigredine . μέλαν enim nigrum eſt,& ῥίζα radix. De hac Dioſcorid.lib.4.

MELANTERIA,(μελαντηρία)alio nomine Atramentum metallicum appellatur,quo mulomedici utuntur ad putrefactam,ſiue excreſcentem carnẽ conſumendam. Vulgus Gallorum Armontum uocat.

MELANTHIA,(μελανθία,)filia fuit Deucalionis ex Pyrrha , & ſoror Hellenis.

MELANTHION(μελάνθιον)herba eſt,ſiue potius frutex puſillus,à ſeminis nigredine nomen habens,quod à Pli.lib.20.c.17.Gith appellatur , & à quibuſdam Melaſpermon.Officinæ Nigellam uocant.

MELANTHIVS,(μελάνθιος)paſtor caprarum Vlyſſis,qui, quod & rem domini abſentis una cũ procis abſumpſiſſet,& heræ,filioq; herili ſemper ſe moleſtum præbuiſſet,poſt reditũ Vlyſſis,à Telemacho trucidatus eſt : ut eſt inde re apud Homerum Odyſſ.lib.22. Fuit item hoc nomine nobilis quidã Athenienſis,cuius celebratur illud in Gorgiam æmulum ſuum dicteriũ: Hic nobis concordiam ſuadet,qui tres in una domo concordes efficere non potuit. Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis diſcipulus:de quo Plinius lib.25.cap.10.

MELANTHO,(μελανθώ)filia fuit Protei ſenis,cui cõſuetudo fuit paſtis ue ſtibus dorſo delphini inſidere,atq; ſic per maria patris uagari.Qua re cognita, Neptunus ſe in delphinũ transformauit,illamq; blandiendo illexit,ut dorſo ſuo inſideret,trãſuectæq; in aduerſum litus ſtupro obtulit.Ex quo cõcubitu Amycum natũ fuiſſe quidam prodiderunt:quem tamẽ Seruius Mebtes filium facit.

MELANVRVS,(μελάνουρος)piſcis eſt ſaxatilis , nigricantẽ habens caudã. Penultima huius dictiõis producitur,cũ apud Græcos ſcribat per ου diph. Lippius in 3. Oppian. Haud facile paruus melanurus fallitur,arte. Ennius tñ cõtra orthographiæ rationem pen.corripuit,primãq;,quæ per a ſcribitur,licẽter produxit in hoc uerſu, Melanurũ turdũ,merulã,umbrãq; marinã. Eſt præterea Melanurus ſerpẽtis genus,præcipue in Lybia & Arabia naſcẽs uipera minus,ſed ad inferendam perniciẽ multo uelocius. Morſi ab eo ſiti torquentur,immodiceq; bibentes ſibi necem inferunt.Cauda linea duabus nigris diſtinguitur(unde & nomen accepit)corpore reliquo albicante. Vide Cæl.lib.34.cap.63.

MELANTON,(μηλανθὼν)dictus eſt Hippomenes , eo quod pomis certamen,confecerit ἀπὸ τοῦ μήλου,hoc eſt, à malis.& ἀνύω,perficio. Alij per tota ſcribere malunt Melanton,putantq; cõpoſitum eſſe à nomine μῆλον,& uerbo ἀφίημι:ut Melanton dicatur, quaſi mala è manu emittens. Hippomenes enim(ut ſupra retulimus)cum Atalãta curſu certaturus,à Venere mala aliquot aurea accepit,quę inter currendum emiſit,ut Atalantam ijs colligendis occupatam interim præuerteret. Propert.Nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

MELAPPIVM,mali genus,ita dictum ab Appij mali ſimilitudine .Plinius libro.15.cap.14.

MELAS,(μέλας)multorum fluuiorũ nomen eſt.Nam unum eſſe in Mygdonia oſtendere uidetur. Oui.lib.Meta.2.Mygdoniusq; Melas. Ruſſum aliũ nauigabilem eſſe in Cilicia,& ipſius terminum.i.qui Ciliciam à Pamphylia diuidat,ſcribit Pli.lib.5.cap.27. Aliũ item in Thracia collocat idem Pli.lib.4.capi.11.Item alium in Bœotia,qui à Parnaſſo profluens Mineruæ ſacer dicitur à Poetis,quia ripæ eius oliuis ſint refertę.Stat.li.7.Theba.Palladiuſq; Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina.Is uous omniũ Græciæ fluuiorũ ab ipſo fonte nauigabilis eſt,atq; circa ſolſtitium æſtiuũ,ut Nilus,ſtata accipiens incremẽta:nec longius excurrit,ſed in lacus & cuniculos delapſus,modica ſui parte Cephiſo infunditur. Huius fluminis aquas oues nigras efficere ſcribit Pli.lib.2.capi.103.Eius etiam meminit Hero.lib.7.Poſtremo alium eſſe in Sicilia oſtendere uidetur Ouid.Faſt.lib.4.cum de fluminibus & de locis Siciliæ,quę peragrauerat Ceres,loquens ait:Sacratumq; Melan,paſcua læta boum.

MELEAGER,& **MELEAGRVS**,pen.produ.(μελέαγρος Suidę)fuit Oenei Calydonię regis filius,ex Althæa coniuge,quo recenter nato,uiſa ſibi eſt mater,tres Parcas igni aſſidentes uidere,manuq; ſtipitẽ tenentes æqualẽ puero cum ſtipite uitã aſſignare.Recedẽtibus ita parcis , Althæa extinctũ ſtipitem diligẽtiſſime aſſeruauit. Adulto deinde Meleagro,cũ ſpreta ab Oeneo Diana, immenſę magnitudinis aprum immiſiſſet,qui oẽm regionem late uaſtabat, Meleager collecta robuſtiſſimorũ iuuenũ manu,aprũ interfecit,caputq; eius Atalantæ Iaſi Argiuorũ regis filiæ,quæ prima aprum uulnerauerat,uelut partem ſpolij,dedit. Quod cũ auunculi ſui in puellę auferre cõarentur,utrunq; occidit. Nunciata itaq; fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorẽ uerſa,fatalem illum ſtipitẽ in ignem coniecit,quo exuſto,Meleager ẽt exuſtis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Nominis huius nominatiuus tripliciter effertur Meleager, Meleagrus,& Græco more Meleagros. Oui.8.Met.Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus,Quam Meleager erat.Ibidem:Inſcius , atq; abſens flamma Melagrus eadem Vritur. Et paulo ante. Donec Meleagros,& una Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.

MELEAGREA,(μελεαγρεία)Calydon urbs dicitur,quoniam Meleager in ea imperauit.

MELEAGRIDES,{Galline d'India} (μελεαγρίδες,)gallinæ Africanæ ſunt,quas uulgus Indicas gallinas uocat Has Oui.li.8.Met.fabulat Meleagri ſorores fuiſſe,doloris impatientia,quem ex morte fratris conceperãt,in has aues conuerſas. Plin.lib.10.cap.15.Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ:hoc eſt,gallinarum genus gibberum,uarijs conſperſum plumis. Varro lib.3.de Re ruſt.Gallinæ Africanæ ſunt grandes,uariæ,gibberæ,quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæ nouiſſimæ in triclinium ganearum introierunt è culina,propter faſtidium hominum. Vide ea quæ in dictione Gallina annotauimus de tribus gallinarum generibus.

MELES,etis,penul.genitiui.prod.(μέλης)fluuius eſt Ioniæ,Smyrnam alluẽs, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluuij huius Plinius lib.5. cap.29.& Strabo.lib.12.

MELESIGENES,pe.corr.(μελησιγενὴς)nomen proprium Poetarum principis,qui poſtea a cæcitate dictus eſt Homerus. Meleſigenes autem appellatus eſt(ut refert in uita eius Herodotus)à Melete fluuio Smyrnam alluente,ad cuius ripas natus creditur.

MELIA,(μιλία)a Græcis dicitur arbor,quam Latini fraxinum uocant. Vide Ruellium libro.1.cap.82. Eſt & Melia Cariæ oppidum ,apud Hecatæum lib.1.Genealog.

MELIA TERRA,(μηλία γῆ)terræ genus eſt Eretriæ cinereæ non diſſimile,quodq; digitis confricatum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina eaſdem fere cũ alumine,paulo tamen ignauiores Pictoribus ẽt uſui eſt,ad diuturniorem colorum firmitatem. Pli. Melinum uocat, nomine deducto à Melo inſula, una Sporadum,unde aduehi ſolet.

MELIBOEA,(μελίβοια Stephano)urbs eſt Magneſiæ,quæ eſt Græciæ regio,annexa Theſſaliæ,teſte Plin.lib.4.ca.9.patria Philoctetæ Pæantis filij: à quo Meliboeus,a,um,μελιβοεὺς.Item Meliboeus,(μελίβοιος)nomen paſtoris,impoſitum ab eo quod boum curam habeat.

MELICERIS,dis,pe.prod.(μελικηρὶς)abſceſſus ſpecies eſt ex pituitæ à fluxu generati,qui humorem in ſe continet,mellis & craſſitudinem& colorẽ referentem. Vnde & nomen accepit Pli.li.21.de Meliloto.Peculiariter contra melicerides efficax. Celſus li.5.hoc abſceſſus genus,μελικηρίδα,uocari aſſerit,nomine ſumpto à fauo,cuius ſimilitudinem refert.

MELICERTA,ſiue Melicertes,(μελικέρτης)Inus & Athamantis Thebarum regis filius,cum quo mater,cum uirum uideret furere,in mare ſe præcipitauit,amboq; Deorum miſeratione in numina marina ſunt cõmutati,Ino quidem in Leucoteam,quam & Matutam matrem uocant, Melicerta uero in Palæmonem,quem Latini Portunum uocant. Vide Matuta.

MELICHROS,(μελίχρους)gemma eſt mellei coloris : unde & nomen habet. Plin.lib.37.cap.11. Colos appellauit chryſolitum aureus, chryſopaſum herbaceus,melleus melichrota.

MELICHRYSOS,(μελίχρυσος)gemma quæ ex India mittitur quaſi per aurum ſyncero melle tranſlucente. Pli.lib.37.cap.9.

MELICRATON,(μελίκρατον)potus eſt confectus ex aqua & melle , qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. Nomẽ accepit ἀπὸ τοῦ μέλιτος,hoc eſt,à melle,& uerbo,κεράω,ſiue ,κεράννυμι,quod eſt,miſceo,ſiue tempero.

MELICVS,a,um,pen.cor.{Muſico}(μελικὸς)idem quod muſicus , à Græco nomine μέλος,quod carmen,ſiue cantum ſignificat. Vnde poetę lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius: Tu melicos,lyricoſq; modos. Cice.de Opt.gene.Orator. Poematis enim tragici,comici,epici,melici etiam,atq; dithyrambici,&c.

MELICÆ,gallinæ,teſte Colum.lib.6.cap.2.uulgo appellatæ ſunt,quæ Medicæ dici debuerunt.

NELIGINE,(μελιγινὴ)inſula eſt maris Adriatici,ante Dalmatiam ſita. Ptolemæ.lib.2.cap.ultimo.

MELIGVNIS,(μελιγουνὶς)inſula eſt Siciliæ adiacens,una ex Aeolijs,quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plin.lib.3.cap 9.

MELILOTOS,pen.prod.(μελίλωτος)quaſi dulcis,& mellea lotos,herba eſt croco ſimilis,frequens Campaniæ,quæ quod coronamentis adhiberi ſolet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac Pli.lib.21.cap.11.& Rue lib.3.cap.35. Ouid.Paes,thyma,pars flores,para meliloton amant.

MELIMELA,pen.pro.{Pomi nani}(μελίμηλα)ut ubiq; per ſimplex l, dicuntur poma muſtea,ſiue dulcia,quaſi mellea mala. Nam μέλι mel μῆλον malum ſignificat. Var.de Re ruſt.li.1.c.59.Quæ antea muſtea uocabãt, nũc melimela appellant. Eadẽ uulgo Nana uocãtur a paruitate arborum,in quibus producuntur Pli.li.15.c.14. Muſtea à celeritate miteſcendi,quæ nũc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Martia.lib.7.Infanti melimela dato,fatuaſq; mariſcas Nam mihi,quæ nouit pungere,Chia ſapit, Vide Colum.lib.5.cap.10.

MELIMELI,lege Melomeli.

MELINA,(μηλίνα)ut Feſt,ait genus tibiæ acutiſſimi ſoni. Eſt & genus ueſtis,uel à colore,uel à Melo inſula,unde afferebatur,ſic dictæ. Pla.in Epi. Vbi ergo eſt?niſi uidulo Aut ſi in melina attuliſti.

MELINOPHAGI,(μελινοφάγοι)Thraciæ populi ita dicti , quod panico ueſcantur. Stephanus.

MELINVM,(μήλινον)neu.gene.apiaſtrum uocat. Var.li.3.de Re ruſt.capi.16. Eſt & melinum(ut ait Pli.lib.23 cap.6.oleum ex flore malorum. Eſt & unguentum. Pli.li.13 ca.1. Amaracinum in Coo.Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. Melinũ quoq; coloris candidi ſpecies eſt, à Melo inſula, una ſporadum nomen habens,ubi preſtantiſſimum exoritur. Dioſcor.li.5. Meliam terram uocat Pli.lib.35.ca 6. Melinum candidum & ipſum eſt optimum in Melo inſula. In Samo quoq; naſcitur,ſed eo nõ utuntur pictores,propter nimiam pinguedinem. Plautus in Moſtel. Neque ceruſam,neque melinum,neque aliam offuciam.

MELINVS,a,um.{Di colore di mele}(μήλινος)quod mellis colorem repreſentat: hoc eſt,quod medium eſt inter album,& giluum , quod genus coloris Seruius uocat Albogiluum.

MELIORESCO,is,{Diuenir megliore}(βελτιοῦμαι)melior fio. Columel. lib.2.cap.10 Na. ut deuexam amat,& ſiccam,tenuẽq; propiorem terram atq; glareoſis,ſabuloſiſq; aruis melioreſcit.

MELIPECTA, (μελίπηκτα ,)cibaria mellita , cuiuſmodi ſunt placentę mellitæ.

MELIPHYLLON,(μελίφυλλον)herbæ nomen eſt,quæ alio nomine dicitur Apiaſtrum. Var.lib.3.de Re ruſt.cap.16. Reliquum thymo,& cythiſo ubſcuniſſe,& apiaſtro,quod alij μελλίφυλλον,alij μελισσόφυλλον, quidã μέλινον appellant. Verg.4.Georg. Huc tu iuſſos aſperge liquores Trita meliphylla,& cerinthæ ignobile gramen. Vbi Seruius annotauit,meliphylla per ſyncopen eſſe dicta,quaſi meliſſophylla.

MELIPONTVS,quem & Medipontum uocari ſupra oſtẽdimus,funis genus eſt,quod à Catone non uno in loco numeratur inter ea,quæ neceſſaria ſunt oleum conficientibus. Cato capite 68. Vbi uindemia & oleitas facta erit,prela extollito,funes,torculos,melipontos,ſubductarios,aut in camario, aut in pɪclo ſuſpendito.

MELIS,huius melis,fœmi.gene.(μηλὶς)animal, quod & Taxus , ſiue Taxo

dicitur, quod ſit mellis auidiſſimum, & aluearibus ſemper infeſtum, in exuernis uiuens, aſperum, mordaxq́; magnitudine uulpis, colore felis: ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Pli. li. 8. c. 38. hanc eſſe ait melibus in metu ſolertiam, ut ſufflata cute diſtentæ, ictus hominum, & morſus canum arceant.

MELISSA, (μέλισσα) oppidū Libiæ, cuius incolæ dicū Meliſſæi. Stephanus.

MELISSA, (μέλισσα) Meliſſi Cretenſium regis filia, quæ una cum ſorore Amalthæa, Iouem caprino aluit lacte. Fuit item huius nominis Nympha, quę mellificiū primo inuenit, unde data eſt occaſio fabulæ, Meliſſam, in apē fuiſſe conuerſam. Col. lib. 9. c. 2. Nec ſane ruſtico dignum eſt, ſciſcitari, fuerit'ne mulier pulcherrima ſpecie, quàm Iupiter in apem conuertit. Meliſſa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni uxor, quam ille, concubinarum delationibus temere credens, cum grauida eſſet, pedibus conculcās interemit. Vide Laertium in uita Periandri.

MELISSOPHYLLON, (μελισσόφυλλον) herba eſt ballotæ ſimilis, quæ & apiaſtrum, & Citrago, & Meliphyllū, & Melinum appellatur. Galli Meliſſam uocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελισσῶν, hoc eſt, ab apibus, quæ eo tantopere oblectantur, ut ſi eo aluearia perungantur, nuſquam diffugiāt. De hac herba uidē Colu. lib. 9. cap. 9. & Varro. de Re ruſt. lib. 3. cap. 16.

MELISSVS, (μέλισσος) Cretenſium rex fuit antiquiſſimus, qui primus dijs ſacrificauit: cuius filiæ Meliſſa & Amalthea fuerunt, quæ Iouem infantē melle & lacte caprino aluerunt. Fuit item Meliſſus, Grāmaticus muneri datus Mecœnati, & manumiſſus ab eo. Auctor Tranquillus. Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus pręcepta plura dedit, Remp. adminiſtrauit, claſſiq́; in bello præfuit, ut refert Apollodorus.

MELITA, æ, uel Melite, es, {Malta} (μελίτη) inſula eſt non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. Oui. 3. Faſt. Fertilis eſt Melite, ſterili uicina Coſyræ. Eſt etiā Melite, ſiue Melita, urbis nomen in hac ipſa inſula, a Carthaginienſibus (ut refert Diodorus) conditæ, textrinis pretioſiſſimarū ueſtiū in primis nobilis. Ci. 6. Verr. Inſula eſt Melita iudices, ſatis lato ab Sicilia freto, periculoſoq́; diſiuncta in qua eſt eodem nomine oppidum, quo iſte nunquam acceſſit: quod tamē iſti textrinum per trienium ad muliebrem ueſtē conficiendam fuit. A Melite fit Melitæus, a, um, & melitenſis, (μελιταῖος Stephano) ut Melitæi catuli, μελιταῖα κυνίδια) quę ad fœminarum delicias ex Melita aduehebantur, Pli. li. 3. cap. ult. Melita, unde Melitæos canes appellari, auctor eſt Callimachus.

MELITENE, es, (μελιτηνή) Cappadociæ, regio prætenta Armeniæ maiori, non procul ab Euphrate. Plin. lib. 6. cap. 3.

MELITES, (μελίτης) gemma ſic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλα σαμονίζαχαν dī. Pli. li. 37. c. 11. ſic ait. Melites mali coloris, me plura addidit.

MELITITES, maſcul. gen. pen. prod. (μελιτίτης) genus potionis dulcis. ut ait Pli. lib. 14. cap. 9. factæ ex melle & muſto, hoc eſt, ex cōgio mellis, & quinque cōgijs auſteri, muſti, & cyatho ſalis, una feruefactis. Diſtat autem à mulſo in quo bini uini ſinguli mellis congij admiſcentur, ut docet Dioſc. lib. 5. Eſt præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, uel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Vide Pli. li. 36. ca. 19. & Gale. libro. 9. Simpl.

MELITÆA, (μελιτηΐα) Theſſaliæ oppidum. Stephanus.

MELITVSA. (μελίτουσα Stephano) Illyrici oppidum cuius incolæ Melituſæi & Melituſij appellantur.

MELITTONES, (μελιττῶνες) pen. prod. aluei, in quibus apes nutriuntur. Varro de Re ruſt. li. 3. c. 16. Melittones ita facere oportet, quos alij μελιττοτροφεῖα appellant. Eadem quidam Mellaria. Vulgus Gallicum Ruchas uocat.

MELITVRGVS, (μελιτουργός) Latine Mellarius dicitur, qui mellificium exercet. Sic enim interpretatur Varro lib. 3. de Re ruſt.

MELITVS, (μέλιτος) nomen alterius ea accuſatoribus Socratis.

MELIVM, (μήλιον) herba eſt in aquis & locis uliginoſis naſcens, ſemen habens lini ſemini non diſſimile, aliquanto tamen maius & firmius, & præ lęuore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſcor. lib. 3.

MELIZANORVS, (μελιζανόρος) Poeta Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, ut eſt auctor Aelianus de uaria hiſto.

MELIZOMVM, pe. prod. (μελίζωμον) condimentum quoddam uocat Apicius ex mellis deſpumati mixtura confectum.

MELLARIA, æ, oppidum Hiſpaniæ in tractu Bætico, Pomponij Melæ patria, ut ipſe teſtatus Geographiæ ſuæ lib. 2.

MELLARIVS, rij, ſubſtātiuum, (μελιτουργός) qui mellis opus exercet. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. Ad extrema, qua mellarij fauum eximere poſſint, opercula imponunt alueis.

MELLARIVS, a, um, (μελιτοποιικός) quod ad mel pertinet. Pli. lib. 21. capit. 14. Vaſa mellaria, aut lauos lauari aqua præcipiunt. Mellarium, ſubſtantiuum, unde ſupra Melittones.

MELLATIO, onis, (μελίτωσις) mellis uindemia, quum mel eximitur. Plin. lib. 11. cap. 16. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ & Vergiliarum occaſu. Idibus Nouembris fere includitur. Idem lib. 11. cap. 15. Ac ſtiua mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet.

MELLACIVM, (ἕψημα, ἕψημα) muſtum ad mediam partem decoctum, quam Sapam appellamus ut inquit Nonius.

MELLEVS, a, um, {Ot mele, ſoaue} (μελιτώδης) quod ex melle eſt. uel mellis dulcedinem refert ipſo guſtu. ut Melleus ſapor, apud Pli. li. 15. ca. 14. Per translationem quoq; Vocem melleam dicimus, pro ſuaui, & auditu iucunda.

MELLICVLVM, li, diminutiuum blandientis, μελίτιον. Pla. Caſt. Meum corculum melliculum, uerculum. Idem Curcu. Egon' apiculacum opera congeſtum non feram, Ex dulci oriundum melliculo dulci meo.

MELLIFER, ra, rum, μελιτοφόρος. ferens mel. Ouid. 15. Metam. Non'ne uides quos cera tetigit ſexangula, fœtus Melliferarum apium ſine membris corpora naſci.

MELLIFICO, as, {Far mele} (μελιτοποιῶ) mel facio. Verg. in quodam Epigrammate: Sic uos, non uobis mellificatis apes. Inde Mellificus, a, um, μελιτοποιικός, Colum. lib. 8. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus capiant. Item Mellificatio, nis, μελιτοποίησις.

MELLIFICIVM, cij, (μελιτοποιΐα) mellis factio. Var. de Re ruſt. lib. 3. ca. 15. Sed ut hoc aptiſſimum ad ſanitatem apium ſic ad mellificium thymum Colu. lib. 9. cap. 12. Apes magis mellificas quàm fœtibus, ſtudent.

MELLIFLVVS, a, um, (μελίρρυτος, μελίρρυτος) ex quo fluit mel, uel fluere uidetur: hoc eſt, dulce, iucundum: ut Mellifluа oratio.

MELLIGENVS, a, um. pen. cor. (μελιτώδης) quod eſt eiuſdem generis cum melle. Pli. li. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, uerno tamen tempore melligeni ſucci. Hoc eſt, eiuſdem ſucci, cuius eſt mel ipſum.

MELLIGO, inis, pen. pro. (μελίτωμα) ſuccus è lacrymis arborum, ſiue florum, quem apes deuorant. poſtea ad alueos regreſſę euomunt, operamq́; componunt, Pli. li. 11. c. 6. Primum itaq; fauos conſtituunt, ceram fingunt, deinde ſobolem, poſtea mella. Ceram ex floribus, melliginem è lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, ulmi, arundinis ſucco, gummi reſina. Ponitur & pro quocunq; ſucco floreſcentis fructus adhuc, atq; immaturi. Pli. l. 12. c. 27 in prima lanugine demittitur uua, eiuſq; melligo, reliquum corpus ſole coquitur.

MELLILLVS, a, um, diminutiuū, (μελιττάριον) diminutiuum à Melleus. Pla. Caſi. Mea uita, mea mellilla, mea feſtiuitas. Sine tu te occllos deoſculer uoluptas mea. Quanquam non abſurde fortaſſis Mellilla diminutiuum tibi intelligere poſſimus à nomine Mel: ut Mea mellilla. plurali numero dictum melligamus, pro eo quod eſt, Mea mella, uel meæ delitiæ.

MELLILOQVVS. pen. cor. (μελίγηρυς, μελίφωνος) cui oratio ſicuti ſi ſtar mellis, ex ore profluit.

MELLITVS. a, um, pe. pro. {Mellato} (μελιτώδης, μελίχιος) quod eſt melle conditum. ut, Placentæ mellitæ. Hora. 1. Epiſt. 10. Vtq; ſacerdotis fugitiuus liba recuſo, Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Pli. li. 36. c. 19. Melitites ſuccum remittit dulcem, mellitumq; tuſus. Var. 3. de Re ruſt. c. 16. Et faui melliti intus ponendi, à faucibus longè. Mellitus puer, pro ſuaui, & iucundo. Cic. ad Atti. li. 1. Ita ſum ab hominibus deſtitutus, ut tantum requietis habeam quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone cōſumitur. Catullus ad Iuuencium: Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

MELLONA, mellis Dea à Romanis putabatur.

MELO, nomen fluuij, qui & Nilus, & Geon appellatus eſt. Auſonius in Aenigmate: Melonis albam paginam.

MELOBOSIS, (μηλόβοσις) Nympha eſt, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia: ſic dicta ab ouibus paſcendis.

MELOCABVS, Germaniæ urbs apud Ptolemæum libro. 2. capite. 11. uulgo Choburgæ.

MELOCARPOS, (μηλόκαρπος) herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcor. lib. 3. cap. 4.

MELOOES. pen. prod (μελῳδὸς) accipitur pro melico dulcia carmina cantante. Sidon Proculus melodes inſonare pulſibus.

MELOOIA, {Melodia} (μελῳδία) cum accentu in penultima, dulcis cātus, ſiue melleus.

MELOESSA, (μηλόεσσα) inſula eſt ex Sirenuſis una, è regione Lacinij extremi, Italię promontorij, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 10.

MELOLONTHA, (μηλολόνθη) ſcarabæi genus eſt, colore uiridi naſcens.

MELOMELI, (μηλόμελι) confectio quædam ex malis cydoneis mellis obrutis in lagæna. Rationem conficiendi docet Columella libro. 12. capite. 45. & Dioſcor. lib. 5.

MELONES, {Meloni} à Palladio dicuntur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedūt: à quibuſdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

MELONOMVS. pen. cor. (μηλονόμος) ouium paſtor. Nam μῆλα & poma, & oues ſignificant.

MELOPEPONES, (μηλοπέπονες) fructus ſunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi: ſed humi rotundantur & odorem iucundiſſimum habent, ubi maturuere. Palladius Melones uocat. Vide Ruellium lib. 1.

MELOS, (μέλος) generis neut. & indeclinabile eſt, aut certe defectiuum Nā genitiuum, & datiuum ſingulares, totumq́; pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo uſus eſt Lactantius Firmianus in Hymno de Reſurre. dominica: Fitq; repercuſſo dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος. Eſt autem Melos, cantus ſuauitas, ex apta uocis modulatione, & flexu procedens. Perſius in Procemio Satyrarum: Coruos Poetas, & Poetridas picas: Cantare credas Pegaſeium melos. Hinc multa deriuantur de quibus mox. Melos (μῆλος) gen. fœm. inſula eſt Cretæ adiacens. una Sporadum: & urbs in eadem inſula. Strabo: Melos inſula inter Cretam, Peloponneſumq́; interuallo ęquali ſita, à Peloponneſo promontorium Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens.

MELOTA, tæ, & Melote, tes, (μηλωτή) pen. prod. dici poteſt pellis ouina una cum lana corpori detracta, μῆλον enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ouis.

MELOTHRVM, (μήλωθρον) herba eſt, quæ alio nomine ἄμπελος λευκή, hoc eſt, uitis alba appellatur. De hac Dioſco. lib. 4.

MELPOMENE, pen. cor. (μελπομένη) una ex Muſis, tragœdiarum inuentrix, à modulando nomen trahens. Ver. de Muſarū inuentis Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu. Vide Muſa.

MEMBLIARVS, (μεμβλίαρος) inſula eſt maris Aegæi, una Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. Plin. lib. 4. cap. 12.

MEMBRANA, æ, (δέρρις) pellis exterior, quę membra tegit, quanquam generaliter pro quauis tenuiore pellicula accipiatur, in quacunq; parte animalis ſita. Cic. 2. de Nat. deo. Quæ primum oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit et ſepſit. In ligno quoq; membrana eſt. Pli. lib. 13. de tilia: Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. Membranæ (περγαμηναί) etiam dicuntur chartæ Pergamenæ q; de animalium membris ſint detractę, in quarum tergoribus primum ab uno latere ſcribi cœptum, deinde ab utroq; deraſis pilis. Ea cum uſus Pergami, regnante Eumene inchoauit, magnamq́; earū uim Rex Attalus Romam miſit, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc uſq; diem, tradente ſibi inuicem per manus poſteritate ſeruatum eſt. Quintil. lib. 10. cap. 3. Illa quoq; minora non ſunt transeunda, ſcribi optime ceris, in quibus facillima eſt delendi ratio, niſi forte uiſus infir

mus

rnior membranarum potius uſum exiget. Pli. lib. 7. c. 21. In nuce incluſam Iliada, Homeri carmen, in membrana ſcriptum, tradidit Cic. Mar. lib. 1. Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis. Hora. de Arte: Membranis intus poſitis delere licebit Quod non edideris. Differt autem Charta à Membrana, quòd Membranę pelliceæ ſunt, & Pergami primũ inuentę: unde & Pergamenæ ſunt appellatæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut Pli. oſtendit: apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino cõcretis formantur. Chartam ex papyro in uictoria magni Alexandri inuentam ſcribit Varro: antea palmarum folijs ſcriptitatum fuiſſe, deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox et priuata linteis, & ſchedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes uero membranas, quum uterq; eorum maximas haberet bibliothecas, inuenerunt: quorum alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum uſum Numæ temporibus fuiſſe, idq; auctoritate Caſſij Heminæ confirmat, qui Cn. Terentium ſcribam, agrum ſuum in ianiculo repaſtinantem, inueniſſe ait arcã, in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros eius è charta ſcriptos. Sed Numam pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat. Hinc Membranula, diminutiuum. Cic. lib. 4. Iuſq; imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiebant.

MEMBRANEVS, a, um, (δερμάτινος, περγαμηνός) quod ex membranis eſt. Vlpia. l. Librorum appellatione. ff. de Lega. 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis.

MEMBRANACEVS, a, um, quod ſimilitudinem membranæ habet. Pli. lib. 16. cap. 31. Quibuſdam cortex membranaceus, ut uitis. Idem lib. 10. c. 61. Volucrum animal parit ueſpertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ uni.

MEMBRARI, (σωματοῦσθαι) ſignificat per mẽbra formari: quo uerbo utitur Cenſorinus, in lib. de Die Natali.

MEMBRATIM, (κατὰ μέλη) aduer. ſignificat per membra ſingula. Cice. in Parti. Narratio autem acculatoris erit, quaſi membratim geſti negotij ſuſpicioſa explicatio. Quin. lib. 9. cap. 4. Vbicunq; acriter erit et inſtanter, pugnaciterq; dicendum, membratim cæſimq; dicendum.

MEMBRATVRA, (διαμέλισις) eſt membrorum poſitura.

MEMBROSVS, a, um, (μεγαλώδης) qui magnum habet membrum: ut illud in Priapeia: Sed ruber hortorum cuſtos membroſior equo.

MEMBRVM, bri, {*Membro. Pet. Con'ogni membro all'anima riſponde*} (μέλος) propriè dicitur caro artus tegens: unde Membrana, ſuperior membri pars dicitur, hoc eſt pellis ipſa. Silius: Et uenis male iuncta trementibus oſſa. Extât conſumptis uſu deformia membris. Accipiuntur tamen etiam Membra pro ſingulis corporis partibus: ut manus, pes, auris, Membra dicuntur. Cic. 3. de Finib. Iam membrorum, id eſt, partium corporis, alia uidẽtur propter eorũ uſum, à natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatẽ quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pauonis. Membra principalia ſunt, Cor, Cerebrum, Iecur. Quomodo autem differant membra ab Artubus, uide in dictione Artus. Sumitur etiam Membrum pro parte rei inanimatæ. Plin. Epiſt. 17. lib. 2. Adhæret dormitorium membrum, trãſitu interiacente. Hoc eſt, pars domus quieti corporum dicata. Cic. 1. de Nat. deo. Omnes autem eius partes atque omnia membra tum facillimè noſcuntur, cùm totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. Colum. præterea et Apuleius partem domus membrum nominant. Et Vlpia. de manumiſſionibus: Quæri, inquit, poteſt, ſi fabris duobus uel pictoribus templum uel membrum depictum eſſet. Membrum abſolutè, ponitur pro uirili membro Apuleius: Steterunt membra, quæ iacebant ante. Membra præterea in Oratione dicuntur partes periodi, quæ Græci κῶλα uocant: eaq; rurſus diuiditur in Inciſa, quæ illi κόμματα dicunt. Auctor ad Herennium: Membrum, omnis appellatur res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio mẽbro orationis excipitur. Cic. in Ora. Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos rectè inciſa, & Membra dicimus. Sumitur etiam pro parte, quum ad inanimata transfertur. A Membrum fiunt adiectiua, Bimembris, (δίκωλος) Trimembris (τρίκωλος,) Quadrimembris) τετράκωλος) hoc eſt, duarum, trium, quatuor partium.

MEMECYLOS, (μεμαίκυλον) ſpecies eſt arbuti. Pl. lib. 15. ca. 24. de unedone loquens. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci: Comaron. & Memecylon. Ex quo apparet totidem eſſe genera & apud nos. Vide Dioſc. lib. 1.

MEMINI, {*Ricordarſi*} (μέμνημαι) à Meno antiquo uerbo fit, quo ueteres uſi ſunt pro recordor, & in mentem reuoco, a quo prima ſyllaba geminata, fit præteritum Memini, ſicut à Pungo, Pupugi: & quamuis ſit præteriti temporis, in præſenti tamen ferè ſemper accipitur, teſte Valla in Raudẽ. Ci pro Quin. Meminiu, uetus eſt, de Scurra multo facilius diuitem, quàm patremfamilias fieri poſſe. Verg. 2. Aen. Quanquã animus meminiſſe horret, luctuq; refugit, Incipiã. Requirit genitiuum, uel accuſatiuum. Tere. in Eun. Faciam ut huius loci dieiq;, meiq; ſemper memineris. Ver. 6. Eclo. Numeros memini, ſi uerba tenerem. Cic. de Senec. Omnia, quæ curant, ſenes meminerunt. Sed quum ſignificat mentionem facio, recuſat accuſatiuũ, poſtulatq; ablatiuũ cum præpoſitione De, uel genitiuum. Quin. lib. 11. cap. 2. De quibus multi meminerunt. Ibidem: Neq; omnino huius rei meminit Poeta ipſe. In priore ſignificatione iungitur tam cũ præterito infinitiui, quàm cum præſenti. Verg. 9. Eclog. Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis Corycium uidiſſe ſenem. Cice. Appio. Ad me adire quoſdã memini. Idẽ Papyrio li. 4. Nec tamẽ eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiãt. Quod erit, magnificũ ſit & lautum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. Idem pro Roſ. Ame. Memini ſis me ita diſtribuiſſe initio cauſam. Huius compoſitum eſt, Commemini. Gel. lib. 2. Sic multo ante Pacuuius aquam flauam dixit, & fuluum puluerem: cuius uerſus, quoniam ſunt iucundiſſimi, libens commemini.

MEMNONIA, gemmæ nomen eſt apud Pli. li. 37. ca. 10.

MEMNONES, (μέμνονες) Aethiopiæ populi agreſtes, & feri. Stepha.

MEMNON, (μέμνων) Tithoni & Auroræ filius, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans ab Achille occiſus fuit: qui quum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in auem mutatus eſt: ex eademq; pyra multæ aliæ aues euolarunt, quas Memnonias, uocarunt. Has ferunt quotannis aduolare ex Aethiopia ad Memnonis ſepulchrum, quod eſt iuxta Aeſepi fluuij oſtia, ut refert Stra. li. 13. Verg. li. 1. Aen. Eoaſq; acies & nigri Memnonis arma.

MEMOR, huius memoris, pe. cor. {*Ricordeuole*} (μνημονικός, μνήμων) gener. omnis, ſecundum Priſcianum, à uerbo memini, qui rei alicuius recordatur. Vergil. 4. Aen. Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti. Quum autem de inanimatis rebus dicitur, ſignificat rem cuius nos memores ſumus. Verg. 1. Aene. Sæuæ memorem Iunonis ob iram. Horat. lib. 1. Carm. Siue puer furens Impreſſit memorem dente labris notam, hoc eſt, tam uehementem, ut non facile excidat memoria. Huius contrarium eſt Immemor (ἀμνήμων) cui res aliqua ex memoria excidit. Cicer. pro P. Sylla: Adeo'ne immemor rerum à me geſtarum eſſe uideor.

MEMORABILIS, le, {*Memorabile. Pe. La gran uendetta & memorabil furo*} (ἀξιόμνηστος, ἀξιόλογος) qui eſt dignus memoria. Cic. de Amic. Quum accepiſſemus à patribus maximè memorabilem. C. Lælij. & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe. Verg. 5. Aene. Magnum & memorabile numen.

MEMORATVS, us, uerbale, (ἀπομνημόνευσις) idem quod memoratio. Gel. lib. 11. cap. 4. Eos uerſus non minus frequẽti, aſſiduoq; memoratu dignos puto, quàm philoſophorum de officijs decreta.

MEMORIA, æ, {*Memoria, ricordanza*} (μνήμη) ut inquit auctor ad Heren. libr. 1. eſt firma animi rerum & uerborum diſpoſitionis perceptio. Cic. 2. de Inuen. Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quę fuerunt. Idem ad Plancum lib. 10. Epiſt. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tẽpore quidẽ ipſo oportunius accidere uidi. Ter. in And. In memoriam habeo, διὰ μνήμης ἔχω. Vbi Donat. Plus eſt, quàm ſi dixiſſet, ſcio. Nam quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci, quæ uero memoriæ commendamus, nunquam amittimus. Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuuius: Perq; noſtram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. Nominis huius in oratione uarius eſt uſus. Dicimus enim, Infidet in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mandare, Memoria cuſtodire, Memoriam alicuius ſibi proponere, In memoria eſſe alicui, Memoriam alicuius uſurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoria tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicui tenere, Memoria meminiſſet, Memoria prodere, Memoriam alicuius rei prodere poſteris, Memoriæ tradere: Memoria eſt, pro eo quod eſt: memini, Memoria cadit uel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere, in memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in memoriam, In memoriam redire, Refert memoriam alicuius, Omni memoria, uel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro ſuperiori tempore: Vſq; ad hanc memoriam. i. uſq; ad hoc tempus: Vt mea memoria eſt. i. quantum poſſum meminiſſe, aut reminiſci: Memoria mea factum non eſt illud. i. quantum meminiſſe poſſum. Quarum locutionum teſtimonia paſſim bonos auctores legenti occurrent. Hinc diminutiuum Memoriola. Cice. ad Attic. lib. 12. Sed quod ſcribis igniculum matutinum γεροντικώτερον, eſt memoriola uacillare.

MEMORIALE, {*Memoriale, ricordo*} in ſacris literis accipitur pro eo quod memoriæ noſtri conſeruandæ cauſa relinquimus: pro quo uſitatius utimur Græco uocabulo μνημόσυνον.

MEMORITER, {*Memorioſamente*} (ἀπὸ στόματος) aduerb. ſignificat quod imperiti dicunt Mente tenus. Cic. de Amic. Q. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter, & iucundè ſolebat. Sic etiam dicimus Memoriter cognoſcere, Memoriter memorare, Memoriter colligere. Memoriter meminiſſe. Memoriter narrare, Memoriter reſpondere, Memoriter exponere, Memoriter uocare.

MEMORO, as, p. c. {*Commemorare, ricordare*} (μνημονεύω) ad memoriam reduco. Plau. in Pœnu. Memorandum mihi, ſi noui fortè, aut ſi ſunt cognati mihi. Interdum eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare, λέγειν, ἱστορεῖν. Liu. lib. 1. ab Vrbe: Herculemq; in ea loca, Geryone interẽpto, boues mira ſpecie abegiſſe memorant. i. dicunt. Plau. in Amp. Ibi nunc meus pater memorat, legiones hoſtium ut fugauerit. hoc eſt, cõmemorat, uel narrat. Memorator, oris, uerbale, qui memorat. Proper. li. 3. Eleg. 1. Necnon illi tui caſus memorator Homerus. Huius cõpoſita ſunt, Cõmemoro & Rememoro, qđ eſt in memoriam reduco. Legitur & paſſiuum Memoror. Plaut. Amph. Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Salluſt. Incredibile memoratu eſt quàm facile coaluerint.

MEMPHIS, {*Cairo*} (μέμφις) urbs Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filiæ eius ita appellata. Hæc inter omnes Aegypti urbes ſecundũ ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, regum ſepulchris, in primis inſignis. Eius ambitus traditur fuiſſe centum & quinquaginta ſtadiorum. Sita eſt hæc urbs in loco totius Aegypti opportuniſſimo, ubi Nilus in duas ſciſſus partes literæ Δ ſpeciem præbet. quo fit ut portuoſiſſima ſit, omniq; penè ex parte nauigijs aditum prębeat. Vulgus hodie Alcayrum uocat. Hinc fiunt duo patronymica: unum maſcu. gen. Memphites, æ, alterũ fœmi. Memphitis, idis, Tibul. lib. 2. Eleg. Barbara Memphitem plangere docta bouem. Iuue. Sat. 15. An'ne aliam terra Memphitide ſicca Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo. Inde etiam fit adiectiuum Memphiticus, a, um, Ouid. 1. de Arte amandi. Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra iuuencæ.

MEMPHITES, æ, uel, is, pen. prod. (μεμφίτης) lapis eſt pinguis, uarioq; colore, in membris ſecandis uel urendis citra omne periculum ſenſum adimens. De hoc Dioſcor. libr. 5.

MEMPRICVS, rex Britanniæ, qui fratrem Malyn exuit uita, ut eo mortuo regnaret. Auctor Volaterranus.

MENA (μαίνη) apud Romanos fuit dea, quæ menſtruis fluxibus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam breuis, (μαινὶς) qui hyeme candidus æſtate nigrior fit. ſed tunc mæna cum diphthongo ſcribitur. Martial. lib. 11. Et caudam cybij breuesq; mænas. Hunc piſcem eundem eſſe cum halece Theodoro credimus, qui ex Ariſtotile Halecem uertit, quam ille μαινίδα appellat.

MENÆCHMI, (μέναιχμοι) apud Plau. comœdiæ, in qua gemini introducũtur eiuſdẽ nominis, qui indiſcreta ſimilitudine multos aſpicientiũ errores excitat.

MENÆCHMVS, (μέναιχμος) philoſophus, Eudoxi auctor, qui Platonis temporibus uixit, & ſcripſit libros tres in libros Platonis de Republi. Menæchmus item Sicyonius hiſtoricus, qui ſcripſit hiſtoriam Alexandri magni. Meminit utriuſq; Suidas.

MENALCAS, (μενάλκας) paſtoris nomen apud Verg. 3. Eclog.

MENALIPPA, æ, uel Menalippe, es, (μελανίππη) fuit Antiopes Amazo-

in latitudinem uigintiquinque.

MENIPPVS,(μενιππος)Phœnix, philoſophus Cynicus,cõditione ſeruus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit,præter Nænias aliquot, Teſtamenta,& Epiſtolas,& id genus nugas crebris ſalibus. Cynicaq́ mordacitate refertas: ad quarũ imitationem M. Varro Satyras conſcripſit quas ab illius nomine Menippeas appellauit,ut tradit Macrob.in Satur. Hic ad rẽ augendam tam auidus fuiſſe dicitur,ut etiam nauticum fœnus exerceret.Qua ratione immenſam pecuniæ uim breui congeſſit,quamq́ cum per inſidias ſibi comperiſſet eſſe ereptam laqueo uitam finiuit. Hęc Diogenes Laertius. Fuit item,teſte Suida, Menippus quidam Poeta Comicus. Alius itẽ Stratonicenſis,tota Aſia diſertiſſimus,præceptor Ciceronis,ut ipſe in Bruto teſtatur. Poſt à me, inquit, Aſia tota peragrata eſt,cũ ſummis quidem oratoribus,quibus cum exercebar ipſe lubentibus,quorũ erat princeps Menippus Stratonicenſis,meo iudicio tota Aſia illis tẽporibus diſertiſſimus:& ſi nihil habere moleſtiarum,nec ineptiarũ, Atticorũ eſt,hic orator in illis numerari rectè põt. Hactenus Ci.in Bruto.

MENIVS,Lycaonis filius,qui cum patre in lupum uerſo,& domo conflagrãte Iouem deteſtaretur,ab eodem fulmine percuſſus eſt.

MENIVS, COS. Roman.anno ab urbe condita 430 deuictis nauali prælio priſcis Latinis,ac Antiatibus,eorum roſtra nauium ærata in foro poſuit, appellariq́ forum,Roſtra cœpit. Auctor Liu.lib.8. Pl.lib.34 cap.5.

MENLEAZIA, (μενλεαζία)Ptolemæo li.2.ca.6. Hiſpaniæ urbs: uulgo Marcia.

MENODOTVS,(μενόδοτος)medicus inſignis,ætate Serapionis,cuius meminit Gal.in Terapeut.

MENOECEVS,(μενοικεύς)iuuenis Thebanus,filius Creontis,qui pro patrię ſalute ſanguinem ſuum,atq; adeò uitam ipſam ſponte profudit. Nam cũ Thebanis eo tempore,quo ab Argiuis obſidebantur,redditum eſſe oraculum, urbẽ ſaluam fore,ſi ultimus ex Cadmi poſteris,ſpontanea ſe morte manibus eius deuoueret,intelligens Menœceus oraculum illud ad ſe pertinere,nihil cunctatus, ſuo ſibi gladio necem conſciuit. Vide Statium 10.Thebaid.

MENOETES,(μενοίτης)nomen unius ex ſociis Aeneæ,qui gubernator fuit nauis,cui nomen erat Centauro. Verg.5. Aene.Rectorem nauis compellat uoce Menoeten.

MENOECIS,pen.pro.)μενοικίς)urbs Phocenſium ultima,quæ ad Occaſum uergit.

MENOETIVS,(μενοίτιος,)teſte Homero, filius fuit Actoris ex Aegina, quã initiatam Iuppiter illi in coniugem dederat. Hic poſtea relicta Aegina matre,in Opuntem Locrorũ ſe contulit,ibiq́ Patroclum ex Sthenele uxore ſuſcepit,qui ab eo Menoetiades appellatur. Ouid.in Epiſ. Penel. Siue Menoetiaden falſis cecidiſſe ſub armis,&c.

MENOLES,uide Mænoles cum diphton.

MENON,onis,(μένων)arrogantiſſimus Sophiſta fuit Socratis ætate: cuius meminit Plutarchus in bello,quem περὶ πολυφιλίας,inſcripſit.

MENOPHILVS,(μενόφιλος)Eunuchus fuit,cui Mithridates à Pompeio uictus filiam ſeruandam dedit in arce quadam,quam cũ Manlius Priſcus obſediſſet,defenſoresq́ deditionem parantes Menophilus ſentiret, gladium in uiſcera ſua compegit,ueritus ne captiua puella raperetur & uiolaretur, Auctor Ammianus Marcellinus lib.16.

MENOSCA,(μένοσκα)oppidum Vardulorum,in Tarraconenſi Hiſpania: cuius meminit Pli.li.4.ca.20.& Ptol lib.2.ca.6.

MENOTHARVS,(μενόθαρος)fluuius in Mæotim influens: cuius meminit Pli lib.6.ca.7.

MENOSGADA,uide Monoſgada.

MENS,huius mentis,fœmi.gen.{Mente}(νοῦς)eſt princeps animæ facultas,quæ & intelligentia à quibuſdam uocatur, qua ſolus homo præditus, cæteris antecellit animantibus,quaq́ res incorporeas & ab omni materia abſtractas contemplatur. Hinc fit,ut mentem pleriq́ dictã exiſtiment,quaſi eminentẽ: ſiue qđ inter omnes animæ facultates maximè emineat, ſiue q́ per eam inter animata plurimũ emineamus. Cic. de Senec. Homini ſiue natura,ſiue Deus, nihil mente præſtantius dedit. Lact.li.7 Primũ non idem eſt mens,& anima. Aliud eſt.n. quo uiuimus:aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur,anima manet. Et ideo qui mentis compotes non ſunt,non excordes,ſed dementes appellantur. Mẽs ergo.i. intelligentia, uel augetur,uel minuitur pro ætate:anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tẽpore ſpirandi accepit facultatem,eodẽ uſq; ad ultimum durat, donec emiſſa corporis clauſtro,ad ſuam ſedem reuolet. Thales Mileſius: Velociſſimũ(inquit) omnium quæ ſunt,eſt mens:nã tantæ celeritatis eſt:ut uno tẽporis puncto cœlum omne colluſtret,maria peruolet,terras & urbes peragret. Qui uerò animum & Mentem idẽ eſſe dicũt,falluntur:quum Mens ſit cogitationis, conſiliiq́ ſubtilitas quędã,certę rationi conſentanea. Ideo Amentes & Dementes dicuntur,qui nullo conſilio utuntur: Animus uerò eſt uitæ,& uoluntatis fundamentum. Plau.in Ciſtel. Examinor,differor,diſtrahor,diripior, ita Nullã mẽtem animi habeo. Ex quo Plauti teſtimonio clariſſimè oſtenditur, Mentem eſſe rem diuerſam ab Animo. Alioqui.n. Plautus ineptè dixiſſet,mentem animi. Similiter ẽt Ter.in And. Animũ & Mentem res diuerſas facit Mala(inquit) mens,malus animus. Ponitur quandoq́ pro uoluntate,ſnĩa, ſiue(ut uulgus loquitur)intẽtione. Ver.1. Aen. In primis regina quietum Accipit in Teucros animum,mentemq́ benignã. Ci.li.4. Tuſc.Quæſt. Humanus aũt animus,qui decerptus eſt ex mẽte diuina,cum alio nullo,niſi cũ ipſo Deo(ſi hoc eſt fas dictu) cõparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus,et ſi eius acies ita curata,ut nec cęcetur erroribus,fit perfecta mens.i.abſoluta ratio,quod eſt idẽ quod uirtus. Ponitur quandoq́ Mens pro conſilio,γνώμη. Verg.1. Aene. Noſtram nunc accipe mentẽ. Quandoq́ pro animo. Ci.2.de Ora. Ego autem defendebã hac eã mente fuiſſe,&c. Suæ mentis eſſe dicuntur,qui ſibi rectè proſpiciunt, & bonam mentem habent. Cic.in Piſo. Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patriæ,& cæte. Deponere mentem mentumq́ in gremiis minarum dixit Ci.in Antoniũ, Phil.13. Huius compoſita ſunt Amens,Demens,Vehemens.

MENSA,æ,{Menſa,Ariſt.Poſta che fu la menſa & le uiuande, }(τράπεζα,) eſt,ad quã accumbimus cibũ ſumpturi:dicta,inquit Varro, quaſi meſa,q́ inter duos porrigitur. Ver,1. Aen. Pars epulis onerãt menſas,& plena reponunt Pocula. Duo ãt fuerunt apud Romanos pretioſiſſima menſarũ genera, Citrea.ſ. & Acerna,de quibus apud Mart.lib 14. Epigrãmata duo. Ouid. 11. Meta. Hunc pede conuulſo menſæ Pallęus acernę Strauit humi Belates, deiecto in pectora mento ad umbras. Cic 6. Verr. Tu maximã & pulcherrimam menſam citream à Lutadio abſtuliſti. Hor.1.Serm.Saty.3. Modo ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri,& toga,quæ defendere frigus,Quãuis craſſa, queat, &c. Quandoq́ ponitur pro prandio,uel cœna. Iuuen. Saty.1. Quũ de tot præclaris orbibus,& tam Antiquis una comedunt patrimonia menſa. Vnde & Primę, & Secundæ menſæ.i.primi & ſecundi cibi: uulgus Introitũ & Exitum menſę appellat. Ouid.de Nuce: Poma cadunt menſis non interdicta ſecundis. Cice.ad Atti.lib.14. Secundã menſam,dixit in numero ſingulari. Hæc(inquit)ad te ſcripſi,appoſita ſecunda menſa. Accipitur,etiã Menſa pro abaco numulariorũ,quemadmodum apud Græcos τράπεζα:unde & ipſi numularii à Cicero. Menſarii uocantur,quos Græci uocant τραπεζίτας. Cic. in Piſo. Quid? ſtipendiũ militibus per omnes annos à ciuitatibus,menſis palã propoſitis,eſſe numeratum? Ponitur quandoq́ pro diſco,ſiue quadra,qua utimur in menſa ad epulas in fruſtula conſcindendas. Fieri ſolet frequẽtibus ex ligno,aut ſtanno, olim ẽt ex pane. Verg.7. Aen. Accisſis coget dapibus conſumere menſas. Hinc Menſula, æ, diminutiuum. Plau.in Moſtel. Cedo aquam manibus,puer, appone hic menſulã. De menſa mittere.i.de iis,quæ appoſita erant menſæ. Cic.ad Att.libr.5 Diſcubuimus omnes præter illã: cui tamen Q. de menſa miſit,illa reiecit. Antiqui menſam uaſorum quadratã habuerunt,uocaueruntq́ Vinarium: de quo uide Varro. Fuit & menſa uinaria rotunda,nomine Cylibantũ, ἀπὸ τοῦ κύλικος. Sic enim Græci calicem uocant. Altera erat quadrata una columella ſubnixa, Cartibulum uocatur. Auctor eſt idem Varro de Lingua Latina lib.4.

MENSARIVS,rii,{Caſſiere,banchiere}qui & Argentarius à Latinis,à Gręcis τραπεζῖται,& κολλυβισταὶ dicitur. Cice.pro Flac. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima,& conficientiſſima literarum, in qua nummus moueri nullus poteſt,ſine quinque Prætoribus,tribus Quæſtoribus,quatuor mẽſariis,qui apud illos à populo creantur.

MENSVLARII, (τραπεζῖται)iidem qui menſarii, & argentarii dicuntur. Vtitur hac uoce Vlp.l.Si uenter.ff.de priuil.cred.

MENSIO, onis,(μέτρησις)à uerbo Metior,idem quod menſura, Cice.in Orato. Aures,uel animus aurium nuntio,naturalem quandam in ſe cõtinet uocum omnium menſionem.

MENSIS, is,{Meſe}(μήν)à Metior deducitur,quaſi res numero dierum menſa. Cic.lib.2.de nat.de. Qui quia menſa ſpatia conficiunt, Menſes nominantur. Macrobius à Græco μήνη,id eſt,à Luna trahit.nã Lunæ curriculo mẽſis conficitur. Verg 3.Geor. Sæpe diem,noctemq́,& totũ ex ordine menſem Paſcitur. Menſes in plurali ſunt mulierum menſtrua. Pli lib.21.ca.25. Ciet menſes è uino pota. Hinc Trimeſtris,(τριμηνιαῖος)trium menſium. Auguſt libr.13.Ciuit. Arcades,quorum anni trimeſtres fuerunt. Bimeſtris, duorum menſium.

MENSTRVALIS, le,{Coſa che ſi fa ogni meſe}(μηνιαῖος)quod ſingulis mẽſibus fit. Plaut.in Capt. Qui ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier. Menſtrualis mulier,(ἡ τὰ ἔμμηνα ἔχουσα)quæ menſtrua patitur, quæ mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolent. Plin.libr.19.cap.10. Omnia uerò acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt.

MENSTRVA,orum.ſubſtantiuũ,plur.numeri,(τὰ καταμήνια,τὰ ἔμμηνα) mulierũ profluuium eſt,& purgatio frigidi & indigeſti humoris, quem natura quaſi noxiũ expellit. Dicta ſunt autem Menſtrua, q́ unoquoq́ menſe mulieribus,quæ eius ætatis ſunt,ut poſſint concipere,ſoleant accidere: unde ẽt Menſes appellamus. Menſtruum uirus deſcribit Pli.li.7.cap.15.his uerbis:Sed nihil facilè reperitur mulierũ profluuio magis mõſtrificũ: aceſcunt ſuperuentu muſta,ſterileſcunt tactæ fruges,moriuntur inſita,exuruntur hortorũ germina,& fructus arborum,quibus inſidere, decidunt: ſpeculorum fulgor ipſo aſpectu hebetatur, acies ferri præſtringitur,eborisq́ nitor:aluei apum emoriũtur:æs etiam,atq; ferrum rubigo protinus corripit,odorq́ dirus aera Et in rabiem aguntur guſtato eo canes,atq; inſanabili ueneno morſus inficitur.

MENSTRVVS, a, um, {Di un meſe}(μηνιαῖος,ἐπιμήνιος) quod eſt unius menſis. Cic.1,de Nat.deo. Huius hanc luſtrationem eiuſdem incenſa radiis mẽſtruo ſpatio luna complet. Mẽſtrua cibaria,apud Cice.5. Verr.quæ ſunt unius menſis. Sic,Opus menſtruũ, Menſtrua uita. Menſtruum etiã ponitur aliquando pro alimento in ſingulos mẽſes legato: ut Annuam,quod in ſingulos annos. Vlpia.in.l.qui bonis.ff.de ceſſ.bono. Si quid miſericordiæ cauſa fuerit relictũ, puta menſtruum,uel annuum,alimentorum nomine.

MENSVRA, æ, {Miſura}(μέτρον)inſtrumentum quo metimur:unde & nomen habet:aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus. Plin lib.7.cap.56. Menſuras,& pondera Phidon Argiuus,aut Palamedes(ut maluit Gellius)inuenit. Transſumitur etiam ad alia Idem lib.2.cap.1. Quaſi uerò menſuram ullius rei poſſit agere,qui ſui neſciat. Plin.Iunior in Epiſt. Ex illo enim menſuram beneficii tui prorſus intelligo.

MENTAGRA, æ, (λειχὴν)morbus dictus à mento,a quo incipit,& faciem quidem,collum,pectus,manusq́ fœdo quodam furfure occupat. Vide Plin.lib. 26.cap.1.& ea,quæ annotauimus in dictione Lichen.

MENTECAPTVS, {Fuor di ſe} (ἄφρων,παράφρων)pro amente accipitur, quemadmodum Oculis captus,pro cæco. Feſtus: Mente captus dicitur, quum mens ex hominum poteſtate abiit.

MENTERCOSA, (μεντέρκοσα)ciuitas eſt Hiſpaniæ,in finibus Celtiberiæ. Ptolem.lib.2.cap.6.

MENTESA, (μέντησα)oppidum Hiſpaniæ,in plaga Auſtrali Celtiberię. Ptolem.lib.2.cap 6.

MENTHA, ę, (ἡδύοσμος)herba uulgo nota,ẽt hodie apud nos nomẽ retinens; ita dicta à Græca dictione μίνθη. Sic.n.olim hæc herba a Gręcis uocabaĩ à nomine Minthes Cocythi filiæ,quã Proſerpina cum Plutone deprehenſam in hãc herbam commutauit:quæ poſtea,commutato nomine,propter odoris ſuauitatẽ dicta eſt ἡδύοσμον. Plin.lib.19.ca.8. Menthæ nomen ſuauitas odoris (hoc.n. ſignificat Hedyoſmos)apud Græcos mutauit:cùm alioqui Mintha uocaretur: unde ueteres noſtri nomen declinauerunt.

MENTHASTRVM, (ἡδύοσμον ἄγριον)ſylueſtre olus dictum, q́ mẽtham imitetur,quaſi ſylueſtris mentha. Plin.lib.10.cap.4. Dioſc.libr.3.cap.40.

MENTIGO, inis, pen. p. (λειχὴν) genus morbi, quod pecudes inuadere ſolet. Col. li. 7 Eſt autẽ Mentigo, quam paſtores Oſtiginem uocant, mortifera lactentibus. Ea plerunq; fit, ſi per imprudentiã paſtoris emiſſi agni, uel etiam hoedi, roſcidas herbas depauerint, quod minimè committi oportet. Sed quum id factum eſt, uelut ignis ſacer, os, atq; labra foedis ulceribus obſidet.

MENTIOR, iris, {*Mentire, dir bugie*} (ψεύδομαι, ψευδολογέω) cõtra id, qđ in mente eſt, loquor. Plaut. in Amph. Verbero, mentiris nunc: At iam faciã, ut uerum diſcas dicere. Terẽ. in Heau. Non eſt mentiri meum. Id eſt, non conſueui mentiri. Qui. n. mentitur, nõ ipſe fallitur, ſed alterũ fallere conat̃ in eius detrimẽtum. Qui uero mendacium dicit, tũ etiã fallitur, quum credit ſe uerum dicere. Vnde Nigidius, apud Gelli. Vir bonus pręſtare debet ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Aliqñ tamen Mentiri, eſt per imprudentiam falſum dicere, ſicut & mendacium dicere. Cic. lib. 4. Tuſc. Nunc ad philoſophos ueniã, qui negant amorem ſtuprũ eſſe, atq; in eo litigant cum Epicuro nõ multum mentiente. Priſcianus uult hoc uerbum eſſe commune. Vnde Mẽtitus participium aliquando in paſſiua ſignificatione inuenitur. Cic. 2. de Na. de. Quęq; his uacant, mentita, & falſa, plenaq; erroris. Stat. lib. 1. Theb. Mentitis ignoſca toris. Interdum eſt fingere, ſimulare, & uelle uideri id quod non eſt: ut cum dicimus Mentiri ſexum, mentiri colorem fuco. Mart. lib. 1. Mẽtitusq; uirum prodigioſa Venus. Quint. lib. 2. cap. 15. Et mangonũ, qui colorem fuco, & uerum robur inani ſagina mentiuntur. Plin. lib. 37. cap. 8. Inficitur, candoremq; mentitur. Et dicimus Mentiri aduerſus aliquẽ, Mentiri in aliquem, Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo: teſtimonia paſſim eſt inuenire. Huius compoſitum eſt Ementior, (καταψεύδομαι) quod eſt, apertè, ſeu publicè aſſerendo, quod non eſt.

MENTIO, onis, {*Mentione*} (ἀπομνημόνευσις) à ſupino Mẽtũ, quod à Meno uerbo antiquo deducitur, teſte Val. li. 3. Mentionẽ facere alicuius eſt cõmemorare. Cic. ad Sulpitium lib. 13. Hominem eſſe neminem, qui unquam mentionem tui ſine tua ſumma laude fecerit. Dicimus etiã Mẽtionem facere de aliquo, Mẽtionem habere alicuius, Incidere in mentionẽ alicuius, Intermittere mẽtionẽ alicuius. Pli. lib. 2. ca. 8. In mẽtione terræ dicetur. i. dũ terræ faciemus mentionem.

MENTOAS, (μεντόας) Fluuius olim dicebatur, quem nunc (Euſtathio in Dionyſium teſte) Iſtrum, ſiue Danubium appellamus.

MENTOR, toris, p. c. (μέντωρ) mirus fuit in uaſis cælandis artifex. Iuu. Saty. 8 Raræ ſine Mentore menſæ. Plin. lib. 33. cap. 11. L. uerò Craſſus orator duos ſcyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertijs C. Idem li. 12. Mentori quotidie teſtimonium perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Epheſia, quibus fuere conſecrata eius artis uaſa. Hinc Mentoreus, a, um. Proper. lib. 1. Leſbia Mentoreo, uina bibis opere.

MENTORES, pen. cor. (μεντορές Stephano) populi ſunt in Illyrico: quorum meminit. Plin. lib. 3 cap 21.

MENTVLA, æ, (πέος) membrum uirile dicitur. Verg in Priapeia: Nimirum ſapiunt: uidentq; magnam Matronæ quoq; mentulam libenter. Hinc Mentulatus, cui de hoc membro egregie proſpectum eſt. Verg. in Pria. Deus Priapo mẽtulatior non eſt.

MENTVM, ti, {*Mento*} (γένειον) ab eminendo: à gula enim eminet. Et quamuis Plin. lib. 11. cap. 37. dicat mentum nulli præter hominem eſſe, Plaut. tamen in Menæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (inquit) ſuillam, lardum, pernam, Itidem autem ſynciput, aut menta porcina. Item Verg. 3. Georgi. de boue: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cice. 1. Tuſcu. Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. Verg. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cyniphij tondent hirci, ſetasq; comantes Vſum in caſtrorum, & miſeris uelamina nautis.

MENVS, lege Mœnus.

MENVS, uir fuit inter Samnites natus, qui mirè ſolitudinem amabat, in qua, ne quid per otium perperam faceret, apes curabat.

MENVTHIAS, adis, (μενουθιὰς Stephano) inſula eſt Aethiopiæ adiacens, iuxta Praſſum promontorium: cuius meminit & Ptolemæus lib. 4. capi. 9.

MENVTHIS, (μενουθὶς) uicus Aegypti non procul à Canopo: cuius incolæ, Menuthitæ, (μενουθῖται) uocantur. Stephanus.

MEO, as, {*Andare*} (πορεύομαι) uado, ultrò, citroq; eo. Pli. li. 9. ca. 17. de accipẽſere Vnus omniũ ſquammis ad os uerſis, contra aquã nando meat. Anima meãs in membra diuerſa, Luca. lib 3. Mobilitas meandi per magnum inane, Lucret. libr. 2. Eſt item Meare, (ῥεῖν) fluere, manare. Vnde Meatus, quos Græci πόρους uocant. Plin. lib. 29. cap. 22. Succus maluæ decoctæ, poros, hoc eſt, meatus ſuaues facit. Meatus item apud eundem lib. 10. cap. 38. ponitur pro itione, ſiue pro incedendi, aut uolandi ratione. Aues ſolæ, (inquit) uario meatu feruntur & in terra, & in aere. Item lib. 2. cap. 8. Meatus siderũ, hoc eſt, curſus, & motus aſtrorum. Hinc Meabilis, & hoc. bile, adiect. Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, aerẽ. i. qui facile per omnia meat, & fluit. Huius cõpoſita ſunt Commeo, Permeo, (διαδύνω) Remeo, & Tranſmeo.

MEON, (μῆον Dioſcoridi) herba eſt folia habens aniſo non diſſimilia, quam Plinius libro 20. cap. 23. Meu appellat.

MEPHITICVS, a, um, (μοφαλίας) apud Sidoniũ Apollinarẽ, p fætulẽto.

MEPHITIS, huius mephitis, pe. pr. (δυσωδία, ἀποφορά) terrę putor, ex aquis maximè ſulphuratis, atq; corruptis prouenıẽs. & in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum. Verg lib. 7. Nemorum quæ maxima ſacra Fonte ſonat, ſæuamq; exhalat opaca mephitim. Alij Mephitim Deum eſſe uolunt, Leucotheę connexum: ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Iunonem intelligunt, quã aerem eſſe conſtat. Omnis autem putor, non niſi ex corruptione aeris naſcitur, ſicut bonus odor de aere incorrupto, ut ſit Mephitis, Dea odoris grauiſſimi, id eſt, graueolentiæ. Hæc Seruius in locum Vergilij iam citatum.

MERA, (μαῖρα) proprium nomen ſacerdotis Veneris. Stat. lib. 8 Theb. Aegeæ Veneris, quos Mera ſacerdos Ediderat perhibente Dea. Mera item Prœti, & Antiæ filia fuit, quæ quum uenationi dedita, Dianam per nemora ſequeretur, à Ioue uiſa & dilecta eſt, qui ſumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Quapropter quum poſtea ob patrati ſceleris pudorem, timens ne denuo deciperetur, uocanti ſe Dianæ obſequi nollet, ab eadem ſagittis confoſſa occubuit. Tandem in canem eſt mutata. Oui. lib. 7. Meta. Et quos Mera nouo latratu terruit agros. Eſt etiam alterius canis nomen, de qua in dictione Erigones.

MERACVS, a, um, pen. pr. ut ſtatim docebimus, {*Puro*} (ἄκρατος) idem eſt, quod merum, hoc eſt, ſolum & purum. Pli. lib. 23. cap. 1. Meracis potionibus per uiginti dies ante canis ortum, totidemq; poſtea ſuadet Heſiodus uti. Vnde Vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admiſtum. Hora. 2. Epiſt. 2. Expulit helleboro bilem, morbumq; meraco. Propertius: Ah pereat quicunq; meracas repperit uuas, Corrupitq; bonas nectare primus aquas. Calepinus putauit huius dictionis pen. ſyllabam corripi, adducens hunc uerſiculum ex Priapeijs. Conſtitui meracas, edidiciq; notas. Sed quoniam hic uerſiculus, neq; certi eſt auctoris, neq; mendæ ſuſpicione caret, tanti apud nos eſſe non debet, ut receptiſſimorum poetarũ teſtimonijs, quæ iam adduximus, debeat præferri. Hinc fit comparatiuum Meracior, et ſuperlatiuum Meraciſſimus. Vnde Meracius, (ἀκρατέστερον, ἀκρατέστερον, ζωρότερον) bibere dicuntur, qui minus uino aquæ miſcent: ſicut contrario Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celſus præcipit hyeme meracius bibendum eſſe, ęſtate dilutius. Cic. 3. de Nat. Deo. Vt ſi medicus ſciat, eũ ægrotum, cui iuſſiſſet uinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimq; periturum, magna ſit in culpa. Hinc Meraculus diminut. Pl. lib. 20 c. 19. Opiũ ex uino meraculo, ſi protinus detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit.

MERCALIS, le, {*Vendibile, mercantesco*} (ὤνιος) quaſi uendibilis. Col. lib. 7. ca. 6. Ex his ſingula capita, quæ uidentur eſſe robuſtiora: in ſupplementum gregis reſeruantur, cætera mercalibus traduntur. id eſt, uendibilibus. Quædam tamen exemplaria hic legunt Mercantibus, non mercalibus. Hinc componitur Promercalis, de quo infra.

MERCATOR, oris, {*Mercante*} (παλιγκάπηλος, ἔμπορος) qui emit, ſiue ut ipſe poſſideat, ſeu alteri uendat. Hora. Epi. 1. Impiger extremos curris mercator ad Indos.

MERCATVRA, ę, {*Mercantia*} (ἐμπορεία) negociatio, ſeu actus mercandi. Cic. lib. 1. Offi. Mercatura autem, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna copioſa multa undiq; apportans, multis ſine uanitate impertiens, non eſt ad modum uituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturã, pro exercere. Ci. 7. Verr. Alios qui à prædonibus erant capti, cùm mercaturas facerent, &c.

MERCATVS, us, {*Mercato*} (ἐμπόρευμα) idem quod mercandi actus. Plau. in Moſtel. Aedes filius tuus emit. TE. Aedes? TR. ædes. TE. Euge. Philolaches patriſſat, & iam homo in mercatum uortitur. Aliquando ẽt pro loco uccipitur, ad quem mercatores emendi uendendiq; gratia conueniunt, quem & appellamus Emporium, (ἐμπόριον) uel Forum. Ci. lib. 1. Offic. Quò quum, tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus ſis, inanem redire turpiſſimum eſt. Ter. in Adel. Emptæ mulieres Complures, et item hinc alia quæ porto in Cyprũ, Niſi eò ad mercatum uenio, damnũ maximum eſt. Quẽ in locum Donatus annotauit Mercatum aliquando accipi pro ipſo tempore, quo negotiatores ad emendum, & uendendum conueniunt: hoc eſt, pro ipſis nundinis.

MERCATIO, onis, uerbale, (ἐμπόρευσις) Gellius libro. 3. ca. 3. Pecunia omni in mercationibus perdita.

MERCATVS, a, um, participium, (ὠνησάμενος,) modò actiuè accipitur, ut apud Teren. Agrum in proximo mercatus es. id eſt, emiſti. Modò paſſiue. Pli. lib. 37. ca. 2. H-S CL. M. trullam unam non ante multos annos mercatam à matrefamilias, nec diuite.

MERCENARIVS, rij, {*Mercenario*} (μισθοφόρος, ὑπομίσθιος) qui mercedis gratia operam ſuam alicui præſtat. Ci. 1. Offi. Illiberales & ſordidi quęſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

MERCENARIVS, a, um, (ἔμμισθος, μίσθιος, μισθοφορικός) quod mercede conductum eſt: ut, Mercenarij teſtes. apud Ci. in Epiſto. & Mercenarium prætoris decretum, apud eundem in Verr. Mercenarius, et Gratuitus ſunt cõtraria. Ci. 1. de Legi. Quid liberalitas? gratuita'ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio, benigna eſt, & gratuita: ſi cũ mercede, conducta.

MERCES, cedis, {*Mercede*} (μισθός) à merendo ære, inquit Var. lib. 4. de Lingua Lat. Eſt enim Merces, præmium, quod datur pro labore, ſeu ſtipendium: Iuuena. Sat. 7. Scire uolunt omnes mercedem ſoluere nemo. Quandoq; ponitur pro penſione, & reditu annuo. Ci. 2. de Fin. Vides igitur ſi amicitiam ſuã charitate metiare: nihil eſſe pręſtãtius: ſine emolumento, ſummas familiaritates prædiorum pretioſorum mercede ſuperari. Quandoq; pro pretio & dãno. Cic. ad Lent. Tamen in moleſtia gaudeo te eam fidem cognoſcere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. Hinc Mercedula, lę, diminutiuum, Cic. 1. de Ora. Itaq; ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus.

MERCIMONIVM, nij, idẽ ferè eſt, qđ merx, (ἐμπορία) Pla. in Amph. Vt uos in uoſtris mercimonijs, emundis, uẽdũdisq; uoltis me lętũ lucris Afficere.

MERCOR, aris, deponens eſt, {*Mercare. Pet. i' ne lagrime, & ſoſpiri, & dolor merco*} (ἀγοράζω, ἀλλάσσομαι, ἐμπορεύομαι) lucri cauſa mercaturã exerceo, uel ẽt ſimpliciter emo. Et quandoq; accuſatiuo ſolo contentum eſt. Terent. in Heaut. Inde adeò q agrum in proximo hic mercatus es. Quandoq; cũ ablatiuo pretium denotante iungitur, ſicut Emo. Gel. li. 1. c. 19. Libros tres reliquos mercatur, nihilo minore pretio. Quandoq; ablatiuo mediante aliqua harũ præpoſitionum A, Ab, uel De, ſine pretio expreſſo. Cic. lib. 1. Offi. Sordidi ẽt putãdi, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim uendant. Quandoq; datiuo. Teren. in Eun. Quidam eunuchus: quem mercatus fuerat frater Thaidi. Mercari Græca fide eſt, ubi nõ uerbis, neq; ſtipulationibus, ſed præſenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, niſi præſentem pecuniam numeraſſent. Pla in Aſi. Cætera quæ uolumus uti, Gręca mercamur fide. Mercari præſenti pecunia, idẽ Plau. in Cap. Quos tã grandi ſum mercatus pręſenti pecunia. Hinc Mercatio uerbale. Gel lib. 3. c. 3. Pecunia omni in mercationibus perdita. Cõpoſita ſunt, Cõmercor. Plau. in Capt. Pater ergo captiuos cõmercatur Alios. Præmercor, ante alios, mercor, ut. ſ carius uendam.

MERCVRIALIS, herba eſt inſigniter aluũ ciẽs, (λινόζωστις,) cuius duo gña maſculus et fęmina. Pl. lib. 25. c. 5. Linozoſtis, ſeu parthenion, Mercurij eſt inuẽtũ: ideo apud Græcos Hermupoan multi uocãt eã: apud nos oẽs Mercurialem.

MERCVRIALES, uidentur fuiſſe ſodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij inſtituto. Ci. ad Q. Fra. lib. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt.

MERCVRIVS, (ἑρμῆς) Iouis & Maię filius: ita dictus à mercibus, eo q negotiatoribus pſidere exiſtimet̃. A' Græcis Hermes dicit̃, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc eſt, interpretãdo. Varijs a Poetis appellat̃ nõibus: nã modò Lagius dicitur,

modo

modò Agriphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. Præter hunc tres alij fuiſſe Mercurij dicuntur: unus Cœli, et Diei filius: alter Liberi & proſerpinæ: tertius Iouis, & Cillenes, quem fama eſt, ob Argi cædẽ profugum, literas Aegyptijs oſtendiſſe. Verum omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo & alas in capite, & pedibus ponunt, uolentes ſignare, uelocẽm ferri per aera ſermonẽ. Ideo autem Deorũ nuncium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Dictus eſt Deus facundiæ, ꝙ hominibus eloquentiam præſtare putabatur. Habitus eſt & Deus mercatorum, (κτέσιος, κερδῷος) palæſtræ, furũ. Lyram inuenit: Hermaphroditũ ex ſorore Venere genuit: Martem è duris carceribus liberauit: Argum interemit: Prometheũ in Caucaſo religauit. Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorũ ſacerdos ſuperioris (ut putatur) nepos, qui à Græcis, ἑρμῆς τρισμέγιστος, hoc eſt, Mercurius ter maximus dictus eſt, ꝙ et ſummus eſſet ſacerdos, & ſapientiſſimus philoſophus, et rex potentiſſimus. Eſt & Mercurius unus ex ſeptem planetis, cuius corpus cunctorũ ſyderum minimum, ferè ſemper ſubeſt radijs ſolaribus, à quibus non recedit longius, q̃ uiginti octo gradus. Ideo ab Aſtronomis στίλβων dicitur, qđ eſt, radians. Vnde & ſolatus & peruſtus fingitur: ꝙ Soli uicinior ſit, q̃ reliquæ ſtellæ. Ci. li. 3. de Natu. Deo. quinq; Mercurios cõmemorat: Mercurius (inquit) unus Cœlo patre, Die matre natus, cuius obſcœnius excitata natura traditur, ꝙ aſpectu Proſerpinæ cõmotus ſit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui ſub terris habetẽ idem Trophonius. Tertius Ioue tertio natus ex Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quẽ Aegyptij nephas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitus interemiſſe, ob eãq; cauſam Aegypto præfuiſſe atq; Aegyptijs leges & literas tradidiſſe. Hactenus Cic. Ver. li. 4. Aen. Tunc ſic Mercurium alloquitur ac talia mãdat, etc.

MERDA, æ, (σκὼρ, μίνθος) cibi excrementum, quod per ſeceſſum egeritur. Horat. lib. 1. Serm. Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis Coruorũ, atque in me ueniat mictum, atq; cacatum Iulius. Hinc fit Merdo, as, (χέζω) à quo Permerdo, id eſt, fœdo, & conſpurco. Albinus: Vt faciunt pueri, qui omnia permingunt, atq; permerdant. Perottus.

MERE', aduerbium, purè. Plaut. Truculen. Interim ille hamum Vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit merè.

MERENDA, æ, {Merenda} (τὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν) cibus auctore Nonio, qui datur poſt meridiẽ. Vnde & Merendo, as, Calphurnius in Buco. Seræq; uidebitur hora merendæ. Plau. in Moſt. Videſis, ne forte ad merendã quopiam diuorteris, atq; ibi melius quam ſatis fuerit, biberis. Feſtus: Merendamq; antiqui dicebant pro prandio, ꝙ ſcilicet medio die caperetur.

MEREO, es, & Mereor, eris, deponens indifferenter faciunt præteritum merui, uel meritus ſum, {Meritare} Et proprie ſignificant aliquid facio, quãobrẽ aut præmium accipere dignus ſum, uel pœnam pati, μισθοῦσθαι, μισθοφορεῖν, ἄξιός εἰμι. Et in hac ſignificatione frequentius utimur uerbo deponẽte, præterquã in præterito, quo indifferenter utimur. Et tã in bonam partem accipitur, quã in malam. Quin. li. 4. ca. 1. Nõ ut optabile eſt, plus fauoris mereri ſic proximũ, odij minus. Cic. 1. de Nat. Deo. Quid a. mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? Tere. in And. Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſem ſui. Quãdo uero cũ ablatiuo conſtruitur mediãte præpoſitione De, idem eſt quod conferre aliquid boni, uel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum aduerbiorum Bene, uel malè. ut, Bene mereri de aliquo, (εὐεργετεῖν) eſt aliquid beneficij in aliquem conferre. Verg. 4. Aen. Si bene quid de te merui. Malè mereri de aliquo, (κακῶς ποιεῖν) idem eſt quod offendere. Plau. Curcul. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inſcitia eſt. Interdũ ſine his aduerbijs, Mereri de aliquo dicimus: quod modò in bonã, modò in malam partem accipitur pro exigentia argumenti. Cic. 6. Verr. Talis ille uir fuit, ita de Pop. Roma. meritus, ut non uni familiæ, ſed uniuerſæ ciuitati cõmendatus eſſe debeat, hoc eſt tam multa beneficia in populum Romanum contulit. Tertio ſignificat ſtipendio facio in militia, (μισθοφορέω) hoc eſt, ſtipendij gratia milito, & dimicu, & tunc datiuum, aut ablatiuum requirit, uel abſolutè ponitur. Luc. lib. 10. Aere merẽt paruo. Luc. lib. 9. Scæua uiro nomen, caſtrorum in plebe merebat. Ouid. 3. Faſtorum: Totidem Pilanus habebat Corpora, legitimo quiq; merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Liu. 4. Belli Pun. 4. Vt ij omnes quos Cenſores notaſſent, pedibus mererent. Aliquando & accuſatiuo iungitur, ut apud Sueto. Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione uix utimur uerbo deponente Merior. Non enim dicimus Mereri pedibus, uel Mereri ſtipendia: ſed Merere pedibus, Merere equo, Merere ſtipendia. Hinc Emeriti milites dicuntur qui militia perfuncti ſunt. i. qui perfectè meriti & exempti ſenio à labore efficiũtur. Pli. lib. 11. Nouiſſimeq; feſſis, & iam emeritis inchoatæ. Nonnunquam & paſſiue ſumitur, ut apud Quin. Emeritis hinc bello ſtipendijs. Et per tranſlationem Emeriti boues dicuntur, & quædam alia. Emeriti uerò ſenes, ſolent habere eos, qui pro ſe laborarent, qui dicuntur pro alio opus agere. Iungitur etiam ablatiuo cũ præpoſitione Cum. Cic. 7. Verr. Clamabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Coſſanum, meruiſſe cum L. Pretiu ſplẽdidiſſimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. Et cũ præpoſitione Sub Liu. libr. 1. Dec. 3. Cum hac indole uirtutum ac uitiorum ſub Aſdrubale Imperatore meruit. Accipitur etiam Mereo, pro eo quod eſt, turpem quæſtum facio, ἐργάζομαι, ἑταιρεῖν. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæſtum faciunt: & Meritorij pueri, qui quæſtus gratia ad præpoſteram libidinem proſtituuntur. Et Meritoria taberna, dicitur diuerſorium mercenarium, ubi quæſtus gratia hoſpites accipiuntur. Compoſita ſunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſiue Commereo, Demereo, Emereo, & Promereo: de quibus ſuis locis.

MERETRICIVM, cij, (ἑταίρησις) ipſa meretricandi ars. Tranquil. in Cali. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publice, & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent.

MERETRICIVS, a, um {Coſa da meretrice} (ἑταιρικός) quod eſt meretricis, uel quod ad meretricem pertinet: ut, Ars meretricia. Ter. in Heaut. Ignarã artis meretriciæ. Idem in And. Ac meretricios amores nuptijs glutinas? Meretricia diſciplina, Cic. 5. Verr. Meretriciæ opes, Idem pro Cœlio. Hinc Meretriciè aduerbium, id eſt, in modum meretricis. Plau. in Mil. Quam dignè ornata incedit, haud meretriciè.

MERETRICOR, aris, {Puttaneggiare. Dant. Puttaneggiar coi regi allhor fu uiſta} (ἑταιρεῖν, πορνεύειν) penul. pro. ſcortor. Aulus Gellius: Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.

MERETRIX, cis, {Meretrice} (ἑταίρα, πόρνη) à merendo, teſte Valla: nam mercede ſuam exercet militiam, quæ copiam ſui corporis facit. Hæc etiam Proſtibula dicitur, ſiue à proſtando, ſiue (ut alij putãt) quòd pro ſtabulis hoc eſt, ante diuerſoria ſoleat habitare. Vnde et Plau. in Ciſt. Intro ad bonam meretricem in uia ſola proſtibula ſanè eſt. Idem in Capt. Hic neq; periurus leno eſt, nec meretrix mala. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. A' turpi meretricis amore Cum deterreret. Hinc Meretricula diminutiuum. Cic. 5. Verr. A' meretricula commendari.

MERGÆ, arum, {Forcole, forche} (ἅγραι) furculæ ſunt, auctore Feſto, quibus aceruí frugum fiunt: dictæ à mergis uolucribus. Vt enim illi in ſe in aquã mergũt, dum piſces perſequuntur: ſic meſſores furcas in fruges mergunt, ut eleuare poſſint manipulos. Plau. in Pœn. Palas uendundas ſibi mergas datas, Vt hortũ tum fodiat, atque ut frumentum metat. Alij Mergas ferramenta eſſe exiſtimãt, quibus olim in frugibus demetendis utebantur. Nam in rariore ſegete ea metendi erat ratio, ut culmi medij falce inciderentur, ſpicæq; inter duo ferramenta diſtringerentur, quæ à Columella Mergæ appellẽtur. Sic enim habet ille li. 1. ca. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus ferriculatis, atq; ijs uel roſtratis, uel denticulatis medium culmen ſecant: multi mergis, alij pectinibus ſpicam ipſam legunt, idq; in rara ſegete facillimum, in denſa difficillimũ eſt. Pli. lib. 18. cap. 30. Mergites appellat. Vide infra in dictione Merges.

MERGES, itis, penult. corre. {Faſſo di ſpiche} ſpicarum manipulus: à mergendo dictus, inquit Seruius. Vergil lib. 1. Georgico. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, Prouentuq; oneret ſulcos. Mergites quoque à ueteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ & Mergæ uocantur à Columella, ut ſupra ſuo loco oſtendimus. Pli. lib 18. cap 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duos mergites ſpica diſtringitur.

MERGO, gis, ſi, ſum, {Mergere, attuffare, porre ſotto aqua} (δύω) ſub aquam pono, liquore aliquo operio. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſus q; mergitur laus carminata, donec omnem ebiberit ſaniem. Interdum etiam ſimplex Mergo, pro cõpoſito Submergo legitur, καθ' ἑτέρωσιν. Vergil. 6. Aene. 6. Quis te, Palinure, deorũ Eripuit nobis, medioq; ſub æquore merſit? Manifeſtius etiam Plini. lib. 9. ca. 44. Piſcantium cymbas ſpeculatur, occultusq; adnatans mergit. Per tranſlationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere, ſeu implicare. Vergi. Aen. 6. Sed me fata, mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſere malis. Huius compoſita ſunt, Demergo, (καταδύω, καταποντίζω) quod eſt, deorſum mergo, quod fit, quum aliquid ſub aqua, uel ſub terra, & huiuſmodi figitur. Lactant. li. 4. Non ut poetæ Ariones mentiuntur in pelago incedentem, qui demerſa corporis parte, humeris ſupereminet undas. Accipitur etiam per tranſlationem Demergo pro obruo, ſiue implico. Lactan. libr 6. Quæ autem ab illo alteru id habent officium, ut cœleſtibus auocatum, terrenisq; demerſum, ad pœnam interficiant ſempiternam, quod eſt ſummum malum. Emergo, (ἀναδύω) extra mergo, & quaſi ex loco, ubi ſubmerſus fueram, ea eo, & in lucem prodeo. Liu. lib. 1. ab urb. Primum ex profunda emerſus palude. Teren. per tranſlationem in Andria dixit. Facilè ex illis ſeſe emerſurum malis, hoc eſt, facilè ſe enaſurum ex impendẽtibus malis. Immergo, (ἐμβαπτίζω) intus mergo. Verg. lib. 6. Aen. id. Triton (ſi credere dignum eſt) inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda. Submergo, ſubtus mergo. Idem Aeneid. 1. Pallas ne exurere claſſem Argiuum, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto?

MERGVLVS, li {Stoppino, lucignuolo} (ἐλλύχνιον) dicitur funiculus ille qui in lychno flammam nutrit. Græco uocabulo Ellychnium uocamus.

MERGVS, goris, (κάδιον) genus uaſis, quam nonnulli ſitulam appellant, ita dictum, quod puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

MERGVS, gi, {Smergo} (αἴθυια) auis, ita dicta, quòd ſe in aquam cibum captãs aſſiduè immergat, teſte Varr. lib. 4. de Ling. Latin. & Ouid. Meta. 11. de Aeſaco Priami filio, ita ſcribente: Aequor amat, nomenq; manet, quia mergitur illi. Verg 5. Aene. Immotaq; attollitur unda campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis. Quàm malè ſe præſtet ueteri Græcinus amico. Huius auis natura eſt, ut ſæpe mergens aurarum ſigna colligat, & præuidens tempeſtatẽ futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. Eſt & Mergus in uite, ut docet Col. lib. 4. ca. 15. cum ſupra terram iuxta ſuum ad manicullum uitis curuatur, atq; ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad uacantem palum. Pallad. Mergum dicimus, quoties uelut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte uitis infoſſa. Et paulò poſt. Mergi uerò poſt biennium reciduntur, in parte quæ ſupra eſt, & in loco iuſtas uites relinquunt.

MERGINA, (μιργίνα) à Romanis uocatur herba illa quam Græci σμίλακα τραχεῖαν, hoc eſt, ſmilacem aſperam uocant. Vide Dioſco. lib. 4.

MERIBIBVLVS, {Colui che beue il uino ſenza acqua} qui uinum ſine aqua bibit. cuiuſmodi homines à Græcis ἀκρατοπόται appellãtur, quo ueluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati ſunt. Auguſ. Quũ tenerũ auidor eſſet, quadã die ab irata ancilla per conuicium appellata eſt meribibula, quæ res tãtum ei pudorẽ iniecit, ut poſtmodum ſobria prorſus fuerit. Et hoc quidẽ nomen diminutiuum eſt. Sicut. n. Bibulus diminutiuũ uidetur à Bibus, quo extra compoſitionem non utimur, ita Meribibula, uel Merobibula: à Merobiba: quo nomine licentioſa compoſitione uſus eſt Plau. in Curcul. Anus hic recubare ſolet, cuſtos, ianitrix nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

MERIDIES, ei, {Meriggio, mezzo di} (μεσημβρία) medius dies, quaſi medidies. Nã (ut inquit) Var. d, antiqui, nõ r, in hoc loco dicebãt. Sed ſuauioris ergo pronũtiationis mutatũ eſt d, in r: ꝙ & cõfirmat Ci. in Ora. ad Brutũ, dicens: ipſum meridiẽ, cur nõ medidiẽ? credo, qđ erat inſuauius. Ho. 3. Car. Ode 28. Inclinare meridiẽ Sentis. Ter. in Adel. Præter hæc, Meridie ipſo faciã ut ſtipulã colligat. Sẽper aũt maſculinũ ẽ, quia certũ diei tempus ſignificat. Hinc Meridianus, a, um, (μεσημβρινός) qđ ad meridiẽ ſpectat. Sic Pli. li. 2. cap. 19. Meridianum Solem dicit, et li. 13. ca. 4. Orbẽ meridianũ. Meridiano, pro meridie. i. hora meridiana. Plin. lib. 2. cap. 26. Emicant & faces non niſi cum decidunt, uti qualis Germanico Cæſare gladiatorũ ſpectaculũ edente, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Meridianus pro gladiatore. Sue. in Clau. ca. 43. Beſtiarijs, meridianisq; adeò delectabatur, ut etiã prima luce ad ſpectaculũ deſcẽderet, & meridie dimiſſo ad prandium populo præſideret: præterq; deſtinatos & leui, ſubitaq; de cauſa quoſdam committeret; Inde fit compoſitũ Pomeridianus, de quo infra.

MERIDIANVS, ſiue Meridianus circulus, (μεσημβρινὸς κύκλος) unus eſt ex ſex maioribus ſphæræ circulis, per polos mundi, & uerticem noſtrum ductus, qui unà nobiſcum mutatur, quoties aut Ortum, aut Occaſum uerſus, nos conferimus. Dictus Meridianus ab eo quòd Sole in noſtro hemiſphærio ad circulum hunc accedente, apud nos fit meridies, & rurſus media nox cum in inferiore hemiſphærio ſol ad eundem peruenerit.

MERIDIO, dias, & Meridior, diaris, deponens, {*Mangiare, ouero dormire do po mezzo giorno*} (μετ᾽ ἄριστον φάγω) ſignificat cibum meridianum capio. Plau. ſcitando, meridiando, comeſſando, pergræcando uitam ducere. Aliquando ſignificat ſomnum meridianũ capio, (ἐν μεσημβρίᾳ καθεύδω.) Corn. Celſ. lib. 1. ca. 2. Longis diebus meridiari potius ante cibum, utile eſt: ſin minus, poſt eum. per hyemem totis noctibus conquieſcere. Suet. de Nerone: Miſſos à Meſſalina uxore Claudij, qui eum meridiantem, quaſi Britannici æmulum, ſtrangularent. Hinc Meridiatio, quies meridiana. Cic. lib. 2. de Diuinat. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi: quibus antea uti non conſueueram, Catullus: Amabo mea dulcis Ipſithylla, Meæ deliciæ, mei lepores, Iube ad te ueniam meridiatum.

MERIONES, (Μηριόνης) fuit, teſte Homero lib. Iliad. 2. auriga Idomenæi, & cum eo dux nautum, quæ è Creta uenerant ad Troiam, ipſi Marti, ut ait, ipſius Martis arbitrio comparandus.

MERIS, (μηρίς) herba eſt, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Dioſcorides libro 4.

MERISMOS, (μερισμὸς) à Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Diſtributionem uocant: quum ſcilicet genus in ſpecies, aut totum in partes diſſecamus, ordine diſcreto: quæ ſententiarum figura diuiſioni ac partitioni affinis eſt. Nam diſpoſitio (quæ utrunq; complectitur) eſt, auctore Fabio utilis rerum, ac partium, in loco diſtributio. Huc etiam pertinet διάλυσις. I. diſſolutio, cùm diſperſa diſtributione diſſipantur: quali Cicero uſus eſt in epiſtola ad Luceium ſecunda, familiarium lib. 5. Transferam animum ad ea, quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur.

MERITO, {*Degnamente, meritamente*} (ἀξίως, ἀξίως) aduerbium. i. digne, iure, Ter. & in Adelph. Benè facis, meritò te amo. Cic. 5. Verr. Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc, quæ uera ſunt, dicam. Superlatiuum habet Meritiſſimò, itidem aduerbium, citra tamen comparatiuum. Cicer. de Orato. libro 1. Primùm Scæuolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſſimo pro eius eximia ſuauitate debemus.

MERITO, as, {*Guadagnare*} (μισθοφορεῖν) à ſupino uerbi Mereo ſignificat quæſtum, uel lucrum ex re aliqua referre. Plin. lib. 7. cap. 32. Quippe cum iam apud maiores Roſcius hiſtrio H S. quinquaginta annua meritaſſe prodatur.

MERITORIVS, a, um, {*Che ſi da per guadagno. che ſi tta à nolo*} (μίσθιος) quod quæſtus gratia locatur. Vnde equi meritorij, & Meritoriæ rhedæ, ζεύγη μίσθια Meritoria uehicula. Tranquillus in Caligula, cap. 39. Quicquid inſtrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe repetiit, comprehenſis ad deportandum meritorijs uehiculis. Meritorium quoq; cœnaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatitio diuerſorio, ita de Vitellio ſcribens. Satis conſtat, exituro uiaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore, & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. Pueri meritorij, dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quæſtum proſtituunt: quemadmodum mulieres, quæ corpus ſuum uirorum libidini proſtituunt, Meretrices appellantur: utriq; à merendo dicti, quòd corpore ſuo mereãt, hoc eſt, turpẽ quæſtum faciant. Cic. in Anton. Ingenui pueri cum meritorijs, ſcorta cũ matribusfamilias uerſabantur. Taberna meritoria, diuerſorium atq; hoſpitium mercenarium, quò cuiq; introire licet danti mercedem. Ratio uerò meritoria, quaſi uilis, male corrupta. Aliquando Meritorium abſolutè, dicitur. pro taberna mercede conducta. Iuue. Saty. Nam quæ meritoria ſomnum Admittunt.

MERITVM. ti, {*Merito*} dicitur quoduis noſtrũ factum, quo alicuius animũ demeremur, uel offendimus. Eſt enim uocabulum medium, quod tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi poteſt, & pro locorum ratione intelligendum eſt. Quando in bonam partem accipitur idem ferè eſt, quod Beneficium, προσήκον ἔργον, ἀγαθοεργία. Plancus Ciceroni. Quid enim pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſum? In peiorem partem (ἀξία) uſus eſt Ouid Epiſ. 5. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt. Item Vatinius ad Ciceronem: Scis meam fortunam: neſcio quomodo, facilè obtrectatores inuitare, non meo mehercle merito. id eſt, culpa. Dicitur etiam Meritum, pro mercede, ut annotauit Budæus ex illo Terentij in Phor. Ego hæc illam cum illo ut patiar nuptam unum diem? Nihil ſuaue meritum eſt. i. nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram.

MERITVS, ta, tum, {*Meritato, conueniente*} (ἄξιος) nomen ex participio, idẽ eſt quod congruum, & conueniens. Verg. 1. Aenei. Meritos aris imponet honores. Ouid. in Ibim: Huic igitur meritas grates, ubicunq; licebit Pro tam manſueto pectore ſemper agam. Vbi uerò Meritus eſt participium, actiuè cum ſignat, qui aliquid meruit. Plin. lib. 7. cap. 3. Cice. Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite. Paſſiuè etiam interdum accipitur. Idem libr. 7. capi. 18. Quæ Canis corona merita. Verg. Aen. 8. Merita accendit Mezentius ira. Meritum meum eſt: hoc eſt, meritus ſum. Teren. in Heau. Hin tam graues hos quæſo? M. ſic meritum eſt meum. Idem in Phorm. Faciamq;, & dicam. P. benignè dicis. M. Pol meritum eſt tuum. Id eſt, meritus es. Sic merito meo. Pla. in Aſin. Nemo enim me accuſauit Merito meo. Hoc eſt propter peccatũ à me admiſſum. Pro merito, hoc eſt, ita ut meritus eſt quiſpiam. Teren. in Phorm. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. Meritiſſimum, ſubſtantiuum, hoc eſt maximum meritum. Plau in Aſina. Iube aduenire, quæſo. Meritiſſimo eius, quæ uolet, faciemus. Huius contrarium eſt Immeritus, ἀνάξιος, Vergil. 3. Aen. Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem immeritam uiſum ſuperis. A quibus Meritiſſimus, & Immeritiſſimus. Teren. in Phor. Iandudum te omnes nos accuſare audio immerito, & me omnium horum immeritiſſimum.

MERITVS, ſubſtantiuum, mons eſt Thraciæ, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

MERMEROS, unus ex Centauris. Ouid. Metamor. 12. Quiq; pedum nuper certamine uicerat omnes Mermeros, accepto tum uulnere tardior ibat. Μέρμερος autem Latinè curioſus interpretatur, à uerbo μερμηρίζω, quod eſt, cogito, & conſulo.

MERMESSVS, (μερμησσὸς,) urbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, ut Stephano placet. qui etiam ab urbis huius rubedine Erythræam eam appellatã exiſtimat. Straboni tamen magis credendum exiſtimo, qui Geographiæ ſua li. 14. Erythræam Sibyllam dictam exiſtimat, ab Erythris Ioniæ urbe, non procul à Clazomenis ſita.

MERO, per iocum dictus eſt Tiberius Cæſar pro Nerone: quòd impendio uinoſior, (ἀκρατοπότης) eſſet. Tranquillus in Tiberio Cæſare: In caſtris tyro etiã tum propter nimiam uini auiditatem, pro Tiberio Biberius. pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero uocabatur.

MEROBIBVS, a, um, Vide Meribibulus.

MEROCTES, lapillus porracei coloris. qui lacte ſudat Pli. li. 37. cap. 10.

MEROE, roes, (μερόη) dictio triſſyllaba, inſulæ Nili Metropolis, a qua & tota inſula Meroe dicitur. De hac ita ſcribit Herodotus: Meroe fuit olim regni caput: clypei figuram ea inſula imitatur, ad tria millia ſtadiorum cum Nilo protenſa: accolunt paſtores eam, qui paſſim uenantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Hanc Cãbyſes condidit, appellauitq; à nomine ſororis Meroes. Quum enim Aegyptum omnem occupaſſet, Meroen ſecum uſq; ad Aegyptios duces proceſſit, quæ quum ibi mortem obijſſet, urbi nomen indidit. De hac Lucanus lib. 10. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine ſtadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidũ multiplex genus. Diſtatq; à Syene quinque millibus ſtadiorum, ultra quã eſt torrida zona. Exuperat omnes alias Nili inſulas, quas circiter ſeptingentas eſſe ſcribit Diodo. lib. 1. & 17. De hac etiam Strabo lib. 16. Plura ſcribit.

MEROPE, es, pen. cor. (μερόπη) una filiarum Atlantis ex Pleione Nympha, cuius ſtella ex ſeptem Pleiadibus obſcuriſſima apparet, quòd cum ſorores omnes dijs nupſiſſent, ſola Siſypho nupſerit homini mortali. Vide Ouid. 4. Faſt.

MEROPIA, (μεροπία) inſula eſt una Cycladum, quæ alijs nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Pli. li 4. ca. 12.

MEROPIS, (μεροπίς) inſula eſt Cariæ adiacens, quæ notiore nomine Cos appellatur. De hac Pl. lib. 5. cap. 31.

MEROPS, (μέροψ) auis eſt, teſte Aeliano, pietate in parentes uolucrium cæteris præſtans. Nam ubi primum per ætatem uolare poteſt, parentes in altiſſimis ſpecubus reconditos alit. Infeſta in primis eſt aluearijs, apeſq; abſumit. unde & Apiaſtra à quibuſdam appellatur. Vergi. 4. Georg. Abſint & picti ſqualentia terga lacerti Pinguibus à ſtabulis, meropeſq;, aliæq; uolucres. De hac aut ſic ſcribit Pli. lib. 10. cap. 33. Nec uerò ijs minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere. Merops uocatur, genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, ſupernè cyaneo, priori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Meropes præterea diuerſarum linguarũ homines dicuntur, à μερίζω, quod eſt diuido, & ὤψ, per o, breue, quod uocem ſignificat. Eſt etiam Merops, Gigantis nomẽ, unus ex ijs, qui Iouem de cœlo deturbare conati ſunt: à quo Cos inſula Meropis appellata exiſtimatur.

MEROPVS, pen. corr. (μέροπος) mons Græciæ iuxta Theſſaliam uarijs præruptus anfractibus: qui undiq; referente Echo, uoces diuerſas reddit, unde tũ appellationem ſortitus eſt.

MEROS, ſiue Merus, (μηρὸς) mons eſt in finibus Indiæ, in cuius radice Dionyſius in Indiam proficiſcens, Nyſam urbem condidit. Curtius li. 6. Nyſa ſita eſt ſub radicibus montis, quem Meron accolę appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem eſſe celatum. Græce enim μηρὸς femur ſignificat.

MERSO, ſas, {*Mergere ſpeſſo*} (κυβιστάω, βαπτίζω) ſæpe mergo. Vergil. 1. Georgico. Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri. Catull. Fluctibus fortunæ merſor.

MERTO, as, idem quod merſo. Accius Deiphobo: Vel hic qui in ea parte eſſe nata impudentia præſentẽ pręſens dictis mertare inſtituit. hæc Nonius Feſtus Mertat, pro merſat antiqui dicebant. Fabius uerò Quintilianus lib. 1. cap. 6. Et hæc ipſa (inquit) s, litera, ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit. Nam Mertare, atq; pultare, dicebant.

MERVLA, (κόσσυφος) auis, ſic dicta quòd ſola uolet, & ſolitaria paſcat, quaſi mera uolans. Hanc tamen etymologiam, ut ſuperſtitioſam, & plus iuſto curioſam, ridet Fabius lib. 1. cap. 10. ita Varronem uellicans: Sed huic tanti fuit uertere: ut merula, quia ſola uolat, quaſi mera uolans nominaretur. De huius auis natura Pli. lib. 10. cap. 29. Merula ea nigra ruteſcit, æſtate canit, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta. Roſtrũ quoq; in anniculis in ebur transfiguratur duntaxat maribus. Horat. 2. Serm. Saty. 8. Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes. Eſt etiam piſcis ſaxatilis Plinio teſte lib. 32. cap. 11. Hoc nomine & dictus eſt fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus alluit: alio nomine Centa dictus, quia centenis amnibus augetur.

MERVM, ſubſtantiuum, {*Vin puro*} (ἄκρατον) uinum aqua non dilutum. Vergi. 3. Aene. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitq; mero, diuoſq; uocauit Stans celſa in puppi.

MERVS, a, um, (ἄκρατος) quod eſt ſolum. Teren. in Phormi. Nihil habet, niſi ſpem meram. Per tranſlationem ponitur pro puro. Cic. lib. 2. de Orato. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes, (αὐτοπράτορες) exierunt.

MERVSIVM, ſij, (μερούσιον) Siciliæ locus 70. à Syracuſis ſtadijs diſtans: cuius incolæ Meruſij dicti ſunt Auctor Steph.

MERX, huius mercis, {*Merce. Pet. Ella cerca di ricca merce honeſta*,} (ἐμπορία) eſt ſpecies ipſa, quæ emitur, uẽditur'ue. Mercatura uerò eſt ipſum negotiationis exercitium. Cic. lib. de Rep. 3. Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſuis, auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerũ exportauerunt in Græciam. Porrò Merx ſingulare interdum legitur, ſed minus uſitate. Pli. lib. 11. cap. 25. Sarmenta quoq; in merce ſunt. Plau. in Ciſtel. Mala mera herba hæc, & callida. Idem in Mil. Sicuti merci pretium ſtat pro uirtute ut ueneat. Quint. lib. 1. cap. 12. Sordidę mercis negociator. Geſtat mercem ſine fuco. Hora. 1. Serm. Satyr. 2. Frequentius uerò in plurali. Cic. 7. Verr. Mercibus ademptis in uincula coniectos eſſe mercatores. Eſculentæ merces apud Colum. lib. 12. hoc eſt, ea quæ hominũ eſui accõmodata uenduntur. Fallaces et

fucolæ

fucoſę merces, Cicero pro Rabir. poſth. Mutare merces, Ouid. 1. Triſt. Eleg. 2.
Inde mercimonium eiuſdem ſignificationis, nomen quidem antiquum, ſed quod tamen reformidauit exactiſſimus uerborum cenſor Laurentius Valla ſtatim in fronte uerſionis Latinæ Herodoti Græci hiſtorici. De hoc paulò antè plura.

MESA, (μέσα) teſte Vitruuio, ſunt partes mediè ædium, quas idem Latinè Medianas appellari aſſerit.

MESAPIA, Vide Meſſapia.

MESAPVS, lege Meſſapus.

MESANITES SINVS, (μεσανίτης κόλπος,) Perſici ſinus pars eſt. Stephanus.

MESARÆVM, (μεσάραιον) uide Meſenterium.

MESARCHON, (μέσαρχον) dicitur corpus illud uenoſum, per quod hepar, ueluti per manū chylum ex uentriculo attrahit. Alio nōie Meſenteriū dicitur.

MESAVLI, (μέσαυλοι) ædium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas, id eſt, duo atria, ſunt interpoſita. A nonnullis etiam Andrones uocantur, teſte Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 24.

MESENTERIVM, (μεσεντέριον) craſſa quædam, et adipoſa mēbrana eſt, multis & uenis, & uenis, & glandulis intertexta, medium inter inteſtina ſitum obtinens: unde & nomen accepit. Huius ueluti manus cuiuſdam opera, iecur chylum à uentriculo attrahit, per eas uenas, quas meſaraicas uocant. Alio nomine Meſaræum appellatur.

MESES, Meſæ, (μέσης) uentus inter Boream, & Cæciam medius. unde & nomen habet. Huius meminit Pli. lib. 2. cap. 47.

MESEMERIA, (μεσημβρία) Megarenſium colonia, quā antea Menebriam uocabant, quaſi Menapolim, id eſt Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator menas appellabatur: Bria uerò ſermone Thracio ciuitas uocatur. Hæc Strab. lib. 7. Meſembraici portus meminit Ouid. 1. Triſt. elegi. 9.

MESIA. Vide Mæſia.

MESOCHORVS, pen. corr. (μεσόχορος) qui in medio turbæ ſtans, reliquis canendi, uel aliud agendi ſignum proponit. Sidonius: Nullus ibi lyriſtes, Choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſalteria canit. Vide Cœlium Rhodig. libro 4. cap. 14.

MESOCRANIVM, (μεσοκρανίον,) Vertex capitis, medium cranij locum obtinens.

MESOLA, (μεσόλα) Meſſeniaci agri oppidum, inter Taygetum montem, & Meſſenen urbem ſitum. Gentile eſt Meſolates. Stephanus.

MESOLEVCOS, (μεσόλευκος) gemma, quā media linea alba diſtinguit: de qua Pli. lib. 37. cap. 10. Eſt præterea hoc nomine herba quædam, habens candidam lineam per folium diſcurrentem. Pli. lib. 27. c. 11. Leucę Mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrente: quare Meſoleucon quidam uocant. μέσος nanq; medius eſt, & λευκός albus.

MESOMEDES, pen. prod. (μεσομήδης,) Poeta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæſaris libertus: in cuius gratiam ſcripſit laudes Antinoi, qui Adriano in delicijs erat. Suidas.

MESOMELAS, (μεσομέλας) gemma eſt nigram habens uenam, quemlibet colorem per medium ſecantem: de qua Pli. lib. 37. cap. 10.

MESON. (μέσον πρόσωπον) auctore Feſto, perſona comica appellat̄, aut coci, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Meſone Comœdo, ut Ariſtophanes grāmaticus. Quanquam rectius uidetur manare à fonte Græco. μέσον nanq; medium ſignificat. Porrò cocorū, nautarum, cerdonum, atq; huiuſmodi opificum perſonæ mediæ ſunt: ut quæ neq; ſeruiles uideantur, cum liberæ ſint operæ: neq; omnino liberæ, cū mercenariæ. Eſt aūt merces, teſte Ci. auctoramētum ſeruitutis. Proinde mediæ ſunt, & miſtæ perſonæ, quę μέσα πρόσωπα dici poſſunt: ut κωφὰ καὶ προτατικά, dicimus in comœdijs. Fuit præterea Meſon, (μέσων) quidā Aſtrologus, qui Athenienſibus in expeditionem Sicilienſem profecturis, cū ipſe quoq; ad id bellum delectus eſſet, imminentē toti exercitui cladem proſpiciēs, proprijs ædibus ignē iniecit, furoremq; tam ſcitè aſſimilauit, ut ueluti inſanus, & bello parū idoneus domi fuerit relictus. Vide Plutarchum in Nicia Alcibiade & Pyrrho. Item apud Cælium lib. 11. cap. 76.

MESONICTION, {Mezza notte} (μεσονύκτιον) media nox. Vide latius ſupra in dictionibus Aurora, & Dies.

MESOPONTIVS, (μεσοπόντιος,) cognominatus eſt Neptunus, qui apud Ereſum Lesbi inſulæ ciuitatem colebatur. Stephanus.

MESOPOTAMIA, (μεσοποταμία) regio maioris Aſiæ, inter Euphratem & Tigrim, unde & nomen habet: μέσος enim mediū ſonat, & ποταμός fluuium. Tacit. lib. 5. Mox repetita amicitia regis, multo apud eū honore, præfectum cāpis, q̄ Euphrate & Tygri inclytis amnibus circunfluit, Meſopotamiæ nomen acceperunt. Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratē ad Occidentem: à Meridie Babyloniā. ab Aquilone Caucaſum, Meſopotamiā impinguat Euphrates (ut inquit Solinus) annuæ inūdationis exceſſibus terras ſuperfuſus. Hæc regio item dicta eſt Seleucia ut lib. 6. refert Pli.

MESOSPHÆRVM, (μεσόσφαιρον) Indici nardi foliū, ut magnitudine, ita & pretio, medium ex tribus ſpeciebus locum obtinens. Vide Pli. li. & cap. 12.

MESPILVS, li. pen. cor. {Neſpolo} (μέσπιλος) genus arboris, cuius fructus Meſpilum, (μέσπιλον) dicitur. Palladius de inſitionibus. Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris. Hæc arbor folijs eſt prius rubeis, quā deciduis, radice inextirpabili: ignota Italiæ Catonis æuo.

MESSALA. læ, pe pro. (μεσσάλας) dictus eſt Valerius Coruinus, quia Meſſanam in Sicilis expugnauit, & urbis captæ in ſe tranſlato nomine Meſſana primo, paulatimq; uulgo permutātę literas, Meſſala dictus eſt. Vnde & Meſſalarum familia Romæ florentiſſima, ex qua Meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic cū prouectior foret, ante biennium q̄ moreret̄, adeo memoriæ ſenſum amiſit, ut uix paucula uerba cōiungeret, et nominis quoq; ſui immemor eſſet. Tandē uerò ulcere ori innato, ſeipſum inedia confecit, auctor Cælius, & Crinitus li. 1. c. 12. Is orator fuit (Fabio teſte lib. 10. c. 1.) nitidus & cādidus & quodā modo præ ſe ferens nobilitatem ſuā, uiribus tamen minor. Illius familia Coruini cognomentum tulit à coruo, qui Valerio Tribuno, uni ex maioribus, aduerſus Gallum pugnanti ſuppetias tulit, ut meminit Gel. lib. 9. cap. 11.

MESSALINA, pe. prod. (μεσσαλίνα) nomen filiæ Barbari Meſſalæ, conſobrini Claudij Imperatoris. Quæ quum adoleſcentula eſſet, ipſi Claudio ſeni nupta fuit, ſummæ libidinis mulier: ita ut innumeris adulterijs ſe ſubmiſerit, et mutata ueſte, lupanaria celebrauerit. Quinetiam cum ſcortu famoſo aliquando certauit, & ſuperatam à ſe meretricem gloriata eſt, quinto & uigeſimo concubitu: præterea ſeſe labore potius feſſam, q̄ concubitu ſatiatam, deſtitiſſe. Tandem ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt, quum C. Silio nupſiſſet. Auctor Tranquil. in Claudio. Prodigioſam huius libidinem lege apud Iuuenalem Satyr. 6. Tacitus lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 61.

MESSANA, {Meſſina} (μεσσήνη) urbs eſt Siciliæ, propinqua Peloro ꝓmontorio, à Meſſenijs Achaiæ populis condita, & à nomine relictę ab illis urbis ita appellata. Sili. lib. 15. Incūbens Meſſana freto, niuibusq; reuulſa. Huius incolæ primū Meſſanēſes dicti ſunt. poſtea uerò quū Mamertini, natio Cāpana, eò colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius, q̄ Meſſanenſes ſunt uocati. Clariſſima āt eſt ex bellis Punicis, & Atticis. Fuit n. cauſa primi belli Punici, ut Florus tradit lib. 2. Eius quoq; ager feraciſſimus eſt uini, quod Mamertinum appellatur. Martial. Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta Si detur, &c.

MESSAPION, (μεσσάπιον) Eubœæ inſulæ mons, ita dictus à Meſſapo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Stephanus.

MESSAPVS, (μέσσαπος) unus ex fortiſſimis Italiæ ducibus, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit. Verg. 7. Ae. At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles, Quem neque fas igni quemquam, uel ſternere ferro? Quem Vergilij locum exponens Seruius, ideo Neptuni filium creditum, ait, quod mari in Italiam fuerit aduectus.

MESSEIS, (μεσσηΐς) Theſſaliæ fons eſt, non procul à Pharſalo oppido: cuius meminerunt Plin. lib. 4. cap. 8. & Strabo libr. 9.

MESSENE, (μεσσήνη) ciuitas Græciæ in Peloponneſo, à qua Meſſenij dicti ſunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem condiderunt, quam à nomine patriæ ſuæ μεσσήνην appellauerunt: Latini e, in a longū commutato, uocant Meſſanam. De Meſſenijs ita ſcribit Hieronymus in Iouinianum: Spartiatæ, & Meſſenij diu inter ſe habuere amicitias, in tantum, ut ob quædam ſacra etiam uirgines ad ſe mutuò mitterent. Tandem uero Spartam Meſſenios, propter frequentem defectionem, in ſeruitutem redegerunt, eoſq; durius etiā, quàm reliquos ſeruos, tractarunt, ne denuò res nouas molirentur. Hinc adagium natum, Seruilior Meſſena: Hi ſe nota literæ M. cognobiles reddebant.

MESSIAS, Hebraicè. Græcè, Chriſtus: Latinè, unctus dicitur.

MESSIO, {Raccolta} (θέρισις) ipſa metendi, id eſt, fruges, uel herbas ſecandi actio: à uerbo Meto, is.

MESSIS, huius meſſis, {Raccolta} modò ſignificat tempus metendi, τὰ θερισμά, ἀμητός. Verg. 5. Eclo. Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbris. Modò ſegetem ipſam iam maturam, ἄμητος. Idem 1 Georg. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Neq; ſolum de ſegete dicitur, ſed etiam de uuarum, pomorum, aut etiā herbarum prouentus. Oui. 3. de Ponto: Triſtia per uacuos horrent abſynthia cāpos: Conueniensq; ſuo meſſis amara loco eſt. Per tranſlationem accipitur pro multitudine, uel copia cuiuſuis rei. Plau. in Trin. Neq; quidquam hic uile eſt, Niſi mores mali: eorum licet iam meſſem metere maximam. Propriè tamen Meſſis dicitur de ſegetibus, ijſq; rebus, quæ metuntur: unde & nomen accepit: Varro de Re ruſt. lib. 1, ca. 50. Meſſis, proprio nomine dicitur de ijs, quæ metuntur, maximè in frumento: et ab eo eſt uocabulo declinata. Interdum idem eſt, quod meſſio, ſiue actus metendi, θερισμός. Cic. de orat. Tamen nemo tam ſit ut oculis, tam ſine mente uiuit, ut quid ſit ſementis, ac meſſis. quid arborum putatio, ac uitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino neſciat.

MESSOR, oris, {Mietitore} (θεριστής, ἀμητήρ) dicitur qui metit, Verg. Geor. 1. Cum flauis meſſorem induceret aruis agricola.

MESSORIVS, a, um, (θεριστικός) quod ad meſſorem pertinet. Cice. pro Seſtio: Meſſoria ſe corbe contexit. Sic etiam Operam meſſoriam dicimus, pro labore ipſius meſſoris.

MESTHLES, (μέσθλης) dux Mæonum, qui una cum fratre Antipho Troianis ſuppetias tulit aduerſus Græcos, ut teſtatur Homerus lib. 2. Iliad.

MET, Piam, & Te, ſyllabicæ ſunt adiectiones extra compoſitionem nihil ſignificantes: in compoſitione autem aliquid addentes ſignificationi dictionum, cum quibus componuntur: ut Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed Met, iungitur caſibus omnibus pronominis primæ perſonæ, tam pluralis, q̄ ſingularis numeri, abſque genitiuo plurali: ut, Egomet, memet, noſmet, & reliqua. Secundæ uerò perſonæ obliquis tantum caſibus: ut Tuimet: tibimet. Nominatiuo nō addunt, ne uerbū putetur Tumet à tumeo: ſed Tute, & Tutemet profertur. Aduerbio Tanquam, coniunxit etiam Plau. in Trucu. Tanquammet genium meum. Et unde ſic iuncta diſcretionem ſignificat: ut Ipſemet, i. ipſe per ſe, & non per alios. Pte, iungitur cum ablatiuis horum quinq; pronominum, Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: ut Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, Veſtrapte. Vel cum eorum maſcu. aut neutris, ut Meopte, Tuopt &c. Te, ſimiliter cum pronomine ſecundæ perſonæ idem efficit: ut, Tute id feciſti: id eſt, tu ipſe per te, & non per aliū. Sed hoc ſoli nominatiuo iungitur. Nam Tuite, aut Tibite non dicimus. In accuſatiuo aliquando legimus Te te: ſed tunc diuiſæ potius uidentur dictiones, maioris affectus cauſa figuratè geminatæ, quemadmodū etiam aliquando legimus Me me. Ce uerò iungitur obliquis horum pronominum Hic, Ille, Iſte, in s literam deſinentibus: ut Huiuſce, hiſce, hoſce, haſce, Iſtiuſce, & Illiuſce: unde ſit compoſita Huiuſcemodi, Iſtiuſcemodi, & Illiuſcemodi. Interdum etiam inuenitur iunctū cum caſibus horum pronominum deſinentibus in c, literam: ut Hicce, hęcce, hocce: pro quibus tamen frequentius utimur Hiccine, hæccine, hoccine. Ver. Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hoſtes Eripis? Terentius: Hoccine eſt credibile aut memorabile factum? Hicce, ſeu hiccine, (οὑτοσί) Sicce, ſiue Siccine, (οὕτωσί) hæccior, hàccine, illiccine, (ἐκεινοσί) iſtacce, illanccine. Teren. Illanccine mulierum duxit, pro illam ne.

META, æ, {Meta} (νύσσα) congeries, ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus: ita dicta, quod eſſet poſita in dimenſo ſpatio, uel quia eam metātur quadrigæ circumcurrentis. Moris enim erat ſeptiès metam luſtrare. Prope. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima q̄ metam triuerat antè tota. Quum enim iam carceribus emiſſæ ad metam ueniſſent quadrigæ erat opus, ut circum ipſam flecterentur. Vergil. 5. Aeneid. Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam Conſtituit ſignum nautis. Hinc etiam agrorum termini,

quòd pyramidali figura fieri ſoleant, Metæ uocantur. Eadem etiam ratione Metæ fœni uocantur, quæ, ita congeſtæ ſunt, ut interiori parte latiores, ſupernè in anguſtum deſinant conū. Colu. lib. 19. ca. 2. Certè quicquid ad eum modum, quū debet ſiccatum erit, in metas conſtrui conueniet, easq; ipſas in anguſtiſſimos uertices exacui. Sic enim cõmodiſſimè fœnum defenditur à pluuiis. Per translationem uero, quoniam meta collocari conſueuit in fine circi, uel alterius ſpatij, in quo quadrigæ certabant, factum eſt, ut Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine, ὅρος, τέρμα. Verg. lib. 1. Aenei. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Hinc perueniſſe ad metam dicuntur, qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur quandoq; pro inferiori parte molæ, ſicut Catillus pro ſuperiori. Vide in dictione Catillus. Metula, læ, diminutiuum legitur apud Plin. Iuniorem in epiſtolis.

METALACTIS, (τυρὸς ἀκυροειδής) dicitur caſeus, qui factus eſt ad formã metæ. Mart. Fert ille ceris cana cũ ſuis mella. Metãq; lactis Saſſinate de ſylua.

METABASIS, (μετάβασις) Latinè Tranſitio, figura qua monemus quod dictum ſit, & proponimus quod ſupereſt: ut Cic. pro Deiota. Habetis crimina inſidiarum: nihil enim dixit amplius. & paulò pòſt ſequitur: Reliqua pars accuſationis duplex fuit. Huius figuræ Fabius (quam eſſe ait, cum ſenſus non mutatur, ſed forma loquendi) longè diuerſum exemplum adducit. li. 9. cap. 3. ex Vergil. Aeneid. lib. 1. Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames.

METABOLE, (μεταβολή) quam quidam Traiectionem interpretatur, figura eſt, quę fit contrarijs ita tráſpoſitis, ut à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: ut apud Terentium in Andr. Quoniam id fieri, quod uis non poteſt: id uelis, quod poſſit.

METABVS, (μέταβος) Siſyphi filius fuit, teſte Stephano, & Nepos Aeoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit.

METACHOEVM, (μεταχοῖον) arx Bœotiæ, inter Orchumenum & Coroneam, quam alij Metachoerum appellant. Stephanus.

METAGONIVM, (μεταγώνιον) promontorium Aphricam à Numidia diuidens: ita dictum, quod angulare ſit. Ab hoc promontorio Numidia ipſa Metagonitis dicitur. Auctores Plin. lib. 5. cap. 3. & Mela lib. 1.

METALEPSIS, (μετάληψις) figura eſt, quæ fit, quum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex ijs, quæ præceſſerunt, denotat: ut apud Vergili. 1. Eclo. Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor, ariſtas. Poſt aliquot, inquit, ariſtas: hoc eſt, poſt aliquot æſtates, uel poſt aliquot annos. Nam ex ariſtis æſtates ex æſtatibus annos intelligimus. Idem 1. Aen. Speluncis abdidit atris, ubi ex atris tenebroſæ, ex tenebroſis profundæ intelliguntur. Latinè Tranſſumptionem uocare poſſumus. Deducitur enim, ἀπὸ τοῦ μεταλαμβάνειν, quod inter cætera ſignificat tranſſumere.

METALLARII, ſiue Metallici, (μεταλλεῖς) qui in metallis uerſantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati ſunt: de quibus apud Iuriſconſ. ff. de Pœnis & C. de metal.

METALLICVM ATRAMENTVM, (μελαντηρία) corpus eſt metallicum, quo mulomedici excreſcentem in iumentorum ulceribus carnem conſumunt. Vide ſupra in dictione Melanteria.

METALLVM, li, {Metallo} (μέταλλον) dicitur quæuis materia dura, è terræ uiſceribus effodi ſolita: ut aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbum, & ſimilia. Dictum putatur à uerbo Græco μεταλλᾶν, uel μεταλλεύειν, hoc eſt, à fodiendo, uel perſcrutando. Alij dictum putant, παρὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα ἐρίσκεσθαι, cò quòd nunquam ulla metalli uena inueniatur, quin alterius metalli uena in propinquo poſtea inueniatur. Pli. li. 33. ca. 6. Id quoq; in ſterili ſolo, atque etiam in montibus, & ubicunq; una inuenta uena eſt non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia: unde Metalla Græci uidentur dixiſſe. Vergil. 2. Geor. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit uenis, atq; auro plurima fluxit. Inde Metallicus, adiectiuum, (μεταλλικός) quod ad metallum pertinet. Plin. lib. 17. cap. 4. Fuere qui traderent, in Iudæa ſuper Hieroſolymã eius naturam metallicam. Et metallifer, metallum gignens. Statius Syl. lib. 4. Aut ne metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ? Metallicus autem ſubſtantiuum, (μεταλλεύς) qui metallis, & effodiendis, & purgandis dat operam. Pli. lib. 34. ca. 16. Lauant eas arenas metallici, & quod ſubſidit coquunt in fornacibus.

METALLVM miniarium, (μιλτορυχία) fodina ex qua effoditur minium: ſicut argentarium, ex quo argentum, & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7. Celeberrimum ea Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo, uectigalibus populi Roma. nullius rei diligentiore cuſtodia.

METAMORPHOSIS, pen. pro. (μεταμόρφωσις) transfiguratio, ſeu transformatio Latinè dicitur à uerbo Græco μεταμορφῶ, quod ſignificat transformo. Hoc nomine Ouidius, & Apuleius libros transformationum ſuarum inſcripſerunt.

METAPA, æ, (μέταπα) Acarnaniæ oppidum, apud Polybium libro 5. cuius gentile eſt Metapæus.

METAPHORA, æ, pen. cor. (μεταφορά) Tranſlatio à Cicerone dicitur, fitq; quum nomen aut uerbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt: ut, Claſsiq; immittit habenas, Vergil. Aeneid. 6.

METAPHRENVM, (μετάφρενον) pars illa corporis, quæ præcordijs à tergo eſt obiecta: ita dicta, quòd μετὰ τὰς φρένας, hoc eſt, poſt præcordia ſita ſit.

METAPLASMVS, (μεταπλασμός) dici poteſt transformatio. Eſt autem teſte Donato tranſlatio recti, ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem metri uel ornatus, uel neceſsitatis gratia, ut agreſte, in ablatiuo, pro Agreſti. Fit à uerbo μεταπλάττω, quod eſt transformo.

METAPINVM, teſte Plin. lib. 3. cap. 4. unum eſt ex oſtijs Rhodani.

METAPONTIS, tidis, (μεταποντίς) inſula eſt in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum ſita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialyſi filia. Vide Stepha. in dictione Syme.

METAPONTVM, (μεταπόντιον Ptolemæo) quaſi tranſpontum, dictum eſt oppidum Italiæ in ſinu Tarentino: à quo Metapontini populi à Pylijs, qui Neſtore duce è Troia nauigauerunt, conditum: adeò terræ prouentu, & agricolatione felix, ut ea gratia auream æſtatem Apollini Delphico, aliquando donum obtulerit. Pomponius lib. 2.

METATHESIS, pen. corr. (μετάθεσις) Latinè tranſpoſitio, quum una litera neceſsitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alium tranſponitur, ut Tymbre, pro Tymber. Ver. 10. Aen. At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

METATOR, & METATIO, uide in uerbo Metor.

METAVM, (μέταον) Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum, Stephanus.

METAVRVS, & metaurum: {Il Metro} (μέταυρος) Vmbriæ fluuius per ſiniſtrã decurrens, & inter Fanum Fortunę, & Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero Conſul, cum Liuio Salinatore Aſdrubalẽ interfecit. Hor. lib. 4. Carm. Ode. 4. Quid debeas ò Roma Neronibus, Teſtis Metaurũ flumen. Quo in loco Metaurum flumen, neutro genere, protulit, ſicut alibi Rhenum, Cum flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

METAXARII, {Mercanti di panni di ſeta} negotiatores dicuntur, qui ſericĩ mercaturam exercent. Nam μέταξα Græcis ſericum eſt. Vtitur hac uoce Iuſtin. C. de pigno l. ſi. eamq; interpretatur Alciat. in l. Balliſta. C. de metal.

METELIS, (μέτηλις) oppidum Aegypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Bechis appellatum: à quo uicinus Nomus Metelites dictus eſt. Stephanus.

METELLVS, (μέτελλος) Cæciliorum familiæ cognomen fuit, ex qua non pauci fortiſsimi, reiq; publicę utiliſsimi ciues orti ſunt: et in primis L. Cęcilius Metellus Pontifex Maximus, quẽ adeò impeditæ, ac balbutientis linguę fuiſſe tradunt, ut multis menſibus fatigatus, tortusq; fuerit, dum meditatur in æde Opiferæ dedicanda dicere. Hic ſuit ille Metellus, qui, teſte Pli. 7. ca. 44. conflagrante æde Veſtæ, Palladiũ Troia aduectum, ſubtraxit incendio, magna quidẽ pietate, ſed euētu miſero. Nã dum in flammas auidius ſe conijceret, orbatus eſt uiſu. Iuuen. Satyr. 3. Da teſtem Romæ, tã ſanctum, quàm fuit hoſpites Numinis Idęi: procedat uel Numa, uel qui Seruauit trepidam flagrãti ex arce Mineruã. Hic Metellus & primo bello Punico, aduerſus Pœnos ſpecioſiſsimè egit triũphum xiij. ducibus hoſtium, & cxx. elephantis in eo ductis. C. Metellus à domita Macedonia Macedonicus uocatus, Prætor Pſeudophilippum & Achęos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mũmio tradidit. Inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem, & ideo Conſul ægrè factus. De hoc Liu. li. 59. Memorãt alij plures Metelli, ut Balearicus, Viatus, quẽ Pli. Diadematum uocat. Metellus præterea Numidicus dictus, quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Cuius meminit Cic. & item Aulus Gell. ca. 6. lib. 1. & lib. 6. cap. 11.

Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarchus in Põponio. Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. Auctor Pedianus in Act. contra Verrem. Metelli, plebeij fuere, ut ait Liu. li. 19. uerum clari uictorijs & magiſtratibus, Cæcilijq; omnes appellati.

METEMPSYCHOSIS, pen. prod (μετεμψύχωσις) Latinè reddi poteſt Animæ tranſmigratio, hoc eſt, tranſitus animarum ex uno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil intereſſe inter animam hominis, quã rationalem animam uocamus, et brutorum animantiũ: ſed mortuo homine eius animã tranſmigrare in corpora brutorum. Vnde Ouid. Pythagoreorum dogma li. 5. Metam. explicans, ait: Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ. Ea hoc Pythagoræ dogmate inducta eſt ab eſu animaliũ abſtinentia, ne fortè (ut feſtiuiter ait Tertullianus) bubulã quis de aliquo proauo ſuo opſonaret. Hiero. Probabo non Empedoclis & Pythagoræ aliquo proauo ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id eſt, transformationem, omne quod mouetur, & uiuit edendum non putat.

METEORA, pen. prod. (μετέωρα) à Græcis dicuntur, miſta imperfecta, eò quòd in ſublimi, hoc eſt in aere generentur: cuiuſmodi ſunt pluuiæ, niues, grandines, faces ignitę: de quibus tractat Ariſtoteles tribus primis libris Meteorologicis nam quartus qualitates perſequitur.

METEOROSCOPVS, pen. co. (μετεωροσκόπος) qui ſublimia reſpicit, Accipitur pro ſtolido, rebusq; gerendis inutili.

METHODVS, pen. cor (μέθοδος) ex μετὰ & ὁδὸς aſpirato cõponitur. Methodum appellat. Quin. lib. 1. Inſtit. Quam Cicero uiam, artem, & rationem uocat: & alibi breue dicendi compendium uertit, quaſi breuem uiam, qua quã celerrimè ad peritiam euadimus.

METHODICI, (μεθοδικοί) à methodo dicti ſunt, qui rationem artis, et diſcendi cõpendia ſequuntur. Et Amethodi, (ἀμέθοδοι) hoc eſt uia, & ratione docendi, diſcendiq; abhorrentes, quaſiq; auij. Hęc ex Budæo in Pandectas.

METHONE, p. p. {Modon} (μεθώνη) ciuitas eſt litoralis Pelopõneſi, in Meſſeniaca regione, quã cũ obſideret Philippus rex Macedonũ, Alexãdri Magni pater, oculum amiſit, ictu ſagittæ, quã iecerat Aſter oppidanus, cui quoq; inſcriptum erat: Aſter telum Philippo immiſit in oculum. Valerius Flac. li. 1. Nelideſq; Periclymenus, quem parua Methone, &c. Huius meminit Ptol. li. 3. ca. 16. Hodie Modona: uia peregrinantium Hieroſolymam, à Venetijs.

METHVRIADES, (μεθουριάδες Stephano) ſiue (ut apud Plinium legit) Methurides, inſulæ quatuor ſunt in ſinu Megarico, non procul à Trœzene. Vide Pli. lib. 4. ca. 12.

METHYDRIVM, (μεθύδριον Stephano) Arcadiæ oppidum eſt: de quo Strab. lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 6.

METHYMNA, (μήθυμνα) uel Metymne, urbs Lesbi, apud quam naſcitur generoſum uinũ. Oui. 1. de Arte amãdi: Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Hinc Methymnæus, æa, æũ, μηθυμναῖος. Idem lib. 11. Met. Et Metymnææ potiuntur litore Lesbi. Ab hac urbe ortũ habuit Arion citharœdus nobilis, quẽ Herodotus à pędonibus in mare proiectum, & à Delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

METICVLOSVS, {Pauroſo, timido} (ψοφοδεής) à diminutiuo Meticulus, ſignificat timidum. Plau. in Moſte. Neſcis, quam meticuloſa res ſit ire ad iudicem. Idem in Amphitr. Nullus eſt hoc meticuloſus æque.

METIOCHVS, (μητίοχος) fuit teſte Herod. li. 6. Miltiadis Athenienſium ducis filius, qui cum à Phœnicibus captus, Dario Perſarum regi, contra quem pater bellum gerebat, præſentaretur, in nullo prorſus læſus fuit, ſed cum donauit Darius pulcherrimo palatio, multis poſſeſsionibus, & diuitijs, atq; uxorẽ Perſicam dedit, ex qua liberos ſuſcepit.

METIOR, tiris, menſus, {Miſurare} (μετρέω.) ſignificat menſuro, tantũ à Græco μετρῶ deductum. Cicero. 1. de Natura Deorum. Sed fuit quædam ab

infinito

infinito tempore æternitas,quam nulla temporũ circũſcriptio metiebatur. Metiri ſtipendium. Curt.lib.3. Ea pecunia deinde Babylonie Macedonibus equitibus ſeceẽti denarij tributi,peregrinus eques quingenos accepit, ducentis pedeſtrium ſtipendiũ menſum eſt. Metior pro æſtimo. Ci.in Catone: Neq; n.ipſorum conuiuiorũ delectatione,corporis uoluptatibus magis, q̃ cœtu amicorũ, & ſermonibus metiebar.i.æſtimabam. Qñq; metiri ponitur, pro tranſmeare. Ver.Geo.4. Magnũ qui piſcibus equor, Et iũcto bipedũ curru metitur equorum. Pla.in Pſeu. Quin hunc metimur gradibus militaribus?id eſt quin hunc abimus. A ſupino Menſum fit Menſio,quæ eſt menſura. Ci. in Orat. Aures,n. uel animus aurium nuncius,naturalẽ quandã in ſe continet uocum omniũ menſionem. Cõpoſita eius ſunt, Permetior,hoc eſt,ad finem uſq; metior , uel perago. Ver 3. Aenei. Nos tumidũ ſub te permenſi claſſibus æquor. i.euecti,ut inquit Seru. Remetior,(ἀναμετρέω)rurſus metior. Idẽ li.2. Aen. Arma,deosq; parat comites,pelagoq; remenſo,Improuiſi aderunt. Menſores a Metior(μετρηταὶ)appellantur agrorũ finitores. Colu.li.6.ca.1. Ego nõ agricolæ,ſed menſoris officium eſſe dicebã. Menſores præterea ſunt(inquit Vegetius lib.2.capi.7.)qui in caſtris ad podiſmũ dimetiuntur loca,in quibus tentoria milites figant,uel hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Hoc in loco Podiſmus eſt dimẽſio pedibus facta. Hi etiam Metatores(auctore Budæo)dicuntur.

METIS,(μῆτις)Nympha Oceani & Tethyos filia, ſic dicta à conſulendo: μῆτις enim conſilium ſignificat. Huius meminit Heſiodus in Theogonia.

METISCVS, Turni auriga. De quo Ver.li.12. Aen. Aurigam Turni media inter loca Metiſcum Excutit,&c. Sunt qui ſcribendũ putent Methyſcus,etymon eius deducentes,à Græco uerbo μεθύσκομαι,quod eſt inebrior.

METIVS SVFFETIVS, dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum,qui quod ex præſcripto fœderis ad belli ſocietatẽ contra Fidenates uocatus,cũ ibus in hoſtẽ Romanis,ſuos prælio eduxerat,iuſſu Tulli duabus admotis quadrigis diſcerptus eſt. Vide Liui.lib.1.ab Vrbe.

METIVS GEMINVS, dux Tuſculanorũ,ſuperatus à Romanis bello Latino. Metius item Curtius,Sabinorum dux contra Romulum , ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

METIVS CARVS, delator,inſignis fuit, de quo Plin.prima Epiſt.ad Vocanium: & lib.6.ad Hiſpanum.

METO,tis,meſſui,meſſum,{Metere}(θερίζω,ἀμάω)fruges ſeco,& fructus colligo. Propriè.n.ſegetes meti dicuntur. & herbæ,cũ falce aliove inſtrumento reſecantur. Cic.3.de Orat. Vt ſemẽtẽ feceris,ita & metes. Cæſ.4.Bel.Gal. Tũ diſperſos depoſitis armis,in metendo occupatos ſubito adorti. Vuas quoq; metere,dixit Ver.2.Geor.pro colligere uuas,ſeu uindemiã facere. Sarmenta(inquit) & uallos primus ſub tecta referto: Poſtremus metito. Sumitur ẽ latius pro ſeco,uel amputo. Lactã li.5. Qui uirilia ſua ferro metunt. Itẽ pro depaſcor. Ver. 4.Geor. Ille continuo ſaltus ſyluasq; peragrãt, Purpureosq; metunt flores. Metere maximã meſſem malorum,dixit Plau.in Trinum. pro eo quod eſt maximam malorũ hominum copiam inuenire. Vide in dictione Meſſis. Idẽ in Epi. Mihi iſtic nec ſeritur,nec metitur. hoc eſt:iſta res nihil ad me pertinet , ut quæ neq; meo periculo fiat,neq; emolumẽto. Vide Eraſ.in Chil. Huius cõpoſita ſunt, Demeto,(κατααμάω) q̃d' eſt,metẽdo decutio. Col.li.7. Illud deinceps pręcipiendum habeto,ut demeſſis ſegetibus,iã in area futuro ſemini conſulamus. Emeto,extra uel ualde meto. Hora.in Epiſt. Emetit Orcus Grandia cũ paruis non exorabile auro. Præmeto,ante ſeco. Inde Præmeſſum,quod libationis cauſa præmetitur. Feſtus: Sacrima appellabant muſtum quod Libero patri ſacrificabant pro uineis,& uaſis,& ipſo uino conſeruandis,ſicut Præmeſſum de ſpicis,quas primum meſſuiſſent,ſacrificabant Cereri.

METOECVS,(μέτοικος)qui de una ciuitate in aliam migrauit habitãdi animo. Latine Aduena dici poteſt,uel Inquilinus. Pompo. de uerbo.ſign.l. Pupillus, Parœcum,(πάροικον)appellat.

METONYMIA,(μετωνυμία)cum accentu in penultima,Latine tranſnominatio,figura eſt,quæ fit cũ inuentorem pro re inuenta ponimus. Terẽ.in Eunu. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Aut contra,ſed tñ paulo durius eſt:uelutiſi Vinũ ponamus pro Baccho. Vel cũ continens pro eo,quod continetur, uſurpamus. Verg. Nunc pateras libate Ioui.i.uinum contentũ in pateris. Aut contra,contentũ pro continente. Verg.li.1.&.7. Aen. Crateras magnos ſtatuunt,et uina coronant. Nõ uina,ſed crateras in quibus uina continẽtur. Vel cũ dominus rei,pro re ipſa ponitur.ut, Hunc tibi comedendũ propino.i.eius bona deuoranda trado. Vel cũ ex effectu efficiens accipimus. Verg.1. Aen. Mœſtũq; timorem Mittite.i.timorẽ qui mœſtos facit. Aut contra. Verg.li.8. Aene Hic melior remus, Significat.n.uelocitatẽ,quæ per remos fit. Vel cum ducem pro his,qui ſubſunt:ut,ab Annibale cæſa ſunt apud Cannas ſexaginta millia. Vel cum auctor,pro opere ſumitur:ut, Terentius ſemper in manibus habendus:non Terentius quidem,ſed Terentii liber,ſeu opus. Hæc tum ex tabulis Moſellani,tum ex copia Eraſmi.

METOPION,(μετώπιον)arbor eſt in Africa Aethiopiæ ſubiecta naſcens, ex qua Ammoniaci lacryma in ſubiectas arenas deſtillat, Pli.li.12.c.28. Ergo Aethiopiæ ſubiecta Africa Ammoniaci lacrymã ſtillat in arenis ſuis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo,iuxta quod gignitur arbor:quam Metopion uocant. Hactenus Plini. Dioſcoridi uero Metopion,ferula eſt in Syria naſcens,ex qua galbanũ deſtillat. Eſt et Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum teſte Plin.lib.15.cap.7.

METOPOSCOPVS,(μετωποσκόπος)Latine frontis inſpector interpretari poteſt,ἀπὸ τοῦ μετώπου,quod frontem ſignificat,καὶ σκοπεῖν, quod eſt contemplari,inſpicere,conſiderare. Sũt enim Metopoſcopi,qui ex frontis & faciei lineamentis,quid cuiq; euenturũ ſit,diuinant. Suet.in Tito: Quo quidem tempore aiunt metopoſcopum à Narciſſo Claudij liberto adhibitum,ut Britannicum aſpiceret,conſtantiſſime affirmaſſe,illum quidem nullo modo,cæterum Titum,qui tum prope adſtabat,utique imperaturum.

METOR,aris.{Per meta,menſurare}(ὁρίζω,μετρέω)propriè ſignificat metas in agris terminãdi gratia diſpono,& menſuro,locum futuro ædificio,uel caſtris, uel alteri cuius operi. Gell.li.1.c.1. Nam quũ ſere conſtaret curriculum ſtadij, quod eſt Piſis apud Iouẽ Olympiũ,Herculem pedibus ſuis metatũ,idq; feciſſe longũ pedes ſexcentos. Hinc uſus inualuit,ut Metari ſimpliciter pro diſponere, ac parare uſurpetur. Ver.l.2.Geo. Si pingueis agros metabere cãpi,Dẽſa ſere,Iſtẽ pro collocare,τίθημι Vnde Caſtra metari(στρατοπεδεύειν)dicimus pro eo q̃ eſt caſtra collocare. Sallu.in Iugur. Sylla pariter cũ ortu Solis caſtra metabatur. Metari cœlũ. Oui.1.Faſt. Nos quoq; ſub ducibus cœlũ metabimur illis, Ponemusq; ſuos ad uaga ſigna dies. Inuenitur ẽt Meto,tas, Ver.in Culice: Metabat ſeſe circũ loca. Vnde aliqñ legimus Metatus participiũ paſſiue acceptũ quod uidetur eſſe à uerbo paſſiuo Metor. Hor.li.2. Carm. Nulla decẽpedis metata priuatis Opacã porticus excipiebat Arcton. Cõpoſitum à Metor eſt Emetor, pe.prod.(διαμετρέω)quod eſt perfecte menſuro. Lactã. de Opificio Dei: Nã ſi peritus architectus,quũ magnum aliquod ędificiũ facere cõſtituit,primo omnium cogitat,quæ ſumma perfecti ædificij futura ſit,& ante emetatur,quem locum leue pondus expetat. Hinc fit Metator,oris,nomen uerbale.(μετρητής) qui arbores in ſeminario,uel arbuſto diſponit,& ordine quodã digerit. Itẽ qui locum futuro ędificio,ut caſtris collocãdis metitur,aut qui agrũ,aliumve quẽuis locũ in certas diſtribuit partes. Ci.in Phil. Saxa petitus metator & callidus urbem iã decempeda ſua diuerſat. Lucan.li.1. Heſperios audax ueniã metator in agros. Pro eodẽ Ci.in Phil. Decẽpedatorem dixit L. Antonius(inquit)agri publici & priuati ęquiſſimus decẽpedator. Metatores ẽt dici poſſunt,qui iuſſu atq; auctoritate principis militibus diuerſoria aſſignãt:quiq; i caſtris,figẽdis tentorijs locum unicuiq; oſtẽdunt. Vegetius lib.2.c.7. Metatores(inquit)in caſtris dicuntur qui pręcedẽtes locum caſtris idoneum eligunt. Hi ẽt Menſores dicuntur,ut ſupra ſuo loco docuimus. Metatio,onis,(μέτρησις)ipſe metandi, hoc eſt,collocãdi,diuidẽdi uel diſponẽdi actus. Col.li.9.c.15. Hæc in quincuncem uinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur.

METRA,(μήτρα)meretrix nobilis fuit, Eriſichthonis Theſſali,cuiuſdam filia quæ nõdum inuecto auri aut gẽmarũ uſus,bobus,aut equis,aut alterius generis pecoribus noctes ſuas locabat. unde factus eſt locus uulgi fabulæ,ut Metra diceretur, tranſmutari in ea uia,quę ab amatoribus accipiebat. Inde manauit prouerbium, Mutabilior Metra Eriſichtonis. Fabulã uide apud Ouid. Metam.

METRENCHYTÆ,(μητρεγχύται)inſtrumenta ſunt medicorum:per quę medicamenta in uterum iniiciuntur: Linacrus uertit Vterinos clyſteres. Vide Gale.5. Methodi.

METRETA,æ,pen.prod.(μετρητὴς)genus uaſis,conſtans ex duobus batis. Quod(inquit Budæus lib.5.de Aſſe)Dioſcori.metretã dixit. Plinius Cadum tranſtulit,quod & ipſum Græcum eſt,ſed utroq; noſtri utuntur. Metretam.n. Cato,& Columella dixerunt. Eſt autem congiorum decẽ,ut auctor eſt, Dioſc. libro.7.his uerbis: Ἔστι καὶ ἡ μετρητὴς χοῶν δέκα. Decẽ autem congij ſexaginta ſextarios ualent , id eſt , amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10.de Vocabulis,ait,Cratinum comicum, Metretam amphoram appellaſſe. De hoc nomine plura apud Budæum.

METRICVS,a,um,(μετρικὸς)quod ad metrum,hoc eſt,ad uerſum,ſiue ad menſuram pertinet:ut, Ars metrica(μετρική)& Lex metrica. Plin.lib.12.capi.37. Arteriarum pulſus in modulos certos,legesq; metricas per ætates ſtabilis,aut citatus,aut tardus.

METROCLES,(Μητροκλῆς)Cynicæ ſectæ philoſophus , & diſcipulus Cratis,qui Hipparchiam ſororẽ eius in matrimonium habebat. Vide Laert.

METROCOMIA,(μητροκωμία)ſic eſt inter uicos,ut Metropolis inter urbes,à ſuisq; colonis agnoſcitur. Eſt.n.propriè Metrocomia uicus uel pagus,unde in alios uicos ductæ ſunt coloniæ:quemadmodum Metropolis urbs eſt,ad quam deductæ coloniæ,uelut ad matrem,originẽ ſuam referunt. Vide Anno. Budæi. Vtitur hac uoce Iuſtinianus in ſuo codice,titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ poſſeſſiones ſuas ad extraneum transferre. & Iuriſcon l.ult. de exa.trib. Latine Matrix uilla dici poteſt.quemadmodum Metropolis, Matrix ciuitas. Nam μήτρα matricem ſonat. & κώμη uicum,ſiue uillam.

METRODORVS,pen.prod.(Μητρόδωρος)pictor, & philoſophus Athenienſis,Carneadis auditor,ut Ci.teſtatur de Ora.li.1. Erat,inquit,ẽt Metrodorus,qui cum illis una illum ipſum Carneadẽ diligentius audierat. Fuit pręterea Metrodorus quidã Sceptius,qui poſtea relicta philoſophia ad ciuilium rerum adminiſtrationẽ ſeſe contulit. Hic oratori in ſcriptis ſuis,q̃ philoſopho uicinior fuit,nouoq; quodã dicẽdi genere multos à ſui imitatione deterruit. Propter nominis tã famam,quãquam pauper erat,clarum coniugium apud Carthaginienſes aſſequutus eſt,atq; uti Carthaginienſis uiuebat. Cum ꝑ amicitiam Mithridatis regis ſibi cõciliaſſet,ad illum cum uxore profectus,honore maximo ab eo affectus eſt. Nã iuri dicundo præfectus fuit,cum poteſtate tã ampla,ut ab eo ad regem prouocare nõ liceret. Quę tñ res ei non feliciter ceſſit. Nã cum hominum aliquot improborum odium incurriſſet,legatus ad Tigranẽ Armeniorum regẽ miſſus,a Mithridate deſciuit. Quãobrẽ cõprehẽſus à Tigrane,inuitus ad Mithridatẽ remiſſus eſt:quo in itinere,ſiue regis opera, ſiue morbo(nã utrũq; dicitur)extinctus eſt. Hæc Strab.li.13. Huius ẽt meminit Ci.memoriãq; eius commendat Tuſc.quæſt.li.1. Non quæro,inquit,quanta memoria Simonides fuiſſe dicatur,quãta Theodectes,quanta is,qui à Pyrrho ad ſenatum miſſus eſt legatus, Cineas,quanta nuper Carneades,quanta qui modo fuit Sceptius Metrodorus,quãta noſter Hortẽſius. Hactenus Cic. Fuit & Metrodorus quidã Chius, qui uniuerſum ſempiternum eſſe dicebat, Nã ſi factum eſſet à non ente,aiebat infinitum ẽt eſſe debere. Quoniam ſempiternum,cum nõ habeat principium unde incipiat nec exitum habebit quo terminetur. Immobile quoq; aſſeruit,quoniã moueri nõ poſſit,quod nõ tranſeat. Tranſire autẽ neceſſe eſt aut in plenum, aut in uacuum,in quorum alterum uniuerſi trãſitus fieri nõ poteſt. Ex æthere autem nubes fieri aiebat denſatione aquæ,quę ad ſolem decurrens extinguit ipſam quibus rarefactis,rurſum accenduntur. Solem ſiccitate conſtipatam ex aqua ſplendidã ſtellam efficere. Dixit etiam,diem ac noctem inde fieri, quod ſol extinguatur,atque accendatur: Eclipſim quoque extinctione fieri. Fuit item Metrodorus Lampſacenus, Epicuri diſcipulus,fidiſſimusq; amicus , Strabone, Diogeneq; teſtibus.

METROPOLIS,pen.cor.(μητρόπολις)dicitur urbs,teſte Budæo in prioribus Annot.in Pand.ex qua coloniæ deductę ſunt,quales multę ex Athenis miſſæ ſunt , & ab urbe Roma. Latine Matricem ciuitatem dicere poſſumus. Nam μήτρα matricẽ ſonat,& πόλις ciuitatem. Nã quemadmodum in pecore ex matricibus noui ſemper fętus,ita ex metropoli nouę ciuitates propagãtur Poteſt & ἀπὸ τοῦ μητρὸς compoſitum uideri Sic enim ſe habet Metropolis ad coloniam,ut mater ad filiam:ad quod illo Thucydides loco manifeſte docu

tatur: Ἀ'ποικία δ' μεν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη, δ' ἀλλοτριοῦται. id eſt, Colonia beneficio affecta, honore Metropolim ſuam proſequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunq; ciuitates colonias deduxerent: Latine dici poſſunt Matrices urbes.

METROPOLIS, (μητρόπολις,) urbs Phrygiæ teſte Stephano, à Cybele, Deum matre condita. Item alia eiuſdem nominis: in conuentu Apameno. Tertia in conuentu Epheſiorum, ad Cayſtrum fluuium. Stephanus præterea alias ſeptem enumerat, quarum primam in Lydia, ſecundam in Theſſalia collocat, tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit: reliquas tres in Ponto, ſuperiore Theſſalia, & Eubœa conſtituit. Harum omnium gentile eſt Metropolites.

METROPOLITANI, (μητροπολῖται) qui ex Metropoli oriundi ſunt, quive metropolim inhabitabant.

METROPOLITES, penul. corre. (μητροπολίτης) Metropolitanæ ciuitatis pontifex.

METRVM, tri, (μέτρον) menſura. Et quoniam menſurãtur uerſus, à noſtris dicuntur Metra. Colum. lib. 3. cap. 10. Nam id ipſum cenſuiſſe maiores noſtros, non dubium eſt, quãuis nullo alio ſit ſcripto proditũ, exceptis, quæ retulimus metris Vergilianis. Definitur Metrum, quod ſit connexio quædam atq; ordinatio pedum, ad delectationẽ aurium inuenta. Hinc fiunt per expoſitionem, Monometrum, quod unica menſura maiori, hoc eſt, duobus pedibus cõſtat. Dimetrum, quod duabus menſuris, hoc eſt, pedibus quatuor. Trimetrum, quod ſex pedibus. Tetrametrum, quod octo pedibus, ſiue quatuor menſuris conſtat: quem numerum pedũ raro ſupergredimur. Pentametrum dicitur, quod quinq; habet menſuras minores, quas nos uocamus pedes. Hexametrũ, quod ſex minoribus menſuris ſeu pedibus conſtat.

METVO, tuis, tui, {Temere} (δέδιεν. φοβοῦμαι) idem quod timeo. Var. à motu animi deductũ putat, quum id, quod male caſurum putat, mens refugit. Quũ q; uehementius in mouendo, ut à ſe abeat, foras fertur, Formido appellatur. Si autem ex horrore uenturæ rei uehemẽter tundatur pectus, à pauiendo pauor dicitur. Pauire. n. tundere eſt Inde pauimentũ, quod pedibus pauiatur. i. tundatur. Et quia in hac perturbatione ſugeſcimus, ab horrendo Horror dicitur, ut à tremendo Tremor. Et propriũ metuere ſeruorũ eſt, Vereri liberorum. Ci. in Cato. Metuebant eum ſerui, uerebantur liberi, charum omnes habebant. Quærit Ariſto. in Proble. Quur tremunt, qui metuunt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atq; cõtrahitur. Hinc Verg. Gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor. Metuẽtibus aluus funditur, algor & ſitis prouocatur, teſticuli contrahuntur, dentes crepitant, & arietantur. Dicimus Metuo te, & Metuo tibi quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ ſic differunt, ut Metuo, uel Timeo te, idem ſit, q metuo ne quid mihi mali inferas: Metuo, uel Timeo, tibi, ne quid tibi mali accidat: Teren. in Eunu. Metuebant omnes iam me. Verg. 1. Geor. Inopi metuens formica ſenectæ. Metuens nomen ex participio: ut, Metuens legũ Metuens iudiciorum. Cic. poſt reditũ in Sen. Nam conſules modeſti, legumq; metuentes, impediebantur lege, non ea quæ de me, ſed ea quæ de ipſis lata erat. Idem pro domo ſua: Hoĩes legum iudiciorũq; metuentes. Metuentior, cõparatiuũ. Oui. 6. Faſt. Regis opus placidi, quo non metuentius ullũ Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idẽ Epiſt. 18. Quid tñ eueniat, curſis metuentior undę? Contemptũq; prius, nunc uereare fretum. Metuendus. Cic. de Aruſp. reſp. Eodem fere tempore factus in agro Piceno Potẽtiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibuſdam multis, metuendisq; rebus. Metutus, pen. prod. participium. Lucre. li. 5. Nam cupide conculcatur.

METVS, tus, {Timore, tema, paura} (φόβος, δέος) timor, & eſt (ſicut Vlpianus ſcribit) de inſtanti, uel futuro periculo, mentis trepidatio. Ci. 4. Tuſc. Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Ibidẽ Aegritudini finitimus eſt metus. eſt enim metus, ut ęgritudo pręſẽtis, ſic ille futuri mali: itaq; nonnulli metũ Præmoleſtiam appellabant, quod eſſet, quaſi dux conſequentis moleſtiæ. In metu aliquem ponere, pro metuere dixit Cic. ad Atti. Quid autẽ, inquit, abſurdius hunc metuere, alterũ in metu nõ ponere? Et tam actiue, q paſſiue ſumitur. Nam metus hoſtiũ, recte dicitur, & quum timent hoſtes, & quũ timentur. Capitur interdum pro religione: quoniam (ut docet Seruius) nata eſt ex timore. Verg. li. 7. Multosq; metu ſeruata per annos. Huius diminutiuum eſt Meticulus. Hinc Meticuloſus: de quo uide ſuo loco.

METTS, purgamentũ ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt. Hæc Sipontinus. Pli. tamen li. 11. c. 7. (unde Sipõtinus hæc uidetur eſſe mutuatus) primum ceræ fundamentum Commoſim appellat. Quare libet ſuſpicari, Perottũ deprauato Plinij uſum eſſe exemplari.

MEV, per duas ſyllabas (μῆον Dioſco.) herba eſt caule, folijsq; aniſo non abſimilis: de qua Plin. lib. 10. cap. 23.

MEVANIA, (μηουανία Ptolemæo) ciuitas Vmbriæ, indyta Propertio alumno, ſita ad uiam Flamminiam, armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 1. Tauriferis, ubi ſe Meuania campis Explicat, &c. De hac ita Pli. li. 35. ca. 14. In Italia quoq; latericius murus Aretij & Meuaniæ eſt. Huius urbis incolæ dicuntur Meuanates, de quibus Plin. lib. 3. cap. 14.

MEVIVS, poeta ineptiſsimus fuit Vergilij, & Horatij tẽporibus, utriq; æque inuiſus, quod poemata illorum inſectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: unde & Vergiliomaſtix uulgo appellatus eſt. Vergil. 3. Eclo. Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Meui: Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

MEVS, a, um, {Mio} (ἐμός) pron. poſſeſſiuũ: ut. Meus ager. Quum uero dico, Meus ſum, perinde eſt, ac ſi dicerem, Meæ poteſtatis ſum, αὐτοῦ εἰμι. Perſius Saty. 5. Poſtquã meus à Pretore receſſi. Aliquãdo ẽt, Meus, Tuus, Suus, ſubſtantiue accipiuntur: facileq; in eis ſubauditur ſubſtantiuum aliquod Amicus, Familiaris, uel Domeſticus. Verg. li. 4. Dulceſq; meorũ Reliquias. Et li. 3. Cape dona extrema tuorum. Teren. in Phor. Ego meorum ſolus ſum meus. Meus carnifex, apud eundẽ in And. qui me excarnificat. Meũ eſt, hoc eſt, mei officij eſt, πρὸς ἐμοῦ ἐστι. Sic Tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrũ eſt. i. tuum, ſuũ. noſtrum, & ueſtrum officium eſt. Meum non eſt. i. non eſt mea natura. Terẽt. in Heaut. Non eſt mẽtui meũ. Mea, Mea, tu. & hmõi, muliebria ſunt blandimenta, ſine quibus, inquit Donatus, nõ progreditur colloquium fœminarũ, & maxime trepidantium. Teren in Adel. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem in Eunu. Hau, obſecro mea Pythias, quid iſtuc nã monſtri fuit? Meum eſt, pro meum eſt inuentum, excogitaui illud Ibidẽ: Tuum obſecro te hoc dictum erat? uetus credidi. TRAS. Audieras? GNA. Sępe & fertur in primis. TH. Meũ eſt. i. ego ipſe huius dicti auctor ſum. Mea quidem ſentẽtia, pro ut ego ſentio, ut opinor. Idem in Adel. Et erat longe, mea quidem ſententia. Mea eſt deſcriptio, apud Cic. de Senectu. pro, egomet deſcripſi. Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro pretio à me facto, & à me ſtatuto. Mea unius ſalus. Cice. in Vatin.

MEZENTIVS, Tyrrhenorũ rex ſummus, deorum contemptor, à ſubditis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulſus, qui una cum Lauſo filio fugiens ad Turnũ Rutulorũ regem peruenit, cum quo aduerſus Aeneam profectus eſt ſed inauſpicato. Aeneas. n. ipſum cũ filio in pugna interfecit. Vergi. lib. 11. At Iouis interea monitis Mezentius ardens Succedit pugnę, &c. Fuit impius in homines ſine deorum reſpectu, inquit Macrobius.

M ANTE I

MI, {A me} (μοί) dandi caſus, à genitiuo Mis. Verg. 6. Aen. Et mi genus ab Ioue ſummo. Mi, uocatiuus, à Meus. Teren. in Adelph. O mi Aeſchine, o mi germane. Idem in Phor. Mi patrue, ſalue. Quo in loco, Mi uim blandimẽti habet. Idẽ in Eunu. Ne crucia te obſecro anime mi Phedria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etſi non blanditur, blanda eſt tamen. Mi inuidioſe rogantis. Idem in Hecy. Illius dices culpa factum. SOSTR. haud equidem dicam mi Laches. Donat.

MIACORVS, pen. prod. (μιάκορος) Chalcidis oppidum, apud Theop. li. 25. referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

MICA, æ, (ψίξ. ψιχίον,) puluiſculus ille, qui arenæ quaſi argentum fulget. Aliqui & panis, & omnium rerum fruſtula, quæ tractantibus nobis aliquando, inde emicant Micas appellamus. Vnde eſt illud, Nam & catelli comedunt de micis, quę cadunt de menſa dominorũ ſuorum. Catullus: Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. Hora. 3. Carm Od. 22. Mollibit auerſos penates Farre pio & ſaliente mica. ubi Porphyrion Salientem micam, ſalis granum intelligit, quod ſaliat cum in ignem miſſus ſit.

MICIPSA. Numidarum rex, Maſiniſſæ regis filius, qui Iugurtham Manaſtabalis fratris filiũ, una cum Adherbale & Hyempſale filijs regni participem reliquit. De quo Salluſtius de Bello Iugurthino.

MICO, as, {Riſplendere, rilucere,} (ἀστράπτω, διαστίλβω) proprie eſt ſubinde, & per interualla, ut micæ faciunt, fulgeo, & reſplendeo. Verg. 1. Aen. Crebris micat ignibus ęther. Et quoniã talis quędam uariatio, dum digitis ſortimur, apparet, per trãſlationem Micare capitur pro digitis ſortiri, ἐπαλλάττειν, τοῖς δακτύλοις, Varro: Micandũ erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Eſt aũt Micare digitis, luſus genus quoddã, quod adhuc apud Italos durat, ut repente porrectis digitis, certãtiũ uterq; numerum diuinet. Huius meminit Cic. lib. 2. de Diuin. Quid. n. ſors eſt? idem propemodũ quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. Ab hoc ludi genere tractum eſt, ut qui Certiſſima eſſet fide, quiq; uir bonus exiſtimaretur eũ antiqui dignum dicerẽt, qui cum in tenebris micaretur. Cic. lib. 3. Offi. Hæc nonne turpe eſt dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent. A quibus natũ eſt id, quod iam tritum eſt uetuſtate prouerbium. Cum. n. fidem alicuius, bonitatemq; laudãt dignum eſſe dicũt, qui cũ in tenebris mices. Porro, qui cũ in tenebris mices, ei liberũ eſt, ſi uelit, fallere. Proinde dignus, q cũ in tenebris mices dicitur, qui ſic uſq; adeo certa fide, ut nec ſi tuto poſſit, uelit quempiam mẽdacio fallere. Ex Eraſmo. Et quia ſplendor tremulus eſt, & intermiſsis uicibus mouetur, factũ eſt, ut Micare accipiatur pro eo quod eſt interpoſitis interuallis moueri, ἀμείβεσθαι. Ver. li. 3. Geor. Et linguis micat ore triſulcis. Cic. 2. de Nat. deo. Iã uero uenæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodã igneo motu. Huius cõpoſita ſunt, Dimico, hoc eſt pugno: & Emico, (ἐκλάμπω) extra ſplendeo. Intermico, inter uel in medium mico. Auguſt. lib. 9. Ciui. Id quoq; uel in altiſsimis tenebris [illegible] mo coruſcantium lumen candidum intermicare. Promico. (ἀπολάμπω) extimo do, uel longe iacio, ſplendeoq;. Nęuius: Si quid loqui uis, non perdocere, multo longe promicanda oratio eſt. Habent autem hæc omnia penul. corr.

MICROCOSMVS, {Piccol mondo} (μικρόκοσμος) Latine paruus mundus reddi poteſt, quam appellationem Philoſophorum nonnulli homini in primis conuenire uoluerunt, quod corpus quidem habeat ex quatuor elemẽtis, animã autem ex cœlo decerptam.

MICROLOGIA, (μικρολογία) à Græcis appellatur anxia cura circa minutula, & ſedulitas quouis modo rem augẽdi. Is quoque qui rem uilem magnifacit, & tenuiſsimum lucellum undecunque aucupatur, Micrologus (μικρολόγος) appellatur.

MICROPSYCHOS, pe. corr. {Puſillanimo, di poco animo} (μικρόψυχος) puſillanimus dicitur, & timidus. Nam ψυχή anima, & μικρός, paruus. Pli. lib. 22. capito. 24. Inuenio apud auctores hunc potum bibendum aſſiſcunt animi humilis, ac præparci, quos illi dicere micropſycos. Hinc Micropſychia, (μικροψυχία) puſillanimitas.

MICROSPHÆRON, (μικρόσφαιρον) nardi foliũ eſt ex tribus ſpeciebus ut minimum, ita, & longe præſtantiſsimum. Vide Plin lib. & cap. 12.

MICTVRIO, ſturis, pe. cor. {Deſiderare di orinar} (οὐρητιάω) uerbum deſideratiuum à Meio: idem quod cupio meiere, uel urgeor deſiderio, meiẽdi. Iuu. Saty. 6. Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

MIDÆVM, uel Midæ, arum (μιδάειον) Phrygiæ oppidum Stephano. Pli. lib. 5. cap. 32. Midaion appellat.

MIDAS, (μίδας) Gordii bubulci filius fuit, & rex Phrygũ, qui cũctos per orbe reges pecuniæ abundantia anteceſſit. Huic (ut eſt in fabulis) propter Bacchũ hoſpitio ſuſceptum, cõceſſum eſt, ut quicquid uellet optaret, futurus uoti compos. Optauit aũt ut quicquid corpore contigiſſet, in aurum uerteretur, quod annuente Baccho, factum eſt. Sed cũ cibus & potus contacti ẽt in aurum mutarentur, ſenſit tandẽ ſtolidus ſe ſtulte petiiſſe, & facti pœnitens, orauit Bacchum, ut hoc munus auferret: tũ Bacchus iuſſit, ut in Pactolo flumine ſe lauaret, et ſic liberaretur: Quod cũ feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea cũ Phœbus, & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum uictorem pronuntiauerat) ſecundum Pana iudicium tulisset, indignatus Apollo aſininas auriculas addidit, quas tam ſcite occultauit, ut nemo ſciret præter ſolum tonſorem, qui cum rem inauditam tacere

non poſſet, foſſam ingreſſus proclamauit, Aures aſininas habet rex Midas. Deinde foſſam terra adoperuit ſucceſſuq; temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ uocem quam tonſor infoderat, reddiderunt. Vide Ouid. 11. Metam. — Argutus tamen, atq; iniuſta uocatur Vmus ſermone Midę nec Delius aures Humanam ſtolidas patitur retinere figurā &c. Nonnulli dicūt, cūm inter Apollinem & Marſyam decertantes iudex conſtitutus eſſet, & ipſe pro Marſia ſententiam tuliſſet, auriculis aſininis à Phœbo fuiſſe donatum. Hinc natum eſt prouerbium, Auriculas Aſini Midas habet: quo utimur in ſtolidos, & craſſis auribus, pinguiq; iudicio homines. Alij narrant, cū præteriret aliquando Liberi patris aſinos, atq; eos afficeret iniuria, iratū Bacchū, Midę auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſininarum in ſtar prominentes, atq; hinc fabulæ locū ortum eſſe. Quanq̃ pluribus placet, hac allegoria ſignificatum Midam, ut pote tyranum, coryceos ac ſubauſculatores demittere ſolitum per quos quæcunq; per omnem regionem uel fierent, uel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis utens aurium uice. Proinde cū uulgus admiraretur, ab illo reſciri etiam ea, quæ clam, ac procul fierent, occaſionem fabulæ datā eſſe ut Midas diceretur auriculas aſini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat, q̃ aſinus, excepto mure: uel q aures habeat omnium longiſſimas. Perſius: Auriculas aſini quis nō habet? Ferunt nonnulli primum poetam ſcripſiſſe: Auriculas aſini Mida rex habet: deinde metu Cæſaris ſcripturam mutaſſe, Quis non habet. Hæc ex Eraſmi Chiliadibus.

MIDAS, (μίδας) uermiculus eſt in fabis naſcens, ut inquit Teophr. li. 4. de Plātarum cauſis: & Hermolaus in Pli. lib. 21. ca. 19. Eſt item Midas feliciſſimus iactus in ludo teſſerarum, à Mida beatiſſimo rege nomen habens.

MIDIA, ſiue Midea, pen. pro. (μίδεια Stephano) oppidum fuit in agro Argiuo, ita dictum à Midia Aloei filia, cum antea Perſepolis appellaretur, Meminit oppidi huius Homer. lib. 2. Iliad.

MIEZA, (μίεζα) oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium uocabant: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Auctor Stephanus. Huius oppidi meminit etiam Plin. lib. 31. cap. 2.

MIGRO, as, {*Mutar ſtanza, andare ad habitare altroue*} (μετοικίζω, μετοικέω) eſt, inquit Valla. lib. 5. cap. 95. domicilium muto, & alio me ad habitandū confero, relicta priore habitatione. Liu. libr. 1. ab urbe. Et Romam inde frequēter migratum eſt à parentibus maxime, & propinquis raptarum. Migrare ex uita (μεταλλάττειν τὸν βίον) idem eſt quod mori. Cic. lib. 6. de Repu. ante q̃ ex hac uita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Corneliū Scipionē.

Legitur interdum Migrare actiue pro transferre, μεταβάλλειν. Gell. li. 2. cap. 29. Ita caſſitandum migrauit. Apud antiquos in uſu fuit Migraſſit, pro Migrauerit: ut apud Ci. 3. de Leg. ex XII. tabul. Quiſquis earum rerum migraſſit: noxiæ pœna par eſto. Huius compoſita ſunt commigro, quod eſt in locum aliquem migro. Teren. in And. Ex Andro commigrauit huic uiciniæ. Demigro, de loco diſcedo, & alio ad habitandū eo. Cicero pro Domo ſua: Demigrandum potius aliquo eſt q̃ habitandum in ea urbe. Emigro, exeo. Cæſar Vt domo emigrent, aliud auxilium, alias ſedes remotas à Germanis petant. Immigro, in locum aliquem habitationem transfero. Remigro, in priſtinum domicilium reuertor. Idem ibidem: In noſtrum domum remigremus. Semigro, ad ſeorſum habitandum eo. Cicero pro Cælio: Reprehendiſtis, à patre q ſemigrauit: quod quidem iam in hac ætate minime reprehendendum eſt. Tranſmigro, ultra ad habitādum eo: hoc eſt, in longiorem locum domicilium transfero.

Et habent hæc omnia pen. corre.

MIGRATIO, onis, (μετοίκησις) uerbale à Migro, uerbi ſignificationem retinet. Cic. Fam. 9. Migrationem, & emptionem feliciter euenire uolo, tuumq; in ea re conſilium probo.

MIHI, {*A me*} (ἐμοί μοι) pronomen datiui caſus ab Ego, uarium uſum habet, Nonnunquam ſignificat meam utilitatem, aut ad meum damnum. Teren. in Adel. Si quid peccat Demea, mihi peccat. Aliquando quantum ad meum iudicium, ut interpretatur Donatus illud in Adelphis: Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. Aliquando, à me. Idem in Heaut. Syrus eſt prehendendus, atq; adhortandus mihi. Aliquando in me, circa me. Idem in Hecy. Vt uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Aliquando Mihi & Tibi in oratione ponuntur feſtiuitatis tantū gratia. Ci. in Piſon. Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutū? Mihi crede, ſeu, Credas mihi uelim, affirmantis ſunt particulæ, quæ idem ſignificāt q certe. Cicero: Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. Mihi metipſi: datiuus eſt ab Egometipſe: quo uſus eſt Cic. pro Quintio: Breuitas poſtulatur quæ mihimetipſi amiciſſima eſt.

MIHIPTE, (ἐμαυτῷ) pro mihiipſi poſuit Cato. Feſtus.

MILAX, (μίλαξ) à Galeno appellatus frutex hederæ ſimilis, quem Smilacem uocat Dioſcorides. Vtrasq; duas eius facit ſpecies, aſperam, & lenem. Vide infra in dictione Smilax.

MILCIADES, lege infra Miltiades.

MILES, huius militis, {*Soldata*} (στρατιώτης) gen. commu. dicitur quicunq; militiam exercet, auctore Valla. lib. 6. cap. 32. ſed proprie, qui pedes militat, à militia, id eſt, à duritia, quam pro Repub. ſuſtinet, dictus: aut multitudine, aut à malo quod arcet: aut à mollitie per contrarium (ut Feſtus putat) eo q nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſq;, q trium millium prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tatientium, Ramnenſium, Lucerum, mille milites mittebāt. Ci. pro lege Man. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris. Leuis armaturæ milites. Cæſ. 8. Bell. Gall. Quibus celeriter ſubuenirent leuis armaturæ milites. Hoc eſt, pedites, & expediti milites. Aerarij milites, ut ait Varr. 4. de Ling. Lat. dicuntur ab ære q ſtipendia facerēt. Aurati, & Argentati milites. Li. 9. ab urb. Tunicæ auratis militibus uerſicolores, argētatis linteæ cādidæ. Cauſarij milites, hoc eſt, morbo, aut debilitate affecti, ob idq; ceſſare coacti. Liui. 6. ab urb. Tertius exercitus ex cauſarijs ſenioribus à L. Quintio ſcribitur qui urbi, mœnibusq; præſidio ſit. Legionarij & auxiliarij milites. Aſinius Pollio Cic. lib. 10. Epiſt. Militem non modo legionarium ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. Tria autem ſunt (ut inquit Seruius) militum genera. Euocati, qui nō milites, ſed pro milite erant. Vnde Cōſul ſolebat dicere, Qui uult Remp. ſaluam, me ſequatur. Nam diuerſi ad diuerſa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Verg. 9. Aen. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. Sall. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij, qui neceſſitate aliqua electi ad unum duntaxat bellum, militant, quādo uicinum periculum urbis ſingulos iurare nō patitur. Verg. li. 7. Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Sacramento religati, qui poſt electionem in Rempub. iurabant, ſe non receſſuros à præceptis Conſulis, niſi poſt completa ſtipendia, quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebāt, erantq; quinq; & uiginti annis obligati: ut apud eundē in illud Vergilij 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. De his tribus militię generibus uide Budæum in Pandect.

MILITARIS HERBA, quam & Dioſcorides στρατιωτικὴν appellat, herba eſt, quæ alijs nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, q ab ea milites uulnerati petere ſoleant præſidium.

MILETVS, (μίλητος) filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ, uel ut Ouid. habet. Deiones, qui cum Minoa Cretenſium regem iam ſenem regno priuare uellet à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit, quod de ſuo nomine Miletum appellauit eiusq; incolas Mileſios. Ouid. lib. 9. Metam. Tunc erat inualidus Deionidemq; iuuentæ Robore miletum, Phœbo parente ſuperbum Pertimuit, credensq; ſuis inſurgere regnis, Haud tamē eſt patriis arcere penatibus auſus. Sponte fugis, Milete tua, celeriq; carina Aegæas metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomē. Alij tamen aliam afferunt nominis rationem: ut eſt uidere in dictione ſequenti. Inde Miletis, idis. patronymicum, id eſt, Byblis, Mileti filia.

MILETOPOLIS, (μιλητόπολις) urbs in minore Aſia inter Cyzicū, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit Strabo lib. 12.

MILETVS, pe. p. (μίλητος) urbs fuit in finibus Ioniæ, & Cariæ, auctore Herodoto, ædificata à Mileto Solis & Deiones filio, ut teſtatur Oui. 9. Meta. Strabo tamen li. 12. à Sarpedone conditam mauult, Iouis filio, & Minois ac Rhadamanti fratre: & ab eo Miletum appellatam fuiſſe ab altera eiuſdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc pręſtantiſſimę lanæ prouentus nobilitauit, ea qua fiebant Mileſia ſtragula, quæ ob inſignem mollitiem in prouerbium ceſſerunt. Mart. lib. 8. Nec miletus erat uellere digna tuo. Et Verg. lib. 3. Geor. Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios incocta colores, Vbi Seruius. Mileſia uellera. i. lanæ pretioſiſſimę. Nā Miletus ciuitas eſt Aſię, ubi tinguntur lanæ optimæ. Ci. in Verr. Nam quid à Mileſijs lanæ publicæ abſtulerit. Hæc etiam Anactoria fuit nominata, ab Anacte quodā, Cœli & Terrę filio. Fuit autem hæc urbs colonijs à ſe cōditis in primis fœcunda, ut quę octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, poſtea Apollinis Didymei. Ab hac Mileſii, (μιλήσιοι) populi dicti ſunt, qui quum prius potentes eſſent & opulenti, delicijs deinde deditis, & opes, & potentiam amiſerunt. Ex Mileto ortum traxerunt uiri memoratu digni: Thales unus ex ſeptē ſapientibus, qui primus Phyſiologiæ, ac Mathematicæ auctor inter Græcos eſt habitus. & Anaximander eius diſcipulus: Itē huius curſus diſcipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui ſcripſit hiſtoriam: & Aeſchines orator, non ille, qui cum Demoſthene cōtendit, ſed alter qui aſſumpta nimia erga Pompeium licentia in exilium miſſus eſt. Hinc & Timotheum muſicum ortum ferunt, & Pittacum philoſophum. Alia fuit eiuſdem nominis urbs in Creta, teſte Homero lib. 2. Iliad.

MILIARIA, (κεγχρίς) auis ita dicta q milio ueſcatur, & pingueſcat. huius meminit Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 5. Miliaria etiam herba eſt, quæ milium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.

MILIAS, lege Milyas.

MILICHIÆ, fontis nomen in agro Syracuſano, teſte Plin. lib. 3. cap. 8.

MILITARIS, & hoc re, {*Cio che ſi appartiene à militia*} (στρατιωτικὸς) qđ ad milites aut militiam pertinet: ut Militaris homo. Sall. Præmittit illis homines militares. Militari uia, (λεωφόρος) quæ uulgo cōmunis dicitur, alio nomine Regia, ſeu Conſularis ſiue etiam Pętoria, aut Publica uia. Dicta eſt autem militaris, q à militibus ſterneretur, uel q milites in bellū proficiſcentes, per eam iter facerent. Eiuſmodi fuerūt Romę Salaria, Flaminia, Appia, Aemilia.

Aetas militaris: hoc eſt robuſta, & ad militiam apta. Tacitus lib. 2. Referebat habitaſſe, quondam ſeptingenta milia ætate militari. Signa militaria. Cic. in Catil. Cum arma, cum ſecures, cum faſces, cum tubas, cum ſigna militaria, cum aquilam illam, &c. Timor militaris. Plaut. Pſeud. — Sic ego illum dolis Atq; mendacijs dabo in timorem militarem aduenam.

MILITARITER, {*Da ſoldata*} (στρατιωτικῶς) aduerbium, ſignificat more militum, ſeu more militiæ. Liu. 5. ab urb. Aduerſus hæc Tempanij oratio incōpoſita fuiſſe dicitur, cæterum militariter grauis, non ſuis uana laudibus, non crimine alieno læta.

MILITARIVS, adiectiuum. (στρατιωτικὸς) antiqui uſurpauerunt pro militaris. Plau. in Pſeu. Quin hinc metimur gradibus militarijs?

MILITIA, æ, {*Militia, ſoldo*} (στρατεία) bellū, & rem militarē ſignificat. Ci. 3. Offi. de Vlyſſe: Sed ſimulant cū tragœdiæ ſimulatione inſanię militiā ſubterfugere uoluiſſe. Hora. li. 1. Serm. Sat. 1. O fortunati mercatores, grauis annis Miles ait multo iā fractus mēbra labore. Cōtra mercator, nauim iactātibus Auſtris, Militia eſt potior, quid enim? cōcurritur: horę Momēto aut cita mors uenit, aut uictoria læta. Quādoq; per metaphorā pro quouis exercitio & uſu ſumitur. Cic. ad Att. 5. Grata hæc magna, mihiq; nōdum laborioſa ex illa uetere militia. Militiæ nomē dare, eſt inquit Budæus in Annot. in Pandectas, ad delectū ultro ſeſe exhibere, nomenq; ſuū in militū albū deſcribendum edere. Cic. in Phil. Re & ueritate nobis milites ſine ulla recuſatione, ſummo etiam cū ſtudio nomina dant, id eſt, ἑαυτοὺς ἐκδιδόασιν εἰς στρατείαν. Militiam urbanā ſequi, dixit Cic. pro Muræna, pro eo quod eſt in iudicijs uerſari, & cum aduerſarijs in foro cōtendere. Imaginariam militiam, uocat Suet. in Claud. pugnam ſimulatam ad ſpectatorum delectationem exhibitam. A militia fit compoſitum Commilitium, hoc eſt ipſa belli ſocietas: & Commilito, onis, (συστρατιώτης) qui nobiſcum militat. Ci. pro. Deio. Hic uero adoleſcēs, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. Militiæ, genitiuus aduerbij uice poſitus, ſicut Domi. Teren. Adelph. — Vna à pueris paruuli Sumus educati: una ſemper militię & domi Fuimus. Sall. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæq;, mari atq; terra præclara facinora fecit.

MILITO, as, {*Militare, eſſercitare l'arte della guerra*} (στρατεύω, -ομαι) militiam exerceo, & ſtipendia in bello mereo, neutrum eſt: ut, Hic ſub Cæſare militauit. Plin. in Præfat. lib. 23. Militare didiciſſet ſub Annibale. Cic. Offi. 1. Qui in eadem legione militabas. Aliquando habet poſt ſe ablatiuum pretij. Curtius: Græcis mercede apud Perſas militantibus. Inuenitur aliquando, Militatur impersonaliter. Plaut. in Perſa. Illa militia militatur magis. Legitur & Militor paſſiuum. Hora. Epod. 1. Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tuæ ſpem gratiæ.

MILIVM, lij, {*Miglio*} (κέγχρος) genus frugis, à mille dictum eſt (ut putat Feſtus) propter multitudinem granorum. Mart. lib. 12. Frumentum, milium, ptiſanamq́; fabamq́; ſolebas Vendere. Plin. lib. 28. cap. 10. Milio Campania gaudet præcipue, pultemq́; candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. Ibidem. cap. 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis: Lobas uocant, omnium frugum fertiliſſimum.

MILLE, {*Mille*} (χίλιοι) ſubſtantiuum, & neut. ge. Declinaturq́; in utroq; numero: quamuis in ſingulari numero genitiuus, & datiuus non inueniantur. Ablatiuus, quamuis hodie in uſu non ſit, inuenitur tamen apud antiquiſſimos. Luci. l. 9. ut citat Gel. li. 1. c. 16. Tum nulli numum potes uno quærere centum Vbi, Vno milli numorum, dixit, pro mille numis: ac ſi diceret: Potes mille numos acquirere centum millia. Conſtruitur autem Mille ſubſtantiuum cum genitiuo, tam in numero ſingulari, quàm in plurali, Ci. in Anto. Quis unquam in illo Iano inuentus eſt qui L. Antonio Mille nummum ferret expenſum. Quadrigarius lib. 3. Annalium: Ibi occiditur mille hominum. Pla. in Mil. Qui mille annorum perpetuo uiuunt, hoc eſt, quod Græci χιλιάδα uocant. Aliquando mille adiectiuum eſt, pluralis numeri tantum, & indeclinabile, quemadmodum & Centum: ut cum dicimus, Mille numi, Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia ſubſtantiua non cohærent ſine copula. Dicimus tamen, Decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. Græci, Valla putat Mille adiectiuum etiam ſcriptura differre à ſubſtantiuo, quòd illud gemina conſonante ſcribi debeat, hoc unico l. contentum ſit, quemadmodum Ile, & Cubile & reliqua eiuſdem terminationis.

MILLESIMVS, a, um, adiectiuum, {*Milleſimo*} (χιλιοστός) ordinis numerus eſt, à Mille formatus, Cic. ad Att. li. 19. Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem uix intelligo.

MILLEFOLIVM, lij, herbæ genus eſt, quod Græci, μυριόφυλλον appellant: de quo uide Plin. lib. 24. cap. 16.

MILLEFOLIA, æ, panacis genus eſt, ab Achille inuentum: unde Achilleos (ἀχίλλειος) appellatur: Plin. lib. 25. cap. 5. Aliqui & hanc Panacen Heracleon, alij Sideritin, & apud nos Millefoliam uocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus, quàm fœniculi, folijs ueſtitam ab imo.

MILLEPEDA, æ, (χιλιόπους) animal eſt (teſte Plin. lib. 29. cap. 6.) è uermibus terræ piloſum, multis pedibus, arcuatim repens, tactuq; contrahens ſe Oniſcon Græci appellant, alij Tilon, qui multo pedum agmine ſcatet, ab alijs Centipeda, aut Multipeda dicta. Hieronymus contra Iouinianum. Cogit Syrum, Aphricum, & Arabem, ut uermes Ponticos glutiat: ita eos aſpiciet, ut muſcas, millepedas, & lacertos.

MILLIARIVM, rij, {*Miglio*} (μίλιον) mille paſſuum ſpatium. Ci. ad Att. 8. Poſtea audiui à tertio milliario tum eum eſſe: πολλὴν μεθ᾽ ἀρχὴν καὶ ῥυθμοῖς εἶναι. Hoc etiam milliù dicitur. Vide Bud. in prior. Annot. in Pan. Huius octaua pars ſtadium uocatur, paſſus continens 125. Paſſus autem ex quinq; conſtat pedibus. & ſinguli pedes è quatuor palmis, ſinguli autem palmi quatuor digitis. Milliarium etiam dicitur uas ad coquendum accomodatum. ἰπνολέβης: Cato de Re ruſt. Inter orbem et milliarium uno digitum intereſſe oportet, Palladius lib. 1. Vas æneum milliario ſimile. i. altum & anguſtum, ueſpere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum. Milliarium aureum, fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes uiæ Italiæ terminabantur. Et hoc milliarium Plinij, Tranquilli, Plutarchi, atq; Taciti monumentis celebratur.

MILLIARE, idem quod Milliarium: hoc eſt mille paſſuum ſpatium. Cic. ad Att. libro 6. Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiſſime.

MILLIARIVS, a, um, mille librarum. {*Migliaro*} (χιλίων λιτρῶν) Vnde Apri milliarij apud Colu. dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum, Senec. li. 21. Epiſt. Non magnam rem facis, quòd uiuere ſine tecto apparatu potes quòd non deſideras milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam nota animalia faſtidientis. Pli. li. 17. ca. 12. Milliarias uocari multas oleas narrant à pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Et Milliarius grex, apud Varr. de Re ruſt. lib. 2. ca. 10. Item milliaria porticus apud Suet. in Ner. cap. 31. Veſtibulum eius, fuit, in quo coloſſus CCXX pedum ſtaret. Ipſius effigies tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet.

MILLIES, {*Mille uolte*} (χιλιάκις) aduerbium eſt numerandi, idem ſignificans, quod mille uicibus: ut, Millies te uidi. Sic Decies, Centies, & huiuſmodi. Cic. in Verr. act. 5. Millies audiui.

MILLVS, ſiue Millum, li, {*Collare da cani*} (nam utroq; modo dicitur) collare canum uenaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus, aduerſus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum: Nobis (inquit) reiq; publicæ præſidio eritis, quaſi millus cani. Dictus Millus, à multitudine clauorum, hoc eſt, à mille clauis, uel quaſi melinus, quòd ex pelle animalis melis fere hæc collaria fiant. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 9. Ne uulnerentur canes à beſtijs imponuntur his collaria, quæ uocantur millum: id eſt, cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

MILO, onis, (Μίλων) ciuis Roma. fuit ex municipio Lanuino, qui cum P. Clod. Trib. pleb. multa ſeditioſe in Rep. molientem occidiſſet, fruſtra à Cic. defenſus elegantiſſima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manibus teritur, Maſſiliam damnatus in exilium profectus eſt: ubi cum aliquando uidiſſet orationem Ciceronis pro ſe ſcriptam, multo meliorem ea, quæ in iudicio habita erat, dixiſſe fertur, Si ſic oraſſet Cicero, non ego Maſſiliæ umbilicos legerem. Hæc Dion in Roma. hiſt. Fuit alius hoc nomine athleta Crotonienſis, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidiſſe dicitur. & ſine fatigatione per ſtadij ſpatium ſupra humeros portaſſe, totumq; eo die comediſſe. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum conſtitiſſet, nemo ueſtigio educere. Quum autem nimia neruorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere uellet, brachijs hinc inde conſtrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. Eſt & Milo ſiue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines auerſis plantis naſcuntur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes. Auctor Plin. lib. 7. cap. 2.

MILONIA, (Μιλωνία) oppidum Samnitium, apud Diony. lib. 16. Antiquit.

MILTIADES, per t, in ſecunda ſyllaba, (Μιλτιάδης Suidæ) dux Athenienſium clarus, qui decem millibus ſuorum ciuium, & Platæenſibus auxiliaribus mille, profligauit Perſarum ſexcenta millia in campis Marathonijs. Auctor eſt Iuſtinus lib. 2. Poſtea tamen peculatus damnatus, in carcere & uinculis mori ab Athenienſibus coactus eſt. Auctor Valer. Maximus lib. 5. cap. 3.

MILVINVS, (ἰκτίνειος) adiect. à nomine Miluus, quod ad miluum pertinet. Miluinæ tibiæ dicuntur, quæ in accentus exeunt acutiſſimos. Item Miluinæ ungulæ, pro manibus rapacibus. Plau. in Pſeu. An tu inuenire poſtulas quenquam coquum, Niſi ſit miluinis, aut aquilinis ungulis? Et Miluinus pes, herbæ nomen eſt apud Colu. li. 12. ca. 7. quam nonnulli eandem eſſe putant cum coronopo.

MILVVS, & Miluius, {*Nibbio*} (ἰκτῖνος) utroq; modo dicitur, auis rapaciſſima: à molli uolatu (ut quibuſdam placet) uel ſictitio nomine à uoce, quam edit Ouid. lib. 3. Faſt. Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illi Miluius, & mentis uenit in uſtra ſuis. Tere. in Phorm. Non rete accipitri tenditur, neq; miluo. Pli. lib. 10. cap. 10. Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his rapaciſſimam, & famelicam ſemper alitem, nihil eſculenti rapere unquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ab huius auis ſimilitudine piſcis quidam Miluius, ſiue Miluus dicitur, quòd ſe ſaltu ſupra mare attollens, miluij in modum uolare uideatur. Plin. lib. 9. ca. 26. Volat hirundo ſane quam ſimilis uolucri hirundini. & Miluus. Ponitur & pro ſidere cœleſti, in quod miluus, qui Ioui elapſum anulum retulit, fertur mutatus. Ouid. li. 3. Faſt. Stella Lycaoniam uergit decliuis ad arcton Miluius: hæc illa nocte uidenda uenit. Item, Miluus per tranſlationem de homine rapaci dicitur. Plau. in Pœn. Tenes ſis me arcte mea uoluptas, male ego metuo miluos: Mala iſta beſtia eſt, ne forte me auferat pullum tuum.

MILYAS, adis (Μιλυάς) regio eſt in minore Aſia Cariæ, & Liciæ finitima cuius incolæ Milyæ, (Μιλύαι) appellati ſunt à Milya Cragi uxore, cum antea Solymi appellarentur. Vide Stephanum, & Strabo lib. 12

MINNÆI, (Μιναῖοι Stephano) Arabiæ populi, ad mare rubrum accolentes. Plin. li. 6. c. 28. Minæos uocat unico n, & à Minoe rege ita dictos exiſtimat.

MIMALLIS, (Μιμαλλίς) à Callimacho inſula dicitur, quæ ab alijs Melos, à nonnullis Zephyria uocatur, teſte Plin. lib. 4. cap. 12.

MIMALLONES. (Μιμαλλόνες) Bacchæ mulieres: à Mimante Thraciæ, uel (ut alij malunt) Ioniæ monte, uel à μιμέομαι uerbo Græco, quod imitor ſignificat quòd liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Inde Mimallonis, idis, patronymicum fœm. quo fere in eadem ſignificatione utimur. Ouid. li. 1 de Arte amandi. Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis. Hinc Mimalloneus, a, um. Perſius Sat. 1. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoq; Baſſarides, & Thyades, & Ogygides uocatæ ſunt.

MIMAS, antos, (Μίμας) mons Ioniæ in minori Aſia teſtibus Plinio & Strabone: uel, ut Suidas mauult, Thraciæ, ubi ſacra, & certamina quotannis fieri Baccho conſueuerunt. Ouid. 2. Meta. Et tandem Rhodope niuibus caritura Mimasq́;. Mimas etiam gigantis nomen fuit, quem Iupiter fulminauit. Hor. li. 3. Carm. ſed quid Typhœus, & ualidus Mimas, &c.

MIMESIS, {*L'arte di imitare i geſti & le parole d'altri*} (μίμησις) Latine imitatio morum alienorum. Alio nomine à Græcis dicitur ἠθοποιΐα. Quintil. lib. 9. cap. 2. Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιΐα, uel ut alij malunt μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari poteſt. Eſt enim poſita fere in eludendo, ſed uerſatur in factis, & in dictis: in factis, quod eſt ὑποτύπωσις uicinum: in dictis, quale eſt apud Tere. in Eun. At ego neſciebam quorſum tu ires: Paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua: Soror dicta eſt, cupio abducere, ut reddam ſuis. Donat. ſuper illo Terentij loco in Phorm. Ad præcatorem adeam, credo, qui mihi ſic oret: Nunc omitte quæſo hunc: cæterum Poſthac ſi quicquam nihil precor, &c. Mimeſis, inquit, dicitur, ubi non uerba modo, uerum & geſtum, uocemq́; fingimus alienam. Idem alibi: Mimeſis eſt, quando aliqua uerba ſic pronunciamus, ut uana uideantur. Mimeſis igitur figura eſt cognata ironiæ, quando alterius uerba, ſeu geſtu imitamur: quod fere deridentes, improbantesq́; facimus.

MIMERMNVS, (Μίμνερμος Suidæ) Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Aſtypalæenſis Elegiarum ſcriptor. Natus fuit Olympiade XXXVII. ideoq; ſeptem ſapientibus antiquior eſt. Quidam tamen eodem tempore uixiſſe illos dicunt. Vocatus fuit Ligyaſtades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scripſit libros multos. Hæc Suidas. Proper. li. 1. Eleg. 9. Plus in amore ualet Mimnermi uerſus Homero: Carmina manſuetus lenia quærit amor.

MIMNEDVS, pen. produ. (Μιμνηδός) oppidum Lydiæ apud Hecatæum in deſcriptione Aſiæ. Stephanus.

MIMVS, mimi, {*Mimo, Buffone, Arteſt. Et ſpettacoli & uenni & ſornicatti*} (μῖμος) efficitor Latine, qui uel intra, uel extra ſcenam geſticulationes edit, imitaturq́; dicta, factaq; moresve hominum & naturas. A μιμέομαι (ut Diomedes inquit) quod ſignificat imitor. Hiſtrio uero perſonatus in ſcena Comœdias, & Tragœdias uoce, & corporis geſtu agit. Inde Pantomimi, i. omnium perſonarum imitatores, effictoresq́;. Et Archimimi, pro hiſtrionum principibus. Hæc fuſius à Budæo declarantur in procem. Annot. in Pandect. Mimi etiam dicuntur poemata, ſine reuerentia laſciuiam imitantia: quod genus Latini uocant Planipedias. Ouid. 2. Triſt. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Mimus quoq; pro ridiculo ficto, & quaſi fabula riſu digna tranſlate ponitur: Suet. in uita Othonis cap. 3. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam. & ſatis uiſum ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret: qui tamen ſic quoq; diſticho enotuit. Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ. Dicimus etiam, Mimo ſubſcribere, pro eo quod eſt, facere contrariam uocem in ſymphonia: hoc eſt, ſigmentum, uel fabulantem adiuuare. A Mimus fit Mimicus, a, um, ſicut à Satyrus, Satyricus, quod

cus,quod ad Mimum pertinet.Ci.de Ora.2.Vitandum eſt oratori utrunq; ne aut ſcurrilis iocus ſit,aut mimicus. Huius fœmininum eſt Mima.Ci.in Phi lip.2.Vehebatur in eſſedo Trib.pleb.lictores laureati antecedebãt, inter quos aperta lectica mima portabatur:quã ex oppidis,municipales homines honeſti obuiam neceſſario prodeuntes,non uero illo,& mimico nomine,ſed Volumniã ſalutabant.Hinc fit Mimula diminutiuum à Mima, quod geſticulatricẽ ſigni ficat.Ibidem paulo poſt:Veniſti Brunduſium in ſinum quidem & complexũ tuæ mimulæ.Mimographus,phi,pe.cor.laſciui poematis ſcriptor,ut fuit Phi liſtio,ut Publius,ut Laberius.

M I N A,æ,Græcè(μνᾶ) Atticum eſt uocabulum,quo tam in appellatione rei nu mariæ,quàm ponderalis Athenienſes utebantur.Conſtabat autem ex drachmis At ticis centum:eratq; maior Romana libra drachmis quatuor.Nam hęc nonagin ta ſex tantum pondebat drachmas.Fannius apud Priſcianum: Accipe præterea paruo quam nomine Graij Mnam uocitant,noſtriq; Minã dixere priores.Cen tum hæ ſunt drachmæ:quod ſi modo dempſeris illis Quattuor, efficies hãc no ſtram denique librã;Sed hoc de mina noua intelligi debet,quæ & Solonis mina à quibuſdã appellatur.Conſtat enim Minam Atticam antiquitus fuiſſe drach marum tantum ſeptuagintaquinq;:quę auctis poſtea à Solone ponderibus Mi na uetus appellata eſt:de qua intelligi debet,quod ſubdit Fannius apud Priſcia num: Attica quæ fiet,quartam ſi dempſeris hinc,mna Quę tamen in loco Fan nius ſentire uidetur,Minã atticã eam eſſe,quę conſtat ſeptuagintaquinq; drach mis,quam nos Minam ueterem uocaumus:alteram uero,quæ centum conſtat drachmis, Minam Græcã uocari.Sed hoc non eſſe uerum, facile Plinij auctori tate conuinci poteſt,qui lib.21.ca.ult.ubi ex profeſſo Atticorum ponderum in terpretationem tractat,ſubdit in fine capitis: Mna,quam noſtri Minam uocãt pendet drachmas Atticas centum. Vide plura eius rei teſtimonia tam Græca,quàm Latina apud Geor. Agricolã.Quoties autem apud ſcriptores minæ mẽtio oc currit,de mina noua intelligendum eſt,quę epitriti portionem habet,ad minorẽ ſeu ueterẽ minam,quemadmodum & talentum maius ad talentum minus.Cõ tinet itaq; Mina,ſi de pondere intelligas,uncias duodecim,& ſemiſſem. Quod ſi de re numaria ſit ſermo Mina ad Monetæ Gallicę extimationem redacta,ua lebit circiter libras Turonenſes ſeptendecim,& ſemiſſem. Tantum enim conſi ciunt centum drachmæ,ſingulæ tribus ſolidis Turonenſibus & ſemiſſe extima tæ.Budæus extimat Minam aureis coronatis decem:quod in idem recidit:mu do ſane intelligas ſingulos coronatos ab eo trigintaquinq; duntaxat ſolidis Tu ronenſibus extimari.Mina etiã menſuræ genus eſt, qua agri metiuntur,qui & modius dicitur,& Actus quadratus.Habet in latitudine pedes centũ uiginti,et in longitudine totidem. Vide Varr.de Re ruſt.lib.1.cap.10.In pecore itẽ oui lo Minæ dicuntur,quæ uentre ſunt glabro.Idem lib.2.cap.2.Emptor ſtipula tur priſca formula,illaſce oues,ſanas recte eſſe,uti pecus ouillum, quod recte ſa num eſt extra luſcam,ſurdam,minam,id eſt,uentre glabro.

M I N A C I T E R,aduerbium. Vide Minax.

M I N A N T E R,aduerb.{Minaccioſamente} ἀπειλητικῶς,idem quod minaci ter.Ouid.lib.3.de Arte aman. Multaq; ſubmiſſe,multa minanter agant.

M I N I T A B I L I T E R,(ἀπειλητικῶς)ueteres dixerunt pro minaciter.Pa cuuius in Antiopa:Minitabiliterq; increpare dictis ſæuis incipit.

M I N Æ,arum,{Minaccie}(ἀπειλαὶ)comminationes,& metus incuſſio per uer ba,aut ſigna.Teren.in And.Si illum relinquo,eius uitæ timeo:ſin opitulor,hu ius minas.Cic.ad Attic.libro.2.Minæ Clodij,contentioneſq;,quę mihi propo nuntur,modice me angũt.Ver.3.Aen.Dij prohibete minas: dij talem auertite caſum.Quandoq; etiam dicuntur eminentiæ murorum, quas pinnas,(ἐπάλ ξεις)uocant,teſte Seruio:& à Minor,aris,deriuatur,quod inter cætera extare, et eminere ſignificat.Verg.4.Aene...Pendent opera interrupta,minæq; Muro rum ingentes.

M I N A C I Æ,arũ,(ἀπειλαὶ)à Pla. dicuntur,quas nos hodie Minas uocamus: ut in Truc.Melius,te munere certare mecum,quàm minaciis.

M I N A T I O,onis,(ἀπείλησις)minæ uel actus comminandi.Cice.de Oratore: Execrationes,admirationes,minationes.

M I N A X,cis,{Minaccioſo}(ἀπειλητικός)qui frequenter minatur. Verg.lib.3. Georg.Primus & ire uiam,& fluuios tentare minaces Audet,& ignoto ſeſe cõ mittere ponto.Cic.Cæſar minaces & acerbas literas ad Senatum miſit.Hinc Minaciter,(ἀπειλητικῶς)aduerb.Liu.lib.2.Minaciter fremunt,id eſt,iurgio sè,& cum minis.Cic.in Phil.quinta,Num putatis Pub.C.dixiſſe eum mina cius,quam facturum fuiſſe.

M I N C I V S,Venetorũ fluuius,qui ex Benaco lacu defluens,alium prope Man tuam lacum efficit & inde rurſus,multis torrentibus auctus,effluit in Padum Verg.4.Geor.Tardis ubi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Verg. Mincia des dictus Iuuenali:Illos Minciade celebrat dulcedo Maronis.

M I N Æ I,ſiue,ut apud Stephanum legitur,Minnęi,duplicato n,(μιναῖοι)popu li ſunt in regione Arabiæ,mari rubro adiacentes, qui primi commercium turis fecere,nec preter hos, Arabes alii turis arborem uidẽt. Vnde ab ipſis tus ipſum Minæum dictum eſt,teſte Plin.lib.12.cap.14.

M I N E R V A,(ἀθηνᾶ)diſciplinarũ dea,quę Græce Pallas dicitur.Et à minãdo dicitur,quaſi uim minetur.Solet.n.pingi ęgide & haſta formidabilis. Aut à mi nuẽdo(ut placet.Ci.li.2.de Nat.deo)aut(ut alij malũt)a monẽdo,quòd recte mo neat.Feſtus:Mineruā dicta quòd bene moneat.Hãc.n.pagani pro ſapientia pone bãt.Cornificius uero quòd fingatur,pingaturq; militaribus minitãs armis. Hæc il le,Eadẽ & Tritonia a Poetis appellatur,quòd Ogygis regis tẽporibus circa Trito nidẽ Africę paludẽ uirginali facie dicatur apparuiſſe:ab Homero etiã γλαυκῶ πις,quaſi glaucos habẽs oculos. Palladis autẽ nomẽ accepiſſe putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν,hoc eſt,à iaculãdo,uel uibrãdo.Pingitur.n.quaſi manu haſtã tenẽs, eamq; uibrãs.Hoc prima olei,& lanificij inuẽtrix creditur extitiſſe:ob quæ er ga humanũ genus beneficia diuinos honores meruit,ſapientiæq; ,& bonarum omniũ artiũ dea habita eſt. Fabulantur autẽ Poetæ Mineruã ex cerebro Iouis eſſe progenitã:quo cõmento ſignificare uolũt humaniorũ literarũ diſciplinas,hu mani ingenii,non eſſe inuentũ,ſed ex Iouis cerebro,hoc eſt,ex inexhauſto diui næ ſapientiæ fonte ad hominũ uſum eſſe depromptas. Pingui ſeu Craſſa Mi nerua aliquid facere,eſt ſimplicius,rudius,uel indoctius aliquid facere.Colu.in Præfatio.l.1.Poteſt enim nec ſubtiliſſima,nec,rurſum(quod aiunt)pingui Mi nerua res agreſtis adminiſtrari.Inuita Minerua aliquid facere:idem eſt, quod repugnante ingenio,uel repugnante natura aliquid aggredi.Hora.de Arte.Tu nihil inuita dicẽs,faciesue Minerua.Sua Mineruam,ſabaudi docet,uel monet tritiſſimum eſt prouerbium,quo utimur,quoties indoctus aliquis eum cõatur docere,à quo ipſe ſit magis docendus.Vide Eraſmi Adagia.

M I N E R V A L,ſeu Mineruale,(διδάκτρον)à Minerua deductum nomẽ,erat quaſi præmiũ,quod dabatur præceptori,ſicut cœna,& huiuſmodi,quaſi magiſ terij merces paucis diebus à ſcholaſticis dari ſolita ante Quinquatria,per quos dies pueri uacabant. Varr.3.de Re ruſt.ca.2.Quum ſimulac promiſeris miner ual,incipiam,inquit,A X I V S.Ego uero nõ recuſo uel hodie,& ex iſta paſtio ne crebro.Ouid.3.Faſt.Nec uos turba ſieri cenſu fraudante magiſtri Spernites diſcipulos attrahit illa nouos.

M I N G O,gis,xi,ctum, {Piſciare,urinare}(οὐρέω)urinam facio , pro quo ma gis utimur Meio.Vnde & Permingo,(καταουρέω)Horat. Hunc perminxerũt calones,atq; caballi.Hinc Micturio,& Mictito,tas:quæ uide ſuis locis.

M I N I A C I V S,cia,cium,(μιλτώδης)quod eſt ex minio. Vitruuius li.7.Pa rietes paſſim expolitione miniacia expoliebantur.

M I N I A R I A,æ,(μιλτωρυχία)locus in quo foditur minium. Pli.lib.33.c.7. Siſaponenſibus autẽ miniariis ſuę uenæ arena ſiue argẽto excoquitur:auri mo do probatur. Miniarius adiectiuum.ut Miniarium metallum.Plin. ibidem: Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo,&c.

M I N I A T V S,& per diminutionẽ Miniatulus,(μιλτοπαρῄος Homero)idẽ eſt quod rubrũ,quaſi minio tinctũ: unde Cerã miniatulã ueteres dixerũt.quã nos rubrã dicimus. Et Miniatula cera aliquid notare,pro eo quod eſt loca cor rigẽda annotare.Cic.ad Dolabellã in Epiſt.ad Atti.li.15.his literis ſcriptis,me ad συντάξεις dedi,quæ quidẽ uereor,ne miniatula cera tua pluribus locis no tãdę ſint idẽ ad Atti.lib.16.Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebã.

M I N I L V S,lege Minyeus.

M I N I M V S,a,um,(ἐλάχιστος)ſuperlatiuum,à Paruus.Cic.3. Offic.Ex ma lis eligere minima oportet.Minimus natu.Liu.2.ab Vrb.Minimus quiſq; na tu patrum.

M I N I M E G E N T I V M.{Per niente,à niun modo}(ἥκιστα πάντων)uehe mẽtius negãtis eſt uteũ uolumus ſignificare quippiã omniũ gẽtiũ iudicio mini me eſſe faciendũ. Aut certe ponitur pro minime ut ſit ſuperuacua adiectio Gen tium ſicut ubiq; gentium,pro ubiq;: Nuſquam gentium,pro,nuſquam.

M I N I M V M.{Pocchiſsimo,minimo}(ἐλάχιστα)ſuperlatiuu eſt à Parũ,& aduer biũ quãtitatis.Minime uero negatio eſt,quaſi nequaquã,(ἥκιστα)ut, minimũ doctus,qui pauxillum eſt doctus:ut Minime doctus,qui prorſus eſt indoctus. Plus.n.eſt Minime,quàm Nõ.Cic.lib.1.Offic.Minimeq; artes hæ probãdę,quę miniſtræ ſunt uoluptatũ.Minimũ etiã pro ſaltẽ,ad minus,ut minimũ.τὸ λάχι στον.Varro:Harum ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Sic aliquãdo etiã ſumitur Minime.Col.li.1.Lata bubilia eſſe oportebit pedes decẽ uel minime nouem quæ menſura & ad procumbẽdum pecori,& iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.Iungitur autẽ Minimum cum geni tiuo,ut cætera aduerbia quantitatis,Cic.de Amic .Quod ſi ita eſſet , ut quiſq; ualetudinis minimum in ſe eſſe arbitraretur,ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus.

M I N I M O P E R E,dixerunt ueteres,ut Maximopere.Lici.apud Priſcianum Non minimopere milites quietes uolebant eſſe.

M I N I O,nias,(μιλτόω)minio tingo. Plin.lib.33.cap.7. A cenſoribus in pri mis Iouem miniandum locari. Vnde & miniati libri dicuntur,quum literę ma iores minio tinguntur.

M I N I O,fluuius eſt Tuſciæ,non procul à Cærete oppido. Verg.li.10.Qui Cę rete domo,qui ſunt Minionis in aruis.

M I N I S T E R,ſtri,{Miniſtro}(ὑπηρέτης)qui inſeruit,& miniſtrat. Cice.1.de Orat.Infimi homines mercedula adducti,miniſtros ſe præbent in iudiciis ora toribus. Huius fœmininum eſt miniſtra,ὑπηρέτις.Idem 2.de Fi.Miniſtræ & ſatellites uoluptatum,uirtutes.

M I N I S T E R I V M,rij,{Miniſterio} (διακονία,ὑπηρεσία)proprie miniſtri opera eſt.Quamuis & pro omni operatione poni conſueuerit,ut de rege Latino Verg.7.Aene.Abſtinuit tactis pater,auerſuſq; refugit Fœda miniſteria:& cæ cis ſe condidit umbris.Plin.lib.20.cap.71.Nec minor uarietas in pedũ mini ſterio.Ouid.11.Meta.Somne quies rerum,placidiſſime Somne deorum, Pax animi,quem cura fugit,qui corpora duris Feſſa miniſterijs mulces,reparaſq; la bori,&c. Aliquando miniſteria ponimus pro miniſtris, ſicut ſeruitia pro ſer uis.Paulus Iureconſultus:Vrbica miniſteria dicimus etiam,quę extra urbẽ no bis miniſtrare conſueuerunt.

M I N I S T R A T O R I V S,adiectiuum,(ὑπηρετικός)quod ad miniſtrationẽ pertinet:ut, Miniſtratorij urceoli apud Mart.lib.14.

M I N I S T R O,as,{Miniſtrare}(ὑπηρετῶ,ἄρχω,ὑπουργῶ)ſeruio, porrigo, præ paro.Pla.in Curc.Tu tabellas cõſignato,hic miniſtrabit.i.ſeruiet.Gel.li.2.Idq; facile factu dixit,quòd filij ſui pocula in cõuiuio regi miniſtrarent. Verg.1.Aen. Iamq; faces & ſaxa uolant,furor arma miniſtrat.Var.3.de Re ruſt.c.17.Cum nõ paulo ſumptuoſius,quàm ego,his miniſtret uictum. Miniſtrator, oris,qui mini ſtrat,ὑπηρέτης.Cic.2.de Ora.Vt cũ teipſum Sulpiti obiurgabã,quòd miniſtratorẽ peteres,nõ aduerſarium. Miniſtratrix,cis,(ὑπηρέτις)idẽ quod miniſtra.Cic.1. de Ora.Sed omnes comites atq; miniſtratrices eſſe diceres.Huius cõpoſita ſunt, Adminiſtro,(διοικῶ)quod uario modo ponitur.Col.in Præfat.li.1. Vt his tãtummodo diebus urbanæ res agerẽtur, reliquis adminiſtrarẽtur ruſticę.i.cura rẽtur.Idem lib.4.Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur,id eſt,agitur,exercetur. Subminiſtro(ὑπηρετῶ)ſubſeruio , ſuppedito,ſuggero. Lact.lib.5.Victum ſubminiſtrat,quietem ſomni dulciſſimam tribuit,

M I N I T O R,aris,frequentatiuum.{Minacciare}(ἀπειλέω)ſæpe,uel impetuo sè minor. Plau.in Curcul.Mihin' malum minitare?C.Atq; ædepol non mini tabor ſed dabo.Cic.2.Catil.Vobis,atq; huic urbi ferro.flammaq; minitantur. Pro eodem etiã legimus Minito,as,præſertim apud antiquos Plau.in Amph. Quid minitabas te facturum,ſi iſtas pepuliſſem fores? Minitans , tis, partici pium Cic.7.Ver.Quem iam ingredientem nauem,& Verri nimis atrociter mi nitantem,à ſe retractum eſſe,& aſſeruatum,&c.Hinc Minitabundus,hoc eſt, ualde minans,quaſi plenus minarum,Liu.9.Bel.li.Maced. Etenim tum quoque minitabundus petebat. Et Minitabiliter aduerbium pro Minaciter.(ἀπειλητι κῶς)Vi. quo uide teſtimonium ſuo loco.

MINIVM, nij, (μίλτο\) pigmẽti genus eſt laudatiſsimi coloris, quod in argẽtarijs metallis cum argento uiuo inueniri ſolet. Maxima eius copia, teſte Plin. lib. 33. cap. 7. effoditur in Hiſpania, ſed hoc durum eſt & arenoſum. Optimum naſcitur ſupra Epheſum in Cilbianis agris. Quo pacto autem purgetur, miniũ docet idem Plin. paulo poſt: arenam eſſe colore cocci, quæ teri conſueuit, & deinde lauari, abiectisq; purgamentis, quæ in aqua ſupernatant, minium in fundo inueniri. Nonnulli per errorem Minium idem eſſe putant cum cinnabari: cum proprie Cinnabaris ſit ſanies draconis morientium elephãtum pondere eliſi, utrinq; animalis ſanguine permiſto. Idem loco iam citato. Comperiq; uulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi inſcitia nominis: quod eſſe uenenum docebimus inter pigmenta. Inde Miniatus, a, um, & Miniatulus (μιλτωτὸς) de quibus diximus ſuo loco.

MINIVS, (μίνιος) fluuius Hiſpaniæ iuxta Abobricam Callæcorum oppidũ uaſtiſsimo ore in Oceanum profluens. De hoc Plin. lib. 4. cap. 20. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

MINO, as, {Menare, condurre} ἄγω. duco. Feſtus: Agaſones equos agentes, id eſt, bene minantes. Apud antiquos etiam pro Minor legitur, A quo Minito, tas, ut ſuprà docuimus ex Priſciano.

MINOA, pe. pro. (μινῴα) urbs in Amorgo inſula, una Cycladum. Itẽ altera in Siphno inſula, una Sporadũ. Tertia in Sicilia. Atq; hæ quidem tres enumerantur à Stephano. Strabo præterea li. 9. Minoam fuiſſe emporium tradit in agro Attico, decẽ & octo ſtadijs à Megaris diſtans, quod poſtea Niſæã appellarũt.

MINOIS, idis, (μινωῒς) inſula eſt, una Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

MINOVM, (μίνωον) oppidum eſt Cretæ inſulæ, à Minoe rege ita appellatum. Recenſetur à Plin. lib. 4. cap. 12.

MINOR, oris, & hoc Minus, {Minore} (ἐλάττων) cõparatiuũ à Paruus. Oui. 2. de Arte: Nõ minor eſt uirtus, q̃ quærere, parta tueri. Interdum idẽ eſt, quod iunior: præſertim ſi addatur ablatiuus Natu, annis, uel ſimilis. Ci. 4. Verr. Ne quis minor triginta annis natu. Interdum etiam ſine huiuſmodi ablatiuo. Teren. in Eun. Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire. Id quoq; frequentiſsimũ eſt in plurali numero, ut Minores dicamus pro iunioribus, & interdũ pro ipſis poſteris, quemadmodum Maiores pro ſenioribus, uel pro ĩs, qui nos ætate una uel pluribus anteceſſerũt Hor. de Arte: Cenſor, caſtigatorq; minorũ. Ouid. 4. Triſt. Vtq; ego maiores, ſic me coluere minores. Vergil. 6. Aenei. Vtcunq; ferent ea fata minores. Minoris uendere aliquid, hoc eſt, minori pretio. Cic. 3. Offi. ut ſi minoris. q̃ potuiſſet, uendidiſſet.

MINOR, aris, {Minacciare} (ἀπειλέω, ἐπανατείνομαι) minas infero, terrorẽ alicui incutio denuntiatione periculi. Ci. 1. Tuſc. Cur quũ Lyſimachus rex crucem minaretur. Oui. Epiſ. 10. Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Item eminere, extare, efferri. Verg. 1. Aen. Geminiq; minantur in coelum ſcopuli. Minatio, uerbale. Cic. 2. de Orat. Colliguntur à Græcis alia nonnulla, execrationes admirationes, minationes. Minans, minantis, participium. Ouid. 2. Faſto. Edidit impauidos ore minãte ſonos. Compoſita huius uerbi, ſunt, Comminor, & Interminor, quæ habent pen. corr.

MINOS, (μίνως) Iouis, & Europæ filius, rex Cretę, qui primus Cretenſibus leges dedit. Hic quũ haberet uxorẽ Paſiphaen, & illa ex tauro genuiſſet Minotaurũ, Dedalum, q; bouẽ ligneam fabricaſſet, ſub qua latẽs cum tauro uxor concubuerat, proſecutus, ut Siciliam peruenit, ubi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (ut Ariſtoteles refert) iuxta Camerinam urbem, & apud inferos propter inſignem iuſtitiam iudex animarum factus eſt. Ver. 6. Aen. Quęſitor Minos urnam mouet. A Minos, fit Minoius, a, um, (μινώϊος) poſſeſsiuũ: ut, Minoia regna. Verg. 6. Aen. Dedalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna. Minous, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin: Si tua contigerit Minoas puppis arenas. Taurus minous, pro Minotaurus, Stat. 1. Achil. Minois, idis patronymicũ fœm. Oui. 8. Meta. Protinus Aegides, rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto autem iudex habeatur inferorum propter iuſtitiam, non uideo, quum uiolator fuerit hoſpitĩ, & raptor (ut Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commiſiſſe dicatur, à uera iuſtitia non parum abhorrentia.

MINOTAVRVS, (μινώταυρος) ex Minoe, & tauro dictũ cõpoſita monſtrum biforme ex portentoſo Paſiphaes cum tauro concubitu prognatum: quod iuſſu Minois (ut fabulantur poetę) Labyrintho incluſum, humanis carnibus ueſcebatur. Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœderis ſeptem ex ſuis liberis mittebãt deuorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theſeus forte miſſus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euaſit. De hoc Vergil. 6. Aen. ad principium.

Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furto
Paſiphae, miſtumq; genus, prolesq; biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dedalus, ipſe dolos tecti, ambagesq; reſoluit,
Cæca regẽs filo ueſtigia.

Seruius interpretatur Taurũ, ſcribã fuiſſe Minois, qui abſente rege, cum Paſiphae, cõcubuit in domo Dedali: & quia Paſiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factus eſt locus fabulæ, ut Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe dicatur.

MINTHE, (μίνθη) à poetis Cocyti filia fuiſſe fingitur, quam cum Perſephone cum Plutone deprehendiſſet, in herbam ſui nominis commutauit. Nam μίνθη à priſcis Græcis dicebatur herba, quæ poſtea ab odoris ſuauitate ἡδύοσμος appellata fuit. Latini unius tantum literæ immutatione Mentham uocant. Hanc fabulam tangit Oui. 10. Meta ad finẽ: An tibi quondã Fœmineos artus in olẽtes uertere menthas Perſephone licuit?

MINTHES, (μίνθης) mõs eſt Peloponneſi, nõ procul à Pylo: de quo Strabo. l. 8.

MINTHOS, (μίνθος) pręter uulgatam illam ſignificationẽ, qua apud Græcos ſtercus humanũ ſignificat, etiã floris nomen eſt in ſterquilinĩs enaſcentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. Alĩ caprarum retrimenta hoc nomine ſignificari uolunt, quibus frigentium hircorum nares paſtores illinunt, & ita commoto ſternutamento curant. Vide Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 22.

MINTVRNÆ, (μιντοῦρναι Ptolemæo) oppidum in Campania inter Sinueſſam, & Formias, ad Lyrim fluuium. habẽs propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens perſecutionem Syllæ.

MINVO, nuis, nui, utũ {Minuire, menomare} (ἐλαττόω, μειόω) minuẽ, reddo, detraho, derogo, exhaurio, extenuo, eleuo, debilito, deceſsionẽ de ſumma facio, Ph. Radix cõmãducata dentiũ dolorẽ minuit. Cic. ad Att. Si putares meã moleſtiã minui poſſe. Idẽ in Catil. Ne quid de ſumma dignitate Reipub. minueretur. Cæſ. Bel. Gal. Nã & noſtris militibus ſpẽ minuit, & hoſtes ad pugnãdum alacriores effecit. Minutio, uerbale. (λέπτυνσις) Gell. li. 16. c. 5. Ve particula tum intentionẽ ſignificat, tum minutionẽ. Huius cõpoſita ſunt, Comminuo, (ſυνθρύπτω) quod eſt ſimul in fruſtra diuido. Lact. Frangebat ipſe panẽ minutatim carnemq; piſcium comminuebat, & utraq; in manibus eius augebantur. Diminuo, idem quod minuo, uel confringo. Teren. in Eunu. Diminuam ego hodie caput tuum, niſi abis. Imminuo. κολούω, ἐπιλείπω, παραιρέω, καθαιρέω.

MINVRIZO, {Cantar ſotto uoce} idẽ quod parua uoce ſuccino. Minurizo enim cãtillo ſignificat, & modulate cõcino. Sidon. li. 1. Epiſ. Diluculo autẽ philomela inter frutices ſilcetum Prognen, & inter acetes minurizantem. Hinc Minuritiones (μινυρισμοί) dictĩ ſunt, teſte Feſto, auium minorum cantus.

MINVS, oris, {Minore, meno} (ἧττον, ἔλαττον) quandoq; comparatiuũ eſt à Paruum, neutri generis, ſicut Minor maſculini, & fœminini: ut, Plus minuſue. Aliquando cõparatiuus eſt aduerbialis: ſed tunc à Parum fit, nõ à Paruum: ut, Habeo minus pecunię. Quod ſi iungatur poſitiuo, cõtrariæ ſignificationis cõparatiuum demonſtrat: ut, Minus ſtultus: id eſt, prudentior. Minus prudens: id eſt, ſtultior. Teren. in Eun. Hoc nemo fuit minus ineptus: id eſt, aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, præſertim coniunctum cum Sin, & cum Quo: ut Sin minus: idem eſt, quod ſi uero non. Quo minus, hoc eſt, ut non. A Minus nomine fit ſuperlatiuum Minimum: à Minus aduerbio fit ſuperlatiuum Minime. Minus quindecim anni ſunt. Pla. in Trinum. Minus quindecim dies ſunt, q̃ pro his ædibus minas quadraginta Accepiſti à Callicle. Liu. de Bel. Pun. Minus duo millia hominum effugerunt.

MINVSCVLVS, la, um, {Minoretto} (ἐπιλαττον) diminutiuum à Minus. Varro: ea hoc auiario ut ſumãtur idoneæ, excludãtur in minuſculũ auiarium. Ad hũc etiam modũ dicimus, Minuſculã epiſtolam, Minuſculã uillam. Plaut. Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput. Cic. ad Q. Frat. Reſcripſi epiſtolæ maximæ, audi nunc de minuſcula.

MINVTAL, (μυττωτός) genus edulĩ, quo ex cõciſis minutatim oleribus fit. Auctore Apicio: Fiebat inter cætera marino piſce, liquamine, oleo, uino, porris, & coriandro. Mart. lib. 11. Hinc exit uarium coco minutal.

MINVTATIM, {A minuto} (εἰς λεπτότατα) ſignificat in minutiſsimas partes. Colu. lib. 8. cap. 14. Naſturtium confectum minutatim. Aliquando etiam accipitur pro paulatim. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Tum ita ad ſubigendum ut minutatim aſſuefaciant, & ut tironem cum ueterano adiungant. Imitando enim ſi cilius domantur.

MINVTIA, æ, {Minutia} (σμικρότης, λεπτότης) contemptibilis paruitas cuiuſcunq; rei, inquit Sipon. Lact. de Ira Dei: Hæc (inquit) per inane irrequietis motibus uolitãt, & huc, atq; illuc feruntur, ſicut pulueris minutias uidemus in ſole, quũ per feneſtram radios, ac lumen immiſerit. Minutia etiam dicta porta Romæ, à Minutio, q; Minutĩ ſacello proxima eſſet. Et Minutia, uirgo Veſtalis: quæ propter ſuſpicionem ſtupri uiua defoſſa eſt. Liu. 8. ab urbe.

MINVTIM, {Minutamente} (λεπτομερῶς) aduerbium, in minutas partes ſignificat. Colu. lib. 5. Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bibentibus aqualiter & minutim ſoli terga comminuat.

MINVTIVS, cognomentu Augurinus, Tribu. pleb. qui Sp. Melium regnum Romę affectantem reum peregit. Huic, q; farris pretium trinis nundinis, ad eã utilitatem redegiſſet, ut aſſe modius uæniret, tantum à plebe habitum eſt honoris, ut collata in capita ſtipe unciaria, ænea ei ſtatua extra portam trigeminã fuerit collocata. Auctore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18 cap. 3.

MINVTVS, a, um, {Minuto, menomato} & participium, & nomen eſſe poteſt. Participium, ſignificat cõminutum (ἐλαττωθείς) hoc eſt, minus factũ. ut, Minuta ſpes, pro imminuta, apud Tacit. in uita Agric. Nomen, idem eſt quod breue uel paruum, λεπτός. Cic. 7. Verr. Reticulum ad nares admouebat, tenuiſsimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Aliquando ponitur pro puſillanimo & ſcrupuloſo, teſte Nonio, ut à Græcis dicitur λεπτομερής. Cic. 1 de Fin. Ecce autem alĩ minuti, & anguſti, & omnia ſemper deſperãtes: aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi. Minutulus, diminutiuum. Plaut. in Pœnulo: Si minus curaſſint, cum ueniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos.

MINYA, æ, (μινύα Stephano) Theſſaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas uocatos exiſtimant: quanquã alĩ nominis huius originem ad Minyam regem referre malint.

MINYÆ, (μινύαι) populi fuerunt Theſſaliæ, qui Iaſonem in Colchos proficiſcentem ſecuti ſunt: qua dictione frequenter utitur Valerius Flaccus in Argonaut. pro ipſis Argonautis. Ouidius lib. 7. Metam. Iamq; fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant. Alĩ dicunt fuiſſe populos Bœotiæ circa Iolcum mõtem habitantes: quos ita dictos uolunt à Minya rege Orchomeni, filio Chryſæ, & nepote Neptuni.

MINYAS, (μινύας) Chryſæ filius à quo Minyę, quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic cum mortales omnes ſuæ ætatis opibus ſuperaret, primus omniũ gazophylacium recondendarum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Pauſanias, & Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 25.

MINTEVS, per quatuor ſyllabas, ſiue Minyeius (ut apud Homerum legitur) per quinq;, fluuius eſt Theſſaliæ poſtea Orchomenus dictus, ut ſcribit Plin. li. 4. c. 8. Hunc Strabo lib. 8. eundem facit cum Anigro. Home. lib. 11. Iliad. iuxta Arenem in mare defluere tradit, cum ait. Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος, εἰς ἅλα βάλλων Ἐγγύθεν Ἀρήνης.

MIRABILIS, le, {Mirabile} (ἀξιοθαύμαστος, θαυμαστός) quod eſt admiratione dignũ. Verg. 1. Aen. Matris Ledæ mirabile donũ. Hinc Mirabilitas, pro ſtupore. Cic. Att. lib. 5. Ea ergo & hæc animi deſpicientia mirabilitatẽ magnam facit.

MIRABILITER, aduerbium, (θαυμαστῶς) Cic. ad Cæſ. lib. 13. Satiſfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

MIRABVNDVS, qui miratur, (θαυμάζων) Liu. 5. Bel. Pun. Extemplo improuida res pauorem incutit Pœnis, mirabundisq; unde tot hoſtes tam ſubito exorti, &c.

MIRACVLVM,li,{*Miracolo*}(θαῦμα)dicitur quicquid admirationem afferre poteſt,quaſi ſit cõtra naturam.Propter quod ueteres Miracula pro monſtris poſuere.Liu.lib.2.ab urbe: Adiciunt miracula huic pugnæ, ſilentio proximæ noctis ea ſylua Arſia ingentem auditam uocem. Miracula ſeptem mundi ſunt hæc:Templum Dianæ Epheſiæ,quod ſummæ magnificentiæ fuit,& admirationis apud priſcos,ducentis uiginti annis factum a tota Aſia.Columnę centũ uiginti ſeptem a ſingulis regibus factæ,ſexaginta pedum altitudine:ex his triginta ſex cælatæ. De hoc uide Plin.libro 7.cap.38.& libr.36.cap.7.& 14.

Mauſoleum ab Artemiſia Cariæ regina in memoriam uiri extructum : de quo diximus ſuo loco.Coloſſus Solis apud Rhodios:de quo Plin.lib.34.c.7. Iouis Olympiaci ſimulacrum,quod Phidias fecit ex ebore: apud eundem li.7. cap.38.& lib.14.cap.3.& lib.35.cap.8.& lib.36.cap.5. Muri Babylonis, quos Semiramis regina conſtituit. Pyramides in Aegypto,de quibus idem Pli.lib.36.cap.12.Domus Cyri Medorum regis,quam Menon arte prodiga,illigatis auro lapidibus fabricauit. Miraculo eſſe,idem quod in admiratione haberi.Liu.5.Bel.Pun.Conſpecta ea præda iuuenum eſt:minusq́; iterum ac ſæpius id eos audere,miraculo fuit.

MIRIFICO,cas,{*Far merauiglioſo*}(θαυμαςόω)mirabilẽ facio,miris laudibus extollo.Pla.in Amph.adeo Thebani ciues modo miro mirificãt, probant.

MIRIFICVS,ca,cum,{*Mirabile*}(θαυμάσιος)quod eſt mirabile,ſiue quod parit admirationem. Cic.in Cat. Mirificos fructus afferunt. Hinc ſuperlatiuũ Mirificiſſimus.Teren.in Phorm. Atqui mirificiſſimum:ſcilicet facinus. Mirificè aduerbium,pro mirum in modum,θαυμαςὸν ὅσον.Cic.4. Acad. Delectabatur autem mirificè lectione librorum.

MIRITVS,lege Meritus.

MIRMILLONES,erant pugiles Retiariorum aduerſarij.Nam digladiantium alter Retiarius,alter Mirmillo appellabatur.Feſtus, Retiario,inquit,pugnanti aduerſus mirmillonem cantatur,Non te peto,piſcem peto:quid me fugis Galle? Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicũ eſt,ipſiq; Mirmillones ante Galli appellabantur:quorum galeis piſcis effigies inerat.Quod genus pugnæ inſtitutum eſt à Pittaco,uno ex ſeptem ſapientibus,qui aduerſus Phrynonem dimicaturus,propter controuerſias finium,quæ erant inter Atticos,& Mitylenæos,reti occulte allato,impediuit Phrynonem.

MIRO,as,{*Ammirare*}(θαυμάζω)eiuſdem ſignificationis,cuius Miror. Varr. in Eumenid.ut citat Nonius:Hoſpes quid miras? Obſoletum eſt.

MIROBRIGA,(μυροβρίγα Ptolemæo)Hiſpaniæ ulterioris urbs in conuentu Cordubenſi. Plin.lib.3.ca.1.Mirobricam uocat,per ſecundam cõſonantem in ultima ſyllaba.

MIROR,aris,{*Ammirare,ſtupire*}(θαυμάζω, ἄζομαι)proprie ſignificat re aliqua,tanquam noua,obſtupeſco. Verg.1. Aene. Artificumq́; manus inter ſe,operumq́; laborem Miratur. Mirari etiam eſt,cũ uoluptate intueri. Idem 2.Geor. Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ. Item neſcire,quia(ut Donatus inquit,)admiratio ab ignorantia deſcendit. Teren.in Andr. Miror unde ſit. Sed quum dicimus, Miror me,Miraris te,Miratur ſe:tunc Mirari ſignificat placere,& de ſe magnifice ſentire. Mart lib.31.Qui ſe mirantur,in illos Virus habe. Conſtruitur hoc uerbum cum accuſatiuo,& cum genitiuo. Verg.11.Aen. Iuſtitiæ'ne prius mirer,belli'ne laborum. Quandoq; abſolutè ponitur. Ouid. lib.13.Meta.Dumq́; moror,miror q́; ſimul fugit omnis in undas. Huius cõpoſita ſunt, Admiror,quod eſt ſtupore afficior,ſeu fixe aſpicio.Lact.lib.6.Qui ad alienam felicitatem non attollat oculos,opes non admiretur. Aliquando eſt uenerari. Verg.4.Geor. Ille operum cuſtos,illum admirantur & omnes Circũſtant. Demiror,& Emiror,ualde miror. Verbalia ſunt, Miratio,(θαυμασμός) & Mirator,θαυμαςής.Cic.2.de Diuin. Cauſarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit. Mart.lib.10. Mirator ueterum ſenex auorum. Propter.li.2. Eleg.14.Formæ mirator honeſtæ. Miratrix,cis,fœmininum:ut Turba miratrix. Iuue.Sat.4.Item Fama miratrix.apud Senecam in Hippol. Fama miratrix ſenioris æui. Mirandus,a,um admiratione dignum. Tere.in And. Mirando hoc tanto,tam repentino bono. Cic.6.Verr.Quoniam mirandum in modum Græci rebus iſtis,quas nos contemnimus,delectantur.

MIRVM,in modum,& Mirandum in modum,{*Marauiglioſamente*}(θαυμαςὸν ὅσον θαυμάσιον ἀλίκον)id eſt,maiorem in modum,uel ſupra modum Plaut.in Amph. Vterq; deluditur dolis mirum in modum. Cic. Metello: Marcellum tuum Cõſulem factum,teq́; ea lætitia eſſe affectum, mirandum in modum gaudeo. Mirum quantum,eiuſdem ſignificationis.Liu.lib.1.ab urb. Mirum quantum illi uiro hæc nuntianti fides fuerit.

MIRVS,a,um,{*Marauiglioſo*}(θαυμαςός)admiratione dignus. Verg.4. Aenei. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui,miro quod honore colebat. Hinc Permirus,a,um,pen.prod. Cic. Appio Pul. Illud uero mihi permirum accedit,tantam teneritatem fuiſſe in eo adoleſcente. Apud ueteres Mira pro monſtris atq; horrendis ſumuntur,θαύματα,τέρατα. Plaut. in Amph. Mira memoras omnis formidoloſum prædicas facinus. Verg. autem Georgic.4.de Proteo canens,res huiuſmodi admirandas,& portentoſas uocat Miracula. Omnia(inquit)commutat ſeſe in miracula rerum. Mirum ni,idem fere,eſt quod nimirum,hoc eſt,certe,uel profecto, Teren.in And. Age igitur ubi nunc eſt ipſus? G. Mirum ni domi eſt. Mire aduerbium,pro miro modo, ſiue mirabiliter.Cic.ad Att. Puero municipia mire fauent. Mirum, reſponſio aduerbij cuiuſdam formam habens. Teren.Eud. Rex te ergo in oculis. T.ſcilicet. G.Geſtare. T. Verum credere omnem exercitum,Conſilia. G.Mirũ. Hinc Mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Varr. Nunquid hoc mirius. Mirum in modum,Id eſt in maiorem modum. Vide infra.

MISACH,unus ex tribus pueris:de quibus apud Danielem.

MISANTHROPOS,pen.prod. {*Che ha in odio gl'huomini*}(μισάνθρωπος)oſor hominum qui homines odit,quiq; fugit hominum congreſſus,quaſi μισῶν τοὺς ἀνθρώπους.Hoc cognomine peculiariter dictus fuit Timon quidam Athenienſis,qui hominũ genus uniuerſum exoſum habebat,nulliuſq; congreſſum admittebat,præterquam unius Alcibiadis quia ſe idcirco delectari aiebat, quod ſciret eum aliquando pop. Athenienſi magni mali cauſam futurum.

MISCELLANEA,orum,{*Meſcolamenti,miſcugli*}(συμμικτά)dicuntur, quæcunq; ex uarijs diſſimilibuſq; rebus,nullo ſeruato ordine,ſunt commiſta. Vnde nonnulli opera ſua,in quibus res uariæ nullo ordine tractãtur, Miſcellanea uocauerunt. Inter ludos quoq; miſcellanea dicebantur, in quibus uaria ſpectacula nullo ordine exhibebantur,ita dicta à permiſtis ſpectaculis, ſiue(ut alijs placet)à confuſis conſeſſibus,q; in ijs ſedendi ordo,ut iuſtis ludis nõ ſeruaretur. Iuue.Sat.11.Sic ueniunt ad miſcellanea ludi.

MISCELLANEVS,a,um.(συμμικτὸς)quod uariarum ex rerum commiſtione,nullo obſeruato ordine,conflatum eſt. Gell.lib.ult.cap.11.Quia uariam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt,eo titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Sic Apul.in Meta. Miſcellaneam turbam uocat,ex promiſcua colluuione hominum diuerſi ordinis, atque dignitatis conflatam : Nec mora(inquit)cum magna irruptione patefactis ædibus magiſtratibus,eorumq́; miniſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta completa.

MISCELLVS,la,lum,adiectiuum{*Meſchiato*}(συμμικτὸς)quod miſtum eſt. Miſcellos ludos Lugduni edidiſſe Caligulam,ſcribit Sueton.in Calig.cap.20.Varro lib.3.cap.7. Miſcellum uocat columbarum genus,quod nec agreſte eſt nec domeſticum,ſed ex utroq; temperatum. Ex his duabus ſtirpibus,inquit, fit miſcellum tertium genus fructus cauſa,atq; incedit in locum unum. Et has columbas Bergomates noſtri Cornarolos appellant. Item Miſcellæ uites, quæ omni agro conueniunt,q; cæteris ubiq; utiliter miſceantur. Cato de Re ruſt.c.6.Cæteræ uites,& de his miſcellæ maxime,in quemuis agrum cõueniũt. Varro 1.de Re ruſtic.cap.54.Nam & præcox,& miſcella,quam uocant nigram, multo ante coquitur. Miſcellas uuas uocat Cato cap.23.quibus præliganeum uinum fit,quod operarij bibant.

MISCELLVS,(μίσκελλος)Crotonis urbis in magna Græcia conditor: de quo uide infra in dictione Syracuſæ.

MISCEO,ces,miſcui,miſtum,per ſ,non per x, {*Meſchiare, meſcolare*}(μίγνυμι,μίσγω,κυκάω)tempero,turbo,confundo,& ſine ratione, perturbateq́; facio Vergil.1. Aene. Interea magno miſceri murmure pontum hoc eſt turbari. Pli. lib.7 cap.56. Vinum aqua miſcere Staphylus docuit. Colum.lib.6.ca.4. Multi largo ſale miſcent pabula. Cicer.pro Sex.Roſcio. In tenebris tuebant, omnia miſcebant.hoc eſt,perturbabant. Quandoque eſt potum miniſtrare.(κεράννυμι)tractum à commiſtione calidi & frigidi:aut certe aquæ & uini. Iuuenal. Satyr.5.Neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. Miſcere abſolute,pro Miſcere omnia. Cic.ad Quint.frat lib.3. Pompeius abeſt : Appius miſcet. Huius compoſita ſunt, Admiſceo,(ἐπιμίγνυμι)quod eſt ad aliquid miſceo.Lactan.li.6.Idem etiam mares maribus admiſcuit,& nefandos coitus contra naturam,contraq; inſtitutum dei machinatus eſt. Commiſceo,(συμβάλλω)ſimul miſceo.Cic pro domo ſua:Cuius ignem non ſum paſſus cum totius urbis incendio commiſceri. Immiſceo,(προσκατίμι, ἐγκαταμίγνυμι) intus miſceo.Lact.li.2.Secundum deinde quod homines faciunt, ſi & alijs uitæ purgamentis immiſceatur,quum per ſe naturæ eſt feruentioris,& idcirco terram perurit. Intermiſceo,(διαμίγνυμι)in medio miſceo. Permiſceo,(ἐπιπλέκω)ualde miſceo. Cic.in Vatinium: Ne tuas ſordes cum clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas. Promiſceo.unde Promiſcuus,a,um. Sall.in Cat. Diuina,atq; humana habere promiſcua:nihil penſi atq; moderati habere. Miſtus,particip.hoc eſt,temperatus. Liui.ab urbe: Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium,&c. Miſtura,æ,(μίξις)temperatura,confuſio, & moderatura,ut ait Non. Colum.lib.7.cap.5.Nam ea miſtura palatum,atq; lingua totumq́; os perfricatur.

MISCERA,(μίσκερα)oppidum Siciliæ apud Stephanum.

MISELLVS,a,um,{*Miſchinello*}(ταλαίπωρος)diminutiuum eſt à Miſer. Plau.Cenſen miſello mali aliquid facturum? Miſellum pallium. Pla.in Rud. Heu,ſum redactus ad hanc uſq; unam tuniculam, Et ad hoc miſellum pallium Cic.ad Atti.lib.3. Meum Ciceronem, cui nihil miſello relinquo, præter inuidiam,& ignominiam nominis mei tuere quoad poteris.

MISENVS,pe.pro.(μισηνός)promontorium eſt Campaniæ,nõ procul à Cumis,nomen habens à Miſeno Aeneæ tubicine illic ſepulto. Verg 6. Aeneid. At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum Imponit,ſuaq; arma uiro, remumq;,tubamq; Monte ſub aerio,qui nunc Miſenus ab illo Dicitur,& Aeternumq; tenet per ſecula nomen.

MISER,ra,rũ,{*Miſero,meſchino*}(ἄθλιος δύστηνος, τάλας)flebilis,calamitoſus,ærumnoſus,infelix. Teren.in Eun. Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis,Miſeriq;. Idem Heaut. Nemo eſt miſerior me. Sallu.in Iugurt. Etiã nate expertus ſum parum fidei miſeris eſſe. Miſer animi. Plaut. Mil. Quid illam miſeram animi excrucias. Quæ nunquam male de te merita eſt? Miſer animo,& Miſer ex animo apud eundem in Truculento.& Sticho. Interdum Miſer,ponitur pro ægroto:nã ægritudo genus eſt infelicitatis. Plau.in Pœnu. Miſeram eſſe prædicat buccam, Fortaſſe medicos nos arbitratur. Interdum innocens. Cic.pro Milo. Miſeros interdum ciues optime de Republica meritos. Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum,ac ſi diceremus, Nefas,δεινόν. Verg 6. Aenei. Cecropidæ iuſſi(miſerum)ſeptena quotannis Corpora natorum. Miſerrimum miſeriarum. Cice.ad Quin.Frat.li.3.Epiſt. Quod de fratre ubi eum uiſuri eſſemus,neſciebamus:quẽ quidem ego,nec quo modo uiſurus,nec ubi dimiſſurus ſim,ſcio:id eſt,maximum & miſerrimum mearum miſeriarum.

MISERABILIS,le,{*Degno di miſericordia*}(ἐλεεινός, οἰκτρός)miſeratione dignus:id eſt,per quem alij miſericordia commouentur. Ouid.in Ibin:Sisq; miſer ſemper,nec ſis miſerabilis ulli. Aliquando dicitur flebilis,lamentabilis. Liu.li.1.ab urb. Euentus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit,q; nec acie certatum eſt,& tectis modo dirutis alterius urbis,duo populi in unum confuſi ſunt. Ibidem: Voces etiam miſerabiles exaudiebantur,mulierum præcipue. Miſerabile,pro miſerabiliter,nomen pro aduerbio. Verg.2. Aen. Miſerabile cæſis Hoſtibus inſultans. Seruius.

MISERABILITER {*Miſerabilmente*}(ἐλεεινῶς,οἰκτρῶς)idem ſignificat quod miſere. Cic.1.Tuſc. Etſi enim flemus,cum legimus,tamen non miſerabiliter uir clarus emoritur.

MISERANDVS.{*Degno di miſericordia*} (ἐλεεινός)miſeratione dignus. Cic.2.Tuſc.ex Sophocle. Accede,accede nate,aſſiſte,miſerandum aſpice Euiſceratum corpus lacerati patris.

MISERANTER,aduer.(ἐλεεινῶς)cum commiſeratione. Gel.lib.10 cap.3.

Ecquid eſt, quod aut ampliter, id eſt, ſigniterq́;, aut lacrymoſè, aut miſeranter, &c.

MISERATIO, onis, {*Miſericordia, compaſſione*} (οἰκτειρμὸς) commiſeratio, ægritudo, qua ex alicuius infelicitate mouemur. Pli. Epiſt. 51. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Cic. Luceio lib. 5. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat?

MISERE, {*Miſeramente, infelicemente*} (ἀθλίως, ταλαιπώρως) aduerb. infeliciter. Cicer. Neq; commoueri eius deſiderio nō poſſum, qui tam miſere periit. Quandoq; ſignificat ualde, nimis. Terent. in And. Nam omnes nos quidem Scimus, q̄ miſere hanc amarit. Idem Adelph. neſcio, niſi quia tam miſere hoc eſſe cupio uerum, eo uereor magis.

MISEREO, (ἐλεῶ) antiqui uſurpant pro Miſereor. Ennius in Hecuba: Miſerete manus, date ferrum, ut me anima priuem. Nonius.

MISEREOR, miſereris, miſertus, uel miſeritus, uerbum deponens. {*Hauer miſericordia*} (ἐλεῶ, οἰκτείρω) conſtruitur, cum genitiuo. Eſt autem Miſereri, ex alicuius miſeria corde animum eſſe. Habet etiam paſſiuum affectum. Vergil. 2. Eclog. Nil noſtri miſerere, mori me deniq; coges.

MISERESCO, ſcis, {*Mouerſi à miſericordia*} (οἰκτίζομαι) moueor miſericordia. Verg. 2. Aen. His lacrymis uitam damus, & miſereſcimus ultro. Et tam accuſatiuo, q̄ genitiuo iungitur. Apul. Commodum omnes miſereſcimus. Stat. lib. 1. Theb. Et generis miſereſce tui. Verg. 8. Aen. At uos o ſuperi, & diuûm tu maxime rector Iuppiter, Arcadij, quæſo, miſereſcite regis. Hinc miſereſcit impersonale, cum ſignificato ſui uerbi. Teren. in Heaut. Atq; inopis te miſereſcat mei. Inde compoſitum Commiſereſcit. Tere. in Hecy. Demum tam ægre tulit, ut ipſam Bacchidem, ſi adeſſet, credo, commiſereſceret.

MISERET, {*Hauer miſericordia*} (ἐλεῶ) impersonale, ſimili modo paſſiuum affectum habet, ſicut Miſereor. Idem eſt enim, Miſeret me illius, & Miſereor illius, quia utrunq; ſignificat, ex illius miſeria me angorem ſuſcipere. Cic. Miſeret me infelicis familiæ. Verg. 5. Aen. Si te lapſorum miſeret, quæ munera Niſo digna dabis? Miſeret me, eadem forma, inquit Feſtus, dicitur, qua piget, pœnitet, tędet. Teren. Eunu. Quid eſt. P. Miſeret me: itaq; ut ne tederem, miſera huc effugi foras. Miſeret me uicem tuam. Teren. Heaut. Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi uicem Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali.

MISERETVR, (οἰκτείρει) apud uetuſtiſſimos legitur pro miſeret. Turpil. in Epiclero: Quam matris, nunc patris me miſeretur magis. Nonius.

MISERIA, æ, {*Miſeria, infelicità*} (ταλαιπωρία) infelicitas, calamitas, quam ſcilicet quis patitur uel egeſtatem, uel damnum. Cic. 2. Tuſc. Gentes noſtras flebunt miſerias. Plaut. Amph. Miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono, &c. Cic. 3. de Fin. Ita qui proceſſit aliquātulū ad uirtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, q̄ ille qui nihil proceſſit.

MISERICORDIA, æ, {*Miſericordia, compaſſione*} (ἔλεος, ἐλεημοσύνη) eſt ęgritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, inquit Cic. 4. Tuſc. Idem pro Deiota. Non debeo tentare, quonammodo dicendo miſericordiam tuam commouere poſſim: ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus, nulla oratione euocata. Idem 3. Tuſc. Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. Miſericordia inquit Auguſt. quid eſt, niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio, qua (ſi utiq; poſſimus) ſubuenire compellimur? Stoici miſericordiā inter uitia animæ computant. Vnde Seneca, qui ſe Stoicorum ſectæ addidit, Vitium, inquit, animi eſt miſericordia, nec miſerebitur ſapiens, ſed ſuccurret. Augu. lib. 9. Ciuit. Stoicorum eſt, miſericordiam ſolere culpare. Vnde Cic. 3. Tuſc. tanquam Stoicus dixit: Si ſapiens in ægritudinem cadere poſſet, poſſet & in miſericordiā, poſſet & in inuidentiam. Verum id oratione pro Ligario in laudem Cęſaris, tā quam Peripateticus, dixit: Nulla de tuis uirtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt. Cic. pro Roſc. Ame. Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia uiuo.

MISERICORDITER, {*Miſericordioſamente*} (ἐλεημόνως) aduerbium ſignificat cum miſericordia.

MISERICORS, dis, omn. gen. {*Miſericordioſo*} (ἐλεήμων) qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit, quiq; facile ad commiſerationem mouetur. Cic. 4. de Fin. Nec miſericordem iudicem eſſe oportere. Idem pro Ligario: Sā honeſto, & miſericordi mēdacio ſaluti ciuis calamitoſi cōſultum eſſe uellemus. Hinc miſericordior, comparatiuum antiquum, quo utitur Pla. in Rud. Nulla miſericordior eſt me fœminarum.

MISERITER, (οἰκτρῶς) idem quod miſerabiliter. Laberius apud Nonium, Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

MISERITVDO, {*Miſeria*} (ἀθλιότης) idem quod miſeria. Accius: Qui ſe lex miſeritudine factus eſt aliena. Idē in Alpheſiboea: Miſeritudo eorum iſta eſt liberum. Ex Nonio.

MISEROR, aris, {*Hauer miſericordia, hauer compaſſione*} (οἰκτείρω) affectum actiuum habet, ſignificatq; uerbis, aut lacrymis, aut opere dolorem, quē ex alicuius miſeria habemus, oſtendere. & cōſtruitur cū accuſatiuo. Feſtus: Miſeratur is, qui cōqueritur aliena incōmoda. Sall. in Iugur. Eos multa pollicēdo ac miſerando caſum ſuum, confirmat, id eſt, lamentando. Cęſ. 1. Bel. Gal. Abditi in tabernaculis aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. id eſt, deplorabant. Verg. 10. Aen. Ingemuit miſerans grauiter, dextramq; tetendit. Idem 12. Aen. Et Turni ſortem miſerantur iniquam. Hinc Commiſeror: & uerbalia Miſeratio, & Commiſeratio (οἰκτιρμοί) quę eſt ſignificatio miſericordię, qua ex alicuius infelicitate mouemur quā ſcilicet uel aſpectu alicuius, uel oratione, uel etiā cogitatione adducimur, ut eius miſereamur. Liu. lib. 1. ab urb. Agmen migrantium impleuerat uias, & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lacrymas. Auctor ad Heren. lib. 3. Commiſerationem breuem eſſe oportet. Miſero autem pro Miſeror dicebant ueteres. ut Accius in Athamante. atq; ita de illis merui, ut iure hæc nunquam miſerarent mali. Miſerata animi, pro animo. Verg. 10. Aen. Iuuenemq; animi miſerata repreſſit.

MISETVS, ti, pen. pro. (μισητὸς) oppidum Macedoniæ apud Stephanum, cuius gentile eſt Miſetius, μισήτιος.

MISOCALI, (μισόκαλοι) Græco uocabulo appellātur, qui ab omni literarū elegantia, uitoreq; dicendi abhorrent: tanquam inuenuſti, & honeſtatis oſores.

MISOGYNIA, pen. prod. {*Odio uer le donne*} (μισογυνία) odium mulierum quale fuit in Euripide Tragœdiarum ſcriptore, qui mulieres ſerē omnes mortem in modum exoſus fuiſſe dicitur: unde & μισογύνης, id eſt, oſor mulierum dictus.

MISPILA, (μίσπιλα) Medorum oppidum, apud Xenophontem lib. 3. Expeditionis Cyri minoris. Gentile eſt Miſpilates.

MISSENIA, quod hic corrupte legebatur, Vide Meſſenia.

MISSICVLO, las, {*Mandar ſpeſſo*} (πέμπτιζω) iteratiuum eſt, à uerbo Mitto, eiuſdemq; ſignificationis cum miſſito, hoc eſt frequēter, & repetitis uicibus mitto. Plau. in Epid. Empta eſt ancilla, q; tute ad me literas miſſiculabas.

MISSILIS, & hoc miſſile, adiect. quod facile mittitur, pe. cor. Miſſile, pe. co. ſubſtantiue, {*Che facilmente ſi getta, arma da lanciare*} (οἱ γὸς βέλος) telum quod manu mittitur. Verg. 9. Aen. Sed pellere uallo Miſſilibus certant. Vnde & lapides Miſſilia dicuntur, Plin. lib. 20. cap. 4. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui, cum quis tectum, in quo ſit grauida, tranſmiſerit lapide, uel miſſili ex his, quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, urſum. Miſſiles lapides, Liu. 1. ab urb. Pondus miſſile diſci, Propert. lib. 3. Eleg. 14. Miſſilia ſaxa, & Miſſilia tela, Liu. 2. & 5. ab urb. Miſſilia tormenta, Plin. lib. 8. cap. 23. Miſſilia etiam dicuntur munera, quæ à principibus populo ſpargebantur (ἐπιδόσεις) utputa bellaria, lintea, odores, unguenta. Suet. in Calig. Sparſit & miſſilia uariarum rerum, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit.

MISSIO, onis, {*Il mandare*} (πέμψις) actus ipſe mittendi. Cic. ad Attic. lib. 1. De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor. Legatorum miſſio. Idem 5. Phil. Non ſine cauſa legatorum iſtam miſſionem ſemper timui, nunquam probaui: quorum reditus quid ſit allaturus, ignoro. Miſſio non ſolum ſignificat ipſum mittendi actum, ſed etiam dimittendi, ἄφεσις, ἀπόπεμψις. Suet. in Cæſar. Miſſionem contumaciter efflagitauit. Huiuſmodi miſſionum in re militari multa ſunt genera. Eſt enim honeſta, quæ emeritis ſtipendiis ab imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, qua quis propter ualetudinem à laboribus militiæ ſoluitur. Vnde cauſarij milites dicuntur à Liuio. Eſt & Ignominioſa, quam quis propter delictum ſacramento ſoluitur.

MISSITO, tas, pen. cor. {*Mandar ſpeſſo*} (προσαποπέμπω) frequentatiuum, ſæpe mitto. Liu. 9. ab urb. Quod incolumi Hernico nomine ſtatim cum iis Samnites auxilia miſſitauerant.

MISSVS, a, um, participium, {*Mandato*} eas ſignificationes habet, quas Mitto. Miſſus uero nomen quarti ordinis, immiſſionem feratum, ſiue ludorum, aut gladiatorum in arenam ſignificat, ἄφεσις, θηριομαχία. Suet. in Domi. In hu Cæ cenſium die, quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. Idem in Claudio. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interiecta per quinos miſſus uenatione. Hæc Budæus. Aliquando ſumitur pro immiſſione ferculorum, περιφορά. Vnde Lampridius ſcribit Heliogabalum celebraſſe tale conuiuium ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparerentur: & aliquādo omnes miſſus ſola carne phaſianorum ſtruxiſſe. Budæus.

MISI, yos, (μίσυ) corpus eſt metallicum, quod in fodinis ærariis ſupra Chalcitim & Sory inuenitur, colore ſubflauo in morem ſulphuris igneum iam expers. Vulgus Vitriolum appellat. Miſy præterea Plinio lib. 19. cap. 3. tuberum genus eſt, ſuauitate odoris & ſaporis præcipuū, quod in Cyrenaica prouincia naſcitur, noſtratibus carnoſius.

MITELLA, (μιτρίον) diminutiuum, parua mitra. Verg. Copa Syriſca caput Graia redimita mitella.

MITESCO, is, {*Manſuefarſi*} (πραΰνομαι, ἡμεροῦμαι) manſueſco. Pli. lib. 2. ca. 25. Vt feræ, dum educatæ miteſcunt. Aliquando tranquillum fieri. Apul. Conſiaceſcunt fluctus: mare miteſcit. Aliquando matureſco, πεπαίνομαι. Plin. lib. 15. ca. 13. Reliquorum pomorum uelocitas cito miteſcentium tranſuehit.

MITHRAS, (μίθρας) cum h, à Perſis dicitur Sol. cuius ſimulacrū effingebat rictu leonis, cum tiara, utraque manu bubula premens cornua. Solem enim multæ gentes pro deo coluerunt. alij alijs eum appellantes nominibus. Quod & Stat. indicat lib. 1. Theb. hiſce uerſibus: Adſis o memor hoſpitij, Iunoniaq; arua Dexter ames, ſeu te roſeum Titana uocari Gentis Achæmeniæ ritu ſeu præſtat Oſirim Frugiferū, ſeu Perſei ſub rupibus antri Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. Strabo lib. 15. Perſæ cœlum Iouem putant. colunt Solem, quem Mithram uocant. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apul. lib. ult. Ipſumq; Mitram illum, ſuum ſacerdotem, præcipuum ſacrorum miniſtrum decreuit.

MITHRAX, (μίθραξ) gemma eſt, uariis coloribus contra ſolem refulgens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Mithrax à Perſis accepta eſt, & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem uarie refulgens.

MITHRIACA, orum, (μιθριακά) ſacra Mithræ (ſic enim Perſæ ſolem appellabant) quæ in antro fieri ſolent, boue inde coruibus ducto, quem poſt hymnorum concentū Soli immolabant. Lamprid. in Cōmodo: Sacra Mithriaca homicidio uero polluit, quū illic aliquid ad ſpeciē timoris, uel dici, uel fingi ſoleat.

MITHRIDATES, pe. cor. (μιθριδάτης) rex Ponti fuit, tāta & animi, & corporis, ut ſex iugis equos regeret, duarum & uiginti gentium ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis, ſociali bello Nicomedē Bithyniæ, Ariobarzanē Cappadocia expulit: Græciam, inſulaſq; omnes, excepta Rhodo, occupauit. Sed poſtea à Sylla apud Dardanū fuſus, & à Pompeio uictus, tandem à Pharnace filio in turre obſeſſus, uenenū ſumpſit: Quumq; id ſæpius fruſtra bibiſſet, q; aduerſum uenena multis antea medicamentis corpus firmauerat, immiſſum percuſſorem Gallum, cito auctoritate uultus territum reuocauit, & in cædem ſuā manū trepidantis adiuuit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis, nā Laodicen coniugē & ſororē præterea matrē, fratremq; ac tres filios impuberes, totidemq; filias interfecit, Iuue. Sat. 14. Ocyus Archigenem quære, atque eme, quod Mithridates Compoſuit, &c. Vide Iuſtinum & Valerium. Alius etiam Mithridates, qui Bruti epiſtolas collegit. unde ait, τὰς Βρούτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασα πολλάκις οὐ μόνον δεινότητος καὶ συντομίας χάριν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα.

MITHRIDATICVM, antidotum (μιθριδάτειον ἀντίδοτον) à rege Mithridate nomen habet, eo q; primus hoc commiſtionis genus credatur inueniſſe, & aduerſus uenena eo ſe præmuniuiſſe. Plin. lib. 25. cap. 2. Vni ei excogitatum

quotidie

quotidie uenenum bibere, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti: ex quibus etiam unum eius nomē retinet. Illius inuentum autumant ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis: quoniam ueneno uiuerent.

MITIFICO, as, {*Manſuefare, domeſticare*} (ἡμερόω) mitem, ac placidum facio. Pli. li. 8. ca. 7. de Elephātis: Capti celerrimè mitificātur hordei ſucco. Mitificare cibum, concoquere Cic. 2. de Diu. de gallis loquens: Depulſo enim de pectore, & in oē corpus diuiſo & mitificato cibo, cantus edere quietē ſatiatos.

MITIGATORIVS, adiect. (πραϋντικός) quod habet uim mitigandi. Pli. lib. 28. ca. 6. Contra renum, & lumborum, ueſicæq; cruciatus in balnearum ſoliis pronos urinam reddere mitigatorium habetur.

MITIGO, as, pe. cor. {*Mitigare, indolcire*} (πραΰνω) placo, quaſi mitem ago. Verg. 5. Aeneid. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Lactan. lib. 4. Donec rurſus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos ſeruitute. Item maturare πεπαίνειν. Cic. lib. 4. de Repub. Quumq; autumno terras ad concipiendas fruges pateſaceret, hyeme ad concipiendas relaxarit: æſtiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huius cōpoſitum eſt Commitigo, de quo ſuprà. Mitigatio, onis, (πράϋνσις) nomen uerbale. Cice. 3. de Orat. Omniſq; ad omnem animi motum impulſio, & ſi ita res feret, mitigatio.

MITIS, & hoc mite, {*Manſueto, humano, piaceuole*} (πρᾶος, πραεῖα) idem eſt quod lenis, dulcis, manſuetus, ſuauis. Cic. de Senect. Facit periſæpe ſibi audiētiam diſerti ſenis compta, & mitis oratio. Eius contrarium eſt Immitis (ἀπηνής) id eſt, aſper, ſæuus, crudelis. Ver. 1. Aen. Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli. Quandoq; Mitis ponitur pro tranquillo, & Immitis pro procelloſo & inquieto. Idem li. 9. Mitis ut in morem ſtagni, placidæq; paludis. Quādoq; pro maturo (πέπειρος.) Verg. 1. Eclog. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. Pli. Immitia adhuc, & cruda poma. A' Mitis fiunt aduerbia Mitius & Mitiſsimè. Cæſ. 7 Bel. Gall. Quàm mitiſsimè poteſt legatos appellat. Ouid. 15. Metam. Similes aliorum reſpice caſus, Mitius iſta feres.

MITRA, æ, {*Mitra. Pet. Et mitre con purpurei colori*} (μίτρα) dictio barbara quæ ſignificatur quoddam capitis ornamēti genus, hoc eſt, pileus incuruus, quo primùm Mæonii, deinde Ægyptii, Syri, Phryges, & Lydi uſi ſunt. Aliquando tamen & pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipitur, ex qua pendebant faſciolæ, quæ Phylla dicebantur, q foliorum inſtar dependerent. Noſtri quoq; Pōtifices mitris utūtur, quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non ſolùm pro ornatu capitis, ſed etiam pro faſcia in loricę modū contexta, ad latera defendenda ſumitur. Verg. 8. Aen. Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Fuit etiā Mitra Zonæ quoddam genus quā ſoluebant primum parientes, & Dianæ conſecrabant, quam ob cauſam eam λυσίζωνον cognominabant. Vide Coel. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

MITTI ſanguis, {*Salaſſare, cauar ſangue*} (φλεβοτομεῖσθαι, ἀφαιρεῖσθαι αἷμα) dicitur, quum fit phlebotomia. Corn. Cel. lib. 2. Mitti ſanguis debet ex brachio.

MITTO, tis, miſi, miſſum, {*Mandare, laſciare, donare*} (πέμπω) notę eſt ſignificationis. Cic in Cat. Hunc librū ad te de Senectute miſimus. Interdum excludere, uel omittere, uel deponere, ἀφιέναι. Ver. 1. Aen. Mœſtumq; timorē Mittite. Teren. in Adel. Hera lacrymas mitte. Itē donare Ver. 9. Eclog. Hos (illi quod nec bene uertat) mittimus hœdos. Mittere in cōſilium eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendā, ubi orator dixerit. Dixi autor Aſconius. Cicer. pro Cluen. Cur Stalenū, cum in conſilium iretur, Cluētius & Canutius abeſſe patiebantur? & cum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, nō requirebant? Budæus. Miſſum facere, eſt deponere, ac etiam à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere: q quidam barbarè dicunt, Dare licentiam, uel Licentiare. Teren. in Phor. Miſſum te facimus. Huius cōpoſita ſunt, Admitto, Amitto, Committo, Immitto, Omitto, Permitto, Pręmitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto, & Tranſmitto.

MITYLENE, nes, pen. prod. (μιτυλήνη) & Mitylenæ, arum, urbs in Leſbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nunc omnis inſula Mitylene appellatur. Mart. li. 10. Quum tibi nō Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mitylene. Dicta Mitylene, ut Diodorus libro quarto ſcribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nūc Metalinū dicitur, urbs clara Pittaco ex ſeptem ſapientibus uno, & Alcæo poeta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane Pōpeianarum rerum ſcriptore, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit, & ab eo in concione Militum ciuitate donatus, ut teſtatur. Cic. pro Archia. De hac ſcribit Vitruuius lib. 1. q magnificenter & eleganter ædificata fuerit, ſed non prudenter poſita: In qua Auſter quum flat, homines ægrotant: quum Corus tuſſiunt: quum Septentrio, reſtituuntur in ſalubritatem.

MIXOBARBARI, (μιξοβάρβαροι) dicebātur qui ex altero parēte Græco, altero Barbaro prognati erāt. quo nomine dicti fuerunt Medeę liberi, quos illa ab Iaſone repudiata, Aegeo peperit. Nonnulli recentiorum, detorto nonnihil uocabulo Mixobarbaros uocauerunt, qui cū Barbari eſſent, Græcè tamē noſſent.

MIXTARIVS, uel potius Miſtarius (κύαθος) uas, quo uinum aqua miſcemus. Lucilius: Vrceus, aul gemina longus miſtarius anſa.

M ANTE N. ET O.

MNA, (μνᾶ) Græcè. Latinè mina. Vide in dictione Mina.

MNAS, Pirata fuit, qui temporibus Pompeii oram Italiæ prædatoria claſſe infeſtabat, ut eſt auctor Plutarchus in Antonio.

MNEMOSYNE, p. co. {*Memoria*} (μνημοσύνη) memoriam ſignificat. Poetæ Muſarum matrem faciunt, q omnium ſcientiarum theſaurus memorię beneficio, & acquiratur, & conſeruetur. Inde Mnemoſynon pe. cor. (μνημόσυνον) dicitur monumentum, uel pignus, quod ad noſtri memoriam apud amicum relinquimus. Catullus: mnemoſynon mei ſodalis: id eſt, monimentum.

MNEMONICA, (μνημονικά) ab auctore ad Heren. lib. 3. uocantur pręcepta memoriam adiuuantia: Quemadmodum (inquit) qui literas ſciunt, poſſunt id quod audierunt ſcribere, et recitare quod ſcripſerunt: ita qui mnemonica didicerunt, poſſunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronūtiare.

MNASTYRIVM, (μναστύριον) locus eſt in Rhodo inſula, non procul à Lyndo oppido: cuius meminit Strabo lib. 14.

MNESARCHVS, (μνήσαρχος) inter principes philoſophorum Ciceroni numeratur Acade. quæſt. lib. 4.

MNESIMACHVS, (μνησίμαχος) Poeta Comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.

MNESITHEVS, (μνησίθεος) medicus Athenienſis, cuius meminit Galenus de Arte curatiua ad Glauconem. Mneſitheos quoq; à quibuſdā uocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioſcoridem lib. 3.

MNESTER, (μνηστήρ) Agrippinę, matris Neronis libertus. Is, Agrippina à ſatellitibus Neronis interempta, ferro ſe transfixit: incertum charitate in patronā, an metu, exitū. Auctor Corn. Taci. lib. 4. Latinè procum ſonat. Nam μνηστεύω, idem eſt, quod puellæ nuptias ambio.

MNESTHEVS, (μνεσθεύς) proprium uiri Troiani, unius ex comitibus Aeneæ, qui ab Aſſaraco rege originem traxit ut auctor eſt Verg. 12. Aene. Et genus Aſſaraci Mneſtheus. Nonnunquam uerò cauſa metri additur e poſt m ut fiat dictio triſyllaba, Meneſtheus. Vergil. 10. Ae. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Meneſtheo. Nam àliter non poteſt ſtare uerſus, ut annotauit Seruius.

MNEVIS, (μνεῦις Suidæ) bos Solis ſacer, quem Helopolitæ pro Deo colebant, in ſepto eum nutrientes. Auctor Strabo lib. 17.

MOAB, (μωάβ) Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine uocatus eſt, filius Loth, à quo Moabitæ.

MOBILIS, le, {*Mobile, uolubile*} (εὐκίνητος) qui facile mouetur. Hor. 2. Sermo. Satyr. 3. In amore hæc ſunt mala, bellū, Pax rurſum, hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, ac Inſanire petat certa ratione modoq;. Mobili animo eſſe hoc eſt, leui, & inconſtanti. Q. Metel. ad Cic. lib. 5. Etiam mobili in me meoſq; eſſe animo, non ſperabam. A' quo Mobilitas, εὐκινησία. Verg. 4. Aen. Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo.

Quorum contraria ſunt, Immobilis. (ἀκίνητος) & Immobilitas, ἀκινησία.

Mobilitas etiam pro inconſtantia, & leuitate accipitur. Cic. 7. Philip. Quid eſt enim inconſtantia, mobilitate, leuitate cum ſingulis hominibus, tū uerò uniuerſo Senatui turpius?

MOBILITER, aduerb. {*Mobilmente*} (εὐκινήτως) Cic. 2. de Nat. deor. Animaduerſumq; ſæpe eſt, cor animalis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitare, ut imitaretur igneam celeritatem.

MOBILITO, as, are, {*Far mobile*} (εὐκίνητον ποιῶ.) Lucr. li. 3. Inde calor motus, & uenti cæca poteſtas Accipit: unde aer, inde omnia mobilitantur.

MOCARSVS, ſi, (μώκαρσος) Thraciæ locus eſt, apud Stephanum. Gentile idem eſt cum primitiuo, accentu tantum apud Græcos à prima ſyllaba in ultimam translato.

MOCATA, (μώκατα) Bithyniæ oppidum: cuius gentile eſt Mocatenus, (μωκατηνός. Stephanus.

MODERAMEN, inis, {*Gouerno*} (διοίκησις) idem quod Moderatio. Ouid. 3. Metam. Obſtupui, capiatq; aliquis moderamina, dixi, de nauis moderamine, hoc eſt gubernatione intelligit, quam κυβέρνησιν uocant Græci. Idem 2. Metam. Vltima prona uia eſt, & eget moderamine certo. de equorum moderamine loquitur, quam ἡνιοχείαν uocant Græci. Sumere moderamina mundi. Claudia. de laudib. Serenæ.

MODERATOR, oris, {*Moderatore, gouernatore*} (διοικητής, ἐπιστάτης) rector, gubernator. Cic. lib. 1. Tuſc. Hæc igitur, & alia innumerabilia cum cernimus, poſſumus'ne dubitare, quin his præſit aliquis conditor, uel effector, ſi hæc nata ſunt, ut Platoni uidetur, uel ſi ſemper fuerunt, ut Ariſtoteli placet moderator tanti operis & muneris? Moderator iuuentæ, præceptor, & pædagogus. Mart. li. 2. Quintiliane uagæ moderator ſumme iuuentæ. Oui. 2. de Pon. Ele. 5. Succedatq; ſuis orbis moderator habenis. Moderatrix, gubernatrix, rectrix. Cic. 1. de Inuen. Moderatrix rerum ſapientia.

MODEROR, ris, {*Moderare, reggere*} (πρυτανεύω, διοικῶ, ἡνιοχῶ, ἰθύνω, ἐπιστατῶ. {φορβιὰν, χαλινὸν} ἐπάγω) rego moderationem adhibeo, modū pono, et tam accuſatiuo, q̄ datiuo iungitur. Sall. Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Plau. in Curc. Linguæ moderandum eſt. Cic. 6. Tuſc. Tibicines, iiq; qui fidibus utuntur, ſuo nō multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderātur. Linguæ moderari. Plau Cur. Sed interim crepuere fores, linguę moderandum eſt mihi. Hoc eſt, tacendum eſt mihi. Moderans particip. Iuue. Sat. 10. de Demoſthene. Sæuus & illum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ Torrentē, & pleni moderantem fræna theatri. Moderanter aduerbium, μετρίως. Lucret. lib. 2. Quis regere immenſi ſummam quis habere profundi Indumanu ualidus potis eſt moderanter habenas? Ouid. 1. Metam. Moderantius oro Curre, fugāq; inhibe, moderantius inſequar ipſe. Huius compoſitum eſt Præmoderor, ante moderor. Dicitur & Modero, ras, in eadē ſignificatione. Salluſt. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Conſul gladium eduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit? Accius in Epigonis apud Nonium: Vide'n', ut te impietas ſtimulat, neq; moderat metus. Verbale eſt Moderatio, onis, μετριότης, ἐγκράτεια. Cic. de Senect. Moderatio modo uirium adſit, & tantū quantum quiſq; poteſt, nitatur. Vide Modeſtia.

MODERATVS, adiect. {*Moderato, temperato*} (ἐγκρατής, μέτριος.) Cic de Sene. Moderati enim, & nec difficiles ſenes, nec inhumani, tolerabilem agunt ſenectutem. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 8. Nec ſolet iraſci neq; enim moderatior alter.

Hinc moderate aduerbium, (ἐγκρατῶς, μετρίως) cum moderationę: ut Moderate dictum. Cic. pro Font. Ab his quicquam ſancte, aut moderate dictū putabitis? Idem 1. de Finib. Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius tamē id uolunt fieri. Idem 3. de Legib. Quę res cum ſapientiſsime moderatiſsimeq; conſtituta eſſet à maioribus noſtris, nihil habui, ſane non multum, quod putarē nouandum. Moderatim, aliud aduerbium. Lucre. lib. 1. Naturaq; rebus Paulatim tribuit, moderatim creſcere cogens.

MODESTIA, æ, {*Modeſtia, mediocrità*} (τὸ κόσμιον, κοσμιότης, ἐγκράτεια) & Moderatio, (μετριότης) hæc habent ordinē, q modeſtia fundamētum, ſoliditas, & baſis ipſa uirtutis eſt, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat, aurigaturq; modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio utūtur. Autor ad Here. lib. 1. Modeſtiam definit q ſit in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. 1. Offic. Sic fit, ut modeſtia ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Claudia. 8. Panegy. Seruat in officiiſiam diuina modeſtia uocem. Cice. 1. de Diuin. Vbi ille paulò antè ſapiens uirginali modeſtia?

MODESTVS, a, um, {*Modeſto, accoſtumato, temperato*} (κόσμιος, ταπεινόφρων) à modico, contrarium eſt arrogāti, qui ſcilicet animi elationi, cæteriſq; cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum ſeruat. Terent. in Adelp. Proba & modeſta. Vbi Donatus: Proba ſibi, & modeſta apud alios. Modeſtus uultus: id eſt, ipſo aſpectu modeſtiam quandam præ ſe ferens. Teren. in Andr. Et uultu, Soſia, Adeò modeſto, adeò uenuſto, ut nihil ſuprà. Cic. Nā & modeſtum hominem cognoſcas, & prudentem. Idem pro Plan. Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. Idem contra Rullum: Plebs optima, & modeſtiſſimi mores. Vnde Modeſtè, (κοσμίως) cum modo, & temperatè. Terent. in Phorm. Animus, qui modeſtè iſthæc ferat. Varr. Non eos optimè uixiſſe, qui diutiſſime uixerunt, ſed qui modeſtiſſimè.

MODIALIS, le, (μεδιμναῖος) à modio: ut Vas modiale, quod modium continet. Plaut. in Capt. Aulas, caliceſq; omnes confregit, niſi quæ modiales erant.

MODICVS, a, um, {*Poco, picciolo*} (ὀλίγον, τυτθὸν) paruum, ac puſillum: ut, Modica pecunia. Plin. lib. 10. ca. 55. Sed inuentū, ut oua in calido loco impoſita paleis igne modico fouerent. Hora. 2. Epi. 2. Ex modico quantum res poſcet, aceruo Tollam. Col. li. 6. ca. 2. Humilis. o. & modica corporatura pecori operarió debet eſſe, Apul. Modico labore fatigatur. Sic immodicū pro nimis magno (ἄμετρος, ἄμετρος) ponitur. Col. C. Licinius damnatus eſt, quoniam in magiſtratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. Refertur etiam ad numerum, ut idem ſit quod paucus. Cice. in Parad. Meam autē quoniam pecuniam contemnis, & rectè: eſt.n. ad uulgi opinionē mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me ſilebo, de te loquar. Sic Immodicos, dicimus nimis multos. Martialis: Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Propriè tū Modicum dicit᷑, non cui aliquid ſit imminutum, ſed quod non excedat modum, & modeſtum eſt, et temperatum, μέτριον. Plau. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis. Hinc modicùm, aduerbium, ſignificat parum. Idem: Aedepol id modicùm curat: Modicè uerò, (μετρίως) temperatè. Idem in Milite: Modicè ſapis. Hoc eſt, mediocriter, & temperatè, neque nimis, neq; parum. Varro de Re ruſt. Cùm aer eſt modicè temperatus. Immodicè, nimis, uel intemperate, ἀμέτρως. Colu. lib. 2. Magiſq; conducere agricolæ frequenter id potius, q̄ immodicè facere. Aliqū etiam Modicè idem uidetur ſignificare quod parum. Plin. lib. 6. cap. 25. Aedificia modicè à terra extantia.

MODICVM, ci, ſubſt. {*Poco*} (ὀλίγον) Iuu. Sat. 9. Modico contentus agebas.

MODICELLVS, a, um, {*Picciolino*} diminutiuum à Modicus. Suet. in Nero. cap. 48. Decubuit ſuper lectum modicella culcitra, uetere pallio ſtratum, &c.

MODIFICOR, aris, {*Miſurare*} (μετρέω) eſt metiri, aut menſurare. Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt: atq; ita id collegit, quod erat conſequens, tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem q̄ alios, quanto Olympicum ſtadium cæteris pari numero factis anteiret. Cic. 3. de Orat. Verba illa modificata eſſe debebunt. Hinc modificatio (μετριότης) pro temperantia, modo, uel menſura.

MODIOLVS, li, (πλήμνη, χοινικίς) cum accentu in antepen. eſt quarta pars modij, ut putat Sipontinus, adducens illud Plauti ex Ciſtel. Vix exculpſi, ut diceret, Quia & promiſi modiolum uini dare. Ex quo Plauti loco ſatis conſtat Modiolum eſſe genus menſuræ: cuius tamen fuerit capacitatis, neq; ex hoc loco deprehendi poteſt, neq; alibi memini me legiſſe. Hoc etiam nomine dictum eſt paruum uas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (ut eſt apud Frontinum de Aquæductibus) alius eſt erogatorius, alius acceptorius, ut multis in locis intueri licet. Vitruuius: Ita cùm rota à calcantibus uerſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe, quod extulerunt. Modiolus etiam eſt uas menſarium potui paratum, ut phiala, ut trulla: non tamen poculum, ut inquit Scæuola in l. Seiæ. ff. de Auro & argen. lega. Hæc Budæus. Modiolus in rota, cui affixi ſunt radij. Plin. lib. 9. cap. 4. Apparent & rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radijs, modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. Eſt præterea Modiolus inſtrumentum chirurgicū. Cel. lib. 8. cap. 3. Exciditur uerò os duobus modis: ſi paruulum eſt, quod læſum eſt, modiolo, quē χοινικίδα Græci uocant: ſi ſpatioſius, terebris. Deinde ſubdit Modiolus ferramentum concauum, & teres eſt, imis oris ſerratum, per quod medium clauus, ipſe quoq; interiore orbe cinctus, demittitur.

MODIPERATORES, (συμποσίαρχαι) dicuntur, teſte Nonio, qui in conuiuijs modificandi auctoritatem habent, quaſi modum imperantes. Varr. Rer. human. lib. 20. ut citat idem Nonius: In conuiuijs inſtituti ſunt modiperatores atq; magiſtri.

MODIVS, dij, {*Moggio. Boc. Diraſe ch'io gli uoglio mille moggia di quel bene*} ut inter doctos noſtræ ætatis fere conuenit, menſuræ genus fuit, continens ſedecim ſextarios. Cicer. 2. Offic. Ne Marco quidem Seio uitio datum eſt q; in caritate aſſe modium populo dedit. Voluſius Metianus: Quadrantal, quod nunc pleriq; amphoram uocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios octo & quadraginta, heminas ſex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingentos ſeptuaginta ſex. Ex quibus Voluſij uerbis facillime colligi poteſt capacitas Modij. Nam cum dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrantal uocabant, continere tres modios, ſextarios autem octo & quadraginta, ſequitur neceſſario Modium tertiam partem eſſe. XLVIII. ſextariorum, quæ eſt ſedecim ſextariorum. Lapſus eſt itaque Perottus, & poſt Calepinus, qui Modium eſſe putauerunt duorum & uiginti ſextariorum: quanquam utrobiq; librariorum (ut arbitror) culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorum. Hinc ſit compoſitum Semodius, quod ſignificat modij dimidium. Colu. lib. 2. Eadem quatuor modis, nonnunquam tribus, aliquando etiam duobus ac ſemodio iugerum occupat. Modius uini Pariſinus, tricenos ſenos ſextarios uoſtros capit: Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. Budæus. Modius tritici Pariſinus, quatuor & uiginti medimnos Atticos capit. Modius agri, actus quadratus, qui latus eſt pedes centum uiginti, & longus totidem: Mina etiam Latinè dicitur, teſte Varr. 1. de Re ruſt. cap. 10. Modium neutro genere etiam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 16. Id præſtant in iugera modia uicena.

MODO, {*Mo, pure*} (ἄρτι) quando habet o finalem corr. ſignificat tempus præſens, uel mox præteritum, uel nondum præteritum, ſed ſtatim futurum: ut, Modo id ago. Teren. in Eun. Modo ait, modo negat. Sic etiam dicimus. Modo dicebam, Modo ueni, Modo faciam. De tempore præterito teſtimonium eſt apud eundem in Eunu. Quam dudum? DO. modo. Vbi Donatus: Nota modo aperte pro tempore præterito dictum eſſe: id eſt, iam dudū. Nam qui intrauerat uirginem non modo, ſed longe ante ueſtem mutauit cum eunucho Phædriæ. Ponitur etiam aliquando pro duntaxat, ſolum, tantummodo, μόνον. Liui. lib. 1. ab urb. Euentus belli minus miſerabilem dimicationem fecit, q; nec acie certatum eſt, & tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unū confuſi ſunt. id eſt, ſolum uel tantum unius urbis tectis dirutis. Aliquando etiam idem eſt quod, ſi modo, dum modo, μόνον. Teren. in Heaut. Modo liceat uiuere ſpes eſt. Verg. lib. 4. Aen. Si modo quod memoras factum fortuna ſequatur. Hinc & Solummodo, Tātummodo, et Amodo, (ἀπὸ τούτου) quod ſignificat poſthac. Apul. Vt nemo me amodo tam mane egredientem ſolum uidebit. Quod ſi Modo producta ultima ſyllaba proferatur, datiuus uel ablatiuus caſus eſt à Modus. Modo, pro ſaltem. Teren. in Adelph. Vtinam hoc ſit modo defunctum. Modo pro interdum. Propert. Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis, Thermodonteis turba lauatur aquis: Et modo Taygeti crines aſperſa pruina, Sectatur primos per iuga longa canes. Modo non, idē eſt quod fere, uel propemodum: pro quo etiam dicimus, Tantum non. Teren. in Phorm. Modo non auri montes pollicens.

MODVLOR, aris, penul. corr. {*Miſurare, comporre qualche coſa con miſura*} (μετρέω, μελῳδέω, καταυλέω) menſuro, ſiue cum menſura, & numerorum ratione compono. Gel. lib. 1. cap. 1. Scite ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagorā philoſophum dicit, in reperienda, modulandaq; ſtatus longitudiniſq; eius præſtantia. Sic modulari carmen, eſt componere, uel decantare. Vergi. 7. Eclo. Carmina deſcripſi, & modulās alterna notaui. Cic. in Ora. Ipſa enim natura, quaſi modularetur hominū orationem, & in omni uerbo poſuit acutam uocem, nec una plus, nec à poſtrema ſyllaba citra tertiā: quo magis naturam ducem ad aurium uoluptatem ſequatur induſtria. Modulatus, a, um, participium: ut, Modulata, cantica. Quintil. lib. 9. cap. 2. Nomen ductum à canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis. Sonus modulatus. Sene. Aga. Non quæ uerno mobile carmen Ramo cantat querula Aedonis Ityn in uarios modula ſonos. Modulatus, us, ui, modulandi actus; idem quod modulatio. Sene. Herc. furente: Cuiuſq; muros natus Amphion Ioue Struxit canoro ſaxa modulatu trahens. Modulatio, onis, uerbale. Quintilianus: Quorum alterum modulatione, alterum canore ac ſonis conſtat. Modulamen, inis, neut. ge. idem quod Modulatio, Auctor Philomelæ: Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tenent, Nulla poteſt modulis æquiualere tuis. Modulator, oris, qui modulatur. Colum. in Præfat. lib. 4. Placitæ diſciplinæ cum ſectentur magiſtrum uocis, & cantus modulatorem. Modulatè, aduerbium concinne, & cum menſura. Cic. 2. de Nat. deo. Si ex oliua modulate canentes tibiæ naſcerentur: num dubitares, quin ineſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia?

MODVLVS, li, {*Miſuretta, modello*} (μέτρον) diminutiuum eſt à nomine Modus, & propriè ſignificat menſuram. Suet. in Ner. Scrobem coram fieri imperauit, dimenſas ad ſui corporis modulum. Modulos etiam uocabant ueteres architecti particulas quaſdam, ad quas totum opus ſolent dimetiri. uulgus hodie Paruum pedem uocat. Paul. in. l. non ſolum. ff. de oper. no. nuntiat. Sed ut probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is, qui opus nouum nuntiat. Erant præterea Moduli, quædam menſuræ in aquæductibus, quibus aqua ex caſtellis ad priuata ædificia duci ſolet. Vlp. l. damni infecti ff. de damno infecto. Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi cauſa opus faceret, etiam ſatiſdare debere. Hæc fere omnia ex Budæo. Eſt etiam Modulus, idem quod modulatio, uel ipſe cantus, aut inflexus uocis, uel ipſa (ut loquatur) cantus menſura. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulſus in modulos certos, legeſq; metricas, per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. Idem libr. 7. cap. 56. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marſyas Phryx inuenit. Modulus, ſiue Modus poteſt etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores uocant Vn mottet.

MODVS, di, {*Modo, termine*} (μέτρον, τρόπος) propriè rationem ſignificat, id eſt, menſuram, ſiue formam. Ratio uero iubet ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo, & Quemadmodum dicimus: id eſt, qua ratione. Et Admodum pro ſatis, quaſi ſecundum rationem. Et propemodum, fere, quaſi parum abſit à modo, hoc eſt, à ratione. Et Mirum in modum, Maiorem in modum, quaſi ultra rationem. Commodum, aptum, conueniens: quaſi cum modo & ratione. Cicer. de Orat. In omnibuſq; rebus uidendum eſt quatenus: etſi enim ſuus cuiq; modus eſt: tamen magis offendit nimiū, quam parum. Idem de Senect. Nam habet natura, ſicut aliarum omnium rerum, ſic uiuendi modum. Colum. lib. 2. Eſt autem modus in ſiccando fæno, ut neq; peraridum, neque rurſus uiride colligatur. Id eſt, menſura quædam, & moderatio. Idem lib. 3. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito. Id eſt, menſuram. Modus etiam dicitur quātitas, ut apud eundem lib. 2. Atq; rurſus in Sole ſiccata, & mox refrigerata reconditur, ſi maior eſt modus, in horreo, ſi minor in uaſis olearijs, ſalſamentarijſq;. Interdum dicitur finis ſeu euentus, πέρας. Verg. 4. Aen. Sed quis erit modus. Accipitur etiā Modus pro menſura illa, quā cantores inter canendum obſeruare ſolent. Cice. 1. de Orat. Solet idem Roſcius dicere, ſe quo plus ætatis ſibi accederet, eo tardiores tibicinis modos, et cantus remiſſiores eſſe facturum. Vnde etiā illud in titulis Comœdiarum Terenti. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus, dextris & ſiniſtris.

MOECHISSO, as, are, {*Adulterare*} (μοιχεύω) per adulterium polluo. Plaut. in Caſ. In adulterio dum mœchiſſat Caſinam, credo perdidit.

MOECHOR, aris, {*Commettere adulterio*} (μοιχεύω) inhoneſte per libidinem pecco, adulterium committo. Catullus: Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe.

MOECHVS, {*Adultero*} (μοιχός) adulter. Teren. in Eunuc. Nunc minatur porro ſeſe id quod mœchis ſolet. Huius fœmininum eſt Mœcha (μοιχὶς) idem quod adultera. Mart. lib. 10. Ad nocturna iaces faſtoſæ limina mœchæ. Mœchus mulierum. Plaut. Mil. Herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum ut neminem Fuiſſe æque, neq; futurum credo. Ponitur tamen pro quocunque inhoneſtè per libidinem peccante.

MOENIA, mœnium, pluraliter tantum declinatur, {*Mura, muraglie*}(τεῖχη) à muniendo dicta. Veteres, enim œ, & u, indifferenter ponebant. Et propriè dicũtur, quæ urbem cingunt. Verg. 2. Aen. Et mœnia pandimus urbis. Non tamẽ urbis tantùm ſunt, ſed etiam munitionum, caſtrorum, & aliorum ædificiorũ. Cæſ. 2. B. ciuil. Cùm penè ædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia uiderentur. Cic. 3. de Nat. De. Diligentiorcq́ urbem religione, q̃ ipſis mœnibus cingitis. Hinc fit Submœnium, quod eſt ſub mœnibus. Vnde Submœnianæ, uel Summœnianæ, meretrices dictæ ſunt, quæ ſub mœnibus in fornicibus proſtrabant. Mar. lib. 8. Conuiua Zoili quiſquis poteſt eſſe, Summœnianas cœnet inter uxores. Mœne ſingulariter protulit Ennius teſte Feſto: Apud emporium in campo hoſtium per mœne.

MOENIANA, uide Meniana.

MOENITVS, {*Ciuto di mura*}(τειχισθείς) mœnibus cintus, Plaut. in Bacc. Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu. Participium eſt paſſiuum antiqui uerbi Mœnio, quo, ueteres utebãtur pro Munio: quemadmodum & Pœnio pro Punio.

MOENVS, ſiue Mœnis fluuius eſt Germaniæ, per agrum Franconienſem in Rhenum defluens: de quo Plin. lib. 9. cap. 15. Pomponius lib. 3. Mœnim uocat. In Rhenum (inquit) influunt Mænis, & Lupia.

MOEREO, res, mœſtus, per œ diphthongon, {*Eſſere gramo, attriſtarſi*}(συςἱλλομαι, σκυθρωπάζω) deduci putatur u'πὸ τὰς μοίρας, quo nomine Græci Parcam ſignificant, ſiue mortem. Varro tamen à marcendo dictum putat, quod mœrore corpus marceſcat: & ita per æ, ſcribendum uideretur. Eſt autem Mœrere, triſtari, & dolore affici. Cic. de Ami. Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis ſit, quam amici. Horat. Epod. 11. Eheu tranſlatos aliò mœrebis amores. Aliquando etiam inuenitur cum accuſatiuo conſtructum. Cic. Terentiæ: A' te quidem omnia fieri fortiſſimè & amantiſſimè uideo. nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi, ut tantis tuis miſerijs meæ miſeriæ ſubleuentur. Id eſt, doleo. Item deploro (ὀδύρομαι) apud eundem lib. 1. Tuſ. At illa ſicut acerbiſſimam rem mœret. Et iterum. Quum grauiter filij mortem mœreret. Mœrens, tis, participium. Verg. 1. Aene. Et dictis mœrentia pectora mulcet. Ouid. Epiſt. 11. Interea patrius uultu mœrente ſatelles Venit.

MOERIS, (μοίρις) inſula eſt in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus eſt lacus inter Arſinoitem & Memphitẽ nomen manu factus, circuitu CCCCL. M. paſſ. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plin. lib. 5. cap. 9.

MOERI, orum, {*Mura*}(τεῖχη) pro muris. Verg. 10. Aene. Qoin intra portas, atq; ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius: Mœrorum pro murorum, antique. Nam ueteres pleraq; eorum, quæ nos per u, dicimus, per œ, diphthongum pronuntiabant. Hinc eſt Mœrorum pro Murorum, & contrà Punio pro Pœnio.

MOERO, ras, {*Ingramire, attriſtare*}(λυπεῖν) mœrentem & triſtem facio. Pacuuius. Nam me multis mœrauit modis: Nonius.

MOEROR, oris, {*Gramezza, dolore, noia*}(λύπη) eſt ipſe mœrẽdi actus, & uehemens triſtitia: & maior eſt, q̃ dolor. Ci. ad Att. li. 12. Mœrorem minui, dolorem non potui. Iuue. Sat. 10. Inq; Perpetuo mœrore, & nigra ueſte ſeneſcant.

MOESTVS, a, um, {*Meſto, triſto*}(λυπηρός) adiect. triſtis, miſerandus. Ve. 2. Aenei. Et mœſtas promere uoces. Hinc mœſtè, aduerb. λυπηρῶς. Auctor ad Herennium. Tum clementer, mœſtè, hilariter. Item Mœſtiter, aduer. antiquũ, pro mœſtè. Plaut. in Rud. Obſecro tam mœſtiter ueſtitas?

MOESTITIA, æ, & Mœſtitudo, inis, {*Meſtitia, triſtezza*}(κατήφεια) idem quod mœror, uel uehemens triſtitia. Plaut. Cui tanta mœſtitudo obtigit. Quintil. Dolore, atq; animi mœſtitia languet. Cic. 1. de Fini. Sapientia enim eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis. Tacit. lib. 3. Cæſar flexo in mœſtitiam ore, ſuam inuidiam &c.

MOESIA, (μυσία) prouincia eſt Europæ iuxta Danubium, quæ à Pannonia ad Pontum uſque protenditur. In ea ſunt Dardani, Mœſi, & Triballi, Pontoq; contermini Scythæ.

MOGVNTIA, (μογοντία) oppidum Tranſalpinæ Galliæ ad Rhenum fluuium. A' Gallis uocatur Maience.

MOLA, læ, {*Macina*}(μύλη) nomen habet à mole, eò q, ſaxi mole frumenta, legumináq; in ea terantur. Alij à mouendo dictam putant, q ſpecies in eam coniectę motu, & rotatione lapidis comminuantur. Iuu. Sat. 8. Triſteq; trahũt epiredia collo Segnipedes, digniq; molã uerſare nepotis. Puniceę molæ. Oui. 6 Faſt. Inde focum ſeruat piſtor, dominamq; focorum, Et quæ puniceas uerſat aſella molas. Molas antiqui ab Aſinis Aſinarias, alias a manu Manuarias, a trudẽdo Truſatiles appellabant, quæ & Verſatiles dicũtur. Pli. li. 36. ca. 18. Idem molas uerſatiles Volſinijs inuentas, quarũ aliquas & ſponte motas inuenimus in prodigijs. Sumunt quoq; molæ nomina ex rebus quæ per eas cõminuuntur. Vnde Molas frumẽtarias dicimus, et Molas fabarias. Molæ olearię dicunt, quibus ex nucibus, aut ex ſemine aliquo oleum exprimit. Et Latinè quidẽ Mola, Græcè μύλος ſiue μύλη dicitur: unde Amilũ (ἄμυλον) placentæ genus ſine mola factũ ex tritico. In molẽdini ſuperiorẽ partem Metã (μύλος) uocãt, inferiorẽ Catillũ, ὄνον. Accipit etiã quãdoq; Mola μύλη, pro mãdibula, ſiue maxilla. Dicit præterea aliquando Mola caro informis, et inanima in utero mulieris, ſine uiri ſemine genita: quæ licet his quoque accidat, quæ coitu utuntur, quoties, menſtrua uitioſa ſunt aut ſemen uiri ad formandum fœtũ debile eſt, atq; ineptũ frequentius tñ his accidit quæ à coitu abſtinẽt, ſolitæ alias coire, qualea uiduæ ſunt. in quibus fit huiuſmodi tumor pręter naturã, cũ ſemẽ ſanguini miſtũ induteſcit in carnẽ: quãuis aliquãdo ex ſolo ſpiritu fiat mola, quę mouet natura tẽtãte eã expellere. De hac Ari. li. 4. de Gen. anim. Quũ ex humore crudo cõceptus fuerit, tunc mola gignit, idq; in mulieribus meritò aut ſolis, maximè. Præterea Mola, à molitio farre, dicit far toſtũ, et ſale ſparſum, (οὐλοχύτα) q co molito hoſtiæ aſpergunt. Pli. li. 12. ca. 18 Nec minus ꝓpitij erãt dij mola ſalſa ſupplicãtibus, imo uerò (ut palàm eſt) placatiores. Hor. Ser. Sat. 3. Tu cum pro uitula ſtatuis dulcem Aulide natam Ante aras, ſpargisq; mola caput, improbe, ſalſa. Inſpergere molam. Cice. 2. de. Diui. Caput eſt in iecore, cor in extis: iam abſcedet, ſimulac molam & uinum inſperſeris. Apud antiquos poſt glandes & arbuta uſus farris in honore fuit, ſeruatus in tantum, ut ſacrificium non fieret ſine ſale et farre. Verg. 8. Eclo. Sparge molam. Hinc Immolas, de quo ſuo loco.

MOLARIS, is, ſubſtantiuum, {*Maſcellare*}(μυλίτης) gen. maſc. dens maxillaris eſt à mola pro maxilla deducto nomine, q cibum à cæteris dentibus confractum, dentes maxillares molant. Aliquando etiam Molaris accipitur pro molæ fragmento. Ouid. lib. 3. Meta. Aut comes (inquit) ero, dixit, dextraq; molarem Suſtulit. Stat. lib. 3 Theb. Vaſtæq; ſudes, fractiq; molares. Molaris, & hoc molare, adiectiuum, (μυλικός) ut, Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. libr. 36. cap. 23. Vtilior eadem ex effoſſo lapide, q̃ ex ripis fluminum collecto: utilior è molari, quia eſt quædam pinguior natura eius. Hunc quidam Pyriten uocant, q ei inſit plurimus ignis, quem πῦρ Græci dicunt. Vel à frumẽto, quod πυρὸν nominant, quòd eo conteritur. Vide infrà.

MOLARIVS, a, um, {*Da macina*}(μυλωθρικός) quod ad molam pertinet: ut, Aſinus molarius, quo utimur ad molam. Cato de Re ruſt. capi. 11. Molarium aſinum unum.

MOLENDINARIVS, (μυλωθρός) molendini opifex.

MOLENDINARIVS, a, um, {*Da molino*} (μυλικός) quod ad molendinum pertinet: ut, Aſina molendinaria. Paulus Iureconſultus: Aſinam molendinariam ea appellatione contineri.

MOLES, huius molis, {*Grandezza, mole*}(ὄγκος, βάρος) res magna, & ingentis ponderis. nomen habens à mouendo, quod ęgrè moueatur. Feſtus: Moles ꝓ magnitudine fere poni ſolet. Verg. 6 Aen. Totamq; infuſa per artus Mens agitat molem. Id eſt, magnitudinem mundi. Ouid. Epiſ. 2. Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus, Vltima præerupta cornua mole rigent. Molem & montes, apud Vergil. pro Molem montium lib. 1. Aene. Hoc metuens, molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Quoniam uero quæ magna ſunt difficilia eſſe conſueuerunt, capitur quandoq; moles pro difficultate. Verg lib. 1. Aen. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Et in mari Moles opera dicuntur ſiue aggeres, quibus excluditur aqua. Cic. ad Att. lib. 4. Conſtat enim aditus inſulę eſſe munitos mirificis molibus. Accipitur & pro motu. Verg 5. Ae. Inde Gyã ipſamq; ingenti mole Chimæram Conſequitur.

MOLESTA tunica, dicebatur alimentis ignium illita & intexta, qua reos in pœnam induebant. Iuuenalis: Auſi quod liceat tunica punire moleſta. Vide Cœli. Rhodi. lib. 10. cap. 5.

MOLESTIA, æ, {*Moleſtia*}(δυσχέρεια, ἀηδία) ſolicitudo, & grauitas. Ci. 4. Tuſc. Moleſtia ægritudo permanens. Idem de Senect. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non mò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam et iucundam ſenectutem. Inde fit compoſitum Præmoleſtia. Cic. lib. 4. Tuſc. Alij metum Præmoleſtiam appellabant: id eſt, anticipationem moleſtiæ, quaſi metus ſit prænuus dux moleſtiæ futuræ.

MOLESTO, ſtas, {*Moleſtare, faſtidiare*}(ἀηδίζω) moleſtia afficio, & quaſi molem affero. Modeſt. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo.

MOLESTVS, a, um, {*Moleſto. Pet. Il dolce acerbo & bel piacer moleſto*}(ἀηδής, λυπηρός, ὀχληρὸς) grauis, odioſus, qui alicui officit, nec ſinit eum quieſcere. Cic. de Amic. Moleſta ueritas eſt: ſiquidem ex ea naſcitur odium. Terent. in Andr. Moleſtus ei certè fuero, atq; animo morem geſſero Hinc moleſtè aduerbium grauiter, ægrè ἀηδῶς. Cic. 2. Ver. Cupiebam diſſimulare, me id moleſtè ferre: cupiebam animi dolorem uultu tegere, & taciturnitate celare.

MOLETRINA, æ, pen. p. {*Molino*}(μυλών, μυλωθρικόν) à molendo, piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta non molebantur. Catom Themum: ut Nonius citat: Carcere, neruo, moletrina. Budęus credit etiam hoc nomine appellari poſſe aquariarum molarum loca.

MOLILE, molilis, inſtrumentum, quo aliquid molitur, ſiue imminuitur, uel id quod molæ, aut collis boum, uel humeris ſeruorum adalligatur ad trudendas molas. Cato ca. 10. Iuga ploſtraria duo, iugum aſinarium unum, molile unum.

MOLIMEN, inis, pe. pr. {*Sforzamento*}(παρασκευή, κατασκευή) niſus & conatus quo aliquid molimur, & conamur. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 3. Magna tenent illud numen molimina rerum. Pro eodem etiam dicimus Molimentum. Liui. 7. Bell. Maced. Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum, & anguſtum, & uadoſum oſtium portus ſit.

MOLIOR, iris, {*Mouere con difficultà*}(ἀποκινέω, μηχανῶμαι) à mouendo, uel à molibus, ſignificat rem aliquã cum difficultate, magnoq; conatu loco moueo. Liu. lib. 9. ab urb. Nam montes moliri ſua ſede paramus? Eſt item Moliri, uel ingenio, uel corpore ad aliquid agendum moueri. Et pro uarietate appoſiti exponi ſolet. Nam Moliri claſſem, eſt parare, (παρασκευάζειν.) Verg. 3. Aen. Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygię molimur montibus Idæ. Moliri iter, eſt peragere. Idem 6. Ae. Inde datum molitur iter. Moliri habenas, eſt gubernare. Idem 12. Aene. Et manibus molitur habenas. Moliri inſidias, eſt meditari aut tendere, ut lib. 1. Georg. Inſidias auibus moliri, incendere uepres. Apuleius: Dum mihi molitũtur inſidias. Moliri arcẽ, eſt extruere, (κατασκευάζειν.) Verg. 1. Aen. Pars ducere muros, Moliri've arcem. Cuius cõtrarium eſt Demoliri. Moliri moram, eſt moram facere: Verg. 1. Aen. Molit've moram, aut ueniendi poſcere cauſas. Moliri iacula, eſt iaculari. Idem 1. Georg. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. Moliri bellũ, eſt bellum præparare, uel machinari. Colu. in Præfa. Qui bella molit, armorum & militiæ gnaros adhibeat. Moliri etiam ſimpliciter poſitum, ſignificat inueniri. Plau. Aliquid moliar, quo me hoc diſcrimine liberem. Quod etiã Machinari dicitur. Aliquando conari. Cice. de uniuerſitate: Mundum efficere moliens deus, terram primum ignemq; coniunxit. Aliquando operari, uel facere. Cicer. lib. 1. Tuſc. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptẽ, unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Aliquando paſſiue Moliri, pro retardari. Lucil. libr. 7. Mutilamur, molimur, ſubducimur. Huius compoſita ſunt, Amolior, recedo, (ἀπέρχομαι) Amolior, (ἀποπέμπω, ἀποχωρέω) idem fere eſt quod admouere. Plautus in Aſina. Vbi ſacro manus ſis admolitus. Demolior, deſtruo. Remolior, remoueo, & à conatu reuoco. Sueton. de Auguſt. Quidam conf. ſſus eo ſe inhibitum ac remolitum, quo minus, ut deſtinaret, in præcipitium propelleret. A' molior, Molitus participium. Cice. 1. de Finib. Molita quippiam impietas. Molitio, onis, uerbale, ipſe moliendi actus, conatus ipſe, & machinatio. Cic. 1. de Natu. deo. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Molitor, penult. produ. qui aliquid machinatur, conatur, ſtruit, aut efficit. Cicer. de Vniuer.

Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorq; Deus, ut unum opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atq; perfectis abſolueret. Molitor rerum nouarum, apud Suetonium, in Domitiano, cap. 10. Molitrix nouarum rerum. Idem in Claud. cap. 35.

MOLITOR, pe. cor. qui molit. {*Molinaro*} (μυλωθρὸς, ἀλέτης) Vulgo Molendinarius dicitur. Et Molitrix, (μυλωθρίς) quæ molit.

MOLITVRA, Pli. lib. 15. ca. 23. Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.

MOLLESCO, is, {*Ammolirſi, placarſi, acquetarſi*} (ἀπομαλάσσομαι) mollis aut placatus fio. Ouid. 4. Meta. Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in undis. Idem 1. de Pont. Eleg. 7. Pectora molleſcunt, aſperitasq; fugit. Pli. li. 12. ca. 17. Ladanum uiſu aridum, ſtatim tactu molleſcere. Hinc componitur Remolleſco. Ouid. lib. 1. Meta. Precibus ſi numina iuſtis uicta remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum. Cæſar: Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt: q ea re ad laborem ferendum remolleſcere atq; effœminari arbitrantur.

MOLLESTRA, æ. {*Pelle pecorina*} (μηλωτή) pellis ouina. Molleſtras (inquit Feſtus) antiqui uocabant pelles ouinas quibus galeas extergebant.

MOLLITIES, ei, quæ & Mollitia, æ, {*Mollitie, delicatezza*} (μαλθακία, μαλακότης, χαυνότης) idem quod mollitudo. Pli. li. 11. c. 37. Itē omniū auriculæ ac nares, quæ modicū eminēt flexili mollitia. Idē lib. 13. c. 9. Sed ubi uix illi, huic pomū, differens breuitate ac mollitie. Quādoq; & in malum, pro effœminatione capitur. Salluſtius, Sed inertia & mollitia animi alius alium expectātes cunctamini. Teren. in Eun. Abi ſis, nihil dicis Parmeno: Eiciunda hercle hæc mollities animi: nimis mihi indulgeo. Mollities maris, (μαλακία) placiditas, tranquillitas. Pli. de Vir. Illuſt. Vbi per mollitiem maris anguis proximum Aeſculapij fanum petiit. Col. lib. 7. ca. 2. ex his rurſus quicquid conceptum eſt, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

MOLLICINA, æ, pe. pro. (μαλακὸν ἱμάτιον) ueſtis, inquit Nonius, à mollitie dicta. Næuius in Epidico: Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam.

MOLLICVLVS, a, um, {*Delicatu, tenerello*} (ἁβρὸς, ἁπαλός) diminutiuū à mollis. Plau pro tenello, & delicato poſuit, cum inquit in Caſin. Sed lepidè uolo Molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt. Catul. ad Aurelium: Qui me ex uerſiculis meis putaſtis, Quòd ſint molliculi, parum pudicum.

MOLLICELLVS, diminutiuum à Molliculus. Catul. Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo, Vel anſeris medullula, uel imula mollicella.

MOLLIFICO, as, & Mollefacio, is, (μαλάσσω) idem quod mollio.

MOLLIO, is, molliui, uel mollij, mollitū. {*Far molle, mollificare*} (διαμαλάσσομαι, μαλακίζω) molle reddo. Hora. 1. Serm. Sat. 4. Dum ferrū molliat ignis.
Accipitur & ꝓ ſedare, mitigare, ſiue placare. (καταπραΰνειν) ut, Mollire mare, Mollire uentos. Gel. lib 19. c. 1. Sed poſtea, quam Brunduſium aduentauimus, mollitiq; eſſent uenti maris, percunctatus ego eum ſum, quæ nā illa ratio eſſet pauoris ſui. Accius Telepho: Remisq; nixi properiter nauem in fugā tradunt ſubter ſaxa ad læuā, qua mons mollibat mare. Mollire animos ꝓ tēperare, mites facere. Ci. 2. Tuſc. Molliunt animos noſtros, ita ſunt deinde dulcia, ut non legātur modò ſed etiā ediſcātur. Mollire animos, pro effœminare. Cic. 5. Tuſc. Sed nos umbris, delicijs, otio, lāguore, deſidia animum infecimus: opinionibus, maloq; more delinitum molliuimus. Sall. Loca amœna, uoluptuoſa facilè in otio feroces militum animos molliuerāt. i. effœminauerāt. Ouid. 3. Faſt. Lanā mollire puellæ Diſcāt, & plenas exonerare colos. Huius cōpoſitum eſt Emollio, (ἐκμαλάσσω) quod eſt ualde mollio. Plin. Quæcunq; emollire opus ſit, anſerino adipe iuuantur. Et Præmollio, ὀργάζω.

MOLLIPES, pedis, {*Che ha i piedi molli*} (μαλακόπους) qui mollem habet pedem. Cic. 1. de Diui. Mollipedesq; boues ſpectantes lumina cœli.

MOLLIS, & e, {*Molle, tenero*} (μαλθακὸς μαλακός) tener, non durus, tactui cedens, à mouendo, quaſi mobilis, q in quancunq; partem facilè trahi, ac moueri poſſit. Verg. 2. Geor. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana. Cic. 3. de Orat. Sicut molliſſimam cerā, ad noſtrum arbitrium formamus, & fingimus.
Cum homine iunctum, in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato .ſ. & minimè forti. Ci. 1. de Ora. Quis hoc philoſophus tā mollis, tā lāguidus, tā eneruatus, tā omnia ad uoluptatē corporis, doloremq; referens, probare poſſet? Molle ingenium, hoc eſt, docile, cuiq; facilè doctrina imprimitur. Mollis animus, hoc eſt, tractabilis, flexibilis, placabilis qui. ſ. facile accipit offenſiones, & facilè deponit. Cic. ad Attic. lib. 1. Quanta ſit in Q. fratre meo comitas, quāta iucunditas, q̄ mollis animus & ad accipiendā offenſionem, & ad deponendā, nihil attinet ad te, qui ea noſti, ſcribere. Quoniā uerò ea quæ tenera ſunt, pro uoluntate noſtra facilè tractamus, & quocunq; lubet, ducimus, factū eſt, ut, Mollis quādoq; pro domito ſumatur. Ver. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Quandoq; pro facili, Ibidem: Iuuat ire iugis, quà nulla priorum Caſtaliā molli diuertitur orbita cliuo. Quādoq; pro maturo, πέπων. Idem 1. Eclog. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneę molles. Mollia uina dicuntur defęcata, & aſperitate carentia, ut annotauit Seruius in illud Ver. 1. Geor. Tūc agni pingues, & tunc molliſſima uina. Quandoq; pro oportuno, ac tempeſtiuo, εὔκαιρος. Idem 4. Aen. Sola uiri molles aditus, & tempora noras. Quandoq; pro remiſſo, & contemnendo, χαῦνος. Idē 3. Geor. Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. Quandoq; pro ſuaui, iucundo, & placido. Idem: Mollesq; ſub arbore ſomni. Hinc Mollior, & Molliſſimus. Liu. 4. Bel. Maced. Volo id quàm molliſſima uia conſequi. Colu. lib. 6. ca. 1. Corpore denſo breuiq;, colore rubeo, uel fuſco, tactu corporis molliſſimo.

MOLLITER, {*Mollemente, delicatamente*} (μαλακῶς, πράως) aduerbium id eſt, leniter, non duriter. Plin. lib. 15. cap. 10. Mira naturæ cura molliter ſemina collocandi. Cic. 2. de Nat. Deor. Et cubilia ſibi, nidosq; conſtruunt, eosq; q̄ poſſunt molliſſime ſubſternunt, ut q̄ facillime oua ſeruētur. Ferre molliter, id eſt, placidè, æquo animo. Cic. de Senect. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Aliquando ſignificat delicatè, ἁβρῶς, μαλακῶς. Terent. in Adelph. Aedepol Syriſce te curaſti molliter. Pla. Pers. Ego id quæro hoſpitium, ubi ego curer mollius, Quàm regi Antiocho curari hoſpites ſolent. Mollius, comparatiuum. Tacit. lib. 18. Et amici adulantes mollius interpretabantur unius legionis eam ſeditionem.

MOLLITVDO, {*Tenerezza*} (μαλακότης) cōtrariū duritiei. Ci. 2. de Nat. deo. In pulmonibus autē ineſt raritas quędā, & aſſimilis ſpōgiis mollitudo, ad hauriendū ſpiritū aptiſſima. Idem 3. de Ora. In ipſo tactu eſt & mollitudinis, & leuitatis modus. Accipitur & pro facilitate, & flexibilitate. Auctor ad Heren. lib. 1. Mollitudo uocis, cū eam torquere pro cōmodo noſtro poſſumus.

MOLLVGO, inis, ſpecies eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi q ramoſior eſt, ac pluribus folijs, aſpera alioqui, & graui odore. Plin lib. 26 cap. 10. Quidam eandem credunt cum ea, quam Dioſcorides uocat Hippophæſton.

MOLLVSCA, æ, nux eſt è genere iuglandiū, cortice adeo molli, ut inter attrectata ſtatim frangatur: unde & nomen accepit. Hæc etiam Nux Perſica appellatur, q è Perſide primū ad nos ſit tranſuecta: cuius rei optimus teſtis eſt Sueuius apud Macrobium: qui hoc nucis genus eo tempore, quo Alexander Macedo cum regibus Perſarum bellum geſſit, in Græciam tranſlatū affirmat. Meminit huius nucis & Pli. li. 15. cap. 22. atq; eam matureſcentem putamē ſuum rumpere. Macrobius putamt Molluſcam eandem eſſe cum malo Perſico, adducens Sueuij teſtimonium, qui idem eſſe oſtēdit Perſicum, & Molluſcā. ſed in hoc fallitur Macrobius, q putet Sueuium de pomo Perſico loqui, cum de nuce loquatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 89.

MOLLVSCVM, tuber eſt aceris arboris quēadmodum & Bruſcum: Sed Bruſcum intortius eſt criſpum: Molluſcum uero ſimplicius ſparſum, & ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè prælatum à ueteribus cedro fuiſſet. Pli. lib. 16. cap. 16. Pulcherrimum uero eſt bruſcum, multoq; excellentius etiamnum molluſcum.

MOLO, (μόλων) Orator Alabandenſis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate cuius meminit Plutarchus in Vita Ciceronis, & Strabo lib. 14.

MOLO, lis, molui, molitum, {*Macinare. Boc. Tanta acqua che macinerebbe due molini*} (ἀλέω, μύλλω) ſignificat mola tero, Terent. Phorm. Molendum uſq; in piſtrino, uapulandum. Cæſar lib. 1. Comment. Trium menſium molita cibaria ſibi unumquenq; domo efferre iubet. Cōpoſitum eius eſt Permolo, quod aliquando pro ſubagitare; accipitur. Horat. 1. Serm Sat. 2. Huc neucres ęquum eſt deſcendere, non alienas Permolere uxores. Tranſlatio ſumpta à mola, nam ſicut mola ſuper catillum circumuoluitur ſic in patrāda re uenerea uir mulieri incumbit. Cōmolo. (συναλέω) ſimul molo. Lact. de Opi. Contritos, & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos ui ſua deprimit, & trāſmittit ad uentrem. Emolo, perfectè molo. Habent autem hæc pen. corr.

MOLOCHATH, Africæ fluuius, Mauritaniam Cæſarienſem à Maſſæſylium regione dirimens. Plin. & Sall. Mallucha dicitur.

MOLOCHE, quę & Malache (μολόχη, ἢ μαλάχη) herba eſt notiſſima, quā Latini Maluam appellant.

MOLOCHE AGRIA (μολόχη ἀγρία) herba eſt inter ſilueſtris maluæ genera annumerata à Galeno. Plinius Hibiſcum interpretatur. lib. 20. ca. 4. & paſtinacæ ſimilem facit.

MOLOCHINVS COLOR, qui in purpurā inclinat, q maluæ flori ſimilis ſit quaſi μαλάχινος: Grēci enim μαλάχην maluam dicunt. Hinc Molochinarius, molochini coloris infector. Cæcilius in Pauſimacho, ut citat Nonius: Carcaſina, molochina. Plaut. in Aulul. Aſtant Molochinarij, Petunt fullones.

MOLOCHITES, (μολοχίτης) gemma eſt non tranſlucens, ſpiſſe uiridis maluæ colorem referens: unde & nomen accepit. Nam maluam Grēci (μολόχην, καὶ μαλάχην) appellant. Pli. lib. 37. ca. 8. Non tranſlucet Molochites, ſpiſſius uirens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata ſigillis, & infantium cuſtodia quadam innato contra pericula ipſorum medicamine.

MOLORCHVS, (μόλορχος) dictus fuit ſenculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiſcentem Herculem ſuſcepit comiter hoſpitio. Cuius beneficij nomine Hercules illi ſacra ſolennia inſtituit, quæ Molorchia dicebātur, Quin & leo ipſe à nomine eius Molorcheus (μολόρχειος) à poetis dicitur. De hoc Stat. lib. 4. & Seruius in tertium lib. Georg.

MOLORTHVS, (κάθετος) idem quod perpendiculum, hoc eſt, plumbum à filo, & gnomone dependens, quod à ſummo ædificio deorſum demiſſum, rectitudinē eius, uel obliquitatem indicat, Dictus autem putatus Molorthus quaſi μόλυβδος ὀρθός, hoc eſt plumbum rectum, ſine prioris dictionis in compoſitione euphoniæ gratia abiecto.

MOLOSSIA, (μολοσσία) regio, pars Epiri à Moloſſo Pirrhi & Andromaches filio nominata: cuius incolæ etiam appellantur Moloſſi, μολοσσοί. Scribit Theopompus fuiſſe XIIII. Epiratarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones, & Moloſſi. In hac regione naſcebantur boni canes, qui & ipſi Moloſſi dicti ſunt. Verg. 3. Geor. Nec tibi cura canum fuerit poſtrema ſed unà Velocis Spartæ catulos, acremq; Moloſſum Paſce ſero pingui. Legitur & Moloſſus, a, um, adiectiuum. Oui. 1. Metam. Nec contentus eo, unius de gente Moloſſa Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.

MOLOSSI, (μολοσσοὶ κύνες, κύων) ex Moloſſia Epiri regione mittebantur: unde & nomen acceperunt. Poetæ fabulantur canes hoſce originem traxiſſe à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Ioui, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul. Pollucem lib. 5. cap. 5.

MOLOTHROS, quod hic corruptè legebatur, Vide Molothron.

MOLOSSVS, (μολοσσός) pes metricus, dictus eſt ab eius regionis ſaltatione. Vel q odas eo pedis genere magna ex parte conſtantes Moloſſi in templo Iouis canere conſueuerunt, in memoriam Moloſſi filij Pirrhi, & Andromaches à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel, ut alij uolunt, q Moloſſi, ad bellā procedentes huius modulata compoſitione utebantur. Conſtat autem tribus longis: ut Aeneas.

MOLVCRVM, pe. cor. lignum quadratum eſt, auctore Feſto, quo ueteres immolabant. Item illud, quo molæ uertuntur, quod Græci μύλακρον dicunt. Item tumor uentris, qui etiam uirginibus accidere ſolet, Molucrum uocatur. Afranius: Ferme uirgini, tanquam grauidę mulieri, creſcit uterus: Molucrum uocatur tranſit ſine doloribus.

MOLY, (μῶλυ) herba eſt Homeri carmine celeberrima, de qua ſic ſcribit Plin. li. 25. c. 4. Laudatiſſima herbarū eſt, Homero teſte, quā à dijs uocari putat Moly: et inuentionē eius Mercurio aſſignat, cōtraq; ſumma ueneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigraq;, magnitudine cepæ, folio ſcillæ, Effodi autem difficulter. Græci auctores florem eius luteū pinxere, cum Homerus

candidum

candidum ſcripſerit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους, hoc eſt, à ſedandis mitigandiſq; morbis.

MOLYBDOENA, pe p. (μολύβδαινα) eſt, (inquit Plin. lib. 37. cap. 18.) quæ alias Galena uocatur, plumbi & argenti uena communis. Eſt etiam (ut idem aſſerit lib. 25. cap. 13.) genus herbæ, ſic dictæ, q plumbum, hoc eſt, oculorũ uitium commanducata tollat. Alio nomine Plumbago dicitur.

MOLYBDITIS, (μολυβδῖτις) argenti ſpuma, quæ fit ex plũbi fuſura. Pl. lib. 33. cap. 6. Fit in ijſdem metallis & quę uocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima quã Chryſitim uocant: ſecunda quã Argyritin: tertia quã Molybditin. Deinde ſubdit: Chryſitis ex ipſa uena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fuſura, quæ fit Puteolis: & inde nomen habet.

MOLYCRIA, (Μολυκρία) oppidũ eſt Aetoliæ, non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rhium Molycricum appellauit Thucydides lib. 2.

MOLYNOEA, pen. prod. (μολυνόεια Stephano) Lyciæ oppidum.

MOLYRIS, idis, (μολυρίς) Ariſtoteli locuſtę genus, quę frumẽta depopulat̃.

MOLYS, (Μῶλυς) Libyæ oppidum: a quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates. Stephanus.

MOLYZA (μώλυζα) ab Hippocrate appellatur allij caput cum ipſa coma. Vide Ruellium lib. 2. cap. 85.

MOMEMPHIS, (Μώμεμφις) Aegypti oppidũ: à quo Momemphitica pręfectura, apud Strabonem lib. 17.

MOMEN, nominis, {Momento} id eſt, momentum. Lucr. lib. 3. Momine uti parua poſſint impulſa moueri.

MOMENTANEUS, nea, neum, (πρόσκαιρος, ὀλιγοχρόνιος) quod eſt caducum, & quod facilè mutatur, ac deficit.

MOMENTARIUS, a, um, {Ciò che fa in un momento} (ἀκαριαῖος) quod in momẽto fit. Ambro. Syros uero Heliſeus, quos obſidẽtes in ciuitatẽ induxerat momẽtaria cæcitate percuſſos, cũ, quò, ingrederentur, uidere nõ poterant, &c.

MOMENTUM, ti, {Momento, } dicitur qualecunq; ſpatiũ tẽporis, & qualecunq; pondus, ſiue magnũ hoc ſit, ſiue paruũ. Ci. Treb. Omnia momenta obſeruabimus neq; illũ prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locũ. Idẽ 3. de Fin. in his momẽta ſunt maxima ad beatẽ uiuendũ. Accipitur ẽt frequẽter Momẽtũ pro minimo puncto tẽporis, quod Græci ἄτομον uocãt, uel ἀκαριαῖον. Hora. li. 1. Serm. Sat. 1. Quid enim? concurritur: horę Momẽto cita mors uenit, aut uictoria lęta. Nõnunquã ẽt pro aliarũ rerũ minima quantitate. Pli. li. 30. ca. 7. Proſunt, & cõbuſtæ, ut cinis earũ bibat̃ in uino, addito reſinæ momento. Momentũ ẽt iuxta eũ modũ dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, magni momẽti. i. quæ magnum, uel paruũ pondus, & uim habet. Liu. li. 6. ab urb. Re ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copijs fore, Cic. 4. de Fin. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in uirtute aut uitio propenſionem ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. Braſſica nullius momenti in medicina. Pli. lib. 30. ca. 9. Momentũ pro particula. Pl. li. 18. cap. 34. Sol autem quotidie ex alio cœli momento, q̃ pridie oritur.

MOMUS, mi, (μῶμος) Deus quidã Nocte matre (inquit Heſiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos eſt, ipſum quidẽ nihil operis edere, ſed aliorũ deorũ opera curioſis oculis contemplari, & ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος Græci reprehenſionem ſonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum in dialogo de hæreſibus.

MONA, (Μόνα) inſula eſt inter Britanniam & Hyberniam ſita, ut docet Pli. lib. 4. cap. 16. Corn. Tacit. lib. 14: Igitur Monam inſulam, incolis ualidam & receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauesq; fabricatur plano alueo aduerſus breue littus, & incertum.

MONABÆ, (Μοναβαί) Iſaurię oppidũ: à quo fit gentile Monabates. Stephan.

MONACHUS, {Monaco, ſolitario} (μοναχὸς, ἀσκητής) Latinè ſolitarius, ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod eſt in ſolitudine uiuere. Primi enim monachi, quò contemplationi & orationi commodius uacare poſſent, hominum cœtus fugiebant, et in uaſtiſsimas ſeſe conferebant ſolitudines.

MONACRIS, (quod hic corruptè legebatur) uide Nonacris.

MONAPIA, (Μοναπία) inſula eſt inter Hyberniam, & Britanniam cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 16.

MONARCHIA, æ, (μοναρχία) cũ accentu in penultima, eſt unius principatus, quem Suetonius appellat Arbitrium orbis terrarum. Hac qui potitur, Monarcha, (μονάρχης) dicitur.

MONAS, nadis, {Vnità} (μονάς) à μόνος deducitur, & ſignificat unitatem.

MONASTERIUM, {Monaſtero} (μοναστήριον, ἀσκητήριον:) antiquis, φροντιστήριον ſolitudo.

MONAULOS, (μόναυλος) tibia ſimplex. μόνος enim ſolus, interpretatur, et αὐλὸς tibia. Mart. li. 14. Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet. Plin. li. 7. c. 56. Monaulon, id eſt, unicam & ſimplicem tibiam Mercurius inuenit.

MONEDULA, f. {Monachia} (κολοιὸς) auis ex graculorum genere, quaſi monetula, q monetas ſurripiat. Huic. n. auis furacitas argenti atq; auri præcipuè eſt, Pli. lib. 10. cap. 29. Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumq;: cui ſoli furacitas auri argentiq; præcipuè mira eſt. Oui. 7. Meta. Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.

MONEO, es, monui, itũ, {Auiſare, ricordare, ammonire, auertire} (ἀναμιμνήσκω, παραινῶ) admoneo, ſuadeo, hortor, pręcipio, pędico, memorẽ facio. Ci. ad Q. frat. Tu me de retinẽda Seſtij gratia literis monuiſti. Idẽ ad Att. Idipſum me mones, quod triduo antè cogitarã. Idẽ de Amic. Nã & monẽdi ſæpe amici ſunt, obiurgandi: & hæc accipiẽda amicè cũ beneuolè fiunt. Inde Monitor. qui monet quid ſit agendũ, ut debẽt, ij qui uerã, et ſyncerã colũt amicitiã. q̃ (ut ait Xenophõ) μέγιστον ἐστὶν ἀγαθὸν, καὶ κάλλιστον ἀνθρώποις de hoc infra. Interdũ Monere et inuitar. eſt, (παρακαλεῖν) ſicut inuitant̃ amici ad cœnã. Terẽ. 1 Heau. Sed et dici tẽpus eſt, Monere oportet me hũc uicinũ Phaniã, ad cœnã ut ueniat. Cõſtruit̃ nõnunq̃ cũ duobus accuſatiuis: ut, Moneo te hoc. Ci. in Catil. Sed eos hoc moneo, deſinãt furere. Modò cũ ablatiuo mediante præpoſitione De, uel Pro. Cic. 2. de Diui. Quod idẽ dici de Moneta põt, àqua, præterquã de ſue, plena quod moniti ſumus? Teren. in And. Habeo pro illa re, illum q monea probè, Modo cum genitiuo. Valer. Max. Ab eo qui proximè aſſidebat, ſolutæ à ſe legis ſuæ admonitus. Moneris, pro monueris, antiquè. Pacuuius in Armorũ iudicio, ut citatus à Nonio. Dic quid faciã; quod me moneris effectum dabo. Idem in Chryſide, Dij monerint meliora. Compoſita ſunt. Admoneo, Commoneo, Præmoneo, & Submoneo, (ὑπομιμνήσκω) quod eſt latenter moneo. Teren. in Eunuc. Tunc adeo ſubmonuit me Parmeno.

MONETA, p. pr. {Moneta} (νόμισμα) dicta eſt, q nos ſigni impreſſione uel auctoris, uel pretij moneat. Mart. lib. 1. Et centum dominos nouę monetæ Quo etiam nomine dicta eſt Iuno. Cic. lib. 1. Diu. Poſt cladem illam maximam à Senonibus Gallis factum, audita uox ex arce Iunonis ſuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta eſt.

MONETALIS, & hoc monetale, {Ciò che s'appartiene à moneta} (νομισματικὸς) quod ad monetã pertinet. Apul. de Aſin. Plotina pretioſiſsimis monilibus, & auro monetali, zonis refertis incincta. Monetales Triumuiri dicti ſunt (ſicut ſcribit Pomp. Iureconſ. l. 2. de Orig. iur.) æris, argenti, atq; auri flatores. Cic. ad Att. lib. 10. de Vultio loquens: Monetali autem adſcripſi, quod ille ad me Proconſulem. id eſt, In ſumma epiſtola ſcripſi Vulteio monetali. Budæus.

MONETARIUS, {Monetario} (ἀργυροκόπος) qui monetam cudit. Firmicus: Habentes horoſcopum ſub ſigno hoc, erunt monetarij.

MONILE, p. p. {Collana, monile. Pet. Forma ſenz'arte un ſi dolce monile} (ὅρμος, περιτραχήλιον) ornamentum gutturis, quod ſolet de collo uirginum pendere, et Græcè ὁρμίσκος nuncupatur, inquit Hieronymus: dictum q geſtantem uirtutis admoneat: nam primo ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouid. 10. Meta. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Neq; ſolum illud Monile dicitur, quod ex hominum, uerùm etiam quod ex equorum, aliorumq; animalium collo dependet. Verg. 7. Aeneid. de equis Latini: Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Monile etiam ſegmentum dicitur, quod quibuſdam bracteolis quaſi præſegminibus conſtet.

MONIMENTUM, uide Monumentum.

MONITIO, {Ammonitione, auiſamento} (παραίνεσις, ὑπόμνησις) quæ fit ante commiſſum. Obiurgatio poſt turpe factum. Cice. lib. 3. Offic. Habenda ratio, & diligentia eſt, primùm ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

MONITOR, oris, {Ammonitore, auiſatore} (παραινετὴς, ὑπομνηματιστής) qui nos alicuius rei monet, Cic. in Catil. Fortaſſe minus erunt, hoc monitore, & auctore huiuſce ſententię, mihi populares impetus pertimeſcẽdi. Externus monitor. Stat. 5. Syl. ... Nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor. Accipitur interdum etiam Monitor pro uocatore, qui ſcilicet aliquẽ monet, hoc eſt, uocat, ut ad conuiuium accedat. Teren. in Heaut. Monere me oportet hunc uicinum Phaniam, Ad cœnam ut ueniat: Ibo ut uiſam, ſi domi eſt. Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi apud me præſto eſſe aiunt. Dicuntur prętcrea, Monitores, qui in iudicio ſummiſſa uoce oratorem admonent eorum, quę dicenda ſunt. Cic. in Diuin. in Verrem: Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus tenet. Sic etiam in ſcena Monitores dicuntur, auctore Feſto, qui hiſtrionibus ſeſtum, quæ dicenda, agenda've ſunt, monent. Galli uocant Protocollos.

MONITORIUS, a, um, (παραινετικὸς) quod monet, ut Liber monitorius.

MONITUM, ti, {Auiſo, documento, ammonitione} (παράκλησις, παραίνεσις) quod quis nos monet, Verg. 8. Aen. tum Hetruſca reſedit Hoc acies campo, monitis exterrita diuum. Oui. 3. de Arte. Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

MONITUS, us, pen. cor. & Monitio, {Ammonitione} (παράκλησις) idem ſignificant. Verg. 4. Aeneid. Multaq; prætereą uatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

MONNA, uide Mona.

MONOBELI, (μονόβελοι) Lampridio in uita Heliogabali uocantur, qui ſolo obelo, hoc eſt, longitudine, conſpiciendi ſunt.

MONOCEROS, otis, penultima correp. {Alicorno} (μονόκερως) animal unicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitum horridum. Plin. libro 8. cap. 21. Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, &c.

MONOCHORDUM, {Monocordo} (μονόχορδον) inſtrumenti muſici genus eſt, ita dictum, non q unam chordam, ſed q omnes chordas unius uocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

MONOCLONOS, (μονόκλωνος) ſpecies eſt Artemiſię, à ramuli unitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος a ramulorum multitudine. Vide Dioſcor. lib. 3.

MONOCHROMATA, (μονοχρώματα) picturæ dicebantur, quæ non uarijs ut hodie, ſed ſingulis coloribus conſtabant. Plin. lib. 33. cap. 7. Cinnabari ueteres, quę etiam nunc uocant monochromata, pingebant. Idem Plin. lib. 35. cap. 3. auctor eſt: primum picturæ genus fuiſſe Lineare, quod nullis adhibitis coloribus rei pingendæ ſimilitudinem circũductis lineis exprimebat. Dehinc huic ſucceſſiſſe alterum picturæ genus, quod ſingulis coloribus rerum imagines imitabatur, idq; poſtea inuenta operoſiore pictura. Monochromatõ eſſe appellatum. Monochromateus, adiectiuum Plin. lib. 35. cap. 5. Qui monochromatea genera picturæ uocauerint, qui deinde, &c.

MONODIA, (μονῳδία) cum accentu in penultima, lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus, quaſi unius cantus. Nam cæteris flentibus ſola præfica canit. Huiuſmodi cantus etiam Nænia dicitur.

MONODUS, p. c. (μονόδους) Pruſiæ Bithyniæ regis filius, qui dentium loco os unum continuum habuit, in ſuperna oris parte, ut tradit Plin. lib 7. cap. 16. Vnde etiam Monodus dictus eſt, quaſi μόνον ὀδόντα ἔχων: eo q quodammodo unicum eumq; perpetuum haberent dentem.

MONOECUS, (μόνοικος) cum œ diphthongo, portus & ſtatio quædam Liguriæ ab Albinga oppido diſtans ſtad. quadringentis & octo ginta A Monœci portu uſq; in Tuſciam uniuerſum litus continuum omnino ſine portu eſt, exceptis quibuſdam paruis ſtationibus ad iactandas anchoras, nec eſt multarum, aut magnarum capax nauium. Arcem habet munitiſsimam nõ procul à Nicæa quam hodie Itali uocant Monicho. Luc. li. 4. Solus ſua littora turbat Circius, & fida prohibet ſtatione Monœci. Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ædem habebat, in qua ſolus colebatur.

MONOGAMUS, pen. corr. {Colui che ha hauuto una moglie ſola} (μονόγαμος) unius uxoris uir, Vnde & Monogamia. Hieron. Quam ſancta ſit mo-

nogamia, hinc oſtenditur, ꝙ digamus in clero eligi non poteſt.

MONOGENION, (μονογένιον) herba eſt inſignis, quę notiore nomine Pęonia appellatur. Legitur in quibuſdam Dioſcoridis codicibus. A' doctioribus tamen hæc nomenclatura, ut pleræq; aliæ ea Brunfelſij Onomaſtico huc translatæ, inter Notha Dioſcoridis numerantur.

MONOGRAMMI, {*Magri, ſcarmi, ſenza colore*} (μονόγραμμοι) dicti ſunt homines macri pertenues, ac decolores. Vnde apud Cic. lib. 2. de Nat. Deor. Dij ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta eſt ab antiquiſſimo picturę genere, quę ſolis lineis rei ſimilitudinem exprimebat, non additis reliquis, quæ iuſtam picturam abſoluunt. Hanc Græci μονόγραμμον uocant. Plin. libr. 35 cap. 3. picturam linearem appellat.

MONOLOGION, (μονολόγιον) ſermo per omnia ſibi ſimilis, uel eadem orationis facies, cùm nulla uarietate leuatur tædium.

MONOMACHIA, {*Duello*} (μονομαχία) à Latinis Duellum, uel ſingulare certamen appellatur, quod fieri ſolet ad eruendam rei alicuius ueritatem uel ad purgationem inducēdam: idq; hunc in modum, ut qui ſe ſic probaturum purgaturum've aliquid obtulerit, et uicerit, probaſſe uel purgatus eſſe credatur: ſin ſuccubuerit, in probatione defeciſſe uel obiecti criminis cõuictus eſſe putetur. Hoc tamen probationis genus hodie iure etiam ciuili eſt eliminatum. Nam in otio ciuili, & domeſtica quiete cruenta ſpectacula ſibi non placere, Imp. atteſtatur. l. unica. C. de gladiatoribus. Qui hoc certaminis genere congrediuntur, Monomachi (μονόμαχοι) dicuntur.

MONOPHAGI, (μονοφάγοι) dicebantur, teſte Athenæo, qui ſeorſum cibum ſumebant, more diuerſo à Romanis, qui ſimul cum amicis accumbebant: unde & Coenam appellabant, ἀπὸ τῆς κοινωνίας. Dicunt̄ præterea Monophagi, qui eodem perpetuo uictu utuntur: quæ uiuendi ratio etiam Monophagia (μονοφαγία) appellatur.

MONOPODIVM, {*Tauola che ha un pie ſolo*} (μονοπόδιον) dicitur menſa unico tantum pede ſubnixa. Liu. 9. Bel. Maced. Et quæ tum magnificæ ſuppellectilia habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.

MONOPOLIVM, lij, (μονοπώλιον) dicitur, quum penes unum aliquē ſpecies alicuius uendendæ poteſtas eſt. ἀπὸ τοῦ μόνου καὶ πωλέομαι, uendo. Hoc fit, quum unus ſolus aliquod genus mercaturæ uniuerſum emit, ut ſolus uēdat, pretium ſuo modo ſtatuens. Quod genus hodie in multis rebus ſeruatur, ut in coralijs Aphricæ apud Hipponē, alumine in Sicilia & Hetruria, uuis paſſis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod quia Græci Aſphalton uocant, omne monopolium uulgò Aſphalium dicitur. Plaut. Habes murinam & calamum, potes monopolium inſtituere. Legimus apud Iuſtinianum monopolia non eſſe admittenda, quoniã non ad commodum Reip. ſed ad labem, detrimentaq; pertinent.

MONOPS, (μόνωψ) feræ genus eſt Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod cùm ab inſequentibus urgetur, acre & igneum ſtercus excernit, quod ſi in uenatorum quempiam inciderit, mortem repentè affert. Auctor Ael. lib. 7. cap. 8.

MONOPTOTON, pe, pr. (μονόπτωτον) unius caſus, quod unum ſolum habet caſum: ut Natu ablatiuus, cùm aliquem maiorem, aut minorem natu dicimus. Reliqui enim caſus non ſunt in uſu Aptota (ἄπτωτα) uerò dicuntur, quæ ſine caſu ſunt, hoc eſt, nomina indeclinabilia.

MONOSCELLI, (μονοσκελοι) homines Indici, ſingulis cruribus. σκέλος enim crus dicitur. Hi et Sciopodes uocantur ꝙ in maiori ęſtu humi iacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt, umbra pedis ſe protegant. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

MONOXYLA, (μονόξυλα) lyntres ſunt, ea ligno uno (ut uox ipſa ſtatim indicat) excauatæ: quibus Aegyptij per ſtagna, & Nili inundationes utunt̄. Strabo lib. 3. Plin. lib. 6. cap. 23. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim conuehitur, uocatur Cottona.

MONS, huius mõtis, {*Monte montagna*} (ὄρος) terræ tumor altiſſimus, ab eminendo, quaſi eminens, dictus: propter quod omne quod eminet, Mons dici põt. Verg. Præruptus aquæ mons. Tacit. lib. 4. Coeli temperies hyeme mitis obiectu montis. Verg. 12. Aen. Totusq; remugit mõs circum, & uocem latè nemora alta remittunt. Sumitur quãdoq; pro ſaxo. Idem 6. Aen. Præſentantemq; uncis manibus capita aſpera montis Ferro inuaſiſſet. Sic aliquãdo Saxum pro mõte, ut apud eundem, Saxi de uertice paſtor. Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptem montes. Montes aureos polliceri: prouerbialis hyperbole, de ijs qui immenſa promittunt, ſpesq; ampliſſimos oſtentant. Vide Chiliades.

MONSTRIFER, ra, rum, adiect. (τερατοφόρος) monſtrum referens. Plin. libr. 6. cap. 30. Animalium hominumq; effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum.

MONSTRIFICVS, a, um, {*Monſtruoſo*} (τερατοποιός) qui monſtra dicendo, uel faciendo profert. Plin. lib. 21. cap. 5. Inuenta in his & ratio inſerendi, mõſtrificis hominum ingenijs. Idem lib. 7 cap. 15. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monſtrificum. Monſtrificè aduerbium. Plin. lib. 28. ca. 21. Equarum uirus à coitu lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equorũ capitum uiſus repreſentare monſtrificè.

MONSTRO, as, {*Moſtrare. Pet. Moſtrar la palma aperta e'l pugno chiuſo*} (δείκνυμι) oſtendo, declaro. Teren. in Adel. Scio ubi ſit, uerum hodie nunquã monſtrabo. Monſtrare aliquando, pro docere. Cic. 1. de Diuin. Qui ſemitam nõ ſapiunt, alteri monſtrant uiam. Monſtratio, onis, uerbale. Teren. Adel. Defeſſus ſum ambulando: ut Syre te, cum tua Monſtratione magnus perdat Iuppiter.

Monſtrator, oris, uerbale. Verg. 1. Georg. Adſis ò Tegeę fauens, oleæq; Minerua Inuentrix, uncìq; puer mõſtrator aratri. Mõſtrabilis & hoc le, apud Pli. Epiſt. 107. Neſcio, an noris hominem, quanquam noſſe debes. Eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum uarietate monſtrabilis. Huius compoſita ſunt, Commonſtro, Demonſtro, & Præmonſtro.

MONSTRVM, ſtri, {*Moſtro miracoloſo*} (τέρας) à monſtrando dictum eſt, ꝙ aliquid ſignificando demonſtret Cic. 2. de Na. Deo. Monſtra, prædictiones, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ futuræ ſunt, portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Verg. 3. Aene. Horrendum, & dictu uideo mirabile monſtrum. Monſtrum pro prodigio. Verg. 2. Aen. Nec dubijs ea ſigna dedit Troiana mõſtris. Cic. 5. Ver. Non mihi iam furtum, ſed monſtrũ ad prodigium uidebatur. Verg. etiam Polyphemum unoculum monſtrum horrendum ingens appellauit. Et ſic quicquid eſt natura deforme, hoc eſt, præter naturã aut deficit, aut excedit, mõſtrum, & res monſtroſa eſt. Teren. in Eunuc. Quid iſtuc tam monſtri ſit? Dona. Monſtrum, eſt omne contra naturam: ſi igitur eunuchus eſt, & amaret uirginem, contra rerum naturam factum eſt. Quandoq; mõſtrum, (φάσμα) ponitur pro monſtratione, ut apud Verg. 3. Aen. Monſtra Deum refero. Monſtri ali dicimus, ubi quid occulti uitij latere ſignificamus. Haud ſcio, an unde ducitur metaphora, ꝙ monſtra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Teren. in And. Quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid monſtri alunt. Vide latius in Adagijs Eraſmi.

MONSTRVOSVS, a, um, {*Moſtruoſo*} (τερατώδης) quod mõſtrum refert, Luca. lib. 1. Monſtroſiq; hominum partus. Cic. 2. de Diuin. Quid minus mirũ ꝙ illam monſtroſiſſimam beſtiam urnam euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe? Monſtroſè, aduerbium, præter naturam. Ci. 2. de Diuin. Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtroſè cogitari poteſt, &c.

MONTANVS, a, um, {*Montano, di monte*} (ὀρεινός) quod eſt ex monte; ut, Montani imbres. Oui. 11. Met. Panaq; montanis habitantem ſemper in antris.

MONTICVLVS, {*Monticello*} (ὀρέων βουνός) diminutiuum, paruus mons. Dicitur & Monticellus.

MONTIGENA, (ὀρεσιγενής) in monte genitus.

MONTIVAGVS, pe. co. {*Che uaga per monti*} (ὀρεσίπολος) qui per montes uagatur. Ci. 5. Tuſc. Quid beſtiæ? non'ne frigus, non famem, non montiuagos, atq; ſylueſtres curſus, atq; luſtrationes patiuntur?

MONTOSVS, a, um, {*Montuoſo*} (ὀρεινός) ubi ſunt multi montes, ut montoſa regio, non Montuoſa. Verg. li. 7. Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ. Cic. de Amic. Cùm locis etiam ipſis montoſis delectemur, & ſylueſtribus.

MONVMENTVM, ti, uel etiam Monimentũ per i, {*Memoria, monumento*} (μνημεῖον, μνῆμα) dicitur quicquid nos monet, ſiue monere poteſt rei alicuius præteritæ, ut tituli, ſepulcra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteraq; eiuſmodi. Vnde Cic. ad Cæſ. Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriã magis ſpectare debere poſteritatis, ꝙ ad præſentis tẽporis gratiam. Oui. 13. Meta. At, puto, funeribus decebit regia uirgo. Condetur q; tuũ monumētis corpus auitis. Cic. 1. Tuſc. Quid teſtamentorum diligentia? quid ipſa ſepulcrorũ monumēta? quid elogia ſignificabãt, niſi nos futura et cogitare? Florētinus Iurecon. l. monumentũ. ff. de relig. & ſumpt. funer. Monumentũ generaliter eſt res memorię cã in poſterũ prodita, in quã ſi corpus, uel reliquiæ inferant̄, fiet ſepulcrũ: ſi uerò nihil eorũ inferatur, erit monumentũ memoriæ cã factũ, quod Græci κενοτάφιον appellãt. Var. lib. 5. de Ling. Lat. Monumenta à monendo, quę ſunt in ſepulcris. Et ideo ſecundum uiam, quò prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoq; ſcripta ac facta memoriæ cauſa Monumenta dicta. Hactenus Varr. Rerum geſtarum monumenta ſunt hiſtoriæ, uel annales, quæ uirorum fortiũ memoriã ab interitu uindicant, quæq; poſteros admonent, ut illorũ exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè ſubeant. Cic. 1. de Ora. Rerũ geſtarum monumenta, & uetuſtatis exempla oratori nota eſſet debet. Monumentum dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ cauſa apud aliquem relicta. Græci μνημόσυνον uocant. Ver. 5. Aen. Quem candida Dido Eſſe ſui dedit monumentum & pignus amoris.

MONYCHA chæ, cum y, & ch, aſpirato. (μόνυχα) nomē eſt matris diui Auguſtini, cuius uitæ ſanctimoniã & ipſe diuus Auguſtinus, & Maphæus Vegius Laudenſis uates literis mandauere.

MONYCHVS, pe. co. (μόνυχος) unus fuit Centaurorũ, de quo Iuue. Sat. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Ductum autem eſt hoc nomē à Græco μώνυξ: quod perinde eſt, ac ſi Latinè ſolungulum dicas. Hoc autem proprium equorum eſt epitheton, qui unicam & ſolidam habent ungulam. Quo fit, ut & Centauris tribuatur, quibus Poetarum fabulæ equinos tribuerunt pedes.

MONYMA, pen. cor. (μονύμη) Mithridatis uxor, quæ in deſperatione rerum profligatarum, detractum è capite diadema collo circumligaſſe traditur, ſeq; ex eo ſuſpendiſſe: & quum corporis pondere laqueus ille diruptus eſſet, dixiſſe, Execrandum diadema, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti. mox quum ſuper illud humi adiectum inſputaſſet, eunucho regio iugulandam ſe, obtuliſſe.

MONYMVS, (μόνυμος) Corinthij Cuiuſdã trapezitę ſeruus, qui cũ magno Philoſophiæ amore teneretur, Diogeniq; in primis operã dare cuperet, ſimulata inſania monetam heri ſpargere cœpit, eoq; modo ab illo dimiſſus, ad Philoſophiæ ſtudium ſe conuertit, & Diogeni ſe totum tradidit. Vide Laertium.

MOPSIVM, (μόψιον) agri Pelaſgici oppidum in Theſſalia, apud Strab. lib. 9.

MOPSOS, (μόψος) liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluuium ſitũ, ut ſic Pli. lib. 5. cap. 27. Strab. lib. 14. μόψου ἑστίαν appellat.

MOPSOPIA, (μοψοπία) Attica regio, à Mopſo rege ſic dicta, ut auctor eſt Strabo lib. 9.

MOPSVS, (μόψος) nomen proprium uiri uatis, qui (ut Pomp. Mela refert) in finibus Pamphyliæ Phaſelim urbem condidit. Fuit & alter Mopſus Lapitha, id eſt, Theſſalus (ut Strabo ſcribit lib. 9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ Orchomeni filius. Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

MORA, æ, {*Indugio, dimora*} (διατριβὰ, ὑπερημερία, ἀμβολὴ) expectatio, temporis dilatio. Cic. 6. Phil. Itaq; bellum nefarium illatum Reipu. cum uiderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putaui. Terent. in And. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. Ver. 3. Aen. Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti.

MORA VATICANA, (κυνόσβατος) à Romanis uocatum fuiſſe rubi fructum, auctor eſt Dioſc. lib. 4. cap. 35.

MORALIS, le, {*Morale, che s'appartiene à coſtumi*} (ἠθικός) ad mores pertinens. Cic. de Fato: Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partem Philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguã Latinam nominare Moralem: explicandaq; uis eſt, ratioq; enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα uocant.

MORAMENTVM, ti, {*Dimora*} (μέλλησις) idem quod mora. Apuleius in Floridis: Hiſce igitur moramentis omnibus, qui uolunt equitare, ad uectorem ſibimet equum deligunt.

MORATOR, uerbale, {*Dimoratore, tardatore*} idem quod retardator. Liu. 2. ab urb.

ab urbe. Quatuorq́; Tribunorum aduerſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum COSS. habent.

MORATORIVS, a, um, adiectiuum. Paulus Iuriſcōſultus: Quò minus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria, cautio nō admittitur. Hoc eſt cautio, quæ datur, ut quis differat, & expectet.

MORATVS, {*Accoſtumato*}(ἠθικός, καλῶς, ἤθη μεμορφωμένος) nomen eſt, non participium, à nomine Mos, diciturq́; ut plurimum de eo, qui bonis, laudatisq́; moribus eſt prædıtus. Cic. 2. Tuſ. Quotus enim quiſq; philoſophorum inuenitur, ſit ita moratus, ita animo ac uita conſtitutus, ut ratio poſtulat? In malam partē uſus eſt Plau. in Trucul. Noui ego hominum mores: Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Item Teren. in Hecyra: Sed quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus?

MORBIDVS, a, um, {*Morbato, infettato*}(νοσερός, ἐπίνοσος, νοσηματώδης) quod eſt morbo infectum. Pli. lib. 8. ca. 26. Atque ita profluuio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat. Varro. 3. de Re ruſti. cap. 16. Aut cùm ſunt apes morbidæ propter primores uernos paſtus. Morbida uis quæ morbum affert. Luc. li. 6. Vnde repentè Mortiferam poſſit cladem conſtare coorta Morbida uis hominum generi pecudūq; cateruis, Eapediā. Idem; Fit morbidus aer.

MORBOSVS, a, um, νοσερός, idem quod morbidus, obnoxius uidelicet morbo qui & Valetudinarius dicitur. Cato de Re ruſt. cap. 2. Ferramenta uetera, ſeruum ſenem, ſeruum morboſum, & ſi quid aliud ſuperſit, uendat.

MORBIFICVS, a, um, {*Che apporta morbo*}(νοσοποιός) quod morbū infert.

MORBVS, bi, {*Morbo, male*}(νόσος, νόσημα) eſt habitus cuiuſcunq; corporis contra naturā, qui uſum eius faciat deteriorem: & alias in toto corpore, alias in parte accidere ſolet. Totius corporis morbus eſt, ueluti phthiſis & febris: partis autem ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Apud Iureconſultos ſcriptū eſt, Morbum, & Vitium diſtare: quòd Morbus temporalis ſit imbecillitas, & ſanari queat: Vitium perpetuum impedimentum. Ci. lib. 4. Tuſc. Morbum eſſe totius corporis corruptionem, ueluti ſebris eſt: Vitium, quum partes corporis inter ſe diſſideant. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Cic. Att. li. 11. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. Verg. 3. Georgi. Omniaq́; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Galenus in tractatu de differentijs morborum, Morbus (inquit) eſt affectus contra naturam, primò uitians actionem. Quare cum actio uitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, ut actio impediatur. Aut enim id contingit ex primarum qualitatū intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex ſolutione unitatis. Morbi in animo dicuntur, uitia inueterata & dura, ut eſt auaritia, ambitio. Ci. 4. Tuſc. Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio, & uitiū: ſic in animo. Sallu. in Cic. Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer. M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, q̄ morbo animi, petulantia iſta uti. Et dicimus, Affici graui morbo, Laborare morbo, Conualeſcere ex morbo, &c.

MORDAX, cis, {*Mordace, morditore*}(δακτικός) qui mordendo lædit, uel qui aliis detrahit: à quo Mordacitas. Plau. in Trucul. Num tibi iam, amabo, ianua eſt mordax mea, quò introire Metuas mea uoluptas? Mordax folium: hoc eſt pungens, & tactum, uel geſtum feriens. Pli. lib. 16. cap. 24. Mordacia ſunt quibuſdam folia ut urticis.

MORDEO, des, momordi, & olim morſi, morſum, {*Mordere. Pet. De la fera gentil mordean ſi forte*}(δάκνω. Lucre. lib. 3. Exhibuit primus chalybem, frænoſq́; momordit. Plau. in Trin. Ni fugiſſem (inquit) medium, credo, præmorſiſſet. Eſt autem Mordere, dentibus lædere. Oui. a 3. Meta. Manuq́; Pabula decerpſi, decerptaq́; dente momordi. Per translationem uerò ſignificat detrahere. Teren. in Eunu. Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non flocci pendere. Item pungere, ſiue dolore afficere. Ci. Att. lib. 13. Valde me momorderunt epiſtolę tuæ de Attica noſtra. Compoſita ſunt, Admordeo, (ἐπιδάκνω) ualde mordeo. Verg lib. 2. Geor. Dumq; uenenum Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Commordeo (ut equi contumaces & præferoces (ἀγριαίνω) ſimul mordeo. Demordeo, (κατεσθίω) morſu decerpo. Immordeo, morſum infigo. Obmordeo, circūmordeo. Præmordeo, antè mordeo. Remordeo, crucio, ſolicito. Ver. 1. Aen. Quando hæc te cura remordet. Propriè tamē Remordere, (ἀντιδάκνειν) eſt illu: à quo quis eſt morſus, mordere. Lact. li. 6. Sed quia ipſe caninā facundiam (ſicut Sallu ab Appio dictum refert) exercuit, uoluit hominē canino modo uiuere, ut remordeat laceſſitus.

MORDICIBVS, pro morſibus, δήγμασι. Plautus in Aulul. Aſini me mordicibus ſcindunt.

MORDICO, cas, pen. corre. (δάκνω) dolorem affero, perinde ac ſi morſu læderem.

MORDICVS, pen. cor. {*Co denti*}(ὀδάξ) aduerb. ſignificat mordendo. Plau. in Curc. Manum arripuit mordicus. Aliquando ſignificat ſtrictim, & quaſi morſu ac dente. Sueto. in Cæſa. Elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierēt, paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio poriretur hoſtis. Mordicus tenere per translationem, pro ſumma pertinacia tueri. Ci. 4. de Finib. Cū ſi fugiunt re eadem defendunt, quæ Peripatetici, uerba tenent mordicus.

MORIBVNDVS, {*Morendo*}(ἀποθνήσκων) moriens. Liui. 6. Belli Punici. Atq; ita gladio, quem ueſte texerat, per aduerſum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

MORETVM, ti, pen. prod. (μυττωτός) genus libi ex lacte, uino, caſeo, & herbis confectum, quale deſcribitur à Vergilio in eo opuſculo, cui titulus eſt Moretū. Oui. 4. Faſt. Non pudet herboſum, dixi, poſuiſſe moretum. In dominę menſis an ſua cauſa ſubeſt. Lacte mero ueteres uſi narrantur, & herbis Spōte ſua quas terra ferebat, at: Candidus eliæ miſcetur caſeus herbæ, Cognoſcat priſcos ut Dea priſca cibos. Dictum aūt eſt Moretum (ut non obſcure innuit Verg. loco iam citato) à uerbo Græco μορέω, quod inter cætera ſignificat abiado, Verg. uerba ſunt hęc: Tum demum digitis mortaria tota duobus, Circuit, inq; globū diſtantia contrahit unum, Conſtet ut effecti ſpecies nomenq́; moreti.

MORGVS, fluuius eſt ex Alpibus defluens, unus eorum qui à Pado excipiūtur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

MORIGERVS, a, um, pe. co. {*Obediente*}(πειθήνιος) obediens. Terentius in Andr. Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

MORIGEROR, aris, {*Compiacere*}(χαρίζομαι, ὑπουργέω) morē gero, obſequor, & quaſi ad alterius uoluntatem mores transformo. Cic. in Orato. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Teren. Adelp. Si adoleſcenti eſſes morigeratus. Plau. Morigero, dixit in Amp. Volo deludi illum, dum cum hac uſuraria Vxore nunc mihi morigero. Inde Morigeratio, (ὑπακοή) & Morigere (πειθηνίως) aduerbium.

MORINI, p. cor. (μορινοί) populi ſunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Neruijs uicini, quorum oppidum mediterraneum, Ptolemæo teſte, fuit Taruanna, (ταρουάννα) etiam hodie nomen retinens. Hi à Verg. Extremi hominum appellantur, q (ut iam diximus) Oceano ſint proximi, breuiſſimusq́; ab eis, uel ipſo Cæſare teſte, in Britanniam ſit traiectus.

MORIONES, (μωρίωνες) ſtulti, principum deliciæ. Martial. libro 8. Morio dictus erat, uiginti milibus emi.

MORION, lapidis pretioſi nomen. Plin. lib. 37. cap. 17. Morion Indica, quę nigerrimo colore tranſlucet, uocatur Pramnion: in qua miſcetur & carbunculi color, Alexandrinum: ubi ſardæ, Cyprium.

MORIOR, eris, et iris, {*Morire*}(μεταλλάττω, καταλύω, ἀποθνήσκω) nunc tertij, olim etiam quarti ordinis. Ouid. lib 4. Meta. At ſtrepitum mortemq́; timens, cupidusq́; moriri. Plau. Rud. Acta hæc res eſt: certū eſt moriri, q̄ hunc pati Lenonem in me graſſari. Significat autem e uita decedere. Præteritum eius eſt Mortuus ſum. Auguſt. lib. 13. Ciuit. Non importunè, neq; incongruè arbitror dicere, etſi non humana induſtria, iudicio fortaſſe diuino, ut hoc uerbum, quod eſt Moritur, in Latina lingua, nec Grammatici declinare potuerint ea regula, quæ cętera talia declinantur. Nanq; ab eo quod eſt Oritur, fit uerbum pręteriti temporis Ortus eſt, & ſi qua ſimilia ſunt, quæ per præteriti temporis participia declinantur, ab eo uerò quod eſt Moritur, ſi quæramus præteriti temporis uerbū, reſponderi ſolet, Mortuus eſt, u, litera geminata. Sic enim dicitur Mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Cōſpicuus, & ſi qua ſimilia, quæ non ſunt pręteriti temporis, ſed quoniam nomina ſunt, ſine tempore declinantur. Illud uerò, quaſi declinetur, quod declinari non poteſt, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum eſt, ut quemadmodum id quod ſignificat, non poteſt agendo, ita ipſum uerbum, non poſſet loquendo declinari. Horat. 3. Carm. Ode 2. Dulce, & decorum eſt pro patria mori. Mors & fugacē perſequitur uirum, Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus, timidoq́; tergo. Ver. 4. Aeneid. Quin morere ut merita es, ferroq́; auerte dolorem. Moriar, iurandi uerbum, quemadmodum Disperream. Cic. ad Att. lib. 8. Moriar, ſi magis gauderē, ſi id mihi accidiſſet. Compoſita huius uerbi ſunt, Commorior, (συναποθνήσκω) ſimul morior. Plin. lib. 24. ca. 2. Mirumq́; ex uialia per ſe ambo cum fuerint uenena, in homine commoriuntur, ut homo ſuperſit. Item Demorior, Emorior, Intermorior, & Præmorior: de quibus ſuis locis.

MORISENI, Thraciæ populi, circa Ponti litora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

MORMYRA, piſcis eſt marinus, uarijs coloribus pictus, cuius meminit Oui. in Halieut. referente Plin. lib. 32. cap. ult.

MOROCHTHVS, (μόροχθος) Lapis eſt in Aegypto naſcens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxian, & Leucographida appellant. Vtuntur eo Lintearium officinæ ad candorem ueſtium, propterea quòd mollis ſit, & facillimè diluatur. Auctor Dioſcor. lib. 5.

MOROLOGVS, gi, pen. cor. {*Che ragiona pazzie*}(μωρολόγος) qui ſtulta, & inepta loquacitate utitur. Vnde & ſermones huiuſmodi dicuntur. Morologiæ (μωρολογίαι) dicuntur: qui & periphraſticōs Morologi ſermones appellantur à Plau. in Pſeud. Nec moleſtum eſſe, nec ſermonibus morologis uti. μωρὸς enim ſtultus, λόγος ſermo. Plautus in Per. Morologus fio, hoc eſt, ſermone ſtulto uti incipio.

MOROR, raris, priore corre. {*Aſpettare, indugiare*}(περιμένω) expecto. Lentul. Senatus, inter Epiſtolas Ciceronis: Diutius morari, aut expectare præſidiū, non neceſſe habui. Aliquando etiam accipitur pro curo, uel æſtimo. Plaut. in Adel. Pallas, purpuram Nihil moror, quæ in ſeruitutem ſumptibus redigunt uiros. Idem: Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles. hoc eſt, nihil curo, nihil facio, φροντίζω μὴ μέλει. Sæpiſſimè etiam Morari, eſt detinere, retardare, ἐπέχειν, ἀπέχειν. Quintil. in Mathema. Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeuntem? Plau. in Epi. Nihil ego te moror, [illegible]ineo, uel expectare facio. Item Morari, manere, χρονίζειν. Cęſar Bel. Gal. l[illegible] Itaq; paulſper apud oppidum morati, agrosq́; Rhemorum depopulati, &c. Item hærere, dubitare. Vergi. 2. Aen. Quid ue moror, ſi o[illegible]no ordine habetis Achiuos. Et in his omnibus ſignificationibus habet pr[illegible] correptam. Morari uerò prima producta ſignificat inſanire, deſipere, (μω[illegible]) qd' oſtēdit Suetonius, ſcribens ſolitum eſſe dicere Neronē, Deſijſſe Claudium inter homines morari. nā Græci (μωρὸν) ſtultum uocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium deſijſſe manere & uiuere inter homines, quum intelligi uellet, eum deſijſſe per mortem delirare, & deſipere, qui uiuus delirauerat. Morans, antis, participium. Ver. 4. Geor. Namq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat. Vbi Seruius: Morantes, id eſt, tardè incedentes. Compoſita à Moror ſunt, Commoror, quod eſt maneo, & firmam habitationem habeo. Lactan. lib. 7. Cuius poſteri, quum diutius in Aegypto commorantes, in magnam frequentiam creuiſſent. Demoror, Immoror, (ἐνδιατρίβω) moram traho. Lactan. lib. 2. Sed uereor, ne ſi fuero in propoſitione rerum contrariarum diutius immoratus. Remoror, detineo, retardo. Habent autem hæc penultimam correptam.

MOROS, {*Stolto*}(μωρὸς) Gręca dictione appellatur, qui Latinè ſtultus. Plau. in Trin. Amor mores hominum moros, & moroſos efficit. A' quo morari uerbum prima longa. Vide pauló antè in uerbo moror.

MOROSE, aduerbium, unde Moroſus.

MOROSIS, {*Stoltitia*}(μώρωσις. ἡ μωρότης) uitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, uerum etiam uſum rationis imminuens.

MOROSITAS, atis, unde Moroſus.

MOROSVS, a, um, {*Faſtidioſo, troppo diligente*}(δύσκολος, δύστροπος, δυσάρεστος, δυσανάλωτος) curioſus, diligēs, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit. Moroſus (inquit Porphyrio) is eſt qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt. unde Senectus moroſa. Eſt enim hoc ſenum præcipuum uitium, ut difficilibus, & faſtidioſis ſint moribus. Cic. lib. 1. de Orato. Vſqueadeò moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Sueton. de Cæſare: Circa

corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ſed etiam uelleretur. Moroſe, aduerbium. Cic. de Clar. Orato. M. Piſo iracundus reſpuebat ineptias hominum, ſiue moroſè, ut putabatur, ſiue ingenio, liberoq; faſtidio. Moroſitas, atis, (τὸ δυσάρεστον) dicitur illa morum difficultas, cùm nulla penè res, quantumuis exacta, animo alicuius ſatisfacit. Cice de Senect. At moroſitas tamen, & ea, quæ dixi, uitia, habent aliquid accuſationis.

MORPHEVS, (μορφεύς) Somni miniſter eſt, qui (ut in fabulis eſt) iuſſu domini quoſcunq; uultus hominum fingit, uerba ipſa, mores item & geſtus imitans. Ouid. lib. 11. Meta. Excitat artificem, ſimulatoremq; figuræ Morphea, &c.

MORPHNVS, (μορφνὸς) aquilæ genus, circa paludes, & lacus uitam præcipuè agés: ab Homero Percnos, ab alijs etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. ubi ſex aquilarum genera enumerat. Melanaeton, Pygargon, Morphnon, Percnopterum, Gneſion, & Halyæetum.

MORS, tis, {*La morte. Pet. La morte è fin d'una prigione oſcura*} (τὸ χρεὼν, καταστροφὴ, κατάλυσις, θάνατος) teſte Plutar. nihil aliud eſt, quàm σώματος, καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc eſt animæ & corporis diſſolutio. Cic. 1. Tuſcu. Sunt n. qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem. Mors (inquit Seneca) eſt naturæ lex, tributum, officiumq; mortalium, malorumq; omnium remediū. Hæc à ueteribus Dea credita eſt, Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes uitæ neciſq; haberet poteſtatem. Statius. Io ſcopulis Mors ſæua ſedet. Horat. 1. Epiſto. 17. Mors ultima linea rerum eſt. Accipitur quandoq; Mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plin. lib. 14. cap. 22. Hinc rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ. Legitur etiam nōnunquam in numero plurali mortes. Cic. 2. de Finib. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ.

MORSICATIM, {*Mordendo*} (ὀδὰξ, δηκτικῶς) ſignificat mordendo. Varro: Sicut pulli incedunt, & in bellis morſicatim ludunt. Ex Nonio.

MORSIVNCVLA, æ, (δηγμάτιον) diminutiuum paruus morſus. Plautus in Milit. Compreſſiones arctæ amantium, comparis teneris labellis molles morſiunculæ.

MORSVS, a, um, {*Morſo. morſicato*} (δηχθείς) participium. Plin. lib. 29. cap. 3. Datur morſis à cane rabioſo, ne rabidi fiant.

MORSVS, us, nomen, {*Morſo. Boc. Vn morſo dato con un motto*} (δῆγμα) propriè dicitur actus mordendi. Cic. de Diui. lib. 2. Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit &c. Accipitur etiam Morſus pro dolore & ægritudine. Ci. 3. Tuſc. Itaq; & dolor corporis, cuius eſt morſus acerrimus, perferetur, ſpe propoſita boni. Nonnunquam etiam pro detractione. Hora. lib. 1. Epiſt. Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat, non odio obſcuro, morſuq; uenenat.

MORTALIS, le, {*Mortale*} (θνητὸς) qui morti ſubiectus eſt: cuius contrarium eſt Immortalis, (ἀθάνατος.) Cic. 3. de Nat. Deo. Mortale igitur omne animal & diſſolubile, & diuiduum ſit neceſſe eſt. Inuenitur etiam mortalior comparatiuum. Pli. lib. 34. cap. 14. Eademq; prouidentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infeſtiſſimum mortalitati. Mortalis, ſubſtantiuum, pro homine. Ouidius 2. Metamor. Inde deos hominesq; uoco, nec contingit ullum Vox mea mortalem.

MORTALITAS, atis, {*Mortalità*} cuius contrarium eſt Immortalitas. Cic. 1. de Natu. Deor. Aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. Mortalitas, etiam pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76. Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam.

MORTAM, unam eſſe ex parcis dicunt, quas ueteres Latini tres eſſe putauerūt, eaſq; natiuitati, & morti præſidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta: qui commento illud uidentur uoluiſſe ſignificare, tempeſtiuum partus tempus eſſe menſem nonum & decimum: qui uerò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos naſci, aut natos ſtatim mori. Sipontinus ex Martiano.

MORTARIVM, {*Mortaro*} (θυεία, ὅλμος, ἴγδις) in quo res, quæ reſoluendæ ſunt, piſtillo teruntur. Plau. in Aul. Cultrum ſecurim, piſtillum, mortarium, Quæ utenda uaſa ſemper uicini rogant. Lapis mortariorū, (θυΐτης) ex quo mortaria confici ſolent. Plin. lib. 36. cap. 22. Auctoribus curæ fuere lapides mortariorum quoq;, nec medicinalium tantum, aut ad pigmenta pertinentium. Huius diminutiuum eſt mortariolum, (θυείδιον) Hieronymus in numeris: Ponent cum eo turibula, mortariola, cyathos, & crateres ad uina fundēda. Eſt & mortariū locus, & ſuſceptaculum, in quo calx, ſiue intrita ſubigitur, ſeruaturue, quę loca etiam hodie uulgo Mortaria appellantur. Budæus: Mortarium locus eſt, ubi arenatum rutro ſubigitur. Vitru. lib. 7. cap. 3. Græcorum uerò tectores nō his rationibus ſolum utendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confuſa, decuria hominum inducta, ligneis uectibus piſant materiam, & ita ad certamen ſubacta tunc utantur.

MORTICINVS, a, um, p. pr. {*Morto da per ſe*} (θνησιμαῖος) quod eſt exangue, corruptum, & ſponte ſua mortuum. Vnde Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non ſunt mactata, ſed per ſe mortua. Plin. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit.

MORTICINI, (ἧλοι) claui dicuntur pedum, quòd ueluti morticina caro ſit, quam Græci θνησιμαῖον uocant. Plin. lib. 22. cap. 23. Clauis pedum, qui uulgo morticini appellantur, &c.

MORTIFER, ſiue Mortiferus, a, um, p. c. {*Mortifero*} (θανατηφόρος) quod mortem affert. Verg. 6. Aeneid. Mortiferumq; aduerſo in limine bellum. Celſus libro 5. capite 16. Nam muſculus percuſſus mortiferus eſt, præciſus ſanitatem recipit.

MORTVALES, {*Che appartiene à morti*} (νεκρικὸν) quod ad mortuos pertinet. Plaut. in Aſina. Hæc ſunt non nugæ, non enim mortualia. Vnde emortualis dies in quo quis eſt mortuus, ſicut Natalis, in quo quis natus eſt. Idem: Certus eſt enim hunc emortualem facere ex natali die.

MORTVVM MARE, (ἀσφαλτῖτις) Straboni dicitur, quia nihil uiuum gignit. Lacus eſt in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue ſubmergitur. Vnde & aſphalites uocatur, ſiue ab eo quod Græci bitumen ἄσφαλτον appellēt, ſiue, ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc eſt, à ſecuritate, eo quòd corpora uiua ei innatent, tutaq; ſint à ſubmerſione.

MORVLA, æ, (διατριβὴ) diminutiuum à mora. Augu. lib. 11. Confeſſ. Quæro quoniam dies dicitur non tantum morula Solis ſuper terram, ſecundū quod aliud eſt dies, aliud nox.

MORVS, ri, arbor, {*Moro albero*} (μορέα, συκάμινος) Morum fructus, (συκάμινον) à mora. i. tarditate, ut quidam putant: nam poſtrema omnium arborum morus floret, propter quod & prudentiſſima arbor dicitur: quia lædi ſe à frigore non ſinit neq;, niſi omni frigore peracto, germen emittit, ſed cū cœpit, in tantū uniuerſa germinatio erūpit, ut una nocte peragrat, ēt cum ſtrepitu. Sunt tamen, qui à Græco id nominis deriuent. μαυρὸν enim nigrum dicitur. Pl. li. 16. cap. 44. In hoc arborē mori eximiam ætate noſtra adamauit Paſſienus. Mora quoq; in rubris ſunt, ſed multum ab his differentia. Col. lib. 3. de pruno. Mori ab Idibus Februarijs uſq; in æquinoctium uernale rectè ſeres.

MORYLLII, (μορύλλιοι) Macedoniæ populi in occaſum uergentes, iuxta Allatenſes, & Lynceſtas. Pli. lib. 4. cap. 10.

MORYCHVS, (μόρυχος) cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem uindemiæ tempore muſto & recentibus ficis oblinere conſueuerunt. Vide Eraſm. in prouerbio, Morycho ſtultior.

MOS, moris, {*Coſtume, uſanza*} (ἔθος, ἦθος) eſt uitæ inſtitutum conſuetudine firmatum. Var. ait, Morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cic. pro Cluen. Non mos, conſuetudoq; ſeruata. Verg. 1. Aen. Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Interdum ſumitur pro conſuetudine approbata, quæ habetur pro lege. Ci. 1. Offi. Quæ more aguntur, inſtitutiſq; ciuilibus. Mores plurali numero, (τρόπος) conſuetudo cuipiam familiaris, & in habitū recepta, a qua bene uel malè morati dicimur. Eſt. n. uocabulum medium, quod tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. Plau. in Trin. Nam hic nimium morbus mores inuaſit bonos: Ita plerunq; omnea iam ſunt intermortui. Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt uberrimè. Mores coeli. Pli. lib. 14. c. 1. Succiq; tantū gratia ex his pluribus modis ad coeli mores, ſoliq; ingenia. Ver. 1. Geor. Varij coeli perdiſcere morem. Transfertur ad morē. Cic. in Orat. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morē, uſumq; transferri. Hinc ſit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in uſu non eſt, Moſculus diminutiuum, quod apud Catonem legitur.

MOSA, (μόσα) fluuius inſignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeſo mōte, non procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum, agrum labens, tandemq; in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum ſe exonerans. Meminerunt huius fluuij Pli. lib. 4. cap. 14. & 15. Tacitus libro. 2. & Cæſar de Bello Galli.

MOSCHATVLA, {*Peri moſcatelli*} pyra quędam dicuntur, teſte Sipontino, quæ odorem moſchi referunt. Eſt aūt Moſchus animalculum ſimilitudine muris, binos in ſuperiore mandibula dentes habēs & totidem in inferiori, eoſq; ad anteriora recuruos, in cuius corpore iuxta umbilicum apoſtema ſanguinolentum naſcitur, quod unà cum pelle exciſum, ſiccatumq; præſtantiſſimum ſpirat odorē, & inter primas hominum delicias habetur, cibiſq;, & medicinis, & unguentis paſſim adhibetur. Hunc ēt odorem ab animalis nomine Moſchum uocant Arabes: ueteribus enim creditur fuiſſe incognitus. Hinc itaq; pyri quoddā genus Moſchatulum dicitur, quòd ad hunc odorem proximè accedat. Alio nomine Superba pyra dicta ſunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra uideantur uelle obtinere.

MOSCHEVTON. (μοσχευτόν) roſæ genus è caule maluaceo fuſum, folia habens oleacea. Vide Plin. lib. 2. cap. 4.

MOSCHI, (μόσχοι) populi ſunt Aſiæ, Albanis, & Iberibus finitimi: à quibus para tauri montis in Septentrionē declinans Moſchi nomen accepit. Vide Pl. lib. 5. ca. 27. & li. 6. ca. 10. Luca. lib. 3. Sæuiſq; affinis Sarmata Moſchis.

MOSCHVS, (μόσχος) Grammaticus, & Poeta Syracuſanus, Ariſtarchi familiaris, qui ſecundus à Theocrito ſcripſit carmen Bucolicum. Suidas.

MOSES, ſis, & Moſi. (μωσῆς, μωυσῆς) ſicut & Achilles, lis, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Iſraelitas ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuuen. Saty. 4. Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moſes. Quidam Moyſen efferunt per tres ſyllabas, y litera interpoſita, & prima ſyllaba contra artem correpta. Sedulius: Quid quod & Heliam, & clarum uidere Moyſen. Scribit Ioſephus ex euentu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe, eò quòd à Pharaonis filia de flumine ſit ſeruatus.

MOSYNOECI. (μοσυνοικοί) populi Aſiæ uerſus Septentrionem, qui ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, in propatulo ueſcuntur, promiſcue concumbunt, & palā reges deligunt, uinculiſq; et arctiſſima cuſtodia tenet. Dicti aūt μοσυνοικοί, quaſi turriculę, à turribus quibus domorum uice utuntur. Hos Pli. lib. 6. cap. 4. uocat Moſynos: quāuis in omnibus ferè exemplaribus Moſſynos legamus geminato ſſ.

MOSYLON. (μόσυλον) promontorium Aethiopiæ, emporium habens eiuſdem nominis. Stephanus.

MOTACILLA. {*Squaſſacoda*} (σεισοπυγίς) auis ſemper mouens caudam, uulgo Cauda tremula dicitur. Auctor Varro. 4. de Ling. Lat.

MOTHO, us, (μωθὼ) Arabum uicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus, quæ etiam cædes uico nomen fecit, Nam Motho Arabū lingua mortis locum ſignificat. Stephanus.

MOTIO, uerbale, {*Moto, mouimento*} (κίνησις) Cic. 2. de Nat. Deo. In corporis etiam motione, atq; geſtu multa cernunt ſubtilius.

MOTO, tas, {*Mouere ſpeſſo*} (κινέω) frequentatiuum à Moueo. Verg. 5. Eclog. Siue ſub incertas Zephyris motantibus umbras. Motuantur, pro Motantur, dixit Plau. in Truc. Ne ut in æſtu motuantur ire.

MOTOR, oris, {*Motore. Pet. Onde'l motore eterno delle ſtelle*} (κινητής) Martia. lib. 11. Cunarum fuerat motor Charideme mearum, Et pueri cuſtos, aſſiduuſq; comes.

MOTVS, ta, tum, participium, {*Moſſo,*} (κινηθείς) Verg. 1. Aene. Sed motos præſtat componere fluctus. Liu. 4. Bel. Mac. Nullis minis, nullis terriculis ſe motos, ſperantes ſatis opis, & auxilij ſibi in Romanis eſſe.

MOTVS, {*Moto, mouimento*} (κίνησις) ipſa motio, ut Motus animi, Motus terræ. Cic. de Ami. Quibus rebus ad illū primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. Oui. Epiſ. ib. Sæpe per aſſiduos languent mea brachia motus. Hor. 3. Carm. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Motus, pro cōmotione, ſiue perturbatione. Ci. pro Flac. Videtis quo in motu tēporum, quāta in cōuerſione rerū ac perturbatiōe uerſemur. Motus pro cā. Pli. Epiſ. 4. li. 3. Audaſti cōſilij mei motus.

MOTTE,es,(μοτύη)Siciliæ oppidum,ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicauit,qui boues eius abegerant. Hæc Stephanus ex ſententia Hecatæ.

MOVEO,es,moui,motum.{*Mouere*}(κινέω)notæ ſignificationis. Cæſar.3. Bell.Galli. Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. Per tranſlationem ponitur pro excludere,ſiue poſſesſione,aut iure ſuo aliquē deijcere,ἐξείλλειν, εἴργειν. Ci.lib.3.Offi. Quid ergo non ne nocet,qui quodã quaſi ueneno perficiat,ut ue ros hęredes moueat,in eorũ locum ſuccedat? Mouere animum, eſt inducere,al licere. Verg.li.3.Georg. Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt Prata mouere animum. Seruius: Mouere animũ,in ſui deſiderium illicere. Mouere,pro diſcedere. Cic.ad Atti.lib.9. Hæc autem ſcribebam pridie Non.xiiij. die,poſtquam ille Canuſio mouerat. Mouere loco. Ci.ad Quint.fratrē lib.2. Exarſit dolor,urgere illi,ut loco nos mouerent. Mouere ex opinione. Cic.3. de Natu.Deo. Nec me ea ex opinione quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium,ullius unquam oratio,aut docti,aut indocti mouebit. Mouere Senatu,uel de Senatu. Cic.pro Cluen. Vt alter de ſenatu mouere uelit alter retineat. Liui.9.Belli.Macedo. Septem mouerunt ſenatu. Sic moueri ſtatu,Liu. lib.10.Belli.Pun. Mouere aluum,uel uentrem: hoc eſt ciere aluum. Martial. lib.11. Prima tibi dabitur uētri lactuca mouendo. Arma mouere. Vergil.12. Aene. Tum demum mouet arma leo. Bellũ mouere. Liui.8.ab Vrb. Quia toties iam Sidicini,aut ipſi mouerant bellum,aut mouentibus auxilium tulerant. Mouere riſum,pro excitare. Hora.1.epiſt.3. Ne ſi forte ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas,moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Signa mouere. Verg.3.Geor. Signa mouet,præcepſq; oblitum fertur in hoſtē. Mouere ſtomachum alicui,pro irritare. Ci.ad Atti.lib.6. In quo tamen ille mi hi riſum magis, q̃ ſtomachum mouere ſolet. Mouere tragœdias, ſignificat uerbis rem atrocem,& indignam efficere,quale eſt opus tragicorum, de rebus atrocibus ſemper, mœſtisq; loquentium. Sicut econtrario Comœdias agere, pro ridicule,ac dicaciter loqui. Quintil lib.6.c.1. Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale eſt,quale ſi perſonam Herculis,& cothurnos aptare infantibus uelis. Mouet me. Papin. de Condi.fur.l.parui refert: Nec me mouet,præſens homo fuerit,nec'ne. Mouentur res magnæ, hoc eſt,cõmouentur, excitantur. Ci.ad Q.Frat.lib.7,Epi.3. Itaq; magnæ mihi res moueri uidebantur. Aliquando inuenitur Mouere poſitum pro paſſiuo Moueri. Gell.lib.4.c.6. Vt terram mouiſſe nuntiari ſolet,eaq; res procuratur: ita in ueteribus memorijs ſcriptum legimus,nuntiatum eſſe Senatui,in ſacrario,in regia haſtas Martias mouiſſe.hoc eſt,motas eſſe Budæus. Cõpoſita huius uerbi ſunt. Amoueo. Admoueo,quæ ſunt contraria. Vide in dictione Amoueo,Commoueo,Dimoueo, Emoueo,(ἐξίστημι)extra moueo. Idē li 4. Hominũq; mentes emotas, (ἐξεστηκυίας, ἐκ τῆς παραφορᾶς)& malis incurſibus furiatas,in ſenſus priſtinos reponebat. Promoueo,(προσάγω, παράγω)uehementer ultra moueo,prolongo,procedo. Terent.in And.ehò tu impudens,non ſatis habes,q; tibi dieculam addo, Quantum huic promoueo nuptias? id eſt,prolongo. Permoueo, (ἐξάγω)ualde moueo. Sall.in Iug. Exiſtimãs Adherbalem dolore permotũ,iniurias ſuas uindicaturũ manu. Demoueo, deorſum moueo. Liu.li.6.ab Vrb. Quantũ Romana ſe inuexit acies,tantũ hoſtes gradu demoti. Remoueo,(ἀπάγω)alieno,diſcedo,tollo. Vide ſuo loco. Semoueo,ſeorſum moueo. Sũmoueo, (παραθέω) tollo,aufero. Colu.li.1. Quum liceat uel cauere,ne talis pręficiatur negotio,aut iam prępoſitus ut ſummoueatur,curare. Idem li.5. Fructuſq; ſummotus à terra minus putreſcit, hoc eſt ,ſublatus,uel à terra remotus.

MOX,{*Toſto,incontanente,preſto*}(εὐθέως, αὐτίκα)aduerbium,ſignificat ſtatim. Teren.in And. Mox ego huc reuertar. Significat etiam paulo poſt,uel poſtea. Cic.li.1.de Orat. Verum illa mox: nunc de ipſa exercitatione quid ſentias quærimus. Mox pro deinde. Pli.lib.12.cap.12. In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum nardum,mox Gallicum,tertio loco Creticum. Quam mox, Dum expecto,q̃ mox ueniat. Teren.in Phormio.

M ANTE V.

MVCEO,ces,mucui,{*Muffarſi,eſſer muffo*}(σήπομαι)mucidus ſum: à quo Muceſco,mucidus fio, mucorem contraho. Pli.li.18 Iterumq; exporrigi in ſole ſuper linteas: quod niſi feſtinato peragatur,lurido colore muceſcere. Cato de Re ruſt. Vini ſingulę urnæ dabuntur,quod neq; aceat,neq; muceat.

MVCIDVS,a,um pe.co.{*Muffo*}(σὺχμώδης, εὐρώδης)quod mucorem ,ex uetuſtate contraxit. Iuue. Saty.14. Neq; enim omnia ſuſtinet unquam Mucida cærulei panis conſumere fruſtra. Mart li.8. Argenti furioſa ſui cũ ſtēmata narrat Garrulus,& uerbis mucida uina facit.

MVCOR,oris,{*Muffa*}(αὐχμός, εὐρώς)lanugo,quæ diutino ſitu,contrahitur, quemadmodum in pane,carne , aliiſq; huiuſmodi fieri uidemus. Colu.li.12.capi.4. Ne ſitu i penora mucorem contrahant.

MVCRO,onis,{*Punta di arma aguzza.ſpada*} (αἰχμή, αἰχμή)proprie cuſpis & acumen enſia,ac telorum. Mart.li.4. Tabuit in calido uulnere mucro tener. Figurate ponitur pro enſe,ſicut Tectũ pro omo.dOui.li.1.Meta... Iugulũ mucrone reſoluit. Accipitur ēt mucro,pro ſummo cuiuſuis rei acumine. Vnde apud Plin.herbarũ, dentium,unguium mucrones dicuntur: ut lib.8.ca.15. Mirum,pardos,pantheras,leones,& ſimilia,condito in corporis uaginas unguiũ mucrone,ne refringantur,hebetenturq;,ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere,apud Cic.3.de Leg. Quis(inquit)unquam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet,ut cogitaret unquam de ſtatu noſtro labefactando,niſi mucronē aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos?

MVCRONATVS,a,um,{*Aguzzo*}(ὀξύς)quod eſt acutus, & ad Mucronis ſpeciem formatũ. Pli.li.32.c.2. Trebius Niger auctor eſt,xiphiã.i.gladium roſtro mucronato eſſe,a quo naues perfoſſæ merguntur in Oceano.

MVCVLA, Perſarum lingua appellatur gemma cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Pli.lib.37.ca.10.

MVCVS,ci,{*Mocogno.mocca*}(μύξα, κόρυζα)narium humiditas,& craſſior pituita. Catullus. Mucuſq; & mala pituita naſi. Hinc Mucoſus,a,um,(μυξώδης κορυζώδης, κορυζώδης, μυξώδης)muco plenus. Colu.lib.6.cap.7. Sequitur tormenum uitium,quorum ſignum eſt cruenta,& mucoſa uentris proluuies.

MVGIL,mugilis,& Mugilis in nominatiuo,pe.co.genus piſcis capitoſi: unde etiam à Gręcis,κέφαλος appellatur. Hic omnium piſcium ſquammis intectorum ueloceſſimus eſt,teſte Aeliano lib.12.c.19. adeo ut reti implicitus,in ſublime ſeſe eiaculetur,retiaq; quantũ uis alta tranſiliens,ſpem piſcatoris eludat. Plinius lib.9.cap.15. Mugilum natura ridetur,in metu capite abſcondito totos ſe occultari credentium.

MVGINOR,aris,pe.cor.{*Mormorare*}(γογγύζω)idem quod murmuro,interprete Nonio. Lucilius: Muginamur,molimur,ſubducimur. Feſtus mugari interpretatur,& tarde conari. Ci.Att.li.16. De Ocella dum tu muginaris nec mihi quicquam reſcribis conſilium domeſticum.

MVGIO,mugis,mugiui,uel,mugij,itum,{*Muggire*}(μυκάομαι)factitium uerbum à uoce boum. Auctor ad Heren.li.1. Vagire,mugire, murmurare, ſibilare. Per tranſlationem accipitur pro grauiter ſonare. Lactan.li.7. Quur emicēt fulgura,cur tonitrua mugiant. Vnde Mugitus, (μυκηθμός, μύκημα)pe.prod. ipſa boum uox. Vergi.2.Geor. Mugituſq; boum. Per tranſlationem etiam Mugitus dicitur quiuis ſonitus. Vnde Mugitus nemorum. Pli.lib.18.ca.35. Equidem & montium ſonitus,nemorumq; mugitus prædicunt. Huius cõpoſita ſunt, Admugio,(προσμυκάομαι)quod boum proprium eſt cum altero boue conſpecto,audito,uel olfacto,illius deſiderio mugitum edunt. Oui.li.1.de Arte. Mollibus in pratis admugit fœmina tauro. Immugio , intus uel ualde mugio. Verg.3.Aen. Curuiſq; immugit Aetna cauernis . Remugio,(ἀντιμυκάομαι)reſono. Idem 3.Geor. Et uox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

MVGIVS,cognomen Romani cuiuſdam,à frequēti murmuratione: a quo Mugiona porta,cui ipſe aliquando præfuit,nominata eſt. Vide dictionē ſubſequētem.

MVGONIA,porta,ut apud Sipontinum legitur , uel Mugiona(ut potius legendum arbitror)urbis Romę porta fuit ita dicta à mugitu,q; per eam uenale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata eſt,hoc eſt,trium angulorũ. Feſtus Mugionam appellatam putat,non à mugitu,ſed à Mugio quodam , qui huic portæ aliquando præfuiſſe creditur.

MVLA,uide Mulus.

MVLARIS,& hoc,lare,{*Da mulo*}(ἡμιονικός)adiectiuum à mulo. Col.li.6. cap.27. Eſt enim generoſa materies,quæ circo ſacriſq; certaminibus equos pręberet: eſt mularis,quæ pretio fœtus ſui comparatur generoſo.

MVLCEO,ces,ſi,ſum,& ctum.{*Mitigare,intenerire,indulcire,*}(καταψάω, καταψήχω, θέλγω)Priſcianus: Mulceo,mulſi ,mulſum,& mulctum. unde Cic. in contentione Metelli: Permulſa,atq; recreata. Var.in Saty. Capite permulſo: Salluſt li.4.Hiſto. Dein lenita iam ira,poſtera die liberalibus uerbis permulcti ſunt. Eſt aũt Mulcere,lenire,mollire,blandiri,mitigare,dulcem facere ,,ungere delectare,polire. Oui.4.Triſt.Eleg.2. Paſtor arundineo carmine mulcet oues. Verg.1.Aene.. Et dictis mœrentia pectore mulcet. Ceruis mulcetur dextra, Ci.in Arato. Verg.7.Aene. Aethera mulcebant cantu. Auræ mulcent florem, Catull.in Carm.nup. Verg.1.Aene. Et mulcere dedit fluctus,& tollere uento. Huius compoſita ſunt Demulceo, Permulceo,(καταπραΰνω, ἐψήχω, ἀφομαλίζω)placare,mollire. Lib.3.ad Herēnium: Nam lęduntur arteriæ , ſi ante q̃ uox bene permulſa eſt,acri labore compelletur.i.mollificata. Gelli lib.2. Nihil adeo in congrediendis hoſtibus,atq; in principijs præliorum ad ſalutem,uirtutemq; aptius, rati,q̃ ſi permulcti ſonis mitioribus,non immodice ferocirent.

MVLCEDO,inis,{*Mitigatione*}(θέλγητρον)permulſio, blandimentum. Gel. libro.19.cap.9. Quæ nullas uoluptates,nullam q; mulcedinem Veneris, neque Muſæ haberet.

MVLCIBER,pen.corr.(ἥφαιστος)Mulciberis,& per ſyncopem Mulcibris. Eſt.o.tertij ordinis,rarius ſecundi. Eſt autem Mulciber Vulcanus,ita dictus à Mulcedo.i.molliendo ferro. Mulcere enim mollire,ſiue lenire eſt,q; ignis omnia mulceat.i.molliat,uincat,ac domet. Ouidius.1.de Arte. Mulciberis capti Marſq; Venuſq; dolis. Apud Ci.li.2.Tuſc.ex uetuſto aliquo poeta legitur genitiuus Mulcibri ſecundæ declinationis,& trium ſyllabarum: Iouiſq; numen Mulcibri adſciuit manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictũ à mutilando,quod claudus à poetis fingatur,& mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem cum parentes infelicisſima forma eſſe uidiſſent , e cœlo in Lemnum inſulam præcipitarunt: ea qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxiſſe.

MVLCTA,æ,quære Multa,æ,

MVLCTO,Vide Multo.

MVLCTRA,ctræ,{*Secchia doue ſi molge,*}(πέλλα, ἀμολγεύς ,)uas in quo mulgetur. Verg.li.3.Geor. Quã magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra Lęta magis preſsia manabunt ubera mammis. Interdum accipitur pro ipſo lacte emulcto;ut apud Col.li.8.c.17. Et nuces digitis infractæ ſunt dandæ,nec minus elixum molle ſorbum,quiq; ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra,recens caſeus,ſi loci conditio,uel lactis annona permittit.

MVLCTRALE,lis,(ἀμολγεύς)idem quod mulctra,hoc eſt, uas quo excipitur lac,quod ex animalium uberibus emulgetur. Verg.3.Georgico. Implebunt mulctralia uaccæ.

MVLCTRVM,ctri,(πέλλα)idem quod mulctra. Hora.in Epod. Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ.

MVLGEO,ges,mulſi,uel xi,ſum,& mulctũ,{*Molgere,cauare il latte*} (ἀμέλγω)Priſcia. Mulgeo quoq; Mulſi facit,quãuis differentiæ cauſa quidam Mulxi protulerunt,quia Mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autem Mulgere lac è mammis exprimere. Verg.3.Geor. Quod ſurgente die mulſere,horisq; diurnis, Nocte præmunt. Ver.3.Eclo. Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora. Mulgere hircos,prouerbium de re palã abſurda. Verg.3.Eclo. Qui Bauium non odit amet tua carmina Mæui: Atq; idē iungat uulpes,& mulgeat hircos. Eius cõpoſita ſunt Emulgeo, ἀπαμέλγω. Colu.lib.8. Sed priuſquã hoc fiat , exiguum emulgendum eſt. Teren.in Phor.per tranſlationem dixit, Et mulſi argento ſenē Sic enim legit Calepinus: caſtigata tamen exemplaria habent Emunxi: & melius. Immulgo (ἐναμέλγω)intus mulgeo. Plin. Fabuloſum arbitror de ſtrigibus,ubera eas infantium labiis immulgere.

MVLGO, gas,{*Manifeſtare,far paleſe*}(δημοσιόω)palam facio. Plau.in Ciſtel. Pro puella ſeruulus nequam,qui dominum mulgat,atq; uilicum. Huius compoſita ſunt,Dimulgo,& Promulgo: de quibus alibi.

MVLI MARIANI,(ἡμίονοι μαριανοί)furculæ ſunt,teſte Feſto,quibus religatas ſarcinas uiatores gerunt: quarum uſum,quia Marius inuenit, Muli Mariani poſtea ſunt appellati. Plautus Aerũnulas uocat. Fron.libr.4 Stratage. C.

Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus ag men oneratur, uaſa & cibaria militū in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet.

MVLIER, eris, {*Donna*} (γυνή) à mollitie (ut inquit Varro) dicta eſt, immutata, & detracta litera quaſi mollier: & proprie Mulier dicitur, quæ uirgo non eſt. Vlpian l. alioquin. ff. de Contrahen. emp. Quod ſi (inquit) ego me uirginē emere putarem, quum eſſet mulier, emptio non ualebit. Vnde Cicero obiurgātibus q ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit inquit. Hora. de Arte. Vt turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne. Caius ſcribit, Mulieris nomine etiā uirginem uiri potentem cōtineri. Vlpianus uno in loco utroq; ſignificato uſus eſt, in l. quæritur. ff. de Aedil. edict. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non uideri conſtat. Eandem dixit mulierem & non mulierem: Primum pro quauis fœmina. ſecundo pro ea, quę eſt corrupta. Sallu. in Iugur. Quum interim Hiempſal reperitur, occultās ſe in tugurio mulieris ancillæ, quo initio pauidus & ignarus loci profugerat.

MVLIERCVLA, æ, {*Femminella*} (γυναιον, γυναικάριον) diminutiuum. Ci. 5. Tuſcul. Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ.

MVLIEBRIS, folliculus, (μήτρα) fœtus receptaculum, quod & uulua, ſiue uterus appellari conſueuit.

MVLIEBRIA, muliebrium, (τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα) tantum plurali numero, dicuntur menſtrua. Interdū ſumuntur pro muliebri natura, (τὸ γυναικεῖον) ſicut Virilia pro pudendis uiri. Interdū pro præpoſtera libidine, cū quis ſexus ſui oblitus, alterius libidini obſequitur, & mulieris quodammodo partes ſuſcipit. Quint. Nobilis adoleſcens à Centurione muliebria paſſus, id eſt, ἀνδρογύνης. Sic Sallu. in Catili. Viros muliebria pati, mulieres, pudicitiā in propatulo habere.

MVLIEBRIS, & hoc, bre, {*Donneſco*} (γυναικεῖος, γυναικώδης) qđ ad mulieres pertinet, ſeu quod eſt, aut fuit mulieris. ut, Muliebris ſexus, Muliebre ueſtimentum. Plau. in Epid. Muliebris animus timidus, & inconſtans. Cic. 1. Offi. ex Ennio: Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.

MVLIEBRITER, {*Feminalmente, mollemente*} (γυναικείως) aduerbium, quod ſignificat molliter, effœminate, ſeu more mulierum. Iuſtin. Quæ non muliebriter hoſtium aduentu territa. Cicero. 2. Tuſcu. Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, muliebriterve faciamus in dolore, maxime prouidendum eſt.

MVLIERARIVS, {*Feminiere*} (φιλογύνης) idem quod mulieroſus. Iul. Capitolinus: Mulierarius fuit inter primos amatores.

MVLIERO, ras. {*Effeminare, far molle*} (γυναικίζω, θηλύνω) effœmino. Varro apud Noni. Et rex, & miſellus ille pauper amat, habetq; ignem intus acrem: hic ephebum mulierauit.

MVLIEROSVS, {*Che ha tropo deſiderio di donne*} (φιλογύνης, φιλογύναιος) qui nimium appetit mulieres. Cic. de Fato. Hunc ſcribunt ipſius familiares, & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. Nonnunq̄ idem quod muliebris, uel effœminatus. Plau. in Pœn. Sane genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſſitiis. Hinc Mulieroſitas. Ci. 4. Tuſ. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eā, quę Græce φιλογυνία, i. amor mulierū dicit.

MVLIO, onis, {*Mulattiere*} (ὀρεωκόμος, ἀστραβηλάτης, ὀρεωκόμος) qui mulos clitellarios, ſiue quadrigarios ducit. Iuuen. Saty. 3. Nam mihi cōmota iādudū mulio uirga. Mulius, mulij, quod hic legebatur pro mulione, Latinum non eſt: quāuis Calepinus deceptus inemendata Horatij lectione putauerit indifferenter pro eodem dici Mulionē, & Mulium. Locus Horatij, qui Calepino impoſuit, eſt ex lib. 2. Sermo. Saty. 7. Audit cum magno blateras clamore, furisq;, Miluius Sic enim legi debere, & conſtanti caſtigatiorum exemplariorum cōſenſu, & Acronis auctoritate conſtat qui Miluiū inſignem fuiſſe aſſerit Horatij temporibus paraſitum. Eſt præterea Mulio genus culicum. Pli. lib. 11. ca. 18. Impugnant ea naturæ eiſdem degeneres ueſpæ, atq; crabrones, & è culicum genere, qui uocantur Muliones.

MVLIONIVS, a, um {*Mulattiereſco*} (ὀρεωκομικός) qđ ad mulionem pertinet. Cic. pro Seſt. Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romā ad Comitia uenerat, &c.

MVLLEI, orum, calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, poſtea patriciorum, à mullando. i. à ſuendo, ut ex Titinnio probat Feſtus. Cato Orig. li. 7. Qui magiſtratum curulē cepiſſet, calceos mulleos alluciniatores, cęteri perones. Vopiſcus in Aureliano: Calceos mulleos, & cereos, & albos uiris omnibus abſtulit, mulieribus reliquit.

MVLLVS, per duplex ll, (τρίγλη) genus piſcis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ: tanti autem pretij, ut à Plin. lib. 9. ca. 17. memoriæ proditum ſit, Aſinium Celerem uirum Conſularē Claudij Cæſaris tēporibus mullum unū octo millibus nūmorum emiſſe: eū tamen, eodem Plin. teſte, hic piſcis duarum librarum pondus, raro excederet. Hora. lib. 2. Serm. Saty. 2. Laudas inſane trilibrem Mullum. Habent autem mulli in inferiore labro geminam barbam: unde peculiari epitheto Barbati & Barbatuli appellantur à Cice. in Paradoxis, & Varrone li. 3. de Re ruſt. Mullorum autem nomen acceperunt (ut ex Feneſtellę ſententia docet Plinius) a colore mulleorum calceamentorū. Romani ſeruato Gręco uocabulo, etiam hodie Triglam appellant.

MVLSVM, (οἰνόμελι) potio ex melle & uino: à mulcendo (ut quidam putant) hoc eſt molliendo, eo q; uini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Pli. lib. 22. ca. 24. ſcribit mulſum ex uetere uino utiliſſimum fieri, quod facillime cum melle concorporatur. De hoc Martial. Attica nectareo turbatis mella Falerno, Miſceri decet hoc à Ganymede merum. Hoc ſi calidum bibatur, uocē permulcet: ſi frigidum, exaſperat. Cic. lib. 2. de Orat. Cū uocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, ut mulſum frigidum biberet ſimul ac domum rediſſet: Perdam inquit, uocem, ſi id effecero. Vlpia. uini appellatione ait mulſum non contineri, œnomeli contineri: interpretaturq; οἰνόμελι uinum dulciſſimum. Quę ſententia, ſi uera eſt, mulſum nouerit idem quod œnomeli. Si quis tamen ea, quæ paulo ante de mulſo ex Plinio annotauimus, diligentius conferat cum ijs, quæ Dioſcor. lib. 5. cap. 9. tradit de confectione œnomelitos, facile intelliget alterum ab altero non differre. Vtrunque enim fit ex uino uetuſtiſſimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

MVLSEVS, a, um, {*Dolce*} (μελιτώδης) hoc eſt, dulce, quodq; mulſi ſaporem refert. Columel. libro. 12. capite. 45. Hæc ratio nō ſolum ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei ſaporis prębet. Plinius libro. 21. cap. 19. Vtriuſq; ratio mulſei ſaporis eſt.

MVLSVS, a, um, adiectiuū quod habet aliquid mellis admiſtum: ut Aqua mulſa, (ὑδρόμελι) potio ex aqua & melle confecta. Pli. lib. 22. ca. 24. Rurſus naturam rerū pernoſcere uolentibus in mellis operibus, & aqua mulſa tractari debet. Colum. li. 6. ca. 12. Rorem marinum aqua mulſa decoctum. Lac mulſum Plin. lib. 9. ca. 55. Exemplum quoq; lacte mulſo ſugetur. Dicta mulſa hoc eſt, ſuauia, apud Plau. in Rud. Idem alibi, Mea mulſa, dixit blandientis affectu, pro eo quod eſt, mea ſuauitas.

MVLTA, æ, {*Pena, condannagione in danari*} (πρόστιμον, ἐπιτίμιον, ζημία) pœna pecuniaria, quę pro delicti magnitudine uarie irrogabatur, ita dicta, teſte Varrone, q multa ſimul imperabantur, idq; contra antiquorum conſuetudinē, qui ſingula tantum, aut certe uniuſ generis res multæ nomine exigebant. Feſtus tamen auctor eſt, uocabulum hoc Oſcum eſſe, non Latinum. In hoc autem Multa differt à Pœna, q Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio. Multa uero ſpecialis eſt peccati, cuius animaduerſio pecuniaria eſt. Pœna, (τιμωρία) contra non tantum pecuniaria, ſed & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et Multa quidem ex arbitrio eius uenit, qui multam dicit: Pęna non irrogatur, niſi quæ lege, uel quo alio iure ſpecialiter ſingulis delictis cōſtituta. Suprema multa, teſte Gel. lib. 11. ca. 1. apud priſcos erat in ſingulos dies triginta boum, & duarum ouium: Minima, ouis unius. Poſtea tamen cum ex multæ dictæ fraudem pecora minimi pretij ſoluerētur, cōſtitutum eſt lege Aternia, ut in ſingulas oues ęris deni, in boues centeni ſoluerētur. hoc eſt, pro ſingulis bobus denarij decem, pro ſingulis autem ouibus denarius unus. Erat itaque multa ſuprema trium millium, & uiginti ęris, ſeu trecentarum & duarū drachmarum: quas ſi ad Gallicæ pecuniæ extimationem reducas, inuenies libras Turonenſes duas, & quinquaginta, & ſolidos ſeptendecim. Dicimus aūt in eadem fere ſignificatione, Dicere multam, (ἐπιβολὴν, ἐπιβάλλειν) Infligere multā, & Facere multam, quorum poſtremo uſus eſt Cato lib. 4. Orig. Imperator, inquiens, noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit. Multam dicere proprie erat iudicis, uel magiſtratus, exigi tamen non poterat, niſi populus recte multatum uideri cenſuiſſet. De hoc multa ſcribit Budæus in Pandec. Multam (inquit) dicere antiqui tū dicebant, cum ad populū, & in comitio multa diſceptāda irrogabatur, quod ipſi Certare multam dicebant. Liui. lib. 5. belli Pun. Sp. & L. Carulij, cum rem iniuriam, infamemq; cernerent, ducentum millium æris multam M. Poſthumio dixerunt: cuius certandæ cum dies aduenſſet, cōciliumq; frequens plebis adeſſet, una ſpes uidetur eſſe, ſi Caſca Trib. pleb. qui propinquus erat, cognatuſq; Poſthumio, prius q̄ ad ſuffragium tribus uocarētur, interceſſiſſet. Idē paulo poſt: Hęc cum ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta eſſent, uimq; eam contra Remp. pernicioſo exemplo factam Senatus decerneret, confeſtim Carulij trib. pleb. omiſſa multæ certatione, rei capitalis diē Poſthumio dixerunt: ac, ni uades daret, prehendi a uiatore, atq; in carcerem duci iuſſerunt. His uerbis apparet, moris fuiſſe, ut Trib. pleb. multam dicerent, quę poſtea populi ſuffragiis uel irrogaretur, uel obrogaretur, uel etiā remitteretur. quo tempore, Multa certari, dicebatur. Non enim tribuni damnare multæ poterant: ſed tantum rogare populum, apud quem cum reus non iure multatū ſe cōtenderet, lis illis multatitia diſceptabatur. Hæc Budæus. Nonnulli hodie ſcribunt Mulcta per c, eiuſq; originem referunt ad uerbum Mulgeo: quia quemadmodum pecora, dū mulgentur, ſuo ſpoliantur lacte, ita quibus multa dicitur, emungitur. & ueluti emulgetur pecunia. Ita tamē à ueteribus ſcribi non ſolere, ex iis quæ paulo ante ex Varrone adduximus, ſatis poteſt intelligi.

MVLTATITIVS, a, tium, (τιτιμημένος) quod ex multa fit, uel quod ad multam pertinet, ſiue quod nomine multæ exigitur. Liu. lib. 10. ab urb. Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuarijs damnatis, ludi facti. Et li. 7. Bel. Pun. Aediles plebis ex multatitio argēto ſigna ænea ad ædem Cereris dederunt.

MVLTANGVLVS, la, lum, {*Che ha molti cantoni*} (πολύγωνος) multos angulos habens. Lucre. li. 4. Eſſe minora igitur quædam, maioraq; debet: Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

MVLTESIMA, pars, {*Grandiſſima parte*} (πολλοστημόριον) pro quantitate infinita, eaq; forma dicitur, qua Milleſimus. Lucretius lib. 6. Quam ſi paruula pars, & quam multeſima conſtet.

MVLTIBARBVS, {*Che ha molta barba*} (πολυγένειος) qui habet multam barbam. Apul. in Flori. Multibarbus, ſpinis oblitus, & pilis.

MVLTIBIBVS, {*Che beue molto*} (πολυπότης) dicitur qui multi eſt potus. Plau. in Curc. Nomen eſt lenæ multibiba, atq; merobiba.

MVLTICAVATVS, a, um, pen. pro. multa habens caua. Varro. 3. de Re ruſti cap. 16. Fauus eſt quem fingunt multicauatum è cera, cum ſingula caua ſingula latera habeant.

MVLTICAVVS, a, um, {*Che ha molto concauo*} multum habens concaui. Oui. 8. Met. Pumice multicauo, nec læuibus atria tophis Structa ſubit.

MVLTICAVLIS, le, (πολύκαυλος) multos habens caules. Plin. li. 21. capi. 16. Eſt & illa differentia, quod quædam in ijs multicaulia ramoſaq; ſunt, ut carduus.

MVLTICOLOR, oris, omn. gen. {*Di molti colori*} (πολύχρους) quod habet multos colores. Pli. lib. 37. ca. 10. Hexecontalithos in parua magnitudine multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit.

MVLTIFACIO, cis, {*Eſtimare molto*} (περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι) magni æſtimo, ſicut Magnifacio, & Paruifacio. Cato: Neq; fidem, neq; iuſiurandum, neq; pudicitiam multifacit Feſtus.

MVLTIFARIVS, ria, um, {*Vario*} (πολύτροπος) id eſt, uarium, quod multis modis poſſit diuidi, uel quod multarum eſt ſpecierum. Gel. li. 5. ca. 6. Militares coronæ multifariæ ſunt, Multifarie, aduerbium, uarie: multis modis. Pli. lib. 7. cap. 54. Et tamen multifarie priſcos ſeruant ritus.

MVLTIFARIAM aduerb. {*Variamente*} (πολλαχῶς) idem quod multifarie. Cic. 2. de Orat. Quod eſſet multifariam defoſſum.

MVLTIFER, ra, rum {*Fertile*} (πολυφόρος) multa ferens, fertilis. Pli. li. 16. cap. 8. Tam multifera ſunt, & tot res glandem, pariunt robora.

MVLTIFIDVS, a, um, {*Feſſo in molte parti*} (πολυμερής) quod in multas partes finditur, & multas diuiſuras habet. Pli. li. 11, c. 37. Cornua mulla, quibus

multi

multifidi pedes. Martia.lib.14. Multifido buxus quæ tibi dente datur. Iſter multifidus.Lucan.lib.3.Linguæ multifidæ, Val.Flac.1. Argon. Faces multifidæ, Ouid.7. Metam. Timauus multifidus, q̃ in multa oſtia fiſſus in mare prorumpat. Martial.lib.8. An tua multifidum numerauit lana Timauum.

MVLTIFORIS,re,{*Di molti pertugi*}(πολύτρητος)quod eſt multorum foraminum. Pli.lib.8.cap.55. Iniicent eas in ſpecus,quæ ſunt multifores in terra. Pro eodem etiam dicimus Multiforus,a,um, Ouid.12.Metam. Longaq́ multifori delectat tibia buxi.

MVLTIFORMIS,me,{*Vario*}(πολύμορφος)uarius,quaſi multiplicis formæ,aut uariæ. Colum.lib.8.cap.9. Vt per anni diuerſa tempora,mala, pruna, pyrum,multiformes nuces,ac ficum præbeat. Cice.1. Acad. Ex iis autem ortæ uariæ ſunt,& quaſi multiformes.

MVLTIFORMITER,aduerb.{*In diuerſe maniere*}(πολυμερῶς)uariis Modis. Pli.li.36.ca.27. Peſtilentiæ,quæ Solis obſcuratione contrahitur,ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt.

MVLTIFORATILIS,(πολύτρητος)qui habet multa foramina: ut, Tibia multiforatilis,apud Apuleium in Floridis.

MVLTIGENERIS,et hoc re,(πολυγενής)ſignificat quod eſt multorum generum. Pla.in Cap. Multis,& multigeneribus opus eſt tibi militibus.

MVLTIGENVS,a,um,{*Di molti generi*}multorum generum. Plin.lib.11.ca.1. Multa hæc,& multigena,terreſtrium,uolucrumq́ uita.

MVLTIIVGVS,a,um,& Multiiugis,e,pe.cor.{*Di molti ſorti, uarii*}(πολύζυγος)quod eſt multiplex,uarium,multum,& numeroſum. Vbi Iugus nihil ſignificat,ſicut in Poſtliminium, Meditullium,& huiuſmodi. Prima pars in multiiugum multũ ſignificat,reliqua pars protractio ſola eſt,nihil ſignificãs. Apu. in Apolog. Legiſti Ariſtotelis multiiuga uolumina. Ci.ad Atti.li.14. Verũtamen de Rep.multa cognoui ex tuis literis,quas quidem multiiuges accepi uno tempore à Veſtorij liberto.

MVLTIMODVS,a,um,{*Di molti modi*}(πολύτροπος)multiplex, uarius. Liui.1.Bel.Pun. Oppidum ad omnia tuenda atq́ obeunda,multimoda arte diſtineri capti ſunt,& non ſufficiebant.

MVLTINVMMVS,adiect.pen.prod.(πολυχρήματος) Var.3.de Re ruſti, ca.17. Ego enim uno ſeruulo,hordeo non multo,aqua domeſtica,meos multinummos alo aſinos. id eſt,quorum opera multos paro nummos.

MVLTIPARTITVS,a,um,adiectiuum,(πολυφυής)Plin.lib.6.cap.19. Nanq́ uita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

MVLTILOQVVS,{*Che parla molto*}(πολυλόγος, πολύφωνος,)qui multa loquitur.

MVLTIPES,multipedis,uel Multipeda,æ,(ἴουλος)uermis eſt piloſus,multis pedibus,arcuatim proſerpens, qui & Centipeda, & Millepeda appellatur. Plinius lib.29.cap.6. Millepeda,ab aliis Centipeda,aut Multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ piloſum multis pedibus arcuatim repens, tactuq́ contrahens ſe.

MVLTIPLEX,cis,omn gen.{*Molteplice*},*uario*}(πολλαπλάσιος)uarius, inuolutus,multas plicationes habens,cui contrarium eſt Simplex. Suetonius de Clar.Gram. Multiplici,uariaq́ doctrina cenſebatur. Ver.4. Aen. Hæc tũ multiplici populos ſermone replebat Gaudens. Cic.de Amic. Qui fieri poterit,ſi ne in uno quidem quoq́ unus animus erit idemq́ ſemper,ſed uarius,commutabilis,multiplex? Multipliciter,aduerb. Titulus eſt apud Plinium, De codẽ multipliciter, lib.7.ca.14.

MVLTIPLICABILIS,le,{*Che ſi può moltiplicare*}quod poteſt multiplicari & nonnunquam idem quod multiplex. Cicero.2. Tuſcula.ex quodam poeta: Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem auriferam obtutu aſſeruãtem arborem.

MVLTIPLICO,as,are,{*Moltiplicare*}(πληθύνω)multiplex reddo, aut facio. Cic.ad.Q.Fra. Si diem nobis Clodius dixerit,tota italia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus. Ouid.2.de Rem. Flumina collectis multiplicãtur aquis. Hinc Multiplicatio, Colu.lib.3,cap.2. Nam ſi ſordidus, aut uilis eſt, feraciſſimã quanq́ ferere cõducit,ut multiplicatione frugum reditus augeatur.

MVLTIPOTENS,tis,omn.gen.{*Che può molto*}(πολυκρατής)qui multum poteſt. Pla.in Bac. Nequius nihil eſt,Quam egẽs conſilii ſeruus,niſi habet pectus multipotens, Vbicunq́ uſus ſiet.

MVLTISCIVS,{*Che ſa molto*}(πολυμαθής, πολυΐστωρ)qui multa ſcit,& multas ſcientias habet.

MVLTISONORVS,a,um,(πολύῤῥοος,)Claudia. de mulabus Gallicis: Eſſeda concordes multiſonora trahunt.

MVLTISONVS,adiectiuum,(πολύφωνος)Martial.lib.1. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

MVLTIVAGVS,a,um,{*Che uaga molto*}(πολυπλανής)qui multum uagatur. Pli.li.10.ca.35. Ferunt non mutare ſedem columbas,multiuaga alioqui aue. Multiuagus Lunæ curſus,apud eundem lib.1.cap.10.

MVLTOPERE,{*Grandemente,*}ex forma dixit Plaut.qua magnopere dicimus,ut in Mercat. Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.

MVLTITIA,orum(πολύμιτα)indumenta dicebãtur minutiſſimis filis cõtexta,unde à multis filis,& propterea ſubtilibus nomẽ inditum. Vel à mucendo,quoniam carnem demulceant. Et tantũ pluraliter declinatur. Iuuena.Sat.2. „Quæro an deceant multitia teſtem: Ibidem: „Sed quid Non facient alij, cum tu multitia ſumas Cretice?

MVLTIVOLVS,a,um,{*Che uuole molto*}(πολύβουλος)qui multarum rerum deſiderio tenetur, Catullus ad Mallium. Multiuola eſt mulier.

MVLTO,as,{*Punire,condannare*}(τιμᾶν, ζημιοῦν, προστιμᾶν, ἐπιβάλλειν)punio cõdemno,mulctam dico,uel irrogo. Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo, Verg.11. Aen. Multatam triſti morte Camillam. Curtius lib.2. Is quoq́ inſulas præſidiis occupat,pecunia multat. Taci.li.13. Vt quidam accuſatorum eius exilio multarentur. Cic.3. Ver. Multos crudeliſſime per uim morte eſſe multatos. Interdum ſignificat priuare, Verg in Cat. Quod ſi perdiderim,patria multabor. Interdum lacerare,mutilare uerberare,diſſoluere. Terent.in Adel. Ipſum dominum atq́ omnem familiam multauit uſq́ ad mortem. Colu.lib.2.cap.4. Quo euenit,ut in iteratione quoq́ ſcãna fiant,& boues iniquitate operis maxime multentur. Interdum agere,& uoti compotem facere. Næuius in Colace,apud Nonium. Et uobis quidẽ gratias ago, quũ uotis me multatis meis. Interdum male tractare. Columel.lib.1.cap.2. Nam illud uetus eſt Catonis, Agrum peſſimè multari,cuius dominus, quid in eo faciendum ſit,nõ docet,ſed audit uillicum. Multare matrimonio,eſt repudiare coniugem,& diuortium facere. Plautus in Amphitruo. Nunquid cauſam dicis quin te multem matrimonio?

MVLTVS a,um,{*Molto*}(πολύς) notæ ſignificationis. Cic.pro.P. Seſt. Et in cæteris,quæ rerum poteſtæ ſunt multis fortiſſimis atq́ optimis uiris iniuſtis iudiciis tales caſus incidiſſe. Multus in opere, hoc eſt continuus, aſſiduus. Salluſt.in Iugur. loca atq́ ſeria cum humillimis agere, in operibus, in agmine,atq́ ad uigilias multus eſſe. Multus in eo fuit,ſiue in ea re. Cic.4. Acade. Ad multum diem, Cicer.ad atti lib.13. Multo die,hoc eſt, bona diei parte tranſacta Cæſ.1.Bel. Galli. Multo denique die per exploratores Cæſar cognouit, & montem à ſuis teneri,&c. Sic, Multa nocte, Cicer ad Q.Frat lib.2. Multa nocte uenit ad Pompeium. Multo mane. Cic.ad Atti. Multo tanto, ea forma dicitur,qua altero tanto: quod Græci dicunt πολλῷ πλεῖον. Plau.in Rudẽ. Ego multo tanto miſerior,quàm tu Labrax. Multus pro multiplici. Pli. lib.19.cap 3. Radice multa, Craſſaq́.

MVLTVM, aduerbium,{*Molto*}(πολύ) ualde uehementer. Cicero ad Gallũ lib.7. Epiſt. Sed opinor Caſsium uti non ita multum ſorore.

MVLTO, aduerbium,cum dictionibus Alius, Aliter, Secus, Ante, Poſt, Præſto, Malo, antecedo, Excello, item cum comparatiuis aut ſuperlatiuis, aut eorum uim habentibus,elegantem in oratione uſum habet. Teren. Prol. And. Verum aliter euenire multo intelligit. Cicer.in Ver. Cui quemadmodum extitã, multo mihi ante eſt, Iudices prouidendum. Salluſt. Multo præſtat beneficij, q̃ maleficij memorẽ eſſe. Cic.de Amic. Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens,præcipitem amicũ ferri ſinit. Idẽ pro Lege Man. Magna, ac multo maxima parte non modo utilitatis, ſed dignitatis,atq́ imperij caruit.

MVLTITVDO, dinis,{*Moltitudine*}(πλῆθος)frequentia,& copia. Cic.de Orat.lib.2. Habet enim multitudo uim quandam talem,ut quemadmodũ tibicẽ ſine tibijs canere,ſic oratorẽ ſine multitudine audiẽte eloquẽs eſſe nõ poſſit.

MVLVCHA,fluuius Mauritaniæ, Maſſæſyllorum fines à Cæſarienſi Mauritania diſtinguens. De quo Strabo lib.17. Poſt Mauritaniã(inquit)eſt Maſſæſyllorũ regio, à Molochath flumine(ita Muluchã nolat)initiũ ſumẽs.&c. Vbi indicat,trans flumen in ortum Maſſæſylos eſſe,ſicut Plin. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuiſſe, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ uero occiduum,diuerſo reſpectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ob ortu,& Septentrione terminus fuit,rurſum uero Germanorum ab occaſu,& meridie limes. ut quod mihi in ortum proſpicienti dextrum eſt,id tibi in occaſum uerſo ſiniſtrum ſit. Sic Rubiconem ueteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminum fuiſſe intelligimus. Vnde in Iugurthino Salluſtius, Haud lõge(inquit)à flumine Mulucha, quod Iugurthę, Bocchiq́,regnũ diſiungebat. Et alibi apud eundem. Boccus inquit, Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micypſam fuit,non egrediar, neque id Iugurtham intrare ſinam. Hactenus Salluſtius. Sunt qui hoc nomen neutro genere efferendum putent (in quibus eſt & Caper inſignis Grammaticus)unde apud Salluſt. loco iam citato Mulucha legendum putant,non Mulucham: quemadmodũ etiam in exemplaribus quibuſdam uetuſtiſſimis ſcriptum offendimus.

MVLVS,per ſimplex l,{*Mulo*}(ἡμίονος, ὀρεύς)animal quod ex aſino & equa generatur: qui autem ex equo & aſino genitus pullus, Hinnulus dicitur. Plinius libro.8.cap.44. Ex aſino & equa mulus gignitur menſe duodecimo, animal uiribus in labore eximium. Et paulo poſt: Equo & aſina genitos mares Hinnulos antiqui uocabant: contraq́ Mulos, quos aſini & equæ generarent. Vide de hoc latius in dictione Hinnus. Muli Mariani, quære ſupra, Muli. Mula,æ, fœmi.gen. Pli.lib.8.cap.44. Gignitur mula ex equo & aſina, ſed effrænis, & tarditatis indomitę. Iuuenal Sat.7. „Mundæ nitet ungula mulæ. Fœta mula. Idem Saty.13. Et fœtæ comparo mulæ.

MVMASTIS,(Μουμαστίς)Cariæ oppidũ: cuius incolæ dicuntur Mumaſtitę.

MVMMIVS,prænomine Lucius,nobilis Romanus,qui Corinthum bello captam diruit,Italiãq́ uaſis Corinthijs,æneiſq́ ſignis impleuit. Auctor Plinius lib.34.cap.3.&.7.

MVNDA,oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ multis cladibus & funeribus celebre,iuxta quod etiam Cæſar cum Pompeij filiis manus conſeruit,in quo prælio tanta ſtrages facta eſt,ut Cæſar obſidẽs uictos cõgeſtis corporibus uallum circum urbem ſtruxerit. Lucan.lib.1. Vltima funeſta concurrunt prælia Munda. Vide Plin.lib.3.cap.1.

MVNDANVS,na,num,{*Mondano*}(κοσμικός,)quod mundi eſt. Vnde interrogatus Socrates philoſophus, cuius eſſet: Mundanum ſe eſſe,reſpondit. Vide Cice.5. Tuſcula.

MVNDITIES,ei,& Munditia,æ,{*Mondezza,politezza.*}(καθαριότης,) pro lautitia,puritas,elegantia,nitor. Cice.libro.1. Officio. Adhibenda præterea munditia eſt,nõ odioſa,nec exquiſita nimis: tantum quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. Ouid.3.de Arte: Munditiis capimur,ne ſint ſine lege capilli. Colum.libro.9.ca,14. Nec quamuis amantiſſimas munditiarum, offendunt odore ſuo. Munditias facere,apud Catonem cap.2.

MVNDIFICO,(καθαροποιῶ)mundum facio.

MVNDO,as,{*Mondare,nettare*}(καθαίρω, καθαρίζω)detergo,purifico, Plinius lib.15.cap.6. Ob id Crebrius uaſa mundanda. Hinc componitur. Emundo,(ἐκκαθαίρω)expurgo,ſordibus libero. Colu.lib.2. Quædam pluuiis diebus ut bubilia, & ouilia,debent emundari.

MVNDVS,di,ſubſtantiuum,{*Ornato*}(κόσμος, γυναικεῖος,)dicitur ornatus muliebris,quo ſcilicet mulier mundior fit. In cuius nominis appellatione continetur ſpeculum,inaures,armillæ,anuli,gemmæ,& ſimilia,quibus mulieres ornantur. Cato pro Lege Oppia: Munditiæ,ornatus,& cultus,fœminarum inſignia ſunt: his gaudent,& glorantur: Hinc mundum muliebrem appellarunt noſtri maiores. Liuius.2. Bel. Macedo. Non autem modo iis, ſed & poſtremo ueſtem,mundumq́ omnem muliebrem ademit. Columel.lib.11.capite.3. Poſtea mundum muliebrem,qui ad dies feſtos comparatur. Dicitur & Mundum neutro genere: Lucilius. Legauit quidam uxori mũdum omne,penumq́. Hinc etiam Mundus accipitur pro eleganti illa, ornataq́ totius uniuerſi machina,

quæ ex omni eo conſtat, quod cœli ambitu continetur. Nam ſicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum ſignificat, ita nos à perfecta, abſolutaq́ elegantia uocamus Mundum, quod nihil eo ſit mundius, & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plin. lib. 7. cap. 1. & 4. Cic. de Finib. bon. & mal. lib. 3. Mundum autē cenſent regi numine Deorum, eumq́ eſſe quaſi communem urbem, & ciuitatē hominum, & deorum, & unumquemq́ noſtrum huius mūdi eſſe partem: ex quo illud natura conſequitur, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. Idem 2. de Natu. Deor. Mundus eſt, quaſi communis deorum, atq́ hominū domus, atque urbs utrorunque.

MVNDVS, a, um, {*Mondo. polito, netto*} (καθαρός, κόσμιος) quod eſt purum, terſum, politumq́: cuius contrarium eſt Immundus. Plaut. in Ciſtel. Neq́ munda es adæque, ut ſoles. Teren. in Eunu. Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius, Nec magis compoſitum quicquam. Hora. 1. Epiſt. 5. Iamdudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex. Idem Saty. 7. Vnde Mundior exiret uix libertinus honeſte. Mundior iuſto cultus, Liui. lib. 9. ab Vrbe.

MVNDVLVS, diminutiuum, qui nimia munditia utitur, ut placeat mulierculis. Plautus in Truculen. Nunc ego iſtos mundulos urbanos amaſios Hoc ictu exponam.

MVNDITER, aduerbium, {*Mondanamente*} Plau. in Pœn. Nam cum ſedulo munditer eos habeamus, uix ægre amatorculos inuenimus.

MVNERALIS, adiectiuum (δωροδοκικός, δωρηματικός,) quod ad munus pertinet, unde Muneralis lex, (νόμος δώρων) qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere, Plau. Nec muneralem legem, neq́ lenoniam rogo: fuerit, necne, flocci æſtimo.

MVNERARIVS, (ὁ μονομάχους, ἀθλοθέτης) ſpectaculi exhibitor qui ludos gladiatorios exhibet populo, unumq́ uel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura producit. Suet. in Domi. cap. 10. Patremfamilias, quod Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. Quint. lib. 8. ca. 3. Munerarium Auguſtus primus dixit.

Qui uero familiam gladiatorum habet, gladiatoresq́ domi inſtituit, ac poſtea uendit, à laniādo dicitur Laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequēter legimus, laniſtas uendidiſſe gladiatores munerariis.

MVNERO, ras, & Muneror, aris, depones, {*Donare, preſtare*} (δωρέομαι) in eadem ſignificatione, qua dono. Plau. in Capt. Et dii poteſtatem dabūt, Vt beneficium bene merenti noſtro merito muneres. Teren. in Heaut. Nam diſciplina eſt iiſdem, munerarier Ancillas primum ad dominas, qui affectant uiam. Cic. 2. de Inuen. Aliud alii commodi aliquo adiūcto incommodo muneratur. Macrobi. 1. Satur. ca. 7. Ianus cum Saturnū claſſe prouectum excepiſſet hoſpitio, et ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illū & rudem ante fruges cognitas uictū in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. Hinc remunero, ἀντιδωρέομαι. Liui. lib. 2. ab Vrbe: Tum Mutius quaſi remunerans meritum.

MVNGO, mungis, xi, ctum, {*Moccare*} (μύσσω) quaſi mucum ago. Id enim Mungere eſt, quum è naribus mucus trahitur. Vnde Emūgo, ſit, (ἀπομύσσω) de quo ſupra. Inuenitur etiam Mungor deponens. Cato de liberis educādis: Neq́ emungētur libertatem.

MVNIA, orum. {*Vfficii*} (ἔργα, τέλη) onera lege debita: & officia, quæ publice præſtantur. Cic. pro Muræ. Hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Hinc immunis, (ἀτελής) qui ab eiuſmodi onere liber eſt. Item Communis de quo diximus ſuo loco.

MVNICIPALIS, & hoc le, quod ad municipes pertinet. Cice. 3. de Legib. Vtinam, inquit M. Cicero, iſto animo, atq́ uirtute in ſumma Repub. uerſari uobiſcum, quam in municipali maluiſſes. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt, hoc eſt, in iis oppidis, quæ ciuitatis Romanæ iura ſunt adepta. Cic. ad Att. lib. 8. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani. Budæus municipales homines interpretatur pro ſimplicibus, & imperitis: fortaſsis idcirco, quod homines in municipiis degentes minus aſtu et calliditate ualeant, quam urbani. Municipalia ſacra uocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obſeruare eos uoluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuiſſent antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatum uniuſcuiuſq́ ciuitatis, Municipalia magiſteria, uocantur adminiſtrationes, & officia ſui municipii.

MVNICIPATIM, ſignificat per municipia: ſicut Oppidatim per oppida.

MVNICIPIA, rum, dicebantur ciuitates ſuo iure, & legibus utentes muneribus tamen pop. Romani, & honoribus fungentes: Capiebant enim munera, ſed non damnoſa, ut eſt collatio tributorum, & huiuſmodi, ſed quæ ad honorē pertinerent, à quo munere capeſſendo nomen ſibi uendicauere, nulla popu. Roma. lege aſtricti. Erant itaq́ municipiorum incolæ, qui Municipes dicebantur, meliore conditione, quàm coloni. Municipiorum uero iam penitus obliterata ſunt Municipem (inquit Vlpia.) facit, aut ciuitas, aut manumiſſio, aut adoptio: quoniam Municipes eſt, & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit, & qui ciuitatem quācunq́ aſſecutus eſt. Proprie tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiunt. Sed abuſiue nunc Municipes dicimus, ſuæq́ cuiuſq́ ciuitatis ciues Quo nomine tam Oratores, quàm Poetæ utuntur. Iuuen. Sat. 4. Iam princeps equitum, magna qui uoce ſolebat Vendere municipes fracta de merce ſiluros. Cic. in Bruto. Non dubito, quin ſcias non ſolum cuius municipii ſim, ſed etiam quam diligenter ſoleam municipes Arpinates tueri.

MVNIFICVS, a, um, adiectiuum. Munifici, {*Corteſe, liberale*} (μεγαλοπρεπής, εὐεργέτης) apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, ſed conſentientes appellabantur, ad ea quæ amici uellent: Nunc autem Munificus pro liberali ponitur, quaſi munera large præbens, de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Liu. 3. Bel. Maced. Mitis & munificus amicus fuit. Ouid. 3. Amorum. Ele. 5. Te dea munificam gentes ubicunq́ loquuntur. Idem. 4. de Ponto, Ele. 1. Nec mihi munificas arca negauit opes. A Munificus, fit Munificentior, & Munificentiſsimus. Cic. pro Roſ. Com. Semper liberaliſsimus, munificentiſsimusq́ fuit. Cato tamen Munificior, & Munificiſsimus, dixit. Feſtus: Munificior à munifico, identidem Cat. dixit, cum nunc Munificentior dicamus, quamuis Munificens non ſit in uſu.

MVNIFICE, aduer. {*Corteſemente, abondeuolmente*} (μεγαλοπρεπῶς) large, abūdanter. Ci. 3. de Nat. Deo. Sic haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis acumen, ſolertiam, quā rationem uocamus, quoniam peſtifera ſit multis: paucis admodum ſalutaris, non dari omnino quàm munifice, & tam large dari. Munifice & æque tueri ſocietatem coniunctionis humanæ, Cic. 5. de Finib. Munifice prædam largiri. Liui. 1. ab Vrbe.

MVNIFICENTIA, æ, {*Corteſia, liberalita*} (μεγαλοπρέπεια) Pli. li. 27. cap. 1. Nec dubie ſuperata hoc modo poſſet uideri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio.

MVNIFEX, cis, maſc. gen. quāuis figurate etiam aliis generibus iūgatur Munifices, auctore Feſto, qui non uacabant, ſed munia principi faciebant. Contra beneficiarii dicebantur, qui uacabant muneris officio. Munifices item a Vegetio li. 2. ca. 7. dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus Immunes non obſtricti ſunt. Inde illud Plinianū per metaphoram dictū li. 11. c. 40. Vno uero omni turba relicta, ſola munifex mām̄a, quæ genito fuerat attributa, deſcendit.

MVNIFICO, as, are. {*Arricchire, far beato*} (πλουτίζειν) ditare, beatum facere. Lucre. li. 2. de Cybele deorum matre: Ergo cū primum magnas inuecta per urbes Munificat tacita mortales muta, ſoluta: Aere atq́ argento ſternunt iter.

MVNIMEN, inis, ſiue Munimentum, ti, pe. pro. {*Riparo, guarnimento*} (ἐπιτείχισμα, ἀσφάλισμα, ἐπιτείχισμα, ἀλεξητήριον φράγμα,) idem eſt quod Munitio, quæ propriæ caſtrorum eſt, cæterarumq́ rerum, quæ contra aditum hoſtiū muniuntur, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, quo hoſti aditus præcludatur. Liu. 1. ab urb. Quiritiū quoq́ foſſam haud paruum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. Munimen ad imbres, uel æſtum: hoc eſt, quo imbres, uel æſtum arcemus. Ver. 2. Georg. Hoc ctiā munimen ad imbres, Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua.

MVNIO, is, iui, uel muni). itum, {*Fortificare, guarnire*} (ὀχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζω, φράσσω) ſignificat fulcio, uallo, circūdo, reparo, præparo, defendo. Pl. in Perſa: Vt munitū more tibi uiſum eſt oppidum? P. Si incolæ bene ſunt morati, pulchre munitum arbitror. Colu. Quaotumq́ res patietur à frigore & tempeſtatibus muniemus. Plau. in Mil. Tibi muni uiam, qua cibatus, cōmeatusq́ ad te & legiones tuas tuto poſſit peruenire. Munire uiam (inquit Valla) eſt purgare, reficere, ac ſubſtruere: idq́ interdum lapidibus, quales ſunt uiæ Romanæ à pleriſq́ portis, in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Ci. pro Milone Appius ille Cæcus uiam muniuit, nō qua populus uteretur, ſed in qua ſui poſteri impune latrocinarentur? Et per tranſlationē pro præparare, & aditum ſibi quodāmodo patefacere, προοδοποιεῖν. Cic. 1. Tuſ. Abiit ad Deos Hercules: nunquam abiiſſet, niſi cum inter homines eſſet, eam ſibi uiam muniſſet. Sic dicimus Munire ripam, Munire alueum, Munire aditum, cū illa uel reficimus, uel reparamus. Huius compoſita ſunt, Comunio. Cæſ. Præſidia diſponit, caſtella cōmunit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Circūmunio (περιφράττω) munitione circundo, Colum. lib. 3. Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnū habere uoles, circum munito macerie, aut foſſa. Emunio, (ἐκφράττω) extra munio. Idem lib. 1. Sed & hanc curam pauimentorum, & parietū probamus, quum (ut retuli) ſic emunita ſola & latera horreorum prohibent curgulionem. Præmunio, ante munio.

MVNIS, (inquit Feſtus) Officioſus, antique. Plau. in Mercu. Dico eius pro meritis gratum me, & munem fore.

MVNITIO, onis, {*Munitione, guarnimento*} (περιτείχισμα, ὀχύρωμα, φράγμα) idem quod munimentum uallum, agger. Ci. 8. Philip. Antonius Mutinam operibus munitionibusq́ ſepſit. Idē. 3. de Orat. Fons qui totus fluctibus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum à mari disiunctus eſſet.

MVNVS, eris, {*Dono, preſente*} (δῶρον, γέρας) quatuor modis dicitur. Primo, pro dono: unde Munera dari, ac mitti dicuntur. Dictum Munus (ut inquit Varro) ab eo quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officii gratiā. Teren. in Eunu. Munus noſtrum ornato uerbis, quod poteris. Altero, pro onere, quòd quem remittitur, uacationem militiæ præſtat, τέλος. Nam munera publica ſine labore, atq́ onere exercitari non poſſunt: unde Immunitas appellatur, & Immunis. Plinius lib. 16. ca. 4. Vacatio munerum omnium ipſi, patriq́ & auo paterno conceſſa. Cic. ad Brut. Quanquā enim Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt, magnificentiſsimo munere ædilitio, tamen, &c. Liu. 4. Bel. Pun. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicydes præeſſet cuſtodiæ urbis, Hippocrates, &c.

Suſceptum Reipub munus explere, Cic. de Prouinc. Conſul. Munera regis exequi. Idem de Senectute. Maſiniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. Grāmatici, oratores, medici, & philoſophi uacationem habēt munerum ciuilium. Gellius etiam pro priuato onere poſuit quum dixit, adhibēdas puero nutrices, ne ad dolores, quos enitendo mater tuliſſet, munus quoq́ educationis graue ac difficile accederet. Tertio pro officio, (ἔργον, τέλη) unde Munera militaria uocantur, & milites quidam Municipes dicūtur, qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuibus faciunt. i. officia. Ci. Eiuſq́ uirtutis hoc munus proprium. Tuum eſt munus, tuæ partes, Cic. ad Bru. li. 11. Et tertio Ver. Oſtendit illud munus nos eſſe ſuum. Quarto, pro ſpectaculis, ſeu ludis, quæ à principe populo quaſi muneris loco exhibentur, ἀγῶνας. Nanq́ id genus oblectamenti antiqui Munera nominarunt, quod populus talibus ſpectaculis, perinde ac munere quodam capiebatur. Suet. in Cæſare: Beſtias quoq́ ad munus populi comparatas trucidarant. Marti. lib. 1. Priſco fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar, Hæc iam fœminea uidimus acta manu. Munus gladiatorum dicebatur, quum in ſpectaculis, multa gladiatorum paria exhibebantur. Suetonius in Cæſar. Edidit ſpectacula uarii generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota.

MVNVSCVLVM, li, diminutiuum {*Picciol dono*} Ver. 4. Eclo. At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c.

MVNYCHIA, æ, (μουνυχία) tumulus eſt in Cherroneſi formā curuatus, ingreſſum habens anguſto ore, à quo murus, 40. ſtadiorum longitudine protenditur, Athenarum urbem cum Piræeo, duobusq́ aliis portubus cōnectens. Hinc Munychius, a, um, poſſeſsiuum. Ouidius 6. Metamor. Munychioſq́ uolans agros gratamq́ Mineruæ Deſpiciebat humum. Fuit item Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam, non procul ab Epheſo colebatur, ut ſcribit Strabo lib. 14.

MVRÆNA, {*Lampreda*} (μύραινα) piſcis eſt longitudine non diſſimilis anguillæ, & fœmini tantum ſexus. Nam maſculus teſte Pli. lib. 9. ca. 23. Myrinus uocatur, robuſtior quàm muræna, & unicolor. Fuit autem hic piſcis gratus

apud

apud ueteres in maximis delicijs,partim ob præſtantiam ſaporis,partim ob inſignem uiuacitatem. Nam cũ reliqui piſces aut tædio carceris,aut uitio piſcinarũ facile intereant,ſolæ murænæ ad quotidianos uſus uiuarijs incluſæ diutiſſime poſſunt aſſeruari. Conſtat enim auctoritate Plinij libr.9.ca.55.C.Hircium ex uiuarijs ſuis Cæſaris Dictatori ſex millia murænarum mutua appendiſſe. Manſueſcunt autem murænæ,& de manu cibum capiunt:unde à quibuſdam ſupra quàm credi poſſet,feruntur adamatæ. Nam & Craſſus Murænam in uiuario ſuo mortuam fertur,ut filiam defleuiſſe,& tumulo cõdidiſſe:& Antonia Druſi Murænæ a ſe amatæ inaures addidiſſe. Optimæ autem inter murænas habebantur,quæ capiebantur in freto Siculo:quas Macrobius Saturnal.lib.3. Flutas uocari aſſerit his uerbis: Accerſebãtur ad piſcinas urbis abuſq; freto Siculo(illic enim optimæ eſſe creduntur)tam murænæ,quam anguillæ,& utræq; ex illo loco Plotæ,à Latinis Flutæ uocantur,quod in ſummo ſupernatantes,ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe,& in aqua mergere deſinunt, atque ita facile capiuntur. Martia.li.13. Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non ualet exuſtam mergere ſole cutem. Plautus in. Aulu. Congruum,murænam ex dorſua,quantum potes. Eſt autem Muræna duplex,Marina & Fluuiatilis: Marina,roſtrum habet,quale anſeris: Fluuiatilis,quæ à quibuſdã Galeos dicitur,multo minor eſt marina,utpote quæ cubiti longitudinem nõ multum excedat. Paul. Iouius in eo libello,quem de Roman. piſcibus edidit,arbitratur eandem eſſe,quæ a Plinio Muſtela,& à nobis à lambendis petris Lampetra dicitur. Eſt & Murænæ(μυραίνας)cognomen uiri Romani ab eo piſce deductum. Vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna.

MVRÆNVLÆ {*Collane*}(μυραινίδες)ſunt ornamenta colli flexuoſa, inſtar murænarum,& catenæ ex auro,quibus matronæ condecorantur:ſicut ſcribit Hierony.ad Marcel.his uerbis: Aurum colli ſui,quod Murænulam uulgus uocat(quod ſcilicet metallo in uirgulas lẽteſcẽte quędam ordinis flexuoſi catena contexitur)abſq; parentibus uendidit. Poteſt etiam Murænula eſſe diminutiuum à Muræna.

MVRALIS,& hoc le,{*Cio che ſi appartiene à muro*}(τειχικὸς)quod ad murũ pertinet:ut, Muralis corona,qua donari ſolebat ab Imperatore qui primus murum ſubiſſet,& in hoſtium oppidum per uim aſcendiſſet. Liui.3.Bel.Pun. Vtique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt,&c. Pila muralia,quibus quatiuntur muri aut quæ de muris deiiciuntur,Cęſ.7.Bell.Galli. Aut ex uallo & turribus traiecti pilis muralibus interibant. Machinæ murales,quibus muri diruuntur. Pli.lib.7.cap.56. Muralis herba,(περδίκιον, παρθένιον)quæ uulgo Vitriolum dicitur,quod uaſa mirum in modũ cõfricata purificet,ideoq; Vrceolaris à ueteribus dicta. Eadem Parietaria uocatur,q; in muris frequenter naſcatur,& Perdicium,quoniam perdices ea præcipue paſcantur. Plin.lib.22. capite.27.& Dioſcorides lib.4.cap.42. Tormentum murale. Verg.12. Aenei. Murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.

MVRATVS,a,um,{*Murato*}(τετειχισμένος, ἐντειχὴς)quod muros habet; unde, Vrbes muratæ dictæ ſunt,hoc eſt,muris circundatæ.

MVRCIA,teſte Hermolao in Plin.ſocordiæ dea habita fuit, quemadmodum Strenua,ſolertiæ,& ſtrenuitatis. Nam mucidum antiqui ignauum & inertem appellabant,teſte Feſto,habuit autem hæc dea ſacellum ſub monte Auentino qui & ipſe antiquitus Murcus appellatus fuit.

MVRCIDVS,(νωθὴς)antiqui,teſte Feſto, ignauos appellarunt & ſtultos. Plaut.in Epid. Væ tibi murcide homo.

MVRCIOLVM,li,Columel.ſemen lẽtiſci uocat,uelut à figura murcis,quod buccini ſpecie uſatur is folliculus,niſi quis pro languido accipiat: quando & numen ſocordiæ Murciam Deam uocabant. Hæc Hermolaus in.33.capite lib.9.Plinij.

MVRCI,dicti ſunt homines timidi & ignaui,qui ut militiæ periculum effugerent,pollices ſibi amputabant. Cælius Rhodig.libro.18.cap.21. Inter Gallos non ſere compertus,qui Militiæ detrectandę cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus localiter Murcos dicunt.

MVREX,cis,(ἀπορραΐς,κογχύλιον)piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diuerſus:qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. Plin.libr.9. ca.35. Conchilia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex,ſiue Conchylium dicitur. Verg.4.Eclog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti; Murice. Vnde ueſtis tincta murice,quæ & Conchyliata dicitur. Verg.4.Aenei. Tyrioq; ardebat murice læna. Fuerunt item Murices in menſarum delicijs:unde de iis ſic ſcribit Martia.li.13. Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis:& non eſt hoc ſatis,eſca ſumus. Accipitur interdum pro acumine, ſiue aſperitate ſaxi prominentis. Verg.5.Aeneid. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. Interdum murices ſunt tribuli,(τρίβολοι)hoc eſt,machinulæ ferreæ,doloſæ,tetragona forma, quæ in quãcunq; partem incubuerint,unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Vale.Max. lib.3. Suadentibus quibuſdam,ut circa moenia urbis,quã obſideret,ferreos murices ſpargeret,ne ſubita eruptione hoſtes impetum in pręſidia noſtra facere poſſent. Tribulorum meminit Vegetius lib.3.

MVRGENTINI,(μυργεντῖνοι)populi Siciliæ:à quibus Vitis Murgentina nomen accepit,quam & Pompeianam nonnulli appellant. Vide Plin.lib.3. cap.8.& lib.14.cap.11.

MVRICATVS,a,um,(κογχυλιωτὸς)quod eſt muricis modo factum. Plin. li.20.ca.23. Vtrinq; folia pauca,ſpinoſa,muricatis cacuminibus. Muricati greſſus,Fulgentio:id eſt,ſomi doloſi,& pauendi: Intuemur(inquit)arua,quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ:muricatos(quod aiunt)ſigillauerunt greſſus. Et formidine menti nondum cæteris,hoſtes in ueſtigiis pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat. Muricatim,aduerbium conuolutim, in modum muricis. Colum.lib.9.ca.33. Vertice muricatim intorto,margine in mucronem emiſſo. Budæus.

MVRGIS,oppidum in ora maritima Bæticę,à quo Murgitana regio. Plin. lib.3.cap.1.

MVRGISO,pen.produ.{*Pigro,diſutile*}iners deſidioſus:à mora & deſidendo dictus,inquit Feſtus.

MVRIA,æ,{*Salamora*}(ἅλμη)genus liquaminis,quod ex thynno piſce conficiebatur. Perſ.Sat.6. Tingat olus ſiccum muria uafer in calice empta. De Muria epigramma eſt Martial.lib.13. Antipolitani fateor ſum filia thynni: Eſſem ſi ſcombri,non tibi miſſa forem. Horatius Satyra octaua. Vt melius iniuris, quàm teſta marina remittat. Muria etiam dicitur ſalſugo, hoc eſt,liquor ex ſale reſolutus,quam Salmuriam uulgo dicimus,Colum.libro.12.cap.25. Quoniam quidam,imo etiam fere omnes Græci aqua ſalſa,uel muria muſtum condiunt eam quoque partem curæ non omittendam putaui. Plin.lib.13.cap.9. Muria quoq; ſiue illa ſalſugo,ſpiſſat,mordet,extenuat, ſiccat. Muriam Feſtus ex Veranii ſententia interpretatus ſalem ſordidum in pila piſtum,& in ollam fictilem coniectum,ibiq; opertum,gypſatumq;,& in furno percoctum;cui Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto,& in ſeriam coniecto, quæ eſt intus æde Veſtę in penu exteriore,aquam iugem quamlibet,quę per fiſtulas uenit,addũt, atq; ea demum in ſacrificijs utuntur.

MVRIES,riei,(ἅλμη)idem quod muria,hoc eſt liquor ex ſale reſolutus. Cato capite.88. Si natabit,ea muries erit,qua uel carnem,uel caſeos,uel ſalſamenta condias.

MVRIATICVS,a,um,{*Accencio in ſalamora*}(ἁλμυρώδης)quod muria conditum eſt. Plau.in Poen. Soror cogita Amabo,nos item perhiberi,quaſi ſalſa muriatica Eſſe autumãtur,ſine omni lepore,& ſine ſuauitate,niſi Multa aqua uſque & diu macerantur,olent,ſalſa ſunt tangere ut non uelis. Item nos ſumus eiuſcemodi: mulieres ſunt admodum inſulſæ, atque inuenuſte, ſine munditia & ſumptu.

MVRILEGVLVS,li,à muricibus legendis,ſiue colligendis, nomen habet. Cælius Rhodig.lib.8.cap.11. Murilegulos Iureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Meminit Iuſtinianus lib.11.Codicis,tit.de Monetarijs,& Murileg.

MVRINA,æ,uel Myrina,æ,ſiue(ut alij ſcribunt)Myrrhina,ſiue Murrhina, (μυῤῥίνη)potionis genus(inquit Feſtus)quod Græci nectar uocant:quod quidam dici putant ab uuæ murrhinæ nomine. Plinius item li.14.ca.13. ex Plauti ſentẽtia murinã oſtẽdit uini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima(inquit)apud priſcos uina erant,myrrhæ odore condita:ut apparet in Plauti fabula,quę Perſa inſcribitur:quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidem aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorſennus decernit his uerſibus, Mittebant uinum pulchrum,murrinam,& in Achariſtione panem,& polentam,uinum murinam. Scæuolam quoque & Lælium,& Atteium Capitonem in eadẽ ſententia fuiſſe uideo,quoniam in Pſeudolo ſit. Quod ſi opus ſit,ut dulce promat indidem,ecquit habet? Crogat Murinam,Paſſum,defrutum,Mellinam. Quibus apparet,non inter uina modo murinam:ſed inter dulcia quoq; nominatum. Hactenus Plinius. Gellius quoque Murinam inter dulces potiones enumerat,quæ mulieribus Romę in uſu eſſe conſueuerunt. Romanas(inquit)mulieres bibere ſolitas ferunt loream,paſſum, murinam, & quæ id genus optant, potu,dulcia.

MVRINVS,a,um,pen.pro.(μύϊνος)poſſeſſiuum à mure deductum Plinius libro.13.cap.9. Murinoſi mo contra calculos illinere uentrem prodeſt. Murinus color,qualis fere eſt aſinorum Columel lib.6.cap.37. Murinus cum ſit in aſinis uulgaris,tamen non optime reſpondet in mula. Murinum hordeum,herbę nomen. Plinius lib.22.cap.25. Eſt & herba Phoenicea appellata à Græcis, à noſtris uero Hordeum murinum. Hodie à uulgo Sterilis auena appellatur,teſte Ruellio lib.3.cap.96.

MVRMVR,{*Mormorio*}(ψίθυρος,ψιθυρισμὸς)tantum eſt neutri generis,quãuis Euangeliorum interpres ſemel in maſc.genere uſus ſit. Eſt autem proprie Murmur,lenis aquæ ſtrepitus:licet & pro alio quocunq; ſtrepitũ poni conſueuerit. Nomen eſt fictitium,teſte Quintilia.lib.8.cap.6.quemadmodum & Mugire,& Sibilare. Ver.10. Aene. Ceu flumina prima Cum deprehenſa fremũt ſyluis,& cæca uolutant Murmura. Cic.3.de Orat. Nam & odor humanitatis,& mollitudo humanitatis,& murmur maris,& dulcedo orationis,ſunt dicta à cæteris ſenſibus. Oui.1.Metam. Qui poſtquam uoce,manuq; murmura compreſſit,tenuere ſilentia cuncti.

MVRMVRABVNDVS,{*Mormoratore*}Murmurator.(γογγυστὴς)Murmuratrix,& Murmuratio,à Murmuro.

MVRMVRILLO,las,(ὑποτονθορύζω)ſubmurmuro. Plaut.in Rud. Quid murmurillas tecum,& te diſcructas.

MVRMVRILLVM,li.(τονθορυσμὸς.)exigua & ſubmiſſa murmuratio. Plau.in Rud. Palam age,nolo murmurillum,neq; ſuſurrum fieri mihi.

MVRMVRO,ras,{*Mormorare*}(μορμύρω)leniter ſtrepo,& ſonum aquę fluitantis ſimilem edo. Vnde Fremitum murmurantis maris,dixit Cicero.5.Tuſculana. Quamuis etiam indifferenter de quouis alio ſono dicatur. Plinius libro.17.capit.35. Pallidi nanque murmurantesq; ignes tempeſtatum nuntij ſentiuntur. Plautus in Caſin. Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurãt,pro eo quod eſt,crepãt,καρβορύζει. Murmurare item contradicere aliquando ſignificat,& ſecreto murmure indignationem oſtendere. Plautus in Milo. Verum ubi dies decem continuos ire ad eundem inſtat,Tametſi dominus non inuitus patitur,ſerui murmurant. Huius compoſita ſunt, Admurmuro, Commurmuro. Plinius libro.10. Vbi congregatę inter ſe,commurmurant. Submurmuro,(ὑποτονθορύζω)leniter murmuro. Antiqui etiam in eadem ſignificatione uſi ſunt uerbo deponente Murmuror. Varro, Romæ in balneis plodere cœpimus,& Murmurari. Nonius.

MVROELA,(μουροέλα)Pannoniæ ſuperioris urbs,apud Ptolemæum libro ſecundo,capite.15.

MVRRANVS,priſcus Latinorũ rex,à quo poſtea Latini omnes reges Murrani ſunt dicti. Auctor Seruius. Scimus enim(inquit)ſolere plerumque fieri,ut primi regis reliqui nomen poſſideant,ut apud Roma. Auguſti uocãtur,apud Albanos Sylui,apud Perſas Arſaces,apud Aegyptios Ptolemæi,apud Athenienſes Cecropes. Hæc Seruius.

MVRRHA,lapidis pretioſi genus eſt odoris præſtantia commendabile, & colorum uarietate inſigne,ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram,candoremq;,& tertium ex utroq; igneſcentem,ueluti per tranſitum coloris purpurea rubeſcente,aut lacte candeſcente. Naſcitur in Oriente apud Parthos,& præcipue in Carmania. Creditur eſſe humor,Solis calore ſua terra condenſatus. Amplitudine nuſquam excedit paruos abacos:craſſitudine autem raro tanta,ut pocula potorijs ſit ſufficiat,qua in re præcipuus erat uſus murrhæ: Martial.li.4. Si calidum potas,ardenti murrha Falerno Cõuenit,& melior fit ſapor inde mero

Hinc Murrhinus,a,um,ſiue(ut alij ſcribunt)Myrrhinus:de quo paulo poſt.

MVRRHEVS,a,um,(μύῤῥινος,)quod ex murrha eſt. Iabolenus Iureconſul. ſcribit, Murrhea uaſa,quæ ad uſum edendi,& bibēdi cauſa reperta ſunt,eſſe in ſuppellectili.

MVRRHINVS,a,um,uel(ut alij ſcribunt)Myrrhinus,pen.cor.(μύῤῥινος,) quod ex murrha confectum eſt:ut, Abaci murrhini. Trullæ murrhinæ,Pocula murrhina. Sueto.in Auguſto: Alexandria capta nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. Murrhina ſubſtantiue,dicuntur uaſa murrhina,quæ apud ueteres ſummo erant in pretio,partim ob colorum uarietatem,partim propter gratiam odoris. Pli.lib.37. Oriens murrhina mittit: Inueniuntur enim ibi pluribus in locis,nec inſignibus,maxime regni Parthici:præcipuę tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquam paruos excedūt abacos,craſſitudine raro quāta dictum eſt,uaſi potorio. Splendor his ſine uiribus,nitorq́ue uerius,quam ſplendor. Sed in pretio uarietas colorum,ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremq́ue & tertium ex utroq; ignefcentem, ueluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente,aut lacte candeſcente. Et paulo poſt: Aliqua & in odore, commendatio eſt. De incredibili murrhinorum pretio, uide Pli.paulo ante eodem cap. Marti. libro.13. Surrentina bibis? nec murrhina picta,nec aurum Poſce:dabūt calices hæc tibi uina ſuos.

MVRSA,(μοῦρσα)Ioniæ oppidum, Adriani Cęſaris opus. Gentile eſt Murſæus,μουρσαῖος. Auctor Stephanus.

MVRTIA,æ,Veneris cognomentum,à myrto arbuſcula illi ſacra impoſitum: unde primū Myrtea dicta eſt,& deinde corrupto nomine Murtia. Plinius libro.15.capi.29. Ara fuit Romæ uetus Veneris Myrtheæ,quam nunc Murtiam uocant. Feſtus hanc deam Murceam appellat, & ſub Auentino eam ſacellum habuiſſe tradit. Murceam autem dictam uult,ſiue quod homines murceos,hoc eſt,ignauos,& inertes redderet,ſiue quod Auentinus, ſub quo ſacellum habuit,olim Murcus fuerit appellatus.

MVRVS,ri,{Muro,muraglia}(τεῖχος,)à muniendo dictus. proprie eſt lapideus urbis ambitus:cum Paries proprie ſit domorum, Maceria uero,ſiue Maceries,quæ conſtat ex lapidibus,ſine calce,aut alio genere ferrum mationis. Cęſ. 7.Bel Gal. Portas claudere,murum complere cœperunt. Cice.de Natu. Deorū Muri urbis,quos uos ſanctos eſſe dicitis. Verg.4.Eclo. Quæ tentare Thetin ratibus,quæ cingere muris Oppida,quæ iubeant telluri infindere ſulcos. Hora. 3.Carm.Ode.3. Ter ſi reſurgat murus aheneus Auctore Phœbo. Murus per tranſlationem. Cic.7.Verr. Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidā boni nomen Imperatoris opponitur.

MVS,muris.{Sorcio, topo}(μῦς)exiguum animal eſt,nobiſcum in domo habitans,à corroſionis ſono,quem facit,dictum. Diſtinguitur à Sorice,quod Sorex maior ſit mure, clariusq; ſtrepat:ut docet Eraſmus in Prouerbio,Sorex ſuo periit iudicio. Vtrunq; eſt animal nobis infeſtum:ſorices tamen,quia maiore ſunt corpore plus afferunt detrimenti. Colu. Si ſerpens,aut mus,ſorexve in muſtum ceciderit. Murem certe nec ferum iure dixeris,nec placidum, quia nunquam manſueſcit,ut inquit Plin. Hora.de Arte:parturient montes,naſcetur ridiculus mus. Cice. Atti.li.14. Sed quod quæris,quid arceſſierim Chryſippum:tabernę mihi duæ corruerunt,reliquæ rimas agunt:itaq; nō ſolum inquilini,ſed & mures migrauerunt. De muribus uide Pli.lib.9.cap.57. Mus araneus eſt, quem Græci μυγαλῆς appellant,compoſito nomine ἀπὸ τοῦ μυός, καὶ γαλῆς, hoc eſt à mure,& muſtela,quod muris magnitudine ſit,muſtelina ſpecie,ore oblongo,cauda gracili,uerſu dentium quadruplici,ut inquit Aetius. Abundat his inſula Britannia. Plin.lib.29. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt,diuulſus, & impoſitus. Murium marinorum meminit Pli.lib.9.cap.19.

MVS INDICVS,uide Ichneumon.

MVSA,æ.{Muſa. Pet. Ma ninphe & muſe à quel tenor cantando}(μοῦσα)Latine ſignificat cantum. Verg.8.Eclo. Paſtorum muſas Damonis & Alpheſibęi. Idem.6.Eclo. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. Craſſiore muſa Quintil.1.cap.10. Libet propter quoſdam imperitiores craſſiore, uocant, muſa dubitationem huius utilitatis eximere. Iocoſa muſa. Ouidi.3.Triſt.Eclo. 2. Pedeſtris muſa. Horat.2.Serm.Saty.6. Solers lyræ muſa. Idem de Arte: Hinc Muſica,(μουσική)appellata eſt ſcientia,quæ tractat de ratione canēdi. Et Muſicus,(μουσικός)muſicæ peritus. Poetæ Muſas nouem finxerūt,eaſdemq́ue deas, Iouis,& Memoriæ filias,quæ poetis,& muſicæ pręeſſent. Oportet enim uirum eruditum,ac doctum intelligētia,memoriaq́ue ingere Has dixerūt in Helicone habitare,qui mons Bœotię eſt, Phocidi affinis,à quo Heliconides,et per epentheſim Heliconiades appellantur. Diſtat autem Helicon non procul à Parnaſſo Phocidis monte, æmulus illi & altitudine,& ambitu: & rupes amborū ſaxea eſt. Qum & Parnaſſum habitare Muſæ dicuntur. Vnde & Parnaſſides dictæ. Et quoniam Phocidi confinis Aonia eſt, etiam Aonides appellantur. Alio etiam nomine dicuntur Cithæriades,uel Cithæriades,ab Atticæ regionis monte,qui Cithæron dicitur,quem ſimiliter muſis ſacrum eſſe dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitm prope Thebas. Pierides item dictæ ſunt à Pieria,quæ regio eſt Macedonię, Emathia ante dicta. Hæc muſarum patria,domusq́ue eſt,à nemore item appellata, cui nomen eſt Pieris. Item dicuntur Theſpiades,à Theſpia oppido Heliconi propinquo. Item Pegaſides, & Hippocrenides,ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur hoc eſt,equi fons. ἵππον equum uocant,κρήνην fontem. Vnde & à noſtris Fons Caballinus uocatur,& Pegaſeius,quod Pegaſus eo loco ſaxum ungula feriens,fontē dicatur aperuiſſe. Perſius: Nec fonte labra prolui caballino. Hunc equum putant eſſe,qui inter ſidera collocatus eſt. Quamuis alij Bellerophontis equū eſſe dicant. Rurſus Muſæ Libethrides uocatæ ſunt,à fonte Macedoniæ,in ea regione,quæ Magneſia dicitur. Hic fons Libethro Muſis eſt ſacer,& ſpelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pimpleides, ſeu Pimplęę,à Pimpla Thraciæ monte,uel à fonte Pimpleo in radice eius montis ſito. Itē Caſtalides,à fonte Caſtalio,in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacro,qui à Caſtalia Nympha nomen aſſumpſit. Nouem autem Muſæ finguntur,quibus hæc nomina impoſita fuere. Primam enim à bonitate uocis dixere Calliopen: καλὸν enim bonum dicitur,ὄψ uox. Secundam Clio,à gloria & celebritate rerum geſtarum,quas canit: κλείειν enim celebrare eſt:unde & Hiſtorica dicitur. Tertiā(ἐρατώ)Erato,uel à canendis amoribus,uel quod cantus ab omnibus deſideretur. Ouid.2.de Arte: Nunc mihi,ſi quando puer,& Cytherea fauete, Nūc Erato, Nam tu nomen amoris habes, ἐράω enim ſignificat amo,deſidero,eligo. Quartam à uoluptate,ac laſciuia cantus θαλλείαν Thaliam: θάλλειν enim uirere,germinare,florere eſt. Quintam μελπομένην. Melpomenen à canēdo: μέλπομαι enim cāto,& modulor ſignificat, ἀπὸ τοῦ μέλπεσθαι, hoc eſt,à concentu faciendo:unde & Tragœdiis præſidere putabatur. Sextam τερψιχόρην, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς:hoc eſt, delectandis choreis: unde à quibuſdam dicitur Cithariſtria. Septimam Euterpen à ſuauitate dictam,quaſi bene delectantem. εὖ enim bene ſignificat,τέρπειν delectare. Hæc ab aliquibus Tibicina dicta eſt & peculiariter tibiarum cātui creditur pręſidere. Octauam Polyhymniā à multitudine cantus,magnitudine memoriæ, πολὺ enim multum ſignificat, ὑμνέω canto,laudo. Vnde ὕμνος canticum eſt,quē & nos hymnum dicimus. Alij Polymniam(πολυμνείαν)malunt appellatam à multitudine memorię. μνεία enim memoria dicitur. Nonam Vraniam οὐρανίαν,quaſi cœleſtem,uel à cœleſtium rerum cantu,uel à cantus diuinitate, οὐρανὸν.n. Gręci uocant cœlum. Vnde item dictæ ſint Muſæ,inter ſcriptores non ſatis cōuenit. Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ μῶσθαι dictas putat,hoc eſt,ab inquirendo:unde ab antiquis interdū uocatę ſunt Moſę. Alij Muſas dictas putant,quaſi ὁμοίας, quod inter omnes diſciplinas ſimilitudo ſit,& quoddam quaſi cognationis uinculum,quo inter ſe omnes coniunguntur,& copulantur:unde & Muſæ ita pingi ſolent ut ſe mutuo tenentes,choros ducant. Sunt etiam qui Muſas dictas putent, ἀπὸ τοῦ μυεῖν,quod ſignificat bona,honeſtaq́ue diſciplina inſtituere. Muſarum nomina & inuenta exequitur Vergilius hoc carmine.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpſicore affectus citharis mouet,imperat,auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede carmine,uultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vraniæ cœli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu,loquitur Polyhymnia geſtu.
Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

MVSA ANTONIVS, Auguſti medicus fuit,cuius meminit Hora.lib.1. Epiſt ad Vallam, Plin.lib.16.cap.8. Diuus certe Auguſtus lactuca conſeruatus in ægritudine fertur,prudentia Muſæ medici.

MVSÆA,orum. Vide Muſeum.

MVSÆVS,(μουσαῖος)poeta inſignis, Orphei tempore,unus ex Argonautis: de quo extant uerſus: Ancus erat Romę quo Martius optimus æuo: Muſæus Græcis floruit in patribus. Quod epigramma ſi uerum eſt, Muſæus non fuit unus ex Argonautis qui expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Troiana. Poteſt tamen hoc de alio quopiam Muſæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida,omnes poetę.inter quos pręcipuus fuit Muſæus Eumolpi filius Athenienſis,qui amores Erus,& Leandri carmine heroico deſcripſit. De huius laudibus extat honeſtiſſimum Vergilii elogium.6. Aeneidos. Muſæum ante omnes:medium nam plurima turba Hunc habet,atque humeris extantem ſuſpicit altis.

MVSÆVS,a,um.{Delle Muſe}(μουσεῖος)quod Muſarum eſt:ut, Lepor Muſęus. Lucretius libro 4. Deinde quod obſcura de re tam lucida pango Carmina, Muſæo contingens cuncta lepore.

MVSCA,æ.{Moſca}(μυῖα)paruum animal uolatile. Plau.in Curcu.itē genus eſt,lenonum inter homines,meo quidem animo Vt muſcæ,culices, pedesq́ue pulicesq́ue. Varro.3.de Re ruſt cap.16. Non ut muſcæ liguriunt,quo uero has uidet,ut illas,in carie,aut ſanguine,aut adipe. Eius diminutiuum eſt Muſcula. Boethius: Quid imbecillius homine,quos morſus muſcularum necat?

MVSCARI,(βρυάζω)eſt muſco tegi. Vnde Emuſcari,eſt muſco liberari. Colum.lib.11.cap.2. Oleæ putantur,& emuſcantur.

MVSCARIVM,rii.{Para moſche}(σοβή) flabellum,quo muſcæ abiguntur: eiuſmodi ex caudis pauonū confici ſolent,quę muſcaria pauonina uocat Martialis lib.14. Hieronymus ad Marcellam: Quod autem matronis offertis muſcaria,paruis animalibus uentilandis,elegans ſignificatio eſt,debere luxuriæ ocio reſtringere,quia muſcæ morituræ oleum ſuauitatis exterminant. Erant & muſcaria bubula,quæ ex boum caudis conficiebantur,pulueri ueſtibus excutiendo idonea:quorum etiam meminit idem Martialis loco iam citato. Ab horum ſimilitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ,cacuminaq́ue in faſces coacta, Muſcaria appellantur. Plinius libro.12.cap.26. Semine in muſcariis dependente,ut ferulæ.

MVSCARIVS,ria,rium,(μυιακός)quod ad muſcas pertinet. Pli.li.29.ca.6. Aranei muſcarii telæ,& præcipue ſpeculo ipſa impoſita fronti. Vbi Muſcarium araneum uocat Plin.qui uenatur muſcas.

MVSCERDA,æ.{Sterco di topi}(μυόχοδον)murinum ſtercus. Plinius libro.29.cap 6. Præterea ut Varro noſter tradit,murinum fimum,quod et muſcerdas appellat.

MVSCVS,Vide Moſchus.

MVSCIPVLA.{Trappola da prender topi}(μυάγρα)machina ad capiendos mures. Var.1.de Re ruſt.cap.8. Necnon ſi parit humus mures, huius minor ſit uindemia,niſi totas uineas oppleueris muſcipulis.

MVSCVLVS,li,{Topolino}(μυίσκος)modo diminutiuum eſt,& ſignificat paruum murem. Cicer.2.de Diuinatio. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri. Muſculi,ut à Medicis accipiuntur, ſunt partes corporis carnoſæ,neruorum fibris motus gratia circuniectæ,uenisq́; & arteriis conſperſę,illis quidem ad alimenti diſtributionem,his autem ad natiui coloris cuſtodiam, quę omnia tenuis,complectitur tunica,muſculum deſinenā. Tres autem muſculi uniuſcuiuſque ſunt partes, origo, medium,& exitus: ex quibus caput plane neruoſum eſt:medium carne neruis & arteriis exuberat:extremum in tendinē,confuſis neruorum & uinculorum fibris,deſinit. Plautus in Amphi. Quid dicas noui: cicatricem in dextro muſculo ex illoc uulnere, Quod mihi impegit Pterela. Muſculoſus,a,um. Celſus libro quinto,cap.20. At ſi neruoſus, aut muſculoſus is locus eſt,commodius eſt cerato miſcere. Muſculos etiā dicunt

nauι.

runt antiqui minores machinas, quibus protecti libellatores, foſſas ciuitatis cōgeſtis lapidibus, lignis, & terra, non ſolum complēt, ſed etiam ſolidāt, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento uehātur ad murum. Sunt minores uineis, ſubtiliores'q; maiores autem, & firmiores pluteis. Cæſar. 7. Bell. Gal. A caſtris longurios muſculos, falces, reliquaq; quæ eruptione cauſa parauerat, profert. Item Muſculus, genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit Balęnæ, ne in ſcopulum impingat. Eſt enim Balæna laſciola, & pene caoculata, quæ quum forte aliquo profectura eſt, indiget hoc piſciculo præuio, qui eam deducat, & reducat. De hoc Claudianus lib. 7. in Eutropium: Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bellua, ſulcandas qui præuius edocet undas, Immenſumq; pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro. Plinius li. 9. cap. 62. Balænæ muſculos, quandoq; prægrauis ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magnitudinem uada prænatans demonſtrat, oculorumq; uice fungitur.

M V S C V S, ſci, (μνίον, βρύον) uiridis herba, ſeu potius lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida naſcens. Verg 6. Eclog. Muſco circundat amaræ Corticis. Hinc fit Muſcoſus, ſa, ſum, (βρυώδης) quod muſco opertum eſt. Vnde dicuntur Muſcoſi fontes. Et muſcoſa prata apud Varro. 1. de Re ruſti. cap. 9. Cice. ad Quint. Frat. lib. 3. Nihil muſcoſius. Plin. libro. 12. capite. 1. Muſcoſi pumices.

M V S E V M, pen. prod. {Muſeo, luogo conſecrato alle Muſe} (μουσεῖον) locus eſt Muſis, & ſtudiis conſecratus: unde Strabo lib. ult. ſcribit apud Alexandriam fuiſſe celeberrimum muſeum. Plin. Iunior lib. 1. Epiſt. ad Fundanum: O mare, ò litus, uerū, ſecretumq; muſeon, quam multa inuenitis? quam multa dictatis? Philoſtratus in uita Apollonii Tyanei μουσεῖον uocat locum, ubi Muſæ colebantur, & reſponſa reddebant, quaſi Muſarum ſacrarium. Eſt præterea Muſeum, (μουσεῖον) opus ex pumicibus conſtructum, ita dependens, ut imaginem ſpecus mentiatur. Plin. lib. 36. cap. 2. Non prætermittenda eſt & pumicum natura: appellatur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis: in ædificiis Muſea uocant. dependentia ad imaginem arte reddendam.

M V S E V M, pen. prod. (μουσεῖον) locus eſt circa Olympum Macedoniæ montem, Muſis conſecratus. Stephanus.

M V S I C A, cæ. & Muſice, ces, {Muſica} (μουσική) ſcientia eſt, quæ modum canendi demonſtrat. Hæc apud Græcos antiquitus tantæ uenerationis fuit, ut iidem Muſici & Vates, & Sapientes iudicarentur. Cuius ſcientiæ quum ſe imperitum, Themiſtocles confeſſus eſſet, (ut inquit Cicero) indoctior habitus eſt. Muſicæ appellatione, (inquit Budæus) priſci humanitatem literarum ſignificabant: in qua ingenuos homines docebant otium cōtemnere, animumq; recreare. Recentiores uero ad numerorum modulationē hoc uerbum tranſtulit: quia Muſica uelut ludus animi eſt, & a curis ueſati requies. Muſica, orum, Cic. 3. de Orato. Quis muſicis, quis huic ſtudio literarum, quod profiteatur ii qui grammatici uocantur, penitus ſe dedit, quin, &c. Idem. 3. Tuſcul. Muſicorum uero perſtudioſum accepimus.

M V S I C V S, a, um, pen. cor. {Muſico} (μουσικός) ad muſicum pertinens. Plinius lib. 2. ca. 22. Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione, appellat tonū, quantum abſit a terra Luna. Quintilian. lib. 11. Aut muſicis notis cantica excipiūt. Artem tractare muſicam periphraſticōs dictum pro Comœdias ſcribere. Terentius in Prolog. Phorm. In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. Muſicum ſtudium. Idem in Heauton. Repente, ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum. Muſicus, ci, ſubſtantiuum, qui nouit, aut docet muſicam. Cicero. 3. de Finib. Ergo in Gręcia muſici floruerunt. Idem. 1. Offic. In fidibus muſicorum aures, uel minima ſentiunt.

M V S I C E, {Perfettamente, muſicalmente} (μουσικῶς) aduerbium, ſignificat integre, ut nihil deſit. Nam muſicam ueteres encyclopędiam dixere, in qua omnes ſunt comprehenſæ diſciplinæ. Muſice etiam delicate ſignificat, & genialiter. nam muſicos adipate & genialiter uiuere manifeſtum eſt. Plautus in Moſtel. Muſice hercle agitis ætatem. itaq; uti uos docet, Vino, & uictu, piſcatu'q; probo electili Vitam colitis.

M V S I M O N, is, penul. correp. maſcul. gene. animal ouillo pecori non diſſimile, uillo tamen caprino ſimilis, Hiſpaniæ & Corſicæ familiare. Plin. lib. 8. ca. 49. Eſt & in Hiſpania, & maxime in Corſica, non maxime abſimile pecori, genus muſimonum, caprino uillo, q̄ pecoris uelleri, propius: quorum è genere, & ouibus natos priſci Vmbros uocauerunt. Infirmiſſimum pecori caput: quamobrē auerſum à Sole paſci cogendum. Nonius aliter, Muſimones, inquit, aſini, muli, aut equi breues. Lucre. lib. 6. Pretium emit, qui uendit equum muſimonem.

M V S S I T A B V N D V S, (μύζων,) multū muſſitans, & quod non ſatis tuto aperte dici poſſit, clam murmurans.

M V S S I T O, tas, {Muſſare, parlar ſotto uoce} (μύζω) frequentatiuū à Muſſo, hoc eſt, multum & frequenter muſſo, & quod aperte dicere non audeo, clā murmuro. Liui. lib. 1. Haud mirum eſſe ſuperbo inditum Romæ cognomen. Iam enim ita clam quidam muſſitantes, uulgo tamen eum appellabant. Terē. Adel. Verum cogito, id quod res eſt: quando eum quæſtum occeperis, Accipiunda, et muſſitanda iniuria adoleſcentiū eſt. Vbi Donatus: Muſſitāda, patiēda, conſideranda cum ſilentio. Muſſitare enim proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere.

M V S S O, ſas, {Parlare ſommeſſo} (μύζω,) ſubmiſſa uoce loquor, & ſecrete, occulte'q;, quod celatum uelim, quaſi murmuro. Pla. in Aulu. Neq; occultum id haberi, neq; per metum muſſari, Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias. Aliquando ponitur pro tacere, & quaſi obmuteſcere. Teren. Sile, cela, occulta, tege, tace, Muſſa. Aliquando pro dubitare. Vergil. lib. 11. Muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos uocet. Muſſare, murmurare, inquit Feſtus. Ennius, In occulto Muſſabāt. Seruius: Muſſare, queri. Verg. 11. Aenei. Flent maeſti muſſant'q; patres.

M V S T A C E, ces, pen. prod. ſiue potius Muſtax, cis, Lauri ſpecies, quę maxiſſimo folio conſtat, flaccido'q; & albicāte, ita dicta q̄ muſtaceis ſoleat ſubiici. Plinius lib. 15. ca. 30. Duo lauri genera tradit Cato. Delphicam, & Cypriā. Pompeius Lenæus adiecit, quam Muſtacem appellauit: quoniam muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccido'q;, & albicante. Ex quo Plinii loco apparet nominatiuum huius dictionis potius uideri Muſtax, quam Muſtace, eo quod accuſatiuum faciat Muſtacem. qua etiam declinatione uſus eſt Ruellius

M V S T A C E V S, & Muſtaceum, cei, (οἰνοῦττα) libi genus eſt, conſtans ex farina ſiliginea muſto conſperſa, caſeo, cumino, aniſo, adipe, & ramentis lauri: quod in nuptiis adhiberi ſolet: ut innuit Iuuena. Saty. 6. Si tibi legitimis pactam, iunctamq; tabellis Non es amaturus ducendi nulla uidetur Cauſa, nec eſt quare cœnam & muſtacea perdas. Cato. de Re ruſt. cap. 121. uſus eſt hoc nomine in maſculino genere. Muſtaceos (inquit) ſic facito: fariniæ ſiligineæ modium unū muſto conſpergito, aniſum, cyminum, adipis pondo duo, caſei libram, & de uirga lauri deradito, eōdem addito, & ubi definxeris, lauri folia ſubtus, addito, dum concoques. Dicta ſunt autem Muſtacea, à muſto, quo farina conſpergebatur: non (ut quidā putauerūt) à muſtace lauri genere: cum, è contrario, uel ipſo Plinio teſte, conſtet, hoc lauri genus à Muſtaceis nomen accepiſſe, eo q̄ muſtaceis ſoleat ſubiici. Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione Laureola.

M V S T A R I V S, a, um, quod ad muſtum attinet: ut Muſtarius urceus, in quo Muſtum reponitur. Cato de Re ruſti. cap. 11.

M V S T E L A, æ, pen. prod. {Donnola} (γαλῆ) animal eſt paruum, ſed oblongum flaui coloris, quod colūbariis, aliiſq; id genus auiariis maxime inſidiatur oua exorbens, ipſaſq; etiam aues enecans. Pli. muſtelarum duo facit genera magnitudine diſtantia, ſylueſtre, quod Gręci Ictidem uocant: & alterum domi noſtrę oberrans, quod ſuos quotidie transfert catulos, & ſerpentes perſequitur. Vide plura de hoc animali apud Plin. lib. 29. cap. 4. Eſt etiam Muſtela (γαλέη) piſcis nomen apud Plin. lib. 9. ca. 17. Proximam à ſcaro bonitatem obtinentis. quem Paulus Iouius in eo libello, quem de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit, eundem eſſe, quę nos à lambēdis petris Lāpetram uocamus.

M V S T E L I N V S, a, um, penul. prod. adiectiuum, (γαλεώτης) fit à Muſtela, Teren. in Eunuc. Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus ſenex, Colore muſtelino. Pli. lib. 30 cap. 14. Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.

M V S T E V S, a, um, {Muſtoſo} (γλευκινός,) idem quod dulcis, & muſti ſaporem referens: unde Poma muſtea. Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, ut finis mandendi non niſi periculo fiat. Dicitur etiam Muſteus recens. Idem libro. 12. cap. 7 Amaritudo grano eadem, quæ piperi muſteo creditur eſſe. Columel. lib. 5. cap. 15. Transfertur in uaſa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta ſint dum muſteus fructus deferueſcat.

M V S T R I C O L A, læ, eſt machinula, auctore Feſto, ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius. Muſtricolam in dentes indam tibi.

M V S T V M, ſti, {Muſto, uino nuouo} (γλεῦκος, οἶνος νέος) uinum nouum. Vergi. 1 Geor. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Ouidi. 2. de Arte: Qui properant noua muſta bibant: mihi fundat auitum Conſulibus priſcis condita teſta merum.

M V S T V S, a, um, {Nuouo} (νέος) idem quod recens. Vnde Plau. Muſtam iuuencam dixit. Muſtum (inquit Nonius) non ſolum uinum, uerum etiam nouellum quicquid eſt, recte dicitur. Næuius in Gymnaſtico: Vtrum eſt melius, uirginem, an uiduam uxorem ducere? uirginem, ſi muſta eſt.

M V T A B I L I S, le, {Mutabile, inſtabile} (μεταβλητικόν, εὐμετάβολον,) à Muto, inconſtans quod facile mutatur. Vergi. 4 Aenei. Varium & mutabile ſemper Fœmina. Mutabilis uulgi animus, Liu. 2. ab urb. Mutabili ratione labuntur planetæ, Cic. de Vniuer. A quo Immutabile, (ἀμετάβολον) quod nullo modo mutatur.

M V T A B I L I T A S, atis, {Mutabilita, inconſtanza} mobilitas. Cic. 4. Tuſcu. Hæc inconſtantia, mutabilitaſq; mentis, quem non ipſa grauitate deterreat?

M V T Æ. (ἄφωνα) dicuntur literæ quædam ex conſonantibus, q̄ reſpectu aliarum literarum modicum & ueluti mutum quendam reddant ſonum.

M V T Æ, cicadæ, (ἄφωνοι τέττιγες) dicuntur cicadæ minores, non quod nihil canant, ſed quod parum canant.

M V T E O, tes, mutus, à quo muteſco, {Ammutire} (κωφόομαι) mutus fio, uel mutorum more taceo. Lactan. lib. 7. Quum in exitu lingua muteſcat. Hinc Obmuteſco, de quo infra.

M V T I L V S, a, um, {Tronco} (κολοβός, κυλλός) idem eſt quod truncatus, aut membro aliquo neceſſario diminutus: unde boues, aut capri, qui cornua non habent mutili dicuntur. Hora. 1. Sermo Sat. 5. O tua cornu Ni foret execto frōs inquit, quid faceres, cum ſic mutilus minitaris? Cęſar. 6. Bel. Gal. Harum eſt cōſimilis capri figura & uarietas pellium: ſed magnitudine, paulo antecedūt, mutile'q; ſunt cornibus. Et per tranſlationem mutilus pro imperfecto. Cic. in Orato. Sed cum mutila quędā & hiantia loquuti ſunt, quæ uel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant Thucididis. Sunt qui ſic diſtinguant mutilum à Manco. Mutili dicuntur hi quibus ferro, uel alia re aliquod membrum exectum ſit: Manci uero, quibus membrum naturæ uitio deſit. Iuuenal. Exco tanquam Mancus, & extinctę corpus non utile dextræ. Debiles autem, quibus membrum, uel uulnere, uel morbo inutile ſit redditum.

M V T I L O las, pen. corre. {Troncare} (κολοβόω, πηρόω) trunco aliquid, detraho, diminuo. Teren. in Hecy. Ego propterea te ſedulo & moueo, & hortor, nequicquam miſereat, Quin ſpolies, mutiles, laceres, quēquem nacta ſis. Huius compoſitum, Dimutilo, περικόπτω. Mutilatus, ta, tum, truncatus, diminutus. Plin. lib. 8. cap. 5. Certe Cato cum imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſime prœliatus eſſet in Punica acie, Surum tradidit uocatū altero dente mutilato. Ouid. de Nuce, At mihi ſæuus nocēt mutilatis uulnera ramis Cic. 3. Phil. In Galliam mutilatum ducit exercitum, id eſt, diminutum.

M V T I N A, pen. co. ciuitas eſt Galliæ Ciſalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia. ubi Anton. Dc. Brutum obſedit, quam tamen Hircius & Panſa conſules, uicto Antonio liberarunt Luca. lib. 1. His Cęſar Peruſina fames: Mutinęq; labores Accedant fatis. Ci. Phil. 5. Antonius circumſedit Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimam populi Romani coloniam. Nunc uulgo uocatur Modena.

M V T I N E N S I S, color. (μουτινικὸν χρῶμα) dicitur natiuus, à Mutinenſibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiebant. Varro: Nam & ludere alacrem uidimus Mutinenſi tunica.

M V T I V S, nobilis Romanus, qui accepta poteſtate a Senatu, in caſtra Porſenæ regis, tum temporis Romanos obſidentis, ſolus intrauit, eo animo, ut regē occideret, ſed cum regem non cognoſceret, ſatellitem purpura indutum pro rege occidit. Propter quod comprehenſus, & ad regem perductus, iuſſus eſt & coniuratos, ſi qui eſſent indicare. Mutius uero ut oſtenderet ſe nullo ſupplicio uinci poſſe, inſuper & pœnam de dextra ſua exigeret, eò quòd in

cæde aberraſſet, ipſam igni impoſitam in conſpectu regis ſibi ipſi aduſſit: unde poſtea Scæuola cognominatus eſt, q ſiniſtra manu uti cogeretur, σκαιὸν enim Græci ſiniſtrum uocant. Quapropter rex eius fortitudinem admiratus eum liberum dimiſit. Mutius igitur, ut & regi aliquid grati faceret, eidem indicauit, trecẽtos iuuenes in eum ſimiliter coniuraſſe. Quare territus Porſena, bellũ acceptis obſidibus depoſuit. Marti. Vrere quam potuit contẽpto Mutius igne, Hanc ſpectare manum Porſena non potuit. Vide latius hanc hiſtoriam apud Liuium lib. 2. ab urb. cond. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum hiſtoriam multis proſequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

MVTIO, tis, tiui, uel tij, titum, {*Mutire, parlar con timore & imperfettamente*} (γρύζω) timide, & imperfecte loquor. Teren. in And. Itaq; hercle, nihil iam mutire audeo: id eſt, uerbum ſonare. Plau. in Curc. Vide'n' ut aperiuntur ędes feſtiuiſsime? non mutit cardo: id eſt, non crepitat.

MVTICVS, a, um, ut Spica mutica. Var. 1. de Re ruſti. cap. 48. Spica mutica dicitur, quę non habet ariſtam: eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Quibus uerbis innuit Varro, ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Cælius lib. 3. cap. 30.

MVTITO, tas, pe. co. (ἀλληλοτροφῶ) id eſt quod mutua conuiuia agito, Gel. lib. 2. cap. 24. Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent: id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent.

MVTO, tas, {*Mutare, uariare*} (ἀλλάττω, μεταβάλλω) uario, imuto. Pli. lib. 9. cap. 29. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci, & maxime in metu. Vnde mutare animum, Mutare ſententiam dicimus, τὴν προαίρεσιν ἐξιστάναι, Teren. in Phor. Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet animum. Ci. ad Gal. Famil. 7. Sin autem ſententiam mutaſti, ego habebo. Quãdoq; aliquid pro alio accipio, ἀλλάττομαι, ἐξαλλάττω, καταλλάττομαι. Saluſt. in Iug. Statuit tamen Metellus pecoris, & mancipiorũ prædas certatim agere, eaq; mutare cum mercatoribus uino aduectitio, & alijs talibus. Aliquando ſine ablatiuo. Verg. 4. Eclo. Nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. Mutare conſilium, Cic. ad Atti. li. 3. & ad Quin. Frat. lib. 3. Mutare decretum, & Mutare ius, Idem 3. Ver. Mutare factum. Teren. in And. Haud muto factũ, Vbi Donatus, ueteſte: non me pœnitet. Idem Donatus in Phormio. Sic enim ueteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, cum alicuius rei eos pœnitebat. Mutare fidem. Plautus in. Milo. Sed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem. Mutare ſe alio, (μετοικίζεσθαι) eſt ſe alio habitatum transferre. Var. Facite aliquo cum omni familia mutes. Pace bellum mutare, eſt loco belli pacem accipere. Salluſt. in Catil. Nemo, niſi uictor, pace bellum mutauit. Mutatus, a, um, participium. Pli. lib. 3. cap. 11. In ſecunda regione Hirpinorũ colonia una Beneuentum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam Maleuentum. Verg. 2. Aene. Hei mihi, qualis erat? quantum mutatus ab illo Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli? Mutatio, onis, (μεταβολή) Cice. 12. Philip. Conſilii mutatio optimus eſt portus pœnitenti. Cic. pro Quintio: Loci non ingenii mutatio. Huius compoſita ſunt Commuto, Demuto. Plau. in Trin. Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit, neq; demutauit animũ firma fide. Immuto, (ἐξαλλάττω, ἐναλλάττω) idem quod ſimplex muto, & nouo. Saluſt. Quibus in rebus permota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. Permuto, (ἀντιαλλάττομαι, καταλλάττομαι) merce uel pretio aliquid muto & unũ pro alio accipio. Plinius libr. 35. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret.

MVTO, mutonis, (πέος) membrum uirile: quod alio nomine Mentulam uocamus.

MVTONIATVS, (ἐνορχις) idem quod mentulatus, cui ſcilicet egregie de membro uirili eſt proſpectum.

MVTVATITIVS, a, um, (δανειστικός) quod mutuo datur: ut, Pecunia mutuatitia. Gellius lib. 20. capit. 1. Maximeq; in pecuniæ mutuatitiæ uſu, atque commercio.

MVTVLVS, {*Scantonato*} lapis in pariete prominens, quadrangulus fere, inferiore tamen ſui parte nonnihil imminutus. Varro lib. 3. cap. 7. Sed pro columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ.

MVTVO, {*Scambieuolmente*} (ἀλλήλως) aduerbium, modo ſignificat inuicem. Cicero Mutuo ſe amabant, (ἀλλήλους) id eſt, alter, alterum amabat. Modo e diuerſo uiciſſim ἀντί. Plancus Ciceroni. Fac me mutuo diligas: id eſt, fac mihi in amore reſpondeas, & me uiciſſim ames. Mutue, aliud aduerbium. Cic. Cn. Pomp. lib. 3. Nihil iure tam lætari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia quibus ſi quando non mutue reſpondetur: apud me plus officii reſidere facillime patior.

MVTVO, as, are, {*Dare impreſtito*} (δανείζειν) mutuum dare. Plaut. in Trin. Si quis quid mutuauerit, ſit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuo quod dederam, talento hoc inimicum mihi emi, amicũ uendidi. Significat & mutuum accipio. Cęcilius: Ad amicos curiat mutuatũ, mutuet cauſa mea. Quomodo autem differant Mutuare, Cõmodare, uide in dictione Commodo.

MVTVOR, ris, deponens, {*Pigliare impreſtito*} (δανείζομαι) mutuum, uel mutuo accipio, & proprie dicitur de ijs quæ numero pondere, uel menſura, pari, non eadem ſpecie reddimus. Plaut. Decem minas à patre mutuatus, quod & dici poteſt, Sumpſit mutuum, uel mutuo. Mutuari per trãslationem, pro aliunde ſumere Cicero de Fato: Orator ab academicis ſubtilitatem ingenii mutuatur. Vide Bud. in Epiſto.

MVTATIO, onis, {*Permutatione*} nomen uerbale, quod ſuperioris uerbi ſignificationẽ ſequitur: ſignificat enim acceptionem mutui. Ci. 3. de Orato. Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, cum quod non habeas, aliunde ſumas. Idẽ: Multari ea pena quæ ſine mutuatione & uerſura poſſit diſſolui.

MVTVS, {*Muto*} (ἄφωνος, κωφός) à mugiendo quidam deduci putant. Nam quamuis mutus loqui non poſſit, prorumpit tamen in uocem, quæ mugitus potius quàm ſermo uidetur. Vel dicitur Mutus, quaſi minutus, quod eo ſenſu minutus ſit. Vel dicitur à muſſando, quod non aliud, quàm inconditum quendam ſonum edat. Cice. Cornifi. lib. 12. Mutum eſſe ſatius eſt, quam quod nemo intelligat, dicere. Idem. 3. de Legib. Vt enim magiſtratus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autẽ mutum magiſtratum. Verg. 12. Aeneid. Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius: Artes mutas dixit, quaſi minus celebres, uel comparatione Muſicæ. Mutæ item artes dicuntur picturæ, quæ cum non loquantur, res tamen ipſas exprimunt. Ci. 3. de Ora. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen uerum: quanto admirabilius in oratione, atq; in lingua? De arte picturę.

MVTVSCÆ, Sabinorum ciuitas, quæ & Trebula, & Trebia, & Suſſena appellata eſt: circa quam Anibal Romanos maxima clade affecit. Hæc Seruius in illud Verg. lib. 6. Oliuiferæq; Mutuſcæ, &c.

MVTVVM, tui, {*Scambio, preſtanza*} (δάνειον) dicitur ab eo, quod de meo tuum fit: uel quia res quæ redduntur, mutantur, & proprie ſine uſura. Fœnus, cum uſura. Plau. in Aſina. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumã fœnori. Paulus Iureconſultus: Mutuum damus, recepturi non eandẽ ſpeciem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, ueluti pro tritico uinum, recipiamus, nõ erit mutuum. Mutuus amor, (πρὸς ἀλλήλους) dicitur, cum par uolũtas accipitur, & redditur: id eſt, ut ab eo ameris, quem ames, Cice. Famil. Epiſto. 5. Quod autem ita ſcribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio: equidem hoc arbitror, cum par uoluntas accipitur, & redditur. Dicimus autẽ, Hic amat amicum ſuum mutuo amore: id eſt, reſpondente: & Mutuo amore tenetur. Teren. in Argu. Eunuchi: Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit. Quintil. lib. 12. ca. 7. Ac ne tanquam pauper quidem mercedem accipiet mutua beneuolentia utetur: id eſt, reſpõdente. Aliquando Mutuum pro uicario accipitur. Apule. Mutuam tibi operam præſtiti: id eſt, uicariam.

MVZIRVM, Indiæ Emporium, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

M ANTE Y

MYA, (μῦα) genus conchæ, ſiue margaritæ infræto circa Boſphorum Thracię, uniones rufos, ac paruos gignens. Pli. lib. 9. cap. 35. Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 31.

MYACANTHON, (μυακανθον) herba eſt, quæ alio nomine Corruda, hæc eſt ſylueſtris aſparagus dicitur: de qua Plin lib. 8. cap. ij. Myacantha uero quibuſdam herba eſt, quæ à Dioſcoride μυρσίνη ἀγρία, à Latinis Ruſcus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quod herba hæc in carnario ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carne q; ſalſa arceat. Vide Marcellum Vergilium in Dioſcoridem.

MYIA, (μυῖα) Græcis muſcam ſonat: quo etiam nomine appellatur ludus quidam puerilis, cũ aliquis obductis oculis, extenſisq; manibus colluſores quærit.

MYAGRVS, (μυίαγρος) muſcarum Deus, qui & Myodes dicitur, teſte Plutarcho, & Achor. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Aegyptii Ibes ſuas contra ſerpentum aduentum: & Elei Myagron Deum muſcarum, multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereunt, quã litatum eſt illi deo. Eſt item Myagrus, nobilis ſtatuarii nomen apud Plin. lib. 34. cap. 8. Myagrus præterea herba eſt ferulacea, folijs ſimilibus rubiæ, trepidanea, ſemine oleoſo. Fit etiam ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunctis medetur. Græci μελάμπυρον appellant, quaſi nigrum frumentum, uulgus Gallorum uocat Camelinam, teſte Ruellio lib. 3. cap. 126.

MYACES, (μύακες) piſces ſunt ex concharum genere, qui muricũ modo concerſantur, uiuuntq; in locis algoſis, & ubi dulcis aqua copioſa mari adfertur gratiſſimi autumno. nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, coloremq; rubrum. Reliqua uide apud Pli. lib. 32. cap. 9.

MYCALE, es, (μυκάλη) mons eſt Ioniæ, inter Myandrum et Cayſtrum fluuios, non procul ab Epheſo: ad quem Iones uniuerſi cõuenire ſolent ſacrificandi cauſa, quæ Panionia uocabant. Auctor Herod. lib. 1. Eſt item Mycale, inſula Ioniæ adiacens, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Mycale præterea ueneficæ nomen eſt, apud Ouid. 12. Metam.

MYCALESSVS, (μυκαλησσὸς) mons in Mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiuſdem nominis. Vtriuſq; meminit Plinius libr. 4. cap. 7. Stephanus Mycaleſſum nomen accepiſſe exiſtimat à mugitu bouis, quæ Cadmũ in Bœotiam perduxit.

MYCENÆ, arum, (μυκῆναι) & Mycena, næ, pe. pro. urbs Peloponneſi, non procul ab Argis, quam Perſeus Danaes filius extruxit, & in qua poſtea regnauit Agamemnon a Mycena nympha ſic appellata. Ver. 6. Aene. Eruet ille Argos, Agamemnoniaſq; Mycenas. Inde Mycenæus, & Mycenenſis.

MYCENÆVS, a, um, (μυκηναῖος) nomẽ adiectiuum à Mycenis deductum Verg. 12. Aen. Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum.

MYCENIS, idis, pen. prod. (μυκηνίς) gentile fœmininum à Mycenis Argiui Agri oppido deriuatum, quo poetæ pro Iphigenia utũtur, Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ouid. 12. Metamor. Victa dea eſt, nubemq; oculis obiecit & inter officiũ, turbamq; ſacri, uoceſq; precantum, Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida ceruæ.

MYCERINVS, Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius, qui poſtquam patri ſucceſſit in regnum, ita paterna facta peroſus eſt, ut & templa ab eo clauſa reſerauit, & populo pyramidum operibus exhauſto: & ad extremum calamitatis afflicto, res ſuas agendi fecerit poteſtatem: quin etiam præ regibus omnibus iuſtitiam exercuiſſe fertur. Herod. lib. 2.

MYCON, onis, (μύκων) nomen egregii pictoris, patria Athenienſis: cuius meminit Pli. lib. 35. cap. 6. Fuit etiam hoc nomine inſignis ſtatuarius, qui 87. Olympiade floruit, teſte eodem Plin. lib. 34. cap. 8.

MYCONE, nes, & Myconos, cini, pen. cor. (μύκονος) inſula una ex Cycladibus, non procul à Delo. Verg. lib. 3. Quam pius Arcitenens oras & littora circum Errantem, celſi Gyaro, Myconeq; reuinxit. Sub hac inſula fabulãtur poetæ ſepultos eſſe Gigãtes, poſtremo ab Hercule interfectos. unde factus eſt locus prouerbio, Omnia ſub unam Myconũ, quod in eos dici cõſueuit, qui res natura diſiunctas, eodem lib. uel titulo conantur complecti. Stat. lib. 1. Achil. Cyclades hinc ſpretæ, Myconos, humiliſq; Seriphos.

MYCONIVS, nia, um, (μυκώνιος) nomen poſſeſſiuum à Mycono, ſeu Mycone inſula. Accipitur pro caluo, eo q eius inſulæ homines ſine capillo generentur, ut tradit Stephanus, & Plin. lib. 11. cap. 37.

MYDON, (μύδων) teſte Homero libro. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Neſtoris filio in bello Troiano interemptus.

MYDRIA-

MYDRIASIS, (μυδρίασις) uocatus morbus oculorum, quũ pupilla quidem ipſa colorem non mutat, ſed uidetur ultra naturale ſitum, multò latior, interim ut uiſum omnem adimat, interim ut parum: res uerò ipſæ minores, quàm ſint, appareant, econtrario phthiſi maiores: in qua pupilla contrahitur, corrugaturq́. Latini pupillæ dilatationem uocant.

MYOVSA, (μυοῦσα) à quibuſdam recenſetur inter nomenclaturas Anchuſæ herbæ: & legitur ſanè in Græcis quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: A doctioribus tamen inter eius ſcriptoris Notha reijcitur.

MYGALE, es, (μυγαλῆ) animal mediam inter murem & muſtelam ſpeciem habens, quod Latini murem araneum appellauit. Vide ſupra in dictione Mus.

MYGDONIA, (μυγδονία) regio litoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tãtali filia, uxorq́ Amphionis in ſaxum uerſa eſt, à Mygdone rege ſic dicta. Eſt & altera Mygdonia, Aſiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi ſuperiacet, ad Rhyndacum amnem, & Daſcyliticum lacum ut eſt uidere apud Strabo li. 12. Vtriuſq; incolæ dicti ſunt Mygdones.

MYLACRIS, (μυλακρίς) blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas naſcens, ueſcensq́ farina, Pollux auctor eſt Mylacridem apud Ariſtophanem accipi pro gallina.

MYLAE, (μυλαὶ Stephano) oppidum Siciliæ, de quo Sene. li. 4. Natural. quæſt. Circa Meſſanam, & Mylas fimo quiddam ſimile mare profert, feruetq́, & æſtuat non ſine calore fœdo: Vnde illuc ſtabulari Solis boues fabula eſt.

MYLASA, (μυλασα) liberum Cariæ oppidum, ita dictũ (ſi Steph. credimus) à Mylaſo Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi Pli. li. 5. cap. 29.

MYLE, es, (μύλη) herba eſt radicem habens paruo bulbo ſimilem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliaceo dehiſcentem ſanat uuluam. Auctor Galen. lib. 7. Simpl.

MYLOECOS, (μύλοικος) genus eſt uermiculi ex blattis, quod circa molas ferè ſoleat naſci. Auctor eſt Pli. lib. 30 cap. ulti.

MYMPHVR, quod hic corrupte legebatur, uide Mamphur.

MYNDVS, di, (μύνδος) Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ inſulæ. Auctores Pli. lib. 5. cap. 29. & Ptole. li. 5. ca. 2. Fuit in eadem Caria & alterum eiuſdem nominis oppidum, quod poſtea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellauere.

MYOCTONOS, (μυοκτόνος) aconitum herba, ita dicta, quod è lõginquo mures interficiat. Pli. lib. 27. cap. 3.

MYODES (μυώδης) muſcarum deus, qui & Achor, & Myagrus appellaĩ. Plin. lib. 29. ca. 6. Nullum animal muſca minus docile exiſtimatur, minoris ue intellectus, quò mirabilius eſt Olympiæ ſacro certamine, nubes earum, immolato tauro deo, quem Myodem appellant, extra territorium id abire.

MYONESVS, pen. prod. (μυόνησος) inſula eſt, ante Epheſum, cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 31.

MYOPARO, (μυοπάρων) genus nauigij piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem. de quo uide Bayſium de Re naual. Cic. lib. 3. de Ora. Nã quum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum uno myoparone: Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Sal. li. 3. hiſto. Et forte in nauigando cohors una grandi phaſelo uecta à cæteris decerrauit, mariq; placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.

MYOPES, (Colore che hanno la uiſta corta) (μύωπες) dicuntur à Græcis, qui rem aliquã, niſi propius oculis admotam, nõ uideant, limisq; et ſemiclauſis oculis intuentur. Μύωπας (inquit Ariſtoteles) λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντας, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντας. Hoc uitij genus à Græcis μυωπίασις, uel μυωπίασμος appellatur: contrariũ nobis accidit in ſenectute, ut ſcilicet lõgiuſculè diſſita commodius uideamus. Dicti Myopes, ἀπὸ τοῦ μύειν, τὰ ὦπα, hoc eſt à claudendo uiſu. Nyctalopes autem dicuntur, qui cum interdiu clariſſime perſpiciant, aduentante noctu hebetioribus ſunt oculis.

MYOPHONVM, (μυόφονον) herba eſt muribus exitialis: unde & nomen accepit: eadem fortaſſis cum ea quam ſibi myoctonon & Aconitum appellari docuimus Meminit Myophoni Pli. lib. 11. cap. 9.

MYOSOTA, (μυὸς ὦτα,) herba eſt, quam & Alſinen, & uerbum ex uerbo exprimentes, Muris auriculam uocant Latini. Folia enim, cum primum erumpunt, murinæ auris habet non diſſimilia Alſines uerò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, et opacis. Gallis muronis nomine notiſſima eſt, eaq; ſolẽt auicularum etiam faſtidientium appetitum recreare. Refertur & alterum Myoſotidis genus à Dioſcoride, quod &c.

MYOSOTIS, (μυὸς ὠτίς) diminutiua forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos: folia autem anguſta, nigreſcẽtia, & in acutum deſinentia, floſculos, uerò cæruleos anagallidis colore exprimentes. Quidam putant eſſe officinarum Piloſellam, licet deſcriptio ei uſquequaq; non conueniat. Poſteriorem hanc ſpeciem deſcribit Pli. lib. 27. cap. 12. Priorem uerò lib. 26. cap. 4.

MYRA, (μυρά) una ex maximis Lyciæ urbibus, cuius meminit Stra. li. 14.

MYRACANTHON, (μυράκανθον) herba aculeata quæ & Eryogron, & Centum capita appellatur. Radicem habet odoratam: unde et Myracanthi nomen accepit.

MYRCINVS, (μύρκινος) oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem: quod & Myrcinnia appellatur. Stephanus.

MYRIAORVS, (μυρίανδρος) urbe Syriæ, in ſinu Iſſico ſita: qui & ipſe Myriandricus ab ea appellatur. Vide Pli. lib. 2. cap. 108.

MYRIAS, adis, (Decina di migliata) (μυριὰς) numerus decem milliom. Vnde Myriarchus, ſiue Myriarcha (μυρίαρχος ἢ μυριάρχης) dictus decẽ millium præfectus.

MYRICA, pen. prod. (Tamarice) (μυρίκη) genus humilis uirgulti, cuius duæ ſunt ſpecies: ſatiua, quæ & Tamarix uocatur à Pli. lib. 13. cap. 11. Altera ſylueſtris, quam in Achaia Briam ſylueſtrem uocant: Hanc Ruellius eſſe arbitraĩ, quam Galli ſua lingua uocant Bruyere. Vergil. 4. Eclog. Non omnes arbuſta iuuant, humileſq; myricæ.

MYRICVS, (μυρικοῦς) Troadis oppidũ eſt è regione Tenedi: cuius incolæ dicuntur Myricuſij.

MYRINA, (μύρινα) regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditũ, & duo millia equitum in exercitu habuiſſe dicitur. Auctor Diodorus lib. 4. Fuit præterea, teſte Homero. urbs in Aeolide eiuſdem nominis: item alia in Occidentali parte Lemnij inſulæ cuius meminit Ptolemæus lib. 3. Geograph. & Galenus libro 9. de Facul. ſimpli. med.

MYRINVS, pe. prod. (μύρινος) ab Ariſtotele uocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plin. lib. 9. ca. 23. Ariſtoteles myrinum uocat marem, qui generat: diſcrimen eſſe, quòd murænæ uaria & infirma ſit. myrinus unicolor, & robuſtus, denteſq; extra os habeat,

MYRINVS, (μύρινος) Apollinis cognomentum, a Myrina Aeolidis urbe, in qua religioſiſſimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

MYRIOPHYLLON, (μυριόφυλλον) herba eſt, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis, Centauri diſcipulo, qui eam traditur inueniſſe. Myriophyllon appellatum à multitudine tenuium foliorum; unde & Millefolium à Latinis appellatur. Vide Plin. lib. 14. cap. 16.

MYRISTICA, nux, (Noce muſcata) (μυριστικὸν κάρυον) à quibuſdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, uel Muſcatam uocamus. In qua etiam opinione eſt Hermolaus Barbarus in Dioſcoridem. Et certè non uideo cur ita appellari non poſſit, modò ſciamus diuerſam eſſe à glande myrepſica, quam Plin. uocat Myrobalanum.

MYRLEA, (μύρλεια) oppidum Bithyniæ, ita dictum à Myrlo Colophoniorum duce, uel à Myrlea Amazone poſtea Apamia appellata, à nomine Apames, quæ Pruſiæ Zelæ uxor fuit. Nam cũm Demetrius & hanc, & uicinam Cium euertiſſet, utranq; Pruſiæ dedit, qui eas denuo à fundamentis erexit, & Cium quidem de nomine ſuo Pruſiadem, Myrleam autem a nomine uxoris Apamiam appellauit. Auctor Strab. lib. 14.

MYRMECIA, (Porri de le mani) (μυρμηκία) uerrucæ ſunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum naſcentes: ita dictæ, quod formicæ in morem pungant. Celſus lib. 5. cap. ult. quatuor enumerat genera uerrucarum, uel potius ulcuſculorum uerrucæ ſimilium. ἀκροχορδόνα, Thymũ, Myrmecium, & Clauum: de quarum differentijs uide ipſum.

MYRMECIDES, (μυρμηκίδης) inſignis ſculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit tam minutam, ut muſcæ alis tegeretur, & nauim, quam apicula pinnis abſconderet, Plin. lib. 36. cap. 5. Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca. Cic. 4. Acade. Ve etiam inter deos Myrmecides minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe uideatur.

MYRMECITES. (μυρμηκίτης) gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

MYRMECIVM, (μυρμήκιον) phalangij genus, formicæ ſimile capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus. Hæc ferè Plin. lib. 22. cap. 4.

MYRMECOLEO, (μυρμηκολέων) exiguum animalculum, formicis aduerſum, quod ſe ſub puluere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit Eſt autem dictio ex formicæ & leonis nominibus compoſita: quaſi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: cùm tamen uolucribus nihil aliud ſit, quàm formica. Vnde in libro Iob legitur, ſecundum ſeptuaginta interpretes, Myrmecoleo perijt, eò quod non habeat prædam.

MYRMECIAS, (μυρμηκίας) gemma nigra, eminentias quaſdam habens ſimiles uerrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRMIDONES. pen. corre. (μυρμιδόνες) Theſſaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Troianum ſunt ſecuti. Hi ex Aegina inſula ortum traxeruot, Peleumq́ patria profugum ſecuti, in Theſſalia ſedes fixerunt. Aeginetas n. Myrmidonas dictos conſtat, teſte Strabo. lib. 7. quod agricolæ ſtrenui eſſent, perpetuoq́ fodienda terra formicarum more uerſarentur. Oui. lib. 7. Metam. nominis rationem ad huiuſmodi refert fabulam: Cùm peſtilentia in Aegina crudeliſſimè eſſet graſſata, eamq́ inſulam uiris propemodum exhauſiſſet, Aeacus, cũ ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum conſpexiſſet, Iouem traditur oraſſe, ut ſibi parem uirorum numerum concederet, precibuſq; eius ita abſolutis formicas in uiros fuiſſe commutatas.

MYRMISSVS, (μύρμισσος) urbs eſt Aſiæ, in ora Helleſponti, non procul à Lampſaco. Gentile eſt Myrmiſſius, μυρμίσσιος, Stephano.

MYROBALANVM, (μυροβάλανον) glans eſt arboris, ſimilis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam Dioſcorides βάλανον μυρεψικὴν appellat, hoc eſt glandem unguentariam. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretioſa unguenta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto, & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat. Habet autem hæc dictio omnes ſyllabas breues: unde carmen heroicum ingredi nõ poteſt: ad quod alludit Marti. in Apophoretis: Quod nec Vergilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen ſuum in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura in dictione Balanus.

MYROBRECHI, (μυροβρεχεῖς) uaſa unguentaria, quaſi unguento ſtillãtia: μύρα Græci unguentum uocant βρέχω, ſtillo, pluo, & irrigo. Hinc Plaut. in Aul. Myrobrecharios (μυροβρεχεῖς) pro unguentorum confectoribus accipit, ad capillos irrorandos. Ait enim: Aut manulearij aut myrobrecharij.

MYRON, (μύρων) ſtatuarius inſignis fuit, Ageladis diſcipulus. Cice. Verr. 6. Verum ut ad illud ſacrarium redeam, ſignum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære. is dicebatur eſſe Myronis, & opinor. Hæc ille. Ex huius operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære ueræ uaccæ ſimillima, multis poetarum uerſibus celebrata. Ouidi 3. de Ponto: Vt ſimilis ueræ uacca Myronis opus. Proper. Atq; aram circumſteterant armenta Myronis Quattuor artificis iuuida ſigna boues.

MYROPOLA, p. pr. (Profumiere) (μυροπώλης) unguentorum uenditor, quẽ noſtri Vnguentarium dicunt. Plau. in Caſina: Myropolas ſollicito omnes, ubicunq; unguentum eſt lepidum.

MYROPOLIVM, (Profumeria) (μυροπωλεῖον) locus ubi unguenta uenduntur. Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia. Latinè unguentaria taberna dicitur. Suet. de Auguſto: Et modò unguentariam tabernam, modo piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obijcit.

MYROTHECIVM, (μυροθήκιον) unguentorum repoſitorium. Vnde Cice. ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe, in commentariis Conſulatus ſui ſcribendo: hoc eſt, pigmenta oratoria.

MYRRHA, (σμύρνα) arbuſcula eſt in Arabia naſcens, altitudine quinq; cubitorum non ſine ſpina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciſo deſluit lacryma, quæ & ipſa Myrrha uocatur ſeu ſtacte. Eius præcipua uirtus eſt, ut mortuorum cadauera incorrupta conſeruet. Vide Pli. lib. 12. cap. 15. & 16. Myrrha præterea Cinyræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, cùm aliquot noctes auxilio nutricis cum illo cõcubuiſſet, tandem illato lumine agnita, cum illam pater uellet occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiã profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt conuerſa. Vide fabulam apud Ouid. 10. Metamorpho.

MYRRHINVS, a, um, (μύῤῥινος) quod myrrham habet admiſtã, uel quod myrrha eſt conditum.

MYRRHAPIA, ſiue, ut apud Pli. legitur, Myrapia, (μυράπιον) genus pyrorum, quod odorem gratiſsimum reddit. Vide Pli. lib. 15. cap. 15.

MYRRHEVS, rhea, rheum, (μύῤῥινος) quod ex myrrha eſt. Properti. Myrrheaq; in parcis pocula cæca focis.

MYRRHINE, es, (μυῤῥίνη) fluuius eſt Troadis, alio nomine Sebaſtopolis dicta. Auctor Pli. lib. 5. cap. 30.

MYRRHIS, idis, (μυῤῥίς) oleris genus cicutæ ſimillimum, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule, ſaporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum uocat Cicutariam.

MYRRHITES, (μυῤῥίτης) gemma, quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti. Pli. lib. ult. cap. 10.

MYRSILVS, (μύρσιλος) Myrſi filius ultimus et Heraclidarum genere Lydiæ rex alio nomine Candaules appellatus, qui cùm uxorem haberet formoſiſsimã, non contentus ſecreta uoluptatum ſuarum conſcientia, Gygi cuidam ex ſatellitibus ſuis, nudam eam oſtendit: Quam rem illa indigne ferens, Gygem ad uiri necem impulit, ſeſeq; illi et Lydorum regnum tradidit. Autor Herodotus libro primo.

MYRSINITES, (μυρσινίτης) teſte Plinio libro. 26. cap. 8. ſpecies eſt tithymali foliis myrti acutis, compungentibus, ſed molioribus. Item Myrſinites gemma eſt, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorẽ. Plinius libro. 37. capite. 10.

MYRSINVS, ſini, (μύρσινος) oppidum Elidis, teſte Stephano, poſtea Myrtotium appellatum, cuius meminit & Homerus in Catalogo nauium.

MYRSVS, (μύρσος) propriũ nomen fuit patris Candaulis, à quo & ipſe Myrſilus dictus fuit. Herodotus lib. 1.

MYRTACANTHA, (μυρτάκανθα) à quibuſdã appellatur ruſcus, frutex, quem Dioſcorides μυρσίνην ἀγρίαν hoc eſt, ſyluestrem myrtum appellat. Eſt autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores, ueluti nothas, è Dioſcoridis familia ſummouerunt.

MYRTETVM, pen. prod. {*Luogo doue ſono piantati molti Mirti*} (μυρσινών) locus myrtis cõſitus. Plautus in Aulul. Neſcio qui ſeruus è myrteto prosiluit. Horatius lib. 1. Epiſto ad Vallam: Sanè myrteta relinqui, Sulphura contemni, uicus gemit.

MYRTEVS, a, um, {Di Mirto} (μυρσίνινος) quod mirto eſt. Tibullus: Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. Hinc Myrteam Venerem priſci appellarunt. Pli. lib. 15. cap. 29. Ara fuit Romæ uetus Veneria Myrteæ: quam nunc Murtiam uocant. Myrtinus, na, num, pen. prod. eiuſdem ſignificationis. ut, Oleum myrtinum, μυρσίνελαιον. Plinius libro. 23. cap. 4. Oleo Myrtino illitum ſtatim reſoluitur.

MYRTIDANVM, (μυρτίδανον) uini genus, myrti ſylueſtris baccis cõditum. Pli. lib. 14. cap. 16. Rami teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis, tuſis libram in tribus muſti congiis deferuere faciũt donec duo ſuperſint. Quod ita ſylueſtris myrti baccis factum eſt, Myrtidanum uocant.

MYRTILIS, oppidum eſt in ora Luſitaniæ, ad Oceanum: cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 22.

MYRTILVS, (μυρτίλος) Mercurii ex Phaethuſa, ſeu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai, qui à Pelope curuli certamine cum Hippodamia Oenomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine uectẽ nõ obiecit, ut Hippodamiæ currus diſſolueretur, & Pelops uictor euaderet. Quod cùm feciſſet, à Pelope uictore præmiũ poſtulauit: qui ab Oenomao moriente ante rogatus, ut Myrtili factũ ulciſceretur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum eſt. Claudianus: Nam perfidus obice regis prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem &c. Fuit & Myrtilus quidam Comicus Athenienſis, Lyſidis filius, & Hermippi Comici frater: cuius fabulæ commemorantur à Suida.

MYRTITES, (μυρσινίτης οἶνος) uinum dicitur myrto conditum, quemadmodum Aromatites, uinum, aromatibus imbutum. Colum. lib. 12. cap. 38. Vinum Myrtiten ad tormina ſic facito.

MYRTOPETALVM, (μυρτοπέταλον) herba eſt, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorum. Autor Pli. lib. 27. cap. 12.

MYRTOVM pelagus, (μυρτῷον πέλαγος) pars maris Aegæi, ſeu quod eſt inter Aegæum & Ionium, nomen habens à Myrtilo Mercurii filio, qui in id proiectus fertur: ſiue (ut Plin. tradit lib. 4. cap. 11.) ab exigua inſula non procul à Caryſto Eubœæ oppido ſita, quæ cernitur à Gereſto Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico ſinu, Ceriamq; abluit, & Atticã, Occiduamq; Cariæ oram: habetq; inſulas plurimas. Cythera, Calauriam, & quæ Aeginam cingũt, & Salaminem, & ex Cycladibus pleraſq;: quod uerò contiguum eſt, iam Aegæum exiſtit, Autor Strabo. Ouid. in Ibin: Proditor ut ſæui periit auriga tyrãni, Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ, &c.

MYRTVS, {Mirto} (μυρσίνη) arbor baccas ſaporis præcipui producens, ex quibus uinum fit, quod Myrtiten uocant. Item generoſum obſonium, quod dicitur Myrtatum. Plin. lib. 16. cap. 19.

MYS, Myos, (μῦς) nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælãdo Martia lib. 8. Quis labor in phiala, docti Myos, an'ne Myronis? Eſt item Mys, piſcis marini genus, cuius meminit Pli. lib. 32. cap. 11. Hunc & Murem marinum appellant, & in litore oua parere aſſerunt, ſcrobeq; facta ea terra operire, trigeſimoq; die terra refoſſa, fœtum in aquam ducere. Vide eundem li. 9. c. 51.

MYSIA, (μυσία) regio eſt minoris Aſiæ ad Helleſpontum, Troadi cõterminæ: cuius incolæ Myſi dicti ſunt, abiectiſsimæ conditionis homines, ſemiq; adeo contemptæ, ut ceſſerint in Prouerbium. Quoties enim hominem nullius pretii uolebant denotare, Myſorum ultimum eſſe dicebant. Cic. pro L. Flacco: Nãq;, ut opinor, Aſia ueſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an ueſtrum hoc prouerbium Phrygem plagis ſolere fieri meliorem? Quid de tota Caria? non'ne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt, Si quid cũ periculo caperiri uelis, in Care id potiſsimum eſſe faciundũ? Quid porro in Græco ſermone tam tritũ, atq; celebratum, quam ſi quis deſpicatus ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Strabo etiam Myſos conſtituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluuium, putatq; Myſos Aſiæ populos ab his originem, ita & nomen duxiſſe. Sed hi à Plinio non Myſi, ſed Mœſi appellantur.

MYSOMACEDONES, (μυσομακεδόνες) Populi ſunt Aſiæ, in tractu maioris Myſiæ, à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horũ Pli. lib. 5. cap. 29.

MYSTERIA, orum, {Miſterii} (μυστήρια) à Græcis dicuntur ſacra quædam arcana, quæ Latini ſecluſa uocant: ita dicta, q; ea δεῖ μύσαντας τηρεῖν τὸ στόμα, hoc eſt, quod ea intus oporteat occludere nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire myſteria, qui ſacris non eſſet initiatus. Vnde poeta neſcio quis, occæcatus fertur, quòd myſteria enuntiaſſet. Hinc non ſine myſterio fieri dicimus, quòd occulta aliqua ſacrorũ ratione perficitur. Vnde Myſtæ, dicti ſacra diſcentes, myſteriorum periti, diſcipuli, & initiati ſacris alicuius numinis, ut apud Auſonium, Senecam, & Papinianum. Et Synmyſtæ, conſacerdotes eiſdem ſacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, et Hieronymus utuntur. In myſteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in uulgus enuntianda non ſunt, quum (auctore Tertulliano) omnibus myſteriis ſilentiũ fides debeatur. Scribit Euſebius lib. 2. de Præparatione Euang. in ſacris Iſidis & Serapidis fuiſſe Harpocratis ſimulacrum, quod digito labiis impreſſo admonere uideretur, ut ſilentium fieret. Myſteria etiam quædam feſta dicebãtur in honorem Cereris celebrari ſolita, quæ & initia dicebãtur: de quibus aliqua dicemus in uerbo Initior. Cic. ad Atti. lib. 6. Faciesq; me in quem diem Romana uendant Myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hæc ſacrorum genus Eleuſine Attici agri oppido in reliquas terras transfuſum. Illa duo erant Myſteriorum genera: maiora, quæ Cereri ſacra erant, & minora, in honorem Proſerpinæ filiæ eius inſtituta. Et quoniam utrorunque ceremoniæ ſummo ſtudio occultabantur, factum eſt, ut Myſteria pro arcanis accipiamus. Cicer. ad Atti. Neq; enim ſunt Epiſtolæ noſtræ, quæ ſi perlatæ non ſint, nihil ea res nos offenſura ſit: quæ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committamus.

MYSTAGOGVS, ogi, {Sacriſtano} (μυσταγωγός) proprie eſt cuſtos ſacrorum, qui ſcilicet rerum ſacrarum cuſtodiæ eſt præfectus, quiq; hoſpitibus ſacra ſolet oſtendere. Ci. Verr. 6. Itaq; iudices ii, qui hoſpites ad ea, quæ uiſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidq; oſtendere, quos illi myſtagogos uocant, conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam.

MYSTICVS, ſtica, ſticum, (ἀπόῤῥητος, μυστικός) propriè, quòd in arcanis deorum ſacris fiebat, qualia erant Bacci Orgia, quæ noctu clam à ſolis mulieribus celebrabantur. Vnde Myſtica ſacra pro arcanis ſacris dixit Mart. lib. 8. Non per myſtica ſacra Dindymenes, Nec per Niliacæ bouem iuuencæ, Nullos denique per deos, deaſq; iurat Gellia, ſed per uniones.

MYSTVS, genus piſcis, qui à Plin. lib. 32. cap. 11. numeratur inter genera incertarum.

MYTHOLOGIA, æ, (μυθολογία) à Latinorum nonnullis Affabulatio dicitur, hoc eſt, fabulæ explicatio. Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula unaquæq; fuerit excogitata.

MYTILVS, pen. corr. (μυτίλος) piſcis eſt ex genere concharum, in arenoſis potiſſimum locis prouueniens, cuius exuſti cinis cauſticam uim habet, non ſecus ac muricis. Vide Plinium lib. 32. cap. 9. & libro. 9. cap. 51. Mart. lib. 5. Sumitur inciſo mytilus ore mihi.

MYVS, untis, (μυοῦς) una ex duodecim Ioniæ urbibus, triginta à Meandri oſtio diſtans ſtadiis, quàm poſtea ob hominum paucitatem Mileſii incoluerunt. Auctor Strabo lib. 14.

MYXA, {Mocco} (μύξα) apud Græcos, propriè pituitæ excrementum, è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: unde μύξων mucoſus appellatur, hoc eſt naris muco ſordidas habens. Μυξωτὴρ uerò ipſum narium foramen appellatur.

Hinc & Myxos prominens pars lucernæ uocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus. Quare Græci quoties uolunt ellychnium produci, ut luceat clarius προμύξαι τὸν λύχνον dicũt: noſtri uerò, Emũgere lucernam. A Myxos fit Dimixos, quæ eſt lucerna duo ellychnia habẽs: Trimyxos, tria: Polymyxos, multa. Marti. lib. 14. Illuſtrem cum tota meos conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

MYXON, onis, (μύξων) piſcis eſt, apud Romanos olim in deliciis habitus. Pli. lib. 35. ca. 12. de uaſis fictilibus loquens, Tripatinum appellabatur ſumma cœnarum lautitia: una erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis, inclinatis iam ſcilicet moribus. Hunc piſcem nonnulli Bacchum uocauere. Idem lib. 32. cap. 7. de iecore huius piſcis loquens: Auribus, inquit, utiliſſimũ bati piſcis, uel recens, uel inueteratum uino, item Bacchi, quem quidam Myxonem uocant.

Nell a lingua latina poſta per ſe ſola ha molte ſignificationi, nella Italiana non ſi truoua, che rappreſenti parola alcuna, ſe non alcuni di corte ſogliono ſcriuere N. S. per noſtro ſignore. E' conſonante, che chiamano liquida come alla lettera l. ſi diſſe, & in eſſa finiſcono alcune uoci della lingua Italiana, per natura, & per troncamento. Per natura in queſte: Con, in, non. Per troncamento, in, ben, ſin, ſon, tien, conuien, furon. Et in moltiſſime altre, in uece di bene, ſine, ſono, tiene, conuiene, furono, & coſi di tutte.

DE LITERA N.

N LITERA, una ſemiuocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata, quæ ſi primū in dictione locum teneat, aliquando ſumit ante ſe g, ut Narus, Gnarus: unde Ignarus: Nauus, Gnauus: unde Ignauus: aliquando etiam in compoſitione c, litera quę immediatè ſubſequitur poſt n, uertitur in g, ut Quadringenti, pro Quadrincenti: Quingenti pro Quincenti. Sed in quibus n, non fuerit, ſeruatur c, ut Ducenti.

NABATHÆA, (ναβαθαῖα Dionyſ. ναβαταῖοι Steph.) regio eſt, Arabiæ, Syriæ contermina, populoſa in primis, & paſcuis abundans: cuius metropolis eſt Petra, trium aut quatuor dierū itinere diſtans ab Hiericūte, teſte Strab lib 16. Hinc Nabathæus, a, um, pen. prod. (ναβαθαῖος) Iuue. Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu. Et quia Nabathæa regio orientem ſpectat, factum eſt, ut Nabathæus accipiatur pro orientali. Ouid. 1. Meta. Eurus auroram, Nabathæaq; regna receſſit.

NABIS, {*Giraffa*} lingua Aethiopum camelopardalem ſignificat, animal camelo ſimile capite: collo, equo: pedibus & cruribus, boui: albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus: quod animalis genus Cæſaris Dictatoris ludis Circenſes primum Romæ oſtenderunt. Auctor Pli lib. 8. cap. 18.

NABIVS, (quod hic pro Hiſpaniæ fluuio corruptè legebatur) uide Narius.

NABLIVM, (νάβλιον) diminutiuum à nablum, inſtrumētum muſicum quod & Pſalterium appellatur. Ouid. 3. de Arte aman. Diſce etiam duplici genialia nablia palma Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

NABRISSA, (νάβρισσα) Ptolemæo lib. 2. cap. 4. alijs Nebriſſa, hodie Veneria cognominata: Hiſpaniæ Bœticæ ciuitas eſt.

NACÆ, (inquit Feſtus) uulgò appellantur fullones, quod nauci ſint, (ut uoluit Curiatius) id eſt nullius pretij. Quidam inde dictos malunt, q; omnia ferè opera ex lana νάκη dicantur à Græcis. Hæc Feſtus.

NÆ, per diphthongum ſcriptum, (ναί) Græca dictio eſt, ſignificans uehementer, ualde, uel nimis. Teren. in Prolog. And. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Hoc eſt, cūm plus, quam opus ſit uelint intelligere, in eorum numero ſunt habendi, qui nihil intelligunt. Sæpius tamen affirmandi aduerbium eſt, idem ſignificans, quod certè, uel utiq;. Ci. Curioni. Incredibile, q̄ turpiter facere uidear, qui his rebus interſim, ne tu uideris multò antè prouidiſſe, quid impenderet. Idem in Cat. Næ illi uehementer errant.

NEÆRA, (νέαιρα) nomen mulieris proprium, apud Verg. 3. Eclog.

NÆNIA, niæ, & Næniæ, arum, (ut eſt apud Ouid. li. 6. Faſt.) Græcum nomē eſt, ab eo deductum, quod eſt νείατον, id eſt, ultimum. Erat enim ultimū, quod defunctis, caneretur, carmen, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiā ante cadauer ſepultum, Alio nomine ἐπικήδειον, ſiue μονῳδία, à Græcis dicitur. Diomed. Apud Romanos id carmen, quod cum lamentatione extremum atq; ultimum mortuo accinitur, Nænia dicitur. Acron uerò docet eſſe factitium nomen à ſimilitudine uocis eorum, qui queruntur, & dolent. Quin. li. 8. ca. 2. Tertius eſt huic diuerſus tranſlationis modus, quum res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium, ut carmen funebre, propriè Nænia dicitur. Impropriè tamen accipitur pro ineptia cuiuslibet cantus, aut ſermonis. Sic Hierony. contra Rufinum, Niſi fortè non fuit impræſentiarū, qui tuas emendaret nænias. Hoc carmen Simonides poeta lyricus ex Cea inſula primus inſtituiſſe dicitur. Hora. Sed ne relictis Muſa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ. Sidonius pro epitaphio poſuit, quum ait: Nænia marmori inciſa per hendecaſyllabon Pomp. Feſtus. Nænia eſt, inquit, carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Nænia (inquit Nonius Marcellus) ineptum & inconditum carmen, quod à conducta muliere, quæ Præfica diceretur, his, quibus propinqui nō eſſent, mortuis exhiberetur. Varro de uita pop. Rom. li. 4. Ibi à muliere, næniam cantari ſolitam ad tibias, & fides Ci. de Leg. 2. Honoratorū uirorū laudes in concione memorāt, easq; etiam ad cantus, & ad tibicinem proſequuntur: cui nomen eſt Næniæ: quo uocabulo etiam Græci cātus lugubres nominant. Næniam quoq; deam ueteres coluere, cui ſacellum, auctore Feſto, extra portam Viminalem erat dedicatum.

NÆVIA, (ναιβία) nomen mulieris, à næuo ſic appellatæ.

NÆVIVS, poeta antiquiſſimus fuit, cuius extat epitaphiū apud Aul. Gel. c. 24 lib. 1. arrogantiæ (ut inquit Gellius) cāpanæ plenū. Hic & Comœdias ſcripſit, quæ paſſim citantur à Nonio, & Feſto: & Bellum Punicū primum, in quo ipſe ſtipendia fecit, literis prodidit: ut refert Gellius ex auctoritate Varronis.

NÆVVS, {*Neo*} (ἐπισημασία) corporis inſigne, ſeu genitiua macula. Cic. 1. de Nat. deo. At eſt corpori macula neuius: illi tamen hoc lumen uidebatur. Pl. lib. 22. cap. 25. Farina decocta in aceto tollit næuos. Vnde næuoſus, qui næuis plenus eſt.

NAGNATA, uide Magnata.

NAIADES, pen. cor. à ſingulari nominatiuo Naias uel Naides à nominatiuo Nais (ναϊάδες) dicuntur Nymphæ fontium, & fluuiorum: (ἀπὸ τοῦ νάειν) quod eſt fluere. Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor ſyllabis effertur. Verg. Eclo. 6. Aegle Naiadum pulcherrima, &c. Calphurnius Eclo. 2. Adfuerunt ſicco Dryades pede, Naiades udo, &c. Eſt item Nais, Nymphæ cuiuſdam nomen proprium apud Verg. 2. Eclo. Hinc Naicus, a, um, Propert. lib. 2. Suppoſita excipiens Naica dona manu.

NAIM, ciuitas Galilææ, duobus millibus diſtans à mōte Thabor. Quo nomine Hebræis ſignificatur fluctus, ſiue commotio.

NAM, {*Percioche, perche*} (γάρ, ὅτι) coniunctio cauſalis, quæ in oratione primū tantum locum ſortitur. Plan. ad Cic. lib. 10. Fami. Epiſt. Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius: non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me tranſierunt. Teren. in And. Quidnā hoc rei eſt? quidnam hic uult ueterator ſibi? Nam ſi hic mali eſt quicquā, hem, illic eſt huic rei caput. Nanque uerò ſecūdum melius locum habet: de quo ſuo loco. Accipitur etiam, Nā pro ideo. Teren. Nam in prologis ſcribundis operam abutitur. Aliquando pro autem: uel ſimili diſcretiua particula. Cice. lib. Famil. Epiſt. 5. pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis: contrà etiam eſſe aliquid abs te profectum ex multis audiui: nam comperiſſe me, non audeo dicere, ne fortè idipſum uerbum ponam, quod abs te aiunt falſo in me ſolere conferri. Idem in Sall. Nam q; in uxorem, atque filiam meā tam petulanter inuectus es. Solet autem hæc particula, Nam, in compoſitione poſtponi, ut Quidnam, ut uidere eſt in exemplo Terentij paulò antè citato ex And. Quidnam hoc rei eſt? Olim etiam præponebatur: ut apud eundem. Nā quæ eſt anus à fratre egreſſa meo? Vbi Nam quæ, accipitur pro quænam. Nā etiam pro etenim (ut auctor eſt ſempiternum Galliæ lumen Budæus) ſæpiſſime uſurpatur. Cic. in Orat. Nam eſt longe aliter in uerſibus. Idem: Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt.

NAMNETÆ, (ναμνῆται) Galliæ Lugdunenſis populi, ad Oceanum ſiti, alio nomine Nannetes dicti: quorum oppidum Condiuincum cōmemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 8.

NANQVE, (γάρ) coniunctio eſt cauſalis ut Nam: quę ſæpius ſecundo loco ponitur. Quinetiam primo loco ſæpiſſime pro ſiquidem, ſiue certe. Planc. Cic. 10. Fami. Epiſt. Nanque aſſiduis internuntijs cum Lepido egi, ut omiſſa omni cōtentione, reconciliata q; uoluntate noſtra, communi conſilio Reip. ſuccurreret. Verg. in Tityro. Nanq; erit ille mihi ſemper deus. Significat etiam idē, quod Sed, ſeu Verūm. Cic. 1. de Orat. Nanq; illud quare Scæuola negaſti?

NANCISCOR, eris, nactus, {*Acquiſtare, ritrouare, aſſeguire*} (καταλαμβάνω, τυγχάνω, περιποιοῦμαι) à Nancio, cis, ſit, ſecundum Priſcianum, & ſignificat acquiro. Teren. in Phor. Non triumpho ex nuptijs tuis, ſi nihil nācîſcor mali? Sall. Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti. Cice. Appio Pul. Pluribus uerbis ad te ſcribā, quū plus otij nactus ero. Nanciſci itē (εὑρίσκειν) ſignificat inuenire, præſertim ſi cum homine ponatur. Cic. de Fin. 1. Quoniam, nacti te ſumus aliquando otioſum, rectè audiam quid ſit. Hinc Renanciſcor quod à ueteribus poſitum eſt pro reprehendo, teſte Pompeio.

NANIVM, (νάνιον) nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, ſed pulchra, per diminutionem, blandiendi cauſa, ſicut Glycerium & huiuſmodi. Plau. in Prolog. Amphit. Etiā hiſtriones Nanio in proſcenio hic Iouem inuocauerūt.

NANVM, (νάνον) Græci uas aquarium dicunt humile & concauum, quod uulgò uocant ſitulum barbatum. Vnde Nani pumiliones appellantur. Hæc ad uerbum ex Feſto.

NANVS, a, um, {*Nano*} (νάνος) teſte Gell. lib. 19. cap. 13. Græcum uocabulū eſt, quo uocauerunt breui corpore hominem, paululum ſupra terram extantem, quem latine Pumilionē dicimus. Nec de hominibus tantum, ſed de alijs quoq; rebus dicitur. Vnde etiam mala nana, quæ alio nomine Melimela uocantur.

NAPÆÆ, (ναπαῖαι) ſyluarum Deæ, quæ & Dryades dicuntur nam νάπη, ſiue νάπος Græcis ſaltum ſignificat, ſiue locum ſyluoſum. Naides autē, uel Naiades dicūtur fontiū nymphæ, ſicut Oreades montium, Hamadryades arborū, quæ cum arboribus naſci credebantur, & cum ijſdem interire. Nereides uerò maris nymphæ ſunt appellatæ. Verg. 4. Geor. Faciles uenerare Napæas.

NAPÆI, (ναπαῖοι) populi in Leſbo, ita dicti ab urbe Napa: unde & Apollo Napæus dictus eſt.

NAPATA, orum, (νάπατα, τά) Aethiopiæ urbs eſt, olim Candaces reginæ regia: cuius meminit Strabo. lib. 17.

NAPHTHA, (νάφθας) bituminis flos tenuiſſimus, circa Babylonem copioſiſſime prouueniens, cui tanta eſt cum igne cognitio, ut flāma tranſiliat in eam undecunq; uiſam. Auctor Pli. lib. 2. cap. 105. Vulgus Oleū Medeæ uocat. Ex hoc conficitur ignis penè inextinguibilis, quem Græcanicum appellant.

NAPINÆ, (βουνιάδες) loca napis conſita. Colu. lib. 11. cap. 2. Napinæ, itemq; rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

NAPITÆ, (ναπῖται) populi in Scythia, quorum caput uicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Stephanus.

NAPVS, {*Nauone*} (βουνιάς) herba eſt rapo forma, temperamentoq; ſimillima: quam Galli, ſeruatis priſci nominis non obſcuris ueſtigijs, Nauatam appellant. Colu. lib. 2. cap. 10. Napus deuexum terram amat, & ſiccam. Vide Pli. lib. 20 cap. 4. Huius diminutiuum eſt Napunculus.

NAR, (νάρος) Stepha. Sabinorum fluuius, in Fiſcello monte naſcens, qui per urbem Narniam fluens, Tyberi immiſcetur. Lucan. lib. 1. Quà Nar Tyberino illabitur amni. Verg. lib 7. Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea eiuſdem nominis fluuium in Illyride conſtituit, qui ex Adrio monte profluens nō procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Pli. Ptolemæus, & Strabo Naronem uocant.

NARANE, (quod hic pro Dalmatiæ, ſiue Illyridis fluuio ineptè legebatur) uide Naro.

NARCVSTVMA, (ναρκουστόμα) ſecundum Iſtri fluminis oſtium, apud Pli. lib. 4. cap. 12.

NARBONENSIS, Gallia, (ναρβωνῖτις) teſte Pli. li. 3. cap 4. dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta à braccis uilloſæ ueſtis genere, quibus ea regio peculiariter utebatur: cum reliqua Gallia à ſtudio nutriendæ comæ, Comata diceretur. Hæc olim fuit Romanorū prouincia, quam à Narbone Martio, ampliſſimo eius regionis emporio hodie munitiſſimo Galliarum propugnaculo, Narbonenſem prouinciam appellabant. Diuiditur ab Italia amne Varo, & alpium iugis: à reliqua autem Gallia latere ſe-

ptentrionali Iura & Gebenna montibus.

NARBO,(ναρβὼν)cognomento Martius,olim ampliſsimum fuit Galliæ braccatę emporium teſte Strabone lib.4.hodie tutiſsimum Galliarum aduerſus Hiſpanos propugnaculum:à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Rom.fuit prouincia,nomen accepit. Martium autem Narbonem ex eo dictum putant, q eò Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit, Cicer.pro Fonteio. Eſt in eadem prouincia Narbo Martius,colonia noſtrorum ciuium, pecula popu.Roma.ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.

NARCISSINVS,a,um,(ναρκίσσινος)quod ex narciſſo fit:ut Oleum narciſsinum(ναρκίσσινον ἔλαιον)Pli.lib.21.cap.19.Ex hoc flore fit narciſsinum oleũ ad emoliendas duritias.Inde etiam Narciſsinum unguentum,quod ex flore narciſsi fieri ſolebat,ſed ſtatim obliteratum fuit:ut refert idem Pli.lib.13 cap.1.

NARCISSITES,(ναρκισσίτης)pe.pro.gemma appellata eſt, quæ narciſsi colorem habet,uenis hederæ diſtincta. Huius meminit Pli.lib.37. cap.11.

NARCISSVS,{Narciſo}(νάρκισσος)liliĩ genus, radice carnoſa atq; odora flore purpureo,folia in radice habens ad ſimilitudinem foliorum arundinis,ſed aliquanto craſsiora. Dictus à νάρκη (ut Pli inquit lib.21.cap.19. & cap.5.) quod ſtuporẽ Latine ſignificat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo ſunt genera:Vnum purpureo flore,alterum herbaceo. Poetæ fabulantur Narciſſum quendam puerum fuiſſe Cephiſi amnis,& Lyriopes Nymphæ filium,tãta formæ præſtantia,ut cùm aliquando ad fontem bibiturus acceſsiſſet,cõſpectæ ſuæ imaginis amore captus ſit:eumq; nulla potiundi amoris ſpes eſſet,nimio deſiderio contabuiſſe,& in florem ſui nominis fuiſſe commutatum. Vide Ouid.lib. 3. Metam. Huius monumentum in ora Bœotiæ fuiſſe tradunt,quod cum ſilentio uiatores præteribant:unde & σιωπηλὸν hoc eſt taciturnum appellabant. Eſt & Narciſſus nomen fluuiĳ, & nomen liberti potentiſsimi Claudiĳ.

NARCOTICA,(ναρκωτικὰ)medici neoterici appellant medicamenta, quibus ſtupor conciliatur,ac torpor, aduerſus ſenſum doloris & cruciatum, ἀπὸ τῆς νάρκης quod ſtuporem ſignificat.

NARDINA,pyra,(ναρδῖνα)dicuntur ab odore,ſcilicet quæ nardum redolẽt. Pli.lib.15.cap.15.Pyra ab odore myrapia,laurea,nardina.

NARDINVM,pe.pro.(νάρδινον)unguentum ex nardo factum,addito omphacio,balanino,iunco,coſto,amomo,myrrha, & balſamo. Alio nomine dicitur Foliatum. Pli.lib.13.cap.1.

NARDOSPHÆRVM. Vide Hadroſphærum.

NARDVS,(ἡ νάρδος)fœm.gen.& Nardum neutri, frutex eſt,teſte Plin. lib. 12.cap.12.graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra,fragiliq;, quamuis pingui, ſitum redolente, ut cyperi, aſpero ſapore, folio paruo denſoq; cacumina in ariſtas ſe ſpargunt:ideo gemina dote nardi ſpicas, & folia concelebrant. Eius duo ſunt genera, Indicum,& Syriacum,non q ex ĳs regionibus afferatur,ſed q mõtes,in quibus naſcitur,aut Indiam,aut Syriam ſpectẽt. Retinet hæc herba etiã hodie nomen ſuum in officinis. Eſt præterea herba huic non diſsimilis, quã ob id Pſeudonardum uocant,folio craſsiore, carnoſo,anguſto, colore languido in candidũ uergente,frequentibus ſpicis in ariſtas ſparſis,floſculis purpureis. Gaudet petroſis locis & apricis:tanta ſuauitatis fragantia, ut omnes flores odoris ſuauitate prouocet.qua dote in ueſtibus inſeritur. Duo etiam huius ſunt genera:unum procerius adoleſcit,& maiorem ſpirat odorem:quod quia non minus q̃ nardum placet,ſibi ſpiræ nomen apud nos arrogauit. Vulgus Aſpicum uocat. Alterum tum amplitudine,tum odore minus,quod,quia balneis et lauacris expetitur,Lauanda uulgò,& Lauandula appellatur: quam nonnulli male putãt eſſe nardum Celticam:ut poſtea docebimus. Vtraq; pſeudonardi ſpecie Narbonenſis prouincia maximè abundat, adeo ut & montes, & campi ĳs ueſtiantur. Nardus autem Gallica,ſiue Celtica,herba eſt ab hiſce ſpeciebus diuerſa,folia habens longiuſcula,& flaueſcentia, floremq; luteum, quæ,teſte Plinio cum radice uelli ſolet,& in manuales faſciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliunca:ut docet Ruellius lib.2.ca.6. & 7. ex quo hæc excerpſimus. Ex nardo ſiebant pretioſiſsima unguenta, quibus Romani ſolent capillos delibuere. Tibullus lib.2.Elegia. Illius puro diſtillent tempora nardo.

NARES,{Narice, buchi del naſo}(ῥῖνες) propriè naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula:à naritate,ſiue gnaritate,(ut inquit Donatus) q nos odoratu doceant præſto ac propè eſſe,quod adhuc oculi non uident.Siue, ut aliĳ uolunt, q per eas odor uel ſpiritus nare non deſinat. Vel à Græco ῥῖνες,per inuerſionem literarum,ut τίμιον tener. Cic.2.de Nat.deo.Idemq; nares,eo q omnis odor ad ſuperiora fertũ,rectè ſurſum ſunt. Perſius Satyr. 1. Balba de nare locutus. Verg. lib.3.Georg. Collectumq; premens uoluit ſub naribus ignem. Ouid.uſus eſt ſingulari pro naſo,dicens. Pandaq; naris erat. Naribus aduncis indulgere, à Perſio Satyr.1.dictum eſt, Murmellio teſte,pro naribus in rugam contractis irridere,& ſubſannare. Verba Perſĳ ſunt:Nunc non è manibus illis,Nunc non è tumulo,fortunataq; fauilla Naſcentur uiolæ? rides,ait,& nimis uncis Naribus indulges. Simile eſt illud apud Horat.1.Serm.Satyr.6. Naſo populum ſuſpendis adunco. De quo latius in dictione Naſus. E munctæ naris homo, is dicitur, qui nares habet emunctas & purgatas,hoc eſt,qui facile rem ſubdorat: unde & pro prudenti & ſagaci accipitur. Horat.lib.1. Serm.Satyr.4. Hinc omnis pẽdet Lucilius,hoſce ſecutus,Mutatis tantum pedibus,numeriſq; facetus, E mũctæ naris,durus componere uerſus. Obeſæ naris iuuenis, apud Horat. Epod. 12. qui nihil olfacit. Corrugare nares. Horat.1.Epiſt.5.Ne ſordida mappa Corruget nares.

NARICA, eſt genus piſcis minuti. Plaut. Muriaticam uideo in uaſis ſtanneis naricam bonam,& canatam,& taguma,quinas fartas conchas piſcinarias. Naticem piſcem leges apud antiquos per t, non per r,& uidetur à natando dictus. Hæc Pompeius Feſtus.

NARITIA, uide Narycium.

NARNIA,(ναρνία)Steph. Vmbriæ ciuitas, per quam Nar,fluuius (νάρνος Stephan.) labitur, à quo & nomen accepit, Liui. libro 10. A' Nare flumine Narnia appellata. Hæc etiam Interamna dicitur. Narnienſes,(ναρνιῆται) Narniæ populi.

NARON ſiue Naro,onis,(νάρων)fluuius Dalmatiæ, ſiue Illyri iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela Narem appellat. Vide ſuprà in dictione Nar.

NARONA, penult.produ. Liburniæ oppidum, appoſitum Naroni fluuio: unde & nomen accepit,à Salona LXXII. M. paſſ.diſtans, Auctor Pli. lib. 4.cap.22.

NARRATIVNCVLA,(διηγημάτιον)parua narratio. Quin.lib.10. cap. 9. Narratiunculas à poetis celebratas notitiæ cauſa,non eloquentiæ tractandas puto.

NARRO,as,{Narrare,raccontare,dire}(διηγοῦμαι)dico,recito. Teren.in Eunu. Narra iſtuc quæſo quid ſiet. Ibidem: Tu iſti narrato omnem rem ordine,ut factum ſiet. Proper.lib.2.Eleg.1.Nauita de uentis,de tauris narrat arator. Fabellam narrare ſurdo aſello, Hora.2.Epiſt.1. A' quo Narratio,onis,(διήγησις) quæ eſt rerum geſtarum,aut perinde ut geſtarum expoſitio. Cic.2.de Ora. Obſcura narratio totam occæcat orationem. Idem in Ora. Credibiles, non hiſtorico,ſed propè quotidiano ſermone dilucide explicatæ narrationes. Narrator, oris,qui narrat. Cic.2.de Ora. Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt. Narratus,a,um,participium. Ouid.3.de Ponto,Eleg.2. Fabula narrata eſt poſtquàm uulgaris ab illo,Laudarunt omnes facta, piamq; fidem. Narratus,us,m. Ouid 6. Meta. Veniet narratibus hora Tempeſtiua meis. Narrabilis,le. Ouid.2.de Pont.Eleg.2. Lingua ſile,non eſt ultra narrabile quicquam. Eius compoſita, Denarro, Enarro,(διηγέομαι)quod eſt latius narro,uel explico. Et propriè(ut Diomedes inquit)Enarratio,(ἐξήγησις) eſt obſcuriorum ſenſuum,quæſtionumq; explanatio, uel exquiſitio, per quam uniuſcuiuſq; rei qualitatem poeticis gloſſulis exoluimus. Lactan.lib.6. Quis ſacramentum Dei ſciens tam ſignificanter enarrare legem Dei potuiſſet, q̃ ille homo longe à ueritatis notitia remotus expreſsit? Prænarro (προλέγω),primo & ante alia narro. Teren.in Eun. Oportuit rem prænarraſſe me. Obnarro, peruerto, declaroq;.

NARSES,(ναρσῆς Suidę)Eunuchus, Iuſtiniani principis cubicularius. bibliopola prius: deinde ob animi uirtutem patriciatus honore auctus, ut religione pietateq; præditus. Is in locum Beliſarĳ ducis in Italiam miſſus, decem annos uariis euentibus pugnauit:tandemq; Gothos inſigni prælio fudit ad Anienem fluuium:quem & ponte primus inſtrauit: quarum rerum nequando ulla temporũ diuturnitate memoria obſcuraretur,ſaxo eas inſculpẽdas curauit, inſigni epigrãmate,quod ẽt hodie in Anienis ponte legitũ. De quo uide apud Volat.

NARTHECIA,æ,(ναρθηκία)ſpecies eſt ferulę humilioris,quæ ad iuſtam altitudinem narthecis non aſſurgit,folia habens maxima,ut quæq; terræ proxima. Dicta uidetur Narthecia per diminutionem,à fruticis humilitate: quæ & a quibuſdam Ferula minor, & ab alĳs Ferulago appellatur. Pli lib.13.cap.22. de ferula loquens: Duo eius ſunt genera: Narthecam Græci uocant aſſurgentem in altitudinem: Nartheciam uero ſemper humilem.

NARTHECIVM,cĳ,(ναρθήκιον)dicitur repoſitorum medicamẽtorum. ita dictum,q narthecis,hoc eſt,ferulæ lignum ad medicamenta aſſeruanda eſt accommodatiſsimum: unde primo Narthecia appellata ſunt uaſa medicamentaria,quæ ex ferula conficiebantur: poſtea uero quæuis uaſa in hunc uſum cõparata,quamuis ex ferula confecta non eſſent.hoc nomine dici cœperunt. Cic.2. de Fin.Iam doloris medicamenta illa Epicurea tãquam de narthecio promit. Mart.lib.14. Artis opes medicæ narthecia cernis habere.

NARTHECVSA,æ,(ναρθηκοῦσα)inſula eſt in mari Carpathio, cuius meminit Pli.lib.5.cap.31.

NARTHEX,cis,(νάρθηξ)arbuſcula eſt,lignum foris corticis loco habens, intus autem ligni loco fungoſam medullam. Pli.lib.13.cap.22. Ferulam appellatus pointq; duo genera ferularum: Narthecam, quæ in iuſtam excreſcit altitudinem, & Nartheciam,hoc eſt,minorem ferulam,quæ non altè ab humo attolli. Plinĳ uerba ſunt hæc. Et ferulam inter externas dixiſſe conueniet, arborumq; generi aſcripſiſſe:quoniam quarundam naturæ(ſicut diſtinguemus) lignum omne corticis loco habent,hoc eſt,forinſecus: ligni autem loco fungoſam intus medullam,ut ſambuci:quędam uero inanitatem,ut arundines. Ferula calidis naſcitur locis atq; trans maria,geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera Narthecam Græci uocant aſſurgentem in altitudinem: Nartheciam uero ſemper humilem. Hæc ille. A Narthex aũt dicti ſunt Narthecophori(ναρθηκοφόροι)Bacchi miniſtri,quaſi Thyrſigeri antiquitus etiam ex ferulis ſiebant.

NARYCIVM,(νάρυκον)quod et Naryx(νάρυξ)& Naryce(ναρύκη)dicitur,oppidum fuit Locrorum uetuſtiſsimum: à quo Aiax Narycius, & populi Narycĳ dicti ſunt. Ver.3.Aen. Hic & Narycĳ poſuerunt mœnia Locri. Abundat autem pice optima,quæ inde Narycia dicitur. Verg.2.Geor. Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum,Naryciæq; picis lucos.

NASAMONES,pen.prod.(νασαμῶνες)ſunt populi Libyæ, nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores. Luc.li.9. Hoc tam ſegne ſolum,raras tamen exerit herbas,Quas Naſamon gens dira legit,qui proxima ponto Nudus rura tenet,quem mundi barbara damnis Syrtis alit nam litoreis populator arenis imminet,& nullos portus tangente carina Nouit opes: ſic cum toto commercia mundo Naufragis Naſamones habent, Hinc Naſamonius, Naſamoniacus adiectiua.

NASAMONITES,(νασαμωνίτης)gemma, quæ quum ſanguinea ſit,ſcatet nigricantibus uenis. Pli.li.37.ca.10.

NASCOR,ſceris,natus,{Naſcere}(φύομαι,γίνομαι,γεννάομαι)notæ ſignificationis. Pli.lib.10.cap.53. Aues omnes in pedes naſcuntur,contrà q̃ reliqua animalia. Sall. L. Catilina nobili genere natus fuit,magna ui animi & corporis. Dicimus autem Natus ſum laudi,& ad laudem. Cic.pro Sext. Qui ſe patriæ, qui ciuibus ſuis,qui laudi,qui glorię,non ſomno,non conuiuĳs,non delectationi natos arbitrantur. Ibidem: Nam quid ageret uir ad dignitatem & gloriã natus? Hora.1.Epiſt.2. Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. Ci. de Sene. Mortuus eſt(cùm ego quinq; & ſexaginta annos natus,legem Voconiam uoce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem)annos ſeptuaginta natus: tot enim uixit Ennius. Huius uerbi compoſita ſunt, Annaſcor, Connaſcor: unde Cognatus,a,um, Enaſcor,(ἐκφύομαι)ex re aliqua naſcor. Iuſtinus lib.1. Hic per ſomnum uidet ex naturalibus filiæ)quam unicam habebat) uitem enatam, cuius palmite omnia Aſia adumbrabatur. Denaſcor,(ἀποφύομαι)decreſco, deficio moriorq;. Caſsius Hemina lib.2. Annalium. Quæ nata ſunt omnia denaſcuntur. Innaſcor,(ἐγγίνομαι)intus naſcor. Cice.lib.1 Offic. Sed illud odioſum,q in hac elatione et magnitudine animi,facillimè pertinacia,& nimia cupiditas principatus innaſcitur. Internaſcor,(διαφύομαι)in medio naſcor. Col.lib.5.Ne autem

autem pampinarius palmes Internatus,&c. Obnaſcor, (περιφύομαι)circum naſcor. Renaſcor,(ἀναγεννῶμαι)ruriſus naſcor. Lact.li.7. Itaq; renaſci eas putauerunt, Pronaſcor,(προσέρχομαι)ortum habeo. Teren.in Phorm. Aiunt illam ciuem Atticam bonam bonis prognatam,

NASICA,pe.pr.(ῥινωνὺς)P.Scipionis cognomen fuit, propter naſi magnitudinem ei impoſitum. Hic adhuc adoleſcens à Senatu uir optimus iudicatus, Magnam matrem Deorum hoſpitio ſuſcepit,donec ei templum ædificaretur: unde à Iuuenale Hoſpes numinis Idæi appellatur. Huius etiã ductu Tyberius Gracchus ſeditioſis concionibus ſtatum Reipu.labefactãs,fragmentis ſubſelliorum in concione eſt oppreſſus. Vide Ciceronem in Ora.pro C.Rabirio perduellionis reo.

NASITERNA,æ,(ὑδρία)uas aquarium anſatum,ac patens. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.22. Vt ex ære ahena, urceos, naſiternam faceret.

NASSA,{Naſſa}(κύρτος)genus piſcatorij,ex uimine contextum, quo quum intrauerit piſcis,exire non poteſt. Cic.lib.15.ad Att. Ex hac naſſa exire conſtitus,non ad fugam,ſed ad ſpem melioris mortis.

NASTES,(νάστης)fuit frater Amphimachi,æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo aduerſus Græcos ſuppetias tulerunt, teſte Home.libro Iliad.2.

NASTVRTIVM,herba hortenſis eſt notiſſima quam Græci κάρδαμον uocant,Galli Creſſonem hortenſe: Venerem inhibens,animumq; exacuens. Eius teſte Pli.lib.20.ca.13.duo ſunt genera: Album ſcilicet,quod purgatiuam uim habet,bilemq; in aqua denarij pondere potũ detrahit. Alterum eſt nigrius, quod capitis uitia purgat,uiſum clarificat,commotas mentes ſedat ex aceto ſumptũ. Vtrunq; cerebrum purgare, mentemq; mirificè excitare creditur: unde factus eſt locus prouerbio, ut homines ſocordes & ſomnolentos Naſturtium edere iubeamus. Naſturtium autem à naſi tormento appellatũ eſſe, Auctor eſt Pli.li.19.cap.8.q.ſ.mordacitate quadã naſum torqueat,& ſternutationes prouocet.

NASVS,naſi,{Naſo}(μυκτήρ)dicitur ea pars capitis, quæ à ſuperciliorum confinio oriens & quaſi æquali porrecta iugo,utranq; aciem ſimul & diſcernit, & munit. Duo autẽ eius ſpiramina,geminiq; hiatus, quos ueluti quidã paries per medium ductus interſepit, Nares uocantur. Ci.2.de Nat.deo. Naſus ita locutus eſt,ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur. Perſius Saty.3. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Aliquando Naſus ponitur pro ſagacitate,acrimonia,& dicacitate: unde Habere naſum eum dicimus, qui uenuſta quadã & ſubdola irriſione alium deridet. Metaphora tracta eſt à canibus, qui narũ olfactu abſtruſiſſima quæq; inueſtigãt. Horat.1.Ser.Sat.6. Nec q auus tibi maternus fuit,atq; paternus, Olim qui magnis legionibus imperitarint, Vt pleriq; ſolent,naſo ſuſpendis adunco Ignotos, ut me libertino patre natum. Pli. Primus Lucilius condidit ſtyli naſum.i.ſcripſit Satyram, quę acerbitatem quãdam & acrimoniam ſtyli habet in uitijs inſectandis. Mart.li.1. Non cuicunq; datum eſt habere naſum,id eſt,acrimoniam ad deridendum,& dicacitatem. Idem: Et pueri naſum rhinocerotis habent. Hinc Naſuti,(μυκτηρισταί) dicuntur dicaces,reprehenſores,& deriſores,qui doctè alios norunt irridere. Mar.li.13. Naſutus ſis uſq; licet,ſis deniq; naſus. Idem formauit comparatiuũ: Nil Naſutius,hac,maligniusq; eſt. Et per diminutionem Naſutulus. Apul. Naſutula mulier ac dicacula. A' Naſus fit uerbum Denaſo,ſas, ἀποῤῥινίω. Plau.Cap. Os denaſabit tibi mordicus.

NATABVLA,{Luoghi,doue ſi nuota}(τὰ νηχεῖα)ab Apuleio dicuntur natationes,hoc eſt,piſcinæ natatoriæ.

NATALIS,et hoc natale,{Natale}(γενεθλιακὸς)idem quod natalitius: unde Natalis dies,(γενέθλιος)dicitur is,quo quis natus eſt. Cic.ad Att.lib.3. Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolã. Agere diem ſuum natalem quotannis, Cic.2.de Fin. Interdum ſupprimitur ſubſtantiuum Dies,ut quod facilè queat intelligi. Verg.3.Eclog. Phyllida mitte mihi,meus eſt natalis, Iola. Natale ſolũ,(πατρίς)patria,in qua quis natus eſt. Ouid.1 de Ponto: Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit,& immemores non ſinit eſſe ſui. Dicitur & Natalis de rebus inanimatis,pronaſcens. Pli.lib.37.cap.4. Similis eſt huic quidem Arabicus,minor tantum,ſimiliter & naſcens cæterum pallor gẽtis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Natalis urbis,id eſt,dies qua cõdita fuit urbs. Pli.lib.14.cap.4. Ea cœli temperies fulſit quã cocturã uocant,ſolis opere,natali urbis DXXXXIIII. Id eſt,ab urbe condita. Cice.pro Flac. O' nonæ illæ Decembres,quæ me conſule fuiſtis,quem ego diem uerè natalem huius urbis,aut certè ſalutarem,appellare poſſum. Natales,(γενεαί)plurali tantum numero,ſignificat conditionem ſanguinis,& familiæ. ut,Generoſi natales,natales obſcuri. Corn.Tacit. Aderat Cornelius Fuſcus,uigens ætate, clarus natalibus. Plin.in Epiſt.ad Meſium lib.3.pro in malam partem accepit,ignobilitate, & ſordibus generis: Nonnunquam(inquit)candidatus aut natales competitoris, aut annos,aut etiam mores arguebat. Natalibus reſtituere,frequens eſt in Iure,pro eo,quod hodie Nobilitare uocamus: et Natalium reſtitutio,quam Nos Nobilitationem dicimus. Dicitur autem Natalibus reſtitui non modò libertus,ut patronatus obſeruantia liberetur,ſed etiam plebeius,cum ad nobilitatem aſciſcitur, quamuis anteà nunquam inter nobiles fuerit. Hæc Budęus in prioribus Annot.in Pandect.& in Epiſt. Iuuen.Satyr.6. Etiam pro celebritate diei natalis ſumpſit: Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat id eſt,non aliter à uictoria exhilaratur,quàm ſi dies natales celebrentur. Natales etiam pro anni accipiuntur. Sappho Phaoni in Epiſt.Heroi. Sex mihi natales ierant. Tot enim dies celebrantur natales,quot aguntur anni. Natales diuerſarum gentiũ. Pli.lib.7.cap.12. Diuerſarum quidem gentium natales tam concordia figura reperire,ſuper omnem eſſe taxationem. Vbi natales uidetur poſuiſſe pro origine,ſiue ipſis natiuitatibus.

NATATILIS,pen.cor.{Che nuota}(νηκτικὸς,πλωτὸς)qui natat,uel natare poteſt: ſicut Volatilis qui uolat,uel uolare poteſt. Aug.li.12 Ciuita. Talem illi creauit animam,qua per rationem & intelligentiã omnibus eſſet præſtantior animalibus,terreſtribus,& natatilibus,& uolatilibus,quę mentem huiuſmodi non haberent. Natatile ſubſtantiuum,locus eſt ubi natant piſces,aut anates, et ſimilia. Varro lib.3.de Re ruſt.cap.5. Circum ſallere & natatilia ſunt ex cauia anatum ſtabula.

NATALITIVS,a,um,(γενεθλιακὸς)quod ad natales,ſiue ad natiuitatẽ pertinet. Cic.2.de Diuin. Qui hęc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt, Et paulò poſt: Chaldæi notant ſidera natalitia. Natalitia,orum,(γενέθλια) celebritates,quibus quis diem ſuum natalem colit: ſiue etiam ipſum conuiuium, quod quis natali ſuo dat amicis exhibet. Cic.2.Phil. Hodie non deſcendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. putatote cum Phormioni aleur,tum Gnathoni,tum Ballioni.

NATATITIVS, a,um,(νηκτικός)quod notat.

NATATORIVM,& Natatio,à natando dicuntur,& à Græcis κολυμβήθρα, βαπτιστήρια dicuntur.

NATATVS,us,(νῆξις) ipſe natandi actus. Claud.lib.3. de raptu Proſer. Lucus erat prope flumen Acim, quod candida prefert Sæpe mari: pulchroq; ſecat Galatea natatu. Segnis natatus,idem de Torpedine.

NATES, natium, {Natiche,Dant. Le natiche bagnaua per lo foſſo}(γλουτοί,κοχώναι,πυγαί,πυγαί)caro eſt conglobata uerſus os ſacrũ,ſedendi officio aptiſſima,à nitendo,ut quidam exiſtimant. Ibi enim eſt caro firmior, quàm in cæteris mẽbris,ne premẽte corporis mole oſſibus offendatur. Horat.1.Serm.Sat.8. Nam, diſploſa ſonat quantum ueſica,pepedi Diffiſſa nate ficus. Hi etiam alio nomine Clunes dicuntur. Iuuen. Ad terram tremulo deſcendant clunæ puellæ.

NATINATORES,ſeditioſi,negotioſi uocabantur,et Natinatio,negotiatio. Feſtus.

NATIO,onis,{Natione}(ἔθνος)genus hominum(inquit Feſtus) qui nõ aliunde uenerunt,ſed ibi nati ſunt. Plau.in Menæch. Nanq; Epidamnea natio eſt hęc ita hominum, Voluptarij, atq; potatores maximi. Plin.lib.12.cap.15. Color in quacunq; natione præfertur rufus. Erudita illa Græcorũ natio, Cic.2.de Orat. Inanes & barbaræ nationes, Cic.Q.Frat.lib.1. Idem de Prouin.conſul. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum, prælijs multis feliciſſimè decertauit. Nationis autem uocabulum latius extenditur, quàm Gentis: Nam in eadem natione plures poſſunt eſſe gentes. Neq; enim omnes,qui euſdẽ ſunt nationis,ex eadem ſunt gente. In pecoribus quoq;(ut inquit Feſtus)bonus prouentus fœturæ, bona natio dicitur. Natio quoq; ordinem, ſocietatem, ſectam & genus hominum ſignificat. Cic pro Seſtio: Nimium hoc illud eſt,quod de me potiſſimum in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatium. Natio,onis, nomen deæ,natiuitatum præſidis: de qua ſic Cice.3. de Nat. deo. Furiæ deæ ſunt,ſpeculatrices credo,& uindices facinorum,& ſcelerũ. Quòd ſi tales dij ſunt,ut rebus humanis interſint, Natio quoq; dea putanda eſt: cui,cum fana circuimus in agro Ardeati,rem diuinam facere ſolemus: quæ quia partus matronarum tueatur,à naſcentibus Natio nominata eſt.

NATISO,onis, Venetiæ fluuius eſt: cuius meminit Plin,lib.3. cap.18.

NATIVITAS, atis, {Natiuità, naſcimento} (γενεσις. τοκετός, γένεσις)idem quod ortus. Vlpia. Municipem aut natiuitas,aut adoptio facit.

NATIVVS,a, um, pen pro. {Natio. Pet. Fugge dal mio natio dolce aer thoſco} (γνήσιος)quod nullo artificio confectum eſt, ſed tale omnino eſt, quale naſcitur: & ferè idem quod Naturale. Plin.lib.31 cap.7. Sunt & montes natiui ſalis: ut in Indis Oromenus. Et natiuæ lanæ,apud Pli.lib.8.ca.47.dicuntur, quæ natiuum colorem retinent. Natiuum malum.id eſt,innatum, ingenitum. Cic. pro domo ſua. Nonne fuit eò maior adhibenda medicina,quæ & illud natiuũ, & hoc delectum malum ſanare poſſet? Natiui dei,qui naſcuntur,& occidunt. Cic.de Nat.deo.1. Anaximandri autem opinio eſt, natiuos eſſe deos,longis interuallis orientes,occidenteſq;. Natiua uerba, quæ primitiua, ſeu primæ poſitionis uocant Grammatici: quibus opponuntur Reperta.i.deriuata. Cic. in Partition. Simplicia uerba partim natiua ſunt,partim,reperta. Natiua ea,quę ſignificata ſunt ſenſu: Reperta,quæ ex his facta ſunt. Natiuus color, dicitur naturalis,qui nulla arte,ſed natura producitur, modò in albedinem tendens, modo in nigredinem: non tamen perfectè aut albus,uel niger. Natiuus color albus, Leucophæus appellatur: ab eo q Græci album uocant, λευκὸν, & φαιὸν,fuſcum, ſiue pullum. Huic contrarius Bæticus,uel Puſlus uocatur. Plin. Iecur rubetæ, uel cor alligatur io pãno leucophæo: nam quartanis prodeſt. Hinc Leucophęati,qui rudiori alba ueſte,ac uili, & natiui coloris induti ſunt. Martial. Amator ille triſtium lacernarum, Et Bæticatus ſimul & leucophæatus.

NATO, as, {Nuotare. Pet. Nuoto per mar che non ha fondo ò riua} (νήχομαι, νέω,κολυμβάω)frequentatiuum eſt uerbi No,nas: Nare,autẽ,ſeu Natare proprium eſt piſcium. Mart.lib.1. Sacris piſcibus hæ natantur undæ. Cic.Tuſc.5. Natura beſtia nantes aquarum incolas eſſe uoluit. Nant, ſeu Natant tamen & uolucres, & beſtiæ, & homines etiam induſtria. Verg.Aen.1. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Cic.de Nat deo. In quo quidem magis tu mihi natare uiſus es, q ipſe Neptunus. Colu.lib.3. per translationem pro ſerpere poſuit: Aliqui etiam nouellam uineam ex reſectione natam, inuo inutilem habebis, prima parte terræ natantibus radicibus. Quandoq; pro trepidare. Ouid.lib.6. Faſt. Nox erat,& uinis oculiq;, animiq; natabant. Quandoq; pro nauigare, Verg.4.Aen. Et littore celſas Deducunt toto naues: natat uncta carina. Interdum pro madere,manare ſeu diffluere. Verg.3. Aen. Sanieq; aſperſa natarent Limina. Natator,oris,uerbale. qui natat. Ouid.1. de Remed.am. Pugnat in aduerſas ire natator aquas. Huius compoſita ſunt Abnato, de quo uide ſuprà in litera A. Annato,(προσνήχομαι) iuxta nato, ſiue ad aliquem locum nauigo. Verg.li.1. Aen. Huc pauci ueſtris annauimus oris. Cõnato,(συγκολυμβάω) ſimul nato. Plaut. Connatat nobiſcum.i.ſimilis eſt. Huius primitiuum eſt Conno,unde & Connatio. Idem; Connationis noſtræ conſcius. hoc eſt,q eandẽ adiremus mulierem. Sed hæc per metaphoram. Eno,ſiue Enato,(ἐκνήχομαι)extra nato,ſeu trano. Verg. Aen.6. Inſuetũ per iter gelidas enauit ad Arctos. Innato, intus nato: ab Inno. Vergil.lib.1. Georgic. Nec non & torrentem undam: leuis innatat alnus. Idem lib.2. Georgic. de primitiuo Inno: Fluuioſq; innare rapaces. Denato,(καταινήχομαι)deorsũ nato,à deno: uide alibi. Obnato,(ἀντινήχομαι) cõtra ſeu citra nato,ab Obno: ut, In equore fuluus Obnatat umbra fretis. Prænato,ante nato. à Præno. Plin. Prænatante piſciculo frontem ſuam ſpargit. Renato(ἀναναχομαι)ruiſus nato, uel natando reuertor: à Reno. Supernato,(διανήχομαι)ſuper undas fluito,non mergor, à Superno. Pl.lib.24. Poſtea ſupernatans aqua tollitur ſpongijs. Trano & Tranſnato, (διανήχομαι, διακολυμβάω)ultra nato. Liu. Magonem cum equitatu flumen tranſnataſſe. Verg lib.3. Georg. Superant montes,& flumina tranant. Cæſ.1.Bel.Ciuil. Flumen tranare non poterant. Habent autem omnia hæc pe. co. Dicitur autem N per contractionem a uerbo Græco νέω, quod eſt fluo.

NATRIX, (ὕδρος)gen.maſ.& fœm.genus ſerpentis etiam aquas ueneno infi ciens à nando nomen habens. Priſci.lib.5. Natrix quum ſpeciem anguis ſignifi cat, maſculinum quoq; inuenitur. Cic.4. Aca. Quur, omnia noſtri cauſa quum faceret, tantam uim natricum, uiperarumq; fecerit? cur mortifera tam multa paſ ſim diſperſerit? Luca.lib. 9. Et natrix uiolator aquæ. Item Natrix, Plin.lib. 27.cap.12. herba eſt, cuius radix euulſa, uirus hirci redolet. Natrix quoq; mu lier dici poteſt natans, ſicut Natatrix.

NATVRA, æ, {Natura}(φύσις)dicta eſt ab eo, q aliquid naſci faciat, cuius pro prietatum cauſam aliam nullam inuenimus, præterquam q ita natura compara- tum ſit, (πέφυκεν)id eſt, ita uiſum ſit naturæ. Hanc quidam Deum eſſe dixe- runt, à quo omnia ſunt creata. Senec.lib.4.de benefi. Natura hoc mihi præſtat? Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud eſt na tura, q̃ deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inſerta? Plin.ubiq; Naturam parentem, rerumq; opificem appellat. Auguſt.de moribus Manichęo rum, Naturam ſic diffinit: Natura nihil eſt aliud, q̃ quod intelligitur in ſuo ge nere aliquid eſſe. Ponitur interdum pro ui, & ingenita rei alicui uirtute, & po tentia: unde arborum atq; herbarum Naturas dicimus. Cic.de Som.Scip. Ani- mæ natura propria, atq; uis, ut ipſa à ſeipſa moueatur. Interdum pro more, & in duſtria. Verg lib.4.Georg. Nunc age naturas, apibus quas Iuppiter ipſe Addi- dit, expediam. Natura etiam accipitur pro corporis habitu. Ter.in Eun. Siqua habitior paulò, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum. Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Naturę ſatiſfacere, & Naturæ concedere, pro mori. Cic.pro Clu. Vos audiſtis de eo, in quẽ iudices non eſtis, de eo, quẽ non uidetis, de eo quẽ odiſſe nõ poteſtis: de eo, qui & naturę, & legibus ſatiſfecit, quẽ leges exilio, natura morte mulctauit. Sall.in Iugur. Paterq; tibi neceſſe erat, naturæ con ceſſit. fratri, quem minime decuit, propinquus per ſcelus uitam eripuit. Et, In re rum naturam cadere, dixit Quintilianus, (ut notauit Budæus)pro interdum ac cidere. Aliquãdo etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam uirilibus, q̃ fœ mineis, quæ & à Græcis dicitur φύσις. Cic.2.de Diui. Parere quædam matro na cupiens, dubitans, eſſet ne prægnans, uiſa eſt in quiete obſignatam habere na- turam: retulit: negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe. Plin. lib.22 ca.13 Si quadrupedes fœtum non admittunt, urtica naturam fricandam monſtrat. Dicta Natura, q in eo membro naſcendi uis ſit. Natura item eſt ſpe cifica differentia, quæ unicuiq; rei formam dat, diffiniturq; à philoſophis ſic: Na tura eſt motus principium, ſecundum ſe, & non per accidens: quoniam uniuerſa corpora proprium habent motum per ſe, ut ignis per ſe ſurſum fertur, terra deor ſum, & non per accidens: quod ſi contrà fiat, id non naturale, ſed artificiale & uiolentum dicitur. Quinta natura Cic.1.Tuſ. Ariſtoteles longè omnibus (Pla tonem ſemper excipio) præſtans & ingenio, & diligentia, cùm quatuor genera illa principiorum eſſet complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, è qua ſit mens.

NATVRALIA, {Le parti uergognoſe}(αἰδοῖα) plurali tantum numero, di- cuntur Pudenda. Colu lib.6.cap.28. Si qua marem non patitur, detrita ſcilla na turalia eius liniuntur, quæ res accendit libidinem. Idem li.9. de Gallinarum pul lis: Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dure- ſcant, & naturalia præcludant.

NATVRALIS, et hoc le, {Naturale}(φυσικός) quod ſecundum naturam eſt, Vnde naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex noſtro ſemine eſt ꝓgnatus: (ἐγγενὴς παῖς) cui opponitur Filius adoptiuus, εἰσποιητός. Suet.in Tiber. Fi- liorum neq; naturalem Druſum, neq; adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit. Naturalia deſideria, pro cupiditate coeundi dixit Col. lib 6.cap 24.de Vaccis loquens: Atq; (inquit) in ferè tempus naturalia congruuntur deſideria. Diuinatio naturalis, cui opponitur Artificioſa præſenſio, Cice.1. de Diuina. Lex naturalis, Cic.1.de Nat.deo. Legem naturalem diuinam eſſe cenſet Ze- no, eamq; uim obtinere recta imperantem prohibentemq; contraria. Natura- le eſt. Plin lib.11.cap.37. Pleriſq; uerò naturale, ut nictare non ceſſent, quos pa uidiores accepimus. Inde Naturaliter aduerbium, (κατὰ φύσιν) hoc eſt, à na- tura uel ſecundum naturam. Cic de Senec. Quod enim homini naturaliter inſi- tum eſt, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus.

NATVS, a, um, {Nato}participium à Naſcor, γεννηθείς. Terent.in Heaut. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, ut conĳcio. Dicitur quoq;, Si quando res ita na ta fuerit: id eſt, ſi unquam occaſio fuerit è rerum euentu. Item pro re nata, hoc eſt, pro præſenti rerum ſtatu, & uti res nunc ſe habent. Cic.ad Atti.lib.3. Ani- maduerteram poſſe pro re nata te non incõmodè ad me in Albanum uenire. Ibi dem: In his locis pro re nata non incommodè poſſunt eſſe.

NATVS, ti, nomen ſubſtantiuum {Figliuolo, figlio}(ὁ παῖς)pro filio, ſicut Na- ta, tæ. (ἡ παῖς)pro filia. Vergil.3. Aene. Et nati natorum, & qui naſcentur ab il lis. Natorum appellatio (inquit Modeſt.) ad nepotes extenditur. Addimus quandoq; g, & dicimus Gnatus, Gnata quæ ſemper ſunt ſubſtantiua. Natos etiam pullos equarum, dixit Col.lib.6.cap 27. Id præcipuè genus pecudis amo re natorum, niſi fiat poteſtas, noxam trahit.

NATV, (ἡλικίᾳ)ablatiuus eſt ſolus ſine nominatiuo, alio'ue caſu uſitato: iungi- turq; cum his adiectiuis Magnus, Paruus, & Grandis. Cic. in Cat. Quan- quam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, ſed tamen iam ætate pro uectum. Teren.in Adelph. Id mea minime refert, qui ſum natu maximus. Liu. 1.ab urb. Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus.

NAVALIS, & hoc nauale, adiect. {Nauale}(ναυτικός) quod ad naues perti- net. Vnde et Naualis corona, qua donari ſolebat, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſiliſſet: de qua uide plura ſupra in dictione Corona. Verg.8. Aen. Cui belli inſigne ſuperbum Tempora nauali fulgent roſtrata corona. Prælium nauale, Plin.lib.16.cap.1. Bellum nauale, Cic.pro lege Man. Certamen naua- le, Verg.5. Aen. Diſciplina naualis, Cic.pro lege Man. Pugnæ nauales & pe- deſtres, Cic.de Senect. Socĳ nauales, pro remigibus, apud Liu.1.bel. Pun.

NAVALE, lis, ſubſtantiuum, uel Naualia, um, {Arſenale} (νεώρια, νεώσοικοι, ἐπίνεια)in quibus ſtant, uel fieri ſolent naues. Vergi.4. Aene. Diripientq; rates alĳ naualibus? ite. Cic. Offic.2. At q etiam illæ impenſæ meliores, muri naua- lia, portus, aquarum ductus.

NAVARCHVS, chi {Capitana d'armata di mare}(ναύαρχος)dicitur Latinè Præfectus claſſis: antiqui Prætorẽ uocabant: unde adhuc naui Prætoriæ man ſit nomen, in qua ſcilicet Prętor, hoc eſt, claſſis pręfectus nauigabat. Hãc Gręci eadem ratione ναυαρχίδα uocant, q in ea nauigaret nauarchus. Ci.2.Ve. Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cæteriſq; rebus nauarcho ſuo quæq; ciuitas ſemper dare ſolebat. Ibidem. An quod forum Syracuſanum nauarchorum ſanguine redundauit?

NAVCI, {Scorza della noce}(περίδερμα, κάρυα) putamen nucis, ſiue album nucleus, ſeu membranula, quæ in nucis iuglandis medio eſt: & accipitur pro re nihili. Plau.in Moſt. Qui homo timidus erit in rebus dubĳs, is nauci non erit. Cic.1.de Diui. Non habeo deni q nauci Marſum augurem.

NAVCIPACIO, {Eſtimar niente} (περὶ ἀλίγου ποιοῦμαι) id eſt nihili facio, Plau.in Bacch. Perĳ, hoc ſeruum meum non nauci facere eſſe auſum?

NAVCLERIACVS, a, um, (ναυκληρικός)quod ad nauclerũ pertinet Plau. in Mil. Facito ut uenias huc ornatu nauclariaco.

NAVCLERIVS, a, um, eiuſdem ſignificationis, Plau.in Aſin. Volo me pa tris me ſimilem, qui cauſa mea Nauclerio ipſe ornatu per fallaciam, Quã ama- bam, abduxit ab lenone mulierem.

NAVCLERVS, ri, {Nocchiero}(ναύκληρος) qui naui præeſt, & nautarum cuiq; munia ſua præſcribit. Cic. Nauicularium uocat, & Nauiculatorem. Ho die Patronum Itali appellant. Plau. in Mil. Cubare in nauclippam, atq; ocu- lis, Nauclerus dixit, qui illas aduexit mihi.

NAVCRATIS, (ναύκρατις) Stephano ciuitas in Aegypto, à Mileſĳs con- dita, qui tum mari potiebantur, teſte Strabone lib.17. Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

NAVFRAGIVM, gĳ, {Naufragio}(ναυάγιον, ναυαγία) nauis fractio, uel ſubmerſio. Cice.pro Rege Deiot. Itaque cùm eſſet ei nunciatum, Domitium naufragio perĳſſe, te in caſtello circumſideri: de Domitio dixit uerſum Græcũ, &c. Idem Famil. Epiſt.16. Interea qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Tranſlatè uerò ſumitur pro calamitate, dãno, iactura, uel exitio. Cic. Famil.4. Verſor in eorum naufragĳs, & bonorum direptionibus. Ex nau- fragio tabula. Idem ad Atti.4. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianæ Prouinciæ, & meam hercule cum Cæſare ſuauiſſi- mã coniunctionem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat. Id eſt, ex communi Reipub. calamitate & iactura hoc mihi unicum ſubſidium, hæ amicitiarum reliquiæ.

NAVFRAGOR, pen.cor.(ναυαγέω)deponens, et Naufrago, as, naufragium facio, & (ut Terentius loquitur)nauem frango.

NAVFRAGVS, gi {Rotto in mare, naufragio} (ναυαγός) qui nauem amiſit, uel qui naui fracta, bona amiſit. Proper.lib.2. Eleg.3. Ille uenena libens, & naufragus ebibat undas. Cic.de Inuen.2. Duo quidam cum iam in alto naui- garent, & eorum alterius nauis, alterius onus eſſet, naufragum quendam na- tantem, et manus ad ſe tendentem animaduerterunt: miſericordia commoti na uim ad eum applicuerunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Ouid in Ibin. Sint per immenſas iactabor naufragus undas. Naufragus, a, um, adiectiuum ut, Mare naufragum, hoc eſt naufragia faciens, quaſi naufragum, quod ibi naues fran- gantur, inquiunt Acron & Porphyrio, in illud Horatĳ 1.Carm. Ode.16. Nec mare naufragum, Nec ſæuus ignis, &c. Corpora naufraga, Ver.3.Geor. Tem peſtas naufraga, Valer.Flac.1.Argon. Vnda naufraga, Tibullus lib.2.Eleg. 4. naufragus etiam tranſlatè ponitur, pro eo, qui bona diſsipauit, uel qui qua- uis re alia calamitoſus eſt. & res ſuas in deſperatis & profligatis habet. Cic.in Cati. Quòd ſi ſe eĳcerent, ſecumq; ſuos eduxerit, & eodem cæteros undiq; col- lectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atque delebitur non modo hæc tã adulta Reipub. peſtis, uerum etiam ſtirps, ac ſemen malorum omnium. Dici- tur & Vnda naufraga, quæ naues frangit.

NAVIFRAGVS, a, um, eiuſdem ſignificationis: ut, Fretum nauifragum. Oui.14. Meta. Liquerat & Zancle, aduerſaq; mœnia Rhegi, Nauifragiq; fretum, gemino quod litore preſſum Auſoniæ, Siculæq; tenet confinia terræ. Saxa naufraga, Statius.5. Thebaid.

NAVIA, (πύελος)lignum cauatum ut nauis, quo in uindemĳs uti ſolent. Feſt.

NAVICVLA, æ, {Nauicella}(πλοιάριον) eſt parua nauis, qua uel in mari, uel in flumine circumuehimur: ut Lugduni uidere eſt, nauiculis Ararim traĳ- ci, & Lutetiæ Sequanam. Cic.4. Acad. Ita ſermone confecto, Catulus reman- ſit: nos ad nauiculas noſtras aſcendimus. Idem Atti.lib.14. Deinde ad quius Veſtorĳ nauicula ſubau.iturus.

NAVICELLA, æ, diminutiuum à Nauicula, quo utitur Martianus Iuriſcõ ſultus in tracta.de Fun.inſtruc.

NAVICVLARIVS, rĳ, (ναύκληρος) qui naui præeſt, cæteriſq; imperat, ſuaq; unicuique munia diſtribuit. Cic. Tironi lib.16. Mare magnum & diffi cile tibi reſtat, ſi poteris cum Meſcinio, caute is ſolet nauigare: ſin minus, cum honeſto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur.

NAVICVLATOR, oris, idem qui nauicularius. Cic.pro lege Manil. Ma- iores ueſtri ſæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt.

NAVICVLARIA, æ, (ναυτιλία) nauis adminiſtratio, uel quæſtus ex na- uigatione. Nauiculariam facere. Cic.7. Verr. Quid eos loqui qui uidebãt, quid exiſtimare eos qui audiebant arbitrabare? Inanem te nauem eſſe in Italiam de- cturum? nauiculariam te, cùm Romam ueniſſes, eſſe facturum?

NAVICVLOR, aris, {Barcheggiare} (πλέω)propriè otioſus nauicula uehor. Mart. lib.3. Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno.

NAVIGABILIS, le, {Nauigabile}(πλώιμος, πλευστικός) quod poteſt naui gari. Liu.lib.5.Bel.Maced. Nam ſimul primum anni tempus nauigabile præ- buiſſet mare.

NAVIGER, a, um, pen.cor.(πλοιοφόρος) qui nauem fert, aut ſuſtinet: ut Ma re nauigerum. Lucr.lib.1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Con celebras. Pli.lib.9.cap:30. Nauigeram ſimilitudinem & aliam in Propontide uiſam ſibi prodidit Mutianus.

NAVIGIVM, gĳ, {Nauigio, uaſello}(πλοῖον)omne genus nauis, quo naui- gamus, Cic.2.de Nat deo. Arborum ſectio magnos uſus adfert ad nauigia fa- cienda. Nauigia ſpeculatoria, apud Cæſ.lib.4.Bel. Gall. pro nauibus explora- toria, quas uulgo Brigãtinas appellant. Speculatoria, inquit, nauigia mili- tibus compleri iuſsit. Accipitur aliquando Nauigium pro ipſa nauigatione: ut in lege Romæ.ff.de Verb.oblig. Idq; creditũ eſſe in oẽs nauigĳ dies ductos ſub pi- gnoribus

gnoribus et hypothecis, mercibus à Beryto cõparatis. Nauigiolũ (πλοιάριον) diminutiuum eſt à nauigio. Lentulus Cic. lib. 12. Fam. Epiſt. Tantum enim abfuit, ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, ut etiam a Rhodijs urbe, portu, ſtatione, quæ extra urbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites: nos uix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur.

NAVIGO, as, penul. corr. {*Nauigare. Pet. Preſto di nauigare à ciaſcun uento*} (πλέω, ναυτίλλομαι) nauiter facio, nauim ago, naui uehor: quod uerbum tametſi neutrũ eſt, tamen accuſatiuũ nõnunquam recipit. Verg. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor. Cic. 2. de Fin. Maria ambulare, terráq; nauigare, dixit. Sæpius abſolutè ponitur. Cic. Fam. 16. Cùm rectè nauigari poterit, tum naiges. Nauigo in Mari. Cic. de inuc. 2. Cũ iam in alto nauigarẽt. Teren. in And. Huius periculo fit, ego in portu nauigo. i. à periculo abſum, tutus ſum. Hoc enim ſignificat, In portu nauigare, propterea q; qui adhuc in medijs fluctibus nauigant, hi uentorum & æſtus arbitrio feruntur: qui uerò iam portũ attingunt omni periculo ſunt defuncti. Vide Eraſmi Adagia. Huius cõpoſitũ eſt. Enauigo, (ἐκπλέω) quod eſt extra nauigo. Dicimusq;, Hic fluuius enauigatus eſt. Pli. lib. 9. Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus, duodecim dierum & noctium remigio enauigatus. Annauigo, ad aliquem locum nauigo. Plin. lib. 36. cap. 12. Sanè conſpicuæ undiq; annauigantibus, ſitæ ſunt in parte Africæ. Renauigo. Cic. ad Att. 14. Perpaucis diebus in Pompeianum, poſt in Puteolana, & Cumana regna renauigare cogitabam.

NAVIGATIO, (πλοῦς) curſus eſt marinus. Cic. ad Quin. fra. Aiebant te prima nauigatione tranſmiſſurum. Cæſar lib. 5. Bel. Gal. Corus uentus nauigationem impediebat.

NAVIS, {*Naue*} a Græco ναῦς. Ouid. 1. Faſt. Acta per æquor eas hoſpita nauis aqua. Moderamen nauis. Idẽ. 15. Meta. Et innixu moderamine nauis, in alta Puppe caput poſuit. Verg. 5. Aen. Rectorem nauis cõpellat uoce Menceten. Frangere nauem, idem quod naufragium facere. Teren. in And. Nauẽ is fregit apud Andrũ inſulam. Plau. in Menæb. Perij miſera quam tu nunc mihi nauẽ narras? M E. ligneã, Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo. Actuariæ naues, quæ remis agebantur, unde ſuprà in dictione Actuarius. Hirtius de Bel. Alexan. Nauibus actuarijs, quarum numerus erat ſatis magnus, magnitudine quanq̃ non ſatis iuſta ad prœliandum, roſtra impoſuit. Has adiunctis nauibus longis, & numero claſſe aucto, militibus ueteranis impoſitis, &c. Roſtratæ naues, dictæ à roſtris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur, Verg. 8. Aen. In medio claſſes æratas, actia bella Cernere erat. Liu. Deca. 4. li. 6. Vna & octoginta roſtratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertè roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erat, Delum traiecit. Fluuiatiles naues, quibus nauigamus in flumijs, apud Liu. lib. 10. Deca. 1. Frumentariæ naues, onerariæ, ad frumentum uehendũ aptæ, Cæſ. lib. 3. Bel. Gal. Longæ naues ab onerarijs differebant: ſiquidem onerariæ uelis duntaxat incitabantur: Longæ uerò etiã remis agebantur. Lentulus in Epiſt. Cice. lib. 12. A' Claſſe diſceſſerunt, nauiq; longa profugerũt, onerarijs relictis. Naues marinæ, quibus in mari nauigamus ad differentiã fluuiatiliũ. l. Iulia repetundarũ. ff. de Vaca. & excuſa. mune. Piſcatoriæ naues, ad piſces capiendos paratæ, Liu. Dec. 3. lib. 3. Prædatoriæ naues, & naues piraticæ, apud Liu. 3. Dec. lib. 9. & Dec. 4. lib. 4. Prætoria nauis, quã Græci ναυαρχίδα uocãt, noſtri uulgò Cappitaneã. Liu. 3. Dec. li. 1. Speculatoriæ naues. Liu. Dec. 4. li. 9. Turritæ naues, quibus ad librã turres imponebãt: idq; nõ ſolum ad prorã, ſed etiam ad puppim, ut teſtatur Appianus de Bellis ciuilibus. Vinaria nauis, apud Vlp. l. uulgaris. ff. de furtis. Conſtratæ naues (κατάφρακτα πλοῖα) quæ & tectæ dicebantur: de quibus Plin. lib. 7. cap. 56.

NAVITAS, atis, ſiue Gnauitas, {*Diligenza*} (ἐπιμέλεια) diligẽtia, ſtrenuitas. Cic. in Epiſt. Iſta opera tua, nauitas, animusq; in Rempub.

NAVITER, ſiue, Gnauiter, {*Diligentemente*} (ἐπιμελῶς) diligenter, ſtrenue. Col. lib. 11. ca. 1. Vt in itinere conficiundo ſæpe maturius peruenit is, qui nauiter, & ſine ullis conceſſationibus permeabit, quam is, qui cum una profectus ſit umbras arborum fonticulorumq; amœnitatem, uel auræ refrigerationem captauit: ſic in agreſti negotio, &c.

NAVIVS ACCIVS, inſignis Augur fuit qui ſub Tarquinio Priſco Romanorum rege floruit: quem Liuius lib. 1. ab urbe condita fabulatur nouacula cotem diſcidiſſe.

NAVLA, æ, fœm. gen. (ναῦλα) genus inſtrumenti muſici, quod idem cum Pſalterio eſſe, quidam tradunt. Naulium, lij, diminutiuum. Ouid. 3. de Arte: Diſce etiam duplici genialia naulia palma Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. Vide Cælium lib. 9. cap. 4.

NAVLOCHVM, (ναύλοχον) Locrorum oppidum eſt, teſte Pli. lib. 4. cap. 3. Eſt item Naulochũ, ſiue Naulochus Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit idem Plin. lib. 4. ca. 11. Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.

NAVLVM, li, {*Nolo di naue*} (ναῦλον, πορθμεῖον) pretium, quod ſoluitur pro uectura in naui. Iuue. Saty. 7. Furor eſt, poſt omnia perdere naulum.

NAVMACHIA, {*Guerra nauale*} (ναυμαχία) nauale bellum, ſeu naualis pugna. Mar. li. 1. Do tibi naumachiã, tu das epigrãmata nobis. Vis, puto, cũ libro Marce natare tuo. Sue. in Clau. Cæſ. c. 11. Quin & emiſſurus Fucinũ lacũ, naumachiam ante cõmiſit. Interdum accipitur pro loco, ubi fit pugna. Suet. in Tyber. Semel triremi uſq; ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt.

NAVMACHIARII, {*Coloro che combattono in mare*} (ναυμάχοι) qui prælium nauale cõmittunt. Sueto. in Clau. Proclamantibus naumachiarijs. Hi etiã ἐπιβάται dicuntur Græca uoce. Naumachiarius, a, um, adiectiuum, ut, Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. cap. 39. Concremato ponte naumachiario.

NAVO, as, {*Impiere, compire*} (παρέχω, κατατίθεμαι) ſtudioſè impleo, do, confero. Cic. lib. 2. d Orat. Iam mihi uideor nauaſſe operam, q; huc uenerim. Idem Ap Pul. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, ut quũ hic tibi ſatisfecerimus, illic quoq; noſtram in te beneuolentiam nauare poſſimus. id eſt, conferre, uel oſtendere, uel (ut inquit Budæus) nauo animo adhibere, & præſtare. Tractum uerbum a nautis, quum ſunt aualio alius in gubernandis nauibus naues enim cum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominũ auxilio indigent. Studium ſuum alicui nauare, Cic. ad Att. li. 15. Nauare, & efficere opera aliquod. Cic. ad Att. lib. 9. Vt non in hac miſeria aliquod Repub. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.

NAVPACTVS, (ναύπακτος) oppidum eſt Aetoliæ, non procul à Locris, ita dictũ (inquit Stephanus) ἀπὸ τῆς τῶν ἡρακλειδῶν ναυπηγίας, hoc eſt. ab Heraclidarũ naualibus. Vide Stra lib. 9. Hinc Naupactius, a, um, (ναυπάκτιος) & Naupacteus, pe. pr. (ναυπάκτειος) ut Naupactius Achelous, Oui. 2. Faſt.

NAVPEGVS, pen. pro. (ναυπηγός) fabricator nauium.

NAVPLIA, (ναυπλία) agri Argiui oppidum eſt, & portus Argorum: qui et inde nomen accepit q; naues eò ſoleant applicare. Auctor Strabo lib. 8.

NAVPLIADES, (ναυπλιάδης) patronymicum maſculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplij filio.

NAVPLIVS, (ναύπλιος) Palamedis pater fuit, qui ut mortẽ filij, falſa Vlyſſis accuſatione oppreſſi, ulciſceretur, Græcis tempeſtate laborantibus, ex Caphareo monte ignem oſtendit, bonamq; claſſis partem ad ignem, tanquam ad uicinum portum, annauigantem, in aſperrimos ſcopulos pellexit, miſerandoq; perdidit naufragio. Poſtea uerò cum intellexiſſet Vlyſſem et Diomedem, quibus eas inſidias potiſſimum ſtruxerat incolumes euaſiſſe, doloris impatiẽtia ſeipſum in mare præcipitem dedit.

NAVPLIVS, piſcis eſt ſepiæ ſimilis, de quo uide Plin. lib. 9. cap. 30.

NAVPONTVS, (ναύποντος) Strabonis lib. 7. oppidum eſt Iſtriæ, Tauriſcorum colonia, ad fluuium Corcoram.

NAVPORTVS, Iſtriæ fluuius eſt, inter Aemoniam et Alpes naſcens: nomen habens ab Argo naue, quam Argonautæ humeris uſq; delatam per hunc fluuium ſubuexerunt. Auctor Plin lib. 3. cap. 18.

NAVSEA, æ, {*Incitatione à uomito*} (ναυτία) ſtomachi ad uomitum ex graui odore perturbatio & concitatio. Ci. ad Att. 5. Nauigauimus ſine timore et nauſea. Plin. lib. 20. cap. 14. Nauſeas cum ſale & polenta in frigida aqua pota inhibet. A' naui deductũ nomen, ex cuius ſentina mouetur uomitus, uel ex cuius frequenti & inordinato motu, ſubuertitur ſtomachus, & ad uomitũ cõcitatur. Accipitur etiam aliquãdo Nauſea pro quauis moleſtia, uel faſtidio: unde Mouere nauſeam, idem eſt, quod moleſtiam procreare. Hinc Nauſeola diminutiuum à nauſea. Cic ad Att. lib. 14. Nauſeolam tibi tum anſam otij dediſſe facilè patiebar. Nauſeoſus, ſa, ſum, (ναυτιώδης) quod nauſeam inducit. Plin. lib. 26. cap. 28. Radice craſſa, madida, nauſeoſa.

NAVSEO, ſeas, {*Vomitare, hauer nauſea*} (ναυτιάω) nauſeam habeo, & uomitu infeſtor, ad uomitum impellor, uomendi appetitum habeo, uomo. Cic. Phi. 2. Non diſſimulat P. C. apparet eſſe commotum. ſudat, pallet: quidlibet, modò ne nauſeet, faciat. quod in porticu Numicia fecit. Plau. in Amph. Laſſus ſum hercle è naui, ut uectus ſum hoc, etiam nunc nauſeo. Cice. Fabio Gallo: Tu tamen cum audiſſes ab Antio (uidit enim me nauſeantem) non modò mittendi cauſam habuiſti, ſed etiam uiſendi.

NAVSICAE, (ναυσικάα) Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ cum exiſſet ciuitatẽ cum pediſſequis ſuis, iuſſetq; ad flumẽ lotura ueſtes, uidit Vlyſſem naufragum in litore ſedentem, nudum, arborum ramis circumtectum, cui oranti & ueſtes dedit, & in regiam patris ſui ire iuſſit. De hac Mar. lib. 2. Si mihi Nauſicae patrios concederet hortos: Alcinoo poſſem dicere, malo meos.

NAVSCIO, is, it, de grano fabæ dicitur, quum naſcendi gratia ſe aperit, q; non ſit diſſimile nauis figuræ Feſtus.

NAVSIMENES, (ναυσιμένης) uir Athenienſis, cuius uxor cum liberos in inceſtu deprehendiſſet, indignitate facinoris perterrita uocem amiſit.

NAVSITHOVS, (ναυσίθοος) rex Phæacum, Neptuni filius, & Peribœæ Eurymedontis filiæ, & pater Alcinoi.

NAVTA, & Nauita, æ, {*Nocchiero*} (ναύτης, ναυτίλος) qui ſe in naui agenda exercet, & quicunq; in naui eſt nauis ducendæ gratia. Cice. Fami. 15. Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. Idem ad Att. lib. 10. Nautam ipſe audire uideor iam euocantem.

NAVTEA, (καὶ ἄγυρον) herba eſt, inquit Feſtus, granis nigris, qua utuntur coriarij, uel aqua coriariorum: uel (ut Nonius inquit) aqua ex nauis ſentina ueniens. Plaut. in Aſi. Nauteam bibere malim, ſi neceſſe ſit, q̃ illam oſcularier.

NAVTEPIBATAE, (ναυτεπιβάται) dicuntur qui nauem conſcendunt, & nauali loco nautarum officio funguntur. Vide Alciatum lib. 3. Diſpunct.

NAVTICVS, {*Marinaro*} (ναύτης) nauta qui rem nauticam exercet. Liu. 8. Bel. Pun. Metumq; etiam ex terra nauticis præbuit.

NAVTICVS, à um, (ναυτικός) quod eſt nautarum, quod ad nautã pertinet. Verg. lib. 3. Nauticus exoritur uario certamine clamor. Cic. 2. de Nat. deo. Propter Nauticarum rerum ſcientiam plurimis maritimis rebus fruimur. Nauticus panis dicitur, quem hodie Biſcoctum uocamus. Plin. lib. 22. cap. 25. Nauticus panis tuſus, atq; iterum coctus ſiſtit aluum. Verg. 4. Eclog. Cedet & ipſe mari uector, nec nautica pinus Mutabit merces. Nauticus cantus κέλευσμα. Cice. 2. de Nat. deo. Idemq; iuuenibus uiſis, auditoq; nautico cantu.

NAVTILVS, (ναυτίλος) piſcis marinus ita dictus, quod nauigantis effigiẽ habeat, ναυτίλλομαι enim apud Græcos ſignificat nauigo. Plin. libr. 9. cap. 29. Inter præcipua autem miracula eſt, qui uocatur nautilos, ab alijs pompilos. Supinus in ſumma æquorũ peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtula aqua, uelut exoneratus ſentina, facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua uelificante in auras, cæteris ſubremigãs brachijs, media cauda, ut gubernaculo, ſeſe regit. Ita uadit alto, Liburnicarum gaudens imagine, & ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

NAVVS, a, um, {*Diligente, ſollecito, preſto*} (δραστήριος, φίλεργος) celer, ſtrenuus: à nauium celeritate dictus, qui & Gnauus dicitur: cuius contrarium eſt Ignauus. Colu. lib. 11. cap. 1. In agreſti negotio dici uix poteſt, nauus operarius ignauo & ceſſatore præſtet, Nauitas, atis, ſiue Gnauitas, (προθυμία) celeritas, ſtrenuitas. Cic. lib. 10. Fam. Epiſt. ad Furnium: Iſtamq; operam, nauitatem, animum in Remp. celeritati Preturæ anteponendum cenſeo. Vnde ignauia, tarditas, deſidia. Interdum Nauus dicitur quaſi ſciens & cognoſcens. Col. lib. 8. Sit autem uigilans, impiger, induſtrius, nauus omnium quas paſcat. Quo tamen in loco Narus potius, ſiue Gnarus legendum uidetur.

NAXIA, cos eſt (ναξία ἀκόνη) ſignis marmoreis poliendis, & gemmis ſcalpendis accommodata. Inuenitur in Cypro inſula. ut inquit Plin. lib. 36. cap. 7.

NAXOS, (νάξος) inſula in Aegæo, una ex Cycladibus, cæteras ſuperans. antea Strongyle dicta. Hæc Dia poſt appellata fuit. Verum quum Cares ex Lamia

profecti, duce Naxo eam occupaſſent, à duce Naxon appellarunt. Hanc Dionyſiada à uinearum fertilitate dici ſcribit. Plin. lib. 4. cap. 12. Vel quia (ut alij uolunt) ſolæ Naxiæ mulieres octauo menſe pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea uino fluat. Diſtat à Delo ſeptem millibus. Hinc Naxius, a, um, (νάξιος) unde Naxius ardor apud Colu quo ſignificatur Ariadnes coronæ ſidus. Nam (ut ferūt poetæ) in inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, coronaq́; quā à Venere, & Horis dono acceperat, inter ſidera relata fuit.

NAZARÆVS, (ναζαραῖος) conſecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus CHRISTVS dictus eſt, humani generis redemptor, tum q̀ in ea urbe pueritiam egerit, tum etiam q̀ ex Nazarena uirgine Maria eſſet natus, de qua Athanaſius feruenti oratione dicebat: Μαρία χαῖρε, ἃ τὶ ὑπεράγχειν βασιλίων αὐτὸς ὁ μὴ χαῖρε, ὅτι βαστάζεις τὸν βαστάζοντα πάντα. Nazaræi etiam dicebātur, qui uotum ad tempus habebant in lege, ut inquit Auguſtinus. Vnde & Sampſon Nazaræus dictus eſt, quod ex uoto comam aleret perpetuò intonſam.

N ANTE E

NE, {Accio che non Boc. Accioche non patiſſe} (μὴ) dehortatiuum, ſeu prohibitiuū aduerbium eſt, & iungitur magis imperatiuo, q̄ ſubiunctiuo, inquit Donatus. Teren. in Andr. Ne ſæui tantopere. Verg. 3. Aenei. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Teren. in Eun. Si certū eſt facere, facias. uerum ne poſt cōferas culpam in me. Ibidem: Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. Iungitur etiam nōnunq̄ optatiuo. Cic. 7. lib Epiſt. ad Gallum. Sed ne uiuā, ſi tibi concedo. Quandoq; adiunctiua eſt particula, pro Vt non. Mart. lib. 1. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriant, iuuare. Quandoq; rationalis, pro ergo. Ver. 1. Aen. Me ne incepto deſiſtere uictam? Quandoq; cauſalis. Idē 2. Aen. Ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſit. i. ut non, ἵνα μὴ, ὡς μὴ, ὅπως μὴ. Quandoq; ponitur pro Vt. Cic. Curioni: Vt nō uereremur, ne nimis citò mitteremus. Ne nihil. i. ut aliquid. Idē Pætorne amicis nihil tribuamus, epulamur? i. ut amicis aliquid tribuamus. Terent. in Andr. Ego id agam, mihi qui ne detur, ἵνα μὴ. Quandoq; nedum. Ibidem: Ne uacuum eſſe nunc me ad narrandum credas. Plerunq; dubitatiua, ṽ. Verg. 11. Aen. Iuſtitiæ'ne prius mirer, belli'ne laborem. Apud oratores, Ne interrogatiuum raro geminatur, ſed loco poſterioris utimur aduerbio An. ut, Bonus'ne, an malus. Aliquando etiā ſic, Eundū, mihi, nec'ne ſit, ignoro. Et per interrogationem. Cic. Verū uulttis Prætori Flacco, nec ſic? id eſt, an nō ἢ μὴ. Quidam ſuperuacuum addunt An, hoc modo: Ne ſcio an bene faciam, nec'ne. Quandoq; confirmatiuè. Verg. 11. Aene. Tanta'ne me tenuit uiuendi nate uoluptas, Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ? Quo tamen in loco quidam (quos quantitas reprobat: Nam Ne illic corripitur, ut notum eſt) exponunt Ne pro utiq;, cum diphthongo ſcribētes. Quandoque interrogatiua eſt. Tere. Ego'ne. Tu ergo. Quandoq; habet uim interrogandi, & dubitandi ſimul. Idem in And. Datur'ne illa hodie Pamphilo nuptū? Quandoq; uim diminutiuam habet, & pro ſaltem ponitur. Sall. Secundæ res ſapientū animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriæ temperēt. hoc eſt tantū abeſt ut illi uictoriæ tēperent. At Nę (ναί) cum diphthongo, Græca dictio eſt, idem ſignificans quod certè, uel utiq;, de qua dictum eſſe ſuo loco. Cōpoſita, à Ne, aduerbia negādi ſunt, Nec, neq;, (μηδὲ, μήτε) Nequā, Nequò, Nequicquā, Neutiquam, Neutiq;, Nequaquam, Necubi, Nedum, & alia. Aliquando Ne accipitur pro Vt, præſertim cùm ſubiungitur poſt aliquod horū uerborū Metuo, Timeo, Vereor. Eiuſdem. n. ſignificationis ſunt hæ orationes, Vereor ne moriatur, & Vereor ut moriatur. Interdum etiam utrūq; coniungimus. ut apud Cic. Metuo ut ne pereat: Terent. in Eunu. Id ut ne fiat, ſola hæc res eſt remedio. Terē. in And. Apprime in uita utile, ut ne quid nimis. In quibus omnibus exemplis Vt, eſt ſuperfluum, ornatusq́; potius, q̄ neceſſitatis cauſa additum. Quandoq; Ne idē eſt quod neq; (οὐδὲ) & hoc ferè ſubſequente particula Quidem: ita tamen, ut inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. Cic. de Amic. Nunquam illum ne minima quidem re offendi.

NE DICAM, ſi hæc clauſula ſequatur ſubſtantiuum, adiectiuum ſequens in accuſatiuo ponitur. Cic. pro Rege Deiotaro: Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratū & impium, qui nepos, &c. Sin Subſtantiuū poſtponatur huic particulę. i. ſi interiiciatur inter adiectiuum & ſubſtantiuū, utrunq; erit in nominatiuo: ut, Crudelis, ne dicam ſceleratus & impius Caſtor. Hæc ex Valla, lib. 3. cap. 20.

NE VIVAM, {Poſs'io morire. Bemb. Poſs'io morir di mala morte s'io} (ἢ μὴ ζῴην, μὴ γὰρ ζώην) iurantis eſt. i. moriar. Cic. Gallo: Sed ne uiuam, ſi tibi concedo. Cū hac locutione conueniant, Ne ualeam, Ne ſim ſaluus: quibus loquendi modis utimur, cum quid aſſeuerare, & ueluti quibuſdam precibus deuouere, aut ſacramento aliquo obteſtari cōtendimus. Idem ad Att. lib. 4. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne uiuam, ſi ſcio. Idem ad eundem: Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio Sunt & aliæ dicēdi formulę à particula Ne profectæ, quibus utimur cùm orationem uel publicè habentes, uel priuatim ad amicū ſcribentes poſt rē ſatis explicatam, loquacitatis fugiēdę ſtudio, ita dicimus: Ne uos, uel Ne te diutius teneam: uel, Ne te pluribus teneam. Item: Ne multa, Ne multis: Ne plura, Ne pluribus. Ne longus ſim: Ne longum ſit: Ne longum faciam, &c. id eſt, ut breui expediam: ad ſummum: ut breuiter colligam:

NEA, (νέα) inſula prope Lemnum, in qua nonnulli uolunt Philoctetē hydri morſu iuiſſe interfectum. Plin. lib. 2. cap. 87. de inſulis enatis: Inter Lemnum & Helleſpontum Nea.

NEÆRA, (νέαιρα) nomen eſt fœminæ, ſeu nymphæ, quę peperit Soli duas filias Phaethuſam & Lampetiam, quæ armēta Solis tranſeunti Vlyſſi iuxta Siciliā oſtendit. Eſt etiam mulieris cuiuſdam nomen proprium apud Verg. Eclog. 3. Dum fouet ille Neæram.

NEÆTHVS, (νέαιθος) fluuius eſt in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone urbe. Vide Plin. lib. 3 cap. 11.

NEALCES, (νεάλκης) pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiā Aegyptiorum & Perſarum. Item Aſellum bibentem in litore, & crocodilum ei inſidiantem, Autor Plin. lib 35. cap. 10.

NEANDRVS, (νέανδρος) Troadis oppidum, poſtea Perperenne nominatū, teſte Plin. lib. 5. cap. 30. Stephanus Neandriam (νεανδρεια) appellat.

NEAPOLIS, (νεάπολις) ciuitas eſt Campaniæ à Chalcidenſibus cōdita, quę cum à Cumanis eſſet euerſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita iubente Apollinis oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſt reſtituta, bonaq́; ciuium parte eò trāſlata, ad differentiam ueteris urbis, Neapolis eſt appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi ſepultæ. Auctor Pl. li. 3. cap. 5. Suidas: Νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ ὀνομαζομένη, οὗ παρθένος ἐστὶ Παρθενόπη, μία τῶν Σειρήνων. πολλαὶ καὶ ἄλλαι νεαπόλεις. Eſt & Neapolis Africæ oppidum, ut ſcribit Pomponius Mela. lib. 1. Eſt item eius nominis Cariæ urbs ad Iaſium ſinum, eodē auctore. Neapolis, quæ & Leptis magna, Ptolemæo lib. 4. c. 3. urbs iuxta Syrtim paruam, quam Tripolim hodie uulgus appellat.

NEAPOLITANVS, na, num. (νεαπολίτης) qui ex Neapoli eſt.

NEARCHVS, (νέαρχος) iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis, cuius etiam meminit Horat. lib. 3. Carm.

NEBIS, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius: ſcus Straboni dictus lib. 3.

NEBRIDES, pe. cor. (νεβρίδες) damarum, ſeu ceruorum pelles, quibus ut ueteres in Bacchi ſacris ſolebant. νεβρὸς enim dama, ſeu ceruus eſt.

NEBRITES, (νεβρίτης) gemmæ ſpecies eſt, Libero patri ſacra, à nebridum pellium ſimilitudine, quibus in liberi ſacris utebantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

NEBRODES, (νεβρώδης) mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Eſt & unum ex Bacchi cognominibus.

NEBVLA, {Nuuola, nebbia} (νεφέλη, ὁμίχλη) ſic differt à Nube, q̀ Nebula uapor ſit è terra atque aquis ſurgens, quæ ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altū ſublata, conuertitur in nubē. Nubes quocunq; tēpore fieri poſſunt: Nebulę nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt, inquit Pli. lib. 2. ca. 60. Atra nebula, Verg. 2. Aen. Humentes nebulæ, Stat. 9. Theb. Liuens nebula, Sil. lib. 6. Tandem exhalauit in auras Liuentem nebulam fugientis ab ore ueneni. Nebula erroris. Iuu. Sat. 10. Pauci dignoſcere poſſunt Vera bona, atq; illis multum diuerſa, remota Erroris nebula. Quaſi per nebulam audire, eſt leuiter, & non attentè audire. Plau. in Cap Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam Aegionem meum patrem uocarier.

NEBVLARIVM, rij, ædificium, à ſubijcienda meſſe per nubilum tempus.

NEBVLONES, & Tenebriones, {Huomini da niente, chiarlatori, uani} (ἀδόκιμοι, οὐτιδανοί) dicti ſunt fures, nugatores, uani, nullius precij homines: qui mendacijs & aſtutijs ſuis nebulam quandā & tenebras obijciunt: uel q̀ ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt accommodatæ: uel q̀ molles ſunt, inanes, & uani, ut nebula, ut Donatus inquit. Lucilius: nugator, quidam ac nebulo fit maximus multo. Cic. ad Att. lib. 1. Totum inueſtiga, cognoſce, perſpice: & nebulonem illum, quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Teren. Sane q̀ tibi nunc uir uideatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Horat. 1. Serm. Sat. 1. Non ego, auarum Cum ueto te fieri, uappam iubeo, aut nebulonem.

NEBVLOSVS, ſa, ſum, {Nuuoloſo} (νεφελώδης) nebulis tectus, nebulis & nubibus plenus, tepidus & frequentibus nebularum humoribus conſperſus Cato de Re ruſt. cap. 6. Ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum, ibi maximè ſeri oportet. Colu. lib. 2. cap. 10. Eaq; nec macrum, nec nebuloſum locum patitur.

NEC, & NEQVE, (μηδὲ, οὐδὲ, οὔτε, μήτε) coniunctiones ſunt diſiunctiuæ, quæ ferè geminatæ in oratione collocantur, aut etiam ſingulæ, ſed tamen ita, ut ſemper præcedat negatio Cice. de Amic. Nec enim melior uir fuit Aphricano quiſquam, nec clarior. Terent. in Eunuch. Occidi, neque uirgo eſt uſquā, neque ego qui illam è conſpectu amiſi meo. Cice. de Amic. Neq; quicquam unquam, niſi honeſtum, & rectum, alter ab altero poſtulabit: neq; ſolum colent ſe inter ſe, ac diligent, ſed etiam uerebuntur. Nonnunquam ſignificat non: ut, Nec uideo quorſum res euadat. Cic. lib. 3. de Legib. Senatori, qui nec aderit aut cauſa, aut culpa eſto. Verba ſunt legis antiquæ: quibus hoc ſignificatur: Senatori, qui ad ſenatum uocatus non conuenerit, aut culpam imputari oportere, aut minimè neceſſitatem cauſæ legitimæ excuſandæ. Hæc Budæus in Poſterioribus Annot. Terent. in Andr. Audiui iam omnia. D. ah, nec tu omnia. Idem in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opinanti primus obijcerem. hoc eſt, non opinanti, & præter expectationem. Cic. in Offi. Nec opinata bona dixit, pro inopinata. Et, Nec opinato, pro inopinato aduerbij uice. ἀπροσδοκήτως. Cic. 3. de Fin. Cum uenißet, ut alter alterum nec opinato uideremus, ſurrexit ſtatim. Reſoluuntur autem ferè hæ coniunctiones, per negationem et coniunctionem diſiunctiuam: ut hæc oratio, Nec fuit Aphricano uir melior, nec clarior: ſic ferè exponi, Aphricano non fuit uir melior, aut clarior. Sed ſi ſequatur Enim, uim ſimplicis negationis habet: ut, Nec enim id facerem, id eſt, non enim id facerem. Quandoque ſignificat etiam. Quintil. Perſolui gratia non poteſt, nec malo pati. id eſt, etiam malo pati. Factum eſt autem Nec à neque, per apocopen duarum extremarum literarum, & q, quòd finem Latinæ dictionis tenere non poſſit, in c commutato.

NECDVM, {Non ancho} (μήπω) non adhuc. Verg. 1. Aen. Necdū etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores exciderant animo. Cic. ad Att. lib. 6. Caſſius meus literas miſit: necdum Bibuli erant allatæ. Nequedum, idem quod necdum. id eſt, & nondum. Cic. ad Quin. fra. lib. 3. Sed eius rei maturitas nequedum uenit, & tamen iam appropinquat.

NEC EO MINVS, {Non altrimenti} pro nihilo ſecius dixit Suet. Tranquil. in Othone, cap. 4. Nec eo minus alium alia uia militum demerebatur. Neq; ſecius eo, pro nihilo minus. Idem in Domi. cap. 12. Item, Nec quicquam aliud, pro tantum. Idem in Nerone cap. 43. Neq; quicquam q̄. pro tantum, Idem in Claud. Cæſar. Has formulas loquendi notauit Eraſmus in Tranquil. unde exempla petito.

NECEPSO, nomen auctoris, de quo Firmicus lib. 8 ſic inquit: Hunc locū diuinus ille Necepſo, ut remedia ualitudinum inueniret, diligentiſſimè quidem (ut diuinum tanti uiri potuit ingenium) manifeſtis tractatibus explicauit.

NECESSARII, {Parenti, amici ſtretti} (οἱ ἀναγκαῖοι) dicebantur cognati, uel affines, uel amici, & hi quibus uti familiariter ſolemus, q̀ neceſſaria inter eos officia conferantur. Cic. Planc. lib. 13. Epiſt. Nec dubito quin ſcias, in ijs neceſſarijs, qui tibi à patre relicti ſunt, me tibi eſſe uel coniunctiſſimum.

NECESSARIVS, a, um, {Neceſſario} (ἀναγκαῖος) dicitur illud, ſine quo quid fieri nō poteſt: ut, Neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. Cic. Ver. 5. Quemnus meminimus Siculos re neceſſaria nulla coactos, auxilium à patronis, à Conſulibus, à Senatu, ab legibus, à iudicijs petiuiſſe. Huic opponitur Anceps quod recentiores Contingens, (τὸ ἐνδεχόμενον) uocant. Hinc fiunt Neceſſarie, & Ne-

ceſſario

ceſſariò,(ἀναγκαίως)aduerbia. Cic. 1. de Inuent. Neceſſariè demonſtrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt. Idem 4. Tuſc. Nullíuſq; unius diſciplinæ legibus aſtricti, quibus in philoſophia, neceſſario pareamus.

NECESSE, ſiue Neceſſum, {*Neceſſario*}(ἀναγκαῖον)dicitur, quod ui aliqua cogente fieri opus eſt: à Ceſſo uerbo deductũ, q; non ſit in eo ceſſandum. Olim teſte Donato, declinabatur, hic & hæc Neceſsis, & hoc Neceſſe, Neceſſus, a, um, ex quibus hodie manſerunt Neceſſe & Neceſſum. Terent. in Eunuch. Sed neceſſe eſt, hunc ut ſubuenias. Plaut. in Stic. Nunc auctionem facere decretum eſt mihi. Foras neceſſum eſt quicquid habeo uendere. Hinc fiunt Neceſsitas, Neceſsitudo, Neceſſarius.

NECESSITAS, atis, {*Neceſsità*}(ἀνάγκη, χρεία)uis ipſa quæ cogit: ut, Neceſsitas mihi incumbit eundi Mutinam. Cicero pro Cluent. Neceſsitate coactus feci. Nonnunquam pro inſtantibus, & neceſſariis negotiis ſumitur Plin. lib. 4. Epiſt. Collegæ optimi, meíq; amantiſſimi, de communis officij neceſsitatibus prælocuti, excuſare me, & eximere tentarunt. Aliquando appellatione Neceſsitatis ius quoddam & uinculũ religioſæ coniunctionis, hoc eſt ſanguinis, familiaritatiſue ſignificatur, ἀναγκαιότης. Cæſar in Suaſione legis Plautiæ: Equidem mihi uideor pro noſtra neceſsitate, non labore, non opera non induſtria defuiſſe.

NECESSITVDO, inis, {*Neceſsità, biſogno, amicitia ſtretta*} aliquando idem eſt quod neceſsitas: hoc eſt uis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendũ cogit. Salluſt. Iugurth. Coactus rerum neceſsitudine, ſtatuit armis certare. Præterea Neceſsitudo, eſt familiarior quidam amicitiæ uſus & coniunctio quædam affinitatis, uel etiam ſanguinis. Ci. Famil. 13. Multos tibi comendem neceſſe, quũ do omnibus nota noſtra neceſsitudo eſt, tuaq; in me beneuolentia. Aliquando Neceſsitudo ponitur pro neceſſario: id eſt, cognato, uel affine. Sueto. in Auguſto: Remiſit tamen hoſti iudicato neceſsitudines amicoſq; omnes.

NECOS, filius fuit Pſammitichi & Aegypti rex cui filius Pſammis in regno ſucceſſit, teſte Herodoto lib. 2.

NECO, as, aui, atum, uel Necui, nectũ, {*Vecidere, amazzare*}(κτείνω) idẽ quod interimo, uel interficio, Diomedes, & Priſcianus ita diſtinxerũt hæc præterita, ut Necaui ſit, quaſi ferro occidi. Necui, quaſi ſuffocaui: idemq; omnino iudicabat de participiis Necatus & Nectus. Sed hæc differentia ſæpiſſime confunditur. Valla ita diſtinguit, ut Necatus generalem habeat ſignificationem, Nectus ſpecialem: putatq; hoc poſteriori nõ eſſe utendum, niſi addito certo genere mortis: idq; frequentius in compoſitis: nam ſimplex Nectus raro legitur. Li. lib. 21. Fame, frigore, illuuie, ſqualore enecta. Sic etiam dicimus Enectum ſiti, Enectus morbo, non autem Enectus ferro, quod teſte Valla, nuſquam legitur. Necatus autẽ dicitur tam is qui ferro, q̃ qui alio quouis modo interiit. Auctor ad Herẽ. lib. 3. Si accuſator dixerit a reo hominem ueneno necatum. Nec de homine tantum dicitur, ſed de aliis quoq;. Colu. lib. 2. Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. Fame neco λιμοκτονέω. Sueto in Tyb. cap. 54. Hoſtes fame necauit. Morſu necare. Ouid. 2. de Rem. am. Parua necat morſu ſpatioſum uipera taurum. Necaturus, participiũ. Oui. 1. Triſt. Eleg. 2. Ore necaturus accipiemus aquas. Huius uerbi compoſita ſunt, Eneco, (ἀποκτείνω, ἀποπνίγω)ſuffoco. Plaut. in Amph. Puer ambos angues enecat. Horat. lib. 1. Epiſto. Spem mentita ſeges: hos eſt enectus arando. Interneco, & Perneco, (ἐξολλύω,) & habent pen. corr.

NECROMANTIA, æ, pen. acuta, {*Negromantia*}(νεκρομαντεία)diuinatio quæ fit euocatis ad ſua cadauera umbris: Eius duas faciunt ſpecies: Necyomantiam, & Sciomantiam. Necyomantiam uocabãt, quum ad recẽs cadauer, calido ſanguine oppletum, umbra uel dæmon aliquis magicis carminibus euocatus per os ipſius cadaueris futura prædicebat. Huiuſmodi Necyomantiã depingit Lucan. li. 6. ubi à Theſſalica quadam malefica reuocatus ad uitam miles recenter occiſus, Sexto Pompeio euentum belli Pharſalici prædicit. Sciomantiam autem uocabant, cum euocata tantum umbra futura diſcebant. Dicta eſt autem Necromantia ἀπὸ τοῦ νεκροῦ, quod mortuum ſignificat, uel cadauer: καὶ τῆς μαντείας, hoc eſt, à diuinatione. Eſt enim diuinationis quoddam genus, fieri ſolitum per umbras aut cadauera mortuorum. Hinc Necromantici, (νεκρομάντεις) dicti ſunt qui hoc magiæ genere utuntur.

NECROCORINTHII, (νεκροκορίνθια) hoc eſt, Corinthiorum defuncti dicebãtur uaſa Corinthia, tam ænea, q̃ fictilia, quæ euerſa Corintho ex mortuorum ſepulcris eruebantur. Vide Strabonem lib. 8.

NECROPOLIS, νεκρόπολις) Aegypti oppidum eſt, triginta non amplius ſtadiis ab Alexãdria diſtans: ita dictum, q; ibi Cleopatra, admota uberibus aſpide ſeſe interemerit.

NECTAR, ris, {*Nettare. Petr. Ch' ambroſia e nettar non inuidio à Gioue*} (νέκταρ) deorum (ut inquit Feſtus) potionem ſignificat. Ci. lib. 1. Tuſc. Non enim ambroſia deos, aut nectare: aut Iuuentute pocula miniſtrante lętari arbitror. Dictum putatur Nectar à priuatiua particula νη, & uerbo κτείνω, quod eſt occido, q; non eorum qui moriuntur, ſed immortalium deorũ ſit potus. Per tranſlationem accipimus pro quouis uino dulciori. Verg. in Daphnide, Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Interdum etiam pro melle. Verg. 1. Aene. Aut cum liquentia mella Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas. Hinc fit adiectiuum Nectareus, a, um, (νεκτάρεος) quod nectaris ſaporem refert, aut odorem: ut Falernum nectareum, apud Mart. li. 12. Flores nectarei, apud Clau. de nupt. Honorij. Eſt & Nectarea herba, alijs nominibus Helenion, & Medica, & Symphyton, & Idęa dicta, ex qua conficitur uini quoddam factitij genus, quod Nectarites appellatur. Vide Plin. lib. 14. cap. 16.

NECTO, nectis, nexui, & nexi nexum, {*Legare, annodare*} (πλέκω, εἴργω) ligo, iungo. Verg. 6. Eclo. Ille dolũ ridens, quo uincula nectitis: inquit. Proper. lib. 3. Eclog. 9. At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Eleganter Nectere dolum alicui dicitur, pro dolis circumuenire. Liu. 1. ab urb. Vndiq; dolus Regi nectitur. Aliquando Nectere eſt obligare, deuincire, & ære alieno obſtringere. Idem Ab urb. 8. Eo anno plebi Romanæ uelut aliud initium libertatis factum eſt, q; necti deſierit. Nexus, a, um, participium, & Nexus, us, ui, uerbale, unde infra ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Annecto, (ἐπιπλέκω) quod eſt, ad aliquid necto, ſiue iuxta necto, ſubiungo. Col. lib. 5. At ſi regionis conditio permittit, de ueteribus haſtilia, quibus annectantur ſingula, tranſuerſæ perticæ alligentur. Connecto, (συμπλέκω, συνδέω) ſimul necto. Idem in eodem: Eaq; uel ſaligneis perticis, uel compluribus quaſi faſciculis arundinum connectuntur. Innecto, (ἐμπλέκω) intus necto, cateno. Claudia. lib. 2. Mutuaq; alternis innectite colla lacertis. id eſt, complectimini. Internecto, (διαπλέκω.) Verg. 7. Vt fibula crinem Auro internectat, Lyciam ut gerat ipſe pharetram. Obnecto, obligo. Subnecto, (ὑποπλέκω) ſubiungo. Vergilius: Aurea ſubnectens exertę cingula mammæ.

NECVBI, {*Che non in qual che loco*}(μήπου) pro ne alicubi: id eſt, ut non in aliquo loco, & ſemper duo uerba poſtulat: ut Iuſſit necubi mihi præſto ſit: id eſt, ne in ullo loco ſit. Varro de Re ruſt. cap. 45. Si erunt imbres ſecuti, uidendum necubi aqua conſiſtat.

NECVNDE, {*Che non da qualche loco*}(μήποθεν). i. ne ex aliquo loco. Liui. 2. Bell. Pun. Circumſpectans necunde impetus in frumentatores fieret.

NECYIA, {*Feſta de i morti*}(νεκυία) quaſi mortuaria, resq; funebris, & ad mortuos pertinẽs, & ipſum etiam mortuorum feſtum, cum pro impetranda defunctorum Manibus quiete, mortuorum ſepulcra cum facibus & cereis frequentabantur.

NECYOMANTIA, (νεκυομαντεία) Vide Necromantia.

NECYDALVS, li, (νεκύδαλος) quid ſit docet Plin. lib. 11. cap. 12 his uerbis. Eſt & alia horum origo è grandiore uermiculo, gemina protendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde quod uocatur Bombylis: ex ea necydalus: ex hoc in ſex menſibus Bombyx. Ex quibus Plinij uerbis conſtat, Necydalum genus eſſe uermiculi, aut certe inſecti, quod deinde poſt ſex menſes transformatur in bombycem.

NEDVM, {*Non pure*}(μὴ ὅτι, μὴ τί γε, μήποτε, μήτοιγε) ſignificat non ſolum, et duobus modis in oratione collocari ſolet. Vno quum utranq; ſententiam eodem claudimus uerbo: ut Funderem pro te ſanguinem, nedum pecuniam. Altero, quum ſuum utrinq; ſententiæ uerbum accommodamus: ut Funderem pro tẽ ſanguinem, nedum tibi pecuniam credere. Negatiue ſic: Non funderẽ pro te obolum, nedum pro te ſanguinem funderem. Cum autem affirmamus, id quod grauius eſt, maioriſq; momenti, in prima orationis parte ponendum, cum negamus, id quod minoris. Plus eſt enim & magis momentoſum, fundere ſanguinem, q̃ pecuniam: & minus eſt & leuius, perdere aut credere obolum, q̃ perdere aut fundere ſanguinem. Hæc Valla lib. 2. cap. 18. Nedum aliquando pro non ſolum & poſt ſe recipit, Sed etiam. Ponitur tamen Nedum aliquando pro non ſolum. Cic. ad Attic. lib. 10. Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouiſti: ſed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Græcia ſiſte, & literarum aliquid interea, &c.

NEFANDVS, a, um, {*Nefando, da non dire. Arioſt. Per far d'un moſtro poi cibo nefando*}(ἄρρητος) quod non eſt fandum, à nefas, quod ne fari quidem liceat. Vergil. 12. Aeneid. Hoc caput, ò ciues, hæc belli ſumma nefandi: Ferte faces propere, fœdus repoſcite flammis. Idem 3. Aen. Satis eſt gentem effugiſſe nefandam. Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefans, antis, Lucil. lib. 7. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

NEFARII, {*Scelerati, ribaldi*}(ἀθέμιτοι, ἐναγεῖς) ſceleſti, ſacrilegi, ita dicti à farre, q; ne digni quidem ſint qui farre ueſcantur. Nonius: Nefarij proprietatem lib. 1. de Vita pop. Rom. Varro pſtefecit. A farre quod adoreũ eſt quo ſcelerati uti non debeant. Aſconius ſcribit Nefarium dici, quod ſacra polluit farre pro ſolita celebrari: ergo Nefarij ſacrilegi. Alij malunt huius nominis originem ad Fari uerbum referre: unde & Nefas, & Nefandus deriuationẽ trahunt, ut Nefarium dicatur, quod adeo eſt ſceleratum, ut ne fari quidem, hoc eſt nominare debeamus. Nefarius, a, um, id eſt, profligatus, perditus, nequam. Cicero pro Sylla. Horum ego faſces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, ſicut feci: uoluntates uero conſceleratas, ac nefarias nec ſanare potui, nec tollere. Facinus nefarium. Cæſ. 7. Bell. Gall. Latrocinium nefarium, Cic. 3. Verr. Scripta nefaria, Catul. ad Fund. Hinc Nefarie aduerbium. hoc eſt, ſcelerate, impie. Cic. 2. Verrina: Cum multa in deos, hominesq; nefarie fecerit.

NEFAS, {*Sceleritù, ſceleraggine*} (ἀθέμιτον) impium facinus & execrabile, quaſi non fas. Cic. ad Trebon. Mihi nefas ſit obliuiſci. Auctor Carmi. ad Piſonem. Siu capitale nefas operoſa diluis arte. Ver. 4. Aene. Illa dolos, dirumq; nefas in pectore uerſat. Nefas ſit. Ci. de Amic. Aeque autem nefas ſit tale aliquid & facere rogatum, & rogaſſe. Nefas dictu. Cice. de Sene. Quorſum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profecto uidetis nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem.

NEFASTVS, a, um, adiectiuum. ut, nefaſti dies (ἀποφράδες ἡμέραι) quibus non licet ius fari. Oui. 1. Faſt. Ille nefaſtus erit per quem tria uerba ſilentur. Varro lib. 5. de Lingua Latina: Vocantur dies nefaſti, per quos dies nefas fari prætorem, Do, Dico, Addico. Liu. li. 1. ab urb. Nefaſtos faſtosq; dies fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. Nefaſti dies, ut inquit Feſtus, N. litera notabantur. Accipitur aliquando Nefaſtus pro nefario. Cic. 2. de legibus. Quæq; Augur iniuſta, nefaſta, uitioſa, dira dixerit, irrita, infectaq; ſunto. Nefaſta terra, pro infauſta Liu. lib. 6. ab urb. Nequa terra ſit nefaſta uictoriæ ſuæ.

NEFRENDES, (νεβροί) dicuntur à Varrone lib. 2. cap. 4. porci, qui nomine lactentis amiſſo, nondum fabam frendere poſſunt, id eſt, frangere. Antiqui teſte Feſto, Nefrendes, arietes dicebant, q; dentibus frendere non poſſent. Alij dicũt Nefrendes, infantes nondum frendentes, id eſt, frangentes. Liuius Andronicus: Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui Nefrendes teſticulos dici putent, quos Lanuini appellant Nebrundines, Græci νεφροὺς. Prænestini Nefrones, Hæc Feſtus.

NEGABVNDVS (ἀρνούμενος) negans. Feſtus.

NEGATIO, {*Negatione*}(ἀπόφασις) poſt poſita negationi, non ſemper habet uim affirmandi, ſed interdum magis negandi, ut quum altera pro uniuerſali ponitur: & particulares ſequuntur, hoc modo: Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Vergil. 3. Georg. Nulla neque amnem Labauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Item una ſola negatio poſtpoſita negationẽ negat, ita tamen ut ſequens iungatur cum Quidem. Cicero Lentulo: Neque errarent, ne aduerſarij quidem. In huiuſmodi enim locutionibus ſubauditur ſemper pars aliqua prioris membri: ut cum dico: Non tibi hoc perſuaderet, ne Deus quidem: ſubauditur nominatiuus Aliquis, uel ſimilis, hoc modo: Non tibi hoc perſuaderet aliquis: deinde ad maius ſignificatum

ubiungo, Ne Deus quidem, cui omnino eſt credendum. Interdum etiam ſine Quidem duæ negationes negant: præſertim ſi tertia ſubaudiatur. Teren. in Heauton. Agrum in his regionibus meliorẽ neq; pretij maioris habet nemo. Vbi ſubauditur prioris membri negatio. Hic enim eſt ſenſus. Agrum neq; meliorem, neq; maioris pretij, &c. Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur poſitæ pro una Varr. de Vit. pop. Rom. Qua abſtinentia uiri, mulieresq; Romanæ fuerint, q a rege munera eorum noluerit nemo accipere, &c. Si autem duobus uerbis aut expreſſis, aut intellectis addantur duæ negatiuæ, non dubiũ eſt quin negent: ut, Nec me amas, nec mihi credis. Intellectis ſic: Nec uirtuti ſtudes nec literis: Nam in poſteriori parte intelligitur repetiuerbũ Studes: Tres negationes pro una ponuntur. Terent. in And. Neq; haud dicas tibi nõ prædictum.

Aliquando etiam præpoſitiones negant ſed hoc ſolum in cõpoſitione: ut, Indoctus idem eſt quod nõ doctus. Sic etiam apud Græcos φρονῶ idẽ eſt, quod ſapio: παραφρονῶ, idem quod deſipio.

NEGATIVVS, a, um, {*Negatiuo, che nega*} (ἀρνητικὸς, ἀποφατικὸς) quod negat: ut dictio negatiua.

NEGITO, as, frequentatiuum. Vide Nego, as.

NEGLIGO, gis, pen. cor. glexi, ctum, {*Sprezzare, non curare*} (μεθιέναι, ἀμελεῖν, ὀλιγωρεῖν, ἀλογεῖν) contemno, non curo, quaſi ne legere quidem, nec uidere dignor, poſtpono, non timeo. Cic. lib. 14. Famil. Periculum fortunarum, & capitis ſui, pro mea ſalute neglexit. Terent. in Adelph. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. Hinc negligentia, æ, (ἀμέλεια, ὀλιγωρία) incuria, & indiligentia. Ci. lib. 2. Famil. Quanquam me nomine negligẽtiæ tibi ſuſpectum eſſe doleo: tamen: &c. Negligentia tua fecit: id eſt, q te negligam. Terent. in Phorm. Nam neq; negligentia tua, neq; id odio feci tuo.

Et Nglectus, us, pro contemptus. Idem in Heaut. Hæc res neutiquam neglectui, eſt mihi. οὐ παρόραμά μοί ἐστι. Negligenter, aduer. ἀμελῶς. Teren. in And. Ah tantam 'ne rem tam negligenter agere? Aliquando, quaſi per contemptum ſignificat. Sueto. de Claris Grammat. de Orbilio loquẽs: Librum etiam, cui eſt, titulus Perialogos, edidit, continentem querelas de iniurijs, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentem acciperent.

NEGO, as, {*Negare*} (ἀποφάσκω, ἀπόφημι, ἐξαρνοῦμαι, οὔ φημι) ex Non, & Ago, pro dico, compoſitum eſt: quaſi dico q non, renuo, inficias eo. Ci. pro Milone: Negãt intueri lucem fas eſſe eum, qui à ſe hominem occiſum fateatur. Idẽ de Clar. Orat. A. Mæmio, ſi fateris, ſumpſiſti, multa, aut ſi negas, ſurripuiſti. Interdum accipitur pro recuſo, ut non ad uerba ſolum, uerum etiam ad facta extẽdatur. Terent. in And. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Huius compoſita ſunt, Abnego, Denego, Pernego, quod eſt perfecte & conſtanter nego. Plaut. in Aſin. Vbi creditum quod tibi ſit, datum eſſe pernegaris. Subnego, (ὑπαρνοῦμαι) aliquantum nego. Cic. Trebat. in Præfat. Topic. Veruntamen quod præſenti tibi prope ſubnegaram, &c. Et habent pen. corr. A Nego ſit Negatio, onis, uerbale, ἀπόφασις, ἄρνησις. Ci. pro Sylla: Eandem uim eſſe negationis huius, q̃ ſi extra coniurationem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet. Negatio duplex, quã uim habeat, uide ſupra. Negantia, æ, idem quod Negatio. Cic. in Topic. Deinde addũt coniunctionũ negantiam, ſic Non & hoc eſt, & illud. Negito, as, frequentatiuum. Pla. Bacchid. Vix quidem negito. Negatus, a, um, particip. Ouid. 5. Metam. Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq; negata. Horat. 3. Carm. Ode. 2. Virtus recludens immeritis mori Cœlum, negata tentat iter uia.

Negans, tis, particip. ſeu nomen ex participio. Cic. in Topic. Sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia. ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: ut, Si hoc eſt, illud non eſt. Negotur, impersonale. Ouid. 2. de Arte, Si tibi per tutum, placidumq; negabitur iter.

NEGOTIALIS, (πραγματικὸς) ad negotium pertinens: ut, Conſtitutio negotialis, apud Rhetores. Cic. 1. de Inuent. Hæc conſtitutio partes duas uidetur habere, iuridicialem & negotialem. Quintil lib. 3. ca. 21. Eiq; locum in ethice negotialem aſſignant id eſt, πραγματικόν.

NEGOTIOR, tis, {*Negotiare, trafficare*} (πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι) negotia exerceo, & mercaturæ operam do. Cic. lib. 3 Offic. Quum ſe Syracuſas otiandi cauſa, non negotiandi contuliſſet. Idem Ser. Sulp. lib. 13. Epiſt. M. Curtius qui patris negotiatur: id eſt mercaturæ operam dat. Negotiari animas, dixit Plin. lib. 26. ca. 1. pro eo quod eſt accepto pretio homines interimere, & ueluti uendendarum animarum negotiationem exercere. Verba Plinij ſunt hæc Nec dubium eſt omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes animas ſtatim noſtras negotiari: hoc eſt, anima & uita noſtra ad quæſtum & negotiationem ſuam abuti. Hinc Negotiator, (ἐμπολεύς, ἔμπορος) præfectus negotiationi. Vnde Labeo. Negotiatores ſerui uidentur, qui præpoſiti ſunt negotij exercẽdi cauſa, ueluti qui ad emendum, aut locandum & coducẽdum præpoſiti ſunt. Negotiator etiam ſimpliciter dicitur is, quem nos Mercatorem dicimus. Cic. lib. 1. Epiſto. ad Quint. frat. Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus.

Mercis ſordidę negotiator. Quintil. lib. 1. cap. 12. Sic etiam Negotiationem (ἐμπορίαν, ἐμπόλημα) pro mercatura poſuit. Colu. lib. 1. Hæc enim negotiatio curam uillici auocat. Cice. Cecinnæ lib. 6. Vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare.

NEGOTIOSVS, a, um. {*Facendiere*} (πραγματώδης, πολυπράγμων) qđ eſt negotijs plenum. Sall. Prudẽtiſſimus quiſq;, quaſi maxime negotioſus erat.

Res negotioſa: id eſt, difficilis, & in qua multum ſit negotij & laboris. Ci. pro Mur. Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: ut illam qui cum Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, q̃ negotioſam & moleſtam. Negotioſi dies, hoc eſt, profeſti, diebus ſacris oppoſiti. Tacit. lib. 13. Eoq; oportere diuidi ſacros, & negotioſos dies, queis diuina colerentur, & humana non impedirent.

NEGOTIVM, tij, {*Affare, negotio. Petr. Con la ſorella al ſuo dolce negotio*} (πρᾶγμα, ἀσχολία, ἔργον) occupatio, munus, opus, à Nec, & Otium, quaſi nõ otium, hoc eſt, opus, ſicut à Nec, & Lego, Negligo: c, mutata in g, ſicut in Quingenti, quamuis à centum componatur. Cic. Offic. Peregrini officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere. Negotium dare: eſt quod dicitur, in mandatis dare, mandata dare, mandare, committere. Cæſar. lib. 2. Commen. Ipſe, quũ primum pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum uenit: dat negotium Senonibus reliquiſq; Gallis, qui finitimi Belgis erãt, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoſcant. Aliquando Negotium (πραγματεία) accipitur pro labore, & Moleſtia. Cic. Corni. Etſi periniquo patiebar animo, te à me digredi: tamen eo tempore me conſolabar, q & in ſummum etiam otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs diſcedere. Idem Fabio. Adhibui diligentiam, quoties ſenatus fuit, ut adeſſem, pluſimumq; in eo negotij habui. Terent. in Prolog. Andr. Poeta quum primum animum ad ſcribẽdum appulit, Id ſibi negoti credidit ſolum dari, Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. Quo in loco Negotium, teſte Donato, accipitur pro cura, & moleſtia, πραγματεία. Facesſere negotium, (πράγματα παρέχειν) eſt moleſtiam exhibere. Ci. App. Pulchro; Quum eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent.

Eſt mihi negotium, pro eo quod barbari dicunt, Habeo ad faciendum. Terẽ. in Adelph. Mirabar, quid hic eſſet negotij tibi. Aliquando Negotium accipitur pro controuerſia, uel diſſenſione: ut cum dicimus, Erit mihi tecum aliquid negotij. Cic. ad Attic. li. 7. Verumtamen uideo mihi cum homine audaciſſimo paratiſſimoq; negotium eſſe. Cælius Cic. lib. 8. Epiſt. Vt exiſtimarent homines Pompeio, cum Cæſare eſſe negotium. Item Negotium dicitur factum, de quo eſt quæſtio, unde dicta eſt Conſtitutio negotialis. Præterea Negotium accipitur pro remedio. Pla. in Cap. Neq; de hac re negotium eſt: quin male occidam, id eſt, nullo remedio occurri poteſt, quin male occidam. Negotium, eſt apud eundem in Milit. pro ita oportet, ſic res poſtulat. Nullo negotio, pro facile. Cic. ad Atti. lib. 8. Iurabat ad ſummam, quod nullo negotio faceret amicum ſibi Cæſarem.

NEGOTIOLVM, diminutiuum, {*Faccendetta*} Cic. ad Quint. frat. li. 3. Erit neſcio quid negotioli.

NELIDES, æ (Νηλείδης) patronymicum à Neleo Pyli rege, & patre Neleris formatum. Ouid. 12. Metam. Bis ſex Nelidę fuimus conſpecta iuuentus.

NELEVS (Νηλεύς) Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei, filia, qui à Pelia fratre pulſus in Laconiam uenit, ubi Pylon urbem cõdidit: cuius rex fuit, teſte Homero Odiſſ. 11. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios ſuſcepit, quos poſtea omnes præter unicum Neſtorem forte ablegati, Hercules euerſo Pylo interfecit.

NEMAVSVS, teſte Strabone li. 4. ciuitas eſt Narbonenſis Galliæ, olim florentiſſima, utpote quæ quatuor & uiginti uicorum fuerit metropolis.

NEMEA, æ, uel Nemee, es, pen. cor. (Νεμέα) ſylua eſt Achaiæ inter Cleonas & Phliuntem, ubi in honorem Herculis, qui in ea ſylua leonẽ occiderat, ſacra quędam certamina celebrari conſueuerunt, quæ ab hac ſylua Nemeæa dicta ſunt. Hoc etiam nomine dicta eſt tota regio ſylue huic uicina. Mart. li. 1. Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem, Arcas Menalium non timuiſſet aprũ.

NEMEÆA, (Νέμεια) ſacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponneſi ſylua, in qua fieri conſueuerunt, in honorem Herculis, qui in ea ſylua leonem ferturi occidiſſe: ſeu potius in honorem Archemori pueri in ea ſylua à ſerpente occiſi, Nemeæorum uictores apio coronabantur. Vide ſupra in dictione Certamen.

NEMEÆVS, a, um, per quatuor ſyllabas, (Νεμεαῖος) quod eſt ex Nemea ſylua uel regione. Ouid. in Epiſt. Deian. ad Herculem, Nempe ſub amnem peſtis Nemeæa lacertis Edidit.

NEMESIS, pen. cor. (Νέμεσις) nomen cuiuſdam deæ, quæ facinoroſos & delinquentes punire putabatur, ut ex Catullo, & Auſonio licet intelligere. Ea quoq; Rhamnuſia dicitur, quod in Rhamnunte Aſiæ oppido templum & ſimulacrũ Phidiacum habuerit. Inſuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, unde apud Stat. lib. 13. Eſt dea, quam Nemeſim dicunt, dea magna potenſq;, Quæ bona cœleſtum conceſſu cuncta deorum poſſidet. Hanc quidam Fortunam dixerũt, cui primus Adraſtus rex tẽplũ ędificauit. Vnde & Andraſtia, (Ἀδράστεια) cognominatur. Romani quoq; huic deæ templa dicauere, ſtulti, qui ſubſtantiam aliquam Fortunam putarunt, regnorum atq; opũ diſpenſatricem, quę ſolius dei nutu huc atq; illuc transferuntur. Hoc etiam nomine dicta fuit Tibulli amica. Mart. lib. 4. Vſſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.

NEMETOBRICA, Ptol. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs.

NEMETES, Germaniæ populi, Galliæ tractum incolentes, citra Rhenum ſluuium, ubi hodie eſt Spira urbs, inter Argentinam, & Moguntiam ſita. Meminit horum Cæſar in Comment. Bell. Gall. & Plin. lib. 4. cap. 17.

NEMINIA, fons eſt in agro Reatino, uario ortu annonæ mutationem ſignificans. Auctor Plin. lib. 2. cap. 103.

NEMO, inis, gen. comm. {*Neſſuno, niuno*} (οὐδείς, μηδείς, οὔτις) compoſitum uidetur à Ne, & Homo. Nam de ſolis dicitur hominibus. Terẽt. in Eunuch. Nemo eſt, quem ego magis nunc cuperem uidere, q̃ te, Nemo homo, pro nemo omnino. Cic. lib. 13. Famil. Epiſto. Poſteaquam mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo uirtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me beneuolentiã cognoui, ut hominem neminem pluris faciam. Nemo hominum, pro nemo omnium. Teren. in Eunu. Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui uiuat minus. Nemo pro ullus. Cic. 2. Offic. Quod cum omnibus eſt faciendum, tum haud ſcio, an nemini potius, q̃ tibi. Non nemo, hoc eſt, aliqui, ſiue nonnulli. Ci. pro lege Manil. Cum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret non oportere, &c. Nemo etiam nonnunquam de fœminis dicitur. Terent. in Andr. Hoc ſuo uiſ ego, neminem peperiſſe hic.

NEMPE, {*Certamente*} (δηλαδή, δηλονότι, νὴ Δία) aduerbiũ confirmantis, quod aliquando cum interrogationi, ponitur, aliquando ſine interrogatione. Ci. pro Ligar. Apud quem hæc dico? Nempe apud eum, qui quum hoc ſciret, me tamen ante, q̃ uidit Reipub. reddidit. Hic uides, Nempe, uim reſpondẽdi dignitatem habere poſt noſtram ipſorum interrogationem. Idem pro Milon. Quid ergo tulit Pompeius? nempe ut quæreretur. Plaut. in Menæch. Nempe iubes? M. Iubeo hercle uero. Sine interrogatione poſuit Terent. in And. Nempe hoc ſic eſſe dicturum opinor patrem. Quintilianus: Nempe enim in hoc plurimum laboris exhauſimus, ut Rhetoricam oſtenderemus bene dicendi ſcientiã & utilem, & artem, & uirtutem eſſe.

NEMVS, nemoris, pe. cor. neut. gen. {*Boſco, ſelua*} (νέμος, ὕλη) proprie dicitur ſylua uoluptatis cauſa cõparata, & plena amœnitatis: ἀπὸ τοῦ νέμειν, hoc eſt à paſcendo, ſiue quod nemorum glãdibus olim homines uictitarint, ſiue q in eo greges atq; armenta depaſci ſoleant. Nemora (inquit Feſtus) ſignificant ſyluas amœnas. Vergi. 6. Aeneid. Interea uidet Aeneas in ualle reducta Seclusum nemus, & uirgulta ſonantia ſyluis. Horat. 2. Carm. Ode. 1. Me gelidum

nemus

nemus. Nympharumq; leues cum Satyris chori Secernunt populo. Hinc Nemoroſus, a, um, (ὑλώδης) nemoribus abundans. Verg. 3. Aene. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos. Nemorēſis, ſe, quod ex nemore eſt, aut quod in nemore natum eſt. Colu. lib. 9. cap. 4. Sed ex omnibus deterrimæ notę mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto atq; arbuto prouenit. Nemoriuagus, a, um, quod in nemore uagatur, ut, Aper Nemoriuagus. Catul. de Berecyntia: Vbi cerua ſyluę cultrix, ubi aper nemoriuagus: Nemus etiam, teſte Sipontino, peculiariter, appellabatur lucus quidā haud longe ab Aricia, in quo lacus eſt, quod Speculum Dianæ dicitur. Inde Nemorenſis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinæ ſacrificijs præerat. Sueto. in Calig. Nemorenſi regi, ꝙ multos iam annos potiretur ſacerdotio ualidiorem aduerſarium ſubornauit. Hinc deducitur Nemoralis adiectiuum; unde Aricia peculiari epitheto Nemoralis dicitur. Martial. li. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templum, & Nemorale ſtagnum, hoc eſt, nemori Aricino uicinum. Ouid. 1. de Arte: Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ.

NEO, nes, neui, netum {*Filare*} (νήθω, κλώθω) ſignificat filum torqueo: eſtq; proprium mulierum. Iuſtin. li. 1. Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem. Plin. lib. 33. cap. 3. Superq; omnia netur, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Hinc Perneo compoſitum.

NEOBVLE, (Νεοβούλη) Lycambis filia, quę ꝙ Archilocho poetę promiſſa negaretur, Iambis inſectari cœpit Lycambem Archilochus, cumq; ad laqueum dicitur adegiſſe. Vide ſupra in dictionibus Archilochus, & Lycambes.

NEOCÆSARIA, æ, (Νεοκαισάρεια) urbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit: Auctor Plin. lib. 6. cap. 3.

NEOCLES, clis, (Νεοκλῆς) Philoſophus Athenienſis. Epicuri frater, qui de ſecta ſua opus reliquit. Suidas.

NEODVNVM, Ptolomæo lib. 2. cap. 8. Galliæ Lugdunenſis ciuitas.

NEOGAMVS, mi, {*Spoſo*} (νεόγαμος) qui recens uxorem duxit.

NEOMENIA, pe. acuta, (νεομηνία) Latine Nouilunium, uel prima dies lunę, aut menſis: Græci enim menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigebāt, & à primo nouilunij die menſes ſuos auſpicabantur.

NEOPHYTVS, pe. cor. (νεόφυτος) nouellus, quaſi νέον φυτὸν, hoc eſt, nouū germen, noua planta. In ſacris literis dicitur qui nuper ad fidem acceſſit, quaſi nuper inſitus.

NEOPTOLEMVS, mi, (Νεοπτόλεμος) Pyrrhi Achillis filij cognomen fuit ab eo impoſitum, quod admodum adoleſcētulus primum tyrocinium in bello poſuerit Troiano. Græcis enim νεοπτόλεμος, tyronem, uel nouum militem ſonat.

NEORIS, Iberię oppidum inſigne, iuxta Harmaſtum fluuium. Auctor Plinius lib. 6. cap. 10.

NEOTERICVS, a, um, {*Freſco, nouello*} (νεωτερικὸς) adiectiuum à comparatiuo Græco (νεώτερος) formatum, idem ſignificās quod recens, ſiue quod nuper ſunt. Vnde Neoterici ſcriptores, dicuntur recentiores, quibus opponuntur antiqui, uel Priſci.

NEOTICHITÆ, (Νεοτειχῖται) Aeolidis populi ſunt, quorū urbs, νέον τεῖχος, hoc eſt, Noua Mœnia, commemoratur à Stephano.

NEPA, æ, {*Scorpione*} (σκορπίος) animal uenenatū, cauda feriens, quod alio nomine Scorpius dicitur. Cic. li. 5. de Finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, uolare merulas, cornibus uti uideri boues, nepas aculeis, ſuam cuiq; naturā eſſe ad uiuendum ducem. Huius nominis prima corripitur. Manil. lib. 2. Pietate ad ſidera ductam Erigonem, ictuq; nepam, ſpolioq; leonem. Natura Huius eſt, ut in parietum latibulis delteſcat, & quum aliquid ſenſerit, retrocedat. Plau. Caſi. Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam, Captandus eſt horum clāculum ſermo mihi. Feſtus: Nepa Afrorū lingua ſidus, quod Cancer appellatur: uel, ut quidam uolunt, Scorpius.

NEPENTHES, (νηπενθὲς) neutri generis, herbæ genus eſt, quæ uino iniecta triſtitiam diſcutit, animiq; hilaritatem inducit: unde à quibuſdā eadem eſſe putatur cum bugloſſo, quæ teſte Plinio eundem habet effectum. Ab hac exhilarandi uirtute huic herbæ nomen factum creditur, à νὴ priuata particula, & πένθος luctus. Plin. lib. 21. cap. 21. Attribuunt & hilaritatis effectum eidē potæ in uino, cumq; quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, ꝙ cætriſtitia omnis oboleſcatur.

NEPETA, (Νέπετος Suid.) ciuitas Hetruſcię, quæ Plinio Nepet, & uulgo Nepa dicitur: à qua Nepeſini, Νεπεσῖνοι. Silius: Hos iuxta Nepeſina cohors, æquiq; Phaliſci. Nepeta etiam nomen eſt herbæ, quam Dioſcorides ſecundam calaminthæ ſpeciem facit. Vulgus herbariorum à pulegij ſimilitudine Pulegiū uocat agreſte. De hac meminit Plin. lib. 20. cap. 14. & Colu. lib. 8. cap. 7. Vide in dictione Nepita.

NEPHALIA, (νηφάλια) ſobriorum feſta erant, in quibus nō uinum, ſed aqua mulſa litabatur. Græci enim νηφάλιους ſobrios uocant. Apud Athenienſes fiebat νηφάλια θυσία. i. ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια, id eſt, ligna ſobria cremabantur, quæ ſcilicet ex uite, ficu, & moro non eſſent. Vide Chiliades Eraſmi.

NEPHELE, (Νεφέλη) Latine ſonat nubē, nomen proprium uxoris Athamantis, & matris Phryxi & Helles, unde Ouid. Hellem Nepheleida, dixit.

NEPHRITIS, (νεφρῖτις) renum paſſio cum ſcilicet, calculo, aut ulcere renes infeſtantur. νεφροὶ enim, Gręcis renes ſunt. Vnde Nephritici dicti (νεφριτικοὶ) qui renum morbo laborant.

NEPITA, uide ſupra Nepeta.

NEPOS, huius nepotis, {*Nipote*} (ἔγγονος, ἀνεψιός) qui ex filio, filiave natus eſt, teſte Feſto: ꝙ natus poſt ſit patri, ꝗ filius. Cic. pro Deiotaro: Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit.

Eius relatiuum eſt Auus, ſicut Proauus relatiuū eſt Pronepotis, & Proauia Proneptis. Et enim Proauus, aui paterni uel materni pater; & Abauus proaui paterni uel materni pater: item proauiæ paternæ, uel maternæ pater, à quo Abauia, relatiuumq; eius Abnepos, à quo Abneptis. Huius rurſus pater dicitur Atauus: Atauu autem pater, Tritauus: quibus reſpondēt relatiua Atnepos, & Trinepos: Atneptis, & Trineptis. Qui uero poſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur, ſicut poſt Tritauos Maiores. Nepotis ſignificatio, aliquando etiam extenditur ad fratris, & ſororis filios, non ex uirtute uocabuli, ſed ex ui particulæ additę, quæ ipſius acceptionem detorqueat ad minus propriam ſignificationē.

Fratris enim filium non abſolute uocamus Nepotem, ſed Nepotem ex fratre & aliquando etiam (quamuis id rarius fit) Nepotem fratris, Sic etiam aliquando legimus Nepotem ſororis, pro nepote ex ſorore. Tranquillus in Cęſare: Tres inſtituit hæredes ſororum nepotes. Tacit. lib. 3. Sororis nepotem in nomen aſciuit. Quandoq; nepotes, Poſteri (ἀπόγονοι) uocantur, Verg 6. Aen. Forte recenſebat numerum, charoſq; nepotes. Id eſt, poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros.

Per tranſlationem etiam Nepotes dicuntur tenellę uitium fruticationes, quę poſtremo loco exoriuntur: ita dictæ uel ꝙ nulli alteri rei ſint utiles, ꝗ abſumendis uitis alimentis, cūm ipſe uuas nō ferant: uel quod ad ſucceſſionem ueterum palmitum, ueluti nepotes in maiorum ſuorum locum ſuccreſcant. Columella, li. 4. capite 6. Ex eo loco unde nepotem ademeris, confeſtim alterum fundit.

Nepos etiam dicitur de multis. Idem lib. 6. cap. 37 Itaque eiuſmodi emiſſarius nepotibus magis, quam filijs utilior eſt. Item Nepotes appellantur conſumptores (ἄσωτοι) à Nepa, hoc eſt, ſcorpione, qui (ut Plinius inquit lib. 11. cap. 25.) Deuorat omnes filios ſuos, uno ſolum ſaluo: ſiue ab eo quod non aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quàm iis quibus pater & auus uiuunt. Horatius 2. Sermo. 1. Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Cicero de Lege agraria. Vt in rebus ſuis, ita in Republica luxurioſus nepos. Nepotulus diminutiuum, Plautus in Milit. Sic te ſaluum hinc mittimus ire Venetium nepotulum.

NEPOTOR, {*Luſſuriare, uiuere prodigamente*} (ἀσωτεύομαι) luxurioſè, & prodigè uiuo. Seneca de Beneficientia li. 1. ca. 15. Veto liberalitatem nepotari. Hoc eſt, in prodigalitatem uerti, & in eum conferri, qui nequiter profuſurus ſit. Tertul. in Apologetico: Ariſtippus in purpura nepotatur. Hinc Nepotatus, (ἀσωτία) hoc eſt uoracitas, & uitæ luxuries. Afran Scurrilitate ac nepotatu nobilis.

NEPTIS, huius neptis, {*Nezza, nepote*} (ἐγγόνη) quæ ex filio, filiave nata eſt. Eſt enim fœmininum à Nepos. Ci. de Claris Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam uidemus, & filias eius Mutias ambas, quarum ſermo fuit notus, & neptes Licinias.

NEPOTINVS, a, um, Sueto. in Calig. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit.

NEPTVNVS. (Ποσειδῶν) Saturni & Opis filius, maris Deus: dictus eſt à nando, mutatis literis primis (ut inquit Cic. lib. 3. de Nat. deo.) uel (ut Varroni placet) à nubendo, hoc eſt, tegēdo, ꝙ ut cœlum nubes, ita mare terras tegat. Dicit enim Varro: Neptunus eſt Deus maris, uel ipſum mare, quod terras nubat, id eſt, cooperiat. Neptunum autem, ut eſt in fabulis, mater abſcondit, ne à patre deuoraretur, eiq; poſtea, expulſo Saturno, aquæ in ſortem ceciderūt, ut ſupra de Ioue dictum eſt. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas nymphas ſuſcepit. Tridentem habet pro ſceptro Muros Troianos iuuante Apolline condidit. Hinc Neptunius, a, um, (Ποσειδώνιος) poſſeſſiuum. Neptunalia, (Ποσειδώνια) Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

NEPTVNINE, es, patronymicum eſt fœmin. à Neptunus. Catull. in Argon. Te ne Thetis genuit pulcherrima Neptunine.

NEQVA, {*Che non per qualche luogo, che non per qualche regione*} (μήπη) aduerb. ſignificat ne per aliquem locum, aut ne aliqua ratione. Ver. 1. Aen. Nequa ſcire dolos, mediusve occurrere poſſit. Eſt & Nequa compoſitum à Ne, & Quis, quæ, quod: pro ne aliqua. Cice. in Verr. act. 1. Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.

NEQVALIA, ſunt detrimenta. Feſtus.

NEQVAM, {*Huomo da niente*} (ἀχρεῖος, ἀχρεῖος) nomē indeclinabile, quod apud ueteres ſignificabat hominem nullius pretij, ꝙ ne tanti quidem ſit, quanti quod habetur minimi. Varro nequam ex ne, & quicquam, media ſyllaba extrita, componi oſtendit, libro. 4. de Lingua Latina, Quidam à Nequeo, ꝙ nihil queat: nulliq; rei ſit aptus. Caper docet nequam ſignare non malum, ſed inutile: quod uel ex eo apparet, ꝙ Cic. 2. de Orat. Seruū nequam opponit Seruū frugi. Iiſdem (inquit) uerbis & laudare frugi ſeruum poſſumus, & ſi eſt nequā, iocari. Aliquando etiam Nequam accipitur pro laſciuo, petulanti, libidinoſo, & prodigo. Cic. 2. Philip. O hominem nequam (nihil enim poſſum magis proprie dicere) ergo ut te catamitum nec opinato cum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſti? Cic. pro Deiotaro Dij te perdant fugitiue: ita non modo nequam & improbus, ſed & fatuus & amens es. Aliquando pro nequiter ponitur. Pla. in Pœn. Dicatq; locum ſibi uelle liberum præberier, Vbi nequam faciat clàm, nequis ſit arbiter. A Nequam fit Nequior, & Nequiſſimus. Colum. lib. 11. cap. 1. Nulla eſt uel nequiſſimi hominis amplior cuſtodia, ꝗ quotidiana operis exactio. Nam illud uerum Marci Catonis oraculum: Nihil agendo homines male agere diſcunt.

NEQVANDO, {*Che non à qualche tempo*} (μήποτε) ne ullo tempore; ſicut, Siquando, (εἴποτε) ſi aliquo tempore. Cice. ad Attic. lib. 10. Te tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito, nequando quid emanet, ego item tuas.

NEQVAQVAM, {*Per niente, à niun modo*} (μήτοι, οὔτοι, μὴ δῆτα, οὐδαμῶς) aduerb. negandi, ſignificat enim non, uel nullo modo. Ci. in Catone maiore. Eſt iſtud quidem Lælij aliquid, ſed nequaquam in iſto ſunt omnia.

NEQVE, uide Nec.

NEQVEO, nequis, uide Queo, quis.

NEQVICQVAM, {*Non in uano*} (οὐκ) aduerb. ſignificat non. Ver. 1. Geor. Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Sed hoc rarius: frequentius capitur pro fruſtra, μάτην. Idem Aene. 2. Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris.

NE QVID NIMIS, (μηδὲν ἄγαν) ſententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum ſeruare. Teren. in And. Nam id arbitror Apprime in uita eſſe utile, ut ne quid nimis.

NEQVINO, as, modo laſciuio, modo nego. Sipont.

NEQVINVM, Vmbrię oppidum, teſte Plin. lib. 3. ca. 14. quod nunc Narnia dicitur: ob incolarum libidinoſam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienſes.

NEQVINVNT, {*Non poſſono*} pro nequeunt, id eſt, non poſſunt, dixerūt antiqui. Feſtus.

NEQVIS,{*Che non alcuno*}(μή τις)ex Ne, & Quis, pro Ne aliquis, hoc eſt, ut nullus. Vide Nequa.

NEQVITER,{*Maluagiamente*}(ἀκολάστως)à Nequam, luxurioſè, prodigaliter, Cic. 3. Tuſcu. A me quidem paulo antè appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Idē de Fin. 2. Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. id eſt, cum nequitia. Eius contrarium eſt Frugaliter, quēadmodum Nequitiæ Frugalitas opponitur.

NEQVITIA, æ,{*Maluagità*}(ἀχρειότης, ἀκολασία, μοχθηρία)uitium eſt, quod cætera omnia cōplectitur: eſt enim Frugalitati oppoſita quæ omnes in ſe continet uirtutes. Vt enim Frugi à fruge, id eſt, à fructu per quandam animorū fœcunditatē, ita Nequitia à Sterilitate, hoc eſt, à nihilo nominata eſt. Nihil eſt enim omne quod fluit, quod ſoluitur, quod liqueſcit, & quod ſemper perit. Ideo tales homines etiam Perditos dicimus. Cic. 3. Tuſcul. Reliqua igitur, & quarta uirtus ut ipſa ſit Frugalitas neceſſe eſt: eius enim uidetur eſſe propriū motus animi appetentis regere, & ſedare, ſemperq́ aduerſantem libidini moderatā in omni re ſeruare conſtantiam: cui contrarium uitium Nequitia dicitur: Frugalitas ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur: Nequitia ab eo(& ſi hoc erit fortaſſe durius: ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nil ſit) quod nequicquā eſt in tali homine, ex quo nihil item dicitur. Sæpe tamen Nequitia pro laſciua & libidinoſa illecebra, & pro luxu uitæ prodigo atque effuſo accipitur. Vnde Aphricanus(referente Gellio)ſcripſit, Mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus eſſe, Malitia, & Nequitia. ubi nequitiam intelligi uult luxum uitæ, prodigum, & effuſionem immodicam pecuniarum. Nequitia, inquit Donatus, propter libidinoſa inertia dicta eſt, quod nihil nequeat, nulliq́ rei apta ſit. Terent. in Adelph. Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt. Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Cic. pro Roſc. Amer. Officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum omnium domus eius. Oui. 1. Faſtor. Nequitia eſt quæ te non ſinit eſſe ſenem. Cic. in Verr. Ex mulierum morſu ueſtigia libidinis atque nequitiæ. Vide Gel. lib. 7. cap. 11. Nequities, ei. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Illum aut nequities, aut uafri inſcitia iuris, Poſtremum expellet certe uiuacior hæres.

NERABVS, bi,(νήραβος)Syriæ oppidum, apud Stephanū: cuius incolæ Nerabēi appellantur.

NEREIDES, penul. corre.(νηρεΐδες)maris Nymphæ, Nerei, & Doridis filiæ, humanam effigiem habentes, quarū nomina ſunt Neſæe, & Cymothoe, & infinita alia, quæ uide apud Heſiodum in Theogonia: Nominatiuus ſingularis eſt Nereis penult. indifferente. Ouid. 13. Metamorph Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt. Idem. 11. Metamorph. Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam.

NERESSVS,(νηρεσσός)oppidum eſt in Cea inſula: cuius meminit Aeſchines Epiſt. 1. ad Polycratem.

NEREVS,(νηρεύς)Deus maris eſt(ut docet Heſiodus in Theogonia)Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride uxore, eademq́ ſorore maximam Nympharum turbam ſuſcepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hunc Orpheus in Argonaut. deorū antiquiſſimum appellat: unde & Grandæuus à Vergilio dicitur 4. Georg. Hunc & Nymphæ ueneramur, & ipſe Grādæuus Nereus. Figuratè accipitur pro mari. Perſius Sat. 1. Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

NERIO, enis, uel Neriene, es, & apud antiquiſſimos Neria, æ,(νηριήνη)Martis uxor. Plaut. in Truc. Mars peregre aduenicns ſaluat Nerienem uxorem ſuā. Gell. lib. 13. cap. 21. docet Sabinum eſſe uocabulum, quo ſignificatur uirtus & fortitudo: unde & pro ui, poteſtate, & maieſtate Martis accipitur. Vide plura de hoc apud Gell. eo quem modo citauimus loco.

NERIS, idis,(νηρίς)oppidum eſt Peloponneſi, in agro Meſſeniaco Stephanus. Eſt item Neris Dioſcoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciaq; naſcens, ſimilis & olio eryngij, eiuſdem naturæ cum nardo Gallico.

NERITÆ,(νηρῖται)ſunt ex concharum genere, quæ per maria nauigant, præbentes concauam ſibi partem: alteram uero flanti auræ inſtar ueli opponentes. Hæc Plin. lib. 9. cap. 33.

NERITVS, ti, pen. cor (νήριτος)mons eſt in Ithaca inſula: Cuius meminerunt Strabo lib. 10 & Plin. lib. 4. cap. 10. Eſt item Neritus, ſiue(ut apud Plinium legitur)Neritis, peninſula. Acarnaniæ adhærēt, alio nomine Leucadia appellata, opere accolarum olim à continenti abſciſſa, denuoq́ reddita uentorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Vergil. 3. Aenei. Dulichiumq́, Sameq́ & Neritos ardua ſaxis. Neritus item, ſiue Neritum, neutris generis peninſulæ huius oppidum eſt, quod recentiores Leucadem appellarunt: teſte Plinio libro 4. capite. 1.

NERIVM,(νήριον)frutex eſt, foliis amygdalę, ſed maioribus & pinguioribus, quæ quadrupedibus ſunt uenenum, homini autem contra ſerpentes præſidium. Rhododaphne alias dicitur, q̃ florem roſę, folium Lauro ſimile habeat. Vulgo in officinis dicitur Oleander. Meminit Plin. lib. 24. cap. 11.

NERIVM,(νέριον)Ptolem. lib. 2. cap. 6. promontorium Tarraconenſis Hiſpaniæ, iuxta Artabros. Vulgo Finis terræ.

NERO,(νέρων)teſte Gell. lib. 13. cap. 21. uerbum Sabinum eſt, quo ſignificatur uirtus & fortitudo. Itaq; ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præſtanti fortitudine, Nero appellatus eſt. Sabini autem id nomen à Græcis accepiſſe uidentur, qui uincula & firmamentū membrorū νεῦρα dicunt, noſtri Neruos. Ex hac familia ſunt Claudius ille Nero, qui Aſdrubalem, Annibalis fratri ſuppetias ferentem iunctis cum Liuio collega copiis, ſuperauit. Fuit item hoc cognomen ſexti Romanorum Imperatoris, omnium, quos terra tulit, crudeliſſimi: à quo tyrannos omnes, crudeliter imperium exercentes Nerones appellamus.

NERVA. XIII. Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano, cui ſucceſſit, diſſimillimus, animoq́ uere paterno erga populum affectus. Hic cum liberos ſibi nullos genuiſſet. Aelium Traianum ſibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio ſucceſſit.

NERVIÆ,{*Corde di ſtromēti*}(χορδαί)ab antiquis dictę ſunt fides, ſiue chordæ muſicorum inſtrumentorum Varro in Sat. quæ ὄνος πρὸς λύραν inſcribitur. Scientia doceat, quemadmodum in pſalterio tendamus neruias. Lectum eſt & Neruium neut. gene. Varro ibidem: Et id dicunt ſuam Briſeidem producere, quæ eius neruia tractare ſolebat. Ex Nonio.

NERVICEVS, a, um,{*Di neruo*}(νεύρινος)quod eſt ex neruo.

NERVICVS, a, um,{*Che patiſce infirmità di nerui*}(νευρικός)dicitur, qui neruis laborat. Vitru. li. 4. Aquæ neruicos & podagricos efficiunt. ſulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Ita enim legit Calepinus cum tamē in omnibus exemplaribus Neuricos legamus, ut procul dubio legendū eſt. Fit enim à Græca dictione νεῦρον, quæ nobis neruum ſonat.

NERVII,(νέρβιοι)fuerunt populi inter Belgas Atrebatibus uicini, ad Scaldē fluuium, omnium Belgarum fortiſſimi, & maxime feri: de quibus Cæſar li. 2. Comment. meminit. Hi nunc Tornacenſes dicuntur.

NERVLANI, populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plinius libro 3. capite 5.

NERVLVM, oppidum in Lucania, quod ui captū fuiſſe repentino aduētu Aemilij, teſtatur Liu. lib. 9 Bel Pun. Inde Nerulonēſes dicti ſunt. Suet. in Auguſt. Manibus colybo decoloratis Nerulonenſis menſarij.

NERVOSVS, a, um,{*Nerwoſo, nerbuto. Boc. Gior. 9. nou. 8. Huomo groſſo & nerbuto*}(νευρώδης)quod multos habet neruos Plin lib. 11. ca. 37. Ideo nulli eſt ei caro, ſed neruoſa exilitas. Per tranſlationem Neruoſus dicitur fortis & uehemēs, eo q̃ omne robur in neruis conſiſtat Sic Neruoſus orator dicitur, qui magnam uim & efficaciam ſermonis habet. Cic. de Clar. Ora. Quis Ariſtotele neruoſior? Hinc fit Neruoſè pro audacter. ualide: firmiter. Planc. ad Cic. lib. 10. Vt uigilantes, neruoſeq́ nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Ci. de Ora. Dicitur enim non peripateticorum more(eſt enim illorum exercitatio elegās, ut is de ab Ariſtotele cōſtituta)ſed aliquanto neruoſius. Item Neruoſitas apud Pli. lib. 19. cap. 1. Neruoſitas filo æqualior.

NERVVS, ui,{*Neruo. Petrarcha. Arde & more & riprende i nerui ſuoi*}(νεῦρον)prima ſunt in corpore animalis ſenſus motusq́ inſtrumenta à cerebro & ſpinali medulla orta, totius corporis membris mouendi ſentiendiq́ uim conferentia. Cic. 2. de Nat. deo. Nec enim dij uenis, neruis, & oſſibus continentur. Inde ſubneruo, as,(ὑπονευρίζω)quod eſt neruos incido. Ponitur quandoq; Neruus pro robore & uiribus: in neruis enim robur peculiariter exiſtit. Vnde dicimus rem eſſe ſine neruis qui debilis eſt. Horat. 2. Ser. Sat. 11. Sine neruis altera, quicquid Compoſui: pars eſſe putat. Teren. in Eunuc. Digna adeo res eſt, ubi tu neruos intendas tuos. Hoc eſt, ubi uniuerſas ingenij tui uires expromas. Eſt enim neruos intendere, ſiue, Omnibus neruis contendere. uel, Omnes neruos contēdere, totis uiribus conari, & omnem ſolicitudinem, atq; operam adhibere, ſumma ui, ſummoq́ ſtudio uti. Cic. 2. Verr. Magnum fortaſſe onus, & mihi periculoſum, uerumtamen dignum in quo omnes neruos ætatis, induſtriæq; meæ cōtenderem. Accipitur etiam Neruus pro chorda arcus. Ver. 5. Aen. Primus per cœlū, neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras.

In neruum ire, prouerbiale eſt, ductum à ſagittariis, qui nimium contendēdo arcum, aut arcus ipſius neruum, hoc eſt, chordam rumpunt, aut neruum ſibi ſi quem lædunt. Teren. in Phor. Cæterum cum argentum repēte, noſtra cauſa ſcilicet In neruum potius ibit. id eſt, decipiet, ait Donatus. Vide Eraſmum in Chiliadibus. Neruos Reipub. Cic pro lege Manilia appellat milites, claſſes, & uectigalia. q̃ in his cōſiſtat omnis Reipub. fortitudo & robur. Etenim(inquit) ſi uectigalia neruos eſſe Reipub. ſemper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum recte eſſe dicimus. Neruus etiam uin. uli genus eſt, quo pedes aut ceruices impediūtur, ποδοκάκη. Ex quo eſt illud Catonis: Fures priuatorū furtorum in neruo, atq; in compedibus ætatem agunt, fures publici, in auro atq; in purpura Plaut. in Aul. Neruos, catenas, numellas, pedicas, boias. Idē: Perfidioſè captus, eo ædepol neruo ceruices probat.

Item Nerui dicuntur chordæ citharæ. Ci. 1. Tuſcul. Summam eruditionem Græci ſitam cenſebat in neruorum, uocumq; cantibus. Propertius: Hæc cum ſua neruis Aptat. Et Neruus membrū uirile. Iuuenalis: Menſura incognita nerui. Neruulus diminutiuum, apud Cicero. libro 10. ad Attic. Si neruulos tuos adhibueris.

NESCIO, is,{*Non ſapere*}(ἀγνοέω, οὐκ οἶδα)ignoro, non cognoſco: ex Ne, & Scio. Cicero 1. de Oratore: Nemo in eo quod neſciat, diſertus eſſe poteſt. Terentius in Eunuch. Tu pol ſi ſapis, Quod ſcis, neſcis, neq; de Eunucho, neq; de uitio uirginis. Donatus admonet eſſe prouerbium Quod ſcis, neſcis, ſumptum à Dialecticorum ludis, in quibus huiuſmodi quidam ſcrupi proponi ſolent, Facio & non facio, Sum amicus, & non ſum amicus. Audio, & non audio. Hoc item prouerbio ſumma taciturnitas, certaq; in tacendo fides ſignificatur: ut quis uidelicet quod ſcit perinde cōtineat, ac diſſimulat, quaſi neſciat. Simile eſt et ille uuton. Tu neſcis, quod ſcis, Dromo, ſi ſapies D mutum dices. Neſcio quid, locutionis formula, qua utimur, quoties rem aliquam, eiusve cauſam nobis ignotam eſſe uolumus ſignificare. Cicero pro Quintio: Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat.

Neſcio quis. Cicero de Amicitia: Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, ut hominum congreſſus fugiat, atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Neſcio quomodo. Cicero de Amicitia: Serpit enim neſcio quomodo per omnem uitam amicitia. Neſcio quo pacto; Idem de Amicit. Neſcire Latine. Cicero de Clar Orat. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. Neſcitur, impersonale. Cicer. ad Attic. libro. 7. Inde utrum conſiſtere uſpiam uelit, an mare tranſire, neſcitur.

NESCIVS, a, um,{*Ignorante, che non ſa*}(ἀπειρόγνωμος)ignarus, qui aliquid neſcit, ſiue ignorat. Cic. Famil. 5. ad Lucceium. Neque tamen, hæc cum ſcribebā eram neſcius, quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, & iam inſtitutarum. Id eſt, neque tamen ignorabam. Idem pro Deiotaro: Iratum te regi Deiotaro fuiſſe non erant neſcij. Verg. 1. Aenead. Neſcia mens hominum fati, ſortisq́ futuræ. Interdum paſſiue accipitur pro ignoto, ſiue incognito. Plautus in Rudente, Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, quæ in locis neſciis Neſcia ſpe ſumus ut tuo recipias tecto, ſerueſq; nos. Id eſt in locis incognitis, & incerta ſpe.

NESÆE, es, ſiue, Neſæa æ,(νησαίη)Nympha marina, Nerei & Doridis filia παρὰ τὸ νέω hoc eſt, à natando dicta. Auctor Heſiodus in Theogonia.

NESEI. populi Indiæ, Oceano proximi de quibus Plin. lib. 6. cap. 20.

NESIVM,(νησίον)inſula in Campano litore inter Pauſilypum & Puteolos

que

quę alio nomine dicitur Neſis,nuis. Lucan. Tali ſpiramine Neſis. Huius nomi nis obliquos producit Papyn Syluaq; quæ ſtuam Pelago Neſida coronat. Itē Accius Eclog.1. Huc illuc dum Pauſilypi latus omne pererro, Piſcoſam q; le go celeri Neſida phaſelo.

NESSVS,(νέσσος)nomen eſt centauri Ixionis,& Nubis filij: qui cum Deianiram rapere uellet,ab Hercule,ſagitta confixus eſt. Vide fabulam latius apud Ouid.lib.9. Metam. Inde Neſſeus,a,um,pe.pro. Ouid.in Epiſt. Deianiræ: Illita Neſſeo miſi tibi texta ueneno.

NESSOTROPHION,penul.prod.(νησσοτροφεῖον)locus ubi anates clauſæ aluntur & paſcuntur,νῆσσαι anates Græcis dicuntur,& τρέφω,alo. Colū. libro 8.cap.15. Medio deinde parte neſſotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis: ſpatiumq; longitudini datur,& latitudini, quantum loci conditio permittit.

NESTOR,(νέστωρ)filius fuit Nelei & Chloridis,teſte Home.li. Odyſſ. 11. qui adhuc adoleſcēs bellum geſſit,etiam tum uiuo patre, aduerſum Epeos Pelopō neſi populos,qui poſtea Elij dicti ſunt:& deinde cum Pirithoi nuptiis intereſſet,aduerſus Centauros,qui Hippodamiam rapere conabātur,ſtrenue pugnauit.

Poſtremo belli Troiani tempore,iam ſenior effectus,ut idem Homer. in 2. Iliad. ſcribit,quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiā uenit,cum natus annos iam tertiam hominis ætatem uiueret:uel,(ut ipſe dicit apud Ouid.in 12. Meta.)cum trecenteſimum annum ageret:ubi conſilij dexteritate tantum Græcorum rebus profuit,ut Agamemnon profiteri nō dubitaret breui ſe Ilium fuiſſe expugnaturum ſi decem ſibi cōtigiſſent Neſtores. Nam præter ſummā prudentiam ætatis diuturnitate collectam,tāta præterea eloquētia excelluit,ut ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorē habuit Eurydicen Clymeni filiam,ex qua ſeptem filios,& unicā filiam ſuſcepit. Oui. lib.12. Qui licet eloquio fidum quoq; Neſtora uincat. Inde Neſtorides,(νεστορίδης)patronymicum,& Neſtorius (νεστόρειος)poſſeſſiuum.

NESTVS,(νέστος)Thraciæ fluuius eſt,in Hæmo monte naſcēs, & Abderam urbem præterfluens. Vide Plin.lib.4 cap.11.

NEV,{Che non}(μήτε)pro Ne'ue abiecta ultima litera per Apocopen. Verg.2. Aene. Neu recipi portis,aut duci in mœnia poſſit. Hæc particula geminata elegantem uim habet. Cæſ.lib.1. Bell. Ciuil. Flens Petreius manipulos circuit,militesq; appellat neu ſe,neu Pompeium abſentem Imperatorem ſuum aduerſariis ad ſupplicium tradant,obſecrat.

NEVE,{O uero che non}(μήτε)idem quod Ne aut,& interdum idem quod ue que. Cic. Peto à te,ne id à me ne'ue in hoc reo,ne'ue in aliis quęras. Idē in Ora. Ne'ue uaſtius ſyllabæ deducantur.

NEVOLO,neuis,neuult.{Non uolere}quaſi non uolo,uel nolo. Plau.in Trinū. Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio,niſi tu neuis.

NEVRAS,adis,(νευράς)Ionū lingua herba appellata eſt:quę alio nomine Poterion dicitur:neruorum diſſolutiones iuuans,unde & nomē accepit,Nā quos nos neruos dicimus,Græci τὰ νεῦρα appellant. Hæc etiam in uino pota,ranarū, quas,Rubetas nominant,ueneno medetur. Vnde & Phrynið uocatur. Plinius lib.25.cap.10. Sunt & ranis uenena,rubetis maxime. Auxiliatur eis Phrynion in uino potum: Alioqui neurada appellant,alij poterion,&c. Eadem & Paronychia appellatur,quod τοῖς παρωνυχίαις,hoc eſt, abſceſſibus circa unguem medeatur.

NEVRIS,idis,(νευρίς)Inſula eſt Propontidis,Cyzico adiacens, aliis nominibus Elaphonneſus,& Proconneſus dicta. Auctor Plin.lib.5.cap.ult.

NEVRI,(νευροί)populi Scythiæ Europeæ, ad Boryſtenem amnem, quorum meminit Plin.lib.4.cap.12.

NEVRIS,(νευρίς)herba,quam alij ſolanum,alij ueſicariam appellāt. Dioſco. lib.4.cap.74.& 75. Hermolaus.

NEVROBATÆ,pe.cor.(νευροβάται)qui omnifariam prorepunt, qui ambulant ſuper neruos,& funes nerueos. Nā τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt. Iul. Firmic.lib.7. Matheſeos: Oriente Ingeniculo quem ἐγγόνασιν Græci appellant nati cum teſtimonium uero Martis & Lunę erunt funambuli,oribatæ,neurobatę & qui talia pertractent.

NEVROIDES,(νευροειδής)ſpecies eſt ſylueſtris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur,multo minoribus foliis,q̄ Beta ſatiua,undecim interdū caules habens, Auctor Plin.lib.20.cap.8.

NEVROSPASTON,(νευρόσπαστον)herba eſt,q̄ Græci κυνόσβατον,Latine Rubum caninum appellant. Folium habet ueſtigio hominis ſimile,uuam autem nigram,in cuius acino neruum habet:unde & nomen accepit. Auctor Pli. lib.24.cap.14. Sunt item Neuroſpaſta,imagunculæ, quæ neruis quibuſdam, & fidiculis occultis mouentur,perinde ac ſi uiuerent. Vide Cœlium Rhodig. libro 7.cap.16.

NEVTER,neutra,neutrum,{Ne l'uno ne l'altro}(οὐδέτερος, μηδέτερος)in genitiuo Neutrius:olim etiā Neutri,Neutræ,quemadmodum Nullus,Solus,& ſimilia. Eſt autem Neuter Vtriq; cōtrariū,ſignificatq; nec hoc,nec ille. In quo aduertendum eſt q; dicimus Neuter Alterum,non autem Neuter neutrum,nā ſi ita dicamus,Neuter alterum diligit,hoc ſignificamus,neq; ille hūc diligit, neque hic illum. Quod ſi Neuter neutrum diceremus,ſignificaremus ne ſe quidē ipſum utrunq; diligere.

NEVTIQVAM,{Per niente,à niſſun modo}(μηδαμῶς)nequaquam, uel nullo modo. Habet enim aliquid aſſertionis. Terent.in Hecy. Illud uiſum eſt Pamphilo neutiquam graue.

NEVTRALIS,& hoc tale.{Neutrale,non partiale}(οὐδέτερος)quod eſt neutrius partis:unde Neutralia uerba dicta ſunt,quæ neque agunt aliquid, neque patiuntur,ut Sto,Iaceo,Cubo,Sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla paſſione ſunt. Sunt alia Neutralia ab uſu dicta,quæ habent actionem,ſed paſſionem nullam: ut,Certo habet actionem,ſed nō dicimus Certor,pugno,Cœno. Alia ſunt quæ patiuntur,ſed non agunt,ut Vapulo,Pendeo, Algeo,Langueo,& huiuſmodi. Quintil.lib.1.cap.4. Aut quæ fœmina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant.

NEVTRO,{Ne all'uno ne al'altro luogo}(μηδετέρωσε)aduer. ſignificat nec ad unam partem,nec ad aliam. Liu.5.ab urb. Et neutro inclinata ſpe torpebat. id eſt,in neutram partem.

NEVTROBI,idem quod Neutro,apud Plau.in Aul. Et te utar iniquiore,& meus me ordo irrideat,Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum.

NEX,necis,{Morte}(φόνος)proprie mors,quę ferro fit,aut alia ui. Neci datus dicitur,qui quouis modo interfectus eſt:quamuis Feſtus Neci datum intelligi uelit,qui ſine uulnere interfectus eſt,ut ueneno aut fame. Auſonius in Monoſyllabis. Sera uenenato potu abſtulit Annibalem nex. Cic.pro Mil. Inſidiatori uero, latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? In necem alterius aliquid facere, id eſt, in damnum & fortunarum euerſionem. Vlp. de crim. ſtellionatus: Si quis impoſturam fecerit,uel colluſionem in necem alterius. Cæſ.6. Beli. Gal. Viri in uxores ſicut in liberos,uitæ,necisq; habent poteſtatem. Artifices necis,qui nouū aliquod necis genus comminiſcuntur. Ouī.1.de Arte. Neq; enim lex iuſtior ulla eſt, Quàm necis artifices arte perire ſua. Necem à Græco dici certum eſt,inquit Feſtus: νέκυν enim mortuum dicunt Græci.

NEXILIS,& hoc le,pe.cor.{Che ſi aggroppa}(πλεκτόν)quod nectitur:ſicut Textile,quod texitur. Lucre.lib.5. Nexilis ante fuit ueſtis,quàm textile tegmen, Ouid.6. Meta. Vltima pars telæ tenui circundata limbo Nexilibus flores hederis habet intertextos. Coronis nexilibus redimita turba,Seneca Agamemno. Thorax,nexilis,Stat.4. Theb.

NEXO,as,& nexis,nexui nexum,{Aggroppare,inuolgere}(περιπλέκειν) ſecundum Priſcian.frequentatiuum eſt à Necto. Vergil.lib.5. Nexantem nodis,ſeq; in ſua membra plicantem. Lucan.2. Pars etiam breuibus ſpatijs nexantur ab ictu.

NEXVS,nexa,nexum:particip.{Aggroppato}(εἰργμένος)Verg.lib.5. Vincula linea rupit:Queis innexa pedem malo pendebat ab alto. Cic. Tuſcu.3.de uirtutibus loquens: Omnes enim inter ſe nexæ, & iugatæ ſunt. Nexi item dicebantur,qui æris alieni magnitudine,cū ſoluendo non eſſent,corpus bonaq; ſua omnia creditori obligauerant.

NEXVS,us,uel Nexus,xi,uel Nexū,xi obligatio dicitur,qua corpus etiam,ut pignus afficitur,δεσμός. Ci. Cuius quando proprium te eſſe ſcribis mācipio,& nexu. Idem pro Muræna: Quod ſi in his rebus repetendis quæ mancipi ſunt,is periculum iudicis pręſtare debet,qui ſe nexu obligauit. Hinc fit Inire nexū,pro lege nexus addici,inquit Budęus in Annot.in Pandect. Liu.li.7. Nō eadem domi,quæ militię erat fortuna plebis Romanę:nam etſi unciario fœnore facto leuata uſura erat:ſorte ipſa obruebantur inopes,nexumq; inibant.i.ſe et corpore & bonis obligabant,deuinciebantq; creditoribus. Item Nexu ſolutus is dicitur,qui cū addictus eſſet creditoribus,poſtea ære alieno diſſoluto nexi deſijt. Huius contrarium eſt Nexu uinctus. & Nexu obligatus. Idem li.2. ab Vrb. Nexu uincti,ſolutiq; ſe undiq; in publicum proripuerunt. Nam(ut ex pleriſq; Liuij eiuſdem locis colligi poteſt)mos erat Romæ,ut qui ſoluendo nō fuiſſent,addicerentur fœneratori,cui ſeruirent,quoad debitum perſoluerent. Et hi Nexi(δέσμιοι)appellabantur,ducebāturq; in ergaſtula ad perſoluēdū. Varro Nexi ſunt liberi homines,qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia, quam debebant,domino præſtabant.

N ANTE I

NI,{Se non}(εἰ μὴ)pro niſi,per apocopen,id eſt,ſi non,ſubiunctiuo iungitur. Terent.in Phorm. Nam ni hæc ita eſſent,cum illo haud ſtares. Quandoq; etiam indicatiuo. Terent.in And. Mirum ni domi eſt. Vbi ſciendum eſt,q; Ni, Niſi Quam,& Præterquam ſemper repetūt eoſdem caſus,qui præceſſerūt:ut,Quid eſt animal niſi(ὅτι μὴ) corpus cum anima concretum. Quid aliud quæris,quā uoluptatem? Nulli placet,præterquam mihi. Præter uero ſemper exigit accuſatiuum:ut Nulli placet,præter me. Ponitur interdum Ni, pro ne. Verg.3. Aen. Inter utranq; uiam lethi diſcrimine paruo Ni teneant curſus,certum eſt dare lintea retro. Quē in locum uide ea,quę annotauit Seruius. Plautus, Ni ſtulta ſis.

Hæc particula etiam nonnunquam uſurpata eſt in ſponſionibus,& in iudicio recuperatorio. Cicero in Ver. Act.4. Sponſio facta eſt cū cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus,ni ſociū te ſibi in decumis dictitaret. Idē: P. Rabirius Apronium ſpōſione laceſſiuit,ni Apronius dictaret te ſibi in decumis eſſe ſocium. Hæc Budæus in Epiſt. Interdum Niſi aduerſatiuæ particulæ uim habet,ut idem fere ſignificet quod Sed. Cicero libro 13. Epiſt. Famil. De re nihil poſſum iudicare,niſi illud mihi certe perſuadeo te talem uirum nihil temere feciſſe.

NIÆTHOS,lege Neæthus.

NICÆARCHVS,(νικαίαρχος)pictor fuit ſua ætate eximius:qui inter alia Venerem,inter Gratias & Cupidinem pinxit & Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Plin.lib.35.cap.11.

NICANDER(νίκανδρος)uel Nicandrus,dri,Colophonius Grammaticus & Poeta,& Medicus tēpore Attali inuenis illius,qui Gallogræcos uicit. Scripſit de Theriacis,alexipharmacis,& de agricultura. Præterea Curationum collationes,et Prognoſtica Hippocratis uerſibus edidit, aliaq; complura. Auctor Suid. Cic. de Orat. Nicandrus homo ab agro remotiſſimus,de agricultura diligentiſſimè ſcripſit,tanta uis eſt eloquentiæ.

NICANOR,pe pro.(νικάνωρ) Alexandrinus Grāmaticus,ſub Adriano principe,æqualis Hermippo Berytio: cuius ſcripta enumerantur à Suida.

NICARCHVS,(νίκαρχος)philoſophus fuit Corinthius,ſub Periandro,cuius meminit Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum.

NICASIA,(νικασία)inſula eſt exigua,circa Naxum: à qua inſulani Nicaſij,(νικάσιοι)appellantur. Stephanus.

NICATORIS,(νικάτορις)Syriæ oppidum à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nicatoriæ. Steph.

NICATOR,(νικάτωρ)cognomen fuit Seleuci potentiſſimi regis,qui(ut Appianus inquit in Syriacis)in bello ſemper inuictus extitit.

NICEROTIANVM,(νικηρωτιανόν)laudatiſſimi unguēti genus, ita dictū ab artifice Nicerote. Mart.lib.6. Laudas pinguia Nicerotiana

NICEA,ſiue potius Nicæa per diphthon.(νίκαια Stephano,& Suidę)multarū urbium nomen eſt,quarum una eſt Galliæ,non procul à Varo fluuio,à Maſſilienſibus condita:altera Aſiæ & Bithyniæ metropolis,quam primus Antigonus Philippi filius condidit,& Antigoniam nominauit. Poſtea Lyſimachus à nomine uxoris, Antipatri filiæ,Nicæam appellauit. Vrbis ambitus ſtadiorum LX.fuit in figura quadrata,in campo ſita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex uno lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus erat, omnes cernebantur. Hic iubente Conſtantino clariſſima illa ſynodus celebrata

eſt, trecentorum & decem, & octo epiſcoporum, in qua perfidū Arrij dogma recıſum fuit. Tertiam huius nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios cōſtituit: quartam in Illyride: quintam in India. ſextam in Corſica inſula; ſeptimam in Leuctris Bœotiæ: & octauam in Thracia.

NICEPHORIVM, ij, (νικηφόριον) oppidum eſt Meſopotamiæ, nō procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditum. Auctor Pli. li. 6. c. 26.

NICETES, (νικήτης) Smyrnæus ſophiſta, Adriano principi gratiſsimus fuit, ab eoq; Muſæo Aegyptio adſcriptus. Quum cauſas tentare, foro etiam aptiſsimus uidebatur. Adeo ingenium ad utrāque dicēdi rationem accommodauit, ut genus iudiciale ſophiſtica quadam facultate exornauerit, ſophiſticum uero et umbratile forenſibus aculeis roborauerit, Genus dicendi antiquum & politum retinuit, laſciuus nihilominus, & dithyrambicus uiſus. Ex Philoſtra.

NICIAS, (νικίας) Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium ueniens, ei promiſit Pyrrhum ſe ueneno necaturū. At ille aduerſatus facinus, Pyrrho reſcripſit, ut à Nicia ſibi caueret: Curtius. Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epiſtola quadam ad Atticum meminit: itē Epiſtol. ad Dolobellam. Tranquillus.

NICIAS, (νικίας) nomen uiri Athenienſis nobiliſsimi: Ariſtoteles ſcribit tres uiros Athenis eodem tempore ęque potentes fuiſſe, Niciam Nicerati, Thucydidem Mileſium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquantulū maior, multa cum Pericle clara pro Republica geſſit. Poſt mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatę ſunt, Miſſus igitur imperator una cum Demoſthene altero duce contra Syracuſanos, qui Gilippum Lacedęmoniorum ducem auxilio accerſiuerant, infeliciter pugnantes ambo à Syracuſanis in bello capti ſunt, in carceremq; coniecti, ſibi manus attulere. Nicias Marco Craſſo ex noſtris cōparatur a Plutarcho in Parallelis: quod & diuitijs abundauerit, & eundem fere exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. Nicias alius Athenienſis pictor, qui teſte Plin. lib. 35. ca. 11. diligentiſsime mulieres pinxit, lumen et umbras cuſtodiuit: atq; ut eminerent è tabulis picturæ maxime curauit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuiſſe dicitur, ut cibum ſumere ſæpe oblitus ſit. Aelianus de uaria hiſtoria.

NICETERIA, (νικητήρια) ſunt præmia relata ex uictoria, ut torques. Iuuen. Sat. 3. Et ceromatico fert niceteria collo. Dicta Niceteria à νικᾶν, quod eſt, uinco. Niceteria pręterea dicuntur ſacrificia, & publica conuiuia, quæ uictoria adepta uictores facere ſolent. Budæus in Pandect.

NICO, (νίκων) fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui coniurarunt in Annibalem, tandemq; comprehenſus cum Philomene, ad Annibalem deductus eſt. De quo Liu. Decad. tertia.

NICOCREON, ontis (νικοκρέων) Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi iuſsit. Vide Anaxarchus.

NICOLAVS, Damaſcenus, (Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός) Peripateticæ ſectæ philoſophus fuit, Herodi Iudæorum Tetrarchę, & Auguſto Cæſari familiaris: qui uniuerſalem hiſtoriam lib. 80. complexus eſt. Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantiſsimus Chriſtianæ religionis propagator, qui ſub Conſtantino Cæſare uixit. Fuit item Nicolaus quidam Sophiſta, ex eadem Myra ortus, Dioſcoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam cōſcripſit, & meditationes quaſdam. De his omnibus uide plura apud Suidam.

NICOMACHVS, pen. cor. (νικόμαχος) nomen patris Ariſtotelis philoſophi. Nicomachos quinque tradit Suidas; Primum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui ſcripſit tragœdias undecim. Secundum Athenienſem, itē tragicum qui uicit Euripidem & Theognim, Nicomachum item medicū, Machaonis filium, Aeſculapij nepotē, qui ſcripſit de medicina libros ſex, & in Philoſophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Ariſtoteles ponit, ambos medicos: quorū filius ſcripſit cōmentarios in Phyſica patris. Sextum Nicomachū addit Plin. pictorem, Ariſtodemi filium & diſcipulum, qui pinxit raptum Proſerpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruę in Capitolio, ſupra ędiculam Iuuentutis) Scyllamq;, quæ erat in templo Pacis. Auctor Pli. lib. 35. ca. 1

NICOMEDES, pe. pro. (νικομήδης) nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raſo capite ſumpſit pileum, & ſe Romanorum libertum uocauit. Hic in adoleſcentia eo nomine male audiuit, quod turpi obſequio ſibi Cæſarem crederetur concliaſſe.

NICOMEDIA, (νικομήδεια) ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eā cōdidit, appellata. In huius ciuitatis uilla Magnus Conſtantinus obiit. Qui quū uellet in Iordane fluuio baptizari atq; ideirco Hieroſolymā peteret, morte præuentus ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo, Arrhianæ perfidiæ ſectatore, baptizatus eſt. Quæ res Chriſtiani principis fidem apud pleroſq; in dubium uertit. Sed non eſt uerisſimile, eum principem qui per omnem uitam ſuam Arrhiani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu ei dementiæ conſenſiſſe, quā ſummo ſtudio de ſuo Imperio prius eliminauerat.

NICONIA, æ, (νικωνία) oppidum eſt Ponti, ad Iſtri fluminis oſtia: cuius incolæ dicuntur Nicomatæ. Auctor Stephanus, & Strabo lib. 7.

NICOPHANES, pe. cor. (νικοφάνης) nomē pictoris inſignis, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 10. Annumeratur (inquit) his & Necophanes, elegans & concinnus, ita ut uetuſta opera pingeret propter ęternitatem rerū, impetuoſi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & grauitas artis.

NICOPHOROS, (νικηφόρος) frutex eſt, ex generibus hederæ, alio nomine Smilax appellatus. Vide Plin. lib. 24. cap. 24.

NICOPOLIS, (νικόπολις) ciuitas Epiri, à uictoria Auguſti ſic appellata. qui cum Cleopatrā, & M. Antonium apud Actium prælio ſuperaſſet, in proximo litore urbem condidit, & a uictoria ſua Nicopolin appellauit. Eſt & Nicopolis alia in Bithynia, item tertia in minori Armenia, & quarta inter Ciliciam & Syriam, ab Alexandri uictoria ita appellata, qui ibi Darium ſuperauit cum antea Iſſus diceretus.

NICOSTRATA, (νικοστράτη) Euandri mater, quæ q; fatidicia eſſet, à carminibus Latine Carmentis eſt appellata.

NICOSTRATVS, (νικόστρατος) Macedo, orator inter decem ſecundus, tēpore M. Antonij & Dyonis Chryſoſtomi, & Ariſtidis oratoris æqualis, ſcripſit nonnulla, ut auctor eſt Suidas. Fuit item alter Nicoſtratus, poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnoſoph. Nicoſtratus citharœdus, & Laodocus, quum inter ſe certarēt: diait Nicoſtratus Laodocum eſſe in magna arte paruum, ſe autem in parua magnum: ſatiusq; nō domum diuitiis, ſed artem ſtudio & diligentia augere. Aelianus de uaria hiſtoria.

NICTO, is, {Oſmare} (ῥύζειν) ad canes pertinet, quum ſentiunt odorem leporum ſeu perdicum. Feſtus: Nictit canis: in odorandis ueſtigiis ferarum leniter ganniens: ut Ennius libro 10. Veluti, ſi quando uinculis uenatica uenenо capta ſolet, ſi forte ex nare ſagaci ſenſit, uoce ſua nictit, ululat, quæ ibi acuta eſt. Hæc Feſtus.

NICTO, as, {Cennare, accenare} (σκαρδαμύττειν) frequentatiuum uerbi Niueo, es, eſt oculis ſignum dare claudendo uel alterum, uel utrunq;. Plin. lib. 11. Pleriſq; uero naturale eſt, ut nictare nō ceſſent, quos pauidiores accepimus. Pro eodem etiam legitur Nictor deponens. Ibi ca. 35. Grauiores alitum inferiore gena conniuent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. Nictari, inquit Feſtus, eſt oculorum, & aliorum membrorum nisu ſępe aliquid conari. Lucret. lib. 4. Hic ubi Nictari nequeunt, inſiſtereq; alis. Hinc deducitur uerbale, Nictatio, & Nictus. Cæcilius in Pugil. Tamen inter laudandum hunc timidum Tremulis palbebris percutere nictu: hic gaodere & mirarier. Compoſitum eſt, Annicto, (ἐπιπταλμεῖν) quod eſt nictu alicui quippiam ſignifico. Feſtus: Annictat, ſæpe leuiter oculo annuit.

NICTATIO, {Cenno. Pet. Con parole, & con cenni fui legato} (ἀναύσις) oculorum concluſio, & apertio. Plin. lib. 11. ca. 35. Nec genę quidem omnibus: ideo neq; nictationes iis, quæ animal generant.

NIDAMENTVM, locus ubi nidulantur aues, apud Plau. in Rud. In nido mille hodie nidamenta congeret.

NIDEO, des, dui, {Splendere} (στίλβειν) cuius compoſitum Renideo in frequētiori eſt uſu. Et modo ſignificat ſplendeo. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Modo redoleo, unde Nidor eſt, de quo infra.

NIDIFICO, as, {Far nido. Petrarcha. Occhi leggiadri doue amor fa nido} (νοσσοποιεῖν) nidum facio. Vergi. in quodam Epigram. Sic uos non uobis nidificatis aues.

NIDOR, oris, {Odore di coſe arroſtite} (κνίσσα) odor rei aduſtę, ut apud Vir. Illi ingens barba reluxit, Nidoremq; ambuſta dedit. Proprie tamen de carnibus aſsis in culina, & cęteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Mart. li. 1. Paſceris, & nigrę ſolo nidore culinæ. Dicitur & de ſtercore. Apul. lib. 4. Alias putore nidoris fœtidi à meis ſcapulis abegiſſem. Interdum pro riſu. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Naſum nidore ſupinor. Sic enim Porphyrio interpretatur. Acron uero, Naſum, inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum.

NIDVLOR, aris, pe. cor. {Far nido} (νοσσοποιεῖσθαι) idem quod nidifico. Pli. lib. 11. Aliud rurſus eorum genus, qui è fimo ingentes pilas auerſis pedibus uolutant, paruoſq; in his contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Aliquando eſt ouis incubare. Varro. Deinde dies illos, quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoq; ſeptem eſſe dixit.

NIDVLVS, diminut. {Nidetto} paruus nidus. Gel. lib. 2. cap. 29. De auicula nidulo lepide, atq; iucunde præmonet.

NIDVS, nidi, {Nido} (νοσσιά, καλιά) auiū domicilium, à nidore (ut putatur) q; mali odoris ſint auiū cubilia. Quandoq; tamē nidus accipitur pro fœtu auium quaſi continens pro contento. Verg. 4. Georg. Ipſæq; uolantes Ore ferūt dulcē nidis immitibus eſcam. Quandoq; pro quodam uaſis genere, à nidorum ſimilitudine. Varro; Lymphaq; è lacuna fontium allata nidos implent. Et nidi dicuntur in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur, ὀπίσθιον. Mart. li. 1. De primo dabit, alterove nido Raſum pumice, purpuraq; cultum.

NIGELLA, æ, (μελάνθιον) frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum. foliis paruis, ſenecionis herbę ſimilibus, in cacumine capitellū habens exiguum, ceu papaueris, in quo ſemen nigrum, acre, odoratum includitur. Io officinis etiam hodie nomen ſeruat: à Gallis Poiurecta appellatur.

NIGELLVS, a, um, {Negretto} (ὑπομέλας) ſubniger.

NIGER, {Nero, oſcuro, moro} (μέλας) nigredine coloratus. Cic. 2. de Diu. Neſcio, qui ille diuinus ſi oculis captus ſit, ut Tireſias fuit, poſsit quę alba ſint, quę nigra, dicere. Verg. 4. Geor. Et nigrā mactabis ouem, lucumq; reuiſes. Vua nigerrima, Catullus Epigramma. 17. ad Coloniam. Per tranſlationem tamē ponitur quādoq; pro mortuo. Iuu. Sat. 1. Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas Per famam & populum nigros efferre maritos. Quandoq; pro noxio. Verg. 2. Geor. Et nigris exceſa chelydris Creta. Quandoq; pro malo. Iuu. Saty. 3. Nigrum in candida uertunt. Solebant enim priſci quod bonum & laudabile erat, creta uel alba linea notare: contra quod turpe fuiſſet, nigro ſignabāt: unde Perſius: Quæq; ſequenda forent, & quę uitanda uiciaſim, Illa prius creta mox, hæc carbone notaſti. Nigerrimus ſuperlatiuus. Plin. lib. 15. cap. 25. Ceraſorum Aproniana maxime rubent, nigerrima ſunt Actia.

NIGIDIVS Figulus, philoſophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæſaris tempore. Hic, teſte Gellio, multa de re Grammatica edidit uolumina, quæ ad noſtra ſecula non peruenerunt.

NIGREDO, inis, Nigrities, ei, & Nigritia ę, {Nerezza} (μελανία, μελανότης) ipſe color niger, unde Pli. Capillorū nigritiam dixit. Idem lib. 9. ca. 26. Nimięq; eius nigritiæ dat auſteritatem. Corn. Celſus li. 8. ca. 2. Si autem nigrities eſt aut ſi caries ad alteram quoq; partem oſsis tranſit, oportet excidi.

NIGREFACIO, is, {Far nero} (μελαίνω) & Nigreſco, (μελαίνομαι) eiuſdem ſignificationis.

NIGREO, es, {Eſſer nero, farſi nero} (μελαίνομαι) niger ſum: à quo nigreſco, niger fio. Clau li. 3. de Rap. Proſer. Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere ueſtes. Colu. lib. 12. ca. 48. Oliuæ quum nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, ſereno cœlo diſtringere manu conuenit. Plin. lib. 8. cap. 32. Tunc roſtra eorum nigreſcunt. Verg. 11. Aen. Et tenebris nigreſcunt omnia circum. Aequora nigreſcūt uentis. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 3. Cœlum nigreſcat ab Auſtris. Idem 5. Faſt. Venæ nigreſcunt ſanguine, Ouid. 3. de Arte.

NIGRICO, cas, pe. cor. {Eſſere neretto, oſcurire} (ὑπομελαίνομαι) aliquantū niger ſum. Plin. lib. 10. cap. 3. Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarū fœtus ſuos alit. Id eſt, aliqua nigredine tincta, uel ſub nigra. Idem lib. 9. ca. 38. Color ſanguinis concreti nigricans aſpectu.

NIGRITVDO, inis, {Nerezza} (μελανότης) idem quod nigredo. Plin. lib. 10.

libro. 10.cap. 36. Nulla ueris initio apparet nigritudo in roſtro,quæ ab æſtate incipit. De paſſeribus.

NIGRIS,(νίγρις)fluuius eſt interioris Aethiopiæ,eiuſdem cum Nilo naturę. Nam & calamum gignit teſte Plin.lib.5.cap.8. & papyrum,eiuſdemq́ generis animantes,quæ in Nilo gignuntur,iiſdemq́ etiam temporibus augeſcit. Dictus nigris propter ſolitudines nigri pulueris,eminentibus interdum uelut exuſtis cautibus. Stephanus Nigretem.(νίγρητα)appellat,accolasq́ ipſos Nigretas:quorum meminit & Strab.lib.ulti. Pli.lib.5.ca.8. Nigritas nominat. Item Nigris fons eſt in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili eſſe autumauerunt. Vide Plin.lib.5.cap.9.

NIGRO,as,{Far nero}(μελαίνω)nigrum facio. Lucretius lib. 2. Aut ea quæ nigrant,nigro de ſemine nata. Vnde Denigro,as,Hieronymus. Denigrata eſt facies. Interdum eſt nigrum eſſe. Colum.libro.7. Parandi ſunt boues nouelli,quadrati magnis membris,cornibus proceris, & nigricantibus,& robuſtis, &c. Plin.lib.9. Rubeus color nigrante deterior.

NIGROR,oris.{Nerezza}(μελανία)ipſa nigredo. Cice.lib. 1.de Diuin. Noctisq́ & nimborum occæcat nigror.

NIHIL, Vide Nihilum.

NIHILDVM.{Niente fin'hora}(οὐδέπω)id eſt,nondū,uel nihil adhuc. Cic. Caſſi. Et quanquam nihildum audieramus,nec ubi eſſes,&c.

NIHILIFACIO:{Apprezzare niente}(παρ' οὐδὲν τίθεμαι, μηδὲν ἡγοῦμαι)nihil æſtimo. Pla.in Mil. Sed me excepit:nihil facio quod faciat cæteris.

NIHILI PENDO,is,ere,(περὶ μηδενὸς ποιοῦμαι)idē quod nihil facio. Plau.in Moſt. Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache.

NIHILO MINVS,{Non meno}(οὐδὲν τι ἧττον)non minus. Cice. Figulo tamen nihilo minus eas conficiunt curas,ut ipſum quod uiuam, peccare me exiſtimem.

NIHILVM.{Niente}(οὐδέν, οὐδ' ἄντ' ἐν)ex Non,& Hilum,componitur:quod, auctore Feſto,ſignificat illud quod grano fabæ adhæret. Cic. 1. Tuſcul. Tum illud quod Syſiphus uerſat ſaxum,ſudans nitendo,nec proficit hilum. Inde fiunt Nihilum,& Nihil per apocopem, quæ ſignificant quantitatis priuationem,ut Nihil uini habeo. Inuenitur etiam pro aduerbio negādi poſitum. Terent.in Andria. Nihil circuitione uſus es:id eſt,nō. Inuenitur etiam nihil,(οὐδενὸς ἄξιον) indeclinabile,& trium generum,quaſi qui ne hili quidē eſt,hoc eſt, nullius pretii,aut utilitatis. Cice.4. Tuſculan. Nequitia ab eo,quod ne quicquam ſit in ea, Is nomine,ex quo idem nihili dicitur. Poteſt tamen non abſurde Nihili, in huiuſmodi locutionibus genitiuus à Nihilum exiſtimari.

NIL,{Niente}(οὐδέν)per ſyncopen factum eſt à nihil. Et modo nomen eſt,ut Nil bonitatis. Modo,aduerbium. Terent.in And. Nil me fallis.

NILION,(νείλιον)gemma eſt colorem habens fumidæ topazii,aut aliquādo melleæ. Plin.lib.37.cap.8. India & has generat & nilon fulgore hebeti,& breui,& cum intueare fallaci. Eſt autē color fumidæ topazii, aut aliquando melleæ. Iuba in Aethiopia gigni tradit, & in litoribus fluminis,quem Nilum uocamus,& inde nomen trahere.

NILIS,(νειλίς)lacus eſt inferioris Mauritaniæ,non procul ab Oceano,quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur. Vide Plin.lib.5.cap.9.

NILVS,(νεῖλος)Aegypti fluuius:à Nilo rege ſic dictus,uel à nouo inferendo luto,q̃ ſua inundatione totam feracem reddat Aegyptū. Vnde Seruius Nilum dici exiſtimat,quaſi νέαν ἰλὺν hoc eſt,nouum trahentem limum,quo oblimet,hoc eſt,limo obturet Aegyptum & oppleat. Vnus eſt ea maioribus totius orbis fluuiis,à quibuſdā Geon dictus,quaſi terra,antea Melo uocabatur. Habet ſeptem oſtia. Verg.6. Aenei. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. Nomina oſtiorum hæc ſunt: Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Phatniticum, Mēdeſicum, Taniticum,& Peluſiacū. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ,non longe ab Oceano,ſtagnante ibi lacu,quem uocāt Nilidem: deinde condit ſe itinere aliquot dierum,rurſumq́ erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi,iterumq́ arenis receptus per deſerta uiginti dierum ſpatia fertur ad proximos Aethiopas,& denuo proſilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Aphricam ab Aethiopia diſterminans,mox Aethiopas medios ſecans, pleraſq́ inſulas facit,quarum clariſſima eſt Meroe,cuius Metropolis etiam Meroe uocatur. Aethiopes Aſtapum uocant,quod illarum gētium lingua ſignificat aquam è tenebris profluentem. Circa Meroen in duo diſpergitur brachia, Aſtabores læuo alueo dictus,dextro Aſtuſapes nec ante, q̃ ſe concordibus aquis iunxerit, Nilus appellatur. Poſtremo ſeptem (ut dictum eſt) oſtiis exonerat ſe in mare Aegyptium, Aegyptiq́ inferiorem partem dextra, læua diuiſus, amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Aphrica,ab Aſia Peluſiaco: propter quod aliqui Aegyptum inter inſulas poſuere,ita ſe diuidente Nilo,ut triquetrā terræ figuram faciat. Ideirco multi Aegyptū à Δ Græcę literæ ſimilitudine D. ita uocauerunt. Augetur Nilus circa æſtiuum ſolſtitium mirū in modum,& per totam ſpatiatus Aegyptū terram pluuiis omnibus deſtitutam aquis ſuis irrigat, fœcundiſſimoq́ limo obducit. Cauſas incrementi Nili,uide apud Lucan.lib. 10.

A Nilus fiunt adiectiua. Niloticus,a,um,(νειλωτικός)ut Nilotici piſces: & Niliacus,a,um pen.cor.(νειλιακός) Martial. Niliacis primum puer hic fit natus in oris. Nili quoq́ apud ueteres capiuntur pro foſſis ſeu canalibus, quæ ſpectaculis circundari ſolent,aut quibus aqua ad priuata ædificia duci conſueuit: qualibus etiam hodie uidemus magnatum inſulas eſſe cinctas. Cic. 1.de Legi. Ductus uero aquarum,quos iſti Euripos,& Nilos uocant. Vide latius in dictione Euripus.

NIMBIFER,(ὀμβροφόρος)hoc eſt ferens nimbos.

NIMBVS,bi,{Pioggia ſubita,nembo}(κατάιγις. ὄμβρος) repentina & præceps pluuia. Ver 3. Aene. Inuoluere diem nimbi & nox humida cœlū Abſtulit. Ponitur & pro uento. Verg. 1. Aene. Nimborū in patriam,loca fœta furentibus auſtris, Aeoliam uenit. Interdū pro nube,(νέφος)qua dii dicebantur in terras deſcendere. Lucilius. Cū nimbo cœlitus deſcendit Iuppiter. Nimbus item,uaſis genus,quo uina,unguenta,& alii liquores funduntur. Martial.li. 14. A Ioue qui ueniret,miſcēda ad pocula largas Fundit nimbus aquas,hic tibi uina dabit. Hinc Nimboſus,a,um, Verg. 1. Aen. Fluctu nimboſus Orion:id eſt pluuioſus,uentoſus &c. Plin.lib.18.ca.11. Campus eſt montibus ſubiacens nimboſis. Verg.3. Aen. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.

NIMBATVS,a,um,unguentatus,ſiue unguento perfuſus:à nimbo uaſe. Pla. in Pœn. Quam magis aſpecto tam magis eſt nimbata,& nugæ meræ.

NIMIRVM,{Certamente}(δῆπου. δήπουθεν, ὁμολογουμένως)aduerbium confirmandi,hoc eſt,ſine dubio,certe,uidelicet,nempe. Cōponitur ex particula Ne, (qua ueteres utebantur pro Non)& Mirum quaſi dicas, Mirum non eſt. Cic. Attico: Itaq́ nimirum hoc illud eſt,quod Cęſar ſcripſit,ſe uelle uti cōſilio meo. Aliquando ad reſponſionem adhibetur. Quintil.lib.12.cap.1. Demus id,quod nullo modo fieri poteſt,idem ingenii,doctrinæ,ſtudii,peſſimo atq́ optimo uiro,uter melior dicetur orator? nimirum,qui homo quoq́ melior.

NIMIS,{Troppo}(λίαν, ἄγαν)ſupra modum,plus ſatis. Terent. in Andr. Ne quid nimis: Cicero. 1.de Orato. Non ſumus nimis audi:tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus.

NIMIVM,{Troppo}(ἄγαν)nomen pro aduerbio. Cicer. 4. Acad. De quo nimium diu etiam diſputo.

NIMIO,ablatiuus comparatiuis ſolet iungi, Cicero ad Atti.lib. 10. Sed quia te nimio plus diligo.

NIMIOPERE.pen.cor.(λίαν ἐκ περιουσίας)aduerbium eadem forma dictum,qua Magnopere,& Nimmopere. Cic.in Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant.

NIMIE,aduer.(ἄγαν)idem quod nimis,ſupra modum,& interdum idē quod ualde. Plau.in Mil. Nam nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc,niſi duobus tibi & Phaoni Leſbio, Tam nimie ut amarentur.

NIMIVS,a,um,{Troppo,intemperato}(ὑπέραγαν)quod modum excedit. Teren. in Heaut. Nulla adeo ex re iſtuc fit,niſi ex nimio otio. Nimius animi(ὑπέραγαν μεγαλόφρων)nimium magnanimus. Liuius: Manlius nimius animi cum altos principes ſperneret, &c. Sermonis nimius erat. Tacit.lib. 19. Nimius in decernendis honoribus:& tanquam prodigus. Cic. Bruto.lib.5. Epiſto. Nimium abſolute. Cic.4. Tuſcu. Nam quod aiunt,nimia reſecari oportere, naturalia relinqui:quod tandem poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſſit.

NIMIETAS,atis, {Superfluita}(περιουσία)pro ſuperfluitate. Colu.n.lib.6. cap.4. Naturalia congruunt deſideria, quoniam nimietate ueris pabuli pecudes exhilaratæ,laſciuiunt. Plinius libro. 14.cap.6. Exoleuit hoc quoque nimietate copiæ.

NINGO,gis,uel, Ninguo,is,xi,{Neuigare,neuare}(νίφω)niue pluo. Priſcian. Ninguo quoq́ ninxi: unde & Nix, ſicut à duxi Dux, à rexi Rex. Verg.li.3. Georg. Interea toto non ſecius æquore ninguit. Sunt qui Ninguo dictum uelint à ningue,cuius nominatiuus erat Ninguis,quod antiqui pro niue uſurpabant. Lucre. Albas effundere ningues. Apule.in 1. Herma. Aſpera hyems erat, omnia ningue canebant. Nunc dicimus Nix χιών: de quo ſuo loco.

NINGVIDVS,a,um,{Neuoſo}(νιφόεις, χιονώδης)idem quod niuoſus, uel niue abundās: Auſonius ad Paulinum. Barcino me bimaris iuga ninguida Pyrenei: Et paulo poſt, Ecce tuus Paulinus adeſt,iam ninguida linquit Oppida Iberorum.

NINIVE,es,pe.cor.(νινευΐ, Suide)urbs Aſſyriorum ad Tigrim fluuium ſita, ita appellata à Nino conditore Beli filio. Auguſt.lib. 15. Ciui. Niniues ciuitatis magnæ Ninus Beli filius conditor:unde nomē ex illius nomine deriuatum eſt, ut à Nino Niniue uocaretur. Populi in ea habitantes, Niniuitæ,(νινευΐται)pe. prod. dicūtur. Ptolemæus in deſcriptione Aſſyriæ urbem hanc Ninum(νῖνον) appellat: quo nomine fere ab omnibus rei geographicę ſcriptoribus cenſetur. Vide Plin.lib.6.cap.26.& Strabonem in principio libri. 16.

NINOE.(νινόη)Cariæ oppidum eſt,alias Aphrodiſias appellatum, Lelegum Pelaſgorum colonia,ſi Stephano credimus.

NINVS,(νῖνος) Beli filius,& maritus Semiramidis, primus Aſſyriorum rex, Nam Belus ſolam habuit Babylonem: Ninus uero totam Aſſyriam.

NIOBE,(νιόβη)nomen filiæ Tantali,ſororis Pelopis, uxoriſq́ Amphionis, quæ in ſaxum uerſa eſt ex dolore,ut poetę fingunt,quum ex fœcundiſſima matre ad orbitatem redacta,extinctos uidiſſet filios,filiaſq́ omnes,quos Apollo & Diana ſagittis confixerant. Quæ in ſaxum uerſa dicitur,quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit,ac ueluti lapideſcens malis diriguit. A Statio in ſyluis Sipyleia mater dicta Niobe,quoniam facta ſaxea turbine uenti in Sipylum patriam rapta eſt,ubi fixa cacumine montis Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant. Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Oſirim ſuſcepit,qui & Serapis dictus eſt.

NIPHATES,pen produ.(νιφάτης)mons ſupra Aſſyriam ad finem maioris Armeniæ, Tauri pars,ex quo Tigris naſcitur,ut refert Strab.lib. 11. Vergil.3. Georg. Addam urbes Aſiæ domitas,pulſumq́ Niphatem. Dictus Niphates à niuibus. ἀπὸ τοῦ νιφετοῦ, νιφάδος, ἢ ἀπὸ νίφειν.

NIPHÆVS,(νιφαῖος)nomen uiri proprium,ab equis interfecti, apud Vergil. 10. Aeneid.

NIPHE,es,(νίφη)una ex comitibus Dianæ,à niueo candore appellata. Oui. 3. Metam. Excipiunt: laticem Nipheq́, Hyaleq́, Rhaniſq́.

NIPSA,æ,(νίψα)Thraciæ oppidū.cuius incolæ dicuntur Nipſæi. νιψαῖοι, Stephanus.

NIPTRA,{Bagni}(νίπτρα)dicuntur lauacra,à νίπτω, quod ſignificat lauo: quo nomine dicta eſt tragœdia Pacuuii,quam citat Cic.2. Tuſc.

NIREVS,(νιρεύς)Charopi,& Aglaiæ filius, Græcorum omnium formoſiſſimus fuit,quemadmodum Therſites omnium maxime deformis. Ouid.libr.4. de Pōto: Tam mala Therſiten prohibebat forma latere, Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat.

NIS,{A noi}pro nobis ueteres ſcripſere,ſicut Im,pro Eum, Feſtus.

NISA,æ,(νίσα)oppidum Siciliæ,cuius meminit Thucidides lib.3. Eſt & nomen puellæ ruſticæ,apud Verg.in Pharmaceutria.

NISÆA,æ,(νισαία)oppidum in ſinu Megarico ubi Megarenſium erant nauaha,teſte Thucidide lib.2. Eſt item Niſæa, Parthyenes regio,cuius caput fuit Alexandropolis,ab Alexandro conditore ita appellata. Vide Plin.libr.6. cap.26. Hæc regio præſtantiſſimos alebat equos,qui ab ea Niſæi appellabantur,teſte Strabone lib. 11.

NISÆA,quod hic pro Nymphæ nomine corrupte legebatur)uide Neſæa.

NISI,(εἰ μὴ, ἐὰν μή)dictio exceptiua. Vide ſupra Ni.

NISIBIS,(νίσιβις)oppidum eſt Arbelitidis,quæ eſt regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium ſuperauit,alio nomine Mygdonia appellata. Niſi-

bim autem Antiochus fertur condidiſſe, & à nomine ſuo Antiochiam appellaſſe. Vide Plin. lib. 6. cap. 23.

NISSA, æ. (νίσσα) Boeotiæ oppidum eſt, apud Homer. in Catalo. nauium.

NISVS, (νίσος) nomẽ regis Megarenſium, qui (ut in fabulis fertur, à Scylla filia ſua fatali capillo ſpoliatus, in auem ſui nominis conuerſus fuit. Verg. 1. Georg. Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Fuit & alius hoc nomine, Hirtaci filius, indiſſolubili amicitiæ uinculo Euryalo cõiunctus: ut ſatis copioſe deſcribit Verg. lib. 9. Aenei.

NISVS, a, um, participium, (ἐπερειδόμενος) eſt à Nitor, eris.

NISVS, us, ui, {Forza, lo ſforzo} (πεῖρα) conatus. Verg. 1. Aeneid. Niſuq; immotus eodem Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit. Cic. 2. Tuſ. Pedetentim, inquit, ite, & ſedato niſu: ne ſucceſſu arripiat maior dolor.

NISYROS, pen. produ. (νίσυρος Homero) inſula eſt in mari Carpathio, una Sporadum: quàm Poetæ fabulantur olim Coo adhęſiſſe, Neptuniq; ſceptro inde fuiſſe auulſam. Vide Strabonem lib. 10.

NITEDVLA, æ, muris cuiuſdam genus, ſicut docet Seruius. Cic. pro Seſt. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Rempublicã conaretur arrodere. Eſt & Nitedula, (λαμπυρίς) cicindela, quæ uuectu lucet.

NITELA, æ, {Curadenti, netta denti} (καλλυντρον) dicit res quę iungat ſordes, & expolit: unde Apuleius utitur pro dentifricio, os ipſum & dentes honeſtante. Miſi (inquit) ut petiſti, tibi munditatis dentiũ, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum, Complanatorem tumidæ gingiuulæ. Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Ne qua uideatur tetra labes ſordium, Reſtrictis forte ſi labellis riſeris.

NITEO, tes, nitui, {Splendere, rilucere, eſſere polito} (καλλωπίζομαι) ſplẽdidus, cultus, politus ſum. Plau. in Pſeud. Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. Nitere, unguentis, fulgere purpura. Cic. in Catil. Idem. 4. de Finib. Illorum uides q̃ niteat oratio. Hinc Niteſco, is, ere, nitidum fieri. Cic. 1. Tuſcul. Coelum niteſcere, arbores frondeſcere. Plin. lib. 37. cap. 11. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu niteſcunt, propriè Corſicæ. Nitens, participium: ut Equi nitentes, Verg. 6. Aene. Galea nitens. Idem. 9. Aene. Oculi nitentes, Idem. 1. Aen. Aſtra nitentia, Ouid. 5. Faſtor. Compoſita ſunt Eniteo, (ἀποστίλβω) quod eſt, clare, ſeu ualde niteo. Per tranſlationem uero ſignificat celebrem eſſe, διαπρέπειν. Li. 4. ad Heren. Nunc hoc ſigni eſt, ipſos artis ſcriptores non putaſſe unum potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitere. Hinc Eniteſco. Salluſt. Poſtremo Cæſar bellum exoptabat, ubi uirtus eniteſcere poſſet. Interniteo, in medio niteo. Pli. Tunc enim telluri internitent, quia his uentis maxime arenę mouẽtur.

NITIBVNDVS, a um, uehementer nitens. Gel. lib. 1. c. 11. Sed enim Achęos Homerus pugnam indipiſci, ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu, uerũ cõſpiratu tacito nitibundos.

NITIDE, Nitidius, Nitidiſſime aduerbium.

NITIDIVSCVLE, diminutiuum, à Nitidius comparatiuo. Plau. in Pſeu. Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo, Qui amet me, ut curet tandem nitidiuſcule.

NITIDO, as, {Rallustrare} (καλλύνω) nitidum facio. Colu. lib. 12. ca. 3. Ferramenta deterſa nitidentur, atq; rubigine liberentur.

NITIDVS, a, um, {Splendido, rilucente} (λαμπρὸς, νέμ...) ſplẽdidus, clarus lucens. Pla. in Stic. Facite ſulti, ut nitidæ ædes meæ ſint, cum redeam domũ. Idem in Mil. Tum autem illa ipſa eſt nimiũ lepida, nimisq; nitida fœmina. Cicero in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca. contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Colu. lib. 2. Far quod appellatur Cluſinum candidioris & nitidi coloris. Hinc Nitiditas, Accius: Formæ nitiditatæ præcharus regi.

NITOR, teris, nixus, & niſus, {Sforzarſi. Pet. Sforzati al cielo mio ſtanco coraggio} (ἐρείδω) conari ſub onere. Verg. lib. 3. Georgic. Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis Increpat. Interdum incumbere, firmari, ſuſtentari. ἐγχρίπτομαι ... Idem 6. Aene. Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Ab hac ſignificatione manauerunt elegantiſſimæ metaphoricæ locutiones: ut cum dicimus, Salutem, & uitam noſtram in aliquo niti, hoc eſt, ſitam eſſe & repoſitam. Cic. pro Milo. Ei autem uiro mors parabatur, cuius in uita nitebatur ſalus ciuitatis. Niti gradu, apud Pacuuium legitur pro ambulare: Ardua (inquit) per loca agreſti, & trepidante gradu nititur. Niti alis, hoc eſt uolare. Verg. lib. 4. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit. Interdum fulciri. Ci. lib. 1. Offi. Eſt igitur adoleſcẽtis maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos ac probatiſſimos, quorum cõſilio, atq; auctoritate nitatur. Id eſt, fulciatur, gubernetur, inſtituatur. Quandoq; nitor ſignificat dare operam, laborare, conari. (πειρῶμαι.) Terent. in Adel. Quapropter nitar, experiar. Cic. de Sene. Moderatio modo uirium adſit, & tantum quantum quiſq; poteſt, nitatur. Huius cõpoſita ſunt, Annitor, Cõnitor, (συντείνομαι, διαμάχομαι,) quod eſt totis uiribus nitor. Ci. lib. 2. Offi. Quare quantum cõniti animo poteſt, quã tum labore contendere (ſi diſcendi labor eſt potius, q̃ uoluptas) tantum fac, ut efficias. Enitor, (ἀποτίκτω) pario. Plau. in Amph. Geminos Alcmena enititur. Varro lib. 2. de Re ruſt. Faciendaq; ſepta ſecreta ab aliis, quo enitentes ſecludere poſſis, item quæ corpore ægro. Vnde enixæ dicuntur mulieres, quæ partus dolore leuatæ ſunt. Item Eniti, (φιλοτιμεῖσθαι) eſt multo conamine, & labore aliquid perficere. Salluſt. in Iugur. Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoq; probaretur: id eſt, multo conatu & labore id ſe perfeciſſe, ut ab optimo, &c. Colu. lib. 1. Sed nec in media parte uerſuræ conſiſtat, detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius enitatur: id eſt, extaret, perficiat. Hinc enixe, (συντόνως) aduerbium. Plau. in Trin. Tibi relinqui ob eam rem enixe expeto. Quod & Enixum dicitur. Cic. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas, atq; honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio. Innitor, inhæreo, firmor. Colu. lib 6. Quo plus ſolis mediæ arbores, quibus uitis applicata, & religata innititur accipiant. Obnitor, ἀντερείδομαι, ἀνθίσταμαι, ἀντιστηρίζομαι, διατείνομαι) contra nitor, obluctor, induco obfirmor. Verg. li 3. Geor. Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto. Cũ gemitu. i. contra ubluctantes. Cic. pro Mil. At nõ P. Clodio mortuo, uſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. Hinc aduerbium Obnixe, (διατεταμένως) quod ſignificat cum conatu, inſtanter, quantum poſſibile eſt, contra conantem. Terẽ. in And. Pedibus manibusq; obnixe omnia facturum. Pernitor, ualde nitor. Seruius. Pernix perſeuerans, à pernitendo tractum eſt. Renitor, (ἀντιτείνω ἀντερείδω) contra nitor. Subnitor, ſuffulcior. Ver. li. 3. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. Aliquando eſt ſurſum nitor. Cæcilius in Annibal. Et Latini ſubnixo animo ex uictoria conſilium ineunte. Habent autem omnia hæc pen. produc.

NITOR, oris, {Splendore, politezza} (στιλπνότης) ſplendor in quacunq; re dicitur. Ci. in Cato. Tum Lyſandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis. Colu. lib. 2. Verum ex his maxime ſerẽdum, quod Robur dicitur, quoniam & pondere, & nitore prȩſtat. Eloquii nitor. Oui. 2. de Pon. Eleg. 2. Nunc tibi & eloquii nitor ille domeſticus adſit. Quo poteras trepidis utilis eſſe reis. Generis tui nitor. ibidem Eleg. 9. Marmorum nitor, Plin. lib. 12. cap. 1.

NITRITES NOMOS. (νιτριώτης νομὸς Straboni) præfectura eſt in ea parte Aegypti, quę eſt ſupra Momemphim, nomen habens à duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Pli. lib. 5. ca. 9. & Strabonem lib. 16.

NITRVM. {Nitro} (νίτρον, ἀπὸ τοῦ νίζειν) ut quidã putant, eo q obluẽdi, purgandiq; habet facultatem: ſiue, ut aliĩ malunt, à Nitria Aegypti regione, in qua copioſiſſime prouenit. Nõ multum diſtat à ſalis Hammoniaci ſpecie, nõnulliq; exiſtimant eſſe ſalis genus. Sicut. n. ſalem in litore maris feruor conficit Solis, durando in petram aquas marinas: ita in nitrariis, ubi æſtate pluuię prolixiores telluri infunduntur, ardor nimius aquas excoquit in petrã ſali ſimillimã, ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentẽ, quæ tamen iuxta naturam ſalis durare in caliditate, & nubiloſo aere fluere, ac liqueſcere ſolet. Gignitur copioſiſſime in Nitrite Aegypti nomo, aqua Nili in nitrarias immiſſa: parcius apud Medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus: prȩſtantiſſimum ſũt in Clitis Macedonię. Dioſcorides foſſile præferre uidetur, quod leuius eſt, & ſine pondere, roſeo colore, aut albo, & ſpongiarum modo fiſtuloſum. Putant nonnulli inter Nitri ſpecies eſſe numerandum, quod uulgi (ut opinor) uocabulo nõnulli Salnitrum, aliĩ Salpetræ uocãt, eoq; Pharmacopolæ pro nitro utũtur: decepti corrupta Pliniĩ lectione lib. 31. c. 10. Sal nitrũ, ſulphuri concoctum in lapidem conuertitur, Ita enim uulgo legitur, cũ tamen caſtigatoria exemplaria ſic habeant Sal & nitrum Sulphuri cõcoctum, &cæ. Veriſimilius eſt itaq; illud quod hodie uulgo Sal nitrum uocant, ueteribus fuiſſe incognitum, nouiterq; eſſe inuentũ, nõ ita pridem ad bellicorum tormentorum uſum excogitatum.

NITROSVS, a, um, (νιτρώδης) quod nitrum habet, uel nitri ſaporem. Plin. libro. 31. cap. 10. Aquæ uero nitroſæ pluribus locis reperiuntur, ſed ſine uiribus denſandi. Nitroſus locus Idem lib 20. cap. 19.

NITRARIA æ, (νιτρία, νιτρωρυχεῖον) locus ubi nitrum fit, aut effoditur. Pl. lib. 31. ca. 10. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à colore terræ.

NITRATVS, adiectiuum, cui nitrum admiſtum eſt. Mart. lib. 13. Nitrata uiridis Braſſica fiat aqua. Col. li. 12. ca. 55. Nitratam aquam ſuffundito.

NIVALIS. & hoc, le, {Neuale, neuoſo} (νιφόεις) quod ad niuẽ pertinet: ut Niualia loca ubi nix abundat. Pli li. 25. c. 8. Naſcitur in petroſis, apricis, & iiſdem niualibus. Niualis dies, hoc eſt, niuoſus, quo ſcilicet pluſimum niuis è cœlo delabitur. Liuius. 1. Bel. Pun. Erat forte Brumæ tempus, & niualis dies. Niualis aqua, Gell. Qui aquã niualem frugibus ſane & arboribus fœcũdam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe. Col. li. 3. ca. 1. Niuale cœlũ dixit, quod ſæpe niues inducit: ait enim: Cœlum porro neq; niuale uinea, neq; rurſus æſtuoſum deſiderat. Oſculum niuale, metaphoricũs pro frigido. Mart. lib 7. Audes tu tamen oſculo niuali Omnes obuius hinc & hinc tenere.

NIVARIVS, a, um, ut, Niuarium colum. Bayſius: Colum niuarium: uas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Nos hodie colo utimur ad lac colandum, & eſt uas ligneum, quod fundũ linteum habet annexum. Saccus niuarius. Pli. lib. 24. Nitroſæ aut amaræ aquę, polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa & in ſaccos niuarios additur polẽta Babyſius: Vtebãtur Romani & ſacco niuario, quo liquidius merum potarent, & erat lineus.

NIVATVS, a, um, (χιονοψυχρος) quod eſt niue refrigeratum. Sueton in Nero. Refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.

NIVEO, es, niui, uictum, à quo Conniueo. Vide in dictione Nicto.

NIVEVS. a, um, {Neuoſo, ciò che è di neue} (χιονώδης) qđ eſt ex niue: ut, Maſſa niuea, Niueus liquor. Ci. 2. de Diui. Ver. 3. Geor. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu late. Quandoq; pro cãdidu ponitur: ut, Niuei dentes. Mart. lib. 5. Niuei lacerti. Verg lib. 8. Aen. Dixerat, & niueis hinc, atque hinc diuua lacertis Cunctantem amplexu molli fouet. Ebur niueum. Ouid. 10. Metam. Interea niueum mira feliciter arte, Sculpſit ebur. &c.

NIVOSVS, ſa, ſum, {Neuoſo, che abonda di neue} (χιονόβροχος, χιονώδης,) idem quod niue abundans. Col. lib. 2. ca. 9. Ea locis prægelidis ac niuoſis, ubi æſtas eſt humida, & ſine uaporibus, recte cõmittitur. Niuoſa hyems: Liu. li. 5. ab Vrb. Niuoſa grando, Liui. 1. Bel. Pun. Et mox aqua leuata uento, cũ ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet, tãtũ niuoſæ grandinis deiecit, ut omnibus omiſſis procumberent homines.

NIX, niuis, {Neue} (χιών) notæ ſignificationis. Pli. li. 17. c. 2. Quando nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt. Ver. 10. Eclo. Perq; niues aliũ perq; horrida caſtra ſecuta eſt. Niue cãdidores equi, Oui. 8. Meta. Eluctari niues. Taci. li. 19. Et uix quieto agmine niues eluctantibus patuit quantum diſcriminis adeundũ foret. Capitis niues, apud Hora. 3. Car. Ode. 13. pro capillis canis: Ab antiquis Ninguis appellabatur. Lucr. Gelidas effundere ningues. Vide in uerbo Ningo.

NIXOR, aris, nixatus ſum, nixari, (ἐρείδομαι, σκηρίζομαι) idẽ quod nitor, hoc eſt fulcior, ſuſtentor. Lucret. lib. 4. Et uiolare fidem, primam, & conuellere tota Fundamenta, quibus nixatur uita, ſalusq;. Idem lib. 3. Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte Saxum.

NIXVRIO, is, pe. prod. (φιλονεικῶ) nixurĩ, niti uolo, ſeu cupio, aut conor facere. Nigid. apud Nonium: Nixurit qui niti uult, & in conatu ſæpius aliqua re perpellitur.

NIXVS, a, um, particip. {Appoggiato, ſoſtentato} idẽ quod innixus, uel incũbens fultus, ſuſtẽtatus. Cic. 7. Ver. Stetit Soleatus prætor pop. Rom. cũ pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in litore. Nixus, us, parturientium labor. Ver. 4. Geor. Haud Fortus nixibus edunt. Dicitur & de alio quouis conatu. Quit. l. 2. c. 13. Luctator, qui totius corporis nixu id qđ ſemel inuaſit, incubuit.

NIXVS, huius nixi, (ἐγγόνασιν) Sidus cœleſte, quod Iulius Fir. Ingeniculũ uocat.

rat. Cic. in Arato: Iam dextrum genus, & decoratam lumine ſuram Erigit, ille uagans uulgato nomine nixus, Quem nocte extinctum atque exortum uidimus una. Ibidem: Hic ille exoritur conuerſo corpore niſus, Aluum, crura, humeros, ſimul & præcordia luſtrans, Et dextræ radios læto cum lumine iactans. Hūc Hyginus Herculem eſſe ait, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

N ANTE O.

NO, nas, ui, uatum, {*Nuotare*}(νήχομαι) proprium eſt piſcium. Pli. lib. 9. c. 17. de accipenſere, Vnus omniū ſquamis ad os uerſis contra aquā nando meat. Quanquā & de aliis rebus dicatur in aqua fluitantibus. Ouid. 1. Meta. Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones. Verg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Nare ſine cortice, prouerbialis metaphora eſt de iis dici ſolita, qui ſuo iam Marte ſibi poſſunt conſulere, nullo alieno egētes ſubſidio. Tranſlatio ſumpta eſt ab iis, qui natandi non ſatis periti ſuberis corticem corpori ſubiiciunt, donec cum iu arte profectum fecerint, ut cortice deinceps non egeant.

NOA, Syenitarum oppidum eſt ad Nilum fluuium, teſte Pli. lib. 6. cap. 29.

NOAS, (νόας) Thraciæ fluuius eſt, ex Hæmo monte naſcens, & in Iſtrum influens. Auctor Herodotus lib. 2.

NOBILIS, le, {*Nobile, chiaro, conoſciuto*}(γνώριμος, ἀγαυὸς) illuſtris, clarus, celeber, quaſi noſcibilis, à Noſco: unde & pro noto ponitur. Verg. 7. Aen. Eſt locus Italię medio ſub montibus altis Nobilis. Sic Illuſtris, Egregius, inſignis, Præcipuus, ſingularis cognitionis, non meriti aut laudis nomina ſunt, quia tam de flagitioſis, q̄ de claris dici inueniuntur. Nobilis itaque pro eximio & excellēti in quacunque re ponitur, ſiue bona, ſiue mala. De bona, ut quū ad generis dignitatē refertur. Sallu. in Catil. Nobili genere natus fuit. Ci. 1. de Diuin. Nobili loco natus. De mala. Liuius. Nobilis ille clade Romana locus. Pla. in Rud. Qui ſe ſcelere nobiles fieri uolunt. Facinus nobile, idē quod inſigne. Ci. 4. Verr. Ac cipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis ſæpe commemoratum. Homo omniū nobiliſſimus. Cic. Lentulo lib. 1. Epiſt. In te, u. homine omnium nobiliſſimo ſimilia mundorū uitia perſpexi. Inimicitiæ nobiliſſimæ. Liu. 9. Bel. Mace. Verū enimuero cūm ſint nobiliſſimæ ſibi cum Conſule inimicitiæ, quid ab eo quicquam expectare æquum eſt? Hinc nobilitas, atis, (εὐγένεια) quę eſt generis, uel alterius rei excellentia & dignitas. Colu. lib. 4. Deprehendi potest nobilitas in geſtu. Cic. pro P. Seſt. Omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia utile eſt Reip. nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis: & quia ualet apud nos clarorum hominum, & bene de Repub. meritorum memoria. His contra ſunt, Ignobilis, (ἀγεννὴς) & Inobilitas, ἀγένεια.

NOBILITO, as, {*Nobilitare, far nobile*}(ἐνδοξίζω) nobilem facio, dignitatem addo, Decoro. Ci. de Senect. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. Aliquando notum facio, γνωρίζω. Ci. li. 2. Offi. Te ſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. Nobilitare flagitiis. Teren. Eun. Tu iam pendebis qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Vbi Donatus. Duas res ſignificat ſimul. & cogis flagitia facere, & facientem indicas.

NOBILITER, {*Nobilmente*} aduerbium, inſigniter, & decorè. Pli. lib. 34. capi. 8. Poſidonius qui & argentum celauit nobiliter.

NOCEO, es, cui, citum, {*Nuocere*}(αἰνῶμαι, βλάπτω) obſum, aut damnum, aut iniuriam alicui infero, aut felicitatē eius impedio. Col. lib. 2. Non nocebitur et nocturnis roribus, aliis'ue ex cauſis, dum à pecore & auibus uindicetur. Ci. 3. Offi. Eodem modo conſtitutū eſt, ut non liceret ſui cōmodi cauſa nocere alteri. Ver. 10. Eclo. Surgamus, ſolet eſſe grauis cantantibus umbra: Iuniperi grauis umbra nocent & frugibus umbræ. Hora. 1. Epiſt. Nocet empta dolore uoluptas. Plau. in Mil. Cum accuſatiuo iunxit: Iura (inquit) te nō nociturum eſſe hominem de hac re neminem. Nocere noxam. Liu. 9. ab Vrb. Atque ob eam rem noxā nocuerunt. Nihil nocet. Ci. ad Att. li. 12. De quo nihil nocuerit, ſi aliquid cum Balbo eris locutus. Nocetur, imperſonale. Cic. 4. Verr. Confirmat his cu raturum ſe eſſe, ne quid ei per filium ſuum noceretur. Vnde Nocentes dicūtur, qui iniuriam aut maleficium, cōmiſerunt, qui alteri nocuerunt, damnumque intulerunt. Ci. 2. Offi. ita eſſe habendum religioni nocentē aliquando & nefarium, impiumque defendere. Hinc nocentior, & Nocentiſſimus. Ouid. 1. Meta. Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum Prodierat. Cic. 2. Verr. Se auariſſimi hominis cupiditati ſatisfacere poſſe nocentiſſimæ uictoriæ non poſſe. Innocentes, ἀμπλακητοι, οἱ ἀπαθεῖς τῆς κακίας, qui ab omni iniuria, maleficio'ue abſtinent. Innocentia, (ἀκακία, ἀβλαβία) integritas. Sallu. in Iug. Vbi quæ Metellus agebat eu nuntiis accepit, ſimul & de innocētia eius certior Romæ factus, diffidere, ac tum demum uerā deditionem facere conatus eſt. Nocēter, aduerbium. Col. li. 8. cap. 2. Robuſta crura, nec longa, ſed infeſtis uelut ſub ſidibus nocenter armata.

NOCTES, Atticæ, (νύκτες ἀττικαὶ) Gellii opus ita appellatū (ut ipſe teſtatur cap. ult. totius operis) q̄ hybernis noctibus in Attico agro fuerit elucubratum.

NOCTESCERE, {*Farſi notte*}(συσκοτάζειν) eſt obtenebrari. Furius apud Nonium: Omnia noteſcunt tenebris caliginis atræ.

NOCTIFER, pe. cor. (νυκτοφόρος) perpetuum epitheton eſt ſtellæ ueſpertinæ, quam Heſperum, ſiue Veſperum, appellamus. Catul. in Carmine nuptiali: Nimirum Eoos oſtendit noctifer ignes.

NOCTIFVGA, (νυκτοφυγὼν) qui noctem fugit.

NOCTILVCA, pe. pro. (νυκτολαμπὴς) dicitur Luna quæ noctu lucet. Hora. 4. Carm. Ode 6. Lesbiū, ſeruate pedem, meique Pollicis ictum, Ritè Latonæ puerum canentes Ritè creſcentem face Noctilucam, Proſperam frugum, celeremque pronos Voluere menſes. Noctilucam etiam quidam appellarunt animal culum exiguum, quod nocturno tempore lucet, æſtate præſertim, ſegete iam matura & meſſi uicina. Alio nomine Nitedula dicitur.

NOCTIPVGA, Lucilius uocauit obſcœna, quod noctu pungant, atque excitent Venerem.

NOCTIVAGVS, pe. co. {*Che ua uagabondo di notte*}(νυκτοπλάνος) qui nocte uagatur. Verg. 10. Aene. Almaque curru Noctiuago Phoebe medium pulſabat olympum. Deus noctiuagus, Sopor, Stat. 10. Theb. Strepitus noctiuagus Faunorum, Lucret. lib. 4.

NOCTV, {*Di notte*}(νυκτὸς) pro ablatiuo Nocte, utebantur antiqui. Quadrigarius: Conuenit Senatum noctu multa domum dimitti. Plau. in Menę. Haud falſum euenit ſomnium, quod noctu hac ſomniaui. Noctu uerò aduerbium, (νύκτωρ) ſignificat per noctem. Sall. Diu, noctuque laborare, feſtinare. Aliquando etiam legitur Noa pro Noctu, ut eſt in 12. tabulis: Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi Im, accuſatiuum dixerunt ab is, & occiſit pro occiderit. Vide Macro. lib. 1. Satur. cap. 4.

NOCTVA, æ, {*Ciuetta*}(γλαὺξ) auis à tempore noctis dicta, quo gemit, uel uolat. Plin. lib. 10 cap. 17. Noctuarum contra aucu ſolers dimicatio: maiore circundatæ multitudine reſupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctū, roſtro, & unguibus totæ teguntur. Noctuas Athenas ferre, prouerbio dicuntur ii, qui eò rem aliquam afferunt, ubi eius maxima eſt copia. Ferunt enim noctuarum maximam uim Athenis eſſe.

NOCTVRNVS, a, um, {*Di notte*}(νυκτερινὸς ἔννυχος) quod eſt noctis: ut Nocturna lux: ſicut à die Diurnus. Cic. 4. Verr. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna uota cupiditatum ſuarum. Somnia nocturna. Horat. 4. Carm. Viſus nocturni, Tacit. lib. 20.

NOCVVS, {*Che nuoce, nocente*}(βλαβερὸς, αἰνὸς) qui nocet. Cic. 3. de Leg. Magiſtratus nec obedientem, et nocuum ciuem mulcta, uerberibus, uinculisque coercento. Innocuus, (ἀβλαβὴς) qui non nocet. Quandoque tamen paſſiuè ſumitur, pro eo cui non nocetur. Sed de hoc ſuo loco.

NODIA, herba eſt (inquit Plin. lib 24. cap. 19.) coriariorum officinis notę, quę alio nomine Mulana dicitur. Nomas curat, efficaciſſimamque ea uino, aut poſca pota aduerſus ſcorpiones uim habet.

NODO, as {*Ligare, annodare*}(δεσμεύω, πλέκω) nodos facio, ligo i nodos. Ver. lib. 4. Crines nodantur in aurum. Nodatio, onis, pro nodoſitate. Vitru libr. 2. cap. 9. Præciſa altè circiter pedes uiginti, & perdolata propter nodationis duritiem. Huius compoſita ſunt, Enodo, (λύω) quod nodatum erat ſoluo. Per tranſlationem ſignificat declaro, expono. Gell. lib. 2. Ad hunc modum Iulianus enodabat, diiudicabatque ueterum ſcriptorum ſententias, quas apud eum adoleſcentes lectitabant. Lib. 2. ad Heren. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem, et eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodum. Interdum Enodare, eſt arbores à nodis purgare, & enodes facere Col. lib. 5. cap. 5. Quæ uulnus à poſitione bene prouenerit, eius ſummæ uirgæ falce debent enodari. Connodo, & Innodo, ſunt eiuſdem ſignificationis cum ſimplici. Et habent pen. productam.

NODVS, odi, {*Nodo, groppo*}(ἅμμα, σύνδεσμος) propriè ligatura, quæ non facilè ſoluitur. Verg. 1. Aen. Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. Nodus Herculeus, prouerbii ſpeciem habet pro uinculo arctiſſimo, & quod non facilè ſolui poſſit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus oſtendiſſe, in quo neque principium, neque finis appareret: propter quod poſteris, & admirationi fuit, & religioni: eoque nectendi genere uti ſolent in obligandis uulneribus. Plin. li. 28. ca. 6. Vulnera nodo Herculis præligare mirum quanto ocyor medicina eſt. Huiuſmodi etiam nodo, auctore Feſto, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis cauſa uinciebatur, quem maritus deinde in lecto ſoluebat: quo cōmēto ſignificare uolebant, indiſſolubile futurum earum nuptiarum uinculum. Vide de hoc plura in Eraſmi Adagiis. Dicitur præterea nodus in arbore, & in digito, (αἰγοφθ.) eminens ille callus, ubi ueluti colligati ſimul rami eſſe apparent. Col. lib. 3. Eius imam partem, quam in terram demiſſurus es, acutiſſima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. Liui. 1. ab Vrbe: Baculum ſine nodo aduncum tenens. Arundinei nodi, Claudi. de Torpedine. Corporum nodi, pro articulis. Plin. lib. 11. cap. 37. Nerui nodos corporum, qui uocantur articuli, alibi interuētu, alibi ambitu, alibi tranſitu ligantes. Crura ſine nodis, Ceſar 6. Bel. Gal. Articulorum nodi. Plin. lib. 11. ca. 37. Sed quibus ceruix è multis uertebratiſque orbiculatim oſſibus flexis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur. Accipitur & Nodus pro ænigmate, uel quæſtione aliqua difficili, et generaliter pro quacunque difficultate. Cælius ad Cicer. Famil. 8. Incideramus enim in difficilem nodum. Idem Att. lib. 5. Dum hic nodus expediatur: Hinc eſt uetus illud prouerbium, Nodum in ſcirpo quæris: quod dici ſolet in homines uehemēter ſcrupuloſos, & anxios, qui etiam in re facillima ſcrupulum inueniunt. Tractum eſt prouerbium à leuitate ſcirpi, quem conſtat omni prorſus carere nodo. Teren. in Andr. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. P. dignus es Cum tua religione odio: nodum in ſcirpo quæris. Nodus item in exercitu dicitur denſa peditum multitudo, quod nō facilè poſſit reſolui. Cæleſtis nodus, ſidus Piſcium olim dicebatur. Cic. in Ara. Quam ueteres ſoluti Cæleſtem dicere nodum. A nodus fiūt Enodis, (ἄδεσμος) Inenodabile, Internodium, de quibus diximus ſuis locis. Item Nodulus, (ἁμμάτιον) diminutiuum Plin. lib. 21. cap. 5. Dein uudantibus ſe nodulis in fæce nigri uini, ſiuel Græci menſe Martio macerantur. Nodoſus, a, um, (πολύπλοκος) quod multos habet nodos. Lucan. libro 8. Tunc neruos, uenasque ſecat, nodoſaque frangit Oſſa. Hora. 2. Sermo. Saty. 3. Adde Cicutę nodoſi tabulas centum. Acron: Nodoſi, ſcrupuloſi, diligentis in accipiendis cautionibus.

NOEGA, oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Auſturum, in Peninſula Pinci. Auctor Plin. lib. 2. cap. 20.

NOEGAEVM, amiculi genus eſt, auctore Feſto, prætextum purpura, coloris candidi: unde etiam pro candido quandoque ponitur. Liu. Andron. Lacrymas de ore noegæo deterſit.

NOEMA, atis, (νόημα) eſt ſententiæ quoddam genus, cum aliud intelligitur, q̄ uidetur dici: ut ſi quis dicat, Aliquem naſum cubito emungere, cū uelit iudicare ipſum eſſe ſalſamentarium. Aliud exemplum ponit Quin. li. 8. ca. 5. de muliere quadam, quæ cum fratrem ſæpius è ludo gladiatorio redemiſſet, tandem dormienti, ne toties uitæ diſcrimen ſubiret, pollicem pręcidit. Quo nomine cum frater aduerſus eam talionis ageret, Eras, inquit, dignus, qui integram habens manū: hoc eſt, ut iterum in harenā deſcenderes & uullo te redimente interficereris.

NOEMAGVS, Vide Neomagus.

NOLA, (νῶλα Ptolemęo) Campaniæ urbs mediterranea, quam Verg. ob aquā ſibi denegatam è carmine ſuo eraſiſſe dicitur. Hanc prius Sidicinum fuiſſe dictum, ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

NOLO, {*Non uolere*}(οὐ θέλω, ἀβουλέω) ex Non, & Volo. Teren. in Eun. Noui ingenium mulierū: Nolunt ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultro. Cic. in Ora. Libenter etiam capulando uerba iungebant: ut Sodes, pro ſi audes. Nolle, pro non uelle. Non nolle, pro uelle. Ci. 4. Verr. Et cūm tabulas nouo magiſtro traderent, exempla literarum ipſi habere non nollent. Nolens, participium, Lucan.

NONA,æ,una ex Parcis,Latini Nonam,Decimam,& Mortam, Parcas dixere,quòd tempeſtiuum tempus partus,ſit nono,& decimo menſe:qui uerò ante hoc tempus in lucem prodeunt,aut mortui naſcantur,aut paulò poſt moriunt. Vide ea,quę annotauimus in dictione Morta,& quę ea de re ſcripta ſunt apud Gel.lib.3.cap.16.

NONACRIS,pe.cor.(νώνακρις)Pli lib.4.cap.6.mons eſt Arcadiæ: aut (ut alij malunt)regiuncula montoſa,cum oppido eiuſdem nominis. Vitru.lib.8.cap.3.Eſt in Arcadia Nonacris nominata,quæ habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſſimos humores.Hæc autem aqua(ςυγὸς ὕδωρ)appellatur, quam neq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreum uas poteſt ſuſtinere: ſed diſſilit ac diſſipatur.Conſeruare aūt eam & cōtinere,niſi ungula mulina nil poteſt.Hinc ſit Nonacrius,cria,criū,(νωνακριεύς,νωνακρίνας,νωνακριάτης)Ouid. in Faſt. Et matri,& uati paret Nonacrius heros. Item Nonacrinus,crina,num.Idem: Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?

NONAE,arum,(νῶναι)quaſi nouæ,propter initium obſeruationis: uel q. ab eo die ſemper ad idus nouem dies putantur: ſiue ad imitationem Tuſcorū, qui nonas uocabant nonum quęq; diem,quo regem ſuum ſalutabant,& de proprijs negotijs conſulebant. Erant aūt Nonæ, in Martio, Maio,Iunio, & Octobri ſex alij dies,qui Calēdas ſequūtur:reliqui uerò mēſes quatuor tñ habebāt Nonas.

NONAGENI,æ,a,tantum pluraliter,(ἐννενήκοντα)numerus eſt diſtributiuus à Nonaginta.

NONAGIES,(Nonanta uolte,)(ἐννενηκοντάκις,)à Nonaginta numerale, aduerb.

NONINGENTI,(Nouecento)(ἐννακόσιοι)uel per ſyncopen Nongenti, æ, a,idem quod nouies cētum. Pro eodem etiam dicimus Nonnugens, et per ſyncopen Nongens.

NONARIAE,dictæ ſunt meretrices,quòd hora nona cellas aperirent, corporis proſtituendi gratia. Perſius Saty.1.Si Cynico barbam petulans nonaria uellat.

NORBA CAESAREA,Luſitaniæ urbs,Ptolemæu lib.2.cap.5. uulgo Alcantar.

NORICVM,pe.co.(νωρικὰ)regio eſt Germaniæ,habens ab Occaſu Aenum fluuium,quod medius eſt inter Vindelicos & Noricos, à Septentrione Danubiū:ab Ortu Solis montem Cecium,qui Pannoniam ſuperiorem diſterminat à Norico:a Meridie montem Caruancam,qui eſt ſuper Iſtriam.Eam nūc regionem bona ex parte Bauariam appellant. Noricus,a,um,(νωρικός) Horatius. lib.1.Carm.Quas neq; Noricus Deterret enſis.Verg 3.Geor. Tūc ſciat aerias Alpes,& Norica ſi quis Caſtella in tumulis,&c.

NORMA,æ,(Norma,ſquadra,regola,ordine)(κανών,γνώμων)fabrorum inſtrumentum,habens duo latera quæ omnia dirigunt,metiunturq;, quæ & Regula dicitur. Pl.li.36.c.22.Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Nuſtrates Quadrā uocant. Vnde quæ recta, dimenſaq; ſunt,ad nomina facta dicuntur. Per metaphoram etiam Norma accipitur pro lege,formula,& praſcripto.Cic. pro Muræ. Et primum. M. Catoni uitam ad rectam rationis normam dirigenti,& diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium,de officio meo reſpondebo. Norma loquendi.Hora.de Arte...Si uolet uſus Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi. A Norma fiunt adiectiua, Abnorme,& Enorme.

NORMALIS,le,quod ad normam factum eſt:ut,Normalis angulus. Quin. lib.11.de pronuntiatione geſtu loquens: Siniſtrum brachium euſq; alleuandum eſt,ut quaſi normalem illum angulum faciat: ſuper quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat.

NORTMANNIA,regio Gallię ultra Sequanam flumen,quę à Carolo Magno deuicta, fidem Chriſtianam ſuſcepit, ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Cherroneſi populis,qui eam regionem occuparunt. Nortmannę autem nomen Germanorum procul dubio uocabulum eſt,qui Nort,Septentrionem appellāt, & Men, uirum. A' Cæſare totus ille tractus inter Armoricas ciuitates numeratur.

NORMATVS,a,um,(ὀρθογωνιομένον)quod ad normam factum eſt, & directum Colum.lib.2.ca.13. Antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquā ſuppoſitm uaſi ad perpendiculum normata ſuſiſteret.

NORVEGIA,regio in Europa,Septentrionalis, uerſus Oceanum Germanicum ſita,ſub imperio regis Danorum.

NOS,noſtrum,uel noſtri (Noi)(ἡμεῖς)plurale eſt ab Ego,mei,uel mis. Nos inter nos. Cic.ad Pomp.lib.5. Illud non dubito,quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiuuxerunt,Reſpub.nos inter nos conciliatura, coniunctura'q; ſit. Teren. Adel. Quaſi non morimus nos inter nos. Noſmet,pro Noſipſi,Plau.Rud.Si non moneas noſmet meminimus.Noſmetipſi inter nos Cic. 4.de Fin.Sed primū poſitū ſit,noſmetipſos cōmendatos eſſe Noſmetipſi inter nos.Cic.ad Att.li.4.Sed ut noſmetipſi inter nos cōiunctiores,ſimus, q̄ adhuc fuimus. Noſter,noſtra,noſtrum,pronomen poſſeſſiuum. Noſter abſolute, pro eo quod eſt,noſter filiuſfamilias. Teren.in Phor. Noſter quid ageret,neſcire. & illam ducere Cupiebat,& metuebat abſentem patrem. Noſter,pro Noſtras. Ter.in Eun. Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtrarum. Donatus: Noſtrarum ciuium ſcilicet:id eſt,terræ ac patrię noſtræ,ut Ver.2.Geor. Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris. Noſtrapte culpa. Teren Phorm. Noſtrapte culpa facimus. Noſtras,noſtratis,omnis generis à Noſter, ſignificatq;, e noſtra gente uel patria. Cic. Pæto lib.9. Mirifice capior facetijs,maximè noſtratibus. Plinius libro.15.capite.11. Quæ candidiora,Noſtratia cognominata, odoris præſtantiſſimi

NOSCITO,as,pen.corr.(ἐπιγινώσκω,γνωρίζω)frequentatiuum à Noſco. Liuius li.3.ab Vrb. Circumſpectare omnibus loci partibus Senatorum, rarumq; uſquam noſcitare. Noſcitabundus,a,um. Gellius lib.5.cap.14.de Leone. Deinde ſenſim atq; placidè,tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Hoc eſt, tanquam noſcitans,ſiue agnoſcens.

NOSCO,is,noui,notum,(Conoſcere)(γινώσκω,)quod & Gnoſco olim dicebatur. unde Agnoſco,& Cognoſco,& Ignoſco. Significat autem Noſcere,cognoſcere,notum uel cognitum habere,notitiam alicuius rei habere. Cice.1.Tuſcu. Et nimirum hanc habet,uim præceptum Apollinis,quo monet, ut ſe quiſq; noſcat. Cum igitur, Noſce te, dicit,hoc dicit,Noſce animum tuum. Teren. Andr. Nam antea Qui ſcire poſſes,aut ingenium noſcere,Dum ætas, metus magiſter prohibebant? Noſcere ultra notam ſignificationem,charum habere. Ver.lib.4. Georg. Et patriam ſolæ,& certos nouere penates. Habet & alia compoſita, ut Dignoſco, Internoſco, Pernoſco,quæ uide in ſuis locis. Fit autē Noſco à Græco: Nam Græci γινώσκειν,dicunt conoſcere,γνωτὸν,cognitum: γνῶσις, notitiā. Hinc Latini ueteres non noſco, ſed Gnoſco dicebant, & Gnotum cognitum, & Gnoro pro ſcio.

NOSCOPION,(νοσκόπιον)Lyciæ urbs eſt,apud Plin.lib.5.cap.27.

NOSOCOMION,p.cu.(Hoſpitale,ſpedale)(νοσοκομεῖον) hoſpitale languentium,uilla,& domicilium ad quod diuertunt ægrotantes pauperes. Hiero. ad Ocean. Cenſum quem habere poterat,diſtribuit,dilapidauit, ac uendidit, & in pecuniam congregatum,uſibus pauperum præparauit. Et primo omnium noſocomion,id eſt,languentium uillam inſtituit,in quo ægrotantes colligeret de plateis,& conſumpta languoribus atq; inedia miſerorum membra refoueret.

NOSORA,(νόσωρα) inſula eſt maris Rubri, teſte Stephano: cuius incolæ dicuntur Noſoreni.

NOTABILIS,le,(Notabile)(γνωστὸς)qui notari,hoc eſt,conſiderari poteſt,et dignoſci. Plin. Iun in Epiſtol. Notabilem te futuris principibus feciſti. Col.li.3. ca.21. Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur, quæ uitis neq; folium notabile gerit,&c.id eſt per quod noſci poſſit. Notabilis,inſignis, & apertus. Plin.lib.35.cap.5. Notabilis fœditas uultus Hipponactis. Quo in loco Notabilis accipitur in deteriorem partem. In meliorem accipitur apud Cice. ad Lucceium lib.3. Epiſt. Si exitu notabili concludantur.

NOTABILITER,(Notabilmente)(γνωρίμως)aduerb. Plin. Epiſt.5. Expalluit notabiliter,quamuis palleat ſemper. Id eſt,ita ut perciperetur. Tacit. lib.17. Quibuſdam, ut in tumultu notabilius turbantibus.

NOTA,(Nota ſegno,macchia)(σημεῖον,αὔθισμα,σύμβολον,γνῶμα)à Noſco, is,deriuatur. Feſtus: Nota nūc ſignificat ſignum,ut in pecoribus, tabulis,libris, literæ ſingulæ aut binæ: nunc ignominiam. Plin.lib.11.cap.39. Mammas homo ſolus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantum. Cicer. in Part. Literatura conſtat ex literarum notis. Vſurpatur et pro ſcriptura. Curius Ciceroni: Quare Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliore nota commenda. Sunt etiam Notæ, quibus compendio ſcribitur. Sueto. de Cæſare: Extant ad Ciceronem,item ad familiares, domeſticis de rebus,in quibus ſiqua occultius perferenda erant,per notas ſcripſit. Hoc eſt,ſi ſtructo literarum ordine, ut nullum uerbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi uellet,quartam elementorum literam,id eſt,d, pro a, & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæſaris ſic ſcribit: In Epiſtolis Cæſaris inueniuntur literæ ſingulariæ ſiue coagmentis ſyllabarum, ex quibus uerba cōfici nulla poſſunt. Notis ſcribere, eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo uti. Modeſtinus: Eos qui notis ſcribunt acta præſidum Repub. cauſa non abeſſe certum eſt. Sueton. de Tito: E' pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſimè ſolitum. Huiuſmodi exceptores ſunt hodie in curia parlamenti miranda ſolertia, omnia, propemodum dicta,aduocatorum,quoq; nedum iudicum,excipientes. Quales olim etiam in iudicijs fuiſſe Romanis, multis teſtimonijs conſtat. Nota pro infamia,& ignominia,ſeu probro aliquando ſumitur. Lucil.lib. 30. Quem ſis ſcire tuas omnes maculas notaſq;. Sueton. Varijs affectus notis. Cic.3.Offic. O' turpem notam temporum. Eximere notæ: id eſt, remittere infamiam. Gel.lib.4.cap.ult. Aliquando nota refertur ad laudem. Ouid.libro 1. Faſt. Ille Numantina traxit ab urbe notam. Eſt item nota, ſignum quo aliquid notatur. Cicero Q. Valerio,reliquis epiſtolis tantum faciam, ut notam apponam eam,quæ mihi tecum conuenit, & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpij amicorum. Liui. Edit nomina eorum,quibus conuentis opus eſſet: inſtruit etiam ſecretis notis, per quæ haud dubiè cognoſcerent ſua mandata eſſe: id eſt, dat ſigna quibus fidem facerct. Notę etiam accipiuntur pro indicijs. Celſus li. 2.cap.6. Nec tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas eſſe, & ſalutis, & mortis. Idem in longis quoque morbis tales notas non habentibus, ſene licet increſcere, ſi ſomnus incertus eſt.

NOTARIVS,rij.(Notaro,notaro)(γραμματεὺς,σημειογράφος) qui acta in iudicio uel etiam extra iudicium notis,uel literis excipit. Plin. in Epiſto. Notarium uoco,& die admiſſo,quæ formaueram,dicto. Mart.lib.10. Nec calculator,nec notarius uelox Maiore quiſquam circulo coronetur.

NOTATIO,onis,uerbale,à Noto, as, (Annotatione)(σημείωσις)animaduerſio,quæ & Nota dicitur. Cic.2.de Diuin. Cœli enim diſtributio, quæ ante dixi,& cæterarum rerum notatio,docet unde fulmen uenerit,quò conceſſerit. Ibidem Chaldæis in prædictione,& mutatione cuiuſq; uitę ex natali die,minimè eſſe credendum. Temporum notatio, Idem de Clar. Orato.

NOTEO,tes,tui,à quo Noteſco,(Eſſere fatto noto)(γνωρίζομαι)notus fio. Propert. Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulcri. Hinc fit Innoteſco. Lactan. lib.5. Deniq; à doctis huius ſeculi,quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, irrideri ſolent,id eſt,nota & manifeſta facta fuerunt.

NOTHIA,pen. prod. (νοθεῖα, τά) Græci uocant portionem illam bonorum, quæ ex teſtamento patris nothis poterat obuenire. Crudele enim iudicabant,quibus uitam dediſſent,nihil ad uitæ alimenta relinquere: neq; rurſus æquum uidebatur,nothum filio legitimo adæquari. Et itaq; moderatio adhibita eſt, ut liceret parenti à lege ſtatutam portiunculam nothis relinquere: quæ Nothia ab illis uocabantur.

u

NOTHVS,(Baſtardo)(νόθος)cū aſpiratione,is apud Græcos dicitur (inquit Quinti.lib.3.)qui ex matre non legitima natus eſt. Latinum eius rei nomen(ut Cato quadam oratione teſtatur)non habemus,ideoq; utimur peregrino. Verg. lib.7. Suppoſita de matre nothos furata creauit. Nothum Græci appellant,quicquid non legitimum eſſe uoluit,nec uerum. ut Nothum Atticiſmum dicūt, nō uerum ſchema Atticum: ſed adulterinum,ſpuriumq;. Nothi pulli. Columel. libro 8.cap.10. Omnium autem horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtrates ediderunt. Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores, teſte Plin.lib.8.cap.1.

NOTIA,æ,(νοτία)gemma eſt cum imbribus cadens, unde & Ombria alio nomine dicitur. eoſdem effectus habens,quos Brontia. Autor Pli. lib.37.cap.10.

NOTIFICO,as,(Far noto)(γνωρίζω)notum facio. Ouid.libro.1. de Ponto Ele.2. Atq; modum pœnæ notificare uelis. Gellius lib.9.cap.3. Philippi arma, uimq; toti Græciæ cauendam,metuēdamq;,inclytæ: illæ Demoſthenis oratio

nes, concioneſq; notificant.

NOTIO, onis, {*Cognitione, demonſtratione*}(ἐπίδειξις, ἔννοια)cognitio, demonſtratio, manifeſtatio. Cic. libro 3. Offi. Explica atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas, quæ ſit in ea ſpecies, forma, & notio boni uiri. Propriè autẽ Boethius Comment. 3. Top. Notio, intellectus eſt quidam, & ſimplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes. Plin. lib. 17. cap. 28. Cuius rei rationem notionemq; eodem uolumine tradidit. Ci. 1. de Leg. Dei notionem nullum animal eſt, quòd habeat, præter hominem. Notio pro cognitione cauſæ. Tacit. lib. 3. Tiberius dilata notione de iure Flaminis.

NOTITIA, {*Notitia. Pet. Di mia notitia hauea cangiata uiſta*}(γνῶσις)cognitio, à Notus, quæ & Notio dicitur. Cice. de Senect. Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis? Notities, ei, idem quod notitia. Vitru. lib. 6. in Proœ. Ideo notitiei parum eſt aſſecuta.

NOTIVM, (νότιον)oppidum eſt Ioniæ non procul à Colophone: cuius meminit Plin. libro 5. capite 31. Calydne inſula cum tribus oppidis, Notio, Niſyro, Mendetero.

NOTIVM MARE, (νότιον πέλαγος) à Græcis dicitur ea maris mediterranei pars, quæ eſt inter Liguſticum & Siculum: alio nomine à Tuſcia, quam alluit, Tuſcum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5. A' Liguſtico uſq; ad Siciliam inſulam, Tuſcum: quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è noſtris plurimi Inferum uocant.

NOTIVS, a, um, (νότιος)idem quod auſtralis, & humidus. Nam Græci νότον uocant, quem nos Auſtrum.

NOTO, as, {*Notare. Pet. Et come attentamente aſcolta e nota*}frequentatiuum à Noſco. Priſcia. In quo ſimiliter eſt notandum, quod cum à notu ſit deriuatum, corripuit tamen pen. nec mirum. Compoſita enim à Notus mutato o, in i, cor. ut Agnitus, cognitus, quum Ignotus ſeruauerit o. Eſt autem notare, animaduertere, διασημαίνειν, σημειοῦν. Lactan lib. 2. Curſus ſiderum & defectus notauerunt. Ouid. 2. Meta. Quã tenuit læuum, uenientem prima notauit Mercuriũ.

Notati ignominia, eſt ignominiæ notam in ſe recipere, à Cenſore, uel Imperatore, ob turpitudinem, uel ſcelus aliquod inflictam. Vnde Senatores ob flagitiũ aliquod Senatu moti, ignominia notati dicebantur, quemadmodum et equites, quibus equus adimebatur: & milites, qui alicuius flagitij cauſa exautorabãtur. Cic. Aul. Cæc. Deinde ut eam in ciuitatem boni uiri, & boni ciues nulla ignominia notati nõ reuertantur, in quam tot ſcelerum cõdemnati reuerterunt. Poteſt etiam dici à Nota deriuatiuum, ut ſit Notare, ſignum, notam ue apponere. Iuue. Sed quæ Fabricius Cenſor notet. Notare etiam eſt ab alio dictata conſcribere. Hinc factum eſt, ut qui dictata notis excipit, Notarius (σημειογράφος)appelletur. Notarunt hoc annales, pro, Scriptum eſt in annalibus. Pli. lib. 8. ca. 51. Item ignominia afficere, ἀτιμοῦν. Cic. de Senectu. Sed notandam putaui libidinem nimiam. Compoſita huius uerbi ſunt, Annoto, Cõnoto, Denoto, Prænoto, antè noto, ſeu antè ſigno, Subnoto. Martial. Et non ſobria uerba ſubnotaſti. Habentq; pen. cor. Notatus, a, um, participium: uel nomen ex participio. Cic. 3. Tuſc. Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc notata ſunt. Idem pro domo ſua: Notatiſſimus omnium ſcelerum, libidinumq; maculis.

NOTORIVS, a, um, adiectiuum, {*Notoria, manifeſta*}(δῆλος)manifeſtus: ut, Notoria indicia. Paulus in. l. ab accuſatione. ff. ad Senatuſconſ. Turp. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notorijs ſuis aſſiſtere iubentur. Et C. de accuſat. l. ea lege. Verum falſis, nec'ne notorijs inſimulatus ſit, perpenſo iudicio deſpici debet.

NOTVS, a, um, {*Conoſciuto*}(πρόδηλος, γνώριμος)cognitus. Plin. lib. 16 capi. 18. Alpina & hæc arbor, nec uulgò nota. Notus, qui nouit. Plaut. Pſeud. Ita herus meus eſt imperioſus. B nouimotis prædicas. Notus, notior, notiſſimus, nomen ex particip. Cic. pro Muræn. Tua uerò nobilitas Serui Sulpitij, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior: populo uerò, & ſuffragatoribus obſcurior. Idem 4. Academ. Cui erant, quæ paulò antè dixi, notiſſima. Notus, amicus, & charus dicitur. Vergilius lib. 7. Et notis compellat uocibus ultrò. Idem 1. Eclog. Hic inter flumina nota, id eſt, chara: ut inquit Seruius.

NOTVS, ti, {*Auſtro*}(νότος)uentus Meridionalis, quem nos Auſtrum appellamus: ita dictus, ἀπὸ τῆς νοτίδος, hoc eſt, ab humiditate.

NOVACVLA, æ, {*Raſore, raſoia*}(ξυρόν)culter raſorius, à Nouo, as, quòd faciem nouare, id eſt, nouam quodammodo & iuniorem facere uideatur. Cice. 1. de Diuina. Ita cotem in comitium allatam, inſpectante & rege & populo, nouacula eſſe diſciſſam. Aliquando etiam accipitur pro quouis cultro, etiam non raſorio. Colum. lib ult cap 45. Raporum quàm rotundiſſima ſumito, eaq;, ſi ſint lutoſa, detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

NOVALIS, huius Noualis, (νέωμα, νεατός)gener. fœmini. & Nouale genere neutro ſecundum Seruium, diuerſis modis exponi ſolet. Paulus Iureconſ. dicit eſſe terram proſciſſam, quæ anno ceſſat. Sic Varro: Qui intermittitur, à nouando Noualis ager dicitur. Sic Plin. Nouale eſt (inquit) quod alternis annis ſeritur. Idem ſentire uidetur Feſtus, quum ait: Noualis ager nouæ relictus ſementi. At Seruius uult Noualem eſſe aruum tunc primum ad ſemẽtem proſciſſum. Alibi tamen noualem interpretatur terram, quæ per ſingulos annos ſemine renouatur. Verg. 1. Eclo. Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Deplorabat enim agrum, in quo inſtruendo magnopere laboraſſet. Hierony. ſic diffinit. Nouale, eſt ager nunc primum proſciſſus. Et Quint. in Mil. Mariano: Mox ingentibus lacertis humum fodere ſegnem futuris noualibus eruere ſyluam. Sed Vergil. in ſenſum priorem accipit, quum inquit: Alternis idem tonſas ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Valla lib. 6. putat Noualem eſſe terram nouam, quæ quotannis renouatur per ſemina.

NOVA MOENIA, (νέον τεῖχος)Sarmatiæ urbs in Europa. Ptol. lib. 3. ca. 5. Hodie Album caſtrum appellant. Stephanus quoq; eiuſdem nominis urbem in Arolide conſtituit, cuius ciues Neotichitas ait appellari.

NOVANVS, ni, fluuius eſt in agro Pitinate trans Apenninũ, qui æſtiuis ſolſtitijs ſupra modum augetur, & circa brumam ſiccatur. Vide Pli. lib. 2. cap. 103.

NOVARIA, oppidum eſt Italiæ in tractu tranſpadano: cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 17.

NOVATIO, onis (ἀνανέωσις)dictio eſt Iuriſconſultis uſitata, qua illi utuntur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalẽ, aut ciuilem tranſfuſione.

NOVELLETVM, (τὸ νεόφυτον)ſumitur pro uinea ex nouellis uitibus, conſita. Paulus Iureco. in l. ueluti. ff. de impenſ. in rebus dotal. fact. Veluti ſi nouelletum in fundo factum ſit.

NOVELLIVS Torquatus Mediolanenſis, quidam fuit temporibus Tyberij Cæſaris, qui geſtis honoribus è prætura ad Proconſulatum uſque peruenit. Hic Tricongius cognominatus eſt, quòd tres congios uini uno impetu epotauerit, adeoq; ſiccauerit, ut nihil prorſus reliquerit, quod ad pauimentũ poſſet elidi. Auctor Pli. lib. 14. cap. 22.

NOVELLO, as, are, (νεάζειν, νεοῦν)nouum agrum colere, ſeu nouas uites pangere. Sue. in Domitiano: Edixit ne quis in Italia nouellaret. Huius compoſitum eſt Renouello, (ἀνανεόω)eſt rurſus nouellum facere. Col. lib. 3. Eiuſmodi uinea ſi non aridos in opere habet truncos, & flecti poteſt factis ſulcis, optimè ſternitur, atque ita renouellatur.

NOVELLVS, a, um, {*Nouello*}(νεόφυτος)diminutiuum a Nouus. Verg. 3. Eclo. Atq; mala uites incidere falce nouellas.

NOVEM, {*Noue. Pet. Che di nouantanoue altri perfetti*}(ἐννέα)notum numeri nomen. Verg. 5. Aen. Iamq; dies epulata nouem gens omnis: & aris Factus honos. A' quo ſit Nouenarius, rij, ἐννεάς, & Nouenarius, a, um. Var. Quo pacto erunt in mulis & paſtoribus nouenæ partes, ubi nec admiſſuræ, nec feturæ obſeruantur? Sed do in hominibus poſſe nouenarium retinere numerum. Item Nouenus, a, um ἔννατος. Liu. 7. Bel Pun. Decreuere item Pontifices, ut uirgines ter nouenæ per urbem euntes carmen canerent. Terga nouena boum, Oui. 11. Meta. Pli. lib. 17. cap. 11. Sulco qui nouenarius dicitur.

NOVENDIVM, dij, {*Spatio di noue giorni*}(ἐννεαήμερον)nouẽ dierũ ſpatium: à quo Nouendiale ſacrificium dicebatur, quod nouem diebus continuis fieri ſolet ad expiationem prodigiorum. Liu. lib. 1. ab urbe: Romanis quoq; ab eodem prodigio nouendiale ſacrum publicè ſuſceptum eſt, ſeu uoce cœleſti ex Albano monte miſſa (nam id quoq; traditur) ſeu aruſpicum monitu. Manſit certè ſolenne, ut quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur.

NOVEM VIAE, (ἐννέα ὁδοὶ Stephano) ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis, ἀμφίπολις dicitur.

NOVERCA, æ, {*Matrigna*}(μητρυιά)dicitur, quam quis liberis ſublatis, nouam uxorem ducit accerſendæ familiæ gratia: dicta quaſi νέα ἀρχή, id eſt, noua princeps. Verg. in Buc. Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.

NOVERCALIS, & hoc nouercale, quod nouercæ proprium eſt: ut, Odium nouercale, quo nouerca priuignum proſequitur, Tacit. lib. 1. Manus nouercales, Senec. Herc. fur. Stimuli nouercales, Claudianus in præfatio. libr. 2. de Rap. Proſerpi.

NOVERCARI, (μητρυιάζειν)eſt nouercarum more agere, hoc eſt, malignè & inimicèter.

NOVITAS, atis, {*Nouità*}(νεότης)opponitur, uetuſtati. Cic. de Amic. Nouitates autem ſi ſpem afferunt, ut tanquam in herbis nõ fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidem repudiandæ: uetuſtas tamen ſuo loco conſeruãda eſt. Vergi. 1. Aen. Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. Nouitas pro generis ignobilitate. Sallu. in Iugurth. Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. ad Lentulum: Nouitati eſſe inuiſum meæ.

NOVITIVS, a, um, {*Nouitio, nouo*}(νεώνητος)quod eſt nouum: ut, Nouitium opus, quod eſt nuperrime factum. Nouitia mancipia, teſte Martiano. ff. de Aedil. edic. intelliguntur, quæ nondum annum ſeruierunt: quibus opponuntur Veterana. Vlpia. eodem tit. Pleriq; ſolent mancipia, quæ nouitia non ſunt, quaſi nouitia diſtrahere, ad hoc ut pluris uendant. Præſumptum eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora, dociliora, et habiliora. Trita uerò & ueterana mancipia difficile eſt reformare. Pli. li. 13. ca. 1. Nouitium uinum reſinatum uilli conducit. Teren. in Eun. Abducit ſecum ancillas: paucæ, quæ circum illam eſſent, manent nouitiæ puellæ. Cic. pro Domo ſua. Syrum, neſcio, quem de grege nouitiorum factum eſſe Conſulem. Nouitium inuentum. Pl. lib 17. cap 21. Iuuentu nouitio funditur malleolus. Idem lib 23. cap. 1. Vinum, ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt.

NOVIVM, (νούιον)Tarraconenſis Hiſpaniæ urbs, in tractu Artabrorum nõ procul à Nerio promontorio.

NOVIVS, fluuium Britanniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

NOVO, as, {*Far nouello, rinouellare*}(νεόω)nouum facio. Sallu. in Catil. Conſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat antè capere, ne quid eo ſpatio nouaretur. Nouare pro immutare. Cic. 3. de Legib. Nihil habui ſanè, non modò multum, quod putarem nouandum legibus. Nouans, participium. Verg. 4. Aen. Aenean fundantem arces ac tecta nouantem Conſpicit. Nouandus, a, um, Ouid. 8. Meta. Etiam mihi ſæpe nouandi Corporis, ò iuuenes numero finita poteſtas. Nouatus, a, um, Ouid. 2. de Remedio: Admonitu recreatur amor, uulnuſq; nouatũ Scinditur: infirmis culpa puſilla nocet. Nouator, Nouatrix. Ouid. 15. Meta. Rerumq; nouatrix Ex alijs reddit Natura figuras. Huius cõpoſita ſunt, Innouo, (καινοτομέω, νεωτερίζω)et Renouo, ἐπικαινίζω. Liu. li. 1. Fœdus inter Romã, Lauiniumq; urbes renouatum eſt.

NOVVMCOMVM, (κώμον)Galliæ Ciſalpinæ oppidum eſt ad Larium lacum ſitum, antea Comum appellatum, donec deductis eò à Diuo Iulio quinq; colonorum millibus auctius factum, Nouumcomũ appellatum eſt, & oppidani, Nouocomenſes. Vide Strab lib. 5.

NOVVNCIVM, (τριμοιρίου)idem quod dodrans, hoc eſt, pondus, uel menſura nouem unciarum.

NOVVS, a, um, {*Nuouo*}(νέος, καινός)propriè dicitur recẽs, et quod nuper fuit. Ouid. 1. Meta. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Teren in Adel. Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo Fiam, atq; anum decrepitam ducam? Ibidem: Et noua nupta eadem hæc diſcet. Accipitur quãdoq; pro magno & mirando, incredibili, & inopinato, παράδοξος. Verg. 3. Eclog. Pollio & ipſe facit noua carmina. Idem: Quis furor iſte nouus? Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe incipiunt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cicero. T. Fabio lib. 5. Epiſt. Adeptus es, quod non multi homines noui: amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi. A' Nouus fiunt aduerbia Nouè, et Nouiter. Auctor ad Heren. lib. 1.

Ne quid

Ne quis id ambiguè, ne quid nouè dicamus. Pli. in Paneg. Vidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederat. Inde & fit ſuperlatiuum Nouiſſimus (ἔσχατος) quod pro ultimo poni conſueuit, quia quæ recenter fiunt, ultimum locum habēt. Cic. lib. 1. de Orato. Quæ duo ſunt ad iudicandum nouiſſima. Idem pro Roſc. Com. Itaq; perbreui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenit comœdos. Nouiſſimè, aduerbium, quòd barbare Finaliter dicitur. Ad poſtremū dixit Cicero. Plancus Ciceroni: Denique quod ad oēs caſus coniunctiores Reipubl. eſſe uolebam; ut nouiſſime ab omnium ſollicitatione auerſus, eos tales uobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerunt.

NOX, huius noctis. {*Notte. Pet. Notte'l carro ſtellato in giro mena*} à nocendo, quòd oculis noceat: uel à Græco νύξ. Vnde & Nyctelius dictus eſt Bacchus, quod eius ſacra noctu celebrabātur. Eſt autem Nox terræ umbra, uel (ut Speuſippus ait) umbra diei contraria, ſolis priuatio. Cic. 2. de Nat. Deo. Ipſa umbra terræ ſoli officiens, noctem efficit. Verg. 2. Aen. Et iam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Aequare nocti ludum: eſt ludere totam noctem. Verg. 9. Aen. Felix, ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum, in lucemq; tuliſſet. Supremam noctem agere, Verg. 9. Aen. Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. Hora. Epod. 15. Nō feret aſſiduas potiori te dare noctes. Locare noctes meretricum eſt. Ouid. 1. Amor. Eleg. 10. Sola locat noctes, ſola locanda uenit. Negare noctem, dicuntur meretrices, cùm nolunt admittere amatores noctu. Oui. 1. Amor. Eleg. 8. Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem, &c. Poſcere noctem, Rogare noctem: amatorum ſunt, Oui. 2. Amorum, Eleg. 8. & 2. Amorum, Eleg. 2. Vigilata conuiuio nox, Tacitus lib. 13. Nox pro ſomno: ut, Exturbare noctem. Sta. 10. Theba. Talia uociferans noctem exturbabat, &c. Nox æterna, pro Morte. Verg. 10. Aen. In æternam clauduntur lumina noctem. Nox animi: hoc eſt, ignorantia, & cæcitas. Ouid. 6. Meta. Tantaq; nox animi eſt. Noctis & dies: id eſt, continue, ſemper. Plautus Merc. Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies. Vergi. 6. Aene. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Noctis partes ſunt Veſpera, Crepuſculum, Prima fax, Concubium, Nox intempeſta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Vide Cenſorinum de die Natali, & ea quæ ſupra annotauimus in dictione Dies. Diuidunt etiam milites noctem in uigilias quatuor, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur, quoniam ſeruant caſtra uiciſſim per uigilias. Et dicebāt Prima uigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. Et (ut ſcribit Hieron.) uigiles ſecunda primis, & ſecundis tertij, tertijsq; nouiſſime in ſtatione ſuccedebant, dato ſigno à tubicine. Vnde Luc. lib. 7. Tertia iam uigiles commouerat hora ſecundos. A Nox fiunt Pernox, (παννύχιος) Noctua, Nocturnus, Noctifico, Pernocto, Noctiuagus, Noctiluga, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium, & huiuſmodi.

NOXA, æ. {*Pena. Pet. Gir di pari la pena col peccato.*} (τιμωρία,) idem quod pœna: ut de noxæ dedi dicitur mancipium uel pecus, cùm traditur puniendum arbitrio eius, cui damnum intulit. Hinc Noxales actiones (ut inquit Caius in l. 1. ff. de Noxa. lib. act.) appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atque maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur: quarum actionum uis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit, euitare litis æſtimationem. Oui. 1. Faſtor. Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis Spargitur effuſo cornua Bacche mero. Eſt itaque Noxæ dedere, uel Dedere ob noxam, ſeruum, uel quadrupedem, quæ noxam admiſit, tradere puniendum eius arbitrio, cui damnum illatum eſt. Huic contrariū eſt Eximere noxæ: quod eſt culpam remittere, et pœna liberare. Liuius. 8. ab Vrbe: Bene habet, inquit Dictator, Quirites, uicit diſciplina militaris, uicit populi maieſtas. non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit. ſed noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribunitiæ poteſtati, precariam, non iuſtum, auxilium ferenti. Aliquando noxa dicitur culpa, αἰτία. Vnde Caius l. Plebis. ff. de uerbo. ſign. ſcribit, Noxæ appellatione omne delictum contineri. Liu. 3. ab Vrbe: Alia omnis penes milites noxa erat, qui ne quid ductu atq; auſpicio Decemuirorum proſperè uſquā gereretur, uinci ſe per ſuum atq; illorum dedecus patiebantur. Idem: At quam ob noxam? id eſt, propter quam culpam? Aliquando Noxa dicitur detrimentum, læſio, damnum. βλάβη. Oui. lib. 15. Meta. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Col. lib. 1. cap. 6. Ea res à noxa curculionum uidetur conditas fruges defendere. Sueton. in Vita Cæſaris: Spurinamq; irridens, & ut falſum arguens, quòd ſine ulla noxa ſua Idus Martiæ adeſſent. Noxitudo etiam apud ueteres pro noxa dicebatur.

NOXALIS, le, unde Noxalis actio, (βλάβης δίκη,) dicitur, quæ aduerſus nos inſtituitur, non propter noſtrum contractum aut culpam, ſed ob noxā, hoc eſt, culpam noſtri mancipij. Caius in l. 1. ff. de Noxal. act. Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur: quarum actionum uis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus liceat nobis deditione corporis, quod deliquit, euitare litis æſtimationē. Vide ſuprà in Noxa.

NOXIA, {*Colpa*} (αἰτία) culpa: Teren. Eunuc. Vnam hanc noxiam Mitte: ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito. Noxiæ eſſe, hoc eſt, fraudi eſſe, aut uitio, uel culpæ aſcribi. Liu. Si domum abire uellent, publica fide accepta, nihil eam rem noxiæ futuram, quod ſe hoſtibus tradidiſſent.

NOXITVDO, inis, pro Noxia apud ueteres dicebatur. Accius in iudicio armorum, ut citat Nonius: Noxitudo oblitteretur Pelopidarum, ac per nos ſanctificat genus.

NOXIVS, a, um, {*Nociuole, nocente*} (βλαβερὸς) quod nocet. Verg. 6. Aene. Igneus eſt ollis uigor, & cœleſtis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant. Oui. in Ibin: Inq; tuis opifex, uati quod fecit Achæo, Noxia luminibus ſpicula condat apis. Cuius cōtrariū eſt Innoxius, culpa carens, innocens, qui nō nocet. Plau. in Aulu. Heu Megadore, haud decorū facinus tuis factis facis. Vt inopem atq; innoxium abs te, atque abs tuis, me irrideas. Obnoxius, idem eſt, quod aſtrictus, uel obligatus: de quo ſuo loco.

N ANTE V.

NVBÆ, (Νοῦβαι Stephano) populi ſunt Libyæ, ad ſiniſtrum Nili flexum habitantes, in multa diuiſi regna, teſte Strab. lib. 17.

NVBECVLA, æ, {*Nuuoletto. Pet. Vn nuuoletto intorno ricouerſe*} (νεφέλιον) diminutiuum parua nubes. Plin. lib. 18. cap. 15. Nubecula, quamuis parua, uentum procelloſum dabit. Per translationem accipitur pro triſtitia, uel aduerſitate. Cic. in Piſ. Neq; tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernaſſem, ſaluamq; in portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem.

NVBES, {*Nuuola, nebbia*} (νεφέλη) eſt uapor humidus, in ſublime elatus è terra per æſtum: ſiue aer in liquorem coactus, cuius denſitas haud dubiè Solem obumbrat: unde etiam nomen accepiſſe creditur à nubendo ſcilicet, hoc eſt, tegēdo, quod ſolem obnubat. Sunt tamen qui eius originem referant ad dictionem Græcam νέφος, quæ nebulam ſignificat, uel nubilum. Cice. 2. de Diuinatio. Si autem nubium cōflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Vergilius. 5. Aenei. Et alis Plaudentem nigra figit ſub nube columbam. Idem. 3. Aeneid. Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes. Nubes peditum, per translationem, pro multitudine & denſitate. Liuius. 5. Bell. Macedo. Rex contra peditum equitumq; nubes iactat, & conſternit maria ſuis claſſibus. Armorum nubes. Stat. 4. Thebai. Belli nubes, Vergilius. 10. Aene. Nubis in nominatiuo apud plaut. in Merca. Nonne ex aduerſo uides? Nubis atra, imberq; inſtat.

NVBIFER, pen. corre. (νεφεληφόρος) nubes ferens: unde Nubiferi montes dicuntur, qui tam editi ſunt, ut nubes ſuſtinere uideātur. Ouidius. 2. Metam. Aeriæq; Alpes, & nubifer Appenninus. Nubifer Notus, qui nubes affert, ſiue gignit. Idem Epiſt. 2. Te dare nubiferis linea uela notis.

NVBIFVGVS, adiectiuum, (νεφεληλάτης) qui nubes fugat. Col. li. 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat uultu.

NVBIGENA, æ, {*Generato di nuuola*} (νεφεληγενής) ex nube genitus. Columella libro. 10. Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. Nubigenæ dicuntur Centauri, quod ex nube ſint nati. Cùm enim Ixion Iunonem deperiret, oblata eſt illi nubes, quæ imaginem Iunonis repræſentaret, cū qua cōgreſſus, genuit Centauros. Stati. 5. Thebaid. Luxuriant Lapitharum epulæ, ſi quando profundo Nubigenæ caluere mero. Feri nubigenæ, Ouid. 12. Meta. Bimembres nubigenæ. Vergilius 8. Aeneidos. Tu nubigenas inuicte bimembres, &c. Amnes nubigenæ. Stat. 1. Theb.

NVBILARIVM, rij, (ὑπαίθριον) locus, quò propter nubes conferuntur frumenta ſemitrita. Colu. lib. 1. cap. 6. Huic areæ nubilarium applicari debet, maximè in Italia, propter inconſtantiam cœli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber acceſſerit. Dicitur & Nubilar. Idem lib. 2. ca. 21. Quod ſi falcibus ſeges cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in aceruum uel nubilar congeritur.

NVBILIS, huius, lis, {*Da marito*} (ἐπίγαμος, ὡραία) quæ eſt apta, ut uiro in matrimonium iungatur. Vergilius. 7. Aenei. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Cicero pro Cluēt. Nubilis filia. Et Liuius. 9. Bel. Pun. Nubilis uirgo. Ouid. 2. Triſt. Nubilis hæc uirgo, Matronaq; uirq; puerq; Spectat.

NVBILO, as, are, {*Nuuolare*} (ζοφόω) nubilum fieri, nubibus obſcurari: unde, Nubilat aer, apud Varronem de Re ruſti. Plinius libro. 37. cap. 7. Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidum eſſe poſuit, extremo uiſu nubilantē.

Pro eodem aliquando legimus Nubilor, aris, deponens. Cato de Re ruſti. cap. 88. Vbi nubilabitur, noctu ſub tecto ponito. quotidie, quum ſol erit, in ſole ponito. Hinc componitur Obnubilo, quod uide ſuo loco.

NVBILOSVS, ſa, ſum, {*Nuuoloſo*} (νεφελώδης, ζοφώδης) quod eſt nubibus plenum.

NVBILVS, a, um, penul. corre. {*Foſco, nubilo*} (συννεφής) fuſcum, nubibus tectum. Plinius libro. 16. cap. 26. Pyrus, & amygdala, etiamſi non pluat, ſed ſiat auſtrinum cœlum, atque nubilum, florem emittunt. Nubilus color, obſcurus. Plinius libro. 9. capite. 35. Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum. Nubilum uero ſubſtantiuum, ipſam nubem ſignificat. Plinius libro. 2. capite. 82. Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora ſol cernatus. Vergilius. 6. Aeneid. At pater omnipotens denſa inter nubila telum Contorſit.

NVBO, bis, pſi, & nuptus ſum in præterito, in ſupino nuptum, {*Coprire, uelare, maritare*} (καλύπτω) idem eſt quod uelo, uel operio: unde Nubes dicta creditur, quòd cœlum obnubat. Quoniam uerò ſponſæ apud ueteres, cum uiro tradebantur, nubere hoc eſt, uelare capita ſolebant, factum eſt, ut Nubere uſurpetur pro uiro tradi, γαμεῖν, συνοικεῖν. Eſt enim proprium mulieris. Teren. in Andr. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Non enim uir, ſed mulier propriè nubit. Licet quandoq; figuratè uel peruerſo naturæ ordine præpoſterè dicatur. Pompo. in Pānuceatis, ut citat Nonius: Sed meus frater maior: poſtquam uidit me domo eiectum, nupſit poſterius dotatæ, uetulæ, uaricoſæ Aphræ. Iuuenalis Saty. 2. Quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant uirum tum nubere, cum ſeruit uxori, tanquam illa potius uir ſit, quam ille. Vnde Martialis libro. 8. Vxori nubere nolo meæ. Conſtruitur cum datiuo, & aliquando cum ablatiuo mediante præpoſitione Cum: ut, Mulier nupſit mihi, & mecum. Cicero Mar. Catoni: Regis Parthorum filium, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. Nubere in familiam claram. Cic. pro Cælio: Cùm ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſet. Nubere dicuntur etiam arbores uitibus, & uites arboribus, pro conſcendere & coniungi. Plinius libro. 14. capite primo. In campano agro populis nubunt. De uitibus. Nubitur, impersonale paſſiuæ uocis. Plautus Perſa: Hic cum mala fama facilè nubitur: Dum dos ſit, nullum uitium uitio uortitur. Dare nuptum uiro, Plautus Caſina. Ancillam Caſinam ut detur nuptum noſtro uillico. Huius uerbi compoſita ſunt Connubo, (συνοικέω, συνοικῶ) quod eſt, matrimonio iungor, quaſi ſimul nubo. Apuleius. Neſcientibusq; parentibus puellari ætate connupſeramus. Hinc Connubium, ius legitimi matrimonij, Denubo, Innubo: quod propriè ſignificat, ad domum uiri trāſire. Vnde & pro tranſire ſimpliciter ſumitur. Lucil. lib. 6. Saty. Suam enim inuadere, atque innubere cenſent. Hinc Innubus, qui uxorem nunquam ducit: & Innuba, quæ uiro nunquam fuit tradita. Obnubo, (ἐπικαλύπτω) abſcondo, tego. Statius: Obnubitq; comas, & temperat aſtra galero. Pronubo, nuptiis Præſum: à quo Pronubus & Pronuba, quę duo penul. corripiunt, quemadmodum & Innubus, & Innuba: cætera omnia habent penultimam productam.

NVCAMENTA,(κύτταρα,κύτταροι) teſte Plinio libr. 16. cap. 10. dicuntur quædam quaſi paniculæ dependentes ex ramis abietis & piceæ. Ruellius: Cæterùm ea, quæ callo ſquamatim compactili pendent è ramis nucum, roborum, picearum appellantur Nucamenta, uel ideo quòd ſint quaſi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiſcētis, uel quòd apertiſsimè in nucibus propendere cernantur. Græci etiam cythara appellare conſueuerunt.

NVCERIA(νουκερία) ciuitas Campaniæ, cuius populi dicti ſunt Nucerini, & ager ipſe Nucerinus. Plin. lib. 3. cap. 5. Haud procul à monte Veſuuio ager Nucerinus eſt: & nouem M. paſſuum à mari ipſa Nuceria.

NVCES, {Noci}(κάρυα) à nocendo dictæ, quòd ſatis nocent. Ouid. de Nuce: Quoniam ſata lædere credor, Imus in extremo margine fundus habet. Siue quòd ſingulæ noceant Aridiores enim factæ eam exuberant. Alij à capitis noxa dictas exiſtimant. Conſtat enim nucis nucleum eſſe difficilem concoctu, dolorem capiti inferentem, tuſsientibus inimicum: unde Græci κάρυον uocant, à grauedine capitis. κάρα enim caput ſignificat. Eſt autem Nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, ut ſunt caſtaneę amygdalæ, auellanę, & huiuſmodi. Verg. 2. Eclo. Caſtaneaſq; nuces, mea quas Amaryllis amabat. Pomum uerò de ijs propriè dicitur, quę mollem habent corticem: quamuis etiam pro nucibus aliquando accipiatur, ut apud Plin lib. 15. cap. 22. Ab his locum amplitudine uindicauerunt, quæ ceſſere auctoritati, nuces iuglandes. Et paulò pòſt: Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit. namq; ſunt bifidæ puta minum carinæ, nucleorumq; illis quadripartita diſtinctio, lignea incurſante membrana. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt, ut in auellanis, & ipſo nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine uocabant. Malum uerò non quodcunq; pomi genus tenerioris, atq; carnoſi dicitur, ſed illud tantū, quod ſui nominis arboribus producitur, his ſcilicet, quas malos uocamus. quemadmodū Pyra, quę pyrus producit. Hoc modo Mala citrea, ſiue Medica dicimus, Mala cotonea, Mala punica, & ſimilia. Relinquere nuces, eſt omiſsis nugis puerilibus ad maiora negotia conuerti. Eſt enim nucum luſus ſoli pueritiæ conueniens, grandiorią; ætati indecorus. Perſius Saty. 1. Et nucibus facimus quæcunq; relictis, Cùm ſapimus patruos. Nux Græca, eadem cum amygdala, quæ & thaſia dicitur. Colum. de Arborib. cap. 22. Nucem Græcam ſerito Arcturi ſigno. Plin. lib. 15. cap. 22. cùm de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniam Græcas nominat. Nuces iuglandes, quæ & Regiæ dictę ſunt. Plin. lib. 15. cap. 22. Ab his locum amplitudine uindicarunt, quæ ceſſere auctoritati, nuces iuglandes. De diuerſis nucum generibus, uide in dictione Iuglans.

NVCEVS, a, um {Di noce} (καρύϊνος) quod eſt ex nuce. Plin. libr. 16. cap. 39. Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem cùm effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem.

NVCLEVS, nuclei, [Gariglio, garriono, quel dentro della noce](πυρήν) quod tenerum in nuce includitur. Plaut in Curcul. Qui è nuce nucleū eſſe uolt, Frangat nucem. hoc eſt, qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Inde Enucleo, as, eſt idem quod declarare, quaſi nucleum rei alicuius eruere. Nucleus ferri à Plinio lib 34. cap. 14. accipitur pro chalybe. Fornacum (inquit) maxima differentia eſt. in ijs quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandum aciem, aliōq; modo ad denſandas incudes, malleorumq; roſtra. In acino etiam Nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ uulgo Vinacea uocant. Plin. lib. 23. cap. 1. Vua paſſa, quam Aſtaphida uocant, ſtomachum, uentrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent, ijs exemptis ueſicæ utilis habetur. Nucleum amiſit prouerbium: Plau. Capt. Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, ubi reſciuiſſet ſibi impoſitum eſſe, & herum amiſſum pro ſeruo, ſeruum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Eraſmus.

NVCIFRANGIBVLVM, uox eſt Plautina, quam pro dente accipit. Dentibus enim nuces ſolent confringi. Verba Plaut. in Bacch. ſunt hęc: Mihi cautio eſt, Ne nucifrangibula excuſſerit ex malis meis.

NVCVLA, læ, {Nocella}(καρυάριον) diminutiuum, minuta nux. Vnde & Præneſtinæ nuculæ appellatę ſunt. A' nucula fit aliud diminutiuū, Nucella.

NVDIPEDALIA, (γυμνοπόδια) ſacra erant Hieroſolymis, ut ſcribit Hieron. contra Iou. De his meminit Egeſip. lib. 2. Belli Iud.

NVDITANVM, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

NVDITAS, atis, {Nudezza}(γυμνότης) ſimplicitas: & quandoque ſumitur pro inopia. Quin. lib. 10. cap. 2. Tenuitas ac nuditas placuit, &c.

NVDIVSTERTIVS, {L'altr' hieri}(πρώην χθές) & Nudiuſquartus, compoſita ſunt (inquit Feſtus) à Nunc, & Die tertio, & quarto: quaſi dicas nunc eſt tertius, & nunc eſt dies quartus: ſemperq; de præterito dicuntur. Dicitur et Nudiuſquintus, & Nudiuſſextus. Plaut. in Moſtel. Nam heri, & nudiuſtertius, Quartus, quintus, ſextus, ubi poſtquam hinc peregre eius pater Abijt. Cicer. 5. Phil. Recordamini qui dies nudiuſtertius decimus fuerit, quantus conſenſus ueſtrum, quanta uirtus, quanta conſtantia.

NVDO, as, {Nudare}(γυμνῶ, γυμνόω) nudum facio, detego. Cic. 7. Ver. Cum repentè hominem proripi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, & uirgas expediri iubet. Nudatur arbor folijs. Plin. lib. 16. cap. 22. Cum quædam primæ geminent, & inter nouiſsimas nudentur. Nudare uiſcera. Verg. 1. Aene. Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant. Nudare gladios pro diſtringere. Liu. 8. Bel. Pun. Nudata caſtra, Cæſar 2. bel. Gal. Nudatus defenſoribus murus, Ibidem. Apuleius: Tum uultus nudare iuſſus eſt. A' Nudo fit compoſitum, Denudo, (ἀπογυμνόω) pen. prod. de quo infra ſuo loco.

NVDVS, a, um, {Nudo, ignudo}(γυμνὸς) quod eſt ſine tegmine. Verg. 1. Aene. Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluenteis. Et quoniam paupertatis comes ſolet eſſe nuditas, factum eſt, ut nudus pro paupere ponatur. Cic. pro Flacco: Quoniam nudus te delectarat, ſemper nudum eſſe uoluiſti. Nudus ab amicis, & Nudus à propinquis, qui nullos habet amicos aut propinquos. Cic. pro Domo ſua: Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Reſp. à magiſtratibus? Sic, Nuda urbs præſidio. Cic. Att. lib. 7. Nudum in cauſa deſtituere, apud eundem. Nudo ueſtimenta detrahere: eſt commodum ſperare ab eo, qui nihil habet, quod auferri queat. Plaut. in Aſina. Me defraudato. L. Maximas nugas agis: Nudo detrahere ueſtimenta me iubes. Nudus per metaphoram accipitur pro plano & claro, & quod nullo prætextu, aut coloribus eſt uelatum, (ψιλὸς) ut cum nudam ueritatem dicimus, & Nudam ſimplicitatem. Inde fit aduerbium Nudè (ψιλῶς) ſimpliciter, & non fucatè.

NVGAE, arū, {Ciancie, baie}(φλυαρίαι, λῆρος, ὕθλος) à Non, & Ago, cōponi uidetur, quòd nihil agant. Sunt enim aut res nullius pretij, aut ſermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunque ſcurriles ioculatoriją;. Vnde Catullus, & Mart. poemata ſua uocant Nugas, ut de inanibus minimeq; ſerijs rebus agentia. Plau. in Menæch. Nugæ ſunt meræ, Idem in Trin. Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulat.

NVGALIS, & hoc le, {Pieno di ciancie}(φλυαρώδης) quod eſt nugis plenum. Gell. lib. 1. cap. 2. Sed theorematibus tantum nugalibus dilatrantes, obiurgatione iuſta inceſſiuit.

NVGAMENTA, {Ciancie}(ὑθλήματα) idem quod nugæ, Apul. lib. 1. A' quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti.

NVGATORIVS, a, um, {Pieno di ciancie}(φλυαρώδης) idem quod nugalis. Cicero primo de Natura deorum. Tota res Velle nugatoria eſt. Idem pro Cecinna: Omnino ad probandum, utranque rem uideam infirmam, nugatoriam q; eſſe.

NVGATORIE', nugaciter, & ſine fructu. Auctor ad Heren. lib. 1. Non contra tenuiter, & nugatoriè reſponſum.

NVGAX, cis, trium generum, {Cianciatore}(φλύαρος) & Nugator, qui meras nugas loquitur.

NVGIGERVLVS, pe. cor. {Che porta ciancie}(ὑθλοφόρος) qui uana nuntiat, qui nugas circumfert.

NVGIGER, ra, rum, ut Nugigera manus, hoc eſt, uana, & quę ſeipſam fefellit. Cicero ad Att. lib. 4. Dices, uellem iampridem: ſcio te uoluiſſe & me. aſt nugigeram manum fuiſſe. Aliqui codices ſic habent: Aſt num germanum fuiſſet.

NVGIVENDVS, di, {Che uende baie}(λημνοπώλης) ab antiquis dicebatur, (inquit Nonius) qui aliquid mulieribus uenderet. nam Omnia quibus mulieres utuntur, pro rebus uanis atq; inutilibus habentur. Plau. in Aulu. Nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

NVGOR, aris, {Cianciare,}(σπερμολογῶ, ληρέω, φλυαρέω) uana & nugas ago. Cic. 2. de Diuin. Democritus tamen non inſcitè nugatur. Hinc Nugator, (σπερμολόγος) qui meras nugas loquitur. Idem in Captiuis. Euge pol Thalem talento non emam Mileſium. nam ad ſapientiam huius nimius nugator fuit. Cice. pro Flac. Neque in iſtum nugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar.

NVLLIBI, {In niun luogo}(οὐδαμοῦ) ſignificat in nullo loco.

NVLLVS, la, lum, {Niuno, neſſuno}(οὐδεὶς οὔτις) compoſitū eſt ab ullus, quaſi non aliquis uel ne unus quidem. Cic. de Amic. Sic munitus eſt, ut nullo egeat. Horatius. 1. Epiſt. 1. Nullius addictus iurare in uerba magiſtri. Nullus, pro nullius momenti, ſeu irritus & inanis. Cic de Ami. Nulla hæc igitur amicitia, cùm alter uerum audire non uult, alter ad mentiendum paratus eſt. Nullus pro non. Teren. Hecy. Si quæret me, uti Tum dicas: ſi non quæret, nullus dixeris. Cic. Att. libro. 12. Philotimus non modò nullus uenit, ſed ne per literas quidē aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Teren. And. Liberatus ſum, Daue, hodie tua opera. DAV. At nullus quidem. Plau. Trinummo: Nullus credas; nulla eſt mihi uita expetenda ſine te. Nulli conſilij, pro nullius. Teren. And. Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij Sum. Nullis literis, id eſt, illiteratus. Plinius Epiſto. 115. Video etiam multos paruo ingenio literis nullis, ut bene agerent, agendo conſecutos. Nullus ſum, frequens eſt apud Comicos pro perij, uel occidi. Teren. in And. Nullus ſum, (οὐδείς εἰμι) id eſt, nō ſum. Et plus eſt dicere, Nullus ſum, quam perij. Nam qui perijt, corpus eſt reliquum: qui uerò nullus eſt, ita eſt, ac ſi natus non ſit. Cic. de Senect. Nolite putare me, cum ab urbe diſceſſero, nuſquam aut nullum fore.

NVLLVSDVM, {Niuno fin' hora}(οὐδεὶς πω) id eſt, nullus in hunc diem, nullus adhuc.

NVM, {An forſi}(μῶν, ἆρα) interrogatiua particula eſt, quæ negatiuam innuit reſponſionem, ſicut contra Non interrogatiuè acceptum affirmandi uim habet. Eſt itaq; Num, idem quod An, ſiue Nūquid. Ci. 1. Acad. Quis igitur eſt hic? num ſophiſtes, Et paulò antè: Num cenſes Ennium dixiſſe? Num'ne, eiuſdē ſignificationis. Cic. de Som. Scip. Num'ne aſpicis, quæ in templa ueneris? Pro eodem etiam dicimus An num. Cic. 2. de Diuin. An num Imperatorum ſcientia nulla eſt?

NVMA POMPILIVS, (νουμᾶς) ex Curibus Sabinorum urbe ortus, ſecundus à Romulo Romanorum rex, iuſtitia & pietate inſignis, qui pacatis finitimorum odijs, quo truces efferatoſq; longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adiecit: primumq; ad infimum argiletum Iani templum condidit, quod apertum bellum, clauiam pacem indicaret. Deinde Dialem Martialem, & Quirinalem Flamines creauit: Salios item duodecim Marti aſsignauit. uirgines Veſtales ſacrauit: Pontificem maximum primus declarauit, dies faſtos, nefaſtoſq; condidit: annum in duodecim menſes diuiſit. Quæ omnia quò maiore apud imperitam plebem in ueneratione eſſent, ſimulauit ſibi cum Aegeria Nympha nocturnos congreſſus eſſe, eiuſq; ſe monitu, quæ acceptiſsima Dijs eſſent, ſacra inſtituere. Poſtremò ubi maxima cū reuerentia & ſuorum, & finitimorum creuiſſet, quadragintaq; annis regnaſſet, diem ſuum obijt. Vide Liu. lib. 1. ab urbe cond.

NVMANA, oppidum eſt Piceni, à Siculis conditum, teſte Pli. lib. 3. cap. 13.

NVMANTIA, (νομαντία, ἡ νουμαντία Stephano) Celeberrimā inſignis fuit urbs: quæ cum a Romanis fruſtra obſeſſa fuiſſet per annos quatuordecim: tandem ab Africano minore fame potius, quàm uiribus, eſt deleta. Cum enim fame laborarent, nec eis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua, & ſeipſos igni immiſerunt. Vide Florum lib. 2. Hinc Numantinus, pen. prod. (νομαντῖνος, ἡ νουμαντῖνος Stephano) Numantię incola. Quod etiam cognomen Scipionis Aemiliani fuit, qui Numantiam expugnauit.

NVMARIVS, a, um, {Ciò che ſi appertiene à dinari}(χρηματικὸς) quod ad numos pertinet. ut, Res Numaria. Cic. 3. Offi. Vt res numaria de communi ſententia conſtitueretur. Numarius interpres pacis & concordiæ, apud Cice. pro Cluen. id eſt, mercenarius, & qui ob id pecuniam accepiſſet. Numarium iudicium, idē Ver. quod acceptis pecunijs corrumpitur. Ecqd' iudiciū Romæ tā

diſſolu-

diſſolutum, tam perditum, tam numarium fore putaſti, quo ex iudicio te ulla ſalus ſeruare poſſet? Numarij iudices, ſordidi & corrupti, Idem ad Att. li. 1. Numaria theca, idem ad Att. lib. 4.

NVMARIVS, rij. {Dato à denari} (χρηματιστής) qui numis deditus eſt. Hiero. ad Marcel. Volo in Numarios inuehi ſacerdotes.

NVMATIO, onis, {Abondanza di denari} (πολυχρηματία) numorũ abundantia & affluentia. Cicer. 2. Phil. Pone ante oculos lætitiam ſenatus, populiq; Romani, confer eum cum nundinatione tua, tuorum q; tum intelliges, quantum inter laudem, & lucrum interſit.

NVMATVS, {Danaroſo, ricco} (πολυχρήματος) qui numis abundat, Cic. de Leg. Agr. Voluat enim ante oculos iſtorum Iubæ regis filius adoleſcens, non minus bene numatus quàm bene capillatus.

NVMATIVS Plancus, nobilis fuit Romanus, Iulij Cæſaris temporibus, qui primus Lugdunum coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epiſtolæ, & Horatij carmen. Sunt qui ſcribant Numatius.

NVMELLÆ, {Mello} (κυφωνές) genus uinculi lignei, ad diſcruciandos noxios paratum, quò collum & pedes immittuntur. Plau. in Aſina. Qua aduerſum ſtimulos, laminas, cruceſq;, compedes, neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. Feſtus Numellam uinculi genus eſſe aſſerit, quo canes ſolent alligari. Varro. li. 2. de Re ruſt. ca. 9. de canibus loquens. conſuefaciunt quoq;, ut alligari primum poſſint leuibus numellis, quas ſi abrodere conantur, ne id conſueſcant facere, uerberibus eos deterrere ſolent. Col. 6. cap. 19. de bobus, cæteriſq; magnis animalibus, Vbi (inquit) poſſunt etiam numellæ fabricari, ut inferto capite deſcendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. Idem de ouibus & capris, li. 7. cap 8. Nonnulli antequam pecus numellis inducant, uirides pincas nuces in mulctram demittunt.

NVMEN, inis, {Diuinità, uolontà di Dio} (θεῖον, βουλή) propriè nutus ac uoluntas Dei eſt: à Nuo, is, quod ueteres pro uolo uſurpabant. Verg. 2. Aene. Non hæc ſine numine diuum Eueniunt. Aliquando pro diuina poteſtate ponitur, ſiue ipſa diuinitate, τὸ θεῖον. Verg. 4. Eclog Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Vnde diuerſa numina, id eſt, diuerſæ poteſtates in uno Deo eſſe poſſunt: ſicut de Iunone ſcribitur, quòd fuerit dicta Curetis, quia uteretur curru & haſta: quia partubus præeſſet, Lucina: quia præeſſet nuptijs, Pronuba. Aliquando Numen ſumitur pro ipſo Deo, δαίμων, τὸ δαιμόνιον. Verg. 4. Aene. Spero equidem medijs (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis. Aliquando pro habitu atq; ornatu, ut interpretatur Nonius. Idem. 2. Aeneid. Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Quem tamen locum aliter interpretatur Seruius: Haud numine noſtro, (inquit) id eſt, Aut dijs contrarijs, aut quia in ſcutis Græcorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta. Diuinum numen. Cic. 4. Acad. Quis enim poteſt, cùm exiſtimet ſe curari a Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Numen ſenatus, pro auctoritate ſeu poteſtate. Cice. 6. Philip. Magna uis eſt, magnum numen unà & idem ſententis ſenatus.

NVMENIVS, (νουμήνιος) Miſenæ regionis, (quæ mari rubro proxima eſt) ſub Antiocho præfectus, qui Perſas eodem die nauali, et equeſtri certamine uicit, geminaq; eodem in loco Iouis & Neptuno trophæa erexit. Fuit & Numenius Platonicæ ſectæ philoſophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philoſophis anteponere. Hunc ferunt, cùm Platonis dogmata cum Moſis myſterijs conferret, illud identidem aſſeruiſſe. Platonem ſibi prorſus uideri Moſen alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

NVMERABILIS, le, {Numerabile, che ſi può numerare,} (εὐαρίθμητον) quod numerari poteſt. Cuius contrarium eſt Innumerabile, quod numerari nõ poteſt. Hora. de Arte: Quo ſanè populus numerabilis, utpote paruus, Et frugi, caſtuſq;, uerecunduſq; coibat.

NVMERALE, {Che ſi appertiene à numero} (ἀριθμητικόν) quod ad numerum pertinet: unde Numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetice dicitur. Et apud Grammaticos Nomina numeralia, quibus utimur in numerando: ut Vnus, Duo, Tres. Et aduerbia numeralia: ut bis, Ter, &c.

NVMERATIM, (κατ' ἀριθμόν) aduerbium ſignificat per numeros.

NVMERATO, {Numeratamente} aduerbij uice poſitum. Cice. ad Att. li. 12. Mihi & res, & conditio placet: ſed ita, ut numeratò malim, quàm æſtimatione. id eſt, malim numerare mihi, quàm æſtimari.

NVMERIVS, (νουμέριος) à numero prænomen deductum eſt.

NVMERO, as {Annumerare} (ἀριθμεῖν) ſupputo, per numeros recenſeo, uel colligo. & metior. Verg 3. Eclo Bisq; die numerant ambo pecus. alter & hœdos.
Numerare pecuniam, pro præſentem pecuniam dare. Cic. ad Plan. Atticus, qui ciuitatem conſeruatam cuperet, pecuniam numerauit de ſuo. Interdũ ſupprimitur accuſatiuus. Plau. in Aſin Numerari iuſſit ſeruulo Leonidæ. Ci. pro Quintio. Sed Romæ quotidie, ſimulatq; ſibi hic annuiſſet, numeraturũ ſe dicebat. Numerare, pro habere, & cenſere. Ci. 3. Verr. Qui collega Timarchidis propè numerabatur. id eſt, habebatur & cenſebatur. Nullo loco numerare, id eſt, nihil facere. Cic. 2. de Fin. Idq; Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio, dicentem. Huius compoſita ſunt, Annumero, Cõnumero, Dinumero, Pernumero, Enumero, & Renumero: quæ uide ſuis locis.

NVMEROSVS, a, um, {Numeroſo} (πολύς) quod magno conſtat numero: ut, Numeroſus populus, Numeroſa multitudo. Pli. in Epiſt. Hoc opus numeroſo poſcit manus. id eſt, multas. Idem in Panæg. Aliò me uocat numeroſa gloria tua. Numeroſa cohors Plin. lib. 7. cap. 44. Numeroſa uarietas, Idem lib. 9. cap. 17. Numeroſus partus. Idem lib. 11. cap. 40. Quæ numeroſo fæcunda partu, hæc plures habent mammas. Numeroſa uerò oratio, (ῥυθμικὸς λόγος) quæ numeris oratorijs conſtat. Cic. in Ora. Id numeroſum eſt in omnibus ſonis, atq; uocibus, quod habet quaſdam impreſſiones, & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Numeroſè aduerbium, ſonorè, & per numeros, hoc eſt, per menſuras, ſiue dimenſiones muſicas. Cic. 3. de Orato Et tamen eam coniunctionem, ſicuti uerſu, numeroſè cadere, & quadrare, & perfici nolumus.

NVMERVS, {Numero} (ῥυθμός) eſt collectio unitatũ. Vnde unitatẽ dicũt non eſſe numerum, ſed principium numeri. Cic. de Somn. Scipionis: Hi duo numeri, quorum uterque plenus, alter altera de cauſa habetur. Et licet Numerus dicatur de ijs, quæ numerantur, interdum tamen etiam refertur ad ea, quæ menſurantur. Cicero. lib. 3. Offic. Si, exempli gratia, uir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. Interdum ad ordinem. Vergil. 3. Aeneid. Digerit in numerum. Et quoniam omnis concentus & omnis harmonia numeris conſtat, frequenter etiam Numerus pro ratione harmonica ponitur, quam Græco uocabulo (ῥυθμόν) appellamus. Vergil. 9. Eclog. Numeros memini, ſi uerba tenerem. Aliquando etiam accipitur pro ratione. Idem libro 11. Hetruſciq; duces, equitumq; exercitus omnis. Cõpoſiti numero in turmas: id eſt, rationabiliter, ut interpretatur Seruius. Numerus etiam dicitur (τάγμα, κατάλογος) quaſi ſocietas & grex, ſeu pars. Vnde dicimus aliquem eſſe ex horum uel illorum numero, qui eſt ex eorum grege. Salluſti. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit. id eſt, ex ijs qui partium ſuarum erant. In numero eſſe, id eſt, annumerari. Cicer. ad Sulpitium Fami. 13. In primiſq; libertus eius L. Coſſinius Anchialus homo et patrono & patrom, neceſſarijs (quo in numero ego ſum) probatiſſimus. In numeros nomen referre. Plinius in Epiſto. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt, ideoq; liberum eſt nobis Syluanum in locum tuum ſubdere In numeros, inquit, id eſt, in ordinem. Tribunorum ſcilicet. Milites quoque nondum in numerum relatos dicimus, cùm delecti quidem ſunt, nondum tamen in ſuos ordines peruenere. Numerus, pro honore, uel exiſtimatione. Cice. 2. Philippi. Itaqui quem locum apud ipſum Cæſarem, poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? qua exiſtimatione? quo gradu dignitatis? Numero, uel in numero aliquo haberi uel eſſe. Varro de Re ruſt. libro 1. capite 17. Quod cùm ita ſit, minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi à domino. Cicero 3. de Orato. Sine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt. A' numerus fit adiectiuum Innumerus, a, um, (ἀναρίθμητος) quod eſt ſine numero, hoc eſt, infinitum. In numerato eſſe pecunia dicitur, quum eſt in promptu, (ἀρίθμητα, χρήματα) ut, Habeo pecuniam in numerato. Hoc eſt, non ualorem, ſed pecuniam ipſam promptam paratamq;. Vnde de actore dicente ex tempore dictum eſt, teſte Quintilia. libro 6. cap. 3. ingenium eum in numerato habere, hoc eſt, ſemper promptum paratumq; ad omnia: ſicut de Pollione Aſinio, ſerijs, iociſq; pariter accommodato, dictum eſt, eſſe eum horarum omnium. Omnibus numeris abſolutus. Plinius Epiſto. 215. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum. Cicero 3. de Diuinatio. Ita'ne uerò quicquam poteſt caſu eſſe factum, quod omne habet in ſe numeros ueritatis? Idem 2. de Natura deorum. Perfectum expletumq; omnibus ſuis numeris et partibus. In numeris, ut maximus eſt quiſque, ita primo loco ponitur: ut, Viginriquinq;. Trigintaſex, ſed ſi copula interced at, is numerus præponitur, qui minor eſt, quoties infra centum, & ſupra uiginti loquimur: ut, Vnus & uiginti, Duo & uiginti. Cicero: Plato uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. Iſocrates quarto & ſeptuageſimo, cùm librum, qui Panegyricus inſcribitur, ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquẽnium poſt: cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos. Ex quibus uerbis colligitur, ante centum præponi numerum minorem, poſt centum uerò poſtponi. Eodem modo loquimur ſupra uiginti millia uſque ad centum millia: ut, Milites noſtri ſex & uiginti millia erant: uel, Milites noſtri erant uicies & ſexies mille: uel, Militum nobis erãt uigintiſex millia. Etenim hæc nomina, dum copula carent, compoſita uidentur: ut, Vndecim, Duodecim, Septemdecim, Vigintiduo, Vigintitria. Quemadmodum illa, Vndeuiginti, Duodeuiginti: Eodem modo Vndeuigeſimus, Duodeuigeſimus, Vndecẽteſimus, Duodecenteſimus, Vndemilleſimus, Duodemilleſimus, et reliqua ſimiliter. Numeri autem illi quibus ordinem ſignificamus, quales ſunt, Secundus, Tertius, Centeſimus, & reliqui huiuſmodi, ſignificant ultimum ex eo numero: ut, Secundus, id eſt, ultimus ex duobus: Tertius, ultimus ex tribus: Centeſimus, ultimus ex centum. Licet Primus non ſignificet ultimum ex uno, ſed ipſum unum, in ordine tamen ad multos ſubſequens. Aliquando tamen non pro ultimo ex eo numero uſurpantur, ſed pro uno quolibet ex toto numero: ut, Centeſimam partem bonorum patris aſſecutus ſum, hoc eſt, unam ex centum. Aliquando pro bis tantum, ter tantum. ut, Hic ager cẽteſimum fructum attulit, hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. Plin. Admiſcetur huic ſal, ut mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoq; ingratiſſimum uentri eſt. Naſcitur qualicunq; ſolo cũ centeſimo grano, ipſumq; pro lætamine eſt. id eſt, cum centum granis, ſiue centuplo grano. Affinẽ huiſce ſignificatum habent nomina illa numeralia, Simplus, (ἁπλοῦς) Duplus (διπλοῦς) Decuplus (δεκαπλοῦς) & ſimilia: hoc eſt, ſemel tantum, bis tantum, decies tantum. Sunt præterea Numeralia, Binarius, Ternarius, Tricenarius, Centenarius, & ſimilia, quę denotant non multiplicationem, ſed numerũ aliarum rerum, quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius, non quod centuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, quòd habeat centum annos. Grex centenarius, centum capitum grex. Dicimus etiam Binarium, Ternarium, Centenarium numerum, quia numerus omnia complectitur. Propter quod rectè dicimus, Centenarium, numerum annorum ingreſſus eſt, non autem, Centenarium annum: & Millenarium, numerum pondo uehit nauis: non autem, Millenaria pondo. Item Singulum, Binum, Trinum, ſiue ternum, Quaternum, Quinum, Senum, ſeptenum, Octonum, Nouenum, Denum, Vndenum, Duodenum, Ternũdenum, Quaternumdenum, Quinumdenum, Senumdenum, uel Denumquaternum, Denumquinum, Denũſenum, Denumſeptenum, Denumoctonum, Denumnouenum: Vicenum, Vicenumſingulum, Vicenumbinum, Vicenumternum: ſiue ſingulum & uicenum, binum, & uicenum, & ita deinceps. Tum Tricenum, Quadragenum, Quinquagenum, Sexagenum, Septuagenum, Octogenum, Nonagenum, Centenum: quibus oratores utroq; numero utuntur, ſed frequẽtius plurali, præſertim ubi ſubiectum nomen, cui adduntur, tantum pluraliter declinatur: ut, Binæ literæ, Binæ nuptiæ, Bina arma. Poetæ uerò frequentius ſingulari utuntur. Sed oratores ferè propriam uſurpant ſignificationem horum nominum. Binus enim ſiue Bini, ſignificat ſingulis duo: Ternus, ſiue Terni, ſingulis tres: ut, Creabãtur olim bini Conſules: id eſt, per ſingulos annos duo: &, Accepimus omnes à Cæſare bina talenta: id eſt, ſingulis nobis data ſunt à Cæſare duo talenta. At poetę, alijq; ſcriptores, pro ſuis ferè primitiuis hæc nomina accipiunt. Verg. 1. Aeneid. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Idẽ: Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis. id eſt, ſeptem gurgitibus. Idem: Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. Pli. Prodigioſa ſunt, quę circa hoc tradit Theophraſtus auctor alioqui grauis, ſeptuageno coitu durare libidinẽ cõtactu eius. i. ſeptuagita coitibus. Sed in his omnibus notandum eſt, q; à triginta Tricenũ dicimus, g, in c, mutata, ſicut pro

trigeno Vicenum, Trecenum uerò à trecentum, quia hæc omnia ſupra centum quidem ſyncopantur, infrà uero non ſyncopantur. Nam Duceni dicimus pro ducentení, Treceni, pro Trecentení, Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, uel Noningeni: pro Quadringentení, Quingentení, Sexcentení, Septingentení, Octingentení, Nongentení. Centeni autem & Milleni, propter dictionum breuitatem non ſyncopantur. Sunt item nomina numeralia. Simplex, Duplex, Triplex, Quadruplex, Centuplex, et ſimilia: à quibus ſimplicitas, Duplicitas, & reliqua. Et aduerbia Simpliciter, Dupliciter, cum reliquis. Item aduerbia, numeralia, Bis, Ter, Quater, Decies, Centies, Millies. In quibus notandum, q̀ ſicut ſuperiora illa, quæ diximus, ſupra centum ſyncupantur, infra centum minime: ita hæc eduerſo infra centum ſyncopari, ultra uerò non: ut Vicies pro uiginties, Tricies pro triginties, Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies, cætera uerò nõ ſyncopantur, Quinquies, Sexies, Septies Octies, Nouies, Decies, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties, Millies, Bis millies, Ter millies, Decies millies, Vicies millies. Numeri autem apud Latinos ſic notari ſolent, ut uſq; ad quinarium per unitates ſcriberentur: quinarius autem per quintam uocalem V. Denarius autem per X. quę eſt decima conſonans apud Græcos L. Litera quinquagenarium numerum repreſentabat, C. centenarium, D. quinquagenarium, M. millenarium. Quòd ſi numero alicui tranſuerſa linea ſuperducatur tot ſignificabit millenarios, quot per ſe ualebat unitates. Ad hunc modum Ī. millenariũ ſignificabat, V̄. quinq; millia. X̄ decem millia. Vnitas duos habens à tergo apoſtrophos, ad hunc modum IↃↃ. quinq; denotat millia. Quod ſi etiã totidem à fronte ponantur apoſtrophi hunc in modum, CCIↃↃ decem fient millia: quæ & aliter hoc modo notari ſolẽt X̄. Quinquaginta millia ſic ſcribi conſueuerunt. IↃↃↃ. Centum autem millia, ſic, CCCIↃↃↃ. qui numerus legitur apud Cic. lib. 2. Epiſt. ad Caninium Salluſtiũ: Quod (inquit) ſcribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ. nihil eſt quod cuiquam in iſto genere cõmodare poſſim. Quinquaginta millia ita notari ſolent. CQↃ q. litera, quæ in uoce Quingẽti prima eſt, inter duos apoſtrophos interpoſita. Millies autem mille in hunc modum ſcribi conſueuit. CMↃ. Ex Probo.

NVMERO, {*Troppo preſto*} aduerbium ueteres pro nimium cito dicebant, auctore Feſto. Plaut. in Menæc. Menæchme, numero huc aduenis ad prandium.

NVMESTRANI, populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Vrſentinis, & Volſentanis proximi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

NVMICIVS, fluuius fuit in Latio, in quo repertum fuit cadauer Aeneę, & in quo Anna ſoror Didus ſeſe ſubmerſit. Hic poſtea decreuit, & in fontem redactus fuit, qui & ipſe poſtea exiccatus eſt, ſacris etiam Veſtæ (cui nõ niſi ex hoc fluuio libari fas erat) unà interceptis. Oui. 3 Faſt. Corniger hunc tumidis rapuiſſe Numicius undis Creditur. Verg. 7. Aeneid. Hæc fontis ſtagna Numici. Vbi Numici per apocopen dixit pro Numicii.

NVMIDIA, (νομαδική) pars Aphricæ, inter Cæſarienſem Mauritaniam & Carthaginienſem regionem, cuius populi à Latinis Numidæ, a Gręcis Nomades (νομάδες) dicuntur, quaſi in paſcuis inter armenta degentes, ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod eſt paſcere. Erat enim ea gens rei pecuariæ in primis ſtudioſa, et ob id ad lætiora pabula ſubinde magalia ſua transferebat, quemadmodum & Hamaxobitæ, qui plauſtris domos ſuas circumferebant. Plin. libr. 5. cap. 3. Numidæ uero, Nomades, à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt, domos, plauſtris circunferentes. Hi à Verg. lib. 4. Aene. Infræni Numidę appellantur, quòd equos non fræno, quemadmodum nos conſueuimus, ſed uirgula duntaxat regerent. Hinc Numidicus, a, um, (νομαδικὸς) ut, Lapis Numidicus, qui inter generoſa marmora annumeratur. A' Papinio Libycus ſilex appellatur. Et pauimenta Punica à ueteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico ſtrata erant. Vide ſuprà Nomades.

NVMIDIANA PYRA, à patria nomen ſortita: quorum meminit Plinius libro 15. cap. item 15.

NVMITOR, pen. cor. filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Hic Rheam Syluiã filiam habuit, quam Amulius pulſo Numitore fratre Veſtalem uirginem fecit, ne tãdem ſobolem haberet, quæ patruum ulciſceretur. Poſtea uerò ſenex à Romulo & Remo nepotibus, occiſo Amulio, in regnum reſtitutus eſt. Vergi. lib. 6. Et Capis & Numitor, & qui te nomine reddit Syluius Aeneas, &c. Vide Liuium lib. 1. Ab urbe.

NVMISMA, uel Nomiſma, atis, utrunq; enim dicimus, {*Danari, moneta*} (νόμισμα) Græca dictio eſt, idem ſignificans, quod Numus: (ἀπὸ τοῦ νόμου) hoc eſt, à lege: unde & Numus dictus putatur. Nam cum ante percuſſum numiſma homines mutuo permutationis cõmercio uterẽtur, poſtea lege introductus eſt uſus numi. De hoc latius in dictione Numus. Habet autem hoc nomen primã ſyllabam correptam, quæ in dictione Numus producitur: unde Græcorum more Nomiſma per o, in cacumine ſcribendum eſſe pleriq; arbitrantur, cum alioqui ſæpius per u, ſcribamus. Horat. 2. Epi. 1. Retulit acceptos regale nomiſma Philippos. Mart. lib. 1. Cur data ſunt equiti bis quinq; nomiſmata, quare?

NVMOSVS, ſa, ſum, {*Danaroſo*} (πολυχρήματος) idem quod Numatus.

NVMVLARIVS, rij, {*Banchiere*} (ἀργυραμοιβὸς Budæo) à numis permutandis dicitur, quem nos Campſorem uocamus, qui ſcilicet pecuniæ permutationem exercet. Horum autem officium uilius erat q̃ argentariorum, qui non tam pecuniarum permutationem, q̃ maiorem negociationem exercebant: acceptiq; & expenſi rationes conficiebant, quas non faciebant numularij.

NVMVLVS, li, (κερμάτιον, νομισμάτιον) diminutiuum, paruus numus. Cic. ad Att. lib. 1. Si iudicium eſt, triginta homines populi Romani, leuiſſimos, ac nequiſſimos, nummulis, acceptis, ius, & fas omne delere.

NVMVS, numi, {*Denaro moneta*} (νόμισμα) ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc eſt à lege appellationem, accepit, o, in, u, commutato: quia cum antea permutatione mercium homines uti ſolerent, lege uſus numi introductus eſt. Alio etiam nomine dicitur Numiſma, quod ab eodem etiam fonte creditur deriuatum. Quapropter utrũq; unico m, ſcribendum uidetur. Sunt tamen nonnulli, qui Nummus geminato m, ſcribendum putent, eo quòd uideant primam ubique produci, quæ in dictione Numiſma corripitur, ut apud Martia. libro 1. Cur data ſunt equiti bis quinque numiſmata? Sed hoc in loco, cæteriſq; omnibus, in quibus huius nominis prima ſyllaba corripitur, quidam Nomiſma legendum cõtendunt, per quartam uocalem. Vtcunque ſcribas illud certè conſtat primam in dictione Numus ſemper produci, quæ contra in nomine Numiſma apud probatos auctores ſemper corripitur: quamuis nonnulli inter neotericos, nullo ueterum exemplo, auſi ſint producere. Numus, autem aliquando generale nomen eſt, idem ſignificans quod Numiſma, & de qualibet pecunia, ſiue moneta dici poteſt, ſiue aurea ſit, ſiue argentea, aut etiam ærea. Plautus in Pſeud. Numus ſum miſer, numũ nuſquam reperire argenti, queo. Cic. 2. de Fini. Vnde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numum quidem attigiſſet. Aliquando etiam ſpeciale nomen eſt pecuniæ æreæ, quæ alio nomine Seſtertius, uel coniunctim Numus ſeſtertius appellabatur, ualebatq; æſtimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenſes & ſemiſſem, hoc eſt, quartam partem denarij argentei. Cic. 4. Ver. Facta eſt ſponſio ſeſtertiũ quinque: cogit Scandilius quinque illa millia numum dare ac numerare Apronio. Et rurſus inferius: Cogit Scandilium Apronio ob ſingularẽ improbitatem atq; audaciam, prædationemq; nefariæ ſocietatis, H-S. quinque millia mercedis nomine, ac præmij dare. Vbi hoc notandum eſt, Cic. Quinque Seſtertia: Quinque millia ſeſtertium: & Quinq; millia numum pro eodem poſuiſſe. Numus adulterinus, (κίβδηλον νόμισμα) moneta falſa. Cic. li. 3. Offi. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id reſciuerit, ſoluturus'ne ſit eos, ſi cui debeat pro bonis.

NVNC, {*Hora, adeſſo.*} (νῦν, τανῦν) aduerbium eſt temporis, quod tempus pręſens denotat: ita dictum à Græco νῦν, υ in u, commutato, & in fine addita litera c. Interdum ponitur pro Tandem, uel Serò. Vergi. 8. Ecloga. Nunc ſcio, quid ſit amor. Interdum pro Sed accipitur ſine ulla temporis denotatione. Ci. 1. de Diuin. Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & uino, confuſa & perturbata cernimus. Dicitur et Nunc nuper, pro Non ita pridem. Teren. in Eunuc. Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit. Quo in loco, teſte Donato, Nunc adiectum eſt tollendæ ambiguitatis cauſa. Eſt enim Nuper ex ijs dictionibus, quas ueteres propter ambiguitatem cum adiectione præferebant.

NVNCIO, as, uel potius Nuntio per t, {*Nonciare, annonciare*} (ἀπαγγέλλω) nuncio ſignifi. o. Teren. in Hecy. At iſtos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant. Plautus Capti. Nunquid aliud uis patri nuntiari: Cicero ad Brutum: Ita enim Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritus metu, fracto animo, fugiſſe Antonium. Huius compoſita ſunt, Annuntio, (προσαγγέλλω) quod eſt, alicui nuntium porto. Denuntio, (ἐπαγγέλλω) manifeſtè nuntio. Col. Sin autem cœli ſtatus frigidus & pruinoſus hyemis uiolentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. Enuntio, (ἐξαγγέλλω) extra nuntio, manifeſto. Salu. in Catil. Properè per Fulujam dolum Ciceroni, qui parabatur, enuntiat. Prænuntio, (προαγγέλλω) antè nuntio. Terentius in Phormio. Abi prænuntia hanc uenturam. Pronuntio, (προφέρω) profero: unde Pronuntiatio, prolatio: de qua auctor ad Herẽ. lib. 1. Pronuntiatio, eſt uocis, uultus, geſtus moderatio cum uenuſtate. Et Pronuntiare, (ἀποφαίνεσθαι, ἀπαγορεύειν) eſt decernere: à quo Pronuntiatũ ſtatutũ. Obnuntio, (κατεπαγγέλλω) contra aliorum uoluntatem, ſeu malum nuntio. Teren in Adel. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia: Primus porrò obnuntio: ægrè ſolus, ſi quid ſit, fero. Dona. Qui malam rem nuntiat, obnuntiat. Obnuntiare enim dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, ſæuumq; uiderint. Cicero pro Seſtio: Quumq; auſpicijs religionis pareret, obnuntiaret, qđ ſenſerat. Suetonius in Cæſare: Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Renuntio: de quo alibi.

NVNCIATIO, onis, {*Annonciatione*} (ἀγγελία) ipſe denuntiandi actus. Cicero. 2. Phil. Nos enim nuntiationem ſolam habemus, Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem.

NVNCIVS, cij, uel potius Nũtius, {*Meſſo, meſſaggiero, nontio*} (ἄγγελος, ἀγγελία) qui nuntiat, & quod nunciatur. Ver. 2. Aen. Et nuntius ibis Pelidæ genitori. Nuntio prætoris accerſitus, Cic 6. Verr. Nuntium remittere uxori, pro, repudiare uxorem. Cic. ad Att. lib. 1. Deinde ex Senatuſconſulto Conſules rogationem promulgaſſe: uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Nuntium remittere uirtuti pro eo quod eſt, uirtuti uale dicere, & ab ea deficere. Idem ad Caſſium: Iam biennium, aut triennium eſt, cùm uirtuti nuntium remiſiſti. Nuntius, quod nuntiatur. Plau. in Sticho. Cuius præcucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem. Legitur etiam Nuntium in neutro genere pro re, quæ nuntiatĩ. Catul. de Berecyntia: Geminas deorum ad aures noua nuntia referens. Nuntia, æ, fœmi. gen. Ci. 1. de Legib. Nuntia uirgo Iouis mutanda uiſa figura. Ouidi. Epiſt. 6. Cur mihi fama prior, quàm nuntia litera uenit. A' nuntius ſit internuntius, (διάκτορος) qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum. Vide ſuo loco.

NVNCOREVS, Soſtridis filius: qui obeliſcum illum, qui poſtea Romæ ſitus fuit in Vaticano, curauit excidendum. Auctor Pl. lib. 36. cap. 11.

NVNCVPO, as, pen. corre. {*Nominare appellare,*} (χρηματίζω, ὀνομαστὶ καλῶ) nomino Liuius lib 1. Quem Iulum eundem Iulia gens auctorem ſui nominis nuncupat: Varro in Medo. Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine. Cic. 2. de Nat. deorum: Itaq; tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: ut cùm fruges Cererem appellamus. Nuncupata uota dicuntur, quæ Conſules & Prætores: quando in prouinciam proficiſcuntur, faciunt Nuncupare uota, eſt alicui diuorum uota polliceri & deſtinare. Plin. in Panegy. Quo maiore fiducia ijſdem illis uotis, quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro, & obteſtor, ſi bene rempub. ſi ex utilitate omnium regit. Cic. 3. Philip. Neglectiſq; ſacrificijs ſolennibus, ante lucem ea uota, quæ nunquam ſolueret, nuncupauit. Nuncupare teſtamentum, eſt uiua uoce ſupremam uolũtatem declarare. Plinius lib. 14. ca. 22. Alij teſtamenta ſua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituraſq; per iugulum uoces non continent. Inde Nuncupatiuum teſtamentum dicitur, quo teſtator uiua uoce, quæ poſt mortem agi uelit, declarat. Et nuncupatus hæres dicitur, qui uoce teſtatoris hæres pronunciatus eſt: differtq; ab hærede ſcripto: de quo uide Iuſtinianum Inſtitut. de Teſtamen.

NVNDINA, næ, Romanorum dea, à nono die naſcentium dicta, qui & Luſtricus dicitur. Erat autem Luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur. Is autem erat in maſculis nonus, in puellis uerò octauus. Vide Macrobium libro primo Saturnal. cap. 16.

NVN-

NVNDINAE, arum, pen. corr. {*Fiere, mercati. Boc. Portare mercantie alle fiere di Puglia*}(πανήγυρις) à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ. Inſtitutę autem eo cõſilio perhibentur, ut, ruſtici octo diebus in agris rſſent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, legum accipiendarum cauſa: & ut ſcita atq; conſulta frequentiore populo referrentur, & trinundino propoſita, à ſingulis, atque uniuerſis facile noſcerentur. Vnde etiã mos tractus, ut leges trinundino die (τρίτη, ἐκκλησίᾳ apud Athen.) promulgarentur. Cic. cõtra Rullum pro lege Agr. Illi Capuam, nundinas ruſticorum, horreum Campani agri eſſe uoluerant. Col. lib. 11. cap. 1. Villicus non urbem, non ullas nundinas niſi uendendæ, aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequentauerit. Dicitur & Nundinum, neutro genere. Liuius: Poſtquam uero comitia Decemuiris creandis, in trinum nundinũ indicta ſunt. Sic enim legunt nonnulli: caſtigatiora tamen exemplaria habent Trinundinum. Trinundinus autem dies, uel Trinundinum, ſiue Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè ſolebat, ut notior eſſet uniuerſis.

NVNDINALIS, le, {*Che ſi appartiene alli mercati*} (πανηγυρικὸς,) quod pertinet ad nundinas. Plautus in Aulu. Coquus ille nundinalis eſt in nonũ diẽ ſolet ire coctum.

NVNDINARIVS, a, um, (πανηγυρικὸς,) quod ad nundinas pertinet, uel quod nundinis deputatum eſt. Plin. lib. 12. cap. 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. Idem li. 8. ca. 51. de Suibus: Quia & duces in urbe forum nundinarium, domosq; petere dicunt.

NVNDINATOR. (καπηλευτὴς) qui nundinas frequentat. Feſtus: Nundinas ruſtici conueniebant mercandi & uendendi cauſa, tunc; nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

NVNDINOR, aris, {*Vendere in publico, uendere al mercato*} (καπηλεύω, ἀγυρτάζομαι) palam uendo, ſicut in nundinis fit: & re aliqua ad queſtum abutor. quod & Nundino, as dicitur. Iulius Firmicus libro. 6. Matheſeos: Quæſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem inuitabit, & filium. Apuleius: Toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur, καπηλεύοντας δίκας. Sueto. in Tito Veſpa. Suſpecta & rapacitas, quod conſtabat in cõcionibus patris nundinari, præmiariq; ſolitum: deinde propalam alium Neronem, & opinabantur & prædicabant. Cic. ſæpius Nundinam pro emptitare utitur, ut in Verr. Ab iſto pueri annorum ſenum, ſeptenũq; denum Senatorum ordinem nundinati ſunt.

NVNDINATIO, onis, (καπηλεία) ipſe nundinandi actus. Ci. de Lege Agr. Hanc uos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Nundinatio hominum, Idem Ver. 4.

NVNQVAM, {*Mai*}(μήποτε, οὐδέποτε) nullo tempore: à quo Nõnunquam, quod ſignificat aliquando. Plau. in Mercat. Nunquam ædepol quiſquam illam habebit potius, quam ille, quem ego uolo.

NVNQVAM NON, {*ſempre*}(ἀεὶ πάντοτε) ſignificat ſemper. Suet. in Tybe. Turbatiore coelo nunquam nõ coronam lauream ceruice geſtauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

NVNQVANDO, (μήποτε) pro eo quod eſt, num aliquando. Et habet accentum in antepenul. ſicut Aliquando. Ci. de Amic. Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, Nunquando amici noui nõ indigni amicitia, ueteribus ſint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere ſolemus.

NVNQVIS, nunquã, nunquod, uel nunquid, (μήτις,) idem eſt, quod num aliquis. Terent. in Eunu. Nunquid uis? Ibidẽ. Nunquis hic eſt? nemo eſt, nunquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt. Pro eodem etiam aliquando legimus Nunquiſnam, & in neu. gen. Nunquidnam: præſertim apud Comicos, Teren. in Andria: Ehodum dic mihi: nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

NVNTIO, as, are, Vide Nuncio.

NVO, nuis, (νεύω) cum ſuis compoſitis, uide in dictione Abnuo.

NVPER, {*Di nuouo, poco fa, pur hora*} (νεωστὶ, ἀρτί, ἀρτίως,) aduerbium, idem eſt quod Non longo tempore, hoc eſt, ante paucos dies, uel menſes. Verg. 2. Eclog. Nuper me in littore uidi. Boethius: Hoc autem quod nuper diximus. Quandoq; de longiore tempore dicitur. Cic. 2. de Diuin. Neq; ante philoſophiam patefactã, quę nuper inuenta eſt, hac de re communis uita dubitauit. Hinc Nuperrime ſuperlatiuum, hoc eſt recentiſſimè.

NVPERVS, a, um, {*Di nuouo*}(νεώτερος, νέος,) quod recens eſt, quod nuper fuit. Plau. Cap. Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

NVPSIA, (Νυψία) oppidum eſt ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

NVPSIS, oppidum eſt Arabiæ, Nomadibus proximum: de quo Plinius libro ſexto, cap. 100.

NVPTIALIS, & hoc le, {*Nuttiale*}(γαμικὸς) quod ad nuptias pertinet: ut, Nuptialis thalamus, Nuptialis coena. Plau. in Curc. Nobis omnibus Tu ut hodie adueniens coenam des ſororiam: Hic nuptialem cras dabit. Nuptialis nox, Liu. 1. ab Vrb. Nuptiales faces, & Nuptialia dona, Cic. pro Cluen. Hinc fit Nuptialiter, (γαμικῶς) aduerbium, quod ſignificat more nuptiarum.

NVPTIÆ, arum, {*Nozze*}(γάμος) coniunctio maris & fœminæ, conſortium omnis uitæ, & diuini & humani iuris communicatio. Proprie tamen dicũtur ceremoniæ, & hilaritates in ducendis uxoribus: ita dictæ procul dubio à nubendo, quod proprie ſignificat uelo, uel tego. Sed quoniam noua nupta dum uiro tradebatur, flammeo præ pudore caput obuoluebat, (ut teſtatur Lucan. li. 2. Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos uelarũt flammea uultus.) factum eſt ut Nubere accipiatur pro tradi uiro & Nuptiæ pro maris & fœminę coniunctione. Cicero pro Cluentio: Nuptiæ plenæ dignitatis plenæ concordiæ.

NVPTA, æ, ſubſtantiuum, {*Spoſa*}(γαμετὴ) quæ nupſit: unde Nouam nuptam dicimus, quæ iam recens uiro tradita eſt. Catullus in Epithalamio Mallię: Prodeas noua nupta, uenit dies. Teren. Adel. Et, noua nupta eadem hæc diſcet.

NVPTVRIO, ris, pen. cor. {*Deſiderar di maritarſi*,} (γαμησείω,) nubere cupio. Apuleius in Apolog. Ea ſi claro nupſiſſet homini ruſticano, unde crepito ſeni, ſponte eam diceres ſine ulla magia iam olim nupturiſſe.

NVPTVS, a, um, participium, {*Maritato*,} (γεγαμημένος.) Cicer. pro Seſtio. Seſtius C. Albini filiam duxit, ex qua hic eſt puer, & iam nupta filia. Idem 6. Ver. Mulier nupta uni, propoſita omnibus. Nupta uerba, hoc eſt, obſcœna, & laſciuiora, qualia ſunt mulierum, quæ uiro traditæ uerecundiam dedidicerunt: ea autem uirgines nequaquam decent. Plau. in Dyſcolo, referente Feſto: Virgo ſum, nondum didici uerba nupta dicere. Huius antitheton eſt, innupta, (ἄγαμος,) quæ nondum accepit uirum. ut, Innuptæ puellæ, apud. Vergilium. 2. Aeneid.

NVPTVS, huius, nupti, {*Spoſo marito*}(ὁ γέμεας) nuptę maritus: quamuis raro ſit in uſu, niſi apud ueteres, ut apud Plautũ in Caſ. Libet Chalinum quid agat ſcire nouum nuptum. Id eſt, maritum, ut exponit Priſcianus.

NVPTVS, ptus, {*Il maritarſi, maritaggio*} (γάμησις) pro ipſo nubendi actu. Vnde dicimus Nuptui dare, uel Nuptui collocare, συνοικίζειν. Cæſar. 3. Belli Gall. Et ſorores ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe. Plinius de uiris illuſtri. En die Numantini forte ſolenni nuptui filias iocabant.

NVRSIA, urbs Antiqua Sabinorũ, ex qua Q. Sertorius, uir rei militaris ſcientiſſimus ortus eſt. Vergil. 7. Aene. Quos frigida miſit Nurſia & Hortinę claſſes, populiq; Latini. Vbi Seruius Frigida Nurſia, uel quia reuera talis eſt, uel frigidam dixit, quaſi uenenoſam, & nocentem. Gracchi namque ubiq; in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellauere, ſcimus autem Vergilium amare hiſtoriarum rem per trãſitum tangere. Hæc ille. Huius oppidi incolæ dicti ſunt Nurſini, quorum meminit Pli. lib. 3. cap. 12. Nurſinus, a, um, adiectiuũ. Martial. lib. 13. Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

NVRVS, {*Nuora*} filii uxor. Cic. 2. Philip. Reiecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum, ſequebatur. Poetæ Nurum ſæpe pro ſexu tantum ponũt. Ouidius. 2. Metamorpho. Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinus. Id eſt, fœminas Latinas.

NVSQVAM, {*In niun luogo*}(οὐδαμοῦ) aduerbium loci eſt, idem ſignificans, quod in nullo loco. Terent. in Eunuch. Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Nuſquam gentium, id eſt, nuſquam omnino. Teren. in Adel. Næ ego homo ſum infelix, primum fratrem nuſquam inuenio gentium.

NVSQVAM NON, {*In ogni luogo*}(πανταχοῦ) ſignificat ubique: Nõnuſquam alicubi.

NVTO, as, (νευστάζω) frequentatiuum eſt a Nuo, quod proprie eſt, frequenti capitis inclinatione aliquid ſignifico. Plau. in Aſi. Nec illa ulli homini nutet nictet, annuat. Accipitur & pro uacillare, & ruinam minari. Ci. 6. Verr. Illud ſignum interea nutabat, cum uectibus ſubiectis conarentur ſubmouere. Transfertur & ad animum, ut idem fere ſit quod hærere, & dubitare, in quam potiſſimum partem te inclines. Cicero. 1. de Natura Deorum. Democritus nutare uidetur in natura deorum.

NVTRICO, as, pen. prod. {*Nodrigare, nodrire*}(τρέφω, τιθηνέω) idem ſignificat quod nutrio. Plau. in Mercu. Nec pecus ruri paſcere, nec pueros nutricare. Nutricor, aris, deponens, idem ſignificat. Cic. 1. de Natu. deor. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor eſt mundus: omniaq;, ſicut membra ſua, & partes ſuas, nutricatur, & continet. Colu. lib. 8. protulit paſſiuẽ: Nam ſuburbanus (inquit) lactens porcus aere nutricandus eſt. Var. 1. de Re ruſt. cap. 23. Quod ea ſole nutricantur. Nutricatio, onis, τιθήνησις. Gell. libro. 12. capite primo. Ne ad dolores, quos in enitendo tuliſſet, munus quoque nutricationis graue ac difficile accederet.

NVTRICATVS, us, ui, {*Nodrigatione*} idem quod nutricatio. Var. 1. de Re ruſt. cap. 47. Contra herba in pratis ad ſpem fœniſeciæ nata, non modo nõ euellenda in nutricatu, ſed etiam non calcanda.

NVTRIO, tris, triui, uel trii, ſecundum Priſcianum. {*Nodrire*}(τρέφω) educo, alo. Plin. lib. 11. cap. 40. Balænæ, uituliq; mammis nutriunt fœtus. Inuenitur etiam Nutrior, tam deponens, quàm paſſiuum. Verg. lib. 2. Geor. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam. id eſt, nutrito, uel nutrias. Colum. lib. 12. capi. 30. Et Nutritum uinum operimus, atq; oblinimus. Nutritor, oris, (τροφεὺς) qui nutrit. Stat. 10. Theb. Vertice ſic Pholoes uolucrum nutritor equorum Lętatur, &c. Sueto. de claris grammatic. M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, & à nutritore ſuo manumiſſus.

NVTRIMEN, inis, {*Nodrimento*}(τροφὴ) idem quod Nutrimentum. Oui. 15. Meta. naturæq; ſuum nutrimen deerit edaci.

NVTRIMENTVM, ti, {*Nodrimento. Pet. Cui nodrimento à poco à poco manca*}(τροφὴ) alimentum: hoc eſt, ut medici definiunt, quicquid ſubſtantiam noſtram augere poteſt. Tranſumitur & ad res inanimatas. Cic. in Ora. Sed quę educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. Accipitur & pro ipſa nutritione, ſiue educatione. Suet. in Calig. Quantum per hęc nutrimentorum conſuetudinem fauore & gratia ualuerit. Id eſt, quod in caſtris educatus ſit, ut ait Budæus.

NVTRITVS, us, idem quod nutrimentum. Pli. lib. 12. ca. 24. Multi ſenectã longam mulſi tantum nutritu tolerauere.

NVTRITIVS, tii, {*Bailo, colui che nodriſce*}(τροφεύς, τροφεὺς,) qui nutrit ſiue qui curam habet infantium, & adultorum, ut uiuant. Cæſar. 3. Belli ciuilis Nutritius eius pueri eunuchus. Eſt & Nutritius, a, um, (τρόφιμος.) Colu. lib. 4. ca. 13. Ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed tenero uelut nutritio ſinu recipiat, & cœleſtes admittat imbres. Nutritia, orum, gene. neutri, numeri pluralis, (τὰ τροφεῖα) merces nutricis, ut in titulo de Variis & extra ordinariis cognitionibus, circa finem.

NVTRIX, cis, {*Nodrice, baila*}(τιθήνη, γυνὴ θηλάζουσα, θηλαζομένη) quæ nutrit. Cic. de Amic. Iſti enim modo nutrices & pædagogi iure uetuſtatis plurimum beneuolentiæ poſtulabunt. Huius diminutiuum eſt Nutricula. Iuuen. Saty. 7. Gallia uel potius nutricula cauſidicorum.

NVTVS, {*Cenno*}(νεῦμα, νεῦμα) & Nuto, tas, (νευστάζω) uide, in uerbo Abnuo

NVX, nucis, uide Nuces, ſuprà.

N ANTE Y.

NYCTALOPS, (νυκτάλωψ) qui noctu cæcus eſt, cũ interdiu clare uideat. Hic etiam Luſcioſi dicuntur à Latinis. Plin. lib. 8. cap. 50. de Iecore caprino Reſtituit ueſpertinam aciem his quos Nyctalopas uocant.

NYCTELIVS, (νυκτέλιος,) unum eſt ex Bacchi cognominibus, tractum ab eo quod nocturno tempore eius ſacra celebrabantur, quæ Nyctelia, (νυκτέλια) dicta ſunt.

NYCTEVS, per duas ſyllabas, (νυκτεὺς) Neptuni fuit filius ex Celæne Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretenſi nympha Antiopam & Nyctimenem ſuſcepiſſe ferunt, ipſumq́; ab hac poſteriore turpi amore adamatum cum eadem nutricis opera ignarum concubuiſſe, ſed ſcelere cognito Nyctimenem occidere uoluit: illa uero fugiens miſeratione Mineruæ in auem ſui nominis uerſa eſt, & in ipſius tutelam ſuſcepta. νυκτιμεὸς enim Græci noctuam ſonat. Vide Ouid. 2. Metamorpho.

NYCTERIS, idis, (νυκτερὶς) ueſpertilionis genus tam minutis pedibus, ut eis carere uideatur. Pli. lib. 11. cap. 47. Qui negant uolucrem ullam ſine pedibus eſſe confirmant & apodas habere, nycterim, & drepanin.

NYCTICORAX, pen. corre. coruus nocturnus.

NYCTILOPS, opis, herbę genus quod alio nomine Nyctegretum appellatur: ita dictum, quod noctu è longinquo fulgeat. Eandem & Chenomycō quidam appellāt, quod ad primum eius conſpectum anſeres ſtatim expauēſcāt. Vide Plin. lib. 21. cap. 12. Sunt qui hanc eandē eſſe putet cum ea, quam chymiſtæ Lunariam appellant, noctu cum luna lucentem.

NYCTIMENE, (νυκτιμεὸνη) filia Nyctei, ex Amalthea Cretenſi nympha, quæ nephando patris ſui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit: tandemq́; agnita, cū pater eam uellet occidere, fuga ſe ſubduxit: imploratoq́; Mineruæ auxilio, transformata eſt in auem ſui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur. Græci etiam γλαῦκα appellant. quæ etiam nunc ſceleris ſui conſcia, lucem fugit, nec niſi noctu uolat. Ouid. 2. Metam. An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon. Non audita tibi eſt patrium temeraſſe cubile Nyctimenē? auis illa quidem, ſed conſcia culpæ Conſpectum, lucē q; fugit, tenebriſq́; pudorē Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

NYCTORIX, babyloniorum regina, maximi animi mulier, & quæ ipſam Semiramidem ſolertia longè ſuperauit. Vide Herod. lib. 1. tamen hæc non Nyctorix, ſed Nitatis appellatur.

NYMPHA, {*Spoſa, muſa. Pet. O nimphe & uoi che'l freſco herboſo fondo*} (νύμφη) Latine ſponſa. Sed putauerunt antiqui Nymphas quarum deas eſſe, quaſi lympharum numina: quāuis etiam latius Nymphę nomē accipiatur pro montium deabus, quas Oreades uocant: & pro iis, quæ arboribus & ſyluis putabantur præſidere, quas Dryades uocabant, & Hamadryades, & Napæas. Veteres Græci Nympham dicebant, quam nos mutatione unius literæ lympham, hoc eſt aquam. Nymphæ Libethrides Muſæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Muſis conſecrato. Ver. 7. Eclo. Nymphæ noſter amor Libethrides. Dicuntur & nymphæ apes, quum primū formam cęperint habere. Pli. li. 11. c. 16. de apibus loquens: Gallinarū modo incubant. Id quod exclusum eſt, primū uermiculus uidetur candidus tranſuerſus, adhærenſq; ita, ut paſcere uideatur. Rex ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neq; uermiculus ſed ſtatim pennigeр. Cætera turba cum formam capere cœpit, Nymphæ uocantur: ut fuci, ſirenes, atq; cephenes.

NYMPHA, (νύμφη) à rei anatomicæ peritis uocatur caruncula in muliebribus pudendis bifariam prominens, quem Colliculum Latini appellāt: cuius uſus eſt, colli orificium tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc carūculam Aegyptii in uirginibus ſolent excidere. Vide Galenum lib. 15. de Vtu partium.

NYMPHÆA, æ, (νυμφαία) inſula eſt iuxta mare Adriaticum, in qua Calypſo dicitur habitaſſe. Gentile eſt Nymphæus, νυμφαῖος. Stepha.

NYMPHÆA, æ, (νυμφαία) herbæ genus eſt, in paludibus naſcens, & aquis ſtagnantibus: unde & nomen accepit, teſte Dioſcoride libro. 3, cap. 149. quod ſcilicet aquoſis locis gaudeat. Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quod nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata.

Eſt & altera nymphææ ſpecies, cuius flos Blephara dicitur, foliis ſuperiori ſimillimis, radice alba, ſcabra, flore luteo, nitente, & roſę ſimili. Auctor Dioſcorides libro. 3. cap. 150.

NYMPHÆVM, phæi, {*Bagno*} (λουτρὸς) idem eſt, quod lauacrum, uel balneum. Plin. libro. 32. ca. 11. Eumq; ſeruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. Iulius Capito. Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædā nymphæa, & balneas. Ioſephus ſcribit Herodē apud Aſcalonem conſtituiſſe nymphæa, id eſt, lacus & balneas.

NYMPHÆVM, (νύμφαιον Stephano,) oppidum eſt in Taurica regione, non procul à Boſphoro Cimmerio, iuxta Panticapæum, & Theodoſiam, portum habens utiliſſimum, teſte Strabone lib. 7. & Plinio libro. 4. cap. 12. Eſt item Nymphęum locus quidam in ea Macedoniæ parte, quæ mare Adriaticum ſpectar, non procul ab Apolloniatarū finibus, petram habens ignem uomentem, cui ſubſunt fontes, qui aqua tepida, bituminēq; ſcatent. Auctor Strabo libro ſeptimo.

NYMPHÆVS, (νυμφαῖος) Italiæ fluuius eſt iuxta Velitras, non procul à Circeis in mare influens. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

NYMPHAS, adis, (νυμφὰς) locus eſt Arcadiæ, cuius incolæ uocantur Nymphaſii. Stephanus ex Pauſania.

NYMPHODORVS, (νυμφόδωρος) medici inſignis nomen, cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 10.

NYSA, (νύσα,) urbs eſt in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina eſt, apud quam (ut Diodorus ait) Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nyſæus. (νυσαῖος, νυσεὺς) dictus eſt, ac Dionyſius, à Ioue ſcilicet & Nyſa nomine accepto. Nyſa etiam ciuitas in India eſt à Libero patre (ut refert Strabo libro. 15.) condita, carminibus poetarum celebratiſſima: ſita ſub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. Alia eſt Nyſa in Bœotia, apud Homerum, in Catalo. nauium, quam tamen in caſtigatioribus exemplaribus Niſſam uidemus appellari: Alia in Caria apud Plinium libro quinto, capite. 29. Eſt item uicus in Helicone, apud Stephanum, Baccho ſacer. Item oppidum Eubœæ, apud eundem, in cuius agro fabulantur eodem die & uites florere, & uuas matureſcere. Ptolemæus præter has duas alias, eiuſdem nominis urbes commemorat, quarum alteram, in Lycia, alteram in Ionia collocat. Plin. lib. 8. cap. 39. Nyſam Indię montem eſſe tradit, iuxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem feruntur excreſcere.

NYSÆA, pro Indiæ oppido, lege Nyſa. Pro emporio autem, ſiue portu Megarenſium, uide Niſæa.

NYSIA, (quod hic pro hederæ genere corruptè legebatur) uide Dionyſia.

NYSEVS, (νυσεὺς) diſſyllaba dictio, Bacchi cognomen eſt. à Nyſa Arabiæ oppido, ubi ferunt eſſe educatum. Ouid. lib. 4. Metamor. Additur his Nyſæus indetonſusq́; Thyoneus.

NYSIRVS, Vide Niſyrus.

NYSSA, {*Moſſa*} (νύσσα) per geminum ſſ, repagulum unde curſores mouentur, ἀπὸ τοῦ νύσσειν, quod inter cætera ſignificat pungere: propterea quod illic inciperent equos calcaribus urgere. Item ipſa meta, ἀπὸ τοῦ νεύειν, hoc eſt, ab inclinando, quod cum metam attigiſſent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamen uox, ut pleræque aliæ cum in uſu Latinorum non ſit, in Græcolatinum Lexicon potius erāt reiicienda.

DELA LETTERA O.

Quarta lettera tra le uocali, ha nella lingua Italiana due ſuoni. l'un ſtretto & quaſi uicino alla V. come immondo, ſolo ſtolto, foſco, & moltiſſime altre tali. L'altro largo & aperto, come togli e, orma, oſte, oggi, ſciocca, & altre infinite. Queſta lettera in Lingua Italiana per ſe ſola rappreſenta parole intere, & piu ſignificationi. Metteſi per la particella diſgiuntiua che i Latini dicono uel ſiue aut, Pet. O' Amor, ò Madonna, altr'uſo impari. Metteſi per auuerbio di chiamare. In pur ti prego e chiamo. O' Sole. & O' paſſi ſparſi, ò penſier uaghi & pronti. Panſi per auuerbio di deſiderare, & O' pur non moleſto Le ſia'l mio dire. Et coſi O' ſe queſte tue corna foſſin) d'oro. Metteſi per auuerbio di doliganza. O' mondo, ò ciel uolubile. Per auuerbio di marauiglia. O' che dolci accoglienze e caſte e pie.

DELITERA O.

O VARIIS modis poſitum inuenitur. Aliquādo aduerbium uocandi, ut Terē. in Adelph. O' Cteſipho. C. ò Syre, Aeſchinus ubi eſt? Ver. 1. Aen. O' reginam, nouam cui cōdere Iuppiter urbem, &c. Nonnunquam & interiectio eſt, uariis ſeruiens affectibus. Eſt enim aliquando admirādi, ut Iuuenalis: O' qualis facies, & quali digna tabella! Aliquando indignandi. Ci. in Catil. O' tempora, ò mores, ò paterni generis oblite, materni uix memor. Aliquando optati aductus, uut repente perculſi. Teren. O' ſalue, ò Pamphile. Verg. 4. Aene. Adſis, o placiduſq́; ueni. Interdum eſt interiectio dolētis. Cic. O' me miſerum, ò miſelice, ὦ τῆς δυστυχίας τῆς ἐμῆς. Exprimit nōnunquam exultantis affectum. Teren. And. O' factum bene. beaſti. Aliquando exclamantis. Terent. in Phor. O' audaciam, etiam me ultro accuſatum aduenit. Aliquando irridentis. Cic. de Amic. O præclaram ſapientiam: ſolem enim è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt. aliquando ponitur pro utinam. Verg. Eclo. 2. O' tantum libeat mecum tibi ſordida rura, Atq; humiles habitare caſas. Aliquando utrunq; coniungimus: ita tamen, ut O' præcedat, Vtinam ſequatur. Oui. in Epiſt. Penelop. O' utinā tunc cum Lacedæmona claſſe petebat Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Iungitur quoq; ei particula Si, et dicimus O' ſi, et eſt deſiderantis, idē ualens qđ Vtinam. Ver. 11. Aen. Quāquam ò ſi ſolitæ quicquam uirtutis adeſſet: &c. Tacetur quandoq; ò, quum accuſatiuo iungitur. (Nam & nominatiuo & uocatiuo iunctum legimus, ut patet ex ſuperioribus exemplis) ut apud Plin. Iuniorem: Hominem te patientem, ac potius durum, ac pene crudelem. Et (ſicut docet Donatus) maioris ſtuporis eſt hoc modo pronuntiatum, et quandoq; melius ſonat. Teren. in Eun. Hominem pediatum miſerumq́;, & illum ſacrilegum.

OATARICA, {*Bottarghe*} (ὠὰ ταρίχα) dicuntur mugilum oua, ſale condita ὠὸν enim eſt, quod nos Ouū dicimus, interpoſita u, euphoniæ cauſa, ταρίχον) ſalſum dictum, ταριχεύω, ſeruo, condio, liquefacio, ſicco.

OANVS, ni, (ὄανος) Lydiæ oppidum, apud Stephanum.

OASIS, (ὄασιν) oppidum in deſertis Libyæ, ſeptem dierum itinere à Thebis diſtans, quod Herodoti ætate à Samiis tenebatur, ut ipſe refert lib. 3.

OAXIS, (ὄαξις) fluuius Cretæ inſulæ, ab Oaxe Apollinis filio ſic uocatus. unde & Oaxia tellus. Cræta appellatur. Verg. Eclo. 1. Pars Scythiam, & rapidū Cretæ ueniemus Oaxem. At Seruius putat eſſe fluuium Meſopotamiæ, cretoſum uehementem limum: unde à Poeta rapidum cretæ putat appellatum. Quę tamen interpretatio à doctioribus omnibus merito reiicitur.

OAXVS, (ὄαξος) ciuitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acalide filia nepote uel à ſitu loci, quod crepidines Græci ἄξους uocēt. Herodotus quoq; lib. 4. Oaxum urbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnauit, qui Cyrenen Libyæ urbem ædificauit.

O ANTE B.

OB, {*Per, per cagione*} (διὰ ὑπὸ) præpoſitio ſeparari & componi poteſt. Separata cauſalis coniunctionis locum tenet, & ſignificat propter. Verg. li. 11. Cuius ob auſpicium infauſtum, moreſq; ſiniſtros. Teren. in And. Ego pretium ob ſtultitiam fero. Plau. in Aſi. Itaq; ob aſinos relatum pretium Sauriæ? Pretium ob ſtultitiam, uel ob aſinos. i. pretium aſinorum, uel ſtultitiæ: ut Donatus. Apud ueteres & pro Ad, ponebatur. Ennius apud Feſtum, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Cic. Papyrio Pæto: Cuius ob os Graiis ora obuertebāt ſua. Sic dicebant Obire, pro adire: Obmoueo pro admoueo: Obiacent, pro adiacēt, & complura hoc genus. Aliquando ponitur pro ante. Plau. in Mil. Nūc demum experior, ob oculos caliginē Prius mihi obtigiſſe. Compoſita quādoq; ſignificant contra, (ἀντί) ut Oppugno, Obiicio. Quāq; circum: ut Obambulo, Obſideo. Quandoq; ſuper, ſiue corā, ſiue obuiam: ut Obuenio. Quādoq; Ad ut Obeo. Dicimus enim, Iſte obiuit mortē: hoc eſt, iuit ad mortem. Componitur aūt cum uerbis incipientibus ab a: ut Obaudio: cū c, ut Occūbo: d, ut Obduco:

duco:e ut Obeo:f ut Offero:g,ut Oggannio:h,ut Obherbeſco:i ut Obiicio:l, ut Oblitero:m,ut Obmuteſco:n ut Obortor:o,ut Oborior p,ut Oppugno:q,ut Obquinisco:r,ut Obruo:ſ,ut Obſto:t,ut Obtineo:u,ut Obumbro. Sed quoties uocalibus iungitur,uel d l,n,r,ſeruatur b,integra. Cum c,mutatur b,in c,præterquã in Obſcurus,& Obſcœnus:in quibus duobus b ſeruatur,& ſ, additur poſt b. Cum aliis literis mutatur b,in ſequentem literã:ut Offero,Offendo, Opportunus , Oppono. Excipitur Omitto,quod abiicit b:nam perpetuo apud poetas corripitur. Horat.de Arte: Pleraq; differat,& præſens in tempus omittat. Obmuteſco ſeruat utranq; compoſitionis partem integram. In Operio, & compoſitis Adoperio,& Cooperio abiicitur b. De t,litera antè diximus. In iis quæ à t , incipiuntur,ſeruatur b,ut Obtrudo.

OBACERO,as,pen.corre.(παρεγχλίω)auctore Feſto,idem eſt quod obloqui,atq; alterius ſermoni obſtrepere. Sumptum uidetur ab acere frumenti purgamento, quod Græci uocant ἄχυρον.

OBACERBO,bas.(πικραίνω,)idem quod exacerbo. Feſtus.

OBÆRATVS,a,um,{Debitato,indebitato}(ὑπόχρεως,κατάχρεως)cum æ, diphthõgo:dicitur,qui ære accepto iam obligatus eſt,quaſi ære alieno aſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. Cæſ.lib.1.Comment. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat,eodem conduxit.

OBAMBVLO,as,{Paſſeggiare}(περιπατῶ)idem quod deambulo, ſiue huc illuc ambulo. Oui.2.Triſt. Cum ſolus obambulet ipſe. Sæpe etiam idem quod circumeo,circumambulo,(περινοςῶ,περιέρχομαι)& ſic ferè accuſatiuo iungitur. Ouid.14.Metamor. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam. Vergil.lib.3.Georg datiuo iunxit: Non lupus inſidias explorat ouilia circum Nec gregibus nocturnus obambulat. Vbi Seruius exponit Obambulat,pro Inſidiatur. Liu.6.Bel.Maced. Obambulare muris,ut facilè noſceretur ab Aetolis cœpit. Aliquando accipitur pro una iunctimq; ambulare. Sueton.in Tyber. Et ſecretum petenti,nõ niſi adhibito Druſo,filio,dedit,dextramq; obambulanti,ueluti incumbens,quoad peragere tur ſermo,continuit. Eſt item Obambulare, interprete Feſto,aduerſus alios ambulare,& quaſi ambulanti ſe opponere.

OBARENI,(ὀβαρηνοί)Armeniæ populi,non procul à Cyro fluuio: quorum meminit Stephanus.

OBARESCO,(περιξηραίνομαι)circunquaq; areſco.

OBARO,as,{Biſarare}(περιαρόω)circum aro,uel arando excolo. Liu.3.Bell. Pun. Et cũ hoſtes obaraſſent,quicquid herbidi terreni extra murum erat , raporum ſemen inſeuerunt.

OBARMO,as,are.{Armare}(ὁπλίζω)idem quod armare. Horat.4.Car. Ode 4. Quibus Mos unde deductus per omne Tempus Amazonia ſecuri Dextras obarmet,quærere diſtuli.

OBATER,adiect.)ὑπόμελας)quodammodo ater,& ueluti ſubater. Pli.lib. 18.cap.35. Naſcens Luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget.

OBAVDIO is,(παρακούω)à nonnullis uſurpatur pro non audio:cuius tamẽ ſignificationis nullum idoneum ex aliquo ueterũ profertur teſtimonium. Olim Obaudio idem ſignificabat quod hodie obedio: quod & aperte docet Feſtus, qui Obedio interpretatur per Obaudio. Neſtor non contemnendus Grammaticus auctor eſt, Obedio dictum eſſe ab Obaudio,au,in e,commutato. Vide pluta in uerbo Obedio.

OBBA,poculi genus,auctore Nonio,uel ligneum,uel ex ſpartho à uerbo Obbibo(ut quidam putãt)appellatam:quo uerbo etiam Cic. uſus eſt pro ſimplici Bibo. Vel ut alij malunt,à Græco ὤβη,quod tribum, ſiue turbam ſignificat. (ὅτι τῆ τύρβῃ πίνει ἐν συμποσίοις ἐξ αὐτοῦ.) Varro in Epiſt .ad Marullum: Vtrum meridie,an ueſperi libentius ad obbam accedas. Perſius Sat.5. Veientanumq; rubellum Exhalet uapida læſum pice ſeſſilis obba.

OBBIBO,is,pe.cor.{Beuere}(πίνω) idem quod bibo. Cic.1.Tuſc. Qui cum cõiectus in carcerem,triginta iuſſu tyrannorum uenenum,ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit,ut id reſonaret.

OBBRVTEO,es,(ἀμβλύνομαι)obſtupeo:quod uerbum ab adiectiuo Brutus, ortum traxit,quod olim ſtupidum ſignificabat,teſte Feſto. Afranius: Non poſſum uerbum facere,obbrutui.

OBBRVTESCO,is,ere,{Perdere la ragione}(ἄλογος γίνομαι)brutũ fieri, rationẽ amittere. Lucr.lib.3. An contracta ſuis è partibus obbruteſcat.

OBCÆCO,as,uel,ut alij ſcribunt, Occæco,{Acciecare}(ἐκτυφλόω)idẽ quod ſimplex Cæco. Cic.ad Senatum: Quod ego negotium non ſtultitia obcæcatus,ſed uerecundia deterritus recuſaui. Accipitur & pro obſcurare,Cic.3.de Orat. Narratio obſcura totam obcæcat orationem. Obcæcare foſſas in agro, pro obtegere. Colu.lib.2 cap.7 At ubi ſolutior humus eſt,aliquę fiunt patẽtes, quædam etiam obcæcantur, ita,ut in patentes Ora hiantia cæcarum competãt. Id eſt,deſuper teguntur.

OBDO,dis,{Opporre}((ἐπιτίθημι)ex Ob,& Do,ſignificat , ut inquit Feſtus, oppono. Terent.in Eunuch. Peſſulũ oſtio,obdo. Ponitur & pro claudo. Plau. in Caſ. Forem obdo,ne ſenex me opprimeret.

OBDORMIO,is,{Dormire}(κοιμῶμαι,καθεύδω)idem quod dormio. Cice. 1.Tuſc.de Endymione: Neſcio quãdo in Latmo obdormiuit:nondum,opinor, experrectus eſt. Obdormire crapulam,dixit Plaut.in Moſtel. Vbi , inquit, ſomnum ſepeliui,omnemq; obdormiui crapulam. Hinc Obdormiſco. Cic.1. Tuſc. Quid melius,quã in mediis uitæ laboribus obdormiſcere,& ita conniuẽtẽ ſomno conſopiri ſempiterno?

OBDVCO,is,pen.prod.{Coprire}(ἐπεισάγω, περιπλέω,παραβάλλομαι) operio,tego. Verg.in Moreto: Et cinis obductæ celebat lumina prunæ. Cic.2. de Nat.Deo. Obducunturq; libro,aut cortice trunci ſtirpium,quo ſint à frigoribus & caloribus tutiores. Aliquando ponitur pro detego,aperio. Lucil. Vos interea lumẽ auferte,atq; aulã obducite.id eſt, aperite,ut interpretatur Nonius.

Aliquando pro adduco,admoueo,προσάγω,Nam,ut ſupra docuimus,Ob, in compoſitione idem ualet quod ad. Plaut.in Pſeud. Si hos expugno , facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam. Poſt ad oppidum hoc uetus continuo meũ exercitum Protinus obducam. Aliquando pro inducere ponitur. Cic.4. Acad. Conatus eſt rebus tenebras obducere. Obducere frontem eſt , frontem contrahere,ſiue corrugare. Quintil lib.10.cap.3. Interrogauit quæ cauſa frontis tã obductæ. Obducere diem,dixit. Cic.ad Att.lib.16. Nono,inquit Galen.igitur ad Syriam: ibi tanquam domi meæ ſcilicet:itaq; obduxi poſterum diem,id eſt,conſumpſi,ſiue circum illa loca duxi. Obducere callum dolori,eſt ex perpetua doloris aſſuefactione,res aduerſas æquiore animo pati. Cic.2.Tuſ. Et ipſe labor quaſi callum obducit dolori. Tracta eſt metaphora ab iis, quorũ manus pedesq; ex perpetuis laboribus callis obduruerunt. Illi enim ad ferẽdos labores magis ſunt accõmodati. Hinc Obducto,as,frequentatiuum. Plau.in Merc. Measq; in ædes ſic ſcorta obductarier. Et Obductio , uerbale. Cic.pro C.Ra. Rab. Carnifex uero,& obductio capitis,& nomẽ ipſum crucis abſit,&c. Obductio capitis,id eſt,obuolutio,inquit Budæus.

OBDVLCESCO,ſcis,{Adolcirſi}(περιγλυκαίνομαι) idem fere quod Dulceſco ſimplex, hoc eſt,dulcis fio.

OBDVREO,res,rui,{Indurarſi}(σκληρύνομαι)à quo Obdureſco,durior fio. Cic.Cornifi. Equidem ſic iam obdurui,ut ludos Cæſaris noſtri æquiſſimo animo uiderem,quod eſt,quaſi callum feci.

OBDVRO,as,pen.prod.{Far duro,indurare}(πωρόω,σκληρόω)durum facio. Horat.2.Serm.Saty.5. Perſta,atq; obdura,&c.

OBDVRESCO,is,{Indurarſi}(σκληρύνομαι)idem quod obdureo. Varr.3. de Re ruſt.cap.14. Earum ſemen minutum,ac teſta molli,diuturnitate obdureſcit. Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt , longa doloris aſſuefactione res aduerſas æquiore animo ferre. Ci.ad Att.li.10. Exanimauit omnes qui mecum erant:nam ipſe,obdurui. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cic.ad Cælium lib.2. Obduruit animus ad dolorem nouum. Et cũ præpoſitione Contra,Ci.3.Tuſcu. Obduruiſſeq; ſeſe contra fortunam arbitrantur.

Item ablatiuo cum præpoſitione In. Cic.7.Ver. Iam uerò cùm in eiuſmodi patientia turpitudinis,aliena,non ſua,ſatietate obduruiſſet.

OBEDIO,dis,diui,ditum,{Obedire}(πείθομαι,ὑπακούω)obtempero , pareo, Ci.3.de Legib. Nec uero ſolum,ut obtemperent,obediantq; magiſtratibus,ſed etiam ut illos colant,diligantq; præcipimus. Sumitur & in deteriorem partem.

Idem. Dum autem ipſe dedecori ac turpitudini obedierit,non modo Imperator omnino habendus non erit,&c. Interdum præter datiuum,habet & accuſatiuum,mediante præpoſitione Ad. Cic.pro Cecin. Si ſeruulis noſtris hoc conceſſerimus,ut ad uerba nobis obediãt,non ad id,quod ex uerbis intelligi poteſt obtemperent. Hinc Obediens,entis,participium,((ὑπήκοος,πειθόμενος)Ci. 1.Offic. Appetitum rationi obedientem præbeamus. Migrat interdum in nomen:unde Obedientior & Obedientiſſimus. Liu li.5.tertij Bell.Pun. Et ut imperia uiuorum nemo obedientior me uno fuerit,ita poſt mortem,&c. Plin.li. 16.cap.43. Obedientiſſima quocunq; in opere fraxinus.

OBEDIENTIA,æ.{Obedienza}(ὑπακοή)obſecundatio. Cic.1.Offic. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam,nec rationi parent,cui ſunt ſubiecti lege naturæ.

OBEDIENTER,{Obedientemente}(πειθηνίως)obſequenter. Liui.5.tertij Bell.Pun. Obedienter curatum eſt.

OBELIÆ,(ὀβελίαι)panes erant Baccho ſacri,ita dicti,uel quod obolo Alexandriæ uænirent,uel quòd in ueru torrerentur. Vide Cœl.Rhod.lib.9.cap.16.

OBEDO,is,pe.cor,{Rodere}(περιτρώγω)cõſumo,quaſi circumedo: à quo Obeſus,a,um,quod proprie,teſtibus Nonio & Gellio,accipitur pro gracili,& exili & circumroſo,macilentoq;. Næuius, Corpore,pectoreq; undiq; obeſo,ac mente exceſſo,tardi ingenio ſenis. Aliquando tamen Obeſus,teſte Nonio, & Feſto accipitur pro uberi & craſſo,(πίων)ut ſit Obeſus, quaſi ob edendum factus. Vergil.lib.3.Georg. Argutumq; caput,breuis aluus,obeſaq; terga. Hinc Obeſo,as,(πιαίνω)impinguo. Colum.lib.8.cap.7. Nonnulli tribus aquæ partibus unam boni uini miſcent,madefactoq; triticeo pane obeſant auem. De gallinis.

OBESITAS,atis,{Graſſezza}(πιότης) pinguedo,uel ipſe obeſorum ſtatus,ſiue habitus. Colu.lib.6.cap.24. Ne eas ſteriles reddat nimia corporis obeſitas. Plin lib.8 cap.32. In magna obeſitate. Sueto.in Domi.cap.18. Poſtea caluitio quoq; deformis,& obeſitate uentris,& crurum gracilitate.

OBELISCOLYCHNIVM,(ὀβελισκολύχνιον)inſtrumentum militare, ab uſu gemino,ſcilicet ueruculi,& lucernæ dictum. Eius meminit Ariſt.li.4. de Partib.anim.& 4.Politic.

OBELISCVS,ſci,{Aguglia}(ὀβελίσκος)diminutiuum ab Obelus , magis nomine,quam re:non enim eſt paruus obelus,ſed ſaxum ingens, in figurã metæ cuiuſdam,ſenſim à proceritate in excelſum conſurgens,paulatim gracileſcẽs, ſpecie quadrata,in uerticem productus anguſtum,manu lęuigatus artificis. Viſuntur etiam hodie Romæ aliquot obeliſci,ea figura, qua iã depinximus: unus in Vaticano ſuburbio iuxta ædem Diui Petri, qui omni ex parte adhuc integer eſt:alter iuxta ædẽ D.Rocchi in Campo Martio. Sunt,autẽ Pyramidibus longe minores, Solis numini ſacrati,ut ait Plin.lib.36.cap.8 propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

OBELVS,li,pen.cor.{Spedo,ſchidone}(ὀβελός)Latine dicitur Veru, ſiue Veruculum. A cuius ſimilitudine uirgula quædam,qua adulterina,aut etiam perperam ſcripta iugulamus,& confodimus,à Græcis ὀβελός,à noſtris etiam Veru dicitur:iacet autem ſic. Hac uſi ſunt eccleſiaſtici interpretes,quoties denotare uolebãt aliquid additum in tranſlatione,quod in prototypis nõ haberetur. Hiero.ad Pauli. Origenis ſtudium me prouocauit,qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis admiſcuit,aſteriſco,& obelo opus omne diſtinguens.

Sic dictus,quòd obelo.id eſt,ueru ſit ſimilis,uel quia tanquam ueru,ſuperflua iugulat,& confodit.

OBEO,obis,obij,obitum,{Andare,mori re}(ἐφοδεύειν)idem quod adire. Nã Ob,pro Ad,quandoq; ponitur. Vnde Obire mortem,(τελευτᾶν τὸν βίον)eſt adire mortem. Plau.in Aul. Vbi is obiit mortem qui mihi ad aurum credidit.

Obire morte,quoq; dicimus. Suet.in Aug. Morte obiit repentina,& ſine caſu. Similiter Obire diem dicimus,pro eo quod eſt mori, quaſi adire diem fati. Ser.Sulp.Cic. Nuntiatũ eſt mihi Marcellũ diem ſuum obiiſſe. Pro eodem etiã dicimus Obire,abſolutè. Iuu.Sat.6. Magnus ciuis obit, & formidatus Othonis. Obire uadimonium,(ἀπαρτᾶν πρὸς τὴν ὑποσχέσιν)eſt ire ad uadimoniũ.i. ad diem ſe ſiſtere. Cic.pro Quintio: Vadimonium mihi non obiit quidã ſocius & affinis meus,&c. Vnde Obitum uadimonium. Ibidem: Qua tibi hora uadimonium non ſit obitum,eadem te hora conſilium cepiſſe, &c. Aliquando diem obire,eſt ad ſtatutum diem ſe ſiſtere,& præſentem exhibere. Sueto.in Cæſ. Tanuſius adiicit,Craſſum diem cædi deſtinatum non obiiſſe. Aliquando

exequi, ſiue ſuſcipere (ἀναλαβεῖν) ut, Obeo legationem, id eſt, exequor munus, ſiue officium legationis. Obeo prouinciã, exequor, aut ſuſcipio officium prouinciale. Ci. pro lege Agra. Qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeũt: Liu. 1. ab Vrb. Eum iura redditurum, obiturumq́; alia regis munia eſſe. Aliquãdo pro peragere, ſiue perficere ponitur. Cic. ad Att. lib. 8. Nec uero hęc extrema quiſquam iure poteſt reprehendere, quòd mare non tranſierim: id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. Quandoq; pro circundare. Ver. 8. Aen. Quem fulua leonis Pellis obit totum. Obire, etiam aliquãdo eſt circuire, περιέρχομαι. Verg. 6. Aene. Magnas obeuntia terras Tot maria intraui. Item, Obire, obuiã ſe præbere. (ὑπαντᾶν) unde Obitus pro occurſu. Terent. in Hec. Antiquamq́; adeo tuã uenuſtatẽ obtines, Vt uoluptati obitus, ſermo, aduẽtus tuus, quocunq; adueneris, ſemper ſiet. Donatus: Obitus, occurſus. ὑπάντησις. Obiri, paſsiue. Ouid. 1. Faſt. Hic ubi uirginea campus obitur aqua.

OBEQVITO, as, {Caualcare intorno} (περιελαύνω, καὶ ἱππεύω) circũequito. Liu. lib. 2. Veiens hoſtis, Hetruſciq; eo magis propere agere, laceſſere ad pugnam primò, obequitando caſtris, prouocandoq́.

OBERRO, as, {Errare intorno} (περιπλανάω) circumerro. Pli. li. 17. c. 19. In ſumma tellure oberrant. Oberrare eadem chorda, dicuntur citharœdi, qui eodem inuariatoq́ cantu faſtidium mouẽt auditoribus. Horat. in Arte. Et citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem. Perſius Oberro, pro circumuolo poſuit, quum dixit: Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret.

OBESCO, as, {Inefcare} (δελεάζω) ab Eſca compoſitionem habet quaſi eſca ſarcio. Colu. lib. 8. cap. 7. Nonnulli tribus aquæ partibus unam boni uini miſcent, madefactoq; triticeo pane obeſcãt aues, quæ prima luna (quoniam id quoq; cuſtodiendum eſt) ſaginari cœptæ, uigeſima pergliſcunt. Alij ibi legunt Obeſant: uide Obedo. Ineſco, (δελεάζω) eſt obiecta eſca aues, uel aliud quiduis in prędam allicio: unde per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt, oſtenſa ſpe utilitatis decipio. Vide ſuo loco.

OBEX, cis, {Oſtacolo} (ἐμπόδιον) ab Obiicio, ſignificat cuiuſcunq; rei obiectionem, ſiue obſtaculum, Genitiuum facit Obicis. Poetę tamen, ut priorem, quę natura breuis eſt, produ cant, ſcribunt Obiicis, geminato i. Fuit olim hoc nomen dubij generis, hodie tantum maſculini. Vergil. li. 10. fœminino genere uſus eſt: Ecce maris magna claudit nos obiice pontus. Hinc etiam Peſſulũ ferę in oſtio, (μοχλὸς, κλεῖθρον) Obicem appellamus, auctore Feſto. Plaut. in Merc. Tibi denique iſtę lætitiam pariet obex.

OBFIRMO, as, are, {Affirmare oſtinatamente} (διαβεβαιόομαι) firmũ propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinate in re aliqua perſiſto. Terẽ. in Heauton. Age quæſo, ne tam obſirmes te Chreme. Plaut. in Merc. Amens amansq́, ut animũ obfirmo meum. Terẽ. Hecy. Certum obfirmare eſt uiam me, quam decreui perſequi. Vbi Donatus Obfirmare uiam, aduerſus omnia obſtinatè agere.

Obfirmatus, nomen ex participio. Cice. ad Att. lib. 1. Incredibile eſt, quanto mihi uideatur illius uoluntas obſtinatior, & in iracundia obfirmatior. Obfirmate, aduerbium, pertinaciter. Suet. in Tyb. cap. 25. Ad capeſſendam rem perurgebant, quanquam obfirmata reſiſtentem.

OBGANNIO, (ἀντιλέγω) uide Gannio, & Oggannio.

OBHÆREO, es, {Attaccarſi} (προσκολλάομαι) adhæreo. Suet. in Nerone: Conſurgenti ei primũm lacinia obhæſit.

OBHERBESCO, ſcis, {Eſſere coperto d'herbe} herbis obducor, ex Ob, & Herbeſco. Herbeſcere uero, eſt herbam fieri. Cice. in Cat. Et elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ nixis fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Feſtus: Obherbeſcere, herbam increſcere.

OBIACEO, ces, pe. cor. {Giacere all'oncontra} (ἀντίκειμαι) circum, aut cõtra iaceo, ſiue obſto. Colu. lib. 2. cap. 4. Sed uaſtos cæſpites conuellit, quibus obiacẽtibus, impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Liu. lib. 9. ab urbe: Quũ ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorumq; ingentium obiacente mole inuenere. i. contra iacente. Stat. 4. Theb. Vatũ qua conſcius amnis Gorgoneo percuſus equo, quaq́ obiacet alto Iſthmos.

OBIECTO, as, {Gettar in occhio} (ὀνειδίζω, ἐγκαλέω) frequenter obiicio, oppono, imputo, exprobro. Cicer. in Salluſt. Qui falſum crimen bonis obiectat. Hinc obiectatio, (ὀνειδισμός) exprobratio. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Idq́ ita eſſe cum ex aliorum obiectionibus, tum etiam ex domeſtico iudicio. Interdum ponitur pro expono, παραβάλλομαι. Verg. lib. 4. Et corpora bello obiectãt. Item Obiectaculum, pro obice, & clauſtro, ut ait Budæus. Var. 3. de Re ruſt. ca. 17. In Baiano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiſerit, ut ſuam pecuniam conſumaret, dummodo perduceret ſpecus è piſcinis in mare, obiectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet.

OBIECTVM, cti, {Obietto} (τὸ ὑποκείμενον) philoſophi uſurpabant pro eo quod peculiariter à ſenſu aliquo percipitur. unde colorem uiſus obiectũ uocãt, ſonum auditus, odorem olfactus, ſaporem guſtus, & corpus ſenſibile tactus.

OBIECTVS, a, um, {Oppoſta} (ἀντικείμενος) participium, idem ſignificans quod oppoſitus. Cic. pro Fonteio. Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum. Obiectæ uallo munitiones, apud Liu. lib. 3. ab urb. Interdum idem eſt quod oblatus. Cic. 2. de Fin. Obiecta ſpecie uoluptatis. Obiectus ad omnes caſus periculorum, Cic. Torquato. Obiectus aliquando idem eſt quod exprobratus, improperatus, Cic. pro Cluen. Crimen obiectum non confiteri.

OBIECTVS, ctus, nomen. {Oppoſitione} (προβολή) ſignificat oppoſitionem ſiue obiectionem. Pli. lib. 2. cap. 10. Obiectu terræ Lunam occultari. Vergi. 1. Aen. Inſula portum Efficit obiectu laterum.

OBIICIO, cis, pe. co. {Opporre, metter [illegible]} (παραβάλλω, προτείνω) ante iacio, ante pono, porrigo, offero Colu. lib. 7. Tenerrimam quanq; frondẽ, aut pampinos uitis obiici. i. apponi, uel ante poni. Plaut. Curc. Flos ueteris uini meis naribus obiectus. i. oblatus. Teren. in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opinato prius obiicerem ei domi. id eſt, offerrem, & in eum effunderem. Aliquãdo cõtra iacere, (προβάλλειν) obſtaculum opponere. Cic. pro Fonte. Propugnaculũ hoſtibus oppoſitum, & obiectum. Obiicere ſe, uel caput ſuum periculis, idẽ eſt quod exponere. In qua ſignificatione uariam habet cõſtructionem, ut facile erit uidere in exemplis, quæ iam ſubiungemus. Cic. ad Torquatum ad omnes caſus periculorum obiecti ſumus. Idem pro Archia: Obiicere ſe in impetus hominum quotidianos. Idem pro Domo ſua: Obieci meum caput pro ueſtris ceremoniis. Aliquando infero. Plaut. in Amph. Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. Aliquando repente oſtendo. Claudianus: Extemplo ſeſe mediis obiecit in aruis. Obiicere alicui mentem, eſt in mentem inducere. Liu. 5. ab Vrb. Reſpondit, profectò iratos deos Veienti populo illo die fuiſſe, quo ſibi eam mentem obiecissent, uel excidium patriæ fatale proderet. Obiicere moram, eſt retardare Plau. in Trin. Sed fores hæ ſonitu ſuo mihi moram obiiciunt incommode. Ponitur quandoq; pro exprobrare, (ὑποφέρειν, ὀνειδίζειν) Cice. 6. Verr. Non tibi obiicio, quòd hominem digniſsimum tuis moribus ſpoliaſti. In hac ſignificatione iungitur interdum duobus datiuis. Plin lib. 34. ca. 3. Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius Quæſtor, quòd ærata oſtia habere in domo. Crimini (inquit) obiecit, hoc eſt, crimini dedit. Interdum præter datiuum, ablatiuo cum præpoſitione De. Brutus ad Attic. lib. 11. Epiſt. Cic. Te miramur, cum hæc reticueris, non potuiſſe continere iracũdiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obiiceres. Et cum præpoſitione In. Cic. pro Cluen. Doce, in illorum iudiciis quid præter hoc uenenum Oppianici, non modo in criminis, ſed in maledicti loco ſit obiectum. Obiicere, ut probrum. Cic. 1. Tuſc. Homerum tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum. M. Fuluio nobiliori, quòd is Poetas in prouinciam duxiſſet.

OBITER, pe. cor. {Accidentalmente, à caſo} (ἀδὴ παρέργον, ἐν παρόδῳ) aduerb. ex Ob, & iter, compoſitum, ſignificat incidenter, hoc eſt, præter propoſitũ, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi per iter, & in tranſitu. Pli. in Prolog li. 11. Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas. Et lib. 18. cap. 10. Maior pars Italię nudo utitur pilo, roto etiam, quas aqua uerſet obiter, & molat. Iuuen. Satyr. 3. Atq; obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus. Id eſt, interim.

OBITVS, a, um, pe. co. {Morto} (τετελευτηκώς) participium, ab Obeo, is, cuius etiam retinet ſignificationem. Verg. Morte obita quales fama eſt uolitare figuras. Cic. pro Seſt. Ne uero illorum quiſquam, quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atq; in roſtris collocatos uidetis, &c.

OBITVS, us, nomen, {Morte} (τελευτή) modo mortẽ, ſiue interitum ſignificat. Cic. Attic. Quum de obitu fratris literas accepiſſem. Modo cauſam, δύσις, Verg. lib. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus. Modo aduentum. ἀπάντησις. Turpilius: Et quis eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? Aliquando idem quod occurſus. Vide Obeo.

OBINANIS, & hoc, ane, {Vacuo, uoto} (κενός) idem quod inanis, & uacuus niſi quòd aliquid auget compoſitio. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 4. In his iidem aiunt, cum ad lumen ſuſtuleris, quod perluceat, id eſſe obinane. Docet quomodo cognoſcas, an plena ſint oua, an inania, ſeu uacua.

OBIRATVS, {Corrucciato} adiectiuum, idem quod iratus. Liu. 1. ab Vrbe: Aut fortunæ, ut fit, obirati, cultum relinquerent Deum.

OBIVRGO, gas, {Riprendere} (ἐπιτιμάω) arguo, reprehendo, incuſo, increpo. Teren. in And. Nam ſi illum obiurges, uitę qui auxilium tulit, Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? Iungitur aliquando ablatiuo cum præpoſitione A. Plaut. in Trin. Sed tu obiurgans me a peccatis, rapis deteriorẽ in uiam. Interdum cum præpoſitione De. Cic. ad Att. lib. 2. Quod me quodam modo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas nolim ita exiſtimes, &c.

Aliquando ponitur pro exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cicero obiurgantibus, quòd ſexagenarius Pompiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit.

Transfertur Obiurgare, ad alia. Ci. ad Q. frat. lib. Epiſt. 3. Ea uilla, quæ uiſe eſt, tanquam philoſophia uidetur eſſe, quæ obiurget cæterarum uillarum inſaniam.

Hinc Obiurgito, frequentatiuum. Plaut. in Trin. Rogitas, te'ne obiurgitem?

Obiurgatio uerbale. (ἐπιτίμησις) id eſt, poſt turpe factũ caſtigatio, auctore Feſto. Cic. de Amic. Deinde ut obiurgatio contumelia careat. Obiurgator. (ἐπιτιμητής) aliud uerbale, qui alterum obiurgat. Cic. pro Lege Agr. Nam attendite, quantas conceſsiones agrorũ hic noſter obiurgator uno uerbo facere conetur. Obiurgatorius, adiectiuum, (ἐπιτιμητικός) quod ad obiurgationem pertinet. Cic. ad Att. lib. 1. Vnà cum illius obiurgatoria tibi meam quoq;, quã ad eum reſcripſeram, miſi.

OBIVRO, ras, pen. pro. {Aſtrenger à ſacramento} (ὁρκόω) iureiurando aſtringo, inquit Feſtus, citans locum antiqua quapiam fabula cui titulus erat Penteſilea. Formidabant obiurare. Cic. pro Cælio. Fuit in hac cauſa pertriſtis quidam, patruus, cenſor, magiſter: obiurauit M. Cælium, ſic neminem unquam parens. Ita enim legit Calepinus, ſed corrupte. Ibi enim Obiurgauit legendum eſt, non Obiurauit.

OBLÆDO, {Offendere} (βλάπτω) idem quod lædo. Plaut. in Caſ. Ne oblæſis manum, hoc eſt, ne oblæſeris.

OBLANGVEO, es, {Eſſere languido} (κατατετρύχωμαι, παρακμάζω) idem quod langueo. Cic. ad Tironem, Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt.

OBLATRO, as, {Abbaiare all'oncontro} (προσυλακτέω) circum, aut contra latrare. Et proprie eſt canum, quanquam etiam per tranſlationem pro obloqui ſiue obtrectare (καταλαλεῖν) accipitur: ut apud Siliũ lib 8. Hinc auctus opes linguaq́ rapinæ, intima dum uulgi fouet, oblatratq; ſenatum. Oblatrator, oris, & Oblatratrix, cis, uerbalia. Plaut. Mil. Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

OBLATIONES, {Offerte} (προσφοραί, ἀναθήματα) propriæ dicuntur, quæ diis offeruntur. Veteres Oferrumenta dicebant, teſte Feſto.

OBLECTO, as. {Recreare, dilettarſi} (ψυχαγωγέω, εὐφραίνω) ſignificat recreare. Teren. in Pho. Habebis quæ tuam ſenectutem oblectent. Oblectare ſe, eſt animum paſcere, & recreare. Tere. Hecyr. Dic mihi Philotis, ubi te oblectaſti tam diu? Oblector, aris, deponens, idem quod oblecto. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquam quòd ſine te, cæterum ſatis cõmode oblectabar. Habet autem Oblecto interdum cum accuſatiuo ablatiuum cum præpoſitione Cum. Ci. ad Q. Frat. Oblecta te cum Cicerone noſtro quàm belliſsime. Teren. Adelph. Bono animo eſto: tu cum illa te intus oblecta interim. Habet & ablatiuum poſt accuſatiuum, cumq́; ſine prępoſitione. Cic. de Senect. Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricolatione oblectabant? Teren. Eunuch. Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis. Oblectare otium temporis, eſt tempus otioſum & uacuum à rebus ſeriis traducere in uoluptatẽ. Plin. Epiſt. 79. Inter cœnam oblectamus otium temporis, his iocamur, ludimus, amamus. Oblector hac re, paſsiue. Cicer. ad Cælium lib. 2. In communibus

nibus miſeriis hoc tamen oblectabar ſpecu'a.

OBLECTATIO, onis, {*Dilettatione*} (τέρψις) delectatio. Ci. 4. Aca. Indagatio ipſa rerum cum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. Oblectamentum, ti, idem. Cic de Senect. Satiari delectatione non poſſum, ut meę ſenectutis requietem oblectamentumq; noſcatis. Oblectamen, inis, idem quod oblectamētu Stat. 3. Syl. Nec deſunt variæ circū oblectamina vitę.

OBLIDO, dis, pe. prod. {*Soffocare*} (λυμαίνομαι, πνίγω) ex Ob. & Lædo, ſignificat lædo, ſuffoco, neco. Colu. lib. 5. ca. 3 Ne anguſtiæ foetus oblidant. Tacit. lib. 5. Enim oblidos faucibus, id ætatis corpora in Gemon as obiecta.

OBLIGO, gas, pe. cor. {*Legare intorno rilegare, obligare*} (ἐπιδέω) circumligo. Cur. Ne obligato quidem uulnere, haud ſegnius deſtinata exequitur. Per tranſlationem Obligare, eſt deuincire beneficiis, ſeu debitorē ſuū reddere. ἀπέραν... Ci. Aulo Treb. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus nihil eram. Idem ad Q. frat. lib. 3. Scaurum beneficio defenſionis ualde obligaui. Pli. Epiſt. 96 Obligabis me, obligabis Caluiſium noſtrum obligabis ipſum non minus idoneum debitorem, ꝙ uos putas. Obligare ſe furti, hoc eſt, furti crimen incurrere. Gel. lib 7. cap. 15. Quod cui ſeruandum datū eſt, ſi id uſus eſt, ſiue quod utendū acceperit, ad aliam rem atq; accepit, uſus eſt, furti ſe obligauit.
Obligatio, onis, Cic. ad Brutū: Eſt autem grauior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus pro altero, ꝙ pecuniæ obligatio. Obligās, & Obligatus, participia Senec. de Benefi. li. 1. ca. 4. Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumq; animi certent. Dapem obligatam reddere Ioui. i. promiſſam ac debitam. Horat. 2. Carm. Ode 7. Differunt tamen ſecundum Aſconium Obligatus & Diſtrictus, quoniam Obligatus etiā nodis uinculorum duci poteſt: Diſtrictus manu tantūm & ſine uinculis.

OBLIGVRIO, guris, pe. pro. {*Tranguggiare*} (λιχνεύω) multa auide conſumo, & ſuauitatem ex eduliorum conſumptione capio: unde etiam pro patrimonū profūdere ſumitur. Cic. in Catil. Orat. 2. Nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt.

OBLIMO, as, p. pr. {*Infangare imbrattare*} (περιπλήθω) ex Ob. & Limus, componi ut detur, ſignificat limo obduco, ſiue limo repleo. Cic. lib. 2. de Nat. deo. Nilus Aegyptum irrigat, quum tota æſtate obrutam, oppletamq; tenuerit, tum recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Verg. li. 3. Georg. Et ſulcos oblimet inertes. Per tranſlationem Claud. li. 3. pro obcęcare, ſeu obtundere, uel inquinare poſuit: Sed q; diluuior honeſti Luxus, & humanas oblimat copia mentes. Eſt & Oblimo, (ἀναλίσκω) à Limo, mas, compoſitum, quo Horat. lib 1. Serm. Sat. 3. uſus eſt pro conſumere: Rem (inquit) patris oblimare malum eſt.

OBLINIO, is, {*Diſtendere in torno ſottilmente*} circum linio. Col. li. 5. c. 9. Sed oportebit talearum capita. & imas partes miſto fimo cum cinere oblinire.

OBLINO, is, pe. cor. {*Imbrattare intorno*} (περιχρίω) circumlino. Varr. 3. de Re ruſt. ca. 8. Qui ita decipiuntur, cum ſe obleuerint uiſco. Salluſt. in Iugurth. Simul gladium ſanguine oblitum oſtentans.

OBLIQVVS, a, um, adiect. pe. pro. {*Obliquo, torto*} (κυμπύλος, κυρτὸς) non rectus. Ouid. 2. Metam. Illa deam obliquo fugientem lumine cernens Murmura parua dedit. Plin. lib 9. ca. 29. de cancris loquens: Natant obliqui in caput. id eſt, tranſuerſi, non recti. Hinc Obliquitas, καμπυλότης. Plin. lib. 3. cap. 5. Nitalis obliquitas in latus digredi uideretur. Oblique, aduerbiū, cui cōtrarium eſt Recte. Catu cap. 41. Vitis utrunſq; latus alterum præradito oblique. Hinc etiā Obliquo, as, (κυρτόω) curuum facio. Plin. lib 6. cap. 13. At ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.

OBLITERO, as, {*Depennare, cancellare*} (περιγράφω, καταξύω, ἀπαλείφω) abrado, aboleo, obſcurum facio, deleo, uel in obliuionem duco. Cic. ad Senatum poſt reditum: Publica in me beneficia memoria priuatam offēſionem obliterarunt. Catull. Argon. Hæc uigeant mandata nec ulla obliteret ætas. Liu. 6. Bell. Pun. aduerſæ pugnæ in Hiſpania nullius in animo ꝙ meo minus obliterari poſſunt. Fuit autem Oblitero (ut quidam putant) à Latus, q ibi notata à fluctibus æquari, & tolli ſoleant. Alij à, uerbo Obliuiſcor deduci malunt, cuius ſupinum eſt oblitum: propterea quod nihil aliud ſit Obliterare, ꝙ æternę obliuioni tradere. Alij ab oblinendo, hoc eſt, inducēdo, ſiue delendu profectum uolunt. Alij à literis dicti putant, ut ſit obliterare quaſi à literarum monumentis eradere.

OBLITESCO, is, {*Aſconderſi*} ab Oblitco inuſitato uerbo (λανθάνω) abſcōdor, ſiue delitesco. Var. 1. de Re ruſt. cap. 51. Ne æſtu rimoſa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam.

OBLITVS, a, um, pen. pro. {*Domenticato. ſcordato*} (ἐπιλελησμένος) participium, ab Obliuiſcor. Ouid. 1. de Ponto: Oblitus moris patrij. Verg. 5. Aenei. Oblitus decorisq; ſui, ſociumq; ſalutis.

OBLITVS, pen. corr. {*Imbrattato attorno*} (περιεσχρισμένος) ab Oblino eſt quaſi circumlitus, & circūquaq; fœdatus. Tibul. Oblitus & muſto feriat pede ruſticus uuas. Oblitus ſtultitia atq; inhumanitate, dixit Cic. 5. Ver. Et ad Papyrium Epiſt. lib 9. Facetiæ oblitæ Latio, id eſt, aſperſæ. Idem 7. Verr. Vt non ora, ſed corpora obliti eſſe uideantur.

OBLIVIOSVS, a, um, {*Scordeuole*} (ἐπιλήσμων) dicitur is, qui citò obliuiſcitur. Cic. 1. de Iuuent. Acutus, an hebetior, memor, an obliuioſus. Idem de Senect. Nam quos ait Cecilius comicus ſtultos ſenes, hoc ſignificat, credulos, obliuioſos, diſſolutos.

OBLIVISCOR, {*Domenticarſi. ſcordarſi*} (ἐπιλανθάνομαι) memoriam rei alicuius amitto. Verbum eſt deponens, quamuis aliquādo paſſiue ſumatur. Vergil. 6. Eclog. Nunc oblita mihi tot carmina pro, à me. Conſtruitur autē cum accuſatiuo. Verg. 3. Aen. Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Sæpius cum genitiuo. Cic. 2. Ver. Quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant.

OBLIVIVM, uij, {*Oblio, obliuione*} (λησμονή, λήθη) idem quod obliuio: ſed in numero ſingulari nō utimur. Verg. 6. Aen. Securos latices & longa obliuia potant. Cepere te obliuia noſtri, Ouid. 2. Triſt.

OBLIVIO, onis, {*Obliuione. ſmenticanza. Pet. Di cieca obliuion oſcuri abiſſi*} (λησμονή λήθη) eſt memoriæ defectus, ſiue imbecillitas. Plin. lib. 13. ca. 17. de loto arbore; Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti terræq; dederit nimis hoſpitali aduenarū obliuionē patriæ. Vetuſte dicimus, Huius rei caput me obliuio, Hanc rem obliuione contero, Obliuioni do, Obliuione deleo, Obliuione obruo, Res hæc in obliuione diu iacuit, Hanc rē nulla obſcurabit obliuio, Huius rei obliuio mihi ſurrepit, Hęc res uenit in obliuionem. Hanc rem ab obliuione uindicabo: quarum locutionum exempla nulli legenti receptos auctores non erunt obuia.

OBLOCO, as, pe. co. {*Locare. affittare*} (μισθόω) eſt idē quod ſimplex Locare. Iuſtinus: Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos ſolitus eſſet.

OBLONGVS, a, um, {*Lungo*} (μακρὸς) adiect. idē quod longus ſignificat, niſi quid addat præpoſitio. Pli. li. 37. ca. 12. Figura oblonga maxime probatur. Idē lib. 10. ca. 52. Quę oblonga ſint oua, gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus.

OBLOQVOR, {*Interrompere il parlar d'alcuno*} (παρασυγχέω) obturbo, obſtrepo, ſermonem alicuius interpello. Ci. Q. frat. lib. 2. Tu uero ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim. Idem pro Cluen Vocat me iandudum tacita ueſtra expectatio, quæ mihi obloqui uidetur. Virgilius pro accinere poſuit lib. 6. Aeneid. Nec non Threicius longa cum ueſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum. Interdum idem eſt quod detracto, maledico, καταλαλέω. Liui. 1. ab urbe: Notatos quoq; qui ferociſſime obloquuti erant ſingulos manu corripuit. Inde Obloquutores, (κατάλαλοι) maledici, detractores. Plaut. in Cur. Lenonis hæ ſunt ædes. PA. male iſtis eueniat. PH. Quę? PA. quia ſceleſtam ſeruitutē ſeruiunt. PH. Obloquere PA. ſiat maxime. PH. etiam taces? PA. Nempe obloqui me iuſſeras. Plaut. in Milit. Obloquutor non ſum alteri.

OBLVCTOR, aris, {*Sforzarſi all'incontro*} (ἀντιπαλαίω) contra luctor: aut uehementius contra aliquid nitor. Colu. lib. 7. Cum in proſcindendo aut duriori, aut obuiæ radici obluctatus, conuellit armos.

OBLVDO, is, pe. pro. {*Giuocare. ſcherzare*} (παίζω, συμπαίζω) ludo uel cum aliquo ludo. Plaut. in Truc. Cum uident quempiam ſe adſeruare, obludunt, quo cuſtodem Oblectent per ioculum & ludum.

OBMANENS pro diu manens, ut Permanens. Feſtus.

OBMOLIOR, iris, (προβάλλω, ἐπιβάλλω) facta mole obſtruo, uel molē obiicio. Liu. 7. Bell. Maced. Sed undiq; omnes ad munienda, & obmolienda, quę ruinis ſtrata erant, concurrerunt. id eſt, obſtruenda oppoſitis molibus. Curt. li. 6. Arborum truncos, & ſaxa obmoliuntur.

OBMONEO, (παραινέω) pro Admonere apud antiquos dicebatur, auctore Feſto.

OBMVRMVRO, as, (παραγογγύζω) contra murmuro. Ouid Epiſt. 17. Vana peto, precibuſq; meis obmurmurat ipſe.

OBMVTESCO, is, {*Ammutirſi*} (κωφόομαι) quaſi mutus fio. Ver. 6. Aen. Dixit, preſſoq; obmutuit ore. Ponitur aliquando pro non eſſe in uſu. Plin. li. 33. cap. 13. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

OBNATO, as, pen. cor. {*Nuotare all'incontro*} (ἀντινήχομαι) natando obuiam procedo, contra nato: ut apud Ouid. In æquore ruluis Obnatat umbra ſeris.

OBNECTO, is, eſt, auctore Feſto. obligo, uerbum maxime in nuptiis frequens.

OBNIGER, adiectiuum. {*Nero miſto*} idem quod niger, uel ſubniger: aut, ut quidam uolunt, admodum niger. Plin. lib. 8. cap. 23. Radicibus multis & obnigris.

OBNITOR, eris, obniti, pe. pro. {*Sforzarſi all'incontro*} (ἀντερείδομαι, ἀνθίσταμαι) contra nitor, obluctor. Verg. 3. Georg. Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto Cum gemitu. Cic. pro Milone: At nō P. Clodio mortuo uſitatis iā rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam.

OBNIXE, aduerbium. {*Con ogni forza*} (δυνάμει πάσῃ) quod ſignificat cū conatu inſtanter, totis uiribus. Terēt. Andr. Pedibus manibuſq; obnixe omnia facturum.

OBNOXIVS, a, um, {*Reo colpeuole, obligato*} (ὑπόδικος, ἔνοχος, ὑπαίτιος) ex Ob. & Noxius componitur. Noxius autem à Noxia, aut Noxa deriuatur, quæ à nocendo originem trahunt. Apud antiquos Noxia (ut Feſtus ait) pro damno capiebatur, apud poetas pro culpa. Noxa uero ꝓ peccato aut peccati pœna, quæ omnia complectitur Noxius. Nam qui noxius eſt, damnum ſibi pleruq; & alijs, culpam uero ſibi infert, poſtremoq; peccati pœnam. Vnde Obnoxius. i. noxia ſiue noxa circundatus, uel quaſi ob noxiam, ſiue noxam notatus, & pœnæ addictus, ὑπόδικος, κατάκριτος. Propriè enim Obnoxius dicitur (ut inquit Feſtus) qui pœnę obligatus eſt ob delictum, utputa ſi quis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intemperantiam. aut ſi mulier, ob ſtupri cum aliquo uiro conſuetudinem, illi obnoxia ſit. Accipitur tamen etiam generalius, ut Obnoxius dicatur, qui quouis modo eſt obligatus, ſeu ſubiectus. Terent. in Hecy. Tum uxori obnoxius ſum, ita me olim ſuo ingenio pertulit. hoc eſt, uxori propter eius erga me beneficia obligatus ſum. Obnoxium etiam aliquando dicitur, quod noxæ, hoc eſt, damno eſt expoſitum. Plin. de Viris illuſtribus. Illa uirgines, pueroſq; elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam ſciebat. Sic etiam dicimus arbores, uel regiones uētis, uel tempeſtatibus eſſe obnoxias, hoc eſt, expoſitas, & (ut ita dicam) ſubiectas. Colu. lib. 4. cap. 15. Rurſus exilis terra, & accliuis, torrēſq; æſtu, uel quæ uehementibus procellis obnoxia eſt, humilius iugum poſcit. Eſt præterea, quando Obnoxius accipitur pro obediente, & morigero. Sall. in Catil. Erat q; ei cum Fuluia nobili muliere uetus conſuetudo, cui quū minus gratus eſſet, quia præ inopia minus largiri poterat, repentè gloriās, maria, monteſq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret. i. morem gereret. Interdum Obnoxius, ponitur pro noxio, & ſic Obnoxius & Innoxius ſunt contraria. Ennius: Sed uirū uera uirtute uiuere animatū addecet fortiter, eūq; innoxium uocare aduerſus aduerſarios: ea libertas eſt, qui pectus purum & firmū geſtitat aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent. Obnoxium ingenium. i. illiberale, & degener, dicitur à Plin. in Præfat. li. 9. Obnoxij profecto animi, atq; infelicis ingenij eſt, deprehēdi in furto malle, ꝙ mutuū agnoſcere. Obnoxia corpora, dicuntur à Plinio, quæ ſunt ualetudinaria. Verba eius li. 31. ca. 6. ſunt hæc: Nanq; paulo diutius ꝙ balneis uti oportet, ac poſt ea frigida dulci, nec ſine oleo diſcedentes quod uulgus alienū arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxia. Ab Obnoxius fit aduerb. Obnoxie, quod, teſte Budæo, ſignificat ſeruiliter & trepide: ut apud Liu. lib. 3. ab Vrbe, cum inquit: obnoxie dicere ſententiam.

OBNVBILO, as, are, {*Annebbiare, imbrunare*} (ἐπινυγάζω) eſt quaſi caligine quadam & nubilo obtenebrare, hoc eſt obſcurum facere, & quaſi nubibus implere. Gell. lib. 1. cap. 2. Ac ne oris quoq; & uultus ſerenitatem Stoici hominis, unquam ulla poſſe ægritudine obnubilari. Hinc Obnubilus, adiectiuum,

Obnubila loca dicuntur obſcura, & tenebris obſita, apud Cic. 1. Tuſc.

O B N V B O, is, pe. pro. {*Coprire*}(περικαλύπτω) abſcondo, tego. Stat. 6. Theb. Obnubitq; comas, & tẽperat aſtra galero. Feſtus. Obnubit, caput operit: unde & Nuptæ dictæ à capitis opertione. Hæc Feſtus. Cic. pro Rabir. Sed Tarquinij ſuperbiſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina quæ tu homo lenis ac popularis libentiſſime commemoras: Caput obnubito: arbori infelici ſuſpẽdito. Ver. 11. Aene. Comas obnubit amictu.

O B N V N T I O, as, {*Nonciare qualche male*}(κατηγγέλλω) mali aliquid nuntio. Terent. Adelph. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia: Primus porro obnũtio ægre ſolus, ſiquid fit, fero. Augures item obnuntiare dicebãtur, qui ubi de coelo ſeruaſſent, nuntiabant ſe mali aliquid ominis uidiſſe, quod prohiberet nequid eo die cum populo agi poſſet. Erat autem id potiſſimum remedium contra pernicioſas leges. Cic. pro Seſtio: Cum q; auſpiciis religionis parens obnuntiaſſet quod ſenſerat.

O B O L V S, li, pe. cor. (ὀβολὸς) genus ponderis eſt, conficiens ſextam partem drachmæ Atticæ, hoc eſt, æreola ſex: ſingula autem æreola ſeptem continent minutias: quæ à Græcis uocantur λεπτὰ. Fuit præterea Obolus minimum numiſma apud Athenienſes, quod ſexies ſumptum explebat drachmam Atticam: ad Gallicæ autem monetæ æſtimationẽ redactum, ualet denariolos Turonenſes ſeptẽ. Terent. in And. Etiam puerum inde abiens conuenit Chremes, Olera & piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni. Suidas. ὀβολὸς ἐστὶ παρὰ ἀθηναίοις, ἓξ χαλκοῖ, ὁ δὲ χαλκὸς, λεπτὰ ἑπτά: id eſt obolus quidem apud Athenienſes ſex eſt æreolorum, æreolum uero ſeptem minutiarum: λεπτὸν autem, id eſt minutia, indiuiſum manet.

O B O L E O, {*Puzzare, rendere cattiuo odore*}(ὄζειν) proprie eſt male oleo, & grauem odorem reddo. Plau. in Moſtel. At te Iuppiter, Diiq; omnes perdant: oboluiſti allium Germana illuuies. Accipitur etiam interdum pro ſentiri, ſiue ſubolere. Plau. in Menæc. Oboluit marſupium huic iſtud, quod habes. Cętera uide in ſimplici Oleo.

O B O R I O R, {*Naſcere*}(ἐπιγίνομαι) adnaſcor, ſubnaſcorve. Liu. lib. 1. ab Vrb. Aduentu ſuorum lacrymæ obortæ. Cic. pro Lig. Vide quanta lux liberalitatis, & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Ouid. 2. Metam. Sunt oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.

O B R E P O, pis, pen. pro. {*Venire celatamente*}(κλέπτω, ὑπέρχομαι, ὑποδύω, παρεισδύω) latenter, & tacite aduenio, ſicut & Surrepo. Tractũ ab animalibus pedibus carentibus, quæ greſſu tacito gradiuntur. Iuuen. Satyr. 9. Obrepit non intellecta ſenectus. Obrepere dicitur quicquid ſenſum fallit. ut, Obrepit fames. Plautus Poen. Nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames.

Obrepit mors. Pla. Pſeud. Atq; hoc euenit in labore, atq; in dolore, ut mors obrepat interim. Obrepit ſomnus. Horat. de Arte: Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. Obrepit dies, Cic. Att. lib. 6. Obrepſit dies, ut uides: mihi enim ad III. Calen. Sextiles de prouincia decedendum eſt. Obrepit ſenectus. Iuue. Saty. 9. Obrepit non intellecta ſenectus. Et iungitur interdum accuſatiuo cum præpoſitione In Cice. 1. de Diuin. Nullæ ergo imagines obrepũt in animos dormientium extrinſecus. Ponitur interdum pro fallere, ſiue incautum aggredi. Plin. lib. 36. cap. 3. Nec poteſt uideri Scaurus rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepſiſſe quodam uitę rudimento, &c. Obrepere ad magiſtratus dicitur, qui falſa ſpecie uel probitatis, uel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur. Cicer. pro Planc. Et doceo Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores, ſed eo ueniſſe curſu, qui ſemper, &c. Hinc Obrepto, as, frequentatiuum. Pla. in Perſ. Opertæ ne fuerint, ne quis obreptauerit.

O B R E P T I O, onis, {*L'andare naſcoſamente*}(κλέμμα) latens & fallax aditio. Vlpia. in l. ſed ſi hac ff. de in ius uocando. Patronum autem appellamus, etiã capite minutus ſit, uel ſi capite Libertus minutus ſit, dum arrogetur per obreptionem.

O B R E T I O, is, ire, {*Irretire*}(ἐμπλέκω) eſt reti aliquẽ circundare, aut reti implicare. Lucret. li. 3. Neq; araneæ tenuia fila Obuia ſentimus quando obretimur euntes.

O B R I G E S C O, ges, pe. cor. {*Diuenir rigido, indurarſi per lo freddo*}(πήγνυμαι) totum frigore contrahi, & quaſi indureſcere ac rigidum fieri. Ci. 1. de Nat. deo. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atq; incultas uidemus: q; pars earum appulſu Solis exarſerit, pars obriguerit niue, pruinaq; longinquo Solis abſceſſu. Idem in Som. Scip. Quorum duos obriguiſſe pruina uides.

O B R I M A, mæ, unus eſt ex tribus fluminibus Apamiã urbem in Aſia celeberrimam ambientibus, Plin. lib. 5. ca. 29. Tertius conuentus Apamiam uadit, ante appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita eſt in radice montis Signię, circũfuſa Marſya, Obrima, Orga fluminibus in Meandrum cadentibus.

O B R I S, (ὄβρις) fluuius eſt Gallię Narbonenſis, ex Gebenna monte naſcens, quẽ Ptolemæus Obrium, Plin. Obrim appellat. Vide Pomponium ad finem lib. 2.

O B R Y Z V M, obryzi, {*Oro rotto oro forbito*}(ὄβρυζον) aurum purum dicitur quaſi ὄβρυζον, hoc eſt ſyncerum, delicatumq; quod ſæpe igne candefactum & excoctum eſt, donec nihil habeat alterius metalli admiſtum. Plin. lib. 33. cap. 3. Aurīq; experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat, quo ignis atq; ipſum obryzum uocant. Hieronymus in Ieremiam putat Obryzum aurum dictũ, quaſi Ophriſum, q; ex Ophir inſula præſtantiſſimum aurum ſoleat aduehi.

O B R O D O, dis, pe. cor. {*Rodere d'intorno*}(περιτρώγω) circum rodo. Plaut. in Amph. Enimuero prægnanti oportet & malum dari, Vt quod obrodat, ſit, animo ſi male eſſe occœperit.

O B R O G O, as, pe. cor. {*Rompere il parlare*}(παρακρούω) quaſi obloquor, atq; alterius ſermonem moleſte impedio. Feſtus. Obrogare legem, (ἀντιπαραφέρειν, παραγράφειν, παρεισφέρειν) eſt legis prioris infirmandæ cauſa, legem aliam ferre. Cic. ad Attic. lib. 3. Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat. Idem 1. Phil. Quid, quod obrogatur his legibus Cæſaris, quæ iubent ei, qui de ui, itemq; ei, qui maieſtatis damnatus ſit, aqua & igni interdici.

O B R V M P O, is, {*Rompere*}(διαῤῥήγνυμι) idem quod rumpo. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 16. Si radicem prenderint, quam educere uelint è terra, obrumpunt collum.

O B R V O, is, {*Sepellire, coprire ſotto terra*}(ἐπικαλύπτω, καταβάλλω, καταχώννυμι) infodio, terra, lapidibus, aliave re operio. Ouid. lib. 1. de Remedio. Obrue uerſata Cerealia ſemina terra. Cic. de Senect. Nec uero quenquam ſenẽ audiui oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. Obruo, & Eruo, contraria. Cice. 4. de Fin. Nam qui ſciet, ubi quidq; poſitum ſit, quaq; eo ueniat, is etiam ſiquid obrutum erit, poterit eruere. Transfertur etiam ad animum Quintil. Tot uoluptates obruere poſſunt unum dolorem Venuſte dicimus obruere lapidibus, telis, & aliis id genus, id eſt, lapidare, & telis lapidibusq; operire ad necem: Obruere ſitu uetuſtatis: Obruere niuibus: Obruere itinera ſtrage, id eſt, cooperire: Obruere ſe uino, id eſt, inebriari: Obruere ære alieno: Obruere memoriam alicuius rei: Obruere nomen alicuius. Obruere copia ſententiarum: Obruere magnitudine negotij: Obruere obliuione: Obruere riſu: Obruere teſtimoniis: quorum omnium exempla inuenire eſt facile. Hinc Adobruo ſubtus obruo, & in terra defodio. Colum. lib. 2. Nam ſi plus quatuor digitis adobrutum eſt ſemen eius, non facile prodit. Ibidem. Atque ita iacient ſemina, & ſarculis adobruunt.

O B R V T E O, uide Obbruteo.

O B S Æ V I O, is, {*Incrudelirſi*}(κατακενθέω) idem quod ſæuio, ſiue in alium ſæuio. Plaut. Epid. Tu is es, qui per uoluptatem in mea ærumna obſæuiſti grauiter.

O B S A L V T O, as, ſalutandi gratia ſeſe offerre alicui, dicebant antiqui: ut Conſalutare, pro ſalutare. Feſtus.

O B S A T V R O, ras, pe. cor. (ὑπερκορέννυμι) ſignificat ſatietatem & quodammodo faſtidium rei alicuius inducere. Teren. in Heaut. Næ tu propediẽ, Vt iſtãc rem uideo, iſtius obſaturabere.

O B S C O E N O, as, {*Dar cattiuo augurio*}(μολύνω) ſignificat obſcoenũ & malum omen affero. Plaut. in Aſin. Sed quid illuc, q; exanimatus currit huc Leonida: Metuo ne illic obſcoenarit meæ falſæ fallaciæ.

O B S C O E N V S, a, um, {*Di mal'augurio, ſporco, immondo*} unde dictum ſit, inter Grammaticos non conuenit. Alij enim à coeno deductum putant: alij à canendo: Varro à ſcena Feſtus ab Oſcis, Quicquid id eſt, uſus obtinuit, ut per oe, dipthongum ſcribatur. Duas autem præcipue habet ſignificationes. Aliquãdo enim obſcoenum idem eſt, quod inauſpicatum, ἀποτρόπαιον. Verg. 12. Aen. Ne me terrete timentem Obſcoenæ uolucres, hoc eſt, infelices & malum omen afferentes. Idem 1. Georg. Obſcoeniq; canes, importunæq; uolucres. Idem 3. Aen. Obſcoenamq; famem, quæ prima pericula uito: Vbi Seruius: Obſcoenã: aut quę homines etiam ad obſcoena compellit, ut Maleſuada fames: aut certe, quam obſcoena auis prædixerat. Aliquando etiam idem quod turpe & immundum, ἀπρεπὲς, αἰσχρὸν. Cic. 5. Tuſcul. Nam & obſcoenas uoluptates, de quibus multa apud illos habetur oratio, &c. Ouid. de Arte: Non denique poſſunt Partibus obſcoenis oppoſuiſſe manus. Horat. 2. Epiſt. 1. Torquet ab obſcoenis iam nunc ſermonibus autem. Hinc Obſcoene, aduerbium (αἰσχρῶς) id eſt, turpiter. Cic. 1. Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe eſt, ſed dicitur non obſcoene. Obſcoenitas, tis, (αἰσχρότης) Cice. 1. Offic. Si rerum turpitudini adhibeatur orationis obſcoenitas.

O B S C V R O, as, pe. pro, {*Oſcurare*}(ὑποκρύπτω, ἀμαυρόω) ſupprimo, & obſcurum reddo. Ci. 1. de Nat. Deo. Aetnæorum ignium tenebræ finitimas regiones obſcurauerunt. Idem 2. de Fin. Lumen lucernæ obſcuratur, & offunditur luce Solis. Eſt item Obſcurare, extenuare humilemq; & obſcurum reddere: cui opponitur celebrare. Sall. Sed profecto fortuna in omni re dominatur ea res cunctas ex libidine magis, q̃ ex uero celebrat, obſcuratq;. Hinc Obſcuratio, onis: ut Obſcuratio Solis apud Plin. lib. 27. cap. 16. Ci. 4. de Fin. In quibus propter eorum exiguitatem obſcuratio ſequitur.

O B S C V R V S, a, um, {*Oſcuro, difficile, ignobile, uile*}(σκοτεινὸς, ἀμαυρὸς) latens, abſconditus, & ſine lumine. Ver. 9. Aen. Vidimus obſcuris primum ſub montibus urbem. Idem 2. Aen. Si quos obſcura nocte per umbram Fudimus inſidiis. Vnde Obſcura oratio, (ἀσαφὴς λόγος) difficilis, & cuius ſententia nõ facile poteſt percipi. Capitur quandoq; Obſcurum pro ignobili, ἄσημος: ſicut Clarum pro nobili: quæ metaphora inde tracta eſt, q; uiri nobiles omnibus cõſpicui ſint & cogniti: contra, qui humili genere ſunt orti, tanquã in tenebris agẽtes, nemini innoteſcant. Cic. lib. 1. Offic. Qui magna ſibi propoſuit obſcuris ortu. Ponitur aliquando pro aſtuto, & fallaci, ut Obſcurus uir, apud Cic. 3. Offic. Hinc Obſcure, aduerbium, cuius contrarium eſt, Palam. Ci. 4. Acad. Alterum quidem, ut uidemus, palam: alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. Obſcure aliquid ferre, eſt diſſimulãter ferre: ſic ut nemo agnoſcat notas animi commoti. Cic. in Parad. Itaq; iſtam paupertatem, uel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. Ab obſcurus fit Obſcuritas, tatis, (σκότος, ἀσάφεια) quod modo opacitatem, ſiue tenebroſitatem, & luminis penuriam ſignificat. Pli. lib 20. cap. 1. Obſcuritates, & uitia oculorum ſanat. Modo difficultatem. Cic. 4. de Fin. Sed ineſt in rebus ipſis obſcuritas: Modo ignobilitatem. Cic. li. 2. Offic. Quorum autem, prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione uerſatur.

O B S E C R O, as, {*Pregare ſcongiurare*}(ἀντιβολῶ, λιτανεύω) ex ob, & adiectiuo Sacer, ſignificat per ſacra rogo, uel opem à ſacris rogo, obteſtor, deprecor. Teren. Obſecro te, q̃ primum hoc me miſerũ libera metu. Obſecrare, inquit Donatus, eſt ſtatos rogare. Teren. in Eunu. Excluſit, reuocat, redeam? nõ, ſi me obſecret. Additur aliquando ablatiuus Precibus. Marcellus ad Cic. lib. 4. Cum mihi C. Marcellus frater amantiſſimus mei non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoq; me obſecraret. Ponitur quandoq; aduerbialiter pro Credò, eſtq; uelut rogantis cum interrogatione particula. Teren. in Eunu. Obſecro, an is eſt? eſt, dic quæſo. Hinc Obſecratio, uerbale: Cic. pro Font. Cauete ne periculoſum ſuperbumq; ſit, eius nos obſecrationem repudiare.

O B S E C V N D O, as, {*Secondare, compiacere*}(ἐπαρήγω, ἐπαρκέω) ex Ob, et adiectiuo Secundus, quod ſignificat proſperum. Eſt autem obſecundare, omnia ad alterius nutum facere, uel in melius conuertere, ἀρεσκεύεσθαι. Teren. in Adel. Sed ſi uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam Minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum, Hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco. Vbi Donatus: Nam qui reprehendit, non continuo corrigit: qui corrigit, non illico obſecundat: id eſt, lætiſſimum reddit & fideliſſimum. Cic. pro Pomp. uſus eſt pro obſequi, Non modo omnes (inquit) ciues aſſenſerint, ſocij obtemperarint, ſed etiam uenti, tempeſtateſq; obſecundauerint. Inuenitur & Obſecundor, deponens.

OBSEPIO, is, {*Circondare di ſiepe*} (περιφράττω) ſepibus circundo. Plau. in Caſ. Vbi illum ſaltum uideo obſeptum, rogo ut alterum ſinat adire. Obſepire iter ad honores per tranſlationem ponitur pro occludere, & impedire: cui cõtrarium eſt Munire uiam. Liu. li. 9. ab Vrb. Hęc plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit. Cic. pro Mur. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.

OBSEQVELA, æ, {*Compiacimento compiacenza*} (θεραπεία) morigeratio. Plaut. in Aſin. Omnes parentes, Libane, liberis ſuis, Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam.

OBSEQVIBILIS, {*Compiaceuole*} (θεραπευτικός) qui obſequitur. Gel. li. 2. cap. 29. Cognatos, affineſq; nullos fermè tam obſequibiles eſſe ait, &c.

OBSEQVIOSVS, {*Che compiace facilmente*} (ὑπηρετικός) qui facile obſequitur. Plau. in Captiuis: Nam ſi ſeruus meus eſſes, nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti.

OBSEQVIVM, ſequij, {*Compiacimento*} (τὸ ὑπηρετούμενον, θεραπεία) officium quo quis id ſequitur, & facit, quod alteri placiturum nouit. Teren. And. Obſequium amicos, ueritas odium parit. Obſequium animo ſumere, ait Pla. in Bacch. pro eo quod eſt, indulgere ſibi, & animo obſequi. Ci. ad Atti. lib. 7. Itaq; efficit omni obſequio, ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. Idem 1. de Leg. Nam cùm animus cognitis perceptiſq; uirtutibus, à corporis obſequio, indulgentiaq; diſceſſerit, &c.

OBSEQVOR, pe. co. {*Compiacere*} (χαρίζομαι, ὑπηρετῶ) alterius uoluntati morẽ gero, inſeruio. Teren. in Heaut. Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. Obſequi animo ſuo uel obſequi animo, eſt indulgere ſibi, ſiue genialem uitam agere. Plaut. in Bacch. Lubido eſt homini ſuo animo obſequi. Aliquando iungitur accuſatiuo. Gell. li. 2. c. 7. Sed ea tamen, quæ obſequi non oportet. Hinc Obſequens, tis, id eſt, obediens, aliquando nomen, aliquando participium. Terẽ. in Hecy. Obſequentem uoluptati hominẽ. Plancus Senatui: Legiones noſtra liberalitate nobis obſequentes. Sall. in Cic. Filia matris pellex, tibi iucundior, atq; obſequentior, q̃ parenti par eſt. Hinc quoq; Obſequenter, tius, tiſſime, aduerbia. Plin. in Epiſt. Vixit in contubernio auiæ delicatę ſeuerißimè: & tamen obſequentiſſimè.

OBSERO, ris, pe. cor. {*Seminare, piantare*} (περιφυτεύω) idem quod conſero. Colu. lib. 2. cap. 9. Vtatur præceptis eorum, qui uberem campum in ſingula iugera tritici, quinq; & adorei octo modiis obſerere præcipiunt. Obſerere mores, per tranſlationem dixit Plaut. in Trin. pro imbuere. Hem iſtic, inquit, Oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interficier. Quandoq; pro circundare. Teren. in Eun. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, annisq; obſitũ. Obſitus, a, um, participium, uide infrà.

OBSERO, ras, pe. cor. {*Serrare*} (περικλείω) ſignificat occludo, ueluti ſera impoſita. Terent. in Eunuch. Tu abi atq; obſera intus.

OBSERVABILIS, {*Oſſeruabile, degno d'eſſere oſſeruato*} (αἰδέσιμος) qui idoneus eſt, ut obſeruetur, uel ueneretur. Quint. lib. 9. ca. 1. In armorum certamine et aduerſos ictus, & rectas, & ſimplices manus tum uidere, tũ etiam cauere, & propulſare facile eſt, auerſæ, tectæ minus ſunt obſeruabiles. Cuius contrarium eſt Inobſeruabilis. Plin. lib. 2. cap. 17. In Martis ſidere, cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus, nunquam id ſtationem facere.

OBSERVANTIA, æ, {*Oſſeruanza, riuerenza*} (αἰδώς, θεραπεία) ut inquit Cic. de Inuen. eſt per quam homines aliqua dignitate antecedẽtes, cultu quodã & honore dignamur. Liu. li. 1. ab Vrb. Obſequio & obſeruantia in Regem cũ omnibus, benignitate erga alios cum Rege ipſo certaſſe.

OBSERVATIO, onis, {*Auertimento, riuerenza*} (παρατήρησις) quandoq; dicitur annotatio, & animaduerſio, uel attentio. Plin. lib. 11. cap. 10. Mira obſeruatio operis. Cic. de Clar. Orat. Veruntamen natura magis, tum caſu, nõnunquam, q̃ aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. Quandoq; & honor, & reuerentia, τιμωρεία. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Haud Marcello adiectio impenſæ impedimento fuit, quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaq; obſeruatio redderetur.

OBSERVO, uas, {*oſſeruare, cuſtodire, reuerire, por mente*} (ἐφεδρεύω, ἐφορῶ, φυλάττω, παρατηρέω) oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor, cuſtodio, noto ne me prætereat, ne me decipiat. Terent. in Andr. Obſerues filium, quid agat. Obſeruare, inquit Seruius in 4. Georg. eſt callide aduertere. Obſeruare item eſt uenerari & admirari homines, tantum dignitatis uel uirtutis cultu, ὑποδύομαι, θεραπεύω. Verg. lib. 4. Georg. Præterea Regem non ſic Aegyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruant. Hinc Obſeruans, participium. Cic. Att. lib. 4. Cognoui te mei ita cupidum ut paucos æque amantes, atq; obſeruantes me habere exiſtimem. Interdum migrat in nomen, habetq; genitiuum. Cic. pro Quintio: Ita credo hominem propinquum, tui obſeruantem, uirum bonum, &c. Idem ad Qu. frat. Fert enim grauiter homo & mei obſeruantiſſimus, & ſuæ dignitatis retinens, ſe apud te neq; amicitia, nec iure ualuiſſe. Et Obſeruatus, huius obſeruatus, nomẽ idem quod obſeruatio Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe, præterquam cum dentes ſunt facti brochi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacuuæ, ex obſeruatu dicant eum equum habere annos ſexdecim.

OBSES, huius obſidis, {*Homo dato in pegno, oſtaggio*} (ὅμηρος) qui traditur imperio alicuius, ea conditione, ut ſi dator obſidis à fide recedat, recipiẽti ſit poteſtas in corpus uitam eius ſæuiẽdi, qui datus eſt obſes. Hic quoniam obſidionis ſoluendę cauſa dari conſueuit, inde nomẽ aſſumpſit, quamuis Feſtus ex Ob, & Fides, compoſitum uelit, per mutationem literæ, q; ſit ob fidem datus. Ci. 1. Ver. A nobis multos obſides habet pop. Rom. Ouid. 1. Metam. Miſſi de gente Moloſſa Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.

OBSESSI, {*Aſſediati*} (πολιορκούμενοι) ſunt qui ita in loco aliquo ab hoſtibus cincti ſunt, ut egredi non poſſint. Cæſar 1. Bel. Gal. Tandem omnibus rebus obſeſſi, quartum iam diem ſine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia colloquium petunt.

OBSIDIÆ, arum, {*Inſidie*} (ἐνέδρα) idem quod inſidiæ. Colum. lib. 8. cap. 2. Dum tamen anus ſedula, uel puer adhibeatur cuſtos uagantium, ne obſidiis hominum, aut inſidioſorum animalium diripiantur.

OBSIDIANVS, a, um: ut: Obſidianum uitrum, quod ita dictum eſt, q; ſimilitudinem habeat lapidis Obſidiani, qui teſte Plin. nigerrimi eſt coloris, in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddens. Naſcitur in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania, maxime autẽ in Aethiopia, ubi etiam ab Obſidio inuentum fuit hoc lapidis genus, quod ab ipſo Obſidianũ uocatus. Vide Plin. lib. 36. cap. 26.

OBSIDIONALIS, & le, (πολιορκητικός) denominatiuũ eſt à nomine Obſidio, onis. Vnde corona obſidionalis, quæ ei debebatur, qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. Hæc fiebat ex gramine uiridi, ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. Plin. de Viris illuſtribus. Quare à Minutio, & eius exercitu obſidionali corona donatus eſt.

OBSIDIOR, ris, {*Far inſidie*} (περιεδρεύω) idẽ fere quod inſidias facio. Colu. lib. 5. cap. 14. Sed inter Caniculæ, & Arcturi exortũ cauendum erit, ne apes intercipiantur uiolentia crabronum, qui ante aluearia plerunque obſidiãtur prodeuntibus.

OBSIDIVM, dij, & Obſidio, onis, & Obſeſſio, {*Aſſedio*} (πολιορκία, περικάθισις) idem ſignificant, & ab Obſido, ſiue Obſideo fiunt. Colu. lib. 9. ca. 7. Atq; utiliſſimum eſt, pro frequẽtia domicilij, duos uel tres aditus in eodẽ operculo diſtãtes inter ſe fieri, contra fallaciam lacerti, qui uelut cuſtos ueſtibuli prodeuntibus inhians apibus affert exitium, eæq; pauciores exeunt, quum licet uitare peſtis obſidia, per aliud uadentibus effugium. Sæpius tamen in uſu eſt Obſidio, onis. Cic. pro Rab. Quũ innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atq; obſidione Remp. liberaſſet. Idem pro Corn. Balbo, & pro Domo ſua: Obſeſſio templorũ, occupatio fori. Pro eodem autẽ dicimus Obſidere urbẽ, Cingere urbem obſidione: Claudere muros obſidione, & Facere obſidionem: quo ũ poſtremo uſus eſt Gell. li. 15. ca. 31. Demetrius: inquit, dux ætatis ſuæ inclytus, cui à peritia, diſciplinaq; faciẽdi obſidij, machinarumq; ſolertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητὴς fuit. Soluere obſidionem, uel obſidium eſt obſeſſos obſidione liberare. Tacit. lib. 4. Primo ſui inceſſu ſoluit obſidium. Pro eodem etiam dicimus, Eximere obſidione. Liu. li. 1. Bel. Pun. Legati affuerunt orantes, ut ſe obſidione eximeret.

OBSIDO, dis, pe. pro. obſedi, obſidere: tertiæ coniug. & Obſideo, des, pe. co. obſedi, obſidere, ſecundæ coniug. {*Aſſediare*} (περικάθημαι, πολιορκῶ) propemodum idem ſignificãt: niſi q; in Obſido motus quidem eſt: ut ſit quaſi obſiſto: in Obſideo uero quies, quaſi Obſto. Sall. in Catil. Præmittit illis homines militares ſine tumultu, præſidiis collocatis, ſicuti præceptũ erat occulte pontẽ obſidunt. Idem in Iugurth. Armis obſeſſus teneor: id eſt, impeditus. Significãt itaq; Obſido, & Circumſido quaſi obſepio, & circumſepio, aut ad obſidendum, ſiue circumſedendum eo, uel ad obſidendum me loco: Obſideo uero, & Circumſedeo, obſeſſum, hoc eſt, uallo & foſſa ſeptum teneo. Quanquam ſimpliciter pro circũſedeo ponatur, ut apud Curtium: Per hos pellices introducebantur alio aditu, q̃ quem armati obſidebant. Accipitur interdum Obſidere pro ſimplici ſedere, Terent. in Adelph. Nunc uero domi Certum obſidere eſt uſq; donec redierit. Obſidere ſtuprum, eſt per inſidias ſtupri occaſionem aucupari. Ci. in Cati. Iacere humi non ſolum ad obſidẽdum ſtuprum, uerum etiam ad facinus obeundũ. Ponitur aliquando pro circunſtare Seneca: Varia & incerta pericula humanam uitam obſident. Aliquando pro occupare, & detinere. Ci. 1. Verr. Vt perſpicuũ cuius eſſe poſſit, hominem ab iſto quæſitum eſſe, non qui reum ſuum adduceret ſed qui meum tempus obſideret: hoc eſt, qui tempus, quod mihi ad inquirendum depopoſci, coarctaret, & me anguſto temporis ſpatio cõcluderet. Hinc Obſeſſor, qui obſidet. Liui. lib. 9. ab Vrbe: Papyrio quoque, qui obſeſſor Luceriæ reſtiterat.

OBSIGNO, as, {*Sigillare, ſugellare*} (κατασημαίνομαι, ἀποσημαίνομαι, παρασημαίνομαι, ἐπισφραγίζομαι) ſigni impreſſione occludo, & ad literas cæteraq;, quæ ſignis quouis notãtur, aut imprimuntur, pertinet. Plau in Cur. Scribit, & obſignat literas. Quandoq; ſumitur pro eo quod eſt, ſigno notariorum, ſeu ſubſcriptione eorũ, aut teſtium ſignare. Cic. pro Cluen. Dinea teſtamentum faciente, quum tabulas prehẽdiſſet Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit. Et cum id multis locis feciſſet, poſt mortẽ eius ne lituris coargui poſſet, teſtamẽtum in alias tabulas trãſcriptum, ſignis adulterinis obſignauit. Hinc Obſignatores dicti ſunt teſtes, qui teſtamentum ſignis ſuis obſignabant. Ci. pro Aul. Cluen. Auilius, ut conſtitutum erat, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentũ facere uelle: Oppianicus obſignatores ad eum, qui neq; Aſiniũ, neq; Auiliũ noſcent adducit. Poteſt tamen hodie Obſignator dici tabellio, qui in teſtamentis ſuum, & teſtium nomen ſubſcribit.

OBSIPO, pas, pe. pro. (παραβάλλω) ſignificat obiicio, ut cum ruſtici dicuntur: Obſipa pullis eſcam. Feſtus.

OBSISTO, ſtis, {*Oſtare far reſiſtenza*} (ἀνθίσταμαι, ἀνθίσταμαι, ἀντιπράττω) contra à ſiſto, obſto, repugno. Ci. 7. Verr. Quis enim unquam iſtius libidini obſtitit? Lucan. lib. 3. Viribus an poſſent obſiſtere iura. Ouid. Epiſt. 13. Tunc fretta debuerant ueſtras obſiſtere uentis.

OBSITVS, pe. co. {*Inuolto*} (περιειλημένος) inuolutus, tectus, obductus, Teren. in Eun. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, annisq; obſitum. Ver. 7. Aen. At leuem clypeum ſublatis cornibus Io Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iam bos, &c. Horat. 1. Carm. Ode 18. Varius obſita frondibus. Aer obſitus pallore, Lucan. lib. 5. Tenebris loca obſita. Cic. 1. Tuſc. Niuibus obſitum iter. Curt lib. 5. Ventum erat ad iter perpetuis obſitum niuibus, quas frigoris uis gelu aſtrinxerat. Obſitus (περιφυτευτός) etiam ab obſero dici poteſt, pro eo quod eſt conſitum. Liu 8. Bell. Pun. Fragoſa loca, & obſitos uirgultis tenebat colles. Rura obſita pomis. Ouid. 13. Metam.

OBSOLESCO, ſcis, leui, uel lui, letum, {*Diſuſarſi, uſcir d'uſo inuecchiarſi*} ex Ob, id eſt, contra, & Oleſco, addita s, contrarium eſt ſuo ſimplici. Oleſco enim idem eſt, quod creſco: Obſoleſco, (ἀπαρχαιοῦμαι, παρακμάζω, παλαιοῦμαι) deficio, reiicior, inueteraſco, deſueſco. Cic. de Imperio Pompeij: Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis, q̃ uerbis refutata, id eſt, deſueuit, ſiue ab uſu receſſit. Item pro Cælio. Chartæ quoq; quæ illam priſcam ſeueritatem obtinebant, obſoleuerunt, id eſt, inueterauerunt, ſiue defecerunt. Et hæc preterita ab Obſoleſco nõ ab Obſoleo ſunt. Nitere, & Obſoleſcere ſunt contraria. Ci. pro Lege Agra. Nõ dico hoc ſolũ in Repub. uectigal eſſe, quod amiſſis aliis remaneat, intermiſſis non quieſcat, in pace niteat, in bello nõ obſoleſcat: id eſt, ſordidetur. Similiter Obſoletus, participium eſt ab Obſoleſco, aut nomen ex participio. Cicer. pro Quintio: Audacem cupidum, perfidioſum, uulgaria & obſoleta ſunt. id eſt, in-

ueterata, & quæ ab uſu receſſerunt, [illegible]. Accipitur etiam Obſoletus pro obſcœno, ſordido, & detrito, [illegible]. Liu. lib. 3. Filiam ſecū obſoleta ueſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forū deducit. Ci. in Rul. Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior q̃ antea, barbaq; maiore, ut oculis & aſpectu denuntiare omnibus uim tribuni tiam, exitiumq; minitari Reipub. uideretur. Colu. lib. 3. Sapore certe nihilo differt à cicercula, colore tamē diſcernitur. Nam eſt obſoletior, & nigro colori propior. Hinc Obſolete, tius, obſoletiſſime, aduerbium. Cicer. 3. Verr. Saltem ut eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulo tamen obſoletius ueſtitum uideret.

OBSONIVM, unde Opſonium.

OBSORBEO, es, obſorpſi, uel obſorbui, obſortum, {Sorbire} ([illegible]) idē quod Sorbeo. Plaut. Curc. Vin' aquam? CVRC. Si fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam.

OBSORDEO, {Deuenir ſordido} ([illegible]) ſordidus fio, aut obſoleſco, inquit Nonius. Cæcil. Obſordunt iam hæc in me ærumna miſeræ.

OBSTACVLVM, li, {Oſtacolo} ([illegible]) impedimentum: ab obſtando dictum. Plaut. in Pſeud. [illegible] nunc oppido oppoſita obſtacula.

OBSTETRICO, as, pe. pro. ([illegible]) parturientem adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago. Pro eodem etiam utimur Obſtetricor uerbo deponente.

OBSTETRIX, cis, {La comare che aiuta la parturiente, allevatrice} ([illegible]) quę parturientium curam habet: ab obſtando dicta, eo q; obſiſtat dolori, uel certe fœtui, ne laxatis uteri genitalibus clauſtris, in terram defluat. Teren. in And. Obſtetricem acceſſo. Quę opem tulerit parienti, Obſtetrix dicatur, ait Donatus: unde & parturientes, Fer opem clamant.

OBSTINO, as, pe. cor. {Oſtinarſi, eſſere pertinace} ([illegible]) obfirmo. Liu. li. 2. Quoniam id certum (inquit) atq; obſtinatum eſt, neq; ego obtundam. Hinc Obſtinatus participium, aut nomen ex participio: id eſt, obfirmatus, aut perſeuerans ut tenere poſſit, inquit Feſtus: ut Obſtinata uoluntas, Obſtinata pudicitia: apud Liu. ab Vrb. de Lucr. Quo terrore cūm uiciſſet obſtinatam pudicitiam, uelut uictrix libido, &c. Idem 3. ab urbe: Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta uis amentiæ uerius, quam amoris, mentem turbauerat) in tribunal aſcendit. Inde Obſtinatio, ([illegible]) firmitas animi. Cice. de Prouinc. Conſul. Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadā ſententiæ repudiaui. Obſtinate ([illegible]) firmiter. Terent. in Andr. Ita'ne obſtinate operā dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat? Vbi Donatus. Obſtinate facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti.

OBSTIPO, as, are, ([illegible]) obiicere, ait Feſtus. Alij interpretantur condenſare, obturare rimas, obſtruere. Pla. in Ciſt. Obſtipat aquulam. Obſtipare uerticem dixit Plaut. in Mercat. pro eo quod eſt contorquere, ut cogitabūdi ſolent.

OBSTIPI, pen. cor. ([illegible]) dicuntur, quibus colla rigent, & in humerū capita ſunt inclinata. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Dauus ſis comicus, atq; ſtes capite obſtipo. Colu. lib. 7. ca. 10. Febricitantium ſigna ſunt, quum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt, & per paſcua ſubito quum paulum procurrerint, conſiſtunt. Pro Obliquum caput dicit: Inde, inquit, ſuis inualidæ, caput eſt obliquum in inceſſu.

OBSTO, ſtas, ſtiti, ſtitum. {Oſtare impedire} ([illegible]) ſignificat cōtrà ſto, impedio. Curtius: Obſtant oppido gemini colles. Ouid. 4. Faſt. Obſtitit in media candida turba uia. Videtur etiam habuiſſe ſupinum Obſtatū. unde legitur participium Obſtaturus. Quint. lib. 2. cap. 12. Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi. Obſtatur, impersonale. Cice. 13. Phil. Neq; enim quod uſq; poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

OBSTRAGVLVM, li, {Coperta} ([illegible]) operimentum. Plin. lib. 9. cap. 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tātum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Id eſt, nō ſolum operimentis, & ſuperioribus partibus ſocculorū, quas Planulas Itali uocant, addunt margaritas, ſed totis ſocculis.

OBSTREPO, is, ere, {Interrompere, far ſtrepito incontro à qualchuno} ([illegible]) contra aliquem ſtrepitum facere, Liu. 1. ab Vrb. Primo uterq; uociferari, & certatim alter alteri obſtrepere. Laudi alicuius obſtrepere. Sene. Hercul. fur. Literis obſtrepere alicui. Cic. Metello lib. 5. Quæ res facit, ut tibi literis obſtrepere non auderem. Clamore obſtrepi, paſſiuē. Cic. pro Maced. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio, quomodo, etiā dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum uidentur, & tubarum ſono. Obſtrepitur, impersonale. Liu. 3. ab Vrb. Eos concio audit, Decemuiro obſtrepitur.

OBSTRIGILLO, as, pe. pro. {Oſtare, repugnare} ([illegible]) obſto, detraho alicui, repugno. Var. li. 4. de Vita Pop. Rom. Curio cum id feciſſet, dicebat amicis, ut illi renuntiaretur, ſe obſtrigillaturū, ne triumphus decerneretur aut ne iterum fieret Conſul.

OBSTRINGO, gis, {Stringere, obligare} ([illegible]) deuincio, & obligo, quaſi circunſtringo. Plau. in Aulul. Laqueo collum quando obſtrinxero. Idem in Amph. Amphitruonem collo hinc obſtricto traham, Colu. lib. 5. Alij uiminibus obſtringunt. Obſtringere ſibi aliquem munere, beneficio, &c. Ci. Seruio li. 13. Teq; ita exiſtimare uolo, quibuſcunq; officiis in Epiroticis reliquiſq; rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Legib. obſtringi, Cic. 2. de Inuent. Religione obſtringere, Cic. 2. Philip. Obſtringere ſe parricidio, periurio, ſcelere, & huiuſmodi, eſt committere parricidium, ſcelus, peierare. Cic. 3. Offi. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrānum occidit, quamuis familiarem.

OBSTRVDO, dis, ſi, ſum, pe. pro. {Serrare, coprire} ([illegible]) ex Ob, & Trudo, interpoſita, s, ſignificat occludo, ſeu occulto. Pla. Stic. Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenue. Plin. in Panegyr. Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos. Terra obſtruſa, Ouid. Epiſt. 7. Receſſus obſtruſi. Claud. 7. Panegy. Inuenitur & Obtrudo, quod eſt inuito, & renuēti aliquid offero uel do. [illegible]. Pla. in Cur. Aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium. Terent. in Hecyr. Nunquam auſus ſum recuſare eā, quam mihi obtrudit pater, id eſt, inuito deſpondet.

OBSTRVO, is, {Occhiudere} ([illegible]) id eſt, obſepio, occludo, & quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſto, ne quid effluat. Cice. de Senect. Qui iter Pœnis, uel corporibus ſuis abſtruere uoluerunt. Hinc Obſtructio, uerbale. Ci. pro Seſt. Sed hęc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit. Obſtruere luminibus uicini, eſt ſtructuram aliquam iuxta eius ædificium facere, quæ lumen domui eius eripiat. Cic. pro Domo ſua: Habitare laxe: & magnifice uoluit, duaſq; magnas, & nobiles domos coniūgere: ac ſpuere contendit, ut Q. Vettius ſibi domum uenderet. Cūm ille negaret, primo ſe luminibus eius obſtructurū minabatur, &c. Per metaphoram quis dicitur alterius luminibus obſtruere, qui nominis eius claritatem obſcurat. Idem in Bruto: Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Obſtruere undas molibus: Lucan. lib. 2. Obſtruere aures alicui, eſt obſtinatum & inexorabilem reddere. Verg. 4. Aene. Fata obſtant, Placidaſq; uiri Deus obſtruit aures. Fauces obſtruere. Lucan. lib. 5. Cætera ſuppreſſit fauceſq; obſtruxit Apollo.

OBSTVPEFACIO. {Stupefare} ([illegible]) ſignificat animo conſterno, & ſtupidos ſenſus reddo. Tere. in Phorm. Poſtq̃ ad iudices uētum eſt, non potuit cogitata loqui, ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. Liu. 2. ab Vrb. Adeoq; conſtantia ſua & tribunos obſtupefecit & plebem.

OBSTVPEO, es, pen. corr. & Obſtupeſco, is, {Stupirſi} ([illegible]) idem quod ſtupeo, hoc eſt, attonitus fio, & ſtupore percutior. Aliquando inſenſibilis fio. [illegible]. Terē. in Adelph. Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit. Verg. 5. Aen. Obſtupuit uiſu Aeneas. Cic. Atti. li. 5. Ob hęc beneficia, quibus illi obſtupeſcūt, nullos honores mihi, niſi uerborum decerni ſino: ſtatuas, fana, [illegible] prohibebo. Idem pro Marcel. Obſtupeſcunt poſteri certe imperia, & prouincias tuas. Hinc Obſtupidus, adiectiuum. Gell. lib. 5. ca. 1. Conſuluiſſe uniuerſos quaſi attonitos, & obſtupidos. hoc eſt, propemodū ſtupidos factos præ metu.

OBSVM, obes, obfui, {Nuocere} ([illegible]) idē quod noceo, quaſi cōtra te ſum. Cuius cōtrarium eſt, Proſum, quod eſt iuuo, quaſi pro te ſum. Cice. 1. de Orat. Fuit enim mirificus quidam in Craſſo pudor: qui tamen non modo non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet.

OBSVRDESCO, is, {Aſſordirſi, deuenir ſordo} ([illegible]) totus ſurdus fio. Cic. in Somnio Scip. Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt.

OBTEGO, is, ere, {Coprire dilegentemente} ([illegible]) cum diligentia operire, & tegere, Cic. in Vatin. Habet hoc præmium tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. Verg. 2. Aene. Quamquam ſecreta parentis Anchiſæ domus, arboribuſq; obtecta receſſit. Obtegere ſe corpore alicuius, eſt poſt illum latere. Cic. pro Seſt. Seq; ſeruorum, & libertorum corporibus obtexit.

OBTEMPERO, ras, {Compiacere, obedire} ([illegible]) morem gero. Ci. Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquam filius patri. Item ſignificat conſulo, prouideo. Terent. Ex qua re minus aut fama foret, aut rei obtemperans. Hinc Obtemperatio uerbale. Cic. de Legibus. Quod iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, &c.

OBTENDO, is, {Diſtendere, oporre} ([illegible]) ante aliquid tendo, oppono; ut, Obtendo uelum ante lectum, id eſt, diſtendere uel extendere. Plin. lib. 5. ca. 2. Huic pars, interiacente ualle mons aduerſus Antilibanus obtenditur: hoc eſt, oppoſitus eſt. Aliquando Obtendo idem eſt, quod excuſationem aliquam prætexo. Plin. Epiſt. 159. Nec puduit rationem turpitudinis obtendere, egregiamq; quidem, pulchramq; rationem. Hinc Obtendiculum, ([illegible]) quo aliquid tegitur: & Obtentus pro prætextu, ([illegible]). Gell. lib. 10 cap. 22. Qui obtentu philoſophiæ nominis inutile otium, & linguæ uitæq; tenebras ſequuntur. Ponitur aliquando pro extenſione. Vergil. lib. 11. Aene. Extructoſq; toros obtentu frondis inumbrant. Obtentus eſt aliquando participium. Verg. 1. Georg. Et obtenta denſantur nocte tenebræ. id eſt, obducta, ait Seruius.

OBTENTO, as, ([illegible]) frequentatiuum ab Obtineo es, Ci. Atti. lib. 9. Et tamen me ſpes quædam obtentabat, fore ut aliquid conueniret potius, q̃ aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret.

OBTERO, ris, pe. cor. {Fracaſſare} ([illegible]) contero, ſuffoco. Liu. Ab elephantis obtriti ſunt. id eſt, pedibus elephantorum protriti. Aliquando ſignificat circum, ſeu ab omni parte tero, tundo in mortario. Colu. lib. 6. cap. 4. Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum uino miſcent. Hinc obtritus, huius, tus. Plin. lib. 18. cap. 28. Ne herbæ uellantur, obtrituq; hebetentur.

OBTESTOR, aris, {Pregare con ſcongiuri} ([illegible]) precor, imploro. Hoc uerbo utimur in maximis angoribus, ferme ſemper cum adiuratione. Terent. in Andr. Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, perq; huius ſolitudinem Te obteſtor. Aliquando etiam ſine adiuratione. Cic. pro Flac. Quum ego te Flacce, cœlū, noctemq; conteſtans, flens flētes obteſtabar, cum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem urbis & ciuium commendabam. Hinc Obteſtatio, uerbale. Cic. ad Memmiū lib. 3. Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, ueſtigia, ſummorum hominū ſibi tuenda eſſe dicit.

OBTEXO, xis, {Teſſere d'intorno} ([illegible]) circuntexo. Plin. lib. 11. ca. 19. Fibi etiam araneus quacunq; acceſſerit, alarum maxime lanugines obtexit. Verg. 11. Aene. Fundunt ſimul undiq; tela Crebra niuis ritu, cœlumq; obtexitur umbra.

OBTICEO, es, ere, {Tacere} ([illegible]) taceo. & eſt proprie de iis, quæ nos pudet dicere. Terent. in Eunuc. Virgo conſciſſa ueſte lacrymans obticet. Obticentia, æ, Quintil. lib. 9. cap. 2. [illegible], (quam idem Cicero Reticentiam, Celſus, Obticentiam, nonnulli Interruptionem appellant) & ipſa oſtendit affectus.

OBTINEO, es, pe. cor. {Ottenere} ([illegible]) ſignificat uinco, quaſi contra teneo. Ci. ad Attic. lib. 7. Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Obtinere item eſt ſeruare, & fortiter tenere. Plau. in Aſin. Si iſtam fortitudinem animi obtines, ſalui ſumus. Interdum ſignificat ſimpliciter tenere, ſiue habere. Colu. lib. 2. Tertium locum obtinet pecudum ſtercus. Ponitur aliquando pro retinere, & conſeruare. Cic. ad Treb. Tu ſi iſtic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferas noſtri deſiderium. Obtinere & Repelli ſunt contraria. Cic. ad Lent. li. 1. Epiſt. Neq; ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe uideamur. Ponitur aliquādo pro occupare, Pli. lib. 12. ca. 1. Arbor agros lōge

obtinens

obtinens umbris. Hinc Obtento, tas, frequentatiuũ: de quo uide ſupra ſuo loco.

OBTINGIT. {*Toccare, accadere*} (συμβαίνει, συμπαραγίνεται) obuenit, euenit. Cic. 1. Offi. Ex quo quia ſuum cuiuſq; fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. Non niſi in tertijs perſonis legitur.
Obtingere alicui prouincia dicitur, cùm ſortito prouincia regenda alicui cõmittitur. Cic. 3. Verr. Quæſtor ex Senatuſconſulto prouinciam ſortitus eſt, obtigit tibi Conſularis.

OBTORPESCO, is, {*Impigrirſi*} (καταβλακεύομαι) ab Obtorpeo, ualde torpidus fio, & ſtupore quodam ita afficior, uel propter metum, aut aliã quam uis rationem, ut omnino imbecillior ſim. Curtius li. 10. Quis crederet ſæuam paulò antè concionem obtorpuiſſe ſubito metu? Cic. pro domo ſua: Miror eũ non linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe.

OBTORQVEO, es, {*Torcere forte*} (διαστρέφω) uehementer torqueo. Pl. de Vir. illuſt. Conſuli legibus agrarijs reſiſtenti ita collũ in comitio obtorſit, ut multis ſanguis efflueret è naribus. Hinc Obtortus, a, um, participium: Cice. 6. Verr. Quem obtorto collo in carcerem abripi iuſſit.

OBTRECTO, ctas, {*Dir male*} (διασύρομαι, ἀντιπράττω) ex Ob, & Tracto: a in e, mutata. Tracto uerò frequentatiuum eſt uerbi Traho. Eſt autẽ Obtrectare, auctore Feſto, contra alienam ſententiam tractare ſeu maledicere, quũ ſcilicet alicuius dicta aut facta deprauantur. Obtrectat (inquit Eraſmus) qui malè prædicat de alio, detrahit, qui minuit laudem alicuius. Cicero Dolabellę. Non tam id laboro, ut ſi qui mihi obtrectent, a te refutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. Ponitur aliquando pro culpare, ſiue damnare. Plinius lib. 9. cap. 35. Superbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatumq; obtrectans. Hinc obtrectator, oris, detractor. Cicer. de Clar. Orato. Dolebamq;, quòd non, ut plerique putabant, aduerſarium, aut obtrectatorem laudum mearum, ſed ſocium potius & conſortem glorioſi laboris amiſeram. Et Obtrectatus, huius tus, idem quod Obtrectatio. Gell. libro. 20. capite ultimo: Aequum eſſe puto, ut ſine uano obtrectatu conſiderent.

OBTRECTATIO, onis, (διασυρμός) definitur à Cic. 4. Tuſ. ad hunc modum. Obtrectatio eſt, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo q alter quoq; potiatur eo, quod ipſe concupierit. Ponitur aliquando pro detractione. Cęſa. 1. Bel. Ciuil. A quibus & inductum, & deprauatum Pompeium queritur, inuidia atq; obtrectatione laudis ſuæ &c.

OBTRVDO, dis, ſi, ſum, {*Spingere incontro*} (προσωθίζομαι) aduerſus alium trudo, obijcio: unde Obtrudere fores dicitur, qui in ædes ingrediens fores a tergo tem excludit. Plau. in Menæc. Iam ne abijt, intro? abijt, obtrudit fores. Obtrudere, quaſi inuito & renuenti offerre, & dare. Teren. in And. Ea quoniã nemini obtrudi poteſt, Itur ad me. Vbi Donatus: Benè, Obtrudi: quaſi inuito. De hoc uide etiam ſuprà in uerbo obſtrudo. Obtruſus, a, um, participium. Cice. de Clar. Orat. Quò magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda quædam obtruſa ratio, quæ mutari non poteſt.

OBTRVNCO, cas, {*Tagliar à pezzi*} (κατακρεουργεῖν, κατακόπτω) occido, uulneribus conficio, quaſi corpus membris mutilatis truncum reddo. Cice. 2. de Nat. deo. Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit. Hinc Obtruncatio, uerbale. Col lib. 4. cap. 29. Quod tum & obtruncatione uitis, & cum eiuſdem reſectionis fiſſura præcipit fieri.

OBTVEOR, obtueris, pe. pro. obtutus ſum, obtueri. (ὁρῶμαι) diligenter conſpicere. Plau. in Bacch. (Num qui nummi exciderunt here tibi, Quod ſic terram obtuere. Idem in Moſt. At tu iſtac ad nos obtuere, quoniam cornicem nequis conſpicari. Obtuor, obtueris, pe. cor. obtuitus, uel obtutus, obtui, idem quod obtueor. Vide infrà in dictione Tueor, tueris.

OBTVNDO, dis, di, {*Romper la teſta ſtordire, percuotere*} (ἀμβλύνω) obtuſum ſine n, ſicut fit in alijs à Tundo compoſitis, quamuis Tunſum à Tundo n, retineat. Eſt autem propriè Obtundere, totum ſeu circum percutere, rumpere, & hebetare. Plau. in Amph. Nam ſum obtuſus pugnis peſſimè. i. percuſſus, uel perfractus. Col. lib. 4. cap. 24. Obtuſa, hebesq; mollis falx putatorem moratur, eoq; minus operis efficit, & plus laboris affert uinitori. Transfertur quoq; ad ingenium, & ad oculos, ad uocem: & dicimus, Obtuſum ingenium, & obtuſa acies. i. hebes, & ſine acumine, ἀμβλυωπής. Obtundere, & Acuere ſunt contraria. Cic. 1. Tuſc. Multa enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. Aliquando ſignificat ſæpius repetendo eadem alicui moleſtiã, & faſtidium afferre, ἀποκναίειν, παρενοχλεῖν. Tractũ à fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo. Teren. in And. Obtundis, tametſi intelligo. Ci. Antequam iret in exilium: Quid nunc ego de proprijs meis meritis prædicem? ſi meminiſtis, obtundam. i. faſtidio uos afficiam. Hinc obtuſus participium: ut, Obtuſus pugnis, in exemplo Plau. ſuprà citato. Item Obtuſus nomen pro hebete. Cic. in Cato. Non'ne uobis uidetur animus is, qui plus cernat, & longius tendere, & ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtuſior ſit acies, non uidere? Et Obtuſe aduerb. Cic. 1. de Nat. deo. Quo quid dici poteſt obtuſius? Obtunſus legitur apud Plin. Epiſt. 123. ſed minus frequenter, & parum uſitatè.

OBTVRBO, as, {*Rompere il parlare, interrompere*} (ἀντιταράττω, ἀποκναίω, παρενοχλέω) ſermonem, uel negotia alicuius interpello. Teren. in And. Itane uero obturbat. Interdum idem eſt quod ſimplex Turbo. Cic. ad Att. li. 12. Me literæ, & ſcriptio non leniunt, ſed obturbant.

OBTVRO, as, pe. pr. {*Serrare, chiudere*} (ἀντιλαμβάνω, πωμάζω, ἐπιβύω) ſignificat occludo. Hora. lib. 2. Epiſt. Obturem patulas impunè legentibus aures. Feſtus putat dictionem eſſe compoſitam ex Latina præpoſitione Ob, & Græca dictione θύρα, quo nomine illi oſtium appellent. & ita, ſi Feſto de hac etymologia fidẽ adhibere uelimus, uideretur per th, aſpiratũ eſſe ſcribendum.
Hinc Obturamentum, quo aliquid obturatur. Pli. lib. 16. cap. 8. Vſus eius cadorum obturamentis. De cortice ſuberis loquens. Idem lib. 33. cap. 4. & repleto ſtagno excuſatis obturamentis erumpit torrens tanta ui, ut ſaxa peruoluat.

OBTVTVS, huius obtutus, pe. pro. {*Lo ſguardo*} (πρόσοψις) quaſi obtuitus, id eſt, aſpectus: ab Obtueri, ἀποσκοπεῖν, ἀποβλέπειν. Ver. 1. Aen. Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in uno.

OBVAGIO, is, pe. pr. (ἀντιβαΰζω) contrà, ſeu circum uagio, ſeu uagitu obſtrepo. Plau. in Pœn. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent, neue in ſpectatum afferant, Ne & ipſę ſitiant, & pueri pereant fame, Neue eſurientes hic, quaſi hœdi, obuagiant.

OBVALLO, as, {*Circondare, baſtionare*} (περιχαρακόω) circumuallo. Cice. pro Lege agraria: Me longo interuallo propè memoriæ, temporumq; noſtrorum primum, nouum hominem Conſulem feciſtis, & eum locum, quem nobilitas præſidijs firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.

OBVARICATORES, dicebantur illi, qui cuipiam occurrebant, quo minus is rectum iter conficeret, inquit Feſtus. Obuarico, as, uero pen. cor. eſt occurro, obſto, teſte eodem.

OBVARO, ras, pen. pro. {*Guaſtare*} (διαστρέφω) deprauo, peruerto. Tractum à uaris, qui introrſum pedes intortos habent. Ennius in Achi. Nam conſilijs obuarant quibus tam concedit hic ordo Nonius.

OBVCVLA, æ, oppidum ulterioris Hiſpaniæ, in conuentu Aſtigitano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

OBVENIO, nis, {*Intrauenire, accadere, uenir all'oncontro*} (ὑπάρχω, προσίεμαι, προσέρχομαι) idem quod obtingo. Quin. lib. 10. ca. 3. Expectantes quid obueniat, quid res poſcat, quid perſonam deceat. Aliquando eſt contingere, quaſi ſortitio. Cic. 3. Verr. Verri ſorte prouincia obuenit. Obuenire ex hæreditate, uel hæreditate ſine præpoſitione, eſt quod uulgo dicimus, per ſucceſſionẽ. Varr. de Re ru. lib. 1. cap. 12. Quid potero facere, ſi huiuſmodi mihi fundus hæreditate obueniat? Hinc Obuentio, uerbale. Vlp. l. magis puto. ff. de Rebus eor quid ſub tutel. & cura ſunt: An pecuniam pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominibus, quæ conueniri poſſunt, uel in fructibus conditis, uel etiam in redituum ſpe, atq; obuentionum.

OBVERSOR, aris, deponẽs, {*Verſarſi intorno*} (περιστρέφομαι) ſignificat circũm uerſor, adſum, uerſor. Cice. pro Sest. Sed mihi ante oculos obuerſatur Reipu. dignitas, quæ me ad ſe rapit. Obſeruari per metaphorã etiam illud dicitur, quod ita animo apparet, ut adeſſe coràm uideatur & cerni. Et dicimus Obuerſari ante oculos: uel cum datiuo, Obuerſari oculis. Liui. 5. bel. Macedo. Caudinæq; cladis memoria, non animis modo, ſed propè oculis obuerſabatur. Hinc obuerſatio uerbale: Cice. pro Muræna: Moeſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes: ſeductiones, &c.

OBVERTO, {*Volgere contra*} (ἀντιστρέφω) contrà uerto. Cice. in Arato: Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Vergi. 6. Aenei. Obuertunt pelago proras: Obuerſus ſto, pro aduerſus. Plin. lib. 9. cap. 57. Contraq; uenantes refugere in ſuas cauernas, & [illegible] illis obuerſos ſtare. Colu lib. 7. Pluſimum refert, ut paſcentium capita ſint obuerſa Soli, qui plerunq; nocet animalibus. Liui. Tum totam aciem in Samnites obuertit.

OBVIAM, {*All'oncontro*} (εἰς συνάντησιν) aduerbium loci, occurſum denotãs, quaſi ob uiam. Terent in Phorm. At ego obuiam conabar tibi Daue. Et dicimus, Procedere obuiam alicui, Prodire obuiam, Properare obuiã. Ire obuiã, Venire obuiam, Mittere obuiam, Obuiam fieri, Cic. pro Milone: Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Effundere ſe Obuiam, Obuiam ire periculis, Obuiam ire conatibus: Obuiam eſſe, quod eſt in promptu eſſe, Plaut in Capt. Nec ſycophantijs, nec fucis, ullum mantellum obuiam eſt.

OBVIO, as, {*Andare all'oncontro, incontrare*} (ἀπαντάω) occurro, obuiã proficiſci, ſeu obuium fieri quaſi ob uel contra uiam eo, quemadmodum Deuio, à uia recedo. Per translationem ponitur pro reſiſtere. Salluſt. in Iugurt. Tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiatum.

OBVIVS, a, um, {*Ciò che uiene all'oncontro*} (ἐντευκτικός, ἀπαντῶν) quod alicui occurrit, & tanquam in uia expoſitum eſt. Sallu. in Iugur. Deinde omnes puberes Numidas atq; negotiatores promiſcuè, uti quiſq; armatus fuerat obuius, interficit. Obuium ſe dare alicui. Liu. 1. ab Vrb. Romulus, inquit, Quirites parens urbis huius, prima hodie luce cœlo repẽte delapſus, ſe mihi obuium dedit.
Obuium eſſe. Cic. pro Cecinna: Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris. Dicimus, autem, Obuius tibi fio, Obuius ſum tibi. Obuiã me tibi fero, & Obuio tibi. Obuius, et expoſitus homo dicitur, qui omnes admittit, nec ſe difficilem præbet in colloquijs. Pli. Epiſt. 10. Eſt enim obuius, & expoſitus, plenusq; humanitatis, quam præcepit.

OBVLCO, onis, oppidum mediterraneum ulterioris Hiſpaniæ in cõuentu Corduben ſi: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

OBVMBRO, as, {*Adombrare, defendere, oſcurare*} (ἐπισκιάζω, ἐπικρύπτω, ἐπηλυγάζομαι) umbris undiq; obſcuro. Verg. 12. Aen. Obumbrant æthera telis. Per tranſlationem ponitur obumbrare pro tueri. Idem li. 11. Et magnum reginæ nomen obumbrat. Ponitur aliquando pro obſcurare, Quint. in 8. Præter id q gratiam admittunt, ſenſus obumbrant, & uelut læto gramine ſtrangulant Plin. li. 23. cap. 1. Sic quoque in prouerbium ceſſit, Sapientiam uino obumbrari. Budæus.

OBVNCVS, adiectiuum, {*Molto torto*} (ἐπικαμπής) ualde uncus, & incuruus, Vergil. 6. Aeneid. Roſtroq; immanis uultur obunco Immortale iecur tundens.

OBVOLVO, is, {*Inuolgere, uolgerſi intorno*} (περιειλίττω, περικαλύπτω) circumuoluo. Cic. in Orat. Obuoluendũ caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſe imitari, &c. Ponitur aliquando per metaphoram pro diſſimulare, uelare, obtegere. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Tu cùm ſis quod ego, & fortaſſis nequior, ultro Inſectere, uelut melior? uerbisq; decoris Obuoluas uitium?

O ANTE C.

OCALEA, æ, ſiue Ocalee, es, pen. corre. (Ὠκαλέη) Bœotiæ oppidum eſt, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium. Ὠκαλέην, Μεδεῶνά τ' ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

OCCA, {*Arpego*} (βωλοκόπημα) inſtrumentum, quo tracto reptanteq; ſuper terram ferreis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebæ conteruntur, & agri ſuperficies coæquatur, & ſemina cooperiuntur. Colu. lib. 2. cap. 18. Deinde uiciam per miſtam ſeminibus fœni ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus. Sunt tamen qui legant hic, Inducta crate. Cratibus enim glebas ſolere æquari, locupletiſſimus teſtis eſt Vergi. 1. Georg. Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineaſq; trahit crates.

OCCALLEO, {*Hauer calli, fare il callo*} (ἀποτυλοῦμαι, ὑποσκληρύνομαι) to-

tus calloſus ſum:& per tranſlationē pro induratus ſum ponitur. A' quo Occalleſco,quod eſt callum obduco. Partes autem illę callum obducere dicuntur,quę obdureſcunt. Plaut.in Aſin. Qui latera conteram tua,quæ occalluere plagis?

Occalluit animus,alibi ait Plaut.pro eo quod eſt,diutina malorum aſſuetudine aduerſa patienter ferre didicit. Lōga patientia occalui:Plin. Epiſt. 39. Fauces gulonum à Seneca dicuntur occalluiſſe, tanquam callum obduxerint ea cibis ardentibus, aduerſus ſenſum feruidorum ciborum, qui uia ſuffrænat gulam helluonum,magis ardentem,quam ardeat feruens obſonium.

OCCANO,is,& Occino,is,pe.cor.{Cantare incontro}(κατᾴδω,ἐπᾴδω)occinui,& occini,& occanui ſecundū Probum,quum Cano Cecini faciat: & ſignificat contrà cano,cātu obſtrepo. Liuius:Si pulli nō paſcentur,ſi tardius ex cauea exierint,ſi occinuerit auis. Supinum facit occentum. Hinc occentus pro concentu,aut ipſo occinēdi actu. Valer. Max.lib.1.Occentuſq; ſoricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam,C. Flaminio Magiſterium equitum deponendi cauſam præbuit. Occento,as,are,frequentatiuum,uide infrà ſuo loco.

OCCÆCO,uide Obcæco.

OCCARE,(βωλοκοπεῖν)eſt glebas confringere,& ſata operire.Cic. de Senec. Quæ cum gremio mollito,ac ſubacto,ſparſum ſemen excepit primum id occatum cohibet,ex quo occatio,(quæ hoc efficit)nominata eſt.Palladius: Arbores quæ ablaqueatæ fuerāt,occare,hoc eſt operire,iam cōuenit. Varr.1.de Re ruſt. cap.31.Vineas nouellas fodere,aut arare,& poſtea occare, id eſt, comminuere, ne ſit gleba:quod ita occidunt,occare dicūt.Feſtus:Occare,& Occationē Verrius dictam putat ab occædendo,quod cædant grandes globos terræ:cum Cic. uenuſtiſſimè dicat ab occæcando fruges iactas. Huius compoſita D. occo,& Inocco,uide ſuis locis.

OCCASIO,nis,{Occaſione,opportunità}(καιρὸς,εὐκαιρία)inquit Feſtus,eſt opportunitas temporis caſu proueniens.Cic.1.de Inuent.Occaſio, eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi, aut nō faciendi opportunitatem. Idem 1.Offic.Tempus autem actionis opportunum Grecè εὐκαιρία.Latinè appellatur occaſio. Hæc naſcitur per actus humanos non impedientes: ut puer dormiens facit furantibus occaſionem. Ponitur aliquando Occaſio pro copia, teſte Budæo.Col.libr.9.ca.1.Id fabricatur ex robore quercu, uel ſubere: nam oleæ rara eſt occaſio. Dicimus Occaſionem capere,Occaſionem captare, Occaſionem parere,Occaſionem eſſe,Occaſionem,uenire,Occaſionem uideri, Occaſionem dare,Occaſionem habere,Occaſionem efferri, Occaſionem nanciſci, Occaſionem tenere,aut remittere,quæ ſunt cōtraria:Occaſionem amittere,Occaſionem amplecti,Occaſionem arripere.Exempla apud probatos autores ſunt inuentu facilia. Hinc occaſiuncula,æ,diminutiuum,Plaut.in Trin.Nam mihi auriſero,nimis argutè obrepſiſti meapte occaſiuncula. Occaſionem ueteres Romani deam eſſe putauerunt,Greci Deum,quem καιρὸν uocabant. Simulacrum Occaſionis ita fingebatur,ut pennatis pedibus uolubili rotę inſiſteret,uertigine quadam uelociſſima ſe in orbem circumagens,priore capitis parte capilloſa,poſteriore glabra.Quo commento occaſionis breuitatem,& inconſtantiam uoluerunt denotare,quę niſi,cum primum ſeſe offerat,arripiatur,ſtatim elabitur è manibus nihilq; nobis remanet præter pœnitētiam,quæ perpetua Occaſionis fingitur eſſe comes:ita ut,cum Occaſio effugerit,nobis maneat pœnitētia:De Occaſionis effigie uide elegans Epigramma apud Auſonium, & ea quæ annotauit Eraſmus in Adagiis.

OCCASO,occaſas,occaſare,{Morire}uerbum antiquū, ab Occaſum, quod eſt ſupinum uerbi Occido, Idemq; ſignificat,quod intereo.Plau.in Caſ.Satin'propter te pereo ego,atq; occaſo?

OCCASVS,us{Morte,occaſo}(δυσμὴ,δύσις) modò interitus dicitur,& tam de homine,q̄ de rebus inanimatis dici ſolet. Cice. 1. Acad. Ac poſt Lælij noſtri occaſum.Idem 3.Catil.Totius urbis atq; imperij occaſus appropinquat. Modò dicitur Solis ueſpertina abſcōſio,uel tranſitus ad inferius hemiſphæriū. Auctor ad Her.li.3.Solis exortus,curſus,occaſus nemo admiratur,propterea quod quotidie fiunt. Ponitur aliquādo pro loco ubi Sol occidit, Cic.2.de Nat.deo. Ab ortu ad occaſum ſpatiis immutabilibus commeans ſidus.

OCCATIO,onis,(βωλοκοπία) uerbale ab Occo,as. Plin.lib.18.cap.20. Aratione per tranſuerſum iterata occatio ſequitur.Sic Colum.lib.2.cap.4.& Cice. de Senect.

OCCATOR,oris,(βωλοκόπος) qui occat, hoc eſt,glebas in aluo confringit. Plaut.in Cap.Quid ego deliqui? Æ.rogas? Sator,ſartorq; ſcelerum, & meſſor maxume. T.Non occatorem dicere debebas prius? Nam ſemper occant prius, quam ſariunt ruſtici.Sic Colu.lib.2.cap.13.

OCCATORIVS.a,um,(βωλοκοπικὸς)quod ad occationem pertinet. Colu. lib.2.cap.13.Bubulcorum operas tres exigunt,occatoriam unam.&c.

OCCEDO,dis,ceſſi,ceſſum,{Andare incontro}(ἀντιβαίνω)ex Ob, & Cedo, occurro,obuiam eo,Plaut.in Aſin.Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiā occeſſiſti.Idem:Quiſquis obuiam huic occeſſerit irato uapulabit.

OCCENTO,tas,(ἐρεσχελέω)frequentatiuum ab Occino.Feſtus:Occētare,cō uicium facere,ut apud antiquos,quum id clarè,& cum quodā canore fieret, ut procul exaudiri poſſet, quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur. Plautus in Perſa:Hæc enim illi noctu occentabunt oſtio, exurent fores. Idem Curc.Quid ſi adeam fores, Atq; occ:ntem?

OCCEPSO,ueteres pro Incepero poſuerunt. Plau.in Amph.Ni ego illi puteo, ſi occepſo,animam omnem intertraxero.

OCCIDENTALIS,le,{Pet. Dal lito occidental ſi moue un fiato}(δυτικὸς)quod uergit ad occidentem. Plin. lib.19. cap. 34. Ab occaſu ſolſtitiali & Occidentali latere Septentrionis.

OCCIDENS,ſubſtantiuū,pe.cor. {Occidente,ponente} (δύσις) dicitur plaga, in qua Sol occidit:quæ & Occidentalis plaga, (δυτικὸς,δυσμικὸς) uocatur, Cic.2.de Nat.deo.Qui has nobiſcum terras ab Oriente ad Occidentē colunt.

OCCIDIO,dionis,{Occiſione}(πανωλεθρία) idem quod occiſio.i.cædes,mors. Colu.lib.7.cap.5.Sola ea fomenta non aſpernatur lactis caprini, quod infuſum tantum ualet,ut & blandiatur,igneam ſcabritiam differens magis,q̄ occidionem gregis prohibens.Corn.Tacit.lib.12.Copiæ tum occidione occubuiſſent. Occidione occidere,idem eſt,quod ad internecionem delere. Liu.8.Belli Pun. Cum duo exercitus eorum propè occidione occiſi eſſent,&c.

OCCIDO,dis,pen.pro. {Occidere,amazzare} (φονεύω, ἀποκτείνω,σφάζω) ex Ob,& Cædo ſignificat quocunq; modo interficio.Teren.in And. Si quicquam mentitum iuuenies,occido. Aliquando ſignificat enecare,excruciare,tantaq; moleſtia afficere,ut quis occiſus prope uideatur. Teren.in Adel.Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere.Quandoq; eſt cædere, ferire,percutere. Teren.in Adelph.Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam Pſaltriam uſq; occidit.Vbi Donatus:Occidit,uehementer cecidit. Vnde etiam Occiſum poſſumus intelligere cæſum,quamuis interfectus non ſit. Propriè tamen Occiſus dicitur,qui quouis modo eſt interemptus. Vlpia.Occiſum interemptū accipere debemus,ſiue gladio,ſiue fuſte,uel alio telo,uel manibus,ſi fortè ſtrāgulauit eum,uel calce petiit,uel capite,uel qualitercunq;. Neq; uerò homines ſoli,cæteraue animalia occidi dicuntur,uerumetiam plantæ, quæ licet nō ſentiant,tamen uiuere dicuntur.Differunt q; inter ſe Occiſus & Necatus,qđ Occiſus uulnere,Necatus etiam ſine ictu dicatur. Vnde ueneno necatos,non occiſos dicimus.Occiſa res dicitur,deſperata & perdita. Plau. in Pſeud. Occiſa eſt eſt hæc res,hæret hoc negotium. Vnde & Occiſorem,& Occiſiſſimum ueteres dixere.Idem in Caſ.Occiſiſſimus omnium, qui uiuunt. Hinc Occiſio, onis,uerbale,(φόνος)actus ipſe occidendi,cædes ipſa. Pli.de Vir.Illuſt.In inſidias delapſi ad unum occiſione perierunt. Occiſione occidere,idem eſt, qđ uſq; ad internecionem delere.Cic.Philip.14.Eiuſq; copias occiſione occiderit ſuo exercitu ita incolumi,&c.

OCCIDO,dis,pen.cor.{Morire,}(δύω,ἀποπίπτω)occidi,occaſum,ex Ob, & Cado: Aliquando ſignificat pereo.Teren.in Eunuch. Occidi: Neq; uirgo eſt uſquā,&c.Occidit ſpes noſtra,inquit Pla.in Moſt.id eſt,periit,ſiue de ſpe decidimus. Accipitur aliquando Occido,pro obueno. Vnde Occaſio. Aliquando interimor; à quo Occaſus pro interitu. Neq; ſolū de homine,cæteriſq; animantibus,uerumetiam de herbis, & de arboribus dicitur,cum ſeneſcūt, & emoriuntur. Verg.4.Eclog.Et fallax herba ueneni Occidit. Aliquando cado,ſiue deſcendo. Plau.in Rud.Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt.id eſt,cadūt. Vnde & Sol Occidere dicitur,quia cadere uidetur,dum mergitur:quemadmodum econtrario Oriri,dum uidetur ſurgere.Lact.lib.3.Videbant ſyderum curſus in occaſum meantium: ſolem atq; lunam in eandem partē ſemper occidere.

Huius compoſitum eſt Præoccido,antè occido.Plin.lib.18.Quarto Calē. Maij Canis occidit,ſidus & per ſe uehemens, & cui præoccidere Caniculam neceſſe ſit.Cic.lib.1.Tuſc.Occidere pro mori ſumpſit.Sunt(inquit)quidā, qui diſceſſum animę à corpore putant eſſe mortem. Sunt qui nullum cenſent fieri diſceſſum,ſed una animum & corpus occidere, Hinc Occidens participium. Cic. ad Sulp.lib.4.Epiſt.Profectò aliquid opis occidenti Reipub.tuliſſemus. Item Occidens nomen de quo ſuprà.

OCCIDVVS,a,um,{Occidentale}(δυτικὸν)idem quod Occidentalis.Clau. lib.2.de Raptu Proſerpinæ: Solus Amazonio cinctus Stiymphalidas arcu Appetis,occiduo ducis ab orbe greges.Nonnunquam id quod occidit. Gelli. 19.cap.1.Redimuſq; in urbem Sole iam ferè occiduo.Ouid.1.Met. Veſper & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,Proxima ſunt Zephyro. Aquæ occiduæ,pro mari heſperio:apud eundem. 1.Faſt. Et Senectus occidua.15. Met.

OCCILARE,{Peſtare}(συντρίβειν) contūdere. Plau. in Amph.Qui mihi aduenienti occilet os.Quidam tamen legunt Oſcillare,pro inclinare.

OCCINO,is,ere,uide Occano.

OCCIPIO,pis,pen.cor.{Commenciare}(ἄρχομαι)compoſitum eſt à capio, quemadmodum Incipio,Concipio,Præcipio,& ſimilia : ſignificatq; idē quod Incipio.Liu.lib.1.ab Vrb. Agere porrò occœpit.

OCCIPVT,pe.cor,huius occipitis,neut.gen.(ἰνίον)ex Ob,& Caput, ſignificat poſteriorem capitis partem,quæ fronti opponitur. Auſonius in Epigram.ſimulacri Occaſionis & Pœnitentiæ: Sed heus tu Occipite es caluo: ne teneas fugiens. Dicitur & Occipitium,Plau.in Aulu. Quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima.i.uerſuta circumſpectaq; eſt,ut non ſit eam facile fallere. Frōs occipitio prior.priſcis agricolis celebratum adagium atq; inſtar ænigmatis iactatum. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

OCCLVDO,dis,{Chiudere,ſerrare}(κατακλείω)claudo.Ci.4. Acad.Quid me igitur Luculle in inuidia,& tanquā in cōcionē uocas;& quidē ut ſeditioſi tribuni ſolēt,occludi tabernas iubes? Occludere linguā Plau in Milite: Quippe ſi reſciuere inimici conſiliū tuū,tibi Tuopte conſilio occludunt linguā, & conſtringunt manus. Hoc eſt,impediunt nequid reſpondere poſſis. Hinc Occluſus,(κατακλειστὸς)aliquando partic.aliquando nomen. Plau. in Trin. Occluſioremq; habeant ſtultiloquentiam: hoc eſt,magis occultam,& obſcuram.

OCCVBO,as,pe.cor.(θνήσκω)compoſitum à Cubo,idem quod occumbo. Verg.1.Aen.Nec adhuc crudelibus occubat umbris.

OCCVLCO,as.{Calcare}(καταπατέω)idem quod conculco. Cato de Re ruſt.cap.49.Ita uti fuerit, ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoq;, & bene occulcato.

OCCO,as,{Arpegare,}(βωλοκοπέω)glebam comminuo,& ſemen terra operio:uide ſuprà Occare.

OCCVLO,pen.co.cului,cultum,{Celare,aſcondere}(κλέπτω,συγκρύπτω,συγκαλύπτω,ἀποκαλύπτομαι,ἐπικαλύπτομαι)idem quòd abſcondo,ſiue abdo, ex ob,& Colo:o,in u,mutata: licet quidam à celo compoſitum uelit. Verg.2. Georg.Quod ſupereſt,quæcunq; premes uirgulta per agros Sparge fimo pingui,& multa memor occule terra.Cic.ad Att.lib.5. Appū uulnera non refricō,ſed apparent,nec occuli poſſunt. Aether occulit deos, Ouid.4. de Ponto, Eleg.8.Sylua occulit feras:Idem 2.Faſt.Iuppiter occulūt aerem nubibus:Idē 14.Meta.Verg.12.Aene.Quæ nubæ fugacem Fœminea tegat,& inanis ſeſe occulat umbris.

OCCVLTVS,partic.{Occolto,aſcoſo}(ἀποκεκρυμμένος) idem ſignificans quod abſconſus.Cum autem in nomen tranſit,idem eſt quod ſecretus,κρυπτὸς,κρύφιος.Plau.in Trin.In occulto iacebis,cum te maxime clarum uoles.Cic. ad Mart.lib.11.Habeo multo occultiora,quæ uix uerbis adſequi poſſum. Ex occulto,aduerb.aliter,ponitur pro ſecreto.Pli.lib.9.cap.42.Non paſtinaca latrocinatur ea occulte,tranſeuntes radio(quod telum eſt ei)figens. Hinc Occultè,aduerb.(κρυφῇ)id eſt,clam & caute.Caeſ.1.Bell.Ciu.Occultè ad explorandaloca proficiſcitur.Cic.1.Offi. Remouent ſe ab oculis, ipſiq; neceſſitati dant operam,ut quàm occultiſſime pariant.

OCCVLTO,tas,{Occoltare,aſcondere,coprire}(ἀποκρύπτω)frequētatiuū eſt ab Occu-

ab Occulo,lis. Ver.2. Eclog. Nunc uirides etiam occultāt ſpineta lacertos. Cic. 1. Offi. Quæ.n.natura occultauit, eadē omnes, qui ſana mēte ſunt, remouent ab oculis. Hinc Occultatus particip. (ἀποκεκρυμμένος), & Occultatè aduer. (κρύφα, κρυφῇ) idem quod occultè. Cic. pro Deio. Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & ſeruo, ut putabat, ſideli non credidit? Occultatio, onis. Cæſar 6. Belli Gall. Cuius rei nulla eſt occultatio. Occultator, oris. Cic. pro Mil. Suſtinuiſſet hoc crimen primùm ipſe ille latronum occultator, & receptor locus.

O C C V M B O, bis, {Morire,} (τελευτάω, θνήσκω) morior, mortē oppeto: ex ob, & Cubo, bas, aut certè ab antiquo uerbo Cumbo. Oui. 3. de Arte amandi: Reſpice Phylacidē, et quę comes ille marito Fertur, et ante annos occubuiſſe ſuos. Aliquādo addimus ablatiuū Morte Ci. 1. Tuſ. Vt eſſet qui pro patria morte nō dubitaret occumbere. Pro eodem etiam dicimus, Occumbere mortem. Liu. 1. Bel. Maced. Qui pugnantes mortem occubuiſſent. Sue. in Aug. Voluntariam occubuiſſe necem. Et Occumbere morti. Ver. 2. Aen. Seu certæ occumbere morti. Occumbere etiam de Sole & ſtellis dicitur, cùm occidunt: unde & Occubitus ſyderum dicimus pro occaſu.

O C C V P A T I V V S A G E R, (κατειλημμένος χωρίον) dicitur, qui deſertus à cultoribus proprijs, ab alijs occupatur.

O C C V P O, pas, pen. cor. {Occupare, uſurpare,} (καταλαμβάνω, προλαμβάνω, φθάνω, προκαταλαμβάνω) ex Ob, & Capio ſignificat quod in cōmune fuit in mediū erat, ante alios capio, ut ait Valla lib. 5. aut ēt rē alienā inuado, arripio, et ui detineo. Cic. de Amic. Tyb. Gracchus regnū occupare conatus eſt. Occupari ſæpe ēt accipitur pro detineri, ſeu diſtringi, ἀσχολεῖσθαι. Cic. Offic. lib. 1. Et in ea funditus delēda occupati ſunt, & fuerunt. Hinc Occupatus homo, (ἀσχολούμενος) dicitur, qui negotio aliquo detētus, nō pōt alteri operā dare. Ci. Nemo me cōuenire ualuit, cū eſſem occupatus, hoc eſt, cū excuſarē me, q quibuſdā alijs negotijs eſſem præuentus. Occupatus, et Otioſus cōtraria. Ci. 1. Tuſc. Vt ſi occupati aliquid profuimus ciuibus noſtris, proſimus etiā, ſi poſſumus, otioſi. Dicimus cū datiuo Occupatus alicui rei. Pli. li. 26. c. 2. Sedere uſq in his ſcholis auditioni occupatū gratius erat. Et per ablatiuū cū præpoſitione In. ut, Occupatus in alio amore, Terē. in And. Et per accuſatiuū cū præpoſitione Ad, Nequò te ad aliud occupes negotiū. Plau. in Pſeu. Interdum eſt locum tenere, ſeu ui capere. Liu. li. 33. Nā et ipſis uocātibus urbē hanc accipi, nō occupari. i. nō ui carpi. Aliquādo ſignificat præuenire. Pla. in Rud. Occupas præloqui. Varr. in Ephebo, Crede mihi, plures dominos ſerui comedere, q̄ canes: q ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet. Aliquādo eſt inueniſe. Plau. in Menæc. Amplius n. hæreo, Ni occupo aliquod mihi cōſiliū. Aliquādo tenere, poſſidere. Plau. in Trin. Familiā optimā occupauit. Ab Occupo fit Occupatus, a, um, quod modò, particip. eſt, modò ex participio nomē admittens cōparationē. Cic. ad Att. lib. 12. Noli dubitare, quin occupatiſſimus fueris. Hinc ēt fit uerbale Occupatio (ἀσχολία) qđ ꝓpriè ſignificat diligētē res neceſſariæ uocationem. Cic. in Ora. In maximis occupationibus nunquā intermittis ſtudia doctrinæ. Eſt etiam occupatio (πρόληψις) apud Rhetores, ſchema quoddam, cùm aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: qđ ſit uel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, uel cùm ſuſpicionē excitare maiorem reticendo uolumus. A Græcis παράλειψις uocat. Quale eſt illud, Cogis me inuitum tuæ cauſam proferre. Nihil agis, non dicā, ſed ipſum tempus iam patefaciet. Præterea Occupatio ſiue Præoccupatio, aliud ſchema dicit, cùm quæ dici ab alio poterant, ea ipſi præueniendo dicimus, in aduerſariū noſtrum ne nobis poſtea officiant, detorquentes. Dicta Occupatio, quaſi præuentio. Nam occupare inter cætera ſignificat præuenire. Ab Occupo fit compoſitum Præoccupo, antè occupo, uel præuenio.

O C C V R R O, ris, occurri, ſum, {Occorrere, andare all'oncontro, ſouuenire, uenire in mente,} (ἀπαντάω) obuius ſio, obuiā procedo. Iuu. Sat. 1. Occurrit matrona potēs. Ci. pro Clu. per trāſlationē: Sed ego occurrā expectationi ueſtræ iudices. i. ultro antiuertā, et præueniā. Quandoq pro currere ponit. Plau. in Cur. Video paraſitū tuū occurrētē. Quādoq occurrere, (ἐπέρχεσθαι) eſt in mentē uenire. Idē de Senec. Sed mihi, quū de ſenectute aliquid uellē ſcribere, tu occurrebas, προσέβαλλες. Theo. Et in hac ſignificatiōe poſſumus addere datiuū aliquē, qualis eſt Animo, uel Menti, uel ſimilē. Ci. 4. Acad. Si id, quod officij fuit, nō occurrit animo, nihil unquā omnino agit. Quādoq offerri, (προσβάλλειν) ut apud Ci. Occurrebat tibi oratio. i. offerebat ſe. Quandoq obſtare, ſiue obſiſtere, ἀνθίστασθαι. Perſius: Venēti occurrite morbo. Hinc Occurſus, huius occurſus, (ἀπάντησις) ipſe occurrēdi actus. Pli. li. 8. ca. 30. Qui ne cōtrario occurſu hebetetur, capſarū modo includit. Huius frequētatiuū eſt Occurſo, ſas. i. currēdo obuiā eo, Ve. Eclo. 9. Et inter agēdū occurſare capro, (cornu ferit ille) caueto. Ponit quādoq pro eo qđ eſt in memoriā uenire. Pli. Epi. li. 5. Occurſant animo meo mortalitas, et mea ſcripta. Occurſare numinibus, eſt adorare, & ſacrificijs placare, & præuenire numina, ne nobis noceāt. Pl. in Paneg. Atq inter hæc pia mēte adire lucos, et occurſare numinibus. Hinc Occurſatio uerbale diligēs captatio honorū, cū magnatibus, aut populo occurrimus prius, q̄ decernatur. Cic. pro Plan. Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis.

O C E A N V S, pe. co. & per ſimplex c, (ὠκεανός) Cœli & Veſtæ filius, et maritus Tethyos, quē poetæ maris deū faciunt. Verg. 4. Geor. Oceanūq patrē rerū Nimphasq ſorores. Oceanus itē mare ipſum appellat, quod uniuerſam circuit terrā. Aug. Mari magno cingit terra, q uocat Oceanus: de quo influit quoddā exiguū in mediū terrarū, & facit iſta maria nota nobis, q̄ nauigijs frequētant. Pro eodē ēt neutro genere Oceanū dicitur, præſertim ſi mare, ſequat. ut Caper et Probus teſtant. Irrūpit āt Oceanus in mediū terrarū, inter Aphricam & Hiſpaniā, Abylā Africæ mōtē ad dexterā, Calpen Hiſpaniæ ad ſiniſtrā relinquēs, qui ob altitudinē Herculis colūnæ dici cōſueuerūt, eò q teſtimonio uetuſtatis laboris Herculei limes illic fuerit conſecratus. Dictus eſt aūt Oceanus, à Græca uoce ὠκύς, q̄ uelocē ſignificat: teſtibus Solino, et Seruio. Suidas uerò deducere uidet ab α priuata particula, & κεῖν, quod eſt χωρεῖν, mutato u, in ω. Et quāuis nomē ſit propriū Oceanus, aliquādo tamen pro appellatiuo ponit, quādo partes eius ſignificat. Quo modo, mare quū totū ſignificat, propriū eſt: quū partē, appellatiuum. Nā à litoribus, plerunq accipit nomē. Ad dextrā ſiquidē anteq̄ terrā intret, Atlāticus dicitur: ad ſiniſtram, Gaditanus: illinc Arabicus, Perſicus, Indicus. Hinc Britānicus, Germanicus, Scythicus. Poſtq̄ uerò terras intrauit, primo ab Iberia, hoc eſt, Hiſpania dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus inſulis, Balearicum: poſt hęc Narbonenſium prouinciam cōtingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Liguſticum. Mox uſq in Siciliam à Tuſcis Tuſcum, ſiue Tyrrhenū à Tyrrhenis, ſiue etiam ad differentiam ſuperi maris, Inferū appellatur. Superum.n. Adriaticum uocamus, q ad id ab urbe uenientes, Apenninum cōſcendamus: ſiue q Italiam ab ortu alluat. Inde ab Ionibus Ionium, à Sicilia Siculum, à Creta Creticum, ab Aſia, Aſiaticum, à Pamphylia, Pamphylicū: & multa alia nomina, quæ enumerare longum eſſet. Poetæ tamē Oceanū pro quocunq mari uſurpant. Verg. 2. Aen. Et ruit Oceano nox. Eſt & Oceanus ſolium uaſtum in balneis, & omnino lacus, alueusq maior, ab amplitudine uocatus, & à lauantium quoq ſtrepitu, & marino quaſi æſtu. Lampridius: Oceani ſolium primus inter principes Alexander appellauit. quum Traianus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Nam thermarū magnitudo Romæ quāta fuerit, Ammianus lib. 16. quum inquit: Lauacra in urbe in modum prouinciarum extructa. Ab Oceanus fit Oceanitis, tidis, pe. p. (ὠκεανῖτις, ὠκεανίς) pro filia Oceani. Verg. lib. 4. Georg Oceanitides ambæ.

O C E L L Æ, ab ocellis cognominati ſunt, hoc eſt, ab exiguis oculis, qui ſcilicet iuſto minores haberent oculos.

O C E L L A T V S, a, um, (ὀμματωμένον) quod ocellos habet, ab Ocellus diminutiuo. Vnde Sueto. in Auguſto, Ocellatas nuces dixit, pro multis foraminibus diſtinctas.

O C E L V M, li, (ὄκελον) Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, in tractu Gallæcorum, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

O C H A, æ, (ὄχα) Eubœæ inſulæ oppidum eſt, cuius meminit Pli. lib. 4. ca. 12.

O C H R A, {Ocrea} (ὤχρα) genus eſt coloris lutei, qui fit ex uſtu rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

O C H V S, (ὦχος) fluuius, qui in Indiæ montibus ortus per Bactrianorum regionem fluit. Plin. lib. 6. cap. 16.

O C I M V M, per s, noſtrum {Baſilicō. Boc. il Baſilico Salernitano bello diuenne & odoriſero} (ὤκιμον) Dioſcoridi herba eſt hortēſis pedali altitudine, ſurculoſa, ramulis teretibus, folio muralis herbę, diluti uiroris, odorisq fragrātiſſimi, quā recentiores Baſilicam herbam uocant: quo etiam nomine utitur uulgus. Ductū eſt nomen, ut putatur, à celeritate naſcendi, q omnium eorum, quæ in hortis naſcuntur, celerrimè prouenit, dicitq à quo ſata eſt, tertio erumpat: unde etiā à nonnullis per y, ſcribitur, eo q à dictione Græca ὠκύς deriuari putetur. Sed (ut ſuo loco docebimus) ocymū farraginis quoddam genus eſt, ab ocimo omnino diuerſum. Sunt hac noſtra ætate uiri nō indocti, qui Ozimum per z, ſcribendum contendant, dictumq putant à Græco uerbo ὄζω, quod eſt fragro. Eſt enim herba fragrantiſſimi odoris. Quæ opinio in primis arrideret, niſi reclamarent caſtigatiſſima quæq Plinij & Dioſcoridis exemplaria, in quibus conſtantiſſimè pro hac uerba Ocimum legimus per ſecundam perſonam conſonantem.

O C I O R, aris, uel otior per t, {Ociare, ſtare in ripoſo} (σχολάζω) in otio et quiete ſum. Cuius contrarium eſt, Negotior. Cic. lib. 3. Offic. Cælius Canius eques Romanus nec q infacetus, & ſatis literatus, quum ſe Syracuſas otiandi cauſa, nō negotiandi contuliſſet, dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle.

O C I O S V M uerbum, uel otioſum per t, (ἀργὸν ῥῆμα) dicitur quod ſine utilitate & loquentis, & audientis dicitur, quaſi ſuperfluum.

O C I O S V S, uel potius Otioſus, {Ocioſo} (σχολαῖος, ἥσυχος) uacuus, ceſſans, opere ſolutus. Cic. de Cla. Orat. Cùm inambularem in Xyſto, eſſemq domi otioſus. Dicitur & de animo, qui tunc otioſus eſt, quum tranquillus eſt, ſecurus, et ſolicitudine uacuus. Terent. in Andr. Animo iam nunc otioſo eſſe impero. i. ſecuro. Nam niſi ſecurus eſt, nemo eſt otioſus, ut inquit Donat. Dies otioſus, pro feſto. Cic. ad Q. frat. lib. 3. Id perficiam his ſupplicationum otioſis diebus. Idem de Sene. Si uero habet aliquid tanquam pabulum ſtudij, atq doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. Hinc Otioſè, (σχολῇ ἢ ἀτρέμας) aduerbium, quod eſt cum otio. Teren. in Adelp. Otioſè nunc iam illico hic conſiſte.

O C I V M, cij, ſiue (quod eruditis magis placere uideo) Otiū per t, {Ocio} (ἀπραγμοσύνη, σχολή) propriè uacatio à labore, cuius cōtrariū eſt, negotium. Auctor ad Heren. in Præfat. oper. Etſi negotijs familiaribus impediti uix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus, & idipſum quod datur otij, libentius in philoſophia conſumere conſueuimus, tua nos tamen, &c. Accipitur etiam Otium pro exercitatione leuiore animi, uel corporis, et relaxatione à grauioribus & magis ſerijs negotijs. Vnde Otium literarium dicimus pro ſtudio literarū, q hoc exercitationis genus oblectamētū potius uideri debeat, q̄ ſeria aliqua occupatio. Ci. Quid dulcius eſt otio literario? id eſt, ſtudio, & (ut ita dicā) negotioſo otio. Accipitur etiā Otiū pro tranquillitate, pace, quiete, ἡσυχία. Cic. in Ver. Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet, C. Norbanus in ſummo otio fuit.

O C N V S, (ὄκνος) Tyberis filius fuit ex Māto muliere fatidica, Tireſiæ Thebani filia, qui in Gallia Ciſalpina urbē cōdidit, & à nomine matris Mantuam appellauit. Verg. 10. Aen. Ille etiā patrijs agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Māt us, & Tuſci filius amnis, Qui muros, matrisq dedit tibi Mātua nomē. Eſt ēt Ocnus nomē cuiuſdā apud inferos, multis inſignū artificū picturis celebrati, quē effinxerunt perpetuo torquentē funē, aſtāte aſella, quę quātū ille torſiſſet, ſtatim prærodere. Inde ortum eſt prouerbium, Ocnus funiculum torquet: quod cū in eos omnes cōpetat, qui nō profuturam in re aliqua operam collocant, tum in eos præcipuè, qui cum nihil neq laboris, neq induſtriæ ad augendam rem familiarem prætermittant, nihilo tamen redduntur ditiores, q domi habeant aſellam, hoc eſt, uxorem prodigā, quæ quicquid miſellus multis ſudoribus corraſit, ſtrenuè profundit. Ad hanc picturam alludit Proper. lib. 4. Eleg. Dignior obliquò funem qui torqueat Ocno, Aeternumq tuam paſcat aſella famem.

O C Q V I N I S C O, ſcis, {Inchinare} inclino, inquit Nonius, Pomponius in Piſtore: Niſi nunc aliquis ſubito obuiam, occurrat mihi, qui ocquiniſcat, quo compingam terminum in tutum locum.

O C R E A, æ, {Gambiera} (κνημίς, τὸ περικνήμιον) militaris calceamenti genus eſt ex ære, ad obtegendas tibias accommodatum: quo utebantur tantum duarum primarum claſſium milites. reliqui enim caligis tibias muniebant. Apule. Hic Galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe: & ea quæ annotauimus in dictione Caliga.

O C R E A T V S, a, um, (κνημιδωτός) qui ocreis calceatus incedit. Plin. libr. 19. c. 2. Ad reliquos uſus laborioſè euellit ocreatis cruribus, manibusq tectis ma

nicis, conuolutum oſſeis ligneis'ue tormentis.

OCRIVM, ſiue Ocron, (ὄκριον) Britanniæ inſulæ promontorium eſt, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

OCTANGVLVS, (ὀκτάγωνος) res, uel figura dicitur octo angulos habẽs.

OCTAVIA gens, à Velitris originem accepit, quam nõnulli Auguſti gratiam per aſſentationem captantes, nobilitate eximia fuiſſe prodiderũt. Ipſe autem Auguſtus nihil amplius q̃ equeſtri familia ortum ſe ſcribit, uetere, ac locuplete, & in qua primus Senator ſuus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat. Reſtionem e pago Turino, & auum argentarium. Ex Tranquillo. Cice. in Epiſto. quadam eum nepotem argentarij, & filium adſtipulatoris uocat. Vtcunq; id fuerit, conſtat Auguſti patrem honeſtiſſimum fuiſſe, magnaq; laude Macedoniam prouinciam adminiſtraſſe, ex ipſius etiam teſtimonio Ciceronis, quo ad Q. frs. ſcribens hortatur, ut in promerendis ſociis uicinum ſuum Octauium imitetur. Hic Octauius Auguſtus natus eſt M. T. Cicerone, & C. Antonio Conſulibus: cui infanti cognomen Turino inditum eſt, in memoriam originis maiorum. Poſtea C. Cæſaris, et deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterum teſtamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci ſententia. De his uide Suetonium in uita Octauij.

OCTAVIANVS, Auguſti Cęſaris cognomen fuit, inde tractum, q; ex Octauiorum familia in Cęſarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor, dictus eſt Aemilianus q; Pauli Aemilij filius fuerit, a P. Cornelio Scipione adoptatus.

OCTAVIVS MAMILIVS, alius fuit, cum quo Aul. Poſtumius Dictator Bello Tuſculano dimicauit, ut ſcribit. Cic. 2. de Na. Deo & in Epiſt. ad Attic. li. 9. Alius Octauius Balbus iudex, homo, & iuris & officij peritiſſimus, Cic. 4. Verr. Alius Octauius Marſus fuit, ſceleratus latro, de quo Cic. 11. Philip. Q. Octauius à L. Cinna ſuo collega in Conſulatu interfectus. Pædianus. Octauius Auitus, & Pætelius Fauſtinus: furta Vergilij adnotarunt, locaq; indicarũt, unde carmina eſſent ſurrepta, ut ait Seruius. Fecit & hoc idem Macro.

OCTAVIÆ PORTICVS, duæ appellantur, quarũ alterum theatro Marcelli propiorem Octauia ſoror Auguſti fecit, alteram theatro Pompeij proximam Cn. Octauius Cn. filius, qui fuit Aedilis curulis, Pr. Con. Decemuir ſacris faciendis, triumphauitq; de rege Perſæ nauali triumpho, quam combuſtam reficiendam curauit Cæſar Auguſtus. Feſtus.

OCTAVIANVS, a, um: ut Bellum Octauianum, quod à Q. Octauio aduerſus Cinnam geſtum fuit. Cice. 1. de Diuin. Ex quo genere ſæpe ariolorum etiam & uatum furibundas prædictiones, ut Octauiano bello Cornelij Culeoli, audiendas putauerunt.

OCTAVVM, (Otto uolte) ponitur aliquando tanquam aduerbium pro octies, Liu. 6 ab Vrbe. Nam præter Sextium Liciniumq; latores legum iam octauum Trib. pleb. refectos. Sic Octauum Conſulem dicimus, qui octauum gerit conſulatum. Octauo autem Conſulem, qui octauo anno ab exactis regibus, inſtitutisq; Conſulibus, fuit Conſul. Vide A. Gellium in Noct. Attic.

OCTO, (Otto) ὀκτώ, nomen numerale, adiectiuũ, indeclinabile Ver. 1. Geor. Pedes temo Protentus in octo. Octies, aduerbium octo uicibus. Colum. lib. 8. cap. 8. Nam & octies anno pullos educat. De columbis. Octauus, a, um, ὄγδοος. Horat. 1. Epiſtol. 7. Strenuus, & fortis, cauſisq; Philippus agendis Clarus, ab officiis octauam circiter horam Dum redit, &c. Octingenti, æ, a. Cic. 4. Acad. Mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, uidebat. Octingenarius, a, um, quod ex octingenorũ numero conſtat: ut, Octingenarius grex, qui octingentas habet pecudes. Varro de Re ruſt. cap. 10. Septingenariũ enim mei, (ſubaudi greges) tu, ut opinor, octingenarios habuiſti. Octingenteſimus, a, um, (ὀκτακοσιοστός) ultimus ex octingentis, uel unus ex numero octingenario. Cic. de Sene. Deinde qui minus grauis eſſet iis ſenectus, ſi octingenteſimum annum agerent, quàm octogeſimum. Octoginta. Cice. de Senect. Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum uiginti uixit. Octogeſimus, a, um, ὀγδοηκοστός. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes homini nouiſſimi, qui genuini uocantur, circiter uiceſimum annum gignuntur, multis & octogeſimo.
Octogies, aduer. Cic. in Piſ. Nonne ſeſtertium centies & Octogies, quod quaſi uaſarij nomine, in uenditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti? Octoiugis, pen. cor. quod octo habet iuga. Liui. lib. 5. ab Vrbe. Antea trina loca cum contentione ſumma patritios explere ſolitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire. Octuplus, pe. cor. adiect. (ὀκταπλάσιος) Cic 6. Verr. Dicis enim te in Decumanum, ſi plura ſuſtulerit q̃ debitum ſit, in octuplum iudiciũ daturum eſſe. Octuplicatus, a, um, pen. pro. Liuius. 4. ab Vrb. Octuplicatoq; cenſu ærarium fecerunt. Octuſſis, numi ſpecies ad ualorem octo aſſium. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Quanti emptæ? paruo. quanti ergo? octuſſibus.

OCTOGENVS, adiect. Plin. lib. 9. cap. 51. Torpedo octogenos foetus habens inuenitur, id eſt, octoginta.

OCTOBER, bris, (Ottobre) (πυανεψιών) mẽſis dictus eſt, q; octauum locum teneat à Martio, qui primus incuntis anni menſis erat.

OCTODVRVM, (ὀκτόδουρον) Vaccæorum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Eſt etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottijs, non procul à Centronibus: cuius incolæ Octodurenſes cõmemorantur a Plinio lib. 3. cap. 20.

OCTONVS, a, um. propriè diſtributiuus numerus, quamuis etiam accipiatur pro ſuo primitiuo, Octo. Varro: Nutricare octonos porcos paruulos primò poſſunt, incremento facto, à peritis dimidia pars remoueri ſolet. Plin. lib. 8. cap. 50. Octonis menſibus ferunt partus: id eſt, octo menſibus.

OCTIPES, pe. cor. huius octipedis, (Che ha otto piedi) (ὀκτώπους) quod octo habet pedes: quapropter ab Ouid. lib. 1. Faſt. Hoc epitheton Cancro coeleſti ſigno tribuitur: Octipedis fruſtra quærunt brachia Cancri.

OCTOPHORVM, ri, pe. cor. (ὀκτάφορον) lectica dicitur, quæ ab octo ſeruis geſtatur, ſicut Hexaphorum, quę à ſex ſeruis ferri conſueuit. Sueto. de Calig. Interdum adeo ſegniter, & delicatè inceſſit, ut octophoro ueheretur. Mart. lib. 6. Octophoro ſanus portatur Auite Philippus. id eſt, octo ſeruis in lectica.

OCVLATVS, a, um, (Occhiuto) (πολυόμματος, ὀμματωθείς) modo dicitur, qui per totum corpus oculos habet: qualis fuiſſe fertur Argus ille centoculus, Ius cuſtos: modo qui oculos habet uigilantes, & qui cuncta perſpicit. Plau. in Truc. Pluris eſt oculatus teſtis unus, q̃ auriti decẽ. id eſt, qui præſens fuerit, uiditq;. Pli. Oculatiſſimum locum appellat conſpicuum, li. 34. cap 6. In qua legatione interfecto, Senatus ſtatuã poni iuſſit quàm oculatiſſimo loco in Roſtris. Oculatam diem uocat Plau. in Pſeud. diem præſentem, quo ſcilicet ſtatim uidemus pecuniam nobis annumerari: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præſentis pecuniæ. Eme (inquit) die cæca oliuum: id uendito oculata die.

OCVLEVS, a, um, (Occhiuto, pieno d'occhi) (πανόπτης, πολυόμματος) plenus oculis. Plau. in Aul. Quos ſi Argus ſeruet, qui totus oculeus fuit, quẽ quõdam Ioni Iuno cuſtodem addidit, is nunquam ſeruet. Per tranſlationem ponitur pro perſpicaci, quaſi qui totus ex oculis conſtet. Apuleius, perſpicaciorẽ ipſo Lynceo, uel Argo, & oculeum totum.

OCVLIS CAPTVS, (Cieco) (ἀλαός, πεπηρωμένος τοὺς ὀφθαλμούς) cæcus dicitur. Cic. 6. Verr. Tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſceleſtam decidiſti.

OCVLITVS, pen. cor. (ὀφθαλμοειδῶς) aduerbium, ſicut Medullitus, Animitus: quo ſignificatur tam charum eſſe, quàm oculum. Plautus: Qui amant ancillam meam oculitus.

OCVLO, as, (Illuſtrare, illuminare) (ὀμματόω) idem quod illuſtro, uel illumino, & quaſi ex cæco oculatum facio. Tertu. in Apologet. Sed quia iam expolitos, & ipſa urbanitate deceptos, in agnitionem ueritatis ocularet. Sed hoc uix crediderim apud ueteres inueniri. Neq; enim oculatus participiũ eſt à Verbo Oculo, ſed potius nomen, ſicut Manicatus, & Tunicatus.

OCVLATIO, onis in uitibus pro gemmarum ſuperfluarum defectione. Pli. lib. 17. ca. 21. Simplici iugo conſtat porrecto ordine, quem canterium appellãt: meliorq; ea uino, quando ſibi non obumbrat, aſſiduoq; ſole coquitur, & afflatum magis ſentit, & celerius rorem admittit. Pampinationi quoque & oculationi, omniq; operi facilior.

OCVLVS, li, (Occhio) (ὀφθαλμός, ὄμμα) dictus eſt ab occulendo, quòd ciliorum teguminibus occulatus. Latent enim oculi ſub ciliis, & genis. Lactan. lib. de Opifi. Vt igitur oculi munitiores ab iniuria, ciliorũ teguminibus occuluntur unde Oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretioſiſſima, in quibus (ut Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odij exiſtũt. Sunt enim ueri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. Ci. 2. de Natu. deo. Nam & oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes fungãtur ſuo munere. Verg. 8. Aen. atq; oculos per ſingula uoluit. Accipimus etiam Oculos pro notis, ſeu maculis rotundis, quales uidemus in pardorum pellibus, & caudis pauonum. Pl. li. 8. c. 17. Pantheris breues in candido Pardorum oculi. Per tranſlationem poſuit Cice. in Lælio: Nec uero ille in luce modo, atq; in oculis magnus: ſed intus, domiq; præſtãtior. Magnus in oculis et luce: id eſt, coram hominibus. Dicuntur etiam oculi in arborum ſurculis, unde germinant. Cato de re ruſt. cap. 6. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeruntio. Ab Oculus Plau. ſuo more formauit ſuperlatiuum Oculiſſimus, pro chariſſimus. Huic (inquit) proximum oſtium oculiſſimum. Salue, ualuiſti o oſtium oculiſſimum? Hinc etiam fit diminutiuum Ocellus, ὀμμάτιον. Catullus de Acme. Et dulcis pueri ebrios ocellos illo purpureo ſuauiata. Ocellus meus, apud Plaut. in Aſin. blandientis uox eſt: Da (inquit) meus ocellus, mea roſa. Ocellatus, a, um, quod ocellos habet, id eſt cauernulas quaſdam. Vnde Sueto. Ocellatas nuces: dixit: id eſt, multis foraminibus diſtinctas. Item uerbum Exoculo, quod eſt oculos eruo, uel oculis ſpolio. Plau. in Rud. ſi hercle illic illas hodie digito tetigerit inuitas, ni tunc illum exoculaſſitis uſque adeo, donec, quà domum abeat, neſciat, periſtis ambo. Quo in loco exoculaſſitis uetuſtè dixit pro exoculaueritis. Habet autem hoc nomen uarios, eosq; elegantes in oratione uſus. Dicimus enim Adijcere oculos rei alicui: pro eo quod eſt, rei alicuius cupiditate teneri. Ci. 4. Ver. Partim planè uidebant adiectum eſſe oculum hæreditati. Capere rationem aliquam oculis, eſt rem aliquam uiſu æſtimare. Plau in Pſeud. Vt ego oculis rationẽ capio. Habere alicuius oculos in ſuis oculis, eſt uidere quid ille uelit, aut imperet. In oculis geſtare aliquem, aut ferre, eſt illum ualde amplecti & amare.
In oculis aliquid habere, eſt ad illud ualde, ſemperq; intentum eſſe, ut interpretatur Budæus. Oculi mei in uultu illius habitare, dicuntur: à quo contuendo non mouentur. Oculum exculpere, idem quod eruere. Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid uidet, quod uidere moleſtum eſt. Intendere oculos, eſt fixis oculis aliquid intueri, et oculos immobiles tenere. Oculos aliquorum tenere, eſt in contemplationem ſui adducere. Oculos tollere, per tranſlationem eſt refici, recreari, & delectari ob aliquid. Cic. ad Tiron. Literæ meæ, ſiue noſtræ tui deſiderio oblanguerunt: ac tamen epiſtola, quã Acaſtus attulit, oculos paululum ſuſtulerunt.

OCYALVS, (ὠκύαλος) unus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, ut oſtendit Homerus lib. 8. Odyſſ.

OCYMVM, pen. cor. (ὤκιμον) farrago eſt diuerſarum herbarum, uel leguminũ ad boum pabulum ſata, qua ciebant aluum bobus: id erat huiuſmodi: Fabæ modius decem, uiciæ duos, tantundẽ & eruiliæ in iugero autũno miſcebant, ac ſerebant, admiſta etiam auena Græca, cui non cadit ſemen. Ductum nomen, ab ὠκύς, quod ſignificat uelocem uel propter celeritatem naſcendi, uel q; bobus albũ ciet: quapropter etiam iis datur, ut purgentur. Auctor eſt Varro. lib. 1. de Re ruſt. cap 31. Vide de hoc plura in Annotationibus Hermol. Barbari in Dioſcoridem lib. 2. cap. 158.

OCYOR, (Piu ueloce) (ὠκίων, ὠκύτερος) & Ocyſſimus (ὤκιστος, ὠκύτατος) Latina nomina, pro celerior, celerrimus: fiũt à poſitiuo Græcè ὠκύς, quo Latini carent. Pli lib. 2. cap. 8 Mercurij ſidus inferiori circulo fertur nouẽ diebus ocyore ambitu modò ante ſolis exortum, modò poſt occaſum ſplendens. Idem lib. 16. cap. 31. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant, quod coarguunt ficꝰ, quarum radices longiſſimę &, ſenectus ocyſſima eſt. Hinc fiunt aduerbia, Ocyus, & Ocyſſime, quanquã & Ocyter dicatur pro cito & per quàm promptè. Teren. And. Eamus ergo ad eum ocyus. Idem in Heaut. Et tu, id quod cupis, Quàm ocyſſime ut des.

OCYPETE, (ὠκυπέτη) una ex Harpyijs, ſic dicta, quod alarum uelocitate polleat, ὠκύς enim celer, & etus dicitur, πέταμαι uolo, as. Vide Cælium lib. 39. cap. 27.

OCYR-

OCYRRHOE, (ὠκυῤῥόη) Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo Nympha, ita dicta à celeriter fluendo. ὠκὺς celer & ῥέω fluo. Poetæ in carmine abijciunt alterum r, quòd aliter exametrum carmē nequeat ingredi. Oui. 2. Meta. Quam quondam nympha Chariclo Fluminibus in rapidi ripis enixa uocauit Ocyrhoen.

O ANTE D.

ODESSVS, (ὀδησσός) urbs eſt in Mœſia inferiori, inter Axiacem & Boryſthenem amnes. Paululum à Ponto Euxino remota: ut eſt uidere apud Ptolemæum tabula Europæ octaua: & apud Melam. lib. 2.

ODEVM, pe. pr. (ᾠδεῖον) locus eſt in ædibus cātui deſtinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, hoc eſt, à cantu dictus. Cic. ad Att. lib. 4. Monumentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, ut odeum laxaremus, & uſque ad Atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſeſtertium ſexcentis. Vide Cælium lib. 28. cap. 12. Vitruuius lib. 5, cap. 9. Pericles Athenienſis inter cætera opera, quæ Athenis conſtruxit, fecit & odeum, in quo certamina muſica ſpectabantur: quod multis ſedibus & columnis exornatum fuiſſe Hiſtorici prodiderunt.

ODE, ᾠδὴ Græcè, cantus Latinè dicitur: unde etiā Horatius Carmina ſua Odas appellauit.

ODFACIO, ueteres pro Olfacio dixerunt, teſte Feſto.

ODI, odiſti, odit, {*Hauere in odio*} (μισῶ, ἐχθαίρω) uerbum defectiuum (ut Priſcianus inquit) neque præſens, neque futurū, neque participiū habet, ſed tam præſentis, quàm præteriti temporis ſignificationē tenet. Significat enim Odi, odio habeo, & habui. Cic. de Amic. Alterum propter crudelitatem ſemper hæc ciuitas oderit. Idemque Apertè odiſſe magis ingenui eſt, quàm fronte occultare ſententiā. Horat. 1. Epiſt. 19. Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi. Ouid. 2. de Arte: Amor odit inertes. Hinc participium oſus, & cōpoſita Exoſus & Peroſus, & Oſor uerbale: de quibus alibi.

ODINOLYDNTES, (ὠδινολύοντες) piſciculi ſunt exigui, magnitudinē magnæ lumacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras uocāt: ſic appellati, ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας: id eſt, à ſoluendo dolores partus. Quippe ſale aſſeruatum & alligatum grauidis partum ſoluere prodiderunt. Pli. lib. 32. cap. 1.

ODIOSVS, a, um, {*Odioſo* Boc. *Diuenne à tutti odioſo*} (μισητὸς) qui odio habetur. Cic. de Amic. Odioſum ſane genus hominum, officia exprobantium. aliquando capitur pro moleſto, λυπηρὸς, ἐπαχθὴς. Teren. in Phorm. Si porrò eſſe odioſi pergitis. Odioſè, aduerb. cum odio, uel tædio. Plau. in Bacch. Caue uerò, odioſè facis. ad Heren. li. 4. Viuis ſtudioſè, delinquis ſtudioſè, loqueris odioſè. Quint. lib. 1. cap. 6. Quia nihil eſt odioſius affectatione.

ODITES, (ὠδίτης) unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopſo interfectus in nuptijs Pirithoi. Ouid. 12. Metam. Occubuit, fruſtraque loqui tentauit Odites.

ODIVM, {*Odio*} (μῖσος, ἔχθος) ira inueterata, ut inquit Cic. 4. Tuſc. Interdū capitur pro inſtantia, aſſiduitate, moleſtia, faſtidio, δυσχέρεια, ὀχλήσις. Pla. in Aſin. Iam hic me abegerit ſuo odio. i. faſtidio. Terc. in Eun. Neque agri, neque urbis odium unquam me percipit. i. moleſtia, faſtidium, uel ſatietas præoccupat.

Odium mitigatur, deponitur, tenetur, ſedatur. Ci. ad Quir. poſt red. Odium uel precibus mitigari poteſt, uel temporibus Reipu. communique utilitate deponi uel ulciſcendi difficultate teneri uel uetuſtate ſedari.

ODIVS, (ὀδίος) Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. Homerus lib. Iliad. 5.

ODOEPORICON, uide Hodœporicon, prima uocali aſpirata:

ODONTAGRA, æ, æ, (ὀδοντάγρα) inſtrumentum eſt Chirurgicum dentibus euellendis accommodatum.

ODONTOTRIMMA, (ὀδοντότριμμα) à Græcis dicitur dentifriciū hoc eſt medicamentum, quo dentes fricantur, ut albeſcant: ἀπὸ τοῦ τρίβειν τοὺς ὀδόντας.

ODOR, oris, {*Odore*} (ὀσμὴ) nihil aliud eſt, quā infectus aer interprete Plinio lib. 9. cap. 7. Dictus odor, quaſi olor, literæ unius comutatione. Dicitur & Odos, pro Odor, ſicut Honos, Lepos. Plau. in Cap. Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit, in forum. Idem in Menæch. Ecquid de odore poſſis, ſi quid fortè olfeceris, Facere coniecturam? Verg. 3. Aene. Contactuque omnia fœdāt Immundo: tum uox terrum dira inter odorem. Per translationem quandoque ponitur pro indicio, teſte Budæo, ut, Odor Dictaturæ. Cic. ad Att. lib. 4. Res fluit ad interregnum, eſt & nonnullus odor Dictaturæ. Odores, & aromata pro eodem accepit Col. lib. 12. cap. 20. Quod ſi non ita, ut præcipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, & adurentur. Et pauló poſt. Ad prædictum autem modum muſti adijci debent, odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

ODORAMEN, inis, {*Odoramenta*} (ἄρωμα) idem quod odoramentum. Macro. lib. 1. Satur. in Præfat. Confuſura uidelicet omnium ſuccos odoraminum inſpiramentum unum.

ODORAMENTVM, ti, {*Odoramento, adore*} (ὄσφρησις, ἄρωμα) paſtillus, uel aliud quiduis, quod odoris gratia tenemus. Pli. li. 21. c. 27. Omnium odoramentorum, atque adeò herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco. Col. lib. 11. cap. 2. Tum etiam ſalem atque odoramenta, quibus condire uinū conſueuerunt.

ODORARIVS, rij, ſubſtātiuum, {*Profumiere*} (ἀρωματοπώλης) qui odores, conficit, uenditque. Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet: ut, Odorata myrrha. Plin. lib. 12. cap. 17. Pretium eius, quam odorariam uocant, ad XIIII.

ODORATOR, ris, {*Che odora bene*} (ὀσφραντικὸς) qui odoratus ſenſu plurimum ualet, ut ſunt ex canum genere, qui & Odoriſequi, & Sagaces dicūtur.

ODORATVS, a, ū, {*Odorato, profumato*} (εὐώδης) quod aliūde accepit odorem, inquit Seruius: ut, Templum odoratum. Hora. 3. Car. Ode 20. Fertur & lenis recreare uento Sparſum odoratis humerum capillis. Interdum ſumitur pro odorifero, id eſt, quod ex ſe odorem habet. Verg. lib. 3. Georg. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. Seruius: Odoratam pro odoriferam. Odoratus uero huius, atus, ponitur pro olfactu. Cic. 2. de Nat. deo. Eorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam, & ſpectatus.

ODORIFER, ra, rum, adiect. {*Odorifero*} odorem reddens. Pli. li. 12. ca. 17. Eandem & ad ſerpentes fugandas urunt, in odoriferis ſyluis frequentiſſimas Gens odorifera: Ouid. 4. Metam. Arabia odorifera, in qua naſcuntur odores. Plin. libr. 5. cap. 11.

ODOROR, aris, deponens, {*Odorare*} (ὀσφραίνομαι) odorem percipio. Columella libro 6. capite 2. Deinde nares perfricato, ut homines diſcant odorari. id eſt, olfacere. Plaut. Menæch. Agedum odorare hanc, quam ego habeo pallam, quid olet? Per translationem ponitur pro eo quod eſt odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentire: ut apud Ciceronem ad Att. Cupio, antè quàm Romam ueniam, odorari diligentius, quidnam futurum ſit. Odorari ſagacius, eſt diligenter inueſtigare, & indagare. Cicer. ad Attic. lib. 6. Tu ſagacius odorabere.

Odorari, & deguſtare aliquem, eſt callide, et clàm explorare, quid habeat animi. Cicer. ad Attic. lib. 4. Tu uelim ut Fabium, ſi quem habes aditum, odorere, & iſtum conuiuam tuum deguſtes. Pro eodem etiam legimus Odorare in actiua uoce. Cicero Poſt reditum ab exilio: Hi uoluptates omnes ueſtigant, & odorant.

ODORO, as, pen. prod. {*Profumare*} odoratum facio Colum. lib. 9. cap. 4. Qui coloret odoretque mella. hoc eſt, odorata faciat. Odoro, pro odore repleo. Oui. 15. Metamorp. Tura ſuper ripas, aris ex ordine factis, Parte ab utraque ſonant, & odorant aera fumis. Odoratio, onis, uerbale. Cice. 4. Tuſcul. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & actionum, & odorationum, & ſaporum uoluptates.

ODORVS, a, um, pen. prod. {*Che ha odore*} (εὐοσμον, ὀσφραντικὸν) quod ex ſe odorem mittit. Ouid. 9. Metamorp. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt: diueſque meo bona Copia cornu eſt. Aliquando ponitur pro eo, quod ſagax eſt, quodque acutiſſimum habet odoratum. Verg. lib. 4. Aeneid. Et odora canum uis.

ODRYSÆ, (ὀδρύσαι) populi ſunt Thraciæ. Plin. libr. 4. cap. 11. Horum olim ampliſſimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ urbe uſque ad Pontum Euxinum, & Iſtrum fluuium extenſum. Vide Thucididem lib. 2.

O ANTE E.

OEA, (οἶα) Africæ ciuitas eſt, una ex tribus quæ Tripolim illam Africanā fecerunt. Solinus: Achæi Tripolim lingua ſua ſignant de trium urbium numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ, &c.

OEAGRVS, (οἴαγρος) nomē eſt, patris Orphei. Eſt præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluuius, à quo Hebrus initium ſumit, qui ob id Oeagrius cognominatur. Vergi. 4. Georg. Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus, &c.

OEANTHE, (οἰάνθη, uel: οἰάνθεια Stephano) oppidū eſt Locrorum: apud Plinium lib. 4. cap. 3.

OEBALIDÆ, penul. correp. (οἰβαλίδαι) dicti ſunt Caſtor & Pullux ab Oebalia Laconiæ regione, in qua nati fuerunt. Ouid. 5. Faſtor. Effugere Oebalidæ curſu potuere ſequentes. Helena quoque horum ſoror, eandem ob cauſam Oebalis dicta eſt.

OEBARES, (οἰβάρης) Darij ſtabularius, cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt. Nam cum placuiſſet ſeptem Perſarum Satrapis, ut poſtridie ſingulos equos certum in locum adducerent, cuiuſque equus primus hinnitū edidiſſet, is Perſarū rex declararetur: Oebares re intellecta, domini equum eodem in loco quo conuenturi erant, equæ admiſit. Quo cūm poſtridie reduceretur, coitus deſiderio rurſus hinnitum edidit. Vide Herodotum libro 3. & Iuſtinum lib. 1.

OEBALIA, (οἰβαλία) regio in Peloponneſo, quæ & Laconia dicitur: ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit. Sta. lib. 1. Achil. Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Dardanus. Quod autem Verg lib. 4. Georg. dixit: Neque ſub Oebaliæ memini me turribus altis, &c. Ideo poſuit, ut oſtenderet Tarentum à Laconibus fuiſſe conditum, quorum pars eſt Oebalia.

OEBALVS, pen. corr. (οἴβαλος) rex Laconum, Arguli filius à quo regio Oebalia. Alius fuit Telonis Caprearum regis, & Sebethidis nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditionem ſuam redegit. Vide Seruium in Vergil. 7. Aeneid.

OECHALIA, (οἰχαλία) urbs Laconiæ, ab Oechaloo fluuio eam præterfluente ita dicta, ſed poſtea ab Hercule euerſa. Vnde & ea pars Laconiæ, quæ urbi huic propinqua eſt, Oechalia appellatur. Verg. 8. Ae. Vt bello egregias idem disiecerit urbes Troiamque, Oechaliamque. In hac Eurytus regnauit, qui Herculi filiam Iolam antè promiſſam denegauit, Ideo quòd filius fuerat eum dehortatus, dicens Herculem & uxorem & filios eſſe interempturum. Quare illum & filios interemit, atque Oechaliam eius urbem euertit: teſte Verg. 8. Aene. Ouid. lib. 9. Victor ab Oechalia Cenæo tibi parauit Sacra Ioui. Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, ut in Theſſalia, & Eubœa.

OECONOMIA, miæ, (οἰκονομία) rei domeſticæ adminiſtratio. Transfertur tamen ad alia. Nam apud Quint. lib. 1. Accipitur pro diſpoſitione, oratoribus & poetis maxime neceſſaria, quæ, quid quo loco ſit dicendum, oſtendit. Sic enim eodem lib. cap. 8 inquit: Oeconomia quoque in his diligentior, quàm in pleriſque nouorum erit. Idem lib. 3. cap. 3. Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis ſunt, ſubiecit œconomiæ. ſic Græce appellata ex cura rerum domeſticarum, & hic per abuſionem poſita nomine Latino caret.

OECONOMICA, orum, (τὰ οἰκονομικὰ) quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. Vnde & Oeconomicus, Xenophontis pulcherrimus liber eſt, qui non gubernationem uillæ, ſed diſpenſationem uniuerſæ domus (Tullio interpretante) deſcribit. Componitur enim ex οἶκος, quæ eſt domus, & νόμος lex: docet enim diſpenſatorem domus adminiſtrandę legem.

OECONOMVS, pen. cor. {*Diſpenſiere, maeſtra di caſa*} (οἰκονόμος) tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator, & rei familiaris adminiſtrator eſt.

OECOS, (οἶκος) Græce, domus ſiue familia Latinè dicitur: à quo Oeconomus. Ea uoce utitur Plin. lib. 36. cap. 25.

OECVMENICVS, {*Vniuerſale*} (οἰκουμενικὸς) Latinè uniuerſalis, et ad totū orbem pertinens, unde Oecumenicum concilium dicimus. οἰκουμένη enim idem eſt quod orbis terrarum, terra habitabilis.

OECYRINES, uir Argiuus qui donauit Agamemnonem thorace pulcherrimo. Homer. Iliad. lib. 11.

OEDEMA, atis, pe. pr. (οἴδημα) eſt tumor præter naturam, rarus, & indolens, conſtans ex frigida partis intemperie cum affluxu pituitæ. Vide Gal. libr. 14. Method. cap. 4.

OEDIPODIONIVS, ab Oedipus deducitur. Luca. Oedipodionias infelix fabula Thebas. Oedipodionides, pen. correp. patronymicum maſculinum. Stat. 1. Theb. Interea patrija olim magua caul ab oris Oedipodionides furtim deſerta pererrat Aoniæ.

OEDIPVS, (οἰδίπους) huius Oedipodis, uel Oedipi, Laij Thebanorum regis, & Iocaſtæ filius fuit, quem pater cum ex Apollinis oraculo futurum intellexiſſet, ut à filio occideretur, paſtori occidendum tradidit: qui miſericordia commotus, cùm iuſſus regiæ ſtirpi manus inferret, neq; tamē regis imperium auderet detractare, perforatis gladio plantis, uiminéq; traiecto, ex arbore ſuſpendit, futurum putans, ut ita inedia moreretur. Cæterū cum Phorbas Polybii Corinthiorum regis paſtor illàc iter faceret, audito uagitu, eò accurrens, puerum ſeruauit, reginæq;, quę liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, ueluti puer cœlitus miſſus, filii loco eſt educatus, & à pedibus ex uulnere tumentibus, Oedipus eſt appellatus. Grandior deinde natu factus, cum fortè Thebas ueniſſet, Laium, patrem ſuum eſſe ignorans, occidit, Iocaſtamq; matrem duxit uxorem. Poſtea uero re cognita, tantorumq; à ſe ſcelerum pœnam repetens, utrunque ſibi eruit oculum, Athenasq; in uoluntarium conceſſit exilium. Declinatur autem Oedipus, odis, per tertiam declinationem: uel Oedipus oedipi, per ſecundam: ut apud Plaut. in Pœn. Oedipo eſt coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. Pro eodem etiam legimus Oedipodes, æ, per primam declinat. Stati. lib. 1. Thebaid. Oedipodæ confuſa domus. Dauus ſum, non Oedipus, prouerbialiter dictum eſt à Dauo apud Terentium in Andria, cum illud uellet ſignificare hominem ſeſe rudem eſſe, ſimplicemq;, & ad intelligenda obſcuriora ænigmata minimè idoneum. Tractum eſt prouerbium à callido, acutoq; Oedipi ingenio, quod diſſoluto Sphingis ænigmate in uulgi ceſſit prouerbium.

OENANTHARION, (οἰνανθάριον) unguentum œnanthinum eſt teſte Aegineta: qui non ob id ſic nominatum putat, quòd œnanthen recipiat, cum ſæpe fiat ſine ea, ſed à uino & floribus lilii.

OENANTHE, huius œnanthes, (οἰνάνθη) flos labruſcæ, hoc eſt, uitis ſylueſtris, nō tamē cuiuslibet, (nam duæ ſunt labruſcæ ſpecies) ſed eius tantum, quæ ſolum florem, non etiam uuas profert. Colligitur quum optimè olet, ſiccatur in umbra ſubſtrato linteo, atq; in cados conditur. Dicta quaſi οἴνου ἄνθος, hoc eſt, uini flos. Auctor Plin. lib. 12. cap. 28. Eſt præterea Oenanthe, herba in petris naſcens, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. Auctor Plin. lib. 21. cap. 24.

OENANTHINVS, a, um, pe. pro. (οἰνάνθινος) adiect. quod ex œnanthe factum eſt: ut Oenanthinum unguentum, quod ex œnanthe, hoc eſt, flore labruſcæ fit. Plin. lib. 13. cap. 1. 14. 16.

OENEVS (οἰνεύς) Aetoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Theſtii filia Meleagrum, Thydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit uxorem: licet alii matrem Thydei Eurigoenam appellent Stat. lib. 1. Theb. Vos quæ progenies quanquam Calydonius Oeneus, &c. Fabulantur Poetæ, regem hunc de primitus, omnibus numinibus ſacrificaſſe, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta uaſtabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Seruius. Inde Oeneus, a, um, pe. pro. quo uſus eſt Ouid. 4. Metam. & Oeneius per quatuor ſyllabas, quo utitur Stat. 5. Theb.

OENOANDA, (οἰνόανδα) oppidum Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula eſt, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenoandam. Auctor Plinius libro 5. cap. 27.

OENOCHEMA, (οἰνόχημα) mons in finibus Africæ.

OENOCHONVS, Vide Onochonus.

OENOMAVS, (οἰνόμαος) Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Piſæ, ex Marte & Harpina Aſopi, ſeu, ut alii tradunt, Eurythoe Danai filia progenitus, qui cū ex oraculo ſe à genero interfectum iri didiciſſet, et illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam ambiretur, curule certamen procis propoſuit, ea lege ut filia uictori in matrimonium cederet, uictus mortem ſubiret. Tredecim igitur uictis & occiſis, Pelops Tantali filius amore eius captus, Myrtilum eius aurigā pretio corrupit, ut axes infirmos & fragiles currui ſubiungeret. Quo facto, Oenomaus unà cum curru corruit, mēbriſq; omnibus ea ruina colliſis, mortuus eſt. Pelops itaq; & coniuge & regno potitus, uniuerſam cherroneſum de nomine ſuo Peloponneſum appellauit. Strabo lib. 8. Alter fuit Peloponneſius in bello Troiano ab Hectore interfectus, teſte Homero.

OENOMELI, itos, (οἰνόμελι) potio ex melle & uino auſtero, quā Latini mulſum appellant. Rationem conficiendi uide apud Dioſcoridem lib. 5.

OENOE, es, (οἰνόη) oppidum Græciæ, Atticam à Bœotia diſterminans: cuius meminit Thucydides lib. 2.

OENONE, es, (οἰνώνη) nomen nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adamauit. Ouid. in Epiſt. Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta, Ad fontem Xanthi uerſa recurret aqua.

OENOPHORVM, pe. co. uas uinarium ad ferenda uina aptum: ab οἶνος uinum φέρω porto. Mart. lib. 8. Reddidit œnophori pondera parua ſui.

OENOPHORVS, ri, (οἰνοφόρος) miniſter, qui uinum in menſa miniſtrat.

OENOPIDES, (οἰνοπίδης) nomen uiri Mathematici ex Chio inſula, Anaxagora aliquanto minor.

OENOPOLA, æ, pen. pro. (οἰνοπώλης) uenditor uini.

OENOPOLIVM, lij, (οἰνοπώλιον) taberna uinaria. Plaut. in Aſin. Quum à pictore panem petimus, uinum ex œnopolio.

OENOPTÆ, (οἰνόπται) in Græcorum ſympoſiis dicebantur, quorum officium erat dare operam, ut ex æquo biberetur. Vide Cœlium Rhod.

OENOTRIA, æ, (οἰνωτρία) regio Italiæ, ſeu ipſa Italia, cuius populi Oenotrii dicuntur, uel Oenotri: ita appellata ἀπὸ τοῦ οἴνου, quòd optima in Italia uina naſcantur: uel (ut Varro putat) ab Oenotrio Sabinorum rege. Vergil. libr. 1. Aeneid. Oenotri coluere uiri, nunc fama minores Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem, &c.

OENOTRIDES, (οἰνωτρίδες) dictæ ſunt duæ inſulæ quę ſunt contra Veliam: Pontia ſcilicet, & Iſchia.

OENVSSÆ, (οἰνοῦσσαι) tres inſulæ ſunt ante Meſſenen Peloponneſi urbē: quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt item Oenuſſa exigua inſula Chio adiacens: de qua idem Plin. lib. 5. cap. 31.

OESOPHAGVS, pe. cor. (οἰσοφάγος) eſt fiſtula ab ore ad uentriculum uſq; protenſa, & ueluti uia quædā cibo potuiq; tranſmittendo deſtinata. Latinè Gulam uocamus: Græci etiam στόμαχον: quanquam Stomachon nonnunquā improprie pro uentriculo poſitum inuenimus.

OESTRVM, œſtri, {Tafano} (οἶστρος) inſecti genus eſt horriſono ſtrepitu, quē Latini Aſilum uocant, uulgus Tabanum. Vergil. 3 Georg. Eſt lucos Silari circa ilicibusq; uirentem Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Aſilo Romanum eſt, Oeſtrum Graii uertere uocantes: Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis diffugiunt armenta. Colum. lib. 9. cap. 14. ſcribit naſci in extremis partibus fauorum, amplioris magnitudinis, quàm ſunt apes cæteræ, eosq; nonnulli putant eſſe reges. Verùm Græcorum autores οἴστρους appellant, ab eo quòd exagitent, nec patiantur examina conquieſcere. Plin. lib. 11. cap. 16. Naſcuntur interdum in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant: Oeſtrus uocatur hoc malum. Hoc animali Iuno in pellicem ſuam Io immiſſo, eam in furorem conuertit; unde & poetæ diuino furore correpti, œſtro perciti dicuntur.

OESYME, es, (οἰσύμη) oppidum eſt in Thracia, ſiue in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima eſt, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 11.

OESYPVM, (οἴσυπος, οἴσυπη) dicitur pinguedo, & immunditiess hærens in ouium uellenbus nondum purgatis. Ouid. 3. de Arte amandi. Oeſypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis, Demptus ab immūdę uellere ſuccus ouis? Dictum eſt autē Oeſypum ab oue, quam Gręci ὄϊν uocāt: quaſi ὀΐων ῥύπος, id eſt, ouium ſordes. Vide Plin. lib. 29. cap. 2.

OETA, (οἴτη) mons inter Theſſaliam, & Macedoniam, clarus morte et ſepulcro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo naſci traditur. In hoc monte (ut Seruius inquit) ſtellę uidētur occidere, ſicut de Ida naſci. A' Parnaſſo uſq; Pindum pars in Thermopylas uergens, propriè Oeta uocatur. Hinc Oetæus, a, um, (οἰταῖος) unde, Hercules Oetæus nomen Tragœdiæ apud Senecam.

OETVS, (οἶτος) gigas ingens fuit, filius Aloei, & frater Ephialtis, qui in Creta bellum geſſit, ut Salluſtius refert: Vnde Oetij campi dicti ſunt.

OETOSCYROS, (al. τόσκυρος) lingua Scythica Apollo dicebatur.

O ANTE F.

OFFA, per duplex ff, {Lucanica, ſalſiccia, & offella} (μάζα) conſtabat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres à Lucanis didicere. Eſt item Offa quodlibet carnis fruſtum. Vnde offam porcinam cum cauda, Offam penitam dicebant: unde eſt illud Iuuen. Saty. 2. Et patruo ſimiles effunderet offas. Offa etiam cibarium ex fruſtis paruis, in iure pingui, caſeo uetere, pipere, & cinnamomo conditis, quæ Iuſſulata, & caſeata dicitur. Offa & pultem ſignificat, & quicquid eſt in pultis modum redactū. Vergil. 6. Aene. Melle ſoporatam, & medicatam frugibus offam. Poteſt etiam fieri offa ex aliis rebus. Var. lib. 3. de Re ruſt. cap. 5. Cibatui offas poſitas, hæ maximè glomerantur ex ficis & farre miſto. Ponitur quandoq; Offa pro maſſa, Plin. li. 9. ca. 48. In noſtro mari offa informis colore tantum leporis ſimilis. Offæ, & Maſſæ uocabulis promiſcuè utitur Colu. lib. 12. cap. 38. Poſt hæc complures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera ſeriæ in muſtum demittuntur, ne altera offa ſuper alteram perueniat.

OFFARIVS, rij, (μαζοποιός) coquus, qui conficit offas.

OFFATIM, (λεπτομερῶς) aduerbium, particulatim.

OFFECTORES, inquit Feſtus, dicuntur lanæ infectores, & propriè ij, qui amiſſum colorem reſtituunt.

OFELLA, æ, teſte Seruio, unico f. ſcribendum eſt, contra primitiui naturam, quòd primam ſyllabam corripiat. {Reſtezzana} Eſt autem Ofella (μάζιον, ζωμίδιον) fruſtulum carnis. Vnde porcina ofella dicitur, particula carnis porcinę, quam in ſartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina à uitulo, quam ad ignem ueribus uerſantes ad eſcam paramus. Mart. lib. 14. Parua tibi curua craticula ſudet ofella. Iuuen. Saty. 11. At rudis omni tempore & exiguæ fruſtris imbutus ofellæ.

OFFENDICVLVM, li, {Oſtacolo} (πρόσκομμα, πρόσκομμα) impedimentum, obſtaculum. Pli. Epiſt. 188. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circūfer oculos, & occurrent.

OFFENDIMENTVM, ti, ligaturæ nodus quo apex retinebatur quū peruenisſet ad mentum. Feſtus.

OFFENDIX, idem quod Offendimentum. Feſtus.

OFFENDO, dis, di, ſum, {Ritrouare, offendere} (προσκρούω, προσπταίω, περιτυγχάνω, καταλαμβάνω) ex Ob, & Fendo, quod non eſt in uſu, à quo fit & Defendo, ſignificat incurro in aliquid, ſiue incido: & tam de animo dicitur, quàm de corpore. Terent. in Eunuch. Adueniens offendi quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem haud impurum. Et non ſolum de animatis, ſed de inanimatis quoq; dicitur. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 14. Ad ueteres ſcopulos iterum diuertor, & illas, In quibus offendit naufraga puppis aquas. Et quoniam qui incidūt in aliquid, lædere ſæpe ſolent id, in quod incidunt factum eſt ut offendere pro lędere (ἀδικεῖν) uſurpetur. Colum. lib. 5. cap. 9. Deinde arando ne coxam bos, aliamve partem corporis offendat. Cicer. pro Cluent. Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma ualetudine latus offendiſſe uehementer. Et Offendere eſt inuenire, ſed præter opinionem Cicer. 2. de Repub. Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui quum ad uillam ueniſſet, & omnia aliter offendiſſet.

Offendere apud aliquem, eſt infeliciter agere, ita ut non probetur is qui agit: hoc eſt, in malam opinionem incidere. Cicer. pro Cluent. Cum eſſet ueniendi, dubium, illum potius iudicari neceſſe eſſe, qui bis apud eos iudices offendiſſet, quàm eum qui bis ita cauſam probauiſſet. id eſt, damnatus eſſet, ſiue contrariam ſententiam tuliſſet. Offendere apud iudices, eſt condemnari, inquit Budæus. Quandoque eſt peccare, errare. Cicer. ad Varr. lib. 9. Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Liui. 2. ab Vrbe: Conſulis enim alterius, cum nihil aliud offenderit, nomen inuiſum ciuitati fuit. Offendere abſolutè poſuit Ci. in Verr. pro infeliciter agere: Cum, inquit, multi uiri fortes in communi, incertoq; periculo belli, & terra, & mari ſæpe offenderint.

OFFENSVS,{*Offeſo*}quandoq; participium eſt, idem ferè ſignificãs, quod læſus uel aliquã rem impactus. Ouid.2. Faſt. Ille iacens pronus matri dedit oſcula terræ, Creditur offenſum eſt procubuiſſe pede. Offenſa uoluntas populi, Ci.5. Tuſ.c. Offenſus, quandoq; nomen ex participio, pro inuiſo. Ci.5. Verr. O' miſerum atq; inuidioſum, offenſumq; paucorum culpa atq; indignitate ordinẽ ſenatorium. Offenſum, hoc eſt, inuiſum, inquit Budæus. Offenſior inuenitur pro irato. Suet. in Claud. Cæſar. In tribunatu Pontificibus offenſior, quòd alium, q̃ ſe in patris ſui locum cooptaſſent.

OFFENSA,æ, Offenſio, onis, & Offenſus, us, {*Offenſione, offeſa*}(προσβολή, πρόσκομμα) in uno ſignificatu accipiuntur, Sene. in Epiſ. Per hinos offenſus emetiendum eſt confragoſum hoc iter. Luc. lib.6. Non igitur multis offenſibus interneerando. Offenſa ferè actiuè ſumitur, eſtq; propriè eius qui offendit. Ci. Quum tot eius offenſas pati non poſſem, diſceſſi. Offenſio plerunque paſſiuè. Idem de Senect. In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio, id eſt, omnis moleſtia & paſſio. Offenſa opponitur gratiæ. Quin. li.4.c.2. Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ, recipiendo recta, q̃ offenſæ, reprehendendo praua, mereamur. Eſſe in offenſa, eſt offendere. Offenſioni eſſe, eſt moleſtiã afferre. Offenſio ſitud eſt, moleſtia. Offenſiones belli, ſunt damna, & pericula. Offenſiones ex morbis, ſunt læſiones, & dolores.

OFFENSACVLVM, li, (πρόσκομμα) eſt id quod ponitur, ut aliquis in ipſum incidat, uel impingat, a uerbo Offenſo deductum.

OFFENSATOR, oris, {*Che ſcappuccia*} (ἁμαρτητικός, προσπταίων, ἐὐδώς, ὁ μὴ κατορθωτικός, ὁ ἀποτευκτικός) qui in re quacunq; ſæpe excidit, ab eo quod ſuſcepit, & quod efficere cõcedit. ſiue qui offendicula incurrere ſolitus eſt ut, Offenſator equus. Quin. lib. 10. cap. 3. At idem ille, qui excipit, ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo, uelut offenſator, fuerit, inhibetur curſus. Offenſatorẽ appellat, qui legendo identidẽ reſiſtit, aut potius, qui perperã legit.

OFFENSIVNCVLA, læ, {*Offeſa piccola*}(πταισμάτιον) parua offenſio. Cic. pro Plancio. Vidi M. Piſonẽ in iſta ædilitate offenſiuncula accepta, ſummos à pop. Roma eſſe honores adeptum.

OFFENSO, as, (προσκόπτω) identidem offendo, lædo, impingo. Liu. 5. lib. 3. Bell. Pun. Flere omnes repente & offenſare capita. Hinc Offenſatio uerbale, ſicut ab Occurſo, Occurſatio.

OFFERCIO, cis, {*Impire*}(ἐμπλήθω) impleo, à quo Offertus, hoc eſt, plenus, & Offertiſſimus. i. pleniſſimus. Pla. Aſina. Maximas optumitates, gaudioq; offertiſſimas paret. Aliquando eſt pinguiſſimus. Plau. in Cap. Sine ſacris hęreditatem ſum adeptus offertiſſimas.

OFFERO, offers, {*Offerire, dedicare*}(προσφέρω) propriè exhibeo, ſiue præſento. Teren. in Heaut. Opportunè te mihi offers. Interdum eſt ſponte do, ἀνατίθημι ut, Offerre meam amicitiam cuiquam, ac inſinuari in cuiuſquam beneuolentiam cupio, ἐπιδίδωμι, ἐμαυτὸν εἰς φιλίαν τινός. Hinc Oblationes (ἀναθήματα) dicuntur, quæ diis offeruntur. Interdum inferre. Ci. lib. 3. Offi. Reginæ ſtuprum obtulit. Sic offerre uitium uirgini dicimus pro eo quod eſt, uiolare, ſiue uim inferre. Interdum immittere (παίειν). Idem ad Pontifices: Domus ardebat in palatio non fortuito ſed oblato incendio. Interdum obiicere, (προφέρειν) ut apud eundem in Læl. Addendum eodẽ eſt, ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Interdum polliceri, ὑπισχνεῖσθαι. Iuſtinus: Quum ei auxilium obtuliſſet. Ponitur aliquando pro opponere. Ci. ad Brutum: Romam ut ueni, ſtatim me obtuli Antonii ſceleri, atque dementiæ. Offerre religionem, eſt inicere religionis ſcrupulum. Ci. ad Plancum lib. 10. Recitatis literis: oblata religio Cornuto eſt.

OFFERVMENTAS, {*Staffilate*} per quandam tranſlationem, Plautus dixit plagas, percuſſiones & flagella, q̃ ea ſcapulis, & tergo offerantur, cùm quis buſſe cæditur. Plaut. in Ruden. Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm ulla nauis longa clauos, tum ego ero mendaciſſimus.

OFFERVMENTA, (ἀναθήματα) ueteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, auctore Feſto.

OFFICIALIS, & hoc. le. {*Official. Boc. Ve ne vedſer chiaro l'official del ſignore*}) τὸ περὶ καθήκοντος,) quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat. Lactan. li.6. Quid M. Tullius in ſuis Officialibus, non'ne hoc idẽ perſuadet non eſſe omnino largiendum? Officialis etiam miniſter magiſtratus uocatur. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine coerceri.

OFFICINA, æ, pen. prod. {*Bottega*}(ἐργαστήριον) locus in quo artifices opera faciunt ab efficiendo dicta. Ci. 3. Phil. Armorum officinas in urbe uidetis. Officina dicendi. Ci. de Clar. Orat. Extitit igitur iam ſenibus illis quos paulo ante diximus, Iſocrates: cuius domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidã patuit, atque officina dicendi. Hinc Officinator à Vitruuio lib.6. pro fabro ponitur: Cũ, inquit, ſubtiliter officinatoris ꝓbabitur exactio. Taberna uero ubi aliquid uenditur, quum alibi factum ſit: licet quandoq; Officina pro taberna ponatur.

OFFICIO, cis, {*Nuocere*}) βλάπτω) ex Ob, contra & Facio, idem quod obſum, uel noceo. Ci. 3. Offi. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. Officere, & obſtare cõmodis alicuius, apud eundem pro Sex. Roſc. Herbæ officiunt frugibus, Ver. 1. Georg. Inuenitur antique accuſatiuo iunctum: Plautus Truc. Iam hercle ego te hic affatim officiam. Eſt etiã aliquando Officere: ſignificat inficere, unde Offectatores, colorum infectores dicuntur, proprieq; ut ſi Feſto credamus, qui amiſſum lanæ colorem reſtituunt. Officere luminibus, ἐμποδίζειν τὰ φῶτα. τοῖς φωσὶν ἀντιπροσθεῖν) apud Iuriſperitos pro obſtruere luminibus. Vide Obſtruo.

OFFICIOSVS, a, um, {*Officioſo, gratioſo, pronto à fare piacere*} (θεραπευτικός) qui libenter, uel probe officiũ, ſeu beneficium alicui exhibet, ſiue qui obſequi alteri multum ſtudet. Ci. Octauio: Hominem prudentem, & officioſum cognoſces. Idem pro Plan. Quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Idẽ Atti. li. 13. Equidem ſi ex omnibus eſſet eligẽdum, nec diligentiorẽ, nec officioſiorẽ facile delegiſſem Veſtorio. Idem ad Q. Fra. lib. 1. Eſt ille quidem in me officioſiſſimus. Capitur aliquando in malam, partem. Nam quum olim Q. Atterius defenderet reum libertinum, cui obiiceba tur, quod patroni cõcubinus fuiſſet, hac defenſione uſus eſſe fertur: Impudicitia ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obſcœni aliquando officioſi uocati ſunt. Officioſus dolor (νενομισμένη λύπη) à Cicero. 1. Tuſcula. dicitur, qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt. Hinc Officioſè, aduerbium. Cic. ad Attic. lib. 13. Quæ inimico animo ferant, cùm utrisq; officioſe pareat.

OFFICIVM, cii, {*Officio. quello che ogniuno deve fare*}(τὸ καθῆκον, κατόρθωμα τάξις, τὸ γινόμενον) dicitur, quod quiſque efficere debet, obſeruata locorũ, temporum & perſonarum ratione. Vnde in familia bene inſtituta, dicimus omnes in officio eſſe oportere, id eſt, omnes oportere agere quæ debent, Cice. ad Terentiam, lib. 14. Tantum ſcribo, ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit.

Cuius contrarium eſt, Deſerere officium, ſeu Diſcedere ab officio. Dicimus Latinè, Facio officium meum, Fungor officio meo, & antiquè Officium fungor: item obeo officium, Exequor officium meum. Perſoluo officium alicui receptum, Præſto officium, Seruo officium, Retineo officium, Satisfacio officio. Vſurpo officium, Intermitto officium, Memini officium meum, Commoneo aliquem ſuum officium: uel, quod frequentius eſt, ſui officii: quæ omnia legendis bonis autoribus paſſim inuenies. Officii duxit, abſolutè, pro putauit officium ſuũ eſſe, dixit Suetonius in Tybe. Cæſa. Et quanquã, inquit, lætus nuntio. tamen officii duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem. Donatus Officium ab efficiendo dictum putat, quod ſit illud, quod quemque pro conditione ſuæ perſonæ facere deceat. Nonnulli etiam à uerbo Officio per antiphraſim dictum putant, quòd nemini noceat, ſed magis proſit. Ambro. lib. 1. Offici. Legimus Officium dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret: quandoquidem Officium ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficium, ſed propter decorẽ ſermonis una immutata litera, Officium nuncupati. Vel certè ut ea agas quæ nulli officiant, proſint omnibus. Poteſt etiam dici & rectè, ut ab Officio, is, Officium deriuetur: ita ut Ob, non contra, ſed circum ſignificet, ut circa quod faciendum eſt, innitamur. Eſt itaque propriè Officium, congruus actus uniuſcuiuſque perſonæ, uel id, in quod quiſq; debet incumbere, ut ipſum pro loci, temporis, & perſonæ qualitate reddat effectum. τὸ τεταγμένον λειτουργεῖν. Et quoniam proprium hominis officium eſt, alteri pro uiribus prodeſſe, & omnibus quantum in ſe eſt gratificari, & benefacere: (neque enim tam nati ſumus, ut nobis, quàm ut aliis aliquid utilitatis afferamus) factum eſt, ut Officio accipiatur pro beneficio. Cicer. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum, officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt: non commemorare, qui contulit. Colum. lib. 2. cap. 15. Licet filicem ſine iniuria uicini, etiam cum officio decidere. hoc eſt, ut non modo nihil damni inferamus, uerũ etiam bene de illo promereamur. Accipitur etiam quandoque officium pro obſequio, uel honore. Sueton. in Cæſare: Aſſidentem conſurati ſpecie officii circumſteterũt. Magiſtratus quoq; Officiũ dicitur, uel quia honoris gratia inſtitutus eſt: uel quia opem populo fert: uel quia ius quod cuique debetur, reddit. Quandoque accipitur pro alicuius artis ratione, (ἔργον) ut, Officium Grammatici, Officium Medici. Et quamuis Officium propriè ad uirtutem pertineat: ut, Hominis officium eſt pietatem colere. dicimus tamen interdum, Lenonis eſt officium inſidiari pudicitiæ: Accuſatoris eſt officium crimina inferre. Eſt autem officium duplex, teſte Cicerone libro. 1. Officio. alterum perfectum quod Græci κατόρθωμα uocant, quod & omnes numeros uirtutis continet: Alterum medium pertinens ad inſtitutionem uitæ communis. Cic. lib. 1. de Finib. Quod ratione actũ ſit, id Officium appellamus. Summo officio præditus homo, is dicitur, qui eſt officioſiſſimus, uel integræ uitæ, uel qui omnino id quod decet, ſtrenuè facit. Cicero. 3. Verrin. His rem ad uirum primarium ſummo officio, ac uirtute præditum, & cæte.

OFFIGO, xi, xum, {*Ficcare*}(διηλόω) idem ferè quod ſimplex Figo. Pla. in Moſtel. Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia.

OFFIRMO, as, {*Fermare, oſtinarſi*}(διαβεβαιοῦμαι) firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinatè in re aliqua perſiſto. Teren. Heaut. Age quæſo, ne tam offirmes te, Chreme.

OFFLECTO, (περικλίνω, ἐπικάμπτω) circum, uel contra flecto. Plautus in Aſina. At ego hunc offlectam nauem.

OFFOCO, as, pe. prod. {*Gargarizzare*} (διακλύζω) aquam in fauces do ad ſorbendum. Quidam non Offoco, ſed Offuco dicunt. Feſtus.

OFFRINGO, is, (περικλάω) Ob, & Frango terræ proprium eſt, teſte Feſto, quando iterum tranſuerſo ſulco aratur. Var lib. 1. de re Ruſt. cap. 32. Quum proſcideris, offringi oportet: id eſt, iterare, ut frangantur glebæ. Ibidem capi. 29. Rurſum terram cum primum arant, proſcindere appellant, cum iterum offringere dicunt: quòd prima aratione glebæ grandes ſolent excitari, cũ iteratur, offringere dicunt. Tertio cum arant, iacto ſemine, lirare dicuntur.

OFFVCIA, æ, {*Belletto*}(παραφύσεις) idem propriè eſt, quod fucus, quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem. Plautus in Moſtel. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam. Per metaphoram autem accipitur pro fallacia, uel techna. Gellius libro. 14. capite. 1. Sed id præſtigiarum, atque offuciarum genus, & cæ. Rarius inuenimus hoc nomen in ſingulari numero.

OFFVLA, læ, {*Boccone, fettuccia*}(ψωμίδιον) diminutiuum ab Offa. Colum. ſcribens de ſalſura carnis ſuillæ, ait: Dein offulæ carnis ſpiſſæ componuntur, & alterius ſal ingeritur.

OFFVNDO, is, {*Gittar d'intorno*}(ἐπισκοτέω, καταχέω) circunfundo, obiicio, aſpergo. Pla. in Trinum. Adimit animam mihi ægritudo. Staſime tene me. ST. Vis ne aquam tibi petam? C. Cum iam animam agebat, Tum eſſe offuſam oportuit. Per metaphoram etiam dicimus Offundere rei alicui caliginem, noctem, tenebras pro eo quod eſt obſcurare, uel obtenebrare. Cicero pro Roſc. Erant interea, qui ſuis uulneribus mederentur: qui tanquam ſi offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaq; miſcebant. Idem. 5. Suſc. Hic error, & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

OFFVSCO, as, {*Offuſcare*}(ἀμαυρόω, ἐπισκοτέω) obſcuro, denigro, & quaſi fuſcum reddo.

O ANTE G.

OGDOAS, adis, (ὀγδοάς) Latinè, numerus octonarius.

OGOOLAPIS, fluuius nauigabilis, ex Alpibus, fluens, & iuxta Segeſticam urbem in Saum irrumpens. Vide Strab. lib. 4.

OGDOVS, (ὄγδοος) Aegypti rex, Achoreus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ. Autor eſt Diodorus Siculus.

OGGANNIO, is, {*Cianciare*}(ἐπιτονθορύζω, ἀντιλέγω) occino, inculco, ea

dem ad faſtidium repeto. Plaut. in Aſina. Cui nunquam unam rem me licet ſemel præcipere fieri, qui centies eadem imperem, atq; oggannıam. Tere. Phorm. Habet hæc, ei quod dum uiuat, uſq; ad aureum oggannıat.

OGGERO, is, pen. cor. (ἐπιφέρω) Vide in dictione Gero.

OGGRASSARI, {*Caminare, andare*} (ἐγκατακλίνεσθαι) pro incedere uſurpauit Plaut. in Cap. Niſi cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu.

OGYGES, pe. co. (ὠγύγης) Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias ædificauit, circiter mille & quingentos annos ante urbem conditam. Sub hoc rege fuit diluuium magnum, teſte Auguſtino de Ciuitate Dei, non illud quidem maximum, quod Noe temporibus contigiſſe ſacræ literæ teſtantur: ſed tamen maius eo, quod Deucalionis ſeculo bonam terræ partem inundauit. Hinc Ogygius, a, um, ut Thebæ Ogygię. Auctor carminis de Aetna, quod Vergilio à quibuſdam aſcribitᷓ. Nunc iuuat Ogygiis circundata mœnia Thebis, &c.

OGYGIA, (ὠγυγία) inſula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit, appellata: in qua Calypſo nympha, habitauit, quæ Vlyſſem tempeſtate eo adactum hoſpitio & lecto excepit, eiuſq; amore capta ſeptem annos apud ſe detinuit, tandemq; Ioue iubente cum dimiſit. De qua Home. in primo Odyſſ.

OGYLVS, (ὤγυλος) inſula eſt inter Peloponneſum & Cretam, Steph.

OGYRIS, (ὤγυρις) inſula eſt ante felicem Arabiam, Erythrei regis monumento nobilitata. Auctor Plin. libr. 6. cap. 28. Rufus ex Dionyſio: Ogiris inde ſalo promit caput, aſpera rupes Carmanidis, qua ſe pelagi procul inuenit undis Regis Erithræi tellus, &c. Huius inſulæ incolæ dicuntur Ogyritæ, ὠγυρῖται.

OINA, (οἴνα) Ariſtoteles in libro, quem (περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων) inſcripſit, Tuſciæ urbs eſt munitiſſima, in cuius medio collis eſt editiſſimus, triginta ſtadiorum, aquas & ſyluas in uertice habens. Hoc tamen oppidū an unquam fuerit, uiderit Ariſtoteles, nemo Geographorum eius meminit.

O ANTE H.

OH, {*Oh*} interiectio, qua utimur, ubi ex interuallo notos uidemus, Comicis uſitata. Teren. in Adel. Oh, qui uocare? Eſt etiam admirantis cum contemptu quodam. Terent. in Andr. Oh, tibi ego, ut credam furcifer Aliquando affirmantis cum certitudine quadam. Teren. in Eunuc. Oh, qui egomet produxi. Aliquando dolentis & reprehendentis. Terent. in Heaut. Oh, iniquus es, qui me tanta poſtules. Aliquando dolentis & reprehendētis. Plau. in Caſ. Oh perii, Manifeſtò teneor miſer. Aliquando exultantis ob rem bene geſtam. Plaut. in Moſt. Oh, probus homo ſum. Oh, oh, exultantis eſt. Plautus in Moſtell. Oh, oh, ocellus es meus, tuus ſum alumnus, &c. Oh, oh, oh, oh, eiulantis eſt more comico. Plaut. in Cap. Oh, oh, oh, oh, L. Eiulatione haud opus eſt, &c.

OHE, {*Oh*} (ὢ ἅλις) interiectio exclamantis, & ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat, & iubet modum imponere. Martialis libro quarto. Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.

OHO, interiectio admirantis aliquid fieri repentè. Plaut. in Pœn. Oho amabo, quid illuc nunc properas? Aliquando eſt agnoſcentia cum gaudio particula. Plau. in Pſeu. Oho Polymachæroplacides Purus putus eſt ipſus. Budæus.

OICLES, filius fuit Antiphatis filii Melampi, & pater Amphiarai Argiui uatis. Home. lib. 15. Odiſſ.

OILEVS, (οἰλεύς) per tres ſyllabas, pe. pro. Locrorum rex fuit, & pater Aiacis, illius, quem ab eo Verg. Oileum cognominat lib. 1. Aeneid. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

O ANTE L.

OLBIA, (ὀλβία) Pamphyliæ oppidum iuxta Cataracten fluuium, teſte Plinio lib. 5. cap. 27. Fuit & Olbia Bithyniæ urbs in extremo Aſcanii ſinus ſita, quæ poſtea Nicæa appellata fuit. Eſt & alia in Sarmatia Europæ, ad Boriſthenem amnem, quæ & Boryſthenis appellatur à Ptolemæo tabula octaua Europæ, cuius etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 11.

OLBIAPOLIS, (ὀλβιάπολις) oppidum eſt Galliæ Narbonenſis, apud Ptolem. lib. 2. cap. 10. Strab. lib. 4. Olbiam uocat.

OLBIOPOLIS, (ὀλβιόπολις) ciuitas Sarmatiæ Europeę, ad Boryſthenem amnem XV. M. paſſ. à mari recedens. Hanc Mileſii condiderunt, teſte Strab. lib. 7. unde & Mileiopolis appellata eſt. Ptolemæus Olbiam uocat, & Boryſthenidem.

OLCACHITES, (ὀλκαχίτης κόλπος) Zeugitanæ regionis, hoc eſt Aphricæ propriè dictæ, ſinus eſt: cuius meminit Ptolem.

OLEA, æ, & Oliua, æ, {*Oliua*} (ἐλαία, καὶ ἐλαία) tam de fructu dicitur, quàm de arbore. Verg. 8. Eclog. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Idem 1. Georg. Adſis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix. Plin. libr. 15. capi. 82. Oleam ſi lambendo capræ lingua contigerit, depaueritq; primo germinatu, ſterileſcere, auctor eſt, M. Varro. Cice. 2. de Diuinatio. Agricola cum florem oleæ uidet, baccam quoque ſe uiſurum putat. Mares oleæ. Ouid. 4. Faſtorum: Vre mares oleas, tedamq;, herbaſq; Sabinas. Cice. 3. de Natura Deorum. Quid Ariſtæus, qui inuentor oliuæ dicitur, Apollinis filius &cæ. Verg. 5. Aeneid. Tres præmia primi Accipient, flauaq; caput nectentur oliua. Similiter & pro fructu Olea, & Oliua dicitur, ἐλαία. Vnde Olea conditiua Varroni dicitur, quæ ad condituram aſſeruatur. Columel. lib. 11. cap. 2. Tum & olea diſtringenda eſt, ex qua uelis uiride oleum conficere. Hinc etiam pro pingui illo oleæ liquore Oleum dicimus, & Oliuum, (ἔλαιον: unde & ὑδρέλαιον pro oleo cum aqua cōmiſto.) Oleum ab olea, Oliuum ab oliua. Verg. 2. Georgicorum, liquidi corrumpitur uſus oliui. Horatius 1. Sermonum Satyra 6. Vngor oliuo. Idem 2. Sermonum Satyra 4. Quali perfundat piſces ſecutus oliuo. Columella libro 6. Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Vergili. 5. Aenei. Cætera populea uelatur fronde iuuentus: Nudatoſq; humeros oleo perfuſa niteſcit. Oleum addere camino, eſt malo ſuppeditare fomentum ac uelut alimoniam, quo magis ac magis creſcat. Horatius 2. Sermonum Satyra 3. Adde poemata nunc, hoc eſt oleum adde camino. Oleum & operam perdere. Plautus Pœnul. Tum pol ego & oleum & operam perdidi. Hoc eſt, quicquid inſumpſi, ſeu rei, ſeu laboris perdidi. Vide Chiliades Eraſmi. Oleo tranquillior, in hominem minimè iracundum, leniq; ingenio præditum à natura eius liquoris, quo nihil magis lene. Plautus Pœnul. Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Eſt autem uſquadeo tranquilla olei natura, inquit Plinius libro 2. cap. 103, ut mare quoque rem omnium ſæuiſſimam tranquillet. atque ob id urinantes aiunt oleum ore ſpargere, quod mitiget elementi naturam aſperā, lucemq; deportet. Oleum pro ſimulacro pugnæ, & pro exercitatione, nō pro uero certamine. Cic. 1. de Orat. Nitidum quoddam genus uerbum & lætum, ſed palæſtræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id eſt, accommodatum iudiciis & concionibus. Olearum quædam dicuntur Licinianæ, quædam Pauſiæ, quædam Sergiæ, quædam Aſchitea, quædā Regię, & quædam Radii, aliæ Algianæ, aliæ Næuiæ, aliæ Culminiæ, aliæ Circites, aliæ Myrteæ: quas ſolas olearum ſpecies in ſuam notitiam perueniſſe ſcribit. Col. lib. 5. capi. 8.

OLEACEVS, a, um, {*Simile all'oliuo*} (ἐλαιώδης) quod eſt ſimile oleæ: ut, Folium oleaceum, Liquor oleacius. Plin. lib. 35. capi. 15. Gignitur, & pingue liquoriſq; oleacei. Idem lib. 12. cap. 4. Alia funditur è caule maluaceo, folia oleacea habens.

OLEAGINVS, a, um, pen. cor. {*D'oliuo*} (ἐλαΐνος) quod ex olea arbore eſt ſicut Faginus a fago. Verg. 2. Geor. Truditur è ſicco radix oleagina ligno.

Dicitur etiam Oleaginum, quod eſt coloris olei. Plinius libro. 37. cap. 5. Poſt eos autem cerim, ac deinde oleagini, hoc eſt, coloris olei. Legitur etiam pro eodem Oleagineus, a, um. Varro lib. 1. de Re ruſt. Deinum in oleagineis ſeminibus arboris uidendū, ut ſit de tenero ramo ex utraq; parte ęquabiliter pręciſum, quas alii Clauolas, alii Taleas appellant.

OLEARIS, & hoc re, {*Che s'appartiene à oglio*} (ἐλαιηρός) quod ad oleum pertinet. Plinius lib. 34. cap. 14. Quippe quum in exacuendo, oleares cotes, et & aquariæ æquè differant, oleo delicatior fiet acies. id eſt, cotes quæ oleo aſperguntur, qualibus utuntur tonſores. Sic Oliuaris, et hoc, re. Seruius: Trapetis autem, & molis oliuaribus.

OLEARIVS, a, um & Oliuarius, a, um, quod ad oleum pertinet: ut, Olearia, & Oliuaria cella, ἐλαιών. Col. lib. 2. In ſole ſiccata, & mox refrigerata recondit: ſi maius eſt modus, in horreo: ſi minor, in uaſis oleariis, ſalſamentariiſq;. Sic apud eundem lib. 12. cap. 47. Oliuariæ metretæ.

OLEARIVS, rii, (ἐλαιοπώλης) qui oleum facit, uel uendit. Col. lib. ult. Periculoſiſſimi olearii uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri.

OLEARVS, Vide Oliarus.

OLEASTER, ſtri, {*Oliua ſeluatica*} (ἀγριελαία Dioſcoridi) olea ſylueſtris. Verg. 2. Georg. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem Plurimus, & ſtrati baccis ſylueſtribus agri.

OLEASTELLVS, li, (χαμελαία) frutex eſt exiguus, & ſurculoſus, ramulos habens dodrantales, & folia oleæ. unde & nomen accepit. Columella etiā Oleam Calabricam uocat lib. 12. capi. 49. Veruntamen (inquit) præcipua in hoc uſus olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem Oleaſtellum uocant.

OLEASTRVM, ſtri, (ὀλέαστρον) oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, in tractu Turdetaniæ, teſte Plin. lib. 2. cap. 4.

OLEASTRENSE, nigri plumbi genus, Pl[illegible]b. 33. cap. 17.

OLEASTRINVM, (ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας) dicitur oleum, quod ex Oleaſtro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teſte Dioſco. lib. 1.

OLEATVS, a, um, (ἐξ ἐλαίας) quod eſt factum ex oleo, uel quod oleum admiſtum habet.

OLEITAS, atis, tempus legendarum oliuarum, hoc eſt, fructus oleę. Cato de Re ruſt. cap. 68. Vbi uindemia, & oleitas facta erit, prela extollito.

OLERACIVS, a, um, Vide Olus.

OLEOSVS, adiectiuum, {*Pieno d'oglio*} (ἐλαιώδης) quod eſt plenum oleo. Plinius lib. 27. cap. 12. Semen oleoſum, quod & fit ex eo, medetur oris ulceribus perunctis. Ponitur & pro pingui. Pli. lib. 28. cap. 9. Ibi quod ſupernatat butyrum eſt, oleoſum natura.

OLETVM, oleti {*Oliuare, luogo doue ſono molti oliui*} (ἐλαιόφυτον, ἐλαιών) locus oleis conſitus. Cato de Re ruſt. cap. 1. Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum, quinto pratum. Oletum item dicitur excrementum humanum, (τὸ ὑποχωρούμενον τοῦ ἀνθρώπου, ὑπόχωρος) ita dictum ab odoris fœditate. Verannius apud Feſtum: Sacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum. Perſius Sat. Veto quiſquam hic faxit oletum. Nonnunquam et accipitur pro ipſo loco, in quo aluum exoneramus. Tacit. in Nerone: Gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone: præbitumq; oletum Equiti ac Senatui.

OLENIVS, (ὠλένιος) poſſeſſiuum eſt ab Oleno: unde Capella Olenia uocitata eſt, Amaltheæ capra, Iouis altrix, propterea quòd circa Olenum Bœotię & nata dicatur, & nutrita. Ouidi. 5. Faſtorum, Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale Capellæ.

OLENVS, penultima correp. (ὤλενος) Bœotiæ urbs, ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia urbs in Aetolia, iuxta quam fuit Aper Calydonius. Strabo. libro. 8.

OLEO, les, olcui, et olui, oletū, uel olitū, {*Olire, ſaper ò di buono, ò di reo*} (ὄζω) rem ſpiro, & emitto, & conſtruitur frequenter cum accuſatiuo, ferè cum omnibus ſuis compoſitis. In quo ſignificationem eorum neutralem tranſitiuā eſſe deprehendere licet. Cicero. 3. de Ora. Vnguentum magis laudatur, quod cerā, quam quod crocum olet. Horatius. Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ. Aliquando cum ablatiuo. Oui. Perq; locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. Proper. lib. 4. Eleg. Quur uardo flammæ non oluere meæ? Aliquando ſine caſu. Plin. libro. 21. capite. 6. Roſa recens à longinquo olet. Eſt autem medium uerbum: Nam bene olere, Iucundè olere, & Malè olere, dicimus. Inuenitur etiam. Olo, olis. Plau. Olunt ædes Arabicū. Eiuſdem naturæ ſunt cōpoſita, uidelicet Redoleo, (ἀποζω) quod idem eſt quod oleo. Ver. 4. Georg. Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Aboleo, adoleo, Exoleo, Inoleo, de quibus ſupra. Oboleo, graueolentiam odoremq; tetrum reddo. Suetonius in Cal. Ille antidotum oboluiſſet, quaſi ad præcauenda uenena ſua ſumptum. Plautus in Moſtel. At te Iupiter, diiq; omnes perdant, oboluiſti allium Germana illuuies. Peroleo, ualde oleo: ude ſuo loco. Suboleo, quaſi tenuiter oleo, & odorem ſentio. Per tranſlationem Subolere ponitur pro præſentiſcere & rem aliquam indiciis, uel coniecturis deprehendere, αἰσθάνεσθαι. Ter. in Hecy. Ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicam Cliniæ. Plautus in Caſina: Subolet iam uxori, quod ego machinor. Dicitur etiam Graueolco, Suaueoleo, unde Graueolentia, pro tetro oris, uel halitus odore. Plinius: Succus

hederæ tędia narium, grauecolentiamq́ emendat. Ab Oleo fit Oleſco, quæ inter ſe differunt, quòd oleo habet ſignificationem naturalem tranſitiuam: Oleſco, paſſiuam mutatam.

OLERACIVS, a, um, Vide Olus.

OLERVS, (ὄλερος) urbs Cretæ in edito loco ſita, ultra Hierapytnam. Hinc Minerua Olera, & feſtum Olerium in eius honorem. Stepha.

OLEVM, olei: Vide Olea.

OLFACIO, olfacis, olfeci, olfactum, {Odorare} (ὀσφραίνομαι) ſignificat odorer. Plinius lib. 11. capite. 37. Quonammodo olfaciant delphini, mirum: nidem nec olfactus ueſtigia habent, quum olfaciant ſagaciſſimè. Per tranſlationem ponitur pro ſuboderari, ſiue præſentire. Teren. in Adel. An non ſex totis menſibus Prius olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit.

OLFACTO, ctas, (προσοσφραίνομαι) frequentatiuum ab Olfacio. Plinius lib. 20. cap. 14. Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit.

OLFACTVS, cta, ctum, {Odorato} participium, quod odoratum ſenſu percipitur. Item Olfactus, us, (ὄσφρησις) facultas olfaciendi, quæ ſedem habet in anterioribus uentriculis cranii. Plin. lib. 19. Baſiliſci, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem.

OLFACTORIVM, rii, floſum, uel odorem faſciculus, delectandis naribus, uel olfactus gratia comparatus. Plinius libro. 30. cap. 11. Ex iſtis confecta, aut coctè uerſiſimilia ponemus, ſicut & lethargum olfactoriis excitari.

OLIAROS, (ὠλίαρος) inſula in mari Aegæo, una Cycladum, de qua Vergil. lib. 3. Oliaron, niueamq́ Paron, &c.

OLIBA, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs.

OLIBANTVM, quod hic corruptè legebatur, unde Cylibantum.

OLICANA, (ὀλίκανα) urbs Britaniæ apud Ptole. lib. 2. cap. 3.

OLIDVS, a, um, penul. corre. {Che ha odore coſi buono come reo.} (ὀσμώδης) dicitur tam illud quod bonum, quam quòd malum odorem habet. Martialis libro. 1. Olidæq́ ueſtes murice. Horat. libr. 1. Epiſtol. Sed manus arcta premunt olidæ contuuia capræ.

OLIGARCHIA, æ, (ὀλιγαρχία) ſtatus Reipub. paucorum conſtans dominatione. Vnde Oligarchici, (ὀλιγαρχικοί) dicti ſunt, qui paucorum dominatione gaudent.

OLIM, {Altre uolte, per il paſſato, per l'auenire} (ἐκ παλαιοῦ, πάλαι) aduerbiũ temporis, non ſolum præteritum tempus, ſed etiam præſens, & futurum denotans. De præſenti. Verg. 1. Eclog. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. De futuro, idem. 1. Aenei. Hunc tu olim cœlo ſpoliis Orientis onuſtam Accipies. Quintil. lib. 10. cap. 1. Qui olim nominabãtur. De præterito exempla nuſquã non occurrunt. Cicero. 3. de Orato. Sic enim olim loquebantur. Ponitur etiam pro aliquando. Horatius libro. 1. Serm. Satyra. 1. Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Ponitur etiam interdum pro iandudum, uel iampridem. Plinius Epiſto. 162. Olim ait librum in manus non ſtylum ſumpſit. Aliquando etiam pro nuper. Teren. in And. Alium eſſe cẽſes nunc me, atque olim, cum dabam? Ponitur interdum pro quouis tempore, Verg. 2. Geor. Hic tibi prævalidas olim multoq́ fluentes Sufficiet Baccho uites. Olim particulam fabulæ propriam eſſe, ait Donatus in illud Teren. in Eunuch. Olim fuit illi generi quæſtus apud ſeclum prius.

OLIM IAM, {Gia longo tempo} (πρόπαλαι) iam longo tempore. Quintil. in Milite Mariano: Olim iam Imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quæreit.

OLITOR, oris, penul. cor. {Hortolano} (κηπουρός) qui olerum hortum exercet, qui & Hortulanus dicitur. Similiter olitor, (λαχανοπώλης) qui olera uendit. Colu. libr. 10. cap 8. Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos. Cice. ad Tiro. libro. 16. Sic olitorem ipſum commouebis. Hora. 1. Epiſt. 19. Ad imũ Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

OLITORIVS, a, um, (κηπευτικός) quod ad olera pertinet: ut Forũ olitorium, ubi uenduntur olera. Horti olitorii, & Oſtia olitoria, hoc eſt, oſtia hortorum, Plinius lib. 19. cap. 8. Eſt lactucæ genus adeo lati caulis, ut oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

OLIVA, æ, Vide Olea, æ.

OLIVARIVS, a, um, (ἐλαιηρός) quod ad oliuam pertinet. Colum lib. 12. capite. 47. Quæ ne poſſint oleum ſorbere, tanquam oliuariæ metręę imbuuntur liquamine, tum demum & aſſiccantur.

OLIVETVM, ti, {Oliueto, doue ſono piantati molti oliui} (ἐλαιών, ἐλαιόφυτον) locus in quo oleæ conſitę ſunt. Cic. de Senectu. Quid de pratorum uiriditate: aut arborum ordinibus, aut uinearum, oliuetorumve ſpecie dicam? Maritum oliuetum. Colum. lib. 3. ca. 11. Si nec hæc eſt, raraſſimum arbuſtum, uel oliuetum quod non fuerit maritum, uineis deſtinatur.

OLIVINA, næ, cella oliuaria aut olei maxima copia. Pla. in Pſeu. Cuius amatores dom oliuinam habent maximam.

OLIVITAS, atis, (ἀμητὸς τῶν ἐλαιῶν) ſiue Oleitas tempus legendarum oliuarum. Columella libro. 12. capit. 50. Media eſt oliuitas plerunque initium menſis Decembris: nam & ante hoc tempus oleum acerbum conficitur. Interdum ipſe olei prouentus. Idem libro. 1. cap. 1. Saſerna eo libro, quem de agricultura ſcriptum reliquit, mutatum cœli ſtatum ſic colligit, quod quæ regiones antea propter hyemis aſſiduam uehementiam nullam ſtirpem uitis, aut oleæ depoſitam cuſtodire potuerint: nunc mitigato iam & intepeſcente priſtino frigore, largiſſimis oliuitatibus, liberisq́ uindemiis exuberent. Huc etiam pertinet illud Varronis, Tum denique cum omnis lucerna combuſta eſt in lucubrando, oliuitas conſumpta. Oliuifer, adiectiuum, (ἐλαιοφόρος) oliuam ferens. Martialis lib. 12. Bætis oliuifera crinem redimite corona. Ouid. 3. Faſt. Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis Pompilius, menſes, ſenſit abeſſe duos.

OLIVO, as, penulti. produ. {Vindemiare oliue} (ἐλαιολογῶ) oliuarum uindemiam ago, ſiue oliuas colligo. Plin. libr. 5. cap. 3. Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit: Oleamne ſtringito, neve uerberato.

OLTZON, onis, (ὀλιζών) Theſſaliæ oppidum, cuius meminit Homerus in Catalogo.

OLIVVM, oliui, uide Olea.

OLLA, æ, (χύτρα) genus uaſis, ait Nonius, pro quo antiqui dicebant Aula, quia nullam literam geminabant, inquit Feſtus. Inde Plauti quędam comœdia Aulularia eſt appellata. Plautus Capti. Ollas, calicesq́ omnes confregit. Colum. libro. 8. capite. 8. Eius pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur.

OLLARIS, & hoc ollare: unde Ollares uuæ, (χυτριαῖ) dicũtur quæ in ollis fictilibus optime conduntur: de quibus Colum. libro. 12. capite. 43. Martial. libro. 7. Illic & uuæ collocantur ollares.

OLLARIA, riæ, temperatura, æris. Plinius libro. 34. cap. 9. Nouiſſima eſt, quæ uocatur ollaria, uaſis nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

OLLI, & Ollic, pro illi, & illic ſcripſerunt ueteres. Feſtus. Vergil. 1. Aenei. Olli ſubridens hominum ſator, &c.

OLLVLA, æ, penul. correp. (χύτριον) parua olla, quam & Aululam dicebant antiqui: unde & Plautus Comœdiam quandam Aulularium inſcripſit. Varro: Lecta in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur.

OLOLYGONES, penul. correp. (ὀλολυγόνες) mares ranæ, quo tempore uocem mittentes, cient ad coitum fœminas. Fit à uerbo ὀλολύζω, quod ſignificat ululo.

OLOR, oloris, penul. produ. {Cigno} (κύκνος) auis eſt notiſſima, quam Græci Cygnum uocant. Ouid. Epiſt. 7. Ad uada Mæandri concinit albus olor. Silius libr. 13. Cerua fuit raro terris ſpectata colore, Quæ candore niuem, candore anteiret olores. Sunt qui Holor ſcribant prima uocali aſpirata, quòd putent ita dictum, ἀπὸ τοῦ ὅλος καὶ ὡραῖος, quod ſit totus pulcher. Quicquid, id eſt, eruditorum uſus habet, ut ſine aſpiratione ſcribatur. Inde Olorinus, a, um, penultima producta, ut, Color olorinus, hoc eſt, candidus. Plinius libr. 37. cap. 10. Galidanem Medi mittunt coloris olorini.

OLVS, eris, {Ogni herba buona da mangiare} (λάχανον) dicitur omnis herba ſatiua, quæ in uſu cibario eſt, ab alendo, quòd oleribus alerẽtur homines ante quàm fruges repertæ eſſent. Plautus in Caſin. Profectò hercle non fuit quicquam olerum. Varro ab olla deducit. Nonius & Feſtus inter aſpirata connumerant. Ponitur quandoque figuratè pro tenui & quotidiano uictu. Horatius. 1. Serm. Saty. 7. Si nuſquam es forte uocatus Ad cœnam, laudas ſecurum olus. hoc eſt, dicis nihil eſſe melius, quàm parcè, & cõtinẽter domi uiuere, nihil eſſe melius domeſtico, & quotidiano uictu. Hinc Oleraceus, adiect. ut, Oleraceus frutex: hoc eſt, herba olerum modo fruticans. Nam etiã olera fruticare affirmat Theophraſtus, quæ ipſe δενδρολάχανα appellat, uoce cõpoſita ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ λαχάνου, hoc eſt, ex arbore & olere: nos Fruticantia olera uocamus. Aut etiam Oleraceum fruticem intelligere poſſumus, qui oleri ſimilis eſt. Plinius libro. 26. capi. 8. Eadem præſtat hypericon, quam alii Chamæpityn, alii Corion appellant oleraceo frutice, tenui, cubitali. Huius diminutiuum eſt Oluſculum, λαχανάριον. Horatius. 2. Sermo. Saty. 6. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Cice. Atti. lib. 6. Lancibus, & ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere. Iuuenal. Sat. 11. Curius paruo quæ legerat horto Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quæ nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

OLVSATRVM, una dictio compoſita, herba eſt, quam Græci Hippoſelinum (ἱπποσέλινον) uocant: ita dicta à colore foliorum, quod folia habet ſubnigrora propter quod Columel. Pullum olus appellat. At que oleris (inquit) pulli radix. Vide Plin. lib. 19. cap. 8.

OLYMPE, es, (ὀλύμπη) urbs Illyridis, cuius incolæ dicuntur Olympæi. Autor Stephanus.

OLYMPIA, ciæ, (ὀλυμπία) urbs Elidis fuit, quinquennali ludorum celebritate, quæ & ipſa Olympia dicebantur, toto orbi celeberrima. Stephanus Olympiam eandem putat fuiſſe cum Piſa. Strabo autem libro. 8. uidetur iudicare Piſæ partem fuiſſe. Cicero. 1. Tuſculana. Cùm Olympiam ueniſſet, in maxima illa quinquennali celebritate ludorum.

OLYMPIA, orum, (τὰ ὀλύμπια) ludi ab Hercule inſtituti in honorem Iouis, circa Olympiam Eleæ regionis urbem: à quo & nomen habent. Hercules enim Augia Elidis rege ſuperato, repurgatoq́ eius ſtabulo, in campis Olympiæ uicinis, iuxta Alpheum fluuium, ſacrũ certamen inſtituit, quod quinto quoque anno, uel (ut Lycophronis interpres aſſerit) quinquageſimo menſe celebretur, ideoq́ eo conſilio, ut in illo certamine Græciæ iuuentus ſeſe pentathlo ſiue quinquertio exerceret, cæſtibus ſcilicet, curſu, ſaltu, diſco, & palęſtra: iisq́ ueluti meditationibus uero certamini pręluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & uictor, qui Olympionices uocabatur, oleaſtro, uel, ut Ariſtoteli placet, olea, quæ philoſtephanos dicitur, coronabatur. tantumq́ ei honoris habebatur, ut nõ per portas urbis, ſed per ruinas murorũ, ſublimis in curru in patriam ueheheretur. Hora. 1. Epiſt. 1. Quis circum pagos, & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia. Cicero de Clar, orato. Pugiles exercitati pugnas & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt. Idem. 2. de Diuinatio. Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, uiſus eſt in ſomnis curru quadrigarum uehi. Vnde Olympiacus, a, um, penul. correp. ut Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Auctor ad Heren. li. 4. Quaſi ſiquis ad Olympiacum uenerit curſum &cæ. Vergilius. 3. Georg. Seu quis Olympiacę miratus præmia palmæ Paſcit equos.

OLYMPIAS, adis, (ὀλυμπιάς) quinque annorũ ſpatium, ſiue (ut Lycophronis interpres tradit) quinquaginta menſium: quod Romani Luſtrũ appellãt: ex interuallum ſcilicet interceptum, inter duo Olympia. Græci enim tempora per olympiadas ſupputabant, ita numerantes, Olympiadis primæ, aut ſecundę, aut centeſimæ, anno primo, uel ſecundo, uel tertio, uel quarto. Atque (ut Conſules, ita & in olympiis uictores iterum & tertium dicimus. Pla. in Menæch. Iterũ (inquit) Pythia & tertium olympia. Eſt & Olympias nomen mulieris proprium, quo nomine dicta fuit Alexandri Macedonis mater: cuius frequens eſt mentio apud Q. Curtium.

OLYMPICVS, a, um, (ὀλυμπικός) qđ eſt Olympi, uel quod ad Olympum pertinet: ut Iupiter Olympicus. Dictus eſt autẽ Iupiter Olympicus, ab Olympo, à quo eruditus & ad uirtutum inſtitutus ſit. Alii uero, à cœlo, quem Olympum Græci uocant, in quo regnare fertur. Puluis olympicus Horat. 1. Carm. Ode. 1. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum collegiſſe iuuat.

OLYMPIEVM, penultima producta, (ὀλυμπίειον) locus in Delo, quem cum Athenienſes Adriani ſumptu condidiſſent, Nouas Athenas Adrianas uocauerunt. Stephanus.

OLYMPIODORVS, pen. prod. (ὀλυμπιόδωρος) nomen proprium eius, qui docuit Epaminundam cantare tibiis.

OLYMPIONICES, pen. prod. (ὀλυμπιονίκης) qui in olympiaco certamine uictor euaſit. νίκη quippe uictoria dicitur. Aelianus de Varia hiſtoria li. 10. Duxit ad olympicum certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare, qui præſidebant, licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres treis haberet olympionicas. Cicero pro L. Flac. refert, quod apud Græcos eſſe olympionicen, iudicabatur propè eſſe maius, & glorioſius, q̃ Romæ triumphaſſe.

OLYMPIVS, a, um, (ὀλύμπιος) id eſt, cœleſtis, poſſeſſiuum ab olympo.

OLYMPIVS, (ὀλύμπιος) Myſius tibicen & poeta Melicus, & elegiarum, Marſyæ Satyri diſcipulus, qui citharæ legem dedit, modosq́ pulſandi reperit, & docuit. Floruit ante bellum Troianum. Ab hoc & mons in Myſia nomen accepit. Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen tempore Midę regis Suid.

Præter hos fuit & Olympius Nemeſianus, qui ut, ait Vopiſcus in uita Cæſarum, ſcripſit Halieutica, Cynegetica, Nautica. Olympius item præſul natione Hiſpanus, inter Chriſtianos commemoratur ſcriptores à Gennadio. Edidit librũ aduerſus eos qui naturæ, nõ arbitrio peccata noſtra aſcribunt. Olympius etiam hexarchorum Italiæ unus.

OLYMPVS, pi, {*Olimpo, Pet. La Tana, il Nilo, Atlante, Olimpo, & Calpe*} (ὄλυμπος) mons, cuius uertex uſqueadeo attollitur, ut ſumma eius accolæ cœlum uocẽt. Propter quod poetæ cœlum Olympum uocant. Dictus Olympus, quaſi ὅλος λαμπρὸς: hoc eſt, totus fulgens, quia ſolem clarum habet, nullisq́ unquam nubibus fuſcatur. Lucanus libro. 2. Nubes excedit Olympus. Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam, & Macedoniam, qui tamen Theſſaliæ adſcribitur. Alter in Gallogræcia, uel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente ſole uſque ad quantam diei horam flammas emittit. Vergil. 1. Georg. Scilicet atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.

OLYNTVS, (ὄλυνθος) Thraciæ urbs iuxta Atticam regionem, ſub Athenienſium imperio, quam cùm Philippus Macedonum rex obſideret, nec tamen ui capere poſſet, eiuſdẽ cuſtodes auro corrupit, atq; hoc modo ſuæ ditioni ſubiecit. Poſtea uerò ab Athenienſibus deleta fertur, quamuis nõ deſint, qui à Philippo euerſam tradant. Iuuena. Satyra. 15. Biberat quo callidus emptor Olynthi. &c. Stephanus auctor eſt Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuiſſe; quanquam non deſunt, qui à Chalcidenſium colonia illuc miſſa conditum malint. Hinc Olynthiacus, a, um, ὀλυνθιακὸς, ut Olynthiacæ orationes Demoſthenis, quibus Athenienſes aduerſus Philippum incitat, Olynthiis bellum inferentem. Olynthi item (ὄλυνθοι) ficus paruæ, & non matureſcentes dicunt, quas Latini Groſſos.

OLYRA, æ, (ὄλυρα) frugis genus eſt, quod, teſte Plin. a Latinis Siligo dicitur, olim etiam à Gallis Arinca. Spicam habet ſemper erectam, neque rubigini obnoxiam, grano candido, leui, & multipliciter tunicato. Columella tritici uitium eſſe ait, & quamuis candore præſtet, pondere tamen inferius eſſe. Idem auctor eſt triticum omne uliginoſo in loco tertia ſatione in olyram degenerare.

OLYRAS, (ὀλύρας) fluuius eſt prope Thermopylas, quem fabulantur conatum eſſe Herculis rogum extinguere. Strab. lib. 9.

OLYSIPPO, Plin. lib. 4. ca. 22. (ὀλυσίππων) Ptolemæo, ὀδύσσεια Strab.) Luſitaniæ urbs, quæ noſtris temporibus Vlyſbona appellatur.

O ANTE M.

OMASVM, penul. produ. {*Budel largo, budel gentile*} (ἦχινος) eſt pinguis atq; craſſius inteſtinum, quod nonnulli bubulum eſſe credunt: apud ueteres in menſarum deliciis habitum. Horat. 2. Serm. Saty. 5. Seu pingui tentus omaſo.

OMBRIA, (ὀμβρία) gemmæ ſpecies, quam nonnulli Notiam uocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia & brontia: eundemq; cum illis effectum habet. Auctor Pli. lib. ulti. ca. 10.

OMBRIOS, (ὄμβριος) una & prima ex fortunatis inſulis, habens in montibus ſtagnum, & arbores ferulæ ſimiles. Pli. lib. 6. cap. 32.

OMEN, inis, {*Augurio*} (οἰωνὸς, κληδὼν, φήμη, σύμβολον, οἰώνισμα) auguſtum, quod fit ore quaſi oremen, inquit Feſtus. Eſt enim futuræ rei pronunciatio ori hominis incidens, diuino tamen furore. Cicero. 1. de Diuinatio. Neque ſolũ deorum uoces Pythagoræi obſeruauerunt, ſed etiam hominũ, quæ uocãt Omina: quæ maiores noſtri, quia ualere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. Et tam de malo, quàm de bono dicitur. De bono, Liuius libro. 1. Dextra Herculis data accipere ſe omen impleturumq; fata, ara condita ac dicata, ait De malo, Vergil. 2. Aeneid. Quod Dii prius omen in ipſum Conuertant. Hinc Ominoſus, (δυσοιώνιστος) qui omen malum portendit. Plin Epiſt. 14. libr. 3. Notabilis, atque etiam, (ut exitus docuit) ominoſa res accidit id eſt, malum omen portendens.

Dicimus uenuſte, Accipere omen: accipere in omen terroris, uictoriæ, & ſimilium: & Conijcere omen in aliquem.

OMENTVM, ti. (τὸ ἐπίπλοον) membrana tenuis & pinguis, qua integuntur uentris inferiores partes. Perſius Saty. 2. Tot tibi cum in flammas tunicũ omẽta liqueſcant. Conſtat autem omentum ex duabus tunicis a peritoneo ortis, denſis & ſubtilibus, ſibi ipſis incumbentibus, quamplurimis uero arteriis & uenis, & pinguedine non pauca, ut uentriculũ, cuius fundo inſidet, & uelut ἐπιπλεῖ, id eſt, ſupernatat, (unde & à Græcis nomen accepit) foueat, innatumq; calorem per inediam tueatur. Longiſſimè protenditur in omnia inteſtina, ut eorũ concoctiones, quæ imbecilles ſunt, adiuuet. Homini inter animantia longè maximum eſt, ut quod ad ipſum uſque in pubis extendatur. Auctor Gale. libr. 4. de Vſu pa. & 6. de Anato. adminiſtrat. Macrobius μεταφορικῶς Omentum poſuit pro membranis cerebrum ambientibus, quas Græci μήνιγγας uocant, Cerebrum (inquit) quod tactu ſui hominem uel torquet, uel frequẽter interimit, nõ ſuo ſenſu, ſed ueſtitus ſui, id eſt, omenti, hunc importat dolorem. Hinc omentatus, tata, tum (ἐπιπλοώδης) quod eſt pingui omento fartũ. Apitius: Iſitia omentata, pulpam conciſam teras.

OMINOR, aris, penulti. corre. {*Pigliar augurio*} (φημίζω, οἰωνοπολέω) auſpicor, omen capio. Plin. libro 28. cap. 2. Quur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem, fauſtum ominamur, ἐφημίζω. Curtius: Ioi illo periculo Macedones ominati eſſe uidebantur, Hinc Abominor, de quo ſupra. Antiqui Omino, as, dicebant. Pomponius: Ita ſit & tibi bene, qui recte ominas. Hinc Ominator, oris, uerbale, qui omen capit, uel qui præeſt ominibus capiendis. Plautus in Amphitrio. Ob iſtuc omen ominator capies, quod te condecet.

OMITTO, is, {*Laſciar da canto, laſciare*} (ἀφίημι, παρίημι) ex Ob, & Mitto, abiecto b, rem, aliquam penitus dimittere, relinquere, ac præterire. Remittere uerò ex ſumma contentione & labore nonnihil relaxare. Intermittere autem, ad tempus dimittere. Terentius in Adelph. Nunc ſi hoc omittam, actũ agam. Horat. libr. 1. Epiſto. 1. Quod petit, ſpernit, repetit, quod nuper omiſit. Hæc tamen differentia non eſt perpetua. Legitur enim Omittere etiam pro intermittere, & in aliud tẽpus differre, Idem in Arte: Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. Hinc Omiſſus, a, um, participium, quod etiam migrat in nomen: accipiturq; pro neglıgẽte, languido, ac remiſſo. Teren. in Heauton. Vbi te uidi animo eſſe omiſſo. Huic contrarium eſt Attentus, (προσέχων) ut apud eundem: Attentiores ad rem ſumus omnes. Omiſſior ab re, dicitur qui lucrũ negligit, neque ſolicitus eſt de acquirendis diuitiis. Teren. in Adelph. At enim metuas, ne ab re ſint tamen Omiſſiores paulo.

OMNIFARIAM, {*A ogni guiſa*} (παντάχῃ) aduerbiũ, id eſt, omnibus modis, ſiue omnis generis. Gell. lib. 12, ca. 13. Cùm uerò omnes terras omnifariã, & undiq; uerſum circumfluat, nihil extra eum eſt.

OMNIFARIVS, (παντοῖος) dicitur, ſicut plurifarius, quo Suetonius utitur: quod etiam Eraſmus annotauit.

OMNIFER, ra, rum, {*Che produce ogni coſa*} (παντοφόρος) omnia ferens. Ouid. 2. Metam. Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus.

OMNIGENVS, a, um, pen. corre. (παντὸς γένους, παντοῖος) ex omni genere. Verg. lib. 8. Aenei. Omnigenumq; Deum monſtra, & latrator Anubis.

OMNIMODVS, a, um, pen. corre. {*Vario, d'ogni maniera*} (παντὸς τρόπου) omnium modorum. Omnimodè, aduerbium, πανταχῶς Lucret. lib. 2. Omnimodè, expertus fueris, quam quiſque det ordo. Omnimodis, aduerbialiter, id eſt omnibus modis. Lucret. libr. 2. Nec tamen omnimodis conjecti poſſe putandum eſt Omnia.

OMNIPARENS, penulti. corre. (παντογενέτωρ) qui omnia gerit. Vergilius 6. Aeneid. Nec non & Tytion terræ omniparentis alumnum Cernere erat. Sic Lucretius libro. 5.

OMNIPOTENS, tis, penul. corre. {*Omnipotente*} (παντοκράτωρ) omnia potens. Verg. 1. Aenei. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. Hinc omnipotentia, (παντοδυναμία) rerum omnium facultas.

OMNINO, {*Al tutto*} (παντελῶς, παντάπασιν, πάντως) aduerbium, ſignificat prorſus. Vnde apud Iuriſcõ. Omnino receſſiſſe dicitur, qui receſſit animo permutandi domicilium. Ponitur aliquando pro etiam. Cice. ad Nigidium libro. 4. Perfecerat q; fortuna, ne quid tale ſcribere poſſem, aut omnino cogitare. Idem pro Quintio: Mihi perdifficile eſſe dicebã, non modo tantam pecuniam perorare, ſed omnino, uerbum facere conari, id eſt, ſed etiam. Accipitur etiã omnino aliquando pro tantummodo. Cicer. pro Cluen. Quinq; omnino fuerũt qui illum ueſtrum innocentem Oppianicum abſoluerent.

OMNIS, & hoc omne, {*Ogn'uno, ciaſcuno*} (πᾶς) diſtributiua dictio, eandem uim habet in ſingulari, quam in plurali, Omnis enim homo, ſignificat idẽ quod Omnes homines. Cice pro Roſc. Ameri Non omnem frugem, neque arborem, in omni agro reperire poſſes. Plinius lib. 12. cap. 3. de malo Aſſyria: Arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis uero ſubnaſcentibus horis. Omne genus, & omnis generis, pro eodẽ. Varro. 2. de Re ruſt. c. 19. Seminaria omne genus ut ſerantur. Liuius. 7. Bel. Pun. Merita inde ſua in duces Charthagnienſes commemorauit: auaritiam contra eorũ, ſuperbiamq; & omnis generis iniurias in ſe, atq; populares. Omnis, cum genitiuo. Liu. 1. Bel. Macedo. Macedonum ſere omnibus, & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit. Differt tamen Omnis à Toto, quòd omnis ad numerum, refertur, Totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquod integrum: ut, Tota domus: Omnes, de uniuerſis numero diſtinctis: ut, Omnis grex.

Confunduntur tamen pleruuque. Cicero pro Quintio: Vſque dum inueniretur, qua ratione res ab uſitata ratione recederet, & in hoc ſingulare iudiciũ cauſa omnis concluderetur. id eſt, tota.

OMNITENENS, penul. corre. (παντοκράτωρ) qui omnia complectitur.

OMNIVAGVS, a, um pen. corre. (παντοπλανής) per omnia uagans. Cice. 2. de Natu. Deo. Quæ eadem Diana omniuaga dicitur, nõ à uenãdo, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam uagantibus.

OMNIVALENS, pen. corre. (παντοδύναμος) omnia ualens.

OMNIVOLVS, a, um, {*Che uuole ogni coſa*} omnia uolens, uel omnia cupiẽs quod epithetum à Catullo Iouis tribuitur, quem Poetæ finxerunt in amoribus admodum inconſtantem, omniumq; fere formoſarum concubitus appetentem. Sic enim ſcribit ad Mallium: Sæpe etiam Iuno maxima cœlicolum Coniugis in culpa flagrauit quottidiana, Noſcens omniuoli plurima furta Iouis.

OMNIVORVS, adiect. {*Che mangia d'ogni coſa*} (παντοφάγος) qui nullo diſcrimine quibuslibet ueſcitur. Pli. lib. 25. cap. 8. Bibunt autem lac uaccinũ, quoniam boues omniuoræ ſunt in herbis.

OMOPLATÆ, (ὠμοπλάται) ſunt duo oſſa lata, utrinque à ceruice ad ſcapulas tendentia, quæ à Latinis Scoptula operta uocantur. Aut. Celſus lib. 8. ca. 1.

OMOPHAGI, pen. pro. (ὠμοφάγοι) qui cruda carne ueſcuntur, quales perhibentur eſſe Aetoli, ut ait Tucydides.

OMPHACIVM, omphacis, {*Agreſta*} (ὀμφάκιον. Dioſcorid.) ſuccus eſt uuę acerbæ, nondumq; maturæ, ἀπὸ τῆς ὄμφακος, hoc eſt, ab uua acerba ducto nomine. Plin. in Prol. lib. 23. Omphacium qua fieret ratione, incipientis uuæ pubertate, in unguentis docuimus. Dioſco. li. 4. cap. 6. docet Omphacium eſſe ſuccum uuæ acerbæ, nondum matureſcentis e Thaſia, aut Aminnea uite. Galli ſua lingua appellant du Verd ius, quaſi dicas Viride ius.

OMPHACINVS, a, um, pen. corre. {*Coſa fatta d'agreſta*} (ὀμφάκινος) quod ex omphace, hoc eſt, ex uua acerba conficitur: ut Oleum omphacinum, (ἔλαιον ὀμφάκινον) quod duobus modis fieri poſſe oſtendit Plinius lib. 12. ca. 27. altero modo ex olea adhuc alba, aut certè iam colorem mutare incipiente, quam Drupam uocat. Altero ex uite Pſythia, aut Aminnea, cùm ſint acini ciceris magnitudine.

OMPHA-

OMPHALOCARPON,(ἀπαρίνη Dioſc.)herba eſt,quam alii Ampelocarpon,alii Philanthropon appellant,quòd ſemen gignat hamatum, quod ueſtibus adhæreſcens,hominum amore teneri uidetur. Omphalocarpon autẽ ideirco appellatum eſt,(ut non obſcurè innuit Dioſco.lib.3.cap.103.)quod ſemen eius rotunditate quadam umbelici ſpeciem uideatur referre. Apud Pli.li.27. ca.5.Omphacocarpon legitur:facit tamen ratio ætymologiæ,quam modò adduximus,ut Omphalocarpon reſtituendum putemus. Vide Marcellum Vergilium in locum Dioſco.paulò antè citatum,& Hermolaum in Plinium.

OMPHALE,es,(ὀμφάλη)nomen proprium reginæ Lydiæ,quæ Herculem multis muneribus ornauit,quòd anguẽ iuxta Sagarim fluuium , multos homines interficientem,interemiſſet.Hæc,ut tradit Donatus in Terent.ipſum Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit,quum ipſa calathum & colum cultumq; fœmineos,ſagittis & claua,leonisq; tegmine mutaſſet. Alii dicũt quòd ob Iphiti Euryti regis filii cædem,à Mercurio,iuſſu Iouis Omphalę Lydorum reginę fuerit in ſeruitutem uenditus,& inde eſſe,quod illi ſeruiſſe,& calathos ſubminiſtraſſe dicatur.

O ANTE N.

ONÆ,(ὄναι)ficus ſunt pręduIces,quę Tarenti tantum naſcũtur:ſic dictæ,quod propter bonitatem iure emi mercantur,ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio, à uerbo, ὠνέομαι,id eſt,emo. Apud Pli.lib.15.cap.18 legitur Onæ.

ONAGER,gri,pen.cor.{Aſino ſaluatico}(ὄναγρος)aſinus agreſtis.Componitur enim ex ὄνος aſinus,& ἄγριος ſyluestris. Nam in ρος,Græca deſinentia, quum ad Latinam transferunt declinationem,mutant ρος,in er , ut ξανδρος Alexander:ὄναγρος,onager. Var.2.de Re ruſti.cap.6. Aſinorum duo ſunt genera: Vnum ferum,quos uocant Onagros in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi: Alterum manſuetum,ut ſunt in Italia omnes.Legitur aliquando etiam nominatiuus Onagrus.Ibidẽ: Ad ſeminationes onagrus idoneus,quòd è fero fit manſuetus facilè,ex manſueto ferus nunquam.Cic. ad Attic.lib.6. Erat pręterea cynocephalus in eſſedo,nec deerant onagri. Albertus libro de Animalib. ſcribit medullam onagri curare podagram,ſi ea inungatur,& eius ſtercus ſiccatum,& cum uino bibitum,ualere contra ſcorpionis puncturam.

ONCHESTVS,(ὄγχεστος)filius Neptuni.qui Oncheſton ciuitatem Mycaleſſo promontorio propinquam condedit,deq; ſuo nomine appellauit.

ONCHESTVS,(ὄγχηστος)Bœotiæ urbs eſt,non procul à lacu Copaide, ubi Amphyctionum concilium cogi ſolet,teſte Strab.li.9.Condita putatur ab Oncheſto heroe,Neptuni filio,& ab eo nomen accepiſſe.

ONERARIVS,a, um , {Da carico}(φορτικὸς)quod oneratur , uel onerari poteſt. Vnde Naues onerariæ,quæ à geſtandis oneribus dictæ ſunt , naues ſunt magnæ,& capaces,obq; id reliquis tardiores,contra Actuariæ,ut minores ſunt,ita & celeritate,agilitateq; Onerarias præſtant:unde & nomẽ habent:ab agendi ſcilicet facilitate.Cice.3. Verr. Eaq; in onerariam nauẽ ſuam conicienda curauit.Plinius Epiſto.173.Sæpe minores maioribus,uelut cymbulis onerariis,adhæreſcunt.

ONERO,as,{Caricare}(ἐπιφορτίζομαι,ἐπαχθίζω)onus impono. Vergili.1 Aeneid.Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Transfertur etiam ad animum:ut,Onerasti me curis:id eſt,impleſti.Sic Onerare lætitia,amoenitate: Onerare maledictis,iniuriis:id eſt,iniuriis afficere: Onerare pugnis, pro pugnos incutere. Onerare laudibus,uehementer laudare: Onerare promiſsis. Onerare mendaciis. Onerare rationes,id eſt,diſpendioſum eſſe. Onerare præceptis, eſt mandata dare. Onerare populum,eſt populo nimiis exactionibus grauem eſſe. Hinc Oneratus,& Onuſtus,(πεφορτισμένος,ἔμφορτος)quæ id ſignificant,cui impoſitum eſt onus:ut Onuſta frumento nauis,Cic.3.Offi. Teren.in Heaut. Ancillas ſecum adduxit plus decem Oneratas ueſte,atque auro. Accipiuntur aliquando pro pleno. Plau.in Stich.Itaq; onuſtum pectus porto lætitia,lubentiaq;.Idem in Aulul.cum genitiuo: Aulam onuſtam auri.Liu.4.Bel. Macedo. Partim donis,partim ſpe præmiorum oneratus . Huius uerbi compoſitum & contrariũ eſt,Exonero,(ἀποφορτίζω,ἀποσκευάζω)quod eſt onus detraho,& per metaphoram moleſtia aliqua libero, Terent Nos quoq; amicos eius exonerastis metu.Idem: Ego nunc mihi ceſſo,qui hunc humerum exonerem pallio. Trãſfertur etiam ad fluuios,qui ideo ſe exonerare dicuntur , quod aquam ſuperfluam in mare eructant.

ONEROSVS,a,um,{Graue,ponderoſo}(φορτικὸς)quod eſt oneri, ſiue quod onerat,& grauat.Plin.lib 22.cap.25.Vomitiones mouet,aluum purgat,capiti & ſtomacho oneroſum,id eſt.graue & ponderoſum. Verg 9. Aeneid. Euryalum tenebræ ramorum,oneroſaq; præda Impediunt.id eſt magni ponderis præda. Oui.1.Meta.Imminet his aer,qui quanto eſt pondere terræ,Pondere aquæ leuior,tanto eſt oneroſior igne.

ONESICRITVS,pen.cor.(ὀνησίκριτος)philoſophus & hiſtoricus Aeginenſis,ut autem Demetrico Magneſio placet, Aſtypalæus fuit,è Diogenis ſchola.Similitudinem quandam cum Xenophonte habere uidetur. Vt enim hic cũ Cyro,ita ille cum Alexandro militauit. Xenophon Cyri Pædiam , Oneſicritus Alexandri incunabula & originem ſcripſit. Similiter,& uterq; principis ſui perſequitũ laudes,ſtylus inſuper utriuſq; ſimillimus Autor Diogenes Laertius.Fuit etiam medicus.

ONESIMVS,(ὀνήσιμος)Cyprius,ſeu Spartiata,tempore Conſtantini magni ſcripſit de Rhetorica,De ſtatuum differentia,præexercitationes , Declamationes,& alia. Suidas.

ONISCVS,ci,(ὀνίσκος)animal piloſum è uermibus terræ , arcuatim repens, & tactu contrahens ſe.Latini Millepedam,Centipedam, & Multipedam appellant.Quanquam hæ appellationes generaliores ſunt,quàm oniſci. ut etiã ad ſcolopendram extendantur,quæ arcuatim non ſerpit,multoq; minor eſt oniſco, ſed pernicioſior.Vide Plin.lib.29.cap.ulti.

ONOBA,(ὄνοβα)ciuitas inter Sacrum promontoriũ,& Herculeas culũnas,in Bætica regione. Auctor Plin.lib.3.cap.1.& Pompon.lib.3.

ONOBALISTVRIA,æ,(ὀνοβαλιστουρία)Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt teſte Ptolemæo lib.2.cap.4.in tractu Turdetanorum,idem cum eo, quod Pli. & Pomponius, Onobam uocant.

ONOBATIS,(ὀνοβάτις)apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehenſa,teſte Plutarcho.qui refert Cumanis in more fuiſſe , ut cum aliqua in adulterio deprehẽderetur,in forum deductam & ſaxo impoſitam, ſpectandam omnibus proponerent.Deinde aſino impoſitam per urbem peruherent:eaq; infamia notatam Onobatin appellabant.

ONOCENTAVRVS,(ὀνοκένταυρος)animal monſtroſum, quod à parte ſuperiori hominis ſpeciem habet,a parte inferiori,aſini pręfert imaginem:quẽadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas ſuperiori parte hominem,reliqua equum referentes.Onocentaurorum mentio eſt in ſacris literis apud Eſaiam.

ONOCHELOS,pe.pro.(ὀνόχειλος)Latinè ſonat Labeum aſini, genus herbæ,paruo frutice,flore purpureo,aſperis foliis & ramis,radice meſsibus ſanguinea:cætero nigra,in locis ſabuloſis naſcens.Hæc à Plinio lib.22.cap.21.numeratur inter ſpecies anchuſæ.

ONOCHONVS,Theſſaliæ fluuius unus ex iis , quos Xerxianus exercitus traditur ebibiſſe. Auctor Herod.lib.4.

ONOCROTALVS,pen cor.(ὀνοκρόταλος)auis eſt cygno ſimilis,dicta q; collum in aqua mergens,ſpirãdoq;,ueluti,ruditum aſini edat,ὄνος,aſinus,κρόταλος crepitus. Pli.lib.10.cap.47.Olorum ſimilitudinem onocrotali habent.

ONOMATOPOEIA,(ὀνοματοποιΐα)cum œ diphth.in antepenul.id eſt, nominis fictio : ut, Balatus ouium, Mugitus boũ.Dicta onomatopœia,quaſi τοῦ ὀνόματος ποίησις. A quibuſdam nominatio dicitur,quũ rei,cui nomẽ aut non ſit,aut ſatis idoneum non ſit,ipſi nomen effingimus,aut imitationis, aut ſignificationis gratia.Inde ſunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

ONONIS,pe.prod.quæ à Dioſcoride Anonis(ἀνωνὶς)appellatur , herba eſt ſpinoſa poſt Ver,folio rutæ,aculeatis ramis,ut tribulus. Gaudet culto ſolo,præcipueq; in ſegetibus prouenit,arato inimica:unde & Reſta bouis uulgo appellatur,q; in opere boues ſæpe ſiſtat.

ONVPHIS,(ὄνουφις)urbs celebris Aegypti,à quo uicina præfectura Onuphites appellatur:cuius meminit Plin.lib.5.cap 9.

ONVS,oneris,{Peſo,carico}(φόρτος,φορτίον,ὄχθος)pondus,ſarcina. Cice. pro Lege Manil.Inſula Delos , quo omnes undiq; cum mercibus,atque oneribus commeant. Ouid.7.Metam.Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes. Ponitur aliquando pro moleſtia Liui.3.Bel.Puni.Exercitum ſe non in agrum Hirpinum , Samnitemve , ne & ipſe oneri eſſet,ſed in proxima loca ſociorum popu. Roma.adductum , &cæ. Aliquando pro munere,prouincia,ſiue partibus,& officio.Cic.6.Verri.Cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? Videtur ratio exigere ut aſpiretur , cum Varro dicat, Honos ab honeſto onere:& Honeſtus,quod onus ſuſtineat Reipub. Cum autem Honor, & Honoro , aſpirationem habeant, & ab honore deducantur,uidetur etiam Onus aſpirandum,ut quod in deriuatiuis ſeruatur,in primitiuis ſeruari debeat:uerum uſus hodiernus refragatur. His autem uerbis in oratione pulchrè adhærere ſolet. Abiicere onus. Alleuare onus Cic.pro Roſc. Amer. Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero. Deponere onus Cicer.pro Sylla: Ita ſe geſsit in tribunatu,ut onere depoſito domeſtici officii,nihil poſtea niſi de Reipub.cõmodis cogitarit. Habere onus.Cic. 5.Verr Ego plus oneris habeo,q̃ qui cæteros accuſarunt. Imponere onus.Cic.ad Thermum: Nũc cũm mihi ab amico officioſiſsimo tantum oneris imponatur:ego quoq; tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis.ita tamen, ut tibi nolim moleſtus eſſe. Opprimi onere, Premi onere, Suſcipere onus, Suſtinere onus & Tollere onus. Teſtimonia ſunt inuentu facilia.

ONYCHIPVNCTA,gemma eſt ex Iaſpidũ generibus, quæ & Iaſponyx, (ἰασπόνυξ)dicitur niueo colore,rutilis punctis ſtellata:unde & nomen accepiſſe uidetur. Vide Pli.lib.37.cap.9.

ONTHYRION,(ὀνθύριον) oppidum eſt Theſſaliæ,iuxta Arnen : cuius incolæ Onthyrici appellantur. Stepha.

ONYTES,æ,(ὀνύτης)nomen proprium Thebani cuiuſdam , qui Aeneam ſecutus,à Turno fuit interfectus. Verg.12. Aenei.Ille Talon, Tanainq; neci,fortemq; Cethegum, Tres uno cõgreſſu,& mœſtum mittit Onyten, Nomẽ Echionium,matriſq; genus Peridiæ.

ONYX,ychis,(ὄνυξ)maſcul.uel fœmi.gene.frequentius tamen maſculini, gemmæ cuiuſdam ſpecies eſt,humani unguis candorem referentis,interuenientibus uenis quibuſdam ſardæ & iaſpidis colorem imitantibus. Vide Plin.lib.37.cap.5. Eſt & Onyx marmoris genus,quod à nonnullis Onychites, ab aliis & Alabaſtrites appellatur,in montibus Arabiæ præcipue naſcens:poſtea etiam in Germania inuentum:quod ad potoria & unguentaria uaſa primum cœpit excauari:poſtea etiam lectorum pedes,& ſellæ,& ſolidæ etiam columnæ ex eo fieri cœptæ. Auctor eſt idem Plin.lib.36.ca.7.& 8.Ex hoc marmoris genere olim etiam pretioſiſsima fiebant pauimenta,quod ſatis obſcurè innuit Martial. lib.3.cũm ait: Calcatuſq; tuo ſub pede lucet onyx. Figuratè etiam inuenitur Onyx accipi pro uaſculo unguentario ex hoc marmore excauato: Idem lib.7. Vnguentum fuerat,quod onyx modo parua gerebat. Apud Græcos ὄνυξ proprie unguem ſignificat:à cuius ſimilitudine hoc marmoris genus,& ipſa etiam gemma nomen acceperunt,quod ſcilicet humani unguis colorem referant. Hinc fit adiectiuum Onychinus,a,um,pen.cor.(ὀνύχινος)quod ad onychem pertinet,uel quod ex onyche confectum eſt:ut, Onychina uaſa , Onychina pyra,uocat Pli.lib.15.cap.15.quæ unguis colorem referunt. Item Onychina pruna apud Columellam lib.12.ca.10.quæ unguis formam & ſimilitudinem habẽt. Onyx item medicis,oculi affectus eſt,cũm pus ſub cornea tunica colligitur ad ſimilitudinem unguis:unde & nomẽ accepit Latini etiam Vnguem appellant. quod tamen nomen etiam alteri oculi affectui tribuitur à Celſo,quẽ πτερύγιον uocant Græci,cum ſcilicet in adnata membrana quiddam excreſcit , à maiori angulo ut plurimum ortum,ad oculi coronam ita procedens,ut quandoque pupillam operiat.

O ANTE O. ET P.

OONÆ,(ὠόναι)inſulæ in Oceano Septentrionali,in quibus(ut Pli.refert li.4. cap.13.)ouis auium,& auenis incolæ uiuunt.

OOPELLVM,Britanniæ inſulæ urbs Ptolem.lib.2.cap.3. Vxellum aliis dicta.hodie Ceſtria.

OPACO,cas,pen.produ.{Adombrare}(ἐπισκιάζω)obumbro,cooperio,obſcuro Verg.lib.2.Geor.Nunc altæ frondes & rami matris opacant.Col.lib.3 cap.5. Quum plerunq; dicti ſideris tempore quædam partes eius regionis ſic infeſtentur Euro,ut niſi tegminibus uites opacentur,ueluti halitu flãmeo fructus urantur,Cice.2.de Nat.Deo.de Sole: Vt cũm terras larga luce compleuerit,eaſdem

modo his, modo illis partibus opacet.

OPACVS, a, um, pen. prod. {*Ombroſo*}(σκιερὸς, δασύσκιος, εὐήλιος) quod eſt umbroſum, ab operiendo. Verg. 1. Eclog. Hic inter flumina nota, Et fontes ſacros frigus captabis opacum. Hinc Opacitas, citatis. Colu lib. 8. cap. 17. Pluſq; nocet putris uoda, q̃ prodeſt, opacitas.

OPALVS, (ὀπάλλιος) gemma eſt in India tantum naſcens, colore quidem candida, ita tamen ut ſit in ea uario modo inclinata & carbunculi tenuior ignis, & amethyſti fulgens purpura, & ſmaragdi uirens mare, incredibili pariter miſtura tranſlucentium: unde & inter gemmas pæderotas, hoc eſt, à pueris in delicijs habitas, numeratur à Plin. lib. 37. cap. 6.

OPALIA, (ὀπάλια) feſta erãt Opi deæ, quæ Saturni uxor putabatur, dicata: quę menſe Decembri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Pli. lib. 19. c. 6. Sũt qui alium & ulpicum inter Opalia & Saturnalia aptiſſimè ſeri putẽt.

OPELLA, æ. {*Operetta*}(ἐργάσιμον) diminutiuũ ab opera, idem eſt, quod parua & exigua opera. Horat. 1. Epiſt. 7. Officioſaq; ſedulitas, & opella forenſis Adducit febres.

OPERA, ræ, {*Opera, fatica, induſtria*}(ἐργασία, ἔργον) actio eſt, & labor, & induſtria operantis, ſeu operatio. Cic. lib. 1. Offi. Non male præcipiunt, qui ſeruis uti iubent, ut mercenarius, ad iuſta præbenda, & operam exigendam. 1. laborẽ, & operationem corporis, Cæſar. 5. Bel. Galli Ipſe etſi res erat multæ operæ, & laboris tamen commodiſſimum eſſe ſtatuit. Plau. Cap. Nam tua opera, & comitate, & uirtute, & ſapientia feciſti, ut redire liceat ad parentes denuo. Cice. 1. Offic. Quidam nimis magnum ſtudium, multamq; operã in res obſcuras atq; difficiles conferunt. Operas quoq; perſonas ipſas dicimus, (αὐτουργοί) quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt: ſicut Cuſtodia pro iis ipſis accipitur qui aliquid cuſtodiunt Cice. 7. Ver. Nauem tibi publicis Mamertinorum operis eſſe ædificatam. Operæ publicanorum, quos factores uulgo appellant. Cicer. Craſſipedi, lib. 3. Epiſt famil. A te peto Cn. Pupium, qui eſt in operis eius ſocietatis, omnibus tuis officijs, atque omni liberalitate tueare: cureſq; ut eius operæ (quod tibi facile factu eſt) q̃ gratiſſimæ ſint ſocijs. De operis Colum. lib. 2. cap. 23. abundè tractat. Aliquando etiam Operas dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cic pro Seſtio: Erat autem mihi contentio non cum uictore exercitu: ſed cum operis conductis & ad diripiendam urbem concitatis. Opus uero finis, fructuſq; operæ, quod fabricando factum relinquitur. Terẽ. in Heaut. utrumq; complexus eſt quum ait; Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ. Vnde, Opera autorum (συγγράμματα) dicuntur. Et Opera, tam publica, quam priuata ædificia, (ἔργα) dicuntur,

Aliquando tamen Opus capitur pro opera Verg 8. Aene. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit, hoc eſt, ad operas. Vbi notandum eſt, quòd quoties non ad laborem corporis, ſed laborem animi, & ad artem, induſtriamq; reſpicimus, magis Opus, q̃ Operam dicimus: ut, In opere fabrili, In opere ruſtico, In opere faciundo. Eſt præterea Opus indeclinabile, quod modo adiectiuè accipitur pro neceſſarius: & tunc ante ſe deſiderat nominatiuũ utriuſuis numeri: ut apud Ciceronem in Epiſto. Nos, ſi quid erit iſtic opus, defendes. Idem Curioni: Dux nobis & auctor opus eſt. Modo ſubſtantiuè pro eo quod eſt, neceſſitas, uel res neceſſaria, & ita ferè ablatiuum poſtulat. Ci. 3. de Orat. Acuto nobis homine opus eſt. Aliquando etiam cum genitiuo. Idem ad Qu. Fra. Opus erit elegantioris alicuius. Apud antiquos etiam cum accuſatiuo. Plaut. in Trucul. Puero opus eſt cibum. Opera fere ad hunc modum in oratione collocatur. Operam do, Operam impẽdo, Operam nauo, (σπουδάζω) quod eſt, ad aliquam rem agendam incumbo, & ſtudium laboremq; impẽdo. Ci. Tironi: Da operam, ut ualeas. Hinc Dedita opera dicimus pro eo quod eſt, de induſtria, quaſi cura adhibita, & labore impenſo: quod & data opera dicitur. Cic. in Epiſt. Data opera paraui, qui ſic &c. Dicimus etiam Operam conferre in aliquam rem: Operam conſumere in aliqua re: Operas, uel operam dare: pro iuuare: Dare operam in exercitationem aliquam: Dare operam alicui, eſt audientiam accommodare: Dare operam præceptori, eſt eum audire: Dare operam funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum: Dare operam tonſori, eſt tonderi. Id operam do, id eſt, curo laboro. Eadem opera aliquid facere, id eſt, eadem diligentia, eodem labore. Opera eſt mihi, quod barbare dicitur, habeo ad faciendum ſum impeditus. Opera tua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt, tuo medio. Opera tibi uita eſt: id eſt uitam tibi ex labore comparas. Dicimus et Perdere operam, Ludere operam, Operam perire: Ponere operam in aliqua re: Ponere operam alicui. Cic. ad Atti lib. 13. Faberio operam ponamus. Bene ponere operam: Præbere operam: Sumere operam. Operas reddere: Tribuere operam alicui rei: Vti alicuius opera ad aliquod faciendum. Operæ eſt idẽ quod operæpretium eſt. Plau. in Caſi Dum mea facta uero, eſt operæ auribus accipere. Simile eſt illud apud Perſium Saty. 6. Lunai portum operæ eſt cognoſcere ciues. In quibus orationibus tacitè ſubauditur nominatiuus pretium. Opera eſt, idem quod opus eſt. quorum omnium teſtimonia ſtudioſis paſſim occurrent.

OPERARIVS, rii. {*Operario, lauoratore*} (ἐργαστής, ἐργάτης) ſubſtantiuũ, qui laborem operando fert. Vnde Caſſius apud Var. lib. 1. de Re ruſti. c. 71. præcipit, operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint, nec minores annorum duorum & uiginti, & ad agriculturam dociles. Cic. in Parad. Vtrum potius de bonis eſt quærẽdũ, quid baiuli, atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? Et Operaria, riæ, Plau. in Bacch. Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretioſa operaria es.

OPERARIVS, ria, rium, {*Fatto induſtrioſamente*,}(ἐργαστικός.) quod induſtria, atq; opera fit, ſiue quod, ad operarium pertinet, aut operam. Pli. lib. 14. capi. 10. Sed inter uina operaria numerantur. Et fit ab Opera. Hinc Operarius homo, qui operatur. Ci. Atti. lib. 7. Nam de altero illo minus ſum admiratus, operario nomine. Operarii lapides, qui ad opus aliquod accõmodari & incidi poſſunt, Pli. lib. 36. ca. 22. Nunc ad operarios lapides tranſiſſe conueniat, primũq; cotes ferro acuẽdo. Operarius uſus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, uel qui alicui operi accõmodatur. Pli. lib. 8. ca. 3. Alterius mucroni parcunt, ne ſit prælijs hebes: alterius operario uſu fodiunt radices, impellunt moles. Operarium pecus, cuius uſum ad operas noſtras faciendas conuertimus. Col. li. 6. cap. 2. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii eſſe debet. Hoc eſt, pecoris illius, quo terram colimus. Operarius dies: id eſt, profeſtus.

OPERCVLO, as, {*Coprire*}(πωμάζω) operculo, operio. Col. lib. ulti. cap. 30. Ab eo tempore, quo primum dolia operculaueris, uſque ad æquinoctium uernum, ſemel 10 diebus triginta ſex unum curare ſatis eſt.

OPERCVLVM, li. {*Coperchio*}(πῶμα) inſtrumentum, quo aliquid tegitur. Col. lib. 9. Sunt qui à ſuperiore parte foramina, ipſis operculis imponãt, quod fieri nõ oportet: nã ſuperſiliens auis, proluuie uentris cibos & aquam conſpurcat. Cato de Re ruſtica, capite. 10. Operculum à tergo eſſe ambulatorium, ut proferatur intus, ſi magnus ſit alueus. Hoc eſt, quod facilè huc uel illuc moueatur.

OPERÆPRETIVM, {*Fruttuoſo*} (τὸ προὔργου εἶναι) ab opera deducitur, & ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinẽs, uel quia decens, uel quia utile, uel quia glorioſum, uel quia iucundum: uel quod eſt opera & labore dignum, & (ut Galli loquuntur) une choſe, qui uault la peine. Cicero de Lege Agraria contra Rullum: Quo in genere eſt operæpretium diligentiam maiorum recordari. Liui. 2 Bel. Pun. Tempus eſt opulenta uos ac ditia ſtipendia facere, & magna operæpretia mereri. Id eſt magna præmia militiæ, inquit Budæus. Poſſumus quoque dicere pretium operæ. Plin. Id uero audire, pretium operæ ſit.

Ponitur interdum Operę, & ſubauditur Pretium. Perſius. Sat. 6. Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues. Facere operæpretium, eſt facere, rem opera, & labore dignam. Liuius in Præfat. operis: Facturuſne operæpretium ſim, ſi à primordio urbis res po Rom. perſcripſero, &c. Operępretium habere aliquid Liuius. 5. Bel. Pun. Seruorum legionibus T. Sempronius conſul, toties iam cũ hoſte ſignis collatis pugnauit: operæpretium habent libertatem, ciuitatemq;

OPERIMENTVM, ti, {*Coprimento*} (ἐπίβλημα, σκέπασμα) dicit. quod aliquid tegit. Cato de Re ruſtica, capite. 10. Inſtragula octo, puluinos ſedecim. operimenta decem, mappas tres. Plinius libro. 8. capite. 42. Detracto oculorum operimento.

OPERIO, operis, operui, opertum, {*Coprire, ſerrare, aſcondere*} (ἀποκρύπτω, ἐπιβάλλω, καλύπτω) ex Ob, & Pario, ſed b, abijcitur: unde & per ſimplex p, ſcribunt, ſignificatq; tego. Propertius li. 3. Atque humili pellis totos operibat amantes. Significat quoque claudo. Teren. in Heauton. Vbi abiere intro, operuere oſtium. Quandoque celare, abſcondere, non patefacere. Pli. Epiſt. 60. Abdere lacrymas, operire luctum, amiſſoq; filio, matrem adhuc agere. Opertum & apertum contraria ſunt. Plau. in Cap. Operta quæ fuere, aperta ſunt patent præſtigiæ, omnis res palam eſt. Operior, operiris, paſſiuum. Cicer. 6. Verr. In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Aretuſa eſt. incredibili magnitudine, pleniſſimus piſciũ, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus eſſet. Opertus, a, um participium, (καλυπτόμενος) idem quod tectus: ut, Montes operti arbore, Ouid. 5. Metamor. Caput opertum, Horat. 2. Sermo. Saty. 3. Aemus opertus nubibus, Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 5. Fores opertæ, Idem. 2. Faſto. Lectica operta ferri per oppidum ut mortuus. Cicero. 2. Philip. Opertum Bonæ deæ, ſacrificii genus erat, quod a ſolis mulieribus in loco operto fiebat, cuiq; uirum intereſſe nephas erat. Cicero in Parado. Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, ut ſi opertum Bonę acceſſiſſes, exulares.

OPEROR, aris, {*Operare, affaticarſi*}(ἐργάζομαι, αὐτουργῶ) ab Opera, ſignificat in opere aliquo faciundo laboro. Plin. lib. 11. ca. 10. Adoleſcentiores ad opera exeunt, ſeniores intus operantur. Item operam dare. Columel. lib. 12. ca. 4. Si rebus uenereis fuerit operatus, uel uir, uel fœmina, debere eos flumine ablui.

Operari ſuperſtitionibus, Liuius lib. 10. Item rem diuinam facere, ſacrificare. ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Iuuenal. Saty. 12. Vt matutinis operatur feſta lucernis Pomponius: Ad Veneris profectus eſt manè uetulus, uotum ut ſolueret: ibi nunc operatus eſt. Vnde & Operatio, (ἱερουργία) pro ſacrificium. Plautus: Vt iſtæc operatio crimen expiet. Operari noctes luna dicitur, cum circulũ ſuum per noctis tempus abſoluit, & poſt ſolis occaſum lumen nobis præbet, quod uehiti opus eius eſt. Propertius libro. 2. Cynthia iam noctes eſt operata decem.

Operatio, onis, uerbale. Cicero Attic. libro 6. Huius nebulonis operatione, ſi Brutus moueri poteſt, licet eum ſolus ames. Operatus, a, um, participium. Vergil. 3. Aene. Connubiis, aruiſq; nouis operata iuuentus. Operatus abſolute, pro Operatus ſacris. Tacitus lib. 2. Nox eadem lætam Germanico, quietem tulit, uiditq; ſe operatum. Huius uerbi compoſitum eſt Cooperor.

OPEROSVS, a, um, {*Pacendiere, ſufficendato*}(ἐργώδης, ἐργώδεις) qui rebus gerendis operam dat, inquit Valla. Cicero de Senectu. Videtis ut ſenectus non modo languida non ſit, uerumetiam operoſa. id eſt, quę agit, & rebus agendis operam dat. Ouid. de Nuce: Sed puto magna mei eſt operoſo cura colono. Brachia operoſa Cyclopum. Statius. 1. Thebai. Operoſus eius rei quiſque dicitur, in qua deſudat. Oui. 2. Faſt. Diſce metu poſito uates operoſe dierum, Quod petis. id eſt, qui in digerendis diariis laboras. Quandoque paſſiue accipitur pro eo quod multa opera eſt confectum, aut quod eſt multæ operæ, quodq; ad ſui perfectionem multum laboris deſiderat. Ouid. in Epiſt. Briſeid. Viginti fului operoſo ex ære lebetas. Plinius lib. 18. cap. 15. Et uiti pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa, imò ſulco ſata non ſarritur, nec ſtercoratur. Operoſus pro efficaci: ut, Operoſa herba. Ouidius. 14. Metamor. Vtere tentatis operoſæ uiribus herbæ. Facilis, & Operoſus contraria. Plin. lib. 15. cap. 23. Tarentinæ faciles, nec operoſo ſunt cibo. Operoſior Operoſiſſimus. Cicero de legibus. 2. Nequis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quod decẽ homines effecerint triduo. Plinius lib. 14. cap. 22. In nulla parte operoſior uita eſt. Idẽ li. 7. cap. 53. Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur. Horatius. 3. Carm. Ode. 2. Cur ualle permutem Sabina Diuitias operoſiores. Hinc Operosè, aduerbium (περιέργως) id eſt, laborioſè, difficulter. Cicero in Orato. Quod uel maxime deſiderat diligentiam: (eſt enim quaſi ſtructura quędam) nec id tamen operosè. Plinius libro. 18. capi. 26. Dicemus mox paulo operoſius. Et Operoſitas, atis, Quintilianus lib. 8. capite. 3. Eſt etiã, quæ περιεργία uocatur, ſuperuacua, ut ſic dixerim, operoſitas.

OPERTANEA SACRA, ſacrificia quæ in operto fiebant, quæ & Secluſa dicebantur, ne profanorum oculis pollueretur. Hæc à Græcis μυστήρια appellantur. Plinius libro. 12. capite. 56. Gallinæ puræ non uidentur ad opertanea ſacra, nigræ.

OPERTO, as, (συσπάζω) frequentatiuum eſt ab Operio, ut inquit Feſtus.

OPERTORIVM, rii, {*Copertura*}(περικάλυμμα) idem quod operimentum. Seneca 10 Epiſtol. Ex duabus penulis altera ſtragulum, altera opertorium facta eſt.

OPERAVLA

OPERVLA, æ, {*Operetta*}(ποιημάτιον) diminutiuũ ab opera. Apuleius: Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc uigens ſacrariam faciẽs, merebã.

Opuſculum, diminutiuum ab Opus.

OPES, opum, uide Ops.

OPHARVS, (ὄφαρος) Scythiæ fluuius, in montibus Catheis naſcens, & in Lagoum influens, uide Plin. lib. 6. cap. 8.

OPHELTES, (ὀφέλτης) filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alũnus Hypſipyles, alio nomine Archemorus appellatus, quem cum nutrix Argiuis Langiam fontem indicatura, in herba reliquiſſet, ſerpens interemit. In cuius honorem Argiui Nemeæa certamina inſtituerunt, quorum uictores apio coronabantur.

OPHIASIS, penulti. corre. (ὀφίασις) uitium eſt capitis, pueris præſertim familiare, ab occipite plerunq; originem ducẽs, indeq; uſque ad aures & frontẽ paulatim ſerpens, donec utrinque fines quaſi capite & cauda committantur. Vnde nomen inuenit. Ophis enim Græcè nobis ſerpentem ſonat. Quacunq; hoc malum ſerpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaq; per extimã capitis cutem ſparſa, ſerpentis effigiem relinquunt.

OPHIDION, (ὀφίδιον) piſciculus eſt congro ſimilis, multo tamen minor: à ſerpentis figura nomen habens: Meminit eius Pli. lib. 32. cap. ult.

OPHICADELVS, gemma eſt, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Pli. lib. 37. cap. 10.

OPHINEVS, (ὀφινεύς) Meſſeniorum uates, qui quotannis natali die furore correptus, & priuatim futura prædicere ſolebat.

OPHIOCTONON, (ὀφιοκτόνον) herba quæ notiore nomine Elaphoboſcon appellatur: ita dicta, quòd ſerpentes enecare credatur. Herbariorũ uulgus gratiam dei appellat, teſte Ruellio.

OPHIOGENIVM, (ὀφιογένιον) herba eſt, cuius paſtu cerui ſeſe aduerſus ſerpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboſcon dicitur, hoc eſt, cerui pabulum.

OPHIOGENÆ, (ὀφιογενεῖς) genus hominum in Helleſponto, quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpentum ictus tactu ſolitos leuare, & manu impoſita uenena extrahere corporibus. Sunt & alii eodem nomine in Cypro inſula. Plinius libro. 28. capite. 3. Quorum è genere ſunt Pſylli, Marſiq;, & qui Ophiogenes uocantur in inſula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Conſulibus, Romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

OPHIOMACHVS, penul. corre. (ὀφιόμαχος) lacerta à Græcis dicitur, q; cum ſerpentibus pugnet.

OPHIOPHAGI, {*Che mangiano serpenti*}. (ὀφιοφάγοι) dicti ſunt qui ſerpẽtibus ueſcũtur: cuius generis populos ad ſinum maris rubri commemorat Pli. lib. 6. cap. 29.

OPHIOSTAPHYLOS, (ὀφιοσταφυλος) frutex eſt ex ſylueſtrium uitiũ genere, quæ Vitis alba, & Græco uocabulo Ampeloleuce uocatur à Plinio libro. 23. capite. 1. Latinorum nonnulli Serpentis uuam interpretantur: itaque dictam putant, quod in Arabia hoc fruticis genus præſentiſſimum uenenum patiatur.

OPHION, onis, (ὀφίων) ſocius Cadmi fuit, & in Thebis ædificandis adiutor: ita dictus, quòd e ſerpentum dentibus fingatur prognatus. Eſt etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum eſt potitus. Claudian. libro. 3. de Raptu Proſerp. Hos onerat ramos exutus Ophion.

Ophion uerò, ophis animal fuit Sardiniæ inſulæ peculiare, pilo & dentibus ceruo ſimile: quod Plin. ætate ſua interiiſſe tradit, lib. 28. cap. 10. & 30. ca. 14.

OPHIOSCORODON, (ὀφιοσκόροδον) frutex eſt, qui notiore nõie Capparis appellatur. Auctor Dioſco. lib. 1.

OPHIOSTAPHYLE, (ὀφιοσταφυλή) frutex eſt idem cum cappari. Plini. lib. 13. cap. 23. Capparis firmioris ligni frutex, ſeminisq; & cibi uulgaris. Quidam eum cynosbaton uocant, alii ophioſtaphylen.

OPHITÆ, (ὀφῖται) hæretici quidam fuerunt, qui Chriſtum ſub ſerpentis ſpecie colebant. Interim tamen habebant & uiuum ſerpentem, quem uenerabantur, & nutriebant.

OPHITES, pe. pro. (ὀφίτης) marmoris genus ſerpentis maculas habentis. Lucanus lib. 9. Quam paruis tincta maculis Thebanus ophites. Plin. lib. 36. capi. 7. duo eius facit genera: alterum molle & candidum: alterum nigricans & durum. Vtrunque capitis doloribus, & ſerpentum ictibus medetur.

OPHIVCVS, (ὀφιοῦχος) cæleſte ſidus eſt, quod à poetis aliquando Anguitenens appellatur, eo quod hominis effigie fingi ſoleat anguem manu tenẽtis: Vnde nonnulli Herculem eſſe putauerunt, qui adhuc in cunis uagiens angues à Iunone immiſſos manibus præfocauit. Dictus Ophiucus, quaſi ὀφιοῦχος, & per ſynæreſim mutatis ο & ι in υ, ὀφιοῦχος. Sunt tamen qui Ophiucum Aeſculapium eſſe uolunt. alii Canobonta Getarum regem, alii Phorbantem Triopæ Theſſalorum regis filium. Vide Higinum.

OPHIVSA, (ὀφιοῦσα) inſula eſt in mari Balearico, teſte Ptolemæo ex duabus Pityuſis minor, (nam maior Ebuſus dicitur) propter ſerpentum copiam inculta: unde & Colubraria à Latinis appellatur. Plini. lib. 3. capi. 5. Ebuſi terra ſerpẽtes fugat, Colubraria parit: ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Græci Ophiuſam dixerunt. Eſt & altera eiuſdem nominis inſula non procul à Creta, cuius etiam meminit Plinius lib. 4. cap. 12. Ophiuſa item oppidum fuit Sarmatiæ Europeæ, ad Thyram amnem: de quo idem Plin. loco iam citato. Rhodus quoque inſula, aliquando propter ſerpentum copiam Ophiuſa dicta fuit: ut tradit Strabo libro. 14. Ophiuſius, a, um, ut Ophiuſia arua. Ouidius. 10. Metamor. Ipſa ſuas urbes, Ophiuſiaq; arua parabat Deſerere alma Venus.

OPHIVSA, (ὀφιοῦσα) herba eſt in Elephantine Aethiopiæ regionis naſcens, liuida, difficilisq; aſpectu, qua pota minas terroremq; ſerpentium animo obuerſari tradidit Democritus, in tantum ut mortem ſibi eo metu damnati cõſciſcant: quare & ſacrilegis bibenda dari conſueuit. Pli. lib. 24. cap. 17.

OPHRYS, (ὀφρύς) herba quædam, denticulatio oleri ſimilis, foliis duabus, capillis nigredinem inducit. Plin. lib. 26. cap. 15.

OPHTHALMIA, (ὀφθαλμία) oculorum uitium: quod Celſus Lippitudinem appellat. Galenus Therapeut. ad Glauconem libro. 2. dicit eſſe inflammationem eius tunicæ quæ corneæ adhæret. Idem in Iſagoge latius hunc morbum deſcribens, Ophthalmia (inquit) eſt quoties rubet oculi pars cãdida, extolluntur cilia, ſimulq;, fit ne poſſint ſine dolore cõiungi palpebræ, tractatusq; manibus oculus dolet. Negat tamen Iulius Pollux Ophthalmiã eſſe proprium aliquod oculorum uitium, ſed eo uerbo ſignificari tradit cauitatem oculorũ ex corporis ægritudine. Ophthalmia etiam dictus eſt piſcis, qui à Plinio uocatur Oculata. Plau. in Cap. Pernam atque Ophtalmiam, Horæum, ſcombrum, & trygonem, & cetum.

OPHTHIS, (ὀφθίς) urbs Lybiæ Mareoticæ, Aegypto proxima, Auctor Stephanus.

OPIÆ (ὀπίαι) populi iuxta Indum fluuium Stephanus.

OPHYON, uide ſupra Ophion.

OPICVS, ca, cum, penulti. corre. {*Lordo, sporco, immondo*} (ὀπικός) ſordidus, immundus, & obſcœnus: unde & mures opicos dixit Iuuenalis, hoc eſt, impuros, & putridos. Cuius ſignificationis ratio tracta eſt è moribus Opicorum, qui Italiæ populi fuerunt iidem cum Oſcis, teſte Feſto ſpurcæ, præpoſteræq; libidinis nomine maxime infames. Vnde & uerba, impudica Oſcœna dicta fuiſſe, Verrius exiſtimauit. Eoſdem etiam barbara lingua, & ſermone maxime inquinato uſos fuiſſe accepimus, quemadmodum & Volſcos. Vnde Oſce, ſiue Volſcè loqui, eſt inquinato, & impuro ſermone uti. Titinnius fabula. 5. ut citat Feſtus: Oſce & Volſce loquuntur: nam Latinè neſciunt. Hinc etiam Barbaros omnes ueteres Opicos appellarunt. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nos quoque dictitant Barbaros, & ſpurcius nos, quàm alios Opicos, appellatione fœdant. Iuuenal. Saty. 6. Nec curanda uiris opicæ caſtigat amicæ Verba, id eſt, quę nõ Latinè loqueretur, ſed Opicè. Fuerunt autem Opici, (ὀπικοί Stephano) Campaniæ populi quidam, à linguarum colluie dicti, ſiue à ſerpentibus, quaſi ophici, in quibus numerabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani: hæ nãque urbes Opicorum fuiſſe dicuntur.

OPIFER, ra, rum, (βοηθὸς, ὁ βοηθῶν) opem ferens: unde Iunonem Opiferam appellarunt Romani, quod parturientibus opem ferre crederetur. Plini. libro. 11. capi. 37. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanatæ fuiſſe accepimus, ut multis menſibus tortus credatur, cum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.

OPIFEX, cis, penul. corre. {*Artefice*}(καταπονητής, δημιουργός) ab Opere faciendo deducitur, & artificem atque operatorem ſignificat, non modo rerum, ſed etiam uerborum. Cicero. 5. Tuſcula. Etſi Zeno Citticus, aduena quidam, & ignobilis uerborum opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiã uidetur. Idẽ in Catil. Omne opificum inſtrumentum omnis opera ac quæſtus, frequentia ſuſtinetur, alitur otio. Idem. 1. Officio. Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. Opifex mundi à Cicero. 1. de Natu. Deo. dicitur Deus omnium rerum conditor. Opifex, (inquit) ædificatorq; mundi Deus. Ab Opifex deducitur Opificium, quod ſignificat, operis confectionem, uel ipſum opus, χειρούργημα, κατασκευή, δημιούργημα. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 16. de apibus loquens: Niſi opiſſicia eas urget tempus.

OPIFICINA, æ, idem quod opificium, ait Budæus, Plau. in Mil. Si eam opificinam neſciam aut malam eſſe, aut fraudulentam.

OPIGENA, dicta eſt Iuno, quam matronæ colebant, quaſi ex Ope genita. Saturnum enim & Opem Iouis & Iunonis parentes faciunt Poetæ.

OPILIO, onis, {*Pecuraio, pastore di pecore*} (ποιμήν) quaſi ouilio paſtor ouiũ qui ouium gregem ſeruat, & paſcit. Plautus in Aſina. Etiam opilio, qui paſcit alienas oues, aliquam habet peculiarem, quæ ſpem ſoletur ſuam. Sunt tamen, qui Vpilio, nõ Opilio ſcribunt, auctoritate Priſciani, qui dicit, o breuem in hoc nomine eſſe conuerſam, in u, longam ex literarũ affinitate. Et hoc omnino in carmine obſeruandum puto. Alioqui enim hexametrum ingredi non poſſet, quod tres primas ſyllabas habeat breues. Verg. 10. Eclog. Venit & upilio, tardi uenere bubulci. Vbi Seruius: Vpilio propter metrum dixit Grece: ut οὔνομα pro ὄνομα. Nam ὁ μικρὸν productionis gratia uertitur aliquando in ου, diphthongum, quam uertimus in u, longum.

OPILO, inquit Feſtus, genus auis eſt.

OPIMA SPOLIA, (σκῦλα ὀπῖμα) Plutarcho) propriè ampla, & magnifica ſpolia dicũtur, quæ dux duci detrahit: dicta (ut Varro (inquit) ab ope, uel) ut Plutarchus ait) ab opere, quum ſit opus egregium ac clariſſimum, ducem belli parem ſibi ductorem ſuperare. Primus omnium Romulus, cæſo Ceninenſium duce Ioui Feretrio opima ſpolia obtulit: de quo uide Liui. lib. 1. ab urbe. Verg. 1. Aenei. Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis.

OPIMIVS, prænomine Lucius, Conſul Romæ fuit quo anno C. Gracchus ſeditioſis concionibus ſtatum Reipub. labefactans cæſus fuit. Ab huius nomine Vina Opimiana dicta ſunt, quæ Opimio Conſule nata ſunt. Plinius lib. 14. capite. 4. L. Opimio Conſule, cũm C. Gracchus Tribunus plebis ſeditionibus agitatis interemptus eſt, ea cœli temperies fulſit, quã cocturam uocant, ſolis opere, natali urbis DCXXXIIII. Durantq; adhuc uina ducentis fere annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi: (etenim hæc natura uinis in uetuſtate eſt) nec potari per ſe queunt, ſi non peruincat aqua, uſque in amaritudinem carie indomita.

OPIMO, as pen. produ. {*Ingrassare*}(πιαίνω) opimum, ſeu pingue facio. Colu. lib. 8. cap. 9. Hyeme tamen offæ panis uino, madefactæ, ſicut etiam palumbos, celerius opimant, quam cæteri cibi.

OPIMVS, a, um, penul. prod. {*Ricco, grasso*} (πίων) idem quod diues, & pinguis: ut Menſa opima. Stat. libro. 11. Stupet inconſuetua opimæ Sidonius menſæ miles, faciemq; ſuperbi Ignotam luxus. Opima præda. Hora. Epod. 10. Opima, quòd ſi præda curuo littore Porrecta mergos iuuerit. Cicero pro Sex. Roſc. Vt ad illam opimam, præclaramq; prædam damnatio Sex. Roſcii, uelut cumulus accedat. Horat. 1. Epiſto. 2. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Inde comparatiuus Opimior, quo uſus eſt Gel. lib. 5. cap. 14. Nam quas uenabatur feras, membra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat, hoc eſt, pinguiora. Inde Opime abundanter, & laute. Plaut. in Bacchi. Omnium ad perniciem inſtructa domus opime, atq; opipare. Opimus & gracilis ſunt contraria. Cicer. de Clar. Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitatẽ conſectentur.

OPINABILE, (δοξαστόν, δοκητόν, εἰδός τι) quod opinione concipi poteſt. Cic. 1. Acad. Itaq; hanc omnem partem rerum Opinabilem uocabant.

OPINIO, onis, {*Opinione*} (δόκησις, δόξα) eſt exiſtimatio, uel fama, de aliquo concepta. Cicero primo Officiorum. Quorum de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Idem de Amicitia: Nam cùm conciliatrix amicitiæ uirtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à uirtute defecerimus. Quandoque ſuſpicio, iudicium, ſiue perſuaſio, quam habemus de re aliqua, hoc eſt, id quod de aliqua re ſentimus. Cicero ad Octauium: Quod utinam neque noſtra nos opinio, neque tua fides fefelliſſet, ὑπόληψις. Plautus in Amphitr. Prius tua opinione hic adero. Terenti. Heauton. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Cæſ. 3. Bel. Gall. Celeriter, contráque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendi. Diſtinguũt Philoſophi Opinionem, à Scientia, quòd Opinio incerti ſit, Scientia uerò certi.

His uerbis in oratione pulchrè connecti ſolet: Obtinere opinionem, Habere opinionem de aliqua re. Imbibere opinionẽ de aliquo: Fallit me opinio, & Fallit opinionem meam: Afferre opinionem de aliquo, Comprehendere, & remittere opinionem quæ ſunt contraria: Adducere quempiam in opinionem, Euellere opinionem ex alicuius animo. Inſerere opinionem, & Euellere inſitam: Opinio hæc oppleuit urbem: Vincere opinionem, quorum omnium exempla nuſquam non ſunt obuia.

OPINIOSISSIMOS, (δοξαστικωτάτους) appellat, Cice. 4. Acad. Antipatrum & Archidemum Dialecticos, quaſi nouarũ opinionũ auctores. Quid (inquit) duo uel principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus opinioſiſſimi homines, non'ne multis in rebus diſſentiunt?

OPINOR, aris, penul. produ. {*Penſare, imaginarſi*} (ὑπολαμβάνω, δοξάζω) puto, ſuſpicor, opinionem habeo. Donatus: Quæ opinamur, putamus; quæ putamus, incerta ſunt. Teren. Andr. Num uidentur conuenire hæc nuptiis? P. Nõ opinor Daue. D. opinor, narras? non rectè accipis. Certa res eſt. Cicer. 4. Acad. Sapientem nihil opinari, id eſt, nunquam aſſentiri rei uel falſæ, uel incognitę. Lactantius libro. 3. Id enim opinatur quiſque, quod neſcit: Illi autem qui de rebus naturalibus diſputant, opinantur ita eſſe, ut diſputant. Neſciunt igitur ueritatem, quoniam ſcientia certi eſt, opinatio incerti (δόξασμα). Hinc inopinatum dicitur quod præter opinionem accidit. Et Opinatio, uerbale, hoc eſt, aſſenſio. Cicero. 4. Academ. Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd ut feram & immanem beluã, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt opinationem & temeritatem extraxiſſet. Opinator, qui nihil aſſerit, opinionemque tantum, non etiam ſcientiam habet. Cicero. 4. Academ. Ego uero ipſe magnus quidam ſum opinator, non enim ſum ſapiens. Opinabilis, & hoc Opinabile, quod opinione concipi poteſt. Cicero. 1. Academ. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem. 2. de Finib. Artes, quæ coniectura cõtinentur, & ſunt opinabiles. Hinc ſunt aduerbia Ex opinato, pro ex opinione, & ſecundum opinionem. Quintilia. lib. 8. cap. 5. Iam hæc magis noua ſententiarũ genera ex opinato, &c. Nec opinato, compoſitum à Nec, hoc eſt, non, & aduerbio Opinato, pro inopinanter, ex improuiſo. Liuius. 3. ab urbe. Propriùsque aliud nouum malum nec opinato exortum eſt. Ex necopinato. Liui. libr. 4. Ab urb. Ipſe parte copiarum paruo circuitu locum maximè ſecretum ab hoſtibus, petit, unde ex necopinato aduerſum hoſtem inuadit. Paruum opinatu. Plinius lib. 29. cap. 1. Illa autem quæ timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multo, & parua opinatu, quæ proceres artis euſdem in ſemetipſis fatentur.

OPIPARE', aduerbium, {*Copioſamente*} (πολυτελῶς) id eſt, abundanter, & copioſè. Cic. 3. Offic. Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

OPIPARUS, a, um, {*Splendida. ſontuoſo*} (πολυτελής) idem eſt quod ſplendidus, ſumptuoſus, opulentóque apparatu inſtructus. Plautus in Perſa. Satin Athenæ tibi uiſæ fortunatæ, atque opiparæ? Idem in Mil. Vino, ornamentis opiparisque opſoniis. Apud Apuleium libro. 2. de Aſino (niſi forte ſubſit mendum) legitur Opiparis per tertiam inflexionem. Piſcatum (inquit) opiparem ex poſitum uideo. id eſt, copioſum. Inde Opiparum conuiuium dicimus, quod lautum eſt, & magnificum.

OPIS, huius opis, (ὦπις) nympha Dianæ comes, de qua Vergil libro. 11. Velocem interea ſuperis in ſedibus Opin Cõpellabat. Vbi prima producitur, quum in Opis ab Ops corripiatur. Eſt item Opis uici nomen in Meſopotamia, ad Euphratem fluuium, non procul à Seleucia, uicinarum regionum emporiũ. Auctor Strabo lib. 2. & 16.

OPISTHOCOMÆ, (ὀπισθοκόμαι) teſte Polluce, Eubææ populi dicti ſunt, qui crines habebant uerſus tergum reflexos: ſicut Acrocomæ dicti fuerũt populi in Thracia, qui antias in fronte muliebriter gerebant demiſſas.

OPISTHOGRAPHUS, penul. corre. (ὀπισθόγραφος) dicitur charta ab utroque latere ſcripta: ita dicta quod etiam ὄπισθεν, hoc eſt, à tergo eſſet ſcripta cum alioqui chartæ fere non niſi aduerſa pagina conſcriberentur. Vlpian. l. chartæ. ff. de Bon. poſſeſ. ſec. tab. Chartæ appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad delectam. Proinde etſi in opiſthographo, quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.

OPISTHOTONICI, (ὀπισθοτονικοί) dicuntur, qui rigore ceruicis ſinflexibili laborant, quorumque caput cõtractione neruorum in poſteriorem partem ita trahitur, ut alio flecti non queat. Vitiũ hoc à Galeno Opiſthotonos (ὀπισθότονος) appellatur: cui contrarium facit Empróſthotonos, quando ſcilicet mentum pectori annectitur. Tetanos autem: cùm ceruix recta obriguit, ita ut nullam in partem flecti queat.

OPISTHOTONOS, (ὀπισθότονος) uide in dictione præcedente.

OPISTOPHYLACES, (ὀπισθοφύλακες) qui in prælus pugnantium terga tuentur. Galli uocant l'arriere garde.

OPITER, opiteris, uel opitris, dicitur cuius pater, auo uiuo, mortuus eſt: Sic dictus, quod obitu patris genitus ſit, aut quod auum poſt patrẽ habeat, id eſt, pro patre. Feſtus.

OPITERGIUM, Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens: cuius meminerunt Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolemæus libro. 3. cap. 1. Hinc Opitergınus, a, um, pen. produ. Lucan. lib. 4. Hic Opitergınis moles onerata colonis Conſtitit.

OPITES, Argiui cuiuſdam nomen proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

OPITULOR, aris, {*Aiutare, ſoccorrere*} (ἀλεξέω, ἐπικουρέω, παρίσταμαι) penul. corre. adiuuo, ſubuenio: ab Ope tollenda, id eſt, ferenda. Cicero ad Seruium Sulpitium: Quoniam nihil iam uidemur poſſe opitulari Reipubl. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Contra. Plinius libro. 28. ca. 8. Et draconis medullam adalligatam contra uanas ſpecies opitulari. Hinc Opitulator, παραστάτης.

OPITULUS, (ὑλεφερόμενος) dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator, & propriè in rebus dubiis & malis dicitur. Feſtus.

OPIUM, (μήκωνος ὀπός) ſuccus ex papauere, habens per ſomnum uim (ſi copioſius ſumatur) mortiferã. Plinius lib. 20. cap. 17. Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in uini cyatho dilutis.

OPLOMACHUS, uide Hoplomachus.

OPOBALSAMUM, (ὀποβάλσαμον) ſuccus balſami, qui præfertur omnibus odoribus, uni Iudææ terrarum conceſſus, ut ait Plinius libr. 12. capite. 25. Arbor ipſa balſamum dicitur, quæ inciſa uitro, lapide, oſſeisve cultellis ſuccum mittit, quem Opobalſamum uocant, eximię ſuauitatis. ὀπὸς enim à Græcis ſuccus dicitur. Xylobalſamum uero, lignum balſami. Carpobalſamum, fructum balſami dicunt.

OPOCARPATHON, (ὀποκάρπαθον) ſuccus carpathi: quem Pli. lib. 28. cap. 10. connumerat inter uenena.

OPOPANAX, (ὀποπάναξ) ſuccus panacis herbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur. Plin. lib. 20. cap. 24.

OPORICE, (ὀπωρική) genus quoddam medicamẽti, ἀπὸ τῆς ὀπώρας hoc eſt, à pomis, arborumque fructibus: quod qua ratione confici ſoleat, docet Pli. li. 24. ca. 15. his uerbis: Vnum etiamnum arboris medicinis debetur nobile medicamentum, quod Oporicen uocant. Fit ad dyſentericos, ſtomachique uitia, in cõgio muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, punicis totidem, ſorborum ſextario, & pari menſura eius quod rhus Syriacum uocant, croci ſemuncia. Coquitur uſque ad craſſitudinem mellis. Hæc Plin.

OPORINUS, na, um, pe. cor. {*Autumnale*} (ὀπωρινός), idem eſt quod Latine autumnalis: ἀπὸ τῆς ὀπώρας, quod nobis autumnum ſonat, Martialis libro nono: Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς) eſſem: Horrida ſi brumæ ſidera, χειμερινός.

OPOROPHYLACION (ὀπωροφυλάκιον) cuſtodia pomorum, uel fructuum.

OPOROTHECA, æ, {*Bottega doue ſi uendono li frutti autumnali*} (ὀπωροθήκη) locus ubi fructus autumnales habẽtur. Nam ὀπώρα fructus autumnales ſignificat, & Theca repoſitorium. Var. 1. de Re ruſt. c. 59. & ideo oporothecas qui faciunt ad Aquilonem ut feneſtras habeant, atque ut perflentur curant.

OPORTET, {*Far biſogno, biſognare*} (δεῖ, χρή) imperſonale uerbũ eſt, idem ſignificans, quod expedit, uel utile aut neceſſe eſt. Cic. pro Corn. Balbo: Oportere, eſt conſentaneum eſſe officio: Licere, legibus, & iuri: Decere, temporibus, & perſonis. Idem Atti. lib. 6 Hoc fieri oportet, & opus eſt. Dicimus autẽ pro eodem Oportuit facere, & Oportuit factum. Cic. 3. Ver. Hoc quod iampridem factum oportuit certa de cauſa nondum adducor, ut faciam. Terẽ in And. Nõne prius cõmunicatum oportuit? Aliquãdo eſt coniicientis. Plau. in Pſeu Hũc hominem malum eſſe oportet, (οὗτος μέλλει κακὸς ἄνθρωπος εἶναι:) id eſt, mirum niſi hic homo malus eſt. Non diſſimilis huic oratio ſit per Volo: Idẽ: Liberis conſultum uolumus, etiam ſi poſthumi futuri ſint. Inuenitur aliquando perſonale. Quintil. Diſertos ſatis putat dicere, quæ oporteant.

OPPANGO, is, oppegi, oppactum {*Attaccare, congiongere*} affigere, coniungere. Plau. in Curcul. Vbi ſuauium oppegit, fugit.

OPPEDO, is, penul. corre, (καταπέρδω, ἀντιπέρδω,) contra pedo, & per tranſlationem reluctor, reclamo. Horatius. 1. Serm. Sat. 9. Vin tu Curtis Iudæis oppedere?

OPPERIOR, riris, {*Aſpettare*} (περιμένω) uerbum deponens, gemino p, ſcribi debet. Producit enim primam ſyllabam, quæ in paſſiuo Operior corripitur. Silius lib. 5. Cedas Oramus, ſuperis, tempúsque ad prælia dextrum Opperiare. Supinum facit Oppertum, teſte Priſciano: unde participium Oppertus. Terent. in Phorm. Si non tum dedero, unam præterea horam'ne oppertus fies? Legitur tamen quandoque participium Opperitus. Plau. in Moſt. Sein non otium erat, id ſum opperitus. Eſt autem Opperiri, idem quod expectare. Teren. Adel. Operiar hominem hic, ut ſalutem, & colloquar. Cicer. Atti. Ego in Albano opperior, dum iſta cognoſco. Vergi. 10. Aeneid. Manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens.

OPPETO, is, pe. cor. {*Morire*} ex Ob, & Peto. Non autem ex Os, & Peto (ſicut putauit Seruius) ut ſit quaſi ore terram peto, quũ ii, qui moriuntur, nõ omnes ore terram petant. Propriè autem Oppeto, idem eſt quod obeo uel ſubeo: ſe re tamen ſemper accipitur pro morior, ἀποθνήσκω,: ſed hoc non tam ſit ex natura uerbi, quàm propter accuſatiuum Mortem, qui in eo, quamuis aliquando nõ exprimatur, ſemper tamen ſubauditur. Oppetere mortem pro patria, nihil aliud eo, quàm ſubire, uel obire mortem pro patria. Cic. 1. de Diuini. Aequius eſſe cẽſuit maturam ſe mortem oppetere. Vergil. 1. Aeneid. O terque, quaterque beati, Queis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Aliquando inuenitur poſt ſe habere alium accuſatiuum, ſed idem fere ſignificantem. Ci. 1. Tuſcu. ex antiquo quopiam Poeta: Veſtras manus peto prius, quam oppeto malam peſtem hoſtili manu.

OPPIA, una fuit ex Veſtalibus, quæ conuicta ſtupri, uiua defoſſa eſt.

Cuius ſcripſit Epitaphium Stroza filius, Veſtalis uirgo, læſi damnata pudoris, Contegor hoc uiuens Oppia ſub tumulo. Liuius libro. 12. hanc Opimiã uocat.

OPPIANUS (ὀππιανός,) Grammaticus & Poeta inſignis Ageſilai & Zenodotæ filius, ex Anazarbe, ſiue (ut Suidæ placet) ex Coryco Ciliciæ ciuitate ortus. Scripſit ἁλιευτικά, κυνηγετικά, καὶ ἰξευτικά uerſuum uiginti millibus: quæ cum M. Antonio Seueri filio obtuliſſet totidem aureos ſtateras ab eo accepit.

OPPICO, as, penultima correpta, {*Impegolare*} (πισσόω, πιττόω) idem quod picare, hoc eſt, pice illinere, quod genus picationis fieri antiquitus ſolebãt in doliis, uel cadis uinariis, ne perfluerent. Cato capite. 120. Muſtum ſi uoles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

OPPIDANUS, ni, (πολίτης) qui oppidum incolit. Cæſar. libr. 3. Commen.

Sub

Sub ueſperum Cæſar port as claudi, milites ex oppido exire iuſsit, ne quam noctu oppidanis à militibus iniuriam acciperent. Oppidanus, a, um, (ὀππιδανός) ut Oppidanum ius. Cice. pro Plan. Vetere quodam in ſcenicos iure, maximeq́; oppidano. Cice. de Clar. Orato. Quæſtores celeriter facti ſunt oppidano, quodam, & incondito genere dicendi.

OPPIDATIM, (κατὰ πόλεις) aduerbium: id eſt, per uaria oppida: ut, Oppidatim diſcurrere.

OPPIDICUS, (ὁ τῆς πόλεως ἐντόπιος) eius ſignificationis eſſe putat Calepinus, cuius Oppidanus: citans locum Gellii ex libro. 2. cap. 21. ubi ſic legit: Hic ego ad noſtros iuuenes côuertor. Quid, inquam, uos oppidici dicitis mihi: Sed proculdubio, ut plerique aliis in locis, ita hic quoque deceptus eſt Calepinus mendoſis exemplaribus: quandoquidem in caſtigatis Gellii codicibus, non Oppidici legitur, ſed Opici.

OPPIDO, {Molto} (κομιδῇ) aduerbium, ſignificat ualde, multum. Ortum eſt autem hoc uerbum, teſte Feſto, ex ſermone inter ſe confabulantium, quantū quiſque frugum faceret: utq́; multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, quantum uel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem uenit, ut diceretur Oppido, pro ualde, multum. Hæc ille. Teren. in Heautô. Dic me hic oppido eſſe inuitam.

Interdum etiam poſt Oppido ſubiungimus particulam Quàm. Gell. lib. 15. cap. 30. Oppido quàm fiunt in literarum oſtentatione inepti, & friuoli. Cæſar: Quibus rebus oppido quam pauci ſub pellibus acquieſcebant. Accipitur aliquando Oppido, pro ſtatim. Plaut. in Moſtell. Perdidi operam fabrorum Illico, oppidoq́; uenit ignauia.

OPPIDULUM, li, (πολίχνιον) diminutiuum, paruum oppidum. Cicero Ad Attic. lib. 10. Nec tamen in acie, ſed Melitę, aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto.

OPPIDUM, di, {Città, caſtello} (πόλις) ſiue ab ope dictum ſit, ſiue ab opibus, ſiue etiam ab Opponendo, ut quibuſdam placet, geminato p, ſcribêdum eſt. Eſt autem propriè Oppidum locus mœnibus concluſus, in quem homines multi habitandi cauſa conueniunt. Quidam oppida ab urbibus diſtinguunt, ut hę quidem maiores, ampliores q́; illa minora ſint & obſcuriora. Alii uni Romę urbis nomen tribuunt, reliqua omnia oppida appellantes. Sed hæ differentiæ non obſeruantur. Sæpe enim indifferenter legimus eandem ciuitatem Oppidum, & Vrbē appellari. Vnde Plau. in Perſa, cûm Eleuſipolim ſæpius Vrbem uocaſſet, poſtea ſubdit: Eleuſipolim Perſæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum atque antiquum oppidum. Sic Serui. Sulp. in Epiſtola illa conſolatoria ad Ciceronem de morte Tullię: cum numeraſſet multas inſignes urbes partim ui hoſtili, partim terræmotu euerſas, ſubdit, Quæ oppida quondam tempore florentiſsima fuerūt. Cicer. 6. Verr. Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente è Troia, atque in hęc loca ueniente, conditum eſſe demonſtrant. Virg. 4. Eclo. Quæ cingere muris Oppida.

OPPIGNERO, {Impegnare} (ἐνεχυράζω, ὑποτίθημι) pignorido, pignori obligo. Martial. lib. 2. Oppignerauit admodo Claudi menſam Vix octo nummis anulum, unde cœnaret. Repignerare, eſt ſoluto debito pignus recipere. Vide ſuo loco.

OPPILO, as, pen. pro. {Serrare} (ἐμφράττω) ſignificat occludo. Lucreti. Libro. 6. Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. Cicero. 2. Philip. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ côniecisset, hisq́; oppilatis impetum tuum compreſsiſſet.

Inde Oppilatio, hoc eſt, obſtructio. Vnde medici uitium præcluſi iecinoris, aliorumq́; intus uiſcerum, Oppilationem, (ἔμφραξιν) uocât. Fit autem à Pila, quod columnam ſignificat.

OPPLEO, es, {Impire} (ἀναπληρόω) idem quod impleo. Plau. in Rudē. Sed ad prandium uxor me uocat, redeo domum, iam meas opplebit aures ſua uaniloquentia. Item Opplere eſt quaſi occupare. Cicer. 2. de Natu. deorum: Nam uetus hæc opinio Græciam oppleuit.

OPPLORO, as, (κατοδύρομαι) plorando obtundo. lib. 4. ad Heren. At ille: Quin mihi illum datis, ac uos auribus meis opplorare deſinitis.

OPPONO, nis, {Opporre,} (προτείνομαι, ἐμπροσθεν τίθημι) contra pono, ſeu ex aduerſo pono Cice. 2. de Natu. deor. E quibus pullos quum excluſerint, ita tuentur, ut & pennis foueāt, ne frigore lædantur, & ſi eſt calor, à ſole ſe opponant. Moles fluctibus opponere. Cice. 1. Officio. Natura oppoſuit montes mari. Lucre. lib. 2. Opponere uitium uirtuti. Cice. 2. de Fin. Ponitur quandoq; pro obiicere. Cic. pro Quin. Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Aliquando idem pro deponere dicitur, hoc eſt, contra alium prouocantem pignus ponere. Pla. in Curc. Pono pallium ille ſuum anulum oppoſuit. Vnde oppoſitio, contrarietas. Cice. 1. de Inuent. Diſparatum autem eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo. Sapere, non Sapere. Oppoſitum, (ἀντικείμενον, ἀντιτιθέμενον, ἐναντίον) contrarium. Oppoſitus, huius tus, idem quod oppoſitio. Cice. pro Marc. Non modo excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, & corporum pollicemur.

OPPORTUNUS, a, um, {Opportuno Boc. Tempo opportuno à potere la ſua intentione demoſtrare} (εὔκαιρος) per duplex p, ab Ob, et Portus compoſitum putatur, quod nauigantibus utiliſsimi, optatiſsimiq́; ſint portus. Dicitur autem proprie Opportunum, quod nobis commodè & pro deſiderio, ſuoq́; tempore obtingit. Cic. Lælio lib. 2. Epiſt. Quin ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſsimum mihi feceris, &c. Inde Opportune aduerbium. Dicimus autē Opportune accidere, (ἐν δέοντι, εἰς δέον) quod pro deſiderio noſtro accidit, ſiue quod accidit in loco & tempore. Terent. in Andria. Opportunè hic fit mihi obuiam.

Quandoq; ponitur pro apto & idoneo. Tere. in Eunu. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex uſu tuo, nemo eſt. Quandoq; iungitur datiuo pro procliui, & obnoxio. Plin. lib. 7. cap. 52. Fœminarum ſexus huic malo uidetur maximè opportunus, conuerſione uuluæ. Idem lib. 18. c. 7. Opportuniora morbis corpora, hoc eſt, procliuiora ad morbos, & quę citius incidunt in morbum.

A quo etiam Opportunitas, (εὐκαιρία) pro commoditate, pro ratione loci, temporis, & perſonarum. Cice. 3. de Fin. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus, εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis, &c. E diuerſo. Importunum eſſe, & Importunum fieri dicimus, quæ ſunt fiuntve præter rationem loci, ſiue temporis, aut perſonarum. Ver. de auibus, quæ quum noctu tantum uolare ſoleant, die apparent: Importunæq́; uolucres Signa dabāt. Pro tered Importunum hominem, dicimus procacem, atque moleſtum, inquietum nullamq́; temporis, loci, aut perſonæ rationem habentem. Vide loco ſuo. Ponitur quandoque Opportunitas pro facilitate. Plinius Epiſto. 24. Tranquilli ſtomachum multa ſolicitant, uicinitas orbis opportunitas uiæ, & cæ. Quandoq; pro utilitate. Ci. de Amicitia: Tales igitur inter uiros amicitia tantas opportunitates habet, quantas uix queo dicere. Opportunitate bona aduenire: id eſt, in tempore. Plau. in Epi. Optima opportunitate ambo autem uenistis.

OPPRIMO, is, penultima correp. {Opprimere perturbare, uccidere} (ἐπιπιέζω, ἐπιλαμβάνω, ἐπικαταλαμβάνω) eneco, ſiue perturbo: habetq́; in ſe maiorem uim, quàm Extinguo. Cice. in Lęl. Quamobrem primum, danda eſt opera, ne qua amicorum diſsidia fiant. Sin aliquod tale euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ uideantur, quaſi quod extinguitur, poſſit renouari: quod opprimitur, non queat: ſiue quod extinguendo mora quædam, in opprimendo celeritas ſignificetur. Interdum Opprimere, ponitur pro continere, ſeu claudere, πιέζειν. Plautus in Aſina Os opprime. Interdum pro conuincere, ſeu comprehēdere. Ibidem: Iam faxo ipſum hominem manifeſto opprimas. Interdum pro uiolare (βιάζεσθαι) ut, Oppreſſit uirginem. Interdum premendo grauare, πιέζειν. Cicer. Qui homini tot miſeriis, calamitatibusq́; oppreſſo ſubueniret. Interdum pro præuenire, occupare, καταλαμβάνειν. Ci. Caſ. Puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iā epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedam, aut literam. Ponitur quandoque pro ſupprimere, celare, tacere. Cicero pro Roſcio Amer. Eſt quiddam, quod occultatur, quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet. Interdum pro conſtringere, συστέλλειν. Vnde Oppreſſio, conſtrictio: cuius diminutiuum eſt Oppreſſiuncula. Plautus: Molles morſiunculæ, papillarum horridularum oppreſſiunculæ.

OPPROBRAMENTUM, ti, {Opprobrio, uituperio} (ὄνειδος) idē quod opprobrium. Plautus in Merca. Litigare ego nolo uos. quàm tuam autem accuſari fidem, Multo edepol, ſi quid faciēdum eſt dāni, facere mauolo, Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.

OPPROBRIUM, brii, {Vituperio, infamia, uergogna} (ὄνειδος) ex Ob, & Probrum, ſignificat infamiam, dedecus, quaſi obiectum probrum. Cicer. in Salluſt. Cum omnibus matribus familiarum opprobrii eſſet. Horat. 1. Epiſto. 9. Sic ego maioris fugiens opprobria, culpæ, & cæ. Idem. 1. Carm. Ode. 16. Dum mihi Fias recantatis amica opprobriis.

OPPROBRO, as, {Villannegiare, uituperare} (ὀνειδίζω) opprobrio do, obiicio. Gellius libro. 1. capite. 15. Idem Cato M. Cælio Tribuno plebis utilitatē opprobrans non loquendi tantum, uerumetiam tacendi, Fruſto, inquit panis conduci poteſt, ut taceat, uel uti loquatur. Plautus in Moſtell. Ego ne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? Inde Opprobratio, uerbale, ὀνειδισμὸς Gellius libro 12. capite. 11. Tum Cicero in opinata opprobratione permotus.

OPPUGNO, as, {Oppugnare, dare aſſalto} (πολεμέω, πολιορκῶ, προσβάλλω) contra perſonam, uel rem aliquam pugno, nocendi cauſa. Cicero pro Seſtio: Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. Idem Cælio lib. 2. Ibi quintum & uigeſimum iam dia aggeribus, uineis, turribus oppugnabam oppidum munitiſsimum Pindeniſſum. Oppugnatio, onis, (πολιορκία) uerbale. Liuius. 4. Ab urb. Nec ſegnior oppugnatio eſt, quàm pugna fuerat. Oppugnator, oris, πολιορκητής. Cicero pro Cornel. Bal. Atque utinam qui ubiq; ſunt propugnatores huius imperii poſſent in hanc ciuitatem uenire, & contra oppugnatores Reip. de ciuitate exterminari.

OPPUTO, as, {Potere} (περικαθαίρω) idem eſt quod puto, uel amputo, propriéq; de arboribus dicitur. Plinius libro. 17. capite. 21. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

OPPUVIRE, {Percuotere} antiquiſsimi dixerunt pro percutere μαστιγοῦν. Vnde Oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius. Oppuuiis pueri coercentur. Vide in dictione, Pauio.

OPS, Opis, generis fœminini, filia Cæli ex Veſta, & ſoror, & coniux Saturni, quæ & Ῥέα dicitur Græco uocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod eſt fluere: propterea quod terra rebus omnibus affluat. Eadem Cybele appellatur, uel a monte atq; oppido Phrygiæ Cibelo, ubi ſacra eius primo inſtituta ſunt, Vel ἀπὸ τῶν κυμβάλων, quibus in ſacris eius utebantur ſacerdotes. Ops autem idcirco dicta putatur, quod terræ ope uita hominum ſuſtentetur. Vel ab antiquo adiectiuo Ope, quo ueteres pro diuite utebantur, quemadmodum contra Inopē dicimus pauperem & egenum. Veteres enim, quorum opes, præcipue in re pecuaria, & agricultura conſiſtebant, terram huiuſmodi opum largitricem diuinis proſecuti ſunt honoribus, Opemq́; hoc eſt, opulentam nuncupauere. Hæc etiam Mater deum appellatur à Poetis, quòd putarent cœleſtes omnes in terris fuiſſe genitos, & ob inſigne aliquod meritum in cœlum fuiſſe translatos. Opes, (πλοῦτος, κτήματα) in numero plurali dicuntur diuitię. Vergilius. 1. Aeneid. Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. Horatius Sermo. li. 2. Saty. 2. Puer hunc ego paruus Ofellum Integris opibus noui non latgius uſum, Quàm nunc acciſis uideas. Quo in loco Horatius uocat Opes acciſas, quæ imminutæ ſunt, et attenuatæ: quibus opponit Opes integras, hoc eſt, florentes, & nulla in parte diminutas. Apud uetuſtiſsimos etiam Ops aliquando poſitū inuenitur ut idem ſit, quod opem ferens. Accius: Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Hinc Inops, & Inopioſus, quaſi ſine ope. Vnde animi inopem, (ἀμήχανον, ἄπορον) Inopem conſilii dicimus: hoc eſt, ſine ope animi, ſine ope conſilii. Vergi. 4. Aeneid. Sæuit inops animi. Plaut. Sæpe ego multas tibi mandaui dubias egenas, inopioſas conſilii. Obliqui ſingulares ſignificāt auxilium, ἐπικουρίαν. Ouid. lib. 1. de Remed. Carminis & medicæ Phebe repertor opis. Cicero libro 3. Tuſculana. Opis egens, dixit id eſt, auxilii indiga. Aliquando ſignificat, uires, uel poteſtatē, (δύναμιν.) Vergilius. 1. Aeneidos: Grates perſoluere dignas, Non opis eſt noſtræ. Aliquando uim. Salluſt. in Catilina: Summa ope niti decet, ne uitam ſilentio tranſigant, id eſt, omni uirtute, ſumma ui. Aliquando etiam Opem in ſingulari numero legimus pro diuitiis. Cicero. 3. Tuſculana. ex uetuſto quopiam poeta: O Priami domus, ſeptum altiſono cardine templum. Vidi ego te adſtantem ope barbarica, id eſt, opulentia luxurioſa. Quandoque etiam Opes pro auxilio legimus in numero plurali. Idem ad Q. fratr. Nunc ita accidit, ut neq; Prætores ſuis opibus, neq; nos ſtudio noſtro

quicquam proficere poſſimus.

OPSIMATHES, æ, {*Colui che tardi comincia à imparare*} (ὀψιμαθής,) qui iam grandis natu diſcit, uel qui ſerius ad diſcendum accedit. Inde Opſimathia, (ὀψιμαθία) ſera eruditio, interprete Gellio.

OPSONATOR, oris, uerbale ab Obſono, as, {*Spenditore*} (ὀψώνης Libanio) qui emit opſonia, & coquo ad coquendum tradit. Plaut. Mil. Vel primarium paraſitum, atque obſonatorem optimum.

OPSONATVS, us, (ὀψωνία) ipſa opſonatio. Plau. in Trucu. Dedi equidem hodie quinq; argenti deferri minas, præterea unam in opſonatum.

OPSONITO, as, (ὀψωνίζομαι) frequentatiuum, ſæpe opſono. Næuius: Multi mecum eo die opſonitauere.

OPSONIVM, nii, {*Companatico*} (ὀψώνιον) dicitur quicquid ultra panem, & uinum cibi apponitur. Plau. in Aulul. Dat equos cum obſonio. Iuuen. Saty. 11. Non tamen hic ulla unquam opſonia fiunt Rancidula. Hora. 1. Ser. Sat. 2. Omnia conductis coemens opſonia nummis.

OPSONO, as, & opſonor, aris deponens, pen. prod. {*Comprare companatico*} (Nam Græcè ὀψώνιον, per ω ſcribitur) (ὀψωνίζω, ὀψωνέω) emo, ſeu præparo opſonium. Plau. in Caſi. Argento ne parcito, opſonato ampliter. Teren. in And. Vix drachmis opſonatus eſt decem. Obſonare famem ambulando, eſt acuere, & excitare. Cice. 5. Tuſcula. Socratem ferunt, cum uſque ad ueſperum contentius ambularet, quæſitumq; eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, ſe, quo melius cœnaret, opſonare ambulando famem.

OPSOPHAGVS, (ὀψοφάγος) Apicii cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo interuallo ſuperauit.

OPSOPOEVS, {*Cuoco*} (ὀψοποιός) concinnator opſoniorum, id eſt coquus.

OPSOPOLIS, pen. prod. (ὀψόπωλις) opſoniorum uenditrix. Et opſopolium, locus ubi opſonia ueneduntur.

OPTABILIS, le, {*Deſiderabile*} (εὐκταῖος) quod optari debeat. Cicer. Luceio: Quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. Hinc optabiliter aduerbium, Ci. 1. Tuſcu. Pro dii immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum eſſe debet.

OPTATI, (αἱρεμένοι) dicuntur, qui in honeſtum gradum aliquem ſunt electi: à uerbo Opto, quod inter cætera eligo ſignificat, & adſciſco. Optatus nomen ex participio. Cice. ad Lentulum. Tametſi mihi nihil fuit optatius, quàm ut primù abs teipſo, deinde à cæteris omnibus, quàm gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer. Idem Q. frat. Vale mi optime, ac optatiſſime frater. Optatiſſimus nuntius, Cic. 14. Philip. Optatum, ti, ſubſtantiuum. Ci. in Piſo. Illud etiam accedit præter optatum meum, ſed ualde ex uoluntate Optata loqui, Terent. Heaut.

Eueniunt optata, Ouid. 6. Metam. Reſpondet optatis meis fortuna, Cic. Curioni. 2 lib. Epiſt. Famil.

OPTATO, {*Deſideratamente*} (ἐπιπόθητως) aduerbium, cum deſiderio. Teren. in And. Optato aduenis. Cic. ad Atticum: Niſi quid te aliud impediet, mihi optato ueneris.

OPTICVS, a, um, pen. cor. {*Viſiuo, perſpettiuo*} (ὀπτικός) idem quod uiſiuus, ſiue perſpectiuus: Vnde Nerui optici, (νεῦρα ὀπτικά) à medicis dicũtur, per quos ſpiritus uiſiuus defertur in pupillã. Hinc et pars Geometricæ diſciplinę dicitur Optice (ὀπτική) id eſt, perſpectiua, quę ad oculos pertinet, quæ cauſas reddit, quur uiſiones ſubinde fallant, & ea quæ in aqua cõſpiciũtur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis ſunt minora.

OPTIMATES, pen. prod. {*Primai, nobili*} (οἱ ἄριστοι) ſunt qui primum in ciuitate locum tenent: uel quod opulentiores ſunt, & in maiori cenſu, uel quòd in primis opes ferre poſſunt oppreſſis. Cicero pro Seſtio, dicit optimates eos eſſe, qui ita in repub. ſe gerunt, ut ſua conſilia, optimo cuique probẽtur: Populares uero, qui ea faciebant, & dicebant, quæ multitudini iucunda eſſe uolebant. Priſcianus li. 5. Optimates ſunt qui defendunt Senatores: Populares, qui defendũt populum. Cic. ad Atti. lib. 10. Vide, nedum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit eligas.

OPTIMITAS, atis, {*Vtilità, commodo*} (ἀγαθωσύνη) utilitas, commodum. Plautus. Maximas optimitates, gaudiaq; offertiſſimas Suis heris ille una mecum pariet.

OPTIMVS, {*Optimo, perfetto*} (ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος) ſuperlatiuum eſt à Bonus. Optimo iure prædia eſſe dicuntur, quæ immunia prorſus ſunt, id eſt, ut nunc loquimur, alaudialia. Cic. de Lege Agr. Optimo enim iure ea ſunt profecto prędia, quæ optima conditione ſunt. Budæus. Quint. in Procem. lib. 1. Optima facere, quam promittere, maluerunt. Optimis imbui: & Optima præcipienda ſunt, apud eundem lib. 1 Hinc Optime, aduerbiũ, quod præter alia ſignificata ponitur aliquando pro opportune. Teren. in Eunuch. Adeſt optime ipſe frater.

OPTIO, onis, {*Elettione*} (αἵρεσις) fœm. gen. idem quod optatio, electio. Plaut. in Caſin. Optio hæc tua eſt, utram harum uis conditionem, accipe. Optio tua eſt: id eſt potes eligere, quod uoles. Et dicimus, Dare optionem, & Facere optionem alicui, & Permittere optionem alicui. Cic. 1. Verr. Quoties ille tibi poteſtatem, optionemq; facturus ſit, ut eligas utrum uelis factum eſſe, nec ne. Quintil. lib. 5. Nec optio iudicis aduerſario eſt permittenda. Cice. 4. Acad. Si optio naturæ noſtræ detur. Optio etiam aliquando maſcu. gen. eſt, ſignificatq; miniſtrũ à Cẽturione, uel Decurione adoptatum, qui priuata eius obeat negotia, dum ipſe publicis curis eſt diſtrictus. Veteres appellabant Accenſum. Feſtus: In re militari Optio appellatur is, quem Decurio, aut Cẽturio optat ſibi rerũ priuatarũ miniſtrum quo facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accenſus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adiutor. Dicitur ab optando (ut Vegetius ait) quod antecedentibus ægritudine prępeditis, ii tanquam adoptati eorum, atque uicarii, ſolent uniuerſa curare: ut nihil aliud ſit Optio in re militari, quàm adoptatio: quoniam Centurio, aut Decurio optabat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius publica obiret negocia. Plaut. in Aſin. Optionem tibi ſumito Leonidem, Calliſt. in. l. ult. de Iur. immuni. Quam obrem etiam eum, qui in palatina militia idipſum agat, quod in exercitu optiones, iure arbitror dici Optionem.

OPTIVVS, pen. pro. adiect. {*Adottiuo*} (υἱοποιητός) pro adoptio, ut Nomen optiuum. Horat. 2. Epiſto. 1. Si plus adpoſcere uiſus, Fit Mimnermus & optiuo cognomine creſcit.

OPTO, tas, {*Deſiderare*} (εὔχομαι) deſidero, cupio Cic. Sulpitio libro. 4. Itaque mihi uenire in mentem nil poteſt, non modo quid ſperem, ſed uix iam quid audeam optare. Vnde Optatiuus modus apud Grammaticos, (ἡ εὐκτική): Quandoque eligo, αἱροῦμαι Cicero lib. 1. Offici. Quæq; maiori parte pulcherrima uideantur, ea maximè optant. Verg lib. 1. Optauit locum tectis. Hinc Optio de quo ſupra. Aliquando optare idem eſt quod petere uel rogare. Cic. in Cat. 2. Neque ego a diis immortalibus Quirites optabo: ut, &c. Interdum etiam pro aſciſcere. Idem in Epiſt. Sed ne optari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. Huius compoſita ſunt, Adopto, quod eſt ualde deſidero. Plautus in Ciſt. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Vatinius Ciceroni: Ego autem quem potius adoptes, quàm illum, qui defendente uincere didicit? Eſt præterea Adoptare, alienum in familiam, aſciſcere, ſuſtiq; filii loco diligere, υἱοθετεῖν, τεκνοποιεῖν. Terentius in Adelph. Ego hunc maiorem, adoptaui mihi. Adoptio, (παίδωσις, υἱοθεσία,) ſicut ſcribit Caius, duobus modis fit: aut Principis autoritate, aut magiſtratus imperio: Principis autoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptiõis dicitur Arrogatio: quia & is, qui adoptat, rogatur, id eſt, interrogatur, an uelit eũ, quẽ arrogaturus ſit, iuſti filii loco habere. Similiter & is rogatur, quem arrogaturi ſumus: an id fieri patiatur. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parẽtis ſunt, ſiue primum gradum liberorum obtineãt, qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Gellius libro. 5. cap. 19. aliter diſtinguit Arrogationem ab Adoptione, ut Adoptio dicatur, quæ fit apud Prætorem: Arrogatio, quæ per populum fit rogante Tribuno. Coopto, (προσαιροῦμαι,) eligo. Cicero in Bruto: A quo in collegium augurum fueram cooptatus.

Exopto, ualde deſidero, uel ex animo precor. Salluſtius: Nam gloriã & honorem, imperiumq; boni, & ignaui ſibi æquè exoptant. Præopto, (προαιροῦμαι) antè opto, uel potius opto, Terentius in Hecyr. Adeo peruicaci ea animo, ut puerum præoptares perire, &c.

OPVLENTO, as, {*Arricchire*} (πλουτίζω) dito, ſeu abundantem facio, ſpecß dove. Columel lib. 8. cap. 1. Quippe uillaticæ paſtiones, ſicut pecuariæ, non minimam colono ſtipem conferunt, quum & auium ſtercore macerrimis uineis, & omni ſurculo atque aruo medeantur, & eiſdem familiarem focũ, menſamq; pretioſis dapibus opulentẽt. Horatius. 1. Epiſt. 17. Ne perconteris fundus meus, optime Quinti, Aruo paſcat herum, an baccis oppulentet oliuæ.

OPVLENTVS, a, um, {*Ricco*} (πλούσιος) diues, & opibus abundans. Plaut. in Amphit. Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt. Cicer. 4 de Amic. Vt mehercule magis amicitiarum præſidia quærant, quàm uiri: & inopes, quàm opulenti. Horatius. 3. Carm. Ode. 24. Intactis opulentior theſauris Arabũ, & diuitis Indiæ. Catullus in Iul. Cæſar. Eo'ne nomine urbis opulentiſſimæ Socer, generq; perdidiſtis omnia? Hinc opulentia, & opulentitas. (πλοῦτος) pro opibus & diuitiis. Plautus in Mil. Quaſiq; eius opulentitatem reuerearis. Salluſt. in Cice. Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam & ſanguine & miſeriis ciuium parãueris? Plinius lib. 17. cap. 1. Tam recens eſt opulentia. Hinc quoque aduerbium Opulenter, ſumptuoſè, ſplendidè, cum opulentia. Liui. lib. 1. ab Vrb. Ludos opulentius, inſtructiusq;, quàm priores reges fecit.

OPVLESCO, {*Arricchire*} (πλουτῶ) diteſco. Furius: Quo magis incomptis poſſint opuleſcere campis. Nonius.

OPVLVS, li, pen. cor. genus arboris maritandis uitibus maxime idoneum. Colum. libro 5. cap. 6. Sed uitem maximè opulus uidetur alere, deinde ulmus, poſt fraxinus. Ruellius lib. 1. cap. 105. Opulus corno ſimilis arbor, arbuſto Gallico faciũdo idonea. Obierus, uel opierus apud nos rure dicatur, ulmi proceritate adoleſcit, caudice recto, enodi, &c.

OPVNTIA, æ, herba eſt circa Opuntem naſcens, etiam homini dulcis: mirumq; è folio eius radicem fieri, ac ſi eam naſci. Verba ſunt Plinii libro. 21. capite. 17.

OPVS, untis, (Ὀποῦς, οῦντος) ciuitas Locrorum Epicnemidiorũ non procul ab Aſopo fluuio. Ouidius libro. 1. de Pont. Facta cæde puer Patroclus Opunta reliquit. Hinc Opuntii populi dicuntur, (Ὀπούντιοι, καὶ ὀπούντιος) & propinquus ſinus Opuntus.

OPVS, operis & opus indeclinabile, {*Opera*} uide Opera, ræ.

OPVSCVLVM, {*Operretta*} diminutiuum ab opus. Cic. 4. Acade. Vt etiam inter Deos Myrmecides, aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe uideatur.

O ANTE R.

ORA, oræ, {*Eſtremità di qualche coſa, ſtintera*} (ἔσχατον, τὰ ἐσχατεύοντα) extremitas cuiuſque rei. Vergilius. 9. Aeneidos: Et mecum ingentis oras euoluite belli, hoc eſt, finem belli, uel belli extrema, ut interpretatur Seruius. Hinc ueſtimentorum extrema. Oræ. (κράσπεδα) dicuntur. Regionum item terrarũq; fines, inſuper maritimæ ipſe regiones, oræ dicuntur. Vergilius. 1. Aeneid. Arma uirumq; cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit Littora. Orę aluearıorum. Vergilius. 4. Geor. Spiramenta linunt, fucoq;, & floribus oras, Explent. Plinius oræ appellatione fere ſemper regionem litoralẽ appellat, (ἀκτὴ) apud quem ueluti peculiaris eſt talis locutio: In ora ſunt ciuitates: & Oppida oræ proxima. Quæ uero remota ſunt ab ora, in mediterraneo eſſe dicuntur. Ora pro regione. Cice. 2. de Natu. deor. Omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacunque in ora, ac parte terrarum. Ora, pro climate, uel ſegmento cœli. Cicero. 1. Tuſcul. Tum globum terræ eminentem à mari, fixum in medio mundi uniuerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem, & cultum.

Sunt qui dicant Oram etiã ſignificare nauticum funem, quo nauis litori alligatura, adducentes teſtimonium illud Quintil. in Præfa. ad Tryphonem: Permittamus uela uentis, & oram ſoluentibus bene precemur, & Liuium libr. 28. In ipſis quoque trepidatum nauibus, dum ne hoſtes cum ſuis irrũperent, trahũt ſcalas, oraſq;, & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidũt. Cæterum eruditi negant Oram inueniri pro fune nautico apud idoneos autores, quum ne in Liuio quidem Oras, ſed Lora in uetuſto codice ſcriptum reperiatur, & apud Quintil. Ora ſoluentibus, in quibuſdam exemplaribus, legatur: idem ſit Oram ſoluere, quod ſoluere à litore. Ora pro initio rei, auctore Feſto, uſus eſt Cæcilius: Oram, inquit, reperire, nullam quam expediam, queo. Apud Celſ. Oræ uulneris uocantur, hiantis uulneris extremitates, quę ſutura cõniũgũtur. Oras, inquit, uulneris ſuturæ comprehendant.

ORACVLVM,

ORACVLVM, li. {Oracolo}(χρησμός, λόγιον) idem eſt, quod deorum reſponſum: ita dictum à uerbo Oro, uel ab oratione, teſte Cicerone in Topicis: Oracula (inquit) ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt his deorũ oratio. Ver. 2. Aen. Suſpẽſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Quandoq; ponitur pro templo, in quo reſponſa dantur. Pli. lib. 12. cap. 23. Inde & nomen Ammoniaco ab Ammonis oraculo, iuxta quod naſcitur arbor. Nonnunquam etiam pro celebri, ac ſtatuq; digna, & minimè uana ſententia. Seneca: Vnum illud optimum oraculum eſt, Pugnandum eſt pro patria. Plinius lib. 18. ca. 6. Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam eſſe, quiſquis emeret, quod præſtare ei fundus poſſet. Accipitur præterea aliquando Oraculum, pro ſomnio nocturno, quo res aliqua à dijs denunciatur. Cic. 1. de Diuina. Expoſui ſomnij, & furoris oracula. Dicere ex oraculo. Cice. pro Fonteio. Ex oraculo dici putes. Edere oraculũ, Oraculo aliquid edere, Fundere oraculum, Petere oraculum de aliqua re, Oraculo editum eſt.

ORATA, æ, {Orata,}(χρυσόφρυς) piſcis, ab auri colore nomen habens, Idem & Aurata dicitur. Solent enim ueteres pro au diphthongo, ſæpe o, literam ſubſtituere, ut Clodius pro Claudio, & Codex pro caudice, Vide ſuprà in dictione Aurata.

ORATHA, æ, (ὄραθα) oppidum eſt Meſopotamiæ, ad Tigrim fluuium. Steph.

ORBANA, deæ cuiuſdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium ariam habuit. Auctor Plin. lib. 2. cap. 7.

ORATIO, Oratiuncula, & Orator: uide in uerbo Oro.

ORBEFACIO, is, (στερέω, ὀρφανίζω) orbitatem alicui induco, & orbum liberis facio. Vide Orbifico, & Orbificus.

ORBELVS, i, (ὄρβηλος) Thraciæ mons eſt in ea parte, qua Macedoniæ eſt contigua, non procul à Pangæo promontorio: à quo uicina regio Orbelia, (ὀρβηλία) dicta eſt. Vide Pli. lib. 4. c. 10. & 11.

ORBELIA, Vide Orbelus.

ORBICVLATVS, ta, tum, {Tonda, rotonda}(κυκλοτερής, σφαιροειδής,) quod in orbem & circuitum factum eſt: unde Poma orbiculata dicuntur à Varr. 1. de R. ruſt. ca. 59. quæ rotunda ſunt, figuramque habent orbis in rotunditatem circumacti. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Quid eſt? Nunc tibi noſtri milites, qui duriſsimis, & frigidiſsimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti uidentur. Hinc orbiculatim, aduerbium, (σφαιροειδῶς) per orbes, & circulos, quaſi circulatim. Plin. lib. 11. ca. 37. Sed quibus ceruix è multis, uertebratiſq; orbiculatim oſsibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur.

ORBICVS, ci, cum, {Girato intorno}(κυκλοτερής.) auctore Nonio, quod eſt per orbem ductum, ſeu per circulum. Varro, Vt ſidera cœli circa terram, atq; axem uoluuntur motu orbico.

ORBICVLVS, li, (σφαιρίδιον) diminutiuum. Plin. lib. 25. capi. 13. Conciſa quoque in orbiculos ſiccatur in umbra. Orbiculus pro rotula trochleæ. Cato cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ſpartaneis ducantur, orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces.

ORBIS, huius orbis, {Circolo}(κύκλος, σφαῖρα) circulus. Plin. lib. 11. cap. 37. Alij glauci coloris orbibus circundatis. Ouid. 6. Meta. Lanam glomerabat in orbes. Verg. 5. Aen. Inde alios ineunt curſus, aliosq; recurſus Aduerſis ſpatijs: alternosq; orbibus orbes Impediunt. Cic. 3. de Orat. Circuitus & quaſi orbis uerborum. Differt autem Orbis à Sphæra, ſeu globo, quòd Orbis propriè dicatur de plano corpore, quod circularem habet figuram; Sphæra autem, uel Globus de corpore ſolido. Cic. 2. de Nat. Deo. Duæ formæ præſtantes ſunt: ex ſolidis globus, ex planis circulus, uel orbes, qui Græcè κύκλος dicitur.

Sed hoc non ſemper obſeruatur. Ponitur enim frequenter Orbis pro eo quod Sphæricum eſt, uel rotũdum. unde Orbem terrarum, (οἰκουμένην) dicimus pro toto uniuerſæ terræ globo, quem ſphæricæ figuræ eſſe ſaniores philoſophi conſentiunt. Plin. in Proœm. lib. 3. Terrarum orbis uniuerſus in tres diuiditur partes. Accipitur etiam orbis pro circulari cœleſtium corporum meatus, Cic. de Somn. Scipion. Stellæ circulos ſuos, orbesq; conficiunt celeritate mirabili. Nõnunquam etiam cœlos ipſos, uel cœleſtes ſphæras Orbes dicimus. Ibidem Nouem tibi orbibus, uel potius globis connexa ſunt omnia. Orbes etiam quandoq; dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius: Tum uacuos orbes. Pruden. Illic utriſque obtutibus orbes cauatos præferens: baculo tegebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipſa lumina ſic appellantur. Lact. Orbes ipſos humoris puri, ac liquoris plenos eſſe uoluit. Ponitur quandoq; pro regione. Plinius lib. 12. cap. 12. In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum.

Aliquando pro operculo in orbem facto. Cato de Re ruſt. ca. 10. Abacum unum orbes æneos duos, menſas duas, &c. Orbis ablaqueationis, apud Colũ. lib. 4. cap. 4. ponitur pro loſſura, ſiue foſsione illa, quæ in orbem circa uites, aut arbores fieri ſolet. Nam (inquit) dum exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet, obliquam uitem plerunque ſauciat. Quandoque etiam Orbem acceptum legimus pro orbili, hoc eſt pro extremitatibus radiorum in rota, quæ canthis cinguntur. Var. 3. de re ruſt. ca. 5. E quo ſtagno riuus peruenit in duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi ultro ac citro commeant, cùm & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, menſaq; quam dixi, in primis radijs eſſe, epiſtomijs uerſis ad unumquenq; factum ſic, ut fluat in conuiuam. Orbes pro anno Verg. 1. Aen. Triginta magnos uoluendis menſibus orbes Imperio explebit, Hoc eſt, regnabit triginta annos. Idem. 3. Aen. Annuus exactis completur menſibus orbis. Accipitur etiam Orbis pro menſa rotunda. Mart. lib. 2. Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes: Fulcitur teſta fagina menſa mihi. Quo in loco Libycos orbes uocat menſas citreas. Ponitur quandoq; pro contextu, & ſerie continua, & quadam quaſi circumductione orationis cùm periodis legitimis comatibus & colis ſunt expletæ. Quin. lib. 9. ca. ult. Hiſtoria non tam finitos numeros, quàm orbem quendam, contextumq; deſiderat. Ci. in Ora. In Thucidide orbem orationis deſidero.

ORBILE, huius bilis, id eſſe uidetur, quod rotam in ſummo axe cõtinet: uel id potius, quod in extremis radijs eſt, & canthis cingitur. Var. 3. de re ruſti. ca. 5. In inſula eſt columnella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile ſolet eſſe acutũ, tabula cauata ſit. Budæus,

ORBILIVS, Beneuentanus Grammaticus fuit, Horatij in pueritia præceptor, quem lib. 2. Epiſtola. ob nimiam in pueros ſæuitiam Plagoſum uocat. Huic in ſenectute accidiſſe ferunt, ut omni prorſus memoria fuerit deſtitutus: unde per iocum literarum obliuio, fuit appellatus. Vixit ad centeſimum propè annum, reliquitq; filium Orbilium, & ipſum Grammaticum. Ex Tranquillo.

ORBITA, æ, pen. corr. {Ruota, carro}(τροχιά) rota, ſiue curſus. Vergi. lib. 3. Georg. Iuuat ire iugis, quà nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cicero Attic. lib. 2. Vt uix ſonitum audire, uix impreſſam orbitam uidere poſſemus. Eſt præterea Orbita, ueſtigium decurrentis in uijs rotæ ex curſu. Plin. libro 8. capite 58. Iidem, ubicunque ſint, orbitam ſi tranſiere moriuntur. Loquitur de muribus. Liuius 2. Bell. Macedo. Rota una in altiorem orbitam depreſſa, ita turrim inclinauit. Hinc Exorbito, tas, de quo ſuo loco. Item Orbita, rotunditas. Ver. in Aetna: Solis ſcire modum, & quanto minor orbita Lunæ eſt.

ORBO, as, {Priuare, orbare}(στερέω, ἀποστερέω) re chara aliquem priuo. Cice. de Amicitia: Et ſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen afferret ætas illa ſolatium. Idem 4. Academ. Non ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus. Orbare ſe luce. Cicero 3. Tuſculana. Orbari Auxilio, Idem pro Muræna. Orbatus, participium. Cicero pro Cluent. Mater orbata filio. Idem ad Cecinnam: Nec ijs quidem uerbis, quibus te conſoler, ut afflictum, & iam omni ſpe ſalutis orbatum. Orbatio, onis, Seneca Epiſtol. 88. Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur: uel (ut antiqui dixerũt, per orbationem Græci dicunt στέρησιν, quod cum dicunt, non quod quis habeat dicitur, ſed quod non habeat.

ORBVS, orbi, {Orbo, cieco}(ἐστερημένος, τυφλός) propriè dicitur oculorum luce priuatus, quaſi amiſsis oculorum orbibus. Iuuen. Saty. 3. Dudum uigilantibus orbis. Plinius libro 7. capite 43. Orbam luminibus exegit ſenectam amiſsis incendio, cùm Palladium raperet. Per tranſlationem Orbi dicuntur, quicunque aliqua re chara priuati ſunt. Hinc patres, amiſsis liberis, quos non minus charos habent, quàm proprios oculos, Orbi (ἄτεκνοι) uocantur. Cicer. in Parado. Quem nutum locupletis Orbis ſenis non obſeruat? Quintilianus libro 5. cap. 10. Parens liberorum, an orbus ſit. Colu. li. 7. cap. 4. Orbæ ſuis natis matres, Iuue. Meliora ac plura reponit Perſicus orborum lautiſsimus. Hinc Orbitas, (ἀτεκνία) illa patrum ſolitudo poſt amiſſos liberos: ut uxoris Viduitas poſt amiſſum maritum. Quintil. Non habet orbitas ueſtra lacrymas ſuper ardentes rogos. Similiter, Orbi dicuntur liberi amiſsis parentibus, ὀρφανοί. Terentius Adelp. Hæc uirgo orba eſt patre. Hinc orbitas, (ὀρφανία) priuatio parentum. Plautus in Capti. Quod hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem liberos produxerim. A Columell. libr. 6. Orbi palmites dicuntur, qui oculis, & gemmis carent, & nihil pariunt: Nec, inquit, orbos tantum detrahere palmites, uerumetiam frugiferos. Orbitudo, idem quod orbitas, ſed antiquum eſt. Accius: Miſeret lacrymarum, luctuum orbitudinis.

ORCA, cæ, {Orca}(ὄρκα) genus beluæ marinæ, (inquit Feſtus) balænis infeſtum. Plin. libr. 9. cap. 6. Balænæ & in noſtra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conſpici, eos tradunt: condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcam, infeſtã his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac uitulos earum ac fœtas, uel etiamnum grauidas lancinant morſu, incuſſæq; ceu Liburnicarũ roſtris fodiunt. Hor. 2. Serm. Saty. 4. Simplex è dulci conſtat oliuo, Quod pingui miſcere mero, muriaq; decebit, Non alia, quàm qua Byzantia putruit orca. Ab huius beluæ ſimilitudine uaſis quoddam uinarij genus ſpecie tereti, & uniformi, Orca dicitur. Varro de Re ruſti. libr. 1. capite 13. Orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ. Erat etiam olim Orca uaſis genus, in quo fici aſſeruabantur. Plinius libro 15. cap. 19. At ubi copia ficorum abundat, implentur orcæ, in Aſia cadi. Quidam etiam Orcam accipiũt pro uaſculo luſorio, quo coniecti tali, agitatiq; emittuntur in tabulam aleatoriam, quod à Martiale dicitur Turricula ex imitatione Græcæ dictionis, πύργος, quam & Latini uſurpant. Perſius Sat. 3. Anguſtæ collo non fallier orcæ. Plin. lib. 35. pro capſa pigmentorum muliebrium poſuit, quum ait: Vſta caſu reperta, incendio Piræei ceruſſa in orcis cremata. Orca etiam gemmæ nomen eſt, nigro, fuluo, uiridi ac candido colore diſtinctæ. Plin. lib. 37. capi. 10.

ORCADES, penul. corr. (ὀρκάδες Ptolemæo) inſulæ Oceani Septentrionalis ultra Britanniam, & Hyberniam, numero triginta, ſecundum Pomponium, parum inter ſe diſtantes.

ORCELIS, (ὀρκηλίς) urbs Baſſetanorum in Tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

ORCHAMBVS, Aſſyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline uitiatam uiuam defodit. Vide fabulam apud Ouid. libr. 4. Metam.

ORCHESTRA, (ὀρχήστρα) locus erat in theatro inter ſcenam & cuneos, Senatoribus ad ſpectandũ deſignatus, in quo erat pulpitum quinque non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelen dicebant, & Logeũ, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, (quandiu Comœdiæ chorum habuerunt) ipſiq; etiam citharœdi & aulœdi, et quotquot perſonam ex fabula non agebant, actionem ſubſeruiebant. Dicta Orcheſtra ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι, hoc eſt, à ſaltando, quòd ibi eo geſticulatores, hiſtrionibus in ſcenam abditis, populum ſaltando detinerent. Sueton. in Nerone. Deinde in orcheſtram, Senatumq; deſcendit, & orationis quidem, carminisq; Latini coronã, de qua honeſtiſsimus quiſque cõtẽderat, ſumpſit. Iuuenalis poſuit pro ſeſsione Senatus & primorum, quum ait. Similemq; uidebit Orcheſtram, & populum.

ORCHIA LEX, (ὄρχιος, νόμος) prima fuit inter leges ſumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conuiuarum numerus præſcribebatur, cauebaturq; ut apertis ianuis cœnitaretur, nequa legi fraus fieri poſſet.

ORCHIS, (ὄρχις) herba, quam & Cynoſorchin uocat Pli. li. 26. ca. 10. Cuius uocabuli uim reddentes officinæ etiam hodie Teſticulum canis appellant. Eſt etiam Orchis, piſcis quidam duriſsimus, cuius meminit Plin. lib. 32. ca. 2. Duriſſimum (inquit) eſſe piſcium conſtat, qui Orchis uocatur: rotundus eſt, & ſine ſquamis, totusq; capite conſtat.

ORCHITES, penu. corre. (ὀρχίτης) genus oliuarum, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt, ut inquit Seruius in lib. 3. Geor. Nam ὄρχεις teſtes dicuntur: unde Orchites dictæ ſunt, quaſi teſticulares oliuæ. Nominatiuus ſingularis & Orchis.

Columella lib. 5. cap. 82. Orchis quoque, & radius melius ad eſcam, quàm ad liquorem ſtringitur.

ORCHOA, æ, (ὀρχόη) Babyloniæ oppidum eſt, in confinio Arabiæ deſertæ. Ptolem. lib. 5. cap. 20.

ORCHOMENVS, pe. co. (ὀρχόμενος) Theſſaliæ fluuius, antea Minyeus appellatus, teſte Plin. lib. 4. cap. 8. Orchomenus item, ſiue Orchomenum, Theſſaliæ oppidum eſt, ad ſui nominis flumium ſitum, olim potentiſſimum, utpote cui & Thebani aliquando tributum pependerint (ut teſtatur Strabo lib. 9.) præſertim ſub Eteocle tyranno, qui primus Gratijs templum extruxit. Fuit item eiuſdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, ut ipſe teſtatur libro 8. Fuit & tertium in Eubœa inſula non procul à Caryſto: cuius meminit idem Strabo libro 9. Hinc Orchomenius, a, um, ὀρχομένιος.

ORCVLA, (ὀρκάριον) diminutiuum ab Orca. Cato de Re ruſti. Cyminum, fœniculum, rutam, mentham, in orculam condito.

ORCVS, (ἅδης) à ueteribus inferorum deus eſt exiſtimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem uocabant. Cic. 6. Verr. Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, ueniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem uideretur. Aliquando etiam pro ipſo inferorum loco ponitur: unde à Propertio libro 3. Elegiarum Minos uocatus arbiter Orci, quaſi inferorum iudex & moderator. Plaut in Aſinar. Bene uale: apud Orcum te uidebo.

Homerus 2. Iliad. Indicat Orcum Theſſaliæ fluuium eſſe, è Stygia palude profluentem, aquis adeò pinguibus, ut Peneo fluuio, in quem illabitur, olei in modum ſupernatet. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Orcus inferorum fluuius eſſe dicatur, cuius apud deos ſanctiſſimum ſemper habitum ſit iuramentum. Feſtus Orcum ab urgendo dictum putat, quòd ad mortem homines urgeat. Alij ἀπὸ τοῦ ὅρκου, hoc eſt, à iuramento, dictum malunt, quòd nullum iuramentum apud ſuperos firmius eſſet, aut religioſius, quàm cùm per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Styge profluit. Cùm Orco rationem habere, uel ponere, eſt periculo mortis ſeſe exponere, cùm id præuideamus, quod ſolent agricolæ, qui in peſtilenti agro quamuis fructifero ſerunt. Varr. 1. de Re ruſti. capite 4. Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus eſt incertus, ſed etiam colentium uita. Vergilius 4. Aeneidos. Stygioq; caput damnauerat Orco.

ORDESSVS, (ὀρδησσός) fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens, miſcetur cum Iſtro. Herodo. lib. 3.

ORDEVM, dij, & Ordaceus, a, um. Vide Hordeum.

ORDINARIVS, ria, rium, {Ordinario} (τεταγμένος, τακτός) in quo ſeruatur ordo. Ordinaria ſemina, dicuntur ordine diſpoſita. Colum lib. 3. capi. 13. Conſitis compluribus inter ordinaria ſemina malleolis. Sic & ordinaria uitis, apud eundem eodem lib. cap. 16. Vitruuius libro 2. Ordinarios lapides appellat, qui ſunt eiuſdem formæ, & ordinis, et inter ſe ſimiles. Ordinarius homo, (ut poſt Oppium docet Feſtus) dicitur homo ſcurra, & improbus, quiq; aſſiduè in litibus moratur, ob eamq; cauſam in ordine ſtat prætorem adeuntiũ.

Sic per contrarietatem, ut ait Aelius Stylo, minimè ordinatè uiuit. Extraordinarium, (παράταξιν) quod fit extra ordinem. Ordinaria conſilia, Liuius libro 7. Bell. Pun. Ordinarium officium Senecæ dicitur, ubi præficitur aliquis certæ functioni, libro 3. de Benefic. Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. Ordinarius ſeruus, apud Vlpian. l. item apud Labeonem. §. prætor ait. ff. de iniurijs.

ORDINO, {Ordinare} (διατάττω, τάττω) ſuo quæque ordine diſpono: unde & Ordinatum dicimus inquit Budæus: rectè, atque ordine cõſtitutum. Liu. 9. Belli Punici. Scipio poſteà quàm in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq;. Horatius Epo. 17. In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum. Ordinare locum uitibus, Colum. lib. 5. cap. 3. Partes orationis ordinare, Cic. 1. de Inuen. Ordinare Reipub. ſtatum. Sueton. in Iul. Cæſ. capi. 40. Conuerſus hinc ad ordinandum Reipublicæ ſtatum. Ordinatus, a, um, participium. Liuius 4 Bel. Pun. Vt ueterum militum uerba audiuit, quàm multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione tam ordinatæ diſciplinę animaduertit. Ordinatè aduerb. ad Heren. 4. Quæ ſi ſequemur acutè & citò reperiemus: diſtinctè & ordinatè diſponemus. Ordinatim, aliud aduerbium. Cæſar 2. Bel. Gal. Ita faſtigiato, atque ordinatim ſtructo, &c. Ordinatio, onis, uerbale. Colum. lib. 12. cap. 3. Vt ordinatio conſtituta conſeruetur. Pli. Epiſt. 205. Cum certius de uitæ noſtræ ordinatione, aliquid audieris. Ordinatio pro adminiſtratione prouinciæ. Suet. in Nero. ca. 40. Spoponderunt tamen quidam de ſtatuto et ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum. Ordinator, oris, Senec. epiſt. 110 In his opus eſt illi alieno conſilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato: & litis ordinatori. Hinc etiam fit compoſitum Præordino, antè ordino.

ORDIOR, diris, {Commenciare à parlare, commenciare} (καταβάλλομαι, ἄρχομαι) orſus & orditus, teſte Priſciano, præteritum facit: ſed quum facit Orſus, ſignificat fari incipio. Verg. 1. Aeneid. Venus contra ſic filius orſus. Cicero pro Marcel. Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. Liui. libro 1. ab Vrb. Vnus rem ex compoſito orditur: id eſt, narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Cic. 5. Tuſcul. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modo animal, ſed etiam quod ita ortum eſſet ex terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe uoluit? Orſum, aliquando poetæ pro eo qui ſinit, abuſiuè poſuerunt. Vergi. 9. Aeneid. Sic orſus Apollo, Mortales medio aſpectus ſermone reliquit. Quum autem facit Orditus, ad telæ, teſte Priſciano, uel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat, ἱστουργέω. Plini. lib. 11. cap. 24. Araneus orditur telas, tantiq; operis materiæ uterus eius ſufficit. Ab Ordior fit uerbale Orſus, us, quod ſignificat telæ, uel alterius operis principium. Verg. in Culic. Atq; ut Araneoli tenuem formauimus orſum.

Veteres etiam Ordio protulerunt. Afranius: Expecta tamen, animo me ordire oportet. Compoſita huius uerbi ſunt Abordior, Exordior, & redordior, d, litera euphoniæ gratia interpoſita. Eſt autem Redordiri, quod orſum erat retexere. Plinius libro 9. cap. 17. Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordienda fila eademq; rurſus texendi.

ORDO, dinis, {Ordine, diſpoſitione} (κατάταξις, τάξις) eſt digeſtio, & in ſuo loco rei cuiuſque collocatio: ueluti in acie fit, ubi pedites, ubi alæ, cæte[ri] aq; omnia ſuo quæq; ordine collocantur. Cic. 2. de Orato. Ordo eſt, qui memo[riæ] uitæ maximè lumen affert. Vergili. 5. Aenei. Terno conſurgunt ordine remi. D[i]gerere in quincuncem arborum ordines. Cicero de Senectu. Aliquando etiã Ordo dicitur pro qualitate & ſtatu hominum, τάγμα, τίμημα. Cicero d[e] præ[tura urbana]: M. Octauium hominem ornatiſſimum loco, nomine, ordi[ne], ui[r]tute. Tres erãt ordines Romæ, Senatorius, Equeſtris, & Plebeius: ab A[ri]ſtotele τάξεις dicuntur. Vergilius. 7. Aene. Tum ſatus Anchiſa delectos a[b] ordine ab omni. Vbi Serui. ordine ab omni. id eſt, ex omni qualitate dignitatum quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoq; ſeruatur. Ordo am[pliſſimus], Senatorius uocabatur. Cicero pro Domo ſua ad Pontifices: Quid [...], cum Senatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem, ſed eti[am] plorare, & ſupplicare mutata ueſte, prohiberent? Ordines ducere, dicuntur, qui mi[li]tibus præſunt, ut Tribuni militares, Centuriones, atque alij. Liu. 2. ab Vrb. Noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebant, a[c] ... militiæ decora, uulgo miſerantes eum iactabant. Accipitur quandoq; [p]ro ipſis hominibus, hoc eſt ijs, qui ſunt eiuſdem dignitatis, ut ſunt Equites, C[on]ſules, & cæteri, quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cic. 3. Offi. Qui e[...] ſſet, ut ar gentarius, apud omnes ordines gratioſus: id eſt, apud omnium ordi[num] homines. Salluſt. Sæpenumero Patres conſcripti, multa uerba in hoc ordi[ne] u feci. id eſt, in Senatu. Aliquando refertur ad fortunas, & genus uitæ. Vnd[e] Donatus, exponens illud Teren. in Eunuc. Conueni hodie adueniens quen[dam] mei loci hinc, atque ordinis hominẽ; Mei, inquit ordinis hominem, id eſt p[...] auperem, quemadmodum ego. Sic honeſti ordinis homines dici poſſunt opule[nti]. Ordinis inferioris amici dicuntur, qui ſunt infimæ conditionis, uel infimi amici & omnium minimi. Cice. de Amic. Nunquam ſe ille Philo, nunquam [...] Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Extra ordinem apud Iuriſconſultos, id eſt, ſine uerbis & formulis ſolennibus. Paulus in l. ordo. ff. de publ. iudi. Ordo exercendorum publicorum iudiciorum [...] in uſu eſſe deſijt: durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina prob[a]ntur. Extra ordinem metaphoricẽ, eximiè, quaſi præter cæteros. Cic. ad A. Cec. lib. 6. Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem de teipſo habemus, no[n] ſolum propter dignitatem & uirtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingeniu[m], ſummãq; uirtutem. Inde ſiunt Interordo, & Interordinium, de quibus ſupra.

ORDOVICES, populi fuerunt Britanniæ inſulæ arduis montib[us] proximi: apud quos (ut Tacitus ſcribit lib. 12. Hoſtorius dux Romanus Caratacum regem uiuum cepit, Romamq; miſit.

OREA. æ {Freno, morſo} (χαλινός) ab ore fit, & ſignificat frenu[m], dictumq; quòd ori inſeratur. Titinnius in Setina: Et ſi tacebit, tũ gaudebit ſibi permitti oreę. Trebellius pro ſe apud populum: Equo qui mihi ſub fœm[...] ibus occiſus erat, oreas detraho, inſpectante L. Stertinio Auctor Feſtus. A[...] uero di cuntur illę habenarum partes, quæ circa aures religantur.

OREADES, (ὀρειάδες ἢ ὀρεστιάδες) montium Nymphæ. Nam ὄρος Grecis montem ſignificat. Verg. 1. Aene. Exercet Diana choros, quam ſ[e]... Hinc atq; hinc glomerantur Oreades.

OREGES, pars Tauri montis, in Caſpium mare uergens. Plinius libro quinto, capite. 20.

OREON, pen. prod. (ὄρειον,) tertia ſpecies polygoni, teſte Pli. lib. 27. cap. 12. teneræ harundini ſimilis, uno caule, denſis geniculis, in ſe fractis fol[i]js pictæ. Naſcitur in montibus: unde nomen accepit.

OREOSELINVM, (ὀρεοσέλινον) montanum apium, cicutæ folijs, radice tenui, ſemine anethi: minutiori tamen Plinius lib. 20 cap. 11. Quar tum genus ex eodem faciunt aliqui Oreoſelinon, palmum alto frutice ac recto, ſemine cumino ſimile urinæ & menſtruis efficax. Latini Apiũ montanum uocant: Græci ἔτι πετροσέλινον ἄγριον, hoc eſt, petroſelinum agreſte.

ORESITROPHEVS, (ὀρεσίτροφος) unus ex canibus Actæonis, ita dictus ἀπὸ τῶν ὀρῶν, καὶ τρέφειν, quaſi in montibus educatus. Ouid. 3. Meta. Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit, Proxima Therida mas: Oreſitrophus hæſit in armo.

ORESTES, (ὀρέστης) Agamemnonis, & Clytemneſtræ filius ſic appellatus ob ferinam, atq; agreſtem, & quaſi montanam naturam, cui ſoror Electra necem parari ab Aegiſtho: qui patrem Agamemnona interfecerat, matremq; conſtuprauerat, præuidẽs ipſum per pædagogum in Phocidem clam ablegat ad Strophium Phocenſium principem, qui Agamemnonis ſororem duxerat. Illic. xij. annos demoratus, cum pædagogo ſuo Argos rediſt: ubi ſub ſpecie hoſpitum Phocenſium, quos Strophius miſerat, ut Oreſtis obitum nuntiarẽt, intromiſſi ad Clytemneſtram, eandem cum Aegiſtho adultero conſcia Electra in ultionẽ patris occidit, ut ſcribit Sophocles in Electra, & Eurypides in Oreſte. Deinde Pyrrhum quoque Macarei ſacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quòd Hermionem Menelai filiam ſibi prius deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furijs, quibus nõ antè purgari potuit, quã ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpetrata facinora expiauerit. Vide ſupra in dictione Iphigenia. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem, periculorumq; omnium ſocium, cum quo tam ſanctè amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recuſaret. Ci. de Amicitia: Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuuij ſuerũt noua fabula cum ignorante rege, uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret.

ORESTIS, idis, (ὀρεστίς) regiuncula Macedoniæ, in eo tractu, qui mari Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Oreſtæ, Amantinis finitimi: quorum meminit Pli. lib. 4. cap. 10.

ORETÆ, (ὀρεῖται) gens Indica, ſecundum Strabonem lib. 15. poſt Arbim amnem Arianorum: quos Pli. lib. 6. ait, non Indorum, ſed propria uti lingua. Lucanus lib. 3. Tum furor extremos mouit Romanus Oretas.

ORETENVS, {Sino alla bocca} (μέχρι τοῦ στόματος) uſque ad os, Gellius: Guttum Samium ore tenus imprudens inane, tanquam ineſſet oleum, affert.

OREVS, pen. pro. (ὄρειος) dictus eſt Liber pater, à montibus, in quibus ei ſierẽ ſacrificia ſolebant. Feſtus.

OREXIS, {Appetito} (ὄρεξις) Græcè, Latinè appetitus, ſeu eſuritio dicitur, ab ὀρέγομαι, quod eſt appeto. Iuuen. Satyr. 6. De quo ſextarius alter ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. Idem Satyr. 11. Hinc ſurgit orexis, Hinc ſtomacho bilis.

ORGANVM, ni, {Organo, inſtrumento} (ὄργανον) idē eſt, quod Latinè inſtrumentum. Ci. lib. 11. Epiſt. ad Brutū: Ὄργανον enim meum erat Senatus. id iam eſt diſſolutum. Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur, quæ ſunt muſicorum inſtrumenta. Quin. lib. 9. cap. 4. Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, ut illi quoq; organorum ſoni, quanquam uerba nō exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem. Iuue. Prętoribus Organa ſemper in manibus, denſi radiant teſtudine tota Sardoniches, criſpo numerantur pectine chordæ. Architectorum quoq; inſtrumenta quædā Organa appellantur. Vitruuius lib. 10. cap. 1. Inter machinas & organa id uidetur eſſe diſcrimen, q machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, ut baliſtæ, torculariumq; prela: Organa autem, unius operę prudēti tractu perficiūt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpionis, et aniſocyclorum uerſationes. Apud Col. lib. 5. ſumitur pro inſtrumento ad metiendum apto, ubi ait: Sic compoſitum organū quum in ſulcum demiſſum eſt, litē domini et conductoris ſine iniuria deducit. Hinc Organicè aduerb. ut, Organicè moueri: & Mechanicè, apud Vitruuiū, pro eo quod eſt, per machinas & per organa, teſte Budæo.

ORGANARII, (ὀργανοποιοί) organorum fabricatores. Iul. Firmi. lib. 2. Mercurius cum Venere in ſexto ab horoſcopo facit organarios, & myropolas.

ORGANICVS, a, um, (ὀργανικός) ut, Saltus organicus Heliconis Luc. lib. 3.
Organici, corum, qui muſicis organis canunt. Lucr. lib. 2. Aequæ Ac muſæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

ORGIA, orum, pe. cor. (ὄργια) neutri generis, & pluralis numeri apud Græcos, teſte Seruio, primùm dicta fuerunt quæuis ſacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos Ceremoniarū. Poſtea tamen abuſiue factū eſt, ut peculiariter hoc nomine Liberi patris ſacra nominarent: ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc eſt, à furore, ut quidam putant, q hæc præcipue ſacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: uel ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc eſt, à montibus, in quibus potiſſimū hæc ſacra fiebant. Innouabantur autem tertio quoq; anno: unde Trieterica dicta ſunt, id eſt, triennalia. Verg. 4. Aen. Vbi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia.

ORGYIA, (ὀργυιά) menſuræ genus, ſex cōtinens pedes, ſiue utriuſq; manus extenſionem, quam Vlnam Latini appellant. Gaza menſuram uertit quatuor cubitorum.

ORIA, æ, nauis piſcatoria. Plaut. in Rud. Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem: Malo hunc alligari ad oriam, ut ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima. Apud Nonium tamen, à quo hæc deſumpta ſunt, Horia legitur, prima uocali aſpirata: quemadmodum etiam utrobiq; legitur apud Plautum.

ORIBASIVS, (Ὀρειβάσιος) Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & quæſtor Cōſtantinopolitanus factus eſt. Scripſit libros medicinę LXXII. ad Iulianum, et eorum epitomen libris nouem ad Euſtachium filium. Præterea de regiis, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius uerò Græcus auctor in eo libro quem de Sophiſtarum uitis conſcripſit, eius uitā pluribus perſequitur. Oribaſius, ait, Pergamenus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit. Iulianoq; propterea ut medicus fuit accerſitus. Inuidia deinde ſuccedentium principum, bonis priuatus, ac in exilium ad Barbaros miſſus, animum philoſophi ſemper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinā & medicinę experimēta perſeuerauit, ut pro deo pene coleretur. Hęc ille.

ORICHALCVM, ci, {Oricalco, ottone} (ὀρείχαλκον, uel ὀρίχαλκον) metalli genus eſt, accedens ad colorem auri, quod olim maximo in pretio habebatur. Vulgò hodie Gallorum lingua uocatur Otonum: ita dictū, ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ χαλκοῦ, quaſi ὄρειος χαλκός, hoc eſt æs montanum. Naſcitur enim in montibus. Cice. 3. Offic. Si quis aurum uendens, orichalcum ſe putet uendere, indicet'ne illi bonus uir, id aurum eſſe? Sunt qui Aurichalcum ſcribant, dicią; putent, quaſi aureum æs: quorū opinioni refragatur primæ ſyllabæ quātitas, quæ ubiq; corripitur. Stat. 1. Theb. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renidēnt.

ORICOS, ſiue Oricum, (Ὠρικός) ciuitas Epiri, à Cholchis condita in cōfinibus Macedoniæ, teſte Pli. lib. 3. cap. 23. iuxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habēs & ſolidum in buxi ſpeciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Ver. 10. Aen. Aut quale per artē incluſum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & Lucan. lib. 3. Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & uagus altis Diſperſus ſyluis Athamas, &c. Hæc quondam inſula cùm eſſet, continenti iuncta eſt. Pli. lib. 2. cap. 86. Epidaurus & Oricum inſulæ eſſe deſierunt.

ORICVLARIVS, pro Auriculario ſubinde apud Celſum legitur, ea ratione, qua Colicul⁹, & Colis, pro Cauliculo, & Caule dicuntur, & Codex, pro Caudex, ut ait Budæus.

ORIENS, tis {Oriente, Leuante} (ἀνατέλλων) participiū eſt à uerbo Orior, idem ſignificans quod ſurgens: ut cum dicimus, Solem orientem, Lunam orientem Sidera orientia. Aliquando ſubſtantiue accipitur in maſculino genere, pro ea parte mundi, in qua Sol oritur, ἀνατολή. Ouid. 7. Meta. Adiicit extremo lapides Oriente petitos. Ver. 1. Georg. Noſq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis, illic ſera rubens accendit lumina ueſper.

ORIFICIVM, orificij, (ſτόμιον) introitus, & ueluti oſtiū uniuſcuiuſq; rei. Vnde duo uentriculi orificia eſſe dicimus, unum ſuperius, acutiſſimo tactus ſenſu præditum quod œſophago adhærens, cibo aditum præbet. Alterum inferius, ſuperiori multo anguſtius, quod Græci πυλωρὸν hoc eſt, ianitorem appellāt: propterea quod ueluti cuſtodis officio fungatur, ciboq; non niſi probe cocto exituq;, exitum permittat.

ORIGANVM, ni, pe. cor. (ὀρίγανος Dioſcoridi) herba eſt, ſiue fruticulus, tā folio, q ramis ſyluestri ſerpyllo ſimilis, comante ſupra cacumen umbella, in qua flores ex albo purpurei, odore iucundo prædıti emicant. Quatuor autē origani commemorantur genera: Heracleoticum, onitis, Tragoriganon, & Syluestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum eſt, circa quam copioſiſſime naſcitur. Secundum ab aſinis, qui eius pabulo maxime delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quod ſine cultura & ſua ſponte prouenıat. Dictum autem putatur Origanum, quod montibus gaudeat. Vide Pli. lib. 20. cap. 17.

ORIGENES, pen. cor. (Ὠριγένης) qui & Adamantius dictus eſt, ſcriptor eccleſiaſticus fuit, qui tempore Philippi primi Chriſtiani Imperatoris fidem Euāgelicam & ſcriptis, & uiua uoce nō parum illuſtrauit. Incidit tamē in aliquot errores ab Eccleſia dānatos, quos tamen nonnulli ſuſpicantur ab æmulis eius libris fuiſſe inſperſos. Hic adhuc adoleſcens feruido quodam zelo (ſed non ſecundum ſcientiam, inquit Eraſmus) ut liberius & citra pudicitiæ periculum Euangelicæ profeſſioni poſſet incumbere, ſeipſum caſtrauit.

ORIGO, nis, pe. pro. {Origine, principio} (γένεσις) à uerbo Orior, oriris, dicitur de genere, principio, initio, cauſa, ortu, ſtirpe, ſemine, ſiue fonte alicuius rei. Cice. de Vniuer. Nullius enim rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt. Verg. 2. Aen. Nō alios prima creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorē Crediderim. Ouid. 3. Faſt. O' q de tenui Romanus origine creuit. Originatio, onis. Quin. lib. 1. de Etymologia: Etymologia, quæ uerborū originem inquirit, à Cicerone dicta eſt Notatio, quia nomen eius apud Ariſtotelē inuenitur σύμβολον, quod eſt nota: nam uerbum ex uerbo ductū, id eſt Veriloquiū, ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui uim potius intuiti, Originationem uocent. Vnde originale, adiectiuū: ut, Culpa originalis, Originalis decor. Hinc etiam Originarius, adiectiuū, idem quod originalis. Budæus, Originarij ſunt, qui contrahunt municipatū origine principaliter. L. 1. 10. Cod. titulus eſt de Municip. & originarijs.

ORION, (ὠρίων) quaſi Vrion, dictus eſt filius Iouis, Neptuni, & Mercurij. De hoc uariè fabulantur poetæ. Quidam tradunt Iouem Neptunum, et Mercurium, cum terram peragrarent, ſuperueniente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Ariſtonicus Erythreum appellat diuertiſſe, qui eos hilari animo ſuſcepit, cumq; deos eſſe animaduertiſſet, occiſo boue iiſdem ſacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iuſſit ut aliquid muneris à ſe peteret, ſtatim uoti compos futurus: qui nihil ſeſe magis cupere reſpondit q filiū: coniugem tamen ſe non habere, neq; uelle ducere, quod morienti uxori fidem dediſſet ſe aliā non ducturū. Iupiter igitur & reliqui Dij corium immolati bouis ſumpſerūt, in quod cū urinam emiſiſſent, iuſſerunt, ut terra obrutum completis maternis menſibus ſolueret. Quod cum feciſſet, inuenit puerum, quem ab urina Orionē nominauit. Hic poſtea adultus euaſit uenator maximus, adhæſitq; Dianę. Sed cū uiribus fidens gloriaretur nullam eſſe feram, quam non conficeret, Dijs inſolens uerbum ulciſcentibus contigit, ut terra ſcorpionē pareret, a quo ictus periit. Diana igitur ſatellitis ſui obitum grauiſſimē ferēs, eum in coelū iuxta Tauri ſydus conſtituit. Luc. uerò à Diana ſcorpione immiſſo occiſum dicit, et deorū miſeratione in coelum ſublatum. Horatius ab ipſa Diana ſagittis confoſſum tradit, eò q ui uoluerit eam comprimere. Seruius autem hanc fabulam longè aliter tractat, dicens Oenopionis Siculi habitum eſſe filium, qui cum Candiopen (quā alij Meropem uocant) ſororem uitiaſſet, à patre excæcatus eſt: Conſulto igitur oraculo reſponſum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, ut oculorum concauitates ſemper haberet Soli oppoſitas, lumina recuperaturum. Quod cùm facere conaretur, auditu ſtrepitu, ad Cyclopas peruenit, ex quibus unum humeris ſuis impoſuit, cuius ductu Sole ſemper aduerſum habens, oculos recepit. Heſiodus Neptuni, & Euryales filium facit, idq; muneris à patre obtinuiſſe tradit, ut per ſummos fluctus poſſet incedere. Alij ferunt, poſtquam oculis ab Oenopione priuatus eſſet, in Lemnum inſulam ueniſſe, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortū Solis perueniſſe, & ſic uiſum recepiſſe: poſtea uerò reuerſum, Oenopionem ulciſci ſtatuiſſe: ſed quū hic à ciuibus ſuis ſub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibiq; ob arrogātiā à ſcorpione diuinitus immiſſo fuiſſe interfectum. Eſt autē ſignum coeleſte, quo oriente maximæ excitantur tempeſtates. Hinc Verg. lib. 1. Aen. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion, &c. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione ſic dictū uelint, q ortus eius hyemis initium afferat, & mare ac terras tēpeſtatibus turbet. ὀρίνω enim, turbo & concito ſignificat. Plaut. Iugulam uocat, quod ſtellarū fulgore quaſi gladijs armatus, terribilis uideatur. Si fulget, ſerenitatem: ſi obſcurat, tempeſtatē denotat. Habet autem hoc nomen apud poetas primam ſyllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur, q prima ſyllaba olim apud Gręcos per ω diphthongum ſcribebatur: quæ ſecundum proprietatem linguæ Doricæ in ω ſolet commutari: qua ratione conſtat poſſe produci. Poterit tamen et corripi, ſi abijciamus ex prima ſyllaba uocalem ſubiunctiuam, more Græcorū, ut breuem ſyllabam extendant, aliquando aſſumunt uocalem: & ut longā cōtrahant, aliquando uocalem abijciunt. Media autem ſyllaba ſemper producitur. Penultima uerò obliquorum, rurſus eſt indifferens. Lucan. lib. 9. Teſte tulit coelo uicti decus Orionis. Verſus eſt ſpondaicus. Oui. 8. Meta. Strictumq; Orionis enſem. Apud Catu. de coma Berē. legitur nominatiuus Oarion. Proximus (inquit) Hydrochoo fulgeat Oarion.

ORIOR, {Naſcere, uenire à luce} oreris, & oriris, olim tā per tertiā, q per quartam coniugationem declinabatur, hodie tantum per tertiam, excepto infinitiuo Oriri, qui manſit à quarta coniugatione. Ouid. lib. 10. Meta. Tu quoties oreris, uiridiq; in ceſpite flores. Participium præteriti temporis eſt Ortus: futuri autem Orturus, uel Oriturus. quorum poſteriore uſus eſt Hora. lib. 2. Epiſt. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. Eſt autē Orior (φύομαι) idē quod naſcor. Cic. 2. de Legib. Sum illi uillæ amicior modo factus, atq; huic omni ſolo, in quo tu ortus es, & procreatus. Quandoq; ſurgo, prodeo, (ἀνατέλλω) unde, Oriri Solem dicimus. Plaut. in Aulul. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo. Teren. in Adelph. Tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria. Pli. Epiſt. 95. Oritur fons in monte, per ſaxa decurrit. Huius compoſita ſunt, Aborior, Adorior, Coorior. Liuius: Tum uero coorto tumultu terga uertere ſimulantes, paululum ceſſere. Oborior, & Suborior eiuſdem ſignificationis: hoc eſt, ſubnaſcor: ut, Obortæ ſunt lachrymæ, Subortus eſt rumor.
Exorior, enaſcor, prodeo. Cicer. lib. 3. Officio. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.

ORITES, (ὀρίτης) gemma eſt, globoſa ſpecie, à quibuſdam ſiderites appellata, ignem non ſentiens. Plin. lib. 37. cap. 10.

ORITHOS, lege Oricos.

ORITHYIA, pe. pro. (ὠρείθυια Homero) filia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno ſucceſſit, quam à Borea raptam, et in uentum conuerſam poetæ fabulantur. Verum ut Euſebius pro uera hiſtoria refert, Boreas hanc ſibi in coniugem antea denegatam rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea

Zeten & Calain ſuſcepit, qui cũ Argonautis in Colchos nauigauerunt, & Harpias fugauerunt. Vide Calais. Proper. lib. 2. Iam Pandioniæ ceſſet genus Orithyiæ. ¶Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſię matri ſucceſſit in regno. Iuſtinus lib. 2. quam à Borea raptam poetæ fabulantur: ita dicta, teſte Eraſmo, q in montibus maleſica ſua ſacra ſoleat peragere. Et quamuis ἀπὸ τοῦ ὄρεος deduci putetur, quod per o, paruum ſcribitur, tamen propter tot breuium ſyllabarum concurſum o, mutatur in u.

ORIVNDVS, a, um, {*Che ha origine da qualche luogo*} (ὁ ἀρχὴν φέρων γένος, ἀπόγονος) qui originem ducit ex aliquo loco in quo non ipſe, ſed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. Ortus uerò, (γεννηθείς) idem eſt, quod natus, denotatq́ locum, non in quo parentes aut maiores noſtri, ſed in quo ipſi ſumus nati. Liu. 4. Bel. Pun. Nati Charthagine, ſed oriundi à Syracuſis: id eſt, à Syracuſis originem trahentes, unde fuerunt parentes. Inuenitur tamen Oriundus, pro orto, & cum præpoſitione, & ſine præpoſitione. Colum. libr. 1. Nam quemadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt, ipſam ſibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam uicinum ſuis nummis parat, quum à primis cunabulis (ſi modò liberis parentibus eſt oriundus) audiſſe potuerit. Oriundus aliquando non ſolum locum, ſed quandoq́ perſonam denotat. Liu. 4. Bel. Maced. Oriundus à magno Alexandro.

ORMINVM, ſiue potius Horminon, (ὅρμινον Dioſcor.) herba eſt, quam Latini Geminalem, Officinæ Gallitricum uocant: nomen habens ab eo quod Venerem extimulet. Eſt & ſylueſtre Horminon, quod alio nomine Saluiam agreſtem herbarij uocant. Attici quoq́ Corrudam, hoc eſt, aſparagum ſylueſtrem Horminon appellant. Plin. lib. 20, cap. 10. Sylueſtrem aſparagũ aliqui Corrudã, aliqui Libycum uocant, Attici Horminum.

ORMENION, (ὀρμένιον Homero) uicus eſt ad ſinum Pegaſæum, ſub monte Pelio. Vide Strabonem lib. 9.

ORNAMENTVM, ti, {*Ornamento*} (ἀγάλμα, κόσμος, καλλώπισμα) ornatus, apparatus. Cato de Re ruſt. cap. 11. Ornamenta bubus ſex. Sumitur aliquando pro honore, ſiue dignitate. Cic. Licinio: Suſcepiq́ mihi perpetuã propugnationem pro omnibus ornamentis tuis id eſt, honoribus. Ponitur etiam pro beneficio honorifico. Cic. ad Cælium: quæcunq́ à me ornamenta in te proficiſcentur, elaborabo, ut omnes intelligant, &c. Ornamento eſſe idem eſt, quod decorare, ornare. Cic. 6. Ver. Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. Sic pro Roſc. Amer.

ORNATVS, a, um, {*Ornato, polito. Boc. Le polite & ornate camere*} (κεκοσμημένος) participium ab Orno, as, ornamentis decoratus. Verg. 3. Georg. Ipſe caput tonſæ foliis ornatus oliuæ. Feſtus. Ornatus dicitur qui bonis artibus inſtructus eſt, ſiue qui honores adeptus eſt à populo. Ouid. 11. Metam. Nondum totos ornata capillos. Verg. 7. Eclog. Hedera creſcentem ornate poetam. Plaut. in Pœu. Bono ingenio me eſſe ornatam, q̃ auro, multo mauolo. Terent. in Adelp. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus. Cic. pro Flac. Splendidiſſimus, atq́ ornatiſſimus ciuitatis ſuæ uir. Idem pro Quin. E fundo ornatiſſimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus.

ORNATVS, us, {*Ornamento*} (κόσμος) cultus, quo quis ornatur: unde dicimus, Ornatum regium, Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic alium q̃ Alexandrum regio, inſtratus ornatu, recepit in ſedem: alios paſſim eijciens. Cic. 1. Offic. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, q ſtatuas quoq́ uidemus ornatu ferè militari. Idem in Orato. Afferunt hæc quaſi lumina magnum ornatum orationi.

Ornatus ornati. Terent. in Andr. Interea introire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus: Nihil ornati, nihil tumulti.

ORNEÆ, (ὀρνεαί) uicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi ſacra magna ſolennitate celebrabantur: unde Priapus ipſe dictus eſt Orneates, Auctor Strabo libro 8.

ORNEVS, ei, pen. prod. (ὀρνεύς) unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, Ouid. 12. Metamorph. Fugit & Orneus, Lycabasq́ & ſaucius armo Dexteriore Medon.

ORNITHIÆ, (ὀρνιθίαι) uenti ſunt Septentrionales quotannis ſub initium ueris triginta ferè continuis diebus ſpirãtes: ita dicti, teſte Budęo, ab aduectu auiũ, q id temporis hirundines & ciconiæ ad nos tranſuolent. Colu. libr. 11. cap. 2. Decimo Calendas Mar. cum Leo deſinit occidere, uenti ſeptentrionales, qui uocantur Ornithiæ, per dies triginta eſſe ſolent.

ORNITHOBOSCION, {*Luogo da paſcere galline, ouero uccelli*} (ὀρνιθοβοσκεῖον) locus ad paſcendum gallinas & aues. Varr. de Re ruſtic. lib. 3. capi. 9. de his qui ornithoboſcion inſtituere uolunt, &c.

ORNITHOGALVM, (ὀρνιθόγαλον) cauliculus eſt, teſte Dioſco. ſeſquipedalis, candicans, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, à quibus flores pdeũt foris herbacei, & intus, cũ hiare cœperint, lactei.

ORNITHON, pe. prod. huius Ornithonis, (ὀρνιθών) Latinè auiarium. Nam ὄρνιθας Græci aues uocant. Varr. 3. de Re ruſt. ca. 3. Ornithones auiaria ſunt, in quibus ſtabulantur turdi, pauones, & omnes alites, quæ intra parietes uillæ ſolent paſci.

ORNITHOTROPHIVM, pen. pro. (ὀρνιθοτροφεῖον) idem eſt quod Ornithon, locus uidelicet, in quo aues educantur: qua uoce utitur Varr. libr. 3. de Re ruſtic. cap. 5.

ORNO, as, {*Ornare, adornare*} (περιστέλλω, διακοσμέω) colo, decoro, honeſto. Teren. in Eun. Age, eamus intro, nunc iam orna me. Proper. lib. 4. Eleg. 10. Populus & longis ornabat frondibus ædem. Hor. 2. Epiſ. 2. Donis ornatur honeſtis. Cic. 1. Tuſc. Nocturnamq́ cœli formam undiq́ ſideribus ornatã. Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, (ἐπισκευάζειν) quod lingua uernacula dicimus, mettre en poinct. Plaut. in Capt. Ego ibi, ut conueniam ſenem, dicam ut ſibi penum aliud ornet. Item honorare. Cic. Cæſari: Neq́ illius officij certũ nomẽ peto, beneuolentiam tuam et liberalitatem peto, neq́ impedio quò minus (ſi tibi ita placuerit) etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. Ornare fugam, eſt parare fugam. Terent. in Eun. Ita iam ornabat fugam. Ornare manus uerbis, apud Teren. in Eunuch. eſt laudare, & uerbis, quodammodo maius facere. Munus noſtrum ornato uerbis, quod poteris. Hinc ornatè, aduerb. rectè propriè, eleganter, & depoſite: ut, Ornatè dicere, propriũ eſt eloquentis, ut ait Quintil. in Procem. lib. 8. Cice. 1. de Fin. Res uerò bonas uerbis electis grauiter ornateq́ dictatas quis non legat? Idem 4. Acad. Illis ſimilia, ſed opinor explicata uberius & ornatius. Huius compoſita ſunt, Adorno (διακοσμέω) idem quod orno. Liu. lib. 1. ab Vrb. Flaminem Iouis aſſiduum ſacerdotem creauit, inſigniq́ ueſte, & curuli regia ſella adornauit. Eſt etiam Adornare, (ἐπισκευάζειν) bene apparare. Plaut. in Caſ. Intrò abi uxor, atque adorna nuptias. Exorno, & ſuborno, unde alibi.

ORNVS, arbor eſt procera, caudice tereti, læui cortice, quam Colum. lib. de Arbor. cap. 16. Sylueſtrem fraxinum eſſe dicit. A Gallis, teſte Ruellio, uulgo Freſus campeſtris appellatur.

ORO, ras, {*Pregare, orare*} (παρακαλῶ, δέομαι, εὔχομαι) precor, uel peto: & in hac ſignificatione ſæpe habet duos accuſatiuos. Teren. in Eun. Vnum uos oro, ut me in ueſtrum gregem recipiatis. Interdum etiam ponitur abſolutè. Cice. pro Quintio: Orat, atq́ obſecrat, ut multis iniurijs iactatam atq́ agitatam æquitatẽ, in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini. Cic. Cæſ. in Epiſt. ad Attic. li. 9. Quamobrẽ à te peto, uel potius & omnibus precibus oro & obteſtor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias tẽporis huic quoq́ cogitationi. Interdum eſt agere, dicere, (λέγειν) & tunc ſolo accuſatiuo contentum eſt. Pli. lib. 7. ca. 53. Legatus quoq́, qui Rhodiorum cauſam in Senatu magna cũ admiratione orauerat, in limine curiæ protinus, expirauit progredi uolens. Hinc fit Orans participium. Verg. 9. Aen. Et ſic effatus ad undam Proceſſit, ſummaq́ hauſit de gurgite lymphas, Multa deos orãs, onerauitq́ æthera uotis. Oratus, a, um, aliud participium: Hor. 1. Epiſt. 13. Oratus multa prece nitere porro.

Oratum, ti, quod orauimus. Teren in Hecy. Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lacrumem miſer. Oratus, tus. i. precatio, rogatio. Cic. pro Flac. An etiam ſcripſit oratu tuo? Oratio, onis, omnis locutio. Cic in Brut. Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamẽ unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Oratione beneficus dicitur, qui multa promittit uerbis. Orationis operam compendi facere, dixit Plaut in Moſt. i. paucis agere, paucis uerbis dicere.

Orationẽ ſibi parare, eſt cogitare, quid dicturi ſumus. Oratio etiã eſt ipſius oratoris ratio, & argumentorum arte diſpoſitorũ enumeratio: quæ quidẽ omni ex parte perfecta eſt, habetq́ numeros, figuras, et affectus: quales ſunt Orationes Ciceronis. Hinc Oratiuncula diminutiuum. Cic. de Clar. Orat. Indicant eius oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca, ſcripta dulciſſimè. Oratores, cauſarum actores dicti, quos Græci ῥήτορας uocãt. Quamuis apud Latinos Orator à Rhetore ſeparetur, q Orator ſit, qui in iudicijs uel cõcionibus cauſas agit Rhetor, qui Rhetoricẽ profitetur. Item oratores, (πρέσβεις, πρεσβευταί) legati uocantur, q principis aut Reip. mandata peragant. Verg lib. 11. Aen. Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. Item quicunq́ aliquid rogat, Orator dici poteſt. Orator ſic à Cic. definitur: Orator eſt uir bonus, dicendi peritus, qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta utitur eloquentia. Canorus et uolubilis orator. Cic de Clar. Orat. Iuue. Sat. 11. Te conſule, dic tibi quis ſit Orator uehemens, an Curtius, &c. Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo inſtituitur futurus orator. Cic. ad Treb. lib. 15. Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui. Hinc Oratorius, a, um, adiect. quod ad oratorem pertinet: ut, Oratoria præcepta. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam, fortem, & uirilem, nõ uideri. Ornatus oratorius, Quintil. li. 3. ca. 1. Vrbanitas oratoria, Idem lib. 6. cap. 3. Oratoriè, aduer. id eſt, oratoris more, hoc eſt, ornatè, et eleganter. Cic. in Orat. Nihil eſt enim aliud, Brute, pulchre & oratorie dicere, niſi optimis ſententijs, uerbiſq́ lectiſſimis dicere.

Oratrix, apud Quintil. lib. 2. capi. 15. legitur. Compoſita huius uerbi ſunt, Adoro, Exoro, quod eſt orando impetro. Vnde Orator dicitur dum orat: Exorator, quum impetrauerit. Teren. in Prolog. Hecy. Orator ad uos uenio, habitu ſcenico, ſinite exorator ut ſiem. Exoratus, dicitur, à quo quid impetratum eſt.

Deoro & Peroro, ſignificat orationem concludo. Vide ſuis locis.

OROATIS, Plinio, (ὀροάτις Straboni) fluuius eſt Carmanię, in confinio Perſidis, cuius meminerunt Ptol. lib. 6. cap. 3. Pli. lib. 6. ca. 23. & Strab. lib. 15.

OROBA, (ὄροβα) urbs eſt Aſſiriæ, in Mediterraneis. Ptol. lib. 6. cap. 1.

OROBANCHE, (ὀροβάγχη) cauliculus eſt ſine folijs, altitudine ſeſquipedali, ſubrubens, flore ſubalbido in luteum uergẽte. Nomen accepit à ſtrangulatu, q eruum, & Cicer (nam in hiſce leguminibus ferè naſcitur.) circunligando præfocet: unde etiam à Latinis Eruangina dicitur, uoce Græca ad uerbum reddita. Quidam etiam Cynomorion à canini genitalis ſimilitudine appellauerunt. Vide Plin. 22. cap. 25.

OROBATIS, (ὀροβάτις) urbs mediterranea Perſidis. Ptol. lib. 9. cap. 4.

OROBIA, æ, thuris genus, minoribus conſtans guttis, teſte Pli. li. 12. ca. 14. ab erui ſimilitudine ita dictum quanquam in uulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit Hermolaus.

OROBITIS, (ὀροβίτις) chryſocollæ factitiæ genus, lutea herba, & alumine ſcriſſib tinctum. Rationem conficiendi uide apud Plin. lib. 33. cap. 5.

ORODES, (ὀρώδης) Parthorum rex, à quo Craſſus captus fuit, & occiſus. Vide Plutarchum in Craſſo. Eſt & Orodes [illegible]ci cuiuſdam nomen apud Ver. 10. Aen. qui Aeneæ arma ſequutus à Mezentio fuit interfectus.

OROETES, (ὀροίτης) uir Perſa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannũ dolo captum ſuſpendit. Hic poſtea iuſſu Darij, et opera, aſtuq́ Bagæi Sardibus trucidatus eſt, ut ſcribit Herod. lib. 3.

ORONTES, (ὀρόντης) teſte Pomponio lib. 2. fluuij nomen eſt, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Eſt & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium urbs Antiochia poſita eſt. Hinc Oronteus, a, um, ὀρόντειος. Proper. li. 1. Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

ORONTES, (ὀρόντης) uir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans naufragium fecit, ut ſcribit Verg. lib. 1. Aenei. Vnam quæ Lycios, fidumq́ uehebat Orontem.

OROPVS, pen. pro. (ὠρωπός Stephano) oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. Eſt & alia eiuſdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clariſſima. Rurſus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè inſtaurata, & à nomine patriæ ſuæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ quę enumerantur à Stephano.

OROPYGIVM, uide in dictione Vropygium.

ORPHANVS, {*Orfano*} (ὀρφανός) qui caret patre, præſidioq́ paterno. Pupillus, qui caret patre, ſed non pręſidio paterno, quum tutore iuuetur.

ORPHEVS,

ORPHEVS. {*Pet. Che ſe d'Orpheo leggendo o d'Amphione*} (ὀρφεὺς) poeta, ſeu aures genere Trax, Calliopes & Apollinis filius, quam à Mercurio. ſiue ut alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, eaq; tantum ualuiſſe, ut illius cantu ſyluas & ſaxa mouerit, fluuiorum curſum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit. Eurydicen uxorem habuit, quę Ariſtæum uim ſibi inferre uolentem fugiens à ſerpente occiſa eſt: ob cuius mortem Orpheus maximè contriſtatus, accepta lyra, ad inferos deſcendit, ubi ſuo cantu à Proſerpina uxorem Eurydicen recepit. Sed quum eandem nō ſeruata lege à Proſerpina ſibi impoſita, rurſum amiſiſſet, cœlibem uitam agere ſtatuit, cumq; iā multas nuptias reieciſſet, aliosq; inſuper à mulierum conſortio deterreret, atq; in puerorū amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrum fluuium occiſus, & diſcerptus eſt: cuius membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerūt, dederūtq; ea ſepulturæ: lyra uero & caput in Hebrum deiecta, ad Lesbon inſulam delata ſunt ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem in cœlū aſſumpta. Vergil Eclog. 4. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, &c. Alij Orpheum Ciconum regem, Oeagri (è quo Oeagrius appellatur) & Polyhymniæ filiū fuiſſe dicunt, atq; cum Argonautis in Colchos nauigaſſe, ideoq; aſſumptū q iuxta uaticinium Chironis, Sirenes præteriri non poterant, niſi pręſente Orpheo. Sunt qui duos Orpheos fuiſſe dicant quorum alterum Colchos nauigaſſe perhibent.

ORPHEVS, phea pheum, pen. prod. (ὀρφεῖος) denominatiuum ab Orpheo. ut Orphea cithara. Mart. li. 1, Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

ORPHNÆVS, (ὀρφναῖος) apud Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. unus eſt ex equis Plutonis. à tenebris nomen habens; Orphnæus crudele micans, Aethonq; ſagitta Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus Armenti, ditisq; nota ſignatus Alaſtor.

ORREA, æ, (ὀρρέα) oppidum in occidentali tractu Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

ORSILOCHVS, (ὀρσίλοχος) filius fuit Idomenæi. Hic patrem ſecutus ad expeditionem Troianam, cū per totum bellum ex uoto omnia ſucceſſiſſent, in exitu rei ob inſolentiam, dum obſtaret totis uiribus, ne ex præda capti Ilij ſors debita daretur Vlyſſi, ab eo occiſus eſt.

ORSVS, ſa, ſum. {*Che ha comminciato*} (κατάρξάμενος) in ſignificatione actiua, accipitur pro eo qui incipit, uel incepit, Ver. 2. Aen. Inde toto pater Aeneas ſic orſus ab alto Idem 1. Aen. Veneris contrà ſic filius orſus.

ORSVS, orſi, ſubſtantiuum. {*Incomminciamento*} (ἀρχὴ) uel pluraliter Orſa, orum, dicuntur incepta, uel initia. Liu. in Præfat. operis, Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Verg. 11. Aen. Sic ore uiciſſim Orſa refert. Hoc eſt cœpta uerba, ut interpretatur Seruius.

ORSVS, us, nomen uerbale. Cic. 2. de Diui. Scire ratos'ne haberant, an uanos pectoris orſus.

ORTHIVM CARMEN, (ὄρθιος νόμος) genus eſt modulationis muſicę, quod Arionem Cecinniſſe refert Herod. lib. 1. priuſquam ſe in mare pręcipitaret ſic fortè dictū, quod eius carminis numeri q̄ altiſſima, & intentiſſima uoce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt, quod arduum eſt, & q̄ altiſſimè eleuatum. Gell. lib. 16. cap. 19. Stansq; in ſummæ puppis foro, carmen, quod Orthium dicitur, ſublatiſſima uoce cantauit.

ORTHOCORYBANTES, (ὀρθοκορυβάντες) populi ſunt Medis et conſ ſiorum, quorum meminit Herod. lib. 3.

ORTOOOOXVS, {*Che ha buona opinione*} (ὀρθόδοξος) homo rectæ opinionis ſiue ſententiæ, aut fidei. δόξα enim gloriam, & exiſtimationem, ſiue opinionem & ſententiam ſignificat. Hinc Ortodoxia, (ὀρθοδοξία) recta opinio.

ORTHOGONVS, pen. pro. (ὀρθογώνιος) rectus angulus, qui ex utraq; parte æqualis eſt. Hinc Orthogonius, adiect. quod rectis angulis conſtat: & omniū partium æqualitatem habet. Col. lib. 5. cap. 2. Orthogonius ager.

ORTHOGRAPHIA, (ὀρθογραφία) recta ſcriptura. uel pictura. Quin. lib. 1. cap. 7. Quod Græci Orthographiam uocant, nos rectè ſcribendi ſcientiam nominamus.

ORTHOMASTICA, poma dicuntur, ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. cap. 14.

ORTHOMINVM, (inquit Calepinus, Perottum ſecutus) eſt lini genus quod fit è panicula paluſtris arundinis. Sed uterq; lapſus eſt uitio corrupti exemplaris. Nam apud Pli. lib. 19. cap. 1. ex quo loco Perottus ea, quæ de ligni generibus conſcripſit, eſt mutuatus, legitur Orchomenium linum. Quod ideo admonere uiſum eſt, ne quid temere uideamur reſecuiſſe.

ORTHOEPEIA, (ὀρθοέπεια) eſt recta locutio, & emendata cū uocis ſuauitate prolatio. Apud Græcos enim ὀρθοεπεῖν eſt rectè & propriè loqui.

ORTHONPOEA, uide Orthopnoici.

ORHOPNOICI, (ὀρθοπνοϊκοὶ) aſthmatici dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, ut niſi recta ceruice ſtent ſpirare non poſſint. Orthopnœa (ὀρθόπνοια) ipſa paſſio ὀρθὸν enim rectum, πνέω ſpiro. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atq; aliud nomen habet, prout ſe magis, minusq; intendit: omne tamen inſpirandi difficultate conſiſtit. Sic difficultas hęc dū modica eſt, δύσπνοια Græce dicitur. Quum uehementior, & ſpirare æger ſine anhelatione non poteſt, ἄσθμα uocatur. Quum acceſſit id quoq;, ut ſpirare non poſſit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Diſpnoici, Aſthmatici, Orthopnoici: à Latinis uerò uno uocabulo, Suſpirioſi dicuntur. Vide Celſum lib. 4. cap. 4.

ORTHOSIA, (ὀρθωσία) oppidum eſt in ea parte Syrię, quæ Libano mōti ſubiacet: cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 20.

ORTOSTATAS, Vitru. lib. 2. cap. 8. & lib. 10. cap. 17. poſtes uocat ianuæ, eò q arrecti ſtent, non iaceant tranſuerſi, quemadmodum limina. Alibi ca. 16. arrectaria tigna uocat, teſte Budæo.

ORTHRAGORISCVS, (ὀρθραγορίσκος) Latinè aper, ſiue porcus, piſcis in Arra fluuio Laconiæ qui uocalis eſſe perhibetur. Vide Plin. lib. 32. c. 2. Sed & porcelli lactentes, & adhuc ſubrumi, ita nominantur apud Lacedæmones (inquit Athenæus) ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι. quoniam matutinis temporibus uenales circumferantur.

ORTI HESPERIDVM, (κῆποι ἑσπερίδων) in Africa fuerunt, inter duas Syrtes, Poetarū fabulis plurimūm celebrati, cum reuera nihil ferant, præter oleaſtrum. Vide ſupra in dictione Hortus.

ORTI PENSILES, (κῆποι κρεμαστοὶ) qui ſupra ædificia facti, uel ſupra columnas erecti pendent. Vide Hortus.

ORTON, (ὄρτων) Ptolem. lib. 3. cap. 1. Pelignorum urbs, hodie Ortona.

ORTOPLA, (ὀρτόπλα) Liburniæ urbs Ptole. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

ORTVS, a, um, uide in uerbo Orior, & in nomine ortundus.

ORTVS, tus, nomen, {*Natiuità, naſcimento*} (γένεσις ἐπ᾽ ἀρχῇ, ἀρχὴ, προσχέτευξις) ſignificat natiuitatē. Cic. 1. Offi. Non nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat, partē amici. Ouid. 13. Metam. Sed neq; materno quod ſunt generoſior ortu, Nec mihi quod pater eſt, &c. Interdum etiam primam illam corporis cœleſtis apparitionē ſupra noſtrum hemiſphærium, Ortū uocamus, Verg. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. Quin ipſum etiam cœli cardinem, in quo Sol oritur, Ortum appellamus. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio ſpectat ortum Solis æſtiuum.

ORTVS, ti, {*Horto*} & eius deriuatiua, uide in dictione Hortus.

ORTYGIA, (ὀρτυγία, δῆλος) inſula in mari Aegeo, omnium Cycladum clariſſima. Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia (Solino teſte) quia in ea primo uiſæ ſunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας uocant: nos à ſono uocis Qualeas dicimus, Alij, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Vergi. 3. Ae. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiam dicta eſt Delos (ut docet Ariſtoteles) q cūm antea ſub aquis merſa eſſet, ſubitò apparuerit. nam δηλόω, oſtendo ſignificat. Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primūm reperto: ab alijs Cynthia, ab alijs Aſteria, ab alijs Cynæthus. De Delo terræ motu concuſſa, uide Thucydidē lib. 2. Eſt et alia Ortygiæ nomine inſula: in Sicilia, Syracuſarum pars reliquæ urbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethuſam. Hęc ex oppoſito Plemmyrij Sicilię amnis, ſita eſt: de qua Ver. lib. 3. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores Ortygiam, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare, quæ nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

ORTYGOMETRA, pen. pro. (ὀρτυγομήτρα) rex coturnicum eſt, maior aliquantò & nigrior, q̄ coturnices. Dictum eſt compoſita ἀπὸ τοῦ ὄρτυγος, καὶ μήτρας, quaſi Coturnicum matrix.

ORTYX, ortygis, {*Coturnice*} (ὄρτυξ) auis quæ Latine Coturnix, & uulgò Quaka dicitur. Vide ea quę annotauimus in dictione Coturnix. Eſt preterea Ortyx herbæ cuiuſdam nomen, quæ à nonnullis Plantago uocatur, teſte Plini. lib. 21. cap. 171.

ORYX, (ὄρυξ) animal eſt in Getulia naſcens, biſulcum & unicorne, alioqui capræ non diſſimile, pilum habens contra aliorum animalium naturam ad caput uerſum Sub ortum Caniculæ, tanquam eius ſideris aduentum præſentiēs ſixis oculis eam plagam cœli intuetur, ubi primum ſignum hoc exoritur: eoq; conſpecto ſternutat, & ueluti uenerabundus adorat. Auctor Plin. lib. 2. cap. 40. & lib 8. cap. 53. Colu. lib. 10. Feræ pecudes, ut capreoli, damęq;, nec minus orygum, ceruorumq; genera, & aprorum, modo lautitijs & uoluptatibus dominorum ſeruiunt, modo quæſtui ac reditibus.

ORYZA. (ὄρυζα Dioſco.) frugis genus eſt in locis paluſtribus, & uliginoſis maximè prouenìens, folia habens carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: florem autem purpureū. Semen nō in ſpicis, quemadmodum frumenta, ſed in paniculis gignit, aut iubis, more milij, aut panici, Oryzę in Italia maxima eſt copia, teſte Plinio, ubi ex ea ptiſana fiebat, quam reliqui mortales ex hordeo conficiebant. Theophraſtus Oryzon uocat, teſtaturq; ſua ætate peregrinum fuiſſe ſemen, et non ita pridem ex India illatum. Galli abiecta prima litera ſua lingua uocant Rizū.

O ANTE S.

OS, oris, {*Bocca, faccia*} (στόμα) propriè concauum illud, intra quod lingua, dentes concluduntur. Plin. lib. 11. cap. 37. Continui dētes, aut utraq; parte oris ſunt, ut equo. aut ſuperiore primores non ſunt, ut bobus, ouibus. Quandoq; ponitur pro facie. Verg. 1. Aenei. Os humerosq; deo ſimilis. Nonnunquam etiam de brutis dicitur. Verg. 12. Aene. Ora citatorum dextra detorſit equorum. Neq; ſolū de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie quę cernitur: et quicquid in aliqua re patet, Os dici poteſt. Idem 3. Georg. Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os. In hac autem ſignificatione Os producitur, cūm Os, oſſis corripiatur: & habet omnes caſus plurales præter genitiuū Orum. Verg. lib. 8. Aen. Componens manibusq; manus, atq; oribus ora. Accipitur aliquando. Os pro impudentia, uel temeritate. Cic. 6. Verr. Os hominis, inſignemq; impudentiam cognoſcite. Nonnunq̄ etiam pro præſentia, & conſpectu Tacit. lib. 19. in conſpectum Iulianus ad L. Vitellium perductus, uerberibus ſerdatus, in ore eius iugulatur. Sall. in Iugur. Incedunt per ora ueſtra magnificè. Huius nominis deriuata ſunt Oſculor, Oſtium, Oſculum, Orea, Omen, Orificium, & fortè nonnulla alia, quæ uidebimus ſuis locis.

OS, oſſis, {*Oſſo*} (ὀστοῦν) ſignificat ſolidamentum illud corporis, quod neruis alligauit natura. Cic. 2. de Natu. Deo Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corpori, mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Verg. 1. Geor. Grandisq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris. Oſſa etiam uocantur lapilli illi, qui in prunis, dactylis, ceraſis, ſimilibusq; fructibus medium tenent locum. Sueto. in Claud. Quoties poſt cibum obdormiſceret, (quod ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur Ab Os fit compoſitum Exos, (ἄνοστος) quod oſſibus caret. Lucil. Exos, & Exanguis tumidos perfluctuat artus. Inde fit uerbum Exoſſo, quod eſt oſſibus exuo, uel oſſa detraho: unde, Exoſſare piſces dicimus. Apul. Eſquammatus, atq; exoſſatus piſcis iam palpitat amplius. Deriuata uide ſuis locis.

OS LEONIS, genus herbæ, florem faciens purpureum. Colum. Narciſſiq; comas, & hiantis ſæua leonis Ora feri.

OSCA, (ὄσκα) oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Ilergetum, Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

OSCELA, (ὄσκελα) Lepontinorum in Alpibus Cottijs auctore Ptolemęo lib. 3. capite 1.

OSCEDO, inis, pe. pro. {*Sbadagliamento*} (χάσμη, τὸ κενωμάτιον) uitium quo quis tenetur, ut ſæpius oſcitet. Gell. lib. 4. cap. 20. Deliberatum de nota eius, qui

ad cenſores ab amico aduocatus eſt, et in iure ſtans, clarè nimis, & ſonorè oſcitauit, atq; inibi prope ut plecteretur fuit, tanquam illud indicium uagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atq; apertæ ſecuritatis. Sed quum ille deieraſſet, inuitiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatione uictum, teneriq; eo uitio, quod Obſcedo appellatur, tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. Serenus: Hinc Oſcedo fugit, linguæ quoq; uulnera cedunt.

OSCHEON, (ὄσχεον) Latini Scrotum dicunt, id eſt, teſtium receptaculum. Nam Celſus ubi de morbis tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent. Sinus (inquit) qui conſpicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis dicitur: noſtri, Scrotum uocant.

OSCI, (ὄσκοι) Italiæ populi, qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vnde Obſcœna uerba dicta. (ut quibuſdam placet) quaſi Oſcena. Oſcus, a, um, adiect. Cice. Maria, lib. 7. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cum oſcos ludos uel in Senatui noſtro ſpectare poſſis. Horat. 1. Ser. Saty. 5. Meſſi clarum genus Oſci. Tellus Oſca, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

OSCILLO, las, Oſcillorum ludum exerceo, oſcilla moueo, uel in altum proiicio. Dicta autem ſunt oſcilla, teſte Feſto, quòd os cellant, id eſt, inclinent, præcipitaq; in os ferantur. Oſcillantes ait Cornificius ab eo dictos, quod os celare ſoliti ſint propter uerecundiam, qui eo luſus genere utebantur. Cauſa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quòd prælio quod ei aduerſus Mezentium Ceritum regem fuit, nuſquam apparuerit, iudicatusq; ſit Iupiter Latialis factus eſſe. Itaque per ſex eos dies feriatos liberos ſeruosq; requirere cum non ſolum in terris, uerumetiam qua cœlum uideretur poſſe adiri per oſcillationem. Hæc ille. Seruius putat eſſe compoſitum ab Os, & Cilleo, les: quòd in hoc ludi genere cillerentur, id eſt, mouerentur ora. Nam Cillere mouere eſt. Plaut. in Amphi. Næ illi edepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oſcillet probè. idieſt, os moueat, probe ipſum pugnis percutiendo.

OSCILLVM, cilli, {Bocchina} (στομάτιον, σόμιον) diminutiuum à diminutiuo Oſculum, pro paruo ore, ſicut à tantulo, Tantillum. Colum. libr. 2. cap. 10. Reliquum quod ſupereſt ſeminis, in tabulatum, quò fumus perueniat, optimè reponas: quoniam ſi humor inuaſerit, uermes gignit, qui ſimul atq; oſcilla lapillorum adederint, reliqua pars enaſci non poteſt. Oſcilla item (ἀγαλμάτια) ſigilla ſunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & uænales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis Diti patri, & Saturno piacula faciebant, ut inquit Macrobius lib. 1. cap. 5. Verg. lib. 2. Georgic. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Et ſic ab Oſculum ſit, quum ſignificat faciem paruam uel totam ſpeciem.

OSCINES, pe. cor. (ἄσμαι, οἰωνοί) ab ore, & canendo, aues ſunt, teſte Varrone, auſpicium ore facientes. Horat. li. 3. Carm. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Plin. lib. 10. cap. 19. omnes aues quæ canunt, Oſcines dici exiſtimat, diſtinguitq; Oſcinem ab Alite cantu. & contrà, Alitem ab Oſcine magnitudine. Nunc, inquit, de ſecundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur ſpecies, oſcines & alites. illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.

OSCINVM, (οἰωνοπολίου) augurium auium. Cic. 2. de Legibus: Fulgura, atq; oſcina piato.

OSCITO, as, pe. cor. {Sbadagliare} (χασμῶμαι) ex Os, & Cito, proprie ſignificat, os commoueo, & os totum aperio, ut ſit præ ſomno aut tædio. Quod quũ toto corpore ſit, Pandiculari (σκορδινᾶσθαι) uocatur. Gell. li. 4. cap. 20. Et in iure ſtans clarè nimis & ſonorè oſcitauit. Lucr. lib. 3. Oſcitat extemplo tetigit cũ lumina uillæ. Ponitur aliquando pro aperiri. Pli. lib. 16. ca. 24. Sed omniũ ſolis quotidie ad Solem oſcitant, &c. Hinc Oſcitans participiũ, quod aliquando in nomen migrat, ſignificatq; otioſum & negligentem, ῥᾴθυμος. Cice. 1. de Nat. Deo, Quæ Epicurus oſcitaos hallucinatus eſt. Idem 2. de Orat. Et iſtam oſcitantem & dormientem ſapientiam Scæuolarum, & cæterorũ beatorũ otio concedamus. Hinc etiam ſit uerbale Oſcitatio, quod propriè ipſum oſcitandi actum ſignificat. Pli. lib. 7. cap. 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt, Aliquando tamen pro otio & animi ſecuritate accipitur, quæ ῥᾳθυμία à Græcis dicitur. Dicitur & Oſcitor deponens lib. 4. ad Here. Quum etiam maiores calamitates impendere uideantur, ſedetis, & oſcitamini. Oſcitanter, negligenter, (ῥᾳθύμως) Cic. de Cla. Ora. Tam ſolute egiſſet, tam leuiter, tam oſcitanter, & oſcitabunde,

OSCVLOR, aris, {Baſciare} (φιλέω) dare oſculum. Cic. Appio Pulchro libr. 3. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam uerò oſculatus. Fibum mater oſculata eſt, Cic. pro Muræna. Amplecti, in manibus habere, fouere, oſculari aliquem, Cic. Len. lib. 1. Oſculatio, onis, (φίλημα) uerbale. Cic. pro Cælio. Non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, &c. Catullus ad Iuuentiũ: Non ſi denſior aridis ariſtis Sit noſtræ ſeges oſculationis.

OSCVLVM, culi, {Bocchina, baſcio} (φίλημα) diminutiuũ paruum os. Quod eſt contra Priſcianum, qui uult Oſculum non tenere ſignificatum primitiui. Oui. 1. Meta. Videt igne micantes Sideribus ſimiles oculos: uidet oſcula, quę non Eſt uidiſſe ſatis. Ponitur etiam Oſculum pro baſio: quoniam baſiando os coarctamus, atq; minuimus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Ci. ad Att. Atq; utinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad oſculum, Atticæ poſſim currere. Donatus ita diſtinguit hæc tria, Oſculum, Baſium, & Suauium: ut Oſculũ officij ſit, ut cum e longinquo redeuntes ſalutamur, atq; oſculamur. Baſium pudicorũ: ut patris & filij: Suauium uoluptatis, à ſuauitate dictum. Sed hæc differentia non obſeruatur. Nam & oſcula & Baſia impudicorum dicuntur, & Suauia pudicorum. Ouid. 1. de Arte aman. Quãtũ defuerat pleno poſt oſcula uoto? Et paulo antè: Oſcula qui ſumpſit, etc. Catullus ad Leſbiam. Da mi baſia mille. Cic. ad Att. lib. 16. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, ſuauium dato.

OSI, (εἴθε) aduerb. optand. Perſius: Oſi, ſub raſtru crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule. Reliqua uide in dictione O.

OSIRIS, pen pro. (ὄσιρις) Oſiris, uel Oſiridis, ſuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, ſucceſſitq; Phoroneo in regnum Argiuorum. Poſtea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit glorię deſiderio. Quos quum ſubegiſſet, Iſidem (quæ et Io uocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit uxorē. Vbi, quum illi literas, Oſiris uarias artes Aegyptios docuiſſet, uterq; diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio, uel (ut Seruius ait) à Typhone fratre, clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus repertus eſt: curaritq; eum Iſis ſepeliendum in Abato, inſula eius paludis quæ Memphi proxima eſt, quam & Stygem, id eſt, mœrorem appellant: nec niſi ſacerdotes, certis diebus eosq; mitratos eò accedere uoluit. Sed quum appariſſet Aegyptijs deinde bos quidam, Oſirim putarunt, adorauerúntq; ut Deum, & uocauerunt Apim, id eſt, bouem, eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Tibullus li. 1. Eleg. Te canit, atq; ſuum pubes miratur Oſirim Barbara, Memphiten plangere docta bouem. Martia. lib. 9. Non illam mille cataſtæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Oſiride ſic habet Euſebius li. de Præpa. Euang. Diodorum Siculũ inducens: Aegyptios ferunt primos omnium cœleſtium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putaſſe, ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nuncupaſſe, à proprietate quadã inditis ipſis nominibus. Nam ſiquis ad Latinam linguam uerba transferat, multioculus Oſiris dici poteſt, neque id ab re. Radijs enim ſuis quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perſpicit, ut etiam Poeta dicit: Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Quamuis nonnulli Græcorum Poetæ Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Iſim uerò Priſcam Latinè dicere poſſumus, Lunæ hoc nomine indito, quoniam ſempiterna, priſcaq; ſit. Cui idcirco cornua depingunt, uel quia, quũ minor eſt, cornuta uideatur. uel quòd bos ei apud Aegyptios ſit dedicata, Ferunt Oſirim apud Aegyptios ſatitionem, & aratrum, iniuq; uſum primum reperiſſe, aliaq; nonnulla, quæ latè proſequitur Tibullus lib. 1. Eleg. Oſiris item herba eſt ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in ijs folia nigra, ceu lini, ſemenq; in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubeſcens. Verba ſunt Plinij lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorum Lanariam uocat.

OSIRITES, (ὀσιρίτης) ab Aegyptijs dicitur herba, quam Cynocephaliam, hoc eſt, canis caput uocant, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt ſi quis eam totam eruat, ſtatim mori. Pli lib. 30. cap. 2. Vide ea quæ ſuprà tradidimus in dictione Cynophalia.

OSISIMII, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim amnem. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæſar Oiſiſinos uocat.

OSQVIDATES, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, apud Pli. lib. 4. cap. 19.

OSSA, ſſę, (ὄσσα) mons in finibus Theſſaliæ, Centaurorũ ſtabulum, quẽ Seneca dicit Olympo olim fuiſſe coniunctum Herculis autẽ opera fuiſſe abſciſſum, ab ea parte, ubi per Tempe fluit Peneus fluuius. Luc. lib. 1. Et tantus in æthera clamor, Quantus per inferæ Boreas cum Thracius oſſa Rupibus Incubuit. Hinc Oſſæus, a, um, (ὀσσαῖος) denominatiuum. Idem lib. 6. Theſſaliam qua parte diẽ brumalibus oris Attollit Titan rupes Oſſæa coercet.

OSSEVS, ſea, ſeum. {D'oſſo} (ὀστεϊνος, ὀστώδης) quod ex oſſibus eſt. Vnde Pl. lib. 36. cap. 18 ſcribit inueniri lapides oſſeos. Ouid. in Ibin: Inſequar & uultus oſſea forma tuos. Genitalia oſſea. Plin. lib. 11. cap. 46. Lapis Oſſeus, Idem lib. 36. cap. 18. Oſſeum lignum. Idem lib. 13. cap. 4. Manus oſſea Mauri, Iuuen. Satyr. 5.

OSSICVLVM, li, {Oſſetto} (ὀστάριον) diminutiuum ab Os, oſſis. Pli. lib. 11. cap. 37. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua.

OSSICVLATIM, {Minutamente} aduerb. quod ſignificat minutatim. Cæcil. in Fallacia: Oſſiculatim Parmenonem diuiſa licet legant. Nonius.

OSSIFRAGA, pe. pro. (φήνη) genus aquilæ, ab oſſibus frangendis. Vide Pli. lib. 10. cap. 3. & lib. 30. cap. 7.

OSSIGETANIA, regio Hiſpaniæ, Bæticæ uicina, cuius meminit Plin. lib. 3. capite. 1.

OSSILEGIVM, gi, (ὀστολογία) oſſium collectio.

OSSILEGVS, pe. cor. (ὀστολόγος) oſſium collector,

OSSONOBA, (ὀσσονόβα) Luſitaniæ ciuitas, non procul ab Anæ fluuij oſtijs teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

OSSVARIA, {Luogo doue ſi repongono l'oſſa de defonti} (ὀστοδοχεῖα) appellatur locus in quo defunctorum oſſa reponuntur. Vlp. in l. 2. de Sepul. uiola. Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, ut oſſuariam.

OSTENDO, dis, di ſum, & oſtentum, {Dimoſtrare} (ἀποδείκνυμι, ἐμφανίζω, προχειρίζω) ex Os, & tendo, ſicut ſit in Oſcito, & Oſcillo. Os enim pro facie ſæpe ponitur, quæ pro toto corpore, & non ſolù hominis, ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur, ut Donatus in illud Teren. in Eun. O faciem pulchrã. Faciem, inquit, modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem quæ apparet, & cernitur. Merito ergo Oſtendo ſignificat demonſtro, quia Oſtendo eſt ſpeciẽ ſeu faciem rei monſtro: quia Tendere os. i. faciem extendere ſolemus in id, quod uolumus demonſtrare. Cic. pro Ceci. Sicut & uiuus multis ſpẽ rebus oſtẽdit, & in morte ſua teſtamento declarauit. Oſtendere ſe uirum. Teren. in Eun. Nunc te Parmeno oſtendes qui uir ſies. Oſtendere ſe optimè, eſt optime ſe gerere. Cice. ad Quin. fra. COSS. ſe optimè oſtendunt.

OSTENTIFERVM, (τερατοφόρος) ferens oſtenta.

OSTENTO, as, {Dimoſtrare ſpeſſo, uantarſi} (προσυποδεικνύω) frequentatiuum ab Oſtentum ſupino formatum, quod ſignificat ſæpe oſtendo. Plaut. in Aul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Oſtentare alicui periculũ capitis, eſt minari mortem, Cic. pro Clu. Oſtentare iugulum pro capite alterius, eſt exponere ſe periculo uitæ pro altero, Cic. ad Att. lib. 1. Aliquando Oſtento idem eſt quod cum iactantia, & gloriãdi cauſa oſtẽdo, ἀλαζονεύομαι. Teren in Eunu. Neq; pugnas narras, neq; cicatrices ſuas oſtentat. Vnde Oſtentatio, (ἀλαζονεία) iactantia. Cic. 4. de Fin. Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. Oſtentator, (ἀλαζών) iactator. Liu. 1. ab Vrb. Oſtentator factorum. Plau. in Cur. in medio propter canalem, ibi oſtentatores meri. Oſtentatus, a, um. particip. Teren. in Eunu. An ego occaſionem Mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam, Amitterem? Cic. pro Roſc. Com. Promiſſa liberalitate alicuius, & oſtentata pecunia.

OSTENTVM, ti, {Moſtro, prodigio} (τέρας) ab Oſtendo, dicitur res aliqua inuſitata, quæ ſtatim futurũ aliquid oſtendit: ut cometę, et tonitrua die ſereno. Monſtrum, quod contra naturam ſit, ut quum naſcitur aliquid mẽbris alterius generis, quod & Promonſtrum quãdoq; dicitur, quaſi porro aliquid mõſtrãs, ſiue monens. Portentum, teſte Feſto, quod licet naturale ſit, raro tamen ſe oſtendit, &

dit, & futurum aliquid cum temporibus interuallo denuntiat. Prodigiũ, quod etſi naturaliter fit, ac ſæpe uenit, ſemper tamen aliquid præſagit mali, ita dictũ quaſi porrò agendum. Confunduntur tamen hæc, & pro eodẽ ſignificato accipiuntur, omniaq́; ab eo, q̃ futurum aliquid oſtendunt, dicta ſunt. Labeo, referẽte Vlpia in l, Oſtentum. ff. de uerb ſig. definit Oſtentum eſſe, contra naturã cuiuſcunq; rei genitum, factumq́;. Duo autem ſunt genera oſtentorum. Vnũ, quoties quid contra naturam naſcitur: alterum, quum quid prodigioſum uidetur. Suet. in Cæſ. Cunctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens, repentẽ apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam Oſtenta in bonam partem. Suet. in Veſp. Iampridem ſibi per hęc oſtẽta conceptã in ſpem imperij uenit. Legitur & Oſtentus, a, um. partici. (ἐπιδεδειγμένος). Pacuuius: In ipſo tempore oſtentum ſemen. i. demõſtratum. Cato de re ruſt. cap. 6. Ager oleto conſerundo, qui in uentum Fauoniũ ſpectabit, & ſoli oſtentus erit: alius bonus nullus erit. Varro lib. 1. de Re ruſt. ca. 25. Qui locus optimus uino ſit, & oſtentus Soli, Amminеum ſeri oportere.

OSTENTOSVS, a, um, (τερατώδης) quod oſtentum facit, ut à prodigium Prodigioſus.

OSTENTVS, tus, nomen, {Dileggiamento} (χλεύη) irriſio dicitur. Sall. in Iugur. Sed quoniam eò natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. Tacit. li. 1. Corpora extra uallum abiecta oſtentui.

OSTEODES. (ὀστεώδεις) inſulæ ſunt Siciliæ adiacẽtes ab ea parte, quà Africam ſpectat. Auctor Pli. li. 3. cap 8.

OSTIA, orum, {Le boche de fiumi} (ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν) fluuiorum patentes aditus ſunt, per quos in mare exonerantur. Verg. 1. Aen. Italiam contra, Tyberinaq́; longe Oſtia. Nominatiuus eius ſingularis eſt Oſtium, quo utitur Cic. Philip. & Pro Lege Manilia, & non uno in loco Plinius. Male itaq; nõ nulli putauerunt, in hac ſignificatione carere ſingulari numero. Accipimus etiã aliquando Oſtia, pro portuum anguſtis faucibus. Vergil. Aen. Aut portũ tenet aut pleno ſubit oſtia uelo.

OSTIA, ſtiæ, (ὠστία Steph. ὤστια τὰ Strabo) urbs in oſtijs Tyberinis ſita, Ab Anco Martio condita (ut inquit Liu. lib. 1. ab Vrb.) in ipſo maris fluminiſq; confinio, ut totius mundi opes illo, ueluti maritimo urbis hoſpitio, reciperent. Ab hac Oſtienſes, (ὠστιηνοί, καὶ ὠστιανοί) dicti.

OSTIARIVS, ſtiarij, {Portinaio} (θυρωρός) oſtij cuſtos, Cuius fœmininum eſt Oſtiaria. Pli. lib. 12. cap. 14. Præter hos & cuſtodes, ſatellitesq; et oſtiarij, & miniſtri populantur.

OSTIATIM, aduer. {A' porta à porta} (κατὰ θύρας) per ſingula uſtia. Quintil. Nec ſectanda ſingula, & uelut oſtiatim pulſanda. Cic. 6. Verr. Oſtiatim poſuit pro nominatim, ſiue ſingulatim: Hic, inquit, nolite expectare, dũ ego hoc crimen agam oſtiatim, &c. Cic. 6. Verr. Qui præteriens, lectica paulisper depoſita non per præſtigia ſed palàm per poteſtatem, uno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit.

OSTIENSIS PORTA. (ὠστιανὴ πύλη) Romæ dicitur ea, quæ Oſtiam uerſus ducit. Ea nunc ſancti Pauli appellatur.

OSTIOLVM, li, {Vſciuolo, porticella} (θύριον, θυρίδιον) diminutiuũ. Pli. li. 19. cap 8. Adeò ut oſtiola olitoria ex his factitari cœperint.

OSTIVM ſtij, {Vſcio, porta} (θύρα) ab oſtando quidam deducunt, q̃ eo arceamur ingreſſu. Quidam ab Os, oris, quod ſit id per quod ingredimur uel domũ uel quemcunq; alium locum. Alij à Græco ὠθεῖν quod eſt repellere. Vnde ratio exigit, ut ſine aſpiratione ſcribatur, licet nonnulli cũ ſuis deriuatiuis aſpirẽt. Ter. in Eun. Tu abi, atq; oſtium obſera intus, ego dum hinc træſcurro ad forũ.
Eſt autem oſtium notæ ſignificationis. Oſtiorum: latera, Antes uocamus, à quibus Antepagmenta, ualuarum ornamenta. Ci. 1. de Ora. Vt illud Naſicæ, qui cum ad Poetam Ennium ueniſſet, eiq; ab oſtio quærenti ancilla dixiſſet domi non eſſe &c.

OSTRACIAS, ſiue Oſtracites pe. pr. (ὀστρακίτης) gemma eſt teſtacea, cuius duæ ponuntur ſpecies à Pli. lib ult. cap. 10. altera ſimilis achatæ, niſi q̃ achates politura pingueſcit: altera tam dura, ut aliæ gemmæ fragmentis eius ſcalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab oſtrei ſimilitudine. Eſt etiã Oſtracitea lapidis genus teſtæ ſimilitudinem habens, cuius uſus eſt pro pumice ad læuigandã cutem. Pli. lib. 36. cap. 19.

OSTRACINA, (αἱ δι᾽ ὀστράκων ψῆφοι) ſuffragia Athenienſium dicebantur, q̃ ea in figulinis ſcribi ſolebant: ut latius eſt uidere in dictione ſequenti.

OSTRACISMVS, (ὀστρακισμός) relegationis genus. Nã ciuitates antiquitus, quæ populari ſtatu regebantur, eos qui excellere uidebantur, uel propter diuitias, uel propter amicos, aliamúe potentiam, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſto. libro. 3. Poli. non ad criminis improbitatem caſtigandam, ſed ad potentium moderandam. Erat autem definitum Oſtraciſmi tempus apud Athenienſes annorum decem. Dictus Oſtraciſmus ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, hoc eſt, à teſtulis, in quibus ſuffragia ſcribi ſolebant. Solet autem Oſtraciſmus peragi hoc modo. Oſtraci uiritim in conſilio dabantur, in quibus quiſque nomen illius perſcribebat, quem urbe cedere uoluiſſet. Magiſtratus uero, qui huic negotio præerant, uniuerſos ſimul calculos recenſebant qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent, uel confectum eſſe iudicabantur. Qui uerò hoc ſuffragiorum numero damnatus erat, eum ad decennium in Argiuam relegabant, ubi bos æneus erat magnitudine uiſenda. Vnde factum eſt, ut qui illic exulabant, bouem ſeruare dicerentur. Hoc oſtraciſmu Themiſtocles, Cimon, & Ariſtides multati fuere. De Ariſtide legimus, quum iuxta eum quidam ruſticus illiteratus ſederet, ipſi Ariſtidi teſtam dediſſe, ut nomen ſuũ ſcriberet. Admiratus id Ariſtides interrogauit, nunquid ipſum cognoſceret. Minimẽ, inquit: ſed quia cæteri ita ſentiunt, ego quoq; ita cenſeo eum eſſe damnandum. Hoc Latini teſtulatium exilium uocant.

OSTRACIVM, cij: Latinẽ teſta, Græcẽ ὀστράκιον. Vnde teſtaceum pauimẽtum, uulgo nunc Oſtracum nocant. Ponitur quãdoq; pro onyche. Pli. li. 32. ca. 10. Inuenio apud quoſdam oſtracium uocari, quod aliqui onychem uocãt.

OSTREVM, oſtrei, {Oſtrica} (ὄστρεον) generale nomẽ eſt ad oẽs eos piſces, qui aſperam, ſcabramq́; teſtam habent: qui autem leuem, & planam habent teſtam, propriẽ Conchæ dicuntur. Quamuis generaliter oſtrea quoq; Conchę dicantur: ſicut & ea quæ ex uno tantum latere teſtã habent, altero ſcopulis, aut lapidibus, alteriúe materiæ adhærentes. Nam teſtę ipſę duriores, propriẽ Conchæ dicuntur, quales ſunt Cochlearum. Seneca: Quid oſtreum ſapiat, quid mullus, optimẽ noſti. Horat. lib. 1. Sermo Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Iuuen. Saty. 6. Grandia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet. Dicta Oſtrea à Græco Nam ſicut nos à teſta Teſtudinem uocamus, ſiue animal, quod ueluti teſta tectum eſt, ſiue id genus ædificij, quod ex teſta eſt compoſitum, uel ad teſtudinis ſimilitudinem eſt factum: ſic Græci ὄστρεα ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, id eſt, Oſtrea à teſtis nominauerunt. Dicuntur etiam Oſtreæ fœminino genere. Gell. libro 20. cap. 9. Oſtreæ, ſeneſcente Luna, inhuberes, macræ, tenues, exuccæ ſunt. creſcente Luna, pingueſcunt. Spondylus, dicitur calloſum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à ſimilitudine Spondyli, quod nos uerticulum dicimus. Nam reliqua caro circunſperſa, Lacinia dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 6.

OSTREARIVS, a, um, adiectiuum, ut Oſtrearius panis. Plini. lib. 18. capi. 11. Panis ipſius genera proſequi ſuperuacaneum uidetur: alias ab obſonijs appellati, ut oſtrearij, Oſtrearius autem panis eſt, quo ueteres cum oſtreis ueſci ſolebant. Oſtrearię, arum, ubi oſtreæ uiuuunt, & capiuntur. Plini. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in oſtrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

OSTREATVS, ta, tum, {Duro, aſpro} (ὀστρεώδης) ponitur pro duro, atque aſpero. Plaut. in Pœnul. Itaque iam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtito Propter amorem ueſtrum.

OSTRIFER, ra, rum, (ὀστρεοφόρος) adiect. quod oſtium producit. Vergili. 1. Georg. Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

OSTRINÆ VESTES, (ὄστρεια ἱμάτια) dicuntur purpureæ, & ſubrubeæ, teſte Nonio. Turpil. Interea inſpexit uirginem uectari in capite riculam, indutam oſtrinam. Varro in Eumenid. Aurora oſtrinam hic indutus ſupparum.

OSTRINVS, a, um, (ὄστρειος) quod uſtro tinctum, uel quod oſtri colorem habet.

OSTRVM, oſtri, (ὄστρον) propriẽ ſanies illa dicitur, & liquor, qui ex murice ſeu conchylio eximitur ad pretioſarum lanarum infecturam: unde pro ipſo colore muriceo ponitur. Conchylium enim, Murex, & Oſtrum, in eadem ſignificatione ſumuntur. Vergil. 4. Aenei. Tyrioq́; ardebat murice læna. Idem 2. Georgic. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen. Horum ego non fugiam conchylia? id eſt, ueſtimenta murice infecta. De oſtri natura tradiderunt ſcriptores, quòd non habeat in omnibus locis, quibus naſcitur unius generis colorem, ſed Solis curſu naturaliter interpretetur. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones ſunt proximẽ ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad equinoctialem caortum, uiolaceo colore inuenitur. Et maioribus quidem conchylijs, detracta concha, ſuc cum eximunt: minora trapetis frangunt, ita demum rorem eum eximentes.
Oſtri autem appellationem accepit, quòd Græci τὸν ὄστρεον nomine etiam murices ſeu conchylia comprehendant. Plinius libro nono capite 36. & 37. uidetur diſtinctas facere ſpecies. Muricem, Purpuram, & Conchylium. Similiter Nonius Oſtrinum colorem diſtinguit à murice, quod Oſtrinus color ſit ſubrubeus, Murex purpureus. Sed hæc (ut iam dixi) à ſcriptoribus confunduntur.

OSTRYA, uel Oſtrys, uocatur arbor, quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa. ſimilis fraxino, cortice, & ramis, folio pyri paulo tamen longioribus, craſsioribusq́;, ac rugoſis inciſuris, materia dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, morteſq́; miſeras ueterum ſuperſtitio exiſtimauit. Plinius libr. 13. cap. 21.

OSTVS, uel potius Hoſtus à ueteribus appellatur, quod ex uno factu olei purum purgatumq́; relinquitur: Factum uero dicebant, quod uno tempore conficerent, quem alij centum ſexaginta modiorum, alij centum uiginti faciebant. Vide Catonem de Re ruſt. cap 66. & Varr. lib. 1. cap. 24. Apud quos legitur Hoſtus per aſpirationem.

OSVS, a, um, {Odiato, che ha odio} (μισῶν) cum ſuis compoſitis Exoſus, & Peroſus, participia ſunt, ſiue participiorum modo capiuntur: Habent autem actiuam ſignificationem, exiguntq́; accuſatiuum. Feſtus oſum, præteritum eſſe putat à uerbo Odio. quod tamen in uſu non eſt. Nos potius à defectiuo Odi, deductum putamus. Plaut. in Amp. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri. id eſt odi.
Oſurus, Cice. in Læl. Negabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri quàm eius qui dixiſſet, Ita amari oportere, ut aliquãdo eſſet oſurus. Oſor, Plaut. in Aſin. Madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem uxoris ſuæ: id eſt, qui odit uxorem ſuam. Sciendum, q̃ in oſus, terminata, quædam ſignificant habitudinem, ſiue uehementiam, copiamúe, aut affectionem, quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης: ut Animoſus, ingenioſus, Neruoſus, Saxoſus, Aquoſus, qui habet copiam ſaxorum, neruorum ingenij, & animi. Vinoſus, libidinoſus, Mulieroſus, Seditioſus, Factioſus: qui amat uinum, libidines, mulieres, ſeditiones, factiones. Quædã actionem: ut Studioſus, Stomachoſus, Contumelioſus: qui operam dat ſtudio, qui ſtomachatur, qui contumeliam facit. Quædam paſsionem: ut Odioſus, Inuidioſus, qui habetur odio, & cui inuidetur. Quædam actiuẽ & paſsiuẽ accipi poſſunt, ut Formidoloſus, Laborioſus, Operoſus, Voluptuoſus, Religioſus.

O ANTE T.

OTANES, (ὀτάνης) Perſa nobilis, unus ex his qui cum Dario in Magum coniurarunt. Vide hiſtoriam latius apud Herod. lib. 3.

OTHONNE, (ὀθόννη) herba, quæ in Syria naſcitur, ſimilis erucæ perforatis crebro folijs, flore croci: quare quidam anemonem uocauerunt. Plin. lib. 27. ca. 12. Dioſcoridi Othonne prorſus ſunt incognita, ut qui hoc nomine ab alijs herbam, ab alijs ſuccum à quibuſdam etiam lapidem accipi tradiderit, neq; in re tã controuerſa quid ipſe ſentiret, explicare auſus ſit.

OTHRYS, (ὄθρυς) Theſſaliæ mons eſt, non procul ab Oeta, Centaurorum olim ſedes. Lucan. lib. 6. Solſtitiale caput nemoroſus ſubmouet Othrys.

OTHRYADES, (ὀθρυάδης) nomen Lacedæmonij uiri, qui cum controuerſia nata eſſet inter Lacedęmonios & Argiuos de agro Tyreate, placuiſſetq́; ut ea lis trecentorũ utrinq; prælio decideretur, ſolus ex Spartiatis ſuperfuit, duobusq́; qui ex hoſtibus reliqui erant, in fugam uerſis, partaq́; parta uictoria, ne ſolus ex ſocijs in patriã rediret, ſibi manus intulit, Auctor Plutarc. in Paralle.

OTIA, piſcis eſt marinus, ex genere oſtrearum. Plin. lib. 32. cap. ult.

OTIS, idis, (ὠτίς) auis eſt minor bubone, & maior noctua, aures plumeas habens eminentes: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 10. cap. 23. Sunt qui Latinè Aſionem uocent.

OTIVM, {Otio} Vide Ocium.

OTREVS, (ὀτρεύς) & Mydon, fratres fuerunt Hecubæ, & filij Ciſſei, & patrueles Polymneſtoris, ut annotauit Porphy. in lib. 3. Iliad.

OTVS, (ὦτος) & Ephialtes filij Neptuni fuerunt ex Iphimidea Aloei uxore, quos Poetæ fabulantur nono ætatis anno in nouem iugerum altitudinem excreuiſſe: quo corporis robore freti auſi fuerunt etiam dijs bellum mouere, monteſq; montibus imponētes cœlum ipſum oppugnare: donec Apollinis telis confixi temeritatis ſuæ pœnas dedere. Vide Homerum lib. 11. Odyſ.

O ANTE V.

OVALIS, & hoc le, {Trionfale} quod ad ouationem pertinet. ut, Oualia corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores qui ouantes urbē introibant, neq; iuſti triumphi honorem meriti uidebātur. Id autem cōtingebat, quoties bellum legitimè indictum non erat, neq; cum iuſto, aut magnopere formidando hoſte geſtum: utpote ſubactis ſeruis, aut piratis. aut quoties facta repentè deditione, incruenta uictoria contigerat. Vide A. Gel. lib. 5. Noct. Att. ca 6.

OVANS, {Trionfante} participium eſſe uidetur à uerbo Ouo, quod rarò apud probatos auctores inuenies: cūm Ouans nuſquam nō occurrat. Cic. 2. de Orat. Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius. Abuſiuè accipitur pro lætabundo. Verg. 4. Aene. Quid tu? ſola fuga nautas comitabor ouātes. Vbi Seruius: Ouantes, lætantes, abuſiue. Nam propriè Ouatio eſt minor triumphus. Qui enim ouationē meretur, & uno equo utitur, & à plebeijs, uel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus ſacrificat: unde et Ouatio dicta eſt. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, et Senatu præeunte in Capitolio de tauris ſacrificat.

OVATIO, onis, (ὀβία, εὔας, πεζὸς θρίαμβος) teſte Seruio, dicebatur minor triūphus, quum belli duces, rebus quidem proſperè geſtis, non tamen ita magnis, ut iuſto triumpho dignæ eſſent, ex Senatuſcōſulto pedites, uel (ut alijs placet) uno equo uecti, urbem ingrediabātur, myrteam coronam (quam ob id Oualem uocabant) in capite geſtantes, uniuerſo autem Senatu ſubſequente. Ouandi autē, & non triumphandi, teſte Gell. lib. 5. cauſæ erant, cūm aut bella non ritè erant indicta, neq; cum iuſto hoſte geſta: qualia erant ea quæ aduerſus piratas, & ſeruos fugitiuos aliquando ſuſcepta legunt: aut quoties deditione repentè facta, uictoria citra puluerem (quod dici ſolet) hoc eſt, citra magnam ſanguinis effuſionē contigerat. Ob quam etiam cauſam Oualem coronā ex myrto, quæ arbor Veneri eſt ſacra, conficiebant, quòd incruentas huiuſmodi uictorias Venereas potius iudicarent, quàm Martias. Vnde autem tractum ſit Ouandi uocabulū, inter Grāmaticos non ſatis conuenit. Seruius in illud Verg. 4. Aene. Sola fuga nautas comitabor ouantes, oſtēdit ab ouibus eſſe deductū, quod cūm ij qui triumphabant Ioui in Capitolio taurum immolarent, ouantes ouem tantùm mactabant.

Alij Ouationem dictam putant, quaſi Ohationem, ab interiectione lætantis Ohe deducto etymo. Nonnulli etiam à uoce eorum qui ouātem comitabātur, Ouo uerbum deductum putant. Illi enim oo, geminatum, lætabundi ſolent acclamare. Vnde interpoſita u conſonante Ouo credunt deduci. Eſt etiā Ouatio à nomine Ouum, ſignificans tempus quo gallinæ oua pariunt, (ὠοτοκία) dictū ea forma, qua Vernatio, Mellatio, Pullatio. Pl. lib. 29. c. 3 Certa Luna capiēdū cenſent, tanquā congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit iudicij.

OVATVS, us, nomen pro ouatione. Valer. Flac. 6. Argon. Hinc barbarica glomerantur ouatus.

OVATVS, ta, tum, {Ouato. fatto in forma d'ouo} (ὠοειδής) quod eſt in ſimilitudinem oui factum. Plin. lib. 15. cap. 21. Alijs turbinatio pyri, alijs ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Ouatum marmor, quod diuerſi coloris maculis uariegatum eſt, oui ſpeciem referentibus. Pli. lib. 35. ca. 1. Neronis principatu inuentum, maculas quæ non eſſent, in cruſtis inſerendo, unitatem uariare, ut ouatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur Synnadicus. Aliquando ēt accipitur pro eo quod ouo illitum eſt: unde Ouatum aurum, ouo auratum: quoniam oui albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Perſius Saty. 2. Hinc illud ſubijt, auro ſacras quòd ouato Perducis facies. Nec uerò hoc quanquam mouere debet, quod Ouatum hic primam corripiat, quæ producitur in dictione Ouum: ſiquidem non ſemper deriuata primitiuorum quantitatem obſeruant.

OVIARIA, riæ, {Greggia} (ποίμνη, προβάτων ἀγέλη) ouium grex. Varro in prologo. 2. libri de Re ruſt. Quod eò facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

OVIARICVS, a, um, (προβατικός) poſſeſſiuum ab oue deriuatum. Col. lib. 7. cap. 6. Et quoniam de ouiarico ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

OVICVLA, (προβάτιον) diminutiuum, ſignificat paruam ouem.

OVIPERA, (ὠοτόκος) quæ fert oua: ut Ouifera gallina.

OVILE, huius Ouilis {Ouile. ſtalla da pecore} (ποίμνη) locus in quo oues morari ſolent, ſiue in quem oues ſeſe recipiunt. Liu. 6. Bel. Pun. Datū ſecretò in ouili cum his colloquendi tempus. Ouid. 13. Meta. Tepidis in ouilibus agni.

OVILLVS, la, lum, {Di pecora} (προβάτειος) idem quod Ouinus. Plin. lib. 19. Quin & ouillo fimo uti, quoniam aliud herbeſceret.

OVI LVTEVM, diuiſis dictionibus, {Roſſo dell'uouo} (λέκιθος) uocamus uitellum in ouo.

OVINVS, a, um, {Pecorino} (προβάτειος) quod ex oue: ut, Pellis ouina: à quo Ouillus, la, lum, eiuſdem ſignificationis.

OVIS, huius ouis, {Pecora} à Græco ὄις, interpoſita u, propter hiatum, ſignificat pecudem lanigerā. Cice. 2 de Nat. deo. Ouium uillis confectis, atq; cōtextis homines ueſtiuntur. Ouē maſc. genere legi, admonent Feſtus, & Nonius. Var. Rerum human. lib. 27. Vt etiam putantibus, qui oues duos, non duas dicunt. Homerum ſecuti, qui ait, μῆλ' ἄρσενα. Idem: M. Terentio, quando citatus neque reſpondit excitatus eſt, ego unum ouem multam dico. Gell. lib. 11. ca. 1. auctor eſt, in multis dicendis hoc ſemper obſeruatum fuiſſe, ut Ouem uirili genere appellarent, alioqui multam iuſtam non uideri.

OVO, uas, {Allegrarſi, demoſtrare allegrezza con la uoce} (εὐάζω) lætor, et lætitiam uociferando ſeu canendo demonſtrō. Liu. lib. 1. ab Vrbe: Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiori cum gaudio, quò propius metū res fuerat. Eſt etiam Ouare minorem triumphum, quē uocabant Ouationē, peragere, pro quo ueteres uſitatius dixerunt, Ouantem urbem ingredi. Liu. lib. 1. ab Vrb. Duplicīq; uictoria ouantem Romulum, &c.

OVVM, {Vouo} ab ὠόν interpoſita u, euphoniæ cauſa. Martia. lib. 13. Candida ſi croceos circumfluit unda uitellos, Heſperius ſcombri temperet oua liquor. Vitellus, uel Luteum oui, dicitur illud quod in ouo crocei coloris eſt: Albumen autem, uel Album oui, liquor ille candidus, qui uitellum circundat. Ouū ouo tam ſimile non eſt, prouerbialis eſt hyperbole, de rebus indiſcretæ ſimilitudinis dici ſolita. Cic. 4. Acad. Vides'ne, ut in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo. Ouo prognatus eodem, prouerbialiter de illis dici poteſt, quorum ingenium moreſq; ita conueniunt, ut ijſdem parentibus nati uideri poſſint. Vide Eraſmi Adagia.

O ANTE X.

OXALIS, (ὀξαλίς) lapathi genus, ſatiuo proximum, folijs uentis colore betæ candidæ, radice minima. Pli. lib. 20. capite. 21. Latine rumicem, Vulgus Acetoſam uocat.

OXELÆVM, (ὀξέλαιον) oleum acetoſum.

OXIS, idis, (ὀξίς) apud Ariſtophanē in Pluto, uas eſt acetariū. Nā Oxos, eos, neut. gen. (ὄξος) acetū ſignificat: & ὀξύ acetoſum, uel acutum. Accipitur & pro genere menſuræ, quod Acetabulum Latini, Græci etiam ὀξύβαφον appellant. Eſt autem Cotylæ quarta pars, pendens drachmas quatuor & uiginti.

OXOBAPTA, (ὀξόβαπτα) ueſtes pretioſiſſimæ dicebantur, à genere purpuræ, quæ Oxos dicebatur, teſte Suida, quæ optimè tingebatur apud Phœnices. Hac uoce uſus eſt Iuſtinianus in. l. 2. C. Quæ res alie. non poſſint. Quo in loco nōnulli Dibapta ſuppoſuerunt.

OXVS, (ὦξος) fluuius eſt apud Bactros naſcens ex lacu ſui nominis, (quē Ptolemæus Oxiam uocat) Derbicum fines medios ſecans, tādemq; fluminibus aliquot auctus, in mare Hyrcanum influens. Meminit huius fluuij etiam Pli. li. 6. cap. 16. & 17.

OXYBAPHVS, uel Oxybaphum, (ὀξύβαφος) teſte Budæo de Aſſe, cotylæ quarta pars eſt, continens ſeſquicyathum: à Latinis dicitur Acetabulum, uocabulo ad imitationem Græcorum ab aceto deducto. Primus enim huius uaſis uſus fuit in aſſeruando acetò: quamuis poſtea ad menſuram hoc nomen translatum ſit.

OXYACANTHA, (ὀξυάκανθα) ſiue Oxyacāthus, ſpina eſt paruis folijs aculeatis per extremitātes ferens baccas rotundas, folijs ipſis arenoſa lanugine obductis, Officinæ Mauritanorum nomine Berberim appellant.

OXYCEDROS, (ὀξύκεδρος) ſpecies cedri, ramoſa, & nodis infeſta. Plin. lib. 13. cap. 5.

OXYCRATON, (ὀξύκρατον) aqua eſt aceto miſta, quam Latini Poſcam uocant. ἀπὸ τοῦ ὄξους, hoc eſt, ab aceto, καὶ τοῦ κεράω, ἢ κεραννύμι, quod eſt miſceo.

OXYGALA, pen corr. & neut. gen. (ὀξύγαλα) lactis in acorem redacti, pars coactior, quod à ſero ſeparatum, origano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, et cunila condiri ſolet. Pli. lib. 28. cap. 9. Fit & ex caprino lacte butyrum: ſed hyeme calefacto lacte, æſtate expreſſo tantùm, crebro iactatu in longis uaſis anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore alias præligato. Addatur paulum aquæ ut aceſcat. Quod eſt maximè coactum in ſummo fluitat: id exemptum addito ſale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, butyrum eſt, oleoſum natura. Vide plura de hoc apud Columellam libro. 12. cap. 8.

OXYGARVM, pe cor. (ὀξύγαρον) garū acetoſum, hoc eſt, liquaminis genus ex minutioribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti ſolet admiſceri. Solet autem hoc in principio menſæ apponi, quem admodum, & lactucæ. Mart. lib. 5. Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens Inter lactucas, oxigarumq; liber.

OXYLAPATHVM, (ὀξυλάπαθον) prima lapathi ſpecies apud Dioſcorid. paluſtribus in locis naſcens, à foliorum acumine nomen habens. Pli. lib. 20. cap. 21. Eſt & alterum genus, ſere Oxylapathon uocant, ſatiuo idem ſimilius, & acutiora habet folia & rubriora, non niſi in paluſtribus naſcens, Officinæ Lapathium acutum nominant.

OXYMELI, (ὀξύμελι) acetum mulſum dicitur, genus potionis quod ex mellis libris decem, aceti ueteris heminis quinq;, ſalis marini pondo, tymbræ quadrante, aquæ marinæ ſextarijs quinque pariter decoctis fieri ſolebat. Vide Pli. lib. 14. cap. 17.

OXYMORON, (ὀξύμωρον) ut docet Budæus ex Quin. eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt, ita acute, & affectate enunciata, ut fatua uideatur: ut apud Verg. 7. Aen. Num capti potuere capi.

OXYMYRSINÆ, (ὀξυμυρσίνη) frutex eſt, quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora: producit baccas rufas ud Ceraſorum ſimilitudinem. Pli. lib. 26. cap. 11. & Dioſc. lib. 4. capi. 147.

OXYPORON, (ὀξύπορον) moreti quoddam genus, teſte Col. lib. 12. cap. 57. Ex caſeo, ſeſamo nucibus, & herbis conſtans, aceto piperato conditus. Idem & Oxygarum appellabatur, quòd quoties uſus exigeret, aceto et garo dilueretur. Pli. lib. 20. cap. 23. Fœniculum condimentis prope omnibus inſeritur, oxyporis ēt aptiſſime. Sunt & ſua medicis oxypora, ſunt enim remedia præſentanea, & celeriter iuuantia, à celeritate dicta penetrandi: Idem libr. 24. capi. 8. Iuniperum miſcetur antidotis oxyporis.

OXYPOROPOLÆ, (ὀξυποροπῶλαι) qui cibos uendunt aceto conditos. Pli. lib. 20. cap. 7. In eos uſus & oxyporopolæ ſeruant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Vbi nunc ſic legitur, Stomachos diſſolutos utiliſſime adiuuant, uti ne eo uſu abluantur, & oxypori obolis aſperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

OXYRRHODINVM, (ὀξυρρόδινον) medicamentum liquidum, conſtans ex aceto & aqua roſacea, quod capitibus eorum ſolet adhiberi, qui phrenitide laborant.

OXYSACCHARVM, (ὀξυσάκχαρον) potionis genus ex ſaccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectū gummi modo, candidum

diſdum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatũ ex Canariis inſulis ad nos defertur. Sed de hoc ſuo loco.

OXYRYNCHVS. (ὀξύῤῥυγχος) piſcis eſt Nilo peculiaris, à roſtri acumine nomen habens, quem tota Aegyptus pro Deo colit. Auctor Strabo libro 17. Capitur etiam in mari rubro, item in Caſpio, teſte Aeliano libro 12. capite 33. 34. & 35.

OXYRYNCHVS, ciuitas Aegypti dicta ab Oxyrycho piſce, qui ibi templum habuit. Cæterùm Aegyptij omnes Oxyrynchum piſcem colunt. Nam quędam animalia ſunt quæ Aegyptij uniuerſi colunt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouẽ, canem, felem: ex uolatilibus duo, accipitrem, atq; ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piſcem, & oxyrynchum. Ex Strabo. lib. 18.

OXYSCHOENOS, (ὀξύσχοινος) acutus iuncus, qui & Marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 28.

O ANTE Z.

OZÆNA. (ὄζαινα) piſcis ex Polyporum genere, caput habens grauiſſimi odoris, Plin. lib. 9. cap. 30. Polyporum generis ozæna, dicta a graui capitis odore, ob hoc maxime murænis eam conſectantibus. Eſt item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorum plures cruſtas intra nares gignente, quæ grauiſſimum expirant odorem: cui malo uix ullo remedio poteſt ſuccurri. Plin. li. 25. cap. 13. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

OZÆNITIS, (ὀζαινῖτις) herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium naſcens, odore uirus referens. unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. & capite 12.

OZÆ, es, (ὄζη) oris graueolentia dicitur, à uerbo Grȩco ὄζω, quod eſt oleo. Celſus lib. 3. ca. 11. Itaq; & emiſſioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, & iactationem fœtoremq; quendam oris (quem Ozen Græci uocant) imminuit.

OZIMVM penultima cor. ab ὄζω, redoleo, genus edulij redolentis, ex inteſtinis confecti, Perſius Sat. 4. Quum bene diſcincto cantauerit ozima uernæ. Quo tamen in loco nonnulli Ocima malunt legere. Vide Cælium Rodig. lib. 29. cap. 24.

OZOLÆ, (ὀζόλαι) populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes ad ſinum Criſſæum, quorum oppida enumerãtur à Ptolemæo Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Euanthia. Vide Strabonem lib. 9.

OZYMVM, uide Ocimum.

DELA LETTERA P.

P E' lettera che quantunque per ſe ſola ſignifiche molte parole intere appo i latini, come ſi dirà poco appreſſo, nella Italiana non ſignifica nulla, ſe non che alcuni di corte ſogliono uſarla doppia con riga di ſupra per la parola Papa coſi. PP. Queſta lettera riceuendo la h. uiene come ad aſpirare il ſuo ſuono, & proferirſi come la F. Ha queſta lettera per proprio come ancor la B. di non riceuer mai auanti à ſe la lettera n. ma la m ſempre quando il ſuon della ſillaba lo ricerca, come in ſempre, compoſto, imprendere, ampio, & coſi di tutte, che non ſi ſcriueranno giamai, ſenpre, conpoſta, inprendere. &c.

DE LITERA P.

P LITERA muta eſt, nec aſpirationem poſt ſe admittit, niſi in dictionibus Græcis, ut Phaeton. Conuertitur quandoq; in transferendis dictionibus Græcis p, in b: ut quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus ſcribitur. Interdũ p ex ſe pro ph aſpirato poni ſolet, ut quod à Græcis φοινίκεος cum ph aſpirata ſcribitur, à noſtris Puniceus transfertur: ſic πορφύρεον, Purpureum dicimus.

PABVLARIS, & hoc re, {Ciò che ſi appartiene à paſco} (νομαδικός) quod ad pabulum pertinet, ſeu quod pro pabulo datur. Colu. lib. 11. cap. 2. Vicia pabularis, & uicia ſeminalis. Idem lib. 2. cap. 14. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari uicia. Plin. lib. 18. cap. 16. Omnia hæc pabularia.

PABVLATIO, onis, {Paſco. Pet. Mi meni al paſco homai tra le ſue greggie} (νόμευσις, νομή) aliquando eſt actus ipſe pabulandi: nomenq; eſt caſtrenſe, quemadmodum Aquatio, & Lignatio. Eſt enim Pabulatio propriè militum: cum ſcilicet in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli cauſa. Cæſ. 7. Bell. Gal. Omnibus modis huic rei ſtudendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando ponitur pro ipſo pabulo. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Si è bono loco tranſtuleris, ubi idonea pabulatio non eſt, fugitiuæ fiunt. De apibus.

PABVLATOR, oris, {Paſcolatore} (ὁ τὴν νομὴν πορευόμενος) qui pabulatũ uadit. Cæſ. 5. Bell. Gall. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Liu. 9. Bel. Pun. Deinde cum in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hiſpanis factus eſſet, &c. Hinc Pabulatorius adiect. ut, Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colu lib. 6. ca. 3. Si grano abſtinemus, frõdis aridæ corbis pabulatoria modiorum uiginti ſufficit.

PABVLOR, aris, {Paſcolare} (νέμομαι) caſtrenſe uerbum eſt, quemadmodum Lignor, & Aquor. Dicuntur enim propriè Pabulari milites, cùm è caſtris cum falcibus egreſſi, pabulum in uſum iumentorum ex agris capiunt. Val. Max. li. 5. cap. 6. Id poſtquam cognouit, depoſitis inſignibus Imperij, familiarem uultũ induit, ac pabulantium hoſtium globo ſeſe abiecit. Interdum Pabulari, eſt paſcere, Colu. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens: Subinde quæ incedit compaſci debet, ac procuret ſed placide, ac lente pabuletur, ut & largi ſit uberis.

PABVLVM, li, {Paſco, paſcolo} (τροφή, νομή. χιλός) propriè pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, uel ſtramẽtitius eſt. Cæſ. 3 Bell. Gall. Ipſe, cùm pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum uenit. Verg. 2. Aeneid. Priuſquam Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumq; bibiſſent. Per tranſlationem dixit Cic. in Catone Maio. Pabulum ſtudij, pro oblectatione, & quaſi quadam ſtudiorum refectione. Studium enim, animi pabulum eſt, quo animus paſcitur, & uegetatur, quemadmodum cibis corpus. Si uero (inquit) habet ſenectus aliquod tanquã pabulum ſtudij & doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. Pabula amoris abſterrere ſibi, Lucret. lib. 4. Nam ſi abeſt quod ames, præſto ſimulacra tamen ſunt illius, & nomen dulce obſeruatur ad aures: Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſterrere ſibi atq; alio conuertere mentem. Pabulum animorum. Cic. 4. Acad. Eſt enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio, contemplatioq;. Idẽ de Aruſp. reſp. Quid enim hunc proſequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum. Ouid. 8. Metam. Dederatq; graui noua pabula morbo.

PACALIS, le, {Pacifica} (εἰρηνικόν) pacificus, Pacem indicans, ad pacem pertinens: ut, Pacalis olea Ouid. 6. Metam. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Idem 2. Faſt. Thura ſacerdotes pacalibus addite flammis.

PACATE, {Pacificamente} (εἰρηνικῶς) tranquille, ſedate, pacifice: ut, Pacate per prouinciam iter facere, apud Cæſ. 1. Bel. Gal.

PACATOR, oris, (εἰρηνοποιός) pacis conciliator, turbarum compoſitor. Sene. Herc. Oetæo: Sed tu maiurę ferarum, Orbisq; ſimul pacator ades.

PACE TVA DIXERIM, (μηδὲν ἀγανακτήσας) honeſtus reprehendendi modus, prius captata uenia. i. tua uenia, & te non iraſcente. Cic. 3. de Leg. cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. Idem 3 de Orat. Tu uix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquiſti.

PACHYNVS, pe. pro. (Πάχυνος) promontorium Siciliæ, Peloponneſum ſpectans, ab aeris craſſitudine nomen habens. Nam παχύ pingue & craſſum dicitur. Verg. li. 3. Pręſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni. Priſcianus in Periegeſi mediam huius dictionis ſyllabam nullo ueterum exemplo corripuit: quod non auſim imitari: Qui procul excluſis Pachyni diſtenditur oris.

PACIFER, {Ch'apporta pace} (εἰρηνοφόρος) idem quod pacem ferens: ut, Laurus pacifera: Plin. lib. 15 cap. 30 Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Virga pacifera Mercurij, Valer. Fla. 4. Argon. Cyllenius pacifer, Ouid. 14. Metam.

PACIFICATORIVS, a, um, (διαλλακτικός, εἰρηνοποιός) quod ad pacificationem pertinet. Cic. 12. Philip. Poſtquàm nos pacificatoria legatione implicatos putant.

PACIFICO, as, {Pacifica} (εἰρηνεύω, διαλλάσσω) controuerſias compono, quaſi pacem facio. Cic. ad Att. lib. 15. Seruius uero pacificatus, cum librariolo ſuo uidetur obiiſſe legationem. Pacificans diuos, Sil. lib. 15. Inde Pacificatio uerbale. Ci. Lepido: Itaq; ſapientius, meo quidem iudicio, facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. i. pacem faciendam. Quidam hæc tria ſeparant: ut, Pacificatus ſum, ſignificet idem quod in concordiam redactus ſum. Pacatus ſum, in pace ſum, ab armis deſtiti: Placatus ſum, ab indignatione animi ad lenitatem redij, uel animo eni ſum.

PACIFICVS, a, um, pe. cor. {Pacifico} (εἰρηνικός) paci ſtudens. Cic. ad Attic. lib. 8. Ea quæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. Ouid. 4. Faſt. Et uos orate coloni, Perpetuam pacem, pacificumq; ducem. Lucan. lib. 3. Duramq; uiri deflectere mentem Pacifico ſermone parant.

PACIFICATIO, onis, {Pacificatione} (διαλλαγή) pacis conciliatio. Cic. Attic. lib. 9. Reſpondit, ſe non dubitare, quin opem & gratiam meam ille ad Pacificationem quæreret.

PACIFICATOR, oris, (διαλλακτής) diſſidij diremptor, & conciliator pacis. Cic. Att. lib. 10. Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid eſſe in conſeſſu ſenatorum. Liu. 7. Bel. Pun. Adhibitus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander.

PACINVS, pe. pr. unus ex nepotibus Volſinij regis, cognomento Luculli: qui relicto Illyrico in Italia conſedit, ubi & populos Pacinates de ſe nominauit. Auctor Feſtus.

PACISCOR, ſceris, pactus, deponens, {Patture, patteggiare} (συμβάλλω, συναλλάττω, συντίθεμαι, διομολογοῦμαι, ὁμολογῶ) ſignificat pactũ facio, conuenio. Vnde etiam conſtruitur cum ablatiuo, ſicut alia uerba pretium ſignificãtia. Plau. in Bac. Paciſci cum illo paulula pecunia potes. Dicimus etiã, Pactus ſum hanc rem. Iuſtin. li. 2. Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur. Sall. in Iugur. Adherbali ſuadent, ut ſeſe & oppidum Iugurthæ tradat tantũm ab eo uita paciſcatur. Verg. 5. Aen. Vitamq; uolunt pro laude paciſci. Ponitur aliquando pro promittere. Cic. Att. lib. 5. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta eſt Artauaſdis filia, quin cum omnibus copijs, &c. Hinc Pactor, oris, uerbale. Ci. 7. Ver. Au fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis autores. Huius cõpoſitum eſt Depaciſcor, ſiue Depeciſcor, de quo ſuo loco diximus.

PACO, as, {Placare, mitigare} (εἰρηνεύω, ἡσυχάζω) à pace fit, & ſignificat mitigo, lenio, placo, tranquillum & pacificatum reddo Cęſ. 1. Bel. Ciuilis. Hortatur, cuius Imperatoris ductu Remp. nouẽ annis fęliciſſime geſſerint, plurimaq; pręlia ſecunda fecerint, omnem Galliam, Germaniamq; pacauerint, &c. Tibul. l. 4. Eleg. 1. Paruaq; cœleſtes pacauit mica nec illis Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu. Inde Pacatus, a, um, hoc eſt, pacificatus, & tranquillus redditus. Cic. 3. Verr. Ciuitates non modo pacatæ, uerum etiam ſociorũ, & amicorũ ad eum atq; ad arma confugient. Idem antequam iret in exi. Si denique Cn. Pompeio, q terra mariq; hoſtes reddidit pacatos, &c. Ouid. 1. de Pon. Denique ſi mori ar ſubeam pacatus auum. Aequora pacata, Ouid. Epiſt. 10. Astris pacati ſtatus, Lucre. lib. 3. Vultu pacatò excipere aliquid.

PACORVS, pe. co. & ſine aſpiratione, (Πάκορος Suidæ) Orodis regis Parthorum filius, eius qui Craſſum dolo circumuentum interemit. Quam maculã poſtea Ventidius Baſſus Antonij legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæſo. Horat. 3. Carm. Bis iam Monæſes, & Pacori manus non auſpicatos contudit impetus Noſtros, &c.

PACTIA, (Πακτία Stephano) inſula maris Aegæi, una Cycladum, candido marmore nobilis, diſtans à Delo XXXVII. M. paſſ. Alio nomine Paros dicitur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PACTIAS, (Πακτίας) agri Epheſij mons eſt, Mycalæ incũbens, & ab ea ad mediterranea deflexus. Auctor Strabo. lib. 14.

PACTILIS, & hoc Pactile, {Di molte pezze congionto} (σύμπηκτος, σύμπεπλιγμένος) quod ex pluribus partibus compactum eſt, & Coniunctum: ut Corona pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaq; auctoritas pactilis Coronæ.

PACTIO, onis, {Patto, conuentione} (ὁμολογία, συνάλλαγμα, τὸ ὁμολογούμενον, συμβόλαιον) eſt (ut inquit Vlp. l. j. ff. de Pact.) duorũ pluriumve in idẽ placitum & conſenſus. Sall. in Cat. Collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat ne contra Remp. diſſentiret. Cice. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare periurio.

PACTITIVS, a, um, uide pactum.

PACTOLVS, pe. pro. (πακτωλός) fluuius Lydiæ, ex monte Tmolo naſcens, & per Sardianum agrum in Hermum influens. Alio nomine Chryſorrhoas dicitur ab eo q̃ aureas trahat arenulas, teſte Plin. lib. 5. cap. 29.

PACTVM, {Pattuito, patto} (τὸ ὁμολογηθὲν) quandoq; participium eſt à Paciſcor, idem ſignificans quod pacto decretum. Pla. in Aſin. Hic inerunt uiginti minæ bonæ, mala opera partæ: Has tibi nõ pactis legibus dare iuſſit: id eſt, ſub conditione, de qua inter uos conuenit. Quandoq; nomen eſt, idem ſignificans quod conſenſus & duorum in eandem rem conuentio συμβόλαιον. Cice. 2. de Inuent. ſic definit: Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtũ putatur ut iure præſtare dicatur. Vlpi. de Pollicitat. l. pactum: Pactum eſt duorum conſenſus atque cõuentio: Pollicitatio uero, offerentis ſolius promiſſum. In ablatiuo quandoq; accipitur pro modo, τρόπος. Terent. in Andr. Eo pacto & gnati uitam, & conſilium meum cognoſces. Hinc Pactitius, a, um, adiectiuum, uulgo conuentionalis dicitur. Gell. lib. 1. cap. 25. Ceſſatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

PACTYÆ, Plinio, (πακτύη Ptolemæo) oppidum eſt Thraciæ ad Propontidem, non procul à Cherroneſo: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Sunt item Pactyæ, inſulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

PACVVIVS, (πακούβιος) Brunduſinus Poeta, Tragicus illuſtris, Ennij poetæ ex ſorore nepos. Romæ picturam exercuit, ac fabulas uenditauit. deinde Tarentum tranſgreſſus, prope nonagenarius diem abiit. Hic (ut Quintil. ait) grauitate ſententiarum, pondere uerborum, auctoritate perſonarum clariſſimus fuit citra tam ẽ autorem. Eius epitaphium extat apud Gellium lib. 1. cap. 24. in hæc uerba: Adoleſcens tametſi properas, hoc te ſaxum rogat, Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt, legas: Hic ſunt Poetæ Pacuuij Marci ſita Oſſa: hoc uolebam, neſcius ne eſſes.

PACTRIS, Scythiæ Europææ fluuius, in ſinum Carciniten influens. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PADVA, {Padoua} Venetorum urbs, à Padi uicinitate dicta, quæ & Patauiũ, (πατάβιον) dicitur, quaſi Padauium: Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, à uolando, q̃ captato augurio dicatur conditum. Vel à petendo, q̃ telo auem Antenor petiſſe dicatur, eoq; in loco urbem condidiſſe. Primo Antenorea dicta eſt: unde Antenoridæ, poſtea Patauini, & Paduani. Apud Patauium natus eſt Titus Liuius hiſtoricus celeberrimus, qui res Romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poetæ, & Paulus Iureconſultus. Fuit quoq; Voluſius poeta Patauinus qui poſt Ennium, rerum geſtarum popu. Roma. Annales carmine deſcripſit. Catull. de Cinna: At Voluſi Annales Paduam, morientur ad ipſam.

PADVS, {Pò} (ἠριδανός) fluuius eſt gremio Veſuli montis celſiſſimum in cacumen elati finibus Ligurũ Gabiennorũ, inſendo fonte profluens condensq; ſeſe cuniculo, & in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amniũ claritate inferior. A Græcis dictus, Eridanus, ac pœna Phaetontis illuſtratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris, q̃ nauigijs torrentior. Hæc Plin. li. 3. c. 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor ſit multa picea (quæ padea Gallicè uocetur) Padum hoc nomen accepiſſe.

PADVSA, æ, pe. pro. foſſa eſt ex Pado Rauennam uſq; ducta, quam Meſſanicium olim appellarunt, teſte Pli. lib. 3. ca. 15. Claudianus Eridani ripas, & raucæ ſtagna Paduſæ.

PÆAN, (παιάν) hymnus erat in laudem Apollinis, ſicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (ut Iul. Pollux inquit) non ſolum in auerſione malorum decantabatur, ſed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, Apollo laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ Pæanas dixerunt. Verg. 6. Aene. Lætumq; choro Pæana canentes. Abuſiue tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus ſuum Pindarus, de laudibus deorum omnium, Pæana inſcripſit. Accipitur etiam aliquando Pæan pro ipſo Apolline, ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc eſt, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis eſſe inuentum. Iuuen. Saty. 6. Parce precor Pæan. Fuit & Pæan, nomen patris Philoctetæ. Verum tunc melius per œ diphthongũ ſcribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quę omnia uide infra ſuis locis.

PÆANTIDES, (παιαντίδες) gemmæ ſunt ſpeciem habentes aquæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tireſiæ ſepulcrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

PÆDAGOGIVM, gij, {Camera da ragazzi, da famigli} (παιδαγωγεῖον) locus eſt in ædibus, in quo pueri, ſeruiq; cõmorantur, qui à Græcis παῖδες uocãtur. Plin. lib. 7. Epiſt. Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. Accipitur etiam Pædagogium apud Iureconſultos pro ſeruitio, hoc eſt, pro ſeruorũ, & mancipiorum grege. Vlp. l. quæſitum de Fundo inſtructo, et inſtrum. legat. Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum ibi ueniſſet, præſto eſſent in triclinio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonij ex cap. 28 lib. 9. Super ingenuorum pædagogia, & nuptarũ concubinatus, etiam Rubriæ uirgini Veſtali ſtuprum intulit. Sed fallitur. Nam in caſtigatioribus exemplaribus Proagogia legimus, non Pædagogia Eſt autem προαγωγεία, Græca dictio, quæ nobis productionẽ: uel proſtitutionem, ſonat ἀπὸ τοῦ προαγωγεύειν, quod eſt producere uel proſtituere.

PÆDEROS, pæderotis, (παιδέρως) gemma eſt, quã alio nomine Opalum uocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teſte Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam gemmæ eius gratiam. παιδέρως enim nobis puerorum amorem ſignificat. Eſt etiam Pæderos eodem Plin. teſte lib. 22. ca. 22. acanthi genus, quod à nonnullis Melamphillon appellatur.

PÆDAGOGVS, gi, pen. pro. {Pedagogo, pedante} (παιδαγωγός) cuſtos & inſtitutor pueri cui cura incumbit puerum inſtituẽdi, & ueſtigia eius ſubſequẽdi, eumq; quacũq; opus fuerit, circumducẽdi: ita dictus quaſi τοὺς παῖδας ἀγωγός, hoc eſt pueri dux. Colu. lib. 1. Nec poſtremò, quaſi pædagogi eius, meminiſſe dedignemur Iulij Higini. Cic. de Ami. Iſto enim modo nutrices & pædagogi, maxime erunt diligendi.

PÆDARETVS, (παιδάρετος) proprium nomen uiri, ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc eſt, à diſciplina & uirtute.

PÆDERASTES, (παιδεραστής) amator puerorum: quaſi τῶν παίδων ἐραστής. Inde Pæderaſtia παιδεραστία, amor obſcœnus in pueros.

PÆDIA, Græcè, {Ammaeſtramento, eruditione} (παιδεία) diſciplina, inſtitutioq; in bonas artes, ut docet Gellius. Nonnunquam etiam pro pueritia accipitur, hoc eſt, pro puerili ætate: unde Xenophon nobilis apud Græcos hiſtoricus opus ſuum Cyri pædiam inſcripſit.

PÆDICO, as, pe. pro. obſcœnum uerbum, quod ſignificat præpoſteram cũ maſculis libidinem exerceo. Græci dicunt πυγίζειν, id eſt, nates contrectare. I. Firmicus hanc libidinem præpoſteram appellat. Hinc Pædicones, ſiue Pædicatores, (πυγισταί) puerorum amatores, concubitoresq;.

PÆDOMATHEIS, (παιδομαθεῖς) qui à pueris ſtatim diſcunt: quibus opponuntur Opſimatheis (ὀψιμαθεῖς) qui ſcilicet ſerius & iam natu grandes ad diſcendum accedunt.

PÆDOTRIBIA, (παιδοτριβία) dicitur ars exercendi puerorum corpora, unde Ariſt. lib. 7. Polit. præcipit adoleſcentes ſtatim gymnaſticæ, & pædotribiæ eſſe tradendos.

PÆDOR, pædoris, pe. pro. {Puzzore} (αὐχμός, ῥύπος) ſitus, ſqualſor, illuuies, ſordes, & omnis immunditia, ſeu putor. Lucan. lib. 1. Longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tuſc. Barba pædore horrida, atque intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. Feſtus putat ἀπὸ τῶν παίδων, hoc eſt, à pueris deduci, qui in illa ætatula ſordidi ferè ſunt, nec à ſordibus ſciunt abſtinere. Vnde Pædidos quoq; ſordidos & obſoletos appellant.

PÆDOTRIBES, pe. pro. (παιδοτρίβης) uel Pedotriba, bæ, puerorum inſtitutor in corpore exercẽdo: cuius officium (ut inquit Plato in Gorgia) eſt corpora hominum formoſa robuſtaq; efficere.

PÆGNIVM, (παίγνιον) Græca uox eſt, quæ nobis ludum ſonat, uel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopægnium, ludicrum quoddã poema ab Auſonio inſcriptum eſt.

PÆON, (παίων) nomen uiri, medicinæ artis peritiſſimi, quem Homerus libr. 5. Iliad. ſcribit Plutonem curaſſe, ab Hercule grauiter uulneratum. Hic herbam illam inſignem inueniſſe traditur, quæ ab illo Pæonia dicta eſt. Eſt & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur. Quorum primus ex longa & tribus breuibus conſtat: ut, Obtinuit. Secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: ut Faciliimus. Tertius, ex duabus breuibus, & longa, & breui: ut, Faciebat. Quartus, ex tribus breuibus, & longa: ut Docuerant. Cic. 3. de Orat. Duas tantum huius pedis facit ſpecies, cum ſcilicet ſyllabam unam longã ſequuntur tres breues: ut, Deſinite, Comprimite: aut cum tres breues ſequitur una longa: ut, Domuerant. Studuerant.

PÆONIA, (παιωνία) herba eſt inſignis, in ſummo caule ſiliquas quaſdã ferẽs amygdalis ſimiles, quę cum dehiſcunt, grana multa & exigua oſtendunt, Punici mali acinis ſimilia, in medio nigra, quædam rubra, quinq; aut ſex purpurea. Eius duo ſunt genera, Mas & Fœmina, folijs præcipue diſtincta. Mas enim folia habet, iuglandis, Fœmina uero ſmyrnij. Dicta eſt autẽ Pæonia à Pæone inuẽtore, qui ea Plutonem curaſſe dicitur ab Hercule uulneratum, ut fabulatur Homerus 5. Iliados. Pæonia etiam regio eſt Macedoniæ, ita dicta à Pęone Endymionis filio, & Epei fratre, qui uictus curſu ab Epeo (ſicut inter eos cõuenerat) imperium paterni regni uictori fratri permiſit, & ad Axiũ Macedoniæ amnem ſibi ſuiſq; ſedes delegit. Vnde ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata eſt, & populi ipſi Pæones, ut Iuſtinus lib. 7. ſcribit. Hi olim fortiſſimi habiti ſunt, magnumq; ſibi ex rei militaris ſcientia nomen pepererunt. Sta. lib. 2. Achilleid. Nõ me ulla ferí Mauortis imago Præterit: didici quis Pęones arma rotatu, Quo Macetæ ſua geſa citent.

PÆSTVM, (παιστός) oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimũ, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. Verg. lib. 4. Georg. Biferiq; roſaria Pæſti. Huius mœnia prope mare magna ex parte adhuc integra uidentur, latitudine & altitudine miranda. Strabo lib. 5. auctor eſt, hanc urbem primum à Sybaritis fuiſſe conditam, Poſidoniamq; appellatam, fluuiumq; ipſum, in quo ſita ſunt, Poſidoniatem. Hinc Pæſtanus, a, um, παιστανός. Ouid. 2. de Ponto: Calthaq; Pæſtanas uincat odore roſas.

PÆTVS, {Loſchetto} qui obliquatis oculis in alterum reſpicit, uel qui alterũ oculum minorem habet. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Strabonem appellat pætum pater, & pullum, male paruus. Si cui filius eſt. Vbi interpres Porphyrio: Strabo, qui eſt detortis oculis dicitur: Petus, leuiter declinatis. Acron ibidem: Pæti proprie dicuntur, quorum huc atq; illuc oculi uelociter uertuntur. Hinc Pætorum familia Romæ cognomen ſumpſit.

PAGANALIA, liorum, {Feſte de uillani} (κωμαστικά) ruſticorum feſta.

PAGANICVS, a, um, {Coſa da uilla} quod paganorum eſt, hoc eſt, quod ad ruſticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, uel Paganicum abſolutè, dicitur quod ex prædijs, uel paſtione, alijsve ruſticis reditibus prouenit: cui opponitur Caſtrenſe. Antonius in l. j. C. de Teſtamento militari. Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis quę in Paganico habebat: hæredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit, petere non potes. Paganica pila dicitur à pagis, id eſt, uillis, q̃ pagani ea uterentur. Hæc eſt craſſior, laxiorq;. & pluma plena, nec ad uſum tam agilis, ut quæ nec tam leuis ſit, nec iactata facile reſiliat. Marti. lib. 4. Et quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila. Quaſi dicat, eſt laxior quam pila trigonalis, & arctior firmiorq; quàm follis: nam follis tertium genus pilæ eſt.

PAGANVS, ni, {Ruſtico, uillano} (κωμήτης, κωμητικός) à pago dictus eſt, ruſticus, qui ſcilicet rure natus eſt, & educatus. Cic. pro Domo ſua: Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniã plebi quoq; urbanæ maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe uoluerunt) qui nõ amplaſunt

plaſunt

pluſimè, non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. Iuuena. Satyr. 16. Citius falſum producere teſtem Contra paganum poſſis, q̄ uera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. Perſius per tranſlationem arrogantium uitans ait: Ipſe ſemipaganus, Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Interdum Pagani, (πάγανοι, ἀστράτευτοι) accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi urbani ſint. Et eſt uerbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur, Miles & Paganus. Sueton. de Auguſt. Pinarium equitem Romanum, quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quędam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coram fodi imperauit. Marcell. l. quædam. Digeſtis de Pœnis. Quædam delicta pagano, aut nullam aut leuiorem pœnam arrogant: militi uero grauiorem. Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui urbani ſunt, hæc affertur ratio. Romam olim diuiſam fuiſſe in tribus quatuor (ſicut apud Dionyſium libro 4. Antiquitatum legitur) quas Pagos uocitabant, in quibus habitantes, Pagani dicebantur, qui in nullam aliá habitationem transferri poterant. Paganus, pagana, paganum, adiectiuum. Ouid. 1. Faſtor. Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni, Et date paganis annua liba focis.

PAGASA, pen. cor. (παγασαί) Theſſaliæ oppidum, teſte Plin. lib. 4. ca. 8. quod poſtea Demetrias dictum eſt: iuxta quod ædificata fuit Argonauis Argonautarum, quæ ob id ab Ouid. lib. 7. Metam. Puppis Pagaſæa nuncupatur. Hinc ſinus propinquus Pagaſicus appellatur à Plinio loco iam citato: Stephanus παγασιτικὸν uocat.

PAGATIM, (κατακώμας) aduerbium, dictum eſt per ſingulos pagos, ea forma qua Oppidatim, per ſingula oppida. Liu. 2. Bel. Maced. Templo deum quę pagatim ſacrata habebant, dirui atq; incendi iuſſit.

PAGINA, æ, pe. cor. {L'una & l'altra facciata della carta} (σελίς) utraq; pars folii à pangendo, q in paginis carmina panguntur, id eſt, figuntur: Verſus enim pangi uel figi in ceris dicuntur. Vel q in libris ſuam quæq; obtineant regionem, ut pagi. Cicer. ad Tironem lib. 16. Varie ſum affectus tuis literis, ualde priore pagina perturbatus. Plin. lib. 17. cap. 22. Paginas in uitibus uocat areas interſeptas inter duo iuga. Semper (inquit) quintanis ſeminari, hoc eſt, ut quinto quoq; palo ſingulæ iugo paginæ includantur. Paginam utranq; facere in re aliqua dicitur, cuius tanta eſt auctoritas, ut nihil omnino ſine ipſo rerũ geratur. Plin. lib. 2. cap. 7 de Fortuna loquens. Huic (inquit) omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utranq; facit paginam. Hinc Pagella diminutiuum. Cic. ad Brutum lib. 11. Non imitor λακωνισμὸν tuũ, altera iam pagella procedit. Hinc fit Compagino, (συναρμόζω) pro coniungo, q paginæ ſimul coniungantur.

PAGINVLA, læ, (σελίδιον) diminutiuum à Pagina. Cic. ad Atti. lib. 4. Si uerò id eſt quod neſcio an ſit, ut nõ minus longas iam in codicillorum faſtis, futurorum Conſulum paginulas habeat, quàm factorum.

PAGO. gis pepigi, pactum. {Pattuire, far patto} (συντίθεμαι) auctore Quint. li. 1. cap. 10 antiquum uerbum eſt, quo utebantur pro paciſcor. lib. 2. ad Heren. Pacta ſunt quæ legibus obſeruanda ſunt, hoc modo: Rem ubi pagunt oratione pagunt. Seruius tamen dicit Pago (unde multi uolunt uenire Pepigi) nuſquàm lectum eſſe, uultq; Pepigi à Paciſcor fieri, ſicut & Pactus, quomodo à Placeo Placui, & Placitus.

PAGRVS, (πάγρος) piſcis eſt ex genere cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 10. Pagri fluuiatiles longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Idem lib. 9. cap. 31. Cancrorum genera carabi, aſtaci, maiæ, paguri, leones, & alia ignobiliora.

PAGVS, pagi. {Villa} (κώμη) ſimul poſitæ uillæ: hoc eſt, ruſticanæ domus in unum coagmentatæ. ἀπὸ τῶν πηγῶν, hoc eſt, à fontibus circa quos ruſtici gaudent habitare, ut facilis ſit aquatio. Auctor Feſtus. Pagus præterea accipitur pro toto iuriſdictionis tractu. unde Cæſ. lib. 1. Bel Gall. ſcribit, Heluetiam totã in quatuor fuiſſe diuiſam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli ſua lingua uocant Cantones.

PALA, læ, {Pala, badile} (ἀσφόδελος) inſtrumentum ruſticanum, uulgo notum. dicta à pagendo, mutata g, in l, inquit Var lib. 4. de Lingua Latina. Plautus Palas uendundas ſibi, & mergas datas, ut hortum fodiat. Eſt etiam Pala inſtrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11. de Re ruſt. Palæ ligneæ quatuor: nec non uentilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Item Palæ dicuntur dorſi partes dextra, læuaq; eminentes.

Item (ut inquit Strabo lib. 3.) minores auri purgatioris maſſulæ, & utique non maiores ſelibra Palæ dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 13. In ærariis officinis & pſegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus paulatimq; accenſis, ac repente uehementiore flatu expuitur æris pala quædam.

Sic enim legit Budæus de Aſſe, licet in quibuſdam codicibus legatur Palea. Pala quoque anuli pars caua eſt latior, in qua gemma inſeritur, σφενδόνη. Cic. lib. 3. Offic. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo uidebatur.

PALA, arbor eſt apud Indos, quam deſcribit Plin. lib. 12. cap. 6. his uerbis: Maior alia, pomo & ſuauitate præcellentior, quo ſapientiores Indorum uiuunt. Folium alas auium imitatur, longitudinem trium cubitorum, latitudine duũ. Fructum cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

PALACRA, quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, maior auri maſſa eſt, Plin. lib. 33. capite 4. de auri maſſis loquens: Necnon in puteis denas excedentes libras: Palacras Hiſpani, alij Palacranas: iidem quod minutum eſt Baluçem uocant.

PALÆBIBLVS, (παλαίβυβλος) oppidum eſt in ora Syriæ, Libano monti ſubiecta, non procul ab Adoni fluuio. Auctor Plin. lib. 5 cap. 20.

PALÆMON. (παλαίμων) Athamantis & Inus filius fuit, alio nomine dictus Melicertes, qui patris furorem fugiens, unà cum matre ſe in mare præcipitauit: amboq; dij marini facti ſunt: mutatiſq; nominibus, mater Leucothea, hoc eſt, alba dea dicta eſt: crediturq; eſſe Aurora, quæ & Matuta dicitur: ille uero à Græcis Palæmon, à noſtris, quod portubus præeſſe putetur, Portunus eſt appellatus In Palæmonis honorem Iſthmia celebrabantur, à Theſeo primùm inſtituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palæmone dictæ ſunt Palæmoniæ. Claudi. 8. Panegyr. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adſit. Erat autem hoc unum ex quatuor ſacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concurſu celebrabantur: quorum duo dicata erant dijs immortalibus. Ioui Olympia, Apollini Pythia, duo itidem mortalibus, Nemeæa Archemoro, Palæmoni autem Iſthmia, De qua re circumfertur Epigramma Græcum nomine Archiæ poetæ. Eſt etiam Palæmon nomen proprium Grammatici Vincentini, qui Romę uixit ſub Tyberio & Claudio principibus, tanta uir arrogantia, ut M. Varronem porcum appellaret, ſecum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulſit, ut ſæpius in die lauaretur nec ſufficeret ſumptibus. Hæc Tranquil. Iuuenal. Satyr. 6. Odi Hanc ego, quæ repetit uoluitq; Palæmonis artem. Eſt & paſtoris nomen apud Maronem in Eclogis.

PALÆMYNDVS, (παλαίμυνδος) Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo poſtea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad diſcrimen recentioris Myndi, cum antea etiam Myndus diceretur. Vide Plinium lib. 5. cap. 29.

PALÆPAPHVS, (παλαίπαφος) oppidum Cypri inſulæ antiquum Veneris Paphię templum habens: antea Paphus dicta. Verum poſtquam Agapenor ad ſexageſimum inde ſtadium alteram eiuſdem nominis urbem condidiſſet cœpta eſt hæc ad differentiam recentioris palæpaphus appellari, quaſi uetuſta Paphus. Auctor Strabo. lib. 24.

PALÆPHATIA PAPYRVS, prouerbialiter dicitur de libellis fabuloſis qui nil niſi meras fabulas, resq; incredibiles continent Tractum à Palæphato Pario. ſiue (ut alij malunt) Prienæo, qui τῶν ἀπίστων, hoc eſt, rerum incredibilium multa conſcripſit uolumina. Vergilius tamen in Carmine ad Meſſalam Palæphatiam papyrum, ſimpliciter dixit pro libris Palæphati, cum ait: Docta Palæphatia teſtatur uoce papyrus.

PALÆSCAMANDER, (παλαισκάμανδρος) fluuius Troadis, qui effecto prius lacu, in Achæorum portum influit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

PALÆSTINA, (παλαιστίνη) prouincia Syrię, Iudææ, & Arabiæ contermina, ut inquit Plin. lib. 5. ca. 12. & 13. Herodotus totam Syriam uocat Palæſtinã. In ea quinq; ciuitates cõtinebãtur, Gaza, Aſcalo, Geth, Accaron, et Azotus.

PALÆSTRA, æ, {Paleſtra, lotta} (παλαίστρα) luctatio, ἀπὸ τοῦ παλλειν τὸ σῶμα, hoc eſt, à corporis agitatione. Teren. in Eunu. Fac periculum in literis Fac in palæſtra, in muſicis. Ver. lib. 6. Pars in gramineis exercent membra palæſtris. Accipitur etiam per tranſlationem Palæſtra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipue ſe quis exercet. Terent in Phorm. Eccum, è ſua palæſtra exit foras. hoc eſt, è domo lenonis, quę eſt ueluti exercitium ipſius amatoris. Accipitur etiam Palæſtra pro decenti motu geſtuq; totius corporis, quę Galli Contenantiam uocant. Vnde Palæſtritæ uocantur, qui in huiſce corporis decentibus geſtibus inſigniter ſunt exercitati: quemadmodũ contrà Apalæſtri, qui talium motuum, & geſtuum planè ſunt rudes. Quint. lib. 9. cap. 4. ſignificare uolẽs, orationem forenſem nec planè numeroſam eſſe debere, qualis Panægyricus ille famigeratus Iſocratis, nec ruſſus numeris uacare, ita inquit: Sicut etiã quos Palæſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos qui dicuntur Apalæſtri. Vide Budæum in prioribus Annotationibus.

PALÆSTRICVS, ci, {Lottatore} (παλαιστρίτης) ſubſtãtiuum, idem quod palæſtrita. Afranius: Depellis mihi manum per palæſtricos. Dicuntur etiam Palæſtrici, qui palæſtram docent, hoc eſt, qui palæſtritas exercent & inſtituunt.

Aliquando etiam Palęſtricos appellatos inuenimus, qui motus geſtusq; corporis formant docentq; quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quintil. lib. 1. cap. 12. Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæſtricis uacauerint. Non de iis loquor quibus pars uitæ in oleo, pars in uino conſumitur: qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abeſſe ab eo quem inſtituimus q̄ longiſſime uelim. Sed nomen idem eſt iis, à quibus geſtus, motusq; formantur.

PALÆSTRICVS, ca, cum, pe. cor. {Coſa da lotta} (παλαιστρικὸς) quod eſt ex uſu palæſtræ, ſiue quod ad palæſtram pertinet. Plaut. in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnaſtico, & palæſtrico. Palæſtricos motus dixit Cic. 1. Offic. nimis accuratos corporis geſtus. Nam, ut ſupra oſtendimus, Palęſtra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum geſtu, quem Galli Contenantiam uocant: & Palæſtrici, qui huiuſmodi motus docent. Verba Ciceronis ſunt hæc: Nã palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. Hinc palæſtrice aduerbium more palæſtritarum. Cic. de Opt. gene. dic. Sed ita ut paleſtricè ſpatiari in xyſto liceat.

PALÆSTRITA, tæ, pe. pro, {Lottatore} (παλαιστρίτης) qui ſe in palæſtra exercet, uel ſodalis palæſtræ, aut magiſter. Cic. 6. Ver. De Heraclii hæreditate, quam palæſtritis cõceſſiſſet, multo maximam partem ipſum abſtuliſſe. Perſius Satyr. 4. Quinq; paleſtritæ licet hæc plantaria uellant.

PALAM, {Paleſemente, apertamente} (ἀπαρακαλύπτως, φανερῶς) aduerb. ſignificat manifeſtè, apertè, in conſpectu atq; oculis omnium. Contraria habet Clàm & obſcurè. Ci. 4. Acad. Alterum quidem, ut uidemus, palàm: alterũ, ut ſuſpicamur, obſcurius. Palàm & Interdiu, quibus contraria Clam & Noctu. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Exercitum educunt, Pompeius clàm & noctu, Cæſar palam atq; interdiu. Coràm ad perſonas certas tantum refertur: Palàm ad omnes. Teren. in Eunu. Si falſum aut fictum continuo palàm eſt. Hinc fit Propalàm, eiuſdem ſignificationis: à quo propalo, las, pro manifeſto ſeu aperio, de quibus infrà. Palam quæſtum facere, (ἐς τοῦ φανεροῦ χρηματίζειν) dicitur, nõ tantum, ea quæ in lupanario ſe proſtituit, ſed etiã ſi qua (ut ſolet) in taberna, caupona, uel qua alia domo, pudori ſuo non parcit.

PALAMEDES, (παλαμήδης) nomen Nauplii Eubœæ regis filii, qui Vlyſſis fraude a Græcis interfectus fuit. Nam cum omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlyſſes ut domi maneret, inſanire ſe finxit: & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuerſæ naturę animalibus ſalem ſerebat. Palamedes autem ut uiri aſtutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit, quo uiſo Vlyſſes aratrum ſubito ſuſpendit, ne eum læderet.

Quo argumento ſimulatione deprehenſa, ad bellum ire coegit Deinde eum in Thraciam frumentatum miſſus eſſet Vlyſſes, & nihil inde attuliſſet, neque quicquam ſeſe inueniſſe diceret. Palamedes eodem miſſus plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlyſſes inuidiæ ſtimulis agitatus, adulterinam Priami

nomine epiſtolam ſcripſit, in qua agebat Palamedi proditionis gratias, commemorabatq; ſecretum auri pondus eſſe tranſmiſſum, quod ipſe Vlyſſes per corruptos ſeruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur literis in Græcorum conſilio recitatis, Palamedes proditionis accuſatur. Ibi Vlyſſes reo ſe adeſſe ſimulans, hoſtilibus literis nihil fidei habendum contendit: eaſq; re ipſa facile poſſe coargui, ſi Palamedis tabernaculum ſcrutaretur: in quo ſi aurum inueniretur nullum illum ſupplicij genus recuſare. Miſſi itaque, qui tabernaculum eius perſcrutarentur, cum aurū inueniſſent, Palamedes ueluti proditionis conuictus, lapidibus obrutus eſt. Ouid. lib. 13. Vellet & infelix Palamedes eſſe relictus, Viueret &c. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inueniſſe, ſcilicet, θ, ξ, χ, φ. Præterea calculorum ludum, & menſurarum, & ponderum rationem excogitaſſe. Aſtrologię inſuper peritus fuiſſe dicitur, annumq; ad curſum Solis, & mēſes ad curſum Lunæ accōmodaſſe, primusq; in caſtris uiſam atq; reformidatā Solis eclipſim naturalem, minimeq; timendam eſſe docuiſſe. Præterea ordinem aciei & teſſeras, hoc eſt ſymbolum bellicum, & uigilias inueniſſe. Quæ omnia à gruibus fertur didiciſſe. Illæ enim non niſi acie inſtructa uolant, electo duce quem ſequantur, diſpoſitisq; in extremo agmine qui gregem uoce contineāt, & qui noctu, cæteris dormientibus excubias obeant. Inter uolandum etiam, mutatis ſubinde ordinibus, literas quaſdam uidetur effingere, quas etiam ab eis primus obſeruaſſe fertur Palamedes. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Martialis lib. 13. Turbabis uerſus, nec litera tota uolabit. Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui ſcripſit Onomaſticum de tragicis & comicis dictionibus ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas.

PALANGÆ, Græci φάλαγγας dicunt, ſunt ligna teretia, qualia ſunt quę nauigiis, dum ſubducūtur ad litus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolent. Vnde etiā nūc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehunt. Varr. de Vitis pop. Rom. lib. 4. Cum pœnus in fretum obuiam ueniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quò metu debilitaret noſtros. Cæſar 2. Bell. ciuil. Palangis ſubiectis ad turrim hoſtium admouent. A' Platone σκυτοφορία appellatur, teſte Hermolao, & Cęlio, apud quos Phalangas legimus per aſpirationem. Vide in dictione Phalangæ.

PALANGO, gas, (φαλαγγίζω) onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afranius: Et capream unam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant. Nonius.

PALANTEVM, uel potius Pallanteum gemino ll, (παλλάντειον) urbs in Palatino monte, à Pallante Euandri proauo. Vnde Verg. lib. 8. Aene. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti, Delegere locum, & poſuere in montibus urbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteā. Varro à balatu ouium per antiſtœchon dictum uoluit, & ſic per l, ſimplex ſcribi debet, ſecundum Vergilium autem per duplex, Vide Palatinus, & Palatium.

PALANTIA, (παλαντία) oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ut ait Ptolemæus lib. 1. capite 6. Vacceorum colonia, à qua Palantini dicti: ut à Numantia, Numantini. Alias Palentia dicitur. Eſt & nomen fluminis in Valentino litore.

PALANTIVM, (παλάντιον Stephano) Arcadiæ oppidum, Euandri regis patria: qui cum patrem imprudens occidiſſet, ſuadēte matre in Latium ſe contulit, montemq; in quo primum conſedit, a nomine relictæ patriæ Palantion appellauit, qui poſtea Palatium, & Palatinus appellatus eſt. Plin. lib. 4. in deſcriptione Arcadiæ: Palantium, (inquit) unde Palatium Romæ.

PALATHA, (παλάθη) Græca dictio eſt, quæ nobis maſſam ſonat, & proprie ficorum & caricarum. Auctor Heſychius: cuius uerba ſunt hæc. παλάθη ἐστὶν ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλ@, θέσις καὶ μᾶζα. Eadem fere de hac re ſunt uerba apud Suidam.

PALATIM, {*Vagando in ogni parte*} (πανταχοῦ μερῶς) aduerbium, ſignificat paſſim uagando Liu. lib. 3. ab Vrb. Tuſc. palatim fugerunt.

PALATINA, ę, urbis Romę quarta fuit regio, circa Palatinum mōtem: unde & nomen accepit, Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomē putent impoſitum. Alij à palando, hoc eſt, ab errando dictam putant, q Arcades duce Euandro palantes ibi primum ſubſederint.

PALATINA OFFICIA, dicuntur officiales aulici & imperatorii. Iulius Capitol. in Gallien. Quum iret ad hortos nominis ſui, omnia palatina officia ſequebantur.

PALATINA PALÆSTRA, quæ in Palatino monte exercetur. Cicer. ad Attic lib.

PALATINVS, na, num, (παλλάντιος) unde Palatinus deus. & Palatinus mons dictus eſt, ſuper quo primò Roma ædificata fuit, in quo Reges primò deinde Conſules, poſt Imperatores maiore ex parte ſedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars urbis, in qua Arcades & Aborigenes palantes, hoc eſt, errātes & uagabundi, duce Euandro primo conſederunt: quamuis nonnulli hāc urbis partem, à Palantia Latini regis matre ferant cognominatam.

PALATIO, onis, dicitur illud fundamēti genus cum in ſolo uliginoſo, aut alio qui ſuſtinendo ædificio non ſatis firmo, fiſtuca, uel ſimili aliqua machina palos depangimus cui ædificium innitatur. Galli ſua lingua uocant Pilotiū. Vtitur hac uoce Vitruu. lib. 2.

PALATIVM, tii, (παλάτιον, ὁ) unus ex ſeptem urbis Romæ montibus nomen habens ab eo, quod ante urbem conditam pecus in eo paſcens balare conſueuerit (ſic enim uox eius animalis exprimitur) quaſi Balatium: qua etiam uoce utitur Næuius. Vel à Palo, las, ſiue q ibi palare, id eſt, errare pecudes ſolebant ſiue q palantes Arcades cum Euandro ibi conſederint. Nam ante Romam cōditam poſſeſſum fuiſſe atq; habitatū hunc montem conſtat. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum uolunt. Alij a Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & poſtea illic ſepulta uel certe à Pallante eius filio illic ſepulto. Plin. à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Euandri dictum exiſtimat. Ferunt cum Euandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium ueniſſe, montēq; in quo conſedit, Palatium appellaſſe. Alij a Pale paſtorali dea nomen inditū autumant. Palatium, (ἀρχεῖον) etiam dicitur domus imperatoria, ſuperba, amplaq;, à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur ſiue (ut Cyrillus auctor Gręcus refert) à Palatino monte. Sueto. de Cla. gram. Quare ab Auguſto quoq; nepotibus eius præceptor electus, tranſiit in palatium cum tota ſchola. Huius nomine prima ſyllaba indifferenter ponitur. Oui. 1. de Arte amandi: Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Marti. li. 1. Inde ſacro ueneranda petes palatia cliuo. Crediderim tamen, primam huius nominis ſyllabam, quoties producitur gemino ll, eſſe ſcribendam.

PALATVALIS, Flamen, qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat Palatium. Feſtus.

PALATVAL, ſacrificiū quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varr. de Lingua Latina. lib. 6.

PALATVM, ti, {*Palato*} (οὐρανίσκος, ὑπερῴα) oris coelum, q labiis dentibusq;, quaſi palis, munitum ſit. Colu. li. 7. Sed etiamſi palatum, atq; lingua concolor lanæ eſt. Legitur etiam nominatiuus Palatus (niſi mendoſum ſit exemplar) apud Cic. 2. de Fin. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.

PALEA, æ, {*Paglia*} (ἄχυρον) ut ait Varr. de Re ruſt. lib. 1. ca. 50. ſiue à nomine Pabulum dicitur. Nam ea ſola primum in paſcēdis animalibus præbebatur. Quæ ſane uocabulo, non proprie culmi, ſed folliculi ipſa granulorum comprehenduntur, Verg. li. 1. Georg. Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Colu. li. 6. Minus commode tuemur armentum paleis, quæ utiq; quibuſdā regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maxime ex milio, tum ex hordeo mox & tritico. Notandum (ut Seruius ſentit) Paleam ſingulari numero dici contra artem. Nam quę ex pluribus conſtat, ſunt tantum numeri pluralis. ut Cācelli, Bigæ, Scopæ. Licet abutantur poetæ. Verg. 1. Geor. Nequicquam pinguis paleæ, teret area culmos. Palea quoq; dicitur cartilago deflua à collo galli gallinacei. Colum. lib 8. cap. 2. de gallinaceis loquens: Paleæ ex rubro albicantes, quæ uelut incanæ barbæ dependent. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento Plin. lib. 34. cap. 13. Ac repente uehementiori flatu expuitur æris palea quędam: Sic enim fere habent exemplaria. Budæus tamē in hoc Plinii loco Pala legit, non Palea.

PALEARIA, {*Pagliuola*} (τὰ λογάρια) pelles dependentes ex gutture bouis, dicta quaſi pellearia. Verg. 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendēt, Colu. lib. 6. cap. 1. Ceruice longa, & toroſa palearibus amplis, & pene ad genua promiſſis. Nominatiuus ſingularis eſt Palear, quo uſus eſt Seneca in Hippolyto: Muſco (inquit) tenaci pectus, ac palear uiret.

PALEARIVM, rii, {*Pagliaio*} (ἀχυρών) locus iu quo reconditur & aſſeruatur palea. Colu. lib. 1. cap. 6. Fœnilia, palearıaq;, & apotheca, & horrea.

PALEATVS, ta, tum, {*Fatto di paglia*} (ἀχυρωτός) quod eſt factum ex paleis, uel quod paleas habet admiſtas. Vnde Lutum paleatum dicitur, cui, ut tenacius ſit, admiſtæ ſunt paleæ. Colu. lib. 1. de Arboribus, cap. 8. Quicquid inſerueris uiti, diligenter libro ligato, atq; luto ſubacto paleato, oblinito, operitoq; plagam, & ita alligato, ne aqua uentusve penetrare poſſit.

PALE, (πάλη) Gręca eſt dictio, nobis luctam ſignificans. (ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα.) hoc eſt, ab agitatione corporis: unde Palæſtra dicta eſt.

PALES, (βοτάμιος θεός) paſtorum dea, uel pabuli, cuius feſta palilia ſunt appellata: aut (ut alii malunt) Parilia, à pariendo, q pecorum partui credebatur pręſidere. Auctor Feſtus. Hanc quidam Veſtam, quidam Deorum matrem appellant. Hanc Verg. genere fœminino uocat. Alii, inter quos Varro, maſculino genere, ut hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur, quę Palilia uocantur, de quibus infrà Hæc Seruius enarrans illud Vergilii, Te quoq; magna Pales, & te memorāde canemus Paſtor ab Amphryſo.

PALFVRIVS SVRA, orator & cauſidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: ſed ob ſuſpicionem, quod cum Vitellianis ſenſiſſet, ſenatu à Domitiano fuit amotus.

PALICENEVS, fons, (παλικηνὸς κρήνη) fons eſt in Sicilia non procul à Catana. ita dictus, q proximus ſit Dellis lacubus, quos fratres Palicos eſſe uetuſtas credidit. Apud hunc fontem iuramentorum ueritas explorari ſolet ad hunc modum Iuratus tabellam, quam manu tenebat, conüciebat in fontem, quæ ſi uerum eſſet quod iureiurando aſſeruerat, fluitabat: ſin falſum mergebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

PALICI, (παλικοί) dicti ſunt gemini fratres, Iouis filii & Thaliæ Nymphæ, ſiue (ut alii uolunt) Aetnæ: quæ quum Iunonis irā metueret, orauit ut terra ſibi dehiſceret. Sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo geſtabat, aduenuiſſet, ruſus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emiſit, appellatiq; ſunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι. quod in terram demerſi, denuo ſint reuerſi. Oſtendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emerſiſſe, eoſq; Dellos appellant: qui tanta olim in ueneratione habiti ſunt, ut circa eos iuramēta exigi ſolerent, ſi quis in furti ſuſpicionem incidiſſet, prius tamē accepto fideiuſſore, qui, ſi iurāti quid accidiſſet, præſtaret quod exitus oſtēderet. Vide in Dictione Dela.

PALILIA, (παλίλια) uel Parilia, l, in r, mutata, Palis deę feſta dicūturque à paſtoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbē fundauit, ad lupos arcendos, morboſq; à pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. Proper. lib. 4. Vrbis feſtus erat, dixere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

PALILLOGIA, (παλιλλογία) iterata locutio: hoc eſt, dictionis alicuius maioris uehementię cauſa repetitio. Quid autem differat ab Epanalepſi Epanaphora, & Anadiploſi, uide Ruſinianum, & Aquilam Romanum.

PALILICIVM SIDVS, (ὑάδες) ex ſeptem conſtat ſtellis, quas Latini Suculas appellant. Palilicium appellatum, q cum natura ſit pluuium ſydus, obſeruatum tamen fuerit, q undecimo Calen. Maii, (quo die Romæ Palilia celebrabantur) ſerenitatem adduceret. Vide Plin. lib. 18. cap. 26.

PALIMBACCHIVS, pen. pro. (παλιμβάκχειος) genus pedis, ex prima & ſecunda longis, & ultima breui: ut, Auguſtus. Idem Antibacchius dicitur.

PALIMPISSA (παλίμπισσα) pix liquida iterum decocta, & inſpiſſata Plin. lib. 24. cap. 7.

PALIMPSESTVS, {*Cartella*} (παλίμψηστος) membrana iterū abraſa. Cice. Treb. lib. 7. Epiſt. Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniā, ſed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, q hæc non ſcribere, niſi forte tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxeſtum à πάλιν, iterum, & ξέω rado, qua uoce etiam uſus eſt Catull. ad Varum Epigram. 19. Puto (inquit) eſſe illi milia aut decem, aut plura Perſcripta, nec ſic, ut fit, in palinxeſto

Relata.

Relata chartæ regiæ non libri, Noui umbilici. Budæus in lib. de Aſſe Palimpſeſtum interpretatur chartam eſſe deletilem, qua calculatores utuntur: Iurecõſulti Deletitiam chartam uocant. Nam abraſis prioribus literis reſcribitur. Vlpia. l. chartæ. ff. de Bon. poſſeſ. ſec. tab. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

PALINGENESIA, (παλιγγενεσία) Latinè dicitur regeneratio. Alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egreſſas, in alia atq; alia corpora tranſmigrare, non ſolùm hominum, uerùm etiam Brutorum. atq; ita nos identidem alios atq; alios renaſci.

PALINODIA, æ, (παλινῳδία) recantatio, ſiue retractatio: à uerbo Græco παλινῳδεῖν, quod eſt, retractare, uel recantare, hoc eſt, diuerſa ſuperioribus ſentire, & quod ſemel dictum eſt, reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam canere. Vide Adagia Eraſmi.

PALINVRVS, (παλίνουρος) Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ poſtea Velia dicta eſt: ita dictum à Palinuro nauis Aeneæ gubernatore, qui ſomno oppreſſus, unaq; cum gubernaculo in mare delapſus, cùm ad eã partem Lucaniæ adnataſſet, in qua poſtea Velia condita fuit, ab incolis prædę cupidis occiſus eſt, & ſpoliatus, cadauerq; eius in mare abiectum. Verùm cũ non ita multò poſt ora illa grauiſſima peſte infeſtaretur, oraculo moniti ut Palinuri manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium, hoc eſt, inane ſepulchrum poſuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine eius appellarunt. Quod etiam teſtatur Verg. 6. Aene. cùm ait: Nam tua finitimi longè, lateq; per urbes Prodigijs acti cœleſtibus, oſſa piabunt: Et ſtatuent tumulum, et tumulo ſolennia mittent: Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit. Dicitur autem Palinurus quaſi iterum meiens, πάλιν enim iterum, οὖρον urina. Ad quã etymologiam alludit Mar. lib. 3. Minxiſti Pauline ſemel currente carina: Meiere uis iterum ſic Palinurus eris.

PALIVRVS, (παλίουρος) frutex ſpinoſus & aſper in Cyrenaica regione præcipue prouenien̄s, Baccas ferens uini ſaporem ſucco ſuo commendantes. Vide Pli. lib. 13. cap. 19. Verg. 5. Eclog. Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

PALLA, læ, {*Veſte donneſca*} (χλαῖνα) per duplex ll, eſt honeſtæ mulieris ueſtimentũ. hoc eſt pallium, quod palàm et foris eſt ad ueſtigia uſq; demiſſum. Verg. 11. Aenei. Pro longæ tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum à uertice pendent. Plau. in Menæch. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio.

Palla etiam utebantur citharœdi. Ouid. 11. Metam. Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus, Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla. Item tragœdi. Idem 3. Amor. Fronte comę torua, palla iacebat humo. In Gallia etiã omnes paſſim uiri palla utebantur. Et uidetur, inquit Bayfius, Gallica palla acceſsiſſe ad formam noſtri palletici manicati. Vnde Martiali. libro. 1. Dimidiasq; nates Gallica palla tegit. Strabo. lib. 5. idem ſentit: Tunicarum, inquit, uice pallas manicatas geſtant, ad uerenda uſque, nateſq; medias pertingentes. Eſt etiam hoc nomine urbs, Ptolemæo teſte, à latere Meridionali Corſicæ.

PALLACANA, cæpæ genus eſt, nullo ferè capite, radice tantũ oblonga, quod ſubinde reſecatur, ut porrum. Pli. lib. 19. cap. 6. Apud nos prima duo cæparum genera: unum condimentarium, quod illi Gethyon, noſtri Pallacanam uocãt. Seritur menſibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

PALLACE, es, ſeu Pallaca, ę, {*Concubina*} (παλλακή) Græcum nomen eſt, quod nobis ſonat concubinam. Suet. in Veſp. cap. 21. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat.

PALLADIVM, (παλλάδιον) Palladis ſimulacrum antiquiſſimum fuit in arce Troiana, quod eo tempore, quo arx, templumq; Mineruæ ędificabatur, de cœlo cecidiſſe fabulantur poetæ, & in templo nondum tecto ſibi locum delegiſſe: Quæ res cum omnibus maximo eſſet miraculo, ab Apolline reſponſum eſt, tam diu urbem incolumem fore, quàm diu ſimulacrum illud intra mœnia ſeruaretur. Itaque tempore belli illius quod communibus uiribus Græcia tota aduerſus Troianos geſſit, cum alia ſpes capiundæ Troiæ non eſſet, niſi prius ſublato Palladio, datum negotium eſt Vlyſſi & Diomedi, ut per cloacas in urbem aſcenderent, fataleq; Mineruæ ſimulacrum auferent: Quo facto, urbẽ tutelari Palladis numine ſpoliatam, infirmam, captuq; non admodum difficilem reddiderunt.

PALLADIVS, (παλλάδιος) nomen uiri proprium, qui de Agricultura, libros 12. ſcripſit, ſingulos libros ſingulis menſibus finiens.

PALLADIVS, dia, dium, (παλλάδιος) quod eſt Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

PALLANTIAS, (παλλαντιάς) palus eſt in Africa, nõ procul ab aris Philænorum, ad Tritonem amnem: quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludem Palladem primum apparuiſſe ferunt: unde ex ea natam fuiſſe nonnulli putauerunt. Vide Pli. lib. 5. cap. 4.

PALLANTIA, (παλλαντία) oppidum citerioris Hiſpaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Inde Pallantini, dicti eius urbis incolę, quos Plin. inter Vacceos numerat, lib. 3. cap. 3.

PALLAS, antis, (πάλλας) Euandri filius, qui Aeneæ ſuppetias miſſus aduerſus Turnum, ab eo occiſus eſt. Verg. lib. 10. Ipſe caput niuei fultum Pallantis, & ora Vt uidit, &c. Alius fuit Pallas Pandonis filius, cuius meminit Oui. lib. 7. Meta. Maior habet Clyton & Buten Pallante creatos.

PALLAS, ladis, {*Pallade*} (παλλάς) ſapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerua, ex Iouis cerebro ſine matre progniata. Quod ideo a poetis fingitᷣ, quia liberalibus artibus & honeſtis diſciplinis credatur præſidere, quæ non ex inuento humani ingenij, ſed ex inexhauſto diuinæ ſapientiæ fonte creduntur dimanaſſe. Dicta eſt autem Pallas (ut quibuſdam placet) à Pallante gigante ab illa interfecto quum prius Tritonia uocaretur à Tritonide palude, ubi primũ uiſa eſt. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt, à uibrando, uel quatiendo. Solet enim ita pingi, ut haſtam manu teneret, eamq; ueluti uibrare uideretur.

PALLENE, es, pen. pro. (παλλήνη) oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte, qua Thraciam ſpectat, in exigua Cherroneſo ſitum, ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Cliti uxore. Vide Plin. lib. 4. capi. 10.

Eſt item Pallene uicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. A' Pallene Macedoniæ regione ſit Pallenæus, a, um: ut Triumphi Pallenæi, apud Statium lib. 4. Syluarum.

PALLEO, les, lui, {*Eſſere pallido, eſſere ſmorto*} ὠχριάω. pallidus ſum Cic. 2. Philip. Non diſſimulat P. C. apparet eſſe commotum, ſudat, pallet. Oui. 1. de Arte. Palleat omnis amans, color hic eſt aptus amanti. Mart. lib. 1. Pulchre ualet Charinus, & tamen pallet. A' quo Palleſco, pallidus fio. Propert. libr. 1. Eleg. 12. Perditus in quadam, tardis palleſcere curis Incipis. Huius compoſita ſunt, Expalleo: à quo Expalleſco, ualde pallidus fio. Plau. in Curc. Vide'n' ut expalluit? Impalleo, à quo Impalleſco, quod eſt, rei alicui tam pertinaciter incumbere, ut inde pallor contrahatur. Perſius: At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

PALLIDVS, a, um, {*Pallido, ſmorto*} (ὠχριάς, ὠχρός) ut, Pallidus colore, qualem in corporibus exanguibus uidemus. Pli. lib. 10. ca. 33. Meropos uocãt genitores ſuos reconditos paſcens pallido intus colore pennarum. Verg. 1. Geor. Aut ubi pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Oui. 4. Meta. Oraq; buxo Pallidiora gerens. Hinc diminutiuum Pallidulus, a, um, Catullus ad Ortalum: Pallidulum manans alluit unda pedem.

PALLIASTRVM, (τριβώνιον) rude ac uile pallium. Apuleius; Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio: humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

PALLIATVS, a, tum, (τριβωνοφόρος) pallio indutus, & pallio coopertus. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Demq; illi palliati topiariam facere uideantur. Idem pro Rab. poſth. Itaq; obijcias licet q̃ uoles ſæpe palliatum fuiſſe. Apud Apuleium legitur uerbũ Palliare pro tegere, uel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res poteſt, id eſt, cooperiri, uel diſſimulari.

PALLIOLATVS, (τριβώνιον ἔχων) palliolo indutus. Suetonius de Claudio. Palliolatus nouo more præſedit. Mart. lib. 9. Hanc uolo, quæ facilis, quæ pallio lata uagatur.

PALLIOLVM, li, {*Capetta, mantelletto*} (τριβώνιον) diminutiuum à pallio id eſt, breuius & uilius pallium. Cic. 3. Tuſc. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Hinc Palliolatim, aduerbium. Plau. in Pſeudo. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

PALLIVM, lij, {*Mantello, ſopraueſta*} (τρίβων, ἱμάτιον) ueſtimenti genus externum quod tunicæ ſuperindui ſolet: unde manſit prouerbium, Tunica pallio proximior eſt: Dictum autem putatur Pallium ab eo, quod palàm, hoc eſt foris geſtaretur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quęadmodum Romanorum, Toga. Suet. in Auguſt. Sed cæteros continuos dies inter uaria munuſcula togas inſuper & pallia diſtribuit, lege propoſita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. Vnde Palliati Græci dicti ſunt. & Comœdiæ palliatæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus, & habitus palliatorũ, hoc eſt, Græcorum. Auctores Donatus & Diomedes. Cic. 3. de Orat. Hippias glori atus eſt, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. Pallium quoq; philoſophorum erat. Gell. lib. 9. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philoſophum nondum uideo. Pallia inter communia ueſtimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiſcua appellat Tacitus lib. 3. Promiſcuas uiris & fœminis ueſtes.

PALLOR, palloris, pen. produ. {*Pallore, pallidezza*} (ὠχρίασις, ὠχρός) propriè dicitur color ille in homine, cum pellis ſanguine deſtituta lucẽt, quod accidere ſolet in ſubito metu, ſanguine ſe ad interiora recipiente. Ouid. 11. Meta. Buxoq; ſimillimus ora Pallor obit, lachrymisq; genæ maduere profuſis. Cic. 4. Tuſcu. Ex quo fit, ut pudorem rubor, ſic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Plin. libro. 14. capite. 22. Hinc pallor & genæ pendulæ. A' quo pallidus, a, um, & diminutiuum Pallidulus de quibus ſuprà.

PALMA, æ, {*Palma della mano, Palma albero*} (θέναρ) eſt uola manus. hoc eſt, pars illa concaua, quæ eſt inter τὸν καρπὸν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis ὑπόθεναρ dicitur. Quanquam etiam non raró pro tota manu palmam acceptam legimus. Cicer. in Ora. Cum autem manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Verg. 2. Aenei. Nã teneras arcebant uincula palmas. Idem. 1. Aeneid. Duplices tendens ad ſidera palmas. Ab huius ſimilitudine arbor illa nobilis, quæ dactylos profert, quam Græci φοίνικα appellant, à noſtris quoque Palma dicitur, quòd comam in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorum modum protenſos. Vnde & fructum eius Dactylos, hoc eſt, digitos uocamus, quòd digitorum manus ſimilitudinem referant. Hæc arbor in Italia ſterilis eſt, in maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem: dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. Contrà autem in Oriente, ex his uina fiunt, alicubi etiam panis, & Pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus: ideo uictoribus traditur præmio, quòd non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vide Gellium li. 3. c. 6. Vnde etiam ponitur pro uictoriæ ſigno, aut pro ipſa uictoria. Plutarchus: In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit uictoriæ: quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, ut urgentibus, opprimentibusq; non cedat. Item palma cauſa certaminis dicitur, ut annotauit Donatus in illud Terentij ex Prolog. Phorm. In medio omnibus Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. Item Palma (ut docet Seruius in libro. 11. Aeneid) ſignificat togam, quę etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triumphantium fuit, quam merebantur ij, qui de hoſtibus palmam deportaſſent. Alij à latitudine clauorum dictam uolunt palmatam, quæ nunc à genere picturę Picta appellatur. Martia. lib. 7. Palmatæq; ducem, ſed cito, redde togę. De natura palmæ arboris uide Plinium lib. 23. cap. 5. & lib. 13. cap. 4. & Dioſco. lib. 1. cap. 150. & Theophra. libro. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 5. Dicimus Latinè, Palmam ferre, id eſt, uictorem eſſe. Palmam dare alicui, id eſt, uictorem fateri. Reſeruare Palmam alicui: Habere palmam. Accipere palmam: Petere palmam. Teſtimonia paſſim obuia legentibus bonos auctores.

PALMA, (πάλμα) ciuitas in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habens, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

PALMARIS, & hoc palmare, ut Palmaris ſtatua, quæ alicui propter uictoriã ponitur. Ci. 6. Philip. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere, &c. Et Palmare facinus, (νίκης ἄξιον) quod eſt dignum palma. Palmare ueſtigium, (σπιθαμιαῖον ἴχνος) dictum q̃ ea palmæ impreſſæ nota factum ſit.

PALMARIA,(παλμαρία)inſula eſt ultra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno. Varr.lib 3.de Re ruſt. Hoc ita ſiti apparet in inſulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandatharia.

PALMARIS,re,{D'un palmo}(σπιθαμιαῖος) quod eſt magnitudine unius palmi. Varro lib.1.de Re ruſtic. capite.35. Roſa etiam conciditur radicitus in uugulas palmares. Columella libro.9. Per ſpatia palmaria modicis forantur cauis.

PALMARIVS,a,um,adiect.(ἀξιόνικος,παλλίνικος)quod eſt palma dignũ. Teren.in Eunu. Id uerò eſt,quod mihi puto palmarium: Me repperiſſe, quomodo adoleſcentulus Meretricum ingenia,& mores poſſet noſcere. Donat. Palmarium,palma dignum.

PALMETVM,palmeti,{Luogo doue ſon piantate molte palme}(φοινικών) locus palmis conſitus,uel ubi frequentes ſunt palmę. Pli.lib.5.ca.1. Ibi fama,exiſtere circa ueſtigia habitati quondam ſoli,uinearũ palmetorumq́ reliquias. Ponitur aliquando non pro loco iu quo palmæ conſitæ ſunt, ſed pro palmarũ frequentia. Ib dem: Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam.

PALMES,itis,{Palmite,tralcio}(κλῆμα)uitis ſarmentum,unde nomen habēs, quod in modum palmæ humanæ uirgulas quaſi digitos edat. Pli.lib.17.capi.22. Sunt duo genera palmitum, quod è duro exit,materiamq́ in proximũ annum promittit, Pampinarium uocatur. At ubi ſupra cicatricem, eſt fructuarium. Alterum ex anniculo palmite,ſemperq́ fructuarium relinquitur ſub iugo. Et qui uocatur cuſtos, hic eſt,nouellus palmes, non longior tribus gēmis, proximo anno materiam daturus,ſi uitis luxurioſa ſe conſumpſerit. Palmes & Pampinus pro eodem. Colum.lib.4.cap.17. Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos pampinos emiſerit,quamuis largos fructus oſtendant,detrahendi ſunt eis ſinguli palmites,quò lætior,quæ ſupereſt,materia conſurgat. Palmes pro flagello uuas aliquando ponitur. Colum.lib.4.cap.21. Hæc brachia ſat erit interim ſingulis palmitibus in fructum ſummitti.

PALMEVS,a,um,{Di palma}(φοίνικος)quod eſt ex palma arbore. Colum. lib.5.cap.5. M.Columella agricola Bæticæ prouinciæ,ſub ortu Caniculæ,palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Plin.lib.23.cap.17. Vinum palmeum capiti noxium.

PALMIFER,ra,rum,{Che produce palme}(φοινικοφόρος)ferens palmas. Ouid.1. Amo. Iſi Parætonium,genitaliaq́ arua Canopi Quę colis, & Memphim,palmiferamq́ Pharon. Idem 10. Meta. Palmiferos Arabas, Panchæaq́ rura reliquit.

PALMIPEDALIS,le,{Miſura della grandezza d'un piede}(σπιθαμοποδιαῖος)menſura unius pedis & Palmi. Col.lib.3.cap.9. Nam in cliuoſis ubi terra decurrit,poteſt malleus palmipedalis deponi.

PALMIPES,dis,(τῶ στεγανόποδι)planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes. Vnde anſeres,& omnes ferè aquaticæ aues,Palmipedes dicuntur. Pli.li.10.cap.11. Aut in palmipedum genere ſunt,ut anſeres.

PALMO,mas,(συνδέω)materias alligo. Colum.libr.11.cap.2. Cæterum palmare,id eſt,materias alligare,hoc tempore non expedit. Iu alia ſignificatione accepit Quintilianus in Decla.Cæci. Præterea(inquit) quum manus ex parte, qua palmare ueſtigium poteſt,plicetur iu capulo. Et paulò pòſt: Tuus autem qui palmatus eſt paries,ueſtigium eius partis oſtendit. Huius compoſitum eſt Depalmo(ῥαπίζω)quod eſt,palma percutio. Gell.libro ultimo capi.1. Is pro delectamento habebat,hominis liberios manua ſuæ palma uerberare: eum ſeruus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans, & quemcunq; depalmauerat,numerari ſtatim,ſecundum duodecim tabulas,uigintiquinque aſſes iubebat.

PALMOS,(παλμός)particulæ alicuius,in corpore palpitatio contra naturã, per uicē modò eam attollens, modò deprimens: fitq́ quandoq; in ſola cute, quandoq; & in ſubiectis ei muſculis: quæ ſi magna fuerit,membrum, quoq́ uniuerſum ſecum diutiua ſaliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen capientes,Saltum uocant. Dicitur enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quod inter cætera ſalire ſignificat.

PALMOSVS,ſa,ſum,{Abondeuole di palme}(φοινικώδης) quod eſt palmis abundans. Ver.lib.3. Aen. Teq́ datis linquo uentis palmoſa Selinis.

PALMVLA,æ,{Pala de remi}extrema pars remi, eò q, in modũ palmæ protenſa eſt. Verg.lib.5. Aenei. Et læuam ſtringat ſine palmula cautes. Sunt & Palmulæ,(φοινικίς) fructus palmæ,qui & Caryotæ dicuntur. Var.1. de Re ruſt.cap.67. Nucem iuglandem,& palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas,iucundiori utare.

PALMVS,mi,{Palmo}(δῶρον antiquè)menſuræ genus, Et eſt duplex,maior, & minor. Maior digitorum duodecim,Græcè σπιθαμὴ uocatus. Minor digitorum quatuor,quem Græci παλαιστὴν appellant. Iu menſuris hoc mudo progredi ſolemus,ut omnium menſurarum minimam faciamus latitudinē grani hordei: hoc autem quater ſumptum conficiat digitum:tres digiti unciã, quatuor palmum minorem,qui(ut iam diximus)à Græcis παλαιστὴς appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas:ex tribus,palmus maior,quem Græci σπιθαμὴν uocant,Latini etiam Dodrantem,quod ad perficiendum pedē deſit quarta pars. Quatuor enim palmi minores,ſiue ſedecim digiti,explent pedē. ſex palmi minores ſeſquipedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt greſſum, ſiue paſſum ſimplicem. Tantum enim ferè ſpatij intereſt in progrediendo inter digitos prioris pedis,& calcaneum poſterioris. Simplex paſſus geminatus facit paſſum geometricum,qui conſtat ex pedibus quinq;. Ex mille deinde geometricis paſſibus conficitur milliare.

PALMYRA,(πάλμυρα Stephano)urbs eſt Syriæ,ſitu loci, ſoli diuitijs, & aquarum amœnitate inſignis. Ciuitas eſt libera & priuatæ ſortis (ut inquit Pli.lib.5.cap.25.) in confinio Romani,& Parthici Imperij ſita. Hinc Palmyrenæ ſolitudines,appellatæ ſunt,quæ ab hac urbe,uſq; ad Petram Arabiæ Petreæ metropolim,& ad fines Arabiæ felicis pertingunt.

PALO,as,(παττάλόω)ſepio,fulcio,& quaſi palis munio. Col.li.11.cap.2. Vt uitis paletur,& capite tenus alligetur,& iuga uinceis imponantur.

PALOR,aris,{Vagare}(ἀποπλανῶμαι,περιφέρομαι)paſſim uagor:ſicuti faciunt,qui lento gradu,diſperſiq; labruſcas quærunt. Liu.lib.1. Raptim et ad hos Romana legio ducta,palantes in agris oppreſſit. Idem lib.5. ab Vrbe. Iã obſidionis tędio uicti abſcedũt,uagiq́ per agros palanĩ, cibis,uinoq; raptim hauſto repleti. Hoc uerbum à Palàm quidam deduci exiſtimant. Alij à palis caſtrorum, hoc eſt ſudibus,modò huc,modò illuc tranſlatis. Hinc Palatus participium, diſperſus. Liuius 3.ab Vrbe: Iu quos palatos prædam agentes poſthumius,&c.

PALPEBRÆ,penu.correpta, {Palpebre} (βλέφαρα) dicuntur pili extremitatem genarum ambientes. Genæ autem,teſte Plin. libro.11.capite.37. dicuntur geminæ illæ pelliculæ, quibus oculi teguntur. Cilia autem dicuntur,genarum extremitates, quibus pili, quos modò Palpebras uocari diximus,adhærent. Dictæ autem putantur Palpebræ,à palpitando, id eſt,tremendo, uel à palpando,id eſt,prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit,ut uallum quoddam uiſus eſſent,et prominens munimentũ contra occurſantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Cice. tamen Palpebras aliquoties poſuiſſe uidetur pro ipſis genis, hoc eſt folliculis oculum operientibus. Sic enim habet lib.2. de Natura deorum. Munitæq́ ſunt palpebræ tanquàm uallo pilorum.

PALPITO,as,{Palpitare. Boc. Et anchor con poca uita palpitante} (πάλλομαι,ἀσπαίρω,σπαίρω) frequentatiuum,leuiter ac frequenter moueor. Cic.2.de Nat.deo. Animaduerſumq́ ſæpe eſt,cum cor animantis, alicuius euulſum ita mobiliter palpitaret,ut imitaretur igneam celeritatem. Iuuen.Saty.6. Vt ſemel atque iterum ſuper illam palpitet. Hinc Palpitatio,uerbale,propriè cordis eſt, & deinde partium ſingularum frequens & continuus motus. Pli.lib.32.ca.5. Imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti.

PALPO,as,& Palpor deponens,{Palpare}(ψηλαφάω) pro leuiter, blandè, & quaſi tentando tango. Vnde & pro adulari,(θωπεύειν)frequenter accipitur. Plaut.in Amphit. Obſeruatore quàm blandè mulieri palpabitur. Hinc Palpator pro adulatore,(κόλαξ θώψ.) Plautus in Mercu. Vt palpator nullus eſt, quando occepit, blandior. Regitq́ interdum accuſatiuum, interdum datiuum. Horatius.2. Sermo. Satyr.1. Cui male ſi palpere,recalcitrat,id eſt, ſi aduleris uel blandiaris. Iuuenalis actiuè poſuit,quum ait: Quem munere palpat Charus. Hinc quoque Palpatio,uerbale,ipſe palpandi actus. Plautus in Menæch. Aufer hinc palpationes. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt elicio.

PALPO,onis,qui & Palpator, {Luſinghiere}(θώψ)pro adulatore, & blando homine.

PALPVM,(θωπεία)nonnulli pro blanditijs uſurparunt. Plautus in Pſeud. Mihi obtrudere non potes palpum: Hoc eſt,blandiri, & ſpem inanem uerbis inijcere.

PALVDAMENTA,(χλαμύς,ἡ σάγυμος καὶ στρατηγικὴ ἐσθής)ſunt inſignia ac ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum. Vnde legimus, olim Romæ imperatores,eorumq́ lictores, Paludatos ad bellum ſolere proficiſci,præcinentibus tubis. Liuius. Cum paludatis lictoribus profectus ab urbe, Brundusium uenit. Paludamentum,inquit Budæus,chlamys eſt imperatoria,id eſt,eorũ,qui exercitus educebant: quale illud eſt, quod hodie Cottam armorũ uocamus. Liu.lib.1.ab Vrb. Paludamentum poſuit pro ueſte militari,et eius,qui non eſſet Imperator. Cognitoq́,inquit, ſuper humero fratris, paludamento ſponſi,quod ipſa confecerat,ſoluit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curiatiorum, quorũ nemo,ut arbitror,Imperator in Albanis fuit. Hinc Paludatus,qui uel Imperatoriam,chlamydem,uel alia eiuſmodi ornamēta militaria geſtat. Cælius ad Ci. lib.8. Quia uerentur,ne illud S.C.fiat,ut paludati exeant. Id eſt, ueſte imperatoria inſigniti,ut ad publicos hoſtes proficiſcantes. Paludati in libris Auguralibus ſignificantur ut ait Verannius,ornati. Omnia enim militaria ornamenta Paludamenta dici, Feſtus ait, Dicta Paludamenta, q, perſpiciuntur illi, qui illa habent,& fiunt palam, ut inquit Varro. Inuenitur etiam Paludamentum dici de ueſte muliebri. Pli.lib.33.cap.3. Nos uidemus Agrippinã Claudij principis,edente eo naualis prælij ſpectaculum,aſſidentem ei indutam paludamento,auro textili,ſine alia materie.

PALVDAPIVM,(ἑλεοσέλινον)apij ſpecies,circa aquæ ductus, & in paluſtribus naſcens. Nomen eſt à Theodoro ad imitationem Græcæ compoſitionis confictum. Græci enim hanc herbam ἑλεοσέλινον,appellant,quaſi paluſtre apium.

PALVDATVS,a,um, Vide Paludamentum.

PALVMBES,bis{Colombo ſeluatico}(φάττα)tam maſculi. quàm fœminini generis,ſylueſtris columba in arboribus ſepibusq́ nidificans. Verg.1.Eclo. Raucę tua cura palumbes. Lucanos, Macroſq́ palumbes. Dicitur & Palumbus, & Palumba. Horum duo ſunt genera. Vnum torquatum,à torque,quo inſignitur,quod Ariſtoteles φάτταν uocat, Mart.lib.13. Inguina torquati tardant,habetantq́ palumbi: Non edat hanc uolucrem,qui cupit eſſe ſalax. Alterum genus quod Græci οἰνάδα,Latinorum nõnulli Vinaginem dicunt,ab eſu labruſcæ. Huius auis naturam uide apud Pli.lib.10.cap.35. A' Palumbus fit Palumbinus,a,um,(φάσσινος)quod ea palumbe eſt: ut, Palumbina caro,apud Pli.lib.30.cap.12.

PALVMBARIVS, a nonnullis appellatur accipitris quoddam genus, q, à Græcis φασσοφόνος,hoc eſt,palumbium occiſor appellatur,q, ab hoc præſertim genere palumbibus maximum ſit,periculum,quas iu aperto uolātes rapit. Vtitur hac uoce Theodorus.

PALVLVMBVLA,(φάττιον)diminutiuum à Palumba.

PALVS,li,{Palo}(σκόλοψ,πάσσαλος)ſecundæ declinationis,dicitur lignũ acutum,quod ſolet in terram defigi,ad fulcienda ædificiorum fundamenta,aut caſtra muuienda,aut claudendos hortos,aut ſuſtinendas uites,aut ſimiles uſus. Pli.lib.14.cap.3. Nec orthampelos indiget arbore,aut palis,ipſa ſe ſuſtinēs.

In hac autem ſignificatione Palus producit priorem,cum palus, udis,eandē corripiat. Tibul.lib.1. Eleg. Hic docuit teneram palis adiungere uitē. Hinc deducuntur Palo,as.& Palatio,onis,uerbale,de quibus ſupra dictum eſt.

PALVS,udis,{Palude. Pet. Monti,ualli,paludi,& mari, & fiumi}(ἕλος) per tertiam uſficationem,dicitur aqua ſtagnans,quæ æſtate plerunque ſiccatur: & in hoc differt a Lacu,qui perpetuam habet aquã, neq; ullo ęſtu exiccatur. Cęſ. 2. Bel.Gall. Quò propter paludes exercitui aditus non eſſet. Habet autem palus in hac declinatione priorem correptam,poſteriorem autem fere ſemper producit. Vergilius.4.Georg. Cocyti, tardaq́ palus inamabilis unda. Horat. in

Arte

Arte poetica licenter corripuit, cùm ait Regis opus, ſterilisq; diu palus obruta remis. Inde adiectiuũ Paludoſus, a, um, (ἑλειος) ut, Humus paludoſa, apud Ouid. 15. Metam. Et paludoſa ſiccis humus aret arenis.

PALVSTRIS, & hoc paluſtre, {*Paluſtre*} (ἑλειος) quod eſt ex palude: ut, Iuncus paluſtris, Locus paluſtris, apud Cæſarẽ. 7. Bel. Gal. Aqua paluſtris, Celſus lib. 1. cap. 5. Vadum paluſtre, Claud. 2. de Rap. Proſerpinæ.

PAMBASILIA, pen. prod. {*Regno perfetto, compito*} (παμβασιλεία) dicitur quaſi regnũ numeris omnibus dominationis conſummatũ: cuiuſmodi ſunt reges noſtri omnia arbitrio ſuo ſtatuentes, qui omnia in poteſtate habent. Eſt igitur Pambaſilia (ut inquit Ariſtoteles) genus illud regni, cùm unus omnium poteſtatem habet communium & publicarum rerum.

PAMISVS, (πάμισος) Arcadiæ fluuius, in Stymphalo monte naſcens, & præter Trœzenem in Maſſeniacum ſinum influens. Dictus Pamiſus, quaſi totus odioſus, ob damna, quæ agris infert. Ptolemæus Pamiſum uocat. Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius in Thracia, ex Hæmo profluens, teſte Plin. lib. 4. cap. 11. Item tertius in Theſſalia, cuius meminit idem Pli. lib. 4. cap. 8.

PAMPHAGI, (παμφάγοι) Aethiopiæ populi quibuslibet rebus ueſcentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. Pamphagus item numeratur ab Ouidio libro. 3. Metam. inter canes Actæonis.

PAMPHILVS, (πάμφιλος) Neoclidis filius, Platonis auditor, quem teſtatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuiſſe, triduoq; poſtquam inde ſublatus fuerat, impoſitum rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis uiſa narraſſe. Pamphilus alius presbyter, Euſebii Cæſarienſis neceſſarius, tanto bibliothecę diuinæ amore flagrauit, ut bonam partẽ uoluminum Origenis ſua manu deſcripſerit. Extinctus idem, martyr apud Cæſaream Palęſtinæ ſub Maximino. Ex Hierony. Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturaq; ac claris pictoribus ſcripſit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratũ appellauit, id eſt, uariarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit reipub. expilator.

PAMPHYLIA, (παμφυλία) regio in minori Aſia, ab ortu Ciliciã, & partem Cappadociæ, ab occaſu Lyciam habens, a Septentrione Galatiam, à Meridie mare quod ab ea Pamphylium, appellatur. Dicta Pamphilia, ut quidam putãt, ab arborum copia, quaſi tota frondoſa. In ea (ut Pomponius refert) eſt fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedo, apud quem Cimon Athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit.

PAMPILLVM, genus delicati currus, Lampridius. Iuncit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, uel ternas, & ſic uectatus eſt.

PAMPINACEVS, a, um, adiectiuum. Colu. libr. 12. cap. 20. Amomi pondo quadrans, croci quincunx, cerę pampinaceæ libram.

PAMPINARIVM, rii, {*Pampano*} (οἰναρον) palmes, qui (ut inquit Plinius li. 17. ca. 22.) è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, ſiue congenes uitium ramuſculorum. Colum. lib. 3. cap. 205. Vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimum referre cedunt, quot uuas ſarmentum habuerit, dum ex uite fertilis legatur, & non ex duro trunco enatum, quod Pampinarium uocant.

PAMPINARIVS, a, um, {*Di pampino*} (κλημάτινος) quod eſt pampini. Colum. lib. 4. cap. 24. Ne aut pampinarius palmes internatus, aut uerrucæ ſimiles ſurunculus relinquatur.

PAMPINATVS, a, um, {*Ch'aſſomiglia à pampino*} (κλημάτωδης) quod pampini ſimilitudinem imitatur. Plin. lib. 16. cap. 42. Ramentorum orbis pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad incitatos runcinarum raptus.

PAMPINEVS, a, um, {*Pampineo*} idem quod Pampinarius. Vergil. libro 2. Georg. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Pampineus odor, pro ſapore uini. Propertius lib. 2. Pampineus noſti, quàm ſit amarus odor.

PAMPINO, pen. corre. {*Spampinare*} (βλαστολογέω, οἰναρίζω) pãpinos decerpo. uel (ut ait Varro de R. ruſt. lib. 1. ca. 30.) à ſarmento coles, qui nati ſunt, de his qui pluſimum ualent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquo, reliquos decerpo, ne relictis colibus, ſarmentũ nequeat miniſtrare ſuccum. Colum. lib. 3. Quum comprehenderit, identidem pampinent, ne plura ſarmenta, q̃ debent excreſcant. Pampinatio, uerbale. Colu. lib 4. cap. 27. Siquidem nihil magis pampinatio, quàm putatio uitibus conſulit. Pampinator, oris, Col. li. 4. cap. 27. Idq; faciet uariis de cauſis pampinator induſtrius.

PAMPINOSVS, a, um. {*Ch'abonda di pampini*} (κληματώδης) quod pampinis abundat. Col. lib. 5. cap. 5. Et ſi parum pampinoſa uitis eſt.

PAMPINVS, pen. cor. {*Pampino*} (κλῆμα) dicitur in uite tener, frondoſuſq; coliculus, fructum fouens, & ab æſtus uindicans iniuria. Col. lib. 3. ca. 17. Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut ſextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis longiſſima uel ceſſat, uel perexiguos oſtendit racemos. Verg. 1. Georg. Heu male tunc mites defendit pampinus uuas. Accipitur aliquando Pampinus pro cirris ouorum polypi piſcis. Plin. libro. 9. cap. 51. Polypi pariunt uere oua tortili uibrata pampino. Hinc deducitur uerbum Pampino, & uerbale Pampinatio; de quibus ſuis locis.

PAN, Panos, (πάν) à poetis paſtorum atq; adeo totius naturæ deus eſſe fingitur: unde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem ſignificat, quod totũ uel omne, nomen accepit. quod putabant uno Naturę nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Pana pinxerũt, ut nihil ex toto uniuerſo in eo uideatur prætermiſſum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunę ſimilitudinem. rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet ſtellam, ad ſtellarum imaginem. Pars eius inferior hiſpida eſt, propter arbores, uirgulta feras. Caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuiſſe, & fiſtulam compoſuiſſe ſeptem imparibus calamis ſimul coniunctis, propter harmoniam cœli. Ver. 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.

PANACES, huius panacis. pen. corre. (πάνακες) & Panax, acis, herba, cuius ſuccus Opopanax uocatur, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. lib. 11. cap. 3. Panax utroque tempore, leui & ſubacta terra, rariſſimè diſſeritur. Hinc deducitur Panacea (πανάκεια,) idem ſignificans, Vergil. 12. Aeneid. Ambroſios ſuccos, & odoriferam panaceam. Lucretius (inquit Seruius) Panaceæ nomine ubique ſalem intelligit: unde poſſumus, in hoc loco Vergil. ſalem intelligere. nam omnem pellit dolorem: ſed melius herbam, quia ait Odoriferam.

PANÆTIVS, (παναίτιος) Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ ſectæ Philoſophus, Diogenis familiaris & Scipionis Africani præceptor, quem Cicero ſe in officiis imitari profitetur. Huius etiam hodie celebratur aurea illa ſententia, Vitam hominũ ex improuiſo aſſidua & prope quotidiana pericula ſerere: ad quę cauenda oportet animo ſemper eſſe intẽto, ut ſunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppoſitis, quaſi uallo pręmuniunt. ita animus ſapiẽtis aduerſus petulantiam iniuriarum, ictuſq; fortunæ debet eſſe erectus, arduus, ſeptus, ne qua in ſe repentina incurſio, imparatis, impræectis nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius ſenior, & ipſe Rhodius, cuius multa eſt mentio apud philoſophos. Vtriuſq; meminit Suidas.

PANÆTOLIVM, (παναιτώλιον) mõs eſt Aetoliæ altiſſimus, ita dictus quaſi totam occupet Aetoliam. Plinius libro. 4. capite. 2. Hinc fit adiectiuum Panætolicus, a, um, ut Panætolicum concilium, apud Liuium lib. 1. Belli Macedonici.

PANAGRON, (πάναγρον,) retis genus, quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura, uel præda.

PANARETVS, penul. cor. (πανάρετος) dici poteſt omnium uirtutem continens: πᾶν enim totum ſignificat, ἀρετὴ uirtutem. Martial. Arguto madidus pollice Panaretus.

PANARIVM, rii, {*Doue ſi ripone il pane*} (ἀρτοθήκη, θυλάκιον, καρτάλλος) locus ubi panis ſeruatur, panis repoſitorium. Diminutiuum eſt Panariolum. Suetonius in Caligul. Sparſit & miſſilia uariarũ rerum, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit. Mart. lib. 5 Cum panariolis tribus rediſti.

PANATHENAICON, (παναθηναϊκὸν) genus unguenti, quod (ut Pli. libro. 13. cap. 2. inquit) Athenæ perſeueranter obtinuere.

PANATHENÆA, (παναθήναια) feſta erant Athenis, à Theſeo inſtituta in honorem Mineruæ, quæ à Latinis Quinquatria appellãtur. Hiſce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: cuius ſpectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ ſeſe manibus complexi, Pyrrhicam in theatro ſaltabant. Erant aut duplicia, Maiora quinto quoque anno, celebrari ſolita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc Panathenaicus, παναθηναϊκὸς liber Iſocratis, De Panathenæis uide Alexan. Neapoli. libro. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 49.

PANCARPIÆ (παγκαρπίαι) coronæ ex uariis & penè omnibus florum generibus factæ. Feſtus.

PANCHAIA, (παγχαία) regio Arabiæ, tota arenoſa, in qua arbores ſponte natæ tus emittunt, Vergilius. 2. Aeneidos, Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.

PANCHÆI populi, qui (ut Pomponius libro. 3. refert) deſerta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi uocantur, quoniam ſerpentibus ueſcantur.

PANCHRESTOS, uel Panchreſtum, (πάγχρηστος) medicamentum nobile, quod Latine dici poteſt morbis omnibus cõducibile, uel omnibus affectibus utile. Plinius libro. 23. capite. 7. Fit ex pomo panchreſtos ſtomaticæ, eadem Arteriace appellata. Cicero. 6. Verrinar. Aduentu L. Metelli Prætoris, cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo panchreſto medicamento amicos redemiſſe, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per iocum medicamentum panchreſtum appellat, quod ad uarios uſus ſit utilis, ipſi præſertim Verri, qui ſpem omnem ſalutis in pecunia habebat repoſitam: nullumq; tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non poſſet.

PANCHROS, (πάγχρους) gemma quæ conſtat ex omnibus coloribus. Plin. lib. 37. cap. 10.

PANCRATIASTES, (παγκρατιαστής) certator, & uictor Pancratii. Gel. lib. 3. ca. 15. Diagoras filios tres habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem. Vide Pancratium.

PANCRATIVM, tii, (παγκράτιον) certamen gymnicum fuit teſte Hermolao in librum. 34. Plinii cap. 8. quod Latinæ dicimus Quinquertium, quoniã ex quinque certandi generibus conſtabat, curſu, ſcilicet, diſco, ſaltu, lucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, teſte Feſto, alio nomine dicitur Pentathlum eadem ratione a qua Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam citato diſtinguit Pentathlos à Pancratiaſtis, & hos rurſus ab iis quos Periodo uictores uocãt ut Pancratiaſten eſſe, plus ſit, quàm Pentathlum eſſe, & rurſus Periodo uictorem plus, quàm Pancratiaſten. Vult enim Pentathlum eſſe, qui quinque his certandi generibus congreditur, hoc eſt, qui & lucta, & ſaltu, & curſu, & diſco & pugilatu certat, etiam ſi in omnibus hiſce, aut quibuſdã ſuccumbat. Pancratiaſtẽ autem dici putat, qui quinque hiſce certandi generibus congreſſus, omnibus uicit. Periodo autẽ uictor, is dicitur, teſte Feſto, qui quatuor illa ſacra Gręciæ certamina, Iſthmia ſcilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hiſce uicit. Pancratium itaque & Pancratiaſtes, ſecundum hanc Hermolai opinionem, dicuntur ἀπὸ τοῦ πάντων κρατεῖν, hoc eſt, a uincendo, omnia: ut Pancratium ſit certamen illud, quo quis quinque iam dictis certandi generibus cõgreſſus, oibus uincit: Pancratiaſtes uero, qui ex quinq; hiſce certãdi generibus euaſit uictor. Budæus uero in prioribus Pande. Annotationibus, uidetur Pancratii & Pancratiaſtę uocabula deriuare, ἀπὸ τῶν παντοίων κρατῶν, hoc eſt, ab omnibus uiribus, quas in hoc certaminis genere effundebãt. Putatq; Pancratiũ fuiſſe certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq; neruorum contentione tranſigebatur. Nam & calcibus, & cubitis, non modo pugnis, Pancratiaſtæ utebantur. Quintil. lib. 2. Inſtit. Orato. Sicut ille exercendi corpora peritus non, ſi docẽdum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire, uel calce tantum, aut nexus modo certos aliquos docebit: ſed omnia quæ ſunt eius certaminis. Plinius libro. 35. cap. 11. Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ pancratio citra pulueris tactum (quod uocat ἀκονιτὶ) uicit. Hinc deducitur aduerbium Pancratice, hoc eſt, robuſte: unde Pancratice ualere, eſt robuſtum eſſe, & firma corporis ualetudine, ut ſolent ii, qui Pancratio exercẽtur. Plau. in Bacch. Bene'ne uſque ualuit? C. pancratice, atque athletice.

PANCRATIVS, (παγκρατιαστής) apud Senecam libro. 5. de Benefic. legitur pro pancratiaſte. Lacedæmonii (inquit) uetant ſuos pancratios ceſtu decernere.

Columella lib. 5. cap. 82. Orchis quoque, & radius melius ad eſcam, quàm ad liquorem ſtringitur.

ORCHOA, æ, (ὀρχόα) Babyloniæ oppidum eſt, in confinio Arabiæ deſertæ. Ptolem. lib. 5. cap. 20.

ORCHOMENVS, pe. co. (ὀρχόμενος) Theſſaliæ fluuius, antea Minyeus appellatus, teſte Plin. lib. 4. cap. 8. Orchomenus item, ſiue Orchomenum, Theſſaliæ oppidum eſt, ad ſui nominis fluuium ſitum, olim potentiſſimum, utpote cui & Thebani aliquando tributum penderint (ut teſtatur Strabo lib. 9.) præſertim ſub Eteocle tyranno, qui primus Gratijs templum extruxit. Fuit item eiuſdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, ut ipſe teſtatur libro 8. Fuit & tertium in Eubœa inſula non procul à Caryſto: cuius meminit idem Strabo libro 9. Hinc Orchomenius, a, um, ὀρχομένιος.

ORCVLA, (ὀρκύλιον) diminutiuum ab Orca. Cato de Re ruſti. Cyminum, fœniculum, rutam, mentham, in orculam condito.

ORCVS, (ᾅδης) à ueteribus inferorum deus eſt exiſtimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem uocabant. Cic. 6. Verr. Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, ueniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem uideretur. Aliquando etiam pro ipſo inferorum loco ponitur: unde à Propertio libro 3. Elegiarum Minos uocatur arbiter Orci, quaſi inferorum iudex & moderator. Plaut in Aſinar. Bene uale: apud Orcum te uidebo.
Homerus 2. Iliad. Indicat Orcum Theſſaliæ fluuium eſſe, è Stygia palude profluentem, aquis adeò pinguibus, ut Peneo fluuio, in quem illabitur, olei in modum ſupernatet. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Orcus inferorum fluuius eſſe dicatur, cuius apud deos ſanctiſſimum ſemper habitum ſit iuramentum. Feſtus Orcum ab urgendo dictum putat, quòd ad mortem homines urgeat. Alij ἀπὸ τοῦ ὅρκου, hoc eſt, à iuramento, dictum malunt, quòd nullum iuramentum apud ſuperos firmius eſſet, aut religioſius, quàm cùm per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Styge profluit. Cum Orco rationem habere, uel ponere, eſt periculo mortis ſeſe exponere, cùm id præuideamus, quod ſolent agricolæ, qui in peſtilenti agro quamuis fructifero ſerunt. Varr. 1. de Re ruſti. capite 4. Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium uita. Vergilius 4. Aeneidos. Stygioq; caput damnauerat Orco.

ORDESSVS, (ὀρδησσός) fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens, miſcetur cum Iſtro. Herodo. lib. 3.

ORDEVM, dij, & Ordaceus, a, um. Vide Hordeum.

ORDINARIVS, ria, rium, {Ordinario} (τεταγμένος, τακτός) in quo ſeruatur ordo. Ordinaria ſemina, dicuntur ordine diſpoſita. Colum lib. 3. capi. 13. Conſitis compluribus inter ordinaria ſemina malleolis. Sic & ordinaria uitis, apud eundem eodem lib. cap. 16. Vitruuius libro 2. Ordinarios lapides appellat, qui ſunt eiuſdem formæ, & ordinis, et inter ſe ſimiles. Ordinarius homo, (ut poſt Oppium docet Feſtus) dicitur homo ſcurra, & improbus, quiq; aſſiduè in litibus moratur, ob eamq; cauſam in ordine ſtat prætorem adeuntiũ.
Siue per contrarietatem, ut ait Aelius Stylo, minimè ordinatè uiuit. Extraordinarium, (περιττόν) quod fit extra ordinem. Ordinaria conſilia, Liuius libro 7. Bell. Pun. Ordinarium officium Senecæ dicitur, ubi præficitur aliquis certæ functioni, libro 3. de Benefic. Ad hortos abeuntis ne ordinarium quidem habentis officium. Ordinarius ſeruus, apud Vlpian. l. item apud Labeonem §. prætor ait. ff. de iniurijs.

ORDINO, {Ordinare} (διατάττω, τάττω) ſuo quæque ordine diſpono: unde & Ordinatum dicimus inquit Sudæus: rectè, atque ordine cõſtitutum. Liu. 9. Belli Punici. Scipio poſtea quàm in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq;. Horatius Epo. 17. In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum. Ordinare locum uitibus, Colum. lib. 5. cap. 3. Partes orationis ordinare, Cic. 1. de Inuen. Ordinare Reipub. ſtatum. Sueton. in Iul. Cæſ. capi. 40. Conuerſus hinc ad ordinandum Reipublicæ ſtatum. Ordinatus, a, um, participium. Liuius 4. Bel. Pun. Vt ueterum militum uerba audiuit, quàm multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione tam ordinatæ diſciplinæ animaduertit. Ordinatè aduerb. ad Heren. 4. Quæ ſi ſequemur ucutè & citò reperiemus: diſtinctè & ordinatè diſponemus. Ordinatim, aliud aduerbium. Cæſar 2. Bel. Gal. Ita faſtigiato, atque ordinatim ſtructo, &c. Ordinatio, onis, uerbale. Colum. lib. 12. cap. 3. Vt ordinatio conſtituta conſeruetur. Pli. Epiſt. 205. Cum certius de uitæ noſtræ ordinatione, aliquid audieris. Ordinatio pro adminiſtratione prouinciæ. Suet. in Nero. ca. 40. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum. Ordinator, oris, Senec. epiſt. 110 In his opus eſt illi alieno conſilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato: & litis ordinatori. Hinc etiam fit compoſitum Præordino, antè ordino.

ORDIOR, diris, {Comminciare à parlare, comminciare} (ὑποβάλλομαι, ἄρχομαι) orſus & orditus, teſte Priſciano, præteritum facit: ſed quum facit Orſus, ſignificat fari incipio. Verg. 1. Aeneid. Veneris contra ſic filius orſus. Cicero pro Marcel. Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. Liui. libro 1. ab Vrb. Vnus rem ex compoſito orditur: id eſt, narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Cic. 5. Tuſcul. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modo animal, ſed etiam quod ita ortum eſſet ex terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe uoluit? Orſum, aliquando poetæ pro eo qui finit, abuſiuè poſuerunt. Vergi. 9. Aeneid. Sic orſus Apollo, Mortaleis medio aſpectus ſermone reliquit. Quum autem facit Orditus, ad telæ, teſte Priſciano, uel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat, ἐξυφαίνω. Plini. lib. 11. cap. 24. Araneus orditur telas, tantiq; operis materiæ uterus eius ſufficit. Ab Ordior fit uerbale Orſus, us, quod ſignificat telæ, uel alterius operis principium. Verg. in Culic. Atq; ut Araneoli tenuem formauimus orſum.
Veteres etiam Ordio protulerunt. Afranius: Expecta tamen, animo me ordire oportet. Compoſita huius uerbi ſunt Abordior, Exordior, & redordior, d, litera euphoniæ gratia interpoſita. Eſt autem Redordiri, quod orſum erat retexere. Plinius libro 9. cap. 17. Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila eademq; rurſus texendi.

ORDO, dinis, {Ordine, diſpoſitione} (κατάταξις, τάξις) eſt digeſtio, & in ſuo loco rei cuiuſque collocatio: ueluti in acie ſit, ubi pedites, ubi alæ, cæteraq; omnia ſuo quæq; ordine collocantur. Cic. 2. de Orato. Ordo eſt, qui memoriæ maximè lumen affert. Vergili. 5. Aenei. Terno conſurgunt ordine remi. D…igerere in quincuncem arborum ordines. Cicero de Senectu. Aliquando etiã Ordo dicitur pro qualitate & ſtatu hominum, τάγμα, τίμημα. Cicero d…prætura urbana: M. Octauium hominem ornatiſſimum loco, nomine, ordine, ur…tute. Tres erãt ordines Romæ, Senatorius, Equeſtris, & Plebeius. ab A…riſtotele τάξεις dicuntur. Vergilius. 7. Aene. Tum ſatus Anchiſa delectos e… ordine ab omni. Vbi Serui. ordine ab omni. id eſt, ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoq; ſeruatur. Ordo am…pliſſimus, Senatorius uocabatur. Cicero pro Domo ſua ad Pontifices: Quid…, cum Senatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem, ſed eti…am plorare, & ſupplicare mutata ueſte, prohiberent? Ordines ducere, dicuntur, qui militibus præſunt, ut Tribuni militares, Centuriones, atque alij. Liu. 2. ab Vrb. Noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebant, u…tq; militiæ decora, uulgo miſerantes eum iactabant. Accipitur quandoq; p…ro ipſis hominibus, hoc eſt ijs, qui ſunt eiuſdem dignitatis, ut ſunt Equites, C…onſules, & cæteri, quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cic. 3. Offi. Qui e…ſſet, ut argentarius, apud omnes ordines gratioſus: id eſt, apud omnium ordin…um homines. Salluſt. Sæpenumero Patres conſcripti, multa uerba in hoc ordi…ne feci, id eſt, in Senatu. Aliquando refertur ad fortunas, & genus uitæ. Vnde Donatus, exponens illud Teren. in Eunuc. Conueni hodie adueniens quend…am mei loci hinc, atque ordinis hominẽ; Mei, inquit ordinis hominem, id eſt p…auperem, quemadmodum ego. Sic honeſti ordinis homines dici poſſunt opule…nti. Ordinis inferioris amici dicuntur, qui ſunt infimæ conditionis, uel infimi… amici & omnium minimi. Cice. de Amic. Nunquam ſe ille Philo, nunquam… Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Extra ordinem apud Iuriſconſultos, id eſt, ſine uerbis & formulis ſolemnibus, Paulus in l. ordo. ff. de publ. iudi. Ordo exercendorum publicorum iudiciorum… in uſu eſſe deſijt: durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina prob…antur. Extra ordinem metaphoricῶs, eximiè, quaſi præter cæteros. Cic. ad A. Cec. lib. 6. Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem de teipſo habemus, no…n ſolum propter dignitatem & uirtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingeniu…m, ſummamq; uirtutem. Inde fiunt Interordo, & Interordinium, de quibus ſupra.

ORDOVICES, populi fuerunt Britannicæ inſulæ arduis montibus proximi: apud quos (ut Tacitus ſcribit lib. 12. Hoſtorius dux Romanus Carataccum regem uiuum cepit, Romamq; miſit.

OREA, æ {Freno, morſo} (ἐνερός) ab ore fit, & ſignificat frenum, dictumq; quòd ori inſeratur, Titinnius in Setina: Et ſi tacebit, tñ gaudebit ſibi permitti oreç. Trebellius pro ſe apud populum: Equo qui mihi ſub feminibus occiſus erat, oreas detraho, inſpectante L. Stertinio Auctor Feſtus. Aureæ uerò dicuntur illę habenarum partes, quæ circa aures religantur.

OREADES, (ὀρειάδες ἢ ὀρεινάδες) montium Nymphæ. Nam ὄρος Græcis montem ſignificat. Verg. 1. Aene. Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ Hinc atq; hinc glomerantur Oreades.

OREGES, pars Tauri montis, in Caſpium mare uergens. Plinius libro quinto, capite. 20.

OREON, pen. prod. (ὄρειον,) tertia ſpecies polygoni, teſte Pli. lib. 27. cap. 12. teneræ harundini ſimilis, uno caule, denſis geniculis, in ſe fractis folijs piceæ. Naſcitur in montibus: unde nomen accepit.

OREOSELINVM, (ὀρεοσέλινον) montanum apium, cicutæ folijs, radice tenui, ſemine aneth: minutiori tamen Plinius lib. 20. cap. 11. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui Oreoſelinon, palmum alto frutice ac recto, ſemine cumino ſimile, urinæ & menſtruis efficax. Latini Apiũ montanum uocant: Græci ἔτι πετροσέλινον ἄγριον, hoc eſt, petroſelinum agreſte.

ORESITROPHEVS, (ὀρεσίτροφος) unus ex canibus Actæonis, ita dictus ἀπὸ τῶν ὀρέων καὶ τρέφειν, quaſi in montibus educatus. Ouid. 3. Meta. Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit, Proxima Therida mas: Oreſitrophus hæſit in armo.

ORESTES, (ὀρέστης) Agamemnonis, & Clytemneſtræ filius ſic appellatus ob feritatem, atq; agreſtem, & quaſi montanam naturam. cui ſoror Electra necem parari ab Aegiſtho: qui patrem Agamemnona interfecerat, matremq; conſtuprauerat, præuidẽs ipſum per pædagogum in Phocidem clam ablegat ad Strophium Phocenſium principem, qui Agamemnonis ſororem duxerat. Illic xij. annos demoratus, cum pædagogo ſuo Argos redijt: ubi ſub ſpecie hoſpitum Phocenſium, quos Strophius miſerat, ut Oreſtis obitum nunciarẽt, intromiſſi ad Clytemneſtram, eandem cum Aegiſtho adultero conſcia Electra in ultionẽ patris occidit, ut ſcribit Sophocles in Electra, & Eurypides in Oreſte. Deinde Pyrrhum quoque Macarei ſacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quòd Hermionem Menelai filiam ſibi prius deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furijs, quibus nõ antè purgari potuit, quã ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpetrata facinora expiauerit. Vide ſupra in dictione Iphigenia. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem, periculorumq; omnium ſocium, cum quo tam ſanctè amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recuſaret. Ci. de Amicitia: Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuuij fuerũt noua fabula cum ignorante rege, uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret.

ORESTIS, idis, (ὀρεστίς) regiuncula Macedoniæ, in eo tractu, qui mari Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Oreſtæ, Amantinis finitimi: quorum meminit Pli. lib. 4. cap. 10.

ORETÆ, (ὀρεῖται) gens Indica, ſecundum Strabonem lib. 15. poſt Arbim amnem Arianorum: quos Pli. lib. 6. ait, non Indorum, ſed propria uti lingua. Lucanus lib. 3. Tum furor extremos mouit Romanus Oretas.

ORETENVS, {Sino alla bocca} (μέχρι τοῦ στόματος) uſque ad os, Gellius Guttum Samium ore tenus imprudens inane, tanquam ineſſet oleum, affert.

OREVS, pen. pro. (ὄρειος) dictus eſt Liber pater, à montibus, in quibus ei ſieri ſacrificia ſolebant. Feſtus.

ORE XIS,{*Appetito*}(ὄρεξις)Græcè,Latinè appetitus,ſeu eſuritio dicitur, ab ὀρέγομαι,quod eſt appeto.Iuuen.Satyr.6. De quo ſextarius alter ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.Idem Satyr.11.Hinc ſurgit orexis, Hinc ſto macho bilis.

ORGANVM,ni,{*Organo inſtrumento*}(ὄργανον)idē eſt,quod Latinè inſtrumentum.Ci.lib.11.Epiſt.ad Brutū.Ὄργανον enim meum erat Senatus.id iam eſt diſſolutum. Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur,quæuis muſicorum inſtrumenta.Quin.lib.9.cap.4.Natura ducimur ad modos:neque enim aliter eueniret,ut illi quoq; organorum ſoni,quanquam uerba nō exprimunt,in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem.Iuue.Prętoribus Organa ſemper In manibus,denſi radiant teſtudine tota Sardoniches,criſpo nu merantur pectine chordæ. Architectorum quoq; inſtrumenta quædā Organa appellantur. Vitruuius lib.10.cap.1.Inter machinas & organa id uidetᷓ eſſe diſcrimen,q machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus,ut baliſtæ,torcularium'q; prela:Organa autem,unius operę prudēti tractu perficiūt. quod propoſitum eſt,uti ſcorpionis,et aniſocyclorum uerſationes. Apud Col. lib.5.ſumitur pro inſtrumento ad metiendum apto,ubi ait: Sic compoſitum organū quum in ſulcum demiſſum eſt,litē domini et conductoris ſine iniuria de cernit.Hinc Organicè aduerb.ut,Organicè moueri:& Mechanicè, apud Vitruuiū,pro eo quod eſt,per machinas & per organa,teſte Budæo.

ORGANARII,(ὀργανοποιοὶ)organorum fabricatores.Iul.Firmi.lib.2.Mercurius cum Venere in ſexto ab horoſcopo facit organarios, & myropolas.

ORGANICVS,a,um,(ὀργανικὸς)ut, ſaltus organicus Heliconis Luc.lib.3. Organici,corum,qui muſicis organis canunt.Lucr.lib.2. Aequæ Ac muſea mele,per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

ORGIA,orum,pe.cor.(ὄργια)neutri generis,& pluralis numeri apud Græcos, teſte Seruio,primùm dicta fuerunt quæuis ſacra Erat enim Orgiorum appellatio generalis,quemadmodum apud Latinos Ceremoniarū.Poſtea tamen abuſiue factū eſt,ut peculiariter hoc nomine Liberi patris ſacra nominarenᷓ:ἀπὸ τῆς ὀργῆς,hoc eſt,à furore,ut quidam putant,q hæc præcipue ſacra à mulieribus furore correptis celebrarentur:uel ἀπὸ τῶν ὀρέων,hoc eſt, à montibus, in quibus potiſſimū hæc ſacra fiebant.Innouabantur autem tertio quoq; anno: unde Trieterica dicta ſunt,id eſt,triennalia. Verg.4.Aen. Vbi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia.

ORGYIA,(ὀργυιὰ)menſuræ genus,ſex cōtinens pedes,ſiue utriuſq; manus extenſionem,quam Vlnam Latini appellant. Gaza menſuram uertit quatuor cubitorum.

ORIA,æ, nauis piſcatoria.Plaut.in Rud. Mea opera,labore, & rete, & oria. Idem: Malo hunc alligari ad oriam,ut ſemper piſcetur,etſi ſit tempeſtas maxima. Apud Nonium tamen,à quo hæc deſumpta ſunt,Horia legitur, prima uocali aſpirata:quemadmodum etiam utrobiq; legitur apud Plautum.

ORIBASIVS,(ὀρειβάσιος)Sardianus,Iuliani principis fuit familiaris,à quo & quęſtor Cōſtantinopolitanus factus eſt Scripſit libros medicinę LXXII. ad Iulianum,et eorum epitomen libris nouem ad Euſtachium filium.Præterea de regno,& de affectibus.Hæc Suidas.Eunapius uerò Græcus auctor in eo libro quem de Sophiſtarum uitis conſcripſit,eius uitā pluribus perſequitur. Oribaſius,ait,Pergamenus genere,in eloquentia pariter & medicina profecit.Iuliano q; propterea ut medicus fuit accerſitus. Inuidia deinde ſuccedentium principum bonis priuatus,ac in exilium ad Barbaros miſſus, animum philoſopi ſemper in calamitate retinuit.Tanta apud eas nationes gratia,& opinione ob doctrinā & medicinę experimēta perſeuerauit,ut pro deo pene coleretur.Hęc ille.

ORICHALCVM,ci,{*Oricalco,ottone*}(ὀρείχαλκον,uel ὀρίχαλκον) metalli genus eſt,accedens ad colorem auri,quod olim maximo in pretio habebatur. Vulgò hodie Gallorum lingua uocatur Otonum:ita dictū,ἀπὸ τοῦ ὄρους,καὶ χαλκοῦ.quaſi ὄρειος χαλκὸς,hoc eſt æs montanum Naſcitur enim in montibus.Cice.3.Offic. Si quis aurum uendens,orichalcum ſe putet uendere, indicet'ne illi bonus uir,id aurum eſſe? Sunt qui Aurichalcum ſcribant,dicīq; putant,quaſi aureum æs:quorū opinioni refragatur primæ ſyllabæ quātitas,quæ ubiq; corripitur.Stat.1.Theb.Emicat effigies,& ſparſa orichalca renident.

ORICOS,ſiue Oricum,(ὠρικὸς)ciuitas Epiri,à Cholcis condita in cōfinibus Macedoniæ,teſte Pli.lib.3.cap.23.iuxta quam naſcitur terebinthus,nigrum lignum habēs & ſolidum in buxi ſpeciem. Vnde Oricia terebinthus,apud Ver. 10. Aen. Aut quale per artē Incluſum buxo,aut Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & Lucan.lib.3. Tunc qui Dardaniam tenet Oricon,& uagus altis Diſperſus ſyluis Athamas,&c. Hæc quondam inſula cùm eſſet,continenti iuncta eſt.Pli.lib.2.cap.86.Epidaurus & Oricum inſulæ eſſe deſierunt.

ORICVLARIVS,pro Auriculario ſubinde apud Celſum legitur, ea ratione, qua Colculus,& Colis,pro Cauliculo,& Caule dicuntur, & Codex, pro Caudex,ut ait Budæus.

ORIENS,tis {*Oriente,Leuante*}(ἀνατέλλων)participiū eſt à uerbo Orior, idem ſignificans quod ſurgens:ut cum dicimus,Solem orientem, Lunam orientem Sidera orientia. Aliquando ſubſtantiue accipitur in maſculino genere, pro ea parte mundi,in qua Sol oritur,ἀνατολή. Ouid.7.Meta. Adiicit extremo lapides Oriente petitos. Ver.1.Georg.Nosq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis,Illic ſera rubens accendit lumina ueſper.

ORIFICIVM,orificij,(στόμα)introitus,& ueluti oſtiū uniuſcuiuſq; rei.Vnde duo uentriculi orificia eſſe dicimus,unum ſuperius,acutiſſimo tactus ſenſu præditum quod œſophago adhærens,cibo aditum præbet. Alterum inferius, ſuperiori multo anguſtius,quod Græci πυλωρὸν hoc eſt, ianitorem appellāt: propterea quod ueluti cuſtodis officio fungatur,ciboq; non niſi probe cocto excuſſoq;,exitum permittat.

ORIGANVM,ni,pe.cor.(ὀρίγανος Dioſcoridi)herba eſt,ſiue fruticulus, tā folio,q ramis ſylueſtri ſerpyllo ſimilis,comante ſupra cacumen umbella,in qua flores ex albo purpurei,odore iucundo præditi emicant.Quatuor autē origani commemorantur genera: Heracleoticum,onitis, Tragoriganon, & Syluestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum eſt,circa quam copioſiſſime naſcitur. Secundum ab aſinis,qui eius pabulo maxime delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quod ſine cultura & ſua ſponte prouenit. Dictum autem putatur Origanum,quod montibus gaudeat. Vide Pli.lib.20.cap.17.

ORIGENES,pen.cor.(ὠριγένης)qui & Adamantius dictus eſt(ſcriptor eccleſiaſticus fuit,qui tempore Philippi primi Chriſtiani Imperatoris fidem Euāgelicam & ſcriptis,& uiua uoce nō parum illuſtrauit. Incidit tamē in aliquot errores ab Eccleſia dānatos, quos tamen nonnulli ſuſpicantur ab æmulis eius libris fuiſſe inſperſos.Hic adhuc adoleſcens feruido quodam zelo(ſed non ſecūdum ſcientiam,inquit Eraſmus)ut liberius & citra pudicitiæ periculum Euangelicæ profeſsioni poſſet incumbere,ſeipſum caſtrauit.

ORIGO,nis,pe.pro.{*Origine, principio*}(γένεσις)à uerbo Orior,oriris,dicitur de genere,principio,initio,cauſa,ortu,ſtirpe,ſemine,ſiue fonte alicuius rei.Cice. de Vniuer.Nullius enim rei,cauſa remota,reperiri origo poteſt.Verg.2. Aen. Nō alios prima creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies,aliumue habuiſſe tenorē Crediderim.Ouid.3.Faſt.O quā de tenui Romanus origine creuit. Originatio,onis.Quin lib.1.de Etymologia:Etymologia, quæ uerborū originem inquirit,à Cicerone dicta eſt Notatio,quia nomen eius apud Ariſtotilē inuenitur σύμβολον,quod eſt nota: nam uerbum ex uerbo ductū,id eſt Veriloquiū, ipſe Cicero qui finxit,reformidat. Sunt qui uim potius intuiti, Originationem uocent. Vnde originale,adiectiuū:ut,Culpa originalis, Originalis decor.Hinc etiam Originarius,adiectiuū,idem quod originalis.Budæus,Originarij ſunt, qui contrahunt municipatū origine principaliter.Li.10.Cod titulus eſt de Municip.& originarijs.

ORION,(ὠρίων)quaſi Vrion,dictus eſt filius Iouis,Neptuni, & Mercurij. De hoc uariè fabulantur poetæ. Quidam tradunt Iouem Neptunum,et Mercurium,cum terram peragrarent, ſuperueniente nocte ad pauperem quendam Hyreum,quem Ariſtonicus Erythreum appellat diuertiſſe, qui eos hilari animo ſuſcepit,cumq; deos eſſe animaduertiſſet,occiſo boue iiſdem ſacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter,iuſſit ut aliquid muneris à ſe peteret, ſtatim uoti compos futurus: qui nihil ſeſe magis cupere reſpondit q filiū:coniugem tamen ſe non habere,neq; uelle ducere,quod morienti uxori fidem dediſſet ſe aliā non ducturū. Iupiter igitur & reliqui Dij corium immolati bouis ſumpſerūt, in quod cū urinam emiſiſſent,iuſſerunt,ut terra obrutum completis maternis menſibus ſolueret.Quod cum feciſſet,inuenit puerum,quem ab urina Orionē nominauit.Hic poſtea adultus euaſit uenator maximus,adhæſitq; Dianę. Sed cū uiribus fidens gloriaretur nullam eſſe feram,quam non conficeret, Dijs inſolens uerbum ulciſcentibus contigit,ut terra ſcorpionē pareret, a quo ictus periit.Diana igitur ſatellitis ſui obitum grauiſſimè ferēs,eum in coelū iuxta Tauri ſydus conſtituit.Luc.uerò à Diana ſcorpione immiſſo occiſum dicit,et deorū miſeratione in coelum ſublatum.Horatius ab ipſa Diana ſagittis confoſſum tradit,eò q ui uoluerit eam comprimere. Seruius autem hanc fabulam longè aliter tractat,dicens Oenopionis Siculi habitum eſſe filium, qui cum Candiopen(quā alij Meropem uocant)ſororem uitiaſſet,à patre excæcatus eſt:Conſulto igitur oraculo reſponſum accepit; Si per pelagus ad Orientem pergeret, ut oculorum concauitates ſemper haberet Soli oppoſitas,lumina recuperaturum. Quod cùm facere conaretur,auditu ſtrepitu,ad Cyclopas peruenit, ex quibus unum humeris ſuis impoſuit,cuius ductu Sole ſemper aduerſum habens, oculos recepit.Heſiodus Neptuni,& Euryales filium facit, idq; muneris à patre obtinuiſſe tradit,ut per ſummos fluctus poſſet incedere. Alij ferunt,poſtquam oculis ab Oenopione priuatus eſſet,in Lemnum inſulam ueniſſe, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortū Solis perrexiſſe,& ſic uiſum recepiſſe: poſtea uerò reuerſum, Oenopionem ulciſci ſtatuiſſe: ſed quū hic à ciuibus ſuis ſub terra occultaretur,in Cretam profectum,ibiq; ob arrogātiā a ſcorpione diuinitus immiſſo fuiſſe interfectum. Eſt autē ſignum coeleſte,quo oriente maximæ excitantur tempeſtates. Hinc Verg.lib.1. Aen.Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion,&c.Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione ſic dictū uelint, q ortus eius hyemis initium afferat,& mare ac terras tēpeſtatibus turbet.ὀρίνω enim,turbo & concito ſignificat. Plaut. Iugulam uocat,quod ſtellarū fulgore quaſi gladijs armatus,terribilis uideatur.Si fulget,ſerenitatem : ſi obſcurat, tempeſtatē denotat. Habet autem hoc nomen apud poetas primam ſyllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur,q prima ſyllaba olim apud Grecos per ω diphthongum ſcribebatur: quæ ſecundum proprietatem linguæ Doricæ in α ſolet commutari: qua ratione conſtat poſſe produci. Poterit tamen & corripi,ſi abijciamus ex prima ſyllaba uocalem ſubiunctiuam,more Græcorū, ut breuem ſyllabam extendant,aliquando aſſumunt uocalem:& ut longā cōtrahant,aliquando uocalem abijciunt. Media autem ſyllaba ſemper producitur. Penultima uerò obliquorum,rurſus eſt indifferens Lucan.lib.9.Teſte tulit coelo uicti decus Orionis. Verſus eſt ſpondaicus. Oui.8.Meta. Strictumq; Orionis enſem. Apud Catu.de coma Berē.legitur nominatiuus Oarion. Proximus (inquit)Hydrochoo fulgeat Oarion.

ORIOR,{*Naſcere,uenire à luce*}oreris,& oriris,olim tā per tertiā,q per quartam coniugationem declinabatur,hodie tantum per tertiam,excepto infinitiuo Oriri,qui manſit à quarta coniugatione.Ouid.lib.10.Meta.Tu quoties oreris,uiridiq; in cæſpite flores. Participium præteriti temporis eſt Ortus:futuri autem Orturus,uel Oriturus. quorum poſteriore uſus eſt Hora.lib.2.Epiſt. Nil oriturum alias,nil ortum tale fatentes. Eſt autē Orior(φύομαι)idē quod naſcor.Cic.2.de Legib.Sum illi uillæ amicior modo factus,atq; huic omni ſolo,in quo tu ortus es,& procreatus. Quandoq; ſurgo,prodeo, (ἀνατέλλω) unde, Orīri Solem dicimus.Plaut.in Aulul. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo.Teren.in Adelph.Tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.Pli. Epiſt.95. Oritur fons in monte, per ſaxa decurrit. Huius compoſita ſunt, Aborior, Adorior,Coorior. Liuius: Tum uero coorto tumultu terga uertere ſimulantes, paululum ceſſere. Oborior,& Suborior eiuſdem ſignificationis:hoc eſt, ſubnaſcor: ut, Obortæ ſunt lachrymæ, Subortus eſt rumor.

Exorior,enaſcor,prodeo.Cicer.lib.3.Officio.Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.

ORITES,(ὀρίτης)gemma eſt,globoſa ſpecie, à quibuſdam ſiderites appellata, ignem non ſentiens.Plin.lib.37.cap. 10.

ORITHOS, lege Oricos.

ORITHYIA, pe.pro.(ὠρείθυια Homero)filia fuit Erichthei Athenarum regis,qui Pandioni in regno ſucceſsit,quam à Borea raptam,et inuentum conuerſam poetæ fabulantur. Verum ut Euſebius pro uera hiſtoria refert,Boreas hanc ſibi in coniugem antea denegatam rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea

Zeten & Calain ſuſcepit, qui cũ Argonautis in Colchos nauigauerunt, & Harpias fugauerunt. Vide Calais. Proper. lib. 2. Iam Pandioniæ ceſſet genus Orithyæ. Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſię matri ſucceſſit in regno. Iuſtinus lib. 2. quam a Borea raptam poetæ fabulantur: ita dicta, teſte Eraſmo, ꝙ in montibus malefica ſua ſacra ſoleat peragere. Et quamuis ἀπὸ τοῦ ὄρεος deduci putetur, quod per o, paruum ſcribitur, tamen propter tot breuium ſyllabarum concurſum o, mutatur in ω.

O R I V N D V S, a, um, {*Che ha origine da qualche luogo*} (ὁ ἀφωρμημένος γένος, ἀπόγονος) qui originem ducit ex aliquo loco in quo non ipſe, ſed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. Ortus uerò, (γεννηθείς) idem eſt, quod natus, denotatq́; locum, non in quo parentes aut maiores noſtri, ſed in quo ipſi ſumus nati. Liu. 4. Bel. Pun. Nati Charthagine, ſed oriundi à Syracuſis: id eſt, à Syracuſis originem trahentes, unde fuerunt parentes. Inuenitur tamen Oriundus, pro orto, & cum præpoſitione, & ſine præpoſitione. Colum. libr. 1. Nam quemadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt, ipſam ſibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam uicinum ſuis nummis parat, quum à primis cunabulis (ſi modò liberis parentibus eſt oriundus) audiſſe potuerit. Oriundus aliquando non ſolum locum, ſed quandoq; perſonam denotat. Liu. 4. Bel. Maced. Oriundus à magno Alexandro.

O R M I N V M, ſiue potius Horminon, (ὅρμινον Dioſcor.) herba eſt, quam Latini Geminalem, Officinæ Gallitricum uocant: nomen habens ab eo quod Venerem extimulet. Eſt & ſylueſtre Horminon, quod alio nomine Saluiam agreſtem herbarij uocant. Attici quoq; Corrudam, hoc eſt, aſparagum ſylueſtrem Horminon appellant. Plin. lib. 20. cap. 10. Sylueſtrem aſparagũ aliqui Corrudã, aliqui Libycum uocant, Attici Horminum.

O R M E N I O N, (ὀρμένιον Homero) uicus eſt ad ſinum Pegaſæum, ſub monte Pelio. Vide Strabonem lib. 9.

O R N A M E N T V M, ti, {*Ornamento*} (ἀγλάϊσμα, κόσμος, καλλώπισμα) ornatus, apparatus. Cato de Re ruſt. cap. 10. Ornamenta bubus ſex. Sumitur aliquando pro honore, ſiue dignitate. Cic. Licinio: Suſcepiq; mihi perpetuã propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: id eſt, honoribus. Ponitur etiam pro beneficio honorifico. Cic. ad Cælium: quæcunq; à me ornamenta in te proficiſcentur, elaborabo, ut omnes intelligant, &c. Ornamento eſſe idem eſt, quod decorare, ornare. Cic. 6. Ver. Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. Sic pro Roſc. Amer.

O R N A T V S, a, um, {*Ornato, polito. Boc. Le polite & ornate camere*} (κεκοσμημένος) participium ab Orno, as, ornamentis decoratus. Verg. 3. Georg. Ipſe caput tonſæ folijs ornatus oliuæ. Feſtus. Ornatus dicitur qui bonis artibus inſtructus eſt, ſiue qui honores adeptus eſt à populo. Ouid. 11. Metam. Nondum totos ornata capillos. Verg. 7. Eclog. Hedera creſcentem ornate poetam. Plaut. in Pœn. Bono ingenio me eſſe ornatam, q̃ auro, multo mauolo. Terent. in Adelp. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus. Cic. pro Flac. Splendidiſſimus, atq; ornatiſſimus ciuitatis ſuæ uir. Idem pro Quin. E` fundo ornatiſſimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus.

O R N A T V S, us, {*Ornamento*} (κόσμος) cultus, quo quis ornatur: unde dicimus, Ornatum regium. Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic alium q̃ Alexandrum regio, inſtratus ornatu, recepit in ſedem: alios paſſim reijciens. Cic. 1. Offic. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, ꝙ ſtatuas quoq; uidemus ornatu ferè militari. Idem in Orato. Afferunt hæc quaſi lumina magnum ornatum orationi. Ornatus ornati. Terent. in Andr. Interea introire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus: Nihil ornati, nihil tumulti.

O R N E Æ, (ὀρνεαί) uicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi ſacra magna ſolennitate celebrabantur. unde Priapus ipſe dictus eſt Orneates, Auctor Strabo libro 8.

O R N E V S, ei, pen. prod. (ὀρνεύς) unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, Ouid. 12. Metamorph. Fugit & Orneus, Lycabasq; & ſaucius armo Dexteriore Medon.

O R N I T H I Æ, (ὀρνιθίαι) uenti ſunt Septentrionales quotannis ſub initium ueris triginta ferè continuis diebus ſpirãtes: ita dicti, teſte Budęo, ab aduentu auiũ, ꝙ id temporis hirundines & ciconiæ ad nos tranſuolent. Colu. libr. 11. cap. 2. Decimo Calendas Mar. cum Leo deſinit occidere, uenti ſeptentrionales, qui uocantur Ornithiæ, per dies triginta eſſe ſolent.

O R N I T H O B O S C I O N, {*Luogo da paſcere galline, ouero uccelli*} (ὀρνιθοβοσκεῖον) locus ad paſcendum gallinas & aues. Varr. de Re ruſtic. lib. 3. capi. 9. de his qui ornithoboſcion inſtituere uolunt, &c.

O R N I T H O G A L V M, (ὀρνιθόγαλον) cauliculus eſt, teſte Dioſco. ſeſquipedalis, candicans, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, à quibus flores ꝓdeũt foris herbacei, & intus, cũ hiare cœperint, lactei.

O R N I T H O N, pe. prod. huius Ornithonis, (ὀρνιθών) Latine auiarium. Nam ὄρνιθας Græci aues uocant. Varr. 3. de Re ruſt. ca. 3. Ornithones auiaria ſunt, in quibus ſtabulantur turdi, pauones, & omnes alites, quæ intra parietes uillæ ſolent paſci.

O R N I T H O T R O P H I V M, pen. pro. (ὀρνιθοτροφεῖον) idem eſt quod Ornithon, locus uidelicet, in quo aues educantur: qua uoce utitur Varr. libr. 3. de Re ruſtic. cap. 5.

O R N O, as, {*Ornare, adornare*} (περιστέλλω, διακοσμέω) colo, decoro, honeſto. Teren. in Eun. Age, camus intro, nunc iam orna me. Proper. lib. 4. Eleg. 10. Populus & longis ornabat frondibus ædem. Hor. 2. Epiſ. 2. Donis ornatur honeſtis. Cic. 1. Tuſc. Nocturnamq; cœli formam undiq; ſideribus ornatã. Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, (ἐπισκευάζειν) quod lingua uernacula dicimus, mettre en poinct. Plaut. in Capt. Ego ibi, ut conueniam ſenem, dicam ut ſibi penum aliud ornet. Item honorare. Cic. Cæſari: Neq; illius officij certũ nomẽ peto, beneuolentiam tuam et liberalitatem peto, neq; impedio quò minus (ſi tibi ita placuerit) etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. Ornare fugam, eſt parare fugam. Terent. in Eun. Ita iam ornabat fugam. Ornare munus uerbis, apud Teren. in Eunuch. eſt laudare, & uerbis, quodammodo maius facere. Munus noſtrum ornatu uerbis, quod poteris. Hinc ornatè, aduerb. rectè proprie, eleganter, & depoſitè: ut, Ornatè dicere, propriũ eſt eloquentiæ, ut ait Quintil. in Procem. lib. 8. Cicer. 1. de Fin. Res uerò bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictatas quis non legat? Idem 4. Acad. Illis ſimilia, ſed opinor explicata uberius & ornatius. Huius compoſita ſunt, Adorno (διακοσμέω) idem quod orno. Liu. lib. 1. ab Vrb. Flaminem Iouis aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignisq; ueſte, & curuli regia ſella adornauit. Eſt etiam Adornare, (ἐπισκευάζειν) bene apparare. Plaut. in Caſ. Intrò abi uxor, atque adorna nuptias. Exorno, & ſuborno, uide alibi.

O R N V S, arbor eſt procera, caudice tereti, læui cortice, quam Colum. lib. de Arbor. cap. 16. Sylueſtrem fraxinum eſſe dicit. A' Gallis, teſte Ruellio, uulgo Freſna campeſtris appellatur.

O R O, ras, {*Pregare, orare*} (παρακαλῶ, δέομαι, εὔχομαι) precor, uel peto: & in hac ſignificatione ſæpe habet duos accuſatiuos. Teren. in Eun. Vnum uos oro, ut me in ueſtrum gregem recipiatis. Interdum etiam ponitur abſolutè. Cice. pro Quintio: Orat, atq; obſecrat, ut multis iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatē, in hoc tandem locu conſiſtere & confirmari patiamini. Cic. Cæſ. in Epiſt. ad Attic. li. 9. Quamobrẽ à te peto, uel potius & omnibus precibus oro & obteſtor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias tẽporis huic quoq; cogitationi. Interdum eſt agere, dicere, (λέγειν) & tunc ſolo accuſatiuo contentum eſt. Pli. lib. 7. ca. 53. Legatus quoq;, qui Rhodiorum cauſam in Senatu magna cũ admiratione orauerat, in limine curiæ protinus, expirauit progredi uolens. Hinc fit Orans participium. Verg. 9. Aen. Et ſic effatus ad undam Proceſſit, ſummaq; hauſit de gurgite lymphas, Multa deos orãs, onerauitq; æthera uotis. Oratus, a, um, aliud participium: Hor. 1. Epiſt. 13. Oratus multa prece nitere porro.

Oratum, ti, quod orauimus. Teren in Hecy. Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lacrumem miſer. Oratus, tus. i. precatio, rogatio. Cic. pro Flac. An etiam ſcripſit oratu tuo? Oratio, onis, omnis locutio. Cic in Brut. Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamẽ unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Oratione beneficus dicitur, qui multa promittit uerbis. Orationis operam compendi facere, dixit Plaut. in Moſt. i. paucis agere, paucis uerbis dicere. Orationẽ ſibi parare, eſt cogitare, quid dicturi ſumus. Oratio etiã eſt ipſius oratoris ratio, & argumentorum arte diſpoſitorũ enumeratio: quæ quidẽ omni ex parte perfecta eſt, habetq; numeros, figuras, et affectus: quales ſunt Orationes Ciceronis. Hinc Oratiuncula diminutiuum. Cic. de Clar. Orat. Indicant enim oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca, ſcripta dulciſſimè. Oratores, cauſarum actores dicti, quos Græci ῥήτορας uocãt. Quamuis apud Latinos Orator à Rhetore ſeparetur, ꝙ Orator ſit, qui ĩ iudicijs uel cõcionibus cauſas agit. Rhetor, qui Rhetoricẽ profitetur. Item oratores, (πρέσβεις, πρεσβευταί) legati uocantur, ꝙ principis aut Reip. mandata peragant. Verg lib. 11. Aen. Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. Item quicunq; aliquid rogat, Orator dici poteſt. Orator ſic à Cic. definitur: Orator eſt uir bonus, dicendi peritus, qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta utitur eloquentia. Canorus et uolubilis orator. Cic de Clar. Orat. Iuue. Sat. 11. Te conſule, dic tibi quis ſit Orator uehemens, an Curtius, &c. Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo inſtituitur futurus orator. Cic. ad Treb. lib. 15. Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui. Hinc Oratorius, a, um, adiect. quod ad oratorem pertinet: ut, Oratoria præcepta. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam, fortem, & uirilem, nõ uideri. Ornatus oratorius. Quintil. li. 3. ca. 1. Vrbanitas oratoria, Idem lib. 6. cap. 3. Oratoriè, aduer. id eſt, oratoris more, hoc eſt, ornatè, et eleganter. Cic. in Orat. Nihil eſt enim aliud, Brute, pulchre & oratorie dicere, niſi optimis ſententijs, uerbiſq; lectiſſimis dicere.

Oratrix, apud Quintil. lib. 2. capi. 15. legitur. Compoſita huius uerbi ſunt, Adoro, Exoro, quod eſt orando impetro. Vnde Orator dicitur dum orat: Exorator, quum impetrauerit. Teren. in Prolog. Hecy. Orator ad uos uenio, habitu ſcenico, ſinite exorator ut ſiem. Exoratus, dicitur, à quo quid impetratum eſt. Deoro & Peroro, ſignificat orationem concludo. Vide ſuis locis.

O R O A T I S, Plinio, (ὀροάτις Straboni) fluuius eſt Carmanię, in confinio Perſidis, cuius meminerunt Ptol. lib. 6. cap. 3. Pli. lib. 6. ca. 23. & Strab. lib. 15.

O R O B A, (ὀρόβα) urbs eſt Aſſiriæ, in Mediterraneis. Ptol. lib. 6. cap. 1.

O R O B A N C H E, (ὀροβάγχη) cauliculus eſt ſine folijs, altitudine ſeſquipedali, ſubrubens, flore ſubalbido in luteum uergẽte. Nomen accepit à ſtrangulatu, ꝙ eruum, & Cicer (nam in hiſce leguminibus ferè naſcitur.) circumligando præfocet: unde etiam à Latinis Eruangina dicitur, uoce Græca ad uerbum reddita. Quidam etiam Cynomorion à canini genitalis ſimilitudine appellauerunt. Vide Plin. 22. cap. 25.

O R O B A T I S, (ὀροβάτις) urbs mediterranea Perſidis. Ptol. lib. 9. cap. 4.

O R O B I A, æ, thuris genus, minoribus conſtans guttis, teſte Pl. li. 12. ca. 14. ab erui ſimilitudine ita dictum quanquam in uulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit Hermolaus.

O R O B I T I S, (ὀροβῖτις) chryſocollæ factitiæ genus, lutea herba, & alumine ſciſſili tinctum. Rationem conficiendi uide apud Plin. lib. 33. cap. 5.

O R O D E S. (ὀρώδης) Parthorum rex, à quo Craſſus captus fuit, & occiſus. Vide Plutarchum in Craſſo. Eſt & Orodes [illegible] cuiuſdam nomen apud Vergil. 10. Aen. qui Aeneæ arma ſequutus à Mezentio fuit interfectus.

O R O E T E S, (ὀροίτης) uir Perſa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannũ dolo captum ſuſpendit. Hic poſtea iuſſu Darij, et opera, aſtuq; Bagæi Sardibus trucidatus eſt, ut ſcribit Herod. lib. 3.

O R O N T E S, (ὀρόντης) teſte Pomponio lib. 1. fluuij nomen eſt, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Eſt & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium urbs Antiochia poſita eſt. Hinc Oronteus, a, um, ὀρόντειος. Proper. li. 1. Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

O R O N T E S, (ὀρόντης) uir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans naufragium fecit, ut ſcribit Verg. lib. 1. Aenei. Vnam quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem.

O R O P V S, pen. pro. (ὠρωπός Stephano) oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. Eſt & alia eiuſdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clariſſima. Ruſus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè inſtaurata, & à nomine patriæ ſuæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ quę enumerantur à Stephano.

O R O P Y G I V M, uide in dictione Vropygium.

O R P H A N V S, {*Orfano*} (ὀρφανός) qui caret patre, præſidioq; paterno. Pupillus, qui caret patre, ſed non præſidio paterno, quum tutore utitur.

ORPHEVS. {*Pet. Che ſe d'Orpheo leggendo o d'Amphione*} (ὀρφεὺς) poeta, ſeu autes genere Trax, Calliopes & Apollinis filius, quam à Mercurio. ſiue ut alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, eaq; tantum ualuiſſe, ut illius cantu ſyluas & ſaxa mouerit, fluuiorum curſum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit. Eurydicen uxorem habuit, quę Ariſtæum uim ſibi inferre uolẽtem fugiens à ſerpente occiſa eſt: ob cuius mortem Orpheus maximè contriſtatus, accepta lyra, ad inferos deſcendit, ubi ſuo cantu à Proſerpina uxorem Eurydicen recepit. Sed quum eandem nõ ſeruata lege à Proſerpina ſibi impoſita, rurſum amiſiſſet, cœlibem uitam agere ſtatuit, cumq; iã multas nuptias reieciſſet, aliosq; inſuper à mulierum conſortio deterreret, atq; in puerorũ amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrum fluuium occiſus, & diſcerptus eſt: cuius membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerũt, dederũtq; ea ſepulturæ. lyra uero & caput in Hebrum deiecta, ad Lesbon inſulam delata ſunt ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem in cœlũ aſſumpta. Vergil Eclog. 4. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, &c. Alij Orpheum Ciconum regem, Oeagri (è quo Oeagrius appellatur) & Polyhymniæ filiũ fuiſſe dicunt, atq; cum Argonautis in Colchos nauigaſſe, ideoq; uſſumptũ quòd iuxta uaticinium Chironis, Sirenes prætereri non poterant, niſi pręſente Orpheo. Sunt qui duos Orpheos fuiſſe dicant quorum alterum Colchos nauigaſſe perhibent.

ORPHEVS, phea pheum, pen. prod. (ὀρφεῖος) denominatiuum ab Orpheo: ut Orphea cithara. Mart. li. 1. Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

ORPHNÆVS, (ὀρφναῖος) apud Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. unus eſt ex equis Plutonis. à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele micans, Aethõq; ſagitta Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus Armenti, ditisq; nota ſigna tus Alaſtor.

ORREA, æ, (ὀρρέα) oppidum in occidentali tractu Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

ORSILOCHVS, (ὀρσίλοχος) filius fuit Idomenæi. Hic patrem ſecutus ad expeditionem Troianam, cũ per totum bellum ex uoto omnia ſucceſſiſſent, in exitu rei ob inſolentiam, dum obſtaret totis uiribus, ne ex præda capti Ilij ſors debita daretur Vlyſſi, ab eo occiſus eſt.

ORSVS, ſa, ſum, {*Che ha commenciato*} (ἀρξάμενος) in ſignificatione actiua, accipitur pro eo qui incipit, uel incepit, Ver. 2. Aen. Inde toto pater Aeneas ſic orſus ab alto Idem 1. Aen. Veneris contrà ſic filius orſus.

ORSVS, orſi, ſubſtantiuum. {*Incommenciamento*} (ἀρχή) uel pluraliter Orſa, ſorum, dicuntur incepta, uel initia. Liu. in Præfat. operis, Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Verg. 11. Aen. Sic ore uiciſſim Orſa refert. Hoc eſt cœpta uerba, ut interpretatur Seruius.

ORSVS, us, nomen uerbale. Cic. 2. de Diui. Scire ratos'ne haberant, an uanos pectoris orſus.

ORTHIVM CARMEN, (ὄρθιος νόμος) genus eſt modulationis muſicę, quod Arionem Ceciniſſe refert Herod. lib. 1. priuſquam ſe in mare pręcipitaret ſic fortè dictũ, quod eius carminis numeri quàm altiſſima, & intentiſſima uoce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt, quod arduum eſt, & quàm altiſſimè eleuatum. Gell. lib. 16. cap. 19. Stansq; in ſummæ puppis foro, carmen, quod Orthium dicitur, ſublatiſſima uoce cantauit.

ORTHOCORYBANTES, (ὀρθοκορυβαντες) populi ſunt Medis et canis finitimi, quorum meminit Herod. lib. 3.

ORTODOXVS, {*Che ha buona opinione*} (ὀρθόδοξος) homo rectæ opinionis ſiue ſententiæ, aut fidei. δόξα enim gloriam, & exiſtimationem, ſiue opinionem & ſententiam ſignificat. Hinc Ortodoxia, (ὀρθοδοξία) recta opinio.

ORTHOGONVS, pen. pro. (ὀρθογώνιος) rectus angulus, qui ex utraq; parte æqualis eſt. Hinc Orthogonius, adiect. quod rectis angulis conſtat: & omniũ partium æqualitatem habet. Col lib. 5. cap. 2. Orthogonius ager.

ORTHOGRAPHIA, (ὀρθογραφία) recta ſcriptura. uel pictura. Quin. lib. 1. cap. 7. Quod Græci Orthographiam uocant, nos rectè ſcribendi ſcientiam nominamus.

ORTHOMASTICA, poma dicuntur, ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. cap. 14.

ORTHOMINVM, (inquit Calepinus, Perottum ſecutus) eſt lini genus quod fit è panicula paluſtris arundinis. Sed uterq; lapſus eſt uitio corrupti exemplaris. Nam apud Pli. lib. 19. cap. 1. ex quo loco Perottus ea, quæ de lini generibus conſcripſit, eſt mutuatus, legitur Orchomenium linum. Quod ideo admonere uiſum eſt, ne quid temere uideamur reſecuiſſe.

ORTHOEPEIA, (ὀρθοέπεια) eſt recta locutio, & emendata cũ uocis ſuauitate prolatio. Apud Græcos enim ὀρθοεπεῖν eſt rectè & propriè loquor.

ORTHOPNOEA, uide Orthopnoici.

ORTHOPNOICI, (ὀρθοπνοϊκοί) aſthmatici dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, ut niſi recta ceruice ſtent ſpirare non poſſint. Orthopnœa (ὀρθόπνοια) ipſa paſſio ὀρθὸς enim rectum, πνέω ſpiro. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atq; aliud nomen habet, prout ſe magis, minusq; intendit. omne tamen in ſpirandi difficultate conſiſtit. Sic difficultas hęc dũ modica eſt, δύσπνοια Græce dicitur. Quum uehementior, & ſpirare æger ſine anhelatione non poteſt, ἆσθμα uocatur. Quum acceſſit id quoq;, ut ſpirare non poſſit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Dyſpnoici, Aſthmatici, Orthopnoici: à Latinis uerò uno uocabulo, Suſpirioſi dicuntur. Vide Celſum lib. 4. cap. 4.

ORTHOSIA, (ὀρθωσία) oppidum eſt in ea parte Syrię, quæ Libano mõti ſubiacet: cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 20.

ORTOSTATAS, Vitru. lib. 2. cap. 8. & lib. 10. cap. 17. poſtes uocat ianuæ, eò quòd arrecti ſtent, non iaceant tranſuerſi, quemadmodum limina. Alibi ca. 16. arrectaria tigna uocat, teſte Budæo.

ORTHRAGORISCVS, (ὀρθραγορίσκος) Latinè aper, ſiue porcus, piſcis in Aura fluuio Laconiæ qui uocalis eſſe perhibetur. Vide Plin. lib. 32. c. 2. Sed & porcelli lactentes, & adhuc ſubrumi, ita nominantur apud Lacedæmones (inquit Athenæus) ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι. quoniam matutinis temporibus uænales circumferantur.

ORTI HESPERIDVM, (κῆποι ἑσπερίδων) in Africa fuerunt, inter duas Syrtes, Poetarũ fabulis plurimũm celebrati, cum reuera nihil ferant, præter oleaſtrum. Vide ſuprà in dictione Hortus.

ORTI PENSILES, (κῆποι μετέωροι) qui ſupra ædificia facti, uel ſupra columnas erecti pendent. Vide Hortus.

ORTON, (ὄρτων) Ptolem. lib. 3. cap. 1. Pelignorum urbs, hodie Ortona.

ORTOPLA, (ὀρτόπλα) Liburniæ urbs Ptole. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

ORTVS, a, um, uide in uerbo Orior, & in nomine oriundus.

ORTVS, tus, nomen, {*Natiuità, naſcimento*} (γένεσις ὑπαρχή, ἀρχή, προχέτευσις) ſignificat natiuitatẽ. Cic. 1. Offi. Non nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat, partẽ amici. Ouid. 13. Metam. Sed neq; materno quod ſunt generoſior ortu, Nec mihi quod pater eſt, &c. Interdum etiam primam illam corporis cœleſtis apparitionẽ ſupra noſtrum hemiſphærium, Ortũ uocamus, Verg. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. Quin ipſum etiam cœli cardinem, in quo Sol oritur, Ortum appellamus. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio ſpectat ortum Solis æſtiuum.

ORTVS, ti, {*Horto*} & eius deriuatiua, uide in dictione Hortus.

ORTYGIA, (ὀρτυγία, δῆλος) inſula in mari Aegeo, omnium Cycladum clariſſima. Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia (Solino teſte) quia in ea primo uiſæ ſunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας uocant: nos à ſono uocis Quaglias dicimus, Alij, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Vergi. 3. Ae. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiam dicta eſt Delos (ut docet Ariſtoteles) quòd cùm antea ſub aquis merſa eſſet, ſubito apparuerit. nam δηλόω, oſtendo ſignificat. Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm reperto: ab alijs Cynthia, ab alijs Aſteria, ab alijs Cynæthus. De Delo terræ motu concuſſa, uide Thucydidẽ lib. 2. Eſt et alia Ortygiæ nomine inſula: in Sicilia, Syracuſarum pars reliquæ urbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethuſam. Hęc ex oppoſito Plemmyrij Sicilię amnis, ſita eſt: de qua Ver. lib. 3. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores Ortygiam, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

ORTYGOMETRA, pen. pro. (ὀρτυγομήτρα) rex coturnicum eſt, maior aliquantò & nigrior, quàm coturnices. Dictio eſt compoſita ἀπὸ τοῦ ὄρτυγος, καὶ μήτρας, quaſi Coturnicum matrix.

ORTYX, ortygis, {*Coturnice*} (ὄρτυξ) auis quæ Latine Coturnix, & uulgò Qualea dicitur. Vide ea quę annotauimus in dictione Coturnix. Eſt pręterea Ortyx herbæ cuiuſdam nomen, quæ à nonnullis Plantago uocatur, teſte Plini. lib. 21. cap. 171.

ORYX, (ὄρυξ) animal eſt in Getulia naſcens, biſulcum & unicorne, alioqui capræ non diſſimile, pilum habens contra aliorum animalium naturam ad caput uerſum Sub ortum Caniculæ, tanquam eius ſideris aduentum præſentiẽs fixis oculis eam plagam cœli intuetur, ubi primum ſignum hoc exoritur: eoq; conſpecto ſternutat, & ueluti uenerabundus adorat. Auctor Plin. lib. 2. cap. 40. & lib 8. cap. 53. Colu. lib. 10. Feræ pecudes, ut capreoli, damęq;, nec minus orygum, ceruorumq; genera, & aprorum, modo lautitijs & uoluptatibus dominorum ſeruiunt, modo quæſtui ac reditibus.

ORYZA, (ὄρυζα Dioſco.) frugis genus eſt in locis paluſtribus, & uliginoſis maximè prouenieus, folia habens carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: florem autem purpureũ. Semen nõ in ſpicis, quemadmodum frumenta, ſed in paniculis gignit, aut iubis, more millij, aut panici, Oryzę in Italia maxima eſt copia, teſte Plinio, ubi ex ea ptiſana fiebat, quam reliqui mortales ex hordeo conficiebant. Theophraſtus Oryzon uocat, teſtaturq; ſua ætate peregrinum fuiſſe ſemen, et non ita pridem ex India illatum. Galli abiecta prima litera ſua lingua uocant Rizũ.

O ANTE S.

OS, oris, {*Bocca, faccia*} (στόμα) propriè concauum illud, intra quod lingua, dentes concluduntur. Plin. lib. 11. cap. 37. Continui dẽtes, aut utraq; parte oris ſunt, ut equo. aut ſuperiore primores non ſunt, ut bobus, ouibus. Quandoq; ponitur pro facie. Verg. 1. Aenei. Os humerosq; deo ſimilis. Nonnunquam etiam de brutis dicitur. Verg. 12. Aene. Ora citatorum dextra detorſit equorum. Neq; ſolũ de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie quę cernitur: et quicquid in aliqua re patet, Os dici poteſt. Idem 3. Georg. Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os. In hac autem ſignificatione Os producitur, cùm Os, oſſis corripiatur: & habet omnes caſus plurales præter genitiuũ Orium. Verg. lib. 8. Aen. Componens manibusq; manus, atq; oribus ora. Accipitur aliquando. Os pro impudentia, uel temeritate. Cic. 6. Verr. Os hominis, inſignemq; impudentiam cognoſcite. Nonnunquã etiam pro præſentia, & conſpectu. Tacit. lib. 19. in conſpectum Iulianus ad L. Vitellium perductus, uerberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Sall. in Iugur. Incedunt per ora ueſtra magnificè. Huius nominis deriuata ſunt Oſculor, Oſtium, Oſculum, Orea, Omen, Orificium, & fortè nonnulla alia, quæ uidebimus ſuis locis.

OS, oſſis, {*Oſſo*} (ὀστέον) ſignificat ſolidamentum illud corporis, quod neruis alligauit natura. Cic. 2. de Natu. Deo. Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corpori, mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Verg. 1. Geor. Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris. Oſſa etiam uocantur lapilli illi, qui in prunis, dactylis, ceraſis, ſimilibusq; fructibus medium tenent locum. Sueto. in Claud. Quoties poſt cibum obdormiſceret, (quod ferè accidebat) olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Ab Os fit compoſitum Exos, (ἄναστος) quod oſſibus caret. Lucil. Exos, & Exanguis tumidos perfluctuat artus. Inde fit uerbum Exoſſo, quod eſt oſſibus exuo, uel oſſa detraho: unde, Exoſſare piſces dicimus. Apul. Exquammatus, atq; exoſſatus piſcis uix palpitat amplius. Deriuata uide ſuis locis.

OS LEONIS, genus herbæ, florem faciens purpureum. Colum. Narciſſiq; comas, & hiantis ſæui leonis Ora feri.

OSCA, (ὄσκα) oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Ilergetum, Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

OSCELA, (ὄσκελα) Lepontiorum in Alpibus Cottijs auctore Ptolemęo lib. 3. capite 1.

OSCEDO, inis, pe. pro. {*Sbadaglimento*} (χάσμη. τὸ χασμῶδες) uitium quo quis tenetur, ut ſæpius oſcitet. Gell. lib. 4. cap. 20. Deliberatum de nota eius, qui

ad cenſores ab amico aduocatus eſt, et in iure ſtans, clarè nimis, & ſonorè oſcitauit, atq; inibi prope ut plecteretur fuit, tanquam illud indicium uagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atq; apertæ ſecuritatis. Sed quum ille deiceraſſet, inuitiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatione uictum, tenericq; eo uitio, quod Obſcedo appellatur, tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. Serenus: Hinc Oſcedo fugit, linguæ quoq; uulnera cedunt.

OSCHEON, (ὄσχεον) Latini Scrotum dicunt, id eſt, teſtium receptaculum. Nam Celſus ubi de morbis tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent. Sinus (inquit) qui conſpicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis dicitur: noſtri, Scrotum uocant.

OSCI, (ὄσκοι) Italiæ populi, qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vnde Obſcœna uerba dicta. (ut quibuſdam placet) quaſi Oſcena. Oſcus, a, um, adiect. Cice. Mario, lib. 7. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cum oſcos ludos uel in Senatu noſtro ſpectare poſsis. Horat. 1. Ser. Saty. 5. Meſsi clarum genus Oſci. Tellus Oſca, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

OSCILLO, las, Oſcillorum ludum exerceo, oſcilla moueo, uel in altum proſ[i]cio. Dicta autem ſunt oſcilla, teſte Feſto, q; os cellant, id eſt, inclinent, præcipitiaq; in os ferantur. Oſcillantes ait Cornificius ab eo dictos, quod os celare ſoliti ſint propter uerecundiam, qui eo luſus genere utebantur. Cauſa autem eius iactationis proditur Latinus rex, q; prælio quod ei aduerſus Mezentium Ceritum regem fuit, nuſquam apparuerit, iudicatusq; ſit Iupiter Latialis factus eſſe. Itaque per ſex eos dies feriatos liberos ſeruosq; requirere cum non ſolum in terris, uerumetiam qua cœlum uideretur poſſe adiri per oſcillationem. Hæc ille. Seruius putat eſſe compoſitum ab Os, & Cilleo, les: q; in hoc ludi genere cillerentur, id eſt, mouerentur ora. Nam Cillere mouere eſt. Plaut. in Amphi. Næ illi ędepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oſcillet probè. id eſt, os moueat, probè ipſum pugnis percutiendo.

OSCILLVM, cilli, {Bocchina} (στομάτιον, γίμιον) diminutiuum à diminutiuo Oſculum, pro paruo ore, ſicut à tantulo, Tantillum. Colum. libr. 2. cap. 10. Reliquum quod ſupereſt ſeminis, in tabulatum, quò fumus perueniat, optimè reponas. quoniam ſi humor inuaſerit, uermes gignit, qui ſimul atq; oſcilla lapillorum adederint, reliqua pars enaſci non poteſt. Oſcilla item (ἀγαλμάτια) ſigilla ſunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & uænales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis Diti patri, & Saturno piacula faciebant, ut inquit Macrobius lib. 2. cap. 5. Verg. lib. 2. Georgic. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Et ſic ab Oſculum fit, quum ſignificat faciem paruam uel totam ſpeciem.

OSCINES, pe. cor. (τιωνοί, οἰωνοί) ab ore, & canendo, aues ſunt, teſte Varrone, auſpicium ore facientes. Horat. li. 3. Carm. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Plin. lib. 10. cap. 19. omnes aues quæ canunt, Oſcines dici exiſtimat, diſtinguitq; Oſcinem ab Alite cantu: & contrà, Alitem ab Oſcine magnitudine. Nunc, inquit, de ſecundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur ſpecies, oſcines & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.

OSCINVM, (οἰωνοπολία) augurium auium. Cic. 2. de Legibus: Fulgura, atq; oſcina pianto.

OSCITO, as, pe. cor. {Sbadagliare} (χασμῶμαι) ex Os, & Cito, proprie ſignificat, os cōmoueo, & os totum aperio, ut ſit præ ſomno aut tædio. Quod quū toto corpore fit, Pandiculari (σκορδινᾶσθαι) uocatur. Gell. li. 4. cap. 20. Et in iure ſtans clarè nimis & ſonore oſcitauit. Lucr. lib. 3. Oſcitat extemplo tetigit cū limina uillæ. Ponitur aliquando pro aperiri. Pli. lib. 16. ca. 24. Sed omniū folia quotidie ad Solem oſcitant, &c. Hinc Oſcitans particip iū, quod aliquando in nomen migrat, ſignificatq; otioſum & negligentem, ῥάθυμον. Cice. 1. de Nat. Deo. Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. Idem 2. de Orat. Et iſtam oſcitantem & dormientem ſapientiam Scæuolarum, & cæterorū beatorū otio concedamus. Hinc etiam fit uerbale Oſcitatio, quod proprè ipſum oſcitandi actum ſignificat. Pli. lib. 7. cap. 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt. Aliquando tamen pro otio & animi ſecuritate accipitur, quæ ῥαθυμία à Græcis dicitur. Dicitur & Oſcitor deponens lib. 4. ad Here. Quum etiam maiores calamitates impendere uideantur, ſedetis, & oſcitamini. Oſcitanter, negligenter, (ῥαθύμως) Cic. de Cla. Ora. Tam ſolutè egiſſet, tam leuiter, tam oſcitanter, & oſcitabunde,

OSCVLOR, aris, {Baſciare} (φιλέω) dare oſculum. Cic. Appio Pulchro libr. 3. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam uerò oſculatus. Filium mater oſculata eſt, Cic. pro Muræna. Amplecti, in manibus habere, fouere, oſculari aliquem, Cic. Len. lib. 1. Oſculatio, onis, (φίλημα) uerbale. Cic. pro Cælio. Non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, &c. Catullus ad Iuuentiū: Non ſi denſior aridis ariſtis Sit noſtræ ſeges oſculationis.

OSCVLVM, culi, {Bocchina, baſcio} (φίλημα) diminutiuū paruum os. Quod eſt contra Priſcianum, qui uult Oſculum non tenere ſignificatum primitiui. Oui. 1. Meta. Videt igne micantes Sideribus ſimiles oculos: uidet oſcula, quę non Eſt uidiſſe ſatis. Ponitur etiam Oſculum pro baſio: quoniam baſiando os coarctamus, atq; minuimus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Ci. ad Att. Atq; utinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad oſculum, Atticæ poſſim currere. Donatus ita diſtinguit hæc tria, Oſculum, Baſium, & Suauium: ut Oſculū officij ſit, ut cum e longinquo redeuntes ſalutamur, atq; oſculamur: Baſium pudicorū: ut patris & filij: Suauium uoluptatis, à ſuauitate dictum. Sed hæc differentia non obſeruatur. Nam & oſcula & Baſia impudicorum dicuntur, & Suauia pudicorum. Ouid. 1. de Arte aman. Quātū defuerat pleno poſt oſcula uoto? Et paulo antè: Oſcula qui ſumpſit, etc. Catullus ad Leſbiam: Da mi baſia mille. Cic. ad Att. lib. 16. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, ſuauium dato.

OSI, (εἴθε) aduerb. optand. Perſius: O ſi, ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule. Reliqua uide in dictione O.

OSIRIS, pen. pro. (ὄσιρις) Oſiris, uel Oſiridis, fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, ſucceſſitq; Phoroneo in regnum Argiuorum. Poſtea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit gloriæ deſiderio. Quos quum ſubegiſſet, Iſidem (quæ et Io uocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit uxorē. Vbi, quum illi literas, Oſiris uarias artes Aegyptios docuiſſet, uterq; diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio, uel (ut Seruius ait) à Typhone fratre, clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus repertus eſt: curauitq; eum Iſis ſepeliendum in Abato, inſula eius paludis quæ Memphi proxima eſt, quam ēt Stygem, id eſt, mœrorem appellauit: nec niſi ſacerdotes, certis diebus eosq; mitratos eò accedere uoluit. Sed quum appareuiſſet Aegyptijs deinde bos quidam, Oſirim putarunt, adorauerūtq; ut Deum, & uocauerunt Apim, id eſt, bouem, eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Tibullus li. 1. Eleg. Te canit, atq; ſuum pubes miratur Oſirim Barbara, Memphiten plangere docta bouem. Martia. lib. 9. Non illam mille cataſtæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Oſiride ſic habet Euſebius li. de Præpa. Euang. Diodorum Siculū inducens: Aegyptios ferunt primos omnium cœleſtium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putaſſe, ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nuncupaſſe, à proprietate quadā inditis ipſis nominibus. Nam ſiquis ad Latinam linguam uerba transferat, multioculus Oſiris dici poteſt, neque id ab re. Radijs enim ſuis quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perſpicit, ut etiam Poeta dicit: Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Quamuis nonnulli Græcorum Poetæ Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Iſim uerò Priſcam Latinè dicere poſſumus, Lunæ hoc nomine indito, quoniam ſempiterna, priſcaq; ſit. Cui idcirco cornua depingunt, uel quia, quū minor eſt, cornuta uideatur: uel q; bos ei apud Aegyptios ſit dedicata. Ferunt Oſirim apud Aegyptios mitionem, & aratrum, inmoq; uſum primum reperiſſe, aliaq; nonnulla, quæ latè proſequitur Tibullus lib. 1. Eleg. Oſiris item herba eſt ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in ijs folia nigra, ceu lini, ſemenq; in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubeſcens. Verba ſunt Plinij lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorum Linariam uocat.

OSIRITES. (ὀσιρίτης) ab Aegyptijs dicitur herba, quam Cynocephaliam, hoc eſt, canis caput uocant, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt ſi quis eam totam eruat, ſtatim mori. Pli. lib. 30. cap. 2. Vide ea quæ ſuprà tradidimus in dictione Cynophalia.

OSISIMII, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim amnem. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæſar Oſiſmos uocat.

OSQVIDATES, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, apud Pli. lib. 4. cap. 19.

OSSA, ſſę, (ὄσσα) mons in finibus Theſſaliæ, Centaurorū ſtabulum, quē Seneca dicit Olympo olim fuiſſe coniunctum Herculis autē opera fuiſſe abſciſſum, ab ea parte, ubi per Tempe fluit Peneus fluuius. Luc. lib. 1. Et tantus in ęthera clamor, Quantus piniferæ Boreas cum Thracius oſſa Rupibus incubuit. Hinc Oſſæus, a, um, (ὀσσαῖος) denominatiuum. Idem lib. 6. Theſſaliam qua parte diē brumalibus oris Attollit Titan rupes Oſſæa coercet.

OSSEVS, ſea, ſeum, {D'oſſo} (ὀστέϊνος, ὀστώδης) quod ex oſſibus eſt. Vnde Pl. lib. 36. cap. 18. ſcribit inueniri lapides oſſeos. Ouid. in Ibin: Inſequar & uultus oſſea forma tuos. Genitalia oſſea. Plin. lib. 11. cap. 45. Lapis Oſſeus, Idem lib. 36. cap. 18. Oſſeum lignum. Idem lib. 13. cap. 4. Manus oſſea Mauri, Iuuen. Satyr. 5.

OSSICVLVM, li, {Oſſetto} (ὀστάριον) diminutiuum ab Os, oſsis. Pli. lib. 11. cap. 37. Omnium cerebro medio inſunt oſsicula parua.

OSSICVLATIM, {Minutamente} aduerb. quod ſignificat minutatim. Cæcil. in Fallacia: Oſsiculatim Parmenonem de uia licet legant. Nonius.

OSSIFRAGA, pe. pro. (φήνη) genus aquilæ, ab oſsibus frangendis. Vide Pli. lib. 10. cap. 3. & lib. 30. cap. 7.

OSSIGETANIA, regio Hiſpaniæ, Bæticæ uicina, cuius meminit Plin. lib. 3. capite. 1.

OSSILEGIVM, gij, (ὀστολογία) oſsium collectio.

OSSILEGVS, pe. cor. (ὀστολόγος) oſsium collector,

OSSONOBA, (ὀσσονόβα) Luſitaniæ ciuitas, non procul ab Anæ fluuij oſtijs teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

OSSVARIA, {Luogo doue ſi repongono l'oſſa de defonti} (ὀστοδοχεῖον) appellatur locus in quo defunctorum oſſa reponuntur. Vlp. in l. 2. de Sepul. uiola. Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, ut oſſuariam.

OSTENDO, dis, di ſum, & oſtentum, {Dimoſtrare} (ὑποδείκνυμι, ἐμφανίζω, προχείω) ex Os, & tendo, ſicut ſit in Oſcito, & Oſcillo. Os enim pro facie ſæpe ponitur, quæ pro toto corpore, & non ſolū hominis, ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur, ut Donatus in illud Teren. in Eun. O' faciem pulchrā. Faciem, inquit, modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem quæ apparet, & cernitur. Merito ergo Oſtendo ſignificat demonſtro, quia Oſtendo eſt ſpeciē ſeu faciem rei monſtro: quia Tendere os. i. faciem extendere ſolemus in id, quod uolumus demonſtrare. Cic. pro Ceci. Sicut & uiuus multis ipſe rebus oſtēdit, & in morte ſua teſtamento declarauit. Oſtendere ſe uirum. Teren. in Eun, Nunc te Parmeno oſtendes qui uir ſies. Oſtendere ſe optimè, eſt optime ſe gerere. Cice. ad Quin. fra. COSS. ſe optimè oſtendunt.

OSTENTIFERVM, (τερατώδης) ferens oſtenta.

OSTENTO, as, {Dimoſtrare ſpeſſo, uantarſi} (προσεπιδείκνυμι) frequentatiuum ab Oſtentum ſupino formatum, quod ſignificat ſæpe oſtendo. Plaut. in Aul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Oſtentare alicui periculū capitis, eſt minari mortem, Cic. pro Clu. Oſtentare iugulum pro capite alterius, eſt exponere ſe periculo uitæ pro altero, Cic. ad Att. lib. 1. Aliquando Oſtento idem eſt quod cum iactantia, & glorię cauſa oſtēdo, ἀλαζονεύομαι. Teren in Eunu. Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices ſuas oſtentat. Vnde Oſtentatio, (ἀλαζονεία) iactantia. Cic. 4. de Fin. Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. Oſtentator, (ἀλαζών) iactator. Liu. 1. ab Vrb. Oſtentator factorum. Plau. in Cur. in medio propter canalem, ibi oſtentatores meri. Oſtentatus, a, um particip. Teren. in Eunu. An ego occaſionem Mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam, Amitterem? Cic. pro Roſc. Com. Promiſſa liberalitate alicuius, & oſtentata pecunia.

OSTENTVM, ti, {Moſtro, prodigio} (τέρας) ab Oſtendo, dicitur res aliqua inuſitata, quæ ſtatim futurū aliquid oſtendit: ut cometę, et tonitrua die ſereno. Monſtrum, quod contra naturam ſit, ut quum naſcitur aliquid mēbris alterius generis, quod & Promonſtrum quādoq; dicitur, quaſi porro aliquid mōſtrās, ſiue monens. Portentum, teſte Feſto, quod licet naturale ſit, raro tamen ſe oſtendit, &

dit, & futurum aliquid cum temporibus interuallo denuntiat. Prodigiũ, quod etſi naturaliter fit, ac ſæpe uenit, ſemper tamen aliquid præſagit mali, ita dictũ quaſi porrò agendum. Confunduntur tamen hæc, & pro eodẽ ſignificato accipiuntur, omniaq; ab eo, quòd futurum aliquid oſtendunt, dicta ſunt. Labeo, referẽte Vlpia. in l. Oſtentum. ff. de uerb. ſig. definit Oſtentum eſſe, contra naturã cuiuſcunq; rei genitum, factumq;. Duo autem ſunt genera oſtentorum. Vnũ, quoties quid contra naturam naſcitur: alterum, quum quid prodigioſum uidetur. Suet. in Cæſ. Cunctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens, repentè apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam Oſtenta in bonam partem. Suet. in Veſp. Iampridem ſibi per hęc oſtẽta conceptã in ſpem imperij uenit. Legitur & Oſtentus, a, um, partici. i. ἐπιδειχθεὶς. Pacuuius: In ipſo tempore oſtentum ſemen. i. demõſtratum. Cato de re ruſt. cap. 6. Ager olete conſerundo, qui in uentum Fauoniũ ſpectabit, & ſoli oſtentus erit: alius bonus nullus erit. Varro lib. 1. de Re ruſt. ca. 25. Qui locus optimus uino ſit, & oſtentus Soli, Amminæum ſeri oportere.

OSTENTOSVS, a, um, (τερατώδης) quod oſtentum facit, ut à prodigium Prodigioſus.

OSTENTVS, tus, nomen, {Dileggiamento} (χλεύη) irriſio dicitur. Sall. in Iugur. Sed quoniam eò natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. Tacit. li. 1. Corpora extra uallum abiecta oſtentui.

OSTEODES. (ὀστεώδεις) inſulæ ſunt Siciliæ adiacẽtes ab ea parte, quá Africam ſpectat. Auctor Pli. li. 3. cap. 8.

OSTIA, orum, {Le bocche de fiumi} (ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν) fluuiorum patentes, aditus ſunt, per quos in mare exonerantur. Verg. 1. Aen. Italiam contra, Tyberinaq; longe Oſtia. Nominatiuus eius ſingularis eſt Oſtium, quo utitur Cic. Philip. & Pro Lege Manilia, & non uno in loco Plinius. Male itaq; nõnulli putauerunt, in hac ſignificatione carere ſingulari numero. Accipimus etiã aliquando Oſtia, pro portuum anguſtis faucibus. Vergil. Aen. Aut portũ tenet aut pleno ſubit oſtia uelo.

OSTIA, ſing. (ὠστία ἢ Steph. ὠστία τὰ Strabo) urbs in oſtijs Tyberinis ſita, Ab Anco Martio condita (ut inquit Liu. lib. 1. ab Vrb.) in ipſo maris fluminiſq; confinio, ut totius mundi opes illo, ueluti maritimo urbis hoſpitio, reciperent. Ab hac Oſtienſes, (ὠστιηνοὶ καὶ ὠστιανοί) dicti.

OSTIARIVS, ſtiarij, {Portinaro} (θυρωρός) oſtij cuſtos, Cuius fœmininum eſt Oſtiaria. Pli. lib. 12. cap. 14. Præter hos & cuſtodes, ſatellitesq; et oſtiarij, & miniſter populantur.

OSTIATIM, aduer. {A' porta à porta} (κατὰ θύρας) per ſingula oſtia. Quintil. Nec ſectanda ſingula, & uelut oſtiatim pulſanda. Cic. 6. Verr. Oſtiatim poſunt pro nominatim, ſiue ſingulatim: Hic, inquit, nolite expectare, dũ ego hoc crimen agam oſtiatim. &c. Cic. 6. Verr. Qui præteriens, lectica paulisper depoſita, non per præſagia ſed palàm per poteſtatem, uno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit.

OSTIENSIS PORTA. (ὠστιανὴ πύλη) Romæ dicitur ea, quæ Oſtiam uerſus ducit. Ea nunc ſancti Pauli appellatur.

OSTIOLVM, li, {Vſciuolo, porticella} (θύριον, θυρίδιον) diminutiuũ. Pli. li. 19. cap. 8. Adeò ut oſtiola obtorta ea his factitari cœperint.

OSTIVM ſtij. {Vſcio, porta} (θύρα) ab oſtando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingreſſu. Quidam ab Os, oris, quod ſit id per quod ingredimur uel domũ uel quencunq; alium locum. Alij à Græco ὠθεῖν quod eſt repellere. Vnde ratio exigit, ut ſine aſpiratione ſcribatur, licet nonnulli cũ ſuis deriuatiuis aſpirẽt. Ter. in Eun. Tu abi, atq; oſtium obſera intus, ego dum hinc trãſcurro ad forũ.

Eſt autem oſtium notæ ſignificationis. Oſtiorum latera, Antes uocamus, à quibus Antepagmenta, ualuarum ornamenta. Ci. 1. de Ora. Vt illud Naſicæ, qui cùm ad Poetam Ennium ueniſſet, eiq; ab oſtio quærenti ancilla dixiſſet domi non eſſe &c.

OSTRACIAS, ſiue Oſtracites pe. pr. (ὀστρακίτης) gemma eſt teſtacea, cuius duæ ponuntur ſpecies à Pli. lib. ult. cap. 10. altera ſimilis achatæ, niſi quòd achates politura pingueſcit: altera tam dura, ut aliæ gemmæ fragmentis eius ſcalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab oſtrei ſimilitudine. Eſt etiã Oſtracites lapidis genus teſtæ ſimilitudinem habens, cuius uſus eſt pro pumice ad læuigandã cutem. Pli. lib. 36. cap. 19.

OSTRACINA. (αἱ διὰ ὀστράκων ψῆφοι) ſuffragia Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis ſcribi ſolebant: ut latius eſt uidere in dictione ſequenti.

OSTRACISMVS, (ὀστρακισμὸς) relegationis genus. Nã ciuitates antiquitus, quæ populari ſtatu regebantur, eos qui excellere uidebantur, uel propter diuitias, uel propter amicos, aliamúe potentiam, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſto. libro. 3. Polit. non ad criminis improbitatem caſtigandam, ſed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum Oſtraciſmi tempus apud Athenienſes annorum decem. Dictus Oſtraciſmus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc eſt, à teſtulis, in quibus ſuffragia ſcribi ſolebant. Solet autem Oſtraciſmus peragi hoc modo. Oſtraci uiritim in conſilio dabantur, in quibus quiſque nomen illius perſcribebat, quem urbe cedere uoluiſſet. Magiſtratus uero, qui huic negotio præerant, uniuerſos ſimul calculos recenſebant: qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent, nil confectum eſſe iudicabantur. Qui uerò hoc ſuffragiorum numero damnatus erat, eum ad decennium in Arginam relegabant, ubi bos æneus erat magnitudine uiſenda. Vnde factum eſt, ut qui illic exulabant, bouem ſeruare dicerentur. Hoc oſtraciſmo Themiſtocles, Cimon, & Ariſtides multati fuere. De Ariſtide legimus, quum iuxta eum quidam ruſticus illiteratus ſederet, ipſi Ariſtidi teſtam dediſſe, ut nomen ſuũ ſcriberet. Admiratus id Ariſtides interrogauit, nunquid ipſum cognoſceret. Minimè, inquit: ſed quia cæteri ita ſentiunt, ego quoq; ita cenſeo eum eſſe damnandum. Hoc Latini teſtularum exilium uocant.

OSTRACIVM, cij: Latinè teſta, Græcè ὀστράκιον. Vnde teſtaceum pauimẽtum, uulgo nunc Oſtracum uocant. Ponitur quãdoq; pro onyche. Pli. li. 32. ca. 10. Inuenio apud quoſdam oſtracium uocari, quod aliqui onychem uocãt.

OSTREVM, oſtrei, {Oſtrea} (ὄστρεον) generale nomẽ eſt ad oẽs eos piſces, qui aſperam, ſcabramq; teſtam habent: qui autem læuem, & planam habent teſtam, propriè Conchæ dicuntur. Quamuis generaliter oſtrea quoq; Conchę dicantur: ſicut & ea quæ ex uno tantum latere teſtã habent, altero ſcopulis, aut lapidibus, alteriúſue materiæ adhærentes. Nam teſtę ipſę duriores, propriè Conchæ dicuntur, quales ſunt Cochlearum. Seneca: Quid oſtreum ſapiat, quid mullus, optimè noſti. Horat. lib. 1. Sermo Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Iuuen. Saty. 6. Grandia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet. Dicta Oſtrea à Græco Nam ſicut nos à teſta Teſtudinem uocamus, ſiue animal, quod ueluti teſta tectum eſt, ſiue id genus ædificij, quod ea teſta eſt compoſitum, uel ad teſtudinis ſimilitudinem eſt factum: ſic Græci ὄστρεα ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, id eſt, Oſtrea à teſtis nominauerunt. Dicuntur etiam Oſtreæ fœminino genere. Gell. libro 20. cap. 9. Oſtreæ, ſeneſcente Luna, inuberes, macræ, tenues, cauecæ ſunt. creſcente Luna, pingueſcunt. Spondylus, dicitur calloſum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à ſimilitudine Spondyli, quod nos uerticulum dicimus. Nam reliqua caro circumſperſa, Lacinia dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 6.

OSTREARIVS, a, um, adiectiuum, ut Oſtrearius panis. Plini. lib. 18. capi. 11. Panis ipſius genera proſequi ſuperuacaneum uidetur: alias ab obſonijs appellati, ut oſtrearij, Oſtrearius autem panis eſt, quo ueteres cum oſtreis ueſci ſolebant. Oſtrearia, arum, ubi oſtreæ uiuunt, & capiuntur. Plini. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in oſtrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

OSTREATVS, ta, tum, {Duro, aſpro} (ὀστρεώδης) ponitur pro duro, atque aſpero. Plaut. in Pœnul. Itaque iam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtito Propter amorem ueſtrum.

OSTRIFER, ra, rum, (ὀστρεοφόρος) adiect. quod oſtrium producit. Vergili. 1. Georg. Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

OSTRINÆ VESTES. (ὄστρεια ἱμάτια) dicuntur purpureæ, & ſubrubeæ, teſte Nonio. Turpil. Interea inſpexit uirginem uectari in capite riculam, indutam oſtrinam. Varro in Eumenid. Aurora uſtrinam hic indutus ſupparum.

OSTRINVS, a, um, (ὄστρειος) quod oſtro tinctum, uel quod oſtri colorem habet.

OSTRVM, oſtri, (ὄστρον) propriè ſanies illa dicitur, & liquor, qui ex murice ſeu conchylio eximitur ad pretioſarum lanarum infecturam: unde pro ipſo colore muriceo ponitur. Conchylium enim, Murex, & Oſtrum, in eadem ſignificatione ſumuntur. Vergil. 4. Aenei. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem 2. Georgic. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen. Horum ego non fugiam conchylia: id eſt, ueſtimenta murice infecta. De oſtri natura tradiderunt ſcriptores, quòd non habeat in omnibus locis, quibus naſcitur unius generis colorem, ſed Solis curſu naturaliter interpretetur. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones ſunt proximè ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad equinoctialem exortum, uiolaceo colore inuenitur. Et maioribus quidem conchylijs, detracta concha, ſucum eximunt: minora trapetis frangunt, ita demum rorem eum eximentes.

Oſtri autem appellationem accepit, quòd Græci τὰ ὄστρεα nomine etiam murices ſeu conchylia comprehendant. Plinius libro nono capite 36. & 37. uidetur diſtinctas facere ſpecies. Muricem, Purpuram, & Conchylium. Similiter Nonius Oſtrinum colorem diſtinguit à murice, quod Oſtrinus color ſit ſubrubeus, Murex purpureus. Sed hæc (ut iam dixi) à ſcriptoribus confunduntur.

OSTRYA, uel Oſtrys, uocatur arbor, quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa. ſimilis fraxino, cortice, & ramis, folio pyri paulo tamen longioribus, craſſioribusq;, ac rugoſis inciſuris, materia dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, morteſq; miſeras ueterum ſuperſtitio exiſtimauit. Plinius libr. 13. cap. 21.

OSTVS, uel potius Hoſtus à ueteribus appellatur, quod ex uno facto olei purum purgatumq; relinquitur: Factum uero dicebant, quod uno tempore conficerent, quem alij centum ſexaginta modiorum, alij centum uiginti faciebant. Vide Catonem de Re ruſt. cap 66. & Varr. lib. 1. cap. 24. Apud quos legitur Hoſtus per aſpirationem.

OSVS, a, um, {Odiato, che ha odio} (μισῶν) cum ſuis compoſitis Exoſus, & Peroſus, participia ſunt, ſiue participiorum modo capiuntur: Habent autem actiuam ſignificationem, exiguntq; accuſatiuum. Feſtus oſum, præteritum eſſe putat à uerbo Odio: quod tamen in uſu non eſt. Nos potius a defectiuo Odi, deductum putamus. Plaut. in Amp. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri. id eſt odi.

Oſurus, Cice. in Læl. Negabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri quàm eius qui dixiſſet, Ita amari oportere, ut aliquãdo eſſet oſurus. Oſor, Plaut. in Aſin. Madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem uxoris ſuæ: id eſt, qui odit uxorem ſuam. Sciendum, quòd in oſus, terminata, quædam ſignificant habitudinem, ſiue uehementiam, copiam'ue, aut affectionem, quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης: ut Animoſus, ingenioſus, Neruoſus, Saxoſus, Aquoſus, qui habet copiam ſaxorum, neruorum ingenij, & animi. Vinoſus, libidinoſus, Mulieroſus, Seditioſus, Factioſus: qui amat uinum, libidines, mulieres, ſeditiones, factiones. Quædã actionem: ut Studioſus, Stomachoſus, Contumelioſus: qui operam dat ſtudio, qui ſtomachatur, qui contumeliam facit. Quædam paſſionem. ut Odioſus, Inuidioſus, qui habetur odio, & cui inuidetur. Quædam actiuè & paſſiuè accipi poſſunt, ut Formidoloſus, Laborioſus, Operoſus, Voluptuoſus, Religioſus.

O ANTE T.

OTANES, (ὀτάνης) Perſa nobilis, unus ex his qui cum Dario in Magum coniurarunt. Vide hiſtoriam latius apud Herod. lib. 3.

OTHONNE, (ὀθόννα) herba, quæ in Syria naſcitur, ſimilis erucæ perforatis crebro folijs, flore croci: quare quidam anemonem uocauerunt. Plin. lib. 27. ca. 12. Dioſcoridi Othonne prorſus fuit incognita, ut qui hoc nomine ab alijs herbam, ab alijs ſuccum à quibuſdam etiam lapidem accipi tradiderit, neq; in re tã controuerſa quid ipſe ſentire, explicare auſus fit.

OTHRYS, (ὄθρυς) Theſſaliæ mons eſt, non procul ab Oeta, Centaurorum olim ſedes. Lucan. lib. 6. Solſtitiale caput nemoroſus ſubmouet Othrys.

OTHRYADES, (ὀθρυάδης) nomen Lacedæmonij uiri, qui cum controuerſia nata eſſet inter Lacedęmonios & Argiuos de agro Tyreate, placuiſſetq; ut ex his trecentorũ utrinq; prælio decideretur, ſolus ex Spartiatis ſuperfuit, duobusq; qui ex hoſtibus reliqui erant, in fugam uerſis, patriæq; parta uictoria, ne ſolus ex ſocijs in patriã rediret, ſibi manus intulit, Auctor Plutarc. in Paralle.

ridum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatũ ex Canarũ inſulis ad nos defertur. Sed de hoc ſuo loco.

OXYRYNCHVS. (ὀξύῤῥυγχος) piſcis eſt Nilo peculiaris, à roſtri acumine nomen habens quem tota Aegyptus pro Deo colit. Auctor Strabo libro 17. Capitur etiam in mari rubro, item in Caſpio, teſte Aeliano libro 12. capite 33. 34. & 35.

OXYRYNCHVS, ciuitas Aegypti dicta ab Oxyryncho piſce, qui ibi templum habuit. Cæterùm Aegyptij omnes Oxyrynchum piſcem colunt. Nam quædam animalia ſunt quæ Aegyptij uniuerſi colunt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouẽ, canem, felem: ex uolatilibus duo, accipitrem, atq; ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piſcem, & oxyrynchum. Ex Strabo. lib. 18.

OXYSCHOENOS, (ὀξύσχοινος) acutus iuncus, qui & Marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 28.

O ANTE Z.

OZÆNA. (ὄζαινα) piſcis ex Polyporum genere, caput habens grauiſſimi odoris, Plin. lib. 9. cap. 30. Polyporum generis ozæna, dicta a graui capitis odore, ob hoc maxime murænis eam conſectantibus. Eſt item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorum plures cruſtas intra nares gignente, quæ grauiſſimum expirant odorem: cui malo uix ullo remedio poteſt ſuccurri. Plin. li. 25. cap. 13. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

OZÆNITIS, (ὀζαινῖτις) herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium naſcens, odore uirus referens. unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. & capite 12.

OZÆ, es, (ὄζη) oris grauεolentia dicitur, à uerbo Græco ὄζω, quod eſt oleo. Celſus lib. 3. ca. 11. Itaq; & emiſſioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, & iactationem fœtoremq; quendam oris (quem Ozen Græci uocant) minuit.

OZIMVM penultima cor. ab ὄζω, redoleo, genus edulij redolentis, ex inteſtinis confecti, Perſius Sati. 4. Quum bene diſcincto cantauerit, ozima uernæ. Quo tamen in loco nonnulli Ocima malunt legere. Vide Cælium Rodig. lib. 29. cap. 24.

OZOLÆ, (ὀζόλαι) populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes ad ſinum Criſſæum, quorum oppida enumerãtur à Ptolemæo Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Euanthia. Vide Strabonem lib. 9.

OZYMVM, uide Ocimum.

DELA LETTERA P.

P E'lettera che quantunque per ſe ſola ſignifiche molte parole intere appo i latini, come ſi dirà poco appreſſo, nella Italiana non ſignifica nulla, ſe non che alcune di carte ſogliano uſarla doppia con riga di ſopra per la parola Papa coſi. PP. Queſta lettera riceuendo la h. uiene come ad aſpirare il ſuo ſuono, & proferirſi come la F. Ha queſta lettera per proprio come ancor la B. di non riceuer mai auanti à ſe la lettera n. ma la m ſempre quando il ſuon della ſillaba lo ricerca, come in ſempre, compoſto, imprendere, ampio, & coſi di tutte, che non ſi ſcriueranno giamai, ſenpre, conpoſto, inprendere. &c.

DE LITERA P.

P LITERA muta eſt, nec aſpirationem poſt ſe admittit, niſi in dictionibus Græcis, ut Phaeton. Conuertitur quandoq; in transferendis dictionibus Græcis p, in b: ut quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus ſcribitur. Interdũ p exile pro ph aſpirato poni ſolet, ut quod à Græcis φοινικοῦν cum ph aſpirata ſcribitur, à noſtris Puniceus transfertur. ſic πορφύρεον, Purpureum dicimus.

PABVLARIS, & hoc re, {Ciò che ſi appartiene à paſco} (νομαδικός) quod ad pabulum pertinet, ſeu quod pro pabulo datur. Colu. lib. 11. cap. 2. Vicia pabularis, & uicia ſeminalis. Idem lib. 2. cap. 14. De lupino nihil dubium, atq; etiam de pabulari uicia. Plin. lib. 18. cap. 16. Omnia hæc pabularia.

PABVLATIO, onis, {Paſco. Per Mi mena al paſco bonus tra le ſue greggie} (νέμησις, νομή) aliquando eſt actus ipſe pabulandi: nonnunq; eſt caſtrenſe, quemadmodum Aquatio, & Lignatio. Eſt enim Pabulatio propriè militum: cum ſcilicet in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli cauſa. Cæſ. 7. Bell. Gal. Omnibus modis huic rei ſtudendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando ponitur pro ipſo pabulo. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Si è bono loco tranſtuleris, ubi idonea pabulatio non eſt, fugitiuæ fiunt. De apibus.

PABVLATOR, oris, {Paſcolatore} (ὁ ἐπὶ νομὴν πορευόμενος) qui pabulatũ uadit. Cæſ. 5. Bell. Gall. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Liu. 9. Bel. Pun. Deinde cum in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hiſpanis factus eſſet, &c. Hinc Pabulatorius adiect. ut, Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colu. lib. 6. ca. 3. Si grano abſtinuemus, frondes aridæ corbis pabulatoria modiorum uiginti ſufficit.

PABVLOR, aris, {Paſcolare} (νέμομαι) caſtrenſe uerbum eſt, quemadmodum Lignor, & Aquor. Dicuntur enim propriè Pabulari milites, cum è caſtris cum falcibus egreſſi, pabulum in uſum iumentorum ex agris capiunt. Val. Max. li. 5. cap. 6. Id poſtquam cognouit, depoſitis inſignibus Imperij, familiarem uultũ induit, ac pabulantium hoſtium globo ſeſe abiecit. Interdum Pabulari, eſt paſcere, Colu. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens. Subinde quæ uecedit compaſci debet, ne procurrat ſed placide, ac lente pabuletur, ut & largi ſit uberis.

PABVLVM, li, {Paſco, paſcolo} (τροφή, νομή, χιλός) propriè pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, uel ſtramẽtitius eſt. Cæſ. 3. Bell. Gall. Ipſe, cùm pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum uenit. Verg. 2. Aene. Priuſquàm Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumq; bibiſſent. Per tranſlationem dixit Cic. in Catone Maio. Pabulum ſtudij, pro oblectatione, & quaſi quadam ſtudiorum refectione. Studium enim, animi pabulum eſt, quo animus paſcitur, & uegetatur, quemadmodum cibus corpus. Si uero (inquit) habet ſenectus aliquod tanquã pabulum ſtudij & doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. Pabula amoris abſterrere ſibi, Lucret. lib. 4. Nam ſi abeſt quod ames, præſto ſimulacra tamen ſunt illius, & nomen dulce obſeruatur ad aureis: Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſterrere ſibi atq; alio conuertere mentem. Pabulum animorum. Cice. 4. Acad. Eſt enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio, contemplatioq;. Idẽ de Aruſp. reſp. Quid enim hunc proſequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum. Ouid. 8. Metam. Dederatq; graui noua pabula morbo.

PACALIS, le, {Pacifico} (εἰρηνικός) pacificus, Pacem indicans, ad pacem pertinens: ut, Pacalis olea Ouid. 6. Metam. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Idem 2. Faſt. Thura ſacerdotes pacalibus addite flammis.

PACATE, {Pacificamente} (εἰρηνικῶς) tranquillè, ſedate, pacifice: ut, Pacate per prouinciam iter facere, apud Cæſ. 1. Bel. Gal.

PACATOR, oris, (εἰρηνοποιός) pacis conciliator, turbarum compoſitor. Sene. Herc. Oetæo: Sed tu magne ferarum, Orbiſq; ſimul pacator ades.

PACE TVA DIXERIM, (μετὰ τῆς σῆς χάριτος) honeſtus reprehendendi modus, prius captata uenia. i. tua uenia, & te non iraſcente. Cic. 3. de Leg. cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. Idem 3. de Orat. Tu uix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquiſti.

PACHYNVS, pe. pro. (πάχυνος) promontorium Siciliæ, Peloponneſum ſpectans, ab aeris craſſitudine nomen habens. Nam παχὺ pingue & craſſum dicitur. Verg. li. 3. Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni. Priſcianus in Periegeſi mediam huius dictionis ſyllabam nullo ueterum exemplo corripuit: quod non auſim imitari: Qui procul effuſis Pachyni diſtenditur oris.

PACIFER, {Ch'apporta pace} (εἰρηνοφόρος) idem quod pacem ferens: ut, Laurus pacifera: Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Virga pacifera Mercurii, Valer. Fla. 4. Argon. Cyllenius pacifer, Ouid. 14. Metam.

PACIFICATORIVS, a, um, (διαλλακτικός, εἰρηνοποιός) quod ad pacificationem pertinet. Cic. 12. Philip. Poſtquàm nos pacificatoria legatione implicatos putant.

PACIFICO, as, {Pacifico} (συνδιαλλάττω, διαλλάσσω) controuerſias compono, quaſi pacem facio. Cic. ad Att. lib. 15. Seruius uero pacificatus, cum librariolo ſuo uidetur obiiſſe legationem. Pacificans diuos, Sil. lib. 15. Inde Pacificatio uerbale. Ci. Lepido: Itaq; ſapientius, meo quidem iudicio, facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. i. pacem faciendam. Quidam hæc tria ſeparant: ut, Pacificatus ſum, ſignificet idem quod in concordiam redactus ſum, Pacatus ſum, in pace ſum, ab armis deſiui: Placatus ſum, ab indignatione animi ad lenitatem redii, uel animo ciri ſum.

PACIFICVS, a, um, pe. cor. {Pacifico} (εἰρηνικός) paci ſtudens. Cic. ad Attic. lib. 8. Ea quæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. Ouid. 4. Faſt. Et uos orate coloni. Perpetuam pacem, pacificumq; ducem. Lucan. lib. 3. Durumq; uiri deflectere mentem Pacifico ſermone parant.

PACIFICATIO, onis, {Pacificatione} (διαλλαγή) pacis conciliatio. Cic. Attic. lib. 9. Reſpondit, ſe non dubitare, quin opem & gratiam meam ille ad Pacificationem quæreret.

PACIFICATOR, oris, (διαλλακτής) diſſidii diremptor, & conciliator pacis. Cic. Att. lib. 10. Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid eſſe in conſeſſu ſenatorum. Liu. 7. Bel. Pun. Adhibitus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander.

PACINVS, pe. pr. unus ex nepotibus Volſinii regis, cognomento Luculli: qui relicto Illyrico in Italia conſedit, ubi & populos Pacinates de ſe nominauit Auctor Feſtus.

PACISCOR, ſceris, pactus, deponens, {Pattuire, patteggiare} (συμβάλλω, συναλλάττω, συντίθεμαι, διομολογέομαι, ὁμολογῶ) ſignificat pactũ facio, conuenio. Vnde etiam conſtruitur cum ablatiuo, ſicut alia uerba pretium ſignificãtia. Plau. in Bac. Paciſci cum illo paululа pecunia potes. Dicimus etiã, Pactus ſum hanc rem. Iuſtin. li. 2. Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur. Sall. in Iugur. Adherbali ſuadent, ut ſeſe & oppidum Iugurthæ tradat tantũm ab eo uita paciſcatur. Verg. 5. Aen. Vitamq; uolunt pro laude paciſci. Ponitur aliquando pro promittere. Cic. Att. lib. 5. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta eſt Artauaſdis filia, quin cum omnibus copiis, &c. Hinc Pactor, oris, uerbale. Ci. 7. Ver. An fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis autores? Huius cõpoſitum eſt Depaciſcor, ſiue Depeciſcor, de quo ſuo loco dicimus.

PACO, as, {Placare, mitigare} (ἡσυχάζω, ἡμερόω) à pace fit, & ſignificat mitigo, lenio, placo, tranquillum & pacificatum reddo Cæſ. 1. Bel. Ciuilis. Hortatur, cuius Imperatoris ductu Remp. nouẽ annis feliciſſime geſſerint, plurimaq; prælia ſecunda fecerint, omnem Galliam, Germaniamq; pacauerint, &c. Tibul. l. 4. Eleg. 1. Paruaq; cœleſtes pacauit mica nec illis Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu. Inde Pacatus, a, um, hoc eſt, pacificatus, & tranquillus redditus. Cic. 3. Verr. Ciuitates non modo pacatæ, uerum etiam ſociorũ, & amicorũ ad uim atq; ad arma confugient. Idem antequam iret in exi. Si deniq; Cn. Pompeio, q. terra mariq; hoſtes reddidit pacatos, &c. Ouid. 1. de Pon. Deniq; ſi mori ai ſubeam pacatus aruum. Aequora pacata, Ouid. Epiſt. 10. Artis pacati ſtatim, Lucre. lib. 3. Vultu pacatò excipere aliquid.

PACORVS, pe. co. & ſine aſpiratione, (πάκορος Suidæ) Orodis regis Parthorum filius, eius qui Craſſum dolo circumuentum interemit. Quam maculã poſtea Ventidius Baſſus Antonii legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæſo. Horat. 3. Carm. Bis iam Monæſes, & Pacori manus non auſpicatos contudit impetus Noſtros, &c.

PACTIA, (πακτία Stephano) inſula maris Aegæi, una Cycladum, candido marmore nobilis, diſtans à Delo XXXVII. M. paſs. Alio nomine Paros dicitur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PACTIAS, (πακτίας) agri Epheſii mons eſt, Mycaliæ incũbens, & ab ea ad mediterranea deflexus. Auctor Strabo. lib. 14.

PACTILIS, & hoc Pactile, {*Di molte pezze congionto*} (σύμπηκτος, συμπεπλεγμένος) quod ex pluribus partibus compactum eſt, & Coniunctum: ut Corona pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaq; auctoritas pactili Coronæ.

PACTIO, onis, {*Patto, conuentione*} (ὁμολογία, συνάλλαγμα, τὸ ὁμολογούμενον, συμβόλαιον) eſt (ut inquit Vlp. l. 3. ff. de Pact.) duorū pluriumve in idē placitum & conſenſus. Sall. in Cat. Collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat ne contra Remp. diſſentiret. Cice. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare periurio.

PACTITIVS, a, um, unde pactum.

PACTOLVS, pe. pro. (Πακτωλός) fluuius Lydiæ, ex monte Tmolo naſcens, & per Sardianum agrum in Hermum influens. Alio nomine Chryſorrhoas dicitur ab eo q; aureas trahat arenulas, teſte Plin. lib. 5. cap. 29.

PACTVM, {*Pattuito, patto*} (τὸ διομολογηθέν) quandoq; participium eſt à Paciſcor, idem ſignificans quod pacto decretum. Pla. in Aſin. Hæc inerunt uiginti minæ bonæ, mala opera partæ: Has tibi nō pactis legibus dare iuſſit: id eſt, ſub conditione, de qua inter uos conuenit. Quandoq; nomen eſt, idem ſignificans quod conſenſus & duorum in eandem rem conuentio συμβόλαιον. Cice. 2. de Inuent. ſic definit: Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtū putatur, ut iure præſtare dicatur. Vlpi. de Pollicitat. l. pactum: Pactum eſt duorum conſenſus atque cōuentio: Pollicitatio uero, offerentis ſolius promiſſum. In ablatiuo quandoq; accipitur pro modo, τρόπος. Terent. in Andr. Eo pacto & grati uitam, & conſilium meum cognoſces. Hinc Pactitius, a, um, adiectiuum, uulgo conuentionalis dicitur. Gell. lib. 1. cap. 25. Ceſſatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

PACTYÆ, Plinio, (Πακτύα Ptolemæo) oppidum eſt Thraciæ ad Propontidem, non procul à Cherroneſo: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Sunt item Pactyæ, inſulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

PACVVIVS, (Πακούβιος) Brunduſinus Poeta, Tragicus illuſtris, Ennij poetæ ex ſorore nepos. Romæ picturam exercuit, ac fabulas uenditauit: deinde Tarentum tranſgreſſus, prope nonagenarius diem abiit. Hic (ut Quintil. ait) grauitate ſententiarum, pondere uerborum, auctoritate perſonarum clariſſimus fuit citra tamē ornatum. Eius epitaphium extat apud Gellium lib. 1. cap. 24. in hæc uerba: Adoleſcens tametſi properas, hoc te ſaxum rogat, Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt, legas: Hic ſunt Poetæ Pacuuij Marci ſita Oſſa: hoc uolebam, neſcius ne eſſes.

PACYRIS, Scythiæ Europææ fluuius, in ſinum Carciniten influens. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PADVA, {*Padoua*} Venetorum urbs, à Padi uicinitate dicta, quæ & Patauiū, (Πατάβιον) dicitur, quaſi Padauium: Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, à uolando, q captato augurio dicatur conditum. Vel à petendo, q telo auem Antenor petiſſe dicatur, eoq; in loco urbem condidiſſe. Primo Antenorea dicta eſt: unde Antenoridæ, poſtea Patauini, & Paduani. Apud Patauium natus eſt Titus Liuius hiſtoricus celeberrimus, qui res Romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poetæ, & Paulus Iureconſultus. Fuit quoq; Voluſius poeta Patauinus qui poſt Ennium, rerum geſtarum popu. Roma. Annales carmine deſcripſit. Catull. de Cinna: At Voluſi Annales Paduam, morientur ad ipſam.

PADVS, {*Pò*} (Ἠριδανός) fluuius eſt gremio Veſuli montis celſiſſimum in cacumen elati finibus Ligurū Gabiennorū, uiſendo fonte profluens condensq; ſeſe cuniculo, & in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amniū claritate inferior. A Græcis dictus, Eridanus, ac pœna Phaetontis illuſtratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris, q̄ nauigiis torrentior. Hæc Plin. li. 3. c. 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor ſit multa picea (quæ pades Gallicè uocetur) Padum hoc nomen accepiſſe.

PADVSA, æ, pe. pro. foſſa eſt ex Pado Rauennam uſq; ducta, quam Meſſanicium olim appellarunt, teſte Pli. lib. 3. ca. 15. Claudianus Eridani ripas, & rauca ſtagna Paduſæ.

PÆAN, (Παιάν) hymnus erat in laudem Apollinis, ſicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (ut Iul. Pollux inquit) non ſolum in auerſione malorum decantabatur, ſed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, Apollo laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ Pæanas dixerunt. Verg. 6. Aene. Lætumq; choro Pæana canentes. Abuſiue tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus ſuum Pindarus, de laudibus deorum omnium, Pæana inſcripſit. Accipitur etiam aliquando Pæan pro ipſo Apolline, ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc eſt, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis eſſe inuentum. Iuuen. Saty. 6. Parce precor Pæan. Fuit & Pæan, nomen patris Philoctetæ. Verum tunc melius per œ diphthongū ſcribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quę omnia unde infra ſuis locis.

PÆANTIDES, (παιαντίδες) gemmæ ſunt ſpeciem habentes aquæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tireſiæ ſepulcrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

PÆDAGOGIVM, gīj, {*Camera da ragazzi, da famigli*} (παιδαγωγεῖον) locus eſt in ædibus, in quo pueri, ſeruiq; cōmorantur, qui à Græcis παῖδες uocātur. Plin. lib. 7. Epiſt. Puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat. Accipitur etiam Pædagogium apud Iureconſultos pro ſeruitio, hoc eſt, pro ſeruorū, & mancipiorum grege. Vlp. l. quæſitum. de Fundo inſtructo, et inſtrum. legat. Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum ibi ueniſſet, præſto eſſent in triclinio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonii ex cap. 28 lib. 9. Super ingenuorum pædagogia, & nuptarū concubinatus, etiam Rubriæ uirgini Veſtali ſtuprum intulit. Sed falli tur. Nam in caſtigatioribus exemplaribus Proagogia legimus, non Pædagogia Eſt autem προαγωγεία, Græca dictio, quæ nobis productionē uel proſtitutionem ſonat ἀπὸ τοῦ προαγωγεύειν, quod eſt producere uel proſtituere.

PÆDEROS, pederotis, (παιδέρως) gemma eſt, quā alio nomine Opalum uocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teſte Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam gemmæ eius gratiam. παιδέρως enim nobis puerorum amorem ſignificat. Eſt etiam Pæderos eodem Plin. teſte lib. 22. ca. 22. acanthi genus, quod à nonnullis Melamphillon appellatur.

PÆDAGOGVS, gi, pen. pro. {*Pedagogo, pedante*} (παιδαγωγός) cuſtos & inſtitutor pueri cui cura incumbit puerum inſtituēdi, & ueſtigia eius ſubſequēdi, eumq; quocūq; opus fuerit, circumducēndi: ita dictus quaſi τοῦ παιδὸς ἀγωγός, hoc eſt pueri dux. Colu. lib. 1. Nec poſtremò, quaſi pædagogi eius, meminiſſe dedignemur Iuliī Higini. Cic. de Ami. Iſto enim modo nutrices & pædagogi, maxime erunt diligendi.

PÆDARETVS, (παιδάρετος) proprium nomen uiri, ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc eſt, à diſciplina & uirtute.

PÆDERASTES, (παιδεραστής) amator puerorum: quaſi τῶν παίδων, ἐραστής) Inde Pæderaſtia παιδεραστία, amor obſcœnus in pueros.

PÆDIA, Græcè, {*Ammaeſtramento, erudittione*} (παιδεία) diſciplina, inſtitutioq; in bonas artes, ut docet Gellius. Nonnunquam etiam pro pueritia accipitur, hoc eſt, pro puerili ætate: unde Xenophon nobilis apud Græcos hiſtoricus opus ſuum Cyri pædiam inſcripſit.

PÆDICO, as. pe. pro. obſcœnum uerbum, quod ſignificat præpoſteram cū maſculis libidinem exerceo. Græci dicunt πυγίζειν, id eſt, nates contrectare. I. Firmicus hanc libidinem præpoſteram appellat. Hinc Pædicones, ſiue Pædicatores, (πυγισταί) puerorum amatores, concubitoresq;.

PÆDOMATHEIS, (παιδομαθεῖς) qui à pueris ſtatim diſcunt: quibus opponuntur Opſimatheis (ὀψιμαθεῖς) qui ſcilicet ſerius & iam natu grandes ad diſcendum accedunt.

PÆDOTRIBIA, (παιδοτριβία) dicitur ars exercendi puerorum corpora, unde Ariſt. lib. 7. Polit. præcipit adoleſcentes ſtatim gymnaſticæ, & pædotribiæ eſſe tradendos.

PÆDOR, pædoris, pe. pro. {*Puzzore*} (αὐχμός, ῥύπος) ſitus, ſquallor, illuuies, ſordes, & omnis immunditia, ſeu putor. Lucan. lib. 1. Longusq; in carcere pædor. Cic. 3. Tuſc. Barba pædore horrida, atque intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. Feſtus putat ἀπὸ τῶν παίδων, hoc eſt, à pueris deduci, qui in illa ætatula ſordidi ferè ſunt, nec à ſordibus ſciunt abſtinere. Vnde Pædidos quoq; ſordidos & obſoletos appellant.

PÆDOTRIBES, pe. pro. (παιδοτρίβης) uel Pedotriba, bæ, puerorum inſtitutor in corpore exercēdo: cuius officium (ut inquit Plato in Gorgia) eſt corpora hominum formoſa robuſtaq; efficere.

PÆGNIVM, (παίγνιον) Græca uox eſt, quæ nobis ludum ſonat, uel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopægnium, ludicrum quoddā poema ab Auſonio inſcriptum eſt.

PÆON, (παίων) nomen uiri, medicinæ artis peritiſſimi, quem Homerus libr. 5. Iliad. ſcribit Plutonem curaſſe, ab Hercule grauiter uulneratum. Hic herbam illam inſignem inueniſſe traditur, quæ ab illo Pæonia dicta eſt. Eſt & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur. Quorum primus ex longa & tribus breuibus conſtat: ut, Obtinuit. Secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: ut Faciliſſimus. Tertius, ex duabus breuibus, & longa, & breui: ut, Faciebat. Quartus, ex tribus breuibus, & longa: ut Docuerant. Cic. 3. de Orat. Duas tantùm huius pedis facit ſpecies, cum ſcilicet ſyllabam unam longā ſequuntur tres breues: ut, Deſinite, Comprimite: aut cum tres breues ſequitur una longa: ut, Domuerant. Studuerant.

PÆONIA, (παιωνία) herba eſt inſignis, in ſummo caule ſiliquas quaſdā ferēs amygdalis ſimiles, quę cum dehiſcunt, grana multa & exigua oſtendunt, Punici mali acinis ſimilia, in medio nigra, quædam rubra, quinq; aut ſex purpurea. Eius duo ſunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipue diſtincta. Mas enim folia habet, iuglandis, Fœmina uero ſmyrnii. Dicta eſt autē Pæonia à Pæone inuētore, qui ea Plutonem curaſſe dicitur ab Hercule uulneratum, ut fabulatur Homerus 5. Iliados. Pæonia etiam regio eſt Macedoniæ, ita dicta à Pęone Endymionis filio, & Epei fratre, qui uictus curſu ab Epeo (ſicut inter eos cōuenerat) imperium paterni regni uictori fratri permiſit, & ad Axiū Macedoniæ amnem ſibi ſuisq; ſedes delegit. Vnde ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata eſt, & populi ipſi Pæones, ut Iuſtinus lib. 7. ſcribit. Hi olim fortiſſimi habiti ſunt, magnumq; ſibi ex rei militaris ſcientia nomen pepererunt. Sta. lib. 2. Achilleid. Nō me ulla feri Mauortis imago Prætériit: didici quo Pęones arma rotatu, Quo Macetæ ſua geſa citent.

PÆSTVM, (Παῖστος) oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimū, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. Verg. lib. 4. Georg. Biferiq; roſaria Pæſti. Huius mœnia prope mare magna ex parte adhuc integra uidentur, latitudine & altitudine miranda. Strabo lib. 5. auctor eſt, hanc urbem primum à Sybaritis fuiſſe conditam, Poſidoniamq; appellatam, ſinumq; ipſum, in quo ſita ſunt, Poſidoniatem. Hinc Pæſtanus, a, um, παιστινός Ouid. 2. de Ponto: Calthaq; Pæſtanas uincat odore roſas.

PÆTVS, {*Loſchetto*} qui obliquatis oculis in alterum reſpicit, uel qui alterū oculum minorem habet. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Strabonem appellat pætum pater, & pullum, male paruus. Si cui filius eſt. Vbi interpres Porphyrio: Strabo, qui eſt detortis oculis dicitur: Petus, leuiter declinatis. Acron ibidem: Pæti proprie dicuntur, quorum huc atq; illuc oculi uelociter uertuntur. Hinc Pætorum familia Romæ cognomen ſumpſit.

PAGANALIA, liorum, {*Feſte de uillani*} (κωμαστικά) ruſticorum feſta.

PAGANICVS, a, um, {*Coſa da uilla*} quod paganorum eſt, hoc eſt, quod ad ruſticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, uel Paganicum abſolutè, dicitur quod ex prædiis, uel paſtione, aliisve ruſticis reditibus prouenit: cui opponitur Caſtrenſe. Antonius in l. j. C. de Teſtamento militari. Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis quę in Paganico habeat: hæredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit, petere non potes. Paganica pila dicitur à pagis, id eſt, uillis, q paganis ea uterentur. Hæc eſt craſſior, laxiorq;, & pluma plena, nec ad uſum tam agilis, ut quæ nec tam leuis ſit, nec iactata facile reſiliat. Marti. lib. 4. Et quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila. Quaſi dicat, eſt laxior quam pila trigonalis, & arctior firmiorq; quàm follis: nam follis tertium genus pilæ eſt.

PAGANVS, ni, {*Ruſtico, uillano*} (κωμήτης, κωμητικός) à pago dictus eſt, ruſticus, qui ſcilicet ruri natus eſt, & educatus. Cic. pro Domo ſua: Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniā plebi quoq; urbanæ maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe uoluerunt) qui nō amplurimè

pluſimè

plisſent, non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. Iuuenal. Satyr. 16. Citius falſum producere teſtem Contra paganum, poſſis, quàm uera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. Perſius per tranſlationem arrogantium uitans ait: Ipſe ſemipaganus, Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Interdum Pagani, (παγανοὶ, ἀστράτευτοι) accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi urbani ſunt. Et eſt uerbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perindeac contraria opponuntur, Miles & Paganus. Sueton. de Auguſt. Pinarium equitem Romanum, quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quędam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coram fodi imperauit. Marcell. l. quædam. Digeſtis de Pœnis. Quædam delicta pagano, aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant: militi uero grauiorem. Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui urbani ſunt, hæc affertur ratio. Romam olim diuiſam fuiſſe in tribus quatuor (ſicut apud Dionyſium libro 4. Antiquitatum legitur) quas Pagos uocitabant, in quibus habitantes, Pagani dicebantur, qui in nullam aliã habitationem transferri poterant. Paganus, pagana, paganum, adiectiuum. Ouid. 1. Faſtor. Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni, Et date paganis annua liba focis.

PAGASA, pen. cor. (παγασαὶ) Theſſaliæ oppidum, teſte Plin. lib. 4. ca. 8. quod poſtea Demetrias dictum eſt: iuxta quod ædificata fuit Argonauis Argonautarum, quæ ob id ab Ouid. lib. 7. Metam. Puppis Pagaſæa nuncupatur. Hinc ſinus propinquus Pagaſicus appellatur à Plinio locu iam citato: Stephanus παγασητικὸς uocat.

PAGATIM, (κατὰ κώμας) aduerbium, dictum eſt per ſingulos pagos, ex forma qua Oppidatim, per ſingula oppida. Liu. 2. Bel. Maced. Templo deum quę pagatim ſacrata habebant, dirui atque incendi iuſſit.

PAGINA, æ, pe. cor. {*L'una & l'altra facciata della carta*} (σελὶς) utraque pars folij à pangendo, quod in paginis carmina panguntur. id eſt, figuntur: Verſus enim pangi uel figi in ceris dicuntur. Vel quod in libris ſuam quæque obtineant regionem, ut pagi. Cicer. ad Tironem lib. 16. Variè ſum affectus tuis literis, ualde priore pagina perturbatus. Plin. lib. 17. cap. 22. Paginas in uitibus uocat areas interſeptas inter duo iuga. Semper (inquit) quintanis ſeminari, hoc eſt, ut quinto quoque palu ſingulæ iugo paginæ includantur. Paginam utranque facere in re aliqua dicitur, cuius tanta eſt auctoritas, ut nihil omnino ſine ipſo rerũ geratur. Plin. lib. 2. cap. 7 de Fortuna loquens: Huic (inquit) omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utranque facit paginam. Hinc Pagella diminutiuum. Cic. ad Brutum lib. 11. Non imitor λακωνισμὸν tuũ, altera iam pagella procedit. Hinc fit Compagino, (συναρμόζω) pro coniungo, quod paginæ ſimul coniungantur.

PAGINVLA, læ, (σελίδιον) diminutiuum à Pagina. Cic. ad Atti. lib. 4. Si uerò id eſt quod neſcio an ſit, ut nõ minus longas iam in codicillorum faſtis, futurorum Conſulum paginulas habeat, quàm factorum.

PAGO, gis pepigi, pactum. {*Pattuire, far patto*} (συντίθεμαι) auctore Quint. li. 1. cap. 10 antiquum uerbum eſt, quo utebantur pro paciſcor. lib. 2. ad Heren. Pacta ſunt quæ legibus obſeruanda ſunt, hoc modo: Rem ubi pagunt oratione pagunt. Seruius tamen dicit Pago (unde multi uolunt uenire Pepigi) nuſquàm lectum eſſe, uultque Pepigi à Paciſcor fieri, ſicut & Pactus, quomodo à Placeo Placui, & Placitus.

PAGRVS, (πάγρος) piſcis eſt ex genere cancrorum. Plin lib. 32. cap. 10. Pagri fluuiatiles longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Idem lib. 9. cap. 31. Cancrorum genera carabi, aſtaci, maiæ, paguri, leones, & alia ignobiliora.

PAGVS, pagi, {*Villa*} (κώμη) ſimul poſitæ uillæ: hoc eſt, ruſticanæ domus in unum coagmentatæ. ἀπὸ τῶν πηγῶν, hoc eſt, à fontibus circa quos ruſtici gaudent habitare, ut facilis ſit aquatio. Auctor Feſtus. Pagus præterea accipitur pro toto iuriſdictionis tractu. unde Cæſ. lib. 1. Bel Gall. ſcribit, Heluetiam totã in quatuor fuiſſe diuiſam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli ſua lingua uocant Cantones.

PALA, læ, {*Pala, badile*} (σκαφεῖον) inſtrumentum ruſticanum, uulgo notum. dicta à pagendo, mutata g, in l, inquit Var lib. 4. de Lingua Latina. Plautus Palas uendundas ſibi, & mergas datas, ut hortum fodiat. Eſt etiam Pala inſtrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11. de Re ruſt. Palæ ligneæ quatuor: nec non uentilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Item Palæ dicuntur dorſi partes dextra, læuaque eminentes.

Item (ut inquit Strabo lib. 3.) minores auri purgatoris maſſulæ, & utique non maiores ſelibra Palæ dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 13. In ærariis officinis & plegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus paulatimque accenſis, ac repente uehementiore flatu expuitur æris pala quædam.

Sic enim legit Budæus de Aſſe, licet in quibuſdam codicibus legatur Palea. Pala quoque anuli pars caua eſt latior, in qua gemma inſeritur, σφενδόνη. Cic. lib. 3. Offic. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo uidebatur.

PALA, arbor eſt apud Indos, quam deſcribit Plin. lib. 12. cap. 6. his uerbis: Maior alia, pomo & ſuauitate præcellentior, quo ſapientiores Indorum uiuunt. Folium alas auium imitatur, longitudinem trium cubitorum, latitudine duũ Fructum cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

PALACRA, quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, maior auri maſſa eſt, Plin. lib. 33. capite 4. de auri maſſis loquens: Necnon in puteis denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alij Palacranas: iidem quod minutum eſt Balucem uocant.

PALÆBIBLVS, (παλαίβυβλος) oppidum eſt in ora Syriæ, Libano monti ſubiecta, non procul ab Adoni fluuio. Auctor Plin lib. 5 cap. 20.

PALÆMON. (παλαίμων) Athamantis & Inus filius fuit, alio nomine dictus Melicertes, qui patris furorem fugiens, unà cum matre ſe in mare præcipitauit. amboque dii marini facti ſunt: mutatisque nominibus. mater Leucothea, hoc eſt, alba dea dicta eſt: crediturque eſſe Aurora, quæ & Matuta dicitur: ille uero à Græcis Palæmon, à noſtris, quod portubus præeſſe putetur, Portunus eſt appellatus In Palæmonis honorem Iſthmia celebrabantur, à Theſeo primùm inſtituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palæmone dictæ ſunt Palæmoniæ. Claudi. 8. Panegyr. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adſit. Erat autem hoc unum ex quatuor ſacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concurſu celebrabantur: quorum duo dicata erant diis immortalibus. Ioui Olympia, Apollini Pythia, duo itidem mortalibus, Nemeæa Archemoro, Palæmoni autem Iſthmia, De qua re circumfertur Epigramma Græcum nomine Archiæ poetæ. Eſt etiam Palæmon nomen proprium Grammatici Vincentini, qui Romę uixit ſub Tyberio & Claudio principibus, tanta uir arrogantia, ut M. Varronem porcum appellaret, ſecum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulſit, ut ſæpius in die lauaretur nec ſufficeret ſumptibus. Hæc Tranquil. Iuuenal. Satyr. 6. Odi Hanc ego, quæ repetit uoluitque Palæmonis artem. Eſt & paſtoris nomen apud Maronem in Eclogis.

PALÆMYNDVS, (παλαίμυνδος) Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo poſtea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad diſcrimen recentioris Myndi, cum antea etiam Myndus diceretur. Vide Plinium lib. 5. cap. 29.

PALÆPAPHVS, (παλαίπαφος) oppidum Cypri inſulæ antiquum Veneris Paphię templum habens: antea Paphus dicta. Verum poſtquam Agapenor ad ſexageſimum inde ſtadium alteram eiuſdem nominis urbem condidiſſet cœpta eſt hæc ad differentiam recentioris palæpaphus appellari, quaſi uetuſta Paphus. Auctor Strabo. lib. 14.

PALÆPHATIA PAPYRVS, prouerbialiter dicitur de libellis fabuloſis qui nil niſi meras fabulas, resque incredibiles continent Tractum à Palæphato Pario. ſiue (ut alii malunt) Prieneo, qui τῶν ἀπίστων, hoc eſt, rerum incredibilium multa conſcripſit uolumina. Vergilius tamen in Carmine ad Meſſalam Palæphatiam papyrum, ſimpliciter dixit pro libris Palæphati, cum ait: Docta Palæphatia teſtatur uoce papyrus.

PALÆSCAMANDER, (παλαισκάμανδρος) fluuius Troadis, qui effecto prius lacu, in Achæorum portum influit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

PALÆSTINA, (παλαιστίνη) prouincia Syrię, Iudææ, & Arabiæ contermina, ut inquit Plin. lib. 5. ca. 12. & 13. Herodotus totam Syriam uocat Palæſtinã. In ea quinque ciuitates cõtinebãtur, Gaza, Aſcalo, Geth, Accaron, et Azotus.

PALÆSTRA, æ, {*Paleſtra, lotta*} (παλαίστρα) luctatio, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ σῶμα, hoc eſt, à corporis agitatione. Teren. in Eunu. Fac periculum in literis Fac in paleſtra, in muſicis. Ver. lib. 6. Pars in gramineis exercent membra palæſtris. Accipitur etiam per tranſlationem Palæſtra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipue ſe quis exercet. Terent in Phorm. Eccum, è ſua palæſtra exit foras. hoc eſt, è domo lenonis, quę eſt ueluti exercitium ipſius amatoris. Accipitur etiam Palæſtra pro decenti motu geſtuque totius corporis, quẽ Galli Contenantiam uocant. Vnde Palæſtritæ uocantur, qui in hiſce corporis decentibus geſtibus inſigniter ſunt exercitati: quemadmodũ contrà Apalæſtri, qui talium motuum, & geſtuum planè ſunt rudes. Quint. lib. 9. cap. 4. ſignificare uolẽs, orationem forenſem nec plane numeroſam eſſe debere, qualis Panægyricus ille famigeratus Iſocratis, nec rurſus numeris uacare, ita inquit: Sicut etiã quos Palæſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos qui dicuntur Apalæſtri. Vide Budæum in prioribus Annotationibus.

PALÆSTRICVS, ci, {*Lottatore*} (παλαιστρίτης) ſubſtãtiuum, idem quod palæſtrita. Afranius: Depellis mihi manum per palæſtricos. Dicuntur etiam Palæſtrici, qui palæſtram docent, hoc eſt, qui palæſtritas exercent & inſtituunt.

Aliquando etiam Paleſtricos appellatos inuenimus, qui motus geſtuſque corporis formant docentque quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quintil. lib. 1. cap. 11. Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæſtricis uacauerint. Non de iis loquor quibus pars uitæ in oleo, pars in uino conſumitur. qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abeſſe ab eo quem inſtituimus quàm longiſſime uelim. Sed nomen idem eſt iis, à quibus geſtus, motuſque formantur.

PALÆSTRICVS, ca, cum, pe. cor. {*Coſa da lotta*} (παλαιστρικὸς) quod eſt ex uſu palæſtræ, ſiue quod ad palæſtram pertinet. Plaut. in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnaſtico, & palæſtrico. Palæſtricos motus dixit Cic. 1. Offic. nimis accuratos corporis geſtus. Nam, ut ſupra oſtendimus, Palęſtra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum geſtu, quem Galli Contenantiam uocant: & Palæſtrici, qui huiuſmodi motus docent. Verba Ciceronis ſunt hæc: Nã palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. Hinc palæſtrice aduerbium more palæſtritarum. Cic. de Opt. gene. dic. Sed ita ut paleſtricè ſpatiari in xyſto liceat.

PALÆSTRITA, tæ, pe. pro. {*Lottatore*} (παλαιστρίτης) qui ſe in palæſtra exercet, uel ſodalis palæſtræ, aut magiſter. Cic. 6. Ver. De Heraclii hæreditate, quam palæſtritis cõceſſiſſet, multo maximam partem ipſum abſtuliſſe. Perſius Satyr. 4. Quinque paleſtritæ licet hæc plantaria uellant.

PALAM, {*Paleſemente, apertamente*} (ἀναφανδόν, φανερῶς) aduerb. ſignificat manifeſtè, apertè, in conſpectu atque oculis omnium. Contraria habet Clàm & obſcurè. Ci. 4. Acad. Alterum quidem, ut uidemus, palàm: alterũ, ut ſuſpicamur, obſcurius. Palàm & Interdiu, quibus contraria Clam & Noctu. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Exercitum educunt, Pompeius clàm & noctu, Cæſar palàm atque interdiu. Coràm ad perſonas certas tantùm refertur; Palàm ad omnes. Teren. in Eunu. Si falſum aut fictum continuo palàm eſt. Hinc fit Propalàm, eiuſdem ſignificationis: à quo propalo, las, pro manifeſto ſeu aperio, de quibus infrà. Palam quæſtum facere, (ἐν τῷ φανερῷ χρηματίζειν) dicitur, nõ tantum, ea quæ in lupanario ſe proſtituit, ſed etiã ſi qua (ut ſolet) in taberna, caupona, uel qua alia domo, pudori ſuo non parcat.

PALAMEDES, (παλαμήδης) nomen Nauplii Eubœæ regis filii, qui Vlyſſis fraude à Græcis interfectus fuit. Nam cum omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlyſſes ut domi maneret, inſanire ſe finxit: & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuerſæ naturę animalibus ſalem ſerebat. Palamedes autem ut uiri aſtutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit, quo uiſo Vlyſſes aratrum ſubito ſuſpendit, ne eum læderet.

Quo argumento ſimulatione deprehenſa, ad bellum ire coegit. Deinde cum in Thraciam frumentatum miſſus eſſet Vlyſſes, & nihil inde attuliſſet, neque quicquam ſeſe inueniſſe diceret. Palamedes eodem miſſus plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlyſſes inuidiæ ſtimulis agitatus, adulterinam Priami

nomine epiſtolam ſcripſit, in qua agebat Palamedi proditionis gratias, commemorabatq; ſecretum auri pondus eſſe tranſmiſſum, quod ipſe Vlyſſes per corruptos ſeruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur literis in Græcorum conſilio recitatis, Palamedes proditionis accuſatur. Ibi Vlyſſes reo ſe adeſſe ſimulans, hoſtilibus literis nihil fidei habendum contendit: eaſq; re ipſa facilè poſſe coargui, ſi Palamedis tabernaculum ſcrutaretur: in quo ſi aurum inueniretur nullum illum ſupplicij genus recuſare. Miſſi itaque, qui tabernaculum eius perſcrutarentur, cum aurū inueniſſent, Palamedes ueluti proditionis conuictus, lapidibus obrutus eſt. Ouid. lib. 13. Vellet & infelix Palamedes eſſe relictus, Viueret & c.æ. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inueniſſe, ſcilicet, θ, ξ, χ, φ. Præterea calculorum ludum, & menſurarum, & ponderum rationem excogitaſſe. Aſtrologiæ inſuper peritus fuiſſe dicitur, annumq; ad curſum Solis, & mēſes ad curſum Lunæ accōmodaſſe, primusq; in caſtris inſam atq; reformidatā Solis eclipſim naturalem, minimeq; timendam eſſe docuiſſe. Præterea ordinem aciei & teſſeras, hoc eſt ſymbolum bellicum, & uigilias inueniſſe. Quæ omnia à gruibus fertur didiciſſe. Illæ enim non niſi acie inſtructa uolant, electo duce quem ſequantur, diſpoſitisq; in extremo agmine qui gregem uoce contineāt, & qui noctu, cæteris dormientibus excubias obeant. Inter uolandum etiam, mutatis ſubinde ordinibus, literas quaſdam uidetur effingere, quas etiam ab eis primus obſeruaſſe fertur Palamedes. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Martialis libr. 13. Turbabis uerſus, nec litera tota uolabit. Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui ſcripſit Onomaſticum de tragicis & comicis dictionibus ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas.

P A L A N G Æ, Græci φαλάγγας dicunt, ſunt ligna teretia, qualia ſunt quę nauigiis, dum ſubducūtur ad litus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolent. Vnde etiā nūc Palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehunt. Varr. de Vitru. pop. Rom. lib. 4. Cum poenus in fretum obuiam ueniſſet noſtris, & quaſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quò metu debilitaret noſtros. Cæſar 2. Bell. ciuil. Palangis ſubiectis ad turrim hoſtium admouent. A Platone [illegible] appellatur. teſte Hermolao, & Cęlio, apud quos Phalāgas legimus per aſpirationem. Vide in dictione Phalangæ.

P A L A N G O, gas, (φαλαγγίζω) onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afranius: Et capream unam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant. Nonius.

P A L A N T E V M, uel potius Pallanteum gemino ll, (παλλάντειον) urbs in Palatino monte, à Pallante Euandri proauo. Vnde Verg lib. 8. Aene. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti, Delegere locum, & poſuere in montibus urbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteū. Varro à balatu ouium per antiſtœchon dictum uoluit, & ſic per l, ſimplex ſcribi debet, ſecundum Vergilium autem per duplex, Vide Palatinus, & Palatium.

P A L A N T I A, (παλλαντία) oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ut ait Ptolemæus lib. 1. capite 6. Vacceorum colonia, à qua Palantini dicti: ut à Numantia, Numantini. Alias Palentia dicitur. Eſt & nomen fluminis in Valentino litore.

P A L A N T I V M, (παλλάντιον Stephano) Arcadiæ oppidum, Euandri regis patria: qui cum patrem imprudens occidiſſet, ſuadēte matre in Latium ſe contulit, montemq; in quo primum conſedit, a nomine relictæ patriæ Palantion appellauit, qui poſtea Palatium, & Palatinus appellatus eſt. Plin. lib. 4. in deſcriptione Arcadiæ: Palantium, (inquit) unde Palatium Romæ.

P A L A T H A, (παλάθη) Græca dictio eſt, quæ nobis maſſam ſonat, & proprie ficorum & caricarum. Auctor Heſychius: cuius uerba ſunt hæc: παλάθη ἐστὶ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις καὶ μᾶζα. Eadem fere de hac re ſunt uerba apud Suidam.

P A L A T I M, {Vagando in ogni parte} (πλανωμένως) aduerbium, ſignificat paſſim uagando Liu. lib. 3. ab Vrb. Tuſc. palatim fugerunt.

P A L A T I N A, æ, urbis Romę quarta fuit regio, circa Palatinum mōtem: unde & nomen accepit, Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomē putent impoſitum. Alij à palando, hoc eſt, ab errando dictam putant, q Arcades duce Euandro palantes ibi primum ſubſederint.

P A L A T I N A O F F I C I A, dicuntur officiales aulici & imperatorij. Iulius Capitol. in Gallien. Quum iret ad hortos nominis ſui, omnia palatina officia ſequebantur.

P A L A T I N A P A L Æ S T R A, quæ in Palatino monte exercetur. Cicer. ad Attic lib.

P A L A T I N V S, na, num, (παλλάντιος) unde Palatinus deus. & Palatinus mons dictus eſt, ſuper quo primò Roma ædificata fuit, in quo Reges primò deinde Conſules, poſt Imperatores maiore ex parte ſedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars urbis, in qua Arcades & Aborigenes palantes, hoc eſt, errātes & uagabundi, duce Euandro primo conſederunt: quamuis nonnulli hāc urbis partem, à Palantia Latini regis matre ferant cognominatam.

P A L A T I O, onis, dicitur illud fundamēti genus cum in ſolo uliginoſo, aut alio qui ſuſtinendo ædificio non ſatis firmo, fiſtuca, uel ſimili aliqua machina palos depangimus cui ædificium innitatur. Galli ſua lingua uocant Palotiū. Vtitur hac uoce Vitruu. lib. 2.

P A L A T I V M, tij, (παλάτιον) unus ex ſeptem urbis Romæ montibus nomen habens ab eo, quod ante urbem conditam pecus in eo paſcens balare conſueuerit (ſic enim uox eius animalis exprimitur) quaſi Balatium: qua etiam uoce utitur Næuius. Vel à Palo, las, ſiue q ibi palare, id eſt, errare pecudes ſoleant ſiue q palantes Arcades cum Euandro ibi conſederint. Nam ante Romam cōditam poſſeſſum fuiſſe atq; habitatū hunc montem conſtat. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum uolunt. Alij a Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & poſtea illic ſepulta uel certe à Pallante eius filio illic ſepulto. Plin. à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Euandri dictum exiſtimat. Ferunt enim Euandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium ueniſſe, monteq; in quo conſedit, Palatium appellaſſe. Alij à Pale paſtorali dea nomen inditū autumant. Palatium, (ἀρχεῖον) etiam dicitur domus imperatoria, ſuperba, amplaq;. à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur ſiue (ut Cyrilius auctor Gręcus refert) à Palatino monte. Sueto. de Cla. gram. Quare ab Auguſto quoq; nepotibus eius præceptor electus, tranſiit in palatium cum tota ſchola. Huius nominis prima ſyllaba indifferenter ponitur. Ouid. 1. de Arte amandi: Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Marti. li. 1. Inde ſacro ueneranda petes palatia cliuo. Crediderim tamen, primam huius nominis ſyllabam, quoties producitur gemino ll, eſſe ſcribendam.

P A L A T V A L I S, Flamen, qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat Palatium. Feſtus.

P A L A T V A L, ſacrificiū quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varr. de Lingua Latina. lib. 6.

P A L A T V M, ti, {Palato} (οὐρανίσκος, ὑπερῷα) oris coelum, q labiis dentibuſq;, quaſi palis, munitum ſit. Colu. li. 7. Sed etiamſi palatum, atq; lingua concolor lanæ eſt. Legitur etiam nominatiuus Palatus (niſi mendoſum ſit exemplar) apud Cic. 2. de Fin. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.

P A L E A, æ, {Paglia} (ἄχυρον) ut ait Varr. de Re ruſt. lib. 1. ca. 50. ſiue à nomine Pabulum dicitur. Nam ea ſola primum in paſcēdis animalibus præbebatur. Quo ſane uocabulo, non proprie culmi: ſed folliculi ipſa granulorum comprehenduntur, Verg. li. 1. Georg. Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Colu. li. 6. Minus commode tuemur armentum paleis, quæ utiq; quibuſdā regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maxime ex milio, tum ex hordeo mox & tritico. Notandum (ut Seruius ſentit) Paleam ſingulari numero dici contra artem. Nam quę ex pluribus conſtat, ſunt tantum numeri pluralis: ut Cācelli, Bigæ, Scopæ. Licet abutantur poetæ. Verg. 1. Geor. Nequicquam pinguia paleæ, teret area culmos. Palea quoq; dicitur cartilago deflua à collo galli gallinacei. Colum. lib 8. cap. 2. de gallinaceis loquens: Paleæ ex rubro albicantes, quæ uelut incanæ barbæ dependent. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento Plin. lib. 34. cap. 13. Ac repente uehementiori flatu expuitur æris palea quędam: Sic enim fere habent exemplaria. Budæus tamē in hoc Plinii loco Pala legit, non Palea.

P A L E A R I A, {Pagliuola} (τὰ ἐκδέρματα) pelles dependentes ex gutture bouis, dicta quaſi pellearia. Verg. 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendēt. Colu. lib. 6. cap. 1. Ceruice longa, & toroſa palearibus amplis, & pene ad genua promiſſis. Nominatiuus ſingularis eſt Palear, quo uſus eſt Seneca in Hippolyto: Muſco (inquit) tenuis pectus, ac palear uiret.

P A L E A R I V M, rii, {Pagliaro} (ἀχυρὼν) locus in quo reconditur & aſſeruatur palea. Colu. lib. 1. cap. 6. Fœnilia, palearia q;, & apotheca, & horrea.

P A L E A T V S, ta, tum, {Fatto di paglia} (ἀχυρωτός) quod eſt factum ex paleis, uel quod paleas habet admiſtas. Vnde Lutum paleatum dicitur, cui, ut tenacius ſit, admiſtæ ſunt paleæ. Colu. lib. 1. de Arboribus, cap. 8. Quicquid inſeueris uitis, diligenter libro ligato, atq; luto ſubacto paleato, oblinito, operitoq; plagam, & ita alligato, ne aqua uentuſve penetrare poſſit.

P A L E, (πάλη) Gręca eſt dictio, nobis luctam ſignificans. (ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα,) hoc eſt, ab agitatione corporis: unde Palæſtra dicta eſt.

P A L E S, (Βοτοδότη θεός) paſtorum dea, uel pabuli, cuius feſta palilia ſunt appellata: aut (ut alii malunt) Parilia, à pariendo, q pecorum partui credebatur præſidere. Auctor Feſtus. Hanc quidam Veſtam, quidam Deorum matrem appellant. Hanc Verg. genere fœminino uocat. Alii, inter quos Varro, maſculino genere, ut hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur, quę Palilia uocantur, de quibus infrà. Hæc Seruius enarrans illud Vergilii, Te quoq; magna Pales, & te memorāde canemus Paſtor ab Amphryſo,

P A L F V R I V S S V R A, orator & cauſidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: ſed ob ſuſpicionem, quod cum Vitellianis ſenſiſſet, ſenatu à Domitiano fuit amotus.

P A L I C E N E V S, fons, (παλικηναῖος κρήνη) fons eſt in Sicilia non procul à Catana: ita dictus, q proximus ſit Delli lacubus, quos fratres Palicos eſſe uetuſtas credidit. Apud hunc fontem iuramentorum ueritas explorari ſolet ad hunc modum Iuratus tabellam, quam manu tenebat, conniciebat in fontem, quæ ſi uerum eſſet quod iureiurando aſſeruerat, fluitabat: ſin falſum mergebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

P A L I C I, (παλικοί) dicti ſunt gemini fratres, Iouis filii & Thaliæ Nymphæ, ſiue (ut alii uolunt) Aetnæ: quæ quum Iunonis irā metueret, orauit ut terra ſibi dehiſceret. Sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo geſtabat, aduenîſſet, rurſus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emiſit, appellatiq; ſunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἵκειν, quod in terram demerſi, denuo ſint reuerſi. Oſtendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emerſiſſe, eoſq; Dellos appellant: qui tanta olim in ueneratione habiti ſunt, ut circa eos iuramēta exigi ſoleant, ſi quis in furti ſuſpicionem incidiſſet, prius tamē accepto fideiuſſore, qui, ſi iurāti quid accidiſſet, præſtaret quod exitus oſtēderet. Vide in Dictione Deli.

P A L I L I A, (παλίλια) uel Parilia, l, in r, mutata, Palis deę feſta dicūtur: quę à paſtoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbē fundauit, ad lupos arcendos, morboſq; à pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. Proper. lib. 4. Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

P A L I L L O G I A, (παλιλλογία) iterata locutio: hoc eſt, dictionis alicuius maioris uehementię cauſa repetitio. Quid autem differat ab Epanalepſi Epanaphora, & Anadiploſi, uide Rufinianum, & Aquilam Romanum.

P A L I L I C I V M S I D V S, (ὑάδες) ex ſeptem conſtat ſtellis, quas Latini Suculas appellant. Palilicium appellatum, q cum natura ſit pluuium ſydus, obſeruatum tamen fuerit, q undecimo Calen. Maii, (quo die Romæ Palilia celebrabantur) ſerenitatem adduceret. Vide Plin. lib. 18. cap. 36.

P A L I M B A C C H I V S, pen. pro. (παλιμβάκχειος) genus pedis, ex prima & ſecunda longis, & ultima breui: ut, Auguſtus. Idem Antibacchius dicitur.

P A L I M P I S S A (παλίμπισσα) pix liquida iterum decocta, & inſpiſſata Plin. lib. 24. cap. 7.

P A L I M P S E S T V S, {Cartella} (παλίμψηστος) membrana iterū abraſa. Cic. Treb. lib. 7. Epiſt. Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniā, ſed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, q hæc non ſcribere, niſi forte tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxeſtum à πάλιν, iterum, & ξέω rado, qua uoce etiam uſus eſt Catull. ad Varum Epigram. 19. Puto (inquit) eſſe illi millia aut decem, aut plura Perſcripta, nec ſic, ut fit, in palinxeſto

Relata.

Relata·chartæ regiæ non libri, Noui umbilici. Budæus in lib. de Aſſe Palimpſeſtum interpretatur chartam eſſe deletilem, qua calculatores utuntur: Iureconſulti Deletitiam chartam uocant. Nam abraſis prioribus literis reſcribitur. Vlpia. l. chartæ. ff. de Bon. poſſeſ. ſec. tab. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

PALINGENESIA, (παλιγγενεσία) Latinè dicitur regeneratio. Alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egreſſas, in alia atq; alia corpora tranſmigrare, non ſolùm hominum, uerùm etiam Brutorum. atq; ita nos identidem alios atq; alios renaſci.

PALINODIA, æ, (παλινῳδία) recantatio, ſiue retractatio: à uerbo Græco παλινῳδεῖν, quod eſt, retractare, uel recantare, hoc eſt, diuerſa ſuperioribus ſentire, & quod ſemel dictum eſt, reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam canere. Vide Adagia Eraſmi.

PALINVRVS, (παλίνουρος) Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ poſtea Velia dicta eſt: ita dictum à Palinuro nauis Aeneæ gubernatore, qui ſomno oppreſſus unà cum gubernaculo in mare delapſus, cùm ad eã partem Lucaniæ adnataſſet, in qua poſtea Velia condita fuit, ab incolis prædæ cupidis occiſus eſt, & ſpoliatus, cadauerq; eius in mare abiectum. Verùm cũ non ita multò poſt ora illa grauiſſima peſte infeſtaretur, oraculo moniti ut Palinuri manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium, hoc eſt, inane, ſepulchrum poſuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine eius appellarunt. Quod etiam teſtatur Verg. 6. Aene. cùm ait: Nam tua finitimi longe, lateq; per urbes Prodigijs acti cœleſtibus, oſſa piabunt: Et ſtatuent tumulum, et tumulo ſolennia mittent: Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit. Dicitur autem Palinurus quaſi iterum meiens, πάλιν enim iterum, οὖρον urina. Ad quã etymologiam alludit Mar. lib. 3. Minxiſti Pauline ſemel currente carina: Meiere uis iterum ſic Palinurus eris.

PALIVRVS, (παλίουρος) frutex ſpinoſus & aſper in Cyrenaica regione præcipue proueniens, Baccas ferens uini ſaporem ſucco ſuo commendantes. Vide Pli. lib. 13. cap. 19. Verg. 5. Eclog. Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

PALLA, læ, {*Veſte donneſca*} (χλαῖνα) per duplex ll, eſt honeſtæ mulieris ueſtimentũ. hoc eſt pallium, quod palàm et foris eſt ad ueſtigia uſq; demiſſum. Verg. 11. Aenei. Pro longæ tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum à uertice pendent. Plau. in Menæch. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio.

Palla etiam utebantur citharœdi. Ouid. 11. Metam. Ille caput flauum lauro Parnaſide unctus, Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla. Item tragœdi. Idem 3. Amor. Fronte comę torua, palla iacebat humo. In Gallia etiã omnes paſſim uiri palla utebantur. Et uidetur, inquit Bayſius, Gallica palla acceſiſſe ad formam noſtri palletici manicati. Vide Martiali. libro. 1. Dimidiasq; nates Gallica palla tegit. Strabo. lib. 5. idem ſentit: Tunicarum, inquit, uice pallas manicatas geſtant, ad uerenda uſque, natesq; medias pertingentes. Eſt etiam hoc nomine urbs, Ptolemæo teſte, à latere Meridionali Corſicæ.

PALLACANA, cæpæ genus eſt, nullo ferè capite, radice tantũ oblonga, quod ſubinde reſecatur, ut porrum. Pli. lib. 19. cap. 6. Apud nos prima duo cæparum genera: unum condimentarium, quod illi Gethyon, noſtri Pallacanam uocãt. Seritur menſibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

PALLACE, es, ſeu Pallaca, ę, {*Concubina*} (παλλακή) Græcum nomen eſt, quod nobis ſonat concubinam. Suet. in Veſp. cap. 21. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat.

PALLADIVM, (παλλάδιον) Palladis ſimulacrum antiquiſſimum fuit in arce Troiana, quod eo tempore, quo arx, templumq; Mineruæ ędificabatur, de cœlo cecidiſſe fabulantur poetæ, & in templo nondum tecto ſibi locum delegiſſe: Quæ res cum omnibus maximo eſſet miraculo, ab Apolline reſponſum ęſt, tam diu urbem incolumem fore, quàm diu ſimulacrum illud intra mœnia ſeruaretur. Itaque tempore belli illius quod communibus uiribus Græcia tota aduerſus Troianos geſſit, cum alia ſpes capiundæ Troiæ non eſſet, uiſi prius ſublato Palladio, datum negotium eſt Vlyſſi & Diomedi, ut per cloacas in urbem aſcenderent, fataleq; Mineruæ ſimulacrum auferent: Quo facto, urbẽ tutelari Palladis numine ſpoliatam, infirmam, captuq; non admodum difficilem reddiderunt.

PALLADIVS, (παλλάδιος) nomen uiri proprium, qui de Agricultura, libros 12. ſcripſit, ſingulos libros ſingulis menſibus finiens.

PALLADIVS, dia, dium, (παλλάδιος) quod eſt Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

PALLANTIAS, (παλλαντιάς) palus eſt in Africa, nõ procul ab aris Philænorum, ad Tritonem amnem. quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludem Palladem primum apparuiſſe ferunt: unde ea ea natam fuiſſe nonnulli putauerunt. Vide Pli. lib. 5. cap. 4.

PALLANTIA, (παλλαντία) oppidum citerioris Hiſpaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Inde Pallantini, dicti eius urbis incolę, quos Plin. inter Vacceos numerat, lib. 3. cap. 3.

PALLAS, antis, (πάλλας) Euandri filius, qui Aeneæ ſuppetias miſſus aduerſus Turnum, ab eo occiſus eſt. Verg. lib. 10. Ipſe caput niuei fultum Pallantis, & ora Vt uidit, &c. Alius fuit Pallas Pandonis filius, cuius meminit Oui. lib. 7. Meta. Maior habet Clyton & Buten Pallante creatos.

PALLAS, ladis, {*Pallade*} (παλλάς) ſapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerua, ex Iouis cerebro ſine matre prognata. Quod ideo a poetis fingitũ, quia liberalibus artibus & honeſtis diſciplinis credatur præſidere, quæ non ex inuento humani ingenij, ſed ex inexhauſto diuinæ ſapientiæ fonte creduntur diinanaſſe. Dicta eſt autem Pallas (ut quibuſdam placet) à Pallante gigante ab illa interfecto quum prius Tritonia uocaretur à Tritonide palude, ubi primũ uiſa eſt. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt, à uibrando, uel quatiendo. Solet enim ita pingi, ut haſtam manu teneret, eamq; ueluti uibrare uideretur.

PALLENE, es, pen. pro. (παλλήνη) oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte, qua Thraciam ſpectat, in exigua Cherroneſo ſitum, ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Cliti uxore. Vide Plin. lib. 4. capi. 10.

Eſt item Pallene uicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. A' Pallene Macedoniæ regione fit Palleneus, a, um: ut Triumphi Pallenæi, apud Statium lib. 4. Syluarum.

PALLEO, les, lui, {*Eſſere pallido, eſſere ſmorto*} ὠχριάω. pallidus ſum Cic. 2. Philip. Non diſſimulat P. C. apparet eſſe commotum, ſudat, pallet. Oui. 1. de Arte. Palleat omnis amans, color hic eſt aptus amanti. Mart. lib. 1. Pulchre ualet Charinus, & tamen pallet. A' quo Palleſco, pallidus fio. Propert. libr. 1. Eleg. 12. Perditus in quadam, tardis palleſcere curis Incipis. Huius compoſita ſunt, Expalleo: à quo Expalleſco, ualde pallidus fio. Plau. in Curc. Videtn' ut expalluit? Impalleo, à quo Impalleſco, quod eſt, rei alicui tam pertinaciter incumbere, ut inde pallor contrahatur. Perſius: At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

PALLIDVS, a, um, {*Pallido, ſmorto*} (ὠχρίας, ὠχρός) ut, Pallidus colore, qualem in corporibus exanguibus uidemus. Pli. lib. 10. ca. 33. Meropos uocat genitores ſuos reconditos paſcens pallido intus colore pennarum. Verg. 1. Geor. Aut ubi pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Oui. 4. Meta. Oraq; buxo Pallidiora gerens. Hinc diminutiuum Pallidulus, a, um, Catullus ad Ortalum: Pallidulum manans alluit unda pedem.

PALLIASTRVM, (τριβώνιον) rude ac uile pallium. Apuleius: Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio: humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

PALLIATVS, a, tum, (τριβωνοφόρος) pallio indutus, & pallio coopertus. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Deniq; illi palliati topiariam facere uideantur. Idem pro Rab. poſth. Itaq; obijcias licet q̃ uoles ſæpe palliatum fuiſſe. Apud Apuleium legitur uerbũ Palliare pro tegere, uel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res poteſt, id eſt, cooperiri, uel diſſimulari.

PALLIOLATVS, (τριβώνιον ἔχων) palliolo indutus. Suetonius de Claudio: Palliolatus nouo more præſedit. Mart. lib. 9. Hanc uolo, quæ facilis, quæ pallio lata uagatur.

PALLIOLVM, li, {*Capetta, mantelletto*} (τριβώνιον) diminutiuum à pallio id eſt, breuius & uilius pallium. Cic. 3. Tuſc. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Hinc Palliolatim, aduerbium. Plau. in Pſeudo. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

PALLIVM, lij, {*Mantello, ſopraueſta*} (τρίβων, ἱμάτιον) ueſtimenti genus exterium quod tunicæ ſuperindui ſolet: unde manſit prouerbium, Tunica pallio proximior eſt: Dictum autem putatur Pallium ab eo, quod palàm, hoc eſt foris geſtaretur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quẽadmodum Romanorum, Toga. Suet. in Auguſt. Sed cæteros continuos dies inter uaria munuſcula togas inſuper & pallia diſtribuit, lege propoſita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. Vnde palliati Græci dicti ſunt. & Comœdiæ palliatæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus, & habitus palliatorũ, hoc eſt, Græcorum. Auctores Donatus & Diomedes. Cic. 3. de Orat. Hippias gloriatus eſt, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. Pallium quoq; philoſophorum erat. Gell. lib. 9. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philoſophum nondum uideo. Pallia inter communia ueſtimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiſcua appellat Tacitus lib. 3. Promiſcuas uiris & fœminis ueſtes.

PALLOR, palloris, pen. produ. {*Pallore, pallidezza*} (ὠχρίασις, ὠχρός) propriè dicitur color ille in homine, cum pellis ſanguine deſtituta lucſcit, quod accidere ſolet in ſubito metu, ſanguine ſe ad interiora recipiente. Ouid. 11. Meta. Buxoq; ſimillimus ora Pallor obit, lachrymisq; genæ maduere profuſis. Cic. 4. Tuſcu. Ex quo fit, ut pudorem rubor, ſic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Plin. libro. 14. capite. 22. Hinc pallor & genæ pendulæ. A' quo pallidus, a, um, & diminutiuum Pallidulus de quibus ſuprà.

PALMA, æ, {*Palma della mano, Palma albero*} (θέναρ) eſt uola manus. hoc eſt, pars illa concaua, quæ eſt inter τὸν καρπὸν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis ὑπόθεναρ dicitur. Quanquam etiam non rarò pro tota manu palmam acceptam legimus. Cicer. in Ora. Cum autem manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Verg. 2. Aenei. Nã teneras arcebant uincula palmas. Idem. 1. Aeneid. Duplices tendens ad ſidera palmas. Ab huius ſimilitudine arbor illa nobilis, quæ dactylos profert, quam Græci φοίνικα appellant, à noſtris quoque Palma dicitur, quòd comam in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorum modum protenſos. Vnde & fructum eius Dactylos, hoc eſt, digitos uocamus, quòd digitorum inuicus ſimilitudinem referant. Hæc arbor in Italia ſterilis eſt, in maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem: dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. Contrà autem in Oriente, ex his uina fiunt, alicubi etiam panis, & Pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus: ideo uictoribus traditur præmio, quòd non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vide Gellium li. 3. c. 6. Vnde etiam ponitur pro uictoriæ ſigno, aut pro ipſa uictoria. Plutarchus: In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit uictoriæ: quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, ut urgentibus, opprimentibusq; non cedat. Item palma cauſa certaminis dicitur, ut annotauit Donatus in illud Terentij ex Prolog. Phorm. In medio omnibus Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. Item Palma (ut docet Seruius in libro. 11. Aeneid) ſignificat togam, quę etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triumphantium fuit, quam merebantur ij, qui de hoſtibus palmam deportaſſent. Alij à latitudine clauorum dictam uolunt palmatam, quæ nunc à genere picturę Picta appellatur. Martia. lib. 7. Palmatæq; ducem, ſed cito, redde iogę. De natura palmæ arboris uide Plinium lib. 13. cap. 5. & lib. 13. cap. 4. & Dioſco. lib. 1. cap. 150. & Theophra. libro. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 5. Dicimus Latinè, Palmam ferre, id eſt, uictorem eſſe. Palmam dare alicui, id eſt, uictorem fateri. Reſcindere Palmam alicui: Habere palmam. Accipere palmam: Petere palmam. Teſtimonia paſſim obuia legenti bonos auctores.

PALMA, (πάλμα) ciuitas in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habens, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

PALMARIS, & hoc palmare, ut Palmaris ſtatua, quæ alicui propter uictoriã ponitur. Ci. 6. Philip. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere, &c. Et Palmare facinus, (νίκης ἄξιον) quod eſt dignum palma. Palmare ueſtigium, (σπιθαμιαῖον ἴχνος) dictum q̃ ex palmæ impreſſæ nota factum ſit.

PALMARIA, (παλμαρία) inſula eſt ultra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno. Varr. lib 3. de Re ruſt. Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandatharia.

PALMARIS, re, {D'un palmo} (σπιθαμιαῖος) quod eſt magnitudine unius palmi. Varro lib. 1. de Re ruſtic. capite. 35. Roſa etiam conciditur radicitus in uergulas palmares. Columella libro. 9. Per ſpatia palmaria modicis forantur cauis.

PALMARIUS, a, um, adiect. (ἀριστεύσιμος, καλλίστειος) quod eſt palma dignũ. Teren. in Euna Id uerò eſt, quod mihi puto palmarium: Me repperiſſe, quomodo adoleſcentulus Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcere. Donat. Palmarium, palma dignum.

PALMETUM, palmeti, {Luogo doue ſon piantate molte palme} (φοινικών) locus palmis conſitus, uel ubi frequentes ſunt palmę. Pli. lib. 5. ca. 1. Ibi fama, exiſtere circa ueſtigia habitati quondam ſoli, uinearũ palmetorumq; reliquias. Ponitur aliquando non pro loco in quo palmæ conſitæ ſunt, ſed pro palmarũ frequentia. Ibidem: Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam.

PALMES, itis, {Palmite, tralcio} (κλῆμα) uitis ſarmentum, unde nomen habẽs, quod in modum palmæ humanæ uirgulas quaſi digitos edat. Pli. lib. 17. capi. 22. Sunt duo genera palmitum, quod è duro exit, materiamq; in proximũ annum promittit, Pampinarium uocatur. At ubi ſupra cicatricem, eſt fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, ſemperq; fructuarium relinquitur ſub iugo. Et qui uocatur cuſtos, hic eſt, nouellus palmes, non longior tribus gẽmis, proximo anno materiam daturus, ſi uitis luxurioſa ſe conſumpſerit. Palmes & Pampinus pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 17. Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos pampinos emiſerit, quamuis largos fructus oſtendant, detrahendi ſunt ita ſinguli palmites, quo lætior, quæ ſupereſt, materia conſurgat. Palmes pro flagello uitis aliquando ponitur. Colum. lib. 4. cap. 21. Hæc brachia ſat erit integrum ſingulis palmitibus in fructum ſummitti.

PALMEUS, a, um, {Di palma} (φοινίκινος) quod eſt ex palma arbore. Colum. lib. 5. cap. 5. M. Columella agricola Bæticæ prouinciæ, ſub ortu Caniculæ, palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Plin. lib. 22. cap. 17. Vinum palmeum capiti nocuum.

PALMIFER, ra, rum, {Che produce palme} (φοινικοφόρος) ferens palmas. Ouid. 1. Amo. Iſi Paretonium, genitaliaq; arua Canopi Quę colis, & Memphim, palmiferamq; Pharon. Idem 10. Meta. Palmiferos Arabas, Panchæaq; rura reliquit.

PALMIPEDALIS, le, {Miſura della grandezza d'un piede} (σπιθαμοποδιαῖος) menſura unius pedis & Palmi. Col. lib. 3. cap. 9. Nam in cliuoſis ubi terra decurrit, poteſt malleus palmipedalis deponi.

PALMIPES, dis, (τὸ στεγανόπουν) planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes. Vnde anſeres, & omnes ferè aquaticæ aues, Palmipedes dicuntur. Pli. li. 10. cap. 11. Aut in palmipedum genere ſunt, ut anſeres.

PALMO, mas, (σχοινίζω) materias alligo. Colum. libr. 11. cap. 2. Cæterum palmare, id eſt, materias alligare, hoc tempore non expedit. In alia ſignificatione accepit Quintilianus in Decla. Cæci. Præterea (inquit) quum manus ex parte, qua palmare ueſtigiam poteſt, plicetur in capulo. Et paulò pòſt: Tuus autem qui palmatus eſt paries, ueſtigium eius partis oſtendit. Huius compoſitum eſt Depalmo (ῥαπίζω) quod eſt, palma percutio. Gell. libro ultimo capi. 1. Is pro delectamento habebat, hominis liberos manus ſuæ palma uerberare: eum ſeruus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans, & quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim, ſecundum duodecim tabulas, uigintiquinque aſſes iubebat.

PALMOS, (παλμός) particulæ alicuius, in corpore palpitatio contra naturã, per uicẽ modò eam attollens, modò deprimens: fitq; quandoq; in ſola cute, quandoq; & in ſubiectis ei muſculis: quæ ſi magna fuerit, membrum, quoq; uniuerſum ſecum dentius ſaliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum uocant. Dicitur enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quod inter cætera ſalire ſignificat.

PALMOSUS, ſa, ſum, {Abondeuole di palme} (φοινικώδης) quod eſt palmis abundans. Ver. lib. 3. Aen. Teq; datis linquo uentis palmoſa Selinis.

PALMULA, æ, {Pala de remi} extrema pars remi, eò q; in modũ palmæ protenſa eſt. Verg lib. 5. Aenei. Et læuas ſtringat ſine palmula cautes. Sunt & Palmulæ, (φοινικίδες) fructus palmæ, qui & Caryotæ dicuntur. Var. 1. de Re ruſt. cap. 67. Nucem iuglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare.

PALMUS, mi, {Palmo} (δῶρος antiquè) menſuræ genus, Et eſt duplex, maior, & minor. Maior digitorum duodecim, Græcè σπιθαμὴ uocatus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. In menſuris hoc modo progredi ſolemus, ut omnium menſurarum minimam faciamus latitudinẽ grani hordei: hoc autem quater ſumptum conficiat digitum: tres digiti unciã, quatuor palmum minorem, qui (ut iam diximus) à Græcis παλαιστὴς appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas: ex tribus, palmus maior, quem Græci σπιθαμὴν uocant, Latini etiam Dodrantem, quod ad perficiendum pedẽ deſit quarta pars. Quatuor enim palmi minores, ſiue ſedecim digiti, explent pedẽ: ſex palmi minores ſeſquipedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt greſſum, ſiue paſſum ſimplicem. Tantum enim ferè ſpatij intereſt in progrediendo inter digitos prioris pedis, & calcaneum poſterioris. Simplex paſſus geminatus facit paſſum geometricum, qui conſtat ex pedibus quinq;. Ex mille deinde geometricis paſſibus conficitur milliare.

PALMYRA, (πάλμυρα Stephano) urbs eſt Syriæ, ſitu loci, ſoli diuitijs, & aquarum amœnitate inſignis. Ciuitas eſt libera & priuatæ ſortis (ut inquit Pli. lib. 5. cap. 25.) in confinio Romani, & Parthici Imperij ſita. Hinc Palmyrenæ ſolitudines, appellatæ ſunt, quæ ab hac urbe, uſq; ad Petram Arabiæ Petreæ metropolim, & ad fines Arabiæ felicis pertingunt.

PALO, as, (παττάλόω) ſepio, fulcio, & quaſi palis munio. Col. li. 11. cap. 2. Vt uitis paletur, & capite tenus alligetur, & iuga uineis imponantur.

PALOR, aris, {Vagare} (ἀποπλανῶμαι, περιφέρομαι) paſſim uagor: ſicuti faciunt, qui lento gradu, diſperſiq; labruſcas quærunt. Liu. lib. 1. Raptim et ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppreſſit. Idem lib. 5. ab Vrbe. Iã obſidiõis tędio uicti abſcedũt, uagiq; per agros palant̃, cibis, uinoq; raptim hauſto repleti. Hoc uerbum à Palàm quidam deduci exiſtimant. Alij à palis caſtrorum, hoc eſt ſedibus, modò huc, modò illuc tranſlatis. Hinc Palatus participium, diſperſus. Liuius 3. ab Vrbe: In quos palatos prædam agentes poſthumius, &c.

PALPEBRÆ, penu. correpta, {Palpebre} (βλέφαρα) dicuntur pili extremitatem genarum ambientes. Genæ autem, teſte Plin. libro. 11. capite. 37. dicuntur geminæ illæ pelliculæ, quibus oculi teguntur. Cilia autem dicuntur, genarum extremitates, quibus pili, quos modò Palpebras uocari diximus, adhærent. Dictæ autem putantur Palpebræ, à palpitando, id eſt, tremendo, uel à palpando, id eſt, prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit, ut uallum quoddam uiſus eſſent, et promanens munimentũ contra occurſantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Cice. tamen Palpebras aliquoties poſuiſſe uidetur pro ipſis genis, hoc eſt folliculis oculum operientibus. Sic enim habet lib. 2. de Natura deorum. Munitæq; ſunt palpebræ tanquàm uallo pilorum.

PALPITO, as, {Palpitare. Boc. Et ancbor con poca uita palpitante} (παλλόμαι, σπαίρω, σπαίρω) frequentatiuum, leuiter ac frequenter moueor. Cic. 2. de Nat. deo. Animaduerſumq; ſæpe eſt, cùm cor animantis, alicuius euulſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Iuuen. Saty. 6. Vt ſemel atque iterum ſuper illam palpitet. Hinc Palpitatio, uerbale, propriè cordis eſt, & deinde partium ſingularum frequens & continuus motus. Pli. lib. 32. ca. 5. Imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti.

PALPO, as, & Palpor deponens, {Palpare} (ψηλαφάω) pro leuiter, blandè, & quaſi tentando tango. Vnde & pro adulari, (θωπεύειν) frequenter accipitur. Plaut. in Amphit. Obſeruatore quàm blandè mulieri palpabitur. Hinc Palpator pro adulatore, (κόλαξ θώψ) Plautus in Mercu. Vt palpator nullus eſt, quando occepit, blandior. Regitq; interdum accuſatiuum, interdum datiuum. Horatius. 2. Sermo. Satyr. 1. Cui malè ſi palpere, recalcitrat, id eſt, ſi adulèris uel blandiaris. Iuuenalis actiuè poſuit, quam ait: Quem munere palpat Charus. Hinc quoque Palpatio, uerbale, ipſe palpandi actus. Plautus in Menæch. Aufer hinc palpationes. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt elicio.

PALPO, onis, qui & Palpator, {Luſinghiere} (θώψ) pro adulatore, & blando homine.

PALPUM, (θωπεία) nonnulli pro blanditijs uſurparunt. Plautus in Pſeud. Mihi obtrudere non potes palpum: Hoc eſt, blandiri, & ſpem inanem uerbis inijcere.

PALUDAMENTA, (χλαμύδες, ἢ στρατηγικὰ ἐσθῆτες) ſunt inſignia ac ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum. Vnde legimus, olim Romæ imperatores, eorumq; lictores, Paludatos ad bellum ſolere proficiſci, præcinentibus tubis. Liuius: Cum paludatis lictoribus profectus ab urbe, Brunduſium uenit. Paludamentum, inquit Budæus, chlamys eſt imperatoria, id eſt, eorũ, qui exercitus educebant: quale illud eſt, quod hodie Cottam armorũ uocamus. Liu. lib. 1. ab Vrb. Paludamentum poſuit pro ueſte militari, & eius, qui non eſſet Imperator. Cognitoq;, inquit, ſuper humero fratris, paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſoluit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curiatiorum, quorũ nemo, ut arbitror, Imperator in Albanis fuit. Hinc Paludatus, qui uel Imperatoriam, chlamydem, uel alia eiuſmodi ornamẽta militaria geſtat. Cælius ad Ci. lib. 8. Quia uerentur, ne illud S. C. fiat, ut paludati exeant. Id eſt, ueſte imperatoria inſigniti, ut ad publicos hoſtes proficiſcentes. Paludati in libris Auguralibus ſignificantur ut ait Verannius, ornati. Omnia enim militaria ornamenta Paludamenta dici, Feſtus ait, Dicta Paludamenta, q; perſpiciuntur illi, qui illa habent, & fiunt palam, ut inquit Varro. Inuenitur etiam Paludamentum dici de ueſte muliebri. Pli. lib. 33. cap. 3. Nos uidemus Agrippinã Claudij principis, edente eo naualis prælij ſpectaculum, aſſidentem ei indutam paludamento, auro textili, ſine alia materie.

PALUDAPIUM, (ἑλεοσέλινον) apij ſpecies, circa aquæ ductus, & in paluſtribus naſcens. Nomen eſt à Theodoro ad imitationem Græcæ compoſitionis confictum. Græci enim hanc herbam ἑλεοσέλινον, appellant, quaſi paluſtre apium.

PALUDATUS, a, um, Vide Paludamentum.

PALUMBES, bis {Colombo ſeluatico} (φάττα) tam maſculi, quàm fœminini generis, ſylueſtris columba in arboribus ſepibusq; nidificans. Verg. 1. Eclo. Raucę tua cura palumbes. Lucanos, Macrosq; palumbes. Dicitur & Palumbus, & Palumba. Horum duo ſunt genera. Vnum torquatum, à torque, quo inſignitur, quod Ariſtoteles φάτταν uocat, Mart. lib. 13. Inguina torquati tardant, hebetantq; palumbi: Non edat hanc uolucrem, qui cupit eſſe ſalax. Alterum genus quod Græci οἰνάδα, Latinorum nõnulli Viniaginem dicunt, ab eſu labruſcæ. Huius auis naturam uide apud Pli. lib. 10. cap. 35. A' Palumbus fit Palumbinus, a, um, (φάττειος) quod ex palumbe eſt: ut, Palumbina caro, apud Pli. lib. 30. cap. 12.

PALUMBARIUS, a nonnullis appellatur accipitris quoddam genus, q; à Græcis φασσοφόνος, hoc eſt, palumbium occiſor appellatur, q; ab hoc præſertim genere palumbibus maximum fit periculum, quas in aperto uolãtes rapit. Vtitur hac uoce Theodorus.

PALUMBULA, (φαττίον) diminutiuum à Palumba.

PALUS, li, {Palo} (σκόλοψ, πάσσαλος) ſecundæ declinationis, dicitur lignũ acutum, quod ſolet in terram defigi, ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut caſtra munienda, aut claudendos hortos, aut ſuſtinendas uites, aut ſimiles uſus. Pli. lib. 14. cap. 3. Nec orthampelos indiget arbore, aut palis, ipſa ſe ſuſtinẽs.

In hac autem ſignificatione Palus producit priorem, cum palus, udis, eandẽ corripiat. Tibul. lib. 1. Eleg. Hic docuit teneram palis adiungere uitẽ. Hinc deducuntur Palo, as. & Palatio, onis, uerbale, de quibus ſupra dictum eſt.

PALUS, udis, {Palude. Pet. Monti, ualli, paludi, & mari, & fiumi} (ἕλος) per tertiam inflexionem, dicitur aqua ſtagnans, quæ æſtate plerunque ſiccatur: & in hoc differt a Lacu, qui perpetuam habet aquã, neq; ullo ęſtu exiccatur. Cęſ. 2 Bel. Gall. Quò propter paludes exercitui aditus non eſſet. Habet autem palus in hac declinatione priorem correptam, poſteriorem autem fere ſemper producit. Vergilius. 4. Georg. Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda. Horat. in

Arte

Arte poetica licenter corripuit, cùm ait Regis opus, ſteriliſq; diu palus obruta remis. Inde adiectiuũ Paludoſus, a, um, (ἑλώδης) ut, Humus paludoſa, apud Ouid. 15. Metam. Eq; paludoſa ſiccis humus aret arenis.

PALVSTRIS, & hoc paluſtre, {*Paluſtre*} (ἑλεῖος) quod eſt ex palude: ut, Iuncus paluſtris, Locus paluſtris, apud Cæſar. 7. Bel. Gal. Aqua paluſtris, Colu. lib. 1. cap. 5. Vadum paluſtre, Claud. 2. de Rap. Proſerpinæ.

PAMBASILIA, pen. prod. {*Regno perfetto, compito*} (παμβασιλεία) dicitur quaſi regnũ numeris omnibus dominationis conſummatũ: cuiuſmodi ſunt reges noſtri omnia arbitrio ſuo ſtatuentes, qui omnia in poteſtate habent. Eſt igitur Pambaſilia (ut inquit Ariſtoteles) genus illud regni, cùm unus omnium poteſtatem habet communium & publicarum rerum.

PAMISVS, (πάμισος) Arcadiæ fluuius, in Stymphalo monte naſcens, & præter Trœzenem in Maſſeniacum ſinum influens. Dictus Pamiſus, quaſi totus odioſus, ob damna, quæ agris infert. Ptolemæus Panniſum uocat. Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius in Thracia, ex Hæmo profluens, teſte Plin. lib. 4. cap. 11. Item tertius in Theſſalia, cuius meminit idem Pli. lib. 4. cap. 8.

PAMPHAGI, (παμφάγοι) Aethiopiæ populi quibuslibet rebus ueſcentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. Pamphagus item numeratur ab Ouidio libro. 3. Metam. inter canes Actæonis.

PAMPHILVS, (πάμφιλος) Neoclidis filius, Platonis auditor, quem teſtatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuiſſe, triduoq; poſtquam inde ſublatus fuerat, impoſitum rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis uiſa narraſſe. Pamphilus alius presbyter, Euſebii Cæſarienſis neceſſarius, tanto bibliothecę diuinæ amore flagrauit, ut bonam partẽ uoluminum Origenis ſua manu deſcripſerit. Extinctus idem, martyr apud Cæſaream Palęſtinæ ſub Maximino. Ex Hierony. Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturaq;, ac claris pictoribus ſcripſit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratũ appellauit, id eſt, uariarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit reipub. expilator.

PAMPHYLIA, (παμφυλία) regio in minori Aſia, ab ortu Ciliciã, & partem Cappadociæ, ab occaſu Lyciam habens, a Septentrione Galatiam, à Meridie mare quod ab ea Pamphylium, appellatur. Dicta Pamphilia, ut quidam putãt, ab arborum copia, quaſi tota frondoſa. In ea (ut Pomponius refert) eſt fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedo, apud quem Cimon Athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit.

PAMPILLVM, genus debetis curruus, Lampridius. ſunt it quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, uel ternas, & ſic uectatus eſt.

PAMPINACEVS, a, um, adiectiuum. Colu. libr. 12. cap. 20. Amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram.

PAMPINARIVM, rii, {*Pampino*} (κίναρον) palmes, qui (ut inquit Plinius li. 17. ca. 22.) è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, ſiue congenes uiuentum ramuſculorum. Colum. lib. 3. cap. 205. Vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt, quot uuas ſarmentum habuerit, cum ex uite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod Pampinarium uocant.

PAMPINARIVS, a, um, {*Di pampino*,} (κληματικός) quod eſt pampini. Colum. lib. 4. cap. 24. Ne aut pampinarius palmes intermatus, aut uerrucæ ſimilis furunculus relinquatur.

PAMPINATVS, a, um, {*Ch'aſſomiglia à pampino*} (κληματώδης) quod pampini ſimilitudinem imitatur. Plin. lib. 16. cap. 42. Ramentorum orbes pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad incitatos runcinarum raptus.

PAMPINEVS, a, um, {*Pampineo*} idem quod Pampinarius. Vergil. libro 2. Georg. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Pampineus odor, pro ſapore uini. Propertius lib. 2. Pampineus noſti, quàm ſit amarus odor.

PAMPINO, pen. corre. {*Spampinare*} (ἀπολογέω, οἰναρίζω) pãpinos decerpo. uel (ut ait Varro de Re ruſt. lib. 1. ca. 30.) à ſarmento coles, qui nati ſunt, de his qui plurimum ualent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquo, reliquos decerpo, ne relictis colibus, ſarmentũ nequeat miniſtrare ſuccum. Colum. lib. 3. Quum comprehenderit, identidem pampinent, ne plura ſarmenta, quàm debent exereſcant. Pampinatio, uerbale. Colu. lib. 4. cap. 27. Siquidem nil magis pampinatio, quam putatio uitibus conſulit. Pampinator, oris, Col. li. 4. cap. 27. Idq; faciet uarius de cauſis pampinator induſtrius.

PAMPINOSVS, a, um. {*Ch'abonda di pampini*} (κληματώδης) quod pampinis abundat. Col. lib. 5. cap. 5. Et ſi parum pampinoſa uitis eſt.

PAMPINVS, pen. cor. {*Pampino*} (κλῆμα) dicitur uitis tener, frondoſuſq; coliculus, fructum fouens, & ab æſtius uindicans iniuria. Col. lib. 3. ca. 17. Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut ſextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis longiſſima uel ceſſat, uel perexiguos oſtendit racemos. Verg. 1. Georg. Heu male tunc mites defendit pampinus uuas. Accipitur aliquando Pampinus pro cirris ouorum polypi piſcis. Plin. libro. 9. cap. 51. Polypi pariunt uere oua tortili uibrata pampino. Hinc deducitur uerbum Pampino, & uerbale Pampinatio: de quibus ſuis locis.

PAN, Panos, (πάν) à poetis paſtorum atq; adeo totius naturæ deus eſſe fingitur: unde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem ſignificat, quod totũ uel omne, nomen accepit. quod putabant uno Naturę nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Pana pinxerũt, ut nihil ex toto uniuerſo in eo uideatur prætermiſſum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunę ſimilitudinem: rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet ſtellam, ad ſtellarum imaginem. Pars eius inferior hiſpida eſt, propter arbores, uirgulta feras. Caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuiſſe, & fiſtulam compoſuiſſe ſeptem imparibus calamis ſimul coniunctis, propter harmoniam cœli. Ver. 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit: Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.

PANACES, huius panacis, pen. corre. (πανάκες) & Panax, acis, herba, cuius ſuccus Opopanax uocatur, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. lib. 11. cap. 3. Panax utroque tempore, leui & ſubacta terra, ſatiſſimè diſſeritur. Hinc deducitur Panacea (πανάκεια,) idem ſignificans, Vergil. 12. Aeneid. Ambroſios ſuccos, & odoriferam panaceam. Lucretius (inquit Seruius) Panaceæ nomine ubique ſalem intelligit: unde poſſumus, in hoc loco Vergil. ſalem intelligere. nam omnem pellit dolorem: ſed melius herbam, quia ait Odoriferam.

PANÆTIVS, (παναίτιος) Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ ſectæ Philoſophus, Diogenis familiaris, & Scipionis Africani præceptor, quem Cicero ſe in officiis imitari profitetur. Huius etiam hodie celebratur aurea illa ſententia, Vitam hominũ ex improuiſo aſſidua & prope quotidiana pericula ferre: ad quę cauenda oportet animo ſemper eſſe intẽto, ut ſunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppoſitis, quaſi uallo prẹmuniunt. ita animus ſapiẽtis aduerſus petulantias iniuriarum, ictuſq; fortunæ debet eſſe erectus, arduus, ſeptus, ne qua in re repentina incurſio, imparatis, improtectis nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius ſenior, & ipſe Rhodius, cuius multa eſt mentio apud philoſophos. Vtriuſq; meminit Suidas.

PANÆTOLIVM, (παναιτώλιον) mõs eſt Aetoliæ altiſſimus, ita dictus quaſi totam occupet Aetoliam. Plinius libro. 4. capite. 2. Hinc fit adiectiuum Panætolicus, a, um, ut Panætolicum concilium, apud Liuium lib. 1. Belli Macedonici.

PANAGRON, (πάναγρον) retis genus, quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura, uel præda.

PANARETVS, penul. cor. (πανάρετος) dici poteſt omnium uirtutem continens: πᾶν enim totum ſignificat, ἀρετὴ uirtutem. Martial. Arguto madidus pollice Panaretus.

PANARIVM, rii, {*Doue ſi ripone il pane*,} (ἀρτοθήκη. ἐύλυκος. παράθετος) locus ubi panis ſeruatur, panis repoſitorium. Diminutiuum eſt Panariolum. Suetonius in Caligul. Sparſit & miſſilia uariarũ rerum, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit. Mart. lib. 5 Cum panariolis tribus rediſſi.

PANATHENAICON, (παναθηναϊκόν) genus unguenti, quod (ut Pli. libro. 13. cap. 2. inquit) Athenæ perſeuerãter obtinuere.

PANATHENÆA, (παναθήναια) feſta erant Athenis, à Theſeo inſtituta in honorem Mineruæ, quæ a Latinis Quinquatria appellãtur. Hiſce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: cuius ſpectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ ſeſe manibus complexi, Pyrrhicam in theatro ſaltabant. Erant aut duplicia, Maiora quinto quoque anno, celebrari ſolita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc Panathenaicus, (παναθηναϊκός) liber Iſocratis, De Panathenæis uide Alexan. Neapoli. libro. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 49.

PANCARPIÆ (παγκάρπιαι) coronæ ex uariis & penè omnibus florum generibus factæ. Feſtus.

PANCHAIA, (παγχαία) regio Arabiæ, tota arenoſa, in qua arbores ſponte natæ tus emittunt, Vergilius. 2. Aeneidos, Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.

PANCHÆI, populi, qui (ut Pomponius libro. 3. refert) deſerta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi uocantur, quoniam ſerpentibus ueſcantur.

PANCHRESTOS, uel Panchreſtum, (πάγχρηστος) medicamentum nobile, quod Latine dici poteſt morbis omnibus cõducibile, uel omnibus affectibus utile. Plinius libro. 23. capite. 7. Fit ex pomo panchreſtos ſtomaticæ, eadem Arteriace appellata. Cicero. 6. Verrina: Aduentu L. Metelli Prætoris, cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo panchreſto medicamento amicos redemiſſe, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per iocum medicamentum panchreſtum appellat, quod ad uarios uſus ſit utilis, ipſi præſertim Verri, qui ſpem omnem ſalutis in pecunia habebat repoſitam: nullumq; tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non poſſet.

PANCHROS, (πάγχρους) gemma quæ conſtat ex omnibus coloribus. Plin. lib. 37. cap. 10.

PANCRATIASTES, (παγκρατιαστής) certator, & uictor Pancratii. Gel. lib. 3. ca. 15. Diagoras filios tres habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem. Vide Pancratium.

PANCRATIVM, tii, (παγκράτιον) certamen gymnicum fuit teſte Hermolao in librum. 34. Plinii cap. 8. quod Latinæ dicimus Quinquertium, quoniã ex quinque certandi generibus conſtabat, curſu, ſcilicet, diſco, ſaltu, lucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, teſte Feſto, alio nomine dicitur Pentathlum eadem ratione a qua Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam citato diſtinguit Pentathlos à Pancratiaſtis, & hos rurſus ab iis quos Periodo uictores uocãt ut Pancratiaſten eſſe, plus ſit, quàm Pentathlum eſſe, & rurſus Periodo uictorem plus, quàm Pancratiaſten. Vult enim Pentathlum eſſe, qui quinque hiſce certandi generibus congreditur, hoc eſt, qui & lucta, & ſaltu, & curſu, & diſco & pugilatu certat, etiam ſi in omnibus hiſce, aut quibuſdã ſuccumbat. Pancratiaſtẽ autem dici putat, qui quinque hiſce certandi generibus congreſſus, omnibus uicit. Periodo autẽ uictor, is dicitur, teſte Feſto, qui quatuor illa ſacra Gręciæ certamina, Iſthmia ſcilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hiſce uicit. Pancratium itaque & Pancratiaſtes, ſecundum hanc Hermolai opinionem, dicuntur ἀπὸ τοῦ πάντων κρατεῖν, hoc eſt, a uincendo, omnia: ut Pancratium ſit certamen illud, quo quis quinque iam dictis certandi generibus cõgreſſus, oĩbus uincit: Pancratiaſtes uero, qui ex quinq; hiſce certãdi generibus euaſit uictor. Budæus uero in prioribus Pande. Annotationibus, uidetur Pancratii & Pancratiaſtę uocabula deriuare, ἀπὸ τῶν πάντων κρατεῖν, hoc eſt, ab omnibus uiribus, quas in hoc certaminis genere effundebãt. Putatq; Pancratiũ fuiſſe certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq; neruorum contentione tranſigebatur. Nam & calcibus, & cubitis, non modo pugnis, Pancratiaſtæ utebantur. Quintil. lib. 2. Inſtit. Orato. Sicut ille exercendi corpora peritus non, ſi docẽdum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire, uel calce tantum, aut nexus modo certos aliquos docebit. ſed omnia quæ ſunt eius certaminis. Plinius libro. 35. cap. 11. Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ pancratio citra pulueris tactum (quod uocat ἀκονιτί) uicit. Hinc deducitur aduerbium Pancratice, hoc eſt, robuſte: unde Pancratice ualere, eſt robuſtum eſſe, & firma corporis ualetudine, ut ſolent ii, qui Pancratio exercẽtur. Plau. in Bacch. Ben'ne uſque ualuit? C. pancratice, atque athletice.

PANCRATIVS, (παγκρατιαστής) apud Senecam libro. 5. de Benefic. legitur pro pancratiaſte. Lacedæmonii (inquit) uetant ſuos pancratios ceſtu decertare.

PANCRATICE aduerbium. Vide Pancratium.

PANDANA porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur: ita dicta à uerbo Pando, quod ſemper pateret ad res, quæ in urbem ferebantur. Eadem dicebatur Libera, à libertate. Auctores Pompeius Feſtus, & Var. li. 4. de Ling. Lat.

PANDARIA, (πανδαρία) inſula eſt exigua in ſinu Caietano, diſtans à continente ducentis quinquaginta ſtadiis. Strab. lib. 5.

PANDATARIA, (πανδαταρία) inſula in Puteolano ſinu, teſte Plinio libro. 3. capite. 6.

PANDECTÆ, arum, (πανδέκται) uolumina ſunt, inquit Budæus, nihil non continentia, & ex quibus poſſis, quod uelis, uelut è Cornucopiæ depromere. Vnde pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur: à πᾶν omne, & δέχομαι, capio. Gellius lib. 12. Tullius Tiro, Ciceronis libertus libros de uariis ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit, quos Græco uocabulo Pandectas, id eſt, promiſcua, & multifaria continentes, libros inſcripſit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.

PANDICULARIS dies, qui & Communicarius, (πάνδειος) dicebatur, in quo communiter omnibus diis ſacrificabatur. Feſtus.

PANDICULATIO, onis, (ἀνατιναγμός) oſcitatio, uel potius corporis inter oſcitandum extenſio. Auctor Feſtus.

PANDICULOR, aris, {Diſtirarſi} (ἀνατείνομαι) extendor, ut faciunt qui è ſomno expergefacti ſunt, oſcitantes. Pandiculantur, inquit Feſtus, qui toto corpore oſcitantes extenduntur, eo quòd pandi ſiant. Plau. in Menæ. Ego me mihi mulcam inſanire, ut illos à me abſterream, ut pandiculans oſcitator.

PANDION, (πανδίων) proprium nomen Erichthei Athenarum regis filii, qui patri ſucceſsit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem profligauerat, uxorem dedit. Reliqua uide in dictione Progne. Hinc Pandionia, (πανδιωνία) hoc eſt, Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. Lucanus de Pallade: Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces.

PANDO, is, paſſum, {Aprire, manifeſtare} (πετάννυμι, ἀναπετάννυμι, ἁπλόω,) ſignificat patefacio, aperio. Verg. 2. Aeneid. Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica caſtra Deſertosque uidere locos, littusque relictum. Plautus Bacchid. Pandite, atque aperite properè ianuam hanc. Vergil. 4. Georg. Et alas Pandere ad æſtiuum Solem. Idem. 3. Aeneid. Anchiſen facio certum, remque ordine pando. Pandens, participium. Vergil. 6. Aene. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit obiectam. Paſſus, a, um, aliud particip. apertus, extenſus. Vnde mulier Capillo paſſo dicitur, quaſi porrecto & ſparſo. Et paſsis manibus, et Velis paſsis, id eſt, diductis, atque diſtentis. Verùm de dictione Paſſus, uide plura ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Expãdo, (ἐκπετάννυμι) extendo: à quo Expaſſum, extentum. Cæcil. apud Gel. lib. 15. cap. 15. Flammeum expaſſum domi. Diſpando, in diuerſas partes extendo: unde Diſpeſſus, idem quod diſtentus. Plautus tamen in Milite glorioſo, ut in capite iam citato annotauit Gellius, Diſpeſsis manibus dixit, pro, Diſpaſsis, a, in, e, commutato. Credo ego (inquit) iſtoc exemplo, tibi eſſe eũdem extra Portam diſpeſsis manibus, patibulum quum habebis. Oppando, (ἀμφιπετάννυμι) circum extendo. Propando, latè extendo ultra pando. Repando, à quo Repandum dicitur, quod retrorſum patet, Vide ſuo loco.

PANDO, as, {Intorzere, incuruare} (κυρτόω) incuruo: unde pandari trabs dicitur, quaſi incuruari, cedereque ponderi, cuius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, ſed in diuerſum renitendo fornicantur. Pli. lib. 16. cap. 42. At populos contra omnia ſuperiora pandatur. Et paulò pòſt: Facile pandatur iuglans. Hinc à Vitruuio Arbores pandatæ dictæ ſunt, quæ in ædificiis curuantur. Nonnunquam etiam legitur Pando abſolutè pro incuruari, uel curuum fieri. Quintil. lib. 11. cap. ult. Pectus ac uenter ne proiiciantur obſeruandum, pandant enim poſteriora: & eſt odioſa omnis ſupinitas. Pandatio, onis. Vitruui. lib. 7. cap. 1. Contignationes pandationibus ſidentes mouendo ſe faciunt uitia pauimentis.

PANDOCHIVM, ii, pen. prod. {Hoſpitio, alloggiamento.} (πανδοχεῖον,) hoſpitium, diuerſorium, ſtabulum, caupona, unde caupo ipſe Pandocheus (πανδοχεύς) appellatur, per tres ſyllabas.

PANDORA, æ, (πανδώρα) ab Heſiodo fingitur fuiſſe prima mulier à Vulcano Iouis iuſſu fabricata, quam ſinguli dii donis ſuis ornauerunt. Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit, Venus formę, Apollo muſices, Mercurius eloquẽtiæ. Inde dicta fuit Pãdora, quaſi omnium donum, uel quaſi ab omnibus donata, uel omnium rerum genere donata. Auctor Heſiod. in Theogon.

PANDORÆ, (πανδῶραι) populi ſunt in conuallibus Indiæ, (ſicut lib. 7. capi. 2. ſcribit Plinius) qui ducentis annis uiuunt. In iuuentute capillos cãdidos habent, in ſenectute nigros.

PANDOSIA, æ, (πανδοσία) ciuitas in Epiro, ſiue Theſprotia non procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania Italiæ regione, quæ & ipſa Acheronte quodam fluuio irrigabatur: circa quam Alexander Epirota trucidatus eſt: Nam cùm Dodonæo oraculo monitus eſſet, ut Pandoſiam urbem, & Acheruſiam aquam caueret, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiam ſibi ſuſcipiendam ratus, in Italiam traiecit, ignarus & ibi Pandoſiam urbem eſſe, et Acherontem fluuium: ubi ex naue egreſſus, ueruto à milite eſt transfixus.

PANDROSOS, penul. cor. (πάνδροσος) filia fuit Cecropis Athenienſium regis, ſoror Aglauri: & Herſes: de quibus Ouid. lib. 2. Metamor. Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tu Pandroſe dextrum, Aglauros læuum, medium poſſederat Herſe.

PANDVS, a, um, {Aperto, largo, incorto} (περικυρτός) idem quod apertus, latus, uel incuruus. Verg. lib. 2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Martial. lib. 14. Hic tibi donatur panda rubens urceus anſa. Pandus aſellus, Ouidius. 1. Faſto. Carinæ pandæ, Verg. 2. Georg. Delphines pandi, Ouid. 3. Triſt.

PANEGYRIS, (πανήγυρις) nundinæ uel cõuentus publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari ſolitas ſcribit Herod. lib. 6. Componitur ex Græca dictione πᾶν ἄγυρις, quod ſignificat conuentio, quaſi dicas Vniuerſalẽ conuentum. Vnde Panegyrici ſunt ſermones laudatiui, qui in conuentu populi, & ſacris celebritatibus habentur: quales ſunt, quibus Diui Imperatores laudãtur. Et Panegyricon tertiũ dicẽdi genus, quod Latini Demonſtratiuũ genus dicũt.

PANEROS, (πανέρως) gemma eſt, alio nomine Panſebaſtos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Auctor Pli. li. 37. ca. 10.

PANEVS, (πανεύς) per ſimplex n. fons eſt ſub Libano monte, in quem ſi quæ natatilia proiiciantur, in lacu, cui Phiala nomen eſt, cuncta reperiuntur. Eſt etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

PANGÆVS, (πάγγαιος) promontorium eſt Thraciæ, Beſsis conterminum, & Macedoniæ coniunctũ, ad cuius radices Neſſus amnis defluit. Et in ſingulari eſt generis maſcu. in plurali generis neutri. Stat. Illi Pangæa reſultant, Iſmaraque. Hinc Pangæus, a, um, ut Arua Pangæa.

PANGO, is, pepigi, panxique, pactum, {Ficcare, congiugnere} (πήγνυμι) ſignificat figo, Planto, ſiue iungo. unde Pactilis, (πηκτός) hoc eſt, compactus, & ex pluribus partibus coniunctus. Plinius lib. 21. capite. 3. Summaque auctoritas & pactilis coronæ. Liuius pro figo poſuit libro. 7. Lex uetuſta eſt, priſcis literis, uerbisque ſcripta, ut qui Prætor maximus ſit, Idibus Septembris clauum pãgat: Fixus fuit lateris ædis Iouis optimi Maximi. Pro Planto, φυτεύω. Colu. libro. 3. At quæ uetere ſarmento panguntur, tardius conualeſcunt, ſed tardius deficiunt. Idem libro. 11. capite. 2. Malleolique recentisſimis curioſisſime pangenda. Cicero Tironi lib. ult. Epiſto. poſuit pro ſcribo, uel compono. An (inquit) pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Pangere oſculum, eſt oſculari. Plautus in Curcul. Qui uult cubare, pangit ſaltem ſauium. Pangere inducias, eſt facere inducias. Liuius. 7. Bel. Pun. Ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſſe dixit. Compoſita eius quædam ſeruantur, ut Circumpango, (περιπήγνυμι) unde Circumpactus pro circumiunctus. Plinius libro. 17. Ramus terra circumpactus. Depango, (καταπήγνυμι) pro defigo. Idem libro. 24. Quercus & olea tam pertinaci odio diſsident, ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. Oppango uide ſuo loco, Repãgo, à quo Repages, & Repagula: de quibus ſuis locis. Quædam mutant a, in i, ut Appingo Compingo, (συμπήγνυμι) quod eſt coniungo. Impingo unde Impages. Inter ipſa tamen tam in præterito, quàm in ſupino conueniunt.

PANHORMVS, Vide Panormus.

PANICA, (πανικά, τά) uocantur repentini quidam terrores, & conſternationes, quales ſunt lymphatici metus, uſqueadeo irreuocabiles, ut iis correpti ad rationem modo, ſed mente etiam careant. Quicquid cum ſtupore contingit, qualis eſt pauor ſine cauſa obortus, terriculamentumque inane, dicitur Panicum. Ci. libro. 5. ad Atticum: Scis enim quædam πανικά dici. Pro eodem Panicus terror dicitur, uel ſubſtantiue Panicos. Higinus de Pane deo loquens in Capricorni ſignum trãſlato: Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecriſſe hoſtibus terrorem, qui panicos dicitur. Fuit autem à Pane deo, quoniam repentinorũ terrorum, & conſternationum cauſam deo Pani tribuẽt.

De panico terrore uide Politia. in Miſcella. & Eras. in Chil.

PANICVLA, (φόβη) diminutiuum à Panus, ſignificat comam illam in milio panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua ſemen dependet, quam Plinius libro. 16. capit. 10. uocat Panos & Paniculus, & aliquando Nucamenta callo ſquammatim compactilis, quæ κυτταρίου Græci appellant. Quicquid igitur ſublonga, uel ſubrotunda forma tumet, Panicula ferè dici poteſt. Plinius libro. 21. capite. 4. Græcula roſa conuolutas habet foliorum paniculas.

PANICVM, ci, {Panico} (ἔλυμος) genus frugis, à paniculis ſuis dictum. Plinius libro. 18. capite. 7. Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, & cæte. Cæſar. 2. Belli Ciuilis. Panico uetere, atque hordeo corrupto, omnes alebantur.

PANIFEX, cis, {Piſtore, fornaio} (σιτοποιός, ἀρτοποιός) qui panem facit, qui & Paniſicus dicitur. Vnde mulieres quæ panem faciunt, Paniſicæ uocantur.

PANIFICIVM, cii, (σιτοποιΐα) ipſa panis confectio, & actus faciendi panem. Celſus libro. 2. capite. 8. Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panificia ſunt generis ualentisſimi eſſe. Valentisſimum uoco, in quo plurimum alimenti eſt.

PANIONIVM, (πανιώνιον) ut ſcribit Herod. libr. 2. locus eſt ſacer in Mycale promontorio, ad Septentrionem uergens, communiter ab uniuerſis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conueniebant Iones, ad peragenda ſacrificia, quæ & ipſa Panionia, (πανιώνια) dicebantur.

PANIS, huius Panis, {Pane} (ἄρτος) à paſcendo, inquit Nonius, proprietatem habet: ſiue ab eo quod πᾶν Græci omne dicunt, propterea quod omnibus pulmentis adhiberi poſsit, & ferè adhibeatur, quum nullum obſonium faciat inſipidius. Cicero pro Cluen. Oppianicum ueneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane. Panis uaria ſunt genera: nam alii ſunt ab obſoniis appellati: ut Oſtrearii panes: alii à deliciis, ut Artologani, alii à feſtinatione, ut Speuſtici: alii à coquendi ratione, ut Furnacei, uel Artopticii, qui in clibanis ſunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ uide apud Plinium libro. 18. capite. 11. Cibarius panis quis dicatur, explicuimus ſupra ſuo loco: de Secundario pane ſuo quoque loco dictum.

PANNICVLVS, li, (ῥάκιον) diminutiuum à panno. Iuuenal. Sat. 6. Quarum Delicias & panniculus bombycinus urit. Panniculos item aliquando uocamus uiliores pannos, hoc eſt, attritos & laceros. Celſus libro. 7. Faſcia eius rei cauſa fit, cui uno loco pila aſſuta eſt ex panniculis facta, quæ ad repellendum inteſtinum ibi ſubiicitur.

PANISCI, (πανίσκοι) dii ſylueſtres, per diminutionem dicti, quaſi minutuli Panes, ſicut à Satyro Satyriſcus nuncupatur. Scribit Plinius libro. 35. Paniſcũ fuiſſe pictum à Taurisco pictore.

PANNEVS, a, um, {Di panno} (ῥάκινος) quod ex panno eſt: ut, Veſtis pãnea, quæ ex lana eſt.

PANNICVLARIA, Vlpiano teſte, dicuntur ea quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit, ut ueſtem qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut nummos, quos uictus ſui cauſa habuerit in prõptu, aut leues anulos, hoc eſt, qui rem non excedunt aureorum quinque, Vide Vlpian. in l. Diuus. de Bon. dam.

PANNONII, (παννόνιοι,) appellantur à Romanis, quos Græci Pæonas, (παίονας.) uulgus Hungaros uocitat, quorum fama olim formidine totam concuſsit Italiam, tanquam eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuiis, Drauo, Sauo, & Iſtro uallantur. Hinc Pannonicus, a, um, παιονικός. Suetonius in August. Reliqua per legatos adminiſtrauit, ut tamen quibuſdam Pannonicis, atque

Germanicis

Germanicis, aut interueniret, aut non longè abeſſet. Horum regio Pannonia, (παννονία) dicta eſt, quæ ab Oriente habet Mœſiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur, ab Occidēte Noricum, à Septentrione Germaniam & Danubium. Diuiditur autem Pannonia in ſuperiorem, & inferiorem. Pannonia ſuperior ab Occaſu Norico, à Septentrione Germania & Iſtro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, à meridie Illyrim. Hodie hæc Pannoniæ pars Styria & Auſtria appellatur, in qua Vienna urbs celeberrima, firmiſſimumq; orbis Chriſtiani propugnaculum. Inferior uerò Pannonia à Septētrione Germaniam, Danubiumq;, ab Occaſu Pannoniam ſuperiorem, à Meridie Liburniā, quā Sclauoniam appellant, proſpicit: ab Ortu uerò Iazyges Metanaſtas: quē tractum hodie Septem caſtra uocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè uno nomine Hungaria dicitur.

P A N N O S V S, (Veſtito di panni rozzi) (ῥακώδης) qui ſordida ueſte, & craſſo panno, uiliq; opertus eſt, Iuſti. lib. 2. Permutato regis habitu, pannoſus, ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur. Cic. ad Att. lib. 2. Clodij ueſtibulum uacuum ſanè mihi nuntiabatur, pauci pannoſi ſine lucerna.

P A N N V L E I V M, (ῥάκιον, καὶ ἱλιδιάριον) à panno & uoluendo filo, ſudariolum ſignificat, ut eſt apud Varro. lib. 4. de Lingua Latina: Hoc etiā Panniculum dicere poſſumus.

P A N N V S, ni, (Panno) (ῥάκος) per duplex n, quo ueſtimus. Ouidius in Ibin. Tincti ferugine panni. Pannum, neutri generis protulit Næuius in Tabellaria: Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt. Ponitur aliquando pro linamento, quod uulneri imponitur. Col. lib. 6. cap. 12. Pannis aceto, & ſale, oleo madentibus inculcatis.

P A N N V C E V S, a, um, (ῥακώδης) idem quod, Pannoſus. Perſ. Saty. 4. Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis. Mart. lib. 11. Truditur & digitis pannucea mentula laſſis. Vbi pannuceam mentulam uocat languidam, & mollitie pannum referentem.

P A N O M P H E V S, (πανομφαῖος) Iouis epitheton, à πᾶν & ὀμφὴ uox, ſiue quod ab omni lingua colatur, ſiue q; omnium uoces audiat. Ouid. lib. 7. Meta. Ara panomphæo uetus eſt ſacrata tonanti.

P A N O P E, (πανόπη) ſiue Panopea, (πανόπεια) nympha marina, Nerei, et Doridis filia, ita dicta à perſpicuitate uiſus. Verg. 5. Aen. Phorciq; chorus, Panopeaq; uirgo. Idem. 1. Geor. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Heſiodus in Theogonia: Θοή τε, καὶ πανόπεια, καὶ εὐειδὴς γαλάτεια.

P A N O P L I A, æ, (πανοπλία) perfecta armatura, hoc eſt, quicquid ad armandum militem eſt neceſſarium.

P A N O P O L I S, (πανόπολις) oppidum eſt Aegypti, Panos cultui præcipuè deditum: cuius ſimulacrum ingens apud illos erat pudendo ſupra modum erecto, dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites.

Mons quoque uicinus, ab oppidi huius nomine Panopolites dictus eſt, de quo Pli. lib. 5. cap. 9.

P A N O R M V S, (πάνορμος) Latinè ſtatio dicitur: quo nomine dicta eſt Siciliæ inſignis ciuitas, propter multitudinem nauium, quę undiq; illuc conueniūt.

Hæc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur ἀπὸ τοῦ παντὸς, καὶ ὅρμος. Eſt autem ὅρμος portus pars, ſiue ſtatio: unde nautæ Hormizare dicuntur, quando nauem ancoris & retinaculis inſtruunt, quò ſecura ſit à repentinis procellis. Hinc fiunt Panormita, (πανορμίτης) & Panormitanus, qui ex Panormo eſt.

P A N S A E, (πλατύποδες) dicti ſunt, quibus latiuſc pāſſi ſunt pedes: ſicut Plāci, quibus plani ſunt. Pli. lib. 11. cap. 45.

P A N S E B A S T O S, (πανσέβαστος) gemma quæ afferre fœcunditatem exiſtimatur: ita dicta quaſi prorſus anguſta & ueneranda. Alias Paneros dicitur. Pli. lib. 37. cap. 10.

P A N S E L E N V S, pen. produ. (πανσέληνος) plenilunium, cum ſcilicet Luna pleno orbe fulgens, totā lucet noctem nam σελήνη Luna dicitur unde & Proſelenus, (προσέληνος) ante Lunam natus: quo cognomine dicti ſunt Arcades qui ſe ante Lunam natos fuiſſe gloriabantur.

P A N T A C E S, (παντάκης) fluuius eſt in finibus Italiæ, non procul à Gargano monte, iuxta Chalcantis, & Podalirij ſacella. cuius aquę ad pecorum morbos præſens habent remedium, Dictus Pantaces, ἀπὸ τοῦ πάσας τὰς νόσους ἀκεῖν, hoc eſt, à morbis omnibus curandis.

P A N T A G I A, (παντάγιας) fluuius, qui quum plenus incederet, totam Siciliam ſonitu implebat: poſt raptum autem Proſerpinæ, cūm Cereri filiam quærenti obſtreperet, tacere iuſſus, paruit numinis uoluntati. Hęc Seruius in illud Verg. 3. Aene. Viuo præteruehor oſtia ſaxo Pantagiæ. Nomen autem uidetur accepiſſe hic fluuius à nimia rapiditate, ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, q; obuia, q̄q; proſternat atque ſecum rapiat.

P A N T H E A, (πάνθεια) uxor fuit Abradatæ regis Suzorum, ut forma ita & caſtitate inſignis, quæ cūm à Cyro maiore capugnatis Aſſyriorū caſtris capta eſſet, liberaliterq; ab eo habita, Abradatam uirum ad ſe acceſſiuit, eum per communis lecti fœdera obteſtans, ut pro tanta regia in ſe beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret. Qua uxoris oratione inflammatus Abbradatas cū uniuerſis copijs in Cyri caſtra uenit: ubi cūm fortiter dimicans mortem oppetijſſet Panthea, cadauer illius inter tot millia cæſorum agnitum, lectica ſua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutisq; eius uulneribus, cum nutrici quod poſt mortem fieri uellet, in mandatis dediſſet, capite in mariti pectus inclinato, necē ſibi conſciuit. Vide hiſtoriam hanc latius apud Hero. li. 7. Pediæ Cyri.

P A N T H E O N, (πάνθειον, πάνθεον) templum Romæ, quod (ut Diō hiſtoricus refert) ſic dictum fuit, quod in Martis Venerisq; imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quod templū ipſum rotundum ſit, cœloq; perſimile, & ſic quoque omnium deorum habitatio cenſeatur. Poteſt etiam dici Pantheon, ſummum deorum. Nam πᾶν ſignificat omne (quod ſanè in ſimilibus ſæpe ad ſummum ſpectare ſolet) & θεῶν deorū. Vide Pli. lib. 36. cap. 15. Pantheon Ioui ultori ab Agrippa factum. Hodie appellatur templum D. Mariæ rotundum.

P A N T H E R, eris, (πανθήρ) animal eſt ferum, cuius mas dicitur Pardus. Latini, formato fœminino ab accuſatiuo ſingulari, uocāt Pantheram: ſicut ab accuſatiuo nominis Crater, facimus nomen primæ declinationis Cratera, æ, Vide dictionem ſubſequentem.

P A N T H E R A, æ, pe. prod. (Pantera) (πάρδαλις, πανθήρ) animal prorſus, ferum et maculoſum, quod et Pardalis dicitur: mas eius appellatur Pardus. Dictio eſt compoſita à πᾶν, quod ſignificat totum, & θὴρ fera. Abundat in Hucania & Media. Horat. in Epiſtol. Diuerſum confuſa genus panthera camelo.

Hinc Pantherinus, adiectiuum, quod ad pantheram pertinet. ut, Pantherina pellis, apud Plinium libro 15. cap. 11. Pantherinæ menſæ, quæ intorto diſcurſu maculatæ ſunt. Plinius lib. 13. cap. 15. Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice uarijs: illud oblongo euenit diſcurſu, ideo Tigrinæ appellantur: hoc, intorto, & ideo tales Pantherinæ.

P A N T H E R O N, pe. prod. (πανθήρον) ſiue Pantherum, ri, retis genus eſt, ex eo nomen habens, quòd aues omnes includat, eadē ferè ratione, qua Panagrō, quod rete piſcatorium eſt. θήρα uenatum ſignificat, & aucupium. unde Pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας auceps. Eſt autem huiuſmodi rete, quod noſtri Saltabundum appellant, quòd cūm humi caporrectum eſt, & in oblongam tenuitatem contractū, tegitur quiſquilijs, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde cūm opus eſt, adducto magna ui fune, repentè expanduntur, inteſcataſq; aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas contegit. Hoc reti Galli ad paſſeres, & ſturnos utuntur, & ad grues, & otidas, quas tardas uocant, quaſi tardos anſeres. Vlpia. de Act. emp. & uend. l. Emptorem: Veluti cum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à uenatore, uel panthera ab aucupe. Nam etiamſi nihil capit, nihilo minus emptor pretium præſtare habebit.

Quo in loco, teſte Budæo, Panthera accuſatiuus eſt pluralis, à nominatiuo Pantheron: accipiturq; per metonymiam pro captura ipſa, ſeu præda, quam auceps panthero ceperit.

P A N T H O V S, & per contractionem Panthus, (πάνθοος, ους) nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ. Vocatiuum facit Panthu, abiecto s finali more Græcorum. Vergilius 2. Aenei. Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit patronymicum Panthoides, pen. corr. quo uſus eſt Ouidius libro 15. pro Pythagora, qui tempore belli Troiani ſe Euphorbium Panthoi filium fuiſſe gloriabatur.

P A N T I C A P E S, (παντικάπης) fluuius eſt Scythiæ quintus ab Iſtro (ut ſcribit Herod. lib. 4.) Nomadas à Georgis diſterminans.

P A N T I C A P Æ V M, (παντικάπαιον) urbs maxima ad Boſphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Aeetæ filio, cui Agaetus Scytharum rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape uicino amne. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.

P A N T I C E S, ſinuaua uentris, inquit Feſtus, à pandendo, quod uentrem pandant. Sunt qui Pantices interpretētur, nimiam uentris pinguedinem, quā Galli appellant La pance. Plaut. in Pſeud. Eo uos ueſtros pantices adeò madefacitis, quum ego ſiem hic ſiccus.

P A N T O L A B V S, (παντολάβος) notiſſimi ſcurræ nomen apud Horatium in Satyris.

P A N T O M A T R I V M, (παντομάτριον Steph.) oppidum eſt Cretæ inſulæ maritimum, auctore Plin. lib. 4. cap. 12.

P A N T O M I M V S, pen. pro. (παντόμιμος) perſonarum omnium imitator, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebat, ἀπὸ τοῦ πάντα μιμεῖσθαι Plinius libro 7. cap. 53. Mythicum pantomimum, hoc eſt, fabularem quendam uocauit. Pantomimorum duo ſunt genera, Scenici, & Mythici. Ponitur quandoque pro ipſo poemate. Plinius in Pane. Idem ergo populus ille, ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimus quoque aduerſatur, & damnat effœminatas artes.

P A N V R G I A, (Aſtutia) (πανουργία) aſtutia, fraus. Plautus. Iſtæc panurgia tete in priſtinum dabit.

P A N V R G V S, (πανοῦργος) omnium rerum experientiam habens, ἀπὸ τοῦ πάντων ἔργων. Ponitur Atticis ſcriptoribus pro callido, aſtuto, uafro, uerſipelli, uerſato, ueteratore.

P A N V S, pani, & aliquādo apud Celſum Panis, is, tramæ inuolucrū, teſte Nonio, quo panni texuntur: à quo Panula, & Panicula, ait Feſtus, per diminutionem. Lucil. lib. 9. Foris ſubtegmine panus. Ab huius ſimilitudine etiam mutatus tumor ſub faucibus, auribus'ue, & inguinibus, Panus, (φῦμα) appellatur. Plinius lib. 20. cap. 1. Et laterum parotidas & panos ſanat. Panos Galenus in plures ſpecies diuiſit. Panus, inquit Hermolaus, ſiue ut quandoq; ſcriptum eſt in Celſo, Panis, à figuræ ſimilitudine dictus eſt, tumore nō alto, ſed lato, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt, ſitq; in uertice, alis, inguine, cum dolore ac diſtentione uehementi. Huius diminutiuum eſt Panellus. φυμάτιον.

P A P Æ, (βαβαὶ, παπαὶ) admirantis interiectio, Donatus: Papæ interiectio eſt mira ſubitò accipiētis: habet enim in ſe affectum uerbi miror: ut, Papę, quid uideo. Teren. in Eunuc. Papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem.

P A P Æ V S, nomen, Herod. teſte lib. 4. quo apud Scythas Iupiter uocatur.

P A P A V E R, eris, (Papauero) (μήκων) genus herbæ ſomniferæ: unde à Vergi. 4. Aeneid. Soporiferum papauer, appellatur. Diuerſæ papaueris ſunt ſpecies: pręcipuum tamen eſt album ſatiuum, quod ſemen habet, quod toſtum, in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Hæc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. Plin. lib. 18. cap. 25. 19. Dioſco. lib. 4. cap. 67.

P A P A V E R A T A toga, (μηκωνοειδὴς χιτών) à colore candido dicta eſt. Eadem ſpiſſa toga dicebatur. Plinius libr. 8. cap. 48. Crebræ papaueratæ antiquorem habent originem.

P A P H L A G O N I A, (παφλαγονία) regio minoris Aſiæ, ad Septentrionale litus uerſa, ſupra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, teſte Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Eius incolæ dicti ſunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per ſeditionem patria pulſi, & rege Pylemene ad Troiam amiſſo, Antenorem in Italiam ſequuti ſunt, & pro Henetis literæ unius immutatione Veneti ſunt appellati, teſte Liui. lib. 1. ab urbe cond. Paphlagonia (ut Solinus ſcribit) à Cyloro monte conſurgit, porrecta in ſpatium trium et ſexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ ſubacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

P A P H L A G E S, rex Ambraciæ. Is cūm obuiā factus eſſet leænæ, catulis ſuis ſtipatæ, ab eadem occiſus eſt.

P A P H V S, (πάφος) filius Pygmalionis filij Cilicis, ex Eburnea matre. Cūm enim olim Pygmalion in Cyprum inſulam perueniſſet, comperiſſetq; mulieres

omnino libidini obſequentes,cœlibẽ uitam ducere ſtatuit. Porrò cùm ingenio ualeret,eſſetq́; ſculptor inſignis dicitur ſibi ex cãdidiſſimo ebore muliebre ſculpſiſſe ſimulacrum,omnis uenuſtatis,formæq́; numeris quoad fieri potuit, abſolutum. In quo cùm homo ingenioſus artem ſuam miraretur , in cuius amorem incidit,orauitq́; Venerem,quæ ſumma cum ueneratione id temporis in Cypro celebrabatur,ut uxorem ſibi concederet ſtatuæ eburneæ ſimillimam. Quibus precibus à Venere exauditis , Pygmalion domum rediens ſtatuam ſuam animatam inuenit,ſeruatisq́; iiſdem lineamentis,codemq́; candore , in formoſiſſimam uirginem transformatam. Cuius poſtea concubitu uſus,ex ea Paphum filium ſuſcepit,qui & patri in regno ſucceſſit,condiditq́; urbẽ in Cypro, quam de ſuo nomine Paphum appellauit,conſtructo etiam in eo templo & ara in honorem Veneris,cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt. Verg li. 10. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos,atque Cythera etcæ. Inde Paphius,a,um,unde & Paphia Venus dicta eſt, quòd apud Paphum coleretur.

PAPIA,ciuitas Inſubrium. Ticinum,(τίκινον Ptolemæo)appellata,olim Oſtrogotorum & Longobardorum regum ſedes.

PAPILIO,onis,{Farfalla}(ψυχὴ)inter uermiculos alatos numeratur , quo nullum animal imbecillius eſt . Colum.lib.9.ca.14.de apibus: Vermiculi quoque,qui tineæ uocantur,item papiliones enecandi ſunt.Nam(ut idem teſtatur) ex papilionum ſtercore naſcuntur tineæ. Item Papilio , (παπιλιών) dicitur tentorium,σκηνή.Plinius libro.5.cap.3.Numidæ uero Nomades a permutandis papilionibus,mapalia ſua,hoc eſt,domus,plauſtris circumferentes. Caſtigatiora exemplaria habent, A' permutandis pabulis.

PAPILLA,æ,{Mamella}(θυλὴ. μαζός)parua papula,id eſt,tuberculum. Seren.Excruciant turpes anum ſi fortè papillæ.Sed hoc rarius.ſæpius enim ſignificat mammæ capitulum,unde lac ſugitur,quamuis etiam pro ipſa mamma ponatur. Vergilius lib.11.Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hęſit.Dicitur tam de uiris, quam de mulieribus , & aliis animalibus. Dictæ Papillæ, quaſi paruæ papulæ,quòd papularum ſint ſimiles. Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur,quæ aquas fundunt:quibus exertis aqua effluit,fiſtulis uero immiſſis, aquæ curſus prohibetur. Varro libro.3. de Re ruſti. cap. 14. Qui fit,ſi adduxeris fiſtulam,& in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam.

PAPILLATVS,(θυλωτὸς)papilla ornatus,ſeu in papillæ ſpeciem factus. Exapapillatus,(ὑπομασχαλίσας)adusque papillam nudatus. Plau.Idem connexum in humero læuo exapapillato brachio Vide ſuo loco.

PAPINIANVS,(παπινιανὸς)Iuriſcon.Seuero principi gratiſſimus, Scæuolæ diſcipulus,cui in aduocatione fiſci ſucceſſit. Is eſt cui filios ſuos Seuerus moriens commendauit:deinde ab Antonio Caracalla ſecuri percuſſus. Cauſa necis traditur,quòd Caracalla,interfecto fratre Geta,ei mandauerit,ut et in Senatu,& apud populum facinus dilueret.illum autem reſpondiſſe , non tam facilè parricidium excuſari poſſe,quàm fieri. Spartianus.

PAPINIVS STATIVS, Neapolitanus inter Heroicos poetas relatus, haud ignobili genere ortus eſt.Quidã ſcribunt maiores eius oriundos eſſe Epiro,diuq́; uerſatos Sellis non ſine admiratione ingenii & probitatis. Patrẽ Papinium habuit:qui ob inſignem eruditionem,egregiasq́; uirtutes Neapoli ciuitate donatus eſt,in qua Statius Papinius Poeta natalem ſuũ habuit. Cõpoſuit multa & uaria poemata. Thebaidem libris duodecim,quos conſecrauit Cæſari Domitiano. Præterea opus Syluarum. Poſtremo Achilleida aggreſſus, morte præuentus,tantum reliquit inchoatam. Ex Crinito.

PAPITIVM,(παπίτιον)urbs eſt Paphlagoniæ:à qua fit gentile Papitius, παπιτιος. Autor Stephanus.

PAPPA,(πάππα) per duplex p, prima infantulorum uox, qua patrem compellant.

PAPPARE,(παππάζειν)eſt minutis & blandiuſculis uerbis patrem appellare. Iuuenal. Saty.3. Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis,& iratus mammę,lallare recuſas. Aliquando eſt cibum ſumere. Plau.in Epid. Nouo liberto opus eſt quod pappet. P. Dabitur,præbebo cibum.

PAPPAS,(πάππας)accipitur pro patre,ſiue pro eo qui puerum alit. Iuuenal. Saty.6. Timidus prægustet pocula pappas. Eſt autem nomẽ uenerationis à Syracuſiis tractum:qui etiam nomine Scytarum nonnulli Iouem appellant, teſte Herodoto.

PAPPVS,pappi,{Auo}(πάππος)auus. Auſonius ad nepotẽ ſuum: Pappos, auiasq́; tremẽtes Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes. Hinc Pappous, (παππῷος)id eſt,auitus. Pappi etiam dicuntur carduorum flores, & lanuginoſa quædam ſubſtantia in aerem ſe effundens,ut ueluti flocci quidã uolare uideantur. Lucre.lib.3. Veſtem nec plumas auium,papposq́; uolantes . Plinius lib.21.cap.16. Pappum uocari ait,lanuginem lactucæ herbæ. & libro.25. capi.13.dicit eſſe herbam,quæ alias Senecio dicitur,quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus ſimilem habeat.

PAPPVS,(πάππος)philoſophus Alexandrinus,ſcripſit de ſitu orbis, de fluuiis Africæ,& commentarios in Ptolem.

PAPRIMIS,idis,(παπρῖμις)Aegypti oppidum. Ciuis Paprimites, παπριμίτης,Stepha.

PAPVLA,æ,{Sbroggiol}(ἐξάνθημα)puſtula, tuberculum,quod ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exaſperatur,et rubet,leuiterq́; roditur. Vergilius lib.3.Georg. Ardentes papulæ atq; immundus olentia ſudor Mẽbra ſequebatur . Duo autem ſunt genera papularum,quæ uide apud Celſum libr.5. cap.ult. Huius diminutiuum eſt Papilla.

PAPYRIVS,à uelocitate Curſor dictus,qui Dictator creatus aduerſus Samnites,cũ ſe aduerſis omnibus progreſſum eſſe cenſiſſet,ad auſpicia repetẽda Romam rediens,edixit Fab. Rutiliano magiſtro equitum,quem exercitui præponebat,ne manus cum hoſte conſereret. Sed cum ille opportunitate ductus, pugnaſſet,ac uiciſſet,reuerſus,eum ferire ſecuri uoluit:ille in urbem confugit:ubi cum nec ſupplices Tribuni ſatis eum tueri auderent,uictus tandẽ Dictator populi precibus,miſerisq́; parentis lachrymis,ſupplicium et remiſit : paucisq́; poſt diebus ducto de Samnitibus triumpho,Dictatura ſe abdicauit. Vide Liui.libro.9. L. Papyrius Curſor,ſuperioris filius de Samnitibus ſecundum patrẽ omnium pulcherrimã uictoriam reportauit: ædemq́; Fortunæ de manubiis faciendam locauit. Papyrius Craſſus,quum Priuernates intra mœnia fugaſſet , ac pro rebus bene geſtis triumphus ei negaretur in monte Albano triumphauit, et pro laurea uſus eſt myrtea corona. Valerius libro.4. Papyrius Carbo,cum dentibus natus,ut ſcribit Plin.li.7.cap.16. Papyrius prætextatus,nobilis adoleſcens , ex eo cognomen adſecutus , quòd in prætexta & adoleſcentia magnopere uiſus eſt ſapere. Cum enim à patre duceretur in curiam , in eaq́; forte arcana quędam tractarentur,domum reuerſus,interrogatus à matre,quid'nã in Senatu eſſet actum:ut duæ,inquit,uni nubere poſſint. Qua re inter matronas ſparſa,manè gregatim ad Curiã concurrunt, multò æquius eſſe clamitantes duobus unam nubere. Cuius clamoris cauſa tandem intellecta, Senatus Papyrii ea in ætate taciturnitatem admiratus,ſoli in poſterũ ex æqualibus aditũ conceſſit in Senatum. Papyrius item alius fuit,qui cũ Publium quendam adoleſcentem nobilem ære alieno ſibi deuinctum & in ſeruitutem adiudicatũ haberet,ſordidoq́; eius amore captus,generoſum animum ad turpe obſequium nulla ratione poſſet inflectere, eaq́; de cauſa adoleſcentulum multis , & plagis et contumeliis afficeret,re in Senatu cognita,in carcerẽ coniectus eſt:cautũq́; eſt ne quis in corpora libera ob æs alienũ quippiam in poſterum iuris haberet. Simile quiddã refert Valerius lib.6.cap.1.de T. Veturio,et Cælio Plotio.

PAPYRVS,(πάπυρος)arbuſcula eſt,præcipuè in Aegypti paluſtribus naſcens , habens radicem obliquam,triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem faſtigiata , thyrſi modo cacumen includens. Ex hoc frutice præparabantur chartę ac diuiſæ in prætenues et latiſſimas phylluras,quæ eo meliores erant,quò mediæ papyro propinquiores , quæ ab huius fruticis appellatione etiam Papyri nomen acceperunt. Diuerſa huiuſmodi chartarum genera,uide apud Plinium lib.13.cap.11.ubi primum chartarum uſum Alexãdri Magni temporibus in Aegypto putat fuiſſe inuentũ:quãuis alii etiam Numæ regis temporibus chartarum uſum fuiſſe contendant. Ab huius quoque fruticis nomine etiam hodie chartas noſtras,quę ex contritis linteis fiunt,Papyrum appellamus,eò quòd eundem nobis præſtent uſum,quẽ olim Aegyptus præſtabat Papyrus. Dicimus etiam Papyrum in neutro genere. Plinius ibidem:Papyrum ergo naſcitur in paludibus Aegypti. A' Papyro cognomen Papyrii, (παπύριος,) deductum eſt, à quo Papyriana tribus. Hinc etiam Papyraceus,a,um, (παπυρινός)quod eſt materiatum ex papyro. Plinius lib.28.cap.11. Optimè ellychnio papyraceo.

PAPYRIFER,a,um,(παπυροφόρος)ut, Amnis papyrifer Nilus. Ouidius 15.Met. Perq́; papyriferi ſeptem flumina Nili Victrices egiſſe rates.

PAR,paris,{Pare,ſimile,eguale}(ἴσος)cum ſuis compoſitis, Compar, Diſpar, Impar,ſepar,ſunt generis omnis,faciuntq́; ablatiuum in e,uel in i. Et licet Par, apud poetas producatur, in obliquis tamen prima corripitur : & tam datiuo, quàm genitiuo iungi poteſt. Ouidius libro.3. Metamor. Sunt quoque,par aliis ætas,in ouilibus agnæ. Significat autem Par, quando adiectiuum eſt , idem quod paribus æqualis, æquus. Cicero.3. de Orato. Iambus par choreo, ſed ſpatio par,non ſyllabis. Idem in Lælio: In amicitia ſuperior par eſt inferiori. Interdum Pares pro duobus accipiũtur:ut, Paribus equis utebãtur Romani in prælio,ut ſudante altero , tranſilirent in ſiccum. Interdum accipitur pro decenti, æquo,conuenienti,quod inter omnes æquabile eſt, εἰκός. Quintilia.lib.5.capite.11. Si propter matrimonia uiolata urbes euerſæ ſunt,quid fieri adultero par eſt? Parem eſſe, (ἀντέχειν) ſignificat alicui ſufficere rei, ſiue reſiſtendo , ſiue exequendo. Cicero ad Attic.libro.12. Sed adhuc pares non ſumus. Quinti. Declam.15. Aſpicio par laboribus corpus. Paria facere, (τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, μετρεῖν τὸ ἴσον)eſt quod omiſſum eſt,uel quod aliunde acceptũ eſt, alibi uel aliunde compenſare. Quintilian. Declam.6. Paria faciemus tu illic eras uicarius meus,ego hic tuus. Par pari referre,eſt tale aliquid reddere,quale acceperimus. Teren.in Eunu. Si laudabit hæc illius formam , tu huius contrà: denique Par pari referto,quod eam mordeat. A Par Plau.in Curculi. formauit ſuo more ſuperlatiuum Pariſſimus : Eodem(inquit)herede uos pono & paro, pariſſimi eſtis ibus.

PAR,aris,ſubſtantiuum,{Copia}(ζεῦγος)numerus duorũ inter ſe æqualium. Cic.de Ami. Ex omnibus ſeculis uix tria numerantur,aut quatuor amicorum paria. Idem de Opt.ge.dicen. Gladiatorum par nobiliſſimum.

PAR,impar,{Paro e diſparo}(ἀρτιασμὸς ἢ περιττοῖς)genus ludi. Suet.de Auguſto. Scripſit ad filiam, Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta quot ſingulis conuiuis dederam,ſi uellent inter ſe poſt cœnam uel talis uel par impar ludere, ἀρτιάζειν. Horatius. 2. Sermo. Saty.3. Ludere par impar,equitare in arundine longa.

PARABASIS,(παράβασις)in Comœdiis dicebatur, cùm chorus ad populum conuerſus,aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur. Latinè præuaricationem,ſiue tranſgreſſionem interpretari poſſumus , ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν, quod eſt tranſgredi,ſiue præuaricari. Vnde & Parabatæ, quos Latinè præuaricatores nominamus.

PARABIA,æ,(παραβία)genus potionis ex milio & conyza. Cæl. Antiq. lect.lib.4.cap.16.

PARABILIS,& hoc,le,{Che ſi può acquiſtare , che ſi può apparecchiare , } (πόριμος ἢ εὐπόριστος, ἕτοιμος)quod in promptu eſt,& citò haberi poteſt. Cicer.5. Tuſc. Diuitias natura parabiles eſſe. Horatius. 1. Sermo. Sat.2. Non ego, namq́; parabilem amo uenerem,facilemq́;.

PARABOLA,æ,{Comparatione, ſimilitudine}(παραβολή)ſimilitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν,quod ſignificat comparare: quaſi rerum diſſimilium comparatio. Vnde Quint. Parabole(quam Cicero Collationem uocat) longius res quæ comparantur,repetere ſolet. ut, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio,quàm utiq; apud Vticam Cato.

PARABOLANI(ut interpretatur Alciatus) Latinè dici poſſunt glebę aſcriptitii,quibus ſcilicet in omni uita ab agricultura recedere non licebat:à Græca præpoſitione παρά , & βῶλος , quaſi iuxta glebam. Per tranſlationem et Parabolani dicuntur,tenuis conditionis homines,famulitio Xenodochiorum uel eccleſiarum ita deputati,ut integrum ipſis non ſit inde recedere. Horum meminit Iuſtinianus C.de Epiſco.& cleri.l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cælium lib.29.cap.11.

PARACENTESIS,(παρακέντησις)dicitur durior uulnerum curatio, cũ ſcilicet uulnus iungitur,hamusq́; uel acus infigitur:ita dicta à pungẽdo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

PARACLETVS, ti, penu. prod. {*Diffenſore, aduocato*} (παράκλητος) à uerbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor ſignificat: item pro alio precator interueniens, ut aduocatus, & patronus. Apud recentiores uerò Græcos etiam pro conſolor inuenitur. Hinc Paracletus, id eſt, aduocatus, conſolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator: Itaq; pollicetur dominus diſcipulis ſuis, miſſurum ſeſe Paracletum, ſpiritum, qui eos omnia ſit edocturus, ſiue illum adhortatorem, ſiue deprecatorem, hoc eſt, aduocatum, ſiue conſolatorem uelimus intelligere.

PARACLYTVS, {*Infame*} (παράκλυτος) infamem, aut malè audientem ſignificat. Nam παρὰ in huiuſmodi compoſitione præter, uel diminutionem denotat. κλυτὸς uerò inclytum, celebrem, glorioſum.

PARACOPE, es, pen. cor. (παρακοπή) idem quod delirium, uel mentis alienatio: ἀπὸ τοῦ παρακόπτειν, quod eſt delirare.

PARADIASTOLE, es, (παραδιαστολή) figura eſt, quam Latini Diſcriminationem appellant, cùm duæ plures'ue res, quæ prima facie uidentur eædem, ſeparantur, adductis in medium iis, quibus à ſe mutuò diſtant. Vide Rutilium Lupum, & Rufinianum.

PARADIGMA, {*Eſſempio*} (παράδειγμα) exemplum facti, uel dicti alicuius, quale eſt illud apud Verg. 1. Aenei. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Fit autē tribus modis, à pari, à maiori ad minus, à minori ad maius. Dictum eſt autem Paradigma, à uerbo Græco παραδεικνύω quod eſt oſtendo, & manifeſtum facio. Exempla enim à notioribus ſumpta, & ſuo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perſpicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rutil. Lupum, & Rufinianum.

PARADISEA POMA, (παραδείσεια μῆλα) dicuntur à ſitu, quòd ferè in omnibus pomariis inſerantur, odore, ſaporeq; inſignia.

PARADISVS, ſi, {*Paradiſo*} (παράδεισος ὁ) pomarium, id eſt, hortus conſitus, generis tam maſculini, quàm fœminini. Eſt & locus ferarum ſeptus, ſiue uiuarium, aut uiridarium. Vox deflexa eſt, ut quidam uolunt, ab Hebræo Pardes, quod hortum domeſticum ſignificat, ſiue pomarium. Eſt & nomen oppidi, in Syria cœle ad Libani orientale latus ſitum, eſt uidere apud Plinium libr. 5. cap. 23. Eſt item Paradiſus Ciciliæ fluuius, apud eundem libr. 5. cap. 27. In ſacris literis Paradiſus peculiariter accipitur pro amœniſſimo horto in oriente, à primis noſtri generis auctoribus habitato: de cuius ſitu uariæ ſunt opiniones, quas recenſet Eugubinus peculiari de hac re edito tractatu. Diuus Auguſtinus ad Oroſium de Paradiſo ſic ſentit: Paradiſus (inquit) in Oriente ſitus eſt, interiecto Oceano, & à noſtro orbe longè remotus, in altiſſimo loco conſtitutus, pertingens uſque ad Lunarem circulū. Vnde illuc aqua diluuij minimè perueniſſe dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus eſt, nec ulli animantium datur in eum aditus.

PARADOXA, orum, (παράδοξα) à Græcis uocantur admirabilia, ſiue inaudita. & quæ ſunt præter opinionem omnium. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item ſchema eſt, διανοίας, quod primum ſenſum ſuſpendit, ac deinde ſubiicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam Latinorum quibuſdam Inopinatum uocatur. Vide Rufin. in tracta. de Figuris.

PARADROMIS, idis, (παραδρομίς) ambulatio ſub Dio, ſiue xyſtus. Vitruuius lib. 6. cap. 6. Xyſtos Græca appellatione eſt porticus ampla latitudine, in qua Athletæ per hyberna tempora exercentur: noſtri autem hypæthras ambulationes Xyſtos appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt.

PARÆNESIS, pen. cor. {*Ammonitione*} (παραίνεσις) præceptio, admonitio, ſiue adhortatio, & propriè ea, quæ contradictionem non recipit, teſte Ammonio propterea quod fiat iis de rebus, quæ in controuerſiam nō cadunt, ſed apud omnes in confeſſo ſunt.

PARÆNETICVS, a, um, (παραινετικός) idem quod præceptiuus, ſiue admonitiuus, à uerbo Græco παραινέω, quod ſignificat præcipio, & admoneo. Vnde Oratio prænetica dicitur, quæ ad uirtutem capeſſendam auditoris, lectoris'ue animum extimulat.

PARÆTONIVM, (παραιτόνιον) Libyæ Marmaricæ oppidum eſt ſtadiis ferè nongentis diſtans à Catabathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, xl. ferè ſtadiorum. Auctor Str. lib. 17. Hinc fit Parætonius, a, um. Luca. lib. 3. Vſq; Parætonias Eoa ad littora Syrtes. Silius item libro 3. Perq; Parætoniæ celebrarum littora Syrtis. Ab huius oppidi nomine etiam Parætonium appellatum eſt, coloris quoddam natiui genus, quod circa hanc urbem in litore ſolet inueniri, ex ſpuma maris, ut creditur, cum limo ſolidata: unde & minutæ conchulæ plerunq; in eo inueniuntur. Auctor Plinius libro 35. capite 6.

PARAGAVDES, uel Paragauda, teſte Alciato, genus ueſtimenti uirilis, ut plurimum linei, quod ſub alia ueſte gerebatur, uinctum nunc unico loro, nunc pluribus loris. Vopiſcus in Aureliano: Paragaudas ueſtes ipſe primus militibus dedit, cùm antea non niſi rectas purpureas accepiſſent. & quidam aliis monolores, alii dilores, trilores aliis, & uſque ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt.

PARAGOGE, (παραγωγή) figura qua litera uel ſyllaba fini iungitur: ut, Dicier, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur adductio.

PARAGRAPHE, (παραγραφή) Latinè præſcriptio exceptio, effugium litis, compoſitio. Eſt & tropus apud poetas, cum præcedenti completo, ad alia fit tranſitus, ut apud Vergil. 2. Georg. Hactenus aruorum cultus, & ſydera cœli, Nunc te Bacche canam. Annotationes item, ſiue ſcholis ſuccincta, ad marginem adſcripta Paragraphe appellantur, ἀπὸ τοῦ παραγράφειν, quod inter cætera ſignificat ad marginem annotare. Hinc etiam Iuriſconſultorum interpunctiones, quibus legum capita, in plurali ſegmenta diuidunt, Paragraphæ, ſiue etiam Paragraphi dicuntur.

PARAGRAPHVS, (παράγραφος) dicitur linea in longum protenſa: uox eſt protrita Iuriſconſultis. Pro eodem etiam dicitur Paragraphe.

PARALLELI, pe. pro. {*Dant. Due cerchi paralleli & con colori*} (παράλληλοι) dicuntur ſegmenta ſphæræ, ob Ortu in Occaſum ducta, alterū ex Polis habentia pro centro, omniq; ex parte a ſe inuicem æqualiter diſtantia. Plini. lib. 6. cap. 33. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quę noſtri Circulos appellauere, Græci Parallelos. Ratio nominis hæc eſt, quod παράλληλος, apud Græcos, inuicem comparatus, uel æqualiter diſtans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter diſtantes: & Lineæ parallelæ, quæ equalibus ſpatiis ab inuicem dirimuntur.

PARALIPOMENON, (παραλειπομένων) derelictum, prætermiſſio, à uerbo παραλείπω, quod eſt prætermitto. Hinc Q. Calaber. Poeta Græcus opus ſuum, quo ea exequitur, quæ ab Homero ſunt prętermiſſa. Ὁμήρου παραλειπόμενα inſcripſit. In ſacris quoque libris eadem ratione Libri παραλειπομένων dicuntur, quibus ea ſupplentur, quæ in libris Regum aut prætermiſſa erant aut leuiter deguſtata.

PARALIVS, (παράλιος) tertia ſpecies eſt tithymali, ita dicta, quòd loca maritima amet. Eadem & Tithimalis dicitur. Plin lib. 26. capi. 8. Tertium genus Tithymali Paralius uocatur, ſiue Tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto ramis rubentibus, ſemine albo.

PARALOGISMVS, (παραλογισμός) deceptio per falſas ratiocinationes, concluſio fallax, & captioſa argumētatio. A'uerbo Gręco παραλογίζομαι, quod inter cætera ſignificat, captioſo genere argumentationis utor.

PARALOS, (πάραλος) apud Athenienſes nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam Delphos mittebātur, eumq; in uſum ſolum publicè deſtinata. Illi quoque qui hac in naui uehebantur, Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit, unam è tribus factionibus Athenienſiū, quæ Solonis tempore uigebant. Fuit etiam Paralus, nomē, proprium eius, cui Hegeſias primam longæ nauis inuentionem tribuit, referente Plinio libro ſeptimo, capite 55.

PARALYSIS, {*Paraliſia*} (παράλυσις) reſolutio neruorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur Hemiplexia, hoc eſt, ſemiapoplexia, quum in alterum tantum corporis partem malum id irruerit. Nam quum totum afficitur, Apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido, & craſſo, neruos plus æquo humectante, & laxante, ſenſumq; pariter & motum alteri ferè lateri eripiente. Hinc Paralyticus, qui hoc morbi genere laborat. Plinius libro 20. cap. 9. Ideo paralyticis & tremulis dare iubet. Reſtringere paralyticos, propriè dixit pro ſanare, cum Paralyſis nihil aliud ſit, quàm neruorum diſſolutio, quæ aliter ſanari poteſt, niſi nerui illi diſſoluti, & iuſto laxiores reſtringantur.

PARANITES, (παρανίτης) gemma eſt ex amethyſtorum genere, quę in Arabiæ contermino inuenitur, alio nomine Sapinos dicta. Auctor Plinius libro 37. capite 9.

PARANYMPHVS, phi {*Spoſo*} (παράνυμφος) ab Hierony. dicitur Pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis, auſpicium capere ſolebant. Qui præerat huic rei, pro parte uiri, a Græcis παράνυμφος, à noſtris auſpex dicebatur Et ut Auſpex pro parte uiri, ſic & Pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaque quum apud Chriſtianos auſpicia minimè capientur, adhibentur ſacerdotes, qui & Pronubi à nobis dicuntur. Auguſtin. lib. 14. Ciui. Nonne omnes famulos atque ipſos etiam paranymphos, & quoſcunque ingredi quælibet neceſſitudo permiſerat, antè mittit foras, quàm uel blādiri coniuu coniugi incipiat.

PARAPHERNA, (παράφερνα) dicuntur ea quæ præter dotem ſponſi dantur, à παρὰ præter, & φερνὴ dos. Hæc & Paraphernalia dicuntur. Vlpian. de Iure dot. l. ſi ego. Cæterum ſi res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli Peculium uocant, uideamus an ſtatim fiant mariti.

PARAPHRASIS, ſis, pen. cor. (παράφρασις) eſt eiuſdem ſententiæ per aliū ſermonem explicatio, & liberior interpretatio cum quædam mutantes, aut etiā addentes copioſius ac dilucidius, explicamus quod ab aliis dictum eſt: cuiuſmodi eſt Themiſtii in Ariſtotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, ut ſit quæ narrationi proportione reſpondeat. De hac Quintil. lib. 10. cap. 5. Neque ego paraphraſim eſſe interpretationem tantum uolo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atque æmulationem.

PARAPOTAMIA, (παραποταμία) regio Aſię, Tigri fluuio proxima unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

PARAPHRASTES, (παραφράστης) dicitur interpres latius explicans, qui non uerbum è uerbo, ſed ſenſu transfert.

PARARIVS, (προξενητής) qui ſtipulationibus, contractibus, nominibusq; faciendis interuenit: quem & Græco uocabulo Proxenetam. Seneca lib. 3. de Benefi. Quidam uolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec chirographum dare. Pararium æs appellabatur, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Feſtus.

PARARTHROSIS, pe. pr. (παράρθρωσις) idem quod luxatio, quæ fit, cum os aliquid ſede ſua nonnihil fuerit dimotum.

PARASANGÆ, (παρασάγγαι) apud Perſas, auctore Feſto, uiarum menſurę ſunt, quas Budęus Herodoti teſtimonio probat fuiſſe triginta ſtadiorum. Verba Herodoti ſunt hæc ex libro 2. ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην, ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι, ὅσοι δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι, δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια, ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια, hoc eſt, Quotquot enim inopes ſoli ſunt, ii terram orgyis metiuntur: qui uerò minus inopes ſunt ſtadiis, qui autem latifundia habent, paraſangis metiuntur. Conſtat autem Paraſanga triginta ſtadiis. Schœnus autem (quod ipſum uerbum eſt Aegyptiacum ſexaginta.

PARASCEVE, es, {*Apparato, preparatione*} (παρασκευή) dici poteſt præparatio. Nam à παρασκευάζω, quod eſt præparo, deducitur. Vnde et dies quo dominus noſter IESVS CHRISTVS pro humani generis ſalute cruci affixus ſuit. Paraſceue, (παρασκευή) dicitur, quoniam eo Iudæi ſibi neceſſaria præparabant, ut Paſchæ dies abſque operatione aliqua tranſigeretur.

PARASIOPESIS, (παρασιώπησις) ſchema eſt apud Rhetores quod à Latinis præoccupatio dicitur, cum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc ſchemate utimur, uel quum rem notam eſſe putauimus auditoribus, uel quum ſuſpicionem maiorem excitare reticendo uolumus.

PARASITASTER, ſtri, {*Che imita li paraſiti*} (παρασιτόμιμος) qui paraſitorum imitator eſt. Nam quæ in aſter finiuntur (teſte Valla lib. 1.) imitationem potius, quàm diminutionem ſignificant. Cicero pro Vareno: Etruſcus hic noſter Antoniaſter. Duo tamen potiſſimum diminutionem denotant. Surdaſter, & Recaluaſter. Terent. in Adelp. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus noſtin'? D. Iam ſcibo.

unde rami craſcuntur. Plinius lib. 12. cap. 5. Rami nouam ſibi propaginem faciunt circa parentes in orbem. Parentium, in genitiuo plurali pro parentum, poſuit Hora. 3. Carm. Ode. 24. Dos eſt magna parentium Virtus. Hinc Parenticidæ, qui patrem aut matrem occidit. Plaut. in Epid. Quia ego tuum patrem faciam parenticidam. Hinc etiam nonnulli deducunt nomen Parentela pro conſanguinitate, uel affinitate: qua uoce uſus eſt Iulius Capi. in Gordian. Duxit (inquit) uxorem filiam Miſithei doctiſſimi uiri, quem cauſa eloquentię dignum parentela ſua iudicauit. Apud probatos auctores alioqui hoc nomen non inuenitur.

PARENTALIA, orum, (ἐπιτάφια, νεκύσια, τὰ νομιζόμενα) conuiuia, quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri conſueuerũt. Dicta Parentalia, teſte Hieronymo in Hieremiam, quòd hoc officij genus filij parẽtibus præſtarent. Cice. 1. Philip. An me cenſetis P.C. quod uos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe, ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?

PARENTALIS, et hoc Parentale, adiectiuum, ut Vmbræ parentales. Oui. 4. Triſt. Eleg. 9. Dies parentales, quibus ſolennes epulæ ad mortuorũ ſepulcra ſolent afferri: quæ conſuetudo primum ab Aenea creditur manaſſe, qui ſolennibus quotannis donis patris ſui manes placabat. Ouid. 2. Faſto. Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus auctor Attulit in terras iuſte Latine tuas. Ille patris genio ſolẽnia dona ferebat: Hinc populi ritus edidicere nouos. At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deſeruere dies.

PARENTHESIS, (παρένθεσις) clauſula orationis cõtextui interiecta qua remota ſenſus manet integer, à uerbo Græco παρεντίθημι, quod eſt interpono, ſiue interſero. Parẽtheſis (inquit Valla) eſt interiectio orationis in ſermone, qua remota ſermo manet integer, Ea cùm ſemper uenuſta eſt, tum plurimum uenuſtatis habet, quum ſit per Qui, aut Is, aut per Vt. Subdit deinde exempla cuiuſque membri: ut, ſi modò culpam tuam faſſus eſſes, pater (qua indulgẽtia eſt) omnia tibi ignouiſſet. Item: id flagitij ſi præſens uidiſſet parens (eius ſeueritatis eſt) te membratim diſcerpſiſſet. Item: Si hanc illi noxam imponere pergis, (ut impudentiſſimus eſt) in te eam retorquebit.

PARENTIVM, (παρέντιον) Iſtriæ oppidum eſt, cuius meminit Ptol. lib. 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile, παρεντῖνος Stepha.

PARENTO, as, (ἐναγίζω, ἐπιτελέω, τὰ νομιζόμενα ποιῶ) ſignificat parentibus iuſte celebro. Licet etiam ad alios transferatur. Pli. lib. 18. cap. 12. Quin & fabacia ſuę religionis dija in ſacro eſt, præualens pulmentari cibo, & hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica ſententia damnata, uel (ut alij tradidere) quoniam mortuorũ animæ ſunt in ea: qua de cauſa parentando utique aſſumitur. Cice. 2. de Leg. Hoſtia autem maxima parentare, pietatis eſſe adiunctum putabat. Idem. 1. Philip. Vt cuius ſepulcrum nuſquam extet, ubi parentetur, et publicè ſupplicetur. Oui. 1. Amor. Eleg. 13. Sic Memnonis umbras Annua ſolenni cæde parentet auis.

PAREO, es, parui, paritum: unde pariturus participium, {Obedire} (φαίνομαι) ſignificat uideor, appareo. Martia. lib. 12. Feſtinant trepidi ſubſtringere carbasa nautæ, Ad portum quoties paruit Hermogenes. Verg. 6. Aene. Cui pecudũ fibræ cœli cui ſidera parent, id eſt, à quo fibræ & ſidera cernuntur, & peritiſſimi agnoſcuntur, ut interpretatur Seruius. Hinc fiunt compoſita, Appareo, idem ſignificans, quod ſimplex Pareo, hoc eſt, ui deor. Verg. 1. Aene. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Compareo, uide ſuo loco. Diſpareo, (ἀφανίζομαι) è conſpectu recedo. Tranſpareo, (διαφαίνομαι) per aliquod corpus lucidum uideor. Interdum parere eſt obedire, πείθομαι. Verg. 1. Aene. Paret Amor dictis charæ genitricis. Iuſtin. lib. 1. Vix patienter uni uiro, nedum fœminæ parituris. Cic. 7. Philip. Non ut pareret, & dicto audiens eſſet huic ordini: ſed ut conditiones ferret, leges imponeret. Idem de Natu. Deor. Eorum imperijs Rempub. amplificatam, qui religionibus paruiſſent. Verg. 2. Aenei. Tu neque parentis, iuſſa time, neu præceptis parere recuſa.

Promiſſis parere, eſt præſtare promiſſa. Ouid. 5. Faſto. Parent promiſſis, diſſimulantq́ deos. Paretur, impersonale. Liu. 6. ab Vrb. Quod poſtquam Conſuli nuntiatum eſt, extemplo teſſeram dari iubet, ut prandeat miles, firmatiſq́ cibo uiribus, arma capiat, dicto paretur. Habent autem hæc omnia pa, ſyllabam productam. Parere interceſſori, eſt deferre: id eſt, ut uulgo dicunt noſtri Iuriſconſulti, petenti cedere. Cic. 3. de Legi. Parere iubet interceſſori quo nihil præſtantius. Parere gulæ, eſt ſeruire gulæ, ſiue indulgere. Horat. 2. Sermo. Saty. 7. Nil ſeruile gulæ parens habet.

PAREPHIPPIVS, (παρέφιππος) qui præter rationem equeſtris diſciplinæ equos agit, quaſi præpoſterus, ſiue imperitus eques, à prępoſitione παρὰ quæ in compoſitione frequenter idem ſignificat, quod peruerſè, ſiue præpoſterè, & nomine ἐφίππιος, quod equeſtrem ſonat. Vtitur hac uoce Imperator in. l. Parephippium. C. de Cur. pub.

PARERGON, (πάρεργον) dicitur quod alicui rei præter propoſitũ additur, ut ſi pictor imaginem pingens, ornandæ tabellę gratia, arbuſculas, & auiculas & huiuſmodi addiderit. Plin lib. 35. cap. 10. Protogenes, quum Athenis celeberrimo loco, Mineruæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas, in his quæ pictores Parerga appellant. Sunt etiam, inquit Budęus, Parerga corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id quod in ſtipulatione comprehenſum eſt. Nam τὸ ἔργον, eſt opus ipſum, de quo actum eſt: Parergon autem operis appendix, de quo nihil actum erat.

PARESIS, (πάρεσις) Græca uox eſt, qua ſignificatur remiſſio, uel negligentia corporis & animi defectio, & languor, utriuſq́ & corporis & animi extenuatio. Budæus in Commen.

PARETACENI, (παρητακηνοὶ) populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi iuxta Elymæos, montium incolę, & latrocinio uictum quæritantes. Meminit horum Herod. lib. 1. & Strab. lib. 11. & 16.

PARETONIVM, uide Parætonium.

PARIEDRVS, (παριάδρης Ptolemæo) pars tauri montis, in finibus maioris Armeniæ, ex qua Abſarus fluuius oritur. Auctor Pli. li. 6. c. 9. et li. 5. c. 27.

PARIENNA, (παρίεννα) Ptole. lib. 2. c. 11. Germaniæ urbs.

PARIES, etis, pen. correp. {Parete, muro} (τοῖχος) propriè eſt, qui in utroque ædium latere domum unam ab altera dirimit. differtq́ à muro, qui propriè eſt lapideus urbis ambitus. Ci. 6. Verr. His autem tabulis templi interiores parietes ueſtiebantur. Oui. 4. Metamor. Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim Cum fieret, paries, domui communis utrique. Intra domeſticos parietes aliquid fieri dicimus, cum ſignificare uolumus aliquid domi noſtræ fieri. Intra parietes diſceptare, uel experiri, eſt amicis domi & extra cancellos forenſes controuerſiam componendam permittere. Cic. pro Quintio: Si quid in controuerſiam ueniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur. Paries intergerinus quis dicatur, uide in dictione Intergerinus. Paries cratitius, dicitur ab aſſeribus, qui arrecti, tranſuerſiq́ in modum cratis texuntur: unde Vitruuius Arrectarios parietes, & tranſuerſarios appellat.

PARIETARIA, æ, (παριετάριον, ἑλξίνη) herba à parietibus, in quibus naſcitur dicta: Vnde etiam uulgò Muralis herba uocatur. A Plinio appellatur Parthenion, & Perdicion, quoniã perdices ea ueſcantur Dioſcori. Helxinen appellat.

PARIETINÆ, penul. produ (τοῖχοι ἐρημωμένοι) muri ueteres, ac ſemiruti. Plinius libro 26. ca. 8. Naſcitur maximè circa uetera monumenta, parietinasq́, & inculta itinerum.

PARILIA, orum, uide Palilia.

PARILIS, & hoc le, pen co. {Pariglio, uguale} (ἴσος) ſignificat æquale. Ouidi. 1. Triſti. Eleg. 8. Accipere, & paris reddere uoce uale. Inde fit Parilitas, (ἰσότης) Equalitas. Gellius lib. 14. capite 5. Parilitas uirtutum inter ſe conſimilium.

PARILITIVM SYDVS, ſiue Palilitium, (ὑάδες) ſignum cœleſte, ex ſeptem conſtans ſtellis, quas Græci ὑάδας. Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis, uide ſupra in dictione Palilitium.

PARIO, is, peperi, partum, uel paritum, parere, {Partorire} (τίκτω, ἀποτίκτω) hodie tantum eſt tertiæ coniugationis, olim etiam quartæ. Ennius: Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Eſt autem Parere, fœtum emittere: quod propriè ad fœminas pertinet. Lucretius lib. 6. Sicut uxor fœmina quæq́ Cùm peperit dulci repletur lacte. Cice. 2. de Orato. Ex quo genere etiam illud eſt, quod Scipio apud Numantiam, cum ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur, ſi quintum pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram. Accipitur aliquando & Parere pro generare, ut etiam de uiris dicatur, ſed hoc rariſſimè, idq́ apud ueteriſſimos. Cęcilius: Hic uicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat, id eſt, genuiſſe. Parior, eris, pen. cor. paſſiuum. Plin. li. 10. cap. 52. Oua exeunt à rotundiſſima ſui parte, dum pariuntur. Per tranſlationem etiam accipitur pro acquirere, ſiue comparare, (περιποιέομαι. πορίζω) & ſic conſtruitur, ſicut Emo. Colu. lib. 9. cap. 1. Sequitur ut examina deſideremus, ea porrò, uel ære parta, uel gratuita contingunt. Verg. 11. Aenei. Ite ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo. Parere oua dicuntur aues, pro ponere, & quod Varro de Re ruſt. Facere oua dicit. Plini. lib. 10. cap. 52. Plurima oua pariunt ſtruthiocameli. Parere uerba, eſt noua fingere. Cic. 3. de Fin. Idq́ cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda ſunt, imponendaq́ noua nouis rebus nomina. Partor, oris, uerbale, qui peperit & acquiſiuit. Plaut. Trucul. Quos cum celamus, ſic facimus conſcios, Qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant, unde antè parta demus poſt partoribus. Partio, onis, uerbale: unde ſuo loco. Hinc compoſita ſunt, Aperio, à quo Adaperio, Comperio, Operio, à quo Cooperio: & Reperio, quæ omnia uide ſuis locis.

PARIS, idis, (πάρις) Priami Troianorum regis, & Hecubę filius fuit, alio nomine Alexander Appellatus, cuius matri, quum illa ſe facem ardentem parere ſomniaſſet, coniectores reſpõderunt fore, ut filius, quem in utero geſtabat, cauſa eſſet Troiani excidij. Qua re cognita, Priamus puerum, ubi primum fuit natus, Archelao ſeruo exponendum tradidit. Contra Hecuba tum materno affectu, tum infantuli forma commota, curauit ut furtim nutriretur à paſtoribus in Ida monte. Vbi cum adoleuiſſet, Oenonem uirgunculam amauit, & compreſſit, ſuſcepitq́ ex ea duos filios. Porrò, quum in dirimendis controuerſiis eſſet æquiſſimus, maximam iuſtitiæ famam ſibi comparauit, adeò ut orta inter Deas Iunonem, Palladem, & Venerem diſceptatione de forma propter aureum pomum à Ioue cœlitus demiſſum, in quo ſcriptum erat, Detur pulcherrimæ: iudex ſit conſtitutus. Quas quum uidiſſet nudas, ſententiam tulit ſecundum Venerem, quæ pulcherrima fœminarum ſibi promiſerat, neglecto regno: quod pollicebatur Iuno, & contempta quam Pallas offerebat, ſapientia. Præterea cum eſſet fortiſſimus in agonali certamine, quod ad Troiam agebatur, cum alios omnes ſuperauit, tum ipſum etiam Hectorem: qui cùm iratus quòd uinceretur, gladiũ in eũ ſtringeret, paſtorem putans, Paris illi aperuit, ſe eius fratrem eſſe germanũ, quod & allatis crepundijs, probauit, cum adhuc ſub paſtorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, a patre receptus eſt. Deinde conſtructis uiginti nauibus ſub ſpecie legationis ad repetendam Heſionam, in Græciam miſſus eſt: ubi à Menelao hoſpitio eſt ſuſceptus. Verum cum ille neceſſaria de cauſa in Cretam nauigare cogeretur Paris ſibi occaſionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam, quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Aſiam abduxit. Alij tamen dicunt in Græciam uenisse abſente Menelao, Helenesq́ pulchritudine captum, Spartam expugnaſſe, illamq́ etiam renitentem, & omnes regios theſauros rapuiſſe, & ob id poſtea Helenam à uiro recipi meruiſſe. Ex qua rapina deinde ſecutum eſt bellum Troianum, in quo ſingulari certamine cum Menelao congreſſus, cùm penè uinceretur, à Venere pugnæ ſubtractus eſt. Poſtremo Hectore & Troilo fratribus occiſis, cùm ipſe ſumpto arcu & ſagittis, quibus plurimum ualebat, Achillem ſub prætextu deſponſandæ Polyxenæ ſororis in templo Thymbræi Apollinis interfeciſſet, ipſe quoque à Pyrrho, ſiue (ut aliorum eſt opinio) à Philoctete occiſus eſt, poſt cuius mortem Helena Deiphobo nupſit. Ouid. in Epiſt. Bella gerant alij, tu Pari ſemper ama.

PARISII, orum, populi ſunt inter Celtas ad Sequanam fluuium, inter Senones & Bellouacos: quorum caput eſt Lutetia, optimarum omnium diſciplinarũ parens, olim in Sequanæ inſula ſita. hodie uerò prolatis identidem pomœrijs tantopere aucta, ut nulli potentiſſimarum urbium meritò debeat poſthaberi. Vide Cæſar. lib. 6. Commen. & Ptolem. lib. 2. capi. 8.

PARITER, {Parimente, ugualmente} (ἴσως) aduerbium ſignificat ex æquo, Næuius: Vt pariter diſpartiantur bona patris. Aliquando conuenienter, ἀξίως. Titini. Nætu iſtam ædepol media extuliſti pariter, ut dignum fuit.

Aliquando ſimiliter, ὁμοίως. Plautus in Aulula. Ia ex ſe hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum, ut pater atque auus eius fuit. Eſt & aduerbium congregandi, ſignificans unà, ſimul. Cicer. 1. Tuſcu. Pariter enim cum uita ſenſus amittitur.

PARITVRA, æ, {Parto, il partorire} (κύησις) eſt ipſe pariendi actus. Varro libro 1. de Re ruſtic. Demes, ſi uis, duas res de mulis admiſſuram, & parituram.

PARITVDO, inis, ipſe pariendi actus: antiquum. Plaut. in Aulul. Propinqua paritudo cui appetit.

PARIVM, (πάριον) Troadis oppidum ad Propontidem, teſte Strabo. lib. 13. à Mileſijs, Erithræis, Parijsq́; conditum: iuxta quod teſte Plin. lib. 7. capi. 2. gẽtes fuerunt, quæ Ophiogenes uocantur, ſerpentum ictus leuare ſolitæ, & manu impoſita uenena extrahere corpori: quorum etiam ſua ętate paucos reliquos fuiſſe, auctor eſt Varro, ſaliua ſua ſerpentum ictibus mederi ſolitos. In eodem oppido, teſte Plin. lib. 36. capi. 5. Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria.

PARIVS, ria, um, (πάριος) adiectiuum à Paro inſula formatũ: Vnde Parius lapis, ſiue Parium marmor, quod candidum erat, et ſculpturis aptiſſimum. Vergil. 1. Aeneid. Pariuſue lapis circundatur auro.

PARMA, æ, {Targa, broccbiero} (πάρμη Suidæ) breue ſcutum, & rotundum, quo pedites utebantur dictum, quod è medio in omnes partes eſſet par, ut inquit Varro. Vergi. lib. 11. Enſe leuis nudo, Parmaq́; inglorius alba. Hoc ſcutum Græci, auctore Plinio, uocant peltam, πέλτην. Liu. 8. ab Vrbe. Quem cuſpide parmaq́; innixum, attollentem ſe à graui caſu Manlius à iugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit. Parmatus, a, um, parma tectus. Liuius libro 4. ab Vrb. Dat ſignum Volſcis Imperator, ut parmatis nouæ cohorti hoſtium locus detur. Parma etiam nomen eſt fluuij, à quo urbs inter Placentiam & Cremonam ſita, Parma appellata eſt. Hæc patria fuit Caſſij poetæ, & Macrobij, uiri ingenio & doctrina præſtantis.

PARMENIDES, (παρμενίδης) Eleata philoſophus, Xenophanis auditor, atque amicus, à cuius nomine Plato Dialogum, quem de Ideis conſcripſit, Parmenidem appellauit. Hic carmine Phyſiologiam expreſſit, ſicut Empedocles et Heſiodus, duplicemq́; eam eſſe dixit, unam quæ ueritate conſtaret, alteram quæ opinione. Primus deprehendiſſe dicitur eundem eſſe Luciferum, & Heſperum, alij Pythagoram dicunt: Auctores Suidas, & Diogenes Laertius: Hic cenſuit ſempiternum atq; immobile eſſe uniuerſum, quod ſit ens, ſecundum ueritatem rerum: ſolum enim eſſe ſimplex, et intrepidum, atq; ingenitum: generationem uerò eorum eſſe, quæ falſa exiſtimatione uidentur eſſe, cùm non ſint. Senſus autem ſemouendos à ueritate putat. Affirmat enim, ſi quid eſt præter ens, id eſſe non ens. Non ens autem, non eſſe in rebus, & ſic ens uniuerſum ſibi relinquitur: terram uerò denſioris aeris defluuio factam arbitratur.

PARMENIO, (παρμενίων) unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eũ in Aſiaticam expeditionem eſt ſequutus, cuius frequens, eſt mentio apud Curtium.

PARMENO, onis, (παρμένων) perſonæ Comicæ nomen apud Terentium in Eunucho, ἀπὸ τοῦ παραμένειν. hoc eſt, à diutius commorando (ut uidetur) impoſitum.

PARMVLARIVS, rij, (πελταστής) gladiator qui parmula utebatur. Itemq́; factor & locator eius generis. Quinti. lib. 5. cap. 11. Alius percontanti, Theodoreus, an Apollodoreus eſſet Ego, inquit, parmularius ſum. ubi interpres: Parmularius dicitur parmarum, hoc eſt, ſcutorum faber. Porrò gladiatores parmularij etiam Thraces appellabantur, eo quòd eius regionis homines peculiariter parmulis utebantur. Feſtus: Thraces (inquit) gladiatores, à ſimilitudine parmularum Thracarum uocati.

PARNACIDES, ueſtes appellabantur puellares. Varro de liber. edu. Vt puellæ habeant potius in ueſtitu chlamydas, encombomata, & parnacidas, quàm togas. Nonius.

PARNASSVS, gemino ſ, (Nam apud Stephanum & Suidam legitur παρνασός) mons eſt in Phocide, ut ſcribit Plinius lib. 4. cap. 3. & Strab. lib. 8. & 9. duos uertices habens, quorum unum Thitorea uocari, alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. Cithæron autem & Helicon, quos Seruius malè putauit eſſe Parnaſſi iuga, montes ab hoc diuerſi, & diſiuncti ſunt, ita ut Helicon procul ſit a Parnaſſo circiter quindecim paſſuum millia, Cithæron uerò triginta: Eſt autem (ſicut docet Strabo) Helicon Parnaſſo æmulus & altitudine, & circuitu. Quinetiam Muſis natale ſolum in nemore Heliconio ſcriptores aſſignant Cyrrha uero et Nyſa, quas nonnulli etiam uoluerunt eſſe Parnaſſi uertices, nomina ſunt ciuitatum: Cyrrha ſub Cyrphi, rupe Parnaſſi, in planitie mare uerſus, locata eſt. Nyſa uerò, non in Parnaſſo, ſed in felici Arabia ſita eſt, in qua quum Bacchus nutritus eſſet, in eius memoriam ipſe poſtea aliam in India condidit. Eſt igitur Parnaſſus mons Phocidis, ſacer Baccho & Apollini. Ouidius 1. Metamor. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis Terra feraa. Mox addit: Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus Nomine Parnaſſus, ſuperatq́; cacumine nubes. Luca. lib. 5. Quantum ſemotus Eoo Cardine Parnaſſus gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes uel maieſtate mirmis, uel ſitu ipſo horroreſm uiſentibus facit, undiq; ferè præceps in formã theatri. Hic eſt Apollinis Delphici templum, hic fons Caſtalius, Muſis ſacer. Hic habitauere Pieres, natio Thracia unde Pierius mons, & Pierides Muſæ. Sub Parnaſſo habitauerunt Hiantes populi. Vnde aquam Parnaſſi fontis, Hiantida dicunt. Hic fontes Atticam uerſus Hippocrene, & Aganippe. A' Parnaſſus fit Parnaſius, a, um, παρνάσιος, παρνασσίς. Vergil. 6. Eclog. Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes.

PARNVS, (πάρνος) nauta fuit paupereulus, qui ob amiſſam nauiculam, cum obuijs quibuſque litigabat. Hinc adagium, Diſceptare ob Parni ſcaphulam. id eſt, ob res minutulas, multum mouere litium & querelarum. Eraſmus ex Diogeniano.

PARO, as, {Apparecchiare, metter à ordine} (παρασκευάζω) inſtruo, appato, præparo. Teren. Andr. Reuertor poſtquam, quæ opus fuere ad nuptias Gnatæ paraui. Cæſ. 5. bell. Gal. Neruios, Aduaticosq́; bellum Romanis parare. Ita paratum eſt, inquit Plaut in Pœn. id eſt, ita deliberatum eſt. Significat etiam aliquando idem quod comparo, acquiro, (κατακτάομαι. πορίζω.) & ſicut Emo capi poteſt, licet in eo pretium expreſſum non inueniatur ita apertum, ut in eius compoſito Comparo, ſed quaſi pretium. Terent in Eunu. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius. Quid tibi diuitijs opus eſt, quæ te eſurire cogunt? Primus omnium ſatietate paraſti famem, ut quò plura haberes, acrius q̃ ſi non haberes, cuperes. Hinc Paratus participium, aut nomen ex participio. Teren. in And. Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum, Amicum, amatorem uirum, quouis in loco paratum. Vbi Donatus: Paratum dixit ad omnes affectus, quicunq; de proximo eſſe poſſunt. Cic. 2. de Leg. Fuit. n. hic uir, ut ſcitis, non ſolum eruditiſſimus. ſed etiam ciuis è Repub. maximè, tuendæq́; ciuitatis paratiſſimus. Paratiſſimo animo ſuſtinere, Cæſar. 8. Bel. Gal. Iungitur aliquando infinitiuo. Cæſ. 3. Bel. Ciui. Paratus omnia perpeti. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cic. ad Toranium lib. 6. Paratus ad omnem euentum. Aliquando datiuo. Quin. lib. 8. cap. 3. Idem certamẽ in paratior. Paratus, us, ſubſtantiuum idem quod apparatus. Quin. lib. 10. c. 1. Copioſus uerborum, ſit paratus. id eſt apparatus. Tacit. lib. 13. Prouiſo, antè funebri paratu, qui medicus erat. Opus impar ueſtris paratibus, Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 4. Inuenitur, & paratum, in neutro genere. Terentius in Eun. Parati nihil eſt. Hinc Paratè, aduerbium promptè, & expeditè, προχείρως. Plautus in Epid. Vt paratè eam præmeditatam meis dolis, aſtutiiſq; Onuſtam mittam. Cicer. de Clar. Orat. Is tamen ad dicendum ueniebat magis audacter, quàm paratè. Idem. 2. Officiu. Dimicareq́; paratus de honore, & gloria, quàm de cæteris commodis. Paratiſſime reſpondit, hoc eſt, promptiſſimè, Plinius Epiſto. 9. lib. 3. Hinc fit Parito as, frequentatiuum. Plaut. in Mercu. Qui cum illuc, quò nunc ire paritas, ueneris. Huius compoſita ſunt, Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Diſparo, quod eſt ſeparo, Aequiparo, Præparo, quæ habent pen. cor.

PAROCHVS, chi, pen. corr. (πάροχος) qui & Zenoparochus, teſte Budæo, ἀπὸ τοῦ παρέχειν, hoc eſt, à præbendo dicitur. Erant enim Parochi, qui legatis publicè Romam miſſis, cæteriſq; alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: ut annotauit Acron in illud Horatij ex lib. 1. Sermo. Saty. 5. Tum parochi, quæ debent ligna, ſalemq́;. Hi Latino uocabulo Copiarij dicti ſunt, teſte Porphyrione, quòd omnium rerum neceſſariarum copiam, regũ, populorumq́; legatis ſuppeditabant. Nam quamuis Hora. loco iam citato ſalis tãtum & lignorum meminerit, tamen ut ibidem annotauit Acron, ſub illarũ ſpecierum appellatione omnia hoſpitibus neceſſaria uoluit intelligi. In hac etiã ſignificatione hoc nomine uſus eſt Ci. lib. 13. Epiſt. ad Att. Ariarathes (inquit) Ariobarzani filius Romam uenit: uult, opinor, regnum aliquod emere à Cęſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. Omnino eum Seſtius noſter parochus publicus occupauit: quod quidem facilè patior, uerum quòd mihi ſummo beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per literas, ut apud me diuertatur. Horatius lib. 2. Sermo. Saty. 8. Parochum uidetur poſuiſſe pro conuiuatore, cum ait: Vertere pallor Tum parochi faciem, nil ſic metuentis, ut acres Potores. Sunt qui Parochon etiam accipi putent pro auſpice nuptiarum, ſeu paranympho: eius originem referentes ad uerbum παροχεῖσθαι, eò quòd in curru nuptiali unà cum ſponſo & ſponſa ueheretur. Nam ut Pauſanias ſcribit, in Græcia moris fuit, ut curru nuptiali tres tantum ſederent, ſponſa media, cuius alterum latus claudebat ſponſus, alterum. quem uocabant, πάροχον, uel qui amicitia, uel ſanguine eſſet coniunctiſſimus, uel cui ob dignitatem plurimum deferrent. Hæc Cælius. Sunt qui Parochias, ait Budæus, appellatas inde cenſeant, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, ab exhibitione ſcilicet ſanctifici cruſtuli, ſacroſanctiq́; panifici. Ego uerò, inquit idem Budæus, non Parochias primum, ſed Parœcias appellatas eſſe cenſeo, quaſi uicinas.

PARODONTIDES, (παροδοντίδες) ſiue Parulides, (παρουλίδες) tubercula iuxta gingiuas, quum caro in gingiua excreuit. Vide Celſum libro ſexto, capite. 13.

PAROECIA, (παροικία) cum œ diphthon. dici poteſt accolatus, ſiue accolarum conuentus, ſacraq́; uicinã, ἀπὸ τοῦ παροικεῖν, hoc eſt, ab accolendo, uel iuxta habitando. Auguſtinus in libr. 14. Ciuita. Presbyter fuit quidã nomine Reſtitutus in Parœcia Calemenſis eccleſiæ. Parœci autem dicuntur ipſi accolæ: quare qui tantum aliquod accolunt, Parœci dicti ſunt, eiuſdem ſcilicet fani conſortes. Quòd ſi Latinè loqui magis placet, Latinè ſcientibus Curiæ dici poſſunt: unde Curiones olim dicti, & πάροικοι ipſi Curiales. Budæus.

PAROEMIA, (παροιμία) definitore Donato, eſt accommodatum rebus, temporibusq́; prouerbiũ. Diomedes autem ſic definit: Parœmia eſt prouerbij uulgaris uſurpatio, rebus, temporibusq́; accommodata. Vide Eraſmum in principio Adag.

PAROMOEON, (παρόμοιον) eſt ſimilitudo uerborum in oratione: quemadmodum Paronomaſia nominum dicitur ſimilitudo: ut ſi dixeris aliquem Arare, non Orare, eſt Paromœon: ſi uerò non Oratorem eſſe dixeris, ſed Aratorẽ, Paronomaſia eſt. Alij Paromœon interpretantur uitium orationis: cum ab iiſdem literis diuerſa uerba ſumuntur: cuiuſmodi eſt illud, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

PAROMOLOGIA, (παρομολογία) dici poteſt confeſſio: figura quã aliquot res concedimus aduerſario: deinde inferimus aliquid, quod aut maius ſit, quàm ſuperiora, aut etiam omnia, quæ poſuimus, infirmet. Exemplum eſſe poteſt illud Ciceronis pro L. Flac. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, ſi qua alia ſibi ſumunt, non repugno: teſtimoniorum religionem, & fidem nunquã iſta natio coluit: totiusq; huiuſce rei quæ ſit uis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant.

PARON, onis, (παρών) nauigij genus à Parijs primum excogitatum, ut refert Ariſtophanis interpres. Vnde & Myoparones quidam appellatos putãt, quod genus nauigij piratici eſſe creditur, mediam habens formam earum nauiũ, quę in Myonte & Paro inſulis fieri ſolent Vide Bayſium de Re nauali.

PARONOMASIA, {Biſchizzo} (παρονομασία.) Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio, uoce quidem ſimili uerum ſignificatiõe diuerſiſſimo petitur. Tere. in And. Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Quando autem hoc non ex nominum, ſed uerborum ſimilitudine cõtingit: Paromœon a quibuſdam appellatur. Vide ſuprà.

PARONYCHIA, {Panericcio} (παρωνυχία) abſceſſus circa radices unguium. Pli. li. 23. ca. 4. Gingiuarũ inflationibus, paronychijs, ſordidiſq; ulceribus, & putreſcetibus. Dicta Paronychia à παρά ad, & ὄνυξ unguis, quaſi ad unguẽ. Cic. Reduuiã uocat. Eſt itẽ Paronychia, frutex quidã in petris naſcẽs,

peplo

peplo ſimilis, breuiore tamen ſtipite, & folijs maioribus. Nomen habet ab effectu, propterea quòd paronychijs medeatur. Auctor Dioſco. lib. 4.

PARONYMON, (παρώνυμον) nomen ab alio deriuatum: Grammatici uocant Denominatiuum.

PAROPAMISADÆ, (παροπαμισάδαι) populi Aſiæ, qui (ſicut refert Ptolemæ.) ab Oriente parte India, ab Occaſu Arabia terminantur, à Meridie Arachoſia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 20. & 23.

PAROPSIS. (παροψίς) uas eſt eſcarum, à rotunditate, flexuque dictū. Martial. lib. 11. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem. Sueto. in Cal. cap. 12. Ordinario quidem diſpenſatori breuiarum rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. Pollux. li. 10. tradit & ferius quoddam genus eſſe, uel mazæ, uel obſonij uilis, quod ſuo tempore παροψιμάτιον dicebatur.

PAROS, (πάρος) inſula eſt una ex Cycladibus, quæ à Delo trigintaquinque millibus diſtat, ex quo Parius lapis aduehi ſolet, colore candido, & ſtatuis exculpendis aptiſſimus. Vergilius lib. 3. Olearon, niueamque Paron, ſparſaſque per æquor Cycladas.

PAROTIS, idis, (παρωτίς) apoſtema ſecus aureis. Celſus lib. 6. cap. 16. Sub ipſis uerò auribus oriri parotides ſolent, modò in ſecunda ualetudine, ibi inflāmatione orta: modò poſt longas febres, illuc impetu morbi conuerſo, id abſceſſus genus eſt. Dicuntur etiam Parotides (ut inquit idem Celſus) arteriæ duæ, dextra, ſiniſtraque, iuxta guttur ſurſum procedentes ultra aures feruntur. Quin & ipſi aurium cincinni, apud Iulium Pollucem uocantur Parotides. Itemque partes his ſubiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinet, παρὰ enim ad, ὦτα aures dicuntur. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri dolores, quos Græci παρωτίδας appellant. Pli. lib. 20. cap. 1. Parotidas, & panos ſanat.

PAROXYSMVS, (παροξυσμὸς) ſtimulatio, concitatio, exacerbatio: παροξύνειν enim eſt incitare. Hoc etiam nomine Græci appellant acceſſum febris, hoc eſt, exaſperationem, quæ ſtatis temporibus fieri conſueuit.

PARRHA, genus auis inauſpicatæ. Hora. 3. lib. Carm. Impios parrhæ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuio. Plin. lib. 18. & 19. Auem Parrham oriente Sirio, ipſo die non apparere, donec occidat.

PARRHASIA. (παῤῥασία) regio in Peloponneſo, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhaſius, a, um, (παῤῥάσιος, παῤῥασίς) pro Arcadico. Verg. 8. Aene. Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons eſt Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludicra illi ſacrata, nobis Lupercalia dicta. Ouid. lib. 2. Faſto. Quid uetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

PARRHASIS, (παῤῥασίς) patronymicum eſt fœmininum, à Parrhaſia: unde Parrhaſis Vrſa, apud poetas accipitur pro polo Arctico, eò quòd Caliſto, quam à Ioue compreſſam in hoc aſtrum fabulātur commutatam, fuerit Lycaonis Parrhaſiæ, hoc eſt, Arcadiæ regis filia. Luc. lib. 2. Sed nocte ſopora Parrhaſis obliquos Helice cùm uerteret axes.

PARRHASIVS, (παῤῥάσιος) nomen pictoris Epheſij, qui quum Zeuxide in certamen picturæ deſcendit: & cùm ille detuliſſet uuas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aues aduolarent, ipſe detuliſſe linteum pictum traditur, ita ueritate repræſentata, ut Zeuxis alitum iudicio tumēs, flagitaret, tandem remoto linteo, oſtendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aues feſelliſſet. Parrhaſius autem ſe artificem. Hic primus Symmetriam picturæ dedit primus argutias uultus, elegantiam capilli, uenuſtatē oris expreſſit. Auctor Pli. lib. 15. ca. 10. Hora. li. 4. Carm. Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas, Hic ſaxo liquidis, ille coloribus, &c.

PARRICIDA, æ, pen. prod. {Parricida. Boc. Et coſi madre & moglie ad un'hora del padre parricida ſi uede} (πατροκτόνος, πατραλοίας) à patre deducitur, t, in r, commutato. Alij uolunt Parricidam per ſyncopam dici, quaſi parenticidam à nomine parens. Propriè enim Parricidæ dicuntur parentum interfectores, aut qui ſuæ patriæ, quæ cuique parētis eſt loco, excidium aut uim attulerint. Ci. pro Roſc. Ame. Inſui in culeum parricidas uiuos, atque ita in flumen deijci uoluerunt. Idem in Parad. Patrem uita priuare, ſi per ſe ſcelus eſt, Sanguntini qui parentes ſuos liberos emori, quàm ſeruos uiuere maluerunt, parricidæ fuerunt. Hor. 3. Carm. Ode. 29. Telegoni iuga parricidæ. Poſtea tamen lege Pompeia cautum eſt, ut is parricidi teneatur, non ſolum qui patrē & matrem interfecerit, ſed qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelē, filium, filiam, nepotem, nurum, aliosque propinquos occiderit. Ponitur & pro alio quocunque, qui qualemcunque hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pōpilij: Si quis liberum hominem morti ſciens duit, parricida eſto.

PARRICIDIVM, cidij, {Parricidio} (πατροκτονία) parentis, uel cognati occiſio: quāuis etiam pro eo accipiatur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciem fuerit machinatus. Cic. lib. 3. Officio. Poteſt enim, dij immortales, cuiquam eſſe utile fœdiſſimum & deterrimum parricidium patriæ, quamuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? Idem pro Cluē. In ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum uidetur.

PARS, huius partis, {Parte} (μέρος, μοῖρα) à pari, quòd partes ſimul iunctæ pares, id eſt, æquales ſint toti. Alij malunt Partem dictam eſſe ab aduerbio Parū, quòd pars ſit quod parum, reſpectu totius. Dicuntur uerò partes, in quas diuiditur totum. Plau. in Rud. Equidem neque ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc uidulo. Pars magna, idem quod bona pars, id eſt, multi: ſic Pars maior, id eſt, plures: & Pars maxima, plurimi. Ci. 1. Offi. Quæque maiori parti pulcherrima uidentur, &c. Teren. in Prolog. Heauton. Ni partem maximam exiſtimarem ſcire ueſtrum, &c. Plaut. in Moſt. Magna pars moram hanc ſibi induxerūt, &c. Pars multa, idem quod Plerique. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Pars multa natat non recta capeſſens. Magna ex parte ponitur pro plerunque. Plinius libro 8. cap. 54. Itaque magna ex parte complectendo necant. Alias ſignificat ut ſonat. Quin. lib. 10. cap. 1. Ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. Ex parte, & In parte, aliquando pro Partim ponuntur. Quin. lib. 6. cap. 4. Piſces ex parte aduſti, & uerſati. Idem libro. 5. cap. 5. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. Partes aliquas tenere, eſt per illam regionem iter habere. Cice. ad Atti. libro. 3. Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. Ponitur interdum Pars pro factione: ſed hoc ferè in plurali nume. Cice. pro Quint. Erat, inquit, illarum partium. Pro ſua quiſque parte, id eſt, pro uirili. Parte ablatiuus ponitur aliquando pro partim. Plaut. in Ruden. Sed id ſi parte curaui, ut cauerem, &c. Interdum geminatur. Plin. lib. 3. cap. 11. Melichloron eſt geminus, parte flauus, parte melleus. Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem eſt quod duplo plus. Cice. 5. Verr. Quid ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quam popu. Romano miſiſſe? Sic, Multis partibus plures, pro eo quod eſt, multò plures. Cæl. Cice. lib. 8. Epiſt. Famil. Turpe tibi erit, Pathiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures. Pars aliquando pro Initio ſumitur, Vergili. 7. Aeneid. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Ponitur quandoque pro partim. Sueton. Milites pars uictoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam, audaciamque proceſſerunt. Budæus. Aliquando ponitur pro uxore. Plaut. in Menæch. Satur nunc loquitur de me, et de parte mea. Dicimus pulchrè, Partes alicuius agere, pro fungi alicuius munere & officio. Similiter Partes alicuius ſuſcipere. Priores partes alicui tribuere, eſt eum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem, eſt plus apud illum poſſe, & plus auctoritatis apud aliquem obtinere. Dicimus etiam, Facere partes, id eſt, totum in partes diuidere. Cicero 2. de Orato. Quis Antonio permiſit, ut & partes faceret, &c. Audire utranque partem in litibus eſt reo defenſionis, ut accuſatori actionis copiam facere. Pars diuerſa, uel aduerſa, idem quod aduerſarius. Quint. lib. 4. cap. 1. Partis aduerſæ patronus. Idem libro 5. cap. 5. A patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum. Partes primas agere, dicitur in Comœdijs, qui ſæpiſſimè prodit in proſcenium. Aſconius Pædianus: Primarum partium actores ſæpius in ſcenam progrediebantur: ſecundarum, qui minus, minuſque. Porphyrio in Horatium auctor eſt primarum partium actorem omnia clarius, ſecundarum omnia ſubmiſſius agere conſueuiſſe. Quandoque etiam in plurali numero Partes pro officio poni conſuetum eſt: ut Meæ partes ſunt, & Mearum partium eſt: hoc eſt, meum officium eſt. Cicero. 6. Verr. Non ſunt meæ partes id facere. Vnde etiam Alicuius partes deſiderare, eſt eius diligentiam poſtulare. Cicer. ad Atti. lib. 7. Sin erit bellum, meæ partes non deſiderabuntur. Hinc fit compoſitum Expers, (ἄμοιρος) quod eſt ſine parte.

PARSIMONIA, æ, {Parſimonia, riſparmio} (φειδὼ) moderatio ſumptuum, & parcitas, hoc eſt, conſeruatio rerum: quæ ſic definitur à philoſophis: Parſimonia eſt, qua cauemus, ne quod diſpendium ultra modum fiat, & res familiaris, quoad fieri poteſt, ſiue cuiuſquam iniuria conſeruetur. Cicer. in Para. O dij immortales, non intelligunt homines, quàm magnum uectigal ſit parſimonia.

PARTHENIVS, (παρθένιος) mons Arcadiæ, teſte Plinio libro 4. capi. 6: ita dictus à uirginibus, quæ in ea Veneri frequenter ſacra facere ſolebant. Eſt & Parthenius, (παρθένιος) fluuius Paphlagonum. Ouid. 4. de Ponto: Partheniuſque rapax, & uoluens ſaxa Cynapes. Parthenius item poeta Nicæus, ut ait Suidas, Elegiarum uarijque carminis ſcriptor: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manumiſſus. Vixit uſque ad Tyberium Cæſarem, qui, teſte Tranquillo, eius ſcriptis admodum delectabatur. Huius Parthenij locos Vergilius quandoque mutuabatur, cuiuſmodi eſt illud, Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Auctor Gelli. Fuit item alter Chius genere, filius Theſtoris, qui uocabatur Chaos ex Homeri poetæ poſteris. Scripſit uerſus in laudem patris Theſtoris. Suidas.

PARTHENIVM. (παρθένιον) Herba eſt, teſte Ruellio quam uulgus matricariam appellat. Deſcriptionem eius uide apud Dioſcoridem libro 3. ca. 146. Eſt item Parthenion, teſte Plinio aliud herbæ genus, quod & Perdicium, & Helxine, & Vrceolaris herba appellatur: nomen habens à Minerua, quæ illam Pericli in ſomnis traditur oſtendiſſe, cùm uerna illi charus de faſtigio templi delapſus eſſet. Mineruam enim Athenienſes κατ' ἐξοχὴν, παρθένον appellant. Vulgus Parietariam appellat, eò quod circa parietes præcipuè naſcatur.

PARTHENOPÆVS, penul. produ. (παρθενοπαῖος) Martis, & Menalippes filius fuit, teſte Seruio qui in bello Troiano periit. Verg. 6. Aeneid. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus, et Adraſti pallentis imago. Eſt item Parthenopæus, denominatiuum, à Parthenope, hoc eſt Neapoli deductum.

PARTHENOPE. (παρθενόπη) una fuit Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyſſem cum ſocijs in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitauerunt. Harum aliæ alia in loca. Parthenope autem eo delata eſt, ubi poſtea condita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ, quæ ab eius nomine etiam Parthenope eſt appellata. Neapolim autem poſtea dictam fuiſſe hanc urbem nonnulli putauerunt, quòd ab Auguſto fuerit inſtaurata, ſed hoc uerum eſſe non poteſt. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, Neapolis hæc urbs appellatur, & ciues ipſi Neapolitani quos ſcribit, quotannis ad tumulum Parthenopes faces tuliſſe. Veriſimilior eſt itaque aliorum opinio, qui hanc urbem à iuuētute Cumana conditam tradunt. Qui quum in eo loco Parthenopes corpus in ueteri monumento conditum repeririſſent, nomen eius urbi indidere. Sed poſtquam loci ubertate atque amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, ueriti ne Cumæ deſererentur, diruendi Parthenopen conſilium iniuere. Quo facto, mox immani peſtilentia uexati, oraculo moniti ſunt, ut urbem reſtituerent. Itaque ſubito inſtauratam, Neapolim, hoc eſt, nouam urbem uocauere. Hinc Parthenopæus, a, um, παρθενοπαῖος.

PARTHENOPOLIS, (παρθενόπολις) oppidum Thraciæ, teſte Pli. li. 4. ca. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat à filiabus Geraſti filij Mygdonis, quæ cum agreſtes & inhumanæ eſſent, pater ut eas ad ciuiliorem uitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. Eſt item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 32.

PARTHIA, (παρθυαῖα Stephano) regio Aſiæ, à qua Parthi, πάρθοι, πάρθιοι, παρθυαῖοι: Fuit hæc olim gens Scythica, quæ poſtea ad Medos profugit: unde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur, ſicut refert Iuſtinus libro 12. docens ab exulibus Scytharum Parthorum imperium fuiſſe deductum. Horum regna duodeuiginti fuiſſe, teſtis eſt Pli. li. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmaniam, ab Occaſu Medos, à Septentrione Hircanos.

PARTHINI, populi ſunt Macedoniæ prouinciæ, ut ſcribit Pli. lib. 4. cap. 23.

PASCALES, (ποιμαὶ) oues, & gallinæ dicuntur, quæ paſſim paſcuntur: à paſco, ſiue à paſcuis, quaſi paſcuales. Lucil. Paſcali pecore, ac montano hirco, &c. Nonius.

PASCEOLVS, penul. corr. (ut inquit Nonius) ſacculus eſt ex aluta factus. Plaut. in Rudē. Præterea centum minæ Philippicæ in paſceolo ſeorſum. Quidam dicunt ſignificare loculum in marſupio.

PASCHA, æ, neutri generis, (τὸ πάσχα.) Auſonius: Nos etenim primis ſanctum poſt paſcha diebus. Quod plane nomē Hebræum eſſe, ac tranſitum ſignare docet Hieronymus, ſic inquiēs. Paſcha quod Hebraice dicitur Phaſe, non à paſſione (ut plerıq; arbitrantur) ſed à tranſitu nominatur, eo quod exterminator uidens ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſierit, nec percuſſerit eos. Quidam ex recentioribus genitiuum Paſchatis efferūt, manifeſto errore, cū ſola Græca uerbalia in ma, terminata, & à prima perſona τοῦ παρακειμένου παθητικοῦ deriuata, in atis mutant genitiuum.

PASCITO, as, penul. correp. {Paſculare}(ἐπινέμω) frequentatiuum à Paſco. Var. 3. de Re ruſt. cap. 16. Nunc ſeras dico, quæ in ſyluestribus locis paſcitāt: cicures, quæ cultis.

PASCO, is, paui, paſtum, {Paſcere, mangiare}(Κοίμομαι) ueſcor, comedo. Verg. 5. Eclo. Paſcentes ſeruabat Tityrus hœdos. Ouid. 4. Metam. Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant. Quandoq; conſtruitur cum accuſatiuo. Ouid. 1. Faſtor. Pauit ouis pratum, uerbenas improba carpſit. In hac ſignificatione etiam ſumitur Paſcor deponens, de quo in ſequenti dictione dicemus. Aliquando Paſco uerbum eſt actiuum, idem ſignificans quod cibum alteri præbere, (νέμειν, βόσκειν) & quaſi cibo ſaginare, & ſic dicimus, Herba paſcit equum, & Paſco equum herba. Verg. 3. Geor. Veloces Spartæ catulos, acremq; moloſſum Paſce ſero pingui. Cice. 1. de Diuin. Qui cum propter paupertatem ſues puer paſceret. Per translationē ponitur pro delectare, ἑστιᾶν. Idem. 1. Aene. Atque animum pictura paſcit inani. Sic paſcere oculos, eſt uel alicuius rei gratia eos oblectare: Teren. in Phorm. Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Interdum pro fouere, alere. Verg. 3. Georg. Et qualem infelix amiſit Mantua campum paſcentem niueos herboſo flumine cygnos. Huius compoſita ſunt, Compaſco, Depaſco, (κατανέμομαι,) paſcendo abſumo: pro quo etiam dicimus Depaſcor: unde Depaſtus, quod modo actiuè ſumitur, cum ſcilicet fit à deponente Depaſcor. Sic dicimus Bouem depaſtum eſſe agrum, hoc eſt, paſcendo omne agri gramen abſumpſiſſe. Modo paſſiue: ut cū Agrum depaſtum dicimus, cuius herba paſcendo eſt conſumpta, καταναλωθεῖς. Diſpaſco, Expaſco, Depaſco, Perpaſco, uide ſuis locis.

PASCOR, eris, deponēs, {Mangiare}(νέμομαι) ſignificat comedo, ueſcor. Vergil. 3. Georg. Paſcuntur uero ſyluas, & ſumma Lycæi Horrenteſq; rubos, & amantes ardua dumos. Aliquando Paſci accipitur pro creſcere. Ouid. libro. 1. Amor. Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit. Ab hoc fiunt Depaſcor. νέμομαι, ἐπινέμω, Vergil. 1. Georg. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Impaſcor, (ἐπινέμομαι) intus paſco. Colu. lib. 2. Neq; ſuem uelimus impaſci pratum, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet.

PASCVVM, paſcui, {Paſcolo, (ἐπινομὴ, νομὴ) à quo plurale Paſcua, orum, in quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mons aut collis. Colum. lib. 8. cap. 14. Eſuriens mittatur in paſcuum. ibidem c. 3. Nec tamen ulla tam blanda ſunt pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exolecſcat uſu continuo. Herboſa paſcua, Ouid. 2. Metam. Læta paſcua. Horatii. 4. Carm. Ode. 4. Paſcua, (inquit Plin. lib. 18. cap. 3.) in Cenſoriis tabulis dicebātur oīa, ex quibus populus reditus haberet, quia diu hoc ſolum uectigal fuerat.

PASCVVS, a, um, {Paſcolatiuo}(νομαδικός) quod paſtui aptū eſt: unde Paulus Syluam paſcuam appellat, quæ eſt paſcuis pecudum deſtinata. Plau. in Truc. Non aruus hic, qui arari ſolcat, ſed paſcuus eſt ager. Lucretius lib. 5. Sitı eq; inducti terræ bonitate uolebant Pandere agros pingues, & paſcua reddere rura. Hoc eſt, colere rura, ut apta eſſent paſcendis armentis.

PASIPHAE, per quatuor ſyllabas, (πασιφάη) filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferunt Tauri amore captam fuiſſe, Dædaliq; opera, qui ligneæ eam uaccæ incluſit, uoti compotem factam, Minotaurum peperiſſe, media parte hominem, reliqua taurum referentem: quod monſtrum poſtea in Cretēſi labyrintho Theſeus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adiutus. Seruius Minoos ſcribam fuiſſe tradit nomine Taurum, cum quo Paſiphae, mutuo eius amore capta, in Dædali ædibus concubuit. De hac Verg. Eclog. Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent, Paſiphaen, niuei ſolatur amore iuuenci.

PASITELES, (πασιτέλης) inſignis ſtatuarius fuit, & artis plaſticæ peritiſſimus: de quo uide Plin. lib. 35. cap. 12.

PASITHEA, (πασιθέα) una ex tribus Gratiis, quam alii Euphroſynē uocāt. Statius: Non hoc Paſithee blandarum prima ſororum.

PASITHOE, (πασιθόη) nomen eſt nymphæ marinæ, Nerei, & Doridis filiæ, ut inquit Heſiodus in Theogonia.

PASITIGRIS, nomen Tigris fluuii: ex in parte qua duo eius alueì cōfluūt. Plin. libr. 6. cap. 27. Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. paſſ. diuiſus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Meſenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiuſdem gentis tergo, campos Cauchas ſecat. Vbi remeauere aquæ, Paſitigris appellatur.

PASSALVS, (πάσσαλος) & Achemon Cercopes fuere filii Semonidis, mulieris fatidicæ, qui cum nullo non iniuriam genere in obuium quęque debacharentur, à matre admoniti ſunt, ſibi à Melampygo cauerent. Euenit deinde, ut Hercules ſub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes fratres, cumq; dormientem ipſius armis aggredi tentarunt. At ille protinus inſidias ſentiens, correptos ac uinctos de claua ſuſpendit leporum ritu, & ad eum modum geſtabat. Pendentes itaque capitibus deorſum demiſſis poſticum Herculis nigris pilis horridum, atque hiſpidum intuiti, non Lydorum more læue ac depilatum, materni moniti illis in mentem uenit, caq; de re inter ſe cōfabulantur. Quod ſimulac audiuit Hercules, cognomine delectatus, & in riſum ſolutus, uinculis eos liberatos dimiſit.

PASSER, eris, {Paſſere}(στρουθός) auis eſt uulgo nota, quam nonnulli à patiendo dictum putant, eo quod morbum caducum patiatur. Plinius libro. 10. capi te. 36. Contra paſſeri minimum uitæ, cui ſalacitas par. Mares negantur anno amplius durare, argumento, quia nulla ueris initio appareat nigritudo in roſtro, quę ab æſtate incipit. Fœminis longiuſculum ſpatium. Cicero. 1. de Diuinatio. Chalcas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt, Horatius. 2. Sermo. Saty. 8. Cum paſſeris, atque inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. Et Paſſer (ψῆττα) nomen piſcis marini, ex genere pelamidum, ut ait Plinius li. 32. cap. 11. Eſt præterea Paſſer loci nomen non procul à Tarracina. Martial. lib. 6. Non mollis Sinueſſa, feruidiq; Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur. A' Paſſer fit diminutiuum Paſſerculus, στρουθίον, Pla. in Aſin. Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem. Ci. 2. de Diui. Cur autem de paſſerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum, &c.

PASSER SOLITARIVS, {Paſſer ſolitario. Pet. Paſſer mai ſolitario in alcun tetto}στρουθίον, μονάζον) auis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens, cantu ſuauis. Sipont.

PASSERNICES, cotes ſunt, quæ trans Alpes inueniuntur aqua aciem trahentes. Pli. lib. 36. ca. 22. Repertæ ſunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu, necnon & trans Alpes, quas Paſſernices uocant.

PASSIM, {Per tutto, ouunque}(διεσπαρμένως, φύδην) aduerbium, à paſſu, ſignificat ſpaſſim, ueluti per ſingulos paſſus. Vbique uero dicitur de eo, ubi nullum eſt interuallum: ut Herba eſt in prato ubique, grex uero paſſim paſcitur, quia aliquid interualli eſt inter pecudem & pecudem, non inter herbam & herbam. Cicero pro Fonteio. Hi contra uagantur læti, atque erecti paſſim toto foro. Sed hæc cōfunduntur quandoque. Ponitur interdum pro undique, (πανταχόθεν.) Lactant. Conſtituit aſylum, eo paſſim confugerunt ex finitimis locis. Interdum pro quomodolibet: Vergilius 3. Aeneidos: Paſſim in littore ſicco Corpora curamus. id eſt, ut quiſque uult, ſiue indifferenter. Aliquando pro ubique (πανταχοῦ, πανταχῆ) Lactantius: Creditur ei paſſim tanquā cognitæ ueritati.

PASSIO, onis, {Paſſione, perturbatione}(πάθος) animi perturbatio, quam Cicero Affectionem uocat: cuiuſmodi ſunt amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, ſpes, & ſimiles. Auguſtin. de Ciuitate: Quæ ſunt ſententiæ Philoſophorum de his animi motibus, quo Græci πάθη, noſtri autem quidam, ſicut Cicero, Affectiones uel Affectus: quidam uero de Græco expreſſius paſſiones uocant.

PASSIVVS, a, um, (παθητικός) quod paſſionem denotat: unde Paſſiua uerba, apud Grammaticos. Paſſiua Venus apud Iulium Firmicum, accipitur pro obſcœna pathicorum libidine.

PASSVM, ſi, {Sapa}(γλυκύ) uini dulcis genus, quod ex uuis paſſis exprimitur. Vua autem paſſa ea dicitur, quæ ad Solem ſuſpenditur, ut maiorem contrahat dulcedinem. Quomodo autem fiat paſſum, docet Columella li. 12. ca. 39. Vuam (inquit) præcoquam bene maturam legito, acina arida aut uitioſa reiicito: furcas uel palos qui cannas ſuſtineant, inter quaternos pedes figito, & perticis iugato. Tum inſuper cannas ponito, & in Sole pandito uuas, & noctibus tegito, ne irrorentur. Cum deinde exaruerint, acina decerpto, & in dolium, uel in ſeriam conicito: eodem muſtum, quàm optimum, ſic ut grana ſubmerſa ſint, adiicito. Vbi combiberint uuæ, ſeq; impleuerint, ſexto die in fiſcellam conferto, & prelo premito, paſſumq; tollito. Paſſum ſecundarium, quod fiebat poſt paſſum, briſa muſto madefacta. Columella ibidem: Poſtea uinaceos calcato, adiecto recentiſſimo muſto, quod ex aliis uuis factum fuerit, quas per triduū inſolaueris, tum permiſceto, & ſubactam briſam prelo ſubiicito, paſſumq; ſecundarium ſtatim uaſis oblinitis includito.

PASSVS, a, um, à Patior, {Patito}(παθών) idem quod perpeſſus. Verg. 1. Aeneid. O' paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem. Vnde Vua paſſa, quæ in ſiccando paſſa eſt Solem. Plinius libr. 14. cap. 11. Quin & à patientia nomē acinis datur paſſis. Hinc & uino nomen datum, quod Paſſum uocatur. Lac. Paſſum. Ouid. 14. Metamor. Et cum lacte coagula paſſo. Racemi paſſi Verg. 4. Georg. Vel pſythia paſſos de uite racemos.

PASSVS, a, um, à Pando, {Spanſo, diſteſo, aperto}(ἁπλωθείς, ἐξηπλωμένος) idem eſt quod patens, extenſus. Pla. In portum uento ſecundo, uelo paſſo peruenit, id eſt, ocyſſimo curſu. Paſſa uela dicimus expaſſa, diſtenta, explicata, uento tumentia ac plena. Capillus paſſus, (ἐκπεταςθεὶς, ἐκπεταμένος) idem eſt quod diductus, porrectus, diſperſus. Terent. Phormio. Capillus paſſus, nudus pes. Quod & expaſſum aliquando dicimus, & Diſpaſſum, & mutatione a, in e, Diſpeſſum. Plautus in Mil. Diſpeſſis manibus. Veteres enim paſſum dixiſſe, non Panſum, & Expaſſum non Expanſum Gellius, Seruiusq; teſtantur. Dicit enim Seruius: Ideo autem Pando non facit panſum, quia plerunq; n, quod in prima uerbi poſitione inuenitur in præteriti participio non eſt, ut Tundo, Tuſus. Et licet Euphoniæ cauſa utantur, uel in generibus, uel in numeris. Nactus tamen & Paſſus, n, penitus nunquam patiuntur. Paſſis manibus hoc eſt, diductis, atque diſtenſis. Tertullianus tamen Oppanſum uelum dixit, pro oppaſſo & extento. Expanſos (inquit) ungulæ fodiant, cruces ſuſpendant.

PASSVS, us, {Paſſo}(βῆμα) propriè eſt extenſio pedum in progrediendo. Vergilius. 2. Aeneid. Sequiturq; patrem non paſſibus æquis. Dicitur præterea Paſſus menſura duorum pedum & ſemiſſis: à paſſis, hoc eſt extenſis pedibus. Tantum enim fere in progrediendo ſpatii eſt inter digitos prioris pedis & calcaneum poſterioris. Hic autem Paſſus minor, uel Paſſus ſimplex dicitur, à nonnullis, etiam Greſſus. Paſſus autem maior, qui & Paſſus Geometricus dicitur, quod eo peculiariter Geometræ utātur, cōſtat ex quinque pedibus, hoc eſt, ex paſſu minore geminato. Et de hoc paſſu intelligendum eſt, cum dicimus, Millia ſingula conſtare ex mille paſſibus: & generaliter, quoties apud ſcriptores Paſſus occurrit mentio, Geometricum paſſum accipere debemus. Plinius libro. 11. capite. 8. Apes operantur intra ſexaginta paſſus. Vide de hoc Coſmographiam Appiani.

PASTILLVM, neut. gener. (ſicut docet Feſtus) fuit genus libri rotundi, quo utebantur in ſacris.

PASTILLVS, li. {Paſtello}(τροχίσκος,) eſt maſſula cuiuſcunque materiæ in formam panis parui coacta. Diminutiuū uidetur à paſta, quāuis ſiat mutato genere. Feſtus autem à pane deducit. Hinc Paſtilli medicinales, & Paſtilli odoratorii. Horatius. 1. Sermon. Sat. 2. Paſtillos Rufillus olet Gorgonius hircum. Græce Trochiſci dicuntur ab orbiculari forma. Paſtilli (inquit Celſus li. 5. ca. 17.) medicis arida ſunt medicamenta, contra humore non pinguia, aut

uino,uel aceto incocta,quæ à coctione ruſus inaruerunt:quæ,quoties uſus po ſcit,ſubinde eiuſdem generis humore diluuntur:deinde uulneribus illinûtur,nô autem imponuntur,ut emplaſtra. Plin.lib.33.cap.6. Quod ubi ſubſidit, flos intelligitur,ac linteolo interpoſito,in Sole ſiccatur,nô ut perareſcat:iterumq́ in mortario teritur,& in paſtillos diuiditur.

PASTINACA,æ,(ςαφυλῖνος)genus radicis,uirtutis calidæ. Cuius duæ ſunt ſpecies,agreſtis,quam Græci proprie uocât ςαφυλῖνον,Galli des Panetz: altera hortenſis,quam idem paucis literis immutatis uocant Paſtenadas. Vide Pli.lib.19.ca.6 Dioſcor.lib.3.ca. 57.81. Item Paſtinaca,(τρυγὼν ἡ)piſcis uenenatus ex planorum genere. Plin.lib.6.cap.42. Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto,tranſeuntes radio(quod telum eſt ei)figens. Argumenta ſolertiæ huius,quod tardiſſimi piſcium hi,mugilem uelociſſimum omniû habêtes in uentre depræhendantur. Celſus lib.6.ca.9. Et plani piſcis quem noſtri Paſtinacâ,Græci τρυγόνα uocant,aculeus torretur.

PASTINO,as,are,{Zappare}(βωλοςροφεῖν)eſt agrum fodere. Colum.li.3. cap.13. Tum in terram bene paſtinatam,& ſtercoratâ, rectum ſarmentum defigito. Hinc paſtinatio,onis,(βωλοςροφία)uerbale. Colum.lib.3.cap.11. Quibus omnibus diligenter exploratis,tum paſtinationem ſuſcipimus. Et Paſtinator,oris. Colum.lib.3.cap.13. Nam duas regulas eius latitudinis,qua paſtinator ſulcum facturus eſt,in ſpeciem Græcæ literæ X,decuſſabimus. Huius compoſitum eſt,Repaſtino,as. Repaſtinari dicebant ueteres uineas,quę refodiebantur. Hæc enim propria appellatio reſtibilis uineti erat:nunc antiquitatis imprudens côſuetudo,quicquid emoti ſoli uineis præparatur, Repaſtinatum uocat. Vnde quidam Repaſtinari agrum, dicunt,cuius natura fodiendo mutatur. Plinius libro.19. Præcipue fit caulis ſapore ac magnitudine, primum omniû ſi in repaſtinato ſeras. Hinc Repaſtinatio,pro renouatione quandoq́ capitur.

PASTINATVM ati,{Campo zappato}ſolum foſſione renouatum. Colum. lib.4.cap.4. Facta in paſtinato ſcrobe. Idem li.3.ca.3. Et adhuc tamen ſic computauimus,quaſi nullæ ſint uiui radices,quæ de paſtinato æſtimantur.

PASTINATVS,us,(βωλοςροφία)ipſa paſtinatio. Pli.lib.17.ca.20. Alba populus ſeritur bipedaneo paſtinatu.

PASTINVM,ni,pen.cor.{Forcella di ferro}eſt(ut Colum.lib.2.cap.18.refert)ferramentum bifurcum,quo ſemina panguntur. Palladius accipit pro paſtinato,hoc eſt,pro terra paſtinatione renouata. Paſtinum fieri nunc tempus eſt. Menſura paſtini hæc eſt,in tabula quadrata iugerali,ut centeni,octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

PASTIO,onis{Paſtura}(νομή)uerbale eſt,à Paſco,proprieq́ ſignificat ipſum paſcendi actum. Varro.3.de Re ruſti.ca.10. Qui paſcunt in ſaltibus, greges cogere oportet,in paſtione diem totum eſſe. Frequentiſſime etiam accipitur Paſtio pro ipſo pecudum alimento. Cic.pro Lege Manilia. Aſia uero tam opima eſt,& fertilis,ut & ubertate agrorum,& uarietate fructuum,& magnitudine paſtionis,& multitudine earum rerum quæ exportantur,facile omnibus terris antecellat. Valla libro.4. Paſtio uidetur ſignificare cibum,ſed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet quæ paſci dicimus:quanquâ ſuapte natura ſignificat ipſam actionem paſcendi:nunc frequentius cibum.

PASTOMIS,idis,{Muſaruola da caualli,tanaglia}(πασομίς)inſtrumêtum ferreum ſiue ligneum,quod ad cohibendâ equorum tenaciam, naribus uel,mor ſui imponitur. Lucil. Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

PASTOPHORI,penul.corr.(παςοφόροι)ſacerdotes ſacroſancti Aegyptiorum,honoratiores cæteris. Dicti q̀ ferant palium Veneris, cui nomen eſt Paſtos:à quo & ipſa Venus παςοφόρα dicta eſt.

PASTOPHORIVM,(παςοφόριον)paſtophori domiciliû. Apud Eſdram ſic legitur:Exurgens Eſdras in paſtophorium Ionatæ,& hoſpitatus illic,nô guſtauit panem,nec bibit aquam. Hieron.in Eſaiam:Paſtophorium eſt thalamus, in quo habitat præpoſitus templi. Et in libro Macha. Viderût ſanctificationê deſertam,& altare profanatum,& portas exuſtas,& in atriis uirgulta nata ſunt ſicut in ſaltu,uel in montibus,& paſtophoria diruta. Dicitur autem Paſtophorium παρὰ τὸ τὸς παςὸς φέρειν. Paſtos autem Græcis modo pallium ſacerdotale ſignificat,modo thalamum nuptialem,nonnunquam etiam conuiuii locum,in quo ſacerdotes ſolent epulari.

PASTOR,oris,{Paſtore}(ποιμὴν)qui curam habet paſcendi:uox ſæpius repetita apud Varronem,Catonem Columellam,& alios linguæ Latinę principes. Cice.pro Flacco:O paſtores neſcio quos cupidos literatum. Verg.3.Georgic. Deſertaq́ regna Paſtorum,& longe ſaltus,lateq́ uacantes.

PASTORALIS,& hoc,le,{Paſtorale}(ποιμαντικὸς)quod eſt paſtoris,uel quod ad Paſtorem pertinet:ut,Paſtoralis cura,Paſtorale officium. Varro:Tertio gradu à uita paſtorali agriculturam deſcenderût. Ci.1.de Diuin. At ille Romuli auguratus paſtoralis,non urbanus fuit,nec fictus ad opiniones imperitorum. Vergilius.7. Aenei. Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum. Ouidius.2. Faſtorum:Romulus,& frater,paſtoraliſq́ iuuentus Solibus,& campo corpora nuda dabant.

PASTORITIVS,a,um{De paſtore,paſtorale}(ποιμαντικὸς, βοτηρικὸς) idem quod paſtoralis. Cic.ad Atti.li.1. Itaq́ & ludis,& gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus.

PASTORIVS,a,um,{Che s'appartiene à paſtore}(ποιμενικὸς)quod ad paſtorem pertinet. Ouid.2. Metamor,Illud erat tempus,quo te paſtoria pellis Texit,onuſq́ fuit baculus ſylueſtris oliuæ. Sibila paſtoria,Idem.13. Metam.

PASTVS,a,um,participium à paſcor,{Paſciuto}(σιτισθεὶς)qui cibum uel pabulum ſumpſit. Cicer.pro Cluent. Vt etiam beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum,ubi paſtæ aliquando ſint,reuertantur. Vergil.5. Eclog. Nônulli paſtos illis egere diebus Frigida Daphni boues ad flumina.

PASTVS,us,{Paſtura}(σίτισις, νομὴ)cibum,ſiue cibationem,uel pabulum ſignificat. Verg.4.Georg. Veſper ubi è paſtu uitulos ad tecta reducit. Ci.1.Offi. Principio generi animantium omni eſt a natura tributû, ut ſe,uitam, corpuſq́ tueatur,declinetq́,ea quæ ei nocitura uideantur,quæq́ ſint ad uiuendû neceſſaria inquirat,& paret:ut paſtum,ut latibula,ut alia eiuſdem generis.

PATAGIVM,gii,(παταγεῖον)aurea chlamys,quæ pretioſis tunicis ſuper indui ſolet,& qui ita induti ſunt Patagiarii dicûtur. Et patagiarii,qui huiuſmodi ueſtes conficiunt. Apuleius:Vberes enim crines leniter demiſſos,& ceruice dependulos,ac deinde per colla diſpoſitos,ſenſimq́ ſinuato patagio reſidentes,paulisper ad finem conglobatos in ſummum uerticem nodus aſtrinxerat. Feſtus, Patagium eſt quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet,quæ & Patagiata dicitur.

PATALVS,(πάταλος),(inſula uicina Cariæ,apud Stephanum. Gentile eſt Patalius.

PATARA,penultima corre.(πάταρα)urbs Lyciæ,ubi Apollo dabat reſponſa,ſed hybernis menſibus,ut tradit Seruius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia:uel ab filio Pataro Lapeonis filio. Hinc Pataræus,a,um, (παταρεῦς)Ouid.1.Metamor. Mihi Delphica tellus: Et Claros,& Tenedos,Pataræaq́ regia ſeruit.

PATAVIVM,(παταύιον,πατάβιον)Ptolem.lib.5.cap.1.urbs eſt in Ponto,ſiue Bitynia,quæ hodie Polme dicitur. Eſt item urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua ab Antenore condita,cuius meminit Plin.lib.3.ca.19. & Ptolem.lib.3.cap.1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris ſepulcrum uetuſtiſſimum cum huiuſmodi inſcriptione,quę ob nimiam uetuſtatem uix legi poteſt. Inclytus Antenor patriam uox niſa quietem, Tranſtulit huc Henetos,Dardanidumq́ fugas. Expulit Euganeos,Patauinam condidit urbem;Quem tenet hic humili marmore cæſa domus. Vergil.lib.1.Aeneid. Hic tamen ille urbem Pataui,ſedeſq́ locauit. Vide Padua.

PATEFACIO,is,{Aprire,manifeſtare}(ἀνοίγω)aperio,patentem facio. Liui.2.ab Vrb. Ita induxiſſe ſe in animum,hoſtibus potius,quàm regibus portas patefacere. Ouid.2.Metamor Cœleſtiq́,fores uirga patefacit. Ponitur aliquâdo pro declarare,detegere,manifeſtare,palam facere,ἀποκαλύπτειν. Terentius in Hecy. Pertulit tot meas iniurias,quæ nunquam ullo patefacit loco. Ci.ad Quin.frat.libro.2. Racilius qui unus eſt hoc tempore Trib.plebis,rem patefecit. Idem ad Atticum lib.11. Sed neque hoc tempore,nec antea patefeciſſet odium ſuum in me,niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum uideret. Hinc Patefactio,onis, (ἀνοίξις)uerbale. Cicero.2.de Finib. Atqui hæc patefactio,quæ rerum operta rum,cum quid quidq́ ſit,aperitur,definitio eſt,qua tu etiam imprudês utebare nonnunquam. Hinc Pateſio,(ἀποκαλύπτομαι)apertus,& palam fio. Terêti. in Phormio. Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis;Quin ſi hoc celetur,in metu:ſin patefit,in probro ſiem.

PATELLA,æ,{Patello,padella}(λοπάδιον)à patulo,uel πλάττω,fingo,uel ἀπὸ τῆς πλατύτητος,hoc eſt,à latitudine:aut certe a nomine Patina,cuius uidetur eſſe diminutiuum:uas latum eſt condendis obſoniis aptum,lanx,ſeu paropſis,(λοπάς)ſiue uas eſcarium ad olera,& pulmêta ponenda. Horatius li.1. Epiſto.5. Nec modica cœnare times olus omne patella. Ouidius.2.Faſtor. Nutriat intinctos miſſa patella cibos. Cicero.2.de Finib. Atqui reperiemus aſotos primum ita non religioſas,ut edant de patella:deinde ita mortem non timentes ut illud in ore habeant id ex Hymnide,Mihi ſex menſes ſatis ſunt uitæ,ſeptimum Orco ſpondeo. Martial.libro.13. Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior eſt tamen patella. Sunt qui uelint Patellam eâdem eſſe cum ſartagine:ſed Iuuenalis diuerſa eſſe oſtendit,quum inquit: Vrceoli,pelues,ſartago,patellæ. Eſt etiam morbus arborum,hoc eſt,Solis exuſtio. Plin.li.17.capi.24. Olea clauum etiam patitur,ſiue fungum placet dici,uel patellam. Patella item dicitur commiſſura in cruribus,ubi coxarum capita media ſinuâtur, quo facilius excipi à cruribus poſſint.

PATELLARIVS,a,um,adiectiuum:ut,Patellarii dii. Plautus Ciſtel. Dii me omnes magni,minutiq́ & patellarii Faxint,ne ego uiuus dom ſuum Silenio.

PATEO,es,patui,abſque ſupino:quamuis nônulli putent ſupinum eſſe Paſſum, quod magis eſt à Pando,{Eſſer patente, aperto, manifeſto} Eſt autem Pateo, (ἀνεῳγμένος εἰμί)apertum eſſe. Cæſar.6.Bel.Galli. iis omnium domus patent,ui ctuſq́ communicatur. Verg.6.Aenei. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Ponitur aliquando pro extendor. Cæſ.7 Belli Galli. Ante id oppidum planities millia paſſuum tria in longitudine patebat. Aliquando ponitur pro in poteſtate eſſe:ut Omnia mea tibi patent:id eſt,ſunt in tua poteſtate. Sal.in Cati. Vbi cuncta maria,terræq́ patebant,ſub Romanis:id eſt,erant in eorum poteſtate. Aliquando pro obnoxium,ſiue opportunum eſſe. Celſus lib.2.cap.1. Longis morbis ſenectus,acutis adoleſcentia magis patet. Aliquando pro conſtare,ſiue manifeſtum eſſe,& hoc in tertiis perſonis,tam ſing. q̀ plural. Plaut.in Capt. Operta quæ fuere,aperta ſunt,patent præſtigiæ. Plin.lib.21.cap.17. Piſces audire palam eſt,ut patet. Aliquando cum datiuo ſignificat expoſitum eſſe. Liuius.1.Bel.Macedo. In patentem uulneri equum, equitemq́ ſagittas conicere poterat. Hinc Patens,& Patulum,quæ inter ſe differunt,q̀ Patens ſit,quod ad tempus patet,ἀνεῳγμένος. Patulum,quod ſemper patet, ut arbor. Vergil.1.Ecloga. Tytire tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Nares patulæ, Ouid.3.Metamorph. Os patulum,Ouid.Epiſt.15. Vias patulas aperire, Silius libro.17. Campi patuli,Claudi.de raptu Proſerp. Hinc Plaut. Bouem patulum appellat,cuius cornua diuerſa ſunt,ac late patent. Verg.9.Aenei. Et Portas præbere patentes. Inuenitur tamen,etiam Patens pro patulo poſitum, hoc eſt pro eo quod ſemper patet. Idem.4.Georg. Ergo ubi uer nactæ ſudum, campoſq́ patentes,Erumpunt portis,concurritur,æthere in alto fit ſonitus,&c. Liuius.7.ab Vrb. Iuſſæ legiones arma capere,egræq́ caſtris,cum per exploratores notior iam ſaltus eſſet,uia patentiore ad hoſtem ducuntur. Colum.li.12. cap.6. Dolium q̀ patentiſſimi oris locatio in ea parte uillæ,quæ plurimum ſolis accipit ad dolium aqua cœleſti repleto,&c. Patenter aduer.φανερῶς. Cice. 2.de Inuen. Abſoluta eſt,quæ ipſa in ſe,non ut negotialis implicite & abſcondite,ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

PATER,huius patris{Padre}(ὁ γεννήτωρ,πατὴρ)qui aliquem genuit. Terenti. in Adelphis:Tuus herele uero & animo,& natura pater. Dicitur autem procul dubio ab eo quod apud Græcos pro eodem dicitur πατήρ:quamuis Varro libro.4.de Lingua Latina,Patrem a patefaciendo ſemine dictum uelit. Ouidius.9.Metamorpho. Nec nos,aut durus pater,aut reuerentia famæ, Aut timor impediet. Horatius ſecundo Epiſtu.1. Pueri,patreſq́ ſeueri Fronde comas uincti cœnant. Patris nomine,aui,abaui,proaui,ataui continentur,non autem tritaui,ut uult Valla. Hinc cum patrum noſtrorum memoria dicimus aliquid eſſe factû,de proxima ætate intelligimus,non aût de illa ſexta. Cic.1.de Ora. Quid,quòd uſu memoria patrum uenit,ut,&c. Patres,maioreſq́ noſtri, Idê.1.Ver. Verg.2.Geor. Sacra deû,ſanctiq́ patres. Pater êt nomen religionis

eſt:unde

eſt:unde Dii omnes patres uocabantur,peculiariter tamen Bacchus hoc ſibi uo men uendicauit. Verg.2.Georg.Huc pater o Lenæe ueni. Vbi Seruius:Pater li cet generale ſit omnium Deorum,tamen proprie Libero ſemper cohæret:nã Li ber pater uocatur.Idem alio loco. Pater proprie omnium deorum eſt epitheton. Diuum pater,hoc eſt Iupiter. Verg.1.Aene.Diuum pater,atq; hominum rex. Oceanus pater rerum.Idem 4.Georg. Simul ipſa precatur Oceanumq; patrem rerum,Nymphasq; ſorores.Gradiuus pater,hoc eſt,Mars. Idem 3.Aene.Multa mouens animo,Nymphas uenerabar agreſtes,Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. Pater abſolute,pro Ioue.Verg.1.Georg. Ter pater extructos diſiecit fulmine montes. Similiter Pater nomen eſt reuerentiæ, propter quod Romulus centum Senatores,quos ad Reip.curã elegit,ſiue quia is numerus ſatis erat,ſiue quia ſoli centum erant,qui ad id idonei eſſent, Patres ab honore uocauit,ſiue ab ætatis uel curæ ſimilitudine. Feſtus. Patres, ſenatores ideo appellati ſunt,quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac ſi liberis propriis. Dicitur autem πατὴρ Græce,quaſi παῖδας τηρῶν,hoc eſt,ex ſe genitos ſeruans.

PATERFAMILIAS,genitiuo patrisfamilias,uel patrisfamiliæ, {*Padre di famiglia*}(οἰκοδεσπότης)dicitur qui primus eſt,& imperium habet in familiam ſiue puber ſit ſiue impuber.Ci.2.de Legi.Vt ne morte te patrisfamilias ſacrorũ memoria occideret.

PATERPATRATVS,Fæcialium ſacerdotum antiſtes,per quem & bella denunciabantur,& fœdera percutiebantur:ita dictus q; ad iuſiurandum patrãdum:id eſt faciendũ fieri ſolent.Liu.li.1.ab Vrbe.Fæcialis erat M.Valerius, patrem patratum Sp.Fuſium fecit,uerbena caput,capilloſq; tangens.Pater patratus ad iuſiurandum patrandum,id eſt,faciendum fit.

PATERPATRIMVS,(πατὴρ πατέρα ἔχων)qui cum ipſe pater ſit, adhuc uiuentem habet Patrem.Vide Patrimus.

PATERA,pen.co.{*Tazza,coppa*}(κρατήρ)poculi genus latum ac patens:unde & nomen accepiſſe uidetur,quaſi patula.Verg.1.Aen.Impiger hauſit ſpumantem pateram,ac pleno ſe proluit auro.Cic.6.Verr. Patera,qua mulieres ad res diuinas uterentur.

PATERNVS,a,um,{*Paterno*}(πατρῷος,πατρικός)quod eſt patris.Terẽ.in Adelph.Pol haud paternum iſtuc dediſti.Vbi Donatus:Paternum, deeſt facinus.& Dediſti,pro feciſti.Ci.1.de Orat.Egiſſetq; lege in hæreditatem paternã teſtamẽto exhæres filius.Ibidem:Poſſet'ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius. Domus paterna,Ouid.11.Metam. Amicus paternus,Cic.ad Atti.lib.14. Animus paternus,Horat.2.Carm.Ode 2.Inimicitiæ paternæ, Cice.4. Acad.Opes paternæ,Ouid.4.de Ponto.Eleg.15.Paternus,Maternuſq; ſanguis.Cic.pro Roſcio Amer.

PATERNIANA,Ptolemæo lib.2.cap.6.oppidum Carpetanorum, in Hiſpania Tarraconenſi.

PATESCO,ſcis,{*Eſſere aperto,eſſere fatto patente*}(ἀνοίγομαι)aperior,patens fio.Plin.lib.22.capite 23.Si pateſcentes primo adhalauerit.Liuius 2.Bell.Pun. Deinde paulo latiore pateſcit campus,inde colles aſſurgunt. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur.Salluſt. Hinc late pateſcentibus campis,exercitum tuto emiſit.Vergil.2.Aenei.Danaumq; pateſcunt Inſidiæ,id eſt,manifeſtæ ſiũt. apparent,patent.Atria pateſcunt,Idem 2.Aene. Portus pateſcit iam propior, Verg.3.Aene.

PATHOS,{*Paſſione,perturbatione d'animo*}(πάθος)à Cic.3.Tuſcul.dicitur perturbatio,ſeu ægritudo animi:à Gellio,affectus,uel affectio,à Lactantio modo affectus,modo uitium. Auguſtinus animi paſſionem uocat.Eiuſmodi ſunt ægritudo,dolor,gaudiũ,metus triſtitia,cupiditas,ira Quos animi motus Platonici,& Ariſtotelici dicunt etiã in ſapientem cadere,ſed moderatos, rationiq; ſubiectos.Stoici uero negant in ſapientem cadere:dicuntq; eſſe ſapientem ἀπαθῆ,id eſt,impaſſibilẽ.talemq; eſſe eius animum,qualis eſt mundus ſupra Lunã, ſcilicet imperturbatum,quem nulla perturbatio obnubilet,nulla triſtitia obturbet.Aduerſus quos reclamat ipſa natura.

PATHETICA ORATIO,(παθητικὸς λόγος)dicta eſt,quæ aut ad indignationem,aut ad miſericordiam dirigitur: ita dicta quod tota conſtet affectibus.

PATMOS,(Πάτμος)inſula in mari Aegæo,quæ(ſicut Plin.ſcribit lib.4.ca.12.)patet circuitu triginta millibus paſſuum. In hac Ioannes Apoſtolus exul Apocalypſim ſcripſit.

PATIBVLVM,li,{*Stanga,croce*}(μοχλός)modo ſeram ligneam qua oſtia clauduntur,ſignificat:à Patio,teſte Nonio, quod hac remota ualuæ pateant. Teren.Si quiſquam hodie præter hanc,poſticũ noſtrum pepulerit,patibulo hoc ei caput deſtringam. Modo crucem,(σταυρὸν)& ſic à Patior fieri manifeſtum eſt.Sall.lib.4.Hiſto.ut citat Nonius:Patibulo eminens effigebatur.Hinc Patibulatus,dicitur à Plauto in Moſtell.id eſt patibulo affixus. Ita(inquit)te ſerabunt patibulatam per uias Stimulis.Eſt præterea Patibulum,inſtrumentũ uindemiatorum,ſiue legulorum:hoc eſt, eorum,qui oliuas colligunt. Cato de Re ruſtica cap.58.Vbi uindemia & oleitas facta erit,fiſcinas,corbulas,quala, ſcalas.patibula omnia,quers uſus erit,in ſuo quodque loco reponito. Patibulus apud antiquos genere maſculino lectum eſt,teſte Nonio.Lucret. Rerum humanarum libr.21,Deligata ad patibulos.deligantur, & circumferuntur: cruci deſiguntur.

PATHICVS,penult.corr.(πασχητιῶν)à Græco πάθειν,uel)ut nonnullis placet)Paticus ſine aſpiratione,à patiendo,qui præpoſtera libidine ſe iniri patitur: unde Pathici pueri, & Pathicæ puellæ dicuntur,qui ad præpoſteram libidinẽ pædiconibus obſequuntur, Iuuena.Saty.6.Ille tenet ſpeculum pathici geſtamẽ Othonis. Drauci uero dicuntur,qui alterum ineunt non propria libidine,ſed ut illis obſequantur,qui ſubagitatur. Qui autem à draucis ſubigi delectantur, Cinædi appellantur. Per tranſlationem Pathicus etiam dicitur de rebus inanimatis.Vnde Pathiciſſimos libellos,dixit Martialis, hoc eſt,laſciuos & obſcœnos.

PATIENS,PATIENTER,Vide Patior.

PATIENTIA,{*Patientia.Bocca. Deliberò prouar la patientia di lei*} (ὑπομονή,καρτερία)eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio,inquit Ci.2.de Inuent.Idem in Catil. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis,& frigoris,inopiæ rerum omnium.Idem 1.Offic.Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt,exercendaq; in labore,patientiaq; & animi & corporis.

PATINA,æ,pen.cor.{*Piadena*}(λεκάνη,λοπάς)uaſis genus,quo dapes elixæ & iuriſlentæ in menſam feruntur.Terẽt.in Eunuc.Iandudum animus eſt in patinis.Hinc patinarius,ria,rium.(λοπαδευτὸς)quod eſt in patina conditũ, uel repoſitum.Plaut.in Aſin.Vel patinarium,uel aſſum uerſes,quo pacto lubet.Dicta Patina,ab eo q; pateat. Dicitur & Patena, per e.Colu.lib.12.cap.43.de uuis ſeruandis loquens:Colum.patruus meus ea ex creta,qua fiunt amphoræ,lata uaſa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco,inquit Budæus,patet,patenam labra grandia habere.

PATIOR,pateris,paſſus,ſum,paſſum, {*Patire,ſoſtenere*} (πάσχω,ὑπομένω) uerbum commune:ſignificat ſuſtineo,tolero,æquo animo fero. Dicimus enim, Patior te,tolero te:&,Patior abs te,toleror abs te:& Patior abs te multa incõmoda.Terẽ.in And.Tum patris pudor,qui me tam leni paſſus eſt animo uſq; adhuc Cic.7.Verr.Non feram,non patiar,non ſinam. Pati ægre.Plautus in Aſin.Poſſum equidem inducere animum ne ægre patiar quod tecum accubat. Cic.pro Roſc.Am Quare fac ſe omnes patimur eſſe q̃ plurimos accuſatores.

Hoc non patietur æuum:id eſt non durabit.Colum lib.2.cap.10.Repoſitũ in granario patitur æuum.Hoc patitur conſuetudo.id eſt,conſuetum eſt.Cice. ad Attic.lib.12.Quem tam etiam grauius accuſas,quàm tua conſuetudo patitur. Patior te eſſe deſertum id eſt,derelinquo deſtituo.Cicer.1.Offic.Vt eos quos tutari debeant,deſertos eſſe patiantur. Hinc Patiens participium,& aliquando nomen.Colum.lib 3.cap.29.Omnis incommodi patientes,præter caloris.Verg.2.Georg.Et patiens operum,paruoq; aſſueta iuuentus. Quintil.lib.1.cap.12.Et patientior eſt laboris natura pueris q̃ iuuenibus. Cæſ.3.Bel.Ciui.Atq; ii miſerrimo,ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriam obiiciebant. Cic.ad Qu.fra.lib.1.Meæ quoque literæ te patientiorem,leniorẽq; fecerũt.

Aures patientiſſimæ.Cic.pro Ligar. Saxo patientior,Propert lib.1.Eleg.14.Tellus patiens uomeris.Verg.2.Georg.Pulueris,atq; ſolis patiens, Hora.1.Carm.Ode 8. Patienter,patientius,patientiſſime aduerbium:hoc eſt,conſtanter,fortiter,moderate.Ci.de Amic.Vt igitur & monere & moneri propriũ eſt ueræ amicitiæ.& alterum libere facere,non aſpere:alterum patienter accipere,non repugnanter. Ouid.Epiſto.18.Ferre tamen poſſum patientius omnia, quàm ſi Otia,neſcio qua pellice captus,agas.Hinc etiam Patibilis.& hoc patibile q; perferri poteſt.Cic.4.Tuſc.Negligenda mors eſt,patibiles & labores,& dolores putandi.Idem 3.de Natu.deor.Cumq; omne animal patibilem naturam habeat,nullum eſt eorum quod effugiat,&c.Compoſita huius uerbi ſunt, Compatior,quod eſt,miſeror,& conſtruitur cum datiuo.Perpetior,uehemẽter patior.

PATIRAMPHES,(Πατιράμφης)nobilis Perſa, Otanis filius, & auriga Xerxis.Herodotus lib.7.

PATIZITHES,(Πατιζείθης)uir Perſa,magus qui Smerdium fratrẽ ſuum ſimilem Smerdi fratri Cambyſis Perſarum regẽ declarauit. Fuit enim præfectus Cambyſis apud Perſas. Vide Herodotum lib.3.

PATOR,huius patoris,pe.pro.{*Apertura*})χάσμα)hiatus,& apertio, à patendo nomen deductũ:ſicut Vagor.pro uagitu,& Fluor pro fluxu. Apuleius lib.3.Quod altrinſecus ædium patore perflabili,&c.

PATRÆ,trarum,(Πάτραι)ciuitas in Achaia proprie dicta iuxta Olenũ,quã Pauſanias Aroen dici prius ſolitam affirmat:mox à Patræo mœnibus amplificatis,nomen accepiſſe quod nunc habet Huius meminit Plin.lib.4.cap.4.Ouid.lib.6.Metam.Meſſeneq; ferax, Patræq; humileſq; Cleonæ.

PATRASIS,(Πάτρασις,)Vrbs Pontica,teſte Stephano:à qua deducitur gentile Patraſites,πατρασίτης.

PATRES CONSCRIPTI,(οἱ προσκαταλεγμένοι)Feſtus:Patres dicti ſunt,qui ſunt patricii generis:Conſcripti,qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati,Ab initio(ut ait Plutarchus in Romulo)tantum Patres dicti ſunt, poſtea aſcriptis in eum ordinem pluribus,Patres conſcripti uocati ſunt.Cicer.13.Philip.Eſt etiam Aſinius quidam ſenator uoluntarius,lectus ipſe à ſe:apertam curiam uidit poſt Cæſaris mortem:mutauit calceos,Pater conſcriptus repente factus eſt.

PATRES ALLECTI,etiam dicebãtur,auctore Feſto,qui propter inopiã Senatorum ex equeſtri ordine in Senatum ſunt aſſumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæſ.Peregrinus in Senatum allectis libellus propoſitus eſt,ne quis Senatori nouo curiam monſtrare uelit.Hodie autẽ Allecti, Aſcriptitiiq; uocari poſſunt Latine in collegiis magiſtratuum,qui uulgo Creati & Extraordinarii uocantur,ut nonnulli ſunt hodie inter rationales,& præfectos ratiociniorum , quos Clericos,Magiſtroſq; computorum appellamus.Budæus.

PATRIA,æ,{*Patria*}(ἡ ἐνεγκοῦσα,πατρίς)urbs,ſiue alius locus in quo nati ſumus,ita dicta,q; communis omnium parens ſit.Vergil.1.Eclog.Nos patriæ fines,& dulcia linquimus arua:Nos patriam fugimus,&c.Ci.1.Offi.Chari ſunt parentes,chari liberi,propinqui,familiares.ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt,pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere,ſi ei ſit profuturus? Quæ eſt deteſtabilior iſtorũ immanitas,qui lacerarunt omni ſcelere patriã: & in ea funditus delenda occupati & ſunt,& fuerunt. Aliquando & prouincia ipſa,ex qua orti ſumus.Patria uocatur,ſed improprie.Vnde Salluſt Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit.Prouerbii ſpeciem habẽt,Quæuis terra patria: & Patria ibi,ubi bene uixeris:de quibus uide Eraſmi Chiliad.

PATRIANVS,a,um,πατρεύς)denominatiuum deductum à Patris Achaiæ oppido ad Occaſum Peloponneſi ſito,nõ procul ab Oleno.Cic.Therm. Vt obtineat id iuris in agris,quod ei Patriana ciuitas decreuit,& dedit.

PATRIARCHA,{*Patriarcha*}(πατριάρχης)patrum princeps,hoc eſt,pontificũ primus.Hi quatuor principio fuere,Romanus, Antiochenus, Alexãdrinus,Hieroſolymitanus:poſtea tranſlata Byzantium Imperii ſede,additus eſt & Conſtantinopolitanus.

PATRICIE,{*Da gentil'huomo*}pe.cor.aduerbium antiquum: id eſt, more patricio,ac nobiliter.Plau.Caſ.Atat ceſſo magnifice,patricieq; amiceq; hero meo Ire aduerſum.

PATRICIDA,penult.pro.{*Vccidittore del padre*}(πατραλοίας)uide Parricida.

PATRITII,{*Patricii.Pet.Non di gẽte plebea ma di patricia*}(εὐπατρίδαι)

Senatorum progenies, hoc eſt, qui à primis Senatoribus oriundi erãt. Liu. li. 1. Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritij quoq; progenies eorum appellati. Suidas patritios eſſe tradit, communis Reip. patres, qui in ſuprema dignitate ſunt Senatorũ conſilij. Non tamen omnes Senatores erãt Patritij. quod apertiſſime oſtẽditur ex his uerbis Taciti: Iiſdem (inquit) diebus in numerum patritiorum aſciuit Cæſar uetuſtiſſimũ quenq; ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Exire è patritiis, eſt fieri plebeium, Cic. pro Domo ſua. Patritij Franciæ ſunt, quos Pares Franciæ uocãt. ſuntq; quaſi duodecim uiri Reip. cõſtituendæ. Sunt enim numero duodecim: ſex quidem Pontifices, & ſex Duces militares. Budæus. Hinc patritius, a, um, ut Patritius magiſtratus. Cic. ad Brut. Dum enim unus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. Patritia familia, Cic. 2. de Leg. Indoles patritia, Stat. 3. Syl. Honos patritius, Claudianus. Hinc Patritiatus, pro ipſa dignitate. Suet. in Auguſt. A' Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatũ: mox à Seruio Tullio in patritias traducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna ui per Diuum Iulium in patritiatum rediit.

PATRIE', aduerbium, {Da padre} affectu paterno. Quint. lib. 11. ca. 1. Virtus hac moderatione Ci. pro Cælio contra Atracinum, ut eum non inimicè corripere, ſed patrie monere uideatur.

PATRITIVS uicus, Romæ dictus eſt, q; ibi patritij habitauerint, iubente Seruio Tullio, ut ſi quid aduerſus ipſum molirẽtur, ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

PATRIMONIVM, nij, {Patrimonio, beni paterni} (ϐσία) bona paterna, hoc eſt, hæreditas à patre relicta. Cic. pro Domo ſua: Liberis autem noſtris ſatis amplũ patrimonium paterni nominis, ac noſtræ memoriæ relinquemus. Iuuen. Sat. 12. Non propter uitam faciunt patrimonia quidam. Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt. Deuorare patrimonium, diſſidere, effundere, uel exhaurire eſt hæreditatem à parentibus relictam conſumere.

PATRIMVS, uel patrima penult. corr. qui uel quæ patrem adhuc uiuentẽ habet. Liu. 7. Bel. Mace. Patrimi omnes, matrimiq; ad id ſacrificium adhibiti. Calepinus putauit penultimam huius dictionis produci. ſed nullũ profert teſtimonium. Angelus Politianus primæ Centuriæ capite 58. corripit, cum ait: Concelebranto choros: uerum hæc ſit patrima proles, Matrimaq;: at nuptæ gentibus Iunonis ad aram Oranto. Pater patrimus, qui cum ipſe pater ſit, adhuc uiuentem habet patrem.

PATRITVS, a, um, pen. prod (πατρῷος) quod eſt patris: ſicut Auitus, a, um, (παππῷος) quod eſt aui. Sunt enim tanquam poſſeſſiua. Ci. 1. Tuſcul Quæſt. Hęc enim pulchritudo etiam in terris patritam illã & auitam (ut ait Theophraſtus) Philoſophiam cognitionis cupiditate incluſam excitauit.

PATRIVS, a, um. {Patrio, natio} (πάτριος, ἐπιχώριος) quod eſt patriæ, uel patris, ut, Mos patrius. Cic. de Senect. Vigebat in ea domo mos patrius, & uigebat in eo animus patris & diſciplina. Verg. li. 12. Patrio mucrone relicto. Terent. Eunuch. Hominẽ haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Res patriæ, & auitæ, Cic. 2. Ver. Patria & auita philoſophia, Cic. 1. Tuſcu. Mos patrius. Ci. 1. de Orat. Hic enim eſt mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando. Artes patriæ, Ouid. Epiſt. 1. Metus patrius, Ouid. 2. Metam. Amor patrius, Verg. 1. Aene.

PATRIZO, as, uel Patriſſo, as, {Imitare il padre} (πατρίζω, πατριάζω) paternos mores imitor. Teren. in Adelph. Laudo o Cteſipho, patrizas: abi, te uirum iudico.

PATRO, tras, (παιδοποιῶ) proprie ſignificat liberis operam do. Quintil. li. 8. cap. 3. Ductare exercitus, & Patrare bellum, apud Salluſtium dicta ſancte & antique, ridẽtur à nobis, ſi diis placet. quã culpã nõ ſcribentium quidem iudico ſed legẽtium: tamẽ uitanda. Ex quibus uerbis colligitur priſcos Patrare poſuiſſe, pro perficere, nõ ſolum, quum opera liberis daretur, ſed etiam quũ aliud quippiam iam inceptum ad finem perduceretur, διαπράττομαι. Sall. in Catil. Sperabat propediem magnas copias ſeſe habiturum, ſi Romæ ſocij incepta patrauiſſent. Idem de Republica ord. ad Cæſarem: Atq; ea magis fortibus conſiliis, quàm bonis prælijs patrata ſunt. Plau. Aſin. Quin te quoq; ipſum faciam haud magni, ſi hoc patro. Liu. 3. Bell. Pun. Te id prius ſcire uolui, ſi forte abeſſe, dũ facinus patratur, malis. Tacit. libro 2. Si patrandæ neci uenenum mitteretur. Patratus, a, um, participium. Tacit. libro 2. Maluit patrati q̃ incepti facinoris reus eſſe. Bella patrata, Clau. 4. Paneg. Cæde patrata, Tacit. lib. 4. Vnde & Patres patrati dicebantur, q; ad patrandum, hoc eſt, peragendum iuramẽtum, ubi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarch. in Proble. Fecialibus ſacerdotibus, qui fœderibus faciẽdis præſunt Paterpatratus præeſt: inde dictus, q; ipſe pater patrem haberet, ſicq; filius prouideret, & patrem conſuleret. Huius uerbi compoſita ſunt Impetro, quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio, facio. Perpetro, quod eſt perficio. Propetro teſte Feſto, mando aliquid perfici. Accius: Age uero propetra, quod cœpiſti, fieri. Habent autem penultimam correptam.

PATROCINOR, aris, pe. cor. {Diffendere coſi in fatti, come in parole} (συνηγορῶ, ὑπερασπίζομαι, συνεπείν) ſignificat tam uerbo, q̃ facto imbecilliorẽ protego. Quint. lib. 2. ca. 4. Et leno interim, paraſitusq; defenditur. ſic ut nõ homini patrocinemur, ſed fidei. Plin. lib. 2. cap. 41. Patrocinatur uaſtitas cœli immenſa, diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna.

PATROCINIVM, nij, {Diffenſione, tutela} (συνηγορία) protectio, tutela, & defenſio. Sall. in Catil. Cuius patrocinio ciuitas plurimum utebatur. Feſtus: Patrocinia appellari cœpta ſunt, quum plebs eſſet diſtributa inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet. Huius nominis uariis ſunt in oratione uſus. Dicimus etiã Arripere patrociniũ, Tueri patrocinium, Suſcipere patrocinium, Repudiare patrocinium. quorum teſtimonia ſunt inuentu facilia.

PATROCLIDES, (πατροκλείδης) proprium uiri adſentatoris Philippi Macedonum regis.

PATROCLVS, (πάτροκλος) Menœti fuit filius et Sthenelęs, qui occiſo per ludum Aſtragalorum Cleonymo, ſeu, ut aliis placet, Aeane Amphidamãtis filio ſolum uertens in Phthiam uenit, ubi à Peleo propter generis propinquitatẽ ſuſceptus, eſt, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodẽ arctiſſima amicitia iunctus uixit. Poſtea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus eſt, ubi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodẽ confoſſus occubuit. Quod cum reſciuiſſet Achilles, tametſi propter ereptã ſibi ab Agamemnone Briſeida bello abſtinere omnino cõſtituiſſet, nihilominus mutato propoſito, acceptis etiam à Thetide matre aliis armis à Vulcano fabricatis ad bellum rediit, nec prius quieuit ex animo, quàm ſocii mortem quàm crudeliſſime uindicaſſet.

PATRONYMICVM, (πατρωνυμικόν) à Grammaticis appellatur nomen, quod formatum à nomine patris, filium ſignificat: quamuis abuſiue etiam à nominibus auorum, proauorum, fratrum, matrum, ſororum, & ipſarum etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta ſunt autem patronymica à poetis carminis gratia, ne idẽ ſemper nomẽ inculcare cogerentur. Quare in oratione ſoluta iis nõ utimur. Dicitur autem Patronymicũ ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὀνόματος: q; proprie, ut diximus, fiant à nominibus patrum: ut Priamides proprię intelligitur Hector, uel alius quiuis ex filiis Priami.

PATRONVS, ni, {Tutore, deffenſore} (προστάτης, ὑπερασπιστής, συνήγορος) qui aliquem in periculo defendit. Pædianus Qui defendit aliquem in iudicio, aut Patronus dicitur, ſi orator eſt: aut Aduocatus, ſi ius ſuggerit, aut prę ſentiam ſuam cõmodat amico: aut Procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut Cognitor, ſi præſens cauſam nouit, & ſic tuetur ut ſuam. Plaut. in Moſtell. Qui pro me cauſam diceret, patronum liberaui. Valla: Patronus proprie eſt, qui agit cauſam ſed accuſati, non accuſantis. Cic. pro Seſtio. Qua de cauſa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter ſalutem illius urbis Conſulatu conſeruatam meo, me unum patronum adoptauit. Ouid. 1. de Arte: Qui modo patronus, iam cupit eſſe cliens. Eſt etiam Patronus correlatiuũ liberti, qui ſcilicet ſeruum libertate donauit. Mulier etiam dicitur Patrona. Terent. in Eunuc. Te mihi patronã cupio Thais.

PATRVELES, pen. pro. {Fratelli cugini} (ἀνεψιοί) patruorum filij: hoc eſt, ut ait Nonius, mariũ fratrũ filij: quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Plautus in Pœnul. Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic Sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipſæ fratribus genitæ. Auctor Iureco. Sororum uero duarum aut plurium filij, inter ſe Sobrini dicuntur, quaſi ſororini. Ci. 5. de Fin. Vna q; nobiſcum Q. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero, frater noſter cognatione patruelis, et ſocer. T. Torquatus, illi omni uirtute & laude par. Ouid. 13. Metam. nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli. Patruelis, & hoc le, adiectiuum: ut Patrueles fundi. Mart. lib. 5. Cum ſibi redire de patruelibus fundis Ducenta, clamat coccinatus Euclides. Oui. Epiſt. 14. Quid, metuere necem patruelia regna tenendo.

PATRVVS, patrui, {Zio} (ὁ ἀδελφὸς τοῦ πατρὸς, πατράδελφος) frater patris, q; quaſi patris loco ſit. Cicer. 3. Verr. Patruo teſtimonium dicente. Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui, & abaui, qui & Propatruus, & Abpatruus dicitur. Patruiſſimus ſuperlatiuum protulit Plaut. in Pœn. Patrue mi, inquit patruiſſime.

PATRVVS, a, um, (πατραδελφικός) adiectiuum à patruo deductum, quod pro ſeuero per tranſlationem accipitur. Hora. 3. Carm. Miſerarum eſt, neq; amori dare ludum, Neq; dulci mala uino lauere, aut exanimari metuẽtes patruæ uerbera linguæ.

PATAGIA, (quod hic corrupte legebatur pro Siciliæ flumine) uide Pãtagias.

PATVLVS, a, um, {Aperto patente} (ἀναπεπταμένος) apertus, latus, diffuſus. Differt q; à patenti, q; patula dicantur, quæ ſemper aperta ſunt: Patentia autem, quę ad tẽpus patent, poſtea claudenda. Vide latius ſupra in uerbo Pateo.

PATVLCIVS, dictus eſt Ianus, q; tempore belli portæ templi eius paterent. Macrobius lib. 1.

PA'TVLICO, as, pe. cor. {Eſſere aperto} (ἀνοίγομαι) aperior, patulus fio. Plin. lib. 21. cap. 8. Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Ibi Hermolaus legit paſtillicantibus.

PAVCVS, a, um, {Poco} (παῦρος) contrarium eſt Multo. Cic. de Ami. Cum & ego eſſem una, & pauci admodum familiares, in eum ſermonem illum incidere, qui tum fere erat multis in ore. Vergil. Eclog. 10. Pauca meo Gallo, ſed quæ legat ipſa Lycoris Carmina ſunt dicenda. Paucis, frequenter ſolum poni ſolet, ita ut in eo ſubaudiatur ſubſtantiuũ Verbis. Terent. Andr. Auſculta paucis. Verg. 4. Aeneid. Paucis, aduerte, docebo. Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, ut Multi pro malis, autore Nonio. Cic. in Orat. Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionemq; pertimuit. Ab eo fit diminutiuum Pauculus. Terent. in Heaut. Quod imperat facito, loquitor paucula. Cic ad Att. lib. 5. Q. Voluſium tui Tyberii generum, certũ hominẽ, ſed mirifice abſtinentem, miſi in Cyprum, ut ibi pauculos dies eſſet. Pauxillus, Pauxillulus, & Pauxillatim, quę ab hoc nomine per diminutionem formãtur. unde ſuis locis. A' paucus fit Paucitas, ὀλιγότης. Cic. 1 de Oratore. Quanta oratorum ſit, ſemperq; fuit, paucitas. Idem ad Cælium: De Pantheris per eos qui uenari ſolent, agitur mandatu meo diligenter: ſed mira paucitas eſt. Itẽ Paucies, quo ueteres pro raro utebantur, teſte Nonio. Titin. Vxorem meam paucies uideo.

PAVCILOQVIVM, quii, {Poche parole} (ὀλιγολογία) paucitas ſermonis, multiloquio contraria. Plaut. Mercat. Inhæret etiam, auiditas deſidia, iniuria, Inopia, contumelia, & diſpendium, Multiloquium, pauciloquium.

PAVENS, (περίφοβος) qui ad tempus, uel ex cauſa timet. Ouid. 2. Meta. Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes Phœbus equos.

PAVICVLA, læ, inſtrumentũ, quo coæquatur, & condenſatur area: à pauiendo dicta. Cato de Re ruſt. cap. 129. Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut pauicula coæquato.

PAVEO, es, paui, {Hauer paura, temere} (περιφοβοῦμαι) timeo. Plaut. in Amp Ne paue. Teren. And. Id paues, ne ducas tu illam. tu autem ut ducas Ouid. 9. Metam. Sed enim ne pectora uano Fida metu paueant, Oetæas ſpernite flammas. Cic. 5. Philip. Pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere. Hinc Pauendus, a, um, id eſt, timendus. Plin. lib. 8. cap. 23. Nec pedibus tantũ pauendas ſerpentes, ſed & miſſili uolare tormento. Pauendo, gerundium, idem quod timendo. Lucan. lib. 1. Sic quiſq; pauendo dat uires famæ.

PAVESCO, ſcis, {Temere} (περιφοβοῦμαι) timidus fio, aut idem quod timeo. Colu. lib. 6. cap. 2. Ventri quoq; & ſub fœmina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum pauefcant. Ex quo Expauefco, de quo ſupra.

PAVEFIO, timidus fio. Gell. lib. 19. cap. 1. In tanta uiolentia tempeſtatem

uideo

uideor paulùm paueſactus. Ouid. 13. Metam. Aſt ego uicino paueſacta ſub æquore mergor.

PAVIDVS, {Timido}(περιδεὴς) timidus, meticuloſus, qui natura timidior eſt, inquit Seruius. Ver. 8. Aen. Stant pauidæ in muris matres. Ouid. Epiſt. 3. Quod ſcelus ut pauidas miſeræ mihi cōtigit aures, Sanguinis atq; animi pectus inane fuit. Vergi. 9. Aene. Interea pauidam uolitans pennata per urbem Nuntia fama ruit. Horat. 2. Epod. Pauidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem Iucunda captat præmia. Silius lib. 10. Talin' pauidiſſime dignū Me uita, pulchraq; indignum morte putaſti? Hinc Pauidè, aduerbium timidè, meticuloſè. Liu. 5. ab Vrb. Nequaquam tamen ea nocte, neq; inſequenti die ſimilis illi, quæ ad Alliam tam pauide fugerat, ciuitas fuit.

PAVIMENTO, as, {Fare pauimento}(ἐδαφίζω) pauimentum facio, ſeu pauimento ſterno. Vnde Pauimentata loca dicuntur, in quibus ſtrata ſunt pauimenta. Cicero pro Domo ſua: In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentum pedum concupierat. Plinius lib. 27. capite 4. Ergo pauimentandam ubi ſata ſit, cenſent, ut lacryma non abſorbeatur.

PAVIMENTVM, ti, {Pauimento, battuto, terraccio}(ἔδαφος, θελὸς) dicitur ipſum domus ſolidamentum, ſiue incruſtatio, quam gradiendo calcamus. à pauiendo, hoc eſt, tundendo, ſiue feriendo dictum, quòd dum ſiūt pauimenta pluribus ſimul diebus feriuntur, id eſt, percutiuntur, tunduntur fiſtucis, ſeu marculis, ut ſolidiora ſint, nec rimas faciant. Iuuen. Sat. 14. Verre pauimentum, et nitidas oſtende columnas. Cato ca. 18. de Re ruſt. Pauimenta ad hunc modum facito: De teſta arida pauimentū ſtruito: ubi ſtructum eſt, pauito, ſtecatoq;, oleoq; perungito, ut pauimentum bonum ſiet. Multa autem pauimentorum genera fuerūt apud ueteres. Erant Lithoſtrata paruulis coagmentata cruſtis. Erāt Subdialia à Græcis inuenta, quæ ſub dio erant, & in aperto, pluuiis, & tempeſtatibus expoſita. Erant & Aſarota, de quibus Papin. in Syluis: Suberantq; nouis aſaroto figuris. Dicta autē ſunt Aſarota, ab α priuatiuo, & uerbo σαίρω ſiue σαρόω, hoc eſt purgo, uel uerro, ſiue quòd ſcopis nō uerrerentur, ſed collectis manu analectis (ita uocāt cœnarū reliquias) ipſa ſpongia mundarentur: ſiue (ut auctor eſt Pli. li. 36. c. 25.) quod in hoc pauimentorum genere tā artificioſè minutis quibuſdam teſtulis expreſſæ erant cœnarum reliquiæ, quæ ſcopis ſolent euerri, ut ſemper uiderentur non eſſe purgata, eaq; quæ in pauimento depicta erant, uera uiderentur analecta. Vide Aſarotum. Fuerunt & pauimenta Barbarica, Subtegulanea. Scalpturata & Græcanica. Vide Plinium lib. 36. cap. 25. Pauimenta Pœnica, inquit Feſtus, marmore Numidico ſtrata ſignificat Cato, cùm ait in ea oratione, quàm habuit, neguis Conſul, fieret. Dicere poſſum, quibus uillæ, atq; ædes ædificatæ, atq; expolita maximo opere citro atque ebore, atq; pauimentis Pœnicis ſtent.

PAVIO, pauis, paui, pauitum, {Percuotere}(ἐδαφίζω) uerbum antiquum ſignificat ferio, percutio, tundo. Sumptum eſt à Græcis, qui παίειν dicunt Percutere. Cic. 2. de Diuin. Sed quùm quum paſcunt, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, Terripauium primò, poſt Terripudiū dictum eſt: hoc quidem nūc Tripudium dicitur. Cato ca. 18. Ibi de teſta arida pauimentum ſtruito: ubi ſtructum eſt, pauito, fricatoq;, oleo perungito, uti pauimentum bonum fiet. Colum. lib. 1. cap. 6. Sed utrunque more piſcinarum deuexum leni cliuo & extructū, pauitumq; ſolum habeat, ne humorem tranſmittant. Hinc pauor, (δεῖμα) uehementior metus, quod in eo cor pauiat, id eſt, pulſet: & Pauſia oliuæ ſpecies quòd non niſi pauiendo, hoc eſt, tundendo oleum emittat: de qua uide latius ſuo loco. Hinc fiunt compoſita Depuuio, hoc eſt, percutio. Lucil. apud Feſtum: Palmiſq; miſellam depuuit me. Eiuſdem ſignificationis eſt Oppauio. unde Oppuuia, dicuntur uerbera. Afranius: Oppuuiis pueri coercentur.

PAVITO, tas, pe. cor. {Temere molto}(πτώρμαι) frequentatiuū à Pauco, ſignificat ualde timeo, & horrore concutior. Plaut. in Bacchid. Quis hic horror eſt? quid pauitas? Terent. in Hecyr. Vxorem Philomenam pauitare neſcio quid dixerunt, id eſt, laborare ex frigoribus, ut ibi exponit Donatus. Habent enim Frigus, & Pauor reciprocā quandam tranſlationem: nam & Frigus accipitur pro pauore, & Pauor pro frigore: ut, annotauit Seruius in illud Vergil. 1. Aen. Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. Lucr. li. 2. Quę pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura. Verg. 6. Aen. Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem Supplicia.

PAVLATIM. aduerb. {A poco à poco}(ἠρέμα) ſenſim, leniter. Terent. in Hecy. Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huc tranſtulit amorem. Ver. 6. Aen. Paulatim adnabam terræ. Cælius Ciceroni. Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. Verg. 3. Geog. Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina.

PAVLISPER, temporis aduer. {Per iſpatio di poco tempo}(ὀλίγον χρόνον) modo temporis ſpatio. Ver. 5. Aen. Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. Ci. 1. de Diuin. Puellam defatigatam petiiſſe à matertera, ut ſibi cōcederet pauliſper, ut in eius ſella requieſceret.

PAVLVM, {Poco}(ὀλίγον) diminutiuum à Parum, cuius ſunt quatuor gradus diminutionis, ſcilicet Paulum, Paululum, Pauxillum, & Pauxillulum μικρὸν, βραχύ. Terent. in Phorm. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquū pauxillulum nummorum. Idem in And. Pro peccato magno paulum ſupplicii ſatis eſt patri. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Naues ſoluit, pauloq; à portu progreſſus, literas à Cæſare accepit. Cic. 1. Acad. Paulumq; cum ab eius uilla abeſſemus, ipſum ad nos uenientem uidimus. Poſt paulum, pro Paulo pòſt, dixit Quint. lib. 9. ca. 4. Sed de propoſitorum diuerſitate, inquit, poſt paulum.

PAVLO, {Vn poco} aduerb eſt, idem ſignificans quod paulum: ſed Paulum poſitiuis Paulò comparatiuis frequētius iūgitur: ut, Paulò amplius, Paulò magis & præpoſitionibus, Ante, & Poſt: ut, Paulò antè, Paulò pòſt. Vide Vallā li. 1. Paulo magis, ponitur interdum pro nimium. Cic. in Bruto: Et uerbis delectari uidetur paulo magis priſcis. Et Paulo minus, aliquando pro propemodum, ſiue ferè, μικρὸν Sueton. in Tyb. Cæſ. Quaſi neq; reciturus unquā, & cito mortem etiam obiturus: quod paulo minus utrunq; euenit. Paulo mox, ponitur pro ſtatim, cum paruo interuallo. Plin. Et paulo mox calefactum uulneri imponatur.

PAVLVLVM, {Pocchino}(ὀλίγον) diminutiuum à Paulum. Terent. in Adel. Agelli hic ſub urbe eſt paululum, quod locitas foras. Iungitur etiā Ante Cic. 4 Acad Et paululum ante dicendum eſt, quæ nō mihi uidentur conſideraſſe phyſici. Ponitur aliquando pro pauliſper. Tere. in Eunu. Paululum opperirier ſi uis, iam frater ipſe hic aderit uirginis. Inuenitur & Paululus, paulula, paululum, adiectiuum. Liu. 8. ab Vrb. Pro paulula uia magnam mercedē Romanis eſſe ſoluendam. Idem 5. Bel. Maced. Nihil puto aſpectu contemptius, equi, hominesq; pauluhi, & graciles, diſcincti, & inermis eques.

PAVLVS, li, (παῦλος) Latina lingua modicus interpretatur, Græca quietus. Nā παῦλα quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Aemylius, qui in prælio Cannenſi pro patria occubuit. Hoc etiam nomen à conuerſione uſurpauit gentium Apoſtolus, cū antea Saulus diceretur, à primo (ut nonnulli putant) ſpolio, quod contulit eccleſiæ, à Paulo uidelicet Sergio Proconſule, quem apud Cyprū conuertit ad fidem. Eſt & Paulus, a, um, adiectiuū. à Parū, quo rariſſime uſi ſunt auctores, niſi in ablatiuo. Plaut. in Bacch. Paciſci cū illo paula pecunia potes. Teren. in And. Dū in Dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.

PAVO, onis, & Pauus, ui, {Pauone}(ταὼς) auis nota, uario pennarū fulgore cōſpicua, quam poetæ Iunonis tutelæ aſſignarunt. Gell. lib. 7. cap. 16. Pauus è Samo præſtantior eſt. Tradunt hanc autem eſſe non glorioſam ſolum, ſed et maleuolam. Laudata expandit colores aduerſo maximè ſole. Fimum ſuum reſorbet, inuidens hominū utilitati. Caro eius diutiſſime incorrupta ſeruatur. Vnde etiā in uentriculo ægerrimè concoqui putatur. Ad quod & Iuuenalis uidetur alluſiſſe Sat. 1. Et crudum pauonem in balnea portas. De auis huius natura uide plura apud Plin. lib. 10. cap. 20. Eius fœmininum eſt Paua, quo uſus eſt Auſonius Sectione 1. Fœmineā (inquit) in ſpeciem ſe uertit maſculus ales: Pauaq; de pauo conſtitit antea oculos. Colu. tamen utrunq; ſexum Pauonem appellat. ſed cum dictione horum nominum Maſculus & Fœmina. Vtriuſq; exemplum habes li. 8. ca. 11. Maſculus (inquit) pauo gallinaceam ſalacitatem habet, atq; ideo quinq; fœminas deſiderat. Et paulo poſt: Nā fœminæ pauones, quæ non incubant, ter anno fere partus edunt. Hinc Pauonius, a, um, adiectiuum, quod ex pauone eſt, ut, Pauonium ouum apud Colu lib 8. cap. 5. & Muſcarium pauonium, ex pauonum caudis confectum, apud Mart. in Diſtichis.

PAVOR, oris, {Paura, tema}(δεῖμα, δειλία) ut ait Cic. 4. Tuſc. eſt timor loco mouens mentem. Ex quo illud Ennii: Tum pauor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Liu. 4. Bel. Pun. Pauorq; circa eam ceperat milites, ne mortiferum uulnus eſſet. Verg Georg. Exultantiaq; haurit Corda pauor pulſans.

PAVPER, huius pauperis, {Pouero}(πένης, πενιχρὸς) generis communis, uel ſecundū aliquos omnis: habet enim neutrū genus, præcipue in obliquis: ut apud Stat. lib. 1. Theb. Lis eſt de paupere regno. Dictus autem Pauper (ut Varro putauit,) à parua pecunia: ſiue (ut alii malūt) à paruo lare. Cicer in Para. M. Manlius pauper fuit: habuit enim ędiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Horat. 1. Serm. Sat. 1. Neq; ſe maiori pauperiorum Turbæ comparet. Ouid. 1. Faſt. In pretio pretiū nūc eſt, dat cenſus honores Cenſus amicitias: pauper ubiq; iacet. Pauper cum genitiuo. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Pauper Opimius argenti poſiti intus, & auri. Pauperrimus, ſuperlatiuum. Hora. 1. Serm. Sat. 1. Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum. Plin. lib. 24. cap. 8. Cum remedia uera quotidie pauperrimus quiſq; cœnet. Apud antiquos etiam Paupera dicebatur in fœm. gen. Plaut. Paupera hæc res eſt. Hinc fiunt diminutiua, Pauperculus, & Paupercula. Terent. in Heaut. Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula. Varr. lib. 1. de Re ruſt cap. 17. Vt pleriq; pauperculi cum ſua progenie.

PAVPERIES, huius pauperiei. {Pouertà}(πενία) ipſa paupertas. Horat. lib. 1. Epiſt. Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugens, per ſaxa, per ignes. Horat. 3. Carm. Ode 24. Magnum pauperies opprobrium, iubet Quiduis & facere, & pati: Virtutiſq; uiam deſerit arduæ.

PAVPERO, as, {Impouerire}(πτωχεύω) pauperem facio. Plautus in Pſeudolo ex perſona lenonis: Boni uiri me pauperant, improbi alunt. Horat. 2. Sermo. Satyr. 5. Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te Contemptū caſſa nuce pauperet. Hinc Depaupero. Varro. Priuſquam domum depauperaret ſumptu ſuo.

PAVPERTAS, tatis, {Pouertà}(πενία) ipſa pauperis conditio. Varr. li. 4. de Lingua Latina: Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta eſt. Plaut. Perſa: Nam ubi ad paupertatem acceſſit infamia, Grauior paupertas fit. Cic. 3. Tuſcu. Vt de paupertate nonnunquam, cuius onus diſputādo leuamus docentes, quàm parua, & quàm pauca ſint, quæ natura deſideret. Iuue. Sat. 3. Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quàm quòd ridiculos homines facit. Paupertatem quidam ab Egeſtate ita diſtinguuit, ut Egeſtas ſit, quando ad uictū neceſſaria deſunt: Paupertas, quando licet non ſint opes, tamen neceſſaria ſuppetunt. Ci. in Para. Itaq; iſtam paupertatem, uel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcurè tuliſti.

PAVPERTINVS, pen. pro. {Pouero}(πενιχρὸς) idem quod pauper. Varr. de Vita pop. Rom. lib. 1. Quod ſi paupertina ſit elegantia, ac cum caſtimonia. Sidonius: Quin potius paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret. Nonius.

PAVSA, ſæ, {Pauſa}(παῦλα, παρατολή) requies alicuius rei. Lucr. lib. 1. Saty. Hæc ubi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi. Plau. Rud Aliquando oſculādo melius eſt uxor pauſam fieri. Deducitur à uerbo Græco παύομαι, quod eſt ceſſo. unde & παῦσις, eiuſdem ſignificationis cum Latino Pauſa.

PAVSANIAS, (παυσανίας) Cleombroti filius Lacædemonius Imperator, qui una cum Ariſtide Athenienſi uicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Plateas, cum ducentis peditum millibus electis, & uiginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmonus adieciſſet, in mores Aſiaticos labi ſe permiſit. Deinde euuſq; proceſſit res, ut cum Xerxe ita conueniret, ſe illi imperium Lacedæmoniorū proditurum eſſe, ſi filiā ſibi in matrimonium dediſſet. Quo nomine in iudicium uocatus, in templum Mineruæ confugit, ubi interfectus eſt, cadauerq; eius in barathrum abiectū. Auctor Thucydides lib. 2. Fuit & Pauſanias nomen auctoris Græci, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripſit Chronica, Laconica, de amphictyonibus, & Lacedæmoniorum feſtis. Auctor Suidas. Alius præterea fuit Pauſanias Macedo adoleſcēs, qui cum primis pubertatis annis ſtuprum ab Attalo per uim eſſet paſſus, & quod deterius eſt, omnibus etiā cōuiuis ueluti ſcortum eſſet oblatus, de tanta iniuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatiq; probri ultionē poſtulauit: uerum cum ſe etiam à rege irrideri ui

deret, iram in eum conuertit, ultionemq́; quam ab inimico non potuerat, ab ini quo iudice exegit. Auctor Iuſtinus.

PAVSANIAS CÆSARIENSIS, Grammaticus, æqualis Ariſtidi, ſcripſit de conſtructione librũ unum, Problematum item unum, quem inter malos Rhetoras recenſet Philoſtratus, in Vitis Sophiſtarum. Auctor Suidas.

PAVSARIVS, (κελευστής) à Seneca uocatur, qui remigibus modos dat, et remigandi officium quadam quaſi pauſa moderatur.

PAVSIA, genus oliuæ, à pauiendo, ꝗ non niſi pauiendo, id eſt, tundendo, oleũ emittat: Seu ꝗ antè, ꝙ mole ſubiiciatur, tundatur. Ver. 2. Georg. Et amara pauſia bacca. Apud Colu. lib. 12. cap. 48. niſi corrupta ſint exemplaria, legitur Pauſea per ſecundam uocalem in penultima ſyllaba.

PAVSIAS (παυσίας) nomen pictoris Sicyonii, de quo Plin. lib. 35. Inter pictores (inquit) Pamphilus docuiſſe traditur Pauſiam Sicyoniũ, primũ in hoc genere nobilem. Inter omnia huius opera præcipuę admirationi fuit tabula quędam, qua Glyceram municipem ſuam, à ſe amatam, ſedentem pinxit, & coronas ex floribus plectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellauit. Inde fit adiectiuum Pauſiacus, a, um, Hora. 2. Serm. Sat. 7. Vel cum Pauſiaca torpes inſane tabella, hoc eſt, tabula à Pauſia depicta.

PAVSILYPVM, (παυσίλυπον) uilla eſt Campaniæ, ab amœnitate dicta ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, hoc eſt, à curæ mœrorisq́; ceſſatione. Plin. li. 9. cap. 53. Pauſilypum, uilla eſt Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. ca. 6. Inter Pauſilypum & Neapolim Megaris.

PAVSILYPVS, (παυσίλυπος) poculum erat in conuiuiis tertiũ, Ioui ſeruatori dicatum: ita dictum, ꝗ curas abigeret. Quinetiam Iouem ipſum Sophocles Pauſilypum cognominat.

PAVSO, ſas, {*Pauſare, ceſſare*} (παύομαι) quieſco. Plau. in Trin. Pauſa, uiciſti caſtigatorem tuum.

PAVXILLVS, {*Pocchino*} (ὀλίγος) adiectiuum diminutiuum à Paulum, Plaut. in Aulul. Nam ueriſimile non eſt, hominem pauperem Pauxillum parui facere, qui nummum petat. Hinc Pauxillum aduerbium. id eſt, parum admodum. Plaut. in Capt. Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe. Hinc Pauxillulus, adiectiuum diminutiuum à Pauxillus. Plau. in Rud. Hoc colore capiũtur pauxilluli. Tere. Phorm. Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id ut conficerem.

PVVXILLATIM, {*A poco à poco*} (κατὰ μικρὰ) ſignificat paululum, ſenſim, pedetentim. Plaut. in Epid. Cœpit ſurſum uorſum ad illas pauxillatim accedere.

PAX, huius pacis, {*Pace*} (εἰρήνη) a pactione dicitur, quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Horat. 2. lib. Epiſt. Hoc paces habuere bonæ, uentiq́; ſecundi. Varro: Animaduertendum primum, quibus de cauſis & quemadmodũ conſtituerunt paces: ſecundum qua fide & iuſtitia eas coluerunt. Eſt autẽ Pax propriè publica tranquillitas. Cic. de Senec. Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. Pax (inquit Ci. 2. Phil.) eſt tranquilla libertas. Aliquando etiam accipitur pro uenia. Verg. 3. Aen. Sed uotis precibusq́; iubent expoſcere pacem. Nonnunquam etiam pro propitiatione. Idem 4. Aen. Pacemq́; per aras Expoſcunt. Habet autem hoc nomẽ uarios in oratione uſus. Dicimus enim, Pace aduenio, Pacem affero, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacem, Conſulere paci, Cum pace aliquem dimittere. Cum pacẽ aliquid agere: Cui contrarium eſt iracundè, uel cum ira agere, Confirmare pacẽ Dare pacem, Eripere pacem, Eſſe in pace, Pacem exploratam habere, Facere pacem, Seruare pacem, Trahere pacem, Vti pace. Teſtimonia legentis ueteres autores nulli non ſunt obuia. Pace tua, honeſtus eſt reprehendendi modus, prius capta uenia. id eſt, tua uenia: & te non iraſcente. Teren. in Eunu. Quæſo hercle ut liceat, pace quod fiat tua. Similiter, Pace tua dixerim: Pace omnium dixiſſe liceat. Pax etiam aduerbium Comicum eſt, & ſignificat Tantummodo, uel ſilentium quoddam imperantis uim habet. Teren. in Heaut. Dum argentum, capio, pax, nil amplius.

PAXILLVS, {*Palo*} (πάσσαλος) idem quod palus. Hoc nomen Priſcianus credidit per diminutionem a palo factum, quod tamẽ uel Cicerone teſte falſum eſſe conſtat, qui Palum contra ex paxillo contractum eſſe aſſerit, fuga literæ uaſtioris. Sic enim ſcribit in Orat. Quinetiam uerba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo autem ueſter Axilla Ala factus eſt niſi fuga literæ uaſtioris, quam literam etiam a maxillis, & taxillis, & uexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.

P ANTE E.

PECCATVM, {*Peccato*} & nomen, & participium eſſe poteſt. Teren. in Prol. Eunu utrunq; complexus eſt. Si id (inquit) eſt peccatum, peccatum imprudẽtia eſt. Prius eſt, nomen. (ἁμάρτημα) ſecundum participium (ἡμαρτημένον) Eſt autem peccatum, quicquid fit contra officium: quæ etiam Culpa appellatur. Ci. de Amic. Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Idem Att. li. 3. Scio nos noſtris multis peccatis in hanc ærumnam incidiſſe. Ver. 1. Aeneid. Si ſine pace tua atq; numine Troes Italiam petiere, luant peccata, neque illos iuueris auxilio.

PECCATVS, huius, catus, idem. uide Pecco.

PECCO, as, {*Peccare*} (ἁμαρτάνω, πταίω) propriè ſignificat adulterium committo: dictum quaſi pellico, ut putat Sipont. id eſt, cum pellice coeo. Vnde peccatus, pro adulterio, quaſi Pellicatus. Apud ueteres enim Peccatus, us, uſq; ad Cice. ætatẽ durauit, qui uoce ea uſus eſt 4. Verr. Nemo (inquit) ita uiuebat, ut nulla eius uitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, ut cum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior uideretur, ſi negaret. Poſtea inualuit uſus, ut Peccatum tantum neutro genere proferatur, et generaliter de omnibus delictis, atque erroribus dicatur & Peccare quomodocunq; labi offendere, delinquere. Teren. in And. Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. Cic. li. 1. Offi. paſſiuo uſus eſt, cum ait: Multa peccantur. Et impersonaliter, quum ait lib. 1. Offic. Quo magis cauendum eſt, nequid in eo genere peccetur. Conſtruitur Pecco aliquãdo cum accuſatiuo cum præpoſitione In. Terent. in Adelph. Verum in iſtam partem potius peccato tamen. Aliquando cum ablatiuo, cum eadem præpoſitione. Cic. 5. Verr. Si denique uno aliquo in genere peccaſſet. Aliquando cum accuſatiuo ſine propoſitione. Plaut. in Bacch. Si unam peccauiſſet ſyllabam, fieret corium tam macu

loſum, quàm eſt nutricis Pallium.

PECORARIVS, {*Pecoraio*} (προβατοκάπηλος) qui pecua, ſiue pecora publica redimit, ut inquit Aſconius. Romani enim ueteriores, nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. Eſt etiam Pecorarius, qui pecorum curam habet, νομεύς. Auguſt. lib. 15. Ciui. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum.

PECORINVS, a, um, {*Pecorino*} (προβατικός) quod eſt ex pecore: ut, Pecorina caro, quam & pecoream, pecudinam, & pecuinam poſſumus appellare.

PECOROSVS, a, um, {*Ch'abonda di pecore*} (προβατώδης) quod pecore abundat. ut Pecoroſa palatia, apud Propert. lib. 4. Venit ad inuictos pecoroſa palatia montes: Et ſtatuit feſſos, feſſus & ipſe, boues.

PECTEN, inis, maſc. gene. {*Pettine*} (κτείς) inſtrumentum textorum, quo ſubtegmen ſtamini immittitur. Verg. 1. Georg. Arguto coniux percurrit pectine telas. A cuius ſimilitudine & Pecten dictus, qui explicat capillos. Ouid. 4. Metam. Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. Eſt quoq; crates dentatæ genus, ſtylis ferreis, ad colendum terram. Item ferreum inſtrumentum, quo rariores ſegetes metebantur. Colum. lib. 2. cap. 21. Alij pectinibus ſpicam ipſam legunt, &c. Item pubes, hoc eſt, locus ubi pili ad uerenda naſcuntur, quẽ & Græci κτένα appellant. Iuuen. Sat. 6. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus Pecten, quia ut barba indecora pectine indigeat. Eſt & inſtrumentum quo citharam pulſamus, πλῆκτρον. Vergil. lib. 6. Iam pectine pulſat eburneo. Item Pectines, ſiue Pectunculi, (κτένες) piſces ſunt qui ſe ex aqua iaculantur ſagittæ modo, quemadmodum loligo facere dicitur. Horat. 2. Sermo. Satyr. 4. Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum. Pectines item à Plinio in arboribus dicuntur rectę per longitudinem pectinum modo lineæ & interualla, quæ Græci (κτηδόνας, & διαφύσεις) appellantur, hoc eſt diſcurſus ille uenarum rectus, in longitudinem porrectus, cuiuſmodi in pectine conſpiciuntur dentes. In quibus autem hic uenarum ductus aliquo modo uariat, neque rectus in longitudinem porrigitur, nõ ſolet eos Plinius abſolute pectine appellare, ſed aliquid adiicere, quo uarietas illa explicaretur, obliquos, criſpos, nodoſosve pectines appellans. Pecten Veneris, herba eſt à pectinis ſimilitudine dicta, cuius radix cum malua tuſa, omnia tela corpori infixa extrahit. Auctor Plin. lib. 24. cap. 19.

PECTINATIM, {*A guiſa di pettine*} (κτενοειδῶς) aduerbium, ſignificat ad pectinis ſimilitudinem factum, & quaſi denticulatim. Plin. lib. 9. cap. 33. Cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata. Sic dicimus Manus pectinatim iunctas, cum utriuſq; manus digiti inter ſe complexi, pectinis figuram uidẽtur referre, eminentibus utrinq; digitis, ueluti pectinis dentibus. Idem li. 8. ca. 25. Pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.

PECTINATVS, a, um, (κτενοειδής) quod ad pectinis modum factum eſt: unde Pectinatum tectum dicitur, teſte Feſto, quod in duas partes deuexum eſt: quemadmodum Teſtudinatum, quod in quatuor.

PECTINO, as, pe. cor. (κτενίζω, πέκω) eſt ferreo inſtrumento, quod Pectinem uocant, ſpicas legere, uel ſegetem metere, Plin. lib. 18. cap. 21. Sunt genera terræ, quorum ubertas pectinari ſegetem in herba cogat.

PECTITVS, a, um, pe. cor. {*Pettinato, culto*} (ἐκτενισμένος) idem quod pexus. Col. lib. 2. cap. 3. Præparatæ ſint, & pectitæ lanæ, quo facilius iuſta lanificio perſequi exigere poſſit. Per tranſlationem accipitur pro culto, polito & ſubacto. Idem lib. 10. Verum ubi iam puro diſcrimine pectita tellus Depoſito ſqualore nitet.

PECTO, is, pexui, uel pexi, pexum, {*Pettinare*} (κτενίζω) ſignificat explico, & pango capillum. Cicero 2. Catil. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis. Ouid. 1. de Arte: Hanc matutinos pectens ancilla capillos Incitet. Horat. 1. Carm. Ode 15. Nequicquam Veneris præſidio Pectes cæſariem. Iumenta quoque aliave animalia pecti dicuntur, cum ſordes eorum, & pili decidui ſtrigili diſtinguuntur. Vergil. 7. Aeneid. de ceruo: Pectebatq́; ferum, puroq́; in fonte lauabat. Transfertur etiam ad alia. Nam & Pectere citharã dicimus hoc eſt, percutere & Diſtẽdere pectine chordas, id eſt, plectro chordas mouere. Item pectere lanam, & ueſtes dicimus: à quo & ueſtes ipſæ pexæ dicuntur, hoc eſt, quæ in ſuperficie quaſdam ueluti lanoſas extuberantias pręſe ferunt quales ſunt ueſtes, quas Cotonnatas & Friſatas uulgus uocat. Pli. lib. 8. cap. 48. Iſtriæ, Liburniæq; pilo propior quã lanæ, pexis aliena ueſtibus. Idem lib. 9. Et ipſa ſtuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Pexa folia, hoc eſt, craſſa & in modum extuberantias quaſdam habentia in modum panni pexi. Colum lib. 11. cap. 3. At Cappadocia, quæ pallida, & pexo, Denſoq́; folio uiret menſe Februario. Pexa munera pro togis pexis, apud Martial. li. 7. Diuitibus, poteris Muſas, elegosq́; ſonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. Hinc Pexitas, atis, Plin. libr. 11. capite 24. Quam non ad hoc pertinere uidetur cribrata pexitas telæ. Et Pexatus adiectiuum, qui ueſte pexa eſt indutus. Martial. lib. 1. Pexatus pulchre, &c. Huius uerbi compoſita ſunt, Depecto, Propecto ultra in longum pecto. Ouid. 1. Faſtor. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Repecto. (ἀνακτενίζω) rurſus pecto. Claud. Sparge diem meliore coma, crinemq́; repexi Blandius elato ſurgant temone iugales.

PECTORALIS, & hoc le, {*Pettorale*} (προστηθίδιος, ἐπιστήθιος) quod ad pectus pertinet, ut Faſcia pectoralis. Eſt & Pectorale ſubſtantiuum, genus armaturæ, quo pectus munitur. Plin. li. 37. ca. 7. Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, ocreisq́;, & galeis.

PECTOROSVS, a, um, {*Pettoruto*} (στερνώδης) quod eſt magni & ualidi pectoris. Auctor Priapeæ. Nemo eſt feroci pectoroſior Marte. Colu. lib. 8. ca. 2. Sint ergo matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.

PECTVS, oris, {*Petto*} (στέρνον, στῆθος) anterior pars animalis, à gula uſq; ad uẽtrem. Hoc homini tantum latum eſt, reliquis animalibus carinatum, ut ait Pli. lib. 11. cap. 37. Dictum autem putatur Pectus à compactis coſtis. Eſt enim pectus coſtis compactum, quæ ueluti firmamenta pectoris ſunt. Verg. 9. Aen. Pectore in aduerſo totũ cui cominus enſem Condidit aſſurgẽti, & multa morte recepit. Horat. 2. Serm. Saty. 8. Tum pectore aduſto Vidimus & merulas poni. Quintil. lib. 2. cap. 15. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, ſciſſa ueſte, cicatrices, quas is pro patria aduerſo pectore ſuſcepiſſet, oſtendit. Acce-

pitur

pitur etiam pectus pro corde, quod ſub pectore latet uel pro ipſo animo, quem in corde reſidere nonnulli antiquorũ putauerunt. Iuuen. Saty. 13. Nocte, dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem. Horat. lib. 1. Epiſto. Non tu corpus eras ſine pectore. Hinc ſit, ut cum aliquem perfecte & ſyncere à nobis amari uelimus ſignificare, dicamus nos illum amare ex toto pectore. Vergil. 9. Aene. Te uerò mea quem ſpatijs propioribus ætas Inſequitur, uenerande puer, iam pectore toto Accipio, & comitem caſus complector in omnes. Cic. de Amic. In amicitia niſi (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumq; oſtẽdas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

PECTVSCVLVM, (στηθίδιον) diminutiuum, paruum pectus.

PECVARIA, orum, {Greggi grandi di pecore} (βοσκήματα) dicuntur ab eo quod eſt Pecu. Nominatiuus ſingularis eſt Pecuare, uel Pecuar per apocopen. Propriè autem pecuaria dicuntur, magni pecudum greges. Perſius: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Verg. 3. Geor. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. lib. 4. ad Heren. Nam quum canes funguntur officijs luporũ, cui iam præſidio pecuaria credemus? Nonnunquam etiam accipiuntur Pecuaria generaliter pro omnibus iis, ex quibus populus habet reditus, quia diu hoc ſolum uectigal Romanis fuit. Cic. de Clar. Orat. Inſimulareturq; familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quæ pecuaria de Pub. Corne. L. Mummio COSS. redemiſſet, &c.

PECVARIA, riæ, {Paſtura} (προβατική) dicitur ratio parandi, ac paſcendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur: quæ & res pecuaria dicitur. Var. lib. 3. de Re ruſt. ca. 1. Tres libros inſtitui, è quis duos ſcripſi: primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, ſecundum de pecuaria ad Turanium Nigrum. Eſt & Pecuaria, locus in quo pecorum greges conſiſtunt. Var. lib. 2. cap. 1. Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Idem in Præfat. li. 2. Quod eò facilius faciam q; & ipſe pecuarias habui grandes in Apulia ouarias. Non inconuenienter tamẽ poſſumus in hiſce Varronis exemplis Pecuarias intelligere, ipſos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuaria uidentur accipi lib. 3. ca. 2. ubi ſic ait. Duo cum ſint genera paſtionum: unum agreſte, in quo ſunt pecuariæ: alterũ uillaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, &c.

PECVARIAM rem facere, (προβατικὴν ἐργάζεσθαι) ſignificat armenta, gregesq; alere, quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet.

PECVARIVS, a, um, (βοσκηματικός) quod ad pecus pertinet. Plau. in Truc. Male uertit res pecuaria mihi apud uos. Colu. li. 7. c. 12. Pecuarius canis, neq; tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, q̃ qui damas, ceruosq;, & uelociſſima ſectatur animalia. Eſt autem pecuarius canis, qui pecora, uel pecudes cuſtodit à luporum uoracitate, & iniuria.

PECVARIVS, rij, (προβατεὺς, νομεύς) qui pecora paſcit. Cic. 4. Verr. Mercator, an arator, an pecuarius.

PECV, huius pecu, in plurali, pecua, pecuum, pecubus antiqui dixerunt pro pecore. Plau. in Rud. Non uides, me referre uuidum rete ſine ſquamoſo pecu. Idem Merc. Nec pecua ruri paſcere, neq; pueros nutricare.

PECVVM, Cato genitiuo plurali, protulit, ab eo quod eſt Pecu. Auctor Feſtus.

PECVLATVS, us, {Furto della pecunia publica} (κλέμμα) pecuniæ publicæ, aut fiſci furtum: ſicut Sacrilegium, rerum ſacrarum. Cic. 5. Verr. Non intelligit hæc, quæ iandudum loquor, ad aliã quæſtionem, atq; ad peculatus iudiciũ pertinere. Plin. de Viris illuſtr. Liuius Salinator primo Conſul de Illyriis triumphauit: deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Plaut. Ciſt. Ergo in me peculatum facit.

PECVLIARIS, & hoc are. {Peculiare, particulare} (ἴδιος) quod ad peculium pertinet, uel quod peculio deputatur, ſeu quod peculii proprium eſt. Pla. in Aſin. Etiam opilio, qui paſcit, inter alienas oues ali, quam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Sed in uſu iam receptum eſt, ut Peculiaris proprius, ſpecialis, ſiue præcipuus dicatur, nec cũ aliis communis. Suet. in Cæſ. Præterea monetæ, publicisq; uectigalibus, peculiares ſeruos præpoſuit. Peculiare edictum dicitur quod peculiariter ad certam rem eſt propoſitum. Cic. 5. Verr. Exoritur peculiare edictum repentinum, nequis frumentum de area tolleret antè, q̃ cum Decumano pactus eſſet. Ponitur aliquando Peculiare pro re ſeruili. Vlp. l. ſi quis uinum. ff. de Tritico, uino & oleo leg. Si peculiare uinũ legatum ſit, id contineri quod ſerui habuerant. Hinc aduerbium Peculiariter, (ἰδίως) ſpecialiter, præcipuè. Plin. lib. 27. cap. 4. Epiphoris peculiariter imponitur, hoc eſt, ſingulariter, & ſecundum eius propriam uirtutem. Quint. li. 8. ca. 2. Quod commune eſt & aliis nomẽ, intellectu alicui peculiariter tribuitur, ut urbem, Romã accipimus: Venales, nouitios, & Corinthia æra: quum ſint aliæ urbes quoq;, & uenalia multa, & tã aurum, & argentum, quàm æs Corinthium. Peculiarius, (ἰδιαίτερον) magis propriè.

PECVLIATVS, a, um, {Danaroſo, ricco} id eſt, pecunia abundans, nummatus. Aſinius Pollio ad Cic. Planè bene peculiatus. Budæus.

PECVLIO, as, (ἀργυρίῳ τιμῶ) quempiam pecunia mulcto, aut peculiũ auferro. Plaut. in Perſa: Atq; ob iſtam rem ego aliquid te peculiabo.

PECVLIOSVS, ſa, ſum, {Che ha molto peculio} (χρηματώδης) qui peculiũ multum habet. Plau. in Rud. Peculioſum eſſe decet ſeruum, & improbũ, Quẽ hero præſente præterea oratio.

PECVLIVM, lii, {Peculio. Boc. Chel peculio mio dalla pietra diuelto} teſte Põpeio, dicitur quicquid alicuius labore, & induſtria partum eſt. Apud ueteres peculium dicebatur, quoduis patrimonium, eo q; pecoribus omnis illorum ſubſtãtia conſtabat: unde et Peculii nomen deductum eſt. Poſtea tamẽ conſuetudine loquendi factũ eſt, ut Peculij nomine illud præcipue comprehenderetur, quod ſeruus, uel filius familias, dũ adhuc in poteſtate domini eſt, uel patris, induſtria ſua, uel labore lucrifecerit. Ci. in Para. An eorum ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis? Plau. Aſin. Quãquã ego ſum ſordidatus, Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari. Florent. Iuriſcon. in l. peculium. ff. de pecul. Peculium (inquit) ex eo conſiſtit, quod parſimonia ſua quis parauit, uel officio ſuo meruit ſibi donari: idq; uelut propriũ patrimonium ſeruũ ſuum habere quis uoluit. Tubero autem, referẽte Celſo li. 6. ff. ſic definiuit Peculiũ, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatum à dominicis rationibus habet. Peculium caſtrenſe dicitur, quod à parentibus, aut agnatis in militia degẽti donatum eſt, uel quod filius familias in militia acquiſiuit, quod niſi militaſſet, non haberet. Vide de hoc latius in dictione Caſtrẽſis. A Peculiũ ſit diminutiuum Peculiolum.

PECVLOR, aris, & Depeculor, (κλέπτω τὸ δημόσιον) quæ ad Rempubl ſeu principem pertinent, furor. Hinc Peculator, & Depeculator, (κλέπτης τῶν δημοσίων) qui tale furtum facit, auctore Aſconio. Cicero 3. Offic. Neque enim de ſicariis, ueneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco dicendum eſt.

PECVNIA, æ, {Pecunia. Boc. Huomini uaghi di pecunia} (ἀργύριον, χρῆμα) à pecore, ſiue à pecu dicta eſt, quia apud antiquos omnis pecuniæ pecus fuit fundamentum. Colum. lib. 6. in præfat. In ruſticatione uel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademq; quæſtuoſiſſima propter quod nomina quoq; pecuniæ, et peculij tracta uidentur à pecore. Quod non ſolum ueteres poſſederunt, ſed adhuc apud quaſdam gentes unum hoc uſurpatur diuitiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3. ſcribit, Pecuniam ſortitam eſſe nomen à nota pecudis, eo q; primum æs nota pecudis ſignatum fuit. Hinc Plutarchus in Publicola aſſerit in uetuſtiſſimis nummis ſignum fuiſſe ouis, & ſuis, bouisq; conſpectum. Pecuniæ uero nomine (ut inquit Hermogenianus. l. pecuniæ. ff de uerb. ſign.) non modo numi, hoc eſt, numerata pecunia, ſed oẽs res tam ſolidæ, q̃ mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur. Cic. 2. de Finib. Magni æſtimabat pecuniam, non modo nõ cõtra legem, ſed etiam legibus partam: quæ quidem uel cum periculo eſt quærenda uobis: eſt enim effectrix multarum & magnarum uoluptatum. Hora. 1. Epiſt. 6. Et genus & formam regina pecunia donat. Huius diminutiuum eſt Pecuniola ἀργυρίδιον.

PECVNIARIVS, a, um, {Che s'appertiene à denari}, (χρηματιστικός) quod ad pecuniam pertinet. Cicer. ad Brut. Nodus eſt inopia rei pecuniariæ. Idẽ pro Cluen. Neminem uoluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiuſquam ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. Lis pecuniaria, Quintil. lib. 6. cap. 1.

PECVNIOSVS, a, um, {Ricco, danaroſo, che abonda di pecunia} (πολυχρήματος) qui abundat pecunia. Nonius: Pecunioſorum, & locupletũ proprietatẽ aperuit M. Tullius de Sene. à pecore Pecunioſos, & à Poſſeſſionibus locorum Locupletes appellatos aſſerens, multaq; ditione ouium, & boum, quod tunc erat res in pecore, & locorum poſſeſſionibus, ex quo Locupletes & Pecunioſi uocabantur. Cicer. 2. Verrin. Pecunioſum hominem, quamuis ſit nocens, neminem, poſſe damnari. Artes pecunioſæ. Mart. lib. 5. Artes diſcere uult pecunioſas.

PECVS, udis, fæmi. gen. & Pecus, oris, neutri, {Beſtiame} (θρέμμα, βόσκημα) ſignificant omne animal, quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur, ut boues, aſini, equi cameli, oues, capræ, & huiuſmodi. Varro lib. 2. de Re ruſt. c. 5. Qui gregem armentorum emere uult, obſeruare debet primum, ut ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. Plin. etiã elephantos Pecudes uocat, Qui (inquit) cum elephãto congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Inuenitur etiam Pecus, coris, pro multitudine pecorum, ſeu pecudum. Vergil. 2. Eclog. Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Melibœi? Idem: Capri gemumq; pecus nullo cuſtode per herbas. Interdum pro oue, πρόβατον. Plin. lib. 8. cap. 49. Eſt & in Hiſpania, & maxime Corſica, non diſſimile pecori genus muſimonum, caprino uillo, q̃ pecoris uelleri proprius. Quint. Quur in uſum ueſtiũ ſæpe pecori lanæ detrahũtur? Interdũ dicitur de omni animali, quod humana lingua & effigie caret, κτῆνος. Verg. 4. Georg. Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Horat. lib. 1. Carmi. Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes. Pecus autem, cum in genitiuo facit pecudis, nunquam accipitur collectiue: alioqui omnino eaſdem habet ſignificationes. Dicitur enim de quouis animali, excepto homine. Plin. lib. 8 cap. 7. Ipſius animalia tanta narratur clementia aduerſus minus ualida, ut in grege pecudũ occurrẽtia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Vergil. lib. 4. Georg. de apibus loquens: Et pecudum cuſtodia ſolers. Lucret. de piſcib. Præterea genus humanũ, mutæq; natantes Squamigera pecudes. Colu. lib. 8. cap. 3. Volatile pecus facile cuſtodiã decipit. Diciturq; Pecus (ut docet Varro) a Pes, q; pedibus ſine ratione bruta ferantur. Sunt qui dicant Pecus, udis, olim fuiſſe maſc. gen. q; apud Ennium lectum ſit, Pecudi marito: poterimus tamen dicere Marito ibi eſſe ſubſtãtiuum, & figurate cum alterius generis ſubſtantiuo cohærere. Legitur etiam pro eodem Pecu, & in numero plurali Pecua: de quo ſupra. Pecuda etiã neutro genere in uſu fuiſſe, ueterum affirmat auctoritas. Siſenna: Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Item Cic. de Repu. apud Nonium: Cum adhibent in pecuda paſtores.

PEDA, {Pedata humana} (ἴχνος) ueſtigium humanum, præcipue pedis, inquit Feſtus.

PEDÆVS, (Πηδαῖος) fuit Antenoris filius nothus. Home. lib. Iliad. 5.

PEDALIS, & hoc le, {D'un piede} (ποδιαῖος) quod eſt pedis: ut Menſura pedalis. Col. li. 3. Pedale quoquo uerſus ſpatium ſat erit inter ſemina relinqui. Idẽ Scrobiculis pedalibus factis. Cice. 4. Acad. Quid poteſt eſſe ſole maius, quem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe q̃ terrã quantulus nobis uidetur? mihi quidem quaſi pedalis.

PEDAMEN, inis, & Pedamentum, ti, {Soſtentacolo, appoggio} (χάραξ) ſuſtentaculũ, ſiue adminiculũ quod alicui arbuſculæ adhibetur: ſicut palus, quo uitis ſuſtentatur. Plin. lib. 17 cap. 20. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur. Colu. lib. 4. cap. 30. Pedaminum, iugorumq;, & uiminum proſpaciendorum tradenda ratio eſt. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 8. Quibus ſtat recta uinea, dicuntur Pedamenta: quæ tranſuerſa iunguntur, Iuga.

PEDANEVS, a, um. {D'un piede} (ποδιαῖος) idem quod pedalis. Colu. lib. 5. Et ideo in maritandis arboribus, nemo minorem pedanea ſcrobem uitibus cõparat. Hinc, Bipedaneus, a, um, (διποδιαῖος) Tripedaneus, & huiuſmodi. Colu. lib. 1. Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abunde eſt. Et li. 4. Tripedaneis relictis ſpatiis, per quæ ſemina excoluntur. Et lib. 5. Semipedaneam cõſitis reſolutam uitibus terram ſubiacere.

PEDANEVS IVDEX, qui à præſide conſtituitur, ut minora iudicia diſceptata dictus, q; is magiſtratus non ueharetur curru, ſed pedibus proficiſcatur in forum. Gell. tamen lib. 3. cap. 18. negat Pedaneum in hac ſignificatione Latinũ eſſe, Senatoresq; Pedarios hoſce dicendos contendit, non Pedaneos.

PEDARII SENATORES, dicti ſunt, qui in ſenatu ſententiam nõ dice-

baut, ſed ab alio dictam comprobabant, mouentes ſe loco, & in partem eius cu ius ſententiæ approbabant, ambulātes. Propter quod qui ita faciunt, ire in ſententiam pedibus, dicuntur. Et ab actu tranſeundi pedibus in aliena ſedilia, Pedarii ſunt appellati. Cic. ad Attic. lib. 1. Eſt illud ſenatuſconſul. ſumma pedariorum uoluntate, nullius noſtrum auctoritate factum. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius Pedarios exiſtimat dictos fuiſſe Senatores, qui magiſtratū curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiſcebantur. Nā qui curulē magiſtratum geſſiſſent curru uehi ſolebant. Vide Gel. hac de re diffuſè tractantem, lib 3. cap. 18.

PEDATIM, (κατὰ πόδας, βάδην) aduerbium à uerbo Pedo, as, Plin. li. 11. cap. 45. Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur: hoc eſt, ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur.

PEDATIO, (χαράκωσις) dicitur, quando pedamentis uinea fulcitur. Col. lib. 4. c. 12. Idq; iugum intra, quartum pedem conueniet alleuari, dum ſe uinea corroboret in pedationem.

PEDATVM, pedati, apud antiquos legitur pro repetito acceſſu: à uerbo Pedo, as, quo antiqui utebantur. Nonius: Pedato, poſitum inuenitur pro repetitu, uel acceſſu, quaſi per pedem, ſicuti nunc uulgò dicitur, Tertio pedato. Cato Orig. lib. 1. Igitur tertio pedato bellum nobis fecere, hoc eſt, tertio reuerſi, ut interpretatur Perotus.

PEDATVS, a, um, {Soſtentato} (κεχαρακωμένος) quod eſt ſuſtētaculo firmatum. ut Vinea pedata. Quandoq; etiā pedatus dicitur, cui ſunt pedes, (ὑπόπους) ſicut a manu Manuleatus. Sueto. de Othone. Fuiſſe traditur & modicæ ſtaturæ & malè pedatus, caluusq;, id eſt, diſtortis pedibus.

PEDEMA, pe. pro. huius Pedematis, (πόδισμα) genus ſaltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuuen. Satyr. 11. Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alij legunt Pytiſmate.

PEDASVS, (πήδασος) fuit teſte Home. lib. 6. Iliad. Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. Eſt & eius nominis ciuitas, Pylo uicina, uini feraciſſima, ut idem Homerus eſt auctor li. Iliad. 9. Eſt etiam Pedaſus, unus ex equis Achillis, ut idē tradit Iliados 16. quem euerſis Thebis Eetioneis, cepit, equisq; ſuis immortalibus comitem addidit.

PEDEM ſtruere, {Fugire} (ἀρὰξ ποδίζειν) ueteres pro eo uſurparunt, quod eſt fugere, & pedem retro ferre, retrocedere. Vide Struo.

PEDEPRESSIM, {Tardamēte, lentamente} (βάδην) tardè, paulatim, quaſi lenta & tarda itione. Nonius.

PEDES, {Piedi} (πόδες) dicūtur, quibus utimur in gradiendo, cuius nominatiuus ſingularis eſt Pes, à Græco πούς. Pes autem totū dicitur, quod eſt, à femore ad calcē, diuiditurq; in coxendicē, femur, genu, femen, poplitē, crus, ſuram, & imum pedem, qui Calx appellatur: diuiditurq; in Conuexum pedis, quæ pars ſuperior eſt, & Calcaneum, quæ eſt pars poſterior. item in Volam, quę eſt, pars medij pedis caua, & Plantam, quæ pars tota inferior eſt: prętereà in digitos, & ungues. A uola pedis indita ſunt cognomina Plancis, Plotis, Scauris, Panſis de quibus locis ſuis. Verg. 9. Eclog. Quo te Mœri pedes, an quo uia ducit, in urbem? Suo ſe pede metiri. hoc eſt, facere ſumptum, pro facultatum ſuarum modulo. Horat. 1. Epiſt. 7. Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede, uerum eſt Quoniam uero ſtandi fundamentum pes eſt, factum eſt, ut in ædificiis areæ, Pes magnus dicatur. Pes etiam menſuræ genus eſt, quo menſurantur terræ, & continet quatuor palmos, hoc eſt, digitos ſedecim. Item funis, quo in naui tenditur uelum. Verg lib. 5. Aen. Vna omnes fecere pedem. Plaut. etiam remos nauium Pedes appellauit. Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimenſiones. unde dicimus carmen heroicum ſex habere pedes. pentametrum, Phalæcium, & Sapphicum, quinq;. Metaphora uidetur ſumpta ab animalium pedibus. Nam quē admodum illa ſuis pedibus mouentur, ita etiam carmina ſuis quibuſdam incedunt pedibus. Aut certè à menſuræ genere, quod pedem uocari diximus, q; carmina ſuis pedibus ueluti menſuris quibuſdam dimetiuntur. Præterea Pes uocatur fœdum capitis animal, a multitudine pedum. Plau. in Curc. Vt muſcæ, culices, pedesq; pulicesq;, Odio, & malo, et moleſtię, bono uſui eſtis nulli. Huius diminutiuo frequentius utimur, ſcilicet Pediculus, ſiue Peduncul us. Vnde Pedicoſus, Pediculoſus, & Pedicularis: de quibus infrà.

PEDES, peditis, {Pedone} (πεζός) qui pedibus incedit. ſicut Eques, qui equo uehitur: unde milites, qui pedibus ſtipendia faciūt, Pedites appellamus. Cęſ 8. Bel. Gal. equitatum omnem, Germanosq; pedites, ſummæ uelocitatis omnes, ad caſtra hoſtium præmittit. Verg. 6. Aen. Seu cum pedes iret in hoſtem. Idem 10. Aen. Cum pedes incedit. &c. Curtius: Pedes agmen circuibat.

PEDESTER, {Pedone, che ua à piedi} (πεζὸς) qui pedibus iter facit. Martial. lib. 1. Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis. Dicitur etiam hic & hæc Pedeſtris. & hoc pedeſtre. (πεζικὸς) ut, Pedeſtris exercitus, qui peditibus tantum cōſtat, non etiam equitibus. Pedeſtres copiæ. Pedeſtria agmina, πεζικαὶ δυνάμεις. Cic. de Fin. Vt ſi Xerxes cum tantis claſſibus, tantisq; equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athoq; perfoſſo, maria ambulauiſſet, terramq; nauigaſſet, &c. Pedeſtris oratio, (πεζὸς λόγος) eſt proſa, et oratio ſoluta: ita dicta ab humilitate & ſimplicitate apparatus, quod ad grauitatem et maieſtatem carminis non aſſurgat. Quint. lib. 10. cap. 1. de Platone: Multum ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem uocant Græci, exurgit. Horat. ad Mecœnatem lib. 1. Carm. Tuq; pedeſtribus Dices hiſtoriis prælia Cæſaris.

PEDESTRIA, auguria (πεζικοὶ οἰωνοὶ) dicebantur quæ à lupo, uulpe, ſerpēte, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus ſumebantur.

PEDETENTIM, {A poco, à poco} (κατὰ πόδας, βάδην) aduerb. compoſitum à pede, & tento, tas, idem quod ſenſim, uel paulatim. Ci. 1. Offi. Sin minus, ſenſim erit, pedetentimq; faciendū. Teren. in Phor. Dij bene uertant quod agas, pedetentim tamen, quod Donatus exponit pro cautè.

PEDICA, penult. corr., {Laccio, Beghe} (πέδη) à pede, ſignificat laqueum, quo pedes illigantur. Vergil. lib. 1. Georgic. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

PEDICINVS, priſca dictio eſt, cuius hodie ſignificatio ignoratur. Legitur apud Catonē de Re ruſt. c. 18. Verba eius ſunt hæc. Ibi foramen pedicinus duobus facito, ibiq; arbores pedicino in lapide ſtatuito. Sūt qui putent diminutiuū eſſe à nomine Pes: ſed huic loco hoc non ſatis uidetur congruere.

PEDICOSVS, ſiue Pediculoſus, {Pedocchioſo} (φθειριώδης) qui capitis uermibus ſcatet, qui Pediculi, & nōnunquā pedes appellantur. Plau. Pedicoſus, ſqualidus, ubi me uidit, caput ſcabit. Apud antiquos teſte Feſto, aliquando inuenitur Pedecoſus, per ſecundam uocalem in antepenultima. Titinnius, Rus detrudetur pedecoſus, ſqualidus.

PEDICVLARIS, & hoc lare, (φθειρικὸς) quod ad pediculos capitis uermes pertinet. Vnde Pedicularis morbus, dicitur, cūm corpus pediculis ſcatet Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεῖρα pediculum dicunt. De hoc Serenus:

> Noxia corporibus quædam de corpore noſtro
> Progenuit natura, uolens abrumpere ſomnos
> Senſibus, & monitis uigiles inducere curas.

Hoc morbo interiit Sylla Dictator.

PEDICVLI, populi Calabriæ, Peucetiis, & Brunduſinis finitimi: quorum oppida ſunt Rhudia, Egnatia, Barion, Amuta, & Pactius. Auctor Plin. lib. 3. ca. 11. Strabo lib. 6. Pœdiclos appellat.

PEDICVLVS, li, {Piccol piede, pedocchio} (πόδιον) diminutiuum, paruus pes. Pli. lib. 9. cap. 28. Mollia ſunt loligo, ſepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & in uentre: pediculi octoni omnibus. Hinc Pediculi (μόσχοι) uocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiuſmodi ſuſtinentur. Idem li. 22. cap. 23. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. Hinc Pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus ſuſpendi poſſunt. Item Pediculus (φθεὶρ) uermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. Colum. lib 8. c. 7. Pluma omnis è capite, & ſub alis, atque clunibus detergetur: illic ne pediculum creet, hic ne ſtercore loca naturalia exulceret. Pediculi quoq; terræ, ſcarabæi terreſtres ricino ſimiles. Sunt & maris pediculi, teſte Plin. libr 32. cap. 7. & 8. ita dicti à ſimilitudine pediculorum capitis, quibus ad uaria medicamēta utuntur.

PEDIO, dis, {Sbattere co piedi} (ποδίζω) ueteres uſi ſunt, pro eo quod eſt, pede pulſo, quaſi plauſum reddo. A quo fiunt compoſita, Compedio, Impedio, & præpedio, de quibus ſuis locis. Sipont.

PEDIDLVS, (πόδιον) diminutiuum, paruus pes. Nonius.

PEDISEQVVS, unico ſ, {Che ſeguita il padrone} (ἀκόλουθος) qui dominum ſequitur: & Pediſequa, ancilla quæ dominam ſequitur. Cicer. ad Att. li. 2. Quę mihi uidetur una conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura. Idem pro Domo ſua: Conculcari hunc a pediſequis iuſſit. Terent in And. Accedo ad pediſequas, quæ ſit rogo. Auctor ad Heren. lib. 4. Virtutis Pediſequę ſunt diuitiæ.

PEDITATVS, tus, {Eſſercito à piedi} (πεζὸς, τὸ πεζὸν) peditum copiæ, ſicut Equitatus, equitum copiæ. Cic. 5. Philip. Tu ciuem ſceleratum, & perditū Gallorū & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis inſtrues?

PEDO, as, {Andare} id eſt, uado, à quo Repedo, (ἀναποδίζω) quod eſt quaſi pedem refero, redeo. Lucil. Rediſſe, ac repedaſſe, ut Romam uitet. Pedare etiam eſt uiti uel alteri arbuſculæ ſuſtentaculum adhibere, (χαρακοῦν) unde Vineæ pedatæ dicuntur Plin lib. 17. cap. 21. Aut pedatæ uineæ ſimplici iugo. Colu. lib. 4. cap. 18. Putationem ſequitur iam pedandæ uineæ cura.

PEDO, dis, pepedi, {Pettegiare} (πέρδω, βδέω) crepitum uentris emitto. Horat. 1. Serm. Sat. 8. Nam diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi. Mart. Nil aliud uideo quo te credamus amicum, Quàm q; me coram pedere Criſpe ſoles. Huius compoſitum eſt Oppedo pen. pro. (καταπέρδω) quod eſt contra pedo: & per tranſlationem reclamo, aduerſor, diſſentio. Horat. 1. Serm. Saty. 6. Vin' Curtis Iudæi oppedere?

PEDO Albinouanus, Poeta fuit Epigrāmatographus, qui ſub Auguſto floruit & ad Neronis uſq; tempora peruenit. Præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum uocat lib. 4. de Ponto. Eleg. 10. Si roget hoc aliquis, cui ſunt narrata Pedonis, &c. Alibi etiam Siderei epitheto eum honeſtat, uel propter excellentiā, uel quia fortaſſe de ſideribus ſcriptum aliquid habuit: ſic enim ait Eleg. 16. Cū foret & Marſus, magniq; Rabirius oris, Iliacusq; Macer, ſidereusq; Pedo.

PEDVM, di. (λαγωβόλον, καλαῦροψ) paſtorale baculum, ſeu uirga incurua qua pecudum pedes detinētur. Ver. 5. Eclo. At tu ſume pedum, quod me quū ſæpe rogaret, Non tulit Antigenes. Eſt & Pedum, (πέδα Stephano) oppidum, non longe à Præneſtinis: à quo Pedani, (πεδανοὶ) populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Liu. lib. 8. ab Vrbe: Neq; tamen, niſi admodum paucis populis, Pedani adiuti ſunt, Tyburtes, Præneſtiniq;, quorū ager propior erat, Pedum peruenere.

PEDVSCVLVS, li, diminutiuum, (πόδιον) paruus pes. Plin. lib. 11. cap. 10. Si coortatur procella apprehenſis peduſculo, lapillis ſe librant. Quo tamen in loco caſtigatiora exemplaria legendum docent, Apprehenſi ponduſculo lapilli.

PEGANON, (πήγανον) herba eſt Dioſcoridi libr. 3. quem Latini Rutam appellant.

PEGASA, ((πήγασα Stephano) oppidum eſt Cariæ.

PEGASÆ. (quod hic pro Theſſaliæ oppido corruptè legebatur) uide Pagaſę.

PEGASIDES. pe. cor (πηγασίδες) Muſę dictę ſunt. ἀπὸ τῆς πηγῆς hoc eſt, à fonte, numini illarum ſacro, quē Pegaſus ictu ungulæ fingitur aperuiſſe. Oui. Epiſt 21. At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant. Interdum etiam Pegaſides dicuntur fontium, uel fluuiorum nymphæ, quæ & Naiades. Idem Epiſt. 5. Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima ſyluis.

PEGASVS, pen. corr. (πήγασος) equus alatus. ὁ ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, à fonte, q; circa πηγὰς, id eſt, fontes Oceani natus ſit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Higinus, & alij complures Neptuni & Meduſæ filium ducere. Alij ex Meduſæ ſanguine, quam Perſeus interemit, natū aſtruūt. Hic cum in Helicona euolaſſet, ſaxum ungula feriens, fontē aperuit, qui ex eo Hippocrene, id eſt, fons equinus eſt appellatus. Poſtea uero cum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimærā parabat, captus eſt. Qua de re ſic ſcribit Strabo lib. 8. Fama eſt (inquit) equum Pegaſum, quum potaret hoc in loco, à Bellerophōte deprehenſum fuiſſe, alatum inquam caballum e Meduſæ ceruice, & de Gorgonis excecto gutture proſilientem. Hoc equo uſus eſt Bellerophonte, in expeditione contra Chimęram. Vulgatum eſt, & caballinum fontem in Helicone erupiſſe, quum ſubiectam ſibi tellurem feriret ungula. Poſt

hæc re-

hæc rerum terreſtrium tædio ductus in cœlũ dicitur euolaſſe: ibiq́; inter ſidera conſtitutus, Arcticum circulum ſpectare, pedibusq́; æſtiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram ceruici ſuæ adiungere. Hinc fit adiectiuum Pegaſeus a, um, pen. cor. Catull. ad Camerium: Nec ſi Pegaſeo ferar uolatu. Verſus eſt hendecaſyllabus. Et Pegaſeius, aliud adiectiuũ quinq; ſyllabarum. Perſius in Præfatione: Coruos poetas, & poetrias picas Cantare credas Pegaſeium melos. Pegaſus etiam dicebatur inſtrumentũ in domibus, ſuper quo, tanquam iumento, ueſtes & ſimilia tenerentur ſuſpenſa, à Pegaſo equo poetico, traductione nominis excogitata. Fuit & hoc nomine iuriſperitus: à quo nomen Pegaſianum ſenatuſconſultum. Pomponius. l. 2. de orig. iuris.

PEGMA, matis, (πῆγμα ἀπὸ τοῦ πηγνύναι) hoc eſt, à pangendo, ſiue componendo, machina quædam lignea, in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi figunt ad alia ſuſtinendas. Interdũ πήγματα cum ludicris producebantur in ſcenã cum pueris etiam conſidentibus, ex lignis & tabulis, quæ conſtabãt uario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his uerbis deſcribit: His (inquit) annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacita in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato uarietates, aut dehiſcentibus quæ cohærebant, aut quæ diſtabant, ſua ſponte coherentibus, aut ijs quæ eminebant paulatim in reſidentibus. Ioſeph. lib. 7. de Bello Iudaico: Maxime autem erat ſtupor machinarum, quæ portabantur, ſiue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine uiribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quartumq́; ſurgebant, & magnificentia fabricæ cũ admiratione delectabat. In alijs machinis ſimulacrum belli repræſentatũ fuiſſe ſignificat, ut alij fugere, alij capere uiderẽtur, et per ſingula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui autẽ in his machinis depugnabant, à Sueto. Pegmates uocantur. Tradunt Claudium obieciſſe aliquãdo beſtijs, qui pegmata in ſcenam parum feliciter produxiſſent. Pli. lib. 33, cap. 3. Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum & uigintiquatuor argenti pondo fuere. Feſtus ſcribit, Pegmata eſſe, ex ære, aut marmore armamenta, quæ aut plurimum in atrijs, quandoq; in porticibus, aulisq́; affigebantur, maiorum, aliorumq́; fortium uirorum geſta certius, q̃ pictura oſtendentia. Mart. lib. 12. Et creſcunt media pegmata celſa uia.

PEIERO, as, pe. cor. {Giurare il falſo} (ἐπιορκέω) falſo, & animo fallendi iuro, ſeu iuramentum infringo, & id quod iuramento ac uerbis concipitur, non facio: ex Per, & Iuro, abiecta i, & u longa in e, breuem conuerſa. Cice. 3. Offi. Nõ enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut uerbis concipitur more noſtro id non facere periuriũ eſt. Idem pro Roſc. Com. Qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. Mart. lib. 7. Nec erubeſcit peierare de turdo, Et oſtreorũ rapere liuidos cirros. Iuris peierati pœna, Hora. 2. Carm. 8. Plau. in Aſi. Nam ſi quid fecit ſceleſtè, pro illo lingua peierat. Lactan. lib. 1. Ergo aliqua poteſtas eſt quæ peierantes deos puniat.

PEIOR, & Deterior, {Peggiore et men buono} (κακίων, καὶ χείρων) differunt, q Peior reſpectu mali dicatur. Deterior reſpectu melioris, ut Deterius dicatur, quod minus bonum eſt. Hinc deducitur aduerbium comparatiui gradus Peius, quod præter uulgatam ſignificationem accipiẽ pro magis, ſiue uehemẽtius. Cic. 8. Philip. Quo neminem peius odi. Idem. 11. Phil. Cum hoc ueteranus Capho, quo neminem ueterani peius oderunt. Idem in Epiſt. Oderam multò peius hunc, q̃ illum ipſum Clodium.

PELAGIA, (πελαγία) piſcis eſt ex genere concharum, qui & Purpura dicitur, in medijs faucibus ſuccum habẽs tingendis lanis laudatiſſimum, qui ab eo Pelagium dicitur, ſicut à buccino alio concharum genere, Buccinum appellaĩ. Pli. lib. 9. cap. 37. Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur. earum genera plura, pabulo & ſolo diſcreta. Idem lib. 9. cap. 38. Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit: Pelagio admodum alligatur nimiæq́; eius nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremq́;, qui quæritur, cocci.

PELAGIA, (πελαγία) mulier Antiochena, uoluptatibus & illecebris premũ deditiſſima: ut quæ nulli rei attentius uacaret, q̃ corpori comendo. Tandem tamẽ meliore ducta ſpiritu, repentè uelut in nouum quoddam animal transformata eſt, curamq́; deinceps, quam corporis cultui impendere ſolebat, ad animũ uirtutibus excolendum tranſtulit.

PELAGVS, pen. cor. {Mare} (πέλαγος) tam maſculini, quàm neutri generis, proprie profundum maris ſignificat. Vnde Pelagus dictum uolunt, quaſi πέλαγος, q ſit πέλας τῆς γῆς, id eſt, procul à terrã. Tametſi etiam pro quouis mari accipiatur. Valer. Flac lib. 1. Argona. O quantum terræ quantum cognoſcere cœli permiſſum eſt, pelagum quantos aperimus in uſus. Plin. lib. 10. cap. 31. In reliquis partibus eſt quidem mutus pelagus. Vergil. 3. Aene. Hic pelagi tot tempeſtatibus actus, &c. Ibidem; Tres adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago. Hinc Pelagicus, a, um, (πελαγικός) quod in mari uiuit, ſiue etiam quod eſt ex mari. Colum. lib. 8. cap. 17. Cæteri ſaxatiles, aut pelagici ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur. Pro eodem etiam legimus Pelagius. Varro. de Re ruſti. capi 3. Sic noſtræ ætatis luxuria propagauit leporaria: at piſcinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piſcium reuocauit.

PELAGONIA, æ, (πελαγονία) pars Macedoniæ Septentrionalis, quæ Triballis proxima eſt. Auctor Pli. lib. 4. cap. 10.

PELAMIS, midis, (πηλαμύς, ύδος) generis fœminini, idem piſcis eſt cũ thynno, ſed qui nondum annum exceſſerit. Nam Pelamides primò, poſt annum, Thynni uocantur. Dictã autẽ uolunt Pelamidẽ, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μένειν, hoc eſt, ab eo, q in luto moretur. Plin. lib. 9. cap. 15. Limoſæ à luto Pelamides incipiunt uocari, & poſt annum Thynni. Iuue. Sat. 7. Siccus petaſunculus, & uas Pelamidum. Varia pelamidum genera enumerantur, à Plin. lib. 32. cap. ult. quibus reliqua omnia magnitudine excedit Orcynon.

PELARGVS, {Cicogna} (πελαργός) Græcè, Latinè ciconia dicitur. Inde Pelargici nomi, ab Ariſtophane dicti, quaſi ciconiariæ leges, quibus liberi parẽtes alere iubentur: id quod in iure quoq; cautum eſt. Idem in ſceptris regijs antiqui ciconiam ſculpere ſolebant in ſummo, in infimo autem hippopotamum animal improbiſſimum: ſignificare uolentes iuſtitiæ obnoxiam eſſe uiolentiã: cuius iuſtitiæ ſymbolum eſt ciconia, quæ parentes ſenio confectos alere, humeriſq; geſtare in uolatu creditur. Vide quæ de hoc annotauimus in dictione Antipelargeſis.

PELASGIA, æ, (πελασγία) olim dicta eſt celeberrima illa totius Europæ Cherroneſus, inter duo maria, Aegæum, et Ionium, platani folio ſimilis propter Anguloſos receſſus: quæ notiore nomine Peloponneſus dicitur. Dicta Pelaſgia à Pelaſgis populis uetuſtiſſimis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. Vide Strabo. lib. 5. & Plin. lib. & cap. 4.

PELASGI, (πελασγοί) populi ſunt Græciæ uetuſtiſſimi, qui ex Arcadia oriundi, circa extremam partem Macedoniæ conſederunt, in eo Theſſaliæ tractu, qui ab illis aliquandiu Argos pelaſgicum fuit appellatus. Dicti Pelaſgi, ut nonnulli putant, quaſi πελαργοί hoc eſt, ciconiæ, q more ciconiarum, antequam ſedem ſibi deligerent, bonam partem orbis peruagati ſunt.

PELASGIS, (πελασγίς) regio eſt mediterranea Peloponeſi, olim etiam Drymodis, & poſtremò Arcadia dicta. Auctor Plin. lib. 4. ca. 6. Inde Pelaſgus, ga, gum, πελασγός.

PELASGVS, (πελασγός) frutex eſt lauri folijs: unde à Græcis δαφνοειδὴς appellatus. Quo nomine etiam Latini utuntur. Vide Plin. lib. 15. cap. ult. Herbarij Laureolam appellant.

PELECINVS, (πελεκῖνος) herba in ſegetibus naſcens quæ alio nomine Securidaca appellatur. Plin. lib. 27. cap. 12.

PELETHRONII, (πελεθρόνιοι) dicti ſunt Lapithæ, à loco qui ſubiectus eſt Pelio monti, in quo medicamentorum magna uis naſcitur, quæ Græci gloſſema loci θρόνα uocant. Hi primi omnium frænorum uſum inueniſſe dicuntur, & domandorum equorum artem: ut annotauit Seruius in illud Verg. 3. Georg. Fræna Pelethronij Lapithæ, giroſq; dedere.

PELETHRONIVS, (πελεθρόνιος) Theſſali cuiuſdam nomen eſt, qui primus fræna, & equorum ſtrata dicitur inueniſſe. Plin. lib. 7. cap. 56.

PELETHRONIVM, (πελεθρόνιον) oppidum Theſſaliæ, ubi primum domandorum equorum inuentus uſus eſt.

PELEVS, (πηλεύς) Aeaci filius, qui ex Thetide genuit Achillem, qui à nomine patris Pelides à poetis dicitur. Oui. 8. Epiſt. Pelides utinam uitaſſet Apollinis arcus. Stat. 2. Syl. Semifer Aemonium uincebat Pelea Chiron.

PELIAS, adis, (πηλιάς) patronymicum eſt fœmi formatũ à Peleus. Oui. Epi. 3. Trãſeat Hectoreum Pelias haſta latus, hoc eſt, haſta Achillis, qui Pelei fuit filius: quam nemo præter Achillem uibrare ob magnitudinem poterat. Hanc à Pallade decorticatam & politam, à Vulcano cuſpiditatam fuiſſe ferunt.

PELIAS, æ, (πελίας) Neptuni filius fuit ex Tyro, Salmonei regis filia, frater Aeſonis, & Theſſaliæ rex, qui Iaſonem fratris ſui filium, cuius indolem formidabat, ad expeditionem Colchicam, uelut ad certiſſimum periculum ablegauit. Vide Valer. Flac. lib. Argonau. Hic tandem filiarum ſuarum manibus iugulatus fuit, idq́; inſtinctu Medeæ, quæ integræ ætati ſe illum reſtituturũ ſimulabat. Vide Ouid. 7. Metamor.

PELICANVS, {Pellicano} (πελεκάν) auis Aegyptia. Naſcitur in ſolitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo autem ſunt pelicanorum genera, ut docet Hier. unum uolatile, aliud aquaticum. Hæ aues, tanquam colaphis roſtrorum dicuntur occidere paruulos ſuos, eoſdemq́; in nido occiſos à ſe lugere per triduũ. Poſtremò dicunt matrem ſeipſam grauiter uulnerare, & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere, quo illi perfuſi reuiuiſcunt. A Græcis etiam δενδροκολάπτης dicitur, quod roſtri ictibus arbores pertundat. Aelianus lib. 15. pelicanos eoſdem facit cum plateis.

PELIDES, (πηλείδης) Achilles dictus eſt, à Peleo patre. Hephæſtion interpres Sophoclis tragici in Aiace tragœdia: Αἰακὸς υἱὸς Διὸς ἐξ αἰγίνης, πηλεὺς καὶ τελαμὼν ἐξ αἰακοῦ, ὧν ἀχιλλεὺς καὶ αἴας, καὶ αἴαντος παῖς εὐρυσάκης. id eſt, Aeacus filius Iouis ex Aegina, Peleus et Telamon ex Aeaco, quorũ Achilles & Aiax: Aiacis autem filius erat Euryſaces.

PELIGNI, (πελιγνοί) populi Marſis finitimi, quorum metropolis erat Sulmo Ouidij patria. Inde Pelignus, a, um, adiectiuum. Ouidi. lib. 3. Amor. Pelignæ dicar gloria gentis ego.

PELINNA, æ, (πέλιννα Stephano) Theſſaliæ oppidum in tractu Phthiotidis, ita dictum à Pelinno Oechalei filio. Meminit huius oppidi etiam Plin. lib. 4. cap. 8.

PELION, (πήλιον) mons Theſſaliæ, in ſinum Pelaſgicum incumbens. Ouid. 5. Faſto. Pelion Aemoniæ mons eſt obuerſus in Auſtros. Summa uirent pinu cætera quercus habet.

PELLA, (πέλλα) urbs Macedoniæ fuit, in litore Aegæi maris, illuſtrata maxime natalibus Philippi Macedonum regis & Alexãdri. Vnde & uterq; Pellæus dictus eſt, Lucan. lib. 10. Illic Pellæi proles ueſana Philippi Felix prædo iacet. Iuue. Saty. 10. Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis. Pellæa gula, pro Alexandrinis delicijs, apud Mart. lib. 13. epitheto longiuſculè petito ab Alexãdro Pellæo, Alexandriæ cõditore. Princeps (inquit) Niliacis raperis Coracinæ macellis: Pellæa prior eſt gloria nulla gulæ. Eſt item Pella Syriæ oppidum, à Macedonibus ita appellatum, cum antea Apamia diceretur. Stephanus. Ab utroq; deducitur adiectiuum Pellæus (πελλαῖος) eodem Stephano teſte.

PELLANA, æ, ſiue Pallane, es, (πελλάνα) oppidum Laconiæ, in Megalopolitanum uergens agrum, teſte Strab. lib. 8. quod tamen à Plin. lib. 4. capi. 6. Arcadiæ annumeratur.

PELLAX, huius Pellacis, adiectiuum, pen. gen. prod. {Luſinghiero, ingannatore} (ἀπατηλός, πιθανῶς προσαγωγός) qui per blanditias aliquem decipit. A uerbo Pellicio, quod eſt fraudandi cauſa aliquem allicio, Vergil. 2. Aeneid. Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris. Inde Pellacia, (ἀπαγωγή) fallacia. Idem lib. 4. Georg. Verum ubi nulla fugam reperit pellacia.

PELLENE, es, (πελλήνη) caſtellum eſt Achaiæ propriè dictæ, ſexaginta ſtadijs à ſinus Corinthiaci litore diſtans, teſte Strabone lib. 8. Plin. lib. 4. ca. 5. Pellenæorum caſtellum appellat. Eſt item Pellene euſdẽ Achaiæ uicus, inter Pellenen caſtellum & Aegas, teſte Strabone loco iam citato.

PELLENÆVS, (πελληναῖον) mons eſt in Chio inſula, apud Pli. lib. 5. c. 32.

PELLEX, pellicis, fœ. ge. {Adultera} (παλλακὴ παλλακίς) ut inquit Iureconſu. illa uulgò appellatur, quæ cũ eo, cui uxor ſit, corpus miſcet. Inde apud oratores & poetas Pellex non tam uiri, q̃ uxoris nuncupatur. Cic. in Oratione pro Cluen. Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Sall. in Cic. Filia matris pellex tibi

dictum tradunt, putantq́ſinum eſſe aquarium, in quo arietes pelluuntur. Iuuen. Saty. 3. Vt ſint contentæ patulos effundere peluces. Cato cap. 10. Peluis una. Vide Bayſium.

PELVSIOTÆ, (πηλουσιῶται) populi in extremis finibus Aegypti, Peluſiū oppidum incolentes, ea in parte, qua Aegyptus Arabiæ contermina eſt. Hiero. contra Iouin. Impelle (ſi uales) Peluſioten, ut manducet cæpe.

PELVSIVM, ſij, (πηλούσιον) oppidum in extrema Aegypti ora, qua Caſioti-di contermina eſt: à quo et extremum Nili oſtium, quo Aegyptus ab Aſia terminatur: Peluſium, ſeu Peluſiacum appellatum eſt. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum poſt luſtrationem. Eo enim tempore Peleus furijs agitabatur, quia fratrem Focum interemerat. Hinc fit Peluſius, ſia, ſium, (πηλούσιος) & Peluſiacus, a, um, pen. corr. (πηλουσιακός) Mart. in Xenijs: Accipe Niliacam Peluſia munera lentem. Verg. libro. 1. Georg. Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Et Peluſiana mala legimus apud Columel. libro. 5. cap. 10.

PEMINOSVS, a, um, {Di cattiuo odore} (δυσώδης) uel potius Pæminoſus per æ, diphtongum in prima ſyllaba, quod mali eſt odoris: ita dictum à pædore. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 51. Hanc eſſe modicam oportet, pro magnitudine ſegetis potiſſimum rotundam, & ad medium paullum extumidam, ſolida terra pauitam, maximè ſi eſt argilloſa, ne ſitu pæminoſa in rimis eius grana obliteſcant. Sic enim legit Feſtus. In caſtigationibus tamen Varronis exemplaribus legitur Ne æſtu rimoſa.

PENARIVS, a, um, {Che s'appartiene à uettouaglia} quod ad penum pertinet: ut Penaria cella dicitur, in qua penus aſſeruatur. Cice. 4. Verrina: Itaq; ille M. Cato ſapiens cellam penariam Reipub. noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.

PENARIVS, rij, Feſto: uel Penaria, riæ, ut Varroni lib. 4. de Ling. Lat. ut uerò alij, Penarium, rij, locus eſt ubi penus, id eſt, res neceſſariæ ad uictum quotidianum pertinentes reponuntur.

PENATES, Penatum, Penatibus, tantùm pluraliter, {Dei domeſtici} (ἐφέστιοι θεοί) dicti ſunt dij domeſtici, ut inquit Cic. lib. 2. de Nat. Deo. quòd penes nos nati ſunt, uel quòd non longè abſint ab hac uita, ſiue quòd penitus inſident. Eu quo etiam Penetrales à poetis uocantur. Alij à penu hoc nomen deriuant. Macro li. 3. Satur. cap. 4. Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc ſalutatum domum Deuortar. Verg. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans uictosq; Penates.

PENATIGER, ra, rum, gerens penates. Ouid. 15. Meta. Hæc Helenum cecinisse penatigero Aeneæ Mente memor refero.

PENATORES, qui penum geſtant. Cato aduerſus Macthium: Poſtquam nautas ex naui huc adduxi, non ex militibus piſcatores, ſed penatores feci.

PENDEO, des, pependi, penſum, {Pendere} (αἰωροῦμαι, κρέμαμαι) ſignificat in ſublimi eſſe, ſiue ſuſpenſum eſſe. Tractum à pennis auium. Interdum ponitur abſolutè. Teren. in Eunuc. Tu iam pendebis qui ſtultum adoleſcentulū nobilitas flagitijs. Aliquādo ablatiuo iungitur cum præpoſitione A', uel Abs ut Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. Verr. Aliquando cum præpoſitione De: ut, Pendere de rupe, Verg. 1. Eclog. Item cū præpoſitione Ex: ut, Pendere ex arbore, Cic. 5. Verr. Nonnunquam etiam ſine præpoſitione. Ver. 4. Eclog. Incultiſq; rubens pendebit ſentibus uua. Aliquando iungitur accuſatiuo cū præpoſitione Per, Plau. in Aſin. Nudus uinctus centū pondo es, per pedes quādo pendes. Per tranſlationem Pendeo ponitur pro ſuſtentor (ἐξαρτῶμαι, ἐξίχομαι) uel potius innitor. Ouid. 3. de Ponto: Pēdet & à ueſtra noſtra ſalute ſalus. Pendere ex nutu alterius dicitur qui per omnia alterius addictus eſt uoluntati. Liu. 5. Belli Mace. Ea autem in libertate poſita eſt, quæ ſuis ſtat uiribus, non quæ ex alieno pendet arbitrio. Pendere ex fortuna dicitur, qui ad oēs fortunę flatus circumagitur. Ci. in Para. Cui ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil eſſe poteſt certi, nihil quod exploratum habeat permanſurum ſibi unum diem Quandoq; pro cruciari, & in pœna eſſe, ſiue dubium eſſe aut animo ſuſpenſum eſſe, hoc eſt dubitare, hęſitare, (ἀπαιωροῦμαι) & ſic conſtruitur cum genitiuo, uel ablatiuo, & interdū ponitur abſolutè. Cic. 2. Tuſc. Quod ſi expectando, uel deſiderando pendemus animis, cruciamur, et angimur. Idem in Hortenſium: Et qui expectat, pendet animi. Pendere etiā dicitur, qui nimio deſiderio alicuius rei intentus, ceſſat ab omni alio opere, & id unum ſolicitus expectat. Ouid. in Epiſ. Penelopes: Narrantis coniux pendet ab ore uiri. Verg. 6. Aen. Dum conſulta petis, noſtroq; in limine pēdes. Itē ceſſare notādū. Verg. 4. Aen. Pendent opera interrupta minæq; Murorum ingentes.

Ponitur aliquando pro ponderare, ſiue pondus efficere, ait Budæus. Pli. lib. 21. ca. ult. Cyatus pendet per ſe drachmas decem. In eadem ſignificatione legitur & Pendo, is, per tertiam coniugationem. Pendere rei dicebantur, quòd eorum nomina in programmate, id eſt, tabula pēdula, publice propoſita, atq; ſuſpenſa erant. Sue. in Domitia. cap. 9. Reos, qui ante quinquenniū proximum apud ærariū pependiſſent, uniuerſos diſcrimine liberauit. Hinc Pendens participium, & aliquando nomen ex participio. Pendentes alas, dixit Plin. lib. 10. cap. 38. & Pendens uinum, Cato cap. 147. hoc eſt, uinum quod adhuc in ipſa uite pendet, & nondum ex uuis expreſſum eſt. Huius compoſita ſunt, Appendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suſpendeo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

PENDO, dis, pepēdi, penſum, {Penſare, conſiderare, eſtimare} (σταθμῶ, σταθμίζομαι) uerbum actiuum, ſignificat pondero, à Pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendeant. Plin lib. 9. cap. 15. Præcipua magnitudine thynni inuenimus talenta quindecim pependiſſe. Per tranſlationem ſignificat, cōſidero, æſtimo. σταθμῶμαι. Cice. pro Quintio: Si apud hoc conſilium ex opibus, nō ex ueritate cauſa pendetur, profectò nihil eſt iam ſanctum atq; ſincerum in ciuitate. Idē. 6. Ver. Ego quo nomine appellem neſcio rem uobis propoſitam, uos eam ſuo nomine pondere penditote. Regit eoſdem genitiuos, quos uerba pretiū ſignificantia habere ſolent: ut, Magni pendo, Parui pendo, Nihili pendo, Flocci pendo, (καταμικρολογῶ, σμικρὸν ὑπὸ λόγου ποιοῦμαι τινά) & huiuſmodi, hoc eſt, in magna, aut parua æſtimatione habeo. Quæ omnia magis ſeparata, quàm compoſita ſunt dicenda. Plaut. in Bacchid. Rogas? imò unicè unū pluris pendit. Teren. Heaut. Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes. Pendere, eſt etiā ſoluere, ἀποτίνειν, ἐκτίνειν quæ ſignificatio inde tracta eſt, quod antè quàm ſignatus eſſet nummus argēteus, cumq; Romani adhuc graui ære uterentur, non numeratione, quemadmodum hodie, ſed pōdere fieri ſoleat ſolutio. Plin. lib. 33. capi. 3 popu. Roma. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum uſus eſt: libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur aſſis. unde etiam æris grauis pœna dicta eſt. Hinc etiam hodie manſit uſus, ut Penſionem dicamus pro ſolutione, & Pendere pro ſoluere. Salluſt. Semper illis reges, tetrarchæ uectigales erant, populi, nationes ſtipendia pēdere. Hinc etiam Pœnam pendere propriè dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit: quanquam generalius loquendo etiam Pœnam pendere dicuntur, quibus quouis modo irrogatur pœna, uel ſupplicium. Plini. lib. 29. ca. 4. Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani uiui in furcas ſambucea arbore fixi. Verg. 6. Aene. Tum pendere pœnas Cecropidę iuſſi. Penditur, impersonale. Plin. lib. 12. cap. 14. Iterumq; imperij noſtri publicanis penditur. Penſus, particip. ponderatus. Ouid. 14. Metam. Et aduertens penſas examinat herbas. Id eſt, ponderatas: neq; enim pharmaca, niſi ponderentur, rectè componi poſſunt. Compoſita ſunt Appendo, Compendo, unde Cōpendium. Diſpendo, (διαφορῶ) uarios in uſus impendo, à quo diſpendium. Dependo, (καταβάλλω) quod eſt do, Colu. lib 5. Nanq; aliter incaſſum depēditur opera, quum degeneres etiam renouatæ priſtinum ſeruabunt ingenium. Expendo, Perpendo, Impendo, in uſum aliquem erogo. Propendo, Præpendo, & Rependo, Suſpendo, uide ſuis locis.

PENDVLVS, la, lum, {Pendente} (μετέωρος, αἰωρούμενος) quod pendet. Ouid. Epiſt. 1. Laſſaret uiduas pendula tela manus.

PENE', {Quaſi} (παρ' ὀλίγον) aduerbium ſignificat fere. Plaut. in Epid. Pene incurſu concidi. Hinc Peniſſime ſuperlatiuum formauit. Plau. in Aul. ut uult Priſcian. lib. 15. licet alij à Penitus formari uelint: Me (inquit Pla.) intus gallus gallinaceus, Qui erat anus peculiaris, perdidit peniſſime. id eſt, pene nihil defuit quin me perderet.

PENELEVS, per quatuor ſyllabas, (πηνέλεως) unus fuit e quinq; Bœotorum ducibus, in Bello Troiano, teſte Homero lib. Iliad. 2.

PENELOPE, (πηνελόπη) Icari filia, & Vlyſſis uxor, inexpugnabilis caſtitatis mulier, totiuſq; pudicitiæ exemplar, quæ abſente totos uiginti annos marito, nullis aut parentum precibus aut procorum pollicitationibus, adduci potuit, ut fidem quam uiro diſcedenti dederat, ſecundis nuptijs uiolaret. Quum autē proci acrius inſtarent, atq; adeò uim illaturi uiderentur, tantum moræ ab illis ſibi pepigit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, abſoluendæ ſufficeret. Quod cūm impetraſſet, mulier aſtuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eoq; commento eorum cupiditatem in reditum mariti diſtulit: qui ab illa ſub mēdici habitu hoſpitio ſuſceptus procos ad unum omnes interemit. Dictā autem uolunt Penelopen ab auibus, quæ Penelopes dicuntur, ſiue Meleagrides; cūm antè Arnea diceretur, quaſi abiecta & repudiata. Ferunt enim cum ab Icaro, Peribœaq; parentibus eſſet expoſita, ab hoc auium genere fuiſſe educatam.

PENELOPES, (πηνελόπες) aues ſunt, quæ alio nomine dicuntur Meleagrides. Plini. lib. 37. cap. 2. Et Cratim amnem in Oceanum effluentem è lacu in quo aues, quas Meleagrides, et Penelopas uocat, ferunt uiuere. Vide ſuprà Meleagrides.

PENES, {Appreſſo} (παρά) præpoſitio eſt accuſatiuū exigens, ſignificatq; dominiū, uel perſonā, aut poteſtatē. Vlp. l. Penes. ff. de Verb. ſign. Penes te, amplius eſt, quàm Apud te. nam Apud te eſt, quod qualiter qualiter à te tenetur: Penes te eſt, quod quodammodò à te poſſidetur. Cic. 4. Verr. Cūm omnis copia frumenti penes iſtum eſſet redacta. Idem de Leg. Agr. contra Rul. Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & poteſtas more maiorum debet eſſe.

PENETRABILE, adiectiuū, {Penetrabile} (πεπερασμένος, διάπορος) quod facile penetret. Vergi. 10. Aeneid. Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum. Interdum ſumitur paſſiue, pro eo quod facile penetratur. Oui. 12. Metam. Corpus nulli penetrabile telo.

PENETRALE, huius penetralis, (μυχός) nomen ſubſtantiuum, ſignificat omnem partem interiorem domus, uel templi, teſte Seruio, licet ſit intecta: ſeu omne, quod in intimis partibus eſt. Vergi. l. 6. Aeneid. Te quoq; magna manent regnis penetralia noſtris. Mart. lib. 10. Nec Capitolini ſummum penetrale tonantis. Vergi. l. 2. Aeneid. Apparent Priami & ueterum penetralia regum. Liui. lib. 5. Decad. 5. Et cum omnis præfatio ſacrorum eos quibus non ſint puræ manus, ſacris arceat, uos penetralia ueſtra contaminari cruento latronis corpore ſinetis? Eſt etiam adiectiuum pro interno, & interiore, (ἐνδόμυχος) ut apud Verg. 2. Aene. Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem, quaſi penitus remotis. Idē 4. Aeneid. At regina pyra penetrali in ſede ſub auras Erecta, &c. Dij penetrales, Cic. 2. de Natu. deo. Item Penetrale ſacrificium, auctore Feſto, quod in intima parte ſacrarij cōficitur. Penetralia Germaniæ: hoc eſt, penitior, & interiore Tacit. lib. 2. Penetraliua, aduerbium: Lucre. lib. 2. Perfacile eſt animi ration euoluere nobis. Quare fulmineus multò penetralius ignis, Quàm noſter fluat è tędis terreſtribus ortus.

PENETRO, as, {Penetrare} (διαπείρω, εἰσδύω, ἐμβαίνω, εἰσέρχομαι, περαιῶ) peruado, tranſco quaſi penitus intro. Conſtruitur autem nonnunquam cum accuſatiuo ſine ulla præpoſitione. Cicer. 1. Tuſcul. Qui ſi permanet incorruptus, ſuiq; ſimilis, neceſſe eſt ita feratur, ut penetret, & diuidat omne coelū hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur. Sic Penetrare Atlantem, pro Atlāntem montem ſuperare, & prætergredi, apud Plin. lib. 5. cap. 1. Aliquando cum præpoſitione Ad. Plin. libr. 13. cap. 3. Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Aliquando cum præpoſitione in: ut, Penetrare in coelum, apud Cic. 4. Acad. Penetrare in portum, apud eundem 7. Ver. Sic Penetrare in urbem, apud Liui 2. ab Vrb. Penetrare in animos, apud Cice. de Clar. Orat. Aliquando cum Sub: ut, Penetrare ſub terras, apud Cice. 6. Verr. Penetrare ſe ponitur pro inferre ſe. Gell. lib. 5. cap. 14. Specum quandam nactus remotam, latebroſamq;, in eā me penetro, & recōdo. Penetrare ſe in fugam, eſt fugere, apud Plaut. in Amph. Dicimus etiam, Penetrare pedem intra portam. intra ædes, et ſimilia. Plaut. in Menech. Intra portam, inquit, penetraui pedem. Ibidem: Si intra ædes huius unquam, ubi habitat, penetraui pedem. Penetratus, participiū ut, Lamina penetrata mortis. Stat. 4. Syl.

PENEVS, per tres ſyllabas, penult. produ. (πηνειός) fluuius in Theſſalia, inter

Oſſam, & Olympum decurrens, collibus dextra, læuaq; molliter curuis. In eo curſu ſunt Tempe, ad quinq; millium paſſuum longitudinem, & ferme ſeſquiiu geris latitudinem, extenſa. Ouid. 1. Meta. Eſt nemus Aemoniæ, præærupta quod undiq; claudit Sylua: uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effuſus Pindo, ſpumoſis uoluitur undis. Vide Strabonem lib. 7. 8. & 9. & Plinium lib. 4. ca pi. 8. Inde Peneius, a, um, per quatuor ſyllabas: ut, Peneia Daphne apud Ouidi. 1. Metamorph.

PENICILLVM, uide Peniculus.

PENICVLAMENTVM, ti, (κρασπεδον) pars ueſtis, quæ terram attingit, au ctore Nonio. Ennius lib. 11. Annalium. Pẽdent penicula menta imum ad quen que pedem.

PENICVLVS, li, & Penicillus: ſiue Peniculum, et Penicillum, {Scopa, pennel la}(σπόγγος) quamuis diminutiua uideantur à Penis, ſignificant tamen ea, qui bus calceamenta, uaſaq; terguntur, teſte Feſto: ita dicta quòd olim fierent ex pe ne id eſt, ex cauda animalium. Nam, ut ait Cicer. lib. 9. Epiſtol. ad Papyrium: Caudam antiqui Penem uocabant. ex quo eſt propter ſimilitudinem, Penicillus. Item quibus pictores pingunt, (γραφίδια) quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt. Plini. libr. 35. capi. 10. Arreptoq; penicullo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Quintil. libr. 2. Inſtit. ca. 12. Vt cælator cœlum, & pictor penicula deſiderant. Item quibus albarium tectorio parietum inferunt, qui dicuntur Tectorij penicilli. Plin. lib. 28 cap. 17. Setarum ex his è penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item quibus uulnera ſtipantur, (τὰ ἐμμοτα) ne præproperè claudantur, prius quàm probè fuerint purgata, ut ſunt penicilli ex linteolis concerptis, ex medulla ſambuci, & ex ſpongia. Idem: Tum penicullo uulnus apertum. Celſus: Tum exigua penicilli interponenda. Omne prætere a, quo ad aliquid mundandum, detergendum, illinendum'ue utimur, Penicillum, uel Peniculum uocamus, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Terentius in Eunucho. Quid ignaue, peniculo'ne pugnare, qui iſtuc huc portes cogitas?

PENINSVLA, ſulæ, (χερρόνησος) terra eſt, undiq; ferè aquis clauſa, & breui tantùm anguſtia, quæ dicitur Iſthmos, continenti adnexa: ita dicta quaſi pene inſula. Nam Inſula dicitur, quæ undiq; aquis clauditur, propriè autem mari. Liui. 1. bell. Maced. Et oppidum Celetrum eſt aggreſſus, in peninſula ſitum. Plini. lib. 9. capi. 3. Cadara appellatur rubri maris peninſula ingens.

PENIS, huius penis, (κέρκος) antiquis idem erat quod cauda: à pendẽdo (ut quidam uolunt) ita dicta, eò quòd à poſteriori animalium parte dependeat. Hinc etiam Peniculos dicimus, quibus puluis ſordes'ue ſolent detergeri: q primùm ex animalium caudis ſolebant confici: quemadmodum etiam hodie uulpinis caudis puluerem decutimus. Ab hac item ſignificatione Penitam offam dicimus, eam carnis ſuillæ partem, cui cauda adhæret. Poſt autem Penis, uirile membrum dici cœptum eſt, (πέος, τὸ αἰδοῖον) ſicut & Salax cauda. Cicer. libro 9. Epiſtol. ad Papyrium: Caudam antiqui Penem uocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinẽ Penicillus: at hodie Penis eſt in obſcœnis: at uerò Piſo ille Frugi in Annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Iuuenalis Satyr. 6. Nouerunt Mauri, atque Indi, quæ pſaltria penem Maiorem, quàm ſint duo Cæſaris Anticatones, Illuc intulerit, &c. Næuius apud Feſtum: Pen pinnit bubulo.

PENITVS, a, um, pen. cor. {Ciò che è dentro}(τὸ ἔνδον) quod intus eſt, & in abditis partibus ſitum. Plau. in Aſina. Agè quæſo exerceat uſq; ex penitis faucibus. Inde fiunt Penitior, (ἐνδότερος) interior. et Penitiſſimus, intimus. Plau. Ciſtel. In latebras abſcondas pectore penitiſſimo Tuam ſtultitiam. Idem Perſa: Abductam ex Arabia penitiſſuma.

PENITVS, a, um, pen. prod. {Che ha la coda}(κερκώδης) quod penem habet, hoc eſt, caudam. Vnde Penita offa dicta eſt, teſte Feſto, quæ conſtabat ex ea parte carnis ſuillæ, cui cauda adhærebat. Plaut. in Milite: Aufer hinc illam offam penitam.

PENITVS, {Al tutto, molto à dentro}(διαμπάξ, ἐνδελεχῶς) aduerbium idem ſignificãs quod omnino, prorſus, in uniuerſum, in intimis partibus, ad intima uſq; penetralia, & quod prouerbiali ſchemate dicimus, intus, & in cute. Cicer. 2. de Orat. Omnes animorum motus penitus pernoſcendi. Idem de Clar. Orato. Totam enim Rempub tenebat, penitusq; cognorat. Idem in Catili. Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in uenis atque uiſceribus Reipub. Verg. 1. Aeneid. Penitusq; ſonantes Acceſtis ſcopulos. Accipitur aliquando pro longè, ſiue procul. ibidem: Alter quos æquore turbo Diſpulerat, penitusq; alias aduexerat oras.

PENNA, æ, {Penna}(πτερὸν) in auibus ppriè dicitur, quæ maior eſt & durior, quales ſunt, ex quibus cauda & alæ conſtant. Plumæ autem minores ſunt & molliores, quibus reliquum corpus tegitur. Vnde auem pennis uolare dicimus, non plumis. Ouid 3. de Arte amandi: Terretur minimo pennæ ſtridore columba, Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis. Colu lib. 8. capi. 2. Mercari porrò, niſi fœcundiſſimas aues, non expedit: eæ ſint rubicundæ, uel fuſcæ plumæ, nigriſq; pennis. Quæ hic à Columella Pennæ uocantur, à Varrone lib. 3. cap. 9. appellantur Pinnæ. In parando (inquit) eligat fœcundas, plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. Accipitur tamen Penna nonnunquam generaliter, ut etiam plumas comprehendit. Cicer. 2. de Nat. deor. E quibus pullos cum excluſerint, ita tuentur, ut & pennis foueant, ne frigore lædantur. Pennæ renaſcuntur, metaphoricos dicitur de ijs qui priſtinam recuperant auctoritatem. Cice. ad Attic. lib. 4. Iidem, inquam, illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderãt, nolunt eaſdem renaſci. Maiores nido pennas extendere, prouerbialis metaphora eſt, pro eo quod eſt, ſe amplius efferre, quàm ferat fortunæ ſuæ tenuitas. Horati. lib 1. Epiſt. ulti. Me libertino natum patre, & in tenui re Maiores pennas nido extendiſſe loqueris.

PENNARIVM, {Pennaiuolo}(καλαμοθήκη) in quo pennæ reponuntur: ſicut Calamarium, in quo calami.

PENNATVS, a, um. {Pennato, che ha le penne}(ὑπόπτερος, πτερωτὸς) qui pẽnas habet: ut Volucres pennatæ. Plini. lib. 10. cap. 32. Pennatorum autem infœcunda ſunt. quæ aduncos habent ungues. Pennatum ferrum, dicitur pennis munitum, ut leuius ſiat, & aerem facilius penetret, quemadmodum in telis, & ſagittis uidemus. Plin. lib. 34. cap. 14. de ferro: Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus ſolum, ſed etiam miſſili, uolucriq;, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc uerò pennato: quam ſceleratiſſimam humani ingenij fraudem arbitror.

PENNICVLVM, li, {Penello}(πτερύγιον) pinna illa, quæ in faſtigio ædificiorum ſita, facili motu, uentorum indicat flatum, uocabulum eſt Italicum, nõ Latinum: Plinius Petaſum uocat. Vide ſuo loco.

PENNIGER, ra, rum, (πτεροφόρος) qui gerit pennas. Cic. de Vniuerſ. Alterum pennigerum, & aereum, tertium terreſtre, &c. Pli. lib. 11. cap. 19. Rex ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neque uermiculus, ſed ſtatim penniger.

PENNIPOTENS, pen. co. proprium auium eſt epithetum, q illæ pennis plurimum ualeant. Lucr lib. 2. Et noſtro de corpore ſæpe feratum Augeſcunt uires, & corpora pennipotentum.

PENNIPES, pennipedis, ut, Perſeus pennipes, apud Catullum Epigrã. 2. ad Cometium.

PENNVLA, æ, {Pennetta}(πτερύγιον) diminutiuum eſt à penna. Cice. libr. 3. de Natu. Deo. Quum autem pennulis uti poſſunt, tum uolatus eorum matres proſequuntur.

PENSICVLO, las, {Contrapeſare}(ἐξετάζω) idem quod penſito. Gellius Penſicula utrunque moderatè, reperies ſuo quodque in loco ſonare aptiſſimè.

Hinc Penſiculator, oris, (ἐξεταστὴς) qui dicta ſactaſue quadam quaſi trutina examinat. Penſiculatè, aduerbium (ἀκριβῶς) hoc eſt, cum pondere, iuſtoq; examine.

PENSILIS, & hoc ſile, pen. co. {Penſile. Dant. Penſil con mano à guiſa di lanterna}(μετέωρος) quod ſuſpenſum, & ſublime eſt. ut, Penſilis hortus, qui ſupra ædificia factus eſt: hoc eſt, in ſolario, uel in aere ſublimis. Pli. lib. 19. ca. 5. Penſiles eorũ hortos promouentibus in ſoles rotis olitoribus &c. Sic Penſilis uua. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Tum penſilis uua ſecundas Ornabat menſas. Penſilis, homo, qui ſuſpenſus eſt. Plau. in Pſeu. Reſtim uolo mihi emere. P. quãobrem? C. qui me faciam penſilem. Penſilis lectus, Penſiles lychni, qui ſuſpenſi ſunt, & in aere pendentes. Penſilis urbs, quæ ſubter excauata eſt. Pli. lib. 36. cap. 14. Leguntur & Penſiles hortos, imò uero totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ, exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus, nullo oppidanorũ ſentiente. Idem: Magnitudo & frequentia cloacarum urbem penſilem fecit. Penſile horreum, quod nos uocamus Granarium, q ſit in altiore domus loco. Colũ. lib. 1. Sed nos in noſtris regionibus, quæ redundant uligine, magis illam poſitionem penſilis horrei probamus.

PENSIO, onis, {Penſione}(καταβολή, ἀποφορά) dicitur id, quod pro re aliqua conducta ſoluitur: id eſt, quod datur pro rei alicuius uſu, aut agri, aut domus. Cic. Lepiæ lib. 6. Epiſt. Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. Hinc Penſiuncula diminutiuum. Col. libro. 10. in Præfa. Fœnoris tui Syluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquã penſiunculam percipe.

PENSITATOR, (λογιστὴς, ἐξεταστὴς) ponderator, examinator, pẽſiculator, a Penſito, tas, Gel. lib 17. cap. 1. Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

PENSITO, tas, {Peſare, eſaminare}(σταθμῶμαι) ſæpe uel exactè põdero, examino. Pli. lib 7. Is demum uitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gell. lib. 1. cap. 4. Aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium eſſe factum ad amuſſim diceres. Penſitare etiam accipitur pro ſoluere, τελεῖν φόρον, εἰσφέρειν. Ci. pro Lege Man. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos, qui uectigalia uobis penſitant, aut eos, qui exercent, aut exigunt? Hinc Penſitatio, uerbale. Pli. lib. 10. cap. 6. Et tunc properare præteriti temporis penſitatione.

PENSITATVS, participium, {Peſato, eſaminato}(σταθμώμενος, ἐξεταζόμενος) ponderatus, ſiue examinatus, ut, Res penſitata. Plin. Epiſto. 8. Nos contra, multum ac diu pẽſitatus amor liberalitatis, communibus auaritiæ uinculis eximebat.

PENSO, ſas, {Peſare, ſtimare, penſare}(τιμῶμαι, ἀμείβομαι) à Pẽdo, frequẽtatiuum, ſignificat ſæpe pondero, æſtimo. Liu. 4 bell. Mace. Reliquas ciuitates monere, ut factis, non ex dictis amicos penſent, intelligantq;, quibus credendũ, & à quibus cauendum ſit. Significat aliquando compenſo, ſiue compenſando, parem facio, aliquid pro alio do. Val. Max lib. 1. Deductus ac miſſus ad Senatum legatus, ut ſe, & uno, & ſene, complures Pœnorum iuuenes penſarent, in contrarium dato conſilio, Carthaginem petijt. Penſare crimen una laude, apud Pli. lib. 9. cap. 25. Penſare lætitiam mœrore: id eſt, parem facere lætitiam mœrori. Plin. lib. 8. cap. 4. Nec lætitia ullo minimo mœrore penſanda. Ponitur aliquando pro ſupplere. Plin. lib. 31. cap. 8. de muria loquens. Fuit quoq; apud mediterraneos, aquæ marinæ uicem penſat. Hinc Penſator, uerbale, (σταθμοῦχος) ponderator, æſtimator. Pli. lib. 33. cap. 3. Penſatores, libripendes dicunt.

Hinc Compenſo, Diſpenſo, Repenſo.

PENSVM, penſi, (ταλασία) dicitur manipulus lanæ, uel lini, aut cannabis, qui ex colo pendet, & fuſo trahitur. Vnde Trahere penſa, idem eſt, quod nere. Ouid. lib. 2. Faſtor. Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant. Iuſtinus li. 1. Penſa inter uirgines partientẽ. Penſum, per tranſlationem, eſt officij cuiuſque perfunctio, inquit Budæus. Cic. lib. 3. de Orat. Nunc ad reliqua progrediar, meq; ad meum munus, pẽſumq; reuocabo. Tranſlatio ſumpta eſt ab ancillis, penſa deducenda à matronis expicientibus. Dicimus autem uenuſtè Abſoluere penſum, Conficere penſum, Peragere penſum, quod Gallicè dicimus, faire ſon pris, faict ſon office, & ce qu'on auoit entrepris. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 2. Sed quoniam nos noſtrum penſum abſoluimus, ac limitata eſt pecuaria quæſtio &c. Plau. in Perſa: Penſum meum, quod datum eſt, confeci. Col. lib. 3. ca. 10. Vnumq; ei propoſitum, peragere operis ſui penſum. Accurare penſum, eſt diligenter, accurateq; ſuum officium facere. Plau in Bacchid. Ego penſum meum lepidè accurabo. Exigere penſum ab aliquo, eſt petere an ſuo ſit functus officio. Cice. 5. Verr. Penſum magis in Leontino agro exigendum, propter hanc cauſam, quòd ipſi Leontini publicè non ſane me multum adiuuerunt. Et in hac ſignificatione Penſum dicitur à uerbo Pendeo, quod ex colo linum uel lana pendeat. Quandoq; penſa dicuntur de ipſis filis. ut apud Verg. 9. Aeneid. de textrice loquentem: Excuſſi manibus radij, reuolutaq; penſa. Eſt præterea Penſum, à Penſus, a, um, participio uerbi Pendo, quod inter cætera ſignificat æſtimo, meditor, curo: unde Penſum habere, dicimus pro eo quod eſt, rẽ aliquã

nobis

nobis cordi eſſe. & de re aliqua ſolicitum eſſe. & contrà, Nihil penſi habere, eſt contemnere & nihil facere. Sallu. in Catil. Neq; dicere, neque facere quicquam penſi habebat. Inuenitur comparatiuum Penſior, & hoc Penſius: id eſt, æſtimatius, & pretioſius: nã quæ maximi facimus, ſæpe nobis penſa ſunt, id eſt, meditata, cogitata, ponderata, atq; examinata. Venire autem uidetur comparatiuũ illud à Pẽſus, a, um. quod nomen eſt ex participio factũ: quod ſignificat cogitatum, ponderatum. Plaut. in Sticho: Age tu, altera utra ſit conditio penſior, uirginem, an uiduam habere? Gel. lib. 12. cap. 5. Vt nihil quicquam eſſet charius, penſiusq; nobis, quàm noſmetipſi.

PENTADACTILES, piſces ſunt ex genere concharum, apud Plin. lib. 32. cap. ultimo.

PENTADORON, (πεντάδωρον) lateris, id eſt, terræ coctæ ſpecies, quinq; palmos continens. Græci enim ueteres δῶρον palmam dicebant, & δῶρα munera, quæ manu darentur. Vide Pli. lib. 35. cap. 14.

PENTAPHYLLON, (πεντάφυλλον) quod & Pentapetes, herba quinq; folia habens. Pli. uocat Quinque folium: quo nomine etiam medicinæ hodie utuntur. Pli. lib. 25. cap. 9. Dioſc. lib. 4. cap. 45.

PENTAPOLIS, pen. cor. (πεντάπολις) regio inter Palæſtinam, & Arabiam, à quinq; ciuitatibus ſic appellata, ubi Sodoma & Gomorra oppida. Hanc regionẽ (ut Solinus ſcribit) de cœlo tactam, teſtatur humus nigra & cinere ſoluta. Naſcuntur ibi poma, quæ comedi non poſſunt, licet matura uideantur, quæ leuiter manibus preſſa fumum exhalent, & in puluerem fatiſcant. Eſt & Pentapolis regio in Lybia, quæ & Cyrenaica uocatur: Pentapolis dicta à quinque urbibus quarum nomina ſunt Berenice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Pli. lib. 5. cap. 5.

PENTARCHVS, (πένταρχος) qui quinq; uiris præeſt.

PENTASTICHE, (πεντάστιχοι) porticus dicuntur, à quinq; columnarum ordinibus.

PENTATEVCHON, (πεντάτευχον) uolumẽ quinq; librorum. Nam πέντε quinq;, τεῦχος uolumen ſignificat.

PENTATHLI, (πένταθλοι) qui quinq; certaminum generibus congrediuntur, πυγμῇ, δρόμῳ, ἅλματι, δίσκῳ, πάλῃ, hoc eſt, cæſtu, curſu, ſaltu, diſco, & lucta. Latini a quinq; hiſce artibus Quinquertiones uocant: ipſumq; exercitium, Quinquertium, quod Græci πένταθλον appellant. Pli. de Myrone li. 34. cap. 8. Hic fecit Delphicos pentathlos.

PENTECOSTE, es, (πεντηκοστή) dies quinquageſimus à Feſto Paſchæ. Eſt etiam tributi genus, quod Latinè Quinquageſimas poſſumus appellare.

PENTECONTARCHVS, (πεντηκόνταρχος) qui præeſt quinquaginta militibus: quorum munus Pentecontarchia appellatur.

PENTHEMIMERIS, penul. cor. (πενθημιμερὴς) ſemiquinaria cæſura eſt, quoties poſt duos pedes ſyllaba relinquitur partem orationis terminans: quæ etiam ſi breuis ſit, ratione tamen cæſuræ licenter poteſt produci: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Dicitur à πέντε quinq; ἥμισυ femis, & μέρος diuiſio uel pars.

PENTESILEA, pe. pro. (πενθεσίλεια) Amazonum regina, quæ teſte Iuſtino lib. 2. Otteræ (ſiue ut alij) Orithyæ ſucceſſit in regno: eiusq; Troiano bello inter fortiſſimos uiros cùm auxilium aduerſus Græcos ferret, magna uirtutis documenta extitere. Hæc, ut ait Seruius, dicta eſt furens, quia ſororem ſuã in uenatione confixit, ſimulans ſe ceruam ferire. Verg. 1. Aen. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pẽteſilea furens, medijsq; in millibus ardet, Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetq; uiris concurrere uirgo. Hæc cum Troianis opem ferret, ab Achille occiſa eſt.

PENTHEVS, per duas ſyllabas, (πενθεύς) Echionis ex Agaue filius, qui cũ Bacchi ſacra contemneret, à matre & ſorore, numinis furore actis, eſt dilaceratus. Vide latius omnem fabulam apud Ouid. lib. 3. Meta. Inde Pentheus, a, um, pen. prod. Sta. li. 2. Theb. Pentheumq; trahens, nondum te Phædimus uquo Bacche, genus.

PENTHYLVS, (πένθυλος) filius Demonos, qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempeſtate amiſit. Ipſe uerò captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herod. lib. 7.

PENTIREMIS, (πεντήρης) nauis quinq; remos in quolibet ordine habens, Latini Quinqueremem uocant. Hirtius de Bello Africano lib. 4. Capit ea eo prælio penteremem unam, triremes duas, &c.

PENTOROBON, (πεντόροβον) herba inſignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Dictum Pentorobon ab eo, quod inter cætera quinq; aut ſex grana habeat erui ſemen (ὄροβον appellant) non magnitudine tantùm, uerùm & colore referentia. Vide Pli. lib. 25. cap. 4.

PENVARIVM, Vide Penarium.

PENVLA, æ, {Gabano, tabarro} (φαινόλης) per ſimplex n, ueſtis denſa ac uilis, quæ nebuloſo, ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumitur, loco pallij, ad arcendas à corpore pluuias. Pompo. in Peniceа: Penulam in caput induce, ne te uiſcat. Quin lib. 6. ca. 4. Galba penulam roganti amico reſpondit, Si nõ pluet, non opus eſt tibi: ſi pluet, ipſe utar. Iuuenal. Saty. 5. Et multo ſtillaret penula nimbo. Hæc ſi ex pellibus eſſet, Scortea uocabatur. Marti. lib. 13. Ingrediare uiam cœlo licet uſq; ſereno, Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas.

Scortea enim ueteres, pelles nominabant. Penula ſcortea utuntur ij, qui ſolenne habent uiſere ædem D. Iacobi Galeci: & pegaſarij curſores, qui è Gallia Lugdunenſi quinto aut ſexto demum die Romam aduolãt, ſubinde per ſtationes mutatis equis. Vlpia. iureconſultus inter communia ueſtimẽta, quibus uir, & mulier promiſcuè utuntur, penulas annumerat. Varro dixit non quærendã eſſe penulam homini, qui habet uirtutem. Scribit Lamprid. Alexandrũ conſtituiſſe, ut Senatores penulas intra urbem frigoris cauſa uterentur, cum id ueſtimentum itinerarium, & pluuiæ fuiſſet. Erat etiam Penula Gauſapina, candida, ac uilloſa, qua hyberno tempore utebantur: de qua extat illud diſtichon apud Martia. lib. 14. Is mihi candor ineſt, uillorum gratia tanta eſt. Vt me uel media ſumere meſſe uelis. Quidam his uerſiculis putauerunt penulam gauſapinam inter æſtiua ueſtimenta annumerari, quos falli puto: Senſus enim Marti. eſt Penulæ tantus ineſt candor, tanta ineſt uillorum gratia, ut etiam ſi hyberno uſui ſit deſtinata, tamen quis penulæ ſpecie captus, eam uel media ſumere meſſe uelit. Hæc ex Bayfio.

PENVLARIVM, rij, (φαινολοθήκη) locus in quo penulæ reponuntur. Nonius.

PENVLATVS, (ἐν φαινόλῃ) penula indutus. Cice. pro Milone: Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus.

PENVRIA, nuriæ, {Penuria, careſtia} (ἀπορία) uox eſt à Penu deducta, ſignificatq; omnium rerum inopiam, præſertim earum, quæ ad penum pertinent, cum ſcilicet deſunt ea, quæ ad uictum ſunt neceſſaria. Vſitatiſſime tamen accipitur pro cuiuſuis rei egeſtate. Terent. in Adelph. Nã eiuſmodi iam nobis magna ciuium Penuria eſt: homo antiqua uirtute & fide. Cic. 7. Verr. Ne diutius in tanta penuria uirorum fortium talem imperatorem ignorare poſſitis. Verg. 7. Aeneid. Conſumptis hic fortè alijs, ut uertere morſus Exiguam in cererem penuria adegit edendi.

PENVS, us, {Vettouaglia} (βίος, τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια) hic, uel hæc, quartæ declinationis. & hic Penus, ni, ſecundum Priſcian. & hoc Penus, noris, & hoc Penum, & hoc Penu, indeclinabile ſignificat omne eſculentum, poculentumq;, quo ueſcuntur homines, non ipſos quidem cibos in ſingulos dies in cœnæ aut prandij uſum paratos, ſed quicquid ad futuri temporis uſum in loco aliquo, quem inde Penarium uocamus, ſeruamus recõditum. Dictũ, Penus, quòd ea, quæ longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur, non in prõptu ſint, ſed intus & penitus habeantur. Feſtus. Penora, res neceſſariæ ad uictum, quotidianum. Terent. in Eunuch. Patris ad te penum omne congerebam clanculum. Lucilius. Magni penus paruo ſpatio conſumpta peribit. Horat. libr. 1. Epiſtol. uſus eſt nomine Penus in neutro genere, cum ait: Annonæ proſit, portet frumenta penusq;. Penum in neutro genere per ſecundam declinationem protulit Terent. in exemplo, quod iam in Eunucho citauimus. & Afranius, referente Nonio. Vos quibus cordi eſt, intra tunicam manus læua, dextera in penum herile. Gell. ex Maſſurij autoritate demonſtrat, tus, et cereos, ligna quoq; penori aſcribi poſſe. Nos uerò aromata, caſeos, carnes ſalitas, & alia eſculenta etiam Penũ commodè appellabimus. Hinc ſit Penarius, a, um, adiectiuum, quod ad penũ pertinet. Cice. 4. Verr. Cato ſapiens cellam penariam Reipubl. noſtræ, nutricem Plebis Romanæ Siciliam nominauit.

PEPLION, (πέπλιον Hippocrati, πεπλὶς Dioſcoridi) portulaca ſylueſtris, Plin. lib. 20. cap. 20. Portulaca, quam Peplion uocant, non multum ſatiua efficatior, ſagittarum uenena: & ſerpentium hæmorrhoidum & preſterum reſtringit, pro cibo ſumpta, & plagis impoſita, extrahit.

PEPLOS, (πέπλος) frutex eſt, (inquit Dioſcor. lib. 4. cap. 179.) quem nõnulli Sycẽ, alij μήκωνα ἀφρώδη, hoc eſt Papauer ſpumeum lactei ſucci plenus, folijs rutæ, pauló latioribus, rotunda coma dodrãtali, humi reſperſa, ſemine ſub folijs rotundo, minore, quã cãdidi papaueris. Ruell. putat eandem eſſe cum ea, quam officinæ hodie Eſulam rotundam uocant. Vide Pli. lib. 27. cap. 12.

PEPLVS, ſiue Peplum, (πέπλος) ſindon, ſiue ueſtis prætenuis, propriè mulierũ quemadmodũ χιτὼν uirorũ, ut annotauit Euſtathius. Vnde βαθύπεπλος, καλλίπεπλος, & ἑλκεσίπεπλος, mulierum epitheta ſunt apud Homerũ. Euripides tamen etiam uiris Peplum tribuunt. Donatus ad ſacrorum ritus pertinere ait. Seruius in illud Vergilij 1. Aeneid. Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplumq; ferebant: Peplũ, inquit, Mineruæ conſecratum erat. In hoc depingebantur ea more apud Athenienſes, qui ſtrenuè ſe in bello geſſiſſent. Plaut. Nunquam in ciuitatem uenio, niſi cum infertur peplum. Claudianus in maſculino genere extulit in Epitalamio Honorij: Et crines feſtina ligat, peplumq; fluentem Alleuat.

PEPO, onis, {Popone, mellone} (πέπων) teſte Plin. lib. 19. cap. 5. cucumeris genus eſt, magnitudine cætera excedens, concoctu difficile Galli ſua lingua uocãt, des Pompons. Eſt & alterum cucumeris genus, multò minus: quod quia mali cotonei ſpeciem referre uidetur, Melopeponem uocant. Hoc genus uernacula lingua uocamus, des Pepons. Vide Ruell. libr. 2. cap. 68.

PEPSIS, (πέψις) Latinè concoctio. hoc eſt, mutatio cibi in qualitatem naturæ noſtræ conuenientem. à uerbo Græco, πέσσω, coquo.

PER, {Per, per mezzo} (διὰ, ἀμὰ) Præpoſitio eſt, quæ ſeparata, quandoque localem, quandoq; temporalem habet ſignificationem: ut, Per urbem uado, Per medium diem operor. Quandoq; denotat perſonam. ut, Per medios ruit, ac morientes nomine clamat. Quandoq; iurandi eſt, (νὴ:) ut, Per Pol, id eſt, per Pollucem. Quandoque obteſtandi, Verg. 4. Aeneid. Per te, per qui te talem genuere parẽtes. Quandoque medium quendam, et quaſi interceſſorem ſignificat: ut, Per meos amicos obtinui. Cice. Quando per me certior fias: id eſt, mea opera.

Per adoptionẽ pater dicitur, qui me adoptauit. Plin. Iunior Epiſt. lib. 5. Auũculus meus, idemq; per adoptionem pater. Per ætatem, etiã pulchre dicimus, pro eo quod eſt, permittẽte ætate, uel dum ea ætas adeſt, in qua fieri poteſt. Terent. in Eunuch. Cætera ſigna neq; ſciebat, neq; per ætatem etiam potuerat. Idẽ in Adelph. Si eſſes homo, ſineres nunc facere, dum per ætatem licet. id eſt, dum ætas adeſt, in qua id poteſt facere. Per eos annos, uel dies uenuſtè dicimus, quod uulgus indoctum diceret durantibus his diebus, uel annis. Cice. 7. Verr. Ac per eos dies cum iſte cum pallio purpureo, talariq; tunica uerſaretur in cõuiuijs muliebribus, &c. Per id tempus. i. pendente eo tempore. Liu. 2. ab Vrbe: Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Sena. data. Per deos, Per dextram, Per fortunas, Per fidem, Per homines, Per deum immortalium fidem, Per iura, Per genua, elegantes ſunt obſecrandi formulæ. Cice. Attic. Subueni igitur per deos, idq; quã primum. Plau. in Menæc. Per ego te hæc genua obteſtor, ne, &c. Per fas & fidem deceptus dicitur, qui nimiũ fidendo alicui in re bona, honeſtaq; falſus eſt. Liui. 1. ab Vrb. Cum ad ſolenne, ludosq; per fas ac fidẽ decepti ueniſſent. Plau. I Moſt. Per fidẽ deceptus ſum. Per gratiã bonã abire ab aliquo, eſt quem nõ male contentũ ab aliquo diſcedere dicimus. Per ludicrũ, Per iocũ, Per ludũ & iocũ, eſt, ludendo, & iocãdo aliquid facere. Cic. 3. in Verr. Qu. Opimiũ per ludũ, & iocũ fortunis omnibus euertiſſe. Sic, per ludum & negligentiã peruenire ad honores, dixit Cic. 7. Verr. Per me licet tibi hoc facere, id eſt, te nõ impedio. Sic Per te, & per illos, &c. Per me nulla eſt mora, ait Terent. in Andr. Per me didici legere. hoc eſt, ex meipſo, nullo adiuuante, aut nullo docente. Sic Per te, per ſe, &c. Per me etiã, Per ſe, &c. Aliquando ponitur pro eo quod eſt quantũ ad me attinet, quantum ad ſe attinet, &c. Ci. de Ami. Suosq; omnes per ſe eſſe poſſe ampliores uolebat. Aliquãdo per ſe, ſignificat ex ſeſe, ſua natura, ſiue naturaliter. Cic. de Amic. Sed quòd per ſe ſibi quiſq; charus eſt. Idẽ 1. de Finib. Iſta

ſua ſponte & per ſe expetenda. Per ſe, aliquando ſignificat propter excellentiam ſui. Ibidem Cice. Per ſe eſſet & uirtus, & cognitio rerum, quod minimè il le uult, expetenda. Iungimus nonnunquam in eadem oratione Per ſe, & propter ſe. Cicer. de Amic. Carent amicitia per ſe, & propter ſe expetenda, Per ſpeciem, id eſt, ſimulata occaſione, per ſimulationem. Liuius 1. ab Vrb. Per ſpeciem alienæ fungendæ uicis ſuas opes firmauit. Per otium, eſt quod Gallicè dicitur tout à loyſir Liu. 7. de bell. Pun. Vni nemo hoſtium aduerſus prodijt, ſpolia per otium legere. Per te ſtetit, quò minus hæ fierent nuptiæ, aut Terent. in And. id eſt, tenuit per te, ut barbari loquuntur. Sic Per me ſtetit, per eum ſtetit, &c.

Per tempus: id eſt, in tempore, tempeſtiuè, opportunè. Plaut. in Menęch. Per tempus aduenis. Per uinum exortū eſt diſſidium, id eſt, per ebrietatem. Plau. in Milit. Per uos, per me, per aliquem, aliquando ſignificat beneficio ueſtro, beneficio meo, beneficio alicuius. Cicer. pro Roſc. Amer. Per uos uitam, & famam poteſt obtinere. Idem ad Terentiam: Romæ uos eſſe tutos poſſe per Dolabellam, &c. Per aliquando pro Inter ponitur. Vergil. 1. Georgico. Has inter, mediamq́; duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ diuum, et una ſecta per ambas. In compoſitione uerò Per, ſignificat perfectionem actus uerbi, cum quo componitur, aut intentionem qualitatis per nomen adiectiuum ſignificatę: Perficere enim eſt perfectè facere, & opus ceptum ad finem perducere: & Perfero, ad ſtatutū finem fero: ut, Perferre literas, eſt ferre ad eum, cui ſunt deſtinatę. Periniquus uerò idem eſt quod ualde iniquus. Aliquando abnegatiua eſt, ut Perfidus, Periurus, hoc eſt, qui fidem & iuſiurandum fregit. Aliquando ſignificat idem quod trans: ut, Perfluo, Perpluo, Perſpicuum, per cuius mediū uidemus: ut cryſtallus. Aliquando habet uim aduerbij, et pro ualde ponitur, tamq́; ſuperlatiuo, quàm poſitiuo iungitur. Col. lib. 4. Nam credidiſſe uillicis, uel etiā uinitori, ſocordia eſt, quum quod longè ſit facilius, adhuc perpaucisſimis agricolis contigerit, ut nigri uini ſtirpe careant. Cicero: Pergraue mihi uiſum eſt. Et ſi addatur Quàm, ſignificat maximè, (ὡς σφόδρα) ut, Perquam bonus: id eſt, optimus. Perquàm magnus: id eſt, maximus. Iungitur etiam ſuperlatiuo. Curtius. Perquàm maximo poteſt exercitu comparato. Aliquando ſignificat nimis uehementer, & in bonā & in malam partem: ut, Pertinax, qui nimis tenax eſt, durus, & inexorabilis, de quo infrà. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, ut Perago: b, ut Perbibo: c, ut Percurro: d, ut Perduro: e, ut Pereo: f, ut Perfero: g ut Pergratus: h, ut Perhibeo: i, ut Peritus: l, ut Perlego: m, ut Permitto: n, ut Pernocto: o, ut Peroro: p, ut Perpendo: q, ut Perquiro: r, ut Pergo: (quod ex Per, & Rego componitur: unde & præteritū Perrexi facit) cum ſ, ut Perſuadeo: t, ut Pertinax: u, ut Peruerto.

PERA, æ, {*Biſacca*} (πήρα) ſacculus ex aluta, à collo ad lumbos pendens. Hinc Peram uiatoriam uocamus, qua panem & aliquid obſonij geſtare uiatores ſolent quemadmodum Poculum uiatorium, quo uinum, Mart. lib. 14. Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat & tetrico cum cane pera, rogat: Eius diminutiuum eſt Perula, πηρίδιον.

PERACER, hæc peracris, hoc peracre. pen. pro. ualde acer, & uehemens. Cice. ad Papyrium, lib. 9. Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium. Hoc eſt, acerrimum, & optimum, & peracutum.

PERACESCO, is, ‑re, peracui, ualde acidum fieri. Plaut. Bacchid. Hoc hoc eſt quod peraceſcit, hoc demum eſt quod percrucior, Me hoc ætatis ludiſicari. Idem Aulul. Mihi pectus peracuit.

PERACVO, is, {*Fare aguzzo*} ualde acutum facio Cato cap. 40. Sumito tibi ſurculum durum, cum peracuito, ſalicem Græcam diſcindito. Peracutus, a, um, ualde acutum. Martial. libro 5. Vt citò teſticulos peracuta falce ſecaret.

Peracutè aduerbium. Cicer. 1. Acad. Sed Zeno cùm Arceſilam anteiret ætate, ualdéq; ſubtiliter differenter, & peracute moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.

PERÆA, (περαία) cum diphthongo, ulterior Iudææ pars, Arabiæ & Aegypto proxima, aſperis diuiſa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne diſcreta. Plin. lib. 5. cap 14.

PERÆQVATORES, dicuntur exactores cenſuum, qui in capita ſunt conſtituti: ita dicti q. æqualiter ab omnibus exigant. Alciat.

PERÆQVVS, a, um, {*Molto eguale*} ualde æquum. Cicer. 6. Ver. Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. Peræquè, aduerbium. Cicer. in Piſonem: Quod quum perequè omnes, tum acerbiſſimè Bœotij ſenſerunt. Peræquo, as, are, (ὁμαλίζειν) æquum facere. Colum. lib. 3. capt. 3. Et apud me octogenæ ſtirpes inſitæ intra biennium ſeptenos culeos peræquarent.

PERATICVM, teſte Plinio libr. 12. cap. 9. bdellij genus eſt, quod in Media defluit ex arbore, quam nonnulli Brochon, Alij Malachram, aliqui etiam Maldacon appellant.

PERAGO, penultima correpta, {*Compire*} (τελέω, διαπράττομαι) peregi, peractum, perficio. Seneca. Omnia inchoat, nihil peragit. Interdū perduco. Plau. Nauem peregit in portum. Aliquando tranſigo. Apul. Et multas noctes peregi inſomnes. Interdum pertracto, mecum reputo. Vergil. libr. 6. Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Interdum pertraho, (κατεργάζομαι) ut, Hic me ad carceres, ad mortem uſque peregit. A' perago fit Peractio, (διατέλεσις) quæ eſt perfectio, finitio. Cice. de Senect. Senectus peractio ætatis eſt. Peragere reum, (διελέγχειν, καταλαμβάνειν, ἑλεῖν, ἐπεξιέναι, καταδικάζειν) ſignificabat condemnare: ſed, Facere reum, eſt accuſare. Vnde ait Iureconſultus: Peregiſſe reum non alias quis uidetur, niſi & condemnauerit. Plinius Iunior in Epiſto. Dum peragitur reus. Peragere reum, inquit Budęus, eſt ita rei accuſationem perſequi, ut tandem damnetur. Peragere partes ſuas, eſt officio ſuo fungi. Peragere penſum laboris. Columel. lib 3. cap. 10. Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrat, unumq; eſt ei propoſitum, peragere laboris penſum. id eſt, tantum perfunctoriè facere id, quod imperatum eſt. Hinc Peragito, frequentatiuum. Cæſar 3. Bell. Ciuil. Vehementiusq; paragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt.

PERAGRO, as, pen. co. {*Andare errando*} (περινοστέω) ex Per, & Ager, agri, componitur, & pro ambulo, ſiue inquirendo circumeo ſumitur. Cic. lib. 3. Offi. Et ob eam cauſam, urbe relicta, rura peragrantes ſæpe ſoli ſumus. Hinc Peragratus partici. Cic. 5. de Fin. Videmus ultimas terras eſſe peragratas. Peragratio, uerbale. Cic. 2. Philipp. Quę fuit eius peragratio itinerum? Hinc Peregrinus, Peregrinor, & Peregre deducuntur.

PERAMBVLO, as, are, ad finem uſq; ambulare, ambulando circumeo. Varro de re ruſt. lib. 1. cap 2. Vos qui multas perambulauiſtis terras.

PERANGVSTVS, a, um, {*Molto angusto*} admodum anguſtus. Ci. 7. Ver. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, perangusto freto diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Peranguſtè aduerbium.

PERANNO, nas, (ἐπιανουτίζω) ſignificat per integrum annū tempus uiuo, annum peragro. Componitur enim ex Per, & Anno, nas. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 8. ſcribit, priſcos Romanos menſe Martio & publice, & priuatim ad Annam perennam ſacrificatum ire ſolitos ut annare, perannareq; commode liceret: hoc eſt, uitam degere incolumem per annum integrum. Sueto. in Veſpaſiano: Ideoq; puella nata non perannauit. Scribitur & Perenno, prima uocali in ſecundam mutata.

PERANTIQVVS, a, um, {*Molto antico*} Cic. de Clar. Ora. Atq; hunc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt, ut apud nos, perātiquus, ut apud Athenienſes, non ita ſanè uetus.

PERARESCO, is, {*Diuenir molto arido*} ualde aridum fieri. Col. lib. 12. cap. 3. Sed nec patiendum eſt ut perareſcat, aut totum decidat.

PERARGVTVS, a, um, pen pro. {*Molto arguto*} ualde argutus. Cic. de Cla. Orat. Quem ſtudebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut ſcitis, diſertus.

PERARIDVS, a, um, pen. cor. {*Secco al tutto*} prorſus aridus. Colum. libr. 2. cap. 19. Eſt autem modus in ſiccando, ut neque peraridum, neque rurſus uiride colligatur.

PERARO, as, are, pen. co. {*Arare d'ogni parte*} (διαρόω) circunquaq; arare. Per tranſlationem etiam de rugis dicitur, quę in fronte quandam ſulcorum ſimilitudinem referunt. Ouid. 14. Meta. Nareſq; à fronte remiſſas Contudit, & rugis perarauit anilibus ora. Ponitur interdum pro peragrare: ut, Perarare Pontum, apud Senec. in Medea. Interdum pro ſcribere, ſiue pingere. Ouid. 1. de Arte: Ergo tibi blandis peraretur litera uerbis.

PERASTVTVS, a, um, {*Molto aſtuto*} ualde aſtutus: à quo Peraſtutè, aduerbium. Plaut. in Truculento: Vt peraſtute eum inijciatis in malam fraudem, et præmium.

PERATTENTVS, a, um, {*Molto attento*} ualde attentus. Cic. 5. Verr. Superiore omni oratione perattentos ueſtros animos habuimus. Perattente, aduerb. ut, Perattente audire, Cic. pro Cæl.

PERBACCHOR, aris, {*Baccare*} (παροινέω) perpoto, et luſito conuiuijs frequentandis. Cic. 2. Philip. At q̄ multos dies in ea uilla turpiſſime es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

PERBEATVS, a, um, {*Molto beato*} (παμόλβιος) ualde beatus. Cicero. 1. de Orato.

PERBELLVS, a, um, {*Molto bello*} ualde bellus. A' quo Perbelle, aduer. ualde bene. Cic. Att. lib. 4. Perbelle feceris, ſi ad nos ueneris.

PERBENE, aduerb. {*Molto bene*} ualde bene. Cic. 5. de Clar. Orat. Perbene loqui Latine putabatur.

PERBENIGNE, aduerb. {*Molto benignamente*} ualde benigne. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Perbenigne mihi reſpondit.

PERBIBO, is, pen. cor. {*Beuere bene*} (διαπίνω) totum bibo. Plaut. in Stich. At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit. Col. li. 7. cap. 4. Vbi per triduū delibuto tergore medicamenta perbiberit.

PERBLANDVS, a, um, {*Molto piaceuole*} ualde blandus. Cic. Q. Frat. lib. 1. Succeſſorem habes perblandum.

PERBONVS, a, um, {*Molto buono*} ualde bonus. Cic. pro Flac. Agros habēt & natura perbonos, & diligentia culturaq; meliores.

PERBREVIS, & hoc perbreue, pe. cor. {*Molto breue*} ualde breuis. Liui 8. Bel. Pun. Si quidem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, ſatis ſperare perbreuis æui Carthaginem eſſe. Perbreuiter, pen. cor. aduerb. ualde breuiter. Cic. 2. de Ora. Ac ne diutius uos demorer, de omni iſto genere quid ſentiam perbreuiter exponam.

PERCA, æ, (πέρκη, ἡ πέρκη) piſcis delicatisſimi nomen eſt, qui à Pli. lib. 9. c. 16. inter ſaxatiles numeratur: Duo eius ſunt genera: alterum in mari capitur, quod mænæ piſci eſt ſimillimum: alterum in fluuijs & lacubus, alendis febricitantibus miram in modum utile. Hoc genus Galli etiam hodie antiquo nomine uocant Percam. Percarum meminit Auſonius in Moſella, eaſq; uel pręſtantisſimis maris piſcibus confert: Nec (inquit) te delicias menſarum perca ſilebo, Amnigenas inter piſces dignande marinis Solus puniceis facilis contendere mullis.

PERCALLEO, es, ere, {*Fare il callo*} (ἀποτυλόομαι, ἀποσκληρύνομαι) totus calloſus ſum: & per tranſlationem obdureſco, & diutina malorum conſuetudine aduerſa patienter fero. Cic. pro Mil. Sed neſcio quomodo iam uſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

PERCELEBRO, as, pen. cor. {*Diuulgare*} (διαθρυλλέω) diuulgo. Cice. 7. Verr. De qua muliere plurimi uerſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur. Id eſt, uulgo canuntur.

PERCELER, penultima correp. huius perceleris, {*Molto ueloce*} ualde celer. Cice. pro Cæl. Habuiſſe aiunt domi, uimq; eius eſſe expertam in ſeruo quodam ad rem ipſam parato: cuius perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatū uenenum.

PER CAVSAM, ſiue Per ſpeciem. {*Per qualche cagione finta*} (κατὰ πρόφασιν, προφάσει) ſignificat per ſimulatam cauſam. Liu. lib. 4. Bel. Mace. Vt quū appropinquaret iam rex, per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret à tergo agmen. Idem. 4. Bel. Pun. Nocte per ſpeciem uenandi urbe egreſſi, ad Annibalem proficiſcuntur.

PERCELLO, is, perculi, uel perculſi, perculſum, {*Percuotere*} (καταβάλλω) ſignificat euerto, percutio. Varro in Parmenone: Alius teneram abietē ſolus percellit. Teren. in And. Perculſit illico animum. Tacitus: Ingens rerum tumultus perculſit ciuitatem. Plaut. in Epid. Perij, plauſtrum perculi, hoc eſt, euerti.

Aliquando differo. Lucil. ad nonum hoc percellit annum. Colum. lib. 7. capite. 7. Quamobrem ſtatim cùm unam uel alteram peſtis perculit, omnibus ſanguis detrahendus.

PERCENSEO,es,{*Commemorare*} (κατα λέγομαι, [illegible]) idem quod Recenſeo,niſi præpoſitio quid perfectionis addat. Cic.in Partit. Quo in gene re percenſere poterit pleroſque inueniendi locos.

PERCIEO,cs,ere,{*Mouere*}(κινέω) moueo. Lucr.lib.3. Ocyus ergo animus, quàm res ſe perciet ulla.

PERCINGO,is,{*Cingere d'intorno*}(περιβάλλω) circunquaque cingo. Col.lib.10. Sæpe ſuas ſedes percinxit uitibus albis.

PERCIPIO,pen.cor.{*Intendere,capire*}(καταλαμβάνω) intelligo, capio, ſenſu apprehendo,ſentio,cognoſco. Cic.ad Treb.lib.7. Sin tibi quædam uidebuntur obſcuriora,cogitare debebis nullam artem literis ſine interprete,& ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Plautus in Curcul. Ne quod hic agimus, ius percipiat fiera,mea Planeſium. Verum hę ſignificationes metaphoricę uidentur: nam proprie Percipere,eſt recipere,ſiue colligere:ut,Percipere fructus. Ci.1.Offi. Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis,quam propinquum. Idem de Sene. Serere,percipere,& condere fructus. A' quo Perceptio, (κατάληψις) uerbale. Cic.2.Offi. Neq; agricultura,neq; frugum,fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio ſine hominum opera ulla eſſe potuiſſet.

PERCITVS,pen.cor. à Percieo,{*Commoſſo*}([illegible], [illegible], [illegible]) commotus,incitatus: qui ira,ac furore actus eſt. Terentius in Hecyra: Corripui illico Me inde lacrymans, incredibili re, atque atroci percitus. Cic.pro Milo. Siue enim illud animo irato, ac percito feciſſet.

PERCNOS.(πέρκνος) aquilæ genus,teſte Plin.lib.10.cap.3. ab Homero ſic uocatum. Alij uocant Morphnum, aliqui etiam Plancum, & Anatariam. Inter Aquilarum genera ſecundam magnitudinem,& uim obtinet, uiuitq; ut plurimum circa lacus.

PERCNOPTERVS,(περκνόπτερος) auis eſt ex aquilarum genere,quę circa lacus uerſatur,ulturi ſimilis,alis minimis,reliqua magnitudine antecellens ſed imbecillis & degener,ita ut a coruis ſæpenumero uerberetur. Auctor Pli. lib.10.cap.3.

PERCOARCTO,ctas,{*Conſtringere grandemente*}(κατοσεσφιγμένω) uehementer conſtringo. Col.lib 2.cap.19. de fœno loquens: Tunc demum (inquit) conuertemur, & utrinque ſiccatum percoarctabimus in ſtrium,atque ita manipulos uinciemus.

PERCOGNOSCO,is,{*Conoſcere perfettamente,*}(διαγινώσκω) perfectè cognoſco. Plautus Truculen. Sunt publicani D. utroſque percognoui probè. Plinius libro.4.capite.14. Nam Germania multis poſtea annis, nec tota percognita eſt.

PERCOLO,is,penul.corre.{*Honorare perfettamente*}(διατιθέομαι) perfectè colo,id eſt,amo,ſiue ueneror, Plaut.in Trinum. Feceris par tuis cæteris factis, patrem tuum ſi percoles. Significat interdum culturam abſolutam, perficere, polire,ſupremam manum addere,complere. Plin.lib.5.Epiſt. Præterea indulſi amori meo. amo enim, quæ maxima ex parte inchoaui,aut inchoata percolui. Hinc Percultus,id eſt,politus,ornatus. Plaut.in Pœn. Nam quæ lauta eſt, niſi perculta eſt,meo animo quaſi inuenuſta eſt.

PERCOLO,as,penul.produ.{ *Colare, ſcolare*}(διηθέω) per colum tranſmitto. Colum.lib.12.capite.41. Deinde cùm fuerint decocta,ut non multum ſeris ſuperſit,refrigerantur,& percolantur,eaq; quæ in colo ſubſederunt, diligenter contrita læuigantur. Plinius lib.32.cap.6. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.

PERCOMIS, & hoc percome,penul.prod.{*Molto piaceuole*} ualde comis. Cice.de Cla.Ora. Qui peritiſſimus iuris,idemq; percomis eſt habitus.

PERCOMMODVS,a,um,{*Molto commodo*} ualde commodus. Inde Percommodè,aduerb.admodum commodè. Cic.pro Ceci. Hoc loco percommodè accidit,quod non adeſt is,qui paulo ante affuit.

PERCONDITVS,a,um,penul.corre.{*Molto aſcoſo*}(κρύφιος, [illegible]) reconditus, & abſtruſus. Cicero.11.de Orato. Expono uobis non quandam aut perconditam,aut ualde difficilem,aut magnificam, aut grauem rationem conſuetudinis meæ.

PERCONTOR,aris,{*Cercare diligentemente,*} (ἀνέρομαι, ἀναπυνθάνομαι) per o,& ſine c,ante t,diligenter inquiro: à conto,quo nautæ utuntur ad inquirenda loca nauibus opportuna. Nam aquæ altitudinem conto pertentant. Percontor itaq; eſt quaſi conto inueſtigare & inquirere. Teren.in Hecy. Tua quod nihil refert, deſinas percontari. Cicer.in Som.Scip. Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Repub.percontatus eſt. Percontatio,onis,uerbale,(ἀναπυνθάνομαι) interrogatio,inueſtigatio,inquiſitio. Cic.de Vniuerſ. At primum quidē tēpus ſalutationibus,reliquum percontatione conſumpſimus. Percontator,oris, qui percontatur. Horatius.1.Epiſtola.19. Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.

PERCONTVMAX,acis,ualde contumax. Teren.Hecy. Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.

PERCOPE,es,pen.prod.(περκώπη Stephano) urbs Troadis ad Propontidē Poſtea Percote appellata,quæ Troianis auxilia miſit aduerſus Græcos, teſte Homero ad finem lib.2.

PERCOPIOSVS,a,um,{*Molto abondeuole*} ualde copioſus. Pli.Epiſ.208. Quæ de me ſcripſiſti,in quibus quidem percopioſus fuiſti.

PERCOQVO,is,pen.corre.{*Cuocer bene*}(ἀφέψω) perfectè incoquere. Pli.li.23. ca.7. Bubulas carnes addito cauli a magno ligni compendio percoquunt. Plau. Merc. Coquum aliquem arripiamus,prandium qui percoquat. Pli.li.20.ca.9. Biles detrahere non percoctam putant.

PERCOSIVS,inſignis uates fuit, diuinādi peritiſſimus,cuius filij Adraſtus & Amphius,qui fruſtra diſſuadente patre,Troianis ſuppetias tulerunt,à Græcis ſunt interfecti.

PERCOTE,es,pen.prod.(περκώτη) quæ & Percope olim dicta fuit,urbs eſt Troadis,auctore Steph. Valer.Flac.2. Argon. Iam iuga Percotes,Pariūq; infame fragoſis Exuperat, Phthiamq; uadis. Hinc Percoſius,(περκώσιος) adiectiu. Idem.3. Argon. Muneribus primas coniunx Percoſia ueſtes Impoſuit.

PERCREBRESCO,is,percrebui,{ *Diuulgarſi*}(διαθρυλλέομαι) diuulgor. Cic ad Att.lib.11. Ipſi enim illi,putant pernicioſum fore, ſi eius hoc tantū ſcelus percrebruiſſet. Idē.6. Ver. Præſertim cū hæc omnino fama de noſtrorū hominum auaritia & cupiditate percrebuerit.

PERCREPO, as,pen.cor.{*Far molto ſtrepito*} (διακτυπέω) reſono, perſono, perſtrepo. Cice.7. Verr. Lucum illum litoris percrepare totum mulierum uocibus,cantuq; ſymphoniæ.

PERCRVCIO, as,{*Cruciare molto*} ualde crucio. Plaut. Bacch. Hoc hoc eſt q pertæſcit:hoc demum eſt quod percrucior. Me hoc ætatis ludificari.

PERCRVDVS, a,um, immaturus & ualde crudus. Col.lib.12.cap.10. Pruna purpurea cum immatura,non tamen percruda legeris,diligenter inſpicito, ut ſint integra,ſine uitio aut uermiculo.

PERCVDO, dis,pen.prod.{*Sbattere,rompere sbattendo*}(διακόπτω) pertundo. Colu. libro 8. capi.5. Animaduertat auiarius, an pulli uiua roſtellis percuderint.

PERCVLSVS, {*Sbattuto,percoſſo*}(ἐκπλαγείς) participium, à Percello. Sæpius ad animum refertur: Perculſus uero à Percutio,(πληγείς) ad corpus. Cic. Peto,lib.9 Epiſt. Repentè perculſus eſt atrociſſimis literis. Virg.9. Aen. Magno lauidum perculſus amore. Idem 6. Aen. Caſu perculſus iniquo.

PERCVNCTOR,aris,{*Interrogare con diligenza*}(ἐκπυνθάνομαι) per u,et c, ante t, fit à Cunctus,a,um,teſte Donato,quòd is qui curioſus eſt, per cuncta interroget. Et ſignificat diligenter interrogo. Plau.in Epiſt. Quid iſtud in mēte eſt tibi,ex me ini uis percunctarier? id eſt, morari quærendo,ſiue per cuncta inquirere. Plin.lib.35.cap.10. Percunctantiq; quanti licitaretur opera effecta, paruum neſcio quid dixerat. Hinc percunctatio,onis idem quod inquiſitio. Liui. lib.3.Bel.Pun. Ex captiuis percunctatio facta. Alij tamen malunt ſcribere Percontor, & Percontatio,à nomine Contus. Nam Percunctor, & Percunctatio,putant eſſe à uerbo Cunctor,quod ſignificat moror,uel expecto.

PERCVPIO, percupis,penul.correp.{*Deſiderar molto*}(ἐπιθυμῶ) ualde cupio. Terentius Eunu. Vis'ne interea, dum ea uenit, domi opperiamur, potius quàm hic ante oſtium? C. Imò percupio. Plautus Aſinar. Percupio obſequi gnato meo.

PERCVRIOSVS, a, um,{*Molto curioſo*} ualde curioſus. Cic.pro Cluen. Nicoſtratus quidam fidelis Oppianici ſeruulus percurioſus, & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino ſolitus eſſe.

PERCVRO, ras,penul.produ.{ *Sanare perfettamente*}(καταθεραπεύω) perfectè ſano. Curtius: Percurato uulnere ſerius obſidioni inſiſtit. Plinius libr.24. cap.15. Strumas impoſita ad ſuppurationem perducunt: deinde ex ungia adiecta percurant.

PERCVRRO, ris,{*Peruenire correndo ſcorrere*}(διατρέχω) currendo peruenio,ſiue currendo percurro. Teren.in Andr. Continuò ad te properans, percurro ad forum. Donat. Vide quantum dixerit, Properans,& Percurro,ut continuationem curſus oſtenderet. Quandoque eſt curſim pertranſire, & celeriter ire. Quid opus eſt multa percurrere? Cicero libro 1.de Orato. Multa etiam legendo percurriſſe,neque ea ut ſua poſſediſſe,ſed ut aliena libaſſe. Idem libro 2. de Orato. Et multo apertius ad intelligendum, ſi ſic conſtituitur aliquando, ac non iſta breuitate percurritur. Ibi Percurritur imperſonale eſt. Percurſus,a, um,participium. Cicero 2.de Orato. Vt omnes eas diligentes,& memores, & ſobrii oratores percurſas animo, & propè decantatas habere debeant. Percurſio,onis,uerbale. Cicero 4.Tuſculana. Velocitas autem corporis celeritas appellatur:quę eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percurſionem. Percurſo,as,frequentatiuum. Liuius 3.Bell.Punic. Iam ne manipulatim quidem, ſed latronum modo percurſant totis finibus noſtris negligentius,quàm ſi in Romano uagarentur agro. Percurſatio, onis, uerbale. Cicero 1.Phili. O'præclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili, atque Maio.

PERCVTIO, tis penul.correp.{*Percuotere*}(κατακόπτω, διασείω, πλήσσω) percuſſi,cuſſum,ex Per,& Quatio,q,in c,mutata,& abiecta a,ſignificat ferio. Cic.7.Verr. Quæſiſſe Domitium,qui tantam beſtiam percuſſiſſet,illum reſpondiſſe, Venabulo. Verg.12.Aeneid. Terq; quaterq; manu pectus percuſſit honeſtum. Percutere aliquem palpo, (κολακεύειν) eſt uerbis adulari, & blandè ſuadere. Plautus in Amphi. Timidam palpo percutit. Percutere fœdus eſt ferire fœdus,uel facere. Percutere foſſam, eſt fodere. Percutere de cœlo, eſt fulminare. Hinc Percuſſor,ſoris,qui percutit,uel occidit. Plinius libro 8. capi.16. Vulneratus,obſeruatione mira percuſſorem nouit. Iuuenal: Saty.8. Inuenies aliquo cum percuſſore iacentem. Cicero 2.Philippi. Deprehenſus cum ſica percuſſor Cęſaris. Percuſſio,onis. Cicero 3.Tuſcul. Ex hac opinione ſunt illa uaria & deteſtabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum,pectoris,feminum,capitis percuſſiones. Percuſſio pro ictu,de dimenſione temporum in pedibus aut muſica. Cic.3.de Ora. Sed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorum,& minuti pedes. Percuſſus,a,um,participium. Vergi. 7.Aeneid. Quem capta cupidine coniux Aurea percuſſum uirga,uerſumq; uenenis Fecit auem Circe, ſparſitq; coloribus alas. Percuſſus,ſus,ſui,idem quod percuſſio:accipiturq; pro arteriarum pulſu. Plin.lib.7.capi.51. Venarum inæquabili, aut formicante percuſſu.

PERDECORVS, a,um,{*Molto honoreuole*} ualde decorus. Plini. Epiſto.9. Eſt alioqui perdecorum.

PERDENSVS, a,um,{*Molto denſo*} ualde denſus. Colu.libr.3.capi.12. Perdenſam humum cœleſtes aquas non ſorbere.

PERDICCAS,(περδίκκας) Macedo, inter comites Alexandri Magni, cuius etiam in regni partem ſucceſſit,tanta uir audacia, ſimul & fortitudine, ut leæna pręſente catulos è cubili per uim auferret. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

PERDICIVM,(περδίκιον) herba eſt,qua perdices præcipue ueſcuntur. Alio nomine Helxine dicitur, & Parthenium, uulgo Parietaria. Plinius libro 21.cap.30.

PERDIFFICILIS, le, {*Molto difficile*} ualde difficilis. Ci.de Parti. Nam quæ perdifficilia ſunt,perinde habenda ſemper ſunt,ac ſi effici non poſſint. Perdifficiliter, uel, Perdifficulter,aduerb. Cic.4.Aca. Aut ſi ea quoq; poſſit,cur illa non poſſit,quæ perdifficiliter internoſcantur tamen.

PERDIGNVS, a, um, {*Molto degno*} ualde dignus. Cicero ad Valerium libro 3. Sed tamen ſuſpicor ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia.

PERDILIGENS, tis,{ *Molto deligente*}(ἐπιμελής) ualde diligens. Cic.ad

Q. Fratr. lib. 3. Sed res operoſa eſt, hominis perdiligentis. Perdiligenter, (ἐπιμελῶς) aduerb. Cice. ad Attic. lib. 1. Et mea ſponte faciebam antea, & poſt duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis magnopere ſum commotus.

PERDISCO, is, {*Imparare perfettamente*} perfectè diſco. Cic. pro Corn. Balbo: Omnia iura belli perdiſcere, ac noſſe potuiſſe. Plaut. Aſinari. Perdidici iſtęc eſſe uera damno cum magno meo. Ortus, obitusq; ſignorum perdiſcere, Cicero de Fato.

PERDITE', aduerbiũ, {*Corrottamente, grandemente*} (ἀκολάστως) corruptè: Cic. ad Atti. lib. 9. Qui hic poteſt ſe gerere non perditè. Perditè, pro uehementer aliquando dicitur, ut, Perditè amare, huiuſmodi δυσέρωτας appellantur, hoc eſt, amare uehementer. Teren. Heau. Eius filium amare cœpit perditè. Perditè conari. Quint. lib. 2. cap. 2. Illud quoque alterum, quod eſt in elocutione ipſa periculum minuit, uitat, conaturq; perditè.

PERDITVM PERDAMVS. plus ſignificat, quàm Perdamus, ſolum. Eſt enim exaggeratio quædam. Cice. ad Terentiam lib. 16. Epiſto. Ne perditum perdamus, hoc eſt, ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.

PERDITVS, a, um, {*Perſo*} (ἀπολωλώς, ἀπεβεβλημένος) amiſſus, deploratus, profligatus. Teren. Andr. Tu rem impeditam & perditam reſtituas. Cicero pro Murena: Confectus morbo, perditus mœrore ac lacrymis. Perditus item dicitur, (ἀπώλεστος) qui ita alicui perturbationi, aut uitio ſubiacet, ut, inde ſe eximere non poſſit: & qui uitio aliquo ita contaminatus eſt, ut de eo nulla ſpes habenda ſit. Cic. libr. 2. Offici. Dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. Perditior, Perditiſſimus. Hor. 1. Serm. Saty. 2. Quantò perditior quiſque eſt tanto acrius urget. Cice. ad Q. Frat. lib. 3. Nihil eſt enim perditius his hominibus, his temporibus. Idem 5. Verr. Profligatiſſimus, & perditiſſimus omnium.

PERDIV, {*Molto longamente*} aduerb. admodum diu. Cice. ad Attic. libro 3. Ego quòd per Theſſaliam ſi iter in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. Varro 1. de Re ruſt. cap. 58. Faba & legumina in olearijs uaſis oblita cinere perdiu incolumia ſeruantur.

PERDIVTVRNVS, a, um, {*Che dura longamente*} quod diu uel ualde durat. Cic. 2. de Natu. deo. Quæ aut ſempiterna ſit neceſſe eſt hoc eodem ornatu, quem uidemus, aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immenſum penè tempus. Idem pro Seſt. Cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnumq; geſſimus.

PERDIVES, pe. pr. huius perdiuitis, {*Molto ricco*} (πολυχρήματος) ualde diues. Cice. ad Atti. libro 6. Amici regis duos, tres'ue perdiuites, ſed ij ſuum tã diligenter tenent, quàm ego aut tu.

PERDIVS, perdij, (παμμέριος) ex Per, & Dies, qui per diem uigilat. Gell. lib. 2. cap. 1. Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu perdius, atque pernox, à ſummo lucis ortu ad Solem alterum orientẽ, inconniuens, immobilis, iiſdẽq; in ueſtigijs, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. Id eſt, per diem & per noctem. Seneca: Id perdius, pernoxq; agebat. Sic Interdiu, intra diem, uel per diem. Proquo etiam dicimus Diu, ſicut Noctu, pro eo quod per noctem. Plaut in Merca. Neque conquieſcam uſquam noctu, neq; diu, prius profectò, q̃ aut amicam, aut mortem inueſtigauero.

PERDIX, cis, {*Pernice*} (πέρδιξ) auis nota, quam Ouidius fabulatur à Perdice Dædali nepotem ita fuiſſe appellatam, quem, cum ſerræ uſum primus reperiſſet, à patruo inuidia percito ab excelſa quadam turri fuiſſe præcipitatum, deorumq; miſericordia in auem ſui nominis fuiſſe transformatum: quę etiam nunc ruinæ illius memor, uitat ſublimia humi nidũ conſtituens. De auis huius aſtutia ſic ſcribit Plin. lib. 10. cap. 33. Si nidum aucceps cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoq; in procurſu, aut breui aliquo uolatu cadit, fracta aut ala aut pedibus: procurrit iterum, iamiam prehenſurum effugiens, ſpemq; fruſtràs, donec in diuerſum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna uocante cura, in ſulco reſupina, gleba ſe terræ pedibus apprehenſa operit. Hæc ille.

PERDO, dis, didi, ditũ, {*Perdere, rouinare, uccidere*} (ἀποβάλλω) ex Per, & Do, ſignificat amitto. Plau. in Amph. Hunc non reppere, & illos perdidi. Accipitur aliquando pro eo quod eſt, damnum uel iacturam accipio: cui opponitur Lucror. Cic. 2. Offic. Vt locupletes ſuum perdant: debitores lucrentur alienum.

Perdere item eſt perimere, (ἀπολλύειν) quoniam quę amittuntur, quaſi mortua nobis eſſe uidentur. Teren. in And. Dij te perdant. Perdere aliquem, eſt corrumpere, malis moribus inficere. Terent. in Adelp. Cur perdis adoleſcentem nobis? Aliquando eſt mortis periculo exponere. Teren. in Andr. Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdit? Perdere aquã, eſt tempus datũ fruſtra cõterere, cùm ad clepſydram dicitur. Quint. lib. 11. Et temporibus præfinitis aquam perdit. Perditio, onis, uerbale. Plin lib. 9. cap. 37. Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, exquiſita perditione portata. Perditor, oris. Cice. pro Planc. Committerem, ut idem perditor Reipu. nominarer, qui ſeruator fuiſſem. Huius compoſita ſunt, Deperdo, (παραπόλλυμι) eiuſdem ſignificationis cum ſimplici. Diſperdo, confumo, de quibus uide plura ſuis locis.

PERDOCEO, perdoces, penul. corre. {*Inſegnare perfettamente*} (διδάσκω) perfectè doceo. Cic. pro Seſt. Rem quæris præclaram iuuentuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plau. Pſeu. Hem manc, quanti iſtuc unum coquinato perdoces. Ter. Heaut. Verum illa, nequid titubet, s. perdocta eſt probè. Perdoctus participium. Cic. pro Cor. Bal. Ac ſi mea auctoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, cùm me præſertim rerum uarietate atq; uſu ipſo iam perdoctum uiderent, etiam ab illis maioribus diſcordijs auocarent. Extio multorum perdocti. Lucr. lib. 3. Perdoctè, aduerb. Plau. Moſt. Vt perdoctè cuncta callet: nihil hac docta doctius.

PERDOLEO, perdoles, pe. co. {*Dolerſi grandemente*} (λυποῦμαι) uehementer doleo. Ter. Eun. Heu noſter, laudo tandem perdoluit, uti es. Cęſ. 2. bel. Ciui. Nam ubi tantos ſuos labores, & apparatus malè cecidiſſe uiderunt: induciiſq; per ſcelus uiolatis, ſuam uirtutem irriſui fore perdoluerunt.

PERDOMO, as, pen. cor. {*Domare*} (δαμάζω) idem quod domo. Tibul. li. 1, Eleg. 2. Sola feros Hecates perdomuiſſe canes. Prouinciam aliquam perdomare. Liui. 9. ab Vrb. Quia cum parem deſtinant animis magno Alexãdro ducem, ſi arma Aſia perdomita in Europam uertiſſet. Perdomitus, a, um, participium. Colu. lib. 6. cap. 2. Perdomiti boues mox ad aratrum inſtituantur. Luc. lib. 2. Totaq; urbes agitabis in orbe Perdomitas.

PERDORMISCO, is, ere, {*Fare un ſonno ſolo*} (κατακοιμᾶσθαι) ſomnũ in certum aliquod tempus continuare. Pla. Menęch. Perdormiſcin' uſq; ad lucem?

PERDVCO, cis, duxi, ductum, {*Condurre, menare, guidare*} (διαγάγω, διάγειν) ad finem uſque duco. Cic. in Cat. M. quidem Valer. Coruinum accepimus ad centeſimum annum uitam perduxiſſe. Perducere ad exitum culmẽ, uel ſummum, eſt complere, abſoluere. Cice. 2. de Fin. Nec enim abſolui uita beata ſapiẽtis, neque ad exitum perduci poterit. Aliquando eſt per uim ducere. προάγειν.

Inde Perductores. (προαγωγοὶ) qui in hoc differunt à Lenonibus, quòd Lenones ſunt ſcortorum: Perductores etiam inuitarum perſonarum: ut annotauit Aſconius in illud Ciceronis. 3. Verr. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac uigilijs lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipſius pertulit, prætereantur. Perducto, as, re, frequentatiuum. Plautus Moſtel. Vin' qui te perductet? TR. apage iſtũ perductorem, non placet.

PERDVELLIO, nis, (συνωμοσία) eſt crimen læſæ maieſtatis principis, aut Reip. Vlpia. lulm. ff. ad legem lul. maieſt. Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus Remp. uel principem animatus eſt. Cic. pro Rabirio Poſthumo: Nã de perduellionis iudicio, quod à me ſublatum eſſe criminari ſoles, meũ crimen eſt, non Rabirij.

PERDVELLIS, huius Perduellis, maſculini generis, {*Inimico*} (πολέμιος) apud antiquos dicebatur, quem nos uocamus hoſtem: ab eo, ut Feſto placet, q pertinaciter retineat bellum. Hoſtem autem illi uocabant, quem nunc dicimus, peregrinum. Plaut. Amphit. Ego idem ille ſum Amphitruo, Gorgophonis nepos, imperator Thebanorum, Et Creontis, unicus Teleboarum perduellis. Caius. l. quos nos. ff. de Verb. ſigni. Quos nos hoſtes uocamus, eos ueteres perduelles uocabat. Plau. Amphi. Perduelles penetrant ſe in fugam: ibi noſtris animus additus eſt. Ci. 1. Offi. Equidem illud animaduerto, quòd qui propriò nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur: lenitate uerbi triſtitiam rei mitigante. Idem. 2. Offic. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis omnium hoſtis. Poſtea autem Perduelles dicti ſunt patrię hoſtes, qui crimen aliquod aduerſus maieſtatem principis, aut Reipu. commiſiſſent.

PERDVINT, & Perduasſint, apud antiquos leguntur pro Perdant, & Perdiderint. Teren. in Eunu. Vt illum dij, deæq; omnes perduint. Plau. in Pſeud. Dij te, deæq; omnes perduasſint, cum iſtoc omine.

PERDVRO, as, pen. pro. {*Durare fin'alla fine*} (χρονίζω) uſque ad finem duro. Teren. Hecy. Sanctè adiurat, Non poſſe apud uos Pamphilo ſe abſente perdurare. Ouid. de Medi. faciei: Probitas longum perdurat in æuum.

PERDVRESCO, is, {*Diuenir molto duro*} (σκληρύνομαι) ualde durus fio. Col. li. 7. Verum, neque ante tertium, neque poſt quintum annum iuuencos domare placet, cùm illa ætas adhuc tenera eſt, hęc iam perduruit. Id eſt, nimis dura facta eſt.

PEREDO, is, pen. corre. {*Conſumare mangiando, deuorare*} (περιτρώγω) ex Per, & Edo, es, ſignificat totum edo, uel edendo conſumo. Ci. 3. de Tuſc. ex aliquo antiquorum poetarum: Lacrymæ peredere humore exangues genas.

Verg. 6. Aene. Hic quos durus amor crudeli tabe, peredit. Pereſus, pen. pro. participium. Ver. 3. Geor. Nec tondere quidem morbo, illuuieq; pereſa Vellera, nec telas poſſunt attingere putres. A' quo Peredia, diæ, (περιτροφία) ipſa edendi cupiditas: ſicut Bibeſia bibendi deſiderium, ut ingens ſitis. Vocabula ſunt à Plauto conficta. Feſtus.

PEREGRE, pen. cor. {*In uiaggio*} (ἐπὶ ξένης) ſignificat, extra patriam. Et eſt commune, tam ſignificantibus quietem, quam motum: ut, Peregrè ſum, Peregrè ueni, Peregrè uado. Ad locum, ut apud Plautum in Amph. Ita peregre adueniens hoſpitio publicitus accipiar. De loco Teren. in Phor. Exilia peregrè rediens ſemper cogitet Quietem. Plau. in Amphit. Benefacit, quia nos eramus peregræ, &c.

PEREGRINOR, aris, penu. prod. {*Peregrinare, andare in peregrinaggio*} (ἐπιξενοῦμαι, ἀποδημῶ) deponens abſolutum ſignificat per aliena loca peragrans proficiſci. Cicero pro Rabirio. Vt peregrinari in aliena ciuitate, nõ in tua magiſtratum gerere uidcare. Peregrinari dicuntur aures, quæ rem non audiunt, nec attendunt. Cic. pro Mil. Veſtræ peregrinantur aures? Peregrinatur animus: id eſt, expatiatur, diuagatur, recreatur. Plinius in præfatione li. 5. Nec quia peregrinari animus expetat. Peregrinatio, onis. Cic. 3. Tuſc. Iam uerò exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Tranſmarina peregrinatio, Quint. lib. 7. cap. 4. Peregrinator, peregrinatoris, qui ſolet peregrinari, fereq; ſemper peregrinatur. Cic. ad Leptam lib. 6. Mehercle non tam ſum peregrinator iam, quàm ſolebam. Peregrinabundus, qui ſolitus eſt peregrinari. Liui 8. Bel. Puni. Non peregrinabundum, neq; circa amœnas oras uagantem tantum ducem Romanum, &c. Hinc Peregrinitas, alieni ſoli habitatio. Vlpianus in l. ſed ſi. ff. de in ius uocan. Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus. Hoc eſt, ſit relegatus in aliud ſolum.

PEREGRINVS, {*Foreſtiere, pelegrino*} (ξένος) aduena, qui extra ſuam uerſatur regionem: ita dictus à peragrando. Et differt ab hoſpite, quòd Peregrinus ſimpliciter eum ſignificat, qui in ſua ciuitate non eſt: Hoſpes, qui in aliena ciuitate eſt. Plau. in Aſin. Peregrinus ego ſum, Sauriam nõ noui. Ci. de Ami. Itaque ciues potiores ſunt quàm peregrini, & propinqui, quàm alieni. Transfertur ad alia, & dicimus Peregrinas arbores, quæ ad nos aliunde ſunt aduectæ: ſic Peregrinas aues, peregrinam faciem, quæ à quotidianis noſtris differat, & quam apud nos non ſimus ſoliti uidere. Meretrices olim, teſte Donato, Peregrinæ dicebantur. Teren in And. Adeo'ne eſt demens, ex peregrina? Peregrina ſacra, (ξενικὰ ἱερά) dicta ſunt, quę ex alijs urbibus religionis gratia ſunt adſcita, ut quæ euocatis dijs in oppugnandis urbibus Romam ſunt delata: aut quæ ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita: ut ex Phrygia, Matris Magnæ: ex Græcia, Cereris: ex Epidauro, Aeſculapij: quæ coluntur eorum more, à quibus ſunt accepta.

PERELEGANS, tis, {*Molto elegante*} ualde elegans. Ci. 2. de Ora. Genus eſt perelegans, & cum grauitate ſalſum. Idem pro Planc. Et quoniam tua fuit perelegans

perelegans ac perſubtilis oratio, digna equitis Romani uel ſtudio, uel pudore. Perelegantер, aduerbium. Cicer. de Clar. Ora. Quæ quidam omnia cùm perite & ſcienter, tum ita breuiter, & preſsè, & ſatis ornate, & perleganter diceret.

PERELOQVENS, tis, {*Molto eloquente*} ualdè eloquens. Cicero de Clar. Orato. C. autem Lentulus Marcellinus, nec unquam indiſertus, & in Cõſulatu perloquens uiſus eſt: non tardus ſententiis, non inops uerbis, uoce canora, facetus ſatis.

PEREMPTALIA FVLGVRA, priſcis appellauere, quæ ſuperiora portenta perimunt, id eſt, tollunt. Feſtus.

PEREMPTORIVS, a, um, {*Perentorio. ch'uccide*} (ἀναιρετικός) quod eſt mortiferum, à perimendo, ut uenenum peremptorium (δηλητήριον) apud Apule. libr. 10. Sic apud Vlpianum, ff. de Iudici. l. & tertium. Peremptorium edictum dicitur, eo quod tribus edictis propoſitis, uel uno pro tribus fieri ſolebat & quod perimat diſceptationem inter litigatores, hoc eſt, non patiatur aduerſarium tergiuerſari. Qui uero ſpernebat, Contumax dicebatur.

PERENDIE, {*Poſdimane*} (μεταύριον, τῇ τρίτῃ) aduerbiũ, quod uulgo dicitur, Poſt cras. Cic. ad Atti. Scies igitur cras, ad ſummum, perendie. Plã. Aul. Quæ cras ueniet, perendie foras feratur ſoror.

PERENDINVS DIES, (ἡ μεταύριον ἡμέρα) dicit dies ab hinc tertius. Cæſ. 5. Bel. Gal. Qui, ſi per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniunctum communem cum reliquis caſum belli ſuſtineat. Cice. pro L. Muræna: Iam illud mihi quidem mirum uideri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. Hinc Comperendino, de quo ſuo loco.

PERENNIA, orum ſunt cæremoniæ in auſpiciis ſeruari ſolitæ. Cicero 2. de Natura Deor. Itaq; maxime Reipu. partes in iis bellis, quibus Reip. ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſeruantur.

PERENNISERVVS, perenniſerui, {*Seruo che continuamente ſerue à un ſignor ſolo*} (ἀείδουλος) qui perpetuo ſeruit uni domino. Antiquum eſt. Pla. in Perſa: Perenniſerue, lurco, edax, furax.

PERENNIS, & hoc ne, {*Perpetuo*} (ἀΐδιος) ex Per, & Annus, mutato à, in e, quaſi per annos omnes durans: id eſt, perpetuus. Plaut. in Amphi. Lucrum ut perenne uobis ſuppetat. Cicero in Bruto: Contine te in tuis perennibus ſtudiis. Perennes & perpetui curſus ſtellarum, Cic. 2. de Natu. deor. Aquæ perennes, Cicero 6. Verr. Fons perennis, Cæſar. 8. Bel. Gall. Perennis fluuius, Pli. lib. 5. cap. 28. Latices manant perennes, Lucre. libro. 5. Hinc perenne aduerbium, id eſt, perpetuo, continuo. Colum. lib. 12. capite. 18. Si ager amplus, aut uineta, aut arbuſta grandia ſunt, perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ. & cæte.

PERENNITAS, atis, {*Eternità, perpetuità*} (ἀϊδιότης) æternitas, duratio in multos annos. Colum. lib 1. cap. 6. Nam ea cœli poſitio maxime frigida, & minime humida eſt, quæ utraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Cic. 2. de Natura deorum. Adde huc fontium gelidas perennitas, liquores perlucidos amnium.

PERENNO, {*Durare molto tempo*} (διαγίνομαι) per multos annos, aut certe per multum tempus duro. Colum. lib. 1. cap. 9. Sed temperet uires clementia: quoniam & terribilior debet eſſe, quam ſæuior, ut & obſequãtur eius imperiis, & diutius perennent boues, non confecti uexatione ſimul uerberum, operiſq;. Idem libro. 3. Roſa hoc modo culta multis annis perennat. Ouidi. 3. de Arte: Deſint ars uobis: arte perennat amor.

PEREO, is, iui, uel perii, {*Perire. morire*} (ἔῤῥω, ἀπόλλυμαι, φθείρομαι) Supinum debet eſſe peritum, pen. corre. ſecundum analogiam. Componitur enim ex Per, & Eo, quod facit itum: quare quãuis Peritum in uſu non ſit, conſtat tamẽ illud eſſe ſupinum, eo quod uſitatiſſimum ſit participium Periturus. Significatio ſatis nota eſt. Eſt enim pereo, idem quod perdor, amittor, cõſumor. Plautus in Trucul. Illis perit, quicquid datur, neque ipſis apparet quicquã. Terẽtius in Adel. Nempe tua arte uiginti minæ pro pſaltria periere. Vnde & pro mori ſumitur, quod qui moritur, prorſus abit. Plinius lib. 7. ca. 7. Tu qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti? Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon poeta, acino uuæ paſſæ, aut, ut Fab. Senator Prætor, in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus? Peream, iurantis, uel imprecantis uox: quemadmodum & Diſpeream. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 3. Peream, niſi piſcem putaui eſſe. Perire mulierem, ea forma dicitur, qua deperire, & amando uri. Plautus in Truculen. Tres unam pereũt adoleſcentes mulierem. Hinc Perito, as, unde ſuo loco. Huius compoſita ſunt Depereo παραπόλλυμαι) & Diſpereo.

PEREQVITO, as, penul. corre. {*Caualcare intorno*} (καθιππεύω,) circum equito. Cæſ. 4. Belli Galli. Primo per omnes partes perequitaſti, & tela coniiciunt. Liui. 5. ab Vrbe: Cum perequitaſſet aciem, promiſſa repetens, tantum inierat ardoris, ut non ultra ſuſtinuerint impetum equi.

PERERRO, as, {*Errare intorno, circondare*} (περιπλανάω) errando circũeo, huc, uel illuc erro. Colum. in Præfat. lib. 1. Semperq; ritu uolucrum, longinqui litoris peregrinus ignotum pereret orbem. Vergil. 5. Aeneid. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat Arte locum. Inde Pererratus, a, um, participium. Vergil. 2. Aeneid. His mœnia quære Magna, pererrato ſtatues quæ denique Ponto.

PERERVDITVS, pen. prod. {*Molto erudito*} ualde eruditus. Ci. ad Attic. lib 4. Sed uereor ne lepore ſuo detineat diutius. P. Clodius, & homo pereruditus, ut aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

PEREXCRVCIO, as, cruciatu eneco. Plaut. Stichus: Meam culpam habeto, niſi perexcruciauero.

PEREXIGVVS, a, um, {*Molto picciolo*} ualde exiguus. Cæſ. 5. Belli Galli. Cùm hæ interuallo perexiguo loci ſpatio inter ſe cõſtituiſſent, nouo genere perterritis noſtris, per medios audaciſſime proruperunt. Ci. 2. Verr. Itaq; cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem: inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet.

PEREXILIS, le, pen. prod. {*Molto tenue*} ualde exilis. Colum. libr. 11. cap. 2. Hoc eodem tempore prius q̃ uineæ puluerentur, ſi perexilis eſt, uel rara ipſa uitis lupini modii tres uel quatuor in ſingula iugera ſparguntur.

PERFABRICO, as, penu. cor. {*Compire la fabrica, ingannare*} (κατασκευάζομαι, ἀποτελέω, ἀπατάω) fabricam abſoluo: quamuis etiam per metaphorã ſumatur pro technis & dolis fallere. Plaut. in Perſa, Perii, interii: perſimus hic mihi dies Hodie illuxit, corruptor ita me Toxilus perfabricauit, atq; Meam rem diuexauit.

PERFACETVS, a, um, {*Molto faceto*} admodum facetus. Cic. de Cla. Ora. Atq; eundem, & uehementem, & ualde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat. Perfacete, aduerbium: periucunde. Cic. 3. Verr. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeueritate digna ſunt.

PERFACILIS, le, penul. corre. {*Molto facile*} ualde facilis. Cic. 4. Tuſcula., cuius libris editis commota multitudo, contulit ſe ad eandem potiſſimum diſciplinã, ſiue quod erat cognitu perfacilis, ſiue quod inuitabatur illecebris blandis uoluptatis. Cæſ. 1. Bel. Gall. Perfacile eſſe, cum uirtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Perfacile, aduerb. Cic. pro Roſc. Amer. Demonſtrant, cum pater huius Sex. Roſcius homo tam ſplendidus & gratioſus, nullo negotio ſit occiſus, perfacile hunc hominem incautum & ruſticum, & Romæ ignotum, de medio tolli poſſe.

PERFAMILIARIS, re, {*Molto famigliare*} ualde familiaris. Cicero ad Q. Frat. lib. 2. Ipſe eſt enim ueterator magnus & perfamiliaris Philiſto.

PERFATVVS, a, um. Martial. libro. 10. Heu quàm perfatuæ ſunt tibi Roma togæ.

PERFACVL, ueteres dixere pro facile. Auctor Feſtus.

PER FAS ET NEFAS, {*A ragione, ò à torto*} (δικαίως, κ' ἀδίκως,) hoc eſt, iure uel iniuria, ſiue nullo iuris, aut iniuſtitiæ reſpectu.

PERFERO, perfers, penul. corre. {*Supportare, tolerare, ſofferire,*} (περιφέρω, διαφέρω) uſque ad conſtitutum finem fero: Cic. Curioni lib. 2. Epiſt. Sed nuntius ille, qui literas accepit, non pertulit. Alibi pro nuntiare poſuit, ut in Epiſtola ad Cælium: In his ſum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur: id eſt, nuntiantur. Aliquando patior, ſiue patienter fero. Terentius in Adelph. Paupertatem una pertulimus grauem. Dicimus autem Perferre literas, Perferre clamorem, Perferre famam, Perferre fructum, Perferre mandata, Perferre rumores, uel nuntios, Perferre ſermones. Quarum omnium formularum legentis bonos auctores teſtimonia paſſim occurrent.

PERFICIO, perficis, {*Compire. fare perfettamente*} (ἀποτελέω) abſoluo, cõpleo quod inceptum eſt. Terentius in Hecy. Quod ſi perficio, nõ pœnitet me famæ. Perfice promiſſa, eſt implere quod promiſeris. Perficere cibum, eſt concoquere, Plinius libro. 11. cap. 53. Ideo athletas malũt cibum ambulatione perficere. Ponitur aliquando pro obtinere, ſiue efficere. Plautus in Aſin. Perfecito, argentum hodie ut habeat filius, amicæ quod det. Hinc fit Perfectio, onis, uerbale. Cicero. 1. de Orato. Hanc ego abſolutionem perfectionemq; in oratione deſiderans, à qua ipſe longe abſum, facio impudenter. Idem pro Marcel. Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. Perfector, oris. aliud uerbale. Cice. 1. de Orato. Ac ſtylus ille tuus, quem tu uere dixiſti perfectorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. Terentius Eun. O Parmeno mi, ò mearum uoluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector. Perfectus, a, um, quod modo participium eſt. Cic. de Claris Orator. Manus extrema non acceſſit operibus eius, præclare inchoata multa, perfecta non plane. Modo nomen. Cice. 1. de Finib. Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito, in Geometriaq; perfecto. Hinc Perfecte aduerbium. Cicero. 4. de Finibus. Quibus perfecte ratio, & oratio compleatur.

PERFIDELIS, le, {*Molto fedele*} ualde fidelis. Cic. ad Atti. Poſthac autem da te, ſi perfidelem habebo cui dem, ſcribam omnia plane.

PERFIDO, dis, pen. prod. {*Fidarſi molto*} (διαπιστεύω) ualde fido. Cice. libro. 3. Offic. Sic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; perfidentes, tanquam in gyrum rationis duci oportet. Sic enim legit Calepinus, ſed male: Nam caſtigatiora exemplaria habent Præfidentes.

PERFIDVS, a, um, pen. cor. {*Infedele, perfido, sleale*} (ἄπιστος) qui fidem uiolat, ſiue prodit. Vergil. libro. 10. Nunc pelagi Nymphæ, claſſis tua, perfidus ut nos præcipites ferro Rutulus, flammiſq; premebat. Cic. 3. Offi. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi ſunt. Amicus perfidus. Cic. poſt red. ad Quir. | Arma perfida Ibæ, Ouidius. 4. Faſt. Hoſtes perfidia. Horat. 3. Carm. Ode. 5. Verba perfidia, Ouid. 5. Faſtor. Hinc perfidia, æ, (ἀπιστία.) Cice. 11. Philip. Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt, & ſcelere uiolatę. Tacit. lib. 20. Cum accuſſu tot prouinciarum extingui repente perfidia potuerit. Plaut. Capt. Neque precatio perfidiis meis, neque malefactis fuga eſt. Perfidioſus, a, um, plenus perfidiæ. Cicero in Piſonem. Quod fallax, quod perfidioſus, quod impudens, quod audax eſſe uideatur. Idem 3. de Natu. Deor. Cur omnium perfidioſiſſimus C. Marius Q. Catulum præſtantiſſima dignitate uirum, mori potuit iubere? Perfidioſè aduerbium, Lib. 1. ad Heren. In odium adducemus, ſiquid eorum ſpurcè & ſuperbè, perfidioſè, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum proferemus.

PERFIXVS, a, um, {*Traffiſſo,*} participium à uerbo Figo, & præpoſitione Per, idem eſt quod transfixus. Lucretius libro. 3. Nec gelidis torpet telis perfixa pudoris.

PERFLO, as, are, {*Soffiare per tutto*} (διαπνέω) flando peragrare. Vergili. 1. Aenei. Et terras turbine perflant. Colum. lib. 2. ca. 21. Ad eam rem Fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualiſq; æſtiuis menſibus perflat. Ouid. 1. de Reme. Amor. Summa petit liuor, perflant altiſſima uenti. Perflatus, us, penulti. prod. ipſa perflatio. Plin. lib. 26. cap. 40. Vlmus in perflatu firma. Perflabilis, le, quod perflari poteſt. Cicer. 2. de Diuin. Deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum.

PERFLVCTVO, as, fluctuum more circa aliquid moueor. Lucr. li. 3. Atq; unde animantum copia tanta. Ex oſſe & exanguis tumidos perfluctat artus.

PERFLVO, is, {*Gocciare, ſcorrere*} (διαῤῥέω,) liquorem tranſmitto: ut, Lagena male compacta perfluit. Lucr. lib. 2. Et quamuis ſubito per colum uina uidemus Perfluere, at contra tardum cunctatur oliuũ. Per tranſlationem etiam Perfluere dicitur de hominibus futilibus, qui arcana continere nõ poſſunt. Teren. in

Eunuch. Plenus rimarum ſum: hac atque illac perfluo. Perfluere uoluptatibus. Cice. 1. de Finib. Percontare ipſe te, perpetuis'ne malis uoluptatibus perfluens in ea quam ſæpe uſurpabas tranquillitate degere omnẽ ætatem ſine dolore, &c.
Aliquandiu etiam Perfluo accipitur pro præterfluo. Liuius. 1. ab Vrbe: Infima ualle perfluit Tyberis. Horatius. 4. Carm. Ode. 3. Sed quæ Tybur aquę fertile perfluunt.

PERFODIO, is, penul. corre. {*Forare, traſſigere*} (διορύττω, διαπείρω) perrumpo, transfigo. Plaut. in Aſin. Vbi parietes perfoderis. Col. lib. 10. Tu grauibus raſtris cunctantia perfode terga.

PERFORE, pen. cor. {*Hauer à eſſere molto*} ualde futurum eſſe. Cice. Appio Pulchro, lib. 3. Tunc mihi ille dixit claſſe te uelle decedere, perfore accõmodatũ tibi, ſi ad Sidam maritimam partem prouinciæ nauibus acceſſiſſem. Hoc eſt, fore tibi peraccommodatum. Nam Per, particulam quæ adiectiuo debeat coħærere uerbo iunxit.

PERFORMIDATVS, penult. prod. *Molto ſpaſimato*} participiũ, multum formidatus. Silius lib. 3. Iam puer auricomo performidare Batauo.

PERFORTITER, aduerbium, {*Molto fortemente*} ualde fortiter. Terentius Adelph. Meſtram mulierem & me ſeruulum, Qui referre non audebam, uicit: hui perfortiter.

PERFREMO, perfremis, penult. corre. {*Fremere grandemente*} uehemẽter fremo. Cicero. 2. de Natura Deorum: Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt delphini.

PERFRICO, as, penul. cor. {*Fricare molto*} (διαψήχω) ualde frico. Varro. 3. de Re ruſti. ca 9. Qui hæc uolunt diutius ſeruare, perfricant ſale minuto. Plinius libro. 20. cap. 19. Vulnera ab his facta perfricantur. Cice. 5. Verr. Cum interea Apronius caput atque os ſuum unguento perfricaret. Perfricare uero os, ſeu frontem, (ἀπαναισχυντεῖν) ſignificat pudorem deponere. Nam quum in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem, tanquam uelamentum: qui impudibũdi ſunt, & inuerecundi, & erubeſcere uideri nolũt, ii ſolẽt os & frontem perfricare, ad ruborem illum detergendum, & ſanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecundo. Perfricuit os, Perfricuit faciem, Perfricuit frontem, pro eo, quod eſt, pudorem abiecit. Cice. 3. Tuſcu. Quid tergiuerſamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere uoluptatẽ, quam tu idem quum os perfricuiſti, ſoles dicere? Plin. in Præfa. 2. lib. Perfricui faciẽ, nec tamen profeci. Mart. libro. 11. Aut ſi perfricuit frontem, poſuitq; pudorem.

PERFRIGERO, as, penul. cor. {*Raffredare*} (ἀποψύχω, ψυχραίνω) idem quod refrigero. Plinius libro. 35. Omnium harum uis eadem perfrigerare & abſtringere.

PERFRIGEO, es, pen. prod. {*Hauer gran freddo*} (ψυχρόομαι) ualde frigeo. Marti. lib. 3. Perfrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces: Cum te excuſaris maxime, quid recitas? Iuuenal. Saty. 7. Et ſi perfrixit, cantat bene. Perfrigeſco, is, ualde frigidus fio. Plin. lib. 31. cap 6. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Perfrigidus, a, um. Cice. 6. Verr. Erat hyems ſumma, tempeſtas, ut ipſum Sopatrum dicere audiſtis, perfrigida.

PERFRINGO, is, {*Rompere frangere, uiolare*} (διαρρήγνυμι) perrumpo uiolo. Plin. Epiſt. 101. Campi, quos mouiſti, ingentes boues, & fortiſſima aratra perfringũt. Teren. Adel. Ne aut ille alſerit, Aut uſpiam ceciderit, ac perfregerit aliquid. Cice. pro Milo. Polluerat ſtupro ſanctiſſimas religiones, ſenatus grauiſſima decreta perfregerat. Idem. 7. Ver. Vt earum rerum ui, & auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officii perfringeres. Perfractus, a, um, participium. Axe perfracto uoluitur. Silius lib. 16. Fores perfractæ, Tibul. lib. 1. Eleg. 10. Perfracte, aduerbium obſtinate. Cicero. 3. Officior. Ego etiam cum Catone meo ſæpe diſſenſi, nimis mihi perfracte uidebatur ærarium, uectigaliaq; defendere.

PERFRVOR, perfrueris, penul. corre. {*Godere lungamente*} (ἀπολαύω) diu, multum, & conſtanter fruor. Cice. 5. de Finib. Sequamurq; eam uitam, quæ rebus ipſis perfruatur. Idem. 1. Officio. Expetũtur autem diuitię tum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates.

PERFVGA, gæ, pen. corr. {*Rebello*} (αὐτόμολος) qui ad hoſtes perfugit ſiue defecit. Cic. lib. 3. Officio. Perfuga ab eo uenit in caſtra Fabricii. Cæſar. 7. Bell. Gal. Admiratus quærit ex perfugis cauſam. Idem & Transfuga dicitur. Liuius libro. 2. ab Vrbe. Deinde metuens, ne ſi Conſulum iniuſſu, & ignaris omnibus iret: depræhenſus forte à cuſtodibus Romanis, retraheretur ut transfuga fortuna tum urbis crimen affirmante, Senatum adit.

PERFVGO, is, pen. corre. {*Ricorrere ad alcuno, per aiuto*} (καταφεύγω) auxilii gratia ad aliquem confugio. Cæſar. 1. bel. Ciui. Itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cæſarem perfugiebat. Cicer. 7. Verr. Hic locus eſt igitur unus quo perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum: quo quidem nunc nõ ita confugiunt, ut antea in ſuis repetendis rebus ſolebant.

PERFVGIVM, gii. {*Perfugio, luogo doue, ſi ſaluano ne i pericoli*} (καταφύγιον, καταφυγή) locus tutiſſimus, quo nos in uexatione, aut calamitate recipere contendimus. Liuius lib. 2. ab Vrb. Itaq; in medio prope iam uictores ceſſi & uiſti pars perexigua, duce amiſſo, (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes & fortuna, & ſpe ſupplicum delati ſunt. Cæſar. 4. Bel. Gal. Quo perfugio ſuperiore anno fuerant uſi. Transfertur etiam ad alia, ut ad literas quę ſuis cultoribus in rebus aduerſis ſolent eſſe loco perfugii. Cic. ad Atti. Itaq; utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, literulis noſtris.

PERFVLCIO, is, ire. {*Fortificare*} (ἐρείδω, ὑποστηρίζω) bene fulcire, & roborare. Oui. ad Piſonem: Eloquio ſanctum modo perfulcire ſenatum

PERFVNDO, is, {*Spargere*} (διαβρέχω) humore affuſo madefacio. Ver. Georg. Dulcibus iccirco fluuiis pecus omne magiſtri Perfundunt? undisq; aries in gurgite uillis Merſatur. Artus perfundere rore, Ouid. 3. Metamor. Cic. 2. Verr. Aqua denique feruenti à Rubrio ipſo Philodamus perfunditur. Enſis perfunditur ſanguine, Ouid. 7. Metamor. Perfundere animum religione, per translationem, pro imbuere. Liui. 10. ab Vrb. Erat cum alius apparatus ſacri, qui perfundere religione animum poſſet: tum &cæ. Perfundere animos ſuauitate, Cic. de Clar. Orato. Animum uoluptate perfundere, Cic 4. Tuſc. Perfuſus particip. Liui. 1 u bell. Puni. Perfuſum millies cruore Romano: id eſt, aſperſum cruore, ſiue cruentatum.

PERFVNGOR, perfungeris, perfungi, *Fare perfettamente*} (ἐκτελεῖν) ad extremum obire munus, & ſtrenue operam nauare, ait Budeus. Cice. pro Cluẽ. Aut quod ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Idem de Senect. Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur. Terentius in Hecyr. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum, ſatias me iam tenet Studiorum iſtorum. Perfunctio, onis, uerbale. Ci. 1. ad Finib. Nam neq; laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates. &cæ.

PERFVNCTORIE, {*Di ſopra uia*} (παρέργως, ἀφοσιουμένως) quod eſt tranſitorie, & inaniter, neglecte oſcitanter, nec toto conatu. Vlpian. Neque quidem per functione, aut obſcure dicere aut denuntiare debet.

PERFVNCTORIVS, a, um, (ἀφοσιωματικός) idẽ quod defunctorius, hoc eſt, languidus, remiſſus, leuiter, & oſcitanter, non toto conatu factus: ut, Perfunctoria opera, quam ueluti aliud agentes rei alicui impendimus.

PERFVRO, perfuris, pen. cor. {*Furiare grandemente*} (μαίνομαι) uehementer inſanio. Vergi. 9. Aeneid. Incenſus & ipſe perfurit. Silius lib. 4. Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.

PERGA, (πέργη) oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, (περγαία) dicta eſt, propter templum illi dicatum. Pompon. Mela. libro. 1. in deſcriptione Pamphyliæ.

PERGAMA, orum, (πέργαμα, τά) arcium Troianum nomen fuit, ut annotauit Seruius in illud Verg. 2. Aenei. Troiam incenſam, & prolapſa uidentem Pergama. Quanquam poſtea ut idem fatetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus locis q; omnibus editis communicatum eſt. Ponitur. item pro ipſa Troianorum urbe, quæ proprie Ilium ſuit appellata. Verg. 1. Aenei. Nanq; uidebat, uti bellantes Pergama, circum, &c. In eadem etiam ſignificatione legitur Pergamos, ſiue Pergamus, Auctor Aetnæ: Quis non Argolicu deflcuit Pergamon igni Impoſitam? Hinc Pergameus, a, um, hoc eſt, Troianus. Propertius li. 4. Eleg. 1. Aut ſi pergameæ ſero rata carmina uatis Longæuum ad Priami uera fuere caput.

PERGAMVM Plinio, ſiue Pergamus, πέργαμος Ptolemæo) urbs inſignis Aſiæ, non procul à Caico fluuio: ita dicta, quod edita in rupe ſita eſſet, nã Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, teſtibus Suida & Seruio. Strab. lib. 13. Auctor eſt tempore Lyſimachi, Agathoclis filii, qui unus fuit ex Alexãdri ſucceſſoribus) Pergamum nihil aliud, quam caſtellũ fuiſſe, in quo ille, quod locus eſſet in primis munitus, theſauros ſuos aſſeruabat præfectu illis Philetæro quodam Tyanenſi, Eunucho, qui cum ſe Arſinoę Lyſimachi uxori inuiſum ſciret, & ab ea apud regem accuſatũ caſtellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Aſia uariis bellorum motibus, in quibus primum Lyſimachus à Seleuco Nicatore, deinde & Seleucus à Ptolemæo Ceraunо è medio ſublatus eſt, Philetærus interim ſe Pergami cõtinebat, uictoribus ſemper & propinquioribus obſequens: iisq; artibus & ipſe uiginti annis caſtellum, pecuniamq; poſſedit, & Eumeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperii finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardeis ſuperauit, Hic cum annos duos & uiginti regnaſſet, Pergami ſucceſſionem Attalo patrueli ſuo reliquit, qui Galatis maximo prælio ſuperatis, contractaq; cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus eſt. Attalo ſucceſſit Eumenes filius natu maximus, qui cum Romanis aduerſus Antiochum, magnum, & aduerſus Perſen bellum geſſit. Cuius beneficii memores Romani regionem omnem, quæ cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno eius adiecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomœriis, ex caſtello ampliſſimam urbem reddidit, & Nicephorium lucũ circa eam conſeuit Regnauit annis quadraginta nouem Moriensq; regni ſucceſſionem Attalo filio reliquit, cognomento Philometori: cui, quod admodum adoleſcentulus eſſet, Attalum fratrem tutorem aſſignauit: qui regni procuratione functus, cum Alexandro Antiochi filio aduerſus Demetrium Seleuci filium bellum geſſit, & Romanis aduerſus Pſeudophilippum ſocium ſeſe præbuit, in Thraciam quoq; traiecto exercitu. Diegylim regem cepit. Mortẽs Attalo ex fratre nepoti, cuius tutelam geſſerat, regnum à patre eius acceptum fideliter reſtituit. Attalus hic poſtremus fuit Pergami rex, qui cum annos quinque regnaſſet, ſine liberis deceſſit, populo Romano hærede inſtituto: qui adita hæreditate regnum eius in prouinciæ formam redegit. Hæc Strab. lib. 13. Ex Pergamo uiri illuſtres orti ſunt Galenus Medicorũ clariſſimus, Apollodorus Rhetor, & Auguſti præceptor, a quo Apollodorea ſecta nomen accepit, & Dionyſius Atticus, huius diſcipulus. Hinc Pergamenus, a, um, περγαμηνός) ut Charta pergamena, quę Pergami inuenta eſt & ab Attalo rege, (ut Aeliano placet) ſiue ab Eumene (ut Plinius mauult) primum Romam tranſmiſſa.

PERGASE, es, (περγασαί) uicus eſt agri Attici in tribu Erecththeide, teſte Stephano.

PERGAVDEO, es, {*Allegrarſi molto*} uehementer gaudeo. Ci. ad Q. fra. li. 3. Trebonium meum à te amari, teq; ab illo pergaudeo.

PERGIGNO, is, {*Generare*} (γεννάω) idẽ quod gigno. Catul. Argon. Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.

PERGO, pergis, perrexi, {*Andare, far uiaggio*} (πορεύομαι) ex Per, & Rego, ſignificat uado, uel iter facio. Plau. in Cap. Nunc ad eum pergam, Teren. in Hecy. Sed quis eſt, qui huc pergit? Quandoque proſequor, perſeuero, ſiue procedo, διατελέω, διεξέρχομαι. Ter. in Adel. Nam ſi moleſtus eſſe pergis, iam intro abripiere. Verg 1. Aene. O dea, ſi prima repetens ab origine pergam, &c. Aliquando accipitur pro ago, ut in illu Verg. 6. Eclog Pergite Pierides. Quandoq; feſtino. Teren. in Phorm. Domum ire pergam, ubi plurimum eſt. Quandoq; conor. Ibidẽ: Hoc ubi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Hinc componitur, Expergo, quod ſignificat expergefacio. Accius: Heus uigiles properate, expergite tarda ſopore Pectora Ponitur aliquando pro præterire. Cic. Atti. lib 3. Sed pergo prætenta. Perge in uirum, dixit Plau. in Menæch. id eſt, oſtendete uirum fortem, & animoſum. Sipontinus componi putat ex Per, & Ago: ſed (ut opinor) fallitur, tum quia preteritum Perrexi facit, ſecũdum analogiam ſimplicis Rego, non Peregi, quod eſt à Perago: tũ quia aliud habemus compoſitum ex Per, & Ago, quod eſt Perago.

PERGRACILIS, le, *Molto ſottile*} ualde gracilis. Plin. lib. 25. cap. 13. Longiore caule, ſed pergracili.

PERGRÆCOR, aris, {*Crapulare*} (ἑλληνίζω, ὑπερμεθύω, κραιπαλάω) epulo, &

lis,& potationibus inſeruio,quod eſt Græcorum proprium. Titinnius. Homi nem impurum:nunc ruri pergræcatur. Plau. Truc. Atq; ut cum ſolo pergræcetur milite. Idem in Bacchi. Propterea hoc facio,ut ſuadeas gnato meo Vt pergræcetur tecum,ter uenefice.

PERGRANDIS, Pergrande, {*Molto grande*} Ci.6. Verr. Erat etiam uas uinarium ex una gemma,pergrandi trulla excauatum,cum manubrio aureo. Idẽ de Leg. Agr. contra Rullum: Iubet eoſdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande uectigal imponere.

PERGRAPHICVS, adiect. {*Fatto à penelli*} id eſt, lepidus, ad unguem factus,abſolutus,& quaſi pictoris manu expolitus. Plau. in Truc. Nimis pergraphicus ſycophanta.

PERGRATVS, a, um {*Molto grato*} admodum gratus. Cice. ad Brutum: Pergratum mihi erit,ſi eum ita tractaris,ut merito tuo mihi gratias agere poſſit. Interponitur aliquando dictio aliqua inter Per,& Gratum,idq; elegantiſſimè. Cic. ad Atti. li. 1. Per mihi inquam gratum feceris ſi hoc tã diligens fueris,&c. Eadem lib. 5. Per mihi gratum erit,ſi id curaris ad me perferendum.

PERGRAVIS, & hoc pergraue,pen.cor. {*Molto graue*} ualde grauis. Hinc aduerbium Pergrauiter,admodum grauiter. Cic. ad Atti. lib. 1. Hoc te intelligere uolo,pergrauiter illum eſſe offenſum.

PERGVLA, æ, (προβολή) locus apertus à multis lateribus,aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus,& modò tectus,modò ſub dio expoſitus: à pergendo dicta,quod in ea deambulare ſolemus, forumq; , aut hortum, aut plateas,aut uias perſpectare,& quandoque cœnare,æſtiuo tempore. Vulgus Gallicum Galeriam uocat. Plin. libr. 12. cap. 3. Cum corona roſacea interdiu è pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus. In pergulis præceptores diſcipulos erudiebant,aliiq; artifices opera ſua uelut in propatula habebant. Vnde Sueto. de Craſſitio Grammatico: Deinde in pergula docuit. Plini. libro. 35. cap. 10. de Apelle. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus, atq; poſt ipſam tabulam latens,uitia quæ notarentur auſcultabat. Pergula etiam dicebatur locus accommodatus exponendis uenalibus rebus. Vlpian. l. Hæres. de Iudiciis: At ſi quo in loco conſtitit,non dico iure domicilii,ſed tabernulam,pergulam,horreum,armarium,ſeu officinam cõducens: ibiq; diſtraxit,uel egit: defendere ſe ex eo loco debebit. Legitur & figurate Pergula pro iis qui in Pergula uerſantur. Iuue. Sat. 11. Sed nec ſtructor erit,cui cedere debeat omnis Pergula, diſcipulus Trypheri doctoris,apud quem Sumine cum magno lepus,atque aper,& pygargus,Et Getulus oryx,hebeti lautiſſima ferro Cæditur,& tota ſonat ulmea cœna Subura. Quo in loco nonnulli Pergulæ nomine accipiunt eos, qui in pergula æſtiuo tempore diſcumbũt: alii ordinem & cœtum miniſtrorũ, qui in pergula diſcumbentibus inſeruiunt, uniq; parẽt ſtructori. alii rurſus ſcholam eorum,qui chironomiam,hoc eſt,geſticulationis legem profitebantur, quã etiam in diſſecandis cibis ſolent obſeruare. Item in uiam Pergula dicitur excurſus per totam nauium,qui alio nomine Porticulus appellatur. In uineis uero topiarium opus ſignificat. Colum. lib. 21. ca. 2. Si quæ pergulæ uitium generoſarum à putatoribus relictę ſunt,ante Calẽdas Apriles atque deputari debẽt. Plin. etiam lib. 17. cap. 24. uitium generoſarum pergulas præcipit Quinquatribus eſſe putandas. Vulgus Gallicum Treillam appellat. Hinc Pergulanus, adiectiuũ: ut, Pergulana uitis,qui pergulis adiungitur, & ſuſtinetur. Col. li. 3. ca. 2. Nam has nuper mihi cognitas,pergulanam dico,& uitiolam,&c.

PERHIBEO, es, pen.cor. {*Dire affermare*} (καταφημι, λογοποιῶ) ex Per,& Habeo, ſignificat dico,& affirmo. Col. li. 4. Indis perhibetur, mollibus ferarũ mirabilis. Cic. 2. de Diuin. Bene qui coniiciet,uatem hunc perhibebo optimum. Interdum Perhibere,eſt dare, παρέχειν. Plaut. in Pſeu. Cur ego ueſtem: Aurum,atque ea,quibus uobis uſus perhibeo? Idem in Mercu. Diem unũ orauit, Vt apud me perhiberem ſibi locum. Perhibere teſtimonium, hoc eſt, Ferre, Colu. lib. 4. Eius rei teſtimonium tu præcipue Syluine perhibere nobis potes. Quandoque pretium denotat,eo modo quo uendo. Plaut. in Perſa. Eodem mihi pretio ſal perhibetur,quo tibi.

PERHONORIFICVS, a, um, {*Molto honoreuole*} ualde honorificus. Ci. ad Atti. Conſalutatio forenſis perhonorifica: ſigna præterea beneuolentiæ permulta nobis impertiuntur. Perhonorifice,aduerbium. Ci. ad Att. li. 14. Hic perhonorifice,& amice Octauius,quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant.

PERHORREO, es, ſiue Perhorreſco, is, {*Tremere, tremare*} (φρίττω) horrore permoueor,extimeſco Ci. ad Att. lib. 6. Sed genus belli crudeliſſimi, & maximi quod nondum udent homines,quale futurum ſit,perhorrui. Eidem lib. 13. Sed quid eſt tandem quod perhorreſcas? Perhorridus, a, um, pen.corre. ualde horridus. Liui. 2. bel. Pun. Pœnus contra intra Formiana ſaxa,ac Linterni arenas,ſtagnaq; perhorrida ſitu hybernaturus eſſet.

PERHOSPITALIS, le, (ἄξενος) ualde hoſpitalis. Cice. 6. Ver. Huius domus eſt,uel optima Meſſanæ,notiſſima quidem certe, & noſtris hominibus apertiſſima,maximeq; perhoſpitalis.

PERHVMANVS, a, um, {*Molto humano*} admodum humanus. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Multumq; is mecum ſermonem habuit,& perhumanum,de diſcordiis mulierum noſtrarum.

PERHYEMO, as, are {*Inuernare*} (διαχειμάζω) totam hyemem trãſigo. Col. lib. 11. cap. 3. Sed eos uiuos perhyemare patiemur.

PERIANDER, (Περίανδρος) Cypſeli filius, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ,& Corinthiorum rex,qui aliquando interrogatus, quare cum ſapiens eſſet,in tyrannide perſeueraret, Quia,inquit,& ſponte,& inuitum cedere eſt periculoſum. Crudeliter agitur,& magna ſuſpicione ægebat, magno ſemper militum comitatu ſtipatus,eos potiſſimum,qui otioſi in foro obuerſabantur,relegare ſtudens. Quapropter ut noui conſilii capiendi occaſione ciuibus ſuis præcideret,iugiter eos in bellis,naualibus præſertim diſtinebat. Vxorem habuit Meliſſam,quam Zelotypia quadam ductus,cum grauida eſſet,ictu calcis interfecit, pallacarum ſuarum delationibus temere fidem adhibens: quas tamen pœnitẽtia ductus uiuas cremauit. Sunt qui duos fuiſſe Periandros tradant, alterum Corinthi tyrannum,alterum ſapiẽtem,eumq; Ambraciotem. Quorum profectò ſententia uerisſimilior uidetur. Nã & matris & uxoris mortuæ concubitus,aliaq; id genus flagitia,quę de Periandro Corinthio traduntur,non uideo quo pacto inſanæ mentis hominem nedum in ſapientem,cadere potuerint.

PERIBOEA, (Περίβοια) Eurymedontis Gigantis filia fuit,ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit, Alcinõ patrem. Auctor Home. 7. Odyſſ.

PERIBOETOS, {*Celebre, nobile*} (περιβόητος) Græcis celebrem, famigeratumq; ſonat: quo nomine etiam nobilem quendam Satyrum illi cognominãt perpetuum Liberi patris comitem. Pli. li. 34. c. 8. Itẽ Cataguſam,& Ebrietatem, & Liberũ patrem,nobilẽ una Satyron,quem Græci Periboeton cognominãt.

PERIBOLVS, pen.cor. (περίβολος) Latine ambitur,mœnia ſiue lorica murorum,à περιβάλλω ambio,circumdo. Et capitur pro ſepto & corona domus, quæ fit,ne quis delabatur: quæ Lorica Loricula'ue alio nomine dicitur, Vide Loricula.

PERICARDION, (περικάρδιον) membrana eſt cor circunquaq; amplectens,tantũ ab eo diſſita: tantũq; ſpatii uacui omni ea parte relinquẽs,quantum ad cordis diaſtolẽ maxima eſt neceſſarium. Vulgus capſulam cordis appellat.

PERICARPVM, (περικαρπον) bulbi genus eſt. Eius duæ ſunt ſpecies. Cortice rubro alterum,alterum nigro,papaueri ſimile. Vtrunq; habet uim excalfaciendi,unde & contra cicutam datur. Auctor Plin. lib. 25. cap. 11.

PERICARPIVM, (περικάρπιον) eſt inuolucrum ſeminis,quo illud ambitur,& aduerſus cœli,animaliumq; iniurias defenditur: ut in frugibus ſpica, in caſtaneis echinus. Eſt item Pericarpium brachii ornamentum,cingens iuncturam illam qua ſumma manus cubito iungitur,quam anatomice rei periti Gręco uocabulo καρπον appellant.

PERICLES, (Περικλῆς) Athenienſis clariſſimi nomẽ fuit,qui annos quadraginta in adminiſtratione Reipub. principium tenuit. Plurimum enim & auctoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poetis Comicis appellabatur,q. tonare in concionibus,& fulmen ciere uideretur. Habuit in adminiſtratione Reipub. aduerſarium Thucydidem Mileſium,uirum nobilem & potentem,qui cum illum apud populum eo nomine reprehenderet,quod nimium in publicis operibus ſumptum feciſſet: Atqui (inquit Pericles) de meo hæc omnia perſoluere non recuſo,modo mihi liberum ſit nomen meum illis inſcribere. Quo tam animoſo reſponſo aduerſarii calumniam facile effugit, cẽſente populo operum magnificentiam ad Reip. ſplendorem pertinere,ideoq; ex publica,non priuato ſumptu eſſe facienda. Auctor eſt Plutarchus,cum Pericles aliquando Sophoclem in magiſtratu collegam haberet,& cum eo neſcio quid de Repub. colloqueretur,eximia forma puerum illac iter feciſſe,quem intuitus Sophocles,cum pulchritudinem eius ſupra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magiſtrum decet,non modo manus,uerumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

PERICLITOR, aris, pen.cor. {*Pericolare*} (κινδυνεύω, παρακινδυνεύω) idem quod periculum ſubeo: ut Periclitor fama, capite. hoc eſt periculum eſt,ne caput,aut famam amittam. Dicitur etiam Periclitor ſiti,id eſt, in periculo poſitus ſum moriendi propter ſitim. Marti. lib. 6. Periclitatur capite Sotades noſter. Periclitari etiam ſignificat experiri, πεῖραν ποιεῖν, κινδυνον πειρᾶμαι. Cice. lib. 1. de Orato Subeundus uſus omnium, & periclitandæ uires ingenii. Plancus ad Ciceronem: Itaque potius periclitari uolui,ſi poſſet mea præſentia & Lepidũ tueri,& exercitum facere meliorem,quàm nimis cautus uideri. Hinc Periclitatio uerbale,id eſt,experimentum uſus. Cice. 2. de Natu. deo. Quarum utilitatem longinqui temporis uſu & periclitatione temporis percipimus.

PERICLYMENVS, (Περικλύμενος Homero) nomen filii Nelei, fratris Neſtoris cui à Neptuno auo conceſſum erat,ut in quas ei uiſum eſſet,formas ſe poſſet transformare. Hercule itaq; bellum gerente aduerſus Neleum, Periclymenus in aquilam conuerſus,faciẽ hoſtis unguibus,& roſtro lacerabat: donec ſagitta Herculis in aere confixus,& in terram delapſus,altius corporis pondere adacta ſagitta animam efflauit. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 12. Meta.

PERICLYMENOS, ſiue Periclymenon, pe.co. (περικλύμενον Dioſcor.) herba eſt fruticans,ex interuallo duo habens folia,ſubcandida,mollia: in cacumine autem ſemen inter folia durum,& quod difficile euellatur. Naſcitur in aruis,& ſepibus conuoluens ſe adminiculis quibuſcunq;. Hæc Pli. lib. 27. ca. 12. Hodie teſte Ruellio,uocatur Caprifolium,à quibuſdam etiam Matriſylua.

PERICOPE, pe.cor. (περικοπή) amputatio,uel exciſio: à uerbo Græco περικόπτω,quod eſt amputo,uel circuncido. Hiero. ad Pamma. Aut ſi tu quoq; naturam contraxeris illam Apoſtoli περικοπήν,id eſt,amputationem, in qua de uirginitate & nuptiis diſputat,aliter diſſerere compelleris.

PERICRANION, (περικράνιον) membrana eſt tenuis & neruoſa,ſub capitis cute,ex craſſa meninge enaſcens,totumq; cranium extrinſecus ambiens: unde & nomen accepit.

PERICVLOR, aris, {*Pericolare, andare à pericolo*} (κινδυνεύω) periculum ſubeo,periculo me expono. Vnde Periculatuniſum,apud Catonem lectum eſt, teſte Feſto.

PERICVLOSVS, a, um, {*Pericoloſo. Pet. Dele Pericoloſe tue fauille*} (κινδυνώδης, ἐπικίνδυνος, παράβολος) quod eſt cum periculo. Cic. lib. 1. Offi. Grauioribus autẽ morbis periculoſas curationes,& ancipites adhibere coguntur. Cæſ. 7. Bel. Gal. Intrare intra præſidia periculoſum putabat. Hinc Periculoſè,aduerb. Ci. Tironi: Periculoſè hyeme nauigatur. Idem pro Mil. Facere enim probus adoleſcens periculoſè,quàm perpeti turpiter,maluit.

PERICVLVM, li, {*Pericolo*} (κίνδυνος) à Pereo deduci uidetur, & ſalutis diſcrimen ſignificat. Verg. 3. Aen. Obſcœnamq; famem,quę prima pericula,uito. Variis autem modis hoc nomine in oratione utimur. Dicimus enim, Subiicere aliquem periculo, Curare periculum alicui, Negligere periculum, In periculo eſſe, Periculum ſubterfugere, Periculum adire, Abeſſe à periculo, Afferre periculum, Adducere in periculum, Conflare periculum, Committere ſe periculo, Faceſſere periculum alicui, Inferre ſe in periculum capitis, Inducere periculum, Intendere periculum, Intẽtare periculum, Liberare periculo, Procurare periculum, Vocari in periculum, Venire in periculum. Aliquando Periculum accipitur pro experimento, (πεῖρα) quia rarum eſt tentamentum ſine periculo. Terent. in Eunuc. Fac periculum in literis.

PERIDONEVS, a, um, {*Molto atto,*} ualde idoneus. Cæſar. 2. Belli Ciuil. Quod is locus peridoneus caſtris habebatur. Sueton. de Clar. Gramma. Peridoneus præceptor.

PERIDROMIS, pe.cor. huius, dromidis fœm. ge. (περιδρομίς) hypæthra ambulatio ambiens palæſtras,apud Vitru. lib. 5.

PERIERGIA, æ, {*Curioſita*} (περιεργία) curioſitas, ſedulitas, ſuperflua an-

xietas: & ueluti dilig entiæ redundatio, qualem in Protogene reprehendit Apelles, quòd manum de tabula tollere non poſſet Diomedes, περιεργίαν inter tropos ſeu potius inter uitia orationis annumerat, cum ſcilicet oratio plus ſatis elaborata & prolixitatem parit, & obſcuritatem.

PERIHEGESIS, pe. prod. (περιήγησις) idem quod ambitus, ſiue circuitus: à uerbo Græco περιηγέομαι, quod eſt circumeo, uel circunduco. Hinc Dionyſius Afer, opus ſuum geographicum ἡ περιήγησις inſcripſit.

PERILEVCOS, (περίλευκος) gemma, filum habens candidum ab ipſo ore ad radicem uſque deſcendens. Pli. lib. 37. cap. 10.

PERILLVS, (Πέριλλος) Athenienſis faber ingenio præſtans, qui Phalaridi tyranno Agragantino taurum ex ære fabricauit, in quo reus clauderetur, ac ſubiecto igne, mugitum bouis ederet: cuius muneris nomine cum ampliſſimũ à Tyranno, qui nouis ſemper tormentis delectabatur, ſperaret munus incluſus tauro, ſuppoſitiſq; ignibus, primus ſuæ artis experimentum præbuit. Ouid. 1. de Arte: Et Phalaris tauro uiolẽtus membra Perilli Torruit, infelix imbuit auctor opus. Plin. lib. 34. cap. 8. Perillum nemo laudat, ſæuiorem Phalaride tyranno, cui taurũ fecit, mugitus hominis pollicitus, igne ſubdito, & primus cum expertus cruciatum iuſtiore ſæuitia.

PERILLVSTRIS, ſtre. {Molto illuſtre} admodum illuſtris. Cice. ad Atti. libro. 5. Ibi morati biduum perilluſtres fuimus, honorificiſq; uerbis omnes iniurias refellimus.

PERIMBECILLVS, a, um, uel Perimbecillis, le, {Molto debole} ualde imbecillus. Cice. ad Atti. lib. 10. Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. Var. 3. de Re ruſt. cap. 10. Perimbecillum enim id, ut caput molle.

PERIMO, is, {Vccidere, diſtruggere} (ἀναιρέω) à Per & Emo, idẽ eſt, quod deleo, uel interficio, uel tollo. Plau. in Menæch. Virum hunc ego perimam impuriſſimum. Cic. 4. Tuſcu. Si autem perimit ac delet omnino, quid melius? Idem de Aruſpi. reſpon. Si ludi non intermiſſi, ſed perempti, atque ſublati ſunt. Perimere reditum eſt intercludere. Idem pro Planc. Si mihi uis maior aliqua reditum peremiſſet. Inde peremptus, (ἀναιρεθείς) interfectus. Vergil. 9. Aeneid. Nec minor in caſtris luctus, Rhamnete reperto Exangui, & primis una tot cæde peremptis.

PERINCOMMODVS, a, um, pe cor. {Molto incommodo} ualde incõmodus. Liui. 7. Bel. Mace. Quæ nihil admodum Romanis, ea perincommoda regis erant. Perincommode, aduerbium, Cic. ad Atti. libr. 1. Sed accidit perincommode, quòd cum nuſquam uidiſti.

PERINCONSEQVENS, pen. cor. (ἀνακόλουθος) ualde inconueniens, ualde abſurdum. Gell. lib. 14. cap. 1. Per autem inquit, inconſequens ipſum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris ſub alio atq; alio cœli curuamine non eundem manere.

PERINCERTVS, a, um, {Molto incerto} ualde incertus, Gel. lib. 18. cap. 4. ex Salluſtio: At Cn. Lentulus patriæ gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit: perincertum ſtolidior an uanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiſerat, exigenda permulgauit.

PERINDE. {Coſi quaſi} (ὥσπερ) ex Per, & Inde, compoſitum aduerbium ſimilitudinis idem ſignificans quod Ita, ſiue ſimiliter: & habet poſt ſe ferè aliquã harum particularum, Vt, Quaſi, Ac, Aſi, uel atq;. Plaut. in Pſeu. Nam omnes res perinde ſunt, ut agas, ut eas magnifacias. Cice. 3. Tuſc. Philoſophia non perinde, ac de hominum uita eſt merita, laudatur. Idem pro M. Marcel. Vereor, ut hoc quod dicam, nõ perinde intelligi auditu poſſit, atq; ego cogitãs ſentio. Ponitur aliquando pro adeo, ualde, aut æque multum, præſertim cum præponitur negatio: & tunc aliquando ſequitur Quàm. Sueto. in Domitiano: Nulla tamẽ re perinde motus, quàm reſponſo, caſuq; Aſcletarionis Mathematici. Aliquando ſignificat pariter, æquè, ſi nulla ſit negotio, nec ſequatur Aſi, uel Atq;, ſi aut ſimilis particula. Plin. lib. 1. Epiſtol. Funus Rufi clariſſimi, & perinde felicis fuit. Sueto. in Cæſare: Quæ ſi quis inueſtigare, & perſequi uellet, quartam elementorum literam, id eſt, d, pro a, & perinde reliquas commutet. Cic. Teren. Te & Dolabellam perinde diligo. Aliquando ſignificat per hunc modum. Teren. in Phorm. Sexcentas perinde potius ſcribito, mihi iam dicas. Aliquando poſt Perinde ſequitur Tanquam, pro Aſi. Gell. lib. 15. ca. 29. Hoc perinde eſt, tanquam ſi ego dicam, Eſt mihi nomen Iulium. Aliquando perinde & adeo ſimul iunguntur, idemq; ſignificãt quod in. Pla. in Amph. fac ſis, perinde adeo, ut me uelle intelligis. Aliquando poſt Perinde ſequitur Prout. Plin. in Panegy. Meminerint perinde coniectum de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc uel illud elegerint.

PERINDVLGENS, tis, {Che compiace molto} adiectiuum, ualde indulgens. Ci. 3. Offi. Magnus uir in primis, & qui perindulgens in patrem, idẽ acerbẽ ſeuerus in fratrem.

PERINFAMIS, & hoc Perinfame, pe. pro. {Molto infame} ualde infamis. Sueton. in Vitel. cap. 2. Curam quoq; imperii ſuſtinuit abſente, eo expeditione Britannica, uir innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis.

PERINFIRMVS, a, um, {Molto debole} ualde infirmus. Ci. 2. de Fini. Sunt enim leuia & perinfirma, quæ dicebantur à te.

PERINGENIOSVS, ſa, ſum, {Molto ingenioſo} ualde ingenioſus. Cice. de Clar. Orat. Alioq; melius putent dicere ſe poſſe, quam ſcribere, quod peringenioſis hominibus, neq; ſatis doctis plerunq; contingit.

PERINIQVVS, a, um, pen. prod {Molto iniquo} ualde iniquus. Cic. pro Lege Manil. Quare uideant, ne ſit periniquum & non ferendum. Liui. 1. bel. Pun. Poenus periniquo animo ferebat, à Gallia accitum ſe ueniſſe liberandum eos dictitans.

PERINSIGNIS, & hoc Perinſigne. {Molto nobile, molto illuſtre} ualde inſignis. Ci. 1. de Legi. An corporis grauitates, ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit.

PERINTEGER, ra, grum, omnino inuiolatus. Gel. libro. 3. cap. 5. Caſtitatis perintegræ dicebatur.

PERINTHVS, {Geraclea} (Πέρινθος) urbs Thraciæ ad Propontidem, poſtea Heraclea dicta, à nomine Heracli principis Conſtãtinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum marmoreum, ex uno lapide exciſum, quod interſeptem orbis miracula numeratur. Inde Perinthius, thia, um, (Περίνθιος) ut, Perinthia, Menandri Comœdia, Terentius in Prologo. Andriæ. Menander fecit Andriam & Perinthiam.

PERIOCHA, {Argomento} (περιοχή) Græcis dicitur quod a nobis argumentum, hoc eſt, breuis rei explicatio, à uerbo Græco, περιέχω, quod eſt, contineo, complector. Hinc Sulpitius Apollinaris ſua in Terentii Comœdias argumẽta. Periochas inſcripſit. Cic. Atti. li. 13. At ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas periochas perſequi ſolet, ſed Spintheri ſyllabatim. Sic enim uulgo legitur, cum fortaſſis non abſurde ibi Periodos legere poſſimus.

PERIODICVS, a, um, (περιοδικός) quod certa ſtataq; quadam periodo recurrit. Vnde Periodicæ febres dictæ ſunt tertianæ & quartanæ, quod ſpatio nonnullo intermittẽtes quadam quaſi periodo facta certis temporibus recurrũt. Plin. lib. 20. ca. 3. Semina eius ſi fuerint pari numero adalligata febres ſanare dicuntur, quas Græci dicunt Periodicas.

PERIODVS, di, fœmi. gene. & pen. cor. (περίοδος) Latine ambitus dici poteſt, uel circuitio. Vnde in oratione circuitus ille uerborum ex colis & commatis in orbem quendam circũductus, Periodus appellatur. Cice. in Orato. Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tũ cõprehenſionem, aut cõtinuationem, aut circumſcriptionem dicimus. Idem de Clar. Ora. Quinetiam comprehenſio, & ambitus ille uerborum (ſi ſic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. In febribus item intermittentibus medici Periodum appellant ſpatium illud à principio unius paroxyſmi ad initium alterius: unde Periodicæ febres nomen ſumpſerunt: de quibus egimus paulo ante. In ſacris quoq; Græciæ certaminibus Periodo uiciſſe dicebantur, qui quatuor illa certamina obiuiſſent, Pythia ſcilicet, Iſthmia, Nemeæa & Olympia, & ex omnibus hiſce uictoriam reportaſſent. Hiſce honor talis habebatur, ut triumphantium more quadrigis per ruinas murorum in patriam reueherentur, & perpetuo ex publico alerentur.

PERIOSTION, (περιόστεον) mẽbrana tenuis, oſſa in quacunq; corporis parte immediate ambiens.

PERIPATETICI, (περιπατητικοί) Philoſophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis ſchola profecti, quorum princeps fuit Ariſtoteles: ita dicti, q inambulantes docerent, (ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν) quod eſt deambulare. De horum origine ſic ſcribit Cic. lib. 1. Acad. Quæſt. Platonis autem auctoritate, qui uarius & multiplex, & copioſus fuit, una & conſentiens duobus uocabulis Philoſophiæ forma inſtituta eſt, Academicorum, & Peripateticorum: qui rebus cõgruentes nominibus differebant. Nam cum Plato Speuſippum ſororis filium Philoſophiæ, quaſi hæredem reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos, ſtudio atq; doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Ariſtotelem Stagiritem: qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo: illi autem, qui Platonis inſtituto in Academia (quod eſt alterum gymnaſium) cœtus erant & ſermones habere ſoliti è loci uocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis ubertate completi certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam, ac refertam. Hactenus Cicero.

PERIPETASMATA, tum, {Razzi} (περιπετάσματα) aulæa ſunt, ſiue tapetia, quæ ornatus gratia circa parietes extenduntur: unde & nomen habent. Nam περιπετάζειν eſt extendere. A' Lucretio Babylonica dicuntur: ab aliis Attalica, a Capitolino Stromata, & Periſtromata: è Varrone Beluata, hoc eſt, à beluis uariegata. à Plauto etiam Periſtromata. Ci. 6. Verr. Quid illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio Peripetaſmata, emere oblitus es?

PERIPETEIA, (περιπέτεια) à Græcis dicitur, quam nos fortunæ temeritatem dicimus, uel uarium rerum euentum.

PERIPHAS, antis, (Περίφας) Theſſalus quidam fuit, pater Lapithæ, à quo Lapithæ nomen acceperunt. Auctor Stephanus. Eſt item Periphas, apud Verg. nomen cuiuſdam ex comitatu Pyrrhi, quem una cum illo Priami regiam oppugnantem inducit lib. 2. Aenei.

PERIPHANES, (περιφανής) Comici cuiuſdam nomen, quod Latine cõſpicuum ſonat, à uerbo Græco περιφαίνω quod eſt clarus & conſpicuus ſum.

PERIPHERIA, pen. prod. {Circonferenza} (περιφέρεια) circunferentia, ſiue circulatio: ut Peripheria, circuli, hoc eſt, circuli ambitus. Peripheria terræ, hoc eſt terræ ſuperficies. Interdum idem quod hallucinatio, & uita errabunda, à uerbo Græco περιφέρεσθαι, quod inter cætera ſignificat erro, uagor, palor, animoq; uariis cogitationibus huc illuc ago.

PERIPHEROMA, unde Pleripleroma.

PERIPHORETVS, pe pro. (περιφόρητος) Artemonis cuiuſdam cognomen fuit, deliciis adeo effœminati, ut nũquam niſi lectica penſili circumlatus, domus ſuæ limen tranſiret: ita dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quaſi circumlatus. Meminit huius Pli. lib. 34. cap. 8.

PERIPLEROMA, pe. pro. (περιπλήρωμα) figura eſt, quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum uocant, cum ſcilicet particula aliqua ad ſenſum minime, neceſſaria, carminis cauſa adiicitur, à Græco uerbo περιπληρόω, quod eſt expleo. Exemplum poteſt eſſe illud apud Vergi.; Sic forte precatur. Vbi Forte, particula uacat, teſte Seruio, ad ſolũ uerſus hiatũ fulciẽdũ ingeſta. Latini id genus redũdãtes particulas Tibicines ſolẽt appellare, translatione ſumpta ab ædificiis, in quibus columellæ quædam tecta ſuſtinentes, Tibicines appellantur.

PERIPHRASIS, {Circonlocutione} (περίφρασις) Latine circũlocutio, uel circuitio figura eſt, teſte Quin. li. 8. ca. 6. quæ fit, cũ quod uno, aut certe paucioribus uerbis dici poterat, pluribus explicatur. Fitq; interdum neceſſitatis cauſa quoties dictu deformia operimus: ut apud Salluſt. cũ Requiſita naturæ, dixit pro eo quod honeſte unica dictione explicare non poterat. Interdum etiam ſolius ornatus cauſa: quod genus frequentiſſimum eſt apud poetas. Verg. 2. Aen. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit. Hæc fere Quintil. licet non iiſdem uerbis.

PERIPLVS, (περίπλους, ου) Latine circumnauigatio dici poteſt: quo nomine ex Geographis nonnulli opera ſua inſcripſerunt, oræ alicuius maritimæ luſtrationem continentia.

PERIPNEVMONIA, æ, (περιπνευμονία) eſt inflãmatio pulmonis cum febri acuta, & difficultate ſpirandi. A' Celſo lib. 4. ca. 7. Peripneumaticus morbus dicitur. Qui hunc morbũ patiuntur, Peripneumonici dicuntur. Pli. li. 12. c. 14. Mellis quidem natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat, faucibus, tonſillis, angina, omnibuſq; oris deſideriis utiliſſimum, areſcentiq; in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis, pleuriticiſq; decoctum.

PERIPSEMA,

PERIPSEMA, matis, pen. pro. quod Græci περίψημα ſcribunt: à περιψάω, quod eſt, circumrado, uel circunlino, abſtergo, & repurgo: propriè limatura, ſiue raſura, ſcobs, ramentum, uel purgamentum dicitur. Antiqui olim, peſte, alioue malo graſſante, cum ſacros homines, quos in expiationis uſum alebant, in uictimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deiiciebãt, Neptuno immolantes, inter deijciendũ ſolennia uerba effari ſolebant, περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ſis pro nobis peripſema: ac ſi dixiſſent, ſis pro nobis piaculum: eſto luitio noſtra & ſeruatrix urbis uictima. id quod Suidas annotauit. Quod itaq; apud D. Paulum primæ ad Corinthios cap. 4. περίψημα legitur, nos piaculum uertere poſſumus, ut ſit, Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo uictimæ. Ac ſi diceret, non minus apud gentium uulgus deteſtabiles ſumus, quàm illi, qui diris execrationibus onerati, atq; obruti, pro ſalute publica abijci olim ſolebat. Quæ ſententia congruit iis, quæ præcedunt. Peripſema enim etiã ramenta ueſtigiorum ſignificat, quæ, ut ſordida, abijciuntur. Hæc Budæus.

PERISCELIS, idis, (περισκελίς) ornamenti genus circa crura, quo mulierum greſſus componi ſolebant, ut docet Porphyrion enarrans illud Hora. lib. 1. Epiſt. Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam, Sæpe periſcelidem raptã ſibi flentis. Fuit autem ex περὶ circum σκέλος crus.

PERISSOLOGIA, {Parlamento ſuperfluo} (περισσολογία) ſermonis redundãtia, cum ſcilicet ſuperflue repetitur, quod iam dictum eſt, περισσὸς enim Græci ſuperfluum dicunt, ſiue redundans, & λόγον ſermonem. Ver. 1. Aen. Faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius. Et ora: periſſologia eſt.

PERISSON, (περισσόν) herba ẽ ex ſtrychni generibus, quæ alio nomine Dorycnium appellatur, uulgo Solatrum mortale. Vide Plin. lib. 21. cap. 31. & ſupra in dictione Dorycnium.

PERISTEREON, nis, {Colombara, colombera} (περιστερεών) idem quod Periſterotrophium, hoc eſt locus ubi columbæ educantur, quas Græci uocant περιστεράς. Varr. de Re ruſt. lib. 3. ca. 7. Incedunt in locum unum: quod alij uocãt Periſtereona, alij Periſterotrophion, in quo uno ſæpe, uel quinq; millia ſunt incluſa. Periſtereon ſit, ut teſtudo, magna camera tectus, uno oſtio anguſto. Et præterea Periſtereon herba columbis gratiſſima, quam & Verbenam & Verbenacam dicimus. Vide Periſtereos.

PERISTEREOS, uel Periſtereon, onis, (περιστερεὼς Dioſc.) herba eſt, quã alio nomine Verbenam, & Verbenacã, appellamus: ita dicta, quòd Columbæ unice hac herba delectentur. Plin. lib. 25. cap. 10. Periſtereos uocatur caule alto, foliato cacumine, in alios caules ſe ſpargens, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Idem lib. 26. ca. 4. Alcæa folia habet ſimilia Verbenacæ, quę & Periſtereon cognominatur. Dioſc. duo eius facit genera ὀρθὸν, καὶ ὕπτιον, hoc eſt, rectum & ſupinum: Plin. Marem & Fœminam uocat.

PERISTEROTROPHIVM, pe. pro. {Colombara} (περιστεροτροφεῖον) locus in quo columbæ habentur, Latine columbarium: quamuis columbarium propriè ſit loculamentum in periſterotrophio ſingulis columbarum paribus pręparatũ. Var. lib. 3. de Re ruſt. cap. 9. Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent, unum agreſte, quod habetur in turribus, ac culminibus uillæ.

PERISTROMA, pen. pr. {Razzo} (περίστρωμα) quaſi circunſtratum, idem quod Peripetaſma, hoc eſt, aulęum, quo aularum parietes ſolent ornari. Plau. in Pſeud. Ita ego ueſtra latera loris faciam, ut ualide uaria ſieit, Vt ne periſtromata æque picta ſint Campanica. Cic. 2. Phil. Conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

PERISTYLIVM, {Chioſtro, clauſtro} (περιστύλιον) locus eſt columnis clauſus, circũquaq; porticum habens, uel ſaltem à tribus lateribus. Periſtylium dictum, quaſi circũcolũnium, ἀπὸ τῶν στύλων hoc eſt, à columnis circunquaq; diſpoſitis. Vitru. li. 5. c. 11. In palęſtris periſtylia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti duorũ ſtadiorum habeant ambulationis circuitione. Pro eodẽ etiã legimus Periſtylũ per quatuor ſyllabas. Cic. in Orat. apud Pontifices pro domo ſua habita. In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentum pedum concupierat ampliſſimũ periſtylum, cætera eiuſmodi facile, ut omnium domos & laxitate, & dignitate ſuperaret. Varr. li. 3. de re ruſt. c. 6. Igitur teſtudo, ut periſtylum tectũ tegulis aut rete, ſit magna, in qua millia aliquot merularum, ac turdorum includi poſſint. Ex Budæo.

PERITO, as, pen. cor. (ἀπόλλυμαι, οἴχομαι) frequentatiuum à Pereo. Plaut. in Capt. Qui per uirtutem peritat, non interit.

PERITONÆVM, (περιτόναιον) membrana eſt tenuiſſima, ſed firmiſſima omnibus tum uiſceribus, tum inteſtinis reliquisq; partibus inferioris uentris circumtenſa: unde & nomẽ accepit ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι, quòd eſt circũquaq; extẽdi.

PERITVS, a, um, {Ammaeſtrato, perito, dotto} (ἐπιστήμων) nomen eſt ab antiquo uerbo Perio deriuatum, ut quidam exiſtimant: unde & compoſitum Experiri tractum eſſe iidem arbitrantur. Eſt autẽ Peritus idem ferè quod doctus: quanquam non deſunt qui Doctum eſſe, minus eſſe uelint, quàm Peritum. Nonius: Doctum, & Peritum, cum ſimile uideatur, à M. T. diſcretum eſt, ut ſit Peritũ, plus quàm Doctum. De Offic. lib. 3. Itaq; cum ſint docti à peritis, deſiſtunt facile à ſententia. Hæc Nonius. Conſtruitur aliquando cũ genitiuo. Plin. Epiſt. 22. Quàm peritus ille & priuati iuris, & publici. Aliquando cũ accuſatiuo cũ præpoſitione Ad. Ci. pro Font. Ad uſum, ad diſciplinam peritũ, ad conſilia prudentem. Aliquando cum ablatiuo cum præpoſitione De. Var. 1. de Re ruſt. c. 2. Quid agricultura Romanis peritiſſimus exiſtimatur. Hinc Perite, (ἐπιστημόνως) aduerb. Cic. 2. de Leg. Quod inſtitutum perite à Numa, poſteriorem Pontificum negligentia diſſolutum eſt. Et Peritia, tiæ, Plin. lib. 14. cap. 1. Aliæ peritia domani amplo diſcurſu atria media complentes.

PERIVCVNDVS, a, um, {Molto giocondo} Cic. ad Lentul. lib. 1. Curiẽ quid literæ tuæ, quas proxime miſeras, quod facile intellexerim, periucundæ fuerunt. Periucunde, aduerb. Cic. ad Att. lib. 13. O hoſpitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον, fuit enim periucunde.

PERIVRVS, pen. prod. {Che non oſſerua il giuramento} (ἐπίορκος) qui iuſiurandum uiolat, uel qui iurando ius peruertit. Verg. 2. Aen. Talibus inſidiis, periurią; arte Sinonis. Silius li. 16. Perfidiam fugio, & periuram ab origine gentem. Ouid. 2. Amor. Eleg. 10. Quærat auarus opes, & quæ laſſarit euodo Aequora periuro naufragus ore bibat. Periurior comparatiuum. Cic. 1. de Nat. Deo. Periurior hoc homine non eſt. Periuriſſimus, ſuperlatiuum. Plau. in Mil. Periuriſſime hominum. Cic. pro Roſc. Nam Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream.

PERIVRIVM, rij, {Giuramento falſo ſpergiuro} (ἐπιορκία) eſt iuſiurandum uiolatum, aut iuramẽtum falſum. Quid ſit ſit iuſiurandum, Cic. lib. 3. Offic. declarat, dicens, quòd ſit affirmatio religioſa. Ibidem: Regulus non debuit conditiones, pactionesq; bellicas, & hoſtiles perturbare periurio. Hinc Periurioſus, a, um, qui peierare conſueuit, quod Sallu. in Cic. dixit Periuriis delibutum. Plaut. in Truc. Procaciores eſtis uos, ſed illi periurioſi.

PERIVRO, periuras, pen. pro. {Giurare il falſo} (ἐπιορκεῖν) idem quod peiero. Plau. in Bacch. Ne periurare cura. Hora. 2. Serm. Sat. Quare Si qd eris, ſatis eſt, periuras, ſurripis, auferS Vndiq. Pla. Aſi. Vbi uerbis conceptis ſciens libẽter periurares. Hinc Periuratio, uerbale, (ἐπιορκία) Periuratiuncula, diminutiuum. Pla. in Sticho: Ac periuratiuncula para ſiticas.

PERIZOMA, ſtis, {Brache} (περίζωμα) dicitur id, quo circũcingimur, pudẽdorũ uelamen, quod à Varrone ẽt dicitur Suffibulum, à Cic. Subligaculũ. Vſus eſt hac uoce interpres Geneſeos. Fecerunt, inquit perizomata.

PERIZONIVM, nij, (περιζώνιον) palliolum præcinctum, quo nudæ uirgines infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium, & Caſtula dicitur. Sipontinus.

PERLABOR, eris, {Paſſare ſcorrendo} (διολισθαίνω) labendo tranſeo. Cic. 2. de Nat. Deo. Per quas lapſus ſanguis, ex hoc ipſo loco in eam uenam, quæ caua appellatur, confunditur: perq; eam ad cor confectus iam, coctusq; perlabitur. Ver. 1. Aen. Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur undas.

PERLÆTVS, {Molto alegro} uehementer lætus. Liu. 10. ab Vrb. Supplicatioq; perlæta fuit.

PERLATVS, {Molto largo} ualde latus: unde Perlate, aduerb. ut, Perlate patere. Cic. 2. de Ora. Idq; in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet.

PERLECEBRA, bræ, pen cor. {Carezze, luſinghe} (θέλγητρον) idem quod illecebra Pla. Aſi. Te perdã ego & filiam, Perlecebrę, pernicies, adoleſcentem exitium.

PERLEGO, gis, pe. cor. {Leggere perfettamente} (ἐπιλέγομαι, διεξέρχομαι, ἀναγινώσκω) à principio ad finẽ uſq; lego. Pla in Aſi. Lege perlege. Quin. Quod uidere non eſt ſatis, ſed perlegendũ erit. Perlegere oculis, eſt diligẽter intueri, cõtemplari. Verg. 6. Aen. Quin protinus omnem Perlegerent oculis.

PERLEPIDVS, a, um, pen. cor. {Molto piaceuole, molto gratiato} in primis lepidus. Pla. Pſeud. Euge perlepide Charine, me meo ludo tam beas.

PERLEVIS, hoc perleue, ualde leuis. Cic. pro lege Agr. An ignoratis cætera illa magnifica populi Ro. uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Liu. 4. Bel. Pun. Quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momentu ludificaretur. Idem. 1. Bel. Pun. Et inclyti populi regesq; perleui momentu uicti ſunt.

PERLIBENS, pen. cor. minime inuitus. A quo Perlibenter, aduerb. Cice. ad Att. lib. 8. Sed ut ſupra dixi, tecum perlibenter loquor. Idem de Vniuer. perlibẽter & Nigidium uidi, & cognoui Cratippum.

PERLIBERALIS, le, {Molto liberale} admodum liberalis. Ter. Hecy. Perliberalis uiſa eſt. Perliberaliter, aduerbium. Cic. ad Att. lib. 20. Hoc loco multa perliberaliter.

PERLIBRO, as, pen. pro. (διασταθμίζω, γυλαγωγέω) diligenter, ac perfecte menſurare, & ad libram æquare, ſiue æquale facere. Col. lib. 3. cap. 13. Nam ſtella, quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ foſſæ ſolum metitur, atq; perlibrat: quia ſiue pronũ, ſiue reſupinum eſt, poſitione machinæ deprehenditur. Et paulo poſt: Sic permenſum, & perlibratum opus in ſimilitudinem ueruacti ſemper procedit. Interdum accipitur Perlibrare, pro eo quod eſt, librando torquere. Silius lib. 15. Iaculum à tergo perlibrat ad oſſa.

PERLICIO, perlicis, penult. corr. perlexi, perlectum, perlicere (quod frequẽtius Pellicio dicitur euphonię cauſa) idem quod allicere, ἐφέλκειν. Liu. 4. ab Vrb. Ciboq; obiiciendo ratum uictorem finitimorum omnium populum in ſeruitutem perlici poſſe. Ibidem: Vt quo quiſque poſſet ex collegio Tribunorum ad interceſſionem perliceret. Perlectò, as, are frequentatiuum. Cice. pro Flac. Egẽtes & leues, ſpe legationis, & uiatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

PERLIGO, perligas, pen. cor. {Conſtringere} (διαδέω) conſtringo. Pla. Bacc. O perligatum pectus.

PERLINIO, perlinis, pen. co. perliniui, perlinitum, perlinire, (διαχρίειν, διαλείφειν) totũ oblinire. Colu. lib. 9. cap. 9. Protinus cuſtos nouum loculamentũ in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

PERLINO, perlinis, perliui, perlitus, uel perleui, penul. produ. idem quod perlinio. Columel. lib. 7. capit. 5. Mox ulcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Perlitus, a, um, pen. cor. participium, κατάχριστος. Plau. Caſi. Seuecta ætate unguẽtis perlitus ignaue incedis. Apul. lib. 1. Et oleo perlitus.

PERLITO, as, pe. co. perfecte lito, ſacrificio facto deos placo, uotũq; impetro. Gel. lib. 1. cap. 7. ex Valerio Annate: Si hæ res diuinæ factæ, riteq; perlitatę eſſent, Aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. Liui. 7. ab Vrb Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet.

PERLONGVS, a, um, {Molto longo} Ci. ad Att. lib. 5. Perlonga, & non ſatis tuta uia. Pla. Trinum. Nunc ſi opperiri uis aduentum Charmidis, Perlongum eſt. Quaſi dicat, diu tibi expectandum eſt. Perlonge, aduerb. Ter. Eun. Perlonge eſt, ſed tanto ocyus properemus. Id eſt, longius diſtat.

PERLONGINQVVS, a, um, ualde longinquus. Plau Bacch. Non tibi uenit in, mẽtem amabo, ſi dum uiuas, tibi benefacias, Iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum.

PERLVBET, pen. cor. uehementer lubet. Plau. Capt. Perlubet hunc hominem colloqui. Hoc eſt, uehementer cupio hunc alloqui. Perlubens, pen. cor. participiũ aut nomen ex participio. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Sed hoc incommodum conſolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, cæteri conciduntur.

PERLVCEO, perluces pen. pro. perluxi, perlucere, {Tralucere} (διαφαίνειν) translucere, & lucem per medium ſui tranſmittere. Plin. libro 10. cap. 54. Si contra lumen cacumine ouorũ apprehenſo una manu, purus & unius modi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe. Mart. li. 2. Sic tua ſuppoſitis perlucẽt per

la lacemis. Vſitatius tamen pro eodem dicimus Pelluceo, r, in l, commutato euphoniæ cauſa.

PERLVCIDVS, a, um, & Pellucidus, {Lucido, chiaro} (διαφανής) à Perluceo uel, Pelluceo, per mutationem r, in l, ſicut Perluo, & Pelluo, Perlicio, & Pellicio. Eſt autem Perlucidum idem quod tranſlucidum, quo ſcilicet per medium ſui lucem tranſmittit: ut aqua, laterna, uitrum. Colu. lib. 11. cap. 2. Quidam cum coloratas, & perlucidas uuas animaduertiſſent, &c. Mart. lib. 12. Crine nitens, niger unguento perlucidus oſtro. Ouid. Epiſt. 21. Eſt nitidus, uitroque magis perlucidus amnis. Membranæ oculorum perlucidæ: Cic. 2. de Nat. deor. Ouid. 3. Metam. Fons ſonat a dextra tenuis, perlucidus undæ. Horat. 1. Car. Ode 18. Arcaniq; fides prodiga perlucidior uitro. Perlucidulus, a, diminutiuum. Catullus in Rufum. epig. 64. Non ſi illam raræ labefactes munere ueſtis, Aut perlucidulì delicijs lapidis.

PERLVCTVOSVS, a, um, ualde luctuoſus. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Serrani domeſtici filij funus perluctuoſum.

PERLVDO, is, pen. pro. {Giuocare, ſcherzare} (παίζω) idem quod ludo. Propert. lib. 4. Eleg. 4. Vidit arenoſis Tatium perludere campis, Pictaq; per flauas arma leuare iubas.

PERLVO, {Lauare molto} (ἀπολούω) multum lauo. Col li. 6. ca. 8. Tum uino perlututos. Ouid. 4. Meta. Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus. Hora. 1. Epiſt. 15. Gelida cum perluet unda Per medium frigus. Perlutus, a, um, particip. Col lib. 9. cap. 16. Expreſſæ fauorum reliquiæ poſteaquam diligẽter, aqua dulci perlutæ ſunt in uas æneum conijciuntur.

PERLVSTRO, as, (καταςκοπεύομαι) diligenter luſtro peragrando reſpicio. Liu. 7. ab Vrb. Perluſtrauitq; hoſtium agros, nulla arma, nullam uim, nec apertam, nec inſidias expertus. Transfertur & ad animum. Cic. in Part. Huius igitur materiæ ad argumentum ſubiectæ perluſtrandæ animo partes erunt omnes & ad id quod agitur, ex ſingulis coniectura capienda.

PERMACER, cra, crum, pen. pro. {Molto magro} ualde macer. Plin. lib. 18. ca. 6. Omnis creta coquit, niſi permacra.

PERMADEO, permades, pe. cor {Eſſere tutta humido} (διυγραίνομαι) totus madeo, unde Permadeſco, totus madidus fio. Col lib. 2. ca. 19. Quod ſi permaduit, inutile eſt udum mouere. Mart. lib. 5. Et effuſo permaduiſſe croco. Col. li. 2. ca. 4. Niſi ſi magnus (ut fit nonnunquam) ac ſubitaneis imbribus, quiſ hybernis fluuiis terra permaduerit.

PERMAGNVS, a, um, {Molto grande} ingens, ualde magnus. Cic. 2. de Fini. Fieri tamen permagna acceſſio poteſt, &c. Idem 5. Verr. Quid? tu iſta permagno æſtimas. Teren. Heau. Si certum eſt tibi Sic facere, illud permagni referre arbitror, Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.

PERMANEO, permanes, pen. cor. {Durare, perſeuerare} (διαμένω, παραμένω, διαμένειν, καταμένειν) uſq; ad finem maneo. Plin. Iunior: Tunc demum lente, cunctanterq; ueniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt. Cic. de Amic. Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Oui. 14. Met. Contemptæ munere Phœbi, Innuba permaneo. Per tranſlationẽ ponitur pro perſeuerare. Ter. in Hecy. Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tamẽ permãſit diu. Cæſ. 8. Bel. Gal. Soluiſq; ex Heduis ad id tempus permanſerat in armis. Hinc Permanſio. Cic. Lentulo lib. 1. Epiſt. Nunquam præſtantibus in Rep. gubernãda uiris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio.

PERMANO, as, pen. pro. (καταρρέω) manando penetro, uel peruenio, & habet hoc poſt ſe accuſatiuum, cum aliqua harum præpoſitionem Ad, uel In. Cic. lib. 1. de Nat. Deo. Nec eſt, quod ab his ad hominum uitam permanare poſſit. Idem 3. Tuſc. Nam quã eſt concupita pecunia, nec adhibita cõtinuo ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quæ ſanaret eam cupiditatẽ, permanat in uenas & inhæret in uiſceribus illud malum. Id eſt, deſcendit & penetrat. Idem 2. de Orat. Vt ad eorũ mentes, apud quos agitur, mouendas permanere poſſint. Luc. lib. 3. Permanare animam nobis per membra ſolere. Plau. in Capt. ſacta longiuſcula tranſlatione poſuit pro diuulgari. Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant, ne'ue permanet palàm hæc noſtra fallacia. Teren. Adel. Ne ſi magis irritatus ſiet, Aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim. Id eſt ne patri reſciſcat. Permanans, tis, participium. Cic. 3. Tuſcu. Concluſiunculæ non permanentes ad ſenſus. Permanenter, aduerbium. Luc. lib. 6. Vſqueadeo permanenter uis peruale t cæca. De magnete. Permaneſco, is, Plau. Trin. Id ſolus, ſolum per amicitiam, & per fidem flens obſecrauit, Suo ne gnato crederem neve cuiquam unde ad eum id poſſet permaneſcere. Id eſt, unde poſſet reſciſcere.

PERMATVRESCO, is, {Diuenir perfettamente matura} prorſus maturus fio. Col. lib 2. c. 10 Et hoc quidem ſemen Ciliciæ Syriæq; regionibus ipſe uidimus menſe Iunio Iulioq; conſeri, & per Autumnum, cum permaturuerit, tolli. Oui. 4. Met. Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater.

PERMEO, as, aie, {Paſſare, penetrare} (διαδύω) tranſeo, penetro, peragro, Ci. 4. Aca. Erit perſuaſum etiam Solem, Lunam, Stellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quædã animalis intelligẽtia per omnia ea permeet & tranſeat. Oui. 4. de Ponto, Eleg. 11. Dum tua peruenit, dum littora noſtra recurrens Tot maria, & terras permeat, annus abit. Pli. lib. 31. cap. 5. Quoniam Alpheus in ea inſula ſub ima maria permeet.

PERMESSVS, (πέρμησσος) fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens, Phœbo, & Muſis ſacer, & iuxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teſte Strabo. lib. 9. Verg. in Sileno: tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permeſſis, idis, uel idos. Mart. li. 1. Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permeſſidos unda?

PERMETIOR, permetiris, {Miſurare} (διαμετρέω) idẽ quod ſimplex metior. Ci. 4. Acad. Vos ergo huius magnitudinem quaſi decempeda permenſi reſertis Li. 5. Bel. Pun. Simul altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat permenſus. Verg. 3. Aen. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. Iter durum permenſus, Statius 1. Syl. Permenſus paſſiuum. Col lib. 3. ca. 13. Sic permenſum & perlibratum in ſimilitudinem uetuacti ſemper procedit.

PERMETVO, is, {Temere molto} ualde metuo. Verg. 2. Aen. Et pœnas Danaum, & deſerti coniugis iras Permetuens.

PERMINVTVS, a, um, pen, pro {Molto minuto} ualde exiguus. Cic. 1. Tuſc. Vt omnia præterea, quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua, & perminuta uideantur.

PERMIRVS, a, um, {Da marauigliarſene molto, marauiglioſo.} magnopere admirandus. Cic. 2. de Diuin. Vt mihi permirum uideatur, quenquã extare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie uideat. Cic. ad Appia li. 3 Illud uero permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente.

PERMISCEO, es, {Meſcere, meſchiare} (μετταμίγνυμι) miſcendo cõfundo. Cic. 4. Verr. Non modo illa quę erant ætatis, ordinis, quæſtusq; permiſcuit, ſed etiam in his duobus generibus ciuium nouorũ, ueterumq;, delectum, ordinẽq; turbauit. Idem in Orat. Ego autem ſentio omnes in oratione quaſi permiſtos & confuſos pedes. Permiſtus, a, um, participium. Cic. 1. de Diuin. Sic animi hominum, cum aut ſomno ſoluti uacant corpore, aut mente permoti per ſe ipſi liberi incitati mouẽtur, cernunt ea quæ permiſti cum corpore animi uidere non poſſunt. Permiſte, aduerb. Cic. 1. de Inuen. Paucitas in partitione ſeruatur, ſi genera ipſa rerum ponũtur, neq; permiſte cum partibus implicẽtur. Permiſtio onis. Cic de uniuer. In qua omnẽ animum uniuerſæ naturæ temperans permiſcebat ſuperiorisq; permiſtionis reliquias fundens æquabat.

PERMITIS, te, pen. pro. ualde mite & perfecte maturum ſignificat Colu. li. 12. ca. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica uocantur, & ſorba non permitia diuiſa exemptis ſeminibus.

PERMITTO, is, {Permettere, concedere} (ἐάω) ſino, concedo, tolero. Ci. Tuſ. præclare id quidem, qui & amico permiſerit, & ſe oſtenderit de hoc toto genere nihil laborare. Interdum dedo, ἐπιτρέπω παραδίδωμι, ἐνδίδωμι, ἑαυτὸν παραδιδωμι. Curt. li. 1. Sexaginta dierum inducias pacti, ut niſi intra eos auxilium Darius ipſe miſiſſet, deberent urbem: poſtquam nihil inde præſidij mittebatur, ad præſtitutum diem permiſere ſe regi. Et in hac ſignificatione dicimus, Permittere ſe fidei alicuius, & Permittere ſe in fidẽ. Cæſ. 2. Bel. Gal. Se ſuaq; omnia in fidem, atque poteſtatem Pop. Rom. permittere. Liu. 7. ab Vrb. Nos ipſos, noſtraq; omnia, cognitæ permittimus fidei. Interdum immitto, incito, ἐφίημι. Liu. lib. 3. ab Vrb. Concitant equos permittuntq; in hoſtem. Siſenna lib. 3. apud Nonium. Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. Interdum præcipito, ῥίπτω. Idem li. 4. Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. Interdum committo. Sallu. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur. Idem: M. Petreio legato exercitũ permittit. Eſt etiam Permittere idem quod tranſmittere Col. lib 8. ca. 8. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti. Permittitur: Impersonale. Pli. lib. 4. cap. 14. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ. Permiſſus, a, um, participium. Cic. Planco, in Epi. ad Atti. lib. 16. Quibus & lege & Senatuſconſulto permiſſum erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerent. Luca lib. 2. Pontifices ſacri, quibus eſt permiſſa poteſtas. Permiſſus, us, nomen, in ſingulari num. quartæ declinationis, in pluali ſecundæ, Permiſſa, orum. Cic. 1. Offic. Cum enim Annibalis permiſſu exiſſet, è caſtris, rediit paulo poſt. Tacitus lib. 2. Vetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus. Permiſſio, onis, idem quod permiſſus, us. Liu. 7. Bel. Maced. Aut ex ſumma pecuniæ demerent, aut permiſſionem extra eiuium corpora fieri iuberent. Ad Heren. lib. 3. Plus ualet permiſſione ſanctio. Eſt & Permiſſio figura rhetorum, de qua lib. 4. ad Heren.

PERMODESTVS, a, um, {Molto modeſto} admodum modeſtus. Tacit. li. 1. Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto. Ci. ad Att. li. 4. Satis enim acutus, & permodeſtus, ac bonæ frugi.

PERMODICVS, a, um, {Molto poco} unde permodice, aduerb. Col. lib. 5. ca. 31. Permodice findito. Hoc eſt, ualde parum.

PERMOLESTVS, a, um, {Molto moleſta} uehementer moleſtus. Ci. ad Att. lib. 1. Atque hic nolo. n. te permoueri) non ſunt permoleſti: ſed tamen inſidẽt & urgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt. Permoleſte, aduerbium. Cic. ad Att. li. 15. De Pletorio uicino tuo permoleſte tuli, quenquam prius audiſſe, quam me.

PERMOVEO, permoues, pen. cor. {Mouere grandemente} (ἐξάγω) uehementer mouere. Cic. 5. Verr. Quod ſi quis ſociorum incommodis animus mouetur, ſi quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, ſuſpendia denique non permouẽt. Cæſ. 1. Belli Gall. His rebus adducti, & auctoritate Orgetorigis permoti, conſtituerũt ea, quæ ad proficiſcendũ pertinẽt, comparare. Ci. in Orat. Miſeratione mens iudicum permouenda eſt. Permotus mente, ἐκστατικός) quaſi de mente remotus, pro inſano. Cic. 1. de Diui. Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis. Permotio, onis, uerbale. Cice. 4. Acad. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem uolebant eſſe quendam modum.

PERMVLCEO, es, {Mitigare, ammollire} (καταψάω, καταψηλαφάω) lenio, mollio, mitigo, leniter attrecto. Cic. Concione Metelli permulſa atque recreata. Sall. li. 4 hiſto. Dein lenita iam ira, poſtea die liberalibus uerbis permulcti ſunt. Cic. de Sene Præterita enim ætas, quamuis longa, cum efflu xiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. Oui. 4. Faſt. Terq; manu permulſit eum, tria carmina dixit. Ci. in Ora. Sonus & numerus permulcent aures.

PERMVLTVS, a, um, {Molto, aſſai} ualde multum. Cic. 4. Acad. Ad has uiſiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat. Hora. 1. Sermo. Saty. 5. Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus. Permulto, aduerbiũ. Ci. 2. de Diuin. Præſertim cum Chryſippus Academicos refellens, permulto clariora, & certiora eſſe dicat quæ uigilantibus uideantur, quam quæ ſomniantibus. Permultum aliud aduerbium. Cic. 1. Offi. Sed in omni iuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis eſt, & ad tempus, an cõſulto, & cogitato fiat, iniuria.

PERMVNDVS, a, um, {Molto mondo} Varr. 3. de Re ruſt. ca. 7. Permundæ ſunt enim hæ uolucres. De columbis.

PERMVNIO, is, penu. pro. {Fortificare} (κατοχυρόω) ualde munio, aut abſoluo quod munire inceperam. Liu. 10. Bel. Pun. Et quæ monumenta inchoauerat, permunijt. Tacit. lib. 5. Locorumq; opportuna permuniuit. Permunitus, a, um, participium Liu. 7 ab Vrb. Priuernatea cum ante mœnia ſua caſtris permunitis conſediſſent, uocatis ad concionem militibus, &c.

PERMVTO, as, penult. produ. {Mutare, permutare} (ἀντιλλάττομαι) idem quod ſimplex muto. Cice. in Catil. Si Catilina ſententiam permutauerit. Idem 1. Offic. Effectumq;, ut dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egeremus. Permutare pecuniam, eſt curare, ut per trapezitam

aut

aut argentarium alio in loco reddatur. Cic. lib. 1. Epiſt. Ait ſe curaſſe, ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Permutare Rempub. pro perturbare. Ci. 3. de Legib. C. uero Gracchus ruinis & emiſſitiis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues, nonne omnem Reipu. ſtatum permutauit? Feſtus ita diſtinguit inter commutare, & Permutare, ut permutari proprie id dicatur, quod ex alio loco in alium trāſfertur: commutari uero, cum aliud pro alio ſubſtituitur: quam tamen differentiam fatetur etiam ſua ætate ſuiſſe confuſam. Legitur interdum Permutare, pro emere. Plin. lib. 31. cap. 8. Singulis millibus nummum permutantibus congios pene binos. Idem lib. 9. c. 55. Qui cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero murænarum mutuo appendit: nam permutare quidem pretio noluit, alia've merce. Permutatio, onis, Ci. in Parad. Quanti eſt æſtimanda uirtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt: neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur.

PERNA, æ, à pede, uel à Græco (πέρνα) {Preſciutti} dicuntur autem Pernæ tā priores, quā poſteriores coxæ porcinæ, ſalitæ, cum toto pede: quas Mart. Petaſones appellat. Pli. lib. 8. ca. 51. Caſtrantur fœminæ ſic quoque, ut camels, poſt biduí inediam ſuſpenſæ pernis prioribus. Apud Antiquos teſtibus Nonio & Feſto, Perna pedē ſignificabat: (quo uocabulo Hiſpani nūc uulgo utuntur:) Vnde & Coperones dicuntur, qui longis ſunt pedibus, genibusque plus æquo coniuncti. Ab huius pernæ ſimilitudine, piſcis quoque genus Perna, dicitur, ex cōcharum genere, circa Ponticas inſulas frequētiſſimū, quod ſtet ueluti ſuillo crure lōgo in arena defixus. Vide Plin. lib. 32. cap. 11.

PERNAVIGO, as, (διαπλέω) eſt per totum aliquem tractum nauigare. Pli. lib. 2. ca. 67. Sub eodem ſidere pars tota uergens in Caſpium mare pernauigata eſt Macedonum armis.

PERNECESSARIVS, a, um, {Molto neceſſario} (ἀναγκαῖος ἐπιτήδειος) admodum neceſſarius: ut, Tempus pernecceſſarium, quo maxime oportet aliquid fieri. Cic. ad Att. lib. 5. Non eſſe Romæ meo tempore perneceſſario, ſub moleſte fero. Perneceſſarius (ὁ προσήκων, ὁ ἐπιτήδειος) ualde coniunctus, & propinquus. Cic. pro Flac. Contendiſſe à Lælio paterno amico, ac perneceſſario, ut hunc hoc iudicio arceſſeret.

PERNEGO, as, pen. cor. {Negare al tutto} (ἀπαρνέομαι) uehementer, uel omnino negare. Terent. in Prolo. Eun. Sed eas fabulas factas prius Latinas ſcîſſe ſe, id uero pernegat. Pla. Menæ. Hercle opinor pernegari non poteſt. Tibul. li. 1. Eleg. 6. Sic etiam de me pernegat illa uiro. Pernegatur, impersonale. Cic. 6. Verr. Itaque illo tempore, ac primo iſtius aduentu pernegatur.

PERNICIABILIS, (ὀλέθριος) ad necem omnia ducens. Quintus Curtius lib. 7. Multos exanimauit rigor niuis inſolitus, multorū exuſſit pedes, plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit. Tacit. li. 4. Id perniciabile reo.

PERNICIALIS, {Ch'apporta morte, rouina} (ὀλέθριος) quod perniciē affert. Pli. lib. 24. ca. 1. Pernicialis & braſſicæ cum uite odia. Perniciales morbi, exitiales. Liu. 7. Bel. Pun. Eo anno peſtilentia grauis incidit per urbem agrosque: quæ tamen magis in longo morbos, quā perniciales euaſit. Plin. lib. 25. ca. 18. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

PERNICIES, ei, {Morte, rouina} (ὄλεθρος) mors, exitium, à Perneco, as, Neco autem à Nex necis. Nonius: Pernicies, periculum, exitium. Teren. in Adel. Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium. Hinc perniciosus, a, um, (ὀλέθριος) pro mortifero, & perniciem afferente. Cic. 1. de Inuent. Is mutalis filis perniciosus ciuis patriæ alitur. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Obſequium uentris mihi perniciosus eſt cur? Hinc Perniciose, aduerb. damnose, exitialiter. Pli. li. 19. cap. 22. Sic perniciosè luxuriat. Cic. de Leg. Quo perniciosius de Rep. merentur uitioſi principes, quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem.

PERNICITAS, {Velocità} (ὠκύτης) uelocitas. Plin. lib. 7. cap. 2. Alibi cauda uilloſa homines naſci pernicitatis eximiæ. Liu. 9. ab Vrb. Pernicitas pedum merat, quæ cognomen etiam dedit. Taci. lib. 18. Adempta equorū pernicitate.

PERNIGER, gra, grum, adiect. pe. co. {Molto nero} ualde nigrum. Pla. Pœn. Specie uenuſta, ore paruo atque oculis pernigris.

PERNIMIVM, {Aſſai, molto} aduerb. nimio plus ſatis. Teren. Adelph. Nimium inter uos, Demea, (Ac non, quia ades præſens, dico hoc) pernimium intereſt.

PERNIO, onis. {Spernoaglia, buganza} (χίμετλον) morbus pedū ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infeſtans præcipue. Pli. lib. 20. cap. 3. Rapum domeſticum perniones feruens impoſitum ſanat, et crudum tuſum cum ſale prodeſt cuicunque uitio pedum: Huius diminutiuum eſt Perniunculus. Idem li. 26. cap. 12. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

PERNIX, nicis, pen. pro. à Pernitor, tis, {Laborioſo} (πολύπονος, ἐπίπονος, ὑπομονητικός) laborioſus, qui multum nititur, & diu in re aliqua perſeuerat. Ver. 3. Georg. Et inter Dura iacet pernix in ſtrato ſaxa cubili. Hora libro. 2. Carm. Pernicis uxor Appuli. Aliquando ſumitur pro celeri. Verg. li. 4. Aen. Pedibus celerem, & pernicibus alis. Hinc perniciter, aduerb. Pli. lib. 8. cap. 14. Vt ſuperuolantes quamuis alte, perniciterque, alites hauſtu raptas abſorbeant. Liu. 6. bel. Pun. Et uelit poſt ſeſe, & deſilire perniciter. ubi datum ſignum eſſet.

PERNOBILIS, le, {Molto nobile} Cicer. 6. Verr. Nam tum ipſa ſuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile in ſcriſum habuit in baſi.

PERNOCTO, as, {Star di notte} (διανυκτερεύω, παννυχίζω) noctem totam aliquo in loco trāſigo, ſiue uigilando, ſiue dormiendo, ſiue aliud quid operis faciendo. Teren. in Adelph. Sed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam ÿ Sre? Idem in Hecy. Nam negabas, nuptam filiam te tuam poſſe pati cum eo, qui meretricem amaret, & pernoctaret foris. Cic. pro Clu. Quum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret. id eſt, per totam noctem moraretur. Idem pro Domo ſua: Propter inopiam tecti in foro pernoctans. id eſt dormiens, ſiue per totam noctem morans. Pompon. Pernoctare extra urbem dicitur, qui nulla parte noctis in urbe ſit. Eſt & Abnocto, quod ſignificat per noctem, ſiue noctu abſum: de quo uide ſupra ſuo loco.

PERNOSCO, is, {Conoſcere perfettamente} perfecte noſco. Pla. Merc. Vbique amici qui infideles ſient, nequeas pernoſcere. Teren. And. Non ſatis me pernoſti etiam, qualis ſim, Simo. Ci. de Fato: Qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere. Horat. 2. Serm. Sat. 4. Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere iuris Naturam.

PERNOTESCO, is, ere, unde Pernotuit impersonale, pro perfecte & certo cognitum eſt. Tacit. lib. 14. Atque ubi incolumem eſſe pernotuit.

PERNOX, huius Pernoctis, {Che dura tutta la notte} (πάννυχος) generis omnis, per totam noctem durans: unde Pernox uigilia dicitur quæ per totā noctem continuatur. Gel. lib. 2. cap. 1. Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu perdius, atque pernox à ſummo lucis ortu, ad ſolem alterum orientem incōmotus, immobilis, iiſdem in ueſtigiis, & ore, atque oculis eundem in locū directis, cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis, atque animi facto à corpore. Sic Luna pernox dicitur, cum per totam noctem lucet. Plin. lib. 2. cap. 9. Creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuiſa, modo ſinuata in orbem, maculoſa, eademque ſubito prænitens, immenſa orbe pleno, ac repente nulla, alias pernox, alias ſera, & parte diei lucem Solis adiuuans, deficiens, & in defectu, tamen conſpicua. Liu. li. 5. ab Vrb. prœliumque ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt, & haud incertius diurno prœliō fuit. Hinc Pernocto: de quo ſupra.

PERNVMERO, as, are, {Annouerare} (καταριθμέομαι) numero recenſere. Pla. Epid. Age age abſolui, atque argentum numera, ne comites morer. 5. Pernumeratum eſt. Catul. ad Lesbiam, epigr. 7. Quæ nec pernumerare curioſi poſſint. Liu. 8. Bel. Pun. Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent. Idem 6. ab Vrb. Sortem aliam ſorte, de capite deducite, quod uſuris pernumeratum eſt: iam nihilo mea turba quam illius conſpectior erit.

PERO, onis, {Borſega} (ἐμβάς) genus calceamenti ruſtici ex corio crudo, contra niues, imbresque, & frigora. Iuuen. Saty. 14. Quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Verg. lib. 7. priſcos Latinos perone in bellis uſos oſtendit, quū inquit: Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero. Budæus: Perones, ſibi alia ſūt laxa quibus noſtrates ruſtici utuntur, ſic dicta ut arbitror, quod peræ modo ſint informia. Peram autem ueteres appellabant ſacculum ex aluta, à collo ad lumbos dependentem, Vulgus Gallicum Gueſtras uocat, ſiue Trique houſas. Peronatus, a, um, peronibus calceatus. Perſius Sa. 11. Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

PERO, us, (πηρώ) Nelei filia ex Chlori de filia Amphionis, ſoror Neſtoris & Periclymeni, eximia pulchritudine, quam cum multi certatim proci uxorem ſibi depoſcerent, Neleus, qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule diſſidebat, negauit ſe cuipiam illam deſponſurum, niſi prius boues Herculis abactos ad ſe adduxiſſet. Vide Homerum. 11. Odyſſ.

PEROBSCVRVS, a, um, {Molto oſcuro} ualde obſcurus. Cice. 1. de Natu. deo. Tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) & perobſcura quæſtio eſt, de natura deorum.

PERODIOSVS, a, um, {Molto odioſo} ualde odioſus. Ci. ad Att. lib. 10. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam.

PEROLEO, peroles, pen. cor. ualde oleo. Lucil. lib. 30. Quis totum ſic corpus iam peroleſſe biſulcis.

PEROPPORTVNVS, a, um, pen. pro. {Molto opportuno} ualde opportunus. Cic. 2. de Orat. Sed tamen deſſeſſus iam labore, atque itinere diſputationis meæ requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio. Peropportune, aduerb. Ci. 7. Ver. Peropportune fortuna te obtulit. Liui. 1. ab Vr. Peropportune ad præſentis quietem ſtatus, &c.

PEROPVS EST, pro ualde opus. Ter. in Aud. Sed nūc peropus eſt aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.

PERORIGA, æ, dicitur quo adiuuante equa alligata equum citius admittit. Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 7. Peroriga enim appellatur, quiſquis admittit: eo. n. adiutā te equa alligata celerius admittit, neque equi fruſtra cupiditate impulſi ſemen eiiciunt. Et paulo poſt: Cum equus matrem ut ſaliret adduci non poſſet, & cum capite obuoluto peroriga adduxiſſet & coepiſſet matrem inire, cum deſcendenti uelum dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac morſicus interfecit.

PERORNO, as, {Ornare molto} ualde orno. Tacit. libr. 16. Detraheret potius ſenatui, quem perornauiſſet, infamiam tanti flagitii. Perornatus, pen. pro. participium, ſeu nomen ex participio. Cic. de Clar. Orat. Craſſus in dicendo & perornatus & breuis.

PERORO, as, {Conchiudere. Per. Ciaſcun per ſe conchiude} (ἐπιλέγω) finio orationem, & epilogum impono. Compoſitum eſt ab Oro, quod ſignificat dico, uel orationem habeo. Cic. pro Quintio: Hæc tria cum docuero, perorabo. Idem 4. Acad. Quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum. Idem 2. de Orat. Alii iubent antequam peroretur, ornandi aut agendi cauſa digredi, deinde concludere ac perorare. Perorare orationem, pro finire alicuius libri ſermonem, & cū uſque ad finem ducere ſine ulla interruptione. Cic. 2. de Legib. Video Platonem idem feciſſe, omnemque orationem eius de Legibus peroratam eſſe uno æſtiuo die. Id eſt, dialogum totum die uno æſtiuo peractum, inquit Budæus Cice. pro Quin. Quæritur, priore patrono cauſam defendente, nunquam perorari potuiſſe. Vnde Peroratio (ἐπίλογος) dicitur finis & concluſio orationis. Cic. de Clar. Orat. Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur. Quint. lib. 4. ca. 6. An cum ille, qui plerique perorationibus petitur, fletus erumpit, non palam dicta ſententia eſt? Sed quia in hac parte utimur plerunque affectibus, ideo uſurpamus Perorare, pro eo quod eſt affectus commouere, ἰδιοπαθεῖν Quint. 6. Declam. At iſta legem recitat, & in cadauere filii perorat: id eſt, indignationem cōmouet. Perorare igitur aliquando abſolute, id eſt, ſine caſu ponitur, ut ſupra patuit: aliquando accuſatiuo iungitur: ut, Perorare orationem: Perorare cauſam aliquam. Cic. pro Quintio: Mihi perdifficile eſſe contra tales oratores non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino uerbum facere conari. Aliquando accuſatiuum habet cum præpoſitione In. Plin. lib. 2. ca. 1. Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiluit, delentem cūcta maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem. Perorare rem aliquam, interdum eſt eam in peroratione tractare, & de ea dicere. Ci. 5. Verr. De qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

PERORSI, Pli. li. 5. ca. 8. Populi Aethiopum, in fine Mauritaniæ: qui ut idē teſtatur lib. 7. cap. 33. quadrupedum ferarum modo uagi ſunt, earumque uiſceribus ueſcuntur.

PEROSVS, a, um, pen. pro. {*C'ha in odio*} (ἀπεχθανόμενος) ex Per, & Oſus. Oſus autem participium eſſe puto uerbi Odio, pro quo defectiuum Odi manſit in uſu. Nam ſicut à Prandeo, Pranſus ſum, quum tamen, & Prandi dicamus, ita & Oſus ſum ab Odio capimus, cuius loco nunc in uſu eſt Odi præſentis, & præteriti perfecti temporis. Teren. in Adel. Et illud rus nulla alia cauſa tam male, odi, niſi quia prope eſt. Plaut. in Capt. Odi ego aurum, multa multis ſæpe perſuaſit perperam. Sunt autem Oſus, Exoſus, & Peroſus, actiuæ ſignificationis participia: quod oſtendit Oſurus participium futuri temporis. Feſtus: Oſi ſunt: ab Odio declinaſſe antiquos, teſtis C. Gracchus, in ea oratione quæ eſt de lege Minutia, quum ait: Mirum ſi quid his iniuriæ fit, ſemper eos oſi ſunt.
Quod nunc quoque cum præpoſitione datum frequens eſt, quum dicimus, Peroſi. Hactenus Feſtus. Col. lib. 10. Neq; ea curatorem fraudulentum tantũ, ſed etiam immundam ſegnitiem peroſa eſt. Quint. lib. 5. Qui modo legitimam diſciplinam non ſint peroſi. Plau. in Amph. ſimplici uſus eſt, Inimicos ſemper oſa ſum. Hinc deducitur uerbale Oſor, qui rem aliquam odio proſequitur. Pla. in Aſi. Madidum, nihil continentem, atque oſorem uxoris ſuæ. Exoſus eiuſdem ſignificationis. Verg. lib. 5. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad unũ Troianos.

PERPACO, as, pen. pro. {*Placare, far tranquillo*} (εἰρηνοποιῶ, γαληνίζω) tranquillum & pacatũ reddo. Liu. 6. Belli Maced. Paucosq; per dies omnibus perpacatis, ſine ullius noxa, &c. Pli. de uiris illuſtr. M. Cirius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos uſq; ad mare ſuperum perpacauit.

PERPARCE, {*Molto parcamente*} aduerbium. Teren. in And. Et quod dicendum hic ſiet, Tu quoq; perparce nimium.

PERPARVM, pen. cor. {*Molto poco*} aduerbium. Cic. 5. Ver. Perparum ex illis magnis lucris ad ſeſe peruenire.

PERPARVVS, a, um, {*Molto picciola*} admodum paruus. Cic. 1. de Legib.
Quæ & cum adſunt perparua ſunt: & quandiu affutura ſint, certum ſciri nullo modo poteſt. Lucr. lib. 3. Ergo animam totam perparuis eſſe neceſſe eſt Seminibus nexam per uenas, uiſcera, neruos. Perparuulus diminutiuum. Cic. 6. Verr. Duo tamen ſigilla perparuula tollunt.

PERPAVCVS, a, um, {*Molto poco*} minime multus. Teren. Eun. Imo ſic homo eſt Perpaucorum hominum. Cic. 4. Acad. Erat quidem, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicus. Perpauculus, diminutiuum. Cic. 1. de Legib. Deduxitq; in Academiam perpauculis paſſibus.

PERPAVEFACIO, is, {*Spaſimare molto*} pauorem incutio, & ualde pauefacio. Plautus Sticho: Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

PERPAVLVM, aduerbium, {*Molto poco*} ex Per, & Paulum quod à Parũ deriuatur. Ci. 1. de Fin. Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil poſſet fieri minus. Perpaululum, diminutiuum. Cic. 2. de Orat. Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum eſt arti. Perpauxillum, aliud diminutiuum. Plau. Capt. Sed ſi pauxillum potes Cõtentus eſſe. E. næ, perpauxillum modo.

PERPAVPER, ra, rum, {*Molto povero*} ualde pauper. Cic. ad Attic. lib. 6. de Ariobarzane: Erat enim perpauper.

PERPELLO, is, {*Indurre, ſpingere, sforzare*} (ἐπάγω) induco, impello, cogo. Pla. Bacch. Callidis dolis compuli & perpuli, mihi omnia ut crederet. Teren. in And. Suadere, orare uſque adeo, donec perpulit. Liu. li. 1. Incenſam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret. Idem 2. ab Vrb. Nec tamẽ perpelli potuere, ut acie dimicarent.

PERPENDICVLARIS, re, (κάθετος) Geometræ uocant, quod ex ſuperiore loco in inferiorem dimittitur, ea rectitudine, qua plumbum propendet ex perpendiculo. Vnde radios Solis perpendiculares habere dicuntur, qui Solẽ habent recte ſupra caput imminentem.

PERPENDICVLVM, li, {*Archipenzolo*} (κάθετος) inſtrumentum fabri materiarij, ſeu cæmentarij, quo plumbo à filo & gnomone pẽdente, rectitudo, ſeu obliquitas operis perpenditur, id eſt, examinatur. Aſconius: Perpendiculum linea laterum æqualitatem à ſummo ad imum altitudine probans. Vitru. lib. 7. Longitudines ad regulam, & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. Cic. 2. Acad. ut citat Nonius: Atqui ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus, teſte. Plin. lib. 7. cap. 57.

PERPENDO, dis, {*Conſiderare con diligenza*} (ἐξετάζω, σταθμῶμαι) probe examino, diligenter conſidero. Cic. pro Muræ. Hæc omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas, recta ſunt: ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta uelis, reperientur prauiſſima. Iudicio acri perpendere. Lucr. lib. 2. Perpenſus, participium. Col. lib. 3. ca. 3. Vt ante perpenſum & exploratum habeamus, an locupletet patrem familias uinearum cultus.

PERPENSA, (βάκχαρις Dioſcoridi) herba, quæ à nonnullis uocatur Bacchar. Plin. li. 21. c. 6. Bacchar in medicinæ uſu eſt. Aliqui ex noſtris Perpenſam uocant. Auxiliatur contra ſerpentes, capitis dolores, feruoresq;.

PERPENSE, {*Ponderatamente*} (ἐξεταζομένως) aduerbium, ſignificat examinate, ponderate.

PERPERAM, pen. cor. {*Malamente*} (κακῶς, πονήρως) aduerbium, ſignificat præpoſtere, praue, peruerſe, corrupte, iniuſte. Plau. Qui me ſemper agit perperam. Recte & perperam, contraria. Cic. pro Cecin. Seu recte, ſeu perperam facere cœperunt.

PERPERVS, a, um, pen. cor. {*Ignorante, rozzo*} (πέρπερος) teſte Nonio, idẽ quod indoctus, ſtultus, rudis, inſulſus: ſeu, ut alij interpretantur, procax, temerarius, præceps, ut etiam leuis & inconſtans. Accius in Pragmat. apud eundem Nonium: Deſcribere eum moror perperos populares.

PERPERITVDO, inis, {*Maluagita, rozzezza*} (περπερεία) modo prauitatem, modo ſtultitiam ſignificat. Accius in Pragmaticis. Et eo plectitur poetæ, quam ſuo uitio, ſæpius ductabilitate nimia ueſtra, aut perperitudine.

PERPES, etis, pen. cor. {*Perpetuo*} (ἀΐδιος) generis omnis, idem quod perpetuus. Plau. in Amph. Ibi cœnaui, atq; ibi quieui in naui noctem perpetem. Idẽ Amph. Neq; ego hac nocte longiorem me uidiſſe cenſeo. Niſi item unam, uerberatus quam pependi perpetem.

PERPESSVS, {*Che ha patito*} (πεπονθώς) participium à uerbo Perpetior. Cic. 12. lib. Epiſt. Vt mihi tam multa pro te perpeſſo, atq; defuncto, hoc cõcederet. Perpeſſu, poſterius ſupinum à uerbo Perpetior. Cic. 4. de Fin. Fortiorem; in patiendo dolore, ſi eum aſperum atq; difficilem perpeſſu, & contra naturam, quam ſi malum dixero. Idem 2. Tuſcu. O multa dictu grauia, perpeſſu aſpera.

PERPETIM pen. cor. {*Perpetuamente*} (εἰς ἀεὶ) aduerbium, ſignificat perpetuo. Plin. lib. 20. ca. 4. Ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humore manans.

PERPETIOR, perpeteris, perpeſſus ſum, {*Patire, ſopportare*} (ὑπομένω) idem quod patior, ſiue fero. Teren. Eunu. An potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Cic. ad Cælium lib. 2. Nonne tibi affirmaui, quiduis me potius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum ciuilem me exiturum? Perpeſſio onis, actus ipſe perpetiendi. Cic. 2. de Inuen. Patientia eſt honeſtatis, aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria, ac diuturna, perpeſſio.

PERPETRO, as, pen. corre. {*Compire, mandare ad effetto*} (διαπράττομαι) ex Per, & Patro, ſignificat perficio, & plerunque in malam partem. Plautus in Caſ. Nam cur non ego perpetrem, quod occepi, ut nubat mihi? Idem Trucul. Male quod mulier incepit, niſi efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi ſenio eſt. Liu. ab Vrb. Poſteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad ſe gratulãtes uidit, extemplo, &c. Nonnunquam accipitur & in meliorem partem: ut Sacrificio ritè perpetrato, apud Liu. 4. Decad. 5.

PERPETVALIS, le, {*Vniuerſale*} (καθολικός) idẽ quod uniuerſalis. Quin. lib. 2. cap. 14. καθολικὰ id eſt, (ut dicamus quo modo poſſumus) uniuerſalia, uel perpetualia.

PERPETVARIVS, teſte Budæo in titulum de Locat. pręd. ciuil. uel fiſc. cõductorem & colonum ſignificat, qui perpetuo rem conduxit. Prædia domus noſtræ ſemel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. Et ſubinde eodem modo. Sunt etiam alibi Fundi perpetuarij, ad diſtinctionem (ut uidetur) emphiteuticorum. Hæc ille.

PERPETVO, as, {*Continouare, perpetuare*} (αἰδίζω) perẽno, continuo ſine intermiſſione. Pla. in Pſeu. Non eſt iuſtus quiſquam amator, niſi qui perpetuat data. Næuius: Miſerum me, cui datum eſt, ut hunc ſolus perpetuem laborem.

PERPETVVS, a, um, {*Perpetuo, continuo*} (διηνεκής) idem eſt quod continuus, & minime interruptus. Ouid. 1. Metam. Primaq; ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Plautus in Aſinar. Opto mihi hõc annum perpetuum huius operas. Cic. 3. in Catil. Atque ut in perpetua pace eſſe poſſitis, prouidebo. Hoc eſt, ut pax ueſtra interrumpatur. Accipitur etiam Perpetuum pro perenni, (ἀΐδιος) hoc eſt, pro eo quod nunquam perit. Cice. 4. Cati. Ignem ueſtæ perpetuum & ſempiternum. Plau. in Ciſtell. Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. Nonnunquam etiam pro eo, quod tam generale eſt, ut ſemper habeat locum. Celſ. lib. 2. cap. 10. Cum ſit autem minime crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. Hoc eſt, non uſquequaque uerum eſt. Paul. l. cum hæreditas. ff. ad Senatuſc. Trebell. Cum hæreditas ex fidei commiſſi cauſa reſtituta eſt, ſi ante cum hærede compromiſſum ſit, puto fidei commiſſarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere, non eſt perpetuum. Hoc eſt, non eſt perpetuo uerum.

PERPETVVM, aduerbium, {*Sempre, continouamente*} (ἀεὶ, αἰεὶ) idem ſignificans quod aſſidue, uel ſemper. Plau. in Epid. Quid agis? perpetuum ualuiſti? Pro eodem etiam dicimus Perpetuo. Idem in Menæ. Sed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuo ut ſiem.

PERPICTVS, a, um, participium à uerbo Perpingo, idem ſignificans, quod exacte pictus. Ouid. 10. Metam. Lilia, perpictasq; pilas, &c.

PERPLACEO, perplaces, pen. cor. {*Piacere molto*} ualde placeo. Terẽ. Heau. Egomet habeo propemodum, Quam uolo. S. nũc laudo gnate. C L. Archonidis filiam. S. Perplacet. Cic. Att. lib. 3. Sed ſi eſt aliquid in ſpe, uide legẽ, quam T. Fadio ſcripſit T. Vaſcellius. ea mihi perplacet.

PERPLEXVS, a, um, {*Intricato, inuiluppato*} (ἐμπεπλεγμένος, ἐμπεπλεγμένος) inuolutus, uel implicitus. Plin. lib. 9. cap. 2. Perplexus, & in ſemet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus. Per translationẽ accipitur pro obſcuro, & ita inuoluto, ut commode intelligi non poſſit. Liu. 4. Bel. Maced. Ex his Menippus ignorare ſe dixit quidnam perplexi ſua legatio haberet. Liu. 10. Belli Mace. Singulos amicorum patris tentare ſermonibus perplexis inſtitit. Inde Perplexe aduerbium, hoc eſt, obſcure, & impliciter. Terent. in Eunuc. Perge in ſceleſta mecum perplexe loqui? Pro eodem etiam legimus Perplexim. Plaut. in Sticho: Vtrum ego perplexim laceſſam oratione, &c. Inde Perplexor, aris, aliquid perplexum facere, & in dubium uocare.
Idem in Aulul. At ſcio, quo uos pacto fabulatis perplexarier. Perplexabilis, adiectiuum, idem quod perplexus, cum ſcilicet aliud auditur, aliud ſentitur. Idem in Aſin. Neque ullum uerbum faciat perplexabile. Perplexabiliter, aduerbium. Idem in Sticho: Perplexabiliter hodie earum pauefaciam pectora.

PERPLICATVS, interiecta cõiunctione per Tmeſim extulit Lucretius li. 2. Aut magis hamatis inter ſe, perq; plicatis.

PERPLVO, is, ere, {*Trapiouere*} (διαβρέχω) ſignificat per medium pluere, tranſmittere pluuiam. Quintil. lib. 6. cap. 3. Quum cœnaculum perplueret, id eſt, per medium pluuiam admitteret. Plau. Moſtel. Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna, putrefacitq; operam fabri. Perpluit in pectus meum, per translationem Plautus in Moſtel. Hæc illa tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido in pectus perpluit meũ. Idẽ Trinum. Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.

PERPLVS, perpluris, pen. pro. omnis generis. Plin. lib. 13. cap. 24. Spondetq; iugero eius, annuos perplures, uel mediocri ſolo reditus. Perplurimum, aduerbium: ut, Perplurimum refert, Plin. lib. 11. cap. 54.

PERPOL, aduerbium eſſe iurandi quidam putauere apud Plautum in Caſina, Perpol ſæpe peccat: ita fit ubi quid tanto opere expectes. Et apud Terentiũ Hecyra: Perpol, quam paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. Verum Donatus in hunc locũ ſic ait: Ordo eſt, Pol perquam paucos reperias: nam Perpol non eſt Latinum, ſed (κατὰ τμῆσιν) perquã, id eſt, nimio. Ex quibus Donati uerbis uidere eſt, apud Plautum in præcedenti exemplo ordinem eſſe talem,

Pol

Pol perſæpe peccas.

PERPOLIO, perpolis, pen. cor. {*Polire molto*} (διαμορφῶ, ἐξεργάζομαι) valde polio, abſoluo, ac ſupremam manum addo. Cic. 2. de Orato. Tractu orationis lædi & æquabili perpoliunt illud opus. Idem Att. lib. 14. Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum, ut uolui, perpoliui. Idem. 1. de Ora. Perfecti in dicendo, & perpoliti homines. Perpolitio, onis, Ad Heren. lib. 4. Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.

PERPOPVLOR, pe. co. perpopularis, {*Depredare*} (διαπορθεῖν) totum populor, & uaſto. Liui. 2. Bel. Pun. Annibal emiſſus è manibus perpopulatur Italiam, uaſtandoq; & urendo omnia, ad Romana mœnia peruenerat. Tacit. lib. 14. Cædibus & incendiis perpopulatus.

PERPOTO, as, pen. prod. {*Crappulare*} totum tempus in potationibus conſumo. Cic. 7. Verr. Similiter totos dies, in litore tabernaculo poſito, perpotabat.

Ibidem, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. Lucret. lib. 1. Interea perpotet amarum abſynthi laticem. Perpotatio, onis. Cice. in Piſo. Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes prædicem?

PERPRVRISCO, is, (κατακνήθομαι) admodum prurio. Plaut. Stich. Et ſuauem cantationem aliquam occipito Cinædicam, ubi perpruriſcamus uſque ex unguiculis.

PERPVLCHER, {*Molto bello*} ualde pulcher. Teren. Eunu. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.

PERPVRGO, as, {*Purgare perfettamente*} (ἐκκαθαίρω) totum, ſiue omnino purgo. Cic. 2. de Natu. Deo Ceruæq; ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ Seſelis dicitur. Perpurgatis auribus, per translationem dixit Pla. in milite: Accipe à me ruſum rationem doli, Quam inſtitui. PL. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro expedire. Cice. 2. de Diuinatio. Cumq; fundamentum eſſet philoſophiæ poſitum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus eſt is locus, a nobis quinque libris.

PERPVSILLVS, a, um, {*Molto piccolo*} ut, Perpuſillus homo. A' quo Perpuſillum, aduerbium. Cice. 2. de Orato. Hic ille, Non accuſabis, perpuſillum rogabo.

PERPVTO, as, perfectè puto, declaro, uel potius profero. Plau. Ciſt. Nunc operam date Vt ego argumentum hoc uobis planè perputem.

PERQVAM, {*Molto grandemente*} (ὑπερφυῶς) compoſita dictio, ferè ſemper poſitiuis adiungitur, & uerbis, ſignificatq; maximè. Plaut. in Rud. Propulit per quam indignis modis. Pli. Epiſt. 147. Perquam uelim ſcire, an eſſe phantaſmata, &c. Plura uide in dictione Per. Aliquando tamen inuenitur iunctum cum ſuperlatiuo. Curtius libro quarto: Perquàm maximo poteſt exercitu comparato.

PERQVIRO, ris, pen. prod. {*Cercare diligentemente*} (διερευνάω) diligenter quæro. Cæſar. 6. Bel. Gall. Aditus uiasq; in Sueuos perquirit. Ouid. 3. Meta. Cum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Cic. 5. de Finibus: Videmus q; ut pueri ne uerberibus quidem à cōtemplandis rebus perquirendisq; deterreantur. Perquirere pro interrogare. Cice. pro Cæl. Poſſum etiam illa & cæterorum patronorum & mea conſuetudine ab accuſatore perquirere.

Perquiritur, impersonale Cic. pro Cluen. Ne multa perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Perquiſitus, a, um, participium. Pli. lib. 18. ca. 4. Et poſtea inuentis omni cura perquiſitis, cauſaq; rerum & ratione ſimul eruta. Perquiſitè, aduerbium. Cic. 5. de Inuentio. Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quàm cæteros attendiſſe non affirmamus, ſed perquiſitius & diligentius conſcripſiſſe pollicemur. Perquiſitor, oris, uerbale. Pla. Stic. Maleuoli perquiſitores auctionū perierint.

PERRARVS, a, um, pen. pro. {*Molto raro*} ualde rarum. Plin. lib. 31. cap. 3. Perrarum eſt, ut leuior ſit aliqua. Liu. 6. ab Vrb. Tum quod perraræ per eadem tempora literæ fuere. Perrarò, aduerbium. Cic. 2. de Finib. Iſtorum. n. uerborum amore, quæ perrarò appellantur ab Epicuro ſapientiæ, fortitudinis, &c. Horat. 2. Serm. Saty. 5. Perrarò hæc alea fallit. Cic. pro Roſc. Ameri. Perraro uenit in oppidum.

PERREPO, (καθέρπύζω) rependo tranſeo, uel rependo aliquò peruenio: & æquè de inanimatis, ac de animalibus quibuſcunque dicitur. Colu. lib. 8. ca. 15. Sed ea tota maceries opere tectorio læuigatur extra, intraq;, ne felis, aut uipera perrepat. Idem libro. 4. cap. 24. At ſi longius quàm ritus agricolam permittit & à capite uitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepſerit, &c. Idem lib. 6. cap. 5. Cauendum quoque eſt, ne ad præſepia ſus, aut gallina perrepat. Tibul. libro. 1. Eleg. 2. Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex, & caete.

PERREPTO, as, {*Caminare con fatica*} frequentatiuum à Perrepo, ſignificat tarde, & cum labore perambulo. Teren. in Adel. Perreptaui uſque oppidū, ad portam & ad lacum.

PERRHÆBI, (περῤαιβοὶ) populi fuerunt Theſſaliæ, qui Lapitharum potentia fracti, fugerunt in Aetoliæ montana, Pindo monti proxima: quę regio ab ipſis Perrhæbia dicta eſt: ipſeq; Pindus cognominatus eſt Perrhæbus. Propertius: Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

PERRIDICVLVS, a, um, {*Molto ridicola*} ualde ridiculus. Cice. 4. Verr. Quid in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabantur. Idem. 2. de Orato. Sed tamen eſt eorum doctrina, quantum ego iudicare poſſum, perridicula. Perridiculè pen. cor. aduerbium. Cic. 1. de Ora. In quo non modo illud præcipitur: nequid inſulsè, ſed etiam ſi quid perridiculè poſſis, uitandum eſt oratori utrunque, ne aut ſcurrilis locus ſit, aut mimicus.

PERRODO, is, pen. pro. {*Rodere*} (διατρώγω) rodendo penetro. Pli. li. 34. ca. 18. Valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere. Idem lib. 30. ca. 16. Vngulas tantum mularum repertas, neq; aliam ullam materiam, quæ non perroderetur à ueneno Stygis aquæ.

PERROGO, as, pen. corr. Perrogare propriè dicebantur conſules, qui ſententiam rogabant. Tacit. lib. 20. Cum perrogarent ſententias conſules. Pli. Epi. 87.

Cum ſententiæ perrogarentur, dixit Iunius Mauricus non eſſe reſtituendū Viennenſibus agona.

PERRVMPO, is, {*Rompere nel mezzo, intrare con impeto*} (διαῤῥήγνυμι, διεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι) per medium rumpo. Col. li. 2. Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Liui. lib. 8. Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hoſtium agmen. Aliquando ponitur pro irrumpere ui, & uiolenta intrare. Cæſ. 6. Bell. Gal. Perrumpere nituntur. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad Liu. 6. bell. Pun. Nec per caſtra eorum perrūpi ad Capuam poſſe. Aliquando etiam cum præpoſitione In. Liui. 3. ab Vrb. Iam in ueſtibulum templi perruperant. Perrumpere leges, id eſt, uiolare, effringere. Luca. lib. 1. Perrumpere milite leges.

PERSÆPE, aduerbium, {*Molto ſpeſſo*} ualde ſæpe. Cicero de Amicitia. Recte etiam percipi poteſt in amicitiis, nequis intemperata quadam beneuolentia (quod perſæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Hora. Epod. 14. Qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem.

PERSALSVS, a, um, {*Molto ſalſo*} ualde ſalſus. Ci. 2. de Ora. Perſalſum illud eſt apud Næuium, Quid ploras pater. Perſalsè, aduerbium. Cice. ad Quint. Fratr. libr. 2. Trebatium quod ad ſe miſerim perſalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

PERSALVTO, as, pen. pr. {*Salutare per nome ogn'uno*} frequenter ſaluto, uel ad unum omnes ſaluto. Cicero pro Flac. Et qui ita ſit ambitioſus, ut omnes uos, noſq; perſalutet.

PERSANCTE', aduerbium, pro ualde ſanctè, {*Molto ſantamente, religioſamente*} & religioſè. Teren. Hecy. Phidippe, Bacchis deierat perſanctè. Plautus: Idq; perſanctè iurauit ſe facturum.

PERSANO, as, pe. pr. {*Sanare perfettamente*} omnino ſano. Pli. libr. 20. ca. 22. Vomicas rumpere, purgare, perſanare, promittens.

PERSAPIENS, tis, om. gen. {*Molto ſapiente*} ualde ſapiens. Cic. de Prouin. conſul. Quod magni cuiuſdam hominis, & perſapientis uidetur. Perſapienter, aduerbium. Cicero pro Milo. Etſi perſapienter, & quodammodo tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi.

PERSCIENTER, aduerbium, {*Scientemente, induſtrioſamente*} admodum ſcienter & induſtriè. Cic. de Clar. Orat. Et ut ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat, ſic ad uirium imbecillitatem dicendi accommodabat genus.

PERSCINDO, is, {*Fendere nel mezzo*} (διασχίζω) per medium ſcindo. Liui. 1. Bel. Pun. Nam nec explicare quicquam, nec ſtatuere poterant, nec quod ſtatutum eſſet, manebat omnia perſcindente uento. Tibul. lib. 1. Eleg. 13. Sit ſatis è membris tenuem perſcindere ueſtem. Luci. lib. 6. Ergo ferundus hic nubem cum perſcidit atram. Ibidem: Interdum perſciſſa fuerit petulantibus auris.

PERSCRIBO, is, {*Scriuere molto*} (ἀναγράφω, διαγράφω) ampliſſimè, ad longum, & ad finem uſque ſcribo. Liui. in Præfat. lib. 1. Facturus ne ſim operę pretium, ſi à primordio urbis res geſtas populi Romani perſcripſero. Aliquando eſt in tabulas publicas, in actaq; referre: quod in regiſtro ſcribere, uulgo dicunt, uocabulo à regeſti corrupto. Cice. ad Planc. Id ex ipſo Senatuſconſulto poteris cognoſcere: ita eſt enim perſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſentētia. Idem 6. Verr. Primum mihi literas publicas, quas in ærario ſanctiore condita habebant, protulerunt. in quibus oſtendunt omnia, quæ dixi ablata, eſſe perſcripta. Inuenimus etiam aliquando Perſcribere cum accuſatiuo cum præpoſitione In: ut, Perſcribere in tabulas publicas, ea forma qua dicimus, Referre in tabulas publicas. Cice. 3. Verr. In tabulas publicas ad ærarium perſcribenda curauit. Perſcribere pecuniam, ponitur aliquando pro reddere pecuniam creditori. Terent. in Phormio. Næ ego perſcripſi porrò illis, quibus debui. Vbi Donatus: Perſcripſi, multis per ſcripturam reddidi, multis dedi. Perſcriptum dicitur, quod literis conſignatum eſt, & monumentis antiquis continetur. Cice. Aruſp. reſpon.

Quanquam hoc ſi minus ciuile iure perſcriptum eſt, lege tamen naturę, communi iure gentium, ſancitum eſt, ut nihil mortales à diis immortalibus uſucapere poſſint. Perſcriptio, actus perſcribendi. Cice. ad Metel. lib. 5. Iam illud ſenatuſconſultum, quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt, ut dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Perſcriptiones pro contractibus, & inſtrumentis pactorum poſuit Cicero, quod uulgus appellat Regiſtrum. Cic. 5. Phil. Illa uerò diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quā ſepties millies præſcriptionibus, donationibusq; auertit. Idem pro Flac. poſuit pro ſyngrapha, ſic inquiens: Perſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti: tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit. Perſcriptor, oris, qui formulas concipit. Tabellio, ſeu Cautor. Cicer. 5. Verri. ſcribam tuum, dicit Verres, huius perſcriptorem fenerationis fuiſſe.

PERSCRVTOR, perſcrutaris, perſcrutari, pen. pro. {*Cercare con diligenza*} (ἐξερευνάω, ἐκδιερευνάομαι) diligenter inquirere. Plaut. Aulu. Ibo hinc intro, perſcrutabor phanum, ſi inueniam uſpiam Aurum. Cice. 1. Offi. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur, exquirerent.

PERSEA, pen. cor. (περσέα) arbor eſt, inquit Dioſcorides, fructum ferens ſtomacho accommodatum, & qui edendo ſit, in quo phalangia inueniuntur, quæ (κρανιοκολάπται) dicitur, præſertim in Thebaide Aegypti parte. Huius arboris meminit & Strab. lib. ulti. comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine pyri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine incluſum, & cor. o.

Plutarchus, item autor eſt, Perſeam arborem in Aegypto Iſidi gratiſſimam eſſe, quod fructum ferat cordi ſimilem, folium uero linguæ. Galenus quoque in Aegypto Perſeam ſe uidiſſe teſtatur magnis arboribus comparandā: cuius (inquit) pomum in Perſide tam præſentis ueneni eſſe tradit, ut ueſcentes interimat.

In Aegyptum uerò translatam, & peregrinatione mitigatam, poma ferre cibis idonea, turbinata pyri facie. Ex quibus omnibus ſatis conſtat, Perſeam arborem ſui generis eſſe, & à noſtrate perſica omnino diuerſam.

PERSEIS, idis, (περσηΐς) Nymphæ cuiuſdam nomen, Oceani & Tethyos filiæ, ut refert Heſiod. in Theogon.

PERSECO, perſecas, pen. corr. {*Tagliare in mezza*} (διατέμνω) medium ſeco. Cic. 4. Acade. Eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, diuidere poſſumus, ut uideamus, terra penitus ne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat. Liui. 10. Bel. Macedo. Id perſecare nouum Prætorem, ne ſerperet iterum latius.

PERSECTOR, aris, diligenter ſector, perſcrutor. Lucret. lib. 2. Nec perſectari primordia ſingula quæq;.

PERSEGNIS, gne, {*Molto pigro*} ualde ſegne. Liuius. 5. Belli Puni. Pedeſtre

prælium fuit perſegne paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSENEX, huius Perſenis, pe. cor. gen. omnis, {*Molto uecchio*} ualde ſenex. Sueto. de Claris Gramma. Nanq; iam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub regulis quodam ſcripto fatetur.

PERSENTIO, is, {*Sentire*} (αἰσθάνομαι) idem quod Sentio ſimplex. Vergi. 4. Aeneid. Magno perſenſit pectore curas. Ibidem. Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri. Perſentiſco, is, inchoatiuum, percipere aliquid fieri. Plaut. Mercurial. Quam inſipiens, quæ non poteras perſentiſcere, Illã eſſe amicam tui uiri bellisſimi. Terent. in Heaut. Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quæ uidi.

PERSEPOLIS, (Περσέπολις) Perſidis regia, à Perſeo condita, quam poſtea Alexander ebrius demoliri iuſſit, Græcorum ſe iniurias ulciſci dictitans, quorum illi ſacra igni ferroq; uaſtaſſent. Vide Strabo. lib. 15.

PERSEPHONE, pe. c. (Περσεφόνη) à Græcis dicitur Cereris filia, quam nos uocamus Proſerpinam, quam ab Orco in Sicilia raptam fuiſſe poetæ fabulantur. Ouid. 4. Faſt. At neq; Perſephone digna eſt prædone marito.

PERSEQVOR, eris, p. c. {*Perſeguire, perſeguitare*} in bonam & malam partem accipi poteſt. Aliquãdo enim idem eſt quod ſequor, (παρακολουθέω,) niſi quòd quãdam perfectionem addere uidetur præpoſitio. Ter. in And. hic bellum hunc fugiens, meq; in Aſiam perſequens, proficiſcitur. Nõnunquam etiam idem, quod in re cœpta perſeuero. Cic. ad Quintum Fratrem libr. 2. Facies ſolicet, ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. Idem in Piſonem: Extrema ſi perſequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta uidebimus. Secundum hanc ſignificationẽ dicimus, Promiſſa factis perſequi, pro eo quod eſt, quæ uerbis promiſimus re ipſa comprobare. Perſequi imperium patris, pro facere. Perſequi iura ſuum, pro defendere. Perſequi mores patris, pro tentare mores patris exprimere. In malum, ſignificat inſectari, ulciſci, ἐπεξελθεῖν, ἐπιέναι. Cice. 11. Philip. Nunc quoniã hoſtis iudicatus eſt Dolobella, bello perſequendus eſt. Hinc Perſequutio, uerbale, quod & in bonam, & in malam partem capitur. Cice. in Ora. Cùm in altera gratiæ, gloriæ, præſidij plurimum eſſet: in altera perſecutionum, cautionumq; præceptio. Vlpian. l. pecuniæ. ff. de uerb. ſign. Siue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue commiſſaria ſuit perſecutio.

PERSERO, ris, (κατασπείρω) diſſemino, ſiue diuulgo. Plautus. Inde ueniſſe perſerat.

PERSES, (Πέρσης) nomen fuit regis Macedonum, qui ab Aemylio uictus, et in acie captus, ductus eſt in triumphum Romam cum filijs: periitq; in carcere animi mœrore confectus: uel (ut alij tradunt) uigilijs maceratus. Fuit & alter Perſes, Solis & Perſæ nymphæ filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudeliſſimus. Perſes præterea auctore Herod. lib. 7. filius fuit Perſei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia à quo Perſas originem duxiſſe ſcribit. Hic, teſte Plin. lib. 7. cap. 5. primus ſagittas reperit.

PERSEVERANTIA, æ, {*Perſeueranza*} (ἐπιμονὴ, καρτερία) eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis, ac perpetua permanſio. Cice. 5. Verr. Cuius iſte fides, diligentiæ, perſeuerantiæ nulla ratione eripi poſſit.

PERSEVERANTER, {*Stabilmente perſeuerantemente*} (ἐπιμόνως) idem quod conſtanter. Liui. 4. ab Vrb. Patres bene cœptam rem perſeueranter tueri. Idem 1. Bel. Pun. Quo leuius agunt, ſegnius incipiunt: eò, cùm cœperint, uereor ne perſeuerantius ſæuiant.

PERSEVERO, as, pen. prod. {*Perſeuerare, continouare*} (καρτερῶ, διατελέω) ex Per, & Seuerus, eſt cum conſtantia animi, & quaſi quadam ſeueritate continuare. Cicr. de Amic. Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeuerarет. Cæſ. 5. Bell. Gall. Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat: atque in eo perſeuerat. Perſeueratum eſt, impersonaliter. Cice. 6. Verr. Quod cum illis, qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile uideretur: non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum. Perſeuerans, pen. cor. nomen ex participio. Colume. in Præfatio. lib. 1. Iſq; mos dum ſeruatus eſt perſeuerantiſſimo colendorũ agrorum ſtudio, &c.

PERSEVERVS, a, um, pen. prod. {*Molto ſeuero*} ut, Imperium perſeuerum, apud Tacit. lib. 15.

PERSEVS, ei, & Perſes is, uel Perſi, (Περσεύς) ſicut Achilles, is, uel li, uel Achilleus, ei, Iouis filius fuiſſe fertur ex Danae, Acriſij Argiuorum regis filia, quam Iupiter, commutatus in ſpeciem aurei imbris, uitiauit. Acriſius enim, cùm ex oraculo didiciſſet, futurum aliquando, ut à nepote occideretur, filiam muniтiſſimæ turri incluſit: Iupiter itaq; Danaes amore captus, cum alias non pateret aditus, aſſumpta ſpecie aurei imbris, per tegulas turrim ingreſſus eſt, puellęq; fruſtra tam arcta cuſtodia ſeruatæ, ſtuprum intulit. Ex quo concubitu natus eſt Perſeus, qui poſtea auum imprudens interfecit. Hic Andromedam, Cephei filiã, marinæ beluæ obiectam, periculo liberauit, liberatamq; uxorẽ duxit: acceptoq; deinde à Vulcano adamantino enſe, quem uocant Harpen, Meduſam unam ex Gorgonibus, quæ ſe aſpicientes omnes in ſaxa conmutabat, occidit: unde & Gorgonoctonos eſt cognominatus. Hinc Perſeus, a, um, Περσεῖος. Propertius lib. 3. Sectaq; Perſea Phocidis arua manu.

PERSIS, idis, {*Perſia*} (Περσίς) Orientalis regio Aſię, à Perſe ſeu Perſeo rege ſic dicta: cuius populi Perſæ dicti ſunt. Lucan. lib. 10. Quæ tibi uiſendi Nilũ Romane cupido, Hæc Pharijs, Perſiſq; fuit, Macedonumq; tyrannus. Habet autem Perſis (ſicut Ptolemæus ſcribit lib. 5.) a Septẽtrione Mediam, ab Oceani Suſianã, ab ortu Solis duas Carmanias, à Meridie partẽ ſinus Perſici. Eius oppida ſunt Axima, Perſepolis, Dioſpolis: ubi primum inuenta eſt ars magica. Ad eam Nimbroth gigas poſt confuſionem linguarũ ſe contulit, Perſaſq; ignẽ colere docuit. Primus in ea rex (ſicut refert Iuſtin. lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hæc de CHRISTO prænuntiaſſe traditur: Panibus ſimul quinq; & piſcibus duobus, hominum milia in eremo quinq; ſatiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in ſpem multorum.

PERSICA, {*Perſico arbore*} (περσικὴ) arbor ẽ humilis, folio amygdalæ paulo maiore, flore ſub puniceo, pomo carnoſo, ſucculẽto, extrinſecus lanuginoſo, duro intus & ſcabro oſſe, nucleum habente nõ abſimilẽ amygdalæ. Nomẽ accepit à Perſide Oriẽtis regione: unde primum hoc arboris genus in noſtrũ orbẽ eſt aduectum. Pomum eius Perſicum malum uocant, foris molli lanugine ueſtitũ: Romæ olim tanta fuit caritas, ut ſingula tricenis denarijs uẽderentur: quod mirum uideri debet, cum non ſit aliud pomi genus fugacius. Longiſſima enim decerpto biduũ mora eſt, cogitq; ſe uænundari. Hæc Pli. lib. 15. cap. 12.

PERSICVS, a, um, pen. cor. {*Perſiano*} (περσικός) quod ex Perſide eſt, ut regnum Perſicum. Iuuen. Saty. 14. Nec Crœſi fortuna unquã, nec Perſica regna Sufficerent animo. Perſicus ſinus, {*Il mare di Curmus*} qui ab Oriente eſt, maris Rubri: qui uerò ad Occidentem eſt, Arabicus dicitur. Ponitur quandoq; Perſicus pro diuite, & opulento, à Perſarum ſcilicet diuitijs, luxuq;. Hora. li. 1. Carmin. Perſicos odi puer apparatus.

PERSIDEO, es, pen. cor. {*Perſiſtere, durare*} (διακαθίζομαι) ex Per, & Sedeo, id eſt, permaneo. Pli. lib. 17. cap. 24. Pruinæ pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatq;. &c.

PERSIDO, dis, pen. prod. {*Penetrare*} (καταφέρομαι) deorſum feror, deſcendo, penetro. Lucretius lib. 1. At neque quo pacto perſiderit humor aquai, Viſum eſt. id eſt, immiſſus ſit, intrarit, penetrarit. Vergil. 3. Georg. Vbi frigidus imber Altius ad uiuum perſedit. id eſt, (inquit Seruius) medullas, & oſſa penetrauit.

PERSIGNO, as, are, {*Suggellare,*} (κατασημαίνω, κατασφραγίζω,) idem quod obſigno, uel ſignum imprimo. Liu. 5. Bel. Pun. Quibus creati ſunt Quinqueuiri muris turribusq; reficiendis & Triumuiri bini, uni ſacris conquirẽdis, donisq; perſignandis alteri, &c.

PERSIMILIS, le, {*Molto ſimile,*} Cicero Partit. Nihil ſanè præter memoriam, quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis.

PERSISTO, is, {*Durare, perſeuerare*} (ἐμμένω) duro, perſeuero Cic. 2. de Diuin. Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea quæ dixit referre deſerueris totam Epicuri uoluptatem, ſi negaueris. Liui. 8. Bel. Maced. Parum eſt non erubuiſſe abſentem, cum per legatos fruſtrareris nos: niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas.

PERSIVS, doctiſſimus Romanorum, cuius ſic meminit Cic. de Orat. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neq; ab indoctiſſimis, neque ab doctiſſimis legi uelle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quàm ipſe: quare etiam ſcripſit, Perſium non curo legere (hic fuit enim ut noramus, omnium ferè noſtrorum hominum doctiſſimus) Lælium decimum uolo, quem cognouimus uirum bonum & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.

PERSIVS FLACCVS, Volaterris Hetruriæ oppido natus eſt. Conſtat eũ claruiſſe ijſdem ferè temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ ſuſcepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonẽ Vicentinum, qui grauiſſimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum Marco Varr. In Rhetorica Flaccum Virginium. Annæũ uerò Cornutum, qui philoſophię ſtudio excellũt magna diligentia, ſingularíq; obſeruatione coluit, cumq; eo familiariſſimè diu uixit, ut teſtatur ipſe.

PERSOLATA, herbæ genus, quam (ut ait Plin. lib. 25. cap. 9.) Græci uocant ἄρκειον, & aliquãdo προσωπίδα, quam nemo ignorat: folia habet maiora cucurbitis & hirſutiora, nigrioraq;, & craſſiora. Dicta perſolata, quod nomen apud ueteres (ut Placidus Grammaticus inquit) ſignificabat perſonam. Solent enim his folijs ueſtitæ perſonæ nonnunquam in ſcenam prodire. Officinæ Lappam maiorem uocant.

PERSOLIDO, as, pen. cor. {*Solidare, congelare*} (πηγνύω) idem quod ſimplex Solido. Stat. 1. Theb. Diffundatq; imbres: ſicco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. Hoc eſt, congelat.

PERSOLVO, is, {*Pagare affatto, cancellare in tutto*} (διαλύω) perfectè, & totum ſoluo, & ære alieno me libero, & per tranſlationem, acceptum ab aliquo beneficiũ beneficio penſo. Ver. 1. Aen. Grates perſoluere dignas Nõ opis eſt noſtræ. D. Brutus Ciceroni: Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Perſoluere pœnas, eſt dare pœnas, puniri. Cice. 11. Philipp. Pœnas dijs, hominibusq; meritas debitasq; perſoluat. id eſt, puniatur ob peccatum ſuum in deos & homines. Perſoluere promiſſum, eſt perficere promiſſum. Caſſius ad Cic. lib. 12. Habeo paululum moræ, dum promiſſa multibus perſoluo.

PERSOLVS, adiectiuum, (μόνος) idem quod ſolus, & merus: ut, Perſolæ nugæ apud Plau. in Curcul. id eſt, meræ nugæ.

PERSOLVTA, uel Perſolyton, (περσόλυτον Dioſcoridi) herba hortẽſis apud Aegyptios, ad texendas coronas utilis: de qua Pli. lib. 21. cap. 33.

PERSONALIS, le, (προσωπικὸς) quod ad perſonam pertinet. Vnde Perſonalis actio, quæ in perſonam datur: cui opponitur Actio in rem. Perſonale uerò uerbum, quod per perſonas diſtinguitur: cuius contrarium eſt Impersonale.

PERSONA, æ, {*Perſona, maſchera*} (πρόσωπον) Perſonam definiunt philoſophi eſſe, naturæ rationalis indiuiduam ſubſtantiam. Tria igitur neceſſaria ſunt, ut aliquid Perſona dicatur: ſcilicet quod ſit indiuiduũ: nõ enim in uniuerſalibus, ſed in ſingularibus tantum Perſona dici poteſt. Quod ſit in genere ſubſtantiæ: nam accidentia, quum per ſe non exiſtant, nec per ſe agant, perſonam conſtituere non poſſunt. Et quod ſit quid rationale: quoniam id eſt perſonam, quantum ad ipſam actionem, quod in ſe habet, quod poſſit agere, uel non agere. Et hoc habent ſolum rationabilia, ideo de ratione perſonæ eſt, quòd ſit quid rationale. Non ergo lapidis uel arboris, uel irrationalis animalis, ſed uel Dei, uel angeli, uel hominis Perſona dicitur. Perſona etiam dicitur facies conficta, (προσωπεῖον) uocata à Perſonando, id eſt, clarius ſonando. Nam caput (ut Baſſus inquit apud Gellium) & os cooperimento perſonæ tectum undiq;, unaq; tantum uocis emittendæ uia apertum, quoniam non uaga, nec diffuſa eſt, in unum tantummodo exitum coarctatu uocem, & magis claros, canorosq; ſonitus facit. Ob eam cauſam perſona dicta eſt, o, litera propter uocabuli formam productiore. Pli. lib. 12. cap. 14. Perſona adducitur capiti, denſius'ue reticulus. Vnde Perſonati, (οἱ ἐν προσωπείοις) dicuntur, qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt, cuiuſmodi erant hiſtriones Attellani, qui ſoli non cogebantur in ſcena ponere perſonam. Perſonata quoque fabula dicitur, quæ agitur à perſonatis Hiſtrionibus. Hanc iuniores Laruam uocant. Hinc per tranſlationẽ Perſona ſumitur pro qualitate, qua alius ab alio differt, tum in animo, tũ in corpore, tum in extra poſitis, quæ a Rhetoribus numerantur in Attibutis perſonæ.

Anima

Animi,ut quo ſtudio ſe exerceat,literarum'ne,an militaris diſciplinæ : & ira cundus'ne ſit,an mitis.luxurioſus,an temperans. Corporis : ut adoleſcens'ne ſit, an ætate adultus: pulcher,an deformis. Extra poſitorum: ut diues,an pauper: cla rus,an obſcurus. Hinc in ſcena etiam Perſonas dicimus, qui modò ſerui,modò ancillæ,modo patrisfamilias,modò paraſiti ueſtibus ornati,eorum mores, et ge ſtus exprimunt. Teren.in Prolo. Eunuc. Paraſiti perſonam inde ablatam, uel mi litis. Et in uno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ,iracundi,mitis, læti.

Item perſona præceptoris,mariti, patris. Hinc Grammatici perſonas con ſtituunt,primam,ſecundam,& tertiam. Perſona pro homine quandoq; po nitur. Celſus in Proœmio lib.1. Medicos nihil tentaſſe iudico, quia nemo in ſplendida perſona periclitari uoluerit coniectura ſua : ne, ſi non ſeruaſſet, occi diſſe uideretur. Perſonam imponere alicui, eſt ei prouinciam aliquam dare. Cice.pro Lege Agr. Vos mihi prætori biennio antè Quirites hoc eodẽ in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis digni tatem uobiſcum unà tuerer. Dicimus etiam Imponere alicui perſonam calum niæ, aut cuiuſpiam alterius rei.Cice.4.Verr. Imponatur honeſtæ ciuitati tur piſſima perſona calumniæ. Idem paulo poſt in eadem oratione : Improbam perſonam alicui imponere,dixit. Vide plura de hac uoce apud Vallam lib. 6.

Eminentes quoque figuræ in ædificiis, quæ aquas ore uel mentula fundunt eoq; uarios uultus & geſtus exprimunt, Perſonæ dicuntur, ut eſt apud Vlp. in l. Fundi de Act.empt.

PERSONATA,(ἀρκτιον, προσωπὶς)genus herbæ naſcentis iuxta riuos, & flumina : de qua Col.lib.16.cap.17. Venena uiperæ depellit ſuper ſcarificatio nem ferro factam herba,quam uocant perſonatam, trita, & cum ſale impoſita. Officinæ, teſte Ruellio,uocant Lappam maiorem. Hæc eadem Perſonata,æ, uocatur Plin.lib.21.cap.15.

PERSONATA,felicitas,(ἐπιπλαστος εὐδαιμονία)dicitur à Seneca nõ uera ſed ſimulata,quæ forinſecus eſt decora, intus uero deformata inſtar hiſtrionũ, qui inducta perſona ſimulant, & imitantur quencunq; uelint.

PERSONATVS,{Immaſcherato}(ὁ προσωπεῖον ἔχων)qui perſonis,hoc eſt, lar uis indutus eſt.Cic.3.de Orat.Quo melius noſtri illi ſenes, qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. Denique generali uocabulo Perſona tus dici poteſt,quiſquis foris aliud oſtendit, & intus aliud ſentit, & machina tur.Cic. Att.lib.15.Quid eſt autem,cur ego perſonatus ambulem? Perſona ta uulnera, hoc eſt, cæca, & latentia,quæ altius deſcendunt, quàm prima fron te præ ſeferant.

PERSONATI propriè Atellani uocantur,q ſoli hi non poterant cogi in ſce na ponere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat.

PERSONATVS pater,(ὑποκριτής)dicitur ab Horatio, Comicus pater, inductus in Comœdia ſub perſona hiſtrionica.Hora.in Serm. Quis ſtomache tur eodem,Quo perſonatus pacto pater?

PERSONO,nas,pen cor.{Sonare perfettamente,ſonare grandemente}(περιηχέω)ualde ſono,perfectè ſono,perſtrepo.Cic.pro M.Cœlio : Illæ uerò non loquuntur ſolùm,uerùm etiam perſonant, huc unius mulieris libidinem eſſe pro lapſam,ut ea &c. Verg.1.Aen.Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.Idem.6. Aene.Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat,aduerſo recubans immanis in antro.Horat.2.Serm.Saty.6. Simul do mus alta moloſſis Perſonuit canibus.

PERSORBEO,es,{Sorbire il tutto}(ἀπορροφέω)totum ſorbeo. Plin.lib.31. cap.11. Alias ex his mares exiſtimauere,tenui fiſtula,ſpiſſioreſq;, perſorbentes, & quæ tinguntur in deliciis,aliquando & purpura.

PERSPECVLOR,pen.cor.perſpecularis,perſpeculari, {Speculare con diligenza}(περισκοποῦμαι)diligenter ſpeculari. Plin.lib.8 cap 26. Aſſidua namq; ſatietate obeſus exit ſubitus,recentes arundinum caſuras perſpeculatus. Hir tius de Bello Africano : Cùm de uallo perſpecularetur.

PERSPERGO,is,{Aſpergere}(καταρραίνω)idem quod aſpergo. Cice.1.de Ora.Lubandus eſt etiam ea omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.Cato cap.130.Codicillos oleagi neos,& cætera ligna amurca cruda perſpergito,& in ſole ponito.

PERSPICACITAS,atis.{Acutezza,perſpicacità}(τὸ συνετικόν)conſide ratio & acumen.Cic. Att.lib.1. Et ſi ex his quæ ſcripſimus(tanta es perſpicaci tate)etiam à me non ſcripta perſpicis. Perſpicacia,ciæ,idem.Cic. Att.lib.15. Quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret.

PERSPICAX,{Perſpicace,acuto}(ὀξυδερκής)conſideratus,acutus. Terent. in Heaut. Patrem noſti ad eas res q̃ ſit perſpicax Cic.1.Offic. Id quod acutum & perſpicax natura eſt.

PERSPICIO perſpicis,pen.cor.{Vedere,conoſcere à pieno}(ἐνορῶ, καθορῶ, διορῶ, ἐξετάζω)ad plenum uideo,cognoſco'ue.Cic.in Læl. Quidam ſæpe in parua pecunia perſpiciuntur,quàm ſint leues : quidam uerò,quos res parua mo uere non potuit,cognoſcuntur in magnis. Teren.in Phorm. Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, Vereri uerba ei credere? Cæſar 2.Belli Gall. Qua de cau ſa diſceſſerunt, nondum perſpexerat. Hora. de Arte : Quem perſpexiſſe labo rent, An ſit amicitia dignus. Hinc Perſpicientia, tiæ. Idem lib.1. Offic. Sed omne quod eſt honeſtum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut.n. in Perſpicientia ueri,ſolertiaq; uerſatur id eſt,perfecta cognitione. A' Perſpi cio fit frequentatiuum Perſpecto,as, Plaut.in Mil. Sinite me prius perſpectare, ne uſpiam inſidiæ ſient. Et Perſpectus,a,um,interdum participium. Cæſ. 4. Bel.Gal. Eorum dierum conſuetudine itineris exercitus noſtri perſpecta. In terdum nomen fit ex participio,& comparatur : ſignificatq; id quod diligenter animaduerſum eſt. Cic ad Q.frat. Vt hic tertius annus Imperij tui, tan quam tertius actus perſpectiſſimus,atq; ornatiſſimus eſſe uideatur. Hinc per ſpectè aduerbium,id eſt,diligenter,doctè. Plaut.in Mil. Fit pol illud ad illud ſ exemplum:ut doctè & perſpectè ſapit?

PERSPICVITAS,atis, {Facilità, chiarezza}(ἐνάργεια)ſplendor, ac facilitas, euidentia. Cic.4. Acad. Propterea, quod nihil eſſet clarius enargia, ut Græci perſpicuitatem,aut euidentiam nos,ſi placet, nominemus, fabricemusq; ſi opus erit, uerba. Quint.lib.2.cap.3. Nam & prima eſt eloquentiæ uirtus per ſpicuitas.

PERSPICVVS,a,um,{Chiaro,lucido,manifeſto}(διαφανής, καταφανής, φανερός, τρανής)idem quod pellucidum, hoc eſt,quod uiſum tranſmittit.Mart. lib.4.de calice uitreo: Prodat perſpicuus ne duo uina calix. Sed magis perſpi cuum per tranſlationem ad incorporalia pertinet. Pellucidum ad corporalia. Per tranſlationem igitur ponitur pro claro manifeſto,ac minimè dubio. Plin. Tum claras perſpicuaſq; ſententias. Cice.pro Quintio : Eſt quædam tamen ita per ſpicua ueritas,ut eam infirmare nulla res poſſit. Idem pro Domo ſua : Lege ram clariſſimos noſtræ ciuitatis uiros,ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mor tem pro ſalute exercitus immiſiſſe. Sic dicimus Perſpicuam orationem (σαφῆ, ἐναργῆ)id eſt,claram & apertam. Hic perſpicuè,aduerbium,(σαφῶς)id eſt, euidenter. Plaut.in Aulu. Anus hercle hoc indicium facit de auro,perſpicuè pa làm eſt.

PERSPISSO aduerbium,{Tardamente}ſignificat tardè. Plaut. Quia quod benè promittunt Aruſpices,perſpiſsò eueniit. Nonius.

PERSTERNO,is,(διαστρώννυμι)totum ſterno. Liui.10.ab Vrbe: Eodem anno ab Aedilibus curulibus,qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecua riis,uia à Martis ſilice ad Bouillas perſtrata eſt.

PERSTIMVLO,as, {Stimolare}(παροξύνω, παρορμῶ)idem quod ſtimu lo. Tacit.lib.4. Agrippinæ quoq; proximi illiciebantur,prauis ſermonibus ſpiri tus perſtimulare.

PERSTINO,as, {Comperare}(ὠνοῦμαι)quidam uſurparunt pro emo. Apul. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aſpernatus, uiginti denariis perſtinaui.

PERSTO,as,{Durare,perſeuerare,continouare}(διαμένω, διΐσταμαι)perma neo,perſeuero,continuo.Gelli.lib.5.cap.1. Hoc modo perdius,pernoxq; perſta bat. Iungitur interdum datiuo.Liui.8.ab Vrb. vbi cum deprecãtibus primo ribus patrum,atq; uniuerſo Senatu,perſtaret incepto immitis animus. Interdũ ablatiuo cum præpoſitione In. Ibidem. Se tamen perſtaturum incepto,&c. Sic dicimus Perſtare in ſocietate,Perſtare in ſententia, & ſimilia.

PERSTREPO,is,pe.co.{Far molto ſtrepito}(διαψοφέω)ualde ſtrepo. Te rent. Eunuc. Abeunt lautum perſtrepunt ita ut fit,domum ubi abſunt. Stati.2. Achil. Rumor in arcana iamdudum perſtrepit aula. Claudi.in Eutrop. Crebro pulſatus perſtrepit ictu.

PERSTRINGO,gis.{Stringere forte ſerrare chiudere}(συνάπτω, ἐπιγράφω)ualde ſtringo,claudo,inquit Noni.Cato de Re ruſt.ca.32. Vites bene no dentur per omnes ramos, diligenterq; exucto,ne uitẽ præcipites,& ne nimium perſtringas. Aliquando uerò ſignificat breuiter aut ſummatim ſtringo, dico, uel ſcribo,Cice pro Sexto Roſc.Sed in animo eſt,quemadmodum ante dixi,le uiter tranſire,ac tantummodo perſtringere unamquanq; rem,&c. Aliquando ponitur pro leuiter taxare,& reprehendere,leuiq; dolore afficere. Ci.pro Seſtio: Vt eos quorum ſcelere furore uiolatus eſſem,uocis libertate perſtringerẽ. Ali quando ponitur pro offuſcare, obnubilare, obſcurare, obtenebrare, obtundere, ἀμαυρόω:ut cùm dicimus, Perſtringere oculos,perſtringere aciem mẽtis,ani mi,uel ingenij,et perſtringere aures ſonitu. Hor.lib.2. Carminum. Iam nunc mi naci murmure cornuum Perſtringis aures,iam litui ſtrepunt. Cicero in Cato. Maio. Voluptas rationi inimica,mentis(ut ita dicam)perſtringit oculos. Ci.1. de Diuin. Eaq; parte animi,quæ uoluptate alitur,nec inopia enecta, nec ſatieta te affluenti:quorum utrunque perſtringere aciem mentis ſolet. Idem pro le ge Agra.Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod ratione perſtringi non poſſit?

PERSVADEO,es,{Perſuadere,dar d'intendere}(ὑπαγορεύω, ἀναπείθω)nõ ab actu,ſed ab effectu ſignificationem habet.ut ſit Perſuadere ſuadendo induce re ad credendum aliquid,uel faciendum. Auctus ad Herc.lib.1. Si animus au ditoris perſuaſus fuerit.id eſt ſi oratio aduerſariorum fidem fecerit auditoribus. Cæſar Comment.4. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum ex illis,quos auxilij cauſa ſecum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationi buſq; perſuadet,ut ad hoſtes trãſeat,& quid fieri uelit,edocet. Qui ubi ad eos uenit,timorem Romanorũ proponit. Perſuadet,inquit,id eſt ſuadendo inducit. Simili modo fit in Exoro,quum ſignificat,orans impetro:& Excogito, qđ eſt,per cogitationem inuenio:eo quod exorando,id eſt,perfectè orando,impetra tur quod oratur:& excogitando,id eſt,perfectè cogitando,inuenitur quod quę ritur. Nec huiuſmodi ſignificationes propriè ſumuntur ex ui præpoſitionũ,& uerborum,quæ non progrediuntur,niſi quantum ſignificatio eorũ protenditur, quæ in Perſuadeo eſt perfectè ſuadeo, Exoro,perfectè oro:ſed ex effectu rei,quę ex eis conſequitur & perficitur. Verum non catenus ipſa à propria eorum ſignifi catione recedere dixerim,quum ſignificare poſſint perfectam ſuaſionem. Nam Perſuadeo perfectè,ſiue maximè ſuadeo ſignificare docet Teren.in And.quum ait: Ipſus mihi Dauus,qui intimus eſt eorũ conſiliis,dixit. Et is mihi perſuadet nuptias,quantum queam,ut maturem. Idem in Phorm. Sed ubinam Getã in uenire poſſim,ut rogem,quod tempus cõueniendi patris me capere perſuadeat? id eſt,potiſſimum ſuadeat. Quod eſt contra eos,qui uolunt Perſuadere tantum in effectu eſſe,Suadere in actu,ut eſt Sipontinus,qui ait: Suadere eſt hortari ali quẽ ad id quod intendimus: perſuadere eſt ſuadẽdo aut diſſuadendo aliquid,ho minem in opinionem noſtram inducere. Hinc perſuaſus participium,& aliquã do nomen ex participio. Cic.in Tuſc. Opinio mali,quo uiſo & perſuaſo ægritu do inſequitur neceſſariò. Colu.li.12.cap.2. Villica porro perſuaſiſſimum habe re debebit,aut in totum, aut certè plurimum domi ſe morari oportere. Plinius Epiſt.20.lib.1. Perſuaſum habeo poſſe fieri,ut ſit actio bona,quæ non ſit bona oratio. Perſuaſio,onis,uerbale,dicitur credulitas, & opinio firma,quã Fidem appellamus. Plin lib.25.cap.2. Durat tamen tradita perſuaſio in magna parte uulgi,ueneficiis,& herbis id cogi. Perſuaſorius,adiectiuum,quod perſuadet. Sueto.in Domit.cap.8. Recuperatores,ne ſemper perſuaſoriis aſſertionibus ac cõmodarent,identidem admonuit. Perſuaſibilis,& hoc ſibile,quod poteſt per ſuaderi Quin.lib.3.cap 16. Rhetorice,eſt uis inueniendi omnia in oratione per ſuaſibilia. Hinc Perſuaſibiliter,aduerbium. Quin.lib.5.ca.16. Qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere. Perſuaſor,oris,uerbale,q perſuadet. Perſuaſtrix, ſtricis,fœminini generis. Plautus in Bacch. Eccas tandem probri perlecebras, et perſuaſtrices. Quomodo mihi perſuadeo,per parentheſim pulchrè ponitur pro eo,quod dicimus, Quemadmodum ego credo. Cic.pro Roſc. Amer. Ego con tra breuiorẽ poſtulationẽ affero,et(quomodo mihi perſuadeo)aliquanto æquio rem. Venuſtè quoq; dicitur,Ita tibi perſuadeas, Ita perſuaſum eſt omnibus. Cic.ad Bru lib.11. Quamobrem uelim,tibi ita perſuadeas,me tum Rẽp.cau-

ſa, quæ mihi uita ipſa charior eſt, &c. Idem ad eũdem: Ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu fugiſſe Antonium.

PERSVBTILIS, le pe. pr. {*Molto ſottile*} ualde ſubtilis. Cic. pro Planc. Et quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio.

PERSVLTO, {*Saltar per allegrezza*} (ὑπερπηδάω) ſuper re aliqua ſaltor proprieq; ferarum eſt, aut pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem ſubſiliũt. Lucr. lib. 1. Inde feræ pecudes perſultant pabula læta. id eſt, ſaltant per læta pabula. Eſt item Perſultare, cum petulantia quadam inſultatione locum agrum'ue peragrare. Liu. 4. Belli Maced. Quorum ubi arma, ſignaq; Lacetani cognouere, memores q̃ ſæpe in agro eorum impunè perſultaſſent. Tacit. lib. 11. Simul libero exercitu campos perſultante. Silius lib. 3. At non Sarmaticos attollens Fuſana muros Tam leuibus perſultat equis.

PERSVO, is, ere, (διαῤῥάπτω) ſuendo abſoluo. Vide in ſimplici ſuo.

PERTÆDEO, des, dui, {*Attediare*} (ἀηδιάζω, ἐξαπορῶμαι) tædia uehementer afficior. Gell. lib. 1. cap. 2. Iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius defatigati pertæduiſſent. Huiuſmodi tamen locutiones raræ ſunt: frequentius enim hoc uerbo utimur imperſonaliter, quemadmodum & eius ſimplici Tædet. Idẽ lib. 15. cap. 20. Simul duas uxores habuerat, cum id, decreto ab Athenienſibus facto, ius eſſet: quarum matrimonij pertædebat. Perteſum eſt. Cic. ad Q. F. libr. 1. Pertæſum eſt enim leuitatis, aſſentationis animorum, non officijs, ſed tẽporibus ſeruientium. Verg. 4. Aeneid. Si non pertæſum thalami tedæq; fuiſſet.

Hinc Pertædeſcit, ſimiliter imperſonale. Cato de Re ruſt. ca. 156. Nolite multum dare, nec pertædeſcat.

PERTÆSVS, a, um, {*Attediato faſtidito*} (ἐξαπορούμενος) participium ſine uerbi origine (ut inquit Serui.) & regit accuſatiuum. Sed poteſt eſſe à Pertædeo. Suet. in Cæſ. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil tum à ſe memorabile actum eſſet. Verg. lib. 4. Aen. Genitiuo iunxit: Si non perteſum thalami, tedæq; fuiſſet.

PERTEGO, is, pen. co. {*Coprire d'ogni parte*} (κατασκεπάζω) diligenter, & omni ex parte tego. Plaut. Rud. Quin tu in paludem is, exagitasq; arundines, Qui pertegamus uillam, dum ſudum eſt? Idem Trinum. Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.

PERTENDO, is, (διιέναι, διατείνω) ad finem tendo, ualde tendo, extendo. Cato de Re ruſti capi. 52. In arboribus, ubi radices capiant, calicem ut qualum pertendito, per fundum ramum, quem radicem capere uoles, ſcarificato, trajicitoq;. Sed hic Catonis locus corruptè citatur tam à Calepino, q̃ à cæteris omnibus, Dictionarium compilatoribus. Non enim ibi Pertendito legendum eſt, ſed Pertundito. Aliquando eſt rectà tendere, uel inſtitutam profectionem abſoluere. Liui. 5. ab Vrbe. Pars maxima atq; ipſe Sergius Romam pertenderunt.

Aliquando eſt contendere. Cice. pro Corne. Balbo: Cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus? Aliquando eſt ad finem ducere id, quod intendebamus, aut cœperamus. Terent. in Heaut. Quid iſtuc? uideo non licere, ut cœperam, hoc pertendere.

PERTENTO, tas, {*Tentar bene*} (ἀποπειρῶμαι) eſt ſententiam alicuius callidè expiſcari. Teren. in And. Sed ex gratia ſimulaui, uos ut pertẽtarem. Aliquando idem eſt quod permoueo, ſiue titillo. Verg. 5. Aen. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Aliquando idem quod corripio, apprehendo. Idem 3. Geor. Non'ne uides, ut tota tremor pertentet æquorum Corpora? Idem 1. Aene. Suſpenſam blanda uiciſſim Gaudia pertentant mentem.

PERTENVIS, & hoc pertenue, {*Molto tenue*} ualde tenue. Plin. li. 16. cap. 43. Secatur in laminas pertenues, & ilex. Cic. ad Teren. lib. 14. Spes autem ſalutis pertenuis oſtenditur. Item contra legem Agra. Sic ut terra clauſtra locorũ teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa penè coniungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur.

PERTEREBRO, as, pen. cor. {*Triuellare*} (διατετραίνω) terebra perforare. Cic. 1. de Diuin. Annibalem Cælius ſcribit, cum columnam auream, quæ eſſet in fano Iunonis Lucinæ, auferre uellet, dubitaretq; utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, pertere brauiſſe.

PERTERGO, es, {*Forbire con diligenza*} (ἀπομόργνυμι, ἐκμάσσω) diligenter tergo. Columell. libro 12. capi. 9. Sæpe ſuffundere ius debebit, nec pati ſitire ſalgama, ſed extrinſecus munda ſpongia uaſa pertergere, & aqua fontana refrigerare.

PERTERO, is, pe. co. {*Conſumare fregando*} (κατατρίβω) terendo comminuo. Plaut. Menæch. Tum compediti ianuam lima perterunt. Colu. libr. 8. cap. 5. Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

PERTERREO, es, {*Far ſpaſimo, far paura*} (καταπλήττω) ualde terreo. Terent. Eun. Poſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum. Cæſ. 1. Bel. Gall. Quæ copiæ noſtras perterrerent, & munitione prohiberent. Idem lib. 7. Vt ſint reliquis, documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios. Perterritus, a, um, participium. Cic. pro Cælio: An timebant, ne tot unum ualentes imbecillum alacres perterritum ſuperare non poſſent? Ouid. 11. Metam. Viſa fugit Nymphe, ueluti perterrita fuluum Cerua lupum.

PERTERREFACIO, perterrefacis, p. c. {*Far paura, ſpauentare*} (καταφοβέω) idem quod perterreo. Terẽ. And. Nunc tuum eſt officium, has bene adſimules nuptias, Perterrefacias Dauum. Brutus ad Cic. lib. 11. Sperare eos perterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia.

PERTERRICREPVS, adiect. (ἐκπληκτικός, φρικοποιός) quod terrorem crepat, & incutit. Lucr. de tonitru: Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. Cic. in Orat. Imò uerò iſtam ſequamur, aſperitatemq; fugiamus: Habebo iſtã ego perterricrepam. Ex poeta quodam.

PERTEXO, xis, {*Teſſere*} (διυφαίνω) extendo abſoluo. Item perago, perficio, tranſlatione ſumpta è textoribus, qui primò telam ordiuntur, et orſam deinde texunt. Cic. lib. 2. de Ora. Et pertexe modò, Antoni, quod exorſus es. Idem ad Att. lib. 1. Totum hunc locum, quem ego uariè meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flamma, de ferro (noſti illas ληκύθους) ualde grauiter pertexuit.

PERTICA, cæ, pen. cor. {*Pertica*} (κάμαξ) baculus oblongus. Var. 3. de Re ruſtic. cap. 5. Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Plinius lib. 15. cap. 3. Qui medium temperamentum in hoc ſeruant, perticis decutiunt. Ouid. de Nuce: Pertica dat plenis immitia uulnera ramis. Plinius lib. 8. Epiſt. Ex his etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, ſed diſtinctè, gradatimq; tractaui. id eſt, quos non una ulna menſus ſum, inquit Budæus. Eraſmus uerò, Vna pertica, ait, id eſt, eadem opera. Hinc Perticalis, & hoc cale. colum. libr. 4. capi. 31. Perticalis ferè ſalix eundem agrum, quem uiminalis, deſiderat. Id eſt, ex qua fiunt perticæ. Plin. lib. 17. cap. 20. Perticalis & uirga, & talea ſeritur foſſura eadem.

PERTIMESCO, is, {*Temere molto*} (περιδέδια) ſignificationem ſui primitiui retinet. Non enim habet ſignificationem paſſiuam innatam. Plau. in Curc. Spectacula ibi ruunt, ego pertimui. Cic. 5. Verr. Siculi Siculos non tam pertimeſcebant. Ouid. Epiſt. 9. Dicens & dominæ pertimuiſſe minas. Cice. Lentulo fama inconſtantiæ pertimeſcenda. Iungitur aliquando ablatiuo cum præpoſitione De. Cic. 7. Verr. De ſuis periculis, fortunisq; omnibus pertimeſcunt. Pertimeſcitur paſſiuè dixit Ci. de Lege Agraria: Graue eſt enim (inquit) nomẽ imperij, atq; id etiam in leui perſona pertimeſcitur.

PERTINACIA, æ, {*Pertinaccia, oſtinatione*} (ut inquit Cicero) perſeuerantiæ finitima eſt, & tam in bonum, quã in malum ſumitur ἰσχυρογνωμοσύνη. In bonũ. Suetonius in Cæſare: Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorũ frangerentur. Cic. 1. Acad. Cum Zenone inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia aut ſtudio uincendi (ut mihi quidem uidetur) ſed earum rerum obſcuritate, &c. In malum. Accius: Pertinaciam indocti poſſident. Teren. in Hecy. Quæ hæc eſt pertinacia? Cic. 1. de Fin. Cum pertinacia & iracundia rectè diſputari non poteſt. Ci. 4. Acad. Reprehendiſ in minimis rebus pertinacia, in calumnia etiam coercetur. Hinc Pertinaciter, aduerbium, perſeueranter, obſtinatè. Pli. Epiſt. 109. lib. 5. Ne deſiderio Senatoris, non iam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis, tam pertinaciter, præſertim in Senatu repugnaret.

PERTINAX, acis, pe. co. {*Pertinace, oſtinato*} (αὐθάδης) obſtinatus, qui ſcilicet in re aliqua, quam ſemel animo concepit, nimis firmiter perſiſtit. Cice. 2. de Fin. Certè pertinax non ero: tibiq;, ſi mihi probabis ea, quæ dicis, libẽter aſſentiar. Pertinax itaq; à Per, & Teneo, dici uidetur: ut, is Pertinax dicatur, qui ſuæ ſententiæ nimis eſt tenax. Varro lib. 4. de Lingua Latina, à pertendendo dictum putet. Nam is, qui pertendit in re aliqua, in qua pertendere non debet, dicitur Pertinax: qui uerò perſtat in eo, in quo manere oportet, Perſeuerans dicitur. Accipitur tamen nonnunquam Pertinax in bonam partem, pro perſeuerante. Valer. Max. lib. 1. Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoq; pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubit, q tam ſcrupuloſa cura, paruula quoq; momenta religionis examinari uidentur. Seneca lib. 7. de Benefic. Vincit malos pertinax bonitas. Liu. 5. Bel. Pun. Vincit tamen omnia pertinax uirtus. Pertinax certamen, dicitur durum, & difficile. Pertinax fama, conſtans & firma. Sic Pertinax odium, Pertinax pietas. Pertinacior in diſſerendo uel diſputando, dixit Cice. de Fin. Pertinacem Plautus ſuo more dixit pro ualide tenaci, hoc eſt, auaro, & rei ſuæ ſeruandæ plus ſatis attento. Ita enim habet in Captiuis: Quid tu ais? tenax'ne pater eius eſt? P. Imo ædepol pertinax.

PERTINEO, nes, penult. corr. {*Pertenere, appartenere*} (διήκω, διατείνομαι, διϊκνοῦμαι) compoſitũ ex Per & Teneo, idem ſignificans quod pertingo, peruenio: habetq; accuſatiuum cum præpoſitione Ad, uel In. Cæſar Comment. 1. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Vlpianus de Cloacis. l. prætor ait: Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, de qua agitur, purgare, reficere liceat, uim fieri ueto. Et paulo poſt: Quod ait, prætor Pertinet, hoc ſignificat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit. Ci. in Cat. Maio. Tanta eſſe conatos: quę ad poſteritatis memoriam pertinerent. Nonnunquam etiam in hac ſignificatione admittit præpoſitionem Per. Cic. 1. de Natu. deo. Ratio quædam pertinens per omnẽ rerum naturam. Accipitur præterea frequentiſſimè Pertinere, pro attinere, & dominio cuiuſpiam ſubiectum eſſe, καθήκειν, ἐπιβάλλειν. Pomponius. l. Verbum. ff. de uerb. ſignifi. Verbum illud pertinere latiſſimè patet. Nam & ijs rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſint, & eis quas aliquo iure poſſidemus, quamuis non ſint noſtri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quę in nulla eorum cauſa, ſed eſſe poſſunt. Hæc ille. In qua ſignificatione perpetuò habet accuſatiuum cum præpoſitione Ad, nunquam autem datiuum.

Neque enim cum imperito uulgo dixeris, Pertinet mihi hæc domus, ſed, ad me. Pertinet ad me, hoc eſt, officij mei eſt, uel partium mearum, uel meæ curationis. Cic. de Amicit. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Plaut. Trucul. Magis pol hæc malitia pertinet ad uiros, quam ad mulieres.

Hoc eſt, magis cadit in uiros. Interdum etiam idem quod refert, ſiue intereſt mea. Martialis lib. 8. Vxor mœcha tua eſt: hoc ad te pertinet Ole. Pertinet ad rem, hoc eſt, non alienum eſt à re. Cice. ad Brutum lib. 13. Bonus plane uir, & cum uirtutibus, tum ea fortuna (ſiquid hoc ad rem pertinet) ornatus.

Oratio, uel ſententia eò pertinet, hoc eſt, eò tendit uel dirigitur. Cicero pro Corn. Balbo: Nec uero hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum.

PERTINGO, is, pertigi, pen. corr. pertactum, pertingere (διήκω, διικνοῦμαι) extendor, peruenio. Plinius lib. 11. cap. 37. Venam ab oculis pertingere ad cerebrum peritiſſimi auctores tradunt. Cicero de Natu. deo. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam uim habere in ſe uitalem per omnem mundum pertingentem.

PERTOLERO, as, {*Tolerare fino al fine*} (φέρω, ὑπομένω) uſq; ad finem tolero, perfero. Plau. Amph. Fata iſtæc me premunt, pertolerarem uim tantam, cladesq; Exantlarem impatibiles.

PERTORQVEO, es, (κατατρεβλόω) idem quod torqueo. Lucret. libro 2. At contra tetra abſinthi natura, ferìq; Centauri fœdo pertorquent ora ſapore.

PERTRACTO, as, {*Maneggiare*} (καθάπτομαι) manibus frequentius tracto, & tango. Cic. in Para. Barbatulos mulculos exceptantem de piſcina, et pertractantem. Plin. lib. 25. ca. 6. Centaurea curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. Pertractare per tranſlationem, apud ſe reputare, & diligenter conſiderare. Cic. 2. de Fin.

Tute introſpice in mentem tuam ipſe, eamq; omni cogitatione pertractans percontare ipſe te. Pertractare, diſſerere, diſputare de re aliqua. Cic. 4. Tuſcu.

Qua

Qua oratione prætermiſſa minime neceſſaria, ea quæ rem continent, pertractemus. Pertractatio, onis, frequens reuolutio. Cic. 1. de Orat. In Grammaticis poetarum pertractatio hiſtoriarum cognitio, uerborũ interpretatio pronuntiandi quidam modus.

PERTRAHO, is, pe. co. {*Straſcinare*}(ἐφέλκω) ad deſtinatum finem traho. Liu. 1. Bel. Pun. Ea ca templo reſolutis quibus leuiter annexa erat uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. Idem 5. Bel. Pun. Et Carthagnienſium acies de induſtria pedem referebat, ut ad terga collis ab equi te ſuo inſeſſi hoſtem incautum pertraheret. Pertrahere uitam, prolongare. Pli. lib. 28. cap. 1. Vitam quidem non adeò extendendam cenſemus, ut quoquomodo pertrahenda ſit.

PERTRANSEO, is, {*Trapaſſare*}(διαβαίνω) idem quod tranſeo. Plin. lib. 37. cap. 5. Nubecula enim albicantis eſt uitium, cum uiridis non per tranſit aſpectus, ſed aut intus occurrit, aut excipit in fine uiſum candor.

PERTRANSLVCIDVS, a, um, pen. cor. {*Molto traſparente*} quod ualde tranſlucet. Pli. lib. 13. cap. 12. Aliàs indecoro uſu pertranſlucida.

PERTRIBVO, is, ere, {*Dare*}(δίδωμι) idem quod tribuo, uel do. Plin. Epi. 307. Apud me & milites & pagani, à quibus iuſtitia eius & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua priuatim, qua publicè teſtimonium pertribuerunt.

PERTRISTIS, ſte, ualde triſtis. {*Molto triſto, malenconico*} Cice. pro Cęlio: Et qui in reliqua uita mitis eſſet, & in hac ſuauitate humanitatis, qua prope delectantur iã homines, uerſari perucundè ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor magiſter. Idem. 2. de Diui. Sæpe etiam pertriſte canit de pectore carmen.

PERTVMVLTVOSVS, a, a, um, {*Molto tumultuoſo*} tumultum magnum excitans. A' quo Pertumultuosè, aduerb. Cic. ad Cato. lib. 15. Interim cũ exercitu luſtrato iter in Ciliciam facere cœpiſſem, Calen. Septemb. legati à rege Comageno ad me miſſi, pertumultuosè, neq; tamen non uerè, Parthos in Syriam tranſiſſe nuntiauerunt.

PERTVNDO, is, Colu. lib. 6. cap. 5. Si fortè ſurculum calcauerit, aut acuta teſta, uel lapide ungulam pertuderit. Cato. cap. 133. Calicem pertuſum ſumito tibi. Lucr. lib. 4. Non ne uides etiam guttas in ſaxa cadentes Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa? Pertuſus, a, um, participium, perforatum. Cato. cap. 157. In uas pertuſum congeſta omnia. Plau. Pſeu. In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

PERTVRBATE, aduerb. {*Perturbatamente, diſordinatamente*}(τεταραγμένως) confusè, inordinatè. Cic. 1. de Inuent. Hinc conſiderandum erit, nequid perturbatè, nequid contortè dicatur.

PERTVRBATVS, a, um, particip. {*Perturbato, confuſo*}(τεταραγμένος) perculſus, confuſus. Cic. contra Rullum: Ciuitas perturbata ſeditionibus. Idẽ 3. de Orato. Non diſcerptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. Migrat & in nomen: unde & comparationem admittit. Cice. Atti. libr. 6. Sed enim ἀκοσμία ſi perturbatio eſt, tibi aſſignato. Eodem libro 3. Nunquam uidi hominem perturbatiorem metu.

PERTVRBATIO, onis, {*Perturbatione, tumulto*}(ταραχὴ) tumultuatio, confuſio, commotio. Cic. 6. Philip. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur. Idem in Paradoxis: Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Perturbationes animi, ſunt motus & animi concitationes rationi non obtemperantes, quæ à Græcis πάθη appellantur. Cice. 4. Tuſc. Eſt igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit (quod πάθος ille dicit) auerſa à recta ratione contra naturam animi commotio. Idem 2. de Finibus. Perturbationes genere ſunt quatuor, partibus plures ægritudo, formido, libido, lætitia. Idem 4. Tuſcula. partes autem perturbationum uolunt ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis: ita eſſe quatuor. Ex bonis libidinem & lætitiam: ut ſit lætitia præſentium bonorum, libido futurorum. Ex malis metum & ægritudinem naſci cenſent. metum de futuris, ægritudinem de præſentibus. Quoniam enim uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. Lætitia autem & libido in bonorum opinione uerſantur: cum libido ad id, quod uidetur bonum, illecta & inflammata rapiatur: lætitia, ut adepta iam aliquid concupitum, efferatur & geſtiat. Natura enim omnes quæ bona uidentur, ſequũtur, fugiuntq; contraria.

PERTVRBO, as, {*Perturbare, diſturbare*}(ἐπιταράττω) ualde turbo, cõfundo, commoueo. Teren. And. Nihil eſt præci loci relictum, ita perturbaui omnia. Cic. 5. Verr. Hæc te uox non perculit? non perturbauit? Perturbator, oris, qui perturbat. Perturbatrix, cis, quæ conturbat. Cic. 1. de Legib. Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arceſila & Carneade recentem exoremus ut ſileat.

PERTVRPIS, pe. {*Molto brutto*} ualde turpis. Cice. pro Cælio: cum hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, non tibi perturpe, aut flagitioſum eſſe uideatur?

PERVADO, is, {*Trapaſſare*}(διαβαίνω) pertranſeo. Tacit. lib. 2. Niſu tamen corporis & impetu equi peruaſit. Liu. 7. ab Vrb. Inter trepidationẽ tumultũq; Samnitum præſidium Romanorum obuijs cuſtodibus cæſis ad caſtra Cõſulis peruaſit. Idem. 5. ab Vrb. Quibus cum ampliſſimis uerbis gratiæ ab Senatu actæ eſſent, famaq; ea forum atque urbem peruaſiſſet, ſubitò ad curiam concurſus fit plebis.

PERVALIDVS, a, um, pen. cor. {*Molto ualido*} admodum ualidus. Liu. 10. Bel. Maced. Donec ad peruralidam aliam urbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit.

PERVARIVS, a, um, {*Molto uario*} ualde uarius. A' quo Peruariè, aduerbium. Cic. 2. de Ora. Reliqua peruariè, iucundè narrantur.

PERVASTO, as, {*Guaſtare al tutto*}(διαφθείρω) prorſus uaſto. Liui. ab Vrbe: Ad peruaſtandos fines, nequid ad noua conſilia relinquerent uirium, duxere. Tacitus lib. 15. Interea conferendis pecunijs, peruaſtata Italia, prouinciæ euerſæ.

PERVEHO, is, penultima correpta, {*Portare, condurre*}(διακομίζω, κατάγω) uſque in aliquem locum porto. Plin. libr. 35. cap. 6. Sed unde non peruehuntur ad nos. Liui. 5. ab Vrbe: Virgines ſacraq; in plauſtrum impoſuit, & Cere, quo iter ſacerdotibus erat, peruexit. Cic. 2. Offic. Nam & cum proſpero flatu eius fortuna utimur, ad exitus peruehimur optatos: & cum reflauit, affligimur.

PERVAGO, as, & Peruagor, aris, penul. cor. {*Andare uagando, uagabondo*}(περιφέρομαι) per aliquem locum uagor libro 3. ad Herenni. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quoſq; locos, imaginum innouandarum cauſa, celeriter animo peruagemus. Cic. 1. de Legibus. Moleſtiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, ſimiliter omnium mentes peruagãtur. Hinc Peruagatus participium. Liuius 8. Belli Macedon. Inter mitiſſimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum, ſedem cepit. Eſt & Peruagatus, nomen ex participio, idem fere ſignificans quod diuulgatus. Cicero pro Plancio: Vulgaris & peruagata declamatio. Idem 3 de Orat. Commune & peruagatum uitium. Hinc Peruagatior, & Peruagatiſſimus. Cice. 2. de Inuen. Pars autem eſt peruagatior, & aut in omnes eiuſdem generis, aut in pleraſque cauſas accommodata. Idem in Orato. Me autem peruagatiſſimus ille uerſus, qui uetat, Artem pudere proloqui quam factites, diſſimulare non ſinit, quin delectet, &c.

PERVAGVS, a, um, pen. cor. {*Molto uago*} ualde uagus, qui multum uagatur, inconſtans. Ouid. 2. de Arte amandi:

Magna paro, quas poſſit Amor remanere per artes.
Dicere tam uaſto peruagus orbe puer.

PERVELLO, lis, (κατατίλλω) uellico, & punctiunculis torqueo. Cice. 3. Tuſc. Quid mœres? quur ſuccumbis, cediſq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit, & pungere, non potuit certè uires frangere. Hor. 2. Ser. Saty. 8. Rapula, lactucæ, radices, qualia laſſum Peruellunt ſtomachum.

PERVENIO, is, ire, {*Peruenire*}(φθάνειν, διήκειν, διικνεῖσθαι) ſignificat ad finem uenire. Plin. Epiſt. a 54. Perueni ad fontem puriſſimũ. Terent. Eunuchos Ita eſt: ſed ſine me peruenire quò uolo. Quaſi dicat, ſine me dicere quod maxime cupio. Cic. pro Seſt. Vix ſerò, & raró ad manus perueniuntur. Idem ad Attic. lib. 8. Eò autem ad te ſcripſi, ut ſi tibi forte reddita eſſet, mihi curares referendam, ne in illius manus perueniret. Verg. 4. Geor. Poſtquàm eſt in thalami pendentia pumice tecta Peruentum.

PERVENOR, pe. p. peruenaris, peruenari, (διαγρεύω, ἀριχνεύειν) idem quod diligenter uenari: & per tranſlationem pro Quærere, et ſolertia quadam adhibita inueſtigare. Plau. Mer. Defeſſus ſum urbem totam peruenarier.

PERVERSVS, a, um, {*Peruerſo, maluagio*}(διάστροφος) prauus, præpoſterus. Plau. in Truc. Illic & hic peruerſus eſt. Ci. pro Clu. Itaq; ut erat ſemper præpoſterus, atq; peruerſus, initium facit a Bulbo. Brutus ad Cic. lib. 11. Gratiorem me eſſe in te poſſe, quàm iſti peruerſi ſunt in me, exploratum habes. Peruerſus dies à Plauto in Menæ. dicitur ineptus, incommodus, intempeſtiuus. Hinc peruersè aduerbium. Plaut. in Amph. Qui peruerſe adeò peruertit familiæ meæ mentem.

PERVERSITAS, atis, {*Peruerſita*}(διαστροφὴ) prauitas, ſeu actio præpoſtera. Ci. 2. Tuſ. In ſumma opinionũ peruerſitate uerſamur. Idem in Orat. Quæ eſt autem in hominibus tanta peruerſitas?

PERVERTO, is, ere, {*Rouerſciare, uoltare ſottoſopra*}(διαστρέφω, παραστρέφω, παράγω) Plau. in Aul. Ne cœnet ſenex. Aulas peruertunt, ignem reſtinguunt aqua. Modò deprauare, παραφθείρω. Cice. in Diuin. Nunquam ille me opprimet conſilio nunquam ullo artificio peruertet, nunquam ingenio me ſuo labefactare, atq; infirmare conabitur.

PERVESTIGO, penul. prod. {*Inueſtigare*}(ἀριχνεύω) non ſolum quæro, ſed quærendo inuenio, uel acquiro, Veſtigo autem quæro. Tractum à ueſtigijs ferarum, quibus tanquam ſignis, indicijsq; ad ferarum luſtra uenatores perueniunt. Cice. libr. 2. de Orat. Noſſe regiones, intra quas, uenias, & peruestiges, quod quæras. Idem 6. Verr. Canes uenaticos diceres, ita odorabantur omnia, & peruestigabant. Peruestigatio, onis, ἀρίχνευμα, ἀρίχνευσις. Cic. 1. de Ora. Sed omnia quæcunque eſſent, uel ſcientiæ peruestigatione, uel differendi ratione comprehenderunt.

PERVETVS, penul. cor. huius Peruetteris, omn. ge. {*Molto uecchio*}(πολυχρόνιος) ualde uetus. Cic. ad Quint. fratrem lib. 3. Reddita etiam mihi eſt peruetus epiſtola, ſed ſerò allata. Peruetuſtus, a, um, idem quod peruetus. Cic. 9. de Orat. Vt tranſlatis utamur frequenter, interdumq; factis, raró autem etiam peruetuſtis.

PERVICAX, cis, pen. co. {*Duro, oſtinato*}(ἰσχυρογνώμων, ἐνστατικός) durus, contentioſus, nulli cedens, perſeuerans cum quadam ui. Ter. in Hecy. Adeon peruicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire? Hinc Peruicacia, (τὸ ἐνστατικόν) durities, obſtinatio. Plini. lib. 17. cap. 20. Perdurandi peruicacia. Peruicacia et Pertinacia hoc diſtant, inquit Nonius, q; Peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia. Pertinacia ſemper malarum. Sed hæc differentia non eſt perpetua. Nam & Pertinacia in bonam aliquando partem accipitur: ut ſuo loco oſtendimus.

PERVICVS, Veteres dixerunt pro peruicaci teſte Nonio. Plaut. in Aul. hic quidam peruicus cuſtodem addidit.

PERVIDEO, peruides, pen. co {*Vedere perfettamente*}(διοράω) diligenter & perfecte uideo. Columel. lib. 2. cap. 1. Videt ſine dubio quid eueniat: ſed cur id accidat, non peruidet. Hor. 1. Serm. Sat 3. Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

PERVIGEO, es, pen. cor. (ἀκμάζω) idem quod ſimplex uigeo. Tacit. lib. 5. Et uterq; opibuſq; atq; honoribus peruiguere.

PERVIGIL, p. co. peruigilis, om. gen. {*Che ueggia molto*}(πάννυχος) totam noctem uigilans, uel uigilias in longum tempus extendens. Plini. lib. 33. cap. 4. Eamq; ſolus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Anguis peruigil. Ouid. 12. Epiſt. Canis peruigil. Sene. Herc. fur. Cuſtodia peruigil. Lucan. lib. 4. Ignis, peruigil, pro igne ueſtali. Stat. 2. Theb.

PERVIGILIVM, lij, {*Lunga uigilia*}(παννυχισμός) diuturnæ uigiliæ. Pl. libr. 11. cap. 53. Peruigilio quidem uincuntur cibi. Et Peruigilium, ſacrum nocturnum, quo uigiliæ indicuntur, ut per totam noctem uigiletur. Liu. lib. 1. Bel. Pun. Caſtra Campana ut peruigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit. Suetonius de Calig. Nec alia de cauſa uidetur eo die quo perijt, per-

uigilium indixiſſe, quàm ut initium in ſcenam prodeundi licentia temporis auſpicaretur.

PERVIGILO, {*Veggiare continouamente*} (παννυχίζω) uſq; ad finem uigilo, uel totam noctem inſomnem duco. Mart. lib. 9. Nam uigilare leue eſt, peruigilare graue. Peruigilatio, onis. Cic. 2. de Legibus. Nouos uerò deos, & in his colendis nocturnæ peruigilationes.

PERVILIS, le, {*Molto uile*} admodum uile. Liu. 1. Bell. Macedon. Annona quoq; eo anno peruilis fuit.

PERVINCO, is, {*Fare perfettamente*} (διαπράττομαι) contendo, perficio. Cic. ad Att. lib. 2. Reſtitit, & peruicit Cato. Liu. 4. ab Vrb. Neq; ut de agris diuidendis plebi referrent Conſules ad Senatum, peruincere potuit.

PERVIRIDIS, de, pen. cor. {*Molto uerde*} ualde uiridis. Plini. lib. 6. cap. 22. Mare id colore peruiridi, præterea fruticoſum, arboribus.

PERVIVO, is, pen. pr. (διάγω, διαζῶ) uſque ad certum aliquem finem uitam perduco. Plaut. Capt. Etſi peruiuo uſq; ad ſummam ætatem, tamen Breue ſpatium eſt perferundi, quæ minitas mihi.

PERVIVS, a, um, {*Penetrabile, per doue ſi puo andare*} (διάβατος, διαβάσιμος) per quod iri poteſt. Terent. in Adel. Id quidem angiportum non eſt peruium. Aliquando dicitur penetrabile. Ouid libr. 2. Meta. Domus eſt imis in uallibus antri Abdita, ſole carens, non ulli peruia uento.

PERVNGO, is, {*Vngere d'ogni parte*} (καταχρίω) oblino, circunquaque ungo. Colum. lib. 11. cap. 3. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo atque tumor inceſſerit, oleo ſubinde perunguito. Cice. 1. Tuſcu. Corpora oleo perunxerunt. Perunctio, onis. Plin. lib. 28. cap. 16. Perunctione prodeſſe dicitur.

PERVOLGO, as, are, {*Andare uagando*} (περιφέρομαι) peruagari. Lucre. lib. 2. Multiplexq; loci ſpatium trāſcurrere eodem Tempore, quo Solis peruolgant fulgura cœlum.

PERVOLO, as, pe. cor. {*Volare, andare uelocemente*} (διαπέτομαι) uſque ad certum aliquem deſtinatumq; locum uolo: & per trāslationem pro celeriter perferor. Cic. in Som. Scip. Quibus agitatus, et excitatus, animus uelociter in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit. Hinc Peruolito, as. frequentatiuum. Verg. 8. Aen. Omnia peruolitat latè loca.

PERVOLO, peruis, pen. cor. {*Deſiderare grandemente, bramare*} (προθυμοῦμαι) ualde cupio. Curt. lib. 6. Peruelim ſcire, utrum qui diſcendunt, an qui retinentur, de me querantur.

PERVOLVO, is, pe. p. {*Volgere d'ogni parte*} (διακυλίνδω) uerſo, magna ui uoluo. Plin. lib. 33. cap 4. Et repleto ſtagno, excuſſis obturamentis, erumpit torrens tanta ui, ut ſaxa peruoluat. Cic. 2. de Ora. Deinde ut in iis locis, quos proponam paulò poſt, peruoluatur animus, ut ſe penitus inſinuet in cauſam, ut ſit cura & cogitatione intentus, diligētia eſt. Peruoluto, as, are, frequentatiuū. Peruolutare libros, (ἐξελίττειν, περιελίττειν) omni adhibita diligentia euoluere. Cic. de Orat. Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis cauſa laudandi.

PERVRBANVS, a, um, {*Molto ciuile*} ualde urbanus. Cic. ad Att. lib. 2. Deniq; ſi ſolus non potuero, cum ruſticis potius, q̃ cū iis perurbanis. Idē de Clar. Orat. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

PERVRO, is, {*Abbruſciare, conſumare abbruſciando*} (διακαίω) comburo & urendo conſumo. Pli. libr. 34. cap. 17. Eadem in aqua calculus æreus, quadrans ſi addatur, uas peruri. Aeſtu ualido perurimus, Ouidi. 3. de Arte. Peruſtus, participium: ut, Coma peruſta ſole, Proper. lib. 4. Eleg. 20. Cic. ad Cæſ. libr. 13. Etiam hominem peruſtum etiamnum gloria uolunt incendere.

PERVTILIS, le, {*Molto utile*} ualde utilis. Cic. ad Att. lib 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas eſſet.

PERVVLGO, as, {*Diuulgare*} (διακηρύσσω) diuulgo, in uulgus ſemino. Cice. pro Sylla: Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, diuidi paſſim, & peruulgari atque edi populo imperaui. Idem pro Cælio: Mulier quæ ſe omnibus peruulget.

PERVSIA, {*Perugia*} (περουσία) Hetruriæ ciuitas, ab Achæis cōdita, in qua L. Antonius ab Auguſto obſeſſus, cum extrema fame laboraret, coactus eſt deditionem facere. Hinc Peruſinus, a, um, pen. pro. περουσινός. Proper. libr. 1. Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulcra.

PES, pedis, {*Piede, pie*} (πούς) quid propriè ſignificet, expoſuimus ſuprà in dictione Pedes. Hic tantum pauca reſtant dicenda, quæ illic prętermiſimus. Pedibus ſtipendia facere, eſt pedibus merere. Ad pedes deſilire, idē quod ex equis deſilire. Sic pedibus ire, Pedibus iter facere, Pedibus reuerti, Pedibus prœliari. Cæſ. Bel. Gal. Equeſtribus prœliis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus prœliātur. Pedem ſtruere, ueteres uſurparunt pro fugere, inquit Feſtus. Pedem efferre, eſt egredi. Cic. Att. lib. 8. Qui, cum triginta tyranni eſſent, pedem porta non extulit. Ad pedes alicuius ſe abiicere, eſt humi ſe proſternere, & demiſsè alicui ſupplicare. Cic. ad Sulpitium lib. 4. Cum C. Marcellus ſe ad Cæſ. pedes abieciſſet.

Pedem dare, eſt fauorem & auxilium præſtare. Cic. ad Att. lib. 2. Soror, quę tantum habeat conſularis loci, unum mihi ſolum pedem dat. Vbi interpres: Vnū pedem dat, id eſt, fauorem mediocrem præſtat, non omnino fauet. Contrarium eſt, Omni pede niti quod eſt uniuerſo fauore, & uiribus. Dicimus etiam Referre pedem, pro recipere ſe, & paulatim ſubducere. Quin. lib. 6. ca. 5. Ab iis qui non adiuuant, q̃ molliſsime pedem oportet referre. Suo ſe pede metiri, eſt ſumptum facere pro modulo facultatum ſuarum, & pennas ſuas extra nidum non extendere. Pes etiam pro minimo loco ponitur. Cic. ad Att. lib. 7. Pedem in Italia uideo nullum eſſe, qui non iſtius poteſtate ſit hoc eſt, nec minimum quidem Italiæ locum. A' nomine Pes deriuantur Vnipes, Bipes, Tripes, Quadrupes, Semipes, Cornipes, Flexipes, Alipes, Aëripes, Curuipes, & pleraq; alia, quæ explicantur ſuis locis.

PES ACCIPITRINVS, à Romanis dicta eſt herba, teſte Dioſco. quam Græci (λυχνίδα ἀγρίαν) hoc eſt, Lychnidem ſylueſtrem appellant.

PES MILVINVS, herba eſt, quam Columella colligi & reponi iubet, non tamen explicat quæ ſit.

PES GALLINACEVS, herba eſt ex genere capni ſiue fumariæ naſcens in parietinis, & ſepibus, ramis tenuiſsimis ſparſiſq;, flore purpureo, ſucco ſuo caliginem oculorum diſcutiens. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

PESSI, (πρόσθετα, προσθέματα) fœminarum medicamenta, quæ in molli lana in naturalibus earum conduntur. Quæ enim per anum, Clyſteres, per collū matricis, Peſsi, ſiue Peſſarii appellantur. Celſus lib. 5. cap. 21. Sed alia quoq; utilia ſunt: ut ea quæ fœminis ſubiiciuntur: πεσσοὺς Græci uocant. Eorum hæc proprietas eſt: Medicamenta compoſita molli lana excipiuntur: eaq; lana in naturalibus conditur.

PESSINVS, pe. pro. huius peſsinuntis, (πεσσινοῦς) emporium Phrygiæ, habēs templum maximum (ut inquit Strabo) magnæ uenerationis Matris Deū, quā Andigiſtan uocant. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus ſtructus eſt & templo, & porticibus ex albo lapide. Romani celebrem reddiderunt, accerſita inde Matris deum ſtatua, quæ ab hoc loco Peſsinuntia eſt appellata. Nomine hoc Cicero in maſculino genere ſemper utitur. Sic enim ait in Oratione de Aruſpicum Reſponſis: Qui accepta pecunia Peſsinuntem ipſum, ſedem domiciliumq; Matris deorum uaſtaris. Et paulò poſt: Peſsinuntem per ſcelus à te uiolatum, & ſacerdote ſacriſq; ſpoliatum recuperauit.

PESSVLATÆ fores, (ἐσφαλισμέναι θύραι) dicuntur peſſulis clauſæ, munitæ. Et peſſulata ianua peſſulis firmata.

PESSVLVS, li, pe. cor. {*Catenazzo, chiauſtello*} (μοχλὸς, κατακλεῖθρον) quaſi paruus pes, inſtrumentum, quo oſtium clauditur, ſubditaq; mox claue reſeratur. Apuleius, Tum Myrmex, tandem claue peſſulis ſubiecta, pandit fores. Idem: Subdita claue peſſulos reduco. Plau. Aul. Occlude ſis Fores ambobus peſſulis iam ego hic ero. Teren. in Eun. Peſſulum oſtio obdo. Vnde Oppeſſulata ianua, (ἐσφαλισμένη θύρα) id eſt, peſſulis firmata. Feſtus: Obices ſunt peſſuli ferrei. Huius diminutiuum eſt Peſſellus.

PESSVM, aduerbium, {*A' dietro, in giu ſotto à piedi*} ſignificat modò retrorſum, modò deorſum, (ἀπίσω, κάτω) quaſi ad pedes, uel ſub pedibus. Vnde Peſſum premere, eſt pedibus calcare, ſiue ſub pedibus premere. Plau. in Moſt. Iſtæc ego ſuis pro factis peſsimis peſſum premā. Pli. in Præfa. lib. 14. Peſſum iere uitæ pretia, omneſq; à maximo bono liberales dictæ artes in contrariam cecidere. Peſſum iere dixit per tranſlationem, id eſt, actum eſt de iis, in nullo ſunt pretio. Peſſum eo, (ὑποφέρομαι, καταφέρομαι, βρίθω, ἰζάνω) hoc eſt, cedo, uel retrocedo. Aliquando peſſum ire, ſiue abire, eſt ire in fundum, ſiue imam partē alicuius rei liquorē in ſe continentis, ut dolii, aluei fluminis, maris, aut lacus. Plau. in Aul. Eodem modo ſeruum ratem eſſe amanti hero, æquum cenſeo, Vt toleret, ne peſſum abeat. Col. lib. 12. ca. 6. Nam ubi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam.

PESSVNDO, as, {*Conculcare, calcare addoſſo*} (καταπατέω) conculco, pedibus calco. Teren. in And. Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſum dabunt. Oui. de Ponto: Non mihi quærenti peſſundare cuncta, petitū Cæſarē caput eſt, quod caput orbis erat. Plau. Rud. Peſſum dediſti me blandimentis tuis. Item arceo, reprimo. Plau. in Merc. Ita peſſumas Peſſundedi, iram, inimicitiam lacrymas, mœrorem, exilium.

PESTIFER, ra, rum, {*Peſtifero*} & Peſtiferè aduerbium, uide in nomine Peſtis.

PESTIS, huius peſtis, {*Peſte*} (λοιμὸς) morbus eſt contagioſus, ab aëris plerunque infectione initium capiens, qui noxam, qua afficitur, in omnium animantium perniciem effundit: quanquàm etiam ex aliis cauſis peſtis nonnunquam gignitur. Plaut. in Amphi. Peſtis te tenet. Peſtes, in plurali. Plin. li. 2. cap. 7. Morbuſq; & multis etiam peſtibus, & cæ. Per metaphoram Peſtis pro pernicie, exitio, uel calamitate accipitur. Liu. 2. ab Vrbe: Ibant unius familiæ uiribus, Veienti populo peſtem minitantes. Ci. pro Sylla: Funeſta Reip. peſtis.

Dicitur aliquando de homine, qui alios corrumpit, & damna infert. Teren. in Adelph. Leno ſum fateor, pernicies communis adoleſcētium, periurus, peſtis.

Hinc Peſtifer, adiectiuum (λοιμώδης) ut, Fulmen peſtiferum, quod mortē, aut exitium oſtendit: inquit Feſtus. Pli. lib. 11. cap. 38. Taurorum ſanguis peſtifer potu maximè. Peſtiferū bellum dixit. Cic. ad Sulp. lib. 4. id eſt, perniciosum mortem afferens. Hinc peſtiferè, aduerb. Cic. 2. de Legi. Multa peſtiferè ſciſcuntur in populis.

PESTILENS, entis, {*Peſtilente*} (λοιμώδης) quod peſtem affert: cui opponitur Salubre. Cic. lib. 1. de Fato: Inter locorum naturas quantum interſit, uidemus alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes. Africus peſtilens, Hora. 3. Carm. Ode. 23. Ventus horribilis atq; peſtilens, Catullus Epig. 23.

PESTILENTIA, æ, {*Peſtilenza*} (λοιμὸς) idem eſt quod peſtis, in qua ſignificatione frequenter hac uoce utitur Plinius: ut li. 2. ca. 96. Locris, & Crotone peſtilentiam nunquam fuiſſe, nec ullo terræmotu laboratum, annotatū eſt. Item li. 7. c. 50. Senes minimè ſentire peſtilētiam. Sæpe etiam Peſtilentia accipitur pro aëris corruptione, aut loci inſalubritate, aut cœli inclementia: cui opponitur Salubritas. Cice. 1. de Diui. Vt hoſtiarum immolatarum inſpicerentur exta: quorum ex habitu, atq; ex colore cum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi: nonnunquam etiam, quæ ſit ſterilitas agrorum, uel fertilitas futura.

PESTILITAS, atis, {*Peſte*} (λοιμὸς) apud antiquos legebatur, teſte Nonio, pro peſte. Lucr. li. 6. Hæc igitur ſubitò clades noua, peſtilitaſq;.

PETALIVM, lii, (πετάλιον, μαλαβάθρινον) unguenti præſtantiſsimi genus ex nardi folio confectum unde & nomen habet, πέταλα enim Græci folia uocant. Plau. in Curc. Nam omnium odor unguentum præ tuo nauſea eſt: Tu ſtacte, tu cinamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es, Tu petalium. Latinè Foliatū appellatur. Mar. lib. 11. At mea me libram foliati poſcit amica.

PETALVS, (πέταλος) nomen unius ex iis, qui in aula Cephei regis, Perſeo, uim inferre conati, ceciderunt. Ouid. 5. Meta. Petalus irridens, Stygiis cane ceter a, dixit, &c.

PETASITES, (πετασίτης) Dioſcoridi lib. 4. cap. 109. herba eſt, pediculum habens cubito maiorem, craſsitudine pollicis: ita dicta à galeri forma, quam latum folium pediculo ſuperpoſitum uidetur referre, eo ferè modo, quo fungorū ſcapos pediculis uidemus adhærere. Ruſtici in Gallia Bardanam maiorem uocant.

PETASO, pe. cor. huius petaſonis, {*Preſciutto*} (πέρνα) caro porcina, quā alii coxam, alii eam partē ſuis dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas cōprehendit, quibuſdam ueluti uiriguis pinguibus diſtincta. Mar lib. 13. Muſtæus eſt, propera charos ne differ amicos: Nam mihi cū uetulo ſit petaſone nihil. Huius dimi

natiuum

nutiuum eſt Petaſunculus, Iuu. Sat. 7. Siccus petaſunculus & uas Pelamidum.

PETASVS, petaſi, pen. cor. {*Capello*}(πέτασος) idem quod galerus, hoc eſt, pilei latioris genus quo aduerſus Solis iniurias uiatores faciem tuentur: qualis etiam Mercurio peculiariter tribuitur à Poetis. Plau. in Amph. Ego habebo uſq; in petaſo pinnulas. Fitq; a Græco πετάννυμι, quod eſt extendo, cuius aoriſtus eſt ἐπέτασα. Hinc Petaſati qui galero pro capitis ornamento utuntur. Suet. in Auguſt. cap. 82. Aeſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpe in periſtylo ſaliente, aqua, atq; etiam uentilante aliquo cubabat: Solis uerò ne hyberni quidē patiens, domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Per translationē uerò Petaſus dicitur quiddam in galeri formam ædificijs ſuperpoſitū extenſum, & explicatū, in metę formam ſe contrahens. Pli. lib. 36. cap. 13. Supra quadratum pyramydes ſtant quinq;, quatuor in angulis & in medio una: in imo latæ pedum ſeptuagenum quinum, altę centenum quinquagenum, ita faſtigiatæ, ut in ſummo in bis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ uento agitata longè ſonitus referant. Sunt qui Petaſum interpretantur pro calceamenti genere, putantq; Petaſatum dici, qui hoc calceamento ſit calceatus: adducentes locum Cice. ad Caſſiū li. 15. Vpi. Sed petaſati ueniunt: comites ad portum expectare dicunt. Non inconuenienter tamen etiam in hoc loco Petaſatum intelligere poſſumus eum qui galero caput texerit. Solent enim, qui peregre proficiſcuntur ſe galero aduerſus æſtus iniuriam munire.

PETAVRISTÆ, (πεταυρισταὶ) teſte Nonio, à ueteribus dicebantur, qui ſaltibus uel ſcenis leuioribus mouerentur. Varr. lib. 2. de Vita popu. Rom. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi uelites Galli, Germani petauriſtæ, qui & Petauri dicuntur. à πέτασθαι, uolare: Feſtus: Petauriſtas Lucilius a petauro appellatos exiſtimare uidetur, quando ait: Sicuti mechanici cum alto exiluere petauro. At Aelius Stilo, quòd aere uolent, cum ait: Petauriſta propriè Græcè, ideo quòd ὁ πρὸς ἀέρα πετάνται.

PETAVRVM, (πέταυρον) genus ludi, & machina quędam lignea: quo quidem ludi genere homines per aera rotatum pulſi iactabantur. Mar. li. 11. Quā tota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt Petaurum ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt: ut haſtæ, circa quas ſe uoluunt funes, ſupra quos etiā reciproci ambulant: circuli, per quos ſe more piſciū tranſmittunt: tabulæ, è quibus in aere pendent uno brachio ſe ſuſtinentes. Græci dicunt petaurum eſſe laqueū, & aſſeres, quibus domos tegunt. Iulius Pollus exiſtimat caueam eſſe, in quam ſe cortis a lites cubitum ituræ conferunt.

PETESSO, ſis, (μνῶμαι) antiquum uerbum, idem ſignificans quod peto: ſicut Impetraſſo, Reconciliaſſo, Comonſtraſſo, qualia ſunt apud Plau. plurima. Cic. 2. Tuſc. Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Hinc Expeteſſo Plaut. in Trin. Vtrum potius harum mihi artem expeteſſam.

PETIGO, inis, pen pro {*Volatica*}(λειχὴν) morbi genus, qui & impetigo dicitur, q; uicina petat ſ. ſe latè ſumma cute diffundens. Occupat plerunq; totum uultum, oculis exceptis. Lucil. lib. 30. referente Nonio: Illuuies, ſcabies oculos huic deniq; petigo conſcendere.

PETILIA, Plinio, (πετηλία Ptolemæo, & Stephano) Magnæ Græciæ urbs eſt, non procul à Lacinio Promontorio, à Philoctete, condita. ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι id eſt, à uolando, quod ex uolatu auium ſumpto augurio, ibi futuræ urbis locus ſit delectus.

PETILIVS, flos eſt autumnalis, circa uepres naſcens, quinq; foliorum, calyculo uerſicolori inſtar roſæ ſylueſtris: ita dictus à Petilia Magnæ Græcię urbe, ut quidam exiſtimant.

PETILVS, pe. cor. adiect. {*Tenue*}(λεπτὸς) tenuis, exilis. Lucilius: Inſignis uaris cruribus, & petilis, Nonius.

PETIMINA, hulcera in humeris iumentorum q; ima, id eſt, profunda petāt. Nominatiuus ſingularis eſt Petimen: Lucilius apud Nonium: Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangant.

PETIOLVS, li, {*Picciol piede*}(πόδιον) diminutiuum eſt à pede. Afranius apud Nonium: Atq; adeò nolo nudu petiolo ambules. Petiolus etiam aliquando accipitur pro pediculo, ex quo fructus pendet, μόσχος. Colu. li. de Arb. cap. 23. Quum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos quibus pendent intorqueto.

PETITIO, nis. {*Pettione, domanda*}(αἴτησις, διεκδίκησις, ἐπίθεσις) poſtulatio, & actus ipſe petendi. Aliquando pro intentione actoris. Quint. lib. 4. cap. 4. Recuſatio quoq; plures interim propoſitiones habet, ut contra petitionē pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi eſſe non licuit. Nonnunquam etiā pro impetitione, & aggreſſu gladiatorum, & per translationem, ſicariorū, aut inſidiatorum. Cic. 1. Catil. Quas ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore effugi? Ponitur aliquando pro ambitu, hoc eſt, ſtudio adipiſcendi honoris: ut cū ſunt multi eandem ambientes dignitatem, & contendentes quis alijs præferatur. Ci. Att. lib. 1. Fuit, & mihi, & Q. fratri magno uſui in noſtris petitionibus.

PETO, petis, petiui, uel petij, petitum, {*Pregare, domandare*}(αἰτέω, ἀξιόω) ſignificat oro, ſiue obſecro. Valla: Petere dicimur, cum aliquid humiliter, et precibus petimus. Petere (inquit Varro) propriè eſt aliquid ſimpliciter, et precariò poſtulare. Habetq; in hac ſignificatione ferè ablatiuum perſonæ cū præpoſitione A, uel Ab. Cice. Philip. lib. 13. Epiſt. Quapropter à te etiam atq; etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proq; tua in me perpetua, & maxima beneuolentia maiorem in modum peto atq; contendo, ut eius filios, qui in tua poteſtate ſunt mihi potiſſimum condones. Idem. 6. Ver. Iſte petit à rege, & eum pluribus uerbis rogat. Præter ablatiuum perſonæ admittit & ablatiuum rei: ut, Petere auxilium, uel præſidium ab aliquo, apud Cice. pro Quintio. Varij præterea ſunt huius uerbi in oratione uſus. Dicimus enim. Petere auxilium, Petere opē, Petere colloquium, Petere conſiliū, Petere gratiam, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacem, Petere præmium, Petere reſponſa, Petere ueniā, Petere mutuū, quorum omnium teſtimonia in bonis auctoribus inuentu ſunt facilia. Iungitur aliqñ datiuo pro ablatiuo cum præpoſitione. Ver. 9. Aene. O genitrix quò fata uocas? aut quid petis iſtis. Vbi Seruius: Petis iſtis, id eſt, pro iſtis. Nā ſic dicimus, Peto tibi, id eſt, peto pro te. Petere aliquādo commemorare eſt inquit Nonius: Verg. li. 8. Aene. Quid cauſas petis ex alto? id eſt, commemoras, uel potius repetis: ut per aphæreſin ſimplex ponatur pro compoſito. Ponitur aliquando pro tenere. Verg. 3. Aen. Summiſſi petimus terram. Cic. ad Atti. lib. 3. Et ille incertus ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. Aliquādo pro adipiſci. Plin. lib. 12. cap. 14. C. etiam Cæſar Auguſti filius inde gloriam petijt. id eſt, adeptus eſt. Petere fugam, eſt fugere. Petere ſalutem fuga, eſt fugiendo uitam ſeruare. Aliquando inſidias tendere. Plancus Ciceroni: In quo caſu hanc capio uoluptatem, q; certè quò magis me petiuerunt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Aliquando uiolenter aggredi. Cic. pro Lig. Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere, expectare. Verg. libr. 9. Aen. Troianos hęc mōſtra petunt. Aliquando cupere, appetere, deſiderare, ut apud eundem lib. 3. Geor. Pulchramq; petunt per uulnera mortem. Aliquando percutio, βάλλω. Liui. lib. 22. Hiſpano punctim magis, quā in cæſim, aſſuetu petere hoſtem. Aliquando inquirere, ζητεῖν. Vergi. 9. Aenei. Euandrum petimus. Aliquando eligere, uel capere. Idem. 4. Geor. Principio ſedes apibus, ſtatioq; petenda. Aliquando proficiſcor, στέλλομαι. Suet. in Veſpa. Et Cutilias, ac Reatina rura, ubi æſtiuare quotannis ſolebat, petijt. Aliquando inſtitu. re: ut, Campum petijt amnis.

Quando uerò conſtruitur cum ablatiuo inſtrumentum ſignificante, & pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam referatur. Nam Petere manu, teſte Nonio, eſt abducere. Vergi. 6. Aen. Tartareum ille manu cuſtodem in uincla petiuit. Petere gladio, aut ueneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi, (ἐφίεσθαι, στοχάζεσθαι, ἐπιχειρεῖν) eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. Verg. 3. Eclog Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. Ibidem. Malo me Galatea petit laſciua puella. Sue. in Tyber. Miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petijt. Petere curſu, adipiſci, obtinere. Verg. 3. Aen. Quę littora proxima curſu Contendunt petere. Petere blanditijs, eſt blandiri. Quint. Nouercam blanditijs petit. Petere muneribus, oſculis, precibus, eſt conciliare.

Apul. Quum me lacrymis, precibusq; petijſſet. Petere oculis, eſt contemplari. Petere auribus, audire. Petere naribus, olfacere Petere tactu, attrectare. Hinc Petitus, huius tus, Idem quod petitio. Gell. lib. 18. cap. 3. Iuſſitq; eum conſenſu petituq; omnium eandem illam ſententiam deſerti uiri, cuiuſmodi poſſet uerbis dicere. Petitor, oris qui petit, & litem intendit. Cic. in Partit. Sed accuſatorem pro omni actore, & petitore appello. Huius compoſita ſunt: Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, et Suppeto, quę habent pen. correp.

PETORITVM, ti, penul. corre. (φορεῖον) genus uehiculi quo Belgæ peculiariter utebantur. Horat. lib. 1. Sermo. Atque caballi Paſcendi, ducenda petorita: nunc mihi curto Ire licet mulo. Idem libr. 1. Epiſt. Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues.

PETOSIRIS, (πετόσιρις) Aegyptius mathematicus inſignis, de quo Pli. lib. 7. cap 49. & lib. 2. capi. 23.

PETRA, æ, {*Pietra*}(πέτρα) propriè idem eſt quod rupes. Plin. lib. 10. cap. 32. Grauiæ in petris nidificant. Accipitur tamen nonnunquam pro lapide uel ſaxo. Hinc petroſus, a, um, (πετρώδης) quod eſt petris abundans. Plin. lib. 17. cap. 27. Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petroſis. Petricoſus adiectiuum idem. Mart. lib. 5. per translationem dixit, Res perticoſa eſt, Cotile bellus homo. Hoc eſt, difficilis, ſaxoſa ac dura.

PETRA, (πέτρα) Siciliæ oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petrini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Per Sirenum, Lucaniæ promontorium eſt, Sirenum olim inſidijs infame. Plini. Mineruæ promontorium appellat, lib. 3. cap. 5. Surrentum (inquit) cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondā ſede. Meminit loci huius & Verg. lib 5. Iamq; adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat Difficiles quondam, multorumq; oſſibus albos. Vbi multa de Sirenibus Seruius. Item Petra, Straboni lib. 16. Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis, unde ea pars Arabiæ Petræa nuncupatur.

PETRÆA, (πετραία) pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strabo lib. 16. Eſt enim Petræa, nympha Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodoro in Theogonia.

PETREIA, mulier dicebatur, quæ pompam præcedens, in colonijs ac municipijs imitabatur anum ebriam, q; pedes in petras frequenter impingeret: quam et alij uolunt ab agri uitio, ſcilicet petris, appellatam. Feſtus.

PETREIVS, Pompeianarum partium dux in Hiſpania, unà cum Afranio, à Cæſare uictus, ut eſt uidere apud Cæſarem in Comment. & Lucan libr. 4.

PETREIVS ATINAS, Cimbrico bello primipilus ſub Qu. Catulo fuit, qui cūm legionem eam, in qua ordines ducebat, à reliquo exercitu interclusam uideret, neq; ullis adhortationibus Tribunum ſuum impellere poſſet, ut per hoſtium caſtra prærumperet, eum cunctantem occidit, legionemq; ſaluam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus eſt.

PETROCORII, (πετροκόριοι Ptolomæo) populi Galliæ Aquitaniæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plin. lib. 4. cap. 19.

PETRELÆVM, (πετρέλαιον) bitumen eſt liquidum è ſaxis defluens. Nomen habet ab oleo, non q; reuera oleum ſit, ſed q; liquida conſiſtentia ad olei ſimilitudinem accedat: tametſi colore magis ad nigredinem uergat.

PETRONES, {*Ruſtici, aſpri*} ruſtici dicti ſunt à ueteribus, (inquit Feſtus) à petrarum aſperitate, & duritia. Hinc Plau. Petronem, ueruecem duriorem eleganter dixit, ubi ait in Capt. Qui petroni nomen indunt ueruaci ſectario: Eum ego, ſi in uia petronem publica conſpexero, Et petronem, & dominum reddam mortales miſerrimos.

PETRONIA, (πετρωνία) nomen uxoris Vitellij, de qua apud Suetonium in Vitellio. Petronia item amnis in Tyberim defluens, qui inde nomen accipit, q; per petras fluat: quem magiſtratus auſpicatò tranſeunt, cum in campo quid agere uolunt. quod genus auſpicij Peremne uocant. Auctor Feſtus.

PETRONIVS, (πετρώνιος) Aegypti præfectus, ſub Auguſto qui Cornelio Gallo ſucceſſit. Geſſit bellum aduerſus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat, uirili quidem animo mulier, ſed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. Petronius Granius, centurio octauæ legionis, ſub Cæſare Bello Gallico: qui poſtea Bello Africano Quæſtor deſignatus, cū naui, qua in prouinciam uehebatur, in Scipionis poteſtatem ueniſſet, & cæteris interfectis, quæſtori Scipio incolumitatem polliceretur: reſpondit Cæſarianos alijs incolumitatem dare, non accipere conſueuiſſe: quo dicto ſe gladio tranſuerberauit. Vide Plutarchum in Cæſare.

PETRONIVS, item alius fuit, prænomine Lucius, qui cum P. Cælium, à quo ex humillima ſorte ad equeſtrem dignitatem erat euectus, eius precibus adductus, Placentiæ occidiſſet, ſe quoq; eadem dextra, interemit. Auctor Valerius libro 4. cap. de Amic.

PETRONIVS, pater Veſpaſiani Cæſaris. Petronius Perpenna, qui Conſtantinianas thermas in priſtinum ſplendorem reſtituit. Petronius Diodorus medicus, qui ſcripſit antilegomena, citatur teſtis a Plin. cap. 8. libro 20. Petronius poeta, cuius aliqua de medicina uerſibus conſcripta, ad noſtram ætatem peruenerunt, ut ſcribit Volaterranus.

PETRONIVS, (πετρώνιος) uir Conſularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis inuidia, aut mēſam eius exhæredaret, trullam murrhinam CCC. ſeſtertijs emptam, confregit, Auctor Plin. lib. 37. capi. 2.

PETROSELINVM, (πετροσέλινον) quaſi apiū petrinum, herba eſt ſatiuo apio multò maior, ſemine nigro, guſtu amaro: ita dicta q; optumè in petris, hoc eſt, in rupibus proueniat, præſertim in Macedonia, ubi in crepidine rupiū peculiariter naſcitur. unde etiam Macedonicum à quibuſdam cognominatur. Vide Dioſ. lib. 3. cap. 75. & Plin. lib 20. cap. 12. & Ruel. lib. 3. cap. 47.

PETVLANS, pe. co. {*Petulante, ghiotto, laſciuo*} (ὑβριστὴς, ἀσελγὴς) improbus, procax, quum alios per contumeliam petimus. Cic. 2. de Orat. Illud aſſequor, ut ſi quis mihi fortè maledicat, petulans, aut planè inſanus mihi eſſe uideatur. Idem in Sall. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quandoq; accipitur pro laſciuo. Cic. in Parad. Lapſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, q̄ ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili uirgine. Inde petulāter aduerbium, q; modò ſignificat improbè, procaciter. Cic. ad Att. libr. 2. Diphilus Tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Modo laſciuè. Ouid. in Epiſt. Paridis ad Helenam. Quin etiam, ut poſſem uerbis petulātius uti, Nō ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Inde Petulātia, æ, (ὕβρις, ἀσέλγεια) eſt laſciuia, ſiue effrænatio immodica ad quodlibet uitium, à petendo dicta. Ci. in Catone Maiore: Vt petulantia, & libido magis eſt adoleſcentū, q̄ ſenum, nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborū. Dicitur quoq; de pecudibus. Colu. lib. 7. ca. 6. Quoniam cornuti ferè pernicioſi ſunt, propter petulantiam. Et de arborum ramis. Plin. lib. 16. cap. 30. Præcipueq; domibus expetitur ramorū petulantia. Et de morbis. Gel. lib. 12. ca. 3. Itaq; uidiſtis Philoſophum ratione decreti ſui nixum, cum petulantia morbi, dolorisq; exultantia colluctantem.

PETVLCVS, ci, {*Laſciuo*} (ἀσελγὴς) laſciuus. Vergi. 4. Geor. Hœdiq; petulci. Vbi Seruius: id eſt, laſciui, exultantes. Colu. lib. 7. cap. 3. Itaq; capri, uel arietis petulci ſæuitiam paſtores hac aſtutia repellunt. Vnde meretrices quoq; Petulcas ueteres dixerunt, à petendo.

PETVSCVM palatij. dicta eſt ea regio urbis, quam Romulus obuerſam poſuit ei parti, in qua plurimum erat agri Romani ad mare uerſus: quia molliſſimè inde adibatur urbs, cum Hetruſcorum agrum à Romano Tyberis diſcluderet, cæteræ uicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppoſitos. Feſtus.

PEVCE, (πεύκη) parua eſt inſula in uno oſtiorum Iſtri, quod ab illa Peuces appellatur, teſte Pli. lib. 4. cap. 12. Luca. li. 12... Et barbara Come Sarmaticas ubi perdit aquas. ſparſamq; profundo Multifidi Peucen unum caput abluit Iſtri. Val. Flac. lib. 8 Danubij uiridemq; uident ante oſtia Peucen.

PEVCEDANVM, Plinio, ſiue Peucedanus, (πευκέδανος Dioſc.) herba eſt tenui caule, & oblongo, fœniculoq; non diſſimili, iuxta terram folioſo, radice nigra & craſſa, odore graui. Nomen inuenit à pinu, cuius folia imitatur, quēadmodum Myrtidanum à myrto. unde & Pinaſtellum nonnulli ex recentioribus appellauerunt. Vulgus Caudam ſuillam appellabat.

PEVCETIA, (πευκετία) peninſula eſt in finibus Italiæ, alijs nominibus Calabria, & Meſſapia dicta. Auctor Pli. li. 3. cap. 5.

PEXATVS, a, um, {*Veſtito di panno cottonato*} qui pexa ueſte eſt indutus. Pexæ autem ueſtes (ut ſuprà indicauimus) dicuntur, quę uillos habent eminentes, & oblongos quales fortaſſe ſunt, quas hodie Cottonatas Itali, Galli Friſatas uocant. Mart. lib. 2. Pexatus pulchrè, rides mea zoile trita. Eſt & Pexatus, participium à uerbo Pexo, as, quod eſt frequentatiuum uerbi Pecto.

PEZITÆ, (πεζῖται) fungi, qui ſine radice, aut pediculo naſcuntur, quaſi pedeſtres. Plin. lib. 19. ca. 3. Dicti q; non tollant ſeſe altius à terra, πεζὸς enim à Græcis dicitur, qui pedibus iter facit: unde etiam calculi illi, quos in latrunculorum ludo Pedites uocamus, à Græcis uocantur πεζοί.

P ANTE H

PHABIRANVM, (φαβίρανον) apud Ptolemæum lib. 2. Germaniæ urbs eſt in climate ſeptentrionali ſita. Qui Ptolemæum poſtremò recognouerunt, ex longitudine et latitudine ſitus coniiciunt eam eſſe urbem, quam hodie uocant Bremen.

PHACION, (φάκιον) Theſſaliæ oppidum, apud Thucididem lib. 4.

PHÆACES, {*Corſiotti da Corfu*} (φαίακες) populi fuerunt Corcyrę: unde & Corcyra Phæacia dicta eſt: quę eſt inſula in oſtio maris Adriatici. Hodie uocant Corphu. Scribitur cum æ diphthōgo. Nominatiuus ſingularis eſt Phæax. Hor. lib. 1. Epiſt. Pinguis ut inde domum poſſis, Phæaxq; reuerti. Vbi Phęacē poſuit figuratè pro homine nitido, uentriq; ac gulæ dedito: quales in Phæacia, hoc eſt, Corcyra eſſe ſolent: de quibus ſic ait Horat. Epiſt. lib. 1. Queis pulchrū fuit in medios dormire dies, & ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam. Hinc Phæacius, a, um, (φαιάκιος) & Phæacus, a, um, una ſyllaba minus. Proper. lib. 3. Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas.

PHÆACVM, ciuitas eſt in planitie Phæaciæ inſulæ, quæ ab utraq; parte habet duos editiſſimos uertices, in quibus adhuc ſunt arces.

PHÆCASIVS, calcei genus: unde Phæcaſiatos ſacerdotes & deos uocamus. Seneca. ad Lucil. Si quidem palliatum, aut Phæcaſiatum conſpexeris.

PHÆDON, (φαίδων) Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit: cuius filiæ uirgines cum aduerſus quorundam uim pudicitiam alioqui illibatam ſeruare non poſſent, mutuem ſe complexæ, in puteum deſilientes necem ſibi conſciuerunt. Fuit & alter hoc nomine philoſophus. Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (ut quidam ſcripſerunt) ſeruiuit lenoni, perinde quaſi meritorius puer, quęſtuariumq; mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſeq; in philoſophorum diſciplinis. Atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit, cuius nomini Plato librum de Immortalitate animæ dedicauit, qui etiam ab eius nomine Phædon inſcribitur.

PHÆDRA, (φαίδρα) Minois Cretenſium regis filia fuit, & uxor Theſei, quæ amore Hippolyti priuigni capta, cum ipſum adducere non potuiſſet, ut paternū thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre uoluiſſet. Reliqua in dictione Hippolytus.

PHÆDRVS, (φαῖδρος) unus fuit ex diſcipulis Platonis, cui Plato inſcripſit librum, qui ab eius nomine dicitur Phædrus.

PHÆDYMA, (φαιδύμα) Otanis nobilis Perſæ filia, primum Cambyſis regis, eoq; mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, non Smerdim Cyri filium, uti populus credebat, ſed Magum imperare. Qua re commota perſarum nobilitas Smerdim in regia trucidauit. Dariumq; equi hinnitu (ut ita inter eos conuenerat) regem declaratum, in illius locum ſubſtituunt. Auctor Herodotus lib. 4.

PHÆSTVM, (φαιστός) urbs in Creta, à qua Phæſtius, (φαίστιος) Epimenides dictus eſt, quem adiutorem condendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus, inclytum uaticinio, & rerum diuinarum peritia.

PHÆSTVS, (φαιστὸς) mons, ſeu promontorium Cretæ, circa Gortynam urbem ciuitatem habens eiuſdem nominis. Sed pro nomine ciuitatis fœmininæ generis eſt, cum pro monte ſit maſculini, Strabo. lib. 10.

PHÆSTVS, (φαιστός) fuit teſte Home. 5. Iliad. Bori Mæonij filius, ſiue Lydij, qui ueniens in auxilium Troianorum, ab Idomeneo interfectus eſt.

PHAETHON, (φαέθων) Ligurum rex fuit uetuſtiſſimus, cuius multæ in Hetruſco litore coloniæ fuerunt, ut Cato eſt Auctor in Origin.

PHAETHON, (φαέθων) Solis filius ex Clymene, qui cum à patre impetraſſet, ut uno die currus ſui habenas ſibi permitteret, aurigandiq; imperitus cœlum & terram combureret, à Ioue fulmine è curru excuſſus, in Padum fluuium decidit. Dictus Phaethon ἀπὸ τοῦ φάους, hoc eſt, a luce, et αἴθω, uro: unde et pro Sole accipitur. Verg. 5. Aen. Auroram Phaethontis equi iam luce uehebant.

PHAETHONTIADES, (φαεθοντιάδες) Clymenes & Solis filiæ dicuntur, ſorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, conuerſæ ſunt in alnos arbores, ut ait Verg. 6. Eclog. ut uerò 10. Aen. in populos.

PHAETHVSA, (φαέθουσα) fuit una ex filiabus Solis ex Neæra nympha, & ſoror Lampetiæ, quæ in Sicilia patris ſui, id eſt, Solis armenta cuſtodiebant: de quibus ſocij Vlyſſis contra Circes monita deguſtantes naufragium fecerunt, ut lib. 12. Odyſſeæ fabulatur Homerus. Ouid. 2. Meta. Phaethuſam, & Lampetiā Solis & Clymenes filias fuiſſe tradit, & ſorores Phaethontis, quæ cum fratrem fulmine percuſſum ſupra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores conuerſæ ſunt, quæ lacrymarum loco electrum exudant.

PHAGEDÆNA, æ, cum diphtongo in pen. (nam Græcè φαγέδαινα ſcribitur, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc eſt, ab edendo) exulceratio uſq; ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflammatione ſaniem male olentem emittens, & ad mortem perducens. Auctor Iulius Pollux. Plin. lib. 20. capi. 4. Vlcera, quę Phagedænas uocant. folia & radix recens cum melle ſanant. Colu. quoq; lib. 9. cap. 13. Phagedænam inter apium morbos numerat, cum ſcilicet ceræ partes uacuæ computreſcunt, & ſerpente latius uitio, ipſæ quoq; apes intereunt. Sæpe etiā (inquit) uitio, quod Græci φαγέδαιναν uocant, intereunt. Hinc Phagedænicus, adiectiuum. Plin. lib. 24. cap. 4. Condylomatis, quæ phagedænica uocantur.

PHAGO, (φάγων) incredibilis edacitatis homo fuit, de quo Flauius Vopiſcus in Aureliano ſcribit, q; menſæ imperatoris adhibitus, aprum integrum, centum panes, ueruecem. & porcellum uno die comederit, biberitq; uini orcam.

PHALACRON, {*Caluo*} (φαλακρὸς) Græci caluū dicunt. Vnde corui aquatici Phalacrocoraces dicuntur Balearibus inſulis peculiares, ut inquit Pli. li. 10. ca. 48. A' Græcis etiam loca nuda nullis herbis, aut plantis ueſtita, Phalacrę. (φαλάκραι) appellantur: quæ à Colu. uocantur Glabreta. Vnde etiam Corcyræ inſulæ promontorium quoddam Phalacron appellatur, teſte Plin. li. 4. ca. 31. præterea Idæ montis iuga Phalacras uocari, tradit Stephanus, eo q; ob niuis copiam, qua in multam uſq; æſtatem tecta ſunt, ſtirpem nullam gignant, ijſq; ueluti capillamentis orbata, calua uideantur.

PHALÆ, uel, ut alij ſcribunt, Falæ, dictæ ſunt turres ligneæ, teſte Nonio, quæ ſpectaculorum gratia erigebantur: Feſtus: Phalæ, ligneæ turres ſunt, ob altitudinem dictæ à falādo, quod apud Hetruſcos ſignificat cœlum. Ennius: Malos diffindunt, fiunt tabulata, phalæq;.

PHALÆCIVM CARMEN, (φαλαίκειον μέτρον) à Phalæco inuentore nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecaſyllabum, à numero ſcilicet ſyllabarum. Conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis. In prima tamen ſede pro ſpondeo modò trochæus legitur, modò iambus.

PHALANGÆ, {*Stanghe*} (φάλαγγες) ſunt, quibus baiuli ferendis oneribus utuntur, quæ σκευοφόρα Plato appellat. Plin. li. 7. cap. 56. Phalangæ fuſtes ſunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Aegyptios primi fecerunt. Iulius Pollux: Phalanges, (inquit) ſiue Phalangæ dicuntur ligna, quibus ſubiectis nauis trahi ſolent. Scribit Herodotus Aethiopas uicenos dentes elephantorū grandes, & è materia hebeni centenas phalanges, tertio quoque anno tributi uice regibus pendere ſolitos. Nonius abiecta aſpiratione uocat Palangas. Palangæ (inquit) dicuntur fuſtes teretes, qui nauibus ſubijciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, uel cum ad litora ſubducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid onera fuſtibus tranſuehunt. Varro. lib. 4. de Vita popu. Roma. Cum Pœnus in fretum obuiam ueniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſimè pro palangis carinis ſubiecerat, quò metu debilitaret noſtros. Hinc etiam Latini formauerunt uerbum Palango, as, quod eſt, onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afranius, Et capream unam ſemiaceram quater in ſimul Palangabant.

PHALANGARII, (φαλαγγῖται) appellati ſunt milites, qui erant in Phalāge, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator: ut auctor eſt Lampridius. Sunt etiam Phalangarij (ut quibuſdam placet) qui onera fuſtibus tranſuehunt: ſed in hac ſignificatione apud Nonium legimus Palangarios ſine aſpiratione. Vide Phalangæ, & Palangæ.

PHALANGITES, (φαλαγγίτης) herbæ nomen eſt, quæ alio nomine Phalangium dicitur, à nonnullis etiam Leucanthemon teſte Plin. lib. 27. ca. 12. ubi etiam ab effectu eam nomen accepiſſe innuit, quòd phalangiorum morſibus medeatur, quod & ipſum apertè teſtatur Aegineta, φαλαγγίτης, inquiens, ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ τοῖς φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖν.

PHALANGIVM, gñ, (φαλάγγιον) genus aranei ita dictum quod internodia terna habeat in cruribus φάλαγξ enim Græcis propriè digitorum internodium dicitur. Plin. libr. 29. cap. 4. Phalangium eſt Italiæ ignotum, & plurium generum: unũ ſimile formicę ſed multo magis, rufo capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis. Reliqua phalangiorum genera uide ibidem. Eſt item Phalangium herbæ nomen, quæ & alio nomine phalangites dicitur: de qua uide Pli. li. 27. ca. 12. & ſupra in dictione Phalangites.

PHALANTVS, (φάλαντος) Lacon quidam fuit, de quo refert Seruius libr. 3. Aen. Cùm olim Lacones & Athenienſes, diu inter ſe bella tractarẽt, & cùm utraq; pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt, ut uirgines cum quibuſcunque concumberent: quod & factum eſt. Sedatis autẽ bellis, iuuenes incertis parentibus nati, cumq; & patriæ & ſibi eſſent opprobrio (nã Partheniatę dicebantur) accepto duce Phalanto, Octauo ab Hercule patriam reliquerunt, delatiq; ad breue oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentum appellauerunt. Hæc ille. Eadem fere commemorat Acron in illud Horatij lib. 5. Carm. Ode. 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. Hinc Phalanteus, a, um.

PHALANX, gis {*Squadra*} (φάλαγξ) dictio Macedonica, qua non propriè legio, ſed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, uir, uiro in acie conſerebatur. Continebat autem octo millia armatorum, Et hoc peculiare fuit Macedonum inſtitutum, ut auctor eſt Liu. li. 8. ab Vrb. cum ait: Et quod antea Phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. Curtius de Geſt. Alex. Macedones Phalangem uocant peditum ſtabile agmen, ubi uir uiro, armis arma conſerta ſunt. Cæſ. 1. Belli Gall. Milites noſtri è loco ſuperiore pilis miſſis, facilè hoſtiũ phalangem perfregerunt. In quo Cæſaris exemplo procul dubio accipitur Phalanx pro armorum connexione, atque teſtudine. Hinc per translationem à Satyrico poeta dictum eſt Iuoctæq; umbone phalanges. Item Phalanx, eſt regula continens lances, id eſt, libram. Phalanx item Ariſtoteli genus aranei eſt, quod & Phalangium, (φαλάγγιον) dicitur. Item Phalanges dicuntur digitorum internodia, teſte Galeno in tractatu de Oſſibus: cuius uerba ſic utcũq; Latinè reddi poſſunt: Inter digitos & carpon, oſſa quæ ad eos tendunt, & palmam explẽt, μετακάρπιον appellant: idq; carpo per ſynarthroſin, at prior digitorum phalanx, ſcytalidęve (ſic enim uariè à nonnullis digitorum oſſa nominantur) per diarthroſin alligatur. Phalangitæ, tarum, dicuntur milites ex phalange. Liu. 7. Bel. Maced. Decem & ſex millia peditum more Macedonũ armati fuere, qui Phalangitæ appellabantur.

PHALARA, (φάλαρα) ciuitas in ſinu Maliaco non procul à Sperchij fluminis oſtio. Pli. lib. 4. cap. 7.

PHALARICA, æ, pen. cor. (φαλαρικὴ) genus eſt teli admodum haſtæ, ualido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut totum cum armis corpus transfigat: inter cuius tubũ & haſtile ſulphur, reſina, bitumen, ſtuppa cõuoluũtur infuſo oleo, quod incendiarium uocant: deinde baliſtæ impetu emiſſa, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritamq; machinã incendit. Eſt autem magna, & parua phalarica. Vnde Lucan. dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Verg. uero lib. 9. Turnum manu iaculari potuiſſe phalaricam oſtendit. Sed magnum (inquit) ſtridens contorta phalarica uenit Fulminis acta modo. Dicta eſt autem Phalarica, teſte Seruio, q̃ ea utantur phalarum, hoc eſt, turriũ propugnatores, ſiue, ut Vegetio placet, q̃ turritæ machinæ ea incendẽtur. Vide de hac machina plura apud Seruium in locum Vergilij iam citatum.

PHALARIS, (φάλαρις) nomen proprium Agrigentinorum regis crudeliſſimi, qui præter cætera nouorũ ſuppliciorum inſtrumenta, taurum habuit æneũ, Perilli arte fabricatum, in quem immiſſi damnati, igneq; ſubiecto, bouis mugitum edebant: cuius muneris nomine cum artifex non leue munus ſperaret, iuſſu Tyrãni in taurũ coniectus, primus artis ſuæ, ſpecimẽ præbuit. Ipſe quoq; Phalaris, cum nimia eius atrocitas ulterius ferri non poſſet, facto in eum uniuerſorũ ciuium impetu, correptus, et ipſi tauro quo alios exuſſerat, incluſus, unus crematus eſt. Cic. lib. 2. Offic. Phalaris præter cæteros nobilitata crudelitas, qui nõ ex inſidijs interiit, ſed in eum uniuerſorum Agrigẽtinorum multitudo impetũ fecit. Oui. in Ibin: utq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More bouis Phalaris clauſus in ære gemas. Eſt præterea Phalaris auis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum & parte quadam minoris Aſiæ præcipue naſcens. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 11. ſunt item non diſſimi ijs alia genera, ut querquedulæ, phalarides, ſic perdices, quæ (ut Archelaus ſcribit) audita uoce maris concipiunt. Apud Plin. tamen lib. 10. cap. 48. & Colum. lib. 8. cap. 13. legimus Phalerides per ſecundum uocalem in antepen. quo pacto etiam apud Varronẽ legendum ſuſpicamur.

PHALARISMVS, mi, (φαλαρισμὸς) Phalaridis tyrannis, uel eius imitatio, hoc eſt, ſumma crudelitas.

PHALERA, orum, (φάληρα, τὰ) portus Athenienſium, quinq; milliũ paſſuũ muro ubi coniunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philoſophus, Phalereus à patria cognominatus Apud græcos teſte Stephano, indifferenter effertur, φάληρον, ἑνικῶς, καὶ φάληρα, πληθυντικῶς.

PHALERÆ, penult. corr. harum phalerarum, {*Abiligamenti da caualli*} (φάλαρα) ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλὸς Græco adiectiuo, quod ſignificat illuſtre. Ver. li. 6. Aen. Primus equum Phaleris inſignem uictor habeto. Non tamen ſola equorum ornamenta Phaleræ dicuntur, ſed nonnunquam etiã equitum, & uirorum nobilium: unde Liu. li. 9. ab urb. tradit comitia Aedilitia Cn. Flauij Scribæ tantum habuiſſe indignitatis, ut pleriq; nobilium aureos anulos & phaleras deponerent.

PHALERATVS, a, um, (φαλαρωτὸς) id eſt, phaleris ornatus. Sue. in Clau. Craſſus Frugi equo phalerato, & in ueſte palmata. Per translationẽ item Phaleratum appellamus, quod fucatum eſt, & ad ſpeciem ornatum: metaphora ducta ab equis uenalibus. qui ut carius uendantur, phaleris ſolent exornari, Sic Teren. in Phor. Phalerata dicta poſuit pro ornatis, comptis, & fucatis.

PHALERIDVS, aues ſunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorum, & quodam Aſiæ tractu præcipue naſcentes, teſte Plin. lib. 10. cap. 48. Col. libr. 8. ca. 15. Clauſæ paſcuntur anates, querquedulæ, boſcides, phalerides, ſimileſq; uolucres, quæ ſtagna, & paludes rimantur.

PHALEREVS, (φαληρεύς) gentile, nomen eſt, à Phaleris Athenienſium portu deductum. Quo cognomento etiã dictus fuit Demetrius philoſophus, Phanoſtrati filius, & Theophraſti auditor, qui cum à Caſſandro Macedonũ principe Athenis eſſet præfectus, non modo popularem non deſtruxit potentiã, ſed etiam in melius eam reformauit. Verum tantum inuidia ualuit, ut poſt Caſſandri obitũ in Aegyptum fugere coactus ſit: quo tẽpore eius inimici ſtatuas eius plures trecentis diſiectas conflauere. Tandem, morſu aſpidis periit, quum multa apud Ptol. in calamitoſo otio ſcripſiſſet. Vide Strab. lib. 9.

PHALERIVM, (φαλέριον) urbs Hetruriæ. Inde Phalerius, a, um, Steph.

PHALISCI, (φαλίσκοι) populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerii uocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliſcos eſſe, qui eam Hetruriæ partem inhabitant, ubi ſitum eſt oppidum, quod hodie corrupto nomine Montẽ Flaſconem uocãt cum potius Montem Phaliſcum dicere debeamus.

PHALORA, (φαλώρα) urbs Theſſaliæ. Inde Phalorenſis. φαλωρεύς Stepha.

PHANÆVS, {*Capo Maſtico*} (φαναῖος) promontoriũ, in Chio inſula, optimo uino nobiliſſimum. Auctor Seruius in illud Vergilij 2. Georg. Sunt etiã Amminex uites firmiſſima uina, Tmolus & aſſurgit quibus, rex ipſe Phanæus.

PHANATICVS, ci, {*Furioſo*} (ἔνθεος, ἐνθουσιαστικὸς) dicitur, qui diuino ſpiritu afflatus eſt, & cui multæ uariæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem inſanientem Aiacem fuiſſe poetæ ferunt, cum in pecora ſæuiret Agamemnonem ſe, & Vlyſſem occidere ratus. Cicero pro Domo ſua: Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificiũ, quod alienæ domi fieret, inuiſere? Hunc morbum, phanaticum errorem uocat Hora. de Arte. Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

PHANESII, (φανήσιοι) populi in inſulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Soli. ait) habent aures adeo effuſas, ut reliqua uiſcera contegant illis.

PHANES, (φάνης) uir fuit Halicarnaſſeus, qui Cambyſi Perſarum regi aduerſus Aegyptios bellum molienti, ſe ducem itineris præbuit, exercitumq; eius citra periculum per Arabiam in Aegyptum duxit. Auctor Herod. lib. 3. Phanes etiam à Græcis dicitur Sol, ἀπὸ τοῦ φαίνειν hoc eſt, à lucendo.

PHANIAS, {*Colui che è pouero & finge d'eſſer ricco*} (φανίας) à Græcis dicitur, qui tenuis fortunæ cum ſit, ſummas tamen diuitias iactat, & ſimulat, tractũ à Phania quodam eius ingenij homine. Fuit etiam hoc nomine Appij Pulchri libertus.

PHANTASIA, æ, {*Fantaſia, imaginatione*} (φαντασία) imago rerum inſidẽtium animo. Cic. 1. Acad. In qua primum de ſenſibus ipſi quædam dixit noua: quos iunctos eſſe cẽſuit è quadã quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille Phantaſiam, nos Viſum appellamus licet. Idem Caſſio li. 15. Qui putant etiã διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari.

PHANTASMA, atis, {*Fantaſma*} (φάντασμα) eſt ſpecies, uel imaginatio falſa: quales ſunt, quas dormientes uidere ſibi uidentur. Differt à phantaſia, inquit Suidas, q̃ Phantaſma eſt imaginatio, uel uiſio eius, quod nõ eſt: Phantaſia autẽ eius ſolum, quod eſt.

PHANTASTICVS, {*Fantaſtico*} (φανταστικὸς) imaginatus.

PHANVM, phani, {*Tempio, chieſa*} (ναὸς) templum, quia φανερὸν apertum & manifeſtum ſignificat, & omnibus adeuntibus aperta ſunt templa. Cic. 3. de Finibus: Nam ut peccatum eſt patriam prodere, parentes uiolare, phana depeculari, quæ ſunt in effectu, &c. Cęſar 1. Belli Ciui. Pecuniæ à municipiis exigũtur, & è phanis tolluntur.

PHAON, (φάων) iuuenis Lesbius fuit formoſiſſimus, à Sappho poetria perditiſſime adamatus. Extat apud Ouidium Epiſtola Sapphus ad Phaonem.

PHARÆ, (φαραὶ) numero plur. urbs eſt, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. Cretæ mediterranea, à Meſſenius condita.

PHARAONES, (φαραώναι) appellantur Aegypti reges, quod cognomen fuit dignitatis, ut ſcribit Euſeb. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem ſignificat, ut docet Ioſephus lib. 8. antiq. Vnde cum primum perueniebant ad Imperium, hoc nomen accipiebant.

PHARETRA, æ, pen. cor. {*Turcaſſo, pharetra*} (φαρέτρα) ſagittarum theca. Verg. 1. Aen. Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. Dicta: Pharetra παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρώοντα, ἤγουν βέλη. Capax pharetra. Ouid. 9. Meta. Grauida pharetra ſagittis. Hora 1. Car. Ode 22. Plenæ pharetræ. Oui. 4. de Pon. Hinc Pharetratus dicitur, qui pharetram fert. Ouid. 1. Lege pharetratę uirginis arua colit. Ver. 4. Geor. Quaq; pharetratæ uicinia Perſidis urget. Miles pharetratus, Silius lib. 7.

PHARIA, {*Leſena*} Ptolemæo Plinioq;, Straboni uero Pharus, (φάρος) inſula contra Dalmatiam, & Iaderam, quę nũc uulgo Leſina Illyrico ſermone dicitur. Eſt & urbs in ea, a qua Pharienſis populi.

PHARIAS, pen. pro, (φαρίας) ſerpens eſt, ſulcum, dum ſcripſit cauda in terra faciens. Lucan lib. 9. Et contentus iter cauda ſulcare pharias.

PHARICON (φαρικὸν) genus ueneni eſt, quod Athenæus Pariachon nominat. de quo Pli. lib. 28. cap. 10.

PHARISÆVS, {*Fariſeo*} (φαρισαῖος) nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant enim apud Iudæos tres ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſeorũ A Phariſæus fit Phariſaicus, a, um, φαρισαικὸς. Hierony. contra Vigilant. Quaſi ſepulcra phariſaica foris dealbata. Dicitur autem Phariſæus, quaſi ſeparatus, ab Hebræo pharas, quod eſt diuidere, propterea q̃ qui hanc ſectam colerent, à cæteris habitu moribusq; diſtinguerentur.

PHARMACEVTICE, φαρμακευτικὴ) dicitur ea pars medicinæ, q̃ Pharmacis curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

PHARMACEVTICE, (φαρμακευτικὴ) dicitur quam nos ſagã dicimus, uel ueneficam. Hoc nomine Verg Eclogam quandam inſcripſit, in qua Theocriti imitatione uenefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum uiri, à quo ſpernabatur, ad ſui amorem conatur reuocare.

PHARMACODES, (φαρμακῶδες) odor medicamenti.

PHARMACOPOLA, æ, pen. pro. {*Profumiere*} (φαρμακοπώλης) pharmacorum uenditor: ἀπὸ τοῦ πωλεῖν τὰ φάρμακα. Horat. libro. 1. Sermo. Satyr. 2. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ. Cicero. pro Cluent. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui caſu tum Larinum ueniſſet, aggreditur. Quidam Seplaſiarios uocant.

à Seplaſia uico, ſeu ſoro Capuano, in quo medicamenta & unguenta conficiebantur.

PHARMACOTROPHI, (φαρμακοτρόφοι) populi ſunt Aſiæ Margianis, & Suaſianis finitimi, qui ſe uenenis alere conſueuerunt: unde & nomen illis inditum eſt. Meminit horum Plin. libro 6. cap. 16. & Pomponius lib. 1.

PHARMACVM, ci, pe. co. {Medicina} (φάρμακον) uocabulum eſt medium, quod tam pro toxico, quàm pro ſalutifero medicamento accipi poteſt: quemadmodum & Veneni appellatio apud Latinos. Caius, l. qui uenenum. ff. de Verb. ſignif. Qui (inquit) uenenum dicit, adiicere debet, an malum, an bonum ſit. Nam & medicamenta uenena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod naturam eius, cui adhibitum ſit, mutat. Cum id, quod nos uenenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, quod illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis admonet nos ſummus apud eos poetarum Homerus: qui ſic ait, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Hæc Caius.

PHARMACVSÆ, (φαρμακοῦσαι) ſunt duæ inſulæ exiles, iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera (ut inquit Strabo lib. 9.) ſepulcrum Circes uiſitur. Plin. eiuſdem nominis inſulam inter Sporadas commemorat, lib. 4. ca. 12. Hanc Stephanus ſupra Miletum collocat, & Attalum regem in ea occiſum fuiſſe aſſerit. Gentile eſt Pharmacuſius.

PHARNACIA, æ, (φαρνακία Stephano) regio & urbs Pontica Trapezunti proxima. Plin. lib. 6. cap. 4. Pharnacen appellat.

PHARNAX, nacis, penult. corr. (φάρναξ) nomen proprium Mithridatis filii, qui cum maiore ciuilis belli, quod tum inter Cæſarem, & Pompeium gerebatur, quàm propriarum uirium fiducia, Cappadociam inuaſiſſet, a Cæſare fulminis in morem eſt obtritus, & (ut Cæſar gloriari ſolet) antequam hoſtem uidiſſet, uictus: unde etiam inter Pontici triumphi fercula, (teſte Suetonio in Cæſare) tria hæc uerba fuerunt prælata, Veni, uidi, uici. non acta belli ſignificantia ſed celeriter confecti notam. Lucan. libr. 2. Tigranemque meum, nec Pharnacis arma relinquas Admoneo. Meminit huius Cicero ad Caſſium lib. 15. Epiſt. famil. & ad Atticum.

PHAROS, (φάρος) olim inſula fuit, Canopico Nili oſtio obiecta, dieique unius nauigatione (ſi Homero credimus) à continente dirempta: hodie uero Alexandriæ ponte coniuncta. Cuius mutationis cauſam quidam Nilo aſſignant, cuius oſtia magnam Perpetuo limi uim ad proxima aggerunt uada. Luca. li. 10. Pharos inſula quondam In medio ſtetit mari. In ea turris eſt ingens, in petra poſita, quæ mari circumluitur, albo lapide, octingentis talentis, a Philadelpho Ptolemæo rege, Soſtrati Gnidii Architecti Alexandrinorum amici opera extructa. quæ & ipſa Pharos dicta eſt, in qua noctu accenſæ faces nauigantium curſum regebant. A cuius ſimilitudine cæteræ quoque ſpeculæ ſimilem in uſum conſtructæ, Phari appellatæ ſunt. Papin. Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ. Scribit Aegeſip. lib. 4. Pharon à Græcis Latinisque appellari ex ipſius rei uſu, eo quod longe uideatur a nauigantibus: tanquam ἀπὸ τοῦ φανοῦ, quod ſignificat lucidum, immutata litera, Pharos dicatur. In hac Alexander nouam urbem condere ſtatuit, ſed cum magnæ ſedis capax non eſſet ex illius aduerſo condidit Alexandriam. Hinc Pharius, a, um, (φάριος) & Phariacus, a, um, ut Siſtra Phariaca. Eſt item Pharos {Leſena} maris Adriatici inſula, Illyrico adiacens, antea Paros dicta teſte Plin. lib. 3. cap. 21.

PHARPHARIADES, Plin. 5. cap. 17. para una eſt Tauri montis.

PHARSALIA, (φαρσαλία) regio Theſſaliæ, Pharſalo oppido, quod ad Enipei ripam ſitum eſt, circumiacens: à quo & nomen accepit. Sunt tamen qui uniuerſam Theſſaliam hoc nomine uocatam fuiſſe exiſtiment, à Pharſalo duce, quæ primo Aemathia, ab Aemathio, poſtea Theſſalia, à Theſſalo, deinde à Macedone, Macedonia diceretur. Inde Pharſalicus, a, um, ut Campi Pharſalici, in quibus duorum maximorum bellorum ciuilium procellæ detonuerunt: primum inter Cæſarem & Pompeium, alterum inter Auguſtum, & percuſſores Cæſaris, Brutum & Caſſium. Hi poſtea Philippici dicti ſunt, ſiue à Philippo rege, ſiue a Philippis uicina urbe, quam alio nomine Thebas Theſſalicas appellant.

PHARSALOS, ſeu Pharſalum, (φάρσαλος Steph.) Theſſaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis ſitum, de quo Luc. li. 6. Aemathis æquo ra regnum Pharſalos Achillis.

PHARVSSI, (φαρούσιοι) Plini. libr. 5. cap. 8. & Pomponio lib. 1. populi ſunt Africæ ultra Mauritaniam, Hi quondam Perſæ fuiſſe dicuntur, comites Herculis ad Heſperidas tendentis. Pomponius quoque in fine li. 3. Deinde Pharuſii aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites, nunc inculti, & niſi quod pecore aluntur admodum inopes. Qui fabuloſa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt utqui hiſtoricam ueritatem proſequuntur, Aegyptio Herculi, qui Lybicus cognominatus eſt, potius adſcribenda cenſent. Meminit horum & Strabo li. 17. ubi de Mauris mentionem fecit. At Pharuſii, inquit, qui ultra hos habitant, Heſperiis Aethiopibus uicini, ſagittant quemadmodum Aethiopes: falcatis quoque curribus utuntur: miſcentur nonnunquam Mauris Pharuſii, per deſerta aquarum utres equis portantes: nonnunquam per loca quædam paluſtria & lacus Cyrtham ueniunt. Quidam ex eis Troglodytarum more ſub terra habitare dicuntur, & æſtiuis imbribus abundare, hyeme uero ſiccitate: labore nonnulli ſibi ea ſerpentum piſciumque coriis, alii ex ſtramentis ſibi indumenta parare. Vide reliqua apud Strabonem loco iam citato.

PHASE, (πάσχα) Hebraice, Latine tranſitus dicitur, quod eo die per mare rubrum pedibus tranſierint Iudæi.

PHASELI, uide Phaſeolus.

PHASEOLIS, (φασηλίς) Pamphiliæ urbs in monte ſita, piratarum olim perfugium. Proinde Cice. in Ver. act. 6. Meſſanam Siciliæ oppidum Verri prætori, prædoni & piratæ Sicilienſi, Phaſelim quandam fuiſſe ait, quod omnes furtorum aceruos illuc deportaſſet: Phaſelis (inquit) illa, quam cepit P. Seruilius, non fuerat urbs ante Cilicum atque prędonum: Lycii illam, Græci homines, incolebant. ſed quod erat eiuſmodi loco, atque ita proiecta in altum, ut & exeuntes è Cilicia prędones ſæpe ad eam neceſſario deuenirent: & cum ex hiſce locis ſe reciperent, eodem deferrentur, aſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ, primo commercio deinde etiam ſocietate. Mamertina ciuitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox ſubdit: Verum hæc ciuitas iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit. Huc omnia undique deportabantur, apud iſtos relinquebantur, quod celari oportuerat, habebant: ſepoſitum ac reconditum: per iſtos, quæ uolebat, in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat, nauem denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam ædificandamque curauit. Hactenus Cic.

PHASELVS, li. pe. pro. (φάσηλος Straboni, & Appiano) nauigii genus fuit mixtam habens formam ex oneraria, & longa triremi, quod tam uelis, quàm remis agi poterat. Catullus: Phaſelus ille quem uidetis hoſpites Ait fuiſſe nauium celerrimus. Neque ullius natantis trabis impetum Nequiſſe pręterire, ſiue palmulis Opus foret uolare, ſiue linteo. Ver. 4. Georg. Et circum pictis uehitur ſua rura phaſelis. Salſ. lib. 3. Et forte in nauigando cohors una grandi phaſelo uecta, à cęteris deerrauit. Nonius Phaſelum interpretatur nauigium. Campanum. Bayfius eandem exiſtimat fuiſſe cum myoparone, aut certe ab illius figura non multum diſtantem. Nec defuerunt qui in Pamphylia primum inuentum ſuſpicati ſint, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe.

PHASEOLVS, per quatuor ſyllabas. {Faſiolo} (φασίολος) genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem quàm fœnogręcum, quę una cum ſemine manditur uiridis ex oleo & garo. Colum. lib. 2. cap. 15. Phaſeoli modii quatuor obruuntur totidem operis. Legitur & Phaſelus, li, Verg. Georg. Seu pinguem uiciamque feres, uilemque phaſelum. Galenus lib. 1. de Aliment. facult. Phaſeolos diſtinguit à phaſelis, uultque phaſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus Lobi dicuntur, & Dolichi Theophraſto. Paſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certe eius ſpeciem, quæ etiam hodie phaſillorum nomen apud uulgum retinet.

PHASGANION, (φασγάνιον) herba eſt quæ alio nomine Xiphion appellatur, hoc eſt, Gladiolus, naſcens in locis humidis, cum primum exit, gladii ſpeciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, radicem nucis auellanę modo fimbriatam. Reliquam deſcriptionem uide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

PHASIANARIVS. {Che paſce fagiani} (φασιανοτρόφος) qui phaſianos paſcit. Paul. Iureconſultus: Phaſianarii autem, & paſtores anſerum non continentur.

PHASIANI, {Fagiani} (φασιανοί) aues notæ, à Phaſi fluuio, ita nominatæ: unde ab Argonautis primum in Gręciam, atque inde ad nos putantur eſſe deportatæ. Mart. lib. 13. Argoa primum ſunt tranſportata carina, Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat. In hanc auem Itym Terei filium mutatum mythici fabulantur. Pharſiana, æ, idem: ut apud Plin. lib. 10. cap. 84. Nonnulli etiam phaſianas gallinas uocant.

PHASIAS, adis, (φασιάς) patronymicum eſt fœmininum, à Phaſide fluuio, ſiue oppido deductum, quod Poetæ pro Medea fere uſurpant, Phaſidis alumna. Ouid. 3. de Arte. Maritum Barbara per natos Phaſias ulta ſuos.

PHASIS, is, uel idis, (φᾶσις) Colchorum prægrandis fluuius, de quo Luc. li. 3. Colchorum qui rura facit ditiſſima Phaſis. Plin. li. 6. ca. 4. Nauigatur Phaſis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M D. paſſ. Inde minoribus longo ſpatio, pontibus centum uiginti peruius. Ab hoc fluuio Phaſiani nomen ſumpſerunt, quod ibi maximus eorum ſit prouentus: unde etiam ab Argonautis in Gręciam aducti putantur. Fuit item eiuſdem nominis oppidum, ad fluuii huius oſtium ſitum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 4.

PHASMA, atis, {Moſtro, apparitione} (φάσμα) Latine apparitio, monſtrum, uiſum dicitur. Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. Phaſma etiam fabula fuit cuiuſdam Catulli, ut ex Iuuenale intelligere licet, Satyr. 8. Conſumptis opibus uocem Damaſippe locaſti Sipario, clamoſum ageres ut phaſma Catulli.

PHAVLIÆ, (φαυλίαι Polluci) ſunt oliuæ, quæ minimo ſucco, corpore grandiſſimo, puſilloque ſunt nucleo.

PHAEGEA, penultima producitur, (φηγεία) ciuitas Arcadię, à Phegeo rege, Phoronei fratre condita. Prius Erymanthus, poſtea & Pſophis appellata. Stephanus.

PHEGEVS, (φηγεύς) pater fuit AlpheſibϾæ, qui Alcmæonam, cum iuſſu patris matrem occidiſſet, & ob eam rem furiis agitaretur purgauit, eique Alpheſibœam filiam matrimonio locauit. Vide fabulam latius apud Ouid. 8. Metamor.

PHEGOR, (φεγώρ) lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit Hierony. contra Iouinianum: unde Beelphegor, dictio compoſita, hoc eſt Priapi ſimulacrum.

PHELLANDRION, (φελλάνδριον) herba quæ in paluſtribus naſcitur, folio apii, cuius ſemen propter calculos, & ueſicę incommoda bibitur. Quidam exiſtimant eam eſſe, quam officinæ Filipendulam uocant: alii eandem faciunt apio paluſtri, quod à Dioſcoride ἐλεοσέλινον uocatur.

PHELLVS, {Sughero} (φελλός) teſte Cælio lib. 6. cap. 17. idem eſt cum eo, quod Latini uocant Suber. Vnde Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum ſcribit. C. Pontium a Camillo miſſum in Capitolium à Gallis id temporis obſeſſum, cum Tybrium tranſmitteret, φελλοὺς πλατεῖς ὑποστερνισάμενον, hoc eſt phellos latos pectori ſubieciſſe. Græci φελλὸν perpetuo epitheto uocant ἀβάπτιστον, hoc eſt, immerſibilem, quod in aquis non niſi magna ponderis ui, ſubmergatur. Hinc à Luciano finguntur eſſe homines quidam phellopodes, qui per mare currentes non mergebantur, quaſi phellinos habentes pedes.

PHEMONOE, (φημονόη) Sibyllæ nomen, quæ prima Appollinis Delphici uates dicitur fuiſſe, & carmen heroicum inueniſſe, ut ait Pauſanias. Stat. libr. 2. Syl. Reſeretque arcana pudicos Phemonoe fontes. Eſt & Phœbados cuiuſdam nomen apud Lucanum libr. 5. Phemonoen errare uagam curiſque uagantem. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuiſſe. Meminit eius Heſiodus in Theogonia.

PHENION, herba, quæ, & Anemone dicitur, quaſi herba uenti: ſic enim uulgus appellat, quod eius flos non niſi uento ſpirante aperiatur. Vide Plinium lib. 21. cap. 23.

PHENGITES, (φεγγίτης) lapis duritia marmoris, candidus & tranſlucens: unde & nomen habet. Nam φέγγος ſplendorem ſignificat. Vide Plin. lib. 36. cap. 22.

PHENEVM, (φένεον, Steph.) oppidum in Arcadia, circa quod herba naſcitur

Homeri

Homeri præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Moly uocari aſſerit Plin. lib. 25. cap. 4.

PHENEVS, (φενεὸς) lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore pernicioſa, interdiu ſalutaris eſt. Ouid. lib. 15. Eſt lacus Arcadiæ Pheneum dixere priores Ambiguis ſpectatus aquis: quas nocte timeto: Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

PHERÆ, arum, (φεραὶ) oppidum Theſſaliæ, ad Bœbeidem lacum, ubi Magneſia à Pelaſgicis campis diriméitur. Homerus in Cat. οἳ δὲ φερὰς ἐνέμοντο παρὰ Βοιβηίδα λίμνην. Eſt item eiuſdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris. A Pheris deducitur adiectiuum Pheræus, a, um, Ouid. in Epiſt. Oenones, ipſe repertor opis uaccas pauiſſe pheræas Fertur, &c.

PHERECRATES. (φερεκράτης) Athenienſis poeta comicus, militauit ſub Alexandro Mag. docuitq; fabulas XVII. Auctor Suid.

PHERECYDES, pen. prod. (φερεκύδης) philoſophus, & poeta tragicus, ex Scyro inſula, teſte Strabone lib. 10. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos, ut Cic. li. 1. Tuſc. refert. Hic primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſoluta oratione (ut Apuleius in Floridis auctor eſt) repudiato uerſuum nexu. Hunc Pythagoras magiſtrum coluit. Periit phthiriaſi, id eſt, pediculari morbo. de quo Serenus: Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio ſudore fluens animalia terra Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt. Hic etiam ſi nullum magiſtrum habuerit, tamen per ſe multum eruditionis eſt conſequutus, ut auctor Suidas. Quanquam Diogen. Laer. eũ Pittaci auditorem dicat extitiſſe.

PHERECYDES, præterea alius fuit, teſte Laertio antiquior etiam ſuperiore, Athenienſis & Philoſophus, qui ab Orpheo multa didicit, ſcripſitq; Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. Pherecydem alium Lerũ genere, Hiſtoricum commemorat Suidas.

PHERENICE, pe. pro. (φερενίκη) nomen mulieris, de qua Aelian. lib. 10. de Varia hiſt. Duxit ad Olympicũ certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant, Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrẽ & fratres tres haberet Olympionicas. Spectauit, & uictorem filium reduxit.

PHERETRVM, (φέρετρον) uide in dictione Feretrum.

PHIALA, æ, {Dant. Qual ti negaſſe mai della ſua fiala} (φιάλη) poculi genus capacius: ita dictum, quaſi πιάλη, κατ' ἀντιστοιχεῖον, παρὰ τὸ πιεῖν ἅλις παρέχον, hoc eſt ab eo, q; affatim ad bibendum ſuppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri: quod & ipſum nõ obſcure innuit Iuuen. Saty. 7. Vitro tener phialas tibi non committitur aurum.

PHIDIAS, æ, (φειδίας) nobilis fuit ſtatuarius, qui in ebore ſcalpendo citra æmulum claruit: diis tamẽ (ut inquit Quint.) q̃ hominibus efficiendis melior inter huius opera præcipue commendata eſt Mineruæ ſtatua, quam Athenis ex ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnã & Gigantomachiam inſculpſit, in ſoleis uero Centaurorum & Lapitharũ certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipſe totus ex ebore. Cælauit & Venerem, quæ poſtea Romæ ſita fuit in porticu Octauiæ. Item Nemeſim Rhamnuſiam, mali ramum manu tenentem, ex quo paruis ſurgebat complicatio, hanc inſcriptionẽ habens, Agoracritus Prius fecit. Hũc enim Agoracritum diſcipulum uſque adeo diligebat, ut ei tanti operis laudẽ cederet. A Phidias fit Phidiacus, a, um, φειδιακὸς. Propert. lib. 3. Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno. Martia. lib. 6. Quis te Phidiaco formatũ Iulia cælo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

PHIDITIA, orum, (φειδίτια) cœnationes Lacedæmoniũ, ſeu conuiuia nominabant, ſiue q; φιλίας, id eſt, amicitię cauſa inſtituta ſint, ſiue potius a parſimonias φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo: φειδὼ parcitas & parſimonia: φειδωλὸς parcus. Vnde & Phiditia conuiuia parca, & frugi, Cic. 5. Tuſc. Quid, uictum Lacedæmoniorum in phiditiis, non'ne uidemus? Conueniebant enim ad phiditia conferẽtes ſinguli farinæ modiũ, uini congios octo, caſei quinq; minas, ficuum quinq; ſemiminas.

PHIDIPPVS, (φείδιππος) Herculis nepos ex Theſſalo filio qui una cum fratre Antipho contractis ex maris Carpatij inſulis triginta nauibus Græcia ſuppetias tulit aduerſus Troianos. Auctor Homerus in Catal. nauium. Eſt item Phidippus perſonæ Comicæ nomen apud Terent. in Hecyr.

PHILA, æ, (φίλα Stephano) urbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium, à Demetrio Gonata, Antigoni filio condita, & à nomine matris eius ita appellata. Eſt item Phila, maris Gallici inſula, è regione Antipolis, cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 5. Sunt & quatuor eiuſdem nominis inſulæ in Nilo fluuio, ſupra Delkam, quas commemorat idem Plin. lib. 5. cap 9

PHILADELPHIA, (φιλαδελφία) nomen ciuitatis in Myſia, regione Aſiæ, frequentibus terræ motibus cõcuſſa, unde eius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit una ex ſeptem eccleſiis in Apocalypſi cõmemoratis. Supra philadelphiam Orientem uerſus exuſta regio patet, quam Græci κατακεκαυμένην appellãt, ſtadiis longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter uitem inueniuntur, quæ exuſtum uinum fert, ita elegans, ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt, montana, petroſa & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigiſſe arbitrantur, nec dubitãt, quæ de Typhone dicũtur, hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneum ignem qui poſtea defecerit regionem exuſſiſſe. Dicta autem fuit hæc urbs Philadelphia, ab Attalo Philadelpho conditore.

PHILADELPHVS, (φιλάδελφος) Ptolemei regis Aegypti, cognomen, qui bibliothecam fecit Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum cõtinentem. Idem libros Moyſi curauit per LXX, interpretes ex Hebræo in Græcum ſermonem uerti.

PHILÆ, arum, (φίλαι) inſula aſpera, & undiq; prærupta, adiacens Aegypto, duobus in unũ coeuntis amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Sunt autem Philæ Straboni li. 17. infra Syenem, ad quas ipſe ſe ex Syene plauſtro per plana aliquando uectum ſcribit. Meminit & Luc. lib. 10. Rurſus multifidas reuocare piger alueus undas, Qua dirimũt Arabum populis Aegyptia rura Regni clauſtra Philæ.

PHILÆNORVM ARÆ, (φιλαίνων βωμοὶ) dicuntur, quæ Siculo Peloro oppoſitæ, in media quodam modo Syrium tellure poſitæ ſunt: ita dictæ à Philænis fratribus, qui in eo loco uiui credũtur fuiſſe defoſſi. Nam cum inter Cyrenenſes & Carthaginiẽſes de finibus incidiſſet cõtrouerſia, placuit ut certo tẽpore duo uiri ex utraq; ciuitate egrederentur, & ubicunq; ſibi obuii fierẽt, ibi ciuitatis utriuſq; termini eſſent. Itaq; Carthagine egreſſi, Philæni cum aliquod paſſuum millia in fines Cyrenenſiũ proceſſiſſent, indignati aduerſarii ſe eſſe præuẽtos, optionẽ Philænis propoſuerũt, mallent'ne ad ſuos fines retrocedere, an eo in loco uiuos defodi: illiſq; reſpõdentibus ſe patriæ ſalutẽ uitæ præferre, à Cyrenẽſibus, qui uiribus ſuperiores erãt, uiui eo in loco ſunt defoſſi. Quo in loco Carthaginienſes, ne eximia illorum in patriam pietas ulla temporum iniuria obliteraretur, duas eis aras conſtituerunt. Vide Salu. in Bello Iugurthino.

PHILAGRIOS, (φιλάγριος) medicus fuit inſignis Galeni contemporaneus natione Epirota, Naumachii diſcipulus, cuius ſcripta recenſet Suidas.

PHILAGRVS, (φίλαγρος) Sophiſta Cilix auditor Lolliani, ſupra modum iracundus. Nam & dormitanti quandoq; auditori pugnum in malã fertur impegiſſe, & infregiſſe colaphum. Huic Metellus nepos ſepulcrum extruens, lapideum appoſuit coruum. Id cum Cicero foret intuitus, in eius leuitatẽ iocatus hoc, inquit, ſapientius a te factum, πέτεσθαι γάρ σε μᾶλλον ἢ λέγειν ἐδίδαξε, uolare magis te docuit, quàm dicere Hæc Cælius Rhodiginus Antiq. Lec. li. 21. cap. 7. & lib. 17. cap. 20.

PHILAMMON, (φιλάμμων) filius fuit Apollinis ex Chione nympha, clariſſimus carmine & cithara. Ouid. libr. 12. Naſcitur è Phœbo (namque eſt enixa gemellos) Carmine uocali clarus citharaq; Philammon. Fuit item Philammon Athenienſis, pugil fortiſſimus, qui omnes ſuæ ætatis pugiles ſuperauit. Suidas.

PHILANTHROPIA, {Humanità} (φιλανθρωπία) humanitas. i. amor erga homines. Hanc ſic definit Speuſip. Philanthropia, eſt humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Miſanthropia.

PHILANTHROPVS, pe. pro. (φιλάνθρωπος) lappæ genus, ita dictum, q; ueſtibus hominum adhærens, eos amare uideatur: φιλάνθρωπος enim Græcis benignum ſonat & homines amantem. Vide Plin. lib. 24. ca. 19. Dioſcoridi Aparine dicitur. Officinis Rebulus.

PHILAVTIA, {Amor di ſe ſteſſo} (φιλαυτία) amor ſui ipſius. Cic. Atti. lib. 13. Libri quidam ita exierunt, niſi forte me fallit communis φιλαυτία) ut in tali genere, ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.

PHILARGYRIA, {Auaritia, cupidità d'argento} (φιλαργυρία) auiditas argenti, ſiue auaritia transfertur: Nam quod nos argentum, Græci uocant ἄργυρον.

PHILEMON, (φιλήμων) Syracuſius, nouæ Comœdiæ ſcriptor, qui Alexandri Magni tempore floruit. Huic Quint. ſecundum inter Comicos ſcriptores locum tribuit. Philemon, inquiens, prauis ſui temporis iudiciis, Menandro ſæpe prælatus eſt: conſenſu tamen omnium meruit ſecundus credi.

PHILESIVS, cognomen Apollinis. Græci φιλήσιον amabilem dicunt: quod cognomen idcirco Appollini tribuitur, quia lumen eius exoriens, amabili ueneratione oculorum conſalutamus.

PHILETÆRVS, (φιλέταιρος) Comicus fuit Athenienſis, Ariſtophanis Comici filius. Fabulam ſcripſit unam & uiginti, quarum nonnullę recenſentur à Suida.

PHILETAS, (φιλητᾶς) Poeta fuit elegiographus ex inſula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Suis carminibus celebrauit Battidẽ puellam, quam adamauit. Fuiſſe fertur corpore, adeo tenui, ut neceſſe fuerit ei plumbum adhibere, ne uentorũ flatu raperetur. Politianus: Nec Cous ad hæc non ſacra Philetas, Quanquam eſt ęger adeſt, quanquam ueſtigia lento Fulta grauata plumbo, &c.

PHILETÆRIA, ſiue, Philetæria, (φιλεταίριον Dioſcoridi) herba eſt, teſte Plinio lib. 55. cap. V. quam nonnulli Polemoniam appellant, alij Chiliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent nigro ſemine, cætero iutæ ſimilis.

PHILEVM, (φίλαιον) apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidũ eſt. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo ſcripta conijcimus, aut idẽ eſſe cum Groninga Friſiæ oppido, aut certe illi proximum.

PHILIDES, magno quidam fuit equorum, à quo quum Themiſtocles equum dono poſtulaſſet, paſſuſq; eſſet repulſam, minatus eſt ſe domum eius continuo ligneum equum facturum. Quo ænigmate ſignificabat ſe propinquam accuſationẽ & crimina in eum conjecturum. Plutar. in Themiſt.

PHILPPEI, ſeu Philippi. (φιλιππικοὶ) aurei quidã nummi, à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud Plautum frequens mentio eſt ut in Pœnulo Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi, qui uocantur. Philippei. Hora. li. 1. Epi. ad Auguſtum: Gratus Alexandro Magno regi fuit ille Chœrilus, incultis qui uerſibus & male natus Retulit acceptos regale Philippos.

PHILIPPENSIS, & hoc, penſe, poſſeſſiuum formatum à Philippis Theſſaliæ ciuitate, Philippenſes ciues, (φιλιππήσιοι) & Philippenſe bellum, quod apud Philippum geſtum eſt.

PHILIPPI, (φίλιπποι) ciuitas Theſſaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quã Philippus Macedonum rex inſtaurauit, à nomine ſuo Philippos nominauit. Verg. 1. Georg. Romanas acies iterum uidere Philippi. Sunt & Philippi in Thracia, inter Neſſum, & Strymonem amnes non procul ab Oeſyma, quarũ meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

PHILIPPICVS, ca, cum, (φιλιππικός) denominatiuũ, à ciuitate Philippus, ut Campi Philippici, ciuilibus cladibus nobilitati, in quibus primũ Cæſar Põpeium, & poſtea Auguſtus Brutum & Caſſium profligauit.

PHILIPIDES, (φιλιππίδης) Comicus poeta, haud ignobilis, qui ætate iam prouecta, quum in certamine poetarum præter ſpem uiciſſet, gaudio repente mortuus eſt: quod & Diagoræ Rhodio accidit. Fuit & alius eiuſdem nominis, à celeribus pedum ἡμεροδρόμος cognominatus, quod 24. horarum ſpatio mille quingenta ſtadia pedibus confecerit, diei unius & noctis ſpatio itinere ab Athenis Lacedæmonium uſq; peracto. Vtriuſq; auctor Suidas.

PHILIPPOPOLIS, (φιλιππόπολις) oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. Auctor Steph. Plinius Philippopolim in Tracia conſtituit, lib. 4. cap. 11.

PHILIPPVS, (φίλιππος) Amyntæ filius, & Alexãdri Magni pater, Ma

cedonum rex fuit: rei militaris peritiſſimus, rebuſq; geſtis clariſſimus, cui Macedoniæ regnum, quod anguſtis antea finibus continebatur, adeo ampliauit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditiones numerarentur. Hic à Pauſania quodam adoleſcente fuit interfectus: qui cũ de ſtupro ſibi per uim ab Attalo illato, apud regem quæſtus eſſet, & pro rei indignitate ultionẽ poſtulaſſet, ſeq; etiam à rege irrideri animaduertiſſet, iram in regem cõuertit & ultionẽ, quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice ſumpſit. Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

PHILIPPVS, Demetrij filius, rex Macedoniæ à T. Quin Flaminio uictus. Is auctore Liuio, quum uideret Annibalem fœliciter in Italia res gerentẽ, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Marco Valerio Flacco præfecto claſſis, intercepti cum literis, miſſiq; ad Senatum, ſtatim Leuinus C O S. cõtra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum ſemiq; ſopitum nocte intempeſta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius, ne hoſtis potiretur ſuis nauibus. Vide Liui. lib. 1. de Bello Macedon. Philippus, medicus Alexandri, teſte Curtio libr. 2. cuius etiam meminit Plutarchus in uita Alexandri. Philippos etiam Romanos uiros claros legimus, inter quos L. Philippus orator, Craſſi aduerſarius, ut ſcribit Cic. lib. 3. de Orator.

PHILISCVS, (φιλίσκος) Comicus ſcriptor fuit, cuius fabulæ enumerantur à Suida. Fuit item Philiſcus quidam Corcyreus, Philotæ filius, Poeta ex ſecũdo ordine Tragicorum, & Dionyſii ſacerdos ſub Ptolem. Philadelpho. Scripſit fabulas duas & quadraginta. Philiſcus præterea Aegineta, Diogenis Cynici, aut certe (ut alii malunt) Stilpontis auditor, & præceptor Alexandri. Scripſit Dialogos quoſdam inter quos eſt Cordus. Ex Suida.

PHILISTION, (φιλιστίων) Sardianus, ſiue Pruſiẽſis, poeta comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio riſu mortuus eſt. Suidas.

PHILISTVS, (φίλιστος) Archonidæ filius, patria Nauticratites, aut ut alii uolunt, Syracuſanus, Eueni Elegiographi diſcipulus. Scripta eius enumerat Suidas.

PHILIX, nutrix fuit Domitiani principis, ut eſt auctor Sueton.

PHILLYRA, & Phillyrides, uide, Philyra, & Philyrides.

PHILO, (φίλων) Academicæ ſectæ Philoſophus fuit inſignis, Ciceronis in Philoſophia præceptor, ut ipſe teſtatur in libro de Claris Orator. Eodẽ (inquit) tempore cum princeps Academiæ Philo cũ Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugiſſet, Romamq; ueniſſet, et me totum tradidi, ad mirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio incitatus. Fuit etiam hoc nomine Iudæus Philoſophus, Alexandriæ natus, diſciplinisq; omnibus eruditus, & in noſtra, & Græcorum Philoſophia bene uerſatus: eloquentiæ autẽ Platonicæ tam diligens æmulator, ut illud uulgo de eo iactaretur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, hoc eſt, aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. In diuinis autem legibus, & patriis inſtitutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorũ ſuorum tradidit monumentis, palam eſt. Igitur temporibus Caii quanta acciderint Iudæis mala, uoluminibus abſoluit, quibus & ſuam legationem pro Iudæis apud ipſum Imperatorem retulit. Sed & Ioſephus huius legationis meminit lib. 18. Hunc Porphyrius quoque lib. 4. magnis laudibus decorauit. Philo Herennius, Byblius patria, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio ſcripſit. Præterea de ciuitatibus & uiris claris libros 30. Suidas.

PHILOCHARES, (φιλοχάρης) herba quæ alias Marrubium dicitur. Pli. lib. 10. cap. 22.

PHILOCHORVS, (φιλόχορος) Athenienſis uir doctiſſimus & uates, tempore Eratoſthenis extinctus, inſidiis Antigoni Macedoniæ regis ob amicitiæ ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Atthidis libros 17. qui continẽt res geſtas Athenienſium & reges & magiſtratus uſq; ad Antiochum cognominatum Deum, aliaq; complura Auctor Suidas.

PHILOCLES, is: (φιλοκλῆς) Athenienſis poeta tragicus fuit, non ita multo poſt Euripidem, Aeſchyli ex ſorore nepos, ab iracundiæ uitio Bilis appellatus. Facie fuit in primis fœda, capiteq; in criſtæ formam acuminato. Scripſit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morſimum, & ipſum Poetam Tragicum. Hæc Suidas.

PHILOCRATES, (φιλοκράτης) Athenienſis quidam, quem Demoſthenes in proditionis ſuſpicionem adducit. Extant ad hunc aliquot Aeſchinis epiſtolæ. Fuit & alius eiuſdem nominis, Struthius cognominatus, de quo uide Suidam.

PHILOCTETES, ctetis, uel tæ, pen produ. (φιλοκτήτης) Pœantis filius & comes Herculis, cui idem moriens in Oeta monte mandauit, ne cui corporis ſui reliquias indicaret, adq; iurare eum adegit deditq; pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas. Adueniente uero tempore, cum Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad euertendam Troiam ſagittis Herculis opus eſſe, inuctus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit ſe primo aliquid de Hercule ſcire, tandẽ uero mortuum eſſe confeſſus eſt, & cum grauiter ad indicandum ſepulcrum cogeretur, nec iuſiurandum uiolare, ictu pedis locum oſtendit: cumq; ad bellum Troianum deduceretur, quia ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poterat, unius ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum monſtrauit, uulnere pene immedicabili affectus eſt. Tandem cum uulneris fœtor à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt. ſed occiſo Achille, Vlyſſes in Lemnum regreſſus ad Troiam illum reduxit, ut inquit Ouidius lib. 3. Metamor. Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, ut Calabriam uenit, ibiq; Petiliam condidit. Vergilius libro 3. Aeneid. Hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, &c. Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt. Propertio teſte, qui inquit Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. Vide Pœantiades.

PHILODESPOTVS, (φιλοδέσποτος) nomen ſeruile, idem ſignificans quod amans domini.

PHILOGRÆCVS, (φιλέλλην) qui libẽter utitur dictionibus Græcis, Varro. 2. de Re ruſt. ca. 10. Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod nos philogræci uocamus. ἐμφίβιον.

PHILOGYNIA, pen. prod. {Amor uerſo le donne} (φιλογυνία) amor mulierum. Cice. Mulieroſitatem uerte, 4. Tuſc. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græce φιλογυνία dicitur, &c.

PHILOLOGIA, æ, (φιλολογία) loquacitas, aut amor ſermonis aut ſtudii. Cic. Tironi: Non eſt enim locus ita ſeiunctus à philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. Idem Atti. lib. 2. Non defleamus, ne opera & oleum noſtræ philologiæ perierit: ſed conferamus tranquillo animo. Philologus, gi, pe. cor. ſtudioſus, ſiue amator ſermonis. Cic. ad Att. li. 13. Ergo illam ἀκαδημικὴν in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem, transferamus.

PHILOLAVS (φιλόλαος) Pythagoricus quidam philoſophus, cuius tres libros Plato, cum tenui admodum eſſet pecunia, decem millibus denarium mercatus eſt. Quod pretium à Dione Syracuſano acceperat.

PHILOLAVS, (φιλόλαος) Corinthius, qui leges Thebanis dedit ex familia Bacchiadũ fuit: amicus Dioclis, qui Olympia uicit: ſed ubi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcinoæ, Phebas migrauit, atq; ambo defuncti ſūt. Habitauit igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legesq; illis deſcripſit, & alia quædam præcipue de liberorum procreatione, quam illi θετικοὺς appellat. Ariſtoteles 2. Polit.

PHILOMELA, (φιλομήλα) nomen puellæ Pandionis Athenienſis regis filiæ, & ſororis Prognes. Quæ quum à Tereo compreſſa fuiſſet, tãdem (ut eſt in fabulis) deorũ miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quæ & Luſcinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulciſſimo iniuriam, quam paſſa eſt. Mart. li. 4. Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis.

PHILOMVSVS, (φιλόμουσος) amator, ſiue amicus Muſarum. Mart. lib. 7. Nolito nimium tibi placere, Delectas philomuſe, non amaris.

PHILOPOEMENES, ſiue Philopœmen, (φιλοποίμην Suidæ) Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus afflixit, ut eſt auctor Plutarc. in uita eius, Huius etiã meminit Liu. Belli Maced. lib. 5.

PHILOSOPHASTER, {Chi imita li filoſofi} (φιλοσοφόμιμος) philoſophorum imitator, qui philoſophiam a limine ſalutauit.

PHILOSOPHIA, æ, {Pet. Pouera & nuda uai filoſofia} (φιλοσοφία) amor, & ſtudium ſapientiæ. Cicero 2. Offic. Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari uelis, quàm ſtudiũ ſapientiæ Idem 1. de Legi. Ita fit ut mater omniũ bonarum rerum ſit ſapientia, à cuius amore Græco uerbo φιλοσοφία nomen inuenit. Hæc ſcientia diuiditur in tres partes, in Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum: ſecunda rerum naturam ſcrutatur, tertia bene diſſerendi rationem docet. Moralis Græce ἠθική dicitur: quæ κατ᾽ ἐξοχὴν philoſophiæ ſibi nomen uendicauit. Cice. 4. Tuſcula. Eſt profecto medicina animi philoſophia. Seneca. Philoſophia animum format, & fabricat, uitam diſponit, actiones regit, agenda, & omittenda demonſtrat. Apuleius Diſciplinam regalem appellat, tam ad bene dicendum, quàm ad bene uiuendum repertam.

PHILOSOPHICVS, ca, cum, (φιλοσοφικός) quod ad philoſophum pertinet. Cice. 5. Tuſcul. Ad Brutumq; noſtrum hos libros alteros quinq; mittemus: à quo non modo impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, uerum etiam laceſſiti.

PHILOSOPHOR, aris, (φιλοσοφέω) ſapientiæ ſtudeo, uel philoſophorũ more diſputo, rectam uitæ bene inſtituendo rationẽ, uel rerum naturas perſcrutor. Cic. lib. 1. de Nat. Deo. Et cum minime uidebamur, tum maxime philoſophabamur. Idem 2. de Orat. Decreui philoſophari potius (ut Neptolemus apud Ennium) paucis, nam omnino haud placet. Plau. Pſeu. Certa amittimus dũ incerta petimus. atq; hoc euenit, In labore, atq; in dolore, ut mors obreptat interim. Sed ſatis eſt philoſophatum: nimis diu, & longum loquor.

PHILOSOPHVS, phi, {Filoſofo, amator della ſapienza} (φιλόσοφος) amator ſapientiæ, quod nomen à Pythagora primum dicitur eſſe profectũ, qui Sophiſtæ appellationem tanquam arrogantiorem, refugiens, Philoſophum ſe nominari uoluit: poſt quem deinceps omnes ſapientiæ profeſſores hoc nominis ſibi uendicarunt. Cice. 1. de Orat. philoſophi deniq; ipſius, qui de ſuaui ac ſapientia unus omnia pene profitetur, eſt tamẽ quædã deſcriptio: ut is, qui ſtudeat omniũ rerum diuinarum atq; humanarum uim, naturam, cauſasq; poſſe, omnem bene uiuendi rationem tenere & perſequi, nomine hoc appellatur. Idem. 3. de Nat. deo. Auctores rerum, nõ fabularũ philoſophi. Idem. 4. Tuſcula. Magiſtri uirtutis philoſophi. Genera philoſophorum deſcribit Cicero 3. de Orat. quod eſt philoſophi.

PHILOSTORGIA: (φιλοστοργία) à Græcis dicitur indulgentia, amorq; uehemens parentũ in liberos. Verum uoces huiuſmodi, quæ neque Latinis ſcriptoribus ſunt uſitatæ, neque noſtris literis ſcribi conſueuerunt, rectius in Græcum Dictionarium reiicientur. Quare non immerito pleraſque id genus, (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant inſertæ) abiecimus, & ueluti nothas ex aliena familia ſegregauimus: idq; eodem iure, quo Latinas è Græco lexico eximeremus.

PHILOSTRATVS, (φιλόστρατος) Lemnius philoſophus, tempore Seueri principis Romæ claruit, cuius uxori fuit ab epiſtolis. Scripſit Vitas ſophiſtarum ad Seuerum, & de uita Apollonii Tyranei libros octo, præterea heroica. Philoſtratus huius pater, Athenis docuit Neronis tempore. ſcripſit panegyricos plures, & declamationes oratoribus ualde probatas, compluraq; alia, quæ à Suida commemorantur. Philoſtratus, ſuperioris filius, docuit Athenis: ſcripſit Panathenaicum. Troiam, Paraphraſim Homerici clypei, Iconasq; huic multi acceptas referunt. Suidas.

PHILOTHEOROS. pe. pro. {Dato alla ſpeculatione} (φιλοθέωρος) ſpeculationi deditus. Cic. Trebatio li. 7. Deinde quod in Britannia non nimis te Philotheoron præbuiſti, plane non reprehendo.

PHILOXENVS, (φιλόξενος) hoſpitalis: quo nomine dictus eſt poeta quidã lyricus, qui cum ſibi Dionyſius tragœdiam quandam caſtigandam commiſiſſet, ducta linea à capite ad calcem totũ opus damnauit: quapropter in latomias coniectus eſt, indeq; Tarentum aufugit. Dionyſioq; ſe per literas reuocanti, nihil aliud, quàm monoſyllabam οὔ, reſcripſit ſæpius repetitum, Auctor Suidas. Fuit etiam hoc nomine paraſitus quidam, qui collum gruis ſibi optabat, quo

diutius

diutius cibi,potusq; delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus q; conuiuiis adhibitus,ſe in pultaria ſoleret emungere, ut reliquis rei fœditate ad horrentibus,ſolus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodā Siculo.

PHILOXENVS, Eretrienſis pictor, Nicomachi diſcipulus,cuius tabula nullis poſtponenda Caſſandro regi picta,cōtinuit Alexandri prœlium cum Dario. Idem pinxit & Laſciuiam in qua tres Sileni comeſſabantur. Hic præceptoris celeritatem ſecutus, breuiores etiamnum quaſdam picturæ uias & compendiarias inuenit. Verba ſunt Plin.lib.35.cap.10.

PHILOXENVS, grammaticus Alexandrinus, Romæ ſcripſit de monoſyllabis uerbis, De Helleniſmo, De linguarum dialectis & alia. Suidas.

PHILTRVM, tri (φίλτρον) pharmacum amorem concilians. (Cicero Amatorium poculum appellat) hoc eſt, quicquid eo animo cuiquam edendum bibēdumve damus, ut eum ad noſtri amorē inducamus: qualia nonnulla cōmemorantur à Plinio: quæ tamen pleraq; omnia ingerendæ potius inſaniæ, q̄ cōciliādo amori uidentur conuenire. Quare etiam Ouid. eorum uſum uehementer diſſuadet, ſic ſcribens lib.1. de Ar. Nec data profuerint pallentia philtra puellis. Philtra nocent animis, uimq; furoris habent. Per tranſlationem Philtrū accipimus pro corporis totius uenuſtate, habitu, dignitate, morumq; comitate, oculis hominum ita grata, ut ſolo aſpectu iure gratiam ab omnibus, aut q̄ plurimus poſſit. Galli ſua lingua Gratiam appellant.

PHILIRA (φίλυρα) Græcis dicitur arbor, quam Latini Tiliam uocant. Plin. item lib.10. cap.14. Philyram uocare uidetur membranam tenuiſſimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemniſci conſiciebantur. Verba Plinii ſunt hæc: Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus uincula tiliæ uocantur: tenuiſſimæ earum philyræ, coronarum lemniſcis celebres: antiquorum q; honore. Accipiuntur etiam Philyræ pro membranis papyri, uel aliarū arborum, in quibus olim ſcribebatur. Martial. de Nupt. Philolog. Libri in philyra cortice ſubnotati. Plin. li.13. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prętenues, ſed q̄ latiſſimas philyras. Alia exemplaria habent Philuras, quod in idem recidit. Multæ enim ſunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter ſcribūtur per y, uel u. Solent enim priſci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco, y, ſcribere u. Eſt etiam philyra propriū nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conuerſus Chyronem Centaurum dicitur ſuſcepiſſe: qui à matre Philyrides, & Philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius deriuata ſimplici l. Poetæ tamen ſuo iure ut primam ſyllabam extendant, geminant hanc conſonantem. Ouid. lib.1. de Arte amandi Phillyrides puerum, cithara perfecit Achillem.

PHIMOSIS, (φίμωσις) dicitur, quum glans membri uirilis ita tegitur pręputio, ut nudari non poſſit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τοῦ φιμοῦ, quod nexum in ſuperiore parte ſacci ſignificat, quū ſcilicet totus ſacculi oris ambitus, funiculo colligatur. Eſt & Phimoſis, uitium huic prorſus contrarium, cum præputium ſemel deductum, ſuum in locum reduci non poteſt: quod uitii genus etiam παραφίμωσις appellatur.

PHINEVS, (φινεύς) Agenoris filius, ut Hellanicus ait: ut Heſiodus Phœnicis & Caſſiopę, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli, & Atamini. Hic igitur rex Arcadiæ: uel ut alii, Thraciæ: uel ut ruſus alii, Paphlagonię uxorē duxit Cleopatram, (quam quidam Stenoboeam uocent) ex qua genuit Orythum, & Crambum, ut Sophocles: ut alii Maſyandinum & Thynum. uel ut ruſus alii, Ptolemonē & Phinea, quibus mortua priore coniuge Cleopatra. Harpalycen, Calais & Zethę ſororē: (quamuis Flaccus nō Harpalycen, ſed Cleopatrā Boreadum ſororē appellat (cui etiam Apollonii Commentarius aſſentit, qui li.1. dicit: Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyiæ filiam uxorem duxiſſe, ſecūdam uero Idęam Dardani filiam nouercam ſuperinduxit: cuius ſuaſu filios ſuos ex Cleopatra ſuſceptos excæcauit. Quapropter & ipſe excæcatus eſt à Diis, & Harpyę contra eum miſſæ, quæ cibos & menſam eius turpiſſime fœdarunt. Poſtea uero aduenientibus ad ea loca Argonautis à Calai & Zethe fratribus abitis ruſus, ad Strophades inſulas fugatæ ſunt: unde ſupra Calais. Poſtremo occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet excæcatos, comperiſſetq; eos calumniis nouercæ eiectos fuiſſe, &cæ. Hinc Phinæus, a, um, apud Senec. & Phinæus, a, um, apud Verg. lib.3. Aen. Quas dira Celæno. Harpyiæq; colunt aliæ, Phineia poſtquam Clauſa domus, menſasq; metu liquere priores, &c.

PHISON, (φισών) teſte Ioſepho. lib.1. cap.2. una eſt ex partibus magni fluminis in omnem terram undiq; profluentis, quo Paradiſus irigatur, qui deductus in Indiam pelago late diffunditur. A gręcis nuncupatur Getha: aliqui Gangem interpretatur, alii Nilum.

PHLA, inſula eſt in Tritonide Africæ palude, de qua ſic ſcribit Herodotus li.4. Aiunt Iaſonem poſtea q̄ ſuo Pelio Argo exædificauit, impoſitis in ea cū aliis ſolennibus hoſtiis, tum uero tripode æreo, circuiſſe Peloponneſum animo Delphos eundi: eumq; cum teneret curſum circa Maleam, abreptum à uento Aquilone, & abductum in Africam: & priuſquam tellurem cerneret, in aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe, eiq; hæſitanti de egreſſu appparuiſſe Tritonē, ac iuſſiſſe ſibi dari tripodem, q; diceret oſtenſurum ſe illis exitum atq; incolumes remiſſurum. Cætera uide apud Herodotum libro quem ſupra diximus.

PHLANONITES, (φλανωνῖται Steph.) populi ſunt Illyrici, à qbus nomē ſinui eſt inditum, quem modo nautę Quernarium appellāt, alii Carnarium propter naufragia procelloſo ferme ſemper tranſitu: in receſſu eius Senia urbs, cuius à tergo ſpecus ſunt undæ uehementes, nulla fere non hora uenti perflant, eaq; res infamem eum ſinū reddidit. Dicti Phlanonites ab oppido Phlanone, unde ſinus omnis hic Phlanoniticus (φλανωνιτικός) Steph. uocatur. qui a Pola colonia Iaderam uſq; diffunditur.

PHLEBOTOMIA, {Il ſalaſſare, ſalaſſo} (φλεβοτομία) inciſio uenę, quæ fit ad ſanguinem minuendum ſedandi feruoris gratia. Φλέβας enim dicunt Græci, quas nos uenas & τέμνειν incidere.

PHLEBOTOMVM, {Lancetta} (φλεβότομον) ſcalpellū quo uenæ ſecatur.

PHLEGETHON, ontis, (φλεγέθων) fluuius infernalis, flammis æſtuantibus rapidus, à φλέγω ardeo. Vergil. 6. Aeneid. Quæ rapidus flammis ambit torrētibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetq; ſonantia ſaxa. Phlegethonticus, a, um, pen. prod.

PHLEGMA, alis. {Flegma} (φλέγμα) humor eſt in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latine pituitam uocamus. Vnde & Phlegmatici dicuntur in quibus humor hic cæteris præponderat.

PHLEGMONE, es, (φλεγμονή) inflammatio alicuius partis proficiſcens ex intemperie primarum qualitatum cū affluxu materiæ calidæ & humidæ, hoc eſt, ſanguinis.

PHLEGON, (φλέγων) unus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν quod eſt, ardere, dictus. Ouid. 1. Meta. Interea uolucres Pyrois, & Eous, & Aethon Solis equis quartuſq; Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.

PHLEGONTIS, huius Phlegontidis, (φλεγόντις) gemmę genus, quod flamma quædam intus ardere uidetur. Plin lib. 37 cap. 11.

PHLEGRA, æ, uel Phlegre, es, (φλέγρα) urbs eſt Macedoniæ, teſte Plinio libro 4. capite 10. & uallis circa hanc urbem, in qua Gigantes olim cum cœleſtibus conflixere.

PHLEGRÆI, (φλεγραῖοι) campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Theſſaliæ ualle iuxta Pollenen, ubi Gigantes cum Diis conflixiſſe traduntur. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his prælium cōmiſit. De quo Strabo li.5. ſcribit: Fortunatus erat & campus, nomine Phlegræus: in quo res à gigantibus geſtas fabulæ diuulgant nullam aliam ob cauſam (ut credibile eſt) quam q; terra ipſa ſuapte uirtute præliorum concitatrix eſſet. Theagenes uero & Eudoxus qui ad hiſtoricam fidē pugnam hanc conantur reducere: Pallenē (inquiunt) quæ ueteri nomine Phlegra uocabatur: homines tenuerunt, quibus immanitas & ſuperbia morū, Gigantum cognomen peperit. In has ueniente prę lium Hercule, fulmina de cœlo miſſa ſunt, donec ii fugere coacti ſunt, ſicq; ingenti uictoria ſuperati. Ex hac re rumor in uulgus ortus, ut Gigātes mouerint bellum diis. Silius lib.12. Tradunt Hercula proſtratos mole gigantes Tellurē iniectam quatere, & ſpiramine anhelo Torreri late campos, quotieſq; minantur Rumpere compagem impoſitam, expalleſcere cœlum. Id autem ideo fictū eſt, quoniam ea regio tota ſulphure plurima ſcatet. Hinc fit, ut uētorum impulſu excitetur paſſim ignis: qui cum exitum è cauernis natura expetat. dum luctatur aſſidue, terrā tandem quatit & commouet, exurit q; frequenter: unde & nomen ſortitur. φλέγειν enim Græce exurere ardereq; ſignificat.

PHLEGRÆVS, φλεγραῖος) unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ouid. 12. Metam.

PHLEGYAS, (φλεγύας) Martis filius, rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ: quam cum ab Apolline uitiatum ſenſiſſet, confeſtim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipſum ſagittis interfectū ad inferos detruſit, ubi hac pœna afficitur, ut ſub ingēti ſaxo ruinā minitante ſedes ſemper illud caſurum ſuſpicetur, & timeat. Phlegiæ item populi ſunt inſulani Theſſaliæ, à Phlegea Ixionis patre cognominati: hi cum ſacrilegi eſſent, deoſq; & homines ſpernerent, ab irato Neptuno immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt, quorum apud inferos meminit Vergilius lib.6. Sedet ęternumq; ſedebit Infœlix Theſeus Phlegyaſq; miſerrimus omnes Admonet. & magna teſtatur uoce per umbras. Diſcite iuſtitiam moniti, & nō temnere diuos.

PHLEOS, (φλέως, ſοιβὴ Dioſcor.) herba eſt, caulem habens aculeatum, & folium hiſpidum, quàm nonnulli Stœben appellant. Auctor Pli. li.20. ca.14. Hermolaus in Dioſcor. lib.4. ca.24. indicat Phleon dictam ἀπὸ τοῦ φλέειν quod eſt, fœcundum eſſe. q; in Orchomenio lacu copioſiſſime prouentat.

PHLIVS, untis (φλιοῦς) in medio Sicyonii, Arginiq; agri, ubi religioſiſſime colebatur Hebe. Auctor Stra. li.8. Oppidi huius incolæ Phliuntii, Phliaſii, & Phliaſii dicuntur regioq; circuniecta, Phliaſia, antea Aræthyręa dicta, teſte eodem Stra. loco iam citato.

PHLOX, phlogos (φλόξ) floris genus, ſolo placens colore, odoris prorſus expers ita dictum, ut ſuſpicor, à colore flammæ quam Græci φλόγα appellāt. Pli. lib.21. ca.10. Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abeſt: ſicut & illi qui Græce φλὸξ uocatur.

PHLICTÆNÆ, {Broſſola bitorzolo} (φλυκταῖναι) puſtulæ ſunt maiores, pallidę, liuidę, aut nigræ, aut alterius coloris à naturali recedentis humorem in ſe continentes, quæ ubi rumpuntur, infra caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem uel ex igni, uel ex frigore, uel ex medicamentis: ut tradit Celſus lib.5. cap.28. Dictæ Phlyctænæ, ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod eſt Bullire, ſiue bullas facere.

PHOCA, cæ, (φώκη) Belua marina, corio & pilis tecta, per ſomnum mugiens: Vnde & Vitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritq; in terra, terreſtrium animalium ritu. Vergil. lib.4. Georgic. Et turpe pacit ſub gurgite phocas. Plin. lib.9. cap.7. Et uituli marini, quos uocant Phocas, ſpirant, & dormiunt in terra.

PHOCÆ, Phocarum, inſulæ ſunt Cretæ adiacentes, ut ait Plinius libro 4. capite 13.

PHOCÆA, {Foglia uecchia} (φώκαια) urbs Ioniæ Athenienſiū colonia, teſte Strabone libro 14. unde profecti ſunt, qui Maſſiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quod uituli marini magno numero apparuiſſent urbem cōdentibus. Eſt etiam in Caria Phocæa, monti Mycalæ appoſita ab hac Phocęenſes, (φωκαεῖς) ut à Græcorum Phocide Phocenſes, φωκεῖς. Ab utraq; Phocaicus, ca, cum. ut, Murex Phocaicus, Litus Phocaicum.

PHOCÆI, (φωκαεῖς) Ioniæ populi, qui aſſiduis Perſarum bellis exagitati, cōmuni conſenſu patriā reliquerunt, diriſq; execrationibus ſe deuouerunt, ſi quando eodē redire conarentur. Varia deinde fortuna uſi, tandem in Galliam delati ſunt, ubi Maſſiliam condiderunt. Horatius: Nulla ſit hac potior ſententia, Phocęorum Velut profugit execrata ciuitas. Vide Eraſmum in prouerbio, Phocenſium execratio.

PHOCASIA, æ, (φωκασία) inſula eſt in mari Aegeo, ex aduerſo Atticę: cuius meminit Plin. lib.4. cap.12.

PHOCÆ, (φώκαι) urbs Bœotiæ, ad ſinum Octæū: cuius meminit Ptolemęus lib.3. cap.15.

PHOCAS, (φώκας) Romani cuiuſdam Imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

PHOCYLIDES, pe. cor. (φωκυλίδης) Mileſius philoſophus, contēporaneus Theognidis. Natus eſt quinquageſima nona Olympiade. Scripſit Heroicō

carmen & Elegias, item Paræneticum carmen, ex libris Sibyllinis, ut uolunt, decerptum. Vide Suidam.

PHOCION, (φωκίων) ciuis Athenienſis, tanta uitæ integritate, ut cũ magnas ſibi opes ex magiſtratibus, qui plurimi ei deferebantur, corradere potuerit, pauperrimus tamen permanſerit: unde & τοῦ χρηστοῦ hoc eſt, probi, ſiue frugi cognomen inuenit. Hic neq; ridere, neq; lacrymare ab ullo unquam eſt uiſus, & in cõcione, quum quia diutius taceret, Cogitabundus uideris ô Phocion: Recte, inquit cõ iectas: Cogito enim nunquã de his detrahere poſsim, aut omittere, quæ apud Athenienſem populum dicere decreui. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarenturq; ut ea acciperet, admonerentq; ſimul, quamuis ipſe facile his careret, liberis tamen eius eſſe neceſſaria, quibus difficile foret in ſumma paupertate, ad paternam gloriam peruenire: Si mei, inquit, ſimiles erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit. Si diſsimiles, nolo meis impenſis illorum ali, augeriq; luxuriam.

PHOCIS, idis, (φωκὶς) exigua Græciæ regio ſinui Criſſæo adiacens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnaſſoq; montibus inclyta. Huius incolæ dicũtur Phocenſes, φωκεῖς: à quibus nonnulli putant profectos eſſe Maſsiliæ conditores, nõ (ut alij exiſtimant) à Phocæenſibus Ioniæ populis. Cui item ſententiæ non abſcure ſubſcribit Plin. lib. 3. cap. 4. ubi Maſsiliam Græcorum Phocenſium coloniam appellat, ad diſcrimen, ut uidetur, Aſiaticorum. Idem innuit & Lucan. li. 5. cum ait, Maſsiliæq; ſuæ donatur libera Phocis.

PHOCVS, ci, (φῶκος) filius fuit Aeaci, cuius meminit Ouidius lib. 7. Metamorph.

PHOCVSA, Plin. lib. 4. cap. 12. inſula una ex Sporadibus.

PHOEBAS, badis, (φοιβὰς) Phœbi ſacerdos: ita dicta, teſte Seruio, quod Phœbi numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in bacchantis imaginem. Sidonius. Nec ſic inputum uiolatæ Phœbados ultrix In Danaos fulmen iecit.

PHOEBE, (φοίβη) Phœbi ſoror, hoc eſt Diana, ſiue Luna. Verg. 2. Geor. Vẽto ſemper rubet aurea Phœbe. Oui. 2. Meta. Quanto ſplendidior, quã cetera ſydera fulget Lucifer, & quanto, quã Lucifer aurea Phœbe, Tanto uirginibus præſtãtior omnibus Herſe Ibat. Iaculatrix Phœbe. Ouid. Epiſt. 19. Innupta Phœbe, Ouid. 1. Meta. Nemoralis Phœbe, Statius 1. Syluarum.

PHOEBVS, (φοῖβος) Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus (quæ & ipſa Phœbe uocitata eſt) diuinationis ſapientiæ Deus à Poetis exiſtimatus & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quaſi φῶς τοῦ βίου, id eſt, lux uitæ. Verg. 3. Eclog. Et me Phœbus amat: Phœbo ſua ſemper apud me munera ſunt, &c. Hinc Phœbæus, a, um, pe. pro. φοίβειος. Verg. 3. Aen. Argolici clipei, aut Phœbææ lampadis inſtar.

PHOEMON, (quod hic pro Arcadiæ lacu corrupte legebatur) Vide Pheneus.

PHOENICES, (φοίνικες) populi Syriæ, Iudæis contermini, quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus, & Sidon. Horum regio Phœnice, (φοινίκη) ſiue Phœnicia appellatur, à Phœnice quodam Neptuni & Lybies filio, ut Stephano placet. Cuius opinioni etiam accedit Silius libr. 1. cum inquit, Et quis longa dedit terris cognomina, Phœnix. Phœnices ingenii acumine plurimum ualuerunt: quippe qui & literarum, & nauigãdi artis primi inuentoris extitiſſe putantur. Rufus ex Dionyſio: Phœnicum regio eſt: hi rubro gurgite quondam Mutauere domũ, primiq; per æquora nectã Luſtrauere ſalum, primi docuere carinis Ferre cauis orbis commercia: ſydera primi Seruauere poli. Lucanus itẽ lib. 3. Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi Menſuram rudibus uocem ſignare figuris.

PHOENICE, es, pe. pro. (φοινίκη) ora maritima Syriæ, Iudææ contermina, ita dicta à Phœnice quodam Neptuni (ut Stephano placet) & Libyes filio, tractui huic imperauit. Huius oppida præcipua fuerunt Tyrus & Sidon, aliaq; nonnulla quæ enumerantur à Plin lib. 5. cap. 19.

PHOENICEVS, a, um, (φοινίκεος) genus coloris, qui alio nomine Spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet Sole non admodum incocto, Græci enim φοίνικας dactylos appellãt. Quidam uoluerunt Phœniceum colorẽ eundem eſſe cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum exiſtimantes, apud quos præſtantiſsima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quo minus accedã, facit Plinij auctoritas, manifeſte Phœniceum colorem à purpureo diſtinguẽtis lib. 21. ca. 23. ubi ſic habet: Aut enim Phœniceum habet florem, aut purpureũ, aut lacteum.

PHOENICEA, (φοῖνιξ Dioſcoridi) herba eſt, quam Latini Hordeum murinum appellant, teſte Plinio libr. 22. cap. ulti. Quidam hodie ſterilem auenam uocitant.

PHOENICIA, æ, (φοινίκη) regio maritima Syriæ, quam Plinius Phœnicen appellat. Vide paulo ante.

PHOENICOBALANVS, (φοινικοβάλανος) palmæ Aegyptiæ fructus, pre maturitate nigreſcens, ueſcẽteſq; inebrians. Qui uero adhuc uiridis ante maturitatem decerpitur, Adipſos appellatur. Plin. lib. 2. cap. 22. Myrobalano ſimilem in unguentis, proximumq; uſum habet palma in Aegypto, quæ uocatur Adipſos, uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulo ante, quã incipiat matureſcere. Quod relinquitur Phœnicobalanus uocatur, & nigreſcit, ueſcentesq; inebriat.

PHOENICVRVS, (φοινίκουρος) auis à caude rubedine, ita dicta quæ hyberno tempore Erithacus appellatur. Auctor Plin. lib. 10. cap. 29.

PHOENICOPTERVS, ri, pe. cor. (φοινικόπτερος) auis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοίνικεον appellant, & alam πτέρον. Iuue. Saty. 11. Et Scythicæ uolucres, & phœnicopterus ingens. Auis huius lingua in præcipuis epularum delicijs erat olim apud Romanos. Pli. lib. 10. ca. 48. Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe, Apicius docuit nepotum omnium altiſſimus gurges. Martial. lib. 13. Dat mihi penna rubens nomẽ: ſed lingua guloſis Noſtra placet. quid, ſi garrula lingua foret?

PHOENICVSA, (Φοινικοῦσσα) una ex Vulcaniis inſulis, apud Pli. li. 3. ca. 9.

PHOENISSA, ſæ, (φοίνισσα) mulier ex Phœnice Syriæ regione: cuius maſculinum eſt Phœnix. Vergil. 1. Aenei. Hanc Phœniſſa tenet Dido, blandiſq; moratur Vocibus.

PHOENIX, cis, (Fenice) (φοῖνιξ) auis eſſe dicitur In Oriente, à Phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia naſcens, aquilæ magnitudine, quæ annis ſexcentis & ſexaginta uiuere dicitur. Plin. li. 10. ca. 2. Aethiopes, atque Indi diſcolores maxime, & inenarrabiles fuerunt aues, & omnes nobilẽ Arabia Phœnicem, haud ſcio an fabuloſe unum in toto orbe, nec magnopere uiſum. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, Criſtis faciem, caputq; plumeo apice honeſtante. Primus atq; diligentiſsimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitiſſe, qui uiderit ueſcentem: ſacrũ in Arabia Soli eſſe: uiuere annos DCLX. ſeneſcẽtem caſia, turiſq; ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuperemori. Ex oſsibus deinde & medullis eius naſci primo ceu uermiculum, inde fieri pullum, principioq; iuſta funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. In hac ſignificatione quidam uolunt Phœnix eſſe dubij generis: melius tamen dixeris eſſe maſcul. Nam fœminino genere rariſsime legitur, idq; non niſi figurate, reſpiciendo ad genus ſuperioris Auis. Eſt item Phœnix Theſſaliæ fluuius, in Aſopum influẽs. cuius meminerunt Plin. libr. 4. ca 8. & Strabo lib. 9. Phœnix præterea gentile nomẽ eſt, eum ſignificãs, qui è Phœnice maritima Syriæ regione ortũ traxit: de quo uide paulo ante in dictione Phœnices. Arbor item illa nobilis, quam Latini Palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. Phœnix itẽ nomen proprium fuit præceptoris Achillis, qui cum matris ſuæ hortatu cum patris concubina rem habuiſſet, Diris impetitus à patre, relicta Hellade, in Theſſaliã ſeſe cõtulit ad Peleum regem qui illi Dolopum procurationem commiſit, filiumq; Achillem in diſcipulum tradidit: quem etiã ad bellum Troianum comitatus eſt: ut ipſe narrat apud Homerum lib. 9. Iliad.

PHOLEGANDROS, (φολέγανδρος) inſula eſt una Sporadũ, quam Aratus propter aſperitatem ferream uocat. Stephanus nomen accepiſſe tradit à Pholegandro Minois filio.

PHOLOE, (φολόη) mons Arcadiæ ſyluoſus, oppidum habens eiuſdem nominis, teſte Plinio lib. 4. cap. 6. Lucan. lib. 7. Scilicet ipſe petet Pholoen, patet ignibus Oetam.

PHOLVS, (φόλος) fuit unus ex cẽtauris, Ixionis ex Nube filius. Hic, teſte Seruio in 8. Aen. Herculem ſuſcepit hoſpitio, cum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Luc. Hoſpes & Alcidæ magni, Phole: &c. Tandem in nuptiis Pirithoi orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Vergil. lib. 2. Georg. Bacchus & ad culpam cauſas dedit ille furentes Centauros leto domuit, Rhetumq; Pholumq;.

PHONASCVS, (φωνασκὸς) dictio eſt Græca: qua ſignificatur uocis, pronunciationisq; magiſter, & moderator. Quintil lib. 11. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonaſcis. Sueton. de Auguſto, Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris ſono, dabatq; aſsidue Phonaſco operam. Is enim uocẽ intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat, quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt.

PHONOS, (φόνος) herba eadem quæ Atractylis, ita dicta ab eo, quod ſanguineũ fundat ſuccum. Auctor Plin. lib. 12. cap. 16.

PHORBAS, bantis. (φόρβας) Triopæ filius, teſte Seruio, pater Ilionei Troiani, unus ex comitibus Aeneæ, qui quum in bello Troiano aduerſante etiam Priamo ſæpius in prælium deſcendiſſet, & multa egregia facinora edidiſſet, tandem à Menelao obtruncatus eſt. Huius imagine aſſumpta Somnus deus Palinurũ decepit, ut placet Vergilio ad finem 5. Aene. Puppiq; (inquit) Deus conſedit in alta Phorbanti ſimilis. Alius fuit Phorbas Argiuorum rex. Alius item paſtor Polybij Corinthiorum regis.

PHORCVS, ci, uel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, (φόρκυς, φόρκυν) filius fuit Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corſicæ & Sardiniæ inſularum: quem ab Atlante nauali prælio uictum undaq; obrutum poſtea ſocij ſuperſtites, in marinum Deum conuerſum dixere, eiq; diuinos honores exhibere. Vergil. 5. Aeneidos, Tritoneſq; citi, Phorciq; exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Meduſæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur. Oui. 5. Metamor. In partem phorcynida tranſtulit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicum fœmin. Phorcys, ydos. Propertius lib. 3. Sectaq; Perſea Phorcydos ora manu.

PHORMIO, (φορμίων) Crotoniata, dux rei militaris peritiſsimus. qui Lacedæmonios duobus naualibus præliis ſuperauit. Huius meminit Theopompus in Philippicis. Phormio item dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco, qui Peloponneſio duobus maximis præliis afflixit ut ſcribit Thucydides lib. 2.

PHORMIO, Peripateticæ ſectæ, philoſophus fuit, qui cum apud Annibalẽ iã Carthagine expulſum, & in Aſia exulantẽ, aliquot horas de officio Imperatoris, deq; omni re militari copioſiſsimè diſſeruiſſet, interrogatus Annibal, quid de eo ſentiret, reſpondit, Multos ſe deliros ſenes uidiſſe, ſed qui magis, quàm Phormio deliraret, uidiſſe neminem. Neq; mehercule iniuria: quid enim aut arrogantius aut loquacius fieri poterat, quàm Annibali, qui tot annos de Imperio cum populo Romano omnium gentium uictore certaſſet, Græcum hominem, qui nunquam hoſtem, nunquam caſtra uidiſſet, nullam denique minimam partẽ publici muneris attigiſſet, præcepta de re militari dare? De hoc uide Ciceronem 2. de Oratore.

PHORMVS, (φόρμος) Syracuſanus comicus, Epicharmi contemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipſius altor. Docuit fabulas ſeptem, quas commemorat Athenæus.

PHORONEVS, (φορωνεύς) per tres ſyllabas, filius fuit Inachi fluuii & Argiuorum rex, qui antea diſperſos populos in urbem coegit, quam appellauit Argos Phoronicon. Hinc Phoronis, idis, patronymicum fœmininum, quod Poetæ uſurpant pro Iſide Inachi filia, & Phoronei ſorore. Ouidius 1. Metamorp. Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre poteſt. Item Phoroneus, a, um, per quatuor ſyllabas, Stat. 3. Syluar. Iſi Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris.

PHOSPHORVS, ri, pen. cor. (φωσφόρος) ſtella matutina, quã Latini uerbũ ex uerbo reddentes Luciferum appellant. Mart. lib. 8. Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?

PHRAGMON,(φράγμων)inſignis ſtatuarij nomen Olympiade LXXXVII. floruit, teſte Plin. lib. 34. cap. 8.

PHRAORTES,(φραόρτης)ex Indorum, ad quē Apollonius Tyaneus peruenit, quem cùm de uictus ratione interrogaret, reſpondit, Tantum uini bibo, quantum Soli ſacrifico: quæ autem uenando acquiro, paſcūtur alij: mihi ſat fuerit ipſa exercitatio. Cibus mihi olera, & palmarum fructus: multa mihi quoque ex arboribus naſcentia, quas manus hę plantauerunt. Philoſtratus in uita Apollonij.

PHRASIS,(φράσις)eloquentiæ corpus, inquit Quintilia. libr. 10. ca. 1. & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod eſt fari, & diſſerere. Macer, (inquit Quintilia. loco iam citato) & Lucretius legendi quidem, ſed non ut faciāt pharaſin.

PHRENESIS, uide in dictione Phrenitis.

PHRENES,(φρένες)à Grçcis uocātur, quæ nos dicimus præcordia, hoc eſt, ſeptum tranſuerſum, quod & Diaphragma ab illis appellatur: ſiue mentē (quā etiam τῶν φρενῶν nomine illi intelligunt) iis in partibus reſidere nōnulli ex ueteribus exiſtimarunt, ſiue quòd diaphragmate inflammato, neceſſe ſit & mentē impediri, ſubſequente uitiatum eo morbi genere, quem Paraphrenitidem appellāt medici.

PHRENITIS, idis, {Frenesia}(φρενῖτις)morbus lædens mentem, & ad inſaniam furoremq́; perducens: unde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum, quas meningas, uocant, idq́; uel à pallida bile, eaq́; leuior eſt, uel à flaua, eaq́; eſt uehementior: uel ab eadem ualde aduſta, quæ eſt omniū deterrima, ut docet Galenus li. 3. de Locis affectis. Alio nomine Phreneſis appellatur, pen. pro. Iuue. Saty. 14. Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis. Mart. li. 4. Declamas in febre Mathon: hanc eſſe phereneſim Si neſcis, nō es ſanus, amice Mathon. Seuerus mediam huius dictionis ſyllabam corripuit, quem in hoc nō imitabimur. Qui hunc morbum patitur, Phreneticus appellatur. Pli. lib. 20. cap. 2. Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

PHRIXA,(φρίξα)urbs Peloponneſi triginta non amplius ſtadiis ab Olympia diſtans, alio nomine Phæſtus appellata. Hinc Phrixæus, a, um, gentile, φριξαῖος. Stephanus.

PHRONESIS. {Prudenza}(φρόνησις)prudentia. Cic. lib. 1. Offi. Princepsq́; omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam Græci Sophiam uocant. Prudentiā enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ eſt rerū expetendarum, fugiendarumq́; ſcientia.

PHRONESIVM,(φρονήσιον)meretriculæ nomē eſt apud Plautum, Latine prudentulam ſonat.

PHRYGIA,(φρυγία)minoris Aſiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Myſiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita coeunt, ut difficulter poſſint diſtingui, teſte Strabone li. 13. Dicta eſt autem Phrygia, (ut idem Strabo non uno in loco iudicat) à Phrygibus populis, è Thracia oriundis, qui antea Bryges dicebātur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam, Maiorem, in Galatiam uergentem, & Minorem, Epictetum cognominatam. In hac eſt Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. Ex Phrygia orta eſt Sybilla cognomento Phrygia: cuius nomine circunfertur illud de ſupremo iudicio uaticinium.

Turba de coelo uocem luctuoſam emittet:
Tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra.
Venient ad Tribunal Dei reges omnes.
Deus ipſe iudicabit ſimul pios, & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet:
Qui autem pietatem tenent, iterum uiuent.

PHRYGIANVS, a, um, quod phrygionum opera cōfectum eſt, ut, Phrygianæ ueſtes, hoc eſt, acu pictæ. Plin. lib. 8. ca. 48. Togas raſas, Phrygianasq́; D. Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.

PHRYGIONES, {Recamatore}(φρύγιοι)qui acu pingunt, uel qui ueſtes auro intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Pli. lib. 4. ca. 48. Pictas ueſtes iam apud Homerum fuiſſe uideo, unde natæ triumphales. Acu facere Idæi Phryges inuenerunt, ideoq́; Phrygiones appellati ſunt.

PHRYGIVS, a, um,(φρύγιος)adiect. ſignificans quod è Phrygia eſt. Ci. pro Roſc. Amer. Quis tibi non eſt uulneratus ferro Phrygio.

PHRYGIVS LAPIS.(λίθος φρύγιος) gleba eſt punicoſa, teſte Plin. lib. 36. ca. 19. tingendis ueſtibus utilis. Phrygius lapis (inquit) gentis nomē habet. Eſt autem gleba pumicoſa. Vritur ante uino perfuſus, flaturq́; follibus, donec rufeſcat: ac rurſus dulci uino reſtinguitur: & hoc trinis uicibus, tingēdis ueſtibus tantum utilis.

PHRYNE,(φρύνη)nobilis Athenis meretrix fuit: quæ cum impietatis accuſaretur, & ſummopere iam periclitaretur, diducta manu tunica, nudatoq́; iudicibus candidiſſimo pectore, omni periculo eſt liberata. Auctor Quintil. lib. 2. capit. 15.

PHRYNICHVS,(φρύνιχος)Athenienſis tragicus, Theſpiadis diſcipulus qui primus uultum fœmineum protulit in ſcenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poetam, & ipſum tragicum. Docuit tragœdias nouem. Alter item Athenienſis comicus, inter ſecundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam unam. Tertius euſdem nominis bithynicus ſophiſta, qui, ſcripſit de Atticis dictionibus. Auctor Suid.

PHRYNION,(φρύνιον)herba eadē cū paronychia, ita dicta qđ τοῖς φρύνοις hoc eſt, rubetis aduerſetur. Auctor Pli. lib. 25. cap. 10.

PHRYNIS,(φρύνις)Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenus, diſcipulus Ariſtoclidis, qui genus ſuum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis uiſus eſt citharœdus, Callia ſummum magiſtratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam.

PHRYNOS.(φρῦνος)a Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in ueprибus tantum uiuens: unde Rubetam Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 5. Sunt quæ in ueprибus tantum uiuunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus, quas Græci Phrynos uocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorum.

PHRYX, ygis,(φρύξ)qui eſt ex Phrygia. Cic. pro Flac. Aſia ueſtra conſtat, opinor, Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an ueſtrū hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem? Sero ſapiunt Phryges, prouerbium eſt in eos dici ſolitum, quos ſtulte factorum ſero pœnitet. Vide Eraſmi Adagia. Fœmininum eius eſt Phrygia, φρυγία Stephano. Verg. 9. Aen. O uere Phrygiæ: neq́; enim Phryges.

PHRYXVS,(φρίξος)Athamantis ex Nephele filius, qui cū nouercales inſidias ferre non poſſet, una cum Helle ſorore profugit, acceptoq́; à patre ariete, cui uellus erat aureū, eoq́; conſcenſo, cum in Aſiam traiicere uellent. Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex eius nomine, Helleſpontus appellatur: Phryxus uero incolumis in Colchidē peruenit ad regem Aeeten, (ut et docet Iuſtinus li. 4.) ubi arietem Ioui, uel ut aliis placet, Marti immolauit, uelluſq́; illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon Medeę ope adiutus, abſtulit. Aries uero inter ſydera locatus, priſtinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa. Oui. lib. 7. Meta. Dumq́; adeunt regē, Phryxeaq́; uellera poſcunt.

PHTHIA,(φθία)ciuitas Theſſaliæ. Achillis patria à qua Phthius,(φθιός) & Phthiota,(φθιώτης.) Oui. in Epiſt. Briſed. Quam ſine me Phthias caneſcant æquora remis, Et uideam puppes ire relicta tuas.

PHTHIOTIS, tidis,(φθιῶτις)ſiue Phthiotia, æ, una ex quatuor Theſſaliæ partibus, in Auſtrum uergens, ut inquit Strabo libro. 9. in hæc uerba: Cæterum Phthiotia tractum continent Auſtralem ad Oetam, à ſinu Maliaco & Pelaſgico uſq; ad Dolopiam, oramq; Pindi protenſum. In latitudinem uero porrectum uſq; ad Pharſalum, planaq; Theſſalica.

PHTHIRIASIS,(φθειρίασις)morbus eſt pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos uocamus. Plin. lib. 12. ca. 1. Sic & contra phthiriaſin bibitur, & hydropiſes. Vide in dictione Pedicularis.

PHTHIRIOPHAGI,(φθειριοφάγοι)dicti ſunt populi à tenuitate uictus, quaſi pediculis ueſcantur. Hi ſunt iuxta pontum Euxinum. Pli. lib. 6. ca. 4. Strabo lib. 10. & 11.

PHTHISIS. {Mal sottile}(φθίσις)morbus eſt totum corpus extenuās, proueniens ex ulcere pulmonis, à pituita potiſſimum generato, quæ à capite delapſa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahit, maxime quidem ex uaſis diruptione, poſt ſputum ſanguinis non conglutinata: quod mali genus Græci uſitatius Phthoen (φθόην) uocant: definiuntq́; eſſe totius corporis cum parua febre extenuationem, pulmonis inſanabilia ulcera conſequentem. Hoc morbo Theopompum laboraſſe, & ab Aſclepiade curatum tradunt. Sæpenumero tamē Phthiſin pro Phthoe poſitam inuenimus, ut apud Columellam lib. 6. cap. 14. Eſt & illa grauis pernicies, cū pulmones exulcerantur: inde tuſſis, & macies, & ad ultimum Phthiſis inuadit. Corripit autem hoc nomen priorem ſyllabam. Iuue. Saty. 13. Et phthiſis, & uomicæ putres, & dimidiū crus. Qui hunc morbū patiuntur, Phthiſici, (φθισικοί) appellantur. In oculo item Phthiſim appellant, pupillæ conſtrictionem, cum ſcilicet oculi tabes pupillam contrahit, ac anguſtiorem efficit. Definitiones, quæ Galeni nomine circunferuntur, Phthiſios nomine omnem corporis extenuationē maciemq́; intelligunt, à uerbo φθίνειν, quod proprie dicitur de plātis aliiſq; ſenſim pereuntibus.

PHTHOE. {Mal sottile}(φθόη)corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis ulcera conſequens. Hanc nonnulli, minus tamen proprie Phthiſim appellant.

PHTHONGVS. {Suono}(φθόγγος)idē quod ſonus, & uox inarticulata: à uerbo φθέγγομαι quod eſt, ſonum uel uocem edo. In muſica autem Phthongus dicitur, ſoni cuiuſpiam uocis & idem tenor, ut cithara certi alicuius neruì ſtrepitus. ſemper ſui ſimilis. Seuerinus lib. 1. cap. 8. Phthongum definit, caſum uocis ἐμμελῆ, id eſt, aptum melo in unam intentionem. Alii harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodū unitas numeri, ita Phthongus conſonantiæ principiū eſt. Ex his facile intelligi poteſt locus Plinij li. 2. ca. 22. ubi de ſyderum muſica loquens ex Pythagoræ ſententia ait Saturnum Dorio moueri, Iouem Phrygio Mercurium uero phthongo, hoc eſt, eodem ſemper & æquabili ſoni tenore.

PHTVRIS,(φθοῦρις) Aethiopiæ oppidum, unum ex iis, quæ C. Petronius, cum ab Auguſto Aegypto præfectus eſſet, expugnauit: Auctor Plin. libr. 6. cap. 29.

PHV,(φοῦ)uocant aliqui Nardon agrion, ſiue Criticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, uilloſaq́; & imitante auium pedes, Dioſcorides lib. 1. & Plin. lib. 12. cap. 12. Officinæ Valerianam maiorem nominant.

PHVTHEI, populi Mauritaniæ, quorum originem refert Ioſeph. ad Puth, filium Cham, filii Noe.

PHY, interiectio mirantis, teſte Donato. Teren. in Adel. Phy, domi habuit, unde diſceret.

PHYCITES,(φυκίτης)gemma algæ colorem habens. Pli lib. ult. cap. 10.

PHYCOS THALASSIVM,(φῦκος θαλάσσιον)Latine fucus marinus herba eſt ſimilis Lactucę, quæ conchylus ſubſternitur. Tria eius ſunt genera: latum & alterum longius, quadantenus rubens, tertium criſpis foliis, quo in Creta ueſtes tinguntur, Hæc Plin. lib. 26. cap. 10.

PHYCIS, fœm. gen.(φυκίς)piſcis eſt, uerno tempore uarius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido oua pariens. Auctor Plin. lib. 9. cap. 26.

PHOCVS, cuntis,(φυκοῦς)Libyæ Cyrenaicæ promontorium, q̄ longiſſime in mare excurrens, ex aduerſo Tænari Laconiæ, ut ſcribit Strab. lib. 17.

PHYCVSSÆ.(φυκοῦσσαι)inſulæ Libyæ adiacentes, ita dictæ ab algę copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. Auctor Stephan.

PHYGETHLON,(φύγεθλον)eſt (ut inquit Corn. Celſus lib. 5. cap. 28.) tumor non altus, latus, durus, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt: cum dolore, diſtentioneq́; uehementi, maioreq́; q̄ pro magnitudine tumoris: interdum etiam eſt febricula, tarde maturеſcens, neq; magnopere in pus ſe conuertens. Latini Panum uocant.

PHYLACA, pen. cor.(φυλακή)locus cuſtodiæ, hoc eſt, carcer. Plau. in Capt. Illinc aſt abductus rectā in phylacam, ut dignus eſt, A Verbo Græco φυλάττω, cuſtodio.

PHYLACE,(φυλάκη)oppidū eſt Phthiotidis regionis, Theſſalię, cuius meminit & Homerus in Catalogo: Οἳ δ' εἶχον φυλάκην καὶ Πύρασον ἀνθεμόεντα

ra. In hoc Proteſilaus regnauit, unde ipſe Phylacides cognominatus eſt, & Laodamia eiuſdem uxor Phylaceia. Ouid. lib. 3. de Arte, Phylacides aberat, Laodamia tuus, Vbi poeta primam produxit, contra primitiui naturam. Idem de Ponto Viuuat fama coniunx Phylaceia, cuius, &c.

PHYLACISTA, (φυλακιστής) carceris cuſtos, uel lictor, cuius officium eſt nocentes cõprehendere, & in carcerem abripere. ἀπὸ τοῦ φυλακίζειν, quod eſt ad carcerem trahere. Pla. in Aul. Trecenti conſtant phylaciſtæ in atriis.

PHYLACTERIVM, (φυλακτήριον) Græca dictio eſt. ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc eſt, à cuſtodiendo aſſeruando, ſiue tuendo deducta: ſignificatq; modo anti dotum, quo nos aduerſus uenena tuemur, & præmunimus: modo locum cuſtodiæ deſtinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Phariſæorum tabulæ, ſiue mẽbranæ, Decalogi præcepta inſcripta habentes, quas illi & fronti & brachijs affigebant, ut corũ oculis nunquam non obuerſarentur. Qua de re ſic ſcribit Eraſmus in Matthæum: Phariſæi, quo uiderentur admodum obſeruantes legis, ſcribebant Decalogum in membranis, ſed duobus uoluminibus: quorum alterum fronti coronæ uice circumponebant, alterum brachio, ut ſiue quo manum porrigerent: eſſent in conſpectu: ſiue caput mouiſſent ob oculos eſſent. Hunc morẽ teſtatur Hieronymus ad ſuam uſque ætatẽ duraſſe apud Iudæos. Perſas, ac Babylonios: atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religioſos, quaſi ſic præſtarent, id quod Deus iubet per Moſen, ſeruari præcepta ſua. Hactenus Eraſmus.

PHYLARCHVS, (φύλαρχος) ordinis ſiue dignitatis nomẽ in equeſtri militia. Erat enim equitatus diuiſus in claſſes quaſdam, quas illi φυλὰς appellabãt: quibus qui præerant, Phylarchi appellabantur. Omnes autem uni parebant Hipparcho, hoc eſt, equitatus totius præfecto, quem Latini ſub Dictatore Magiſtrum equitum appellabant. Fuit item hoc proprium nomen Hiſtorici cuiuſdam Athonienſis, ſiue Sicyonij, aut ut alij malunt, Naucratitæ, qui Pyrrhi epirotæ bellum aduerſus Peloponneſios libris 28. conſcripſit: item alia complura, quæ recenſentur à Suida.

PHILEVS, (φυλεύς) Iouis filius pater Megetis uiri fortiſſimi, qui in bello Troiano præfuit Dulichiis: Echinadumq; inſularum incolis. Vide Homerũ in Catalogo nauium.

PHYLLANTHES, (φυλλανθὴς) herba eſt ex genere aculeatarum, ſed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata. Nominat hanc Plin. libro. 21. capit. 16.

PHYLANTHION, (φυλλάνθιον) cognomento Dyticon, herba eſt Democrito purpuram tingentibus utilis. Vide Hermolaum in Coroll.

PHYLLIRA, uide Philyra.

PHYLLIS, (φυλλίς) nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei filium, ex Troiano bello redeuntem hoſpitio, lectoq; excepit, accepta prius ab eo fide, ut domi compoſitis rebus illam uxorẽ duceret. Profectus itaque Demophoon cũ ultra ſtatutum tempus uariis diſtrictus negotiis in patria detineretur. Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, q; ſe ſpretã eſſe crederet, laqueo uitam finiuit, & conuerſa eſt in arborẽ amygdalũ ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum, qui (ueluti ſponſi ſentiret aduentũ) folia emiſit. Vnde etiã Pylla ſunt dicta à Phyllide, quæ ante Petala dicebãtur. Eſt & Phyllis: (φυλλίς) amnis Bythyniæ, teſte Stepha. à quo Phylli, (φύλλιοι) Phyllienſeſq; (φυλλιεῖς) dicuntur.

PHYLLITIS, idis, (φυλλῖτις) herba eſt foliis lapathi lõgioribus tamen ad altioribuſq;, modo ſenis, modo ſeptenis, interius læuis, auerſa parte quoſdã quaſi uermiculos appendentes referentibus. Dioſc. à quibuſdam, Lapathon agrion, hoc eſt, rumicem agreſtem uocari tradit.

PHYLLON, (φύλλον) ſpina eſt ſine caule, ſine flore, ſine echino, foliis longis, aculeatis, & lactucæ ſimilibus. Alijs nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Vide Plinium lib. 22. cap. 16.

PHYLLVS, (φύλλος) ſiue Phyllus, untis. (φυλλοῦς) Steph. oppidum Theſſaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus ẽ. Auctor Strabo lib. 9.

PHYMATA, (φύματα) phlegmonæ, hoc eſt, inflammationes laxarum partiũ, teſte Galeno lib. 2. Methodi.

PHYLVRA, (φίλυρα) uide Philyra.

PHYRAMA, uide Pirama.

PHYSA, æ, (φῦσα) piſcis quidam ex genere teſtaceorum, Nilo fluuio Peculiaris, teſte Strabone lib. ult.

PHYSCVS, ci, {Phiſco} (φύσκος) Cariæ oppidum è regione Rhodi inſulæ: cuius meminit Strabo lib. 14. Steph. aliam eiuſdem nominis urbem collocat in Locride, quam dictã uult à Phyſco Aetoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

PHYSETER, teris, pen. pro. (φυσητήρ) beſtia marina admirabili magnitudine, quę aquam faucibus hauſtam tanta copia in altũ efflat, ut ueluti denſiſſimus quidam imber decidens conſpectum circunquaque eripiat. Vnde & Phyſeter dictus eſt, παρὰ τὸ φυσᾶν τὰ κύματα, hoc eſt, ab euomendis, aut efflãdis fluctibus. Quare etiã Rufus ex Arato, anhelos phyſeteras proprio epitheto appellauit. Plin. li. 9. c. 4. Maximum animal in Indico Oceano priſtis & balęna eſt in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attolens altioremq; nauium uelis diluuiem eructans. Hæ belluæ Nearchi claſſi in Arabicum ſinum nauiganti, maximum terrorem incuſſerunt, quod tantos expirarent nimbos, ut quæ poſita ante pedes eſſent, uideri non poſſent: donec à nauigationis ducibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perteritos in profundum abegit.

PHYSICA, orum, (φυσικά) ipſa naturalis philoſophia, ſiue opus rerum naturam pertractans. Cic. 1. de Orat. Oratorem ne phyſicũ quidem eſſe expertem uolo. In eodem etiam ſignificatu dicimus Phyſica, æ, (φυσική) præſertim pro diſciplina ipſa naturali. nã pro opere eam pertractante uſitatius neutro plurali utimur: unde Phyſica Ariſtotelis, rectius dixeris quam Phyſicam. Ci. 1. Aca. Sed contra ut Latine loquar: niſi in eiuſcemodi uerbis, ut Philoſophiã, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut Dialecticam appellem. Idem 3. de Fin. Ad eas uirtutes, Dialecticam etiam adiungunt, & Phyſicam.

PHYSICVS, a, um, {Naturale, che s'appartiene alla natura} (φυσικός) idem quod naturalis, ſiue ad rem naturalem, uel Phyſicam pertinens. Cicer. 2. de Diuina. Quæro etiã, ſi uelim ſcribere quid, aut legere, aut canere, uel uoce, uel fidibus, aut geometricum quiddam, aut Phyſicum, aut dialecticum explicare, ſomnium'ne expectandum ſit? ibidem: Phyſica diſputandi ſubtilitas. Idẽ 2. de Natu. deor. Rationibus Phyſicis conſtituere aliquid. Phyſicus, ci, ſubſtant. qui Phyſicen perdidicit, ſiue qui rerum naturam rimatur. Cic. 1. de Nat. deor. Sed tu hanc Phyſice non uides, quàm blanda conciliatrix, & q̃ ſui ſit lena Natura. Idem 1. de Natur. Deor. Non pudet igitur Phyſicum, ideſt, ſpeculatorem, uenatoremq; naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium ueritatis.

PHYSICE, pen. cor. {Naturalmente} (φυσικῶς) naturaliter, aut Phyſicorum more. Cic. 3. de Nat. deor. Eodemq; tempore illa omnia, quæ à te phyſice dicta ſunt de ui ignea, deq; eo calore, &c. Idem 1. de Diuin. Sed id quod phyſice' dicitur.

PHYSIOGNOMIA, æ, (φυσιογνωμία) ars qua natura hominum ex corpore uultuq; cognoſcitur.

PHYSIOGNOMVS, mi, pe. pro. uel Phyſiognomon, onis, (φυσιογνώμων) qui hominum mores ex corpore uultuq; cognoſcit. Cic. de Fato: Quid, Socratẽ non'ne legimus quemadmodum notauit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere?

PHYSIOLOGIA, æ, (φυσιολογία) rerum naturæ inquiſitio diſceptatio de rei cuiuſuis natura. Cic. 1. de Nat. deor. Hunc tu cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt, naturæ rationem, qui quicquam quod ortũ, ſit putet æternum eſſe poſſe? Phyſiologus, (φυσιολόγος) rerum naturæ perſcrutator.

P ANTE I.

PIABILIS, le, {Che ſi puo purgare} (ἁγνιστός, ἱλαστός) quod purgari, poteſt, ut Fulmen piabile, apud Ouid. 3. Faſto. Cui dea, ne nimium terrere, piabile fulmen Eſt, ait, & ſæui flectitur ira Iouis, Huius contrarium eſt Inexpiabile.

PIACVLARIS, re, (ἁγνιστικόν) quod uim habet expiandi. Liu. lib. 1. Itaq; ut cędes manifeſta aliqua tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is quibuſdã piacularibus ſacrificiis factis, quę deinde genti Horatiæ tradita ſunt, &c. Plaut. in Epid. Me'ne piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? id eſt, Oportet'ne tuam ſtultitiam meis ſcapulis expiari? Piacularia auſpicia dicebantur, teſte Feſto quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, quum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum edidiſſet, aut in aliam partẽ corporis q̃ oporteret, cecidiſſet. Piacularis porta, Romæ appellata ob quædam piacula, quæ ibi fieri ſolebant, teſte eodem Feſto.

PIACVLVM, li, (καθάρμα) ſacrificium, cultus: & quicquid agitur, ſeu præbetur pro ſatisfactione peccati, aut pro fulminis portentive expiatione. Verg. 9 Aen. Ea prima piacula ſunto. Horat. lib. 1. Carm. Teq; piacula nulla reſoluẽt. hoc eſt, nullis hoſtiis te expiabis. Aliquando dicitur crimen flagitium, ἄγος, Verg. lib. 6. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Vbi Seruius: Piacula commiſſa, propter quæ expiatio debetur.

PIALIA, (πιαλία) oppidum Theſſaliæ ſupra Cercetium montem. Stepha.

PIAMEN, inis, ſeu PIAMENTVM, ti, (καθαρμός, ἀφοσίωσις) idem quod expiatio, uel actus expiandi, uel idipſum, quo ad expiationẽ utimur. Sunt autem teſte Feſto, dictiones magis poeticæ, q̃ oratoriæ. Ouid. 2. Faſt. Februa Romani dixere piamina patres. Plin. lib. 25. cap. 4. Hac euulſa ſcrobem repleri uario genere frugum, religio eſt, & terræ piamentum.

PIARE, (εὐσεβεῖν) ſignificat pie colere. Plau. in Aſin. Vbi piem pietatem, ſi iſto more moratam tibi poſtulem placere? Quandoque contaminare, polluere, (μιαίνειν) quod & impiare dicitur, quemadmodum Sacrum ponitur pro Execrabili. Quandoq; pie amare. Næuius apud Nonium: Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliquando purgo, expio, ἀφοσιοῦμαι, ἁγνίζω Verg. 2. Aenei. Et culpam miſerorum morte piabunt. Huius uerbi compoſita ſunt, Expio, & Impio, quæ uide ſuis locis.

PIATRIX, huius, tricis, (ἁγνίστρια) ſacerdos, expiationes peragere ſolita, q̃ & ſaga, & expiatrix dicebatur, teſte Feſto.

PICA, {Gazza, gazzuola} (κίττα) quamuis fœmininum uideatur à picus, lõgè tamen diuerſæ ſignificationis eſt. Nam auis eſt magnitudine palumbæ, alis uario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana imitans uerba. Mart. li. 14. Pica loquax certa dominum te uoce ſaluto: Si me non uideas, eſſe negabis auẽ. In has aues fabulantur Poetæ mutatas eſſe Pieridas, indeq; illis priſtinam loquacitatem, humanæq; linguæ ſtudium remanſiſſe. Ouid. 6. Meta. Plangere dũq; uolunt, per brachia mota leuatæ Aere pendebant nemorum conuicia picæ. Nũc quoque in alitibus facundia priſca remanſit, Raucaq; garrulitas, ſtudiumq; immane loquendi. Eſt & alterum picæ genus, quod Plinius teſtatur ſua ætate ab Apennino Romam uerſus cerni cœpiſſe, longa inſigne cauda, & a Romanis Variam appellatam fuiſſe. Pica etiam in grauidis dicitur peruerſus abſurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoque κίττα uocatur. Vide in dictione Malacia.

PICATVS, a, um. {Impegolato} (πεπισσωμένος) pice illitus: ut dolium picatum, Naus picata. Vinum uero picatum dicitur, quod pice conditum eſt. Solet enim muſto in primo feruore (qui fere nouem diebus peragitur) pix aſpergi, ut odor uino conciliaretur, & quoddam ſaporis acumen. Qua de re uide Plinium libro 14. capit. 20. Fuit & uini picati genus in agro Vienenſi, ſponte naturæ picem reſipiens: quod & Plinius memoriæ prodidit libr. 14. capit. primo Iam (inquit) inuenta uitis per ſe in uino picem reſipiens, Viennenſem agrum nobilitans.

PICEA, æ, (πίτυς) arbor eſt larici ſimillima, foliis breui, tedæ proximo, craſſiore tamen duriorеq; ut cupreſſis, immortali uirore: ad laricis uero comam collato, rariore, ſicciore, tenuioreq;. Ramos habet ſtatim ab radice modicos, ueluti brachia lateribus inhærentes: materiem uero abieti proximam. Frequens in Alpibus Corthus uiſitur, fundens reſinã thuri adeo ſimilem, ut pro eo ſæpe fallat, odore non omnino ingrato. Nuces fere pineis ſimiles, ſed minores, & tota arbor pino humilior eſt graciliorq;. Vide plura de hac arbore apud Plinium lib. 26. capit. 10. Theophraſtum libro 3. capit. 10. & Dioſcoridem libro primo cap. 86.

PICE-

PICEASTER, tri, (πίτυς ἀγρία) picea ſylueſtris, Hiſpaniæ familiaris, ex qua fit reſina parum laudata. Plin. lib. 14. cap. 20. Fit e picea reſina, in Hiſpania autem e piceaſtris minimè laudata.

PICENTES, tium, qui & Piceni dicuntur, {Marchegiani} (πικηνοί) populi ſunt quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticū ſiti, Prætutianis finitimi, à quibus Heluino amne dirimuntur, teſte Plinio lib. 3. ca. 13. Horum regio Picenū appellatur, olim uberrimæ multitudinis, quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem Pop. Rom uenere. Dicti Picentes, teſte Strabone li. 5. à pici Martij omine, qui in uexillis eorum è Sabinis) à quibus originem traxerunt) Aſculum commigrantium, dicitur inceſſiſſe.

PICENTINI, (πικεντῖνοι) populi ſunt ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontorium & Silarum amnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes, Horum oppida fuerunt Picia & Surrentum. Vide Strabonem lib. 5. & Plin. lib. 3. cap. 5.

PICENVM, pen pro. {Marca d'Ancona} (πικηνόν) regio Italiæ trans Apenninum, ab ipſis montibus uſq; ad mare Adriaticum extenſa, inter Aeſim & Lextrum fluuios, teſte Strabone li. 5. Hodie ab ancona celeberrimo emporio Marchia Anconitana appellatur. Vrbes habet præcipuas Piſaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicā, Vibinum, Camerinum, Aſculum, ipſamq; Anconam, à Syracuſanis, Dyoniſij tyrannidem fugientibus conditam. Huius populi Picētes et Piceni appellati, diuerſi à Picentinis, maris Tyrrheni accolis. Hinc Picenus, cena, cenū, (πικηνός) ut ager Picenus, & Oliua Picena, apud Plin. lib. 15. cap. 3.

PICEVS, cea, ceum, {Di pece} (πίσσινος) quod eſt ex pice, uel quod nigrum eſt & uiſcoſum, ac tenax, ut pix. Martial. li. 2. Et tres ſunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceiq; buxeiq;.

PICO, cas, {Impegolare} (πιττόω) pice oblino. Pl. lib. 36. Sed uaſa tuentur, picādo parietes, quoniam & tectoria calx roditur: ſcitéq; dictum eſt, ad tecta eos pice, ad uinum calce uti, quoniam ſic muſta condiunt. Huius compoſita ſunt Compico, & Impico. Col. lib. 7. Si dolore neruorum claudicat, oleo & ſale genua, poplites, & crura compicanda ſunt donec ſanentur.

PICRIS, (πικρίς) lactucæ uel cichorei agreſtis genus, quod ita appellauere) ut inquit Plin. lib. 19. cap. 8. (cum ex probatione amaritudinis.

PICROCHOLI, (πικρόχολοι) in quibus abundat flaua bilis, quæ amara eſſe conſueuit. Hippocrates de ratione uictus.

PICTONES, (πίκτονες) Galliæ Aquitanicæ populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. & Plinio lib. 4. cap. 19.

PICTOR, oris, & PICTVRA, æ, uide infra in uerbo Pingo.

PICTVRATVS, a, um, {Dipinto, uario} (ποικίλος) uaria pictura exornatus: unde Ager picturatus floribus, dicitur à Statio li. 6. Theb. Veſtes picturatæ, quas & Phrygianas uocant, quæ acu pictæ ſunt. Verg. 3. Aen. Fert picturatas auri ſub tegmine ueſtes. Opus picturatum metallis, Clau. 7. Paneg. Volucres picturatæ, idem ad Serenam.

PICVMNVS, (πίκυμνος) auis eadem cum pico Martio, teſte Nonio, item deus quidam, qui ſacris Romanis adhibebatur. Aemylius Macer in Theogonia: Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

PICVS, {Picozzo} (δρυοκολάπτης) auis eſt exigua aduncis unguibus, Marti ſacra exiſtimata: unde & Martium cognominauerunt. Hic ſiclium more arbores in ſubrectum aſcendit, percuſſiq; corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligit. Pullos in cauis arborem educat: cuneosq; a paſtoribus cauernæ ori impactos, admota herba quadam expellit. Præterea Picos Romani ueteres uocabant, quos Græci Gryphas, beluas quadrupedes, auritasq; uſu & forma terribiles, corpore leonino, roſtro, alis, pedibus aquilis ſimiles. Habitare in Hyperboreis montibus in Aſiatica Scythia feruntur, ubi aurum & gemmę naſci perhibent, ibiq; tanta rabie in homines deſæuire, ut terram ipſam inhabitabilem faciant, quaſi geniti eſſe uideantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plau. Aulu. Picos diuitijs, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Plin. tamen lib. 10. ca. 49. fabuloſa exiſtimat, quęcunque de Gryphibus commemorentur. Fuit & Picus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, auguriorū peritiſſimus, qui à Circe adamatus quum eius coniugium ſperneret, mutatus fertur in auem ſui nominis: quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue uſus eſt in auſpicijs. Ouid. 13. Metam. Picus in Auſonijs proles Saturnia terris. De hoc uide Seruium 7. Aen. in hunc Vergilij locum, Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux Aurea percuſſum uirga, uerſumq; uenenis Fecit auem Circe, ſparſitq; coloribus

PIDITES, (πιδύτης) uir fuit Percoſius, ab Vlyſſe, ut ait Hom. Iliad. 7. in bello Troiano interemptus.

PIERES, pen. cor. (πιερεῖς) populi olim Macedoniæ finitimi, inter Axium & Aliacmonē amnes, quibus pulſis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Pli. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 10.

PIERIA, æ, (πιερία) regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonem fluuios, quam Macedones pulſis indigenis occuparunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 10. & Strabonem lib. 10 teſte Plinio lib. 4. cap. 10. Hinc pierides Muſæ, q; in Pieria ex Ioue & Mnemoſyne natæ ſint, ut inquit Strabo. Pierius, Pieria, rium, (πιέριος) ut, Pierium carmen, Luc. lib. 1. Chorus Pierius, Oui. ad Piſo. Dies pierij, quos impendimus literarum ſtudijs, Stat. 1. Syl. Via pieria, Oui. 1. de Ponto. Lucida pieria tendis in aſtra uia. Eſt item Pieria, Syriæ Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Auctor Plin. lib. 5. capi. 21.

PIERVS, ri. pen. cor. (πίερος) mons Theſſaliæ poſt Pheras, atq; in Macedoniam uſq; protenſus, teſte Plinio lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Muſas natas uolunt, atq; inde Pieridas eſſe appellatas.

PIERVS, pen. co. (πίερος) Macedo quidam fuit prædiues, qui ex Euippe uxore nouem ſuſcepit filias, quæ Muſas ad certamen cantus prouocare auſæ, & ab illis ſuperatæ, in totidem picas ſunt mutatæ: unde poſtea Muſæ earum nomen uelut trophæum uſurpantes Pierides ſunt cognominatæ: quamuis alij à Pieria, quæ eſt Macedoniæ regio, alij à Piero Theſſaliæ monte, ſic dictas uelint. Verg. Eclo. 8. Vos quæ reſponderit Alpheſibœus Dicite Pierides, non omnia poſſumus omnes.

PIETAS, atis, {Pietà} (εὐσέβεια, φιλοστοργία) eſt debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eosq; qui nobis parentum loco ſunt. Pietas (inquit Auguſtinus) propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci εὐσέβειαν uocant. Et ſic à Cicerone accipitur, cùm inquit pro domo ſua: Nec eſt ulla erga Deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio: cùm expeti nihil ab ijs, quod ſit iniuſtum, nec inhoneſtum arbitrere. Hæc ille, Sumitur etiā latius (ut diximus) nomen Pietatis, ut amorem complectatur filij erga parentes & propinquos et ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium eſt parens. Cicero in Somnio Scipionis: Cole pietatem, quę quum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. Eſt autem Pietas abſtractum ab adiectiuo Pius, quod propriè de eo dicitur, qui Deum, patriam, parentes, & qui parentum loco ſunt, iuſto cultu proſequitur. Nonnunquam tamen accipitur pro miſericorde, & benigno. Terentius in Hecy. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, ut Deus ipſe dicatur pius, quem tamen Græci nullo ſuo ſermonis uſu εὐσεβῆ uocāt, quamuis εὐσέβειαν pro miſericordia, illorum etiam uulgus uſurpet. Huius contrarium eſt Impietas, quæ ab Iniuſtitia ſic diſtingui ſolet, q; illa in Deum, hæc dici in homines poteſt. Per illam contemplatione delinquitur: hac, opere & factis peccatur. Pietas etiam à Romanis dea putata eſt: quæ ædem habuit Romæ eo in loco, ubi poſtea Marcelli Theatrum extructum fuit: ut eſt auctor Plin. lib. 7. capi. 36.

PIGER, gra, grum, {Pigro. Pet. dal pigro ſonno & dal tempo aſpro e rio} (ὀκνηρός, ἀργός) tardus, ſegnis, fugitans laboris: cuius contrarium eſt Impiger, pro diligente: ut, Pigra familia, apud Plautum in Moſtel. Horatius 1. Serm. 4. Atq; piger ſcribendi ferre laborem. Scribendi rectè, nam ut multum, nil moror. Perſius Sat. 5. Manè piger ſtertis. Cic. Treb. lib. 8. Interdum piger, interdum timidus in re militari uidebare. Ponitur aliquādo pro lento, & minimè fluido. Col. lib. 2. cap. 2. Nullum enim temerè uidemus locum, qui modò pigrum teneat humorem, &c. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cælius ad Ciceronem li. 8. Et ad literas ſcribendas, ut noſti, pigerrimo. Hinc pigre, aduerbium, pigrius, pigerrimè Plinius libro 10. cap. 34. Pigrius intrauere fœminæ ad pullos. Hinc quoque Pigritia, (ὀκνία) ignauia, lentitudo, tarditas. Cice. 1. Offic. Efficiendum autem eſt, ut appetitus rationi obediant, eamq; neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant. Liuius 1 ab Vrbe. Vnde cum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoſo rege. Pigrities, ei. Pigredo, inis. Pigritudo, & Pigritas, eiuſdem ſunt ſignificationis.

PIGET, uerbum imperſonale, piguit, & pigitū eſt, {Rincreſcere, eſſer moleſto} (μεταμέλει, ἄχθομαι) idem ferè quod dolet, ſiue moleſtum eſt. Sta. lib. 7. Theb. Nec pigitum paruosq; lares, humilesq; ſubire. Conſtruitur autem ferè cum accuſatiuo, & genitiuo, niſi quod loco genitiui ponatur, puta infinitiuus. Ouidius lib. 2. Metam. Pigetq; Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum. Cicero pro domo ſua: Vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. Plautus: Non dediſſe te, pudet me: quia non accepi, piget. Differt autem Piget à Pudet, teſte Donato, q; pudet de ijs dicatur, quæ turpiter fiunt: Piget de ijs, quæ cum damno, & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorem. Vide plura de hoc in uerbo Pudet. Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni ſolet, inquit Feſtus. Legitur & pigeo, es, uerbum perſonale. Plautus Men. Adoleſcens loquere mihi tuum nomen, niſi piget. Idem Pſeudolo. Id quod pudet facilius fertur, quàm id quod piget. Teren. Phorm. Quare obſecro, ne plus minus'ue faxit, quod nos poſtea pigeat. Inuenitur etiam Pigendus, qđ eſt à Pigeor uerbo deponenti. Oui. Epiſt. 7. Si fuit errandum, cauſas habet error honeſtas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

PIGMALION, ſiue potius Pygmaliō, per y, in prima ſyllaba, (πυγμαλίων) Suidæ) Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, animum ad Sychæi patruelis ſui opes appulit, illumq; ſpe potiundi auri ante aras, clam, & dolo interemit. Cuius cædis cùm certior in ſomnis à marito Dido facta fuiſſet, ſumptis ſecū theſauris in Africam profugit: ubi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Seruius, ut de pecunia publica Phœnices miſſo à rege auro à peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc uſum paratas naues abſtulit: quam cùm fugientem à fratre miſſi perſequerentur, aurum illa præcipitauit in mare, qua re uiſa, ſequētes reuerſi ſunt. Meminit huius Verg. 1. Aenei. Sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes, Quos inter medius uenit furor, ille Sychæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clam ferro incautum ſuperat. Fuit & eiuſdem nominis Cilicis filius, qui ex eburnea ſtatua ueneris beneficio in puellam transformata Paphum ſuſcepit, Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quam fabulam uide latius apud Ouid. 13. Metam. & ſupra in dictione Paphus.

PIGMENTVM, ti, {Beletto, liſcio} (φῦκος) quo utuntur puellæ ad uenuſtandam faciem: qualis eſt ceruſſa, aliaq; id genus fuci, quibus mulierculæ cuti candorem, aut ruborem inducunt. Plaut. in Muſt. Non iſtanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere Pli. lib. 17. cap. 43. Nuperq; portentoſia ingenijs principatu Neronis inuentum, ut pigmentis perderet ſe. Per tranſlationem uerò Pigmenta dicuntur mendacia & fraudes, quia eius qui pingitur non eſt naturalis color, ſed artificialis. Cic. lib. 2. de Oratore. Tam integrę ſententiæ, tam uerę, tam nouæ, tam ſine pigmentis, fucoq; puerili, ut mihi non ſolùm tu incendere iudicem, ſed ipſe ardere uidearis. Quandoq; ſignificat colores pictorum, de quibus Plinius lib 35. cap. 5. Cic. 1. de Diuina. Aſperſa temere pigmenta in tabula oris lineamenta efficere poſſunt. Plau. Epid. Quem Apelles, Zeuxisq; duo pingent pigmentis ulmeis. Accipitur etiam quandoq; pro confectione ex diuerſis ſpeciebus, ſuaui & odorifera: unde Pigmentarij dicti: de quibus paulò pōſt.
Quandoq; etiam pro coloribus rhetoricis. Cic. de clar. Orat. Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quę inuenta nondum erant, florem & colorem defuiſſe.

PIGMENTARIVS, tarij, (φαρμακοπώλης, μυροπώλης) qui facit uel uendit pigmenta. Iulius Firmicus: Quicunq; habuerit horuſcopum in parte Libræ uigeſimaſexta, erit pigmentarius, uel turarius. Cicer. Accius pigmentarius ualde gaudebat ſe aduerſarium perdidiſſe.

PIGMENTATVS, menta, tatum, (πεφαρμακευμένος) quod eſt pigmentis ornatum. Hieronymus ad Paul. Totum flaccidum, molle, nitidum atq; formoſum, quæ ſitis hincinde odoribus pigmentatum.

PIGNERATITIVS, tia, tium, (ὑποθηκαῖος) ex ſupino uerbi Pignero nor

men deductum, ſignificat quod pignori datum eſt: ut, Res pigneratitia. Pigneratitius creditor, cui pignoris capiendi ius eſt. Vlpianus, Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur.

PIGNERO, pigneras, actiuum, aut Pigneror, pignerariss deponens, {Pegnorare, dare in pegno, tor pegno}(ὑποτίθημι) rẽ pignori do, pignori oppono. Suetonius de Vitellio: Vtq; ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impenſas. Accipitur nonnunquam pro eo, q̃ uulgò dicimus, per executionem capere: hoc eſt, pignora capere, (ἐνεχυράζειν, ἐνεχυρίζεσθαι, ὑποτίθεσθαι, κατεγγυᾶν.) Iuuenal Sat. 7. Cuius & alucolos, et lænam pignerat Attreus. Ci. 14. Philip. In fuga fœda mors: in uictoria glorioſa: Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quenque pignerari ſolet. Vbi Pignerari dixit, pro eo quod eſt, in pignus accipere, & ſibi aſſerere, quaſiq; obnoxium ſibi, debitumq; capere: ut ſit ſenſus, Fortiſſimus enim quiſq; primus in prælio occumbere ſolet. Hinc Pignerator, uerbale, qui pignus accepit. Cice. Verr. 4. Cùm in his quidem rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominum, id eſt, de aratoribus, & iura conſtituebas, quę omnibus alijs eſſent contraria, &c. Edixerat enim Verres, ut publicani poſſent iure ſuo ab aratoribus decumarum nomine quantum uellent capere, non iudicis auctoritate, ut aſſolet pignora eorum capere. Huius compoſita ſunt, Oppignero, & Repignero: de quibus alibi.

PIGNVS, oris, et Pigneris, {Pegno. Pe. Far de la fede mia non leggier pegno} (ἐνέχυρον, ἀσφάλισμα, ὁμήρευμα, ἐνεχυρασμός, ὑποθήκη, τὸ ἐνεχυριζόμενον, τὸ ὑποτιθέμενον) quod creditori ad ſecuritatem datur. ita dictum à pugno, ut Caius de Verb. ſignific. inquit, in l. Plebs. quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Mar. lib. 12. Cùm rogo te nummos ſine pignore, Non habeo, inquis. Aliquando pro eo accipitur, quod inter duos contendentes ſequeſtro ita deponitur, ut fiat uictoris. Verg. 3. Eclo. Ego hanc uitulam (ne fortè recuſes, Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono: tu dic, mecum quo pignore certes. Plautus Caſina. Id ni fit, mecum pignus, ſiquis uult, dato in urnam mille. Per translationem etiam accipitur Pignus pro ſymbolo, uel argumento, uel indicio, ut quum aut munus noſtrum, aut aliquid ſimile: pignus eſſe amoris, beneuolentiæq; dicimus. id eſt, indicium, uel documentũ, & argumentũ certum, ſiue idoneum ſignum. Ver. 3. Aen. Ipſe pater dextrã Anchiſes, haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat. Id eſt, ſecurũ facit, ut qui dat pignus. Liu. 9. Belli. Maced. Hæc amoris pignora cùm eſſent, nec quicquam ſecretum alter ab altero haberent. Cur. lib. 9. Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omiſiſtis. Vlpianus inter Pignus & Hypothecam hoc intereſſe ſcribit, q Pignus dicitur, quum ad creditorem tranſit. Hypotheca, quum non tranſit. Budæus tamen inquit, pignus Latinè id eſſe, quod Græcè dicitur Hypotheca, quaſi obligationi ſuppoſitum, uel quaſi ob fidẽ debiti depoſitum, quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, q̃ de re mobili dicitur. Terent. in Phorm. Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas: Aedicula item ob decem alias. Dicimus Latinè, Auferre pignus, Ponere pignori, uel in pignus, Opponere pignori, Accipere pignori. Coercere pignoribus captis, eſt quod nos, Cogere per bonorum captionem, dicimus. Cic. 3. de Ora. Philippus grauiter exarſit, pignoribusq; ablatis Craſſum coercere cœpit. Quoniam uerò liberi uidentur tanquam pignora inter uirum et uxorem eſſe, & firmiſſima quædam inter coniuges perpetui amoris, & indiſſolubilis coniugij quaſi uincula, factum eſt, ut pignora pro liberis capiantur. Ouid. 3. Faſt. Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.

PIGRES, etis, (Πίγρης) fluuij nomen eſt, apud Suidam. Fuit item hoc nomine Poeta quidã Car. frater Artemiſię Halicarnaſſi reginæ, quæ uxor fuit Mauſoli. Scripta eius uide apud eundem. Pigres præterea Mæonis cuiuſdam nomeo fuit, qui una cum Maſtye fratre, Dario auctor fuit Pæonas omnes in Aſiam transferendi. Auctor Herodo. lib. 5.

PIGROR, aris, {Impegrire}(ὀκνέω, μέλλω) morari, & ueluti per pigritiam cunctari, & differre. Cice. Att. lib. 14. Tu quæſo quicquid erit noui, (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere. id eſt, ne moreris. Luc. lib. 1. Quòd ſi pigraris, paulum've receſſeris ab re.

PIGRESCO, is, {Impegrirſi, diuenir pegro}(ὀκνέω, γίνομαι) piger fio, & lentus. Plinius libro 18. capit. 2. Mox pigreſcit, in Virginem tranſgreſſo: De Nilo.

PIGRO, as, (ἐπέχω) antiqui dixerũt pro cohibere uel tardare. Accius in Chry. Melius pigraſſe, q̃ properaſſe eſt, nefas. Nonius.

PILA, æ, {Mortaio colonna, molo, palla. Pet. Da tre palle d'ar uenta & da un bel uiſo}(ἰγδις) à Pinſo, uas cõcauum, quo antiqui ſiccata frumenta pinſebant, hoc eſt, contundebant. Plin. lib. 18. cap. 11. Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter uaſa illa concaua, medicorum uſui apta, in quibus ptiſanæ fieri ſolent, Pilæ dicuntur. Eſt item Pila, idem quod columna: Græci ςύλον uocant. quãquam reuera anguſtior eſt τῆς ςήλης ſignificatio, q̃ Pilæ. Illo enim nomine propriè denotatur cippus in monumentis erectus: Pila autem quamuis colũnam ſignificat quęcunque in uſum confectam. Apul. libr. 3. Metam. Pila media, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſtus: Pila quę parietem ſuſtentat, ab opponendo dicitur. Plin. lib. 11. Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar, interius à ſolo fornicatas, ut ſit additus ad ſarciendum. Pilæ etiã ſunt opera informia, quę in aqua conſtruuntur, cuiuſmodi magnifica Genuæ uiſitur, Molem uulgò appellant. Earum uſus eſt, ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum conſtructione uide Vitruuium lib. 5. Huiuſmodi Vergi. lib. 9. deſcribit his uerbis: Qualis in Euboico Baiarum in littore quondam Saxea pila cadit. Et in his omnibus ſignificationibus Pila producit penul. Quando uerò penult. corripit, accipitur pro rotunda illa ſphęrula, qua luditur, σφαῖρα: à uerbo Græco πιλέω, æquo, q forma ſphærica ſit, quæ omni ex parte æqua eſt: uel à pilis, quibus impleri ſoleat. Plaut. in Bacc. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila, ſaliendo ſe exercebant magis. Cic. 2. de Orat. Sed ut homines laboris aſſiduo & quotidiano aſſueti, cùm tempeſtatis cauſa opere prohibentur ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt, &c. Seneca de Benefi. li. 2. cap. 32. Sicut in luſu eſt aliquid ſcitè ac diligenter pilam excipere: ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui aptè & expeditè remiſit, quam acceperat. Celſus lib. 1. ca. 6. Quem uerò frequenter citata aluus exercet, huic opus eſt pila, ſimilibusq; ſuperiores partes exercere. Quatuor autem ſunt pilarum genera, Trigonalis, Paganica, Follis, & Harpaſtum: quæ omnia uide ſuis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythus, ut ait Pli. lib. 7. cap. 56. A pilæ luſoriæ ſimilitudine etiam Pila dicitur quicquid eſt rotundum inſtar pilæ. Pli. lib. 12. ca. 10. Curcubitæ maturitate ruptæ, oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes pretioſo linteo fiunt.

PILANI, dicti ſunt milites, qui pilis pugnabant teſtibus Varrone, & Feſto, alio nomine Triarij appellati: ante quos qui prælium capeſſebant, Antepilani dicebantur & Principes. Vide ſuprà in dictione Antepilani.

PILARII, dicuntur præſtigiatores, qui leui agitatione pilulas, ſeu paruas pilas uidentur emittere, aut in uas inijcere, cum ſecus faciant. Quint. li. 10. ca. 7. Quo conſtat miracula illa in ſcenis pilariorum, ac uentilatorum, ut ea quæ emiſerint, ultro uenire in manus credas, & quà iubentur, decurrere.

PILATES, genus lapidis candidiſſimi. Cato: Lapis candidio q̃ pilates.

PILATIM, (κατὰ ςύλους) aduerbiũ, à pila pro columna, ſignificat per pilas. Vitruuius: Pilatim ſtruuntur ædificia.

PILATVS, a, um, pilo armatus. Martial. lib. 10. Et pilata redit iamq; ſubitq; cohors.

PILEATVS, a, um, (πιλίον ἔχων) qui pileo tectus eſt. Liu. 4. Bel. Pun. Pileati, aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati ſunt. Vnde ſerui pileati, qui pileo impoſito uendebantur. Gel. lib. 7. ca. 4. Pileatos ſeruos uenum ire ſolitos, quorũ nomine uẽditor nihil præſtaret, Cælius Sab. Iuriſperitus ſcriptũ reliquit.

PILENTVM, ti, {Caretta}(μετέωρον, ὄχημα) uehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Hora. lib. 2. Epiſt. Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues. Ex quo Horatij loco patet non omnino idem eſſe cum petorito, ut nonnulli putauerũt, ſed tamen fortaſſis illi non diſſimile. Eſt enim Pilentum Hiſpanorum inuentũ, Petoritum autem Gallorum. Varro de lingua Latina in conſuetudinem ſua ętate primum ueniſſe ſcribit. Eſtq; eius formæ, quæ noſtri temporis principiũ Italiæ mulieres uectantur, ita librarum, ut conſidentes in puluinis, in aere ſuſpenſæ agitari uideãtur. Verg. 8. Aene. Caſtæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus id eſt, penſilibus, ut interpretatur Seruius. Liu. 5. ab urbe: Honoremq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitam: ut pilento ad ſacra, ludosq; carpentis feſto profeſtoq; uterentur.

PILEOLVS, & Pileolum, li, (πιλίδιον, πιλίσκος) cum accentu in antep. Horat lib. 1. Epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Ouid. 1. de Arte. Nec turpe putaris Pileolum nitidis impoſuiſſe comis.

PILEVS. pilei, {Capello, beretta}(πῖλος, πίλιον) tegmen capitis, quod & Pileum dicitur. Plau. in Amphit. Vt ego hodie raſo capite, caluus accipiam pileum. Perſius Saty. 5. Hanc nobis pilea donant. Ponitur quandoq; Pileus pro libertate: unde legimus apud hiſtoricos, ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos: quod ſignificat ad libertatem, cuius inſigne eſt pileus. Liu. lib. 4. Belli Pun. Pro ſtero die ſerui ad pileum uocati, & carcere uincti emiſſi. Suet. in Tyb. Seruuſq; ad pileum fruſtra uocatus, in Siciliam profugit. Accipiebant enim ſerui pileum raſo capite, cum manu mittebantur.

PILICREPVS, pi, pen. cor. apud Senecam lib. 8. Epiſt. ad Lucil. ubi notatur balneorum luxuria, intelligendus eſt is, qui pilas, hoc eſt ſphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorum, ſiue uaporarij conijceret, ſicubi fortè reſtinguerentur. Quod manifeſtat Papinius ſyluarum primo, in balneo Etruſci. Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata, crepantes Aedibus, & tenuem uoluunt hypocauſta uaporem? Meminit huiuſmodi pilarum Vitruuius lib. 5. cap. 10. Suſpenſuræ, ait caldariorum ita ſunt faciendæ, ut primum ſeſquipedalibus tegulis ſolum ſternatur inclinatum ad hypocauſtum: uti pila cum immittatur, non poſſit intus reſiſtere, ſed rurſus redeat ad præfurnium: ipſa per ſe ita flamma facilius per uagabitur ſuſpenſione.

PILO, las, pen. co. {Fare i peli, mandar fuori i peli, pelare, trare i peli} (τριχόω) à Pilus, ſignificat pilos emitto. Accius: Tunc primum pilabãt genę. Afranius: Meum præterea corpus nunc pelare primum cœpit. Interdum eſt pilos detrahere, (ἀποτριχόω) Mar. Quòd pectus, q crura pilas. Idem lib. 6. Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto: Teq; pilare tuas teſtificare nates. Hinc Depilo.

PILO, las. pen. pro. (πιλέω) Græcum eſt, & ſignificat complano. A quo ſunt compoſita, Compilo, Expilo, Oppilo, & Suppilo.

PILVLA, æ, {Palletta, pilola}(σφαιρίδιον) quaſi parua pila, globulus, ac ſphæricum quiddam, & rotundum. Pli. lib. 16. cap. 7. Naſcuntur in eo pilulæ nucibus, non abſimiles, intus habentes floſculos molles, lucernarũ luminibus aptos. Idem lib. 30. cap. 11. Scarabæos, qui pilulas uoluunt, Quinetiã ueneſa, ſiue pharmaca, quæ hac forma ſumimus, Pilulas nominamus. Idem lib. 28. cap. 9. Vetus axungia phthiſiam in pilulis ſumpta ſanat. Hęc Græco uocabulo καταπότια dicuntur, ab abſorbendo: non enim comminuendę dentibus, aut guſtandę ſunt pilulæ, ſed integræ deuorandæ.

PILVM, li, (πίλος, ὑσσός) priore producta, telum Romanum, à perimendo dictum, quaſi perillum, ut inquit Varro. Huius haſtile, teſte Vegetio, erat pedum quinque & ſemiſſis, & ferrum trigonali figura nouem unciarum. Erant autem Pila, (Varrone auctore) tela Romanorum, ſicut Geſa Gallorum, & Sariſſæ Macedonum. Lucanus lib. 1. Pila minantia pilis. Verg. 1. Georg. Scilicet et tempus ueniet, cum finibus illis Agricola incuruo terram molitus aratro, Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Hinc Primipilus, (πρωτόπιλος) & Præpilatæ haſtæ, hoc eſt, præferratæ. de quibus infrà. Præterea Pilum, (ὕπερος) ù pinſendo ſeu iuxta Seruium, à Pilumno inſtrumentum quo quippiam in mortario præteritur. Plinius lib. 18. cap. 10. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata, ut niſi intẽti pinſant, concidantur grana. ferroq; frangantur. Primũ pilum uocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos. q circa ſigna grauis armatura conſtituta eſſet in qua inter cætera armorum genera haſtile erat pedum quinq; et ſemiſſis, quod Pilum nominabant Cæſar lib. 5. bel. Gall. Tum T. Baluentio, qui ſuperiore anno primum pilũ duxerat, uiro forti, & magnæ auctoritatis, utrũq; femur tragula traijcitur. Reliqua uide in dictione Primipilus.

PILVMNVS, qui pinſendi frumenti uſum inuenit Iouis (ut putant) filius, & Dauni pater. Seru. in lib. 9. Aen. Pilumnus, (inquit) & Picumnus fratres fuerunt Dij: Horum Picumnus ſtercorãdorum inuenit uſum agrorum: unde, et Sterquilinius dictus eſt, Pilumnus uerò pinſendi frumẽti, unde à piſtoribus colitur:

ſitur: & ab ipſo Pilum dictum eſt. Ad hunc Danae Acriſii filia fortè ad Apulum litus acta, & à paſtore unà cum Perſeo paruulo delata eſt, quam ipſe cognato genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium ſuſcepit. Ver. lib. 10. Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

PILVS, li, priore corrept. {Pelo Pet. Ver'è il prouerbio ch'altri cangia il pelo} (θρὶξ) generalius eſt, quàm Capillus. Propriè enim Capillus de iis tantum dicitur qui caput ueſtiunt, cum Pilus omnium partium corporis ſit communis. Pli. li. 11. cap. 37. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Cic. 2. de Nat. Deo. Munitæq́; ſunt palpebræ, tanquam uallo pilorum. Iuu. Satyr. 9. Sed fruticante pilo neglecta, & ſqualida crura. Hora. 2. Epiſt. 1. Vtor permiſſo, caudæq́; pilos ut equinæ Paulatim uello. Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur. Accipitur enim Capillus nonnunquam generaliter in eadem ſignificatione, in qua utimur nomine Pilus. Gellius lib. 12. cap. 1. Si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, conſtat ferè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Pili longiores, proni in colla, atque armos ueſtientes, Iubæ dicuntur: Pili uerò craſſiores rigidi, quales habent ſues, uocantur Setæ. Pili non facio, Nec pilo quidem melior: de re nullius momenti. Cic. ad Q. Fratrem lib. 2. Nihil eſt, quod uereare, ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catu. Epig. 27. Ludere hanc ſinit, nec pili facit uni. Hinc Piloſus adiectiuum (τριχώδης) id eſt, pilis abundans. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 5. Oculis magnis & nigris, piloſis auribus. Ci. in Piſonem: Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt. Piloſiora folia, quæ in ipſa ſuperficie ueluti adnatos quoſdam pilos oſtendere uidentur. Plin lib. 20. ca. 16. Econtrario quæ mollis uocatur piloſioribus folijs ac ramis, & aculeatis, tria mellis odorem habet.

PIMPLA, (πίμπλα) Thraciæ mons eſt, Muſis ſacer, ut ſcribit Strabo lib. 10. Pieria, inquit & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones poſſident: quiq́; Muſis Heliconia conſecrarunt, Thraces fuere, Bœotiæ accolæ. Hæc Strabo. Inde Pimplæus, a, um, (πιμπλαῖος.)

PIMPLÆIDES, ſiue Pimplææ, (πιμπλαΐδες) Muſæ cognominatæ ſunt, ſiue à Pimpla olim Thraciæ monte, quem poſtea Macedones ſibi uendicarũt, ſiue à Pimplæo quodam fonte, ad radicem eius montis naſcente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli conſtituerunt. Mart. lib. 12. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

PINACOTHECA, (πινακοθήκη) locus eſt, in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, ſtragula, ueſtis, ſigna, & ornamenta reponuntur. Pli. lib. 35. cap. 2. uocat Tablinum. Vtrunq; nomen dictum eſt à tabulis, quæ in hoc loco præcipuè aſſeruantur. Nam quas Latini Tabulas, Græci uocant πίνακας. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 2. Cum huius ſpectatum ueniant uillas, non ut apud Lucullum, ut uideant pinacothecas, ſed oporothecas. Plin. lib. 35. ca. 2. Et inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis conſuunt, alienasq́; effigies colunt.

PINARA, (πινάρα Ptolemæo) ciuitas eſt Lyciæ mediterranea, ad Cragum montem, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. Eſt item Pinara, inſula ante Aetoliam, una Echinadum, teſte eodem Pli. lib. 4. cap. 12.

PINARIVS, et POTITIVS, Arcades duo ſenes, quibus qualiter coli uellet, oſtendit Hercules: ſcilicet ut manè, & ueſperi ei ſacrificaretur. Perfecto itaq; matutino ſacrificio, cum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetẽda. Potitius prior aduenit Pinarius poſtea extis iam redditis. Vnde iratus Hercules ſtatuit, ut Pinariorum familia tantum miniſtra eſſet epulantibus Potitijs, & complentibus ſacra. Vnde & Pinarij dicti ſunt, ἀπὸ τῆς πείνας, id eſt, à fame. Nam ſenem illum Pinarium conſtat alio nomine nuncupatum. Hęc Seruius expl. cũ illud Verg. Aen. 8. Primusq; Potitius auctor, Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. De his Feneſtella.

PINARVS, (πίναρος) fluuius eſt Ciliciæ in ſinum Iſſicum influens, teſte Pl. lib. 5. cap. 27.

PINASTER, (πίτυς ἀγρία) pinus ſyluestris, miræ altitudinis Plin. lib. 15. c. 10. Pinaſter nihil aliud, eſt, quàm pinus ſylueſtris.

PINCERNA, æ, {Pincerna, coppiero} (οἰνοχόος) pocillator, qui uinum conuiuis miſcet: qui & A' poculis dicitur: qualem Poetæ fabulantur in cœlo eſſe Ganymedem, in Hebes locum, quæ antè eo miniſterio fungebatur, ſuffectum.

PINDARVS pen. cor. (πίνδαρος) poeta fuit Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps. Floruit temporibus Aeſchyli poetæ. & perſarum expeditionis in Græciam. Scripſit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemeæa, Iſthmia, quę extant. Altiſſimus fertur, & uerborum & ſententiarũ copia (ut ait Quin.) grauitate arduus, conſtructioneq; ac ordine immenſus ac prolixus. Quẽ etiam inimitabilem Horat. ſcribit. 4. Carm. Ode. 1. Duas ſuſcepit filias: à patre tibiã primum, mox ab Hermione lyram edoctus eſt. Eius gratia Lacedæmonij in reliquam Bœotiam ſæuientes, Thebis pepercerunt. Eodem modo etiam Alexander cũ Thebas euerteret, & in omnes ſæuiret ſine diſcrimine, Pindari uatis penatibus familiæq; parci iuſſit. Expiraſſe fertur in gremio pueri adamati, Valerio teſte. Vide quoq; Quin. lib. 10. Inſtit. Orat.

PINDARVS, alter, Epheſiorum tyrannus, qui capta Epheſo, poſtea à Crœſo auunculo ſuo iuſſus diſcedere, receſſit in Peloponneſum cum parte ſubſtantiæ, dimiſſo domi præſide amico. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

PINDASVS, (πίνδασος) mons Aſię, in quo Cetius fluus naſcitur, qui Pergamum præterfluit. Auctor Pli. lib. 5. cap. 30.

PINDVS, (πίνδος) mons Perrhæborum, inter Acarnaniam, & Theſſaliã: cuius meminit Plin. in præfatione lib. 4.

PINDVS, (πίνδος) Lapitharum ſedes, mons Theſſalię, Apollini, Muſisq; ſacer, Acarnaniam ab Aethoa diuidens, ut inquit Solinus. In eo inuenitur lapis Galactites. Eſt & nomen urbis Theſſalicæ, a Pindo monte appellatæ, iuxta quã eſt fluuius eiuſdem nominis. Auctor Strab. lib. 9.

PINETVM, {Luogo doue ſono molti pini} (πιτυών) locus pinis cõſitus. Plin. lib. 27. cap. 8. Chryſolachanon in pineto lactucæ ſimile naſcitur. Succincta pineta. Ouid. 15. Metamor. Qualia ſuccinctis, ubi trux inſibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.

PINEVS, a, um, {Di pino} (πιτυΐνος) quod eſt natum ex pinu. Pli. lib. 15. c. 10. Pinea corona apud Iſthmum uictores coronabantur. Verg. 9. Aen. Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos, Lucus in arce fuit ſumma, quò ſacra ferebant, &c. Ouid. 2. Faſt. Februa poſcenti pinea uirga data eſt.

PINGO, gis, xi, ctum, {Dipingere} (γράφω) formam alicuius rei ductis lineis repræſento. Cic. Lucceio libr. 5. Alexander ab Apelle potiſſimum pingi, à Lyſippo fingi uolebat. Idem 2. de Orat. Vt in pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidiceris, &c. Hic Pictor, (ζωγράφος) qui quid pingit. Hora. de Arte. Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æquã poteſtas. Cice. 4. Acad. Multa uident pictores in umbris, et in eminẽtia, quę nos non uidemus.

Pictura, (γραφικὴ) ars pingendi. Plin. lib. 35. capi. 9. Quinimo certamen picturæ, etiam florente ea inſtitutum eſt Corinthi. Dicuntur & picturæ, tabulę uel alię res pictę. Cic. 6. Verr. Nego ullam picturam neque in tabulis, neq; textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit, & quod placitum ſit, abſtulerit. Idem in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Pingere humum uarijs floribus, eſt uerſicolorem florum uarietatem humi ſpargere. Plau. in Stich. Age tu ocyus pinge humũ conſpergere ante ædes. Ponitur aliquando pro deſcribere. Cice. ad Att. lib. 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. Hinc pictus, a, um, quod aliquãdo eſt participium. Plaut. in Menæch. Tabulam pictam in pariete. Aliquando nomen idem ſignificans quod ornatus. Cic. de Clar. Ora. Quo nihil poteſt eſſe pictius. Picturatus, uaria pictura exornatus: de quo ſuprà. In pictura olim floruere Zeuxis, Parrhaſius, Apelles, alij́q; nonnulli, quorum nomina, & opera exequitur Plin. Natural. Hiſtoriæ lib. 35. Huius uerbi compoſita ſunt Depingo, & Expingo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

PINGVEDO, inis, & PINGVITVDO, inis, {Graſſezza,} (λιπαρία, παχύτης) licet Seruius Grammaticus Latina eſſe neget, à doctiſſimis uſurpantur plurimis exemplis docet Beroaldus in Seruium. Plinius: Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. Idem lib. 23. capi. 8. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationẽ ſtomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm ſit uериſimile. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9. de gallinis loquens: Et lua pinguitudini inimica. Colum. lib. 2. cap. 15. Ea res admonet nos, ineſſe tali materiæ naturalem pinguetudinem & ſuccum. Quin lib. 1. cap. 11. Quarundam enim uel exilitate, uel pinguetudine nimia laboramus. Quid autem ſit Pinguedo, ſiue Pinguitudo, ſiue etiam Pingue, neut. gen. & quomodo differant ab adipe & ſeuo, ex Plinij ſententia abundè docuimus in dictione Adeps.

PINGVEFACIO, pinguefacis. {Ingraſſare} (παχύνω) ſignificationis actiuæ eſt. Pinguefio paſſiuæ. Pli. lib. 16. ca. 44. Dein ea pinguefacit.

PINGVESCO, ſcis, {Diuenir graſſo,} (παχύνομαι) à Pingueo, gues, pinguis fio. Colum. libro 2. capit. 11. Omne emaciatum armentum medica pinguefcit, id eſt, pingueſit. Mart. lib. 5. Pingueſcit nimio madidus mihi crinis amomo. Verg. 1 Georgico. Bis ſanguine noſtro Emathiam & latos Hæmi pinguefcere campos.

PINGVIARIVS, rij, {Amatore di coſe graſſe} qui pinguia amat. Mart. libr. 11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum, hoc eſt, Carnoſam, & corpulentã amicam opto, non nimis pinguem.

PINGVIS, & hoc pingue, {Graſſo} (παχύς, λιπαρὸς) contrarium Macro. Pli. li. 10. cap. 50. Fœminæ quidem non omnes ad ſaginam eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute. Verg. 1. Georg. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima uina. Aliquando ponitur pro fœcundo, (εὔγεως) Vergi. 4. Georgi. Et pingues hortos. Idem 3. Eclog. Heu heu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.

Aliquando pro impedito & inepto. Cic. lib. 4. Acade. Quod ipſi Antiocho pingue uidetur, & ſibi ipſi contrarium. Pingue, (δημὸς, πιμελὴ) ſubſtantiuum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum: differtq; ab adipe, quòd hic muſculorum extremitati membranisq; adhæreat, & frig. factus durus euadat & fragilis. Qua de re unde plura apud Plin. lib. 11. cap. 37. & ſupra in dictione Adeps. Vergi. 3. Geor. Et omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. Pingui minerua aliquid facere: hoc eſt, craſſè, & impolitè. Col. in Præfat. totius operis: Poteſt enim nec ſubtiliſſima, nec pingui (quod aiunt) Minerua res agreſtia adminiſtrari. Hinc Pinguiter. aduerbiũ. Columel. lib. 2. cap. 2. Proximum deinde huic pinguiter denſum. Hinc componitur Præpinguis, (ὑπέρπαχυς) quod eſt, ualde pinguis. Colu. lib. 4. Ideoq; non eſt uineis apta, uix etiam arbuſtis, niſi præpinguis. A Pinguis fit Impinguo guas, πιαίνω.

PINNA, æ, {Penna, merlo di muro} (πτέρυξ) propriè penna eſt, quæ pluma id eſt, mollior, & exigua penna non eſt. Nam Penna nomen generale eſt ad plumas, & pinnas. Varro lib. 3. de Re ruſti. ca. 7. de columbis: Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur illiſis cruribus. Idem de gallinis: Eligat fœcundas plerunque rubi. unda pluma, nigris pinnis. Colum. libr. 8. capi. 4. Siccus etiam puluis & cinis, ubicunque cortem porticus, uel tectum protegit, iuxta parietica reponendus eſt, ut ſit, quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumam, pinnasq́; emundant. Pinna etiam quiduis acutum ſignificat. Vnde & Pinnę murorum, (ἐπάλξεις) id eſt, ſummitates. Liuius 10. Belli Macedo. Muri pinnæ aliquot locis decuſſę. Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. Vnde Pinnirapi Retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis Mirmillonum iacto reti exciperent.

Sunt etiam Pinnæ, quibus innatant piſces, & quarum adminiculis, ueluti remis in natando utuntur Pli. lib. 9. ca. 13. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque uice pedum ſerpunt. Pinna præterea eſt conchæ genus, πίννα. Naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec unquam ſine, comite, quem Pinnotherẽ nonnulli, alii Pinnophylacem uocant: is eſt ſquilla parua, qui cum pinna' quærendæ eſcæ ſocietatem init. Auctor Pli. lib. 9. cap. 42. Cic. 2. de Natu. Deo. Pinna uerò ſic enim Græce dicitur, duabus grandibus patula conchis, cũ parua ſquilla, quaſi ſocietatem coit comprandi cibi.

PINNA, {La Penna} (πίννα) oppidum eſt Veſtinorũ qui ſunt populi in quarta regione Italiæ Pręgutiis ad ortum finitimi, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pinneſium meminit & Pli. lib. 3. cap. 12.

PINNACVLVM, li, {Cima} (ἔπαλξις, πτερύγιον, ἀκρωτήριον) faſtigium & ſummus ædificij in acumen tendentis: ſiue quòd ueteres Pinnam dicebãt, quicquid eſſet acutum: unde Bipennis, ſecuris quæ utranque aciem habet: ſiue quòd pinnaculis addi pinna conſueuit: quæ facili motu uentorum indicaret flatum, quod genus nunc Penniculum uulgò dicitur.

PINNATVS, a, um, {Pennuto} (πτερωτὸς) adiectiuum quod pinnas habet, ut Pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cic. 3. de Natu. Deo. Dianæ,

item plures: prima Iouis & Proſerpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. Pinnata folia dicuntur, pinnarum modo aculeata. Pli. lib. 16. cap. 10. de abiete: Folio pinnato denſa. Pinnatus fulgor. Pli. lib. 37. cap. 7. Proximos illis carbunculos, quos uocant ſyrtitas, pinnato fulgore radiantes.

PINNIRAPVS, pi. pen. cor. (πτερυγάρπαξ) gladiator Retiarius, qui Mirmilloni aduerſario pinnam, hoc eſt, acutam galeæ ſummitatem rapiebat. Iuuen. Satyr. 3. Hic plaudat iuſsi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; laniſtæ.

PINNVLA. (λοβὸς) diminutiuũ à Pinna, & eſt ſumma pars auris: ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna, id eſt, penna, πτερύγιον. Col. lib. 8 ca. 5. Inhibeturq; cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta. Aliquando Pinnula dicitur illud, quo ueluti remigio quodam, natant piſces. Pli. lib. 9. ca. 57. Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebra caudæ motu.

PINSITO, tas, pe. cor. (συχνὰ πτίσσω) frequentatiuum, a Pinſo, ſis. Plau. in Aſi. Qui polentam pinſitant. id eſt, contundunt. Alij ibi legunt Pranſitant.

PINSO, ſis, ſui, piſtum, & Pinſum apud Vitruuiũ, ſæpius, teſte Budæo, & Pinſitum, pen. cor. apud Columellam. {Peſtare, frangere} Eſt autem proprie Pinſere, in pilis contundere. Antiqui enim ante molarum uſum frumenta igni torrebant, & in pilas miſſa piſtillis tundebant, terebantq;. Colume. lib. 2 cap. 9. Paniũ pinſitum, & euolutum, furfure, ſed & milium quoq; pultem, quauis inopia, maxime cum lacte, non faſtidiendam præbet. Pomponius: Quum neq; molis molui, neq; palmis pinſui. Inde pinſor dicebatur, qui frumenta in pilis comminuebat. quanquam poſtea etiam de eo dici cœpit, qui farinam ſubigit, panemq; conficit. quem nunc Piſtorem dicimus. Varro: Nec pinſorem ullum noſſent, niſi qui in piſtrino pinſeret farinã. Antiqui pinſere, generaliter ſumpſerunt pro quouis modo tundere ſiue percutere. Quare & aues pinſere dicuntur, cum roſtrum rei alicui crebro impingunt. Vnde & Perſius metaphoram illam ſumpſiſſe uidetur Sat. 1. O Iane, à tergo quẽ nulla ciconia pinſit. hoc eſt, roſtro tundit, & percutit: Ciconiam appellans, digitos in formam roſtri ciconiæ cõtractos quod genus olim erat irriſionis apud Italos. Hinc piſtus, a, um, participium idẽ ſignificans quod contuſus. Pli. lib. 28. cap. 10. Si piſtæ ferantur.

PINSO, ſas, (φλάω) in eodem ſenſu, quo Pinſo, ſis. Var. lib. 1. de Re ruſt. Promendo diem, ut in piſtrino pinſetur, ac torreatur. id eſt tundatur, uel frangatur.

PINSOR, oris, uide Pinſo, ſis.

PINTIA: (πιντία) oppidum Gallæcorum Lucenſium in tractu Tarraconẽſis Hiſpaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Hodie (ut putant) Vallis Oletana dicta. Pinthia uero, per th, aſpiratum Siciliæ oppidum eſt: à quo Pinthienſes populi quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

PINTIVS, (πίντιος) nobilis Grammaticus Romæ floruit una cum Epaphrodito liberto Neronis. Pauſanias.

PINVS, arbor, {Pino} (πίτυς, πεύκη) hodie tantum fœm. gener. olim etiã maſcul. & tam quartæ, q̃ ſecundæ declinationis, arbor eſt picei generis, nuces ferẽs omnium maximas, quas Latini Pineas, Græci κώνους uocant. Verg. 7. Eclog. Fraxinus in ſyluis, pulcherrima pinus in hortis. Legitur & Pinea, pro hac ipſa arbore. Colum. lib. 5. cap. 10. Eodem tempore iuglandem & pineam, & caſtaneam ſerere oportet. Hinc Pinifer adiectiuum, pinus ferens. Verg. 10. Aen. Multos Veſulus quem pinifer annos Defendit. Pineus, a, um, quod è pinu eſt. Pinetum, ti, locus pinis conſitus. Pinaſter, pinus ſyluestris: de quibus ſuprà.

PIO, as, are. Vide ſuprà, Piare.

PION, onis, (πίων) mons eſt Ioniæ apud Plin. lib. 5. cap. 29.

PIONIÆ, (πιονίαι) oppidum eſt Teuthraniæ, quæ eſt regio Aſiæ, ad Caicum amnem, olim Myſiæ pars. Huius incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. lib. 5 cap. 30.

PIPARE. {Pipire} (πιπίζειν) dicuntur gallinę, quum uocem emittunt Varro in Origenibus: Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

PIPER, piperis, {Pepe, pepero} (πέπερι Dioſ.) nomen arboris, cuius fructus cõdimentis aptus, & calidus, ex India ad nos adfertur. Perſius Satyr. 5. Rugoſumq; piper. Dicitur & Piperi inuariabile, ſicut Gummi. Piperis arboris, uel potius fruticis deſcriptionem uide apud Plin. libro 12. cap. 7. Theoph. lib. 9. cap. 22. Dioſc. lib. 2. cap. 176. Hinc Piperatus adiectiuum: ut, Piperatum uinum (πεπερίτης) quod pipere & melle conditum eſt. Et piperatum acetum, apud Col. lib. 12. cap. 47.

PIPERITIS. penult. produ (πιπερῖτις) herba, quæ & Siliquaſtrum dicitur, caule rubro & longo, denſis geniculis, folijs lauri, guſtu piperis. Vide Plin. lib. 20. cap. 17.

PIPILO, as. pe. cor. (τιτυβίζω) uerbum eſt, quo paſſerum ſonus exprimitur. Catul. de paſſere Lesbię: Sed circumſiliens modò huc, modò illuc, Ad ſolam dominam uſq; pipilabat.

PIPIO, pis, {Pipire} (πιπίζειν) proprium eſt uocis pullorum. Col. lib. 8. cap. 5. Die undeuiceſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint, et auſcultet, ſi pipiant. Sunt etiam qui hoc uerbum paſſeribus tribuant: ut in carmine de Philomela, quod Ouidio falsò aſcribitur: Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

PIPIONES, {Pipioni} (περιστερίδια) columbarum pulli: qua uoce utitur Lãprid. in Alexandria uita.

PIPVLVM, (λοιδορία) conuicium, tractum à pipatu pullorum. Plaut. in Aulul. Ita me bene amet Lauerna, te iam, niſi reddi Mihi uaſa iubes, pipulo hic differam ante ædes. Nonius.

PIOVENTVM, Pto. lib. 3. cap. 1. urbs Iſtriæ, uulgò pinquento.

PIRATA. {Corſo. corſale} (πειρατὴς) prædo marinus: ἀπὸ τοῦ πειρᾶν, quod eſt tranſire, uel peruagare, propterea q̃ maria peruagentur piratæ, ut uel in nauigantes impetum faciant, uel deprædentur inſulas. Cic. 7. Verr. Iſtum clam à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe. Luca. lib. 2. Omne fretum, metuẽs pelagi, pirata reliquit. Piratica, æ, ſubſtantiuum, eſt ipſum piratarum exercitium. Cic. poſt reditum in Senatu. Proiectò & egeſtate, & improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet. Hinc Piraticus, adiectiuum, quod ad piratam pertinet: ut, Piraticum bellum. Ibidem: Qui in magiſtratu niſi rogationem de piratico bello tuliſſe. Idem 7. Verr. Myoparone piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſſi. Puppis piratica, Claud. 4. Paneg. Nauis piratica, Quint. lib. 2. capi. 14.

PIRÆEVS {Porto Lione} (πειραιεύς) dictio triſyllaba, ex, diphthõgum habẽs in ultima portus eſt Athenarum, quadragentarum capax nauium, muro duorũ millium paſſuum urbi coniunctus. Stat. 12. Thebaid. Trepidis ſtabilẽ Piræea nautis Cic. ad Att. lib. 7. Venio ad Piræea: in quo magis reprehendẽdus ſum, q̃ homo Romanus Piræea ſcripſerim, non Piræum. Dicitur & Piræus, πειραιός Stephano. Teren. And. Heri aliquot adoleſcentuli conuenimus in Piręũ. Ouid. 4. Faſt. Piræa, orum, pluraliter protulit, cum ait: Sunion expoſitum, Piræaq; tuta receſſu Linquit.

PIRENE, es, per i, noſtrum, in prima ſyllaba, & pen. pro. (πειρήνη Straboni & Suidæ) fons eſt ad radicem Acrocorinthi, non copioſas ille quidem, attamẽ perſpicuas, potuq; ſuauiſsimas habens aquas, teſte Strabone lib. 8. Plautus Aulul. Interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenen poteſt. Stat. lib. 1. Syluarum: Licet Enthea uati Excludat Pimplea ſitim, nec conſcia detur Pirene: largos potus mihi gurges inhauſtus, Qui rapitur de fonte tuo. Pyrene aũt per y, mons eſt, Hiſpanias à Gallis dirimens: de qua uide infra ſuo loco.

PIRITHOVS, pen. cor. (πειρίθοος) Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodũ Centauri, ſed ex legitima uxore. Hic certiſsimo amicitiæ fœdere Theſeo coniunctus fuit. cuius etiam ope Centauros, qui ſibi Hippodamen ſponſam præripere conabantur, ſuperauit. Mortua autem Hippodame, ita illi cum Theſeo conuenit, ut uxorem, niſi ex Ioue natam, nullam ducerent, & cum iam Theſeus Helenam Iouis & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia eo temporis noſceretur, quæ Iouis eſſet præter Proſerpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad inferos, uerum Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus eſt, quẽ Theſeus adiuuare uolens, ipſe quoque in uitæ diſcrimine fuit atq; ad extremum captus, à Dite detentus eſt. ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperiſq; reſtitutus. Ouidius Et cum Pirithoo fœlix concordia Theſeus, &c. Hor. lib. 3. Carm. Amatorum trecentæ Pirithoum cohibent catenę.

PIRATERIVM, rij, (πειρατήριον) receptaculum piratarum. Dictio eſt Latinis ſcriptoribus minimè uſitata, quare eius ſignificatio è Græco potius lexico erat petenda.

PIROS, (πείρως) Imbraſi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellũ Troianorum, à Thoante Aetholorum rege interficitur, ut ſcribit Homerus lib. 4. Iliad.

PISA, (πίσα) ciuitas eſt in Elide, Peloponneſi regione, iuxta Alpheum fluuiũ. circa quam quinto quoq; anno celebrabantur certamina Ioui ſacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac urbe ortum traxerunt, qui Piſas in Tuſcia condiderũt.

Hinc Piſæus, a, um, Oui. 2. de Arte: Ah q̃ pene Pelops Piſæo excidit axe, Dum ſpectat uultus Hippodamia tuos. Sunt qui et in Theſſalia aliam eiuſdem nominis urbem collocant, edito colle inter Oſſan, & Olympum, Vide Strab. lib. 8.

PISÆ, arum, {Piſa} (πίσαι) Tuſciæ oppidum, inter Arnum & Auſerem amnes, a Piſæis conditum Elidis populis, teſte Strabone lib. 5. qui Neſtorem ad Ilium ſecuti, in reditu tempeſtate diſiecti, alij quidem Metapontum, alij litus Tyrrhenum tenuerunt, ubi relictæ patriæ Piſas condiderunt. Ad aquam originem etiam alludit Verg. 10. Aen. Piſas Alpheas cognominans. Alpheæ (inquit) ab origine Piſæ Vrbis Hetruſca ſolo.

PISANDER, (πείσανδρος) Camireus (Camirus autem ciuitas eſt Rhodi) Eumolpi tempore, poeta (ut nonnullis placet) antiquior Heſiodo. Piſander alter Lycaonius, ſub Alexandro Mammææ, uerſificator: ſcripſit uariam hiſtoriam Piſander tertius Neſtoris filius. Auctor Suidas.

PISAVRVS, {Peſaro} (πίσαυρος) fluuius Vmbriæ, a quo uicinum oppidũ Piſaurũ appellatum eſt, teſte Plinio lib. 3. cap. 14. Seruius exiſtimat Piſaurum dictum ab eo, q̃ aurum ab ijs qui Romæ in Capitolio obſeſsi erant, perſolutũ ibi à Camillo receptum fuerit & appenſum. Verum hoc nimis eſt nugatoriũ cum ex Romana hiſtoria cõſtet, aurum illud cum appenderetur, interuentu Camilli in ipſa urbe fuiſſe receptum, Gallis, præter eos, qui fuga dilabebantur, ad internecionem cæſis.

PISCARI, {Peſcare} (ἁλιεύειν, ἰχθυεύειν, ἰχθυάζειν) eſt piſces uenari. Pli. li. 19 cap. 1. Retia in piſcando durantia. Cic. 3. Offi. Tum Pythius piſcatores ad ſe conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur. Piſcari in aere, prouerbium eſt, idem ſignificans, quod operam ludere Plau. Aſin. Iubeas una opera me piſcari in aere. Ex quo fit compoſitum Expiſcor, de quo alibi.

PISCARIA, riæ, {Peſcaria} (ἰχθυοπωλεῖον) locus ubi piſces ueneuntur. Varro. Nullus in piſcaria piſcis erat.

PISCARIVS, a, um, (ἁλιευτικός) idẽ quod piſcatorius: ut, Hamus piſcarius. Plau. in Stich. Arundinem fert, ſportulamq; & hamum piſcarium. Piſcarium forum. Plaut. Curc. Symbolorum collatores apud forum piſcarium. Piſcaria copia, abundantia piſcium. Plautus Caſina.

PISCARIVS, piſcarij, ſubſtantiuum, {Venditore di peſci} (ἰχθυοπώλης) qui piſces uendit. Varro: Inter piſcarios nemo uendebat. Cetarius, idem: quamuis Cetarij potius ſint, qui marinos piſces maiores uendunt.

PISCATOR, oris, uerbale, {Peſcatore} (ἁλιεύς) qui piſcatur. Cice. 3. Offi. Piſcatores ad ſe conuocat, Oui. 14. Metam. Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta. Teren. in Euno Coqui, fartores, piſcatores, aucupes, &c. Piſcatrix, uerbale fœminini generis. Plin. lib. 9. cap. 42. Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix uocatur.

PISCATORIVS, a, um, {Da peſcatore} (ἁλιευτικός, ἰχθυευτικός) quod ad piſcatorem pertinet: ut, Nauis piſcatoria, apud Cæſ. 2. Bel. Ciu. & Ludi piſcatorij, qui fiebant, pro quæſtu piſcantium. Piſcatoria linea, Plin. lib. 24. cap. 9. Piſcatorium corum, Col. lib. 8. cap. 17.

PISCATVS, tus. {Peſcagione} (ἰχθυεία, ἁλιεία) idem quod piſcatio, ſiue actus piſcandi. Plinius. Quos uenatus: aucupia, piſcatusq; alebant. Plau. in Rudente: Piſcatum hamatilem ſaxatilemq; aggredimur. Pli. lib. 6. cap. 22. Eſſe in piſcatu uoluptatem, teſtudinum maximè.

PISCINÆ pen. prod. {Peſchiera. peſcina} (ἰχθυοτροφεῖα) lacus & ſtagna ab uiuo dicta ſunt, in quibus uiui piſces coercebantur. Varro lib. 3. de Re ruſt. c. 3. Piſcinas uoco eas, quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad uillã. Martialis: Piſcina rhombum paſcit, & lupos uernas. Alio nomine Viuaria uocantur. Plin. li. 9. cap. 17. Nec in piſcinis, uiuarijsq; creſcunt. Sed quoniam

niam in piſcinis natare etiam ſolebant, inualuit conſuetudo, ut omnes in hunc uſum collectæ aquæ, ſiue frigidæ, ſiue calidę, Piſcinæ (κολυμβῆθραι) dicantur: uidenturq; à piſcibus dici, quāuis in his nihil piſcium ſit: niſi quis inde dictas malit, q; homines piſcibus natando ſimiles fiant. Cicero. Latiorem (inquit) piſcinam uoluiſſem, ubi iactata brachia non offenderentur. Plinius Iunior Epiſt. lib. 6. Si natare latius, aut tepidius uelis, in area piſcina eſt, in proximo puteus, Ex quo poſsis rurſus abſtergi. Eædem & Natationes appellantur. Piſcinæ pecorum. Col. lib. 1. cap. 5. Hæc quoq; ſi deficient, & ſpes arctior aquæ manantis coegerit, uaſtæ ciſternæ hominibus, piſcinæq; pecoribus inſtruantur, colligēdæ aquæ tandem pluuiali. Quin etiam uaſa lignea ampliora ad tenendum aquam, Piſcinæ uocantur. Gallicum uulgus Cuuas uocat. Plin. Decoquitur in aqua, & in piſcinas ligneas funditur.

PISCINALIS, & hoc, le, (ἰχθυοτροφεῖον) quod eſt piſcinæ, uel quod ad piſcinam pertinet. Vnde apud Palladium, Piſcinales cellæ leguntur.

PISCINARIVS, (ἰχθυοτροφείου κεκτημένος) qui piſcinas piſcibus refertas habet, uel qui piſcibus alendis delectatur. Vnde Cic. ad Att. lib. 1. Lucullum & Hortenſium Piſcinarios appellat. Mihi uerò ut inuideant piſcinarij noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo.

PISCIS, huius piſcis, {Peſce} (ἰχθύς) animal quod in aquis degit, & propriè quod tegitur ſquamis, ut ex Plinio apparet lib. 9. ca. 12. Omnia autem in aquis degentia, generali nomine Aquatilia dicuntur. Aquatilium (inquit) tegumenta plura ſunt: alia corio & pilis teguntur, ut uituli, Hippopotami: alia corio tantum ut delphini: cortice, ut teſtudines: ſilicum duritia, ut oſtreæ, & conchæ: cruſtis, ut locuſtæ, cruſtis & ſpinis, ut echini: ſquamis, ut piſces. Ver. 5. Eclog. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. Idem. 4. Geor. Magnum qui piſcibus æquor. Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Ouid. 10. Meta. Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum finierat. Hora. 4. Car. Od. 3. O mutis quoque piſcibus Donatura cygni, ſi libeat, ſonum. Teren. in Adelphi. Piſces ex ſententia Nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur cautio eſt. Cice. 2. de Natu. Deo. Etſi piſces, ut aiunt, oua cum genuerunt, relinquunt: facilè enim illa aqua & ſuſtinentur, & fœtum fundunt. Magis mutus quam piſcis, hyperbole prouerbialis de uehementer infacundis. Conuenit & hominem immodice taciturnum. Piſcis nequam eſt, niſi recens, prouerbio dicitur in hoſpitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus, cęterum ante triduum exactum putet. Plaut. Quaſi piſcis, itidem eſt amator lenæ: nequā eſt, niſi recens. Vide Chiliades Eraſmi. Piſces pro ſigno cœleſti, frequentius pluraliter declinantur. Colum. lib. 11. ca. 2. Quintodecimo Calendas Martij Sol in piſces tranſitum facit. Inuenitur tamen & in ſingulari Piſcis, pro ſigno cœleſti. Verg. 4. Georg. Aut eadem ſydus fugiēs ubi piſcis aquoſi Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas. Colum. lib. 11. cap. 3. Quarto nonas Septembris Piſcis Auſtrinus deſinit occidere. A piſcis fit diminutiuū unū Piſciculus, ἰχθύδιον Teren. in And. Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Varro. 3. de Re ruſt. capi. 5. E quo riuus peruenit in duas, quas dixi piſcinas, ac piſciculi ultro ac citro commeant.

PISCOSVS, ſa, ſum, {Che abonda de peſci} (ἰχθυώδης, ἰχθυόεις) idem quod piſculentus, hoc eſt, piſcibus abundans. Martialis lib. 10. Illic piſcoſo modo uix educta profunda. Oui. 3. Faſt. Eſt prope piſcoſos lapidoſi Cratidis amnes Paruus ager.

PISCVLENTVS, (ἰχθυώδης) idem quod piſcoſus, hoc eſt, piſcibus abundans. Cato: Fluuium magnum, pulchrum, piſculentum. Plau. in Rud. Neptuno has ago meo patrono gratias, qui ſalſis Locis incolit piſculentis.

PISENOR, (πεισήνωρ) Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud Ouidium 12. Metam.

PISESVS, (πισαῖος) nomen uiri Tyrrheni eſt, qui tubę inuentor fuiſſe creditur, Auctor Pli. lib. 7. cap. 26.

PISIDIA, æ, (πισιδία) Aſiæ regio, Lycaoniæ, Iſauriæ, & Pamphiliæ finitima, cuius oppida enumerātur Selga, Sagalaſſum, Petnelifſum, Adadata, Brias, Cremna, & alia nonnulla. Huius regionis populi Piſidæ (πισίδαι) appellantur, antea Solymi dicti, teſte Plinio lib. 10. cap. 27. Prima & ſecunda dictionis huius ſyllabæ corripiuntur. Claudian. 2. in Eutrop. Finibus obliquis Tydi Pyſidæq; feroces. Priſcianus tamen in Periegeſi (modò emendata ſit lectio) utranq; produxit, cum ait, Poſt hos Piſidum pinguiſſima rura coluntur.

PISISTRATVS, (πεισίστρατος) Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus genere, eloquentia uerò tanta, ut ea deliniti Athenienſes libertate qua nihil charius habebant, ſe ſponte exuerent, illiusq; facundiæ ſanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, poſt haberent. Artes liberales maximè fuit, bibliothecam primus Athenis publicauit, quam Xerxes urbe potitus, ad Perſas tranſtulit. Eam deinde multis poſt annis Seleucus Nicanor reſtituendam curauit. Homerus eius iuſſu in eum ordinem qui nunc eſt, redactus. Regnauit annos triginta tres, quo tempore Seruius Tullius Romæ, ut auctor eſt Gellius. Plura de hoc. & quibus artibus tyrannidem adeptus ſit, uide apud Iuſtinum Trogi abbreuiatorem libro. 1. & eodem libro apud Herodotum. Piſiſtratus alter. Laſſileus hiſtoricus commemoratur à Suida. Piſiſtratus alius, filius fuit Neſtoris & Eurydices, quem pater dedit in ſocium Telemacho Ulyſſis filio, uolenti Lacedæmonem ire ut Menelaum interrogaret, numquid de Vlyſſe aliquid ſciret.

PISONES, (πείσωνες) appellati ſunt quidam Romani nobiles, quod optimè piſa ſererent, quemadmodum Lentuli a lente, Fabij a fabis, Cicerones à cicere optimè ſerendo nomen acceperunt: Fuerunt autem Piſones ex gente Calphurniorum, quæ ad Calphurnium Numæ filiorum originem ſuam referebat, teſte Feſto. Vnde etiam Horatius in Arte poetica Piſones Pompilium ſanguinē appellauit.

PISO, as, pſi, piſere, {Mondare, leuar la ſcorza} Budæo ſignificare uidetur, quod Græcis πτίσσειν, hoc eſt purgare, decorticare, quod pinſendo fit in hordeo, & aliis frugibus. Pliu. li. 18. cap. 10. Vt niſi intenti piſaut, concidantur grana. Varro de Re ruſt. Alij ficum & uuam paſſam cum piſerint, affundunt ſapam. Piſo, as, idem. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 63. Far quod in ſpicis condideris per meſſem, hyeme promendum eſt, ut in priſtino piſetur ac torreatur.

PISSASPHALTVS, (πισσάσφαλτος) medium quiddam eſt inter picem, & bitumen, (ut ex ipſo ſtatim nomine apparet) naturaliter in Apolloniatarum agro prouentens: quanq̄ & arte fiat, pice cum bitumine mixta, pręcipuum ad pecorum ſcabiem remedium. Auctor Plin. lib. 24. cap. 7.

PISSELÆON, (πισσέλαιον, πισσέλαιον) oleum ex pici generis materia excoctum: quanquam & ex cedro maiore, quam Cedrelaten uocant, fieri docet Plinius libro 24. capi. 5. Cedrus (inquit) magna, quam Cedrelaten uocant, dat picem, quę cedria uocatur, dentium doloribus utiliſſimam. Deinde ſubdit paulò poſt: Fit & ex ea oleum, quod Piſſelæon uocant, uehementioris ad omnia eiuſdem uſus.

PISSOCERON, (πισσόκηρον) ſecundum mellificij fundamentum ex cera, & pice, ſiue gummi reſina'ue conſtructum. Plin libro 11. cap. 7. Priora operis fundamenta Comoſim appellant periti, ſecunda Piſſoceron, tertia Propolin.

PISTACIVM, {Peſtacchio} (πιστάκιον) nucis genus apud Alexandriam Aegypti, & Berrhœam Syriæ copioſiſſimè prouenien, parum quidem nutriens, cæterum ad hepar roborandum, & ſuccos in ujs eius infarctos expurgandos in primis utile. Auctor Gal. lib. 2. de Aliment. facultat.

PISTILLVM, li, {Peſtello} (ὕπερος) inſtrumentum, quo in mortario quippiam tunditur. Plau. in Aul. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium: Quę utenda uaſa ſemper uicini rogant. Col. lib. 12. cap. 55. In mortarium nouum, aut bene emundatum conjicito, & piſtillis conterito.

PISTOLOCHIA, (πιστολοχία) quartum Ariſtolochiæ genus, tenuis, q̄ clematitis, denſis radicis capillamentis (unde & Polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris craſſitudine odorem habens, ut reliquæ Ariſtolochię ſpecies, medicamentum. Auctor Plin. lib. 25. cap. 8.

PISTOR, ris, {Peſtore, fornaio} à pinſo, is, olim dicebatur, qui ante inuetum molarum uſum, frumenta in pilis pinſebat, hoc eſt, contundebat. Poſtea tamen id nomen ad eos quoq; tranſlatum eſt, qui ſubacta farina panem conficiunt, quos Græci uocant ἀρτοποιούς. Plin. lib. 18. cap. 11. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab urbe condita ſuper quingentos octoginta. Sueton. in Cæſar. Domeſticam diſciplinam in paruis, ac maioribus rebus diligenter adeò, ſeuereq; rexit, ut piſtorem alium, q̄ ſibi, panem conuiuis ſubijcientem compedibus uinxerit. Varro in Satyra de edulijs: Si quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, &c. Atteius Capito Piſtores tantum eos, qui far pinſebant, nominatos eſſe tradit, eoſq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus.

PISTORICVS, a, um (ἀρτοποιϊκός) idem quod piſtorius. Caius Iuriſcōſultus: Siquis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, uel piſtoricas uel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione legaſſe hos uidetur.

PISTORIVS, a, um, {Da piſtore} (ἀρτοποιϊκός) quod ad piſtorem pertinet: ut Ars piſtoria: Opus piſtorium: nomen generale ad omnia delicatiora panum genera, ut quæ ſaccharum, mel, oua, butyrum, caſeum, uel amygdalas recipiūt: cuiuſmodi erant, quas placentas & mazas appellabant. Plin. lib. 18. cap. 11. Quidam ex ouis, aut lacte farinam ſubigunt, butyro uero gentes etiam pacatæ ad operis piſtorij genera tranſeunte cura.

PISTORIVM, (πιστώριον) Ptolemæo ciuitas mediterranea Tuſciæ inter Florentiam & Lucam: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Piſtoia.

PISTRILLA, læ, (χειρομύλιον) diminutiuum à piſtrino, ſecundum Priſcianum. Nam diminutiua (inquit) quandoq; diuerſa ſunt à genere omnium primæ poſitionis, ſicut à ſcuto Scutella. At donatus à piſtrina deducit: nam & id aliquando legitur. Eſt autem Piſtrilla, mola truſatilis, quæ manibus uerſatur. Terent. in Adel. Apud ipſum lacum eſt piſtrilla.

PISTRINENSIS, & hoc ſe, (μυλικός) quod ad piſtrinum pertinet. Apuleius in Aſinum reformatus molas piſtrinenſes, per circuitus multiuos circum egiſſe ſe feſtiuiter ſcribit, deſcribens quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio. Suet. in Calig. cap. 39. Quicquid inſtrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe repetijt, comprehenſis ad deportandum meritorijs quoq; uehiculis, & piſtrinenſibus iumentis.

PISTRINVM, ni, & PISTRINA, næ, pen. pro. {Piſtrino molino} (μυλών, ἀλετρεῖον) olim dicebatur locus in quo farina molebatur: nomen habens à pinſendo, hoc eſt cōtundendo, propterea q; ante inuentum molarum uſum, frumenta in pila comminuerentur. Deinde quamuis mutata re, manſit tamen piſtrini nomen etiam illi loco in quo molis ſeruorum iumentorum'ue opera circumactis fruges comminuebantur. Piſtrini item nomine poſtea cœpit intelligi officina, in qua opera Piſtoria, hoc eſt, panes delicatiores fiebant, cuiuſmodi erant, quas placentas & mazas appellabant. Sueton. in Auguſto: Et modo unguentariam tabernam, modò piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obijcit. Terent. in Andri. Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam uſque ad necem: Ea lege, atque omine, ut ſi te inde exemerim ego pro te molam. Cic. de Orat. Oratorem in iudicia, tanquam in aliquod piſtrinum detrudi, & compingi uidebam.

Pro eodem etiam legitur Piſtrina, ę, fœmin. gener. Plin. libro 11. cap. 9. E ſiligine lautiſſimus panis, piſtrinarumq; opera laudatiſſima. Per tranſlationem accipitur Piſtrinum pro loco, uel re aliqua fatigationis plena, et pro opere negotioſo ac moleſto. Cicer. de Orat. Tibi mecum erit, Craſſe, in eodem piſtrino uiuendum.

PISTRIS, huius piſtris, fœm. gen. nomen nauis apud Verg. lib. 5. Aenei. Partem roſtro premit æmula piſtris. Sunt qui ſcribant Piſtrix, quos Seruius errare innuit, ſic inquiens: Si nauem intelligas, hæc Piſtris, huius piſtris, facit: ſi uero beluam, hæc Piſtrix, Piſtricis. Hæc Seruius in illud Verg. 3. Aenei. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix. Quæ tamen omnino uera non arbitror. Germanicus certè in Ara. pro ſidere cœleſti (quod procul dubio à belua marina nomē habet) piſtrim dixit. Diuerſè poſita & Boreæ uicina legenti Auſter piſtris agit duo ſidera, perlegit unum: Nam que aries ſupra piſtrini piſceſq; feruntur: Bellua: ſed Ponti non multum præterit amnem: Non deſunt tamen qui in omnibus hiſce locis Priſtin legere malint: nimirum (ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα) hoc eſt, à ſecandis fluctibus.

PISTRIX, huius Piſtricis, {Fornaia} (ἀρτοποιός, ἡ) fœmininū à Piſtor, quæ uel fruges molit, uel panem conficit. Erat enim id apud priſcos Romanos præ-

eipuè mulierum opus, teſte Plin. lib. 18. ca. 11. Eſt item Piſtrix, icis, pen. genitiui producta, bellua marina ingentis magnitudinis: cuiuſmodi fuiſſe feruntur, quibus Heſione & Andromeda expoſitæ fuerunt. Item ſidus cœleſte, à quadam beluæ huius ſimilitudine dictum. Cice. in Arato: Spiniferam ſubter caudã piſtricis adhæſit. Ibidem: Et fera piſtrix Labitur horribiles epulas funeſta requirens. Et rurſum: Hanc unus ſtella uertuntur, quem iacit in ſe Piſtricis ſpinę ualida cum luce refulgens. Et paulò pòſt: Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ Inter piſtricem fuſæ ſparſæq; uidentur.

PISTVRA, æ, pen. pro. ars piſendi, ſiue (ut alij loquuntur) piſendi, hoc eſt, frumenta tunicis ſuis exuendi. Plin. lib. 18. cap. 10. Piſtura non omnium facilis. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti piſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata, ut niſi intenti pinſant, (alias, piſant) occidantur grana ferroq; frangantur. Et paulo poſt: Et ipſa, quæ eualuantur piſturam habent.

PISVM, ſi, {Biſi} (λάθυρος) genus leguminis, cuius caules ſpargũtur in terram, niſi habeant adminicula. Col. lib. 2. Similis quoq; ratio eſt piſi, quod tum facilẽ, & ſolutam terram deſiderat. Pli. lib. 18. cap. 12. Piſum in apricis ſeri debet frigorum impatientiſſimum. Hinc Piſones dicti, de quibus ſupra.

PITANE, ſiue **PITANA**, (πιτανή) urbs Aeolidis in Aſia, non procul à Calci fluminis oſtio: quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanęi (πιταναῖοι) & Pitanitæ (πιτανῖται) nominantur. In hac urbe Arceſilaus Academicus natus eſt, qui cum Zenone apud Ptolemonem Philoſophię operam dedit. Pli. lib. 35. cap. 14. auctor eſt, circa Pitanam lateres fieri ſolitos, qui ſiccati in aqua nõ mergebantur, eo q̃ fierent ex terra quadam pumicoſa. Corripit autem hoc nomẽ penult. ſyllabam. Ouid. lib. 7. Meta. Aeoliam Pitanen à læua parte relinquit, &c.

Eſt & Pitanæ Laconicæ oppidum teſte Plinio libr. 4. cap. 5. cuius incolę Pitanatæ dicuntur teſte Hermolao in locum Plinij iam citatum.

PITHECIVM, (πιθήκιον) apud Græcos diminutiuum eſt ἀπὸ τοῦ πιθήκου, quod illis ſimiam ſignificat. Vnde Plautus in Milite, cùm mulierem deformẽ ſignificare uellet Pithecium appellauit. Aedepol equidem Bellula eſt PAL. pithecium hæc eſt præ illa, et ſpinthurnicium.

PITHECVSA, æ, uel Phithecuſæ, arum, (πιθηκοῦσαι Stephano) inſula eſt Campano litori adiacens, nõ procul à Neapoli, ab Homero Inarime dicta, à Latinis etiam Aenaria ſtatione nauium Aeneę. Dicta Pithecuſa, non à Simiarum copia, ut Poetæ fabulantur, ſed à figlinis doliariorum, teſte Plini. libro 3. cap. 6. πίθους enim Græci dolia uocant. Habet autem hæc inſula in uertice oppidum eiuſdem nominis. Ouid. 14. Metamorph. Sterilíq; locatas Colle Pithecuſas.

PITHEVS, uide Pittheus, geminato t.

PITHO, us, (πειθώ) perſuaſionis dea à ueteribus credita eſt, quam Ennius Suadam, Horatius Suadelam appellauit. Accipitur & pro ipſa perſuadendi ui, quæ animum auditoris, quocunque uiſum fuerit inflectit: unde et Gręci ψυχαγωγόν, noſtri flexanimam appellarunt. Pitho autem uerbo Græco πείθω, quod eſt perſuadeo.

PITHODEMVS, pen. pr. (πειθόδημος) luctator egregius, cuius imaginem Dinomenes ex ære expreſſit ut tradit Plin. lib. 33. cap. 8.

PITHODICVS, (πειθόδικος) argenti cælator inſigni fuit, teſte Plini. libr. 34. cap. 8.

PITHOEGIA, æ, (πιθοιγία) feſtum erat Dionyſij, tota Græcia celebratum, quo dolia retinebant: unde & nomen accepit, quaſi τῶν πίθων οἰγνύειν.

PITHONOS COME, (πίθωνος κώμη) locus eſt in Aſia, in campis patentibus, ubi primo aduentus ſui tempore ciconiæ congregantur, & eam quæ ultima aduenerit: lancinant uniuerſæ, atque ita abeunt. Pli. lib. 10. cap. 23.

PITISSO, ſas, {Aſſaggiare il uino} (ἀπογεύομαι) parum uini paulatim, & quaſi tentandi gratia guſto. Terent. in Heautont. Nam ut alia omittam, pitiſſando modò mihi quid uini abſumpſit: ſic hoc dicens, aſperum Pater hoc eſt, aliud lenius.

PITTACIVM, cij, apud Celſum lib. 3. cap. 10. accipitur pro modico panno, qui aliquo medicamento illitus modò præcordijs, modò capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum.

PITTACVS, penul correp. (πίττακος) philoſophus Mitylenęus, unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui ex Leſbo tyrannum Melanchrum depulit: & certantibus Athenienſibus atque Mitylenæis dux in bello factus, Phyronem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. Huius illud, Prouidere oportet ne caſus ueniant: ſi fortè uenerint, æquo animo tolerare. Fuit alter Pittaculus legulator (ut Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor eſt appellatus. Aelianus de uaria hiſtoria, Pittacum quendam commemorat, qui de mola piſtrina encomium conſcripſit, ut in paruo argumento uim dicendi oſtentaret. Idem de ſapiente dicit, cum in templo Fortunæ ſcalas conſtituiſſe, ut quandam ijs humanæ uitę imaginem exprimeret, in qua alij ad ſumma honorum faſtigia conſcendunt, alij ex ampliſſima dignitate in ſummas deſcendunt calamitates.

PITTHEVS, ei, (πιτθεύς) Theſei auus maternus, qui trœzene regnauit: de quo uide Plutarchum in Vita Theſei. Hinc Pittheis, (πιτθηΐς) patronymicum fœmininum: & Pittheius, a, um, Ouid. in Epiſt. Hinc tecum Trœzena colam, Pittheia regna.

PITVITA, tæ, pen. pro. {Flegma catarro} unus ex quatuor humoribus corpus animalibus conſtituentibus, qui à Gręcis φλέγμα dicitur: Medici definiunt eſſe ſanguinem imperfectè coctum. In quibus autem humor hic abundat, tardiuſculi ſunt, teſte Ariſtotele, diſciplinæq; apprehendendę parum idonei. Diuiditur autem Pituita apud Medicos, in Naturalẽ quæ dulcis eſt, ſiue potius ἄποιος hoc eſt, ſaporis expers quæ una cum ſanguine in uenis permiſta, alit partes humidas & frigidas, quale eſt cerebrũ: et in Non naturalem. quæ rurſus diuiditur in Acidam, quæ ſummè cruda eſt, defectuq; caloris aceſcit: & in ſalſam, ex pituita dulci putreſcente natam. Impropriè item Pituitæ nomen latius extendimus, ut etiam eo nomine excrementa eius intelligamus. qualis eſt muccus, modò per nares ſeſe euacuans, modò in aliam corporis partem decumbens. Huius rurſus quatuor ſunt ſpecies, Aquea, Muccoſa, Vitrea, & Gypſea. Producit autem hoc nomen pen. ſyllabam. Hora. lib. 2. Satyr. 2. Dulcia ſe in bilem uertent: ſtomachoq; tumultum Lenta feret pituita. Pituita interdum etiam accipitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infeſtãtur. Col. libr. 8. ca. 5. Sed iam ualidioribus factis, atq; ipſis matribus etiam uitanda pituitæ pernicies erit. In arboribus item pituita nominatur, humor lentus ex ijs effluẽs. Plin. Defluens pituita, abſtrahatur.

PITVITARIA, æ, herba eſt, quę à Dioſcoride σταφὶς ἀγρία appellatur, à quibuſdam Pedicularis dicta. Medetur pituitæ incommodis: unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. 23. cap. 1.

PITVITOSVS, a, um, {Flegmatico, catarroſo} (φλεγματώδης) qui Græcè dicitur Phlegmaticus. Cic. lib. 1. de Fato: inter locorum naturas quantum interſit, uidemus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in alijs eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exiccatos atq; aridos.

PITTOCAMPÆ, (πιτυοκάμπαι) uermes à pinu arbore naſcentes, ueneno, nec diſſimili à bupreſtis morſu. Plin. lib. 23. cap. 2. Vſus contra cantharidas, bupreſtin, pinorum erucas, quas Pityocampas uocant. πίτυς Græcis pinus eſt & κάμπη eruca. hoc eſt uermiculus, qui olera depaſcitur.

PITTLISMA, matis, (πιτυλισμα) genus exercitationis, maximè quidem uelox, ſed citra intentionem, uiolentiamq;. Ἀπὸ πιτυλίζειν, quod eſt (ut inquit Galenus lib. 2. de Tuen. bona ualetud.) quum quiſpiam, ſummis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyſsimè mouens alteram retrorſum, alteram proſum.

Quod potiſſimum exercitij genere ad parietes ſe exercent, ut ſicubi lapſentur apprehenſo mox pariete, facilè reſurgant: atq; ita & lapſus euitant, & ipſa fit exercitatio imbecillior, Vide Politianum Miſcellanearum cap. 38.

PITYRIAS, (πιτυρίας) Græcis panis genus eſt, cui nihil furfuris ademptum eſt, quam noſtri Furfuraceum uertunt. Nam πίτυρον Græci furfur appellant.

PITYONICES, uide Pythionices.

PITTVSÆ, (πιτυοῦσαι) inſulæ duæ ſunt in mari Balearico, à pineorum fructuum ubertate dictæ, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. Ex his quæ maior eſt, Ptolemęo Ebuſus, quæ minor, Ophiuſa hoc eſt, Colubraria appellatur. Plinius tamen utramque Ebuſum uidetur appellare, & Ophiuſam, inſulam ab hiſce diuerſam facere. Eſt item Pytiuſa, inſula è regione Ioniæ ſita, quæ notiore nomine Chios appellatur, teſte Plin. libro. 5. capi. 31. Eſt & alia eiuſdem nominis inſula in ſinu Argolico, ex aduerſo Hermioni agri: teſte eodem Plinio libru. 4. capit. 12.

PIVS, a, um, {Pio} (εὐλαβὴς, εὐσεβὴς, ὅσιος) propriè dicitur de eo, qui Deum patriam, & parentes, & eos, qui parentum loco ſunt iuſto cultu proſequitur. Ver. 3. Geor. Dij meliora pijs. Cic. 3. Offi. Ipſi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. Accipitur tñ nonnunquam Pius pro benigno, & miſericorde. Teren. in Hecy. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Inde fit aduerbiũ Piẽ, quod modò ſignificat religioſè, & cũ maxima in Deum fiducia. Pli. in Paneg. Ciuitas religionibus dedita, ſemperq; deorum indulgẽtiam pie merita.

Modò benigne, & clementer. Cic. ad Marium li. 11. Epiſt. Alia quæ deſendam à te pie fieri & humanè.

PIX, {Pece. Pet. Che tutti ſiam macchiati d'una pece} (πίσσα) propriè eſt quę ex picei generis & præcipuè tedæ materia igni excoquitur: differtq; à reſina, quę ſponte exudat. Quo modo autem excoquatur pix, docet Plinius lib. 16. ca. 11. his uerbis: Lignum tedæ conciſum, furnis undiq; igni extra circundato, feruete primus ſudor aquæ modo fluit canali. Hoc in Syria Cedrium uocatur: cui tanta uis eſt, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruentur. Sequens liquor craſſior iam, picem fundit. Hæc Plinius. Hinc deducuntur Pico, as, (πιττόω) uerbum, quod eſt pice illino: & Picatus, a, um, pice illitus: pro quo etiam legimus Piceatus. Mar. lib. 8. Ne contemne caput, nihil eſt furacius illo. Non fuit Autolyci tam piceata manus. Vide ſupra.

PIXANCATHVM, (quod hic alieno loco erat inſertum) uide Pyxacanthum.

P ANTE L

PLACABILIS, PLACABILITAS, PLACAMEN, PLACAMENTVM, PLACATIO, PLACATVS, PLACATE, Vide in uerbo Placo, as.

PLACENTA, (πλακοῦς) panis ſiue libi genus, quod citra fermentum in furno coqui conſueuit, & farina fere conſtans ſiliginea, caſeo & melle adiecto: quanquam & innumeris penè alijs modis confici ſolet. Nomen habet ἀπὸ τῶν πλακῶν, quo nomine Græci cruſtas appellant. Nam quo facilius poſſet percoqui, tenue admodũ fiebat & latum, cruſtarum imaginem duritiáq; referẽs.

Plinius libro. 7. cap. 53. A. Manlius Torquatus Conſularis, cum in cœna placentam appeteret, &c. Hora. 1. Epi. 10. Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.

PLACENTIA, {Piacenza} (Πλακεντία) ciuitas Galliæ Togatæ, ad Trebiam amnem, in Padum influentem. Vnde Placentinus, (Πλακεντῖνος) poſſeſſiuũ: ut T. Tinca Placentinus, apud Cic. de Cla. Orat.

PLACEO, ces, cui, citum, {Piacere} (ἀρέσκω) gratus ſum, arrideo. Pla. in Amphi. Apage, non placet me hoc noctis eſſe, cœnaui modò. Plin. lib. 12. cap. 7. Mirum eſt, longum piper ſola amaritudine placere. Oui. 4. Triſt. Eleg. Omni tibi dote placebam. Idem 2. Amor. Eleg. 4. Illa placet geſtu. Huius contrarium eſt diſplicere, ἀπαρέσκειν. Cic. pro Domo ſua. Non'ne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantijs diſpliceret? Placet ferè in tertijs perſonis ponitur pro uidetur, cenſet, eſt eius opinionis. Cic. 1. ad. Lentulum: Itaq; poſtridie placuit, ut breuiter ſententias diceremus. Idem. 2. de Diui. Vt doctiſsimis, ſapientiſſimisq; placuit. Aliquando efferri, glorıari, & cõfidere (ἐγκαλλωπίζεσθαι, εὐδοκεῖν.) ut, Ego placeo mihi, Tu places tibi, Ille placet ſibi. Quia, Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, ſi mihi idem inuidere non expedit, pares ſumus. Ouid. 2. Metam. Admam tibi nanque figurã, Qua tibi. quaq; places noſtro importuna marito. Hinc Placito, as, frequẽtatiuum. Plau. in Bacc. Neq; placitant mores. Placendus, adiectiuum nomen e Placeo uſurpauit. Plau. in Trin. Si illa (inquit) tibi placet, Placenda dos quoque eſt, quam dat tibi: Id eſt, debet placere, & accepta eſſe tibi. Hinc etiam Complaceo, quod ſignificat idem quod placeo. Teren. in And. Poſtquàm me amare dixi, complacita eſt tibi. Idem Diſpliceo, & perplaceo: de quibus ſupra ſuis locis.

PLACIA, (πλακία Stephano) Myſiæ oppidum, à tergo habens Olympũ montem,

montem,qui Myſus cognominatur, Pli.lib.15.cap.ult.

PLACIDVS,a,um,{*Placido,piaceuole,dilettevole*}(πρᾶος,ἥμερος)mitis,ſedatus,quòd illa quæ quieta ſunt,omnibus placent. Teren.in Adel. Ille ſemper egit ſuam uitam in otio,in conuiuijs,Clemens,placidus nulli lædere os, arridere omnibus. Donatus: Clemens eſt circa rectè agentes: Placidus etiam circa delinquentes.Clemens animo: Placidus uultu. Teren.ibidem: Cum feruit maximè,tam placidum,quàm ouem reddo. Oui.1.Faſt. Da mihi te placidum, dederis in carmine uires. Hora.in Arte: ſed non,ut placidis coeant immitia. Arbor placida,cui ſylueſtris opponitur. Plin.lib.16.cap.5. Præterea ſunt aliquæ ſylueſtres placidiores,quæ culta obtinent. Coelum placidum, hoc eſt, ſerenum, & tranquillum. Sil.lib.12. Nec placido commota tonitrua coelo. Placidus & ſerenus dies. Plin.Epiſt.101. Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die. Lumen placidum, Horat.4.Carm.Ode.3. Mors placida, Vergil.6.Aen. Pax placida, Verg.1.Aen. Placidiſſima pax in animo, Cic.5.Tuſcu. An delectationis,& otij conſumendi cauſa locuti ſumus,ſapientem ab omni concitatione animi,quam perturbationẽ uoco,ſemper uacare,ſemper in animo eius eſſe placidiſſimam pacem? Hinc, Placiditas,atis,(πρᾳότης)quam Varro in ouibus eſſe aſſerit,quum ait: In queis primum ſine cauſa putant oues aſſumptas, et propter utilitatem, & propter placiditatem. Maximè enim quietæ & aptiſſimæ ad uitam hominum. Gel.lib.13.ca.21. Nero dictum,quaſi Neirio,hoc eſt, ſine ira, & cum placiditate: & eo nomine mitem: tranquillumq́ Martem fieri precemur. Hinc placidè,aduerbium,(πρᾴως,ἡσύχως)quietè,ſine tumultu. Plau.in Bacch. Placidè uolo unumquodq́ agamus. Ver.5.Aen. Amplexus placide tumulum,lapſusq́ per aras. Cic.4.Ver. Prætoris iniurias tacitè hoſpites placidè ferendas arbitrabatur.

PLACITIS,(πλακῖτις) cadmiæ ſpecies, quæ uelut fuligo quædam, aut fauilla,ca fornacibus ærarijs egeſta,parietibus adhæret: nam propter ſui grauitatem ad teſtudinem euolare non poteſt. Dicta Placitis ab eo,quòd ſpeciem referat cruſtæ, quàm Græci πλάκα appellant. Vide Gal.lib.9.Simpl.& Plin.lib.34 cap.9.

PLACITVM,ti,nomen,{*Piacimento*}(ἀρέσκον,ἀρεσκόμενον δόγμα) ſignificat conſenſum, & decretum: quòd quæ decreta ſunt,ea ſic Senatui, uel maioribus placuiſſe uidentur Pli.lib.29.cap.1. Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiluit,delentem cunctorum maiorum placita,& rabie quadam in omnes eius æui medicos perorantem. Idem lib.14.cap.22. Medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium.

PLACITVS,a,um,participium,{*Che ha piaciuto*}(ἀρέσκων) quod placuit. Teren.in Prolo.Hecyræ: ubi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. Ibidem: Et quæ uobis placita conditio eſt, datur. Ouid.Epiſt.16. Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis.

PLACO,as,{*Placare,reconciliare*}(πραΰνω,ἱλάσκομαι) cum accuſatiuo, & (ἐξιλάσκομαι,ἱλάσκομαι)mitem,placidum facio,propitio,ſedo, tranquilliorem reddo. Cic.2.in Catil. Quos quidem ego,ſi ullo modo fieri poſſet,non tam ulciſci ſtudeo,quam ſanare,& ipſos placare Reipublicæ. Ver.1.Aen. Sic ait,& dicto citius tumida æquora placat. Teren.in Heaut. Neq; quod principium inueniam ad placandum, ſcio. Inde Placabilis,propitiabilis,ſiue quod facile placatur. Cic.4.Ver. Omniaq́ habuiſſet æquiora,& placabiliora, quàm animũ prætoris,atque hoſpitis. Placabilis, & Irabilis,contraria. Cic.ad Att.lib.1. Nam ſi ita eſſe ſtatuens,& irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum,et eoſdem placabiles, &c. Terent.Phor. Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme.Id noſmet indicare placabiliua eſt. Hinc Placabilitas, πραϋπάθεια. Cic.1.Offic. Nihil magno, & præclaro uiro dignius placabilitate & clementia. Placamen, & Placamentum, quo quis placatur. Liu.7.ab Vrb. Ludi quoq; ſcenici,noua res bellicoſo populo,inter alia coeleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Pli.lib.21.cap.7. Hoc ueluti placamento terræ blandiuntur. Tacit.lib.15. Nõ largitionibus principis,aut deum placamentis decedebat infamia. Et placatio, uerbale, (πράϋνσις)mitigatio. Cic.4.Tuſc. Sed omnis cuiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. Placatus,a,um,aliquando participium,aliquando nomen. Plin.lib.12.cap.18. Nec minus propitij erant mola ſalſa ſupplicantibus, imò uerò,ut palam eſt,placatiores. Placatiſſima quies, Cic.2.Tuſcul.

Placatè aduerbium,inturbatè,(πρᾴως) id eſt,placidè. Cic.ad Torquatũ li.6. Omnia humana placatè & humane feramus. Idem ad Ligarium lib.6. Sed hoc ipſum intelligimus cum quotidie remiſſius,& placatius ferre. Huius uerbi compoſitum eſt Complaco,pen.prod.quod uide ſuo loco.

PLÆRIQVE,{*La maggior parte*}(πλεῖστοι)plæræq;,plæraq;: uel potius ſine dipthongo Pleriq;,ut hodie à doctoribus fere ſcribitur,eò quòd ab obliquis nominis Plus deduci putetur,u,in,e,conuerſo: quanquam alij παρὰ τὸ πλήρης, quod plenum ſignificat,fieri nolunt. Accipitur enim in ea fere ſignificatione,in qua dicimus Plures,uel maiore ex parte. Sall. In diuiſione orbis terræ pleriq; in tertia parte Africam poſuere: pauci tantummodo Aſiam & Europam.

Cic.1:Acad. Vt contra omnium ſententias dies iam pleroſq; deduceret. Idẽ de inuentione: Nec ratione animi quicquam,ſed pleraq; uiribus corporis adminiſtrabant. Hora.lib.2.Epiſt. Si quædam nimis antiquè, ſi pleraq; durent. Idem in arte: Pleraq; differat,& præſens in tempus omittat. Sallu. Pleroſq; ſenectus diſſoluit,niſi qui ferro aut beſtiis interiere. Aliquando pro eo quod eſt,nonnulli. Quin. Videas pleroſq; ita peritos: id eſt, nonnullos. Pleriq; omnes teſte Donato,complexum eſt,idem ſignificans quod pleriq;, uel maxima ex parte. Teren.in And. Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli. Vbi Donatus. Pleriq; oẽs, ἀρχαϊσμὸς eſt. Nam errant,qui plerique,parelcon intelligunt.

Hoc enim pro una parte orationis dixerunt ueteres. Idem in Hecyra: Plus ſatis. Noue.ſed intelligetur, Plus quam ſatis. Hoc quidem putant: at mihi de his uidetur eſſe,quæ à ueteribus geminabantur,ut Pleriq; omnes,id eſt, Omnes: et Pleraq; oia,id eſt. Omnia. Sic & Plus ſatis, pro Satis. Ter.Phor. Ita pleriq; ingenio ſumus oẽs: noſtri noſmet pœnitet. Et Heaut. Quid rei eſſet,dixti huic? Si dixi pleraq; omnia. Hinc deducitur aduerbium plerunq;.(ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον) quod etiam dupliciter ſumi poteſt,uno modo pro eo quod eſt, fere ſemper. Teren.in And. Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. Alio modo,ſed rariſſimè,pro eo quod eſt, nonnunquam. Quintil. Excuſſa ſunt plerunq; uitia uerberibus,id eſt,nonnunquam. Dicimus quoq; plerunque omnes,ut pleriq; omnes. Plau.in Trinum. Ita plerunque omnes iam ſunt intermortui. Inuenitur etiam Plerus ſine adiectione. Pacu u.Periere. Danai,plera pars peſſundata eſt.

PLAGA,æ,pen.pr.{*Percuſſione*}(πληγή)percuſſio,uulnus,ictus. Vergi.4.Georg. Plagiſq; peremptum Tunſa per integram ſoluuntur uiſcera pellẽ. Ouid.2.Triſt. Non habet in nobis iam noua plaga locum. In hac ſignificatione apud idoneos ſcriptores his uerbis appoſitum inuenitur, Accipere plagam, Facere plagam, Infligere plagam, Imponere plagam, Iniijcere plagam, Perferre plagas.

Transfertur & ad arborum inciſiones,e quibus ſuccus profluit. Plin lib.12.cap.25. Succus e plaga manat. Plagæ,arum,priore correpta,retia dicuntur rariora,ad capiendas feras(ἄρκυες)quòd plagis,id eſt,foraminibus plena ſint. Cicer.lib.3.Offic. Sunt'ne igitur inſidiæ,tendere plagas,etiamſi excitaturus non ſis? Verg.4.Aen. Retia rara plagę,lato uenabula ferro. Vbi Seruius ſcribit, Plagas propriè illos funes,dici,quibus retia tenduntur circa imam, et ſummam partem. Hac in ſignificatione dicimus, Incidere in plagas,pro eo quod eſt, incidere in inſidias. Cic.2.Ver In illas plagas incidendum eſt. Plagas item in coeli, terræ've diuiſione dicuntur ſpatioſiores quidam tractus, qui modo Climata, modo Zonę appellantur. Cic.2.de Diuin. Quod ante oculos eſt,non uident. coeli ſcrutantur plagas. Verg.7.Aen. Si quem tellus extrema refuſo Submouet Oceano, et ſi quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. Hoc item nomine ueteres appellabant linteum lecti tegmen amplum, & candidum,quod poſtea Lecticariam ſindonem, & Torale appellarunt. Varro de Vita pop.Rom.ut citat Nonius: Clamides,plagæ,uela,uaſa aurea. Idem: Eburneis lectis,& plagis ſigillatis. Aplaga fit diminutiuum, quod pro uaria ſignificatione primitiui diuerſa itidem ſortitur ſignificata. Modo enim exiguum uulnus ſignificat: modò minores caſſes: modò etiam paruam ſindonem quæ lecto inſternitur. Liui.9.bel.Mace. Inde primum lectos æratos,ueſtem ſtragulam pretioſam,plagulas,& alia textilia,&c.

PLAGIARIVS,rij,(ἀνδραποδιστής)qui hominem,quem ſcit liberum eſſe, emit,uendit've,aut pro ſeruo tenet,uel qui ſeruo,aut ſeruæ perſuadet,ut à domino domina've fugiat,uel eum,eam've,inuito,uel inſciente domino celat,uinctũ habet,emit,uel uendit. Dictus Plagiarius,quòd qui criminis huius conuicti eſſent, lege Flauia plagis damnarentur. Lex ipſa, Plagiaria.crimen, Plagium uocatur. Mart.lib.1. Impones plagiario pudorem. Vbi per tranſlationẽ Plagiarium uocat furem librorum ſuorum.

PLAGIGER, pen.cor.(πληγοφόρος)quaſi genitus ad ferendas plagas. Plau.in Pſeud. Plagigera genera hominum.

PLAGOSVS,a,um,{*Impiagato,che percuote molto*}(πληγώδης) plenus plagis: ut Plagoſa cura,apud Apul. Aliquando dicitur Plagoſus, qui multas plagas infert. unde ab Hora.2.lib. Epiſto.ad Auguſt. Orbilius Grammaticus Plagoſus dicitur,quòd nimium ſæuiret in pueros: Non tamen inſector, delendaq́ carmina Liui. Eſſe reor, memini quæ plagoſum mihi paruo Orbilium dictare.

PLAGVSIA,genus,piſcis,ita dictum,quòd non uerſus caput,ſed εἰς πλάγια: hoc eſt,in latera natet. Plau.in Ruden. Oſtreas,balanos captamus,conchas, marinã urticam, Muſculos, plaguſias ſtriatas.

PLANARIA, inſula eſt maris Liguſtici,ſexaginta paſſuum millibus diſtans à Corſica,à ſpecie ſic dicta,quòd æqualis freto exiſtat, ideoq́ nauigijs fallax. Plini.libro 3.cap.6.

PLANASIA,(πλανασία)inſula eſt in mari Tyrrheno,non longe ab Ilua, ut auctor eſt Ptol.lib.3.cap.1.& Plin.lib.3.cap.6.

PLANCÆ,(πλάκες) tabulæ planæ, interprete Feſto, à planitie ita appellatæ Plini.libro 8.capit.43. Nec pontes aſini tranſeunt, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuijs. Sic enim legit Calepinus: tametſi in caſtigationibus exemplaribus hunc in modum legatur, Per raritatem eorum tranſlucentibus fluuijs.

PLANCI,(στενόποδες)qui ſupra modum pedibus plani ſunt: id eſt, qui pedes imos graciles habent,planosq; æqualiter,quaſi tabellas, quæ Plancæ uocãtur. Idem & Ploti,ſiue Plauti uocati ſunt, teſte Feſto,unde & M. Accius Saſſinas Poeta,à pedum planitie initio Plotus,deinde & Plautus cognominatus eſt. Pli.lib.11.cap.45. Vola homini tantum,exceptis quibuſdam.nanque & hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, Scauri, &c. Plãcorum Romę celebris familia fuit,ex qua ortus eſt. Numatius ille Plancus,qui Lugdunum coloniam in Gallia condidit: quam Seneca ſua ętate teſtatur conflagraſſe centeſimo anno, à quo condita erat.

PLANCTVS,ctus,nomen,{*Pianto*}(κοπετός)lamentatio cum pectoris percuſſione,ſimilibusq́ ſignis exterioribus animi dolorem indicantibus. Sta.10.The. Vallantur planctibus arx. Fœmineo cum planctu miſtus clamor, Seneca Octa. Propriè tamen eam ipſam percuſſionem,qua ſummo in luctu pectus noſtrum,aliam've corporis partem cædimus, Planctum appellamus: à uerbo Plango,quod propriè ſignificat percutio. Silius: Liuentia planctu Brachia. Luc.lib.2. Exegit ad ſæuos famularum brachia planctus.

PLANE,{*Certamente,chiaramente,al tutto*}(ἀκριβῶς)aduerbium, id eſt, certò. Terent.in Heaut. Sed te miror,qui alia tam plane ſcias. Aliquando clare, aperte,manifeſte,σαφῶς. Plau.in Menæch. Non potuit paucis plura plane proloqui. Quandoq; omnino,funditus,penitus,παντελῶς. Cic.Treb. Quare ſi plane à nobis deficis,moleſte fero. Planius,& Planiſſime. Plaut.in Cap. Eſt'ne inuocatum,an non? planiſſime. Verũm hercle,uerum uos paraſiti planius. Quos nunquam quiſquam neq; uocat,neq; inuocat. Cic.3.Ver. Non poſſum illa planius commemorare: quàm ipſum Ligurem pro teſtimonio dicere audiſtis. Idem 2.de Diuin. Multi etiam naturæ uitium meditatione atq; exercitatione ſuſtulerunt ut Demoſthenem ſcribit Phalereus cum rho,dicere nequiret, exercitatione feciſſe,ut planiſſime diceret.

PLANETÆ,pen.pro.{*Pianeti*}(πλανῆται)dicuntur ſeptem coeleſtia corpora terris proxima,præter motum illum primi mobilis,quo ab ortu in Occaſum rapiuntur,peculiarem quandam,illiq; contrariam habentia conuerſionem: unde & nomen acceperunt,ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι,quod eſt errare,eò quòd à motu aliorum ſiderum aberrare uideantur. Latini Græcorum imitatione Errantia ſidera,et Erraticas ſtellas, Nigidius etiam Errones appellat: Ex his Saturnus, ſummum locum obtinet,proximum Iupiter,tertium Mars,quem deinde Sol ordine ſubſequitur, Solem Venus: Sub Venere Mercurius ſitus eſt: Luna ultimũ terrisq; ꝓximum ideoq; minimum orbem poſſidet.

PLANGO, gis, xi, ctum, {*Percuotere, piagnere*} (κόπτομαι) propriè idem eſt quod tundo ſiue uerbero. Lucilius: Plangunt littora fluctus. Ouid. 2. Met. Plā gere nuda meis conabar pectora palmis. Sæpe tamen accipitur pro lamentari, & clara uoce, pectoriſq; percuſſione, ſimilibuſq; ſignis animi dolorem teſtari. Hinc deducuntur uerbalia Planctus: de quo paulò ante: & Plangor, goris, quod modò uerberationem ſignificat. Catullus: Procedunt, leuiterq; ſonant plangore cachinni. Modo lamentationem, ſiue eiulationem, cum propriī corporis laceratione, quæ ex doloris impatientia fieri conſueuit. Cice. 3. de Orat. Plangore & lamentatione complebimus forum. Idem 4. Phili. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reijciebat.

PLANILOQVVS, a, um, {*Che ragiona liberamente*} qui planè, & apertè dicit quod ſentit, & liberè. Plaut. in Truc. Planiloqua eſt, paucis ut rem ipſam attigit?

PLANIPES, huius planipedis, (ἐμβάτης?) qui pedes planos habet. Diomedes ſcribit Planipedem Græcè μῖμον ſignificare. unde comœdiæ ſiue fabulę genus dicitur Planipedia, ubi quiſ illo procedebatur cultu, quòd actores pedibus planis, id eſt, nudis proſcenia introirent, non, ut tragici actores, cum cothurnis: neque ut comici, cum ſoccis. Ideo ob uilitatem actorum, qui plano pede in ſcena erāt, & ob humilitatem argumenti, ut inquit Donatus, Planipedia dicta eſt. Siue quòd olim non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ, poſitis inſtrumentis mimicis actitarent.

PLANITIES, planitiei, {*Pianezza, pianura*} (ὁμαλότης, πεδίον) æqualitas, uel locus planus. Salluſt. in Catil. Nam uti planities erat inter ſiniſtros montes, & dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit. Liui. 7. ab urb. Duum millium planities caſtra Romana ab Hernicis dirimebat. Cæſar 7. bel. Gal. Legiones ut primum planitiem attigerunt, infeſtis contra hoſtes ſignis conſtiterunt.

PLANITVDO, inis, (ὁμαλότης) idem quod planities. Colum. libro 4 capit. 30. Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi craſſitudinem non excedant, optimè panguntur. hoc eſt, quæ ſint aliquantulum planæ.

PLANTA, æ, {*Pianta del piede, pianta, arbore*} (ταρσός, πέλμα) tota pedis pars inferior, cui inſiſtimus, quem & imum pedem uocant. Verg. in Moreto: Cruribus exilis ſpatioſa prodiga planta. Plin. lib. 7. cap. 2. Eudoxus in meridianis Indiæ uiris plantas eſſe cubitales, fœminis adeò paruas, ut ſtruthopodes appellentur. Oui. 2. Metam. Vt terſis niteant talaria plantis. Iuuen. Sat. 14. An capiti figens ueſtigia planta. In ſtirpibus autem Plantæ (φυτά) dicuntur, ſurculi transferendi, uel inſerendi gratia à matre rapti, uel ſtirpes, adhuc teneriores, qui cum radicibus de loco uno in alium transferri poſſunt. Idem 2. Geo. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. Cicer. de Senec. Malleoli, plantæ, ſarmenta, uites, traduces, propagines non'ne ita afficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent?

PLANTAGO, inis, {*Piantagine*} (ἀρνόγλωσσον) herba eſt nota, cuius duo ſunt genera. Quæ minor eſt, anguſtiora habet folia & nigriora linguæ pecorum ſimillima, caule anguloſo, in terram inclinato. Maior folijs eſt laterum modo incluſa, quę quia ſeptena ſunt, quidam eam Neptapleuron uocauere. Auctor Plin. libr. 25. capit. 8.

PLANTARIA, orum, {*Piante*} (φυτευτήρια) ipſæ plantæ teſte Seruio, quæ è ſemine ortæ, cum radicibus et terra propria transferuntur de uno loco in aliū. Vergil. 2. Georg. Syluarumq; aliæ preſſos propaginis arcus Expectant, & uiua ſua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarium loca. Plin. lib. 13. ca. 4. Ergo plantaria inſtituunt, anniculaſq; transferunt, & iterum bimas: gaudent enim mutatione ſedis. Idem 17. Quædam in plantario inſita, eodem die transferuntur. Perſius Sat. 4. Vocem hanc ad obſcœnarum partium uermiculos tranſtulit. Quinq; (inquit) paleſtritæ licet hæc plantaria uellant, Non tamen iſta filix ullo manſueſcit aratro.

PLANTARIS, & hoc plantare, adiectiuum à planta deriuatum, cum imum pedem ſignificat. Stat. libro 1. Theb. Summa pedum properè plantaribus alligat alis.

PLANTARIVS, ria, rium, {*Che ſi puo piantare*} (φυτευτήριος) quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum ut plantetur. Col lib. 5. ca. 9. Ipſæ autem arbuſculæ hoc modo poſſunt transferri: antequàm plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partem eius, quæ meridiem ſpectet.

PLANTIGER, ra, rum, (φυτοφόρος) plātas gerens, ut Plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulando plantas emittunt. Plin. lib. 13. cap. 8. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

PLANTO, as, {*Piantare*} (φυτεύω) notæ ſignificationis. Pli. li. 17. ca. 10. Hoc modo plantantur punicæ. Hinc Plantatio uerbale, φύτευσις. Plin. libr. 21. ca. 4. Vnde accolæ transferentes conferunt, ipſaq; plantatione proficiunt. Huius compoſita, Deplanto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Nam Deplantare ſignificat quod plantatum erat euellere, ἀποφυτεύειν. Plin. Quæ cortice nituntur tantum, uel leui aura ocyſſimè deplātantur. Col. lib. 2. Ne aut cornu bos ad ſtipitem uehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibret, eumq; deplantet. Explanto, quod eiuſdem eſt ſignificationis. Idem: Vt ſit quo teneri adhuc pampini capreolis ſuis alligentur, ne uentis explantentur. Et lib. 6. Anteq̄ explantes arbuſculam, Supplanto, uide infra ſuo loco.

PLANVLA, pro fabrili inſtrumēto uulgi uox eſt, in Latinorum uſum nequaq̄ recepta. Quare merito eam hinc eiecimus, & tanquam lolium à tritico, à Latinarum uocum familia ſegregauimus.

PLANVS, a, um, priore, prod. {*Piano, eguale*} (ὁμαλός) æqualis, in quo nihil eminet: ut, Planum ſolum, apud Plin. epiſt. 161. Matt. lib. 1. Et planus modico tumore uertex. Cic. 2. de Nat. Deo. Cumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphęram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis. Liu. 4. Bel. Maced. Et Romani ſimul à portu, unde aditus planior erat, ut diſtenderent ab apertiore loco hoſtes, &c. Cic. pro Cecin. Sed ne æquo quidē & plano loco. Oui. 3. Triſt. Eleg. 4. Qui cadit in plano, (uix hoc tamen euenit ipſum) Sic cadit, ut tacta ſurgere poſſit humo. De plano, uel E plano aliquid facere, quid ſit, docet Budæus citans Vlpianum lib. 1. de Conſt. princip. Vel cognoſcens decreuit, (ait Vlpianus) uel de plano interlocutus eſt. Quem locum Budæus ſic interpretatur. De plano, hoc eſt, à iudice nō ſedente. Solent enim iudices in tribunalibus editioribus ſedere. Paulus de Queſt. l. Vnius. Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed de plano audiri poſſunt, atq; damnari. Suet. in Tib. Iudiceſq; aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali admonebat. id eſt, è ſolo, in quo populus ſtabat. Papinian. in l. miles. ad Legem Iul. de adul. Libellus, inquit de plano dari poteſt. id eſt, iudice non ſedente, uel diebus feriatis. Plani piſces dicuntur, qui ſuperficiem planam, non rotundam habent, ut ſunt rhombi, & raiæ. Pli. lib. 9. cap. 24. Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet. Planus ponitur aliquando pro aperto, & manifeſto (σαφής) quod quę plana ſunt, nullum impedimentum habent, quin undecunque uideri poſſint. Plau. in Perſa. Statim hæc tibi ſunt plana, & certa? Planum facere, eſt declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſoluere, & ante oculos uerbis explanando ponere, & patefacere: translatione ſumpta à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera, planus fit. Cice. 2. Verr. Hoc planum factum eſt. Hinc Plane, aduerb. (σαφῶς) & Planiloquus, a, um, de quibus ſupra ſuis locis.

PLANVS, pen. cor. {*Ingannatore, barro*} (πλάνος) ab A. Gellio lib. 19. cap. 7 commemoratur inter uoces inuſitatas. quibus uſus ſit Laberius Mimus quo nomine ſignificari exiſtimat ſycophātam. Budæus autem ait impoſtores à Græcis Planos dictos, ſed certi cuiuſdam generis impoſtores, inſigni uerſutia præditos: quo uocabulo potius q̄ Latino. Cic. pro Cluent. uſus eſt: Hic ille planus, inquit, improbiſſimus quæſtu iudiciario paſtus, &c. Hora. quoque lib. 1. Epiſt. Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat Facto crure Planum: licet illi plurima manet Lacryma per ſanctum iuratus dicat Oſirim, Credite, non ludo, crudeles tollite claudum: Quære peregrinum, uicina tota reclamat. Quo in loco Planus (ut Acron annotauit) nomen eſt notiſſimi ſui temporis impoſtoris, qui, ut in uehicula tolleretur, fingebat ſe crus fregiſſe: ſed cum poſtea uere crus fregiſſet, rogaretq; ut uehiculo in urbem reueheretur non eſt ei creditum. Euſtathius Homeri interpres in Odiſſeam ſic inquit interprete Budæo: Planus eſt, qui artę quandam profitetur imponendi etiam ſpectantibus: quales fuerunt Caphiſſodorus, & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam.

PLASMA, atis, (πλάσμα) idem eſt quod figmentum ſiue commentum ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod eſt fingere, ſiue ſimulare. Perſius Pſalma pro quodam medicamento uſurpauit, quod ex rebus liquidis adiuuandæ uocis gratia confici ſolet. Sic enim habet Satyr. 1. Liquido cum plaſmate guttur Mobile colluerit.

PLASTES, plaſtæ, maſcul. gene. {*Colui che lauora di terra uaſaro*} (πλάστης) fictor qui figlinam artem exercet, qui & Figulus dicitur: item qui ex argilla ſtatuas conficit. Plin. lib. 35. cap. 12. Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus, & Gorgaſus.

PLASTICE, huius plaſtices, penu. cor. fœmi. gen. {*L'arte di coloro che lauorano di terra*} (πλαστική) ars figlina, qua finguntur imagines ex argilla. ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod eſt fingere. Pli. lib. 34. ca. 7. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea, quam plaſticen Græci uocant, dici conuenientius erit. Vnde & Proplaſtice, (προπλαστική) dicitur ars faciendi typos, id eſt formas ex argilla ſiue gypſo, quas in æris marmoriſue operibus imitabantur. Dicitur & Proplaſtice, pro ipſa forma quam, ad formanda alia opera adhibent. Plinius Arceſilai Proplaſticen pluris uenire ſolitam conſtat ab artificibus ipſis, q̄ aliorum opera.

PLATALEA, æ, à Cicerone 2. de Natu. Deo. appellatur auis, quam Plinius Plateam uocat. Aelianus eandem facit cum pelicano. Vide infra in dictione Platea.

PLATAMODES, (πλαταμώδης) Peloponneſi oppidum in tractu occidentali, centum ſtadijs diſtas à Coryphaſio promontorio, teſte Strabone lib. 8. Dictum uidetur à foſſis maris propinquis, aquam ſalſam recipientibus, quas Græci uocant πλαταμῶνας.

PLATANISTVS, (πλατανιστοῦς) promontorium eſt Peloponneſi, non procul à Leprio: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

PLATANVS, pen. cor. {*Platano*} (πλάτανος) arbor latè ſpargens ramos, umbræ tantum gratia expetita. ἀπὸ τοῦ πλάτους, hoc eſt, à latitudine nomen habens. Petronius Arbiter: Nobilis æſtiuas platanus diffuderat umbras. Vergi. 2. Georg. Et ſteriles platani malos geſſere ualentes. Cic. 2. de Ora. Platanus quæ ad opacandum locum patulis ſit diffuſa ramis. De hac arbore ſic ſcribit Plin. lib. 12. cap. 1. Quis non iure miretur, arborem umbræ gratia tantū ex alieno petitam urbe? Platanus hæc eſt, per mare Ionium in Diomedis inſulam, eiuſdem tumuli gratia primum inuecta: inde in Siciliam tranſgreſſa, atque inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos uſque peruecta, ad tributarium etiā pertinens ſolum, ut gentes uectigal & pro umbra pendant: Legitur & Platanus, us, quartæ inflexionis. Verg. in Culice: Nam primum prona ſurgebant ualle patentes Aeriæ platanus. Hinc Platanetum, ti, pen. pro. (πλατανών) locus platanis conſitus.

PLATANINVS, a, um, {*Di platano*} quod ex platano eſt: ut, Folia platanina apud Col. lib. 12. cap. 16.

PLATANISTA, piſcis eſt in Gange Indiæ fluuio naſcens, delphino roſtro et cauda ſimilis, ſed multo maior, ut qui in longitudinem quindecim cubitorū excreſcat. Auctor Plin. lib. 9. cap. 15.

PLATEA, æ, {*Via larga, borgo, piazza*} penultima indifferente, quamuis ſecundum Græcam originem producenda uideatur. Nam Græci πλατεῖαν dicunt, nos Plateam, ſicut μήδειαν Medeam, σπονδεῖον ſpondeum. Horat. tamen in Epiſt. corripiunt, quum ait: Puræ ſunt plateæ, nihil ut properantibus obſtet. Similiter & Catullus ad Aurelium: Iſtos qui in platea modo huc, modò illuc. In re prætereunt ſua occupati. Sunt autem Plateæ, uię latiores in urbibus, quiā & uici appellantur. Teren. in And. In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.

Quandoque etiam capitur pro area, in quam conuenire populus ſolet. Lampridius in Heliogabalo: Plateas in palatio ſtrauit, Lacedemonijs & Porphyreticis ſaxis. Eſt & nomen auis, quę ad eas uolat, quæ in mari merguntur, & capita illarum morſu corripit, donec capturam extorqueat. Dicta Platea, à latitudine corporis. Vide Plinium lib. 10. capi. 50. Cice. Plataleam uocat lib. 2 de Natu. Deor.

PLATÆ Æ, arum. per æ, diphtongū in pe. (πλαταιαί Steph.) ciuitas eſt Bœotiæ, ſub Cithærone monte, non longe à Thebis. Dicta a latitudine remorum, ut inquit Stra. lib. 9. nam (πλάτη) Græcis eſt latior pars remi. Platæenſes autē re

migatio-

migatione uictum quæritabant. Non procul ab hac urbe Pauſanias & Ariſtides Mardonium Xerxis ducem, & conſobrinum ſuperauere. Hinc Platæenſes, (πλαταιεῖς) populi dicti.

PLATO, onis, (πλάτων) philoſophus, ab humerorum latitudine ita cognominatus, cum antea ex aui paterni nomine, Ariſtocles uocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæſtra ſe exercuit, apud Ariſtonem palæſtritam, à quo primum cognominatus eſt Plato. Natus eſt Athenis eo die, quo apud Delô Apollo. Studuit picturæ: & tragœdias, poematáque edidit. Adeo autem in omni diſciplinarum genere, & præſertim in Philoſophia excelluit, ut Diuinus Plato, & Philoſophorum Homerus uocatus ſit. Ci. in libris Tuſc. Quæſt. Platonisque maieſtatis maximus eſt buccinator, adeo ut ipſum Deum appellet. Labeo etiam inter ſemideos commemorandum putant. Ei defuncto Magi, ut Deo, immolauerunt. Fuit uarius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut Iouem (ſi Græcè loqui uoluiſſet) Platonice loquuturum philoſophi dicerent. Athenis primum Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus eſt, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de ſecta Pythagorea centũ minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus eſt, ex quibus multa in ſuum Timæum tranſtulit. In Aegyptum deinde properans, ut audiret Gymnoſophiſtas, oleum (ut ait Plutarchus) ſecum mercaturæ gratia uexit, ut uiaticum ſibi unde ſuppeditaret: ubi & libros Moſeos legiſſe creditur. Ter in Siciliam nauigauit. primum Aetnæ flagrantis uiſendæ gratia, ut Apuleius ait. Reuerſus, apud Aeginam captus eſt à piratis, ac minis triginta uænundatus. Deinde a Nicete Cyrenæo redemptus fuit. Iterum rediit ſub iuniore Dionyſio ſpe liberãdi Siciliam. Sed paulo pôſt expulſo Dione, & ipſe ſuſpectus remigrauit. Tertio, quum maxime nollet, rogatus ab Archyta, ut Dionem tyranno reconciliaret, iter ingreſſus, ab eodẽ Dionyſio obuiam, procedente quadrigis exceptus eſt. Demum in ſuſpicionem ueniens, uix rogante & ſpondente pro eo Archyta, dimiſſus. Dialogum primus illuſtrauit, licet prius inuentum à Zenone Eleate, ut Ariſtoteles tradit: ut Fauorinus, ab Alexamene Teio. Deceſſit annos natus 81. morbo, uti fertur, pediculari. De hoc Quintilianus: Platonem, inquit, quis dubitat eſſe philoſophorum præcipuũ? ex quo multum eloquentiæ ſe traxiſſe Cicero fatetur, ſiue acumine diſſerendi, ſiue eloquẽdi facultate, diuina quadam & Homerica: multum enim ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem Græci uocant, ſurgit, ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico uideatur oraculo inſtructus. Vita fuit cœlebs, ac caſtus, ut ſcribit Auguſtinus: Vide plura de eo apud Plutarchum in uita eius.

PLATO, alter Athenienſis, poeta priſcæ comœdiæ, tempore Ariſtophanis & Eupolis, cuius fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnoſophiſtis. Tres item alios Diogenes Laertius commemorat: unum Rhodium philoſophũ diſcipulum Panætij, alium Peripateticum, ex Ariſtotelis ludo: Tertium Praxiphanis diſcipulum.

PLATYCEROTES, (πλατυκέρωτες) animalia latis armata cornibus. Pli. lib. 11. cap. 37. Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitoſque emiſit ex ijs: unde Platycerotas uocant.

PLATYOPHTHALMVS, (πλατυόφθαλμος) lapis ſpumæ candidæ, nitentiſque, non tamen tranſlucentis, quod Stimmi appellant, alij Stibium, alij alabaſtrum, alij larbaſon. Dictum Platyophthalmon, quod callibleparis admiſtum mulierum dilatet oculos. Vide Plin. lib. 33. cap. 6. Vulgus Antimonium uocat.

PLATYPHYLLON, (πλατύφυλλον) genus tithymali à latitudine foliorum dictum: de quo Pli. lib. 26. cap. 8.

PLAVDO, dis, ſi, ſum, {*Aplaudere, sbattere con le mani. Ario. Et sbattendo con le man dite ſegno che la comedia noſtra ui ſia piacciuta*} (κροτέω) pro re bene geſta congratulor, lætitiamque oſtendo, manibus pulſando, ſtrepitumque faciendo. Seneca: Vnam rem adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Cic. ad Att. li. 2. Inimici erant equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant. Idem pro Seſtio: His in theatris plaudebatur. Verg. 6. Aen. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Plaudere ſibi, eſt ſibi blandiri, & placere, ſua nimium amare. Plin. Epiſt. 91. Nec ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quam de te ſcribo. Plaudite, uerbum addi ſolitum in fine comœdiarum. Quint. lib. 6. cap. 2. Tunc eſt commouendũ theatrum, cùm uentum eſt, ad ipſum illud, quo ueteres comœdiæ tragœdiæque clauduntur, Plaudite. Horat. in Arte: ...Et uſque Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Plaudi, paſſiue. Cic. ad Att. Populum uero præclarum, quod propter malum inimicum, ne uictoria quidem plauditur. Id eſt, plauſu excipitur. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. Quaque ibis manibus circumplauderе tuorum. Plauditur, imperſonale. Oui. 2. Triſt. Cumque feſellit amans aliqua nouitate maritum. Plauditur, & magno palma fauor datur. Plaudens, tis, participium. Verg. 5. Aen. ...Et alis Plaudentem nigra figit ſub nube columbã. hoc eſt, ſonora percuſſione alas diuerberantem. Plauſus, a, um, aliud participium. Verg. 3. Georg. ...Et plauſæ ſonitum ceruicis amare. Ouid. 14. Meta. ...Numeroque ex agmine maior Subuolat, & remos plauſis circumuolat alis. Plauſor, oris, uerbale. Hora. 2. Epiſt. 2. Qui ſe credebat miros audire tragœdos, In uacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro. Idem in Arte: Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque Seſſuri. Huius compoſita ſunt Applaudo, (ἐπικροτέω) quod eſt, alicui plaudo. Supplaudo, de quo alibi.

PLAVSIBILIS, & hoc plauſibile. {*Fauorabile*} (κεχαρισμένος, κροτητὸς, δημοτικὸς) fauorabile, iucundum, populare, quod plauſu populi excipi poteſt, Cic. 3. Tuſc. Quoniam plauſibilia hæc non ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Idem 1. Verr. Id nunc poſcitur, id iam populare atque plauſibile factum eſt. Sic Oratio plauſibilis dicta eſt, quæ placet, & plauſum populi meretur. Quin. lib. 4. cap. 31. In aliquem lætum, atque plauſibilem locum, quã maximè poſſint, fauorabiliter excurrere.

PLAVSITO, as, frequentatiuum eſt à uerbo Plaud. Auctor Philomelæ, quiſquis is fuit, (Ouidij enim nõ eſſe ſatis conſtat) putauit eo uerbo palumbis ſonũ exprimi. Plauſit (inquit) arborea clamans de fronde palumbes.

PLAVSTRVM, ſtri, {*Carro. Pet. Notte il carro ſtellato in giro mena*} (ἅμαξα) currus, quòd ex omni parte ſit palam quod in eo uehitur, ut inquit Varro li. 4. de Ling. Lat. Plau. in Epid. Perij, plauſtrum perculi. Cicer. 1. de Diui. Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum. Ouid. 2. Met. Quamuis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant. Verg. 1. Geor. Tardaque Eleuſinæ matris uoluẽtia plauſtra. Plauſtrum item accipitur pro Septentrionalibus duobus ſyderibus, quas & urſas appellamus. Conſtat enim utrunque ex quatuor ſtellis in quadrãgulum diſpoſitis, quæ totidem rotarum ſpeciem referunt, & alijs tribus, quas qui Poeticam Aſtrologiam deſcripſerunt, tribus equis currum trahentibus aſſimilarunt. Ouid. 10. Met. Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes. Senec. Oedip. Quaſque deſpectat uertice ſummo Sydus Arcadium, geminumque plauſtrum. Plauſtrum item aliqui pro matronarum uehiculo accipiunt, quemadmodum, & carpentum. Liu. 5. ab Vrb. Honoremque matronis ob eam munificentiam habitũ, ut paluſtro ad ſacra, ludoſque carpentis feſto, profeſtoque traherentur. Sunt tamen, qui hoc in loco Pilento legant, non Plauſtro.

PLAVSVS, ſus, {*Plauſo, applauſo*} (κρότος) actus ipſe plaudendi. Cic. in Cat. Quibus quum à cuncto conſeſſu plauſus eſſe multiplex datus. Idem Ad Atti. li. 2. Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica. Ponitur aliquãdo pro ſonora percuſſione. Plin. de gallinaceis: Diem uenientem nuntiant cantu, ipſum uero cantum plauſu laterum. hoc eſt, alarum concuſſu.

PLAVTI, (πλατύποδες) qui ſunt planis pedibus, antea Ploti nominati. Feſtus Ploti appellãtus, qui nõ ſunt planis pedibus: unde Poeta Accius, qui Vmber Sarſinas erat, a pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in uenando, quo planius pedem ponerent, Semiplotia appellabant. Hæc ille.

PLAVTIVS, poeta comicus, cuius meminit poſt Varronem Gellius lib. 3. capit. 3.

PALVTVS, nomen eſt Poetæ Comici, Latinorum omnium feſtiuiſſimi, cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis ſucceſſiuis, quibus à uerſanda mola otium erat, in piſtrino fertur compoſuiſſe. De hoc extat honorificum illud Varronis elogium: Muſas, ſi Latine loqui uellent, non alio, quam Plautino ſermone uſuras. Huius epitaphion extat apud Gellium hæc in uerba.

Poſtquam more eſt captus Plautus,
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta:
Deinde riſus, ludus, iocuſque, & numeri,
Innumeri ſimul omnes collacrymauerunt.

Deceſſit P. Claudio, L. Porcio COSS. teſte Cicerone de Clar. Ora.

PLAXAVRA, uide Plexaura.

PLEBECVLA, {*Plebicella*} (τὸ πλῆθος) diminutiuum eſt à Plebs. Cicer. ad Attic. li. 1. Accedit ad illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno unice diligi putat. Ad eundem lib. 16. Videtur enim mihi & plebeculam urbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos uiros ſecũ habiturus. Perſius Saty. 4. Ergo ubi commota feruet plebecula bile. Hora. 2. Epiſt. 1. His namque plebecula gaudet.

PLEBEIVS, a, um, {*Plebeo. Pet. Non di gente plebea, ma di Patritia*} (δημοτικὸς) quod eſt ex plebe: ut, Plebeij Aediles. Liu. 6. ab Vrb. Criminando patres, alliciendo ad ſe plebeiam auram, non conſilio ferri &c. Aliquando idem quod uulgaris, tenuis pauper, ἐγκύκλιος, ὁ τυχών. Pli. libro. 13. capit. 4. Ex reliquo genere plebeiæ uidentur. Martial. libro. 13. Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.

PLEBICOLA, (δημεραστὴς) qui plebem colit, & plebi ſeruit. Cice. pro Seſtio Qui, credo, nõ libidinis cauſa, ſed ut plebicola uideretur, libertinam duxit uxorem. Liu. 3. ab Vrb. Adeoque nouum ſibi ingeniũ induerat, ut plebicola repente, atque omnis auræ popularis captator euaderet pro truci inſectatore plebis.

PLEBISCITVM, ti, (ψήφισμα, χειροτονία) plebis ſtatutum. Sciſcere enim ſtatuere eſt. Scita uero plebis appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit, plebeio magiſtratu rogante, ut pote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis, & omnes ordines continentur. In plebe neque equites ſunt, neque patritij. Liu. 3. ab Vrb. Omnium primũ cum ueluti in controuerſo iure eſſet, tenerentur'ne patres plebiſcitis, legem centuriatis comitiis tulere, ut quod tributim plebs iuſſiſſet, populum teneret, qua lege tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum eſt. Eſt igitur plebiſcitum quod à plebe nulla auctoritate patrum conſtitutum eſt, Luc. li. 1. Hinc leges & plebiſcita coactæ. De plebiſcito, uide Gel. lib. 5. cap. 27.

PLEBS, bis, uel Plebs bei, {*Plebe*} (τὸ πλῆθος, ὄχλος) idẽ quod uulgus: hoc eſt, uilior pars populi. Cic. pro Mil. Nec timet, cùm plebem muneribus placarit, uos uero conciliarit meritis in Remp. ſingularibus &c. Luca. li. 5. ...Neſcit plebes ieiuna timere. Horat. 1. Serm. Saty. 8. Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum. Gel. lib. 10. cap. 20. Plebem autem Capito in eadem definitione à populo diuiſit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omneſque eius ordines cõtineantur: Plebs uero, in qua gentes ciuium patritiæ non inſunt. Pli. lib. 16. ca. 10. Tanta plebei cõſternatione, ut primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit.

PLECTILIS, (πλεκτὸς) pen. co. quod plexum eſt. Pla. in Bac. Pro galea ſcaphium, pro inſignis ſit corolla plectilis.

PLECTO, ctis, xi, ctum, (ſecundum Priſcian.) uel potius xui, xũ, {*Punire per cuotere*} (κολάζω) ſignificat ſupplicio afficio, punio, ferio, ἀπὸ τοῦ πλήσσω. Plau. in Menæch. Plecte illos pugnis. Huius paſſiuum eſt Plector. Teren. in Phorm. Tu iam lites audies, ego plectar pẽdens, id eſt, feriar, ut inquit Donatus. Cic. de Amic. Sed cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligendis, & colendis. Idem 1. Offic. Cauendum eſt etiã, ne maior pœna, quam culpa, ſit: & ne iiſdem de cauſis alij plectãtur, alij ne appellentur quidem. Horat. 1. Epiſt. 2. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Hinc Plectrum, de quo paulo poſt. Item compoſita, Amplector. Complector, Circumplector. Item Implexus, a, um, participium, idem ſignificans quod implicatus. Et Perplexus, idem quod obſcurus, uel intricatus. Et aduerb. Perplexe. hoc eſt, obſcurè, implicatè. Terent. in Eunuc. Pergin ſceleſta mecum perplexè loqui? Dona. Ideo perplexe quia ſtatuerat uirtuum celare uirginem.

Hinc Perplexor, quod eſt perplexe loquor, ſeu in dubio pono. Pla. in Aulul. At ſcio, quo uos ſoleatis pacto Perplexarier. Pactum, non pactum eſt, non pactum, pactum eſt, quod uobis lubet. Inde Perplexibilis, & hoc perplexibile. Idem in Aſin. Neque ullum uerbum faciat perplexibile. id eſt, ambiguum, obſcurum.

PLECTRVM, tri, {*Plettro*} (πλῆκτρον) inſtrumentũ citharœdi, quo fides pulſantur. ἀπὸ τοῦ πλήττειν, quod eſt percutere. Cic. 2. de Natu. deor. Itaq; plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere chordarum, dentes. Mart. lib. 14. Feruidane trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. A noſtris dicitur quandoq; Pecten. Verg. 6. Aen. Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. Plectrum etiam quandoq; dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter ſe pugnarent. Sipont.

PLEIADES, teſte Seruio, ſeptem ſunt ſtellæ, ante genua Tauri, quæ ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendunt unde Græce Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod eſt nauigare. Latine Vergiliæ dicuntur, à uerni temporis ſignificatione, quo oriuntur. Nam Vere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus matutinus eſt. Higinus in Aſtronomia poet. Inter Tauri finitionem, & caudam Arietis ſtellæ ſunt, quas noſtri Vergilias, Græci πλειάδας, dixere. Fuerunt Atlantis filiæ ſeptem, ex Pleione Nympha, cum qua Iupiter concubuit. unde & Pleiades dictæ. Sunt qui putent Pleiades dictas quaſi πλείονας, hoc eſt, plures, q nunquam ſingulæ appareant, ſed omnes ſimul præter Meropen, quæ uix apparet. Pherecides tradit ſeptem ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naxo inſula, & quia Liberum patrem educauerunt, ab Ioue inter ſidera fuiſſe relatas. Harum nomina putantur Electra, Alcyone, Celæno, Maia, Aſterope, Taygete, Merope: quarum ſeptima uix cerni poteſt. cuius cauſam aſſerunt, q cum reliquæ ſorores dijs nupſiſſent, ſola Merope, mortali uiro Siſypho nupſerit: quã ob cauſam, ueluti pudibunda, latitat. Alij putant hanc eſſe Electram: & idcirco obſcuriorem uideri, q excidium Troianum ſpectare non potuerit: ſed oculis manum oppoſuerit. Ouid lib. 4. Faſt.

Pleiades incipient humores releuare paternos.
  Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu q in amplexus ſex hinc uenere deorum.
  Nam Aſteropen Marti concubuiſſe ferunt,
Neptuno Halcyonem, & te formoſa Celæno,
  Maiam, atq; Electram, Taygetemq; Ioui.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit:
  Pœnitet, & facti ſola pudore latet.
Siue q Electre Troiæ ſpectare ruinas
  Non tulit, ante oculos oppoſuitq; manum.

Fit autem quandoq; hæc dictio tetraſyllaba diuiſione diphtogi. Prop. Non hæc Pleiades faciunt: nec aquoſus Orion. Poetæ interdum abiecta uocali præpoſitiua ex ei, diphthongo, Pliades efferunt, pen. cor. Stat. lib. 1. Syl. Nec per & Aegeas Hyades Pliadumq; niuoſum Sydus, & Olenium dignum petiiſſe ſub aſtris.

PLEIONE, nes, per tres ſyllabas, media correpta, (πληιόνη) uel, Pleione, per quatuor ſyllabas (πληϊόνη) nympha, Oceani & Tethyos filia, & uxor Atlantis qui ex ea Pleiades ſuſcepit. Oui. 5. Faſt. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn, Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis. Hinc ſata: Pleione, cũ cœlifero Atlante iungitur, ut fama eſt, Pleiadasq; parit.

PLEMMYRIVM, (πλημμύριον) fluuius Siciliæ, qui per agrum Syracuſanum labitur: à πλημμυρῶ, quod eſt exundo. Verg. 3. Aen. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores Ortygiã. Vbi Seruius annotauit, Poetam Græci nominis originem Latino epitheto expreſſiſſe: Idem enim Græcis eſſe πλημμύριον quod Latinis Vadoſum. Stephanus Plemmyrium, φρούριον, hoc eſt, arcem Siciliæ eſſe tradit, non fluuium.

PLENILVNIVM, {*Plenilunio*} πανσέληνος) ẽ oppoſitio Solis, & Lunæ, cum ſcilicet Luna Solis ex diametro oppoſita, tota ab illo illuminatur. Plin. lib. 18. cap. 32. Cum ſole occidente Luna oritur ex aduerſo, ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium.

PLENITVDO, Vide Plenus.

PLENITAS, tatis, apud antiquos legitur pro ignobilitate. Cato pro Veturio, ut citat Nonius: Propter tenuitatem & plenitatem. Hemina in annalibus: Quicunque propter plenitatem agro publico eiecti ſunt. Apud Nonium tamen, à quo hæc deſumpta ſunt, Pleuitas legitur, non Plenitas Quo fit, ut nonnulli ſuſpicentur Plebitas legi debere, aut certe illud ex hoc ſinitimæ unius literæ commutatione factum eſſe. Quicquid id eſt, uocem conſtat eſſe exoletam, nulliq; eorum, qui hodie in manibus uerſantur, uſitatam.

PLENVS, a, um, {*Pieno*} (πλήρης, μεστὸς, ἔμπλεως) refertus, integer, perfectus, in quo nihil eſt uacui. Plau. in Stich. Propino tibi ſalutem plenis faucibus. Cic. 2. de Ora. Orator plenus & perfectus is eſt, qui de omnibus rebus uarie poteſt & copioſè dicere. Iungitur aliquando genitiuo. Plau. in Merc. Cum ſis tam ætatis plenus, anima fœtida. Plena feſtinationis epiſtola, Cice. ad Atti. lib. 5.

Aliquando ablatiuo Pli. Epiſt. 5. Et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus. Ponitur aliquando pro diuitiis onuſto. Cice. 4. Verr. Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, &c. Plena manu dare, eſt ampliter, copioſè, libenter, & minimè malignè dare. Pleno gradu ingredi dicuntur, qui magno ſtudio rem aliquã aggrediuntur: cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc eſt, leuiter rem aliquam attingere. Vide latius Eraſmum in Adagiis. Hinc Plenè, aduerb. id eſt, perfectè, cumulate, abundanter. Horat. 1. Epiſt. 11. Furnos & balnea laudat. Vt fortunatam, plene præſtantia uitam. Idem 2. Epiſt. 2. Multa fidem promiſſa leuant, ubi plenius æquo Laudat uenales, qui uult extrudere merces. Cic. 4. de Finib. Cum enim ſuperiores, à quibus pleniſſime Polemo, ſecundum naturam uiuere, ſummum bonum eſſe dixiſſet. Hinc Plenitudo, inis, (πλήρωμα) quæ eſt contraria uacuitati. Sumitur & pro corpulentia, ſiue craſſitudine, ἁδρότης. Plin. lib. 11. cap. 37. Homo creſcit in longitudinem ad annos uſq; ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem Col. li. 4. cap. 3 Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi craſſitudinem non excedant optime panguntur.

PLEONASMOS, (πλεονασμὸς) figura eſt, teſte Fabio, quæ fit quoties uerbis ſuperuacuis oneratur oratio. Nos redundantiam uertere poſſumus. Nam πλεονάζειν idem eſt, quod redundare.

PLERIQVE, & **PLERVNQVE**, quid ſignificent, uide ſupra Plærique, & Plærunq; quanq̃ rectius ſine diphthongo ſcribantur, quod & ibi monuimus.

PLETHORA, (πληθώρα) eſt quatuor humorum æqualis in corpore abundãtia qualis ſolet eſſe in athletis, in quibus uiſa nonnunquam tanta plenitudine ſunt diſtenta, ut de ruptione periclitentur. Hinc Plethorici (πληθωρικοὶ) dicuntur in quibus humores æqualiter abundant.

PLETHRON, (πλέθρον) quidam pro iugero accipiunt: in qua ſententia fuit Laurentius Valla, qui πλέθρον iugerum uertit ex Herodoto. Ex uerbis Herodoti apparet ſextam partem eſſe ſtadii. αἱ δὲ (inquit) ἑξακόσιοι ὄργυιαι δύνανται ἓν στάδιον ἑξάπλεθρον. Suidas autem πλέθρον menſuram eſſe ait centum pedũ quod cum Laurentii ſententia non ſatis conuenit, qui Plethrum idem putauit cum iugero. Iugerum enim, ex Quintiliano patet, in longitudinem continet pedes ducentos quadraginta, & in latitudinem centum uiginti.

PLEVRITIS, idis {*Mal di punta*} (πλευρῖτις) inflammatio eſt membranæ coſtas ſuccingentis: quam Græci πλευρὰν appellant, cum febri acuta, dolore pũgente, reſpirationis difficultate, & tuſſi. Plin. Lateris compunctionem uocat. Hinc Pleureticus, (πλευριτικός) qui hunc morbum patitur. Plin. lib. 20. cap. 17. Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

PLEVRON, (πλευρὼν Stepha.) Aetoliæ urbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. ca. 2. Stat lib. 4. Theb. Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleurõ.

PLEXAVRE, es, (πληξαύρη) Nympha, Oceani & Tethyos filia: ut placet Heſiodo in Theogonia.

PLICATILIS, le, {*Pieghevole*} (πλικτόν) quod plicatur, aut plicari poteſt: ut, Nauis plicatilis, quæ facta ex corio, complicata circumfertur ad traiiciendos amnes: Plin. lib. 5. cap. 9. ibi. Aethiopiæ conueniunt naues: nanq; eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas uentum eſt. Plicatilis criſta, Idem li. 10. cap. 29. Vpupa criſta uiſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigensq; per longitudinem capitis.

PLICO, as, plicaui, plicatum, & plicui, plicitum, {*Piegar*} (πτύσσω, πλέκω:) cuius quatuor compoſita, Applico, Complico, Explico, & Implico, duplex etiã præteritum, & duplex ſupinum habent. Reliqua ſingula tantum in aui, & atũ, terminat: ut Duplico, Triplico, Quadruplico, Multiplico, Replico, Supplico.

Significat autem plicare, nectere, & ueluti rugas facere. Tractum a Græco πλέκω, quod eſt necto. Verg. 5. Aene. Seq; in ſua membra plicãtem. Lucret. Ideo faſtigia poſſe Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari. Huius compoſita Applico, & complico, uide ſupra ſuis locis: Implico, (ἐμπλέκω, περιβάλλω) innecto, inuolo. Saluſt. lib. 4. Hiſt. Implicitæ rates miraſtero prohibebant. Lactan. li. 2. Nam quum bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo abſtinere prælio ſtatuiſſet. Aliquando implicare, eſt ornare. Pla. Implicat ad ſpeculum caput. Circumplico. Gell. lib. 17. cap. 9. Surculo compari, quem habebat, capto, ad finem, perinde ut debere fieri ſciebat, circumplicabat. Replico, diſſoluo. Plau. Replica tunicam, atq; extende. Et Replicare, (ἀναπτύσσειν) rurſus explicare, dicere: Plin. Quum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit. Duplico, eiusq; compoſitum Conduplico, item Multiplico, & Supplico, uide ſuis locis.

PLINIVS Secundus Veronenſis, temporib. Veſpaſiani uixit, cuius negotia adminiſtrabat: noctibusq; uerò & ſucciſiuis (ut ipſe inquit) temporibus, opus de Rerum natura conſcripſit, unus omnium parciſſimus tẽporis. Periit in montis Veſeui incendio, dum eius cauſam indagare cupit, Eius uitam diligentius narrat nepos eius ex ſorore Cæcilius Plinius, cuius extat li. Epiſt. & Panegyricus, Traiano Cæſari dictus, quo illi gratias agit Conſul ab eo factus. Quintiliani filiam dotaſſe, & Martialem poetam ſecedentem uiatico proſecutũ fuiſſe teſtatur ipſe in epiſtolis. Hæc Volaterranus lib. 18.

PLISTARCHIA, æ, (πλεισταρχία) ciuitas Cariæ alias Heraclea appellata. Gentile eſt Pliſtarchites, πλεισταρχίτης Steph.

PLISTHENES, (πλεισθένης) Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui cum iuuenis moreretur, Agamẽnona & Menelaum filios ſuos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit: filiorumq; loco educauit: & ob id Atreo habiti, Atridæ ſunt appellati. Vide ſupra in dictione Atrides.

PLISTOANAX, actis, (πλειστοάναξ) Pauſaniæ filius, & Lacedæmoniorũ Rex, cuius res geſtas uide apud Thucydidem.

PLISTOLOCHIA, æ, (πλειστολοχία) herba eſt, ex maluarum genere, quã & Hibiſcum & Molochen agrian, hoc eſt, maluam ſyluestrem appellant. Auctor Plin lib. 20. cap. 4.

PLISTOANICVS, (πλειστόνικος) medici nomen, apud Pliniũ ſæpius repetitum. Fuit & Appion quidam, cognominatus Pliſtonicus, non multo tempore Plinio ſuperior, ut idem ultimo uolumine teſtatur. Quandoq; Priſtonices ſcriptum legitur Olympionices.

PLOCAMOS ISIDIS, (πλόκαμος Ἴσιδος) frutex eſt in mari naſcens circa Troglodytarum inſulas, corallio ſimilis, ſine foliis, qui præciſus lapideſcit colore in nigrum commutato: ut ex Iubæ ſententia refert Pli. lib. 13. cap. 25. Latine uertere poſſumus Iſidis capillum.

PLODO, dis, ſi, ſum (κροτέω) ſignificat quatiendo, ſiue collidendo manus, pedesue, ſonum aliquem facio. Eius compoſita ſunt, Applodo, Complodo, Explodo, Diſplodo, & Supplodo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

PLORO, ras, {*Piangere, lagrimare*} (κλαίω, ὀλοφύρομαι) lacrymor, eiulo, fleo Quintil. lib. 6. cap. 2. Date puero panem, ne ploret. Cic. pro domo ſua, Senatum pro me non modò propugnare, ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare & ſupplicare mutata ueſte prohiberent Horat. de Arte. Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, & faciunt prope plura dolentibus ex animo, ſic Deriſor uero plus laudatore mouetur. Idem. 2. Epiſt. 1. Plorauere ſuis nõ reſpondere fauorem Speratum meritis. Cic. Att. lib. 15. Feſſus ſum plorando. Ploratus, a, um, participium, ſeu nomen ex participio. Stat. Quos Veneri plorata domus, neglectaq; tellus, &c. Ploratus rogus, Oui. 4. Faſt. Ploratus, us, ui, (κλαυθμὰς, κλαυθμυρισμός) fletus, lamentatio. Cic. 2. Tuſc. ex poeta quopiam uetuſto: Heu uirginalem, me ore ploratum edere. Idem ad Att. lib. 5. Ciuitatum gemitus, ploratus, &c. Liu. 5. ab urb. Clamor omnia uariis terrentium, & pauentium uocibus, miſto mulierum ac puerorum ploratu, complet. Plorator, oris, qui plorat. Mart. lib. 14. Si quis plorator collo tibi uernula pendet. Plorabundus uehementer plorans. Plau. Aul. Homo ad Prætorem plorabundus deuenit. Eius compoſita ſunt, Apploro, de quo ſuo loco Cõploro, ſimul ploro. Liu. lib. 1. ab urb. Tum demum palàm facto, & comploratione in regia orta. Seruius præſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi uoluntate patrum regnauit. Deploro, Exploro, & Imploro: uide ſuis locis.

PLOSTRVM, ſtri, {*Carro*} (ἅμαξα) idem quod Plauſtrum, nã au, in o ſæpe con-

pe conuertitur. Colu. lib. 6. cap. 2. Poſt eiuſdem experimenta uacuo plauſtro ſubiungendi. Huius diminutiuum eſt Ploſtellum, ἁμάξιον. Ploſtellum Pœnicũ quid ſit, declarat. Varr. his uerbis lib. 1. de Re ruſt. ca. 52. E ſpicis in areã excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit è tabula, lapidibus, aut ferro exaſperata, quæ impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut diſcutiat è ſpica grana, aut fit ex aſſibus dentatis cum orbiculis, quod uocant Ploſtellum Pœnicum.

PLOTÆ, {Strivali} (πλωταὶ) inſulę duæ ad occidẽtale latus Peloponneſi ſitę, non procul à Zacyntho, inter diem uerſus, poſtea Strophades dictæ, à conuerſione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas uſq; inſulas ſunt proſecuti. Meminit harum inſularum Plin. lib. 4. cap. 12.

PLOTINA, (πλωτίνα) Traiani Cæſaris cõiux ſanctitate, probitate, & omnibus, quæ in muliebrem ſexũ cadunt, uirtutibus celebrata. Hæc tonſo capillo uirum mentita, coniugem comitata in exilium euntem, imperterrita, & quædam quaſi uirago tolerans ærumnas acerbas.

PLOTINVS, pe pr. (πλωτῖνος) inſignis fuit Academicę ſectę philoſophus, Aegyptius natione, patria Lycopolites, diſcipulus Ammonii, præceptor Porphyrii: qui Galeni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Fuit corpore gracili tenuiq; ualetudine, morboq; ſacro obnoxius. Hæc Suidas.

PLOTIVS, Gallus, patria Lugdunenſis, Rhetor inſignis, Romæ tempore Ciceronis floruit: à quo & ſe, & Q. Fratrem Latinas literas fuiſſe edoctum, teſtatur Cicero de Oratore.

PLOTVS, M. Accii Sarſinatis cognomen fuit, Latinorum Comicorum facetiſſimi, à planitie pedũ illi impoſitum Ploti (inquit Feſtus) appellantur, qui ſunt planis pedibus: unde & Poeta Accius, qui Vmber Sarſinas erat, initio Plotus, poſtea dictus eſt Plautus. Hæc ille.

PLVMA, æ, {Piuma} (πτίλον) mollior, & minor penna. Plau. in Menæch. Pluma leuior. Mart. lib. 14. Laſſus Amyclæa poteris requieſcere pluma. Verg. 10. Aen. Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam. Cic. 2. de Nat. deo. Animantiũ uero quanta uarietas eſt? quarũ aliæ coriis tectę ſunt, aliæ uillis ueſtitę, alię ſpinis hirſutæ: pluma alias, alias ſquama uidemus obductas: alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Hinc plumeus, a, um, (πτίλινος) ut, Lectus plumeus. Plumea culcitra. Cice. 3. Tuſc. Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus cedrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis, &c. Ouid. 11. Metam. At medio totus eſt hebeno ſublimis in antro Plumeus, unicolor, pullo uellamine lectus, Quo cubat ipſe deus, &c. Implumis, & hoc me, (ἄπτερος, ἄπτιλος) quod eſt ſine pluma: ut, Auis implumis.

PLVMARIVS, a, um, {Di piuma} (πτιλώχινος, πτίχινος) quod ex pluma eſt. Vnde Plumariam culcitram dicimus, quæ pluma plena eſt. Et Plumarium dicitur opus acu factum, quod Græci à liciorum multiplici uarietate πολύμιτον appellant.

PLVMARIVS, rii, ſubſtantiuum (ὑφαντής) qui acu depingit aliquid in puluinaribus plagis. Cat. de Liberis educan. Etenim nulla, quæ nõ didicit pingere, poteſt bene indicare, quid ſit bene pictũ plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

PLVMATILIS, le, pen. cor. {Fatto di piuma} (πτίλινον) quod ex plumis factum eſt. Plaut. in Epid. Cumatile, aut Plumatile, aut cerinum. Nonius Clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

PLVMATVS, a, um, {Coperto di piuma} (πτερωτὸς) plumis tectus, pennatus. Cic. 2. de Nat. deo. Nitens plumato corpore cornus. Plin. lib. 8. cap. 30. Molli plumata lanugine.

PLVMBAGO, inis, communis uena plumbi, & argenti: Græce μολύβδαινα à Plin. etiam Galena dicitur. Vide ea quę annotauimus in dictionibus Molybdæna, & Galena, & quæ paulo poſt dicturi ſumus in dictione Plumbũ. Eſt etiam Plumbago, ſiue Molybdęna, herba in arui naſcens folio lapathi, craſſa radice, hiſpida: quæ commanducata ſi oculis ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus uitii, ex oculo tollitur. Auctor Plin. lib. 25. cap. 13.

PLVMBARIVS, a, um, (μολυβδικὸς) quod ad plumbũ pertinet: ut, Plumbaria officina. Plin. li. 34. ca. 18. Pſimmythium quoq;, hoc eſt, ceruſſam, Plumbariæ dant officinæ.

PLVMBARIVS rii, (μολυβδουργὸς) qui ex plumbo facit opera.

PLVMBATÆ, {Palle di piombo} (μολυβδῖναι) dicuntur pilæ plumbeæ, quas ueteres peregrino uocabulo Martiobarbulos uocabant. A quo & milites qui his utebantur, Martiobarbuli appellati ſunt Vegetius de Re militari li. 1. cap. 17. Plumbatarum quoq; exercitatio, quas Martiobarbulos uocant, eſt tradenda iunioribus.

PLVMBATVRA, æ, {Impiombatura} (μολύβδωσις) modo ferruminationem ſignificat, modo quacunque coniuncturam plumbo factam. Vulgus Gallicum Soulduram uocat. Caſſius apud Paulum in l in rem actio. ff. de Rei uendic. Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura non efficit.

PLVMBEVS, a, um, {Di piombo} (μολύβδινος) quod ex plũbo eſt, ut, Imago plumbea. Plaut. in Trin. Cui ſi capitis res ſiet, nummum non quam credam plumbeum. Numus plumbeus, ponitur pro minima pecunia, hyperbola prouerbiali, inquit Eraſmus. Plumbeo iugulare gladio, eſt futili, leuiq; argumento conuincere quempiam. Plumbeus homo à Plauto dicitur liuidus: à Terentio obtuſus, & ſtupidus, in Heau. In me quiduis harum rerum conuenit, Quę ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Plumbeum ingenium, hebes, & obtuſum, quod cogitando penetrare non poteſt. Plumbeum eſſe in re aliqua. Ci. 1. de Finib. In animi autem cogitatione dubitare nõ poſſumus niſi plane in phyſicis plumbei ſimus, quin nihil ſit animis admiſſum. Plumbeæ irę, ſunt grauiſſimæ, & quæ altiſſime inſident pectoribus. Plaut. Pœn. Verum ita ſunt omnes iſti noſtri diuites, Siquid benefacias, leuior pluma eſt, gratia: Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. Plumbeus color, color eſt plumbum referens qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant. Plin. lib. 11. cap. 52. Igitur uitæ breuis ſigna raros dentes, plumbeum colorem.

PLVMBO, as, {Impiombare} (μολυβδόω) ferrumino: uel plumbo conglutino Plin. lib. 34. cap. 17. Neq; argentum ex ſtanno, plumbatur, quoniam prius liqueſcit argentum. Hinc. Replumbo, quod eſt reſoluo. Iureconſultus. ff. d. Aure & Arg. lega. Emblata uaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat. Applumbo idem quod ſimplex plumbo. Vlp. l. ij. de ſepul. uiol. Idem quęrit ſi ſtatua neq; applumbata fuerit, neq; affixa, &c.

PLVMBVM, bi, {Piombo} (μόλυβδος, μόλιβδος) duplex eſt, album ſcilicet, & nigrum: album, Stannum dicitur. Nigri plumbi duplex origo eſt. Aut enim ſua ſponte naſcitur uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: Aut naſcitur cũ argẽto, miſtiſq; uenis cõflatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, albũ plũbum & ſtannũ uocatur: ſecundus argentum: quod remanſit, Galena dicitur & Latine Plumbago. Vide Plin. lib. 34. cap. 16. & 17. Eſt & Plumbum genus uitii in oculis, Plin. li. 25. ca. 13. Hæc commanducata, ſi oculus ſubinde liniatur plumbum quod eſt genus uitii, ex oculis tollitur. Plumboſus, a, um, (μολυβδοειδὴς) quod plurimum plumbi habet admiſtum. Pli. li. 34. ca. 18. Melior hæc quãto magis aurei coloris quantoq; minus plumboſa, friabilis, & modice grauis. Idem lib. 33. cap. 5. Fæx eius intelligitur plumboſiſſima.

PLVMESCO, is, ſcere, {Far le piume} (πτεροῦμαι) ab inuſitato Plumeo, plumes, pennatus fio. Plin. libro 10. capit 52. Pullus ab eodem tempore plumeſcit.

PLVMO, mas, {Mandar fuori le piume} (πτεροφυέω) plumam emitto. Gel. lib. 2. cap. 29. Auicula eſt parua, nomen eſt Caſſita, habitat, nidulaturq; in ſegetibus id ferme temporis, ubi appetit meſſis, pullis iamiam plumantibus. Plumare item eſt acu pingere, ὑφαίνειν. Flauius Vopiſcus. Laneas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

PLVMOSVS, a, um, {Piumoſo. coperto di piume} idẽ quod plumatus, hoc eſt, plumis tectus, Ouid. ad Liuiam: Sic plumoſa nouis plangentes pectora pennis Oeniden ſubitæ concinuiſtis aues. Proper. lib. 4. Eleg. 2. Caſſibus impoſitis uenor, ſed harundine ſumpta Faunus plumoſo ſum deus aucupio.

PLVMIPES, plumipedis. {Che da i piedi coperti di piuma} (πτερόπους) qui pedes habet pennatos. Catullus in Camerium, Epigram. 52. Nę Ladas ego, pennipesve Perſeus Nę Rheſi niueæ citæq; bigę; Adde huc plumipedas, uolatileſq; Ventorumq; ſimul require curſum, &c.

PLVMVLA, æ, {Piumicella} (πτερύγιον) diminut. parua pluma. Colum. lib. 8. cap. 5. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinante dureſcant, & naturalia præcludant.

PLVO, is, pluiui, uel pluiut, tũ, {Piouere} (βρέχω, ὕω) notę ſignificationis uerbũ eſt, cuius actio ſoli deo, uel naturę tribuitur: ideoq; ferè ſine nominatiuo ponitur. Verg. 10. Aeneid. Dum pluit in terris. Cicer. 2. de Natu. deor. Has Græci ſtellas Hyadas uocitare ſuerunt: à pluendo, ὕειν enim eſt pluere. Plin. li. 16. c. 26. Etiam ſi non pluat. Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei, quæ pluendo decidit. Vergil. 4. Georg. Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Tibullus: Multus & in terram deplueretq; lapis. Quandoq; etiã ablatiuum. Liui. li. 6. Bel. Maced. Tarracinæ, & Amiterni nuntiatũ eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. Quandoq; accuſatiuum. Liu. lib. 10. ab Vrb. Nam & terrã multifariam pluuiſſe & in exercitu Appii Claudii pleroſque fulminibus ictos nuntiatum eſt. Huius compoſita ſunt, Appluo ἐφύω Plin. libr. 6. cap. 16. Et alias ubicunque piſces in eadem aqua aſſidui, niſi appluat, exanimantur. Compluo. Varr. Deorſum, quo impluebat dictum Impluuium: ſurſum, quo compluebat, Compluuium. Depluo, (καταβρέχω) deorſum pluo. Impluo, (ἐμβρέχω) intus ſiue ſupra pluo Colum. lib. 2. Tremellius quidem aſſeuerat priuſquã impluerit, ab auibus aut formicis ſata edi, ubi æſtiuis ſerenitatibus ager aret. Perpluo, (διαβρέχω) per medium pluo, pluuiam tranſmitto. Quintil. li. 6. Cum cœnaculum eius perplueret. Plaut in Trin. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

PLVRIFARIVS, adiect. {Vario di molte ſorti} (πολύχοος) uarius, multiiugus. Sueton. in Claud. Cæſ. Gladiatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hic legunt Plurifariam, aduerbialiter.

PLVRIFARIAM, {A molti modi in molti luoghi} (πλειοναχῶς) aduerbium, ſignificat pluribus modis, ſiue pluribus locis. Sueton. de Tyberio: Cubicula plurifariam diſpoſita, tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum adornauit.

PLVRIMVS, a, um, pen. cor. {Aſſaiſſimo} (πλεῖστος) ſuperlatiuum à Multus. Plaut. in Aulu. Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis. Quandoq; pro lõgo ponitur. Ver. 1. Aen. Iamq; aſcendebant collem, qui plurimus urbi imminet. Vnde apud eundem. Nux plurima: id eſt, longa, qua ſignificatur amygdalum. Plurimum cum genitiuo: ut, Plurimum ætatis, plurimum iucunditatis. Cic. Nam q; in publicanorũ cauſis uel plurimum ætatis meæ uerſor, uehementer illum ordinem obſeruo, &c. Idem 1. de Finib. Itaq; ne iuſtitiam quidem recte: quis dixerit per ſeipſam optabilem: ſed quia iucunditatis uel plurimũ afferat. Plurimi, genitiuus uerbis ęſtimãdi iungitur. Ci. 3. de Finib. Sic bonũ hoc, de quo agimus, eſt illud quidẽ plurimi æſtimandum: ſed ea æſtimatio genere ualet non magnitudine. Plau. Bacc. Imo unice illum plurimi pendit. Hinc plurimum, aduerb. id eſt, permultum. Cic. de Amic. Plurimum ſibi cõfidit. Quandoq; ponitur pro, Vt plurimum, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terent. in Phorm. Domũ ire pergam, ibi plurimum eſt.

PLVS, is, {Piu} (πλέον, πλεῖον) generis neutri, in obliquis uero, & numero plurali trium generũ, ſecundum Priſcianum, comparatiuum eſt, ſignificatione iſtum, non uoce, ab eo quod eſt Multum: quamuis Gel. lib. 5. cap. ult. ex Capitonis auctoritate putauerit eſſe abſolutum hoc eſt, poſitiuum. Plus nominatiuo aliquãdo iungitur. Liu. de Bel. Maced. Plus quinquaginta hominum millia ceciderunt. Aliquando accuſatiuo. Terent. in Eunuch. Non plus triduum. Vitru. li. 7. Aſſeres directi diſponantur inter ſe, nec plus ſpatium habẽtes pedes binos. Aliquando ablatiuo. Plau. in Menæch. Plus triginta annis natus ſum, In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quam, quæ plerunq; etiã exprimitur. Iungitur aliquando & genitiuo, communi more omnium ſubſtantiuorum: ut, Plus ſapientiæ, apud Plautum in milite. Aliquando temporis aduerbium fit, idem ſignificans quod diutius: Terent. in Hecyra: Vt cũ matre una plus eſſet Plures pro multi, paſſim apud auctores legitur. Cic. 2. de Finibus: Plures dies manere non poteſt. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmẽta plura ſunt. In plurali numero, Plura dicimus, & Pluria. Donatus: Antiqui hoc Complure, & hæc Compluria, quod noſtri Complura dicunt. Ci. in Orat. Confirmanda genera compluria. Credo quia ueteres hic & hæc Pluris, & hoc

Plure, non hoc Plus dicebant. Hæc ille. Gellius uero refert Capitonem docuiſſe Pluria Latinum eſſe. Plura uero barbarum. Nunc autem de uſu & Pluria, & Plura dicimus. Vnde & Compluria, & Complura. Terent. in Phor. Multa ad uenient, ut ſit noua hic compluria. Sed differunt ab inuicem Plura, & Complura, quòd Plura de duobus dici poſſit, Complura nõ niſi de maiore numero. Eſt præterea illud comparatiuum, hoc minime, ideoq; non regit caſum. Complurimus non reperitur, ſed tantum Plurimus. Eſt etiam Plus aduerbium. Plus ſatis, (πλέον τοῦ ἱκανοῦ) dicimus, pro eo quod eſt abunde, & plus quàm ſatis. Teren. in Eunu. Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Plus minus, Plus minusve, Plusve minusve, in eãdẽ ſignificationẽ uſurpãtur, pro circiter. frequẽtius tamen inuenitus Plus minus: ut, Dies plus minus triginta. pro eo quod eſt, paulo plus, aut paulo minus: hoc eſt circiter. Dicimus etiam, Plus plusq;. pro eo quod eſt, in dies uehementius. Ci. Attic. li. 6. Quem mehercle plus plusq; in dies diligo. Hinc Perplures compoſitum, idem ſignificans quod permulti. Pli. lib. 13. cap. 24. Spondetq; iugero eius annuos perplures uel mediocri ſolo reditus. Vnde Perplurimum. aduerbium: ut, Perplurimum refert, apud eundem lib. 2. cap. 54. Item deriuatiua, Pluralis & hoc le, (πληθυντικὸς) & Pluratiuus, a, um, eiuſdem ſignificationis, ut apud Macrobium, Pluratiuus numerus.

PLVSCVLVS, a, um, {*Vn poco piu*} (παραπολὺς) diminut. à Plus, quãuis Plus maſculinũ, fœmininumve genus non habeat. idemq; ſignificat, quod paulo, uel aliquanto plus. Teren. in Phorm. Tum pluſcula ſupellectile opus eſt. Inde fit compoſitum Compluſculus. Idem in Hecy. Primum dies compluſculos. Pluſculum, li, ſubſtantiuum, neu. gen. Cice. 2. de Orat. Verum ut aliquando ad cauſas deducamus illum, quem conſtituimus, & eas quidem, in quibus pluſculum negotii eſt. Idem Luceio lib. 5. Pluſculum etiam, quàm concedit ueritas, amori noſtro largiare.

PLVTARCHVS, (Πλούταρχος) Cherronenſis philoſophus floruit ſub Traiano & Adriano Imperatoribus: (Nam Traiano libros Apophthegmatum dedicauit) uir eruditiſſimus, & multiiuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. A Traiano in Illyricũ miſſus eſt conſulari poteſtate, iuſſumq; omnibus Illyrici magiſtratibus, ut abſq; eo nihil agerent. Huius nepos fuit Sextus philoſophus. Meminit utriuſq; Euſebius in Chronicis. Plutarchus alter, Neſtorii filius, Athenienſis ſophiſta, præceptor Syriani: qui ſcholæ præſidebant. Athenienſi ſub Iuliano principe. Auctor utriuſq; Suidas.

PLVTEVS, plutei, maſ. gen. machina ad expugnandos muros ad ſimilitudinem caſſidis. Contexitur e uimine, & coriis protegitur, ternisq; rotulis: quarũ una in medio duæ in capitibus apponuntur. In quamcunq; partem uolueris admouetur. Hos obſidentes muris admouebant, applicabantq; ſub iisq; latitantes ſagittis, aut aliis miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbabãt, ut interim ſcalis aſcendendi præſtaretur occaſio, ut inquit Vegetius Cæſar. ſemperq; hoſtibus ſpes uictoriæ redintegrabatur, eo magis quòd dcultos pluteos turriũ uidebat, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. Plau. in Mil. Ad eũ uineas. pluteosq; agam, hoc eſt, totis uiribus eum oppugnabo. Poſtea uero etiã tabulæ, quibus aliquid præſcribitur, eodem nomine dictæ ſunt, (παραβλήματα.) Liuius: Cratibus, pluteisq;, & linteis contectus. Suet. in Caligul. accipere uidetur pluteum pro fulcro tori diſcubitorii: quum inquit: Quoſdã ſumma honoribus functos cœnare modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Mart. lib. 3. Excluduntq; ſenem, ſponde qui parte cubabat. Nãq; puer pluteo uindice tutus erat. Librorum quoq;, & tabularum, ſignorũq; repoſitoria Plutei appellantur. Iuue. Sat. 2. Et iubet archetypos pluteã ſeruare Cleanthas. Hinc Plutealis, & hoc le. Vnde a Cicerone ad Att. lib. 1. Sigilla plutealia imagunculæ pluteis, id eſt, tabulis incluſæ dicũtur. Præterea (inquit) typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & plutealia ſigilla duo. Tabula inſuper. qua utuntur ii, qui aliquid meditantur, conſcribuntve, Pluteus dicitur. Perſius Sat. 1. Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. Vbi interpres: Qui moram ſtylo, iudiciumq; adhibent, in ipſo limę labore, irati interdum, aut ſolicite cogitabundi, uel pluteum cędunt, uel ungues arrodunt, uel caput ſcabũt. Pluteũ etiam dicebant ſpatium id, quod inferiores columnas à ſuperioribus per longitudinem in fronte diſcernebat.

PLVTO, (Πλούτων, ἀΐδωνεύς) Saturni filius ex ope coniuge, & frater Iouis, atq; Neptuni: qui quum ad regni diuiſionem ueniſſent, Plutoni, qui natu minimus erat, & Ageſilaus uocabatur, pars Occidentis obtigit, ſecus inferum mare Ioui plaga Orientalis Neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ, Ioui imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigiſſe. Dictus Pluton: ἀπὸ τοῦ πλούτου, hoc eſt, à diuitiis, eo quòd opes omnes ab inferis, hoc eſt, ex intimis terræ uiſceribus eruantur. Eandem etiam ob cauſam Latini Ditem appellarũt. Ci. 2. de Nat. deo. Terrena autẽ uis omnis atq; natura Diti patri dedicata eſt, qui diues ut apud Græcos Πλούτων, quia recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Hactenus Cicer. Idem & Summanus dicitur, quaſi ſummus deorũ Manium. Item Orcus, quaſi Vrgus, ab urgendo, quòd omnes in interitum urgeat. Dicitur & aliis multis nominibus, quæ uide apud Cęlium Antiq. lect. li. 10. ca. 18.

Huius uxorem Proſerpinam eſſe uoluat. Cereris filiam: cuius raptum tribus libris exequitur Claudianus. Hinc Plutonius, a, um. Horat. lib. 1. Carm. Et domus exilis Plutonia, quo ſimul me. ris, &c.

PLVTVS, (Πλοῦτος) Græcis fingitur eſſe diuitiarum deus: quem in aduentu claudum eſſe uolunt, in receſſu alatum, hoc nimirum innuentes, quòd ſerius quidẽ opes contrahantur, partæ autem, niſi frugaliter diſpenſes: uelociſſime dilabãtur. Eundem & cæcum faciunt, & iudicii expertem, propterea quòd indigniſſimum quenq; opibus affluere uideamus: probos autem & condignos in re tenuiſſima uerſari. Huius domicilium conſtituit Poſidonius in ſubterraneis Hiſpaniæ locis, eo quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Eſt item huius nominis Comœdia apud Ariſtophanem.

PLVVIA, uiæ. {*Pioggia*} (ὑετὸς) à pluendo, eſt aqua cœleſtis ex cœlo decidẽs. Verg. 1. Georg. Ruit arduus æther. Et pluuia ingenti ſata læta, boumq; labores diluit. Idem 2. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia ſolis, &c. Ci. ad Att. li. 15. Equidem etiam pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra uera ſunt. ranæ enim. ῥητορεύσειν.

PLVVIALIS, Pluuiatilis, & Pluuius, a, um, (ὄμβριος) adiectiua eiuſdem ſignificationis: unde aqua pluuia, uel pluuialis, dicitur quę de cœlo decidit. Feſtus Compluuium, quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Verg. 3. Georg. Et dũ Vere madent udo terræ, ac pluuialibus Auſtris. Colu. li. 2, ca. 15. Pluuiales quoq; & feriarum computantur, quibus non aratur, dies quinq; & quadraginta. Hœdi pluuiales, ſtellæ duæ ſunt, quas Auriga (quod ſignum cœleſte eſt ſuper cornua Tauri) in manu tenet.

PLVVIOSVS, oſa, um, {*Piouoſo*} (ὑετώδης) ut, Annus pluuioſus, in quo ſiũt frequentes pluuiæ. Plin. lib. 18. cap. 23. Nubilo occaſu pluuioſum hiemem denuntiat.

PLVVIVS, a, um, (ὄμβριος) ut, Aqua pluuia, quæ & Pluuialis dicitur. Plinius: Teriturq; in mortariis admiſta aqua pluuia. Horat. li. 1. Carm. Ventos pluuios uocat. hoc eſt, pluuiam inducentes. ὀμβροφόρους. Col. in Præfat. li. 1. Ver pluuiũ ſominat, in quo ſępe fit pluuia. Auſter pluuius: pluuiam inferens, Ouid. 1. Metam. Cœlum pluuium, Var. 1. de Re ruſt. ca. 13. Frigus pluuium. Verg. 3. Georg. Vnde nigerrimus Auſter Naſcitur & pluuio contriſtat frigore cœlum. Hyades pluuiæ, Verg. 2. Aen.

PLYNEÆ, (Πλυνεῖαι) Nili inſula, cuius incolæ Plyneæi dicuntur. & Plyneatæ. Steph.

PLYNTERIA, orum, (πλυντήρια) dies feſti erant apud Athenienſes Cereri ſacri, qui inter nefaſtos numerabantur. Vide Cæl. Rodig. lib. 14. cap. 6.

P ANTE N.

PNEVMATICVS, a, um, {*Spiritale*} (πνευματικὸς) ſpiritalis: ἀπὸ τοῦ πνεύματος, quod ſpiritũ ſignificat. Vnde Pneumatica organa, dicuntur ſpiritalia, hoc eſt, quæ ui flatus, uel ſpiritus aquam ex puteo, uel flumine hauriunt, ad irrigandos hortos, Plin. lib. 19. cap. 4. Hortos uillæ iungendos, non eſt dubium: riguosq; maxime habendos, ſi contingat, profluo amne: ſin minus è puteo pertica, pneumaticisve organis, uel tollenonum hauſtu rigandos. Pneumatica ratio, pars eſt muſicæ, quæ fit inflatis uento fiſtulis. Plin. li. 7. ca. 37. Cteſibius laudatus, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

PNEVMANIA, (πνευμονία) quæ & Peripneumonia: inflammatio pulmonis cum febri acuta & difficultate ſpirandi. Græci enim πνεύμονα uocãt, quẽ nos pulmonem.

PNEVMONICI, (πνευμονικοὶ) qui laborant ex pulmone: qui Latine dici poſſunt Pulmonarii, ſicut à Colum. Ouis pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

P ANTE O.

POCILLATOR, oris, {*Coppiere*} (οἰνοχόος) pincerna, qui eſt à poculis: hoc eſt cuius officium eſt, ut in conuiuio uinum miſceat. quem etiam A poculis, & A cyathis appellamus, qui is apud ſuperos dicitur eſſe Ganymedes, quem ab Aquila raptum Ioui pocula miniſtrare fabulantur.

POCILLVM, li, {*Coppa picciola*} (ἐκπωμάτιον) diminutiuum paruum poculum, Plin. lib. 4. cap. 13. Lucius Papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturus, uotũ fecit. ſi uiciſſet, Ioui pocillum uini. Plau. in Aſin. Tecũ una poſtea tecum aquæ pocilla potitet. Cato cap. 156. Per linteum exugito ſuccum, quaſi heminam, in pocillũ fictile. Liu. 10. ab Vrb. Vouerat Ioui uictorio, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi, prius quàm temetum biberet.

POCVLENTVS, a, um, adiect. {*Che ſi puo beuere*} (πότιμος) quicquid potari poteſt. Gell. lib. 4. ca. 1. Penus eſt, inquit, quod eſculentum, aut poculentum eſt. Ci. 2. de Nat. deo. Habitat in ea parte oris, quã eſculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hiſce in locis Potulentum, & Potulẽtis, legere malunt ut ſit à Potu, potulentus ſicut ab eſca Eſculentus.

POCVLVM, li, {*Coppa*} (ἔκπωμα, ποτήριον) proprie uas, quo bibitur: à potione dictum. Cic. Ver. 6. In his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta, Verg. 11. Aeneid. Expectare dapes, & plenæ pocula menſæ. Sumitur tamen quandoq; pro ipſo potu, ſiue potione. Verg. 2. Georg. Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ. Poſcere maioribus poculis, eſt copioſius, & liberius potationi indulgere, & conuiuas ad potandũ inuitare. Cic. 3. Ver. Diſcumbitur: fit ſermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberetur: hoſpes hortatur: poſcũt maioribus poculis: celebratur omnium ſermone, lætitiaq; conuiuium.

PODAGER, a, um, (ποδαγρὸς) idem quod podagricus. Claudianus Epigrã. 30. Atq; nihil prorſus ſtare putat podager.

PODAGRICVS, & Podagroſus, {*Che ha le gotte*} (ποδαγρικὸς) qui podagra laborat. Plaut. in Merc. Sed tandem, ſi podagroſis pedibus eſſet Euthycus. Plin. lib. 20 cap. 8. Omnes hæ & podagricis utiles, & ſanguinem reiicientibus.

PODAGRA, æ, pe. cor. {*Podagra. gotta. &c. Non almeno di gotte gli infermaſo*} (ποδάγρα) morbus eſt articularis, pedes præcipue infeſtans, aliis cum ardore, aliis cum algore, quo diuites & otioſi præcipue infeſtantur. Dicta Podagra, quòd pedicæ more quam Græci ποδάγραν appellant, pedum uſum impediat.

Hoc uitium, ſi manus infeſtet, Chiragra dicitur. Mart. lib. 1. Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat. Et nil patrono porrigit: hæc chiragra eſt. Ouid. 2. de Pon. Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Podagra morbus peregrinus eſt. Nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, Latinum nomẽ inueniſſet. Nõ. n. Roma, quum ſudando, & laborando uiuebat, hoc malum cognouit. Sunt autẽ podagræ duo genera, Calida, quæ & Rubens dicitur, & Frigida. Plin. lib. 26. cap. 10 Podagras refrigerat radix è xiphio, ſemen è pſyllio, cicuta cum Lithargyrio, aut axungia: aizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc eſt, calidę. Vtrilibet uero conuenit erigeron cum axungia.

PODALIRIVS, (Ποδαλείριος) propriũ nomen Aeſculapii filii, & fratris Machaonis, qui ob inſignem medicinæ artis peritiam una cũ fratre ad bellum Troianum euocatus fuit. Dictus Podalirius à pedum magnitudine. Ouid. lib. 2. de Arte amandi. Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Automedon curru, tantus amator ego. Eſt etiam Itali cuiuſdam nomen, apud Vergil lib. 12.

PODERIS, pe. pr. (ποδήρης) talaris tunica, hoc eſt, ueſtis ad talos uſq; demiſſa, quæ adhæret corpori, & ita arcta eſt & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in ueſte ſit ruga, & uſq; ad crura deſcendit. Solent milites habere lineas, quas camiſias uocant, ſic aptas membris & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint, uel ad curſum, uel ad prælia, dirigendo iacula, tenendo clypeum, enſem uibrando, & quocunq; neceſſitas traxerit, expedite ſequentes.

PODEX, cis, (ὄρχις, πρωκτὸς) poſterior pars corporis pudenda, quòd ex ea pedes fluere uideantur. Iuuenal. Satyr. 2. Et podice læui Cæduntur tumidæ medico

dico ridente mariſcæ. Horatius: Hicq́; turpis inter aridas nates Podex, uelut crudæ bouis.

POdIVM, dij, {Poggio poggiolo} (πόδιον) locus eſt ad ſpectandum habilis: a pede nomen habēs, ſiue quia pedis modo proiectura illa, quę podium facit, procedat. ſiue q ad pedes ædificiorū ſtrui conſueuiſſet: ſiue q in eo pedibus hęreamus. Alio nomine dicitur Menianum. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore ſuppoſitis. Iuue. Sat. 2. Omnibus ad podium ſpectantibus. Sueto. de Nerone: cap. 12. Cæterum accubans primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare cōſueuerat. Huius diminutiuum eſt Podiolum.

POECILASIVM, (ποικιλάσιον) oppidum Cretæ, in latere Auſtrali, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 17. Vulgo, Peulale.

POECILE, huius pœciles, pe. c. (ποικίλη) fuit porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur: ita dicta, à uarietate picturæ. Græci enim ποικίλον, uariū dicunt, ποικιλίαν uarietatem. Vnde & lapis Syenites uocatus eſt Pyrropœcilos à uarietate rubentium macularum. In hac autem porticu Zenō philoſophus diſcipulos docebat Vnde & Stoica ſecta nomē accepit, & Philoſophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonii a Zenone ſectæ eius principe dicebantur. Nam στοὰ Græcis porticus eſt. Plin. lib. 35. cap. 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile uocatur, gratuito. Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur quoniam ſepties eadem uox in ea reddebatur.

POOALESA, æ, pe. pro. (ποδάλεια) urbs Lyciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

POOARGE, es, (ποδάργη) equę uelociſſimæ nomen, ex qua Zephyrus Xantum & Balium Achillis equos progenuit, ut fabulatur Homerus 16. Iliad. Dicta Podarge à pedum uelocitate.

POOARGI (ποδαργοί) populi Thraciæ, teſte Stephano.

POEAN, antis, (ποίας) pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantiades à poetis appellatur. Ouid. lib. 5. Triſt. Pene decem totis aluit Pœantius annis Poſt ſæuum tumido uirus ab angue datum.

POEESSA, {Rodi} (ποιήεσσα) inſula in mari Carpathio, potiore nomine Rhodus dicta. Auctor Plin. lib. 5. cap. 31.

POEMA, atis, {Poema, poeſia} (ποίημα) & Poematum, ti, & Poeſis, huius poeſis, (ποίησις) poetarum opus. hoc eſt, figmentum, ſiue fictio. Pla. in Aſin. Nam nec fictum unquam, nec pictum in poematis. Plin. lib. 7. cap. 36. De poematum origine magna quæſtio eſt. Cic. 4. Tuſcul. Anacreontis tota poeſis amatoria eſt Nonius ita diſtinguit iter Poema, & Poeſin, q illud ſit inuētio parua, quę paucis uerbis exprimitur: Hæc uero contextus ipſi ſcriptorum, & opus totum. Sic tota Ilias, Poeſis appellabitur: armorum autem Achillis deſcriptio, Poema. Verum hæc differentia nullo modo obſeruatur.

POEMEN, (ποιμὴν) mons Ponticę regionis, à quo Parthenius profluit per mediam Amaſtrem. Auctor Stephanus.

POEMENIS, pen. cor. (ποίμενις) canis fœmina eſt, ea canum eorum numero, qui Actæonem lacerarunt. ita dicta q in ſeruandis gregibus, paſtoris quodam modo officio fungeretur. Nā Græcis ποιμὴν paſtorem ſignificat: a quo fœmininum Pœmenis deduxit. Ouid. 3. Metam. pecudesq́; ſecuta Pœmenis, Et natis comitata Harpya duobus.

POENA, æ. {Pena, ſupplicio} (τίμημα. τιμωρία) ſupplicium, quo quis ob delictum afficitur. à Græco ποινή quamuis Varro a pendēdo deriuari putet. Habet autem hoc nomē uarios in oratione uſus. Dicimus enim, Petere pœnas pro exigere. Reddere pœnas, pro puniri: ſimiliter, Luere pœnas: Afficere pœna: Conſtituere pœnam aliſcui, aut in aliquem Committere pœnā: Cogere in pœnam: Cōfugere in pœnam ad eſt, Vi pœnam ab aliquo exigere: Dare pœnas. Dependere pœnas. Exigere pœnam. Expetere pœnam: Effugere pœnam. Expendere pœnas alicui. Ferre pœnam. Habere pœnas: Perſoluere pœnas ſceleris. Perferre pœnā: Perſequi pœnas alicuius, pro ulciſci: Pendere pœnas, puniri, ſupplicio affici, mulctam ſoluere. Repetere pœnas ab aliquo: Suſtinere pœnam: Sufferre pœnā: Sumere pœnas: Subire pœnam: Suſcipere pœnam. Exempla ueteres ſcriptores legenti paſſim erunt obuia. Pœnarum uero octo genera Cicero commemorat. damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutē, mortē. Hinc Punio, quaſi pœnio, pœna afficio.

POENALIS, & hoc le, {Penale} (ἐπιτίμιος) quod ad pœnam pertinet: ut Pœnalis opera, Plin. lib. 18. cap. 11. Alica fit è Zea, quam ſemen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duritia cōteritur. Nobilius (ut notum eſt) pilo uinctorum pœnali opera.

POENARIVS, aliud adiectiuum, idem ſignificans, quod pęnalis, ut Pœnaria actio. Quint. lib. 4. ca. 3. Si legem aſperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Idem lib. 7. cap. 5. Sed etiam in formulis, cum pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, An commiſſa ſit pœna, an exigi debeat.

POENICVS, a, um, {Africano} (λιβυκὸς) antiqui dicebant, quod nos Punicus oe diphthōgo in u, trāſmutata. Vnde Pœnica pauimēta uocabāt, quæ nos Punica appellamus, ex lapide Numidico ſtrata. Simili etiam modo Pœnio dicebant, quod poſteritas Punio, extulit.

POENITENTIA & **POENITVDO**, {Penitentia} (μετάνοια, μεταμέλεια) ab impersonali Pœnitet: ſignificās dolorē ob factum aliquod noſtrū, occaſionisq́; prætermiſſionem. Plin. Epiſt. 130 Supereſt, ut rurſus prouinciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat. agatq́; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. Plin. lib. 17. cap. 12. Nihil eſt fœdius agricolis, q̄ geſtę rei pœnitudo. Ponitur aliquādo pro contemptu & aſpernatione. Pli. lib. 5. cap 17 Gens æterna, in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitentia eſt Budæus.

POENITET, tebat, tuit, uerbum impersonale, quaſi pœna tenet, inquit Sipontinus. Eſt. n. Pœnitere, {Pentirſi} (μεταγινώσκειν, μεταμέλειν, μετανοεῖν) ob factum aliquod, proprium, aut prætermiſſionem animo angi. Cic. pro Cæl. Nam quod obiectum eſt de impudicitia, quodq́; omnium accuſatorum non criminibus, ſed uocibus maledictisq́; celebratum eſt, id nunquam tā acerbe feret Marcus Cælius, ut eum pœniteat non deformem eſſe natum. Quoniam uero in his etiā quæ nobis aut tædio, aut pudori ſunt, pœna quædam eſſe uidetur: fit ut pęnitet aliquando pro tædet, pudet, ſeu dolet, accipiatur. Liu. li. 1. ab Vrb. cōdita. Nec me eorum ſententiæ eſſe pęnitet. Cic. in Catone: Num igitur ſi ad centeſimum uixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? Accipitur interdum Pœnitet, pro eo quod eſt, parum, uel exiguū uidetur. Teren. in Eunu. An pœnitebat flagitij, te auctore quod feciſſet Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiā patri indicares? Idem in Heaut. Me quantum hic operis fiat, pœnitet. id eſt, parum uidetur, & exiguum quod à ſeruis fit. Cice. lib 1. Offi. Tandiu autem uelle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. Pœnitet me hominis. id eſt nō magni facio hominem. Cic. 4. Acad. Quid, cū Mneſarchi pœnitebat? quid Dardani, qui erant tum principes Stoicorum? Hinc fiunt participia Pœnitens Pœniturus & Pœnitendus. Accius: neq; te, neq; quenquam arbitror pœnitui ſ tuæ laudis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Eo uſq; proceſſum eſt, ut, Non pœniturum, pro non acturum pœnitentiam, & Viſuros, ad uidendū miſſos, Salluſt. diceret. Colu. lib. 2. cap. 2. Itaq; hic, ager ſiue exerceatur, ſiue ceſſet, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus. Pœnitēdus enim idem eſt. quod parum æſtimandus, pudendus, contemnendus. Liu. 1. ab Vrbe condita: Sub haud pœnitendo magiſtro. Pœnitens uero interdum iungitur genitiuo. Sueto in Vitellio. Non multo poſt Pœnitens facti. Interdum ablatiuo cum prępoſitione De. Idem in Claud. Pœnitentes de matrimonio Agrippinæ. Pœnitendum gerundium legitur: ut, Non eſt eius pręceptoris pœnitendum. Salluſt. in Iugurth. Num eorum pœnitendum ſit.

POENVLVS, diminutiuū eſt à Pœnus: unde Plautina fabula nomē ſumpſit, in qua pęnius Hanno Punice loquens introducitur.

POENVS, (λίβυς) Chartaginenſis, à nomine Phœnix detracta aſpiratione. Sumpſerunt enim Carthaginiēſes originem à Tyriis Phœnices populi qui duce Eliſa, quę & Dido dicitur, Pygmalionis ſæuitiam fugientes, in Africam appulerunt. Seruius in illud Vergilij 1. Aen. Ponuntq́; ferocia Pœni Corda uolente deo. Pœni, inquit, ἀντίστοιχον eſt, quaſi Phœni quia à Phœnicibus orti. Hinc, deducitur Punicus, Punica, Punicum, commutata oe, diphthongo in u. Vide ſuo loco.

POEPHAGVS, (ποηφάγος) animal eſt Indiæ peculiare, duplo maius equo, caudam habens pulcherrimam, cuius ſetæ humani capilli ſubtilitatem uincunt: quo nomine à mulieribus maxime expetuntur, quæ iis capillos ſuos implicant Auctor Aelianus.

POETA, æ, {Poeta} (ποιητὴς) carminum inſignium ſcriptor ἀπὸ τοῦ ποιεῖν quod inter cætera ſignificat ἐμμέτρως γράφειν, hoc eſt, metrice aliquid conſcribere. Horat. in Arte: Pictoribus atq; Poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas Vergilius 9. Eclog. Et me fecere Poetam Pierides. Cicero 2. de Orat. Bonus poeta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Horatius primo Sermo. Satyr. 4. Disiecti membra poetæ.

POETICE, tices, {Poetica} (ποιητική) aut Poetica, cæ, ars, ipſa conſcribendorum uerſuum. Ci. 1. Tuſc. Serius Poeticam nos accepimus: Ibidem: O pręclaram emendatricem uitæ poeticam.

POETICVS, a, um, {Poetico} (ποιητικὸς) quod ad poetā pertinet: ut Ars poetica, Verba poetica. Cic. 3. de Orat. Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod uerbum dignitatem. Quintil. li. 1. At in eadem uitij geminatione Mettier, Sufficier, dicens Ennius poetico iure defenditur. Licentia poetica, Quintil. lib. 1. cap. 4. Poetici dij. Cic. 3. de Nat. deo. Mella poetica manare, Horat. 1. Epiſt. 20. Hinc. Poetice, (ποιητικῶς) aduerb. quod eſt, more poetarum Cic. 5. de Fin. bon. & mal. Et poetice loquar.

POETIFICVS, adiectiuum, quo uſus eſt Ennius, qui Caballinum fontē poetificum nominauit.

POETOR, taris, {Poetare} (ποιητίζω) in poetica me exerceo, ſiue poetam ago. Ennius. Nunquam poetor, niſi podager.

POETRIA, æ, {Poeteſſa} (ποιήτρια) & Poetis, idis, more patronymici fœminim, mulier poetices perita. ut Sappho, & Corinna. Perſius in Præf. Poetrias picas Cantare credas Pegaſeium melos. Cicero pro Cælio: Verum hæc tota fabella ueteris & plurimarum fabularum poetriæ, q̄ eſt ſine argumento, quàm nullū inuenire exitum poteſt.

POGONIA, æ, (πωγωνίας) genus cometæ, barbatæ ſtellæ ſimilitudinem referens, unde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ πώγωνος, hoc eſt, e barba. Plin. lib. 2. cap. 25. Pogonias uocant, quibus interiore parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.

POL, iurantis aduerbium, id eſt, per Pollucem, (νὴ πολυδεύκη) quod iuramenti genus tam uiris, quàm mulieribus erat commune. Plau. in Amph. Neq; pol dedi neq; dixi.

POLA, {Pola} (πόλα Ptolemæo) Iſtriæ urbs à Colchis condita, poſtea à Iulio Cæſare, qui eo coloniam deducendam curauit. Iulia Pietas appellata, Auctor Plin. lib. 3. cap. 19.

POLEA, Syrorum lingua fimus eſt, pulli aſinini, quam mater in partu ante fætū effundit. Plin. lib. 28. cap. 13.

POLEMON, pen. cor. (πολέμων) philoſophus Athenieſis, Philoſtrati filius: qui quum in iuuentute petulans eſſet, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholam ingreſſus fuiſſet, eius oratione, quæ tunc de pudicitia erat, adeo mores immutauit, tantumq́; in philoſophia profecit, ut Xenocrati in ſchola ſuccederet. Auctor Gellius. Diogenes eum multa ſcripſiſſe teſtatur. Suidas nihil ſcriptum reliquiſſe aſſerit.

POLEMON, cognomento Helladicus, patria Ilienſis, hiſtoricus nobiliſſimus, æqualis Ariſtophanis Grammatici. Panætij diſcipulus, ſcripſit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ, geographiam, & de curſu Solis libros tres. Suidas.

POLEMON, alius è Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ uixit ac profeſſus eſt, æqualis Herodis Attici, ſub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum miſſus, ab eoq; honorifice exceptus, & Muſæo Aegyptio adſcriptus eſt.

POLEMONIVM, (πολεμώνιον) ciuitas eſt Themiſcyrę, (quæ Pontica regio eſt) Sideno fluuio irrigata. Auctor Plin. lib. 6. cap. 4.

POLEMONIA, (πολεμώνιον Dioſcoridi) herba, quæ alio nomine Philetæria appellatur: de qua Plin. lib. 25. cap. 6.

POLENTA, æ, {Polenta} (ἄλφιτον) hordeum madefactū, deinde ſiccatū & toſtū. Præparabatur autem hoc modo: Perfuſum aqua hordeū ſiccant nocte una. poſtero die frigunt: deinde molis frangunt, ſeruantq; in multos dies Eſt autem Polenta tantū fœmin. gen. quamuis Calepinus Neotericos Grammaticos,

ſequutus, putauerit etiã in neutro genere inueniri. Cato de Re ruſt. ca. 118. Tã ad percolato, Polentam adiicito. Var de Re ruſt. li. 3. c. 9. Polentã miſtam cum naſturtij ſemine Plau. in Aſin. Vbi ſient nequam homines, qui polentam pranſitant. Duo omnino à Grammaticis adducuntur teſtimonia ea Ouidiana Metamorphoſi, quibus probare conantur Polenta etiã in neutro genere inueniri: in quorũ utroq; Polenta fœmininum eſt, non neutrum. Vide Raphaelem Regiũ Ouid. interpretem in 5. librum Metam & Grammaticum noſtræ ætatis diligẽtiſſimum Deſpauterium de generibus nominum.

POLENTARIVS, a, um, (ἀλφιτικός) quod pertinet ad polentam, ſeu quod eſt ex polenta. Plau. in Curc. Eneciam polentarium crepitum.

POLENTIA, æ. (πωλεντία) oppidum eſt ſub Apennino, in confinio Liguriæ cuius meminerunt Ptolemæus lib. 3. cap. 1. & Pli. l. b. 3. cap 5.

POLI, orum, {Poli. Pet. Hor vedi inſieme l'un'et l'altro polo} (πόλοι) λυμιν Martiano) duo ſunt puncta immobilia io cœlo, circa quæ tanq̃ circa cardines quoſdam, totum cœlum uolui uidetur: unde etiam nomen acceperunt. ἀπὸ τοῦ πολεῖν, hoc eſt a uertendo, ſiue circumuoluẽdo. Horum alter qui Borealis appellatur, in noſtro hemiſphærio perpetuo apparet, cui alter quem Auſtralem dicimus, ex diametro opponitur: neq; ex noſtro horizõte unquam cõſpicitur. Ab horum uno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur, quam Axem appellant: cuius extrema occupant ipſi poli. Pli. li. 2. ca. 15. Quoniam terra à uerticibus duobus, quos appellauerunt Polos, centrum cœli eſt, necnon ſigniferi, oblique inter eos ſiti.

POLIMENTA teſte Feſto, dicuntur teſticuli porcorum, quum caſtrãtur, q; ad ſimilitudinem ueſtium poliantur. Plau. in Menæc. Pernã indẽ, aut ſinciput aut polimenta porcina.

POLIO, is, iui, uel polij, politum {Polire, ornare} (ξέω, λειαίνω) orno, compono Plau. in Pœn. Polin, expolin, pingi, fingi. Verg. 8. Aen. Aegidaq; horrificã turbatæ Palladis arma Certatim ſquamis ſerpẽtum, auroq; polibant. Oui. 1. de Pont. Eleg. 6. Cur ego ſollicita polliam mea carmina cura. Cic. 1. de Natu. deo. Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Hinc Politũ, (ξεστὸν) dicimus, cultũ, ornatum. Varro 1. de Re ruſt. c. 2. Video huc uenire Cn. Tremelium Scrofam, uirum omnibus uirtutibus politum. Ci. 3. de Fin. Quanquam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c. Idem 4. Aca. Politiſſimus & acutiſſimus noſtræ memoriæ philoſophus. Ibidẽ: Nihil acutius, nihil politius Ariſtotele. Idem P. Lentulo: Nunc, ut Apelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſima arte perficit. Hinc polite, aduerb. Cic. 1. Tuſc. Fieri autem poteſt, ut recte quis ſentiat, & id quod ſentit, polite eloqui non poſſit. Politulus diminutiuum. Cicer. ad Volumnium lib. 7. Epi. Opus eſt hic limatulo, & politulo tuo iudicio. Politura, ræ, pe. pro. poliendi actus. Plin. lib. 36. cap. 6. Thebaica politurıs accommodatur. Politio, onis, eiuſdem ſignificationis: ut Politio operis, hoc eſt, extrema illa manus: quæ iam operi quodammodo perfecto imponitur. Huius compoſita ſunt, Depolio, Expolio, & Perpolio, (διατορνεύω, ἐξεργάζομαι) quæ perfectionem actus denotant. Feſtus: Depolitũ, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui Politiones appellabãt. lib. 2. ad Heren. Difficillimũ eſt inuentum expolire & expolite pronuntiare. Idem L. Luceio: Tu interea non ceſſabis, & ea quæ habes inſtituta, perpolies. Repolio, (ἀναξέω) rurſus polio. Colu. li. 2. de Frumentis loquens: Sin protinus illi deſtinantur, nihil attinet repoliri ſatiſq; eſt umbra refrigerari.

POLIO, onis, qui arma polit. Firmicus li. 2. Mars & Mercurius in decimo ab horoſcopo loco poliones faciunt. Vtitur hac uoce & Calliſtratus lib. 50. Digeſtorum: de iure immu. l quibuſdam.

POLION. (πώλιον) ſignificat, pulli equini fimum, quem mater initio partus ante fœtum effundit: teſte Ariſtotele. Pli. fimum eiuſmodi in aſinarũ partu Puleam uocat, lib. 28 cap. 13.

POLYTES, pe. pro. (πολίτης) Priami filius, ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbe in conſpectu patris interfecit, ut refert Verg. li. 2. Aen. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes Vnus natorum Priami.

POLITEIA, æ, pe. pro. {Republica} (πολιτεία) idem quod reſpublica, ſiue ſtatus ciuitatis: quo nomine etiam Plato opus ſuum de Repub. inſcripſit. Ci. 1. de Diuin. Vide quid Socrates in Platonis Politeia loquatur, &c. Politeia, iuxta Ariſtotelem in Rhetor. eſt principatus, & conſuetudo rerum, ſecundum quam uiuere unumquemq; & conuerſari decet. Tres autẽ ſunt: quia aut unus regnat, aut plures, aut omnes. Si unus & ille bonus, hic regnum conſtituet: ſi malus, tyrannidem. at ſi plures regnat, & boni, hi ariſtocratiam: ſi mali, ochlocratiam faciunt: ſi omnes, & hi boni, democratiam.

POLITICVS, a um, {Ciuile} (πολιτικός) idem quod ciuilis, quod ſcilicet ad ciues pertinet, quos Græci πολίτας uocãt. Cic. Attic. lib. 9. Sumpſit mihi quaſdam tanquam theſes quæ & politicæ ſunt, & temporum horum. Idem Mario lib 7. Epiſto. Famil. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum homo imbecillus à ualentiſſima beſtia laniatur. Hinc Politica, orum, dicuntur operã, de adminiſtrandæ ciuitatis ratione conſcripta.

POLITIES, {Ornamento, politezza} (γλαφυρότης, κόσμος) idem q; elegantia ſiue ornatus.

POLLA, Argentaria mulier doctiſſima, Lucani poetæ uxor, & in ſcribẽda Pharſalia adiutrix: cuius frequens eſt mentio in Syluis Papinij.

POLLEN, Vide Pollis.

POLLENTIA, æ, {Potenza} (δύναμις) potentia, Plau. in Rud. Ne impiorum potior ſit pollentia. Idem Caſi... Vt uiro tuo ſemper ſis ſuperſtes, atq; ut potior pollentia, ut uincas q̃ uirum, uictrixq; ſies. Pollentia, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur. Item Pollentia, (πολλεντιον) Plinio auctore, oppidum fuit in maiore Balearium inſula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes inclyta lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8. Fuſciq; ferax Pollentia uilli. Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum diſtantes à Tolẽtinatibus, ut indicat Plin. lib. 3.

POLLEO, {Potere, ualere} (ἰσχύω, σθένω) per duplex ll poſſum, ualeo. Cice. in Para. Nec eſt ulla res quæ plus apud eũ polleat, q̃ ipſius uoluntas, atq; iudiciũ. Liu. lib. 1. Bel. Pun. Multum illi terra, plurimum mari pollent. Accipitur etiam Pollere pro præſtare, uel melius eſſe, uel utilius Pli lib. 36. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Huius compoſita ſunt, Præpolleo. (διαφέρω) quod eſt ultra alios polleo. Liu. li. 1. ab Vrb. Ardeam Rutuli habebãt, gens, ut in ea regione, atq; in ea ætate, diuitiis præpollens. Aequipolleo, æquiualeo.

POLLEX, cis. {Dito groſſo, pollice} (μέγας δάκτυλος, ἀντίχειρ) digitus primus io pede, & manu, q; ut & poteſtate inter cæteros digitos polleat. Vnde & apud Græcos ἀντίχειρ uocatur, quaſi altera manus uideatur, Alio nomine appellatur Hallux, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, ſalto, q; conſtricta manu proximum digitũ ſolus ſcandat. Plin lib. 11. cap. 43. Hominis pollex articulos habet tres. Premere pollicem, prouerbialiter dicitur, pro fauere: & Conuertere pollicem, pro eo quod eſt, alicui male uelle. Antiquitus enim in pollice erat fauoris, ſtudiiq; ſignificatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui contra male alicui cuperet, pollicem conuertebat. Plin. lib. 28. capite 2. Pollices, cum faueamus, premere etiã prouerbio iubemur.

POLLICARIS, & hoc pollicare, (ἀντιχειριαῖος) quod pollicis latitudinem ſiue craſſitudinem habet, Plin. lib. 15. cap. 24. Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

POLLICEOR, eris, {Promettere} (ὑπισχνοῦμαι, ἐπαγγέλλομαι) uerbũ cõmune, ſecundum Priſcianum. Nam in ſignificatione paſſiua legitur apud Ouiin Epiſt. Cydippes: Exige polliciti debita iura tori. Eſt autem Polliceri, ultro, ſeu ex pactione aliquid promittere. Plau. io Aul. Credo ego ædepol, illi mercedem gallo pollicitos coquos. Idem in Bacc. Hoſpitium & cœnam pollicere, &c. Ponitur aliquando pro affirmare. Cicero ad Curionem lib. 2. Epiſ. De ipſo Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, &c. Hinc Pollicitor, aris, frequentatiuum. Plaut. in Mil. Aut tibi meam operam pollicitarier. Hinc Pollicitatio, onis, uerbale. Plin. lib. 7. cap. 37 Condita noua ſecta, ſpretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, &c. Budæus: Pollicitatio, eſt offerentis ſolius promiſſum. Hinc Pollicitum, ti, ſubſtantiuum, id eſt, promiſſio. Colum. lib. 11. cap. 3. Memores polliciti noſtri, ſubiungemus cultus hortorum. Oui. 1. de Arte: Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

POLLINARIVS, a, um, (γυρινώδης) ut Cribrum pollinarium, quod è lino, non è ſetis equorum ſit, ad pollinem purgandum. Nam cribra, quæ ad excutiendam farinam fiunt, Excuſſoria dicuntur Plin. lib. 18. cap. 11. Cribrorum genera, Galliæ ſetis equorum inuenere, Hiſpaniæ lino excuſſoria, ac pollinaria.

POLINCERE, pen. prod. à Pollinceo, (γυρινοποιεῖν) eſt farinam in piſtrino lucrifactam diuidere, inquit Sipontinus. Inde ſit uerbale Pollintio, de quo ſuo loco.

POLLINCIO, pollincis, pollincere, pen. cor. {Gouernare li corpi morti} (νεκροθάπτειν, ταριχεύειν) corpus mortuum curare. Polinctus, us, ipſa curatio. Plau. in prolog. Pœn. Carthaginienſis fratres duo fuerunt Eorum alter uiuit. alter eſt mortuus, Propterea apud uos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Hinc Pollinctura, (κηδεία) ipſa cadauerum unctio, & curatio. Idem in Sti. Hodie pollinctura eſt. Libitinarius autem dicebatur, qui neceſſaria funeribus uendebat, & qui rationibus præerat Libitinæ deæ, in cuius templo quæ ad ſepulturam pertinebãt, uendebantur, ſicut docet Plutar. in problem. Senec. lib. 6. de Benefic. Vota libitinariorum eſſe, ut mortes plurimorũ optent, quod illis quæſtuoſiſſimum eſt.

POLLINCTOR, oris, {Pizzica morti} (ἐνταφιαστής) eſt, curator funerum, cuius officium erat, abluere cadauera, & ungere. ab antiquo uerbo Pollincio, quod ſignificat lauare, ungere, & curare cadauera. Plaut. in Aſin. Ecquis curerit pollinctorem accerſere. Apuleius: Pollinctor eius, funeri dum unctionem parat.

POLLINTOR, oris, curator piſtrini, qui farinam facit, & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem purgat: à polline farinæ deductum nomen. Cato de Re ruſt. cap. 5. Operarium mercenarium, Pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

POLLINTIO, onis, uerbale à Pollinceo, quod eſt farinam io piſtrino diuidere. Cato cap. 136. Pollintionem in agro Caſinate & Venafro ſic dare oportet, Vide reliqua apud Catonem.

POLLIS, inis, & Pollen, inis, {Fior di frumento, fior di farina} (γύρις, παιπάλη) flos tritici, à uerbo Polleo, q; frumenti portio præſtantiſſima ſit. Plin. li. 18. cap. 10. Ex Aphrico iuſtum eſt è modis redire ſemodios, & pollinis ſextarios quinq;. Ita enim appellant in tritico, quod florem in ſiligine. Marcellus Dioſcoridis interpres dixit Pollinẽ eſſe tenuiſſimum puluerem, ſubtilior emq; farinæ partem qualis circa mollas plerunq;, & loca in quibus panis pinſitur, parietibus hærens, inuenitur.

POLLVBRVM, {Bacino bacile} (χέρνιψ, χέρνιβον, ποδανιπτήρ) uas eſt latũ quod & Peluim uocamus. polluendo dictũ, quod eo aqua ex manuum ablutione polluta, exciperetur. Antiqui etiam ad pedes abluendos pollubro utebantur, Liu. Andron apud Nonium: Argento pollubro, & aureo gutto. Fabius Pictor. Aquam manibus, pedibusq; dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra uas cum aqua.

POLLVCEO, es, xi, {Dedicare} (ἀναθύω) uerbum ad ſacra pertinens, ſignificans dedicare, uel nouere, uel (ut alij uolunt) libamenta Herculi in aram porricere. unde Sacrificium pollucium dicebatur, quo Herculi decimæ ſolent ſacrificari. Plaut. in Stich. Vt decimam partem Herculi polluceam: id eſt, ſplendide dedicem. Hoc uerbo uſi ſunt auctores, quoties opiparas dapes, ueluti in ſacrificium Dei, & in primis Herculis, facturi erant, cui decimas omniũ rerũ Romani uoto reddebant. Vnde Macrobius Catillones eos propriæ dicit, qui ad polluctum Herculis ultimi cum uenirent, catillos liguriebant. Ad polluctum: hoc eſt, ad magnificum epulum, quale Herculi ſolebat fieri. Nam Polluctum, cti, cœna eſt polluci pollucibilis, & opipara. Plaut. in Rud. Spectatores uos quoq; ad cœnam, uocẽ nidatum us nihil ſum, neq; ſit quicquam pollucti domi. Id eſt, ſi nobis eſſet cœna tã laute apparata quàm eſſet ſolet eorum, qui uotiuũ epulum faciũt, (hoc eſt, polluctum) ad cœnam uos uocaſſem. Ex Budæo,

POLLVCIBILIS COENA, (μεγαλοπρεπὴς δεῖπνον) à Macrobio dicta eſt opulenta, opipara, & ſplendida. Hinc Pollucibiliter, (πολυτελῶς) ſplendide & laute. Plaut. in Moſt. Paſcite paraſitos, obſonare pollucibiliter.

POLLVO, is, lui, lutum, {Macchiare ſporcare, imbrattare} (μολύνω) inquino, conſpurco, fœdo, contamino. Cic. pro Roſc. Amer. Nemo eum putabat queñquã eſſe, qui cũ omnia diuina, atq; humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnũ ſtatim capere potuiſſet. Oui. 1. Meta. Aſſiatuq; ſuo populos, urbesq; domosq; Polluit.

Polluit. Cic. pro Domo ſua: Iſte qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit ceremonias. Horat. 4. Carm. Ode 5. Nullis polluitur caſta domus ſtupris. Verg. 3. Aen. Polluit ore dapes. Pollutus, a, um, Participium. Verg. 3. Aen. Linquere pollutum hoſpitium, & dare claſſibus auſtrum. Hinc nocturnam genituram ſomno ſparſam, Pollutionem (μολυσμὸν) appellant.

POLLVX, (πολυδεύκης) Iouis ex Leda filius, frater Caſtoris. Hunc fabulantur poetæ fuiſſe immortalem, & nihilominus immortalitatem ſuam cum fratre mortali diuiſiſſet &c. Verg. 6. Aene. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; uiam toties. Eſt etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui ſub Commodo principe Athenis docuit. Eius hodie nihil extat præter Onomaſticon.

POLVLVS, adiectiuum, {Pocchino, piccino} pro paululus, uel paruulus. antiquum Cato de Re ruſt. cap. 10. Viccos tres, labellum polulum, amphoras oleanas duas.

POLVS, (πῶλος) Argentinus ſophiſta, Georgiæ auditor, primus in oratione inueniſſe dicitur τὰ πάρισα, ἀντίθετα, καὶ ὁμοιόπτωτα: quod minime uerum eſt, ſed iā inuentis ſæpe uſum fuiſſe conſtat. Hæc Philoſtratus. Suidas ſcribit eum genealogiam eorum, qui ad Troiam, profecti ſunt, ſcripſiſſe, ſimul & nauium catalogum.

POLYACANTHOS (πολυάκανθος) herba eſt ſpinoſas habēs lanugines: cuius meminit Plin. lib. 21. cap. 16.

POLYANTHEMON, mi, (πολυάνθεμον) herba eſt, cauſticam uim habens, quam nonnulli Batrachion appellant. Ruellius putat eam herbam eſſe, quam herbariorum uulgus Pedem coruinum appellat. Vide Plinium libr. 27. capite 12.

POLIÆGOS, πολυαίγος) inſula una ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

POLYÆNVS, (πολύαινος) Sophiſta Sardianus, temporibus Cæſaris Dictatoris & Antonij triumuiri. Scripſit orationes iudiciales, triumphi Parthici M. Antonij libros tres. Fuit & alter euſdē nominis Macedo genere, qui de Thebis ſcripſit, & de re militari. Suidas.

POLYANDRION, (πολυάνδριον) in Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hoſpitium ſepulcrum, ita dictum à multitudine ſepultorum πολύανδρον enim Græcis ſignificat populoſum.

POLYARNA, ſiue Polyarnes, æ, {Che ha molti agnelli} (πολύαρνις) multorum agnorum, ſiue qui poſſidet multos agnos. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 1. Veteres poetę alios uocant polyarnas, alios polymelos alios polybutas. id eſt, multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

POLYBIVS, (πολύβιος) inſignis Hiſtoricus fuit ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanam hiſtoriam libris quadraginta conſcripſit. Auctor Suid.

POLYCARPVS, (πολύκαρπος) Ioannis, Euāgeliſtæ diſcipulus, & Smyrnæorum Epiſcopus. Latine interpretari poſſumus fructuoſum.

POLYCASTE, es, (πολυκάστη) Nectoris filia, apud Hom. in Odyſ.

POLYCHRONIVS, (πολυχρόνιος) diuturnus, longæuus & multi temporis: ſicut ὀλιγοχρόνιος, qui parum uiuit. Vnde cornices dictę ſunt polychronię, quoniam nouem ætates uiuere dicantur.

POLYCLETVS, pen. prod. (πολύκλειτος) ſtatuarius eximius, diligentia & decore cæteris præcellens. Nam ex ære plurima confecit ſigna, grauiſſimorum ſcriptorum præconiis nobilitata: ex quibus in primis commemorātur aſtragalizontes: hoc eſt, talis ludentes, quo opere nullum abſolutius fuit iudicatum. Fuit Sicyonius, & diſcipulus Ageladæ. Duas eodem argumento ſtatuas fecit, alteram ingenio, alteram uero ex uulgi opinione, & ex ſententia cuiuſuis prætereuntis. Quibus perfectis turbam admittit, ac primū ſua oſtenſa magnopere laudatur: altera deinde, non æque. Atqui ſcitote (inquit) quod hanc, quam tantopere laudatis, ego feci: quā uero uituperatis, uos feciſtis. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

POLYCNEMON, (πολύκνημον) quaſi multarum tibiarum herba cunilæ ſimilis, ſemine pulegij, ſurculoſa, multis geniculis. Vide Plin. lib. 26. cap. 14.

POLYCRATES, pen. cor. (πολυκράτης) nomen proprium tyranni, qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus, et fœlicitate apud hiſtoricos inclytus eſt qui quod uixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quam partus. Anulum habuiſſe fertur incredibilis pretij ſibiq; chariſſimum, quem ut nimis ſibi blandientem fortunam aliqua aduerſitate temperaret, in mare abiecit: quam tamen poſtea in uentre piſcis inuentum recuperauit. Huic quoad uixit, nihil aduerſi contigiſſe fuerunt. Sed mors infamis, & ærumnoſa docuit, neminem ante obitum merito dici poſſe fœlicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Perſarum captus, ſuſpenſusq;. Ex Strabo. libr. 14. Huius item meminit Cicero. lib. 5. de Finib. bonorum, & malorum. Floruit eodem tempore, quo Pythagoras & Anacreon.
Fuit & Polycrates Epheſiorum pręſul, temporibus Seueri principis, ut ſcribit Hieronymus.

POLYDAMAS, antis, (πολυδάμας) proprium Troiani, Antenoris et Theanus ſororis Hecubæ filij, qui Lycaſten Priami filiam, ſed ex cubina ſuſceptā, uxorem duxit. Hic cum Antenore patre & Aenea urbem Troianam Græcis dicitur prodidiſſe. Poetæ Græci, ut primam huius nominis ſyllabam extendāt (nam alioqui in hexametro uerſu locum nō habet) πουλυδάμας ſcribunt: quos & Perſius imitatus eſt. Satyr. 1. Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonē Prætulerint: Sonat autē Polydamas Latine multorū Domitorem, quaſi πολλοὺς δαμάζων.

POLYDAMAS, antis, Pancratiſtes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperauit: taurum ingentem apprehenſis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum ſeſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat, in equosq; inſiliebat deiecto auriga. Acceſitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex prouocatione uictor fuit. Poſtremo poſt cœnam in cauerna, cum ſaxum à uertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, confiſus ipſe uiribus, ac manibus poſſe illud ſuſtinere, oppreſſus eſt. Auctor Pauſanias.

POLYDECTES, (πολυδέκτης) rex Scriphi inſulæ, qui Perſeum Iouis & Danaes filiū educauit: Cuius tandem ingenium ueritus, audaciamq; & fœlicitatem, ſub prætextu æternæ gloriæ illum ad ſuperandum Gorgonē Meduſam compulit: qua deuicta, redeunti Perſeo cum ſemper detraheret, conuerſus eſt ab illo in ſilicem, monſtrato capite Meduſæ, ut fabulatur Ouid. libr. 5. Metamorph.

POLYDORA, (πολυδώρα) inſula Propontidis. apud Pli. lib. 5. cap. ult. Polydora, nympha, Oceani & Tethyos filia. Heſiodus in Theogonia.

POLYDORVS, pen. pro. (πολύδωρος) filius fuit Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Troiani, communis Martis exitum ueritus cum magno auri pondere educandum tradidit Polymneſtori Thraciæ regi, antiquo hoſpiti, amico & genero ſuo. Sed ille deleta Troia, cæteriſq; Priami fere omnibus liberis interfectis auri cupiditate adductus, Polydorum in litore ſpatiantem, telis aggreditur, & fruſtra fidem deorum, hominumq; implorantem, occidit, cæſoq; tumulum ſuperiniecit, cui ſupercreuere myrti uirgulta, ut auctor eſt Ver. li. 3. Aeneid. Quod cum mater Hecuba intellexiſſet: ſimulauit ſe ingens adhuc auri pondus uelle illi ſecreto indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex uerum exiſtimans, mox ad Hecubam profectus, illius unguibus obcæcatus eſt. Extat, tamen & alia de Polydoro opinio: nempe Græcos per Thraciam uenientes hunc cepiſſe, Priamum autem pro redemptione filij Gręcis dediſſe urbem, quę poſtea ab euentu Antandros, dicta eſt: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruiſſe. Hæc Seruius in locum illū 3. Aene. Fuge littus auarum: Nam Polydorus ego, &c. Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia, quem Achilles cū fratre Lycaone in bello Troiano interfecit.

POLYGALON, uel Polygala (πολύγαλον) herba palmi altitudine, in caule ſummo foliis lenticulæ, quæ potata lactis ubertatē inducit, à quo effectu nomē accepit. Plin. lib. 27. cap. 12. Dioſc. lib. 4. cap. 14.

POLYGNOTVS, (πολύγνωτος) nomen pictoris præclariſſimi, patria Thaſiu, qui nonageſima Olympiade floruit. teſtibus Quintil. li. 12. de inſtitutione oratoria, & Plin. lib. 35. ca. 9. Hic primus mulieres lucida ueſte pinxit, capita earum mitris uerſicoloribus operuit, plurimūq; picturæ primus contulit. Primus ſiquidem inſtituit os adaperire, dentes oſtendere, & uultum ab antiquo rigore uariare, Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum, quæ Pœcile uocatur, atq; gratuito, cum partem eius Mycon mercede pingeret: quo nomine Amphyctiones (quod eſt publicum Græciæ concilium) hoſpitia ei gratuita per uniuerſam Græciam decreuere. Pinxit præterea & Ocnum, teſte Pauſania, ſpartum torquentē, aſinamq; aſtantem, quæ quicquid ille torſerat, ſtatim præroderet. Quo ænigmate ſignificare uolebat patrē familias laborioſum quidē: ſed cui domi eſſet uxor prodiga, quæ quicquid ille ſudore ſuo corraſiſſet, ſtrenue profundere. Vide Eraſmi Adagia.

POLYGONATON, (πολυγόνατον) herba ſine foliis, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, à frequentia geniculorum dicta. Pli. li. 27. ca. 12. Vulgus Salomonis ſigillum appellat.

POLYGONOIDES (πολυγονοειδής) herba eſt folio lauri, lōga, tenuiſq;, aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. A quibuſdam Clematis Aegyptia, ab aliis Daphnoides Appellatur. Auctor Plin. li. 24. capite 15.

POLYGONVM, penult. prod. (πολύγονον, ἢ πολύγονον) herba, à geniculorum multitudine, quam nos Sanguinariā uocamus, foliis rutæ, & ſemine graminis ſimilis. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem. Plin. libr. 27. cap. 12. Dioſcor. lib. 4. cap. 5. Colum. lib. 7. Sanguinalis herba, quam Græci πολύγονον, appellant. Hoc nomen ueteres uſurparunt pro fœcundo. Vulgus Centinodium appellat.

POLYGRAMMOS, (πολύγραμμος) gemma eſt ſmaragdo ſimilis per tranſuerſum multis albis lineis diſtincta. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

POLYGYNECON, mulierum frequentia. Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit in templo Eleuſinæ Phylacrum Athenis frequentiam quam uocauere polygynæcon.

POLYHISTOR, {Che ſa molto, che ha molto ſapere} (πολυΐστωρ) Latine multiſcius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo Gell. lib. 5. cap. 14.

POLYMEDIA, Plin. lib. 5. cap. 3. Troadis oppidum Helleſponto adiacens.

POLYMITVS, a, um, pen. cor. (πολύμιτος) quod multis diuerſiſq; conſtat liciis, ſiue filis. Vnde Polymita dicuntur ueſtes, quæ multis uerſicoloribus liciis ſunt contextæ: ſicut Monomita, quæ unius coloris licio conſtāt: Dimita, quę duorum: Trimita, quæ trium. Plin. li. 8. ca. 48. Plurimis uero liciis texere, quę Polymita appellant, Alexandria inſtituit. Hinc Polymitarius, ria, rium: ut, Opus polymitarium, quod & Plumarium dicitur. Polymitarii etiam dicuntur, qui artem polymitariam exercent.

POLYMNESTOR, (πολυμήστωρ) Thracum tyrannus, qui Polydorum Priami filium, quem pater euentum belli metuens, eius fidei cum magno auri pondere crediderat, auri cupiditate occidit. Quod ubi cognouiſſet Hecuba, accito tyranno, tāquam aliud ei auri pondus uellet indicare, à mulieribus Troianis adiuta, unguibus ei oculos eruit. Vide Euripidem in Hecuba.

POLYMYXOS, {Lucerna di molti ſtuppini} (πολύμυξος) lucerna quę multos habet canaliculos, & in his funiculos, illuſtrandis conuiuiis accommodata. De hac Mart. lib. 14. Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

POLYMNIA, ſiue Polymneia: (πολύμνεια) una Muſarum, à memoriæ magnitudine dicta, Nam μνείαν Græci memoriam uocant. Producit autem hæc dictio penult. ſyllabam, cum apud Græcos ει, diphthongo ſcribatur. Fuerunt qui corripi putarint, citantes uerſum Verg. ex Epigram. Signat cuncta manu, loquiturq; Polymnia geſtu. Verum in caſtigatioribus exemplaribus legitur Polymneia, per quinq; ſyllabas, ſine coniunctione Que. Quem etiam in modum Horatius hac uoce uſus eſt lib. 1. Carm. Euterpe cohibet, nec Polymneia.
Sunt qui Polyhymnia ſcribāt, ut à cantus multitudine dicatur. Magis tamē placet ſuperior ſcriptura.

POLYNICES, (πολυνείκης) & Etheocles Oedipi Thebanorum regis filij fuerunt, qui de regni hereditate diſſidentes, ſingulari certamine congreſſi, mutuis uulneribus ceciderunt. Late proſequitur hanc hiſtoriam Stat. in Theb.

POLYPOETES, (πολυποίτης) Pirithoi & Hippodamiæ filius teſte Homero Iliad. 12.

POLYPHAGVS, pen. corr. (πολυφάγος) Latine uerti poteſt Multi uorax

unde Polyphagia(πολυφαγία)edacitas,uoracitas. Verùm Græcas id genus uoces quę noſtris literis ſcribi non conſueuerunt,ſatius fuerit in Græcum Lexicon,tanquam in propriam familiam relegare.

POLYPHEMVS,pen.pro.(πολύφημος)Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia,ingenti corpore,qui unum tantùm oculũ,eumq́; in fronte habuit. Hic Galateam Nympham fertur adamaſſe, Acinq́; puerũ,quem ſibi illa pręferebat,ſaxo interemiſſe. Vlyſſem quoq; ui tempeſtatis in Siciliam delatum antro ſuo iocluſit,quatuorq́; ex comitibus eius deuorauit,reliquos eodem mortis genere perempturus niſi præuertẽs Vlyſſes uino nigro inebriaſſet,altoq́; ſopore obruto,aduſto ſtipite oculum eruiſſet. Vide latius totam hanc fabulã apud Homerum 10. Odyſſ. Seruius in illud Vergilij 3. Aene. Nam qualis,quantusq́; cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes. Multi(inquit)Polyphemum dicunt unum habuiſſe oculum,alij duos,alij tres.ſed totũ fabuloſum eſt. Nam hic uir prudentiſſimus fuit,& ob hoc oculũ in frõte habuiſſe dicitur, id eſt,iuxta cerebrum,quia prudentia plus uidebat. Verum Vlyſſes eũ prudentia ſuperauit,& ob hoc eum cęcaſſe fingitur. Hęc Seruius. Cicero quoq; de Polyphemo lib. 5. Tuſc.quęſt.ſic ſcribit. At uero Polyphemum Homerus, cũ immanem,ferumq́; finxiſſet,cum ariete etiã colloquentem facit eiusq́; laudare fortunas,ꝙ quo uellet,ingredi poſſet,& quę uellet attingeret. Recte id quidẽ. Nihilo enim erat ipſe Cyclops q̃ aries ille,prudentior. Hæc Cicero.

POLYPLVSIOS.{Denaroſo,ricco}(πολυπλούσιος)Latine bene nummatus dicitur ſiue ubertim diues,a πολύ multum,& πλούσιος diues. Plaut.in Capt. Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polyplúſio.

POLYPODIVM,(πολυπόδιον)herba, dicta ſiue quod radix eius ueluti cirros ad ſimilitudinem polypi piſcis habeat,ſiue quod farina eius indita naribus polypum conſumit. Filicula uulgo dicitur. Plin.lib.26.ca.8.12.& Dioſc. lib.4.cap.198.

POLYPTOTON,pe.pro.(πολύπτωτον)apud Rhetores figuræ nomen eſt, quę fit quoties diuerſis caſibus eiuſdem dictionis oratio uariatur,hoc modo Senatus eſt ſummi Imperij concilium: Senatui Reip.cura demãdatur: ad Senatũ in dubiis periculoſisq́; rebus omnis ciuitas reſpicit. Vide plura de hac figura apud Rutilium,& Aquilam Romanum. Dictum πολύπτωτον,quaſi caſibus abundans:nam πτῶσις Græcis caſum ſignificat.

POLYPVS,pe.cor.{Polpo}(πολύπους)maſc.gen.genitiuo Polypi,& Polypodis piſcis eſt ex genere τῶν μαλακοδέρμων,hoc eſt,corũ,qui molli cute teguntur,a multis pedibus appellatus:cuius deſcriptionẽ,naturam,& genera uide apud Plin.lib.9.cap.29. Per metaphoram Polypus accipitur pro homine rapace:quod à Polypo piſce tranſlatum eſt,quicquid brachiorũ flagellis nactus fuerit,acriſſime retinet. Nonnunquam Polypum dicimus omnium horarum hominẽ,qui ſe omnium ingeniis,omniq́; tempori nouit accommodare: ea quoq; metaphora à polypi piſcis natura ſumpta ad ſimilitudinem loci, cui adhæret,colorem immutat,maxime in metu. Eſt etiam Polypus narium morbus,quum caro interiora naſi occupat,intumeſcẽs maxime flante Euro,uel Auſtro. Dictus Polypus à multifida inciſione,qua polypi piſcis pedes imitari uidetur. Morbi huius deſcriptionẽ & remedia,uide latius apud Celſum lib.6.ca. 8. Cato de Re ruſt. Et ſi polypus in naſo introierit,braſſicam erraticam,aridã, tritam in malum coniicito,& ad naſum admoueto. Hinc Polypoſus,qui eo morbo laborat. Mart.lib.12. Naſutum uolo,nolo polypoſum.

POLYSYNDETON,pen.cor.(πολυσύνδετον)Figura,cum ſermo multis coniunctionibus concatenatur. Ver.3.Geor. Tectum lareſq́;, Armaq; Amyclæumq́; canem,Creſſamq́; pharetram. Dictum polyſyndeton, ἀπὸ τοῦ πολλῶν συνδέσμων,hoc eſt,à multitudine coniunctionum.

POLYSYNTHETON,penult.cor.(πολυσύνθετον)figura quum ſententiæ multorum articulorũ conuenienti copia continentur. ut Ille hunc poena cõſtrictum trahebat.hic autem uociferabatur:concurſus uero non mediocris erat: cum tamen omnes opitulari uellent,ſed nemo auderet,neq; ibi magiſtratus aderat neq; circumſpicientes,quo potiſſimũ confugeremus,reperiebamus. Rutilius Lupus.

POLYTELIA,pen.pro.(πολυτέλεια)oppidum Meſopotamiæ, apud Pli. lib.6.cap.26.

POLYTRICHON.(πολύτριχον)herba eſt,quæ alio nomine Callitrichon dicitur,quod multos & pulchros nutriat capillos. Dioſcorides Adiantum appellat,uulgus Capillum Veneris. Legitur & nominatiuus Polytrix Pli.li.26. cap.14. Polytrix iiſdem inueteratis utilior.

POLYXENA,pe.cor.(πολυξένη)Priami filia formoſiſſima,ex Hecuba coniuge,quam Pyrrhus Achillis filius,Troia capta,ad patris ſui tumulum iugulauit. Ferunt enim Achillem cum ad Troiam bellum gereret,Polyxenam forte in moenibus conſpectam adamaſſe,eamq́; ſibi uxorem poſtulaſſe. Quod quum Priamus annuiſſet,placuit ut in Tymbræi Apollinis templum conuenirent,pacis,nuptiarumq́; foedera initum. Quod quum reſciuiſſet Paris, poſt Apollinis ſimulacrum ſeſe occultauit, Achillemq́; nihil tale opinantem ſagitta interfecit. Capta deinde Troia,cum & Polyxena uiua in hoſtium manus perueniſſet Achillis umbra Græcorum proceribus in ſomnis apparuit, præcipiens ut Polyxena,cuius nuptiarum prætextu erat interfectus inferias ſibi mitteretur. cuius crudelitatis Pyrrhus ſeſe miniſtrum prębuit. Ouid. Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Ab ea ſit Polyxenius,a,um,apud Catullum: Alta Polyxenia madeſient cæde ſepulcra.

POLYXENVS,(πολύξενος)inter Græcorum duces numeratur Homero libro Iliad 2.

POLYXO,us,(πολυξώ)mulier fuit ex Lemno inſula,& Apollinis uates,quę Lemniaci foederis dux,& hortatrix fuit. Nam cum Lemniacæ mulieres ob ſpretam uenerem hircum olerent,maritiq́; earum eam ob cauſam ex Thracia uxores ſibi aſciſcerent,Polyxus inſtinctu omnem uirilem ſexum interemerunt. Autor Stat.lib.5.Theb.

POLYZELVS,pen.pro.(πολύζηλος)poeta comicus,Græcus,cuius fabulas enumerat Suidas.

POLYZONOS.(πολύζωνος)gemma nigra multis zonis candicantibus diſtincta. Plin.lib.37.cap.11.

POMARIVM,rij,{*Giardino,luogo doue ſono molti pomari*}(μηλών)locus arboribus promiſcuis conſitus. Propert.lib.3. Nec mea Phęacas æquant pomaria ſyluas. Ouid.li.4 Metamorph. Id metuens,ſolidis pomaria clauſerat Atlas Moenibus. Aliquando Pomarium,(ὀπωροφυλάκιον)dicitur locus ubi reponuntur poma, Vnde Plin.lib.15.cap.16.docet pomaria contabulata facienda in loco ſicco & frigido,in quibus ſint feneſtræ Septentrionale, quæ ſerenis diebus pateſcant.

POMARIVS,rij.{*Colui che uende pomi*}(ὀπωροπώλης)pomorum uenditor. Horat.2.Serm.Saty.3. Edicat,piſcator uti,pomarius,auceps,Vnguentarius, ac Tuſci turba impia uici Mane domum ueniant.

POMERIDIANVS,a,um,{*Doppo mezzo giorno*}(μεταμεσημβρινός) à Poſt,& Meridies,quod poſt meridiẽ fit:ſicut Antemeridianus,quod fit ante meridiẽ. Cic. 3 de Orat. Atq; huius ambulationis antemeridianus aut noſtræ promeridianæ ſeſſionis. Dicitur & Poſtmeridianus. Quint.lib.3.cap.1. Poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam coepit.

POMIFER,ra,um,adiect.{*Che produce pomi*}(μηλοφόρος)ferens poma: ut Arbor pomifera. Colu.lib.5.cap.9. Supereſt ratio pomiferarum arborum. Autumnus pomifer,Oui.ad Piſo. Annus pomifer, Hora.3.Car.Ode a 3. Montes pomiferi,Ouid.1.de Pon.

POMILIONES,ſiue Pomilij,{*Nani*}(νάνοι)breuis ſtaturæ homines,paulum ſupra terram extãtes:qui Græco uocabulo Nani uocantur:qualẽ deſcribit. Mart.li.14.hoc diſticho: Si tantum ſpectes hominis caput,Hectora credas: Si ſtantem uideas,Aſtyanacta putes. Ibidem. Hæc,quę ſępe ſolet uinci, quæ uincere raro, Parma tibi,ſcutum pomilionis erit. Legitur & Pomilius adiectiuum: ut, Mulæ Pomiliæ,apud eundẽ,in titulo huius Epigrammatis, His tibi de mulis non eſt metuenda ruina. Altius in terra pene ſedere ſoles. Sunt tamẽ,qui malint ſcribere Pumilio,& Pumilius,per quintam uocalem. Vide infra.

POMOERIVM,rij locus erat tam intra,quam extra murum,quem antiqui in condendis urbibus inaugurato conſecrabant,neq; patiebantur ullum in eo fieri ædificium. Dictum Pomoerium,teſte Varrone,quaſi poſtmurium. Nã antiqui Moerum dicebant,quem nos Murum dicimus. Vnde ita legũt nonnulli apud Verg.10. Aene.. Atque ipſis prælia miſcent Aggeribus moerorum. Liu.lib.1. Aggere,& foſſis,& muro circundat urbem pomoerium profert. Idem: Pomoerium eſt circa murum locus,quem in condendis urbibus quondã Hetruſci quà murum ducturi erant,certis circa terminis inaugurato conſecrabãt. Et hoc ſpatium,quod neq; habitari,neq; arari fas erat,nõ magis ꝙ poſt murum eſſet,quã ꝙ murus poſt id,pomoerium Romani appellarunt,& in urbis incremento,quãtum moenia proceſſura erant,tantũ termini hi conſecrati proferebantur. Feſtus: Pomoerium quaſi promurium,id eſt,proximum muro. Gell.lib.13.ca.14. Pomoerium quid eſſet, Augures popul Roma.qui libros de auſpiciis ſcripſerunt, iſtiuſmodi ſententia definierunt: Pomoerium eſt locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum,pone muros,regionibus certis determinatus,qui facit finem urbani auſpicii. Antiquiſſimum autem Pomoerium,quod ab Romulo inſtitutum eſt,Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomoerium pro incrementis Reipub.aliquoties prolatum, & multos, editoſq́; colles circumplexum eſt.

POMONA,æ,pe.pro.pomorum Dea,apud Romanos,adamata à Vertumno, ut fabulatur,Ouid.14. Metam. Dicta Pomona à pomis,quemadmodũ Mellona à melle.

POMPA,æ,{*Pompa*}(πομπή)omne ſpectaculum dicitur,teſte Valla lib.4.& apparatus ſolennis,cum oſtentatione, & ſpecie quadam triumphi, tam in aduerſis,quam in proſperis, & lætis: à Græco πέμπω mitto. Dicitur enim Pompa triumphi, Pompa nuptiarum, Pompa ſacrorum, Pompa funerum. Cicer.1.Offic. Vt pomparum ferculis ſimiles eſſe uideamur. Idẽ 4. Tuſcul. Socrates, in pompa cum multa uis auri argentiq; ferretur,quàm multa non deſidero,inquit. Terent.in Heauton. Poſtrum meretricis comitatum Pompam appellauit. Tranſeundum(inquit)eſt nunc tibi ad Menedemum: & tua pompa eo traducenda eſt. Denique ſplendor omnis & magnificentia per tranſlationem Pompa appellatur,Quintil. Cicer.de Petit.Conſul. Poſtremo tota petitio cura ut Pompa plena ſit,ut illuſtris,ut ſplendida, ut habeat ſummam ſpeciẽ ac dignitatem.

POMPEII,populi dicuntur, quos Sarnus amnis abluit, incolentes oppidum eiuſdem nominis. Inde Pompeianum,id eſt,prædium circa pompeios. Pompeianę ficus,ad ſiccandum optime. Pompeiana uitis,ab inſitore dicta,Colum. lib.3.cap.2.

POMPEIOPOLIS.(πομπηϊούπολις, ἢ πομπηϊόπολις Stephano) Ciliciæ urbs,dicente Pomponio Mela libr.1.in deſcriptione Ciliciæ:deinde urbs eſt à Rhodiis, Argiuiſq; poſt pyratis,Pompeio aſſignante,poſſeſſa nunc Pompeiopolis tunc Soloe. Hæc etiam Solino teſte poſtea Traianopolis eſt appellata mutato nomine,poſtquam in ea fato conceſſit Traianus.

POMPEIORVM. Romæ illuſtris familia fuit.ex qua in primis commemoratur. Q.pompeius,qui contra Numantinos miſſus ab eiſq; ſuperatus,turpem & ignominioſam pacem fecit. Auctor Florus libr.2. Huius filius,ſiue nepos Cn Pompeius Strabo,magni Pompeij pater, Neuocomum Coloniam deduxit:in bello ſociali Imperator creatus,de Picentibus triumphauit:uir admodũ duræ diſciplinæ. Cn. Pompeius,huius filius,Syllæ partes ſecutus eſt,ab eoq; ad ulciſcendos inimicos in Africam miſſus. Domitium primum expugnauit, deinde & Iarbam regem cepit,de quo triumphauit ante legitimã ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus eſt ſalutatus, Inde contra Sertorium in Hiſpaniã profectus, Metelli copiis ſeſe coniungens,eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus Imperator ad bellum piraticum tribus menſibus id confecit, Dein ſucceſſor L.Lucullo miſſus,de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem,in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit,capto eorum rege Ariſtobulo. Extincta uxore Iulia,Cæſaris filia,Corneliam Scipionis filiam,P.Craſſo,M.filio uiduam relictam,uxorem duxit, Neapoli demum acutiſſima febre correptus,parum abfuit à morte: quæ ſi contigiſſet,melius cũ eo factum fuiſſet,ob inſequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharſalica pugna à Cæſare copiis longe inferiore ſuperatus, & in Aegyptum fugiens,regis perfidia ab Achila,præfecto interfectus eſt. Triũphum cũ ex Oriente uictor rediiſſet,biduo egit,prænotatis gentium titulis uicturam,quæ à Plin.lib.7.& à Plutarcho in uita eius ordine adnotantur. Filios reliquit Cn.& Sextum Pompeios:quorum ille apud Mundam Hiſpaniæ

urbem,

urbem, hic apud Siciliam nauali prælio ſuperatus fuit. Sext. Pompeius alius, uir prætoribus, ſub quo Valerius Maximus militaſſe ſe dicit, & quem Ouid. de Pōto pluribus laudibus effert. Huius pater Sex. Pōpeius Hiſpaniæ citerioris princeps, cum horreis ſuis uentilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genua, leuatusq́ ſiccatis pedibus mirabili modo: quo poſtea remedio uſus eſt. Auctor Plin. lib. 22. cap. 25. Q. Pompeius Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, aduerſiſſimus Miloni, in cuius cauſa dixerat paucis pòſt diebus, q̄ Clodius eſſet occiſus, Milo dedit, quem ex curia deſideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ud ſe uenientem in hortis aſpiciens, miſit nuntium ne ueniret. Q. Pompeius, qui Bithynicus eſt dictus, ſummo ſtudio dicendi multaq́ doctrina, incredibiliq́ labore atq́ induſtria. Huius actio nō ſatis commendabat orationem: in hac enim ſatis erat copiæ, in illa leporis parum. Hæc Cicero. Feſtus quoq́ de eodem ſic ait. Pompeius Bithynicus è ſuppellectili regia ſignum ephebi mitram tenentis, arenamq́ ruentis exercitationis gratia more Græcorum Romam portauit, & in Capitolo poſuit.

POMPELON, (πομπέλων) oppidum eſt Hiſpaniæ, ſub Pyrenæis mōtibus, quod à Ptolemæo Vaſconibus annumeratur. Pli. lib. & capite. 3. Pompelonenſes conuentu Cæſarauguſtano adſcribit. Hodie Pampelunam uocant, regni Nauarræ caput.

POMPHOLYX, pe. cor. (πομφόλυξ) præter uulgatam illam ſignificationē, qua apud Græcos bullam ſignificat, etiam fuliginem denotat albam, in officinis potiſſimum ærariis e fornacibus euolantem, ſummisq́ camini partibus, uel & officinæ teſtitudini adhærentem. Nomen habet a uerbo πομφολύζω, quod eſt, bullis efferueſco, eo q. cameris, ſummisq́ fornacibus inæqualiter adhærens, quādam bullarum ſpeciem præbeat. Inuenitur & Pompholyx natiua inter lapides metallicos, ſimilis iis filis quæ autumni præſertim tempore ſereno cœlo per aerem uolitant. Prioris ſpeciei meminit Galenus lib. 9. Simplicium. Vtriusq́ autem Agricola in tractatu de Metallis.

POMPILVS, li, (πομπίλος) piſcis genus, qui alio nomine uocatur Nautilos, q. nauis ſpeciem præ ſe ferat. Plin. lib. 9. cap. 29. Inter præcipua autem miracula eſt: qui uocatur Nautilos, ab aliis Pompilos. Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, uelut exonerata ſentina, facilè nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua uelificante in auras, cæteris ſubremigans brachiis, media caudam, ut gubernaculo, reget. Ita uadit alio Lyburnicarum gaudens imagine: & ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

POMPONIA, (πομπωνία) mater Scipionis, ex congreſſu Iouis (ut credi uolebat) in anguem mutati. Silius lib. 13. Adſtabat fœcunda Iouis Pomponia furto, &c.

POMPONIANA, pyra, dicebantur ab inſitore Mammoſa cognominata, à ſimilitudine mammæ. Auctor Plin. lib. & ca. 15.

POMPONIVS, Atticus. (πομπώνιος) nobilis eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis eſt appellatus: qui poſtquam uidit Cinnæ tumultu Rempub. eſſe turbatam, ſeceſſit Athenas, ubi longo tempore moratus, & publicæ ciuitatis, & priuatim omniū gratiam moribus elegantiſſimis promeruit: linguā ita probe didicit, ut Attici nomen adſequeretur. Humanitate diuitiisq́ ſimul præditus fuit, quibus amicos liberaliter impartiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulſum opibus iuuit, & Brutum ab urbe fugientem nummorum centum millibus eſt proſecutus. Erat alioqui grauiſſimus, ut quæ religioſè polliceretur, eadem & præſtare niteretur. Mēdacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos, qui uitā eius elegantiſſimè depinxit. Pomponii item alii duo Ciceronis tempore fuere: quorū alter L. Pomponius Bononiēſis Atellanarum ſcriptor, quem Solinus refert nunquam ructaſſe. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbusq́ dicendo, & lateribus pugnans, ut ait. Cice. in Bru. Iulius item Pomponius Secundus, tempore Quintiliani inter Tragicos longè principes quem ſenes (ut ille refert) Pindarum tragicum putabant, compoſitione atque mitore præſtare omnes conſitebantur. Taci. uerò de eodem: Pomponius ſecundus noſtris temporibus, Domitio Afro, uel dignitate, uel famæ perpetuitate ceſſit. Hæc Tacitus. Pl. uerò capi. 4. lib. 14. eum cœnam C. principi Germanici filio dediſſe ait, ni qua unum centum ſexaginta annorum fuit. Pomponius Iuriſconſultus ex Pandectarū libris notiſſimus. Præter hos Pomponius Mela natione Hiſpanus, inſigni opere de ſitu orbis clariſſimus.

POMVM, mi, (μῆλον, ὀπώρα) generale nomen eſt omnium fructuum, qui ex arboribus eſui apti prouениunt, ſiue mollium, ſiue durorum. Nuces uerò ea duntaxat poma uocantur, quæ duro operimento ſunt. Pli. lib 15. cap. 22. nuces pomorum genere comprehendit: & mora cap. 24. Sic & Ouid. lib. de Nuce, An mea cultori poma referre ſuo. Quod autem uulgus Gallorum Pomum uocat, id Latini Malum appellant. Dictum pomum (ut docet Var. lib. 1. de Re ruſtic. cap. 31.) quaſi potomum, q. eius mitio potu, id eſt, aquatione indiget. Pomoſus, a, um, ut, Pomoſa corona. Propter. lib. 3. Eleg. 2. Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona, Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit.

POMVS, Pomi, fœmin. generis, (πομίς) arbor pomifera. Tibullus lib. 1. Eleg. Tunc uictus abiete ferit: tunc conſita pomus: Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

PONDERO, as, {*Ponderare, peſare*} (ἵστημι, ζυγοστατέω) pendo, libro. Plaut. Dum numularius ponderaret argentum. Plin. lib. 18. cap 7. Si quis granum ipſum ponderet. Per tranſlationem eſt examinare, conſiderare, perpendere. Cic. 2. Offi. Grauis uero homini, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo. Idem. 1. Offi. In quo tamen in primis, quo quisq́ animo, ſtudio, beneuolentia fecerit, ponderandum eſt. Hinc cōponitur Præpondero, (ὑπερβαρέω) quod eſt prius pondero, ſeu prius examino. Stat. 8. Theb. Quem uiciſſe uelit, tacitè præponderat exul. Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt præualere, præcellere, uincere, & quaſi pondere ſuperare. Cic. lib. 3. Offic. Neq́ ea uolunt præponderari honeſtate.

PONDO. {*Libra*} (μνᾶ, λίτρα) nomen indeclinabile, & neutri generis idem ſignificans quod libra, hoc eſt, pondus duodecim unciarum. Quinti. lib. 6. capite. 4. Torquem aureum centum pondo. Plin. libr. 9. cap. 30. Reliquiæ aſſeruatæ pependerunt pondo DCC. Calepinus Perottum ſecutus, putauit Pondo eſſe pondus duodecim librarum. Sed uterque deceptus eſt corrupto Liuii exēplari. Nam ubi illi legunt, Pondo bina & ſex libras, caſtigatiora exemplaria habent, Pondo bina & ſelibras. Locus Liuii eſt Decad. 3 lib. 2. ad quem lectorem breuitatis cauſa remittimus. Hunc errorem primus notauit Budæus in libro de Aſſe. Accipitur nonnunquam Pondo pro nomine Pondus: unde Liuius libro 4. ab Vrb. ſcribit, coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuiſſe. Plau. in Rud. Neq́ piſcium ullam unciam pondo hodie Cepi, niſi hoc quod nunc fero in reti: Hinc fiunt compoſita Dipondium, uel Dupondium, & tripondium: de quibus ſuis locis.

PONDVS, pōderis, {*Peſo carico*} (βάρος, ἄχθος) rei alicuius grauitas. Plau. in Amphit. Haud malum pondus eſt huic pugno. Item Pondus quod librando ad ſtateram ponderatur. Cice. in Catone Maio. Magnum auri pondus. Interdum ponitur pro numero, hoc eſt, multitudine. Varr. de Vita Popul. Roma. E' Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum. Interdum pro auctoritate. Cic. Appio: Sed idem ſcribit, meas literas maximum apud te pōdus habituras. Ponitur aliquando pro onere: Verg. 6. Aene. Gemuit ſub pondere cymba. Hinc Ponderoſus, a, um, (βαρύς) quod eſt graue, ſiue grauis ponderis. Var. 2. de Re ruſt. capi. 11. Ex ſudore eius lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore. Ponderoſam epiſtolam, dixit Cic pro longa, & multa continente, ad Atti. lib. 2. Da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modò actorum, ſed etiam opinionum tuarum. Ponduſculum diminutiuum. Columella libro 12. capite 61. Et ita cum ſaxi ponduſculo in olei atq́ muſti partem demitta.

PONE', {*Adietro*} (ὄπισθεν, ἐπίσθεν) cum accentu in ultima aduerbium eſt, ſignificans poſt, ſiue retrò, aut à tergo: contrarium habet Antè, quod etiam quandoque aduerbium eſt. Vergili. 2. Aeneid. Ponè ſubit coniux, ferimur per opaca locorum. Valerius Maximus libro 1. Mox humani ingenii prona uoluntate uetita ſcrutandi, ponè reſpiciens animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem. Quandoq́ præpoſitio eſt, idem ſignificans quod Poſt. cui contraria eſt Ante, præpoſitio.
Liuius libro 10. Belli Macedonici. Ponè caſtra utrique pabulatum, & lignatum ibant.

PONEROPOLIS, pen. pro. (πονηρόπολις) Thraciæ ciuitas, ſub Rhodope monte ſita, deinde Philippopolis ab inſtauratore, & poſtremo Trimontium à ſitu dicta. Auctor Plin. lib. 4 cap. 11.

PONO, is, poſui poſitum, {*Ponere, mettere*} (τίθημι, τίθεμαι) colloco, conſtituo Plin. libr. 9. capi. 35. Ex præcepto magiſtri unum tantùm uas ante eam poſuere aceti. Cic. 7. Ver. Sed quia ſic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi digno in loco poſita eſſe uideatur. Idem Lentulo: Amplitudo ac dignitas omnis in uirtute poſita eſt. Cicero: Primùm enim ſtante Repu. facere ſolebamus, ut in agendo, plus quàm in ſcribēdo operæ poneremus. Aliquando deſinere, ἀποτίθεσθαι, quoniam quum ceſſamus ab opere, collocare quodam modo ac reponere uidemur id quod agebamus. Verg. libr. 7. Quum uenti poſuere, omnisq́ repente reſedit Flatus. Aliquando erigere, edificare. Idem: Poſuitq́ immania tēpla. Vnde in antiquis marmoribus legimus, Bene merenti poſuit. Aliquando deponere. Idem. 1. Aen. Ponuntq́ ferocia Pœni Corda, uolente Deo. Aliquando apponere. Martialis: Nolo mihi ponas rhombum, mullum'ue bilibrem. Hinc poetæ fabulas, & ſcripta ſua ponere dicebantur, quum in ſcena hæc ſpectatoribus, quaſi in conuiuio apponebant. Iuuen. Satyr. 1. Pone Tigillinum, id eſt, affer in ſcenam aliquid de Tigillino ſcriptum. Aliquando pingere, ſiue ſcalpere, Horatius: Solers nunc hominem ponere, nunc Deum: nam de ſculptore & pictore loquitur. Poſitor, oris, uerbale, (κτίστης) conditor: Ouidi. 9. Metamor. Et iā Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris, habentia nomen. Templorum poſitor. Idem 2. Faſtor. Poſitio, Poſitiuus, Poſitura, & Poſitus, tus, unde infrà ſuis locis. Compoſita ſunt, Appono, (παρατίθημι) iuxta pono, addo. Cicer. in Piſo. Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum uerſum. Idem 2. de Inuen. Caupo gladium propè appoſitum e uagina eduxit. Sæpe etiā idem, quod cibum ante conuiuas pono. Plinius: Nihil ei præter ſecundarium panem, oleraq́ appoſuit. Antepono, præfero. Compono, Circumpono, & Depono, unde ſuis locis. Diſpono, (διατάττω) ordino, quaſi in diuerſis locis pono. Hinc diſpoſitio, (διάταξις) quæ eſt rerum in ordinem collocatio. Diſpoſitum, decretum, conſtitutum. Vnde ex diſpoſito dicimus, (ἐκ παρασκευῆς) id eſt, de induſtria, & quemadmodum à nobis conſtitutum eſt. Macro. An altius quiddam, cum remotis arbitris opus ſit, cogitaturi ex diſpoſito conueniſtis? Expono, Impono, Interpono, (παρεντίθημι, παρεμβάλλω) Oppono, Præpono, Propono, Poſtpono, (ὕστερον τίθημι) retrò pono, poſthabeo, minoris facio. Cic. Tironi. Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem. Repono, quod modò ſignificat, loco ſuo, unde ablatum erat, colloco. Cic. pro Seſtio. Hūc Pompeius erexit, atq́ inſigne regium, quod de capite ſuo abiecerat, repoſuit. Modò idem quod recondo: ut, Scientia condendi ac reponendi fructus, apud eundem 2. de Nat. deo. Sepono, (ἀποτίθεμαι) ſeorſum pono, remoueo. Suppono, (ὑποτίθεμαι, ὑφίσταμαι) ſummitto. Apuleius Suppoſuitq́ humeros oneri. Aliquando adulterinum loco ueri ſubiicio. (ὑποβάλλομαι) unde Suppoſitus partus, (ὑποβολιμαῖος) dicitur, quando fœtus alterius matris non ueræ matri ſubiicitur. Item teſtamentum ſupponere, eſt falſum in locum ueri ſubſtituere. Plinius: Nam filius patris teſtamentum ſuppoſuiſſe dicebatur. Superpono, & Suprapono, (ἐπιτίθημι) nota ſunt. Trāſpono, (μετατίθημι) de uno loco in alium tranſfero. Pono olim fecit præteritum poſiui. Plau. Nunc ut apud ſequeſtrum uidulum poſiuimus.

PONS, tis, {*Ponte*} (γέφυρα) à Pendeo, q. ueluti in aere pendeat. Et ſignificat omne per quod ſuper aquas tranſimus. Plin. libr. 8. cap. 3. Terris ſpatio procul pontis à continente porrectis, &c. Accipitur & pro ſcalis nauticis, quæ Græci ἐπιβάθρας uocant. Verg. lib. 10. Aen. Interea Aeneas ſocios de puppibus Altis Pontibus exponit per pontem olim ferebantur ſuffragia: unde, Sexagenarios de ponte deiicere, prouerbialiter dicitur pro eo quod eſt, ſuffragio priuare uel omnem auctoritatem adimere. Vide Eraſmi Roterodami Adagia.

PONTIA, {*Ponzo*} (ποντία) inſula eſt una Oenotridū, litori Lucano adiacens è regione Veliæ. Plin. lib. 3. cap. 7. Contra Veliam Pontia et Iſchia, utraq́ uno nomine Oenotrides, argumentum poſſeſſæ ab Oenotriis Italiæ. Sunt item Pōtiæ inſulæ duæ, non longè à Palmaria, in ſinu Caietano, è regione Formiarū, in

quibus turtures ac coturnices, quum ad Italiam ueniunt, prima uolatura requie ſcendi cauſa paucos dies morantur. Auctor Varr. Plin. ca. 6. lib. 3. Ab his ultra Tyberina oſtia in Antiano, Aſtura, mox Palmaria, Sinonia, & aduerſum Formias Pontiæ.

PONTICVLVS, {Ponticello} (γεφύριον) diminutiuum, paruus pons. Cice. 5. Tuſc. Et ꝙ foſſam latam cubiculare lectu circundediſſet, eiusq́ foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

PONTIFEX, pontificis, {Pontifice papa} (ἱεράρχης, ἀρχιερεύς) ſacer magiſtratus (ut inquit Scæuola) à poſſe & facere dictus. (ut inquit Varro) à ponte, quia Sublicius pons à Pontificibus factus eſt primum, & reſtitutus ſæpe. Cic. ad Attic. lib. 4. Calendis Octobris habetur ſenatus frequens, adhibentur omnes Pontifices qui erant ſenatores: a quibus Marcellinus, qui erat cupidiſſimus mei, ſententiam primus rogatus, quæſiuit quid eſſent in decernendo ſecuti. Tum Lucullus de omnium collegarum ſententia reſpondit, Religionis iudices Pontifices fuiſſe, legis Senatum, ſe & collegas ſuos de religione ſtatuiſſe, in ſenatu de lege. Libri pontificum. Horat. 2. Epiſt. 1. Cœnæ pontificum, idem 2. Car. Ode 14. Religio pontificum, Cice. pro Domo ſua. Secures pontificum, Horati. 3. Car. Ode. 23. Erant autem maiores & minores Pontifices, inter quos ſummus Pontifex maximus dictus eſt, ꝙ maximarum rerum, quæ ad ſacra & religionem pertinent, iudex eſſet & uindex contumaciæ priuatorum, & magiſtratuum. Numa enim Pontificem fecit, eiq́ ſacra omnia attribuit, eiusq́ ſcitis ſacra omnia priuata, & publica ſubiecit: inſtituitq́, ut idem Pontifex non cœleſtes modò cæremonias, ſed iuſta quoq́ funebria, placandosq́ manes edoceret. Auctor Liui. lib. 1. ab Vrb. condita.

PONTIFICALIS, & hoc pontificale, {Pontificale} (ἱεραρχικός) quod ad Pontificem pertinet: ut, Pontificalis auctoritas, apud Cic. 2. de legi. Itaq́ uſus tã tummodo Pontificis eſſet, ſi pontificalis maneret auctoritas. Põtificalis honor, Oui. 3. Faſt. Ius pontificale, Cic. 2. de Legi. Sacrum Pontificale. Ouidi. 1. Faſt. Pontificalis cœna, dicebatur opipara, ſumptuoſa, & exquiſitis epulis inſtructa: quales eſſe ſolent Pontificum cœnæ. Vide Macrob. 3. Satur. & Chilia. Eraſmi. Pontificales libri, in quibus ſacræ cæremoniæ continentur.

PONTIFICATVS, huius põtificatus, {Pontificato, papato} (ἀρχιερωσύνη) Pontificis dignitas, ſicut Conſulatus, dignitas conſulis. Cic. de Aruſp. reſp. Qui ſtatas, ſolennesq́ cæremonias Pontificatu, rerum bene gerẽdarum auctoritates, augurio contineri putauerunt.

PONTIFICIVS, pontificia, pontificium, {Da pontifice} (ἱεραρχικός) quod eſt Pontificis. ut, Ius Pontificium, è Pontificibus cõſtitutum: cuiuſmodi hodie eſt, quod Canonicum dicitur. Cicer. 3. de Natu. deor. Docebo meliora me didiciſſe de colendis dijs immortalibus iure Pontificio, & more maiorum. Pontificia uerò, orum, plurali tantùm numero, libri Pontificij. Cic. 1. de Natu. deo. Deinde nominum non magnus numerus, ne in Pontificijs quidem noſtris, &c. Inuenitur & Pontificium ſubſtantiuum, pro cognitione & auctoritate Pontificis, Gell. lib. 1. cap. 13. Re ſemel ſtatuta, deliberataq́ ab eo, cuius negotium id, pontificiumq́ eſſet, &c.

PONTINA PALVS, (πομπτίνη) Volſcorum palus iuxta Forum Appij, haud longè à Tarracina, diſtans ab Vrb. XXIX. paſſuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Conſule exiccata eſt, & ex ea ager factus, ut tradit Plin. libe. 4. cap. 7. Luca libe. 1. Et qua Pontinas uia diuidit uda paludes.

PONTONES, (πορθμεῖα) naues, quibus in traijciendis amnibus loco pontiũ utimur. Papinianus: Quia uia confirmari ſolet, uel ciuitate tenus, uel uſq́ ad uiam publicam, uel uſq́ ad flumẽ, in quo pontonibus traijcitur. Apuleius: Et ſi uado non poterunt, pontonibus tranſibunt. Cæſ. 3. Bell. Ciuilis: Pontones, quod eſt genus nauium Gallicarum, Lyſſi relinquit.

PONTVS, {Mare} (πόντος) generis maſculini, propriè dicitur mare illud, quod à palude Mæotide uſque in Tenedum protenditur. ſed ubi primum ſe arctat, à Tenedo incipiens, à caſu Helles uocatur Helleſpontus: ubi ſe expandit, Propõtis: ubi iterum arctatur, Thracius Boſphorus: ubi autem latiſſimè diffunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur oſtio Mæotidis paludis, idq́ oſtium Cimerius Boſphorus uocatur. Figuratè autem pro quouis mari ponitur, ut apud Vergilium lib. 1. Aen. Ingens à uertice põtus in puppim ferit, &c. Eſt præterea Põtus, Scythię fluuius, in quo Thracias lapis inuenitur, qui aqua accenditur, & reſtinguitur oleo, ut refert Dioſcor. lib. 5. cap. 93.

PONTVS, ti, fœminini generis, prouincia Aſiæ minoris, à Ponto rege ſic cognominata, crudelitate Medeę, & maleficarum herbarum prouentu nobilitata. Verg. Eclog. 8. Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta uenena Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto. Ponto item frequentiſſimus eſt Caſtor, cuius teſticuli ad medicamenta expetuntur. Idem 2. Georg. Viroſaq́ Pontus Caſtorea. Clauditur autem Pontus (ut Strabo refert lib. 1. 2. 8. 9. 11.) ab occidente Haly flumine: ab Oriente, Colchide: à Meridie minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino. Ptolemæus uero lib. 5. paulò aliter: Pontus inquit, ab Occaſu, ore Ponti, & Thracio Boſphoro à Meridie, regione quę propriè Aſia dicitur: à Septẽtrione, parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates inſignes ſunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicæa. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila ueteris teſtamẽti interpres, & Martion hæreſiarches, qui quamuis Chriſtianus uideri uellet, alium tamen creatorẽ omnium rerum eſſe dicebat, quàm CHRISTI patrem, illumq́ maiorem aiebat. Hinc Ponticus, a, um, (ποντικός) ut, Ponticum Abſinthium, apud Colum. lib. 12. capi. 35.

PONTICA NVX, (λεπτοκάρυον) eadem quæ auellana, quod in Ponto plurimum abundet.

POPA, æ, dicebatur, qui uictimas uenales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatq́. Propert. lib. 4. Succinctiq́ calent ad noua ſacra popæ. Spartianus in uita Getæ: Percuſſit hoſtiam popa nomine Antonius. Sueto. in Vita Caligulæ ca. 32. Admota altaribus uictima, ſuccinctus poparũ habitu, elato altè malleo, cultrarium mactauit. Accipitur nonnunquam Popa metaphoricè pro guloſo, & inſatiabili. Perſius Saty. 6. At illi tremat omento popa uenter.

POPANVM, ni, pe. cor. (πόπανον) placenta lata, tenuis, rotunda, quam dijs ueteres offerebãt ſed & pro quocunq́ libro capitur. Iuue. Saty. 6. Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris. Iulius autem Pollux ait Placentam eſſe, qua in ſacrificiis antiqui utebantur. Cuius dictionis frequens eſt uſus apud Ariſtophanẽ. Calepinus putauit Popana eſſe unguenta quædam pinguia, adducens teſtimonium ex Iuue. Saty. 6. Ridendaq́ multo Pane tumet facies, aut pinguia popana Spirat, & hinc miſeri uiſcantur labra mariti. Quo tamen in loco conſtat Poppeana legendum eſſe, non Popana. Quod miror Calepinum non animaduertiſſe, cum alioqui in priore carmine integer pes defuturus ſit.

POPILIVS, prænomine Marcus. Flamen carmentalis fuit, cui circa ſacrificia occupato cum nuntiaretur ſeditio plebis aduerſus magiſtratus concitatæ, ut erat læna indutus, in concionem aſcendit, ſeditionemq́ ſua auctoritate ſedauit. Duo præterea alij celebrantur Popilij, quorum alter ad Antiochum, Ptolemæi Aegypti regem obſidentem legatus miſſus cum mandata ſua Antiocho expoſuiſſet, ut à Rege ſocio & amico pop. Rom. abſtineret, regem cunctantem reſponſumq́ differentem uirgula circumſcripſit, denuntians Populum Romanũ omnia hoſtiliter cũ illo eſſe acturum, ſi ſpatiũ illud egrederetur, prius quã ſibi reſpõdiſſet. Admiratus itaque hominis cõfidentiã Antiochus, reſpondit ſe in pop. Roma. poteſtate, fore, ſolutaq́ obſidione in regnum ſe recepit. Alter cognomento Lanatus, de quo Valerius inter ingratitudinis exempla commemorat, ꝙ cum à Cicerone in cauſa capitis eſſet defenſus, certiſſimoq́ periculo liberatus, nullam non modo patrono retulit gratiam, uerumetiam magni beneficij loco ab Antonio popoſcit, ut ad occidendum Ciceronem mitteretur: qua re facilè impetrata, uiro innocentiſſimo, optimeq́ de ſe merito, cui ſalutem debebat, uitam eripuit.

POPELLVS, li, {Populo piccicolo} (δημίδιον) diminutiuum a populus, idem quod plebecula. Perſius Saty. 4. Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. 1. Epiſt. 7. Vulteius mane Philippus Vilia uendentem tunicato ſcruta popello Occupat.

POPINA, næ, pe. pro. {Luganigaria, hoſteria, tauerna} (ὀψοπωλεῖον, καπηλεῖον) à popa, locus ubi publicè obſonia, caroq́ cocta, delicate confecta uenditatur, comeditúrq́: uel priuatim ubi guloſa familia extraordinariè ligurire, & helluari conſueuit, auctore Valla in Raudenſem. Pla. in Amp. Interea dum iſti certant, in popinam diuortendum eſt mihi. Lances detergam omnes oẽsq́ trullas hauriam. Accipitur nonnunquam Popina pro delicatioribus cibis, qui in popina uendi conſueuerunt. Cic. 3. Philip. Sed cum tam atroci edicto nos concitauiſſet, cur ipſe non affuit? num putatis re aliqua triſti & ſeuera? uino & epulis retentus & alea eſt, ſi epulæ potius, ꝗ popinæ dicendæ ſunt.

POPINALIS, & hoc. le, (καπηλικός) quod ad popinam ſpectet. Colum. libr. 8. capi. 16. Tunc celebres erant deliciæ popinales, quum ad mare, deferebantur uiuaria.

POPINATIO, onis, {Crapula} nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dicitur Helluatio, quam Gręci ἀσωτίαν uocant. Fit autem Popinatio à Popinor, aris, quod ſignificat helluari, & indulgere popinis. Iulius Cap. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat uitam.

POPINONES, {Lecardi tauernieri} (ἄσωτοι) helluones, gulones, qui ſe popinis dedunt. Hor. 2. Serm. Imbecillus, iners: ſi m quiduis: adde popino. Suet. de Clar. Gram. Luconem, et nebulonem popinonemq́ appellans, & uita ſcriptisq́ monſtroſum.

POPLES, itis, (ἰγνύα, ἰγνύς) pars oppoſita genu, quæ curuatur dicta, ꝙ poſt plicetur. Colum. lib. 6. cap. 12. Si dolore neruorum claudicat, oleo & ſale genua poplitesq́, & crura confricanda ſunt, donec ſanetur. Cur. lib. 6. Poſtea ꝗ deficere ſe ſenſit, poplitibus ſemet excepit. Liu. lib. 2. Quoſdam & iacentes uiuos, ſucciſis femoribus, poplitibusq́ inuenerunt.

POPPÆA, Sabina. T. Ollij filia, à Poppęo Sabino auo ſuo ita nominata mulier forma, nobilitateq́ inſignis fuit, quam primis nuptijs Rufo Griſpo coniunctã, M. Otho primum in adulterium, deinde & in matrimonium ſuum pellexit. Verum quum incautius apud Neronem principem uxoris formam laudaret captus amore eius Nero, Othoni conſuetudine eius interdixit, deinde & in Luſitaniã ſub ſpecie honoris, eo relegato, matrimonio eã ſibi copulauit. Obijt fortuita Neronis ira, ictu calcis, cum grauida eſſet, ab eo percuſſa. Auctor Tacitus Annal. lib. 16. Inde Poppæanus, a, num, denominatiuum: ut, Vnguenta Poppæana, a Puppæa inuenta, uel quibus illa præcipue uti ſolebat. Iuue. Saty. 6. Ridendaq́ multo pane tumet facies, aut pinguia Poppæana Spirat, & hinc miſeri uiſcantur labra mariti.

POPPYSMATA, {Vezzi} (ποππυσμάτα) propriè dicuntur ea uocis blãdimẽta, quæ fiunt equis uicomitis cum tractatione manuum. Iuue. Saty. 6. Prębebit uati crebrum poppyſma roganti. i. crebram manuum tractationemcũ quadam uocis adulatione. nam fit à ποππύζω, quod eſt ſibilo, uel adulor. Quare & pro ſibilo quandoq́ ponitur, qui in re obſcœna fieri conſueuit. Mart. lib. 7. Quis uidere poteſt fatui poppyſmata cunni? Quum ſonat hic, cui non mentula, mensq́ cadit? Velut uitium notauit in Gallia poppyſma, hoc eſt pudendarum partium inter coeundum crepitum. Eſt & ποππύζειν (ut quidam exponunt) idẽ quod Plaudere, hoc eſt, illiſis manibus inter ſe, & palma collata, plauſum edere. Dicitur etiam in eadem ſignificatione Poppyſmus. Plin. lib. 28. ca. Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.

POPVLABILIS, le, quod populari poteſt. Ouid. 9. Meta. Interea quodcũq́ fuit populabile flamma, Mulciber abſtulerat.

POPVLABVNDVS. (λεηλατῶν, δῃῶν) prædabundus, à populando, id eſt, qui populatur. Liu. 3. ab Vrb. In fines Romanos excurrerunt, populandi magis, quàm iuſti more belli.

POPVLARIA SACRA, (δημοτικὰ ἱερὰ) ut labeo inquit, ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa ſunt. ut Fornicalia, Palilia. Sic dicta, ꝙ populo grata eſſent, propterea ꝙ tunc in populum miſſio fieret ab ijs, qui gratiã plebis quærebant: & hoc duplici modo: aut de Repub. bene ſentiendo, & ea quæ ad populi ſalutem ſpectant, recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, uel alijs corruptelis beneuolentiam captando.

POPVLARIA, dicebãtur loca ubi plebs ſedebebat. Suet. in Dom. Et quia pars maior intra popularia deciderat: &c. Vide in dictione Equeſtria. Item populatoria, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium. Popularia agimus per ludum.

POPVLARIS, & hoc re, {Popolare, di popolo} (ἰδιωτικός, δημοτικός) quod eſt populi. Horat. de Arte: Et popularis Vincentem ſtrepitus, & natus rebus agendis.

agendis. Interdum popularis, (δημοτικός, ἀρεστὸς τῷ δήμῳ, δημαγωγός) dicitur charus: & gratus populo qui ſibi populi fauorem conciliat. Cicero: Nil tam populare, quàm bonitas. Liu. Et qui nihil popularius eſt, quibus artibus petierat magiſtratus, iiſdem gerebat. Interdum dicitur plebeius, uilis, & ignobilis (ἀτυχῶν) Plautus: Præſtat diuitem eſſe ac popularē, quàm nobilē & mendicum. Popularis item dicitur, qui eſt eiuſdem conditionis, generis, ſortis, & fortunæ, ἀμφόθνις, δημότης, ὁ μετά τινὸς δημοτευόμενος. Teren. in Phorm. Amicus ſummus meus, & popularis Geta, Erat enim & ipſe ſeruus. Popularis item dicitur ciuis, Teren. in Adelph. Obſecro populares ferte miſero, atque innocenti auxilium. Vulgus indoctum patriotam appellat. Ponitur aliquando Popularis pro ſubdito auctore Budæo. Liu. 1. Bel. Maced. Tentando nunc ſociorū, nunc popularium animos, id eſt, ſuorum ſubditorum. Populari nomine uocare, eſt uocare nomine uulgò à populo uſurpato. Pli. lib. 13. ca. 4. Populari etiā nomine à nobis appellantur balani.

POPVLARITAS, tatis, {*Affabilità, humanità uerſo il popolo*} (δημαγωγία, δημεραστία, ὀχλοκοπία) ſtudium, & cultus populi hoc eſt, affabilitas, humanitas, blanditiæ, quibus populi fauorem aucupamur Plin. Epiſt. 117. Dixit cauſam Claudius Ariſtion, princeps Epheſiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis. Ponitur aliquando pro coniunctione atque neceſſitudine, quæ debet eſſe inter populares, hoc eſt inter eos, qui ex eadem regione ortū traxerunt. Plau. in Pœn. Si quid opus eſt, quæſo dic atque impera popularitatis cā.

POPVLARITER, {*Popolarmente, affabilmente*} (δημοτικῶς) affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Iuuen. Saty. 3. Et uerſo pollice uulgi Quemlibet occidunt populariter. Aliquando ſignificat more populi Cic. in ſom. Sci. Homines enim populariter annum tantum modo ſolis, id eſt unius aſtri reditu metiuntur. Hinc dicimus Populariter agere, Populariter loqui, Populariter ſcribere: id eſt, more populi.

POPVLATIM, (κατὰ δήμους) modo ſignificat per populos. Apuleius: Populatim ab omni prouincia reuocatus. Modò cateruatim, & in uniuerſum. Cæcil. Ego perdidi te, qui omnes ſeruos prodo populatim: quæſo ne addas malum ad hoc malum.

POPVLATVS, lata, tum, particip. (δεδῃωμένος, πορθηθείς) quod ſignificat deprædatus. Verg. 12. Aen. Quiſque ſuum populatus iter. Cice. 5. Verr. Eiectos aratores eſſe dico, agros uectigales uexatos, atque exinanitos à Verre, populatam, uexatamque prouinciam.

POPVLATVS, us, ui, (δῄωσις, πόρθησις) idem quod populatio. Luc. li. 2. Ardent Heſperij ſæuis populatibus agri.

POPVLETVM, ti, {*Alberaro, luogo doue ſono molte albere*} (λευκών, αἰγειρών) locus populis conſitus, Plin. lib. 14. ca. 5. Antea Cæcubo erat generoſitas celeberrima paluſtribus populetis.

POPVLEVS, a, um, {*D'albera*} (λεύκινος, αἰγείρινος) quod eſt materiatum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. Ver. 4. Georg. Qualis populea mœrens philomela ſub umbra. Frondes populeæ, Idem 8. Aen. Vmbra populea. Idem. 4. Georg.

POPVLNVS, na, num, (λεύκινος, αἰγείρινος) idem quod populeus. Plaut. in Caſ. Non iſtæc aut populna ſors, aut abiegna eſt tua? Dicitur & Populneus, a, um, in eadem ſignificatione. Colum. li. 6. ca. 3. Probatur maximè ulmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea Frons. Idem lib. 12. cap. 2. Frondem querneam, & populneam.

POPVLO, las, et Populor. pluralis, {*Depredare*} (δῃοῦν, ποτ... φθείρειν τι καὶ ἀγειν, λαφυραγωγεῖν, δῃοῦν, πορθεῖν) idem quod deprædari, diripere, ſpoliare Cæſar. 1. Bel. Gal. In Heduorum fines peruenerat, eorumque agros populabant. Verg. 1. Georg. Monſtra ferunt, populatque ingentem farris aceruum. Populatio, onis, uerbale. Liu. 3. ab Vrb. Aequo populationibus incurſionibusque meliores eſſe. Colu. lib 2. cap. 20. Nam ea res à populatione murum formicarumque frumenta defendit. Populator, oris, Ouid. 12. Meta. Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles. Ouid. 13. Metam. Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides. Populatrix, cis, Mart. li. 13. Hæc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti, Pallados à ſyluis nobile nectar apis. Hinc depopulor, pro deprædor, paſſimque & populatim diripio.

POPVLONIA, æ, ſiue Populonium, nij, {*Piombino*} (Ποπλώνιον Ptolemęo) oppidum eſt in litore maris Tuſci, non procul à Piſis, portum habens nō ignobilem, è regione Iluæ inſulæ. Meminit huius oppidi Plin. lib. 3. cap. 5. & 6. Ptolemęus lib. 3. & Pomponius li. 2. Verg. 10. Aen. Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes: aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis. Hodie Plumbinum uocant.

POPVLOSVS, ſa, ſum, {*Populoſo*} (πολυάνθρωπος) quod eſt plenum populo. ut, Oppidum populoſum.

POPVLVS, li, antepenultima correpta, {*Popolo*} (λαός, δῆμος) ſingulari numero, unius ciuitatis multitudinem ſignificat, iuris conſenſu, & concordi communione ſociatam. Vergil. 1. Aeneid. Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum Venturum excidio Lybiæ. Populi uerò, diuerſarum ciuitatum. Ibidem: Littoraque & latos populos. Populus à Colum. de Apibus dicitur. li. 9. cap. 13 Id ne fiat duo populi coniungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere.

POPVLVS, prima ſyllaba pro. cæteris breuibus, {*Pioppa, albera*} arbor eſt cerro ſimilis, caudice procero & erecto, cortice læui, folijs, dum tenera eſt, circinatæ rotunditatis, quæ in ſeneſcente anguloſa euadunt, ſine flore. Duo eius ſunt genera, Alba, quam & Græci λεύκην dicunt, folio numeroſiore, & tremulo (unde & Trambulam Galli uocant) uuasque ferens, quas Brya dicunt, unguentis expetitas. Et Nigra, illis αἴγειρος dicta, lætior quidem & procerior, ſed fronde rariore. Vtraque locis aquoſis gaudet & paluſtribus, Verg. 9. Eclog. Hic candida populus antro Imminet. Plin. lib. 34. cap. 8. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Col. lib. 5. Cui res maximè uidetur idonea populus. Ea eſt arbor cerro ſimilis.

PORCA, æ, {*Porca, ſcroffa*} (ὗς, ἡ) ſus fœmina. Cato de re Ruſti. capite. 134. Priuſquam, fœminam porcam immolabis. In agro uerò Porca eſt terra elata inter duos ſulcos, (αὔλαξ) à porrigendo (ut inquit Varr. lib. 1. cap. 19. de Re ruſtic.) quod ea ſeges porrigat frumentum. Vel à porcendo, id eſt, prohibendo, ut Nonio placet, eo quod ultra ſe iacta ſemina prohibeat. Porcæ (inquit Feſtus) appellantur rati ſulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: ita dictæ, quòd porceant, id eſt, prohibeant aquam frumento nocere Crebriores autē ſulci, Lirę uocantur. Hæc ille. Colum. lib. 2. cap. 4. Liras ruſtici uocant eaſdem porcas, quum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem CLXXX. longitudinem, Porcam uocabant eodem auctore libr. 5 ca. 1. Campani inquit Hermolaus Barb. hodie Porcas, uocant puluinos, ſiue hortulos, in quibus uelut ſulcatim ſua cuiuſque generis olera ſeruntur. Id genus Areæ dicuntur, apud Columellam.

PORCARIVS, a, um, (χοίρειος) quod ex porca eſt, Vnde Porcariam uuluam dicebant, qua edito partu uceſcebantur. Plini. libro 11. capi. 37. Vulua eiectitio partu melior, quàm edito. Eiectitia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima.

PORCARIVS, {*Porcaio*} (χοιροβοσκός) porcorum cuſtos, ſubulcus.

PORCEO, ces {*Vietare*} (ἀπείργειν) uerbum abſoletum, quo antiqui, teſte Feſto, utebantur pro prohibeo. Lucil. lib. 6. Non te porrò, procedere porcent. Componitur ex Porrò, & Arceo, quaſi procul arceo.

PORCETRA, æ (χοῖρος, alijs δέλφαξ) porca quæ ſemel tantum peperit: Scropha, quæ ſæpius.

PORCIA, nobilis Romæ matrona fuit, Porcij Catonis cenſorii filia, ſiue (ut alij malunt) neptis, quæ cùm matremfamilias quādā: quæ ſecundas inierat nuptias, pudicitiæ nomine laudari audiret, Caſta, inquit matrona non niſi ſemel nubit. Porcia alia fuit, Catonis Vticenſis filia, et uxor Bruti, quæ cùm uiri ſui cōſilium, quod de interficiendo Cæſare cœperat, cognouiſſet, cultello tonſorio ſeſe uulnerauit. Qua de re cùm à uiro increparetur, Non eſt, inquit, hoc temerarium factum meum: ſed in tali ſtatu noſtro, mei erga te amoris certiſſimum indiciū. Experiri enim uolui, ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſſiſſet, quàm æquo animo me ferro eſſem interemptura. Hæc poſtea cùm audiſſet uirum ſuum, poſt infauſtum illud prælium aduerſus Antonium Auguſtumque in campis Philippicis geſtum, mortem ſibi conſciuiſſe, mori & ipſa ſtatuit. Sed cùm arma à domeſticis ſubtraherentur, hauſtis prunis, oreque obſtructo, confeſtim extincta eſt. Vide Valer. Maximum.

PORCIVS, Catonum familiæ gentilitium cognomen fuit, à porcis tractum. Varro libro 2. de Re ruſt. cap. 1. Cognomina multa habemus ab utroque pecore: à maiore, & à minore. A' minore Porcius, Ouinius, Caprilius. A' maiore Equitius, Taurus.

PORCINARIVS, {*Che uende carne di porco,*} qui carnes porcinas uendit. Plaut. in Cap. Quanta lanijs laſſitudo, quanta porcinarijs?

PORCINVS, a, um, pen. prod. {*Di porco*} (χοίρειος, ὕειος) quod ex porco eſt: ut, Caro porcina. Plau. Cap. Alium piſces præſtinatum abire, Alium porcinam, atque agninam & pullos gallinaceos.

PORCVLATIONEM, (χοιροβοσκίαν) antiqui porcorum nutricatum uocauerunt. Varro libro 2. de Re ruſt cap. 4. In nutricatu (quam Porculationem appellabant) binis menſibus porcos ſinunt cum matribus.

PORCVLATOR, oris {*Porcaro*} (χοιροβοσκός) qui porcos nutrit, ut pingueſcant. Colum. lib. 7. cap. 9. Itaque porculatoris maximum officium eſt, ut unamquamque cum prole claudat.

PORCVLETVM, ti, Hermolaus ait idem eſſe quod porcam. hoc eſt, terram editiorem inter duos ſulcos. cuius generis in hortis hodie Puluini appellantur, in quibus ſua cuiuſque generis olera ſeparatim ſeruntur. Plin. lib. 17. cap. 22. Vmbri & Marſi ad uicenos pedes intermittunt arationis gratia, in his quæ uocant porculeta.

PORCVLVS, li, (χοιρίδιον) diminutiuum à porco deductum: à quo rurſus fit aliud diminutiuum Porcellus. Porculus item machinæ genus eſt apud Catonem de Re ruſt. cap. 19 Foramen (inquit) quod primum facies, ſemipedem ab cardine facito: cætera diuidito quàm rectiſſimè porculum in media ſucula facito: inter arbores medium quod erit: id medium collibrato, ubi porculum figere oportebit, uti in medio pedum rectè ſitum fiet.

PORCVS, ci, {*Porco*} (χοῖρος) propriè dicitur ſus domeſticus, quemadmodum aper ferus. Suis autem appellatio utrique generi eſt communis. Mart. libr. 14. Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter ſpumantes ilice paſtus apros. Dictus Porcus, ab eo, quòd porrecto ritu paſcitur, & terram, dum herbarum radices rimatur, latius porrigat. Hinc fiūt diminutiua. Porculus & Porcellus, (χοιρίδιον, χοιρίσκος). Sueto. in Nerone: Iterum ac ſæpius recoctum porcello obiecit. Porculus legitur apud Plau. in Menæch. Scribit Varro Porcum Græcum nomen eſſe antiquum, ſed obſcuratum, quod poſtea uocarunt χοῖρον.

PORCVS MARINVS, (ὀρθραγορίσκος) piſcis genus, cum capitur, grunniens. Lacedæmonii orthragoriſcum uocant, ut ex Appionis ſententia refert Plinius libro 32. cap. 2.

PORCVS TROIANVS, (χοῖρος τρωϊκός) in Romanorum conuiuiis per iocum dicebatur aper, qui integer apponi ſolet, unà cum minoribus animalibus in uentre eius incluſis, non ſecus atque olim ferunt in equo Troiano incluſos fuiſſe armatos. Vide Macrobium in Saturnal.

PORI, orum. Vide Porus.

POROCELA, (πωροκήλη) ſpecies herniæ eſt cum ex abſceſſu circa ſcrotū materia induruit. πῶρος enim Græcis inter cætera lapidoſam duritiem ſignificat, ſiue callum.

PORDOSELENE, pe. pro. (Πορδοσελήνη) inſula eſt ante Epheſum, cum urbe eiuſdem nominis, quam nonnulli, teſte Stephano, æſchrologiam fugientes, Poroſelenen appellarunt. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 5. cap. 31.

PORPHYRA, æ, {*Porpora*} (πορφύρα) Latinè purpura. unde Porphyriacus, a, um, penultima correpta, pro purpureo. Ouidius: Et porphyriacis figere labra genis.

PORPHYREON, onis. (Πορφυρέων) Phœnices oppidum, apud Stephanū, cuius incolæ Porphyreonii dicuntur, & Porphyreonitæ.

PORPHYRIO, onis, (πορφυρίων) auis eſt collum habens oblongum & anguſtum, crura prælonga, eaque rubentia, quemadmodum & roſtrum, ſola auium morſu bibens, cibumque prius aqua tinctum altero pede, ueluti manu, ad roſtrū Afferens Auctor Plin. lib. 10. cap. 46. Aelianus libr. 14. cap 35. tradit Porphyrionem muliebris pudicitiæ obſeruatorē eſſe, matreſque familias adulterium

Seu pedibus uacuis illi ſpatioſa teretur Porticus. Multæ Romę inſignes fuere porticus: omnium tamen magnificentiſsima fuit, quam, ꝙ à Pompeo ædificata eſſet, Pompeianam uocabant: cuius meminit Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Tu modo Pompeia lentus ſpatiare ſub umbra, Quum Sol Herculei terga Leonis adit.

PORTIO, onis, {*Parte, portione*}(μέρος) quaſi partio, ſignificat partem. Plin. lib. 9. ca. 35. Sed quota hæc portio eſt? Huius diminutiuum eſt Portiuncula, μερίς. Apuleius: Qui quum a me portiunculam poſceret. Hinc fit Proportio, (λόγος, ἀναλογία) quæ eſt duarum rerum inuicem facta comparatio.

PORTISCVLVS, li, {*Comito*}(κελευστής) hortator remigum, qui eam perticam, quæ & ipſa portiſculus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta pro libito moderatur. Plau. in Aſin. Tute habes portiſculum. Ennius in Annal. Portiſculus quum ſignum dare cœpiſſet. Ea Nomo.

PORTITOR, oris, (πορθμεύς) propriè dicitur, teſte Valla lib. 1. qui homines in ulteriorem fluuij ripam, uel de litore ad nauim, uel de naui ad litus traijcit, quem Græci uocant Porthmea. Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, ꝙ mortuorum umbras cymba ſutili per Stygiam paludem putetur tranſuehere. Dictus eſt autem Portitor à portando, ſicut Vector à uehendo, quamuis Laurentius innuere uideatur à portu dictum eſſe portitorem. Ver. 6. Aene. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Dicitur etiam Portitor, eodem Laurentio teſte, qui portorium, hoc eſt, fructus pecuniarios ex portu conduxit, quiq; nomine portorij ſtipē a uenētibus exigat. Cic. ad Qu. fratrem: Qui nuper in portorijs Italiæ tollendis, non tam de portorio, ꝙ de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Accipitur etiam Portitor pro eo qui aliquid portat. Statius li. 5. Thebaid Languet. Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ.

PORTO, as, {*Portare*}(φέρω, κομίζω) fero, affero, gero non tantum corpore, ſed etiam animo, & tam bona, quàm mala. Teren. in And. Dij boni, boni quid porto? Pli. lib. 11. cap. 17. Apes feſſum regem humeris ſubleuant, ualidius fatigatum ex toto portant. Ver. 9. Aen. Multa patri portanda dabat mandata.

Portare item dicimur, cum nauibus aut iumētis aliquid nobiſcum uehimus. Verg. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans, uictoſq; Penates. Ibidem. Portātur auari Pygmalionis opes pelago.

Portare auxilium, dicimus, pro adiuuare. Salluſt. in Cat. poſt ubi pericula uirtute propulerant, ſocijs atq; amicis auxilia portabant. Hinc Portito, as, frequentatiuum. Gel. lib. 20. cap. 1. Crumenam plenam, aſſium portitans. Portatus, tus, uerbale, actus ipſe portandi. Plin. lib. 9. cap. 35. Tædia exquiſita perditorè portatu. Huius compoſita ſunt, Apporto, Aſporto, Comporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Tranſporto: quorum ſignificata Vide ſuis locis.

PORTORIVM, rij, {*Nolo*}(πορθμεῖον) naulum, & merces, quæ datur portitoribus, hoc eſt, ijs qui nos cymba uel pontone transfluuium uel fretum traijciūt. Item uectigal, quod portitori ſoluitur, hoc eſt, illi qui redemit prouentum portuum, uel fluminum, uel lacuum, uel ſtagnorum ἐλλιμένιον. Luc. li. 12. Facit idem quod illi, qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plau. in Aſin. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. Cic. 1. de Inuen. Nā ſi Rhodiis turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere.

PORTVLACA, {*Porcellana porcellachia*}(ἀνδράχνη) herba eſt frigida & humida, quæ dentium tollit ſtuporem. Plin. lib. 25. cap. 23. & lib. 10. cap. 20. & Dioſcor. lib. 2. cap. 138.

PORTVNALIA, (παλαιμόνια) inter quatuor Gręciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum uocāt, inſtituta. Eadem & Iſthmia dicebantur ab Iſthmo Peloponneſiaco, ubi ſolent celebrari.

PORTVNVS, pen. pro. (παλαίμων) Deus maris habitus eſt antiquis, quem Græci Palæmona uocant: ita dictus à portubus, quibus præeſſe credebatur. Vide in dictione Palæmon.

PORTVS, us, {*Porto*}(λιμήν) in datiuo, et ablatiuo plurali Portubus, locus in litore, naues ab hyemis, tempeſtatumq; iniuria uindicans. Cicero in Ver. Statim ſine ullo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Metaphoricōs accipitur pro loco tuto, & quodam aduerſarum rerum perfugiu. Cicero. ad Brutū: Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & perfugiū ſalutis in tuo exercitu. Inde prouerbialis metaphora Rem in portu eſſe dicimus, pro eo qđ eſt in tuto, & extra omne periculum, Plaut. in Merc. In portu res eſt. Item in portu nauigare, pro eo quod eſt ſecurum eſſe, & omni periculo defunctum. Tracta eſt metaphora à nauigantibus, qui cum in medio mari nauigant, undarum & uentorum arbitrio iactantur: contra cum ſe in portum receperint, nihil habēt negotij cum undis & uentis. Impingere in portu, eſt in ipſo ſtatim operis initio peccare. Hinc portuoſus multos portus habens. Salluſtius in Iugurth. Illam alteram ſpecie, quàm uſu, potiorem, quæ portuoſior, & ædificiis magis exornata erat, & cæ.

PORVS, ri, (πῶρος) Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone ſuperatus, deinde & ſuorum dolo interemptus. Claudianus: Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.

PORVS, ri, priore prod. (πῶρος) a medicis appellatur callus prædurus, oſſium & cartilaginis fracturam ferruminans. Oſſa enim & cartilago, ꝙ partes ſpermaticæ ſunt, ſemel fracta, nunquam renaſcuntur. Ea uiſcoſiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo ueluti glutino coniunguntur. Auctor Gale. 6. Therape. Porus item genus eſt lapidis, Pario marmori candore & duritia ſimilis, minus tamen pōderoſi, quem Plinius inter eos annumerat, qui cadaueribus aſſeruandis ſunt idonei, lib. 36. cap 7. In articulis item Pori dicuntur tumores, ex craſſo terreſtriq; humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquā etiam contrahuntur & medicamentorum quorundam uiu, quæ multam diſcutiendi ſiccandiq;, nullam autem molliendi uim habent. Pori autem pen. cor. (πόροι) medicis propriè appellātur meatus cutis per quos ſudor erūpit, & pili.

POSCA, ſcæ, (ὀξύκρατον) potio ex aquæ acetiq; miſtura temperata. Pli. lib. 30. Tormina ſanat palumbus ferus, ex poſca decoctus. Celſus puſcam appellat per quintam uocalem, Aetius, & Aegineta etiam Phuſcam.

POSCO, poſcis, popoſci, {*Domandare*}(αἰτέω, αἰτίζω) propriè rem debitā, et honeſtam peto. Varro: Poſcere eſt quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus Donatus: Poſcimus imperioſè. Poſtulamus iure. Aliquando prouocare, ἐκκαλεῖν. Verg. 8. Aen. Haud aciem dubites in prælia poſcere Turnū. Cice. 3. Verr. Poſcunt maioribus poculis. i. prouocant ſe mutuo ad largius potandum. Aliquando Poſcere eſt indicare rem uenalem, et pretium eius taxare. Plaut. Merc. Tanti, quanti poſcit, uin' tanti emam illam? CHAR. Auctariū adiecto uel mille nummum, plus ꝙ poſcet. Aliquando eſt requirere, exigere. Cæſ. 4. Bel. Gal. Ad quos ſe celeriter, cūm uſus poſcit, recipiunt. Huius compoſita ſunt, Apposco, (ἀπαιτέω) quod eſt iure poſco, exigo. Ter. in Heaut. Minas quidem iam decem habet à me filia, Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas: Haſce ornamentis conſequentur alteræ: Porrò hæ talenta dotis appoſcent duo. Depoſco, ui de ſuo loco. Expoſco, (ἐξαιτέω) multum, ſeu cum inſtantia, aut publicè poſco. Liu. lib. 1. Pacem precibus expoſcunt. Verg. lib. 3. Sed uotis precibuſq; iubent expoſcere pacem. Repoſco, (ἀπαιτέω) quod meum eſt, repeto. Vergil. Parthoſq; repoſcere ſigna. Plaut. in Curc. Quam tu uirginem me repoſcis.

POSSIDEON, (ποσειδεών) Græcis eſt menſis, quem nos Decembrem dicimus a Neptuno nomen habens, quem illi ποσειδῶνα appellant.

POSIDEVM, ſiue Poſidium, pe. pro. (ποσείδειον) oppidum in finibus Macedoniæ, non procul à Strymone amne: cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 10. Eſt etiam eiuſdem nominis oppidum in Syria Libano monti ſubiecta: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 20. Eſt item Poſideum, Ioniæ promontorium, cum oppido eiuſdem nominis, quod olim Branchidarum, & poſtea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. Vide eundem lib. 5. cap. 29.

POSIDIPPVS, (ποσείδιππος) Comicus fuit Caſſandræus, Cynici filius, qui fabulas triginta docuit, teſte Suida.

POSIDONIA, (ποσειδωνία) oppidum in litore Lucaniæ, poſtea Pęſtum appellatum: à quo & uicinū ſinum Poſidoniatem appellarunt qui & ipſe poſtea commutato nomine, Pæſtanus appellatus eſt. Auctor Plin. libr. 3. capi. 5. Hoc etiam nomine aliquando dicta eſt Trœzen Peloponneſi urbs: propterea ꝙ τῷ ποσειδῶνι, hoc eſt Neptuno ſacra eſſet. Auctor Strabo libro 8.

POSIDONIVS, (ποσειδώνιος) philoſophus, diſcipulus & ſucceſſor Panætij, ex Apamia Syriæ (ut Strabo lib. 14. auctor eſt) ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi uixit, ac philoſophatus ē: ſicut et Apollonius Molo dictus ē Rhodius, cūm eſſet Alabandenſis: utrunq; audiuit Cicero. Hic cum aliquando morbo articulari laboraret grauiſsimè, fertur ſæpe dixiſſe (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor: quamuis ſis moleſtus, nunquam te eſſe confitebor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, ſcripſitq; multa. Poſidonius Olbiopolita Sophiſta & Hiſtoricus, ſcripſit poſt Polybium hiſtoriam libris. LII. uſq; ad bellum Ptolemæi aduerſus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demoſthenis. Hunc Strabo teſtatur ſuo tempore fuiſſe. Poſidonius Africæ præſul, Auguſtini contubernalis, cuius etiam uitam ſcripſit: præterea Homiliarum libros ſeptem, Epiſtularum totidem, aliarumq; rerū complures. Auctor Ptolemæus Lucenſis.

POSITIO, {*Poſitione ſito*}(θέσις) idem quod ſitus, ſiue, ut barbari loquuntur, ſituatio. Quint. li. 3. ca. 7. Illa propria, quæ ex loci poſitione, aut munitione ſunt. Colu. lib. 1. cap. 6. Nam ea cœli poſitio maximè frigida & minimè humida eſt. Quibus in loci ſitum cœli appellat, loci ſitum certam cœli partem reſpicientē, quē uulgus Aſpectum uocat. Cicer. pro Flac. De quorum urbis poſitione propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen eſſe proditum eſt. A Dialecticis, et Rhetoribus Poſitiones appellantur, ipſa ueluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. Quin. lib. 2. cap. 10. Quin aliquando etiam argumenta ex ipſis poſitionum uitijs ducimus.

POSITIVVS, a, um, (θετικός) quod primò poſitum eſt, nec aliunde deriuatum. Vnde Grammatici Poſitiuum à Comparatiuo & Superlatiuo diſtinguunt, ꝙ illud ſit quaſi fundamentum iſtorum.

POSITVRA, æ, {*Sito*}(θέσις) ſitus, ſiue poſitio. Gel li. 4. ca. 1. Vt animaduerteretur, quo habitu, quaq; forma, quaq; poſitura ſtellarū aliquis naſceretur. Syllabam dicimus eſſe longam poſitura, cum uocalem immediatè ſequuntur duæ conſonantes, quarum prior cum ea uocali in eadem ſyllaba cohæret. Nam ſi cōſonans utraq; ad ſequentem pertineat ſyllabam (quod mutam liquida ſubſequēte contingere ſolet) non efficient poſituram.

POSITVS us, (θέσις) idem quod poſitio, ſiue ſitus. Ouid. 4. Faſt. Terra tribus ſcopulis uaſtū procurrit in æquor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci. Taci. lib. 5. Ille poſitus ſyderum ac ſpatia dimēſus. Celſus in principio lib. 8. Prius poſitus oſſium, figuraſq; indicabo.

POSITVS, {*Poſto collocato*} participium, ſui uerbi ſignificationem retinet. Propriè enim idem eſt quod ſitus, ſiue locatus. Cic. de Lege agrar. Roma in montibus poſita. Idem pro Pompeio: Inſula Delos in Aegæo mari poſita. Nonnunquam κατ' ἀφαίρεσιν accipitur pro depoſitus. Liui. 7. ab Vrb. Poſitis omnium aliarum rerum curis. Aliquando pro exanimato: ſic enim interpretatur Seruius locum. Verg. 4. Aen. Sic te ut poſita crudelis abeſſem? Poſitus ſuper armentarium, hoc eſt, Præfectus armentario. Curt. libr. 6. Itaq; non ultrà interpolandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nomen ei) ſuper armentarium poſito quod ſcelus pararetur, indicat.

POSSESSIO, onis, {*Poſſeſſo, poſſeſſione, podere,*}(κτῆσις, νομή in Pandect.) eſt actus, ſiue ipſum ius poſsidendi. Cice. 2. Offi. Quinquaginta annorum poſſeſsiones mouere, iniquum putabat. Poſſeſsio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur, ut eam alteri poſtea reſtituamus. Liui. 2. Bel. Mace. Nabidi eam tyranno uelut fiduciariam (ſubaudi ex ſuperioribus Poſſeſsionem) dare optimū uiſum, ut uictori ſibi reſtitueret: ſiquid aduerſi accidiſſet, ſibi haberet. Interdum Poſſeſsionis nomine intelligimus fundum, ſiue agrum, aliam'ue quamuis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno maiores etiam poſſeſsiones habent. Idem in Parad. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata, & areas magno æſtimant, ꝙ ei generi poſſeſsionum nemo nocere poteſt. Cicer. ad Valerium. Is habet in Volaterrano poſſeſsionem. Hinc Poſſeſsiuncula, diminuti. Cic. ad Att. lib. 13. Credas uelim mihi maiori offenſioni eſſe, quàm delectationi, poſſeſsiunculas meas.

POSSESSIVVS, a, um, (κτητικός) ut, Nomen poſſeſsiuum, quo res poſſeſſa ſignificatur: ut, Euandrius enſis, qui ab Euādro poſsidetur: Aedes regiæ, quas rex poſsidet.

POSSESSOR, oris, {*Poſſeſſore, poſſeditore*}(ὁ κεκτημένος) qui poſſidet. Liu. 3. ab Vrbe: Ita ſine quærelis poſſeſſorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Verg. 9. Eclog. Quod nunquam ueriti ſumus, ut poſſeſſor agelli Diceret, hæc mea ſunt ueteres migrate coloni. Huius fœmininũ eſt Poſſeſtrix: ut, Poſſeſtrix montis, apud Afranium referente Nonio.

POSSIBILIS, le, {*Poſſibile*}(δυνατὸν) dicitur quod fieri poteſt: cuius contrarium eſt Impoſſibile. Plaut. in Stich. Poſſibile eſt tandem Stantem ſtanti ſua uium dare amicum amicæ? Quintil. lib. 3. cap. 8. Poſſibile, durum ait eſſe uocabulum, ſed neceſſarium, cùm aliud non habeamus. Melius ergo (inquit) qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν: noſtri Poſſibile nominant, quæ ut dura uideatur appellatio, ſola tamen eſt.

POSSIDEO, es, {*Poſſedere*}(κτάομαι, νέμομαι, in Pand.) in dominio, ſeu poteſtatem ea habeo: ex antiquo nomine Pos, quod potentem ſignificabat, & uerbo Sedeo. Teren. in Andr. Quæ illius fuerunt, poſſidet. Cic. pro Qu. Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, q. bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in uniuerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſint. Idem ad Attic li. 2. Si mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur. Poſſeſſus, a, um, participium. Ouid. 1. Amor. Eleg. 2. Et poſſeſſa ferus pectora uerſat amor. Poſſidere bona ex edicto, eſt per adiudicationem, ſiue per decretum. Poſſidere bona publicè, eſt quod in manu regia ponere dicimus. Hinc Poſſeſſio, Poſſeſſor, et Poſſeſſiuus, a, um, de quibus pauló antè.

POSSIDEVM, Vide Poſideum.

POSSVM, potes, potui, {*Potere*}(δύναμαι) ex Pos, et Sum, quaſi potens ſum. Conſtruitur quandoq; cum ablatiuo. Liui. lib. 10 ab Vrbe: Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur. Habet aliquãdo poſt ſe accuſatiuum, ſed hoc non, niſi per ſubauditionem alterius uerbi. Verg. 8. Eclo. Non omnia poſſumus omnes ſubaudi, facere, uel præſtare. Sæpius ponitur ſine caſu. Plaut. Non hic ut poſſit, edit. ſed poſſe cupit, ut edat. Ponitur aliquando pro ualere, & bene habere, ὑγιαίνειν. Cic. 1. Tuſc. Nihil enim dolet niſi pes, poſſunt oculi, poteſt caput, latera pulmones, poſſunt omnia. Poteſſe, apud Plaut. in Aulul. inuenitur pro poſſe: Cenſen', inquit, talentum magnum exorari poteſſe ab iſto ſene? Dicimus uenuſte, Poteſt fieri: pro, Poſſibile eſt: Non poteſt fieri, eſt impoſſibile. Aliquando ſolùm poteſt ponitur, nec exprimitur fieri. Plautus in Pſeud. Poteſt, ut alij ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi. Cicero ad Lentulum: Poterat utrunque præclarè, ſi eſſet fides, &c. ideſt, utrunque poterat fieri. Iungitur interdum accuſatiuo cũ præpoſitione Apud, & ualeo ſignificat: ut, Hic apud principem plurimum poteſt, hoc eſt, ualet, uel, habet magnam auctoritatem apud principem. Cicero 3. Verrin. Loquebantur enim decumanam palàm, & præter cæteros is, qui apud iſtum plurimum poterat, &c.

POST, {*Dapoi, dopo*}(μετὰ) præpoſitio, quæ & compoſita, & ſeparata inuenitur. Separata ordinem demoſtrat ſiue loci, ſiue temporis, ſiue alicuius alterius rei, & deſeruit accuſatiuo. Verg. 1. Eclog. Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas. Horat lib. 1. Epiſt. O' ciues, ciues quærenda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos. Quandoq; tamen ponitur loco aduerbij Poſtea, (ἔπειτα) & hoc quando nulli caſui ſeruit, aut quando iungitur ablatiuo. Verg. 1. Aene. Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Salluſt. Vbi periculum aduenit, inuidia, atque ſuperbia poſt fuere. Cum ablatiuo. Vergi lib. 6. Ille admirans uenerabile domum Fatalis uirgæ longo pòſt tempore uiſum. In compoſitione etiam eandem ferè habet ſignificationem quàm ſeparata. ut Poſtpono, Poſthabeo, Poſthac, Poſtea.

POSTEA, {*Dapoi*}(ἔπειτα, μετέπειτα) componitur ex Poſt, & Ea: idemq; ſignificat, quod Exinde. Salluſt. in Catil. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus eſt. Hinc fit compoſitum. Poſteaquam, (ἐπειδὴ) ſicut à Poſt, Poſtquam: quæ ambæ connexiuæ particulæ ſunt, quibus prædictis ſequentia connectuntur. Cicer. Planco: Et abſui proficiſcens in Græciam, & poſteaquam de meo curſu Reip. ſum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. Aliquando inter Poſtea & Quàm interponitur uerò, & ſignificat Sed poſteaquam. Idem Appio: Poſtea uerò, quàm ita cœpi. Grammatici præcipiunt ultimam ſyllabam aduerbij Poſtea eſſe producendam, quemadmodum uidemus fieri in ſimilibus aduerbijs Antea, Præterea, Interea, Propterea, & ſiqua ſint id genus alia, Apud Oui. tamen ferè ſemper corripitur. ut libr. 1. Faſtor. Poſtea mirabar, cur non ſine litibus eſſe, Ille dies. Et alibi: Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

POSTERIOR, & hoc poſterius, (ὕστερος) comparatiuum eſt à Poſterus. Vnde Poſteriora in animali dicuntur, quæ à tergo ſunt, & à facie auerſa. Cicero 12. Philip. Poſteriores cogitationes, ut aiunt, ſapientiores ſolent eſſe. Interdum idem eſt quod uilior, abiectior, & minoris pretij. Idem ad Attic. lib. 10. Quorum utriq; ſemper patriæ ſalus, & dignitas poſterior ſua dominatione, & domeſticis commodis fuit. Terent. in Adelph. Si id fit dando, atq; obſequendo, nõ poſteriores feram. Vbi Donatus: Non poſteriores feram: ſubauditur, Partes. Poſteriora, & Superiora opponuntur. Cicer. 3. de Orator. Paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus.

POSTERITAS, atis, {*Poſterità*}(οἱ μεταγενέστεροι, οἱ ἐπίγονοι) hoc eſt, ipſi poſteri, qui, & Minores dicuntur. Cice. in Lælio: Quo in genere ſperare uideor, Scipionis & Lælij amicitiam notam poſteritati fore. Ouidi. 1. de Pont. Eleg. 5. Quam laudem à ſera poſteritate ferat.

POSTERIVS, (ὕστερον) aduerbium idem ferè ſignificans quod poſtea, uel poſteriore loco. Plaut. in Epi. Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere. Quod plus ſapitis. Plaut. in Amphitr. Ne tu poſterius in me culpam transferas. Cice. 6. Verr. Tum mittit rex ad iſtum: ſi ſibi uideatur, ut reddat: iubet iſte poſterius ad ſe reuerti.

POSTERVS, a, um, {*Poſtero, ſubſequente*}(ὕστερος, ἐπιγιγνόμενος) temporis ordine ſubſequens. ut, Poſtera dies, id eſt, ſequens Vergil. lib. 4. Poſtera Phœbea luſtrabat lumine terras. 4. Verr. Poſtero anno L. Metellus mentionem tui cenſus fieri uetat. Hinc Poſteri dicuntur μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι) quicunq; ex nobis, & poſt nos etiam ex alijs naſcentur. Cic. 3 de Nat. deor. Experiantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, ac poſteris. Plin. lib. 12 cap. 1. Tam digna miraculo, ut Licinius Mutianus prodendum etiam poſteris putarit. Cùm dicitur, In poſterum proſpicere, In poſterum differre, ſubauditur, tempus. Cic. pro Muræna: Sapiens, ac multa in poſterum proſpiciens. Huius antitheton eſt, In præſens. Cicer. in Catil. Magna tempeſtas inuidiæ, ſi minus in præſens, at in poſterum impendet. A' Poſterus deducitur comparatiuum Poſterior, de quo paulo antea & ſuperlatiuũ Poſtremus, ὕστατος: de quo mox dicturi ſumus. Poſteri pedes, (ὀπίσθιοι) hoc eſt, poſteriores, qui poſt primos ſunt. Poſtero, abſolute, pro poſtero die. Tacit. lib. 4. Idemq; cùm poſtero ad quæſtionem traheretur. Hinc componitur Præpoſterus, (πρωθύστερος) hoc eſt, peruerſus, qui rerum ordinem perturbat. Cic. Caſs. Præpoſteros habes tabellarios: etſi me quidem non offendunt: ſed tamen quum a me diſcedunt, flagitant literas: cum ad me ueniunt, nullas afferunt. Quintil. Præpoſtera res occidere, deinde erubeſcere. Præpoſtera libido, (κατάπυγοσύνη) nefandum maſculæ libidinis flagitium, in quo naturæ ſexusq; ordo peruertitur.

POSTERO, pe. cor. {*Parponere*}(ὕστερον τίθεμαι) poſtpono Plin. lib. 3. cap. 4. De Narbonenſi prouincia loquens: Vrbibus, & agrorum cultu, uirorum, morumq; dignatione amplitudine opum, nulli prouinciarum poſtferenda.

POST FVIT, poſthabitũ eſt. Salluſt. Sed ubi periculum aduenit, inuidia, atq; ſuperbia poſtfuere. Budæus.

POST GENITI, diuiſis dictionibus, (οἱ μεταγενέστεροι) ijdem qui poſteri. Horat. 3. Carm. Ode. 24. Clarus poſt genitis.

POST HABEO, es, {*Parponere*}(ὕστερον τίθεμαι, ὀλιγωρῶ, περὶ ἐλάττονος ποιεῖν) poſtpono. Teren. in Phor. Nam omnes poſthabui mihi res, ita uti par fuit. Poſtquam tantopere id uos uelle animum aduerteram. Ver. 7. Eclog. Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. Cic. 5. Tuſc. Vt omnibus rebus poſthabitis, totos ſe in optimo uitæ ſtatu exquirendo collocarent.

POSTHAC, {*Da qui à dietro per l'auenire*}(μετὰ ταῦτα, τὸ λοιπόν, εἰς τὸν λοιπόν) deinceps, in futurum, quaſi poſt hoc tempus, ſicut Ante hac, ante hoc tempus. Teren. in Aud. Poſthac quas faciet de integro comœdias. Vide Vallam lib. 2. cap. 57.

POSTHVMIA, uirgo Veſtalis, quæ propter elegantiorem cultum in ſuſpicionem uenit inceſti, & eo nomine apud Pontifices accuſata fuit: uerum cum nihil prætera aduerſus eam probaretur, ſententia Pontificis Maximi fuit abſoluta, qui eã iocos in poſterum, cultuq; ſplendidiore abſtinere, ſacraq; ſanctè potius, q̃ ſcite, colore iuſſit. Vide Liu. lib. 4. ab Vrb.

POSTHVMIVS, prænomine Aulus, Dictator fuit in bello Latinorũ, quod Tarquinij fuga excitauit, confugientis ad generum ſuum Mamilium Tuſculanorum ducem. Quo in bello collatis ſignis ad lacũ Regillum, quũ uictoria utrinq; nutaret, Magiſter equitum Romanis equis frænos detrahi iuſſit, ut irreuocabili impetu ferrentur in hoſtes: itaq; tandem aciem Latinorum Romani fudere. In eo prælio uiſi duo iuuenes acriter pugnare, quos poſt pugnã ad præmia quæſitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaq; eos Caſtorem & Pollucem fuiſſe, eis communi titulo templum dedicauit. Auctor Gellius.

POSTHVMIVS TVBERO, Magiſter equitum Aemylij Mamerci Dictatoris in prima Dictatura cõtra Volſcos: mox in eodem bello a Qu. Cincinnato Conſule, genero ſuo, Dictator dictus, de eiſdem triumphauit: quam uictoriam funeſtauit mors filij, uiri magna uirtute: quem q; iniuſſu eius, occaſione rei bene gerundæ pugnam iniiſſet, ſecuri percuſſit. Ex Liuij lib. 4. ab Vrb.

L. POSTHVMIVS, poſt Cannenſem pugnam Conſul in Galliam profectus, Boiorum fraude, locorumq; iniquitate circumuentus, ne uiuus in hoſtium manus perueniret, medijs ſeſe hoſtibus immiſcens, fortiſſimè pugnans occubuit. Cuius iuuenti caput præcidens, Barbari, ouantes in templo obtulerunt, eiusq; deinceps cranio pro ſacro uaſe, in ſolennibus libationibus uſi ſunt. Liui. libro. 33.

POSTHVMIVS, prænomine Spurius, cum T. Veturio Romæ Conſul fuit, eo tempore, quo Romani aduerſus Samnites bellum gerebant, miſſusq; cum collega aduerſua hoſtes, exercitum imprudens in locum iniquum deduxit, apud Furcas Caudinas: ubi ab hoſtibus circumuentus, cum nulla euadendi ſpes eſſet fœdiſſimum cum hoſte fœdus pepigit, ut ſexcentis Equitibus Romanis obſidibus relictis reliquum exercitum ſub iugum miſſum, abducere ſibi liceret. Quæ fœderis conditiones cum à Romanis improbarentur, auctor fuit Senatui Poſthumius, ut ſui eorumq; deditione, quorum conſenſu tam ignominioſum, fœdus ictũ erat, fides publica liberaretur. Cuius ſententiam ſecutus Senatus conſulem utrũq; cum duobus Tribunis, cæteriſq; omnibus, qui per fœdus ſpoponderant, hoſti uinctos dediderunt. Quos cum ille recipere recuſaret, incolumes Romam redierunt. Nec ita multo poſt, fuſis a Papyrio Curſore Sãnitibus, et ſub iugum miſſis, receptiſq; ſexcentis equitibus Romanis obſidibus pudor prioris flagitij abolitus eſt. Liuius lib. 9.

POSTHVMIVS, Albinus, Conſul aduerſus Iugurtham miſſus, pecuniaq; ab eo corruptus, inſignem ex prouincia ignominiam reportauit. Auctor Sall. in Iugur. Idem poſtea Proconſulari imperio in Hiſpaniam miſſus de Vaccæis & Luſitanis triumphauit: ut refert Liu. lib. 64.

POSTHVMVS, pe. cor. (ὀψίγονος) ex Poſt, et Humus, componitur, qui poſt mortem parentis natus eſt, quaſi poſt humatum, hoc eſt, ſepultum patrẽ natus. Plau. in Aul. Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum, Si eam ſenex anum prægnantem fortuito fecerit, Quid dubitas, quin ſit paratum nomẽ Puero Poſthumus? Cic. 3. de Fin. Dicuntq; ut liberis conſultum uelimus etiã ſi poſthumi futuri ſint. Dicitur & Poſthumus, ma, mum, pro futuro, & ſequenti, & poſtero. Vnde & Apuleius, Poſthumam ſpem dixit. Ver. li. 6. Tua poſthuma proles. Cic. pro Cecin. Filius poſthumus.

POSTICVLA, æ, (ὀπισθόδομος) diminutiuum à Poſtica pro poſteriore domus parte. Apul. Per quandam breuem poſticulam intro uocat me.

POSTICVLVM, li, aliud diminutiuũ eiuſdem ſignificationis. Plau. in Trin. Poſticulum hoc recepit, quum ædes uendidit, Idem Trinum. Vbi nunc filius meus habitat? S. hic in poſticulo.

POSTICVM, ci, pen. prod {*Poſtico, l'uſcio di dietro della caſa*}(παραθύρα) à poſt ſtando, oſtium eſt in poſteriore parte ædium. Plaut. in. Stich. Sed eã incogito. Potius q̃ in diuiduum ueniam eſt etiã hic oſtium, Aliud autẽ poſticum noſtrarum harum ædium: Ego à ibo abſonatum, eadem referam obſoniũ. Horat. lib. 1. Epiſt. Atria ſeruantem poſtico falle clientem. Pro eodem etiam Poſtica fœminino genere dicitur. Ammian. Per poſticam ingreſſus, refertam iuuenum confluente ex finitimis, uirili & muliebri ſexu. Poſtica etiam Augurea ap-

tes appellabant plagam Septentrionalem, propterea ꝙ qui inaugurabantur, hanc cœli partem à tergo habebant, facie in Meridiem conuerſi, quam idcirco Anticam uocabant: Occaſum autem Dexteram appellabant, quemadmodum Ortū Siniſtram. Item poſtica, linea eſt in agris diuidēdis, quæ ab oriente in Occidentem ſpectat: Omnia denique, quæ poſt nos ſunt Poſtica dicuntur, & quæ ante nos, Antica. Propriè autem Poſticus, a, um, (ὀπισθιος) adiectiuum eſt, ſignificans illud, quod poſt nos eſt. Quando uero Anticam & Poſticam dicimus, ſubauditur nomen Pars, uel aliud ſimile. Perſius Satyr. 1. Poſticę occurri te ſannæ. hoc eſt, irriſioni factæ à parte poſteriore, Auſon. Poſtico uulnere foſſor.

POSTIDEA, {Da poi} id eſt, poſt id, ſiue deinde. Plau. in Stic. Quin æquius eſt, nos potiorem habere te, poſtidea uiros noſtros Ibidem. Poſtidea loci ſi hoc dixerit.

POSTILENA, æ, pen. pro. (ὑπουραῖς) incuruum lignum, ſiue craſſius lorum, quod ſub iumenti cauda ponitur: à poſt ſtando (ut uolunt) dictum: quod poſteriorem iumentorum partem exornet. Plau. in Caſ. Ita te aggerunda aqua curuū faciam probe, ut poſtilena poſſit ex te fieri. Contra Antilena dicitur (τὸ προστερνίδιον) qua pectus cingitur {Il pettorale} Poſtilena, {La groppiera}

POSTILLA, duæ dictiones in unam coniunctæ per ſub unionem idem ſignificantes ꝙ aduerbium Poſtea, auctore Donato. Ter. in Eunucho: Tute ſcis poſt illa ꝗ intimum habeam te.

POSTES, {Le baleſtrate delle porte} (παραστάδες) in ędificiis dicuntur latera oſtiorum, ex lapide lignoue, quorum alter fores ſuſtinet cardinibus affixos, alter ſeram recipit & repagula, cum oſtium clauditur. Verg. 2. Aen. Hærent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos nituntur gradibus. Idem 2. Aen. Emoti procumbunt cardine poſtes. Cic. pro domo ſua: Parietibus, tectis, & poſtibus meis bellum intuliſti.

POSTLIMINIVM, nii, (ἀποκατάστασις) ex Poſt, & Limen componitur: quæcunque enim à nobis alienata ad hoſtē perueniunt: quū à noſtro limine exierint, ſi poſt ad idem limen reuertantur, poſtliminio redeunt. Feſtus: Poſtliminio receptus eſt, ſi qui extra limina, hoc eſt, terminos prouinciæ, captus fuerat, rurſus ad propria reuertitur. Paulus Iureconſul. de Cap. l. Poſtliminium: Poſtliminiū eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituēdæ, inter nos, & liberos populos, regeſque moribus, ac legibus conſtitutum. Nā quod bello amiſimus, aut etiam circa bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimus poſtliminio recipere, id quod naturali æquitate introductum eſt, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines ſuos rediſſet, priſtinum ius ſuum reciperet. Seruius Sulpitius Iuriſconſultus, referente Cicerone in Topicis, in dictione Poſtliminium nihil notandum putauit, niſi particulam Poſt reliquam uocabuli partem ſolum additamentum putabat: tanquam Liminium nihil ſignificaret: ſicut Tullium, ſupplementum eſt in Meditullio. Scæuola autem putauit Poſtliminium, ex duabus dictionibus Poſt, & Limen, eſſe compoſitum. Poſtliminio quietis, apud Apuleium, ſignificat poſt quietem, Nā reuerſio quædam poſt liminis uocabulo ſignificatur. Poſtliminio mortis, id eſt, reuerſione à morte, & poſt mortem.

POSTMERIDIANVS, Vide in dictione Pomeridianus.

POSTMITTO, is, {Poſporre} (παρ᾽ ἔλαττον ποιῶ) poſthabeo, negligo, parui, aut nihil habeo. Cic. pro Cælio, quod in alicuius agreſtis periculo non poſtmitteret, id homo eruditus in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?

POSTMODVM, pen. corre. {Poco poi, poi} (ὕστερον) idem quod poſtea, quaſi poſtmodo. Liu. lib. 1. ab Vrb. Sæpe ex iniuria poſtmodum exortam gratiam. Dicitur & Poſtmodo. Idem li. 4. Si Ardeates ſua tempora expectare uelint, arbitriumque Senatus leuandæ iniuriæ ſuæ permittāt, fore ut poſtmodo gaudeant ſe iræ moderatos.

POSTOMIS, midis, (ἐπιστομίς) ferrum eſt, teſte Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, uel morſui imponitur. Lucilius, Poſtomides huic generi de naribus pendent.

POSTPONO, nis, poſtpoſui, poſtpoſitum, {Poſporre} (παρ᾽ ἔλαττον ποιῶ) id eſt, retro pono poſthabeo, Pli. lib. 13. ca. 19. Cyrenaica regio loton ſuæ poſtpoſuit paliuro. Oui. 6. Met. Vtque eſt poſtponere natis Auſa ſuis. Horat. 1. Epiſt. 18. Dormiet in lucem ſcorto poſtponet honeſtum Officiū. Aliquando ponitur pro omittere. Cic. F. ad Tironem. Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem Cæſar 6. Bel. Gall. Vt omnia poſtponere uideretur, concilium in Lutetiam Pariſiorum transfert.

POSTPRINCIPIA. dictio compoſita, qua Varro apud Gellium utitur li. 16. cap. 18. pro progreſſu rei alicuius, qui participia ſubſequitur. Voluptas autē (inquit) uel utilitas talium diſciplinarum in poſt principiis exiſtit, cum perfectæ, abſolutæque ſunt, in principiis uero ipſis, ineptæ & inſuaues uidentur.

POSTQVAM, & Poſteaꝗ {Poi che} (ἐπειδή) connexiuæ particulæ ſunt, quibus dicta ſequentibus connectuntur. Verg. 3. Aen. Poſtquam altos tetigit fluctus. Vide Poſtea.

POSTREMISSIMVS, (ὕστατος) ueteres pro Poſtremo dixerunt: quēadmodum & Poſtremitas pro extremitate. ut annotauit Sipontinus.

POSTREMO, {Vltimamente, finalmente} (τὰ ὕστατα, τὸ τελευταῖον) aduerbium ordinis, ſignificans idem, quod denique, ultimo loco, tandem. Salluſt. Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt. Pro eodem etiam dicimus, Ad poſtremum. In poſterum uero, (τὸ λοιπόν) ſignificat in futurum tempus. Quin. lib. 1. Multa linguæ uitia niſi primis eximantur annis, inemendabili in poſterū prauitate durantur. Poſtremum quoque ſuperlatiuum aduerbialiter ponitur. ut Vltimum. Terent. in And. Si id facis hodie poſtremum me uides.

POSTREMVS, ſuperlatiuum, {Vltimo} (ὕστατος) ultimus. Terent. in Phor. Hæc denique eius fuit poſtrema oratio. Poſtremos homines, pro perditiſſimis, & ſceleratiſſimis, dixit Cicero ad Brutum: Quod ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperent poſtremi homines, ꝗ id nos prohiberemus. Idem pro Roſcio Ame. Sin autem id actum eſt, & idcirco arma ſumpta ſunt, ut homines poſtremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas uniuſcuiuſque impetum facerent, &c.

POSTRIDIE, aduerbium, {Il giorno ſeguente} (τῇ ὑστεραίᾳ, ἐπ᾽ αὔριον) idē eſt quod poſtero, uel ſequenti die, ſicut contra Pridie, (τῇ προτεραίᾳ) priore, uel præcedente die. Gelius putat Pridie dictum eſſe, quaſi priſtino die. Verba eius ſunt hæc li. 19. cap. 24. Die priſtini eodem modo dicebatur, quod ſignificabat, die priſtino, id eſt, priore, quod uulgo Pridie dicitur, cōuerſo compoſitionis ne ordine, quaſi priſtino die. Feſtus uerò (cui magis accedendum puto) compoſitionem Pridie antiquam eſſe innuit quum ait: Priuignus dictus eſt, ꝙ ante ꝗ mater ſecundo nuberet, eſt progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ, & Die compoſitum, priori ſiue præcedenti die, ſiue die uno antè ſignificat. Poſtridie uero poſtero die. Valla: Poſtridie quaſi cras, nō pręſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Sic Pridie, quaſi heri, nō pręſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut pręteriti, aut futuri. Lactantius li. 5. de utroque exemplum poſuit loquens de Carneade: Is (inquit) quum legatus ab Athenienſibus Romā miſſus eſſet, diſputat de iuſtitia copioſè, audiētibus Galba & Catone Cenſoribus, maximis tunc oratoribus. Sed diſputationem ſuā poſtridie contraria diſputatione ſubuertit: & iuſtitiam, quam pridie laudauerat, ſuſtulit. Plau. in Stic. Qui poteſt mulieres uitare, uitet: ut quotidie Pridie caueat, ne faciat, quod pigeat poſtridie. Pridie igitur, priori die, ſiue præcedente die ſignificat ut etiam apud Catonem lib. de Re ruſt. Si quē purgare uoles, pridie ne cœnet. Poſtridie uero, poſtero die. Nec poſt tres dies ullo modo ſignificat, ut hoc Catonis exemplum apertiſſime demonſtrat, ex lib. de Re ruſt. cap. 65. Oleum uiride ſic facito: Oleam ꝗ primū ex terra tollito, ſi inquinata erit, lauito: à foliis & ſtercore purgato: poſtridie aut poſt tertiū diem, ꝗ lecta erit, facito: Non enim adiecisſet diem tertium, ſi Poſtridie poſt tres dies ſignificaret. Habent autem Pridie & Poſtridie aliquando poſt ſe hos genitiuos Eius diei. Cicero Lentulo: Ad duodecimū Calendas Februarii, dum in Senatu pulcherrimè ſtaremus, ꝙ iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus, hoc eſt, eo die, qui pręceſſit duodecimum Cal. Cæſar lib. 1. Bel. Gall. Poſtridie eius diei Cęſar præſidio utriſque caſtris, ꝙ ſatis eſſe uiſum eſt, reliquit id eſt, poſtero die qui illum ſubſequatur. Aliquando etiam alius eis genitiuus iungitur, ut, Pridie, ſiue poſtridie Calendarum, Nonarum, Iduum. Nonnunꝗ & accuſatiuum habent. Cicero Appio: Pridie Nonas Iunias, quum eſſemus Brundiſii, hoc eſt, Die præcedenti Nonas, ſiue die ante Nonas. Liuius: Etiam poſtridie Idus rebus diuinis ſuperſedere iuſſum. Quo item modo, Poſtridie Calendas dicitur: id eſt, die poſt Calēdas. Cic. ad Att. Pridie compitalia uenito.

Interdum Pridie et poſtridie ſequitur Quàm: ut, Pridie quàm intres patriā, ſacrificium facito. Liu. lib. 2. ab Vrb. Nam quum pridie ꝗ legati ad Tarquinios proficiſcerentur, cœnatum fortè apud Vitellios eſſet, &c. Id eſt, Die præcedenti, antequam legati ad Tarquinios proficiſcerentur. Similiter illud Suetonii in Cæſare: Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum, qu finam eſſet finis uitæ commodiſſimus repentinum inopinatumque prætulerit. Pridie, inquit, quàm occideretur, hoc eſt, eo die, qui diem mortis eius præcedebat. Cuius loco dicere non poſſemus, Pridie quo occideretur, ut nonnulli loquuntur: huiuſmodi enim ſententia ſecum pugnaret. Itaque non ſatis rectè putauit Valla in huiuſmodi locutionibus: Quàm particulam accipi pro relatiuo Quo. Neque enim ſatis aptè hāc orationem. Pridie quā occideretur, ſic interpretaris, Pridie quo occideretur: ſed potius ſic, Pridie poſtquā occideretur. Similiter, Poſtridie quā pater mortem obiit, epulum feci: id eſt, poſtquā pater mortem obiit, poſtridie epulum feci, ut dies mortis luctui ſeruiat, poſtera uero epulis. Non autem, Poſtridie quo pater mortem obiit, epulum feci, quod neque orationi, neque ſenſui conuenit. Nam poſtridie, alium diem exigit præcedentē. In iſto uerò exemplo, nullus alius dies præceſſit. Ergo Quàm, pro poſtquā exponendum eſt, ut Poſtridie, ſequatur ipſum diē, quo pater mortem obiit. Similiter, Poſtridie ꝗ uxorē duxero, nauigandū eſt mihi. Si quā pro Quo ſumatur, non rectè fiet interpretatio. Igitur neceſſario, Quàm pro Poſtquam, non pro Quo ſumendum eſt. Niſi hoc modo ſumamus, Poſtridie, id eſt, poſtero die ab eo quo pater mortem obiit, epulum feci: & Poſtridie ab eo quo uxorem duxero, nauigandum eſt mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo ſumēda ſunt pleraque Liuii exempla, ut libro. 3. Anno trecenteſimo altero, quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, à Conſulibus a Decemuiros. Et lib. 4. Dictator exercitu uictore domum reducto, die octauo, ꝗ creatus erat. id eſt, octauo die ab eo, quo creatus erat. Et illud, Quàm condita Roma erat: id eſt, ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro Poſtquam ſumi poteſt. Poſſunt tamen Vallæ exempla breuius exponi, ut Quam pro Quum ſumatur, hoc modo: Quàm, hoc eſt, quum, pater mortem obiit, epulū feci poſtridie: &, Quā, hoc eſt, quum uxorem duxero, nauigandum eſt mihi poſtridie. Illud autem Ciceronis ad Tironem, Menandrius poſtridie ad me uenit, quam expectarem: pro Quum omnino ſumitur, non pro Poſtquā, neque pro Antequā, neque ab eo quo. hoc modo, Menandrius quàm, id eſt, quum, die præcedenti eum expectarē, uenit ad me poſtridie. Vnde rectè ſequitur: Itaque poſtridie habui noctem Plenā timoris, id eſt, noctem quæ ipſum diem præcedētem inſecuta eſt, & interceſſit inter poſtridie, hoc eſt, ſequentem diē, & ipſum præcedentem. A pridie fit Pridianus, na, num, (χθιζός, προτεραῖος) (pro eo quo pridie alicuius diei factū eſt. Suet. in Cali. Marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. A poſtridie nonnulli etiam deducunt Adiectiuum Poſtridianus pro eo quod poſtero die fit: quod tamen apud receptos auctores non inuenitur. Plautus in Milite, Poſtriduo dixit pro poſtridie: Poſtriduo (inquit) natus ſum ego mulier, ꝗ Iupiter ex Ope natus eſt,

POSTVLO, as, {Domandare, addimandare con inſtanza} (αἰτοῦμαι, ἀπαιτῶ) inſtanter, & meo quodammodo iure aliquid peto, in qua ſignificatione præter accuſatiuum habet & ablatiuum mediante præpoſitione A, uel Ab. Cice. 2. li. Epiſt. Omnia uolo a me poſtules & expectes. Nonnunquam etiam duos accuſatiuos. Idem ibidem: Atque hoc tamen te ſcire uolo, me de iſto ſumptu nihil decreuiſſe, niſi quod principes ciuitatum me poſtulauiſſent. Solet ita diſtingui inter Poſtulare, poſcere, Petere, Obſecrare, & Flagitare, ꝙ poſcamus imperioſè, petamus precario, poſtulemus iure, obſecremus per ſacra, flagitemus cum arrogantia, nec ſine conuicio. Quæ tamen differentiæ non ſunt perpetuę. Interdū Poſtulare idem eſt quod requirere, uel exigere. ut cum dicimus, Res, locus, perſona, tempus, cauſa hoc, uel illud poſtulat. Idem pro Ligario: Longiorē orationē cauſa fortitan poſtulat, tua certè natura breuiorem. Idē. 2. de Oratore. Vt cauſæ natura, & temporis ratio poſtulabit. Nonnunquam idem ualet quod accuſare in iudicio, ſiue crimen aliquod intendere, αἰτιᾶσθαι, δίκην ἐπάγειν. Sue-

ton. in Cæſare: Cæterum Cornelium Dolabellam Conſularem & triumphalẽ uirum repetundarum poſtulauit. Idem in Auguſto, cap. 56. Affuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam euocato quondam ſuo, qui poſtulabatur iniuriarum. Interdum poſtulare eſt cupere, uelle, expectare. Terent. in Adel. Per oppreſſionem, ut hanc mihi eripere poſtulet. id eſt, uelit, aut ſperet. Item poſtulare (ſi cut docet Vlpianus l. i. ff. de Poſtu.) eſt deſiderium ſuũ, uel amici in iure, apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alterius deſiderio contradicere. Poſtulare quæſtionem, eius eſt, qui iniuriam ſibi factã queritur aut alterĩ, quẽ uindicare ad eũ pertineat. Liu. 2. ab Vrbe: Senatus tumultuoſe uocatus, tumultuoſius conſulitur, quæſtionem poſtulantibus iis, qui pulſati fuerant. Expoſtulare, eſt quum querimur iniuriam apud illum, à quo accepimus: & habet in ſe reprehenſionem: de quo alibi. Hinc Expoſtulatio, quæ eſt apud illum ipſum, qui peccauerit. Poſtulatio, de illo apud alterum. Item Poſtulatio, querela, et quaſi iuſta interpoſitio querelarum. Plaut. in Bacch. Acris poſtulatio hæc eſt, cum huius dicta intelligo. Propriè tamen Poſtulatio, idem ferè eſt quod petitio. Cic. Att. lib. 3. Eſt illa impudens quidem poſtulatio. Idem pro Muræna: Conceſſit Senatus poſtulationi tuæ. Vacare poſtulationibus, eſt quod uulgo dicitur, expedire requeſtas. Pli. in Epiſt. Senecio, cum exploraſſet Conſules poſtulationibus uocaturos, conuenit me, &c. Reſpondere poſtulationibus, idem. Item Poſtulationes aduocatorum ſunt, patronorumq; in foro. Suetonius in Nerone: Celeberrimis patronis non tranſlatitias, & breues, ut aſſolet, ſed maximas, plurimasq; poſtulationes certatim ingerentibus. Poſtulata fulgura, inquit Feſtus, quæ uotorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant. Poſtulatum, ti, ipſa poſtulatio. Cæſar quarto belli Gall. Huc poſtero die q̃ frequentiſſimi conuenerunt, ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Cic. Verr. 4. Hoc commoti dolore poſtulata Conſulibus. quæ non poſtulata, ſed in iſtum crimina uiderentur eſſe, ediderunt.

POSTVORTA, Dea erat Romanorum, ita dicta q; futura proſpiceret. Mac. lib. 1. Saturn.

POTAMVS (πόταμος) oppidum Atticæ, apud. Plin. ca. 7. lib. 4.

POTENS, tis, {*Potente, che uale aſſai*} (δυνατός) tam participium, quàm nomen inuenitur, à Poſſum. Sed quãdo participium eſt, tempus ſignificat, & accuſatiuo iungitur nominum, uel uerbo infinito, nec comparationẽ accipit: ut, Multa potens, potens pugnare. Quando uerò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur & comparationem accipit, Liui. 6. Belli Pun. Dum liber, dum mei potens ſum, effugere mortẽ, &c. Cicer. Att. li. 2. Potentiſſimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentiſſimi, apud eundem pro Lege Manilia. Potens imperii, qui imperium obtinet. Potens regni, id eſt, regno maturus. Liuius: Iuuenem iam eſſe dictitans, ac regni potentem. Idem 8. ab urb. Inter ſarcinas obiacentes, neq; pugnæ, neq; fugæ ſatis potentes cæduntur. Potens uiri uirgo, id eſt, nubilis, & uiro matura. Diua potens uteri, Ouid. 9. Metam. Ilithyam intelligit, quam Latine nos Lucinam uocamus. Potens cum ablatiuo. Verg. 1. Aen. Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ. Ouid. Epiſt. 13. Claſſe uirisq; potens. Potens ſubſtantiuum. Lucan. lib. 1. Auſus & armatos plebi miſcere potentes. Cicer. pro domo ſua: Itaq; cum tu florens & potens per medium forum popularis uolitares, &c. Huius contrarium Impotens, de quo ſuo loco. A quibus Potentia, δύναμις, & Impotentia, Potenter, & Impotenter.

POTENTATVS, us, {*Potentato*} (δυναστεία) potentia. Cæſ. 2. Bel. Gal. Hi cũ tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent, &c. Liu. 6. Belli. Pun. At ille eum ab re auerſus, tum æmulo potentatus, inimicus, rem Annibali aperit.

POTENTIA, æ, {*Potenza*} (δύναμις) poteſtas, ſiue uis. Verg. 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia ſolis Acrior, &c. Ponitur aliquãdo pro auctoritate, & opibus ciuilibus. Cic. 2. de Inuent. Potentia eſt, ad ſua conſeruanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Differunt autem ſecundum Priſcianum, Potentia & Poteſtas, quòd poteſtas magis pro ui accipitur, Potentia dominatione. Cicero. 3. Offic. Qui omnia certa & honeſta negligunt, dummodo Potentia conſequantur. Plin. Epiſt. 7. lib. 3. Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia. Potenter, aduerbium. Hora. in Ar. Cui lecta potenter erit res. Hinc Omnipotens, Armipotens, Bellipotens, qui armis & bello potens eſt.

POTENTIA, (Ποτεντία Ptolemæo) oppidum eſt Piceni. Cicero de Aruſp. reſponſ. Eodem fere tempore factos in agro Piceno Potentiæ nunciatur terræ motus.

POTERIVM, {*Bicchiere*} (ποτήριον) à Græcis dicitur, quod nos Poculum dicimus. Plau. in Stich. Quibus diuitiæ domi ſunt, ſcaphio, cantharis, batiolis Bibunt: nos noſtro Samiolo poterio tamen uiuimus. Eſt & nomen herbæ, ex genere ſpinoſarũ, quæ à Galeno Neuras appellatur, q; medeatur neruis. Dicitur & Phrynion, q; rubetis ranis aduerſetur: quas Græci phrynos uocant. Vide Pli. li. 27. cap. 12.

POTESSVM, {*Potere*} (δύναμαι) ueteres dicebant, quod modò dicimus, poſſum. Terent. in Eunu. At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos, Sed nihil poteſſe. Plaut. in Aulul. Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe Ab iſto ſene?

POTESTAM, pro Poteſtate ueteres uſurparunt. Plautus, neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtam ſibi fuiſſe, adeò arctè cohibitum eſſe à patre.

POTESTVR, pro Poteſt, frequens apud Antiquos, Nonio teſte. Pacuuius: Si qui poteſtur inueſtigari uia. Lucr. libro 3. Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

POTESTAS, atis, {*Poteſtà. Boc. Commeſſa ogni ſua poteſtà in Monuello*} (δύναμις, ἐξουσία) à uerbo Poſſum deducitur. & multa ſignificat, ut Paul. inquit in l. poteſtatis. de Verb. ſignifi. Nam in perſona magiſtratuum, imperiũ ſignificat in perſona liberorum, patriam auctoritatem: in perſona ſeruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione, cum eo qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam, & facultatem. Poteſtates etiam, principes ipſi dicuntur, qui in poteſtate conſtituti ſunt, quos Græci δυνάστας uocant, & hi qui magiſtratus gerunt, & habent merum imperium, hoc eſt, gladii poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, & iudiciis præſunt. Vnde non ineptè Prætores urbis, uulgo nunc poteſtates dicuntur. Sue. in Claudio: Iuriſdictionẽ de fidei commiſſis, quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias poteſtatibus demandauit. Pli. li. 29. cap. 4. Pingue draconis in pede dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, uictoriam iudiciorum conferre creditur, primum ſpondylum aditus poteſtatum mulcere. Poteſtas item ponitur pro conſilio & ratione. Vnde Exire aliquem de poteſtate (ἐξίστασθαι) dicimus, mentis impotem fieri, ut apud Ci. 4. Tuſc. Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de mente. Solet hoc nomen à peritis ſequentibus uerbis apponi. Dicimus enim, Dare poteſtatem alicuius rei cupiam: Deferre alicui alicuius rei poteſtatem: Facere poteſtatem: Facere poteſtatem alicuius uiri, quod eſt dare aditum ad illum: Habere poteſtatem alicuius rei: Habere aliquem in ſua poteſtate. In poteſtate alicuius eſſe, id eſt, in ſubiectione. Aliquando tamen ponitur pro eo, quod eſt, ex eius conſilio pendere, ei obtemperare. Permittere poteſtatem alicui alicuius rei: Peruenire in poteſtatem alicuius, Ponere quippiam in poteſtate alicuius: Priuare poteſtate aliquem quicquam faciendi: Reddere poteſtatem alicui alicuius rei: Redigere aliquem in ſuam poteſtatem: Redire in poteſtatem: Sub poteſtate alicuius eſſe: Suſcipere in poteſtatem: Dimittere ex poteſtate: Tenere aliquem in ſua poteſtate: Tradere poteſtatem alicui alicuius rei: Venire in poteſtatem alicuius. Dicimus quoq; Poteſtas ea tua eſt, pro tu potes, Quæ tum erat poteſtas? dixit Cic. pro Cluentio, pro, Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus uerbum Poſſum ponitur, efferri poſſunt eleganter per nomen Poteſtas. Terent in Andr. Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur: id eſt, potes ſeruare illum. Ibidem: Poteſtas fuit liberius uiuendi, id eſt, potuit liberius uiuere. Cicer. pro Quintio: Poteſtas tibi fuit quotidie hominem admonendi. id eſt, potuiſti quotidie hominem admonere. Plaut. in Stich. malefaciendi eſt mihi poteſtas. id eſt, poſſum malefacere.

POTIDÆA, {*Caſandria*} (Ποτίδαια) urbs Macedoniæ, antea Caſſandria dicta. Pli. li. 2. cap. 58.

POTIDANIA, æ, (Ποτιδανία) urbs Aetoliæ apud Stephanum, cuius incolæ dicti ſunt Potidaniates.

POTINA, teſte Nonio: Deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præſidere putabatur, ſicut Eduſa eorundem alimentis.

POTIN, hoc eſt, potiſne es, ſiue potes'ne. Pl. in Epi. Potin' ut moleſtus ne ſies? Terent. in And. Poti'n' es, ut deſinas?

POTIO, onis, {*Beuanda*} (πόσις, πόμα) idem quod potus. Plau. in Stic. Nam intus mihi iam potione uinacea onerabo gulam. Cic. 1. de Finib. Cum cibo, potioneq;, fames, ſitisq; depulſa eſt.

POTIONO, nas, {*Dar da beuere*} (ποτίζω) potionem præbeo: cuius paſſiuum eſt Potionor, Suet. in Calig. Creditur potionatus à Cæſonia uxore, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem uerterit.

POTIOR, & Potius, {*Megliore, meglio*} (κρείττων, βελτίων) comparatiua ab antiquo nomine Potis. idem ſignificantia quod melior & melius. Cicer. 4. Tuſcul. Filius plus pollet, potiorq; eſt patre. id eſt, melior, aut præſtantior. Potiſſimum ſuperlatiuum, id eſt, optimum, præcipuum, exquiſitum, βέλτιστον. Plin. Epiſt. 79. Nam ſi hoc opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolũ, &c. Sic Potiſſima ratio, Potiſſima nobilitas. Hinc Potius, Potiſſimum, uel Potiſſimè, aduerbia, quæ ſignificant magis, & maxime. Differunt autem Potius & potiſſimum, ſeu Potiſſimè, (μάλιστα) q; Potius ad duo tantum, Potiſſimũ ad plura refertur: ut, Quem potius inſtituam hæredem? Fabium an Lucium? aut, Quam natarum potiſſimum erudiam? ſi multæ ſint. Autor ad Herennium lib. 1. Ex comparatione, in qua per contentionem utrum potius, aut quid potiſſimum ſit, quæritur. Idem ibidem: Cum quærit orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potiſſimum dicat. Cic. in Lælio: Hactenus mihi uideor de amicitia quid ſentirem potiſſimè dixiſſe. Pla. in Pſeu. Hunc diem ſumpſimus potiſſimè. Inuenitur tamen quandoq; Potiſſimum referri ad duo. Cicero: quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſſimum cõſulendum ſit, deliberetur.

POTIOR, tiris, {*Godere*} (κρατέω, ἐγκρατὴς γίγνομαι, ἐπιτυγχάνω) à Potis deducitur, hodieq; magis, quartæ coniugationis eſt, olim etiã tertiæ. Vergil. 3. Aen. Fas omne abrumpit, & auro ui potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Oui. 13. Metam. Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille. In infinitiuo, & participiis præteriti & futuri temporis ſemper quartã coniugationem ſequitur, nunquam tertiam. Eſt autem Potiri, uoti ſui in re aliqua deſiderata compotem fieri, remq; cupitam obtinere, & in poteſtatẽ ſuam uindicare: habetq; modo genitiuum, modo ablatiuum. Cice. Lent libro. 1. Epiſto. Si tibi exploratum ſit, eius regni potiri poſſe, Auctor ad Heren. li. 1. Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Cic. 1. Offic. Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. Idem. 2. de Inuent. Si eo portu potiti eſſent. Nonnunquam idem eſt quod fruor, (ἀπολαύω, καρποῦμαι) & ſic ablatiuo potiſſimum iungitur. Cice. de Senec. Quod ſi his uoluptatibus bona ætas fruitur libentius, primum paruulis fruitur rebus, ut diximus, deinde iis, quibus ſenectus etiam ſi non abunde potitur, non omnino caret. Nonnunquam etiam accuſatiuo, ſed rarius. Terẽt. in Adel. Patria potitur commoda. Aliquando etiam cum genitiuo, & præcipue cum hoc genitiuo Rerum. Cic. ad Lentulum lib. 1. Otium nobis exoptandum eſt, quod ii, qui potiuntur rerum, præſtaturi uidentur.

POTIS, & Pote, {*Potente*} (δυνατὸς) adiectiuum, Potior, Potiſſimus, idẽ qđ potens, potentior, potentiſſimus, uel bonus, melior, optimus. Vergi. 3. Aen. Nec potis Ionio fluctus ſuperare ſequendo. Cic. 2. Tuſc. ex antiquo aliquo poeta: Neque ſanguis ullo potis eſt pacto profluens conſiſtere. Teren. in Phorm. Mea lege utar, ut potior, qui prior ad dãdum eſt. Vt potior ſit, inquit, hoc eſt, ut melior uel charior ſit. Superlatiuum Potiſſimus fere exponitur, per optimus, aut præcipuus. Quintil. lib. 10. cap. 3. Vt ſemel quod eſt potiſſimum, dicam, hoc eſt, præcipuum. Hinc deducuntur, aduerbia Potius, & Potiſſimum, uel potiſſimè: de quibus ſupra diximus in dictione Potior. Pote apud ueteres aliquãdo legitur pro poſſibile. Plau. in Caſ. Nec pote quicquam commemorari.

POTITIVS, ſenis cuiuſdam nomen eſt, quem una cum Pinario altero ſene ſacris ſuis præfecerat Hercules. Seruius explicãs illud Verg. 8. Aen. Primusq; Potitius auctor, Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. Pinarii, inquit, & Po-

tius,

tum, duo ſenes fuerunt, quibus qualiter coli uellet, oſtendit Hercules: ſcilicet ut manè & ueſperi ei ſacrificaretur: Perfecto itaque matutino ſacrificio, cum circa Solis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit: Pinarius poſtea, extis iam redditis. Quare iratus Hercules ſtatuit, ut Pinariorum familia tãtùm miniſtra eſſet epulantibus Potitiis, & complentibus ſacra. Hæc Seruius. Vide de hoc plura apud Feneſtellam, & Liuium lib. 1.

POTITO, tas, pen. cor. frequentatiuum à Poto, {Hauer uſanza di beuere} conſuetudinem potandi habeo. Plaut. in Amph. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi illic ob uirtutem data eſt, Pterela rex qui potitauit, quem ego mea occidi manu. Idem Aſin. Tecum una poſtea æque pocula potitet.

POTIVS, POTISSIMVM, POTISSIME, Vide ſuprà Potior, & Potius.

POTNIÆ, (Ποτνίαι) Magneſiæ oppidum fuit, teſte Plin. lib. 4. cap. 9. In hoc oppido Glaucus Siſyphi & Meropes filius, equas humana carne pauiſſe dicitur, quò cupidius ferrentur in hoſtem. Verum cùm pabuli eiuſmodi copia deeſſet, uerſæ in rabiem equæ dominum ipſum deuorarunt. Hinc Potniades quadrigæ, apud Verg. 3. Georg.

POTO, tas, taui, tatum, & potum, {Beuere} (πίνω) ſignificat bibo. Cic. de Clar. Orat. Si potare uelis, de dolio tibi hauriendum eſt. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur, &c. Idem 2. de Finib. Tum ipſum cùm uigiliis & fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorem fuiſſe, quàm potantem in roſa Thorium. Aquam potare galea, Tibul. lib. 2. Ele. 7. Acetum acre potare, Horat. 2. Serm Saty. 3. Verg. 3. Geor. Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Arbores quoque potare dicuntur, cũ liquor radicibus affunditur. Plin. lib. 12. cap. 1. Docuimus etiam arbores uina potare. Lanæ etiam colores potare dicuntur. Plin. lib. 9. cap. 38. Quinis lana potat horis, rurſumq; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. Potandus, a, um, Ouid. 2. Faſt. Dumq; parant epulas, potandaq; uina miniſtri. Potatus, a, um, ut, Potata aqua. Plin. lib. 2. cap. 103. In Faliſco Clitumni amnis aqua potata, candidos boues facit. Potator, oris, qui potationibus indulget. Plau. in Menæch. Namque Epidamnia natio eſt hæc ita hominum, Voluptarij, atq; potatores maximi. Plin. lib. 20. cap. 23. Radix cuiuſque ex aqua decocta, potatoribus ſitim facere narratur. De carduorum ſylueſtrium generibus duobus. Potatio, onis, actus potandi Cic. 1. de Diuin. Si modo temperatis eſcis, modicisq; potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe uigilet. Plaut in Sticho: Quot potationes muſſi, quot autem prandia. Poturus, a, um, ut, Terra potura cruores, Stat. 12. Theb. Oues poturæ. Propert. lib. 4. Eleg. 4. Potor, oris, idem quod Potator apud Martialem eſt titulus, ad Sextilianum potorem. Horat. 1. Epiſt. 20. Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt. Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Eius compoſita ſunt, Appoto, quod eſt, multùm poto. Plautus in Curcul. Poſtquam cœnati atq; appoti, talos poſcit ſibi in manum: prouocat me in aleam, ut ego ludam. Compoto, (συμπίνω) ſimul poto. Vnde compotatio, quam Græci συμπόσιον dicunt. Epoto, (ἐκπίνω) potando exhaurio. Perpoto, (διαπίνω) ualde poto. Præpoto, (προπίνω) antè poto, & habent penultimam productam.

POTORIVM, rij, (ποτήριον) uas quod ad potum eſt deputatum. Plin. lib. 33. cap. 10. Maliſe commuta totidem aureis potorijs, mutantem uaſa cum ferculis ſignaſſe.

POTORIVS, ria, rium, (ποτήριος) quod ad potãdum pertinet. Vnde dicimus Vaſa potoria, ſicut Vaſa eſcaria. Plin. lib. 33. cap. 10. Ptolemæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum ſua pecunia tolerauiſſe. maliſe commutas totidem aureis potorijs mutantem uaſa cum ferculis ſignaſſe. Ampulla potoria, Martialis lib. 14.

POTVLENTVS, a, um, (ποτός) idè quod potus, ſiue ebrius. Suet. in Othone: Fertur & noctibus uagari ſolitus, atq; inualidum quenque obuiorũ, aut potulentum corripere. Interdum Potulentus idem eſt quod potui idoneus, πότιμος. Gell. lib. 4. cap. 1. Penus eſt, quod eſculentum, aut potulentum eſt. Sic enim nonnulli malunt legere, quàm quod uulgata exemplaria habent, Poculentus.

POTVS, a, um, partic. {Che ha beuuto} (πεπωκώς, πεπομένος) in utraque ſignificatione ſumitur, in actiua pro eo qui abunde potauit. Ouid. lib. 3. Faſto. Occurrit nup. r, uiſa eſt mihi digna relatu Pompa, ſenem potum pota trahebat anus. Cic. Treb. lib. 7. Itaque & ſi domum bene potus, ſeroq; redieram: tamen id caput, ubi hæc controuerſia eſt, notaui. In ſignificatione paſſiua. Ouid. loco iam citato. Tanto eſt Albula pota deo. Iuuen. Epotaq; flumina Medo Prandente. Ouid. lib. 15. Metam. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

POTVS, tus, {Beuanda} (πόσις, πόμα) idem quod potio. Quanquam ſunt qui diſtinguant dicentes, Potum eſſe uini, aquæ & huiuſmodi, Potionem à Medicis ægrotantibus dari. Sed Cicero potionem pro potu accipit lib. 4. Tuſcu. cum ait Quid, quod ne mente quidem rectè uti poſſumus, multo cibo & potione repleti? Et in Catone: Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Plin. lib. 10. cap. 72. Serpentes exiguo indigent potu.

P ANTE R.

PRACTICVS, a, um, & Practica, cæ, uide infra in dictione Praxis.

PRACTIVS, tij, (Πράκτιος) fluuius eſt Troadis, inter Lampſacum, & Abydum in Helleſpontum influens, teſte Strabo. lib. 13. Meminit huius fluuij & Homerus in Catalogo.

PRÆ, {Auanti, inanti} (πρό) præpoſitio idem ſignificans quod Antè, qua tam ſeparata utimur, quã compoſita. Extra compoſitionem modo abſolute ponitur: ut apud Terent. in And. I præ, ſequar. Modò cum ablatiuo: ut, Præ oculis id eſt, ante oculos. Præ cunctis, id eſt, ante cunctos, uel plus quã cuncti. Nonnunquam cauſam denotat, accipiturq; pro Ob, uel propter, διά. Terent. in And. Præ ſtudio dum efficias, quod cupis, id eſt, Ob ſtudium. Idem in Eunuc. Miſera præ amore. Item idem ualet quod Præter. Gell. lib. 1. Præq; ſe ut eo, cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentemq; omnem togatam, quodcunq; nomen Latinum, rudes eſſe, atque agreſtes prædicabat. Terent. in Hecy. Extra unã ancillam, dixit, hoc eſt, præter unam ancillam. Aliquando reſpectum importat ſiue comparationem, πρὸς παρά. Terent. Eunuc. Hic ego illum contempſi præ me. ὡς πρὸς ἐμέ. Plautus in Perſa: Iam res omnes relictas habeo, præ quod tu uelis. In eadem ſignificatione dicimus præ quã. Plaut in Amph. parua res eſt uoluptatum in uita, atque in ætate agunda, præ quàm quod moleſtum eſt. Compoſita ſignificat antè, uel prius: ut, Præpono, Præfero. Aliquando ſuper: ut, Præfectus, Præſideo. Aliquando ualde, uel mirum in modum, ſiue præter modum: ut, Præclarus, præcelſus: quorum multa per ὑπέρ Græcè efferuntur: Magis autem auget, quã Per, iungiturq; cum aliquibus dictionibus, cum quibus illud non iungitur: ut, Præpotens, (ὑπερσθενής) Præcelſus, Prælatus, Præclarus, Præfulgens, Prædiues, (ὑπερπλούσιος) Prædulcis, Prædurus, Præcultus, Prælargus, Prælongus. ὑπερμήκης. Nam Prælongus homo, & Prælonga oratio, ea dicitur, quæ enormi longitudine eſt. Præpotens, Præcelſus, & ſimilia, maiorem in modum potens, celſusq;, & quaſi præter modum, moremq; aliorum potens, ac celſus. Significat quandoque etiam ante tempus, ſiue præter morem aliorum: ut, Præcox uua, Præcox ingenium. Aliquãdo ſuperuacuè ponitur, ut præmoneo, præcingo, quæ ſignificant, ſicut eorum ſimplicia. A' Præ, fit Præut quod collationem ſignificat Plau. Modeſtior nunc quidem eſt de uerbis, præut dudum id eſt, ſi priſtinos eius mores reſpicias, ὡς γε πρὸ τοῦ ἐχόντα. Hinc etiam deducitur Præter, ſicut à ſub Subter, in Inter, pro Propter. Præ me fero, præ te fers, præ ſe fert, uide ſupra in uerbo Fero.

PRÆACCIPIO, {Anticipare} (προλαμβάνω) ante accipio. A' quo Præacceptio, figura, quæ Præſumptio à noſtris, à Græcis uerò πρόληψις dicitur, quum poeta aliquid præaccipit, quod eo tempore, quo res, quas deſcribit, geſtæ ſunt, in rerum natura non fuit. Eiuſmodi eſt illud apud Vergilium 6. Aen. Portusq; require Velinos. Nam quo tempore Aeneas in Italiam uenit, Velia nondum erat condita.

PRÆACVO, {Aguzzare} (προθήγω) prius acuo, aut anteriorem partem acuo. Cato de Re ruſt. Vitem teneram præacuito, oblique inter ſe medullam cum medulla componito.

PRÆACVTVS, a, um, {Molto acuto} ualde acutus, uel anteriore ſui parte cuſpidatus. Plin. lib. 11. cap. 26. Aſperitas præacuta in dorſo. Cæſar 2. Bell. Gall. Tum magni ponderis ſaxa, & præacutas trabes in muro collocabant. Cuſpis præacuta, Ouid. 7. Metam.

PRÆALTVS, a, um, {Molto alto} ualde altus. Liu. 10. ab Vrb. Oſtium fluminis præalti, quo circumagi naues in ſtationem tutam poſſint. Præaltus alueus, Idem 5. ab urb. Præalta rupes, Idem 10. ab Vrb.

PRÆBEO, es, {Dare} (παρέχω, δίδωμι) ex præ, & habeo, abiectis a, & h, ſignificat do, exhibeo. Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Cic. 2. de Natu. Deor. Aer ſalutarem, & uitalem ſpiritum præbet animantibus Hora. in Sermo Sunt qui communes ſalibus conſpergere gaudent Præter eum, qui præbet aquam. Aliquando ſignificat oſtendo. Terent. in Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te, id eſt, re ipſa oſtendis, factis probas. Dicimus autẽ Præbere cibum de manu, id eſt, manu ipſa cibum in os ingerere: Præbere acceſſum: Præbere aurem, id eſt, auſcultare: Præbere auxilium, errorem, honorem alicui, iter ad aliquid, iuſiurandum alteri, ludos, locum peccandi. Lumen præbere dicitur feneſtra: Præbere materiam igni. Præbere metum, miraculum, munimentas: Præbere operam, id eſt, ponere: Præbere prandium alicui: Præbere ſe ſtrenuum hominem, id eſt, oſtendere: Præbere ſe æquabilem, attentum, auditorem, credulum, docilem, acrem iudicem, uirum, ſuperbum, durum. Præbere ſe facilem, id eſt, acquieſcere, ſiue obſequi alicui in re aliqua: Præbere ſonitum, ſpem, terrorem, ſpectaculum lætum, uicem alicuius rei, uſum: Præbere ſponſalia id eſt, cõuiuium ſponſaliorum. Hinc Præbitus, participium: & Præbita ſubſtantiuẽ pro rebus neceſſarijs, quæ ſeruis, operisq; præbentur. Colum. lib. 1. cap. 8. Tantoq; curioſior inquiſitio patrisfamilias debet eſſe pro tali genere ſeruorũ, ne aut in ueſtiarijs, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Præbitor, oris, uerbale, dator. Cic. 2. de Offic. An tu id agis, ut Macedones te non regem ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorem putent?

PRÆBENDA, orum, pluralis tantum numeri, neutri generis dicuntur ligna et ſal, quæ Parochi legatis publicè miſſis exhibere debent: de quibus Hora. 1. Ser. Saty. 5. Proxima Campano ponti quæ uillula, tectum Præbuit, & parochi, quæ debent, ligna, ſalemq;. Gell lib. 15. cap. 4. Comparandis mulis, & uehiculis magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, præbenda publice conduxiſſe. Vide in dictione Parochus. Erant autem in exercitu Copiarij, quibus erat præceptũ, ut præbenda, id eſt, ſalem, & ligna publicè miſſis exhiberent.

PRÆBIA, (ἀλεξιφάρμακα) à ueteribus appellabantur remedia, teſte Feſto, præcipueq; ea (ut lib 6. de Ling Lat. innuit Varro) quæ amuleti uim habebant, cuius modi (inquit) erant lora, quæ de puerorum collo ſuſpendebantur: ita dicta à præbendo, ut teſtatus idem Varro.

PRÆBITERE, pro perimere, ſeu enecare uſurpauit Plau. in Pſeud. Interminatus eſt à minimo ad maximum, Siquis nõ hodie munus miſiſſet ſibi, Eum cras cruciatu maximo ſe præbitere. Idem in Pœn. Præbitere Deus pro præterire: At ne inter uias præbiteramus eas, metuo.

PRÆCALVVS, {Caluo dinanzi} (ἐμπροσθοφάλακρος) caluus in anteriore parte capitis. Suet. de Galba: Statura fuit iuſta, capite præcaluo.

PRÆCANTATIO, onis, {Incantamento, incantagione, incantesimo} uerbale à præcantando, idem ſignificans quod incantatio, γοητεία. Quintil. 14. Declam. Diris utique carminibus & feralium præcantationum terrore permiſtum.

Præcantrix, cis, ſaga, incantatrix. Varro de liber. educ. Vt faciunt pleræque, ut adhibeant præcantrices, nec medico oſtendant.

PRÆCANVS, pen. pro. qui ante iuſtos annos canus eſt. Horat. lib. 1. Epiſt. Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum.

PRÆCARVS, {Molto caro} (τιμαλφέστατος πολυτελής) nimis ſiue multum carus. Terent. in Phorm. Quantum opus eſt tibi argenti? eloquere. P. ſolæ triginta minæ. D. Triginta? Hui præcara eſt Phædria. Quædam exemplaria Percara legunt.

PRÆCAVEO, præcaues, pe. cor. {Schiffare innanzi, prouedere} (προφυλάττομαι) ante caueo, prouideo. Plaut. in Amph. Aut id præcauiſſe oportuit. Cæſar 1. Bel. Gal. Id ne accideret, præcauendum ſibi Cæſar exiſtimabat Cic. ad Att. lib. 2. Quod à me ita præcautũ, atque ita prouiſum eſt, non ut ego peroptima mea ratione decederem, &c.

PRÆCEDO, is, {Precedere} (προάγω, προέρχομαι) antecedo. Pli. lib. 12. cap. 37. Nulla præcedente iniuria. Verg 9. Aen Turnus, ut anteuolans, tardum præceſſerat agmen. Per tranſlationem ſignificat præcellere. Plaut. Aſin. Vt ueſtræ fortunæ meis præcedunt Libane longè. Præcedere auctoritate, ſapore, ſuaui-

tate, & ſimilibus. Plin. libro 29. capite primo. Ad ſyderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasq; obſeruando, auctoritate eum præceſſit.

PRÆCELLO, lis, præcellui, præcelſum, {Superare, auanzare, precedere}(διαφέρω) antenire, præcedere, & ſuperare. Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Aſſyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere, Silius lib. 3. Præcellens, tis, adiectiuum. Plin. lib. 12. cap. 1. Priſco ritu ſimplicia rura etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. Ibidem cap. 6. Maior alia pomo & ſuauitate præcellentior, quo ſapientes Indorum uiuunt. Idem in procemio lib. 6. Videmus Vergilium præcellentiſſimum uatem eadem cauſa hortorum dotes fugiſſe. Præcelſus, a, um, ualde celſus. Cic. 6. Verrin. Enna autem, ubi ea, quæ dicit, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo, atque edito. Verg. 3. Aen. Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno.

PRÆCENTIO, onis, {Ricercata}(προαύλιον, προοίμιον) modulatio illa uocum, quæ ante initium cantus fieri ſolet, quaſi præludium Cic. de Aruſp. Reſp. Tui ſacerdotij ſunt tonſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæq; ludorũ. Gel. lib. 1. cap. 1 1. Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant: ea præcẽtione tranquilla, & uenerabili, ad quendam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, uis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatiq; prorumerent, cohibebatur. Quapropter, & exordium, ſiue initium, ſiue principium, ſiue prologuium, ſiue anteloquium, quidam præludium, alij præcentionem uocauere, ad ſimilitudinem Græcorum, qui id προοίμιον nominant, propterea q; οἴμη cantus eſt.

PRÆCENTOR, oris, (χοροςάτης, ἐξάρχων, κατάρχων) qui canendo præcedit: ſicut Præſultor, quaſi ſaltantium choream ducit.

PRÆCEPS, præcipitis, {Precipite}(παράκρημνος, κρημνώδες) cum de loco dicitur, idem eſt, quod altus & præruptus, unde quis facile in præceps dari poteſt. Cicero pro Plancio: Vita præceps & lubrica. Verg. 2. Aenei. Turrim in præcipiti ſtantem, ſummisq; ſub aſtra Eductam tectis. Præceps item dicitur, qui ex loco ſublimi deorſum decidit. Verg. in Pharmaceutria. Præceps aërij ſpeculã de montis in undas Deferar. Dici autem uidetur Præceps à capite, ſicut & Anceps, Biceps, & Triceps. Propriè enim Præcipitem dari dicimus, qui ita ex editiore loco deturbatur, ut deorſum decidat in caput. Per metaphoram autẽ Præceps (προπετής) dicitur, qui ſine cõſideratione, aut modo, quid agit, & quaſi rem, & tempus præoccupat. Cic. de Aruſp. reſpon. Ille demens, & iampridem ad pœnam exitiumq; præceps. Verg. 3. Aen. Mox ſeſe ad littora præceps Cum fletu, precibusq; tulit. Hoc eſt, ſine reſpectu ſalutis, inquit Seruius. Vnde pro nimis feſtino poni ſolet. Verg. 2. Aen. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ.

Præcipites palmites, apud Columellam ſunt, qui de hornotinis uirgis enati, in duro alligantur. Hi (ut lib. 5. cap. 6. idem ſcribit) plurimum fructus ferunt, ſed & matri maximè nocent. Itaque niſi extremis ramis, aut ſi uitis arboris cacumen ſuperauit, præcipitari palmitem non oportet. Habet autem hoc nomen uarios in oratione uſus. Dicimus enim, Committere ſe in locum præcipitem: Dare aliquem præcipitem pro eo quod eſt præcipitare: & per tranſlationem pro feſtinanter eijcere, ſiue expellere. Præcipitem in terram dare: Præcipitem agere: Præcipitem ferri: Præcipitem trahere: id eſt, ſecum deorſum rapere. In præcipiti eſſe, id eſt, in ſummo diſcrimine. Præceps ſenectus, id eſt decrepita. Præceps dies, cum Sol occaſui propinquus eſt, noxq; appetit. Liu. 4. ab Vrb. Præcipitiq; iam die curare corpora milites iubet.

PRÆCEPTO, ptas, antiqui dixerunt pro frequenter præcipio: quod uerbum in Saliari carmine uſurpatum fuiſſe, auctor eſt Feſtus.

PRÆCEPTOR, & PRÆCEPTRIX, uide in uerbo Præcipio.

PRÆCEPTVM, pti, {Precetto, ordinatione}(παράγγελμα, πρόςταγμα, ὑποθήκη) nomen ſubſtantiuum idem ſignificat quod mandatum ſiue iuſſio. Cicero Luceio lib. 5. Epiſt. Tuis monitis, præceptisq;, omnis eſt abijciendus dolor.

Aliquando pro diſciplina, ſiue documento, ſiue admonitione, & quaſi regula quadam bene uiuendi: ut quum præcipitur, quid uir uxori, quid uxor uiro debeat. Cic. 1. Offic. Neque ulla officij præcepta firma & ſtabilia, coniuncta naturæ tradi poſſunt, niſi aut ab ijs, qui ſolam uirtutem, aut ab his qui maximè honeſtatem propter ſe dicant expetendam. Aut pro documento tradito ad aliquã artem percipiendam. Hinc dicimus Dare præcepta de aliqua re, ſiue tradere. Cic. de Clar. Orato. Hermagoræ diſciplina dat rationes certas, & præcepta dicendi, &c. Præceptus, a, um, participium, modò ſignificat antè captum, προειλημμένον. Liu. lib. 1. Tempore illi præcepto. Cic. 3. Tuſc. Hæc cogitantem fore beatum, præſertim ſi & antè præceptis bonis contentus eſſet, nec mortem, nec deos expaueſceret. id eſt, prægustatis, & ante captis. Modo iuſſum, (ἐπιτεταγμένον) ut Præceptum eſt tibi, ne diſcedas.

PRÆCERPO, is, (προαποτέμνω) ante carpo. Plin. lib. 18. cap. 10. Ne germinum tenera præcerpant. Cic. 6. Verr. Non præcerpo fructum officij tui, non aliena mihi laudem appeto.

PRÆCERTATIO, onis, (προαγών) uerbale à Præcerto, ſignificans quoddam futuræ pugnæ quaſi præludium. Ad Heren. lib. 4. Mihi tecum præcertatio nõ eſt, idem quod populus Ro. me nolo dicere, ne cui forte arrogans uidear: te autem ſæpe ignominia dignum putauit.

PRÆCIDANEVS, a, um, (τὸ προθυόμενον) ut, Præcidanea agna, quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ ſolennes legitimas ferias præcedebant. Præcidaneæ hoſtiæ, quæ ante ſacrificia ſolennia, pridie cæduntur.

Præcidanea porca ea dicebatur, teſte Feſto, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſent, id eſt, glebam non obieciſſet: quia mos erat eis id facere, priuſquam nouas fruges guſtarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius, idem quod præcidendus. Varro de uita Pop. Rom. Quod humatus non ſit, hæredi porca præcidanea ſuſcipienda Telluri, & Cereri: aliter familia pura non eſt.

PRÆCIDI, orum, (εὐ ἀπόκοπος) dicitur, quum bene pulſatur. Seneca lib. 4. Natu. quæſt. Qui me uſque ad mendacia hæc leuiora, in quibus os præcidi, non oculi erui ſolent, credulum præſto.

PRÆCIDO, is, penult. prod. {Tagliare}(ἀποτέμνω, προτέμνω, ἀποκόπτω) ex Præ, & Cędo, ſignificat antè cędo, hoc eſt, antè immolo, ut interpretatus Feſtus: unde Præcidaneæ hoſtiæ dictæ ſunt, quæ ante ſolennia ſacrificia pridie mactabantur. Aliquando eſt amputare, obtruncare. Cic. 5. Tuſc. At Cinna collegæ ſui Conſulis Cn. Octauij præcidi caput iuſſit. Præcidere ſpem alicuius rei, eſt auferre, ſiue præcludere, apud Cic. 2. Verr. Præcidere aliquando deſignare eſt, ut cum quis non ſimpliciter, & in uniuerſum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, ſed cogitur id deſignare, quod oppugnare uelit. Budæus. Ponitur aliquando pro durè negare. Cic. Att. lib. 10. Quod quia planè, cum in Formianum ueniſſet, præciderat, aſperius ad te de eo ſcribere ſolebam. Idem Att. lib. 3. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti tam præciſe negaui, quàm hic mihi planè ſine ulla exceptione præcidit. Hinc Præciſus, participium: ut, Præciſum caput apud Plin. lib. 11. cap. 37. Ponitur quoque pro abrupto, & abſciſſo. Quintil. in 10. Qui præciſis concluſionibus obſcuri, &c. Hinc præciſè negare. Præciſe dicere, id eſt, cum compendio ſermonis, & per defectum, & aliquid ſub intelligendo, inquit Budæus. Cic. 2. de Natu. Deo. Sed id præciſe dicitur, ut ſi quis dicat Athenienſium Rempub. conſilio regi, deſit illud Areopagi. Hinc Præciſio, uerbale. Ci. 3. de Orat. Et huic contraria ſæpe præciſio eſt, & plus ad intelligendum, q̃ dixeris, ſignificatio, & diſtinctè conciſa breuitas.

Item Præcido, (συγκόπτω) de re obſcœna dicitur pro pædicare. Mart. lib. 7. Præcidi gaudes, præciſus Papile ploras.

PRÆCINGO, is, xi, ctum, {Cingere}(διαζώννυμι) idem quod cingo. Plaut. Bacch. Cinctulo præcinctus, in ſella apud magiſtrum aſſiderès. Ouid. 2. Triſt. Et latro, & cautus præcingitur enſe uiator. Caſtris præcingere fluuium, Claud. de Bel. Get. Littora muro præcingere, Silius lib. 3. Præcinctus, participium. Horat. 2. Serm. Saty. 8. Vt omnes præcincti rectè pueri, comptiq; miniſtrent.

PRÆCINO, is, pen. cor. {Cantare inanzi, predire}(προάδω) præcinui, præcentum, antè cano. Cic. 4. Tuſc. Nec uerò illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod & deorum puluinaribus, & epulis magiſtratuum fides præcinunt. Tib. lib. 1. Eleg. 5. Carmine cum magico præcinuiſſet anus. Interdum idem quod prædico, ſiue prædiuino. Plin. lib. 8. cap. 46. Hi greges repente lymphati, futura præcinunt.

PRÆCIPIO, is, {Pigliare inanzi, preoccupare}(προλαμβάνω) à Præ, & Capio, ſignificat ante capio, præuenio, præoccupo. Verg. 3. Eclog. Cogite oues pueri: ſi lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus ubera palmis. Cic. lib. 2. Offic. Præcipiant oratione benigna multitudinis animos, ad beneuolentiam alliciant milites, blando ſermone delinient. Nonnunquam idem quod præuidere. Verg. 6. Aeneid. Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi. Item iubere (παραγγέλλειν) & pertinet ad eos, qui curam aliorum gerunt, & qui alijs præſunt. Hinc Præcepta, pro iuſſis. Salluſt. in Iugurt. Micipſa pater meus mihi pręcepit. Itẽ monere, inſtruere, docere, ὑφηγεῖσθαι. Plin. lib. 18. cap. 24. Heſiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit. Vnde Præceptores, (καθηγηταί) artium magiſtri, doctores, inſtitutores. Cic. 5. de Orat. Sed ijdẽ erant uiuendi præceptores, atque dicendi. Ouid. 1. de Arte: Aeacidæ Chiron ego ſum præceptor Amoris. Horum placita, Præcepta, & præceptiones dicuntur. Cic. 3. Offic. Itaque propria eſt ex præceptio Stoicorũ, &c. Præceptrix, uerbale fœmi. gen. Cic. de Fin. Sapientia præceptrice in tranquillitate uiui poteſt.

PRÆCIPITIVM, tii, {Precipitio}(ἀπόκρημνον, ὑπότομον, κρημνός) locus præruptus, unde præcipitari facile quis poteſt. Quint. lib. 1. Eſt etiam non inerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen, qui ſacrificãti Phrygium cecinerat, acto illo in inſaniam, & per præcipitia delato accuſari, q; cauſa mortis extiterit.

PRÆCIPITO, as, in præceps deijcio, {Precipitare, rouinare}(κατακρημνίζω) Cic. pro A. Cic. Præcipitatus ex locis ſuperioribus. Præcipitare ſe de turri, Liu. 3. Bel. Pun. Præcipitare ſe in flumen, Cæſ. 4. Bel. Gal. Præcipitare palmitem, flagellum, & huiuſmodi pro deorſum reflectere. Col. lib. 5. cap. 6. Quæ pars palmitis præcipitata eſt, fructu induitur. Præcipitare ad mortem, eſt ad mortem præcipitem agere. Præcipitare moras, id eſt, feſtinanter abijcere. Aliquando eſt neutrum abſolutum, idem ſignificans, quod in præceps ire, uel ruinã minari. Cicero pro P. Sylla: Rempub. præcipitantẽ ſubueni. Præcipitat hyems, hoc eſt, ingruit, & repente aduenit. Præcipitat Nilus, id eſt, præceps ruit, & ex alto delabitur. Præcipitant curæ, id eſt, urgent. Aliquando ponitur pro temere, & inconſiderate ire aliquid aggredi. Plaut. in Trin. Nam qui in amorem ſe præcipitauit, peius perit, q̃ ſi de ſaxo ſaliat. Hinc præcipitans participium, quod & ipſum duplici modo in oratione collocatur, quemadmodum ſuũ uerbum. Modo enim à tergo accuſatiuum habet: ut, Celſa præcipitans ſeſe de Leucade Sappho. Modò abſolute ponitur. Cic. pro Cluen. Præcipitãtem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Sic ſolem præcipitantem dicimus, Occaſui uicinum: item Aetatem præcipitantem, hoc eſt, cadentem, & ad interitum properantem. Præcipitium, tij, locus præruptus, unde præcipitari facile quis poteſt, de quo ſupra. Præcipitatio, onis, uerbale: & Præcipitantia, tiæ, apud Gel. lib. 6. cap. 2. A' participio Præcipitans fit aduerbiũ Præcipitanter, quod ſignificat inconſiderate, (προπετῶς) temere. Luc. lib. 3. Currit agens mannos ad uillam hic præcipitanter.

PRÆCIPVVS, a, um, {Precipuo, ſingolare}(ἐξαίρετος) à præcipio, pro ante capio, dictus magnum, ſingulare, potiſſimum, optimum. Pli. lib. 8. cap. 27. Eſt & ad ſerpentis ictus præcipua. Plaut. in Trin. Hic homo eſt omnium hominum præcipuus. Hinc aduerbium Præcipue, (ἐξαιρέτως) quod eſt ante alia, non autem ſpecialiter, ut multi indoctè interpretantur, ſicut præſertim. Cic. Cum Non mihi tam mea ſalus chara fuit, in qua præcipue ſum ab illo adiutus, q̃ pietas erit in referenda gratia iucunda, id eſt, ante alios.

PRÆCISVM, (inquit Nonius) dicitur pars carnis & uiſcerum: hoc eſt, circa quod uiſcera inuoluta ſunt, q; oras circunciſas habeat. Lucil. lib. 20. referente eodem Nonio: Illi præciſo, atque epulis capiuntur opimis.

PRÆCISE', aduerbium, uide Præcido.

PRÆCLAMITATORES, uide Præclamo.

PRÆCLAMO, as, {Gridare inanzi}(προβοάω) ante clamo. Vnde Præclamito, ex quo Præclamitatores dicebantur, qui flaminem Dialem, hoc eſt, ſacerdotem Iouis antecedebant clamantes, ut homines ab operibus abſtinerent: quia ei opus facientem uidere, irreligioſum uidebatur.

PRÆCLARVS, a, um, {Preclaro, illuſtre}(ὑπέρλαμπρος) ualde clarus. Lucr. lib. 5. Præclarumq; uelint cœli reſtinguere Solem. Per tranſlationem accipitur pro celebri & illuſtri, ſicut & ſimplex Clarus, in quo ſcilicet gloriæ famæ fulgor quidã reſplendet. Ci. de Orat. Multi erant præterea præclari in Philoſophia, & no-

& nobiles. Nonnunquam in eadem ſignificatione accipitur, qua bonum, ſiue Bellum dicimus. Cic 3. Philip. O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupũ. Idem 6. Verr. O dij immortales præclaram conſcientiam. Magnificum, & præclarum genus dicendi, Cic. 2. de Orat. Præclarè, aduerbium, bene, bellè, Cic. 4. Acad. Præclareq́ ſecum agi putet, ſi &c.

PRÆCLAVIVM, teſte Nonio, pars ueſtis erat, quæ ante clauum texebatur. Afranius: Totum diem præclauium unum texere.

PRÆCLVDO, is, ſi, ſum, {*Serrare*} (διακλείω, ἀπείργω) claudo, intercludo, præcido. Cic. pro Planc. Nam maritimo curſus præcludebat hyemis magnitudo. Cæſ. 2. Bell. Gal. Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone præſidio, per ſe cohortes eiecit, portasq́ præcluſit. Ci antequam iret in exil. Animus ad exponendam rei indignitatem præcluditur. Ouid. 1. Meta. Sed nocet eſſe Deum, præcluſaq́ ianua leti.

PRÆCO, onis, unde infra, præcones.

PRÆCOCIA mala, ſiue Præcoqua, {*Bericocoli*} (ἀρμενιακὰ Dioſcod.) poma ſunt medium locum obtinentia inter perſica, & pruna: ita dicta à coctionis celeritate. Galli ſeruato qualiquali Latini nominis ueſtigio, Abricotia appellant. Vide latius in dictione Armeniaca.

PRÆCOGNITVS, {*Conoſciuto inanzi*} (προεγνωσμένος) ante cognitus, q̃ uis rarò Præcognoſco reperiatur. Plancus ad Cic. lib. 10. Quod ſi latro, præcognito noſtro aduentu, ruſus in Italiam ſe recipere cœperit: Bruti erit officium occurrere ei.

PRÆCOLO, is, pen. cor. præparo, antè colo. Cic. in Partic. Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad uirtutem quaſi præculti, & præparati rectis ſtudijs & artibus.

PRÆCOMPOSITVS, participium, ſiue Nomen ex participio, præparatus: ut, Os præcompoſitum. Ouid. 6. Faſt. Nox erat, & unius oculiq́ animiq́ natabant, Cùm præcompoſito nuntius ore uenit.

PRÆCONCEPTVS, a, um, antè conceptus. Pli. lib. 2. cap. 82. Præconceptũ enim ſpiritum exhalant.

PRÆCONSVMO, is, pen. prod. {*Conſumare*} ante conſumo. Ouid. poſuit pro conſumo, lib. 7. Meta. Et utilius bellum putat eſſe minari, Quàm gerere, atque ſuas ſibi præconſumere uires. Præconſumptus, a, um, participiũ. Oui. 4. Triſt. Eleg. 5. Eſt quoque non minimum uires afferre recentes, Nec præconſumptum temporis eſſe malis.

PRÆCONES, {*Trombetti, banditori*} (κήρυκες) à præcinendo dicti ſunt, quaſi præcanes, q ante canant, & annuntient, quod eſt faciendũ. Vel (ut inquit Priſcianus) à Præ, id eſt, ualde canendo. Sunt enim qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid ore denuntiant, quiq́ olim auctionem faciebant, & audientiã in theatris indicebant. Plaut. in Pœn. Exurge præco, fac populo audientiam. Verg. lib. 5. Victorem Aeneas præconis uoce Cloanthum Declarat. Præcones, ut diffuſius dicam, erant in iudicijs, qui Senatuſconſulta prædicabant, & recenſebant, poſteaquàm decreta erãt, qui iudices & candidatos ſuis nominibus appellabãt: quales ſunt, quos Hoſtiarios uulgò uocamus, qui etiam literas in Senatu publicè legebant, qui item bona, quæ proſcribebantur, publicæ auctioni proponebãt, ac proclamabant, & pretia, ut inquit Cicero, conficiebant. Præcones laudum noſtrarum dicuntur, qui res à nobis geſtas laudando diuulgant. Cic pro Arch. O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ uirtutis Homerum præconem inueneris. Hos quoque Curiones uocatos legimus.

PRÆCONIVM, nij, ipſa uox, uel exercitium, officium'ue præconis. κήρυγμα ἀνακήρυξις. Cicero Leptæ lib. 6. Eos qui aliquando præconium feciſſent, in municipijs Decuriones eſſe non licere. Suetonius in Nerone: Et præconio ubiq; contendit. Plaut. Menæch. Præconium ut mihi detis. Sed quoniam à præcone res geſtæ etiam pronuntiari ſolent, ideo quandoque pro laude, fama, & gloria ſumetur, cum ſcilicet aliquis laudatur à genere, aut uirtutibus, cæteris'ue bonis animi, corporis, aut fortunæ. Ouid. Epiſt. 15. Magna quidem de te rumor præconia fecit. Idem 4. de Pon. Carmina ueſtrarum peragunt præconia laudũ. Aliquando eſt præconis officium.

PRÆCONIVS, a, um, antepenultima pro. (κηρύκειος) quod eſt præconis: ut, Sub uoce præconia.

PRÆCONTRECTARE, antè contrectare. Ouid. 6. Metam. Spectat eam Tereus, præcontrectatq́ uidendo.

PRÆCOQVO, quis, pen. cor. (πρὸ τῆς ὥρας πεπαίνω) ante tempus ſuum, uel præmature coquo. Colum. lib. 5. Vuæ commodius inſolatæ præcoquuntur.

Hoc eſt, ante tempus aliorum fructuum maturantur. Nonnunquàm ualde uel nimis coquere. Plin. lib. 18. cap. 29 Aciniq́ præcoquuntur in callum. Aliquando nihil aliud eſt, q̃ ante uel priusq́ coquere. Sic medici iubent porrum, antequam ptiſanæ, admiſceatur, in aqua præcoqui, ut ponat acrimoniam. Ad eundem etiam modum utitur hoc uerbo Plinius ſcribens quoſdam paſſum conficere ex qualibet uua, ſed præcocta, antequam ſcilicet exprimatur. Verba eius ſunt hæc lib. 14. cap. 9. Quidam e quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt ſiccantes ſole.

PRÆCORDIA, orum, {*Parti meme al core*} propriè partes laterales dicuntur, nothis coſtis ſubiectę, hepati & lieni ſuperiacẽtes, quę q ὑπὸ τοῦ χόνδρου, hoc eſt, ſub cartilagine ſitæ ſunt, à Græcis ὑποχόνδρια appellantur. Celſus lib. 4. cap. 8. Dextra parte ſub præcordijs uehemens dolor eſt. Idem alibi: Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrem oriri, utique ſi præcordia in dextra parte dura manſerint. Plin lib. 11. cap. 37. præcordia accipere uidetur pro diaphragmate, ſiue ſepto tranſuerſo, quod uitalia uiſcera à naturalibus ſeparat. Verba eius ſunt hæc: Exta homini ab inferiori uiſcerum parte ſeparantur membrana, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur, Græci appellarunt Phrenas. Idem lib. 30. cap. 5. exta ipſa Præcordiorum nomine ſignificari tradit. Quandoque etiam generalius hoc nomen poſitum inuenitur pro quibuſcunque partibus interioribus, cordi uicinis. Cic. 5. de Fini. Fœlix curſus, cùm is ipſe annulus in præcordijs piſcis inuentus eſt. Virtus redit in præcordia nota, Verg. 1. Aeneid.

PRÆCORRVMPO, is, {*Corrompere inanzi*} (προφθείρω) antè corrumpo. Ouid. 14. Metam. Dum tamen hanc ſperat, dum præcorrumpere donis Me cupit. Præcorruptus, a, um, participium. Ouid. 9 Metam. Illa quidem uenit, ſed præcorrupta.

PRÆCOX, cocis, pen. cor. generis omnis, {*Ciò che è inanzi tempo*} (πρώϊμος, πρόωρος) quod præter morem cæterorum, uel ante cætera coctum & maturum factum eſt: ut, Præcoqua uua, Præcox ficus. Præcocia poma, ex perſicorum genere, quæ primo mature ſcunt. Galli Abricocia uocant. Plin. lib. 15 cap. 12. Perſica Duracina poſt autumnum matureſcunt, æſtate præcocia, intra triginta annos reperta, & primo denarijs ſingula uenundata. Eadem & Præcoqua dicuntur. Marti. lib. 13. Vilia maternis fueramus præcoqua ramis: Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus. Per tranſlationem Pręcox ingenium dicitur, quod nimis citò maturitatem eſt conſequutum, & ante tempus uidetur adoleuiſſe. Quintil. lib. 1. cap. 3. Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. Præcox fuga. Varro Synephebis: Quod ſi non manumittet, fugies, ſi me audies: cum tempus reuocat, ea eſt præcox fuga.

Præcox pugna, apud Ennium lib. 8. Annalium. Præcox riſus. Plin. lib. 7. in Præfat. At hercle riſus præcox ille, & celerrimus, ante quadrageſimum diem nulli datur. Legitur, & hic & hæc Præcoquis, & hoc præcoque. Colum. lib. 3. cap. 2. Quæ cùm talis eſt conditio, maximè præcoques, & duracinæ, tum denique purpureæ & bumaſti, &c. Eodem lib. cap. 9 Cùm pulchrè memineris, à me duo genera uinearum intra tempus biennij ex una præcoque uite, quam in Cęretano tuo poſſides inſitione facta conſummata. Præcoci opponitur Serotinum: unde dicimus Serotinas uuas, quæ poſt conſuetum tempus tardè matureſcunt.

PRÆCRASSVS, a, um, ualde craſſus. Plin lib. 16. cap. 8. Cortex præcraſſus, ac renaſcens.

PRÆCVRRO, is, {*Correre inanzi, andar' inanzi*} (προτρέχω) antè curro, ſiue, citò ante eo. Terent. Eun. Abi, præcurre, ut ſint domi Parata omnia. Cæſ. 6 Bell. Gal. Præcurrunt equites, quanto res ſit in periculo cognoſcunt. Cic. 1. de Diuin. Sed ita à principio inchoatum eſſe mundum, ut certis rebus certa ſigna præcurrerent. Idem in Orat. Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit. Præcurrens, tis, Cic. in Partit. Vt primordia rerum, & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumẽti. Præcurſus, us, Plin. lib. 16. cap. 25. Omnia intra VIII. Iul.) Idus Eteſiarum præcurſu. Præcurſio, onis, uerbale. Cic. de Fato Itemq́ illi, qui ab hoc diſſentiunt, confitentes non fieri aſſenſiones ſine præcurſione uiſorum. Pręcurſio, pro eo, quod Boethius præcurſoriam cauſam uocat. Ci. in Top. Alia autem præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta. Præcurſor, oris, aliud uerbale, πρόδρομος, Cice. 7. Verr. Quem iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium.

PRÆDA, æ, {*Preda, bottino*} (λεηλασία, λεία) à pariendo (ut inquit Varro) quaſi parida, q manu parta. Et eſt (ut Gell libro 13. cap. 23. inquit) propriè corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt: Manubiæ uerò pecunia ex uenditione prædæ redacta. Vergil. 1. Aeneid. Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſq́ futuris.

Ouid. 11. Metamorph. Vt matutina ceruus periturus arena Præda canum eſt. Cic. 7. Verr. Cùm ea res non ſolum prouinciæ ſaluti, uerum etiam prædæ eſſe poſſet.

PRÆDABVNDVS, {*Depredando*} (λαφυραγωγῶν) idem quod populabundus, uel prædas agens. Salluſt. in Iugurt. Datq́ fidem ſe prædabundum poſt paucos dies eodem uenturum.

PRÆDACEVS, a, um, {*Di preda*} (λεηλατικός) quod ex præda eſt. Gell. lib. 4. cap. 17. Aegre paſſus, q qui ſalus Imperij ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prædaceæ poſceretur.

PRÆDATITIVS, a, um, (λῃστρικός) idem quod prædaceus. Gel. lib. 13. cap. 23. Ex manubijs, id eſt, ex pecunia prædatitia.

PRÆDATOR, is, {*Saccheggiatore, predatore*} (λαφυραγωγός) prædo, populator, ſpoliator. Cic. 2. Catil. Quos ego utroſque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumq́ pono. Ioui uerò deprædatori templum fuiſſe legimus, non quòd prædæ præeſſet, ſed quod ei aliquid ex præda in partem debebatur. Nam mos Romanorum fuit, ut bella geſturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur. Prædatrix, cis, Stat. 1. Sylu. Et Herculei prædatrix cedat alumni.

PRÆDATORIVS, adiectiuum, (λῃστρικός) quod ad prædatorem pertinet: ut, Prædatoriæ naues Liu. lib. 4. Bel. Maced. Annis propè quinquaginta nullum Romanum exercitum uiderant, præter prædatorias claſſes.

PRÆDAMNO, as, are, eſt præiudicio ſuo aliquem quaſi condemnare. Sueto. in Aug. Sin deeſſet, deſtituere, ac prædamnare amicum exiſtimaretur. Nonnunquam ſimpliciter idem eſt quod antè, uel priore loco condemnare. Liu. 4. ab Vrbe: Totam culpam eius temporis in prædam natum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

PRÆDELASSO, as, ante delaſſo. Ouid. 12. Metam. Adiacet undis Facta manu moles, quæ primas æquoris undas Frangit, & in curſus quæ prædelaſſat aquarum.

PRÆDENSVS, {*Molto denſo*} (ὑπέρπυκνος) ualde denſus. Plin. libro 18. capite 18. Culter uocatur, Prædenſam prius, quàm proſcindatur, terram ſecans.

PRÆDENSATVS, prædenſus factus. Plin. lib. 9. cap. 33. Prædenſata diſtinctione, porrecta.

PRÆDESTINO, nas, pen. cor. (προορίζω) Vide in uerbo Deſtino.

PRÆDIATORES, (χωρωνόμοι) dicuntur periti iuris ad prædia pertinentis. Cic. Att. lib. 12. Et ſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis. Ibidem: Procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem uidebis.

PRÆDIATORIVS, ria, rium, (περὶ χωρίων) quod ad prædium pertinet: ut, Ius prædiatorium. Cicero pro Cornelio Balbo: Etenim ſi Q. Scæuola ille Augur, quum de iure prædiatorio conſuleretur, homo iuris, peritiſſimus conſulatores ſuos nonnunquam ad Turium & Caſcium prælatores rejciebat.

PRÆDIATVS, prædijs munitus. Apuleius lib. Flori. Ipſe bene ueſtitus, bene prædiatus.

PRÆDICABILIS, & hoc, le, {*Predicabile, che ſi dee dire in paleſe*} quod eſt palàm dicendum & prædicatione dignum. Cic. 5. Tuſcul. Nec in miſera uitaquicquam eſt prędicabile, aut gloriandum, &c

PRÆDICATIO, (κήρυξις) commemoratio, affirmatio, laudatio. Pli. lib. 35.

cap.3. Affirmant uana prædicatione, ut palàm, eſt. Idem lib.20.cap.10. Radix quoque plurimorum prædicatione trita.

PRÆDICAMENTA,(κατηγορίαι)ia Dialecticis dicuntur, quæ Quin.lib.3.cap.7.Elementa decem uocat, circa quæ uerſari uidetur omnis quæſtio.

PRÆDICATOR,oris,(κηρυκτής)ideſt, laudator, & cuiuſcunque rei diuulgator. Cic pro Cornelio Balbo: Qui ſui furti, ſui iudicij, ſui beneficij uolunt me eſſe, ut apud eoſdem uos iudices nuper in alia cauſa fuerim, & prædicatorē, & auctores.

PRÆDICATVM,(τὸ κατηγορούμενον)Dialectici dicunt, quod Grammatici Appoſitum uocant, quod prædicatur, id eſt, dicitur de ſubiecto.

PRÆDICO,cas,pen.cor.{*Predicare*}(ἀγορεύειν, κηρύττειν) apertè ſeu publicè dico, celebro, uulgo, laudo. Terent. And. Actum eſt, ſiquidem hæc uera prædicat. Cic.ad Attic.lib.9 Prædicat enim palàm, & militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, q̄ hunc, fore. Cæſ.2.Bell. Ciui. Sæpe ex tribunali prædicauit aduerſa Cæſarē prælia feciſſe. Cic. Luceio. Ignoſces mihi de meipſo aliquid prædicanti. Salluſt. Ipſum Craſſum ego poſtea prædicantem audiui, tantam illam contumeliam ſibi a Cicerone impoſitam. Prædicat item præco, dum aliquid palam promulgat, & pronuntiat ex Senatuſconſulto. Cic.pro Quin. De quo homine præconis uox prædicat, & pretium conficit.

PRÆDICO, penult.pro.{*Predire, annonciare*}(προλέγω)antè, ſeu prius dico. Ter.in And. Sed dico tibi, Ne temerè facias, neq; tu haud dicas tibi non prædictū, caue. Prædictio, onis,(πρόῤῥησις, προφητεία)quod prædicitur, ſiue prænuntiatur, uel prædiuinatur. Cic.lib.1.de Diuina Ex quo ſæpe genere hariolorū etiam, & uatum furibundas prædictiones, ut Octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt. Prædictus, a, um, antè uel ſuprà dictum. Cic.4. Acad. Quæq; ab his dicuntur, ſic perſequamur, ut nihil in prædictis relinquamus.

PRÆDIOLVM,li,{*Poderetto, poſſeſſione picciola*}(χωρίδιον) paruum prædiū. Cic. M.Cælio. Sed mea prædiola tibi nota ſunt: in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. Idem Atti.lib.16. Aedificata belle prædiola noſtra, & ſatis amœna.

PRÆDISCO,is,(προμανθάνω)ante diſco, & prius inquiro. Verg.1.Georg. Ventos, & cœli uarios prædiſcere mores.

PRÆDITVS,a,um,{*Ornato*} participium eſt ſine uerbi origine, latiſſimum in oratione uſum habens, uariamq; ſignificationem, pro ratione rei per ablatiuū, quem poſt ſe habet, ſignificatæ. Nam cùm dicimus, Præditus uirtute, Præditus ingenio, Eruditione præditus, idem eſt quod dotatus, ſiue ornatus, κεκοσμημένος. Ruſus cùm aliquem prauis moribus, peruerſa indole, aut oris fœditate præditum dicimus, idem eſt quod pollutus, contaminatus, dehoneſtatus. Interdum idem eſt quod affectus: ut cum morbo mœrore'ue quempiam affectum dicimus. Horum omnium exempla, etiamſi nuſquam non occurrent, pauca ſubiungemus. Cic.pro Archia: Gloria ingenij ſummi præditus. Idem 2. Verg. Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. Idem pro Rabirio Poſthumo: Senectute affectus, morbo præditus. Item pro Muræna: Idē ſqualore ſordidus, confectus morbo, lacrymis ac mœrore præditus. Vide plura de hoc apud Vallam lib.5.cap.38.

PRÆDIVES,itis,{*Molto ricco*}(πολυπλούσιος)ualde diues. Suet. de Clar. Gram. L. Apuleium ab Equitio Caluino equite Romano prædiuite quadringētis ummis conductum, multos edocuiſſe. Ouid.6. Metam. Totumq; tulit prædiuite cornu Autumnum, & menſas fœlicia poma ſecundas. Aula prædiues, Claud.2.in Rufinum.

PRÆDIVINO,as,{*Antiuedere, indouinare*}(προμαντεύομαι) rem euenturam diuino. Plin.lib.1,cap.11. Prædiuinant enim apes uentos, imbreſq;. Prædiuinatio, onis, προμαντεία. Plin.lib.8.cap 25. Parit oua quanta anſeres, eaq; extra eum locum tranſferens ſemper incubat prædiuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus. Prædiuinus, a, um, ualde diuinus. Plin.lib.37.cap.10. Promittitur prædiuina ſomnia repræſentare.

PRÆDIVM,dij,{*Poſſeſſione, podere*}(χωρίον) nomen eſt tam ruſticis, q̄ urbanis poſſeſſionibus commune. a Præſtando (ſi Varroni lib 4.de Ling. Latina credimus) deductum: propterea q; pignori data mancipij fidem præſtent. Cice. 3.Offi. Ac de iure quidem prædiorum ſancitum eſt apud nos Iure Ciuili, ut in his uendendis uitia dicerentur, quæ nota eſſent. Idem pro Roſc. Amer. Fructuoſa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Horat.2. Serm. Saty. Seruius oppidius Canuſi duo prędia diues, Antiquo cenſu, natis diuiſſe duobus Fertur. Prædiorum itaq; nomine ueniunt tam urbanæ poſſeſſiones, q̄ ruſticæ, & ſuburbanæ, hoc eſt, urbi proximè. Vnde extent tituli aliquot apud Iuriſconſultos de Seruitutibus urbanorum prædiorum, & ruſticorum, & utriſq; communibus.

Ager autem propriè dicitur locus in rure, quem colimus. Aruum, ea pars agri, quæ ſementi datur. Fundus etiam pars agri eſt. Singula enim prata, ſingulæ uineæ, ſinguli horti, ſingula oliueta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora, uenatoria, piſcatoria loca,: ſiue uillam atque ædificium ſiue piſcinam, ſiue uinaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in urbe, oppido, uico, caſtello, quicquid tale eſt, Prædium uocatur. Eſt itaque Fundus ruſtica poſſeſſio: Prædium & urbana, & ruſtica. Poſſeſſio generale nomen eſt. Nam & tabernæ, & hoſpitia, & horrea in urbe, poſſeſſiones dicuntur, & generaliter omnia bona immobilia.

PRÆDO,donis,{*Corſale, ladro*}(λῃστὴς, πειρατὴς) qui iter facientes terra mari'ue ſpoliat, qui'ue pacatas regiones incurſionibus infeſtat. Plin.lib.16.cap.4. Germaniæ, prædones ſingulis arboribus cauatis nauigant. Horat.1.Ser.Sat.2. Fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos. Cuius diminutiuum Prædonulus à Catone uſurpatur.

PRÆDOR,daris,{*Depredare, torre per forza*}(λῃΐζω, λωποδυτέω)à præda fieri Varro docet: idemq; ſignificat, quod diripio, ui aufero, quemadmodum prædæ auferri in bello ſolent. Cic.3.Verr. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. Idem 3.Verr. Veruntamen cùm eſſet omnibus in rebus apertiſſimè, impudentiſſimeq; prædatus. Ouid.1.Amor.Eleg.3. Iuſta precor, quæ nuper prædata puella eſt, Aut amet, aut faciat, cur ego ſemper amem.

PRÆDOMO,as,pen cor. ante domo, comprimo, ſedo. Sene. Epiſt.114. Et omnes caſus antequam exciperet, prædomuit meditando.

PRÆDVCO,is,ante duco. Plin.lib.35.cap.16. Probatur mollitie, & quod, ſi æra prędicantur, uiolaceum reddit colorem. Taci.lib.14. Neque foſſam, neque uallum præduxerunt. Præducere foſſam homini obſeſſo, pro circumuallare, Senec.lib.2.de Ira.

PRÆDVLCIS,& hoc prædulce,{*Molto dolce*}ualde dulcis. Plin.lib.12.cap.5. Fructus per folia ſolibus coctus prædulci ſapore. Claud. Paneg 2. Luxuries prædulce malum. Stat.5.Sylu. Tyrrhenæ uolucres oautis prædulce minantus. Verg.11. Aen. Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis, Et prædulce decus primo certamine poſſet.

PRÆDVRO,ras,pen. pro. {*Far molto duro*} (ὑπερσκληρύνω) præter morem duro, ſiue ualde durum facio. Colum.lib 3.de rubrica: Verùm eſt in opere difficilior, q; neque humentem fodere poſſis q; ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam, quia nimium prædurantur.

PRÆDVRVS,a,um,{*Molto duro*} ualde durus. Colum.lib.6.cap.2. Illa ætas adhuc tenera eſt, hæc iam prædura. Vergil.2.Georg. Corporaq; agreſti nudat prædura palæſtra. Idem 10. Aeneid Partheniumq; Rapo, & prædurum uiribus Orſen.

PRÆEO,præis,{*Andare inanzi*}(προάγω, προεξάρχω, ὑφηγέομαι) ante eo. Liu.2.ab Vrb. Præierat Aruns Tarquinius filius regis: rex ipſe cum legionibus ſequebatur. Præire uerba, eſt certam uerborum formulam alicui dictitare, quam ille totidem referat uerbis. Solent enim ueteres ad execrationes, uel deuotiones hoſtilis exercitus, & ad fœdera percutienda, ſimileſq; publicos ritus peragendos, certam uerborum formulam habere conceptam, quod Carmen uocabant, à qua ne minima quidem ſyllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui ſe, hoſtilemq; exercitum erant execraturi, aut ij per quos fœdera faciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex, aut ſacerdos, qui uerba præiret, hoc eſt, conceptum uerborum formulam dictaret, quem alter totidem uerbis repeteret. Sic Præire uerba iuſiurandi, dicitur, qui iuſiurādi uerba concipit, & iuraturo dictat. Budæus: Præire, eſt uerba præfari, & Subſequi eſt dictitata uerba pronuntiare. Liu.8 ab Vrb. Agedum Pontifex publicus populi Romani præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam. Gell.lib.14.ca.2. Si de omni officio iudicis præire tibi me uis. Id eſt, pronuntiare quod ſequaris. Præire uerba de ſcripto, quid ſit, declarat Budæus his uerbis: Præire hodie uerba damnationis actuarij, aut eorum uicarij carniſici ſolent, cum damnati facinoroſi ad ſupplicia trahuntur, ſed de ſcripto id faciunt. Præiens, præeuntis, participium. Ouid.8. Metam. Et dijs præeuntibus, ambo Membra leuant baculis. Inde Prætor, ἡγεμών.

PRÆFACILIS,le,{*Molto facile*}ualde facilis. Plaut. in Epid. Te profectò Apœcides Nihil moror mihi. P. de præfacili exoras Epidice.

PRÆFARI,{*Parlare inanzi*}(προοιμιάζειν, προλέγειν) antè fari, proloqui. Colum.in Præfat.lib.1. Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad uniuerſam diſciplinam maximè pertinere. Cic.de Vniuer. Sed hæc ſatis ſunt dicta nobis, quæ de deorum qui cernantur, quiq; ſunt orti, natura præfati ſumus. Præfari diuos. Vergil.11. Aen. Præfatus diuos, ſolio rex infit ab alto. Vbi Seruius: Præfatus diuos, more antiquo: nam maiores nullam orationem, niſi inuocatis numinibus, inchoabant. Catul Argon. Talia præfantes quondam fœlicia Pelei carmina, diuino cecinerunt pectore parcæ. Præfari honorem dicimur, cum rem non ſatis honeſtam dicturi, aliquot uerbis præmiſſis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum eſſet. Clauſulæ autem, quibus honorem præfari ſolemus, hæ ferè ſunt: Si licet dicere, Si commemorare fas eſt. Quod defectu quoq; fœdū eſt, Honor ſit auribus, & ſimiles. Ci. Papyrio Pæto, lib.9. Nos autem ridiculè, ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulauit, honorē non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus eſt.

PRÆFATIO, onis,{*Prefatione, proemio*}(πρόλογος, προοίμιον)à præfando deducitur, & ſignificat id, quod præloquimur antè, q̄ ad rem uenimus. Plin. lib.25.cap.2. Inchoata etiā præfatione religioſa. Martial.lib.3. Perfrixiſſe tuas quæſta eſt præfatio fauces. Cic.5.Verr. Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Huius diminutiuum eſt Præfatiuncula.

PRÆFECTORIVS,adiectiuum: id eſt, Præfectura perfunctus, ſicut Prætorius, qui præturam geſſit Vlp. de Senatoribus. l j. Sed utr Pręfectorius, an fœminæ Conſulari præferatur, uidendum eſt.

PRÆFECTVRA,æ,{*Prefettura, capitanato*} (ἐπαρχία) dicitur officium, uel dignitas Præfecti. Cic.de Natu.deor. Cum è pręfectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixiſſent, regem Perſen illo die captum, Senatui renuntiauit. Idem ad Attic lib.5. Præfecturam petiui, negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi oſtenderam. Dicuntur etiā præfecturæ, tractus quidam regionum, ſingulis parentes Præfectis, quos Græci νομοὺς uocant. Feſtus: Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumq; quædam erat Reſpub. neque tamen magiſtratus ſuos habebant, ſed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis ius dicerent. Vide Præficio.

PRÆFECTVS,cti, ſubſtantiuum,{*Prefetto, capitano*}(ἔπαρχος) qui rei alicui præficitur: ut, præfectus moribus dicitur, qui ad componendos mores eſt cōſtitutus. Cic.ad Papyrium lib 9. Quandiu hic erit noſter hic præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ. Idem pro Cluen. Tu es præfectus moribus. Præfectus uigilum, cui diſponendorum per urbis regiones uigilum cura incumbit.

Præfectus urbi, Gell.lib.13.cap.16. Qui præfectus urbi, & bis Conſul ſunt.

Præfecti regij, Liu 6.Bel. Maced. Præfectus annonæ, Liu.4.ab Vrb. Dux præfectuſq; claſſis. Cic.7.Verr. Præfectus libidinum, Cic.poſt Red.in ſenatu. Præfecti prouinciarum ſunt, quos Balliuos & Seneſcalcos uulgò dicimus, inquit Budæus. Vide Præficio.

PRÆFECTVS prætorio, (τῶν βασιλέων ἔπαρχος) talis apud Cæſares erat, qualis olim apud reges Tribunus celerum, & apud dictatores Magiſter equitum. Gerebat enim ſecundas partes poſt Cæſarem, præeratq; diſciplinæ publicæ emendandæ. Caſſiodor. Epiſt.lib 6. Poteſtati Præfecti Prætorio nulla; dignitas eſt æqualis. Vice ſacra iudicat. Nullus ei miles fori auctoritate præſcribit, excepto Officiali Magiſtri militum. Curiales etiam uerberat. In officio ſuo ius retinet ſingulare: & talibus, tantisq; noſcitur iubere, quos prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere.

PRÆFERICVLVM, à præfero uas æneum ſine anſa, patens ueluti peluis, q; præferre in ſacrificijs ſolebant. Feſtus.

PRÆFERO, præfers,{*Preferire, preponere*}ante fero. Pli. Epiſt.112. Lumēq;,

quod

quod ſibi maiores ſui prætuliſſet, poſteris præferret. Cic. 6. Verr. Siniſtra manus retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. Aliquando ſignificat præpono, (προκρίνω, προτιμάω.) Plin. Iunior in Epiſto. Quòd hominem rudem, atque ignarum ſibi præferret Cic. pro leg. Man. Salutem Reipub. ſuis cōmodis præferre. Item dicto, facto, aut geſtu animi affectum oſtendo. Liu. Vultus tuus neſcio quod ingens malum præfert. Curtius: Vultu & oculis motum præferens animi.

PRÆFEROX, cis, {Molto feroce} ualde ferox. Liu. 5. ab urb. Mitis legationi præferoces legatos, Galliſq; magis, q̄ Romanis, ſimiles habuiſſet.

PRÆFERRATVS, a, um, {Ferrato in cima} quod in cacumine habet ferrū: ut, Haſta præferrata, quæ cuſpidem habet ferream. Pilum præferratum, quod ferrum habet in ſummitate, quo Hetruſci olim utebantur, ad pinſenda grana. Diuerſumq; eſt è pilo rudo, quod ſine ferro eſt, ad uſum molarum quas aqua uerſat, ut ille. Plin. lib 18. cap. 10. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, &c.

PRÆFERVIDVS, ualde feruidus: ut, Ira præferuida. Liu. 9. ab Vrbe: Quid ſi uini amor in dies fieret acrior? quid ſi trux & præferuida ira? Colum lib. 3. cap. 1. de uite. Hanc nos cæteris ſtirpibus iure præponimus non tantum fructus dulcedine, ſed etiam facilitate, per quam omni pene regione, & omni declinatione mundi (niſi tamen glaciali, uel præferuida) curæ mortalium reſpondet: tamq; fœlix campis, q̄ collibus, prouenit, & in denſa non minus, q̄ reſoluta, ſæpe etiam gracili atque pingui terra, ſiccaq; & uliginoſa.

PRÆFESTINO, as, (προσπεύδω) ante tempus feſtino. Plaut. Rud. Tace Sceparno. SCEP. Quid opus eſt adoleſcens? F. iſti infortunium, Qui præfeſtinet, ubi herus adſit, præloqui. Liu. 3. Bel. Pun. concedendo plebi ſenatum, ſe, ne deficere præfeſtinarent, effeciſſe. Col. lib. 11. cap. 2. Satis erit per dimidios menſes exequi quodq; negotium: quia neq; præfeſtinatum opus nimium immaturè uideri poſſit ante quindecim dies factum, nec rurſus poſt totidem nimium tarde.

Hinc præfeſtiuè, aduerbium, celeriter, Plaut. in Rud. Vt ſine labore extraxi hanc præfeſtiuè ſatis? Et præfeſtinatim, idem. Siſenna Hiſtoriarum lib. 4. Iudices quos uellent, inſtituerunt præfeſtinatim, & cupide.

PRÆFICA, æ, pen. cor. (θρηνῳδός) mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum, quæ dat cæteris modum plangendi, & laudes defuncti facta laudat. ita dicta, quaſi in hoc ipſum præfecta. Næuius: Hæc quidem mehercle præfica ſi mortuum laudat.

PRÆFICIO, cis, pe cor. {Preporre} (ἐφίστημι, προΐστημι, ἐπιτρέπω) ex Præ, & facio, ſignificat præpono. Terent. Eun. Chæream ei rei præfecimus. Liu. 4. ab urb. Quos & pro centurionibus ſibi præfecerant, Tempanio auctore, equites. Ouid. 1. de Arte: Venus artificem tenero præfecit Amori. Cic. 4. Verr. An aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciūdis præeſſet. Vnde Præfecti, (ἔπαρχοι, ἐπιστάται, προστάται) dicuntur qui alicui rei agendæ prepoſiti ſunt: ut Præfecti urbium, quos Græci, Latiniq; lingua Perſica Satrapas uocant. Magiſtratus eorum Præfectura, (σατραπεία, ἐπαρχία) dicitur. Plaut. in Amphi. Qui præfectus eſt Thebanis legionibus. Idem in Caſin. Quin ruri es in præfectura tua? Interdum tamen Præfecturæ dicuntur tractus regionum, ſingulis parentes præfectis, quos Græci νόμους appellant. Plin. lib. 5. cap. 9. Aegyptus diuiditur in Præfecturas oppidorū, quas Nomos uocant, Ombiten, Phathniten, &c. Idem lib 4. cap. 11. Strategias uocat, cūm ait Thraciam diuiſam eſſe in quinquaginta ſtrategias. Militaris præfectura, qua quis legioni uel exercitui præficitur.

PRÆFIDO, is, ere, {Fidarſi molto} ualde fidere. Cic. 1. Offic. Sic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

PRÆFIGO, figis, pen. prod. {Ficcare inanti} (προπήγνυμι) ante figo. Plin. lib. 33. cap. 4. Lineas itineri præfigunt. Liu. 6. Bel. Pun. Eis parmæ breuiores, quàm equeſtres, & ſeptena iacula quaternos longa pedes data, præfixo ferro, quale haſtis uelitaribus ineſt. Nonnunquam accipitur pro præcludo. Verg. 3. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos: Primaq; ferratis præfigunt ora capiſtris. Quo tamen in loco non abſurde poſſemus intelligere, Præfigit ora capiſtris, à poeta dictum eſſe κατ' ἐναλλαγήν, pro eo quod eſt, Præfigunt oribus (ut ita dicam) capiſtros.

PRÆFIGVRO, ras, pen. pro. (ὑποτυπόω) præmonſtro, repræſento. Lact. lib. 6. Inflammauit libidinem, quæ aſpectu maximè incitantur, ac ſe quiſque in illis imaginibus præfigurat.

PRÆFINIO, finis, {Prefinire, determinare} (προορίζω) antep. pro. præſcribo, determino, uel limites præfigo. Cic. Mario: Sed eo uidiſti multum, q; præfiniſti, ne pluris emerem. Idem pro Roſc. Quæ dies in lege præfinita eſt. Hinc deducitur aduerbium Præfinitò. Terent. in Hecy. Nam illi haud licebat, niſi præfinito loqui. hoc eſt, quæ illi placebant, uel quæ ille præfiniſſet, hoc eſt, permiſiſſet, uel præſcripſiſſet.

PRÆFLOREO, es, (προανθέω) ante floreo. Plin. lib. 16. cap. 29. Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.

PRÆFLORO, ras, (προαπανθίζω) id eſt, prælibo, inquit Budæus. Gell. Et futuri gaudij fructum ſpes tibi iam præflorauerit.

PRÆFLVO, ante fluo. (προρρέω) uel præter fluo, παραρρέω. Plin. lib. 4. cap. 5. Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 5. cap. 26. Et parte læua in Meſopotamiam uadit per ipſam Seleuciam, circaq; eam præfluenti infuſus Tigri. Hinc Præfluxus, & Præfluuium, (πρόρροια) pro fluore alicuius rei ante uel præterlabentis.

PRÆFOCO, cas, pen. pro. (ἄγχω, ἀποπνίγω) ſpiritum obſtructis faucibus intercludo. Ouid. in Ibin: Præfocent animæ Gnoſſia mella uiam. Hinc Præfocationes uuluæ (τὰ ὑστερικά) uteri affectus dicuntur, ſenſum pulſumq; per interualla intercipientes, ita ut ij́s laborantes immobiles iaceant, & mortuis ſimillimæ uideantur, niſi q; circa mediam corporis partem caloris nonnihil retineant. Quæ hoc mali genus patiuntur, Vtero præfocatæ à Latinis, à Græcis ὑστερικαὶ dicuntur, ἀπὸ τῆς ὑστέρας, quo nomine uuluam ſiue uterum ſignificant.

PRÆFODIO, præfodis, pen. cor. (προορύσσω) antè fodio. Verg. 11. Aen. Præfodiunt alij́ portas, aut ſaxa ſudeſq; Subij́ciunt. Vbi Seruius. Præfodiunt, id eſt, ante portas foſſas faciunt. Ouid. 13. Metam. Fictumq; probauit Crimen, & oſtendit, quod iam præfoderat aurum, hoc eſt, quod antea defoderat.

PRÆFOECVNDVS, a, um, {Molto feconda} (πολύφορος, ὑπέρφορος) ualde fœcundus. Pli. li. 16 cap. 17. Omnia autem celerius ſeneſcunt præfœcūda

PRÆFORMIDO, as, pro. pro. {Hauer gran paura} ualde formido. Quintil. lib. 4. cap. 5. Quem iudex ſi prouidet, non aliter præformidat, q̄ ſi ferrum medici æger, ante q̄ curetur, aſpexit.

PRÆFORMO, as, pen. prod. {Informare} (προτυπόω) antè, uel prius formo. Quintil. lib. 2. cap 7. Nanque incipientibus danda erit uelut præformata materia ſecundum cuiuſque uires. Idem lib. 5. cap. 14. Nam quid miſerius lege uelut præformatas literas infantibus proſequentibus. Silius lib. 7. Atque his præformat dictis, fingitq; monendo.

PRÆFRACTVS, a, um, {Rotto, prima oſtinato} (διαρρηκτός, προκατάρρηκτος) idem quod fractus: ſiue ante, uel prius fractus Ouid. 12. Met. Solidoq; reuellere domo Annoſam pinum magno molimine tentat: Quod quia non potuit præfractam miſit in hoſtem Col. lib. 2. Et præfractas ſtirpes, ſummaſq; radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur omnis, refodiat, ac perſequatur.

Celſus lib. 5. Surculus corpori infixus ſi præfractus eſt, uel altius deſcendit, q̄ ut manu aut ferro eij́ci poſſit, medicamento euocādus eſt Præfractus, durus, & inflexibilis, αὐθάδης, ἀτέραμνος. Valer. Max. lib 6. Sed aliquanto Charondæ Tyrij́ præfractior & abſciſſior iuſtitia ad uim & cruorem uſq;. Cic. in Orato. Thucydides autem præfractior, nec ſatis, ut ita dicam, rotundus. Inde Præfractè aduerbium, idem ſignificans quod obſtinatè. Cic. lib. 3. Offic. Ego etiā cum Catone meo diſſenſiſſimus præfractè uidebatur ærarium, uectigalia defendere.

PRÆFRIGIDVS, {Molto freddo} (περίψυχρος) ualde frigidus. Plin. li. 17. Septentrionaliq;, & præfrigido ſitu. Ouid. 4. de Pon. Et tepidus Boreas, & ſit præfrigidus Auſter.

PRÆFRINGO, is, {Rompere, frangere} (προκατάγνυμι) idē quod frango aut partem anteriorem frango. Plaut. Mil. Elephanto in India Quo pacto pugno præfregiſti brachium. Liu. 8. ab Vrb Et haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent.

PRÆFVLCIO, is, {Soſtentare, fortificare} (προστηρίζω, προερείδω) præmunio, fortifico, ſuſtento. Plau. Pſeud. Vel ego omnibus Paruis, magniſq; miſerij́s præfulcior. Cic ad Att. lib. 5. Per fortunas, quoniam Romæ manes primū illud præfulci atque præmuni quæſo, ut ſimus annui, ne intercaletur quidem.

PRÆFVLGVRO, as, Valer. Flac. Argon. 3. Strictoq; uias præfulgurat enſe Hoc eſt, uibrando enſem uias coruſcare facit.

PRÆFVLGEO, es, (περιστίλβω) præter modum fulgeo. Lib. 3. ad Herenn. Tum nec nimis illuſtres, nec uehementer obſcuros locos habere oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant. Verg 8. Aen. Ducunt exortem Aeneæ quem fulua leonis. Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis. Interdum ante fulgeo, præluceo. προφαίνω.

PRÆFVRNIVM, nn, {Bocca del forno} (προΐπνιον, προκαμίνιον) os patens furni, quo ligna in fornacem inducuntur, & deinde obſtruitur, ait Budæus. Cato cap. 38. Ventus ad præfurnium caueto ne accedat.

PRÆGELIDVS, a, um, {Molto gelido} (περίψυχρος) multum, aut nimis frigidus. Col. lib 2. Ea locis prægelidis ac niuoſis, ubi æſtas humida, & ſine uaporibus, rectè committitur. Silius lib. 4. Quoſque in prægelidis duratos Hernica riuis Mittebant ſaxa.

PRÆGERMINO, as, (προβλαστάνω) ante germino. Plin. lib. 16. cap. 29. Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.

PRÆGESTIO, is, {Deſiderar molto} (ὑπερεπιθυμέω) ualde geſtio. Cicer. pro M. Cælio: Prægeſtit animus iam uidere primum lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares. Id eſt, ualde cupit. Catul. Argon. Qui, dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci, Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt. Horat. 2. Carm. Ode 5. Nunc in udo Ludere cū uitulis ſalicto Prægeſtientis.

PRÆGIGNO, prægignis, {Generare inanti} (προγεννάω) ante gigno Plaut. in Pſeud. Quia nolebam ex me morem prægigni malum. Id eſt, nolebam eſſe primus auctor mali moris.

PRÆGNANS, tis, {Pregna grauida} (ἔγκυος, ἐγκύμων) proprie dicitur, quæ grauida eſt, quæq; iam occupata eſt in generando, quod conceperit. Cic. 1. de Diuin. Cum prægnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe ſatyriſcum. Vxor prægnans, Cicero pro Cluentio Dicitur etiam de brutis. Varro libro ſecundo de Re ruſt. cap. 4. de ſuibus loquens: Quatuor enim menſes eſt prægnans. Canis prægnans, Horat. Carm. Ode 27. Item de arboribus, Plinius libro 12. cap. 14. de turis uirga loquens: Prius atque naturalis uindemia circa Canis ortum, flagrantiſſimo æſtu, incidentibus qua maxime uideatur eſſe prægnans. Prægnans autem arbor, uel etiam Fœta tunc dicitur, cū humorem, & ſuccum ſibi familiarem cauxit, needum in folia, aut flores propagauit. Hinc Prægnatio, Prægnationis, Varro de Re ruſt. Hic enim primi Prægnationis, & extremi fines.

PRÆGRANDIS, de, {Molto grande} (περιμεγέθης, ὑπερμεγέθης) ualde grandis. Cic. 6. Ver. Erat uas uinarium ex una gemma prægrādi, trulla excauata, manubrio aureo. Plin. lib. 4. cap. 13. In quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipſorum aures tota integant.

PRÆGRAVIS, & hoc prægraue, pen. cor. {Molto graue} (ὑπέρβαρυς) ualde grauis. Plinius libro octauo cap. 21. Caput tantum prægraue ægre ferens. Id eſt, deiectum ſemper in terram. Prægraue ſeruitium, Idem libro ſeptimo capite octauo.

PRÆGRAVO, uas, pen. cor. {Grauare ſopra modo} (ὑπερβαρύνω) ſupra modum grauo, ſiue grauem admodum facio, & moleſtus ſum. Pl. lib. 17 cap. 22. Ne prægrauet fructus parte aliqua. Accipitur etiam Prægrauo pro præpondero Sueto. in Cæſare, cap. 76. Prægrauant tamen cætera facta, dictaq; eius, ut & abuſus dominatione, & iure cæſus exiſtimetur.

PRÆGREDIOR, eris, {Andare inanti} (προέρχομαι) ante eo. Liui. 10. ab Vrb. Qui lictores prægredi uiderunt, &c. Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin. lib. 28. cap. Cum fugiunt uenantem, declinant ad dextram, ut prægreſſi hominis ueſtigium occupent. Prægredi alios, eſt antecellere. Sal ad Cæſ. de Rep. ordi. Qui tantum alios prægreſſus es, ut prius defeſſi ſunt homines laudādo facta tua, q̄ tu laude digna faciendo. Prægrediens, tis, participium, præcedens. Suet. in Tib. cap. 7. Druſum in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſque peruexit. Prægreſſio, onis, uerbale.

Cic. de Fato: Dicent, ſi omnia fato fierent eiuſmodi, ut nihil fieret niſi prægreſſione cauſæ, confitendum eſſe fato fieri omnia.

PRÆGVSTO, as, {*Far la credenza*}(προγεύομαι) antè guſto. Pli. lib. 21. cap. 3. Gratificationem ipſius reginæ Antonio timente, nec niſi prægustatos cibos ſumente, &c. Hinc Prægustator, (προγευστής) qui cibos principes prægustat: apud Suet. in Claud. Cæſare, cap. 44. Prægustator libidinū, Cic. pro Domo ſua.

PRÆGVTII, Italiæ populi, qui Marſis magis orientales ſunt, Ptole. auctore lib. 3. cap. 1. Hodie uulgus Abruzos appellat.

PRÆHENDO, is, di, ſum, & per ſyncopen Prendo {*Prendere, pigliare*}(λαμβάνω, λαμβάνομαι) idem quod capio. Cic. pro Quintio: Seruulum unū quem iſte præhenderat, abducit. Ouid. de Medicamine faciei. Arentiſq; roſæ, quantū manum una præhendat. Verg. 6. Aen. Italiæ fugientis prændimus oras. Cato de Re ruſt. cap. 116. Arundine prænde tibi uiuidem. Hinc fiunt duo participia, prehenſus & Prænſus. Gell. Noct. Att. lib. 11. Seruos item furti manifeſti præhenſos uerberibus affici. Sene. in Troad. Sic ille dextra prænſus hoſtili puer ferox. Item duo frequentatiua Præhenſo, & Prænſo, quæ propriè de ſupplicibus dicuntur, & candidatis, cùm magiſtratum aliquem ambientes, ſuffragatorū manus præhendunt. Liu. lib. 3. ab urb. Tum demum coactus, cum multa indignitate præhenſabat ſingulos. Cic. Att. lib. 1. Prænſat unus P. Galba ſine fuco, ac fallacijs, more maiorum. Verg. 2. Aen. Prænſant faſtigia dextris. Prænſare conſilium, idem quod capere conſilium. Liu. 2. Bel. Pun. Ad conſilium prænſandū tempus opus eſſe. Prænſatio, ſiue Præhenſatio uerbale. Cic. Att. lib. 1. Fuit illius hæc præpropera prænſatio.

PRÆIACEO, præiaces, pe. cor. {*Giacere inanti*}(προκεῖμαι) antè iaceo. Plin. lib. 3. cap. 4. Oppida de cætero rara, præiacentibus ſtagnis. Taci. lib. 12. Campo qui caſtris præiacet.

PRÆIACIO, is, {*Gettare inanti, opporre*}(προβάλλω) antè iacio, oppono. Colu. lib. 9. Mox præiaciuntur in gyrum moles, ita ut complectuntur ſinu ſuo, & tamen excedant ſtagni modum.

PRÆIVDICVM, cij, {*Pregiudicio*}(προκατάγνωσις) ut inquit Aſconius, dicitur res, quæ quum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur in eadem cauſa, uel paribus cauſis. Iudicium autem, res, quæ cauſam, litemq; determinat. Cic. pro Cluent. Cùm ijs duobus præiudicijs iam damnatus eſſet. Idem 1. Verr. De quo non præiudicium, ſed planè iudicium iam factum putatur. Liu. Præiudicium iam de reis & à Senatu, & à populo Romano, & ab ipſorum collegis factum eſſe. Quint. Præiudicia ſunt à rebus iudicatis, quæ pares fuerunt, aut ex iudicijs ad ipſam cauſam pertinentibus, aut ab eiuſdem cauſæ pronuntiatione. Præiudicium ergo, quod in eadem cauſa, uel ſimili prius eſt latum. Vlpian. Interdum euenit, ut præiudicium iudicio publicè fiat. Lauren. Valla. præiudicium, quaſi ſententia quædam ante iudicium, ſicut ſi eſſent duo de officio aliquo contendentes, cùm lis in longum procedit, magiſtratus iubet interea dum ſententiā ferat, alterum officio fungi, quaſi iudicans iam nunc ſe pro ea parte ſentire, penes quem uult eſſe rem, de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur, quod poſſidentem adiuuat, & obeſt excluſo.

PRÆIVDICO, {*Pregiudicare*}(προκαταγινώσκω) ante tempus iudico: ut inquit Budæus unde cauſa præiudicata, (προκατεγνωσμένη δίκη) dicitur, quæ præſumpta opinione damnata eſt, antequam cauſa agatur. Brutus ad Ciceronem: Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec populus Romanus iuſſit, id arroganter non præiudico. Interdum eſt præiudicium facere. Cice. 3. de Leg. Edant, & exponant, quid in magiſtratu geſſerint, deq; ijs cenſores præiudicent.

Præiudicatus, a, um, participium, ut, Euentus belli præiudicatus, apud Liu. lib. 2. Decad. 5. Cic. pro Cluent. Cognoſcite iam, ita reum citatum eſſe illum, ut re ſemel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit. Præiudicatio, onis, uerbale. Quintil. lib. 4. cap. 2. Aut ſi iā præiudicatione ſenatus dānatus eſſet Milo.

PRÆIVRO, as, (προόμνυμι) ante alios iuro. A quo Præiurator, Præiuratrix, & Præiuratio, quam ij facere dicuntur, qui ante alios conceptus uerbis iurant, hoc eſt, qui alijs iuramenti formulam præeunt.

PRÆIVVO, as, pen. cor. ante iuuo Tacit. lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem præiuuiſſe, domo, agriſq; pignori acceptis.

PRÆLABOR, pen. pro. Prælaberis, (παραρρέω) antè labor, præterfluo. Col. lib. 11. cap. 1. Prælabentis uerò temporis fuga, quæ ſit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Natu. deor. Piſces quorum alter paulo prælabitur antè. Lucan. lib. 6. Quoque modo Romæ prælapſus mœnia Tybris.

PRÆLAMBO, (προλείχω, προλιχμάομαι, προγεύομαι) ante labo, prægusto. Horat. 2. Ser. Saty. 6. Continuatq; dapes, necnon uernaliter ipſis. Fungitur officijs, prælambens omne, quod affert.

PRÆLEGO, gis, pen. cor. {*Leggere inanzi ad alcuno*}(προαναγινώσκω, προδιδάσκω) ante lego, ut ſolent præceptores ſuis diſcipulis. Quintil. lib. 1. cap. 14. Sed pueris quæ maxime ingenium alant, prælegenda, atq; animum augeāt. Hinc Prælectio. Quint. lib. 1. c. 2. Attamen emendationi, prælectioniq; numerus obſtat. Et Prælector, oris, uerbale. Gel. lib. 18. c. 5. Si magiſtrū, prælectoreq; habuiſſet alicuius æris. Prælego, prætereo, præteruehor, (παραβαίνω, παραπλέω.) Tacit. 5. Campaniam prælegebat, ambiguus an urbem intraret.

PRÆLIARIS, & hoc, liare, {*Coſa da guerra*}(μαχιμός, ἀψιμαχικός) quod ad prælium pertinet. Vnde Præliares pugnæ. Plaut. Curcul. Meæq; pugnæ præliares obtritæ iacent. Præliares dies, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere, uel ablata repetere. Solent enim Romani quoties ipſi bellum inferrent, certum dierum ad conferendum prælium delectum habere. Alioqui ſi ſum exciperent, nullus obſtabat dies, quò minus uel ſalutem ſuam, uel publicam defenderent dignitatem.

PRÆLIBO, as, pen. prod. {*Guſtare inanzi*}(προαπείβω, προγεύομαι) antè libo, & deguſto. Stat. 3. Sylu. Care puer, ſuperis qui prælibare uerendum Nectar, &c. Vultum, & pectora alicuius prælibare uiſu. Stat. 2. Achil.

PRÆLICENTER, {*Troppo licentioſamente*} ὑπερεξόδως. nimis licenter. Gell. Quàm uerba fiunt prælicenter.

PRÆLIGANEVM VINVM, apud Catonem à Prælegendo dicitur. Eſtq; illud, quod uel præmaturum eſt, uel præ omnibus legitur, quod & Præcium Vergilio dicitur. Cato de Re ruſt. cap. 23. Vuas miſcellas ad unum præliganeum quod operarij bibant, ubi tempus erit legito, &c.

PRÆLIGO, as, pen. cor. ab anteriori parte ligo. Liu. 2. Bel. Pun. Faſceſq; uirgarum, atque arida ſarmenta præligantur cornibus boum. Cic. 2. Inuen. Os autem obuolutum eſt folliculo, & præligatum.

PRÆLIOR, aris, {*Combattere*}(μάχομαι) dimico. Cæſar lib. 2. Bell. Gall. En loco ſuperiore in ipſi fluminis ripis præliabantur. Præliari per translationem, pro contendere uerbis. Cic. ad Att. lib. 2. Ego enim, quadiu Senatus auctoritas mihi defendenda fuit, ſic acriter, & uehementer præliatus ſum, ut clamor cōcurſuſq; maxima cum mea laude fierent. Prælians, tis, participium. Cic. 2. de Diui. Eudemus prælians ad Syracuſas occidit.

PRÆLIVM, lij, {*Guerra, giornata, conflitto*}(μάχη, ἀψιμαχία, συμβολή) conflictus, dimicatio, certamen, pugna: à premendo, ut quidam putant, dictum, quòd dimicando hoſtes ſe inuicem premant: quanquam non deſunt, qui a prælo deduci malint, eo quòd in dimicationibus è corporibus ſanguis profluat, non ſecus atque muſtum e prælis. Verg. 6. Eclog. Cū canerem reges, & prælia, Cynthius aurem Vellit. Idem 2. Georg. Necdum horrida miſcent Prælia ſed dubius medijs Mars erat in armis. Audere in prælia. Verg. 2. Aeneid. Quos ubi cōfertos audere in prælia uidi. Cic. Præliorum exitus ſunt incerti. Idem 2. de Orato. Cū Tarento amiſſo, arcem tamen Liuius retinuiſſet, multaq; ex ea prælia præclara feciſſet, &c. Idem 2. de Nat. Deo.: Cum A. Poſthumius cum Octauio Mamilio prælio dimicaret. Verg. 3. Georg. Prælij appellationem honeſta metaphora ad coitum tranſtulit: Frigidus (inquit) in Venerem ſenior, fruſtraq; laborem ingratum trahit: & ſi quando ad prælia uentum eſt, Vt quondam in ſtipulis magnus ſine uiribus ignis Incaſſum furit.

PRÆLONGO, as, uide in dictione Prælongus.

PRÆLONGVS, a, um, {*Molto longo*}(ὑπέρμακρος) ualde longus. Liui. 2. Bel. Pun. Diſpares ac diſſimiles gladij: Gallis prælongi, ac ſine mucronibus. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quale refert Cic. de homine prælongo. Prælongo, as, are, prælongū facio. Plin. lib. 11. cap. 2. Qua ſubtilitate pedum crura prælongauit.

PRÆLOQVOR, pen. cor. (προλαλέω, προλέγω) ante uel prior loquor, præfatione utor. Pli. Epiſt. 174. Fortè accidit, ut eo die manè in aduocationem ſubitam rogarer: quod mihi cauſam præloquendi dedit. Cælius Ciceroni, lib. 8. Vix hoc erat prælocutus, cum ego Appium Cenſorem eadem lege poſtulaui.

PRÆLVCEO, præluces, penul. prod. {*Lucere inanzi*}(προφαίνω) ante luceo. Martial. lib. 12. præluxere faces, uelarunt flammea uultus. Plin. lib. 32. cap. 10. Pulmone marino, ſic confricetur lignum, ardere uidetur adeò ut baculum ita prælucet. Prælucere alicui, eſt præferre facem δᾳδουχεῖν. Sueto. in Auguſt. cap. 29. Cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; prælucentem examinaſſet. Plin. de uiris Illuſtr. Duilio conceſſum eſt, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, a cœna publice rediret. Per metaphoram Prælucere, eſt luce, hoc eſt, claritate & nobilitate ſuperare. Cice. in Salluſt. Ego maioribus meis uirtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Horat. 1. Epiſt. 1. Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis. Hoc eſt, præpollet, ſiue amœnior eſt. Prælucidus, a, um, ualde lucidus. Plin. lib. 37. cap. 6. Arabiæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili.

PRÆLVDIVM, dij, {*Ricercata*}(προοίμιον) propriè eſt præceptio illa, quæ ante cantū legitimum fauoris emerendi gratia à citharœdis ſolet præmitti: quanquam etiam generalius accipitur pro quouis initio rei ſeriæ præmiſſo. Præludiū & portentum metaphoricè in malam partem. Cic. 4. Phili. Quæq; eſſet fructus in hac urbe, niſi cum hunc ipſe Iupiter ab his mœnibus repuliſſet declarauit, in Parmenſium calamitate: quos optimos uiros, honeſtiſſimoſq; homines, maximè cum auctoritate huius ordinis, populiq; Ro. dignitate coniunctos, crudeliſſimè interfecit præludium illud & portentum L. Antonius, inſigne odium omnium hominum: uel ſi etiam dij oderunt quos oportet, omnium deorum.

PRÆLVDO, is, pen. pro. (προπαίζω, ἀναβάλλομαι, ἀκροβολίζομαι) ante ludo, præcino, lcue quiddam, ſed maioris rei initium præmitto. Verg. lib. 3. Georgic. Et ſparſa ad pugnam præludit arena. Sene. Epiſt. 103. Illi meliori uitæ longiorīq; præluditur. Hinc prælusio, onis, (ἀκροβολισμός) idem quod Præludium. Plin. Epiſt. 99. Cuius quaſi præluſio, atq; præcurſio, has contentiones excitauit.

PRÆLVM, præli, {*Torchio, torcolo*}(ληνός) propriè eſt trabs illa in torculari, qua uua calcata premitur: Torcular autem dicitur tota illa ſtructura, qua ad liquorem exprimendū utimur. Lacus autem, uas illud, in quod muſtum de torculari influit. Dictum Prælum (ut quibuſdam placet) à præluendo, eo quòd humore profluente prælueatur, id eſt, madeſiat. Alij potius à premendo deduci uolūt, unde & ſine diphthongo ſcribere malunt. Quæ quidem deriuatio uériſimilior uideretur, niſi reclamaret primæ ſyllabæ quantitas, quæ in dictione Prælū producitur, cum in uerbo Premo corripiatur. Sed hoc omnino inſolitum non eſt, deriuatiuum à primogenij quantitate diſcrepare. Verg. 2. Georg. Tu ſpiſſo uimine qualos Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. Cato cap. 32. Prælum de ſapino atra potiſſimum facito.

PRÆLVMBO, bas, (ἀποσφύζω) lumbos præfringo, Næuius Vindemiatoribus, ut citat Non. cœpit unumquenque prælumbere fuſtibus.

PRÆLVO, is, (προλούω, προλύζω) ante, uel prius abluo: nonnunquam etiam præterfluo, παραρρέω.

PRÆLVSTRIS, ſtre, {*Molto illuſtre*}(ὑπερλαμπρός) ualde illuſtris. Oui. 3. Triſt. Viue tibi, quantumq; potes, prælustria uita. Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.

PRÆMANDO, das, (προεντέλλω) ante ſiue prius mando. Vatinius Cic. lib. 5. Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaci eſſe: de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen, terra, mariq; ut conquireretur, præmandaui.

PRÆ MANIBVS, {*In pronto, alle mani*}(μετὰ χεῖρας) in promptu, & ad manum. Gell. Quod præ manibus eſt, ponemus. Apul. Et ea, ſi forte præ manu non fuerit, nemo eum exſpirare patietur.

PRÆMATVRVS, a, um, (πρόωρος) ante tempus maturus, præcox: propriéq; de fructibus dicitur, qui ante alios matureſcunt. Col. lib. 11. cap. 3. Sed qui præmaturum fructum cucumeris habere uolet, &c. Transfertur & ad alia: ut, Præmatura ſenectus, id eſt, præcipitata, legitimumq; tempus præuertens. Præmatura mors, hoc eſt immatura, & quæ ante tempus uenit. Plin. lib. 7. cap. 51. Senilem iuuentam præmaturæ mortis eſſe ſignū. Hinc Præmaturæ, aduerbiū: id eſt, immature, & ante tempus legitimum. Plaut. in Moſtel. Quia præmature

turè uita careo. id eſt, quia mortuus ſum ante tempus.

PRÆMEDICATVS, ta, tum, participium, (προφαρμακευθείς) pharmacia aut incantatione præmunitus. Ouid. Epiſt. 12 Iliſſet anhelatos non præmedicatus in ignes, Immemor Aeſonides, oraq; adunca boum.

PRÆMEDITOR, aris, {*Diſcorrere, conſiderare inanti*} (προμελετάω) prius meditor, præcogito. Cic. ad Att. lib. 6. Ex qua me fingere poſſim, & præmeditari, quo animo accedam ad urbem. Idem 11. Philipp. Eſt enim ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, id præmeditari. Ad Heren. lib. 2. Si reus nihil horum fecerit, accuſator dicet eum uſque præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet uſui uenturum. Plaut. Epid. Vt parate Eam præmeditatam meis dolis, aſtutijsq; Onuſtam mittam.

PRÆMEDITATIO, {*Conſideratione delle coſe future*} (προμελέτησις) eſt meditatio, & cogitatio rei futuræ. Cicero tertio Tuſcul. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ uenientia longè ante uideris.

PRÆMERCOR, aris, (προωνοῦμαι) prius emo. Plaut. in Epid. Aedepol næ iſtam tempore ſuo, grato tuo ſumus præmercati. Plin. lib. 31. cap. 2. Ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaq; præmercarentur.

PRÆMESSVM, ſi, (ὑπαρχή) quod prælibationis cauſa præmetitur: cuiuſmodi erant ſpicæ, quas primò demeſſas ſacrificabant Cereri. Auctor Feſtus.

PRÆMETIOR, iris (προμετρέω) ante metior. Vnde Præmenſus, participiũ. Tibul. lib. 3. Eleg. 3. Tunc cum præmenſæ defunctus tempore lucis, Nudus Lethæa cogerer ire rate.

PRÆMETVO, is, (προφοβοῦμαι) antè metuo. Lucr. lib. 3. At mens ſibi conſcia factis Præmetuens, adhibet ſtimulos, torretq; flagellis.

PRÆMIGRO, as, pen. cor. (προμεταναστεύω) ante migro. Pli. lib. 8. cap. 28. Ruinis imminentibus, muſculi præmigrant.

PRÆMITTO, is, {*Mandare inanti*} (προπέμπω) ante mitto. Cic. 2. Offi. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarẽtur arculas muliebres. Verg. 1. Aen. Rapidum ad naues præmittit Achatem. Præmiſſus, a, um, Verg. 9. Aenei. Interea præmiſsi equites ex urbe Latina.

PRÆMIVM, præmij, {*Premio*} (γέρας) proprie dicitur id, quod cuiquam pro rectè factis datur. Cic. Att. Solon remp. duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna. Idem de Orato. Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſupplicia uitijs. In ludis quoque & certaminibus præmia (ἆθλα) dicuntur, quę proponuntur uictoribus. Verg. 5. Aen. Protinus Aeneas celeri certare ſagitta Inuitat, qui forte uelint, & præmia ponit. Accipitur aliquando etiam in deteriorem partem pro ſceleris cuiuſpiam mercede. Cic. de Prouincijs Conſul. Prouinciæ, quas peſtiferi Conſules pro euerſæ Reipub. præmijs occupauerunt. Idem in Piſonem: Totam rempub. prouinciæ præmio uendidiſti. Pretium autem propriè illud eſt, quod pro re empta perſoluimus. Terent. Eunuc. Pretium ſperans producit illico, ac uendit. Poetæ tamen hæc duo in eadem ſignificatione aliquando uſurpant. Verg. 5. Aenei. Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.

Aliquando præmium pro pecunia ponitur. Næuius: Sine præmio ſum, marſupium reliqui domi. Hinc Præmioſus, pecunioſus. Accius: Diuitem ac præmioſum auum.

PRÆMIOR, aris, {*Premiare*} Sueton. in Tito Veſpaſ. cap. 7. Quod conſtabat in concionibus patris nundinari, præmiariq; ſolitum: id eſt, lucrari, inquit Budæus.

PRÆMODEROR, (προρρυθμίζω) ante moderor. Gell. lib. 7. cap. 9. Creteſes quoque prælia ingredi ſolitos, præcinente, ac præmoderante cithara greſſibus.

PRÆMODVM, penul. cor. aduerbium, {*Oltra miſura*} (παρά, ὑπὲρ τὸ μέτρον) ſignificat ſupra modum. Gell. lib. 7. cap. 7. Parcentes (inquit) præmodum.

PRÆMOLESTIA, leſtiæ, moleſtia ex malo, quod imminere putamus anticipata, & præſumpta: hoc eſt, timor ipſe moleſtiam uel malum futurum antecedens. Cic. 4. Tuſc. Alij metum præmoleſtiam appellabant, quod eſt, quaſi dux conſequentis moleſtiæ.

PRÆMOLIOR, iris, {*Preparare*} (προκατασκευάζω) ante molior, uel præparo. Liu. 8. Bel. Pun. Itaque præmoliendas ſibi ratus iam res, conciliandosq; regum, gentiumq; animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare.

PRÆMOLLIO, is, (προμαλάττω) ante mollio. Vnde Præmollitus, parti. Quintil. lib. 2. cap. 9. Et fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fuerit ſulcus. Idem lib. 6. cap. 5. Quo genere defenſionis etiam offendiſſet nondum præmollitas iudicum mentes.

PRÆMOLLIS, lle, {*Molto molle*} (ὑπερμάλακος) ualde mollis. Pli. lib. 11. cap. 37. Cor palpitat certe. & quaſi alterum mouetur animal, intra præmolli ſtomoq; opertum membranæ inuolucro. Idem lib. 9. cap. 51. Intra ſe parit oua præmollia.

PRÆMONEO, nes, penult. cor. {*Ammonire inanti*} (ὑπομιμνήσκω) ante moneo. Columel. lib. 1. Ideo præmoneo, ne uillicum ex eo genere ſeruorum, qui corpore placuerunt, inſtituamus. Liu. 1. Bell. Pun. Cum aruſpices ad Imperatorem id pertinere prodigium præmonuiſſent. Cicero 2. Verr. Animo ſane beneuolo, ut magnopere cauerem, præmonebat. Præmonitus, a, um, participium. Plin. lib. 16 cap. 39. Fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis præmonitę oraculo, cum arbor arma peperiſſet. Præmonitus, us, uerbale, pro prædictione. Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Sic deorum ſpreti præmonitus excandeſcunt. Ouid. 15. Metamorph. Non tamen inſidias, uenturaq; uincere fata Præmonitus potuere deum.

PRÆMONSTRO, as, {*Moſtrare inanti*} (ὑποδεικνύω, προδεικνύω) antè monſtro, doceo, oſtendo. Plau. in Mil. Atque hoc ei præmonſtra & præcipue, Vt teneat conſilia noſtra. Cic. 1. de Diuin. Atque etiam uentos præmonſtrat ſæpe futuros Inflatum mare. Hinc Præmonſtrator, uerbale, qui præmonſtrat, et docet, quid faciendum ſit ante periculũ. Teren. in Heaut. Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator Chremes, Hoc mihi præſtat.

PRÆMORDEO, es, (καταδάκνω) morſu dilacero. Gell. Plaut. in Trin. neque præmordiſſe dixit, ſed præmorſiſſe: Niſi fugiſſem, (inquit) medium, credo, præmorſiſſet.

PRÆMORIOR, reris, {*Morire inanti*} (προαποθνήσκω) ante morior. Plin. lib. 7. cap. 50. Præmoritur uiſus, auditus, inceſſus. Ouid. Epiſt. 8. Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo, Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero. Præmortuus, particip. Liu. 1. ab Vrb. Scaptium ipſum id quidem credo, etſi pręmortui iam ſit pudoris, non facturum.

PRÆMVNIO, nis, ſecunda ſyl. prod. {*Fornire inanti*} (προασφαλίζω) priua munio. Cæſar 3. Bel. Ciui. Iſthmum præmunire inſtituit. Per tranſlationẽ etiam de incorporeis dicitur. Cic. pro Cælio: Quamobrem illa, quæ ex accuſatorum oratione præmuniri iam, & fingi intelligebam, fretus ueſtra prudentia non pertimeſco. Præmunitio, onis, uerbale. Cic. 3. de Orato. Præmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium.

PRÆNARRO, as, {*Narrare inanti*} (προλέγω, προδιηγοῦμαι) ante narro. Terent. in Eunu. Rectè ſanè interrogaſti: oportuit rem prænarraſſe me.

PRÆNATO, as, pen. cor. (προνήχομαι) ante nato. Plin. lib. 9. cap. 45. Prænatante piſciculo frontem ſuam ſpargit. Ponitur aliquando pro præterfluere, παραρρεῖν. Verg. 6. Aen. Lethæumq;, domos placidas qui prænatat amnem. Vbi Seruius Prænatat, præterfluit: Et contrariè dictũ eſt: nã non natant aquæ, ſed nos in ipſis natamus. Ennium igitur ſequutus eſt, qui ait: Fluctusq; natantes. Hæc ille.

PRÆNAVIGO, as, (παραπλέω) prænauigo. Plin. lib. 6. cap. 23. Vt uiginti dierum ſpatio prænauigarint inſulam, quæ Solis appellatur.

PRÆNESTE, generis neutri, & hæc Præneſtis, {*Preneſte*} (Πραίνεστος Stephano) oppidum Latij editu in loco, naturaq; munito ſitum, ita dictum (ſi Stephano credimus) à Præneſto conditore, Latini filio, Vlyſsis, & Circes nepote. Alij ἀπὸ τῶν πρινῶν, id eſt, ab ilicibus, quæ illic abundãt, nomen accepiſſe exiſtimant. Pomponius Feſtus nominis huius originem ad loci ſitum refert, eò quod montibus præſtet. unde & Altum Præneſte à Verg. dicitur 7. Aen. Quiq; altum Præneſte colunt. Fuerunt qui à Cæculo Vulcani filio conditum putarint: quorum ſententiæ Vergilius quoq; ſubſcribit: Nec Præneſtinæ fundator defuit arcis, Vulcano genitum pecora inter inertia regem, Inuentumq; focis omnis quẽ credidit ætas, Cæculus. Strabo lib. 5. Græcam urbem eſſe tradit, cuius rei argumentum hoc affert, quod olim Polyſtephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidum nobile Fortunæ templum, cuius pauimentum lithoſtrotis ſtrauit. L. Sylla, teſte Plin. lib. 36. cap. 25. Silius: Sacriſq; dicatum Fortunæ Præneſte iugis. Fœminino genere uſus eſt Verg. 8. Aen. Qualis eram, cum primam aciem Præneſte ſub ipſa Straui. Præneſtini, pen. pro. habitatores Præneſtis. Cic. 2. de Diu. Numerium, Suffuſtium, Præneſtinorum monumenta declarant, honeſtum hominem, & nobilem ſomnijs crebris, &c. Præneſtinus, a, um, poſſeſſiuum: ut, Dea Præneſtina, Ouid. 6. Faſt. Sortes Præneſtinæ, Cic. de Diuin. Fortuna Præneſtina, Lucan. lib. 2.

PRÆNIMIS, {*Troppo*} (ἄγαν) nimis, multum. Gell. lib. 19. cap. 10. Hoc prænimis plebeium eſt.

PRÆNITEO, ualde niteo: unde Prænitidus, ualde nitidus. Prænitens Luna. Plin. lib 2. cap. 9.

PRÆNOMEN, uide in dictione Nomen.

PRÆNOSCO, is {*Conoſcere, inanti, indouinare*} (προγινώσκω) ante noſco, prędiuino. Cicero primo de Diuin. Neque non poſſunt futura prænoſcere. Inde Prænotio uerbale, πρόγνωσις. Cicero 1. de Natu. Deo. Fateamur conſtare illud etiam hanc nos habere ſiue anticipationem, ut ante dixi: ſiue prænotionem deorum.

PRÆNOTO, as, pen. cor. (προσημειοῦμαι) ex Præ & Noto, ante noto, inſcribo. Noto uerò, frequentatiuum eſt à noſco.

PRÆNVBILVS, a, um, (ὑπερζοφώδης) ualde nubilus, & obſcurus. Oui. 3. Amor. Stat. uetus & denſa prænubilus arbore lucus.

PRÆNVNTIO, as, {*Annuntiare inanti*} (προαγγέλλω) ante nuntio. Terent. in Phor. Abi ac prænuntia hanc uenturam. Cic. 1. de Diuin. Eſt enim uis & natura quædam, quæ tum obſeruatis longo tempore obſeruationibus, tum aliquo inſtinctu, inflatuq; diuino futura prænuntiat.

PRÆNVNTIVS, adiect. Cic. 8. de Natu Deo. Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuere calamitatum prænuntiæ. Ouid. 3. Triſt. Eleg 5. Hoc utinam nitidi Solis prænuntius ortus Afferat, admiſſo Lucifer albus equo. Idem 3. Metam. Addidit hæc cladis prænuntia uerba futuræ. Idem 2. Faſt. An ueris prænuntia uenit hirundo?

PRÆOCCIDO, is, pen. cor. ante occido. Plin. lib. 18. cap. 29. Cui præoccidere Caniculam neceſſe eſt.

PRÆOCCVPO, as, pe. cor. {*Preoccupare, anticipare*} (προκαταλαμβάνω) præuenio, anticipo: ex Præ, & occupo. Liu. 4. ab Vrb. Vbi uident collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauiſſe, nec locum in ea relictum ſibi. Cæſ. 6. Bel. Gal. Præoccupauit animos timor. Cic. 10. Phil. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram, eas præoccupauit oratio tua. Senec. Epiſt. 15. Omnes præoccupatiſsimus uirtutes diſcere, uitia dediſcere. Præoccupatio, onis, (προκατάληψις) apud Rhetores ſchema quoddam, quũ id quod ab aduerſario nobis obijci poſſet, ipſi præripimus, diluimusq;. ut apud Vergil. 2. Aeneid. Neque me Argolica de gente negabo. Et libro 3. Scio me danais de claſſibus unum.

PRÆOPTO, as, {*Deſiderar meglio*} (προαιροῦμαι) ante, ſiue potius opto. Terent. in Hecy. Adeon peruicaci es animo, ut puerum præoptares perire? Liu. 3. Bel. Pun. Punicam Romanis ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Idem 8. Bel. Pun. Mortem in certamine, quàm ut alter alterius ſubigeretur imperio, præoptantes.

PRÆPANDERE, ante aperire. Lucr. primo. Clara tuæ poſsim præpandere, lumina menti. Aliquando accipitur pro prætendere. Plin. libro 11. capite 24. Maiores aranei in terra cauernarum exigua ueſtibula præpandunt. Budæus.

PRÆPARCVS, {*Molto parco*} ualde parcus: qua uoce utitur Plin. libro 11. cap. 19.

PRÆPARATO, {*Preparatamente, penſatamente*} aduerbium, uel ablatiuus aduerbialiter poſitus, Quintil. lib. 4. cap. 42. Quàm nihil præparato, nihil feſtinatò uidetur feciſſe Milo? id eſt, ex præparatione.

PRÆPARO, as, pen. cor. {*Preparare. Pet. A ueder preparar ſua ſedia in cielo*}

[illegible])ante paro, quæ mihi utilia fore credo Cic. lib. Offic. Facile totius uitæ curſum uidet, ad eamq́ degendam præparat res neceſſarias. Præparatus, a, um, particip. Cice. 1. de Inuent. Pœnæ apud inferos ſunt impiis præparatæ. Idem 1. de Diuin. Animo cùm bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui ſe ita quieti tradit, certa & uera cernit in ſomniis. Præparatus, us, pen. pro. ſubſtan. Gell. lib. 19. Nanque in præparatu rei ruſticæ, per tempeſtates, pluuiasq́ cum otium eſt, maturari poteſt: per ſerenas, cùm tempus inſtat, properari neceſſe eſt. Præparatio, onis, uerb. [illegible]. Cic. 1. Offic. Diligens præparatio in omnibus negotiis, priuſquam aggrediare, adhibenda eſt.

PRÆPEDIMENTVM, ti, ([illegible]) impedimentum. Plaut. Non fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

PRÆPEDIO, dis, ſecunda ſyll. cor. {*Impedire*} ([illegible]) idem quod impedio quaſi pedes uincio. Videtur autem compoſitum eſſe ab antiquo uerbo Pedio: à quo etiam fiunt Compedio, & Impedio. Plau. in Caſi. Timor præpedit dicta linguæ: id eſt, ualde impedit. Teren. Heaut. ‒ An eò fit, quia in re noſtra aut gaudio Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? Liu. 8. ab Vrb. Sine modo, inquit, ſeſe præda præpediant. Morbo præpeditus. Cic. pro Rabirio.

PRÆPENDEO, es, {*Pendere inanti*} ([illegible]) ante pendeo. Mart. lib. 9. Præpendet mento nec tibi barba minor.

PRÆPENISSVS, ([illegible]) oppidum eſt mediterraneum maioris Myſiæ, apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2.

PRÆPES, petis, {*Veloce*} ([illegible]) generis omnis, idem quod uelox. Ver. 6. Aen. Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo, &c. Volunt plerique hoc nomen ſignificare uelocitatem in altum uolantis. Dicebantur & præpetes ab auguribus aues, quæ opportunè præuolabant, aut idoneas ſedes capiebant, ut inquit Higinus. Alii uolunt eſſe, quæ ingentibus & patulis, & porrectis alis uolitant.

PRÆPESINTHVS, ([illegible]) inſula maris Aegæi, una Cycladum. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PRÆPETO, is, pen. co. ([illegible]) ante, uel prius peto: id eſt, uado. Feſtus: Præpetere dicebant antiqui pro anteire. Hinc Præpes.

PRÆPILATÆ HASTÆ, ([illegible]) ſunt, quæ ferreas habent cuſpides, quaſi præferratæ. Præpilatum, etiam dicitur ubi non eſt ferrum, ſi modo in mucronem acutum ſit. Plin. lib. 8. ca. 5. Ab operariis haſtas præpilatas habentibus per circum totum actos. Cornua præpilata. Idem lib. 9. cap. 30. de Locuſtis. Si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ ſunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c. Exerceri præpilatis. Quint. lib. 5. cap. 12. Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem uelut præpilatis exerceri ſolebamus, olim iam ab illa uera imagine orandi receſſerunt.

PRÆPINGVIS, {*Molto graſſo*} ([illegible]) ualde pinguis. Colum. lib. 3. Itaque nō eſt uineis apta, ut etiam arbuſto, niſi præpingui, et uuida terra. Ver. 3. Aen. ‒ Et inde Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.

PRÆPOLLEO, {*Poter aſſai, poter piu de gl'altri*} ([illegible]) ante alios, uel plurimum polleo. Liu. 1 ab Vrb. Ardeam Rutuli habebāt, gens, ut in ea regione, atque in ea ætate, diuitiis præpollens. Idem lib. 5. Virtute, fortunaq́ tum ſua, tum publica præpollens.

PRÆPONDERO, as, {*Peſar piu, hauer maggior auttorità*} ([illegible]) grauior ſum, plus pondero. Per tranſlationem uero ſignificat pluris eſſe, ſiue pluris æſtimari debere [illegible]. Gel. lib. 1. cap. 3. Nam quum in rebus aut paribus, aut non longe ſecus, utilitas amici, & honeſtas noſtra conſiſtit, honeſtas procul dubio præponderat.

PRÆPONO, is, {*Preporre, anteporre*} ([illegible]) antepono per electionem. Præfero. Plaut. in Rud. Lucrum præpoſui ſopori, & quieti. Hinc præpoſiti, ([illegible]) qui rebus aliquibus præfecti ſunt. Interdum Præponere, eſt prius ponere, tempore præcepto, [illegible]. Sallu. in Iugurt. Vbicunque res poſtulabat, præſidium eſt præpoſitum. Aliquando eſt præficere, [illegible]. Cice. pro Lege Manil. dixit præpoſitum bello Imperatorem.

PRÆPORTO, as, ante ſe ferre, uel portare. Lucretius lib. 2. Telaq́ præportat uiolenti ſigna furoris. Interdum accipitur pro eo quod eſt præ ſe ferre: hoc eſt, ſigno aliquo exteriore animi affectum oſtendere. Catul. Argonaut. ‒ Quibus anguineo redimita capillo Frons expirantis præportat pectoris iras.

PRÆPOSSVM, {*Poter piu*} ([illegible]) idem quod præpolleo, uel præualeo. Tacit. lib. 21. Poſtquam Macedones præpotuere, &c.

PRÆPOTENS, ([illegible]) ualde potens, uel ualde diues. Cicero de Amicit. Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

PRÆPOSTERVS, ra, rum. pen. cor. {*Fuor d'ordine, al contrario*} ([illegible]) peruerſus, qui rerum ordinem conturbat, aut in quo ordo eſt conturbatus. Cic. Caſſio: Præpoſteros habes tabellarios. etſi me quidem non offendunt: ſed tamen cum à me diſcedunt, flagitant literas: cum ad me ueniunt nullas afferunt. Quint. Præpoſtera res, occidere, deinde erubeſcere. Hinc Præpoſtere, aduerbiū, hoc eſt, peruerſe, & ordine conturbato. Ci. 1. Acad. Vt præpoſtere tecum agam, mox referam me ad ordinem.

PRÆPROPERVS, {*Frettoloſo*} ([illegible]) ualde, ſeu nimis celer. Cic. Trebatio: Sed ex tuis literis cognoui, præproperam quandam feſtinationem tuā. Liu. 7. Bel. Pun. Cum toto eo bello damnoſa, præpropera ac feruida ingenia Imperatorum fuiſſent. Præpropere, pen. corr. aduerbium: nimium celeriter. Liu. 7. Bel. Macedo. Et feſtinans ipſe præpropere cum quinque ſolis nauibus Annibali occurrit.

PRÆPOTO, tas, pen. pro. uide Poto.

PRÆPVTIVM, tii, ([illegible]) pellis, quæ glandem, hoc eſt, ſummā colis partem tegit: à præputando (ut putatur) nomen habens, eo q̄ à Iudæis præputaretur, hoc eſt præſcinderetur. Iuuen. Sat. 14. de Iudæis loquens. Nil præter nubes, & cœli numen adorent. Nec diſtare putant humana carne ſuillam. Qua pater abſtinuit, mox & præputia ponunt. Sat. 6. Impatiensq́ more pauet & præputia ducit.

PRÆRADIO, as, ([illegible]) idem ferè quod præluceo. Ouid. 6. Epiſto. Præradiaut ſtellis ſigna minora ſuis, Id eſt, prælucent.

PRÆRADO, is, pen. produ. {*Radere*} idem fere, quod abrado, [illegible]. Cato. capit. 41. Si uitis uitem contingat, uitis utriuſque latus alterum præradito oblique.

PRÆRANCIDVS, a, um, pen. cor. {*Molto rancido*} ualde rancidus: ut, Prærancido cato. Per tranſlationem pro exoleto, & iam ingrato. Gell. lib. 13. capit. 19. Non finitiones illas prærancidas, neq́ ſecutiuas Grammaticas ſpectauerit.

PRÆRAPIDVS, ualde rapidus: ut, Prærapida fuga, apud Silium lib. 16.

PRÆRIPIO, is, pen. corr. {*Rapere inanti*} ([illegible]) antecapio, præoccupo. Pla. in Caſina: Huc uenisti ſponſam præreptum meam? Cic. lib. 1. Offic. Facile celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, præripere hoſtium conſilia: id eſt, præoccupare, ſiue prænoſcere, aut præuenire. Plin. Iunior de Viris illuſtr. Immatura morte præreptus, non potuit præſtare, qualem promiſerat regem. Ci. pro Gallo. Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator.

PRÆRODO, is, pen. pro. {*Rodere*} ([illegible]) idem quaſi rodo uel corrodo. Col. lib. 2. Nam ſi ſæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore prærosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Idem de arboribus capit. 15. Genus eſt, animalis, Volucra appellatur: id fere prærodit teneros adhuc pampinos, & uuas.

PRÆROGARE, præter notam ſignificationem, aliquando idem eſt, quod ante diem ſoluere: quod Galli dicunt Auancer. Vlpian. l. ſed addes. ff. Locat. et cōduct. Nam inter eum, qui per errorem ſoluit, & eum, qui penſionem integram prærogauit multum intereſt.

PRÆROGATIVA, æ, ſubſtantiuum, {*Prerogatiua*} ([illegible]) præſtantia, & eminentia, qua quis aut præfertur, aut præferri alteri debet. Paulus Iureconſultus Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delectus habuit prærogatiuam ut ſuperentur à cæteris in pœnis: hoc eſt, cæteris præferantur. Nec ab beſtias ita que ueteranus datur, nec fuſtibus cæditur. Dicitur & Prærogatiuum. Cic. pro Muræ. etenim ſi tanta illis comitiis religio eſt, ut adhuc ſuper omne præualeat prærogatiuum, quid mirum in hoc fœlicitatis famam, ſermonemq́ ualuiſſe.

PRÆROGATIVA TRIBVS, uel PRÆROGATIVA CENTVRIA, quæ primo loco ad ſuffragium ferendum uocatur: uel cuius ſententia tantum momenti habebat & auctoritatis, ut quaſi præiudicium afferret in cuctum comitiorum Liu. 6. Bel. Pun. Auctoritatem prærogatiuæ (ſubaudi, centuriæ) omnes ſecuti ſunt.

PRÆRVMPO, is, {*Rompere, eſtirpare*} ([illegible]) abrumpo, auello, diſſicio, Vnde Præruptus, a, um, ([illegible]) auulſus arduus. Verg. 3. Geor. Adde tot egregias urbes, operumq́ laborem: Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Cic. 7. Ver. Aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. Id eſt, ardua (inquit Budæus) non autem ſenſim accliuia. In qua ſignificatione dicimus & prærupta abſolute. Plin. lib. 8. cap. 23. Ad prærupta ducunt, ſaltumq́ demōſtrant. Huic Prærupte, aduerb. hoc eſt, abrupte, & in præceps, & ſine cliuo. Plin. lib. 34. cap. 14. Mons prærupte altus (incredibile dictu) totus ex ea materia eſt.

PRÆS, prædis, {*Piezzo, malleuadore*} ([illegible]) ſponſor, qui ſe pro alio principi obligat, aut populo, promittens, quid incommodi fiat, plene ſatisfacturum. à præſtando dictus, qui tam debet præſtare, quod promiſit, quā is pro quo præs factus eſt. Aſconius: Prædes dicūtur ſatiſdatores locupletes, pro re, de qua lis eſt apud iudicem, ne qui tenet, diffidens cauſæ poſſeſſionem deteriorem faciat. Differunt autem Prædes à Vadibus, quoniam Vas appellatur, qui pro alio uadimonium promittit, & proprie datur in re capitali: Præs uero in lite nūmaria. Auſon. Quis ſubit in pœnam capitalis ſupplicio? uas. Quia quum lis fuerit nūmaria, quis dabitur? præs. Prædes hodie ſunt, inquit Budæus, qui ſponſores Reipub. uel principi facti ſunt, pro iis, qui pecuniam publicam diſpenſant, quos Receptores uocant. Iis etiam, qui publicanos in locationibus uectigaliū, aut corū fideiuſſores locupletes affirmant (quod idoneos eſſe, & ſufficiētes teſtificari uocant) prædes dici propterea poſſunt, quod locupletes eos eſſe præſtare debent.

Prædia etiam pro bonis ipſius prædis interdum accipiuntur. Cic. 2. Anton. Et domi quidem cauſam amori habuiſti, foris etiam turpiorem, ne Lucius Pliſcus prædes tuos uenderet, id eſt, bona tua ſponſionis obnoxia. Poſſumus etiā hic prædes pro ſponſoribus accipere, quodam loquendi ſchemate non inuenuſto, ut ſit prædes uendere, ſponſorum bona & prædia auctioni addicere. Budæus.

PRÆSAGIO, gis, præſagiui, gitum, pen. prod. {*Preſagire, indouinare*} ([illegible]) Præſentio, quaſi antesagio. Propert. Venturam melius præſagit nauita noctem. Cice. lib. 1. de Diuin. Præſagiebat animus, fruſtra me ire, quum exibam domo. Ci. 2. de Diuin. Sagire enim acutè ſentire eſt: ex quo Sagæ, anus, quia multa ſcire uolunt, & ſagaces dicti canes. Et paulo pōſt: Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire. Hinc Præſagitio. Cic. 1. de Diuina. Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta: atq́ incluſa diuinitus. Inuenitur & Præſago, as: à quo Præſagatio. Item Præſagior, giris, deponens, pro præſagio, ſeu prædiuino. Pla. in Bac. Plus præſagitur mali.

PRÆSAGIVM, gii, {*Preſegio. Pet. Tal preſagio di te tua uiſta daua*} ([illegible]) præſenſio, diuinatio. Col. lib. 11. cap. 1. Quantumuis utile continget uillico tempeſtatis futuræ præſagium. Ouid. 2. de Pon. Vera precor fiant timidæ præſagia mentis.

PRÆSAGVS, ga, gum, pen. prod. {*Preſagio. Arioſt. Preſaga che quel giorno eſſer rubella*} ([illegible]) futura inſtantiaq́ præſentiens. Clau. de raptu Proſerpinæ: Heu mens præſaga futuri. Verg. 10. Aen. Agnouit longe gemitū præſaga mali mens. Ouid. 2. Met. ‒ Præſagaq́ luctus Pectore ſollicito repetens ſuſpiria dixit.

PRÆSANO, nas, ante ſano. Hinc Præſanaſco, præſanaſcit, ante ſanū fieri. Pli. libro. 24. capit. 10. Cortex eius interior cicatrices, quæ præſanauere, aperit. Budæus.

PRÆSCATEO, es, {*Abondare*} ([illegible]) idem quod ſimplex ſcateo: & per tranſlationem abundo, ([illegible]) Gell. libro. 14. capit. 6. Et ſimul dat mihi librum grandi uolumine, doctrinis omnigenis, ut ipſe dicebat, præſcatentem.

PRÆSCIO, is, {*Sapere inanti, indouinare*} ([illegible]) ante ſcio. Terent. in Andr.

Andr. Non'ne oportuit præſciſſe me antè? Hinc præſcientia (πρόγνωσις) futurorum notitia. Item Præſciſco, id eſt, præſcio, uel potius præſcituſco ſignificat. Liu. 7. Bel. Pun. Quamprimum eos ſortiri prouincias, & præſciſcere, qua quiſque eorum prouinciam, quem hoſtem haberet, uolebant. Verg. 4. Georg. Continuoque animos uulgi, & trepidantia bello Corda, licet longè præſciſcere. Præſcius, a, um, προειδώς. Verg. 6. Aen. Tuque o ſanctiſſima uates Præſcia uenturi. Cœli uenturi præſcius, Valer. Flac. 5. Argon. Ouid. 1. Faſt. Subſtitit in medio præſcia lingua ſono. Mens præſcia, Silius libr. 16. Auguſtin. libro 5. Ciuit. Confiteri Deum eſſe: & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt.

PRÆSCITA, pen. pro. Plinius identidem uocat, quæ Græci προγνωστικά, inquit Budæus. Plin. li. 10. ca. 18. Vnum eorum præſcitum tranſire non queo. Id eſt, augurium & oſtentum. Ibidem c. 75. Verum'ne ſint aliqua præſcita animalium quieſcentes.

PRÆSCRIBO, is, {*Preſcriuere. Petrar. De l'honorata fronde che preſcriue*} (προγράφω) antè, ſiue prius ſcribo. Cic. Ser. Sic enim præſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus. Interdum ſignificat inſcribere, id eſt, titulum prænotare. ἐπιγράφειν. Verg. Nec Phœbo gratior ulla eſt, Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen. Inde Præſcriptio, ptionis (ἐπιγραφή) titulus. Cic. lib. 1. Offic. Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tuſculanus, Tuſculanorum: ſimiliſque eſt priuatarum poſſeſſionum præſcriptio. Ex quo quia ſuum cuiuſque fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat. Interdum ſignificat præcipere, determinare, legem ponere, παραγράφειν, προορίζειν. Idem lib. 3. Offic. Sed hoc natura præſcribit, ut homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſam quòd is homo ſit, conſultum uelit, neceſſe eſt ſecundum eam naturam omnium utilitatem eſſe communem. Varro: Quoniam præſcriptum erat, ne quis angiportum tranſgrederetur. Secundum hanc ſignificationem Præſcriptum, & Præſcriptio (ὅρος, ὑπογραφή) pari modo pro præcepto, uel ordine, lege, regula, ſeu forma ſumuntur. Tractum (ut docet Porphyrio) à magiſtris ludi, qui ſcripta pueris dant, præcipiuntque imitari, quod ὑπογράφειν Græcè dicitur. Senec. lib. 4. Epiſto. Pueri ad præſcriptum diſcunt. Præſcriptio rationis, id quod recta ratio dictat & præſcribit. Ci. 4. Tuſc. Omnium autem perturbationum fontem eſſe, dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Interdum Præſcribere, eſt finē ponere, & quod uulgò dicitur, limitare. Teren. in And. Tute ipſe his rebus finē præſcripſiſti pater: Propè adeſt quum alieno more uiuendum eſt mihi. Interdum proponere, Cic. in Catil. At Senatui quæ ſunt gerenda, præſcribo, & quo modo Carthagini malè iandiu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio.

Interdum prænuntiare, ſiue prædicere, Idem in Vati. At tibi idem præſcribo, ut tuas ſordes cum clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas. Ponitur aliquando pro excipere, ſiue exceptionem ſummotoriam obiicere agenti, Quint. lib. 7. Ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Præſcriptio, inquit Budæus, Exceptio, & Tranſlatio, unum & idem in re forenſi ſignificant. Iureconſulti in Pandectis promiſcuè Excipiendi uerbo, & Præſcribēdi uſi ſunt: licet præſcriptionis uocabulū apud recentiores legum interpretes, et apud iuris pontificii conditores ad præſcriptionis exceptioniſque temporis ſignificationem coarctatum ſit, & præfinitum. Budæus.

PRÆSCRIPTIO, & Præſcriptum, uide Præſcribo.

PRÆSECO, as, præſecui, præſectum, pe. cor. {*Tagliare uia*} (ὑποτέμνω, ἀποτέμνω) prius ſeco, præcido. Col. li. de arboribus, ca. 29. Radicem arundinis acuta falce præſectam impendenti pluuia diſponito. Accommodatur quandoque immolationi. Liu. lib. 5. Inſeritur, huic loco fabula, immolante rege Veientium uocem Aruſpicis dicentis qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſet, ei uictoriam dari, exauditam. Suet. in Auguſt. Nuntiata repente hoſtis incurſione, ſemicruda exta rapta foco præſecuit, atque ita prælium ingreſſus uictor redi... id eſt partem reddidit Marti, partem ad ueſcendum reſeruauit.

PRÆSEGMINA. (ἀποκόμματα) partes corporis inciſæ, uel amputationes rerum ſuperfluarum, Vnde quæ ex unguibus animaliū ſcinduntur Præſegmina (ὀνυχίσματα) uocātur. Pl. Quū ipſi pridē tonſor ungues dempſerat, collegit omnia, abſtulit præſegmina, In eadem ſignificatione dicimus & Reſegmina. Pli. lib. 28. Omnia perſecuti ſumus uſque ad reſegmina unguium.

PRÆSENS, tis, {*Preſente*} (παρών) à Præſum, ſicut à poſſum Potens, ab abſum Abſens. & propriè ſignificat, quod nunc fit: uel ſine mora. & qui in conſpectu eſt, ſiue qui adeſt. Plau. Agitè ſi uultis præda erit præſentiū, id eſt, corū qui hic adſunt. Verg. 1. Aen. Præſentemque uiris intentant omnia mortem. Quandoque Præſens dicitur, non quod nunc fit, ſed quod tunc fiebat: id eſt, tempore præterito, tunc præſenti, ſiue quod fiet futuro tempore, quod tunc erit præſens. Ci. Ego incolumitati ciuium primum, & poſtea dignitati, ille præſenti potius, quàm futuræ dignitati conſulebat. de mortuo loquitur. ideoque nō nunc præſenti, ſed tūc. Ci. Q. Fr. Cætera (ut tu ſcribis) præſenti ſermoni reſeruentur. id eſt, ſermoni qui aliquando inter nos præſens habebitur. Sic etiam, In præſens, In præſentia, & Impræſentiarum, ſignificant præſenti tempore, quod uel præſens eſt, uel fuit præſens, uel præſens erit. Vlp. de Tab. exhi. Quid enim ſi occultatæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt, cur noceat ei qui reſponderit, quod impræſentiarum ei uidebatur. Salluſt. in Iugurt. Si cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat. Horat. Pleraque differat, & præſens in tempus omittat. id eſt, in ſuum tempus. Teren. in Phorm. Prouiſum eſt, ne in præſentia hæc hinc abeat Caius Cæſar ſuos à prælio continebat, ac ſatis habebat in præſentia hoſtem rapinis prohibere. Auctor ad Heren. li. 2. Impræſentiarum hoc interſerere non alienum fuit, ut huius inſtantiæ garrulam diſciplinam contemneremus. Venire in rem præſentem, eſt eum in locum ſe conferre de quo eſt controuerſia. Cic. pro Cecin. Placuit de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem ueniretur. Interdum Præſens accipitur pro potenti, & efficaci, ἐνεργός. Cic. Att. li. 6. Præſentia ad nocendum uires habet. Hinc Præſentius, & præſentiſſimum. Verg. 2. Georg. Quo non præſentius ullum. Sic dicimus, Præſentiſſimum periculum, Præſentiſſima medicina, Præſentiſſimum remedium, Præſentiſſimum uenenum: id eſt, potens, & in primis efficax, & ſubito aut ſanans, aut necans: quod etiam Præſentaneum uocatur. Plin. lib. 20. ca. 2. Idem podagris cum articulorum morbis decoctum, aceto illinunt, præſentaneo remedio, ſuſpirioſis prodeſt. Quandoque Præſens ponitur pro forti, λήματίας. Terent. in Phorm. Animo uirili, præſentique ut ſis, para.

Quandoque pro propitio. (εὐμενής, ἀωγός) quoniam is, qui præſens eſt, nobis propitiatur facilè, ſi inuocetur, & citius quàm is, qui præſens non eſt. Ci. 4. Tuſcul. Hercules tantus, et tam præſens Deus. Verg. lib. 1. Georg. Et uos agreſtum præſentis numina Fauni. id eſt, propitia quorum præſentia fauor eſt, inquit Seruius Ter. in Phor. Non tu hunc habeas præſentem deum?

PRÆSENSVS, a, um, & Præſenſio, onis, uide infra in dictione Præſentio.

PRÆSENTANEVS, a, um, {*Che opera ſubito*} (ἐνεργός) quod præſentem habet efficaciam: ut, Præſentanei boleti, apud Senec. Epiſt. lib. 15. qui cito enecant. Pli. lib. 21. cap. 31. Præſentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. Idem li. 24. ca. 1. Ferulæ aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo: cæteris uero iumentis præſentaneo ueneno: Qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur, cui & ferula.

PRÆSENTARIVS, a, um, quod præſens eſt, & in numerato: ut, præſentariæ pecuniæ, ἀρίθμητα χρήματα. Plaut. in Moſt. Vbi id erit factum, à me argentum petito præſentarium. Idem Pœnulo: Quia aurum poſcunt præſentarium.

PRÆSENTE, pro præſentibus dixerunt antiqui, quemadmodum Abſente pro abſentibus: quod locutionis genus hodie minus eſt uſitatum. Pomponius Syrus, ut citat Nonius: Quid eſt? apud forum præſente teſtibus mihi uendidit.

PRÆSENTIA, tiæ, {*Preſenza*} (παρουσία) Salluſt. in Iugurt. Tum M. Tul. Conſul ſiue præſentiam eius timens, ſiue ira commotus, orationem habuit luculentam, atque perutilem Reipu. quam poſtea ſcriptam edidit. Terent. Hecy. Ne mea præſentia obſtet. Cic. Licinio lib. 5. Deſiderium præſentiæ tuæ meo labore minuam. Præſentia animi, quæ Græcè παράστημα dicitur, Latinè Præſidentia, & robur animi. Cicer. pro Mil. Neque uero ſine ratione certa cauſa Milonis ſemper à ſenatu probata eſt. Videbant enim ſapientiſſimi homines facti rationē præſentiam animi, defenſionis conſtantiam.

PRÆSENTIO, is, {*Preſentire*} (προαισθάνομαι) ante, uel prius ſentio: Plau. in Trinu. Feciſſet ædepol, niſi hæc præſenſiſſent canes. Cæſ. 3. Bel. Gal. Cum ille præſenſiſſent, ac profugiſſet uſque ad fines inſecuti regno, domoque expulerunt.

Animo aliquid præſentire, Oui. Epiſt. 11. Prima malum nutrix animo præſenſit aniles. Præſentiſe futura. Cic. 2. de Diuin. Cenſent eſſe mentibus hominū tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præſentiant. Præſentire ſermones aurium tinnitu. Pli. li. 28. ca. 2. Quum & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe receptum eſt. Hinc Præſentiſco, quo & ipſo frequenter utuntur auctores. Ter. in Heaut. Et ea gratia fecū adduxiſſe, ne id tu præſentiſceres. Hinc Præſenſus, a, um, participium. Cic. 1. de Diuina. Satis eſt non modo plura, ſed etiam pauciora diuinè præſenſa, & prædicta reperiri. Præſenſio, onis, uerbale. Cic. in Top. Multarumque rerum in terra portenta atque etiam per exta multa præſenſio. Idem 2. de Nat. deo. Prædictiones uero, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi &c.

PRÆSENTO, as, {*Preſentare. Boc. A mio padre uoleano preſentare*} (παρίστημι) offero, & quaſi præſens exhibeo. Quint. lib. 11. Fruſtra docemur, ſi quicquid audiuimus, præterfluat, & exemplorum, legū, reſponſorum, dictorum, denique factorum uelut quaſdam copias, quibus abundare quaſque in promptu ſemper habere debet orator, eadem illa uis non præſentat. Plin. de Vir. illuſt. Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite, Aegyptio uelamine inuolutum, cum annulo Cæſari præſentatum eſt. Præſentare, referre. ſpeciem præbere, quod & repræſentare dicitur. Pli. li. 2. c. 19. Alterum e ſylueſtribus genus, Heraclion uocatur, ab aliis Aphron, foliis (ſi procul intuearis) ſpeciem paſſerum præſentantibus. Huius compoſitum eſt repræſento: quod uide ſuo loco.

PRÆSEPE, pis, pen. prod. Præſepium, pii, {*Preſepio, mangiatoia*} (φάτνη) ſtabulum dicitur, in quo equi, muli, & cætera id genus animalia continentur. Verg. 7. Aen. Stabant ter centum nitidi præſepibus altis. Nonnunquam etiam linter ille concauus, in quo iumentis bobuſve hordeū, auena, aliudve pabulū apponitur, Præſepe appellatur. Col. lib. 1. cap. 6. Non altius præſepia edita eſſe cōuenit, quàm ut bos aut iumentum ſine incommodo ſtans ueſci poſſit. Apul. li. 6. de Aſino: Præſepium meum hordeo paſſim repleri iubet, fœnumque Bactriano camelo ſufficiens apponi. Lignum uerò, ad quod equos capiſtris (ita enim ipſa lora dicūtur) religare ſolemus non aliter quàm ad anſulas, ſeu uncinum, Vacerra nominatur. Verùm de hoc ſuo loco. Verg. item apum alueos Præſepia appellauit. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Quinetiam loca omnia clauſa, & tuta, Præſepia appellantur, teſte. Nō. Ci. in Piſ. pro ganea, ſiue lupanari uidetur poſuiſſe: Verū (inquit) audis in præſ. pi, audis in ſtupris, audis in cibo, & uino. Horat. pro domo poſuit, ſiue habitaculo: Scurra, uagus, nō qui certum præſepe teneret. Legitur & Præſepia, æ, fœm. gen. Varr. de Rep. lib. 9. ut citat Nonius: Is habebat culinam ruſticam unam, præſepiam latam, cellam uinariam. In cœlo item nubeculam quandam inter aſellos, plurali numero præſepia appellant, eo quòd in ea aſelli ſtabulari uideantur. Pli. li. 16. c. ult. Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ paruæ, Aſelli appellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinēte nubecula, quam Præſepia appellant. Hæc quum cœlo ſereno apparere deſierit, atrox hyems ſequitur.

PRÆSEPIO, is, {*Serrare d'ogni intorno*} (περιφράττω) circummunio uel, ſepio includo, Cæſar 1. Belli Ciuilis: Aditus autem, & itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus atque eis præacutis præſepit.

PRÆSERTIM, {*Specialmēte*} (ἄλλως τε καὶ τοῦτο) aduerbiū, ſignificat præcipue, hoc eſt, ante alia. Plau. in Pœnu. Ego ne iſtuc auſim facere, præſertim tibi?

PRÆSERVIO, (ὑπηρετῶ, ὑπουργῶ) idem quod inſeruio. Pla. in Amph. Vt præſeruire mei amanti poſſim patri.

PRÆSES, præſidis, {*Preſide, preſidente*} (ἔφορος, ἡγεμών, προστάτης) qui maximum in prouincia imperium habet poſt principem, ut ait Vlpia. in Li... ff de Offic. præſi. Dictus à præſidendo, ſicut Reſes à reſidendo, & Deſes à deſidendo. Accipitur tamen & generaliter pro deo, principe, aut magiſtratu, qui rei alicuius tutelæ præeſt. Ouid. 15. Meta. Quam tantum genuiſſe uirum, quo præſide rerum humano generi ſuperi fauiſtis abundè. Idem 10. Metam. Et orbe In medio poſiti caruerunt præſide Delphi. Cuſtos et præſes iuuentutis Mercurius, Cic. 7. Verr. Libertatis præſes & cuſtos Tribunus plebis, Cicer. 1. de

Lege Agr. Liuius: Dii, Deǽq; qui Capitolium incolitis, ſiccine ueſtrum militē, ac præſidem funditus uexari ab inimicis? Vide Vallam lib. 5. Præſes locus, ponitur pro tuto. Pla. in Caſin. Nec ullum quidem Nequiorem arbitror eſſe, qui locum præbet illi nunc præſidem.

PRÆSIDEO, des, pen. cor. {*Eſſere preſidente*} (προεστάναι, ἐφεδρεύω) idem ferè quod præſum: a quo tamen differt ut ſpecialius à generaliori. Nam Præeſſe de quouis officio uel uiliſſimo dicitur: Præſidere autē ſemper auctoritatē quādam habet coniunctam: Nec mirum, cùm à ſedeo componatur, quod præ ſe fert quandam dignitatem: ut Præſes ſit, quaſi iudex, uel quaſi princeps, ideo præſidens, & præſtans omnibus, ut iuſtitiæ ſubueniat, & oppreſſis opē ferat. Cicero: Quamobrem uos dii, & patrii penates, qui huic urbi atq; imperio præſidetis. Suet. Præſedit & Actiacis ludis: id eſt, præfuit. Verg. 7. Aen. Queis Iupiter Anxurus aruis Præſidet & uiridi gaudens Feronia luco. Idem 3. Aen. Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. Orbi terrarum præſidere. Cicer. 2. Philip. Vide plura de hoc uerbo apud Vallam, lib. 5. Eleg. Inuenitur & accuſatiuo iunctum. Tacit. lib. 3. Quæ ubi cognita P. Vellicio (is proximum exercitum præſidebat) alarios equites ac leuis cohortium mittit in eos. Idem libro 4. Et haud ſpernenda illic ciuium, ſociorumq; manus litora oceani præſidebat.

PRÆSIDERATIO, (προσιδερατισμός) eſt quum maturius tēpeſtas hyberna mouetur, quaſi ante ſideris tempus. Feſtus.

PRÆSIDIARIVS, ria, rium, (φρουρικός) quod paratur, ut præſidio ſit. Col. lib. 4. cap. 16. Et Præſidiarii malleoli propagandi ſunt. Præſidiarii milites, apud Liu. lib. 9. Bel. Pun.

PRÆSIDIVM, dii {*Preſidio, guardia*} (φρουρά, φρούριον) propriè dicuntur milites cum ſuo præfecto, cuſtodiæ uel defenſioni arcis, oppidi, uel perſonæ præſidentes. Cæſar. 1. Bel. Gal. Eo opere facto præſidia, diſponit, caſtella communit, quò facilius (ſi ſe inuito tranſire conarētur) prohibere poſſit. Iureconſulti de Re militari: Qui relinquit præſidium, peccatū deſertionis incurrit. Deſertor autem capite puniri ſolet, quamuis non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſint. Dictum autem Præſidium putat Varro lib. 4. de Ling. Lat. ab eo q; aliquo in loco extra caſtra ſoleat præſidere, quo ſui eſſent tutiores. Præſidia uidetur poſuiſſe Cic pro caſtris, cùm pro Ligario inquit: In præſidiis hoſtium uerſari. Ibidem: Verſantur q; in hoſtium caſtris, ac ſua præſidia dimittunt, &c. Præſidium ſtatiuum dicitur, quod firmum eſt & ſtabile, neq; loco mouetur. Cic. 12. Phil. Hęc mea uigilia, hoc præſidium ſtatiuum. Per tranſlationem uero omne auxiliū, & ſalutis propugnaculum, præſidium (πρόβολος) dicitur, quam uulgò Munitionem dicere ſolemus. Terent. in Hecy. illum autem eſſe unicum præſidiū uel le ſe ſenectuti ſuæ. Subſidium autem propriè dicitur, quod ſociis laborantibus ſubmittitur: cuius nominis ratio ducta eſt a Triariis, qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebantur, complicatiſq; cruribus ſubſidebant, donec res exigebat ut his opem ferrent. Pla. Agite ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarii. Cęſar de geſtis in Italia: Ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Sed de hoc latius ſuo loco.

PRÆSIGNIFICO, as, pen. cor. (προσημαίνω) ſignifico, prædico, præmoneo, portendo. Cic. 1. de Diuin. Aut non cenſent eſſe ſuæ maieſtatis præſignificare hominibus quæ ſunt futura.

PRÆSIGNO, as, (προσημειόω) prius ſigno. Cato cap. 154. Et ad ſummum, qua fini culeum capiet, præſignato. Plin. li. 28. ca. 4. Incipientes furunculos ter præſignare ieiuna ſaliua.

PRÆSIGNIS, & hoc, gne, {*Preſtante, eccellente, illuſtre*} (ἔξοχος, ὑπέροχος) id eſt præſtans, uel præ aliis inſignis. Ouid. 6. Faſt. Præſignis facie Coruiculana fuit. Idem 7. Met. Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem, Qui criſta linguiſq; tribus præſignis, & uncis Dētibus horrēdus. Stat. 4. Syl. Gaudeat & Libyca præſignis auunculus haſta.

PRÆSILIO, præſilis, pen. cor. (προεξάλλομαι) ante ſalio. Plautus in Stich. Vt pꝛ lætitia lacrymæ præſiliunt mihi.

PRÆSPARGO, is, (προσπείρω) antè ſpargo. Lucr. li. 5. Flores quibus mater præſpargens antè uiai Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.

PRÆSTABILIS, le, {*Eccellente*} (ἔξοχος) excellens. Gellius. Chilo præſtabilis homo ſapientiæ. Ci. de Amic. Vos autem hortor, ut ita uirtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, ut ea excepta nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Idem 1. de Finib. Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? Idem 2. de Orat. Sumendę autem res erant aut magnitudine præſtabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipſo ſingulares: neq; enim paruæ, neq; uſitatæ, neq; uulgares admiratione, aut omnino laude dignæ uideri ſolent. Idem de Senec. Nil mente præſtabilius natura homini dedit.

PRÆSTANTIA, æ, {*Preſtanza*} (ἐξοχή) excellentia, ab adiectiuo Præſtās quod inſignem uel excellentem ſignificat. Cic. de Amicit. Fructus enim ingenii & uirtutis, omniſq; præſtantiæ tum maximus accipitur, cum in proximum quenq; confertur. Gell. libr. 1. Scitè, ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit in reperienda, modulandaq; ſtatus, longitudiniſq; eius præſtantia.

PRÆSTEGA, (ξυστός) locus ubi otii cauſa ſumus ſub tecto tantum, patula reliqua parte, tanquam ſub porticu. Pla. in Pſeud. Facite ut offendam parata omnia, Verſa præſtega, ſtrata, lautaq; coctaq; omnia uti ſint.

PRÆSTERNO, (προστρώννυμι) antè ſterno. Stat. 3. Syl. Quæ ſibi præſternat uiuax altaria phoenix. Per tranſlationem aliquando ponitur pro præparo. Pli. iunior lib. 5. Epiſt. Illud peto præſternas, ad quod hortaris, digaſq; materiam ne mihi iam ſcribere parato, alia rurſus cunctationis, & moræ iuſta ratio naſcatur. Ducta eſt metaphora à uiis publicis, quæ in maiorum uſum ſilice ſternuntur.

PRÆSTES, præſtitis, pen. cor. {*Preſidente*} (προστάτης, παραστάτης) idem eſt quod præſes, antiſtes. Nam antiqui ſic Præſtites dicerent, ut nunc Antiſtites, teſte Feſto. Præſtites iidem Lares dicti fuerunt, q; in ædibus omnia tuta præſtarent, hoc eſt, conſeruarent, & tuerentur. Ouid. 5. Faſtorum.

Præſtitibus Maiæ Laribus uidere Calendæ:
Aram conſtitui, paruaq; ſigna deum.
Vouerat illa quidem Curius, ſed longa uetuſtas
Deſtruit: & ſaxo longa ſenecta nocet.
Cauſa tamen poſiti fuerat cognominis illis,
Quòd præſtent oculis omnia tuta ſuis.

PRÆSTIGIATOR, oris. {*Giocolare, giocolatore*} (λῶρος, θαυματοποιός) dicitur, qui circunſtantibus ita oculorum aciem præſtringit, ut no aduertant dolum: qui & Præſtrictor uocatur. Pla. in Poenul. Præſtigiator hic quidē Pœnus probus eſt. Huius fœmininum eſt Præſtigiatrix, quę utitur Pla. in Amph. Aut pol hæc præſtigiatrix mulier multo maxima eſt, &c.

PRÆSTIGIÆ, arum, (γοητεία) incantationes, deluſiones, cuiuſmodi ſunt, quæ manuum quadam dexteritate alia apparent, q̃ re uera ſint. Illi, qui eas faciunt, dicuntur Præſtigiatores. Accipitur tamen pro quauis fraude & impoſtura. Plautus in Cap. Operta quæ fuere, aperta ſunt: patent præſtigię. Cicero pro Rabirio Poſth. Illinc omnes præſtigiæ: illinc, inquam, omnes fallaciæ: omnia denq; ab his nummorum argumenta nata ſunt, Idem 4. Academi. Ne ab iis, quæ clara ſint, ipſa per ſeſe, quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur.

PRÆSTINO, as, pen. cor. {*Comperare*} (ὠνοῦμαι, ἀγοράζω) antiquis idē erat quod emere. Pla. Epid. Vt & præſtines argento prius, q̃ ueniat filius. Idē Pſeu. Ego eo in macellum, ut piſcium quicquid eſt pretio præſtinem. Idem Cap. Iuben, an non iubes aſtiuus aulas, patinas elui, Album piſces præſtinatum abire?

PRÆSTITVO, is, (προορίζω, ἀφορίζω) prius ſtatuo præſcribo, prædeſtino. Ouid, Dii ſummum præſtituere diem. Cic. 3. Verr. Diem præſtituit operi faciūdo. Cal. Decemb.

PRÆSTO, as, ſtiti, ſtitum, & ſtatum: undè & præſtaturus: {*Eccedere, eſſe da piu*} multiplicem in oratione uſum habet, uariaſq; ſignificationes. Nōnunquā enim idem eſt quod antecellere, præcellere, excellere. (ὑπερέχειν, διαφέρειν.) In qua ſignificatione modo datiuo iungitur. Cic. 1. Offic. Difficile eſt, cum præſtare omnibus cupieris, ſeruare æquitatem. id eſt, cùm cupieris inter omnes eminere, potentiaq; omnibus antecellere. Idem de Inuentione: Zeuxis in muliebri corpore pingendo multum reliquis præſtabat. Modo accuſatiuo. Quint. lib. 1. Præſtat tamen ingenio alius alium. Verg. 11. Aen. Vel magnum præſtet Achillem. Quandoq; ſolo ablatiuo contentum eſt eius rei, qua quis excellit. Salluſt. in Catil. Plurimum omnium qui ubiq; probro atq; petulantia maximè præſtabant. Cic. de Orat. Piſiſtratus literis, doctrinaq; præſtitit. Idem libr. 1. Offic. Quorum uero patres, aut maiores aliqua gloria præſtiterunt, ii ſtudent plerūq; in eodem genere laudis excellere. Illud uerò Salluſtii. Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus: quidam ſic interprętantur, Qui cupiunt ſeſe pręſtantiores reddere cęteris animantibus. Quanquam non abſurde ſic accipi poteſt, ut accuſatiuus ſeſe à frōte uerbi infinitiui regi intelligatur: ut ſit ſenſus. Qui ſtudent ut ipſi præſtent cęteris animantibus. Illud autem in 1. Offi. Difficile eſt autem quum pręſtare omnibus cupieris, ſeruare æquitatē, quę eſt iuſtitiæ maximè propria, præeſſe uel præſidere ſignificat, ideo datiuo, non ablatiuo iungitur. Quandoq; Præſtare eſt ſatisfacere, ſeu cautionem dare: & ut planius dicamus, eſt rei alicuius euentum in ſe recipere, ſiue alienæ culpę diſpendium uelle luere: ut cum dicimus, Præſtare euentum, Præſtare alienū promiſſum, quo eſt alienum promiſſum in ſe recipere, & quaſi proprium eſſet, uelle ſatiſfacere, (ἀναδέχεσθαι ἢ ἐγγυᾶσθαι) & eſt uerbum Iureconſultorum, apud quos frequentes ſunt huiuſmodi locutiones, Præſtare dolū, Præſtare culpam alienam, Præſtare noxam & aliæ conſimiles. Cic. lib. 3. Offic. Quicquid eſſet in prædio uitii, id ſtatuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtare oportere. Quandoq; implere, perficere. Ibidem: Si autem non omne dictum præſtandum eſt, quod dictum non eſt, id præſtandum putas? Quandoq; facere. Idem: Emptorem indemnem præſtare oportet, Quandoq; beneficiū dare. Plinius: Plura hic mihi præſtitit, q̃ parentes. Quandoq; cauere, & prouidere, nequid accidat. Idem Torqua. Simus igitur ea mēte, quam ratio, et ueritas præſcribere: ut nihil in uita nobis præſtandum, pręter culpam, putemus: eaq; quum careamus, humana omnia placate, ac moderate feramus. Vbi Præſtare culpam, dixit pro eo quod eſt, cauere, nequid culpa noſtra accidat. Quandoq; re ipſa perficere, ſiue perſoluere, διαπράττειν. Idem: Et quoniam præſtitimus, quod debuimus, moderate quod euenit, feramus. Quādoque tribuere: Liuius li. 6. Pacem, quam nos præſtitimus, eam à uobis petimus, Lactant lib. 1. Quid tales dii præſtare hominibus poſſunt? Quandoq; exhibere, reddere, præbere, repræſentare, παρέχειν. Cicero Lentulo. Sed præſta te eum, qui mihi à teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. Ponitur interdum impersonaliter, idemq; ſignificat quod melius eſt. Salluſt. in Catil. Quouſque patiemini tandem, ò fortiſſimi uiri? Nonne emori per uirtutem præſtat, q̃ hanc uitam miſeram, atque inhoneſtā, ubi alienę ſuperbiæ ludibrio fuerimus, per dedecus amittere? Cic. in Piſon. Emori potius, q̃ ſeruire præſtat. Idem Attic. lib. 14. Mori millies præſtitit, quàm hæc pati. Habet & alios hoc uerbum in oratione uſus quos ex ſequentibus exemplis facilè erit perſpicere. Dicimus enim Præſtare beneuolentiam: id eſt, exhibere. Pręſtare diligentiam, operam in re aliqua quæſtum, iuſiurandum, ſilentium. Pręſtare ſe incolumem, propugnatorem acerrimum alicuius: Pręſtare uicem alicuius rei, pro eſſe uice alicuius rei: Pręſtare fidem, reuerentiā alicui, Præſtare ultima iucunda: id eſt, efficere: Præſtare ſedulitatem alicui: id eſt, ſedulo alicuius negotium agere: Pręſtare aliquē ante ædes, id eſt, exhibere, ſiue adducere, cum ante oſtium. Præſtare aliquem alicui negotio: id eſt, præficere: Pręſtare fidem, fidem promiſſi, fidem publicam, promiſſum: Præſtare Rempublicam: id eſt, incolumem ab omni incommodo conſeruare. Præſtare nihil debeo: id eſt, culpa non eſt mea, ſiue culpam in me recipere non debeo. Hinc Præſtans, quod modo participium eſt. Cice. de Vniuerſitate: Altera pari numero præſtans extremis, pariq; numero ſuperata. Modò nomen idem ſignificans quod inſignis, ſiue excellens: habetq; ferè ablatiuū Verg. 8. Aen. Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur, Pręſtantes uirtute legit. Cic. Pro Plancio: Ingenio, iuſtitia, integritate omnibus pręſtans uir. Idē 3. de Orato. Literis doctrinaq; pręſtans. Nonnunquam etiam genitiuum: ut, Pręſtans animi. Verg. 12. Aen. O præſtans animi iuuenis. id eſt, cui eſt animi pꝛæſtantia. Hinc Pręſtantior, & Pręſtantiſſimus. Idem 6. Aen. Quo non pręſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu. Ci. de Amic. Quo mortuo, me ad pōtificē Scęuolam contuli: quem unum noſtrę ciuitatis & ingenio & induſtria pręſtantiſſimum audeo dicere. Pręſtandus, a, um, participium

Ouid. 4. de Pon. Eleg. 10. Sed præſtandus amor, res non oneroſa uolenti. Vires præſtandi habere, Ouid. 1. de Pon. Eleg. 8. Præſtatio uerbale. Paul. de lega. 18. l. ſi plures gradus. Itaque ſi quis uelit nõ omnes hęredes onerare legatorũ præſtatione, &c.

PRÆSTO, {Preſente} ſiue aduerbium loci ſit (ut quidam uolunt) ſiue nomen indeclinabile, (ut alijs placet) idem ferè eſt quod præſens, ſiue in promptu, coram, iungiturq́ſ ſoli uerbo ſubſtan. Sum, & nonnunquã eius compoſito Adſum. Ci. 3. Verr. Quadruplatores ad fretum præſto fuerunt. Terent. Eunuch. Præſto adſum. Cicer. de Lege Agrar. Te uolo curare ut mihi ſummopere præſtò ſis auxiliumq́ adducas, dum eos agros, quo tuo labore cepiſti, ego mea lege uendam. Accipitur aliquando Præſto eſſe, pro auxilio eſſe, ſiue operam ſuam alicui pręſtare. Idem pro Muræna: Ius ciuile didicit, multùm uigilauit, laborauit, multis præſtò fuit. Item præſtò eſſe, ſignificat aduenire, ſiue comparere. Auctor ad Herenium: Hirundines æſtiuo tempore præſtò ſunt, hyeme pulſę recedunt.

PRÆSTOLOR, aris, pe. pro. {Aſpettare} (περιμένω) maneo, uel expecto. Feſtus: Præſtolari is dicitur, qui antè ſtando ibi, quo uenturũ excipere uult, moratur. Plautus: Dum eum domi præſtolor, adoleſcens aduenit. Teren. Eunu. Quę pręſtolare Parmeno hic antè oſtium? Cæſ. 2. Bel. Ciui. Huius aduentum L. Cęſar filius cùm decem longis nauibus præſtolans, &c. Ci. 2. in Catil. Inuect. datiuo iunxit: Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur.

PRÆSTRINGO, is, xi, ctum, (περισφίγγω) antè ſtringo, præligo, obuincio Stat. 5. Syluarc. Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis. Interdum idem eſt quod obtenebrare, interprete Nonio: ut Præſtringere aciem oculorum. Pręſtringere uiſum ἀμαυροῦν. Plau. in Milite: Pręſtringit oculorum aciem in acie hoſtibus. Auctor ad Heren. libro 1. Exiſtimat ſe gemmę nitore, & auri ſplendore omnium aſpectus præſtringere. Hinc Præſtrigiatores dicũtur, qui incantationibus, aut manuum agilitate aſtãtium oculos præſtringunt. Interdum idem eſt, quod leuiter attingere, & paucis præcurrere, ἀκροθιγῶς ἐφάπτεσθαι. Cic. de ſignis, ut citat Nonius. Ignoſcite: rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis non ſinit. Nonnunquam idem eſt quod radere, eodem Nonio interprete, & tranſeundo attingere. Cic. in Philip. Aratri uomere portam Capuę penè præſtrinxiſti. Interdum idem eſt quod hebetare, ſiue obtundere: ut Præſtringere aciem ferri, apud Plin li. 7. ca. 15. & Præſtringere aciem ingenij, apud Ciceronem in Diuinat.

PRÆSTRVO, is, {Edificare inanti} (προκατασκευάζω) antè ſtruo, prius ędifico. Colum. li. 1. cap. 5. Quippe ab imo præſtructa, ualenter reſiſtent, contra ea, quæ poſtmodũ ſuperpoſita incumbent. Præſtruere ſibi fidem per tranſlationem accipitur pro pręparare. Liu. 8. Bel. Pun. Non ſemper temeritas eſt fœlix: et fraus fidem in paruis ſibi præſtruit, ut cùm operępretiũ ſit, cum mercede magna fallat. Ponitur aliquando pro obſtruo. Ouid. 1. Faſt. Ille aditum fractis præſtruxerat obice mõtis, Vix iuga mouiſſent quinq; bis illud onus Hoc eſt, obſtruxerat, clauſerat. Præſtructus, a, um, arte præparatus, & compoſito, ſiue ex induſtria factus. Sueton. Tiber. cap. 53. Quondam uero inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam, etiam uocare deſijt, ſimulãs ſe ueneni crimine accerſitum: cùm præſtructũ utrũq; conſulto eſſet, ut & ipſe tentandi gratia afferret, & illa quaſi certiſsimum exitium caueret. Interdum idem eſt quod obſtructus, Ouid. in Ibin. Vtq; Syracoſio præſtructa fauce Poetæ, Sic animę laqueo ſit uia clauſa tuæ.

PRÆSVDO, as, pe. pro. {Sudare inanzi} (προϊδρόω) antè ſudo, & per tranſlationem pręexerceor, προγυμνάζομαι. Stat. 6. Theb. Ludumq; ſuper quo Marta bellis Præſudare paret ſeſeq; accendere uirtus.

PRÆSVL, ulis, (κορυφαῖος) a ueteribus dicebatur, primus inter Salios, Martis ſacerdotes: à præſiliendo nomine impoſito, q; Salijs ancilia per urbem cantu & tripudijs circunferentibus pręiret, & choream duceret. Vide Vallam li. 5. Eleg. & Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. Hodie tamen Præſulis nomine quemuis intelligimus antiſtitem.

PRÆSVLSVS, ualde ſalſus. Colum. lib. 6. cap. 2. Liberalesq; offas in pręſulſę adipis aliquantulũ tinctas.

PRÆSVLTO, as, (προεξάλλομαι) antè ſalto. Liu. lib. 7. Si tu permittis, uolo ego illi beluæ oſtendere, quando adeo ferox præſultat hoſtium ſignis, me ea ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

PRÆSVLTOR, præſultoris. (ἔξαρχος, χοροστάτης, κορυφαῖος) qui ſaltantium choream ducit. Ci. 1. de Diui. Ex in ruſtico cuidam dormienti uiſus eſt uenire, qui diceret, præſultorem ſibi non placuiſſe.

PRÆSVM, Præes, præeſt, {Eſſere preſidente, eſſere prepoſto} (ἐπιστατέω, ἐφίσταμαι) præfectus ſum, curã rei alicuius habeo. Sall. Et pro cuiuſq; opibus Romæ per totam urbem uigilię haberentur, hiſq; maiores magiſtratus præeſſent. Cic. 4. Acad. in Aſiã Quæſtor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude prouinciæ præfuit. Exercitus præeſſe, Plancus Senatui, lib. 10. Nauibus & claſsi præeſſet, Cic. 7. Ver. Sacris præeſſe: Ci. de Aruſp. reſp.

PRÆSVMO, is, {Preſumere} (προλαμβάνω) prius ſumo. Plin. lib. 36. Theophraſtus auctor eſt, potores in certamine bibendi præſumere farinã eius. Præſumere animo, (προσδοκᾶν) eſt præſagire. Vale. Max. li. 1. Armis cum collega ſub Cinna diſsidens, præſumpſit animo, ea re ſignificari exitum ſuũ. Præſumptus, pta, um, partic. Sil. lib. 5. Ipſa ſuis manibus præſumpta pocula mittens. Præſumpta opinio, eſt, quæ uulgò dicitur Præſumptio. Quinti. lib. 2. cap. 17. Nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta. Apud Tacitum Præſumpta ſuſpicio, pro eodem dicitur, Budæo teſte.

PRÆSVMPTIO, {Preſontione, anticipatione} (πρόληψις) Præacceptio. Plin. Iunior in Epiſt. ad Paulum. Ego beatiſsimum exiſtimo eum, qui bonę ac integræ famę præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cũ futura gloria uiuit. Apud Rhetores Præſumptio dicitur, quũ id quod in aduerſarij cauſa, uel in iudicis opinione contrariũ nobis eſſe, aut fore arbitramus, præoccupamus dicere, & cum ratione diſſoluere. Quintil. li. 9. Mire uerò in cauſis ualet præſumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id quod obiici poteſt, occupamus, quæ præpue procemio conuenit.

PRÆSVO, is, præſui, utum. (προράπτω) antè ſuere. Plin. lib. 12. cap. 19. Conſecant ſurculos longitudine binũ cubitorũ: mox præſuunt recentibus corijs quadrupedum ob id interemptorum, ut ijs putreſcentibus uermiculi lignũ erodãt, & exeant corticem totum amaritudine. Haſta præſuta folijs. Ouid. 11. Metam. Quæ folijs præſuta notam, ſine uulnere fecit.

PRÆTEGO, gis, pen. cor. {Coprire} (προκαλύπτω, προβάλλω) præuelo, ante tego. Lactant. lib. 5. Tum uitta ſua capillis, & pallio, & (quod maxime eſt uelamentum) diuinis prætegebat.

PRÆTENDO, is, {Porre inanti} (προκαλύπτομαι, προτείνομαι, προΐσχομαι, προβάλλομαι) ante tendo, oppono. Verg. 9. Aen. Et Marti pretẽdere muros. Quandoq; præfero. Verg. lib. 4. Georg. Fumoſq; manu prætende ſequaces. Quandoq; præmonſtro, exhibeo. Cic. Priuatorum munus eſt, æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neque ſummiſſum, & abiectum, neque ſe afferentem prætendere. Quandoq; prætexo. Vergil. lib. 1. Georg. Riuos deducere nulla Relligio uetuit ſegeti prætendere ſepem. Lactantius per tranſlationem libr. 4. dixit: Ne ſi fuiſſet alienigena, iuſtam poſſent excuſationem de lege prætendere id eſt, allegare.

PRÆTENER, a, um. {Molto tenero} ualde tener. Plin. libr. 25. cap. 13. Similis & nomine & effectu: ſed alia eſt capnos, fruticoſa, prætenera, folijs coriandri.

PRÆTENTO, tas. {Tentare inanti} (προαπειρῶμαι) prius tento. Tibul. lib. 2. Eleg. 1. Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore. Ouid. 5. Metam Calliope querulos prætẽtat pollice chordas. Miſericordiam iudicis prætentare. Quinti. lib. 4. Sed quid? in egreſſu parcius & modeſtius prætentanda eſt iudicis miſericordia. Cic. 2. de Orat. Idcirco tota cauſa prætentata atq; perſpecta, locis omnibus inuentis atq; inſtructis, conſiderandum eſt, quo principio ſit utendum. Prætentatus, us, pen. prod. actus ipſe prætentandi Pin. lib. 11. cap. 37. Cochleis oculorum uicem cornicula bina prætentata adimplent.

PRÆTENVIS, {Molto tenue} (ὑπέρλεπτος) ualde tenuis: ut, Fila pręteuia, apud Plinium libr. 11. cap. 15. Mel thymoſum non coit, & tactu prætenuia fila mittit.

PRÆTEPEO, es, ui, antè tepeo. Ouid. 2. Amor. Mollis in obſequiũq; facilis rogantibus eſſes, Si tuus in quauis prætepuiſſet amor.

PRÆTER, {Eccetto fuorche} (πλήν, χωρίς) præpoſitio, à Præ deducta, quemadmodum ab In, Inter, à Sub, Subter. Et modo ſeparatur, modo componitur. Separata uim excipiendi habet, & ſemper accuſatiuo iungitur. Cicer. lib. 1. Epiſto. Amicum ex coſularibus neminem tibi eſſe uideo pręter Lucullum. Aliquando ſignificat ultra, πέρα. Quint. Multa erant, præter hæc, quæ obiici merito potuiſſent. Plin. lib. 10. Præter hominẽ ſomniare equos, canes, boues, pecora, capras palàm eſt. Aliquando ſignificat ante. Cic. 5. Verr. Serui præter oculos Lollij hæc omnia ferebant. Legitur & pro Sine, δίχα, χωρίς. Salluſt. Præter rerum capitalium condemnatos. Aliquando contra, παρά. Terent. in Andr. Præter ciuium morem atque legum. Præter aliquando aduerbium eſt, pro præterquam. Colum. lib. 3. cap. 2. Omnis incommodi patientes præter caloris. Budæus. Præterhac, apud Plaut. ſæpius legitur pro poſthac. In Rud. Si præterhac tu uerbum faxis hodie, &c. Præter modum, idem eſt quod ſupra modum. Cicer. de Diuin. Lacus Albanus præter modum creuit. In compoſitione tranſitum, uel prætermiſſionem denotat. Componitur autem cum dictione incipientes ab e, ut Prætereo: f, ut Prætérfluo: g, ut Prætergrediorim, ut Prætermitto: u, ut Præteruolo.

PRÆTER SPEM. {Inſperatamente, fuor di ſperanza} (παρ' ἐλπίδα) ſignificat ea inſperato, præter opinionem, ea inopinato, uel contra ſpem, ſeu contra opinionem, παρὰ προσδοκίαν. Plaut. in Mercu. Præter ſpem ſaluæ ſumus.

PRÆTERAGO, is, ere, (παράγω, παραιλαύνω) cogo, uel compello præterire. Horat. 1. Epiſt. 15. Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota Præteragẽdus equus. Hoc eſt, agẽdus eſt equus præter diuerſoria nota, id eſt, ultra: quod equi inuitiſsimi ſolent facere.

PRÆTERBITO, tas, pe. cor. (παραμείβομαι) frequentatiuum, à Prætereo, quaſi Præterito, interpoſito b. Plau. in Epid. Caue præterites ullas ædes, quin roges, Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius? Apud comicos receptius eſt hoc uerbum, quàm Oratores.

PRÆTEREA, {Oltre acciò} (πρός, πρὸς δὲ) aduerbium eſt ea præpoſitione Præter, & pronomine Ea, compoſitum, idem ſignificans, quod inſuper, uel ad hæc. Cic. in Epiſt. Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi expoſuit, & præterea mihi nõ ignotam in conſuetudine ſuauitatem tuam adiunxit, præterea ſummam erga ſe hoſpitalitatem. Idem pro Corn. Balbo: Sed nos poſſumus & huius ciuitatis eſſe, & cuiuſuis præterea. Verg. 11. Aene. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros Accipitur nonnunquã pro poſtea, ſiue poſthac, εἶτα. Verg. 1. Aen. Et quiſquam numẽ Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honores.

PRÆTEREO, is, iui, & rij, præteritũ, {Trapaſſare} (παραβαίνω, παράγω, παραμείβομαι, παρέρχομαι, παραφέρω) ſignificat ultrà eo, prætergredior Terent. in Eunuch. Dũ hæc reputo, imprudens uillam præterij. Verg. 3. Georg. Cũm rapidus ſol Nondum hyemem contingit equus, iam præterit æſtas. Ponitur aliquando pro effugere, uitare. Terent. in Hecy. Neſcis quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare. Præterire aliquid, per metaphoram dicimur cum nullam eius facimus mentionem. Ci. de Prouinc. conſul. Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatusq; conſulta: cædes relinquo: libidinis prætereo. Ouid. 6. Faſtor. Cætera iã pridem didici puerilibus annis, Non tamen idcirco prætereunda mihi. Præterire ſilentio aliquid, idem. Præterit me hæc res, id eſt, ignoro. Ponitur aliquando Præterire pro antecellere, uincere. Varro. 1. de Re ruſtic. cap. 1. Hos nobilitate Mago Carthaginienſis præterijt pœnica lingua. Hinc tempus præteritum, παρῳχημένος, φθάσας, προλαβὼν χρόνος) quod iam non eſt, ſed elapſum eſt. Cicer. de Senect. Tempus præteritum nunquam reuertitur. Præteriti dicuntur extincti. Propert. libr. 2. Eleg. 14. Fas eſt præteritos ſemper amare uiros. Item Præteriti, (ἀποψηφισθέντες, ἀποδοκιμασθέντες) dicuntur qui in petitione magiſtratuũ repulſam habuerunt, ut ſæpe apud Ciceronem inuenies. Prætereor, paſſiuum. Cicer. 2. de Legibus. Ne ſumptuoſa reſperſione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

PRÆTEREQVITO, as, (παριππεύω) equitando prætereo, uel tranſeo. Liui. 3. ab Vrb. Pretereq́uitantesq; abſterrent.

PRÆTERFEROR, præterferris, prælatus ſum, {*Paſſare*}(παραφέρομαι, παραβαίνω) prætereo, uel tranſeo. Liu. 1. Bel. Pun. Mago, Numidęq; ſimulac latebras eorum improuida prælata acies eſt, exorti à tergo, ingentē tumultū, terroremq; fecere. Lucret. li. 4. At quæ pars uocum non aures incidit ipſas, Prælata perit, fruſtra diffuſa per auras.

PRÆTERFLVO, is, xi, xum, præterfluere, {*Scorrere uicino, trappaſſare ſcorrendo*}(παραῤῥέω) iuxta fluere, uel fluendo præterire. Liui. 4. Belli Pun. Flumē, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur. Varr. 3. de Re ruſt. ca. 16. Cibi pars quoq; potio, & ea ita aqua liquida, unde bibant, eſſe oportet, eamq; propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat. Præterfluere per metaphoram, pro elabi, pertranſire. Cicer. 5. Tuſcul. Quo circa corpus gaudere tandiu, dum præſentem ſentiret uoluptatem: animum & præſentem percipere pariter cum corpore, & proſpicere uenientem, nec præteritam præterfluere, ſinere. Id eſt, non negligere præteritam. Plin. libr. 3. in Præfat. Eorum ego orationes ſino præterfluere.

PRÆTERGREDIOR, eris, prætergreſſus, ſum. (παραβαίνω, παρέρχομαι) prætereo, uel tranſeo. Cic. Appio Pulchro, li. 3. Epiſt. Cursens Lepta mihi nuntiauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe.

PRÆTERLABOR, pe. pro. eris, præterlapſus ſum, {*Traſcorrere*}(παρολισθάνω) iuxta labor, præterfluo, prætereo. Stat. 1. Thebaid. Fluctiuaga quā præterlabitur unda Sicanios, longè relegens Alpheus amores. Cicer. 2. de Orat. Tum & in ſenſum, & in mentem iudicis intrare nō poteſt: ante enim præterlabitur, q̄ percepta eſt. Vergil. 3. Aeneid. Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt. Idem 6. Aeneid. Vel quæ Tyberine uidebis Oſtia cùm tumulum præterlabere recentem.

PRÆTERMEO, as, (παραμείβω) iuxta meo, præterfluo.

PRÆTERMITTO, tis, {*Pretermettere, tralaſciare*}(παραλείπω) intactū relinquo, omitto, prætereo. Terent. in Adel. Nihil prætermitto, conſuefacio. Prætermittere ſilentio, idem q̨ præterire ſilentio, Cic. 13. Phil. Prætermittere pœna ſceleris, Cic. ad Brutum, idem eſt quod remittere uel ignoſcere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia præteritur: Omitti uerò, quod de induſtria relinquitur. Cic. 3. Offi. Minimè uerò aſſentior iis, qui negant eum locum a Panetio prætermiſſum, ſed conſultò relictum. Prætermiſſio, onis uerbale. Ci. 1. Offic. Mamerco homini ditiſſimo ædilitatis prætermiſſio conſulatus repulſam attulit.

PRÆTERMONSTRO, as, Gel. lib. 20. cap. 9. Vſus conſilio ſum magiſtri, quod docere ipſe me debuerat, à quo diſcerem, prætermonſtrantis. i. quaſi præter euntis, & aliud agentis, & præter officium ſuum monſtrantis.

PRÆTERNAVIGO, gas, (παραπλέω) nauigo, præt. reo, præteruehor.

PRÆTERPROPTER, una dictio eſt compoſita, ſignificans, præterquàm propter: hoc eſt, propter aliam cauſam, quàm propter ea de qua loquimur: ut, Præterpropter uitām uiuitur: hoc eſt, propter aliam cauſam uiuitur quàm ut uiuatur, utputa propter laudem, uel propter gloriam. Ennius apud Gellium. Otio qui neſcit uti, plus negotij habet, quàm cùm eſt negotium in negotio. Nam cui quod agat inſtitutum eſt, nullo negotio id agit, ſtudet ibi, mentemq; animumq; delectat ſuum. Otioſo initio animus neſcit, quid uelit. Hoc idem eſt enim, neque domi nunc nos, nec militiæ ſumus. Imus huc, hinc illuc: quum illuc uētum eſt, ire illinc libet. Incertè errat animus, præterpropter uitam uiuitur.

PRÆTERQVAM, {*Fuor che, ſaluo che, eccetto che*} (πλὴν ἤ, πλὴν εἰ μὴ) dictio eſt compoſita excipiendi quidem uim habens, quemadmodum et Præter: ſed caſum exigens ſuperiori ſimilem, quia idem uerbum ſubintelligitur, ut. Nemo id dixit, præterquam Cicero: Nullius id intereſt præterquam patris: Nulli id placuit præterquam Cæſari: Neminem præterquam prætorem timeo: O uos omnes præterquam Plato legite: A nemine præterquam à Socrate dici. Significat etiam aliter quàm. (ἄλλως ἤ) Liu. li. 1. Vocata ad conſilium multitudine quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus poterat, iura dedit.

PRÆTERQVAMQVOD, {*Se non che*}(πλὴν ὅτι) id eſt, niſi q̨. Plin. Iun. Omnia nobis ex uoto ſucceſſerunt præterquam q̨ in itinere defunctam matrem ſudiuimus. Præterquam ponitur aliquando in oratione ſequente ſemper, pro, cum ſemper. Gell. lib. 15. cap. 1. Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, præterquam ſemper alias, tum uerò nimiū quàm delectabiliter, & fœliciter. Aliquando ſequente Etiam. Celſus: Aqua uero frigida infuſa, præterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt: id eſt, non tantum capiti: uel præterquam quòd capiti prodeſt.

PRÆTERVEHO, is, pe. cor. (παραλαύνω) naui, curru, uel iumentis, aliquid præter locum aliquem ueho. Ci. 5. de Fin. Neq; enim uocum ſuauitate uidētur, aut nouitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur: ſed quia multa ſe ſcire profitebantur. Verg. 4. Aene. Viuo præteruehor oſtia ſaxo Pantagiæ. Liu. li. 1. Tamen cum præteruehetur nauibus Galliæ ora, &c. Legitur & abſolutè pro præternauigo. Sueton. in Auguſto, cap. 93. Caium nepotem q̨ Iudæam præteruehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit. Vbi Præteruehens dixit, pro Præteruectus. Oratio præteruecta ſcopulos, per tranſlationem dicitur, quę maiorem difficultatis partem ſuperauit. Cicer. pro Cælio: Sed quoniam emerſiſſe iam è uadis, & ſcopulos præteruecta uidetur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Idem 7. Philipp. Magna ſpe ingredior in reliquam orationem P. C. quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum præteruectus. hoc eſt, quoniam ueſtro cum ſilentio nullaq; obmurmuratione, difficillimum orationis locum abſolui. Præteruectio, onis, uerbale. Cicer. 7. Verr. Monimentum ſceleris audaciæq; ſuæ uoluit eſſe in conſpectu Italiæ, ueſtibulo Siciliæ præteruectione omnis, qui ultro citroq; nauigarent.

PRÆTERVOLO, as, are, {*Trapaſſare uolando*} (παραπέτομαι) propriè eſt uolando prætereo. Cic. in Arat. Hic iam ſe totum cæcas Equos abdit in umbras, Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales. Per tranſlationem accipitur pro ueliociter præterire. Silius lib. 10. Stridentem. gelidis uibrauit uiribus haſtā, Quæ medias uelox raptim præteruolat auras. Cic. 3. de Orat. Sententięq; ſæpe acutę non acutorum hominum ſenſus præteruolant. hoc eſt, celeriter et antequā intelligantur, præterfugiunt.

PRÆTEXO, is, xui, textum, {*Teſſere appreſſo*}(προϋφαίνω) ante uel circum ueſtem aliudve quippiam attexo: unde Toga prætexta dicta eſt, q̨ purpura ei prætexeretur. Accipitur pro prætendere ſiue uelare, cauſamq; aliquam non ueram afferre, προφασίζομαι, προΐσχομαι, προΐσταμαι. Vergil. 4. Aeneid. Coniugium uocat, hoc prætexit nomine Culpam. Cicer. in Piſonem: Nemo poteſt exercitum apertè petere ut non prætexat cupiditatem triumphi. Nonnunquam accipitur pro præordiri, ſiue præordinare, tenuiſq; quędam rei alicuius fundamenta collocare. Cicer. 3. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuioribus principiis natura prætexuit. Prætexere littora uelis, eſt ea uelis quodāmodo aperire, & abſcondere. Ouid. in Arte: Quid referam Baias, prætextaq; littora uelis. In eadem propemodum ſignificatione uſus eſt hoc uerbo etiam Auſonius: Tu (inquit) Auguſta uenerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus barbarum, quibus Danubij ora prætexitur.

PRÆTEXTA TOGA, (περιπόρφυρος) genus ueſtimenti oblongum ac talare, quod ſupra tunicas honoratiſſimi quique ſumebant: ita dicta, q̨ ea purpura prætexebatur. Hęc una cum bulla in uſum puerorum nobilium uſurpatur, Vnde prætextati dicebantur, qui nondum decem & ſeptem annos præterierant à prætexta, quam induebant: qua depoſita, accipiebant togam uirilem, quum ad annum decimumſeptimū peruenuiſſent, tanquam non puerīliter, ſed uiriliter uita eſſet peragenda. Nam pueri exiſtimabantur, qui minores eſſent annis ſeptendecim: Vnde Vlpianus ait, Pueritiam duntaxat annis ſeptēdecim finiri, et qui eos non in totum compleuit, prohiberi poſtulare. Cicero: Ego autem a patre ita erā deductus ad Scæuolam, ſumpta uirili toga, ut quoad poſſem, et liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem. Seneca libr. 1. Epiſt. Tenes utique memoria, quantum ſenſeris gaudium, quum prætexta poſita, ſumpſiſti uirilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam exiſtimant togam prætextam, ut ex purpuræ rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrobium lib. 1. Saturnalium.

Ab hoc ueſtimenti genere olim Papyrius cognominatus eſt Prætextatus, ob tacendi, loquendiq; in prætextata ętate prudentiā. Id poſtea cognomē in omnē eius familiam tranſlatum fuit. Erat & Prætexta geſtamen magiſtratuum & regum. Hac Tullus Hoſtilius primus uſus eſt (ut inquit Plinius) qui debellatis Hetruſcis, ſellam curulem lictores, et togam pictam atque prætextam (quę inſignia magiſtratuū Hetruſcorum erant) Romam tranſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egiſſet triumphum, quoniā in eo bello filius eius annos quatuordecim natus, hoſtem manu percuſſerat, & pro concione illum laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit, inſigniens puerum ſupra annorum ſortem, præmiis uirilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ geſtandæ mos à Priſci Tarquinii filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradunt eundem Priſcum quum ſtatum ciuitatis ordinaret, inſtituiſſe, ut patritiorū filij bulla aurea uterentur: & togam quę purpura prætexitur, iis tantùm quorū patres curulem magiſtratum geſſiſſent, cæteris prætextam tantū indulſiſſet, uſque ad eos quorum parentes ſtipendia iuſta meruiſſent. Fuit & in uſu prætexta bulla, qua nulli alij licebat uti, nec ei qui funus faciebat. Dicimus autem Prætextus, a, um, adiectiuè, ut prætexta toga, prætexta ſchœne: uel ſubſtantiuè hæc prætexta, huius prætextæ. Prætextæ fabulæ, ſeu comœdiæ, in quibus reges Romani, uel duces inducebantur, perſonarum dignitate pene tragœdis ſimiles. Horat. in Arte: Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas. Dictæ prætextæ, quod principum magiſtratuumve perſonę in iis inducerentur, quæ prætextis uti ſolent.

PRÆTEXTATVM SERMONE, (inquit Feſtus) ueteres appellauerunt, ab eo quod prætextatis nefas ſit obſcœna uerbo uti. Vel (ut quidā aiunt) quod nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum obſcœna acclamarentur. Ideoq; prætextatum ſermonem appellabant, qui nihil obſcœnitatis haberet. Hæc ille. Contra hanc tamen Feſti opinionem Suetonius. Gellius, & Macrobius Prætextatum ſermonem, (αἰσχρολογούμενον λόγον) acceperunt, pro eo qui apertè obſcœnam rem ſignificat. Suetonius in Veſpaſiano: Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis, ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abſtineret. Sic Macrob. libr. 1. Saturnal. Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cauillatio uice planidides & ſubulonis, impudica & prætextata uerba iacentis. Sic prætextati mores, (αἰσχρολογοῦσι) dicuntur laſciui, & obſcœni. Iuuenal Satyr. 2. Sic prætextatos referunt Artaxata mores. Prætextati anni à Plinio dicuntur lib. 33. pro annis pueritiæ, & Prætextata ætas, a Gell. lib. 1. Prætextatæ puellę dicebantur ingenuę, & innuptę, à prætextis, quas nubentes deponebant.

PRÆTEXTVM, ti, {*Preteſto*}(πρόσχημα) dicitur illud uelamen, quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquid agendum, quum tamen alia cauſa moueatur. Sueton. de Cæſar: Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit, cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Euſdem eſt ſignificationis Prætextus, huius prætextus, id eſt, obtentus, & quod Cicero per cauſam, & per ſimulationem dicere ſolet. Sueton. in Tyberio, Omnium ui iniuriæ hoc prætextu ad nos deferentur.

PRÆTIMEO, prętimes, pen. corr. {*Temere molto*} (ὑπερφοβοῦμαι) ualde timeo. Plaut. Amph. Mirari non eſt æquum, ſi ſibi prętimet.

PRÆTOR, oris, {*Pretore podeſtà*}(Athenis, (ἄρχων, στρατηγός) omnis magiſtratus appellabantur, cui pareret exercitus. Vnde imperatores, Prętores quandoque uocantur. Auctor ad Heren. Epaminundas Thebanorum Imperator, ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat Prętor, exercitum non tradidit. Vbi Victorinus: Notare debemus, omnes magiſtratus Prætores appellatos. Sed partes quo tempore L. Sextius primus ex plebe Conſul creatus eſt, Furium Camillum primum prætorem urbanum, qui ius in urbe diceret, creauerunt: mox unico Prætore nō ſufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem uenirent, alius creatus eſt peregrinus, eo quod plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisq; prouinciis totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionē uenerāt, creati ſunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Dictus prætor (ut Liuius innuit) à pręeſſendo: ut Varro, à prœeundo, quaſi prœitor, quod prœiret iure & exercitu. Idē Liuius li. 5. ſcribit, primum prætorem ex patribus, qui ius in urbe diceret, creatum fuiſſe, penes quem magiſtratū, omnis publici priuatiq; iuris erat poteſtas, ut & nouum ius condere, & uetera abrogare fa-

re facultas eſſet. Idq; ob magiſtratus honorem, Ius honorarium appellatum eſt, quum tamen regis illi eſſent inſignia, ut apparatu Cõſulibus pene par uideretur. Creatus, quò conſules auocarentur bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas Prætura dicitur.

PRÆTORIANI, dicebãtur cohortis Prætoriæ milites, ù Prætore, hoc eſt, Imperatore corporisq; ſui cuſtodiæ cauſa delecti. Cicer. pro Cælio: Nemini unquam præſenti Prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Plin. lib. 6. cap. 29. Nuper renuntiauere principi Neroni, miſſi ab eo prætorians milites cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella Aethiopicum cogitanti.

PRÆTORIVM, rij, {*Pretorio. Boc. Era Tito per auentura in quell'hora uenuto al pretorio*} (ἀρχεῖον, στρατηγεῖον, πραιτώριον) domus in qua prætor habitat, ſiue dux. Quia (ut dictũ) omnis magiſtratus, cui pareret exercitus, Prætor dictus eſt. Liu. lib. 3. Quercus ingens arbos prætorio imminebat, cuius umbra opaca ſedes erat. Hoc alio nomine à Quintil. dicitur Auguſtale. Ponitur etiam pro magnifica & ampla domo in agro & ruri extructa, in quæ ædificia pecunias ingentes effundebant. Suet. de Calig. In extructionibus prætoriorum atq; uillarum omni poſthabita ratione, nihil tam efficere concupiſcebat, quàm quod effici poſſe negaretur. Pallad. lib. 1. Ipſius etiam prætorij ſitus ſit loco aliquatenus erectiore, & ſicciore propter iniuriam fundamentorum, & ut læto fruatur aſpectu. Item Prætorium, dicitur locus in quo Prætor iura dicit, ut eſt in Euang. Figuratè item Prætorium accipitur pro ipſo concilio à Prætore in tentorium ſuum domumve conuocato, unde Dimittere prætorium legimus, ſicut Dimittere Senatum. Liuius: Fuluius ne id ipſum impedimento incepto foret, dimittens prætorium tribunis militum, ac præfectis ſociorum imperauit, &c.

PRÆTORIVS VIR, qui præturam geſſit, ſicut Conſularis, qui Conſulatu perfunctus eſt. Cæl. Ciceroni. Prouinciæ, quas Prætorij pro Prætore obtinerẽt. Cic. Att. Conſulares, atq; prætorij uiri.

PRÆTORIVS, a, um, {*Ciò che ſi appertiene à queſtà*} quod eſt Prætoris, ſeu quod ad Prætorẽ pertinet: ut, Prætoriũ ius, Prætoria cohors, quæ à Prætore, hoc eſt, Imperatore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quenq; delegit, qui à ſe in bello non diſcederet, et certo munere militiæ uacaret, ſeſquiplex ſtipendium acciperet. Prætoria uerò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur, quia initio Prætores erant, qui nunc Imperatores, qui bella adminiſtrabant. Prætorium genus, ex quo maiorum quiſquam præturam geſſit, ad Conſulatum tamen non peruenit. Cic. pro Plancio: Cedat Conſolari generi prætorium, nec contendat cum prætorio Equeſter locus.

PRÆTORITIVS, a, um, aliud adiectiuum, idem ſignificans quod Prætorius. Mart. lib. 8. De prætoritia ſolium mihi Paule corona Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.

PRÆTORTVS, {*Molto torto*} ualde tortus. Colum. lib. 3. ca. 18. Iulius Atticus prætorto capite, & recuruato.

PRÆTREPIDO, das, penult. corr. {*Hauer molto paura*} ualde trepido: unde Prætrepidans, participium. Catul. Epigram. 43. Iam mens prætrepidans auet uagari.

PRÆTRVNCO, cas, {*Troncare*} (ὑποτέμνω, ὑποκόπτω) amputo, præſcindo. Plaut. Mil. Non'ne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam iubes?

PRÆTVMIDVS, {*Molto tumido*} ualde tumidus: ut, Prætumidus furor, apud Claudian. priore inuect. in Ruſinum.

PRÆTVTIVM, (πραιτούτιον) oppidum eſt Piceni, teſte Ptolemæo lib. 3. ca. 1. Inde fiunt Prætutius, a, um: ut, Pubes Prętutia: apud Plin. lib. 15. Et Prętutianus, na, num: ut, Prætutianus ager, apud Plin. lib. 3. cap. 13. & 14.

PRÆTVRA, æ, {*Pretura podeſtaria*} Prætoris dignitas. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad proconſulatum uſq; e Prætura honoribus geſtis. Cic. pro Flac. Præturæ iuriſdictio res uaria, & multiplex ad ſuſpiciones, & ſimultates. Idẽ 3. Cati. Quũ Pratura ſe abdicaſſet. Egredi præturam. Tacit. lib. 3. Voluſio uetus familia. neq; tamen Præturam egreſſa.

PRÆVALEO, præuales, pe. cor. {*Preualere*} (ὑπερέχω) antecello, & quaſi in maiori pretio ſum, uel melior ſum. Plinius: Vtræq; in pretio ſunt, ſed tamen præualent margaritæ. Aliquando Præualere ſignific. t potentiorem ſeu robuſtiorem eſſe, (ὑπερισχύω) Stat. 2. Achil. Quiſquis equo, iaculoq; potens, qui præualet arcu. Plin. lib. 10. cap. 6. Vulturum præualent nigri. Hinc Præualeſco, is, ualidior fio. Colu. lib. 5. cap. 6. Vitem quoq; antè ꝙ ex toto præualeſcat arbor, conſerere conueniet. Hinc Præualidus, adiect. id eſt, præpotens, (ὑπερισχύων, ὑπερσθενής, ὑπέροχος) Liu. 6. Bel. Pun. Duas præualidas urbes magno inter ſe maris terrarumq; ſpatio diſcretas. Ver. 1. Georg. Neu ſe præualidã primis oſtentat ariſtis. Ouid. Epiſt. 8. Præualidæ fuſos comminuere manus. Præualidè aduerb. Plin. lib. 17 cap. 14. Præcauendum ut præualidè accipientis trunco in media ſiſſura relinquatur.

PRÆVALESCO, ſcis. Item.

PRÆVALIDVS, & Prçualidè, uide Præualeo.

PRÆVARICOR, aris, penul. cor. {*Preuaricare*} (καθυφίεμαι, ἐθελοκακέω, ὑποστέλλομαι) quocunq; modò à præſcripto ſui officij deflectere, ut ait Valla lib. 6. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator, niſi incuruus, præuaricatur. In litibus autem forenſibus, Præuaricari propriè dicitur accuſator qui colludit cum reo, & proprias, quidem probationes diſſimulat, falſas uerò admittit. Cic. de Aruſp. reſpon. A Catilina pecuniã accepit, ut turpiſſimè præuaricaretur. Vlp. in l. Athletas. ff. de his qui not. infa. Qui præuaricatur, ex utraq; parte cõſiſtit, quinimo ex aduerſa. Præuaricari accuſatori, inquit Budæus, eſt præuaricando ſubſeruire, Ci. pro Cluent. Hoc quanquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed præuaricari accuſatori uidebatur. Hinc Præuaricator, dictus eſt, qui ab officio ſui præſcripto deflectit, atq; aberrat. Martianus Iureconſ. l. j. ff. ad Senatuſconſ. Turpil. Præuaricatorum fuiſſe ſcribit eum, qui colluderet cum reo, tranſlatitie munere accuſandi defungeretur: eo ꝙ proprias quidẽ probationes diſſimularet, falſas uero excuſationes admitteret. Vlp. in l. Athletas. ff. de iis qui not. infra ſcribit Præuaricatorẽ eſſe, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua: allegatq; Labeonem, qui hoc nomẽ à uaria certatione tractum ſcriſit. Cicer. 1. Ver. Vtrum te perfidioſum, an præuaricatorem exiſtimari mauis? Cælius ad Cic. 8. Ne quod furore Pauli adeptus eſſet boni ſua culpa uideretur amiſiſſe, et præuaricator cauſę publicæ exiſtimaretur. Apponere ſibi præuaricatorem, dicebant antiqui, pro eo quod eſt curare ſe per aliquem accuſandum, quo cũ reo colludente, facile ille abſoluatur. Cic. 2. Phil. Iam uereor patres conſcripti, ne (quod turpiſſimum eſt) præuaricatorem mihi appoſuiſſe uidear. Budæus. Præuaricatio, onis, uerbale. κατάφασις. Plin. Iunior ad Cor. Tacit. lib. 1. Epiſt. 20. Alioqui præuaricatio eſt tranſire dicenda: Præuaricatio ẽt, curſim ac breuiter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Ci. in partit. Præuaricationis nomen ſignificat eum qui in contrariis cauſis quaſi uariè eſſe poſitus uideatur. Idẽ ad Quin. frat. li. 2. Quo die hęc ſcripſi, Druſus erat de præuaricatione à Tribunis ærarij abſolutus.

PRÆVEHO, is, {*Portare inanti*} (προσκομίζω) ante ueho. Vnde Præuectus, a, um, ante alios uectus. Liu. lib. 9. Sed equites Romani præuecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent. Sil. li. 7. Ac præuectus equo, nunc dextra prouocat hoſtem.

PRÆVELLO, is. (προτίλλω) per duplex ll, ante uello.

PRÆVELO, as, pe. pro. {*Coprire dauanti*} (προκαλύπτω) ante tego, obtego, operio Claud. lib. 2. de Rap. Et ſparſos religant crines, & uultibus addunt Flãmea ſollicitum præuelatura pudorem.

PRÆVELOX, pen. prod. {*Molto ueloce*} ualde uelox. Plin. lib. 11. cap. 31. Formicæ odore ſolicitatæ prouolant, crebroq; lacerant, quamuis prçuelocibus camelis fugientes.

PRÆVENIO. {*Venire inanti, anticipare*} (προφθάνω) ante uenio, anticipo. Liu. 4. Bel. Pun. Cæterùm præuenerat non fama ſolùm, qua nihil in talibus rebus eſt celerius: ſed nuntius etiã ex regijs ſeruis. Præueniens, interpoſita dictione. Verg. 8. Eclog. Naſcere, præq; diem ueniens age Lucifer almum. Præuentus. Tacit. lib. 17. Atque in eo ipſo ſacramento uexillis inferioris Germaniç pręuentus erat.

PRÆVERTO, & Præuertor, deponens, {*Trapaſſare preporre, preoccupare*} (προλαμβάνομαι, φθάνω) prætereo præcedo, anteuerto. Verg. 1. Aen. Volucremq; fuga præuertitur Hebrum. Cic. pro P. Sylla: Nemo me unquam tenuiſſima ſuſpicione perſtringet quem non præuerterim. Interdum accipitur pro pręfero, præpono. Cic. 1. de Diuin. Ita tamen, ſi uacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni præuertendum putes. Gell. lib. 4. cap. 3. Iuriſiurandi religionem animo atque amori prætuliſſe. Plaut. in Amphit. Illuc redeundum eſt mihi, ne me uxorem præuertiſſe dicant præ Repub. Hoc eſt, ne dicant me uxorem prætuliſſe Reipub. Item reuoco. Ibidem, Flebilis pręuertitur metus: accurro, ut ſciam quid uelit. Ponitur aliquando pro præoccupare. Vergil. 1. Aeneid. Et uiuo tentat præuertere amore iampridem reſides animos. Pręuerſum fulgur, inquit Feſtus, quod ignoratur noctu, an interdiu ſit factum. Præuertere ſerio, quod dictum eſt per iocum: eſt exiſtimare dictum eſſe ſerio, quid ioco dictum eſt. Plaut. in Amphit. Si quid dictum eſt per iocum, Non æquum eſt id te ſerio præuortier. Adrianus Cardinalis: Pręuertere & Pręuerti, non id ſignificant, quod præcedere: ſed id, quod præponere, pręuenire: ſed non ſuo, imò potius præpoſtero, ac peruerſo ordine, Id eſt. ut quod erat in animo ut poſtea fieret, fiat antea: & contra quod ante erat faciendum, poſtea fiat. Sed id quoque præcipue notandum eſt, datiuũ poſt ſe plerunque trahere, ac deponens idem uerbum etiã fieri. Liui. 2. ab Vrbe. Nec poſſe, cũm hoſtes propriè ad portas eſſent, bello præuertiſſe quicquam. Ibidem: Aegre impetratum à Tribunis, ut bellum præuerti ſinerent. Idem, Si Punicum Romano præuertiſſe bellum. Cæſar. 7. Belli Gall. Cæſar huic rei præuertendum exiſtimauit. Id eſt, occurrendum.

PRÆVIDEO, præuides, pe. co. {*Preuedere, antiuedere*} (προορῶ) ante uideo. Pli. Id nos futurum præuideramus. Ci. 1. de Diuin. Tum meminit præteritorũ, præſentia cernit, futura prçuidet. Verg. 5. Aen. Ille ictum uenientẽ à uertice uelox Præuidit. Hinc Præuidentia, (πρόνοια) quæ duplex eſt. Aut enim animo, aut oculis præuidemus. Præuiſus, a, um partic. Cic. 5. Ver. Res mihi tota præuiſa atq; præcauta eſt.

PRÆVITIO, as, {*Viliare, corrumpere*} ante uitio, uel corrumpo. Ouid. 14. Metamor. de Circe loquẽs, Hunc dea pręuitiat portẽtificisq; uenenis Inquinat.

PRÆVINCIO, is, ire. præligo, ligno, Gell. libr. 15. cap. 10. Cum eodẽ laqueo quo eſſent præuinctæ efferentur.

PRÆVIVS, a, um, (ὁδηγός, χειραγωγός) qui præeundo uiam monſtrat. Cic. in Arat. Alcyonem genuit claris demiſſus ab aſtris, Præuius Auroræ, Solis, Noctisq; ſatelles. Ouid. 11. Metamor. Nunc præcedentem ſequitur, nunc præuius anteit.

PRÆVMBRO, as, are, {*Coprire d'ombra*} tegere, caligine offendere, & inuoluere, inquit Budæus. Tacitus: Fama, in quantum præumbrante imperatores faſtigio datur, clarus. Hic præumbrare dicitur imperatoris faſtigium: quia primatum magnitudine ſuperius, ſplendorem eorum obfuſcat: quemadmodum præcelſæ arbores fulgore in ſe recepto alias obſcurant inferiores.

PRÆVRO, is, præuſſi, præuſtũ. {*Abbruſciare nella cima*} ante uro: unde Præuſtus, a, um, participium, in cacumine aduſtus. Liu. 1. ab Vrb. Bellum erat conſenſu fieri ſolitum, ut Fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret. Verg. 7. Aene. Non iam certamine agreſti Stipitibus duris agitur, ſudibusve præuſtis.

PRÆVOLO, as. pen. cor. {*Volare inanti*} (προπέτομαι) ante uolo. Plaut. Mil. Nouiſſe mores me tuos meditate decet, Curãq; adhibere ut Pręuolet mihi, quo tu uelis. Ci. 2 de Natu. deo. Baſis autem trianguli, quem efficiunt grues, ea tanquàm à puppi uentis adiuuatur, eæq; in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

PRAGMATICI, {*Sollecitatori de liti*} (πραγματικοί) apud Græcos erant infimæ ſortis homines, qui mercede cõducti miniſtros ſe pręebant oratoribus in iudiciis. Quanquam poſtea hoc nomen omnibus iis communicatum eſt qui forẽſia tractant negotia. Dicti Pragmatici à Græco nomine πρᾶγμα, quod inter cætera cauſam ſiue litem ſignificat. Pragmatici erant homines quidam, inquit Budæus, forenſis profeſsionis, qui cauſarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris reſponſa, formulasq; actionũ ſubminiſtrantes, quaſi admo-

nitores poſtici, dicendorumq́ ſuggeſtores, cùm ad iuris diſceptationem uentū erat. Quintil. lib. 12. Quid ſi forte peritus ille iuris non aderit? neq; ego ſum noſtri moris ignarus, oblitusve eorū, qui uelut ad arculas ſedent, et tela agentibus ſubminiſtrant. neq; idē quoq; Græcos neſcio factitaſſe, unde nomen iis pragmaticorum datum eſt. Hinc Pragmaticum, ci ſubſtantiuum. Cic. ad Att. lib. 14. Tu ſi quid pragmaticon habes, ſcribe. hoc eſt, quod in Rep. geſtū ſit, inquit Budæus, Quintil. lib. 3. Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quęſtionibus meis, ſiue quod Græci πραγματικὸς, uocant iuris interpretes. Iuuc. Sat. 7. Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Hoc eſt, à iudicio diſcedunt, et litem arbitrio forenſium aduocatorum, ſeu procuratorum dirimendam permittunt. Cic. li. 1. de Orat. Itaq; non (ut apud Græcos) infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbēt in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos pragmatici uocantur: ſic in noſtra ciuitate, &c.

PRAGMATICA ſanctio, dicta eſt q̄ per eam à ſupremo atq; ordinario iudice diſcedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur.

PRAMNIVM VINVM, (πράμνιος οἶνος) generoſi uini genus, quod in Smyrnæorum agro naſcebatur, iuxta delubrum Matris Deum, etiam Homeri carmine celebratum. Auctor Plin. lib. 14. cap. 4.

PRAMNION, (πράμνιον) Indica gemma eſt nigerrimo colore, ſed pellucida, admiſtum habens & carbunculi colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

PRANDEO, des, prandi, & pranſus ſum, {*Deſinare*} (ἀριστάω) prandium ſumo. Plaut. in Menæch. Prandi & potaui, ſcortumq; accubui. Cice. pro Cluen. Cum eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominū pranderet. Plau. Menæch. Prandi in naui, inde huc ſum egreſſus, te conueni. Interdum actiuè accipitur pro eo quod eſt in prandio comedere: habetq; poſt ſe accuſatiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptus. Pranſus, a, um, participium. Horat. 1. Serm. Sat. 6. Pranſus non auide. Ci. pro Mil. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Pranſos ueteres uocabant, teſte Nonio, non ſolum qui ediſſent, ſed etiā quibus nihil deeſſet. Var. Pranſum te ac paratum eſſe oportere.

PRANDIVM, dij, {*Il deſinare*} (ἄριστον) cibus qui circa meridiem ſumitur, quē ueteres cœnam appellabant. Feſtus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium: Veſperna autem, quem nunc Cœnam appellamus. Nonius: Quæ nunc prandia ſunt, cœnas Sabini habebant, et pro cœnis ueſpernas appellabant. Plau. Pœn. Partem prandij pignus cœpi, abij foras. Cic. in Verr. Quid ego iſtius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Attic. li. 5. Anteceſſerat Stathius, ut prandium nobis præberet. Idē pro Muræna: At ſpectacula ſunt tributim data, et ad prandium uulgò uocati Sueton. in Vitel cap. 13. Epulas triſariam ſemper, interdum quadriſariā diſpertiebat, in ientacula, & prandia, cœnas, comeſſationesq; Finire prandia nigris moris, Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Ille ſalubres Aeſtates ducet, nigris qui prandia moris Finiet. Dictum Prandium (ut quidam uolunt) a peredendo, q̄ pauxillulum quiddam in prandium pararetur, quòd facilè poſſet abſumi. Alij Prandium dictum uolunt quaſi parandium, quòd leuia tantùm quædam, & paratu facilia apponerentur. Nam Prandium non fuiſſe præcipuum cibum antiquis, apparet ex Celſo li. 7. cùm de hyeme loquitur: Si prandet, aliquis inquit, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſic cum ſine carne, ſine potione ſumere. Idem libr. 4 Famem facilius fert adoleſcens quàm puer, & uno cibo, quàm prandio quoque, adſuetus. Idem libr. 7. Aeſtate uerò & potione & cibo corpus ſæpius eget: ideo prandere quoque commodum eſt. Plin. lib. 28. cap. 5. Hippocra. tradit non prandentium exta celerius ſeneſcere. Huius diminutiuum eſt Prandiolum, ſiue Prandiculū, quod ientaculum appellatur. Feſt.

PRANSITO, as, pen. cor. frequentatiuum à Prandeo, quod Plaut. in Amph. cū accuſatiuo conſtruxit: Nequam homines (inquit) qui polentam pranſitant.

PRANSOR, ſoris, qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandiū. Plau. in Menæch. Bonum anteponam prandiū pranſoribus. Hinc Pranſorius adiectiuū. ut Pranſorium candelabrum. apud Quintil. li. 6. cap. 4. Mirantibus q̄ humile candelabrum emiſſet, Pranſorium erit, inquit.

PRASII, (πράσιοι) Indiæ populi ſunt clariſſimi, quorum metropolis eſt Palibrota. Plin. lib. 6. cap. 19.

PRASINVS, pe. cor. (πράσινος) color uiridis adſimilitudinem Porri. Nam πράσον Latinè Porrum dicitur. Hinc ueſtes è uiridi lana, Praſinæ dicuntur. Mart. lib. 10. De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga. Plaut. Praſina, coccina, tyale, ſocos monilia amiſit. Plin. lib. 37. cap. 10.

PRASIÆ, (πρασιαί) oppidum maritimum fuit in ora Laconica, non procul ab oſtio Inachi fluminis: cuius meminit Thucydides Bel. Pelop lib. 2.

PRASIVS, (πράσιος) gemma eſt è uiridantium genere, uirore tamen multò dilutiore, quam ſmaragdus, utpote quæ ad porri colorem (unde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt autem tria praſij genera, quæ uide apud Plin. lib. 37. cap. 8.

PRASOIDES, pen. prod. (πρασοειδὴς) gemma eſt ex genere topaziorum, à porri colore nomē habens. Nam πρασοειδὴς Gręcis idem eſt quod porraceus Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

PRATVM, ti, {*Pratu*} (λειμών) ager ea quo fœnum percipitur: nomen habens ex eo quod ſine opera paratum ſit, ut placet Varroni libr. 4. de Lingua Latina: Pratum (inquit Vlpian. de Verbor. ſignific.) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt, ea eo dictum quod paratum ſit ad fructum capiēdum. Colum. lib. 2. cap. 17. Prato ueteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoq; indiderunt ab eo, quòd protinus eſſe paratū, nec magnum laborem deſideraret. Ouid. 1. Metam. Figitur in uiridi, ſi ſors tulit anchora prato. Prata tiem dicebantur, quæ nunc Viridaria, ut plurimum buxo & lauro frequentata. Hinc Pratenſis, & hoc, ſe, (λειμώνιος) quod eſt ex prato. Colum. lib. 6. ca. 3. Eosq; nemo dubitat quin optima ſint, uicia in falcem ligata & cicercula, itemq; pratenſe fœnum. Pratenſes flores, Plin. lib. 21. cap. 8. Pratenſes fungi, qui in pratis naſcuntur. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 4. Pratenſibus optima fungis Natura eſt aliis male creditur. Hinc Pratulum diminutiuum, apud Plinium, Epiſt. 121. Cic. ad Attic. lib. 12. Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo. Idem de Clar. Orat. Tum in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.

PRAVVS, a, um, {*Cattiuo, maluagio, maligno*} (διεστραμμένος) diſtortum, peruerſum Rectum etenim & Prauum ſunt contraria. Ci. 1. Acad. Quid rectum in oratione, prauumue. Hora. 1. Serm. Sat. 3. Hunc uarum diſtortis cruribus, illū Balbutit ſcaurum, prauis fultum male talis. Luc. li. 4. Denique ut in fabrica ſi praua eſt regula p ima, Omnia mēdosè fieri atq; obſtipa uecesſum eſt. Per tranſlationem accipitur pro malo & uitioſo, πονηρὸς φαῦλος. Terent. in Adel. Etſi hoc mihi prauum ineptum, abſurdumq; alienum à uita mea uideatur. Cic. pro Roſc. Com. Nihil ob hoc prauum & peruerſum produci poſſe arbitrabantur. Cic. 2. de Fin. Beſtiarum uero nullum iudicium puto, quamuis enim deprauatę non ſint, prauæ tamen eſſe poſſunt. Ternax praui, Verg. 4. Aen. Obnoxius prauis, Horat. 2. Serm. Sat. 7. Stultitia praua, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Ambitio praua, Horat. 1. Serm. Sat. 6. Prauo naſo uiuere, Horat. in Arte. Hinc Prauitas, id eſt, obliquitas, mala & peruerſa alicuius rei conſtitutio, & cōpoſitio. Cic. 4. Tuſc. Vitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Ponitur aliquādo pro malitia, φαυλότης. Cic. 4. Acad. Tamen'ne in iſta prauitate perſtabitis? Cic. in Parad. Animi prauitates rectè uitia dicuntur. Hinc Praue aduerb. cui opponitur rectè. Cic. 2. de Finib. Ille porrò malè, prauè, turpiter cœnabat.

PRAXASPES, (πραξάσπης) nobilis Perſa, qui Smerdim Cambyſæ fratrem iuſſu regis occidit, cuius facinoris conſcientia adactus, poſtea in maximo Perſarum conuentu, ex editiſſima turre ſe præcipitem dedit. Vide Herodotum libr. 3.

PRAXAGORAS, æ, (πραξαγόρας) nobilis medicus fuit, cuius aliquoties meminit Plinius.

PRAXIDICE, es, (πραξιδίκη) deæ nomen, cuius non ſtatuam integrā, ſed caput tantùm in templis dedicabant. Hanc Mnaſcas Soteris uxorem facit, eandemq; ſororem, Concordiæ et Virtutis matrē. Auctor Suidas. Stephanus Praxidicen Nympham fuiſſe tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lyciæ mons nomen accepit.

PRAXIBVLVS, li, (πραξίβουλος) Athenienſiū magiſtratus, cuius meminit Plin. lib. 33. cap. 7.

PRAXIS, praxeos, {*Attione, negotio*} (πρᾶξις) fœm. gen. actionem ſignificat. Vnde Practicus, a, um, actiuus, & qui actu ipſo aliquid proficit, Hinc artes dictæ ſunt quædam Practicæ, quæ in exercitatione & ipſa actione conſiſtunt. diuerſæ ab illis, quæ Theoricæ, id eſt, ſpeculatiuæ, & quæ ποιητικαὶ, hoc eſt, effectiuæ dicuntur. De utriſq; Quintil. lib. 2. cap. 18. Cùm ſint autem artium aliæ poſitæ in inſpectione. id eſt cognitione & æſtimatione rerū, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum ſed ipſo rei, cuius ſtudium habet, intellectu contenta: quæ θεωρητική uocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilq; poſt actum operis relinquit, quæ πρακτική dicitur, qualis eſt ſaltatio. Aliæ in effectu &c.

PRAXITELES, pen. cor. (πραξιτέλης) ſtatuarius, marmore nobilitatus, et præcipue duplici Venere, Gnida, & Coa: quarū illam maxime nobilitauit Veneris adoleſcentia cuiuſdā amor, qui noctu in templo delitesſcens ſimulacro cohæſit, & Nicomedis regis æſtimatio, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus fuit in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciā olim appellabant: deinde propter artis præſtantiam ciuitate Romana donatus: quā multis etiā egregij ſignis ornauit: ex quibus à Plinio commemorantur. Triptolemus. Flora, Ceres in hortis Seruilianis, Boni euentus, & bonę fortunę ſimulacra in Capitolio: Item & Mænades, & quas Tyadas uocāt & Caryatidas et Silem in Aſinij Pollionis monumentis, & Apollo, et Neptunus, aliaq; nonnulla, quæ uide apud Plin. lib. 34. cap. 8. & libr. 37. cap. 5. De hoc etiam Propert. Praxitelem Parius uindicat arte lapis.

PRECIS, preci, precem, &c. {*Preghiera*} (δέησις, εὐχή) obliqui ſunt ab inuſitato nominatiuo Prex, idem ſignificantes quod precatio, ſiue obſecratio. Teren. Phorm. Sed parū'ne eſt, q̄ omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex, Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci? Quintil. lib. 3. cap. 10. Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat. Terent. Andr. Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Horat. 2. Epiſt. 1. Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 2. Tempus adeſt aptum precibus.

PRECARIVS, a, um, adiectiuum, {*Precario*} (ἱκετικός) eſt quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is, qui conceſſit, patitur. In hanc ſententiam dictum eſt à Seneca, hominem eſſe precarii ſpiritus. Et apud Curtiū ait Alexander: Mori præſtat, q̄ precario Imperatorem eſſe. Idem: Sed precariū ſpernebatur Imperium. Vbi precariū imperium dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu, qui conceſſere, permittunt, Anima precaria. Tacit lib. 1. Meq; precariam animam inter infenſos trahere. Precarium auxilium, non iuſtum ferre, Liu. 8. ab Vrb. Ius precarium, Tacitus de Germanis Salus precaria, Brutus Cice. Quæſtus precarius. Cic. Octauiano, Cuius auus fuerit argumentarius aſtipulator pater, uterq; uero precarium fecerit quæſtum. Precario nomen ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terent. in Eunuch. Seu ui ſeu clàm ſeu precario. Plau. Iuriſc. Precario habere uidetur, (παρακλήσει καὶ χάριτι) qui poſſeſſionem corporis uel iuris adeptus eſt ea hac ſolummodo cauſa, quod adhibuit preces, et impetrauit, ut ſibi poſſidere aut uti liceat. Veluti ſi me rogaueris ut per fundum meum ire uel agere tibi liceat, uel ut in tectum meum ſtillicidiū uel tignum in parietem immiſſum habeas. Cicer. pro Aulut. Cæcin. Ne id quidem ſatis eſt, niſi doceat, ita ſe poſſediſſe, ut nec ui, nec clam, nec precario poſſederit.

PRECIÆ VVÆ, teſte Seruio dicuntur. quæ ante alias matureſcunt quaſi pręcoquæ. Vergil. 2. Georgic. Et paſſo Pſythia utilior, tenuisq; Lageos Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam: Purpureæ, preciæq;: & quo te carmine dicam Rhetica?

PRECIVS, lacus nomen eſt, apud Cic. in Orat. pro Milone.

PRECIVM, & Precioſus, uide Pretium.

PRECOR, aris, {*Pregare*} (εὔχομαι) cum accuſatiuo ſignificat oro. Cic. de Natu. deo. Quid ueneramur, quid precamur deos? Iunctum uero cum datiuo, idē eſt, quod opto alicui bonam uel malam fortunam, εὔχομαι Quint. Et oram ſoluentibus bene precemur. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Miluius & ſcurræ tibi non referenda precati diſcedunt, Durā precari alicui, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Malè precari alicui.

alicui. Cic. in Piſon. An quod tibi proficiſcenti euenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam uiam & ſempiternam eſſe uellent? Dicimus autẽ precor deos. precor ad deos. Liu. 8. Bel. Maced. Ad quos precentur, & ſupplicent. Precor deos bonas preces. Cato cap. 134. Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces precor. Hinc precator, qui pro alio intercedit, uel poſtulat. Terent. in Heaut. Nemo accuſat Syre te: nec tu aram tibi, nec precatorẽ pararis. Precatio, onis, uerbale. Nomẽ. Cic. pro Muræ. Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio, conſularibus auſpiciis conſecrata tantum habet in ſe uim et religionem, &c. Huius compoſita ſunt, Deprecor, de quo ſuprà. Imprecor, pen. cor. quod in bonam, & in malam partem accipitur. Quintil. Imprecamur debilitates, naufragia, morbos.

PREHENDO, is. Vide ſuprà Præhendo.

PRELVM, preli. Vide Prælum.

PREMO, is, preſſi, preſſum, {Premere, calcare}(πιέζω, θλίβω) propriè calco, & innitor alicui rei cum pondere, ſtringo. Verg. 4. Georg. Et ſpumantia cogere preſſis Mella fauis. Quandoq; aduerſari, uexare. Verg. 10 Aene. Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoſte. Plaut. Amph. Fata iſtæc me premat.

Quandoq; effodere. Idem 10. Aen. Sulcumq; ſibi premat ipſa carina. Quandoque inſequi, inſiſtere, ἐπικεῖσθαι. Verg. 1. Aen. Hac fugerent Grai, premeret Troiana iuuentus. Quandoque urgere: ut, Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Quandoq; occultare, κατακρύπτω. Vergil. 1. Aene. Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Quandoque expellere, ἀπελαύνειν. Varro, Inuitamq; preſſit ab ædibus. Quandoq; cohibere. Verg. 1. Aene. Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat. Quandoq; claudere. Idem 9. Aenei. Preſſi ue oculos, ac uulnera laui. Quandoque uitiare, μοιχεύειν. Varro: Qui totiens uiſti tui uxorem abſente preſſiſti uiro. Quandoque remouere, excitare. Verg. 1. Georg. Et ruris opaci Falce premes umbras. Quandoque uaſtare. Verg. 1. Aene. Pelago premit arua ſonanti. Quandoque occidere. Verg. 9. Aenei. Armigerumq; Rhemi premit. Quandoque demergere, infodere. Idem 2. Georg. Quod ſupereſt, quæcunque premes uirgulta per agros, Sparge fimo pingui. Quandoq; inſtare, & dicendo immorari. Plin. Epiſt. 9 lib. 3. Cum Caſcam accuſaret, nihil magis preſſi, quàm quod accuſatores eius, &c. Quandoque reprehendere, maledicere. Quintil. li. 12. de Cicerone: Præcipue uero preſſerunt eum, qui uideri Atticorum imitatores concupiebant. Aere alieno premi. Cicer. in Catil. Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expectant. Facta premunt annos, hoc eſt, ſuperant, Ouid. 7. Metam. Si titulos, annosq; tuos numerare uelimus, Facta premunt annos. Id eſt, plura erunt facta, quàm anni, aut maiora, quàm pro ætate. Anguſtiis premi. Cæſ. 3. Bel. Gal. Quibus anguſtiis Cæſar à Venetis premitur, docet. Huius compoſita ſunt, Apprimo, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo, & Supprimo, quæ habent penult. corr.

PREPON, {Decoro}(πρέπον) Latinè decorum dicitur. Cic. de Orat. Vt in uita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quàm quod deceat. πρέπον appellãt Græci, nos dicamus ſanè decorum. Idem. 1. Offi. Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum poteſt: Græce enim πρέπον Dicitur.

PRESBYTER, eri, {Prete}(πρεσβύτερος) Latinè ſenior dicitur. Auguſtinus: Sanè etiam grandioris ætatis, & ſicut ſcriptura loquitur, plenum dierum poſſe dici ſeniorem, hoc eſt. presbyterum. Proinde omnis ſenex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam ſenex: quia plerunq; eſt hoc nomen ætatis, quæ infra ſenectutem ſenectuti uicina eſt, & hoc etiam ipſa à ſenectute nomen accepit in Latina lingua. Quoniam autẽ presbyter ſenior appellatur apud Græcos, aut maxime, ſicut ſcriptura loquitur, πρεσβύτερος & νεώτερος dicuntur, etiam ſi ætates iuuenum comparentur, quod dicimus nos maiorem, atq; minorem.

PRESSE, aduerbium, uide Preſſus.

PRESSORIVS, a, um, adiect. ut, Preſſorium uas, in quo quid premitur. Colu. lib. 12. ca. 18. Tum ſacrificia Libero, Liberæq;, & uaſis preſſoriis, quàm ſanctiſſimè, caſtiſſimeq; facienda.

PRESSO, as, (καταπιέζω) frequentatiuum à premo. Verg. 3. Eclog. Preſſabimus ubera palmis. Inuenitur & Preſſor, aris, deponens. Plaut. in Perſa: Vomica eſt, preſſare parce. Preſſatus, particip. Plaut. Aſin. Quin tradis huc crumenã preſſatum herum?

PRESSVRA, æ, (θλίψις, συνοχή) idem quod preſſus, huius preſſus, hoc eſt actus ipſe premendi. Plin. lib. 18. cap. 31. Preſſura una culeos xx. implere debet. Colu. lib. 12. cap. 36. Muſtum tortiuum eſt, quod eſt poſt primam preſſuram uinaceorum circumciſio pede expreſſum.

PRESSVS, a, um, {Calcato, breue, carricato}(πεπιεσμένος) modò participium eſt. ut, preſſus manu caſeus. Colum. lib. 7. cap. 8. illa uero notiſſima eſt ratio faciendi caſei, quem dicimus manu preſſum. Verg. 2. Eclog. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Idem 3. Georg. Læta magis preſſis manabunt flumina mammis. Modo nomen idem ſignificans quod ſubtilibus ac breuis. Cic. in Horten. Quis te autẽ eſt, aut fuit unquam in partiendis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis preſſior? Aliquando dicitur onuſtum, grauatum, ἐμβαρυνθείς. Verg. lib. 2. Georg. Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ. Preſſo gradu incedere, hoc eſt, firmo, nec celeri, ſed quo cautos incedere uidemus. Liu. 8. Bel. Pun. Inde ubi incipiendæ iam pugnæ tempus erat Hiſpanos (ea media acies fuit) preſſo gradu incedere iubet. Preſſum uocat Ouid. Quod eſt quaſi impreſſa nota ſignatum, li. 6. Faſtor. Certe fides facti eſt dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt. Hinc Preſſe, aduerb. Cic. 1. Offic. Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquentium, & leniter. Idem 4. de Finib. Sed ut propius ad ea Cato accedam, quę à te dicta ſunt preſſius agamusq; eaq; quæ modo dixiſti, cum his conferamus, quæ tuis antepono.

PRESSVS, us, (θλίψις, συνοχή) ipſa preſſio, ſiue premendi actus. Cic. li. 1. de Orat. Nemo eſt, quin litteratiſſimum togatorum omnium Q. Valeriũ. Soranũ lenitate uocis, atq; ipſo oris preſſu & ſono facile uincat.

PRESTER, preſteris, pen. genitiui prod. (πρηστήρ) ſerpentis genus eſt, quẽ alio nomine uocant Diſpadẽ. Luc. lib. 9 Oraq; diſtendẽs auidus ſpumantia preſter. Plin. lib. 20. cap. 20. Sagittariam uoltem, & ſerpentium hæmorrhoidum, & preſterum reſtringi. Eſt etiam Preſter cæleſtis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit, & proterit. Plin. lib. 2. cap. 48. Idem ardentior accenſusq; dum ſuit Preſter uocatur, amburens contacta pariter & proterens.

PRETIVM, tii, {Prezzo, pregio}(τιμή) quod datur pro re empta. Plaut. in Poen. Iſto pretio tuas nos facile feceris. Verg. 4. Aen. Fœmina quæ noſtris errãs in finibus, urbem Exiguo pretio poſuit. Terent. Heaut. Agrũ in his regionibus Meliorem, neq; pretii maioris nemo habet. Auellere pretium, ante quàm mercem oſtendere. Horat. 1. Serm. Sat. 2. An tibi mauis Inſidias fieri, pretiũq; auellier antè, Quàm mercem oſtendi? Capti pretio. Tibul. lib. 3. Eleg. 1. Pretio capiuntur auaræ. Aliquando pretium accipitur pro mercede ſiue præmio, idq; interdum in meliorem partem. Terent. And. Quod habui ſummũ pretiũ, perſolui tibi Eſſerũ libertus ut eſſes. Verg. 5. Aen. Et palmæ pretium uictoribus. Interdum in deteriorem, ut idem ferè ſit quod pœna. Ouid. 10. Metam. Mors pretium tardis: ea lex certaminis eſto. Terent. And. Ego pretium ob ſtultitiam fero. Legitur etiam Pretium aliquando pro compoſito Operæpretium. Tacit. lib. 2. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret, Cn. Piſonis, & Aſinij Galli ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. Pretium operæ, & Pretium curæ, locutiones notatu dignæ. Pli. Id uerò audire pretiũ operæ ſit. Plin. Epiſt. 159. Poſtea mihi uiſum eſt pretium curæ, ipſum Senatuſconſul. quærere. Hinc deducitur adiectiuum Pretioſus, a, um quod eſt multi pretij. Plaut. in Bacch. At nimium pretioſa operaria es. Cic. 3. Offi. Quærit ſi in mari iactura facienda ſit, equi ne pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui utilis. Emptor pretioſus, hoc eſt, ſumptuoſus, qui magno pretio aliquid emit. Hora. 3. Carmi. Ode 6. Seu nauis Hiſpanæ magiſter Dedecorũ pretioſus emptor. Ouid. 3. Amor. Ingenium quondam fuerat pretioſius auro. Pretioſe aduerbium. Cic. 2. de Inuen. Vaſa Magnifica, & pretioſe cælata. Gell. lib. 5. ca. 5. Pretioſe armatum exercitum.

PRIAMVS, pen. corr. (Πρίαμος) Laomedontis Troianorum regis filius, ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, quod eſt emere, auctore Seruio. Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat captus cũ Heſiona ſorore, ſolus pecunia redimi potuit. uel ſecundum alios, quia Hercules eum à uictis hoſtibus redemptũ in paterno regno locauit. Eũ à Ioue originem traxiſſe ferunt, Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troem, qui regionem, quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à ſe dixit. Huius filij fuerunt Aſſaracus, & Ilus, qui urbem totius regionis caput, Ilion à ſe uocauit. Hic filiũ habuit Laomedontẽ, qui pater fuit Priami. At Priamus ipſe, patre ab Hercule interfecto, auro redemptus. Ilion inſtaurauit ſimul & exornauit: regniq; limites uſqueadeo protulit, ut non ſolum Troiæ, ſed totius ferè Aſiæ rex uideretur. Hecubam filiam Ciſſei regis Thraciæ uxorem duxit: habuitq;, teſte Cic. Tuſc. Quæſt. lib. 1. filios quinquaginta, quorum decem & ſeptem ex iuſta uxore ſunt nati: ex quibus fuit & Paris qui repetiturus Heſionẽ ſororẽ, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit, unde motum eſt bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo uidit filios ſuos ferè omnes ab hoſtibus interfectos. Tandẽ capta Ilio & ipſe a Pyrrho Achillis filio occiſus eſt, prope aram Iouis. Hercei, in ſanguine Polytæ filij, ut eſt apud Verg. lib. 2. Aen. Forſitan, & Priami fuerint, quę ſata requiras, &c. At uero ex altero latere Aſſaracus Capyn genuit, ex quo Anchiſes, & ex illo Aeneas. Quam ſanè genealogiã Ouid. lib. 4. Faſt. pulcherrime expreſſit. A Priamo fit Priamides Patronym. prima longa, & Priameius, a, um, prima breui. Fuit & Priamus alius Politæ filius, ſuperioris nepos, quem Aeneas ex Troiæ excidio ſecum in Italiã duxerat. Verg. lib. 5. Aen. Vna acies iuuenum ducit, quam paruus ouantem Nomẽ aui referens Priamus, tua clara Polite Progenies auctura Italos, &c.

PRIAPEIA, (πριαπεῖα) carmen obſcœnum, quod nõnulli Vergilio, alij Ouidio aſſcribunt: quanquam ueriſimilius eſt, multorum ad opus eſſe, ob argumenti ſimilitudinem unum in uolumen congeſtum.

PRIAPISMVS, (πριαπισμός, σατυριασμός) morbus eſt, cum genitale membrum in longitudinẽ protenditur, & in circulum intumeſcit ſine Veneris appetitu: quod morbi genus iis potiſſimũ ſolet uſu uenire, qui ſupini cubare conſueuerunt. Ratio nominis deducta eſt à Priapo obſcœno hortorum Deo, quod qui hoc uitio laborant, colem iuſto maiorem habere conſueuerunt, & inſtar Priapeli membri aſſiduè extentum. Vide plura de hoc apud Galenum lib. 6. de Locis affectis.

PRIAPONNESVS, pe. prod. (Πριαπόννησος) inſula eſt in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

PRIAPVS (Πρίαπος) pe. pro. Liberi patris & Veneris filius, quem ſuperſtitioſa antiquitas hortorũ præſidem credidit. Horat. 2. Serm. Sat. 8. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, Cùm faber addubitans ſcamnum faceret ne Priapum, Maluit eſſe deum. deus hinc ego, furumq; auiumq; maxima formido. Idem & Lãpſacenus dicebatur, à Lampſaco nõ ignobili Troadis urbe ad Helleſpõtum ſita: in qua & natus creditur. Ferunt enim Venerẽ Liberi patris amore captam, ei ex India, redeunti obuiam produſſe, coronamq; illi ex rubentis roſa, tũ primum ex ſanguine ſuo enata, obtuliſſe, eaq; illum coronatum, tanquam ſponſum ſuum ſequi ſe iuſſiſſe. Verùm quum ex illius concubitu grauidam ſeſe, & partui uicinam eſſe animaduerteret, Lampſacum ſeſe contulit, ut ibi partus tempus expectaret. Iuno iterum Zelotypia exagitata, cum ſe parturienti operam ferre ſimulat, peracta prius incantatione, deinde et utero eius contacto, fetu eius cum cæteris omnibus partibus deformem, tum prægrandi pene dehoneſtatum reddidit. Quem cum mater receus natum uidiſſet, pudore affecta, pro neglecto habuit, Lampſacoq; reliquit. Verũ cum poſtea adultus Lãpſacenis mulieribus nimium gratus eſſet, à ciuibus eiectum ferunt. Ob quam rem, quũ neſcio quo malo poſtea premerentur, templa eidẽ & ſacra conſtituerunt, factusq; eſtã hortorum Deus eſt. Immolabantq; ei aſinum, quod cum olim hic Deus in feſto Magnæ matris, ad quos omnes Dij conuenerant, epuliſq; lætati noctẽ luſibus ducebant, Lotidem Nympham, ſiue, ut aliis placet, Veſtam humi dormientem ſtuprare uellet, intempeſtiuo aſini, quo Silenus uehebatur clamore excitata, uirgo manu eum reiecerit, magno omnium, qui aderant, riſu, ut Ouid. fabulatur. l. 1. Faſt. Higinus uerò tradit, ob id Lampſacenos aſinum ei immolare conſueuiſſe, q; ab eodem, quũ de magnitudine membri certarent, ſuperatus uideretur. Vergi. lib. 4. Georg. Et cuſtos furum atq; auium, cum falce ſaligna, Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Adſcribunt etiam nonnulli priſcos illos, quum uellent hominũ pudenda occultius nominare, priapum dixiſſe, Auctor Diodor. li. 5. Eſt et Priapus Helleſponti urbs, teſte Plin. cap. 32. lib. 5. a Priapo Liberi, & Veneris filio

conditã:ſeu ut alij uolunt a Mileſiis nomine Priapi. Coeptus eſt enim ibi coli ob uineta uberrima,quæ iuxta eam in Pariana & Lampſacena regione ſunt, auctore Strab.lib.13.

PRIDEM,{*Gia tempo ha,gia buona pezza di tempo*}temporis aduerb. quod modo de exiguo tempore dicitur:idemq́; ualet quod paulo antè,uel paruo tempore prius, πρὸ ὀλίγου. Plin.lib.7.cap.16. Ipſi uerò pridem uidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelij Taciti equitis Romani. Modo de longiore tempore idemq́; ualet quod multo antè, uel multo tempore prius, πρὸ πολλοῦ. Apuleius:quod pridem Plato affirmauerat. Quod ſi cum pridem aut dudum addamus non,uel quàm,uel ita,ſignificant,multo tempore ante. Plin.lib.1. Medica nō pridē uenit in Italia.i.nō multo tempore ante. Cic pro Roſcio: Quampridem Fanni nomen in aduerſaria retuliſti? hoc eſt, q̄ multo tempore antè. Teren.in Eun. Huc euaſit,quampridē pater mihi,& mater mortui eſſent, id eſt,quantū tempori · præiuit. Cic.in Bruto. Noſtra autem ciuitate nō ita pridē dominatu regio liberata.id eſt,nō multo tempore antè. Vide Val.li.2.c.34.

PRIDIE,aduerbium,(τῇ προτεραίᾳ)& Pridianus,a,um, uide in dictione Poſtridie.

PRIENE,(Πριήνη)urbs maritima (ut inquit Strabo li.12.13.& 14.)quę in uectu Mæandri fluminis inter ipſam,Miletumq́; labentis,mediterranea facta eſt:Biante alumno nobilis,qui patria aliquando ab hoſtibus capta, quū reliqui omnes fugientes quidpiam rerum ſuarū aſportarent,interrogatus ipſe,cur adeò nil afferret:Omnia(inquit)mea mecū fero:ſummas diuitias in animo ſtatuēs.

Meminit huius Cic.in Parad. Inde fit Prienęus & Prienēſis. Sidonius: Prienæe Bia,quòd plus tibi turba malorum.

PRIMÆ,arum,{*Le prime parti*}(τὰ πρωτεῖα,τὰ πρῶτα)pluralis tātūm numeri,idem ualet quod primę partes,uel primus in re aliqua locus:unde Primas ferre,uel tenere dicitur,qui primum in re aliqua locū obtinet. Cic.in Bruto: Ex his Cotta & Sulpitius cum meo iudicio,tum omnium facile primas tulerūt:id eſt,ſapientiſſimi,& doctiſſimi habiti ſunt. Et iterum: Erat excellens iudicio uulgi,& facilè primas tenebat,τὰ πρῶτα ἰλαχεν. Idē de Cla.Orat. Primas in cauſis agebat Hortenſius. Dicimus in eadem ſignificatione, Dare primas alicui. Cic.2.de Orat. Non poſſum equidem nō ingenio primas concedere. Idē 8.Phil. Pater tuus,quo utebar ſene auctore adoleſcens,homo ſeuerus et prudēs primas omnium ciuium P.Naſicę,qui Tiberium Gracchum interfecit,dare ſolebat. Deferre primas alicui.pro eo quod eſt palmam,uel primum locum alicui tribuere. Cic.1.de Natu.deo. Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. Idem ad Attic.lib.1. Amoris erga me, cùm à fraterno amore,domeſticoq́; diſceſſi,tibi primas defero,Id eſt,poſt eos illi es, qui maximo me amore proſequeris. Idem in Orat. Cui primæ ſine controuerſia deferebantur.

PRIMÆVVS,a,um.{*Di età fiorita*}(ὁ ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ)in primo ætatis flore conſtitutus:ſicut Grādæuus grandioris ætatis. Verg.9.Aene. Vix unus Helenor,Et Lycus elapſi:quorum primęuus Helenor. Idem 10. Aene. Primęuo corpore Lauſus. Idem 7. Aen. Primæuo flore iuuentus.

PRIMANI,primæ legionis milites dicebantur,quemadmodum Secundani ſecundæ,Tertiani tertiæ. Tacitus Annal.li.1. Primani,ſtratis uno & uiceſſima nouorum principibus,aquilam abſtulere. Primanus Tribunus, is dicebatur,qui primæ legionis tributum ſcribebat:ut tradit Feſtus,citans Catonis orationem, quam de ius uirt utibus contra Thermum habuit.

PRIMARIVS,a,um,{*Primaio. Dant Coſi diſceſi dal cerchio primaio*}(ἀρχαῖος)quod aliunde non habet originem. Primarius lapis, qui primus in aliquo ędificij fundamento ponitur. Primarij ciues,qui primi ſunt in ciuitate,qui etiam Primates,(οἱ παρὰ ἐκκρίτοις,ἔξαιρετοι)dicuntur. Primarius uir. Cic in Cat.Maio. Plurimæ conſentiunt gentes,populi primariū fuiſſe uirū. Hoc eſt, primū inter populum,& ueluti ceuenitiorem. Cic.5.Verr. Hæc omnis docto ciuitatum,& priuatis primariorum uirorum teſtimoniis. Plin.lib.7.ca.43. Voluiſſe enim primum bellatorem eſſe,optimum oratorem fortiſſimum Imperatorem,&c. Teren.in Phorm. Neq; huius ſis ueritus fœminæ primariæ, Quin tu nouo modo ei faceres contumelias. Primarior loco eſſe, Cic.3.de Fin.

PRIMATES,{*Primati*}dicti ſunt,qui & ſummates ſiue optimates,qui ſunt primi in ciuitate,οἱ πρωτεύοντες. Primatus huius primatus,pen.pro.maſcu.gen.ipſa primatum auctoritas. Plin.lib.13.cap.12. Primatum mutauit Cæſar. Idem lib.8.cap.5. Ob id phaleris argenteis,quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Primatum dare alicui rei. Varr.1.de Re ruſtic.cap.7. Alij dant primatum bonis pratis,ut ego quoq; à quo antiqui prata parata appellabant.

PRIMICERIVS,à cera(ut auctor eſt Hieronymus in Chronicis, & Caſſiodorus in Epiſt.)dicebatur notarum princeps, qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in ceratis tabulis ſcribebant. Idem & Græcè πρωτοκήρυξ dicitur. Amianus Marc. Vexati ſunt multi,& nocentes, & innocentes:inter quos Valentius ex primicerio protectorum tribunus. Ad eundem etiam modum Secundicerius dicebatur,qui ſecundum inter principis notarios,gradum obtinebat.

PRIMIGENIVS,a,um,(ἀρχέγονος, πρωτογενής, πρωτότοκος)idem quod primitiuus. Vnde Primogenia ſemina dicuntur,quæ à natura nobis inſita ſunt,quæ Cic.prima naturæ,& Græci τὰ πρῶτα φύσει appellant. In his numerant incolumitatem,conſeruationemq́; omnium partiū,ualetudinem,ſenſus integros,doloris uacuitatem,uires,pulchritudinem,cęteraq́; huiuſmodi. Varro 1.de Re ruſt.cap.40. In his initus primigenia ſemina dedit natura. Primigenia pecuaria. Idem lib.2.ca.2. Dicam de primigenia pecuaria. Id eſt,de ouibus quales ſint ad fœturam utiles. Verba item uocantur Primigenia,(πρωτότυπα)ut, lego,ſcribo,quæ non ſunt profecta ab alio uerbo ſed ſuas habēt radices. Itē Primigenius ſulcus dicitur,teſte Feſto,qui in cōdenda noua urbe,iunctis tauro & uaca deſignationis cauſa imprimitur. Et primigenia,(τὰ πρωτεῖα)iura primi & maximi natu filij. Primigenia Fortuna Cic.2.de Legib. Fortunaq; ſit uel huiuſce diei nam ualet in omnes dies:uel reſpiciens ad opē ferendam:uel fortis,in quo incerti caſus ſignificantur magis:uel Primigenia à gignendo. Liu.4.Bel.Maced. Et ædē Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla,Duumuir ad ipſum creatus.

PRIMIPARÆ,pen.cor.{*Di primo parto*}(πρωτοτόκοι)dicuntur fœminæ in quouis animalium genere,quæ primo pepererunt. Plin.lib.8.cap.40.de canibus. Et ab ea quæ fœmina fit,ex primipara genita,citius cerni.

PRIMIPILVS,li,(πρῶτος πίλος ἀρχων)centurio primæ cohortis ut Liui.li.7.ſcribit. Nam ordo partes tres habebat,quarum unamquanq́; primum pilū uocabant. Ibidem:Id propter P.Salonium poſtulatum eſt à cōiuratis,qui alternis prope annis & Tribunus militum & primus Centurio erat,quē nunc Primipilum appellant. Cæſ.2.Bell.Gall. In his primipilo P.Sextio Baculo fortiſſimo uiro multis grauibusq́; uulneribus confecto. Primipilus(ut ait Vegetius lib.2.)400 milites ducebat in prima acie,eratq́; caput legionis. Hinc Primipilaris dici uidetur,non tam miles,qui fuerat,ſub cēturione primipili, quàm ipſe centurio qui olim prædictus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur Primipilaris,qua Conſularis. Quintil.li.6.ca.3. An primipilaris ei teſtamento ſunderet ordinare ſuprema iudicia.

PRIMITER,& Primitus,aduerbia à primum,{*Primeramente*}(πρώτως) idem ſignificantia quod primo,teſte Nonio. Lucil.lib.5. Secuti cùm primiter ſi cos populare ſentis. Varr.2.Re ruſtic.cap.2. Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Lucr.li.4. Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur.

A Primitus fit compoſitum Apprimitus idem ſignificans quod apprime,ſiue ualde. Luc.apud Nonium. Ingenti pretio apprimitus paucos.

PRIMITIÆ,arum,{*Primitie*}(ἀπαρχαί,κατάργματα)primi fructus ex agro percepti,qui deo offeruntur. Priſci enim Romani,teſte Plin.li.18.cap.2.non guſtabāt uina,aut nouas fruges,priuſquam ſacerdos primitias libaſſent.

Primitias uitis reſecare conſueuerunt,inquit Colum.lib.4.cap.10.id eſt,prima flagella. Primitiæ operum. Stat.2.Theb. Tu bellis,tu pace feres de more ſequētes Primitias operum,non indignante Diana. Primitiæ armorum. Idem 11. Theb. Hei mihi,primitias armorum,& rite nefaſto Libatus,ſuffuſq; mari. Primitiæ lacrymarum. Idem 6.Theb.5. Primitias egomet lacrymarum, & cędis acerbæ Ante tubas,ferrumq́; tulit.

PRIMITIVS,a,um,{*Principale*}(τὸ πρῶτον)quod in aliqua re primum, & principale eſt. Ouid.12.Metam. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

PRIMITIVVS,a,um, {*Primitiuo*} (πρωτότυπος)quod aliūde nō habet originē. Vnde & Primitiua uerba,quæ aliunde non deriuantur:ut, Amo. Primitiui anni. Colum.de Arbor.cap.23. Ea res & fertilem arborem reddet,et primitiuis annis fructum uinoſum:poſtea uero etiam dulcem,& apyrinum.

PRIMO, {*Nel principio*}(πρῶτον, πρῶτα)ordinis aduerbium, idem ſignificans quod initio,principio,uel ante omnia. Terent.in Phorm. Cœpi aduerſari primò.

PRIMODVM,pro primò. Plaut.in Capt. Primodum opus eſt Piſtoriēſibus.

PRIMOGENITVS,{*Primogenito*}(πρωτότοκος)inquit Hierony m.contra Heliud.eſt qui aperit uuluam,& ante quem nullus eſt genitus,non is quem frater poſt genitus ſubſequitur. Nam & omnis Vnigenitus eſt Primogenitus. Alioqui ſi non primogenitus eſſet,niſi tantum, quem ſequuntur fratres, tandiu ſacerdotibus primogenita non deberentur,quādiu & alia fuerint procreata ne fortè partu non ſequente unigenitus ſit,& non primogenitus. Eſt igitur Primogenitus,non poſt quem alij,ſed ante quem nullus eſt genitus. Plin.libr.11.cap.40. Primogenitus in quacunque parte fines primas præbent. Intellige mammas. Quanquam tabs in pleriſque exemplaribus. Primas genitis,legitur, duabus dictionibus.

PRIMORDIA,{*Principij*}(τὰ πρωτογενέστατα,ἀρχαί)quæ primo ordiuntur:hoc eſt initia. Plin.lib.12.cap.1. Quamobrem par eſt ordinem ſeruare,& arbores ante alia dicere,ac moribus primordia ingerere. Cic.in Parti. Vt primordia rerum,& quaſi præcurrentia,in quibus ineſt aliquid argumenti. Belli primordia, Stat.2. Achil. Dicendi primordia, Quint.li.1.ca.9. Gentis primordia, Ouid.5.Metam. Aſpice,ait,Perſeu noſtræ primordia gentis.

PRIMORES,{*Le ſommità d'ogni coſe*}aliquando adiectiuum eſt,idem ſignificans quod ſummus,uel extremus:ut, Primores ungues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris:nam in neutro genere reliquos caſus non habet Primores(inquit Nonius)dicuntur ſummæ quæq; res. Luc.lib.8.Sat. Gallinacea cū uictor ſe gallus honeſtē Suſtulit in digitos,primoresq́; erigit ungues. Plau.in Bacch. Sic hos digitulis duobus ſumebas primoribus. Idem Trinum. Atque etiam modò uerſabatur mihi in labris primoribus. Primoribus labris guſtare,eſt leuiter quippiam attingere,& quod barbare dicitur Superficialiter. Cic.pro Cælio: Equidem multo. & uidi in hac ciuitate,& audiui, non modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ,et extremis(ut dicitur)digitis attigiſſent.ſed qui totam adoleſcētiam uoluptatibus dediſſent,emerſiſſe aliquādo Primores uiri,hoc eſt,primi ſiue optimates. Suet. Scripta famoſa, uulgoq́; edita,quibus,primores uiri ac fœminæ notabantur,aboleuit. Accuſatiuū ſingularem protulit Gell.lib.16,cap.5. Animaduerti quoſdam,inquit, haudquaquam indoctos uiros opinari,ueſtibulum eſſe partem domus primorem,quam uulgus Atrium uocat. Et Cato cap.81. Surculos in terram demittito, ex tolliroq; primorem partem. Ponitur aliquando Primores ſubſtantiue pro optimatibus. Liu.1.ab Vrb. Reſiſtere Romam tāquam cœleſti uoce iuſſū ipſe ad primores Romulus prouolat. Verg.9.Aene. Protinus armati incedunt: quos omnes euntes Primorum manus ad portas,iuuenumq; ſeniumq; Proſequitur uotis. Vbi Seruius. Primorum:genitiuus hic uenit ab eo quod,eſt,hi Primores,ſicuti hi Proceres:quorum nominatiuus ſingularis nō inuenitur,licet dicamus,huius primoris. Horat.2.Serm.Sat.1. Primores populi arripuit,populumq́; tributim. Nonnunquam pro dentibus anterioribus,qui primi in ridendo reteguntur:Græce τομεῖς & κτένες dicuntur. Plin.li.11.ca.37. Terreſtriū minutis quadrupedibus primores bini utrinq; longiſsimi. Ibidem: Capræ ſuperiores dentes non ſunt,præter primores geminos.

PRIMVLVS,pe.cor.diminutiuū eſt a Primus. Plaut.in Amph. Primulo diluculo abiſti ad legiones. Hinc Primulum,aduerbium. Terent.in Adel. Paullatim plebem primulum facio meam. Plaut.in Menech. Nam tum dentes mihi cadebant primulum.

PRIMVM,{*Primeramente*}(πρῶτον)aduerb.idem ſignificans quod Primo. à quo fiunt compoſita, Quamprimum,& Vt primum. Ponitur autē aliquando in oratione nulla alia ſequente clauſula. Plaut.in Aſin. Cedò tu alium hodie primum

primùm ire aſſuetum in gynæcium? Aliquando alia ſequente clauſula, cui præponitur Præterea, uel Deinde. Terent. in Adelph. Næ ego ſum infœlix: primùm fratrem nuſquam inuenio gentium: Præterea autem dum illum quæro, à uilla mercenarium uidi. Idem in Prolog. Heaut. id primum dicam: deinde quod ueni eloquar. Nonnunquam ſequitur tertia clauſula, cui præponitur poſtremo. Aliquando pro Poſtremo bis ſubiungitur Deinde.

PRIMVS, a, um, {Primo} (πρῶτος) quandoque ad numerũ ſeu ordinem refertur, quemadmodũ, & ſecundus, & tertius. Terent. in Adel. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia. Verg. 2. Aen. Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Cic. Appio lib. 3. Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Planc. Cic. lib. 10. Primæ tuæ ſentẽtiæ infinitis cum muneribus, poſteriores ad tempus arbitriumq; amicorum meorum compoſitæ. Horat. 2. Epiſt. 2. Extremi primorum extremus uſque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos auctores cũ quiſque: ut, Primo quoq; tempore, primo quoq; die. Liu. 6. ab Vrb. Decreuerunt, ut primo quoq; tempore de ea re ad populum ferretur. Cæſar 6. Bell. Gall. Cupiebat Cæſar, ſi qua conditione poſſet, aduerſarios in æquum locum deducere, & primo quoq; tempore bello decernere. Pompeius ad L. Domitiũ: Vt primo quoq; die Luceriam aduenires. Prima quoq; occaſione, (ὅταν τάχιστα ἐγχωρῇ, καὶ τὸν ἐνδεχόμενον χρόνον:) id eſt, ubi primùm ſe ulla offeret occaſio. Plin. Iunior: Proinde prima quaq; occaſione mitte. Quandoque idem ualet quod Princeps, ut eminentiam dicat, non ordinem. Verg. 1. Aene. Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. Quandoque ponitur pro optimo, (ἄριστος) ſicut & Prior pro meliore. Idem 9. Aene. Primos iuuenum tot miſerit Orco. Quandoque pro præcipuo. Idem 12. Aen. Quantos primus patiare labores. Quandoque pro eo, ante quem nullus eſt. Idem 1. Eclog. Hic mihi reſpõſum primus dedit ille petenti. Prima, plurali numero, pro principijs. Liu. libr. 8. Quod bellum, ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubiè perueniſſet ad Romanos. Curtius: Adeoq; aciem uerſatilem poſuit, ut qui ultimi ſtabant ne circuirentur, uerti tamen, & ſtatim circumagi poſſent: itaque non prima q̃ latera, non latera munitiora fuere, quàm terga. Tacit. lib. 18. Quoniam prima conſiliorum fruſtra ceciderunt. Primis labiis guſtare. Cic. 1. de Nat. deo. Hunc cenſes primis (ut dicitur) labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum ſit, putet æternum eſſe poſſe. Hinc fiunt aduerbia, Primò, Apprimè, Primum, Primitus, & Imprimis, de quibus ſuis locis.

PRINCEPS, ipis, {Principe} (πρῶτος) propriè idem eſt quod primus. Cice. 3. Verr. Sicilia princeps ſe ad amicitiam pop. Rom. applicuit, & prima omnium prouincia eſt appellata. Verg. 9. Aen. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, hoc eſt, primus coniecit. Sic Ianuarium Columella Principẽ menſem appellat lib. 11. cap. 2. Principem locum uel gradum obtinere, hoc eſt, primum uel præcipuum. Suet. de Clar. Gram. Principem locum inter Grammaticos tenuit. Cic. pro Domo ſua: Locum principem auctoritatemq; in ſalute mea tenuiſtis. Ab hac ſignificatione tractum eſt, ut qui in ciuitate reliquis auctoritate antecellit, quiq; primum dignitatis locum obtinet, Princeps appelletur. Cic. pro Domo ſua. Ciuitatis longè principes Põpeius. Idem 8. Philip. O dij immortales, q̃ magnum eſt, in ciuitate locum tueri principis. Deaũ princeps Iuno. Ouid. 6. Faſt. Cur igitur regina uocor, princepsq; Dearum? Romani item Imperatores ſuos, q Regum nomen ijs eſſet odioſus, Principes appellarunt. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 4. Nec tamen officium noſtro tibi carmine factum, Principe tam iuſto, poſſe nocere puto. In militia item Romana Principes dicebantur ſecundæ aciei milites, ex robuſtiore ferè ætate collecti, & armis maxime inſignes. Ita enim apud Romanos acies inſtruebatur, ut primi hoſtes aggrederentur manipuli haſtatorũ ex flore iuuenum pubeſcentium collecti. qui ſi hoſtem propulſare non poſſent, à principibus, qui omnes ſcutati erant, in interualla ordinum recipiebantur: principesq; in eorum locum ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſubſequebantur. Si à principibus quoque nõ ſatis fœliciter eſſet pugnatũ, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoq; agmine factu, nullaq; ſpe poſt ſe relicta, unà omnes in hoſtem procedebant. Vide Liu. lib. 8 ab Vrbe. Octauum principem ducere, teſte Budæo, eſt octauum ordinem ducere inter principes. Cic. ad Brutum: Cretenſi bello Metello Imperatore, octauum principem duxit.

PRINCIPALIS, le, {Principale} (ἡγεμονικὸς, κύριος) quod primũ & præcipuum eſt, aut quod principis eſt. Quint. lib. 9. cap. 1. Eſt igitur Tropus, ſermo à naturali, & principali ſignificatione tranſlatus ad aliam, ornandæ orationis gratia. Id eſt, præcipua. Idem lib. 3. cap. 13. Hanc quæſtionem ueluti principalem, uocant ζήτημα. Plin lib. 18. cap. 3. Igitur de cultura agri præcipere, principale fuit & apud exteros. Cic. de Fato: Si omnia fato fiant, ſequi illud quidem, ut omnia cauſis fiant antepoſitis: uerum non principalibus cauſis, & perfectis, ſed adiuuantibus, & proximis. Principalis apparatus, & Res principalis, quæ ſunt principis, uel principe dignæ. Tacit lib. 8. Nullo principali apparatu, ſed uetere egeſtate conſpicuus. Plin. in Paneg. Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos. Principalis porta caſtrorum, inquit Feſtus, nominatur, q in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. Liu. 4. Bel. Mace. Duæ legiones duabus principalibus portis ſigna efferre iuſſæ. Hinc Principaliter, aduerb. præcipue, uel ut decet principem. Plin. in Paneg. Quid uitam, quid mores iuuentutis, q̃ principaliter formas? Seneca: Ille qui non magis dolore, q̃ gaudere principaliter poſſet.

PRINCIPIA, orum, {Primi luoghi del campo} locus in caſtris à principibus militibus ſic appellatus. Inde, Poſt principia eſſe: eſt eſſe in tuto, citraq; periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia. Liu. lib. 8. Decad. 1. Itaque nullus in acie locus tutior, q̃ poſt principia. Terent. in Eunuc. Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia. Vide Chiliad. Eraſmi. Principia in acie pro principibus, ſæpe apud Liu. inuenire eſt. Cic. ad Brutum: Spes libertatis nuſquam niſi in noſtrorum caſtrorum principijs eſt.

PRINCIPIVM, pij, {Principio} (ἀρχή) initium cuiuſuis rei. Cic. 3. de Fin. Omnium rerum principia parua, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur. Idẽ 1. de Nat. deo. Cuius principium aliquod eſt, eius neceſſe eſt eſſe extremum. Principium dicendi, pro orationis exordio: ut, Exalbeſcere in principijs dicẽdi, apud Cic. de Orat. Ibidem. In utroque autem dicendi genere & principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. Interdum accipitur pro fundamento artis uel ſcientiæ, cui innituntur reliqua omnia, quæ in ea traduntur. Cic. 3. de Leg. Quocirca uereor committere, ut nõ bene prouiſa, & diligenter explorata principia ponantur. Interdum accipitur pro primo illo rerum omnium fonte, unde cætera omnia fluxerunt, atque initium ſumpſerunt. Idem 3. Tuſc. Principij nulla eſt origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipſum autem ex re nulla alia naſci poteſt.

PRINCIPIO, aduerb. {Primieramente} (πρῶτον) idem quod primùm. Terent. in Eunuc. Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim. Cic. 1. Offic. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, &c.

PRIOR, oris, {Primo di due} (πρότερος) nomen comparatiuum, quod propriè de duobus dicitur. Cic. in Piſonem: Me Quæſtorem in primis, Aedilem priorem, Prætorem primum pop. Rom. fecit. Idem de Clar. Orat. Etſi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio. Sic Priore loco cauſam dicere, idem pro Quintio. Nonnunquam tamen Priorem de pluribus dici legimus, ut idem ſit quod Primus. Gel. lib. 14. Quotieſq; uſu ueniſſet, ut omnes illi magiſtratus, eodem tempore Romæ eſſent, qui eorum prior alijs eſſet, ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſet. Apul. lib. 2. Flor. Vt Hippias è numero ſophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus. Priores noſtros, pro maioribus noſtris dixit Plin. Epiſt. 4. lib. 3. Veniebat in mentem & ſingulorum hoſpitium iniurias accuſationibus uoluntarijs executos. Et Verg 3. Aen. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores Ortygiam.

PRISCIANVS, Grammaticus Cæſarienſis fuit, qui tempore Iuſtiniani principis floruit. Scripſit de Arte Grammatica ad Iulianum Cõſulem: ad Coſreon uerò Perſarum regem librum de Natur. quæſtionibus: Dionyſiumq; de Situ orbis Latinitate donauit. Sunt qui ſcribant hunc ab initio Chriſtianum, deinde fidei deſertorem fuiſſe. Volaterranus.

PRISCVS, a, um, {Priſco, antico} (ἀρχαῖος) quod ſuperiori ætate fuit: ut, Priſci Latini, qui fuere antequam Roma conderetur. Cice. 3. de Orato. Et illud quod loquuntur, priſcum uiſum iri putat, ſi planè fuerit ruſticanum. Verg. 9. Aen. Priſca fides facto, ſed fama perennis. Martial. lib. 1. Priſca fides taceat, &c.

Gens priſca mortalium, Horat. Epod. 2. More priſco. Ouid. 2. Faſtor. Flamen ad hæc priſco more Dialis erat. Religio priſca, Ouid. 10. Metam. Seueritas priſca. Cic de Aruſp reſpon. Cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificij, mirifica tua ſoror exiſtimatur imitata. Hinc Priſce, aduerbium. Cic. pro M. Cælio: Vtrum me ſecum ſeuere, & grauiter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane.

PRISCVS ELVIDIVS, ſub Nerone Quæſtor Achaiam adminiſtrauit, Quæſtoriusq; adhuc à Pæto Thraſea gener adſcitus, è moribus ſoceri nihil æquè ac libertatem hauſit, opum contemptor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus. Erant quibus appetentior famæ uideretur. Hæc Tacitus. Probus quoque grammaticus de eodem ſic ait: Priſcus (inquit) poſt damnationem Thraſeæ ſoceri ſui, interdicta ſibi Italia, Apolloniam conceſſit. Sed poſt interfectum Neronem reſtitutus à Galba, non aliter quàm in liberæ ciuitatis ſtatu egit. Idẽ poſtea Veſpaſianum in ſtudio libertatis offendit, ut putaret, id optante Clodio, priſtinum libertatis ſtatũ poſſe reuocare. Quo nomine reus, ac præter ſpem abſolutus eſt. Hactenus probus. Priſcus alter, Panites genere, ſophiſta, Theodoſij iunioris epiſtolarum magiſter fuit, qui ſe ſcribit à Cæſare miſſum fuiſſe oratorẽ in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem, ac eius regiam pulcherrime deſcribit, magnifico opere ſumptuoſoq; factam. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, & ipſius Attilæ libros VIII. Præterea declamationes & epiſtolas, ut eſt auctor Suidas.

PRISTINVS, a, um, penul. corr. {Primo} (παλαιός) quod ſuperioribus annis, menſibus, diebus, & noſtra memoria fuit: ut, Priſtina noſtra beneuolentia. Dictum Priſtinum, teſte Priſciano, quaſi primiſtinum. Cic. 5. de Fin. Non neceſſe eſt & illa priſtina remanere. Idem 2. de Diu. Quod cum accidiſſet noſtræ reip. tum priſtinis orbati muneribus, hæc ſtudia reuocare cœpimus. Cæſ. 7. Bel Gal. Tanta tamen uniuerſæ Galliæ conſenſio fuit libertatis uindicandæ, & priſtinæ belli laudis recuperandæ. Gloria priſtina, Verg. 10. Aen. Dignitas priſtina, Cic. Lentulo, lib. 1. Aetas priſtina, Claud. 3. Paneg. Hinc Priſtinalis, & hoc, le, Colum. lib. 7. cap. 9. Vel etiam priſtinale album paſci poteſt. Vbi quidam, & fortè melius, legunt priſtinalis. Dicitur etiam Priſtinum de ijs quæ ſuperioribus ætatibus fuerunt, modò de ijs ſit ſermo, quæ non ſeneſcunt: ut, Pharos & Tyrus nunquam in ſtatum priſtinum redibunt. Aliquando Priſtinus idem eſt quod prior. Curtius: Dies priſtino procelloſior.

PRISTIS, (πρίστις) genus piſcis marini lõgiſſimi, atque anguſti corporis. Pli. lib. 9. cap. 3. ſcribit priſtes in mari Indico ducenum cubitorum eſſe, balænas quaternum iugerum. In hunc piſcem fabulantur Poetæ Scyllæ marini monſtri extrema deſinere. Verg. 3. Aen. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo, Pube tenus, poſtrema immani corpore Priſtis. Ab huius ſimilitudine, nauis oblonga dicta eſt Priſtis. Idem 5. Aenei. Velocem Mneſtheus, agit acri remige priſtin. Vbi Seruius, Si nauem, inquit, intelligas, hæc Piſtris, huius piſtris facit: ſi de bellua, hæc Piſtrix, piſtricis. Etymi tamen ratio Priſtin, & Priſticem potius ſcribendum oſtendit. Videntur enim deduci ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, hoc eſt, à ſecandis fluctibus.

PRIVATVS, a, um, à Primus, {Priuato, particolare} (ἴδιος) quod uniuſcuiuſque proprium eſt, nec eſt commune cum alijs. Cic. de Amic. Qui cum Scipione uixerim, quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Idem de Senec. Manent ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium, & induſtria: nec ea ſolùm in claris & honoratis uiris, ſed in uita etiã priuata & quieta. Idem 1. Offi. Deinde ut communibus utatur pro communibus, priuatis ut ſuis. Sunt autem priuata natura nulla, ſed aut uetere occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt, &c. Cenſus priuatus, Hora. 2. Carm. Ode 15. Domus priuata, Cic. pro Quintio. Vita priuata, Lucan. lib. 7. Odium priuatum. Brutus ad Ciceronem: Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium. Priuatæ feriæ etiã dicebantur ſacrorum propriorũ, uelut dies natales, ut ait Feſtus, fulgurum procurationes, & huiuſmodi priuatæ, quæ fiebant pro familijs ſingulis, & hominibus.

Priuati (οἱ ἰδιῶται) propriè dicuntur, qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate. Cic. lib. 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus

ſure uiuere. Plau. Capt. Hic qualis Imperator, nũc priuatus eſt. Cic. 1. de Inuen. In fortuna quæritur, ſeruus ſit, an liber, pecunioſus, an tenuis: priuatus, an cum poteſtate.

PRIVATIM. {*Priuatamente, ſpecialmente, particolarmente*} (ἰδίᾳ) aduerb. cui opponitur Publicè. Salluſt. in Catil. Exiſtimans publice priuatimq́; alieno ære oppreſſos. Cic. 5. de Fin. Nam aut priuatim aliquid gerere malunt, aut qui, &c. Ponitur aliquãdo Priuatim pro eo quod uulgò dicitur, Specialiter, Particulariter, uel in particulari. Plin. lib. 6. cap. 17. De his priuatim condidit uolumen. In eadem etiam ſignificatione legimus Priuatè. Cic. ad Att. lib. 7. Illud priuatè non aſſeribus, &c.

PRIVERNVM, ni, (Πριούερνον Stephano) urbs Volſcorum, Camillæ patria. Vergil. 11. Aeneid. Pulſus ob inuidiam regno, uireſq́; ſuperbas, Priuerno antiqua Metabus cum excederet urbe. Huius incolæ dicuntur Priuernates, quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc deducitur adiectiuum Priuernatius, a, um: ut, Priuernatium uinum quod inter generoſa Italiæ uina numeratur à Plinio lib. 14. cap. 6. Eſt & Priuernus, uiri proprium, apud Maronem lib. 9. Priuernum Capys, &c.

PRIVIGNVS, gni, {*Figliaſtro*} (πρόγονος) filius mariti, uxoris'ue, cuius prior coniux deceſſit. Dictus Priuignus, quòd prius quàm mater ſecundo nuberet, ſit genitus. Pri, enim antiqui pro præ, dixerunt, teſte Feſto. Brutus ad Cice. Quantò autem magis illa callere uidetur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quàm Cicero, qui alieno tribuat. Propert. lib. 2. Eleg. 1. Pocula priuigno non nocitura ſuo. Priuigna. Cice. ad Attic. libro 13. De uxore Tuberonis, & priuigna, neque poſſum iam abdere, neque uolo Tuberonem defendere.

PRIVILEGIVM, gij, {*Priuilegio*} (προνόμιον, προτίμημα) lex priuatis facta: ſiue lex ad priuatos homines, ſingulosq́; pertinens. Cic. pro Domo ſua: Leges priuatis in hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium. Gellius lib. 10. cap. 20. Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de exitu Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæſtio, neque alia ad genus populi plebis'ue iuſſa leges uocari poſſunt: nõ ſunt enim generalia iuſſa, neque de uniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis cõcepta: quocirca Priuilegia potius uocari debent: quia ueteres Priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus. Priuilegiarius dicitur, cui aliquod priuilegiũ conceſſum eſt: uulgò ab indoctis Priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarij dicti, qui uacabant officio. Vlpianus in lege ſed an hic. ff. quod cum eo qui in al. pot. Rectè, inquit, dicetur occupantis meliorem eſſe conditionem, niſi quis priuilegiarius uenit.

PRIVO, as, {*Priuare*} (ἀποστερέω, στερίσκω) adimo, ſpolio. Plaut. in Aſin. Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio. Cice. 4. Acad. Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat ſenſibus. Idem in Top. Præpoſitio enim In priuat uerbum ea ui, quam haberet, ſi In præpoſitum non fuiſſet: ut dignitas, indignitas. Priuare oculis. Cic. 4. Acad. Priuare uita, Idem in Parad. Priuare communi luce, occidere, Idem pro Quintio. Patriam priuare aſpectu ſuo, Cic. Marcel. lib. 4. Priuans, tis, participium. Cic. in Top. Sunt enim alia cõtraria, quæ priuantia licet appellamus Latinè, Græcè appellatur στερητικά. Priuatus, a, um, participiũ, à Priuor, aris, paſſiuo, ſpoliatus. Ouid. 1. de Pont. Alter ob huic ſimilem priuatus lumine culpam Clamabat media ſe meruiſſe uia. Plau. in Trucul. Tum pol ego & donis priuatus ſum, & perij. Plin. de Viris illuſt. Priuatus ſtipendio. Priuatio, onis, uerbale. Cic. 2. de Fin. Quia dolori non uoluptas cõtraria eſt, ſed doloris priuatio. Idem 1. de Finib. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam uoluptatem.

PRIVS, {*Primero*} (πρότερον) comparatiuum neut. gen. Horat. 2. Serm. Saty. 4. Et quod prius ordine uerbũ eſt, Poſterius facias. Terent. in Eun. Siquidem hercle poſſis, nil prius, neque fortius. Hoc eſt, nihil melius, aut præſtantius. Ouid. in Ibin: Ne'ue ſine exemplis æui cruciere prioris, Sint tua Troianis nõ leuiora malis. Prius, aduerbium, idem q́ ante, uel citius, πρίν. Plaut. in Amph. Prius tua opinione hic adero. Terent. in Heaut. Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit, Prius proditurum te tuam uitam, & Prius Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. hui Quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris. Vergil. 1. Georg. Ac prius, ignotum ferro quàm ſcindimus æquor. Cic. Att. lib. 4. Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm ut tibi gratularer.

PRIVSQVAM. {*Inanti che*} (πρὶν ἤ) ſubcontinuatiua coniunctio, quam nõnulli diuiſis dictionibus efferunt, Prius quàm. Iungitur quandoque Indicatiuo. Cic. 1. Philip. Priuſquam de republica dicere incipio, pauca querar de heſterna M. Antonij iniuria. Terent. in Hecy. Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. Quandoque coniunctiuo. Salluſt. in Catil. Prius quàm incipias, conſulto. & ubi conſulueris, mature opus facto eſt. Verg. 3. Georg. Continuò ferro culpam compeſce, prius quam Dira per incautum ſerpant contagia uulgus.

PRIVVS, a, um, {*Particolare, proprio*} (ἴδιος) idem quod priuatus, ſiue proprius. Nonius: Priuum, eſt proprium uniuſcuiuſque. Horat. lib. 1. Epiſt. Conducto nauigio, æque Nauſeat, ac locuples, quem ducit priua triremis. Antiqui Priua dixerunt pro ſingulis teſte Gell. lib. 10. cap. 20. De ſingulis (inquit) concepta, Priuilegia potius uocari debẽt. quia ueteres Priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus. Liu. lib. 10. Bel. Pun. 3. Feciales cum in Africam ad feriendum fœdus ire iuberentur ipſis poſtulantibus, ſenatuſconſul. in hæc uerba factum eſt, ut priuos lapides ſilices, priuasq́; uerbenas ſecum ferrent. Hoc eſt, ſingulos ſilices, & ſingulas uerbenas.

PRO, præpoſitio eſt ablatiuo caſui ſeruiens, uarios in oratione uſus habens, uariasq́; ſignificationes. Aliquando enim ſignificat ante, (πρό) ut, Pro curia, pro mœnibus. Salluſt. Qui ni maturaſſent pro curia ſocijs ſignum dare. Interdum ponitur loco In: ut, Pro roſtris, Pro cenſu, pro Tribunali. Pli. Epiſt. 301. Poſtulauitq́; ut cognoſcerem pro tribunali. Interdum pro iuxta, ſiue ſecundum, (κατά) ut, Pro Platonis ſententia, pro hominum iudicio. Sedulo moneo, quæ poſſum, pro mea ſapientia. Pro meis uiribus: id eſt, iuxta uel ſecundum meas uires. Pro ſe quiſque uiri: id eſt, quiſque pro uirili. Interdum pro cauſa, ſiue propter: ut quum dicimus, Pro mutuo animo, Pro reconciliata gratia: id eſt, cauſa mutui animi, & cauſa reconciliatæ gratiæ. Plin. Epiſt. 189. Hæc tibi, admonitus immodicæ ſeueritatis exemplo, pro amore mutuo ſcripſi. Terent. in Eunu. Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus ulciſcar. Interdũ pro loco: ut, Peruniam ei dedi pro prædio, &, Sum pro prætore. i. loco prædij, loco prætoris. Terent. in And. Pro illo te ducam. Plin. lib. 2. cap. 7. Pro dijs habent obſcœna. Item ponitur pro auctoritate: ut, Tribuni plebis pro poteſtate interceſſerunt: hoc eſt, auctoritate poteſtatis ſuæ. Item pro defenſione. ὑπέρ. Terent. Nam niſi hæc ita eſſent pro illo haud ſtares. Verg. lib. 9. Pro turribus adſtãt: id eſt, pro defenſione turrium. Ponitur aliquando pro tanquã, ſiue perinde ac ſi. Plau. in Truc. Me quaſi pro derelicta ſis habiturus. Cæſ. 7. Bell. Gal. Quod nobis nihil conſtat, non uidetur pro certo eſſe ponendum. Pro eo ac, uel Pro eo atque, legitur pro Ita ut, uel perinde ut. Sulpitius ad Cic. Sane quàm pro eo ac debui, grauiter, moleſteq́; tuli. Vlpian. Pro eo habendum, atque ſi nullo iure factum eſſet. Eſt & interiectio admirantis, ὦ. Terent. in Adelph. Prò Dij immortales, facinus indignum quod narras? Item Interiectio dolentis, ſeu indignantis. Terent. in Heaut. Prò Deũm atque hominũ fidem. Plau. Pro ſancte Iupiter: quid uideo? Sed his duobus modis circũflectitur, & nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuoq́; iungitur, ut patet ex ſuperioribus exemplis. Cõpoſita uerò temporalem uim habent: ut Prouideo, proſpicio. Quandoque priuatiua eſt, ut Profanus: id eſt, non ſacer. Prohibeo, propudium. Negatur enim cum his ſanctitas, poteſtas, ac pudor. Quandoque accipitur loco E, uel Super: ut, Prominet: id eſt, eminet, uel ſupereminet.

Nonnunquam ſignificat porrò, ſiue in longum: ut, Promiſſa barba. Nonnunquã diu: ut, Protelo, Propando. Interdum procul: ut, Prouincia, quaſi procul ab Italia deuicta: Profugus, procul fugiens: Procella, quæ procul ueniens percellit. Sæpe etiam ultrà ad locum, uel ad aliquem tendere: ut, progredior, proueho. Interdum palam & more ſolenni: ut, Pronuntio, Promulgo. Nonnunquam ante, ut Procurro, propono. Quandoque ualde: ut, Procurruus.

PROAGOGION, (προαγωγεῖον) Latinè productio, uel proſtitutio dici poteſt. Sueton. in Nerone, cap. 28. Super ingenuorum proagogia, & nuptarum cõcubinatus, Veſtali uirgini Rubriæ uim intulit. Dictum Proagogium à uerbo Græco προαγωγεύειν, quod eſt proſtituere, uel lenocinium facere.

PROÆRESIVS, (Προαιρέσιος) inſignis Sophiſta fuit, ex Cæſarea Cappadociæ qui adhuc adoleſcens Antiochiam uenit, permotus fama Vlpiani dicendi magiſtri, apudq́; eum primas tulit. Cum quo paruo poſt tempore Athenas profectus, ſub Iuliano Sophiſta adeò profecit, ut primus inter auditores eſſet. Accerſitus inde in Galliam a Conſtantino principe, Hephæſtionem condiſcipulum comitem ſibi adiunxit: ſummoq́; honore apud Cæſarem habitus, aliquanto pòſt Romam petijt: ubi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem opes ac honoribus auctus, Athenas redijt, ubi magno exceptus applauſu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanium Sophiſtam teſte Suida.

PROANA, orum, (Πρόαρνα, τά) oppidum Theſſaliæ eſt, apud Steph.

PROAVTOR, oris, (πρόγονος) pro progenitore legitur apud Suetonium in Claudio: Appium Cæcum generis ſui proautorem: id eſt, auctorem, & principem. Budæus.

PROAVVS, ui, pen. cor. {*Biſauolo*} (πρόπαππος) aui paterni, uel materni pater. Plaut. in Mil. Pater, auos, proauos, abauos, Cic. de Clar. Orato. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Craſſo, & de tribus proauis, &c. Huius relatiuum eſt Pronepos, à quo fœmininum, Proneptis. A' proauo fœmininum Proauia, (προμάμμη) auiæ mater.

PROBABILIS, le, {*Probabile*} (πιθανόν) dicitur, quod licet fortaſſis non ſit uerum, uidetur tamen rationibus probari poſſe. Plin. Epiſt. 137. Cui minus probabilis ſit cauſa recitandi, quæ dixeris, q̃ edendi? Cic. 1. de Iuuent. Probabile autem eſt id, quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue uerum. Idem in Parad. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Hinc Probabiliter, aduerb. Cic. 1. de Diuin. Illa uerò cur euenirant, quis probabiliter dixerit? Et Probabilitas, atis, Cic. 4. Acad. Certè tam multa non collegiſſet, quæ nos fallerent probabilitate magna, niſi, &c.

PROBATICA piſcina, (προβατικὴ κολυμβήθρα) Hieroſolymis erat, in qua ſacerdotes oues immolandas abluebãt, πρόβατον enim Græcis ouis eſt: & προβατικὸς ouinus: unde Probatica piſcina dicta, quaſi ouina.

PROBALINTHVS, (Προβάλινθος) oppidum fuit Atticæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 7 quod iam tum interierat.

PROBI. {*Buoni, da bene*} (χρηστοὶ, δόκιμοι) boni dicuntur, quaſi prohibi: quòd ſe à delinquendo prohibeant. Plaut. in Trin. Quali'ue amico mea commendaui bona? CA. Probo, & fideli, & fido, &c. Cic. pro Cluent. Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officijs retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt. Per metaphoram Argentum probum, non adulteratum. Liu 2. Bell. Maced. Carthaginienſes eo anno argentum in ſtipendium impoſitũ Romam aduexerunt: id quia probum non eſſe Quæſtores renuntiauerant, experientibusq́; pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua ſumpta intertrimentum argenti ſuppleuerant. Color probus. Columel. lib. 8. cap. 2. Sint matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ. Merx proba. Plaut. in Pœn. Proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt. Probi nummi. Plaut. in Perſo. Nummi ſexcenti hic erunt probi, numerati. Sapor probus. Colum. de Arbor cap. 3. Montibus, cliuisq́; difficulter uineæ conualeſcunt: ſed firmum, probumq́; ſaporem uini præbent. Ingenium probum. Cice. 1. Offic. Sic in ipſo ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Hinc Probè, aduerbiũ, id eſt, bene, rectè, eleganter. Plaut. in Moſtell. Profectò nos probe, ut uolumus, uiximus. Omnibus autem fere uerbis iungi poteſt: ut, Probe curare, Probe decipere, Probe monere, Probe meminiſſe, Probe potus, Probe ornatus: Probe percutere, dixit Plaut. in Amph. id eſt, fortiter. Legitur & Probiter aduerbium, pro probe apud antiquos. Varro: Poſtquam auida libido rapere ac concidere cœpit, ſeq́; opifice, non probiter ſtrepere. Probus contrarij ſunt Improbi, & Reprobi, (ἀδόκιμοι) Improbi (ut inquit Aſconius) contra leges ſunt: ſicut Inofficioſus, contra merita: Inhumanus, contra pietatem. A' Probus fit aliud cõpoſitum contrarium, ſcilicet Irreprobus, qui non eſt reprobus. A' Proba fit Probitas, (καλοκαγαθία, εὐγνωμοσύνη) bonitas. Cic. de Amic. Quòd ſi tanta uis probitatis eſt, ut eam, &c. Ab Improbus, Improbitas. Diminutiuum Probulus: unde & Improbulus. Iuuenalis: Finge tamen te Improbulum.

PROBLEMA, matis, (πρόβλημα) & Problematum, propoſitio eſt, interrogationem habens. Philoſophi proprie, Problemata appellant, rerum abditarũ perquiſitiones & coniuncturas, quibus magis animi quadam acumine, q̃ certa indagine remotiora naturæ arcana explorantur: cuiuſmodi ſunt apud Ariſtotelem & Plutarchum.

PROBO, as, {*Laudare, prouare*} (δοκιμάζω, ἀποδέχομαι, ἀρέσκομαί τινι) laudo, commendo, approbo. Cic. Att. Audio, à bonis uiris hanc cunctationem noſtram non probari. Idem in Cato. Maio. Mihi uero & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa, & tam perdita libido. Id eſt, nullo modo perſuaderi mihi potuit, ut bonam iudicarem, & laudarem tantam libidinem. Hinc probari & ualere in uulgus, uel ad populum, ad uulgus id eſt, populare & plauſibile eſſe Cic. in Parad. Cato autem perfectus, mea ſententia, Stoicus, & ea ſentit, quæ non probantur in uulgus: id eſt, quæ ne ipſum quidem uulgus probat, neque laudat. Contrà Frigere ad populum, eſt improbari. Plus autem probare q̃ laudare. Cic. ad Marium lib. 7. Teq; & iſtam rationem otij tui & laudo uehementer, & probo. Quandoque probare eſt argumentis demonſtrare, ἐλέγχειν καὶ ἀποδεικνύειν, ὑποδεικνύω. Plaut. in Rud. Non probare pernegando mihi potes, niſi pars datur. Quintil. lib. 1. cap. 10. Dialecticè probare. Lucr. lib. 2. Huic ſatis illud erat planum facere atque probare. Ponitur aliquando pro perſuadere, aut fingere: ut Probare ſe pro eunucho, eſt perſuadere ſe eſſe eunuchum, aut fingere ſe eunuchum eſſe. Terent. in Eunuc. Præterea forma, ætas ipſa eſt, facilè ut pro eunucho probes. ſubaudi, te, inquit Dona. Sic etiam dicimus: Homo ſacrilegus probauit ſe pro innocente. Quandoque experimentum facere, tentare. quod Gallicè dicitur, eſſayer, eſprouuer. ut cùm dicimus, Amicos probato: & apud Colum. Probare boues. Ouid. in Epiſt. Phyllidis: Exitus acta probat. Aliquando Probare, eſt efficere, ut probum rectumq́; iudicetur id, quod quis facit, uel dicit. Cic. 1. Verr. Vt in hac cauſa noſtrum officium, ac diligentiam probaremus, hæc quæ, &c. Quandoque permittere. Horat. lib. 1. Carm. Vagus & ſiniſtra Labitur ripa Ioue non probante. Probandus, a, um. Cæſar 5. Bel Gal. Quem locum probandæ uirtutis tuæ expectas? Probatus, a, um, modò participium, modò nomen. Cic. in Tup. Nam & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur, putauit. Ouid. 15. Meta. Crimenq́; petens, ſine teſte probatum. Liu. 7. Bel. Pun. Ita repentè exuit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior, nec probatior primoribus patrum, ſuis pariter alienisq́; eſſet. Probatiſſimus homo, Cic. 4. Verr. Probatiſſima fœmina, Cic. pro Cecin. Probator, oris, (δοκιμαστής) uerbale. qui probat. Cice. 2. Philipp. Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem? Ouid. 2. de Pont. Eleg. 2. Ingenij certè, quo nos malè ſenſimus uſos Artibus exceptis, ſæpe probator eras. Probatio, onis, uerbale fœmininum, δοκιμασία. Cice. 3. Verrin. Quid ita? ne uitioſum opus fieret? at erat probatio tua. Artificialis probatio, Firma probatio, Lineares probationes. Inexpugnabiles probationes, Potentiſſimæ probationes, leguntur apud Quintil. Huius compoſita ſunt, Approbo, Comprobo, (συνεπιτίθεμαι) eiuſdem ferè ſignificationis. Et contraria horum Improbo, & Reprobo, (ἀποκλείω, ψέγω) pro damno, quæ habent penult. corr.

PROBOSCIS, idis, (προβοσκίς) roſtrum elephanti, uel muſcæ: ita dictum q; antè depaſcat. Latini in elephanto manu appellant, q; ea ueluti manu utatur. Plin. lib. 8. cap. 12. Reſoluunt elephanti nodos manu. Nonius Marcellus, Proboſcis, inquit, Græcum nomen eſt, dictum, q; antè depaſcat. Eſt autem porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ excepto homine in alijs animalibus inuenitur. Varro: Inueniſſe ſe factum heroum cum proboſcide.

PROBROSVS, a, um, adiect. {*Vituperoſo, ignominioſo*} (ἐπονείδιστος) ignominioſum. Gell. lib. 1. Manusq́; eius inter agendum forent argutæ admodũ, & geſtuoſæ, maledictis, compellationibus probroſis iactatus eſt. Cic. 5. Ver. Vt ſimul illam quoque eius uocem probroſam agnoſcatis. Horat. 3. Carm. Ode 5. O' pudor, ò magna Carthago probroſis Altior Italiæ ruinis.

PROBRVM, probri, {*Adulterio, ſtupro, uituperio, uillania*} (ὕβρις) ſtuprum, adulterium, flagitium. Sueton. in Cæſare, cap. 43. Quis digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione peregrinarum mercium portoria inſtituit. Vnde lex fuit apud Romanos, ut probrum uirginis Veſtalis capite puniretur. Aliàs ſignificat maledictum, contumeliam ſiue infamiã, dedecus, quę ex ſcelere ſequi ſolent, (αἰσχύνη, ὄνειδος) ut, Datum eſt probro, id eſt, ignominiæ aſcriptum. Liui lib. 2. His freti occurſant portis, ingerunt probra ægrè abſtinent, quin caſtra oppugnent. Epiſtolæ plenę probrorum, apud Cic. ad Attic. lib. 4.

PROBVS, a, um, Vide Probi ſuprà.

PROBVS Berytius, Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magiſtri perſonam ſuſtineret: unum & alterum, uel cum plurimum, tres aut quatuor pomeridianis horis admittere ſolebat, cubansq́; inter longos & uulgares ſermones legere quædam, idq́; perrarò. Nimis parua & exigua de quibuſdã minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſyluam obſeruationem ſermonis antiqui: Ab initio enim ad ſtudia ſe contulit, poſtquam in militia diu centuriatum fruſtrà petiſſet. Hæc ex Tranquillo.

PROCAPIS, pen. cor. progenies quæ ab uno capite procedit. Feſtus.

PROCAS, (πρόκας) Rex Albanorum fuit, pater Amulij & Numitoris, & auus Romuli & Remi, cuius meminit Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. Verg. lib. 6. Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

PROCAX, acis, pe. gen. pro. {*Procace, petulante, laſciuo*} (ἀσελγής) laſciuus, petulans, improbus, proteruus: quod nomen à procando. i. poſcendo dictum eſſe, docet Nonius Marcellus, ex ſententia Cic. lib. 4. de Repub. cuius hæc citat uerba: A procando id eſt poſcendo Procacitas nominata eſt. Alij tamen à Prociendo, id eſt, prouocando, ſiue laceſſendo dictum malunt. Cic. pro Cæl. Temeraria & procax mulier. Ibidem: Vt non ſolùm meretrix, ſed etiam procax uideatur. Idem lib. 3. Epiſt. Scio te non eſſe procacem in laceſſendo. Terent. in Hecy. Ma ligna multò, & magis procax illicò facta eſt. Transfertur etiam ad inanimata: quod & Nonius adnotauit. Verg. 1. Aenei. Penitusq́; procacibus Auſtris.

Hinc Procacitas, atis, (ἀσέλγεια) petulantia, laſciuia, improbitas, proteruia. Cic. in Salluſt. Non enim procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. Ibidem: Ne incidam in idem uitium procacitatis, quod huic obijcio. Procaciter, aduerb. proteruè, petulanter: unde Procacius, & Procaciſſime. Liu. 8. Bel. Pun. Flagitatum quoque ſtipendium procacius q̃ ex more, & modeſtia militari erat.

PROCEDO, is, pen. pro. {*Procedere andare inanzi*} (προβαίνω, πρόειμι, προχωρέω) progredior. Cic. 1. de Diuin. In ſella aurea ſedit, & cum purpurea ueſte proceſſit. Cæſ. 1. Bel. Ciui. Tali dum pugnatur modo, lente, ac paulatim proceditur. Cic. pro Seſt. Huic ad urbem uenienti tota ubiuiam ciuitas cum lachrymis gemituq́; proceſſerat. Sall. in Iugurt. Sed ubi plerunque noctis proceſſit quod eſt, quaſi præterijt. Aliquando eſt bene, uel male cadere, ſiue cedere. Plaut. in Capt. Neque ieiuniosiorem, neque magis effractũ fame uidi: nec cui minus procedat, quicquid facere occeperit. Liu. 1. ab Vrbe. Tentata res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. ubi id parum proceſſit, obſidione, munitionibusq́; cœpti premi hoſtes. Procedere in pedes, & pedibus gigni, idem ſignificant. hoc eſt fœtum ita naſci, ut pedes ex utero primores emergant. Plin. lib. 7. cap. 8. In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt. Procedere in philoſophia, eſt proficere. Cic. 3. de Finib. Qui tum in philoſophia, tum in optimo genere philoſophię tantum proceſſerit. Procedunt ſtipendia militibus, quod uulgò dicitur, currunt. Liu. 5. Bel. Pun. Tribuni plebis, ſi ijs uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & uiginti annorum, aut maiores milites facti eſſent. Procedens, tis, participium. Cic. 3. Tuſcu. Quod ita eſſe dies declarat: quæ procedẽs ita mitigat, ut ijſdem malis manentibus non modo leniatur ægritudo, ſed in pleriſque tollatur. Tempore procedente, pro eo quod dicimus Succeſſu temporis. Plin. lib. 11. cap. 16. Tẽpore procedente inſtillant cibos. Plin. Iun. Epiſt. 64. Sed uereor, ne procedente tempore ex ipſo remedio uitia naſcantur.

PROCELEVSMATICVS, (προκελευσματικός) pes ex quatuor ſyllabis breuibus conſtans: ita dictus quòd ob celeritatem, breuiumq́; ſyllabarum concurſum, celeuſmati, hoc eſt, nauticę cohortationi eſſet aptiſſimus: ſiue q; in ſacris Mineruæ carmen quoddam hoc pede conſtans primo loco cani ſolebat.

PROCELLA, æ, {*Procella, tempeſta*} (θύελλα) eſt uis uenti cum pluuia, nec durans, & in mari potius, q̃ in terra. Dicta ab eo, q; omnia procellat: id eſt, moueat, & concutiat. Verg. 1. Aen. Creberq́; procellis Aphricus. Ouid. 11. Meta. Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ: Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam. Horat. Ode 9. Aut mare Caſpium Vexant inæquales procellæ. Vergil. 1. Aeneid. Talia iactanti ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit, fluctusq́; ad ſydera tollit. Per translationem accipitur pro moleſtia, turba, ſiue inquietudine Cic pro Cluen. Et uitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorum anfractu, ſequi maluiſſe. Irarũ procellæ, Silius lib. 11. Hinc Procelloſus, a, um, (θυελλώδης) procellis plenus. Liui. 10. Bel. Maced. Ver procelloſum eo anno fuit. Plin lib. 18. cap. 35. Nubecula quamuis parua uentum procelloſum dabit.

PROCELLO, is, {*Percuotere, battere ſottoſopra*} (ἀνατρέπω) concutio, euerto: unde Procella. Plin. in Paneg. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo perculerat.

PROCERASTIS, (προκεραστίς) oppidum Bithyniæ, ad Boſphorum Thracium, è regione Byzantij, quod notiore nomine Chalcedron appellatur. Auctor Plin. lib. 5. cap. ult.

PROCERES, pen. cor. {προσβολαί} capita trabium, hoc eſt, mutuli quidam in parietibus extantes. Hinc principes ciuitatis Proceres, (οἱ δυναστεύοντες) appellati ſunt. q; ij ita in ciuitate eminent, ſicut illi in ædificijs. Verg. 1. Aen. Poſt alij proceres. Liui. 1. ab Vrb. cond. Cùm conſenſum, deosq́; conſociatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorum. Caſtrorum proceres, Luca. lib 7. Rerum proceres Paulus & Flaminius, Sil. lib. 11. Proceres gulæ, pro principibus helluonum, apud Plin lib. 9. cap. 17. Huius nominis accuſatiuo ſingulari uſus eſt Iuuen. Saty. 8. Agnoſco procerem.

PROCERITAS, tatis, {*Longhezza*} (μῆκος) prolixitas, ſtaturæ altitudo. Plin. in Paneg. Tu ſola corporis proceritate clarior alijs. Cic. de Senec. Cùm autem mirarentur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines.

PROCERITAS, (inquit Calepinus) id eſt malo ſpiritu afflatus: citans locum Plauti ex Pœnulo: Neque nos populus proceritis inſectabit lapidibus. Quo tamen locus qui uel primoribus labris literas deguſtarit, facile deprehendet. Proceritis, duabus dictionibus eſſe legendum, pro eo quod eſt, Tanquam ceritos, id eſt, furioſos.

PROCERVS, a, um, pe. pro. {*Longo, alto*} (ὑψηλός, μέγας, ἰσχυρός, προμήκης) prolixus, & in longitudinem productus. Quod nomen quidam à cera deriuãt, quaſi ad ſimilitudinẽ ceræ protenſum propter facilitatem. Alij à creſcendo quaſi procretum. Horat. 2. Sermo Saty. 2. Quò pertinet ergo Proceres odiſſe lupos. Verg. 7. Eclog. Atq; ſolo proceras erigit alnos. Horat. 3. Carm Ode 25. Proceras manibus uertere fraxinos. Huius compoſitum eſt Improcerus. Gell. lib. 4. Aduertimusq́; hinc elici tarditatem, corporaq́; eorum improcera fieri, minusq́ adoleſcere. Procere, aduerbium. Cic. 3. de Orat. Brachium procerius proiectũ, quaſi quoddam telum orationis.

PROCESSVS, us, {*Proceſſo, progreſſo*} (πρόβασις, προκοπή, προχώρησις) idem quod progreſſus. Cic. pro Lege Manil. Vt ex ijs locis à militibus noſtris reditus magis maturus, q̃ proceſſus longior quęreretur. Nonnunquam accipitur pro promotione, ſiue profectu. προκοπή. Sueto. de Clar. Gramm. Ad ſummam, Philologus, ab ſe... nominatus ipſe, ad Lælium Hermam ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere. Aliquando pro ſucceſſu, ſiue euentu. Seneca Epiſt. 116. Quæruntur & de conſilijs, & de proceſſibus ſuis: maluntq́; ſemper, quæ reliquerunt.

PROCESTRIVM, ſtrij, ædificium patulum putatur fuiſſe ante caſtra, æqualibus diſtinctum interuallis columnarum, ſupra quarum epiſtylia arcus curuabantur. Inde dictum quòd pro caſtris, id eſt, ante caſtra ſitum eſſet, aditumq́; ad ea præberet. Quidam Proceſtrium interpretantur locum ante cubicula magnatum, in quo, quieſcente hero corporis cuſtodes excubias agunt: decepti opinor deprauata lectione loci cuiuſdam Plinij Iunioris ex Epiſtola ad Gallum, ubi ſic legunt. Poſt hanc cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimento hybernum, cum tamen caſtigatiora exemplaria, Cubiculum cum procœtone, legendum oſtendant.

PROCHEMASIS, ſiue Prochimaſis, (προχείμασις) præcedens tempeſtatū ſignificatio. Plin. lib. 18. cap. 25. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrēte, nec paucis diebus, tempeſtatum ſignificatione, quod Prochemaſin Græci uocant: nunc poſt ueniente, quod Epichemaſin.

PROCHYTA, tæ, pen. cor. (προχύτη) & Prochyte, tes, inſula in Puteolano ſinu: dicta quaſi profuſa, ἀπὸ τοῦ προχύειν, quod eſt profundere. Ferunt enim Inarimes uicinæ inſulæ montem terræ motu concuſſum, inſulam hanc fudiſſe. At Dionyſ. lib. 1. ſcribit Prochytam dictam eſſe à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis. De hac Verg. lib. 9. Tum ſonitu Prochyta alta tremit. Prochytes uerò maſc. gen. (προχύτης) uaſis genus erat, quo in ſacris utebantur: quod & ipſum à profundendo nomen accepit.

PROCI, {Proci, riuali} (μνηστῆρες) dicuntur qui uirginis, mulieris'ue nuptias ambiunt. à procando, id eſt, poſcendo dicti. Ouid. Epiſt. 1. Turba ruunt in me luxurioſa proci. Cic. de Clar. Orato. Et hos ignotos & impudentes procos repudiemus. Ouid. 4. Metam. Multorumq́; fuit ſpes inuidioſa procorum. Verg. 4. Aen. En quid agam? rurſus'ne procos irriſa priores Experar?

PROCIDO, is, pen. cor. {Gettarſi à terra} (προπίπτω, προπίπτειν) procidi, procaſum, pronus cado, humi me proſterno, uehementer inclinor. Gellius: Nam quum multis annis poſtea ſcena, quæ prociderat, refecta eſſet. Liu. 5. Bel. Mace. Saxum ingēs ſiue imbribus, ſeu motu terræ leuiore, quam ut alioqui ſentiretur, labefactatum, in uicum Iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppreſſit. Ibidem lib. 1. Muri quoque pars ariete incuſſo ſubruta, multis iam locis prociderat. Hinc Procidentia, tiæ, actus ipſe procidendi. Plin. lib. 34. cap. 18. Vſus eius ex eodem & in oculorum medicamentis, & maximè contrà procidentiam eorum, & inanitatem, &c. Procidentia ſedis, Plin. lib. 24. cap. 11. Prociduus, adiect. quod procidit. Plin. lib. 20. cap. 20. Infantium cerebro imponitur, umbilicoq́; prociduo. Idem lib. 16. cap. 12. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice procidua atque detruncata. Idem lib. 21. cap. 20. Teſtes uerò & ſedem prociduam, quæq́; illis ſunt uitia.

PROCIEO, es, prociui, procitum, pen. cor. {Domandare} idem quod peto. Liuius: Matrem procitum plurimi uenerunt. id eſt, petitū, ut interpretatur. Feſtus.

PROCILIVS Grammaticus, cuius meminit Seneca uir ſuis temporibus doctiſſimus fuit, qui in itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptiis literis ſcriptum fuiſſe, tunc demum Aegyptum liberam fore, quū in eam ueniſſent Romani faſces. Auctor Lamprid.

PROCINGO, gis {Apparecchiare} (παρασκευάζω) apparo. Hinc Procinctus, a, um, paratus, expeditus.

PROCINCTA claſſis, {Eſſercito in ordinanza} teſte Feſto dicebatur exercitus ad pugnā paratus (παρατάξις εἰς μάχην ἐξωπλισμένων συντεταγμένη, εἰς προβολὴν κατεστᾶσα) q̄ pugnaturi ritu prius cingerentur Gabino: & q̄ Claſſem uetuſtius fuerit hominum dici, q̄ nautum multitudinem. Gell. lib. 1. cap. 11. Cùm procinctæ igitur claſſes erant, & inſtructa acies.

PROCINCTVS, us {Apparecchiamento di guerra} (προβολή, παρασκευή) dicitur apparatus bellicus, ſiue ipſa præparatio quæ fit ab his, qui aut in expeditionem profecturi ſunt, aut ad prælium exituri. Cic. 2. de Natu. deor. Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. Plin. lib. 23. cap. 1. Curas, uigoremq́; animi impedit ad procinctum tendentibus. In procinctu facere, expeditè, & celeriter. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 9. Hæc in procinctu carmina facta puta. In procinctu ſtare, eſt accinctum eſſe. Quintil. lib. 12. cap. 9. Cui diſciplina & ſtudium, & exercitatio dederit uires etiam facilitatis: quem q́; armatum ſemper, ac uelut in procinctu ſtantem, non magis unquam in cauſis oratio, q̄ in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet. In procinctu habere. Gell. lib. 1. cap. 11. Atque fœminas etiam tibicinas in exercitu, atque in procinctu habuit.

PROCIO, is, iui, itum, pen. pro. idem quod rumpo: atque irritum facio. Hinc Iureconſultus, irritum & ruptum teſtamentum, Procitum dicit Feſtus.

PROCITO, tas, pen. cor. (προκαλοῦμαι) idem quod prouocito: Citare enim uocitare eſt.

PROCLAMO, mas, {Proclamare} (ἀναβοάω, ἐκφώνησαι) palam & ualde clamo, uociferor. Liu. lib. 1. Moti homines ſunt in eo iudicio maximè Publio Horatij patre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare: ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe. Cic. 7. Verr. Adſunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quæ nuſquam erat, nec unquam fuit, proclamant. Proclamator, oris, Cic. 1 de Orato. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus: ſed eum uirum, qui primum ſit eius artis antiſtes.

PROCLINO, as, pen. pro. {Inchinare} (ἐγκλίνω) idem quod inclino. Colum. lib. 7. cap. 10. Earum notanda ſunt capita, quam in partem proclinentur. Proclinatus, a, um, participium. Ouid. 2. Triſt. Cùm cœpit quaſſata domus ſubſidere, partes In proclinatas omne recumbit onus.

PROCLIVIS, ue, pen. pro. {Inchinato all'ingiu} (ἐπίφορος, ἐπιρρεπὴς εὐκατάφορος) quod pronum inclinatumq́; eſt, ut ait Donatus. Liu. 5. ab Vrb. Quo ſucceſſerit magis in arduum, eò pelli poſſe per procliue facilius rati. Colu. lib. 9. cap. 5. de Apibus. Cum onere per procliuia non ægrè deuolent. Impetus procliuis undarum, Lucr. lib. 6. Per tranſlationem ſecundum Cic. lib. 4. Tuſcul. dicitur propriè in malis, de his ſcilicet, qui ad aliquod uitium proni, inclinatiq́; ſunt. Terent. in And. Ita ut ingenium eſt omnium hominum ab labore procliue ad libidinem. Cic. 10 Partit. Adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem. Silius lib. 13. Scelerii procliuis egeſtas. Procliue etiam dicitur, quod facile factu eſt. Videlicet procliue eſſe, eſt facile, & in promptu eſſe. Plaut. in Capti. Tam hoc quidē tibi in procliui, quàm imber eſt, quando pluit. Cic. 2. Offic. Sed cùm in hominibus iuuandis aut mores ſpectari, aut fortuna ſoleat, dictu quidem eſt procliue.

Hinc Procliuiter, procliuius, procliuiſſimè, aduerbium. Cic. 5. de Finib. Qui ſperant, facilius, & procliuius ad laudem nobilitatis peruenitur.

PROCLIVITAS, atis, (καταφέρεια, ἐφόδιον) eſt naturalis inclinatio in rem aliquam præſertim uitioſam. Nam in rebus bonis & laudabilibus, propriè Facilitas dicitur. Cic. 4. Tuſcul. Atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. Ibidem: Procliuitas ad ægrotandum: ſed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona ſunt aptiores, Facilitas nominetur: in malis Procliuitas, ut ſignificet lapſionem.

PROCLVS, (Πρόκλος) Lycius, diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus. præfuit ſcholæ Athenienſi cuius diſcipulus & ſucceſſor fuit Marinus Neopolitanus. Scripſit plura in Grammatica & Philoſophia. Commentarios in totum Homerū, in Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in Remp. Platonis, præterea contra Chriſtianos Epicheremata XVIII. Hic eſt Proclus, qui poſt Porphyrium ſecūdus cōtra nos latrauit: aduerſus quem Iohannes cognomento Grammaticus ſcripſit apologiam, dictans eum, quanquam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe, & in hac parte indoctum. Auctor Suidas. Is etiam eſt, cuius hodie commentarios in Platonem habens. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad cōſulatū uſq́; prouectus eſt, ut ſcribit Spartianus. Proclus item alius fuit Mallocotes patria, qui ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & contra Epicurum. Proclus cognomento Proculeius è Laodicea Syriæ, qui ſcripſit mythologiam, in fabulam Pandoræ, apud Heſiodum: item Aurea carmina, Iſagogem in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædam geometrica. Proclum Naucratitam his Philoſtratus addit, qui dicit unum fuiſſe ex ſuis præceptoribus, ac docuiſſe Athenis, filiumq́; habuiſſe luxui deditum, in quem non modo non ſeuerus fuit, uerū etiā uſque adeò indulgens, ut in alendis canibus auibusq́; ei adeſſet, dictitans, has nugas eum citius cum ſenibus dimiſſurum, q̄ cum æqualibus. In docendo hunc omnino fertur ſeruaſſe morem, ut ab initio à diſcipulis centum drachmas pro toto tius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata: ut illi ſolùm lectioni intenti, dum congererentur, minimè per otium, uti moris eſt in ludo, mutuum inter iurgijs ſibilis'ue perſtreperent. Philoſtrat.

PROCO, as, are, {Adimandare impudentemente} teſte Feſto, antiqui dicebāt pro eo quod eſt poſcere, ſeu impudenter petere: unde & Procacitas dicta eſt: quod & Nonius annotauit, citans illud Ciceronis ex lib. 4. de Repub. A' procando, id eſt, poſcendo Procacitas nominata eſt.

PROCOETON, onis, (προκοιτών) locus ante cubiculum magnatum, in quo quieſcente domino, corporis cuſtodes excubant. Nam πρόκοιτος Græcis eſt excubitor, & προκοιτεῖν, excubare. Vnde προκοιτών, quaſi excubitorum. Plin. Epiſt. 41. Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum.

PROCONNESSVS, {Marmora} (Προκόννησος) inſula Propontidis, ante Cyzicum, alio nomine Elaphonneſus dicta: utroque nomine à ceruis deducto. Hinc Proconneſius, a, um. Plin. lib. 5. cap. ult.

PROCONSVL, proconſulis, pe. cor. maſc. gen. (ἀνθύπατος) qui cum poteſtate conſulari extraordinaria ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur. Cic. 2. de Diui. Quàm mihi ſunt anni, cùm bella à proconſulibus, & proprætoribus adminiſtrantur. Proconſulatus, us, dignitas proconſulis. Pli. lib. 14. cap. 22. Ad proconſulatum uſque è Prætura honoribus geſtis. Plin. Iun. Epiſt. 12. Summotum à proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat. Proconſularis, re, ad proconſulem pertinens. Gell. lib. 5, cap. 14. Cum prouinciam Africā proconſulari imperio meus dominus obtineret.

PROCOPIVS, (Προκόπιος) è Cæſarea Palæſtinæ, orator & ſophiſta, ſcripſit res Iuſtiniani, quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Beliſarium patricium geſſerat. Cuius ſcriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Compoſuit item alterum librum, quem inſcripſit ἀνέκδοτα, id eſt, non edenda, ſiue nō edita: Iuſtiniani, & eius uxoris Theodoræ uituperationem continentem. Auctor Suidas. Procopius, alius fuit tyrannus Conſtantinopolitanus, qui inſurgens cōtra Valentem principem, apud Natoriam Phrygiæ ciuitatem in eius poteſtatē cum exercitu uenit, proditus à duobus militibus: alligatus deinde duabus per uim reflexis arboribus, diſceptus eſt, de proditoribus etiam ſumptum ſupplicium. Ex hiſtoria tripartita.

PROCRASTINO, as, pe. cor. {Prolongare di giorno in giorno} (ὑπερημερεύω, ἀναβάλλομαι) prolongo, diem de die traho, differo. Gell. lib. 16. Quæ reliquit perfecta expolitaq́;, omni poeticæ uenuſtatis laude florent. Sed quę procraſtinata ſunt ab eo, ut poſt recenſerentur, nequaquam poetæ nomine atq; iudicio digna ſunt. Cic. pro Sexto Roſc. Amer. Ac primò rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperunt, deinde aliquantò lentius agere, atque deludere. Hinc Procraſtinatio, uerbale, dilatio. Idem 6. Philip. Nam cum pleriſque in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt, tum hoc bellum indiget celeritatis.

PROCREO, as, are, {Procreare, generare} (γεννάω) liberos generare. Plaut. in Mil. Nam procreare liberos, lepidum eſt onus. Cic. 3. de Fin. Atque ut è natura uiuat uxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare. Idem antequam iret in exil. Sic cum ab initio ſis animatus, ut non magis me mea cauſa putarem eſſe natum, q̄ Reip. procreatum. Hinc fiunt procreator, Procreatrix, & Procreatio uerbalia. Cic. de Vniuerſi. Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex ſua mente, & uoluntate genuiſſet. Idem 1. de Orat. Neq; enim te fugit, laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quaſi parentem eſſe eam, quam φιλοσοφίαν Græci uocant. Idem 1. Tuſcul. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis?

PROCRIS, (Πρόκρις) Erechthei Athenienſium regis filia fuit, & ſoror Orithyiæ, quæ Cephalo nupſit: qui cum caſtitatis uxoris ſuæ periculum facere uellet, Auroræ opera, quæ illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam ſolicitauit: cumq́; illa pretij magnitudine propemodū ſuccumberet, Cephalus recepta priori forma, perfidiam illi exprobrauit. Quod Procris cum inficias ire non poſſet, pudore impulſa, relicto uiro, domumq́; eius peroſa, in ſyluas ſeſe locaq́; deſerta contulit. Tandem tamen uiro reconciliata, iaculum ei ineuitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quem à Minoe dono acceperat. Poſtea cum à ruſtico quopiam audiſſet, Cephalum Auræ cuiuſdā amore teneri, (cuius ille nomen inter uenandum, cum æſtu laboraret, ſæpius inculcabat) in frutetis ſeſe occultauit, ut pellicem deprehenderet. Cum itaque Cephalus æſtu laboreq́; fatigatus, ſe in uirgulta recepiſſet, & ſub arboris quadam umbra recumbens, Auram ex more inuocaret, Procris ſuſpicata iam pellicem affuturam, quò rem omnem melius cognoſceret ſeſe erigens, uirgulta commouit. Qua re animaduerſa Cephalus, feram ratus, iaculum ſuum emiſit, uxoremq́; chariſſimam ineuitabili ictu interfecit. Fabulam hanc latius exequitur Ouid. lib. 7. Metamorph.

PROCRVSTES, (Προκρούστης Plutarch. in Romu.) latro inſignis in Attica regione, ad Cephiſum flumen habitans: qui hoſpites interimere ſolitus, tandem

dem à Theſeo eſt interfectus. Ouid. 7. Metamor. Tellus Epidauria per te Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem: Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.

PROCRESCO, is, {Creſcere} (αὐξάνομαι) idem quod ſimplex creſco, uel augeor. Lucr. lib. 2. Et res progigni, & genitas procreſcere poſſe.

PROCVBITOR, oris, (φύλαξ, προκοιτος) qui noctu cuſtodiæ cauſa excubat, quum caſtra hoſtium in proximo ſunt. Feſtus.

PROCVBO, as, pen. cor. procubui, bitum, propriè idem eſt quod procumbo, κατάκειμαι. Interdum idem quod uigilo, ſiue excubias ago, προκοιτέω. Vnde Procubitores (πρόκοιτοι) dicti ſunt, hoc eſt, excubitores ſiue uigiles. Nonnunquam idem quod demitti uel inclinari. Verg. 3. Georg. Muſcus ubi, & uiridiſſima gramine ripa, Speluncæq; tegant, & ſaxea procubet umbra.

PROCVDO, is, pen. pro. {Aſſottigliare, aguzzare battendo} (παρατείνω, παρακαλύπτω) ſignificat prolato, cudendo extenuo, ſeu probè cudo, exacuo'ue. Verg. lib. 1. Georg. Durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem. Ita procudit enſes, Horat. 4. Carm. Ode 15. Procudere dolos, Plaut. in Pſeud. Linguam procudere, Cic. 3. de Orat. Non enim ſolum acuenda nobis, neque procudenda lingua eſt: ſed onerandum complendumq; pectus maximarum rerum, & plurimarum ſuauitate, copia, uarietate.

PROCVL, {Di lontano, da longi} (ἀπωθεν πόῤῥω) aduerbiũ, idem ſignificans quod longè, quaſi procul ab oculis. Dicitur & de loco minus longinquo. Vergil. 5. Aen. Eſt procul in pelago ſaxum. Quod certe non nimis longe fuiſſe debet intelligi, ne periret uoluptas ſpectaculi. Idem in Sileno: Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Vbi Seruius: Procul, modò propè: nam intulit, tantum capiti delapſa, ut oſtenderet non longius prouolutam eſſe coronam. Dicimus aliquando, Procul hinc: id eſt, longe ab hoc loco. Terent. in Hecy. Quam cum ſermonem habuerit, procul hinc ſtans accepi, uxor. Item procul abſcunde. Cic. 4. Verr. Quia non poſſet negare ab illis pecuniam datam, non quæ ſunt procul alicunde. Procul, pro longe, habet aliquando ſequentem A, præpoſitionem cum ablatiuo. Terent. in Adelph. Poſtremò quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul. Aliquando & Procul, & Longe, ſimul in eadem oratione ponuntur. Plaut. in Curc. Hac noctu in ſomnis uiſus ſum uiderier procul ſedere longe à me Aeſculapium. Procul aliquando propoſitio eſt, deſeruiens quandoq; ablatiuo. ut, Procul dubio, perinde eſt ac ſi dicas, certe. Suet. in Clau. Cæſ. Reliquit filium omnibus gentis ſuæ procul dubio præferendum. Ad eundem etiam modum dicimus Procul uero, pro eo, quod eſt à ueritate abhorrens. Colum. in Præfat. lib. 1. Nam illud procul uero eſt, quod pleriq; crediderunt, facillimam eſſe, &c.

PROCVLCO, as, {Conculcare, atterrare} (καταπατέω) cõculco, protero. Columel. lib. 2. cap. 20. Nam à pecudibus legumina proculcantur: herbæ etiam atteruntur ungulis: atque glabreſcit, & fit idonea trituræ area. Liu. 10. ab Vrbe. Et turbatus eques ſua ipſe ſubſidia territis equis proculcauit. Ouid. 8. Meta. Is modò creſcentes ſegetes proculcat in herba.

PROCVLEIVS (προκουλήϊος) ut ſcribit Acron, Horatij interpres, eques fuit Romanus, Auguſti amiciſſimus, qui adeo pius erga fratres ſuos Scipionem & Murænam fuit, ut ſpoliatis bello ciuili patrimonium ſuum ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiſerat. Hæc Acron apud Horat. lib. 2. Carm. Huius meminit, & Plutarchus in uita Antonij, dicens, Antoniũ paulò antè quàm expiraret, admonuiſſe reginam Cleopatram, ut ſibi ac rebus ſuis conſuleret: & maximè omnium, qui cum Cæſare Auguſto erant, Proculeio ſe crederet. Mortuo Antonio Auguſtus Proculeiũ miſit, ut curaret Cleopatram uiuam in ſuã poteſtatem perducendam: cumq; illa arrepto enſe uellet ſibi mortem inferre, Proculeius enſem è manibus ademit.

PROCVLIVNT, promittunt ait ſignificare Antiſtius de iure pontificali lib. 9. Feſtus.

PROCVMBO, is, {Giacere in terra} (κατάκειμαι) proſternor, humi iaceo. Liu. lib. 1. Ipſum feſſum uia procubuiſſe. Colum. lib. 1. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, uel ut minimum nouem. Quæ menſura & ad procumbendũ pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat. Verg. 1. Aeneid. Ne grauidis procumbat culmus ariſtis. Idem 8. Aen. Et uiridi fœtam Mauortis in antro Procubuiſſe lupam. Significat interdum demitti. Plin. lib. 16. cap. 36. de arundinibus. Omnibus uero folia à nodo orſa, complexu tenues per ambitum reducunt tunicas atque à medio internodio citra plurimum deſinunt ueſtire, procumbuntq;. Hoc eſt, in terram inclinantur. Lucan. lib. 3. Et procumbẽtes iterum conſurgere taxos.

PROCVRATOR, oris, & Procuratorius, a, um, uide Procuro, as.

PROCVRO, as, pen. pro. {Procurare, amminiſtrare coſe d'altri} (ἐπιτροπεύω, ἐπιμελέομαι) adminiſtrationem rerum alienarum gero. Cic. Cornif. Is procurat rationes Dionyſij. Hinc Procurator, oris, (ἐπίτροπος, διοικητής) diſpenſator, & negotiorum geſtor, quem uulgò Factorem dicunt. Vlp. de Procuratoribus & Defenſ. l. 1. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. Actores uero cauſarum, cauſidici dicuntur. Procuratorius, a, um, (ἐπιτροπικός) quod ad procuratorem pertinet. ut procuratoriæ literæ: Procuratorium munus. Procuratrix, cis, uerbale fœmininum. Cic. 4. de Finib. Sed cum ſapientiam totius hominis cuſtodem & procuratricem eſſe uellent, quæ eſſet naturæ comes. Procuratio, (διοίκησις) ipſa adminiſtratio. Cice. lib. 1. de Natu. deo. Sunt enim philoſophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerunt rerũ humanarum procurationem deos. Aliquando Procurare, eſt ſtudioſe curare, ἐπιμελεῖσθαι. Apuleius: Hunc enim equulum ſuum curioſe nimis procurantẽ inuenit. Aliquando ſuſtentare, medicari, adiuuare, θεραπεύειν. Cato de Re ruſt. Eodem modo cæteras arbores procurato. Plaut. in Curcul. Tibi opus eſt hoc, quo te procures. Procurare, aliquando eſt expiare. Gell. lib. 4. cap. 6. Vt terram mouiſſe nunciari ſolet, eaq; res procuratur. Hinc quoq; Procuratio: id eſt expiatio. Cice. 1. de Diui. Atque etiam ſcriptum à multis eſt, cum terræmotus factus eſſet, ut ne plena procuratio fieret.

PROCVRRO, ris, procurri, procurſum, {Andare manzi uelocemente} (προτρέχω, προτρέχω) uelociter procedo. Colum. lib. 6. Ex domitis bubus ualentiſſimum, eundemq; placidiſſimum, cum indomito iungimus, qui & procurrentẽ retrahat, & cunctantem producat. Cæſar 7. Bell. Gall. Quoties quæq; cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Verg. 9. Aen. Et cõ ferre manum, & procurrere longius audent. Procurrens, tis, particip. Verg. 5. Aen. Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit. Hoc eſt, prominentibus, & uelut obuiam uenientibus, inquit Seruius. Procurſus, us, actus procurrendi. Liu. 1. Bel. Pun. Tumultuario prælio, ac procurſu magis militum, q̃ ex præparato aut iuſſu Imperatorum orto, haud quaquam par Pœnis dimicatio fuit. Verg. 12. Aen. Quem rota præcipitem, & procurſu concitus axis Impulit, effuditq; ſolo. Procurſio, onis, uerbale fœmin. excurſio, uel digreſſio à cauſa, παρέκβασις. Quintil. lib. 4. cap. 3. Non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio. Procurſo, as, frequentatiuum. Liu. lib. 7. Bel. Pun. Ibi per dies aliquot cũm ab ſtationibus procurſaretur, mixta equitũ peditumq; tumultuoſa magis prælia, q̃ magna. Idem 3. ab Vrb. Modo procurſantes pauci recurrentesq;. Procurſatio, onis, Liu. 8. Bel. Pun. A quibus ubi per procurſationẽ cõmiſſa pugna eſſet, &c.

PROCVRVVS, {Molto torto} (κάμπυλος, ἐπικαμπής) ualde curuus. Vergil. 2. Georg. Contrà nonnulla eſt oleis cultura, nec illæ Procuruam expectant falcem. Littora procurua, Idem 5. Aen.

PROCVS, ci, uide ſuprà Proci.

PROCVSTES, uide Procruſtes.

PROCYON, pen. cor. gen. Procyonis, (προκύων) ſidus æſtiuum, Canis ortum præuertens: unde etiam a Latinis uerbum ex uerbo exprimentibus, Antecanis appellatur. Cic. 2. de Natu deor. Geminis eſt ille ſub ipſis Antecanis, Procyon Graio qui nomine fertur. Antecanis tamen nomen uidetur minus uſitatũ fuiſſe, & à Cicerone primum confictum: unde etiam Pli. lib. 18. cap. 28. ſidus hoc nomen Latinum habere negat, niſi quis (inquit) Caniculam uelit appellare. Colu. tamen lib. 11. cap. 2. Caniculam manifeſtè diſtinguit à Procyone, huius ortum Idibus Iulijs, illius VII. Cal. Auguſti aſſignans: Caniculam nimirum appellans, quem nos Canem dicimus.

PRODEAMBVLO, as, foras deambulo. Terent. in Adelph. Prodeambulare huc libitum eſt.

PRODEO, dis, diui, uel prodij, proditum, {Vſcire fuori comparire} (πρόειμι, προέρχομαι) ex Pro & Eo, d, interpoſita, ſignificat procedo, ultrà eo, ſiue foras exeo, quaſi porrò eo. Cice. Au ego obuiam tibi non prodirem, primùm Appio Pulchro, deinde Imperatori? idem lib. 1. Offic. Scenicorum quidem mos tantã habet diſciplinæ ueteris uerecũdiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo, id eſt, exeat. Cæſar 5. Bel. Gal. Suo more cõclamauerunt, uti aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent. Proditur, pen. pro. impersonale. Cic. pro Muræ. Eccui autem non proditur reuertenti? Subaudi, obuiam.

PRODICVS, pen. pro. (πρόδικος) Philoſophus fuit patria Ceus. Cuius quanta fuerit auctoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Boeotia captus, uadem pro reditu dedit. In conſilio Athenienſium magnam eſt laudem adeptus, quanquam uoce grauiore atque abſona. Conatusq; eſt in ea ciuitate primarios ex quaq; nobili familia adoleſcentes ſibi deuincere, quorum hoſpitium uſus ſibi & uoluptati foret. Hæc ex Philoſtrato. Suidas autem dicit Ceum eum fuiſſe ex Iulidæ oppido, & Democriti ac Gorgiæ temporibus floruiſſe, librumq; edidiſſe, qui inſcribitur ὧραι in quo finxit Herculem, uirtuti pariter ac uoluptati congreſſum, & utraq; hunc ad ſe trahente, tandem à uirtute perſuaſum, alterã ſpreuiſſe. Fuit & Prodicus alius, medicus, ex Selymbria ciuitate, Hippocratis diſcipulus, qui primus Iatralepticen inſtituit, teſte Plin. lib. 29. cap. 1.

PRODICTATOR, oris, qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liu. 2. Bel. Pun. Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum.

PRODIGÆ HOSTIÆ, à ueteribus dicebantur, quæ totæ conſumebantur igni unde & homines luxurioſi Prodigi dicti ſunt: ut ex Verannij ſententia tradit Feſtus.

PRODIGENTIA, æ, à prodigo, is, (ἀσωτία) idem quod profuſio. Taci. lib. 13. Cuius abditis adhuc uitijs per auaritiam, ac prodigentiam miré cõgruebat.

PRODIGIALIS, & hoc, le, (τεράστιος) nonnunquam idem eſt quod prodigioſus: aliquando idem quod prodigiũ auertens: unde Prodigialis Iupiter, (Ζεὺς τεράστιος) dictus eſt, cui expiandorum prodigiorum gratia ſacra fiebant. Plau. in Amph. Sed mulier, poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui Aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatum oportuit. Hinc Prodigialiter aduerbium, idem quod prodigioſe. Colum. lib. 3. cap. 3. Nam illa uidentur prodigialiter in noſtris Ceretanis accidiſſe. Horat. in Arte. Qui uariare cupit rem prodigialiter unam.

PRODIGIATOR, (τερατοσκόπος) qui ex prodigio futura prænunciat. Feſtus: Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes.

PRODIGIOSVS, a, um, {Prodigioſo, monſtruoſo} (τερατώδης) mõſtroſus, portentoſus. quod ſcilicet prodigium facit, uel quod præter naturam eſt, & conſuetudinem. Plin. lib. 10. cap. 63. artus aliquando ſinguli: quod prodigioſum putant. Hinc Prodigioſe, aduerb. id eſt, præter morem, uel naturam. Plin. lib. 11. cap. 27. Lien cum iecinore locum aliquando permutat, ſed prodigioſè.

PRODIGIVM, gij, {Moſtro, prodigio} (τέρας) monſtrum, portentum, oſtentum: dictum quaſi Prodicium, q porrò dicat, porrò ſignificat, & aliquid futurũ eſſe portendat. Feſtus: Prodigia, q prædicunt futura, permutatione G, literæ: nam quæ nunc C, appellatur, ab antiquis G, uocabatur. Nonius: Prodigia deorũ minę, uel iræ. Verg. 3. Aen. Sola nouum, dictuq; nefas Harpyia Celæno Prodigium canit. Cic. 6. Verr. Etenim multa ſæpe prodigia uim eius, numenq; declarant. Verg. 6. Aen. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt. Ouid. 6. Metam. Vidi præſens ſtagnumq; locumq; Prodigijs notum.

PRODIGO, is, penult. cor. {Conſumare prodigamente} (διαφορέω, σπαθάω) prodegi, ſupinum non lego: ex Pro, & Ago, d, euphoniæ cauſa interpoſita, ſignificat cõſumo, profundo. liberalitatis limites egredior, ultra modum erogo. Plau. in Aul. Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi pepereris. Aliquando ſignificat appellere, producere, quaſi procul agere. Varr. 2. de Re ruſtic. cap. 4. de ſuibus: Admiſſuras cum faciunt, prodigunt in lutoſos limites. Idem lib. 3. cap. 9. Prodigendi in ſolem & ſterquilinium, ut ſe uolutare poſſint, quòd ita albiores fiunt.

PRODIGVS, gi, {Prodigo} (ἄσωτος) profuſus, effuſus, nepos, diſſolutus, perditus, nimius, præter modum liberalis. Cic. lib. 2. Offic. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales Prodigi, qui epulis & uiſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, uenationumq; apparatu,

pecunias profundunt in eas res, quarũ memoriam aut breuem, aut omnino nullam ſunt relicturi. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur uel in re quærenda, uel augenda. Idem Catil. Homo largitor & prodigus. Auri prodigus, Claudian. 2. Panegyr. Sanguinis, atq; animæ prodigus, Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Aeris prodigus, Horat. in Arte. Cic. ad Brutum: Quod in honoribus decernendis eſſem nimius, & tanquam prodigus. Prodigus animæ, qui uitæ ſuæ nõ parcit. Horat. 1. Carm. Ode 12. Animæq; magnę Prodigum Paulum ſuperante Pœno Gratus inſigni referam Camœna. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ. Hinc fit aduerbium Prodigè, (ἀσώτως) profusè, abundanter. Cice. 11. Philipp. Sed non poſſunt non prodige uiuere, qui noſtra bona ſperant, cùm effundunt ſua.

PRODIGITAS, atis, (ἀσωτία) antiquis idem erat quod profuſio. Lucil. lib. 6. Saty. Nequitia occupat hoc petulantia, prodigitasq;.

PRODINVNT, antiqui pro prodeunt dixere. Ennius Annal. lib. 3. Prodinũt famuli, quum candida lumina lucent.

PRODIVS, {Per à dentro} antiqui dixerunt pro interius, lo gius, inquit Nonius, à prodeundo, quaſi porrò eundo. Varro in Virg a diuina: primùm uenit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodi , atq; intro domum.

PRODO, dis, didi, {Gettar uia, manifeſtare, tradire} (προδίδωμι, προΐημι) porrò, id eſt, longè proijcio, defero, excludo, propello. Vergil. 1. Aeneid. Nauibus (infandum) amiſſis unius ob iram prodimur, atque Italis lõgè diſiungimur oris. Aliquando idem eſt quod deferre, oſtendere, patefacere. ἐκφέρειν, ἐξαγορεύειν. Idem 3. Aeneid. Prodere uoce ſua quenquam, aut opponere morti. Item differre, protrahere, παρατείνειν. Terent. in And. Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. Item propagare. Vergil. lib. 4. Aenei. Sed fore, qui grauidã imperiis, belloq; frementem Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri Proderet. Item tradere, dare. προδίδωμι. Salluſtius: Antè quàm arcem proderent hoſtibus. Prodere patriam, eſt clanculum cum hoſte aduerſus patriam ſentire, ut qui uel patriæ conſilia hoſti enunciant, uel urbes, arces, aut propugnacula eiſdem tradunt. Cic. 3. de Finib. Nam ut peccatum eſt patriam prodere, parentes uiolare. Prodere poſteris, eſt poſteris tradere, uel ad poſteros tranſmittere. Cice. de Senect. Non accipere modò hæc à maioribus uoluerunt, ſed etiam poſteris prodere. Prodere memoriæ, eſt literis mandare, Δοῦναι δι' λόγων, ἀναφέρειν, διαλαμβάνειν. Idem Appio: Quum tuum ſtudium conſumes in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodem etiam legitur Prodere memoria. Cæſar 5. Bell. Gal. Quos natos in inſula, ipſi memoria proditum dicunt. Cic. de Orato. Quia memoria ſic eſſet proditum. Item Prodere memoriam, id eſt, propagare & ad poſteros tranſmittere. Cæſar 1. Bell. Gall. Ne committerent, ut is locus, ubi conſtitiſſent, ex calamitate popu. Roma. & exercitus internecione nomen caperet, aut memoriam proderet. Interdum ſupprimitur datiuus Memoriæ. Plin. lib 6. cap. 23. Regnabat ibi, cùm hæc proderem, Celobrotas. Cic. lib. 3. Offic. Vtile uidebatur Vlyſsi, ut quidam Tragici poetæ prodiderunt. Plin. lib. 2. Diuus Auguſtus læuum ſibi prodidit calceum præpoſterè inductum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt: id eſt, ſignificauit, ſiue retulit. Sic dicimus Fama prodit, id eſt, refert. Celſ. Quoſdam fama prodidit, in ipſis funeribus reuixiſſe. Prodere, auctore Donato, aliquádo eſt decipere, deſerere. Terent in Adelph. Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum. Prodere exemplum, eſt tradere, uel monſtrare, uel aliquid deſignare, unde alij ſumant exemplum. Cicero pro Flacco: in hoc reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimeſco. Ibidem: Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. Prodere fidem, eſt iureiurando non ſtare. Salluſt. in Catil. Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat. Prodere officium, eſt officium ſuum non facere, aut contra officium facere. Cic. 4. Acad. Qui ſtatuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officium prodat, aut fidem. Prodere uitã eſt ſe uitæ periculo exponere. Prodere legem, deſtituere. Vlpian. ad L. Iul. de Adul. Legem prodidiſſe dicitur ob hoc, quod accuſationem adulterij aggreſſus, accuſare deſtitit. Prodere Interregem, eſt nominare, renuntiare, ut ait Budæus. Liu. 6. ab Vrb. Sed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi, auſpicato interregem prodamus. Sic prodere flaminẽ, apud Cic. pro Mil. Hinc Proditus participium: quod pro decepto, ac circumuento legitur apud Cic. ad Atti. lib. 3. Quandoquidem, inquit, ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, &c. Ouid. 13. Metam. Proditus à ſocio eſt, &c.

Proditor, oris, προδότης. Plaut. in Rud. Vrbis proditor. Cic. 3. de Fin. Nec magis uituperandus eſt proditor patriæ, quàm communis utilitatis aut ſalutis deſertor. Proditio, onis, προδοσία. Cice. 4. Acad. Amicitiarum proditiones & Rerumpublicarum. Ouid. 8. Metam. Nam pereant potius ſperata cubilia, quàm ſim Proditione potens. Luc. lib. 4. Nunquam noſtra ſalus pretium mercesq; nefandæ Proditionis erit.

PRODROMVS, mi, pen. cor. (πρόδρομος) Latinè præcurſor. Cic. ad Attic. lib. 1. Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium acturum. Vnde Prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quaſi præcurſoræ, reliquarumq; maturitatem præuenientes. Plin lib. 16. cap. 25. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos uocant. Prodromi item dicuntur Aquilones, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt. Colum. lib. 11. cap. 2. Sexto Idus Iulias Prodromi flare incipiunt.

PRODVCO, is, {Prolongare, menar fuora, produrre} (παρατείνω, ἐκτείνω, παράγω) profero, protraho, in longum duco. Vergil. 2. Aeneid. Abnegat exciſa uitam producere Troia. Cic. in Cat. Conuiuium uicinorum quotidie cõpleo, quod ad multam noctem quàm maximè poſſumus uario ſermone producimus. Id eſt, protrahimus. Terent. in Andr. per tranſlationem dixit: Non'ne tibi eſſe ſatis hoc ſolidum uiſum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Id eſt, deluderes, detineres. Aliquando idem eſt quod foras educere coram ſiue in medium adducere, uel præſentem ſiſtere, παράγειν, παριστάναι. Plaut. Capt. Vbi ſunt iſti, quos ante ædes iuſſi huc produci foras. Sic Producere teſtes, dicimus, pro eo quod eſt, ad dicendum teſtimonium in iudicium eos adducere. Cic. 6 Ver. Harum omnium rerum auctores, teſteſq; produco. Producere copias in aciem, eſt extra caſtra ad pugnam eas educere. Galba Ciceroni: Repentè Antonius in aciem ſuas copias de uico produxit. Aliquando idem eſt quod uænum exponere. Terent in Eunuc. Pretium ſperans, illico producit, & uendit. Vbi Donatus. Propriè uenales produci dicuntur. Plautus pro proſtituere poſuit. προάγειν, προαγωγεύειν. Audientem dicto mater produxiſti filiam. id eſt, proſtituiſti. Interdum pro gignere, γεννᾶν, φύειν. Plaut. in Capt. Quid hoc eſt, ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerit? Cic. pro Quintio Roſcio: Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe putant. Terent. Adelph. Sciui animam prius extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus. Producere moram rei alicui, eſt moram interponere, ſiue (ut Donatus ait) differre, protendere, protelare. Terent. in And. Dicam aliquid iam me inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. Interdum proſequi. Verg. 9. Aeneid. —Nec te tua funera mater Produxi. Interdum conſumere, terere. Terent. in Adelph. Et cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. Producere in iudicium, eſt uocare, uel cogere. Cic 7. Verr. Grauiorem apud ſapientes iudices ſe fore ab inferis teſtem, quàm ſi uiuus in iudicium produceretur. Ponitur aliquando pro detinere, & uerbis remorari. Cic. pro Quint. Conditionibus hunc, quoad poteſt, producit. Producere aliquando eſt promouere hominem, & in medium honorificè proferre: cui opponitur Subducere. Cicero pro Domo ſua de Catone in Syriam ablegato: Quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. Hinc Productus. a, um, quod modò participiũ eſt, uerbi ſui ſignificationem retinens. Cic poſt reditum: Cùm à Tribunis pleb. Conſul in concionem productus eſſet. Modò nomen, idem ſignificans quod longus, μακρός. Idem in Orato. Inclytus dicimus breui media litera, Inſanus producta. Idem 2. de Orato. Et principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. Hinc Productior, & Productiſsimus. Colum. lib. 7. cap. 12. Quare ſtatus eius longior, productiorq;, ad hos caſus magis habilis eſt, quàm breuis, aut etiam quadratus. Idem lib 3. cap. 10. Extrema pars eius, quod caput uitis appellant, id eſt, ultimum & productiſsimum flagellum. Productè aduerbium, cui opponitur Breuiter. Cic. in Orat. Et ne multis, quibus in uerbis eæ primæ literæ ſunt, quę in ſapiente atque fœlice, productè dicuntur, in cæteris omnibus breuiter. Productio, onis, prolongatio. Cice. 3. de Finibus: Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non ſit maior productione temporis: habent enim ſuum modum quæcunque opportuna dicuntur.

PRODVCTILE, penult. cor. (ἐλατὸς) quod tunſionibus malleorum productum eſt.

PROETIDES, (Προιτίδες) Proeti Argiuorum regis, & Antiæ filiæ fuerunt, quæ cùm forma eſſent præſtantiſsima, ſe Iunoni auſæ ſunt præferre: quare irata dea talem eis immiſit furorem: ut uaccas ſe eſſe arbitrarentur, & ad ſyluas confugerent. Poſtea autem helleboro ſanatæ à Melampode dicuntur: unde quoddam hellebori genus, Melampodij nomen accepit, teſte Plinio libro 25. capite quinto. Vergilius in Sileno: Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.

PROETVS, (Προῖτος) Abantis regis Argiuorum filius, cui etiam ſucceſsit in regno. Vxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ ſunt Prœtides poetarum fabulis celeberrimæ: de quibus uide plura ro dictione præcedenti, & ſupra in uoce Melampodium.

PROFANO, as, {Profanare} (βεβηλόω, φθείρω) id eſt, ex ſacro humanis uſibus promiſcuum facio. Liui. 1. Bell. Maced. Sacra, ſacerdotes, quæ ipſius maiorum'ue eius honoris cauſa inſtituta eſſent, omnia profanarent. Hinc Profanatio, uerbale. Plin. lib. 16. cap. 4. Poſtquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit uideri, ciuem non occidere. Profanatus participium: ut Profanatũ templum, hoc eſt, ex ſacro profanum factum, uel flagitio aliquo pollutum. Stat. 9. Theb. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. Manus profanatæ. Ouid. 2. Metam. Terræ profanatæ, Stat. 3. Syl.

PROFANVS, a, um, pen. prod. {Profano} (βέβηλος) dicitur irreligioſum, & à religione remotum: cuius antitheta ſunt Sacrum, & Religioſum. Plaut. Sacrum, an prophanum habeas, parui penditur. Cic pro Domo ſua: Si iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſsit? Interdum Profanum accipimus pro ſcelerato, & impio. Statius in principio Theb. Fraternas acies, alternaq; bella profanis Decertata odijs. Profanum etiam dicitur quod ex religioſo, uel ſacro in hominum uſum conuerſum eſt. Verg. 11. Aenei. Faune precor miſerere, (inquit) tuq; optima ferrum Terra tene, colui ueſtros ſi ſemper honores, Quos contrà Aeneadæ bello fecere profanos. Profani item dicebantur ſacris non initiati, qui à fano, & ſacris arcebantur. Idem 6. Aeneid. Procul ò procul eſte profani, Conclamat uates. Nunc Laicos uocamus, quaſi populares, teſte Budæo. Profanos etiam dicimus imperitos, qui Muſarum ſacris non ſunt initiati. Horat lib. 2. Carm. Odi profanũ uulgus. Profanus uſus, dicitur communis & uulgaris, non ſanctus. Plin. lib. 15. cap. 30. Adeoq; in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas non eſt.

PROFARI, {Parlare, pronontiare, dire} (ἐξειπεῖν) eloqui, dicere, pronuntiare. Verg. 1. Aenei. Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur. Silius lib. 11. —Magno clamore profatur. Propriè Profari eſt quod Græci dicunt προφητεύειν, id eſt, futura prædicere, Vlpian. de ædil. edic. l. 1 §. exempli. Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilo minus ſanus uideretur? Hinc fit nomen quartæ inflexionis Profatus, tus, tui, ipſe profandi actus. Gell lib. 18. cap. 11. Neque dictu, profatu'ue ipſo tetræ, aut ſaluæ ues eſſe. Statius 5. Sylu. Seu uoce ſoluta Spargere, & effræno nimbos æquare profatu.

PROFECTÒ, {In uero, certamente} (ὄντως γε, παντάπασι) aduerbiũ confirmantis eſt: dictum quaſi profacto, & ſignificat nimirum, ſanè, certè. Terent. in And. Profectò ſic eſt. Plerunque autem ad reſponſionem adhibetur, ut δῆτα. Cicero: Quis hæc renuntiat? Is profectò, qui inter fuit. Quod etiam per Certe, efferimus. Idem: In quo meminimus? Certe in nullo. Eundem etiam uſum habent Nimirum, & Nempe.

PROFECTVS, ctus, {Profitto} (προκοπή) promotio ſiue progreſſus in re aliqua, ſiue fructus, qui ex rei alicuius tractatione prouenit. Quintilianus lib. 10. capite 2. Vt terra altius effoſſa generandis, alendiſq; ſeminibus fœcundior

fit. ſic

ſit: ſic profectus non à ſummo petitus, ſtudiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet. Idem lib. 1. cap. 2. Firmiores in literis profectus alit æmulatio. Vide Proficio.

PROFERO, pen. cor. {*Proferire, manifeſtare, paleſare*} (ἐξαγορεύω, προφέρω) palam facio, prodo, promitto. Cic. pro Cælio: Domus, in qua nihil fiat, quod foras proferendum ſit. Terent. in Hecyr. Ita me Dij bene ament, haud propterea te rogo, ut hoc proferam. Seneca: Ante ꝗ ſententiam proferam. Aliquando ſignificat protendo, prolato, προτείνω. Plin. Quum lineam protuliſſet longiſſimam, atque rectiſſimam. Iuſtin. lib. 1. Arbitria principum pro legibus erant, fines Imperij tueri magis, ꝗ proferre, mos erat. Teren. in And. Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcor aliquò, ne uideam. Quandoque eſt depromere, ſiue in lucem afferre. Cic. pro Sex. Roſc. Tu H-S. L I I I. ex arca proferas. Plau. in Amph. Tu Theſſala intus pateram proferto foras. Proferre ſe, inquit Budæus, dicuntur, qui ſine deductore innoteſcunt, & ipſi ſe producunt. Plin. iunior: Proferunt ſe ingenia, & oſtentant. Ponitur aliquando pro eo, quod Plin. iunior Allegare dixit. Cic. de Inuent. Deinde cæteros proferre oportebit, quibus maiora delicta conceſſa ſunt.

PROFESSOR, oris, Profeſſorius, a, um, & Profeſſio, uide in uerbo Profiteor.

PROFESTVS, a, um, (ἀνέορτος) quod contrariū eſt feſto: unde Dies profeſti, dicuntur, teſte Nonio, qui uacui ſunt à feſtiuitate. Plaut. in Aul. Feſto die ſi quid prodegeris, Profeſto egere liceat, niſi peperceris. Plin. lib. 18. cap. 6. Peiorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Horat. 2. Serm. Sat. 3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, uappamq́ profeſtis. Idem 4. Carm. Ode 15. Nosq́ & profeſtis lucibus, & ſacris Inter iocoſi munera Liberi, Cum prole, matronisq́ noſtris, Rite deos prius apprecati.

PROFICIO, {*Far profitto, fare frutto in ogni arte*} (ἐπιδίδωμι, προκόπτω, πλέον, ποιῶ) procedo, & promoueo: quod & Profectum facere dicimus. Seneca: Sic enim & audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plin. Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit. Cic. ad Toranium lib. 6. Nunc uerò euerſis omnibus rebus, cum conſilio profici nihil poſſit, una ratio uidetur, quicquid euenerit, moderate ferre. Cæſar 3. Bell. Ciu. Apud quos cum proficere nihil poſſet. Ponitur aliquando pro prodeſſe. Vlpia. de Iureiurando: Matris igitur iuſiurandum patri non proficiet: nec nocebit, ſi mater detulerit.

PROFICISCOR, eris, profectus, {*Andare, uenire, partirſi*} (πορεύομαι, ὁρμῶμαι) eundi, ueniendi, aut diſcedendi ſignificationem habet, ſecundum eos caſus, cum quibus iungitur: ut ſi accuſatiuo iūgatur, Proficiſcor Romam, hoc eſt Eo. ſi uero ablatiuo, ut Proficiſcor Roma, ſignificat Venio, uel diſcedo. Cic. de Senect. Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam. Propert. lib. 3. Eleg. 21. Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Cic. ad Quint. Fr. lib. 3. Idus Octobris Saluius Oſtiam ueſperi ante profectus erat cum his rebus, quas tibi domo mitti uolueras. Idem ad Att. lib. 2. Calend. Maſis de Formiano proficiſcemur. Proficiſci in exilium. Cic. 2. de Finib. Proficiſci obuiam. Cæſar 7. Bel. Gal. Proficiſci ad reliqua, pro Pergere. Cic. 5. Verr. Nūc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca ante erimus à uobis Iudices deprecati. Proficiſci, pro originem habere. Cic. 4. Acad. Pythagoræ ex numeris, & Mathematicorum initijs proficiſci uolunt omnia. Profectio, onis, uerbale, (πορεία) actus proficiſcendi. Cic. 1. Philip. Exponam uobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meæ. Idem pro Quintio: Inuenitur dies profectionis pridie Calendas Februarij. Profectitius, a, um, ut, Dos profectitia, quæ à patre uel parente proficiſcitur. Profectus, a, um, participium. Verg. 1. Aen. Huic ſpectum Tyrijsq́ diem, Troiaq́ profectis.

PROFINDO, is, profidi, profiſſum, proſcindo. Stat. 10. Theb. Quanto pariter ceruice gementes profindunt marsta diu Pangæa iuuenci.

PROFITEOR, eris, {*Far profeſſione*} (ἐπαγγέλλομαι) aperte ſeu palàm polliceor. Cic. 1. Acad. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liuius: Palam profeſſi nuſquam inde niſi in patriā ueſtigium eſſe moturos. Aliquando eſt affirmare, ſiue confiteri uoluntariè, ſiue liberè. Cic. 5. Verr. Sed me omnium prouinciarum defenſorem eſſe profitebor. Idem pro Rabirio Poſthumo: Quamobrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, ſed regia, meo conſilio, uirtute, auctoritate eſſe depulſum. Ex quo Ciceronis loco conſtat plus eſſe profiteri, ꝗ fateri. Fatemur enim coacti, teſte Seruio: ſponte autem & publicè profitemur. Vnde profeſſio, confeſſio palam facta. Cic. pro Plancio. Non me præteribat in tam perturbato ſtatu ciuitatis, fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonæ uoluntatis. Plin. lib. 3, cap. 53. Diodorus dialecticæ ſapientiæ profeſſor. Suet. de Clar. Gram. Reliquit filium Orbilium, & ipſum grammaticū profeſſorem. Magni nominis profeſſores, Quintil lib. 2. cap. 11. Conſummati profeſſores, Idem lib. 1. cap. 9. Profiteri item accipitur pro eo quod eſt artem aliquam, aut ſcientiam publice docere. Cic. de amicitia: Quamobrem quæ diſputari de amicitia poſſunt ab eis cenſeo petatis, qui iſta profitentur. Hinc profeſſores artium liberalium uocamus, qui eas artes publice docent. Profiteri uerò apud Prætorem, (ἀπογράφεσθαι) eſt nomina, ſiue cenſum profiteri: ſiue quod Liuius ſæpe uſurpat, nomen dare: aut, ut, uulgus loquitur, ponere nomen in ſcriptis. Cic. pro Archia poeta: Cum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, profeſſus eſt apud prætorem Q. Metellum familiariſſimum ſuum. Liu. 6. Bel. Pun. Primò expectauerant, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Ab hoc etiam fonte manauit illud quod in Euangelio legimus, Ioſephum Mariæ coniugem, Bethlehem ſeſe contuliſſe, ut profiteretur in ciuitate ſua. Profiteri æs alienū, eſt ſua debita teſtari. Curtius lib. lib. 10. Alexander priuſquam ſecerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites æs alienum profiterentur. Profiteri poſſeſſiones ſuas, uel pecunias, eſt modū poſſeſſionum ſiue pecuniæ perſcribendum curare. Cic. 5. Verr. Edixerat, ut Aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. Liuius ab urbe cond. Profiteri cogendo frumentum, & uendere quod uſu menſtruo ſupereſſet. Idem de Bel. Maced. Vt qui ſocij ciuibus Romanis credidiſſent, pecunias profiterentur. Profeſſorius, a, um, ut, Lingua profeſſoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tacit. lib. 13. Audiretur hinc Germanici filius, inde nihil Burrus, & exul Seneca, trunca ſcilicet manu, & profeſſoria lingua.

PROFLIGO, as, pen. pro. {*Gettare à terra*} (καταβάλλω, κατατρέχω) deijcio, ſterno, diſſipò, prodigo, depello, deperdo, & ad perniciem deduco. Plaut. in Mil. Confidentia eſt nos inimicos profligare poſſe. Cic. pro Rab. Poſth. Caſtris locum capere, exercitum inſtruere, expugnare urbes, aciem hoſtium profligare. Cæſar 2. Bell. Ciu. Quòd claſſem hoſtium primo impetu aduenìens profligauerint. Hinc Profligatus, a, um, participium, afflictus, perditus. Cice. 2. in Catil. Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe, & profligatum putatis?

Vnde Profligatum exercitum dicimus: id eſt, proſtratum, deiectum, afflictum, & perditum: & Profligatas res, hoc eſt, perditas, & ad perniciem redactas. Cic. pro Roſc. Ame. Et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita. Hinc Profligatos homines, (ἀπονενοημένους) uocamus perditos, & in quibus nihil eſt ſani, nihil integri. Cic. pro Archia: Nunquam me pro ſalute ueſtra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obieciſſem. Idem 5. Verr. Profligatiſſimus omnium mortaliū, ac perditiſſimus. Sueton. in Tyber. Ex iuuentute utriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque. Profligare bellum, accipitur pro abſoluere, & uincendo perficere. Cornelius Tacitus: Profligauerat bellum cum Iudæis Veſpaſianus. id eſt, eò fecerat, & penè ad exitum deduxerat. Hinc Profligata, dicuntur quæ propè abſoluta ſunt. Cic. lib. 5. Tuſcul. Atque ſi ita eſt, profligata iam, & hæc, & penè ad exitum deducta quæſtio eſt. Idem ad Cornificium, lib. 12. Sic uehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè ſublato, renouatum bellum gerere conamur. Affectum quoque dixerunt, qui Latinè locuti ſunt, id quod Profligatum appellatur in hac ſignificatione. Cice. in Orat. de Prouin. conſul. Bellū affectum uidemus, & (uere ut dicam) penè confectum. Idem in Oecon. Quū uerò iam affecta æſtate uuas à Sole miteſcere fas eſt. Profligator, oris, uerbale. Tacit. Habebaturq́ non ganeo & profligator, ut plerique ſua haurientium: ſed erudito luxu.

PROPLIGO, is, ai, ctum, (inquit Calepinus) idem eſt quod multum certo: citatq́ locum Columellæ, ex lib. 1. cap. 3. Flagitioſum uidebatur, quos hoſtis profligendo agros deſolaſſet, nouo more ciuem Romanum ſupra modum patrimonij poſſidendo deſerere. Quo tamen in loco profugiendo, legendum conſtat, non Profligendo.

PROFLO, as, (χαυνόω) idem eſt quod flando reſoluo. Plin lib. 34. cap. 9. Maſſa proflatur in primis. mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Eſt etiam Proflare idem ferè quod efflare. Valer. 6. Argon. Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Hoc eſt, ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non abſimilem. Idem 7. Argon. Taurus & immani proflauit turbine flammas. Proflare pectore ſomnum, eſt inter dormiendum ſonoro flatu uti. Verg. 9. Aen. Qui forte tapetibus altis Extructus toto proflabat pectore ſomnum. Proflare iras, eſt flatu iras teſtari, ut ſolent feræ. Plin libro octauo cap. 4. Subſiſtere ab olfactu, circumſpectare, iras proflare. Proflatus, us, penult. prod. actus ipſe proflandi. Colum. libro 5. cap 9. Aeſtiuo proflatu refrigerentur.

PROFLVENS, tis, {*Che ſcorre, torrente*} modò participium eſt, πρόῤῥεων. Liu. lib. 1. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Cic. ad Qu. Fr. lib. 3. Ego locum æſtate umbroſiorem uidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. Idem 2. de Orat. Genus orationis liquidum fuſum, ac profluens cui opponitur exile, aridum, conciſum, & minutum. Modò ſubſtantiuum, (ῥεῦμα, ῥεῖθρον) & generis maſculini, poniturq́ pro flumine, ſeu fluento. Auctor ad Heren. lib. 1. Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluentem. id eſt, fluminis procurſum. Quint. lib. 3. cap. 9. Quod obiectus in profluentem non potuerit extingui. Hinc Profluenter, aduerbium, abundanter. Cic. 5. Tuſcul. Ergo omnia profluenter, abſolutè, proſperè: igitur beatè.

PROFLVENTIA, æ, {*Abondanza*} (εὐπορία) abondantia, copia. Cice. in Partit. Et hanc oratoriam unam mamis quædam profluentia loquendi. ſubaudi imitatur.

PROFLVO, is, {*Scorrere, diſcorrere*} (ἀπορρέω) abundanter effluo, promano, prolabor: & proprie de liquidis dicitur. Colu. lib. 6 profluere lacrymas ab oculis dixit. Cic. 1. de Diuinat. Si lacus emiſſus lapſu & curſu ad mare profluxiſſet. Vergil. 4. Georgic. In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor. Plin. libr. 8. cap. 16. Profluit ſanguis ex uulnere. Profluere ad hominum famam, per tranſlationem, pro Delabi, & deuenire. Cic. pro Cæl. Equidem (ut ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forenſis labor, uitæq́ ratio, dimanauit ad exiſtimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum. Græcia profluit ore Romano. Ouidius ad Piſon. Quinetiam facilis Romano profluit ore Græcia, Cecropiæq́ ſonat gratis æmulus urbi. Cuius ore ſermo melle dulcior profluebat, Ad Herenn. libro 4.

PROFLVVIVM, ij, {*Profluuio, diſcorſione, ſcorrenza*} (ῥύσις) fluxio: ut, Profluuium ſanguinis, (αἱμοῤῥαγία) Plin. lib. 26. Sanguinis profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Profluuium alui, διάῤῥοια. Idem lib 9. cap. 13. Tali nocente cibo quo cum ſe affatim repleuerint, profluuio alui, niſi celeriter ſuccurritur, intereunt.

PROFLVVS, a, um, {*Che ſcorre*} (ἀπόῤῥεων) quod profluit: ut. Profluus, amnis, qui perpetuò fluit. Plin lib. 19. cap 4. Hortos uillæ iungendos non eſt dubium, riguosq́ maximè habendos, ſi contingat profluo amne. Colum. lib 8. cap. 17. Humilis in duos pedes piſcina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo receſſu nunquam deſtituitur. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 1. Fluminaq́ & montes, & in altas profluа ſyluas, Armaq́ cum telis inſtrue miſta ſuis.

PROFORE, pen. cor. {*Ciò ch'è per eſſer utile, ò per giouare*} compoſitum, à Fore, idem ſignificans quod profuturum eſſe. Horat. lib. 1. Epiſto. Quæ nocuere, ſequar: fugiam, quæ profore credam. Verbum eſt defectiuum, ſicut ſimplex Fore.

PROFVGIO, gis, {*Fuggire longi*} (ἀποφεύγω) procul fugio, aufugio. Plautus in Caſt. Quid nunc agam neſcio, niſi ut improbos famulos imiter, ac domo profugiam. Cic. in Læl. Hac itaque amentia perterritus in Aſiam profugit. Terent. in Adelph. Cum hic egens Profugiet aliquò militatum. Profugio cum accuſatiuo, pro eo quod eſt fugiendo relinquo. Curtius lib. 10. Quando enim regem uniuerſus exercitus deſeruit? Nec ſerui quidem uno grege profugiunt dominos. Hinc

PROFVGIVM, gñ, {Refugio} (καταφυγιον) dicitur illud, ad quod quis in periculis, ueluti ad aſylum & portum quendam confugit. Cic. lib. 1. Tuſcul. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quo utinam uelis paſſis prouehi liceat. Idem pro Cecin. Exilium nō ſupplicium eſt, ſed profugium portuſq́ ſupplicij.

PROFVGVS, a, um, pen. cor. {Fuor'uſcito, uagabondo} (αὐτόμολος) qui à patria, domicilio, iis'ue finibus, in quibus ante agebat, profugerit. Sic Horat. profugos Scythas appellat, ꝙ crebrò domicilia mutent. Saliſt. Troiani qui Aenea duce profugi ſedibus incertis uagabantur. Liu. 4. Bel. Maced. Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum. Ouid. 13. Metam. Profugaq́ per æquora claſſe Fertur ab Antandro.

PROFVNDO, dis, {Spargere largamente} (προχύω) largè, & copioſe effundo. Plaut. in Aul. Aquam hercle plorat, cum lauat, profundere. Idem Cur. Profundis uinum? quæ te res agitant? Verg. 12. Aeneid. Vix ea: cum lacrymas oculis Iuturna profudit. Cic. pro Fonteio. Quem ut uidi, equidem uim lacrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere, Cicc. 2. de Finib. Verba profundere uentis, Lucr. lib. 4. Vitam profundere. Cic. 1. Offic. Inuenti autē multi ſunt, qui non modò pecuniam, ſed etiam uitam profundere pro patria parati eſſent. Profundere aliquando idem eſt, quod prodigere, inutiliter conſumere, ſiue liberalitatis metas egredi, καταρραλίσκειν, tractum ab aqua, quæ profunditur ex uaſis. Terent. in Adelph. Tibi ſi iſtuc placet, Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verr. Ait, omnia pecunia effici poſſe: dare, profundere, opponere, ſi uelis uincere. Idem in Catil. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt. Profundere uota & preces, eſt multum & inſtanter precari. Profundere uires animi, eſt omnes neruos intendere, & omnem ingenij uim applicare. Cic. ad Atti. lib. 1. Vehemens fui, & omnes profudi uires animi, atque ingenij mei.

PROFVNDVS, a, um, adiectiuum, {Profondo, alto} (βαθύς) quod deorſum magnam habet altitudinem. ita dictum quod porrò, id eſt, longè, habeat fundū. Verg. 5. Aen. Amiſſum Anchiſen flebant, cunctæq́ profundum Pontum aſpectabant. Ouid. ad Liuiam: Effungerent aliqua ſtagna profunda uia. Lucr. lib. 2. Corpora ſoluentes abeant per inane profundum. Quandoque ſumitur pro alto. Verg. 1. Aenei. Ni faciat, maria ac terras cœlumq́ profundum Cuncta ferāt ſecum, &c. Hinc profunditas, βαθύτης. Profundus ſæpe per translationem capitur pro ingenti, magno, ſiue immenſo. Hinc profunda auaritia dicitur à Salluſtio Iugurtha: Ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit, Romanos iniuſtos profunda auaritia communes omnium hoſtes eſſe. Sic profunda cupido, apud eundem loco iam citato: Nanque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una & ea uetus cauſa bellandi eſt, cupido profunda imperij & diuitiarum. Profunda libido: Idem Salluſt. de Rep. ordinanda: Vt ex alienis malis teterrimi mortales uentri atque profundæ libidini ſumptus quærerent. Nox profunda, Verg. 4. Aeneid.

PROFVNDVM, ſubſtantiuè acceptum, {Il mare profondo} τὸ βαθύ. idem eſt, quod mare. Ouid. 17. Epiſt. Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi. Rubrū profundum, apud Lucanum lib 8. pro mari Erythræo. Indomito profundo iactari, Ouid. 1. Triſt. Eleg. 10. Pater profundi, hoc eſt Neptunus, Valer. Flac. 2. Argon.

PROFVSVS, a, um, {Sparſo, ſontuoſo, abondante} participium, large fuſus. Pli. lib. 11. cap. 41. Mulieri ante ſeptimum menſem profuſum lac inutile. Ouid. 11. Metam. Fletus ſuper ora profuſus. Plin. lib. 5. cap. 9. Ex hoc lacu profuſus, indignatur fluere per arenoſa & ſqualentia. Profuſus, nomen, (δαπανηρός, ὑπερδάπανος) ſupra modum ſumptuoſus, abundans. Salluſt. in Catil. Alieni appetens, ſui profuſus, quaſi profuſor ſui. Cic. pro Muræna: Odit popu. Roma. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. non amat profuſas epulas: ſordes, & inhumanitatem multò minus. Idem 1. Offic. Ipſumq́ genus iocandi nō profuſum, neque immoderatum, ſed ingenuum, & facetum. Ponitur aliquando pro abiecto, & iacente. Plaut. Profuſus, ſqualens, ſordidus, ab omnibus derelictus. Hinc Profuſe, aduerbium, id eſt, effuſe. Liu. 10. ab Vrbe: Hęc ipſe minitans obſtitit profuſe tendentibus in caſtra.

PROGEMMO, as, (ὀφθαλμίζω) gemmas emitto. Colum. lib. 4. cap. 27. Si palmis incipientibus, progemmantibusq́ foſſorem immiſeris, magnam partem uindemiæ decuſſeris.

PROGENERO, as, pen. cor. {Generare} (γεννάω) generationem ex me produco. Plin. lib. 11. cap. 16. Fœtus quonā modo progenerarent, magna inter eruditos, & ſubtilis fuit quæſtio. Idem lib. 10. cap. 3. E quibus uultures progenerantur minores, Horat. Carm. Ode 4. Fortes creantur fortibus: & bonis Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum Virtus: nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. Progeneratio, onis, progenerandi actus, γέννησις. Plin lib. 8. cap. 43. de Aſinis. Opera ſine dubio generis maxima, arando quoque, ſed mularum maxime progeneratione.

PROGENER, pen. cor. progeneri. maſcu. gen. (προγαμβρός) neptis meæ maritus: cuius correlatiuum eſt Proſocer, qui & Socer magnus dicitur. Suetonius Progenerum uidetur accepiſſe, pro generi patre, In Auguſto, cap. 19. Luciliq́ Pauli progeneri ſui, &c

PROGENIES, ei, {Progenie} (γενεά) genus, ſtirps, familia, à progignēdo. Ci. 9. Philip. Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro uita: quæ multos per annos progeniem eius honeſtaret. Verg. 7. Aen. Hinc progeniem uirtute futuram Egregiam, & totum quæ uiribus occupet orbem.

PROGERMINO, as, {Germogliare} (βλαστάνω, θάλλω) germen produco. Colum. lib. 4. cap. 10. Putandi autem duo ſunt tempora: melius autem, (ut ait Mago) uernum, antequam ſurculus progerminet.

PROGERO, ris, progeſſi, progeſtum, {Portare fuora} (ἐκφέρω) idem quod extra gero, effero. Colu. lib. 12. cap. 50. Vrcei, quibus oleum progeritur. Pli. lib. 11. cap. 18. Cum defunctas progerunt, funerantiumq́ more comitantur exequias.

PROGIGNO, is, progenui, progenitum, {Generare} (γεννάω) generationem produco. Plaut. in Trucul. Neque natus eſt, neque progignetur. Cic. 3. Offi. Sed hic qui illud lumen progenuit ex filio eſt nominandus. Verg. 4. Aen. Illam terra parens ira irritata deorum Progenuit, &c. Inde Progenitor uerbale, quod proprie ſignificat auum. Ouid. 11. Metam. Quid peperiſſe duos, & diſplacuiſſe duobus, Et forti genitore, & progenitore Tonante Eſſe ſatam prodeſt?

PROGNARE, {Apertamente} aduerbium. id eſt, aperte, auctore Feſto.

PROGNARITER, {Audacemente, ſtrenuamente} (γενναίως) audacter, ſtrenue. Plaut. in Pœn. Age indica prognariter. Ennius 6. Annal. Aud te parumper, Vt pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto.

PROGNATVS, {Figlio, figliuolo} (γεγονώς) idem quod natus. Terent. in Phorm. Bonam bonis prognatam. Liu. lib. 1. ab Vrb. Vt in eadem ciuitate poſt centeſimum fere annum ꝙ Romulus Deo prognatus, Deus ipſe, tenuerit regnū. Horat. 2. Serm. Saty. 1. Ouo prognatus eodem. Propriè tamen non filium à patre, ſed nepotem ab auo, aut proauo, aut aliquo maiorum prognatum dicimus. Cic. 3. Tuſc. Thyeſtes Tantalo prognatus, Pelope natus. Prognati ſubſtantiue, hoc eſt, ipſi nati, uel liberi. Plaut. Amph. Res, inquit, parentes, patria, & prognati, tutantur, ſeruantur.

PROGNE, (Πρόκνη) Pandionis Athenienſium regis filia fuit, & ſoror Philomelæ, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Ityn ſuſcepit. Hæc cum deſiderio uidendæ ſororis teneretur, exorauit uirum, ut Athenas profectus, Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verum cum in itinere eſſent, in libidinem mulieris exardens, quamuis repugnantem compreſſit. & ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet, linguam ei abſcindit, & ſeruo in uinculis cuſtodiendam tradit: reuerſusq́ ad uxorem, maris naufragio perijſſe ſimulat. Philomela interim tędio carceris affecta, rem omnem uti geſta fuerat, acu in tenuiſſima tela depinxit. hāc ancillæ Prognes clam deferendam tradidit. Progne re intellecta, ac diſſimulato ad tempus dolore, poſtquā Orgiorum dies aduenit, thyrſis & pellibus pro more inſtructa ſororem e carcere eripit, eodemq́ indutam habitu ad regiam ducit: ibiq́ furijs exagitata arreptum Ityn filium interficit, uiroq́ domum redeunti epulandum apponit. Qui tandem re cognita ex pueri capite, quod Progne ſub finem cœnæ per ſororem afferendum curauit, dum fugientem uxorem furibundus perſequitur, mutatam deorum commiſeratione in hirundinem uidit, quæ cōſuetudinem habitandi intra hominum tecta ſemper ſeruauit. Ipſe in upupam cōuerſus eſt, ideoq́ militarem criſtam adhuc in capite gerit, & quaſi adhuc filium quæritans, clamat ποῦ, ποῦ, quod ſignificat, ubi, ubi. Itys autem in Phaſianum, quæ auis frequens eſt iuxta Phaſim fluuium in Colchis. At Philomela in auem conuerſa eſt ſui nominis, quæ ne nunc quidem ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam, quam paulò antè elinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latius apud Ouid. lib. 6. Metam.

PROGNOSIS, pen. pro. (πρόγνωσις) præſcientia, præuidentia dicitur. Cic. 2. de Diuin. Præſagitionem uocat.

PROGNOSTICON, {Pronoſtico} (προγνωστικόν) rei futuræ ſignū, à Græco uerbo προγινώσκω, quod præſcio, ſiue prænoſco ſignificat. unde & per g. ſcribi debet. Cic. 1. de Diui. Atq́ his rerum præſentionibus prognoſtica tua referta ſunt. Extat hoc nomine libellus Hippocratis, in quo ſigna ea perſequitur, quibus medici ægrotorum conualeſcentiam, mortem'ue poſſint præſagire.

PROGREDIOR, deris, progreſſus, {Andare inanzi, procedere} (προάγω, ὑπάγω) ultra procedo. Plaut. in Pſeud. Si hic quo progredietur, pariter progrediamur. Cæſar 4. Bell Gall. Cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, &c. Cic. 1. Offic. Atque ut regredi, quam progredi, mallent. Cæſar 2. Bell. Ciuil. Ipſe cum equitibus ſexcentis magnis itineribus progreditur. Progredi obuiam. Liu. 7. ab Vrbe Romani alacres ab ſtatione obuiam militi ſuo progreſſi, laudantes gratulantesq́ Dictatorem perducunt. Progredi longius, per translationem, eſt ſermonem extendere. Cic. 5. Verr. Non dubito quin uobis ſatisfecerim iudices: ueruntamen progrediar longius. Digitum non progredi, prouerbialis quædam formula, pro Ne minimum quidem. Cicero 4. Acad. Non quæro ex his illa Mathematicorum, quibus conceſſis, digitum progredi non poſſunt. Hinc Progreſſus, huius ſus, id eſt, proceſſus, progreſſio. Cice. Attic. lib. 1. Progreſſum præcipitem, inconſtantem redditum uidet. Accipitur & pro promotione ſiue fructu, quem rei alicui operam dantes facimus. Cicero 3. Tuſcul. Philoſophi nunquam in ſtudijs ſuis tantos progreſſus facere potuiſſent.

PROGYMNASMATA, (προγυμνάσματα) Latine dici poſſunt Præexercitamenta: à uerbo Græco προγυμνάζομαι, quod eſt, præexercere.

PROH, interiectio indignantis. Vide Prò.

PROHIBEO, prohibes, pen cor. {Prohibere, uietare} (κωλύω, εἴργω, ἀπείργω) ex pro, & habeo, ſignificat ueto, arceo, auerto, impedio, ne quid fiat, aut incipiatur. Verg. 1. Aeneid. Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes. Inhibeo uero idem eſt quod retineo, cōprimo, ἀναπαύω, ἐπέχω. Hoc enim differt à Prohibeo, ꝙ Prohibere generale ſit, etiam ante rem inceptam: Inhibere, re iam incepta. Illud uetat, ne quid facere incipias: hoc ne pergas, ſed potius deſiſtas. Vergil. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominum, quæ'ue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ. Idem 12. Aen. Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini ἀφίεσθαι τὰ ἀκοντίσματα. Sed de hoc plura ſuo loco, in uerbo Inhibeo.

PROIECTA, (προβεβλημένα) in ædificijs dicuntur, quæ ita prouehuntur & extenduntur ex aliquo ædificio, ut nuſquam quieſcant. qualia ſunt Mœniana, & ſuggrundia, & podia penſilia: Immiſſa autem dicuntur, quæ ex noſtro ædificio protenſa in alieno recumbunt, cuiuſmodi ſunt tigna & trabes, quæ ex noſtro pariete in parietem uicini immittimus. Dicta Proiecta, à uerbo Proijcio, quod inter cætera ſignificat porrigo ſiue extendo.

PROIECTVS puer, (ἔκθετος, προεῤῥιμμένος) dicitur expoſitus. Plau. in Ciſtel. Paruulam puellam proiectam, ex angiportu ſuſtuli. Pro eodem etiam dicitur Proiectitius Ibidem: Lemniq́ natam deſpondit adoleſcentulo amore capto illius proiectitiæ.

PROIICIO, is, penult. cor, {Tirare à lungi, gettare uia} (ἀπορρίπτω) abijcio, quaſi porrò iacio. Verg. 6. Aeneid. Proijce tela manu. Ouid. Epiſt. 20. Proijcit ipſe ſuas deducta fronte coronas. Verg. 5. Aen. Galeam ante pedes proiecit inanem. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Ex ſuperioribus locis in planitiem deſcendere, atq́ arma proijcere iuſſit. Transfertur & ad incorporea Cæſ. 2. Bel. Gal. Increpitare, atq́ incuſare reliquos Belgas, qui ſe populo Romano dediſſent, & patriam uirtutem proieciſſent. Aliquando ponitur pro extendo, porrigo, προβάλλω, ἐκτείνω. Cic. in Top. Quoniam P. Scæuola id ſolum eſſe ambitus ædium dixerit,

quan-

quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiiceretur. Hinc Proiectus, ctus, (προβολή) pro extenſione. Lucr. li. 3. Quamlibet immani proiectu corporis extet. Interdum proiicere, eſt eiicere, ἐκβάλλειν. Cic. Quid ſi eum ex urbe proieceris? Proiicere ſe ad pedes, eſt ſe humi ad pedes alicuius proſternere. Cęſar 1. Bel. Gall. Qui cum eum in itinere conueniſſent, ſeſeque ad pedes proieciſſent, ſupplicitèr locuti. Proiicere lacrymas, eſt effundere. Hircius 4. Bel. Alexand. Adeo contra Cæſarem bellum acriter gerere cœpit, ut lacrymas, quas in colloquio proiecerat, gaudio uideretur profudiſſe. Proiicere ſe, eſt deſpondere animum. Cic. Att. li. 9. Tuas nunc epiſtolas à primo lego: hę me paulum recreant, primæ mouent, & rogant, ne me proiiciam. hoc eſt, deſpondeam animum. Ibidem: Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integra re, ſed certè minus infracta, quam ſi una proieceris te. Proiectus, a, um, participium. Cic. 2. de Diuin. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum cũ uidiſſet, humauit. Verg. 11. Aen. Sternitur et toto proiectus corpore terræ. Lucan. li. 9. Ignauis manibus proiectos reddidit enſes. Proiectus, extenſus. Cicer. 1. de Orato. Brachium procerius proiectum, quaſi quoddã telum orationis. Ver. 10. Aen. Proiecto dum pede læuo Aptat ſe pugnæ. Idem 3. Aen. Proiectaque ſaxa Pachyni. Siſenna: Vetus atque ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis, maiorẽ partem loci ſummi tegebat. Verg. 1. Eclog. Non ego uos poſthac uiridi proiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe uidebo. Proiectus, cõtemptus, & uilis. Tacit. li. 1. An ciues, quibus tam proiecta ſenatus auctoritas?

Proiectio, onis uerbale, extenſio idem quod Proiectus, ut. Ci. in Orat. Brachii proiectio in contentionibus, contractio in re miſſis. Hinc Proiecto, as, frequentatiuum. Plaut. in Bacch. Etiam ne ultro tuis me proiectas probris? id eſt, iniuriis afficis.

PROIECTVRA, ræ, (προβολή) eſt prominentia, et uelut ſupercilium quoddam parietis, arcendis ſtillicidiis inuentum. Fabri Larmieros appellant, & intabulamenta. Budæus.

PROIN, aduerbium, (τοιγαροῦν) idem ſignificãs quod proinde. Ter. in Eunu. Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.

PROINDE, {*Per tanto, però*} (τοιγαροῦν, τοίνυν) cum accentu in antepenult. componitur ex Pro, & Inde, ſignificatque ideo ideoque, propterea, propter hoc, quapropter. Semper enim dependet ex ſuperiore ſententia. Liu. lib. 1. ab urbe: Satis ſcire origini Romanæ & Deos affuiſſe, & nõ defuturam uirtutem, proinde ne grauarentur, &c. Ponitur quandoque pro aduerbio ſimilitudinis: eandemque ſignificationem habere uidetur cum Perinde, ὡσαύτως. Terent. in Phor. Proinde ex piſcare, quaſi non noſſes. Salluſt. At hi contra ignauiſſimi homines, per ſummum ſcelus, omnia eis ſocus adimere, quæ fortiſſimi uiri uictores reliquerant proinde quaſi uictoria iniuriam facere, demum id eſſet imperio uti.

PROLABOR, pen. prod. prolaberis, prolapſus, {*Scorrere ſdrucciolare*} (προολισθαίνω) leuiter, ſenſimque prouehor. Ci. 2. de Nat. deo. ex aliquo ueterem Poetam At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo. Sic prolabi lõgius in oratione, per metaphoram dicimus, pro eo quod eſt longius prouehi, & modum egredi Cic. pro Cecinna: Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longius prolapſus ſum, quàm ratio ueſtri iudicii poſtulabat. Prolabi ad orationẽ aliquam, eſt ſenſim ad eam accedere. Idem 1. de Leg. Libenter ad iſtã orationem tecum prolaberer. Prolabi item dicuntur, qui ueſtigio in loco lubrico poſito lapſantur, procidunturque, aut ægre ſeſe ſuſtinent. Liu. 5. ab urbe: Conuertẽtem ſe inter hanc uenerationem, traditur memoriæ, prolapſum cecidiſſe, idque omnem pertimuiſſe. Prolapſus, a, um participium. Verg. 2. Aen. Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum Sorte tulit, Troiam incenſam, & prolapſa uidentem Pergama, tot quondã populis terriſque ſuperbum Regnatorẽ Aſiæ. iacet ingens littore truncus, Auulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus. Equus prolapſus, Proper. libr. 4. Eleg. 1. Prolapſio, onis uerbale. Cic. pro Cælio: Et interdum multas uias adoleſcentiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo, aut pro lapſione uix poſſet.

PROLATVS, a, um, {*Prolungato, dilatato*} participium à paſſiuo uerbo Proferor, modo idem eſt quod dilatus, (ἀναβεβλημένος) ut quum diem, iudicium prolatum eſſe dicimus, Modò in conſpectum allatus, uel productus. Lucan. lib. 4. Pro lucri pallida tabes Non deeſt prolato ieiunus uenditor auro. Aliquando idem quod extenſus, uel ulterius tranſlatus: (παρενταμένος) ut cum terminum prolatum, uel fines imperii prolatus dicimus. Inde fit Prolatio, onis, uerbale, ipſe actus proferendi. Cic. in Orat. Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio. Prolatio, protenſio, Liui. 1. Bel. Macedo. Lætaque exta fuiſſe, & prolationem finium, uictoriamque & triumphum portendi. Iudicii prolatio, ἀναβολή. Cic. pro Rabir. perduel. Cum alteri ad prolationem iudicii biduum quæreretur,

PROLATO, as, {*Dilatare, ampliare*} (παρατείνω) amplio, dilato, extendo Colum. in Præfat. lib. 1. Largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem ruſticam: hoc eſt latiorem & ampliorem reddere. Interdum idem eſt, quod differre, protrahere ſiue prorogare, ἀναβάλλεσθαι. Liu. 2. ab Vrb. Prolatandis igitur comitiis, cum, magiſtratu Dictator abiiſſet, res ad interregnum rediit. Vitam prolatare. Tacit. lib. 11. Interim Meſſalina Lucullianis in hortis prolatare uitam. Idem lib. 5. Sed ubi diem ex die prolatabant. Prolatatus, latata, um, participium. ut, Bellum prolatatũ. Tacit. li. 13. Prolatatum inter Parthos Romanoſque de obtinenda Armenia, bellum acriter ſumitur. Prolatatio, onis, uerbale, ἀναβολή. Tacit. li. 19. Sed omnem prolatationem ut inimicam uictoriæ ſuſpectabant.

PROLECTIBILE, (ἐπαγωγὸν) quod alliciendi, incitandique uim habet. Sidon ad Vectionem: Nemo ita naturæ firmæ eſt, ut prolectibilibus careat occultis.

PROLECTO, as, are, (ἐπάγειν) illectare. Cic. pro Flac. Egentes & leues ſpe largitionis, & uiatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

PROLEPSIS, (πρόληψις) Latine dici poteſt præacceptio, uel præoccupatio: ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc eſt, à præſumendo. Fit autem, quum id, quod in aduerſarii aut iudicis opinione eſſe, aut fore arbitramur contrariũ nobis, præoccupamus dicere, & ratione diſſoluere.

PROLES, huius prolis, fœm. gen. {*Prole ſtirpe*} (γενεὰ) ſoboles, progenies, neque hominum ſolum, uerum etiam brutorum. Col. lib. 8. de caprino pecore: Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter, duos, nonnunquam trigeminos. Cic. 2. de Natu. Deo. Ferrea tũ uerò proles exorta repente eſt. Ver. 1. Aen. Et pulchra faciat te prole parẽtem. Oui. 8. Met. Ante uolat comitique timet: uelut ales ab alto. Quæ teneram prolem produxit in aera nido. Duellica proles equorum, Lucret. lib. 2. Per tranſlationem etiam de plantis dicitur: ut Oliuæ proles, apud Verg. 2. Georg.

PROLETARII, qui in plebe Romana pauperrimi erant neque amplius quã mille quingentorum æris in cenſum deferebant. ita dicti quòd raro ad militiam conſcriberentur, & ferè procreandæ prolis gratia in urbe relinquerentur. Qui uerò nullo aut perquàm paruo ære cenſebantur, Capite cenſi uocabantur, ut ait Gell. lib. 16. cap. 10. Auguſtin. lib. 3. Ciuit. Tum uerò tam multa bella ubique crebruerunt, ut inopia militum proletarii illi, qui eò quod proli gignendæ uacabant, ob egeſtatem militare non ualentes, hoc nomen acceperant, militiæ conſcriberentur. Nonius. Proletarii dicti ſunt plebeii, qui nihil Reipu. exhibeant, ſed tantum prolem ſufficiant. Proletarius ſermo, dictus eſt plebeius, & uilis. Plautus in Mil. Nam proletario ſermone nunc quidam hoſpes utere.

PROLIBO, as, pen alt. produ. {*Pregustare*} (προλείβω) ante libo. Plin. libr. 28 cap. 4. Alii è tribus puteis pari menſura aquas miſcent, & prolibant nouo fictili.

PROLICIO, is, {*Indurre*} (ἐφέλκω, ἐπάγω) induco, allicio: Plau. in Curcul. Eius amor cupidã huc me per tenebras prolicit. id eſt, inducit. Hinc Prolecto, as, id eſt, illecto, de quo ſupra.

PROLIXE, {*Largamente, liberalmente*} (ἐκτενῶς) id eſt, admodum liberaliter, large. Ci. ad Cæſarem lib. 7. Neque mehercule minus ei prolixe de tua uoluntate promiſi, quàm erã ſolitus de mea polliceri. Ter. in Eun. Accipit hominẽ nemo melius prorſus, neque prolixius. id eſt, largius, lautius. Aliquando ſignificat longe, lateque. Terẽ. in Adelph. Age prolixe Mitio. id eſt, omnis multis uerbis rem agis.

PROLIXITAS, atis. {*Lunghezza*} (μῆκος) longitudo, quæ & prolixitudo, à ueteribus dicta eſt. Pacuuius: Ora, in me ne flectas fandi prolixitudinem.

PROLIXITVDO, nis, uide Prolixitas.

PROLIXVS, a, um, {*Longo, largo, liberale*} (ἐκτενής, ἐπιμήκης) quod longẽ lateque eſt, & liberale, quaſi porro laxum. Ter. in Heaut. Capillus paſſus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa, Verg. 8. Eclog. Comæ prolixæ, Ouid. 4. Triſt. Eleg. 1. Prolixas abietes, dixit Varro de Re ruſt. li. 1. ca. 6. & ca. 9. Licet uidere fructuoſa ſegete ac reſtibiles, & arbores prolixas. Prolixus autem accipitur pro beneuolo, & liberali. Cicero 2. Epiſto. Prolixa & benefica natura. Idem Attic. libro 2. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum. Cicer. ad Atticum li. 16. Quod cum ita ſit, tamen intereſt noſtra, Plancum hoc animo libenti prolixoque facere.

PROLOGIVM, gii, {*Principio*} (πρόλογον) principium, quaſi prologuium à Græco λόγος. Plau. Exauiuauit me prologio ſuo.

PROLOGVS, gi, {*Prologo, prefatione*} (πρόλογος) proloquium, ſiue præfatio fabulæ, in qua poeta excuſatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucẽ ei afferens proſtituitur. Ter. in prolo. Phor. Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior, Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus, Quẽ diceret. Ponitur aliquando pro ipſo homine prologum referente. Teren. ibidem: Orator ad uos uenio ornatu prologi.

PROLONGO, gas, {*Prolongare differire*} (ἀναβάλλομαι) protraho, profero, pro rogo: quaſi longius facio. Plin lib. 13. capit. 3. Veſtes prolongant tempus. Senect. de Benefic. Vt prolungetur tibi dies mortis, nihil proficere ad fœlicitatem.

PROLOQVIVM, quii, {*Eſſordio, prefatione*} (προλέγιον) præfatio, exordiũ, principium orationis. Accipitur item pro oratione ueri, uel falſi ſignificatiua, quam Cic. Enuntiationem, Græci ἀξίωμα uocant. Gel. lib. 5. cap. 11. Quod in proloquio diſiunctiuo neceſſarium eſt.

PROLOQVOR, eris, {*Eſprimere con parole chiare il ſuo animo*} (ὑποφαίνω, ἀποφθέγγομαι) animi ſenſa claris apertiſque uerbis effero. Var. 6. de Lingua Lat. Proloquitur is, qui in animo quod habet, loquendo effert. Terẽ. And. Cenſe'o'me ullum potuiſſe uerbum proloqui? Nonnunquam idem quod prologo utor, uel præfatiuncula, quod dicturus ſum, præmollio, προλογίζω, προοιμιάζω. Pla. Epid. Nam quod ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie uolo facere libertam meam.

PROLVBIVM, bii, {*Cuppidità deſiderio, delettatione, uolutà*} (ἐπιθυμία) cupiditas, & uoluptas. Gell. lib. 16. ca. 19. Feros, & immanes nauitas prolubiũ tamen audiendi ſubiit.

PROLVDIVM, dii, {*Ricercata*} (προαγών, προοίμιον) proprie eſt inſti, legitimique certaminis quoddam ueluti exordiũ, cuiuſmodi eſt illud, quod à Citharœdis uſitato carmini ſolet præcini. Per tranſlationem accipitur pro leuiore rei cuiuſuis initio, quod tamen ad alia grauiora nonnihil afferat momẽti. Gel. li. 5. ca. 10. Sed maius mihi in iſta uictoria proludium eſt, quum te non cauſa tantũ ſed argumento quoque iſto uinco.

PROLVDO, dis, pen. cor. {*Prouarſi*} (προαγωνίζομαι, προοιμιάζω) futurum certamen meditor, & exercendarum uirium cauſa, confirmandique animi uelut ſimulacrum quoddam certaminis ineo. Verg. lib. 3. Georg. Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit, Arboris obnixus trunco, uentoſque laceſſit ictibus, et ſparſa ad pugnam proludit arena. Iurgia proludere. Iuue. Satyr. 5. Iurgia proludit ſed mox & pocula torques Saucius. Proludere, inquit Budæus, eſt aliquid agere, quod ad iuſtum certamen pertineat, quaſique exordium legitimi, pleniique certaminis auſpicari. Ci. 2. de Orato. Sed ut ipſis Sententiis, quibus præluſerunt, uel pugnare poſſint. In armis leuibus proludit, Ouid. ad Piſon. Seneca Medea: Dolos proludit per ſcelera. Hinc Proluſio uerbale, ipſe proludendi actus. Cic. 2. de Orat. Atque eiuſmodi illa proluſio debet eſſe nõ ut Samnitum, qui uibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. Proluſionis uocabulum etiam ad cauſas tranſlatum eſt: ſic Cicero Diuinationem ſuam Proluſionẽ Verrinæ accuſationis uocat: in ea enim de conſtituendo accuſatore Verris agebatur. Verba Ciceronis ſunt: Sin mecum in hac proluſione nihil fueris: quem te

in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus?

PROLVGEO, ſolito diutius lugeo, ultra anni tempus luctū produco. Feſtus: Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

PROLVO, luis, {*Lauare, ſpargare, bagnare*}(ἀποκλύζω, βρέχω, διύγραίνω) ex Pro, & Lauo, quod è prima in tertiam tranſit, coniugationem, quemadmodū & reliqua eius uerbi compoſita: ſicut idem ferè quod abluo purgo, humecto, Perſi. in prologo: Nec fronte labra proluı Caballino. Verg. 1. Aenei. Et pleno ſe proluit auro. Stat. 8. Thebai. Cruor faucia proluit pectora. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Leni præcordia mulſo Proluerıs melius. Proluere cloacam, eſt aquam in cloacam infundere, quæ ſecum rapiat ſordes. Pla. in Curcul. Ad anum ebriam tranſtulit uinum in uentrem non ſecus atq; in cloacam quandam profundentem. Age (inquit) effunde hoc citò in barathrum, Proluc cloacam. Proluere terram dicuntur aquæ, cum impetu ſuo terram abradunt, ſecumq; rapiunt. Columel. lib. 2. ca. 18. Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisq; radicibus germina nō patitur coaleſcere. Verg. 1. Georg. Proluit inſano contorquens uortice ſyluas Fluuiorum rex Eridanus. Prolutus, a, um, participium. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. Abſentem cantat amicā Multa prolutus uappa nauta, atque uiator Certatim.

PROLVVIES, ei, {*Sporcitia, bruttura*}(περίψημα) immunditia cuiuſcunq; rei ſordidę. Ver. 3. Aen. Fœdiſſima uētres Proluuies, id eſt, ſordis effuſio, inquit Seruius. Col. lib. 12. cap. 38. Et ad alui proluuiem.

PROLVVIVM, uii, idem quod Proluuies. Per tranſlationem dicitur profuſio & prodigalitas, (ἀσωτία) quum quis more aquę opes profundit. Terent. in Adel. Quæ res tam repentè mores mutauit tuos? quod proluuium? quę iſta ſubita eſt largitas?

PROMELLERE, uerbum antiquum, quod litem promouere, interpretatur Feſtus.

PROMERCALIA, {*Merci da uendere*}(ὤνια) mercimonia ſunt uenditioni expoſita. Promercalia dicuntur, ait Budæus, quæ paterfamilias uænalia habet, extra ea, quæ uſui ſuo ſeruat. Quidam aiunt Promercalia propriè dici merces, quę primo minoris emuntur, ut poſtea pluris diſtrahantur, quarū rerum negotiatores Græco uocabulo Propolæ nuncupantur. Suetonius in Cæſare, Aurum promercale uocat id, quod Cæſar uendidit ſuperans ſibi, reſeruata tanta auri copia quanta ſuo uſui ſatis eſſet. Promercales ueſtes, quæ ſuperuacant patrifamilias Suetonius de Clar. Gra. Luxuriæ ita induſit, ut ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua caperet, ac nō multo minus e re familiari, cuius diligentiſſimus erat, cum & officinas promercalium ueſtium exercere. Col. lib. 1. ca. 8. Pecuniamq; domini neq; in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

PROMEREO, es, uide promereor.

PROMEREOR, reris, deponēs, & Promereo, es, {*Far beneficio, meritare, beneficare*}(προσχάρομαι) bene ago, beneficium præſto adiuuo, proſum, Verg. li. 4. Aen. Ego te, quæ plurima fando Enumerare uales, nunquam regina negabo Promeritam. Terent. Ita me uelim ames promerentem pater id eſt, bene merentem: Plautus tamen in Amph. in malam partem ſumpſit: Quid mali ſum, here tanta ex re promeritus? Aliquando id ſimpliciter ſignificat, quod mereo. Pla. in Trin. Nam retineri nequeo, quin dicam ea, quæ promeres. Bene promereri de aliquo, eſt conferre in aliquem beneficium. Hinc Promeritum, ti, Cicer. ad Quir. poſt reditum: Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritū, quod non, &c.

PROMERITVM, ti, unde in præcedenti dictione.

PROMETHEVS, pen. pro. (Προμηθεύς) filius Iapeti, & pater Deucalionis qui hominem ex luto dicitur formaſſe, & ex cæleſti igne animaſſe. Promethei fabulam ſic refert Seruius, Prometheus, inquit, poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio. Mineruæ cœlum aſcendiſſe, & adhibita facula ad totam Solis ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dii, duo mala immiſerunt terris, febres, et morbos, ſicut & Sappho & Heſiodus memorant. Quod tangit & Horatius, dicens: Poſt ignem ætherea domo Subductum, macies, & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercuriū religauerunt ad ſaxum. & adhibita aquila eſt, quæ eius cor excederet. Hæc autem omnia non ſine ratione finguntur. Nam Prometheus uir prudentiſſimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus eſt, ἀπὸ τῆς προμηθείας, id eſt, à prouidentia. Hic primus Aſtrologiam Aſſyriis indicauit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimia cura & ſolicitudine deprehenderat. Hic autem mons poſitus eſt circa Aſſyrios, uicinus penè ſyderibus. Vnde etiā maiora aſtra demonſtrat, & diligenter eorū ortus occaſusq; ſignificat. Dicitur autem aquila cor eius excedere, quod ἄχθος eſt ſolicitudo, qua ille affectus, ſyderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis Deus eſt, ad ſaxū dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: unde cœleſtem ignē dicitur eſſe furatus: Nam quadam arte ab eodem mōſtrata ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene uſi ſunt. Nā poſtea malo hominū uſu in perniciem eorum uerſus eſt: ſicut in Liuio lectum eſt de Tullo Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis. Numa uero Pompilius impune uſus eſt tantū in ſacris deorum. Hinc eſt q; igne rapto mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immiſſi. Hactenus Seruius enarrans illud Vergilij ſextæ Eclo. Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna. Caucaſeasq; refertur lucres, furtumq; Promethei. A Prometheus fit Promethides patronymicum maſculinum.

PROMICO, as, penu. cor. {*Gettare da lungi*} inquit Nonius, eſt extendere, uel longe iacere. Næuius, Siquidem loqui uis, nō perdocere, multa longe promicanda oratio eſt.

PROMINEO, promines, pen. cor. {*Soprastare, eſſere preminente*} (ἐξέχω) ex Pro, & Maneo, ſignificat exto, emineo, propendeo. Plin. lib. 11. cap. 37. Similes dentes ut hominis, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquā eos qui prominente. Horat. Epod. 5. Cum promineret ore, quantū extant aquam Suſpēſa mēto pectora. Ouid. 13. Meta. Coma plurima toruos Prominet in uultus.

Prominere in memoriam ac poſteritatem, pro extendi. Liuius 8. Belli Puni. Tanquam non longius q̄ quantum uitæ humanæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ extendatur: maximaq; pars eius in memoriam ac poſteritatem promineat. Prominens, tis, participiū. Liu. 7. Bel. Pun. Gallos prominens collis tegebat. Prominens, nomē ſubſtantiuū. Tacit. li. 1. Inueniremq; in litoris prominēti nihil, &c.

PROMISCEO. (ἐπιμίγνυμι) unde Miſceo.

PROMISCVVS, a, um, {*Meſchio, confuſo*}(ἐπίκοινον) miſtum, incertum, cōfuſum. Salluſt. Diuina, atq; humana habere promiſcua, &c. Vnde Grammatici promiſcuum genus appellarunt, quaſi incertum, ſiue confuſum. quod et Græco nomine Epicœnum appellamus Quint. lib. 1. cap. 4. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua (quæ epicœna dicuntur) oſtenderit. Cōnubia promiſcua. Liu. 4. ab Vrb. Quam enim aliam uim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu uulgentur concubitus plebis, patrumq;? Idem 9. Bel. Mac. Nec unum genus noxæ, ſtupa promiſcua ingenuorum, fœminarumq; erant. Operam promiſcuā dare, eſt, mutuam operam tradere. Pla. Rud. Eamus intrò omnes, quando operam promiſcuam damus. A quo promiſcue (συμμιγῶς) aduerb. miſte, confuſe, incerte, pro quo ueteres etiam Promiſcam dixerunt, inquit Feſtus. Liu. 3. ab Vrbe: Placet pecudum, ferarumq; ritu promiſcuè in concubitus ruere?

PROMISSVM, ſſi, & **PROMISSIO**, nis, uide in uerbo Promitto.

PROMITTO, tis, {*Promettere*}(ὑπισχνέομαι) polliceor. Cic. Iam enim totū quod tibi promiſeram, præſtiti. Tere. Adelph. Roga hunc tu: tu promitte huic. M. Promitto. Cic. de Diuin. Quæ autem inconſtantia Deorū, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis. Quandoque eſt producere, & in longitudinem demittere quaſi porrò mittere, καθιέναι. Plau. in Rud. Capillū promittrā optimum eſt, incipiamq; hariolari. Plin. lib. 16. cap. 26. Nec ulla arborum, aui dius ſe promittit. Promittere barbam. Liu. 6. ab Vrb. Coniecto in carcere Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis ueſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obuerſatamq; ueſtibulo carceris mœſtā turbam. Tacit. lib. 2. Donec crinem barbamq; promitteret. Verg. 8. Eclog. Hirſutumq; ſupercilium, Promiſſaq; barba, id eſt, longa prolixa & dependens. Quandoque minari, ἀπειλεῖν. Verg. 2. Aen. Promiſi ultorem, & uerbis odia aſpera moui.

Promittere ad cœnam, eſt promittere ſe iturum ad cœnā, Plaut. in Menæc.

Sic promittere ad fratrem, eſt promittere, ſe iturum ad fratrem. Ci. 1. de Ora. Cum ille dubitaret, q; ad fratrem promiſerat. Promittere, & In ſe recipere, pulchrè iunxit. Cice. ad Brut. li. 13. Sed tamen inquit ſeparatim promitto, in meq; recipio, fore eum tibi & uoluptati, & uſui. Hinc. Promiſſum, ſi, ſubſtan. quod promittitur. Vnde dicimus, Conſequi promiſſa: Conficere promiſſum: Efficere promiſſum alicui: Exigere promiſſa: Flagitare promiſſa: Facere promiſſum alicui. Implere promiſſum: Expetere promiſſa: Stare promiſſis: Seruare promiſſa. Satisfacere promiſſo. Repetere promiſſum: Soluere promiſſa aliquibus: Manere promiſſis: quorum omnium teſtimonia legenti receptos auctores nuſquā non occurrent. Promiſſio, onis, uerbale. Cic. 8. Philip. Scelerum enim promiſſio, & iis qui expectant pernicioſa eſt, & iis qui promittunt. Huius compoſita ſunt, Ad promitto, quod eſt, pro altero promitto. Cōpromitto, (ἐπιτρέπω) quod ſignificat litem ad boni uiri arbitrium mitto. A quo Cōpromiſſum, (ἐπιτροπή) ipſa facultas arbitro data. Tractum ab eo q; uterq; litigant ſimul promittit ſe arbitri ſententiæ pariturum. Compromiſſarius arbiter, (ὁ ἐπιτετραμμένος τὴν δίαιταν). Repromitto, rurſum uel uiciſſim promitto. Cicero pro Qu. Roſcio. Repromittis tu abhinc triēnium Roſcio: recita iſtam reſtipulationem clarius. Quandoque idem eſt, quod ſimplex Promitto. Sueton. in Claud. Fucinum aggreſſus eſt non minus compendii ſpe, quàm gloriæ, cū quidā priuato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur.

PROMNESTRIA, (προμνήστρια) mulier nuptiarum conciliatrix, quę Latino nomine Pronuba dicitur. Nam προμνᾶσθαι inter cætera ſignificat Pronubę ſiue nuptiarum conglutinatricis officio fungi.

PROMO, mis, pſi, ptum, {*Dar fuori*}(προχειρίζομαι, προβάλλω) profero, in medium affero. Pla. in Ciſt. Accipias claues ſi quid tibi opus erit promptu, promitto. Verg. 2. Aen. Lætiq; cauo ſe robore promunt: Theſandrus: Sthelenusq; duces id eſt, educunt. Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. Verr. Cūm tibi ſenatus ex ærario pecuniam prompſiſſet, et ſingulos tibi denarios adnumeraſſet. Idē 3. de Fini. Nam in Tuſculano cum eſſem, uelleq; è bibliotheca pueri Luculli quibuſdam libris uti, ueni in eius uillam, ut eos ipſe, ut ſolebam, inde promerem. Pli. in Paneg. Iubes, quæ ſentimus promere in medium. Promere conſilia, eſt aperire, palam facere. Cic. ad Att. lib. 9. Nūc certè promenda tibi ſunt conſilia. Hinc. Prompto, as, frequent. Pla. in Bacch. Quia, malum ſi prompter, in dies faciat minus. Huius compoſita ſunt, Depromo, quod eſt, alicunde profero, extraho, declaro. Verg. li. 11. Et ultricem pharetra depromc ſagittam. Pla. in Amph. Quid faciam nunc, ſi tres uiri me in carcerem compegerint, inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum? Expromo, (ἀποφαίνω) proloquor, declaro, & in pectore recondita quaſi in lucem profero. Terent. in Heauton. Nemo eſt meorum amicorum hodie apud quem expromere omnia mea occulta audeam.

PROMONTORIVM, rij, (ἄκρα) ſignificat montem in mari prominentē unde & nomen accepit. Plin. lib. 36. Promontoria aperiuntur mari, & rerū natura agitur in planum. Cæſar 2. Bell. Ciuil. Hic locus duobus eminentibus promontorijs continetur. Cic. 6. Ver. Ab eo oppido non longe in promontorio ſanum eſt Iunonis antiquum.

PROMPTVARIVM, rii, {*Diſpenſa*}(ταμιεῖον) locus in quo res ad uſum neceſſariæ ita repoſita ſunt, ut ſtatim promi ac proferri poſſint. Cato ca. 11. Armarium, promptuarium unum, ſcamna longa ſex. Pro eodem etiā legitur Promptarium.

PROMPTARIVS, a, um, uel Promptuarius, (ταμιευτικός) ex quo aliquid depromitur. Plaut. in Amph. Inde cras è promptaria cella depromar ad flagrū. Nam tibi promptariam cellam pro carcere poſuit, quia è carcere ad ſupplicium promuntur noxii.

PROMPTITVDO, inis, {*Prontezza*}(προθυμία) eſt facilitas ingenij ad quæuis ex tempore expromenda.

PROMPTO, as, uide in uerbo Promo.

PROMPTVS, pta, um, {*Pronto, apparecchiato*} (ἀποφαντός, πρόχειρος, ἕτοιμος, ὠκύς) dicitur qui iam paratus eſt ad agēdum, et in quo nulla mora eſt, quam ſi iam productus, expeditus alacer, ardens. Salluſt. Natura ferox, uehemens,

mēs, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Sic dicimus: Promptus ingenio, qui ingenium ad omnia paratum habet. Iungitur ſæpius accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cic. 1. Offic. Promptiores igitur debemus eſſe ad noſtra pericula, q̃ ad crimina, &c. Interdum iungitur genitiuo. Gell. lib. 10. c. 22. Plato ueritatis homo amiciſſimus, eiusq́ omnibus exhibendę promptiſſimus. Per tranſlationem ponitur pro manifeſto & aperto, cum res à ſecretiore loco educitur, uel parata nobis & ad manum ſit: Vnde dicimus, Res eſt in promptu (πρόχειρος πρὸ ὀδοῦ) hoc eſt, manifeſta eſt. Ci. li. 1. Offic. Quę quanquam ita ſint in promptu, ut res diſputatione non egeat. Saluſt. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere. Promptum eſſe, aliquando legimus pro facile eſſe. Quint. lib. 9. cap. 1. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere utique Græcis promptiſſimum eſt. id eſt, facillimum. Hinc promptæ res dicuntur, inuentu faciles. Prompte, aduerbium, (προχείρως, προθύμως) alacriter, ſine cunctatione. Vnde Promptius, & Promptiſſimè. Plin. Epiſto. 82. Quare ego uero Corellię adero promptiſſime, nec ſubire offenſas recuſabo.

PROMONSTRA, prodigia, inquit Feſtus.

PROMOVEO, {Promouere} (προάγω) proueho, quaſi ulterius moueo. Ter. in Eunu. Moue uero ocyus te ommox. Moueo. C. uideo: at nihil promoues. Ponitur aliquando pro prolongare, producere tempus. Terent. in And. Quantum huic promoueo nuptias. Aliquando pro proficere. Terent. in Hecy. Abibo hinc, præſens quando promoueo parum. Promotus, ta, tum, particip. idem quod prouectus. Sta. 2. Achi. Suasq́ hyemes claſſis promota, ſuosq́ Attollit fluctus. Promotus ad dignitatem. Plin. Epiſt. 151. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, nulla occaſione corruptus, ab inſito abſtinentię amore deſciuit.

PROMVLGATOR, ris, & Promulgatio, nis item promulgatrix, cis, uide in uerbo Promulgo.

PROMVLGO, gas, {Publicare} (ἐκφέρω, ἐξαγγέλλω) publico palàm pronuntio, quaſi prouulgo. Feſtus: Leges promulgari dicūtur, quū primum in uulgus eduntur, legendæ proponuntur: ut ſi cui uideatur, poſſit intercedere. Ci. ad Qu. Fra. lib. 2. Cato legem promulgauit de Imperio Lentuli abrogando. Idem pro Seſt. De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. Promulgatus, a, um particip. Cic. pro Muræna: Etenim, ut ait ingenioſus poeta, & auctor ualde bonus, ꝑlio promulgato, tollitur è medio, nō ſola iſta ueſtra uerboſa ſimulatio prudētiæ: ſed etiam ipſa illa domina rerum prudentia. Vnde uerbalia, Promulgator, Promulgatrix, promulgatio, id eſt, diuulgator, diuulgatrix, diuulgatio, Cic. de Lent. lib. 1. Subito exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.

PROMVLSIS, idis, genus cibi dulcioris, mulſo conditum. Cic. Papy. Habuiſſes nō hoſpitem, ſed contubernalem. At quem uirum? non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ouum affero, itaq; uſque ad aſſum uitulinum opera perducitur. Hinc Promulſidaria uaſa dicuntur, quibus promulſis continetur. Scribit Pomponius Iureconſul. legatis uaſis, ſcutellas, et promulſidaria contineri.

PROMVRALE, (προτείχισμα τοῦ τείχους) murus circum ciuitatis murum ductus, qui & Antemurale dicitur.

PROMVS, condus, {Diſpenſiere} (ταμίας) apud ueteres procellario ſumebatur. Pla. in Aſin. Ego ſum promus condus, procurator peni. Promus dictus, q præeſſet penui promendo: Condus, q eadem in cellam recondere. Duo enim hæc officio ab eodem ferè adminiſtrabantur: licet in potentiorū ædibus aliquādo fuerint diſtincta: unde et nomina ipſa aliquando ſeparatim collocantur, Promumq; aliquando legimus, ſine adiunctione Condi. Plaut. Poen. Adepol feci ſti prodigum promum tibi. Columel. lib. 12. ca. 3. Promis quoque & cellariis aliquid attendentibus, aut metuentibus interuenire. Per tranſlationem dixit Plautus in Trin. Ne admittam Culpam, ego meo ſum promus pectori. Apuleius in Apolo. Promum librorum appellat illum, qui libris promendis præeſt.

PROMVSCIS, idis, fœm. gen. (προβοσκίς) manus, ſiue proboſcis elephantorum dicitur. Plin. lib. 8. cap. 7. Promuſcidem elephantorum faciliime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.

PRONECTO, tis, ere. Sta. 4. Syl. Vidi quam ſeriem morantis æui Pronectāt tibi candidæ ſorores. Hoc eſt, in longū tempus nectant, producant, protrahant.

PRONEPOS, pen. cor. & Proneptis, nepotis filius, & filia. Cic. 3. Tuſ. Iouis iſte quidem pronepos. Ouid. 13. Meta. Sed enim quia rettulit Aiax eſſe Iouis pronepos: noſtri quoq; ſanguinis auctor Iuppiter eſt.

PRONITAS, tis, uide in dictione Promus.

PRONOMEN, inis, (ἀντωνυμία) una eſt ex octo orationis partibus, ita dicta, q uice nominis fungatur.

PRONVBA, æ, penu. cor. (προμνήστρια) dicitur quæ nuptiis præeſt celebrandis, & ea ex parte uxoris, ſicut Auſpex ex parte uiri. Inde Iuno Pronuba dicebatur, quia nuptiis præeſſet. Vergil. 4. Aeneid. Prima & Tellus, & pronuba Iuno Dant ſignum. Flamma pronuba. Claud. 1. de raptu Proſerp. Iam uicina toro, plenis adoleuerat annis Virginitas: tenerum iam pronuba flamma pudorem Sollicitat. Hoc eſt, Ingenitus ardor quidam, qui ætate matura uirgines ad nuptias prouocat. Pronubæ (inquit Donatus) dicuntur, quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur, & quæ in obſequio nubentis ſunt.

PRONVBO, (προμνηστεύω) nuptiis præſum. uide Nubo.

PRONVNTIO, as, {Pronontiare} (προφέρω, ὑποκρίνομαι) clara uoce, decētiq; corporis motu aliquid profero. Plin. Epiſt. 114. Nam pronuntiat acriter, ſapienter, apte, decenter. Ponitur aliquando, inquit Budæus, pro eo quod eſt expreſſe, & nominatim prædicere, præfariq; ea bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. in l. 2. de ædil. edi. ſæpe in ea ſignificatione uſus eſt: et in l. quod ſi nolit, Qui mancipia uendunt, inquit. nationem cuiuſq; in uenditione pronuntiare debent. Cic. 3. Offic. Cum in uendendo eam rem ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emptori damnum præſtari oportet. Aliquando pro nominare. Liu. 4. Bel. Pun. Poſtremo uictū conſenſu, & ſeditionem metuentes pronuntiant eos Prætores. Aliquando pro decernere, iudicare, dicere. Pli. Epiſt. 5. At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum eſt. Cic. 2. de Finib. Aequam igitur pronuntiabit ſententiam ratio adhibita primum humanarū, diuinarumq; rerū ſcientia, &c. Nonnunquam pro palam & claſſico nuntiare. Curt. Immenſoq; Dario iter ad Euphratem pronuntiauit. Aliquando pro palàm promittere. Liu. 2. ab Vrbe: Aedem Caſtoris uouiſſe fertur, ac pronuntiaſſe militi præmia, qui primus, qui ſecundus caſtra hoſtiū intraſſet. Pronuntiatus, a, tum, participiū. Cic. in Part. Verſus pronuntiatus ſyllaba una breuior, aut longior. Pronuntiatum, ti, ſubſtātiuum, propoſitio ueri uel falſi ſignificatiua, quæ Græcè ἀξίωμα dicitur. Ci. 1. Tuſcul. Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα, utar poſt alio, ſi inuenero melius) Id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt uerum, aut falſum. Pronuntiatus, us, ui, idē quod pronuntiatio. Gell. lib. 4. cap. 17. Ratio in pronuntiatu manet. Pronuntiatio, onis, uerbale, eſt, uocis, uultus, & geſtus moderatio cū uenuſtate, inquit auctor ad Herēnium li. 1. Cic. 1. de Inuent. Pronuntiatio eſt ex rerum & uerborum dignitate uocis & corporis moderatio. Idē 1. de Orat. quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? Pronuntiator, oris, qui pronuntiat. Cic. de Claris Orato. Thucydides enim rerum geſtarum pronuntiator ſyncerus, et grandis etiam fuit.

PRONVPER, (πρὸ ὀλίγου) ualde nuper. Pla. in Trin. Qua ſponſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente.

PRONVRVS, huius pronurus, pe. cor. dicitur uxor nepotis. Ouid. Epiſt. 16. Pronurus & magni Laomedontis ero.

PRONVS, m, {Chinato, chino, inchinato} (κατωφερής, καταφερής, ἐπιρρεπής) proprie dicitur in anteriorem partem flexus. Ouid. lib. 1. Metam. Pronaq; quum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit. Per tranſlationē uero quis dicitur pronus, id eſt, inclinatus ad uirtutes, uel ad uitia, ἐπιρρεπής: quanquam uſitatius in malam partem accipitur. Nam qui ad uirtutē, aliāve rem laudabilem naturæ inclinatione feruntur, Faciles potius dicuntur: ut ex Ciceronis ſententia docuimus ſuprà in dictione Procliuis. Plin. in Paneg. Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, q̃ æmulatio, in fœminis præſertim. Item Pronus dicitur, qui eſt contrarius ſupino. Plin. li. 28. Supini cubitus oculis conducunt, ac proni tuſſibus. Pronum mare, litori uicinum dicitur, ſicut Altū, quod longius abeſt à litore. Verg. 5. Aen. Ventiſq; uocatis Prona petit maria, id eſt, litori uicina. Dicitur & Pronis in tertia declinatione, ut apud Terē. in Phor. Alia trabs pronis in humum accedens proximè frangit ramos cadentes. Et dicimus Pronus huic rei. Col. li. 3. cap. 2. Aquiloni prona, & Pronus ad hanc rem. Idem lib. 2. cap. 9 Campo patente, & ad ſolem prono. Pronitas, atis, Senec. in Præfat. Decla. Neſcio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit.

PROOECONOMIA, mix, (προοικονομία) figura poetis familiaris: de qua ſic Seruius in illum uerſum. Verg. 1. Aen. Et Libyæ defixit lumina regnis: Pulchra prooeconomia, id eſt, diſpoſitio carminis. Vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum faceret. Induci enim Iouem de rebus humanis cogitantē, & Africam reſpicientem ad quam uenere Troiani.

PROOEMIVM, mii. Proemio, eſſordio (προοίμιον) Latinè initium, uel exordium, ſiue præfatio dicitur, ex πρὸ & οἶμος propterea q præcipuum legitimumq; carmen ſolet præcedere. Proprie enim Prooemium dicebatur, quod à citharoedis certamen inituris præcini ſolebat. Quāquam deinde etiam orationum exordia hoc nomine dici cœperunt. Nam ſicut Citharoedi pauca quædam ante quā legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratiam canunt: ſic Oratores nō nulla, prius, q̃ cauſam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquūtur: quæ illorum imitatione procemia appellarunt. Ci. 2. de Legib. Habes legis Procemium, ſic enim hoc appellat Plato. Cic. ad At. lib. 16. De gloria librum ad te miſi, & in eo procemium, id eſt, quod in Academico tertio. Id euenit ob eam rem, q habeo uolumen procemiorum: ex eo digere ſoleo, cum aliquod σύγγραμμα inſtitui. Quint. lib. 3. cap. 8. In demonſtratiuis uerò procemia eſſe maxime libera exiſtimat Ariſtoteles. Per tranſlationem accipitur pro quouis principio. Iuuen. Saty. 3. Miſeræ cognoſce procemia rixæ. Ad Procemium fit Procemior, aris, (προοιμιάζω) quod eſt exordior. Plin. Epiſt. 27. Procemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe, poſtremo docet, delectat, afficit.

PROPAGO, ginis, & Propages, gis, pen. prod. {Prouana, propagine} (παραφυάς) uitis uetula & ſuppreſſa, ut ex una plures fiant, dicta q porro pangatur, id eſt, longe figatur. Verg. 2. Georg. Preſſos propaginis arcus. Vbi prima producitur: unde & geminato p, quidam ibi ſcribendum exiſtimant, more ueterū poetarum, qui quoties primam dictionis huius ſyllabam producebant, duplicabant p, ut etiam annotauit Erythræus. Vſitatius corripitur, ut ex ſequentibus exemplis manifeſtum eſt. Cic. de Senect. Malleoli, plantæ, ſarmenta, uites traduce, propagines. Plin. lib. 14. cap. 1. Vis uitium omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines. Horat. Epod. li. Ode. 2. Ergo aut adulta uitium propagine Altas maritat populos. Aliquando ſignificat genus, ſtirpem, progeniē. Verg. 12. Aen. Sit Romana potens Itala uirtute propago. Ouid. 13. Faſto. Non hæc ille deus, tātæq; propaginis auctor Credidit officiis eſſe minora ſuis. Lucr. lib. 4. At conſueta domi catulorum blanda propago. Propages, inquit Nonius, eſt ſeries, et agnitio continua, uel longe ducta. Pages enim compactio: unde Compages, et propagare genus. id eſt, longe mittere. Pacuuius: Salucte germana mea ꝓpages ſanguinis. Propago librorum. Plin. lib. 7. cap. 14. Qua de cauſa aliorū eius librorum propago Liciniani ſunt cognominati.

PROPAGO, as, pen. pro. {Prouanare aneſtare} (παραφύω) uitem uetulam ſupprimo, ut ex ea una plures fiant. Ci. in Cato. Maio. Propagatio uitium, ſarmentorumq; ea: quam dixi, &c. Cat. cap. 32. Vitea propages in ſulcos. Per tranſlationem ponitur pro extendo, dilato protraho, profero, prolato, ἀναβάλλω, παρατείνω. Sueto. in Calig. cap. 29. Prætorium uirum, ex ſeceſſu Anticyræ quam ualetudinis cauſa petierat, propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem, cum mandaſſet interemi. Id eſt, produci, proferri ſibi commeatum. Cic. 7. Verr. Cum ipſe ſui generis initium ac nominis ab ſe gigni, & propogari uellet nominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias. Idem pro Seſtio: Hæc monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. Idem 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Propagatus, a, um, particip. Cic. 4 in Catil. Memoria conſulatus mei propagata. Propagatio, onis, uerbale. Cic. 1. Offic. Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerum publicarum. Idem Lucullo lib. 5. Vita in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis. Propagatur,

oris. Cic. ad Att. lib. 8. Ille reſtituendi mei, quam retinendi ſtudioſior, ille prouinciæ propagator, ille abſentis in omnibus adiutor. De Pompeio.

PROPALAM, pen. cor. {In paleſe, apertamente} (ἀπαρακαλύπτως). i. clare, aperte, & in propatulo. Cic. li. 1. de Ora. Non explicata ueſte, neque propoſitu argento, neque tabulis, & ſignis propalam collatis.

PROPALO, as, pen. cor. {Propalare, manifeſtare} (φανερόω) ſi apud idoneos ſcriptores inuenia tur, idem erit quod aperire, manifeſtare, & palàm facere. Nã quod Calepinus exiſtimauit idem etiã ſignificare, quod in longum creſcere, deceptus eſt corrupta Columellæ lectione ex lib. 13. cap. 7. ubi ſic legit. Deinde ex eo ſulco, quaſi canos ſuſſarum facies, per quos ut quæque uirga poſtulauerit, ppal. tur, atque in terra adoperies. Ibi enim propagetur legendum conſtat, non Propaletur.

PROPATRVVS, (προπάτρως) frater paui, qui et patruus magnus dicitur.

PROPATVLVS, a, um, adiectiuum, {Aperto, manifeſto} (προφανής) late patens, atque apertum, quaſi porrò patulum. Ci. 6. Ver. Ante ædem Cereris in aperto, ac pro patulo loco ſigna duo ſunt, &c. In propatulo, aduerbialis formula eſt, pro palàm. Sall. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere, id eſt, in publico.

PROPE, {Preſſo, appreſſo} (ἐγγύς) præpoſitio eſt compoſitionem non admittẽs idem ualet quod iuxta. Curtius. Quum prope ad oppidum copias conſtituiſſent. Interdum, Ex propinquo, (ἐγγύθεν) Martia. lib. 1. Hic ubi ſydereus propius uidet aſtra coloſſus. Sine caſu aduerbium eſt, eiuſdem ſignificationis cum præpoſitione. Teren. in And. Prope adeſt, cum alieno more uiuendum eſt tibi ſub tempus. Ponitur aliquando pro aduerbio ferè, ſeu quaſi. Plin. Et in foribus templi prope collapſus expauet. Hinc comparatiuum Propior, propioris, & hoc Propius, (ἐγγύτερος) propinquior. Ci. pro Quintio: Tibi me propior nemo eſt. Ouid. Epid. 3. Ille gradu propior ſanguinis, ille comes. Horat. 3. Car. Ode. 15. Maturo propior define funeri ludere uirgines. De ſene. Ci. pro Seſt. Omnia ſua ſibi propiora eſſe pericula, quam aliena. Verg. 9. Aene. Mea quem ſpatiis propioribus ætas Inſequitur. Propius uero, id eſt, ueriſimilius. Liu. 4. ab Vrbe. Capuamque ab duce eorum Capy. uel (quod propius uero eſt) à campeſtri agro appellatum. Propius, comparatiuum aduerbium. Plau. Bocch. Cedo manum. ac ſubſequere propius me ad fores. Liuius: Caſtra propius hoſtem mouit.

Vt propius uentum eſt, Ouid. 4. de Ponto Eleg. 7. Nihil propius factum eſt, (παρὰ τοσοῦτον, παρ' ἐλάχιστον, παρ' οὐδὲν ἐγένετο) id eſt, parum abfuit, quin hoc, aut illud factum fuerit. Cic. in Verrem: Nec quicquam factũ eſt propius, quam ut uiuus combureretur. Superlatiuum, Proximus (ἐγγύτατος) propinquiſſimus, maxime uicinus. Ouid. 1. de Arte. Proximus huic labor eſt placidã exarare puellam. Terent. Hecyr. Deſpondent ei gnatam huius uicini proximi. Cic. Att. li. 2. Arrius proximus eſt uicinus: imo ille quidem iam contubernalis. Terẽ. in Eun. Illum liquet mihi deierare his menſibus Sex uel ſeptem proſſum nõ uidiſſe proximus. Id eſt, præteritis, inquit Donatus. Terent in Adelph. Proximus mihi genere. Veteres tamen non ſolum propinquum, & nobis hærentem Proximum dicebant, uerum etiam longe remotum: ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſe. Verg. 5. Aeneid. Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. Aliquando ponitur pro maxime propitio. Terentius. Gradiuum teſtor, qui Deuacit nobis omnium proximus. Interdum non habet uim ſuperlatiui, & propinquum ſignificat, quapropter comparatiuum facit, Proximior, quod propinquiorem ſignificat, Verg. 1. Proximior, & dextra ſit, quæ plagam poſſit inferre. Vlpian. adiectium ædilit. Si quis proximior naſceretur cognatus. Proximitas, atis, (ἀγχιστεία) Ouid. 2. de Art.: Et lateat uitium proximitate boni. Quint. lib. 3. ca. 8. Sed eam plures præſtant, uel eodem iure, uel proximitatis, uel diuiſio: ut cum hic teſtamento, ille proximitate nitatur. Proximè, aduerbium, ἐγγύτατα. Cic. Luccio lib. 5. Literæ, quas à te proxime accepi Idem 1. de Natu. deo. In quem proxime nominaui. Nonnunquam habet & accuſatiuum, quemadmodum & cætera à Prope præpoſitione deriuata. Idem Atti. lib. 6. Habere exercitum quam proxime hoſtem. Idem Attico lib. 3. Quare nihil eſſet neceſſe, quàm proxime Italiam eſſe. Cicero: Proximus Pompeium ſedebam. Propius (ἐγγυτέρω) urbem mouent. Salluſtius, Proximè Hiſpaniam Mauri ſunt.

PROPECTO, is, xui, xum, {Pettinare in lunga, alla diſteſa} in longũ pecto: unde Propexus, a, um, ut Barba propexa. Ouid. 1. Faſtor. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Vergil. 10. Aenei. Propexam in pectore barbam.

PROPEDIEM, {Toſto, preſto fra pochi di,} (ἐν βραχεῖ) aduerbium temporis idem ualens quod Breui, uel poſt paucos dies, Terent. in Heaut. Et illum tibi saluũ affuturum eſſe hic confido propediem. Cic. Atti. lib. 6. Ego, ut ſpero propediẽ te uidebo.

PROPELLO, is, puli, pulſum, {Scacciare lontano} (ἀπωθέω) longe, pello, procul amoueo. Cæſar. 5. Bel. Gal. Varenus gladio comminus rem gerit: atque uno interfecto, reliquos paulum propellit. Luca. lib. 3. Propulit, ut claſſem uelis cedẽtibus Auſter incumbens mediumque rates tenuere profundũ. Liu. 10. bel. Mac. Periculum uitæ propellere à me potes puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum ſumpſerunt. Orationem remis propellere, per translationem. Ci. 4. Tuſ. Quærebam igitur utrum panderem uela orationis ſtatim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem. Propulſus, a, um, participium. Lucan. lib. 7. Cernit propulſa cruore Flumina. Propulſo, as, frequentatiuum. Vide infra.

PROPEMODVM, {Quaſi} (ὀλίγου δεῖν) id eſt penè, ferè, fermè, quaſi prope menſuram. Pla. in Truc. Propemodu expertæ eſtis, quam ego ſi tranquillus uſque homo.

PROPEMPTICON, (προπεμπτικόν.) Latine comitatiuũ, à προπέμπω, comitor, præmitto. Vnde eſt titulus apud Sidonium Prompticon ad libellum.

PROPENDEO, es, {Pendere} (ῥέπω) inclinor, deorſum uergo, proprieque dicitur de lance in ſtatera præponderante. Ci. 5. Tuſcul. Qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram, & maria deprimat. Propendere in aliquẽ inclinatione uoluntatis. Ci. 2. de Orat. Neceſſe eſt, ut inclina tione uoluntatis pendeat in uos. Propendens, tis, dimiſſus. Col. lib. 7. cap. 11. Probatur quadratus potius, quam longus, breuis, capite tam magno, ut corporis uideatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane uillatico Propenſio, onis animi inclinatio. Cic. 4. de Fin. Qui nulla in re, niſi in uirtute aut uitio propenſionem, ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. Propendere uerò, pen. cor. eſt diu, ſiue multum, aut diligenter ponderare, aut examinare. Quin. Dabam his otium, refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitas tãquam propendere.

PROPENSVS, a, um, {Inchinato grandemente} (ἐγκεκλιμένος, προθυμότατος) uehementer inclinatus. Ci. 3. de Finib. Ita non ſolum ad diſcendum propenſi ſumus, uerum etiam ad docendum. Idẽ 1. Officio. Quin etiã ſi quis eſt paulo ad uoluptatem, propenſior Aliquando idem eſt quod propendens, prominens, ſiue extenſus ἐκτενής. Perſius: Quũ tibi Calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Vbi Cornutus interpres, Quũ tuo, o Calue, ſenator abũdantia ciborum pinguis ſis, & uentrem habeas ultra ſex pedes extenſum.

Inde Propenſa munera. id eſt, multa, ac magna. Plautus in Trucul. Miles aduenit, natique cauſa dat propenſa munera. Hinc Propenſe, aduerbium, id eſt, ex animo. Lentulus ad Senatum libr. 12. Vt hanc concordiam, & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propenſe non crederent eſſe factam.

PROPERANTIA, æ, {Affrettatione} (σπουδή) feſtinatio. Sal. in Iugur. Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum ſocordia magis, quam dolo, crederent.

PROPERATIM, pe. pr. {Preſtamente} (σπουδῇ) aduer. celeriter, Cæcil. Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus. Nonius.

PROPERANTER, aduerb. factũ à participio Properans, (σὺν σπουδῇ) idẽ quod feſtinãter: Accius: Remiſque uixi properanter nauim in fugam trahãt. Lucre. lib. 5. Vſque adeo properanter ab omnibus ignibus eius.

PROPERATIO, onis, (σπουδή) idem quod feſtinatio. Cic. lib. 2. Epiſto. Sed ad properationem meam nonnihil intereſt, nõ expectare, donec ad locũ uenias. Cic. Tironi: lib. 16. Epiſt. Nam quæ parcius frater perſcripſerat, uerecundia uidelicet & properatione.

PROPERATO, aduerb. (σπουδῇ) feſtinanter, præpropere. Tacit. lib. 13. Neque nimis properato Narciſſus Claudii libertus ad mortem agitur. Properato opus eſt, pro Properare. Cicer. pro Mil. Primum erat nihil, cur properato opus eſſet.

PROPERE, {Preſtamente} (σπουδαίως) celeriter, aduerb. Sallu. Tum propere conſul ducit exercitum. Verg. 6. Aen. His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.

PROPERITER, (μετὰ σπουδῆς) Catul. Animula miſerrima properiter habit. Pacuuius Teucro, ut citat Nonius: Mihi claſſem imperat Theſſalum, noſtrãque in altum ut properiter deducerem. Accius Thelepho, apud eundem: Remiſque mixi properiter nauim in fugam trahunt.

PROPERO, as, pe. co. {Affrettarſi} (σπεύδω) feſtino, accelero, celeritate utor: à prope, ut putatur dictum. Cic. Cornificio lib. 10. Atque inde uentis, remiſque in patrem omni feſtinatione properaui. Ouid. 10. Metam. Sedem properamus ad unam. Verg. 7. Aen. Quem regia coniux Adiungi generũ miro properabat amore. Properare item dicitur, qui feſtinanter aliquid agit, uel dicit. Verg. 1. Georg. Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno, Maturare: datur. Nonius: Feſtinare & Properare ueteres diuiſerunt, Cato: Qui unum quid mature tranſigit, Properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, Feſtinat. Verũ utraque uerborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt ueritati, ut ſit ſæpe animi Properare, ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare, corporis neceſſitati obſequentis. Verg. lib. 4. Aen. Et mediis properas Aquilonibus ire per altũ. Et lib. 2. Feſtinate uiri, nam quæ tam ſera moratur Segnities? Hæc Nonius.

Huius compoſita ſunt, Appropero. (κατασπεύδω) quod eſt iuxta propero, Cicero pro Milone, Quum hic inſidiator qui iter illud ad cædem faciendũ approperaſſet. Depropero, ualde ſeu celeriter propero, properanter facio Horat. lib. 2. Carm. Quis udo Deproperare apio coronas, Curatve myrto. Impropero, intro propero, feſtinanter ingredior. Plin. li. 16. Intus labyrinthum inextricabilem, quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Aliquando eſt crimen, uel aliquid aliud obiicere, ὀνειδίζειν. Vnde Improperium. Sed de hoc plura ſuo loco.

PROPERTIVS, Elegiarum poeta ex Meuania oppido oriundus: quod in Vmbria eſt, ut ipſe auctor copioſe teſtatur. Sũt qui ſcribant eius patrẽ equeſtri dignitate ornatum, ac tribunitia poteſtate fuiſſe: tum inter eos connumeratum qui L. Antonium ſecuti, Peruſia capta ex Octaui Cæſaris auctoritate ad aram Diui Iulii perducti, ibidem occiſi ferunt. Illud omnino conſtat, hunc Propertium magna ex parte amiſſis bonis, Romam ſe recepiſſe, cum patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſiſſet: quod illis uerſibus apparet: Aſpice me, cui parua domus fortuna relicta eſt, Nullus & antiquo Marte triumphus aui. Ex Crinito.

PROPERVS, a, um, penul. cor. {Preſto ueloce} (σπουδαῖος) idem quod celer. Plau. Properam uideo ancillam uenientem. Iræ properus. Tacitus libr. 11. Si præueniret Claudium, ut inſidiis incautum ita iræ properum, Curſus properua Ouid. Epiſt. 16. Greſſus properus, Valer. Flac. 4. Argon. Pede propero ſequuntur ducem, Catulus. Hinc ſit Properior, properrimus, & compoſitum Præproperus.

PROPETRO, as, pen. cor. eſt mandare, ut aliquid perficiatur, teſte Feſto. Accius: Agel uerò, propetra, quod cœpiſti, fieri.

PROPHETA, æ, & Prophetes, æ, maſcu. ge. {Profeta} (προφήτης) qui futura pronuntiat, à ſe primum intellecta. Nam qui ſpiritu pythonico, aut furore correpti, futura prædicunt, Prophetarum nomen non merentur. Veteres (ut inquit Feſtus) antiſtites fanorum, oraculorumque interpretes, prophetes dicebant. Huius fœmininũ eſt prophetiſſa, (προφῆτις) mulier diuino inſtinctu futura prædicens.

PROPHETIA, æ, {Profetia} (προφητεία) eſt inſpiratio, uel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili ueritate denuntians.

PRO-

PROPINO, nas, pen. pro. (προπίνω) præbibo, poculum prægusto, & deinde alteri trado. Pla. in Curcul. Propino magnum poculum, ille bibit. Quæ conſuetudo inde initium habuit, quod Græci in ſolennioribus compotationibus, quas Philoteſias appellabant aurea argenteaq; pocula proferre, & uino impleri iubebant, eaq; prægustata, cui uiſum eſſet, dono offerebant. Προπίνειν, inquit Pindari interpres, ἐστὶ κυρίως, ἅμα τῷ πώματι καὶ τὴν φιάλην χαρίζεσθαι. Cic. 1. Tuſ. Quo ſonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis ſolent nominare cui poculum tradituri eſſent. Mar. lib. 6. Nemo propinat Calliodore tibi. Iuuen. Sat. 5. Quando propinat Virro tibi? Propinare ſalutem. Pla. Stich. Propino tibi ſalutem plenis faucibus Demoſthenes eos qui patriam produnt προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc eſt, propinare hoſtibus dicebat. Interdum eſt ſimpliciter porrigere. Ter. in fine Eun. Hunc comedendum, & deridendum uobis propino. Pli. lib. 20. Quidam ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci propinant. Propinatio, onis, uerbale, (πρόποσις) actus ipſe propinandi ſeu præbibendi. Sen. de Beneſ. cap. 21. Ego ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem accepturus non ſim? Propinator, oris, Ouid. 1. de Arte, Inde propinator nimium quo, quam multa propinet.

PROPINQVITAS, atis, {Propinquità} modo ſanguinis coniunctionem ſignificat. ἀγχιστεία. Cic. de Amic. Adſciſcantq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atq; natura. Modo loci uicinitatem. Idem 3. Offic. Nimis. n. imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo.

PROPINQVVS, a, um, {Propinquo, uicino} (πλησίον) quod prope eſt: cui opponitur longinquus. Ter. in Eun. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Nonnunquam idem eſt, quod conſanguineus uel ſanguine coniunctus, ὁ ἐγγὺς τῷ γένει, ὁ καθ' αἷμα προσήκων. Cic. ad Cæl. lib. 2. Epiſt. Virginius propinquus tuus, familiariſſimus noſter. Hinc propinque aduer. πλησίον. Plau. in Truc. Alat eccam adeſt propinque, &c.

PROPINQVO, as, {Auicinarſi} (ἐγγίζω) propinquus fio, aut prope accedo. Verg. 2. Aen. Iamq; propinquabam portis, omnemq; uidebar euaſiſſe uiam.
 Idem 9. Aen. Nam lux inimica propinquat. A quo fit Appropinquo, παραβάλλω, προσπελάζω, de quo ſupra.

PROPITIABILIS, inquit Nonius, id eſt pronus ad propitiandum. Ennius: Animus huic eſt propitiabilis. Propitiabilis hoſtia. i. apta propitiationi.

PROPITIATORIVM, rij, (ἱλαστήριον) locus in têplo in quo diuina ira thymiamate placari ſolet: licet & pro tabula quadam poni uideatur poſita ſuper arcam: unde in Exodo legitur: Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo.

PROPITIO, as, ſiue propitior, aris, {Placare} (ἱλάσκομαι) propitiû reddo, placo. Pla. in Poen. Illud faciet, niſi te propitio. Suet. in Otho. cap. 7. Per omnia piaculorum genera manes Galbæ, a quo deturbari, expelliq; ſe uiderat, propitiare tentaſſe. Propitiare aliquid, pro conciliare, ſeu dare Curt. lib. 4. Ille capite uelato uerbenas manu præferens, præibat preces regis, Ioue Mineruaq; uictoriam propitiante. Propitiare animi ſolicitudinem, eſt lenire. Pli. li. 28. ca. 2. Alius ſaliua poſt aurem digito relata, ſolicitudinem animi propitiat.

PROPITIVS, a, um, {Propitio, fauoreuole} (ἵλεως) placidus, fauensq; a Prope, & Ito itas, ut quidam aiunt. Nam qui nobis fauent, prope nos ire conſueuerunt. Vel dicitur Propitius, quaſi prorſus pius, aut porro, id eſt, ualde pius, auctore Nonio. Pla. in Merca. Tam propitiam reddam, quam cum propitia eſt Iuno Ioui. Cicer. pro Cælio: Huic homini ego fortaſſe, & pauci, deos propitios, pleriq; autem iratos putabant. Idem in Epiſt. ad Octauium: Perq; fortunam populi Romani quæ quanquam nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia.

PROPLASTICE, ces, (προπλαστική) ars faciêdi typos ex argylla, creta ve, quos in æneis marmoreiſq; operibus artifices ſibi proponunt imitandos. Ponitur & figurate pro ipſis typis. Pli. li. 35. c. 12. Arceſilai proplaſticen pluris uænire ſolitam conſtat ab artificibus ipſis, quam aliorum opera.

PROPNIGEON, {Boca del forno} (προπνιγεῖον) os furni, ſiue præfurnium. Græcis enim πνιγεὺς furnum ſignificat, ſiue caminum: ἀπὸ τοῦ πνίγειν, hoc eſt, à ſuffocando, quod ignis in eo ſuffocetur. Pli. Epiſ. 42. Adiacet unctorium hypocauſton, adiacet propnigeon balnei.

PROPOLA, æ, pen. pro. {Il uenditore, Venetiis Compra uende} (μεταβολεύς, προπώλης) negotiator, qui merces præemit minoris, ut poſtea pluris uendat πρὸ enim ante, πωλέω uendo. Cic. contra Piſon. Piſtor domi nullus, cella, panis, & uinum à propola, atq; de cuppa.

PROPOLIS, huius propolis, pen. cor. (πρόπολις) in apum operibus dicitur tertium ceræ fundamentum, ex craſſiore, tenacioreq; conſtans materia, frigoris iniuriæq; omnes aditus obſtruens, fauoſq; ſtabiliens. Plin. lib. 11. cap. 7. Prima fundamenta operis Commoſin uocant periti. ſecunda, Piſſoceron, tertia Propolin, inter coria cerasq; magni ad medicamina uſus: Nigra cruſta eſt prima, ſaporis amari. Piſſoceros ſuper eam uenit picantium modo, ceu dilutior Ceræ initium plerumq; è mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiæ, additis floribus: nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obſtruuntur, odore etiamnum graui, ut qua pleriq; pro galbano utantur. Idem li. 14. ca. 8. Populi fuerunt in ſoliis guttam ex qua apes propolin faciunt.

PROPONO, nis, ſui, ſitum. {Preporre, proponere} (προτίθημι) interdum idê eſt, quod ad comedendum appono. Plin. lib. 10. cap. 50. Cœnarum interdictis inuenio exceptum, nec quid uolucrum proponeretur, præter unam gallinam. Aliquando in publico ponere. Plin. lib. 35. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Aliquando ante oculos ponere. Cicer. de Inuent. Qui leges ſcribunt, utilitatem Reipub. proponere ſibi debent. Idem lib. 1. Epiſto. Omnibus propoſitum eſſe debet cum dignitate otium. Interdum exponere, & aſtacere. Cic. Titio lib. 5. Epiſt. In animo habere debemus, homines nos ut eſſe meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit uita noſtra. Proponere præmium, eſt in medio ponere, ut fiat, uictoris, aut promerentis. Cicero: Quis eſt, qui tantis propoſitis præmijs non excitetur? Proponere item Oratores dicuntur: cum ea de quibus dicturi ſunt, paucis antè enumerant. Idem de Claris Ora. Curio, cum tria propoſuerat, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. Proponere animo, (προαιρεῖσθαι) eſt côſtituere, & deliberare. Seneca: Id in primis animo proponendum, ut rectè uiuamus.

PROPONTIS, propôtidis, {Canale di Coſtantinopoli} (προποντίς) uno nomine dicitur totum illud mare, quod ab Helleſponti anguſtiis ab Thraciû uſq; Boſphorum protenditur. Nam Geographi primas anguſtias maris Aegei ſe coarctantis Helleſpontum uocant. Inde expatiatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figurâ Scythici arcus committitur oſtio Mæotidis paludis, idq; oſtium Cimerius Boſphorus uocatur. A Propontis fit Propontiacus, aca, cum, προποντικός. Oui. lib. 1. Faſt. Huncq; Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

PROPORTIO, onis, {Proportione} (λόγος, ἀναλογία) eſt duarum rerum inuicem facta comparatio. Cic. de Vniuer. Id optime aſſequitur, quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum eſt enim, quoniam hæc primum à nobis nouantur) comparatio, proportiove dici poteſt. Idem 6. Verr. Vt hoc liceat ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

PROPOSITIO, onis, {Propoſitione} à Rhetoribus appellatur, ad cuius probationem omnia diriguntur argumenta. Solent enim oratores breuiter proponere, id circa quod totius negotii cardo uerſatur, idq; deinde argumentis confirmare. Auctor ad Heren. li. 2. Propoſitio dicitur, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit, quod probare uolumus. Cic. de Inuen. Propoſitio eſt, per quâ breuiter locus is exponitur, quo omnis uis oportet, emanet ratiocinationis.
 Recentiores Dialectici Propoſitionem uſurpant, pro oratione ſignificatiua ueri, uel falſi: quam Cicero Enuntiationê, ſiue Pronuntiatum. Græci ἀξίωμα appellant.

PROPOSITVM, ti, {Propoſito intentione} (προαίρεσις, σκοπός, πρόθεσις, ἐπίνοια) dicitur quod mente ſtatutum eſt, & intentio hominis. Plin. Hoc, ei propoſitum erat uel ſuperare, uel cedere. Ouid. 10. Metamorph. Propoſitiq; tenax, quodcunq; eſt, orat ut ipſi indicet. Venuſte autem dicimus, Quempiam auerti à propoſito: Declinare à propoſito: Egredi à propoſito: Nulla re à propoſito deterreri poſſe Permanere in propoſito: Fugare aliquem à propoſito alicuius rei: Aliquid ad propoſitum pertinere. Exempla paſſim occurrent ſtudioſo.

PROPOETIDES, (προποιτίδες) puellæ fuerunt Cypriæ, ex Amathunte urbe, quæ quod Veneris numen aſpernarentur, ab irata dea adeo percitæ ſunt libidinis deſiderio, ut corpora paſſim in triuiis proſtituerent: unde factus eſt locus fabulæ, Propœtides in ſaxa fuiſſe mutatas, quod abiecto omni pudore, uelut ſaxa, induruiſſent. Ouid. 10. Met. Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſæ Eſſe negare deam, pro quo ſua numinis ira Corpora cum forma primo uulgaſſe feruntur. Vtq; pudor ceſſit, ſanguisq; induruit oris, In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ.

PROPORRO, {Oltre accio} ulterius, uel præterea. Lucre. lib. 2. Et ſibi proporrò quæ ſint primordia quærunt.

PROPRÆTOR, toris, qui prætoria auctoritate extra ordinem ad prouinciâ adminiſtrandum mittebatur. Cic. 2. de Diui. Quam multi anni ſunt, cum bella à Proprætoribus, & proconſulibus adminiſtrantur.

PROPRIVS, a, um, {Proprio, particulare} (ἴδιος) à prope fit & dicitur quod peculiare eſt uniuſcuiuſq;. Hoc enim maxime prope eſt, quod proprium eſt. Verg. 7. Aen. Hunc mihi da proprium uirgo ſata Nocte laborem. Hinc Proprietas, atis, ἰδιότης, ἰδίωμα. Ci. in Acad. Singularum rerum ſingulæ proprietas ſunt. Proprie, (ἰδίως, κυρίως) quod eſt peculiariter. Cic. de Orato. Quam proprie de unoquoque dixit. Aliquando accipitur pro ſtabili diuturno. Salu. At qui metu, & ſuſpicione proprium habere quietem non poterat. Pla. Atq; illum amatorem tibi proprium futurum uita. Id eſt, perpetuû. Verg. in 6. Aen. Propria hæc ſi dona fuiſſent. Dicimus eleganter, Aliquid proprium eſſe oratori, uel epiſtolę: hoc eſt, quod maxime obſeruari debet, & conuenit oratori, aut epiſtolæ. Ci. Q. Fr. Hoc eſt epiſtolæ proprium, ut is ad, quem ſcribitur &c. Idem de Orat. Ornate dicere proprium'ne ſit oratoris, &c. Dicimus quoque aliquid eſſe proprium alicuius: hoc eſt, illi adſcribi per tranſlationem. Ci. Roſ. Amer. Quicquid maleficij, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. Proprium & Commune contraria. Cic. in Cato. Maio. Ad id quidê non proprium ſenectutis eſt uitium, ſed commune ualetudinis. Conſtruitur cum genitiuo, ut patet ex ſuperioribus exemplis: & cum datiuo, Quin. li. 5. Propria eſt nobis mentis agitatio, atq; ſolertia.

PROPRITIM, penu prod. {Propriamente} (ἰδίως) antiqui dicebant pro proprie, teſte Nonio. Lucr. lib. 2. Quid? genus humanum propritim de quibus auctum eſt?

PROPTER, {Per, appreſſo} (διά) præpoſitio eſt cauſam ſignificans: quæ nô niſi ſeparata legitur. Cic. ante exilium. Non turpitudine uitæ, non pro magnitudine ſcelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnas iure & lege perſoluo. Ver. 4. Aen. Te propter Libyæ gentes Numidumq; tyranni Odere. id eſt, tui cauſa. Aliquando idem ſignificat, quod prope. Ter. in Adel. Nimium iſtuc abiſti, hic propter hunc aſſiſte. Ouid. Propter humum uolitat, ponitq; in ſepibus oua. Sine caſu poſitum, migrat in aduerbium. Cic. 6. Verr. Etenim propter eſt ſpelunca quædam.

PROPTEREA, {Per ciò} (διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα) ſignificat ob eam cauſam: ſicut quapropter propter quam cauſam. Terent. in And. Ego uitam deorû propterea ſempiternam eſſe arbitror. Propterea quod, idem ualet quod ideo quia ἐπεὶ ἄν. Cic. 1. Aca. Si notionem ueri & falſi, propterea quia non poſſint internoſci nullam habemus.

PROPVDIVM, (μάχλος) rem pudendâ ſignificat, teſte Budæo, quaſi porrò. i. ualde pudendû, uel à quo pudor, & pudicitia procul ſint. Propudia uirorû, apud Pli. li. 28. c. 8. Plautus quoq; meretriculâ propudiû uocat. Hinc propudioſus, a, um, cuius nos merito pudeat. Sidonius: Igitur hic proxime abrupto contubernio ancillæ propudioſiſſimę, cui ſe totû côſuetudine obſcœna addixerat. Id eſt. impudiciſſimæ. Gel. li. 2. c. 7. Sed cum ſi imperet uxorê ducere infamem,

propudioſam,criminoſam.

PROPVGNACVLVM, culi, {Defenſione} (προβολή, ἔπαλξις) eſt arx uel moles,aut alius locus munitus,propugnãdæ,hoc eſt,defendendæ, urbi uel caſtris idoneus. Verg.lib.4. Aen Et propugnacula bello Tuta parant. Cicero pro Font. Eſt in eadem prouincia Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium,ſpecula populi Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.

PROPVGNO,as,{Defendere}(ὑπερμαχέω, προμάχομαι)pugnando defendo protego. Plin.lib.12.cap.19. Caſia circa paludes, propugnante unguibus diro uelpertilionum genere,decutitur.Cic.1.Offic. Propugnare pro æquitate. Idem pro Rabi. Teſtor,me pro illorum fama,gloria,memoria, non ſecus pro patriis fanis atq; delubris propugnandum putare. Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt uerbis uel oratione commoda, uel dignitatem alicuius defendere.Cic.1.de Inuen.Qui uero ita ſe armat eloquentia,ut non oppugnare commoda patriæ,uerum propugnari poſſit,&c. Vnde Propugnator. πρόμαχος, προασπιστής. Liu.lib.4.Quid à uobis ſperetur, an honores,quos aduerſarius ueſtris potius,q̃ Reip.propugnatoribus datis? Cæſar 7.Bel. Gal. Nec ille prius eſt à ꝓpugnatoribus uacuus relictus locus Propugnatio,onis, uerbale.Ci.Liciniog lib.5.Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

PROPVLSO,as,{Propulſare,ſcacciare}(ἀπωθέω, ἀμύνω, διωθέομαι, ἀμύνομαι)frequentatiuum à Propello,ſignificat arceo, depello, quaſi procul pulſo.Liu lib.1.Tamen quum mœnibus bellum propulſare poſſet, in acie copias educit.Ter. And.Nam quod tu ſperas propulſabo facile. Cic.pro Cluen. Diſplicat'ne mihi legum præſidio à capite periculum propulſare? Propulſatio,onis Cic.pro Sylla: Cum huius periculi propulſatione coniungam defenſionem officii mei. Propulſator,oris. Val. Max.lib.7.cap.9. Auctorem harum rerum beneuolentia,propulſatorem odio inſecutus.

PROPYLÆVM læi,(Corte,intrata)(προπύλαιον)Latine ueſtibulum, uel porticus,quæ eſt ante domum. Cic.lib.2.Offic. Phalereus Demetrius qui Periclem principem Græciæ uituperabat: q tantam pecuniam in præclara illa propylæa profuderit. Plin.lib.35.cap.10.Protogenes cum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæum pingeret,adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parerga appellant.

PROQVÆSTOR,oris,(ἀντιταμίας)qui quæſturam extraordinariam gerit:ſiue qui quæſtoris auctoritate accepta mittitur in aliquam regionem.Cic.in Acad. Nec uero ineunte ætate ſolum,ſed & proquæſtor aliquos annos. Idem 4. Acad.Cum alexandriæ Proquæſtor eſſem.

PRORA,ræ{Prora,prua}(πρῷρα)anterior pars nauis.Liu.4.Bell.Pun. Ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum iniecta proræ eſſet,&c. Verg.5. Aen. Illiſa prora pependi. Prora & puppis,prouerbialis metaphora dicitur de eo, in quo negotii totius cardo uertitur. Cic.ad Tironem lib.6.hiſ uerbis: Mihi prora & puppis(ut Græcorum prouerbium eſt)fuit à me tui dimittendi,ut rationes meas explicares. Vide Eraſmum in Chiliadib.

PROREPO,pis,pen prod.(ἐξέρπω)ultra repo, uel ſenſim in lucem prodeo. Col.lib.3.cap.10. Illæ fertiles ac firmæ,quia a tenero prorepunt: & quicquid eas peruenerit alimenti,indiuiduum eſt. Hora. 1.Ser.Sat.3. Cum prorepſerunt primis animalia terris.

PRORETA,æ.pen.pro.(πρωρεύς)dicitur qui cuſtos eſt,& gubernator in nauis prora. Pla.in Rud. Si tu proreta iſti naui es ego gubernator ero.

PROREVS,(πρωρεύς)nomen duarum ſyllabarum, idem ſignificat quod ꝓreta:qui ſcilicet proram gubernat. Eſt etiam nomen proprium nautæ, apud Ouidium 3.Metam.

PRORIPIO,is,penul.cor.{Fuggire ſottraggerſi} (ἐκθρώσκω, ὁρμάω)ſubduco me,uel ſubtraho,ὑπεξάγω ἐμαυτὸν,καὶ ὑπεξαγάγομαι. Liu.2.Bel.Pun. E manibus ſacrificantium quum ſeſe proripuiſſet. Sallu.in Catil.Deinde domum ſe ex curia proripuit. Ver 3.Eclog. Quo nunc ſe proripit ille? Idem 6.Aen. Tandem proripuit ſeſe,atq; inimica refugit In nemus umbriferum. Ponitur aliquando pro rapere.Ci.7.Ver.Deinde iubet undiq; hominem proripi, uehementiſſimeq; uerbari.

PRORITO,tas,pen.pro.{Prouocare}(παροξύνω)ſignificat prouoco. Col. lib.10.Vt Peluſiaci proritet pocula zythi. Ponitur aliquando pro allicere, inuitare.Col.li.2.ca.10.Lini ſemen,niſi magnus eſt in ea regione, quam colis prouentus,& pretium proritat,ſerendum non eſt.

PROROGO,as,pen.cor.{Prolongare}(παρατείνω, ἀναβάλλομαι) protraho,prolongo.Cic. Appio lib.3.Illud pugna,& enitere,nequid nobis tẽporis prorogetur Claud.7.Paneg.Prorogat æternam feritas tibi Punica famam. Imperium prorogare,eſt,noua rogatione in longiora tempora proferre.Cic. ad Q.Fra.lib.1.Quod ſi tibi bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti prorogatum imperium uiderem,tremerem animo, &c. Prorogatio onis, uerbale, ἀναβολή. Liu.8.ab urb. Duo ſingularia hæc ei uiro primum contigere:prorogatio imperii,non ante in ullo facta:& acto honore triũphus Cic.pro Muræ. Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti, prorogationem legis Maniliæ,æquationem gratiæ,dignitatis,ſuffragiorum.

PRORSVS,& Prorſum,aduerb.{Al tutto,affatto}(παντελῶς, τὸ μὲν ὅλον, παντελῶς)idem ſignificantia quod omnino.Cic.in Tuſc. Prorſus hæc diuina ſunt Terent. Eunu. Ego neſcio hercle neq; unde eam,neq; quorſum eam: Ita prorſum oblitus ſum mei. Interdum ponitur pro recte,& uere, ut ait Donatus. Terent.in Adel. Eo pacto prorſus illic alligauerit filium. Quando uero nomẽ eſt,ſignificat rectum. Vnde Prorſi limites dicuntur,in agrorum menſuris, qui ad Orientem directi ſunt:ut ait,Feſtus. Ponitur aliquando Prorſus aduerbium,pro eo quod uulgo generaliter dicitur. Cicer.ad Marcel.libr.4.Venies enim,mihi crede,expectatus,neq; ſolum nobis,id eſt,tuis,ſed prorſus omnibus. Ponitur aliquando pro eo quod eſt. Rectà ad locum aliquem. Plau. in Mili. Prorſum Athenas protinus abibo tecum. Teren.in Hecyr. Trepidari ſentio,curſari rurſum prorſum. Vbi Donatus: Rurſum proprie retro:prorſum ante ſignificat.

PRORVMPO,is,{Rompere, entrare con empito}(διεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι) idem quod rumpo,effringo. Cæſar lib.4.Celeriter ad eas munitiones peruenerunt,atq; proruptis his prius in hoſtium caſtris cõſtiterunt:q̃ plane ab his uideri,aut quid rei gereretur,cognoſci poſſet. Ver.lib.1.Georg. Rurſus in obliquum uerſo prorumpit aratro. Ponitur & abſolute pro eo quod eſt proruere,hoc eſt,cum impetu progredi.Cicer.pro Muræna: Catilina prorumpet, qua minatur:in agros ſuburbanos repente aduolabit. Quandoq; eſt emittere,ſiue euomere. Vnde proruptum,effuſum,fluensq;. Verg.1.Aene. Vnde per ora nouem uaſto cum murmure montis, It mare proruptum, & pelago premit arua ſonanti. Et li.3.Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem Qđ Seruius exponit pro euomit,aſſerens nouam hanc eſſe locutionem. Non enim dicimus,(inquit)Ego prorumpo hanc rem. Hoc modo Ter.in Eunuc. uſus eſt uerbo Erumpo: Iamne erumpere licet hoc mihi gaudium.

PRORVO,is,{Far caſcare, cadere con empito}(καταῤῥήγνυμι, διαῤῥίπτω) ruere facio,proiicio,facio ut aliquid cadat. Liuius: Mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingenti proruit. Idem lib.9. Ea clitati arma capiunt, dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum proruendum,foſſaſq; implendas. Ponitur et abſolute pro eo quod eſt cum impetu decidere. Valer.Flac.7.Argon. Ille fatiſcens in caput inq; humeros ipſa ui molis,& iræ Proruit. Proruere ſe pro rumpere. Teren. Eun. Vix elocuta eſt hoc,foras ſimul omnes proruunt ſe. Abeunt lauatum, ita ut fit domini ubi abſunt. Prorutus,a,um, pen.cor.participium. Liuius.4.ab Vrb. Dictator proruto uallo,iam in caſtra prælium intulerat.

PROSA,æ,{Proſa.Pet.Che comprẽder no'l può proſa ne uerſo}(πεζός, λόγος) dicitur oratio ſoluta quaſi profuſa. Gel.lib.10.cap.18. Extat nunc quoque Theodori tragœdia,quæ inſcribitur Mauſolus:in qua eum magis,q̃ in proſa placuiſſe, Higinus refert. Quint.lib.1.cap.10. Sed in proſa quoque quædam iam recepta immutatio. Columel.in Præfat.lib.10. Proſam orationem dixit: Proſa (inquit)oratione prioribus ſubnectentur exordiis. Inde deducitur ad iectiuum Proſacius,a,um, Plin.lib.7.cap.56. Proſaciam orationem condere primus Pherecydes Scyrius inſtituit. Eſt etiam Proſa deæ cuiuſdam nomen,quæ ad impetrandum facilem partum Romæ colebatur. Gel.lib.6.cap. 16. Quando contra naturam forte conuerſi in pedes pueri, brachiis plerunque diducti retineri ſolent,ægrius tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia,aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus:quarũ altera Poſtuorta nominata eſt, Proſa altera, à recti, peruerſiq; partus & poteſtate, & omine.

PROSAPIA,æ,{Proſapia,ſtirpe,prole}(γένος)ſiue Proſapies,ei, generis ſeries,ſiue progenies:ita dicta à proſupando,ut Nonio placet, id eſt,à proferendo: Feſtus a proſipando,hoc eſt, ſpargendo & diſſeminando deductum mauult q liberorum procreatione progenies propagetur. Pla.in Cur. De Coclitum proſapia te eſſe arbitror. Cic.de Vniuer. uetus uerbum eſſe dicit. Quod et Quint aſſerit lib.8.cap.3. Vt obſoletæ(inquit)uetuſtatis uniuerſam eius proſapiam dicere,inſulſum.

PROSAPODOSIS,pen.pro.(προσαπόδοσις) figura eſt quam Aquila Romanus Redditionem interpretatur: cum ſcilicet duabus uel pluribus ſententiis ſua cuiq; ratio ſubiungitur. Exempla petito ex Rutilio.

PROSCENIVM,nii.(προσκήνιον)locus erat,teſte Budæo, ante ſcenam porrectus, ubi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita ut ſcena altior eſſet pulpito:pulpitum altius orcheſtra, qui locus erat ſaltantium. Plau. Amph. Etiam hiſtriones Nanaico in Proſcenio hic Iouem inuocarunt. Liu.10.Bel.Mac. Theatrum & proſcenium ad Apollinis,ædem Iouis in Capitolio,&c. Verg.2.Georg. Caper omnibus aris Cæditur, & ueteres, ineunt proſcenia ludi.

PROSCINDO,dis{Fendere,ſchiappare}(καινίζω)idem quod ſcindo, uel ſcindendo aperio. Vnde dicimus Terram proſcindi,(inquit Varro lib.2.de Re ruſt.cap.29.)cum primum aratur: q prima aratione glebæ grandes ſolent excitari. Quum iteratur,offringere uocant. Tertiu quum arant iacto ſemine boues. Lirare dicuntur:id eſt,quum tabellis additis ad uomerem,ſimul et ſatum frumentum operiunt in porcis,& ſulcant in foſſas, quo pluuialis aqua dilabatur. Col.lib.2.cap.17. Antiquiſſimi ferè omnes formam huius operas cõſcripſere,quam uelut ſcita legemq; in proſcindendis agris ſequantur agricolæ, Ver.2.Geor. Et ualidis terram proſcinde iuuẽcis. Luc.li.3. Implicitas magno Cæſar torpore cohortes Vt uidit,primus raptam uibrare bipennem Auſus,& aeriam ferro proſcindere quercum. Proſcindere aliquem, per tranſlationem, pro infamare,contumeliis laceſſere,& lacerare, διασύρειν. Plin.lib.36.cap. 6. Hic namque eſt Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus. Idem lib.33.cap.1. Vtinamq; poſſet è uita totum abdicari aurum, ſacra fames, ut celeberrimi auctores dixere,proſciſſum conuiciis ab optimis quibuſq;, & ad perniciem uitæ repertum. Ouid.4.de Ponto Eleg.16. Ergo ſummotum patria,proſcindere liuor Deſine. Proſciſſus, a,um,particip.ut, Proſciſſa terra. Verg.1.Georg. Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga. Id eſt, terra quam iam arauerat: Seruius. Proſciſſio,onis,uerbale. Col.lib.2.cap.13. Seſami ſextarii ſex tribus iugis à proſciſſione coluntur. Idem lib.6.cap.2. Neve adhuc tenera colla dura proſciſſione terræ contundant. Hinc Proſciſſum,ſſi,ſubſtantiuum,pro terra proſciſſa. Col.lib.2.cap.2. Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet.

PROSCRIBO,is,{Dare, porre à uendere}(ἀποκηρύττω, δημεύω)aliquid per ſcripturam uenale propono, & publico. Vnde Proſcriptum, uenale expoſitum:quia quæ erant uendenda,publice ſcribebantur. Proſcribi itaq; domus dicuntur,quando appoſita inſcriptione uenales,uel locandæ ſignificantur. Cic.lib.3.Offic. Itaq; Calphurnius quum cognouiſſet Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe. Item proſcribere,eſt relegare,uel in exilium mittere, φυγαδεύειν. Tractũ ab eo,q hi ꝓprie proſcribi dicuntur(ut Vlp. teſtatur in l.ſed etſi.de inſtito.act.)quorũ noĩa claris literis,ut de plano recte legi poſſint, ante tabernã, uel ante eũ locũ,in quo negotiatio exercetur,nõ in loco remoto ſed euidẽti ſcribuntur. Ci. ꝓ domo ſua. Hãc uos igitur Pontifices,iudicio atq; auctoritate ueſtra Tribuno plebis poteſtatẽ dab tis,ut ꝓſcribere poſſit,quas uelit? Quæro enim,quid ſit aliud proſcribere, Velitis,iubeatis,ut M. Tull.in ciuitate ne ſit.

bonaq;

bonaq́ eius ut mea ſint. Iſti enim fecit, etſi aliis uerbis tulit. Idem pro Roſ. Ame. Cum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui aduerſarii fuiſſe putabantur. Macro. in Satur. Non eſt facile, ſcribere aduerſus eum qui poteſt proſcribere. Proſcriptus, a, um, particip. Cice. Att. lib. 6. Iſte locare incipit non proſcripta, neque edicta die. Idem ad eundem lib. 12. Horti quam in diem proſcripti ſint, uelim ad me ſcribas. Proſcriptus, relegatus. Cic. 3. Verr. Lex Cornelia proſcriptum iuuare uetat. Hora. 1. Sermo. Satyr. 7. Proſcripti regis Rupili pus, atq; uenenum. Plin. de Sylla: Ag. non ex tua uitæ eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit. Proſcriptio, onis, (δήμευσις) publicatio. Cic. pro. Flac. Emptiones falſas, prædiorum proſcriptiones quum mulierculis aperta circumſcriptione fecit. Idem Pro Roſc. Ame. Cauete pro deos immortales, ne noua, & multo crudelior per uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur. Proſcriptor, oris. Pli. lib. 7. cap. 12. Adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit, ut ille proſcriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in cenſu maius, & in fortuna ſua duceret. Proſcripturio, proſcripturis, penult. correp. uerbum deſideratiuum. Cice. Attic. lib. 9. Sed medius fidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proſcripturit iamdiu.

PROSECO, proſecas, proſecui proſectum, {Tagliare} (διατέμνω) idẽ quod ſeco. Liu. 5. ab Vrbe: Qui eius hoſtiæ exta proſecuiſſe. Valer. Flac. 3. Argon. Tunc pecæ mactantur oues, proſectaq́; partim Pectora, per medios partem gerit obuius. Idmon. Plau. Pœn. Quoniam litare nequeo alli illinc illico iratus: ueturiq́; exta proſecarier.

PROSECTA, orum, (διάτμητα) dicta ſunt ab antiquis uiſcera, quæ in ſacrificiis proſecuiſſent. Lucan. lib. 6. Si pectora plena Sæpe dedi, & lauit calido proſecta cerebro. Ouid. 7. Meta. Inq; uirum ſolitis uultus mutare ferinos Ambigui proſecta lupi. Nonius: proſecta exta, quæ aris dantur ex fibris pecudũ diſſecta. Inuenitur & in fœm. gen. Luci. 14. Cœnam, inquit, nullum, neq; diuo proſectum ullam.

PROSEDÆ, pe. pro. (αἱ ἐπ' ἐργαστηρίοις καθήμεναι) dicuntur meretrices, eò q ante ſtabula ſedeant. Pla. in Pœn. Ac ibi uis inter iſtas uerſarier Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias.

PROSEDAMVM, proſedami, pen. cor. tarditas in uenerem eſt, arietibus & hircis aliisq; pecudibus prouenicns ex nimio labore. Huic morbo ruſtici medentur genere ſatyrii, quod crategonon appellent, quum in cibum porrigitur. Plin. lib. 26. cap. 10. Et a Sarmatis equis ob aſſiduum laborem pigritantibus in coitu, quod uitium proſedamum uocant.

PROSELENVS, pen. pr. (προσέληνος) Arcadum epitheton eſt, qui ſe πρὸ τῆς σελήνης, id eſt ante Lunam fuiſſe gloriabantur. Stat. 4. The. Arcades huic ueteres, aſtris lunaq́; priores Agmina fida datis.

PROSELYTVS, ti. {Foreſtiere} (προσήλυτος) Latine aduena, uel peregrinus dici poteſt: à uerbo Græco προσελεύσω, quod eſt aduenio. Proſelyti Hebræis Gerim dicebantur, & proprie ii, qui ex Ethnicis, legibus Moſi, ceremoniis initiati; Iudaiſmum profitebantur, non illi quidem gente ſed adoptione Iudæi. Vnde eſt illud in Act. Apoſt. Iudæi quoque & proſelyti.

PROSEMINO, proſeminas, {Seminare} (διασπείρω) quaſi propago, diſſemino. Manilius lib. 1. Semper enim ex aliis alios proſeminat uſus. Ci. 3. de Ora. Nam cum eſſent plures orti ferè à Socrate, quod ex illius uariis & diuerſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus, alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, & multum diſiunctæ & diſpares.

PROSEQVOR, ris, {Seguitare andar dietro} (ἐπακολουθέω) idem ferè quod ſequor, uel à longe ſequor. Plau. Ciſt. Si is hac, aut hac: ſocio uideo ueſtigium in puluere: proſequar hac. Interdum idem eſt, quod in re inſtituta pergere. Cic. 2. Offic. Sequitur, ut hæc officiorum genera proſequar. Idem in Catone: Quam palmam utinam dii immortales tibi referrent, ut tui aui reliquias proſequare. Id eſt, ab illo fœliciter cœpta, ad finem perducas. Aliquando proſequi, eſt cum affectu animi ſequi (προσφέρεσθαι) habetq; poſt ſe ablatiuum: ut, Proſequor te amore, odio, laude, honore, contumeliis, & huiuſcemodi. Cice. in Verrem actione quarta: Iſte iratus hominem uerbis uehementioribus proſequitur. id eſt, inſectatur. Interdum eſt quaſi deducere & comitari. Liu. 2. ab Vrbe. Decedentem domum cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt: Cic. pro Cluēt. Poſtremo etiam fortaſſis mater exequias illius funeris proſecuta, mortẽ ſe filii lugere ſimulaſſet. Diuerſis aliis modis uſurpatur. Plin. Epiſt. 8. Nam ſi medici, ſalubres ac uoluptate carentes cibos blandioribus alloquiis proſequuntur. id eſt, condiunt Cic. li. 1. Tuſ. Quid totum prope cœlum: ne plures proſequar, nonne humano genere completum eſt: id eſt, ut alios taceam. Proſequi præmio eſt præmio afficere. Col. lib. 1. cap. 8. Ac iutius præmio proſequamur eos qui ſtrenue, atq; induſtrie ſe geſſerunt.

PROSERPO, is, ere, {Rampare, ſtriſciare} (καθέρπειν) prorepo & proprie dracones proſerpere dicuntur, ſiue ſerpentes qui nullis pedibus innixi, per terram deuoluuntur. Plau. in Aſin. Fac me proſerpentem beſtiam, duplicẽ ut habeam linguam. Idem Pœn. Qui huc aduexiſti nos capta tum Magdalia, Biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.

PROSERPINA, pen. cor. (Περσεφόνη) Iouis, & Cereris filia, quæ cum in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta eſt. Quam cum Ceres diu fruſtra toto terrarum orbe inueſtigaſſet, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta petiit à Ioue, ut communem filiam ab inferis ſibi reducere liceret: quod ea duntaxat lege impetrauit, ſi nihil illa cibi apud inferos guſtaſſet. Quare cum Aſcalphi indicio palam factum eſſet, aliquot mali punici grana illam guſtaſſe, omnis reditus ſpes illi fuit intercluſa. Quod ægre ferens Proſerpina, Aſcalaphum commutauit in bubonem, noctis auem, & triſtium ſemper rerum nuntiam. Poſtea tamen Ceres à Ioue dicitur impetraſſe ut Proſerpinæ ſenis quotannis menſibus ſecum apud ſuperos, & totidem apud inferos cum marito eſſe liceret. Quod Poetarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proſerpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis ſpatio ſuperius & inferius hemiſphærium illuſtrat. Hæc fere Seruius in illud Verg. 1. Georg. Quamuis Elyſios miretur Græcia campos. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.

PROSEVCHE, uel Proſeucha, {Oratione, preghiera} (προσευχή) obſecratio, uel oratio, quæ ad deum funditur: quaſi προσευχὴ propterea q in orationibus ſumma attentione opus ſit: προσέχω enim attendo uel intendo, ſignificat. Iuue. Sat. 3. uidetur ponere pro eo loco, ubi precibus, uel obſecrationibus mendici à tranſeuntibus ſtipem mendicabant, uel uictitabant: ait enim, Ede ubi cõſiſtas, in qua te quæro proſeucha. Nam in ingreſſibus pontium mẽdici tuguria habebant, ubi à prætereũtibus mendicabant ſtipem.

PROSFERARI, impetrari, inquit Nonius, uerbum antiquum. Luci. li. 26. Nec minimo proſferetur pax, q Caſſandram ſigno diripuit.

PROSILIO, is, proſilui, proſultum, {Saltar fuori} (διάλλομαι. ἐκπηδάω) cũ ſaltu & feſtinatione prodeo. Verg. 5. Aen. Finibus omnes, Haud mora, proſiluere ſuis. Liu. 2. ab Vrb. Prope attonitus miraculo rex, cum à ſede proſiluiſſet. Hor. lib. 1. Epiſt. ad Mecœnatem. Ennius ipſe pater, nunq̃, niſi potus, ad arma proſiluit dicenda. Vbi Proſiluit, dixit pro eo quod eſt, impetu & furore poetico incitatus ſe contulit.

PROSIMVRIVM, rii, pontificale pomœrium, ubi Pontifices auſpicabantur. Feſtus.

PROSITVM, ueteres dixerunt pro Propoſitum: quaſi ante ſitum. Feſtus.

PROSITIVM, dicitur, in ſacris, quod proſectum proiicitur. Feſtus.

PROSOCER, pen. cor. proſoceri, maſcu. gen. (προπενθερός) qui & Socer magnus dicitur, eſt uxoris meæ auus: ego uero illius ſum progener. Oui. Epiſt. 3. Digna nurus ſocero, Iouis, Aeginæq; nepote, Cui ſenex Nereus proſocer eſſe uelit. Pli. Epiſt. 110. Eram cum proſocero meo, eram cum amica uxore, eram cum amicis diu deſideratis, circumibam agellos. &c.

PROSODIA, pe. acuta, {Accento} (προσῳδία) Latine accentus dicitur, qui lex eſt, ſiue regula ad acuendam, deprimendam, circumflectẽdamve ſyllabam, uniuſcuiuſque particulæ orationis accommodata: & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autem Proſodia à πρὸς Græca præpoſitione, quæ ſignificat ad, & ᾠδή cantus. Gel. lib. 13. cap. 6. Προσῳδίας Græci, Latini Accẽtus dicunt: Eas ueteres docti tum notas uocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum uoculationes appellabant. Sunt qui contendant debere ſcribi cum œ diphthongo in ſecunda ſyllaba, ut Comœdia, Tragœdia, quia eſt eiuſdem originis.

PROSONOMASIA, (προσονομασία) Latinè annominatio dicitur, quæ fit ſimilitudine aliqua uocum, & uicinitate quadam uerborum: ut, Quis locus aut lacus: Ex oratore arator. Deligere oportet, quem uelis diligere: Amentiũ, haud amantium.

PROSOPON, (πρόσωπον) inſula nõ longè à Carthagine: cuius incolæ Proſopii dicuntur uel Proſopitæ. Stephanus.

PROSOPOPOEIA, (προσωποποιΐα) perſonæ confictio, cum rebus inanimatis perſonam orationemq́; tribuimus: ueluti cum Remp. ipſam loquentem inducimus, aut eorum hominum, qui in humanis eſſe deſierunt, tanquã uiuorum & præſentium actionem ſermonemq́; affingimus, defunctoſq; quaſi excitamus ab inferis, & in conſpectu iudicis collocamus. Exemplum inſigne eſt illud Ciceronis in Catilinam, quo patriam ſecum expoſtulantem inducit, q urbis, quantũ in ipſo fuerat, euerſorem, quem iampridem ad ſupplicium ductũ oportuerat, mœnibus incolumem emitteret.

PROSOPOPITIS, idis, (προσωποπῖτις) inſula eſt in Delta Nili, nouem ſchœnorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex qua naues proficiſcuntur ad tollenda tota Aegypto boum aliorumve pecorum oſſa, quæ religioſe apud Aegyptios ſepeliuntur. Auctor Herod. lib. 2.

PROSPECTE, {Conſideratamente} (ἐκ προνοίας) aduerbium, conſulte, conſiderate, prouide.

PROSPECTVS, ctus. {Proſpetto, ueduta} (πρόσοψις) ipſe proſpiciendi actus Verg. lib. 2. Georg. Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem. Docet Paul. Iureconſ. proſpectum ex inferioribus, & ex ſuperioribus, locis eſſe, lumẽ ex inferiore loco non eſſe. Liu. 10. ab Vrb Non proſpectu modo extra uallum adempto, ſed propinquo etiam inter ſe congredientium conſpectu. Impedire proſpectum, eſt quod uulgo dicunt Viſum auferre. Cæſ. 4. Bel. Gal. Sepibusq; denſiſſimis interiectis proſpectus impediretur. In proſpectũ populi producere. Ci. 3. Ver. cum eum, buem uirgis iſte ceciderat, in proſpectum pop. Rom. produxit. Capere proſpectum, pro conſiderando proſpicere. Liu. 1. ab Vrb. Inde ubi proſpectu in urbem, agrumq́; capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occaſum determinauit.

PROSPECTO, as, frequentatiuum à Proſpicio, προσορῶμαι, προσβλέπω. Verg. 7. Aenei. Turbaq; miratur matrum & proſpectat euntem. Liui. 7. ab Vrb. Stare omnem multitudinem ad portas, iniam hanc ferentem proſpectantes, certum habeo.

PROSPER, ra, rum, {Proſpero} (εὐτυχής, εὔπορος) ſecundus, qui dat fœlicitatem, & ſpem noſtram implet. Vnde Proſperos deos dicimus, & Proſpera ſydera, quaſi fœlicitatem impertientia, hominem autem ipſum cui omnia ex uota ſuccedunt, Fœlicem potius, q̃ proſperum dicimus. Contra, Fortunam proſperam rectius dixeris, q̃ fœlicem: quemadmodũ & proſperam ualetudinem, & proſperos exitus, uel ſucceſſus. Liu. 1. ab Vrb. Cum bonis potius omnibus, uotiſq; ac precationibus deorum dearumq́; ſi, ut poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darẽt. Cic. ad Atti. lib. 9. Ego enim non iam id ago (mihi crede) ut proſperos exitus conſequar. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 5. Proſpera ſic maneat uobis fortuna, nec unq̃. &c. Cice. 3. de Natu. deor. Ad proſperam aduerſamve fortunam, qualis ſis, aut quemadmodum uixeris, nihil intereſt. Sic proſpera ualetudo, apud Suet. in Cæſa. Proſpera fama, id eſt, integra, uel inuiolata. Tacit. lib. 17. Hiſtor. Auguſtæ, & proſpera de Piſone fama conſilio eius fidẽ addiderat. Et Fœlix aliquando ponitur pro proſpero. Ver. 1. Aen. Sis fœlix, noſtrumq́; leues quæcunq; laborem. Dicitur & Proſperus, a, um, Cic. lib. 6. de Rempub. Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris. Hinc Proſpere, aduerbium, (ἐπιτυχῶς) id eſt, fœliciter, quaſi pro ſpe, ſiue ad uotum. Cic. 2. de Natur. Deor. Magna dii

curant parua negligunt, magnis autem uiris proſpere eueniunt ſemper omnes res. Cuius contrarium eſt Improſpere, δυσυχῶς. Colu. lib. 1. Nam ubi quid perperam adminiſtratum, ceſſit improſpere, u tatur quod fefellerit: illuminatq; rectam uiam docentis magiſterium. Proſperitas, tis, (εὐημερία, εὐτυχία) fœlicitas, & ad uotum ſucceſſus. Cic. 3. de Finib. Vt Ariſtoteles, qui uirtutis uſum cum uitæ perfectæ proſperitate coniunxit. Idem 3. de Natu. Deo. Commoditatem, proſperitatemq; uitæ à dijs habemus: uirtutem deo acceptam nemo retulit.

PROSPERO, as, {*Proſperare, felicitare*} (εὐοδόω, εὐδαίμονα ποιῶ) ſecundo proſperum efficio. Liu. 6. ab Vrbe. Dij manes, uos precor, ueneror ueniam peto, ferocq; uti pop. Rom. Quiritium uim, uictoriamq; proſperetis. Plau. Perſa: Nunc & amico meo Proſperabo, & genio meo multa bona faciam. Tacit. lib. 3. Sed principio literarum ueneratus deos, ut conſilia ſua Reip. proſperarent, modica de moribus adoleſcentis, &c. Legitur & Proſperor deponens, (εὐοδόω, εὐημερῶ) pro fœliciter cadere, ex uoto ſuccedere: ſed uix alibi, quàm apud Eccleſiaſticos ſcriptores Auguſt. in Prologo operis de ciuitate Dei: Qui res humanas ita proſperari uolunt, ut ad hoc multorum deorum cultum, quos Pagani colere conſueuerunt, neceſſarium eſſe arbitrentur. Item Pſalmo 1. Et omnia, quæcunq; faciet, proſperabuntur.

PROSPERGO, is, {*Aſpergere*} (ῥαντίζω, δίημι) idem quod aſpergo. Tacit. libr. 15. Vnde hauſta aqua, templum & ſimulacrum deæ proſperſum eſt: & lectiſternia ac peruigilia celebrauere fœminæ, quibus mariti erant.

PROSPICIENTIA, {*Prouidenza*} (πρόνοια, προμήθεια) cura, prouidentia.

PROSPICIENTER, aduerb. {*Prouidamente, circonſpettamente*} (ἐκ προνοίας) prouide, circunſpecte. Gell. lib. 2. cap. 29. Res ſalubriter, ac proſpicienter animaduerſas, &c.

PROSPICIO, is, {*Vedere da lungi, prouedere*} (προορῶ, προσκοποῦμαι) uideo è longinquo, procul diſſitum intueor. Verg. 3. Aenei. Vaſtosq; ab rupe Cyclopas Proſpicio. Transfertur & ad animũ, pro eo quod eſt mente præuideo, præcognoſco. Cice. pro Muræ. ſapiens, ac multum in poſterum proſpiciẽs uir. Idem Attico: Eaq; tempeſtate euerſam eſſe Rempub. qua XIIII. annis ante proſpexerim. Cum datiuo coniunctum ſignificat prouideo, et commodis alicuius conſulo. Teren. in Adelph. Ego iam proſpiciam mihi. id eſt, conſulam, ſiue prouidebo. Plin. Nam & rebus illius non minus, quàm meis, proſpiciebam.

PROSPICVVS, {*Intento, uigilante*} (προμηθής) intentus, ac uigil, inquit Sipontinus: ſed nullum profert teſtimonium.

PROSPIRO, as, pen. pro. (διαπνέω) ſpiritum longe lateq; diffundo. Cato: Nam uenæ eorum ubi ſufflatæ ſunt ex cibo non poſſunt proſpirare in toto corpore.

PROSTASIS, ſiue proſtaſia, (πρόστασις, προστασία) præfectura, uel præſidentia Latinè dicitur. Eſt item Proſtaſia, cum quis pro altero litis ſe opponit, & eius defenſionem ſuſcipit, euentumq; præſtat. Budæus in Commentarijs.

PROSTERNO, nis, {*Gettare à terra, atterare*} (καταβάλλω, ἐδαφίζω) in terram deijcio, profligo, protero. Col. lib. 11. cap 3. Omnem uiridem ſuperficiem intorquere, & in terram proſternere conueniet. Apul. in Aſino: Puellamq; reluctantem tandem proſtrauit. Liu. 9. ab Vrbe. Circa uiam haud procul Capua omnium egena corpora humi proſtrauerunt. Salluſt. Proſtratisq; militibus fugæ ſe dedit. Plin. libr. 8. cap. 9. De elephantis. Domiti militant, & turres armatorum in hoſtes ferunt, magnaq; ex parte Orientis bella conficiũt, proſternunt acies, proterunt armatos. Abijcere ſe, atque proſternere, id eſt, animum deſpondere, & ſeſe nimis humiliter demittere, καταβάλλειν. Cicer. in Parad. Sic te abijcies, atq; proſternes, ut nihil inter te, &c. Proſtratæ religiones, a Cice. 2. de Legib. dicuntur dirutæ, & euerſæ.

PROSTHESIS, (πρόσθεσις) figura contraria Aphæreſi, quam nos Additionem, ſiue Appoſitionem uertere poſſumus, qua ſcilicet litera aliqua principio dictionis adijcitur: ut Gnatus, pro Natus. A uerbo Græco προστιθέναι, quod eſt addere, ſiue apponere.

PROSTIBVLVM, li, (πορνεῖον, ἐργαστήριον) modò locus eſt, in quo proſtrati pudoris meretrices corpore quæſtum faciunt: inde dictum, quod in eo proſtent ſcorta. Modo ſcorti abiectiſſimi genus, quod omni pudore poſito pro ſtabulis, hoc eſt, ante diuerſoria ſedere ſolebat, ut ex affluxu aduenarum copioſiorem caperet quæſtum. χαμαιτύπη, ἡ ἐργαζομένη, ἡ πρὸ τῶν σταθμῶν προεστῶσα. Plau. in Aul. Belluam & pudicum uero proſtibulum populi. Dicitur & proſtibula, læ, in Perſa: Nam hercle ſi abſque me Foret, & meo præſidio, hic faceret te proſtibulam propediem. Feſtus: Alicariæ meretrices appellabantur in campis ſolitæ ante piſtrina alicariorũ uerſari, quæſtus gratia: ſicut eæ, quæ ante ſtabula ſedebant, Proſtibulæ dicebantur.

PROSTITVO, is, (προΐστημι, πορνεύω) pudicitiam uenalem habeo. corpus quæſtui expono: proprieq; ſcortorum eſt, quæ mercede ſui copiam faciunt, & uirorum libidini obſequuntur. Ouid. 1. Amo. Eleg. 10. Turpe tori reditu cenſus augere paternos, Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam. Proſtituere pudicitiam, eſt pudicitiæ ſuæ nullo pacto parcere, nihilq; ſibi turpe putare quod alterius libidini collibuiſſe. Suet. de Nerone, cap. 29. Suam pudicitiam uſque adeo proſtituit, ut contaminatis penè omnibus membris uirorum, ac fœminarum inguina inuaderet. Transfertur & ad alia: ut, Proſtituere uocem foro, id eſt, ex cauſarum actione lucrum aucupari. Ouid. Eleg. 15. Non me uerboſas leges ediſcere: non me Ingrato uoces proſtituiſſe foro. Proſtitutus, a, um, particip. Pli. lib. 30. cap. 2. Vtinamq; inferos potius, & quoſcunq; de ſuſpicionibus ſuis deo conſuluiſſet Nero, quàm lupanaribus atq; proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.

PROSTO, ſtas, proſtiti, proſtatum, (προΐσταμαι) pudicitiam uenalem habeo, corpore quæſtum facio. Plau. in Curc. Hæ ſaltem in oculis locis proſtant, uos in toto ipſo. Iuuen. Saty. 1. Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira, Quũ populum gregibus comitum premit hic ſpoliator Pupilli proſtantis. Item ante ſtare. Quint. Iubet proſtare gladio cinctum. Anguli proſtantes: hoc eſt, prominentes, extantes. Lucr. lib. 2.

PROSVBIGO, gis, (ὑποσκάπτω) ſuffodio: ut, Proſubigere terram pedibus Ver. lib. 3. Geor. Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas.

PROSVM, prodes, profui, {*Giouare*} (ὠφελέω) utilitati ſum, quaſi pro aliquo ſum. Teren. in Hecyr. Quicquid eſt id quo reliquit, profuit. Id eſt, pro nobis fuit, ſicut exponit Donatus. Conſtruitur aliquando cum accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Liu. 2. ab Vrb. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, &c. Aliquando cum datiuo. Cic. 4. Acad. Sed etiã ut multis proſimus enitimur.

PROSVMIA, æ, (κατασκόπιον) genus nauigij leuis ſpeculatorij: quod & Geſcoretam uocant. Pla. De nocte ad portum prouectus ſum proſumia. Cæcili. Qui pro gubernatore ſe gerens, prope uertit proſumiam.

PROTAGORAS, penul. cor. (Πρωταγόρας) Philoſophus Abderites fuit, aut ut alij malunt, Teius, natus Menandro patre Thracum locupletiſſimo, qui & Xerſem aduerſus Græcos proficiſcentem, domo, muneribusq; excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant facta à rege poteſtate, eius filium Protagoram, tunc adoleſcentem ſua diſciplina erudierunt. Nam iniuſſu regis eam communicare non licebat, propterea q; religionem penitus ſubuerteret, in dubium uocans, utrum omnino eſſent Dij. Quare & clam ſacrificabant Magi, ne aperta religionis profeſſionis dijs ſeruire, et per illos non nihil poſſe uiderentur. Hac itaq; diſciplina imbutus Protagoras, librum quendam in hãc ſententiam exorſus eſt: Dij ſint, nec ne, ſatis ſtatuere non poſſum. Nam cum alia complura id ſciri prohibeant, tum ſumma rei incertitudo & breuitas uitæ. Hunc itaq; librum cum Athenis recitaſſet, à Pythodoro Polyzeli filio impietatis nomine in iudicium uocatus, & in exilium actus eſt, ſcriptaq; eius publicè ſunt exuſta. Quumq; ſparſas toto orbe triremes Athenienſium uideret, paruo ſe nauigio credens, inſulas luſtrauit, ubi tũc mercede dicitur primus omniũ profiteri cœpiſſe. Igitur Plato cum uideret eum arte rhetorica intumeſcentem, uerbaq; ex poetica plus iuſto oſtentantem, Dialogum in eum conſcripſit, quo mores eius & ingenium graphicè delineauit. De morte eius uaria traduntur. Quidam naufragio perijſſe uolunt, cum in Siciliam nauigaret. Alij itineris labore fatigatum in uia defeciſſe, cum annum nonageſimum perueniſſet. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à ſingulis exigens. Philoſophus habitus fuit parum ſyncerus, qui rebus omiſſis, uerbis anxie inſiſteret, captioſisq; argumentatiunculis ueritatem obſcuraret. Hæc partim ex Philoſtrato, partim ex Laertio decerpſimus. Protagoras alius fuit Aſtrologus, in quem Euphorion Epicedium ſcripſit. Alius item Stoicus. Diogene Laertio auctore, Hinc Protagoræus, adiectiuum, ſicut à Pythagoras Pythagoræus. Gell. lib. 5. c. 11. Exiſtimat quidam etiam illud Biantes uiri ſapientis, ac nobilis reſponſum conſimile eſſe, atq; eſt Protagoræum illud, de quo dixi modo.

PROTASIS, {*Propoſitione*} (πρότασις) à Græcis dicitur, quæ à Latinis Enuntiatio, à quibuſdam etiam Propoſitio, & potiſſimum ea, quæ in diſputationem uocatur. A uerbo προτείνω quod inter cætera ſignificat, diſputandũ propono, ſiue in dubium reuoco. Ariſtoteles in Topicis, Protaſin eſſe ait quæſtionem, quæ in unam duntaxat partem effertur: ut Sunt'ne diuitiæ bonæ? quã ſi in utranque efferas partem, Problema fiet: ut, Sunt'ne diuitiæ bonæ, an non? In fabulis item Protaſis dicebatur prima pars dramatis, teſte Donato in Prolegomenis in Teren. Vnde Protaticam perſonam appellabant, quæ in initio fabulæ introducta explicandi argumentati cauſa, in tota deinde fabula nuſquam apparebat. Eiuſmodi eſt perſona Soſiæ in Andria Terentiana.

PROTE, {*Pruodo*} (Πρωτή) inſula eſt in mari Ionio contra Aetoliam ſita, una ex Stœchadibus. Plin. lib. 3. cap. 5.

PROTEGO, is, pen. cor. protexi, protectum, {*Coprire & diffendere*} (προβάλλομαι, προσκεπάζω) tegendo, defendo. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbore ſe uaſtis protegens ramis. Idem lib. 19. cap. 8. Primo anno ſtramento ab hyeme protegi. Cic. pro Sylla: Ego iacentem & ſpoliatum defendo, & protego. Ouid. 8. Met. Ipſa ſuis licet hunc Latona protegat armis: Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana. Protectus, a, um, partic. ſeu nomen ex participio. Ouid. 2. Met. Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis Filia Centauri. Hoc eſt, humeros habens tectos cappillis. Cic. 5. Phil. Quid ſapientia? cautioribus utitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

PROTECTVM, cti, {*Poggiolo, poggio*} (γεῖσον) quod & proiectum dicitur, pars eſt domus prominens: qualia ſunt Meniana, & podia penſilia, unde proſpectus eſt nobis in uico. Dicitur autem Protectum à protegendo ſicut à proijciendo Proiectum, Nam quod alij protegere (γεισηποδίζειν) dicunt, Cice. in Topicis uocat, Tectam proijcere. Quoniam (inquit) Pontifex Scæuola id ſolum ambitus ædium eſſe dixit, quantum parietis communis cauſa tectum proijceretur, &c.

PROTELO, as, pen. pro. {*Scacciare lontano*} (ἀπελαύνω) longe arceo, abigo, propello: à Græco aduerbio τηλόθε, teſte Feſto, quod ſignificat procul. Siſenna libr. 2. Hiſtor. ut citat Nonius: Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant. Turpilius Lemnij, apud eundem: Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſæuitia patris. Protelare dictis, idem eſt, quod perturbare. Teren. in Phorm. Neu te iratus ſuis ſæuis dictis protelet.

PROTELVM, li, antiqui dixerunt, pro iugi quippiam agendi tenore. Lucilius Saty. 6. ut citat Nonius. Quem neq; Lucanio oriundi montibus tauri Ducere protelo ualidis ceruicibus poſſent. Idem lib. 12. Hunc iuga protelo malorum ducere centum non poſſunt. Lucr. Vndiq; protelo plagarum continuato, id eſt tenore, inquit Donatus.

PRO TEMPORE, {*Secondo' l tempo, per neceſſità*} (κατὰ χρόνον) aduerbialiter uſurpamus pro eo q; eſt, pro ratione temporis, ut tempus monet.

PROTENDO, is, {*Porgere innanzi*} (προβάλλομαι, προτείνω) ultra tẽdo. Ouid. ad Piſon. Tu nanti protende, manum tu Piſo latentem Exere. Plin. lib. 11. ca. 43. Inter digitos medius longiſſime protenditur. Verg. 12. Aen. Ille humilis, ſupplexq; oculos, dextramq; precantem protendens, equidem merui, nec deprecor inquit. Item profero, differo, (ἀναβάλλω) Cic. ad Furnium lib. 10. Comitia tamen in Ianuarium menſem protendimus. Protentus, a, um, participium. Vergil. 1. Georgic. Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo. Tacit. libro. 14. Et eques protentis haſtis perfringit quod obuium &

ualidum

uidebatur erat.

PROTENVS, aduerb. {*Lontano*}(πρόσω) quaſi porrò tenus, & longè à finibus, interprete Seruio. Vergil. Eclog. 1. Et ipſe capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper: quamuis in uulgatis quibuſdam codicibus Protinus, per i, legatur.

PROTERMINO, as, {*Prolongare il tẽpo, prolungare il termino*}(τοὺς ὅρους παρατείνω) propago, fines promoueo, à termino promouẽdo ductum uerbũ. Apul. lib. 9. Fines uſque, & uſque proterminauerit.

PROTERO, ris, pen. cor. protriui, protritum {*Calcare con i piedi*}(καταπατέω) pedibus conculco Plaut. Ego hic te mulier, quaſi ſus catulos, pedibus proteram. Cæſ. 2. Bel. Ciu. Equitatus hoſtium ab utroque cornu circuire aciem noſtram, & auerſos proterere incipit. Idem 8. Bell. Gall. Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur: Ouid. 1. Metam. Quacunque ingreditur florentia proterit arua. Protritus, a, um, participium. Liu. 4. Bel. Maced. Quod maturuerat circà, demiſſum, & conuectum eſt uiride: ne hoſtes mox haberent protritum, & corruptum.

PROTERREO, res, {*Spauentare*}(ἀποφοβέω) à longe terreo, uel terrore incuſſo abigo. Stat. lib. 2. Theb. Protinus idem ultro iaculo parmaq́; Menoeten Proterrebat agens. Vergil. 12. Aeneid. Aduerſo proterret equo: ruit ille recedens.

PROTERVIA, æ {*Soperbia, sfacciataggine, laſciuia, ribalderia, oſtinatione, arrogantia*}(ἀσέλγεια, ἀταθαλία) petulantia, laſciuia. Lucretius: Capripedes agitat cum læta proteruia Panas. Quo etiam nomine ſignificatur ſacrificium quoddã (ut teſtatur Macrob.) in quo mos fuit, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur: quemadmodum Moſes de agno paſcali præcepit. Hinc eſt iocus ille Catonis in Albidium quendam, qui cum bona ſua comediſſet, & nouiſſime domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, proteruiam eum feciſſe dicebat. Quod enim comeſſe non potuerat, id combuſſiſſe.

PROTERVITAS, tis, (ἀσέλγεια) idem quod proteruia. Terent. in Heaut. Quam penè tua me perdidit proteruitas. Cic. pro Cæl. De corruptelis, de adulterijs, de proteruitate, de ſumptibus, immenſa oratio eſt. Hora. 1. Carm. Ode 15. Vrit grata proteruitas, Et uultus nimium lubricus aſpici.

PROTERVIO, is, {*Inſoperbire, luſſuriare, oſtinarſi*}(ἀσελγαίνω, ἀσελγεύω) laſciuio, proteruè, & petulanter ago.

PROTERVVS, a, um, {*Proteruo, triſto*}(ἀσελγής, ἀσελγὸς) petulans procax, improbus. Includit enim hoc nomen laſciuiam quãdam, & libidinem cum ſuperbia coniunctam, animiq́; incontinentiam pronam ad quemuis laceſſendum. Cic. pro Cæl. Si uidua liberè, proterua petulanter, diues effuse, libidinoſa meretricio more uiueret: adulterum ego putarem, ſi quis hanc paulò liberius ſalutaſſet. Terent. Heaut. Ne ineptus, ne proteruus uidear. Cic. 5 de Finib Et flexi, fractiq́; motus, quales proteruorum hominum aut molbum eſſe ſolent, contra naturam ſunt. Ouid. Epiſtol. 6. Damnaret nati facta proterua pater. Iuuenes proterui, Horat. 1. Carm. Ode 25. Lingua proterua, Ouid in Ibin. Oculi proterui, Ouid. Epiſt. 16. Manus proteruæ, Ouid. 12. Venti proterui, Horat. 1, Carm. Ode 16. Hinc Proterue, aduerbium, petulanter, procaciter, immodeſte, & ſuperbe. Ouid. 1. Amo. Eleg. 4. Multa miſer timeo, quia feci multa proterue. Terent. Hecy. Ecce autem tu quoque proterue iracundus es. Ouid. 1. de Arte: Et quicquid dices, facies'ue proteruius æquo, Credatur nimium cauſa fuiſſe merum. Legitur & Proteruiter, in eadem ſignificatione. Ennius Pancratiaſte, ut citat Nonius: Quis eſt, qui noſtris foribus tam proteruiter inſultat?

PROTESILAVS, (Πρωτεσίλαος) filius fuit Iphicli, & unus ex Græciæ principibus, qui ad bellum Troianum profecti ſunt. Nam quamuis audiuiſſet à uatibus, ſe primum omnium in bello Troiano periturum, ſi eò proficiſceretur, contemptis nihilominus uaticinijs, una cũ cæteris ducibus profectus eſt: cumq́; omnium primus è naui in terrã exiſſet, & in Hectorem incidiſſet, primus Græcorum omnium ab illo eſt interfectus: unde non ſine omine quodam, & futuræ mortis præſagio Proteſilaus uidetur appellatus. Auſonius: Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt, Victima quòd Troiæ prima futurus eras. Vxorem habuit Laodamiam, Acaſti filiam, quæ cum eius interitum reſciſſet, hoc unum doloris ſui ſolatium petit, ut mortui umbram poſſet intueri: quod cum à Dijs impetraſſet, in illius amplexibus expirauit.

PROTESTOR, poteſtaris, {*Proteſtare*} Iuriſconſ. uerbum eſt, quo illi utuntur, pro eo quod eſt, cauenda, & quæ fieri non debent manifeſte denuntio. Hinc Proteſtatio, uerbale, hoc eſt animi noſtri declaratio, iuris acquirendi, uel conſeruandi, uel damni depellendi cauſa facta.

PROTEVS, per duas ſyllabas (Πρωτεύς) deus marinus fuit, ut Poetæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni phocas in mari paſcens, idemq́; uaticiniorum peritiſſimus, & in quamlibet formam ſeſe traſmutans, quem ſic deſcribit Verg. l. 4. Georgic. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Hic nunc Emathiæ, portus, patriamq́; reuiſit Pallenem. hunc & Nymphæ ueneramur, & ipſe Grandæuus Nereus: nouit namque omnia uates, Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. Quippe ita Neptuno uiſum eſt, immania cuius Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas. Fuit item Proteus, Aegypti rex, patria Memphites, qui Pheroni in regnum ſucceſſit: regnauitq́; belli Troiani temporibus. Tradit enim Herod. lib. 2. Paridem cum rapta Helena patriam repeteret, ui tempeſtatis ad Canopicum Nili oſtium fuiſſe appulſum, captumq́; à Thonia regionis eius Præfecto ad Proteum regem miſſum fuiſſe: qui cum ex ſeruis Alexandri cognouiſſet, mulierem, quam ille ſecum uehebat, hoſpitis illius uxorem eſſe, abſenteq́; uiro raptam fuiſſe, perfidiam hominis deteſtatus, illum quidem triduo finibus ſuis excedere iuſſit: Helenam uerò cum omnibus opibus, quas ille direpta Sparta ſecum uehebat, Menelao integram ſeruauit. Expugnato itaque Ilio, cum Menelaus reuera cognouiſſet, uxorem eò nunquam aduectam fuiſſe, ſed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris ductu in Aegyptum nauigauit. qui cum ibi diem ſuum obijſſet, Canobico oſtio nomen fecit. Menelaus autem adito Proteo, uxorem ſuam liberaliſſime ab eo habitam, cum opibus uniuerſis recepit. Ad quam opinionem uidetur reſpicere & Verg. lib. 11. cum ait, Atrides Protei Menelaus ad uſque columnas exulat. Quæ uero de Protei mutabilitate Poetæ ſunt commenti, ab Aegyptiorum regum conſuetudine uidentur emanaſſe. Illis enim, teſte Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, inſignia principatus: quandoque uerò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia ſupra caput unguenta. Hæc tum ad decorem ſpectabant, atque ornatum: tum ſtuporem, ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus iniiciebant. Vnde factus eſt locus fabulæ. Proteum in ea omnia, quæcunque capite geſtabat, ſolere transformari.

PROTHOENOR, (Προθοήνωρ) Homero teſte Iliad. 2. unus ex quinque Boeotiorum principibus, qui ad Troiam cum Græcia profecti ſunt.

PROTHOVS, (Πρόθοος) Tenthredonis filius, dux eorum, qui ex Magneſia ad Troiam uenit, teſte Homero lib. Iliad. 2.

PROTHESIS, (πρόθεσις) pars orationis, apud Græcos, quam Latini Præpoſitionem appellant Eſt & figura contraria Aphæreſi, qua litera, uel ſyllaba principio dictionis adijcitur: ut, Gnatus, pro Natus. Tetulit, pro Tulit. Hanc tamen figuram alij Proſtheſin malunt appellare.

PROTHYMA, prothymatis, (πρόθυμα) dicitur uaporatio turis. ſiliginis, hordei, aliarum'ue primitiarum, quæ ante ſacrificium fieri ſolet.

PROTHYMIA, æ, {*Prontezza, diligenza animoſità, accortezza*} (προθυμία) Latine promptitudo, alacritas, animi propenſio. Plaut. in Stich. Vides benignitates hominum perire, & prothymias. Sic etiam πρόθυμον dicũt Græci pro prompto, alacri, & propenſo. A nomine θυμὸς oxytono, quod animum, ſiue animoſitatem ſignificat: nam θύμος paroxytonon, herbæ nomen eſt.

PROTHYRON, penul. cor. (πρόθυρον) ueſtibulum in priuatis ædibus, teſte Vitruuio: nam urbium, templorum, regiarumq́; ueſtibula, Propylæa potius dicuntur.

PROTINVS, penult. corr. {*Diſubito, ſenza dimora*}(αὐτίκα) ſtatim, ſine mora. Vergil 4. Aeneid. Protinus ad regem curſum detorquet Iarbam. Quandoque accipitur pro deinceps, deinde ἐφεξῆς, εὐθέως. Idem lib. 4. Georg. Protinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar. Quandoque iugiter, continuo. Idem: Traiecto miſſa lacerto Protinus haſta fugit, ſeruatq́; cruenta tenorem. Plin lib. 5. cap 9. Originem habent in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano, lacu protinus ſtagnante, quem uocant Nilidem. Quandoque omnino: ut, Quum protinus utraque tellus Vna foret. id eſt, omnino una, uel ut Seruius exponit, continua, διηνεκής. Ponitur aliquando pro ſimul, ſiue etiam. Verg. 6. Aeneid. Quin protinus omnem Perlegerent oculis. Etenim quod ſtatim fit, quaſi ſimul fit, ait Valla. Aliquando pro eo quod uulgò dicitur directè, & immediate, auctore Budæo Vlpian. Etenim parui refert protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris, uel rei perſonam. Aliquando pro primum, ſiue à principio. Celſus: Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. Aliquando pro uno eodemq́; tempore, Verg. 8. Aen. Nam memini Heſiones uiſentem regna ſororis Laomedontiadem Priamũ Salamina petentem Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines. Seruius: Quum autem additur negatio, ſignificat non ideo, ſicut fit in continuò, & ſtatim. Quint. Nõ autem ut quicquid præcipuum neceſſariò eſt ſic ad efficiendum orationem maximi protinus erit momenti. Protinam ueteres dicebant, in eadem ſignificatione: quod & Feſtus annotauit. Terent. in Phorm. Atque hinc me conijcerem protinus in pedes. Vbi Donatus: Protinam fuit, & ſic Nigidius legit. Protenus uerò per ſecundam uocalem in penultima, ex Porrò & Tenus compoſitum, idem ualet quod procul, ſiue uſque in locum longe diſſitum. Verg. 1. Eclog. En ipſe capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper: quamuis in uulgatis quibuſdam exemplaribus Protinus, per tertiam uocalem legatur.

PROTOCOLVM, unico l, pen. pro. {*Protocollo*}(πρωτόκολλον) propriè dicitur illud, quod breuiter & ſuccinctè à tabellione notatur, ut poſtea per otium quoties opus ſit, latius poſſit extendi. Dictum Protocolum quaſi primum membrum, uel potius prima membrana. Sunt qui gemino ll, ſcribendum uelint, putentq́; deduci à Græco nomine κόλλα, quod nobis gluten ſignificat: ſiue quòd glutine chartæ ſoleant conglutinari, ſiue quod in glutine, ſeu cera per tabulas extenſa olim ſcriberetur. Vide ea quæ ſupra annotauimus in dictione Macrocolon.

PROTOGENES, penult. corr. (Πρωτογένης) pictor nobilis fuit patria Caunius, (eſt autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodijs olim ſubiectum) cuius ſumma initio paupertas fuit, artisq́; accuratiſſima intentio: unde, & minor fertilitas. Palmam habet tabularum eius Ialyſus, qui eſt Romæ dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis uixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent, & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit ſubſidio iniuriæ & uetuſtatis, ut decedente ſuperiore, inferior ſuccederet. Eſt in ea canis mire factus, ut quem pariter caſus, & ars pinxerit. Non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat, & uidebatur nimia, ac longius à ueritate diſcedere, ſpumaq́; illa pingui, non ex ore naſci, anxio animi cruciatu, cum in pictura uerum eſſe, non ueriſimile uellet, abſterſerat ſæpius, mutaueratq́; penicillum, nullo modo ſibi approbans. Poſtremò iratus arti, quod intelligeretur, ſpongiam eam impegit inuiſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optauerat, fecitq́; in pictura fortuna naturam. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 35. cap. 10. Iuuen. Saty. 3. Protogenem accipere uidetur pro Græculo quopiam nobili, aut certè nobilitatis exiſtimationem aucupante: alludens, opinor, ad uocis etymon, quo quis primo genere ortus ſignificatur: aut certè propterea, quòd id nomen ſua ætate frequens, tritumq́; eſſet Græcis. Non eſt (inquit) Romano cuiquam locus hic, ubi regnat Protogenes aliquis, aut Diphilus aut Erymanthus.

PROTOGENIA, (Πρωτογένεια) nomen Deucalionis, & pyrrhæ filiæ Auctor Ariſtarchus in decimum Odyſſeæ. Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthei, Athenienſium regis, quæ ſe pro patriæ ſalute iugulandas præbuerunt.

PROTOGONOS, {*Primogenito*} (πρωτόγονος) Latinè Primogenitus. Quo nomine ab Orpheo dictus eſt deus, quòd ante ipſum nihil ſit genitum, ſed

ab ipſis ſint cuncta creata.

PROTOLLO, is, {*Differire, prolongare*} (ἀμβάλλω) differo, prolongo. Gell. libr. 3. cap. 16. Neque ultra decimum menſem foetura mulierum protolli poteſt. Plaut. in Caſin. Protollo mortem mihi. Ponitur & pro profero, ſiue extendo, προτείνω. Idem in Pſeud. Manum ſi protollet, & pariter proferta manum.

PROTOMYSTA, {*Prencipe de ſacerdoti*} (πρωτομύστης) myſtarũ princeps. Myſtæ autem ſacerdotes appellantur, qui myſteria & eccleſiæ ſecreta regunt, & adminiſtrant.

PROTOPLASTUS, (πρωτόπλαστος) epitheton Adami communis humani generis parentis, quem hominum primum Deus creauit, & ex luto finxit. Dicitur autem Protoplaſtus, i. primo formatus.

PROTOTOCOS, pen. acuta, (πρωτοτόκος) quæ ſemel tantum peperit, quam & Latini Primiparam dicunt. Prototocos autem cum accentu in antepenultima, (πρωτότοκος) primogenitum ſignificat. Sed hæc, quoniam ad inſtitutum noſtrum nihil pertinent, ſatius fuerit petere ex Græco Lexico.

PROTOTOMUS, penult. corr. (πρωτότομος) adiectiuum eſt, id ſignificãs quod primum, & ante omnia ſecatur: unde accipitur pro cymis, tenerioribusve, caulibus, qui uerno tempore ex braſſicis, aliiſue herbis ſolent ſuccidi. Colu. lib. 10. Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martial. lib. 10. Et faba fabrorum, prototomiq; rudes.

PROTOTYPON, penult. corr. (πρωτότυπον) exemplar primitiuum, quod ad alterius ſimilitudinem effictum non eſt: quod & Archetypon dicitur. Eſt & Prototypus, adiectiuum, (πρωτότυπος) idem ſignificans quod primitiuum.

PROTRAHO, {*Tirar fuora, prolongare*} (προσύρω) in lucem, ſeu in conſpectum traho. Liu. 8. Bell. Pun. Nudi in medium protrahebantur, & ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur. Cic. 6. Verr. Hinc in conuiuium Sex. Cominium protrahi iuſſit. Protrahere ad iudicium, Liu. 3. Bell. Maced. Verum protrahere alicunde, hoc eſt, elicere, Lucr. lib. 1. Protrahere, augere. Valerius libr. 1. cap. 5. de Caio Caſſio: Vt rapaciſſimi uictoris inſolentiam dicti tumore protraheret. Protrahere, differre, prolongare, ἀμβάλλειν. Sueto. in Nero cap. 32. Vt ſtipendia quoque militum, & commoda ueteranorum protrahi ac differre neceſſe eſſet. Senec. in Herc. fur. Et longa fame Mors protrahatur lenta.

PROTREPTICUS, (προτρεπτικός) inſtructiuus, & exhortatiuus, Symmachus in Epiſt. Indulge ſtylo, al quidq; didaſcalicum, ſeu protrepticum ſcribe. Auſonius: Libellum (inquit) inſtar protreptici luſeram. Capitolinus ait librum, cui titulus eſt Hortenſius, ſcriptum eſſe à Cicerone ad exemplar protreptici.

PROTRIMENTA, protrimentorum, dicuntur eduli minutim trita conciſaq;, qualia hodieq; in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus fruſtillatim conciſis. A tritura dicta, quaſi à proterendo.

PROTROPUM, pi, penul. corr. (πρότροπος οἶνος) muſtum quod ſponte profluit, antequam uuæ calcentur. Plin. lib. 14. cap. 9. Sed inter genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibuſdam muſtum ſponte defluens ante, quàm calcentur uuæ. Colum. lib. 12. cap. 27. Lixiuium muſtum appellat, quod in lucem muſti profluit, antequam uuæ calcentur, ſimilitudine nimirum ducta à noſtra lixiuia, quæ per colum madente cinere paulatim deſtillat. Athenæus Prodromon, & protropon appellatum ſcribit à Mitylenæis, quod apud eos dulce naſcebatur. Quin & Plinius: Protropon Gnidium inter tranſmarina uina agnoſcit.

PROTRUDO, is, {*Spengere, riuolgere*} (προωθέω) impello, prouoluo, quaſi porro trudo. Cic. de Fato: Vt igitur, qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, uolubilitatem non dedit, ſic &c. Lucr. lib. 4. Paulatim moles protruditur, atque mouetur.

PROTURBO, as, {*Scacciare*} (ἀπείργω) idem quod propello, abigo, arceo. Plin. lib. 11. cap. 19. Apes pigras & ignauas proturbant. Colum. lib. 6. cap. 37. Niſi ea prius marem cognouit, aſſilientem admiſſarium calcibus proturbat. Verg. 10. Aen. Telaq; conſiciunt, proturbantq; eminus hoſtem. Liu. 5. ab Vrb. Iamq; & alii congregati telis, miſſilibusq; ſaxis proturbare hoſtes, ruinaq; tota prolapſa acies in præceps deferri.

PROTUS, (πρῶτος) illuſtris cuiuſdam Phocenſis nomen, qui à Gallis benigne exceptus, Maſſiliam non procul à Rhodani oſtio condidit. Auctor Plutarchus in Solone.

PROTYPUM, protypi, pen. cor. (πρότυπον) quod in typi uicem formatum eſt. Plin. lib. 35. cap. 12. Primusq; perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia Protypa uocauit. Poſtea idem ectypa fecit.

PROVEHO, {*Menar lungi, menar oltra*} (προάγω) ulterius ueho, à loco ſuo aliquantulum promoueo. Plaut. in Rud. Quid ego deliqui? TRA. rogas? Qui arrabonem à me accepiſti ob mulierem, & eam hinc abduxiſti. LAB. Non auexi. TRA. Quur negas? LAB. Quia pol prouexi: auehere non quiui miſer. Liu. 10. Bell. Pun. Naues prouectas in altum incendi iuſſit. Cic. 8. Philipp. Atque etiam homines agreſtes mani ſpe ad aquas uſque Puteolanas prouehuntur. Verg. 7. Aeneid. Cum prouectus equo, &c. Ratem prouehere per freta, Valer. 4. Argon. Verg. 3. Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Prouehi longius in ſcribendo, uel orando, id eſt, progredi, uel procedere. Cice. 3. de Finib. Sed iam ſentio me eſſe longius prouectum, quàm propoſita ratio poſtularet: uerum admirabilis compoſitio diſciplinæ, incredibiliſq; rerũ traxit ordo. Paulo longius oratio mea prouecta eſt, Cice. pro Roſc. Comoed. Verg. 3. Aeneid. Quid ultra prouehor, & fando ſurgentes demoror Auſtros. Cic. ad Brut. Sed prouehor amore: non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalam ut laudem. Id eſt, præ amore longius rapior ab inſtituto. Prouectus natu, (προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ) id eſt uergens ad ſenium. Cice. in Catone Maiore: Quanquam eum colere cœpi nõ admodum grandem natu, ſed tamen ætate prouectum. Prudentia prouecta ad extremum ſpiritum, id eſt, uſque ad uitæ finem perducta.

PROVENIO, {*Comparire, uſcir fuori*} (προέρχομαι) prodeo. Plaut. in Pſeu. Nam qui ſcenam prouenit nouo modo, aliquod nonum inuentum afferre addecet. Interdum idem quod gigni, ſiue naſci, φύεσθαι. Plin. lib. 9. cap. 10. Neque ibi aliud animal prouenit. Aliquando idem quod creſcere, & felicitate cumulari. Plaut. in Truc. Quum tu recte prouenisti, quumq; aucta liberis gratulor. Vnde Prouentus, (πρόσοδοι) dicuntur reditus, & non tantum bonarum rerum, ſed etiam malarum. Plautus: Calamitatũ & miſeriarum tot prouentus. Prouentus, pro ſucceſſu Cæſar lib. 2. Bell. Ciuil. Multum ad hanc rem adiuuat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendæ.

PROVERBIUM, bii, {*Prouerbio*} (παροιμία) accommodatum rebus, temporibusq; adagium, omnium in ore uerſans. Et modò eſt ſimplex: ut, Obſequium amicos, ueritas odium parit. Modò obſcurum, & aliud ſignificans, quàm uerba exprimere uideantur: ut, Equus Seianus. Cice. 4. Acad. Videſne, ut in prouerbio ſit, ouorum inter ſe ſimilitudo. Idem de Senec. Pares enim cum paribus, ueteri prouerbio, facillimè congregantur. Inde Prouerbialis, & hoc le, παροιμιώδης.

PROVIDE, pen. cor. {*Circonſpettamente, con prudenza*} (ἐκ προνοίας) caute, circumſpecte, prudenter. Plin. lib. 10. cap. 33. Iam publicum quidem omnium, eſt tabulata ramorum ſuſtinendo prouide eligere.

PROVIDEO, des, ſecunda ſyllaba correp. {*Preuedere, antiuedere, prouedere*} (προορῶμαι, προγινώσκω) ante, uel à longe, & futurum aliquid uideo ante, quàm ſit factum. Plinius. Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ uentura ſunt, prouidere. Cic. lib. 2. de Diuin. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias Imperator, tempeſtates gubernator: & tamen ipſi ſæpe falluntur, qui nihil ſine certa ratione opinantur. Quoniam uerò ea, quæ prouidemus, ſi mala ſunt, aut uitamus, aut emendamus, factum eſt ut prouidere, modò uitare ſignificet, ſiue cauere, ut apud Terent. in And. Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt. Modò proſpicere, ſiue conſulere, & rationem rei alicuius habere. Cic. Satis iam omnibus quæ neceſſaria erant, prouiſum putabant. Prouidere rebus neceſſariis, eſt res neceſſarias comparare. Cic. Prouidere rei frumentariæ, Cæſar 5. Bell. Gall. Prouidere rem frumentariam, Idem 6. Belli Gall. Prouidere in hyemes pabulum, Plin. lib. 8. cap. 38. Prouiſum hoc legibus, hoc eſt, cautum. Prouiſum à diis immortalibus, Cic. 2. de Natu. Deor. Prouiſus, a, um, participium. Colum. lib. 9. cap. 8. Hæc de pabulationibus, domiciliis, & ſedibus eligendis abunde diximus: quibus prouiſis, ſequitur ut examina deſideremus. Prouiſus, us, pen. pro. uerbale. Tacit. lib. 18. Diſpoſitu prouiſuq; ciuilium rerum peritus. Prouiſio, onis, actus ipſe prouidendi. Cic. 3. Tuſcul. Tamen quoniam multum poteſt prouiſio animi & præparatio ad minuendum dolorem, ſint ſemper omnia homini humana meditata. Prouiſor, oris, προνοητής. Horat. in Arte. Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris. Prouidens, tis, Prouidentior, Prouidentiſſimus, (πρόνοος) id eſt, prudens, qui præuidet futura, & cauet. Cic. 7. Verr. Iſte in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum, prouidens homo. Idem Appio Pulchro lib. 3. Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius. Plin. Epiſt. 82. Quod dum recordor, intelligo, mihi laborandum, ne qua parte uidear hanc de me fiduciam prouidentiſſimi uiri deſtituiſſe. Hinc Prouidentia, (πρόνοια) idem quod prouidentia. Ci. Id enim ſapiẽtis eſt, prouidere: ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia. Idem 2. de Natu. Deo. Talis igitur mens mundi cum ſit ob eamq; cauſam uel prudentia, uel prouidentia appellari recte poſſit. Quidam Prudentiam à prouidentia diſtinguunt, ut Prudentiam dicant in rebus humanis. Prouidentiam in diuinis. Alii Prudentiam definiunt, rerum bonarum, & malarum, & utrarumq; ſcientiam: Prouidentiam uerò per quam futurum aliquid uidetur ante, quàm factum ſit. Cic. 1. lib. de Leg. Sic ingenii aciem ad bona deligenda, reiicienda contraria, quæ uirtus ex prouidendo eſt appellata prouidentia. Quint. Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor. Prouidenter, aduerbium, ἐκ προνοίας. Cic. de Natur. Deor. Quæ de prouidentia deorum ab iſtis ſanctiſſime, & prouidentiſſime conſtituta eſt.

PROVIDUS, a, um, {*Diligente, accorto*} (πρόνοος, προμηθής) prudens diligens, ſolers, qui non modo præſentia, & quæ ante pedes ſunt, ſed etiam futura proſpicit, cuius contrarium improuidus ἀπρονόητος. Plinius Iunior: Sed diſpice, ne ſit parum prouidum ſperare ex aliis, quod tu ipſe non præſtes. Cic. pro Roſc. Amer. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parũ putantur cauti, prouidiq; fuiſſe.

PROVINCIA, æ, {*Prouincia*} (ἐπαρχία) proprie dicitur regio extra Italiam bello acquiſita. Scribit enim Hegeſippus, Romanos quum in ius ſuum uincendo redigerent procul poſitas regiones, appellauiſſe Prouincias. Primò omnium Sicilia prouincia eſt appellata, ſicut docet Cic. 4. Verr. Primo inquit quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidemq; popu. Roma applicuit, id quod ornamentum imperii eſt, prouincia eſt appellata. Ouid. 1. Faſt. Redditaq; eſt omnis populo prouincia noſtro. Prouinciarum aliæ erant Conſulares: aliæ Prætoriæ. Redigere autem regionem in prouinciæ formam, nihil aliud eſt, quàm regionem ſubiicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere Præfectum. In hac ſignificatione dicimus quempiam habere prouinciam. Cic. in Piſon. Sed hæc omitto. Ille ſi non acerrime fureret, auderet quam prouinciam P. Lentulus amiciſſimus huic ordini, cum & auctoritate ſenatus, & ſorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet, eam ſibi tum adſciſcere, cum etiam ſi religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & grauiſſimæ legum pœnæ uetarent? Obtinere prouinciam. Cice. pro Flac. Cum prouinciam Aſiam Conſulari imperio obtineres. Deponere prouinciam. Cice. in Piſonem: Ego prouinciam Galliam ſenatus auctoritate exercitu, & pecunia inſtructam, & ornatam, quòd ita exiſtimabam tempora Reipub. ferre, in concione depoſui, reclamante popu. Roma. Per tranſlationem accipitur pro quouis munere ſiue onere. Terent. in Phorm. O Geta prouinciam cepiſti duram. Idem Heaut. Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Cic. 6. Verr. Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto prouinciam datam, nec quid faceret habebat. Idem pro Sylla: Tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam ſibi officioſam prouinciam depopoſcit, ut cum prima luce Conſulem ſalutatum ueniret, intromiſſus meo more, & iure amicitiæ, me in meo lecto trucidaret. In hac uero ſignificatione dicimus, Capere prouinciam, Suſcipere prouinciam, Dare prouinciam alicui, Depoſcere prouinciam alicui.

PRO-

PROVINCIALIS, & hoc Prouinciale, adiectiuum, (ἐπαρχικός) quod ad prouincias attinet: ut, Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum adminiſtratione eſt. Cicero ad Quintum fratrem libro primo. In qua ſcientiæ præſertim prouincialis ratio ipſa expedita eſt. Negotia prouincialia. Cicero ad Atticum libro ſecundo. Neque enim iſta negotia prouincialis eſſe putabam, neque te in Decurionibus habebam: ſed ſcripſi, ut debui diligenter. Viri prouinciales. Idem ad Quintum fratrem libro primo. Non quin poſſint multi eſſe prouinciales uiri boni, ſed hoc ſperare licet, iudicare periculoſum eſt. Hoſpitia prouincialia, Cicero quarto in Catilina. Prouinciales, (ἐπαρχιῶται) dicti ſunt, qui ex prouincijs ſunt, ſiue (ut Vlpianus inquit) qui in prouincijs domicilium habent. Prouincialium nomine omnes populo Romano ſubditi, præter Italicos, appellabantur. Vnde Columella libro quinto capite quarto, caput facit de agricultura prouincialium uinearum, quum alibi de Agricultura Italicarum ſcribat. Plinius Iunior libr. Epiſto. octauo. Italicus es, an prouincialis.

PROVINCIATIM, (κατ' ἐπαρχίας) aduerbium ſignificat, per ſingulas prouincias. Sueto. in Auguſt. cap. 49. Ex militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim diſtribuit.

PROVISO, is, penultima producta, {*Andare à uedere*} duo ſignificat, inquit Donat. uidere, aut ad uidendum ire, & procedere. Terentius in And. Prouiſo quid agat Pamphilus. Idem in Eunucho. Huc prouiſo, ut ubi tempus ſiet, deducam.

PROVIVO, is, pen. pro. uitam protraho. Tacit. lib. 5. Nondum is dolor exoleuerat, cùm de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano ſpe ſuſtentatam prouixiſſe reor.

PROVOCO, as, penulti. corrept. {*Prouocare*} (ἐκκαλέω) ex ædibus, uel ex loco interiori foras uoco. Plaut. in Pſeud. Herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas?

Aliquando Prouocare, eſt in aliquod certamen uocare, ſiue ludendi, ſiue lædendi gratia, προκαλέομαι. Hinc dicimus Prouocare ad pugnam, Prouocare ad certamen, Prouocare in alea, Prouocare mini mo. Horatius primo, Serm. Satyr. 4. Criſpinus minimo me prouocat: digito ſcilicet. Solemus enim dicere, nos tantum digito ualere, quantum alius brachio, Budæus. Liui. libro ſeptimo. Gallus magnitudine atque armis inſignis, prouocat per interpretem unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. Prouocare aliquem literis, eſt literas miſſitando aliû ad reſcribendum inuitare. Cicero Matio. Tuis amantiſſimis literis prouocatus. Prouocare aliquem iniurijs, id eſt, laceſſere & irritare: Plinius Iunior in Epiſto. Quamuis etiam multis prouocatus iniurijs, nunquam tamen ab amicitia receſſi. Aliquando Prouocare, eſt maioris iudicis, poteſtatis'ue opem implorare, (ἐπικαλεῖσθαι) quod & Appellare dicimus, habetq; in ea ſignificatione accuſatiuum cum præpoſitione Ad. Cicero Attic. Quum alter ad Senatum prouocaſſet, alter uerò appellaſſet tribunos. Aliquando ſine Ad. Liu. libro tertio. Quòd ſi tribunis eodem fœdere obligatos ſe fatentur tollendæ appellationis cauſa, in quam conſpiraſſe Decemuiros criminati ſunt, ait ſe prouocare populum, implorare leges de prouocatione & Conſulares, & Tribunitias eo ipſo anno latas, Quem enim prouocaturum, ſi hoc indemnatu indicta cauſa non liceat? Cui plebeio & humili præſidium in legibus fore, ſi Appio Claudio non ſit? Sed documento futurum, utrum nouis legibus dominatio, an libertas firmata ſit, & appellatio prouocatioq; aduerſus iniurias magiſtratuum, oſtentata tantû inanibus literis, an uera data ſit. Prouocare auctore Budæo, uidetur aliquando poni pro uincere, ſeu ſuperare. Quint. in 10. Elegia quoque Græcos prouocamus. hoc eſt, quaſi certi de uictoria, in contentionem uocamus. Prouocare in integrum, dixit Cicero ad Brutum. De Cæſare uerò quod fieri debuit, ac potuit, tranſactum eſt: neque iam prouocari in integrum poteſt, hoc eſt, integrum iam non eſt illi, ut prouocare poſſit iure. Hinc prouocator, oris, uerbale, qui alterum ad pugnam, certamen'ue prouocat. Cicero pro Seſtio: Cùm uerò ne de uænalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatorijs ornarit, & ſortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c. A' quo Prouocatorius, adiectiuum: ut, Prouocatoria dona militaria, quæ meruit prouocatus: quod humanius eſt, quàm prouocaſſe. Gell. libro ſecundo capite undecimo. Populi militaria dona habuit multijuga, in his prouocatoria pleraque. Appellatio autem, prouocatioq; inuentæ fuerunt pro remedio aduerſus iniurias magiſtratuum, Et cauſa, in qua quis prouocat ad alium iudicem, ἐφέσιμος, ſiue ἐκκλητος δίκη dicitur.

PROVOLO, as, {*Volare, correre uelocemente*} (ὑπερπέτομαι) auolo, ulterius uolo. Plin. libro decimo. Tunc uniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Liui. libro ſecundo per tranſlationem pro Procurro poſuit: Sic primùm infenſis haſtis prouolant duo Fabij, totamq; mouerunt ſecum aciem. Idem lib. 3 ab Vrbe. Iadatu negotio ſuis, ut corpus obtegerent, ipſe in locum, uicemq; Conſulis prouolat.

PROVOLVO, prouoluis, {*Riuolgere*} (προκυλίω) uoluẽdo protrudo. Liuius: Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris. Terent. And. Iam ego hunc in mediam uiam prouoluam. Prouoluere ſe ad genua alicuius, (προκυλινδεῖσθαι) eſt ſeſe humi ſupplicem proſternere, & ueniæ impetrandæ gratia, genua eius amplecti, in quibus antiqui miſericordiæ ſedem eſſe uoluerunt. Liui. 4. Belli Maced. Legati ubi hæc audierunt flentes ad genua Conſulis prouoluuntur.

PROVT, {*Come, ſecondo che. Boc. Secondo che i medici diceano*} (ὡς) aduerbiû ſimilitudinis, idem ualens quod perinde ut, uel quemadmodum. Cic. Atti. Tuas literas, prout res poſtulat, expecto. Idem in Verr. Prout Thermitani hominis opes ferebant.

PROXENETA, tæ, {*Senſale*} (προξενητὴς) licitator, mediator, conciliator, ſiue interpres duorum inter ſe ſtipulantium, aut ſpondentium, alium'ue quemuis contractum, conuentumq; ineuntium. A' uerbo προξενέω, quod eſt conciliatorem contractuum ago. Martial. lib. 10. Quæ ſulphurato nolit empta ramento, Vatiniorum proxeneta fractorum.

PROXENVPOLIS, (προξενούπολις) urbs Aegypti, iuxta Naucratiam. Gentile Proxenupolites. Stephanus.

PROXIMO, as, {*Approſſimarſi*} (ἐγγίζω) appropinquo. Apul. libro primo de Aſin. aur. Minimo minus interij, & tamen Athenis proximo. Cicero de Natura Deorum. Capiti autem equi proximat Aquarij dextra, totusq; deinceps Aquarius.

PROXIMVS, {*Proſſimo. Pet. Che uo notando proſſimi & lontani*} (ὁ ἔγγιστα) ſuperlatiuum ſine poſitiuo: quod modò de loci propinquitate dicitur. Cicero Attic. Proxima eſt huic municipio Anniatium ciuitas. Et alibi ad eundem: C. Albanus proximus eſt uicinus. Modò de temporis propinquitate. idq; tam de præterito quàm de futuro. Cic. Furnio: Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima Prætor fias. id eſt, proxime futura. Cice. pro Pompeio: Qui anno proximo legati fuerunt, id eſt, anno ſuperiore. Modo uicinitatem ſanguinis denotat. Idem de Iuuen. Quinque tyrannos proximos cognatione necato. Idem in Verr. Cùm hæc omnia tuis proximis plana fecero. reliqua uide in dictione Prope.

PRVDENS, prudentis, {*Prudente, ſaputo*} (εὔβουλος, συνετὸς, φρόνιμος) ſagax, prouidus, multarum rerum peritus. Cic. de Orat. Vir natura peracutus, & prudens. Idem de Clar. Orato. L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens. Interdum Prudens idem eſt quod ſciens, & data opera aliquid faciens. ὁ ἐκ προαιρέσεως τι ποιῶν. Plaut. Capt. Etiam multis in locis plus inſciens quis fecit, quàm prudens boni. Cic. Atti. Ne prudens & ſciens eo te demittas, unde exitum uides nullum eſſe. Differunt autem hæc duo, Prudens, & Sciens, ſecundum Donatum, quòd prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: Sciens, qui alterius indicio rem percipit: hoc eſt, prudens per ſe, ſciens per alios. Terent. in Eunuch. Et prudens, ſciens, uiuus, uidensq; pereo. Omitto prudens, id eſt, ſciens, & de induſtria. Plin. lib. decimo cap. 29. Multa præterea ſimilia, quæ prudens ſubinde omitto. Prudens pro ſciens, cum infinitiuo. Plin lib. 8 cap. 31. de Vitulo marino. Euomit fel ſuum ad multa medicamenta utile. item coagulum ad comitiales morbos, ob ea ſe peti prudens.

Interdum Prudens accipitur pro gnaro, perito, ſeu docto, ἐπιστήμων. Vnde Iuris prudentes dicimus, id eſt, conſultos, & peritos iuris. Cic. de Amic. L. Acilius prudens eſſe in iure ciuili putabatur. Prudens adulandi. Iuuenal Satyr. 3. Quid quòd adulandi gens prudentiſſima laudat Sermonem indocti, faciem deformis amici? Cice. de Clar. Orato. Omnes ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerendo.

PRVDENTIA, prudentiæ, {*Prudenza*} (φρόνησις) eſt rerum expetendarum (ut inquit Cic. 1. Offic.) fugiendarum'ue ſcientia. Idem quinto de Finib. Vt medicina ualetudinis, ſic uiuendi ars eſt prudentia. Idem de Sene. Temeritas eſt uidelicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis. Prudentiæ eſt (ſicut docet Macrob.) ad rationis normam quæ quis cogitat, quæq; agit uniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum, uel laudabile facere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circunſpectio prouidentia, docilitas, cautio. Græcè dicitur φρόνησις: qua uoce uſus eſt & Plaut. in Trucul. Quæ hic habet Phroneſium, omnem ex pectore mouit meo Phroneſin.

PRVDENTER, aduerbium, {*Prudentemente*} (φρονίμως) ſapienter, prouidè. Cic. 5. de Finib. Facit igitur, L. noſter prudenter, qui audire de ſummo bono potiſſimum uelit Plin. Epiſto. 233. Prudenter autem conſtitutis, interim nauibus, interim uehiculis uti.

PRVINA, æ, {*Brina*} (πάχνη) à perurendo: quòd fruges & uirgulta perurat. Ex rore gelido naſcitur, nec fit, niſi immoto aere, & ſereno. Cic. 1. de Nat. Deo. Pars obriguit niue, pruina'ue, longinquo Solis abſceſſu. Verg. 2. Georg. Id uenti curant, gelidæq; pruinæ. Idem lib. 3. Georg. Stant circunfuſa pruinis Corpora magna boum. Cic. in Catil. Quo autem pacto illi Apenninû, atque illas pruinas, ac niues perferent? niſi idcirco ſe facilius hyemem toleraturos putant, q in conuiuijs nudi ſaltare didicerunt.

PRVNA, æ, {*Braſa*} (ἄνθραξ) à carbone ita diſtinguitur, quòd illa ardens ſit & uiua, carbo autem extinctus. Dicta Pruna à perurendo. Verg. 5. Aeneid. Subijciunt ueribus prunas, & uiſcera torrent. Plin. lib. 19. cap. 6. Si radicem betæ in pruna toſtam ſuper ederint. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Prætextam, & latum clauum, prunæq; batillum.

PRVNETVM, (κοκκυμηλών) locus prunis conſitus.

PRVNVS, ni, {*Arbore di prugne, Venetijs ſuſinero*} (κοκκυμηλέα) arbor quæ pruna producit Colum. lib. 2. cap. 2. Multa ſunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem ſignificent: ut, iuncus, & calamus, ut gramen, & trifolium, ebulum, rubi, pruni ſylueſtres. Vergil. 2. Georgic. Et ſæpe alterius ramos impunè uidemus Vertere in alterius, mutatamq; inſita mala Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna. Huius arboris fructus Prunum, (κοκκύμηλον) dicitur. Martialis lib. 13. Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ Sume, ſolent duri ſoluere uentris onus. Vergil. 4. Georgic. Eduramq; pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes.

PRVRIO, is {*Prurire, rodere, pizzare*} (κνήθομαι) quaſi peruror. Eſt enim prurire propriè libidine ſcalpendi ardere, excrementis ſpirituoſis, ſibi per poros exitum quærentibus. Plaut. Pœnul. An dentes pruriunt? Idem Milit. Ita dorſum totum prurit. Prurire item interdum fœdæ ſignificationis uerbum eſt, idem ſignificans quod genitabium partium pruritum excitare, & rei ueneræ appetitum gignere. Martial. lib. 14. de Puella Gaditana. Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit, ut ipſum Maſturbatorem fecerit Hippolytum. Idem lib. 1. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriunt, iuuare. Catul. in Gell. Epigra. 83. Quid facit is Gelli, qui cum matre, atque ſorore Prurit, & abiectis peruigilat tunicis?

PRVRITVS, us, pen. pru. {*Prurito, rodimento, pizza*} (κνησμὸς, κνισμὸς) ſenſus leuis mordicationis, circa cutem ad ſcalpendum nos inuitans. Fit autem ab excrementis ſpirituoſis, exitum ſibi molientibus. Plin. lib. 9. cap. 45. Vis pruritu mordax.

PRVRIGO, pen. pro (κνησμὸς) idem quod pruritus. Colum. lib. 7. cap. 5. Nam ſubeſt aſpera cutis, & uelut quædam prurigo. Plin lib. 20. cap. 8. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt.

PRVSA, (Προῦσα) oppidum eſt Bithyniæ Phrygibus & Myſis finitimum, à Pruſia rege, qui cum Cyro bellum geſſit, ad radices Olympi montis conditum. Auctor Strabo libro duodecimo quamuis Plin. lib. 5. cap. 32. ab Annibale conditum uelit.

PRVSIAS, adis, (προυσιάς) urbs Bithyniæ, olim Cius dicta, à Pruſia rege condita cognomento Zela, ad Arganthonium montem. Hic eſt ille Pruſias, qui Annibalem ſuperato Antiocho ſuſcepit: ut eſt uidere apud Strabonem lib. 12. Plin. libr. 5. cap. 32. etiam hanc Pruſiam appellat eodem nomine, quo alteram ad Olympum ſitam.

PRVSIAS, (προυσίας) rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulauit, poſtquam uictus à Romanis tanquam rupti fœderis auctor, depoſcebatur ad pœnas. Fuit ante hunc & alter Pruſias Bithyniæ rex, qui cum Cyro bellum geſſit, & Pruſiam urbem ad Olympum Myſium condidit. Auctor Strabo lib. 12.

PRYMNESIA, (πρυμνησία) urbs Mæoniæ, in finibus Lydiæ, Phrygiæ, ac Myſiæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 2.

PRYMNESIVM, (πρυμνήσιον) funis, quo nauis ad continentem religatur. Plin. Rudentem uocat, nonnulli oram. Prymneſium autem dictum eſt ἀπὸ τῆς πρύμνης, eò quòd è puppi ſoleat emitti.

PRYMNO, us, (πρυμνώ) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Heſiodus in Theogonia.

PRYTANEVM, (πρυτανεῖον) locus erat Athenis in arce digniſſimus, ubi iudices & magiſtratus habere conſilium ſolebant. In Prytaneo item alebantur publicè, qui bene meriti erant de Repub. qui honos Athenis maximus habebatur. Cic. lib. 1. de Orato. Et ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quaſi πυρῶν ταμιεῖον, tritici promptuarium, uel horreum publicum. Dionyſius Prytanea uocat curias, in quibus ſacra fiebant ab his, qui maximam in urbe haberent poteſtatem.

PRYTANIS, (πρυτανις) à uerbo Græco πρυτανεύω, quod eſt magiſtratum exerceo, uel guberno: ſummus Athenis magiſtratus erat, cui Reipub. adminiſtrandæ cura incumbebat. Erant autem πρυτάνεις numero quinquaginta, decimam partem curiæ quingenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc eſt, magiſtratum adminiſtrantes, ſinguliſq; menſibus uices commutantes.

P ANTE S.

PSALLO, pſallis, {*Cantare*} (ψάλλω) uerbum eſt merè Græcum, idem ſignificans quod cano, ſiue id ore fiat, ſiue inſtrumento muſico. Vnde Budæus illud Gellius libro decimo nono capite nono. Qui canerent uoce, & qui pſallerent, interpretatur, citharam pulſarent. Horatius ſecundo Epiſtol primo ..Pingimus, atque Pſallimus, & luctamur Achiuis doctius unctis. Idem 4. Carm. Ode 13. ..Ille uirentis, & Doctæ pſallere Chiæ Pulchris excubat in genis. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, qui non ſolùm amare, & amari, neque cantare, & pſallere, ſed etiam ſicas uibrare, & ſpargere uenena didicerunt.

PSALMA, {*Canto*} (ψάλμα) quod pſallitur. Diapſalma, (διάψαλμα) ſilentiũ & quies quædam inter pſallendum interpoſita. Nam ut Sympſalma dicitur uocum copulatio in cantando, ita Diapſalma diſiunctio, ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.

PSALMODIA, penultima acuta, (ψαλμῳδία) ex ψάλλω & ᾠδή compoſitum, eſt cantus mixtus, ut quum aliquis ad muſicum inſtrumentum uoce accinit.

PSALMVS, mi, (ψαλμός) Latinè canticum: à ψάλλω canto, quòd ad pſalterium cantaretur.

PSALTERIVM, pſalterij, (ψαλτήριον) Græca dictio eſt, quod Hebraicè Nablon, Latinè Organum laudatorium dicitur. Et eſt, (ut Hieronym. ſcribit) in modum quadrati clypei cum decem chordis, ſicut ſcriptum eſt: In Pſalterio decem chordarum pſallite illi. Idem in expoſitione Pſalmorum ſic ait: Pſalterium, propriè genus organi muſici, melius ſonans, quàm cithara, ſimilitudinem habet citharæ, ſed non eſt cithara. Inter Pſalterium, & Citharam hoc intereſt, quòd cithara deorſum percutitur: Pſalterium uerò ſurſum: quod uerbo uulgari Polyphthongum dicitur. Et alio in loco Cithara deorſum habet cauamen, & ſex chordas habet: Pſalterium ſurſum habet cauamen. Auguſtinus: Pſalterium eſt organum, quod quidem manibus portatur percutientis, & chordas diſtinctas habet, ſed illum locum, unde ſonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum, quod pendet, & tactum reſonat, quia accipit aerem, Pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & reſonans in inferiore parte habet. Itaque in Pſalterio chordæ ſonum deſuper accipiunt: in cithara chordæ ſonum ex inferiore parte accipiunt. Cicero de Aruſpic. reſponſ. P. Clodius à muliebribus ſoleis, purpureiſq; faſceolis à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro factus eſt repente popularis. Quintilianus libro primo capite decimo. Nec pſalterio, aut ſpadice etiam unguinibus probis recuſanda.

PSALTES. (ψαλτής) Latinè cantor.

PSALTRIA, æ, (ψάλτρια) cantrix, quæ ſcilicet inſtrumento aliquo muſico canit: à Latinis Fidicina dicitur, quaſi fidibus canens. Terent. in Adelph Iſtæc iam penes uos pſaltria eſt? Cic. 3. Tuſcul. Qui in coetum mulierum pro pſaltria adducitur.

PSALLOCITHARISTÆ, apud Tranquill. in Domitiano cap. 4. Certabant etiam & proſa oratione Græcè, Latinèq;, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & pſallocithariſtæ.

PSAMATHE, penultima correpta, (ψαμάθη) fons eſt apud Thebas. Valerius Flaccus libro primo Argon. Qui tenet undiſonam Pſamathen. Fuit etiam hoc nomine Crotopi Argiuorum regis filia, quæ ab Apolline compreſſa, Linum peperit, quem inter ſentes occultatum canes dilacerauerunt. Vide Statium lib. 1. Thebaid.

PSAMMATHVS, unthis. (ψαμμαθοῦς) Laconicæ oppidum, Tænaro promõtorio proximum. Gentile Pſammathuntius, (ψαμμαθούντιος) ſiue Pſammathuſius, ψαμμαθούσιος. Stephanus.

PSAMMETICHVS. (ψαμμίτιχος) nomen regis Aegypti, cuius ſæuitia (ut inquit Herodotus unà cum Diodoro) ducenta hominum millia ex Aegypto in Aethiopiam profugere. Strabo. Teneſsis regio uocatur. quam qui Pſammetichum fugerunt, obtinent, & Sebritæ nominantur, hoc eſt, aduenæ. Huius filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelian. libro decimo capite 31. propter quod ipſum ab Apollonopolitis ſumma in deteſtatione habentur.

PSECAS, cadis, {*Gocciola*} (ψεκάς) gutta, ſiue ſtilla dici poteſt, Apul. libr. de Mundo ex Ariſtotele, Pſecadas interpretatur, ſtillicidia. Micæ quoque auri inter arenas lucentes, Pſecades dicuntur. Quin etiam ancillæ quæ delicatiorum matronarum capillos medicamento fuco conſpergunt, à Græcis hoc nomine appellatæ ſunt.

PSEGMA, atis, (ψῆγμα) idem ferè quod flos æris, Plin. lib. 34. cap. 13. In ærarijs officinis & pſegma fit. Pſegma quoque pro ramento auri uſurpatur, ut apud Herodotum in Thalia: Indi, inquit, ut ſunt multitudine multo numeroſiſsima omnium, quos nouimus, hominum: ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum: trecenta ſcilicet & ſexaginta pſegmatis talenta, id eſt, auri ramenti. Ramentum auri arena eſt aurea, ob id alio nomine ab eodem auctore Chryſitis dicta. Chryſammos etiam ad uerbum aurea arena dicitur, libro undecimo Codicis Iuſtiniani. Aurum autem ramentitium, inquit ille, inuenitur eſſe talentum Euboicorum quatuor millium ſexcentorum & octoginta, ſi ita ratio ineatur, ut pſegma terdecies tanto argenti rependatur. Strabo libro tertio: Ac ne aurum quidem ſolum effoditur, ſed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam, quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: ſed in his non apparet: in ijs autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri pſegma, id eſt, ſcobs aurea reſplendeſcit.

PSELLVS, (ψέλλος) nomen auctoris, qui ſcripſit de ratione uictus.

PSEPHISMA, atis, {*Decreto, priuilegio*} (ψήφισμα) Græca dictio eſt, quæ Latinè interpretari poteſt decretum, uel plebeſcitum per ſuffragia factum. Cicer. pro Flacco: Sic ſunt expreſſa iſta præclara, quæ uocant pſephiſmata, non ſententijs, nec auctoritatibus declarata.

PSEPHOPÆCTÆ, (ψηφοπαίκται) Græco uocabulo dicuntur, quos nos præſtigiatores appellare poſſumus, ſeu ſaccularios, ſeu calcularios impoſtores; qui habili fallaciq; manuum motu ſpectatoribus imponunt. ψῆφοι enim inter cætera calculos ſignificant, quibus aut ratio ſubducitur, aut ſuffragia feruntur. Vnde qui calculis huiuſmodi luſitans, ſpectatorum oculos præſtringit, Pſephopæcta dicitur.

PSEVDANCHVSA, (ψευδάγχουσα) herba anchuſæ ſimillima, ſed lanuginoſior, & minus pinguis, à quibuſdam Enchuſa, & Doris appellata. Plin. lib. 22. cap. 20.

PSEVDISODOMON, inquit Plin. lib. 36. cap. 22. ſtructuræ genus appellant, cùm parietes ex inæqualis craſſitudinis lapidibus conſtant.

PSEVDARTACE, (ψευδαρτάκη) collis Scythiæ, poſt montem ſacrum Stephanus.

PSEVDOCORASIVM, (ψευδοκοράσιον) litus magnum inter Corycum, & Seleuciam Iſauricam, tria ſtadia longum, & in lunæ ſimilitudinem curuatum. Stephanus.

PSEVDOBVNION, (ψευδοβούνιον) genus herbæ, in Creta palmi altitudine fruticans, folijs napi, acribus. Plin. lib. 24. cap. 16. Dioſcorid. libro quarto cap. 126.

PSEVDODICTAMNVM, (ψευδοδίκταμνος) falſum dictamnum, genus herbæ, quæ in Creta ſimilis pulegio naſcitur. Plinius libro uigeſimo nono cap. 9.

PSEVDOMENOS SYLLOGISMVS, (ψευδόμενος συλλογισμός) argumenti, ſeu ſophiſmatis genus fallaci ſtropha differentes implicans. Cicero ſecundo de Diuinat. Ratiocinationem mentientem interpretatur. Quomodo autem (inquit) mentientem, quem ψευδόμενον uocant, diſſoluas?

PSEVDOPORTICVS, (ψευδοστοά) falſa porticus. Nam in ædificijs, partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, ſed precarium aut temporarium uſum præbent, quaſi alienum opus mentientia, hoc nomine inſigniri ſolent: ut Pſeudothyrum, & Pſeudoaulæ, ſimiliaq; his complura apud Vitruuium.

PSEVDOPROPHETÆ, {*Falſi profeti*} (ψευδοπροφῆται) falſi uates.

PSEVDOS, {*Falſità, mendacio*} (ψεῦδος) Latinè ſonat mendacium, ſiue falſum: eoq; frequenter utimur in compoſitione Græcarum dictionum: ut, Pſeudographus, Pſeudologus, & ſimilia. Quoties autem proprijs nominibus in cõpoſitione iungitur, non tam falſitatem ſignificat, quàm omnimodam ſimilitudinem: ut, Pſeudophilippus, qui propter omnimodam ſimilitudinem à quibuſdam falſò habitus fuit pro Philippo

PSEVDOTHYRVM, {*Vſcio ſecreto, porta falſa, porta ſecreta*} (ψευδόθυρον) quaſi falſum oſtium. Vnde pro poſtico ſumitur. Oroſius: Veruntamen ſequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus à populo conuicijs, & fragminibus panis turpiſsime infeſtatus, ægrè per pſeudothyrum in palatium refugiens, furorem cæcitatæ plebis euaſerit. Cic. in Verrem: Ea quemadmodum ad illum poſtea per pſeudothyrum reuertatur, tabulis uobis et teſtibus iudices planum faciam.

PSEVDOVRBANA ædificia, dicuntur à Vitruuio ædificia ruſtica, urbana elegantia extructa. Budæus.

PSEVDVLVS, (ψεύδουλος) falſus ſeruus, Vnde & Plautinæ fabulæ Pſeuduli nomen inditum eſt.

PSILOTHRVM, (ψίλωθρον) unguentum depilatorium, quo mulieres uiriq; molliores utebantur, ut corpus glabrum, & leue redderent, à ψιλόω, nudo. Vnde apud Galenum legitur ſalamandras habere uim pſilothri. Martial. lib. 6. Pſilothro nitet, aut arida latet oblita creta. Pſilothrum præterea dicitur uitis alba, quòd eius ſemen, & uua uitia cutis in facie detergat, & quaſi faciem depilet Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

PSIMMYTHIVM, (ψιμμύθιον) dicitur quod nos ceruſſam nominamus. Fit ex plumbo, acri aceto reſoluto. Plin. lib. 22. cap. 18. Pſimmythium hoc eſt, ceruſſam, plumbariæ dant officinæ.

PSITTA, (ψίττα) piſcis plani genus, quem nos Paſſerem uocamus, ut uertit Theodorus ex Ariſtotele, de Natura animalium.

PSITTACVS, pſittaci, {*Papagallo*} (ψιττακός, ψίττακη) auis ex India, aut

occidua

occidui Oceani inſulis, uocem humanam miro naturæ artificio exprimens. Martialis libro decimoquarto. Pſittacus à nobis aliorum nomina diſco, Hoc per me didici dicere, Cæſar aue. De hac aue Apuleius libro ſecundo. Color pſittaco uiridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, niſi quòd ſola ceruice diſtinguitur. Enimuero ceruicula eius circulo minio, uelut aurea torque, pari fulgoris circumactu cingitur, & coronatur. Roſtri prima duritia. Quum in petram quampiam concitus, altiſſimo uolatu præcipitant, roſtro ſe, uelut anchora, excipit. Sed & capitis eadem duritia, qua ruſticum ſermonem noſtrum cogitur æmulari. Ferrea clauicula caput tunditur, imperium magiſtri, ut perſentiſcat: hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus uſque ad duos ætatis ſuæ annos, dum facile os, uti conformetur, quum tenera lingua, uti uibit, conuibretur. Senex autem captus & indocilis eſt, & obliuioſus. Verùm ad diſciplinam humani ſermonis facilior eſt pſittacus glande qui ueſcitur, & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. Non enim omnibus pſittacis id inſigne, ſed illud omnibus proprium, quòd eis lingua latior, quàm cæteris auibus: eò facilius uerba hominis articulantur, patentiore plectro & palato. Id uerò quòd dicit, ita ſimiliter nobis canit uel potius eloquitur, ut uocem ſi audias, hominem putes: nam quidem ſi uideas, idem conari, non eloqui. Verùm enimuero & coruus, & pſittacus, nihil aliquid, quàm quod didicerunt, pronuntiant. Si conuitia docueris, conuitiabitur, diebus, ac noctibus perſtrepens maledictis. Vide Plinium lib. 10. cap. 42. & Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9.

PSOPHIS, phidis, (Ψωφίς) Arcadiæ ciuitas, à Pſophide Lycaonis filio, aut, ut alij malunt, à Pſophide Erycis Siculi filia condita. Ouid. libr. 5. Metamor. Vſque ſub Orchomenon & Pſophida Cyllenenq;. In Inſula quoque Venetorũ Zacyntho arx ipſa uocabatur Pſophis, & aliæ multis locis. Auctor Hermolaus in Plin. Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Acarnania. Item tertium Achaia.

PSORA, {Runideʒʒa di pelle} (ψώρα) cutis aſperitas ſquamoſa: & uidetur alia à ſcabie, quum Plin. libro 2. dicat: Arida cum reſina, impetiginem, & ſcabiem, quam ψώραν, & λειχῆνας uocant, ſanat. Fit autem à ψῶ ſcalpo. Nam qui pſora laborant, hulcera ſuæ puſtulas ſupra modum contingere, palpare, & ſcalpere cupiunt.

PSYCHOMANTEVM, penultima producta, (ψυχομαντεῖον) locus cuiuſdam uaticinij, ubi fiebat diuinatio per Manium euocationem. ψυχὴ enim animam, & μαντεία diuinationem ſignificat. Cicero primo Tuſculan. Ait enim Terinaeum quendam Elyſium, cùm grauiter filij mortem mœreret, ueniſſe in pſycomantium, quærentem, quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa.

PSYCHOTROPHVM, (ψυχότροφον) herba duorum cubitorum altitudine, anguloſum habens caulem, à radice ſpargens folia ferè lapathi, ſerrata ſemine purpureo: in Italia Serratula dicitur, in Gallia Vettonica. Auctor Plin. lib. 25. cap. 8. Pſychotrophon inde dictum, quod locis potiſſimùm gaudeat alſioſis. Pſychotrophi item piſces quidam appellantur, quod umbroſos ſectentur receſſus, ac humido frigidoq; delectentur elemento.

PSYCHROLVTRES, (ψυχρολούτρης) dicitur, qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur. Vnde & uerbum ψυχρολουτρεῖ Græcis uſitatum, pro eo quod eſt, frigida lauor. Seneca lib. 12. Epiſt. Ille tantus pſychrolutres, qui Calendis Ianuarijs Eurypum ſalutabat.

PSYDRACION, (ψυδράκιον) genus puſtularum durarum, & ſubalbidarum, acutarumq;, caput præcipuè infeſtantium. Vide Aeginetam.

PSYLLI, (Ψύλλοι) populi Libyæ propè Garamantas, à Pſyllo rege dicti (ut inquit Plin. libro ſeptimo capite ſecundo) quorum corpori ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus. Scribit Plutarch. Catonem iter per deſerta Libyes facientem, ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur, partim ore trahentes uenenum, partim ſerpentes cantibus medicantes. In uita Catonis autem Plinius in dicto loco ſic ait. Mos uerò illis fuit liberos genitos protinus obijciendi ſæuiſſimis earum, eoq; genere pudicitiam coniugum experiendi non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus libro quarto. Silius item de Atyre Pſyllo lib. 1. Necnon ſerpentes diro exarmare ueneno Doctus Atyr, tactuq; graues ſopire chelydros, Ac dubiam admota ſobolem explorare ceraſte. In eandem ſententiam de Pſyllis ſcribit & Lucanus lib. 9. Gellius lib. 16. cap. 11. Crinitus libro 1. cap. 3. aliiq; complures.

PSYLLION, (ψύλλιον) herba, quam uulgus noſter Pulicarem uocat: de qua uide Plin. lib. 25. cap. 11.

PSYLLIVM, (Ψύλλιον) Ptolem. lib. 5. cap. 1. urbs Bithyniæ.

PSYRA, {Pſaro} (Ψύρα) inſula iuxta Chium. Strabo. lib. 14.

PSYTHIA, uuæ genus eſt, ea qua optimum fit paſſum. Vergil. 2. Georgic. Et paſſo pſythia utilior.

P ANTE T.

PTE, (πτε) ſyllabica adiectio, quære in dictione met.

PTERELAS, (Πτερέλαος) rex Teleboarum, ab Amphitryone uictus: de quo Plaut. in Amph.

PTELEA, {Efeſo} (Πτελέα Stephano) Aſiæ urbs clariſſima, Ionum metropolis, notiore nomine Epheſus dicta: Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

PTELEON, (Πτελεόν) Ioniæ oppidum, iuxta Erythras & Mimantem montem. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29. Eſt & aliud eiuſdem nominis oppidum in ora Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

PTERA, (πτερά) ſiue (ut Vitruuius libr. 3. cap. 2. appellat) Pteromata, (πτερώματα) in templis, cæteriſq; maioribus ædificijs dicuntur muri duo in altitudinem conſurgentes, alarum inſtar: unde & nomen habent. Nam πτερὰ Græci alas uocant.

PTERIA, Cappadociæ urbs eſt apud Herod lib. 1.

PTERIS, (Πτέρις) Latinè dicitur filix: qua uoce uſus eſt Plin. lib. 27. cap. 9.

PTERYGIVM, (πτερύγιον) in oculis uocatur neruoſa quædam adnatæ membranæ excreſcentia, à maiori angulo ut plurimum orta, ad oculi coronam ita procedens, ut interim & pupillam operiat. Plin. libro trigeſimoquarto capite decimo. Cadmiæ effectus ſiccare, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia & ſordes oculorum purgare. Pterygium in digitis apud Paulum Aeginetam eſt, cum caro excreſcit, partem illam contegens, quæ in ungue Pterygium appellatur, quod uitium ex paronychia ferè naſcitur. At Celſus libro ſeptimo Pterygium dixit eſſe, quum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum eſſe à πτερόν, id eſt, ab ala, quam tunc uidetur efficere caro ab unguibus diſcedens. Plin libro 23. capite primo. Illinitur eadem cum fico, & pterygijs digitorum ex uino. Idem: Cum oleo etiam paronychias, & pterygia tollit.

PTERNA, (πτέρνα) uocatur pars inferior naualis mali: circa mediam ferè, Trachelos, ſumma pars Carcheſium nominatur.

PTEROPHOROS, (Πτεροφόρος) eſt regio apud Riphæos montes: ſic dicta ab aſſidua niue, quæ ibi pennarum ſimilitudine continuo decidit. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremiq; ſiderum ambitus. Plin. lib. 4. cap. 12. Mox Riphæi montes & aſſiduis niuis caſu pinnarum ſimilitudine, Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata à natura rerum. Pterophori item dicti ſunt curſores pegaſarij, quòd peregre proficiſcentes (ut Dionyſius ſcribit) ſurrectas in capite pinnas geſtare ſolebant. Ad quod & Iuuenalis alluſiſſe uidetur, cum ait, Tanquam de Cattis aliquid, toruiſq; Sicambris Anxia præcipiti uenisſet epiſtola penna.

PTISANA, pen. corr. {Sugoli d'orʒo, acqua cotta d'orʒo} (πτισάνη) hordeum decorticatum, uel hordei cremor, ſiue pultis genus ex farina hordeacea, in quo eſt maxima uis reſtaurandi uires, & nutriendi. De Ptiſana uide Plinium libro 18. cap. 7. & lib. 22. cap 25. Latini uocis huius primam ſyllabam corripiunt, altero ſ, ex Græca uoce abiecto. Marti. lib. 12 Frumentum, milium, ptiſanamq;, fabamq; ſolebas Vendere pragmaticus.

PTISANARIVM, (πτισανάριον) pro uaſe in quo coquitur, uel tunditur ptiſana. Horat. libro ſecundo Sermo. Stat. 3. Tu ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ. Alij uolunt ptiſanarium oryzæ, eſſe oryzam coctam, uel ptiſanam ex oryza.

PTOCHOTROPHIA, pen. prod. {Spedali} (πτωχοτροφεῖα) diuerſoria, ſiue domus, in quibus mendici nutriuntur: πτωχὸν enim Græci mendicum dicunt, & τρόφω, nutrio.

PTOLEMÆEVS, æa, æeum, (Πτολεμαϊκός) poſſeſſiuum. Propert. libr. 2. Eleg. Et Ptolemææ littora capta Phari.

PTOLEMÆVS, (Πτολεμαῖος) nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximæ auctoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Poſt cuius mortem Aegypto, & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegypti reges, Ptolemæi appellati ſunt.

Hic frequentiſſime apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd ſi aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Acceſſebat enim ſcyphos ſtrata, ac menſas. Ipſe præter neceſſaria poſſidebat nihil: quin alios locupletes facere, regale magis eſſe dicebat, quàm locupletari. Eſt autem hoc nomen ἀπὸ τοῦ πολεμεῖν, hoc eſt, à pugnando deductum, ſicut à τιμάω, quod eſt honoro, Timæus. Hic duos filios habuit Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Deceſſit in rerum geſtarum gloria, cum paulò ante regni ſe abdicans adminiſtratione regem filium conſtituiſſet Philadelphum. Auctor Trogus lib. 15. Philadelphus itaque in regno patri ſucceſſit, uir doctiſſimus, Stratonis diſcipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ uſq; ad primum Alexandrinorum, & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis XXXVIII. cui ſucceſſit Ptolemæus cognomento Euergetes, (εὐεργέτης) quod Latinè dici beneficus poteſt. Hic uiginti ſex annis regno potitus, moritur: cui ſucceſſit Ptolemæus Philopator XVII. annis regnans. Poſt eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis uiginti tres regnauit. Tum Ptolemæus Philometor, qui trigintaquinque annis Aegypti regnum cum tenuiſſet fratrem ſuum Euergeten alterum moriens regem conſtituit. Euergetes qui & Phyſco dictus eſt, regnauit annis uigintinouem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus ſucceſſit. Lathyro Auletes Cleopatræ pater. Poſt hunc Ptolemæus cognomento Dionyſius Cleopatræ frater, qui Pompeium poſt Pharſalicam cladem in Aegyptum fugientem, interimendum curauit. Fuerunt & alij hoc nomine, ut Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui ſuis diuitijs Romanum locupletauit ærarium. Ptolemæorum ſeriem deſcribit Strabo lib. 17. Claudius Ptolemæus, aſtrologus, natione Aegyptius, Alexandriæ profeſſus eſt, Liberalium artium ac Græcarum literarum ſtudijs clarus, temporibus Antonini, ut ipſe ſcribit. In Aſtrologiæ ſcientia priorum nulli ceſſit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit, inuentaq; ab Hipparcho inſtrumenta clarius demonſtrauit. De Muſica quoque & rebus alijs, tum de Geographia abſolutiſſime ſcripſit. Suidas.

PTOLEMÆOS, quoque ſex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & unum uerſificatorem: quorum opera ad nos minime peruenerunt. Ioſephus item alium ponit. Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem ſocer Hierichunti tempore belli Machabæorum præfecerat. At ille meen ſus regni cupiditate, inuitatum ad cœnam, incautum interfecit. De quo multa in Hieroſolymitana hiſtoria Ioſephus.

PTOLEMAIS, maidis, uel dos, (Πτολεμαΐς) oppidum in ora Rubri maris, ad primos elephantorum uenatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Troglodytarum. Auctor Plinius libro ſecundo capite 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus excuſſit, ad uenatus elephantorum, quæ ideo Epitheras à Græcis cognominata eſt, eodem Plinio auctore lib. ſexto. cap. 29.

Eſt & Ptolemais, urbs Aegypti apud Strabo. libro 17. Item Phœniciæ urbs, Colonia Claudij Cæſaris, quæ quondam Ace dicta eſt, ut ſcribit Plini. lib. 5. cap. 19. Harum quinque urbium meminit Hieronymus ad Euſtochium, per arenas inquit Syriæ peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur: altera eſt in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Aphricæ.

PTYAS, yadis, (Πτυάς) aſpidis genus colore ſubuiridi, cinereoq;, ſed in aurum tendente, quo Cleopatra ſibi mortem creditur conſciuiſſe. Dicta Ptyas, ἀπὸ τοῦ πτύειν, hoc eſt, à ſpuendo, eo quòd ſputum habeat maxime letale, quod in ho-

minum oculos expuit. Vide Plin.lib.28.cap.7.

PTINX, (πτύγξ) auis rapax, quam alij Hybridem uocant, noctu uolans. Venatur more aquilæ. Pugnat etiam cum aquila acriter, ita ut ſæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & uiuæ à paſtoribus capiantur.

P ANTE V.

PVBEO, pubes, {*Eſſere giouine. comminciar à mandar fuori le primi peli*} (ἡβάω) pubes ſum: proprieq́; de adoleſcentulis dicitur, qui primam circa pudenda lanuginem emiſerunt: quamuis etiam ad alia transferatur: ut, Pubentes herbæ, apud Vergilium 4. Aeneid. Vbi Seruius: Pubentes, quia aliæ ſicce, aliæ uiridiores leguntur. Et ſciendum inter homines & herbas eſſe reciprocam translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum Florem ætatis. Idem 3. Georgic. Pubenteſq́; ſecant herbas. Vbi rurſus Seruius: Pubentes, adultas, maturiores, quibus robur acquiritur. Hinc Pubeſco, ſcis, lanuginem emitto. Vergil. 3. Aeneid. Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo. Cicero primo Offic. Nanque Herculem Prodicus dicit, ut eſt apud Xenophontem, cùm primùm pubeſceret (quod tempus à natura ad diligendum, quam quiſque uiam uiuendi ſit ingreſſurus, datum eſt) exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum, multumq́; dubitaſſe, cum duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius eſſet. Interdum pubeſcere ponitur pro creſcere, ſiue maturitatem adſequi. Cic. libro primo de Natura deorum. Nam & fruges, & reliqua, quæ terra parit, & tempeſtates, ac temporum uarietates, cœliq́; mutatione, quibus omnia quæ terra gignit, maturata pubeſcant. Verg. lib. 2. Georg. Hinc omnia largo pubeſcit uinea fœtu. id eſt, exuberat.

PVBER, (ἔφηβος) uide in dictione Pubes.

PVBERTAS, pubertatis, (ἐφηβία, ἥβη) ætas in pueris, puellis'ue qua pudenda prima lanugine obducuntur: qui eſt in maribus annus decimusquartus, in fœminis duodecimus. Item Pubertas eſt emiſſio ipſa pubis, à qua anni pubertatis dicti ſunt. Columella libro quarto. At citra naturæ quandam pubertatem. Cicero ſecundo de Natura deorum. Vt ſi quis dentes, & pubertatem natura dicat exiſtere. Pubertas autem plena annos octodecim complectitur. Modeſtin. de adopti. l. arrogatio. Non tantùm, inquit, cùm quis adoptat, ſed & cum arrogat, maior eſſe debet eo, quem ſibi per arrogationem, uel per adoptionem filium facit: ſed utique plena pubertate: id eſt, octodecim annis eum præcedere debet. Budæus. Vuæ pubertas, Plin. lib. 23. in Procem. lib. 7. Omphacium qua fieret ratione incipientis uuæ pubertate in unguentorū loco docuimus.

PVBES, (ἥβη) propriè lanugo, quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis eſt ſignum, factum eſt ut mas Pubes, ſiue Puber uocetur cum primum ad gubernandū aptus eſt, & fœmina ſimiliter ad concipiendum. Cicero pro Rabirio. Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. Salluſt. Puberes omnes interfici iubet. Cæſar quinto Belli Gallici. Hoc more Gallorum eſt initium belli, quo lege communi omnes puberes armati conuenire coguntur. Cicero primo Offic. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij, cum ſoceris generi non lauantur. A quo Impubes, bis, uel Impuber, eris, (ἄνηβος, ἀγένειος) qui nondum lanuginem emiſit, ſiue qui nondum ad pubertatis annos peruenit. Pubes etiam honeſtè pro parte pudenda ponitur. Vergil. tertio Aeneid. Prima hominis facies, & pulchro corpore uirgo Pube tenus. Inde Os pubis medici uocant oſtium ipſum muliebris pudendi, quod pube ambitur. Interdum Pubes collectiuum nomen eſt eiuſdem ferè ſignificationis cum nomine Iuuentus. Verg. libro primo Aeneid. Haud aliter, puppeſq́; tuæ, pubeſq́; tuorum. Liuius libro primo. Quum pubem Albanam in arcem, præſidio, armiſq́; obtinendam auocaſſet. Cicero pro Milone: Ea poteſtas, cui Senatus omnem Italiæ pubem commiſerat. Interdum etiam accipitur pro populo. Vnde Pube præſente dicimus: hoc eſt, populo præſente, ab ijs, qui puberes ſunt, omnem populum ſignificantes. Transfertur etiam ad alia. Vergilius libro duodecimo Aeneid.

Pubentibus caulem folijs: id eſt, ut inquit Seruius, adultis. Et libro quarto Aeneid. Pubentes herbæ. Eſt autem Pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, ſubſtantiuum, & facit genitiuum Pubis. At Impubes, bis, pro eo qui adhuc inueſtis eſt, Adiectiuum eſt. Vnde Impubis Iuli, apud Ver. Et apud Horat. in Epod. Impube corpus. Ouidius libro tertio Metamorph. Impubeſq́; genas. Leguntur & obliqui Impuberis, beri, berem, fortaſſis ab antiquo nominatiuo Impuber: eaq́; declinatione Oratores frequentius utuntur. Cicero quarto in Catil. Filium eius impuberem legatum à patre miſſum. Liui. lib. 2. Laudatamq́; uirginem parte obſidum ſe donare dixit. ipſa quos uellet, legeret: productis omnibus, elegiſſe impuberes dicitur. Puber quoque adiectiue ponitur: ut, Puber ætas, apud Liui. lib. 1. ab Vrb. Tamen id Imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit. Item Pubentibus caulem folijs apud Verg. lib. 12. Aeneid.

PVBLICA SACRA, (δημόσια ἱερὰ) quæ pro populo fiebant, ſicut priuata, quæ pro ſingulis hominibus, familijs'ue.

PVBLICA VIA, {*Via publica, ſtrada publica*} (λεωφόρος) quæ uniuerſo populo communis eſt: quod genus Romani partim Conſulares, partim Prætorias appellabant. Sunt & Viæ priuatæ, ſunt & Vicinales, quæ in uicis ſunt, uel quæ in uicos ducunt. Præterea aliæ Ruſticæ dicuntur, aliæ Vrbicæ. Militares uiæ, quæ inter publicas ſunt latiores, ut capere poſſint milites agminatim iter facientes. Vnde & illis nomen. Sueton de Auguſt. Iuuenes primo modicis interuallis per militare uias, dehinc uehicula diſpoſuit. Curtius: Cum hoc agmine Darius paulum declinauit à uia militari. Viæ militares (ut Paulus inquit) exitum ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent. Vehicularis autem uia dicitur, quam Græci ἁμαξιτὸν, ἁμαξήλατον uocant.

PVBLICA VECTIGALIA, (δημόσια τέλη) intelligere debemus, ex quibus uectigal fiſcus capit, uel ærarium: quale eſt uectigal portus, uel uenalium rerum, & piſcinarum, & metallorum. Vlpianus de Verbor. ſignifica. l. inter publica.

PVBLICA IVDICIA, (δημόσιαι κρίσεις) non omnia ſunt, in quibus crimen uertitur, ſed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum uertuntur: ut, Iulia maieſtatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de ſicarijs, & ueneficijs, Pompeia de Parricidijs, Cornelia de teſtamentis.

PVBLICA VERBA, (δημόσια, ῥήματα) dicuntur, quæ in communi ſunt conſuetudine, & uſu. Seneca: Magnam ex epiſtola tua percipi uoluptatem. Permitte enim mihi uti uerbis publicis, nec illa ad ſignificationem Stoicam reuoca. Cic. 1. Acad. Dialecticorum uerò uerba nulla ſunt publica, ſuis utuntur. Ouid. 3. de Arte: Munda, ſed è medio, conſuetaq́; uerba puellæ Scribite, ſermonis publica uerba placent.

PVBLICANVS, publicani, {*Datiere, gabelliere*} (τελώνης, ὁ τελῶναι) qui uectigalia, & alios populi, principium'ue reditus exigendos, certo conſtituto pretio redimunt: quod genus hodie Datiarios appellant. Horum ordinem Romæ & numero ampliſſimum, & perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe conſtat. Cicero pro Plancio. Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipubli. publicanorum ordine continetur. Vlpianus de public. & uectigal. l. j. Publicani ſunt, qui publico fruuntur: nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid à fiſco conducunt, rectè uocantur Publicani. Cice. ad Quint. Frat. libro 1. Non eſſe autem leniores in exigendis uectigalibus Græcos, quàm noſtros publicanos, hinc intelligi poteſt, quod, &c. Mulier publicana. Cic. 5. Verr. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

PVBLICÈ, & PVBLICITVS, {*Publicamente*} (δημοσίᾳ) aduerbia à Publicus nomine deriuantur: idemq́; ſignificant quòd uulgò, ſeu palàm. Cicero. 5. Verrin. Itaque quum Plinius Herbitenſis, homo diſertus & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret. Terent. in Adelph. Haud citò mali quid ortum ex hoc ſit publicè. Id eſt, non facile aliquid detrimenti ab hoc capiet Reſpublica. Cicero pro Roſcio Amerino. Anſeribus cibaria publicè locari. id eſt, palàm, coramq́; omnibus, qui intereſſe uoluerint conductori anſeri alendos addicere. Publice dare ſumptus alicui, eſt illi ſumptus ſuppeditare ex ærario.

Publice aliquem deportare, hoc eſt, ex decreto publico. Terent. in Phormio. Non'ne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? Vbi Donatus: Publicitus, publica cura, & conſilio. Plaut. Hoſpitio publicitus accipiat. Id eſt, carcere publico.

PVBLICO, publicas, {*Publicare, manifeſtare*} (φανερῶ) publicum facio, manifeſto. Iuſtinus libro primo. Non contentus uoluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonij reticenda publicaret. Publicare item eſt rem aliquam in Reipublicæ poteſtatem redigere, & præconi publico ſubijcere, δημεύειν. Cicero libro ſecundo de Inuent. Lex eſt apud Rhodios, ut ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur. Quum magna in alto tempeſtas eſſet, ui uentorum, inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauem coegit. Quæſtor nauem populi uocat: nauis dominus negat oportere publicari. Publicare librum aliquem, eſt edere in publicum, ἐκδιδόναι. Meretrix quoque ſe publicare dicitur, quæ ſe publicè proſtituit, nulli mercedem offerenti, ſui copiam denegans. Plautus in Bacchid. Tum illam quæ corpus publicauit uulgò ſuum. id eſt ſui copiam palàm facit. Publicatio, onis, (δήμευσις) bonorum alicuius in publicum redactio. Verbale. Cic. in Catil. Adiungit etiam publicationem bonorum.

PVBLICOLA, læ, (δημοκηδὴς Plutarcho) qui populum colit, & obſeruat, quo cognomine dictus eſt P. Valerius, qui in locum Tarquinij Collatini ſuffectus eſt Conſul.

PVBLICVM CONSILIVM, (συνέδριον βουλή) dictus eſt Senatus. Cicero libro de Orato. Pericles Athenis plurimos annos princeps conſilij publici fuit.

PVBLICVS, publica, publicum, {*Publico, commune*} (δημόσιος) quod non eſt priuatum alicuius, ſed populo commune. Cicero primo de Inuentio.

Publicum eſt, quod ciuitas uniuerſa aliqua de cauſa frequentat. Sic Loca publica urbis, apud eundem contra Rullum. Publica fides, eſt quam uulgus Gallicum Saluum conductum appellat. Salluſtius in Iugurtha: Comes eius qui Romam fide publica uenerat. Legitur & Publicum ſubſtantiuè pro conſpectu publico. Hinc dicimus Carere publico, pro eo quod eſt, non prodire in publicum. Cicero pro Milone: Caruit deinde foro Pompeius, caruit publico. Idem Verrin. In publico eſſe non audet, includit ſe domi. Liuius de pace Caudina loquens: Vt poſtero die, ac ſequentibus duobus nemo forum ac publicum aſpicere uellet. Ponitur & Publicum aliquando pro uectigali: unde & Publicani dicti. Cicero ad Quintum Frat. Hic te ita uerſari, ut & publicanis ſatiſfacias, præſertim publicis malè redemptis, ac ſocios perire non ſinas, diuinæ cuiuſdam uirtutis eſſe uidetur, id eſt, tuæ.

PVBLICIVS, a, um: ut, Iter publicium. Ouid. 5. Faſto. Vtile nunc iter eſt, publiciumq́; uocant. Publicij ædiles. Ibidem: Plebis ad Aediles perducta licentia talis Publicios.

PVBLICOR, Publij puer, ſiue ſeruus: ſicut Marcipor, Marci puer. Veteres enim à ſuis prænominibus pueros, id eſt, ſeruos in familia nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores, à Quinto Quintipores. Et hoc eſt, quod Plinius ait, ad genus ſeruos dominorum fuiſſe gentiles: id eſt, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide Marcipor.

PVBLIVS, prænomen Romanis uſitatiſſimum, à populo, ſiue à publico deductum.

PVBLIVS, & LABERIVS, poetæ mimorum, Iulij Cæſaris familiares ambo, ſed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia, ſimul & arrogantia, Cæſar magnopere offendebatur. Is Publius, genus Syrus fuit, conditione ſeruus: puer enim & forma, & ingenio à Domino manumitti & erudiri meruit. Romam uenit ad ludos Cæſaris, ubi mimos ſuos egit, magno ipſius populi applauſu. Auctores Gell. & Macrob.

PVCINVM, (πούκινον) urbs eſt Iſtriæ in mediterraneis, ut Ptolemæus ſcribit lib. 3. cap. 1.

PVCINVM VINVM, (πούκινος, οἶνος) inter generoſiſſima Italiæ uina, & medicamentis aptiſſima connumeratum eſt. Naſcitur in ſinu Adriatici

tici

tici maris, ſuper colle, non procul à Timauo fonte, teſte Plinio libro 14. capite 6.

PVDEFIO, fis, {*Vergognarſi*}(αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι) erubeſco, pudore ſuffundor. Paſſiuum eſt à Pudefacio, quod eſt pudorem alicui inijcio. Gell. libr. 15. cap. 17. Tibiam, pudefactus oris deformitate, abiecit.

PVDENDVS, da, dum, {*Vergognoſo, coſa di che ſi dee uergognare*} (αἰσχυντηλός) quod pudore dignum eſt: ſiue quod euiuſmodi eſt, ut illius nos pudere oporteat. Plinius libro 29. Quædam pudenda dictu tanta autorum aſſeueratione commendantur. Ouid. Epiſt. 5. Cauſa pudenda tua eſt. Idem libr. 3. de Arte: Perq; aditus tales lucra pudenda petunt. Verg. 11. Aen. At non euandre pudendis Vulneribus pulſum aſpicies. Cice. 5. Philipp. Vt iam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum decreta, quàm Senatus. Pudenda, orum, ſubſtantiuum, (τὰ αἰδοῖα) naturales partes dicuntur, tam in uiro, quàm in muliere, quæ & Verenda dicuntur, quod (ut ait Auguſt. lib. 15. Ciui.) libidinis nos maximè pudeat.

PVDENS, tis, {*Riſpettoſo*}(αἰδήμων) uerecundus. Cic. 5. Verr. Metelli eſt filius in prouincia, non puer, ſed adoleſcens bonus, ac pudens. Terent. in Heaut. Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui. Cice. pro Flac. Pudentiſſimus, atque optimus uir. Idem 3. Verr. Pudentiſſima, lectiſſimaq; fœmina. Cuius contrarium eſt Impudens, ἀναίσχυντος: de quo egimus ſuo loco. Pudenter, aduerbium, (αἰδημόνως) id eſt, uerecundè. Cice. pro Quint. Eum tum pudenter appellare nolebas. Horat. 1. Epiſt. 18. Diſtant, facias'ne pudenter, An rapias. Cic. in Vatin. Viuere pudenter. Contrarium eſt Impudenter, (ἀναισχύντως) de quo ſuo loco.

PVDET, puduit, uel puditum eſt, Pudere, (*Vergognarſi*)(αἰδεῖσθαι) uerbum eſt impersonale, idem ſignificans, quod erubeſcere, ſiue pudore affici. Habetq; ferè accuſatiuum cum genitiuo. Cicero ſecundo Verr. Sunt homines quos infamiæ ſuæ, neque pudeat, neque tædeat. Cicero pro Domo ſua: Me non ſolum piget ſtultitiæ meæ, uerùm etiam pudet. Differt autem Pudere, à Pigere: quòd Pudere uerecundiæ ſit, Pigere pœnitentiæ. Salluſt. in Iugurth. Nam poſtea quæ fecerit, incertum habeo, pudeat, an pigeat magis. Don. Pudere eſt in his, quæ turpiter fiunt: Pigere in his, quæ cum damno ac malo. Pudere ad dedecus, Pigere ad dolorem refertur. Terent. in Adelph. Patris me quidem pudet, piget. Inuenitur aliquando perſonaliter poſitum cum nominatiuo, uerum id non aliter, quàm in tertijs perſonis. Lucanus: Semper metuet, quem ſæua pudebunt. Compoſita eius ſunt Depudet, Deſpudet, & Suppudet, pen. cor. de quibus ſuis locis.

PVDIBVNDE, (αἰσχυντηλῶς) cum pudore.

PVDIBVNDVS, da, dum, {*Riſpettoſo, uergognoſo*} (αἰδήμων) qui pudore ducitur, pudens. Plin. libro decimo capite uigeſimo. Pudibundus, ac mœrens, quærit latebram. Ouid. libro ſecundo Faſto. Illa diu reticet, pudibundaq; celat amictu Ora. fluunt lacrymæ more perennis aquæ. Plin. libr. 10. cap. 29. Idem cauda annuis uicibus amiſſa, cum folijs arborum, donec renaſcatur iterũ cum flore, pudibundus, ac mœrens quærit latebram. Dies pudibunda, pro Purpurea, apud Statium lib. 5. Aeneid.

PVDICITIA, æ, {*Caſtità, pudicitia*}(ἁγνεία) modò pro caſtitate. Plin. libro 17. cap. 25. A' quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor tradidit. Ouid. Epiſt. 5. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Ibidem: Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia: deperit illa ſemel. Tacit. lib. 4. Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. Modò pro religioſa munditia ac puritate ponitur. Vergil. 2. Georg. Caſta Pudicitiam ſeruat domus. Quandoque Dea, quæ Romæ colebatur. Plin. lib. 2. cap. 7.

PVDICVS, penultima producta, {*Pudico, caſto*}(ἁγνός, σεμνός) caſtus. Pudicum ingenium Pamphili, apud Terentium in Hecy. & Mores pudici apud Plaut. in Capt. Miles pudicus. Cicero Epiſto. ad Octa. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere uolunt, niſi pudicum? Mores pudici, Ouid. 3. Triſt. Mulier pudica, Horat. Epod. 2. Thalamos uiolare pudicos. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8. Pudicior, comparatiuũ, Ouidius in Ibin: Nec tibi contingat matrona pudicior illa, Qua potuit Tydeus erubuiſſe nutu. Pudicè, aduerbium, Ouidius ad Liuiam: Quid tibi nunc mores proſunt, actumq; pudicè omne æuum? A' quo fit Pudicitia (ἁγνεία) caſtitas. Quorum contraria ſunt Impudicus, Impudice, & impudicitia: de quibus egimus ſuis locis.

PVDOR, pudoris, {*Timor d'infamia, pudore*}(αἰδώς) ut Stoici definiunt eſt metus infamiæ, qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinatè, aut turpiter quid peragat. Quur autem erubeſcant, quos pudet, cauſam tradunt Philoſophi, quoniam pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut ſuperficiem occupet. Pudor à Verecundia ſic ſeparatur à quibuſdam, ut Pudor ſit rei turpiter actæ, Verecundia etiam rectè facti, atque honeſti, quæ tamen differentia uera non eſt. Cicero pro Cluentio. Deinde ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. Plin. lib. 11. cap. 37. Pudoris in malis ſedes. Ouid. 1. de Arte. Eſte procul uittæ tenues, inſigne pudoris. Erat enim uitta matronarum ornatus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. Infans namque pudor prohibebat plura profari. Ouid. Epiſt. 16. Fines tranſire pudoris. Pudor etiam pro ſcelere, & probro, uel dedecore ſumitur, quæ ſunt pudoris cauſæ. Ouid. Epiſt. 11. Irruit, & noſtrũ uulgat clamore pudorem. Idem Epiſt. 9. O pudor, hirſuti coſtis cauta leonis, Aſpera texerunt uellera molle latus.

PVELLA, æ, Vide puellus.

PVELLARIS, & hoc, lare, {*Fanciulleſco*} idem ferè quod iuuenalis: adiectiuum à puella deductum, quemadmodum à puero puerilis. Quintilianus de morte defuncta: Tum ætate ea puellari, præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter uulnera orbitatis. Plin. lib. 10. cap. 55. Liuia Auguſta prima ſua iuuenta Tib. Cæſare ex Nerone grauida, cum parere uirilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio, ouum in ſinu fouendo, atque cum deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo, ne intermitteretur tepor: nec falsò augurata proditur. Ouid. Faſto. Præda puellares animo oblectat manus. Puellariter, aduerbium. Plin. Epiſto. 163. Dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc, &c.

PVELLASCERE, (θηλυδριαῦ) effeminari. Pacuuius: Puellaſcunt laſciuia adoleſcentes. Aliquando reuireſcere, & quaſi ad puellarem ætatem redire ἀναπαιδίζεσθαι Varro apud Nonium: Quòd non ſolum innubæ fiunt communes, uerum etiam ueteres puellaſcunt.

PVELLVS, pueli, {*Fanciullino*} (παιδίον) diminutiuum à Puer, ſignificat paruum puerum, ſiue filiolum. Lucilius. Quumq; hic tam formoſus tibi, ac te dignus puellus. Sic Puella, læ, (παιδίσκη) à puella per diminutionem. Cicero ad Attic. De tutela legitima in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poteſt. Vergil. 4. Georgic. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Ouid. 2. Amor. Eleg. 16. Verba puellarum folijs leuiora caducis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6. Aut non formoſa eſt, aut non bene culta puella. Verg. ſecundo Aeneid. Circum pueri, innuptæq; puellæ Sacra canunt. Puellula, æ, diminutiuum à puella. Catullus in epith. Iuliæ: Floridam ipſe puellulam Matris è gremio ſuæ Dedis. Idem in Mamur. Socij puellularum.

PVER, pueri, penultima, correpta. {*Fanciullo*}(παῖς) tribus modis dicitur, ut ait Paulus de Verbor. ſignific. l. Puer. Primo quum ſeruum ſignificamus. Teren. in Andr. Et iam puerum inde abiens conueni Chremis. Cicero ad Quintum Fratrem libro primo. Tu'ne id ueritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te ſine literis miſerim? Secundo, quum puerum contrario nomine puellæ dicimus, marem denotantes. Ouid. 9. Metamorph. Cultus erat pueri, facies, quam ſiue puellæ, Siue dares puero, fieret formoſus uterque. Et paulò pòſt: Vota puer ſoluit, quæ fœmina uouerat, Iphis. Tertiò, cum ætatem puerilem intelligimus. Cicero Bruto: Cæſaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis. Verg. 2. Eclog. O' formoſe puer nimium ne crede colori. Regij pueri, apud Macedonas uocabantur principum liberi ad miniſterium regis electi, ut eſt uidere apud Liuium quinto Decad. libro quinto. Interdum eſt ἐκ τῶν πρός τι. denotatq; reſpectum erga patrem uel matrem: ut ſit idem quod filius. Horat. 1. Epiſto. 2. Quæritur argentum, puerisq; beata creandis Vxor. Verg. 8. Eclo. Crudelis magis, an puer improbus ille. Apud antiquiſſimos erat communis gen. quod & Priſcian. annotauit, citans illud ex Liuij Andronici Odyſ. Sancta puer, Saturni filia. Declinatur & hic Puerus, & hæc Puera, ſicut Puellus, & Puella, Plaut. in Mercu. Tu puere abi hinc intrò ocyus. Varro περὶ φιλανθρωπίας, ut citat Nonius: Properate uiuere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. Sueton. in Calig. cap. 8. Quod antiqui etiam puellas pueras, ſicut & pueros puellos dictitarant. Puerulus, li, (νήπιον) diminutiuum à puer. Cic. pro Roſc. Amer. Vt inter ſuos omnium, deliciarum atque omnium artium puerulos, ea tot elegantiſſimis familijs lectos, uelit hos uerſari homines penè operationes.

PVERARIVS, {*Sodomito*}(παιδεραστής) qui pueros amat, ſectaturq;, ut eos præpoſtera libidine exerceat: quemadmodum Mulierarius, qui in mulierum amores eſt procliuior.

PVERASCERE, (παιδίζειν, νεάζεσθαι) dicuntur qui exacta infantia pueritiam inchoant. A' quo Repueraſcere, (ἀναπαιδίζεσθαι) quod eſt in puerilem ætatem reuerti Cic. in Catone: Ex hac ætate repueraſcam, & in cunis uagiam. Per tranſlationem accipitur pro delirare, & ætatis uitio deſipere. Plaut. in Mercu. Senex quum extempló eſt, iam nec ſentit, nec ſapit, aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

PVERILIS, & hoc, puerile, penultima producta, {*Fanciulleſco, puerile*} (παιδαριώδης, νεανικός) quod eſt pueri, uel quod puerorum proprium eſſe ſolet: ut ætas puerilis, apud Cicero pro Archya. Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Idem ad Attic. libro decimoquarto. Acta enim illa res eſt animo uirili, conſilio puerili. Verg. 5. Aene. Si iam puerile paratum agmen habet ſecum. Idem 11. Aeneid. Tela manu iam tum tenera puerilia torſit. Hinc Pueriliter, aduerbium, more puerorum: ut, Pueriliter blandiri, Liu. 1. Bell. Puni. Cic. 1. de Finib. Quæ cum res tota ficta ſit pueriliter, tum nec efficit quod uult.

PVERILITAS, atis, {*Fanciullezza*} (παιδαριώδης ἀσυνεσία) ineptia, uel inconſiderantia puerilis. Seneca: Qui pueritiam eius, ſiue potius puerilitatem ludibrio habuit. Ponitur aliquando pro ipſa pueritia, παιδία. Varro de liberis educandis: Velim mehercule, inquit ipſe, uſu magno puerilitatis formulam audire.

PVERITIA, tiæ, {*Pueritia*}(νηπιεία, παιδία) ætas puerilis. Cicero pro lege Manil. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. Idem Licinio libro quinto. Qui me à pueritia ſua ſemper obſeruauit. Quandoque etiam ſumitur pro puritate, ſiue caſtitate: quod & Nonius annotauit, citans illud Varronis ea lib. Rer. hum. Quæ pueritia eſt infrequens polluta. Vide tamen, num potius ibi Puritia legendum ſit.

PVERPERA, puerperæ, {*Donna di parto*} (λεχώ) mulier quæ recens peperit, quæq; ex dolore partus decumbit. Terentius in Adelphis: Multo rectius eſt, Quàm illam puerperam nunc duci huc per uiam ægrotam. Plinius libro ſeptimo capite quarto. Editis geminis raram eſſe, aut puerperæ, aut puerpero, præterquàm alteri, uitam. Puerperus, puerpera, puerperum adiectiuum, (λεχώϊος) ut, Verba puerpera. Ouid. 18. Metam. Admouitq; manus, & uerba puerpera dixit.

PVERPERERIVM, puerperij, {*Dolore del partorire*}(λοχεία) niſus, & dolor parientis, uel etiam tempus ipſum, quo parit mulier, quoue poſt partum ex dolore decumbit. Plin. libro uigeſimo octauo capite octauo. Lingua adalligata pericula puerperij tolli. Aliquando etiam proles ipſa. Gell. Diuo Auguſto imperante, ancilla eius in Agro Laurente peperit quinque pueros, qui paucolos dies uixerunt. Mater quoque non multò poſt mortua, monumentumq; ei factum iuſſu Auguſti, in uia Laurentina, in quo ſcriptum fuiſſe conſtat numerum puerperij. Sueton. de Calig. Quum Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit, & qualiſcunque partus, ſine ullo ſexus diſcrimine puerperium uocitetur: quòd antiqui etiam puellas pueras, ſicut pueros, & puellos dictitarent. Plin. lib. 18. cap. 29. Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11. Vno abortu duodecim puerpera egeſta.

PVGIL, huius pugilis, (πύκτης) qui pugilatu decertat: nomen à pugna, ſiue à pugnis deductum. Cicero de Clar. Orato. Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos, & plagas Olympiorum cupidè ferre poſſunt, Solem tamen ſæpe ferre non poſſunt. Idem ſecundo Tuſcul. Pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. Horat. libro ſecundo Epiſt. 1. Media inter carmina poſcuot Aut urſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet. A' quo Pugilatus, us, (πυκτικὴ) pugilum certamen. Plaut. in Capt. Hic homo pugilatum incipit. Plin. lib. 8. cap. 22. Eundem decimo anno reſtitutum athleticæ, certaſſe in pugilatu. Pugilatio, idem Cic. 2. de Legib. Sunt corporum certationes curſu, & pugilatione, luctatione, &c.

PVGILICE, aduerbium, (πυκτικῶς) pugilum more. Plautus in Epid. Quid herilis noſter filius? EPID. Valet pugilicè, atque athleticè. Vbi Pugilicè & Athleticè ualere, dixit pro eo quod eſt, proſperrima, ſummaq; ualetudine frui. Summam enim tam athletæ, quàm pugiles corporis robori curam impendebant: ita ut interdum ex nimia repletione uenæ deruptione periclitarentur.

PVGILLARES, rium, maſcul. gen. uel Pugillaria, rium, neutri gen. (πινακίσιν, πινακίδιον) tabellæ cereæ, uel ligneæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus: dictæ quod pugno comprehendantur, uel à pungendo, quod ſtylo in his pungendo ſcribatur. Plin. lib. 13. cap. 11. Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Hom. Catul. de Acme: En negat mihi ueſtra reddituram Pugillaria, ſi pati poteſtis. Legitur & Pugillar, in ſingulari numero. Auſon. Bipatens pugillar expedi. Varijs autem nominibus dicebantur pugillares apud ueteres. Alij Duplices, alij Triplices alij Quintuplices nominabantur. Erant & Citrei, Eborei, Membranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant confecti.

PVGILARIS, & hoc pugillare, adiectiuum quod pugillum, ſiue pugnum implere poteſt, ſeu quantum pugnus poteſt continere. Iuuen. Satyr. 12. Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos, nec uellendas iam præbuit alas.

PVGILLATORIVS, a, um, adiectiuum, {*De pugno, come palla da pugno*} quod pugno percutitur: ut Follis pugillatorius, maximum pilæ genus, quod ſpiritu inflatur: & pugno percutitur, non palma. Plaut. in Aulul. Ex templò hercle ego te follem pugillatorium Faciam, & pendentem incurſabo pugnis, periuriſſime.

PVGILLVS, pugilli, (δράκιον) diminutiuum à pugno, ſignificat paruum pugnum.

PVGIO, onis, {*Pugnale*} (ἐγχειρίδιον) breuioris gladij genus eſt, teſte Nonio: ita dictum ab eo quòd pugno facilè apprehendatur, uel quòd eo punctum pugnetur, ut inquit Feſtus. Frontinus lib. 2. Stratag. Qu. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum, qui ei nuntiauerat Hirtuleium perijſſe pugione traiecit. Pugionem plumbeum uocat Cicero inualidum argumentum, libro 4. de Finibus: O' plumbeum pugionem.

PVGIVNCVLVS, li, {*Pugnaletto*} (ἐγχειρίδιον) paruus pugio. Cic Hiſpanienſem pugiunculum Gn. Piſonem appellat. Idem in Orat. Nam in ijs, quibus ut pugiunculus uti oportet, breuitas facit ipſa liberiores pedes.

PVGNA, pugnæ, {*Pugna*} (μάχη) prælium, dimicatio, certamen: quod nomen à pugno deductum exiſtimat Donatus. Nam ueteres, inquit, ante uſum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morſibus corporumq; luctatione certabant. Vergil. tertio Georgic. Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Idem libro octauo Aenei. Quem ſi fortuna ſequatur Euentum pugnæ cupiat. Idem undecimo Aeneid. Iſq; ubi ſe nullo iam curſu euadere pugna Poſſe, &c. Cic. pro Muræna Ea omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, uel acerrima uidetur illa, quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. Cic. 3. in Catil. Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna, quæ erat commiſſa, ſedatur. Dicimus pulchrè, Committere pugnam: Dare pugnam: item uenire ad pugnam. Quandoque apud poëtas pro ſtupro ponitur. Terent. Eunuch. Dabit hic aliquam pugnam.

PVGNACITAS, atis, & **PVGNACITER**, aduerb. uide Pugnax.

PVGNAX, nacis, {*Bellicoſo, guerriero*} (μάχιμος) bellicoſus, Cicero in Anton. Saxa Centurio pugnax & lacertoſus. Interdum idem quòd uehemens & pertinax in pugnando ſeu contendendo. Cicero primo de Orato. Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in diſputando eſſe uiſum. A' quo Pugnacior, Pugnaciſſimus, μαχιμώτατος. Plin. libro 22. cap. 21. Perdices, & Gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis. Cic. de Claris Orato. Sed & huius oratio in philoſophiam tranſlata pugnacior (ut ita dicam) uidetur, & illorum in iudicio pacatior. Pugnax exordium dicendi, id eſt, efficax, & uehemens, apud Cic. 2. de Orato. Hinc Pugnacitas, atis, pugnandi auiditas, & pertinacitas. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiuſdem libidinis. Pugnaciter, aduerb. uehementer, pertinaciter, inſtanter. Cic. 4. Acad. Ergo de omni ſtatu, conſilioq; totius uitæ aut certare cum alijs pugnaciter, aut fruſtari cum alios, tum etiam meipſum. Quintil. lib. 9. cap. 4. Vbicunque acriter erit, & inſtanter, pugnaciterq; dicendũ, membratim, cæſimq; dicemus.

PVGNACVLVM, li, (προβολή) idem quod propugnaculum, hoc eſt, locus munitus, ex quo hoſtibus uis arcetur. Plaut. in Mil. Meus illic homo eſt, deturbato ego iam illum de pugnaculis.

PVGNO, as, {*Combattere, guerreggiare*} (μάχομαι, διαπολεμίζομαι) dimico, pugnam committo: referturq; ad animata: ut, Pugno cum hoſte. Plautus in Amphit. Nam cùm pugnabant illi maximè, ego fugiebam maxime. Cic. pro Cornel. Balbo: Qui cum hoſte noſtro comminus in acie ſæpe pugnauit. Plin. lib. 32. cap. 1. Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur uelut è muris. Pugnare pugnam, id eſt, pugnam committere, manus conſerere. Gellius libro ſecundo. Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet, & unam atque alteram pugnam proſperè pugnaſſet. Interdum Pugnare accipitur pro contendere, certare, litigare. Cicero ſecundo de Natura Deorum. Videtur Epicurus de dijs immortalibus non magnopere pugnare, id eſt, de Dijs non ualde laborare, aut pro eorum defenſione non magnopere contendere. Terent. in Prologo Hecyr. Tumultuanter clamant, pugnant de loco. Pugnare ſecum, uel inter ſe, ea dicuntur, quæ inter ſe ſunt contraria: ut, Pugnantia ſtudia, pugnantes ſententiæ. Quintil. lib. 3. cap. 10. Hæc autem quæ tantum inter ſe pugnant, plerunque nominibus deflecti ſolent. Horat. in Sermon. Quid mea cum pugnat ſententia ſecum? Pugnare, pro conari. Ouid. 1. de Rem. Pugnat in aduerſas ire natator aquas. In qua ſignificatione non inuenuſtè accuſatiuum admittit. Cicero Appio Pulchro: Illud pugna, atque enitere, nequid mihi temporis prorogetur. Idem 1. de Natura Deorum. Illud uideo pugnare te, ſpecies, ut quædã ſit Deorum. Pugnaueris, ueteres dicebant pro eo quod eſt, ſtrenue te geſſeris. Terent. in Adelph. Et iſtam pſaltriam una illuc mecum hinc abſtraham. M. Pugnaueris. Vbi Donatus: Pugnaueris, id eſt, magnam rem geſſeris. Habet autem hoc uerbum ut cætera eiuſdem ſignificationis, uarias conſtructiones. Dicimus enim Pugno in hoſtem, contra uel aduerſus hoſtem, cum hoſte, & apud Poetas Pugno hoſti. Exempla uſquam non occurrunt. Pugnatur, imperſonale. Cæſar 4. Bell. Gall. Cum ab hora fere quarta uſque ad ſolis occaſum pugnaretur. Ouid. 3. de Arte: Ponite iam gladios hebetes pugnetur acutis: Nec dubito, telis quin petar ipſe meis. Cicero tertio Offic. Cùm male pugnatum apud Caudium eſſet. Item pugnatur, paſſiuum: ut, Hoc pugnatur, pro hoc contenditur Cicero pro Roſc. Amer. Hoc ſolùm hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam præclaramq; prædam damnatio Sext. Roſcij uelut cumulus accedat. Pugnans, tis, participium. Ouid. 13. Metamorph. Ego Thelephon haſta Pugnantem domui: uictum, orantemq; refeci. Interdum migrat in nomen, idemq; ſignificat quod contrarius, ſiue repugnans: ut, Pugnãtes ſententiæ, hoc eſt, inter ſe contrariæ. Plin. Epiſtol. 167. Quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, &c. Pugnantia ſtudia. Cicero primo de Finib. Atqui pugnantibus & contrarijs ſtudijs conſilijsq; ſemper utens, nihil quieti uidere, nihil tranquilli poteſt. Cic. 1. Tuſcul. Pugnantia te loqui non uides? Pugnatus, a, um, participium. Salluſtius in Iugurth. Quæ negotia multò magis, quàm prælium male pugnatũ à ſuis, regem terrebant. Horat. 3. Carm. Ode 19. Et pugnata ſacro bella ſub Ilio. Verg. 8. Aeneid. Pugnataq; in ordine bella. Huius compoſita ſunt, Depugno, Expugno, Oppugno, & Repugno: quorum ſignificata uide ſuis locis.

PVGNVS, pugni, {*Pugno*} (δράξ, κόνδυλος) manus clauſa, & in condylos contracta. Terent in Adelph. Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam Vſque occidit. Vbi Donatus: Aut pugnus à pugna eſt dictus, aut ab illo pugna. Quidam à Græco πυγμή deducunt, quod & inter cætera pugnum ſignificant Cic. in Orat. Nam cum compreſſerat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Cato cap. 82. Sphæras pugnum altas facito. Hoc eſt, ad craſſitudinem unius pugni. Cic. in Parad. Quoniam uerbis contendimus inter nos: non pugnis. Vergil. lib. 11. Aeneid. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora.

PVLCHER, chra, chrum, {*Bello*} (καλὸς περικαλλής) formoſus, bellus, uenuſtus. Cicero quinto Tuſcul. Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, &c. Ibidem: Suum cuiq; pulchrum eſt. Verg. 3. Aeneid. Sic fatus meritos aris mactabat honores, Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Sunt qui Pulchrum à pollendo dictum putent, quaſi polchrum, quòd forma polleant pulchri. Illud certe uel Ciceronis teſtimonio conſtat, nomen hoc antiquitas ſine aſpiratione ſcribi ſolere, quamuis perpetuò deinde uſu electum ſit, ut eam reciperet. Eius diminutiuum eſt Pulchellus, la, lum, Cicero Att. libro decimo. Redeo ad altercationem: ſurgit pulchellus puer.

Interdum pulcher ſumitur pro bono, ſicut Bonum pro pulchro. Gell. lib. 19. cap. 8. Ni quid contra ea dicis poetarum pulcherrime, quò & te purges, & non eſſe id uitium demonſtres. id eſt, optime. Econuerſo Bonam formam pro pulchra dicimus, quemadmodum & Malam, pro deformi. Terent. Andr. SOS. Bona fortasſis. Interdum pro forti. Verg. libro ſeptimo Aeneid. Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. A' pulchro fit comparatiuum Pulchrior, & ſuperlatiuum Pulcherrimus. Vergil. libro 9. Aeneid. Quo pulchrior alter Nõ fuit Aeneadum. Cicero de Senect. Vua quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius? Verg. 6. Aeneid. Hic genus antiquum Teucri pulcherrima proles.

PVLCHRALIS, antiqui dixerunt pro pulchro, teſte Feſto. Ennius: Pulchralibus proles.

PVLCRHE', aduerb. {*Bene, leggiadramente*} (καλῶς) id eſt, belle, bene, præclare Plaut. Amph. Optume optumo optumam operam das, datam pulchre locas. Cic. lib. 10. Epiſt. Lepidom pulchre noram. Plaut. in Merc. Si tu uera dicis, & pulchre ædificatas arbitror. Ponitur aliquando pro ſapienter, interprete Donato. Terent. in Eunuch. Dixti pulchre, nunquam uidi melius conſilium dari.

Aliquando pro ualde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terent. in Eunuch. At dum accubabam, q̃ uidebar mihi eſſe pulchre ſobrius.

PVLCHRITAS, atis, (κάλλος, καλλονή) antiqui dixerunt pro pulchritudine, ut annotauit Nonius, citans illud Cæcilij. Dij boni, quid illud eſt pulchritatis?

PVLCHRITVDO, inis, {*Bellezza*} (κάλλος) ſpecies, uenuſtas, decor, elegantia: &, ut Cic. libro tertio Tuſcu Quæſt. inquit, quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate. Venuſtas autem eſt gratia, quam affert pulchritudo. Cic. 1. Offic. Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. Idem lib. 1. Offic. Quis non admiretur ſplendorem, pulchritudinemq; uirtutis?

PVLEGIVM, gij, (γλήχων, βλῆχρον) herba hortenſis eſt nota, quem Galli ſua lingua appellant, du Puleul. Colum. libro 2. cap. 5. Pulegij ſurculis fumigentur: ea res uidetur prohibere pituitam, quæ celerrime teneros inficit. Legitur etiam pro eodem Puleium. Cic. lib. 1. Diuin. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & Puleium aridum floreſcere ipſo brumali die. Accipitur etiam Pulegium per tranſlationem pro ſuauitate ſermonis. Cicero ad Tironem lib. 16. Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt.

PVLEX, icis, {*Pulice*} (ψύλλα) uermiculus notus, inde dictus, q; ex puluere generetur.

generetur. Plin. lib. 30 ca. 10. aliud eſt cuculo miraculum, quo quis loco primũ audiat alterum illam, ſi dexter pes circumſcribatur, ac ueſtigium id defodiatur, nõ gigni pulices ubicunq; ſpargatur. A pulex fit Pulicinus, (ψύλλινος) ſicut à muſca Muſcinus, à Formica, Formicinus.

PVLICOSVS, a, um, {*Pieno di pulici*} (ψυλλώδης) pulicibus plenus. Colu. lib. 7. cap. 13. Pulicoſæ cani remedia ſunt Sume cyminum tritum, pari pondere cum ueratro, aquaq; miſtum, & illitum, ſiu cucumeris anguinei ſuccus, uel (ſi hæc non ſunt) uetus amurca, per totum corpus infuſa.

PVLLARIVS, (ὀρνιθοσκόπος) qui è paſtu pullorũ captata auſpicia. Liu. li. 10. Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum nuntiauit Conſuli. Cice. 2. de Diuinat. Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur Pullarius: Liui. 8. ab urb. Nãq; Papyrius dictator à pullario monitus, cum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur. Ci. li. 10. Epiſto. Famil. Literis recitatis, oblata eſt religio Cornuto pullariorum admonitu non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe.

PVLLASTER, {*Pollo*} (ἀρτιπάριος) & Pullaſtra, ſignificãt gallum, ſiue gallinam adoleſcentem. Mar. Var. lib. 3. de Re ruſti. cap. 9. Eaq; ſubijcias potius uetulis, q̃ pullaſtris, & quæ roſtra, aut ungueis non habeant acutos: quæ debẽt potius in concipiendo occupatæ eſſe, q̃ in cubando.

PVLLATIO, (τόκος τῶν ὀρνίθων) accipitur pro fœtura pullorum, quæ & Pullitio dicitur. Colum. lib. 8. cap. 5. Pleriq; tamen etiam ab æſtiuo ſolſtitio nõ putant bonam pullationem.

PVLLATVS {*Veſtito di nero*} (μελανειμένος) pulla ueſte indutus: hoc eſt lugubrem habitũ ferens ex parentum morte, uel alia quauis ratione: qui & Atratus dicitur. Qui mos à Lydis cœptus eſt, Cice. in Vatin. Quis unquã cœnauit atratus quum ipſe epuli dominus Quintus Arrhius albatus eſſet? Quandoq; Pullatus accipitur pro uiliori perſona, ſiue rudi & imperitia: translatione ſumpta à ſpectaculorũ conſuetudine, in quibus lautiores candidis togis ſpectabãt: (ut non uno in loco indicat Martialis) tenuiores, quibus mutandæ togæ copia nõ erat, nigris. Sueto. in Auguſt. Militẽ ſecreuit a populo, multis ex plebe proprios ordines aſſignauit, prætextatis cuneum ſuum, & proximum pædagogis, ſanxitq;, ne quis pullatorum media cauea ſederet. Quintil. lib. 2. cap. 3. Iam colliſere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit: hoc eſt ad cumulum rudium, atque imperitorum hominum.

PVLLESCO, ſcis, (βλαστάνω) idem quod Pullulaſco. Colum. libr. 4. capi. 21. Quicquid eſt ſupra uetuſti brachij, amputatur, & ita ex nouello palmite uitis pulleſcit. Quo tamen in loco in emendationibus Columellæ exemplaribus legitur. Pullulaſcit. A Pulleſco nonnulli deducunt compoſitum Repulleſco, citantes locum Columellæ eodem lib. cap. 22. Cum ferè plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodet, ut iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant. Verum & ibi emendatiores codices Repullulaſcant, legendum oſtẽdunt.

PVLLICENVS, à quibuſdam, degenerante iam linguæ Latinæ puritate, uſurpatum eſt pro pullo gallinaceo. Helius Spartianus, de Alexandro Seuero. Et ne earum paſtus grauaret annonam, ſeruos habuit uectigales, qui eos ex ouis, & pullicenis, & pipionibus alerent.

PVLLICIES, ciei, (τόκος τῶν ὀρνίθων) ipſa pullatio. Colum. lib. 8. cap. 10. de turture: Huius auis ætas ad ſaginam non tam uetus eſt idonea, q̃ nouella. Itaque circa meſſem, quum iam confirmata eſt pullicies, eligitur. Idem lib. 9. c. 11. de apibus: Quũ primo uere in eo uaſe nata eſt pullicies, nouus rex eligitur. De apibus.

PVLLIGO, pulliginis, (μελανία) Idem quod pullus color, Plin. lib. 8. c. 48. Furuas lanas Tarentum habet, & alias ſuæ pulliginis.

PVLLINVS, na, um, (πώλινος) quod eſt pulli. Vnde pullini dentes, quos primum equi iaciunt. Plin. lib. 8. cap. 44. Quæ non priuſquam dentes, quas pullinos appellant, iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur.

PVLLVLASCO, pullulaſcis, (βλαστάνω) pullulans ſio germen emitto. Columel. lib. 4. cap. 21. E a nouello palmite uitis pullulaſcit.

PVLLVLI. (βλαστοί) ſtolones ſunt, (ut quibuſdam placet) ex arborum radicibus enaſcentes: unde et pullulare dictum putant, pro eo quod eſt, ſtolones, ſiue germen emittere. Plin. lib. 17. cap. 10. Nullis uero tales pulluli proueniunt, niſi quarum radices, amore Solis, atq; imbri, in ſumma tellure ſpatiantur. In multis exemplaribus legitur pulli.

PVLLVLO, las, pen. cor. {*Pullulare, germogliare*} fœtifico, quaſi pullos, hoc eſt, ſtolones emitto. Nam Pullulare, (παραφύειν, βλαστάνειν) dicimus arbores, quũ à radice nouæ plantæ ſurgunt. Verg. 2. Georg. Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſylua. Plin. lib. 17. cap. 10. Natura & plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulante ſobole denſa et pariente matre quos enecet. Eius quippe umbra turba indigeſta premitur, ut in lauris, platanis, ceraſis, prunis: paucorũ in hoc genere rami parcunt ſoboli, ut ulmorum, palmarumq;. Nullis uero tales pulli proueniũt, niſi quarum radices, amore Solis atq; imbris, in ſumma tellure ſpatiantur. Ver. lib. 7. Georg. Tum ſæuæ facies, tot pullulat atra colubris. Huius compoſitum eſt Expullulo quod ſignificat extra pullulo, uel enaſcor. Colu. lib. 3. Nec dubium quin gemmæ, quæ cacumini proximæ ſunt, infœcundæ in eo relinquantur, ex quibus pampinus expullulat.

PVLLVS, pulli, a Puellus (ut quidam putant) per ſyncopẽ deductum. ſignificatur autem hoc nomine quorumlibet animalium fœtus: ut, Pullus equinus, πῶλος. Verg. li. 3. Georg. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur. Iuue. Saty. 13. Quia tu gallinæ filius albæ, Nos uiles pulli, nati infœlicibus ouis. De pullis gallinaceis eſt Epigramma apud Martia. lib. 13. Plin. lib. 8. cap. 44. Pullis eorum ceu præſtantibus ſapore, Africa gloriatur. Pullus ranæ. Horat. lib. 2. Ser. Abſentis ranæ pullis uituli pede preſſis. Quinetiam preſſi Pullos dicebant ſuos catamitos. Vnde Quint. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, q; eius natis icta eſſet fulmine, pullus Iouis appellatus eſt.

PVLLVS, la, lum, {*Foſco*} (φαιός) fuſcus, in nigrum uergens, cuiuſmodi eſt color terræ, qui & Bæticus dicitur, ſiue Hiſpanus. Verg. lib. 3. Georg. Ne maculis infuſcent uellera pullis: id eſt, nigris, inquit Serui. Tibul. lib. 1. Eleg. 2. Concidit ad magicos hoſtia pulla deos. Hoc colore olim in luctu utebantur, Cicer. in Vat. Atq; etiã id a te ſcire cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, uti in epulo Qu. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accumberes. Putre ſolum, & pullum. Colum. in præfat. li. 1 In alijs regionibus nigra terra, quam terram pullam uocant. Plin. lib. 17. cap. 4. Nec pulla, qualem habet Campania, ubiq; optima uitibus. Pullum olus, id eſt, olus atrum ἱπποσέλινον. Colu. lib. 10. Atq; oleris pulli radix: hoc eſt, oleris atri.

PVLMENTARIS, & hoc, re, quod pertinet ad pulmentum. Pli. lib. 18. c. 12. Quinetiam fabacia priſco ritu ſuæ religionis dijs in ſacro eſt, Præualens pulmentaria cibo.

PVLMENTARIVM, rii, (προσφάγιον) proprie dicitur puls, uel cibus in modum pultis factus: quanquam & generalius pro quouis obſonio ſumitur. Auctor eſt enim Plin. lib. 18. cap. 8. primum in Latio cibum pultem fuiſſe, non panem: argentumq; id eſſe, q; pulmentaria pro cibis ſua etiam ætate dicerentur. Colum. lib. 11. cap. 3. Satureia uiridis eſui eſt iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Tu pulmentaria quære Sudando. Vncta pulmentaria, Perſius Saty. 3. In Euangelio quoq; legimus: Nunquid pulmentarium habetis.

PVLMENTVM, ti: (ἄρτυμα) ipſa puls, uel aliud cibarium ad modum pultis factum. Apuleius. Ius procorum, pullorum, piſcium, & etiam pulmentorum largiſſimas epulas. Plau. in Aulu. Pulmentũ pridem ei eripuit miluius. Hora. 1. Epiſto. 19. Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta.

PVLMO, onis, {*Polmone*} (πνεύμων) uiſcus ſpongioſum, corporis totius ſecundum cor nobiliſſimum, ad ungulæ bubulæ ſimilitudinem diſſectum, follis modo ſpiritum attrahens eundemq; reddens, caloremq; natiuũ leniter refrigerans. Perſius Saty. 1. Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. Oui. in Epiſto. Certus ut è molli ſanguis pulmone remiſſus, Ad Stygias certo limite ducat aquas. Apud ueteres ſæpius pluraliter Pulmones dicebantur, ſicut & ceruices. Plau. in Curcul. Pulmones diſtrahuntur, cruciatur cor. Cic. 2. Tuſcu. quæſt. Lateri inhærens, morſu lacerat uiſcera, urgensq; grauiter pulmonem haurit ſpiritus. Pulmo item piſcis genus ſenſu carens, indubitata tamẽ nautis futuræ tempeſtatis ſigna præbens. Vide Plin. lib. 9. cap. 47. & lib. 17. cap. ulti.

PVLMONARIVS, a, um, (περιπνευμονικός, πνευμονικός) pulmonis inflammatione laborans, quã et febris acuta, et difficultas anhelitus ſolent comitari. Colum. lib. 7. cap. 5. Ouem pulmonariam ſimiliter ut ſuem curari oportet, inſerta per auriculam quam Veterinarii Conſiliginem uocant. Quin & morbũ ipſum Pulmonarium dicimus, quem Græci appellant περιπνευμονίαν. Pulmonaria item herba eſt, quam nonnulli Pepanum appellant, bugloſſi folio, ſed promiſſo magis, atq; læuiore, colore quoq; dilutiore, albicantibus maculis notato ad ſimilitudinem pulmonis: unde & nomen accepit.

PVLMONEA, poma quædam pulmonis inſtar tumentia. Plin. lib. 15. ca. 14. Stolide tument pulmonea. Perotus ea eſſe exiſtimat, quæ Itali ſua lingua Centum ſolida appellant.

PVLPA. æ, {*Polpa*} (μῦς) pars carnoſa in corpore animalis, quam & Muſculum appellant. Martia. lib. 3. Et pulpam dubio de Petaſone uoras. In arborum quoq; carne Pulpæ dicuntur meatuum quidam diſcurſus uenis ſimiles, niſi q; uenæ altiores candidioresq; ſparguntur: pulpæ fiſſilibus inſunt unde fit, ut aure ad caput trabis quãlibet longæ adnota, ictus ab altero capite uel graphio ſentiatur. Plin. li. 16. ca. 38. Quibuſdam arboribus pulpa ſine neruis, mero ſtamine & tenui conſtat: hæcq; maxime fiſſilia Alia frangi celeriora, q̃ findi, quibus pulpa non eſt.

PVLPAMENTVM, ti (προσφάγιον) à pulpa deductum: quo nomine ſignificat carnes delicatiores aliave lautiora obſonia. Teren. in Eunu. Tu te lepus es, et pulpamentum quæris? δασύπους εἶ, καὶ κρεῶν ἐπιθυμεῖς. Cuius prouerbii uſum ſupra explicuimus in dictione Lepus.

PVLPITVM, {*Pulpito*} (θυμέλη, λογεῖον) locus editior in orcheſtra, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quod Comœdię chorum habuerũt, cæteriq; perſonam non habentes, fabulæ ſubſeruiebant, hiſtrionibusq; in ſcenã, abditis, populum geſticulatione retinebant. Plin. Epiſto. 90. Inde iſta ludibria ſcena & pulpito digna. Ponitur etiam pro ſuggeſto, id eſt, quocunq; edito loco, ſiue cathedra: cuiuſmodi ſunt ex quibus docent diſciplinarum profeſſores, aut qui concionem habent ad populum, Sueton. de Clar. Grammaticis: Reperio quendam principem nomine alternis diebus declamare, alternis diſputare, nonnullis mane diſſerere, poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum.

PVLS, tis, (χρίμνον, πόλτος, ἀθάρη) cibi antiquiſſimi genus, ex farina, et aqua conſtans, additis interdum ouis, melle, uel caſeo. Aetius πόλτον, hoc eſt, Pultẽ appellari ait, ſorbitionem omnem confectam ex cerealibus granis, in ſuccum reſolutis. Plin. lib. 18. cap. 8. Pulte autem, non pane longo tempore uixiſſe Romanos manifeſtum eſt: quoniam inde Pulmentaria hodieq; dicuntur. Porrò quod ad uocis huius etymon attinet, quidã à ſono dictum exiſtimant, quem edit, dũ coquitur. Feſt. tamen uidetur innuere, à pullis Pultem appellari, q; pullarii, ut tripudium ſoliſtimum facerent, hoc potiſſimum cibi genere pullos paſcerent. Verba Feſti ſunt hæc: Puls potiſſimum dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripauium. Pauire enim ferire eſt. Bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli, per quos auſpicabantur comediſſent, præſertim ſi eis edentibus, aliquid ex ore decidiſſet, ſin autẽ omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc ille. Πόλτον autem Græci recentiores imitatione Romanorum uidentur appellaſſe, cùm a uetuſtioribus χρίμνον uocaretur.

PVLSATILES VENÆ, (ἀρτηρίαι) a quibuſdam appellatæ ſpiritus ſemitæ, quas medici Græco uocabulo arterias uocant. Agitantur enim illæ perpetuo quodam pulſu ex ſyſtole & diaſtole cordis proficiſcente.

PVLSO, ſas, {*Sbattere, percuotere*} (συνεχῶς κρούω, ἀράσσω, παίω) frequentatiuum a pello, ſignificat ſæpe percutio, uerbero. Cicero. 6. Ver. Sex lictores circumſiſtunt ualentiſſimi ad pulſandos uerberandosq; homines exercitatiſſimi. Teren. in Adelph. Sed quis hoc oſtium pulſauit? Vergil. 4. Aeneid. Cui nubibus atris Piniferum caput & uento pulſatur & imbri.

Transfertur & ad animum: Plaut. in Epid. Id ego experior, cui in unum multa confluunt, quæ meum pectus pulſant. Interdum pulſare, eſt ui-

lare, lædere. Vergili. libro 12. Aeneid. Pulſatos referens infecto fœdere diuos. Pulſari item, (κρούεσθαι) dicuntur fides, uel inſtrumenta muſica, cum chordæ digitis, uel plectro attrectantur, ut ſonum edant. Vergil. 6. Aeneid. Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. Campana quoq; pulſari dicitur, cum aut reſtibus, aut pedibus impulſa, aut malleo icta ſonitum reddit.

Pulſans, tis, particip. Iuue. Saty. 6. Et cum luſore catello Cymbala pulſantis legatus fiet amici. Verg. lib. 3. Georg. Exultantiaq; haurit Corda pauor pulſans. Pulſatus, ta, tum, aliud participium. Plin. lib. 12. cap. 9. Pulſatæ fluctibus arbores. Aequor pulſatum remige. Ouid. 3. de Ponto. Saxa pulſata. Vergil. 3. Aenei. Pulſandus, a, um: ut, Area pulſanda equis, Ouid. 3. Amor. Eleg. 14. Pulſatio, onis, pulſandi actus. Liui. 1. Bel. Macedo. Ea maiore cum ſonitu quam uulnere ullo, pulſatio ſcutorum parumper ſuccedentes Romanos tenuit. Pulſator, oris. Valc. Flac. 5. Argo. Citharæ pulſator Apollo.

Huius compoſita ſunt, Compulſo, Expulſo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

PVLSVS, huius, pulſus, {Percuſſione, polſo} (ὦσις, κροῦσις) ictus, impulſio, uerberatio. Cice. 1. Tuſcu. Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulſusq; remorum. Verg. 12. Aenei. Pulſuq; pedum tremit excita tellus. Pulſus, item (σφυγμὸς) a medicis appellatur motus arteriarum, ex ſpiritus reciprocatione, & ex ſyſtole diaſtoleq; cordis proficiſcens. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certo, legesq; metricas, per ætates ſtabilis, aut citatus aut tardus. Idem lib. 7. cap. 51. uenarum percuſſum appellat, κατεχομένης. Venas ſumens pro arterijs. Venarum (inquit) inæquali, aut formicante percuſſu.

PVLTARIVS, rij (χυτρίδιον ἀθαρηρὸν) uaſculum cubnarium, in quo puls decoquebatur. Cor. Celſus: Si cętera defecerint, caliculus aut pultarius oris compreſſioris ei rei commode aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53. Edita cœna calidam potionem in pultario popoſcit. Colum. lib. 12. cap. 43. Sed uuæ dependentes à matre ſic in pultarios cudi debebunt, ne quæ partes uaſa contingant.

PVLTICVLA, æ, (πολτάριον) diminutiuum à pulte. Colum. lib. 4. cap. 11. Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Plin. lib. 26. cap. 8. de polypodio loquens: Coquitur in pulticula ad aluum uel febri leniter ſoluendam.

PVLTO, as, {Sbattere, percuotere} (κρούειν, παίειν, κόπτειν) idem quod pulſo, fitq; a ſupino pultum, quo antiqui utebantur. Plaut. Pultando confregi fores. Teren. Ceſſo iam pultare oſtium?

PVLVEREVS, a, um, {Di poluere} (κονιορτώδης) quod ex puluere eſt: ut, Nubes puluerea, id eſt, ex puluere moto excitata. Verg. 8. Aeneid. Stant pauidæ in muris matres, oculisq; ſequuntur Pulueream nubem. Nonnunquam idē quod puluerulentus, (κονιορτώδης) hoc eſt, puluere plenus. Ouid. 7. Metam. Pulueream
q; trahens per ſumma cacumina pallam, Verrit humum. Aequor pulvereū (κονίστρα) pro arena, in qua pugnatur. Stat. 11. Theb. Iamq; in pulvereum: furijs hortantibus, æquor, proſiliunt.

PVLVERVLENTVS, a, um, {Poluerosō} (κονιορτώδης) puluere plenus. Cic. ad Atti. li. 5. Nunc iter conficiebamus æſtuoſa & puluerulenta uia. Verg. 12. Aenei. Verſi uiciſſim Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

Martia. lib. 3. Eſt illic coniunx, quæ te, manibusq; ſinuq; Excipiet, uel ſi puluerulentus eas. Varro lib. 3 de Re ruſti. cap. 16 Minus ualentium ſigna, ſi ſint piloſæ & horridæ, aut puluerulentæ, niſi opificū eas urgeat tempus.

PVLVERO, as, {Ridurre in poluere, impoluerare} (βωλοκοπεῖν) idem quod occo, hoc eſt glebas maiores comminuo, & in puluerem reſoluo. Colum. li. 11. ca. 2. Priuſquam uineæ puluerentur, ſi perexilis eſt, uel raro ipſa uitis, lupini modii tres, uel quatuor in ſingula iugera ſparguntur. Hinc Puluerątio, quæ eſt genus culturæ (ut inquit Seruius in li. 2. Georg.) quo imminutę glebę uitibus applicantur Colum. lib. 11. cap. 2. Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quod uocant ruſtici occationē, cū omnis gleba in uineis refringitur & reſoluitur in puluerem. Pulueret. Plau. dixit, pro puluere plenum, ait enim Exi tu Daue, age, ſparge, mundum eſſe hoc ueſtibulum uolo: Venus uentura eſt noſtra, nolo hic pulueret.

PVLVINAR, pen. pro. {Guanciale} (προσκεφάλαιον) genitiuo Puluinaris, quo dormientium capita ſuffulciuntur: ita dictum, quaſi pulumar, eo quod ex plumis ſoleat confici. Vtebantur autem puluinaribus potiſſimum lautiſſimi quique præſertim in lecto coniugali. Quo factum eſt, ut puluinar figurate pro eiuſmodi toris accipiatur. Iuuena. Saty. 6. Fumo lucernæ Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Ouid. li. 2. de Pont. Eleg. 2. Incolumis coniux ſua puluinaria ſeruata. Sedentibus quoque, & rei alicui innitentibus puluinaria ſubijci ſolent. Ouid li. 1. de Arte: Fuit utile multis Puluinar facili compoſuiſſe manu. Loquitur autem de iis officiis, quæ in Circo ſpectantibus mulieribus ab amatoribus præſtari conſueuerunt. Puluinaria item in templis dicebantur lectuli diis dicati, in quibus illorum ſimulacra ſolent reclinari. Cic. pro Domo ſua: Ea aram & ædiculam, & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. Ouid. 14. Metam. Et puluinaribus altis Dignior eſt. Sternebantur autem hi lectuli, quoties decreta erat ſupplicatio: unde & Lectiſternium nuncupatur, ſicut docet Auguſt. lib. 3. Ciuit. Liuius. Curatum lectiſternium, & per triduum habitum Decemuiris ſacrorum curantibus, & puluinaria in conſpectu fuere Ioui & Iunoni, alterum Neptuno & Mineruæ tertium Marti & Veneri, quartum Apollini & Dianę, quintum Vulcano ac Veſtæ, ſextum Mercurio & Cereri. Abuſiue tamen Puluinaria pro templis ipſis dicuntur. Inde apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria ſacrificatum fuiſſe. Cice. in Catil. Quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis ueſtris.

PVLVINARIVM, rii, idē quod puluinar, quod ſcilicet capiti ſubſterni, aut ſeſſuro ſubijci ſolet. Item lectus, qui in templis ſterni conſueuit. Liu. 1. Bel. Pun. Et eorum in ædem Iunonis deuolaſſe, atq; in ipſo puluinario conſediſſe.

PVLVINATVS, ta, tum, (προσκεφαλαιώδης) quod eſt ad ſimilitudinē puluini, eminulum, & protuberans. Plin. lib. 15. cap. 22. de iuglandibus loquens: Necnon et honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Idem lib. 7. cap. 22. Cliuoſa loca altiores poſcunt ſcrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris.

PVLVINVS, ni, pen. pro. {Guanciale letto} (προσκεφάλαιον) idem quod puluinar: hoc eſt, quo dormientum capita fulciuntur: à plumis, quibus farcitur, nomen habens, quaſi pluminus. Quandoque accipitur pro lecto. Cice. in Verri act. 7. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus. Apul. Quatuor eunuchi confeſtim puluinis compluribus, uento tementibus, pluma delicata, terreſtrē nobis cubitum perſtruunt. Puluini item dicuntur qui ſellis, ſcamnisve imponuntur, quo mollior ſit ſeſſio, plumis, lana uel tomento farcti. Cice. Trebatio: Sella tibi erit in ludo: eam puluinus ſequetur. Iuuena. Saty. 3. Exeat, inquit, Si pudor eſt, & de puluino ſurgat equeſtri, Cuius res legi non ſufficit, & ſedeant hic Lenonum pueri quocunq; in fornice nati. Puluinus item in hortis dicitur terra eminens, ſeu protuberans inter duos ſulcos, quod genus in agris à Porrigendo Porcam appellant. Plin. lib. 19. cap. 14. Areis diſtingui, easq; reſupinas puluinorum toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis, qua datur acceſſus homini, ſcatebrisq; decurſus. Columel. lib. 11. cap. 3. Vlpiam habet, uelut allium, plures cohærentes ſpicas: hæq; quū ſint diuiſæ, ſtatim ſeri debebunt, ut in puluinis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis. Idem lib. 5. cap. 10. Omnium autem generum ramos circa Calendas Martias in hortis per puluinos arearum diſponere conuenit.

Puluillus, li. diminutiuum: ut, Serici puluilli, ſerico panno obducti. Horat. Epod. 8. Quid quod libelli Stoici inter ſericos Iacere Puluillos amant.

PVLVINVLVS, li, {Piumazzetto} (προσκεφαλαίδιον) diminutiuum à Puluinus: uaria habens ſignificata, quemadmodum ſuum primitiuum. Nā modo id ſignificat, quo dormientiū capita fulciuntur: modo id quod ſcamnis, ſellisve imponitur, quo commodior ſit ſeſſio. Nonnunquam etiam pro areola in hortis in medio duorum ſulcorū eminente. In qua ſignificatione uſus eſt Colu. li. de Arboribus: ca. 10. Sed quæcunq; in cliuis erunt poſitæ, ita ablaqueandæ ſunt, ne a ſuperiore parte ſecundum codicem lacuſculi fiant, ab inferiore autem puluinuli altiores excitentur.

PVLVIS, huius pulueris, tam maſculini, quam fœminini generis, {Poluere} (κόνις, κονιορτός) terra minuta & arida. Propertius lib. 1. Eleg. 11. Si mihi perpetuo puluis Hetruſca dolor. Ver. lib. 4. Georg. Ceu puluere ab alto Cum uenit, & terram ſicco ſpuit ore uiator Aridus. Quintil. lib. 5. cap. 6. Sed nec omne iter puluerē mouet. Horat. 4. Carm. Ode 7. Puluis & umbra ſumus. Columel. lib. 8. cap. 4. Siccus etiam puluis, & cinis, ubicūq; cohortem, porticus, uel tectū protegit, iuxta parietes reſpōdens eſt, ut ſit quo aues ſe perfundant. Dicitur autem puluis (ut quidam exiſtimant) à pellendo, quod uentorum impetu pellatur.

Accipitur aliquando pro loco certaminibus, κονίστρα. Cic. 3. de Leg. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioq;, non modo in ſolem, atq; puluerem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemq; perduxit. Verg. Aenei. Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus, Exercentur equis, domitantq; in puluere currus. In ſuo puluere currere, id eſt, ea in re uerſari, in qua quis plurimum ualeat. Ouid. in Faſt. Inq; ſuo noſter puluere currat equus. Citra puluerem, (ἀκονιτί) contingere dicitur, quo quis facile, et citra negotium potitur: quæ translatio ſumpta eſt à paleſtritis, qui certamen inituri ſe mutuo puluere ſolent aſpergere, ut corpora ceromate, & ſudore lubrica, mutuas præhenſiones non fruſtrarentur. Gell. lib. 5. Ouandi, inquit, cauſa eſt, cum deditione repente facta, ſiue puluere, ut dici ſolet incruentaq; uictoria uenerit. Apud antiquos etiam Puluer dicebatur. Sed ab eo quod eſt Puluis, genitiuus erat puluis: ut apud Catul. in Epithalamio Iuliæ: Ille puluis Erythræi, Syderumq; micantiū Subducat numerum prius. Pulueris uero, pulueris. Verum hodie tantum in uſu eſt Puluis in recto, Pulueris in obliquis. Hinc Pulvereus, a, um, & Puluerulentus, a, um, de quibus ſupra.

PVLVISCVLVS, li, diminutiuum, à puluis: quod quamuis generaliter pro omni ſumatur puluere, propriè tamen de eo dicitur, quo mulierculæ utuntur, ut uel cutis colorem commendent, uel dentibus candorem inducant: qui & Cinis dicitur: a quo alium cinerem. Immundi, epitheto ſecreuit Ver. 1. Geogr. Et cinerem immundum iactare per agros: Apuleius: Miſi, ut petiſti, munditias dentium, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum, Complanatorem tumidæ gingiuulæ, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Nequa uideatur tetra labes ſordium Reſtrictis forte ſi labellis riſeris. Cū puluiſculo aliquod conuerri dicimus, quoties omnia ſic tolluntur, ut nihil ſit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. Rud. Conuerret iam hic me totum cum puluiſculo.

PVMEX, pumicis, maſcu. gene. {Pumice, pomice, pietra pomica} (κίσηρις) lapis cauernoſus, aquis innatans, ad ſcabra læuigando laudatiſſimus. Verg. lib. 12. Aeneid. Incluſas ut cum latebroſo in pumice paſtor Veſtigauit apes, fumoq; impleuit amaro. Idem 4. Georg. Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Pumicibus cauis, Idē 4. Georg. Ouid. 8. Metamor. Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis Structa ſubit, molli tellus era humida muſco. Leuis pumice, pro molli, & effœminato. Iuuena. Saty. 6. Nam res mortifera eſt inimicus pumice læuis. Ouid. lib. 3. Triſt. Quod neq; ſis cedro flauus, nec pumice læuis. Plin. lib. 36. ca. 21. Sed & ij pumices qui ſunt in uſu corporum læuigandorum fœminis, iam quidem & uiris atq; (ut ait Catullus) libris, laudatiſſimi ſunt Melo, Scyro, Aeoliis inſulis. Probatio eorum eſt in candore, ac minimo pondere, & ut maxime ſpōgioſi, atq; aridi ſint ac teri faciles, nec in fricando arenoſi. A Græcis dicitur κίσηρις, a ſimilitudine uermiculi, qui ita dicitur, qui in tritico, hordeoq; cum reſerbuerunt naſcens, ſemina illa cuſpide ſua multis foraminibus ſolet terebrare. Vis eius in medicina eſt extenuare, & abſtergere. A pomice aquam quærere, à Plauto dictum, pro eo quod eſt, fruſtra ab alio petere, cuius ipſe, a quo petas, maxime ſit indigus: nihil enim pumice lapide ſiccius, nihil ſiticuloſius. Plau. Perſa. Qua confidentia rogare tu à me tantum, audes Argentum impudens? quin ſi egomet totus ueneam uix poteſt Recipi quod tu me rogas: nam tu aquam à pumice nunc poſtulas. Pumex etiam fœminino genere reperitur. Catullus ad Cornelium: Cui dono lepidum nouū libellum Arida modo pumice expolitum.

PVMICO, as, pen. cor. {Polier liſciare} (λεαίνειν τῇ κισήριδι) pumice polio, læuigo. Tibul. lib. 3. Eleg. 1. Pumicet, & canas tondeat ante comas. Hinc Pumicatus, a, um, pumice politus. Martial. lib. 1. Mutare dominum non poteſt liber notus, Sed pumicata fronte ſiquis eſt nondū, Nec membilicis cultus atque membrana.

PVMICOSVS, a, um, (κισηρώδης) quod pumicis uel naturam, uel ſimilitudinem habet: hoc eſt, rarum, & cauernoſum. Plin. lib. 17. ca. 5. Pumicoſa terra. Idem lib. 32. cap. 8. Quartum pumicoſius, ſpongiæq; putri ſimile, penè purpureum.

tem. Pumicoſus locus, pumicibus plenus.

PVMICEVS, {*Di pomice*} adiectiuum, quod ex pumice eſt, uel quod aridum eſt ad ſimilitudinem pumicis. Plau. in Pſeud. Pumiceos oculos habeo, nõ queo lacrymas excitare.

PVMILIO, nis, {*Nano huomo picciolo*} (νᾶνος) proprie dicitur homo paruæ humilis ſtaturæ quem Græco uocabulo Nanum appellamus. Gel. li. 19. ca. 13. Quos pumiliones dicimus, Græci νάνους appellant. Martial. lib. 14. quæ uix eſſet raro, Parma tibi ſcutum pumilionis erit. Transfertur etiã ad aues, aliaq́ cuiuſuis generis animalia humilis ſtaturæ. Col. lib. 8. cap. 2. Pumiliones aues, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter aliũ reditum nimium probo.

PVNILO, nis, uide pumilus.

PVMILIVS, lij, uide itẽ Pumilus.

PVMILVS, pen. cor. (νᾶνος) à Statio ponitur pro pumilione lib. 1. Sylua. Caſuraq́ uagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores. Legitur & Pumilo, onis, in eadem ſignificatione, ut ibidem apud Statium. Hic audax ſubit ordo pumilonum, Quos natura breui ſtatu peracto Nodoſum ſemel in globum ligauit. Idem Pumilius, lij, ut apud Sueto in Auguſt. eadem ſignificatione legitur Pumilius cap. 83. Nam pumilios, & diſtortos, & omnes generis eiuſdẽ, ut ludibria naturæ, maliq́ ominis, abhorrebat.

PVNCTIM, {*Di punta di ſtoccata*} (ἐκ τοῦ κεντεῖν) aduerbium, idem ualens quod pungendo: ſicut Cæſim, (ἐκ καταφορᾶς) cædendo. Liui. 2. Bel. Pun. Hiſpano punctim magis, q̃ cæſim, aſſueto petere hoſtem. Cæſim & punctim aliquem petere prouerbij ſpeciem habet, pro eo quod eſt, totis uiribus, omniq́ conatu aliquem aggredi: translatione ſumpta à gladiatoribus, qui modo cuſpidem intentantes, modo ictum deſuper, modo à latere inferentes, in aduerſarij necem incumbunt.

PVNCTVS, maſcu. gene. et Punctum neut. gene. {*Ponto*} (ἄτομος, στιγμή) dicitur minima indiuiduaq́ lineæ pars, nullam neq́ longitudinem habens, neque latitudinẽ, neque profunditatem. Senec. Punctum, & adhuc puncto minus, mũdi quod incolimus. Pli. li. 2. Non aliud eſt terra uniuerſa, quam mundi punctus.

Tradunt Geometræ, punctum eſſe corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehendetur, & ob incomprehenſibilem breuitatem ſui partes diuidi non poſſe. Hoc protractum Lineam efficit, id eſt corpus unius dimenſionis. Longũ enim eſt ſine lato, & duobus punctis ex utraq́ parte ſolam longitudinem terminãtibus continetur. Hanc lineam ſi geminamus alterum corpus efficitur, quod duabus dimenſionibus extruitur ex longo, latoq́, ſed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per ſingulas ſcilicet lineas binis, & hoc Græci ἐπίπεδον noſtri Planum, ſiue Superficiem uocant. Quandoque tamen Punctum ſumitur pro temporis, uel horæ momento, ἄτομος. Cice. Cecinæ lib. 6. Itaque ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes. Idem pro Cluent. Neq́ poſtea Latini punctum eſt temporis cõmoratus. Cæſ. lib. 2. Bel. Ciuil. Ita multorum menſium labor hoſtium perfidia. & ui tempeſtatis puncto temporis, (ἐν ἀτόμῳ) interijt. Puncta item pro calculis, ſiue ſuffragijs accipiuntur. Græci uocant ψῆφον. Cice. pro Planc. Nam quod quæſitus es, plures teſtes te habere, quàm quot in ea tribu puncta tuleris.

Horat. in Arte: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. hoc eſt, Solus ſuffragia iudicum tulit, qui & utile, & dulce ſcripſit, quoniam prodeſſet, & delectaret. In ſcriptura item Puncta dicuntur, quibus clauſulæ interpunguntur, hoc eſt, diſtinguntur.

PVNGO, gis, pupugi, uel punxi, punctum, {*Pungere*} (κεντεῖν, νύττειν) cuſpidi uel aculeo ictum infero. Varro: Admota apis cum pupugerit, ſi non occidat, ſciat, ex Pſyllorum eſſe ſtirpe. Plau. Trucu. Næ iſta ſtimulum longe habet, quæ uſque illinc cor pungit meum. Cice. pro Seſtio. Gladius, qui per ſe pungere non poteſt. Per translationem etiam de animo dicitur, cum is ægritudine aliqua afficitur, Idem 3. Tuſcu. Si ignominia pupugit, ſiquid tenebrarum offudit exilium. Ad Atti. lib. 13. Tu quid dicis, unum enim pungit, ne neglectiores eſſe uideamur. Idem ad Treba. Pungit me cutius, quod ſcribit eſſe te iſtic libenter. Pungens, gentis, participium. Plin. lib. 6. cap. 24. Pungentia folia pino. Punctus, cta, um, aliud participium. Cic. pro Milone: Vulnus acu punctum. Punctio, onis, uerbale. Plin. lib. 25. cap. 13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones punctioneſque, ne ſentiant. Punctum, cti, neut. gene. idem, quod Punctio. Plin lib. 8. cap. 70. Oculos ſuffuſos capra ſuinct puncto ſanguine exonerat: caper rubri. Punctus, huius punctus. idem, actus uidelicet pungendi. Plin. libro 29. cap. 6. Muſcæ etiam oculis punctu erutis, aiunt uiſum reuerti. Punctiuncula, æ, diminutiuum. Senec. 3. de Ira: Magis ignoſco, ei qui uulnus inimici, quam qui punctiunculam concupiſcit. Huius compoſita ſunt, Compungo, Expungo, et Repungo, quorũ ſignificationes uide ſuis locis.

PVNICVS, ca, cum, pen. cor. (λιβυκός) poſſeſſiuum eſt à Pœnus deductum, quaſi Pœnicus, idem ualens quod Carthaginenſis. Pœnacum autem nomen à Phœnicus deriuatum eſt, detracta aſpiratione. Punica mala, (ῥοιαί) granata, quæ hoc cognomen ſibi circa Cartaginem uendicarunt, ubi & multa & inſignia naſci perhibentur: Granata dicuntur, à granis quibus ſunt referta. Martia. lib. 3. Aut imitata breues punica mala roſa. Poma punica. Ouid. 4. Faſto. Rapta tribus dixit ſolui ieiuna granis. Punica quæ intento cortice poma tegunt. Punica grana. Ouid. 4. de Ponto: Eleg. 15. Punica ſub lento cortice grana rubent. Punica fides, id eſt, leuiſſima, & nullis ſacramentis ſatis firmata. Pœnorum enim perfidia in prouerbium abijt, quod ea gens peculiariter periorij, uanitatiſq́ notata ſit, quemadmodum abunde teſtatur Liui. lib. 2. Bel. Pun. ubi ait: Quæ Punica religione ſeruata fides ab Annibale eſt. Salluſt. in Iugurt. Comperio Borchum magis Punica fide, q̃ ob ea quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. Vide Eraſmum in Chiliad. Puniceum ſagum, Horat. Epod. 6. Gloria punica, Verg. 4. Aenei.

PVNICANVS, a, um, (λιβυκός) quod eſt Pœnorum, uel quod ex regione Punica affertur: ut Lecti Punicani. Cice. pro Muræna: Atq́ ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

PVNICEVS, cea, ceum, (φοινίκεος) quod uiolæ flammæ colorẽ refert: quod genus coloris, & rutilum, & ſpadicẽ appellari, auctor eſt Gell. li. 3. cap. 6. Sunt enim hæc omnia, ut ille inquit, ſynonyma, quandam ruboris exuberantiam ſplẽdoremq́ ſignificantia. Puniceum autem colorem Latini Græcorum imitatione uidentur appellaſſe, nam illi φοινίκεον nominant. Verg. lib. 5. Aenei. Puniceis ibant euincti tempora tænis. Idem 5. Eclog. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis, Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas. Colore punico matura arbuta, Lucre. lib. 5.

PVNIO, nis, iui, nitum, *Punire, caſtigare* (τιμωρεῖσθαι, κολάζειν) pœna afficio, caſtigo, quod & pœnio dixerunt antiqui. Cic. pro Domo ſua: Tu cum ſupplicio puniendum putaſti. Idem 1. Offic. Prohibenda autem eſt maxime ira in puniendo. Plin. Epiſto. 167. Illi qui puniunt, capite, initio ſtatim in alia diſcedunt. Punior, iris, paſſiuum. Ouid. 9. Metam. Quod uidet hæc lucem, quod non ego punior ipſa, Conſilium, monitumq́ tuum eſt: miſerere duarum. Inuenitur & Punior deponens apud Cic. pro Domo ſua: Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, q̃ erat humanitatis meæ poſtularet? Puniendus. Cice. lib. 1. de Orat. Iracundia eſt cupiditas puniendi doloris. Punitio, onis, actus puniendi. Punitor, oris, qui punit, Cice. pro Milone: At ualuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriæ, punitor doloris ſui. Hinc Impunitus, (ἀτιμώρητος) non punitus. Salluſt. Impunitos eos dimiſere.

PVPA, pæ, {*Puppina, fanciulla*} (παιδισκάριον) Puella paruula & tenella. Martial. lib. 4. Pupam ſe dicit Gellia, quum ſit anus. Auſonius: Barbara quæ Latias uincis alumna pupas. Pupas item appellabant imagunculas quaſdã puellares, (ἀγαλμάτια) quibus uirgines in prima pueritia luſitare ſolebant, donec iam pubertati uicinæ, eas Veneri offerebant. Varro in Orig. Itaq́ breui tempore magna pars in deſiderium puparum, & ſigillorum ueniebat. Perſius Saty. 2. Dicite pontifices, in ſacris quid facit aurum? Nempe hoc, quod Veneri donatæ, a uirgine pupæ.

PVPILLA, {*Pupilla luce dell'occhio*} (κόρη) niger in corona tunica, atq́ adeo in medio oculi circulus, iunicæ, quæ ῥαγοειδὴς a Græcis dicitur, foramini reſpondens. Pl. li. 11. c. 37. Media oculorũ cornea feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiam non ſinunt uagari incertam aciem, & uelutí canali dirigunt obiterq́ incidentia facile declinant: aliis nigri, aliis, atri. aliis ruſi, aliis glauci coloris orbibus circundatis. ut habili mixtura accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat. Adeoq́ in abſoluta uis, ut tam parua illa pupilla totã imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt, ut pleræq́ alites à manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quod effigiem ſuam in iis cernentes, uelut ad cognata deſideria ſua tendunt. Hactenus Pli. Cic. 1. de Natu Deor. Acies ipſa qua cernimus pupilla, quæ uocatur, ita parua eſt, ut ea quæ nocere poſſint, facile uitet. Pl. lib. 28. cap. 6. Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Eadam & Pupula dicitur, ut paulo poſt ſuo loco docebimus.

PVPILLARIS, re {*Fanciulleſco*} (ὀρφανικός) quod eſt pupilli: ut, Pupillaris, ætas, Pupillare negotium, Pupillaris pecunia. Liu. lib. 4. Bell. Pun. Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde uiduarum cœpte conferri.

PVPILLVS, li, {*Pupillo ſenza patre*} (ὀρφανός) impubes, qui in patris poteſtate eſſe deſiit morte, uel emancipatione: ut docet Pomponius L. Pupillus. ff. de uerbo. ſignifi. Huius fœmininum eſt Pupilla. Videntur autem hæ uoces a pupus & Pupa, uelutí per diminutionem deductæ: quamuis a primitiuorũ ſignificatione nonnihil degenerent. Hieronymus: Pupillus dicitur, qui non habet patrem: Orphanus, qui nec patrem habet, nec matrem. Cic. 3. Verr. Is mortuus eſt relinquit pupillum paruum filium. Idem in Top. Non quemadmodum quod mulieri debes, recte ipſi mulieri ſine tutore ſoluas: ita quod aut pupillo, aut pupillæ debeas, recte poſſis eodem modo ſoluere. Horat. 1. Epiſt. 1. Vt piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. Cic. 3. Verr. Ille infantis pupillæ fortunas patrias ademit.

PVPPIS, huius puppis, fœ. ge. {*Poppa della naue, naue*} (πρύμνα) proprie poſterior pars nauis eſt. Liu. 2. Bel. Pun. Naues omnes, quæ non aut perfregerant proras litori illiſas, aut carinas fixerant uadis, religatas puppibus in altum extraxere. Per ſynecdochen tamen accipitur pro tota naui. Verg. 10. Aen. Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. Ouid. Epiſt. 12. Iuſſus inexpertam Colchos aduertere puppim. Ponitur aliquando pro loco honoratiſsimo in Repub. translatione ſumpta a gubernatoribus, qui in puppi ſedentes clauum tenent. Cic. ad Papyr. Pætum lib. 9. Sedebamus enim in puppi, clauumq́ tenebamus: nunc autem uix eſt in ſententia locus.

PVPPIVS, poeta Tragicus fuit, qui ita ſpectantium affectus mouit, ut eos flere compelleret. Auctor Acron in illud Horat. lib. 1. Epiſt. Vt proprius ſpectes lacrymoſa poemata Puppi.

PVPVLA, læ, {*Pupilla, luce dell'occhio*} (κόρη) idem quod pupilla. Lucre. lib. 2. Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in ſe Pupula, cũm ſentire colorem dicitur album. Cic. 2. de Natur. Deo. Palpebræ, quæ ſunt tegumenta oculorum molliſsimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſsime factæ & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas. Martial. lib. 4. Paruula ſic totum peruiſit pupula cœlum, Hora. Epiſt. 5. Interminato cũm ſemel fixæ cibo Intabuiſſent pupulæ.

PVPVLVM, (πούπυλον) urbs eſt in latere meridionalis Sardiniæ, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 3.

PVPVLVS, (παιδάριον) & Pupulo, (παιδισκάριον) diminutiua a Pupus et Pupa. Catullus: Deprendi modo pupulum puellæ Truſantem.

PVPVS. (παιδάριον) puer paruulus, & tenellus. Varr. Mammam lactantis ſugentem paſcere pupum. Huius fœmininum eſt Pupa. de quo paulo ante.

PVRGABILIS, le, (εὐκάθαρτος) quod facile purgatur. Plin. lib. 15. cap. 23. Rotundior quæ balanitis uocatur, purgabilis maximè, & ſponte proſiliens.

PVRGAMEN, minis, ſeu Purgamentum, ti, {*Sporchezzo*} (περίψημα) ſordes, uel immunditiæ, quas rem aliquam purgantes, eiicimus. Columel. libro 1. Sterquilinia quoque duo ſunt: Vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet, alterum uero ex quo uetera uehantur. Liui. 1. ab urbe. Cloacamq́ maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis, ſub terram agendam.

PVRGO, as, {*Purgare, mondare*} (περικαθαίρω, ῥύπτω) mundo, ſordibus libero, quaſi purum ago. Colu. lib. 2. Itaque cauatum foramen cũm purgauerimus

undiq;,adraſos ſurculos inſerimus. Cato ca.65. Si inquinata erit, lauito: à folijs & iter core purgato. Ouid. 1. de Ponto: Eleg. 6. Nec dubitem longis purgare li gonibus arua. Horat. 1. Epiſto. 7. Cultello proprios purgantem leuiter ungues.

Purgare aluum, eſt alui ſordes medicamento expellere. Cic. 1. de Natu. Deo. Vomitione canis purgare aluos Ibes Aegyptiæ dicuntur. Purgare cum genitiuo. Hora. 2. Sermo. Saty. 3. Noui: Et morbi miror purgatum te illius. Purgare piſces. Teren. in Adelph. Piſces ceteros purga Dromo: congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. Per tranſlationem Purgare, ſignificat excuſare, ἀπολογεῖσθαι. Idem in Eunuch. Sed heus tu, purgo'o'ego me de iſthac Thaide, Quod eam me amare ſuſpicata eſt. Cice. Atti. lib. 1. Quintus frater purgat ſe mihi per literas. Cice. pro Sex. Roſc. Seruos ipſos neq; arguo, neq; purgo.

Purgari rationes dicuntur, quando deciduntur ſuperflua, aut obſtantia, collatione facta accepti & expenſi. Purgare faſtidium, eſt curare, & remediũ adhibere. Plin. lib. 8. cap. 27. Palumbes, graculi, merulæ, perdices lauri folio annũ faſtidium purgant. Hinc Purgatio, onis, uerbale, (καθαρσις) ipſe purgandi actus. Ponitur aliquando pro excuſatione, ἀπολόγημα, ἀπολογία. Teren. in Heauto. Neſcio quid peccati portet hæc purgatio. Purgationes fœminarum, pro menſtruis dixit Plin. lib. 20. cap. 4. Purgationibus, inquit, fœminarum, & ueſicæ, & urinæ utile decoctum. Huius uerbi compoſita ſunt, Depurgo, Expurgo, Perpurgo, & Repurgo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

PVRIFICO, as, {Purificare, mondare} (ἁγνίζω, καθαιρῶ) mundo, purũ facio. Sueto. de Octa. Auguſt. Pauloq; poſt egreſſum, illamq; expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim corpore eius extitiſſe maculã depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio ineſt. inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe, & circumactæ purificãt, ac feſtuca aliqua ſeſe et oua luſtrant. Idẽ li. 8. de elephantis: Auctores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus ad quẽdam amnem, cui nomen eſt Amilo, niteſcente luna noua, greges eorum deſcẽdere: ibiq; ſe purificantes ſolẽniter aqua circumſpergi, atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti. Purificatio, onis, uerbale, καθαρσις, ἁγνισμὸς. Pli. lib. 15. cap. 30. de lauro loquens. Eadem & purificationibus adhibetur.

PVRIME, dixerunt ueteres pro Puriſſimæ: ut annotauit Feſtus.

PVRITAS, atis, {Purità, mondezza} (ἁγνεία, καθαρότης) munditia, caſtitas. Cuius contrarium eſt Impuritas, hoc eſt, turpitudo, ſeu improbitas.

PVRPVRA, æ, (πορφύρα) piſcis ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maxime expetitum. Pli. lib. 9. cap. 36. Purpuræ uiuunt annis plurimũ ſeptenis. Latẽt, ſicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur uerno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuãt. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum ueſtibus, in medijs habent faucibus. Liquoris hic eſt minimus in candida uena, unde pretioſus ille bibitur, nigrantis roſæ colore ſublucens. Reliquum corpus ſterile: Viuas capere contendunt, quia cum uita ſua ſuccum illum eromunt. Hinc, Purpureus, a, um, (πορφύρεος) ut, Purpureus color, qui purpuræ ſucco tinctus eſt: aut certe qui ſucci eius colorẽ refert, hoc eſt, qui ex ſubnigro rubeſcit. Verg. 11. Aene. Labitur exanguis, labuntur frigida letho Lumina: purpureus quondã color ora reliquit. Purpuræ ueſtes, alias Tyriæ dictæ, à loco ubi purpura optime tingebantur. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæſari Dictatori quo die primũ ueſte purpurea proceſſit, atq; in ſella aurea ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit cor.

Quandoq; tamẽ Purpureum pro cœruleo poſitum legimus præſertim cum de mari dicitur, ex nimia altitudine nigreſcentes. Verg. li. 4. Georg. In mare purpureũ uiolentior influit amnis. Cice. 4. Acad. Mare illud, quod nunc Fauonio naſcente purpureũ uidetur, idẽ huic noſtro uidebitur. Vitruuius auctor eſt, purpuras pro ſolis proprietate alium atque habere colorem: & apud Tyron quidem rubrum, circa Aphricam autem puniceum ſuccum emittere, quo & purpura tingitur, quã uiolaceam appellant. Corn. Nepos. Me iuuene uiolacea purpura uigebat. Primum autem tingendæ purpuræ initium ad Herculem referunt Phœnices, teſte Iulio Polluce, qui cum Tyro puella comitatus, iuxta maris litus iter faceret, accidit ut canis purpuram è mari eiectã nactus, carnẽ eius depaſceretur: cuius rictum cũ Tyro gratiſſimo colore infectum uideret, negauit ſibi cum Hercule deinde quippiam futurum, niſi ille coloris eiuſmodi ueſtem ſibi attuliſſet. Cui morem gerens Hercules, primus cruorem ex purpuris collegit, lanaq; eo infecta, amicæ, quam petierat, ueſtem attulit. Accipitur quandoque Purpureus pro pulchro. Verg. 1. Georg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura à pelago Pelagia appellatur. Purpura antiquitus erat inſigne Romanorũ magiſtratuum: quod Martialis affirmat, quum ait, Diuiſit noſtras purpura ueſtra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipſis magiſtratibus Idẽ, Purpura te felix te colit omnis honos.

PVRPVRARIVS, ria, rium, (πορφυρικὸς) quod ad purpuram pertinet: ut Officina purpuraria, in qua purpura tingitur. Plin. lib. 35. ca. 6. Alterum genus eſt in purpurarijs officinis.

PVRPVRASCO, cis, cere, (πορφυρίζειν) in purpuram uergere. Ci. 2. Acad. Quid, mare nonne cæruleum? aut eius unda, cum pulſa eſt remis, purpuraſcit.

PVRPVRATVS, ta, tum, (πορφυρίδι περιβεβλημένος) purpura ornatus. Vnde Purpurati dicti ſunt, qui apud principes ceteris dignitate anteuntes, purpurea ueſte utebantur. Cic. li. 1. Tuſcu. quæſt. Iſtis quæſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 1. Bel. Pun. Cũ duce Athenagora uno ex purpuratis. Purpuratus Gabinius, Cice. 4. Catilin.

PVRPVREVS, ea, eum, {Porporino. Boc. In un ſottiliſſimo drappo porporino} (πορφύρεος) quod purpuræ colorem refert. Pli. lib. 10. cap. 32. Tantũ purpureis & candidis admiſtis pennis. Aer purpureus, Ouid. 6. Meta. Amictus purpureus, Verg. 3. Aenei. Purpureo uelare comas adopertus amictu. Aurora purpurea, Ouid. 3. Metam. Labella purpurea, Ouid. 1. Amor. Eleg. 13.

Ver purpureum, Verg. 9. Eclog. Inuenitur etiã Purpureus, pro purpurato. Hora. lib. 1. Car. Et purpurei metuunt tyranni.

PVRPVRISSO, ſas, (ἀφρονίτρῳ χρίω) purpuriſſo inficio. Plaut. in Truc. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Purpuriſſo enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum etiam hodie plerunq; fieri uidemus.

PVRPVRISSVM, ſi, {Beletto, roſetto} (ἀφρονίτρον Ariſtoteli, & Polluci) coloris genus, excreta argentaria, purpuræ ſucco inebriata: quo et pictores utuntur, & mulierculæ purpureum genarum colorem ſibi conciliant. Pli. li. 35. ca. 6. Ea reliquis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinẽ pretij, ante omnes eſt purpuriſſum, è creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem celerius lanis.

PVRPVRO, as, (πορφυρίζω) in purpuram uergo. Colum. lib. 10. Tum quæ pallet humi, frondens purpurat auro? Ponatur uiola, & nimium roſa plena pudoris.

PVRVLENTIA, tiæ, (τὸ πυῶδες) ipſa puris plenitudo, uel uulnus plenum pure.

PVRVLENTVS, ta, tum, {Pieno, di marcia} (πυώδης) quod pure, ſiue ſanie plenum eſt. Plin. lib. 22. cap. 11. Stœbe decocta in uino, præcipue auribus purulentis medetur. Idem lib. 20. cap. 2. Purulenta autem expuentibus, auxiliatur cũ cumino, pari pondere. Hinc Purulente, aduerb. Plin. in Procemio lib. 23. Cicatricibus marcidis, oſſibus purulente limoſis plurimum confert.

PVRVS, ra, rum, {Puro, mondo, ſemplice} (καθαρὸς, ἁγνὸς) mundus, ſine ſorde. Cice. pro Cecin. Quicquid inde haurias, purum, liquidumq; te haurire ſentias. Hora. 3. Car. Ode 16. Puræ riuus aquæ, ſyluaq; iugerum Paucorũ. & ſegetis certa fides meæ. Cice. 2. de Natu. Deo. Etenim licet uidere acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorũ, qui terras incolant eas, in quibus aer ſit purus, ac tenuis, quàm illorũ qui utantur craſſo cœlo, atq; concreto. Hinc. Pura ueſtimenta à ueteribus dicebantur, quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant. id eſt, non obſita, non fucata, non maculam habentia: & Purum aurum quod recte expurgatum, coctumq; eſſet. Purus locus, id eſt, liber à religione. Vlpianus in l. locum de reli. & ſump. fun. purum locũ eſſe definit. qui nec ſanctus. nec ſacer, nec religioſus eſt. Sic pura oratio, à Teren. in Heaut. prologo dicitur, quæ nihil tæcis barbaræ habeat admiſtum. Pura haſta, à Verg. 6. Aeneid. appellatur, quæ et ſine ferro: quæ præmiũ fuit apud antiquos militum eorum, qui ex memorabili aliquo prælio uictores euaſiſſent. Pura uaſa, Paulo in l. ſi in rem. de rei uẽ. dicuntur, quæ ſunt ſine emblemate, ſine cælatura, & incruſtatione. Purum iudiciũ, a Cice. 2. de Inuent. Ponitur pro ſimplici, & abſoluto ab omni exceptione. Hinc Pure, aduerbium, καθαρῶς. Cice. 1. de Natu. Deo. Hæc enim omnia pure ac caſte tribuenda deorum numini. Idem de Senec. Quiete, pure, & eleganter acta ætas. Loqui pure, & emendate, Cice. de opt. gen. orat. Legitur & Puriter, apud antiquos. Cato. de Re ruſti. ca. 23. Succum puriter omnẽ dictum pariter in dolia diuidito. Huius contrarium eſt Impurus. (ἀκάθαρτος) quod modo ſordidum, contaminatumq; ſignificat. Cice. 4. Philip. Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus familias in illa tetra atq; impurã legatione uim attuliſſe exiſtimatis? Modo improbum. Teren. Mei loci, atque ordinis hominem haud impurum.

PVS, puris, gen. neut. {Marcia} (πύον) ſanies coacta, & ex maturitate craſſa iam effecta, & albida. Plin. lib. 28 cap. 11. Si grauitas ſit audiendi, fel bubulum cũ urina capræ, uel hirci prodeſt, uel ſi pus ſit. Pus à ſanie diſtinguit Celſus lib. 5. ca. 6. his uerbis, Sanguis omnibus notus: Sanies eſt tenuior hoc, uarie craſſa. & glutinoſa, & colorata: Pus craſſiſſimũ, albidiſſimumq; glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex uulnere recenti, aut iam ſeneſcente: ſanies eſt inter utrũq; tempus: pus ex ulcere iam ad ſanitatem ſpectante. Mouere pus, eſt pus excitare, & euocare. Celſ. Aliud emplaſtrum eodem nomine puris mouendo eſt.

PVSA, (παιδίσκη παρθένος) pro puella apud antiquos accipiebatur. Feſtus.

PVSILLANIMIS, nime, {Di poco animo} (ὀλιγόψυχος) qui eſt puſilli animi, quem Græci μικρόψυχον dicunt: cui contrarium eſt magnanimus. A quo Puſilanimitas, (μικροψυχία, ὀλιγοψυχία) & Puſilanimiter aduerbium, ὀλιγοψύχως.

PVSILLVS, a, um, {Piccino piccolino} (τυτθὸς) paruulus, exiguus: q; uidetur eſſe diminutiuum à Pulus, quo ueteres pro peruulo utebantur. A quo rurſus fit aliud diminutiuum Puſillulus. Martia. li. 1. Bellua homo, & magnus uis idẽ Cotta uideri: Sed qui bellus homo eſt: Cotta, puſillus homo eſt. Trebonius ad Cic. li. 12 Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, id eſt paululum recreationis, relaxationis. Hora. 1. Serm. Saty. 4. Di bene fecerunt, inopis me, quodq; puſilli Finxerunt animi, raro, & perpauca loquentis. Cice. ad Brut. Videlicet cum illam puſillam epiſtolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Iuue. Saty. 15. Terra malos homines nunc educat, atq; puſillos. Vxor puſilla, Hora. 2. Saty. 3. Teſtis puſillus, Cic. 2. de Orat.

PVSIO, onis, {Fanciullo} (παιδάριον) paruus puer. Veteres enim Puſum & Puſam, pro puero & puella uſurpabant. Capitur tamen ferè ſemper pro ſcorto maſculo. Cice. pro Cæl. Qui te amat plurimum, qui propter neſcio quam timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus, tecum ſemper puſio cũ maiore ſorore cubitauit. Iuue. Saty. 6. Nonne putas melius, q; tecum puſio dormit, Puſio, qui noctu non litigat.

PVSTVLA, læ, {Bruſſola, uarola, porro, bolli ſuta} nomẽ generale eſt ad tubercula omnia, præter naturã in cute effloreſcentia: à pure (ut quidã uolunt) quod in ſe continet, deducta appellatione: quãquam etiam latius puſtularum nomen ad ea, extendatur, quæ pure carent. Martial. lib. 14. Feruida te trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornent docilem garula plectra lyram. Qui in loco Puſtulã appellare uidetur, ampullæ genus, in manibus pedibusve ex nimio labore prouenientis. Celſ. lib. 5. cap. 28. puſtularum nomen ad quatuor contraxit genera, in Phlyctenas ſcilicet, hoc eſt, maiores puſtulas, liuidas, aut nigras, humore diſtentas ex frigore, igni, uel medicamentis prouenientes, ſub quibus, cum ruptæ fuerint, quaſi exulcerata caro apparet. In exanthemata, quæ Plinius modo eruptiones pituitæ, modo Papulas appellat. In Pſydracia paulo duriora, ſubalbida, & acuta. Et in Epinyctidas, quæ ſunt ſubliuidæ, modice tumeſcentes, & plenæ ſanguinis, tibias & pedes, noctu ferè maxime infeſtantes: unde & nomẽ trahũt. A Puſtula fit Puſtulatus adiec. id eſt puſtulis plenus.

PVSTVLATVM argentum, (ἀργύριον φλυκταινῶδες) à puſtulis dicitur, quæ in argento cælato in Aſpredinem quandam exciſæ inſurgunt, ſicut puſtulæ in corpore ex igni, frigore uel labore naſcentes. Martial. lib. 7. Sed cauſam ſcio, nulla uenit a me Argenti tibi libra puſtulati. Tranquil. in Nerone. Puſtulatum argentum poſuit pro purgatiſſimo, & excoctiſſimo: cuiuſmodi Aurum obryzum à Græcis appellatur: Exegitq; (inquit Suetonius) ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obryzum, ut plerumq;

ut plerique omnem collationem palàm recuſarent. Budæus.

PVSVLA, æ, pen. cor. (ἐφυσίαι λας) morbi genus à flaua bile, uel tenui ſanguine, uel ab utroque proficiſcens quem & Ignem ſacrum appellant. Colum. libr. 7. cap. 5. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam Puſulam uocant paſtores. Hinc Puſuloſus, qui eo morbo laborat. Idem ibidem: Viuam pecudem, quæ fuerit puſuloſa, reſupinam obruamus.

PVTAMEN, inis, (κέλυφος, ἢ λέπυρον, κάλυξ) rerum quarumlibet purgamentum, à putando. Nam quicquid ex aliqua re proijcitur, Putamen appellatur. Plau. in Cap. Nucleum amiſi, reliqui pignori putamina. Ci. 5. Tuſc. Inſtituitque ut candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi, & capillum adurerent. Putamina ouorum, Plin. lib. 7. cap. 2. Teſtudinum putamina ſecare in laminas, Plin. lib. 9. cap. 11.

PVTEAL, lis, quid ſit, uideo uel inter primi nominis Grammaticos parum conſtare. Acron locum fuiſſe putat, ad quem conuenire ſolent fœnatores. Porphyrio ſedem fuiſſe tradit Prætores, prope arcum Fabianum, in quo primum tribunal & ſubſella à Libone quodam fuerint collocata: unde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatum: Forum, putealque Libonis Mandabo ſiccis. P. Victor in regione urbis octaua puteal conſtituit Libonis: & Ianos duos, totumque eum locum mercatoribus frequentem fuiſſe ait. Verum omiſſa horum opinionibus, illud certe conſtat. Puteal locum fuiſſe in Comitio, in gradibus ipſis ad læuam Curiæ, in quo olim Accij Næuij ſtatua poſita fuit, quod eo in loco ia cotem nouacula diceretur diſcidiſſe, Sub cuius ſtatua locus erat ſubterraneus, quem Puteum appellabant, aram habens, & Accij nouaculam, ibidem defoſſam. Supra a ſit ombella impoſita erat, ſiue petaſus puteum tegens: unde & lucus nomen accepit. Putealia enim puteorum opercula dicuntur. Cice. 1. de Diuin. Cotem autem illam & nouaculam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal accepimus. Fuiſſe autem hunc locum iuriſdicundo deſtinatum, ſatis aperte docet Horat. 2. Serm. Saty. 6. Ante ſecundam Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad puteal cras.

PVTEALIS, & hoc le, {Di pozzo} (φρεάτιος) quod ex puteo eſt. Oui. in Ibin: Vt quos dux Pœnus merſit putealibus undis. Colum. lib. 11. ca. 3. Vel ſi non ſit fluens aquas, fonte puteali poſſit irrigari.

PVTEANVS, a, um, {Di pozzo} (φρεατιαῖος) eiuſdem ſignificationis, ut Aqua puteana. Plin. lib. 16. Deinde quantum expreſſere, adijciunt uinaceis aquæ puteanæ, ut ſecundarium paſſum faciant. Colum. lib. 11. cap. 26. Et aquæ dulcis puteanæ ex eodem agro partem decimam adijcias

PVTEARIVS, rij, (φρεατωρύχος, φρεωρύχος) qui puteos fodit. Pli. lib. 31. ca. 3. Depreſſis puteis ſulphurata, uel aluminoſa occurrentia putearios necant.

PVTEO, putes, putui, prima ſyllaba pro. {Putire, puzzare} (μυδάω, βρωμῶμαι, δυσώδης εἰμί) fœteo, & mali odoris ſum Horat. 2. Sermo. Saty. 5. Putet aper, rhombusque recens. Perſius. Saty. 3. Nec inuideas, quod multa fidelia putet In locuplete penu. Quintil. libro 6. ca. 4. Aliquando deſinet putere. Diurno mero putere. Horat. 2. Epiſto. 20. Hinc Puteſco, mali odoris fio, δυσώδης γίνομαι.

PVTEOLI, orum, {Pozzuoli} (ποτίολοι Stepha.) oppidum maritimum Campaniæ, octauo lapide diſtans à Neapoli, non procul ab Auerno lacu, à Samiis conditum, teſte Euſebio, ſub idem ferè tempus, quo Tarquinij Roma ſunt exacti. Dicti Puteoli, ſiue à copia puteorum aquis calidis ſcatentium, ſiue à putore, hoc eſt, graueolentia aquæ ſulphuratæ. Olim etiam, quod iuſtiſſime regeretur, Dicæarchia, (δικαιαρχία) dicebatur. Gentile eſt Puteolanus, ποτιολῖς Stephano. Cicero Thermo: Cluuius Puteolanus ualde me obſeruat.

PVTESCO, is. {Diuenir puzzolente, puzzare} (δυσώδης γίνομαι) putidus, uel mali odoris fio. Cice. lib. 5. de Finib. Non inſcite illud dictum uidetur, animam illi pecudis datum pro ſale, ne puteſceret.

PVTEVS, tei, {Pozzo} (φρέαρ) qui perpetuas habet aquas ex terræ uenis manantes, non tamen fontium more foras prorumpentes. Quint. lib. 7. ca. 3. Ille in puteo mortuus eſt inuentus. Dictus quod puteat ex alumine, & ſulphure ſæpe, dicuntur: aut certe, ut Varroni placet li. 4. de lingua Latina Græco πότος, quod potum ſignificat. Verg. 3. Georg. Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto Currentem ilignis potare canalibus undam. Horat. 1. Epiſto. 15. Collectosne bibant imbres, puteosne perennes Iugis aquæ: nam uina nihil moror illius oræ. Ci. de Prouin. Conſul. Virgines ſe in puteos abiecerunt. Differt autem Puteus à ciſterna, quod ille ſuas habeat aquas, ex terræ uenis manantes. Ciſterna aduentitias & externas, hoc eſt, pluuias cœlo perpurgatas. Legitur & Puteum neutri generis ut annotauit Nonius, citans locum Varronis ad Gallum Fundanium: Primum de maris, ſecundo de ſtatuis, deinde ad aquis, ut ſunt lacus, ſtagna, putea, & maria.

PVTICVLI, locus publicus Romæ ultra exquilias, commune ſepulchrum miſeræ plebis: ita dictus, ſiue quod ibi cadauera putreſcerent, teſte Feſto: ſiue quod putrefacta cadauera ſummum ibi putorem gignerent: ſiue à puteis ipſis, hoc eſt, foſſis, in quibus cadauera ſepeliebantur. Antiquiſſimum enim ſepulturæ genus fuit, teſte Feſto, ut facto puteo cadauer humo obrueretur. Nam cremandorum corporum conſuetudo à L. Sylla initium ſumpſit.

PVTIDVS, a, um, pe. co. {Puzzolente, fetente} (μυδαλέος, δυσώδης) quod eſt mali odoris. Plau. in Bacch. Tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Ci. in Piſo. Ego iſtius pecudis, & putidæ carnis conſilio uti nolebam. Transfertur & ad orationem, quæ putida dicitur, cum eſt inſuauis, rancida, humilis, & abiecta aurium iudicio non ſatiſfaciens, neque uerborum pondere rei dignitatem exequens. Nonius: Putidum non ſolum ab ore fœtido, & graui, quod naribus præbetur: ſed etiam quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum. Putidum dici poſſe auctoritas uetuſtatis admiſit. Cice. Atti. Vereor ne putidum ſit ſcribere ad te quam ſim occupatus. Idem in Orat. Quoniam igitur modo audiretur Myſius aut Phryx Athenis, cum etiam Demoſthenes exagitetur, ut putidus. Hinc. Putidiuſculus, diminutiuum. Cic. Cæſ. lib. 7. Sumus enim putidiuſculi, quam per te uix licet: uerum ideo, licebit. Item Putidulus, aliud diminutiuum. Martia. libr. 4. Altera ridicula eſt, altera putidula. Hinc quoque Putide aduerbium, inſuauiter, auſtere, rancide. Cice. de Clar. Orat. Nam ſi quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odioſe, nec putide, Attice putat dicere. &c.

PVTIDVS, pro ſtulto à Plauto uſurpatur, teſte Feſto.

PVTO, as, {Potare, bruſcare, penſare} (διακαθαίρω) inutilia, & ſuperflua ex arboribus, fruticibusve reſeco. Colum. li. 2. Neque arent, neque uitem, aut arborem putent. Putare item ad animum transfertur, pro cogitare, conſiderare, & animo reuoluere: cogitando enim reſecamus mente, quæ falſa, aut inutilia ſunt: et quod uerum ac bonum eſt, huic cogitando hæremus. Teren. in Eunu. Dum hæc puto, præterii imprudens uillam. Aliquando pro æſtimare, τιμᾶσθαι. Ci. in Verrem Si denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet. Terent. in Adelph. Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus. Putare rationem, (λογίζεσθαι) eſt calculum ſubducere. Plau. in Aulu. Putatur ratio cum argentario. Aliquando tamen accipitur pro cogitare, ſeu conſiderare. Plau. in Caſina Verum autem altrorſum cum eam mecum rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. Interdum aptare. Titinius. Fullonibus, ut citat Nonius: Da penſam lanam, qui non reddet tempore putatam, recte facito, ut multetur malo. Interdum exiſtimare, iudicare, (νομίζειν, οἴεσθαι) Teren. in And. Recte putas. Cice. de Amici. Atilius prudens eſſe in iure ciuili putatur. id eſt, exiſtimatur. Verbi huius deriuata ſunt Putator, ris, hoc eſt, qui uites, aliasve arbores, aut frutices ſarmentis, ramisve inutilibus repurgat. Plin. lib. 27. cap. 8. Curatum ea ſcio, omnibus ferè oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem, circundata uniuerſo corpori. Verg. 2. Georg. Summumque putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen Cice. de Orat. Vt quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac uitium quo tempore anni, aut, quomodo ea fiant omnino neſciat, Compoſita ſunt. Amputo, a quo Peramputo, Computo, Deputo, Diſputo, Exputo, Imputo, Interputo, Opputo, Reputo, & Supputo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

PVTOR, {Puzzore} (δυσωδία) fœtor, graueolentia. Cato cap. 157. Ea omnem putorem adimet. Detergere putorem, Stat. 4. Syl. Lucre. li. 2. Intempeſtiuos cum putor cepit ob imbres.

PVTREDO, dinis, {Putredine, corrottione} (πυθεδών, σηπεδών, σῆψις) corruptio, orta ab actione caloris externi in humidum, cuius finis eſt ſiccitas. Ouid. 3. de Ponto: Eſtur, ut occulta uitiata putredine nauis.

PVTREFACIO, {Putrefare} (σήπω, πύθω) in putredinem reſoluo, corrumpo, putre aliquid facio. Colum li. 3. Per apertam uitis medullam nimius humor trahitur, idemque truncum cauat, unde formicis aliisque animalibus, quæ putrefaciant crura uitium, latebræ præbentur. Plau. in Moſtel. Venti imber lauat parietes, perpluunt Tigna, putrefacit operam fabri: nequior iam factus eſt Vſus ædium. Liui. 1. Bel. Pun. Ardentiaque ſaxa infuſo aceto putrefaciunt.

PVTREO, tres, {Marcirſi putrefarſi} (σήπομαι, πύθομαι) marceo, & in pus ſoluor. Pacuuius: Quanquam annis, & ætate hoc corpus putret. Plau. Moſtel. Atque ædepol ita hæc tigna humida putrent.

PVTRESCO, is, {Putrefarſi} (κατασήπομαι) putridus fio. Columel. lib. 2. Vt herbarum culmis, cæterisque rebus immiſta putreſcant. Idem in eodem: Cœtum ſterquilinum raſtris permiſceri oportet, quo facilius putreſcat, & ſit aruis idoneum. Hora. 2. Serm Saty. 3. Veſtis putreſcit in arca. Huius compoſita ſunt, Computreſco Imputreſco, quorum ſignificata uide ſuis locis.

PVTRIDVS, a, um, (σαπρός) idem quod putris, ſiue putrefactus, hoc eſt, corruptus à calore externo agente in humidum. Cice. in Piſo. Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

PVTRIS, & hoc putre, {Corrotto, putrefatto} (σαπρός) quod eſt corruptum, ac in putredinem reſolutum. Ver. 11. Aenei. Quadrupedum putrem curſu quatit ungula campum. Idem 1. Georg. Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Vbi Seruius. Putris gleba, id eſt, ſolubilis. Colum. lib. 2. Idem pinguis ac putris. quia quum plurimum reddat, minimum poſcit. & quod poſtulat, exiguo labore atque impenſa conficit.

PVTVS, ta, tum, {Puro purgato} (καθαρός) idem quod purus: unde Putum argentum, id eſt purgatum. Iuuena. Saty. 10. Pauca licet portes argenti uaſcula puri. Interdum Putus in oratione legitur coniunctum cum adiectiuo Purus, unde Argentum purum putum dicitur, quod ita excoctum eſt, atque purgatum, ut nihil alterius materiæ habeat admiſtum. Gel lib. 6. ca. 5. Cautum fuiſſe, ut Carthaginienſes quotannis populo Roma. darent certum pondus argenti puri puti. Plaut. in Pſeudulo ad hominem tranſtulit, cum ait: Polymachæ roplacides Purus putus eſt ipſus: noui. Quaſi dicat, ipſe omnino eſt, & non alius prorſus adulterinus, aut ſuppoſitius. Feſt. Putum antiqui pro puro dicebant: unde Putum aurum, putatum dici ſolet, id eſt, expurgatum. Orationes putiſſimæ. Cice. Attic. lib. 5. Vt ſciat hic Hieroſolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

P A N T E Y.

PYANEPSION, (πυανεψιών) menſis nomen, apud Athenienſes, noſtro Octobri reſpondens, ſi Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepſia, feſta Apollini ſacra, coquebanturque fabæ, aliaque legumina, quæ menſi nomen fecerunt.

PYCNOCOMON, (πυκνόκομον) herba eſt à comæ denſitate nomen habens quam Plin. lib. 26. ca. 8. deſcribit his uerbis: Aluum ſoluit & pycnocomon, erucæ foliis, craſſioribus, & acrioribus, radice rotunda, luteì coloris, terram olente caule quadrangulo, modico, tenui, flore ocymi.

PYCNOTICA, medicamenta, (πυκνωτικὰ φάρμακα) à medicis appellantur, quæ uim habent condenſandi: quibus opponuntur Manotica, (μανωτικά) quæ rarefaciendi habent poteſtatem. (Πυκνὸν) enim denſum, contra μανὸν rarum ſignificat.

PYCNOSTYLON, (πυκνόστυλον) ædificium deambulationi aptum, cinctum columnis denſioribus, modicoque interuallo à ſe inuicem diſtantibus. πυκνὸς enim nobis ſignificat denſum, & στῦλος columnam.

PYCTA, æ, uel Pyctes, (πύκτης) Latine pugil dicitur. Lampridius in Heliog. Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi, et pyctas frequenter exhibuit. Hinc Colum. lib. 8. cap. 2. gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem Pycten uocat: Non rixoſarum auium, inquit, laniſtæ, cuius plerunque totum patrimonium pignus aleæ uictor gallinaceus pyctes abſtulit. Plin. lib. 7. cap. 47. Euthymus pycta ſemper Olympiæ uictor.

PYCTACIVM, cij, (πυκτάκιον) apud Lamprid. in Alexandri uita, dicitur album, hoc eſt, tabella dealbata, in qua nomina iudicum ſelectorum deſcribebantur: ſic enim inquit: Denique quum inter militaria aliquid ageretur, militorum dicebat nomina. De promouendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat cuncta Pyctacia: & ſic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis, & qualis eſſet, & quo inſinuante promotus.

PYDNA,{*Chitro*}(πύδνα)oppidum Macedoniæ ad ſinũ Thermaicũ: cuius meminit Plin.lib.4.cap.10.

PYGARGVS,(πύγαργος)caprea quædam ſylueſtris,non diſsimilis damis. Plin.libro 8.cap.53. Sunt & damæ, & pygargi, & ſtrepſicerotes, multaq; alia haud diſsimilia.Iuuena.Satyr.11. Apud quem Sumine cum magno lepus, atq; aper,atq; pygargus,Et Scythicæ uolucres. Eſt item Pygargus,auis ex genere aquilarum,in oppidis habitans,& in campis,caudam habens albicantem: unde & nomen accepit,quaſi πυγὰς ἔχων ἀργάς. Idem Plin.lib.10.cap.3. Secundi generis pygargus,in oppidis manſitat, & in campis,albicante cauda. Sunt qui putant eſſe erodiorum genus:quæ ales adeo coitui infeſta eſt, ut quũ mas cum fœmina coire uelit,acri dolore oculorum utrinq; ſoluantur, ac moriẽtium penè ſimiles abeant.

PYGELA,pygelæ,(πύγελα)urbs Ioniæ,non procul ab Epheſo, ſic dicta, ꝙ nonnulli ex ijs,qui ſub Agamemnone militarant,propter morbum ſedem et nates infeſtantem,illic conſederint. Auctor Theopompus.

PYGISTA,æ,{*Sodomita*}(πυγιστὴς)dicitur Græco uocabulo,quẽ alio nomine Pædiconem appellamus, qui ſcilicet maſculis ad præpoſterã libidinẽ abutitur. Dicti πυγισταὶ à contrectandis natibus. Nam πυγαὶ à Græcis nates dicuntur.

PYGMÆI,{*Pigmei,nani*}(πυγμαῖοι)ut li.7.ſcribit Pli.c.2.populi in extrema parte mõtiũ Indiæ habitantes,ſalubri cœlo,ſemperq; uernãte,qui ternos dodrãtes nõ excedũt:unde & Pygmei dicti ſunt:quaſi πυγμαῖοι,hoc ẽ cubitales. Πυγμὴ enim cubitum ſignificat. Auguſt.lib.16.Ciu. Alij ſtatura cubitales, quos pygmæos à cubito Græci uocant,pugnant cũ gruibus,ſed uincũtur. Horũ mulieres quinto anno pariunt,& ſeneſcunt octauo. Fama eſt inſidentes arietum caprarum dorſi,armatos ſagittis,ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere,& oua pulloſq; earum alitum conſumere:ternis eam expeditionẽ mẽſibus confici,aliter futuris gregibus nõ reſiſti. Caſas eorũ luto pennisq; et ouorum putaminibus conſtrui. Ariſtoteles incauernis uiuere pygmeos tradit:cętera de his,ut reliqui. Plinius quoq; li.4.c.11.in Thracia Pygmæos fuiſſe ſcribit,urbemq; Geraneam tenuiſſe,donec,à gruibus fugati,nouas ſibi ſedes quęrere ſunt coacti. Ad quod etiam ſpectare uidetur illud Iuue.ex Saty.13.

Ad ſubitas Trachum uolucres nubemq; ſonoram,
Pygmæus paruis currit bellator in armis:
Mox impar hoſti,raptus per aera curuis.
Vnguibus,à ſæua fertur grue. Si uideas hoc
Gentibus in noſtris,riſu quatiere:ſed illic,
Quanquam eadem aſsidue ſpectentur prælia,ridet.
Nemo,ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

PYGMALION,lionis,(πυγμαλίων Suidę)Beli Tyriorum regis filius fuit, & frater Didus,qui cum ardentiſsima auri cupiditate flagraret,ad Sichæi patruelis ſui,& ſororis ſuæ uiri opes animum adiecit:illumq; ſpe potiũdi auri,ante aras dolo interemit. Cuius cædis cum in ſomnis à mariti umbra certior facta eſſet Dido,clàm ſublatis theſauris,fugęq; comitibus aſſumptis,naues cõſcẽdit:& in Africam appulſa, primum Byrſam,deinde & Carthaginẽ cõdidit. Meminit huius Vir.lib.1.Aen.Sed regna Tyri germanos habebat Pygmalion,ſcelere ante alios immanior omnes,Quos inter medius uenit furor:ille Sichæum Impius ante aras,atq; auri cæcus amor Clam ferro incautum ſuperat.

Fuit & alter eiuſdẽ nominis, Cilicis filius,qui ex Eburnea ſtatua,Veneris beneficio in puellam trãsformata,Paphum ſuſcepit,Paphi Cypriæ urbis conditorem. Quam fabulam uide latius apud Ouid.a 3.Metam.

PYLADES,dæ,uel dis,pen.cor.(πυλάδης)Strophij Phocenſis filius fuit,indiſſolubili amicitiæ uinculo cum Oreſte coniunctus. Nam cum Clitemneſtra ab Aegiſtho adultero adiuta, Agamemnonem occidiſſet, Strophius Oreſtem adhoc puerum certiſsimæ neci ſubduxit,& in regno ſuo una cum Pylade educauit. Poſteaq; cũ Oreſtes,gratia uindicandę paternæ mortis,matrem peremiſſet,eamq; ob rem in furorem conuerſus eſſet,Pyladem perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem habuit,& ſocium periculorum:tantaq; ſeſe mutuo amoris uehementia ſunt proſecuti,ut alter pro altero mori non recuſaret. Cic.de Amici. Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuuij fuerũt noua fabula cum ignorante rege,uter eorum eſſet Oreſtes,Pylades Oreſtem ſe eſſet diceret,ut pro illo necaretur:Oreſtes autẽ,ita,ut erat,Oreſtẽ ſe eſſe perſeueraret. Reliqua uide ſupra in dictione Oreſtes.

PYLÆ,(πύλαι)Græco nomine dicũtur,quas nos Portas dicimus:unde et pro anguſtis montiu faucibus accipiuntur,cuiuſmodi in Amano monte occurrere perhibentur,ex Cilicia Syriam petentibus:quas et Latine Cilicias portas appellamus. Cice.ad Atti.lib.5.Itaq; confeſtim iter in Ciliciam feci per tauri pylas.

PYLÆA,(πυλαία)conuentus Amphictyonum,ad Thermopylas, ad quem quotannis è ſingulis ciuitatibus ſinguli mittebantur,quos uocabãt Pylagoras, ἀπὸ τοῦ εἰς πυλαίαν ἀγείρεσθαι.hoc eſt,ab eo ꝙ ad Pylæan conuenirent.

PYLÆMENES,(πυλαιμένης)dux Paphlagonum,qui in bello Troiano Priamo ſuppetias ferens,à Menelao eſt interfectus.

PYLARTES,(πυλάρτης)uir Troianus fuit,ab Aiace occiſus:ut ſcribit Home.11.Iliad.

PYLENE,(πυλήνη)Aetolię oppidũ,teſte Homero in Catal. Papinius.Senſit ſcopuloſa Pylene,Fletaq; cognatis auibus Melagria Pleuron.

PYLERVS,ri,pen.pro.(πυλωρός)a Medicis appellatur inferius os uentriculi,per quod primæ coctionis excrementa emittuntur in aluum,& inde in ſeceſſum. Ratio nominis inde ducta eſt,ꝙ πυλωρὸν Græci ianitorem uocant. Inferius autem os uentriculi in hoc uel optimi ianitoris officio fungitur, & nihil emittat, niſi probe concoctum, unde etiam meatus ille à natura factus eſt anguſtiſsimus.

PYLVS,{*Nauarino*}(πύλος)agri Meſſeniaci oppidum eſt,in tractu occidentali Peloponneſi,Neſtore alumno,(qui inde Pylius cognominatus eſt)nobilitatum. Ouid.2. Amorum: Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſsit. Idem li.1. de Ponto:Crede mihi,Pylio Neſtore maior eris. Sunt præterea duæ aliæ eiuſdẽ nominis urbes in Peloponneſo:unde eſt illud apud Strab.li.8. Ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο,πύλος γε μὲν ἐστὶ καὶ ἄλλος.

PYRA,(πυρὰ)lignorum congeries,cuiuſmodi olim cremandorum corporum cauſa extrui ſolent. Verg.4. Aenei. At regina pyra penetrali in ſede ſub auras Erecta ingenti,tedis atq; ilice ſecta,&c. Idem 11. Aeneid. Innumeras ſtruxere pyras.

PYRACANTHA,(quòd hic pro plantæ nomine corrupte legebatur) uide Pyxacantha.

PYRACMON,(πυράκμων)nomen eſt unius ex Vulcani miniſtris,quorum opera utitur ad fabricandum Ioui fulmen. Dictus Pyracmon,ꝙ ab incude,ferroq; ignito non recedat. Nam πῦρ Gręci ignẽ,& ἄκμονα incudẽ appellant. Verg.lib.8. Ferrum exercebat uaſto Cyclopes in antro,Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

PYRÆCHMES,(πυραίχμης) Aetoli cuiuſdam nomen,qui cum Degmeno Epeo ſingulari certamine congreſſus,fundæ ictu eum interfecit:quo facto Oxylo cuidam ex Aetoli poſteris Eleum regnum ſtabiliuit. Auctor Strab.lib.8.

PYRALIS,(πυραλίς)pennatum animalculum,magnitudine muſcę,ex igne prouenieus. Vnde & nomen accepit. A quibuſdam Pyrauſta.(πυραύστης) appellatur. Quandiu eſt in igne,uiuit:quũ euaſit longiore paulum uolatu,tunc emoritur. Vide Plin.lib.11.cap.36.

PYRAMA,ut legit Sipontinus,uel potius Pyrama,ut hodie habent caſtigatiora Plinij exemplaria,lacrymæ genus ex metopio arbore ſtillans pingue & reſinoſum. Vide Plin.lib.12.cap.28.

PYRAMIS,pen.cor.pyramidis,{*Piramide. Arioſt.can.15. Memphi, per le Piramide famoſo*}(πυραμίς)moles maxima quadrata,ita conſtructa, ut è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ ima ſui parte latior,in acuminatum deſinit faſtigium. Maxime huius generis in Aegypto fuiſſe memorantur circa Memphim,ſtructuræ ex quadratis lapidibus admirãdę,faſtigatę ultra omnẽ excelſitatem,quæ manu fieri poſſet,(ut ſcribit Soli.)ſub quibus ſepeliebantur reges. Excogitatę primum à regibus Aegypti,ne plebs eſſet otioſa,uel ne pecuniam ſucceſſoribus relinquerẽt. Vide Pli.lib.36.ca.12. Hinc Pyramidatus adiectiuum.(πυραμοειδὴς)quod in pyramidis formam factum eſt. Cice.1.de Natu.Deor. Quædam pyramidata,curuata quædam,& quaſi adunca.

PYRAMVS,pen.cor.(πύραμος)adoleſcens fuit Babylonius,qui Tisbes uicinæ puellæ mutuo amore captus,amicæ perſuaſit,ut deceptis cuſtodibus in ſolitudinem quandam extra urbem ad ſe conueniret:quo cum puella prior ueniſſet conſpecto leone,trepida profugit ad ſyluas,relicto præfeſtinatione amiculo, quod inuentũ leo dilacerauit. Veniens deinde ad locũ conſtitutũ Pyramus,cũ Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnouiſſet,arbitratus ipſam à leone eſſe deuoratam,doloris impatientia,eo quo accinctus erat,gladio ſeipſum interemit. Thisbe quoq; cum poſito timore ex ſylua rediſſet,Pyramumq; ex uulnere adhuc palpitantem agnouiſſet, exempto ex uulnere gladio,ſibi etiam mortem conſciuit. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius Aſiæ,Nili modo limum deferẽs, qui magnam Ciliciæ partem adiecit,utroque oſtij ſui latere magna limi ui congeſta. De quo extat illud oraculum. Tunc erit,undiſonus late quum Pyramus olim Littora perfundens, Cyprum labetur in almam. Vide Strabonem lib.1.

PYRANDER,(πύρανδρος)Quæſtor fuit Athenienſis,qui cũ tempore belli frumentum parce ſuppeditaret,à populo ſaxis eſt obrutus.

PYRANTHVS,(πύρανθος)oppidulum, ſiue uicus Cretæ, non procul ab Gortyne. Stephanus.

PYRASVS,(πύρασος)uiri Troiani nomẽ,ab Aiace in bello Troiano interfectus:ut placet Home.li.12.Ilia. Pyraſus.item Stephano urbs eſt Phthiotidis,ita dicta à fertilitate tritici,quod πυρὸν Græci appellant.

PYRAVSTA,æ,(πυραύστης)animal pennatum,magnitudine muſcæ,in igne, & naſcens,& uiuens,à quo ſi paulo longius euolarit,ſtatim emoritur. Alio nomine,Pyralis dicitur,teſte Plin.lib.11.ca.36. Pyrauſta item apud Ariſtotelẽ, uermiculus eſt,quem & Cleron uocat,araneæ ſpecie,uoces fauis.

PYREICVS,(πυρεϊκὸς)nobilis pictoris nomẽ,qui in humilibus potiſsimũ argumentis pingendis excelluit. Plin.lib.35.cap.10. Subtexi par eſt minoris picturę celebres in penicillo è quibus fuit Pyreicus,arte paucis poſtferendus.

Propoſito in neſcio an deſtruxerit ſe quoniam humilia ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas,ſutrinasq; pinxit & aſellos & obſonia,& ſimilia:ob id cognominatus Rhyparographos. Propertius lib.3. Pyreicus parua uendicat arte locum.

PYRENE,pen.pro.(πυρήνη)nomen puellæ,Bebrycis filiæ,in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſæ,atque à feris lauiatæ,& ibi ſepultæ. Qui mons quoque à Poetis Pyrene nũcupatur Silius lib.3. Pyrene celſa nimboſi uerticis arce Diuiſos Celtis late proſpectat Iberos. Tibul.lib.1. Non ſine me eſt tibi partus honos:tua bella Pyrene Teſtis,& Oceani littora Santonici. Hic mons Galliã ab Hiſpania diuidit,ab exortu æquinoctiali in occaſum brumalem porrectus:ita dictus ἀπὸ τοῦ πυρὸς, hoc eſt,ab igne:ſiue ꝙ crebris fulminũ ignibus ferietur ſiue ꝙ Pyrenæi montis ſyluæ(ut auctor eſt Diod.lib.6.(iniecto à paſtoribus igne,olim uniuerſæ conflagrauerint. Silius a Pyrene puella Pyrenęum ſaltum dici autumat. Dicitur autem mons ipſe Pyrenæ,& Pyrenæus mons. Pirene autem per i,noſtrum ſiue Peirene (πειρήνη Suidæ)eſt fontis nomen(ut inquit Probus)in Helicone Muſis conſecrati. Strabo autem Pirenem fontem ſub Acrocorintho monte nominauit. Cuius meminit & Perſius & Plau. in Aul. Interbibere ſola,ſi uino ſcateat,Corinthienſem frontem Pirenen poteſt. Stat. li.1. Syluarum: Nec conſcia detur Pirene,largos potius mihi gurges inhauſtus, Qui manat de fonte tuo,&c. In poſteriore hac ſignificatione primam ſyllabã ſemper producit:quia apud Græcos ſcribitur per ει diphthongum. In priore autem eandem habet indifferentem. ut facile eſt uidere ex teſtimoniis Catulli,& Silii paulò ante citatis.

PYRENES,pen.pro.ſunt ceraſorum oſſa,ſeu baccarum:ut apud Ariſto.lib.2. Meteororum,in fine,ubi ſic legitur: γίνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν, οἷον οἱ πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες:id eſt,fieri eliſionem,ut nuclei è digitis exilientes. Nominatiuus ſingularis eſt πυρήν.

PYRENEVS,per tres ſyllabas,(πυρηνεὺς)Phocidis rex fuit, qui cũ Muſas ex Helicone in Parnaſſum proficiſcentes hoſpitio ſuſcepiſſet,uim iis inferre eſt conatus:eu mq; illæ aſſumptis alis effugiſſent,Pyreneus conatus inſequi,è feneſtra delapſus,fregit ceruices. Vide Ouid.5.Metamor.

PYRETHRVM,(πύρεθρον)non eſt herba eadem cum dracunculo,ut perperam credidit Calepinus,Perotti errorem ſecutus,ſed eam quam Romani Salinarem,uulgus Gallorum hodie Pedem Alexandrinum appellat. Folia,&

caulem

caulem emittit, dauco ſylueſtri & ferniculo ſimilẽ, umbellamq; anethi circinatę rotunditatis: radicem habet longã pollicis craſſitudine, guſtu feruidiſſimo. Ouid. 2. de Arte. Tritaq; in annoſo flaua pyrethra mero. Macer: Eſt pyrethrũ, calidum, ſiccumq;. & quartus in illo Eſt gradus: excutiat dentes ſi frigidus humor, Maſticet hæc patiens, teneatq; diutius ore. Vide Plin. li. 28. ca. 9. & Dioſcor. lib. 3. cap. 84.

PYRETVS, (πυρετός) febris, ab incendio appellata, quemadmodum apud nos Febris à feruore.

PYRGO, (πυργώ) nomen fuit nutricis natorum Priami, cuius meminit Verg. lib. 5. Aenei.

PYRGOTELES, pen. cor. (πυργοτέλης) proprie nomen gemmarum ſculptoris nobiliſſima, à quo tantũ Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt. Plin. lib. 37. cap. 1. Iſmeniæ (inquit ætate multos poſt annos apparet ſculpi etiã ſmaragdos ſolitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo uetuit in gemma ſe ab alio ſculpi, quàm à Pyrgotele, nõ dubie clariſſimo artis eius. Et rurſum capite triceſimoſeptimo libri ſeptimi: Idem hic Imperator edixit, ne quis ipſum alius, quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, ſculperet: quàm Lyſippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

PYRGI, orum, (πύργοι Ptolemæo) oppidum in ora Tuſciæ, inter Antium & Grauiſcas. Verg. 10. Aene. Et Pyrgi ueteres, intempeſtæq; Grauiſcæ.

PYRGVS, {Torre} (πύργος) Latinè turris dicitur, qđ fulgureis ignibus feriri turres conſueuerunt. A cuius ſimilitudine Pyrgus etiam uaſis genus dicitur cauitate ſeſſili, quo coniecti tali, agitantur, ante quam in alueolũ emittantur. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Mitteret in pyrgum talos. Martialis Turriculã Latino uocabulo appellauit. Perſius Orcam dixit: Scire erat in uoto damnoſa Canicula quantum Raderet, anguſtæ collo non fallier Orcæ. Porphyrio Pyrgum idẽ eſſe docet cum fritillo, uaſculum. ſ. in quo coniectæ teſſeræ, agitatæq; mittuntur. Iuue. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Quibus uerbis clarum fit, Fritillum turriculã eſſe, non tabulam luſoriam, quę lata, & ſpatioſa eſſe conſueuit, & quæ Alueus, ſiue Alueolus, ſiue Latruncularia tabula dicitur. Pyrgos etiam militaris ordo dicitur, quadringentos uiros cõtinens: et turma queſtris: ἀπὸ τοῦ πυρός, ut quidam exiſtimant, eo quòd in acutum deſinat more ignis.

PYRITES, pen. prod. (πυρίτης) ſilicis genus, quod in metallis, & fluminibus quibuſdã inuenitur, æris ſimilitudine: cuius uaria ſunt genera, cognomẽ accipiẽtia à metallis, quæ in ſe continent. Nam in quo aurũ elucet, Chryſodes: in quo argentum, Argyrodes: in quo æs Calcodes, hoc eſt, æroſus cognominatur. Pli. lib. 36. cap. 19. Sed eſt alius etiamnum Pyrites ſimilitudine æris. In Cypro eũ reperiri uolunt, & in metallis, quæ ſunt circa Acarnaniam, unũ argenteo colore, & alterũ aureo. Dictus Pyrites quod ægerrimè quidem ignem accipiat, ſemel tamen acceptum diutiſſimè conſeruet. Vide Geor. Agricolã de Re metall. qui multo plura enumerat pyritarum genera. Pyrites item dicitur ſilex ille qui ferro illiſus ignẽ emittit. Plin. lib. 36. ca. 19. Pyritarum etiamnum aliquid genus unũ faciunt plurimum habens ignis quos uiuos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorũ maximè neceſſarij, qui clauo, uel altero lapide percuſſi, ſcintillas edunt, quæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis aridis, uel folijs, dicto celerius ignem trahunt. Hæc Plinii. Quidam etiam Molarem lapidem Pyriten appellauere, teſte eodem Plin. lib. 36. cap. 19. propterea quod plurimus illi ſit ignis.

PYROBOLI, pen. cor. (πυρόβολοι) ſunt tela ignita & ardentia, quæ cũ flamma mittuntur. Vide Plutarchus in Dione ſcribit pyrobolorum incendio complures extinctos.

PYROCORAX, (πυροκόραξ) auis luteo roſtro, nigra, præcipuo ſapore: nomẽ habet à colore roſtri igneo: quaſi ignitum coruum dicas. Vide Plin. li. 10. c. 48.

PYRODES, (πυρώδης) Cilicis filius, qui primus è ſilice excuſſiſſe ignẽ dicitur, quemadmodum aſſeruaſſe in ferula Prometheus. Plin. lib. 7. cap. 56.

PYROIS, pen. cor. ge. pyroentis, (πυρόεις) Martis ſidus, ab igneo colore dictũ. Eſt itẽ nomen unius ex equis Solis Ouid. 2. Meta. Interea uolucres Pyrois, Et Eous, & Aethon Solis equi quartuſq; Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent. Dictus Pyrois, quaſi ignitus, uel igne plenus.

PYROMANTIA, pen. acuta, (πυρομαντεία) genus diuinationis, quę fit per ignem. Vide in dictione Magia.

PYROPVS, pi, pen. prod. {Carbonchio} (πυρωπός) gemma eſt flammæ colorem referens: unde & nomẽ habet. Ouid. 2. Meta. Flammas imitante pyropo.

PYRPILE, es. (πυρπίλη) maris Aegæi inſula, Cycladum omniũ clariſſima, quæ notiore nomen Delos appellatur. Pyrpile dicta ab eo, quod ibi primum ignis repertus exiſtimetur, teſte Plin. lib. 4. cap. 12.

PYRRHA, (πύῤῥα) Deucalionis uxor, quæ poſt diluuium, una cũ marito, iactu poſt terga lapidibus humanũ genus ſertur reparaſſe: ut fabulatur Ouid. 1. Metam. Eſt & hoc nomine Cariæ ciuitas, iuxta Myrthoum pelagus: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 19. Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Lica, apud eundem lib. 5. cap. 27. Item aliud in Euboea inſula apud eundem lib. 4. cap. 12. Aliud præterea in Magneſia, cuius meminit idem Plin. lib. 4. ca. 9. Rurſus aliud in Phocide, apud eundem lib. 4. ca. 3. Item aliud ad Pontum Euxinum, non procul à Mæotide, maris impetu hauſtum, teſte eodem Plin. li. 2. cap. 92. Ad hæc fuit & aliud in Leſbo inſula, cuius meminit Ptol. lib. 5. c. 2. & Plin. lib. 5. ca. 31. Eſt item Pyrrha ſiue Pyrrhæ, inſula Cariæ adiacens, in ſinu Ceramico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

PYRRHICHA, ſiue Pyrrhiche, es, (πυῤῥίχη) genus fuit ſaltationis enopliæ, hoc eſt, quam armati peragebant, quæ Lacedæmoniorum iuuentuti loco bellici progymnaſmatis erat, teſte Ariſtoxeno, apud quos à quinto ſtatim ætatis anno pueri incipiebant πυῤῥιχίζειν, accinente interim aliquo carmen hyporchematicum, ad cuius numeros motus componebant. Erat autem hoc laborioſum ſaltationis genus, pugnantium, iaculantiumq; itẽ ictus, iactuſq; declinantiũ, interdum etiam ſubſilientium, & ſuccıduo poplite ſe excipientiũ motus geſtuſq; exprimens: ut abundè docet Plato lib. 7. de legibus. Plin. lib. 7. cap. 57. à Pyrrho quodam Cretenſi primum inſtitutã tradit in Creta. Ariſtoxenus originẽ eius ad Pyrrhichum quendam Laconem refert. Ariſtotles cõtra ad Pyrrhũ Achillis filium, quem primum omniũ Pyrrhicam ait ſaltaſſe ad Patrocli rogũ. Suet. in Cæſare: Pyrrhichen ſaltauerunt Aſiæ, Bithyniæq; principum liberi.

PYRRHICHARII, (πυῤῥιχισταί) ſiue Purrhicharij, (ut ſcribebant ueteres, nullam peregrinã literam recipientes) qui pyrrhicham ſaltabant armati, pugnãtium, ictuſq; inferentiũ uiciſſim, & declinantium geſtus motuſq; ad rhythmũ imitantes. Vtitur hac uoce Vlpianus l. ad Damnum. Digeſt. de Pœnis.

PYRRHICHIVS, (πυῤῥίχιος) pes metricus, conſtans ex duabus ſyllabis breuibus: dictus à Pyrrho, qui primus uictoria potitus frequentibus pyrrhichijs, eſt laudatus.

PYRRHO, (πύῤῥων) Philoſophus fuit Elidenſis primo pictor, deinde Anaxarchi diſcipulus: à quo philoſophi Pyrrhonij dicti: quos Græco cognomẽto σκεπτικοὺς, id eſt, cõſideratores appellant. Nihil enim decernũt, ſed in quærẽdo ſemper, conſiderandoq; ſunt. Ac ne uidere quidem planè quicquam, neque audire ſe putant. Aiuntq; ueritatẽ incomprehenſibilem uideri. Iidem ἀποῤῥητικοὶ id eſt, ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

PYRRHOPOECILVS. (πυῤῥοποίκιλος) marmoris genus, quod et à Syene Thebaidis urbe, circa quã effodiebantur, Syeniticũ dicebatur, ſiue Lapis Syenites. Ex hoc Aegyptiorum reges obeliſcos faciebant, quos Solis numini dicabant: teſte Plin. lib. 36. cap. 8. Pyrrhopoecilon autem Græci à fuluarũ macularum uarietate uidẽtur appellaſſe. Nam πυῤῥὸν fuluum appellant, & ποικίλον uarium.

PYRRHVS, (πύῤῥος) Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia, ita dictus à fuluo colore capillorũ, teſte Seruio. Hic & Neoptolemus appellatus eſt, propterea q; admodũ adoleſcentulus ad belli Troiani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, ſine illo Troiam capi non poſſe. In Ilij autem expugnatione primum Politen Priami filium, deinde & patrem ipſum interfecit. Polyxenam Achillis patris ſui Manibus inferias miſit, Andromachen uero quæ in prædã ſibi ceſſerat, aliquandiu iuſtæ uxoris loco habuit: quam deinde, Hermionẽ Menelai & Helenes filiã ductutus, Heleno uxorem tradidit. Erat autem Hermione multo antè Oreſti deſponſata: cuius etiã mutuo amore tenebatur. Aegrè itaque ferens Oreſtes, uxorem ſibi eripi, ex inſidijs Pyrrhum obtruncauit. Fuit et alter Pyrrhus, Epirotarũ rex, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui cum à ſuis ob odium paternæ crudelitatis, ad necem quæreretur, clã à matre ſubductus eſt, & Illyricorũ reginæ traditus nutriendus: apud quã cum ad ſummam ſpem adoleuiſſet, reuocatus à ſuis regni adminiſtrationẽ ſuſcepit. Poſtea à Tarentinis accitus, aduerſus Romanos uario euentu pugnauit. Perijt ictu tegulæ percuſſus, cum Thebas cepiſſet. Vide uitã eius latius apud Plutarchum.

PYRVS, priore correpta, {Pero arbore} (ἄπιος) arbor nota. Verg. 4. Geor. Eduramq; pyrum & ſpinos iam pruna ferentes. Idẽ 1. Eclog. Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites, &c. Pyrum, (ἄπιον) fructus: dictũ quod ad ſimilitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ ſimilitudine reddens.

Autumnalia pyra, acidulo ſapore iucũda, Tiberiana appellantur, quod maxime Tiberio principi placuere Plin. lib. 15. cap. 15. Cucurbitiua pyra, ob cucurbitæ ſimilitudinem ſic dicta, Cato. cap. 7. Decumana pyra, apud Colum. libr. 12. cap. 10. Veſci pyris. Horat. 1. Epi. 7. Non quo more pyris ueſci Calaber iubet hoſpes. Idem Epod. 2. Vt gaudet inſitiua decerpens pyra. De pyris multa uide apud Plin. lib. 15. cap. 15.

PYTHAGORÆI, (πυθαγορεῖοι) doctrinæ, & præceptis Pythagorę inſiſtẽtes, qui & Pytagorici dicuntur Iuuenalis: Viue bidentis amans, & culti uillicus horti: Vnde epulas poſſit centum dare Pythagoræis.

PYTHAGORAS, (πυθαγόρας) Philoſophus fuit Samius, Mneſarchi annulorũ ſculptoris filius, et Italicę philoſophię princeps, de quo extat celebrę illud elogiũ apud Oui. 15. Met. Mente deos adijt, et qua natura negauit Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Auditor fuit Pherecydis Syri: poſt cuius mortẽ Hermodamanti iã ſeni, Creophili nepoti, ſe in diſciplinã dedit. Sub quo cũ ſatis profeciſſe uideretur, in Aegyptũ nauigauit, ut illorũ Theologiam, ritus, moreſq; cognoſceret. Deinde aſtrologiæ Chaldaicæq; diſciplinæ cupidus, Babylonẽ ſeſe contulit. ubi ſyderum curſus, eorumq; in genituris hominũ effectus eſt edoctus, Spartã quoque adijt, & in Cretam nauigauit, ut Minois, et Lycurgi inclytas eo tempore leges cognoſceret. Poſt hæc in patriam rediens, cum eam à Polycrate tyranno occupatam uidiſſet, in eam partem Italiæ ſeceſſit, quæ magna Græcia dicta eſt: delectaq; ſede apud Crotoniatas, magno auditorũ aſſiduitate Philoſophiã profeſſus eſt, quo tempore Romæ regnabat Seruius Tullius, ut docet Liu. lib. 1. ab Vrbe. Auditores fertur habuiſſe non pauciores ſexcentis qui noctu ad eum audiendum confluebant: ex quibus clariſſimi fuerũt Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippaſus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus (τῆς μετεμψυχώσεως, hoc eſt. trãſfuſionis animarũ in alia corpora, aſſtructor fuit. Idq; ut facilius perſuaderet, primum ſe Aethaliden Mercurij filiũ fuiſſe affirmabat: cumq; à patre optio ſibi facta eſſet petendi quicquid uellet, excepta immortalitate, ſe ab illo petiiſſe, ut & uiuẽs, & uita functus omnium, quæ contingeret, memoriam haberet. Eamq; ob cauſam ſe omnium, quæ in uita geſſiſſe meminiſſe, eandem memoriam poſt obitum reſeruaſſe. Poſt Aethalidæ mortem Euphorbum ſe fuiſſe aiebat, & deinde Hermotimũ, poſtea Delium quendam piſcatorem nomine Pyrrhum: mortuoq; Pyrrho ſe factũ eſſe Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges conſcripſit: populoſq; luxuria diffluentes auctoritate, & doctrina ad frugalem cultũ reuocauit, adeo ut & mulieres integritate eius, uitæq; ſeueritate adductæ, auratas ueſtes, ornamẽtaq; laſciuiora, in tẽplo Iunonis cõſecrarent. Poſtremo cũ multos annos Crotone egiſſet, Metapontum commigrauit: ubi & ſupremum diem obijt: quanquã alijs alia tradentibus, de mortis genere non ſatis conſtat. Quanti autem illum uiuũ feciſſent Metapontini, poſt obitũ eius declararunt, ædem eius pro templo conſecrantes, diuiniſq; honoribus mortuum proſequentes. Ab animalium carnibus, & à fabis religioſiſſime abſtinebat. Quod & tangit Iuuen. Saty. 15. Vel quo non fugeret, ſi nunc hęc monſtra uideret Pythagoras cunctis animalibus abſtinuit, qui, Tanquam homine, & uentri indulſit non omne legumen.

PYTHEAS, pen. cor. (πυθέας) Rhetor Athenienſis, Demoſthenis æqualis, ſupra modum arrogans: qui cum æris alieni cauſa in carcerem coniectus eſſet, fractis uinculis ad Macedones transfugit. Scripſit cõciones aliquot, & orationes in genere iudiciali, aliaq; nonnulla. Male audiuit nomine furti. Quare cum in Demoſthenẽ cauillans, ei obieciſſet, orationis eius lucernam olere. Non, inquit

ille, tibi inuiſos eſſe, qui noctu lucernam habent.

PYTHERMVS (πύθερμος) princeps fuit eius legationis, quem Iones, Aeoleſq́; ad petendũ auxilium aduerſus Cyrum ad Lacedæmonios miſerunt: qui cum Spartam appuliſſet purpurea ueſte indutus, in Spartiatarum conuentũ proceſſit, hortatus eſt Lacedæmonios multis uerbis ad auxilium Ionibus ferendũ. Auctor Herod. lib. 1.

PYTHIA, thiorum, (πύθια) ludi Apollinares, qui in Apollinis honorẽ ſunt inſtituti, ob cædem Pythonis ſerpentis nocentiſsimi: aut, ut Strabo li. 9. ſcribit hominis ſceleratiſsimi, cognomento Draconis. Ouid. li. 1. Meta. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos. Victores huius certaminis, teſte Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo ſumptis.

PYTHIA, æ, (πυθία) ſacerdos Apollinis apud Delphos, quæ conſulentibus oracula reddebat: ita dicta παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, hoc eſt, à conſulendi, interrogandiq́; conſuetudine.

PYTHIONICES, pen. pro. (πυθιονίκης) Pythiorum uictor, ſicut Olympionices, Olympiorum.

PYTHIVS, (πύθιος) Apollinis cognomen, à Pythone ſerpente inditum, quẽ iaculis ſuis adhuc fertur interemiſſe. Vel ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, hoc eſt, à conſulendi, & interrogandi uſu. Vnde & Phœbades ipſæ Pythiæ dicuntur, teſte Strabone lib. 9. Alij Pythij cognomen ἀπὸ τοῦ πύθειν, hoc eſt, à putreſcendo tractũ exiſtimant, eo quod nunquam ſine ui caloris fiat putrefactio. Pythij itẽ dicebãtur, qui Delphos ad conſulendum oraculũ publicè mittebantur, qui una cum regibus cibaria aſsignata habebant, unaq́; cum iis ueſcebantur.

PYTHODORVS, i, (πυθόδωρος) ſculptoris eximij proprium nomen apud Pli. lib. 36. cap. 5.

PYTHON, (πύθων) ſerpentis nomen, à πύθω, quod eſt putredo, eo quod ex putredine terræ poſt diluuiũ Deucalionis natus dicatur. Hunc ab Apolline ſagittis interfectũ fuiſſe fabulantur poetæ, eo quod terræ putredo Solis calore abſumatur. Claud. 7. Paneg. Cæruleus tali proſtratus Apolline python. Pythones item dicuntur ſpiritus diuinatores, qui ſe humanis corporibus inſinuantes, edunt uaticinia. Quin & homines ipſi, qui à Dæmonibus huiuſcemodi poſſeſſi ſunt, Pythones appellantur: ut nõ obſcure indicat Plutarchus eo in opuſculo, quod inſcripſit, Cur oracula defecerint. Huius fœmininũ eſt Pythoniſſa, (πυθώνισσα) hoc eſt, mulier ſpiritu huiuſmodi correpta: quam etiam Tybullus Pythona appellat, Delphica, inquiens, Python tanquam Pythonis uocabulum duobus generibus ſit commune.

PYTHONICI, (πυθωνικοὶ) homines Pythone, hoc eſt, diuinatore ſpiritu correptis quaſi & ἐγγαστρίμυθοι à Græcis appellantur.

PYTHON, (πύθων) orator Byzantius eloquentiſsimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cuius meminerunt Aeſchines, & Demoſthenes in orationibus.

PYTHONOSCOME, (πύθωνος κώμη) locus eſt in Aſia, quo primo uẽtus ſui tempore conuen unt ciconiæ, & eam quæ ultima aduenit, laniant uniuerſæ. Auctor Plin. lib. 10. cap. 23.

PYTHOPOLIS. (πυθόπολις) ciuitas eſt in ea Aſiæ minoris parte, quæ Myſia uocatur, teſte Plin. lib. 5. cap. 32. Eſt & Pythopolis Cariæ, ſic dicta à Pythe illo diuite, qui & Xerxem conuiuio excepit, & militibus eius ſenos Daricos aureos in capita Diſtribuit. Stepha.

PYTISMA, atis, (πύτισμα) leuis ſputi irroratio, à πυτίζειν, quod eſt, ſputo leuiter & crebro irrorare, Iuuenal. Satyr. 11. Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem. Id eſt, qui lubricat anulum ſputo. Sunt tamen, qui hoc in loco legant, Pedamate, alij etiam Pityliſmate. Vide Politiani Miſcel. Centuria prima, cap. 38.

PYVLCOS, (πύουλκος) chirurgicũ inſtrumentum, puri eximendo accommodatum, ita dictum, quaſi τὸ πύον ἕλκον. Meminit huius inſtrumenti Galenus lib. 5. Methodi.

PYXACANTHVM, (πυξάκανθον) frutex eſt ſpinoſus, cubitalibus ramis, folijs buxi: unde & nomen accepit, quaſi buxa acanthus. Nam, πύξος nobis buxum ſonant. Præſtantiſsimum naſcitur in Lycia: unde & medicamentum, quod ex eo conficitur, Lycium appellatur: de quo ſupra egimus ſuo loco.

PYXIS, idis, (πυξὶς) proprie uaſculum è buxo, quod Græci πύξον appellant: ex quo ligno primum fieri cœpit, quanquam & ex alia materia fieri poſſit: nã (ut docet Quin. lib. 8. ca. 6.) pyxides cuiuſcunque materiæ ſunt, quarum uſus uarijs rebus eſt accommodatus. Cice. pro Cœlio: Eodem Licinium eſſe uenturum, atque ei uenenũ pyxidem traditurum. Mart. lib. 9. Et lateas centum condita pyxidibus. Plin. lib. 18. ca. 11. Primori ineſt pyxis ferrea. Apul. de Aſin. lib. 3. Arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Pyxides item in oſſibus per ſimilitudinẽ quandam appellantur acetabula, pyxidum more excauata, quæ rotunda oſſium capita excipiunt. Huius diminutiuũ eſt Pyxidicula, (πυξίδιον) in qua aromata continentur. Corn. Celſus li. 6. Liquidum collyrium pyxidicula ſeruatur. A pyxide etiam Pyxidatus, (πυξοειδὴς) quod pyxidis ſimilitudinem refert. Plin. lib. 31. cap. 6. Commiſſuris pyxidatis.

PYXVS, untis, (πυξοῦς) oppidum Lucaniæ, à Latinis Buxentum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.

DELA LETTERA Q.

Q E' lettera laqual piu ueramẽte ſi potrebbe dire piu toſto abbreuiatura, ò compoſitione della lettera c. & u, onde gli Hebrei, i Greci, ne altra natione ha tal lettera, ma uſano la C loro inſieme con la V. Il che faceuano anco piu anticamente i Latini. Queſta lettera in lingua coſi Latina, come Italiana non può ſtar mai che nõ habbia appreſſo la lettera V. onde ſi uiene à conoſcere, ch'ella faccia quaſi l'ufficio della C. Perciò che ſcriuendo Queſta, Quale, quiui, & altre, è quaſi il medeſimo che à ſcriuere Cueſta, Cuale, Cuiui, ſe non che con la Q hanno quelle ſillabe alquanto piu di forza, & ſi proferiſcono tre uocali ſchiettamente in una ſillaba ſola ſenza ritegno ò diuiſione come pur ſi fa un pochetto nelle ſcritte per C & V. La onde tenendola non abbreuiatura propriamente, diciamo piu toſto ch'ella ſia lettera per ſe ſteſſa, ma di moltiſsima conformità, & quaſi d'una natura ſteſſa, con la C. & per queſto ogni uolta che s'ha da proferir piu gagliarda, & raddoppiarſi di ſuono, non ſi raddoppia nella ſcrittura la lettera ſteſſa, ma ui ſi pone in ſua uece la C. Acqua, Nocque, Tacque & coſi d'ogn'altra.

DE LITERA Q

Q LITERA muta eſt, propemodum ſuperuacua ſicut & K, quoniam c, poteſt implere earum uicem, & propter nihil aliud ſcribenda uidetur, niſi ut u, uocalem ſemper poſt ſe ſequentem, in eadem ſyllaba cum altera uocali coniungat, quæ alioqui in eadem ſyllaba coniungi non poſſet, obliquioremq́; & pinguiorem efficiat ſonum.

Quintilianus lib. 12. cap. 10. Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad coniungendas demum ſubiectas ſibi uocales eſt utilis, alias ſuperuacua: ut cum Equum, ac Equos ſcribimus, cum ipſæ etiã uocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoq́; ſcribi illorum literis non poteſt. Quod ſanè terminatio, ipſius q. & neceſſaria conſequentia alterius u, poſt illud, & ante alteram uocalem indicare poteſt. Nunquam enim in eadem ſyllaba uocalem poſt q. ponere poſſumus, quin inter q. & uocalem interponamus: ut Qualis Quæror, Sequitur. Loquor, et Quum, Mutatur autem q. in c: ut Loquor, locutus, Sequor ſecutus: in ſ, ut Torqueo torſi: in x, ut Coquo coxi.

Q ANTE V.

QVA, *Perche luogo* (τῇ ἢ, δι' ἧς) aduerbium, modo ſignificat per quem locum. Auctor Priap. ad frontem dic mihi qua ſit iter. Cic. pro Cecina: Omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum. Idem 4. Philipp. Ipſe in templum, neſcio quà, per cuniculũ aſcendit. Modo in quantũ, ſiue quatenus, καθόσον Senec. Hominem quippe, qua animal eſt, moueri ſenſu oportet. Modo partim, uel tum. Plin. Epiſt. 49. li. 3 Medium tempus diſtentum, impeditumq́; quà officijs maximis, quà amicitia principum egiſſe. Cicero Quinto fratri: Omnia conueſtiuit hedera, quà baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis. Idem Attico l. 1. Qua domini, quà aduocati ſibilis conſciſſi ſunt. id eſt, tũ domini, tum aduocati Idem alibi ad eundẽ: At quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia? quàm euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congreſſus, ſermoniſq́; cũ Cæſare. id eſt, tũ itineris, tum nauigationis, tum congreſſus, & ſermonis cũ Cæſare. Vel (ut Budæus interpretatur) Qua in parte itineris, nauigationis, et congreſſus ſit metio. Et rurſum li. 15. Intelligo te diſtentiſsimũ eſſe qua de Buthrotiis, qua de Bruto ideſt partim ob Buthrotios partim ob Bruti ludos. Interdũ Qua idem ualet quod Qua ratione, uel quo modo. Verg. 2. Aene. Quà facere id poſsis, noſtram nunc accipe mentem. Aliquãdo idem, quod qua parte. Ouid in Epiſt. Phyllidis: Qua patet umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmũ.

Eſt etiã Qua, ablatiuus fem à nominatiuo Quæ: nã Qua nominatiuo nõ utimur, niſi in compoſitis. Qua gratia pulchrè dicitur pro quamobrem. Plau. in Amph. Amphitryo redire ad nauem melius eſt nos. A M. Qua gratia? Qua de re ſimiliter aliquando pro quamobrem ponitur. Cic. Qua de re iudices uobis magnopere prouidendum eſt. Alias idẽ eſt quod De qua re. Cic. 2. Rhetor firmatur ſimilitudine eius rei, qua de re agitur, &c. Qua cauſa, idẽ quod quamobrem. Plaut. in Menæch. Quid de te metui, qua me cauſa perdere? Similiter de qua cauſa. Pli. lib. 18 cap. 7. Qua de cauſa leuior illis, quam cæteris, panis eſt.

QVACVNQVE, *(Per qualunque luogo che)* aduerbium eſt loci, ſignificans per quãcunque partem uel per quemcunque locũ. Liu. 1. ab. Vrb. Vbi eo uentũ eſt, quacunque incedit, armata multitudo pauorem ac tumultũ facit. Eſt etiam Quacunque ablatiuus à Quæcunque. Ibidem: Is Aſcanius, ubicunque, & quacunque matre genitus &c.

QVADANTENVS, ante pen. acuta, *(Alquanto)* (ἕως τινός, μέχρι τινός) uſque ad quandam partem, ſiue aliquantulum. Pli. li. 29. ca. 10. Tria autẽ genera eius latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

QVADI, (κουάδοι Dioni) Bohemorum olim gens, ſicut & Marcomani. Hiero. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes equorum, & uulpium carnibus delectantur.

QVADRA, dræ, *(Quadro, tagliere)* (πίναξ) inſtrumentum planum, aut modicè concauum, ſuper quo cibos diſſecamus: ita dictũ à figura quadrata: nam quæ orbiculari ſiunt figura, Orbes potius nominantur, Exedẽ & Menſæ dicuntur: ſolentq́; in iis cibi ſingulis conuiuis apponi. Neq; ſolum ex ligno, ſtannove aut argento, ut hodie, uerum etiam ex pane fiebant. Vnde eſt illud apud Verg. 7. Aeneid. Patulis nec parcere quadris. Et paulò pòſt: Heus etiam menſas cõſumimus. Aliena quadra uiuere, eſt alienis ſumptibus uictitare. Iuue. Satyr. 5. Vt bona ſumma putes aliena uiuere quadra. Quadra placentæ. Martial. lib. 6. Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ, Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile.

QVADRAGENI, æ, a, quamuis proprie ſit numerus diſtributiuus, ſicut Bini & Terni frequenter tamen accipitur ſimpliciter pro quadraginta, Col. lib. 5. ca. 2. Centies uicies duceni quadrageni ſiunt uigintiocto millia, & octingenti.

QVADRAGESIMVS, a, um, *(Quarenteſimo)* (τεσσαρακοστὸς) unus ex numero quadragenario. Pli. li. 14. c. 20. Docti parte quadrageſima. Aliquando ultimus ex quadraginta. Idem li. 2. c. 8. Quadrageſima ſecunda Olympiade.

QVADRAGESIMA, *(Quarenteſima)* (τεσσαρακοστὴ) abſolute dicitur pro quadrageſima parte. Sueton. in Caligula. c. 4. Pro litibus, atque iudicijs ubicũque conceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Sic dicimus Decimam, Vigeſimam, Quinquageſimam, Centeſimam, partis uocabulũ uenuſtè ſubintelligentes, quod ruſticè exprimeretur.

QVADRAGENARIVS, a, um, quod in ſe continet quadraginta: ut, Quadragenarius lapis: id ẽ, quadraginta librarũ. Quadragenarius homo, (τεσσαρακονταέτης) id eſt, quadraginta annorũ. Grex quadragenarius: id eſt, quadraginta capitum. Liu. 7. ab urb. Quadragenariæ octo cohortes lecta robora uirorũ ſcribuntur. Quadragenariæ cohortes: id eſt, quadraginta uiros continentes.

QVADRAGINTA,{*Quaranta*}(τεσσαράκοντα)quater decem, adiectiuũ eſt numeri cardinalis. Quadragies,(τεσσαρακοντάκις)aduerbium numerandi idem ſignificans,quod quater decem.

QVADRANGVLVS,adiectiuũ,{*Di quattro cantoni*}(τετράγωνος)quod habet quatuor angulos.

QVADRANS,{*Vn quarto*}(τεταρτημόριον) quarta pars aſsis,hoc eſt, unciæ tres. Plin.lib.28. Ad tuſsim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere, in uini ſextarijs tribus. Quoties autem de re numaria ſermo eſt, Quadrans, æreus nummulus eſt,teſte Plinio,qui & Triuncis, uel Triunx uocatur, à tribus uncijs. Vt enim Seſtertius quarta pars denarij, ita Quadrans quarta pars aſsis. Iuuen.Saty.7. Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur. Quadrans operæ,apud Colum.lib 2.cap.4.eſt quarta pars operæ. Eſt etiam Quadrans cum de menſuris loquimur, quarta pars Romani ſextarij, hoc eſt cyathi, uel unciæ tres. Quadrans pedis (παλαιστή) eſt menſura quatuor digitorum, quam etiam Palmum minorem uocamus. Hinc Quadrantalis, & hoc tale. Plin.lib.15.cap.13.Quatuor pedum & ſemipedis per medium ambitum, craſsitudine quadrantali. id eſt,pedis quartæ partis.

QVADRANTAL,(κύβος)figura eſt,omni ex parte quadrata,quales ſunt cubi,& teſſeræ,quibus in alueolo luditur. In quacunque enim partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. Eſt etiam Quadrantal (ἀμφορεύς) menſuræ genus,pedem quaquauerſum quadratum habens continens ſextarios quadraginta octo:uſitatiore nomine Amphoram appellamus. Plaut.in Curcul. Anus hæc ſitit. PA. Quantillum ſitit? PH. modica eſt,capit quadrantal.

QVADRANTARIVS,a,um,(τεταρτημοριαῖος)adiectiuum eſt à quadrante deductum:ut,Quadrãtaria permutatio.id eſt,permutatio quadrantum.Cic. pro Cælio: Niſi fortaſſe mulier potens quadrantaria illa permutatione facta familiaris erat balneatori. Accipitur pro uili & contemnendo:unde Quadrantaria meretrix dicitur,uiliſsimum ſcortum, quod uix paucis quadrantibus noctes ſuas poſſet locare. Huc etiam reſpexiſſe uidetur Cæcilius ad Quintilianum, Cum Clytemneſtram Quadrantariam uocat, impudicitiam nimirum illius notans. Solet enim proſtibulis aliquot quadrantum merces eſſe conſtituta.

QVADRARIVS,adiectiuum,(τετράγωνος)idem quod quadratus,aut certe quadrangulos:ut, Vas quadrarium. Cato de Re ruſt.cap.18. Torcularium ſi ædificare uoles quadrarijs uaſis,uti contractiora ſient, ad hunc modum uaſa componito.

QVADRATARII,dicũtur marmorarij,qui marmora ad amuſsim quadrãt. Qua uoce uſus eſt Sidonius Apollinaris: Vide(inquit) ut uitium non faciat in marmore lapicida: quod factum ſiue de induſtria,ſiue per incuriam, mihi magis,q̃ quadratario, liuidus lector adſcribat.

QVADRATVRA,{*Quadratura*}(τετραγωνισμός) ipſa quadratio: hoc eſt, alterius figuræ ad quadratam reductio. Vnde Archimedes ſcripſit de Quadratura circuli.

QVADRATVS, Apoſtolorum diſcipulus, Præſul Athenienſis,una cum Philippi ſiliabus,prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos,ſua prudentia redintegrauit. Adriano principi Athenas uenienti,librum pro noſtra religione compoſitum dicauit,ualde quidẽ probatum:in quo ſuæ fidei rationem aſsignat, uidiſſeq; ſe plurimos in Iudæa aſſerit,qui uarijs preſsi calamitatibus,liberati ſunt. ſed & mortuos quoque reuixiſſe. Ex Hieronymo & Euſebio.

QVADRATVS,a,um,{*Quadrato*}(τετράγωνος)quod habet quatuor angulos rectos æquales. Liu.6. ab urb. Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructũ eſt. Plin. Epiſt.254. Manent adhuc paucisſimi arcus: poſſunt & erigi quidam lapide quadrato,qui ex ſuperiori opere detractus eſt. Quadratum agmen. Cic.2.Philipp. Agmine quadrato cum gladijs ſequuntur ſcutati milites. Liu. 2 ab urbe: Valerius quadrato agmine peditem ducit. Turres quadratæ, id eſt, quadrilateræ,apud Lucr.lib.4. Dimenſio quadrati,Cic.8. Tuſcul. Mutare quadrata rotundis. Horat.1.Epiſto.1. Quadratum corpus,id eſt,mediocre, quod neque nimis procerum eſt,neque nimium humile,ſed medio quodam temperamento decorum. Celius medicinæ lib.2. Corpus habiliſsimum quadratum eſt,neque gracile,neque obeſum. Nam longa ſtatura, ut in iuuentute decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. Columella de canibus: Probatur,inquit,quadratus potius, q̃ longus aut breuis. Sic Suetonius Veſpaſianum ſcribit quadrata fuiſſe ſtatura. Quadrata compoſitio.i.æqualiter fuſa. Quintil.lib.2.cap.5. Quæ leuis & quadrata,ſed uirilis tamen compoſitio.

QVADRICORNIVM,{*Di quattro corne*}(τετράκερως) dicimus qd' quatuor cornua habet.

QVADRIDENS,{*Di quattro denti*}omnis gen. quod quatuor habet dentes. Cato cap.10. Rutra quinque,raſtros quadridentes duos.

QVADRIENNIVM,nij,{*Spatio di quatr'anni*}(τετραετία)ſpatium quatuor annorum. Cic.5.Verr. Nam cũ quadriennio poſt in Siciliã ueniſſem, &c.

QVADRIFARIAM,{*In quattro parti*}(τετραχῶς)aduerbium, quadripertitò,hoc eſt,in quatuor partes Liu.4.ab Vrbe: Quadrifariam diuiſo exercitu. Idem lib.1. Quadrifariam enim urbe diuiſa regionibus collibusq́;, quæ habitabantur partes,tribus eas appellauit. Sueto.in Vitell.cap.13. Sed uel præcipuè luxuriæ ſæuitiæq́; deditus,epulas trifariam ſemper,interdum quadrifariam diſpertiebat,in ientacula, & prandia, & cœnas, comeſſationesq́;.

QVADRIFIDVS,a,um, pen. cor.{*Sfeſſo,ò che ſi può ſfendere in quattro parti*}(τετράσχιστος)quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. Vergil.2. Georg. Quadrifidasq́; ſudes,& acuto robore, uallos. hoc eſt,ita robuſtas, ut in quatuor partes diuidi poſſint. Trabes quadrifida, Valer.1.Argon. Labor quadrifidus, Claud.5.Paneg.

QVADRIFORIS,& hoc quadrifore.{*Di quattro porte*}(τετράθυρος) qđ quatuor fores,ſiue foramina habet. Plin.lib.11.cap.21. Veſpæ nidos Vere faciunt ferè quadriforos.

QVADRIFORME{*Di quattro forme*}(τετράμορφον) quod habet quatuor formas.

QVADRIGA,æ,pen. prod. {*Carretta di quattro caualli*}(τέθριππος) currus quatuor equis iunctus,quaſi quadriiuga. Gell.libro 19.cap.8. Quadrigas Cæſar etiamſi currus unus, equorum quatuor iunctorum agmen unum ſit, pluratiuo numero ſemper dicendas putat. Horat.2.Car.Ode 16. Tibi tollit hinnitũ apta quadrigis equa. Cic.de Clar.Orato. Nec enim in quadrigis eum ſecundum numerarim,aut tertium,qui uix è carceribus exierit. Idem 3 de Natu.Deo. Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. Aliquando Quadrigarum nomine intelliguntur equi qui quadrigas agunt. Colum.lib.3.cap.9. Vnde ſacrorũ certaminum ſtudioſi pernicioſiſsimarum quadrigarum ſemina diligẽti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futurarum uictoriarũ concipiunt, propagata ſobole generoſi armenti. Plaut in Aſin. Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubduxerit. Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Vbi Quadrigas albas uocat equos Veneris,qui albi erant, & citi. Vt ſit ſenſus, Etiamſi currum Veneris ab aliis bus uectum, & per hoc ſummæ celeritatis,cõſcenderet, & ſequi uellet iam amiſſam occaſionem,nunquam eam conſequeretur. Verg.8. Aen. Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerunt. Hinc Quadrigula diminutiuũ. Cic.de Fato: At Philippus haſce in capulo quadrigulas uitare monebatur?

QVADRIGARIVS,rij,(τεθριππελάτης) qui quadrigas in Circẽſibus agebat,inquit Aſconius. Varro 2.de Re ruſt.cap.7. Docet aliter quadrigarius, & deſultor. Fuit præterea hoc cognomen Q.Claudij,ſcriptoris uetuſtiſsimi, non ſemel ab A.Gellio citati.

QVADRIIVGI,ſiue Quadrijuges,pe.cor.(τετράζυγες, τετράοροι)equi quaterni ad unum iugum alligati:ſicut Biiugi, Triiugi, & Seiugi quum duo, uel tres,uel ſex equi ad unum iugum adhibentur. Ouid 2. Metam. Tritumq́; relinquunt Quadriiuges ſpatium:nec,quo prius,ordine currunt. Verg.10. Aen. Quin ecce Niphæi Quadriiuges in equos, aduerſaq́; pectora tendit. Currus quadriiugi, τέθριππος. idem quod quadriga, id eſt, currus quatuor equos iunctos habens. Verg.3.Georg. Quadriiugo uehitur curru.

QVADRIGATVS,numus erat argenteus, quadrigæ imaginem habens impreſſam:ſicut Bigatus,qui bigarum notam habebat. Plin.lib 3.cap.33. Nota argẽti fuere bigæ,atque quadrigæ:& inde Bigati, & Quadrigati dicti. Liu. 2.Bell.Pun. Pacti uti arma,atque equos traderent,in capita Romana trecenis numis quadrigatis,in ſocios ducenis, in ſeruos centenis.

QVADRIGEMINVS, adiectiuum. Plin.libro 8.cap.23. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu, &c. id eſt, quatuor cornicula.

QVADRILATERVM,{*Di quattro lati*}(τετράπλευρον)quod habet quatuor latera.

QVADRILIBRIS,& hoc quadrilibre,penult.prod.{*Di quattro libre*}quod eſt ponderis quatuor librarum. Plaut.in Aul. Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo:quis me eſt diuitior?

QVADRILINGVIS,{*Di quattro lingue*}(τετράγλωσσος) qui quatuor linguas habet:aut qui quatuor diuerſis loquitur linguis.

QVADRIMEMBRIS,(τετραμελής)quatuor membrorum,hoc eſt,partiũ.

QVADRIMVS,ma,mum,pen.prod.{*Di quattro anni*}(τετραετής)quod habet quatuor annos. Plaut in Cap. Perdidi unum filium puerum quadrimũ. Pli. lib.8.cap.44. Ad tales partus equis neque quadrimis minores, neque decennibus maiores. Hinc deducitur diminutiuum Quadrimulus. Plaut.in Pœn. Altera quinquennis,altera autem quadrimula, Cum nutrice una periere.

QVADRIMATVS,us,{*Età di quatr'anni*}(τετραετία)ætas quatuor annorum. Plin.lib.8.cap.45. Id conſequutus eſt non ante quadrimatum ad partus uocando. Agere quadrimatum. Colum.lib.7.cap.9. Quam ſalaciſsimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commode progenerant, dum quadrimatum agant.

QVADRINGENTI,tæ,ta,{*Quatrocento*}(τετρακόσιοι)quater centum numeri cardinalis eſt. Cic.in Piſonem: Centum prope annos legem, Heliam & Fuſiam tenueramus: quadringentos iudicium,rationemq́; Cenſoriam. Idem de Diuin. Tali quadringenti iacti. Hinc Quadringenties,aduerbium. Cic. pro Rab. Seſtertiũ bis millies & quadringenties,ne magnopere contemneret. Quadringenteſimus,a,um,(τετρακοσιοστός)unus,uel poſtremus ex quadringentis. Pli.lib.8. cap 6. Anno urbis quadringenteſimo ſeptuageſimoſecundo. Quadringenus, a,um, & ut nonnulli legunt, Quadrigenus,uel Quadricenus. Liui.8.ab Vrbe: Vectigal quoque eis Campanus populus iuſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere autem mille & ſexcenti) denarios nummos quadrigenos quinquagenos.

QVADRINOCTIVM,{*Spatio di quattro notti*} (τετρανύκτιον) tempus quatuor noctium: ſicut Binoctium ſpatium duarum noctium.

QVADRINVS,adiectiuum,pen.prod. pro Quatuor dicitur, ut Trinus, pro tribus. Plin.lib.11.cap.36. Mutationes, & in alias figuras tranſitus trinis, aut quadrinis diebus.

QVADRIPERTIOR,iris,{*Partire in quattro parti*}(τετραχῶς μερίζω) in quatuor partes diuido: unde Quadripertitũ,in quatuor partes diuiſum. Plin. lib.15.cap.22. Nucleorumq́; illis quadripertita diſtinctio. Cic.3.Verr. Quare hæc eadem erit quadripertita diſtributio totius accuſationis meæ.

QVADRIPERTITO{*In quattro parti*}(τετραχῶς)aduerbium,idem ſignificans quod quadrupliciter,ſiue in quatuor partes.

QVADRIREMIS,huius quadriremis,pen.pro. {*Galea da quattro remi per banco*}(τετρήρης)nauis,quæ quatuor remorum ordines habet. Liui 4. Bell. Præmiſſa quadriremis,cũ intraſſet fauces portus,capitur Cic.7.Verr. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

QVADRIVIVM{*Luogo di quattro uie*} (τετράοδος) dicitur locus publicus,ubi quatuor uiæ concurrunt. Catull.ad Cælium de Lesbia: Nunc in quadriuijs & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Iuue.Saty.1. Non'ne libet medio ceras implere capaces Quadriuio?

QVADRO,as,{*Squadrare*}(τετραγωνίζω)in quadrum redigo. Hora.1.Epiſt. 6. Et quæ pars quadret aceruum. Colum.lib.11.cap.2. Abies atque populus ſingulis operis ad unguem quadrantur. Per tranſlationem ponitur pro conſentire,& ex omni parte conuenire, ἁρμόζειν, συναπτειν. Tractum à lapidibus quadris,qui omnium laterum æquali proportione inter ſe optime conueniunt. Verg.2.Geor. Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Apul. Vt omnia ad calamiſtratem quadrarent. Cic.3.de Orato. Et eam coniunctionem,ſicuti uerſum,numeroſè cadere, & quadrare, & perfici uolumus. Idẽ de Clar.Orat. Quoniã,tibi quadrat omnia in illis fuiſſe patio. Quadrare ad. Cic.ad Att.lib 4. Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. Quadrare in. Cic.pro Cælio: Quod profecta nunquam hominum ſermo,atque opinio cõ

probaſſet, niſi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrate aptè uiderentur. Summa rationum Quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua: id eſt, cum æqualis eſt ſumma accepti, & expenſi. Budæus.

QVADRVM, quadri, {*Quadro*} (τετράγωνον) idem quod quadratum, quod ſ. quatuor æquales lineas, quatuorq; angulos rectos habet. Col. lib. 8. cap. 3. Perticæ dolantur in quadrum. In quadrum ſententias redigere: hoc eſt, æqualiter fundere, & ſuo numero ſeruatu æqualiter diſponere: forma enim quadrata, inquit Quintilianus, nulla eſt ex parte neque longior, neque breuior. Cic. in Orat. Quin redigeret omnes ferè in quadrum, numerumq; ſententias.

QVADRVPEDO, as, pen. cor. {*Andare in quattro piedi, andare in carpone*} (τετραποδίζω, τετράποδον βαδίζω) quatuor pedibus gradior. Vnde Quadrupedantia animalia, quadrupedia dicuntur. Vergil. 11. Aened. de equis: Perfractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Plin. lib 8. cap. 45. Theſſalorum gentis inuentum eſt, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Quadrupedans ſonitus: Verg. 8. Aeneid. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

QVADRVPES, quadrupedis, {*Di quattro piedi*} (τετράπους) proprie adiectiuum eſt, quod de omni eo dicitur quod quatuor habet pedes. Terent. in And. Tu tamen cura aſſeruandum uinctum: atque audin'? quadrupedem conſtringito. Ouid. 15. Metam. Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans, Mox quadrupes, rituq; tulit ſua membra ferarum. Sæpe tamen accipitur ſubſtantiue: idq; modo in maſculino genere. Verg. 11. Aeneid. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Modo in fœm. gene. Quintil. lib. 2. cap. 10. Diſtentæ quadrupedes uiridi pabulo. Cic. in Parad. Nihil inter te, atque inter quadrupedem intereſt. Plin. lib. 10 cap. 33. Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Aliquando etiam in neutro. Colum. lib. 11. cap. 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignati debent. Idem lib. 2. cap. 24. Quinetiam pecus lanatum, cunctaq; quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrandi.

QVADRVPLATORES, {*Accuſatori, ſpioni*} (κατήγοροι, συκοφάνται, φυλογκλήμονες) à Quadruplor, aris, dicuntur delatores, quod quartam partem bonorum damnati adipiſcebantur. Cic. 4. Verr. Petit Næuius Turpio quidā iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu. 3. ab urb. Clarum hac fore imagine Scaptium nomen? popu. Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ perſonam laturum? Aſcon. Quadruplatores, delatores erāt criminum publicorum: in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur.

QVADRVPLEX, huius quadruplicis, pen. cor generis omnis {*Di quattro ſorti*} (τετραπλοῦν) quod aut quatuor eſt modorum, aut quatuor ſpecierum, aut ordinum quatuor. Liu. 10. Bell Pun. Oneraria rum quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit. Cic. 1. Arato: Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas. Interdum multiplicatiui numeri uim habet, idem ſignificans quadruplus, τετραπλάσιος. Plau. Curcul. Quam ego pecuniam quadruplicem abs te lenone auferam Plin. lib. 12. cap. 11. Alia arbor floret, albæ uiolæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici.

QVADRVPLICO, as, pen. cor. {*Quadruplicare*} (τετραπλασιάζω) in quadruplum augeo. Plau. Sticho: Qui me in mercimoniis iuuit, lucriſq; quadruplicauit rem meam. Quadruplicatò, pen. pro. aduerbium. Plin. lib. 14 cap. 4. Emptis quadruplicatò uineis illius intra decimum ferè curæ annum. Idem lib. 2. cap. 17. Veneris quindecim, & pluribus ſubit: Rurſus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur: Martis etiam quadruplicato.

QVADRVPLOR, aris, (φαίνω, κατηγορῶ) quadruplaturā exerceo, ſiue delator fio, & damnati quartam partem accipio. Plau in Perſa: Neque quadruplari me uolo. Neque enim decet, ſine meo periculo abire aliena ereptum bona.

QVADRVPLVS, a, um, {*Di quattro doppie*} (τετραπλάσιος) numeri multiplicatiui eſt, idem ſignificans, quod quater tantundem. Plin lib. 7. cap 48. Cornici nouem noſtras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis. id triplicatum coruis. Plaut. in Truc. Poſt id ego in te manum iniiciam quadruplus uenefica. Id eſt, ego quartus, ſeu à tribus adiutus. Quintil. lib. 7. cap. 5. Cum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſq;, an duplum debeat. Id eſt, quater aut bis tantum, quantum abſtulit. Cato in Præfatione operis de Re ruſt. Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita in legibus poſuere, furem, dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quadruplò, aduerbium. Plin. lib. 11. cap. 37. de elephantis. Pulmo quadruplo maior bubulo.

QVADRVS, a, um, {*Quadro*} (τετράγωνος) idē quod quadratus, hoc eſt, quatuor angulos rectos habens. & æquales. Col. lib. 8. cap. 3. Perticæ dolantur in quadrum. Reliqua uide paulo ante in dictione Quadrum.

QVÆ, fœmininum à Quis, {*La quale, quale*} (τίς) modo interrogatiuè accipitur, modo relatiuè, modo infinitè, & cum æ, diphthongo ſcribitur cum omnibus compoſitis, ut differat à Que coniunctione. ut Quænam, Quæq;, Quædā, Quæuis, Quæcunque, Quælibet, & cætera huiuſmodi.

QVÆRITO, as, {*Cercare*} (ἐπιζητέω) frequentatiuum, ſignificat inſtanter quęro: Terent. in And Ehem opportunè: te ipſum quærito. Propriè tamen Quæritantes (προσαιτοῦντες) dicuntur, qui quotidie inquirendo uix uictum inueniunt, ut inquit Donat. in illud Terent. in And. Lana ac tela uictum quæritans. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam. id eſt, oſtiatim quærendo uictum, quod mendici faciunt, qui & Rogatores (προσαιτοῦντες) dicuntur. Plaut. Vt rogator oſtiatim petam panem

QVÆRO, ris, quæſiui, quæſitū, & quæſtum per ſyncopen, {*Cercare*} (ζητέω) idem quod inueſtigo, uel inuenire laboro. Terent. in Adelph. Te quærebam ipſum: ſalue Demea. Idem Eunuc. Vbi quæram? ubi inueſtigem? quem percōter? quā inſiſtam uiam? Donatus. Non reperitur, niſi quod quæritur: non quæritur, niſi quod præſto non ſit. Iuuen. Saty 9. Nec deerit, qui te per compita quærat Nolentem. Verg. 9. Aeneid. Huc turbidus, atque huc Luſtrat equo muros, aditumq; per auia quærit. Itē lucrari, & acquirere. πορίζεσθαι, κτᾶσθαι, πορίζειν, προσποιεῖσθαι. Plaut. Triu. Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro Cic pro Quint. Nec mirum ſi is qui uocem uenalem habuerat, ea quæ uoce quæſierat, magno ſibi quæſtui fore putabat. Aliquando ponitur pro percontari, ſciſcitari, petere, interrogare, πυνθάνεσθαι, ἐρωτᾶν. Plaut. in Amph. Atque ut ne, qui eſſem, familiares quęrerent. Aliquando pro diſputare, conſulere, diſcutere. Plin lib. 13. cap. 3. Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ ſint utiliſſimæ. Aliquando Quærere eſt id, quod uulgò dicitur informationes facere. Cic. pro Milone: Tulit enim de cæde, quæ in Appia uia facta eſſet, in qua Publius Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. Quęrēs, tis, partic. Cic. 1. de Orato Mihi percunctanti, aut aliquid quærenti nunquàm defuiſti. Quærendus. Senec. Hercu. Oetæo: Quoties genitor quærēdus eras?

Quæſitus, a, um, particip ſiue nomen ex participio: ut, Artes quæſitæ. Verg. 3. Georg. Quæſitæq; nocent artes. Ouid. 14. Metam. Vixq; fuga quæſita ſalus comitiq; mihiq;. Tacit. lib 3. Adulatio quæſitior fuit. Id eſt, exquiſitior. Idē lib. 2. Excepere Græci quęſitiſſimis honoribus. Hoc eſt, exquiſitiſſimis. Quęſitum, ti. pen pro. pro re parta Ouid. 7. Metam. Parcum genus eſt, patienſq; laborū, Quæſitiq; tenax. Cic. in Parad. Cui quæſito autem opus ſit, quis unquā hunc uere dixerit diuitem? Quæſitum, pro eo quod eſt rogatum, ſiue interrogatum. Ouid. 4. Metam. Accipe quæſiti cauſam. Huius uerbi compoſita mutantæ, in i, productū, q̄ ſunt, Acquiro, Inquiro, Circunquiro, Conquiro, Diſquiro, Exquiro, Inquiro, Perquiro, & Requiro: quorum ſignificata uide ſuis locis.

QVÆSITOR, oris, {*Giudice de maleficii*} (ὁ ἀρχικριτής) iudex capitali quæſtioni præfectus. Cic. pro Fonteio: Quid mihi opus eſt ſapiēte iudice, quid ęquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Verg. 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam mouet: ille ſilentum Conciliumq; uocat, uitaſq; & crimina diſcit. Verū de hoc latius in dictione Quęſtor.

QVÆSITO, as, pen. cor. frequentatiuum eſt, exoletum à uerbo Quæſo. Priſcianus: Quærito Quærito differentiæ cauſa facit: quia à Quæſo Quæſito fit.

QVÆSO, {*Di gratia, ti prego*} (δέομαι) primam perſonam indicatiui tantum habet, in utroque numero: in ſingulari Quæſo, in plurali Quæſumus: cætera exoleuerunt. Eſt autem Quæſo idem quod rogo. Cic. 2. Verr. Quid eſt, quæſo Metelle, iudicium corrumpere, ſi hoc non eſt? Plau. Amph. Quæſo ædepol, num tu etiam inſanis, cum idem interrogas? Terent. Adelph. Deos quæſo ut iſtæc prohibeant. Cic. pro Arch. Quæſo à uobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc ueniam, accommodatam huic reo, uobis, quemadmodum ſpero, nō moleſtam. Brutus Ciceroni lib. 11. Deos quæſumus conſilia tua reipub. ſalutaria ſint. Antiqui declinabant, Quæſo, quæſis, quæſi, quæſum: uel ſecundum Probū quæſiui, quæſitum. Lucret. lib. 1. tertia perſona ſingulari præſentis uſus eſt: Nā diuum pacem uotis adit, & prece quæſit. Apud Salluſtium quoque libr. 1. Hiſtor. lectum eſt præteritum Quæſiuit: Curionem (inquit) quæſiuit uti adoleſcentior, & à populi ſuffragiis integer, ætati concederet Mamerci. Huius frequentatiuum eſt Quæſito, as, de quo ſupra.

QVÆSTICVLVS, li, {*Guadagnetto*} (κερδύφιον) diminutiuum, à Quæſtus, idem quod lucellum, hoc eſt, paruum lucrum. Cicero libro 2. de Diuinat. Aut fiſſum iecoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cœlo, terra, rerumq; natura?

QVÆSTIO, onis, {*Queſtione, inquiſitione*} (ζήτημα) inueſtigatio, actus quærēdi: à ſupino Quæſtum. Plaut. Ciſtel. Iube domi opperirier, Ne quæſtioni mihi ſit, ſi quid eum uelim. Id eſt, ne cogar eum quærere. Quandoque ſignificat dubitationem, ſiue interrogationem, (πρόβλημα, ἐρώτημα) ut, Quæſtio eſt, an mundus æternus ſit. Plin. lib. 7. cap. 28. Fortitudo in quo maximè extiterit, immēſæ quæſtionis eſt. Cic. 2. de Natu Deor. Diuidunt noſtri totam iſtam de dijs immortalibus quæſtionem in partes quatuor: Primum docent eſſe deos: deinde, quales ſint: tum, mundum ab his adminiſtrari: poſtremo, conſulere eos rebus humanis. Eius diminutiuū eſt Quæſtiuncula, (ἐρωτημάτιον) parua interrogatio, uel dubitatio. Cic. 1. de Orato. Quæſtiunculā de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Apud Rhetores item Quæſtio appellatur, circa quam cauſæ totius cardo uertitur, quæq; ex conflictione in conſtitutione cauſarum gignit controuerſiam. Significat & Quæſtio id, quod uulgo informationes dicimus. Cic. pro Mil. Nū quæ noua quæſtio decreta eſt. Quandoque torturam corporis eruendæ ueritatis cauſa factam, quam βάσανον Græci uocant. Cic. pro Cluent. Saſſia habere quæſtionem de uiri morte conſtituit. Idem pro Roſc. Amer. Aliquoties duos ſeruos paternos in quæſtionē Sext. Roſc. poſtulauit. Iudex quæſtionis dicitur, qui iudicio capitali exercendo præeſt. Cic. Ibidem: Cū huic quæſtioni iudex præeſſes. Exercere quæſtionem. Idem de Finib. Cum prętor quæſtionē inter ſicarios exercuiſſet, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam.

QVÆSTOR, oris, {*Teſoriere, camerlenga*} (ταμίας, ταμιεύς) pręfoſitus pecuniæ publicæ, qui curam ærarij habet. Cic. lib. 2 de Inuent. Rhodij quoſdam legarunt Athenas, legatis Quæſtores ſumptum, quem oportebat dari, non dederunt. Quæſtorum autem officium primum bellorum cauſa inuentū eſt. Mittebantur enim Quæſtores cum conſulibus & Prætoribus in militiam ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam ac manubias in rationes publicas referendas. Cice. de Seneſt. ex perſona Catonis. Sed tamen hoc queo dicere, non me quidem his eſſe uiribus, quibus aut miles Punico bello, aut Quæſtor in eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim. Huiuſmodi Quæſtores hodie Theſaurios bellicos uocamus. Quæſtores urbani, inquit Budęus, ærariū curabant, ciuium pecunias expenſas, & acceptas referre in tabulas publicas conſueuerant. Pro ijs nunc Præfectos ratiocinorum habemus, quos Magiſtros computorum uocamus. Pecunia publica Romæ in templo Saturni condita erat, quod Aerariū dicebatur, quam Tribuni ærarij, cum opus erat, promebāt. Quæſtores ærarios hodie uocare poſſumus eos, quos mulctarum, ut & uulgus loquitur, emendarū receptores uocant. Quæſtor item dicitur, qui præeſt iudicijs exercendis, & maleficijs puniendis (ὁ ἀρχικρίτης) quem Maleficiorum iudicē appellare ſolemus. Vſitatius tamen hunc Quæſitorem uocamus. Cice pro Font. Quid mihi opus eſt ſapiente iudice, quid æquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Idē in Vatinium: Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt urbem conditā Tribunos plebis appellarit, ne cauſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumq; ui deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas deiecerit? Ad hanc autem ſimilitudinem (inquit Aſconius Pædianus) Vergilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam prætor ſit rerum capitalium, Quæſitorem appellat. Dat ei ſortitionem, ubi urnam nominat: dat ei electionem iudicum, cum dicit, Conciliumq; uocat: dat cognitionem facinorum, cum dicit, Vitaſq; & crimina diſcit. Verba Vergilij hæc ſunt 6. Aeneid. Nec uero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes: Quæſitor Minos urnam mouet, ille ſilentum Conciliumq; uocat, uitaſq; & crimina diſcit. Claud. lib. 3. de Raptu Proſerpinæ: Quæſitor in

alio Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos. Quæſtor autem dictus à quærendo, quod conquireret publicas pecunias, & maleficia, quæ triumuiri capitales nunc conquirunt.

QVÆSTORIVS, a, um, (ταμιευτικός) quod ad Quæſtorem pertinet. Cice. Cannino libro 2. Quod ego officio Quæſtorio te adductum feciſſe, &c. Idem 3 Verrin. Tu in ijſdem alijs locis Legatus Quæſtorius oppida parata ſociorum atque amicorum diripienda ac uexanda curaſti. Perſona quæſtoria, Cicero pro Plancio.

QVÆSTORIVS, rij, (ὁ ταμιεύσας) qui quæſtura perfunctus eſt Cicero 13. Philipp. Qui Aedilitij: qui Tribunitij? qui quæſtorij? Idem de Clar. Orato. Sicinius quæſtorius mortuus eſt.

QVÆSTORIVM, rij, neut. gen. ſubſtantiuum, (ταμιεῖον) Quæſtoris erat tabernaculum, ſicut Prætorium, domus uel tabernaculum prætoris. Liui. lib. 10. Itaque captum quæſtorium, Quæſtorq; ibi Panſa occiſus. Cic. pro Planc. Theſſalonicam me in quæſtoriumq; perduxit.

QVÆSTVARIVS, (χρηματιστικός, φιλοκερδής) qui quæſtus gratia artem aliquam exercet: & Quæſtuariæ artes, quæ lucri gratia exercentur.

QVÆSTVOSVS, a, um, {Auido ò cupido ò ingordo del guadagno} (ἐπικερδής, κερδαλέος) idē quod lucroſus: ut Quæſtuoſus homo, qui lucri quæſtusq; auidior undique lucellum captat. Ars quæſtuoſa, quæ plurimum quęſtus affert. Plaut. Milit. Dummodo eam des, quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore. Cic. 4. Verr. Quàm illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda omnibus uidebatur? Cato de Re ruſt. cap. 1. Scito idem agrum quod hominem: quamuis quæſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus erit relinqui nō multum. Colum. lib 6. In ruſticatione uel antiquiſſima eſt ratio paſcendi pecoris, eademq; quæſtuoſiſſima. Quæſtuoſus cum genitiuo. Cic. 2. Philipp. Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum. Et cum ablatiuo. Curtius lib. 4. Naſamones ſunt gens Syrtica, nauigiorum ſpolijs quæſtuoſa: quippe obſident litora, & æſtu deſtituta nauigia notis ſibi uadis occupat.

QVÆSTVRA, æ, (ταμιευτικὴ ἀξίωσις) Quæſtoris dignitas, ſicut Prætura Prætoris. Cic. Acil. lib. 13. Epiſt. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia, inde à Quæſtura mea Sicilienſi. Idē 2. Verr. Quęſtura primus gradus honoris.

QVÆSTVS, {Guadagno} (πόρος, πορισμὸς, ἐργασία, κέρδος) datiuū & ablatiuum plurales facit, Quæſtibus: ſignificatq; lucrum nummarium. Plau Poen. Illic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeant male loqui melioribus. Cic. 5. Verr. Tantū de quæſtu ac lucro dicam unius agri, & unius anni. Quintilianus, Nam ut lingua primū eſſe cœpit in quæſtu, inſtitutumq; eloquētiæ bonis male uti. Terent. Eunuch. Imperaui egomet mihi Omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multo uberrimus. Antiqui declinabant Quæſtus, quæſti, per ſecundam inflexionem ſicut Ornatus ti, Apparatus ti, & pleraque alia apud Comicos paſſim obuia. Plaut. in Aul. Apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus.
Interdum ponitur pro actione ipſa, atque artificio lucrandæ pecuniæ. Cic. 1. Offic. Iam de artificijs, & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint.

QVALIS, & hoc Quale, {Quale} (οἷος) relatiuum qualitatis eſt, alicuius rei naturam declarans. Cic. de Amic. Non ſicut uulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminē. Ponitur & interrogatiue, ποῖος. Cic. 4. Acad. Qualis eſt iſtorū oratio, qui omnia non tam eſſe, quàm uideri uolunt. Interdum etiam infinitè. Terent. in Eun. Hoc metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtimes. Cic. 1. de Legib. Nulla gens eſt, quæ non, etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum cenſeat. Qualis pro qualiter, (οἷον) comparationibus faciendis apta particula. Verg. 4. Georg. Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra, Amiſſos queritur fœtus. Et, Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus. Ouid. 3. Metam. Falcata nouiſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ. Qualiſqualis geminatum, idem eſt quod qualiſcunque Iuriſc. in. l. Reſcriptum. ff. Diſtract. pign. Ex contractu qualiquali obligatione interpoſita.

QVALITAS, atis, {Qualità} (ποιότης) eſt ſecundum quam quales dicimur: ut, Albedo, Nigredo, Aduocatio, Procuratio, Legatio, Paternitas, Filiatio, quod ſecundum eas albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, aut filios dicimus. Cic. 1. Acad. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci uocāt, quod ipſum apud Græcos non eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum. Columel. lib. 8. cap. 17. Qualitatem litoris noſtri contemplemur, ſi uiternus ſcopulos an probemus.

QVALITER, aduerbium, {Qualmente, come} (οἷον) idem quod quemadmodū. Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis enim torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiā in caſtris gauſape. Qualitercunque, aduerbium, ſignificans utcunque, uel quomodocunque. Colum. lib. 11. cap. 3. Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum, qualitercunque ſatum. Idem lib. 2. cap. 10. Et qualitercunque obruas, ſuſtinet coloni negligentiam.

QVALIBET, ſiue Qualubet, pe. cor. aduerbium, {Per ciaſcun luogo} idem ſignificans quod per quemcunque locum. Quintil. lib. 5. cap. 13. Si uel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet tranſitum præbent.

QVALVS, li, {Canagno, ceſto} (κάλαθος, ταλαρίς) genus uaſis uiminei, per qđ uinum guttatim defluit quum calcatur uua, reliqua uero materia exire prohibetur Verg. 2. Georg. Tu ſpiſſo uimine qualos, Colaq; prælorum fumoſis diripe tectis. Ponitur etiam pro ciſtula, in qua mulieres ponebant penſa lanæ. Hora. lib 3. Carm. Tibi qualum Cythereæ puer ales. Apud Apuleium accipitur pro caniſtro, quo panis ſeruatur. Eſt & Qualus, in quo gallinę oua edunt, apud Colu. lib. 8. cap. 3. Legitur & Qualum, neut. gen. Cato cap. 11. de Re ruſt. Corbulas Amerinas uiginti, quala ſataria ſeptem, alueos quadraginta. Colum. lib 7. cap. 3. Sin quala mundiſſima, ne qua earum ualetudo, quæ præcipuè cuſtodiēda eſt, infeſtetur uligine. Ibi tamen nonnulli ſic legūt, & melius, mea quidem ſententia, Sit caula mundiſſima, &c.

QVAM, {Che, che. Pet. M'è più caro il morir che'l uiuer ſenza} (ἤ) coniunctio diſcretiua, uel electiua. Cic. lib. 10. Epiſt. Tum ille, nihil ſibi fuiſſe lōgius, quàm ut me uideret. Aliquando ponitur pro Poſtquàm, ſiue Ex quo. Liu. lib. 6. Iupiter, atque Dij omnes hæc dederūt, ut T. Quintius Dictator oppida nouem caperet die uigeſimo, quàm creatus erat. Aliquando pro antequam. Sueto in Cæſare: Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam quinā eſſet finis uitæ commodiſſimus, repentinum, inopinatumq; prætulerat. Aliquando pro Quum. Cic. Tironi: Menandris poſtridie ad me uenit, quàm expectaram. De quo genere locutionum nonnihil etiam annotauimus in dictione Poſtridie. Aliquando ſumitur pro Quantum, (ὡς, ὅσον) & tam poſitiuo, quàm comparatiuo, & ſuperlatiuo iungitur: ut, Quàm bene marmorei directa eſt ſemita pontis .i. quantum bene. Cic. Quàm moroſi ſint qui amant, ex hoc potes intelligere. Quintil. lib. 1. Quam in his quoque libris erunt omnia compoſitiora, & quàm nos poterimus elaboratiora. id eſt, quātò. Varr. 2. de Re ruſt. de canibus loquēs Quàm pauciſſimos relinquens, tam optimi in alendo fient. id eſt, quanto pauciores, tanto meliores. Cato de Re ruſt. cap. 65. Quàm acerbiſſima olea erit, dum oleū facies, tam oleum optimum erit. In cuiuſmodi locutionibus loco Tam, & Quàm ſæpiſſime poſitū inuenimus Tantū, & Quantum. Cic. Niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt, morum, ſtudiorumq; diſtantia. Aliquando intenſiua particula eſt, ſuperlatiuum exigens, quemadmodum ὡς, & ὅτι, apud Græcos. Cic Cum quo ſemper quàm familiariſſimè uixerat. Curt. Collemq; traiecto q̃ celerrimè flumine, occupat. Aliquando etiam poſitiuo. Cæſ lib. 4. Vt quàm celerem atque inſtabilem motum haberet: id eſt, ualde celerem. Cic ad Lucceium lib 5. Epiſt. Genus ſcriptorum tuorum: etſi erat ſemper à me uehementer expectatū, tamen uicit opinionem meam, meq; ita uel cepit, uel incendit, ut cuperem q̃ celeriter rumores noſtros monumentis commendari tuis. Sed huiuſmodi locutiones ſunt rariores. Aliquando etiam iungitur comparatiuo, niſi codices ſint mendoſi. Cic. 5. Tuſc Abacosq; quàm plures ornauit argento, auroq; cælato. Laurentius tamen negat Quàm plures Latinè dici: putatq; ſicubi inueniatur, codices eſſe mendoſos, legendumq; eſſe complures. Iungitur etiam in hac ſignificatione his dictionibus, Per. Plin. Perquàm ſcire uelim. Terent. Per pòl q̃ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores? quod ſic reſoluitur, Pòl perquàm, paucos. Sanè, Gellius: Sane quàm utile eſt. Cicero: Nam quod Pompeio Caninius ait, ſanè quàm refrixit. Admodum Gell. Voce admodum quàm ſuaui. Oppido. Idem. Oppido quàm libens audiui. Aliquando Quàm cōparatiuè ponitur, poſt poſitiuum, ſed comparatiuè acceptum. Plaut. in Rud. Tacita bona'ſt mulier ſemper, quàm loquens: id eſt, melior eſt tacita, quàm loquēs. De huius particulæ uſu uide longe plura apud Vallam lib. 1. cap 18.

QVAMLIBET, Quantumuis, Quantumlibet, {Quanto ti piace, quanto tu uuoi} (ὅσον βούλει) idem ſignificant. Plin Impudica mulier quamlibet audax facinus audet. Cic. de Amic. Quantumuis licet excellas.

QVAM MOX, {Ben toſto, quanto toſto} idem ferè ualet quod quam cito. Plaut. Rud. Sed quàm mox coctum eſt prandium? Cic. pro Q. Roſc. Quid expectas, quàm mox ego eos dicam eſſe ordine ſenatores, ætate grandes? non faciā. Liu. lib. 1. ab urb. Intenti quàm mox ſignum daretur.

QVAMOBREM, {Per laqual coſa} (διὸ, ὅτι, πῶς) quum ponitur cauſatiue, tam plurali reſpondet quam ſingulari, ſignificatq; quapropter, uel quam ob cauſam. Singulari ſic: Vnum eſt, quamobrem te amādum putent. id eſt, propter quod unum. Plurali ſic. Quatuor ſunt quamobrem Imperator maximè laudetur. id eſt, propter quatuor Cic. Appio: Multaq; mihi ueniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. Aliquando interrogantis eſt particula, & rationem alicuius rei petentis. Cic. 1. de Finib. Quamobrem tandem non ſatisfacit? Vnam dictionem quidam eſſe dicunt, quibuſdā tres eſſe putantur. Dicimus & Quas ob res. Cic. 3. Philip. Quas ob res quod Trib pleb. uerba fecerunt, ut Senatus Cal. Ian. &c.

QVAMPRIDEM, {Quanto innanzi} interrogantis particula eſt, idem ualens quod, Quanto tempore antè. Cic. pro Rab. Quampridem nomen Fannij in aduerſaria retuliſti.

QVAMPRIMVM, {Di ſubito} (ὅσον αὐτίκα) una dictio, ſignificat ualde cito. Terent. in Adelph. Obſecro hercle, hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſoluitote.

QVAMVIS, & Quamquam, {Benche ancborache} (καίτοι κἄν) coniunctiones aduerſariæ, idem ſignificantes quod tametſi. In quibus hoc animaduertendū eſt, Quanquam indicatiuo, Quamuis ſubiunctiuo potiſſimū gaudere. Verg. 2. Aeneid. Quanquam animus meminiſſe horret Cic. 8 Philipp. Quamuis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum uirum liberalem, tamen, &c. Interdū tamen Quamuis ponitur pro quantumuis. ὅσον βούλει. Plaut. in Trin. Quamuis malam rem quæras, illic reperias. id eſt, quantumuis malam.

QVANDIV, {Quanto tempo} (μέχρις οὗ, ἄχρις οὗ) quanto tempore. Cice. 7. Verr. Quandiu uixit, domus ſuæ, non ſolum poſt mortem, tota Sicilia clarus, et nobilis. Huic reſpondet altera particula Tandiu. Cic. Att. Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo. Idem lib. 4. Epiſt. Qui ſe oppido tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. Ponitur aliquãdo interrogatiue. Plau. in Capt. Quandiu id factum eſt? S T. hic annus incipit uiceſimus. Cic. in Catil. Quamdiu nos iſte furor tuus eludet?

QVANDO, cum accentu in priore ſyllaba, {Quando} (πότε, πηνίκα) aduerbiū eſt temporis, idem ualens quod Quo tempore: poniturq; modo interrogatiue. Terent. in Heaut. Quando iſtuc erit? Modo relatiue, (ὅτε, ἡνίκα) habetq; ferè particulam Tunc, ſeſe antecedentem. Cic. 2. Offic. Vtinam tunc natus eſſem, quādo Romani dona cœpiſſent. Quæ tamen particula aliquando non exprimitur. Plaut. Amph. Ita ſe uerſipellem facit, quando libet. Nonnunquam & indefinite. Cic de Senect. Semper enim ex his ſtudijs uiuentis non intelligitur quādo obrepat Senectus. Ponitur interdum pro aliquando, (ποτὲ) præſertim, quū præcedit Num aut, Num quando (μήποτε) me audiuiſti? id eſt, Num aliquādo. Interdum pro ſiquidem, quoniam, uel quandoquidem (ὅπου, ἐπειδὴ) & ſic eſt coniunctio cauſalis, habetq; accentum in ultima. Verg. 1. Aenei. Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet. Terent. in Adelph. Poſtremo quando conſcia ſum, à me culpam hanc eſſe procul, &c. Quando gentium .i. quando, abſoluta ea forma, qua Nuſquam gentium, Vbi locorum. Plaut. in Amph. Quis te mi ſit furcifer? S. qui me rogat Aliquando gentium? S. dudum.

QVANDOQVE, {Qualche uolta, à qualche tempo} (ἐνίοτε, ἔσθ' ὅτε) aliquando, aliquo tempore, Horat in Arte. Quandoque bonus dormitat Homerus.

QVANDOQVIDEM, {Già che} (ὅπου, ἐπειδήπερ) coniunctio cauſalis, pro ſiquidem, ſeu quoniam. Vergil. 3. Eclog Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba. Idem 10. Aeneid Quandoquidem Auſonios coniugi fœdere Teucris Haud licitum eſt. Col. lib. 7. Nam niſi procedat, ſtare debet, quandoquidem paſtoris officiū ſublime, celſiſſimamq; oculorū uelutì ſpeculam deſiderat.

QVANDVDVM, {*Quanto tempo fa*}(πόσον χρόνον) interrogatiua particula de modico quærens tempore: cui reſpondetur per Iamdudum. Plaut. Quandudum è foro aduenisti domum? P. Non ita dudum.

QVANTISPER, {*Quanto tempo*}(μέχρις οὗ) ſignificat quanto tempore, ſicut Tantiſper, tanto tempore.

QVANTOPERE, {*Quando grandemente*}(ἡλίκον) quàm uehementer, habetq́ fere antecedentem particulam Tantopere, præſertim cùm relatiue accipitur. Cic. de Orato. Neque enim tantopere deſiderabam, quantopere delector. Accipitur & indefinitè. Idem lib. 13. Epiſt. Famil. Quantoq́ opere eius municipij cauſa laborarem, tibi oſtendi. Idem Attico: Dici non poteſt, quantopere gaudeant.

QVANTVLVS, & QVANTILLVS, diminutiua ſunt à Quantus, ſicut à Tantus, Tantulus, & Tantillus: & ſignificant quàm exiguus. Cic. 4. Acad. Quantulus nobis uidetur? de ſole loquitur. Plaut. in Capt. Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

QVANTVS, a, um, {*Quanto, chente*}(πόσος, πηλίκος) refertur ad numerum, ad pondus, & ad menſuram. Et modo interrogatiuum eſt, modo relatiuum, (ὅσος, ἡλίκος) modo indefinitum ποσός. Cic. lib. 2. Videre mihi uideor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Idem pro Milone: Scio quanta, & q̃ ſolicita cupiditas ſit Conſulatus. Terent. in Heaut. Quanta de ſpe decidi. Eius compoſita ſunt. Aliquantus, Quantiſper, Quantuſcunque, Quantuſquantus, & Quantuslibet. Hinc Quantum aduerbium quantitatis.

QVANTVSCVNQVE, {*Quanto che ſia*} (ὁπόσος οὖν, ὁπηλικοσοῦν) id eſt, tantus, quantus eſt. Cic. 5. Philipp. Quorum bona, quantacunque erant, ſuis comitibus deſcripſit. Hinc Quantuluſcunque, diminutiuum, id eſt, quantuſuis exiguus. Colum. lib. 2. cap. 11. Nam ſi nox inceſſit, quantulocunque humore, prius quàm obruatur, corrumpitur.

QVANTVSLIBET, {*Quanto ſi uoglia*}(ὁποσοσοῦν) quantumuis magnus. Plin. lib 8. cap. 6. Vulneratus obſeruatione mira percuſſorē nouit, & in quantalibet multitudine appetit.

QVANTVSQVANTVS, (ὁπηλικοσοῦν) idem quod quantuſcunque. Teren. in Adelph. Tu quantuſquantus es, nihil niſi ſapientia es.

QVAPROPTER, {*Per laqual coſa*}(δι᾽ ὅτι) aduerbium, ſignificat propter quod, ſiue quamobrem. Terent. in Adelph. Quapropter quoquo pacto celato eſt opus.

QVAQVA, aduerbium, {*Qualunque luogo*} Plaut. Epid. Quaqua tangit, omne amburit. Hoc eſt, quacunque partem attigit.

QVAQVAVERSVS, ſiue quaquauerſum, {*In ogni luogo*} (πανταχόθεν) ſignificat in omnem partem. Cæſar in Comment. Legatos quaquauerſum dimittere.

QVARI, Galliæ Narbonenſis populi, inter Salyos & Vocontios, ut auctor eſt Strabo lib. 4. Plinius Quariates appellat, lib. 3 cap. 4.

QVARE, {*Perche, per lo che*}(δι᾽ ὅ, τι) aduerbium interrogandi, notæ ſignificationis Cic. 1. de Orat. Nanque illud quare Scæuola, negaſti? Quare infinite poſitum. Cic. pro Lege Manil. Quare cum & bellum neceſſarium ſit, ut negligi non poſſit. Idem 2. Offic. Vtendum eſt excuſatione, quare id quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris. Quare illatiua particula in principio orationis pro quamobrem. Cic. pro Quintio: Quare quod ſocium tibi eum uelles adiungere nihil erat.

QVARTVS, a, um, adiectiuum, {*Quarto*}(τέταρτος) proximum à tertio ſignificata. Liui. 4. Bell. Punic. Eosq́ ubi quartæ uigiliæ ſignum cecinisset, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre. Vergil. 4. Georg. Inde ubi quarta ſitim cœli collegerit hora.

QVARTA claſſis, (τέταρτον τίμημα) continebat cenſum quinque & uiginti millium. Liuius libro 1. ab Vrbe: In quarta claſſe cenſus quinque & uiginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam & ueru tum datum.

QVARTANVS, a, um, adiectiuum, {*Quartano*}(τεταρταῖος) ut Quartana febris, quæ quarto quoque die recurrit, ex humore melancholico originem trahens, quam & Quartanam abſolute, ſuppreſſo febris nomine, appellamus. Cice. Attic. lib 8. Modo etiam audiui quartanā à te diſceſsiſſe: moriar ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet.

QVARTANARIVS, (ὁ τεταρταΐζων) qui quartanam febrem patitur. Sipontinus.

QVARTARIVS, teſte Feſto, ab antiquis appellabatur mulio mercenarius, qđ quartam partem quæſtus capiebat. Quartarius etiam apud Catonem cap. 95. congij quartam partem ſignificat, ut Tertiarius tertiam, & Sextarius ſextam. A murcæ (inquit) uas æneum indito congios duos, poſtea igne leui coquito, rudicula agitato crebro uſque adeo, dum fiat tam craſſum, quàm mel. Quartariū inquit Budæus, in menſura pro quadrante congij intelligo: ſicut in pondere pro quadrante libræ. Quartarium autem dicit uulgus Gallicum, non quartam partem alicuius maioris menſuræ, ut Latini uocauerunt, ſed uas quod quatuor menſuras caperet. id eſt, quaternas cheopinas: ſic Tertiarium: quod tres.

QVARTO, (τὸ τέταρτον) Quartùm, aduerbia, inter ſe differunt. Nam Quartò Conſul, ſignificat locum Conſulum, uel ordinem, hoc modo: Marcus fuit quartò Conſul: id eſt, tres Conſules ab origine, & inſtitutione, & ordine Conſulatus ante fuerunt, quàm Marcus fuiſſet Conſul, qui quarto anno a primis Conſulibus factus eſt Conſul. Quartùm autem Conſul dicitur, qui tribus conſulatibus iam perfunctus, quartum gerit conſulatū. Liu. 3 ab Vrb. T. Quintio quartum Conſule.

QVASI, {*Quaſi, come*}(καθάπερ, οἱονεί) aduerbiū ſimilitudinis: ſignificans Ita ut. Plaut. in Pſeud. Verùm ex tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet. Innuit autem non imaginis, ſed ſubſtantiæ ſimilitudinem, ut docet Valla lib. 1. Elegant. Nam hæc oratio, Incedit quaſi leo: non reſoluitur per uerbum repetitū, ad hunc modum, Incedit quaſi leo incedit: ſed per uerbum ſubſtantiuum, Incedit, quaſi eſſet leo. Quaſi tu dicas, pulchre dicimus pro eo quod eſt, uerba tua eò tendunt, ut dicas, &c. Plaut. in Pſeud. Quaſi tu dicas, me te uelle argento circumducere. Interdum idem ualet, quod perinde ac ſi. Cic. 2. Epiſt. Non poteram, credo ante hyemem: (ſic enim ſcribis) quaſi uero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me uenire debuerint. Ponitur aliquando pro fere, penè, Suetonius in Calig. Nono Calend. Februarij, hora quaſi ſeptima, cunctatus an ad prandium ſurgeret. Terentius in Heauton. Quaſi talenta ad quindecim coegi.

QVASILLVS, li, & Quaſillum, {*Ceſtello, caneſtrello*}(καλαθίσκος) diminutiuum à Qualus, ſignificans ciſtulam, ſeu uaſculum, in quo mulieres reponebāt ea, quæ ad lanificium pertinerent. Feſtus. Calathos Græci dicunt, quos nos dicimus Quaſillos. Cic. 1. Philipp. An non inter quaſilla pendet aurum? Corripit autem hoc nomen primam ſyllabam, quamuis Qualus illam producat. Tibullus 4. Eleg. Sit tibi cura togæ potior, preſſumq́ quaſillum. Romani ueteres Quaſillum Thalaſsionem appellarunt, ut auctor eſt Varro. unde Thalaſsij nomen in nuptijs frequentabant, ad lanificium nouas nuptas inuitantes.

QVASSO, {*Squaſſare, crollare*}(κραδαίνω, κραδαίνω) frequentatiuū, ſæpe quatere. Plautus in Trinum. Quid quaſſas caput? Aliquando rumpo, διασείω. Verg. 1. Aen. Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem. Hinc Conquaſſo, (συνσείω) multum, uehementerq́ concutio, collido Cic. lib 4. Tuſcu. Ita illa duo, morbus, & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquaſſatione, & perturbatione gignuntur.

QVASSVS, a, um, {*Crollato, rotto*}(κατεαγὼς) idem eſt quod quaſſatus, fractus. Plin. lib. 18. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quaſſa ſarcire. Eſt & Quaſſus, huius quaſſus, uerbale. Cic. 2. Tuſcul. Nam attrectatu, & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem.

QVATENVS, pe. cor. {*In quanto, fino à che fine*} (παρόσον, καθ᾽ ὅσον, ἐφ᾽ ὅσον, ὑπὲρ τοῦ) propriè ſignificat in quantū, ſiue uſque ad quem finem: ſicut Eatenus, in tantū, aut ad eum uſque finem. Cic. in Lælio. Videndum eſt quatenus amicitiæ tribuendum ſit. Idem 1. Tuſc. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit, nec docuerit, quatenus eſſet quicquam curandum. Aliquando ſignificat, qua fine: ut Eatenus, hac fine, inquit Feſtus: ut, Vberaui filium, quatenus ſit bonus. i. ad hoc, uel ad hunc finem, ut ſit bonus. Aliquando idem ualet quod quoniam, παρόσον. Plin. Epiſt. 51. lib. 3. Et quatenus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixiſſe teſtemur. Negant tamen Feſtus, Caper, Valla, aliiq́ docti uiri Quatenus pro quoniam accipi: atque in omnibus exemplaribus, in quibus Quatenus pro quoniam poſitum putatur, mendum eſſe librariorum culpa affirmant, ſcribendumq́ eſſe Quatinus per i, tertiam uocalem. Docet etiam Acron, Quatenus eſſe aduerbium loci, ſignificans ad eum uſque locum. Interdum ponitur pro quomodo. Lactantius lib. 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit, quatenus adiurati per CHRISTVM, de corporibus, quæ obſederint, fugiant. Idem: Plerique uias ſibi deuias per præcipitia condiderunt, per quæ plebem incautam ad mortē deducerent: quod quatenus accidat, exponam. Cicero tamen, & quotquot eo ſeculo fuerunt, Quatenus ſolùm uſurpauerunt pro Inquantum, & Eatenus pro Intantum.

QVATERNIO, {*Quaderno*}(τετράδιον) maſculini generis, quatuor chartarum, ſiue alterius cuiuſcunque rei compoſitio: ut, Quatuor quaterniones militum.

QVATERNVS, quamuis proprie numerum ſignificet diſtributiuum, ſæpe tamen idem ualet quod primitiuum ſuum Quatuor. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos.

QVATINVS, cum i, correpta, {*Perche*}(ὅτι) coniunctio eſt cauſalis, ſignificās quia. Iuuenalis Saty. 12. Quatinus hic non ſunt nec uenales elephanti. Vide Quatenus.

QVATIO, is ſsi, ſſum, {*Crollare, ſcuotere*}(σείω, κραδαίνω) moueo cum uiolentia, concutio. Liuius: Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Aliquando ponitur pro moleſtare. Verg. lib. 9. Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Aliquando pro eijcio, ἀποσείω, ἀπείργω. Terent. in Eunuch. Nimirum homo quatietur certe cum dono foras. Compoſita eius mutant q, in c, & abijcitur a, ut Concutio, Diſcutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio, & Succutio, quorum ſignificata uide ſuis locis. Recutio, iterum quatio. Succutio (ὑποσείω) ſubtus quatio.

QVATEFACIO, is, {*Commouere crollare, ſcacciare*} (ὑποσείω) concutio, expello. Cic. ad Brutum: Nulloq́ præſidio quatefeci Antonium.

QVATRIDVVM, quatridui, {*Spatio di quattro giorni*}(τετραήμερον) ſpatium quatuor dierum. Lentulus Senatui lib. 12. Nuntiatum eſt eum quatridui iter à Laodicea abfuiſſe. Hinc Quatriduo aduerbium. Cic. ad Brutum: Triduo uero, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam perculſa ciuitas, &c.

QVATVORVIRI, ut Triumuiri: ut apud Pomp. l. ij. de Orig. iuris. Hinc Quatuoruiratus, ipſa quatuoruirorum dignitas. Aſinius ad Cic. Quatuoruiratum ſibi prorogauit.

QVATVOR, {*Quattro*}(τέσσαρες) nomen numerale, binarium numerum in ſe bis cōtinens. Verg. 5. Eclog. Sis bonus ô feliq́ tuis, en quatuor aras. A quo Quater, (τετράκις) aduerbium numerandi: item Quartus (τέταρτος) Quaternus, Quaternarius. Quaternio, Quadruplus, Quadruplum, Quadriennium, Quadrimus, Quadratū, Quadrū, Quadrantal, Quadrans, & multa huiuſmodi.

QVATVORDECIVM, pe. cor. {*Quattordeci*}(δεκατέσσαρες) ex Quatuor, & Decem, compoſitum. Aſinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. Herennium Gallum hiſtrionem ſummis ludorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit. Plin. lib. 8. cap. 36. Præter quatuordecim dies. Quatuordecies, aduerbium. Plin. lib. 3. cap. 7. Sardinia abeſt à Gadibus M. paſſ. quatuordecies centena.

QVE, {*Et, e*}(τὲ, καὶ) coniunctio ſubiūctiui ordinis, quę modo eſt copulatiua: ut, Arma, uirumq́ cano. Modo cauſatiua, pro quoniam. Cic. 1. Offic. Non ſolum nobis nati ſumus, ortusq́ noſtri partem patria uendicat, partem amici. Modo expletiua, quando ſ. ornatus tantū cauſa ponitur. Proper. lib. 3. Deiphobūq́, Helenumq́, & Polydamantas in armis. Quandoque ponitur expoſitiuè pro, id eſt. Plaut. Rudis eſt, neſcitq́ quid expediat. Quandoque pro etiam, καὶ. Apul. Id et ſerioq́ loquenti non crederem. id eſt, etiam ſeriò loquenti. In compoſitione quoq́ ſemper poſtponitur, ac coniunctionis uim amittit, iam tantum ſyllabæ adiectionis obtinēs, ut Nanq́, Quoque, Atque, Itaque, Vndique, Vterque, Plerique. Componitur etiam cum Quis, Qui, Quæ, Quod, uel Quid: ut Quiſque, Quiq́, Quæq́, Quodq́, Quidq́. Et interpoſita particula Cum: ut, Quicunque, Quæcunque, Quodcunque. Et cum præpoſitione Abs, ut Abſq́: cum aduerbio,

uerbio, ut Neque: cum coniunctione, ut Atque. Differunt autem inter ſe, Que, Ac, Atque. Que enim poſtpoſitiua eſt, & enclitica: Ac, ſemper præpoſitiua. Atque tam præpoſitiua, quàm poſtpoſitiua. Inuenitur autem Que, aliquãdo cõtra naturã ſuam produci. Verg. 1. Aen. Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum. Idem 3. Aen. Liminaq;, laurusq; dei. Cuius generis licentia cæſuræ ratione ſolet excuſari. Ponitur quãdoque pro An. Horat. 2. Serm. Quid refert uri uirgis, ferroq; necari? Pro eo quod eſt, Quid refert uri uirgis, an ferro necari?

QVEMADMODVM, {Come} (ὥσπερ, καθάπερ) dictio cõpoſita ex Quem, Ad, & Modum, ponitur pro aduerbio ſimilitudinis Sicut. Cic. de Amic. Pergratum mihi feceris, ſpero item Scæuolæ, ſi quemadmodum ſoles de cæteris rebus, cum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris, quid ſentias. Ponitur nõnunquam interrogatiue, pro Quo modo, ſiue Ad quem modum, πῶς, τίνα τρόπον. Cic. 7. Verr. Quemadmodum eſt aſſeruatus? Aliquando Nam interponitur, & dicimus Quemnam ad modum. Sed tunc, ut arbitror, tres ſunt dictiones ſeparatim ſcribendæ. Plaut. in Bacch. Qui ſcire poſſum? C. nullus plus. P. Quem' nam ad modum?

QVEO, quis, quiui, quitum {Potere} (δύναμαι, ἔχω) ualeo, poſſum. Salluſt. in Catil. Sed neque pretio, neque gratia impelli quiuit. Cic. ad Teren. lib. 14. Non queo reliqua ſcribere, tanta uis lacrymarum eſt. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Liber ſum, dic age: non quis. Lucre. lib. 3. Mobilitate mali non quit ſentire dolorem. Idem lib. 3. Diſpertiſſe, neque in fructum conuertere quiſſe. Queor paſſiuum. Hinc & Terentius Quitus, a, um, à Queor dixit in Hecy. ſed antique, ut ait Donatus: Nam (inquit) quum compreſſa eſt gnata forma in tenebris noſci non quita eſt. A' Queo deducitur compoſitum Nequeo, hoc eſt, non queo, nõ ualeo, non poſſum. Verg. 1. Aen. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. Antiqui, etiam Nequeo dixerunt pro non eo: quod & Feſtus annotauit.

QVERCVS, us, in datiuo, & ablatiuo plurali Quercubus, {Quercia, rouere} (δρῦς) arbor eſt lignum habens duriſſimum, glandemq; ferens præſtantiſſimã, quæ ante inuentas fruges populis pleriſque uictum dicitur ſuppeditaſſe. Pli. lib. 16. cap. 6. Glans optima in quercu, atque grandiſſima, mox æſculo: nam roboris parua. Verg. 3. Georg. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Feſtus: Quercus dicitur, quod id genus arboris graue ſit, ac durum: tum etiam ingentem euadat amplitudinem: Querquerum enim quidam graue & magnum dici uolunt. Olim etiam ſecundæ declinationis fuit: unde etiam apud Ciceronem legitur Quercorũ in plurali genitiuo. Ibi (inquit) quercorum ad terram iacent.

QVERCERVS, a, um. uel Querquera, (φρικώδης) quod eſt frigidum cũ tremore: ut, Febris quercera. Lucilius iactas me, ut febris quercera. Idem: Querquera conſequitur febris, capitiſq; dolores.

QVERCETVM, ti, pen. prod. {Luogo doue ſono molte quercie} (δρυμών) locus ubi conſitæ ſunt quercus. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 16. Si enim ad limitem quercetum habet, non poſſis recte ſecundum eam ſyluam ſerere oleam.

QVERCVLANVS, a, um. Plin. lib. 16. cap. 10. Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & Querquetulana.

QVERCEVS, a, um, {Di quercia} (δρύϊνος) qđ ex quercu eſt. Seruius: Querceam coronam accipiebant, qui in bello ciuem ſeruaſſent.

QVERCICVS, a, um, (δρύϊνος) idem cum ſuperiori. Sueto. in Calig. cap. 19. Primo die phalerato equo, ſigniſq; quercia corona, &c.

QVERNEVS, a, um, (δρύϊνος) eiuſdem ſignificationis: ut Frons quernea, apud Col lib. 6. cap. 3. & Quernea glandes, apud eundem lib. 9. cap. 1.

QVERNVS, a, um, (δρύϊνος) idem cum ſuperiori. Verg. 1. Georg. Sed tamen & quernas frondes.

QVERELA, æ, {Querela} (μομφή, μέμψις) idem quod querimonia, ſiue queſtus. Cic. de Senect. Sæpe interfui querelis meorũ æqualium. Ouid. de Pont. Eleg. 3. Nam niſi iuſta tua eſt, iuſta querela mea eſt. Horat. 2. Carm. Ode 9. Deſine mollium. Tandem querelarũ. & potius noua Cantemus Auguſt. Trophæa. Verg. 4. Aeneid. Deſine meq; tuis incendere, teq; querelis.

QVERIMONIA, æ, {Querellamento, lamentatione} (μέμψις μομφή) idem quod Querela, ſeu lamentatio. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Eo metu iniecto repente magna querimonia omniũ diſceſſimus. Horat. in Arte: Verſibus impariter iunctis querimonia primũ, Poſt etiã incluſa eſt uocati ſententia cõpos. Cic. 7. Verr. Vt ſi me in ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de ciuium Romanorum indigniſſima morte, non modo uires, uerum etiam uita deficiet.

QVERIBVNDVS, {Lamenteuole} (μεμψίμοιρος) idem quod querelus, uel plenus querelarum. Cic. pro P. Sylla: De ſupplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda uoce dicebat. Senectus querabunda, Silius lib. 13.

QVERITOR, pen. cor. queritaris, frequentatiuum à Queror, quereris, {Lamentarſi ſpeſſo, lamentarſi molto} (διαμέμφομαι) ſæpe, multumq; queror. Liui lib. 9. de Bell. Maced. Ne uox queritantis audiretur. Tacitus lib. 16. Igitur flentes, queritanteſq; qui aderant, faceſſere properè iubet Thraſea.

QVEROR, ris, queſtus, ſine diphthõgo {Lamentarſi} (μέμφομαι, ὀλοφύρομαι) lamentor, conqueror. Salluſt. Sæpe de luxuria & auaritia noſtrorum ciuiũ queſtus ſum. Admittit autem hoc uerbum uariam conſtructionem. In eadem enim ſignificatione dicimus. Queror, hanc rem, uel de hac re, Cæſari, cũ Cæſare, & apud Cæſarem. Cic. de Amic. Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrarant. Idem Lentu. lib. 1. Epiſt. Multa de mea ſententia queſtus ad Cæſarẽ. Ouid. 1. Metam. Cum Ioue uiſa queri. Dicimus etiã Queror apud illum. Plin. de Viris illuſtrib. Quo cognito, apud populum queſtus, q de ſe tale aliquid timuiſſent. Aliquando abſolutè, ut apud Cic. lib. 1, Epiſt. ad Lentulum: Quid multa? queſtus eſt grauiter. Hinc Queritor frequentatiuũ. Tacitus lib. 6. in fine: Igitur flentes, queritanteſq;, &c. Huius compoſitũ eſt Conqueror, pen. cor. (ὀδυρολογοῦμαι) de quo ſupra ſuo loco.

QVERQVETVLANA, porta Romæ fuit, ita dicta à querceto, quod intra muros iuxta ſe habebat. Feſtus.

QVERVLVS, a, um, pen. cor. {Lamenteuole} (φιλαιτιατικός, μεμψίμοιρος) queribundus, uel querelis plenus. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 8. Et nunquã queruli cauſa doloris abeſt. Idem Epiſt. 5. Impleuiq; ſacrã querulis ululatibus Idam. Quãdoque à poetis pro canoro ponitur. Verg. lib. 2. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Seruius. Querulæ cicadæ, canoræ. Horat. lib. 3. Carm. Sub cantu querulæ deſpice tibiæ. Ouid. 5. Metamor. Calliope querulas prætentat pollice chordas.

QVERQVEDVLA, æ, auis, ex genere natantium, ſiue aquaticarum, tam in aqua, quã in terra uitam agens, quemadmodum anſeres, & anates: quod genus animalia Græco uocabulo ἀμφίβια uocamus. Varr. 3 de Re ruſt. cap. 3. Altera ſpecies eorum, quæ non ſunt contenta terra ſolum, ſed etiam aquam requirũt: ut ſunt anſeres, querquedulæ, anates.

QVESTVS, us, {Lamento} (μέμψις) ſine diphthongo: à deponente Queror, in datiuo, & ablatiuo plurali Queſtubus, idem quod lamentatio, ſiue querela. Cic. 5. de Finib. Quod eiulatu, queſtu, gemitu, &c. Verg. 4. Georg. Et mœſtis latè loca queſtubus implet. Cic. pro Quintio: Qui denique quæſtus, qui mœror dignus inuenitur, &c.

QVI, quæ, quod, {Il quale, la quale} (ὅς, ἥ, ὅ) relatiuũ eſt ſubſtantiuæ, cuius ſignificatio & uſus nulli non eſt notus. Ponitur aliquando aduerbialiter pro quomodo, πῶς, ᾧ τρόπῳ. Cic. de Amic. Qui fieri poterat, ut eius dolore non angerer, qui mecum ſemper familiariſſime uixiſſet? Aliquando pro ut, ἵνα, Terent. in And. Nunc ſi quid potes, aut tu, aut hic Birrhia, facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Aliquando pro utinam, εἴθε. Idem in Phorm. Qui illum Dij omnes perdant. Aliquando pro unde. Idem in Hecyra: Nec qui hoc mihi eueniat, ſcio. Et in Andr. Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpicio? Aliquando pro quur, quamobrem, τί. Cic. 1. Tuſcul. Qui enim beatior Epicurus, quod in patria uiuebat, quàm Methrodorus, qui Athenis? Terent. in And. Non poteſt. PAM. qui? Donatus: Qui, id eſt, quamobrem. Componitur aliquando cũ Dum, & dicimus Quidum, in eadem ſignificatione. Terent. in Eunu. At nunquid aliud? P. quidum? Eſt & Qui, à Quis, abiecto ultimo elemẽto: quod aliquando interrogatiue tenetur, pro Quis. Plaut. in Amph. Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior? Ponitur aliquando pro nempe qui, uel utpote qui. Cic. Atti. lib. 5. Actiis maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſimè nauigaſſemus. Aliquando pro qualis. Cic. 2. de Diuin. Xenophon Socraticus, qui uir, & quantus? Compoſita à Qui ſunt Quidam, Quicunque, Quiuis, quilibet: à quo Vnuſquilibet.

QVIA, {Perche} (ὅτι) coniunctio cauſalis, idem ualens quod Quoniam. Cic. de Amic. Sed quia natura mutari non poteſt, idcirco ueræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Interdum bis repetitur, ſequente ſubiunctiuo, uel indicatiuo. Quintil. lib. 12. cap. 11. Non quia prodeſſe nunquam ſatis ſit, ſed quia hoc proſpicere debet, ne quid peius quàm fecerit, faciat.

QVIANAM, {Perche?} (διὰ τί) aduerbiũ interrogãdi, ſignificat quare. Verg. lib. 5. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Feſtus.

QVIANE, {Inuero} (ὄντως) una particula eſt, & ſignificat certè, reuera. Verg. lib. 4. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

QVIBVS IN EXTREMIS, {In ultimo delle quali} (ἐν οἷς ἐσχάτοις) eleganter dicitur pro Quorum in extremo. Cic. Cæſari: Literæ dantur mihi à te, quibus in extremis ſcriptum eſt.

QVICVNQVE, {Chiunque} (ὅστις, πᾶς, ὅστις, ὁστισοῦν) idem quod quiſquis. Cic. pro Seſtio: Ego uos in omni fortuna, quæcunque erit oblata, complectar. Aliquando accipitur pro qualiſcunque. Cic. 3. de Orat. Eaſq; nos primi, quicunque eramus, & quantuluncunque dicebamus, conuertimus.

QVID {Che coſa} (τί) nomen ſubſtantiuum, quod ferè interrogatiue ſumitur. Cicero de Senectute: Quid de pratorum uiriditate dicam. Et paulò antè: Quid de utilitate loquar ſtercorandi? Nonnunquam etiam indefinita. Verg. 10. Eclog. Nunc ſcio quid ſit amor. Aliquando eſt aduerbium interrogandi, pro quur uel quare, τί. Terentius in Andr. Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? Ouidius in Epiſto. Oenones ad Paridem: Quid arenæ ſemina mandas? Aliquando ponitur pro in quo. Cicero in Læl. Quid enim indigens Africanus mei? Quintilianus. Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? Aliquando in oratione uacat. Cic. ad Seruium: Trebatio mandaui, ut ſi quid tu uoles eum ad me mittere, ne recuſaret. Compoſita ſunt Quicquid, Quicquã, Quiddam, Quidque, Quippiam, Nequicquam Quidnam, Nunquid, Quidni, Quidlibet. Vtus habet ut d, ſequente q. mutetur in c, ut, Quicque, Quicquam, & ſequente p, in p, ut Quippiam. Quidcunque autem, & Vnumquicquid, aut unũquicque, aut unumquidlibet nequaquam dixero, ſed Quodcunque, Vnumquodque, Quodlibet unum, &c.

QVID AGIMVS, {Che facciamo?} (τί δρῶμεν) conſilium quærentis eſt, inquit Donatus. Terent. in Eunuc. Quid nunc agimus?

QVIDAM, {Vn certo} (ὁ δεῖνα) cum ſuis, perſonam certam dicit, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare. Cic. pro Cluent. Quidam ex aduocatis, homo ſumma uirtute præditus.

QVIDEM, {Certamente} (γέ τοι, γοῦν) aduerbium affirmandi, quo ſignificatur certe. Et tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas res, (μέν) ut, Ego quidem ſcribo, tu uero legis, ille autẽ dormit. In quo modo duobus tantum comitibus uti poteſt. ſ. uero, & autem. Altero, quaſi per exceptionem eius, quod affirmes, Quint. in Inſam. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Cic. lib. 1. Offic. Ab optimis illis quidem (γέ τι) uiris, ſed non ſatis eruditis. Pluresq; in hoc modo comites habere poteſt, ut, Verum, Veruntamen, Sed, Tamẽ, At, Attamen, Cæterum. Tertio, quum nulla ſequitur ex prædictis coniunctionibus: ut apud eundem. Aut enim nemo, (quod quidẽ magis credo) aut ſi quiſquam eſt, ille ſapiens fuit. Quidem, & Certe, aliquãdo ſimul iunguntur. Cic. ad Lent. lib. 1. Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt. Terẽ. in Phorm. Quidem coniunxit cum Hercle. Nam tua quidem hercle certo uita hæc expetenda, &c. Cic. autem lib. 10. Epiſt. ad Attic. poſt quidem ſubiunxit Profecto. Nunc quidem profectus Romæ es. Eius compoſita ſunt, Equidem, Siquidem: de quibus alibi.

QVID HOMINIS HABES? cum contemptu dicitur. Terent. in Hecy. Sed quid mulieris uxorem habes?

QVID ISTVC, (τί τοῦτο) aduerb. eſt ægre cõcedentis, inquit Donat. Teren. in Eunu. Quid iſtuc? Si certum eſt facere, facias: uerum ne poſt conferas culpam in me.

QVID ITA, {Perche} (πῶς δή) ſignificat quur. Plaut. in Aul. Occidi. E. quid ita? Donatus uult, unam eſſe partem orationis.

QVIDNAM, {Che, che coſa?} (τί ποτε) aliquando interrogatiue accipitur, aliquando indefinite. Terent. in Phorm. Quidnam ille commotus uenerat. hoc

eſt, quamobrem, uel propter quid. Idem in Eunu. Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat.

QVID NI, {*Perche non*} (πῶς γὰρ οὔ, τί μὴν) ſignificat certe, uel certum eſt, uel quur non? Et duæ partes ſunt ſecundum Priſc. ſicut, Quur non. Terent. in Eun. Habes'ne hominem amabo? PH. Quid ni habeam? Veteres enim Ni pro ne ponebant, & Ne pro non. Plautus: Ni ſtulta ſis. Et, Ne uult pro non uult.

QVID QVÆRIS? {*Che fa biſogno di dire?*} (τί δεῖ λέγειν, τί πλείω) clauſula eſt ſermonem in compendium redigentis, eandem uim habeas, quam Quid plura, uel Quid opus eſt uerbis? Quid uis præterea? Quid uis dicam? Cic. ad Atti. lib. 1. Quid quæris? num ad priuata redeã? Horat. lib. 1. Epiſt. Quid quæris? uiuo, & regno, ſimul iſta reliqui.

QVIDQVID, {*Cioche*} (ὅ, τι οὖν) ut quidam aiunt, mutat d, in c, ne bis interrogare uideamur. Sed non eſt ratio ſatis ponderoſa, ut putem non reprehendendũ, qui ſcripſerit Quidquid, & Quidquã Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia: Frigidiora his alia, ut Quicquid quartã c, haberet, ne interrogare bis uideremur: et Quotidie, nõ Cotidie, ut ſit, quoto die. Eſt autem Quidquid ſubſtantiuũ, ſicut & Quid. Ideo genitiuũ ſubſtantiui uel adiectiuum exigit: ut, Quicquid pecuniarum, Quicquid molle. Quodcunque adiectiuum eſt, & ideo ſubſtantiuũ in eodẽ caſu patitur, ſicut & Quod: ut, Quodcunq; cœlũ: adiectiuũ uero reſpuit.

QVID TVM, Quid tum poſtea? & Quid tum denique, {*Che poi?*} (τί οὖν, τί δαὶ τὸ ταῦτα) idem ualent, quod Quid ergo? Quid itaque? Quid interea? Quid demum? quæ omnia ſignificãt, quo pertinet illud, de quo loqueris? ſiue, quid attinet hæc dicere? ſiue, quid ſibi uult hic ſermo?

QVIES, etis, {*Quiete, ripoſo*} (ἡσυχία) uacatio a labore, ſiue ceſſatio à quocunq; opere. Cic. in Catil. Mors laborum, aut miſeriarum quies eſt. Sæpiſſimè accipitur pro ſomno, eo quod dormientes ab omni opere feriantur: cui opponitur Vigilia. Quintil. lib. 7. cap. 3. Labor, an otium, uigilia, an quies? Horat. 1. Epi. 17. Si te grata quies, & primus ſomnus in horam Delectat: ſi te puluis, ſtrepitusq; rotarum, Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo. Cic. 1. de Diuin. Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus. Verg. 10. Aen. Neque enim membris dat cura quietem. Olim per quintam declinationem inflectebatur, Quies, ei: quæ inflexio etiam hodie manet in compoſito Requies, requiei: quanquam & hoc nonnunquam faciat Requietis Cic. in Catone: Vt meæ ſenectutis requietẽ, delectamentaq; noſcati. Differunt (ut quidam uolunt) Quies & Tranquillitas: q; Quies corporis ſit: Tranquillitas animi. Cic. in Prolo. lib. 1. de Orat. Nam qui locus quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore uidebatur, in eo maximæ moles moleſtiarum, & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt. Idem 1. Offic. loco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. Verum hæc differentia non eſt perpetua. Accipitur enim ſæpiſſimè Quies pro otio, & tranquillitate animi. Plin. lib. 18. cap. 29. Qui paupertatem, & quietem doctrinam ei ſciebant in primis cordi eſſe. Quietes, in plurali pro cubilibus. Lucre lib. 1. Nanque canes ut montiuagæ perſæpe feræ. Naribus inueniunt intectas fronde quietes. Accipitur aliquando Quies, pro tranquillitate, ſiue ſerenitate aeris. Verg. 2. Georg. Si non tanta quies iret frigusq; caloremq; Inter, & exciperet cœli indulgentia terras. Hinc Quietus, a, um, (ἥσυχος) tranquillus. Terent. in Eun. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam i. efficiam, ut quiete, ſecurè, tranquilleq; uiuas. Hinc Quiete aduerbium, (ἡσυχῆ) Cic. de Senect. Quiete & eleganter acta ætas. Compoſita ſunt Inquies, & Requies, quorum ſignificata ſuis è locis relinquimus petenda.

QVIESCO, quieſcis, quieui, quietũ, {*Ripoſarſi*} (ἡσυχάζω ἡσυχίαν ἄγω) quietem ago, ferior à labore Verg. 1. Aeneid. Nunc blanda compoſitus pace quieſcit. Accipitur & pro dormio. Cic. 6. Verrin. Eò cum uenio, Prætor quieſcebat. Modo ſto, non mouent, κατὰ χώραν μένει, ἠρεμεῖ. Verg. 6. Aen. Poſtquam collapſi cineres & flamma quieuit. Idem 7. Aen Poſtquã alta quierunt Aequora. Aliquando actiue accipitur pro quieſcere facio. παύω. Plaut. in Moſtel. Quieſcere tumultum hunc, qui eſt ante oſtium. Quieſcere etiã dicitur, qui ſolitam petulantiam remittit. Teren. in Prolog. And. Dehinc ut quieſcant porrò moneo, & deſinant maledicere. Aliquando abſtinere, ſeu accipitur pro ſuperſedere. Gell lib. 2. cap. 28. Statuere, atque edicere quieſcebant. Plau. in Moſtel. Quin tu ſi ſapis, quieſce hanc rem modo petere. Aliquãdo pro permitto. Cic. ad Att. lib. 7. Quieſcat rem adduci ad interregnũ. Quieſci, impersonale. Ter. in And. Quibus quidem q̃ facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet. Hinc componũtur Acquieſco, Conquieſco, & Requieſco: quorum ſignificata uide ſuis locis.

QVIETVS, quieta, quietum, pen. pro. {*Quieto*} (ἥσυχος) adiectiuũ eſt à nomine Quies deductum, idem ualens, quod tranquillus, ocioſus placidus. Terent. in Phorm. Quietus eſto inquam: ego curabo, ne quid uerborum duint. Vbi Donatus: Quietus, ſecurus: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Verg. 1. Aenei. In primis regina quietũ Accipit in Teucros animũ, mentemq; benignam. Reddere quietum, eſt efficere, ut quiete & ſecure quis uiuat. Terent. in Eun. Sex ego te totos parmeno hos menſes quietum reddã, Ne ſurſum deorſum curſites, ne'ue uſque ad lucẽ uigiles. Solutus & quietus animus. Cic. pro Roſc. Com. Hoc ego loco ſoluto & quieto ſum animo: & quorſum recidat reſponſum tuum non magnopere laboro. Idem 6. Verr. Primo mirum omnibus uideri, Diodorum reũ, hominem quietiſſimum. Horat. Epod. 10. Quietiore nõ feratur æquore, Quàm Graia uictorum manus Cum Pallas uſto uertit iram ab Ilio In impiã Aiacis ratem. Quiete, pen. pro. aduerbium, (ἡσυχῆ ἀτρέμα) tranquille, placide. Cic. 1. de Finib. Qua qui utantur, beneuolentiam ſibi conciliant, & (quod aptiſſimũ eſt ad quiete uiuendum) charitatem. Cæſar 3. Bel. Ciu. Noſtri cõpluribus interfectis, quinque omnino ſuorum amiſſis, quietiſſimè ſe receperunt.

QVILIBET, {*Ciaſcuno, qual ti piace*} (ὅστις, ὁ τυχών) idem quod quiuis, quaſi quemcunque ex multis libet deligere. Horat. in Arte: Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Ponitur etiam aliquando pro uili & obſcuro, ὁ τυχών. Plin. lib. 7. Bis ab Annibale captus, neque cum prolibet hoſte res fuit. Ouid. 1. de Arte Aman. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. hoc eſt, uel tenuiſſimæ fortunæ homunculus. Cui locutionis generi non diſſimile eſt illud Horatianum Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

QVIMATVS, {*Spatio di cinque anni*} (πενταετία) ætas quinq; annorũ: ſicut bimatus, & Trimatus, ætas duorum & trium annorũ. Plin. li. 8. ca. 45. Fœminis uita quindecim annorũ lõgiſſima, maribus uiginti: robur in quimatu. De bobus.

QVIN, {*Che non, perche non, anzi*} uariis modis dicitur. Nã aliquando ponitur pro quur nõ, (τί μὴ) ut quum increpantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus, Quin uenis? quin fugis? Verg. 2. Eclog. Quin tu aliquid ſaltẽ potius, quorum indiget uſus, Viminibus, mollíq; paras detexere iunco? Aliquando pro q, ſeu ut. Idem Attico: Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Terent. And. Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius. Aliquando pro quinetiam, (καὶ μὴν καὶ ἔτι) id eſt, inſuper, præter id, ſiue atque etiam. Verg. 1. Aen. Quin aſpera Iuno, Quæ mare nunc terraſq; metu, cœlumq; fatigat, Cõſilia in melius referet, hoc eſt, quinimo, uel quod maius eſt. Aliquãdo idem ualet quod Vt nõ, uel Quod non. μὴ οὐχί, μὴ οὐ. Cic. Non ideirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id utile eſſe, & honeſtum exiſtimaret. Similiter quũ dicimus: Non poſſum me continere, quin geſtiam: id eſt, ut non, uel quo minus geſtiam. Verg. libr. 3. Aenei. Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti, Quin uatem inſanam aſpicias. i. ut non. Aliquando ponitur pro qui non, ὅστις οὐ. Cic. lib. 9. Epiſt. Nemo eſt noſtrorum, quin uota uictoriæ ſuæ fecerit. Aliquando pro imo. Teren. in Heaut. Quid dicam? quam cauſam afferam? S. quin nolo mentiere. Aliquãdo pro etiam. Terent. in Heaut. Syre pudet me. S. credo, neque id iniuria, Quin mihi moleſtum eſt. Aliquando pro quamobrem. Plaut. in Epid. Hic non eſt locus: Quin tu alium quæras, cui centones ſarcias. Aliquando pro certè, profecto. Plaut. in Amph. At pol quin certa res, hanc eſſe obiurgare.

QVINCENTOS, pro Quingentis dixere ueteres, auctore Feſto.

QVINCVNX, cis, (πεντόγκιον) pondus uel menſura quinque unciarum. In arborum quoq; ordinibus Quincunx dicitur, cũ ita diſpoſitæ ſunt arbores, ut binæ cũ tertia proximi ordinis æquali interuallo ſibi oppoſita, quoquo te uertas, quincuncialem referunt. Quint. lib. 8. cap. 3. Nullus'ne ergo etiã fructiferis ãdhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem, certaq; interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui in quãcũque partem ſpectaueris, rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, ut terræ ſuccum æqualiter trahant. Cic. in Catone Maio. Quum autem miraretur Lyſander & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines, &c. Col. lib. 3. cap. 13. Nonnulli tamen omnem uitem per denos pede in quincuncem diſponunt. Arborum ordines (inquit Bayfius) dicuntur in quincuncem digeſti, quando ſecundi ordinis arbores paribus interuallis ſic diſponuntur, ut figuram Quincuncialem ſeruare ad inuicem uideantur. Eſt autem figura quincuncialis, ut ſupra annotauimus in dictione Decuſſis, dimidiata pars literæ X, per medium ſectæ, quæ decuſſis figuram refert. Eius dimidium eſt figura literæ V, quæ quincuncem repræſentat. Ratio, quare huiuſmodi figuræ quincuncis & decuſſis appellationem ſint ſortitæ, non eſt obſcura. Veteres enim, quemadmodum etiam hodie fieri uidemus, numerum denarium, & quinarium huiuſmodi notis X, & V, pingere ſolebant. Arbores itaque in quincuncem digeſtæ dicuntur, cum ita ſunt collocatæ, ut tertia duabus æquali interuallo oppoſita, V literæ ſimilitudinem faciat. Quincunciales herba dicitur, quæ menſuram quincuncis unius pedis habet, hoc eſt, ſeptenis ferè digitos. Plin. lib. 27. cap. 11. de lithoſpermo: Herba quincuncialis ferè, folijs duplo maioribus, quàm rutæ. Quincunces etiam uſuræ dicuntur, quoties ex centum nummis (ut exempli gratia ſit) quinque nummos uſuræ percipimus. Sic Semiſſes uſuræ, Trientes, Beſſes, & huiuſmodi. Eſt & quincunx menſuræ genus, paulum ſupra mediam heminam continens. Martial. lib. 2. Te conuiua leget miſto quincunce, ſed ante, Incipiat poſitus quàm tepuiſſe calix.

QVINCVPEDAL, {*Il paſſo*} menſura erat, ſiue regula quinque pedum, qua fabri murarij in dimetiendis parietibus uti ſolent. Huius formam & uſum ſic depingit Martial. lib. 14.

Puncta notis ilex, & acuta cuſpide clauſa,
Sæpe redemptoris prodere furta ſolet.

QVINCVPLEX, {*Di cinque ſorti*} (πενταπλάσιος) numerus multiplicatiuus, ut Duplex & Triplex. Martial. lib. 14.

Cæde iuuencorum domini calet area fœlix,
Quincuplici cera cum datur altus honos.

QVINDECIES, {*Quindeci uolte*} (πεντεκαιδεκάκις) aduerb. numerandi quindecim uicibus. Martial. lib. 7. Dicere quindecies poteram, Quid pertinent ad te?

QVINDECIM, pen. cor. {*Quindeci*} (πεντεκαίδεκα) nomen numerale, indeclinabile, ſignificans ter quinque. Plau. Pſeu. Et iam quindecim habeo minas. Horat. in Car. ſecul. Quindecim Diana preces uirorum Curet.

QVINDECIMVIRI, (πεντεκαίδεκα ἄνδρες) magiſtratus erant Romæ, quindecim numero, ſoli ius habentes Sibyllinos libros adeundi. Horum dignitas Quindecimuiratus appellabatur.

QVINDENVS, a, um, adiectiuũ eſt numeri diſtributiui. Liu. 5. Bel. Maced. Quindena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt.

QVINETIAM, {*Oltre accio*} (καὶ μὲν καὶ ἔτι) cõiunctio copulatiua, qua nectimus, quæ coniuncta ſignificare uolumus: idem ferè ualens, quod inſuper, ſiue præterea, & ut uulgus loqui ſolet, quod maius eſt. Cic. de Amic. Quinetiã neceſſe erit cupere, & optare, ut q̃ ſæpiſſimè peccet amicus. Verg. 4. Aenei. Quin etiam hyberno moliris ſidere claſſem.

QVINGENTI, æ, a, {*Cinquecento*} (πεντακόσιοι) quinquies centum. Cic. ad Atti. Nec mirum, quingentos denarios dat. Verg. 10. Aen. Hunc quoque quingentos in ſe Mezentius armat. Quingenti item, hoc eſt, (οἱ πεντακόσιοι) magiſtratus nomen erat apud Athenienſes, à numero quingentorum uirorum, quorum officium erat ciuilia munera, τὰ κοινὰ actiones, de quibus quotidie lis inter populares erat, iudicare. Dignitatem autem hi maximam obtinebant, ac ab Areopagitis ſecundum locum obtinebant.

QVINGENTESIMVS, a, um, (πεντακοσιοστός) numerus eſt ordinis. Pli. lib. 15. cap. 1. Anno urbis quingenteſimo primo.

QVINGENTIES, {*Cinquecento uolte*} (πεντακοσιάκις) aduerbium numerãdi quinquies centum. Cic. 4. Verr. ob eam rem H-S. quingenties Veneri Erycinæ de Stenij bonis exacturum.

QVINGENI, æ, a, numeri diſtributiui nomen eſt, idem ualens quod quingẽti per ſingula. ut cum dicimus, Quingenos denarios militibus diuiſos. i. ſingulis quingentos. Sæpe tamen ita accipitur, ut nihil amplius ſignificet, quàm quingenti. Suet. in Cæſare: Annuam etiam habitationem Romæ uſque ad bina millia nummum, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios permiſit.

QVINGENARIVS, a, um, nõnunquam ad numerũ refertur: ut Quingenarius

rius grex, hoc eſt, pecudes continens quingentas, apud Varronem lib. 3. de Re ruſt. Nonnunquam ad pondus: ut Lanx quingenaria, id eſt, quinquaginta pondo. Plin. lib. 33. cap. 11. Diſpenſator Hiſpaniæ citerioris quingenarium lancem habuit, cui fabricandæ officina exædificata fuerat. Poteſt & ad ætatem referri, ut Quingenarium ſit, quod eſt quinquaginta annorum.

QVINIMO, {Anzi pin toſto} (ἀλλὰ, ἢ καὶ, μὲν οὖν) quin potius, imò uerò, imò etiam. Plin. Epiſt. 74. Præualuit ſententia Cepionis. quinimò cõſurgentis ei ad cenſendum, acclamatum eſt: quod ſolet reſidentibus.

QVINQVAGENARIVS, a, um, {Di cinquant'anni} (πεντηκοντούτης) id eſt, annorum quinquaginta, quemadmodum Sexagenarius, annorum ſexaginta.
Refertur & ad numerum: ut, Quinquagenarius grex, id eſt, quinquaginta capitum. Varro 2. de Re ruſt. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. Quinquagenaria urna. i. quinquaginta capiens certi generis menſuras. Cato de Re ruſt. cap. 13. Vrnam quinquagenariam unam, ſextarium olearium unũ.

QVINQVAGINTA, {Cinquanta} (πεντήκοντα) numerus eſt notæ ſignificationis. Inde Quinquagies, (πεντηκοντάκις) aduerb. numerandi. Plin. lib. 7. Quinquagies collatis ſignis dimicauit. Pro eodem etiam dicimus. Quinquageſies: ut apud Plaut. in Menæch.

QVINQVATRIA, orum, feſta erant Romæ, Palladi ſacra, nõ diſſimilia ijs, quæ ab Athenienſibus παναθήναια uocabantur. Dicta Quinquatria, à numero quinque dierum, quibus celebrantur. quorum primo fiebant ſacrificia: ſecundo, tertio, & quarto gladiatorum ſpectacula edebantur: quinto urbis fiebat luſtratio. Videtur autem primus ex hiſce diebus fuiſſe quintus poſt Idus Martias hoc eſt XIII. Calend. Aprilis: quod non obſcurè colligi poteſt ex lib. 3. Faſto. Ouidij, ubi ſic habet.

Idibus eſt Annæ feſtum geniale, Perennæ:
  Non procul à ripis aduena Tibri tuis. Deinde ſubdit:
Poſtera cùm teneras Aurora refecerit herbas,
  Scorpius a prima parte uidendus erit.
Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.
  Bacche faue uati, dum tua feſta cano. Et mox:
Stella Lycaoniam uergit decliuis ad Arcton
  Miluius: hæc illa nocte uidenda uenit. Et rurſus:
Vna dies media eſt, poſt fiunt ſacra Mineruæ,
  Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro:
  Cauſa, quòd eſt illo nata Minerua die.
Altera: tresq; ſuper ſtrata celebrantur arena:
  Enſibus exertis, bellica læta Dea eſt.
Summa dies è quinque tubas luſtrare canoras.
  Admonet, & forti ſacrificare Deæ.

Varr. lib. 5. de Ling. Lat. auctor eſt, antiquitus unũ tantùmodo feſti huius diem fuiſſe poſt quintũ ſcilicet Idus Martias: eumq; Quinquatrũ uocatũ fuiſſe, tracto uocabuli exẽplo a cõſuetudine uicinorum populorũ, qui dies poſt ſextũ, & ſeptimum Iduum Sextarum, & Septimarum appellauere. paulatim tamen nominis errore conſuetudinem irrepſiſſe, ut quinque dies crederentur. Varronis ſententiæ Feſtus quoque ſubſcribit. Vnde apparet non niſi mera eſſe ſomnia, quæ recẽtioribus Grammaticis de uocis huius etymo ſunt excogitata. qui Quinquatria inde dicta tradiderunt, quòd celebrarentur quinque diebus continuis poſt diem atrum, qui erat poſtridie Iduum, cum probatiſſimorum, quos iam adduximus, auctorũ teſtimonijs ſatis conſtet, Atrius ſiue Atria, particulas in hiſce uocibus nihil ſignificari, ſed ſolas eſſe nominũ productiones. Fuerunt & minora quinquatria ſiue (ut Feſtus appellat) Quinquatrus minuſculæ, quæ Idibus Iunijs à tibicinibus perſonantis celebrantur in honorem. Ouid. 6. Faſt.

Et iam quinquatrus iubeor narrare minores:
  Nunc ades ò captis flaua Minerua meis.
Cur uagus incedit tota tibicen in urbe?
  Quid ſibi perſonæ, quid toga longa uolunt?

Huc etiam ſpectare uidetur illud Plau. in Milit. Da quod dem Quinquatribus præcantrici, coniectrici, &c. Sortitur autem hoc nomen uarias declinationes, Nam modo per ſecundam, modo per tertiam declinationem inflectitur: unde et duplex manſit ablatiuus Quinquatrijs, & Quinquatribus. Cic. in Epiſt. Ita tumultuoſe conciones Quinquatrus afferebantur. Iuuen. Saty. 10. Incipit optare & totis Quinquatribus optat. Declinatur & Quinquatrus, uum, per quartã declinationem, ſicut Idus, um. Cic. Attic. lib. 9. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas, qua ego illum uſum puto. Quin & Diomedes Quinquatrus per primam inflexionem protulit.

QVINQVE, {Cinque} (πέντε) nomen numerale, & inuariabile. Ouid. libr. 8. Metam. Quinque ter implebat ulnas. A quo Quintus, a, um, (πέμπτος) Quinus, a, um, Quinarius, a, um, Quinquies, (πεντάκις) Quincus, Quinquemeſtris, (πενταμηνιαῖος) Quincupertitus: Quincuplex, (πενταπλοῦς) Quindecim: Quinquaginta, Quingenti, Quinquageſimus: & huiuſmodi. Quinque pedum præſcriptio interdicti genus eſt, ex Solonis legibus in XII. Tabulas translatum: quo cautum eſt, ut qui arborem in agro ſuo ſereret, quinque pedum interuallo à uicino abeſſet: præterquam in olea & ficu, in quibus, quod ſine inſigni nocumento alijs plantis admoueri non poſſint, ut quæ & latius ſpargant radices, & humorem abſumant, & ſuccum noxium affundant, nouem pedum requirit interuallum. Vide Canin. l. ult. Digeſt. Fin. regund.

QVINQVEMESTRIS, ſtre, {Di cinque meſi} (πενταμηνιαῖος) quod quinque menſium ætatem habet. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. Quinquemeſtribus pullis factis.

QVINQVEFOLIVM, lij, herba à numero foliorum nomen habens: unde etiam Græcis πεντάφυλλον dicitur. De qua Plin. lib. 25. cap. 6. & 9.

QVINQVELIBRALIS, & hoc le, {Di cinque libre} quod eſt quinque librarum: ut, Quinquelibrale pondus, apud Colum. lib. 3. cap. 15.

QVINQVENNIS, & hoc quinquenne, {Di cinque anni} (πενταετής) quinque annos natus. Plaut. in Pœnul. Duæ fuere filiæ, altera quinquennis, altera quadrimula.

QVINQVENNALIS, & nale, {Che ſi fa ogni cinque anni} (πενταετηρικός) quod fit quinto quoque anno: ut, Quinquennales ludi, apud Plin. lib. 4. cap. 5.
Quinquennalis magiſtratus, qui quinque annis continuis geritur. Liu. 4. ab Vrbe. Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem Cenſuram grauem eſſe.

QVINQVENNIVM, nij, {Spatio di cinque anni} (πενταετία) ſpatium quinque annorum. Cicero 3. de Legibus: Bini ſunto, magiſtratum quinquenniũ habento.

QVINQVEPARTITVS, quinquepartita, partitum, pen. prod. {Partito in cinque parti} (πενταχῆ μεμερισμένος) quod in quinque partes diuiſum eſt. Cic. 1. de Inuen. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationẽ.
Quinquepartito, aduerbium, πενταχῆ. Plin. lib. 25. cap. 6. Folijs per interualla quinque folij aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartito, nigris, & ipſis plumoſis.

QVINQVEREMIS, is, {Galea da cinque remi per banco} (πεντήρης) nauis quinque remorum ordines habens. Plin. de Vir. Illuſt. Rhegiũ regreſſus, quinqueremem hoſtium copijs pedeſtribus cepit.

QVINQVERTIVM, quinquertij, in ſacris certaminibus dicebatur, quod Græci ſua lingua πένταθλον appellabant: utroque nomine deducto à quinque artium, ſeu certaminum generibus, quibus in ſacris Græciæ ludis congrediebantur ij, quos à profeſſione Græci (πεντάθλους) Latini Quinquertiones appellabant: quod, ſ. πυγμῇ, δρόμῳ, ἅλματι, δίσκῳ, καὶ πάλῃ. hoc eſt, cæſtu, curſu, ſaltu, diſco, & lucta certarent. Quibus omnibus ſi quis uiciſſet, Pancratiaſtes dicebatur. Periodo autẽ uictores dicebãtur, qui quatuor Græciæ ludos obiſſent, & ex ijs omnibus uictoriam reportaſſent. Vide de his plura in dictionibus Pãcratium, & Pentathlon.

QVINQVEVIRI, (πεντάνδροι) magiſtratus quinque capitum numero conſtans: quorum officium ſiue dignitas Quinqueuiratus appellatur.

QVINQVIES, aduerb. {Cinque uolte} (πεντάκις) quinque uicibus. Cice. 11. Phil. At hic me defendente quinquies abſolutus eſt. Quinquies millies, Pli. lib. 2. cap. 23.

QVINTA CLASSIS, (τὸ πέμπτον τίμημα) in cenſu à Seruio Tul. deſcripto, ex triginta centurijs conſtabat, nihil aliud, quàm fundas, & lapides miſſiles ferentibus: quibus adiuncti ſunt cornicines, tubicinesq; in tres centurias diſtributi. Cenſebatur autem hæc claſſis undecim millibus æris. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe condita.

QVINTANA PORTA, in caſtris dicebatur, quæ poſt Prætorium erat, ubi uenalium rerum forum ſolet eſſe. Liu. 5. Decad. lib. 1. Prætorio deiecto, direptis, quę ibi fuerant, ad Queſtorium forum, quintanamq; hoſtes peruenerunt.

QVINTANIS, aduerbium ea forma dictum, qua Alternis: ut, Quintanus ſemitare, hoc eſt, poſt quintum quemq; palum ſemitam ducere. Plin. lib. 17. cap. 22. Semper uero quintanis ſemitari: hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur.

QVINTILIANVS Rhetor, ortus in Hiſpania, in ciuitate Calaguritana, ut Euſebio placet: unde & Quintilianus ipſe Hiſpanos prouinciales ſuos uocat. Eum dicunt Romam cum Galba ueniſſe, breuiq; tempore poſtea in familiaritatem Domitiani principis inſinuatum, eius nepotes erudijſſe. Ludũ Romæ aperuit, primusq; è fiſco ſalarium tulit. Scripſit declamationes, quas quidam Quintiliani alterius declamatoris dicunt eſſe, cuius Sen. in 6. Declamationum lib. meminit. Laur. Valla, cum in præceptis Cic. pręfert, quàm recte, ipſe uiderit: doctrinæ certè eius ſtyloq; non immerito plurimum tribuit. Meminit huius aliquoties Martialis, item Iuuenalis, nonnunquam etiam Plin. in Epiſtolis.

QVINTILIS, lis, {Luglio} (μετάγειτνιών, ἰούλιος) menſis anni totius ſeptimus, olim quintus, quũ à Martio anni Romani auſpicarentur, unde & Quintilis primũ dictus eſt. Poſtea uero in honorem Iulij Cæſaris dictatoris, M. Antonio. M. filio Conſule legem ferente, Iulius appellatus eſt, ut in uita Cæſaris refert Sueto. Cic. Atti. lib. 14. Si ergo eſt, uolo menſe Quintili in Græciam.

QVINTIVS, cognomento Cincinnatus, uir Romanus fuit inſigni fortitudine, ambitioniſq; omnis prorſus expers, qui ab aratro ad Dictaturam uocatus, Aequos prælio uictos ſub iugum egit, dieq; decimo ſexto in urbem reuerſus, dictatura ſe abdicauit. Quintius Flaminius, T. Flaminij ab Annibale ad Thraſimenum deleti filius fuit, qui aduerſus Philippum Macedonum regem Cõſul miſſus, commiſſo prælio eum ſuperauit, uictumq; eo neceſſitatis compulit, ut Demetrium filium obſidem daret, Græciæq; ciuitatibus, quas iugo ſuo ſubdiderat, libertatis ſuæ permittere cogeretur.

QVINTO, & Quintum, aduerbia, à nomine adiectiuo Quintus deducta, quę eodem modo inter ſe differunt, ut ſupra oſtendimus Quartũ & Quarto differe pare. Nam quintum Conſul eſſe dicitur, qui quatuor perfunctus Conſulatibus, quintum iam gerit Conſulatum. Quinto autem Conſul fuiſſe dicitur, qui quinto anno poſt exactos reges, inſtitutumq; Conſulatum, factus eſt Cõſul. Liu. lib. 7. Bell. Pun. 2. Declarati Conſules Quintus Fabius maximus quintũ, & Quintus Fuluius quartum.

QVINTVS, a, um, {Quinto} (πέμπτος) ultimus ex quinque. Liu. 1. Bel. Mace. Non quinto inde menſe, quemadmodum à Sagunto Annibal, ſed quinto inde die, quàm ab Corintho ſoluerit naues, in Italiam perueniet.

QVINVS, na, num, nomen diſtributiui numeri, à quinque deductum. Cice. 3. Verr. Nam cum à multis quaterna, etiam quina exigerentur, &c. Horat. libr. 1. Serm. Saty. 2. Quinas hic capiti mercedes exigit: atque Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget.

QVIPOTE, pen. cor. {Come è poſſibile} (πῶς ἄν). i. qui fieri poteſt. Compoſitũ à Qui interrogatiuo & adiectiuo Potis, pote. Perſius Satyr. 1. Et uerũ, inquis, amo, uerum mihi dicite de me. Quipote? uis dicam? &c.

QVIPPE, {Inuero, perche} (οἷα) particula eſt, qua rationẽ reddimus eius quod præceſſit. Exponitur autem aliquando per utpote, præſertim ſubſequente relatiuo, ſiue id nomen ſit, ſiue aduerbium. Cic. pro Roſc. Amer. Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem, niſi perrarò, ueniret. Verg. lib. 1. Georg. Iampridem nobis Cæſar te regia cœli Inuidet, atque hominũ queritur curare triumphos: Quippe ubi fas uerſum, atque nefas, &c. Interdũ per etenim, ſiue nanque. Verg. lib. 2. Georg. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt: Quippe ſolo natura ſubeſt.
Interdum idem ualet quod certè. Plaut. in Aul. Redi nam nunc intro, atque intus ſerua. S. Quippe ni ego intus ſeruem

QVIPPINI, {perche non} (πῶς οὔ, τί μήν) antiqui dicebant pro quidni, ſiue

cur non? Plaut. Menæch. Ita'n' cenſes? MED. Quippe?

QVIRINALIA, orum, (κυρίνια) Romani uocabāt diem, quo ſacra Quirino fiebāt. Cic. ad Q. Fr. Comitialibus diebus, qui Quirinalia dicūtur, Appius, etc.

QVIRINALIS, nale, Quirinalis collis, {*Monte cauallo*} (κυρίνι⁊ λόφ⁊) dictus eſt, quòd in eo Quirini templum erat: ſiue quòd in eum commigrauere Sabini à Curibus uenientes. Hodie Romanorum uulgus à duobus equis marmoreis Phidiæ & Praxitelis operibus, in hoc colle ſitis, Montem equorum uocant. Quirinalis porta Romæ dicta, quod ea in collem Quirinalem iretur, uel quod proxime eam eſſet Quirini ſacellum. Quirinale iugum, Ouid. 7. Faſt. Lituus quirinalis, qualem Quirinus habuit, Verg. 7. Aeneid.

QVIRINVS, ni, pen pro (κυρίν⁊) Romuli cognomen, ab haſta: qua aſſiduè utebatur, impoſitum Haſtā enim, teſte Feſto, Sabini Curim ſiue (ut alij legunt) Quirim uocabant. Quāquam non deſint, qui à Curibus, hoc eſt, à Sabinis, quos in urbis partem recepit, Quirinum potius cognominatum putent. Contrà Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Quirinum à Quiritibus appellatum exiſtimat. Ouid lib. 2. Faſt. controuerſiam hanc in medio relinquit, contentus omnes, quas iam adduximus, opiniones recenſuiſſe.

Proxima (inquit) lux uacua eſt: at tertia dicta Quirino.
 Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.
Siue quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis:
 Bellicus à telo uenit in aſtra Deus:
Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites:
 Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

QVIRITES, tum, uel Quiritum, (κυρῖται, ῥωμαῖοι) Romanorū nomen à Curibus Sabinorum urbe impoſitum. Romulus enim inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum rege, eoq́; in partem regni, Sabinisq́; in urbis portionem receptis, ut nouarum incolarum beneuolentiam aliqua ſibi ratione conciliaret, miſtam Romanorū, Sabinorumq́; gentē uno nomine Quirites appellauit. Liu. 1. ab Vrbe: Mouet res tum multitudinē, tum duces, ſilentiū, & repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, ſed & ciuitatem unam ex duabus faciunt, regnum conſociant, imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Liu. Legitur & accuſatiuus ſingularis Quiritem, à nominatiuo, ut uidetur, Quiris. Perſ. Saty. 5. Heu ſteriles ueri, quibus una Quiritē Vertigo facit. Ouid. 1. Amor. An ſi pulſaſſem minimū de plebe Quiritē, Plectere, &c.

QVIRITO, as, pe. pro. ſeu Quiritor, taris, {*Lamentarſi, cridare*} (ἀνακλαυθμίζω, ποτνιάομαι, ὀδυρομαι) lamentor, mœſtaq; uoce Deorum, hominumq́; auxilium inuoco. Quæ ſignificatio tracta eſt à conſuetudine Romanorum, qui iniuria affecti, Quiritium opem implorabāt. Vnde Varro Quiritare interpretatur, Quirites ciere. Nonius Quiritare eſt clamare, tractū ab ijs, qui Quirites inuocant. Lucil lib. 12. Sat. concurſus uelut aurat, clareq; quiritans. Ab Apuleio ponitur pro ſuppetias petere Quiritari, inquit Budęus, deos, homineſq; implorare. Liu. lib. 9. Bell. Maced. Occulebat uim, quòd præ ululatibus, tympanorumq́; & cymbalorum ſtrepitu nulla uox Quiritantium inter ſtupra, & cædes exaudiri poterat. Hinc Quiritatio, uerbale, (οἰμωγμός) lamentatio, humanæ, diuinæq; opis imploratio Liu lib. 3. Bell. Maced. Fuga comitum, & quiritatio, & tumultus tota urbe diſcurrentium factus cum luminibus. Quiritatus, huius quiritatus, id eſt, clamor urbanorum, ut Iubilatus ruſticorum, ut oſtendit Valla ex auctoritate Varronis. Quiritatus infantium. Plin. Epiſt. 106. Audires ululatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores uirorum. Quiritare item (ſi Philomelæ auctori credimus) uerres dicitur, quum uocem emittit. Quiritat (inquit) Verres: tardus rudit, oncat aſellus.

QVIS, Qui, Quæ, {*Il quale, la quale*} (τίς) Quod, uel Quid, (τί) quãq; interrogatiue ponitur. Cic. pro Marcel. Quis omniū doctior Ariſtotele? Verg. 1. Eclog. Sed quæ tanta fuit Romā tibi cauſa uidendi? Plaut. Quod facinus auſi tantū? Idem: Quid ad illas artes optes, ſi optio aduenıat tibi? Aliqñ infinitè, τὶς. Pli. Iunior in Epiſt. Tū mihi neſcio quid in aurem inſuſurrauit. Cic. Quū præcepta neſcio quæ diſcipulis ſuis palam tradidiſſet. Plaut. Nec mihi quod facinus cōſcirem, inuenı. Qui, quæ, quod, (ὅς, ἥ, ὅ) relatiue etiā ponuntur. Quis uero, & Quid, nunquā. Qui, quæ, quod, relatiue poſita, quōq; diſſentiunt à ſuo antecedente, & cū ſubſequenti conueniunt ſubſtantiuo. Cic. Omnes tenues, atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratū putant. Sall. in Catil. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Verum hæc quoniā uulgata ſunt, & ad uocū ſignificationem nihil attinet, pueris ex Syntaxi potius petenda relinquimus. Accipitur aliqñ Quis, pro aliquis. τίς. Sue. in Claud. Si quē nihum, & ſe liberum eſſe. Pli. Epiſt. 6. lib. 3. Nec uitia, ſi qua ſunt, celant. Verum hæc, aliaq́; id genus compoſita potius cenſenda ſunt: ut ſuis locis latius docebimus. Ponitur autem Quis, admirantis pro qualis, ποῖ⁊. Verg. 9. Aen. Quis globus ciues. Olim tam fœminino, quàm maſculino genere proferebatur. Plaut. in Aul. Dic mihi, ſi audes, quis ea eſt, quam uis ducere uxorem? Verg. 11. Aenei. Qui cum partiri curas. i. cum qua. Loquitur enim de Acca, quæ erat una ex comitibus Camillæ. Quod autem adiectiuū eſt, ideo ſemper ſubſtantiuo iungitur, Quid uero ſubſtantiuum. Accipitur aliquando Qui, quæ, quod, pro quātus, quanta, quantū, ſicut is, ea, id, pro tantus, tanta, tantum. Quint. Hoc ſi feciſſes, pater, affirmo, promitto, (cuius pietatis es) nemo te anteceſſiſſet. i. quantæ pietatis es, uel pro magnitudine tuæ pietatis. Huiuſmodi aūt orationes tribus efferimus modis. ut, Qua es humanitate, Cuius humanitatis es, & Quæ tua eſt humanitas. Idē contingit in pronomine Is: ut, Ea patris eſt lenitas: & Eius lenitatis, ſiue ea lenitate eſt pater. Inuenitur & Quis, aut (ut nonnulli ſcribere malūt) Queis in datiuo & ablatiuo pluralibus: uerū hoc à ſingulari nominatiuo tēpore diſtinguitur. Producitur enim cū in nominatiuo corripiatur. Luca li. 2. Proh fata, quis ille, Quis fuit ille dies? Horat. in Ser. Queis humana ſibi doluit natura negatis. Fit aūt Queis à ſingulari Quo, ſicut à Dominio Dominis. Contra ablatiuo Qui, fit Quibus, ſicut à facili Facilibus. Seruius in illud Ver. 1. Queis ante ora patrum, &c. Quis, inquit, & Quibus ſecundum artem dicimus. Ab eo, n. quod eſt Qui, in bus mittit: ab eo quod eſt Quo, in is. Sed à tertia declinatione in uſu ſunt datiuus, & ablatiuus plurales: licet antiqui omnibus uſi ſint caſibus. Denique Cato in Orig. Ques, quium, declinauit, ſicut Puppes, puppiū: Ques inquiens, ſunt populi? Cōpoſita à Quis ſunt Siquis, Aliquis, Nequis, Quiſquis, Quiſque: à quo, Vnuſquiſque, Quiſnam, Quiſputas, Quiſpiam, Quiſquam: de quibus partim iam egimus, partim ſuo loco ſumus dicturi.

QVISNAM, {*Chi?*} (τίς ποτε) interrogatiuū eſt, idem ſignificans, quod Quis. Nam, enim ſyllabica eſt adiectio, nihil addens ſignificationi. Terent. in Andr. Quiſnam homo eſt? Aliquando infinite ponitur. Plin. lib. 11. cap. 35. Delphini quonam modo audiant, mirum.

QVISPVTAS, (τίς δή ποτε) idem quod quiſnam, ſiue ecquis. Verum hoc fortaſſis non inepte duabus dictionibus ſcriberetur.

QVISQVAM, & Quiſpiam, {*Alcuno*} (τὶς) idem quod aliquis. Quiſquam, olim tam maſculino, quàm fœminino iungebatur. Teren. in Eunu. Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit, neque ſcit, qui ſies. Ibidem: Hunc oculis ſuis Noſtrarum nunquam quiſquam uidit. Verba ſunt ancillæ Pythiadis. Quiſquam aliquando ponitur pro quiuis, ſiue quilibet, ὁςις. Cic. ad Terentiam: Niſi uos fortiores cognoſcerem, quam quenquam uirum, hoc eſt, quemuis uirum.

QVISQVILIÆ, liarum, (περιψήματα, συρφετός) purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus ſurculorum, foliorumq́; & florū minutum decidit: unde nomen uenit, uelut quicquid cadit, inquit Feſtus. Ob id Cæcilius Quiſquilias uolantes uenti ſpolia appellat. Cic. lib. 1. Epiſt. ad Attic. homines nihili & perditorum fæcem per tranſlationem Quiſquilias appellat. Idem pro Seſtio: Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quiſquilias ſeditionis Clodianæ. Antiqui hoc nomen etiam in numero ſingulari declinarunt, ut docet Feſtus, afferens teſtimonium ex Næuij Tegularia. Abi deturbate ſaxo, quiſquilia, non homo.

QVISQVILIVM, lij, (κόκκ⁊ Dioſc.) exiguus frutex ilicis, producens coccū, quod granū eſt ad tingendas ueſtes gratiſſimū. Pli. lib. 16. cap. 8. Oēs tamē has roboris dotes ilex ſolo prouocāt cocco. Granū hoc, primoq́; ceu ſpecies fruticis paruos aquifoliæ ilicis, quiſquilium uocant, tributi penſionem alterā Hiſpaniæ pauperibus donat. Hinc natum eſſe putat Ruellius, ut ueſtis coccina, literis per imperitiam interceptis, Scharlata uulgo hodie dicatur, pro Quiſquiliata.

QVISQVE, {*Ciaſcuno*} (ἕκαστ⁊) uniuerſale ſignum eſt, idem ſignificans quod omnes, unoq; uerbo eſt contentum. Verg. lib. 7. Aen. Quiſque ſuos patimur manes. Iungitur eleganter cū ſuperlatiuis, aut ijs, qui ſuperlatiui uim habent: qualia ſunt numeralia ordinis, & eorum interrogatiuum Quotus: uel cum poſitiuis, quæ ſuperlatiuē uſitatè non recipiunt. Cic. lib. 1. Acad. Quæſt. Certe enim recentiſſima quæq; ſunt correcta, & emendata maxime. Plaut. in Pſeud. Nam in foro uix eſt decimus quiſque, qui ſe ipſum nouerit. Cic. 2. Tuſc. Quota enim quæq; eueniunt, ut ab his ſunt prædicta? Sic etiam dicimus, Eximius quiſque Singularis quiſque. Vide de hoc Vallam lib. 1. Elegant.

QVISQVIS, {*Chiunque*} (ὅστις) idem ſignificat, quod quicūq;, uel omnis qui: deſideratq; duo uerba. Plau in Stic. Quiſquis prętereat, comeſſatū uolo uocari.

QVIVIS, {*Qual tu uuoi*} (ὅστις, ὁστισοῦν) idem eſt, quod quilibet, quaſi unus è multis, quem uelis. Cic. pro Quintio: Vtrunque quiuis intelligere potuiſſet.

QVO, {*Quanto*} (τῷ, ὅσῳ) accipitur pro quanto, habetq; ſibi reſpondentem particulam Hoc, uel Eo, Cic. pro Roſc. Comœ. Quo quiſque ingenioſior eſt, hoc docet laborioſius. Idem pro Quintio: Quę quo plura ſunt, eo te meliore mente noſtra audire oportet. Aliquādo eſt aduerb. loci, ποῖ. Verg. lib. 1. Aen. Quo ue tenetis iter. i. ad quem locum tenditis. Aliquando eſt coniunctio, idem ualens quod Vt. ἵνα, ὅπως. Plin Iuni. Neque enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Aliquādo ponitur pro quare. (τί δ' ἰα τί) ut inquit Dona. Terent. in And Quo æquior ſum Pamphilo. Aliquando etiam accipitur Quo (εἰς τί) pro quid, uel in quem uſum: Horat lib. 1. Epiſt. Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti? Id eſt, ad quid uultis mihi bona eſſe fortunæ? Hinc fiunt cōpoſita, Vſquequo, Quoad, Quocirca, Quouſque, Quomodo, Quoquomodo, Quoquouerſus, Quoquam, Quoque, Aliquo, Aliquoties.

QVOAD, {*Fin che, à tanto che*} (μέχρις οὗ, ἕως ἄν) idem quod donec, quandiu quouſque Ex Ad, & Quo compoſitū, ſed præpoſtero ordine præpoſitione poſt poſita: quod & in Hactenus, & Quatenus uidemus accidere: ut, Quoad uiuā, ero tibi amicus. Sallu. Dummodo putetis uos tutos eſſe, quoad reliqua multitudo aduenerit. i. quouſque. Cice. lib. 1. Offic. Tandiu aūt uelle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. i. quandiu. Nihil autem differunt hæ locutiones, Quoad uiuam. & Quoad moriar. Hæc enim quamuis contraria eſſe uideantur, idem tamen ſignificant, quoniam duo tempora, quum inter ſe oppoſita ſunt, atque ita cohærentia, ut alterius finis cum alterius initio miſceatur, non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur. Poteſt ēt eſſe interrogatiuū ἄχρις οὗ. Terent in Phor. Senem quoad expectatis ueſtrum? Item relatiuū: ut, Quoad iuſſiſti, parui. Cice. ad Treb. Itaque ego quoad opinatus ſum me in prouinciā exiturū, quæ tibi ultro obtulerim, meminiſſe te credo. Idem Att. Quouſque? inquies, quoad erit integrum. Accipitur & indefinitè. Idem de lege Agra. Videte quod fecerit iter apertius, quàm antea. i. quanto apertius. Aliquando rei, et ingenij facultatē, (ἐφ' ὅσον) ſiue temporis cōmoditatem ſignificat, ut apud eundem in Lælio: Vt quoad poſſem, & liceret, ab eius latere nunquam diſcederem. id eſt, quātum, uel quatenus.

QVOADEIVS, {*In quanto, quanto*} (ἐν τῷ καθ' ἑαυτόν) una dictio idē ualēs quod quatenus inquātū, uel quoad: nā particula Eius, parelcon eſt. Cic. App. Si eā, quoadeius facere poſſis, quàm expeditiſſimā mihi trades. Idē: Elaboro quoad eius facere poſſum, (ὡς ἐνδέχεται μάλιστα) ut conſilia hoſtium intelligam.

QVOADVSQVE, {*Fin che*} (καθ' ὅσον ἄν) eiuſdem ſignificationis eſt cū donec, uel quouſque. Accius: Nihil te impedio, quoaduſque rem peragas.

QVOCIRCA, {*Per il che*} (δι' ὅ, παρὸ) coniunctio rationalis eſt, idem ualens, quod quapropter, quamobrem, ideo, uel igitur. Cic. in Cato. Maio. Quocirca ſi ſapientiam meam admirari ſoletis, quæ utinam digna eſſet, &c.

QVOD, (ὅ) nomen adiect. eſt quod pōt capi relatiue, interrogatiue, & infinite, ut ſatis fuſè ſupra oſtendimus in dictionibus Quis, & Qui. Ponitur aliquando in oratione, ſine manifeſta dictione regente, ſubaudita prępoſitione Ob, uel Propter. Terent. in Hecy. Nam (ita me ament dij) quod me accuſat nūc uir, ſum extra noxiam. Plau in Epid. Animum aduerte, ut quod ego ad te uenio, intelligas. Ponitur aliqñ pro quantū. Cic. pro Roſc. Amer. Qui omnes, quod ad me attinet, uellem uiuerent. Aliquando in oratione pro quadam continuatione, ſiue connexione accipitur, quoties Vtinam adiunctum habet. Cicero Terentiæ: Cum ad uos ſcribo, aut ueſtra lego, conficior lacrymis ſic, ut ferre non poſſim: quod utinam minus uitæ cupidus fuiſſem, certe nihil, aut non multum in uita mali uidiſſemus. Aliquando pro in quo, Idem ſi quid fit, quod mea opera opus

fiet,

ſiet, &c. Aliquando pro quicquid Cice. pro Domo ſua: Ornamentorum quod ſuperfuit in fanis, & cõmunibus locis, tota è Græcia, ſanè frugaliter, domum ſuam deportauit. Quod idem ſæpe ponitur pro id quod, ſiue quod ipſum aut, quod etiam. Ci. de Aruſp. reſpon. Quod idem in iudicio capitis durum, atque iniquũ eſt. Idem pro Domo ſua: Senatus quoties de me conſultus eſt, toties legem nullam eſſe iudicauit. Quod idem tu Lentule uidiſti in ea lege, quam de me tuliſti.

Aliquando uero eſt coniunctio cauſalis, (ὅτι) idem ualẽs quod quia: ut, Quod ſcribas, lætor. Et, Non caſtigo te, quod odio habeam ſed quo meliorem efficiã.

Vbi enim poteſt eſſe Quod, ibi etiã Quia: & ubi poteſt eſſe, Vt ibi poteſt eſſe Quo, & econtrario: ut, Non te caſtigo quia odio habeam, ſed ut meliorẽ efficiam. Quandoque ponitur pro Sed, & in principio clauſulæ locari ſolet. Cice. Quod ſi (καὶ) cũ ſubiunctiuo) quis à me huius conſilij mei cauſam quærat, ita reſpondeo. Cum autem Quod pro Sed ponitur, ferè cum Si, Niſi, Cum, Quia, aut Quoniã iungitur. & dicimus, Quod ſi, Quod niſi, Quod quũ, Quod quia Quod quoniam. Teſtimonia paſſim ſtudioſo obuia fient. Ponitur aliquando pro cur, ſiue quamobrem. Verg. 3. Eclog. Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt, quod pocula laudes. Cice. ad Terentiam: In uiam quod te des hoc tempore, nihil eſt. Aliquando præcedentis uerbi ſignificationem determinat. Ci. in Sallu. Credo, quod non omnes tui ſimiles incolumes in urbem, ueniſſent. Ponitur aliquando pro ut inquit Donatus. Terent. in Phorm. Vin primum hodie facere, quòd ego gaudeam Nauſiſtrata, & quod tuo uiro oculi doleant?

QVODAMMODO, {A un certo modo à qualche modo} aduerbium eſt idem ſignificans quod aliquo pacto: quod barbare dicitur Aliqualiter. Ci. de Amic. Quippe cum propter uirtutem, & probitatem, eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus.

QVODCVNQVE, {Ogni coſa che} (ὅ τι) idem ualet quod omne quod, duoque exigit uerba. Cice. contra Rullum. Non omnia quæcunque loquimur, ad artẽ ſunt reuocanda. Aliquando accipitur pro quantuncunque. Cicer. Bruto: Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe.

QVO IVRE, QVAQVE INIVRIA, {A ragione, ouero à torto} (δικαίως, καὶ ἀδίκως) prouerbiale eſt, quaſi per fas, et nefas, uelis nolis. Tere. in And. Quo iure, quaque iniuria, præcipitem me in piſtrinum dabit.

QVOM, uide ſupra in dictione Cum: & infra in dictione Quum.

QVOMINVS, {Che non} (μὴ οὐχὶ) ſignificat, ut non. Ci. li. 1. Epiſt. Nemo eſt qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret, per aduerſarios tuos eſſe factum.

QVOMODO, {A' che modo} (πῶς, τίνι τρόπῳ) ſiue una ſit dictio compoſita, ſiue duæ diuiſæque dictiones: interrogatiua particula eſt, ſiue admiratiua, idẽ ualẽs quod Vt, quo pacto, qua uia, qua ratione. Cic. ad Att. li. 10. Tulliæ noſtræ mirifica uirtus: quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domeſticas tricas? Accipitur & relatiuè. Idem de Aruſp. reſponſ. Et ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum Senatuſconſultis. Aliquando, & indefinitè. Ci. Lentulo: Hæc negotia quomodo ſe habeant, ne epiſtola quidẽ narrare audeo. Quomodocunque, id eſt, qualicunque ratione, utcunque, qualitercunque, quoquo pacto. Plau. in Pœnul. Sed tamẽ quomodocunque, quanquã ſumus pauperculi, eſt domi quod edimus. Componitur quoque Quomodo cũ Nã, & dicimus: Quomodonam. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. Quomodonam mi frater de noſtris uerſibus Cæſar.

QVONAM, {Doue} (ποῖ) aduerbiũ ad locum. Plau. Trinum. Eamus intro, ſequere. S. quo tu te agis? C. quonam, niſi domũ? Cice. Att. lib. 8. Eum ſi nunc ſequor, quonam? Quonam ablatiuus, à Quinam, iungitur ablatiuo Modo, eſtque tanquã una dictio uice aduerbii poſita: & modo interrogatiuè accipitur. Ci. 2. de Finib. Quonam, inquit modo? quia &c. Modo indefinite: Idem l. 4. de Fin. Admirantes quæramus ab utraque: quonam modo uitam agere poſſimus.

QVONDAM, {Altre fiate, per lo paſſato} (πάλαι) aduer. temporis, idem ualẽs quod Olim. Et modo præteritum tempus denotat: Cice. 2. Inuent. Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copijs. Idẽ: Fuit iſta quondam in hac Rep. uirtus. Modo futurum, ἐσαῦθις. Verg. Quondã tua dicere facta. Tempus erit. Modo præſens. Idẽ 2. Aen. Quõdã etiã uictis redit in præcordia uirtus. Ponitur quãdoque pro ſemper. Idẽ: Vt quõdã in ſtipulis magnus ſine uiribus ignis.

QVONIAM, {Perche} (ἐπειδὴ ὅτι) coniunctio cauſalis. Terẽ. in Andr. Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Poteſt eſſe ſubcontinuatiua, ἐπεί. Cice. pro Planc. Quoniam tu ita uis, nimium gratum eſſe concedam. Interdum auctore Feſto, ſignificat poſtquam. Pla. in Aſin. Quid nunc, quoniam ambo, eſt lubitum, nos deluſiſtis, datis ne argentum?

QVOQVAM, {Ad alcun luogo} (ποι) ſignificat aliquo, id eſt, ad aliquam partẽ locumue. Cic. 4. Verr. O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quo non attuleris tecum iſtum diem.

QVOQVE. Ancora ſimilmente parimente} (καὶ) coniunctio eſt copulatiua, poſtpoſitiuæ ordinis, idem ſignificans quod etiam. Senec. Tu quoque ſimili modo exercere te debes. Aliquando pro ſimiliter. ὁμοίως. Verg. in Daphnide. Damnabis tu quoque uotis. Huic particulæ Quoque aliquando iungitur Etiam. Terent. in Hecy. Ego quoque hoc etiam credidi aliquando. Plin. lib. 8. cap. 1. Sunt uero & fortuita eorum quoque clementiæ exempla.

QVOQVOVERSVS, uel Quoquouerſum, Verſo ogni luogo} (πάντῃ, πάντως) aduerbium ad locũ, ſignificans uerſus omnes partes, ſiue uerſus quẽcunque locũ. Cæſar in Cõment. Eius imperio claſſem quoquouerſum dimittunt. Col. lib. 2. cap. 5. In plano pedes interualli quoquouerſus octo.

QVOQVO, {A' ciaſcun luogo} (πάντῃ ἐφ' ὅ) aduerbiũ loci, ſignificans, ad quẽcunque locũ. Plaut. in Merca. Menſque mihi illam quærere, quoquo hinc abducta eſt gentium. Eſt etiam Quoquo ablatiuus a Quiſquis. Cic. ad Att. libe. 9. Confido igitur aduentum noſtrũ illi quoquo tempore fuerit, ut ſcribis, ἀσμενιστὸν fore. Hinc fit compoſitum Quoquomodo, idem ſignificans quod qualitercunque. Cice. ad Acilium, li. 13. Epiſt. Quoquomodo autem ſe res habeat, peto à te, ut eum expedias.

QVORSVM, {Verſo che luogo} (ποῖ) uerſus quem locũ, quaſi quo uerſum. Et modo interrogatiue accipitur: ut, Quorſum inſtituiſti iter? Modo relatiue: ut Mendicem uerſus curſum tenetis, quorſum & nos. Modo indefinitè: ut, neſcio quorſum eã. Tere. in Eunu. Ego neſcio hercle, neque unde eam, neque quorſum eã. Idem ibidem per trãſlationẽ dixit: Neſciebã quorſum tu ires: hoc eſt, quid tuis uerbis uelles, quo tenderes. Idẽ in Adelph. Quorſum iſtuc? ideſt quod uulgò dicitur, ad quod propoſitum? Dicimus & Quorſus. Cicer. de Clar. Orato. Quorſus inquam iſtuc? non enim intelligo.

QVOT, {Quanti} (πόσοι) nomen numerale, aut potius numeri cardinalis interrogatiuũ: quod tã relatiuè & infinitè, quàm interrogatiuè accipi poteſt: ut, Quot nũmi tibi ſunt? Scio quot nũmos habes. Habeo tot, quot tu. Plaut. in Rud. Quot ſunt? S. totidem quot tu, & ego ſumus.

QVOTANNIS, {Ogn' anno} (ἀνὰ πᾶν ἔτος) ſingulis annis. Plaut. in Epid. Quid iſtæ, quæ quotannis inueniũt nomina noua? Cic. 4. Verr. Quod omnes Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. Ci. 2. de Finib. Colum. lib. 5. c. 9. Omnis deinde ſoboles, quæ ex uno ſtirpe nata eſt, quotãnis extirpanda eſt.

QVOTENNIS {Di che età di quanti anni} (ἀμφὶ πόσα ἔτη) ætatis interrogatiuum eſt, ſignificans, quot annorum. Accipitur tamen & relatiuè. Habet autẽ antecedentia nomina numeralia, uel cõpoſita ex numeralibus, & anno, ut Anniculus. Biennis, Triennis: ut, Tu es biennis, quotennis iſſe.

QVOTENVS, pe. cor (ποσαχῶς) interrogatiuum eſt numeri diſtributiui, teſte Priſciano: ut, Quotenis bobus arat? binis. ternis. Accipitur & indefinitè. Cice. Att. In ripa neſcio quotenorum iugerum.

QVOTIDIE, {Ogni giorno} (ἑκάστην ἡμέραν) idẽ quod ſingulis diebus, à Quotus, & dies compoſitum, ut nonnulli putant. Sunt qui ſcribant Cotidie per ſecundã conſonantem: itaque olim ſcribi ſolitam eſſe oſtendit Quint. lib. 1. Inſtit. cũ ait fuiſſe quoſdam, qui Quotidie ſcribendum præciperent, quod compoſitum uideatur à Quotus, uel Quot, & Dies: uerum rationẽ hanc frigidam eſſe dicit, & et ſuo tempore inter ineptias euanuiſſe. Hinc deducitur Quotidianus, a, um, uel Cotidianus, quod quotidie fit. Plaut. in Mercat. Quæque habeat quotidianũ familiæ coctum cibum. Cic. 2. de Diui. Quia ſunt hæc quotidiana, angues nõ itẽ. Per tranſlationem Quotidianus accipitur pro uulgari. Teren. in Eunuch. Tædet harum quotidianarum formarum.

QVOTIES, ſiue Quotiens (nam utroque modo ſcribitur.) {Quante uolte} (ποσάκις) interrogatiuũ eſt numeri aduerbialis, ſignificans quot uicibus. Pla. Cur. Quoties dicendũ eſt? Ci. 4. Verr. Verum quoties, & quot nominibus aufers? Idẽ in Catil. Quotiens iam, quotiens tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Accipitur & relatiue, habetque antecedens Toties. Cicer. de Orato. Toties, quoties præſcribitur.

QVOTIESCVNQVE. {Qualunque uolta che} (ὁσάκις) quotcunque uicibus. Cic. pro Cluent. Quotieſcunque dico, toties uideor mihi in iudiciũ uenire.

QVOTQVOT, {Quanti che ſono} (ὅσοι δή) quotcunque quotlibet, quantumuis multi Brutus Cicer. Peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Idem 2. de Inuent. Si duæ leges, ſi plures, aut quotquot erunt.

QVOTVPLEX, plicis, {Di quante ſorti} (ποσαπλοῦς) interrogatiuum ſignificans quot generum, quot ſpecierum, uel quot modorum: ut ſi quis quærat quotuplex ſit animæ facultas.

QVOTVPLVS, a, um, (ποσαπλάσιος) interrogatiuũ eſt numeri multiplicatiui ut, Quotuplum reddit ager? Accipitur & relatiue: ut, Centuplum Aegyptii reddunt agri, quotuplum uix noſtri.

QVOTVS, a, tum, (πόστος) interrogatiuũ eſt numeri ordinalis. Horat. 2. Serm. Sat. 6. Hora quota eſt? Accipitur aliquãdo pro quot. Mart. Dic quotus es, quãti cupias cœnare, nec ullum Addideris uerbũ, menſa parata tibi eſt. id eſt, quot eſt is, ſeu quot tecum habes. Eleganter autem adiunctam habet particulã Quiſque. Cic. 1. de Natu. deo. Quotus enim quiſque formoſus eſt? id eſt, quot ſunt formoſi? quaſi dicat, pauciſſimi. Quandoque ſignificat continua in quantitatẽ, et ponitur pro Quantus. Iuue. Quota portio fecis Achææ. hoc eſt, quantilla portio, quaſi dicat, minima.

QVOTVSQVISQVE, (πόσος) in ſingulari, idẽ ſignificat quod nomen numerale Quot: ut, Quotuſquiſque eſt, qui aliter ſentiat? Et eſt uetus, elegansque locutio per interrogationẽ, & ad paucitatẽ refertur: ut, Quotuſquiſque ſtudet? id eſt, quot ſtudent, hoc eſt, quàm, pauci ſunt, qui ſtudeant. Cic. pro Planc. Quotuſquiſque iuris peritus eſt? quotuſquiſque diſertus eſt? Rectius tamẽ quotus quiſque ſcribendum uidetur, diuiſis dictionibus. Sæpe enim particulam inuenimus inter utranque interiectam. Cic. de Orat. Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum, ac modorũ? Idem libro 2. de Diuin. Quota enim quæque res euenit prædicta ab his?

QVOVIS, {A' che luogo tu uuoi} aduerb. ad locum idem, quod quolibet: ut apud Teren. in Heaut. Imo potius abeat quouis gentium, Quam hic per flagitiũ ad inopiam redigat patrem?

QVOVSQVE, {Sino à che tempo} (μέχρι τίνος, μέχρι πῶς) quandiu, ad quod uſque tempus. Cice. Att. lib. 1. Quouſque, inquit, hunc regem feremus? Idẽ de Som. Scip. Quouſque humi defixa erit tua mens. Interdum idem ualet, quod Ad quem uſque locum: ut, Quouſque Cæſari obuiam progreſſus es?

QVVM, {Quando} (πότε) aduerb. temporis eſt, idem ſignificans, quod quando. Cic. de Inuent. Fuit quoddam tempus, cum in agris paſſim homines beſtiarum more uagabãtur. Idem in Somn. Cum in Aphricam ueniſſem. Aliquando cauſalis coniunctio, ualens quoniam. Salluſt. in Cice. Sed quum in te modeſtiã nullam animaduerto, reſpondebo tibi. Interdum aduerſatiua, idem ualens quod quamuis. Ci. 13. Epiſt. Ego quum antea ſtudioſe commendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius. De ortographia huius dictionis uariæ ſunt opiniones. Sunt enim qui perpetuo ſcribant per c, ſiue aduerbiũ ſit, ſiue coniunctio, aut etiam præpoſitio, ſolaque accentus nota ſuperpoſita, aduerbium, coniunctionẽque à præpoſitione cũ diſtinguũt. Victorinus aũt in ortographiæ præceptis, Quũ, tẽporis aduerb. per q, & u, ſiue unũ, ſiue duo, ut uiſum fuerit, ſcribendam aſſerit. Quint. libr. 1. cap. 13. de ortographia auctor eſt, à multis hanc differentiã fuiſſe obſeruatam, ut pro aduerbio temporis ſcriberent Quom, per quartam, uocalem, pro coniunctione autem cauſali, Quum per Q, & geminũ V V: pro præpoſitione uero, Cum per ſecundam conſonantem. Verba Quintil. ſunt hæc: Illa quoque ſeruata eſt a multis differentia: ut Ad quũ eſſet præpoſitio, d, literam: quũ autẽ coniunctio, t, acciperet. Item Cum ſi tempus ſignificaret per QVOM. ſicomitem per CVM: ſi uero cauſam, per Q. ac duas ſequentes V V, ſcriberetur.

QVVMPRIMVM, {Subito che} (ἐπειδὰν τάχιστα) duæ partes ſunt duo exigentes uerba, Idem enim ualent, quod ubi primum, uel quando primũ fieri potuerit. Verg. Eclog. 7. Quum primum paſti repetent præſepia tauri, Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.

R E' la quarta conſonante liquida. In eſſe finiſce alcune ſue uoci la lingua Italiana per natura, & per troncamento. Per natura in queſta ſola particella PER. *Et per trōcamento in moltiſſime, come honor, amor, cor, & in tutti gl'infiniti de' uerbi, palar, udir, ueder, & coſi di tutti. E' queſta lettera la piu dura da proferirſi che tutte l'altre dell'Alphabeto. onde gli ſcilinguati & putti che balbettano non la poſſono eſprimere, ma fanno in ſuo luogo ſentir la. L. & per queſta ſua durezza quando ella s'incontra con la S. & principalmente ſe è ſeco altra conſonante, pare che malageuolmente ſi proferiſca. Onde ſuole la lingua Italiana in tal caſo pigliare una i auanti la S. dicendo per iſfogar, per iſpegnere, & coſi di tutte, & ſimilmente in tai luoghi le parole che hano tutta lettera nell'ultima ſillaba, non ſi laſciano tronche, ma ſi ſtendon tutte, che non ſi dirà uoler ſcriuere, il dir ſtrano. Ma uolere ſcriuere, & il dire ſtrano, & coſi d'ogn' altro.*

DE LITERA R.

R LITERA ſemiuocalis eſt, & aliquid, quæ poſt mutam in eadem ſyllaba poſita, præcedentem ſyllabam ſi natura breuis ſit, modo longā, modo breuē facit: ut Ouid. in dictione Patrē exemplū poſuit: Iam patrem, famuloſq; patris, lucemq; timebam, Vbi Pa, ſyllaba & producitur, & corripitur. In Græcarum dictionem initio recipit aſpirationem: ut, Rhadamanthus, Rhea, & huiuſmodi. Conuertiturq; nōnunquā in l: ut, Intelligo, pro Interlego: Pelluceo, pro perluceo. In ſimplicibus, ut Niger nigellus, Vmbra, umbella. Io s, ut Arbos, pro arbor. Odos pro odor. Aliquando in duo ſſ, ut Vro, uſſi: gero, geſſi In u, conſonantem: ut, Sero, ſeui: Tero triui. In o, ut Aeneus, pro æreus. Perſius Literam caninam appellat, quod tremula linguæ uibratione, canum, cum ringuntur, ſonum imitari uideatur. Profertur enim concī atius, lingua ad palatum iuxta dentes exerta, & ſumma ſui parte ſpiritū eliſum uibrante, ictu quodam tremulo, tamq; horrifico ſono auditum exaſperans, quàm l, eundem ſoni dulcedine blandiens demulcet.

R ANTE A.

RABBATH, (ῥαββαθ) metropolis eſt filiorum Ammon, quę hodie è rege Aegypti Ptolemæo, cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nominatur.

RABIA, æ, {*Rabbia*} (λύσσα) antiqui dixerunt, quam nunc Rabiem dicimus: ut annotauit Nonius, Citans Cælium in Hypobolimęo: Aſt rabia rabere ſe ait.

RABIDVS, da, um, {*Rabbioſo*} (λυσσῶν) proprie qui rabie laborat. Plin. lib. 29. ca. 5. In canis rabidi morſu tuetur à pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Per tranſlationem tamen Rabidum accipimus, pro eo qui ſupra modū ira incandeſcit, quive alia de cauſa furibundo potius, quàm ſanæ mentis hominis ſimilis eſt. Auctor ad Herenn. li. 1. Iſte aſpectu rabido circūſpectans huc atque illuc. Idē in Arato: Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam. Verg. li. 6. Aene. Vt primum ceſſit furor, & rabida ora quierunt. Idem li. 2. Georg. At rabidæ tigres abſunt & ſæua leonum Semina. Hinc Rabide aduerb. Cicer. 5. Tuſc. Quid uero illum quem libidinibus inflammatū, ac furentē uidemus, omnia rabidē appetentem cum inexplebili cupiditate.

RABIES, iei, {*Rabbia*} (λύσσα) à rapio, morbus canum, quū ueluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. Aliq. Rabiem, quaſi rauiē dici putant, à raucitate uocis, qua canes pręe calore infeſtantur. Plin. li. 29. ca. 5. Multo tamen utiliſſimē iecur eius, qui in rabie momorderit, datur. Ouid. 14. Metam. Statq; canū rabies, ſubiecta terga ferarum &c. Ponitur & pro furore, & ad homines transfertur. Cic. in Salluſt. Neque eos exiſtimet ſine rabie quicquā fortiter facere poſſe. Idem 3. Tuſcu. Hecubam putāt propter animi acerbitatem quandā & rabiem fingi in canē eſſe conuerſam. Horat. in Arte: Archilochum proprio rabies armauit iambo. Lucr. lib. 5. Liceat diſcedere Cæſar A rabie ſcelerum.

RABILVS, (ῥάβιλος) Arabiæ rex, qui Antigonum Macedonem, Iamico, cui nomē deinde factum eſt, Motho, interfecit. Auctor Stephanus in dictione μωθώ.

RABIOSVS, a, um, {*Rabbioſo*} (λυσσώδης, ὑδρόφοβος) proprie de canibus dicitur, qui rabie laborant, & de aliis animalibus, quæ ex canis morſu rabiē contraxerunt. Plin. lib. 29. Datur morſis à cane rabioſo, ne rabidi fiant. Per tranſlationē itē Rabioſus dicitur, qui ira præceps fertur, ita ut rabie agitari uideatur. Ci. 4. Tuſc. Vide ne fortitudo minime ſit rabioſa, ſitq; iracūdia tota plena leuitatis. Hinc Rabioſe, aduerb. hoc eſt, iracunde, & in modum rabie correpti. Ci. 4. Tuſc. Nihil ne ipſa quidem pugna iracunde, rabioſeve fecerunt.

RABIO, bis, ire, {*Rabbiare*} (λυσσάω) nimia ira, & quaſi rabie agitor. Varro. Quid eſt quod latres? quid rabis, quid uis? Nonius tamē in loco Varronis iam citato Rabis, eſſe exiſtimat à Rabo, tertiæ coniugationis uerbo: quo & Cæcilium uſum oſtendit in Hypolimæo: Ab rabia rabere ſeſe ait.

RABIOSVLVS, {*Rabbioſetto*} diminutiuū. Ci. Trebatio li. 7. Epiſt. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

RABIRIVS, Poſthumus, eques Romanus fuit, qui perduellionis accuſatus quod Saturnium pernicioſum ciuem, multaq; ſeditioſe in Repub. molientem occidiſſet, à Cice. defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quæ pro A. Rabirio perduellionis reo inſcribitur. Rabirius etiam poeta quidem fuit Ouidii temporibus, ut ipſe teſtatur 4. de Ponto: Cum foret & Marſus, magniq; Rabirius oris.

RABONEM, pro arrhabone dici quidam putauerunt, atque adeo tanquā uocē minime negligendā hunc in locum retulerunt: citantes locum Plauti ex Truc. Tene hoc tibi: rabonē habeto, ut mecum hac nocte ſies. Hi tamen ſi Plauti locū paulò diligentius expendiſſent, animaduertiſſent ſanè, Poetam ſuo more iocari, uulgiq; barbariſmū irridere, qui χαίρειν. ... pintegra uſurpabant. Præneſtinos imitati, qui Coniam dicebant pro Ciconia. Sed hæc quo manifeſtiora ſint uerba Poetæ adſcribamus. STRA. Tene hoc tibi, rabonem habeto, ut mecum hac nocte ſies. ASTAPH. Peri, rabonem? quam hanc belluam? quin tu arrhabonem dicis? STR. Ita facio lucrius Præneſtinis conia eſt ciconia.

RABVLA, lę, {*Auuocato procurator*} (δικολόγος) is dicebatur (inquit Nonius) quem nunc aduocatum, uel patronum cauſarū dicimus: ſiue à rabie ut eidem Nonio placet, ſiue rauis, id eſt, raucitate, ut is ſit Rabula qui in negotiis agendis acer eſt, & rabioſus, quiq; (ut ait Feſt.) in multis intentus eſt negotiis, paratuſq; ad radendum quid, auferendumq;. Hæc Feſtus. Alij Rabulum dictum malunt à radendis auribus. Nam ut à fando Fabula, à nando Nabula: ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quód radant id eſt, offendant aures, & (ut ait Quintil.) nimia uerboſitate feriant, quaſi ab inſtrumento illo nuncupati. quod Rabula commodius, quàm Radula uocari poſſit. Cice. in Oratu. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum, & perfectiſſimum quęrimus oratorem. Idem. Quaſi rabulæ, qui ſibi diſerti non uidentur, niſi omnia tumultu & uociferatione concuſſerint. Idem 1. de Orato. Non enim cauſidicum neſcio quem neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.

RACEMARIVS, malleolus, is dicitur, ex quo pāpini pullulant, uel ſteriles, uel certè minus feraces, ut inquit Colum. lib. 3. cap. 18. Nec dubium, quin gemmæ cacumini proximæ, quæ ſunt infecundæ, in eo relinquantur: ex quibus pampini pullulant, uel ſteriles, uel certè minus feraces, quos ruſtici uocant Racemarios.

RACEMATIO, onis, (βοτρυολογία) collectio racemorum, qui à uindematoribus ſunt prætériti: ſicut meſſibus peractis, quod ſupereſt, Spicilegium dicitur.

RACEMATVS, a, um, (βοτρυωτός) quod acinos habet, ſiue baccas, aut etiā granum raceni modo diſpoſita. Plin. libr. 18. cap. 7. de panico: paruis racemato paniculis.

RACEMIFER, a, um, (βοτρυοφόρος) quod racemos fert: ut, Vuę racemiferæ Ouid. 3. Meta. Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis, Pāpineis agitat uelatum frondibus haſtam. Bacchus, ramifer. Ouid. 15. Metam. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.

RACEMOSVS, ſa, ſum, (βοτρυώδης) quod eſt racemis plenum. Plin. Ederę modo racemoſa eſt.

RACEMVS, mi, pe. pro. {*Racimolo grappolo*} (βότρυς) pars botryonis, ſiue potius ipſe botryon, qui & Botrys more Gręco, et Botrus noſtris dicitur, hoc eſt, integra uua ex multis conſtans acinis. Verg. li. 2. Geor. Tumidis Bumaſte racemis. Hora. 2. Carm. Ode 5. Iam tibi Liuidos Diſtinguet autumnus racemos Purpureo uarius colore. Verg. tamen li. 2. Georg. aperte Racemos diſtinguit ab uuis, cū ait, Et turpes auidus prędam fert uua racemos. Quo tamē in loco Vuam nonnulli figuratè pro ipſa uite poſitam interpretantur. Dicitur item Racemus de aliis fructibus, qui uuæ in modum ex pluribus acinis ſunt conglobati. Plinius de hedera: Aliis denſus acinus, & grandior racemus, in orbem circumactus.

RACHA, (ῥαχά) nomen hebræū eſt (inquit Hiero.) quod idē eſt quod κενός, id eſt, inanis, aut uacuus, quem nos poſſumus uulgata iniuria, abſque cerebro nuncupare. Quidā etymologiā huius nominis de Græco trahere uoluerunt, putantes dici pannoſum, Græcè enim pannus ῥάκος dicitur. Sed nos huius uerbi proprietatē ſubtilius perſpicientes nihil intelligimus aliud eſſe Racha, niſi uocē incognitam, irati animi cōmotionē ſignificātis: quales ſunt interiectiones apud Grammaticos, ſicut à dolente Heu, ab iraſcente Hem, & eiuſmodi. Auguſt. in Matth. Racha uox indignantis animi motum ſignificans.

RACILIVS, tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu, ut ſcribit Cic. in Epiſt. ad Qu. fratrem.

RADAGASVS, Gothorum rex, qui floruit Arcadii, et Honorij Cæſarum tēporibus. Dicitur habuiſſe ſub ſignis ſupra ducēta bellatorū milia. Auctor Paulus Diaconus.

RADICITVS, pen. cor. {*Pendaſſe radici*} (ῥιζόθεν, ἀπὸ βάθρων) aduerbium, ſignificans à radice, uel uſque ad radicem, uel unà cum radice. Pli. li. 18. ca. 26. Herbas malas radicitus erui. Per translationem accipitur pro penitus ſine omnino, παντως. Plau. in Moſt. Nā omnia malefacta ueſtra repperi radicitus. Catul. Argon. Nonacrias atque ille tulit radicitus alias Fagos. Propert. li. 3. Eleg. 7. Huic fluctus uiuo radicitus abſtulit ungues. Cic. 1. de Finib. An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt, atque extrahenda radicitus.

RADICO, cas, pen. pro. {*Far le radici*} (ῥιζόω) ſiue Radicor, aris, radices ago, radices emitto. Pli. li. 18. ca. 7. Frumenta multis radicantur fibris. Idem li. 19. c. 6. Scilla autem & bulbi, & cæpe, & allium non niſi in rectum radicantur. Radicatus, a, um, participium, quod iam radices egit. Colum. de arborib. ca. 20. Arbores aut radicata ſemina autumno ſerito. Hinc componitur Eradico, (ἀπορριζόω) quod eſt uſque ad radices, uel una cum radicibus euello.

RADICVLA, æ, {*Radicetta*} (ῥιζίον) parua radix. Colu. lib. 3. cap. 15. Idemq; poſtea auctor probat, uinacea permiſta ſtercori, depoſitis ſeminibus, in ſcrobē uites mouere, quod illa prouocent, & alliciant, nouas radiculas. Radicula etiam uocatur herba, ſuccum habens lauandis lanis, & ab œſypo repurgandis accommodatiſſimum: quam ob id Lanarium Latini appellant. Dioſcoridi ſτρούθιον dicitur. De hac Plin. lib. 19. cap. 3.

RADIO, as, are, {*Riſplendere, mandar fuori raggi*} (ἀκτινοβολεῖν, λάμπειν) radios emittere, fulgere. Ouid. libro ſecundo Metam. Argento radiabant lumina ualuæ. Martial. li. 8. Vera minus flauo radiant electra metallo. Propert. libro 4. Eleg. 1. Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 3. Argutos habuit: radiant ut ſydus ocelli, Per quos mentita eſt perfida ſæpe mihi. Radior, aris. Ouidius libro 4. de Ponto, Eleg. 4. Scuta ſed & galeæ gemmis radientur, & auro. Radians, tis, participium.

Verg.

Verg. 8. Aenei. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Radiatus, adiectiuum, quod radios habet, aut emittit. Cice. 4. Acad. Solis autem magnitudo, ipſe etiam hic radiatus me intueri uidetur, ꝗ admonet. &c. Radiata rota. Varro 3. de Re ruſti. cap. 5. In inſula eſt columnella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile ſolet eſſe acutũ, tabula cauata ſit. Radiatio, onis, (ἀντιπαραβολὴ) radiorum eiaculatio, ſplendor, Verbale. Plin. lib. 36. cap. 5. Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius cõtemplatione admonent æditui parcere oculis, tãta marmoris radiatio eſt.

RADIVS, dii, {Raggio} (ἀκτὶς) ſplendor à ſole emicans. Cic. 5. de Fini. Ita, n. paruæ, & exiguæ ſunt iſtæ acceſsiones bonorum, ut quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in uirtutum ſplendore ne cernantur quidem. Ou. li. 2. Meta. Tum primum radijs gelidi caluere Triones. Transfertur, & ad fulgorem oculorum. Plin. Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gell. lib. 5. ca. 16. Stoici cauſas eſſe uidendi dicunt radiorũ ex oculis in ea, quæ uideri queunt, emiſsionem. Item Radius dicitur uirga, qua Geometræ lineas indicant. Ver. 3. Eclog. Deſcripſit radio totum, qui gentibus orbem. Inuenta autẽ eſt hæc ars, tempore, quo Nilus plus æquo creſcens, cõfudit terminos poſſeſsionũ. Ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diuiſerũt agros. Inde Geometria à terræ potiſsimum dimenſione dicta eſt, quamuis non tantum terræ, ſed etiã maris, & cœli, & aeris ſpatia ea metiri conſueuerint. Item textoris inſtrumentum, quo ſubtegmẽ ſtaminis inſeritur, Radius, (κερκὶς, πηνίον) appellatur. Ver. 9. Aenei. Excuſsi manibus radij, reuolutaꝗ penſa. Radij quoꝗ in rotis dicũtur, qui hinc centro, illinc canthis inſeruntur. Græcè κνῆμαι dicuntur. Vergil. 1. Georg. Hinc radios triuere rotis. Inſtrumentum etiam quo raduntur menſuræ Radius uocatur: quod alio nomine Hoſtorium nominant. Pli. Dij, deæꝗ omnes tantum nobis lætitiam, tot gaudia, ſine radio cumulent. Radij etiã dicuntur oliuæ oblongæ. Verg. lib. 2. Georg. Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ Orchites, & rado, & amara pauſia baccha. Hos & radiolos nominat Colu. lib. 12. cap. 47. Albam (inquit) pauſiam, uel orchitem, uel radiolum &c. Eſt & radius paſtinacæ piſcis pro telo. Plin. lib. 9. cap. 42. Paſtinaca latrocinatur ex occulto tranſeuntes radio (quod telum ei eſt) figens. Radius item (κερκὶς) à rei Anatomicę peritis dicitur minus brachij os, inter cubiti curuaturam, & carpum ſitum, maioriꝗ oſsi, quod cubitum appellant, ſuperincumbens. A Radius fit Radioſus adiecti. quod multos emittit radios. Plaut. in Stich. Poſtquã miſiſti ad portum cum luce ſimul Commodum radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.

RADIX, cis, {Radice} (ῥίζα) ima pars plantæ, qua alimentum attrahit. Ci. 5. de Fini. Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualide ſeruari. Ver. lib. 2. Georg. Pullulat ab radice aliis denſiſsima ſylua, Vt ceraſis, ulmisꝗ, &c. Idem li. Aenei. Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos. Vellitur, &c. Pli. Quum pali deſixi radices cepiſſent. Radices montis dicuntur imę partes montis. ſimilitudine ſumpta a plãtis, quarum radices infirmæ ſunt. Cæſ. lib. 1. Bel. Ciuil. Ab infimis radicibus montis intermiſsis circiter paſsibus quadringentis, caſtra facere conſtituit. Idem 7. Bell. Galli. Erat è regione oppidi collis ſub ipſis radicibus montis egregie munitus. In radice palatii: ideſt, in ima parte palatii. Cic. antequam iret in exil. Cuius templum à Romulo uictis Sabinis in Palatij radice cum Victoria eſt collocatum. Agere radices, (ῥιζοβολεῖν) eſt radices emittere, & per translationem, pro ſtabilire, & firmitatem acquirere. Cic. b. 2. Offic. Vera gloria radices agit, atꝗ etiam propagatur. Defixum radicibus. Cice. 4. Philip. Virtus eſt una altiſsimis defixa radicibus, quę nunquam ulla ui labefactari poteſt. Hinc radicoſus adiectiuum, (πολύρριζος) quod multas radices habet. Plin. lib. 16. cap. 34. Omnium generi radicoſa brachia. Huius diminutiuum eſt Radicula de quo ſupra.

RADO, is, ſi, ſum, {Radere mondare. nettare} (ξέω, ξύω) cõplano, incido, extirpo, mundo. Colum. li. 8. Sic tamen ne quid radatur. Iuuena. Saty. 6. Nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat. Sueton. in Calig. cap. 5. Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. Verg. lib. 7. Aenei. Proxima Circeæ raduntur littora terræ. Lucre. lib. 5. Et ripas radentia flumina rodunt. Radere aures, eſt re aliqua inamœna aures offendere. Quintil. li. 3. Ne ieiuna, atꝗ arida traditio auerteret animos, & aures præſertim delicatas raderet. Hoc eſt, offenderet, fatigaretꝗ. Ponitur aliquando pro ſcalpere. Plau. in Aulu. Simul radebat pedibus terram, & uoce crocitabat ſua.

Raſus, a, um participium. Verg. lib. 2. Georg. Tum leues calamos, & raſæ haſtilia uirgæ. Oui. lib. 2. de Pont. Ele. 4. Vtꝗ meus lima raſus liber eſſet amici, &c. Huius compoſita ſunt. Arado. Adrado, Circunrado, Corrado, Derado, Erado, Interrado, Obrado, & Prærado: quorum ſignificata unde ſuis locis.

RADVLA, æ, pen. cor. {Raſparuola, radimadia} (ξύστρα) inſtrumentum ferreum, à radendo dictum quo doliorum ueterum pix liquata primũ uel in ſole, uel lampade ardẽti, educitur, ut deinde iterum picentur ad futuram uindemiam Colum. lib. 12. cap. 18. Sublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, &c.

RAGADES, Vide Rhagades.

RAIA, (βάτος) genus piſcis plani, & cartilaginei, in tergo & cauda ſpinas habens his ſimillimas, quæ in rubo uiſuntur. unde & βάτον Græci hoc eſt, rubũ appellarunt. Vide Pli. lib. 9. cap. 42. & Hermolai caſtigationes ibidem cap. 42.

RALLA, genus ueſtis, à raritate dictum teſte Nonio. Nam Rarum facit diminutiuum Rallum. Plau. in Epid. Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam.

RALLVM, (ἀξύστρα) à radendo, ferrum illud, quod uomeres identidẽ purgantur in arando.

RAMALE, lis, pe. pro. (κλάδος, ἔρνος) ramus inutilis ex arbore deciſus. Oui. lib. 4. Metam. Multifidasꝗ faces, ramaliaꝗ arida tecto. Perſius Saty. 1. Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum.

RAMENTVM, ti, (ῥίνημα, περίψημα, κόρημα) tenuis cuiuſꝗ rei particula: à radendo, quaſi raſura. Vnde Ramenta auri, argenti, lignorum, & cæterarum rerum dicimus, quæ ex ſectione earum rerum decidunt. Fluminum quoque Ramenta dicuntur, quæcunꝗ illa ex locis, per quæ fluunt, abradunt. Pli. li. 33. cap. 4. Apud nos tribus modis aurum inuenitur: fluminum ramentis, ut in Tago Hiſpaniæ. Nec ullum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo, trituꝗ perpolitum.

RAMEVS, a, um, {Di ramo} κλάδινος) ꝙ ex ramo eſt. Verg. lib. 4. Geor. Et ramea coſtis Subiiciunt fragmenta thymum, caſiasꝗ recentes.

RAMEX, cis, (κήλη) genus herniæ, continens, ſub ſe Poroceelam, quæ eſt, cum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia indurauit: Sarcocelum, cũ in ipſo ſcroto concreuit caro: Ciſocelam, cũ uenæ intumuerunt, ex quibus teſticuli dependent: Bubonocela, cum ipſi teſticuli intumuerunt, & ea inflãmatione dolorem afferunt. Plau. in Mercat. Tua cauſa rupi ramices, iã dudum ſputo ſanguinem. Idem in Pœn. Tua cauſa nemo noſtrum eſt ſuos rupturus ramices. Plin. li. 30. cap. 15. Ramices infantium lacertæ uiridis admotę dormientibus morſu emendantur. De ramice uide Celſum lib. 7. cap. 22. Hinc ramicoſus, (κηλήτης) qui ramicibus laborat. Plin. lib. 30. cap. 15. Ramicoſis, cochlearum cinis cum thure ex oui albi ſucco illitus per dies triginta medetur. Colũ. lib. 9. aliter accipit ramices, quum inquit de uiuario conſtituendo. Deinde per tranſuerſa laterum caua tranſmittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent.

RAMVS, mi, {Ramo} (κλάδος κλών) arborum ueluti brachium, quod à radice fuſum, & in latitudinem ſparſum frondes emittit. Verg. 2. Geor. Tum fortes late ramos, & brachia tendens. Cice. 3. de Orat. Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt deniꝗ, niſi ad ſuam retinendam, cõſeruandamꝗ naturã, nuſquam tamen eſt ulla pars, niſi uenuſta. Idem pro Cecin. Qui prætereuntes tamen defringerent arboris. Verg. lib. 2. Georg. Qui me gelidis in uallibus Hæmi Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra. Colum. li. 4. cap. 10. Truncum deinde ſuperpoſuit, uelut quandam ſtaturam corporis, & habitus: mox ramis diffuadit, quaſi brachiis. Ver. lib. 2. Georg. Neꝗ in uacuũ poterunt ſe extendere rami. Hinc Ramoſus adiecti. (κλαδώδης) quod multos ramos habet, Plin. lib. 8. cap. 34. Cornua ramoſa, ungula biſida, &c. A Ramus fit diminutiuum Ramuſculus, κλαδίσκος. Plin. lib. 20. cap. 23. E uiridi fercula ramuſculus utilis eſt ad omnia ea uitia. Dicitur & Ramulus. Col. Et quum primum germina tumebunt, de Ramulis anniculis eos ligato. Cic. 1. de Diuin. Cum autem ille reſpondiſſet in agro ambulanti ramulum adductũ, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe. &c. Hinc Ramuloſus, adiect. Pli. lib. 16. cap. 24. Ramuloſa folia ulmo, & cytiſo.

RANA, næ, {Rana ranocchia} (βάτραχος) genus animalis paluſtris, tã in terra, & præſertim humida, ꝗ in aquis uitam habens. Hæc ſolito uocalior pluuiam denuntiat, unde eſt illud Verg. 1 Georg. Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam. Sunt & ranæ terreſtres omnium maximę, quæ ꝙ inter uepres & rubos potiſsimum uiuant Rubetæ a Latinis, à Græcis uero φρῦνοι appellantur teſte Pli. lib. 8. cap. 31. Eſt & alia ranæ ſpecies, quam calamiten appellant, eo ꝙ inter arundines, frutecesꝗ uiuat. Eſt autem hæc ex omni ranarum genere minima & uiridiſsima, teſte eodem Plin. lib. 32. ca. 10. Sunt item Ranæ mutæ, pręſertim in Seripho inſula, unde & Rana Seriphia in prouerbium ceſsit, pro homine muto, & elingui. Eſt & Rana marina, quam à piſcandi actu Piſcatricem cognominant. Totam enim ſclimo operit, ſola exerens cornua, quæ eminentia ſub oculis habet. Ea conſpicientes, piſciculi, cum prædam ex iis captantia proprius accedunt, ipſi ranæ præda fiunt. Vide Plin. lib. 9. cap. 43. Præter hæc Rana à medicis dicitur, tumor ſub lingua cum inflammatione, quem & Græci βάτραχον, Auicenna Ranulam appellat. Quod morbi genus etiã boues nonnunquã infeſtat. Colum. lib. 6. cap. 8. Solent enim faſtidia cibo afferre uitioſa incremẽta linguæ, quas Ranas uocant Veterinarii.

RANCEO, es, {Diuenir rancido} (σαπρὸς εἰμί) putridus ſum, & rancidus. Vnde Ranceſcere quod eſt putreſcere, & corrumpi, & ex uetuſtate grauem odorem contrahere.

RANCIDVS, da, dum, {Rancido rancio} (σαπρὸς) putridum, & putidum. quod ſcilicet nimia uetuſtate corruptum fœtorem contraxit, & ingratum ſaporem. Hora. 2. Sermo. Saty. Rancidum aprum antiqui laudabant non quia naſus illis nullus erat: ſed, credo hac mente, ꝙ hoſpes Tardius adueniens uitiatũ commodius ꝗ integrum edax dominus conſumeret. Interdum pro inſuauis ponitur. Plin. lib. 22. ca. 22. Quorundam ex his facile noſcuntur ueneria, diluto rubore, rancido aſpectu liuido intus colore. Hinc Rancide aduerb. Gell. lib. 18. cap. 8. In collocandis uerbis immodice faciunt, & rancide. Huius eſt diminutiuum, Rancidulus. Iuuena. Saty. 11. Non tamẽ his illa unquam obſonia fiunt Rancidula.

RANCO, as, are, uerbum eſt à tigridum ſono effectum, quemadmodũ Rugire à uoce leonũ. Auctor Philomenę Tigrides indomitę rancãt, rugiũtꝗ leones.

RANCOR, oris, {Pazzore di fiato} (σαπρότης) putor quidam, atꝗ odoris grauitas, quæ ex uetuſtate, & putredine, ac corruptione naſcitur: Ranceo, nomen uerbale. ſicut Acor ab aceo, Albor ab albeo. Palladius de Re ruſt. Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores ueteri rancore infecta corrumpant.

RANVNCVLVS, li, {Ranella, ranocchietto} (βατράχιον) diminutiuum eſt à Rana. Ranunculos per iocum uocat Vlubrenſes Ci. ad Treb. li. 7. quod ſibi obſtreperent, tanquã ranæ, quæ præſertim inſtante ueſpere totas paludes coaxationibus implent. Eſt & Ranunculus herbæ genus, quatuor ſub ſe complectens ſpecies, quas uide apud Plin. lib. 25. cap. 13.

RAPA, pæ, {Rana, rapa} (γογγυλὶς) herba eſt nulli non nota, radicem habens quodammodo cartilaginoſam, craſſam, & in orbicularem formam conglobatam. Ita dicta ut nonnulli exiſtimant, ꝙ paſſim ex agro rapiatur. Quanquã non deſunt, qui etymon eius a Græcis petere malunt, qui napi quoddã genus rapis ſimillimum, ῥάφυν & ῥάπυν nominãt. Palladius: Rapa mutatur in napos, in alio ſolo per biennium ſata: alia uero napus tranſit in rapam. Colu. lib. 11. cap. ulti. Napus, & rapa duas ſationes habent. Dicitur & Rapum, rapi, neutro genere. Martia. lib. 13. Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa Quæ damus, in cœlo Romulus eſſe ſolet. Varro: Ex ſemine braſsicæ uetere ſato naſci aiunt rapam, & contra ex raporum, braſsicam. Colum. lib. 2. ab his leguminibus ratio eſt habenda raporum, raporumꝗ: magis utilia rapa ſunt. De raporum natura uide plura apud Plin. lib. 18. cap. 13. Theophraſt. lib. 7. cap. 4. Dioſcori. libro 2. cap. 121.

RAPACIA, ciorum, {Rapizze} (γογγυλίδος κύματα) teneriores raporum frondes, & cauliculi, quos in braſsica Cymas appellamus, non ingratum ipſis etiam hominibus cibum præbentes. Plin. lib. 18. cap. 13. Quadrupedes & frondem raporum gaudent, & homini non minor rapaciorum gratia, ꝗ cymarum. In antiquis codicibus manuſcriptis Rapiciorum legitur, non rapaciorum. Vnde & Rapicios coles, apud Catonem legimus, non rapacios, ca. 35 de Re ruſtica: Rapiciã, inquit, & coles, rapicii unde fiunt, et Rhaphanũ in loco ſtercorato be-

ne, aut in loco craſſo ſerito.

RAPAX, cis, {*Rapace*}(ἅρπαξ) auidus, rapinis ſemper intentus. Sueton. Inopia rapax, metu ſæuus. Oui. 8. Metam. Vtq; rapax ignis nonnunquam alimenta recuſat. Plau. Perſa: Procax, rapax, trahax. Salluſt. in Ciceronem: Imo uero homo leuiſſimus ſupplex inimicis amicis contumelioſus, modo harum, modo illarum partiū, nemini fidus. leuiſſimus ſenator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine uocat: Lingua uana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces, quæ honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima. Rapax procella, id eſt, uiolenta, quæ omnia ſecū rapiat, uerratq; per auras, Catul. Epigramm. 22. Idemq; Thalle turbida rapacior procella. Rapax natura, id eſt, ſui ſimilium attractrix. Cice. de Amic. Nihil enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm Natura. Hinc Rapacitas, atis. τὸ ἁρπακτικόν. Colum. lib. 1. cap. 7. Niſi maxima uel negligentia ſerui, uel rapacitas interueniat. Martia. li. 12. Diræ filius eſt rapacitatis. Cice. pro Cælio: Quis in rapacitate auarior?

RHAPHANVS, & **RHAPHANITIS**. {*Rauano*} propterea quòd Græca ſint ῥ, aſpirato initium ſumentia merito hinc tanquam ex alienis ſedibus ſuſtulimus, & inter aſpirata, uelút in proprium retulimus municipium.

RAPIDVS, a, um, {*Rapido, ueloce*}(θοός, ταχύς) uelox celere, proprieq; de fluminibus, torrētibus, procellis, fulmine, aliiſq; id genus, quę celeritate impetu obuia quæq; ſecum rapiunt: quanquā & ad alia tranſumitur. Cic 2. de Natu, deo. ex Arato. Has inter rapido ueluti cum gurgite flumen. Verg 6. Aenei. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon. Horat. de Arte Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoſq; leones. Oratio rapida, id eſt, concitata. Cic. 2. de Finib. Cum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiuſq; modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidā coerceas. Hinc. Rapide, aduerb. (ταχύ) cito, uelociter. Cic. 2. de Leg. Rapideq; dilapſus cito in unum confluat. Rapiditas, ditatis, (ταχύτης) uelocitas, & ipſe celeritatis impetus. Cæſ. lib. 1. Bel. Ciuil. Tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum impediretur.

RAPINA, æ, pen. pro. {*Rapina*}(ἁρπαγή, ἁρπαγμός) eſt rei alienæ per uim ablatio. Cice. 1. Ver. quas res luxuries in flagitijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet. Cæſ. 2. Bell. Gall. Satis habebat in præſentia hoſtem rapinis populationibuſq; prohibere. In hac autem ſignificatione Rapina primam Syllabam habet correptam: cum à rapiendo deriuetur. Oui. 1. Amor. Eleg. 8. Certior è multis, nec tam inuidioſa rapina eſt. Eſt & Rapina, prima ſyllaba prod. quod locum ſignificat rapis conſitum, aut certe rapa ipſa uno quouis in loco naſcentia. Cato de Re ruſti. cap. 35. Rapinam, coles rapicij unde fiant, & rhaphanum in loco ſtercorato ben:, aut loco craſſo ſerito. Colu. lib. 11. cap. 2. Nam & rapinæ, itemq; rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

RAPINATOR, {*Rapitore*}(ἁρπακτής) antiquis in uſu erat pro eo, quem hodie Raptorem dicimus. Quod & Nonius annotauit, citans Lucil. li. 2. Homo impudicus impune eſt rapinator.

RAPIO, pis, pui, ptum, {*Rapire, torre per forza*}(ἄγω, ἁρπάζω) ui impetu, & celeritate quippiam aufero. Teren. in And. Sublimem hunc intro rape, quantū potes. Idem in Adel. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem. Ver. 4. Geor. Quid faceret? quo ſe raptabis coniuge ferret? Id eſt, ablata. Et li. 1. Georg. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Cice. 3. Verr. Rapiunt eum ad ſupplicium dij patrij. Aliquando in præterito rapſit fecit. Cic. 2. de Legib. ex XII. Tab. Sacrum ſacrove commendatum, qui clepſerit, rapſerit ve, parricida eſto.

Aliquando rapere, (διαζάζω) eſt uim afferre, uitiare, et proprie de uirginibus atq; impuberibus pueris, etiamſi loco non dimoueantur. Verg lib. 1. Georg. Et genus inuiſum & rapti Ganymedis honores. Liui. 6. bel. Pun. Nec dirui, incendiq; patriam uidebo, nec rapi ad ſtuprū matres Campanas, uirginesq;. & ingenuos pueros. Rapere aliquem in ius, eſt quouis modo aliquem compellere, ut ſe iudicio ſiſtat. Apud ueteres enim cōſuetudo erat, ſi quis in ius uocatus ire recuſaret, ut actor apprehenſis præſentium auriculis, eoſq; atteſtatus reum uel ui in iudicium adducere poſſet. Quod & ipſum non obſcure docet. Horat. libr. 1. Serm. Sat. 6. Caſu uenit obuius illi Aduerſarius: & quo tu turpiſſime? magna exclamat uoce, & licet atteſtari? ego uero Oppono auriculam: rapit in ius: Clamor utrinq;, undiq; concurſus, &c. Plau. in Poen. Rapiamus in ius. Rapere ad poenam, eſt punire. Rapere ad diſciplinam, eſt attrahere, & impellere ad diſciplinæ cognitionem. Rapere aliquem in inuidiam, eſt odium in aliquem cōcitare. Compoſita, Abripio, Arripio, Corripio, Deripio, Diripio, Eripio, Irripio, Præripio, Proripio, & Surripio: quæ inde ſuis locis.

RAPO, ponis, {*Rapitore*}(ἅρπαξ) idem quod raptor. Pomponius: Ne uos conturbēt auri, argentiq; rapones. Varro περὶ ἐξαγωγῶν, ut citat Nonius: Prętor noſter eripuit mihi pecuniam: de ea queſtum ad annum uenia ad nouum magiſtratum: tum hic rapo umbram quoq; ſpei deuoraſſet.

RAPTIM. {*Velocemente*}(ἁρπαγήδην, ἁρπαλέως) per raptum, ſiue celeriter rapiendo. Plin. lib. 18. cap. 7. Semine raptim autum ſame deuorato. Sæpe tamen accipitur pro celeriter, ſiue uelociter. Liui. 3. ab urb. Fabius omiſſis omnibus, prædam ex caſtris raptim Antium uexit. Cic. Atti. lib. 1. Et raptim in eam ſententiam pedarij cucurrerunt. Cæſ. 1. Bel. Ciui. His de cauſis aguntur omnia raptim atq; turbate. Cice. ad Atti. lib. 2. Hæc raptim ſcripſit.

RAPTIO, **RAPINA**, & **RAPTVS**, diſtinguuntur ab inuicem, quòd raptio, (ἀφαρπαγμός) ad perſonam: Rapina, (ἁρπαγή) ad rem. Raptus, (βία) ad ſtuprum referatur. Teren. in Adelph. Diſperij, Cteſiphonē audiui filium una in raptione fuiſſe cum Aeſchino. Cic. 1. Ver. Quas res luxuries in flagitiis, Crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet. Cæſ. 1. Bel. Gal. Satis habebat in præſentia hoſtem rapinis populationibuſq; prohibere. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8. Certior è multis, nec tam inuidioſa rapina eſt. Cic. 4. Tuſcu. Quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poetæ uelint? Claudia. lib. 2. de rap. Proſer. Raptus meditur corde futuros. Idem: Matronarum cędes uirginum raptus.

RAPTITO, tas, pen. cor. (ὑφαρπάζω) frequentatiuum à rapto, raptas.

RAPTO, ptas, {*Straſcicare*}(προσαναρπάζω) frequenter rapio, traho. Verg. 1. Aenei. Ter circū Iliacos raptauerat Hectora muros. Idem 3. Georg. Sed me Parnaſſi deſerta per auia dulcis Raptat amor. Tacit. lib. 12. Igitur raptare inter ſe, immutere latronum globos, &c. Cice. pro Seſt. Fortunæ uexatæ, diſſipati liberi, rapta coniunx. Ver. 2. Aenei. Raptatus bigis.

RAPTOR, oris, {*Rapitore*}(ἅρπαξ, ἁρπακτής) qui rapit. Plau. in Epid. Raptōr hoſtium glorioſus. Verg. Aeneid. Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi, ceu Raptores atra in nebula, quos improba uentris Exegit cæcos rabies. Hora. 3. Carm. Ode. 20. Dura poſt pauló fugaris inaudax Prælia raptor.

RAPTVRA, æ, {*Rapimento*}(ἁρπαγή) rapiendi actus. Plin. lib. 11. cap. 24. Cum uero raptura incidit, quàm uigilans, & paratus ad curſus?

RAPTVM, pti. {*Ratto*}(λεία, λάφυρον) res rapta. Liu. 7. ab urb. Quòd rapto uiuere neceſſitas cogeret. Ouid. 1. Metam. Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus: Non ſocer à genero: fratrum quoq; gratia rara eſt.

RAPVLVM, li, (γογγυλίς) diminutiuum à Rapum. Hora. 2. Serm. Saty. 8. In primus Lucanus aper leni fuit. Auſtro captus, ut aiebat cœnæ pater: acria circum Rapula. Idem Sat. 2. Quum rapula plenus, Atque acidas mauult inulas.

RAPVNCVLVS, li, à quibuſdam appellatur herba, quam Dioſco. γογγυλὶς ἀγρία. Plin. Rapum ſylueſtre. uulgus Rapontium nominat.

RARE, aduerbium, {*Raramente*}(ἀραιῶς, μανῶς) infrequenter, non denſe, non ſpiſſe. Colum. lib. 2. cap. 9. Nam niſi rare conſeritur, uanam & minutam ſpicam facit.

RAREFACIO, is, {*Far raro, diradare*}(ἀραιόω) rarum facio. Colum. libr. 3. Hoc autem facile contingit, ſi prius rareſeceris etiā eas partes, ſupra quas ramū ſecaturus es, fœno aut ſtramentis operis. Lucre. lib. 6. Et rareſecit calido miſcente uapore.

RAREFIO, fis, {*Diuenir raro*}(ἀραιοῦμαι) paſſiuum à rarefacio. Lucre. lib. 1. Nil prodeſſet enim calidum denſarier ignem. Nec rareſieri, ſi partes ignis candē Naturam, quam totus habet ſuus ignis, haberent. Rarefactum. Lucret. lib. 3. Conquaſſatum ex aliqua re, ac rarefactum.

RARENTER. aduerbium, {*Di rado*}(σπανίως) idem quod raro. Gel. libr. 2. cap. 25. A rarus non dicitur rare, ſed alij raro dicunt, alij rarenter. Cato ca. 103. Dato rarenter bibere. Pomponius Ergaſtulo, Lōge ab urbe uillicari, quo herus rarenter uenit, non uilicari eſt, ſed dominari mea ſententia.

RARESCO, is, {*Diuenir raro*}(ἀραιοῦμαι, μανοῦμαι) rarum fio, ſiue extenuor. Colum. lib. 3. cap. 16. Negligentia cultorum magna pars deperit & interim ſeminum cætera quæ uirent, rareſcunt. Ver. lib. 3. Aene. Et anguſti rareſcunt clauſtra Pelori. Stat. lib. 1. Sylua. Nubila rareſcunt pluuiis. Colum. lib. 5. cap. 6. Sed ut denſum arbuſtum commendabile fructu & decore eſt. ſic ubi uetuſtate rare ſcit, pariter inutile, & inuenuſtum eſt.

RARIPILVS, a, um, pen. cor. {*Che ha peli rari*}(ψιλός) quod habet raros pilos. Colum. in Præfat. li. 1. Et idipſum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum & ſetoſum, quale eſt in Sicilia.

RARITAS, atis, {*Rarità*}(μανότης) proprie eſt laxitas cōtraria denſitati. Cice. 2. de Nat. Deo. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam. id eſt, laxitas quædam ſpongioſa. Accipitur interdum pro paucitate & infrequentia, σπάνις, ὀλιγότης. Pli. lib. 25. cap. 1. Turpiſſima cauſa raritatis, quòd etiā qui ſciunt demonſtrare nolunt.

RARITVDO, tudinis, (μανότης) idem quod raritas, hoc eſt ſpongioſa quędā laxitas, contraria denſitati. Colum. lib. de Arbo. cap. 3. Et mediocri raritudine optima eſt uitibus terra.

RARO, aduerb. {*Di rado*}(σπανίως) inſolenter, infrequenter, minus ſæpe Cice. pro Roſc. Amer. Hoc maleficium ita raro extitit, ut ſiquando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. Hinc Rarius comparatiuum, & ſuperlatiuum rariſſime. Cice. Lent. lib. 1. Epiſto. Quod ſi rarius fiet, quàm tu expectabis, id erit cauſæ, quod non eius generis literæ meæ ſint, ut eas audeam temere committere.

RARO, as, {*Diradare*}(μανόω) uerbum inuſitatum, idem ualens quod rarefacio, cuius tamē in uſu ſunt compoſita Diraro, & Interraro. (διαμανόω) quod eſt in medio rarum facio: quo, Colom. lib. 4. Vtitur.

RARVS, a, um, {*Raro*}(μανός, ἀραιός) laxum ſpongioſum, & denſo contrarium. Verg. 4. Aenei. Retia rara plagæ, & lato uenabula ferro. Oui. 12. Meta. Vt ve liquor rari ſub pondere cribri Manat. Verg. 7. Eclog. Et quę uos rara uiridis tegit arbutus umbra. Interdum Rarus idem eſt, quod infrequens, & non ubiq; obuius, σπάνιος. Cice. de Amic. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur, Rarum iſtud genus & quidem omnia præclara rara: nec quicquam difficilius, quàm reperire, quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Idem Cęlio li. 2. Raras tuas quidem, ſed ſuaues accipio literas. Sta. 5. Syl. Laudati iuuenis rariſſima coniux. Hora. 1. Carm. Ode. 35. Te ſpes: & albo rara fides colit Velata panno.

RASIS, teſte Colum lib. 12. cap. 20. genus eſt crudæ picis, quæ ex uetuſtate dura effecta, contunditur, & in puluerem redacta, pharmacis admiſcetur.

RASILIS, & hoc raſile, pen. cor. ξυστός idem quod raſus, ſeu politus, & nihil exſtantis ac redūdantis plenitudinis habens, inquit Valla lib. 1. cap. 10. Ouid. 8. Metamor. Raſilis huic ſummam mordebat fibula ueſtem. Foris raſilis. Catul. in Epith. Trāsfer omine cum bono Limen aureolos pedes, Raſilemq; ſubi forem. Interdum idem quod aptum radi. Vergil. 2. Georg. Et torno raſile buxum.

RASITO, tas, pen. cor. {*Radere ſpeſſo*}(ξυράω) ſæpe rado. Gell. lib. 3. capi. 4. Comperimus autem cęteros quoq; in his temporibus nobiles uiros, barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.

RASORES, (κουρεῖς) id eſt, tonſores, à radendo dicti. Per tranſlationem quoque fidicines dicuntur Raſores, teſte Nonio, quòd uideantur chordas ictu radere.

RASORIVS, a, um, (κουρικός) quod ad radendum pertinet: unde Culter raſorius, (κουρίς) dicitur quem alio nomine Nouaculam appellamus. Ci. etiam Tonſorium culturum uocat lib. 1. Officiorum.

RASTELLI, qui dicuntur, unde in dictione Raſtrum.

RASTRVM, ſtri, & in plurali raſtri. maſcu. gene. & Raſtra, neutro, {*Raſtello, rutabolo*} inſtrumentum dentatum glebis confringendis idoneum. Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur, ubi res poſcit, crate, uel raſtro: & ſato ſemine iteratio. Teren. Heaut. Iſtos raſtros tamen interea depone. Verg. 1. Georg. Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineaſq; trahit crates, iuuat arua. Raſtris item agri à nouis herbis purgabantur. Ibidem: Quod niſi & aſſiduis herbam inſectabere raſtris: Heu magnū alterius

terius fruſtra ſpectabis aceruũ. Quo in loco Seruius raſtros pro ſarculis accipi tradit. Erant item Raſtri inſtrumenta, quibus uites, arboresq́ ablaqueabantur. Idem 2. Georg. Contra nonulla eſt oleis cultura: neq; illæ Procuruam expectant falcem, raſtrosq́ tenaces, Cum ſemel hæſerunt aruis. Hinc. Raſtelli per diminutionem dicti, quibus defecto fœno prata ſtipulis purgabantur. Varr. li. 1. de Re ruſti. cap. 49. Cum herba creſcere deſiit, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad perareſcat furcillis uerſari, cum peraruerit, de ea manipulos fieri, ac uehi ad uillam Tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſecię cumulum. Quo facto ſicilienda prata, id eſt falcibus conſectanda, quę fœniſecæ præterierunt, ac quaſi barba tuberoſum reliquerunt campum. Raſtellum item Suetonius in Nerone: pro ſarculo poſuit, aut ſimili inſtrumẽto, terræ effodiendæ idoneo. Tuba (inquit) ſigno dato, primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

RASVRA, æ, (ξυσμός) ipſe radendi actus. Columel. lib. 4. cap. 29. Eaq́ raſura ita deducitur.

RATIARIVS, rij, Vide Ratis.

RATIO, onis, {*Ragione*} (τὸ λογιστικόν) princeps, atq; nobiliſſima animæ facultas, qua una à cæteris animantibus homo ſecernitur, & à quo Rationalis appellatur. Nam ſenſitiuas animæ facultates cum brutis, naturalis etiam cum ſtirpibus habemus communes. Auguſt. lib. 2. de Ordine, definit eſſe motionem mentis, ad ea, quæ diſcutiuntur, connectanda, aut diſtinguenda. Cice. 1. Offi. Quam ſimilitudinem natura, ratioq́ ab oculis ad animum transferens, &c. Ibidẽ: Duplex eſt enim uis animorum, atq; naturæ: Vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc, & illuc rapit: Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendumq́. Ita fit, ut ratio pręſit, appetitus uero obtemperet. Accipitur & pro ipſa ratiocinatione, hoc eſt, pro diſcurſu animi ad inueſtigandum uerum. Hora. Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Rhetores Rationem appellant probatiunculam propoſitioni ſubiectam, Auctor ad Heren. lib. 2. Ratio eſt cauſa, quæ, demonſtrat uerum eſſe id, quod intendimus, breui ſubiectione. Aliquando pro conſilio, & propoſito ponitur. Ci. Ver. 2. Mea quidem ratio, cum in præteritis rebus eſt cognita, tum in reliquis explorata, atq; prouiſa eſt, τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ κατ' ἐμέ. Teren. in Adel. Veſtram nequeo ſatis mirari rationem. Aliquando pro reſpectu, & cura. Cice. Planco: Peto à te ut mei rationem habere uelis, & ſalutis & dignitatis meæ λόγον ἔχειν, ἐπιμελεῖσθαι. Sic dicimus. Habenda eſt ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem lib. 2. Offic. Habendo ratio eſt rei familiaris: quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. Si uero iungatur cum præpoſitione Cum, ſignificat negotium, πρᾶγμα αἰτία. Vnde habere rationem cum aliquo, eſt habere quod cum illo agas. Ci. 4. Ver. Nihil cum eo rationis habui. Idem Attico: Cum omnibus Muſis rationẽ habere cogito. Aliquando ponitur pro cauſa, ut apud eundem. Cice. ad Cato. lib. 15. Epiſto. Quum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinq; dies eſſem moratus. Aliquando pro modo, uia, & forma, μέθοδος. Saluſt. in Catilin. At ego uobis, ſi modo uultis eſſe uiri, rationẽ oſtendam, qua tãta iſta fugiatis.

Ratio itẽ quandoq; dicitur ſupputatio, uel calculus, ſiue expenſa, λογισμός. Plau. in Aulu. Supputatur ratio cum argentario. Idem in Amph. Et ut res, rationesq́ ueſtrorũ omnium bene expedire uultis. Ratio etiam proportio, (ἀναλογία) dicitur: ut cum tria ad quatuor epitriti: quatuor uero ad ſex hemiolã rationem habere dicimus. Rationem ſui ducere, eſt, quod indocti dicunt, habere reſpectum ad ſuum commodum. Cice. ad Treba. lib. 7. Rationibus inferre aliquam ſummam, eſt eam in rationibus perſcribere. Rationibus referre, inter recepta computare. Rationem inire, eſt modum inuenire. Ad rationem noſtrorum temporum, dixit Cice. in Bruto, id eſt, comparatione noſtrorum temporum. Rationem capere oculis, eſt ex uiſu tantum rationem concipere. Ponitur aliquando ratio, pro eo quod recentiores quantitatem dicunt. Cato de Re ruſti. Vbi nõ erunt, ſcito pro ratione fructuum eſſe. id eſt, pro modo fructuũ, aut quantitate. Ratiuncula, æ, diminut. uide infra.

RATIOCINATIO, onis. {*Diſcorſo*} (λογισμός) principis animæ portionis hoc eſt, mentis functio eſt, ex ſingularibus quibuſdam uniuerſalia inducens theoremata, communesq́ rerum, ac generum ſummas: ex iis deinde argumentatio plurima eliciens de quibus ſcientia habetur, uel opinio. Cice. 4. de Inuen. Ratiocinatio autem eſt diligens, & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum interfuiſſe, cum aliquid faciendum, aut non faciẽdũ certa de cauſa uitaſſe, aut ſecutus eſſe animus uidetur. Ratiocinatio (inquit Auguſt. de Immort. animæ) eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid, aut nõ faciendi excogitatio. Accipitur aliquando Ratiocinatio, pro argumenti genere, ex duobus pronunciatis concluſionem inferente, quem συλλογισμὸν uocant Græci.

RATIOCINATIVVS, adiect. (συλλογιστικός) quod ad ratiocinationem pertinet: ut Ratiocinatiuum genus orationis, apud Cice. de Inuen. Quintil. lib. 7. ca. 2. Ratiocinatiua, atq; collectiua quæſtio orietur. Status ratiocinatiuus, idẽ lib. 3. cap. 6.

RATIOCINIVM, nij (λογισμός, συλλογισμός) ſupputatio, uel calculi ſubductio. Colum. lib. 5. cap. 1. Hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quid tradituri ſumus, breuiter præfari oportuit. Et pauló poſt. Iugeri autem modus ſi ſemper quadraret, & in agendis menſuris in longitudinem haberet pedes CCXL. in latitudinem pedes CXX. expeditiſſimum eſſet eius ratiocinium.

RATIOCINATORES, {*Quadernieri, computatori*} (συλλογισταί, λογισταί) dicuntur, qui ſubducendæ rationis periti ſunt: quos & calcalculatores nominat Martialis. Colum. li. 3. c. 3. Vt diligens ratiocinator poſito calculo uidet id genus agricolationis, maxime rei familiari conducere. Ci. ad Att. li. 1. Libertum ego habeo ſanè nequã hominem: Hilarem dico ratiocinationem, & clientẽ tuum. Idẽ 1. Offic. Hæc igitur & talia circunſpicienda ſunt in omni officio, et conſuetudo, exercitatioq́ capienda, ut boni ratiocinatores officiorũ eſſe poſſimus, & addendo, deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quãtum cuiq; debeatur intelligas.

RATIOCINOR, aris, pen. cor. {*Far conto, contare*} (συλλογίζομαι) ratiocinatione quadam deprehendo, colligo, computo. Gell. lib. 1. cap. 1. Plutarchus in libro, quem ſcribit ὅσον ψυχῶν, καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ περὶ τῶν διαφορῶν, ſcite, ſubtiliterq́ ratiocinatum Pythagoram philoſophũ dicit in reperienda, modulandaq́ ſtatus, longitudinisq́ Herculis præſtantia. Cic. li. 1. Tuſcu. Quæſt. At nos metiendi, ratiocinandiq́ utilitate inſpecta, huius artis terminauimus modum. Idem 2. de Inuent. De pecunia ratiocinari ſordidum eſt cum de gratia referenda deliberetur.

RATIONABILIS, le, {*Ragioneuole fatto con ragione*} idem quod rationalis, hoc eſt, cui rationẽ natura indidit. Cui opponitur Irrationabilis. Quintil. lib. 2. Sed quia carent ſermone, quæ id faciunt, muta, atque irrationabilia uocantur. Idem lib. 5. cap. 11. Nec ſi mutis ſuus uoluptas, rationabilibus quoq;.

RATIONALIS, le, {*Rationale, ragioneuole*} (λογικός) cui à natura inſitum eſt, ut ratione uti poſſit: quod uni homini inter animantia eſt conceſſum Quin. lib. 7. ca. 4 Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale: nam equus animal, ſed irrationabile. Auctor ad Heren. li. 2. In cauſa rationali primum quęretur, ecquid, &c. Rationales, & procuratores Cæſaris iidem erant, ut ait Lampridus in Alexandro, teſte Budæo.

RATIONALE, lis, (λόγιον) apud Eccleſiaſticos ſcriptores accipitur pro ueſtis ſacerdotalis genere, quo uſi ſunt Hebræorũ Pontifices. Hieronymus ad Fabianum: Rationale etiam dicitur genus ueſtis, apud Hebræos Oſum, Græce, λόγιον nos Rationale poſſumus appellare: Pannus eſt breuior ex auro, habẽs magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facile rumpatur.

RATIONARIVM, narij, {*Libri di conti*} (λογισμοὶ, ἐφημερίς) liber rationum. Sueto. in Auguſt. Rurſus tædio diuturnæ ualetudinis, magiſtratibus ac Senatu domum accitis, rationarium Imperii tradidit. Rationarius, ria, um, λογιστικός, ut, Rationarius apparitor. Marcel. Iuriſcon. Quẽdã ex mercatore opulento rationarius apparitor.

RATIO CONSTARE dicitur, cum iuſta & legitima apparet. Pli. Iunior: Mirũ eſt, q̃ ſingulis diebus in urbe ratio, aut conſtet, aut conſtare uideatur pluribus, cunctisq; non conſtet. Pro eodem etiam dicimus, Ratio apparet, cum ſcilicet accepta cum datis collata, paria inueniuntur. Plaut. Trin. Ratio quidẽ hercle apparet: argentum οἴχεται.

RATIS, tis, ſiue, Rates, tis, ſi Probo credimus, {*Zatta naue*} (σχεδία) connexarum trabiũ compages, quę antequam nauigia eſſent inuenta, nautium uſum præbebat. Plin. lib. 7. cap. 56. Nauem primus ex Aegypto in Græciam Danaus aduexit, ante ratibus nauigabatur, inuentis in mari rubro, inter inſulas, a rege Erythra. Cice. 7. Verr. Cum aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere. Καταχρηστικῶς tamẽ à Poetis pro naui accipitur. Ver. lib. 1. Aenei. Deficitq́ rates, euertitq́ æquora uentis. Ouid. li. 14. Metam. Fertq́ rates pronas, medioq́ ſub æquore mergit. Verg. 3. Aenei. Poſtquam altum tenuere rates, &c. Hinc Ratiarius, rii, maſcu. gene. dicitur, ut Nauicularius, non opifex, ſed negotiator.

Paulus de pingor. act. I. Qui ratiario crediderat, cum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit: poſteaq́ flumen creuit, & ratem abſtulit. Budæus.

RATITVS, quadrans, & Ratitius triens, ab antiquis appelati ſunt, q̃ in iis ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in eſſe. Auctor Nonius.

RATIVNCVLA, æ, {*Ragioncella, ragionetta*} (λογάριον) diminutiuum, à nomine ratio deductum: quod modo accipitur pro leui & futili ratione. Cic. 2. Tuſcu. Concludunt ratiunculas Stoici, cur non ſit malum, quaſi de uerbo, nõ de re laboretur. Suggerere ratiunculas, Ibidem lib. 3. de Natu. Deo. Modo pro ſupputatiuncula non magnæ pecuniæ. Teren. in Phorm. Erat ei dẽ ratiuncula Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum: id, ut conficerem. cõfeci, affero. Plau. in Ca. Ibo intro, atq; intus ſubducam ratiunculam. Quantillũ argenti mihi apud trapezitam ſiet.

RATVMENA, auriga fuit, qui quum in ludis Circẽſibus excuſſus fuiſſet, equi eius cum corona, & palma in Capitolium peruenerunt, ſedemq́ ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt, ut porta, per quã intrauerat, Ratumena diceretur. Auctor Plin. lib. 8. cap. 42.

RATVS, a, um, {*Fermo, ſtabile, conſtante*} (κύριος, βέβαιος, ἀκίνητος) nomen adiecti. idem ſignificans quod firmus, fixus, conſtans, immobilis. Teren. in Hecyr. Ne quod egiſſem, eſſe ratum. Cicer. 2. de Natur. Deo. Qui cum tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamq; inter ſe omnia connexa & apta uideret. Ibidem: Aſtrorum in omni æternitate rati, & immutabiles curſus. Huic contrarium eſt Irritus. Cice. de Prouin. conſul. Cuius Tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt, quod irritum exactis Cæſaris poſſit eſſe. Rato item opponitur Ruptum. Cicero. de Orato. Teſtamentum ratum, aut ruptum. Ratum habere aliquid, eſt approbare, confirmare. Cicero pro Roſcio. Com. Quis hoc frater, fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcunq; retuliſſet, id ratum haberet? Ratum facere, eſt quod uulgus dicit, ratificare. Cicer. 2. de Diuin. Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bouis extis dirimat tempus, & proferat idem? Quid augur, cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum? Subaudi, augurium. Ratum mihi eſt, id eſt, approbo, confirmo. Cic. ad Gall. lib. 7. Attamen iſta ipſa, quæ te emiſſe ſcribis non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata. Pro rata, ſiue, Pro rata parte (κατὰ λόγον) id eſt, habita ratione proportionis: quod uulgus dicit. Ad æquipollentiam. Cęſ. 1. Bell. Gall. Quadraginta iugera in ſingulos proponit, & pro rata parte centurionibus, euocatisq́. Liu. 5. Decad. li. 5. Tantum perditi daturum fuiſſe credunt & pro rata alias, &c. Ci. 1. Tuſcu. Omnia iſta perinde, ut cuiq; data ſunt pro rata parte, a uita longa aut breuia dicũtur. Pro rata portione. Plin. lib. 11. ca. 15. Aeſtiua mellatione decimam partẽ Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet, ſi pleni fuerint aluei. ſi minus, pro rata portione. aut ſi inanes omnino non attingi.

Ratæ preces, apud Ouid. in Faſt. ſunt preces exauditæ Hæc ego pro uobis, hoc uos optate coloni. Efficiatq́ ratas utraq; diua preces. Budæus. Eſt & Ratus, ta, um, (νομίσας) participium à uerbo Reor, idem ſignificans quod arbitratus. Plau. Aſin. Ah ſcelеſta, ego præter alios meum uirum fui rata Siccum, frugi continentem, amantem uxoris maximè. Idẽ Amphit. Victis hoſtibus, quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Id eſt, putauit, interprete Feſto.

RAVCÆ, uermes terreni, radices arborum lædentes. Plin. lib. 17. capi. 18. Olea ubi quercus effoſſa ſit male ponitur: quando uermes, qui raucæ uocãtur, in radice quercus naſcuntur, & tranſeunt.

RAVCITAS, itatis, {*L'eſſere roco, raucità*} (βράγχος) uocis obtuſitas, ſiue ex catarrhi defluxu, ſiue ex aere frigido, ſiue ex febris calore, aliave ex cauſa contracta. Plin. li. 11. cap. 51. Elephans per nares tubarum raucitati ſimilẽ edit ſonum. Legitur & Raucedo, dinis, in eadem ſignificatione.

RAVCEO,es,cui,(βραγχιάζω)raucus ſum:à quo Rauceſco,raucus fio,et cõpoſitum Irrauceſco.

RAVCVS,a,um,{*Rauco,roco*}(βραγχώδης)qui nimio calore uel frigore,aut etiam clamore,uel alia cauſa uocem obtuſam habet,compreſſam & impeditã. Verg. 11. Aenei. Dant ſonitum rauci per ſaxa ſilentia cigni. Vbi Raucos cygnos uocat non quidem canoros,aut optimam uocem habentes,ſed alarum cõcuſsione inter uolandum,raucum per aera ſonum efficientes, qualis eſt clangor tubarum. Ponitur aliquando pro feſſo, & defatigato:ut, Rauca fama.Cic.ad Varr.lib.9. Te uero nolo,niſi ipſe rumor iam raucus erit factus ad Baias uenire,id eſt niſi ipſe rumor defecerit. Budæus. Hinc Raucisonus,adiect.Lucretius: Concaua raucisonoq; minantur cornua cantu.

RAVDVS,uel Rodus,uel etiam Rudus,{*Rozzo,imperfetto*}(ἀκατέργαστον)teſte Feſto,ſignificat rem rudem,& imperfectam. Nam & ſaxum quoq; Raudus appellant poetæ. Accius Menalippe: Collocat ſeſe in locum celſum: Hinc manibus capere rodus ſaxeum grande & graue. Aes quoq; rude & impolitũ Raudus,Rodus,ſiue Rudus dicebatur.Cincius de Priſcis uocabulis apud Feſtum: Quemadmodum omnis materia ferè non deformat, rudis appellatur, & ueſtimentum rude,non perpolitum,ſic æs infectum Rauduſculum,ſiue Ruduſculum. Ad ædem Apollinis æs conflatum iacebat. Id autẽ Rudus appellabant. In æſtimatione cenſoria tamen æs infectum Rudus dicebatur.

RAVDVSCVLVM,li ſiue Ruduſculum,diminutiuum à Raudus,ſiue Rudus,proprie eſt æs rude & infectum:quanquam nonnunquam etiam pro ære ſignato accipiatur,ut ex Cinno annotauit Feſtus. Vnde in uenditionibus mancupi ſcriptum erat Rauduſculo libram ferito.

RAVDVSCVLA,porta Romæ appellata eſt,à raudo,id eſt,ære, quod ærata eſſet. Varro 4.de lingua Latina.

RAVENNA,(ῥάβεννα)urbs in octaua regione Italiæ,Sabinorum colonia,teſte Pli.lib.3.cap.15.in ora litoris Adriatici,CII.M.diſtans ab Ancone,olim tota ligneis compacta ædificijs,aquis diffuſa,pontibusq; ac lembis peragrata.

Hanc quidam Theſſalis conditam perhibent. Alij poſt exciſam Troiam, alij poſt confuſas hominum linguas in Babylone,conſtructam fabulantur. Hęc quum à mari fiunt inundationes,non mediocrem accipit partem cœni paluſtris Silius lib.8.Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ. Hinc ortus eſt Caſſiodorus Senator,qui multa eruditisſime ſcripſit. Eſſe autem urbem uetuſtam,res ab Oſtrogothis geſtæ commemorant,qui ibi regiam poſuere. Liuius auctor eſt,ab Auguſto muris cinctam fuiſſe,quos Valentianus Imperator poſtea amplauit:eiusq; Archiepiſcopo duodecim ciuitatum epiſcopos ſubiecit Arimini,Cæſennæ,Fori Liuij,Fori Cornelij,Fauentiæ,Brutij Bononiæ Mutinæ,Regij,Parmę,& Placentiæ.Hodie cum alijs plerisq; eiuſdem tractus urbibus Venetis paret,à quibus tam egregie eſt munita,tam ſplendide inſtaurata ut cum ampliſsimis,munitisſimisq; Italię urbibus iure poſsit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris,primi eius epiſcopi,& Vitalis,& Geruaſi,& Protaſij. Hinc ortus eſt Petrus ille Rauennas,illuſtris Fori Cornelij epiſcopus, qui multa in Theologia diligenter ſcripſit.

RAVIDVS,adiect.(χαροπός)quod ex fuluo colore nonnihil ad nigredinem declinat:ut Rauidi oculi. Colum.lib.8.cap.2. Sublimes ſanguineæq;, nec obliquæ criſtæ,rauidi,uel nigricantes oculi.

RAVILLÆ,(χαροπόφθαλμοι)dicuntur qui rauos oculos,habent,quemadmodum qui cæſii,cæſillæ. Feſtus.

RAVIS,huius Rauis,{*Raucità,l'eſſere roco*}(βράγχος)idem quod raucedo, hoc eſt,uocis obtuſitas,ſiue ex catarrho,ſiue ex aeris frigiditate, ſiue ex febris calore,aut etiam ex immoderato clamore contracta. Plau.in Aulu. Huccine deduxiſti me ad ſenem parcisſimum, Vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus, prius,Quàm quicquam detur? id eſt,improbe(inquit Eraſmus)ſæpius,clamoſe adeo,ut uox etiam toties uociferanti rauceſcat. Apul.li.3.Floridorum: Claritudo arteriæ obſoleſcit; identidem boando purgant rauim. Hinc Rauio, nis,& Rauus,a,um,

RAVISELLVS,diminutiuum,à Plau. Quis(inquit)hæc mulier, & ille rauiſcellus qui uenit? Feſtus: Raui coloris appellantur, qui ſunt inter flauos & cæſios,quos Plautus appellat Rauiſcellos.

RAVRICI,Galliæ Belgicæ populi non procul à Rheno Tribotis, Heluetiis, & Sequanis finitimi: quorum caput fuit Rauricum,ſiue ut apud Ptolemæum legitur. Auguſta Rauricorum,cuius etiam hodie ruinæ quædam oſtenduntur non procul à Baſilea. Vide Althamerum in Tacitum.

RAVVS,ua,um,(χαροπός)quod medium habet colorem inter flauum,& cæſium,ut interpretatur Feſtus:ſiue quod ex fuluo definit in nigredinem. Cice.li.4.Acad.Quia nobiſmetipſis tum cæruleum,tum rauum uidetur,quodq; nunc Sole collucet. Sic ab Horatio Raua lupa dicitur à colore oculorum, li.3.Carm Ode 27. Aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. Var.2.de Re ruſt.cap.2.Caruibus pronis ad roſtrum,rauis oculis.

R ANTE E.

RE(ἀπὸ)præpoſitio per apocopen à retro facta uidetur. Vnde Reſpicio, retro aſpicio:Reuertor,retro uertor. Repoſco,rem datam retro poſco. Et non niſi cõpoſita reperitur. Habet & alias ſignificationes. Nam quandoq; perfectionem denotat,ut Recognoſco. Quandoq; reciprocationem,ut Redamo. Quandoq; contra,ſiue aduerſus,(ἀντὶ)ut Reluctor,id eſt,repugno, reſiſto. Quandoq; iterum atque iterum,ſeu ſæpe:ut Reputo. Quandoque reditum ad priſtinum ſtatum:ut,Repueraſco,ad pueritiam redeo: Renouo,ad nouitatẽ reduco. Quandoque ualde,(ὑπὲρ)ut Redundo. Quandoque longe Verg.libr.3. Italiam petere,& terras tentare repoſtas. Seruius,Repoſtas,id eſt,longe poſitas Sic Remoueo,longe moueo. Quandoque denotat contrarietatem ſuorũ ſimplicium:ut,Retego,tego,quod eſt,tectũ denudo. Reſigno,quod ſignatũ erat aperio. Recludo,clauſum patefacio. Quandoque habet diuerſam licet nõ contrariam à ſuis ſimplicibus ſignificationem:ut,Reſcиſco. Nam quũ Scire ſit cognoſcere,Reſcire tamen ſiue reſciſcere,non eſt rurſus cognoſcere, ſed factum aliquod occultius,& inopinatũ,inſperatumq; cognoſcere,ſcire,aduertere. Aliquãdo nihil omnino addit ſignificationi ſui ſimplicis. Nam Recaleo,(ut mox docebimus)nihil aliud,eſt,quàm caleo. Componitur autem cum dictione ab a,incipiente,ut Redamo,Redarguo:b,ut Rebello:c,ut Recurro:d,ut Reddo:e,ut Redeo:f,ut Refero:g,ut Regredior:h,ut Redhibeo:i,ut Reiicio:l, ut Relego:m,ut Remigro:n,Vt Renitor:p,ut Repugno:q,ut Requiro:ſ,ut Reſarcio:t ut,Retineo:u,ut Reuertor. Sed cum,a,e,& h,interponitur d,cauſa euphoniæ.

REÆDIFICO,as,{*Reedificare,rifar di nuouo*}(ἀνοικοδομέω)inſtauro, ędificium collapſum reſtituo. Reædificare meritum pro reſarcire. Cice.ad Atti.lib.6.Cæſarem in merito reædificandi diligentiorem fore.

REAPSE,{*In effetto*}(τῷ ὄντι)ſignificat re ipſa, Pacuuius: Si non eſt ingratũ reapſe quod feci Cice.1.de diuin. Formæ quæ reapſe nullæ ſunt,ſpeciem autem offerunt.idem 5.de Finib.Quod idem reapſe primum eſt.

REATE,reatis,(ῥεᾶτον Stephano)ciuitas in Vmbria.Italiæ umbilicus, teſte Plin.lib.3.cap.12.ex qua Veſpaſianus originem duxit. Hinc Reatinus, (ῥεατινός)gentile. Varr.2.de Re ruſti.ca.6.Ego,inquit,de aſinis potisſimum dicam,qui ſum Reatinus,ubi optimi & maximi fiunt.

REATVS,tus,{*L'eſſere reo la conditione del reo*}ſtatus et conditio reorũ:hoc eſt habitus demiſſus,pannoſus,ſqualidus,& miſericordię occupator. Vnde reorũ ſordes,ſordidatiq; rei dicebantur. Iuriſconſultus: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit,id eſt,in eum mitius animaduertendum,qui diu ſordidatus fuerit:id quod euenire ſolet aut iudicum cõſilio in diem longiorem iudicium reiicientium:aut pro re nata,ſi,quia de cauſa Plane non liquebat,reus ſæpius ampliatus eſt. Pars enim pœna eſſe uiſa eſt,longa temporis intercapedo in conſpicua calamitate, & miſeria. Hodie in reatu ſunt,qui uel carcere detenti,ſqualore & illuuie conficiuntur, aut qui honoris cauſa cuſtodiæ ſuæ,aut adparitorũ cõmiſsi,ut uadimonio,aut uadibus obſtricti ſunt,aut expromiſſoribus. Iuſtin.lib.4. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade,duo prælia ſecunda Niceas & Lamathus faciunt. Ad reatum, id eſt,ad cauſam dicendam,inquit Budæus. Errore autem nimio(ut loquit idẽ Budęus) hęc opinio inter noſtrę ætatis iuriſperitos inualuit,ut Reatus pro crimine exaudiatur. Eſt autem reatus uocabulum nouum Ciceronis ætati incognitum:proximo tamẽ ſeculo imperante Auguſto à Meſſala primum uſurpatum. Quint.lib.8.cap.3.Nam & quæ uetera nunc ſunt,fuerunt olim noua,& quædam in uſu perquam recentia. Meſſala primus Reatum, Munerarium Auguſtus primus dixit. Martia.lib.2.Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squallidus hærebo,pallidorq; reo.

REBELLO,las.{*Rebellare,reſonguere*}(ὑφίσταμαι,ἀφίστημι)repugno, bellũ inſtauro,proprieq; de iis dicitur,qui in fide quã principi,aut reipub.obligarũt, non permanent:aut qui aliquando uicti,& in deditionem recepti,bellum redintegrant. Cæſ.8.Bel.Gal.Si tali ratione diuerſis in locis plures rebellare cœpiſſent.Liu.8.ab urbe:Quia cum Latinis rebellare noluiſſent. Lucan.lib.3. Niſi quia uinci potuere rebellent. Rebellare dicitur uulnera,ſeu alia uitia,cum ſemel curata repullulant. Plin.lib.25.cap.13.Noſtri herbarii ſtrumeam uocant, quoniam medetur ſtrumis & panis:creduntq; ea rurſus ſata rebellare,quę curauerit uitia. Rebellat humor. Plin.lib.13.cap.12. Minus ſorbet politura charta,magis ſplendet:rebellat ſæpe humor incurioſe datus,primoq; malleo deprehenditur:aut etiam odore,quum fuerit indiligentior.

REBELLATOR,oris,{*Rebello*}(ἀποστάτης)qui ſemel uictus,& in deditionem receptus,bellum inſtaurat,quive alioqui in fide principi aut ciuitati obſtricta non permanet. Huius fœmi.eſt Rebellatrix. Liu.lib.10.Bel. Maced. Dictu.quàm re,facilius fit,prouinciam ingenio ferocem & rebellatricem confeciſſe Ouid.3.Triſt.Eleg.12.Teq; rebellatrix tandem Germania, magni Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe ducis.

REBELLIO,onis,{*Rebellione*}(ἀποστασμός,ἀπόστασις)defectio,ſeu belli inſtauratio. Cæſ.3.bell.Gall. Rebellio facta poſt obſidionem. Tacitus lib.3. Eodem anno Galliarum ciuitates rebellionem cœptauere.

REBELLIS,le,diectiuum.{*Rebello*}(ἀποστατικός)qui ſemel uictus, & in deditionem receptus bellum inſtaurat. quive principis aut reipubli.ſuę imperiũ detrectat. Verg.6. Aenei. Sternet Pœnas Gallumq; rebellum.

REBELLIVM,lii,{*Rebellione*}(ἀποστασμός)idem quod Rebellio. Liui.5. Decad.lib.2.Qui deditis contra ius,& fas bellum intuliſſet,& pacatos ad rebellium incitaſſet.

REBITO,as,{*Ritornare*}(ἐπανήκω)compoſitum à Re,& Ito,as,frequentatiuo uerbi Eo,is,quo antiqui utebantur pro reuertor,redeo. Interpoſitum autẽ eſt b,tantum Euphoniæ cauſa. Plau.in Ca. Ac ſi non rebitas huc,ut uiginti minas dem pro te.

REBOO,reboas,{*Mugiare*}(ἀντιβοάω,ἀπηχέω)ex Re,& Boo, remugio,& per tranſlationem reſono, reſulto. Verg.li.3.Georg. Reboant ſyluęq; & magnus Olympus. Vbi Seruius: Reboo Græcum eſt : nam apud Latinos nullum uerbum eſt quod ante o,finalem habeat o,excepto Inchoo:quod tamen maiores al ter ſcribebant,aſpirationem interponẽtes duabus uocalibus,& dicebant Incho.

RECALCITRO,as, {*Ricalcitare,cioè percuotere co calci*}(λακτίζω)idẽ quod calcitro,hoc eſt,calce ferio. Proprie de equis dicitur,quamuis etiam ad homines transferatur. Horat.2.Sermo.Saty.1. Cui male ſit palpere,recalcitrat undiq; tutus.

RECALCO,as,{*Tornar di nuouo à calcare*}(ἀνακαταπατέω)rurſus calco. Colu.lib.2.ca.2.Si uelis ſcrobibus egeſtam humum recondere,& recalcare cum aliquo quaſi fermento abundauerit.

RECALEO,recales.pen.cor.{*Scaldare*}(θέρομαι)idem quod ſimplex caleo. Verg.12. Aenei. Vix urbe tuemur Spes Italas,recalent noſtro Tyberina fluenta Sanguine.

RECALFACIO,recalfacis,pen.cor.{*Riſcaldare*}(ἀναθερμαίνω)rurſus calidum facio. Ouid.8.Metam. Calidumq; prioris Cæde recalfecit conſortis ſanguine telum.

RECALESCO,{*Riſcaldarſi*}(ἀναθερμαίνομαι)rurſus caleſco. Cice. lib.3.de Natu.Deo.Quod noſtris quoq; corporibus contingit,quum motu atq; agitatione recaleſcunt. Ouid.2.de Reme. Am.Quid iuuat admonitu tepidam recaleſcere mentem?

RECALVASTER, ſtri,{*Caluetto*}(ἀναφαλαντίας)diminutiuum, eſt,à Recaluus,eumq; ſignificat,qui fronte ſubcalua eſt,nõ toto capite:quaſi recaluatulus. Valla lib.1.cap.7.

RECALVVS,a,um,{*Caluo*}(ἀναφαλαντίας)cui non totũ caput, ſed ſyncipus caluum eſt. Plau.in Rud. Ecquem Recaluum ac ſilonem ſenem.

RECANDESCO, deſcis, {*Riſcaldarſi, di nuouo affocato*} (ἀναπυρόομαι) à uerbo Recandeo, denuo candens, ſiue ignitus fio. Accipitur aliquando pro recaleſcere. Ouid. lib. 1. Metam. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus ætheriis altoq; recanduit æſtu. Per tranſlationẽ quoq; ira recandeſcere dicitur, cum ſemel propemodum lenita, rurſus exaſperatur. Idem lib. 3. Metam. Audito clamore recanduit ira. Interdum idem eſt quod candidum fieri. Idem lib. 4. Metam. Seq; ſuper Pontum nullo tardata timore Mittit, onuſq; ſuum: percuſſa recanduit unda, id eſt, alba & candida facta eſt ex ſpuma, quam mare concitatum ſolet emittere.

RECANO, recanis, recinui, recentum, {*Recantare*} (ἀνακαλέω) cantu reuoco. Plin. lib. 10. ca. 33. de perdice loquens: Adeoq; uincit libido etiam fœtus charitatem, ut illa furtim, & in occulto incubans, cum ſenſit fœminam aucupis accedentem ad marem recanat, reuocetq;.

RECANTO, as, at. {*Cantare al contrario di prima, diſincantare*} (παλινῳδεῖν) idem eſt quod diuerſa ſuperioribus canere, et quod ante aſſeruimus retractare. Inde Recantatus, a, um, particip. ut, Opprobria recantata id eſt, mutato carmine in laudem conuerſa. Hora. 1. Carm. Ode 16. Nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia, dũ mihi fias recantatis amica Opprobrijs, animumq; reddas. Curę recantatę. Ouid. 1. de Remed. amo. Nulla recantatas deponent pectora curas. Interdum Recantare, eſt ſonum cantati carminis reflectere, Martia lib. 2. Nuſquam Græcula quod recantet Echo. Plin. lib. 28. cap. 2. pro incantare uidetur uſurpaſſe: Non pauci (inquit) ſerpentes ipſos recantari credunt: & hunc unum eſſe ipſis intellectum: contrahiq; Marſorum cantu, etiam in nocturna quiete.

RECEDO, dis, {*Partirſi, farſi da canto, indrieto*} (ἀπέρχομαι) abeo. Cic. Atti. lib. 2. Aduola in Formianum: unde nos pridie Non. Maias recedere cogitamus quaſi retro cedo. Plau. in Cap. Proin tu ab iſtoc procul recedas. Ponitur aliquando pro reuertor, (ἐπανέρχομαι) Salluſt. in Iugurt. Albinus Aulo fratre in caſtris pro Prætore relicto, Romam receſſit. Aliquando pro diminui. Pli. Epiſto. 6. lib. 3. Receſſit uenter. Aliquando pro diſiungi. Celſus: Sed in alijs quidem oſſibus ex toto ſæpe fragmentum à fragmento recedit, &c. Recedere ab officio, eſt deſerere officium. Cic. 3. Offi. Quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Recedere ab armis, eſt ceſſare, deſiſtere. Cic. pro Roſc. Amer. Poſteaquam ab armis receſſerunt, in ſummo otio, rediens à cœna Romæ occiſus eſt. Recedere à uita, eſt mori. Cicer. 4. Tuſcul. Quippe qui ob eam cauſam à uita receſſerit. Recedere ab oculis eſt è conſpectu abire: quod tamen ipſum κατ' εὐφημισμὸν accipitur pro mori. Plin. Epiſto. 25. Viuit enim, uiuetq; ſemper atq; etiam latius in memoria hominũ & ſermone uerſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. Recedere à conditione, perſona, ſtatu, eſt quod dicimus immutare perſonam, conditionem, ſtatum. Cice. Atti. li. 1. Nam neq; de ſtatu nobis noſtræ dignitatis eſt recedendum, &c. Hinc Receſſus, huius ſus, & Receſſum aduerb. de quibus mox agemus ſuis locis.

RECELLICLUNIÆ, {*Meretrici publiche*} (κινησίπυγοι) dictæ ſunt meritoriæ meretrices, quæ deſultura quadã, & aſſultura mouent clunes, uti uenus concinnior inſcenſori præſtetur. Plau. in Pœnu. An tibi uis inter iſtas uerſarier proſedas, piſtorũ amicas, recellicluniás alicarias? Sic enim legit, quiſquis is fuit, qui uocem hanc ſanè egregiam, neſcio unde acceptam, primus huc intulit. In omnibus tamẽ Plautinis codicibus, quos mihi uidere contigit recellicluniarum ne ullum quidem apparet ueſtigium: omnibus hanc lectionem præ ſe ferentibus Piſtorum amicas, reliquias alicarias.

RECELLO, lis, {*Ridurre, inchinare, richinare*} Apuleius lib. 10. Metam. uidetur accipere pro eo quod eſt reducere, retrahere ἀνέλκειν. Illa (inquit) quoties ei parcens, nares recellebã accedens toties uiſu rabido & ſpinã prehendẽs, &c. Liui. autem lib. 4. Bel. Pun. uidetur uſurpaſſe pro deprimere: quod & Budæus annotauit. Verba Liuij ſunt hæc: Ferrea manus quum iniecta proræ eſſet, grauiq; libramentum plumbi recelleret ad ſolum ſuſpenſa prora, nauim in puppi ſtatuebat. id eſt, deprimeret, inquit Budæus.

RECENS, {*Freſco, nouo, de poco, recente*} (νεαλής, πρόσφατος, νεαρός) nouus, nouitius, qui nuper fuit: cuius antithetõ eſt Vetus, ſiue Vetuſtũ. Cic. Aul. Cecin. Commemorem non ſolum ueterum ſed horum etiam recentum uel ducum, uel comitum tuorum grauiſſimos caſus. Verg. 3. Georg. Iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recentes. Recens & Laſſus contraria Curtius li. 3. Timere ne non uirtute hoſtium, ſed laſſitudine ſua uincerẽtur. Perſas recentes inde ſucceſſuros, ſi laxius ſtare potuiſſent: Ouid. 2. Metam. Ardua prima uia eſt, & qua uix mane recentes. Enituntur equi. Inuenitur etiã Recens, (νέως) aduerb. Verg. 3. Georg. Sole recens orto id eſt, recenter, uel paulo ante. Sueton. in Tiberio Cæſ. cap. 1. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigrauit. Plin. lib. 18. cap. 32. Quàm recentiſſime ſtercorato ſolo: Recenter, aliud aduerb. cuius nullum nunc occurrit exemplum.

RECENSEO, es, {*Riconoſcere, ricommemorare*} (καταλέγομαι, ἐξετάζω, ἀναριθμῶ, ἐπισκοπῶ) recognoſco, et ſummam totius multitudinis per numeros colligo. Liuius: Inter hęc recenſet exercitum, militem inſtruit. Idem 6. bel. Pun. deinde acceptis nominibus ciuitatem recenſuit captiuos, quot cuiuſq; populi eſſent. Verg. 4. Georg. Conſedit ſcopulo medius, numerumq; recenſet. Recenſere, narrare, διηγεῖσθαι. Cice. ad Atti. lib. 16. Ob eius enim recenſes multa, quę uellem. Ouid. Epiſt. 9. I nunc tolle animos, & fortia facta recenſe. Stat. 4. Syl. Dinumera faſtos, nec parua exempla recenſe. Hinc recenſus, us, & Recẽſio, onis de quibus paulò poſt agemus. Recenſus, a, um, particip. id eſt, recognitus. Sueton. in Veſp. cap. 9. Ampliſſimos ordines, & exhauſtos cæde uaria, & contaminatos ueteri negligentia purgauit, ſuppleuitq; recenſo ſenatu et equite. ſubmotis indigniſſimis, & honeſtiſſimo quoq; Italicorum ac prouincialium allecto. Legitur, & recenſitus, a, um, particip. à uerbo antiquo Recẽſio, ſis, quartę coniug. ut ait Georg. Valla, idem ſignificans quod recenſus. Sueto. in Cæſ. ca. 41. Inſtituit ut quotannis in demortuorum locum ex ijs qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Claudian. in Eutrop. li. 2. Priſca recenſitis euoluite ſecula faſtis.

RECENSUS, us, ui, (ἐξέτασις) luſtratio, ſiue recognitio exercitus, alteriusve multitudinis. Sueton. in Cęſare: Recenſum populi nec more nec loco ſolito, ſed uicatim per dominos inſularum egit.

RECENSIO, nis, (ἐξέτασις) multitudinis cuiuſuis luſtratio ſiue recognitio: ut Recenſio copiarum, ſiue exercitus. Interdum accipitur pro cenſu ciuium, eorumq; facultatum, qui Romę quinto quoq; anno à Cenſoribus fieri ſolet, τίμημα. Cice. pro Milo. Qui Nympharum ædum incendit, ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

RECENTARI, {*Rinouarſi*} (ἀνανεοῦσθαι, νεάζεσθαι) renouari, & denuo recens fieri. Accius: Iamiam albicaſcit Phœbus: & recentatur commune lumen hominibus & uoluptas. Nonius:

RECEPTACULUM, li, {*Recettacolo, loco ſicuro, ricetto*} (ὑποδοχεῖον, ὑποδοχή) quicquid rem aliquam in ſe recipit. ut cum lienem melancholiæ, ueſicam urinæ & aluum fœtis dicimus eſſe receptaculũ. Cice. 2. de Natu. Deo. Aluus cibi potionisq; eſt receptaculum. Idem 1. Tuſcul. Nam corpus quidẽ eſt quaſi uas, aut aliquod animi receptaculum. Idem 7. Verr. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. Interdum idem eſt quod perfugium, (καταφυγή) hoc eſt, locus in quem quis ſe recipit, ut à ui, aut iniuria tutus ſit. Cæſ. Bel. Gal. Præterea oppida incendi oportet, quæ non munitione & loci natura ab omni ſint periculo tuta: neu ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula. Cicer. in Piſon. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinę militum, caſtellum forenſis latrocinij.

RECEPTITIUS, a, um, (ἐξαίρετος) idem quod exceptitius, hoc eſt, quicquid in uenditione aut quauis alia alienatiõe excipimus, & nobis reſeruamus. Vnde Receptitius ſeruus appellatus eſt, nuptę mulieris proprius, quem reſeruauit, quum dotem marito daret. Quoties enim mulier in danda uiro dote, aliqua ex ſuis bonis retinet, nec ea ad uirum tranſmittit, Recipere ea dicitur. Vide Gel. lib. 17. cap. 6.

RECEPTO, ptas, {*Ricevere ſpeſſo*} (ὑποδέχομαι) frequentatiuum à Recipio. Teren. Hecy. Meum recepta filium ad te Pamphilum. Idem Heaut. Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho, Victus, ueſtitus, quo in tectum te receptes. Lucan. lib. 7. Tabesne cadauera ſoluat, An rogus, haud refert: placido natura receptat Cuncta ſinu, finemq; ſui ſibi corpora debent.

RECEPTOR, Receptrix, Receptator, & Receptatio, uide paulò pòſt in uerbo Recipio.

RECEPTUM, pti, ſubſtantiuum, {*Promeſſa*} (ὑπόσχεσις, ἐγγύη) idem quod pollicitum, ſiue promiſſum. Cice 2. Philip. Ille induxit, ut petere: promiſſum & receptum interuertit, ad ſeq; tranſtulit: tu eius perfidię uoluntatem tuam adſcripſiſti. Idem 7. Verr. Satis eſt factum Siculis, ſatis officio, ac neceſſitudini iudices, ſatis promiſſo noſtro ac recepto.

RECEPTUS, recepta, ceptum, participium à Recipio, ut, Receptus mos, (τὸ νομιζόμενον) quem ſponte (ut inquit Nonius) ciuitas alienum aſciuit. Recepti in ciuitatem (εἰς τὴν πόλιν ἐγγεγραμμένοι) dicuntur qui cum ſuffragio ciues ſunt effecti, ut apud Liuium ſæpe legitur. Receptus cœlo. Quintil. lib. 3. cap. 7. Quòd ipſum quoq; cœlo receptum, temporis eius homines non dubitauerint. Ouid. 3. de Pont. Tunc me (ſi qua fides) cœleſti ſede receptum Cum fortunatis ſuſpicor eſſe deis. Verg. lib. 1. Aenei. Frugesq; receptas Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

RECEPTUS, us, {*Il ritirarſi*} (ἀναχώρησις, ὑπαγωγή) ipſe actus, recipiendi, ſiue ſubducendi ſe è pugna. Liu. 8. ab Vrb. Breuitate ipſa loci faciliq; receptu in tam propinqua caſtra, haud ægre militem a multa cæde eſt tutatus. Receptui ſignum dare, (τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνειν, ἀνακαλεῖν) eſt tubæ ſigno copias à pugna reuocare. Liu. 2. ab Vrb. Admirationem inde auxit, ſigno receptui dato adeo tranquilla ſerenitas, &c. Canere receptui. Idem Cice. 12. Philip. Quis n. reuocante, & receptui canente ſenatu, Properet dimicare? Nonnunquam tamen per tranſlationem accipitur pro recedere. Cic. 3. Tuſcu. Vetat igitur ratio intueri moleſtias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miſerias contemplandas: à quibus cum cecinit receptui, impellit rurſum, & incitat ad conſpiciendas, totaq; mente contrectandas uarias uoluptates: quibus ille & præteritarũ memoria, & ſpe conſequentiũ, ſapientis uitam refertam putat. Receptus præterea ſignificat locum ipſum, in quem tutò ſe recipit exercitus. Verg. 11. Aenei. Planicies ignota iacet, tutiq; receptus. Cice. Atti. lib. 8. Neq; ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Plancus Cice. lib. 10. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiasq; quæ, cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus.

RECESSUS, {*Il ritirarſi à dietro*} (ἀναχώρησις, ἀποδρομή) actus recedendi, diſceſſus, abitus: cui opponitur Acceſſus. Cice. de Orat. Luna acceſſu, & receſſu ſuo Solis lumen accipit. Interdum idem quod ſeceſſus, id eſt, locus ſecretior, turba & tumultu uacuus, ἐσχατιά. Cice. Att. 1. Mihi ſolitudo, & receſſus prouincia eſt. Receſſus oculi, eſt ipſa concauitas, in qua oculus reconditur. Plin. lib. 8. cap. 33. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, &c. Receſſus animi, per tranſlationem dicuntur cogitationis reconditæ, quæ difficile poſſunt peruestigari. Cice. pro M. Marcello. Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint tanti receſſus.

RECIDIPNA, orum, (δειπνοτικὰ) pluralis numeri, & neutri generis, ueſtimenta ſunt, teſte Sipontino, quæ Cœnatoria appellantur. Iuuena. Saty. 3. Ruſticus ille tuus ſumat recidipna Quirine. Putat autem dictionem eſſe compoſitam ex nomine Latino Recinium, quo ſignificatur ueſtis quadrata, cuius mediam partem retrorſum reijciebant: & ex Græco δεῖπνον, quod cœnam ſignificat.

RECIDIVUS, a, um, pen. pro. {*Riſatto, & rouinato un'altra uolta*} (ἀναπεπτωκὼς, ἀναπίπτων) quæ poſt caſum reſtitutum, denuo concidit. A Re præpoſitione, actus iterationem ſignificãte, & nomine Caduus: unde Caduca mala legimus apud Pli. lib. 15. cap. 16. Proprie itaq; recidiuum quod dicitur, quod iterato cecidit. Verg. lib. 4. Aenei. Et recidiua manu poſuiſſem Pergama uictis id eſt, quæ reciderunt. Idem lib. 7. Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter, Funeſtæq; iterũ recidiua in Pergama tædæ. Vbi Seruius interpretatur, Recidiua, poſt caſum reſtituta: reſpiciens, opinor, ad oppidulũ illud, quod Aeneas cum primum nauibus egreſſus eſſet, non procul à Laurento condidit: quod & ipſum à nomine relictæ patriæ Troia appellauit: ut auctor eſt. Liui. li. 1. ab Vrbe. Melius tamen, mea quidem ſententia, Recidiua Pergama intelligere poſſumus, quæ iterũ ceciderunt, hoc eſt, bis euerſa ſunt. Conſtat enim Troiam bis captam fuiſſe: ſemel ab Hercule tempore Laomedontis regis, cum Heſionem ſcopulo alligatam, occiſo marino monſtro liberaſſet: quo nomine cum pactam ſibi

mercedem Laomedon ſoluere recuſaſſet, Hercules contracto exercitu urbem expugnauit, Laumedontem occidit, Heſionemq́; & Priamũ captiuos in Græciã abduxit: Redemptus poſtea à uicinis Priamus, Troiam inſtaurauit, multoq́; ſplendidiorem reddidit: quę à Græcis duce Agamemnone ſecundũ fuit euerſa.

Febres reciduæ (ἀφικνούμεναι) dicuntur, in quas ſecundo recidimus, cum ſcilicet morbo liberati, denuo in eundem relabimur. Sed hoc non proprie, neque ex uocabuli ſignificatione fit, ſed ex appellatione tantum, quaſi reciduorum febres propter eos qui in eas incidunt, & poſt earum depulſionem relabuntur. Febres enim ipſæ Re diuiuę potius, q̃ reciduę dicuntur, quia tunc non recidunt ſiue non depelluntur: ſed reuiuiſcunt, & integrantur.

RECIDO, dis, pen. cor. recidi, recaſum. {*Ricaſcare*} (ἀφικνεῖσθαι πορεύω) retrorſum, ſiue iterum cado. Exigit autem accuſatiuum cum præpoſitione Ad, uel In. Cic. ad Brutum: Non ne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe? Plaut. in Menæch. Omnes in te iſtæc recident contumeliæ. Teren. in prolog. Hecy. Nolite ſinere per uos artem muſicam recidere ad paucos. Cice. Att. lib. 4. Id ego puto, ut multa eiuſdem, ad nihil recaſurum. Inuenitur aliquando apud Poetas Reccido, c, litera geminata, ut prima ſyllaba natura breuis producatur. Lucret. li. 1. At neq; reccidere ad nihilum res poſſe, &c. Proper. lib. 4. Reccidit inq; ſuos menſa ſupina pedes.

RECIDO, dis, di, pen. pro. {*Tagliare, recidere. Pet. Sol mi ritien ch'io non recida nodo*} (ἀποκόπτω) abſcindo, reſeco: ex Re, & Cędo. Cato cap. 2. Viam publicam munire, uepres recidi. Martial. lib. 1. Quàm primum longas Phœbe recide comas. Hora. de Art. Ambitioſa recidet Ornamenta. Ouid. 1. Meta. Cuncta prius tentãda: ſed immedicabile uulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Reciſus, a, um, participium. Cice. de Prouin. conſul. Nationes eas quæ numero hominũ ac multitudine ipſa poterant in prouincias noſtras redundare, ita ab eodem eſſe partim reciſas, partim repreſſas. Oui. 3. Faſto. Id q; ancile uocat, quod ab omni parte reciſum eſt, Quemq; notes oculis angulus omnis abeſt. Reciſio, onis. Plin. libro 21. cap. 4. Omnis autem reciſione, atque uſtione proficit.

RECINGO, recingis, {*Diſcingere*} (διαζώννυμι) diſcingo, quod cinctum erat ſoluo. Ouid. li. 4. Metam. Ad inania magni Regna redit Ditis, ſumptumq; recingitur anguem. Id eſt, deponit anguem, quo ſe antea uelut cingulo præcinxerat. Verg. 4. Aeneid. Vnum exuta pedem uinclis in ueſte recincta Teſtatur moritura deos.

RECINIVM, reciniĩ, ueſtis quadratæ genus inde dictæ, ut Seruio placet, q̀ laciniam eius retrorſum reijciebant. Recinium (inquit Feſtus) omne ueſtimentũ quadratum. Hi qui XII. Tabulas interpretati ſunt, eſſe dixerunt uirilem togã, (qua & mulieres utebantur) prætextam clauo purpureo. Vnde Mimi planipedes Reciniati dicuntur.

RECINO, recinis, pen. cor. {*Ricantare*} iterum, uel frequenter cano. Cic. de Claris Oratoribus. Illud eſt maius, q̀ in uocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & ſonat urbanius. Horat. libro 1. Epiſto. 1. Hæc recinunt iuuenes dictata, ſenesq́;.

RECIPIO, recipis, pen. cor. ex Re, & Capio, {*Ricevere*} (ἀναλαμβάνω) rem ſemel depoſitam, traditamve, rurſus aſſumo. Liu. lib. 9. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. Quandoq; ponitur pro admittere, accipere, & honoris, uel beneficii, uel humanitatis cauſa ſuſcipere, ἐκδέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι Cice. lib. 2. Offi. Cyrſillum quendam ſuadentem ut in urbe manerent, Xerxẽq; reciperent, lapidibus obruerunt. Quandoq; pro reuocare, ἀνακαλεῖν. Verg. 2. Aenei. Sic ore effata recepit Ad ſeſe. Quandoq; in tutum reducere, liberare, ἐκφέρειν. Idem 6. Aenei. Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela Eripui his humeris, medioq; ex hoſte recepi. Recipere ſeruum, ut in L. i. de Seru. corrup. Vlpia. dicit, eſt refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare uel in ſuo agro, uel in alieno loco ædificioue. Quandoq; ſimpliciter conferre ſe & proficiſci, κομίζεσθαι. Plau. in Capt. Inde me continuo recipiam rurſum domum.

Quandoq; recuperare, ἀναλαμβάνειν. Cice. in Cato. Tarentum uero, qua uigilantia, quo cõſilio recepit? tum quidem me audiente, Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atq; dicenti, Mea opera, Quinte Fabi, Tarentum recepiſti. Et certe, inquit ridens, niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem.

Quandoq; excipere ad uſum ſuum, & reſeruare: quod fit, quũ quis uenditis cæteris, ſibi quippiam reſeruat, ἐξαιρεῖν. Plaut. in Trin. Vbi nunc adoleſcens habet? Cpoſticulum Hoc recepit, quum ædes uenderet. Hinc Receptitius ſeruus, (ἐξαιρετικός) de quo pauló ante. Recipere enſem, eſt retrahere, & è uulnere educere. Sic enim interpretatur Seruius illud Verg. 9. Aeneid. Totum cui cõminus enſem Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit. Accipitur interdum Recipere pro promittere, ὑπισχνεῖσθαι: niſi quod recipere amplius quiddã ſignificat, q̃ promittere: quaſi rei euentum & periculum in ſe ſuſcipere. Cice. Craſſo: Quæ tibi promitto ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturum. Cecinna ad Ciceronem: Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, et ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum. In qua ſignificatione etiam dicimus, Recipere in ſe. In ipſa cauſa exponenda ſatis etiam de probitate dixi, ſed tamen ſeparatim in me recipio, fore eum tibi & uoluptati, & uſui. Nam & modeſtum hominẽ cognoſco, & prudentem, & à cupiditate omni remotiſſimum: præterea magni laboris, ſummæq; induſtriæ. Neq; hæc polliceri debo, quæ tibi ipſi (ſi bene cognoris) iudicãda ſunt. Quo in loco Cicero morem ſuum ſeruat, ut difficilius uerbũ Recipio, per facilius Polliceor declaret. Ponitur aliquando pro approbare, δοκιμάζειν. Plin. lib. 25. cap. 4. Quartum genus molle, lanuginoſum pinguius cęteris, candidi ſeminis, in maritimis naſcens: hoc recepere medici. Qui. li. 8. Vſus recepit Bene moratas urbes, & Poculum epotum, ſeculum felix. Aliquando pro nominatim cauere. Iuriſconſultus in L. emptorem. de act. empt. Quemadmodum recipitur, ut nummos uenditor accipiat, quamuis merx ad emptorem non peruenīat. Budæus. Aliquando pro capere uel accipere. Plau. in Rud. Io cuſtodiam nos ut tuam recipias, & tueare. Recipere ſe, aliquando, eſt ad ſe redire, & animum, ac uires reſumere. Cic. in Somn. Scip. Quæ cũ intuerer ſtupens, ut me recepi, &c. Recipere mandatum, eſt totum mandati onus in ſe transferre. Cice. pro Sext. Roſcio: Quid recipis mandatum? neglecturus es? Differunt autem Recipere, & Suſcipere, ut ait Aſconius in Diuinationem: q̀ recipimus partem, ſuſcipimus totum. Cice. 2. de Ora. In quo eſt illa quidem magna offenſio, uel negligentiæ ſuſceptis rebus, uel perfidiæ receptis. Hinc fiunt uerbalia Receptor, Receptrix, & Receptator à Recepto, as, quæ ſæpe illos aut illas ſignificant, qui uel quæ latrones, eorumq; ſurrepta recipiunt, occultantq́;. Vulgus Recelatores appellat. Cice. 6. Verr. Receptrix furtorum, ac prædarum Meſſana. Metius Iuriſconſultus titulo de receptat. Peſſimum, inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Cice. pro Milo. Occultator ille, & receptator latronum locus. Receptio, receptionis, aliud uerbale. Plaut. in Aſina. Quid tibi huc receptio ad te eſt meum uirum? Id eſt, Quare recipis ad te uirum meum.

RECIPROCO, reciprocas, {*Retornare, remettere, reciprocare*} (ἀντιστρέφω, παλινδρομέω) in contrariã partem reflecto, alternis attraho & remitto. Liu. lib. 2. Bel. Pun. Quum iam ſpiritum includeret uentus, nec reciprocare animã ſineret, auerſi à uento parumper conſedere. Gell. In eam fiſtulam per quam ſpiritus reciprocatur. Interdum idem eſt, quod mutua quadam conſequentia à ſe inuicem dependere. Cice. lib. 1. de Diuina. Siquidem iſta ſic reciprocantur, ut ſi diuinatio ſit, Dij ſint, & ſi Dij ſint: diuinatio ſit. Reciprocatio, nis, (παλινδρομία) eiuſdem uiæ retrograda repetitio. & acceſſus & receſſus. Pli. lib. 9. ca. 7. Innumera uis mugilũ ſtato tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſeruata æſtus reciprocatione.

RECIPROCVS, a, um, pen. cor. {*Reciproco, che torna in ſe Arioſt. Et l'anime ſi ſide, & ſi deuota Dau' reciproco amore*} (ἀντίστροφος) quod alicunde profectum, redit eo, unde profectum eſt: à recipiendo dictum, ut docet Varr. lib. 6. de lingua Latina. Reciprocus amnis, id eſt, æſtuus. Plin. lib. 9. cap. 57. Cauernaſq; faciat ſibi in terra, atque in iis uiuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore.

RECISAMENTVM, ti, {*Piccol pezza*} (ψῆγμα, ἀπόκομμα) fruſtũ exiguum, & ueluti ramentum, à re quapiam reciſum. Plin. lib. 34. cap. 11. Ocyſſime uero æs coroniarum æruginem contrahit, reciſamentis in acetum additis.

RECITO, tas, {*Recitare, narrare*} clare deſcripto pronuntio, ut alii audiant intelligantq́;. unde Poetæ, & alii ſcriptores recitabant publice opera ſua, & nonnulli aliena. Cic. ad Planc. lib. 10. Caue enim putes ullas literas unquam grauiores, quam tuas, in Senatu eſſe recitatas. Aliquando non legendo, ſed memoriter referendo fit recitatio. Quintilianus: At iſta legem recitat. Loquens de muliere, quę cæca erat. Recitatio, onis, (ἀνάγνωσις) deſcripto pronunciatio. Cic. pro Cluent. Craſſus tum ita Brutum ultus eſt, ut illum recitationis ſuæ poeniteret.

Recitator, oris, (ἀναγνώστης) qui aliquid deſcripto pronunciat. Cicero 2. de Inuent. Neque enim uos ſcripti ſui recitatores, ſed uoluntatis interpretes fore putauit.

RECLAMO, as, pen. pro. {*Reclamare, repugnare*} (ἀντιβοάω, ἀντιλέγω) clamore aduerſor, non acquieſco, Cic. pro Pomp. Propterea q̀ iſtis reclamantibus, uos unum illum elegiſtis, quem bello prędonum præponeretis. Idẽ Lętu. Eius orationi uehementer reclamatum eſt. Reclamo tibi pro reo, dixit Pli. Epiſt. lib. 9. id eſt, cum clamore reprobo, quæ in reum dicis. Reclamatio, onis, (ἀντιλογία) contradictio, & proprie cum clamore. Cic. 4. Philip. Præclara & luculenta reclamatione ueſtra factum pulcherrimum Martialium comprobauiſtis. Reclamito, as, frequentatiuum. Cic. pro Roſcio Amer. Magna eſt enim uis humanitatis, multum ualet communio ſanguinis, reclamat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

RECLINO, as, are, {*Inchinarſi, humiliarſi con riuerentia*} (ἀνακλίνω, κατακλίνω) uerbum eſt actiuum idem ferè ualens, quod componere, uel inclinare ſe ad iacendum uel quieſcendum. Cæſ. 6. Bel. Gal. His ſunt arbores pro cubilibus, ad eas ſe applicant, atq; ita paulum modo reclinatæ quietem capiunt. Reclinatus, a, um, participium. Hora. 2. Carm. Ode 3. Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum bearis Interiore nota Falerni.

RECLIVIS, & hoc, ue, {*Laſſo*} (ἀνάκλιτος, ἀνακλινόμενος, κατακλινής) idem quod reclinatus, ſiue procumbens. Martia. lib. 9. Sic in gramine florco reclinis, Qua gemmantibus hinc & inde riuis, &c. Ouid. 10. Metam. Inq; ſinus iuuenis poſita ceruice reclinis.

RECLVDO, is, pen. pro. recluſi, recluſum, {*Aprire, Pet. Tal m'hà in prigione, che non m'apre ne ſerra*} (ἀνοίγω) quod clauſum erat aperio, retego. Plaut. in Capt. Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium. Verg. 8. Aene. Infernas reſeret ſedes, & regna recludat Pallida. Oui. 7. Metam. Stricto Medea recludit Enſe ſenis iugulum. Hora. 3. Carm. Ode 3. Virtus recludens immeritis mori Cœlum negata tentat iter uia. Recluſus, a, um, participium, (ἀνοικτός) apertus. Ouid. 7. Meta. Venit Telamon properus, foribusq; recluſis Speq; fideq; pater dixit, maiora uidebis.

RECOGITO, {*Ripenſare*} iterum, atq; iterum cogito. Cic. Quint. Fratr. lib. 2. Sic tu mihi uideris in Sardinia de forma Minutiana, & nominibus Pompeianis motio recogitaſſe. Columel. lib. 1. in Præfat. Quæ cum animaduertam ſæpe mecum retractans ac recogitans, q̃ turpi conſenſu deſerta exoleuerit diſciplina ruris.

RECOGNOSCO, is, {*Reconſcere*} (ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω) agnoſco, ad memoriam reuoco, & rem olim cognitam denuo cognoſco. Cic. 2. Verri. Non uidetur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam uoluiſſe, ſed ea quæ ſcit, mecũ recognoſcere. Interdum eſt, ut ſe aliquid inſpicere, quod uulgus uocat uiſitare, ἐφορᾶν. Colum. lib. 1. Panis pot. oniſq; bonitatẽ guſtu ſuo exploret. ueſtem, manicas, pedumq; tegmina recognoſcat. Interdum idem quod corrigo, emendo, διορθόω. Cic. in Vati. Is codicem non recitandi cauſa legit, ſed recognoſcendi. Idem 4. Verr. Hæc omnia ſumma cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honeſtiſſimis obſignata ſunt. Recognoſcere equitum turmas, pro recenſere, ἐξετάζειν. Suetonius in Octa. Auguſt. cap. 38. Equitum turmas frequenter recognouit. Recognitio onis, uerbale, modo idem ſignificans quod agnitio, (ἀναγνώρισις) hoc eſt, eorum, quæ alias nobis nota fuerunt iterata ex interuallo cognitio. Modo idem quod commemoratio, uel recordatio, ἀνάμνησις. Cic. 6. Ver. Qui tandem iſtius animus eſt, nunc in recognitione ſcelerum ſuorum. Iterdum idem quod inſpectio, (ἔφορσις) quam uulgus Viſitationem uocat. Colum. lib. 11. cap. 1. Quare tam ueſtem ſeruitorum, q̃ ut dixi feramenta bis debebit ſingulis menſibus recenſere: nam frequens recognitio nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet.

RECOLO, is, pen. cor. {*Rinouare, ripenſare, ricordarſi*} (ἀναπολέω, ἀναγεωργέω) denuo colo, iterum ſubiugo. Oui. 5. Metamor. Partimq; rudi data ſemina

iuſſu

uiſit Spargere humo, partim poſt tempora longa recultæ. Per tranſlationem accipitur pro polire, & exercere, quod & excolere dicimus, ἐξεργάζεσθαι. Pli. Epi. 129. Vt enim terræ uarijs mutatisque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illa meditatione recoluntur. Aliquando idem ualet quod cultui ſuo, & nitori reſtituere, & priſtinum decus reparare. Liu. lib. 9. Decad. 4. Sed metalla etiam & uetera intermiſſa recoluit, & noua multis locis inſtituit. Taci. lib. 3. Quo tū exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. Interdum idem quod meditari, perpendere, in memoriam reuocare, μελετᾶν, ἀναλογίζεσθαι. Cic. 9. Philip. Quæ ſi tecum ipſe recolis, æquo animo morieɾe. Cic pro Archia poeta. Quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs, quantum denique aleæ, quantumque pilæ, tantum ego mihimet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero.

RECOLLIGO, is, {*Adunare, raccogliere, metter inſieme*} (ἀναλέγομαι) in unum colligo. Colu. lib. 8. cap. 5. Confeſtim circumire oportebit cubilia, ut quæ mota ſunt oua recolligantur. Plin. Epiſt. 180. Actionem meam, utcunque potui, recollegi. Ouid. 7. Metam. Nunc opus eſt ſuccis, per quos renouata ſenectus In florem redeat, primosque recolligat annos. Recolligere animum alicuius, reuocare ab ira, mitigare. Cic. Att. lib. 1. Quòd ſcribis, etiam ſi cuius animus in te eſſet offenſior, à me recolligi oportere, &c. Recolligere ſe ab ægritudine, (ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν) eſt uires reſumere, ſiue recipere. Plin. lib. 23. cap. 7. Recolligentibus ſe à longa ualetudine utiliſſima. Plin. lib. 20. cap. 5. Aegrisque ſe recolligentibus, &c.

RECOMMINISCOR, eris, penulti. corr. {*Ricordarſi, diuenir ricordeuole*} (ἀναμιμνήσκομαι) idem quod reminiſcor, ſiue memor fio. Plaut. Trin. Literis recomminiſcar.

RECOMPOSITVS, pen. cor. {*Poſto à ordine di nuouo*} rurſus compoſitus. Ouid. 1. Amor. Eleg. 7. Pone recompoſitas in ſtatione comas.

RECONCILIO, as, are, {*Reconciliare, reſtituire, ritornare in gratia*} (καταλλάττειν) in concordiã reducere, & in gratiã reſtituere eos, qui ob offenſam quãpiã fuerant alienati. Ci. Att. Quintus filius plane currentẽ animũ patris ſorori tuæ reconciliauit. Liu. 2. ab Vrb. Vt alio munere ſibi reconciliaret ciuiũ animos. Reconciliare exiſtimationem, eſt eã recuperare. Ci. 2. Ver. In quo reconciliare exiſtimationẽ iudiciorum amiſſam poſſetis. Reconciliare filiũ, frequens eſt apud Plau. in Capt. pro eo quod eſt, efficere ut reducatur filius domũ. Reconciliatus, a, um, particip. Cic. Lentu. lib. 1. Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas ſenatus eſſe. Reconciliatio, onis, καταλλαγή. Cic. Att. lib. 9. Vt ſimul Romam uenerit, agat de reconciliatione gratiæ ſuæ, & Pompeij. Recõciliator, oris, (διαλλακτής) pacificator, diſſidiorum cõpoſitor. Liu. 5. Bel. Maced. Phaneas reconciliatore pacis & diſceptatore de ijs, quæ in controuerſia cũ popu. Roma. eſſent, utendum potius Antiocho cenſebat, quàm duce belli.

RECONCINNARE, {*Rifare, rinouare*} (ἀνασκευάζειν) id eſt, inſtaurare, reparare, expolire. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Tribus locis ædifico, reliqua concinno. Cæſ. lib. 2. bel. Ciuil. Diuturni laboris detrimentum ſolertia & uirtute militum bene reconcinnatur.

RECONDO, dis, {*Coperchiare. Dant. Saluo che queſto è rotto, & non coperchia*} (καλύπτω, κρύπτω, ἀποτίθεμαι) occulto, tego, repono. Ci. 1. de Inuen. Gladiũ cruentum in uaginam recondidit. Verg. 5. Aen. Multi præterea quos fama obſcura recondit. Ouı. 11. Meta. Et rurſus molli languore ſolutus, Depoſuitque caput, ſtratoque recõdidit alto. Recõditus, a, um, particip. ſiue nomẽ ex particip. (κρυπτός, κρύφιος) occultus abſtruſus. Cic. 6. Ver. Statuerunt ſe ſe nihil tã clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimũ, promptiſſimumque eſſet. Idẽ pro Quint. Vixit enim ſemper inculte, atque horride: natura triſtis ac recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuijs uerſatus eſt. Idem 4. Acad. A me enim ea, quæ in promptu erant, dicta ſunt, à Lucullo autem recondítiora deſidero. Brutus. Cic. lib. 11. Ad has literas ſtatim mihi reſcribe, tuorumque aliquem mitte, ſi quid reconditum magis erit.

RECONFLO, as, (ἀναχωνεύω) denuo conflo, ſiue liquefacio & per tranſlationem regigno, reſtituo, reſuſcito. Lucr. lib. 4. Vnde reconflari ſenſus per mẽbra repente Poſſit? Vbi Recõflari, dixit pro eo quod eſt renaſci, regigni. ἀναφύεσθαι.

RECONVENIO, is, (ἀντεγκαλῶ) uerbum eſt Iuriſperitis peculiare, pro eo quod eſt, contrariam actionem intentare: ut ſi reus in iudicio conuentus actorem uiciſſim conueniat.

RECOQVO, pen. cor. {*Ricuocere*} (ἀνεψῶ) id eſt rurſus coquo. Mart. lib. 11. Altera non deerunt tenui uerſata fauilla. Et Velabrenſi maſſa recocta foco. Ci. de Sene. Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit, ne'ue tanquam Peliam recoxerit. Per tranſlationem ponitur pro rurſus polio, & formo, tanquam aurum & ſimilia quæ iterũ coquuntur, ut meliora fiant. Quintil. lib. 12. cap. 6. Sed præcipue tamẽ Apollonio Moloni, quẽ Romæ quoque audierat, ſe reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Lucre. lib. 7. Spiculaque extenſo Pæan Pythone recoxit. Recoctus, a, um, participium, (ἀνεψηθείς) ut, Paſſum recoctum Stat. 4. Syl. Vel paſſum Pſythijs ſuis recoctum. Senex recoctus. Catul. Epig. 50. Sed nõ omnia diſplicere uellẽ Tito & Suffecio ſeni recocto. Scriba recoctus, inquit Acron, dicitur, qui ſæpius cũ Proconſule ad prouinciam miſſus, exercitatior eſt factus ex ipſa frequentia, & uſu. Hora 2. Serm. Satyr. 5. Plerumque recoctus Scriba ex Quinqueuiro coruum deludet hiantem.

RECORDOR, aris, {*Ricordarſi, metter in memoria*} (ἐννοῶ, ἐνθυμοῦμαι, ἀναμιμνήσκομαι) in memoriam, ſiue in mentẽ reuoco. quaſi iterum cordi do. Veteres enim Cor, pro mente dixerunt. Cic. 1. Tuſc. Ex quo effici uult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit, quàm recordari. Verg 3. Aen. Si rite audita recordor. Dicimus autem Recordor huius rei, & hanc rem. Cic. in Catone: Vt pedeſtres, naualesque pugnas, ut bella à ſe geſta, triumphosque recordentur. Idem pro Plancio: Huius meriti in me recordor. Recordans, tis, particip. Cic. Att. lib. 4. O' nauigationem amandam, quam mehercule ego ualde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis. Recordatio, onis, (ἀνάμνησις) reminiſcentia. Cic. de Senect. Conſcientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Idem ad Atti. lib. 12. Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

RECRASTINO, as, {*Prolungare, differire di giorno in giorno*} (ἀναβάλλομαι) idem quod procraſtino, differo, protelo, prorogo, quaſi in craſtinum reijcio. Plin. lib. 17. cap. 14. Recraſtinare maxime utile. Colum. lib. 2. cap. 21. Propter quæ recraſtinari nõ debet, ſed æqualiter flauentibus iam ſatis, antequam ex toto grana indureſcant, cum rubicundum colorẽ traxerunt, meſſis facienda eſt.

RECREMENTVM, ti, {*Purgamento, feccia, ſchiuma*} (ἀποκάθαρμα) purgamentum, ſiue excrementũ rei cuiuslibet. Celſ. lib. 5. Vlcera illinenda ſunt aut plumbi recremento, aut ceruſſa. Vbi plumbi recrementum pro ſcoria poſuit.

RECREO, as, {*Recreare*} (ἀναζωπυρῶ, ἀναψύχομαι, ἀναλαμβάνω) reficio, inſtauro, refoueo. Pli. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreãtur. Cic. pro Roſc. Amer. Tũ uero in iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus oppreſſusque populus Romanus eſt. Idẽ poſt reditum ad Quir. Sed tanquam bona ualetudo iucũdior eſt ijs, qui è graui morbo recreati ſunt, quàm qui nunquã ægro corpore fuerunt: ſic ea omnia deſiderata magis, quàm aſſidue percepta, delectant. Verum hæc ſignificatio tranſlatitia eſt: nam proprie Recreare, idem eſt quod denuo creare. Qua uoce utitur & Cic. 2. de Nat. deo. Atqui, inquiens, & noſtrorum Augurum, & Hetruſcorum, & Aruſpicum diſciplinã P. Scipione, C. Figulo conſulibus res ipſa probauit: quos cum T. Gracchus Cõſul iterum, recrearet, primus rogatorũ, ei eos retulit, ibidem eſt repẽte mortuus.

RECREPO, as, pen. corr. {*Riſuonare, rendere ſtrepito*} (ἀνηχῶ, ἀναψοφῶ) crepitum reddo, reſono. Catul. Epig. 58. Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant.

RECRESCO, is {*Rinaſcere, creſcere un'altra fiata*} (ἀναφύομαι, ἀναυξάνω) renaſcor, rurſus creſco. Plin. lib. 11. cap. 37. Cartilago rupta non ſolideſcit, nec præciſa oſſa recreſcũt. Liu. 6. Bel. Pun. Vos modo milites fraude nomini Scipionum, ſoboli Imperatorum ueſtrorum, ueluti acciſis recreſcenti ſtirpibus. Ouid. Epiſt. 2. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit.

RECRIMINOR, aris, (ἀντιδυσπραγῶ, ἀντικαλῶ) criminatori uiciſſim crimẽ obijcio.

RECRVDESCO, is, {*Rinouare, eſaſperare*} (ἐξαγριοῦμαι) ad priſtinam cruditatem redeo. Per tranſlationem accipitur pro exaſperari, ſiue inualeſcere (παροξύνεσθαι). Tractum à uulneribus, quæ cum agitatione nimia, uel male purgata interdum recrudeſcunt: id eſt, cruda & noua fiunt, grauiorem excitant dolorẽ. Cic. ad Sulp. lib. 4. Nunc autem hoc tam graui uulnere etiam illa, quæ conſenuiſſe uidebantur, recrudeſcunt. Recrudeſcit ſeditio. Liu 6. ab Vrb. Recrudeſcente Manliana ſeditione, Recruduit pugna. Liu. 10. ab Vrb. Ibi interuentu Gellij, cohortiumque Sabellinarum, paulisper recruduit pugna.

RECTA COENA, (δεῖπνον ὀρθόν) uel recta abſolute, à ueteribus dicebatur cœna, quam clientibus, & conuictoribus, & recto ordine diſcumbentibus laute principes dabant. Sueto. de Aug. Conuiuabatur & aſſidue, nec unquam niſi recta, non ſine magno ordinum, hominumque delectu. Idem in Domit. Multa etiam in conuiuiorum uſu nouauit: ſportulas publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine. Martial. lib. 8. Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. Liberaliores enim diuites, ciuiliores que ſalutatoribus ſuis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna uocabatur. Sordidi autem & maligniores rectæ cœnæ loco ſportulam tantum præbebant. Sportula ſpecimen erat puſilli, parcique hominis. Sueto. in Nerone: Adhibitus ſumptibus modus, publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ. Interdum nummi ſportulæ loco cedebant. Iuuen. Satyr. 1. Sed cum ſumma honos finito computet anno, Sportula quid referat, quantum rationibus addat, Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc eſt? Budæus.

RECTA', aduerbium, {*Al dritto*} (εὐθύ) per rectam uiam. Terent. in Eun. Quid hic ſtabes? cur non rectà introibas? Cic. ad Attic. libro 6. E naui rectà ad me uenit.

RECTA TVNICA, (ἐσθὴς ὀρθή) dicebatur quæ ita contexta erat, ut ueluti rigens ſtaret: uel quæ à ſtantibus ab imo in altum texebatur. Hac tyrones, et nouæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis ſuis conficiendam curabant, ominis cauſa, ut tradit Feſtus lib. 16.

RECTANGVLVS, a, um, (ὀρθογώνιος) quod habet lineas in rectum productas, itaque coeuntes, ut nulla ſit, quæ magis promineat, quàm altera.

RECTE, {*Bene, drittamente, giuſtamente, ragioneuolmente*} (καλῶς) aduerb. ſignificat bene. Cic. 4. Acad. Recte concluſit, teneo: ſin uitioſe, minam Diogenes reddet. Idem Atti. lib. 9. Recte auguraris de me, bene enim tibi cognitus ſum. Aliquando pro iuſte, δικαίως. Teren. in And. Pater non recte uinctus eſt: id eſt, iniuſte. Aliquando pro non oblique, εὐθύ. Cic. 1. de Finib. Siue aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu recte ferentur. Ponitur aliquando in reſponſione, cum ſine iniuria interrogantes aliquid reticemus, ait Donat. Teren. in Hecy. Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam triſtis? P A. recte mater. Terent. in Adel Quid fit? Quid agitur? S. recte. Aliquãdo pro ſic, uel etiã. Ibidem: Tu ius hinc abis? D. recte. Non recte dicere alicui, eſt illi maledicere. Plau. in Pſeud. Nam quanti refert ei nec recte dicere, qui recte nihil faciat? Ponitur aliquando pro tuto, ἀσφαλῶς. Cic ad Terentiam lib 14. Recte in præſentia domi eſſe poteſtis. Cice. ad Lentu. lib. 1. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non prætermittam. i quibus tutò, & citra periculum dare poſſim literas.

Recte eſſe alicui, eſt illum recte ualere. Cic. ad Atti. De Attica pergratũ mihi feciſti, quod curaſti ante ſcirem ei recte eſſe, quàm non belle fuiſſe. Recte eſſe alicubi, eſt illic ſine reprehẽſione manere. Cic. ad Atti. Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim, quàm Marcellus? Ponitur aliquando pro patienter. Terent in Eunu. Neque præterquàm quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, recte feras. Recte otia ponere, dixit Horat. 2. Serm. pro eo quod eſt utiliter diſpenſare. Recte parere, eſt non monſtrum parere, inquit Donat. Terent. in Hecyr. Præſertim cum & recte, & tempore ſuo peperit. Recte dicere, eſt apte & compoſite loqui. Differunt autem recte dicere, & Vere dicere: quod Recte dicere, ad uerba: Vere dicere, ad ſententiam refertur. Nam poſſumus recte, & falſum dicere, dum modo nullo uitio uerborum dicatur. Teren. in Adel. Et recte, & uerè dicis. Rectè atque ordine (πιστῶς, ἀνεπιλήπτως) hoc eſt, nihil prępoſtere agendo. Cic. 6. Philip. Rectè atque ordine, exque Repub. feciſſe uideri.

RECTVM inteſtinum, (ἀπευθυσμένον ἔντερον) ſextum eſt & poſtremum in ordine inteſtinorũ, à craſſo inteſtino, quod κῶλον appellant, ad ſedem uſque productum, nullis ſinibus inuolutum: unde & nomen accepit

RECTOR, oris, {*Rettore, gouernatore*} (ἐπιστάτης) gubernator. Cicero. de Somn. Ciuitatum rectores & conſeruatores. Idem de Orat. Rector reipub. & publici conſilij auctor. Rector nauis, id eſt, κυβερνήτης, apud eundem 2. de Diuinat.

frumenti quando alibi meſſis maxima eſt, Tribus tãtis illis minus reddit, q̃ obſueris. Teren. in Phorm. Fructum quem Lemm uxoris reddunt prædia. Item pro exponere. Plaut. in Aul. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? Ponitur aliquando pro commemorare, ſiue recenſere. Plin. in Præfat. 11. Tria, non amplius, ut opinor abſolute quæ traduntur inſcripta, alii fecit, quæ ſuis locis reddam. Aliquando pro referre, ſiue repreſentare. Plin. Epiſt. 139. Tantæ feminæ matrem rurſus uideor amittere: quã hæc ut reddit, ac refert nobis? Reddere animã, reſpirare. Cic. 2. de Natu. Deo. Excipiatq; animam, ea quæ eductis ſit ſpiritibus, eamq; à pulmonibus reſpiret, ac reddat. Reddere anhelitum, idẽ. Plin. lib. 9. cap. 7. Nec piſcium branchias habentes anhelitum reddere, ac per uices recipere exiſtimant. Reddere animum, eſt recreare, reficere, & confirmare. Teren. in And. Nuptias effugere ego iſtas malo, q̃ tu adipiſcier. C. Reddidiſti animũ.

Reddere beneficium, id eſt, referre. Plau. in Perſ. Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Gratiam reddere, eſt remetiri & reponere, χάριν προσθεῖναι. Colum. lib. 4. cap. 3. Experto mihi crede Syluine, bene poſitam uineam, boniq; generis, bono cultori nunquam non gratiam reddidiſſe.

Latinè reddere, eſt uertere. Cic. 1. de Orat. Ut ea quæ legerim Græce, Latinè redderem, non ſolum, &c. Reddere nomen alicui, eſt cũ proprio nomine nuncupare. Plin lib. 27. cap. 24. Omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit. Hinc redditus, a, um, particip. Cic. 14. Philip. O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria eſt potiſſimum reddita. Verg. 11. Aen. Patriq; ut redditus oris. Idem 6. Aen. Redditus his primum terris tibi Phœbe ſacrauit Remigium alarum, poſuitq; immania templa. Redditus, huius tus, ſubſtantiuum, (πρόσοδος) pro prouentu, uel obuentione. Plin. in Epiſt. Nec redditus incertus. Hoc tamen potius unico d, ſcribendum uidetur. ut ſit à uerbo redeo: unde apud Poetas prima ſyllaba corripitur. Ouid. 2. de Pont. At reditus iam quiſque ſuos amat, &c. Redditio, onis, uerbale, (ἀπόδοσις) actus ipſe reddẽdi. Quintil. lib. 8. cap. 3. Redditio illa rem utranque comparat.

REDEMPTIO, onis, {Redentione, riſcatto} (λύτρωσις) actus ipſe redimẽdi, hoc eſt, pretio quempiam è uinculis aut ſeruitute liberandi. Plin. de Viris illuſt. Impetrata redemptione mariti adulterum Centurionem interficiendum tradidit. Interdum idem quod emptio, ſiue corruptio Cic. 2. Verr. Redemptio eſt huius iudicij facta grandi pecunia. Redemptio uectigalium, id eſt emptio, cum quis à principe uel ciuitate uectigalium reditum certa pecunia redimit, ut ex eo faciat quæſtum. Cic. de Prouin. Conſul Publicanos temeritate redẽptionis pene eſſe euerſos. Redemptio operis, eſt ſuſceptio operis certo pretio faciundi: de quo uide latius in uerbo Redimo.

REDEMPTOR, oris, {Redentore, riſcottitore} (λυτρωτής) qui captiuum, ſeruum'ue pretio in libertatem uendicat. Redemptores item dicitur, qui certo pretio opus aliquod faciundũ ſuſcipiunt. Cic. 2. de Diui. Redemptor, qui columnã illam in Cotta & Torquato conduxerat faciendam. Idem Quinto fratri: Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Redemptores, (inquit Feſtus) proprie atq; antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum ad faciendum aut præbendum quid conduxerant, illudq; effecerant, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus Emere, pro accipere ponebatur. At ij nunc dicuntur Redemptores, qui quid conduxerunt præbendum, utendum'ue. Hæc Feſtus. Redemptores uectigalium dicebantur Publicani, qui certa pecuniæ ſumma totius anni reditum à fiſco emebant, ut ex eo quæſtum facerent. Sed de his plura in uerbo eodem.

REDEMPTO, as, (λυτρόω) frequentatiuum eſt à uerbo Redimo, à quo rurſus fit aliud frequentat. Redemptito: quod magis eſt in uſu. Plau. Redemptitauere ad unum captos. Cato de ſignis & tabulis: ut citat Pompeius: Facta benefactis non redemptitauere, id eſt remunerauerunt, aut compenſarunt.

REDEO, dis, diui, & redij, ditum, {Ritornare} (ἐπανέρχομαι, ἐπανήκω) reuertor, quaſi retro eo. Teren. in Andr. Redeo inde iratus, atque ægre ferens. Redire ad ingenium, dixit Teren. in Adel. i. redire ad ſuam naturam, ſiue priſtinos mores reſumere. In eadem ſignificatione dixit Cic. 1. Verr. Redire ad ſe, & ad mores ſuos. Quod tamen aliquando accipitur pro ſe recolligere, & ab ira, (quẽ breuem furorem uocat Horatius) ad mentis ſanitatem redire. Terent. in Adelph. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. Redire in mores patrios, eſt in libertatem uenire. Liu 9. bel. Pun. Ut ab omni imperio externo ſoluta in perpetuum Hiſpania, in patrios rediret mores, ritusq;. Ponitur aliquando Redire pro prouenire, unde fit Reditus, id eſt prouentus, de quo ſuo loco. Plin. lib. 14. cap. 4. Ac ne quis uictam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Redire in orbem, eſt à fine ad principium reuolui, et reuocari, περιϊέναι, ἀνακυκλοῦσθαι. Verg. 1. Georg. Redit agricolis labor actus in orbem. Redeamus ad rem, Cic. 1. de Finib. id eſt reuertamus ad inſtitutũ: quod idem Cic. 1. Tuſcu. dixit Ad propoſitum redire. Rediens, tis, particip. Ouid. 10. Meta. Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunæ. Horat. 3. Carm. Ode 8. Hic dies anno redeunte feſtus, &c. Rediturus, a, um, aliud particip. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 5. Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino. Reditio, onis, uerbale, redeundi actus. Cæſ. 1. Bel. Gal. Ut domũ reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. Redito, as, frequentatiuum, & Reditus, us, uide infra, ſuis locis.

REDHIBEO, bes, ſecunda ſyllaba corr. {Rihauere} (ἀποδίδωμι) ex Re, & Habeo, d, impoſita cauſa melioris ſoni. Eſt autem Redhibere (ut Vlpia. inquit de Aedili. edict. l. Redhibere) facere ut rurſus habeat uenditor, quod habuerat. Feſt. Redhiberi id dicitur, quod redditum eſt, improbatumq;, & qui dedit, rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit. Hinc Redhibitio, (ἀντιπαράδοσις) actus ipſe reſtitutionis. Eſt & Redhibitio actionis nomen, q̃ & Actio redhibitoria uocatur, ἀντιπαραλειπτικὴ ἀγωγή. Ea uero actio contra eum intentatur, qui quid uitio corruptum commutauerit, uendiderit'ue, ut cogatur & reſtituere pretium, & retrò, quod tradiderat, accipere: hoc eſt enim redhibere. Ponitur aliquando ſimpliciter pro reddo, reſtituo. Plaut. in Menæch. Saluum tibi, ut mihi dediſti, redhibeo marſupium.

REDICULI fanum, Romæ erat extra portam Capenam, idcirco dictum, quia accedens ad urbem Annibal, ex eo loco redierit, uiſis quibuſdam perterritus. Feſtus.

REDIGO, gis, pe cor. {Ridurre} (περιάγω, περιΐστημι, κατάγω, παρασκευάζω, περιάγω) ex re, & ago, a, in i, conuerſa, & d, interpoſita, ſignificat quadam ui, & induſtria reduco ad aliquid, uel aliquo. Et ſemper accuſatiuum cum præpoſitione poſtulat, multiſq; commodatur actibus, & in utranque partem ſumi ſolet Plau. in Amph. Denique Alcmenam rediget antiquam in concordiam coniugis. Cic. 4. Philip. Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes, in deditionem huius Imperij redegerunt Terent. in Adel. Tu homo rediges me ad inſaniam. Et in Phorm. In id redactus ſum loci, ut quod agam ex illo, neſciam prorſus. Ponitur aliquando pro retrorſum agere, & ad redeundum compellere. Liu 6. Bel. Pun Hi ſupra LXX. cõprehenſi, & cum transfugis nouis mulctati uirgis manibusq; præciſis Capuam rediguntur. Liu. 1. Bel. Pun. Hoſtemq; in ruinas muri expellunt: inde impeditum, trepidantemq; exturbant: poſtremo fuſum, fugatumq; in caſtra redigunt Accipitur aliquando pro conceruare, accumulare, & in unum redigere. Cic. 1. Verr. Deinde prædam uendit, pecuniam redigit. Idem 5. Philip. Quibus rebus tanta pecunia una in domo conceruata eſt, ut ſi hoc genus in unum redigatur, non ſit pecunia Reipublicæ defutura.

REDIMICULUM, culi, (κάλλωπτρον, ταινία) ornamentum à mitra mulieribus uel ſacerdotali dependens: quod genus etiam Græco uocabulo Tænias appellamus. Iuuena. Satyr. 2. Accipient te Paulum, qui longa domi redimicula ſumunt Frontibus, & toto poſuere monilia collo. Verg. 9. Aeneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ Ouid. 10. Metam. Auræ leues baccæ, redimicula pectore pendent.

REDIMIO, redimis, redimiui, redimitum, {Ornare, pingere, coronare} (ἀμφιπλέκω, ταινιόω, ἀμφιλαμβάνω, ἀναδέω) orno, corono, acu crines diſcerno. Claud. lib. 2. de Rap. Proſerp Nec ſic innumeros arcu mutante colores, Incipiens redimitur hyems, cum tramite flexo Semita diſcretis interuenit humida nimbis. Et lib. 3. Medijs inuenimus aruis Exanimem Cyanen: ceruia redimita iacebat Cic. in Somnium Scipionis: Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circundatam cingulis. Saty. 1. Sylu. Crimen redimire corymbis. Verg. 3. Aeneid. Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro. Nam eius ſimplex Emio, orno, ſeu decoro ſignificat.

REDIMO, mis, {Comprare, ricomprare, riſcuotere} (λυτρόω, ἐξωνέομαι) ſeruũ captiuum'ue ab eo qui in poteſtate eum habebat, pretio libero: ut, Redimere captiuos a prædonibus. Cic. 6. Verr. Teren. Eunu. Quid agas? niſi ut te redimas captum q̃ queas minimo ſi nequeas paulo, at quanti queas. Item rem alienatam occupatam'ue pretio recipio Idem 10. Phil. Pompeio ſua domus patebit, eamq; non minoris, q̃ emit Antonius, redimet: redimet, inquam Cn. Pompeij domum filius. Interdum idem quod ſimplex emo. Cic. 5. Verr. Hæc uero, quæ uel uita redimi recte poſſent, pecunia æſtimare non queo. Redimere lites, eſt iactura nonnihil facere, & cum aduerſario paciſci, ut te litium moleſtia explices. Cic. pro Quin. Roſc. Suas Roſcius, non ſocietatis lites redemit. Ponitur & Redimere pro aliquid certo pretio faciendum ſuſcipere. (ἐργολαβεῖν) quod & Conducere dicimus. Vlpianus, Idemq; ſi ueſtimenta texenda redemerit, uel inſulã, uel nauem fabricandam, &c. Cic. 3. Verr. Etenim qua ſtultitia fuiſſent, ſi quam diem qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione uiderent, &c. Redemerunt inquit Budæus, id eſt, qui ſuſceperunt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Redimere hæreditatem, eſt quod uulgus retrahere dicit, cum aliquis uenditam hæreditatem iterum recipit. Redimere uectigalia, uel portoria, uel pecuaria, dicuntur Publicani, cum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, ut ſibi ea interim liceat exigere, & in quæſtum ſuum conuertere. Cic. de Clar. Orat. Qui pecuaria de P. Cornelio, & L. Mummio Cenſoribus redemiſſet.

REDINTEGER, a, um, {Rinouata} Idem quod renouatus, inſtauratus, quaſi rurſus integer. Liu. 8 ab Vrb. Tunc Papyrius redintegra ira ſpoliari Magiſtrum equitum, ac uirgas, & ſecures expediri iuſſit. Aliqua exemplaria habent, Redintegrata ira.

REDINTEGRO, as, are, {Rinouare} (ἀνανεόομαι, ἀνακαινίζω) idem quod inſtaurare, ſeu innouare, quaſi in integrum reſtituere. Plin. in Pane. Hominis'ne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam? Ad Heren. lib. 2. Ut renouetur, non redintegretur oratio. Redintegrare animum, id eſt, reſumere. Cæſ. 2. bel. Gal. Huius aduentu ſpe illata militibus, ac redintegrato animo, cum pro ſe quiſq; in cõſpectu Imperatoris in extremis ſuis operam nauare cuperet, paulum hoſtium impetus tardatus eſt. Bellum redintegrare. Brut. ad Cic. lib. 11. Ne bellum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi coniuncto. Cæſ. 3 bell. Gal. Noſtri redintegratis uiribus, quod plerunque in ſpe uictoriæ accidere ſolet, acrius impugnare cœperunt. Redintegratio, onis, uerbale, (ἀνανέωσις) renouatio. Terent. in And. Amantium iræ amoris redintegratio eſt. Cic. antequam iret in exil. Nam quid ego improborum facta renouem oratione, ut redintegratione illius co. iurationis animos uulnerem ueſtros?

REDIPISCOR, eris, redeptus ſum, {Aſſeguire, conſeguire, hauere} (ἀνακτάομαι) rem amiſſam recipio, rurſus acquiro. Plaut. in Trin. Inter eos'ne homines condalium te Redipiſci poſtulas, &c.

REDITO, tas, pen. cor. {Ritornare, tornare} (ἐπαναστρέφω) frequentatiuum à Redeo: idem ualens quod ſtatim uel continuo reuertor. Plaut. in Capt. Nunc ita conuenit inter me atque hunc, Tyndare, ut te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem: Ac ſi non reditas huc, ut uiginti minas dem pro te. Quo tamen in loco in caſtigationibus Plauti codicibus Rebitas, legitur more antiquorum, non Reditas.

REDITUS, tus, pen. corr. {Ritorno entrata, tornare} (ἀνακομιδή, κάθοδος, ἐπάνοδος) idem quod reuerſio. Cic. de Amic. Idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos, iiſq; cum è corporibus exceſſiſſent, reditum ad cœlum patere. Horat. Epod. 16. Hæc & quæ poterunt reditus abſcindere dulces. Ouid. 1. Faſt. Ut pateant populo reditus ad bella profecto. Reditus etiam ſignificat Prouentum, eo q; quotannis redeat, πρόσοδος. Ouid. 2. de Ponto: At reditus iam quiſque ſuos amat: & ſibi quid ſit Utile, ſollicitis ſupputat articulis Pli. lib. 17. cap. 1. Maiore ſingularum reditu q̃ erat apud antiquos prædiorum.

REDIVIA, æ, {Pannarice, crepatura, ſchioppatur a torno all'ugne} (παρωνυχία) abſceſſus circa radices unguium. Plin lib. 29. cap. 2. Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Legitur & Rediuia duplici u, apud Cic. p Roſc Amer. Verba eius ſunt hæc: Intelligo me ante tempus iudices hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui cum capiti Sext. Roſcij mederi debeam, red uiuiam curem.

REDIUIUUS, a, um, quod ex uetuſto renouatũ eſt, {Rinouato, rinnouata} (ἀνακαινισθείς). Seneca libro 3. Declam. Rediuiuum me ſenem meretrix uocat.

Iuuen. Saty.6. Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum: Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca Numus, & è pleno ſemper tollatur aceruo, Nõ unquam reputat quãti ſibi gaudia conſtent. Rediuiua, in ædificiis dicimus materiam diruti ædificij, quæ rurſus ad nouum ædificium applicatur, uel poteſt applicari. Cic. 3. Verr. Rediuiua ſibi habeto. Quaſi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur: ac nõ totum opus ex rediuiuis conſtitueretur. hoc eſt, ex ueteri materia. Ibidem: Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, unam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Bella rediuiua, Silius lib. 10. Gens rediuiua, Silius lib. 1.

REDIVIVS, uermiculus, ſiu beſtiola quædam, quæ infixo ſemper ſanguini capitis uiuit, cui uni ex omnibus animalibus cibi exitus non eſt, ſed uſque adeo intumeſcit ſatietate, ut ipſo alimento moriatur. Hoc Græci κρότωνα uocant. Latini Rediuium à rediuiendo, id eſt, ſoluendo, quòd carnem animalium ſuctu reſoluat: Vernaculi noſtri Tecas appellant. Colu. lib. 6. Ventri quoque, & ſub feminà manum ſubijcere conuenit, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant, & ut rediuij (qui plerunque feminibus inhærent) eximantur. Sic enim legit Calepinus, ſed corrupto, ut uidetur, Columellæ codice deceptus. Nam in emendatioribus exemplaribus Ricini legitur, non Rediuij.

REDOLEO, es, {*Render odore*} (ὄζω) multum oleo, uel odorem alicuius rei refero. Verg. 4. Georg. Feruet opus, redolentq́ue thymo fragrantia mella. Plin. lib. 12. cap. 12. Frutex eſt graui & craſſa radice, ſitum redolente. Per translationem accipitur ſimpliter pro referre. Cic. de Clar. Orat. Sed neſcio quo modo huius, quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælij, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis. Colu lib. 12. cap. 18. Cella quoque uinaria omni ſtercore liberãda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorem'ue. Cic 2. Philip. Is uomens fruſtis eſculentis uinum redolentibus, gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Ouid. 8. Metam. Prunaq́ue & in patulis redolentia mala caniſtris.

REDONO, redonas, (ἀποδίδωμι, ἀναδίδωμι) reddo. Horat. 2. Carm. Ode 7. Quis te redonauit Quiritem Dijs patris, Italoq́ue cœlo? Idem 3. Carm. Ode 2. Inuiſum nepotem Marti redonabo.

REDORDIOR, iris, redorſus ſum, {*Recominciare, ritessere*} (ἀνυφαίνω) retexo, quod orſum erat ſoluo. Plin. lib. 9. cap. 17. Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumq́ue texendi.

REDORMIO, is, {*Tornar à dormire*} (ἀνακαθεύδω, ἀνακοιμᾶμαι) rurſum dormio. Plin. Epiſt. 213. Paulum redormio, dein ambulo, mox orationẽ Græcam Latinam'ue clare & intente, non tam uocis cauſa, quàm ſtomachi, lego. Redormitio, onis, uerbale. Plin. libro 10. cap. 75. In redormitione uana eſſe uiſa, prope conuenit.

REDOSTIRE, {*Dare, ringratiare*} (ἀμείβειν) eſt retribuere, teſte Feſto, uel gratiam referre. Nonius uero ait: Redoſtit, id eſt, redit. Accius in Amph. Quid hic redoſtit uiam?

REDVCO, cis, pen. pro. {*Ridurre*} (ἀπάγω, κατάγω) retrduco, retraho. Iuſtin. libr. 2. Reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Sueton. de Caligula: Equitem Romanum obiectum feris, quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit, abſciſſaq́ue lingua, rurſus induxit. Cic pro Quintio: Seruum domum reduci curauit ad Quintium. Item replicare. Verg. 4. Geor. Inq́ue ſinus ſcindit ſeſe unda reductos, id eſt, replicatos. Item reconciliare, ut illud eiuſd. 2. Aeneid. Numinaq́ue reducant. Huius uerbi quandoque prima producitur d, litera poetica licentia duplicata: ut, apud Horatium 10 Sermon. Dij tibi dent capta claſſem redducere Troia. Alioqui corripitur. ut, apud Verg. lib. 4. Aen. Eiectam claſſem ſocios à morte reduxi. Reductus, a, um, particip. Horat. 1. Epiſt. 16. Virtus eſt mediũ uitiorum, utrinque reductum. Verg 6. Aen. Interea uidet Aeneas in ualle reducta Seclusum nemus. Hoc eſt, ſecreta. Reductio, onis, ἀπαγωγή. Cic. ad Lentul. lib. 1. Quoniam ſenatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit. Reductor, oris. Liu. 2. ab Vrb. Reductori plebis Romanæ in urbem ſumptus funeri defuit.

REDVLCERO, as, {*Far uenir à capo, apostemare*} (ἀφελκόω) ulceroſum facio: ut, Cutis redulceratur putridis humoribus. i. ulceroſa fit: uel etiã, Plaga redulceratur, hoc eſt, redintegratur. Col. lib. 7. cap. 5. Tepefactumq́ue medicamentũ illinitur ſcabræ parti, quæ prius aſpera teſta, uel pumice defricata redulceratur.

REDVNCVS, a, um, (ἀνάγκυλος) retrorſum inflexus. Plin. lib. 11. cap. 56 de animalium cornibus loquens. Alijs adunca, alijs redunca. Ouid. 12. Meta. Viribus uſus uuis, pẽnis, roſtroq́ue redunco Hamatiſq́ue uiri laniauerat unguibus ora.

REDVNDO, das, {*Redondare, soprabundare*} (ἀναπλημμυρῶ) propriè aquarum eſt, cum adeo augentur, ut ſe ripis litoribus'ue non poſſint cõtinere. Cic. 2. de Diuin. Si lacus Albanus redundaſſet, isq́ue in mare fluxiſſet, Romam perituram. Per tranſlationem tamen accipitur pro abundo, affluo, περίειμι, πλεονάζω. Cic. 3. Verr. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inueſtigamus, redundarunt. Ouid. 2. de Remed. Amo. Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua. Cic. pro lege Manil. Teſtis eſt Africa, quæ magnis oppreſſa hoſtium copijs, eorum ipſorum ſanguine redundauit. Aliquando uero ponitur pro recidere, περιπίπτειν. Plaut. Hoc facinus in tuum redundabit caput. Aliquando etiam accuſatiuũ habet cum præpoſitione Ad. Plin. in Paneg. Non ad ipſos gaudium magis, quàm ad ſimiles redundat. Hinc fit Redundantia, redundantiæ, id eſt, ſuperfluitas, πλεονασμός. Cic. in Orato. Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædã etiam paulo hilariora. Redundans, tis. Cic. de Fato: Inter locorum naturas quantum interſit uidemus: alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: in alijs pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exiccatos & aridos. Redundatus, a, um. Ouid. 6. Faſto. Amne redundatis foſſa madebat aquis.

REDVVIA, æ, unde Rediuia.

REDVX, ducis, pen. cor. {*Ritornato sano & saluo*} (ἀνασωθείς, κατερχόμενος, ἀναστρεφόμενος) qui è periculo in tutum, aut à captiuitate longa'ue peregrinatione in patriam reuertitur. Cic. pro Milone: Quid me reducem eſſe uoluiſtis? an ut ſpectante me expellerentur ij, per quos eſſem reſtitutus. Vergil. 1. Aeneid. Nanq́ue tibi reduces ſocios, claſſemq́ue relatam Nuntio. Aliquando ſimpliciter ponitur pro participio Rediens. Plin. lib. 8. cap. 5. Sexto die perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen.

REFACIO, cis, {*Refare*} antiquum, apud Plautum legitur in Trucul. Nam re facere ſi uelim, non eſt locus.

REFELLO, lis, {*Confutare, ripudiare*} (ἀποσκευάζομαι) ex Re, & Fallo, ſignificat, quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendo. Cic 2. Tuſcul. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia, parati ſumus. Vergil 4. Aen. Neque te teneo, neque dicta refello. Cic. 4. de Finib. Vt audias me quæ à te dicta ſunt refellentem. Differt à Purgo, quòd Refellere dicatur de eo, qui factum negat: Purgare de eo, qui fatetur quidem factum, ſed defendit.

REFERCIO, is, ferſi, {*Empire*} (ἀναπλήθω) ex Re, & Farcio, ſignificat repleo: quod alij quidem cum ablatiuo, alij uero cum genitiuo conſtruunt. Ci. pro Corn. Quòd ijs rebus urbem, Italiamq́ue referſerunt. Idem 2. Tuſc. Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia referſerunt. Hinc Refertus, adiectiuũ ex participio, idem ſignificans quod plenus, πλήρης. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Accepi tuas literas datas Placentiæ: deinde alteras poſtridie datas Blandenouæ, cum Cæſaris hominis refertiſſimis officio, diligentia, ſuauitate. Idem 5. Verr. Tum refertius erit ærarium popu. Roma. quàm unquam fuit. Idem ad Quin. Frat. lib. 1. Quare quoniam eiuſmodi theatrum totius Aſiæ uirtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, &c. Iungitur aliquando genitiuo. Cic. pro Font. Referta Gallia negotiatorum eſt, plena ciuium Romanorum. Gellius: Is librum multæ uariæq́ue hiſtoriæ refertum compoſuit.

REFERIO, referis, pen. cor. {*Ripercuotere*} (ἀντιπαίω) repercutio. Terent. in Adelph. Quia miſeram mulierem & me ſeruolum, Qui referire non audebam, uicit. hui perfortiter. Ouid. 4. Metam. Non aliter quàm cum puro nitidiſſimus orbe Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.

REFERO, pen. cor. {*Riportare, riferire*} (ἀνακομίζω, ἀνάγω) reporto, reduco, quaſi retrorſum fero. Cic. Atti. Epiſtolam ad me referri uolo. Idem alibi ad eundem: Auſter me in Italiam retulit. Aliquando in conſultationem pono: & ſic conſtruitur cum accuſatiuo mediante Ad. idq́ue dupliciter. Dicimus enim Referre rem aliquam ad Senatum, (ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον) & Referre de re aliqua. Cic. 2. Catil. Reliquas autem de rebus conſtituendis, maturandis, agẽdis, iam ud Senatum referemus. hoc eſt, in Senatu agitandas, decernendasq́ue proponemus. Verg 3. Aen. Delectos populi ad proceres, primumq́ue parentẽ Monſtra Deum refero. Referre autem ad Senatum proprie erat Cõſulum, aut eorum quibus cogendi Senatus erat poteſtas: unde Relationes dictæ ſunt propoſitiones, quæ de re aliqua in Senatu proponebantur diſceptandæ, Senatorumq́ue ſententijs determinandæ permittebantur. Referre omnia ad unũ, eſt omnia in unũ conferre, & unius arbitrio omnia committere. Cic. pro Lege Manil. Si ad unũ omnia referenda ſunt dignisſimum eſſe Pompeium. Hoc eſt, ſi uni omnia adſcribenda ſunt, ſiue ſi in unum omnia conferenda ſunt. Referre pedem, id eſt regredi, ſiue retrorſum ſe recipere, ἀναποδίζειν, ἐπανάγειν. Vergil. 4. Georg. Iamq́ue pedem referens, caſus euaſerat omnes. Aliquando recenſeo, numero, ἐξαριθμεῖν, ἀριθμεῖσθαι. Verg. 6. Eclo. Cogere donec oues ſtabulis, numerumq́ue referre Iuſſit. Aliquando ſignificat aſcribo, καταριθμῶ, κατατάττω. Sue. Ea in deorum numerum retulit, ἀνέθηκε. Aliquando conuerto. Verg. lib. 12. Multa dies, uariusq́ue labor mutabilis æui Retulit in melius. Aliquando renouo, & quaſi rurſus fero. Idem lib. 5. Hunc morem, hos curſus, atq́ue hæc certamina primus Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam Retulit. Aliquando produco. Plin. lib. 21. Diximus & terram referre multum. Aliquando nuntio, renuntio, narro, indico, ἀπαγγέλλω. Verg. 2. Aeneid. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. Aliquando oſtendo, Lucr. Vnde refert nobis uictor, quid poſſit oriri, quid nequeat. Aliquando dico uel reſpondeo. Cice. pro Cecin. Ego enim tibi refero, ſi nõ ſum ex eo loco deiectus, quo prohibitus, &c.

Aliquando exprimo, imitor, παραμιμοῦμαι. Iuuena. Et multum referens de Mecœnate ſupino. Plin. Epiſto. 111. Amiſit enim filiam, quæ non minus mores eius, quàm os, uultumq́ue referebat, totumq́ue patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Aliquando reddo. Ver. lib. 8 O' mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.

Referre gratiã, (χάριν ἀποτίσαι) eſt ipſo facto beneficium acceptum remetiri. Plau. in Moſt. Nunquam ego illi poſſem gratiam referre, ut meritus eſt de me. Aliquando etiam in malam partem accipitur pro eo quod eſt, par pari reddere, & malum malo compenſare. Cic. in Salluſt. Nam quòd iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam inuaſiſti, ſatis docte & perite feciſti. Nõ enim ſperaſti me tibi mutuam gratiam relaturum, ut tuos uicisſim compellarẽ.

Pro eodem etiam dicimus Referre gratias. Plaut in Amph. Næ illi ædepol, ſi merito meo referre ſtudeãt gratias, Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oſcillet probè. Referre gratias, inquit Valla lib. 5. eſt factis: ut ſi tu ſubleuatus à me aut patrocinio, aut pecunia, aut manu, aut aliquo ſimili ſubſidio, uicisſim me aliquo modo ſubleuaueris, gratias retuliſti. Habere uero gratiam eſt animo: Agere autem gratias, eſt uerbis. De hac differentia uide plura in uerbo ago. Relatum, relatu, ſupinum. Plin. lib. 32. cap. 11. Præter hęc pergamẽta aliqua relatu indigna, & algis potius annumerãda, quàm animalibus. Oui. 15. Meta. Res horrenda relatu. Relatus, a, um, particip. Cic. 2. de Nat. deor. Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multisq́ue cum flexibus, quò his naturis relatus amplificatur ſonus. Ouid. 3. Faſt. Nomine mutato cauſa relata mea eſt. Relatus, us, ui, id eſt, commemoratio, ὑπόμνησις. Tacit. lib. 17. Neque n. relatu uirtutum in comparatione Othonis opus eſt. Relatio, onis, actus referendi. Cic. in Piſo. Nam relatio illa ſalutaris, & diligens fuerat Cõſulis animaduerſio quidem & iudicium. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nonnunquam contingit relatio meritorum. Relator, oris. Balbus ad Cice. Incipiam ſperare, etiam conſilio ſenatus, auctore te, illo relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe. Habet autem hoc uerbum primam ſyllabam correptam. Componitur enim ex Prępoſitione Re, & uerbo Fero. In præterito tamen & ſupino aliquando geminatur conſonans, ut ſyllaba, alioqui breuis producatur. Hora. lib. 2. Epiſt. Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Lucan. libro 9. Id rurſum cœli rellatum in templa receptant. Iouenitur tamen etiam Retulit priore ſyllaba correpta. Catullus: Si reditum retuliſſet is, aut in tempore longo. Relatum autem ferè ſemper primam corripit. Ouid. 15. Metam. Eſſe fidem digitis ad frontem ſæpe relatis.

REFERT, priore, pro. {*Importare, esser necessario, appartenere*} (διαφέρει) cõpoſitum ex nomine Res, & uerbo Fero, imperſonale uerbum eſt, aut certe per tertias tantum perſonas ſingularis numeri declinatum: idemq́ue ſignificat, quod intereſt, ſiue utile aut commodum eſt, uel alicuius momenti eſt. Cice. Attic. Tua iſtuc refert maxime, διαφέρει σοι τοῦτο μάλιστα. Cic. Publio Seruilio:

Spectat

Sperare tamen uideor Cæſari collegę nos fore curæ & eſſe, ut habeamus aliquã Rempublicã, cuius conſilio magni referebat te intereſſe. i. æſtimandũ erat Plin. lib. 16. cap. 36. Infinitum refert lunaris ratio: nec niſi à triceſima in triceſimam cædi uolunt. Hoc eſt, plurimum intereſt, quo in ſtatu ſit luna, cum ligna cædũtur. Teren. in Phorm. Quid tua (malum) id refert? G. Magni Demipho. Colum. lib. 8. de canibus loquens. Non multum refert, an uillatici corporibus graues, & parum ueloces ſint. Id eſt, non magni eſt momenti, ſiue non magnopere pertinet ad rem. Plau. in Rud. Quomodo habeas, nihil id refert, iure an'ne iniuria? Liu. lib. 2. Adeo'ne eſt fundata leuiter fides, ut ubi ſim, q̃ qui ſim, magis referat? id eſt, æſtimetur, ſiue exiſtimetur, curetur'ue. Aliquando ſumitur pro expedit, ſiue neceſſe eſt Salluſt. Quare uanum quidem hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis timunt: ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert me mihi, atq; nobis timere. Verg. lib. 2. Georg. Neque enim numero comprehendere refert. Id eſt, non eſt neceſſe enumerare. Conſtruitur autem Refert cum his ablatiuis Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: in reliquis autẽ omnibus genitiuum habet.

REFERO ACCEPTVM, {*Far di riceuere, far creditore*} (*ἀρτιθέμαι*) propriè eſt quod ab aliquo acceperis in tabulas referre: cui opponitur Expenſum ferre {*Far debitore*} quod eſt in rationibus aſcribere, quod alicui dederis. Cic lib. 1. de Orat. Quod minus Dolabella Verri acceptũ retulit, q̃ Verres illi expenſum tulerit. Per tranſlationẽ accipitur pro eo quod eſt fateri nos aliquod beneficium ab altero accepiſſe, *ἀρτιθέσθαι*. Vel etiam in malã partem, pro eo quod eſt alicuius mali cauſam alicui imputare. Cic. pro M. Marcello: Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. In malum. Idem: Omnia deniq; quæ poſtea uidimus (quid autem mali non uidimus?) ſi rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio.

REFERO impenſum, uel expenſum, {*Rendere raggione, ò far conto delle ſpeſe fatte*} (*προσλογίζομαι*) eſt rationem de expenſis uel facio, uel reddo. Sipont.

REFERVEO, es, {*Bollire molto*} (*ἀναζέω, ὑπερθερμαίνομαι*) ualde ferueo. Plin. lib. 16. cap. 11. Alij utilius putant ſine aqua coquere lento igne tota die, utique uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti. Referuens crimen à Cic. pro Roſc. Comœd. per tranſlationem dicitur pro uehementi, & atroci. Non'ne (inquit) ut ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur, & refrigeratur: ſic referuens falſum crimen, in puriſſimam & caſtiſſimã uitam collatum, ſtatim concidit, & extinguitur? Aliquando uero Referueo contrariũ ſignificat, ut idẽ ſit quod deferueo, hoc eſt, feruere deſino, *ἀποζέω*. Cic. de Clar. Orat. Nam & contentio nimia uocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. hoc eſt, refrixerat. Referueſco, is, (*ἀναθερμαίνομαι*) recaleſco, denuo feruidus fio. Cic. 1. de Natu. Deo. Ex his Mercurium ex patera, quam dextra manu teneret, ſanguinem uiſum eſſe fundere, qui cum terram attigiſſet, referueſcere uideretur ſic, ut tota domus ſanguine redundaret.

REFIBVLARE, fibulam peni inductam ſoluere. Marti. lib. 9. Et cuius Refibulauit turgidum faber penem.

REFICIO, cis, pen. cor. {*Rinouare, riſare, reficiare*} (*ἐπισκευάζω, κατασκευάζω*) inſtauro, renouo quod corruptum erat, in ſtatum priſtinum reſtituo. Cæſ. 4. bel. Gal. Omnia deerant, quæ ad reficiendas naues uſui ſunt. Cice. de Diuin. Quin etiam memoria noſtra templum Iunonis Soſpitæ, L. Iulius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de ſenatus ſententia refecit. Idem 3. Verr. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Vlp. de Riuis. l. i. Verbo reficiendi, tegere, ſubſtituere, ſarcire, ædificare, & aduehere, apportareq; ea, quæ ad eandem rem opus ſunt, cõtinentur. Aliquando Reficio accipitur pro recreo, uel delecto, *ἀναπαύω*. Plin. in Paneg. Ad hæc tam aſſiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari uideretur. Cæſ. 7. Bel. Gal. Summamq; ibi copiam frumenti & reliqui cõmeatus nactus exercitum ex labore atque inopia refecit. Cic ad Gallum, lib. 7. Ego hic cogito cõmorari, quoad me reficiam: nã & uires, & corpus amiſi. Id eſt, quoad ualetudinem reparem, & uires recipiam. Reficere uires cibo. Cic. de Sene. Tantum cibi ſumendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Refectus, a, um, participium. Ouid. 4. Faſt. Non ſecus indoluit, q̃ ſi modo rapta fuiſſet, Mœſta parens, longa uixq; refecta mora eſt. Refectus, us, ui, ipſa refectio. Plin. libro 18. cap. 7. Panem ex hordeo antiquis uſitatã uitam damnauit, quadrupedumq; tradidit refectibus. Refectio, onis, uerbale, actus reſtaurandi & reficiendi. Colum. lib. 12. cap. 3. Cæteraq; ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. Refector, oris. Sueto. in Veſpa. cap. 18. Item Coloſſi refectorem inſigni congiario, magnaq; mercede donauit.

REFIGO, gis, pe. pro. refixi, xum, {*Diſtaccare, ſpiccare*} (*ἀποκαθελέω*) quod fixum erat auello. Inde Refigere tabulas, & leges: id eſt, reſcindere. Verg. 6. Aen. Fixit leges, pretio, atq; refixit. Cic. 12. Philipp. Num figentur rurſus eæ tabulæ, quas uos decreto ueſtro refixiſtis? Ponitur aliquãdo pro rurſus, ſiue ualde figere. Verg. 4. Geor. Aulasq; & cerea regna refigunt. id eſt, figunt, inquit Seruius.

REFLAGITO, as, {*Admandar con inſtantia*} (*ἀπαιτέω*) inſtanter repoſco, iterum flagito. Catul. Epigram. 39. Perſequamur eam, & reflagitemus.

REFLATVS, tus, {*Vento contrario*} (*ἀντιπνοή*) flatus aduerſus, id eſt, uentus contrarius. Cic. ad Atti. lib. 12. Naues relatas in Vticam reflatu hoc.

REFLECTO, is, reflexi, reflexum, {*Torcere*} (*ἀνακάμπτω*) retrorſum flecto. Verg. 11. Aen. Rurſusq; Latini Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt. Plin. lib. 11. cap. 50. Canum degeneres caudam ſub aluum reflectunt. Per trãſlationem, pro reuocare, reprimere, *ἀνακαλεῖν*. Cic. pro Sylla: Fero ego te Torquate iandudum, fero: & nonnunquam animum incitatum ad ulciſcendam orationem tuam reuoco ipſe & reflecto. Teren. Adelph. Quem neq; fides, neq; iuſiurandum, neque illum miſericordia repreſſit, neque reflexit. Reflexus, a, um, particip. ut, Ceruix reflexa, Stat. 1. Achil. Plin. lib. 11. cap. 37. Maſculis reflexi, fœminis recti atque proni. De dentibus elephantorum.

REFLO, as, aui, atum, {*Soffiare allo'ncontro*} (*ἀντιπνέω*) ſpiro ex aduerſo, contra flo. Cic. Att. lib. 6. Inde quãprimum Athenas, etſi Eteſiæ ualde reflauerint. Idem 4. Tuſc. Si enim reflantibus uentis rejicimur, tamen eodem paulo tardius referuntur. Venuſte admodum transfertur ad fortunam, quæ tunc dicitur nobis reflare, cum omnia nobis præter animi ſententiam cadunt. Cic. 1. Offic. Cum fortuna reflarit, affligimur.

REFLOREO, res, pen. prod {*Tornar à fiorire*} (*ἀναθάλλω*) rurſus floreo: unde Refloreſco, denuo floreſco. Pli. lib. 18. cap. 16. Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8. Cuius natura in carnarijs refloreſcens, ſæpius dicta eſt.

REFLVO, fluis, {*Scorrere in dietro*} (*ἀναρρέω, παλιρροέω*) curſu feror retrogrado. Plin. lib. 2. cap. 97. Nec unquam eodem tempore, quo pridie, refluit. Verg. 9. Aen. Cum refluit campis, & iam ſe condidit alueo.

REFVVS, a, um, {*Coſa che ſcorre in dietro*} (*παλίρροος, παλίρροθος*) quod retrogrado fertur fluxu. Plin. lib. 2. cap. 97. Et Põtus ſemper extra meat in Propontidem, introrſus in Pontum nunquam refluo mari. Ouid. 7. Meta. Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.

REFOCILLO, as, {*Riſtaurare, rinouare, riſare, ricreare, reficiare*} (*ἀναζωπυρέω, ἀναλαμβάνω*) recreo, reficio, refoueo. Plin. Epiſt. 57. Ipſe paucis diebus, ægre refocillatus, non ſine ultionis ſolatio deceſſit. Simplex uerbum eſt Focillo, as, quod à nomine Focillus deriuari putatur: quod eſt diminutiuum, à nomine Focus deductum.

REFODIO, is, refodi, refoſſum, {*Far foſſe, cauare*} (*ἐξορύσσω*) effodio, fodiendo eruo. Plin. lib. 2. cap. 63. Si ulli eſſent inferi, iam profecto illos auaritiæ cuniculi, atque luxuriæ refodiſſent. Cætera uide in Fodio.

REFORMIDO, as, pen. pro {*Hauer paura, temere grandemente*} (*περιφοβοῦμαι*) ualde formido. Cic. in Orat. Tum illos exiſtimabo non deſperatione reformidauiſſe genus hoc, ſed iudicio refugiſſe. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Neque ſe reformidare, quod in ſenatu paulò ante Pompeius dixiſſet. Verg. 4. Georg. Ante reformidant ferrum. Ouid. 3. de Ponto: Vtq; reformidant inſuetum lumina ſolem: Sic ad lætitiam mens mea ſegnis erat. Reformidatio, onis, uerbale, *φόβος, δέος*. Cic in Particip. Io ſuaſione autem aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

REFORMO, as, {*Riformare*} (*ἀναρρυθμίζω*) in aliam, ſeu meliorem formam redigo. Quintil. lib. 12, cap. 6. Apollonio Moloni Rhodi rurſus reformandum, ac uelut recoquendum ſe dedit. Ouid. 11. Metam. Nec te decipiat centum mentita figuras: Sed preme quicquid erit, dum quod fuit ante, reformet. Reformator, oris. Plin. Epiſt. 165. Multorumq; qui aliqua componunt, portus, ſinus, pręmium, omnium exemplum: ipſarum denique literarum iam ſeneſcentium reductor ac reformator.

REFOVEO, es, ere, {*Couare, notrire*} (*ἀναλαμβάνω, ἀναθάλπω*) alimento uel calore moderato refocillare Colum. lib 2. cap. 1. Licet enim maiorem fructum percipere, ſi frequenti, & tempeſtiua, & modica ſtercoratione terra refoueatur. Lucan lib. 8. Quã pectore Magnus Ambit, & abſtrictos refouet cõplexibus artus.

REFRACTARIVS, a, um, {*Contumace, oſtinato*} (*ἀντίτυπος*) dicitur qui contumax eſt, & nimis ſuæ ſententiæ tenax: à refringendo, quaſi nimium liber, obſtantiaq; omnia refringens, nullisq; rationum clauſtris ſe patiens coerceri. Seneca: Exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe, ac refractarios. Hinc refractariolus, adiectiuum diminutiuum. Cic. ad Att lib 2. Et q; ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, &c.

REFRÆNO, as, {*Refrenare, ritenere, reſtringere*} (*ἀναχαλινόω*) idem ferè quod frænare, hoc eſt, cohibere, & coercere. Cic. pro Cælio: Etenim ſemper magno ingenio adoleſcentes refrænandi potius à gloria, q̃ incitandi fuerunt. Ouid. Epiſt. 6. Illa refrænat aquas, obliquaq; flumina ſiſtit. Refrænatus, partic. Lucr. lib. 5. Religione refrænatus, ne forte rearis, &c.

REFRAGOR, aris, pen. pro. {*Repugnare, far reſiſtenza, reſiſtere*} (*ἀντιλέγω, ἀντιλαλέω*. Home. *ἀντιπράττω*) uerbum deponens, ſignificans reſiſtere, repugnare Plin. lib. 19. cap. 8. Quoniam hæc maxime refragetur. Veneri. Cic. 11. Phili. Et ſiquis poteſt refragari non modo non petenti, uerum etiam recuſanti. Legitur etiam Refrago, as, teſte Nonio, pro ſuffragari, apud antiquos. Siſenna li. 23. Hiſto. Multi populi plurimæ conciones Dictaturam omnibus animis: & ſtudijs refragauere. id eſt, dictaturæ ſuffragati ſunt. Refragari ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid aſſequi nequit. Quintil. lib. 10. cap. 7. Vt is cui non refragetur ingenium, &c.

REFRICO, cas, pen. cor. {*Rinouare*} (*ἀναμνῶ, ἀνακαινίζω*) renouo. Tractum à uulneribus, quæ plerunq; fricando renouantur. Cic. ad Seſt. lib. 5. Epiſt. Sin autẽ omnia, quæ ſentio, perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum. Propriè Refricare, eſt rurſus uel ualde fricare. Cato cap. 87. Id omne ita facito, & refricato denuo. Cic. ad Atti. lib. 10. neutrũ poſuit: Crebro inquit, refricat lippitudo, nõ illa quidẽ perodioſa. ſed tamẽ quæ impediat ſcriptionẽ meam.

REFRIGERATORIVS, ria, rium, {*Rifreſcatiuo*} (*ἀναψυκτικός*) quod refrigerat. Plin. lib. 22. cap. 22. Refrigeratoriam tamen uim eſſe conuenit nigro, & hac cauſa imponendum eam polenta. Idem lib. 25. cap. 13. Semini & folijs refrigeratoria uis.

REFRIGEO, ges, pen. pro. uel potius Refrigeſco, is, {*Raffredarſi*} (*ἀναψύχομαι*) frigidum fieri. Cato cap. 105. Vbi iam uinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colum. lib. 2. cap. 2. Et boues inhibeat: ut colla eorum refrigeſcant: quæ celeriter conflagrant, niſi aſſidue refrigerentur. Ouid. 12. Metam. Paruo cor uolnere læſum Corpore cum toto poſt tela educta refrixit. Refrigeſcit res, per tranſlationem. Quintil. lib. 10. Calor ille cogitationis ſcribendi mora refrixit. Cic. ad Dolabellam lib. 9. Ego, cætera qui animo æquo fero, unum uereor, ne haſta Cæſaris refrixerit. Terent. Adelph. Nihil eſt, refrixerit res.

REFRIGERO, ras, pe. cor. {*Rifreſcare, raffriddare ſolleuare, ricreare*} (*ἀναψύχω, καταψύχω*) frigus induco, uel rem calidam frigidam facio. Cic. in Catone. Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere, aut apricatione melius uel igni, aut uiciſſim umbris, aquis'ue refrigerari ſalubrius? Colum lib 2 atque ita ſua ſua in in ſole ſiccata, & mox refrigerata reconditur. Refrigerari item tumor uel ſermo per trãſlationem dicitur, cum paulatim euaneſcit, atque minuitur, & in ore hominum eſſe deſinit Cic. Appio Pulchro: Refrigerato iam leuiſſimo ſermone hominum prouincialium. Sic etiam negotium aliquod refrigerari dicitur quod iam minore cura ſtudioq; geritur. Accuſatio item refrigerata dicitur, cuius acules, iudicum animis infixi temporis tractu elanguerunt. Idem 2. Ver. Defeſſa, ac refrigerata accuſatione, &c. Refrigeratus, a, um, particip. Cic. 1 de Nat. Deo. Quæ ſi mundus eſt deus, quoniam mundi partes ſunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt. Refrigeratio, onis, *ἀνάψυξις*. Cic. de Senect. Et Refrigeratio æſtate, & uiciſſim aut ſol, aut ignis hybernis. Refrigerator, oris & Refrigeratrix, cis. Plin lib. 19. cap. 8. Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix.

REFRINA, æ, pen. pro. faba, (ut inquit Feſtus ex Cincij ſententia) quæ ad ſacrificium referri ſolet à ſegete, auſpicij cauſa. Aelius Gallus, teſte eodem Fe-

ſto, addubitat, an ea ſit quæ prolata in ſegetem domum referatur, an quæ refrin gatur, id eſt, torreatur. Sed Cincij opinionem adiuuat, quod in ſacrificijs publicis, quum puls fabacea dijs præbetur, nominatur Refriua. Hæc Feſtus.

REFRINGO, is, refregi, refractum, {*Fraagere, fracaſſare*} (ἀναϰλάω) rumpendo aperio. Plau. Capt. Cellas refregit omnes intus, recluſitque armariũ. Liu. 4. bel. Maced. Comparauerat homines qui pluribus ſimul locis urbis nocte incendia facerent, ut in conſternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer poſſet. Refringere uim fortunæ, per translationem. Liui. 5. ab urb. Adeo occæcat animos fortuna, ubi uim ſuam ingruentem refringi non uult. Refractus, a, um, particip. Plin. Epiſto. 38. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris omnia patent omnibus.

REFVGA, gæ, p. n. cor. & comm. gen. {*Fuggitiuo*} (αὐτόμολος) fugitiuus uel fugitiua. Vlpia. in l. aut damnũ de Pœnis: Quique refugæ ex opere metalli in metallum damnantur. Eſt & Refugus, a, um, pro eo quod eſt recliue, ac reiectum. Sidonius: Capitis apex rotundus, in patulũ à planitie frontis uerticem cæſaries refuga criſpatur. id eſt, in frontem reiecta. Luca. lib. 10. Refugosque gerens à fronte capillos. Mare refugum, id eſt, reſiuum, & quaſi refugiens Stat. 18. Thebaid.

REFVGIO, gis, {*Fuggire, fuggir'in dietro*} (ἀποφεύγω) idem quod aufugio, uel fuga me retroſum recipio. Gellius: Poſteaquam prælio uictus, in ultimam regionem refugiſſet. Cic. pro Cælio: Cur illecebris cognitis non refugiſti? Per translationem ſumitur pro detrectare, recuſare, & tanquam à re pernicioſa reſilire. Cic. de Orat. Semper ego à genere hoc toto ſermonis refugi.

REFVGIVM, gij, {*Refugio*} (ϰαταφυγή) aſylum, id eſt, locus, uel perſona, ad quam refugimus, ut tuti ſimus. Cic. 2. lib. Offic. Regum populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Sueto. in Tiberio: Ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet.

REFVNDO, is, {*Refondere, ſpandere*} (ἀναχέω) fundendo regero. Ouid. 11. Metam. Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor. Cic. 2. de Natu. Deor. Quibus altæ, renouatæque ſtellæ, atque omnis æther refundunt eadẽ, & rurſum trahunt indidem. Hinc Refuſus, a, um, adiect. id eſt, redundans. Plin. lib. 35. cap. 26. Non niſi refuſo mari arenas fatetur. Verg. 1. Georg. Ponto ſonat unda refuſo Idem 1. Aeneid. Stagna refuſa uadis. Id eſt effuſa. Et Refuſe, aduerbium, redundanter. Colum. lib. 4. cap. 1. Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt, &c.

REFVTO, tas, pen. pr. {*Rifiutare, ricuſare*} (ἀποσϰευάζομαι, ἀπολύομαι, ἀνασϰευάζω) à Futo, quod frequentatiuum eſt à Fuo, fuis, quod protulit Plaut. in Amph Ne quiſquam tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Præſertim quum dicat Feſtus, Futare, arguere eſt. Vide & Confutare, & Refutare, redarguere eſt, ſiue refellere & non ita eſſe oſtendere Cic. Dolabellæ: Non tam id laboro, ut ſi qui mihi obtrectent, a te refutẽtur, quàm intelligi cupio (quod certe intelligitur) me à te amari. Alio modo dixit Cic. de Aruſp. reſpon Et aut concedente, aut adiuuante Milone, eius conatum refutabo. id eſt, aut facto, aut uerbis reprimam. Inde Refutatio, uerbale, (ἀνασϰευή) actus ipſe refutandi. Cic. in Top. Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quæ Græcis στάσις dicitur, Latine appellatur Status, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Firma refutatio. Quintil. lib. 5. cap. 10. Refutatus, us, ui, idem quod refutatio. Lucr. Ancipitique refutatu conuincere falſum.

REGALIOLVS, li, {*Il Re de gl'uccelli*} (τροχίλος) auis eſt exigua, eadem, ut docti credunt cum trochilo, quem Plin. lib. 8. cap. 24. & lib. 10. cap. 74. in Italia auium regem ait appellari, eoque nomine aquilæ eſſe inuiſum, quod regiam illi dignitatem præripere uideatur Sueto. in Iul. Cæſ. Pridie autẽ eaſdem Idus auẽ regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, uolucres uariꝗ generis è proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt.

REGALIS, & hoc, le, {*Regale, da Re*} (βασιλιϰός) ad claritudinem, eminentiam, & excellentiam pertinet. & ſignificat dignum rege. Cic in Catone: Nihil ei tam regale uideri, quàm ſtudium agri colendi. Ouid. 5. Metam. Fremitu regalia turbæ Atria complentur. Verg. 1. Aen. Regales inter menſas, laticemque Lyæũ. Ibidem: At domus interior regali ſplendida luxu. Hinc Regaliter, (βασιλιϰῶς) ſeuere, crudeliter, & regum more. Ouid. 2. Metam. Precibusque minas regaliter addit.

REGELO, las, pen. cor. {*Diſghiacciare*} (ἀποϰρυσταλλόω) reſoluere gelu: contrarium eſt ſuo ſimplici Colum lib. 1. cap. 5. Quantoque fuerit ædificij ſolum pronius Orienti, & æſtate liberius capere perflatus, & hyemis procellis minus infeſtari, & matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liqueſcant. Idem lib. 10. Poſt ubi Rhiphææ torpentia frigora brumæ. Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

REGENERO, as, {*Regenerare*} (ἀναγεννάω) iterum, ſiue rurſum genero. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed ex ea primum, quæ eſt in Creta, platani ſatæ regenerauere uitium. Per translationem accipitur pro repræſentare, & formæ, morum, ingenij'ue ſimilitudinem referre. Pli. lib. 4. cap. 22. Tiberij Imperatoris & Druſi bibacitate uerba faciens: nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur.

REGERMINO, as, penult. cor. {*Germogliare di nuouo*} (ἀναφύω, ἀναβλαστάνω) iterum germino. Plin. lib. 16. cap. 33. Et in Aenaria ſucciſa regerminat. Regerminatio, onis, uerbale. Plin. lib. 17. cap. 20. Regerminatione cædua uel ſalice lætior.

REGERO, ris, geſsi, geſtum, {*Riferire, riportare, ridurre, uomitare, rendere*} (ἀναϰομίζω ἀναδίδωμι) refero, reporto, reijcio, reddo. Plin. lib. 2. cap. 9. In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illò regerat, unde acceperit. Cic. lib. 11. Epiſt. Pro quo tot tibi ruſticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum eſſe dicas. Interdu Regerere, eſt ſcriptis mandare, quod quis legendo aut audiendo didicerit, ἀπομνημονεύειν. Quintil. lib. 3. cap. 8. Sunt enim uelut res regeſtæ in hos commentarios, quos puer deduxerat ſchola. Vnde Regeſta dicuntur, quæ iam in tabulas, libros'ue redacta ſunt. τὰ ἀπομνημονεύματα, τὰ ὑπομνήματα. Regeſta, ſta, ſtum, participium: ut, Regeſta crapula, apud Apuleium in Aſino: id eſt, uomitu eiecta. Regeſta (inquit) crapula ueſtẽ inquinauerat. Terra regeſta, id eſt, eodem relata, unde fuerat egeſta. Ouid. 11. Metam. Secedit, humumque Effodit, & domini quales conſpexerat aures, Voce refert parua, terræque immurmurat hauſtæ: Indiciumque ſuæ uocis tellure regeſta Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.

REGESTVM, ti, terra ex ſulco egeſta, & in aliquantulam altitudinem eleuata. Colu. lib. 3. cap. 13. Cum à parte ſuperiore in inferiorem detrahitur humus, iuxta iuſtum paſtinationi præbet regeſtum. Idem lib. 11. cap. 3. Poteſt etiam in ſicciſsimis locis opus cuſtodiri, ſi depreſsius paſtinetur ſolum, eiusque abunde eſt gradum effodere tribus pedibus, ut in quatuor conſurgat regeſtum. Regeſtum etiam dici poteſt (inquit Budæus) quod nos Regiſtum appellamus. Vide ſupra in uerbo Gero.

REGIE, aduerbium, {*Regalmente, tirannicamente*} (βασιλιϰῶς, τυραννιϰῶς) regio more, & imperioſe, ſeuere, crudeliter. Cic. in Catil. Si in hunc animaduertiſſem, crudeliter & regie factum eſſe dicerent Idem 5. Verr. Nunc, ut hoc tempore ea, quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

REGIA, giæ, {*Palazzo ò ſala regale*} (τὰ ἀρχεῖα, τὰ βασίλεια) domicilium, & aula regis. Liu. 1. ab Vrb. Eo tempore in regia prodigium uiſu, euentuque mirabile fuit omen.

REGIFICVS, a, um, {*Regale*} (βασιλιϰός) idem quod regalis. Val. 2. Argo. Stant gemmis, auroque tori menſæque paratu Regifico. Hinc Regifice aduerbiũ, (βασιλιϰῶς) id eſt, ſplendide, ſumptuoſe, & regio apparatu. Cic. 3. Tuſcu. Vidi ego te, aſtante ope barbarica, Tectis cælatis, laqueatis, Auro, ebore, inſtructam regifice. Ea poeta quodam.

REGIFVGIVM, feſtum erat Romanorum, celebrari ſolitum poſtridie Terminaliorum, hoc eſt, VI. Calend. Martias: quo die Tarquinius Roma profugit. Inter Terminalia autem, & Regifugium quarto quoque anno interſerebatur dies unus, quem ob id intercalarem uocabãt. Vide Macrobium, & Cenſorinũ.

REGIGNO, is, {*Regenerare*} (ἀναγεννάω) iterum gigno. Hinc paſsiuum Regignor, (ἀναφύομαι) apud Lucre. lib. 5. Quapropter maxima mundi Cum uideam membra ac partes conſumpta regigni.

REGILLA, {*Veſte regale*} (βασιλιϰή) ueſtis regia, quæ & Baſilica, & Trabea dicitur, quoniam ea reges uterentur, auro, & purpura intexta. Eſt & ueſtis muliebris genus, à ſuperioris fortaſsis ſimilitudine dictum. Plaut. in Epid.
Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

REGILLIANVS, Imperator Romanus fuit, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis faſtigium euectus. Nam cum forte milites aliquot apud ipſum cœnarent, exortaque eſſet quæſtio, unde Regilliani nomen deductum foret, quibuſdam ad Regillum lacum, alijs alio originem eius referentibus: Grammatiſta, qui forte aderat, deflectere hoc nomen à rege exorſus eſt, Rex, inquiens, regis, regi, inde Regillianus. Qua uoce, ueluti omine quodam, excepta, ſuccclamatum eſt protinus à militibus, (ut eſt id hominum genus, ad ea quæcunque in mentem uenerint, præproperum) Merito itaque rex eris, utpote cui diuino quodam præſagio id nominis eſt impoſitum. Quid multa? cum poſtridie in publicum prodiſſet, ab uniuerſis Imperator eſt conſalutatus.

REGILLVS, (Ῥήγιλλος) lacus eſt in Algidæ ſyluæ ingreſſu, ad quem Aul. Poſthumius dictator, proſpere aduerſum Tarquinium Superbum patriæ eiectum, & Latinos bellum inferentes pugnauit. Vide Liu. 2. ab Vrb.

REGIMEN, nis, {*Gouerno, maneggio*} (ἐπιστασία) ipſa rectio. Liui. 3. ab urb. Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fauore plebis. Plin. lib. 7. cap. 16. Vocis, ſermonisque regimen primores tenent dentes. Lucre. lib. 3. In quo conſilium uitæ, regimenque locatum eſt.

REGINA, æ, {*Regina, ricca, reina*} (βασίλισσα, βασιλίς) regis uxor. Cic. Attic. lib. 14. Reginæ fuga mihi moleſta eſt. Vel quæ regnum poſsidet, etiam ſi uirum nunquam habuerit, utpote ad quam regnũ ex ſucceſsione peruenit, ut Cleopatra in Aegypto, Dido apud Carthaginienſes. Quandoque ponitur pro muliere diuite. Teren. in Eunu. Quia ſolæ utuntur his reginæ. Aliquando pro domina. Plaut. in Trucul. Sed reginæ domi ſuæ fuere ambæ. Refertur & ad inanimata: ut, Regina pecunia. Horat. 1. Epiſto. 6. Et genus & formam regina pecunia donat. Oratio regina omnium rerum, Cic. 2. de Orato. Syderum regina bicornis Luna, Horat. in Carm. ſeculari.

REGIO, onis, {*Regione, contrata, parte, banda, paeſe, prouincia*} (χώρα) dicta à Regio, quod priuſquã prouinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atque ab his regebantur. Cic. pro Seſt. Quæ regio, oráue terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod ſtatueretur? Idem: Claſſem fugientem perſecuti ſumus uſque in Sydam, quæ extrema regio eſt prouinciæ meę. Poſtea maiores in urbe partes, Regiones appellari ceptæ, à ſimilitudine earum regionũ, in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus urbis Romæ regiones, è quibus prima regio Suburrana, ſecunda Exquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Ponitur aliquando regio, præſertim in plurali numero, pro fine, ſiue termino, ut cum Cic. pro Archya. dicit, Vitæ ſpatium exiguis regionibus circunſcriptum eſſe: id eſt, ut ait Budæus, finibus, & terminis. Idem contra Rullum: Vix facile ſeſe regionibus officij continet. id eſt, terminis. Regiones uiciæ, fines & limites. Cic. 2. de Natu. Deo. An Accij Nauij lituus ille, quo ad inueſtigandum ſuem regiones uineæ terminauit, contẽnendus eſt? Regiones cœli quatuor ſunt, Ortus, Occaſus, Meridies, & Septẽtrio. Ortus & Occaſus mobilis, ac uarij ſunt: Meridies, Septentrioque perpetuo ſtatu permanent. Oritur quippe Sol, non ibidẽ ſemper, ſed aut Aequinoctialis oriens dicitur, aut Solſtitialis, aut Brumalis. Itẽ non in eũdem ſemper occidit locum. ſed occaſus eius ſimiliter fit aut æquinoctialis, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Triplex igitur eſt Occaſus, quotuplex & ortus. Septentrio autem & Meridies, ſimplices ſunt, utpote fixi & immobiles. Erunt itaque in uniuerſum cœli regiones octo: pro quarum ratione & totidem nominantur uenti. ab ortu æquinoctiali Subſolanus, ſiue Apeliotes: à brumali Vulturnus, ſiue Eurus: à Solſtitiali, Cæcias. A' Meridie Auſter. Ab Occaſu brumali Africus: ab æquinoctiali Fauonius: à Solſtitiali Corus. A' Septentrionibus Septentrio. Cic. 2 de Natu. Deo. Sed etiã regio, quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis. Regio, inquit Budæus, Gallis uernaculo ſermone. Quartier dicitur, in eaque ſignificatione accepit Cic. pro Planc. qui etiã Tractũ uocat: Totus, inquit, ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus: tota denique illa noſtra aſpera, & montoſa regio. Ponitur aliquando Regio pro orbita, & linea Cic. in Verr. De omnibus nobis ſi quis tantulum de regione deflexerit, &c. A' Regio, fit E' regione, (ἀντιϰρύ) quod eſt, ex aduerſo, in conſpectu, quaſi rectis lineis tanquam aduerbium in oratione ponitur. Cæſ. 4. bel. Gal. Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu, ferèque è regione caſtra caſtris poneret.

REGIONATIM, aduerb. {Di regione in regione} (κατὰ χώρας) per ſingulas regiones. Sueton. in Cæſ. Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones. Liu. 10. Bel. Maced. Mutarunt ſuffragia, regionatimq; generibus hominum, cauſisq; & quæſtibus tribus deſcripſerunt.

REGISTRVM, ſtri, {Regiſtro} uocabulum eſt parum receptū apud idoneos ſcriptores: quo tamen uſus eſt Vopiſcus in Probo. Vſus (inquit) etiam ex regiſtris ſcribarum porticus porphyreticæ. Budæus docet Latinè Regeſtum poſſe appellari.

REGITO, as, pen. cor. Calepinus ait eſſe frequentatiuū à Rego, ut citans Varr. 1. de Re ruſt. cap. 17. Granaria in agro quidam ſublimia faciunt, ut in Hiſpania citeriore, & in Apulia: ita ut non ſolum à lateribus per feneſtras, ſed etiā ſubtus à ſolo uentus regitare poſſit. Quo tamen in loco caſtigatiores Varronis codices Regytare legendum oſtendunt, non Regitare, quod Latinæ linguæ periti nullo modo agnoſcunt.

REGIVM, {Rezo di Lombardia} (ῥήγιον) oppidum Ciſalpinæ Galliæ, à Lepipo ædificatum. unde & Regium Lepidum uocatur: Regium, propter pulchritudinem, & amœnitatem. Eſt & aliud Rhegium, in finibus agri Brutij, ubi olim Sicilia impetu maris ab Italia creditur eſſe diuulſa. Sed hoc in prima ſyllaba aſpirationem recipit: cum dictum putetur ἀπὸ τοῦ ῥηγνύειν quod eſt abrumpere. Ab hoc Rhegini, teſte Seruio, ab illo Regienſes dicti ſunt.

REGIVS, gia, gium, {Regale} (βασιλικός) quod eſt regis. Cic. lib. 3. Offi. Erat autem regius paſtor. Idem 1. Tuſcul. Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari ueſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio. Verg. 5. Aenei. Intextuſq; puer frondoſa regius Ida.

REGIVS MORBVS {Oppilatione} (ἴκτερος) dictus eſt, quod mulſo (quod genus potionis in regum delicijs erat) curaretur, inquit Varr. Vel quia (ut Celſus ſcribit) eo morbo affectos, apparatu regio, hoc eſt, lecto, & conclaui cultiore, & ludis, laſciuiaq; uti, perutile eſt, per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Hora. in Arte: Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget. Idem morbus Aurigo ante dicebatur, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repręſentat. Arquatus quoque morbus appellatur, quod cœleſti arcui ſit concolor: uel, quod ita ſtringat humana corpora, ut in arcum ducat.

REGLVTINO, as, {Diſcolare} (ἀφεκολλάω) quod glutinatum erat, diſſoluo. Plin. lib. 25. Purgant hulcera oculorum, explentq; & ad cicatricem perducunt, palpebras reglutinant. Catul. Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti, Sudariumq; Setabum, catagraphoſq; thynos Inepte, quæ palam habere ſoles tanquam auita: Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina & remitte. Reglutinoſus, a, um, (κολλώδης) ualde glutinoſus. Plin. lib. 11. cap. 14. Sequens probatio, ut ſit odoratum ex dulci acre, reglutinoſum, perlucidum.

REGNO, as, {Regnare} (βασιλεύω) regnum poſſideo, & adminiſtro. Priſcianus: Rex, ſolum quod à regendo naſcitur, peperit, ex ſe aliud uerbum, Regno. Cic. pro lege Manil. Sed ab illo tempore annum iam tertium & uiceſimum regnat, & ita regnat, &c. Idem 3. Offic. Nam ſi uiolandum eſt ius, regnandi gratia uiolandū eſt. Liu. 1. ab urb. Manſit Syluius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Ponitur aliquando Regnare pro auctoritate ualere. Cice. ad Gallum lib. 7. Olim quum regnare exiſtimabamur. Regnatur impersonale. Verg. 1. Aen. Hic iam tercentum totos regnabitur annos Gente ſub Hectorea.

Regnor, aris, paſſiuum. Tacit. lib. 17. Neque enim hic, ut in cæteris gētibus, quæ regnantur, certa dominorum domus. &c. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 15. Regnataq; terra Philippo. Regnator, regnatoris, uerbale, qui regnat. Vergil. 4. Aen. Ipſe deum tibi me claro demittit olympo Regnator, coelum, & terras qui numine torquet. Aliquando pro poſſeſſore. Martial. lib. 10. Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli. Regnatrix, cis, uerbale fœmininum: ut, Domus regnatrix, Tacit. lib. 1.

REGNVM, gni, {Regno, reame} (βασιλεία) dicitur tam regio ipſa ſubiecta, quæ à rege poſſidetur, quàm ipſe Dominatus. Cic. Caſſio: Non regno, ſed rege liberati uidemur. Verg. 1. Aen. Vultis & his mecum pariter conſiſtere regnis?

Habere regna, pro regnare. Verg. 1. Aen. Sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion. Regnum etiam dici poteſt, quicquid poſſidetur. Cic. 1. de Orat. Quare negaſti te fuiſſe laturum, niſi in regno meo eſſes? id eſt, in Tuſculano.

Regnum quoque dicitur, in quo quis eminet, ut in eo regnare uideatur. Cic. pro Sylla: Regnum credo Conſulatus mei. Vnde Interregnum, (μεσοβασιλεία) propriè appellatur id tempus, quo regnum uacat rege: hoc eſt, ante quàm in demortui locum nouus rex præficiatur: quanquā & in libera ciuitate Interregnum dici poſſit, medium illud tempus ex quo magiſtratu abierunt Conſules, uſque ad nouorum creationem. Liuius: Quum ſine Curuli magiſtratu reſpublica eſſet, patritij coiere, & Interregem creauere. Contentio, Conſules'ne ne tribuni militum crearentur in interregno, rem compluſes dies tenuit.

REGO, gis, xi, ctum, {Reggere, gouernare} (ἐπιστατῶ, ἡγεμονεύω, βραβεύω, διαχειρίζω, πολιτεύω) guberno, adminiſtro. Verg. 4. Eclog. Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem. Cic. in Somn. Scip. Siquidem deus eſt, qui uiget, qui ſentit, qui meminit, qui præuidet, qui tā regit & moderatur, & mouet id corpus, cui præpoſitus eſt, quàm hunc mundum princeps ille Deus. Ouidi. 1. de Arte amandi: Arte citæ, ueloq; rates, remoq; reguntur: Arte leuis currus, arte regendus amor. Regere, eſt rectum tenere ἰθύνειν. Corn. Celſ. Qui nimio dolore regere caput non poſſet. Huius compoſita ſunt, Arrigo, Corrigo, Dirigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surrigo, Surgo, quorum ſignificata aperiuntur ſuis locis.

REGREDIOR, {Ritornare} (ἀναχωρέω, ἐπανέρχομαι) retrogradior, reuertor. Plaut. Aulul. Illuc regredere ab oſtio, illuc ſis: uide ut incedit. Cic. 1. Offi. Cum utriſque ſeparatim locutum, ne cupide quid agerent nec appeterent, atque ut regredi, q̄ progredi mallent. Regreſſus, us, ui, (παλινοδία, ἀναχώρησις) regrediendi actas. Liu. 4. Bel. Pun. Neque locus pœnitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſſet. Cic. 2. de Natu. Deo. Nihil enim errat, quod in omni æternitate conſeruat progreſſus & regreſſus, reliquoſq; motus conſtantes & ratos.

REGVLA, æ, {Regola, miſura retta} (γνώμων κανών) norma, qua lineæ reguntur, id eſt, diriguntur. Col. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ χ, decuſſauimus. Per translationem accipitur pro breui rerum præceptione Cic. 4. Acad. Hanc enim eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem ueri, falſi, cogniti, incogniti. Ponitur aliquando regula pro baculo, quo aliquid rectum tenetur. Colu. lib. 6. cap. 19. Vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis, ceruix teneatur. Ponitur quoque pro inſtrumento eundem uſum præbente, quem fiſcus, in factura olei. Colum. lib. 12. cap. 52. Suſpenſa mola oleum frangito, eamq; uel in regulas, uel in nouos fiſcos adijcito, &c. Vide fiſcus ſuo loco.

REGVLARIS, & hoc, re, (κανονικός) quod ſecundum regulam eſt, uel quod in regulam trahi poteſt. Vnde Aes regulare dictum eſt, quod à caldario, coronarioq; diſtinguitur. Coronarium eſt, quod tenuatur in laminas, taurorumq; folle tinctum ſpeciem auri præbet in hiſtrionum coronis. Caldarium, quod funditur tantum, malleis fragile. Regulare, quod obſequitur malleis, & ab alijs Ductile appellatur. Sed in cæteris metallis Regulare dicitur, quod excoctum igni diligentius eſt, uitijsq; purgatum. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro coronarium æs, & regulare eſt, utrunque ductile.

REGVLVS, {Duca ſignore, principe} (βασιλίσκος) diminutiuū eſt, à rege deductum, non ſtaturæ, ſed potentiæ diminutionem ſignificans. Salluſt. in Iugur. Poſtquam illi iuſta more regio magnificè fecerant, Regulum unum conuenere, ut inter ſe de cunctis negotijs diſceptarent. Plin. 18. cap. 3. Magoni tantum honoris Senatus noſter habuit Carthagine capta, ut cum regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina cenſuerit in linguam Latinam transferenda. Reguli item uocabulum ſunt qui & baſiliſco ſerpenti, & trochilo aui accommodent, uerum eius loco Græcis nominibus receptius utemur.

REGVLVS Attilius, uir Conſularis, de quo ita ſcribit Plin. in libello de Viris Illuſt. M. Attilius Regulus Conſul fuſis Salentinis triumphauit, primuſq; Romanorum ducum in Africam claſſem traiecit: quaſſatas duce Amilcare naues longas tres & ſexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Abſente eo coniugi & liberis ob paupertatem ſumptus publice dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonij mercenarij militis captus, & in carcerē miſſus eſt. Legatus deinde de permutandis captiuis Romam miſſus, dato iureiurādo, ut ſi non impetraſſet, ita demum rediret: in Senatu conditionem diſſuaſit: reiectuſq; à ſe coniuge & liberis, Carthaginem regreſſus: ubi in arcam ligneā coniectus, clauis introrſum adactis, uigilijs, ac dolore excruciatus eſt.

REGVSTO, {Guſtare di nuouo} (ἀναγεύομαι) iterum guſto & per tranſlationem 1. lego, & ad iudicium reuoco. Cic. lib. 4. ad Att. Nam Veſtorio dandi ſunt dies, & ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus. Eidem lib. 13. Sed crebro reguſto tuas literas: in his acquieſco, tamen expecto nouas.

REIECTANEA, ſiue REIECTA, {Coſe cattiue, coſe da rifiutare} à Cice. appellātur, quę Stoici uocant ἀποπροηγμένα: cuiuſmodi ſunt morbus, egeſtas, dolor, & id genus alia, quæ uulgo Mala dicantur. Illi uero q̄ ἀδιάφορα, hoc eſt, indifferentia eſſe uellent, malis non annumerabant, ἀποπροηγμένα tamen. i. reiectanea uocabant, quòd ab omnibus, tanquam mala, reijcerentur, qualia ſunt morbus, egeſtas, dolor. Cic. 4. de Finib. Illa autem, morbum, egeſtatem, dolorē, non appello mala, ſed, ſi libet, reiectanea. Idem 3. de Fini. Προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, quorum hæc quidem Præpoſita reiecte, illa reiecta dicere licebit.

REIECTIO ſanguinis, (αἵματος ἀναγωγή) cum ſanguis per os quouis modo eijcitur, ſiue id per tuſſim fiat, pulmone, thorace'ue affecto: ſiue per uomitū ex uentriculo, cum ſanguis eo ex hepate liene'ue defluxerit: ſiue per excreationē è faucibus, cum è capite ad interiores curculionis partes ſanguis fuerit delatus. Contingit autem tribus potiſſimum de cauſis: uaſe rupto, quod ῥηγμοχασμὸν uocant: eroſione, quam διάβρωσιν Græci appellant: aut ore uenæ paulo latius patefacto, quæ uocatur ἀναστόμωσις. Plin. lib. 22. cap. 8. Item tuſſi & ſanguinis reiectioni prodeſt.

REIICVLVS, a, um, {Coſa di picciol prezzo, coſa di niun ualore} (ἀπόβλητον) quod nullo eſt in pretio, quod ob uitium aliquod ab omnibus ſpernitur, et reijcitur. Hinc Oues reijculæ dicuntur, quæ propter ætatem, uel morbum reijciuntur. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. Scire oportet in grege quòd reijculæ ſint alienandæ. Armenta reijcula. Cato cap. 2. Vendat boues uetulos, armenta reijcula, oues reijculas, lanam, pelles.

REIICIO, cis, pen. cor. {Cacciare in drieto, ſcacciare} (ἀποτίθεμαι, ἀνατίθεμαι, ἀναβάλλομαι) retrorſum iacio, in tergum abijcio: ut, Reiecto ſcuto fugere, apud Cic. de Orat. Verg. 11. Aen. Reijciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. Quādoque eſt repellere, arcere, ἀποπέμπειν, ἀποδιώκειν. Verg. 3. Eclo. Tityre paſcentes à flumine reijce capellas. Quandoque reſpuo, contemno, nihili facio, ἀποβάλλομαι. Cic. de Finib. Quis Ennij Medeam ſpernat, aut reijciat? Idem 2. de Diuin. Dicæarchus iiſdem rebus fidem tribuit: cætera diuinationis genera reijcit. Reijcere iudicem, uel arbitrum, (ἀπολέγειν, ἀπειπεῖν) idem eſt quod repudiare, ſiue recuſare. Cic. in Verr. Act. 3. Sciebam in reijciendis iudicibus nonnullos memoria, &c. Receptum enim erat apud Romanos, ut editis iudicibus reo liceret, ſi qui ex iis ſibi ſuſpecti eſſent, repudiare: in quorum locum alij ſubſortiebantur. Accipitur interdum pro differre, ſiue protrahere, ἀναβάλλειν. Cic. Atti. lib. 1. In menſem Quintilem reiecti ſumus. Interdum pro remittere, ἀναπέμπομαι. Cic. pro Corn. Balbo: Q. Scæuola, cum de iure prędiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Ceſellinum prædiatores reijciebat. Cic. ad Atti. lib. 9. Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam reijcio. Reijcere cauſam ad Senatum, (ἀνάγειν πρὸς τὴν σύγκλητον) eſt ad Senatum referre, eiuſq; iudicio rem permittere. Cic. ad Att. lib. 2. Ait ſe de Conſulum ſententia rem ad Senatum reieciſſe. Idem ad Planc. lib. 10. Tu quanquam conſilio non eges, uel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias, ne'ue in rebus tam ſubitis, tamq; anguſtis a Senatu cōſilium petendum putes. Quandoque euomere, ἀνάγειν. Sueto. de Auguſt. Senos ſextantes nō exceſſit, aut ſi exceſſiſſet, reijciebantur. Hinc Reiecto, ctas, frequentatiuū. Spartianus de Anton. Pio. Quum caſeum Alpinum in cœna ediſſet auidius, nocte reiectauit. Reiectio, & Reiectus, us, (ἀναγωγή) pro uomitu. Plin. Et uernatio utilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat, ſtatim reiectio ſequatur. Celſus: Et reiectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat.

REITERO, as, {Replicare, repetere} (ἀναλαμβάνω) idem quod repeto: unde Reiteratio uerbale, (ἀνάληψις) idem quod repetitio. Quintil lib. 11 cap. 2. Vt crebra reiteratione firmetur.

RELABOR, pen. pro. {Ricaſcare} (ἀναπίπτω, ἐπανέρχομαι) recido, redeo, remeo. Ouid. in Epiſt. Sapphus ad Phaonem: Huc ades, inq; ſinus formoſe relabere noſtros. Horat. 1. Epiſt. 1. Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.

RELANGVEO, es, ſiue Relangueſco, is, {Tornar languido} (ἀναμαραίνω, ἀνα-

χαλάω)denuo langueo,uel in languorem recido.Cic.ad Att.lib.13.Quod au tem ille relanguiſſe ſe dicit, ego eis tuis literis lectis ἀχολιῶσ ἀπάτης ſignifi cani me non fore Refertur & ad animum pro eo quod eſt effœminari,χαλᾶν. Cæſa 2.Bell. Gall. Nihil pati uini, reliquarumq́; rerum ad luxuriam pertinen- tium inferri : quod ijs rebus relangueſcere animos , eorumq́; remitti uirtutem exiſtimarent .

RELATIVVM,{*Relatiuo*}(ἀναφορικὸν,τὸ ἐκ τῶν πρός τι) à Grammaticis quod aliquid ſuperius dictum refert:ut,Qui,quæ,quod. Dialecticis, Relatiua dicuntur,quæ,Cic.in Top. Affecta uocat,quæ ita à ſe mutuo dependent,ut al- terum ſine altero non poſſit ſubſiſtere:ut Pater,& Filius,Dominus,& Seruus, relatiua ſunt,quia nec pater eſſe poteſt,ſi filium non habeat:nec dominus,niſi ſer uum.& talis reſpectus Relatio(ἀναφορά) uocatur .

RELAXVS,a,um,{*Largo,slegato*}(χαῦνος μανός) idem quod laxus, rarus, uel ſolutus.Colum.lib.11.cap. Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.

RELAXO,as,{*Allargare,disligalare,rilaſſare*}(χαυνόω)remitto: quod tēſum erat laxum facio,uel ſoluo:cui contrarium eſt Aſtringo.Cic.ad Att.lib.10. Pa ter enim nimis indulgens,quicquid ego aſtrinxi, relaxat . Relaxare animum, eſt animum recreare,& curas intermittere.Cic.1.Offic. Atque etiam cum rela- xare animos, & dare ſe iucunditati uolent, caueant intemperantiam , meminc- rintq́; uerecundiæ. Relaxatio uerbale,recreatio,ſolutio. Idem 2.de Orato. Ve- rum otij fructus eſt,non contentio animi,ſed relaxatio.

RELEGO,gas,pen.pr.{*Separare,rimouere, rimandar in bando*}(ἀποπέμπω, ἀποδιαπέμπω)ablego,amando,remoueo Verg.3 Geor. Atque ideo tauros procul,atque in ſola relegant Paſcua.Cic.3.Offi.Criminabatur etiam quod Ti tum filium,qui poſtea Torquatus eſt appellatus, ab hominibus relegaſſet,& ru ri habitare iuſſiſſet. Aliquando remitto,ἀναπέμπω.Plin lib.7.cap.1. Nec ta- men ego in pleriſque eorum obſtringam fidem meam: potiusq́; ad auctores rele gabo, qui de dubijs reddentur omnibus . Aliquando exulem facio, aut certe ad tempus ciuitate eijcio.ἐξοστρακίζω φυγαδεύω. Plin. Epiſt.35. Martianum in quinquennium relegant Ouid.2.Triſt. Vnde precor ſupplex,ut nos in tuta releges. Vnde Relegati, (οἱ φυγάδες ἐξόριστοι,ἐξοστρακισθέντες) dicuntur in exilium miſſi.Ci.1.ad Att.lib.2.Relegatus mihi uideor,poſtquam in Formia no ſum Ouid.5.Triſt.Eleg.12.Ipſe relegati, non exulis utitur in me Nomine: tuta ſuo iudice cauſa mea eſt.Differt autem Relegatus ab exule, quód ille cum exilij cauſa ſolum uertent, ſuis tamen perfruitur bonis . exulis autem bona fiſco uendicantur. Ambitione relegata.i.citra ambitionem, uel omiſſa omni ambitio ne.Horat.1.Serm.Saty.10. Ambitione relegata te dicere poſſum Pollio. Re- legatio,onis,(ἐξορία, φυγαδεία)uerbale, eſt exterminatio, cum quis fines pa- triæ exire iubetur:quod Cic.Sedibus expellere interpretatur. Liu.3.ab urb.Exi lio,& relegatione ciuiū ulciſcentes Tribunos.Cic.pro Roſc.Amer. Tamen'ne hæc attenta uita & ruſticana,relegatio, atque amandatio appellabitur ?

RELEGO,gis,pen.cor.{*Rilegere*} (ἐπαναγινώσκω) ruſus lego . Ouid.a.de Ponto:Quum relego ſcripſiſſe pudet.Cic.1.de Nat.deo Qui autē omnia,quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti Religioſi ex relegendo,ut Elegantes ex eligendo Relegere iter,(πα- λινδρομεῖν)eſt per eandem redire uiam.Stat.1. Achill. Plenaq́; materni referēs præſagia ſomni Culpatum relegebat iter. Verg.3. Aeneid. Talia mōſtrabat rele gens errata retrorſum Littora Achæmenides. Relegere,recolligere, (ἀναλέγο- μαι) ut, Relegere pecuniam. Horat. Epod.2. Omnem relegit Idibus pecuniam.

RELENTESCO,is, proprie eſt ad lentorem priſtinum redire, ἀναχαλαρύ- νεσθαι. Per translationem tamen accipitur pro flacceſcere, & uigorem amittere. Ouid.1,Amor.Eleg.8 Ne'ue relenteſcat ſæpe repulſus amor.

RELEVO,as,pen.cor.{*Rileuare*}(ἐπαίρω)idem quod alleuo. Ouid.9. Meta. Prenſamq́; ipſis dea ſæua capillis Traxit, & è terra corpus releuare uolentem Arcuit. Per translationem accipitur pro recreare,reficere, ἀναλαμβάνειν. Teren.in Adel.Nam & illi animum iam releuabis,quæ dolore,& miſeria tabe ſcit.Releuare labores,eſt minuere.Pli.in Paneg. Vt ſtudiū omnium,laboremq́; & tanquam actor intenderes,& tanquam particeps,ſociusq́; releuares. Rele uare aliquē moleſtijs,cura,metu,eſt liberare.Cic.2.de Diuin Hæc ſtudia reno- uare cœpimus,ut animus moleſtijs potiſſimū releuaretur, & prodeſſemus ciui bus noſtris.Ouid.1.Triſt.Eleg.4. Omnis ab hac cura mens releuata mea eſt.

RELICINVS capillus , ab Apuleio dici uidetur recriſpus, & uerſus occiput quodammodo refugiens.Quod nomen quidam putant à Recello deductū qđ ſignificat retraho,reuibro,reclino,& ceſſim reduco Et quoniam in recriſpis ad cranium capillitium retorquetur ,inde Relicinus,ueluti recellinus,crinis appella tus,euphoniæ cauſa Verba Apuleij ſunt hæc lib.1.Flor. Laudauit ſeſe . q erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus . Idem pauló pōſt frontem relicinam laudat in Alexandro Magno:Et tabulis, (inquit)& toreu- matis idem uigor acerrimi bellatoris,idem ingenium maximi bellatoris,eadem forma uiridis iuuentæ,eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.

RELIGIO,onis,{*Religione*}(εὐσέβεια,θρησκεία,ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια) pietas in deorum cultu,& rerum diuinarū cæremonijs conſiſtens . Religio,in- quit Cic.lib.2.de Inuent.eſt quæ ſuperioris cuiuſdem naturæ, quam diuinā uo cant,curā,cæremoniamq́; affert . Plutarchus in Vita Pauli Aemilij Religionē interpretatur,diuinarū rerum ſcientiam Maſurius Sabinus ſcribit,Religioſum eſſe id,quod propter ſanctitatem aliquā remotum,ac ſepoſitum ſit à nobis: a re- linquēdo dictum.Vnde Verg. Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem Religione patrum late ſacer,undiq́; colles Incluſere caui,& nigra nemus abiete cingunt. Oſtendit enim religioſum locum eſſe à populi communione ſepara- tum,difficultate adeundi Cic.1.de Nat.deo.à relegendo deducit. Qui(inquit) omnia,quæ ad cultum deorū pertinerent,diligenter pertractarent, & quaſi rele gerent,ſunt dicti Religioſi à relegendo.Cōtra Lactantius à religando Religio nem dictam lib.4.aſſeret.Hac cōditione(inquit)gignimur,'ut generati nos deo iuſta,& debita obſequia præbeamus.Hunc ſolum nouerimus, hunc ſequamur: hoc uinculo pietatis aſtricti deo , & religati ſumus : unde ipſa Religio nomen accepit,non(ut Cic.interpretatus eſt)à relegendo. Venire in religionē res aliqua dicitur,cum religioſa eſſe putatur,& ſancta:hoc eſt,quæ religioſe tractāda eſt.

Religio,Latine loquētibus,eſt id quod uulgo Debitum officij,hoc eſt,iuſtā muneris functionem appellant. Cic.7.Verr. Ego quos adhuc magiſtratus mihi pop.Rom.mandauit,ſic accepi,ut me omnium officiorū obſtringi religione ar- bitrarer.Ponitur aliquando pro anxia cura.Plin.Epiſt.lib.4.ad Tacitū: Sed pa rentibus ſolis ius preceptoris cōducendi relinquatur,ſi ijdemq́; religio rectè iudi candi neceſſitate collationis addatur. Id eſt, ſolicita, & anxia cura præceptores eligendi. Aliquando pro ſcrupulo conſcientiæ:Cic.de Aruſp.reſpon Quæ tanta religio eſt,qua non in noſtris dubitationibus,atque in maximis ſuperſtitionibus unius P.Seruilij reſponſo liberemur? Inijcere alicui religionem,eſt deorū me tum,& conſcientiæ ſcrupulum ei incutere.Cic.pro Cecin.Cū Cotta Decem ui- ris religionem iniecitſet,non poſſe ſacramentum noſtrū iuſtum iudicari . Pro eodem etiam dicimus,Offerre religionem.Idem in Epiſt. Oblata religio Corni to eſt pullariorum admonitu,non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe. Religioni habere,{*Temere*}eſt conſcientia & deorum metu à re aliqua impedi ri.Cic.2.de Diuin. Nec eam rem habuit religioni,obiecto ſigno ne committeret prælium. Eſt mihi religio,{*Mi ſuccio conſcienza*} id eſt conſcientia prohibeor. Idem in Catil.Quæ religio C.Mario non fuerat, quo minus Glauciam Præto rem occideret.In eadem etiam ſignificatione dicimus,Religioſum eſt,hoc eſt re ligioni repugnans. Liu.2.ab Vrb. Quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere , deſectā cum ſtramento ſegetem magna uis hominū ſimul immiſſa corbibus fudere in Tyberim. Soluere,ſeu liberare religione, eſt religionem om- nem eximere,& à deorū metu ſecurum reddere,& efficere nequid nos Deorum iræ reddat obnoxios.Cic.pro Cecin.ut ciuitas religione ſoluatur. Idem in Catil. Ea nos religione in P.Lentulo puniendo liberati ſumus. Ponitur aliquādo Re ligio pro eo quod Rectā conſcientiam dicunt.Cic.pro Cecin. Splendor ordinis Senatorij,decus atque ornamentum iudiciorum , exemplar antiquæ religionis.

Religio in dicēdis teſtimonij,eſt deorū metus, ne peierātes eos offendamus. Cic.pro Flac. Teſtimoniorū religionem & fidem nunquam iſta natio coluit . Quandoque Religio accipitur pro metu, (δεισιδαιμονία) connexa enim ſunt timor,& religio. Verg.8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Vbi Seruius. Religio.i.metus, uel ſolicitudo, ab eo quód mentem religet.

RELIGIOSVS,a,um,{*Religioſo,huomo che teme Dio*}(εὐσεβὴς εὐλαβὴς) metuens deorum,pius,integer.Cic.pro Cecin. Huic ego teſti gratias agā, quod & in reum miſericordem ſe præbuit,& in teſtimonio religioſum. Interdū ta men Religioſum in deteriorem partem dicimus,pro ſuperſtitioſo,timido,& hæ ſitabundo. Terent. Heaut. Vt ſtultæ,& miſerè omnes ſumus religioſæ. Lo- ca religioſa dicuntur,quæ ſine religione,id eſt, ſine piaculo uiolari non poſſunt. Vlp.l.ij.Digeſt.de Relig.& ſumptib.funerum.Non totus,qui ſepulturæ deſti- natus eſt , locus religioſus ſit , ſed quaterus corpus humatum eſt. Religioſi dies(ut lib.4.cap.9.docet Gellius)dicuntur triſti omine infames, impeditiq́; in quibus res diuinas facere,& rem quempiam exordiri nouam temperandum eſt, quos uulgus perperam Nefaſtos uocat,cum potius Atri dicendi ſint, uel Reli- gioſi. Hinc.Cic.ad Attic.diem Allienſis pugnæ religioſum eſſe dicit. Macrob. lib.3.Satur.Religioſi ſunt dies,qui facienda & uitanda diſcernunt. Hinc Re ligioſe,aduerbium,id eſt,integrè,piè,& cum deorum metu.Cic.pro Cæl.Vt ſa piens,moderatusq́; uir religioſe teſtimonium dixiſſe uideatur . Interdum idem quod ſubtimidè,& uerecunde.Idem lib 1.Epiſt. Faciamq́; id,quod facere de- bent ij,qui religioſe,& ſine ambitione commendant . Aliquando ſolicitè, & accuratè.Colum lib.3.cap.10.Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant .

RELIGO,gas,pen.cor.{*Legare*}(ἀναδέω,ἀναδεσμεύω)idem quod ligo,uin- cio.Verg 7.Aen.Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.Cicero Ante exi- lium: Manus ad demonſtrandam religantur iniuriam.Religare religione bona alicuius,pro conſecrare alicui deo. Cice.pro domo ſua: Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſore Tribunum plebis facere : nunquid igitur is bona Lentuli reli- gionibus religauit ? Religatus,a,um,particip.Horat.4.Carm.Ode.11.—Eſt hederæ uis Multa,qua crines religata fulges. Religatio,onis,uerbale,(ἀνάδεσις)religandi actus Cic.de Senec. Et ipſa natura delectat adminiculorum,or dines,capitum coniugatio,religatio,propagatio uitium,ſarmentorumq́;.

RELINO,is,pen.cor.releui,relitum, {*Aprire*}(ἀναχρίω,ἀνοίγω) quod oblitū obturatumq́; erat,aperio. Terent. Heaut. Releui omnia dolia,omnes ſerias. So- lent enim dolia,nequid uaporis exhalaret,quam accuratiſſimè oblinere:unde cum aperirentur,dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla, qua erant oblita.

RELINQVO,quis, {*Rilaſciare,abandonare, diſmettere*} (ἀφίημι καταλεί- πω,ἀπολείπω)idem quod ſimplex Linquo,deſero,omitto. Plaut. in Moſtell. Reliquit,deſeruitq́; me.Cæſ.5.Bel. Gall. In litore molli atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat. Relinqui item hæredibus dicuntur,quæ ad eos pa- rentis,propinqui'ue morte deuoluuntur. Plau.in Aulul . Agri reliquit ei non magnum modum,Quo cum labore magno,& miſere uiueret. Terent.Phorm. At ſi talentum rem reliquiſſet decem, primus eſſes , memoriter Progeniem ue- ſtram uſque ab auo,atque atauo proferens. Relinquere aliquem,eſt ipſum nol le iuuare.Cic ad Silium lib.13.Tantum à te petimus,ut agas eam rem,ne relin quas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quæſtum.Relinquere ani mam,eſt mori. Terent. Adelph. Animam relinquam potius,quàm illas deſerā.

Reliquiſſe æs alienum dicitur,qui mortuus eſt non perſoluto ære alieno. Cic. de Orato. Cum æris alieni aliquantulum eſſet relictum . Relinquitur, (καταλείπεται)pro reſtat,ſiue reliquum eſt.Cic.ad Atti. Relinquitur,ut ſi in Hiſpania uincimus,quieſcamus. Relictus,a, um, particip. καταλελειμμένος. Cic. Atti. Tironem ab altera quartana relictum audio. Relictus ab omni hone ſtate,id eſt,modis omnibus inhoneſtus. Cic pro Rab. Nemo eſt,inquam,ciuen tus tam profligatus,tam perditus,tam ab omni non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus,qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fatere- tur.Horat.1.Serm.Saty.3. Inuidiam placare paras uirtute relicta . Relictio, onis,uerbale,(ἀπόλειψις)id eſt, defectio. Cic.6. Verr. Quibus illam relictio- nem,proditionemq́; conſulis,&c Huius compoſitum eſt, Derelinquo.

RELIQVIÆ , reliquiarum, {*Reliquie,auanzo,reſto, rimanente*}(λείψανα) quæ quæcunque ex re relicta ſunt. Verg.1.Aenei. His accenſa ſuper iactatos æquore toto Troas relliquias Danaum.Cic.2.de Natu.deor.Cibi reliquiæ de- pelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis,tum relaxantibus . Idem in Parad. Et reliquiæ coniurationis à Catilinæ furijs ad tuum ſcelus furoremq́; concur- ſæ. Celſus lib.3.cap.Etiam manentibus reliquijs febrium.

RELIQVVM FECI,{*Ho laſciato*}(καταλέλοιπα) eleganter dicimus pro reliqui:ſicut Miſſum feci,pro dimiſi Cicero in Verrem. Quos belli calamitas reliquos fecerat.

RELIQVVS, qua, quum. p. co. {*Reſto rimanente, reſtante, reſiduo*} (λοιπὸς, ὑπόλοιπος) idem quod reſiduum, quodve ex re quapiam ſupereſt. Cæſar. 1. Com. Demonſtrabant ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. Reliquum eſt, id eſt, ſupereſt, reſtat, καταλείπεται. Cice. Curio: Reliquum eſt, ut certemus officiis inter nos. Terent. in Andr. Vt pernoſcatis quid ſpei ſit reliquum. De reliquo id eſt, quantum ad reliqua attinet. Cicer. ad Corniſ. lib. 12. De reliquo uelim tibi perſuadeas, &c.

RELIQVVM, qui, ſubſtantiuũ {*Reſto reſtante, rimanente*} (ἔλλειμμα) pars debiti, quæ adhuc reſtat ſoluenda. Cice. ad Attic. li. 16. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum, &c. Plaut. Ciſtell. Huic quod reliquum reſtat uolo perſoluere: Vt expungatur nomen ne quid debeant.

RELIQVOR, reliquaris, pen. cor. deponens. (ἐλλείπω) eſt æs alienum ex reliquis rationum cõtrahere. Vlp. de Mune. & hono l. reſcripto: Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex adminiſtratione Reip. reliquãtur. Qui decucurrent ex reſte. Hinc Reliquator, ris, uerbale, qui integrã non ſoluit, aliquidq́ adhuc reliqui debet. Scęuo. de ſolut. & liberat. l. creditor: Accepi à Mario Marino ex ſumma maiore tot aureos. Quæro an hæc ſumma in proximum annum ei accepta ferri debeat, cum ſuperioris anni ſit reliquator.

RELVCEO, ces, pen. prod. {*Riſplendere*} (διαλάμπω) reſplendeo, lucem diffundo. Cic. 2. de Natu. deo. Huic non una modo caput ornãs ſtella relucet. Liu. 10. Belli Pun. Relucentem flammam primo uigiles Carthaginienſium, deinde excitati alij nocturno tumultu cum conſpexiſſent, &c. Verg. 12. Aen. Illi ingens barba reluxit. Ouid. 11. Metam. Vectis fulgore reluxit.

RELVCTOR, ctaris, {*Repugnare, eſſere renitente*} (ἀντιμάχομαι) repugno, obnitor, ſiue renitor. Ouid. 3. Amor. Ele. 4. Vidi ego nuper equum contra ſua fræna tenacem, Ore reluctanti, fulminis ire modo. Reluctatus particip. Claud. 1. de rap. Proſerp. Pen: reluctatis iterum pugnantia rebus Rupiſſent elementa fidem.

RELVO, is, {*Rilauare*} (ἀπολύω) quandoque compoſitũ eſt à Lauo, lotionis iterationem importans. Aliquando à Luo, idem ſignificans, quod ſoluo, ſeu repignero. Plaut. Repignerat, reluit, uendit.

REMANCIPO, as, eſt rem ſibi mancipatam, in mancipiũ eius, à quo eam acceptimus, reſtituere. Boethius in Topica Ciceronis. Fiduciam accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet.

REMANDERE, {*Ruminare remaſticare*} (ἀναμασάομαι) ruminare, rurſus mandere. Pli. lib. 10. cap. 37. Pontici mures ſimili modo remandunt. Quint. li. 11. cap. 2. Deuoret mitio tædium illud, & ſcripta, & lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eundem cibum remandendi.

REMANEO, remanes, pen. cor. {*Reſtare, durare*} (διαμένω) perſiſto, perſeuero, ſuperſum, relinquor. Cic. 1. Tuſcu. Expone igitur, niſi moleſtum eſt, primum ſi potes, animos remanere poſt mortem. Cæſ. 3. Belli Ciu. An non audiſtis ex ijs qui per cauſam ualetudinis remanſerunt, cohortes eſſe Brundiſij factas?

REMANO, as, pen. pro. (ἀναστολάζω) reſtillo, refluo. Lucret. lib. 5. Percolatur enim uirus, retroq́ remanat. Aliquando accipitur pro repetere: ut annotauit Feſtus, citans locum Ennij ex lib. 1. Deſerunt riuos, campoſq́ remanant.

REMANSIO, (διαμονή) à remaneo, ſicut à maneo Manſio. Ci. ad Qu. fr. li. 3. Primum tuam remanſionem etiam atque etiam probo.

REMEDIVM, dĩ, {*Remedio, medicina*} (ἄκος, φάρμακον, ἀντιφάρμακον) à Medeor, deris, ſignificat id quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur. Ci. Octauio: Nulla remedia, quæ uulneribus adhibentur, tã faciunt dolorẽ, quàm quæ ſunt ſalutaria. Tranſumitur & ad alia. Cæſ. 3. Bel. Ciui. Quibus rebus noſtri uſu docti hęc reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent. Ci. pro Cluẽ. Acrioribus ſaluti ſuæ remedijs ſubueniendũ putauit. Sequentibus uerbis elegãter apponi ſolet: Adhibere remedium, Comparare remedium, Habere remediũ, Vti remedio, Iuuenire remedium, Pati remedium, Quærere remedium. Exempla legenti bonos auctores inuentu facilia.

REMELIGO, inis, quod remoratur. Plaut. in Patina: ut citat Feſtus. Quid nunc illæ tandiu remorantur remeligines.

REMENDO, das, {*Correggere, rimendare*} (ἀνορθόω) idem quod corrigo, (inquit Calepinus) uel mendam denuo tollo. citatq́ Col. lib. 3. cap. 17. ubi ſic legit: Quidam flagellum totum, ſicut erat matri detractum, crediderũt ſatione conuenire: idq́ per geminas quinas, uel etiam ſenas partiti, complures tale oleaſter remendauerunt. Quo tamen in loco caſtigatiora exemplaria legendum oſtendunt, Taleolas terræ mandauerunt.

REMEO, remeas, {*Ritornare*} (ἐπανέρχομαι) retro meo, redeo. Verg li. 2. Aenei. Si patrios unquam remeaſſem uictor ad Argos. Mart. lib. 1. Gaudia non remeant, ſed fugitiua uolant. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5. Ideq́ faciunt, cum ex Italia trans mare remeant. Tacit. lib. 1. Caium remeantem Armenia, & uulnere inualidum, mors fato propera, uel nouercæ Liuiæ dolus abſtulit.

REMETIOR, iris, remenſus ſum, {*Rimiſurare*} (ἀναμετρέω) iterum metior, ad menſuram reddo. Mart. lib. 6. Ille fide ſumma teſtæ ſua uina remenſus. Aliquando idem quod reddo. Plin. Epiſt. 164. Iam mihi reddita incipit refici, trãſmiſſumq́ diſcrimen conualeſcenda remetiri. Remetiri æquor, eſt renauigare, ἀναπλεῖν Verg. 2. Aene. Pelagoq́ remenſo Improuiſi aderunt.

REMIGERO, as {*Ritornare*} (ἀνοικίζομαι) antiquum eſt, pro remigro, reuertor. Plaut. in Perſ. Crumenam hanc emere, aut facere, ut remigeret domum. Sic enim legit Calepinus, cum tamen emendatiores codices, Remigret legendum oſtendant.

REMEX, remigis. pen. cor. {*Huomo da remo uuogatore*} (πρόσκωπος, ἐρέτης) qui remos agit, & remigandi miniſterio mancipatus eſt. Ci. 2. de Diuin. Quid inquies, remex ille de claſſe Coponii, nonne ea prędixit quę facta ſunt? Curt. iu: Remex militis officia turbabat. Cæſ. 3. belli Gall. Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanũ: remiges ex prouincia inſtitui: nautas, gubernatoreſq́ comparari iubet. Oui. 13. Metam. Tu tantum corpore prodes, Nos animo quantoq́ ratem qui temperat, anteit Remigis officium, quanto dux milite maior: Tantum ego te ſupero.

REMIGIVM, gij {*Remigatione uuoga*} (ἐρεσία) ipſa remorum agitatio, & remigatio. Verg. Georg. 1. Non aliter quàm qui aduerſo uix flumine lembũ Remigiis ſubigit. Verg. 1. Aene. tranſtulit ad aues: Volat ille per aera magnũ Remigio alarum. Lucret. lib. 6. Remigi oblitæ pennarum, uela remittunt. Aues enim alis, uelut remis quibuſdam, ad diſſindendum aerem utuntur. Aliquando ponitur pro remigum multitudine. Idem libro 3. Remigium ſupplet ſocios ſimul inſtruit armis. Cic. 5. Tuſculan. Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui modus hominum, &c.

REMIGO, gas, pen. cor. {*Remigare, uuogare*} (ἐρέσσω, κωπηλατέω) remis nauigo, quaſi remis ago. Cic. 4. Tuſcul. Vtrũ igitur mauis nos ſtatim uela facere, an quaſi è portu egredientes paululum remigare? Huius compoſita ſunt Eremigo, pro enauigo, remigio emetior. Pli. Circa Caſpium quoq́ multa Oceani litora explorata, paruoq́ breuius, quàm totus, hinc aut illinc Septẽtrio eremigatus. Subremigo, (ὑπηρετέω) ſub uelo remigo, & curſum nauis, quæ uento fertur, remis adiuuo. Idem lib. 9. Cæteris ſubremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo dirigit. Remigatio, onis, uerbale. ἐρεσία. Cic. Attic. lib. 13. Inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauẽ conuertentis ad puppim.

REMIGRO, as, {*Ritornare*} (ἀνοικίζομαι) reuertor in domicilium unde emigraui. Cic. 1. Tuſcul. In noſtram domum remigremus. Liu. 8. Belli Pun. Magna tamẽ pars auctoritate COSS. compulſa in agros remigrauit. Plau. Epid. Remigrat animus nunc domum mihi.

REMILLVM, repandum dicitur à remi ſimilitudine. Feſtus.

REMINISCOR, ceris, {*Ricordarſi*} (ἀναμιμνήσκομαι, ἀπομνημονεύω) recordor, quod ſit, cum ea, quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varr. quaſi iterũ rẽ in mentem reuoco. Iungiturq́ modo accuſatiuo, modo genitiuo. Cæſ. 1. Bel. Gal. Sin bello, perſequi perſeueraret, reminiſceretur, & ueteris incommodi Romanorum, priſtinæq́ uirtutis Heluetiorum. S. Sulpit. Ciceroni: Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 9. Nam modo uos animo dulces reminiſcor amici. Hinc deducitur uerbale Reminiſcentia, ę, (ἀνάμνησις) quæ eſt reuocatio rei alicuius in mentem: differtq́ à Memoria, quod Reminiſcẽtia cõmunis eſt omnium animantium: Memoria ad homines tantum, quum ſit diſcurſus rerum cum ratione ab uniuerſali ad particularia, & à remotus à ſenſu.

REMISSE, {*Humilmente, lentamente*} (πρᾴως, ἠπίως) leniter, placide: cui opponuntur Grauiter, ſeuere, uehementer. Sallu. Iugurth. Pauca timide, remiſſeq́ locutus, abſceſſit. Cic. 3. Orato. Quis unquam res, præter hunc tragicas pene comicẽ, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope uenuſtate tractauit? Idem 6. Verr. Iſte nihilo remiſſius, atque etiam uehementius inſtabat.

REMISSARIVS, a, um, quod rem ittitur, quodve eum in uſum factum eſt, ut poſſit remitti, ut Remiſſarius uectis in torculari. Cato de Re ruſt. ca. 19. Vectes longiſſimos pedum decem & octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios pedum quindecim, remiſſarios pedum duodecim.

REMITTO, tis, {*Rimandare in drieto*} (ἀναπέμπω, ἀφίημι) rurſus eo mitto, unde quid accepi. Plaut. Munera accipit frequens, remittit nunquam. Conſtruitur quandoque cum ablatiuo Pretio, ut apud Curtium lib. 2. Captiuos ſi placet reddi honeſtius dono donabimus, quàm pretio remittemus. Aliquando ſumitur pro ſuo ſimplici mitto, πέμπω. Luci. lib. 29. Sat. ut citat Feſtus: Continet domi ſe moeſtus Albinus, quod filiæ repudium remiſit. Interdum idem quod relaxare: cui opponitur Intendere. Plin. lib. 26. ca. 10. Superioris radix in lacte ouis coloniciæ data neruos intendit. Aliquando pro relaxo, recreo delectationis gratia, ἀνίημι. Vnde animum remittere dicimur, cum deponimus curas. Cuius contrariũ eſt Intendo, ſumpta tranſlatione ab arcu: Cic. in Hort. Quęro non quibus intendam animum rebus, ſed quibus remittam. Sic Remittere diſciplinam uel cuſtodiam dicimus pro eo quod eſt, negligentius diſciplinam in custodiam obſeruare. Colum. li. 1. Rei ru. Num quid abſentia ſua de diſciplina & cuſtodia remiſerit: num aliqua uitis, num arbor, nũ fruges abfuerat. Hinc Remiſſio animi, (ὕφεσις, ἄνεσις) relaxatio animi dicitur. Cice. Metel. lib. 5. Epiſt. Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi & diſſolutio. Proprie tamen Remiſſio, eſt ipſe remittendi actus. Cic. 1. Offic. Ex oculorum obtutu, ex eleuatione, ex remiſſione ſuperciliorum, aut ex contractione. Aliquando Remitto, accipitur pro concedo condono, καταχαρίζομαι. Cic. Vatin. libr. 5. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus erã in eum, quẽ cepiſſem, remitto tibi, & condono. Aliquando pro demitto, (καθίημι) cui contrarium eſt Erigere. Pli. lib. 8. cap. 32. Cum erexere aures, acerrimi auditus: cum remiſere, ſurdi. Aliquando pro intermitto. hoc eſt, ad tempus ceſſo, ἀπαπαύομαι. Terent. in Heaut. Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Idem in Hecy. Nam ſi remittent quippiam Philumenæ dolores, omnem rem narrabit, ſcio. Aliquẽ ædes uenditori remittere, quas emerit. eſt petente uenditore contractũ reſcindere, & permittere, ut ædes emptę redeant ad uenditorem. Plau. in Moſtel. Mœſtus eſt has uendidiſſe ſe. TE. Quid tandem? TR. orat ut ſuadeam Philolacheti, ut iſtas remittat ſibi. Remittere fræuos dolori, eſt dolori habenas laxare: cui opponitur Adducere habenas. Remittere librum dicitur arbor, quando ſua ſponte corticem relinquit. Remittere nuntium uxori, eſt uxorem repudiare. Ci. ad Attic. lib. 1. Vxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Idem in Topicis: Si mulięr cum fuiſſet nupta cum eo, cui cõnubij ius nõ eſſet, nuntium remiſit: quoniã qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, &c.

REMISSA, remiſſæ, {*Remiſſione, perdono*} (συγγνώμη) id eſt, uenia errati: uox eſt Eccleſiaſticis ſcriptoribus, quã claſſicis linguę Lati. auctoribus familiarior. Cyprianus li. 5. Epiſt. 14. Omnia peccata remittentur filiis hominum, & blaſphemiæ. Qui autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habet remiſſam, ſed reus eſt æterni ſupplicij.

REMISSVS, ſa, ſum, {*Remeſſo languido*} (ἄνετος) languidus, lenis, negligens: cui opponuntur uehemens, & intenſus. Ci. 2. de Diu. Hæc. ſ. in imbecillo, remiſſoq́ animo multa omnibus modis confuſa & uariata uerſantur. Cic. 3. de Finib. Itaque quanquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus: tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata cõtentio. Idem pro Seſt. Facit enim, iudices, ueſter iſte in me animorum, oculorumq́ conuitus, ut mihi iam licere putem remiſſiore uti genere dicendi. Cæſ. 5. Belli. Gall. Loca ſunt temperatiora, quàm in Gallia remiſſioribus frigoribus.

REMISSIO, ſionis, {*Relaſſatione, remiſſione*} (ἄνεσις) uerbale eſt à Remitto, inter cætera idem ſignificans, quod relaxatio. Cic. pro Cæl. Quẽ non quies, non remiſſio, non ęqualium ſtudia, non ludi non conuiuia delectarent. Idem ad Gallum lib. 7. Sed uſa eſt mihi uel loci mutatio, uel animi etiam relaxatio, uel ipſa

fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſsio profuiſſe. Interdum idem quod uenia, ſeu gratia delicti, uel pœnę. συγγνώμη: ut Remiſsio pœnæ, apud Ciceronem 4. Inuect. in Catil.

R E M O, as, {Ritornare} ut poſt Perottum annotauit Calepinus, antiqui dicebant pro repeto. Ennius libro 1. Riuos deſerunt, campoſque remant. Apud Feſtum tamen, unde hæc decerpſit Perottus, Remanant legitur, non Remant: quod etiã in uerbo Remano annotauimus.

R E M O L I O R, iris, (ἀπωθέω) multa ui loco moueo. Ouid. lib. 5. Metam. Sæpe remoliri luctatur pondera terræ, Oppidaque et magnos deuoluere corpore montes. Nonnunquam magno labore quippiam reparo. Silius lib. 1. Iterum inſtaurata capeſſens Arma, remolitur dux agmina. Aliquando à conatu reuoco. Sueton. in Auguſto: Vultu erat, uel in ſermone, uel tacitus adeo placido, ſerenoque, ut quidam ex primoribus Galliarum confeſſus ſit, ſe eo inhibitum ac remollitum, quo minus ut deſtinarat, in præcipitium impelleret. Remolitus, participium. Seneca Herc. fur. Nec orbe ſi remolito queat Ad ſupera uictor numina Alcides uehi.

R E M O L L I O, is, {Ammollirſi} (καταλαπάω) idẽ quod mollio. Ouid. 4. Metam. Vnde ſit infamis, quare malè fortibus undis Salmacis eneruet, tactoſque remolliat artus, Diſcite. Colum. lib. 2. ca. 15. Nihil itaque amplius in iteratione, quam remolliri terra debet æqualiter. Remollitus, a, um, p. pr. Sueto. in Augu. ca. 79. Vultu erat, uel in ſermone, uel tacitus adeo tranquillo, ſerenoque, ut quidã è primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quo minus ut deſtinarat, in tranſitu alpium per ſimulationẽ colloquij propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Quo tamen in loco quidam legunt Remolitum unico l, à uerbo Remolior: pro eo quod eſt à molimine & conatu reuocatum.

R E M O L L E S C O, cis. {Diuenir molle} (καταμαλάσσομαι) mollis fio. Cæſ. 4. Bell. Gall. Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendũ remolleſcere homines, atque effœminari arbitrantur. Ouid. 10. Meta. Vt Hymettia ſole Cera remolleſcit, tractataque pollice multas Flectitur in facies. Per trãslationẽ accipitur pro mitigari, ſiue leniri. καταπραΰνεσθαι Oui. 1. Met. Precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum.

R E M O R A, æ, pen. cor. piſcis exiguus, qui à Græcis ἐχενηΐς dicitur, ſpinis, & cruſtis tectus, à remorãdo dictus, qđ nauẽ, cui annexus fuerit, remoretur. Plin. li. 32. ca. 1. Tamen omnia hæc, eodemque pariter impellentia unus & paruus admodum piſciculus, Echeneis appellatus, in ſe tenet. Ruant uenti licet, & ſæuiant procellæ, imperat furori, uireſque tantas compeſcit, & cogit ſtare nauigia, quod non ulla poſſunt uincula non anchoræ irreuocabili pondere iactæ. Idem lib. 9. Eſt paruus admodum piſcis, aſſuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito, Remora à remorãdo dicitur. Remora etiã retardatio (ἐποχή) dicitur. Lucilius apud Feſt. Quænam uox ex te reſonans meo gradu remoram fecit? Plaut. in Trinum. Quæ in rebus multis obſtant, odioſæque ſunt, remoramque faciunt rei priuatæ, & publicę.

R E M O R B E S C O, beſcis, {Rcaſcare nella malatia} (ἀρρωστέω) ſignificat in morbum recido, inquit Feſtus.

R E M O R D E O, des, {Rimordere, cruciare} (ἀντιδάκνω) uiciſsim mordeo eum à quo fuerim morſus. Horat. Epod. 6. Quin huc inanes, ſi potes, uerte minas, Et me remorſurum petis? Per trãslationẽ accipitur pro crucio, ſolicito. Verg. 1. Aenei. Quando hæc te cura remordet. Lucret. li. 3. Præteritis admiſſa malis peccata remordent.

R E M O R E S, pen. cor. aues in auſpicio dicuntur, quę acturum aliquid remorari compellunt. Feſtus.

R E M O R I A, aut (ut alii malunt) Remuria, locus in ſummo Auentino, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus. Feſtus.

R E M O R O R, aris, pe. cor. {Ritardare, ritenere} (ἀναβάλλω, ἐφιστάω, ἐπέχω) retardo, retineo. Terent. in Andr. Sed ſi quid eſt, Quod mea opera opus ſit uobis, aut tu plus uides, Manebo, ne quod ueſtrum remorer commodũ. Apul. Sed me abire oppido uolentem, ſuaui remoratur illecebra. Terent. Eunuc. Vt illum dĩj deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. Ouid. 11. Metamorph. Littus habet ſolidum, quod nec ueſtigia ſeruet, Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.

R E M O V E O, es, ui, tum, {Rimouere, tor uia} (ὑπεξάγω) amoueo, auſero. Cic. ad Tironem li. 16. Epiſt. Accepimus conditiones, ſed ita, ut remoueat præſidia ex his locis, quæ occupauit. Idem Offic. 1. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui ſana mẽte ſunt, remouent ab oculis. Idẽ pro Corn. Balbo: Fuiſſe iudicem ex illis equitibus Rom. grauiſsimis uiris neminem, qui non remoueret oculos, & ſe totum auerteret. Remouere ſe ab aliquo, (ἀλλοτριοῦν, ἀποζεύγνυμαι) id eſt, diſiungere, alienare. Cic. ad Atti. lib. 4. Quid ſit quod ſe à me remouit, ſi modo remouit, ignoro. Remotus, a, um, particip. idem quod amotus. Verg. 1. Aeneid. Poſtquam exempta fames epulis menſæque remotæ. Interdum migrat in nomen, idemque ſignificat quod longinquus ſeu procul diſſitus. Cice. 5. Verrin. Etiamne hæc tam parua ciuitas, tã procul à manibus tuis, atque à conſpectu remota? Ouid. 3. Triſt. Longa regione remotus. Cice. 4. Verr. Homines quietiſsimi, qui maxime ab iniuriis noſtrorum magiſtratuũ remotiſsimi cõſueuerant eſſe præſidio fœderis. Colum. li. 12. ca. 1. Nam in primis conſiderandum erit, an à uino, ab eſcis, à ſuperſtitionibus à ſomno, à uiris remotiſsima ſit. Remotio, onis, uerbale, actus remouendi, ut Remotio criminis (ἀναφορά) quæ & Tranſlatio à Rhetoribus appellatur. Cicer. libro 2. de Inuentio. Remotio criminis eſt, cum eius intentio facti, quod ab aduerſario fertur, in alium, aut in aliud dimouetur.

R E M V G I O, is, {Remuggire, muggire allo'ncontro} (ἀντιμυκάομαι) mugitum reddo, contra mugio. Ver. 11. Aen. Cum duo conuerſis inimica in prælia tauri Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri Illi inter ſeſe multa in uulnera miſcent: Colla armoſque lauant: gemitu nemus omne remugit. Per translationem tamen accipitur ſimpliciter pro reſonare. Verg. 3. Georg. Et uox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

R E M V L C E O, mulces, paulatim, & quiete retraho. Verg. 11. Aene. Caudãque remulcens Subiecit pauitantem utero, ſyluaſque petiuit.

R E M V L C O T R A H E R E N A V E M, {Rimurchiare} (ῥυμουλκεῖν. Polybio, & Diodoro) eſt e ſcapha maiorem nauẽ remigando trahere: quod aliquãdo neceſsitatis gratia fit, ut cũ maior nauis quæ remis non agitur uento deſtituta eſt, aliquando non aliam ob cauſam, quàm ut quietius nauigetur. Cæſar li. 3. Belli Ciui. Ad Oricũ uenit, ſubmerſamque nauem remulco multiſque contendens funibus eduxit. Quo in loco Remulco uidetur eſſe ablatiuus à Remulcus, quãuis nominatiuus non admodum ſit in uſu: quo nomine ſignificatur actus ita remigandi, & maiora nauigia trahendi: non autem ipſa ſcapha, qua maior nauis trahitur, ut quidam non ſatis peritè ſunt interpretati. Vide Bayſium de Re naual.

R E M V L C O, cas, are, {Rimurchiare} (ῥυμουλκέω) propriè eſt remigando è ſcapha grãdiorem nauim trahere. Quod aliquando neceſsitatis gratia fit, cum maior nauis, uento deſtituta alia ratione moueri non poteſt: aliquãdo nõ aliam ob cauſam, quàm ut nauis quietius agatur. Remulcare (inquit Nonius) dictũ eſt, quaſi molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna lib. 2. Si qua celeriter ſolui poterat, in altum remulcando trahitur.

R E M V N E R O, as, & Remuneror, aris {Remunerare} (ἀντευεργέω) retribuo, compenſo, beneficium reddo, mutuam gratiã refero, hoc eſt, munere aliquo mutuo aliud compenſo. Cic. Attic. lib. 8. Te ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerare ſanè uelim. Cæſ. 1. Belli Gall. Quod ſi diſceſsiſſet, ac liberam poſſeſsionẽ Galliæ ſibi tradidiſſet, magno ſe illum præmio remuneraturũ. Cic. poſt red. in Sen. Quibus autem officijs T. Annij beneficia remunerabor? Remuneratio, tionis, (ἀντίδοσις, ἀντευεργέτημα, ἀντίδοσις) uerbale. Cic. de Amic. Nihil eſt enim remuneratione beneuolẽtię, nihil uiciſsitudine ſtudiorũ, officiorumque iucundius.

R E M V R I A, olim dicta fuerunt feſta, quibus mortuorum ſepulcris epulę inferebantur, quæ deinde literæ unius mutatione dicta ſunt Lemuria. Dicta autẽ Remuria putantur à Remo Romuli fratre, in cuius honorem primum fuerũt inſtituta. Ouid. lib. 5. Faſtor.

Romulus obſequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera uiutata eſt in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.

R E M V R M V R O, as (ἀντιμορμυρίζω) contra murmuro. Stat. 5. Syl. Et nulli ſpoliata remurmurat auræ.

R E M V S, pen. cor. (Ῥέμος) frater Romuli primi Romanorum regis, qui quòd noua urbis Romæ mœnia per ludibrium tranſiliiſſet, à fratre eſt interfectus, ut placet Liu. lib. 1. ab Vrb. con. aut certe (ut Ouid. mauult li. 5. Faſt.) à Celere quodam Tribuno. Poſt cuius mortẽ oborta peſtilentia, conſulto oraculo reſponſum eſt, placandos eſſe manes Remi: ob quam rem ſella curulis cũ ſceptro & diademate, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta Romulum ius dicentem ponebatur, ut mortuus etiam Remus pariter imperare uideretur. Huc reſpexit Vergil. 1. Aenei. cum ait: Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.

R E M V S, remi, pen. cor. {Remo} (κώπη, ἐρετμός) eſt inſtrumentũ, quo naues aguntur. Ver. 5. Aene. Quam deinde Cloanthus Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet. Cic. 7. Verr. Quàm multos eſſe oporteret, ex ipſo nauigio, quod erat factum ſex remorum numero, coniiciebant. Verg. 3. Aen. Vemimus & proni certantibus æquora remis. Ventis remiſque prouerbialis locutio eſt, qua utimur, quoties ſummã rei alicuius feſtinationem uolumus ſignificare. Cic. ad Cornificium: Atque inde uentis, remiſque in patriã omni feſtinatione properaui. Accipitur etiam Remus, pro loro quod continet tubam, ut inquit Serui. in illud Ver. 6. Aene. At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum Impoſuit, ſuaque arma uiro, remumque tubamque.

R E N A R R O, as, {Narrare, contare} (ἀφηγέομαι, ἐξηγέομαι) idem quod narro, uel narrando repeto. Verg. 3. Aene. Sic pater Aeneas intentis omnibus unus. Fata renarrabat diuum, curſuſque docebat.

R E N A S C O R, eris, {Rinaſcere} (ἀναφύομαι) iterum naſcor. Plin. lib. 11. cap. 29. Deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Renaſcens annus, pro uere. Plin. lib. 16. cap. 25. Flos eſt pleni ueris indicium, & anni renaſcentis.

R E N A V I G O, renauigas {Nauicare indrieto} (ἀναπλέω) nauigãdo reuertor, retrorſum nauigo. Cice. Atti. Perpaucis diebus in Pompeianum, poſt in Puteolana, & Cumana regna renauigare cogitabam.

R E N E S {Rene} (νεφροί) uiſcera duo utrinque, non procul à uena caua ſita, ſanguinis ſerum, hoc eſt, urinam per uenas emulgentes attrahentia, & per longos quoſdam meatus, quos οὐρητῆρας Græci nominant, ad ueſicam tranſmittentia. Dicti Renes, ut quidam exiſtimant, à uerbo Græco ῥέω quod per eos, tanquam per colum quoddam fluat urina. Plaut. in Curcul. Lien necat, renes dolent. Cic. 2. Tuſcu. Nam cum ex renibus laborãret, ipſo in eiulatu clamitabat, falſa eſſe illa, quę antea de dolore ipſe ſenſiſſet. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Quod latus aut renes morbo tentantur acuto.

R E N I D E O, renides, ſecunda ſyllaba producta, {Riſplendere} (ὑπολάμπω) idem quod reluceo, ſplendorem reddo. Hora. libr. 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Plin. libro 37. Neque in receſſu gemmæ, aut in deiectu renident. Stat. libro 10. Thebaid. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident.

R E N O N E S (διφθέραι) ſaxa exigua, ex pellibus confecta, ita dicta, ut quibuſdã uidetur, quod partes corporis renibus obiectas tegant. Nobis potius ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, hoc eſt, ab ouibus dici perſuaſum eſt: unde & Rhenones ſcribẽdum putamus, prima ſyllaba aſpirata: ut latius infra docebimus ſuo loco.

R E N O V A T I O, onis, {Rinouatione} (ἀνανέωσις) inſtauratio, interpolatio, ad priſtinum nouumque ſtatum reductio. Cic. 2. de Natu. deo. A quo ruſum renouatio mundi fieret.

R E N O V O, as, {Rinouare} (ἀνανεόω) inſtauro, interpolo, redintegro, refrico. Cice. pro Deiotaro: Tu uetus hoſpitium renouare uoluiſti. Idem de Orat. Acerba ſane recordatio ueterem animi curam moleſtiamque renouauit.

R E N T I F O L I A, quod hic deprauate pro Centifolia roſæ genere legebatur, ſupra reſtituimus ſuo loco, cuius rei lectorem admonitum uolumus, ne quid temere crederemur abieciſſe.

R E N V N T I A T A (ſi ſuperis placet) inſula eſt in mari Aethiopico, ita diues, ut equos incolæ auri talẽtis permutent. Sic enim uiſum eſt nebulonibus neſcio quibus, qui primi uocis tã egregiæ acceſsione Calepini theſauros auctos uolueręt Plinii, etiam, ne ἀμάρτυρον quippiam prodidiſſe uiderẽtur, teſtimonio muniętes, cuius uerba ſunt hæc lib. 6. ca. 31. Inſulas toto eo mari & Ephorus complures

res eſſe tradit,& Eudoxus,et Timoſthenes. Clitarchus uero Alexandro regi renunciatam adeo diuitem,ut equos incolæ talentis auri permutarent. Alteram,ubi facer mons opacus ſylua repertus eſſet,diſtillantibus arboribus odore miræ ſuauitatis. O ſtipites,o fungi,qui ſi primas literas uel primoribus labris deguſtaſſent,ſi ſanæ mentis ullam habuiſſent unciolam,ſi denique homines,non pecudes, atque adeo ſaxa fuiſſent,ſenſiſſent,opinor, Renunciatam,participium ibi non inſulæ nomen eſſe. Huius generis innumera propemodum toto opere paſſim occurrebant, nunc demum à nobis non ſine graui & rei,& temporis diſpendio repurgata:quę profecto æquum erat eos non neglexiſſe,qui ſuperiori anno præfationibus ſplēdidis ſanè ac magnificis,utinam etiam non uanis,lectori abblandientes,Hercules ſe quoſdam hoc in opere præſtitiſſe,& Augiæ ſtabulum perpurgaſſe iactitarunt: quū tamē multis partibus plus fimi reliquerint quàm egeſſerint. Pollicitis diues, inquit ille,quilibet eſſe poteſt: At citra ſudorem & puluerem res tam arduæ non conficiuntur. Laborem autem,damnoſum præſertim & inglorium,nemo eſt,qui non ſubterfugiat:paucosq́ prorſus inuenias,qui uel minimo ſuo detrimento publicis commodis cupiant eſſe conſultum. His tamen uenia danda,ſi quid prætermiſerint:neque enim meſſoribus uitio uerti debet,ſi culmos aliquot ad ſpicilegium reliquerint. Illis certe ignoſci nulla ratione poteſt,qui ſub idem ferè tempus poſtremæ eius editionis,quę Baſileę in lucem prodijt,auctores extitere,locupletiſſimæ quidem illius,cæterum tanta Barbarie peregrinarumq́ uocum colluuie conſpurcatæ uerius,quàm auctæ,ut non tam linguæ Latinę Dictionarium, quàm omnigenarum ſordium cloacā inſtituiſſe uideantur. Quod idcirco admonendum duximus,ut ſi quis imperitior in id genus editiones inciderit,ita exiſtimet,non illic plus ſegetis,ſed hic minus zizaniæ eſſe.

RENVNTIO,tias,are,{Rinonciare,riportare,rifiutare}(ἀπαγγέλλειν)proprie nunciorum eſt,aut exploratorum,aut legatorum,cum reuerſi,quid egerint referunt. Cice. 8. Phil. Cum legati renunciarunt,(quod certe renunciabunt) Antoniū nō eſſe in ueſtra poteſtate. Cæſ. in Commen. 1. Qualis eſſet natura mōtis,& qualis eſſet in circuitu aſcenſus,qui cognoſcerent,miſit. renunciatum eſt facilem eſſe.

Aliquando eſt enunciare,ſignificare,declarare. Terent. in Andr. Quaſi tibi nō renunciata ſint hæc ſic fore. Et iterum:id ego iam nunc tibi here renuncio futurū, ut ſis ſciens,Ne tu hoc mihi poſtetius dicas Daui factum conſilio,aut dolis. Donatus: Renunciare,eſt quaſi ſecretum conſilium,uel malum nunciare Re enim ſyllaba,apud ueteres interdum abundat. Renunciare Conſules, (ἀναγορεύειν,τοὺς ὑπάτους) Renunciare Prætorem,uel ſacerdotem,id eſt declarare. Cic. pro Pōp. Prætor primus cunctis centurijs renunciatus. Idem li 9. Epiſt. Eo modo Climachias ſacerdos renunciatus eſt. Renūciare alicui hoſpitium,uel familiaritatem,eſt ſignificare ſe eius hoſpitio, uel familiaritate amplius non uſurum,ἀποτάσσεσθαι. Cice. 3. Verr. Atque ille Sthenio uehementer infenſus,hoſpitium et renunciat,domo emigrat. Sic Renunciare conductionem,apud eundem, Epiſt.ad Atti. 1.

RENVNTIATIO,nis,{Relatione che fa gli ambaſciadori}(ἀπαγγελία)nūtii,uel legati,uel alterius cuiuſpiam relatio. Ci 5. Verr. Cæſio renunciat ſe dediſſe. cognoſcite renunciationem ex literis. Idem 2. Verr. Renunciationemq́ eius, quæ erat in publicas literas illata illorum legibus,tolli iuſſerat. Renunciationem quoque recte uocare poſſumus relationem architectorum,& magiſtrorum uniuſcuiuſque opificij,cum inſpecto opere,iudici referunt,quæ compererint. Renunciatio item dici poteſt,quē Proceſſum uerbalem uulgus appellat:cuiuſmodi eſt uiatorum,& eorum,qui edicta aut ſententias exequuntur.

RENVNTIVS,tii,qui aliquid iterum nunciat. Plau. in Trin. Cantrices,ciſtellatrices,nuntii,renuntii.

RENVO,is,ere,{Rifiutare,ricuſare}(ἀνανεύω) eſt motu capitis aliove ſigno oſtendere ſibi aliquid diſplicere. Accipitur tamen pro quouis modo recuſare, uel negare. Martial libr. 2. Omnia cum fecit,ſed renuente deo. Renutus,penul, product. (ἀνάνευσις) capitis ſignum quo repulſam, uel negationem ſignificamus. Plinius Epiſtol. 7. Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum.

REOR,reris,ratus{Iſtimare,penſare,credere,hauer openione}(νομίζω)exiſtimo, opinor. Cicer. 1. Offic. Quod ſiqui ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, uehementer errant. Vergil. 6. Aeneid. Sic equidem ducebam animo,rebarq́ futurum.

REPAGVLVM,li,{Chadenazzo,ò ſtangetta alla porta, chiauiſtello}(μοχλὸς)obex,ſiue uectis,qui oſtio aduerſus uim opponitur:à Re,& Pango,propterea quòd non uno in loco pangatur,hoc eſt,figatur,ſed ad utrunque poſtem. Repagula ſunt(inquit Feſtus ex Verrii ſententia)quæ patefaciundi gratia ita figuntur,ut ex contrario quoque oppangantur Ouid. lib. 5. Metamo Raptaq́ de dextro robuſta repagula poſte Oſſibus illiſit Ci. de Diuin. Herculis ualuæ clauſæ repagulis,ſubito ſepſæ aperuerunt. Plin. lib. 16. cap. 42. Firmiſſima in rectū abies,eadem ualuarum repagulis,& ad quælibet inteſtina opera aptiſſima. Repagula item in ludis equeſtribus dicuntur,quæ equis obiiciuntur,ne ante tempus procurrant. Græci(ὕσπληγας,ἀφετηρίας, & καμπτῆρας)nominant. In ſtabulis quoque,& paſcuis abietes,quibus armenta coercentur repagula dicuntur. Ouid. 2. Meta. Interea uolucres Pyroeis,& Heous, & Aethon,Solis equi, quartusq́ Phlegon,hinnitibus auras Flammiferis implent,pedibusq́ repagula pulſant.

Per tranſlationem accipitur pro quouis obſtaculo:ſiue impedimēto:unde Perfringere repagula iuris pudoris,& officij,ait Cice. 7. Verr. pro eo quod eſt nullo neque iure neque pudore,neque officio a re aliquo impediri.

REPANDVS,da,um,{Ritorto,ripiegato,largo}(ἀνάκυρτος)recuruus,reflexus,latus Pli. li. 14. ca. 22. de ebrietate: Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes,et uolutatio in cœno & pectoroſa ceruicis repandæ oſtētatio. Ci. 1. de Natu. deo. Quā tu nunquā,ne in ſomnis quidem uides,niſi cū pelle caprina,cum haſta, cum ſcutulo,cum calceolis repandis. Ouid. 3. Metam. Truncoq́ repandus in undas Corpore deſiluit.

REPANGO,is,{Ficcare,congiugnere,piantare}(φυτεύω)idem quod pango, ſiue planto. Col lib. de Arbo. cap. 22 In quo ſcrobe,deſtinaueris nucem ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito,ibiq́ ſemen ferulæ repangito.

REPARAMEN,{Riparo,riparatione}(ἐπανόρθωσις)idem quod reparatio Sipont.

REPARCO,is{Perdonare,rimettere,ſparagnare}(φείδομαι)idē quod parco. Pla. Truc. Vtinam à principio Rei nē parciſſem meę,ut nunc reparces ſauijs.

REPARO,reparas,pe. cor,{Riparare,riſare,rinouare}(ἐπανορθόω,ἀνακτάζω)reſtauro,& in priſtinum ſtatum redigo. Curtius: Ille non ignarus & principes amicorum,& exercitum offendi gratiam liberalitate,donisq́ reparare tentabat. Pli. Epiſt. 291. Sed quæ ſunt uetuſtate ſublapſa,reparentur in melius Horat. lib. 2. Serm Sat. 5. Hoc quoque Tireſia præter narrata petenti Reſponde:quibus amiſſas reparare queam res Artibus,atque modis. Ouid. Epiſt. 4. Quod caret alterna requie,durabile non eſt:Hæc reparat uires feſſaq́ membra leuat. Reparator,oris,inſtaurator. Stat. 4 Sylu Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui Attollit uultus. Reparatio,rationis,inſtauratio,renouatio. Salluſt in Iugurth Sed ſanè fuerit regni reparatio,plebi ſua iura reſtituere. Reparabilis parabile,quod reparari poteſt,ſiue reſarciri. Ouid Epiſt. 5. Tu quoque clamabas,nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt:deperit illa ſemel.

REPASTINO,nas,pen cor. {Zappare riſoſſare}(ἀμπελουργία)refodio, ex Re & Paſtino,fodio. Col. Paſtinum uocant agricolæ ferramentum bifurcum quo ſemina panguntur:unde etiam Repaſtinatæ dictæ fuere uineæ ueteres, quæ refodiebantur. Repaſtinatio,nis,uerbale,ἀμπελουργία. Ci. de Senect. Quid agri foſſiones repaſtinationesq́ proferam?

REPECTO,is,{Ripettinare}(ἀναπεκτίζω)ruſum pecto. Vade Repexus, particip Oui. 3. de Arte aman. Et neglecta decet multaa coma:ſæpe iacere Heſternam credas,illa repexa modo eſt.

REPEDO,pedas,{Ritornare}(ἀναποδίζω)pedē retraho,redeo. Lucilius apud Nonium: Sancto ego à Metelli Romam repedabam munere.

REPELLO,pellis,repuli,repulſum,{Scacciare}(ἀπωθέω,ἀποβάλλω,ἀπωθίζω, ἀποσείω)arceo,reiicio. Cice. poſt redit. in Senat. Tu meum generum propinquū tuum,tu affinem tuam meam filiam ſuperbiſſimis & crudeliſſimis uerbis a genibus tuis repuliſti Ouid. b. 3. de Arte amandi. Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem: Armaq́ in armatos ſumere iura ſinunt. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8.

Ne'ue relenteſcat ſæpe repulſus amor. Prima præteriti ſyllaba aliquando producitur, p. litera carmine cogente duplicata Luc. Reppulit à Libycis immenſum Syrtibus æquor. Alioqui corripitur,quemadmodum & præſens. Ouid. in Epiſt. Medeæ ad Iaſonem: Quæq́ feros repuli doctis medicatibus ignes. Repulſus,us,actus repellendi. Plin. libro 11. ca 37. Vipera prægnam ueneno impreſſo dentium repulſu uirus fundit in morſu Cicer. 1. de Diuin Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu. Repulſa,æ,unde infra. Repulſo, as, frequētatiuum. Lucr. lib. 4. Ita colles collibus ipſis Verba repulſantes iterabant dicta referre.

REPENDO,repēdis,{Ricompenſare,rimunerare}(ἀντισταθμίζω,ἀντιμεταλλάω,ἀντιμετρέω,ἀντιταλαντεύω)retribuo,recompenſo. Tractum ab ære graui quod ante pecuniam ſignatam appendi ſolet,non numerari. Verg. li. 1. Aene. Fatis contraria fata rependens. Ouid. 21. Epiſt Ingenio formæ damna rependo meæ. Plin. lib. 12. cap. 25. Quum duplo rependebatur argento. Repenſus,penſa penſum,participium Cice. lib. 2. de Orat. Vt noſter Scæuola Septimuleio illi Anagnino,cui pro C. Gracchi capite erat repenſum,&c. Repenſo,as,frequentatiuum de quo infra.

REPENS repentis,{Subito}(αἰφνίδιος)ſubitus,& repentinus. Cice. 3. Tuſcu. quanquam hoſtium repens aduentus magis aliquando conturbat,quàm expectatus:& maris ſubita tempeſtas,quàm antē prouiſa,terret nauigantes uehementius. Liuius 10. ab Vrbe. Si quod repens bellum oriatur. Idem libro 6. ab Vrbe. Fama repens belli Gallici allata perpulit ciuitatem, ut M. Furius Dictator quintum diceretur. Idem 9. Belli Punici. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaſerat.

REPENSO,ſas{Ripenderare,riuedere,giudicare,ponderare}(ἀντισταθμίζω, ἀντιμεταλλάω)repondero,retribuo,compenſo,frequentatiuum uerbi Rependo. Lactan. Nam qui noluerit impie humilem,ſentiet in poteſtate ultorem, eaq́ omnia quæ legunt,& non intelligunt,repenſante deo,patientur. Col. libr. 3. cap. 2. Id tamen incommodum repenſant uuarum multitudine.

REPENTE,{Subito preſto,toſto}(ἐξαίφνης, αἰφνίδιον)aduerbium, ſignificans ſubito,ſtatim. Cicer. Epiſt. libro 4. ad S. Sulp Nam & ipſe Cæſar accuſata acerbitate Marcelli(ſic enim appellabat)laudataq́ honorificentiſſimè & æquitate tua,& prudentia repente præter ſpem dixit,ſe Senatui roganti de Marcello,ne hominis quidem cauſa negaturum. Quidam à Repo,repis. deriuant per antiphraſim,Sed non uidetur uerum,quod Repente,primam correptam habeat, ſed magis à Repens,cuius prima ſimiliter corripitur. Ouid. in Faſt. Bina repens oculis obtulit ora meis.

REPENTINVS,na,num,pen. pro. {Subito preſto}(αἰφνίδιος)ſubitus, ſiue ſubitarius,ut Mors repētina, Bellum repentinum. Ci. ad Dolabel. li 9. Oppreſſus eſt enim bello repentino. Hinc Repentino,aduerb idē quod repente,αἰφνίδιον, ἐξαίφνης. Cice. pro Quint. Moritur in Gallia Quintius,quum adeſſet Nævius, & repentino.

REPERCVTIO,repercutis,pe. cor. {Ripercuotere,difenderſi,ribattere}(ἀντιτύπτω)percutientem uiciſſim ferio,et per tranſlationem reflecto,ἀνακλάω. Pli. Epiſt. 95. Ita eſt aliquid:quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat. Repercuſſum lumen,quod reuerberatum uulgo uocant. Verg 8. Aeneid. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercuſſo, &c. Oui. 2. Meta. Poſitæq́ ex ordine gemmæ Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo Liu. 1. Bell. Pun. Equi maxime infeſtum agmen faciebant, qui & clamoribus diſſonis,quos nemora etiam repercuſſæq́ ualles augebant territi trepidabant. Repercutere alicuius dicta eſt refellere Repercutere faſcinationes,& diſcutere.

Hinc Repercuſſio,& Repercuſſus,huius repercuſſus,actus ipſe repercutiendi. Repercuſſus ſolis,quæ uulgo Reuerberatio dicitur Pli. lib. 6 cap. 13. Aut ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes. Pli. Epiſt. 282. Nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere,repercuſſus maris ſeruabit,& reprimet quicquid è lacu ueniet.

REPERIO,ris,pen co. {Trouare}(εὑρίσκω)reperi,uel repperi apud poetas,per duplex pp, ex re,& pario. Vnde Repertum,quaſi repartum, & denuo in lucem productū. Et propie Reperire,fortunæ eſt. Inuenire, conſilij. Oui li. 1. Meta. Tu non inuenta reperta es. Auſonius uno diſticho primam huius præteriti & productam,& correptam protulit: At qui condiderat,poſtquam non repperit aurum. Aptauit collo,quem reperit,laqueum. Aliquando tamen Reperire conſilii eſt, non fortunæ. Terent in Phorm. Sed ubi Antiphonē reperiam? aut qua quærere inſiſtam uia? Reperire item dicimus id,quod palam & apertè deprehendimus.

Plaut.in Perſ. Repertus es ingratus. Id eſt,palam compertus es eſſe ingratus. Sic Cice.in Catone: Reperio eum ueniſſe Tarentum.id eſt,compertum habeo. Dicimus autem Latine. Reperire auxilium alicui rei: Reperire conſilium: Reperire cauſam:id eſt,inuenire rationem,quapropter aliquid fieri aut minus fieri debeat: Reperire occaſionem, rationẽ,uiam,exitum,aliquid nouum,medicinam alicui rei, malefacta alicuius,negotium in aliqua re,parentes,gloriam armis. Hinc fit adiectiuum Repertitius,quod repertum eſt. Salluſt.in Cicero. Repertitius, a ſcitus, & paulò antè inſitus huic urbi ciuis. Quo tamen in loco emendatiores codices Irreptitius legendum oſtendunt.

REPERTORIVM,rij,{*Inuentario,indice, tauola*} (ἀπογραφή)index ſeu commentarium,particulatim rerum recenſitarum deſcriptionem continens. Vulgus Inuentarium uocat. Vlpian.lib.6.Digeſt.de Adminiſtr. & peric tuto. Tutor,qui repertorium non fecit,quod uulgò inuentarium appellatur, dolo feciſſe uidetur.

REPETO,tis,pe.cor.{*Ritornare,redimandare*}(ἀπαιτέω)peto ut quid mihi reſtituatur. Libr.2.ad Herenn. Id quod argentario obtulerit expenſum,à ſocio eius rectè repetere poſſit. Terent. in Eunuc. Hanc tibi dono do,neque repeto pro illa abs te quicquam pretij. Interdum Repetere,eſt ſæpius,uel inſtanter petere. Cicero Cæſari. Repetenti negare non potui. Interdum reiterare, reſumere, ἀναλαμβάνειν. Cic.de Orato. Repetam ab incunabulis noſtræ ueteris,puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Repetere pœnas ab aliquo,eſt debitum meritumq; ſupplicium ab eo ſumere. Cic.pro Sex. Roſcio Furiæ quę parentum pœnas à conſceleratis filijs repetant. Cæſ.Commẽ.lib.1.Bello Heluetiorum cõfecta totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæſarem congratulatum uenerant,intelligere ſeſe tametſi pro ueteribus Heluetiorum iniurijs populus Romanus ab his pœnas repetiſſet,tamen eam rem non minus ex uſu terræ Galliæ quàm populi Romani accidiſſe. Interdum reuoluere,ſiue uolutare,ſiue recordari:(ἀναλογίζεσθαι)idq; interdum cum ablatiuo Memoria. Cice in Orato. Cogitanti mihi ſæpenumero,& memoria uetera repetenti. Nonnunquam & ſine illo,ſaltem expreſſo. Liu lib.6.Belli Pun. Agè contrà quæ illi infeſtè in nos fecerint,repetite. Interdum ſignificat redire, (ἐπανέρχομαι). Verg. Eclog.7. Quum primum paſti repetent præſepia tauri. Liu libro.1. Quippe uera fuga,qui ſimulantes paulò antè ſecuti erant,oppidum repetebant. Repetitus,pen.prod.participium: ut,Repetita altè oratio. Cicer.libr.3.de Orato. Ouid. Epiſt.15. Tot prius abductis,ecquæ eſt repetita per arma. Cic ad Attic.li.13. Deinde cum ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filio.

Repetitor,pen.pro. Ouid. Epiſt.8. Sit ſoror exemplo nuptæ repetitor ademptæ. Cuſpia militiæ cauſa puella fuit. Repetitio,onis,(ἀπαίτησις)rei meæ,uel à me profectæ reflagitatio. Aliquando idem quod reſumptio ἀνάληψις. Cic. 3.de Orato. Et eiuſdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuerſio.

REPETVNDARVM LEX,primum à L.Piſone,cognomento Frugi,lata fuit. deinde,cum temporis tractu propemodum exoleuiſſet,à D.Iulio relata. Hac cauebatur,nequis cum poteſtate in prouinciam miſſus pecuniam ullam à prouincialibus alijſve acciperet,præterquam à perſonis ſanguine ſibi coniunctis. Item ut urbani magiſtratus ob omni ſorde ſe abſtinerent neve plus doni munerisve in anno acciperent,quàm quod eſſet aureorum centum. Martian.l.1.ad Legem Iul. repetundar. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias,quas quis in magiſtratu,poteſtate,curatione,legatione,uel quo alio officio,munere,miniſteriove publico cepit Hanc item lege plectebantur,qui ob rem iudicandam aut non iudicãdam,ob denuntiandam, uel non denuntiandum teſtimonium pecuniam accepiſſent. Præcipue tamen(ut docet Ci.in Verrem)tota lex repetundarum ſociorum cauſa lata fuit: nam ſi quid eius generis in urbe accidiſſet,priuatis magis iudicijs repetebatur. Porrò quod ad nominis rationem attinet,a repetendo, ſiue ut paulo antiquiores loquebantur,à repetundo deductum conſtat: quod hac uia pecuniæ contra leges ablatæ repeterentur. Huius autem nominis ſoli genitiuus & datiuus plurales ſunt in uſu. Dicimus enim Accuſare quempiam repetundarum, uel de pecunijs repetũdis:quod Plutarchus ita effert,κρίνειν τινὰ κλοπῆς εἰς ἐπαρχίας. Cicer pro Cluent. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. Exercere iudicium de pecunijs repetundis,apud eundem de Clar. Orat.

REPIGNERO,eras,{*Riſcuotere il pegno*}(ἀντιχρηματίζω. ἀντιφορῶ)pignus recipio ſoluto pretio Iureconſultus titulo. Commodati: Non repigneras, ut mihi reddas.

REPLAVDO,is,(ἀντικροτέω)plauſum reddo, ſiue repercutio.

REPLEO,reples,{*Riempire*}(ἀναπληρόω ἀναπληρῶ)idem quod impleo. Vergil.2. Aene Talia uociferans gemitu tectum omne replebat. Repletus,a,um, particip Ouid 9. Metam. Naiades hoc pomis,& odoro flore repletum Sacrarunt,diuesq; meo bona Copia cornu eſt.

REPLICO,cas. {*Diſpiegare,piegare,riuolgere. replicare*} (ἀναπλόω, ἀναπτύσσω)quod plicatum erat explico,& plicas reſoluo. Plau. Replica plicam & extende Interdum idem quod plico. Plin.lib.17.ca.14. Ne luxetur,dum deprimitur, neve cortex replicetur in rugas. Interdum retrorſum plico, replico. Plin.li.34.ca 8. Menæhmi uitulus genu premitur, replicata ceruice. Sic etiam ferri aciẽ replicari dicimus,cum ob temperaturę mollitiem reflectitur. Senec.de benefi.lib.1.cap.4. Cuius acumẽ nimis tenue retunditur,& in ſe replicatur. Interdum idem quod reuoluo. Cic.pro Sylla. Si quæris,qui ſint Romæ regnum occupare conati, ut ue replices annalium memoriam,è domeſticis imaginibus inuenies. Nonnunquam eadem ſæpius inculco. Pli.in Epiſt. Quę cum ille ſæpius replicaſſet,tandẽ perſuaſit. Replictus,pro Replicatus. Stat.4.Syl.9. Non Ellychnia ſicca non replictæ Bulborum tunicæ. Replicatio,onis,pro conuerſione. Cic.1.de Natu.deo. Modo alium quendam præficit mundo:eiq; eas partes tribuit, ut replicatione quadã mundi motum regat. Replicatio item uox Iureconſultis frequens, ad eas allegationes pertinent,quę intentionem ſuſtentant aduerſum exceptionis iniquitatem:de quibus tractatus eſt lib.4.Inſtit.Iuſtiniani.

REPLVMBO,as,{*Riſpiombare*}(ἀπομολυβδόω)quod plumbo ferruminatum erat, diſſoluo,& reuello:uel à plumbo ſeparo. Vlp.l.cum aurum.ff.de auro & arg leg Si centum pondo argenti fuerint relicta,an replumbari debeant ut ſic appendantur? Proculus & Celſus aiunt exempto plumbo appendi debere Nam & emptoribus replumbata aſsignantur. Aliquando tamen & generalius accipitur pro eo quod eſt quamuis ferruminationem diſſoluere:etiam ſi plumbo glutinata nõ ſit,ſed aut chryſocolla,aut alio quouis genere ferruminis. Paulus l. Pediculis,eo.ti. Aurea emblemata,quæ in lapidibus,abſidibusq; argenteis eſſent,& replumbari poſſent,deberi Gellius ait.

REPO,repis,pſi,{*Rampare,rampegare,andar carpone*}(ἕρπω) proprie dicitur de animalibus,quæ ſine pedibus,uentre gradiuntur,ut ſunt uermes,quæ inde Reptilia,(ἑρπετά)dicuntur. Quamuis & ea quæ paruos pedes habent,repere dicũtur,ut ſunt lacertæ,& ſimilia. Plaut. Amph. Cum ueneris ſilua anguem re pſiſſe tellus Epirotica uidit. Lucanus lib.3. Sed pariter longum cauſa repſiſſe latentis.

Transfertur etiam ad radices,quæ & ipſæ repere dicuntur,cum ſe propagant, & diffundunt. Colum. lib.8. Spatium autem radicibus,quà repant,lapides præbent, Hinc Repens,particip. Plin.lib.16.cap.34. Repens humi. Eſt & Repens,nomen,idem ſignificans quod repentinus,ſeu ſubitarius,αἰφνίδιος. Verum hoc priorem ſyllabam corripit,cum Repens participium eandem producat. Sed de hoc ſupra ſatis multa ſuo loco. A Repo fiunt compoſita Arrepo, Correpo, Erepo, Irrepo, Obrepo, Perrepo, Præſepo, Prorepo,& Subrepo.quæ omnia,pro ducunt penult. Significat explicantur ſuis locis.

REPOLIO,is iuc,{*Ripolire*}(ἀναξέω, ἀνακαθαίρω)rurſus polio,interpolo,repurgo. Colum.lib.2 ca.21. Pura deinde frumenta.ſi in annos recordantur,repurgari debent. Nam quanto ſunt expolitiora,minus à curculionibus exeduntur. ſin protinus uſui deſtinantur,nihil attinet repoliri,ſatisq; eſt in umbra refrigerari, & ita granario inferri.

REPONO,nis,pen.prod.{*Riporre*}(ἀντιτίθημι)rurſus pono. Cice.pro Seſtio: Hanc Pompeius erexit,atque inſigne regium,quod de capite ſuo abiecerat,repoſuit. Verg.3 Aeneid. Aitisq; reponimus ignem. Id eſt,inſtauramus ignem. Martial.lib.2. Vllus ſi pudor,eſt,repone cœnam. Id eſt,rurſus appone. Vnde Reponere fabulas,& ſcripta Poetę dicuntur,cum ſecundo ea in ſcenam afferunt. Solebãt enim(ut inquit Porphirio)qui ludis apud ueteres præerant,ſcriptores quum primum in ſcenam prodirent,benignè excipere,ut ſi forte non rectè egiſſent,iterum ad ſcribendum audientium benignitate allicerentur. Vnde Horat.in Arte: Fabula quæ poſci uult,& ſpectata reponi.id eſt,ſemel,atque iterum ſpectari, & denuo agi. Quandoque reponere, eſt recondere,ἀποτίθεσθαι,ταμιεύειν. Colum.libro 12 cap.45. Vnumquodque genus ſeparatim propriis arculis reponatur. Cice.2. de Natu.deo. Scientia condendi ac reponendi fructus. Animo,uel mente reponere,eſt memoriæ imprimere,& uelutì in intimo pectore recondere. Verg.lib.1. Aeneid. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Quandoque idẽ quod ponere ſeu collocare. Cice.pro Seſtio: Quas equidem in deum immortalium numero ac cœtu repono. Idem 1.de Natu deo Quo quid abſurdius,quàm aut res ſordidas,atque deformes deorum honore afficere,aut homines iam morte defectos,reponere in deos? Idem de Opt.gen. Orat. Tamen hunc in numero non repono. Idem Quinto fratri. Virtutes tuas in numero deorũ repoſitas uides. Lucr. lib.4. Et bona ſæpe ualetudo quum dicitur eſſe Corporis, & non eſt tamen hæc pars ulla ualentis: Sic animi ſenſum non certa parte reponunt. Quandoque reddo,uel reſtituo,ἀποκαθίστημι,ἀποδίδωμι. Plaut.in Perſa: Des mihi numos ſexcentos,quos pro capite illius pendam,quos continuo tibi reponam,in hoc triduo,aut quatriduo. Reponi(inquit Seneca ad Lucilium)dicitur illud,quod creditori debemus. Verg.2.Geor. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Id eſt,inſtaurabit,reſarciet,reſtituet. Reponere gratiam,id eſt,referre,& beneficium beneficio compenſare, ἀντιλαμβάνεσθαι. Reponere poma in uetuſtatem,eſt ad eum finem reponere,ut diu incorrupta ſeruentur Colum.lib.12.cap.44. Omne autem pomum, quod in uetuſtatem reponitur,cum pediculis ſuis legendum eſt. Reponere in coronamenta, eſt in eum uſum reponere,ut cum opus ſit,coronamentis addatur. Plin.lib.22.cap.21. de anthemide herba: In macro ſolo,aut iuxta ſemitas colligitur uere, & in coronamenta reponitur. Reponere item aliquid dicuntur ſcriptores,cum argumentum ab alijs tractatum retractant. Horat.in Arte Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem. Id eſt,ſi de Achille aliquid ſcribendum ſuſceperis poſt Homerum,qui primus mores eius depinxit,geſtaq; celebrauit. Reponere aliquid alicui eſt uiciſſim illud obijcere,replicare,recriminare. Cicer.ad Lent. Ne tibi idem reponam,cum ueneris. Repoſitus,a,um,iterũ poſitus:ut,repoſiti & frigidi cibi. Quint.lib.2.neceſſe eſt ut,cum eadem pluribus iudicijs dicunt, faſtidium ut mouerant,ut repoſiti & frigidi cibi. Id eſt,rurſum appoſiti menſæ. Legitur & Repoſtus,per ſincopen. Verg.3.Georg. Atque non Maſſica Bacchi Munera,non illis epulæ nocuere repoſtæ. Verg 3. Aen. Et cuncti ſuaſerunt numine diui Italiam petere,& terras,tentare repoſtas. Id eſt,longe poſitas,inquit Seruius.

REPORTO,tas{*Riportare,ritornare una coſa in drieto*}(ἀνακομίζω)refero, reueho. Verg.lib.1.Georg. Aut atræ maſſam picis urbe reportat. Colu.lib.7.ca.1. Qui pleraq; utenſilia & uehere in urbẽ,& reportare dorſo uel collo poteſt cõmode. Reportare aliquid ad aures alicuius. Verg.7. Aeneid. Cum prouectus equo,longæui regis ad aures Nuntius ingentes ignota in ueſte reportat Aduenaſſe uiros. Reportare laudem ex hoſtibus. Cicer 3.de Legib. Nihil enim præter laudem bonis atque innocentibus,neque ex hoſtibus, neque à ſocijs reportãdum.

REPOSCO,cis,{*Adimandare indrieta*}(ἀναπρᾶττομαι, ἀπαιτέω)repeto,hoc eſt,peto ab aliquo quod mihi debet,uel quod a me accepit. Plaut. Aulul. Aulam auri,inquam,te repoſco,quam tu confeſſus mihi Te abſtuliſſe. Verg.7. Aen. Pacthosq; repoſcere ſigna. Terent.in Adelph. Nam ambos curare propemodũ Repoſcere illum eſt,quem dediſti. Repoſcere ad ſupplicium,& ad pœnas. Verg. lib.8. Aene. Regem ad ſupplicium Marte repoſcunt.

REPOSITORIVM,rij,{*Ripoſitorio*}(θήκη)uas in quo reliquiæ ciborũ,& menſæ inſtrumenta reconduntur,ſiue ex corio ſit,ſiue ex alia materia. Plin.lib.28.cap.2. Bibente conuiua,menſam uel repoſitorium tolli,inauſpicatiſſimum habetur. Idem lib 9 ca.11. Teſtudinum putamina ſecare in laminas,lectoſq; & repoſitoria his ueſtire,Carbilius Pollio inſtituit.

REPOTIA,orum,(τὰ ἐπαύλια.μετὰ τὴν πρώτην ἡμέραν)dicta ſunt,quum poſtride nuptiarum apud nouum maritum cœnatur: quod quaſi reficiatur potatio. Horat.2.Serm Sat 2 Ille repotia,natales,aliove dierum Feſtos albatus celebret.

Vbi Porphyrio, Repotia,inquit dicebatur dies ille,qui nuptias ſtatim ſequitur Acron contra Repotia interpretatur ſeptimum diem,quo noua nupta redire ſolet ad parentes.

REPRÆHENDO.is,uel per ſyncopam reprendo, {*Riprendere, ripigliare uno di parole*}(ἀναλαμβάνω)retraho,quaſi retro prehendo. Liuius:adeo in-

bati erant dextræ alæ equites,pediteſq; ut quoſdã Conſul Cato,manu ipſe reprehenderit,uerteritq; in hoſtẽ. Propertius:Quàm poſſit noſtros quiſquã reprẽdere curſus. Aliàs ſignificat arguo, increpo, ἐπιπλήττω, ἐλέγχω Cic.4. Acad. Liceat.n hæc quiuis arbitratu ſuo reprehendat Idẽ ad Brutum: Nihil ut in Cæſare reprehẽdere,nonnulla in Hirtio. Hor.1.Epi.18 Nec tua laudabis ſtudia,aut aliena reprendes. Reprehẽſio,onis,uerbale, ἐπίπληξις, ἐλεγμός. Ci.1.de Fin. Quãobrẽ differẽtiũ inter ſe reprehenſiones non ſunt uituperandæ. Reprehenſor,oris,qui reprehendit,redarguitve:Cice.2.de Natu.deo. Nam ut profluens amnis aut uix, aut nullo modo,concluſa autem aqua,facilè corrumpitur:ſic orationis flumine reprehenſoris uitia diluuntur. Reprehenſor,pro emendatore,& correctore. Cice. pro Planc. Nam ſi ita eſſet,quod patres apud maiores noſtros tenere non potuerunt:ut reprehenſores eſſent comitiorum,id haberent iudices, &c. Reprehenſo, as,frequentatiuum. Liu.2.ab urb. Reprehenſans ſingulos,obſiſtens,obteſtanſq; deum hominumq; fidem,teſtabatur,nequicquam deſerto præſidio eos fugere.

REPRÆSENTO,as, {*Rappreſentare*} (παρίστημι) præſentem ſiſto. Colu.li.11.ca.1. Itaque uillicus curabit, ut tuſta reddantur. ſtaq; non egrè conſequetur,ſi ſemper ſe repræſentauerit. Aliquando retribuo,ſoluo Sueton.in Claudio. Repræſentauit us pro opera dignam cuique mercedem. Aliquando reddo, reſtituo. Cice.5.Philip Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet. Nonnunquam refero. Colu. Repræſentant eundem ſaporem oliuarum Cice.pro Seſt. Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ: quod templum repræſentabat memoriam Conſulatus mei. Repræſentare diem promiſſi,eſt quod in diem promiſſum eſt,præſens exoluere,& ſolutionis tempus anticipare. Cicero Tironi:Dies promiſſorum adeſt:quem etiam repræſentabo,ſi ad ueneris. Hinc Repræſentatio uerbale. Pli.lib 9.cap.6. Cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia,quàm carnis immenſæ dentibus truculentæ.

REPRIMO,mis,pen.cor.repreſſi,repreſſum, {*Reprimere,ritenere*} (ἐφίστημι, πιέζω, καταστέλλω) contineo,cohibeo. Cic.1.de Legib. Reprimam iam me,nec inſequar longius,eoq; minus,quo plus pœnarum habeo,quàm petiui Idem 1.de Finib. Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel iam miſſum coerceri,reprimiq; non poteſt. Terent in Adelph. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.D Repreſſi,redij:mitto maledicta omnia. Verg.12. Aeneid. Stetit acer in armis Aeneas uoluens oculos, dextramq; repreſſit. Repreſſus a,um,particip. Cice. pro Lege Man. Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt,ac retardatos. Repreſſor,oris,qui reprimit. Cicer. pro Seſt Extinctorem domeſtici latrocinij,repreſſorem cædis quotidianæ,defenſorem templorum atque tectorum,&c.

REPROBO, {*Rifiutare,riprouare*} (ἀποδοκιμάζω) improbo,reiicio. Cicer. 4.Acad Qui cum Zenonis fuiſſet auditor,reprobauit ea,quæ,&c. Idem libr.1. de Fini. Confirmat autem illud uel maximè,quod ipſa natura,ut ait ille,aſciſcat, & reprobet.id eſt,uoluptatem,& dolorem.

REPROBVS {*Reprobo*} (ἀδόκιμος) non probus,inutilis, quod tamen apud ueteres non facile inuenias.

REPROMITTO,is, (ἀντεγγυάομαι) ſpondeo ſtipulanti. Plautus In Aſinar. Verum iſtuc argentum tamen mihi ſi uis denumerare, Repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram. Cic.poſt red ad Quir. In referenda autem gratia hoc uobis repromitto,ſemperq; præſtabo, &c. Repromitto,pro ſimplici promitto. Suet in Claudio Cæſar cap.20. Fucinum aggreſſus eſt, non minus compendij ſpe quam gloriæ:cum quidam priuato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent,ſi ſibi ſiccati agri concederentur.

REPROMISSO,onis, (ἐγγύησις) ipſe repromittendi actus. Cicer pro Roſc. Com. Roſcius qui ex iuriſperitorum conſilio & auctoritate reſtipularetur à Fannio diligenter,ut quod is egiſſet à Flauio,dimidiam partem ſibi diſſolueret,ſiquidem ſine cautione,& repromiſſione,nihilominibus id Fannius ſocietati,hoc eſt, Roſcio debebat.

REPTILE,lis,pen.cor. {*Ciò che rampa,ciò che rampega*} (ἑρπετόν) quicquid repit,hoc eſt,ſine pedibus progreditur,aut quod pedes habet adeo exiguos,ut eis carere uideatur.

REPTITIVS,a,um,quod clanculum irrepit. Salluſt. in Ciceronem: Vbi M. Tullius leges,iudicia populi Romani defendit,atque in hoc ordine ita moderatur,quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis Africani,ac non reptitius,aſcitus,ac paulo ante inſitus huic urbi ciuis. Sic enim habent uulgata exemplaria. Alijs tamen in codicibus Irreptitius legitur, in quibuſdam etiam Repertitius: quorum utrumuis malim, quàm Reptitius: quod doctæ aures omnino reſpuunt.

REPTO,as,frequent. à repo, (ἑρπύζω) ſæpe, ſeu continuo repo. Claud.2.in Eutrop. Cunctantia,pronus Per uada reptabat cœno ſubmixa tenaci. Lucre.lib 2. Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes. Reptare item dicimus eum,qui ſegniter,& quaſi teſtudineo paſſu incedit:quales ſunt qui in hortis,aut uineis ſpatiantur. Hora.1.Epiſt.4. An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres. Pli.Epiſt.ult lib.1. Scholaſticis porro dominis,ut hic eſt,ſufficit abundè tantum ſoli,ut releuare caput,reficere oculos,reptare per limitem, una ſemita terras,omneſq; uiticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint. Reptatus, partic. Stat.5.Theb. Et Nemees reptatus ager. Reptatus,us, ui, ipſe reptandi actus Plin.lib.14.cap.1. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus hærent,uineamq; faciunt:& aliæ improbo reptatu,pampinorumq; ſuperfluitate peritia domini amplo diſcurſu atria media complentes.

REPVBESCO,is, {*Ringiouenire*} (ἀνηβάω) ruſum pubeſco, ad pubertatem redeo. Col.lib 2.cap.1. Nec reuireſcere,nec repubeſcere poteſt.

REPVDIO,as. {*Ripudiare,cacciare uia la moglie,rifiutare*} (ἀποβάλλω, ἀποπέμπομαι τὴν γυναῖκα) matrimonium dirimo,& quaſi ob rem pudendam uxorem repello. Sueto.in Cæſ. Neque ut repudiaret illam,compelli à Dictatore Sylla ullo modo potuit. Dicitur etiam uxor repudiare maritum. Quint.libro 7.cap.9. Sæpe ſecubanti amatorium dedit,repudiauit. Vlpian.de Diuortijs: Iulianus lib 8 Digeſt. quærit an furioſa repudium mittere,uel repudiari poſſit,& ſcribit furioſum repudiari poſſe. Interdum ponitur ſimpliciter pro non accipio,recuſo,reſpuo,aſpernor, ἀπολέγομαι, ἀποδοκιμάζω. Teren. in And. Repudio cõſilium,quod primum intenderam. Repudiare,& recipere ſunt contraria Vatinius ad Cice.lib.5. Non repudiabis in honore,quem in periculo recepiſti. Dicimus autem Latine,ueuſteq;, Repudiare beneficium,gratiam,conditionem,obſecrationem,periculum,uoluntatem alicuius,auctoritatem. Ille etiam Repudiatus dicitur,qui in comitijs repulſus eſt. Cice pro Plancio. Nunquam enim nobilitas,præſertim integra,atque innocens pop.Rom. ſupplex repudiata fuit. Repudiatio,onis Cice.ad Attic.lib 12. Sed mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit.

Hinc Repudioſus,adiect. Plau in Perſ. Verum uideto,me ubi uoles nuptum dare,ne hęc fama faciat repudioſas nuptias. Id eſt,ut hanc ob cauſam nuptię meę repudientur.

REPVDIVM,pudij, {*Repudio,rifiuto*} (ἀποπομπή) proprie dicitur recuſatio ea,qua uir uxorem à ſe reijcit ob rem aliquam pudendam. Plinius libro 7.capi.36. M.Lepidus Apuleiæ uxoris charitate poſt repudium obijt. Caius l.diuortium. Digeſt. de diuor. In repudiis, id eſt,renuntiationibus comprobata ſunt hæc uerba, Res tuas tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito. Repudium renuntiare. Plautus Aulul. Ia me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi. E Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis? Terentius in Phormi. Iam accipiet,illis repudium renuntiet. Repudium remittere. Terent. Phorm. Cum ego ueſtri honoris cauſa repudium alteri Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.

REPVERASCO,is, {*Ritornar putto, fanciullo*} (ἀναπαιδεύομαι) in puerilem ætatem reuertor, Cice in Cat. Maio. Ex hac ætate repueraſcam, & in cunis uagiam. Interdum ad pueriles nugas,& deliramenta redire. Idem lib 2.de Orat. Cũ is diceret,ſocerum ſuum Lælium ſemper ferè cum Scipione ſolitum ruſticari,eoſq; incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos,cum rus ex urbe,tanquam ex uinculis euolauiſſent.

REPVLSA,æ, {*Repulſa*} (ἀποδοκιμασία) reiectio ab honore,ſed magiſtratu. Dicimus autem Accipere repulſam,& ferre repulſam. Cicero pro Planc. C.Marius duas ædilitias accepit repulſas. Idem ad Attic.libro 5. Quod ſcribis libenter repulſam tuliſſe eum,qui cum ſororis tuæ filio patruo certaret. hoc magni amoris ſignum.

REPVGNO,as, {*Reſiſtere,contradire,contraſtare*} (ἀντιμάχομαι) reſiſto, contradico,obſiſto,refragor. Cicer.de Amic. Cum autem omnium rerum ſimulatio eſt uitioſa,tollit enim iudicium ueri,idq; adulterat,tum amicitiæ repugnat maximè. Hinc Repugnantia,æ,contrarietas Cicero 2.Philip. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uideas,nihil profectò ſapis. Repugnax,acis, contumax,qui obſiſtit,& reluctatur. Cic.1.de Orat. Te repugnacem in diſputando eſſe uiſum. Repugnanter,aduerb. Cic. in Cat. Maio. Alterum patienter accipere,non repugnanter.

REPVLLVLO,as {*Ripullulare*} (ἀναβλαστάνω) iterum pullulo. Pli.li.16. cap.10. Larix uſta radicibus non repullulat,picea repullulat. Hinc Repullulaſco,is,rurſus pullulaſco,& nouos pullos,hoc eſt,noua germina emitto. Colu.lib. 4.cap.22. Vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulaſcant.

REPVMICO,as,rurſum pumico. Hinc Repumicatio,uerbale quod de arboribus dicitur,quandoque gemmæ hirſutæ propter frigus expoliuntur ipſo uere. Plin.lib.17.cap.26 Gemmas ſi frigus retuderit,hirſutaſq; fecerit,remedio eſt repumicatio,& quædam politura.

REPVNGO,is, {*Repungere*} (ἐξαλείφω) quando de ratione,uel calendario loquimur facit præteritum repunxi:quando uero uicem redditam oſtendimus,repupugi, ἀντινύττω. Cic. Lent. Darent mihi ipſi alium Publium, in quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere.

REPVRGO,as, {*Repurgare,ricettare*} (ἀνακαθαίρομαι) idem quod purgo, uel diligenter emundo. Plin.lib.19 cap.10 Enecant cyminum ab imo dorſo,niſi repurgetur Ouid.de Nuce: Dumq; repurgat humum, collectaq; ſaxa remittit. Idem 5.Metamor. Victoq; Aquilonibus Auſtro Fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.

REPVTATIO,onis, (ἀναλογισμός) actus reputandi,& conſideratio. Pli.lib. 10 ca.37. Harum uolatus in reputationem cæterarum quoque uolucrum nos impellit. Gell.lib.12.cap.5. Per incrementa ætatis exorta è ſeminibus ſuis ratio eſt, & intendendi conſilii reputatio,& honeſti contemplatio.

REPVTO,as, {*Riputare*} (ἀναλογίζομαι, ἀναπολῶ) mente reuoluo,animo expendo. Salluſt. in Catil. Cum ſententias quorundam mecum reputo. Cic poſt red. Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipſe reputaui. Nonnunquam reſeco,ſiue minorem ſummam à maiori deduco (ἀποτίμνω) Vlpian.de adminiſtr.& pericul.tutor. Item ſumptus litis tutor reputabit,ſi ex officio neceſſario habuerit aliquo exire,uel proficiſci.

REQVIES,ei, {*Requie,riposò,quiete*} (ἀνάπαυσις) ceſſatio à labore. Ouid. Epi 4. Quod caret alterna requie,durabile non eſt. Verg 4. Aenei. Tempus inane peto requiem ſpatiumq; furori. Legitur & genitiuus Requietis. Cic 1.de Finib. Et ad dolores ita paratus eſt, ut meminerit maximos morte finiri,paruos multa habere interualla requietis. Idem in Cato. Maiore: Vt neq; ſenectutis requiem oblectamentaq; noſcatis.

REQVIESCO,cis, {*Riposarſi*} (ἀναπαύομαι) ceſſo à labore, quietem ago ut Requieſcere à Reipub. muneribus,apud Cice.2.Offic. Verg.1. Eclog Hic tamen hac mecum poteras requieſcere nocte Fronde ſuper uiridi. Cic. in Verr. Cũ drutius in eo negotio,curaq; fueram,ut requieſcerem,curamq; animi leuarem, ad Carpinatium reuertebar. Requieſcere in ſpe cuiuſpiam, eſt ſpem omnem in illo repoſitam habere. Cicero pro Cælio. Qui hoc unico filio nititur, in huius ſpe requieſcit. Legitur & actiue poſitum,pro eo quod eſt ſiſtere, & quietũ reddere, ἀναπαύειν. Verg. Pharmaceutria: Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

REQVIRO,is,penult product. {*Ricercare*} (ἐπιζητέω) multum & diligenter quæro. Terentius in Phorm. Abi Phædria,eum require,atque adhuc huc,

Ponitur aliquando pro interrogare, πυνθάνεσθαι. Plinius Epiſtol.137. A quibus libenter requiſierim,cur concedant,&c. id eſt,quos libenter interrogauerim. Aliquando pro eo quod eſt quippiam in homine aliave re deſiderare. Cicero in Parad. In quo equidem continentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum prudentiam requiro. Nonnunquam pro opus habere. Idem 1.de Finib. Virtutem autem nixam hoc honeſto,nullam requirere uoluptatem. Cic pro Lege Manil. In hoc bello Aſiatico nõ ſolum militaris illa uirtus,quæ eſt Cn.Pompeio ſingularis,ſed aliæ quoque uirtutes animi multæ,& magnæ requiruntur. id eſt, neceſſariæ ſunt. Hinc Requiſito,as,frequentatiuum. Plaut. in Moſt. Quid tu oneſus res nouas requiritas.

RES rei, {*Coſa, importanza, negotio, impaccio, trauaglio, robba*} (πρᾶγμα) generalem habet ſignificationem. Nam (ut Paulus Iureconſultus inquit) tam corporalia, quàm incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ uere tangi poſſunt ut homo, ueſtis. Incorporales, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt iſta, quæ in iure, conſiſtunt, ſicut hæreditas, uſusfructus, obligationes. Aliquando ita accipitur, ut uerbo opponatur, hoc eſt, pro re per uoces ſignificata. Cice. de Orat. Sine re nulla uis uerbi eſt. Idē 4. Tuſcul. Rem opinor, ſpectari oportere, non uerba. Horat. in Arte: Verbaq́ prouiſam rem non inuita ſequentur. Nonnunquam ita, ut opponatur perſonæ. Vnde loci argumentorum partim à rebus, partim à perſonis ſumi dicuntur. Sumitur & pro contentione, lite, negocio, ſiue commercio. Ci. pro Sext. Roſcio. Tecum mihi res eſt T. Roſc. Terent. Quid huic rei eſt? id eſt, negotii. Cice. pro Muræn. Nondum potuiſſe ſtatuere Iureconſultos, utrum rem, an litē dici oporteret. Item pro imperio, ἀρχή. Verg. 3. Aen. Poſtquam res Aſiæ, Priamiq́ euertere gentem Immeritam uiſum ſuperis. Item pro actu uenereo, συνουσία. Idem in Eunucho: Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hoſpite. Donatus. Rem habere, honeſtè res impura dicitur. De tribus hiſce poſtremis ſignificationibus Auſonii uerſus eſt in Monoſyllabis, Imperium, litem, uenerem, quæ una notet res? Item pro experientia, ſiue effectu, ἔργον. Terent. in Adelph. Re ipſa reperi, facilitate nihil eſſe melius, neque clementia. Cic. in Catone: Habui hæc de ſenectute quæ dicerem uobis, ad quam utinam perueniatis, ut ea quæ ex me audiſtis, re ex parte probare poſſitis. Item pro periculo. ut apud Terentium in Phorm. Verum pone eſſe uictum eum, tandem, tamen non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ. Dicere uel cogitare quod res eſt, hoc eſt, ueritatem dicere, uel cogitare. Teren. in Adel. Verum cogito quod res eſt. Res item (οὐσία) pro bonis ſiue ſubſtantia accipitur. Teren. Phor. At ſi talentum rem reliquiſſet decem, primus eſſes. Vnde dicimus Rem habere, pro eo quod eſt, diuitem eſſe. Cice. 2. Off. Non eſſe duo hominum millia, qui rem habeant. Rem augere, id eſt, locupletari. Idem pro Rab. Poſthumo: Rem bonis & honeſtis rationibus auxit. Rem facere, idem. Horat. 1. Epiſt. Iſne tibi melius ſuadet, qui ut rem facias, rem, Si poſſis rectè, ſi non, quocunque modo rem, &c. Auidus ad rem, id eſt, auarus. Terent. Eunu. Eius frater aliquantulum eſt ad rem auidior. Interdum Res accipitur pro utilitate, τὸ συμφέρον. Terent. Hecy. Si in rem eſt Bacchidis. Ex re ipſa natum dicitur, quod extemporale eſt. E re nata: id eſt ex occaſione. Pro re nata: id eſt, pro euentu rei & occaſione. Ab re, aliquando ponitur pro ab euentu.

Ad rem uerba conferre is dicitur, qui aggreditur agere, quod dixit. Terent. Andr. Tam diu eius magnifica uerba pati poſſumus, quàm diu uerba ſunt. Cæterum ſi ad rem conferantur, uapulabit. Res Romana, à Liuio ſæpe ponitur pro acie Romana. Sed res Romana, inquit, erat ſuperior. Ponitur res aliquando pro modo, ſeu ratione. Plaut. in Rud. Iam reperi rem, quo pacto nec fur, nec ſocius fies. Re uera, duæ dictiones ſunt, idem ſignificantes, quod reipſa, uel uti ueritas ſe habet. Cic. pro Cluen. Verbo ille reus erat, re quidem uera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. Horat. li. 2. Serm. Saty. 7. Velut ſi Re uera pugnent, feriant, &c. Alias res agere dicitur, qui non attendit ad id, quod aut dicit, aut facit. Cic. ad Caſſium lib. 15. Itaque facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam. Huius diminutiuum, eſt Recula, πραγμάτιον, ut à ſpes Specula.

RES COMPERENDINATA, (ὑπερήμερος δίκη) dicitur quum iudicium in diem tertium dilatum eſt.

RES IVDICATA, (τὸ κεκριμένον) dicitur, quæ finem controuerſiarum pronuntiatione accipit, quod uel cōdemnatione, uel abſolutione contingit, ut auctor eſt Vlpianus. Digeſt. de Re iudicata.

RES FORENSIS, (ἀγοραῖον πρᾶγμα) dicitur cauſa, quæ agitur in foro, et ad cauſidicos pertinet.

RESALVTO, reſalutas, {*Riſalutare*} (ἀντιπροσαγορεύω) ſalutātem ſaluto. Mart. li. 4. Securus nullum reſalutas, deſpicis omnes. Cice. 2. Philip. Sed tum nimis inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum.

RESARCIO, cis, reſarſi, reſartū, {*Riſar di nuouo*} (ἀνακαταρράπτω) quod diſſutū, aut ſciſſum erat, denuo ſarcio. Terent. Adelph. Fores effregit? reſtituentur. diſcidit ueſtem? reſarcietur.

RESARRIO, is, (ἀνασκαλίζω) ruſus ſarcio. Plin. lib. 18. cap. 20. Cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos.

RESCINDO, {*Sfendere, tagliare, diſtruggere*} (ἀναρρήγνυμι, ἀποτέμνω, ἀνασπάω) ſcindo, tollo, auſero, deſtruo, reuello. Cæſ. lib. 1. Bell. Gall. Pontem qui erat ad Genuā, iubet reſcindi. Propriè tamen ad ea pertinet, quæ ſcinduntur, reſecanturve ferro, aut alio quouis inſtrumento. Colum lib. 2. Et quæ falx reliquerit, priuſquā inareſcant, uomis reſcindit, atque obruat. Id enim cedit pro ſtercore. Verg. libr. 3. Georg. Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt. Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os: alitur uitium, uiuitq́ tegendo. Id eſt, aperire. Idem lib. 1. Georg. Coelum reſcindere fratres Ter ſunt conati. id eſt, oppugnare. Aliquando nō ratum habere, irritum facere, abrogare, abolere, ἀναιρεῖν. Sall. in Iugurt. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquennii conſulta, & decreta omnia reſcindi. Id eſt, tolli, & deſtrui. Terent. in Phorm. Mihi nō uidetur, quod ſit factum legibus, Reſcindi poſſe. Reſciſſus, particip. Lucan. lib. 4. Reſciſſoq́ nocent ſuſpiria dura palato.

RESCISCO, is, ſiue Reſcio, is, {*Riſapere*} (μανθάνω, πυνθάνομαι) eſt factum aliquod occultum, aut inopinatum, inſperatumq́ cognoſco. Teren. in Adel. En tibi, reſciuit omnem rem. id eſt, quod occultum putabamus, præter noſtram opinionem cognouit. Aliquando ſignificat rem poſtquam geſta eſt, ſcio, quam neſciebam, quum gereretur. Teren. Hecy. Omnia omnes ubi reſciſcunt, hi quos par fuerat reſciſcere, Sciunt.

RESCRIBO, is, {*Riſcriuere*} (ἀντεπιστέλλω, ἀντιγράφω) ſcripto reſpōdeo. Ouid. 1. Epiſto. Nil mihi reſcribas, attamen ipſe ueni. Reſcribere argentum, eſt remunerare, ſiue per menſæ ſcripturam reddere. Terent. in Phorm. Atque illud mihi argentum rurſum iube reſcribi. Vbi Donatus, Reſcribi (inquit) id eſt, reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari quoniam enim ad pecuniæ remunerationem antecedit ſcriptura, quam hodie chirographum uocamus, ideo reſcribere dicebant pro remunerare. Seruius: Scribi eſt dari. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 3. Scribe decem Nerio. non eſt ſatis adde Cicutæ Nodoſi tabulas centum. Reſcribi uero reddi. Idem paulò pòſt. Putidius multo eſt cerebrum (mihi crede) Perilli. Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis. Ponitur aliquando Reſcribo, pro eo quod eſt, ſcribere contraria iis, quæ alij ſcripſerunt. Quinti. libr. 10. cap. 5. Melius hoc, quàm reſcribere ueteribus oratoribus. Hinc reſcriptum, pti, quod ſignificare uidetur id genus epiſtolæ, qua Imperatores, aut ſummi pontifices conſulentibus ſeſe reſpondent. cuiuſmodi ſunt quas Decretales uocant. Vlpian. in l. i. ff. de Appell. Quæſitum eſt, an aduerſus reſcriptum principis prouocari poſſit.

RESECO, cas, pen. cor. ſecui, ctum, {*Tagliar uia, ritagliare*} (ἀποτέμνω) amputo, abſcindo. Ouid. 11. Metam. Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos Viderat hoc famulus. Cic. 2. de Diuin. Aut quorum linguæ ſic inhærerent, ut loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberentur. Idem in Piſon. Quem Carthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt. Reſecare ad uiuum, eſt aliquid nimium ſtrictè, &. quod dicitur ad regulam reuocare: translatione ſumpta ab iis, qui uel ungues uſque ad uiuum, uel arbores uſque ad radicem reſecant. Cice. de Amic. Nec id ad uiuum reſeco, ut ij qui hæc ſubtilius diſſerunt. Reſecare libidinem. Cice. ad Atti. lib. 1. In qua ego nactus (ut mihi uidebar) locum reſecandæ libidinis. & coercendæ iuuentutis, uehemens fui.

Reſecare audacias & libidines, apud eundem 5. Verrin. Reſectus, ta, tum, particip. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 10. Barba reſecta mihi bisve, ſemelve fuit. Reſectio, onis, actus reſecandi. Colum. de Arborib. Quæ ex reſectione enata fuerit, eum inutilem habebit.

RESECRO, as, {*Pregare piu uolte*} (ἀναλιταίνω) iterum obſecro, itero obſecrationem. Plautus in Aulul. Reſecro mater, quod dudum obſecraueram.

Item religione ſoluo, (ἀφοσιοῦμαι) uti quum reus populum comitiis orauerat per deos, ut eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eū reſecrare. Hęc Feſtus.

RESEDA, dæ, herba, quæ apud Ariminum copioſe prouenit, ſedandis collectionibus, inflammationibusq́ utilis. Plin. lib. 27. cap. 12. Circa Ariminum nota eſt herba, quàm Reſedam uocant. Diſcutit collectiones inflammationesq́ omnes. Qui curant ea, addunt hæc uerba: Reſeda morbos reſeda, ſcis'ne, ſcis'ne, quis hic pullos egerit? radices, nec pedes, nec caput habeant. Hæc ter dicunt, totiesq́ deſpuunt.

RESEGMEN, inis, (ἀπότμημα) quod à re quapiā reſecatur: ut, Reſegmen unguium, (ἀπονύχισμα) quod ex unguibus amputatur. Pli. lib. 28. ca. 15. Nec pauci apud Græcos ſingulorum uiſcerum, membrorumq́ etiam ſapores dixere, omnia perſecuti uſque ad reſegmina unguium.

RESERO, ras, pen. cor. {*Aprire*} (ἀνοίγω) aperio, à ſera deductum. Cic. 2. Offic. Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. Verg. libr. 12. Aeneid. Vrbem alij, reſerare iubent, & pandere portas Dardanidis. Val. Flac. 2. Argon. Hoſpitibus reſerans ſecreta Thyotes. Reſeratus, particip. Ouid. 2. Faſt. Et ſex reſerata diebus Carceris Aeolii ianua lata patet.

RESERO, is, pen. co. reſeui, reſatum, {*Ripiantare, riſeminare*} (ἀναφυτεύω) rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. Plin. libr. 18. cap. 20. Nam quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio.

RESERVO, as, {*Riſerbare*} (ταμιεύω) in aliud tempus, uel in futurum ſeruo. Cice. ad Q. fra. lib. 2. Præſenti ſermoni reſeruentur cætera. Idem in Orato. Vſum loquendi populo conceſſi. ſcientiam mihi reſeruaui. Verg. 4. Aeneid. Nam quid diſſimulo, aut quæ me ad maiora reſeruo?

RESES, idis, {*Tardo, ocioſo*} (χαλαρός, νωθής) ſegnis, otioſus, & à ſolito labore, ſeu opere deſuetus. Liu. lib. 2. Timuere patres reſidem in urbe plebem, incerti, manere eā, an abire mallent. Verg. lib. 6. Aen. Otia qui rumpet patriæ, reſideſq́ mouebit Tullus in arma uiros, etiam deſueta triumphis Agmina. Idem 1. Aen. Et uiuo tentat præuertere amore Iam pridem reſides animos, deſuetaq́ corda. Id eſt, pigros. Reſes aqua à Varr. 3. de Re ruſt. cap. 17. Dicitur, quæ non fluit.

RESEX, reſecis, pen. cor. {*Raſolo*} ſarmentum annotinum quod putatur, ut fructū ferat. Col. lib. 2. cap. 10. Nam confiteor pampinarios quoque cum è duro prorepſerint, tempore anni ſequētis acquirere foecunditatem, et ideo in reſecem ſummitti, ut progenerare poſſit. Verum eiuſmodi partum comperimus non tam ipſius e ſecis, quàm materni eſſe muneris.

RESIDEO, es, pen. pro. {*Riſedere, ſedere, ſentare*} (καθέζομαι) quieſco, ſedeo, firmiter ſto. Verg. 7. Aene. Omnisq́ repente reſedit Flatus. Reſidere eſuriales ferias, eſt otiari, agereq́ ferias eſuritione plenas. Plaut. in Capt. Ita uenter, gutturq́ reſident eſuriales ferias.

RESIDO, is, pen. pro. (ἀνακαθίζω) idem ferè quod reſideo, niſi quod motū quendam importat: quaſi ad reſidendum deſcendo. Pli. Iunior libr. 9. Epiſt. Nominè Conſul, Secunde, ſententiæ loco dices, ſi quid uolueris: Permiſeris inquam, quod uſque adhuc omnibus permiſiſti: reſido: aguntur alia interea. Ver. 6. Aene. Tumida ex ira tum corda reſidunt.

RESIDVVS, a, um, adiect. {*Reſto*} (λοιπός, ὑπόλοιπος) idem quod reliquus. Plancus Cice. lib. 10. Epiſt. Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe.

Reſiduus, pro Relictus. Sueton. Auguſt. cap. 37. Inſtrumenti eius, & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc reſiduis lectis, atque menſis, quorū pleraq́ uix priuata elegantia ſunt.

RESIGNO, as, {*Sbollare, aprire, slegare, come ſon lettere*} (παραλύω, ἀποσφραγίζω) quod ſignatum erat aperio, relaxo, patefacio: ut Reſignare literas. Eſt enim contrarium ſuo ſimplici ſigno, quod eſt annulo ſigillum primo. Plautus in Trin. Iam ſi obſignatus no feret, dici hoc poteſt, apud portitorem eas res reſignatas tibi, inſpectasq́ eſſe. Cic. Atti. li. 11. Quas ſi putabis illi ipſi utile eſſe reddi, reddes. nihil me lædet. Nam quod reſignatæ ſunt, habet opinor, eius ſignum Pomponia. Hinc Reſignatio teſtamentorum appellata. Horat. 1. Epiſt. 7. Et opella forenſis Adducit febres, & teſtamenta reſignat. Item Reſignare, eſt perfectè ſignare, κατασημαίνομαι. Col. lib. 3. Priuſquam arbuſculas transferas, rubrica reſignato, ut iiſdem quibus antè ſteterunt, conſtituas eas. Item claudere, Verg. lib. 4. Et lumina morte reſignat. Antiqui etiam reſignare, pro reſcribere, (ἀντιγράφειν) dicebant: ſicut ſubſignare, pro ſubſcribere. Reſignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum, iuſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Auctor Feſtus. Item reſignare reddere, quod fit cum in libris datorum & acceptorum pecuniam, quam acceptam ſignauimus, redditam demonſtramus. Hora. li. 3. Carm. Ode 19. de Fortuna: Si celeres quatit Pennas, reſigno quæ dedit. Idem 1. Epiſt. 7. Hac ego ſi compellar imagine, cūcta reſigno.

Ponitur aliquando pro perimo, abrogo, diſſoluo. Ci. pro Arch. Nam cū Ap-

pū

pii tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas poſt damnationem calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet, &c. Budæus.

R E S I L I O, reſilis, ſecũda ſyllaba cor. {*Saltar in dietro*} (ἀναπηδάω, ἀναθρώσκω) ſaltu retrocedo, ſubito pedem refero. Quadrigarius lib. 6. Sertorius cautè dextrum humerum ſauciat, atque reſilit. Reſilire item dicitur mamma, cum ſterileſcit, lactis materia deorſum reuocata. Pli. lib. 11. cap. 14. Detracto mamma alũno ſuo ſterileſcit illico, ac reſilit. Reſilire item dicitur, quod corpori illiſum, repellitur atque repercutitur. unde per tranſlationem Crimen ab aliquo reſilire dicimus, pro eo quod eſt, non hærere, aut non quadrare in illum, cui obiicitur. Cicero pro Roſcio Amerino: Vbi ſcopulum offendis eiuſmodi: ut non modo ab hoc crimen reſilire uideas, uerum omnem ſuſpicionem in uoſmetipſos recidere intelligas. Hinc deducitur Reſultare, frequentatiuum, de quo infra ſuo loco.

R E S I M V S, a, um, pen. pro. {*Eleuato*} (ἀνάσιμος) ex Re, & Simus, idem eſt, quod ſimus. hoc eſt, qui nares habet depreſſas, extremitate ſurſum reflexa. Vnde à Vergilio capellæ dicuntur ſimæ, 10 Eclog. Dum tenera attondent ſimę uirgulta capellæ. Seruius: Simæ Græcum eſt nomen. i. preſſis naribus: unde & Simias dicimus. Reſimus, utitur Colum. lib. 6. cap. 1. loquens de boum indole. Parandi (inquit) ſunt boues naribus reſimis, patulis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9.

R E S I N A, æ, pen. cor. {*Ragia, gomma*} (ῥητίνη) humor tenax ex arboribus defluens, in iiſdemq; reſidens. Eius duæ præcipuæ ſunt ſpecies, arida una, humida altera. Et proſus omnis ſtomacho conducit, & ſanguinis reiectioni. in primisq; probatur, quæ à terebintho arbore Terebintina eſt appellata. Naſcitur in Arabia in Iudęa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præſtantior eſt, uitri colorem habens, & nonnihil cærulei.

R E S I N A T V S, a, tum, {*Coſa imbrattata da ragia, da gomma*} (ῥητινωτὸς) quod eſt reſina illitum, ſicut à pice Picatum. Iuuen. Saty. 8. Quid enim reſinata iuuentus. Reſinatum, cui reſina admixta eſt. Vinum reſinatum, (ῥητινίτης οἶνος) reſina conditum. Mart. lib. 3. Reſinata bibis uina, Falerna fugis. Plin. libr. 23. cap. 1. Nouitium reſinatum nulli conducit.

R E S I N O S V S, adiect. (ῥητινώδης) quod reſina abundat. Plin. libr. 15. cap. 7. Eſt enim pinguiſſima, & reſinoſiſſima.

R E S I N A C E V S, adiect. quod reſinam refert, {*Coſa che ſa la ragia, gomma*} Plin. lib. 24. cap. 11. Alterum ſterile, alterum cui, & caulis, & ſemen reſinaceum quod Cancrys uocatur.

R E S I P I O, is, reſipui, & reſipiui, reſipere, {*Patire ſapore*} ex Re, et Sapio cõpoſitum: idem ſignificat quod ſaporem rei alicuius refero: ut cum dicimus, Vinum reſipit picem, hoc eſt ſaporem picis refert. Plin. li. 14. cap. 1. Iam inuenta uitis per ſe in uino picem reſipiens. Reſipere item, (ἀνασωφρονεῖν) dicitur is, qui ad mentis ſanitatem redit, qui ve ex prodigo, & inutili factus eſt frugi. Teren. in Heauton. Multo omnium nunc me fortunatiſſimum Factum puto eſſe gnate, cum te intelligo reſipiſſe. Cic. ad Atti. lib. 4. Vix aliquando te auctore reſipui.

R E S I P I S C O, ſcis, {*Tornar in ceruello*} (ἀνανήφω) ad mentis ſanitatem reſideo. Liuius libro 6. Bell. Macedo. Vt tunc ſaltem regiam uanitatem experti, reſipiſcerent.

R E S I S T O, is, {*Reſiſtere*} (ἐφίσταμαι, ἀνθίσταμαι) gradum ſiſto, reſiſto. Liuius lib. 1. ab urb. Reſtitere Romani, tanquam cœleſti uoce iuſſi. Ouid. 5. Faſt. Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores. Verg. 4. Aeneid. Incipit effari mediaq; in uoce reſiſtit. Accipitur aliquando Reſiſtere pro aduerſari, ſeu repugnare, ἀντιτείνειν, ἀντιστῆναι. Cic. Atti. Sero reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos. Idem de Leg. agrar. contra Rullum: Vis Tribunitia nonnunquam libidini reſiſtit Conſulari.

R E S O L V O, is, {*Slegare*} (ἀναλύω) diſſoluo quod ligatum erat. Ouid. 2. Metamor. Et uelate caput, cinctasq; reſoluite ueſtes. Ponitur & pro mollire, ſiue ſubigere. Colum. lib. 2. cap. 2. Ex his nihil non melius reſoluta humo, quàm denſa ꝓuenit. Item pro deſtruere, amouere, καταλύειν. Verg. lib. 1. Georg. Inuitat genialis hyems, curasq; reſoluit. i. amouet. Nonnunquam etiam pro numerare pecuniã creditoribus, aut aliis quibus promiſimus. Plaut. in Epid. Nam leno omne argentum abſtulit pro fidicina, ego reſolui. Item pro refellere. Quint. libr. 5. Reſoluere ex parte diuerſa dicta, difficile erit. Reſolutus, a, um, particip. Tibull. lib. 1. Eleg. 3. Comas reſoluta puella. Ouid. 15. Metam. Reſolutaq; tellus in liquidas rareſcit aquas.

R E S O N O, as, penul. correp. {*Riſonare*} (ἀντιβρύχω, ἀπηχέω) ſonum refero. Verg. 1. Eclog. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Idem lib. 5. Aeneid. Reſonat clamoribus æther. Accipitur & pro ſimplici ſonare, ſiue ſonum edere. Ci. 1. Tuſc. Qui cum coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrãnorum uenenum, ut ſitiens, obbibiſſet, reliquũ ſic a poculo eiecit, ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito arridens. Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. Reſonans, tis, particip. Verg. 1. Georg. Aut reſonantia longè Littora miſceri, & nemorum increbreſcere murmur. Reſonus, a, um, Ouid. 3. Metam. Hæc reſonis iterabat uocibus eheu.

R E S O R B E O, bes, reſorbui, & reſorpſi, reſorptũ, {*Riſorbere*} (ἀναρροφῶ, ἀναβρόχω) proprie eſt iterum ſorbere, quod quis euomit. Ouid. 12. Epiſt. Quęq; uomit totidem fluxus, totidemq; reſorbet. Pli. lib. 9. cap. 43. Hamo deuorato, omnia interanea euomunt, donec hamum egerant: deinde reſorbent. Verg. 11. Aenei. Nunc rapidus retro, atque æſtu reuoluta reſorbens Saxa fugit, littusq; uado labente relinquit.

R E S P E C T O, as, {*Guardare à dietro, guardare con gli occhi uolti alla terra*} (ἀποβλέπω) frequentatiuum eſt à Reſpicio, idem ſignificans, quod identidem oculos deorſum flecto, uel oculis reflexis, quempiam aſpicio. Verg. 11. Aeneid. Bis reiecti armis, reſpectant terga tegentes. Cice. pro Seſtio: Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes, & reſpectantes intueamur. Per tranſlationem nonnunquam ſignificat miſereri, ſeu propitium eſſe. Verg. 1. Aeneid. Siqua pios reſpectant numina.

R E S P E C T V S, us, (ἀπόβλεψις) modo ipſam reſpectionem ſignificat. Plaut. Et me reſpectu terruit. Modo rationem, qua ad aliquid agendum mouemur, λόγον. Pli. Namque eo reſpectu commotus abſceſſerat. Aliquando id quod aſpicitur. Cice. de Dom. Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. id eſt, horrendum ſpectaculum.

R E S P E R G O, gis, reſperſi, reſperſum, {*Riſpargere, imbrattarſi*} (ῥαντίζω) eſt re aliqua liquida perfundo, uel irroro. Liu. 1. ab urb. Hinc patres, hinc uiros orantes, ne ſe ſanguine nefando ſoceri, generiq; reſpergerent. Cice. 7. Verr. Cum Prętoris nequiſſimi inertiſſimiq; oculos prædonum remi reſpergerent. Reſperſus, a, um particip. Liu. 4. Bell. Pun. Reſperſæ matris cruore uirgines. Manus reſperſæ ſanguine, Cicero pro Roſcio Amerino. Reſperſus, us, ui, (ῥαντισμός) ipſe reſpergendi actus. Plin. lib. 10. c. 3. Hæc cauſa eſt gregatim auibus uolandi: quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pennarum hoſtem obcæcantes. Reſperſio, onis, idem. Cic. 2. de Diuin. Habes & reſperſionem pigmentorum, et roſtrum ſuis, & alia permulta.

R E S P I C I O, is {*Riguardare, guardare indietro, hauer riſpetto, aiutare*} (ἀποβλέπω) retro aſpicio, oculos reflecto. Plaut. in Aul. Tu ſi ex hoc loco digitum tranſuerſum, aut unguem latum exceſſeris, aut ſi reſpexeris donec ego te uiſero.

Interdum refertur ad animum, pro eo quod eſt, præter ita mente reuolno, ἀναλογίζομαι. Cic. pro Archia. Nam quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiam recordari, &c. Reſpicere ſe eſt, habere rationem ſui, proſpicere ſibi, & rebus ſuis conſulere. Plancus Ciceroni. Quod ſi aut Cæſar reſpexerit ſe, aut Africanæ legiones celeriter uenerint, ſecuros uos ex hac parte reddemus. Terent. in Phorm. Reſpice ætatem tuam. id eſt, proſpice ætati tuæ. Idem Heau. Denique nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Id eſt, non parcis ætati tuæ, neque ullam ſalutis tuæ rationem habes. Nonnunquam faueo, miſereor, adiuuo, opem fero. Item in Andr. Charine, me & te imprudẽs, niſi quid Dii reſpiciunt, perdidi. Et in Phorm. Dii nos reſpiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio. id eſt, diligunt.

R E S P I R O, penul. produ. {*Reſpirare*} (ἀναπνέω) anhelitum recipio, ſpiritum duco, animum attraho, & emitto. Cic. pro Roſc. Amer. Cum tot, tantisq; negotiis diſtentus ſit, ut reſpirare libere non poſſit. Interdum efflo, exhalo, odorem emitto, ἐκπνέω. Stat. 2. Syl. Inde malignum Aera, reſpirat pelago circumflua Neſis. Per tranſlationem accipitur pro recreari, refici. ἀναπνεῦσαι, ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν. Cicer. Aulo Torquato. Si armis aut conditione poſitis, aut fatigatione abiectis, aut uictoria detractis, ciuitas reſpirauerit: et dignitate tua tibi, et fortuna uti licebit. Hinc Reſpiratio uerbale, (ἀναπνοή) anhelitus receptio, attractio & emiſſio anhelitus, à pulmone per aſperam arteriam. Plin. libro 9. cap. 7. Quis enim ſine reſpiratione ſomno locus? Nonnunquam idem quod euaporatio, ἀναθυμίασις. Cicero ſecundo de Natur. Deorum: Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum: earum enim quaſi uapor quidam aer habendus eſt. Reſpiratus, us, ui, idem quod Reſpiratio. Cicero 2. de Natu. Deor. in pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. Reſpiramen, inis, pro halitu, ſeu meatu ſpiritus. Ouidius 2. Metamorph. Vitalesq; uias, & reſpiramina clauſit. Ibidem Eliduntt fauces, & reſpiramen, iterq; Eripiunt animæ.

R E S P L E N D E O, des, {*Riſplendere*} (ἀποστίλβω, στίλβω) idem quod ſimplex Splendor. Cicer. 2. de Finib. Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent: reſplendeat iis ueſtis.

R E S P O N D E O, des, reſpõdi, reſponſum, {*Riſpondere*} (ἀποκρίνομαι, ὑποκρίνομαι) poſteriore loco dico. Plautus in Pſeud. Reſponde, quod rogo. Dicimus autem Reſpondeo tibi, & ad te. Plinius. Cum ad eos breuiſſimè reſpondiſſem. Marius ad Cicero libr. 11. Epiſtol. Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, &c. Aliquando ſignificat euentu, & exitu conuenire, conſentire, & congruere, ἐπακολουθεῖν. Vergil. libro 1. Aeneid. Dictis reſpondent cætera matris. Id eſt, conſentiunt, & conformia ſunt. Cicero 1. Tuſcu. Nec tamen ſi qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. id eſt, pares fuerunt. Idem Treb. Cui quidem amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certè reſpondebo. id eſt, ſatisfaciam, uel par ero. Verg. 1. Georg. Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ. Aliquando obiici, ſeu contra poſitum eſſe, ἀντικεῖσθαι. Idem lib. 6. Contrà elata mari reſpondet Gnoſia tellus. Reſponſio, onis, (ἀντίκρισις) ipſe reſpondendi actus. Cic. 3. de Orat. Et quod continuatum, & interruptum, & imago, ſibiipſi reſponſio, & immutatio, et diſiunctio. Idem pro Cor. Balbo: Accuſatoria interpretatio indigna reſponſione. Reſponſor, oris, fideiuſſor, qui pro aliquo ſpondet. Horat. 1. Epiſt. 17. quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

R E S P O N S I T O, as, are, (ἐξηγεῖσθαι) de re dubia conſultus, reſponſum edo, proprieq; ad iuris prudentes, antiſtites, cæremoniarumq; conditores pertinet, & Romæ olim ad Pontifices. Gell. lib. 13. cap. 10. Conſulentibus de iure publice reſpõſitauit. Cic. 1. de Legib. Summos fuiſſe in ciuitate noſtra uiros, qui id interpretari populo, & reſponſitare ſoliti ſint.

R E S P O N S O, as, {*Riſpondere ſpeſſe uolte*} (ἀντικρίνομαι, ὑποκρίνομαι) frequent. à Reſpõdeo. Pla. Menę. Reſpõſa, aut loquere. Reſpõſare palato cibus dicitur, qui minus tener eſt, duritiaq; ſua palato reſiſtet. Horat. in præcepta Catianis: Si ueſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes, Ne gallina malum reſponſet dura palato. Doctus eris uiuam miſto merſare Falerno. Hoc teneram faciet.

R E S P O N S V M, ſi, {*Riſpoſione, riſpoſta*} (ἀπόκρισις, ἀντίκρισις) ipſa reſpõſio. Ter. in prol. Phor. Is ſibi reſponſum hoc habeat: in medio omnibus Palmam eſſe poſitam. Dicimus etiam Dare reſponſum, & Reddere reſponſum pro reſpondere. Cic. 6. Verr. Senatus Sopatro reſponſum nullum dat: ſed commotus, perturbatusq; diſcedit. Ponitur quoque Reſponſum pro oraculo, χρησμὸς, λόγιον. Pli. lib. 15. cap. 30. Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Cice. 2. de Natu deo. Multa ex auſpicum reſponſis commemorare poſſum. Verg. 9. Aeneid. Siqui Phryges præ ſe iactant reſponſa deorum.

R E S P O N S V S, us, {*Corriſpondentia*} (ἐφαρμογή) conuenientia, conſenſusq;. Vitru. Symmetria eſt ex ipſius operis membris cõueniens conſenſus: ex partibusq; ſeparatis ad uniuerſæ figuræ ſpeciem ratæ partis reſponſus. Idem libro 3. cap. 1. Et ex membris ſeparatis ad uniuerſam corporis ſpeciem ratæ partis commenſus fieri reſponſum.

R E S P V B L I C A, æ, {*Republica, città libera*} (πολιτεία) ſtatus liberæ ciuitatis, quæ legibus ſuis regitur. Cicer. 1. Offic. In quo ſi mihi obtemperatum eſſet, ſi non optimam, at aliquam Rempub. quæ nunc nulla eſt, haberemus. Idem Attic. hoc bello uictores quam Rempublicam ſimus habituri neſcio: uictis certè nulla unquam erit.

RESPVO, is, reſpui, reſputū, {*Rifiutare, far poco conto, ſprezzare*} (ἀποπτύω) eſt repudiare, & contemptim ueluti cum ſputo reiicio. Cæſ. 1. Bell. Gall. Non reſpuit conditionem Cæſar, iamq; ad ſanitatem redire eum arbitrabatur. Liu. 2. ab urb. Munera eius in animis hominum reſpuebantur. Cic. 3. de Orat. Quinetiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime uoluptarius: quiq; dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur quàm cito id, quod ualde dulce eſt, aſpernatur, ac reſpuit? Reſpuere auribus, per translationem, pro eo quod eſt loquentem nolle audire. Cice. in Piſo. Quis nos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur? Reſpuere item aures dicuntur, quod earum iudicio deprehendimus non rectè ſonare, Idem de Parti. Quod aures reſpuunt, immutandum eſt. Reſpuere ictus, eſt ictibus non lædi, & duritia ſua ictum quodammodo repellere. Pli. li. 7. cap. 15. Ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum & actum reſpuens. Lucret. lib. 3. Præterea quæcunque manent æterna, neceſſe eſt, Aut quia ſunt ſolido cum corpore, reſpuere ictus. Reſpuere ſecures dicitur lignum, quod ſecuribus non poteſt ſindi. Plin. lib. 17. cap. 10. Quid ſimile originis ſaxe habent malorum, pyrorumq; ſemina: his enim principiis reſpuentem ſecures materiem naſci, indomita ponderibus immenſis præla, arbores uelit, turribus, murisq; impellendis arietes.

Imperium reſpuere. Colum. li. 6. cap 8. Vbi piger iuuencus medius inter duos ueteranos iungitur, aratroq; iniuncto terram moliri cogitur, nulla eſt imperij reſpuendi facultas. Reſpuor, reſpueris, paſſiuum. Lucret. libr 2. Præterea lumen per cornua tranſit, at imber Reſpuitur. Reſpuens, entis, particip. ſeu nomen ex participio. Gell. lib 6. cap. 15. Communium uocem reſpuens mimes.

RESTAGNO, gnas, are, {*Abondare di ſopra, andar fuori*} (ἀναπλημμυρέω) extra redundare, ſeu aquam non continere. Cæſ. 2. Bell. Ciu. Sed hoc itinere eſt fons, quo mare ſuccedit longius, lateq; is locus reſtagnat. Ouid. 11. Metam. Quā reſtagnantis fecit maris unda paludem. Reſtagnatio, onis, (πλημμύρα) inundatio. Plin. lib. 11. cap. 37. Ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Idem lib. 6. ca. 28. Quod abeſſe à Petra decem dierum nauigatione noſtri negotiatores dicunt: Characenorumq; regi parere: & Apamiam ſitam, ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat.

RESTARE, {*Reſtare, rimanere*} (περιλείπεσθαι, ἐπιδεῖν, περιγίνεσθαι) ſupereſſe, reliquum eſſe. Cice in Cato. Nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant. Idem 3. Offi. Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Ouid. lib. 2. Faſt. Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo. Cic. pro Roſc. Amer. Cauſam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat. Terent. in Phorm. Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Item remotum eſſe, uel diſtare, ἀπέχειν. Ennius apud Feſtum: Magnis regionibus reſtat. Item in loco aliquo ſubſiſtere, ſiue remanere, ἐφίσταμαι, ἀντέχεσθαι Terent. in Andr. Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia Cic. pro Ligario: Tertium eſt tempus, quo poſt aduentū Vari in Africa reſtitit: quo ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non uoluntatis. Terent in Eunuc. Vtinam illum dij, deæq; omnes ſenem perdant, qui me hodie remoratus eſt, Meq; adeo, qui reſtiterim. Item reſiſtere, repugnare, ἀντιμάχεσθαι Terent in Heaut. In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Item reſtare, pro relinqui, ſiue reliquum eſſe, ὑπολείπεσθαι. Verg lib. 7. Aen. hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferant. Terent. in Hecy. Quod cū its eſſe inuenero, quid reſtat porro, niſi ut fiam miſer? Cice. 2. de Natu deo. Nec uero dici poteſt, ut quadam maiore fieri, ut contra naturam aſtra moueantur: quæ enim poteſt maior eſſe? Reſtat igitur, ut motus aſtrorum ſit uoluntarius. Hinc Reſito, tas, frequentatiuum: de quo paulò pòſt ſuo loco.

RESTAVRO, as, {*Riſtorare, rinouare*} (ἀνακαινίζω, ἐπισκευάζω) idē quod inſtauro, hoc eſt, reſtituo, redintegro, renouo. Iuſtin. lib 2. Interea & Darius, qui bellum reſtauraret, in ipſo apparatu decidit. Tacitus lib. 3. At Pompeij theatrum igne fortuito hauſtum Cæſar extructurum pollicitus eſt: eò quòd nemo è familia reſtaurando ſufficeret.

RESTIBILIS, le, {*Coſa, che ogn'anno ſi torna à fare*} (παλίμσπορος, παλιμφυής) quod quotannis reſtituitur, & quodammodo renouatur: ut, Ager reſtibilis, qui quotannis ſeritur. Colum. lib. 2. ca. 10. Phaſeolus terræ mandabitur, uel inueterato, uel melius pingui, & reſtibili agro Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato: quod ne fiat, ſolent qui prædia locant, excipere. Reſtibilis ſeges, eſt quæ regerminat, quaſi cuius foecunditas in ſequentem quoq; annum reſtet. Plin. lib. 10. cap. 17. Vbertatis tamen tantæ ſunt, ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. Reſtibile uinetum, dixit Colum. lib. 3. cap. 18. pro eo, quod ſingulis annis repaſtinatur. Reſtibilis foecunditas, eſt continua, & non intermiſſa foecunditas. Pli li. 28 ca. 19. Conceptum leporum utero exēptum, his quæ parere deſierint, reſtibilem foecunditatem afferre putant.

RESTINGVO, ſtinguis, xi, ctum, {*Eſtinguere, ſmorzare*} (ἀποσβέννυμι) à ſtinguo compoſitum eſt. unde & Diſtinguo, et Extinguo. Stinguo uero (ut opinor) ſignificat obſcuro, quod quamuis raro in uſu ſit, legitur tamen apud Cice. ut in Arat. Phænomenis. Quem neque tempeſtas perimet, neque longa uetuſtas Interimet, ſtinguens præclara inſignia coelum. Item in Progno. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radij cæca caligine tecti. Reſtinguere autem, idem eſt, quod extinguere. Plau. in Caſi. Ignem reſtinguunt aqua. Ver. Eclog. 5. Quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo. Per trāſlationem ponitur pro ſedare, lenire. Teren. in Eunu. Hæc uerba una mehercule falſa lacrymula, Quam oculos terendo miſere, uix ui expreſſerit, Reſtinguet. Reſtinctus, reſtincta, ctum, participium. Cice. ad Brutum lib. 12. Ex tuis literis, & ex Græceii oratione, non modo non reſtinctum bellum ſed etiam inflammatum uidetur. Reſtinctio, reſtinctionis, uerbale. Cic. lib. 2. de Finib. Illa autem uoluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

RESTIO, ſtionis, {*Colui che fa le funi, cordaro funiere*} (χοινιοπλόκος) qui reſtes, id eſt funes torquet. Quo etiam nomine dictus fuit proauus Auguſti. Accipitur apud Plautū pro eo, qui ſe penſilem facit laqueo, reſti ſtrangulatus. ait. n. Illi erunt bucceda potius, quàm ego ſim reſtio. Ideſt. Illi potius cædētur bubulis loris, quam ego me ſuſpendam.

RESTIPVLOR, laris, lari, (ἀντιπροσλαμβάνεσθαι) ut Lactantius inquit. eſt contra ſponſionem factam, pecuniam obligare. Val lib. 2. Nec dubitauit reſtipulari.

Reſtipulari dicitur is, qui cum eo certat, à quo ſponſione eſt prouocatus. Budæus. Reſtipulari eſt ſtipulari, ſiue uiciſſim ſtipulari, uel poſt rem actam ſtipulari. Reſtipulatio, onis, uerbale. Cic. pro Roſc. Com. Quis eſt huius reſtipulationis, ſcriptor, teſtis, arbiter?

RESTIS, huius reſtis, {*Fune, corda*} (σχοῖνος, κάλος) funis, à Reſto (ut quidam aiunt) quod quæcunque ligata ſunt, ſtare faciat. Apul. Reſtim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire. Ad reſtim res rediit, dixit Terē. in Phor. pro eo quod eſt, Res cum in ſtatum adducta eſt, ut de ſuſpendio ſit cogitandum.

Reſtim ducere, dicuntur in ſaltatione chori puerorum, puellarumq; manu conſerti. Terent. in Adelph. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. Liu li. 27. Per manus reſte data, uirgines ſono uocis pulſus pedū modulātes inceſſerunt. A qua ſimilitudine alliorū cōnexa capita Reſtes dicuntur. Pli. li. 20. ca 6. Allium ad ſerpentium ictus potum, cum reſtibus ſuis. Hinc Reſticula, æ, diminutiuū. Varr. lib. 1. de Re ruſt. c. 41. Tum enim reſticulas per ficus, quas edimus, maturas perferunt. & eas cum inaruerunt complicant, ac quo uolunt mittunt.

RESTITO, reſtitas. {*Fermarſi piu uolte*} (ἐφίσταμαι, ἀντέχομαι) identidem ſubſiſto, & morā traho. Ter. in Eun. Exi foras ſceleſte, at ēt reſtitas? Fugitiue prodi.

RESTITVO, is, {*Reſtituire, rendere*} (ἀποδίδωμι) modo ſignificat reddo. Teren. in Eun. Primum quod ſoror eſt dicta: præterea ut ſuis Reſtituam, ac reddā. Modo in ſtatum priſtinū reduco ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω, καθίστημι. Iuſtinus: Hunc regno à patre priuatum filius reſtituerat. Et propriè reſtituuntur uolentes, cupientesq;. ut ciuis patriæ, & filius patri. Teren. in Heau. Somnium hercle ego hac nocte oculis non uidi meis, Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerē.

Reſtituere aliquem natalibus, ut ſupra docuimus in dictione Natalis, idem eſt quod hodie dicimus Nobilitare: et Reſtitutio natalium, quam uocamus Nobilitationem. Aliquando Reſtituere, ſignificat inſtaurare, ac reficere, ἀνακαινίζειν. Cic. in Topic. Ei cui domus uſusfructus legatus ſit, non reſtituturum hæredem, ſi corruerit. Cæſ. 1. Bell Gall. Ipſos oppida, uicosq;, quos incēderant, reſtituere iuſſit. In integrum reſtituere, eſt integrum facere, ut prius erat, inſtaurare, reparare. Cæſ. 3. Bel. Ciu. Quæ iudicia, aliis audientibus iudicibus, alijs ſententiam ferentibus, ſingulis diebus erant perfecta in integrum reſtitui. Liu. 1. Bell. Mace Cum præcipitata raptim cōſilia neque reuocari, neque in integrum reſtitui poſſent. Reſtitui ſibi dicuntur uina quæ mutata fuerunt. Pli. lib. 14. cap. 17. Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam, poſtea, reſtituuntur ſibi. Reſtitutio, reſtitutionis, uerbale, (ἀποκατάστασις) repoſitio. Caius l. Plus eſt. Digeſt. de uerbor. ſignifi. Plus eſt, inquit, in reſtitutione q̄ in exhibitione: nam exhibere eſt præſentiā corporis præbere: Reſtituere uero eſt etiam poſſeſſorem facere, fructusq; reddere. Quin. lib. 7. cap. 2. Præmij nomine impetrauit reſtitutionem patris. Cic. in Piſonem: Nemini eſt triumphus honorificētior, quàm mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta. Reſtitutor, oris, qui reſtituit. Cic. pro Milone: P. Lentulus ultor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor ueſtræ uoluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meæ.

RESTO, as, {*Reſtare*} (περιλείπομαι, περιγίνομαι, ἐπιδεῖν) ſuperſum, reliquus uel ſuperſtes ſum. Cic. 3. Offic. Qui è diuiſione tripertita duas partes, abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Cice. de Sene. Nec cum æqualibus ſolum, qui admodum pauci reſtant. Reliqua uide paulo ante in Vrebo Reſtare.

RESTRINGO, is, {*Legare, reſtringere*} (κατασφίγγω) religo, reuincio. Plin. li. 35. Item belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus Alexandro in curru triumphante. Aliquando coerceo, cohibeo, ἐπέχω, περιστέλλω. Pli. Epiſt. 105. Nam ſumptus candidatorum foedos illos & infames ambitus lege reſtrinxit Pli. lib 8. cap. 27. Draco uenam nauſeam ſylueſtris lactucæ ſucco reſtringit.

Aliquando ſoluo, ἀπολύω. Apuleius: Iumentum reſtringit, abireq; ſtabulo liberam ſinit, quod ſtabularius inuentum mox domum reducit. Aliquando rurſus ſtringo. Idē: Et duplici, ne ſolui facile queat, nodo reſtringit. Hinc reſtrictus: aliquando partici. & aliquando nomen: ſignificatq; parcum, tenacem. Ci. ad Attic. An exiſtimas illum in hoc genere Lentulum? an reſtrictum? nemo eſt minus. Idem Appio Pulchro lib 3. Quum natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Hinc Reſtrictè, aduerbi. parcè, tenacitre. Cic. de Amic. Nec ob ſeruare reſtrictè, ne plus reddat quàm acceperit. Reſtrictum, idem, Afranius Thaide, ut citat Nonius: Ea quæ fermè cedere melius conſultoribus, quam reſtrictum cogitata, &c.

RESVLTO, as, {*Saltar all'inſu*} (ἀναθρώσκω, ἀπηχέω) frequentatiuum uſt uerbi Reſilio, idem ſignificans quod repercutior, ſiue reflector. ut cum pila pauimento illiſa, ſurſum reſilit. Transfertur tamen ſæpe ad uocis repercuſſionem, qua montes & nemora quodammodo morari uidentur, & ſubſilire. Verg. lib. 5. Pulſati colles clamore reſultant. Plin. lib. 11. cap. 19. Inimica apibus echo eſt, reſultanti ſono, qui pauidas æterno pulſat ictu.

RESVMO, p. pr. {*Ripigliare*} (ἀναλαμβάνω) rurſus ſumo, repeto. Pli. Reſumptis poſt longam ægritudinem uiribus. Ouid. 9. Metam. Inſtat anhelanti, prohibetq; reſumere uires. Ibidem: Inq; uicem ſumptas ponit, poſitasq; reſumit.

RESVO, reſuis, ſutū, {*Tornar à cuſire, diſcuſire*} (ἀναρράπτω) iterum ſuo, uel quod diſſutum erat, reſtituo. Aliqū tamē legitur pro diſſuere. Suet. in Aug c. 94. Sumenti uirilem togam tunica laticlaui reſuta ex utraq; parte, ad pedes decidit.

RESVPINO, nas. {*Riuoltarſi co'l corpo in ſu, riuolgere ſotto ſopra*} (ἐξυπτιάζω) eſt aliquē ita uertere, uel collocare, ut iaceat ſupinus. Fit. n. Reſupino à nomine Reſupinus quod eſt eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici Supinus. cui opponitur Pronus. Teren. in Phorm. Pone apprehendit pallio, reſupinat, &c. Ponitur aliquando pro peruertere. Iuuen. Saty. 12. Aulam reſupinat amici. Aliquando pro perturbare, uel rem coeptam reuocare. Accius Antigone citat Nonius. Quid agis? pertubas rem omnem, ac reſupinas ſoror.

RESVPINVS, a, um, pen. pr. {*Coſa che ſta co'l corpo in ſu*} (ὕπτιος) idē quod ſupinus hoc eſt, ita procumbens ut pars corporis anterior ſurſum, poſterior deorſum ſpectet: habetq; antitheton Pronus. Plin. lib. 7. ca. 2. Eoſq; Sciopodas uocari, qui in maiore æſtu humi iacentes reſupini, umbra ſe pedum protegunt. Ouid. Epiſt. 15. Et modo cantabam ueteres reſupinus amores.

RESVRGO, is, {*Riſorgere*} (ἀνίσταμαι) iterum ſurgo. Ouid. lib. 1. Faſtorum: Victa tamen uinces euerſaq; Troia reſurges. I. reſtitueris Sic etiam Reſurgere, (ἀναφύεσθαι) dicitur herba, uel arbor, quæ iterum creſcit Plin. libr. 13. cap 9. Sed præcipua utilitas, quod cæſa anno tertio reſurgit. Ouid. 2. Amor. Eleg. Perq; reſurgentes riuis labentibus herbas Gramineus madidam cæſpes obumbrat humum. Verg. 4. Aeneid. Rurſusq; reſurgens Sæuit amor, magnoq; irarum fluctuat æſtu Pli. lib. 16. cap. 32. A quo deinde tempore maieſtas populi Romæ. reſurrexit, quæ uaſtata cladibus fuerat.

RESVSCI-

RESVSCITO,as,{Reſuſcitare}(ἀναβιόω)ad uitam reuoco: quodq; ſopitum uel extinctum erat, uigori ſuo reſtituo. Ouid. 8. Metamorph. Poſitamq; reſuſcitat iram.

RETÆ, ſunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorũ caſtæ: à retibus dictæ, quod prætereuntes naues retinerẽt inſtar retium, & quaſi irretirent. Vnde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari ſolent: hoc eſt, purganda, ne quod moræ, ſiue periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fierent. Hæc Gell. lib. 11. cap. 17.

RETARDO,as,{Retardare}(ἐπέχω, βραδύνω)remoror uel detineo, uel moram affero. Pli. Epiſt. 123. Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. 10. Philip. Quem niſi in uia caducæ hæreditates retardaſſent, uolaſſe eum non iter feciſſe diceres. Idem 2. de Natu. deor. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur: ſæpe etiam inſiſtunt. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 7. Sed uereor ne nũc mea te fortuna retardet. Retardatus, participium. Sueto. in Othone cap. 8. Et primo egreſſu inundationibus Tyberis retardatus. Claud. 1. in Eutr. Seruatoq; diu puerili flore, coegit Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam. Retardatio, onis. Cic. 5. Philip. Vnde eſt adhuc bellum, niſi ex retardatione & mora?

RETAXO,as,{Retaſſare, riprendere il riprenſore}(ἀντεγκαλεῖν) proprie eſt eum, à quo taxatus fueris, uiciſſim reprehendere. Aliquando tamen ſumitur pro ſuo ſimplici Taxare, ἐλέγχειν. Suet. in Veſpaſ. cap. 13. Licinium Mutianũ notæ impudicitiæ, ſed meritorum fiducia minus ſui reuerentem, nunquam niſi clam, & hactenus retaxare ſuſtinuit, ut apud communem aliquem amicũ querens, adderet clauſulæ, Ego tamen uir ſum.

RETE,is,{Rete}(δίκτυον)à rapiendo, uel à raritate, ut Varroni placet, eſt inſtrumentum quo feræ, uel piſces capiuntur. Verg. 3. Eclog. Si dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo. Apud antiquos etiam legitur nominatiuus Retis tam maſcul. quàm fœmin. gene. Plaut. in Ruden. Non uides me referre uuidum retem ſine ſquammoſo pecu? Hodie tamen hoc in loco legitur Rete in neut. genere. Varr. 3. de Re ruſt. Intra retem aues ſunt omne genus. Plaut. in Ruden. Neque piſcium ullam unciam pondo hodie Cepi, niſi hoc, quod nunc fero in rete. Quibus in locis Retem accuſatiuus, & Rete ablatiuus, procul dubio ſunt à nominatiuo Retis.

RETEGO,retegis, pen. cor. {Diſcoprire, aprire}(ἀνακαλύπτω)quod tectũ erat denudo, aperio. Verg. lib. 1. Aen. Cæcumq; domus ſcelus omne retexit. Iuuen. Saty. 6. Si tibi zelotypæ retegãtur ſcrinia mœchæ. Horat. lib. 3. Carm. Ode 21. Tu ſapiẽtum Curas, & arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyæo. Verg. lib. 4. Aenei. Vbi primos craſtinus ortus Extulerit Titan, radiiſq; retexerit orbem. Retectus, a, um, participium. Verg. lib. 9. Aeneid. Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis. Catullus: Nudantes rejecta ueſte papillas.

RETENDO,is,{Rilargare}(χαυνόω)quod tenſum eſt, laxo Ouid. 3. Metamorph. Nympharum tradidit uni Armigeræ iaculum, pharetramq;, arcuſq; retentos. Idem 2. Metamorph. Exuit hic humero pharetram, lentoſq; retendit Arcus.

RETENTO,as,{Ritenere, ritentare}(ἐπέχω) frequentatiuum: ſæpe retineo. Plautus in Aſin. Quur me retentas. Interdum iterum tento, (ἀναπειράομαι) id eſt, denuo experior, uel periculum facio. Ouid. lib. 1. Metam. Erigitur, metuitq; loqui, ne more iuuencæ Mugiat, & timide uerba intermiſſa retentat. id eſt, iterum tentat proferre.

RETEXO,xis,{Diteſſere, diſfar quello ch'è teſſuto}(ἀναλύω, ἀνυφαίνω)contrarium eſt ſuo ſimplici: ſignificat enim, quod textum erat, reddo non textum. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Tardaq; nocturno tela retexta dolo. Penelopes telam retexere, prouerbio dicuntur, qui magno uel labore, uel ſumptu rem quampiam conficiunt, quam poſtea cogantur deſtruere. Tractum à Penelope Vlyſſis uxore, quæ cum tantum temporis impetraſſet à procis, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabãtur, donec telam quã tum fortè præ manibus habebat, abſoluiſſet, quicquid interdiu texuiſſet noctu retexebat. Eſt etiam Retexere, in contrarium mutare, expolire, emendare, uel potius rurſus texere, & redordiri, quaſi aliam telam. Cic. 2. Philipp. Itaque iam retexo orationem illam. Matius Ciceroni: An quod adoleſcens præſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam? Item ſignificat diſſoluere, reuocare, irritum facere. Cic. 4. Verr. Omnia erant tum Metelli eiuſmodi, ut totam iſtam Præturam retexere uideretur. Supra dixerat, Vt omnes iſtas iniurias, quas poſſet, retexeret. Budæus.

RETIACVLVM,li,{Reticella}(ἀγρήνιον)diminutiuum à reti. Plau. in Aſin. Iubeas una opera me piſcari in aere. Venari autem retiaculo in medio mari.

RETIARIVS,rii,{Colui che adopera la rete}(δικτυοφόρος)alter ex gladiatoribus dicebatur in arena depugnantibus, quod rete ſub ſcuto geſtaret, quo aduerſarium ſuum inuolueret, quem Mirmillonem & Gallum appellabant, à Gallicæ armaturæ genere. Hic in ſummo galeæ cono piſcis effigiem geſtabat, & in primo congreſſu ceſſim ibat, retiario ſemper inſequente, canenteq; illud occinente, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? Huius autem certaminis primum initium à Pittaco profectum exiſtimatur, qui aduerſus Phrinonem dimicaturus propter finium controuerſias, reti occulte ſub ſcuto allato, impediuit aduerſarium. Quintil. lib. 6. cap. 4. Et Pedo de mirmillone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat: Viuum, inquit, capere uult.

RETICVLVS,li,{Sacchetta}(ἀγρήνιον) diminutiuum ab antiquo nominatiuo Retis. Plin. lib. 12. cap. 14. Perſona adijcitur capiti, denſus'ue reticulus. Varro lib. 3. cap. 5. Inter colũnas exteriores pro pariete reticulis è neruia ſunt, ut perſpici in ſyluam poſſit.

RETICVLATVS,ta,tum,{Fatto in guiſa di rete}(δικτυωτός) quod eſt factum in modum retis: ut Structura reticulata, quæ figuram plagarum, quæ in retibus ſunt, imitatur. Plin. lib. 36. cap. 22. Dictyotheton uocant reticulatã ſtructuram, quam frequentiſſimè Romæ ſtruunt, rimis opportunam. Feneſtræ reticulatæ, reticulis obiectis munitæ. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Περιστερεὼν fit ut teſtudo, magna camera tectus, uno oſtio anguſto, feneſtris punicanis, aut latioribus, reticulatis utrinque, ut locus omnis ſit illuſtris, ne'ue ſerpens, aliud'ue quod animal introire queat.

RETICVLVM,li,{Reticella, cordella da capo cuffia, racchetta}(ἀγρήνιον)diminutiuum à Rete. Plin. lib. 31. cap. 6. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ à cera pilæ, uel uaſa inania obturata, dulcem intra ſe colligunt humorem. Capitur & pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet, κεκρύφαλος. Iuuenalis Saty. 2. Reticulumq; comis auratum ingentibus implet. Eſt & reticulum, ſacculus in modum retis, quo uiatores pecuniam, & panem geſtant Horat. lib. 1. Serm. Saty. 1. Vt ſi Reticulũ panis uænales inter onuſto Fortè uehas humero. Alio nomine dicitur Funda: qua uoce utitur Macrob. in Saturnal.
Eſt & Reticulum, faſcia quædam lanea, uel linea ad formam retis facta, quã faciei admouemus, ne agnoſcamur. Cic. 7. Verr. Reticulumq; ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo filo, minutiſſimis maculis, plenum roſæ. Accipitur præterea Reticulum, pro inſtrumento luſorio, quo pilam remittimus. Ouid. lib. 3. de Arte: Reticuloq; pilæ leues fundantur aperto.

RETICEO,ces,cui,{Aſtenerſi di dire, tacere}(ἀποσιωπάω) idem quod ſubticeo, uel ſupprimo. Cic. 2. de Legib. Quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo. Terent. in Heaut. Ne lacruma, atque iſtud quicquid eſt, fac me ut ſciam. Ne retice. Cic. 3. Offic. Neque enim id eſt celare, quicquid reticeas: ſed quum, quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa uelis eos, quorum interſit id ſcire. Ouid. Epiſt. 18. Multaq; præterea lingua reticenda moleſta, Quæ ſecaſſe iuuat, facta referre pudet.

RETICENTIA,æ,{Quando ſi aſtiene di dire una coſa che ſi douria dire}(ἀποσιώπησις)cum id non dicitur, quod dici debuit, ut uitium ædium, uel rei uænalis, uerbale. Cic. lib. 3. Offic. A' Iureconſultis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. Plaut. in Merc. Dic, enecas me miſerum tua reticentia. Cic. 14. Philipp. Actum igitur præclare uobiſcum fortiſſimi, dum uixiſtis, nunc uero etiã ſanctiſſimi milites, quod ueſtra uirtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticẽtia poſteriorum inſepulta eſſe poterit.

RETINACVLA{Venche, gomene, brene, & ogni coſa che ritiene}(ὀχήματα) quibus aliquid retinetur ſiue remoratur: ut, Retinacula uitium, id eſt, uimina, quibus uites religantur. Verg. lib. 1. Georg. Atque Amerina parant lentæ retinacula uiti. Retinacula nauium, id eſt, funes, quibus naues alligantur continẽti. Verg. 4. Aenei. Vaginaq; eripit enſem Fulmineum, ſtrictoq; ferit retinacula ferro. Retinacula equorum, id eſt, lora, ſeu habenæ, quibus equi reguntur. Idẽ lib. 1. Georg. Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ, Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

RETINEO,nes, ſecunda ſyllaba cor. {Retenere}(ἀναλαμβάνω, ἐπέχω)remoror, detineo. Terent. in Eunuc. Id faciebat retinendi illius cauſa. Cicer. ad Attic. lib. 14. Quare niſi iam profecti ſunt, retinebis homines. Ouid. 1. de Art. aman. Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo. Aliquando pro cohibeo, coerceo, ἐπέχω. Teren. in Adelph. Pudore, ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Aliquando pro conſeruare, κρατεῖν. Salluſt. Catil. Nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Vbi retinetur, pro conſeruatur accipitur. Aliquando pro ſuo ſimplici Tenere. Cic. 6. Verr. Sagittæ pendebant ab humero, fruſtra manu arcum retinebat. Retinere officium, eſt in officio manere. Cic. pro Cluent. Neque in omnibus officiis retinendis diligẽtior eſſe quiſquam poteſt. Aliquando retinere, eſt retrahere aliquem, ne cadat. Terent. in Heaut. Ah retine me obſecro. Retinens, tis, particip. ſeu nomen ex participio. Cic. ad Quintil. frat. lib. 1. Fert enim grauiter homo, & mei obſeruantiſſimus, & ſui iuris dignitatiſq; retinens. Gell. lib. 10. cap. 20. Salluſt. quoque proprietatum in uerbis retinentiſſimus. Retentus, a, um, particip. detentus, remoratus. Cic. 1. Verrin. Potamonem Scribam, & familiarem tuum retentum eſſe à Verre in prouincia cum tu decederes. Ouid. 10. Metam. Verbiſq; dolore retentis. Retentio, onis, uerbale ipſe retinendi actus. Cic. ad Atti. lib. 13. Semperq; Carneades προβολὴν pugilis, & retentione aurigæ ſimilem facit. Idẽ 4. Acad. Illud certe opinatione, & perceptione ſublata ſequitur, omnium aſſenſionem retentio: ut ſi oſtendero, nihil poſſe percipi: tu concedas, nunquam aſſenſurum eſſe.

RETONDEO,es,{Tondare, toſare}(ἀνακείρω)iteratò tondeo: quanquam nõ nunquam etiam accipiatur pro tondeo, ſiue detondeo: ut apud Plin. lib. 18. cap. 17. Retonſarum uero etiam ſemel, omnino certum eſt granum longius fieri. De ſegetibus.

RETONO,as, pen. cor. {Tonare à uicenda}(ἀντιβροντάω, ἀντηχέω, ἀντηχέω) contra tono, reſono, Catullus: Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

RETORQVEO,es,{Tirare}(ἀντιστρέφω)ictu, uel iactu reciproco: ut cum qui ſaxum, telum'ue, aduerſus ſe proiectum reijcit in aduerſarium. Cato Maior: Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. Alii legunt: Ne'ue tanquam Peliam recoxerit. Nonnunquam auerto, ſiue reflecto, id eſt, retrorſum flecto. Cicero in Catil. Oculos ſæpius ad hanc urbem retorquens. Ouid. 3. Metam. Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit. Vergil. 12. Aeneid. Auerſos toties currus lufurea retorſit.
Retortus, a, um, participium. Horat. 2. Epiſt. 1. Mox trahitur manibus regũ fortuna retortis.

RETORREO,ui, retoſtũ,{Arroſtire, arſare}(καταφρύγω, ἀναξηραίνω)aduro, areſacio. Plin. lib. 13 cap. 8. Marceſſitq; non retoſtus furnis.

RETORRESCERE,(ἀναξηραίνεσθαι καταφρύγεσθαι) idem eſt quod retorridum fieri Colum. lib. 3. cap. 3. Deinde ſata non ita enutriunt, ut ante conualeſcant, ac proſiliant, quàm retorreſcant.

RETORRIDVS,da,dum,{Coſa aduſta, arſa dal color del ſole}(κατακεκαυμένος)ſolis calore exuſtus: ut Retorrida zona, hoc eſt, nimio ſolis calore ægrè habitabilis. Ramus retorridus, id eſt, arefactus, deficiente alimento. Colum. lib. 3. Si in olea unus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem lib. 11. cap. 2. Et ſi ſint parum fructuoſæ, uel cacuminibus retorridæ frondis, magis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere. Hinc Retorride, aduerbium. Plin. lib. 17. cap. 5. Terram amaram ſiue macram, ſi quis probare uelit, demonſtrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè nata.

RETRACTO,as,{Tornar à trattare piu diligentemente}(ἀναπραγματεύομαι, ἀναλαμβάνω)denuo ſiue diligentius tracto, in manus reſumo, recognoſco. Cic. pro Muræ. Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me retractandus. Id eſt, rurſus tractandus poſt alios, qui ante me dixerunt. Colu. lib. 4. cap. 27 Hæc eorumq; ſimilia poſt putationem retractanda ſunt: id eſt denuo, & diligentius adminiſtranda. Hinc Retractatus, a, um, particip. denuo tractatus. Quintil. lib. 2. cap. 4. Quoties eandem materiam rurſus à me retractam ſcribere de integro iuberem. Retractatus opus, id eſt, diligentius emendatum

multis locis immutatis, ſecus, atque antea, tractatus. Cic. Atti. lib. 16. Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum. Aliquando Retractare, accipitur pro refricare, ſiue renouare. ἀναψύχειν. Cic. ad Attic. lib. 8. Sed omittamus hæc, ne augeamus dolorem retractando. Nonnunquam pro detrectare, tergiuerſari, ſeu ſubterfugere, ἀναδύεσθαι. Vnde Iuuencum retractantem uocat. Colum lib. 2. cap. 2. qui iugum ſubterfugiat, & inuitus paret bubulco. Inde retractatio, uerbale, id eſt, detractatio, recuſatio, tergiuerſatio, ſubterfugium. Cic. Attic. lib. 2. Conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut retractatione.

RETRAHO, is, xi, ctum, {Ritirare, tirare in dietro} (ἀνθέλκω) retro, ſiue in contrariam partem traho Ci. de Senect. Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit. Inde Retractus, a, um, particip. Cic. 6. Philipp. Ita meſtus rediit, ut retractus, non reuerſus uideretur. Retracti propriè dicuntur, qui inter fugiendum capti, reducuntur eò, unde fugerant. Salluſt. Catil. Ceparius (nã que is paulo antè ex fuga retractus erat) Cneo Terentio traditur.

RETRIBVO, {Ricompenſare, rimunerare} (ἀμείβω, ἀποδίδωμι) recompenſo, remunero. Cic. pro Q. Roſc. Comœ. Nihil mihi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeueriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. Idem antequam iret in exil. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Inde retributio, ἀνταμειψις.

RETRICES, cum plurali tantum numero, aquæ nomen ſupra uiam Ardeatinam, inter ſecundum & tertium lapidem qua irrigabantur horti infra uiam Ardeatinam, & Aſinariam uſque ad Latinã. Hæc Feſtus citans Catonem de Cenſura Fuluij Nobilioris.

RETRIMENTVM, ti, {Feccia} (ὑποστάθμη) cuiuslibet rei excrementum: ut, Retrimentum olei, id eſt, amurca, ſiue humor aqueus. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 64. Amurca cum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditum in uas fictile. In animalibus quoque excrementa omnia tam humida, quam ſicca Retrimenta uocantur, quæ à Celſo appellantur Recrementa. Macrob. lib. 7. Aridiora retrimenta ut aluum conuenire refert, humidiora in ueſicam trahi.

RETRO', aduerb {Di dietro, in dietro} (ὄπισθεν, ὀπίσω) ponè, à tergo: cui opponitur Antè. Terent. in Heaut. Eſt mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retrò. Cic. 2. de Diuin. Tum ei Deus præcepit, ut pergeret protinus, quid retrò, atque à tergo fieret, ne laboraret. Interdum motum importat: idem planè ſignificans, quod retrorſum. Cic. lib. 5. Epiſt. Retrò mihi ad Alpes iter incidit. Verg. 4. Georg. En iterum crudelia retrò Fata uocant.

RETROAGO, gis, retroegi, retroactum, {Scacciare, ritirare, trar in dietro} (ἀνακρούω, ἀναστέλλω, ἀναποδίζω) repello, retrorſum ago. Plin. lib. 7. cap. 44. Aut quos non honores, cuiuſque illa ſua uiolentia fortuna retroegit per mediã urbem Cenſure tracto? Quintil. lib. 11. cap. 3. Capillos à fronte contra naturã retroagere, ut ſit horror ille terribilis.

RETRODEO, is, ire. {Andar in dietro} (ἀναποδίζω) retrorſum eo. Plin. libr. 2. cap. 16. Retroire incipiunt ſtellæ.

RETROGRADIOR, eris, {Tornar in dietro} (ἀναποδίζω, ἀναστρέφω) retrorſum gradior. Plinius libro 2. cap. 15. Ab his retrogradiuntur ad ſolem, & occaſu ueſpertino deliteſcunt. Idem libro 8. cap. 15. Ob id retrogradatur in paſcendo.

RETROGRADVS, a, um, {Retrogrado} (παλινδρομος) quod retrorſum graditur: ut Retrogradus exortus, apud Plin. libro 2. cap. 17. Retrogradunt in Tauro & Geminis non fieri.

RETROCEDO, {Tornar in dietro} (ἀναποδίζω, ἀναχωρέω) retrogradior, quaſi retrorſum eo.

RETRORSVS, uel Retrorſum, {indietro} (εἰς τοὔμπαλιν) retrò uerſum. Horat. libro 1. Carm. Nunc retrorſum Vela dare atque iterare curſus. Plinius lib. 06. cap. 15. Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur ducenta uiginti millia.

RETRORSVS, ſa, ſum, {Coſa che ſii à dietro} (ὀπίσθιος) quod eſt à tergo. Plin. lib. 26. cap. 9. Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda uirgo reſtinguat, atque ita retrorſa manu ter dicat, totieſque ambo deſpuant. Apul. libr. 2. de Aſino. Denique ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſiſtit. id eſt, reflexa, obliquata, retrò conuerſa.

RETRVDO, is, pen prod. {Scacciare in dietro} (ἀπωθέω, ἀνωθέω) repello, quaſi retrorſum trudo Plaut. in Epiſt. Cœpi rurſum uorſum ad illa pauxillatim accedere, quaſi retruderet hominum me uis inuitum.

RETVNDO, {Ripercuotere} (ἀμβλύνω) repercutio, cuſpidem uel aciem alicuius rei uſu nimio, uel alio caſu perſtringo, atque hebeto. Pli. lib. 16 cap. 4. Molliſsima tilia eadem uidetur & calidiſsima: argumentũ afferunt, quod citiſsimè aſcias retundat. Gladios retundere, per tranſlationẽ, pro eo quod eſt, uſum eorum uanum & irritum reddere. Cic. 3. in Catil. Iidemque gladios in Remp. diſtrictos retudimus, mucroneſque eorum a iugulis ueſtris reiecimus. Mucronem ſtyli retũdere, Cic. pro Cluent. Improbitatem alicuius retundere, Quintilianus lib. 6. cap. 4. Retuſus, a, um, participium. Columella lib 4. Quod euenit in retuſo et craſſo ferramento. Plin. lib. 37. cap. 13. Tantaque differentia eſt, ut aliæ ferro ſcalpi non poſſint, aliæ non niſi retuſo. uerum omnes adamante. Retuſum ingenium, cui contrarium eſt acutum. Cic. 1. de Diuin. Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa. Ouid. 12. Metam. Tela retuſa cadunt, manet imperfoſſus, &c.

REVALESCO, is, {Riſanarſi} (ῥώννυμαι, ἀναῤῥώννυμαι, ἀναλαμβάνομαι) ad ſanitatem redeo. Gell. lib. 16. cap. 13. Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet. Ouid. Epiſt. 20. Ne tamen ignores ope qua reualeſcere poſsis.

REVANESCO, is. {Farſi di nuouo uano, ſuanire ò ſparer di nuouo} (ἀφανίζομαι) iterum euaneſco, Ouid. 2. Amo. Eleg. 9. Cum bene pertæſum eſt, animique reuanuit ardor, Neſcio quo miſeræ turbine mentis agor.

REVEHO, his, {Riportare} (ἀνακομίζω) naui, plauſtro, uel iumento refero. Pli. lib. 12. cap. 17. Ex Syria reuehunt ſtyracem. Stat. 2. Thebaid Figamque ſuperbis Arma tholis, quæque ipſe meo quæſita reuexi ſanguine. Liu. 7. ab urb. Iamque omiſſa cunctando uictoria erat, cum Conſul uulnere alligato reuectus ad prima ſigna, Quid ſtas miles, inquit? Cic. de Clar. Orat. Sed ad paulo ſuperiorem ætatem reuecti ſumus: nunc ad eum, de qua aliquantum locuti ſumus, reuertamur.

REVELLO, lis, {Eſtirpare} (ἀποσπάω, ἀποτίλλω, ἀποῤῥήγνυμι) abſtraho, apello, aufero, refigo. Cic. Epiſt lib. 15. Tabulam, in qua ciuium nomina miſſa erant, reuelli iuſsit Colum. lib. 2. cap. 3. Boues cum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſque comprimat dorſum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic. 6. Verr. Nec prius illam crucem, quæ etiamnum ciuis Rom. ſanguine redundat, quæ fixa eſt ad portum, urbemque ueſtram, reuelliſtis, neque in profundum abieciſtis, locumque illum omnem expiaſtis, quàm Romam, atque in horum conuentũ adiretis. Reuulſus, a, um, particip. Verg. 9 Georg. Caput à ceruice reuulſum. Ouid. 12. Metam. Vltor adeſt Phareus, ſaxumque è monte reuulſum Mittere conatur. Reuulſio, onis, (ἀπόσπασμα) Plinius lib. 13. cap. 12. Sed ratio deprehendit uitium unius ſchedæ reuulſione plures infeſtante paginas.

REVELO, as, pen. pro. {Reuelare, diſcoprire} (ἀποκαλύπτω, ἀνακαλύπτω) contrarium eſt ſuo ſimplici Velo, quod tego ſignificat. Os reuelatum. Ouid lib. 6. Faſt. Ore reuelato cùm primùm luce patebit.

REVENIO, is, ſecunda ſyllaba corr. {Ritornare} (ἐπανήκω) redeo, reuertor, Plaut. in Amph. Victis hoſtibus legiones reueniunt domum. Cic. 1. de Orato. Cum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam. Tacitus lib. 2 Vt quiſque ex longinquo reuenerat, miracula narrabant.

REVERA, diuiſis dictionibus, uel Reuera, unica dictio compoſita, {In uero} (τῷ ὄντι) idem quod re ipſa, certè, & quod uulgò dicimus in rei ueritate. Cic. pro Quintio: Deinde habet aduerſarium P. Quin. uerbo Sext. Næuium, re uera huius ætatis homines diſertiſsimos.

REVEREOR, eris, {Riuerire, honorare} (αἰδοῦμαι) ætate, ſapientia, uel dignitate antecedenti honorem defero, eiuſque reſpectum in re quapiam agenda, aut non agenda habeo. Terent. in Hecy. Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras. Cic. Att. Sed mihi nihil eſt moleſtius, quàm Statium manumiſſum: nec meum imperiũ, omitto imperium, nõ ſimultatem ſaltem uereri meã. Id eſt, ſimultatem meam nihili facere, eiuſque reſpectu non commoueri. Cic 2. de Inuent. Obſeruantia, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedente reueremur & colimus. Ouid. 4. Epiſt. I nũc & miniſterium reuerere parentis. A' quo reuerentia, (αἰδώς) hoc eſt, ingenuus quidã pudor, cum obſeruantia quadam coniunctus: qualis eſt minorum natu erga maiores, & plebeiorum erga magiſtratus, & diſcipulorũ erga præceptores. Cic. 1. Offic. Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines. Colu. lib. 11. cap. 1. Niſi magnitudo rei peperit reuerentiam uel diſcendi, uel profitendi penè immenſam ſcientiam. Item Reuerendus, (αἰδέσιμος) dignus reuerentia. Reuerens, qui alteri defert honorem. Plin Epiſt. 307. Probum, induſtrium, atque inter iſta reuerendiſsimum mei. Ouid. 1. Metam. Nõ illo melior quiſquàm, nec amantior æqui Vir fuit, aut illa reuerentior ulla deorum. Reuerenter, (σεμνῶς) cum reuerentia, ſiue honorificè. Plin Epiſt. 151. Idem quàm reuerenter quàm fideliter amicos colat multorum ſupremis iudiciis, &c.

REVERENS, Reuerentia, & Reuerenter, uide in uerbo reuereor.

REVERTOR, eris, deponens, & Reuerto, {Ritornare} (ἀναστρέφω, ἐπαναστρέφω, ἐπαναχωρέω) redeo, quaſi retrò uerto. Cice. pro Muræna: Vnde cum honore diſceſſeris eodem cum ignominia reuerti. Epheſo Laodiceam iam reuerti. Et lib. 2. Offic. Factus eſt alter eius ſiſtendi uas, ut ſi ille non reuertiſſet, moriẽdum eſſet ipſi. Plaut. in Aul. Iam ad te reuertor. Aliquando Reuerti ponitur ſimpliciter pro uenire, diuertere. Idem de Fato: Ad Chryſippi laqueos reuertamur: quum nihil de Chryſippo antea dixiſſet. Sciendum apud Cic. ſæpe inueniri Reuerto actiue, ſed uix aliter quàm in præterito, aut in temporibus ab eo formatis. Reuertendi, Ouid. Epiſt. 1. Neue reuertendi liber abeſſe uelis. Reuerſurus, Ouid. 1. de Arte amandi: Pœna reuerſura eſt in caput iſta meum. Reuerſio, is, (παλινδρομία) ipſe reuertendi actus. Cic. 1. Philip. Exponã uobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meæ.

REVINCIO, is, xi, ctum, {Legare dietro} (ἀναδεσμεύω) religo, retrò uincio, uel uehementer, & arctè ligo. Verg. 2. Aene. Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Cæſ. 7. Bell. Gall. Reuinciuntur retrorſus, & multo aggere ueſtiuntur Ibidem Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. Proper. lib. 3. Eleg. 14. Latus enſe reuincit.

REVINCO, is, uici, uictum, {Conuincere} (ἀπελέγχω) conuinco, confuto. Cic. pro Archia: Nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum iudicio reuinceretur. Gell. lib. 6. cap. 2. Cum in culpa & maleficio reuicti ſunt, perfugiunt ad fati neceſsitatem.

REVIRESCO, is, {Rinuerdeggiare} (ἀναθάλλω) ad priſtinam uiriditatem reuertor. Col. lib cap. 1. Non eſt ergo exiguarum frugum cauſa terræ uetuſtas, ſi modo cũ ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec reuireſcere, nec repubeſcere poteſt. Ouid. 2. Met. Læſaſque iubet reuireſcere ſyluas. Per tranſlationẽ, accipitur pro renaſcor, & reuiuiſco, & uires ſumo. Cic. ad Attic. lib. 15. Epiſt. Ille enim nunquam reuixiſſet, ſi nos timor confirmare eius acta non coegiſſet. Idẽ de Prouinc. conſul. Impolitæ uero res & acerbæ, ſi erunt relictæ, quanquã ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent.

REVISITO, as, pen. cor {Viſitar ſpeſſo} frequentatiuum eſt à Reuiſo. Plin. lib. 18. cap. 3. Nundinis urbem reuiſitabant.

REVISO, is, {Ritornar à uedere} (ἐπανισκέπτομαι) redeo ut uideam. Teren in And. Reuiſo quid agant, aut quid captent conſilij. Plaut. in Truc. Num quidnam uis aliud? P. ut quando otium tibi ſit, me reuiſas. Id eſt, ad uidendum me reuenias. Dicimus etiam, Reuiſere ad aliquem. Gell. lib. 13 cap. 29 Cum ualebo ab oculis, reuiſe ad me.

REVIVISCO, is, reuixi, {Tornar in uita, riſuſcitare} (ἀναβιόω, ἀναβιώσκομαι) ad uitam redeo. Cic. 4 de Finib. Quid ſi reuiuiſcant Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur? Cic. in Piſon. Is ubi galli cantum audiuit auum ſuum reuixiſſe putat. Ponitur aliquando Reuiuiſcere pro recreari, reſpirare, & uires reſumere Cic. Attic. Ciuitates iuris legibus ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ, reuixerunt. Idem ad Octauium: In quibus reuixiſſe iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur. Idem in Philipp. Senatus ad auctoritatis priſtinæ ſpem reuixiſcit. Idem de Aruſp. Reſp. Reuiuiſcere, reſpirare, à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 4. Et iam deficiens ſic ad tua uerba reuixi, Vt ſolet, &c.

REVNCTOR, ris, (ἀποκλειστής, ἰατραλείπτης) dicitur is, cuius miniſterio

utuntur medici, qui iatrolepticen, hoc eſt unctoriam medicinam exercent. Plin. lib. 29. cap. 1. Prodicus Selymbriæ natus, diſcipulus eius, inſtituens, quã uocant iatroleptices, reunctoribus quoq; medicorum, ac mediaſtinis uectigal inuenit.

REVOCO, as, pen. cor. {Reuocare, richiamare in dietro} (ἀνακαλοῦμαι) retrorſum uoco, redire iubeo. Teren. in Phorm. Reuocemus hominẽ. Salluſt. Sæpius uindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quiq; tardius reuocati prælio exceſſerant, q̃ qui ſigna reliquerãt, aut pulſi loco cedere auſi erant. Plaut. in Curc. Poſtquam hæc mihi narrauit, ab illo, reuocat me ilico. Ponitur aliquando pro retraho. Cic. 2. de Legib. Quam multos diuini ſupplicij metus à ſcelere reuocauit. Aliquando pro ruſus uocare. Cic. de lege Agra. contra Rullum: Quo prouocati à me uenire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. Reuocare pedem, (ἀναστρέφειν) idem q; referre pedem, hoc eſt, retrorſum redire: neq; ſolum de ijs, quæ pedes habent uerumetiam de inanimatis dicitur, ut de fluminibus. Verg. 9. Aeneid. Cunctatur & amnis Rauca ſonans, reuocatq; pedem Tyberinus ab alto. Reuocari item (ἀναποδίζεσθαι) dicebantur anagnoſtæ, cum aliquid parum intellectum, perperam ue recitatum iubebantur repetere. Plin. Iun. Cæcilio: Memini quendam ex amicis, cum lector quædam pronũciaſſet perperam, reuocaſſe, & repeti coegiſſe. Huic auunculum meum dixiſſe. Intellexeras nempe. Cui cum ille annuiſſet, Cur ergo reuocabas? decem amplius uerſus hac tua interpellatione perdidimus. Ponitur aliquando Reuocare, pro reducere. Cic. pro Cluent. Tribunus plebis populo concitato rem penè ad manum reuocaſſet. Aliquando pro inſtaurare. Sueto. in Clau. Nero. Reuocauit & præmia coronarum, quæ unquam ſibi in certaminibus ciuitates detuliſſent. Reuocare ſe, (παλινῳδεῖν) eſt recantare, & ſuperiorem ſententiam reuocare. Cice. 4. Acad. Dubitauit, hæſitauit, reuocans ſe interdum, hisq; &c. Reuocare ad uitã, reſuſcitare, ἀναβιώσκω. Cic. ad Att. lib. 7. C. Caſſium trib. plebis Philotimi literæ ad uitam reuocarunt. Huius compoſitum eſt Adreuoco. Cic. lib. 1. Offic. Danda igitur opera eſt, ut ſi etiam aberrare ad alia cœperit, adreuocetur. Reuocatio, nis, (ἀνάκλησις) reuocãdi actus. Cic. 13. Philip. Receptui ſignum, aut reuocationem à bello audire non poſſumus. Idem 3. Tuſcu. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda moleſtia, & reuocatione ad contemplandas uoluptates. Reuocamen, nis, idem q; Reuocatio. Ouid. 1. Faſt. Accipio reuocamen ait: uocemq; ſecutus Impia per ſyluas uictor ad antra uenit. Reuocabilis, le, quod poteſt reuocari. Ouid. ad Liuiã: Supprime iam lacrymas, non eſt reuocabilis iſtis, Quẽ ſemel umbrifera nauita lintre tulit. Idem 6. Metam. Motus erat, cum iam reuocabile telum Non fuit, arcitenens.

REVOCABILIS, le, Reuocamen, inis, & Reuocatio, onis, uide in uerbo Reuoco.

REVOLO, as, pen. corr. {Volare in dietro} (ἀναπέτομαι) retrò uolo. Cic. lib. 3. de Natu. Deor. Exq; grues in tergo præuolantium colla, & capita reponunt: quod quis ipſe dux facere non poteſt, quia non habet unde innitatur, reuolat ut ipſe quoq; quieſcat: in eius locum ſuccedit ex ijs quæ aſſequuntur: eaq; uiciſſitudo in omni curſu conſeruatur. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5. De illo genere ſunt turdi aduentitio, ac quotannis trans mare in Italiam aduolant circiter æquinoctiũ autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium uernum. Verg. 1. Georg. Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi.

REVOLVO, is ere, {Riuolgere, uolger ſozzopra} (ἀνακυλίω) iterum ſiue retrorſum uoluo: ut, Reuoluere ſaxum, id eſt, eodem uolutare, unde ad nos eſt aduolutum. Reuoluere libros, eſt iterum atque iterũ euoluere. Liu. 4. Bel. Maced. Tuas aduerſum te Origines reuoluam. Libros Originũ Catonis intelligit. Ver. 10. Aeneid. ..Iterumq; reuoluere caſus, Da pater Iliacos Teucris. Cic. ad Attic. lib. 13. Itaque reuoluor identidem in Tuſculanum. Idem 4. Acad. Ita imprudens eo quo minime uult, reuoluitur, id eſt, recidit. Reuolutus, a, um, partic. redactus. Liu. 4. ab urb. Et reuolutus ad diſpenſationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & uendere quod uſui menſtruo ſuperaſſet: fraudandoq; parte diurni cibi ſeruitia, &c. Reuolutus, apertus Verg. 10. Aeneid. Et interea reuoluta rubebat Matura iam luce dies. Reuolubilis, le. Ouid. in Ibin: Siſyphe, cui tradas reuolubile pondus, habebis.

REVOMO, mis, pen. cor. {Reuomitare} (ἀνεμέω) idem quod euomo. Vergil. 5. Aeneid. Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus. Silius lib. 10. Ac miſeri fluitant reuomentes æquora nautæ. Plin. lib. 10. cap. 72. Dracones auibus deuoratis ſolidis, contentione plumas, & oſſa reuomunt.

REVS, rei, {Reo, colpeuole, mal'huomo, cattiuo, triſto} (ὁ φεύγων, ὁ διωκόμενος) dicitur quicunque in litem adducitur, etiam ſi nihil admiſerit: cui opponitur Actor, qui reum in iudicium uocat. Cic. lib. 2. de Orat. Reos appello non modo eos, qui arguuntur, ſed omnes de quorum re diſceptatur. Vnde à re dicitur Reus q; rei alicui obnoxius ſit: uel à re quam promiſit. Reum fieri (ut Aſcon. inquit) nihil aliud eſt, niſi apud Prætorem legibus interrogari, εἰς ἀγῶνα, εἰς κίνδυνον καθίστασθαι. Cum enim in ius uentum eſſet dicebat apud Prætorem accuſator reo: Aio te (uerbi gratia) Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut uicto: ſi negaſſet, petebat à magiſtratu diem accuſator inquirendorum criminum, & inſtruebatur accuſatio. Hactenus Aſconius. Reus agitur, (φεύγεται, διώκεται, ἐνδικάζεται) qui accuſatur. Reus peragitur, (καταδικάζεται, κατακρίνεται) qui damnatur. Plin. Iunior: Dum ille peragitur reus, ſedimus. Iureconſultus: Peregiſſe reum non alias quis uidetur niſi condemnauerit. Reus ſtipulãdi, dicitur is, cui ſtipulatur: quemadmodum Reus promittendi qui promittit. Auctor utriuſque eſt Modeſtinus. l. 3. ff. de duob. rei conſtit. Reus uoti, dicitur is, qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat. Verg. 5. Aenei. Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum Conſtituam ante aras uoti reus. Vide de hoc plura in uerbo Damno.

REX, regis, {Re} (βασιλεύς) qui regioni cuipiam legitimè imperat: idq; ſibi licere exiſtimat quod legibus permittitur: à qua norma ſiquis uel minimũ deflexerit, iam nõ regis, ſed tyranni nomen meretur. Hinc regiones dictæ uidentur, q; ſingulæ ſingulis parerent regibus: à quibus & Regna appellantur. Dici tamẽ & Reges poſſunt, qui unius tantum urbis imperium habeãt. Sic principio Reges Romanorum dicti ſunt, quibus imperiũ urbis permittebatur. Cic. 2. Offic. Mihi quidem non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed etiam apud maiores noſtros iuſtitiæ fruendæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti. Idẽ 3. de Fin. Rectius enim appellabitur rex, q̃ Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit. Verg. 1. Aen. ..Diuum pater atque hominum rex. Horat. 2. Serm. Saty. 3. ..Hæc magnos formula reges, Excepto ſapiente tenet. Ouid. 1. Amor. Eleg. 15. Cedant carminibus reges, regumq; triumphi. Hinc interrex, (μεσοβασιλεύς) qui poſt prioris deceſſum, interea regis locum tenet, donec nouus præficiatur. Sed de hoc latius ſuo loco. Reges item à tenuioribus per aſſentationem appellabantur potentiores, ditioresq;, quos illi cibi alterius ue cõmodi gratia obſeruabant. Martial. lib. 6. Qui rex eſt, regem Maxime non habeat. Colu. in Præfat. lib. 1. An honeſtius mercenarij ſalutatoris mendaciſſimum aucupiũ circumuolitantis limina potentiorum, ſomnumq; regis ſui rumoribus aucupantis, Neque enim quid agatur intus, reſpondere dignantur ſerui.

R ANTE H.

RHA, (ῥᾶ) fluuius eſt Sarmatiæ Europeæ, ſupra Pontum & Boſphorum Cimmerium, non procul à Tanaide fluuio, teſte Ptol. lib. 5. alio nomine Volga, & à Tartaris Edel nuncupatus, in cuius ripis naſcitur nobilis illa radix, quam à nomine fluuij huius Rha Ponticũ uocant Romani Arabes Rhabarbarum. Pli. Rhacoma, Celſus Radicem Ponticam appellat. Vide Ruellium lib. 3. cap. 2.

RHABA, (ῥάβα) oppidum eſt ad ſinum Ionium: à quo deducitur gentile Rhabæus. Stephanus.

RHABATHMOMA, (ῥαβαθμωμα) tertia Palæſtinæ urbs, alio nomine Areopolis dicta. Stephanus.

RHABBATAMMENA, (ῥαββαταμμενα) montanæ Arabiæ oppidum, apud Stephanum.

RHABDVCHI, (ῥαβδοῦχοι) Græco nomine dicebantur, quos Romani Lictores appellant: tracta appellatione à uirgis & faſcibus, quæ magiſtratibus anteferebant. Virgas enim ῥάβδους Græci nominant.

RHABILVS, (ῥάβιλος) Arabum rex, qui Antigonum Macedonum regem interemit in uico cui a re ipſa Motho nomen inditum fuit, quod mortis locum Arabum lingua ſignificat. Vide Stephanum in dictione Motho.

RHACINVS, ni, piſcis pulli coloris, à nemine eorum, qui Halieutica ſcripſerunt, præterquam ab Ouidio, commemoratus: ob id fortaſſis, q; non alibi, q̃ in Ponto naſcatur, ubi ſupremis ſuis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

RHACOMA, herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12. Rhacoma (inquit) affertur ex his quæ ſupra Pontum ſunt, regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor & rufior paulo, ſine odore, calfaciens guſtu, & aſtringens. Ruellius eandem putat cum ea, quam ſupra Rha Ponticum uocari diximus: ſuſpicatur tamen uocem apud Plin. eſſe corruptam.

RHADAMANTHVS, (ῥαδάμανθος) Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit iuſtitiæ executor, fingitur à poetis apud inferos nocentium explorare culpas. De quo Verg. lib. 6. Gnoſius hæc Rhadamãthus habet duriſſima regna, Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri.

RHADATA, tæ, (ῥάδατα) oppidum Syenitarum in Aethiopia, in quo felis aurea pro deo colebatur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 29.

RHÆTI, {Griſoni} (ῥαιτοὶ Stephano) populi à Thuſcis oriundi, qui à Gallis ſedibus ſuis pulſi, loca utrinque Alpibus uicina occuparunt, & à nomine Rhæti ducis ſui Rhetiã nominarunt. Hinc Rhæticæ uites, & Rheticũ uinum, inter generoſa Italiæ uina nõ poſtremum locum obtinens. Naſcitur autem hoc in ea Rhætiæ parte, quæ ab Alpium radicibus Veronam, Comumq; pertingunt.

RHÆTIA, (ῥαιτία Stephano) Europæ regio eſt, quæ, ut lib. 2. Ptole. refert, ab occaſu fines habet montem Adulam, & fontes Danubij, & Rheni: ab ortu Lycum flumum, qui in Danubium exit, & Rhætiam, à Vindelicia diuidit: à Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur ſupra Galliam Ciſalpinam. Poſt Rhætiam uerſus Orientem ſequitur Vindelicia, cui Noricũ adhæret, Aeno tantum fluuio disiuncta. Diuiditur hodie Rhætia in duas partes, ſuperiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus, qui ab Heluetiorum finibus initium ſumens, bonam Galliæ Ciſalpinæ partem ad Larium uſque lacum occupat. Huius tractus incolæ uulgò Griſones appellantur. Inferior à Lyco amne, qui hanc à ſuperiore diuidit, ſumit principiũ, & uſq; ad Aenum fluuium porrigitur, qui Rhætiæ & Norici terminus eſt. Hanc hodie incolunt Boioarii.

RHÆTICO, conis, mons eſt in Rhætia, ut eſt auctor Pompo. Mela lib. 3.

RHAGA, gæ, ſiue Rhagæ, arum, (ῥάγα, ἢ ῥάγαι) Meridiæ urbs à Nicatore cõdita, & ab ipſo quidem Europus, à Perſis uero Arſacia appellata. Auctor Strabo lib. 11.

RHAGADES, (ῥαγάδες) & Rhagadia neut. gene. uocantur fiſſuræ, quæ in ſede, & pedibus proueniunt. Dictæ Rhagades, à uerbo Græco ῥήγνυμι, quod ſignificat abrumpo. Plin lib. 23. cap. 4. Attrita ſanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Idem cap. 7. eiuſdem libri. Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia.

RHAGION, (ῥάγιον) aranei genus acino nigro ſimile, pedes breuiſſimos habens, osq; q̃ minimum, idq; ſub aluo: ita dictũ ab acini parui ſimilitudine, quod Græci ῥάγιον appellant. Vide Plin. lib. 29 cap. 4.

RHAGOIDES tunica, (ῥαγοειδὴς χιτών) tertia oculi tunica eſt, inter κερατοειδῆ, καὶ ἀραχνοειδῆ ſita, nigræ uuæ acini ſimilitudinem referens: unde & nomen accepit. Ducit originem ex tenui meninge: unde & χοροειδὴς appellatur. Parte ſui anteriore & media foramen habet, quod pupillam uocamus. Celſus lib. 7. de natura oculorum loquens. Oculus, inquit, ſummas habet duas tunicas, ex quibus ſuperior à Græcis κερατοειδὴς uocatur. Ea, qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiũcta eſt, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine concaua, circa tenuis, ulterioribus partibus ipſa quoque plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ cum interiora oculi cingant, ruſus ſub his coeunt, extenuatæq;, & in unum coactæ, per foramen, quod inter oſſa eſt, ad membranam cerebri perueniunt, eiq; inhæreſcunt. Sub his autem, qua parte pupilla eſt, locus uacuus eſt.

RHAMNES, ſiue Rhamnenſes, equites Romani erant, uel una ex Romanis tribubus. Aſcon: Rhamnes, Luceres, Tacienſes, Romanæ tribus erant, uel, ut uerius, equites. Varr lib. 4. de lingua Latina Ager Romanus primum diuiſus in partes tres: à quo Tribus appellatæ Tatienſium, Rhamnium, Lucerum nominatæ, ut ait Ennius. Tatienſes à Tatio Rhamnenſes à Romulo, Luceres ut ait Iunius, à Lucumone. Hæc ille.

RHAMNES, etis, pe. genitiui pro. (ῥάμνης) regis & auguris nomẽ, qui. Turni

partes ſecutus, noctu dormiens à Niſo eſt interemptus. Verg. lib. 9 Aeneid. Simul enſe ſuperbum Rhãnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis Extructus toto proflabat pectore ſomnos.

RHAMNVS, (ῥαμνοῦς) genitiuum facit Rhamnuntis: ſicut Amathus, Amathuntis: Trapezus, Trapezuntis: Erat autem Rhamnus, Atticæ regionis uicus, Amphiarai tẽplo, & Nemeſis Phidiacæ ſimulacro inſignis. Hinc fit Rhamnuſius, a, um, (ῥαμνούσιος) quod eſt ex Rhamnunte. Terent. in And. Hoc certe ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat.

RHAMNVSIA, (ῥαμνουσία) indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν uocãt: quæ ab iis pœnas repetere exiſtimabatur, qui præſentibus bonis ſe indignos præbuiſſent. Idcirco autem Rhamnuſia dicta eſt, quod eius ſimulacrum pulcherrimum Rhamnunte (is Atticæ uicus eſt) coleretur, ab Agoracrito Pario, Phidiæ diſcipulo cælatum. De hac Ouid. lib. 5. de Triſt. Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

RHAMNVS, ni, (ῥάμνος) rubi genus eſt candidius & fruticoſius, ramos ſpargens rectis aculeis, non, ut cæteri, aduncis, folijs maioribus. Sunt & alia Rhamni genera quæ uide apud Plin. lib. 24. cap. 14. & Ruell. lib. 1. cap. 123.

RHAMPSINITVS, (ῥαμψίνιτος) rex Aegypti, Protei ſucceſſor qui filiã ſuam proſtituit, ut ærarij ſui furem deprehenderet. Vide Herodotum lib. 2.

RHAPHANVS, ni, {*Radice, rauano*} (ῥαφανὶς Diosco.) herba eſt notiſſima, quam Romani radicem uocant, in aſſaturis carnium condimentis præcipuam habens gratiam.

RHAPHANVS agria, Plinio, {*Raponzolo*} (ῥαφανὶς ἀγρία Dioſco.) herba eſt ad rhaphani ſimilitudinem accedens, quam Romani & Rhaphanum ſylueſtrem, & Armoraciam uocant. Vulgus Repontiam appellat.

RHAPHEA, pen. pro. (ῥάφεια) apud Ptolem. lib. 5. cap. 16. urbs Paleſtinæ Iudææ, ad Iordanem fluuium, quæ hodie Rama appellatur.

RHAPHIVS, animal eſt effigie lupi, pardorum maculis, quod ante ludos Pompeij Magni Roma non uiderat. Alio nomine dicitur Chaus. Vide Plin. lib. 8. cap. 19.

RHEA, (ῥέα) Cœli & Terræ filia, quæ alio nomine Cybele, (κυβέλη) dicitur. Vide Cybele.

RHEA SYLVIA, (ῥέα σιλβία) filia fuit Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ alio nomine Ilia dicitur. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe & ea quæ ſupra annotauimus in dictione Ilia.

RHEBAS, (ῥήβας Orpheo in Argon.) fluuius eſt in faucibus Boſphori Thracij. Plin. lib 6. cap. 1. Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rheſum dixerunt.

RHEDA, æ, {*Cocchio, caretta*} (ῥέδη) genus leuiculi currus, in quo geſtabãtur nobiliores in uillas ſuas, cuiuſmodi ſunt hodie, quos Itali Cochos uocãt. Quintil. Gallicum uocabulum eſſe docet, eiuſdem ferè ſignificationis, cuius eſt apud Latinos carruca. Cic. Att. lib. 5. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer. Vnde Rhedarius, (ῥεδηλάτης) dictus eſt auriga, rectorq́ ipſius rhedæ. Cic. pro Milone: Aduerſi rhedarium occidunt. Eſt & Rhedarius adiectiuum: ut, Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. Varr. 3. de Re ruſti. cap. 17. Celerius uoluntate Hortenſij ex equili educeres rhedarios, ut tibi haberes mulos, q̃ è piſcina barbatum mullum. Inde Epirhedium: de quo ſupra.

RHEDONES, Galliæ populi in ducatu Britanniæ, de quibus Cæſar in Cõmentarijs. Vulgo Renes.

RHEGIVM, {*Reza ò Reggio di Calabria*} (ῥήγιον Steph.) extremũ agri Brutij oppidũ eſt, cui Græci nomen dedere à tractura, q ibi Sicilia ab Italia creditur eſſe auulſa. ῥήγνυμι enim Græcis rumpere eſt, & ῥῆγμα ruptura. Huius oppidi incolæ dicti ſunt Rhegini, Ρ'ηγῖνοι Steph. Regium ſine aſpiratione, {*Rezu ò Reggio di Lombardia*} Ciſalpinæ Galliæ oppidum eſt, non longe à Parma & Mutina, à Lepido inſtauratum, quod & Regium Lepidi ad differentiam alterius dicitur: à quo Regienſes.

RHEMI, (ῥῆμοι) populi Galliæ Belgicæ, Mediomatricibus, & Leucis finitimi, ut ſcribit Cæſar in Commentarijs: unde pretioſiſſimum telæ genus Rhemenſe, communicata alijs quoque Galliarum populis textrinæ gloria. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 17.

RHENEA, pen. pro (ῥήνεια) exigua eſt inſula Delo uſqueadeo uicina, ut à Polycrate Samiorum tyranno duæ hæ inſulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc defunctos ſuos Delij inferebant: eò q in Delo, nec parere licebat, nec mortuos ſepelire, nec canem alere. Auctor Thucydides lib. 1. & 3. Bel. Pelop.

RHENONES, (διφθέραι, οἰσύπαι) in ſtes pelliceæ ex ouium præcipue, & caprarum pellibus confectæ: quæ uox à Græcis fluxiſſe putatur, qui oues ῥῆνας appellant. Quanquam non deſunt, qui à Rheno fluuio nomen ſumpſiſſe exiſtiment propterea quòd Rhenani populi hiſce peculiariter utebantur. Cæſar enim Comm. 6 ſcribit Germanos uti paruis rhenonum tegmentis.

RHENVS, ni, {*Reno*} (ῥῆνος) & Rhenũ, utroque modo dicitur pro fluuio inſigni Germaniã à Gallia dirimente, qui de iugo Rheticarũ Alpium defluens, circa Batauorũ fines in tria cornua diuiditur, totidem, oſtijs in Oceanum influit. Tria Rheni cornua, teſte Altamero in Tacitum, & Glareano in Cæſarẽ, à Germanis hodie nominantur Lecca, Vualis, & Iſella: quorum poſtremum olim nõ erat. ſed à Druſo aduerſus Germanos bellum gerente, ducta foſſa à Rheno ad mare, effectum eſt, ut munimentum eſſet aduerſus incurſus barbarorum. Quare mirum non eſt, ſi tertium hoc oſtium Vergilio fuerit ignotum, qui Rhenum uocat bicornem, quaſi duo oſtia habentem. Hora. de Arte poeti. Rhenum protulit in neut. gene. cum ait: Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

RHEON, {*Reobarbarõ*} (ῥῆον) à Græcis appellatur radix nobilis, quã Romani Rha Põticum, Arabes Rhabarbarum uocant. Vide ſupra in dictione Rha.

RHESVS, (ῥῆσος) Thraciæ rex, qui cum Troianis aduerſus Græcos auxilio uenisſet, noctuq́ hoſtium caſtra uellet explorare, ab Vlyſſe & Diomede interceptus eſt & interfectus, ut latius deſcribit Homer. lib. 10. Iliad. Eſt & Rheſus, Troadis fluuius, non procul ab Ilio fluens, teſte Strabo. lib. 13.

RHETIA, æ, Rhetus, ti, Rhetico, conis. Vide Rhætia.

RHETOR, {*Retore, colui che inſegna l'arte oratoria*} (ῥήτωρ) qui artem oratoriam docet, differtq́ ab Oratore, quòd Orator ſit, qui in iudicijs, & cõcionibus cauſas agit, Rhetor, qui rhetoricen profitetur. Declamator, qui aut docẽdi alios aut exercendi ſe gratia fictam cauſam agit, ut in ueris poſtea cauſis ſit exercitatior. Cic. Q. Frat. Pæonius Rhetor, homo, opinor, ualde exercitatus. Idem 4. Philipp. Quaſi Rhetor ille te diſertum facere potuiſſet. Apud Græcos tamen Rhetores etiam dicuntur qui apud Latinos Oratores: nec mirum, cum ab eloquendo Rhetores dicti ſint, teſte Cic. 3. de Orato.

RHETORICA, rum, {*Retorica*} (ῥητορικὰ τὰ) libri de Rhetorica conſcripti, ſiue ipſæ præceptiones Rhetoricæ. Cic. de Fato: Mihi ueſtra Rhetorica ſatis nota ſunt.

RHETORICA, cæ, (ῥητορική) ſiue Rhetorice, ces, ipſa rectè dicendi ars, ſiue exercitatio. Cic. 2. de Finib. Zeno oẽm uim loquendi in duas partes tributam eſſe dicebat: Rhetoricã palmæ, dialecticã pugno ſimilem eſſe: quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem cõpreſſius. Quintil. lib. 2. cap. 15. Huic eius ſubſtantiæ maxime conuenit finitio, Rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam.

RHETORICI, orum, ſubſtantiuum gene. maſcu. {*Libri di rhetorica*} libri de Rhetorica ſcripti. Quintil. lib. 3. cap. 1. Poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret: De Cicerone. Idem in numero quoque ſingulari uſus eſt lib. 3. cap. 5. Sicut & Ciceronis quoque rhetorico primo manifeſtum eſt. Et rurſus cap. 8. Nec me fallit, in primo Ciceronis rhetorico aliam eſſe loci negotialis interpretationem.

RHETORICOR, aris, {*Parlar à guiſa di Retore*} (ῥητορεύω) Rhetorũ more loquor. Hieronymus contra Heluі. Rhetoricati ſumus, & in morem declamatorum paululum luſimus.

RHETORICVS, a, um, {*Ogni coſa appartenente alla Retorica*} (ῥητορικός) adiect. quod ad Rhetorem ſiue Rhetoricen pertinet. Cic. 2. de Orat. Rhetorici quidam libri, quos tu agreſtes uocas. More rhetorico loqui. Ci. 1. de Orat. Ars rhetorica. Idem 4. de Finib. Hinc Rhetoricè, aduerbium, ῥητορικῶς. Cice. de Clar. Orato. Hanc enim mortem rhetoricè, & tragice ornare potuerunt.

RHETORISSO, as, (ῥητορίζω) rhetorice loquor. Nonius.

RHEVMA, atis, {*Diſceſa di humori*} (ῥεῦμα) fluxio humoris, à cerebro in partem aliquam decumbens, à ῥέω fluo. Hinc fit Rheumaticus, adiecti. qui rheumate, ſiue fluxione laborat. Plin. lib. 29. cap. 6. Aut tritas clyſteribus infundendas orthopnæicis, aut rheumaticis.

RHEVMATISMVS, mi, {*Sfreddimento*} (ῥευματισμός) fluxio humoris à cerebro manans, odoratus inſtrumentum obturans, & grauedinem afferens. A' uerbo ῥευματίζομαι quod eſt fluxione noxij humoris infeſtor, & grauedine laboro. Plin. lib. 22. cap. 18. Decoquuntq́ in cibo contra fluxiones, quas Græci Rheumatiſmos uocant.

RHEXENOR, (ῥηξήνωρ) Nauſithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis, & pater Aretes, ab Apolline ſagittæ ictu interfectus teſte Homero circa initiũ lib. 7. Odyſſeæ.

RHINOCEROS, otis, (ῥινόκερως) animal quadrupes, habens in nare unum cornu unde hominem ſagacem & prudentem naſum rhinocerotis habere dicimus. Martial. lib. 1. Iuuenesq́ ſenesq́, Et pueri naſum rhinocerotis habẽt. Rhinoceros (inquit Plin. lib. 8. cap. 20) genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens quam ſcit ſuis ictibus peruiam eſſe. Solinus dicit repãdum eſſe, id eſt recuruum eius cornu, & attritum cautibus in mucronem excitari: pugnareq́ cum elephantibus longitudine parem, breuiorem cruribus. Pauſanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum inſigni magnitudine ex naribus extans, alterum quod ſuperne erũpit exiguum quidem, ſed ualidiſſimum. Feſtus: Rhinocerota quidam putant eſſe bouem Aegyptium. Compoſitum nomen à ῥὶν ῥινὸς, quod naſum ſignificat, & κέρας cornu. Martial. lib. 14. rhinocerotem figurate poſuit pro gutto ex rhinocerotis cornu confecto, quo oleum in balneis lotorum corporibus guttatim ſolet inſtillari. Verba eius ſunt hæc: Geſtauit modo fronte me iuuencus: Verum rhinocerota me putabas.

RHINOCLISIA, alterum calliæ herbæ genus, de quo Pliu. lib 27. cap. 8.

RHIPHÆI montes, (ῥιπαῖα ὄρη) montes Septentrionales Scythiæ: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Græci hoc nomen in ſecunda ſyllaba non aſpirant, quòd ἀπὸ τῆς ῥιπαῖος, hoc eſt, à flatuum in deductum putent: quod ibi uehementiſſime eſſe dicantur Boreæ flatus. Latini tamen tenuem mutant in aſpiratam: ad differentiam Rhipæorum montium. teſte Seruio, qui in Arcadia collocantur. Hinc Rhiphæus, a, um, ῥιφαῖος. Verg. 3. Georg. Gens effræna uirum Rhiphæo tunditur Euro.

RHIPHEVS, rhiphei, (ῥιφεὺς) unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius: cuius meminit Ouid. lib. 12. Metam. Fuit & Rhipheus Troianus, iuſtitiæ nomine Troianis omnibus prælatus. ut placet Verg. lib. 2. Aeneid.

RHITHYMNA, {*Retimo*} (ῥιθύμνα) urbs in latere Septentrionali Cretæ inſulæ. Ptolem lib. 3. cap. 17.

RHIVM, (ῥίον) promontorium eſt Achaiæ proprie dictæ, ad ipſum oſtium ſinus Corinthiaci. Eſt & alterum Rhiũ, Aetoliæ promontoriũ, quod à Thucydide Rhium Molycricum, (ῥίον μολυκρικόν) a Molycria uicina urbe appellatur. Plin. libr. 4. cap. 2. Antirrhium uocat. Duo hæc promontoria anguſto freto dirimuntur, ſeptem circiter ſtadiorum latitudine: idq́ eſt oſtium ſinus Corinthiaci, quem Thucydides lib. 2. Criſſæum ſinum appellat.

RHIZIAS, (ῥιζίας) ſuccus eſt e radice laſerpitij profluens: nam qui è caulibus exprimitur, Caulias appellatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

RHODANVS, pen cor. {*Rodano*} (ῥοδανός) fluuius Galliæ rapidiſſimus, à Rhoda Rhodiorum oppido, ut ait Plin. lib. 3. cap. 4. Hierony. in Comm. Epiſtolæ ad Galat. Rhodam Rhodiorum coloni locauerunt: unde amnis Rhodanus nomen accepit. Naſcitur in Alpibus quæ Italiam à Gallia diuidunt, nõ longe à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & uerſus Occidentem, per Galliam fluens, Ararim apud Lugdunum ſuſcipit. Inde ad Meridiem conuerſus, & Iſaram, Druentiamq́ ſuſcipiens apud Heracleam uno oſtio, & paulò ulterius duobus alijs in mare Tyrrhenum irrumpit.

RHODIA, æ, (ῥοδία) nymphæ marinæ nomen, Oceani, & Tethyos filiæ: à roſeo, ut uidetur, genarum colore impoſitum. Heſiod. in Theogonia: Ἱππώ τε, Κλυμένη τε, Ρ'οδία τε, Καλλιρόη τε. Eſt & uitis uuæq́ genus, è Rhodo inſula primum in Italiam aduectum. Verg. 2. Georg. Nõ ego te menſis, & dijs accepta ſecundis Tranſierim Rhodia.

RHODINVM oleum {*Oglio roſato*} (ῥόδινον ἔλαιον) è roſis, quod Roſaceũ noſtri nuncupauerunt. Eſt enim ῥόδινος, adiecti. à ῥόδος, quod Latinè roſam ſignificat,

ſignificat. Olei huius meminit. Plin lib. 15. cap. 7.

RHODINVM VNGVENTVM, (ῥόδινον μύρον) quod fit oleo roſaceo: de quo Plin. lib. 15. cap. 7.

RHODITES, (ῥοδίτης) gemma à roſæ rubore nomen ſortita. Plin. lib. ultimo cap. 11.

RHODODAPHNE, (ῥοδοδάφνη) frutex eſt, quę alio nomine uocant Rhododendron, florem habens ſimilem roſæ, folium autem indeciduum ſimile lauri folijs: unde Rhododaphne appellatur, nomine ea roſa, & lauro compoſito, ῥόδον enim Græci appellant, quam nos roſam: & quam nos laurum dicimus, illi uocant δάφνην.

RHODODENDROS, ſiue Rhododendron, (ῥοδόδενδρον Dioſcoridi) frutex eſt florem ferens roſæ ſimilem, foliumq́ indeciduum, non diſſimile lauri folijs: unde & Rhododaphnen appellarunt Rhododendron autem idcirco uocant, quod in arbuſculæ altitudinem excreſcat, δένδρον enim arborem uocant: quaſi dicas arborem roſas ferentem, uel roſam arboreſcentem. Effertur autē tam fœminino genere, q̄ neutro Plin. lib. 16. cap. 20. Et quamuis herba Sabinis dicatur Rhododendron. Idem lib. 24. cap. 11. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum.

RHODOGVNE, (ῥοδογύνη) fuit filia Darij, quæ poſt mortem uiri, nutricē, quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat, occidit.

RHODOPE, {*Montagna de l'Argento*} (ῥοδόπη) mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina in hunc montem (ut Ouid fabulatur) conuerſa, uel (ut alijs placet) ibi ſepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athō gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Corripit autem Rhodope in hac ſignificatione pen. ſyllabā. Vergil. 8. Eclog. Duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. De Rhodope meretricula uide in proxima dictione Rhodopis. A' Rhodope pro monte Thraciæ fit adiectiuum Rhodopeius, a, um, ut Rhodopeius Orpheus, apud Ouid. 10. Metam.

RHODOPHONE, (ῥοδοφώνη) Syria dicta eſt in ea parte, qua tranſit Taurū montem.

RHODOPIS, pen. pro. genitiuo Rhodopidis, (ῥοδῶπις Suidæ) uel, ut apud Plin. legitur, Rhodope, meretrix nobiliſſima, fuit ex Thracia, Aeſopi fabulatoris aliquandiu conſerua, & poſtea à Charaxo Sapphus poetriæ fratre, qui eius amore tenebatur, ingenti pecunia redempta. Hæc teſte Plin. lib. 36. cap. 12. tātas opes meretricio quæſtu corraſit. ut pyramidem inſignem ſuis ſumptibus extructam reliquerit.

RHODORA, (ῥοδώρα) herba quæ caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatum, folia urticæ, in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum ad ſimilitudinem roſæ. Plin lib. 24. cap. 19.

RHODOS, {*Rodi. Boc Gior. 2. No. 7 Inſieme naſcoſamente ſe n'andarono à Rodi*} (ῥόδος) inſula eſt nobiliſſima in mari Carpathio, Cariæ adiacens, ambitu CXXXM. paſſ. urbem habens eiuſdem nominis, quæ toti inſulæ nomen fecit, cum antea Ophiuſa, Aſteria, Aethræa, alijsq́ plurimis nominibus fuerit appellata. Vrbem autem ipſam Rhodum dictam uolunt, ſiue à Rhodia puella, ab Apolline adamata, ut fabulatur Diodo. lib. 6. ſiue ab eo ꝙ capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Ea portubus olim & uijs, & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, ut nulla putaretur æqualis: legum præſtātia, & naualis rei peritia adeo ualuit, ut annis multis maris imperio potiretur, et piratarū latrocinia ſuſtulerit. Hæc inſula inter Aſiaticas inſulas tertia numeratur. NS Lesbus, & Cyprus maiores habentur. Ab Horatio Clara Rhodos uocatur. NS, ut Solinus auctor eſt, nunquā dies ita nubilus eſt, ut ſol in hac inſula non cōſpiciatur. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ cecinit Pindarus. In ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus, à quo poſtea Rhodij appellati ſunt Coloſſenſes, ad quos Apoſtolus epiſtolam ſcripſit. Habet & Camirum urbem, & Lindū ex qua fuit Cares ſtatuarius, qui coloſſum extruxit. A' Rhodus fiunt adiectiua Rhodius, (ῥόδιος) & Rhodienſis, & Rhodiacus.

RHOEAS, (ῥοιάς) eroſio carunculæ, quæ eſt in maiore angulo oculi.

RHOEBVS, (ῥοῖβος) equus fuit Mezentij, apud Verg. lib. 10. Rhœbe diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt, Viximus, &c.

RHOETVS, (ῥοῖτος) Marrubiorum rex fuit in Italia, pater Anchemoli, qui uitiata nouerca ſua, Rhœti patris furorem metuens, confugit ad Turnum. Vide Ser. in 10. Aeneid. Eſt etiam Rhœtus apud poetas nomen gigantis, qui cum Iouem de cœli poſſeſſione deijcere conaretur, à Dionyſio in leonem tranſmutato interemptus eſt. Horat. lib. 2. Carm. ad Bacchum: Tu cum parentis regna per arduum Cohores gigantum ſcanderet impia, Rhœtum retorſiſti leonis Vnguibus, horribiliq́ mala.

RHOETEVM, pe. pro. (ῥοίτειον) promontorium, & oppidum Troadis, Aiacis ſepulcro celebratum, quemadmodum Sigeum ſepulcro Achillis. Inde Rhœtum litus à Verg. dicitur lib. 6. Aeneid.

RHOICÆ, (ῥοϊκαὶ) mulieres, quarum uuluæ rheumatiſmo, id eſt fluxionibus laborant.

RHOITES, (ῥοΐτης) uinum ex malis Punicis expreſſum, quæ Græci, ῥοιὰς appellant. Dioſco. lib. 5. cap. 25.

RHOMBVS, bi, (ῥόμβος) Græca uox eſt ſignificans figuram tetrapleuron, id eſt, quadrilateram, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli uero obliqui. Vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam Lunam, tortis filis confecto. Ouid. 1. Amor. Quid torto concita rhombo Licia? Martial. lib 9. Quæ nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo. Propert lib. 2. Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi. Item Rhombus eſt machinula illa, quam uertendo mulieres tramam ad lanicium nent. Eſt item Rhombus piſcis plani genus, à figura dictum Iuuen. Saty. 4. Incidit Adriaci ſpatium admirabile rhombi. Ante domum Veneris.

RHOMPHÆA, (ῥομφαία) framea, ſeu teli longioris genus. Valer. Flac. lib. 6. Argon. penultimam ſyllabam corripuit, abiecta uocali præpoſitiua, aut certe diphthongo Græca licentia correpta. Aequaq́ (inquit) nec ferro breuior, nec romphea ligno.

RHONCHVS, {*Roncheggiamento*} (ῥόγχος) ſonus, quem edunt ſtertentes: à uerbo Græco ῥέγχω, quod eſt ſterto. Per tranſlationem accipitur pro irriſione. Martial. lib. 1. Maiores nuſquam rhonchi, &c. Hinc Rhonchiſſo, as, (ῥογχάζω) ſterto. Plau. Cyathiſſat, dum cœnat: dum dormit, ronchiſſat. Et Ronchiſonus, adiectiuum quod ronchorum ſonum imitatur, & ad irriſionem ſpectat. Sidonius: Nec nos ronchiſono rhinocerote notat.

RHOPALON, (ῥόπαλον) herba, quæ notiore nomine Nymphæa appellatur: Rhopalon autem appellatum exiſtimant ab eo, ꝙ radicem habeat ῥοπάλῳ, hoc eſt, clauæ ſimilitudinem referentem.

RHOXANA, (ῥωξάνη) Oxyartis filia, & uxor Alexandri Magni, quæ illi iam uita functo Poſthumum peperit: de qua multa apud Q. Curtium, & Arrianum.

RHOXANI, (ῥωξανοὶ) populi Septentrionales, inter Boryſthenem & Tanaim amnes, campeſtria incolentes. Strab. lib. 7.

RHOXALANI, populi Scythici ultra Boriſthenem, in extremis Europæ finibus: quorum meminit Strab. lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 12.

RHVS, (ῥοῦς) frutex in petris naſcens, binum cubitorum altitudine, folijs oblongis, ſubrubentibus, in ambitu ſerratis, acino uuarum gracilium denſo, magnitudine terebinthi. Quidam Coriarium fruticem appellant, ꝙ coriarij eo utantur ad inſpiſſandas pelles. Galli Vrunam uocant. Rhus item Plinio herba eſt ſylueſtris, breuibus coliculis, folijs myrthi, tineas & uenena pellens.

RHYMVS, (ῥύμος) Myſiæ fluuius, iuxta Alaziam fluens, & per Mygdonium campum in Rhindacum influens. Vide Strab. lib. 12.

RHYMNICI, (ῥυμνικοὶ) Scythiæ populi, à Rhymno uicino amne, ut quidā uolunt, dicti. Meminit horum Plin lib. 6. cap. 17.

RHVTENI, (ῥουτηνοὶ) populi Galliæ Aquitanicæ, (ut inquit Plin.) contermini Narbonenſi prouinciæ: de quibus Luca. lib. 1. Soluuntur flaui longa ſtatione Rhuteni.

RHYNDACVS, pen. cor. (ῥύνδακος) Myſiæ fluuius in Themno monte naſcens, & in Propontidem ſe exonerans: circa quem ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcunt, ut in ſummo aere uolantes, ſolidas aues hauſtu deuorent. Vide Plin. lib. 8. cap. 14. Hinc Rhyndacius, a, um, ῥυνδακηνός.

RHYNITALCVS, uir fuit Thracius, cuius exemplo, teſte Plutarcho in uita Romuli, Cæſar ſæpe dicere conſueuerat, amare quidem ſe proditionem, ſed proditores magnopere abhorrerē.

RHYNTON, (ῥίνθων) Tarentinus nugator uiliſſimus, in agendis præcipue fabulis: à quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ ſunt. Ad quem alludunt tam Varr. quam Colum. apud quos modo Mython, modo Rhynthon legitur.

RHYPAROGRAPHVS, {*Pittore di coſe uile*} (ῥυπαρογράφος) ſordidarum rerum, humiliumq́ pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus, pictor excellens quidem, ſed qui tonſtrinas, ac ſutrinas, aſellos, opſonia, aliaq́ huiuſmodi humilia ſecutus eſt. nam ῥυπαρὸν Græci ſordidum dicunt.

RHYTION, (ῥυτίς) uaſis genus, Lunari ſpecie. Martial. lib. 2. Cum ſint crura tibi, ſimilent quæ cornua lunæ, In rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

RHYTHMVS, mi, {*Numero, harmonia*} (ῥυθμὸς) Latinè numerus, harmonia. Quintil. lib 9. Inſtitu. cap. 4. Sunt numeri rhythmi, qui neq́ finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem, ſed qua cœperunt ſublatione, ac poſitione, ad finem uſq́ decurrunt. Diomedes: Rhythmus eſt uerſus imago modulata, ſeruās numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemq́ continens. Differt à metro quia temporum, ſyllabarum, pedumq́ congruentia in infinitum multiplicatur, ac profluit. Hinc Rhythmicus, (ῥυθμικός) rhythmorum concinnator, Cic. 3. de Orat. Nec ſunt hæc rhythmicorum, ac muſicarū acerrima norma dirigenda.

R ANTE I.

RICA, (ῥίκα) uelı genus erat, à ritu dictum, teſte Varr. lib. 4. de lingua Latina ꝙ eo mulieres Romano ritu ſacrificantes, caput uelabant. Ricæ (inquit Feſtus) palliola erant, ad uſum capitis facta. Idem paulò pōſt, ea Granij ſententia cingulum capitis interpretatur, quo procincta Flaminica ſolet redimiri. Et alibi: Rica eſt quadratum ueſtimentum, fimbriatum, & purpureum, quo pro pallido, ſeu uitra utebantur Flaminicæ. Alij dicunt, ꝙ ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt uirgines ingenuæ, patrimæ, matrimæ, ciues, & inficiunt cæruleo colore. Hæc Feſtus. Plaut. in Epid. Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum. Nonius Ricam ſudarium interpretatur. Huius diminutiuum eſt Ricula, quod legitur apud Feſtum.

RICINA, una ex inſulis, quæ Hiberniæ adiacent, auctore Ptolem. lib. 2. cap. 2. Plinio Ricnea dicitur.

RICINVS, & Ricinum, uel, ut quidam malūt, Recinium, (ῥικινόν) dicitur à reijciendo, ueſtis antiquiſſima quadrata (ut inquit Varro) cuius mediam partem retrorſum iaciebant: unde Ricinati mimi. Seru. in lib. 1. Aeneid. Ricinus dicitur ab eo, quòd poſt tergum reijcitur. Feſtus: Ricinium eſt omne ueſtimētum quadratum. Apud Cice. 2. de Legib. legitur Ricinium per quatuor ſyllabas: Extenuatio (inquit) ſumptu tribus ricinijs, & uinculis purpuræ, & decem tibicinibus tollit etiam lamentationem. Eſt & Ricinus (κρότων) genus uerminis canum boumq́ aures acerrime infeſtans. Varr. 2. de Re ruſt. cap 9 Quidam nutricibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorum aurea, quòd ricini ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) eas exulcerare. Ab huius animalis ſimilitudine Ricinus dicitur frutex, aut herba inſtar arboris, (κρότων) grana ferens ricinis animalibus ſimilia: quam Dioſc. arboroſum fruticem eſſe dicit, ſimilem ficus, ſed minorem, folia habentem ſimilia platano, ſed maiora, læuia, & nigriora, ex qua exprimitur oleum Ricininum. Vulgus Palmam Chriſti appellat.

RICTVS, us, {*Ceffo, moſtaζζo*} (σίαγών) non ſolum hiatum ſignificat, unde uerba exeunt, ſed totam illam partem circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, uel alio modo os torquente lineis quibuſdam terminatur, ut maxime ſunt labia. Budæus: Rictus, eſt oris diſtentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus. Mart. lib. 3. Cum comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus anguſtius. Contrahere rictum, eorū eſt, qui mœſti, aut meditabundi ſunt, συστέλλειν, ἀντισπᾶν.

Putatur & Rictus eſſe figura in ore ad tempus aliquo modo contracta, uel producta, uel inuerſa, uel extenſa, quę paulò pōſt reditura ſit in naturalē formā. Eſt & communis tam beluis, q̄ hominibus. Diducere rictum, eſt ad hilaritatē impellere. Horatius: Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Aliquando Diducere rictum, eſt os aperire Iuuena Saty. 10. Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum Contentus. Ponitur aliquando Rictus, pro minaci habitu oris. Cic. Verg. 6. de Herculis ſtatua: Vſq́ eo radices, ut rictus eius, ac mentū paulò ſit attritius. Dicimus & Rictum neut. gen. Lucre. lib. 5. Irritata canum cum

primum magna moloſſum Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. Aliquando accipitur pro roſtro. Vnde nonnulli à Græcis deductũ uolunt, apud quos ῥύγχος roſtrum dicitur. Veriſimilius tamen eſt à Latino uerbo Ringo, deriuari.

RIDEO, des, riſi, riſum, {Ridere} (γελάω, μειδιάω) modo abſolute ponitur ſine caſu. Gel. lib. 1. Rex, quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Cic. 5. de Finib. M. Craſſus, quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucilius, & ea re, ἀγέλαστος uocatum. Modo datiuum admittit, pro arrideo. Rideo tibi. Verg. 5. Aen. Riſit pater optimus olli. Quum autem accuſatiuum habet, ſignificat derideo, (καταγελάω) Terent. in Adel. Rideo hunc: primum ait ſe ſcire is ſolus neſcit omnia. Cic. de Aruſp. reſp. Cum riſeritis impudentiam hominis, &c. Ouid. 2. Faſt. Ridet amatorem Lyda puella ſuum. Transfertur & ad plantas, quæ ridere dicuntur, cum coloris amœnitate ſpectantium oculos oblectant. Verg 4. Eclo. Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho. Hinc Ridibundus, adiectiuum. Plaut. in Epid. Illam ridibundam, atq; hilaram huc adduxit ſimul. Ridens, tis, participium. Horat. in Arte: Vt ridentibus, arrident, ita flentibus adſunt Humani uultus. Ridendus, id eſt, deridendus. Hora. 1. Epiſt. 1. Solue ſeneſcentẽ mature ſanus equũ ne Peccet ad extremum ridendus. Riſio, onis, & Riſus, us, ui, Vide infra.

Riſor, oris, id eſt, irriſor καταγελαστής. Hora. in Arte: Verum ita riſores, ita commendare dicaces Conueniet ſatyros. Huius compoſita ſunt Arrideo, Corrideo, Derideo, Irrideo, & Subrideo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

RIDICÆ, pen. cor. (χάρακες) pedamenta uinearum, quæ è quercu, & iunipero ſolent fieri optima. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 8. Vnum robuſtum, quod optimũ ſolet afferri in uineam e quercu ac iunipero, & uocatur ridica. Colu. lib. 4. cap. 12. Hic annus nondum uehementem palum, aut ridicam deſiderat. Pedamentum uinearum, inquit Budæus, aut eſt fiſſile, ut ridica, aut eſt teres, ut palus.

RIDICVLARIVS, adiectiuum, (καταγέλαστος) idem quod ridiculum. Plaut. in Aſina. Mitte ridicularia, id eſt, ineptias dignas, quæ riſu excipiantur. Gel. lib 4. cap. 20. Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit. id eſt, riſum excitandi ſtudioſior, q̃ conueniret.

RIDICVLVM, li, ſubſtantiuum, {Ridicolo, coſa da ridere, beffa} (τὸ γελοῖον, τὸ γελοῖον) dictum, factum'ue riſum excitans. Cic. lib 2. de Orato. Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicuntur. Plaut. in Stich Me meum obtenturum ridiculis meis. Hinc Gell. lib. 17. cap. 1. formauit compoſitum, Deridiculum: Vt uel ipſa re q; ita dicebat, opprobraret aduerſarijs, & per facetias oſtentaret, facere eos deridiculum, q; perinde Cælio formam crimini darent, quaſi arbitrium eius fuiſſet, quali forma naſceretur. Plaut. in Amph. Et quidem ioco illa dixerã dudum tibi Ridicula cauſa. Teren. in Heaut. Ridiculum eſt iſtuc me admonere Clitipho.

RIDICVLVS, a, um, {Ridicolo} (καταγέλαστος) qui alijs riſui eſt. Iuue. Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quàm q; ridiculos homines facit. Interdum accipitur pro ſcurra, hoc eſt, riſus concitatore, quem Græci γελωτοποιὸν nominant. Cic. Att. Facie magis, q̃ facetijs ridiculus. Idem alibi, C. Sicinius homo impurus, ſed admodũ ridiculus Sic dicimus iocos ridiculos. Plau. in Stic. Iocos ridiculos uendo, agite licemini. Hinc Ridicule, aduerbium. Cice. 1. de Orato. Non modo acute, ſed etiam ridicule, ac facete.

RIGEO, es, ui, {Eſſer freddo, eſſer aſpro, eſſer duro} (ῥιγόω, πήγνυμαι) frigeo, uel durus & inflexilis ſum præ frigore. Cic. 1. Tuſc. Cæteras partes incultas, q; aut frigore rigeant, aut urãtur calore. Plin. maior lib. 6. cap. 13. Verum Aſiæ quoq; magna portio oppoſita Septentrioni, iniuria ſyderis rigentis, uaſtas ſolitudines habet. Rigeſco, frigeſco. Per tranſlationem Rigeſcere capitur pro indurari, uel erectum, ſeu contractum eſſe: quoniam quę frigent, horrent, & indureſcunt. Verg. lib. 2. Georg. Aliaq; diſſiliunt uulgo, ueſteſq; rigeſcunt. ubi Seruius: Durantur, ut frangi potius, q̃ ſcindi poſſe uideantur. Rigere gelu. Liu lib. 1. Bel. Pun. Homines intonſi & inculti, animalia, inanimaq; omnia rigentia gelu, cætera uiſu q̃ dictu fœdiora, terrorem innouarunt. Martial. lib. 1. Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri, Concreto riguit uincta repente gelu. Rigentes oculi apud Plinium, qui non circumaguntur, ut ait Budæus. Rigens corpus, nullo modo flexum. Quin. Aduerſa facies, demiſſa brachia & iuncti pedes, & à ſummo ad imum rigens corpus. Huius compoſita ſunt Dirigo, à quo Dirigeſco: Obrigeo, à quo Obrigeſco, quorum ſignificata uide ſuis locis.

RIGIACVR, auctore Ptolem. lib. 2. cap 9. Atrebatum ciuitas.

RIGIDVS, a, um, {Rigido, freddo, aſpro} (πηκτός, κρυερός) idem quod frigidus uel durus prę frigore. Verg. 2. Georg Nec tibi tam prudens quiſquã perſuadeat auctor, Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere. Aliquando accipitur pro duro & inflexili. Verg 6. Eclog. Tum rigidos motare cacumina quercus. Per tranſlationem etiam pro aſpero, ſeuero, & crudeli. Plin. Epiſt 74. Sententiam Macri ut rigidam, duramq; reprehenderunt. Martial lib. 10. Nec dorcas rigido fugax leoni. Rigida caligo. Cic. 1. Tuſcul. Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus Maximis, ubi rigida conſtat caligo inferum. Rigida innocentia. Liu. 9. Bel. Maced. Inuicti à cupiditatibus animi, & rigidæ innocẽtiæ, contemptor gloriæ diuitiarum.

RIGO, as, {Adacquare, inacquare} (ἄρδω, βρέχω) madefacio, humorem aſpergo, adaquo. Pli. lib. 22. cap. 11. Rigatur ardor gelidis fontibus. Oui. 2. de Pon. Eleg 1. Iuppiter utilibus quoties rigat imbribus agros. Verg. 11. Aenei. Congeminat uulnus, calido rigat ora cerebro. Idem 12. Aenei. Et ſparſo late rigat arma cruore. Rigatio, onis, ἄρδευμα. Colum. lib. 11. cap. 3. Sin autem ſicco loco ſeri debuerint, q; rigationem miniſtrari non expediat, menſe Februario ſeſquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt. Huius compoſitum eſt irrigo, as, de quo alibi.

RIGOR, oris, {Freddo, rigore, durezza} (ῥῖγος) modo ſumitur pro frigore uehementi Plin. Epiſt. 161. Rigor aquæ certauerit niuibus: nec color cedit. Col. lib. 9. cap. 14. Quàm recentiſſimi rigoris aqua infuſa. Plin. lib 7. cap. 50. Certis peſtifer color remeat horis, aut rigor. Modo pro duritie, & inflexibilitate. Ver. 1. Georg. Tũ ferri rigor, atq; argutæ lamina ſerræ. Transfumitur & ad alia: ut rigor naturæ, hoc eſt ſeueritas, & implacabilitas. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quẽdam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem, affectuſq; humanos adimit. Rigor orationis, id eſt, tenor quidam perpetuo ſui ſimilis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Oratio habeat rectam quandam uelut faciem quæ ſtupere immobili rigore non debeat.

RIGVVS, a, um, {Che ſi puo adacquare} (κατάρρυτος) idem quod irriguus, hoc eſt, aquæ affluxu humectus, ſeu quod rigari facile poteſt. Colum. lib. 2. cap. 17. de prato loquens. Eius (inquit) animaduertimus duo genera, quorum alterũ eſt ſiccaneum, alterum riguum. Siccaneum, quod rigari nunquam, aut nõ facile poteſt, intelligo: Riguum, quod facile. Ouid. 8. Metam. Quodq; ſuus coniux riguo collegerat horto. Aliquando & actiue accipitur pro eo quod irrigandi uim habet. Verg. 2. Georg. Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes.

RIMA, æ, {Fiſſura} (χαραγμή) propriè fiſſura dicitur in tabulis male iunctis, aut æſtu fiſſis, quæ uſui aditum præbet. Quanquam etiam generalius accipitur, ut fiſſuræ omnes Rimæ dicantur: & Rimas agere quæcunque finduntur. Cic. Attic. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Verg. 1. Aeneid. Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimiſq; fatiſcunt. Terent. Eunuch. Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo. Inuenire rimã, dicitur in tergiuerſatores, inquit Eraſmus, qui nulla in cauſa tot fidei uinculis poſſunt aſtringi, quin, quo elabant, aliquid inueniant. Plau. Caſin. Iis præſtigijs dux fuit uxor: ea hanc inuenit rimam. Rimas explere dicuntur oratores per tranſlationem, cum uerba inferciunt, ut pleniorem orationem faciant. Cic. in Orato. Neque infarciens uerba quaſi rimam expleat, nec minutos numeros ſequens, concidat, delumbetq; ſententias. Carminum item rimas explere dicuntur uerſificatores, qui tibicinibus paſſim infertis, carminis hiatum ſupplent. Huius diminutiuum eſt Rimula.

RIMOR, aris, {Cercar bene} (ἰχνεύω) diligenter quæro, ſcrutor, quaſi rimulas qualq; perquiro. Tractum ab auibus, quæ eſcam inquirunt in terrę rimis. Verg. lib. 1. Georgic. Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. Id eſt, paſcuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt Cic. 1. de Diuin. Sed tamen id quoque rimatur, quantum poteſt Silius lib. 8. Quæ natura loci, quod ſit rimabere ſolers Armorum genus. Rimari iecur epulis. Verg. 6. Aeneid. de Tityo: Roſtroq; immanis uultur obunco Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto Pectore. Interdum Rimari eſt ſcindere, & quaſi in rimas agere, διασχίζειν. Idem 3. Georg. Ergo ægre raſtris terram rimantur.

RIMOSVS, a, um, {Pieno di feſſure} (λεπτορρωγής) quod eſt rimis plenũ. Colu. lib. 1. cap. 5. Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit rimoſumq;. Vergil. 6. Aeneid. Gemuit ſub pondere cymba Sutilis, & multam accepit rimoſa paludem.

RINGO, is, xi, rictum, Ringor deponens, {Torzer la bocca} (τὰς ῥῖνας συστέλλω) os torqueo, quod canes faciunt, cum latraturi ſunt, uel quum ex ira in rugas diducunt os. Hinc Ringi, pro iraſci indignari, allatrare, pulſare, conuiciari, murmurare ponitur. Terent. in Phorm. Quum ille & cura, & ſumptu abſumitur, dum tibi ſit, quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Dicitur autem Ringi, a narium tortura. Nam ῥὶς naris dicitur: ut ſit Ringi, quaſi narem agi, id eſt, torqueri. Hinc Rictus, us, & Rictum de quibus ſupra.

RIPA, æ, {Riua, Riuiera Arioſt. can. 1. Su la riuiera Ferau' trouoſſe} (παραποτάμιον, ὄχθη) crepido, ſiue labium amnis, hoc eſt, terræ extrema ora, quæ utrinque flumine alluitur. Propriè enim fluminum & torrentium ripæ dicuntur, ut littora maris. Ouid. 1. Metam. Camposq; recepti Liberioris aquæ pro ripis litora pulſant. Cæſ 5. Bell Gall Erant inter Labienum atque hoſtem difficili tranſitu flumen, ripiſq; præruptis, &c. Inuenitur tamen Ripa etiam de mari dici. Plin. lib. 9. cap. 15. de mari Pontico: Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt. A' ripa fit diminutiuum Ripula. Cic. ad Attic lib. 3. Et tamen hæc παραγραφὴ ripulę, uidetur habitura celerem ſatietatẽ. Hinc fit adiectiuũ. Riparius, quod in ripis habitat. Plin. lib. 34. cap. 4. Ripariæ uolucres.

RIPA ALTA, (ὄχθη ὑψηλή) oppidum in orientali parte Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

RIPARENSES, dicebantur milites, qui in Imperij limitibus excubabãt pro Repub. aduerſus barbaros: ut puta qui citeriores Rheni, & Danubij ripas, ad compeſcendas Germanorum uel Sarmatarum excurſiones inſidebant. Horum meminit Iuſtin. C. de Re militari.

RIPARIA, auis quæ in ripis habitat. Plin. lib. 30. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli: ita uocant in riparum cauis nidificantes.

RIPHÆI MONTES, uide ſupra, inter ea, quæ ab rh, aſpirato principium ſumunt.

RIPHEVS, uide Ripheus.

RISCVS, riſci, (ῥίσκος) ciſtula eſt, interprete Donato, pelle contracta. Seruius uero ait eſſe feneſtram paruam in pariete. Terent. in Eunu. Abi, ciſtellam domo effer cum monumentis. P. ubi ſita eſt? T. in riſco.

RISIO, onis, uerbale, à rideo, idem quod riſus. Plaut. in Stich. Quot ego uoluptates fero, quot riſiones, quot iocos.

RISVS, huius, ſus, {Riſo, riſeghia} (γέλως) ridendi actus. Plaut. in Milit. Nequeo hercle quidem riſu meo moderarier. Tenere riſum. Cic. de Cla. Orat. Equidem in quibuſdam uix riſum tenebam. Concitare riſum Idem 2. de Orat. Atq; illud primum quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur, ubi ſit, quomodo exiſtat, atque ita repente erũpat, uiderit Democritus. Captare riſum. Idem 4. Tuſc. Mouere riſum. Idem Attico: In quo ille mihi riſum magis, quam ſtomachum mouere ſolebat. Edere riſus. Idem Q. Frat. Memini miros nos riſus edere.

RITE', {Bene dirittamente} (καλῶς) idem quod rectè & bene, teſte Pompeio. Varro à ritu dictum putat, propterea q; quæ ſecundum ritum fiant, recta & rata ſint. Cic. 2. de Finib. Quæ poteſt appellari rite ſapientia. Liu. lib. 4. Dec. 5. In monte ſacrificio ritè perpetrato.

RITVALES LIBRI, (θεσμοθετικὰ βιβλία) Hetruſcorum libri erant, teſte Feſto, in quibus ſcriptum erat, quo ritu urbes conderentur, aræ, ædeſq; ſacrentur, curiæ, tribus, & centuriæ diſtribuantur. Cic. 1. de Diuin. Quod Hetruſcorũ declarant, & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.

RITVS, tus, {Rito, coſtume, uſanza} (θεσμὸς θεσμοθεσία) mos, & approbata cõſuetudo, quam omnes ratam habent. Feſtus: Ritus, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs. Ouid 2. Faſto. Hinc populi ritus edidicere nouos. Tacit. lib. 2. Niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent. Accipitur tamen etiam generalius, (quod & Feſtus fatetur) pro quouis more, & quauis conſuetudine. Cic. de Amic. De his, qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt: Legitur & ablatiuus Rite tanquam a nominatiuo Rites, ſiue Ritis. Stat. lib. 11. Theb. Hei mihi primitijs armorum, & ritè nefaſto Libatur.

RIVALES, {*Riuali, innamorati d'una ſola*} (ἀντεραςαί) qui eiuſdem mulieris amore tenentur. Plau. in Stic. Eadem eſt amica ambobus, riuales ſumus. Teren. in Eunu. Militem ego riualem recipiendum cenſeo. Translatio ſumpta eſt, uel à beſtijs, quæ ſitientes, quum ex eodem riuulo hauſtum petunt, prælium contra ſe inuicem concitant: uel à re ruſtica: nam riuales dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis diſterminat, qui incertitudine, & mutatione crebra curſus lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Vlpianus de Aqua quoti. & æſti. l. 1. Riuales qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos ſæpe contentio eſt de aquæ uſu. Sine riuali diligere, dicuntur ij, qui ſtulte mirantur quod nemo alius concupiſcat: ſumpta allegoria ab amantibus, quibus eſt amica deformis, & quam alius nemo uelit. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. O dij quàm ineptus, quàm ſe ipſe amans ſine riuali.

RIVALIS, le, (ποταμιαῖος) quod ex riuo eſt, ſiue quod in riuo naſcitur. Colu. lib. 8. cap. 15. Datur cammarus, & riualis alecula, uel ſiqua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

RIVALITAS, {*Concorrentia d'innamorati*} (ἀντιζηλία) æmulatio illa inter eos, qui eandem amant. Cic. in Tuſcu. Obtrectare uero alteri, aut illa uitioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt.

RIVINVS, (ἀντίζηλος) idem quod riualis. Plau. in Aſin. Cedit noctẽ filius riuinus, amens ob raptam mulierem.

RIVVS, {*Riuo, rio, foſſatello*} (ῥύαξ) aqua fluens, à fonte uel flumine ducta. Ci. in Topic. Tanquam riuorum à fonte deductio. Vergil. 8. Eclog. Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua. Lapidoſus riuus. Ouid. 3. Faſto. Sanguinis riuos fouens. Verg. 11. Aen. Lachrymarum riuus. Ouid. 9. Meta. Hinc Deriuo, as, & Corriuo, as, de quibus ſupra ſuis locis. Riuulus, diminutiuũ, paruus riuus. Cic. pro Cęl. Vt riuulus accerſitus, & ductus ab ipſo capite. Idem 1. Acad. Sed meos, in quibus eſt ſtudium in Græciam mitto, id eſt, ad Gręcos ire iubeo: ut ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur.

RIXA, æ, {*Riſſa, diſcordia, contentione*} (ἔρις) lis, contentio, pugna, à ringendo, ut quidam uolunt, quod proprie eſt canum, quando irritantur. Cic. in Verrem: Ecce autem noua turba, atq; rixa. Ouid. 3. de Arte: Nec tua frangetur nocturna ianua rixa. Cic. ad Pætum lib. 9. Et ſi academiæ noſtrę cum eo magna rixa eſt. Liuius 2. ab Vrb. Conſulum interuentu rixa ſedata eſt. Hinc Rixoſus, a, um, (ἐριστικὸς, ἐριώδης) contentioſus. Feſtus: Rictus, rixæ rixoſe, ringitur, dici uidentur, quia in diuerſum rumpantur, contrariaq; ſint recto. Colu. lib. 8. cap. 2. Non rixoſarum auium laniſtæ, cuius plerunque, &c.

RIXOR, aris, {*Contendere, mouer riſſa*} (ἐρίζω) iurgor, cõtendo. Ci. 2. de Orat. Cum eſſet cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Plin. lib. 16. cap. 2. Et ipſos inter ſe rixantes, &c. Rixantur herbæ aridę. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 47. Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm ſequitur. Rixari de lana caprina. Horat. 1. Epiſt. 19. Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Prouerbium eſt in eos, qui de re nihili diſceptant.

R ANTE O.

ROBIGALIA, ſiue Rubigalia, lium, ſiue liorum, dies Feſtus erat, ſeptimo Calen. Maias celebrari ſolitus, teſte Feſto, quo Robigo deo ſacra fiebant, ut robiginem, ſiue (ut hodie uſitatius loquimur) rubiginem à ſegetibus auerteret. Eſt aũt Robigo, ſiue Rubigo, (ἐρυσίβη Ariſtoteli) ſegetum morbus, quam Nebulam uulgus Gallorum appellat, qua ſpicæ aduruntur, prorſusq; redduntur friabiles. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 1. Quarto Robigũ & Florã: quibus propitijs neq; rubigo frumenta, atq; arbores corrũpit: neque non tẽpeſtiuè florent. Itaq; publicæ Robigo feriæ, Robigalia: Floræ ludi Floralia inſtituti. Pli. lib. 18. cap. 29. Tria tẽpora fructibus metuebãt: ꝓpter qđ inſtituerũt ferias, dieſq; feſtos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa cõſtituit anno regni ſui undecimo: quæ nunc agũtur ad VII. Cal. Maij, quoniã tunc ferè ſegetes rubigo occupat.

ROBIGO, ginis, ſiue Rubigo, (ἐρυσίβη) ſegetum morbus eſt, quem Nebulam uocant Galli, quo ſpicæ torrentur, friatileſq; redduntur. Verg. 1. Georg. Vt mala culmos Eſſet robigo. Fuit & Robigo, Dea quædam apud Romanos, quæ auertendæ rubiginis cauſa colebatur. Ouid. 4. Faſto. Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.

ROBIGVS, pen. pro. deus, qui auertendæ rubiginis cauſa colebatur: de quo uide plura in dictione Robigalia.

ROBORARIA, (δρυφάκτοι) antiqui appellauerunt omnia ædificia, ſepta, uillas, quæ incluſa habent animalia: à tabulis roboreis, quibus ſepta erant ante, quàm moenibus cingerentur. Vide Gell. lib. 2. cap. 20.

ROBOREVS, a, um, {*Ogni coſa che è di rouere*} (δρύϊνος) quod ex materia roboris. Colu. lib. 11. cap. 2. Materies ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ad unguem debet. Ouid. 5. Faſto. Tunc quoque priſcorum uirgo ſimulacra uirorum Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.

ROBORO, as, pen. cor. {*Fortificare, rinforzare, far forte, gagliardo*} (κρατύνω, ἐνισχυρίζω) fortifico, firmo, robur addo. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidos luto conſtruunt, ſtramento roborant. Ci. 1. Offi. Catoni autem cum incredibilẽ tribuiſſet natura grauitatem, eamq; ipſe perpetua conſtantia roborauiſſet, ſemperq; in propoſito, ſuſceptoq; conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quàm tyranni uultus aſpiciendus erat. Idem lib. 11. cap. 51. Vox roboratur XIII. annis: eadem in ſenecta exilior. Hinc componitur Corroboro, de quo ſupra ſuo locu.

ROBVR, ſiue Robor, oris, pe. co. {*Rouere, quercia, fortezza, fermezza*} (ἀγρία δρῦς, αἰγίλωψ) proprie ſpecies eſt arboris glandiferæ duriſſimæ. Pli. lib. 16. cap. 2. Roborum uaſtitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. de Diuin. Itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe in robore, inſculptis priſcarum literarum notis. Ibidem pauló poſt. Quis robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit? Verg. 1. Georg. Graue robur aratri. Per translationem ſumitur pro animi fortitudine, qua quis durat aduerſus pericula. Cic. pro Font. Equites tantum habere animi, tantum roboris, &c. Capitur & pro corporis firmitate, quæ aduerſus omnes difficultates firmiter obnititur, ἰσχύς, παράστημα. Cic. pro Roſc. Amer. Meſſala, qui ſi iam ſatis ætatis, ac roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſc. diceret. Demum omniũ rerum firmitatem, duritiamq; robur dicimus. Colum. lib. 2. Quod protinus exile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. Vnde Seruius dicit: Omne quod forte eſt, robur uocamus. Verg. lib. 7. Aeternaq; ferri Robora. Robur, item, teſte Feſto, in carcere dicitur is locus, quò præcipitatur maleficiorum genus, quod antea arcis robuſteis includebantur. De hoc robore meminit Plau. in Curcul. At ego uos ambo in robuſto carcere, ut pereatis, &c. Erat enim genus ſupplicij, quod idem Plaut. in Pœnulo Codicẽ robuſtum uocat. A' Robur fit adiectiuum, Roburneus, quod ex robore naſcitur. Colum. lib. 9. cap. 1. Nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent, Id eſt, glandibus.

ROBVS, robi, {*Roſſo*} apud ueteres dicebatur rubeus & Bouem robum idcirco ruſtici uocabant. Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris uenas habet, dicta eſt Robus. & homines ualentes, ac boni coloris, Robuſti: hæc Feſtus. Robus etiam genus tritici, maxime laudabile (ut inquit Col. lib. 2. cap. 6.) quum et pondere, & nitore præſtet.

ROBVSTVS, a, um, {*Robuſto forte*} (ῥωμαλέος, δρύινος) quod eſt multi roboris. Colu. lib. 2. Neque dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtũ. Verg. 4. Eclog. Robuſtus quoque iam tauris iuga ſoluet arator. Cic. 2. in Catil. Tertium genus eſt, ætate iam confectum, exercitatione robuſtum. Idem 2. Philipp. Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus.

ROBVSTEVS, denominatiuum à Robur, {*Ogni coſa ch'è di rouere*} (δρύϊνος) ut, Robuſtea materies, quæ ex robore facta erat, ut eſſet durior. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 38. In eo ſi in medio robuſtea aliqua materies ſit depacta, negant ſerpentem naſci.

RODO, is, roſi, roſum, {*Rodere*} (κείρω) proprie murium eſt, & ſimilium, qui dẽtibus ferè ſemper aliquid demoliuntur. Cic. de Diu. Quaſi uero quicquam interſit, mures noctem & diem aliquid rodẽtes, ſcuta an cribra corroſerint. Hora. 1. Serm. Satyr. 10. Et in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues. Per translationem quandoque pro detraho ſumitur, ſiue obtrecto. Cic. pro Corn. Balbo: More hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicãt.

Flumina rodunt ripas. Lucr. lib. 5. Ferrum roditur ſcabra rubigine Ouid. 1. de Pont. Eleg. 1. Amicum abſentem rodere. Horat. 1. Serm Saty. 4. Dentem dente rodere, prouerbium in illos, qui carpũt eos qui pari ſunt præditi mordacitate: aut qui lædi non poſſunt, neque ſentiunt. Martial. lib. 13. Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe uelis. Hinc Roſio, roſionis. Plin. lib. 20, cap. 21. Succus decoctæ neruis prodeſt, & ueſicæ, & inteſtinorum roſionibus. Huius compoſita ſunt Arrodo, Corrodo, Erodo, & Prærodo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

ROGATOR, oris, {*Colui che prega, mendico, pitocco, pouero*} (ἱκέτης) uerbale, à Rogo, qui rogat. Cic. ad Atti lib. 16. Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Rogatores, (ἐπαίτης) poſtulatores, & mendici, qui eleemoſynam poſtulant. Plau. Vt rogator oſtiatim petam panem. Rogator comitiorum, qui populum de comitijs conſulit. Cic. 2. de Natu. Deo. Aruſpices intro ducti reſponderunt, non fuiſſe iuſtum comitiorum rogatorem.

ROGITO, as, {*Pregare cercare, domandare, chiedere*} (αἰτέω) frequentatiuum à Rodo, modo idẽ ſignificans, quod identidem oro. Plin. Patrẽ adit, rogitat, ut ſui miſereatur. Modò iterũ atque iterũ interrogo, ἐρωτῶ. Verg. 1. Aen. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Hinc cõponitur Erogito, quod eſt interrogando extorqueo. Plaut. in Capt. Ex hac ſtatua uerueceã uolo erogitare, meo minore quid factum ſit filio. Hinc Rogitatio, uerbale, lex, plebiſcitum. Plaut. in Curcul. Rogitationes plurimas propter uos populus ſciuit.

ROGO, as, {*Domandare, cercare, pregare*} (αἰτέω) poſco. Gel. lib. 13. cap. 20. Crepidarium cultellum rogauit à crepidario ſutore. Quãdoque oro precor, δέομαι. Verg. lib. 7. Aen. Littuſq; rogamus Innocuum, & cunctis undamq; auramq; patẽtem. Cic. 1. Ver. Rogare & orare, ne illos ſupplices aſpernarer, quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Ponitur aliquando pro utendum petere. Cic. in Ver. Profecto hinc natum eſt, Malo emere, quàm rogare. Cato cap. 5. Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget, & quibus det. Aliquando interrogare quærere, ἐρωτᾶν. Cic. Att. Roga ipſum, quemadmodũ Ariminum ipſum acceperim. Teren. Adel. Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret, ſat ſcio: Rogabit me, ubi fuerim. Roget quis, elegans eloquendi formula, pro eo quod minus ornatè dicitur, Poſſet me aliquis interrogare: qua utimur, quoties per anthypophorã tacitæ obiectioni uolumus occurrere. Terent. Eunu. Roget quis, quid tibi cũ illa? Rogare ſacramento milites, hoc eſt, iureiurãdo eos aſtringere. Liu. 5. Bel. Maced. Ex Sicilia Hiſpaniam petentem, tempeſtate in Africam delatum, ſcribit uagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe. Rogare aliquem ſententiam. Quintil. lib. 6. cap. 3. Poſt acceptã hæreditatẽ primus ſententiam rogabatur. Rogare legem. i. ſtatuere, νόμον εἰσφέρειν. Solet enim populus rogari. i. interrogari, num eam legem ratam uellet. Gel. lib. 1. Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic. 2. Phil. Ego ad eum belli ciuilis cauſam attuli: ego leges perniocioſas rogaui. Hinc Legis rogatio, (νομοθεσία) dicitur, quoniam rogare populum magiſtratus ſolebant, an id placeret, quod ſtatuerant. Hinc etiam Derogare legi, & Abrogare legem dicimus: de quibus abunde ſupra dictũ eſt.

Rogationis autem nomine continetur Lex, Plebiſcitum, & Priuilegium. eſtq; quaſi caput & fons totius iuris popularis. Nam rogare populum, (χρηματίζειν) eſt agere cum populo, ſiue de re quauis ad populum referre, ſiue populum conſulere. Quia in re hæc erant uerba ſolennia: Velitis, iubeatis, Quirites, ut hoc, uel illud fiat. Vnde Rogatio, quaſi quædam interrogatio. Sueton. in Cæſ. Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. i. lege à Plotio lata. Feſtus Rogationem uidetur accipere pro priuilegio: eamq; ita diſtinguit à lege, quod hęc in omnibus & rebus & perſonis locum habeat. Rogatio de uno, aut certe paucis feratur, neque ad res omnes pertineat. Verba eius ſunt hęc: Rogatio ea dicitur, cum populus conſulitur de uno, pluribus'ue hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una pluribus'ue rebus, de quibus nõ omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines, res'ue populus ſciuit, Lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait: Inter Legem & Rogationem hoc intereſt, Rogatio eſt genus legis: quæ lex non continuo eſt, ea rogatio eſt: non poteſt non eſſe lex: ſi modo iuſtis comitijs rogata eſt. Ferre rogationem ad populum. Cæſ. 3. Bell. Ciuil. Item prætoribus, Tribuniſq; plebis rogationes ad populum ferentibus, &c.

Perferre rogationem, eſt per interrogationem populi legem perferre. Cice. ad Quint. Frat. lib. 2. Sed tamen ſuſpicor per eum rogationem Caninium perlaturum. Accipere rogationem. i. legem accipere. Cic. ad Atti. lib. 1. Vt Conſules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam. Rogans, tis, participiũ. Ouid. 2. Amor. Eleg. 3. Mollis in obſequium, facilisq; rogantibus eſſes. Idẽ in Epiſt. Medeæ: En iterũ ſcribo, mittoq; rogantia uerba. Rogãdus, a, um. Oui. 3. Triſt. Tunc quoque ſollicita mente rogadus erit. Rogatus a, um. Pli. lib. 7. cap. 46. Rogatus ſententiam in Conſulatu. Ouid. 1. de Arte: Quæ dant, quæq;

negant, gaudent tamen eſſe rogatæ. Rogatus, us, ui, actus rogandi. Cic. 1. de Natu. Deo. Nam cum ferijs Latinis ad eum ipſius rogatu arceſſituſq́ ueniſſem, offendi eum ſedentem in exedra. Hinc diminutiuum Rogatiuncula. Cic. pro Domo ſua: Eaſq́ te ex una rogatiuncula feciſſe. Compoſita ſunt Arrogo Abrogo, Corrogo, Derogo, Erogo, Irrogo, Prorogo, & Subrogo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

ROGVS, gi, (πυρά) ſtrues lignorum, ad cremanda cadauera: ita dictus, quòd in eo dij manes rogentur. Plau. in Menæch. Age ſanè igitur, quãdo æquum oras, quã mox incendo rogum? Cic. 3. de Fin. Næ ſi beatus unquam fuiſſet, beatam uitã uſq; ad illum à Cyro extructum rogum protuliſſet. Idem 1. de Diui. Siquidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus, cum aſcenderet in rogum ardentem, O præclarum diſceſſum, inquit, è uita: cũ, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Verg. 3. Aen. Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, aræq; parabãt. Rogalis, le, ut Ignis rogalis. Stat. 1. Theb. Hæc igne rogali Fulgurat. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Te'ne facer uates flammæ rapuere rogales?

ROMA, {Roma Boc. Gior. 10. Nou. 3. *Le mie caſe, & i luoghi publichi di Roma ſon pieni d'antiche imagini de miei maggiori*} (ῥώμη) urbs Italiæ, regina urbiũ, & totius propemodum orbis olim caput. de cuius origine, & nominis ratione non ſatis conuenit inter ſcriptores. Vulgatiſſima tamen eſt opinio, à iuuentute Albana conditam fuiſſe, ducibus Romulo, & Remo, nepotibus Numitoris: atq; à Romuli nomine Romam fuiſſe appellatam, non autem Romulam, ne nominis diminutio urbis maieſtati quippiã detraheret. Alii multis ante Romulum ſeculis conditam uolunt, primumq; Valentiam appellatam: Romam aũt dici cœpiſſe poſt Euandri & Aeneæ aduentum, qui Latina uoce in Græcam eiuſdem ſignificationis tranſlata, ῥώμην appellarunt. Sunt præterea, qui exiſtiment Aeneæ neptem fuiſſe, & Aſcanij filiam, nomine ῥώμην, à cuius nomine urbi huic nomen fuerit impoſitum. Nec deſunt, qui Troia capta Achiuos quoſdam ea in loca ueniſſe aſſerant, cumq; in Palatino monte oppidum cõdidiſſent, à nobili captiuæ nomine ῥώμην appellaſſe. Sunt & aliæ non paucæ hac de re ſcriptorum opiniones, quas hic breuitatis cauſa omittimus. Si quis tamen noſſe cupiat, adeat Pompeium Feſtum, de Antiq. uocum ſignificat. lib. 16. Id certe conſtat, à tenuiſſimis ortam eſſe principijs, primumq; in Palatino monte conditam fuiſſe ſæpiuſq; deinde pomœria eius fuiſſe prolata. Scribit enim Pli. lib. 3. cap. 5. Veſpaſiani temporibus ambitum urbis fuiſſe XIII. M. CC. paſſ. Vopiſcus autem tradit, Aurelium Imperatorem ambitũ eius ad XXX M. paſſ. ampliaſſe. A' Roma fit gentile Romanus (ῥωμαῖος): ut, Romani rerum domini, apud Verg. 1. Aen. Item Romanus, a, um, poſſeſſiuum: ut, Arces Romanæ, apud eundem 2. Georg. Item Romanenſis, qua uoce proprie ſignificatur is, qui alibi ortus, Romæ uerſatur: unde etiam Cato de Re ruſt. Romanenſem ſalem appellat, non Romæ factum, ſed qui Romæ uendebatur.

ROMANA PORTA, in infimo cliuo Victoriæ fuit, à Romulo primum inſtituta, gradibuſq; quibuſdam in quadraturam formata. Appellata eſt autem Romana à Sabinis præcipue, quibus ea proximus aditus erat Romam: Hæc Feſtus. Vulgo tamen, eodem Feſto referente, Romana porta dicta eſt, ubi ex epiſtylo aqua defluebat: qui locus ab antiquis dictus eſt Ad ſtatuas Cincias, quòd ibi olim fuerit ſepulcrum eius familiæ.

ROMANVLA PORTA, teſte Varrone lib. 4. de lingua Latina in Palatino monte fuit, gradus habens in noualia, ad Volupiæ ſacellum.

ROMANICVS, a, um, adiectiuum, (ῥωμαϊκός) denominatiuum è Roma deductum: ut, Aratra Romanica, id eſt, Romæ facta. Cato cap. 135. Aratra in terram ualidam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt.

ROMVLVS, (ῥωμύλος) Martis (ut Romani credi uoluerunt) ex Ilia filius, et Nepos Numitoris, & frater Remi, eodem cũ illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio: qui non contentus fratri natu maiori imperium præripuiſſe, ut poſteritati quoq; ſuæ tyrannidem conſtabiliret, prolem illius maſculam interemit. Iliam quoque, ut ſpem omnem nepotum fratri eriperet, ſub ſpecie honoris uirginem Veſtalem legit, eoq; modo perpetua uirginitate damnauit. Ea tamen poſtea grauida deprehenſa, geminos peperit: quos Amulius in Tyberim abijci iuſſit, matrẽ autem arctiſſima cuſtodia aſſeruari. Verum cum id temporis Tyberis extra ripas reſtagnaſſet, nec adiri uſquã ad iuſti amnis curſum poſſet, qui mergendorũ puerorum negotium ſuſceperat, in proxima eos alluuie, ubi poſtea Ruminalis ficus fuit, expoſitos reliquit. Ubi à Fauſtulo regij pecoris magiſtro inuenti ſunt, & Laurentiæ uxori educãdi traditi: quæ quòd uulgato corpore quæſtum faceret, ideoq; Lupa inter paſtores uocaretur: factus eſt locus fabulę Romulum, & Remum a lupa educatos fuiſſe. Hi poſtea cum adoleuiſſent, de genere ſuo à Fauſtulo edocti, Amulium trucidant: auumq; Numitorem in regnum reſtituunt. Nec ita multo poſt collecta magna paſtorum manu, urbem nouam in Palatino monte, ubi educati fuerant, ędificãt. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis uerecundia differentiam facere poſſet, orta inter eos contentione, uter nouæ urbi nomen daret, & cõditam imperio regeret, placuit rem auiũ iudicio permittere. Cumq; Remo in Auentino ultures ſex priores, Romulo autem in Palatino duodecim, ſed poſteriores appparuiſſent, illo tempore, hoc numero ſe potiorẽ eſſe aſſerente, exorta inter paſtores primum altercatio eſt, quæ deinde ad manus peruenit. Ibi Remus in turba ictus cecidit. Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum nouos muros tranſiliſſe: inde à Romulo, ſiue à Celere quodam Romuli iuſſu fuiſſe interfectum. Solus itaque regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Aſylum aperuit. Senatores centum, quos ab honore Patres appellauit, cõſcripſit. Vicinis connubia negantibus uirgines, quæ ad Conſualium ſpectaculum conuenerant, rapuit. Ceninenſes bellum inferentes prælio uicit, regeq; obtruncato, Ioui Feretrio opima ſpolia obtulit. Antemnates deinde, & Sabinos prælio ſuperatos in ciuitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes inſequutus, urbem eodem impetu cepit. Veientibus poſt aduerſam pugnam pacem petentibus, centum annorum inducias conceſſit. His rebus geſtis, cum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingenti coorta tempeſtate repente nuſquam comparuit, patrum, ut creditur, manibus diſcerptus. A' Romulus, deducuntur adiectiua. Romuleus, a, um, ut, Vrbs Romulea, apud Ouid. 15 Metam. Romulus, a, um, ut, Tellus Romula. Verg. 6. Aen. Nec Romula quondam Vllo ſe tãtum tellus iactauit alumno. Romulius, a, um, ut Tribus Romulia. Cic. de Leg. agra. Reſpondit ſe à tribu Romulia initium facturum. Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis ſcriptoribus qui in ſcholis docebantur, ſublatis, Latinos induxit. Hic ad centeſimum uſque annum uixiſſe traditur: interrogatuſq; quanam ratione uitam tandiu propagaſſet, Intus, inquit, uino, foris oleo.

ROMVLIDES, dæ, (ῥωμυλίδης) idem quod Romanus, à Romulo, primo urbis conditore. Perſius Saty. 1. Ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent.

RORARII, (γυμνῆτες, ἀκροβολισταί) leuis armaturæ milites dicebantur, qui antequam acies congrederentur, fundis & lapidibus pugnæ præludebant. Rorarij dicti, teſte Nonio, quòd illi prælium, ut ros pluuiam, antecederent. Idem & Ferentarij dicuntur, teſte Feſto. Liuius: Nam & Rorarij procurrebant inter antepilanos. Hinc Rorarium uinum dicebatur, teſte eodem Feſto, quod Rorarijs militibus dabatur.

RORESCO, cis, {Inruggiadarſe} (δροσίζομαι) roſcidus fio, rore aſpergor: ab inuſitato uerbo Roreo. Plin. lib. 18. cap. 33. Aquilonem prænuntiat terra ſiccefcens, ſed roreſcens repente Auſtrum innuiſcet.

RORAT, {Inruggiadare, bagnare} (δροσίζει) uerbum eſt ex eorum genere, quę Grammatici uocant exceptæ actionis, quemadmodum Pluit, & Ningit, per ſe ſine nominatiui adminiculo ſenſum explens. Eſt enim Rorat, idem quod ros decidit. Colum. lib. 11. cap. 3. Idibus Octobris, & ſequenti biduo interdum tẽpeſtas, nonnunquam rorat. Per tranſlationem accipitur pro guttatim diſtillare. Verg. 8. Aenei. Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine uepres. Aliquando admittit poſt ſe accuſatiuum: ut, Rorare imbrem. Plin. lib. 17. cap. 10. Periculum tantum eo die eſt, ſi rorauerit quãtulumcunque imbrem. Hinc componitur Irroro, ras, pen. pro. (δροσίζω) quod eſt rore aſpergo, & madefacio. Verg. 1. Georg. At cum Sole nouo terras irrorat Eous. Roror, paſſiuum, pro irroror, ſiue irrigor, aut madeſio. Pli. Epiſt. 21. Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis. Rorans, tis, participiũ. Verg. 3. Aen. Ter ſpumam eliſam, & rorantia uidimus aſtra. Cic. de Senect. Pocula, ut in Sympoſio Xenophontis, minuta, atq; rorantia. Roratus, a, um. Ouid. 3. Faſt. Mollis erat tellus, rorata mane pruina.

RORATIO, onis, (δρόσισμος) morbus eſt uitium, cum illæ deflorefcentes rore læduntur: priuſq; corrumpuntur, quàm in acinos transformentur. Cui uitio affine eſt illud quod Galli Colaturam uocant, cum acini iam nati aut decidunt aut indureſcunt in callum. Vtriuſque meminit Plin. lib. 17. cap. 24. Syderationis (inquit) genus eſt in uitibus deflorefcentibus roratio, aut cum acini, priuſquam creſcant, decoquuntur in callum. Theophraſtus lib. 4. de Plantis: Roratio, inquit, fit cum uitis deflorefcens irroratur. Propter hoc uitium Floralia ab antiquis inſtituta ſunt, auctore Plin. lib. 18. cap. 19. Floralia quarto Calendas Maij inſtituerunt anno urbis quingenteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllæ: ut omnia bene deflorefcerent. Et paulo poſt: Aliud hoc quatriduũ eſt, quo neque rore ſordere uelint: exhorrent enim frigidum ſidus Arcturi poſtridie occidens: & multo minus plenilunium incidere, &c.

RORIFER, ra, rum, {*Che apporta ruggiada*} (δροσοβόλος) ut, Aura rorifera. Senec. Hip. Qua rorifera mulcens aura Zephyrus uernas euocat herbas. Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Theb. Rorifera gelidum tenuauerat aera biga. Lucre. lib. 6. Hinc ubi roriferis terram nox obruit umbris.

RORVLENTVS, a, um, {*Ogni coſa piena di ruggiada*} (δροσώδης, πολυδρόσιος) quod eſt plenum rore. Col. lib. 5. Cauendum ne aut Septentrionalibus uentis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ſerantur uites. Idem lib. 12. cap. 38. Rorulentæ baccæ non legantur.

ROS, roris, {*Ruggiada*} (δρόσος) humor, qui ſereno tempore de cœlo fluit, ſerena nocte, non gelu neq; ardoribus, neque uentis exiſtentibus. Ariſt. lib. 1. Meteo. ſcribit, rorem fieri ex uaporatione modica, quũ pluuia ex largo uapore progeneretur. Apul. lib. de Mundo. Ros nocturnus humor, quem ſerenitatis tenuitas ſpargit. à Græcis dicitur δρόσος. Verg. 2. Georg. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Cic. 1. de Diuin. Cum primum gelidos rores Aurora remittit. Ouid. 3. Metam. Virgineos artus liquido perfundere rore.

ROSA, roſæ, {*Roſa*} (ῥόδον) flos è ſpina naſcens, qui propter pulchritudinem, & ſuauem odorem Veneri ſacer eſt: & fortaſſe non abſurde: quia ſicut roſa breui uiget, ita & Venerea uoluptas. Quo pacto autem roſa, quæ prius candida fuit, cruore Veneris infecta, purpureum colorem traxerit, ex Aphthonij fabella cognoſces. De roſis plura apud Plin. lib. 21. inuenies: & Theophraſtum lib. 6. cap. 6. & 7. Dioſco lib. 3. cap. 132. Cic. 5. Tuſcu. An tu me in uiola putas, aut in roſa dicere? Verg. 4. Georg. Primus uere roſam, atque autumno carpere poma. Roſa, pro oleo roſaceo, apud Celſ. lib. 8. cap. 4. Quod ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida.

ROSACEVS, a, um, {*Ogni coſa fatta di roſe*} (ῥόδινος) quod ex roſa factum eſt: unde Roſaceum oleum, ex roſis. Plin. lib. 20. cap. 3. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto, febrium ardores refrigerat.

ROSARIVM, rij, {*Luogo che abonda di roſe*} (ῥοδωνιά) copiam fruticum ſignificat, uno loco roſas gignentium. Plin. lib. 21. cap. 11. Roſaria à Fauonio foſſa oportet eſſe, iterumq; Solſtitio.

ROSCIA LEX, à Roſcio Othone Tribuno plebis nomen accepit: qua Equites primum à plebe diſtincti ſunt, aſſignatis Equeſtri ordini in theatro quatuordecim gradibus, in quos neminem recipere liceret, niſi qui quadringentorum ſeſtertiorum cenſum expleret. Horat. 1. Epiſt. Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorum Nænia? Et paulo ant: Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fideſq; Plebs eris. Eodẽ ſpectat & illud Iuue. Sic placuit uano, qui nos diſtinxit, Othoni.

ROSCIDVS, a, um, {*Inruggiadato*} (δροσερός) quod eſt rore perfuſum, unde Nox roſcida dicitur, quæ rore humecta eſt. Plin lib. 18. Quidam pridie rigant prata: ubi ſunt rigua, noctibus roſcidis ſiccari melius. Similiter Mala roſcida, quæ matutino rore humecta ſunt. Verg. 8. Eclog. Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala (Dux ego ueſter eram) uidi cum matre legentem. Aurora roſcida, Ouid. ad Liuiam. Gramina roſcida, Claud. 2. de Rap. Proſerp. Mella roſcida, Verg. 4. Eclo. Pruina roſcida foliis excuſſa, Ouid. 5. Faſt.

ROSCIVS, hiſtrio inſignis fuit Ciceronis ætate, in arte ſua uſqueadeo abſolutus, ut ſi quẽ ſignificare uelimus cæteris ſui generis hominibus præcellere, Roſcium κατ᾽ ἐξοχὴν appellemus. Roſcij (inquit Feſtus) dicebantur in omnibus

perfecti

perfecti artibus propterea q Roſcius quidã perfectus unus in arte ſua I. Comœdus iudicatus eſt. Ci. 1. de Orat. Roſcius hoc ſtãdiu eſt aſſecutus, ut in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur. Hora. 2. Epiſt. 1. Quę grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. Hunc primum in ſcena perſona uſum ferunt, q & ſtrabo eſſet, & aſpectu ſordus. Tantũ tamẽ pronunciandi ſuauiter ualuit, ut populo ſine perſona gratior eſſet: quod & Cic. teſtatur lib 2. de Orat. Gratia uero apud ſummos etiã uiros tantũ ualuit, ut a Fannio de ſocietatis cuiuſdam rationibus in iudicium uocatus, Ciceronis patrocinium meruerit, qua de re etiam hodie extat oratio, quæ pro Qu. Roſc. comœdo inſcribitur. Quin & librũ conſcripſit, in quo hiſtrionicam cum eloquentia comparare conatur. Cum Cicerone quoq; aliquando certaſſe dicitur, num ille eandem rem ſæpius oratione, an ipſe geſtu uariaret. Fuit & alter Roſcius, prænomine Sextus, ex municipio Amerino, cuius cum pater noctu à cœna rediens Romæ occiſus eſſet, filius ab iis, qui bona eius à Sylla emerant, (curauerant enim, ut mortuus inter proſcriptos referretur) parricidij accuſatus, defenſus eſt à Cicerone uigeſimum tertium, (ut Cornelio Nepoti credimus) aut certe (ut alijs placere uideo) uigeſimum ſeptimum annũ agente: quæ oratio etiam hodie omnium manibus teritur. Meminit huius orationis Cicero ipſe in Bruto: Prima (inquit) cauſa publica, pro Sext. Roſc. dicta, tantum commendationis habuit, ut non ulla eſſet, quæ non noſtro digna patrocinio uideretur. Fuit & Roſcius quidam Otho, legis Roſciæ lator: de qua egimus in dictione præcedenti.

ROSEA, campus in agro Reatino, q in eo arua rore humida ſemper ſerantur. Varr. 1. de Re ruſti ca. 7. Cæſar Vopiſcus Aedilitius, cauſam cum ageret apud Cenſores, campos Roſeæ Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.

ROSETUM, {*Luoco piantato di roſe*} (ῥοδωνιά) ſignificat locum roſis conſitum. Verg. 5. Eclo. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis, Iudicio noſtro tãtum tibi cedit Amyntas.

ROSEUS, a, um, {*Ogni coſa, che moſtra color di roſa*} (ῥόδινος, ῥοδόεις) qui roſæ colorẽ imitatur. ut, Pannus roſeus, Roſea ueſtis. Plin. Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, Venerem ſtimulant. Verg. 12. Aen. Et roſeas lamata genas. Idem 6. Aenei. Hac uice ſermonum roſeis Aurora quadrigis Iam medium ætherio curſu traiecerat axem. Idem 2. Aeneid. Roſeoq; hæc inſuper addidit ore.

ROSMARINUS, ſiue (ut apud Plinium legitur) Roſmarinum, {*Ramerino, roſmarino*} (λιβανωτίς) in quadruplici eſt differentia. Sunt. n. duo eius genera fœcunda, quorũ alterũ folia habet fœniculi craſſiora & latiora, in rotæ ſpeciem, humi ſparſa, iucunde olentia, caulem cubiti altitudine, multis concauum alis: in cacumine umbellã, in qua ſemen naſcitur copioſum, candidum ſphondylo ſimile rotundum, anguloſum, reſinaceum, quod in mandendo linguam exurit: radicem uũt prægrandem, candidam, thus redolentem: unde & ruſtici Incenſariam appellant. Alterũ, ſuperiori omnino cõſimile eſt, ſemẽ ferens latum, nigrũ uti ſphondylion, odoratum, ſed minime exurens, radice foris nigra, ſed intus, ſi frãgatur alba. Tertiũ quod ad ſuperiorũ differentia ſterile dicitur, ſuperioribus nõ diſſimile: ſed neq; caulẽ, neq; florẽ, neq; ſemen emittit: naſcitur in ſaxoſis & aſperis. Quartum, quod Græci nõ abſolute λιβανωτίδα, ſed cum adiectione quadã λιβανωτίδα στεφανωματικὴν appellant, frutex eſt notiſſimus, nuſquam non apud nos in hortis obuius, in agro autem Narbonenſi ſponte tanta prouenien copia, ut non temere alio ligno ad ignem utantur. λιβανωτίδα autem uocant Græci eadem ratione, qua ſuperiora genera, q ſcilicet thuris odorem referat: στεφανωματικὴν autem hoc eſt, coronariam, quod coronamentis ſoleat intexi.

ROSMARIS, {*Roſmarino*} (λιβανωτίς) frutex odoriferus, qui & Roſmarinus dicitur. Ouid. 3. de Arte: Tegit arbutus herbam, Roſmaris, & laurus, nigraq; myrtus olent.

ROSTELLUM, li, (ῥυγχίον) paruum roſtrum. Plin. li. 30. cap. 11. Muris roſtellum. Col. lib. 8 cap. 5. Animaduertat, an pulli roſtellis oua pertuderint.

ROSTRA, orum, (οἱ ἔμβολοι Polybio) templum erat Romæ in foro, ante curiam Hoſtiliam pulpitum habens uariarum Antiatum roſtris adornatum, ex quo ad populum concio haberi ſolebat. Liu. li. 8 Decad. 1. Naues Antiatium partim in naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ: & roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Roſtraq; id templum appellatum.

ROSTRATUS, a, um, roſtro armatus: ut, Naues roſtratæ, (αἱ χαλκέμβολοι) quæ in prora æreo munitæ erant roſtro quo in hoſtium naues, cum impetu impacto, ſæpe eas diſſoluebant. Liu. 4. Decad. lib. 6. Vna & octoginta roſtratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roſtratæ aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum traiecit. Idẽ li. 8. Bel. Pun. Prouinciæ ita decretæ: alteri Conſuli Sicilia, & triginta roſtratę naues, quas C. Seruilius ſuperiori anno habuiſſet. Eædem & Aeratæ dicebantur. Cæſ. 2. Bel. ciui. Interim L. Naſidius ab Cn. Põpeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ. Corona roſtrata. i. naualis q exiguis quibuſdam ueluti nauium roſtris exornaretur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ciuicis cedunt murales, uallareſq;, & aureæ, quãquam pretio antecedẽtes: cedunt & roſtratæ, quãuis in duobus ad hoc æui maxime celebres, M. Varrone è piraticis bellis, dante Cn. Pompeio: itemq; M. Agrippa, tribuente Cæſare è Siculis. Tempora roſtrata. i. naualı, ſiue roſtrata corona exornata. Verg. 8. Aeneid. Cui belli inſigne ſuperbum Tempora naualı fulgent roſtrata corona. Roſtratus impetus, qui fit roſtro impacto, apud Plin. lib. 10. cap. 12.

ROSTRUM, roſtri, {*Becco, muſo, moſtazzo, ſperone della naue roſtro*} (ῥύγχος) quo aues cibum capiunt. Cice. 1. de Natu. Deo. Procero, corneoq; roſtro aues. Ouid. 6. Faſt. Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ, Canities pennis, unguibus hamus ineſt. Nec ſolum de auibus, ſed de reliquis quoq; animalibus, & de ipſo homine dicitur. Plau. Menęh. Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. Plı. Et mugilis roſtrum. Caprarum roſtra. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 3. Duo enim genera earum, ſub roſtra duas ut mamillas penſiles habeant, q hæ fœcundiores ſint. Canum. Plı. lib. 8 cap. 4. Quum ſignificans demonſtratio eſt, cauda primam, deinde roſtro. Ibidem. Ventos & odorem captantes, prodẽteſq; roſtro cubilia ſuum: Cic. 1. de Diui. Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit. num propterea ſuſpicari poteris Andromacham Ennij ab ea poſſe deſcribi? A ſimilitudine autem roſtri auium, pars nauis exporrecta, & acuminata, ex ære ferroue, in prora eminens, Roſtrum (ἔμβολος) appellatur. A. Hircius de Bell. Alex. Nauibus actuarijs, quarum numerus erat ſatis magnus, roſtra impoſuit.

Hinc Roſtratæ naues, (χαλκέμβολοι) dictæ ſunt. i. roſtris armatæ. Cic. 2. de Inuen. Lex eſt apud Rhodios, ut ſiqua in portu roſtrata nauis deprehenſa ſit, publicetur. Roſtra item (οἱ ἔμβολοι Polybio) Romæ in foro templum erat, ſuggeſtum habens roſtris æneis Antiatum nauium exornatum. unde concio ad populum habebatur: de quo uide plura paulo ante ſuo loco.

ROSTRO, as, {*Poner il becco dentro*} roſtrum impingo, roſtro penetro. Plin. li. 18. ca. 19. Omne aruum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet: In collibus tranſuerſo tantũ monte aratur, ſed modo in ſuperiora, modo in inferiora roſtrante uomere. id eſt, roſtrum impingente, ait Budæus.

ROTA, æ, {*Rota, ruota*} (τροχός) cuius conuerſione currus procedit: à rotunditate, ſeu à ruendo. ruit enim facile in ſuos orbes. Plau. in Capt. Pro rota me uti licet: Vel ego huc, uel illuc uortar, quo imperabitis. Plı. lib. 16. cap. 40. Sed lignũ non alio penè, q̃ ad radios rotarum utile. Hora. 1. Epiſt. 18. Si te puluis, ſtrepituſq; rotarum, Si lædit caupona, Ferentinum ire iubebo. Figurate tamen Rota accipitur pro toto curru. Verg. 12. Aen. Eq; rotis magnum reſpexit ad urbẽ. Cic. in Arat. Phænom. Hunc tangat rota feruida Solis. Rota Fortunæ. i. incõſtantia, & uolubilitas. Idem in Piſonem: In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimeſcebat. Rota, tormenti genus. Ci. 5. Tuſc. In eo etiam putatur dicere, In rotam beatam uitam non aſcendere. Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ quædam feræ, quarum magna eſt copia in Samothrace inſula. Varr. lib. 2. cap. 1. Etiã nũc multis in locis pecudum ferarum genera ſunt aliquot: ut in Phrygia ex ouibus, ubi greges uidentur complures: ut in Samothrace caprarum, quas Latinè rotas appellant. Eſt & Rota, piſcis, ſiue belluæ marinæ genus, à rotæ, quæ in curru uoluitur, ſimilitudine dictum. Plin lib. 9. cap. 4. Apparent & Rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radijs, modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur: cuius primum inuentorem fuiſſe tradunt Anacharſin Scytham, aut (ut alii maluit) Hyberbion Corinthium. Hora. de Arte: Amphora cœpit Inſtitui: currente rota cur urceus exit? Huius diminutiuum eſt Rotula, τροχίσκος. Plı. lib. 18. ca. 18. Galliæ uero duas addiderunt rotulas.

ROTHOMAGUS, ſiue Rothomagus, (ῥοθόμαγος) urbs Velicaſſiorum, in Gallia Lugdunenſi ad Sequanam fluuiũ, teſte Ptol. lib. 2. cap. 8. Vulgo Rouan.

ROTO, as, {*Rotare, ruotare uoltar' atorno girare*} (γυρόω, κυκλόω) uerto, in modũ rotæ uerſo, circumago. Mar. li. 1. Præceps ſanguinea dum ſe rotat urſus arena, Implicitã uiſco perdidit ille fugã. Lucr. lib. 6. Rotantq; cauis flammam fornacibus intus. Rotare item (ἀγερωχοῦσι) pauones dicuntur, cum ueluti pulchritudinem ſuam admirantes, gemmantes caudæ pennas in orbem explicant, rotæq; orbem imitantur. Rotans, tis. Hora. 4. Carm. Ode. 11. Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum. Rotatus, a, um. Ouid ad Piſo. Et nunc ceruice rotata, Incipit effuſos in gyrum carpere curſus. Iuue. Saty. 6. Aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

ROTUNDUS, a, um {*Ritondo*} (περιφερής, στρογγύλος, περίτροχος, σφαιροειδής) idẽ quod globoſum, hoc eſt, quod globi ſiue ſphærę figuram habet, unica ſuperficie contentũ, & in medio ſui punctum habens. à quo omnes lineæ ad circũferentiã ductæ, ſunt æquales. Dictũ Rotundum, (ut quidã uolunt) à retundendo, q omnis undiq; retuſa ſit angulorũ aſperitas. Plı. lib. 10. cap. 52. Aquatilium oua rotunda. Ibidẽ. Oua exeunt à rotundiſſima ſui parte, dum pariuntur. Ci. 1. de Natu. Deo. Nunc aũt hactenus admirabor eorũ tarditatẽ, qui Mundũ animãtẽ, immortalẽ, & eundẽ beatũ & rotundũ eſſe uelint, q ea forma neget ullã pulchriorẽ eſſe Plato. Hora 8. Epo. Nec ſit marita, quæ rotundioribus Onuſta baccis ambulet. Ci. de Vniuer. Idq; ita tornauit, ut nihil effici poſſit rotundius, nihil ut aſperitatis haberet, nihil offenſionis, &c. Col. lib. 8. cap 8. Cũ deinde quis uolet q̃ pluримos mares excludi, longiſſima quæq;, & acutiſſima oua ſubijciet: & contra cũ fœminas, rotundiſſima. Ore rotundo loqui, eſt uolubili, & cõcinno orationis genere uti. Hora. in Arte: Graijs ingenium Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui. Gel. Criſpum ſanè agmen orationis, rotundumq;, ac modulo ipſo numerorũ uenuſtum. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec ſatis (ut ita dicam) rotundus, primus inſtituit dilatare in rbis. Rotundæ clauſulæ dicuntur, intra quas ſententiæ clauduntur cum ſequentibus non hærentes. Budæus. Hinc Rotunditas, atis. Plin. lib. 1. cap. 3. Cornibus quæ ſunt rotunditate præpilata, ad latera porrecta. Ibidem cap. 36. Rotunditas oris. Rotunde aduerbium. Cic. 4. de Fini. Iſta ipſa, quæ tu breuiter, regem, dictatorem, diuitem ſolum eſſe ſapientem, à te quidem apte, ac rotunde, &c.

ROTUNDO, as, {*Tondare, fare rotondo*} (σφαιρόω) rotundum facio. Cice de Vniuer. Cũq; ſimilem uniuerſitatis Natura efficere uellet, ad uolubilitatẽ rotundauit. Vitru. lib. 10. cap 11. Id ad circinum rotundatur. Per tranſlationem accipitur pro explere ſiue perficere, eo q rotunda forma nulla ſit perfectior. Horat. 1. Epiſto. 6. Mille talenta rotundentur: totidem altera: porro Tertia ſuccedant.

Hinc Rotundatio uerbale, σφαίρωμα. Vitru. lib. 10. cap. 11. Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia ſpatia fient.

ROXANA, ſiue potius Rhoxana, uide ſupra, inter ea quæ ab rh, aſpirato initiũ ſumunt.

ROXICUM, apud Ptolemæum lib. 3. ciuitas eſt Corſicæ inſulæ, nunc uulgo Rogela dicta.

R ANTE V.

RUBEFACIO, rubefacis, pen. cor. {*Far roſſo, tingere di roſſo*} (φοινίσσω, ἐρυθαίνω) rubro colore tingo: cuius paſſiuum eſt Rubeſio. Silius lib. 16. Vxorq; Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. Rubefactus, a, um, particip. Oui. 13. Metam. Expulit ipſe cruor, rubefactaq; ſanguine tellus.

RUBELLUS, a, um {*Roſſetto*} (ὑπέρυθρον) id eſt, ſubrubrum ut, Vinum rubellum, ſiue Rubellum, abſolute dicitur, quod modice, & dilute, rubet. Mar. lib. 1. Et Veientani bibitur fæx craſſa rubelli. Rubellæ uites, i. Nomentanæ, à materiæ rubedine cognominatę. Plı. lib. 14. cap. 2. Proxima dignitate Nomentanæ, rubente materia: quapropter quidam Rubellas appellauere. Eaſdem & Rubellianas uocat. Colu. lib. 3. cap. 2. Nomentanæ, inquiens, ut in nobilitate ſubſequuntur Amminæas, fœcunditate uero etiam præueniunt. quippe cum frequentes impleant, & id, quod ediderunt, optime tueantur. Sed earum quoq; feracior eſt minor, cuius & folium parcius ſcinditur & materia non ita rubet, ut Amminæas à quo colore Rubellianæ nuncupantur.

RUBELLIANÆ VITES, ſiue Rubellę q̃ dicãtur, uide i dictiõe Rubellus

RVBELLIO, onis, piſcis eſt prægrandi capite, ex genere mullorum, (quem ἐρυθρῖνον uocat Ariſtot. ut Gaza arbitratur) à coloris rubedine nomen habens. Vnde & Galli Rougeotum appellant. Hic in uino necatus, in poſterum uini tædium inducit. Plin. lib. 32. cap. 10. Mullus in uino necatus, uel piſcis rubellio, iis, qui inde biberint, uini tædium affert.

RVBEO, bes, bui, {Eſſer roſſo, arroſſire} (ἐρυθραίνομαι, ἐρυθριῶ) rubens ſum. Verg. 2. Geor. Sanguineiſque inculta rubent armaria baccis. Idem 4. Geor. Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, &c. Ci. ad Atti. lib. 15. Rubeo, mihi crede: ſed iam ſcripſeram, delere nolui. i. præ pudore rubore ſuffundor. Idem 4. Ver. Hæc te homo, auerſari, rubere. Mart. lib. 1. Pæſtanis rubeant æmula labra roſis. Oui. 2. Faſt. Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque uulnera tergo Accipiunt: Tuſco ſanguine terra rubet. Rubens, tis, particip. ſiue nomen ex participio, idem quod rubrum, ἐρυθρόν. Verg. 1. Georg. Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni. Ouid. 3. Faſt. Tremula dat uina rubentia dextra.

RVBER, bra, brum, {Roſſo} (ἐρυθρός, ἐρυθραῖος) idem quod Rubeus: ſed Latinũ eſt Ruber, uix Rubeus. Hora. in Sermo. Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus. Oui. 1. Faſt. At ruber hortorum deus, & tutela Priapus, &c. Mart. lib. 1. Flauaque de rubro promere mella cado. Oui. 11. Meta. Fulmineus rubra ſuffuſus lumina flamma. Hor. 3. Car. Ode. 13. Nam gelidos inficiet tibi Rubro ſanguine riuos. Rubrum mare. Ci. 1. de Natu. Deo. An quicquam tam puerile dici poteſt, quàm ſi ea genera beluarum, quæ in rubro mari, Indiaue gignantur, nulla eſſe dicamus? Rubrior, comparatiuus. Plin. lib. 10. cap. 63. Colorem illico mutant rubriore pilo.

RVBESCO, is, {Arroſſirſi, diuenir roſſo} (ἐρυθραίνομαι) rubẽs fio. Ver. 2. Aen. Iamque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis. Ouid. 2. Metam. Tum pater ut terras, mundumque rubeſcere uidit. Plin. lib. 9. cap. 35. Miror ipſo tantum eas cœlo gaudere, ſole rubeſcere, coloremque perdere ut corpus humanum. Hinc componitur Erubeſco: de quo ſuo loco.

RVBETA, æ, {Rana ſammartina roſpo, botta Ario canto. 7. Vna gonfiata, è uelenoſa botta} (φρῦνος) ranæ genus uenenoſum, in ſicco ſemper uiuens, & à rubis nomen trahens, in quibus plerũque ſeſe inſtitat. Iuue. Sat. 1. Quæ molle Calenũ Porrectura uiro miſcet ſitientes rubetam. Plin. li. 8. ca. 31. Auxiliantur contra ranam rubetam. Idem. lib. 32. cap. 5. Sunt quæ in ſepribus tantũ uiuunt, ob id rubetarũ nomine, ut diximus, quas Græci Phrynos uocant, grandiſſimæ cunctarũ, geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores.

RVBETVM, ti, {Macchione} (βατιὼν) locus in quo rubi copioſe proueniunt, uel ipſa ruborum copia. Oui. 1. Meta. Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis.

RVBEVS, a, um, & Rufus, {Roſſo} (ἐρυθρός) generalia nomina ſunt ad omnia, quæ quomodolibet rubent. Etenim ſanguineus, croceus, aureus, oſtrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadiceus, rubei ſeu ruſi coloris ſunt, aut acuentes eũ, & quaſi incẽdentes, aut cum colore uiridi miſcentes aut nigro infuſcantes. Gell. lib. 2. cap. 26. Sed quum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum aliter crocum: has ſingulas ruſi uarietas Latina oratio ſingulis, propriiſque uocabulis non demonſtrat: omniaque iſta ſignificat una ruboris appellatione: quũ tamẽ ex ipſis rebus uocabula mutuatur, & igneum aliquid dicit & flammeum, & ſanguineum, & croceum, & oſtrinum, & aureum. Sunt tamen qui negẽt Rubeum Latinam uocem eſſe. illud certe conſtat, rubentem, ſeu rubrum colorem uſitatius dici, quàm rubeum.

RVBI, orum, tantum pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, ſiue à rubore dictum. Hor. in Serm. Inde Rubos feſſi peruenimus utpote longum Carpentes iter, & factum corruptius imbri. Inde Rubeus, a, um. ut, Vimen Rubeum, Virgæ Rubeæ, quæ Rubis afferebantur, ſiſcellis texendis utiles. Verg. 1. Georg. Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga.

RVBIA, æ, {Grana, robbia} (ἐρυθρόδανον) herba, radicem habẽs rubrum, tingẽdis lanis, ac coriis idoneam: De qua Pli. lib. 24. cap. 11. Erythrodanus, quam alii qui Ereuthrodanum uocant, nos Rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleſque perficiuntur: in medicina urinam ciet. Idem lib. 35. cap 6. & lib. 19. cap. 3. Pharmacopolę Rubiam tinctorum Galli ſua lingua Garenciam nominant.

RVBICON, pen. cor. genitiuo Rubiconis, pen. pro. (ῥουβίκων) fluuius diſterminans Italiam à Gallia citeriore, Originem ducit ex Apennino monte, fluitque inter Ariminum & Rauennam, in mare Adriaticum. Luca. lib. 1. Vt uentum eſt paruũ Rubiconis ad undas, &c. Eius multa mentio eſt apud Plutarchum in uita Pompeii & Cæſaris. Plin. eum in octaua regione Italiæ collocat. Suetonius in Cæſar. Conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paululum conſtitit.

RVBICVNDVS, a, um, {Rubicundo, roſſeggiante} (ἐρυθριάς, ἐρυθρός) rubore plenus, ſiue abunde rubens. In quo alternatatis cauſa (ut inquit Priſcianus) c, loco b, ponitur, ne ſit abſonum ſi Rubibundus dicatur. Teren. in Hecyr. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Plau. Pſeu. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum. Plin. lib. 18. cap 35. de luna loquens: Si rubicunda, uentos portendere creditur. Martia. lib. 14. Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam Municipem miſit caſta Sibylla ſuam. Rubicundulus, diminutiuum (ὑπέρυθρος) idem quod ſubrubens. Iuue. Saty. 6. Tandem illa uenit rubicundula, totum Oenophorum ſitiens.

RVBIDVS, a, um, {Roſſo} quod eſt colore ruſo, atrore multo miſtum: cuiuſmodi ferè eſt color ferri multa rubigine obducti. A. Gel. lib. 2. cap. 26. Non enim hæc ſunt ſola uocabulo ruſum colorem demonſtrantia, quæ tu modo dixiſti, ruſus, & ruber, ſed alia quoque habemus plura, quàm quæ dicta abs te Græca ſunt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & ſpadix, appellationes ſunt ruſi coloris. Hæc ille. Aliquando tamen Rubidus, pro ſcabro, & aſpero accipitur. Plau. in Sticho: Rubiginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidã. Hinc & panis bis coctus, ſcabertie Rubidus dicitur, qui & à nautarum uſu Nauticus appellatur. Plau. Exiguam buccellam rubidi panis. Quo tamen in loco Feſtus (ſi modo emendati ſunt codices) Rubidum panem interpretatur panem parum coctum.

RVBIGINOR, ris, pen. cor. {Arrugginirſi} (ἰοῦμαι) rubiginem contraho. Apul. li. 3. Floridorum: Profecto ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur: ita uox in uagina ſilentii condita, diutino torpore hebetatur.

RVBIGO, pe. c. rubiginis, {Ruggine, rugginezza} uitium metalli, & proprie id quod in ferro contrahi uidemus, aridum, et rubrum, metallum paulatim erodens. Dicta Rubigo à rubro, ſiue rubido colore: unde & antiquis Robigo dicebatur nam illi Robum dicebant, teſte Feſto, quod nos Robrum. Aerugo uero proprie fit in ære: ſicut Ferrugo in ferro: & contrahitur ex humore. neque rufa eſt, & ſicca, qualem diximus rubiginem eſſe, ſed uiridis, atque humida. Pli. lib 17 ca. 4. Ferroque argilla omnis rubiginem obducit. Verg. 1. Geor. Exeſa inueniet ſcabra rubigine tela. Catul. Argo. Squallida deſertis rubigo infertur aratris. Oui. 2. Metamor. Liuent rubigine dentes. Rubigo, uel Aerugo (ἐρυσίβη) in ſegetibus, inquit Budæus, eſt quam Neyllam hoc eſt, nebulam noſtrates agricolæ uocant: ſpicæ enim marcidæ fiunt hoc uitio, & in puluerem fœtidum conflatiles. Horat. li. 3. Carm. Nec peſtilentem ſentiet Africum Fœcunda uitis, nec ſterilem ſeges rubiginem. A rubigine Rubigalia dicta. i. feſti dies, amoliendæ rubiginis inſtituti ab antiquis: quales ſunt ſupplicationes ambaruales, aut ambaruales, quæ hodie propter eiuſmodi cauſas factitantur. Plin. lib. 18. cap. 29 Rubigalia Numa conſtituit, quæ nunc aguntur ad ſeptimum Calen. Mai: quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Hactenus Budæus. Inde fit Rubiginoſus, a, um, ut apud Martia. lib. 5. Rubiginoſi dentes. Cætera in dictione Robigo.

RVBOR, oris, {Roſſore} (ἐρύθημα, ἐρυθρότης) ipſe color rubeus, qui & Rubedo dicitur. Pli. lib. 11. cap. 37. In malis maxime oſtenditur rubor. Oui. 3. Meta. Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem. Luca. lib. 5. Rubor igneus inficit ora. Tyrii rubores, pro Purpura. Verg. 3. Georg. Tyrios incocta rubores. Virgineus rubor, pro pudore. Ver. 1. Geor. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem.

RVBRICA, æ, pe. pro. {Terra roſſa} (μίλτος) terra rubri coloris, qua fabri materiarii lineas ducunt. Colu. lib. 2. Omnes arbuſculas, priuſquam transferas, rubrica notare conuenit, ut quum ſerentur, eaſdem cœli partes aſpiciant, quas etiam in ſeminariis conſpexerunt. Hac legum tituli, & capita notabantur. Perſius Saty. 5. Præſertim ſi quid Maſuri rubrica notauit. Hinc.

RVBRICATVS, ta, tum, {Coſa imbrattata di terra roſſa} (μιλτωτός) quod eſt rubrica intinctum. Hiero. in Exo. Pelles arietum rubricatas.

RVBRICATVS, Ptolemæo, Rubricatum Plinio, fluuius eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ, Laletanos, & Indigetes dirimens ab Ilergetibus. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & Plin. lib. & cap. 3.

RVBRICETA, {Colore, che uſano le donne da farſi roſſe} (ἀνδρόμιλτος) color eſt, quo mulieres genis ruborem inducunt. Plaut. in Trucu. Buccas rubriceta & omne corpus intinxit tibi. Alio nomine Purpuriſſum dicitur, unde Plaut. ibidem Buccas purpuriſſatas, & Rubriceta tinctas, in eadẽ eſſent ſignificatione.

RVBRICOSVS, a, um, adiect. (μιλτώδης) rubrica abundans, uel rubricæ ſimilis: ut, Terra rubricoſa, ex qua rubrica effoditur: aut quæ rubra eſt ad ſimilitudinem rubricæ. Colu. lib. 4. cap. 33. Spiſſum ſolum, & rubricoſum reformidat.

RVBRVM MARE, {Mar roſſo} (ἐρυθρὰ θάλασσα) pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ab Ortu Perſico ſinu terminata. Rubrum autem mare dictum eſt imitatione Græcorũ, qui ἐρυθρὰν θάλασσαν uocarunt, ſiue quòd eius coloris aquam eſſe crediderunt (quod tamen falſum eſſe conſtat) ſiue quòd ſolis repercuſſu aqua rubra eſſe appareat: ſiue ab Erythra rege Perſeũ & Andromedes filio, qui proxima mari hæc loca tenuit. Plin. lib. 5. cap. 23. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere noſtri, Græci Erythræum, à rege Erythra, aut (ut alii) ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab arena terraque: alii à tali aquæ ipſius natura.

RVBVS, bi, {Rubo, rogo. Arioſt. Vna macchia di rubi & di uerzure} (βάτος) frutex notiſſimus, paſſim in dumis proueniens, flagellis lentis, & nihil quod occurrat, quod aduncis ſpinis comprehendat, humi ſparſis, capitibuſque nonnunquam in terram defixis, & radicem denuo ex ſe agentibus: quæ res agricolas primum propagandarum uitium rationem uidetur docuiſſe. Florem habet candidum, & fructum moris non abſimilem. Hora. 1. Carm. Seu uirides rubum Dimouere lacertæ. Ver. 3. Eclo. Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum. Quint. lib. 9. cap. 4. Rubos arui excidimus.

RVBVS IDÆVS, (βάτος ἰδαία) frutex eſt ſuperiori nõ diſſimilis, tenerior tamen, & minoribus horrens ſpinis: quanquam & ſine ſpinis inuenitur. Copioſiſſime prouenit in Ida monte: unde & nomen habet.

RVBVS CANINVS, (κυνόσβατος) frutex eſt arbuſculę inſtar, rubo longe maior, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ ſimili: qui per maturitatem fuleſcit, & floccu los intus continet, lanæ quandam ſpeciem præ ſe ferentes. Galli Englenteriam nominant.

RVCTO, as, {Ruttare} (ἐρεύγω) eſt ructus emittere. Iuue. Saty. 3. Laudare paratus, Si bene ructauit, ſi rectum minxit amicus. Ci. ad Cornificium, lib. 12. Quem ego ructantem & nauſeantem conieci in Cęſaris Octauiani Plagas. Plau. Pſeu. Pergin' ructare tu mihi? Ructatus, a, um, pro eructatus, uel ructando eiectus. ut Ructati cruores. Silius lib. 15. Permiſcetque mero ructatos ore cruores. Ructator, oris & Ructatrix, uerbalia. Marti. lib. 10. Nec deeſt ructatrix menta, nec herba ſalax. Ructuoſus, a, um. ut, Spiritus ructuoſi, apud Quint. lib. 4. cap. 2. Huius compoſitum eſt Eructo, as, de quo ſupra ſuo loco: & frequentatiuum Ructito.

RVCTOR, aris, deponens, {Ruttare} (ἐρεύγομαι) idem quod ructo. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 2. Ego, inquit, te præſertim, cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus. Hora. in Arte: Hic dum ſublimes uerſus ructatur, & errat.

RVCTVS, tus, ui, {Rutto} (ἐρυγή) eſt proprie cibi & potus in ſtomacho male concocti uentoſa per os efflatio. Martia. lib. 1. Iſta ſeruant dentes ientacula, ſed nihil obſtant, Extremo ructus cum uenit à barathro. Cic. Pæto lib 9. Stoici crepitus aiunt æque liberos ac ructus eſſe oportere. Cel. lib. 6. cap. 6. Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Plin. lib. 26. cap. 18. Anethum quoque ructus mouet, & tormina ſedat.

RVDENS, tis, {Corda, fune, ſpago, ſarta} (πρότονος) ſubſtantiuum tam maſcu. quàm fœmi. gen. funem nauticum maiorem ſignificans, à malo ad puppim religatum: quanquam etiam pro eo Plinius accepiſſe uidetur, quo naues continenti alligantur, quem Græci appellant πρυμνήσια. Verg. 3. Aeneid. Excuſſoſque iubet laxare rudentes. Plaut. Ruden. Dum hunc rudentem complico. Catullus. Candidaque intorti ſuſtollant uela rudentes. Cicer. 5. Tuſcula. Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere uideatur, qui glorianti cuidam mercatori quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet: Non ſanè optabilis eſt

quidem,

quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Idem 1. de Diuina. Sed eſt quaſi rudentis explicatio.

RVDERARIVM CRIBRVM, ab Apuleio, appellatur, cribri genus manus, ex membrana minutis foraminibus pertuſa, quo rudera, hoc eſt, lapilli, conſimileſq́ ſordes, è frumento expurgantur. Pollinarium autem, ſiue excuſſorium cribrum dicitur, quod ex ſetis equinis, aut linteo rariore confici ſolet, ad pollinē à furfuribus ſecernendum.

RVDERO, as, (κατερειπιόω) eſt rudus induco. Vitru. lib. 7. cap. 1. Ne minori ſaxo, q̄ quod poſſit manus implere, cruſtumimationibus inductis ruderetur. Vnde Ruderatus ager, dicitur qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Pli. lib. 21. cap. 4. Roſam ſiccis locis, q̄ humidis odoratiorem conſtat naſci. ſerendam nec pinguibus, nec argilloſis locis: contentamq́ ratis, proprieq́ ruderatum agrū amare. Eruderare uero eſt rudus eijcere, ἐξερειπιοῦν. Varro de Re ruſti. lib. & ca. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum ut euerti facile queat. Ruderatio, onis, uerbale. Vitru. lib. 7. cap. 1. Primumq́ incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

RVDETVM, ti. {Loco pieno di ſcaglie} (ῥεριπιώδης τόπος) locus plenus rudere, hoc eſt, lapidum fragmentis, & materiæ ruinæ. Cato: Lentem in rudeto, & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito.

RVDIÆ, arum, (ῥυδίαι Ptolemæo, ῥοδίαι Steph.) ſiue Rudia, æ, Plinio. ſiue ut apud Strabonem legitur Rodæi, orum, oppidum Pediculorum, ſiue Salentinorum, non procul à Brunduſio, à Græcis conditum, patria Ennij Poetæ. Poſt Barium (inquit Mela. lib. 8.) Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ. Itē Silius: Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere uetuſtæ. Hinc deducitur adiectiuū Rudius, a, um, Cice. pro Archia Poeta, de Ennio loquens: Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem maiores noſtri in ciuitatem acceperunt.

RVDIARII, (οἱ ἀπὸ τοῦ ῥαβδίου ἀφειμένοι) dicti ſunt, qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. Sueto. in Tybe. Rudiarij, quoq́ quibuſdam reuocatis auctoramento centum millium dedit. Item Rudiarij, dicuntur qui ſaga rudia, & noua poliunt, ut ait Hermolaus ex Feſto.

RVDICVLA, æ, (κυκήθρα) diminutiuum, parua uirga, impolita ad multa utilis, potiſſimum autem ad mouenda, & agitanda ea, quæ ſuper ignem decoquuntur. Cato: Igni bene coquito, rudicula agitato crebro, uſqueadeo, dum fiat tā craſſum quàm mel. Plin. lib. 20. Non eſt opus in hoc uſu lanas rudiculis eſſe curatas.

RVDIMENTVM, ti, {Primo ammaeſtramento} (προπαιδεία) primum artis cuiuſuis tyrocinium, ſeu prima diſciplina, qua rudes imbuuntur. Vnde Ponere rudimenta dicimus, pro eo quod eſt, artis alicuius principijs operam dare: quanquam figurate ſimpliciter accipiatur pro rem quamlibet incipere. Cic. in Sall. Verum eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum: ſed ita ingreſſus eſt, ut neq́ ab alio uinci poſſit, &c. Liu. 1. Bel. Mace. Reſponſum, & patrem eius Syphacem ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi Romæ factum: & eum ipſum rudimenta adoleſcentiæ bello laceſſentem Romanos poſuiſſe. Iuſtinus lib. 9. Alexandrū filiū. XVIII. annos natum, ut ſub militia patris tyrocinia rudimenta deponeret, ad ſe acceſſit. Rudimenta uirtutis, id eſt, initia Cic. in Salluſt. An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula uirtutis? Rudimentum lucis, pro uitæ initio, apud Plin. in Procemio lib. 7.

RVDIS, ſubſtantiuum formi. gene. (ῥάβδος) uirga rudis, & impolita, ſiue ea lignea ſit, ſiue ferrea, quæ uarijs olim uſibus accommodabatur. Nam & rudibus agitabantur ea, quæ ad ignem coquebantur, aut alia ratione miſcebantur. Plin. lib. 34. Vritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, uerſatum rudibus ferreis, aut ferulaceis. Cato de Re ruſti. cap. 104. Hæc rude miſceto ter in die, quinq́ dies continuos. Rudibus item depugnabant gladiatores, teſte Lampridio, qui refert Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe. Hinc ad Rudem cōpellere, idem eſt quod cogere depugnare. Ci. Octauio: Qui ueteres gladiatores, reliquias ludi Cæſaris, ad rudem compuliſti. Iidem quoties aut ætate emeriti, aut multis iam relatis palmis, libertate digni uidebantur, rude à Prætore donabantur. Ci. 5. Phil. Tā bonus gladiator tam cito rudem accepiſti? Hora. 1. Epiſt. Spectatum ſatis, & donatum iam rude quæris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Vbi Donatum rude, per tranſlationem dixit, pro eo quod eſt, ætate emeritum. Gladiatores enim accepta rude, ab omni depugnandi neceſſitate eximebantur. Quo fit, ut Rudem pro libertate, & optato rei curſus fine accipiamus. Iuuen. Ergo ſibi dabit ipſe rudem.

RVDIS uero, & hoc Rude, adiectiuum, {Ogni coſa rozza, aſpra} (αὐτοσχέδιος, αὐτόματος, ἄξεστος, ἀγροῖκος) idem eſt quod impolitus. ut, Rude marmor. Ebur rude, cui artificioſa forma nulla adhuc eſt inducta. Rude argentum, i. infectum, quod neq́ ſignatum eſt, neq́ alium in uſum laboratum. Liber rudis i. non ſatis diligēter excultus. Ci. 1. de Ora. Quę pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. Transfertur inde ad animum, rudeſq́ illi dicuntur, qui adhuc animū non expoliuere diſciplinis, & doctrina, rerūq́ uſu, (ἀμαθεῖς, ἄπειροι) Cic. 2. de Natu. Rudem me diſcipulum, integrūq́, accipe. Pli. lib. 2. cap. 7. Sedere cœpit ſententia hæc pariterq́ & eruditum uulgus, & rude in eam curſu uadit. Rudis genitiuo aliquando iungitur. Ci. pro Flacco: Homines imperiti, rerum omnium rudes ignariq́. Idē lib. 1. Offi. Rudes Græcarum literarum. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad. Liu. 4. Bel. Pun. Rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe, equis tantum habilem. Aliquando ablatiuo cum præpoſitione In. Cic. lib. 1. de Orat. Rudem in iure ciuili. Ponitur aliquando Rudis pro ruſtico. Iuuen. Saty. 11. Tunc rudis, & Graias mirari neſcius artes Magno rum artificium frangebat pocula miles. Interdum pro duro & inclementi. Terē. Phor. Adeo'n' te eſſe ingenio rudi, & inexorabili? Hinc Ruditas, tatis, (ἀμαθία, ἀπειρία) id eſt, diſciplinarum, rerumq́ imperitia.

RVDO, rudis, rudi, {Ragghiare} (ὀγκάομαι) proprie ad aſinos pertinet qui rudere dicuntur, quum uocem emittunt. Oui. 3. de Arte: Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. Abuſiue & de leonibus, & de hominibus dicitur. Ver. 7. Aen. Hinc exaudiri gemitus, iræq́ leonum Vincula recuſantum & ſera ſub nocte rudentū.

Idem 8. Aen de Caco: Incluſumq́ cauo ſaxo, atq́ inſueta rudentem. Perſius primam uerbi huius ſyllabam produxit, cum in exemplis iam citatis corripiatur. Rudens, tis, partici. Oui. 1 Faſt. Ecce rudens rauco Sileni uector aſellus Intempeſtiuos edidit ore ſonos. Rudens ſubſtantiuum uide ſupra.

RVDVS, eris, {Scaglia} (ῥεριπιον) lapidum fruſta, & ruinarum materies. Eſt autem duplex, nouum ſcilicet & uetus. Nouum Rudus, eſt materia pauimēti: hoc eſt, ſaxa recens contuſa, ſiue teſtæ confractæ cum calce ad pauimentum faciēdū. Vitru. lib. 7. Deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ admiſceatur, calciſq́ duæ partes ad quinq́ mortarij miſti, omnibus præſtent reſponſum. Vetus rudus eſt materia ueterum pauimentorum, & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus & teſtis confractis, calceq́ arena cōmiſta conſtat. Plin. Cōplanatæ ueteri rudere erāt uiæ.

Antiqui Raudus dicebant, teſte Feſto: eoq́ nomine non ſolum lapidum fragmenta, uerum etiam rem omnem rudem, & impolitam ſignificabant. Qua de re uide plura paulo antè in dictione Raudus.

RVFÆ, oppidum Campaniæ, cuius meminit Maro lib 7. Quiq́ Rufas, Batulumq́ tenent, &c.

RVFINVS, uir Conſularis à Fabricio Cenſore damnatus, q́ decem pondo argenti apud eū inuenta eſſent. Rufinus alter, una cum Stilicone & Gildone, relictus à Theodoſio ſeniore imperij adminiſtrator, pro tutela Arcadij & Honorij filiorū, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente, Rufinus uero in Oriente: omnes ſanè cupiditate regni incenſi, in ſuos principes arma conuerterunt, ex quo diuerſis modis oppreſſi periere. Extāt in hūc Rufinū Claudiani Poetæ inuectiuæ.

RVFEO, es, {Eſſer roſſo} (ξανθός εἰμι) rufus ſum. unde Rufeſco, {Arroſſirſi} (ξανθίζομαι) rufus fio. Plin. lib. 10. cap. 29. Giues ſenectute nigreſcunt: merula ea nigra rufeſcit.

RVFO, fas, {Far roſſo} (ξανθίζω, πυῤῥόω) rufum facio. Plin. lib. 15. cap. 22. Rufatur capillus primum prædentibus nucleis. Et lib. 23. cap. 2. Tunc addito lenti ſerino oleo illita una nocte rufat capillum.

RVFRIMACERIÆ, plu. num. oppidum Campaniæ. Cato ca. 22. Venduntur ad Rufrimacerias nummis centum octoginta, &c.

RVFVLI, appellati ſunt Tribuni militum, non à populo, ſed à Conſule facti, q́ de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi poſtea mutatione unius literæ Rutuli ſunt appellati. Feſtus.

RVFVS, a, um. {Roſſo} (ξανθός, πυῤῥός) color non plene ruber, ſed ad flauum nonnihil declinans. Mart. lib. 14. Roma magis fuſcis ueſtitur, Gallia Rufis. Teren. Heau. Rufam'ne illam uirginem, &c. Pli. lib. 12. cap. 12. Syncerum quidem leuitate deprehenditur, & colore rufo. Rufior, comparatiuū. Pli. lib. 16. cap. 14. Nāq́ & materies maris dura, rufiorq́, ac nodoſa. Hinc Rufulus, diminuti. Plau. in Amph. Vt primum coniit cicatrix rufula.

RVFVS PVRPVRIO, legatus Romanorum in concilio Aetolorum, apud Liu. lib. 32. Rufus, Centurio ſub Scipione Africano cuius & res geſtas, & belli apparatum deſcripſit. Auctor Appia. Virginius Rufus, orator egregius, interfectus à Nerone. de quo Tacitus, Virginium (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulo inferius: Nam Virginius Rufus ſtudia iuuenum eloquentiæ Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat.

RVFVS, poeta Bononienſis, cuius meminit Martialis:

Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo,
 Et reſonet tota planctus in Aemilia.

RVFVS, medicus inſignis, qui ſub Traiano principe floruit, multaq́ conſcripſit, quorum nihil ad nos peruenit: ſæpe tamen ab alijs teſtis citatur.

RVFVS, Corinthius ſophiſta, quāquā diuitijs & generis nobilitate pollebat: plus tamē ad eius laudem dicendi gloria, linguæ gratia cōtulit. Auctor Philoſtratus.

RVGA, æ, {Rappa, falda creſpa grinza} (ῥυτίς) contractio cutis in plicas, & quoſdā quaſi ſulcos: cuiuſmodi in ſenibus conſpici ſolent. Cic. de Senec. Nō cani, nō rugæ repente auctoritatē arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas. Oui. 14. Meta. Et rugis peraraūit anilibus ora. Plicæ quoq́ in ueſtibus eminentes Rugæ dicuntur quēadmodū cōtra cauitates inter plicas Sinus appellamus. Pli. lib. 35. cap. 8. Prætor quæ in ueſte rugas & ſinus inuenit. In arborum quoq́ fructibus, qui ante maturitatē ſunt decerpti, aſperitates quędā, & corticis cōtractiones oriuntur, quæ à ſimilitudine rugarū aniliū, nomen & ipſæ in nominis huius cōmunionē. Pli. lib. 12. ca. 7. Semina piperis diſtant à iunipero paruulis ſiliquis, quales in phaſeolis uidemus. Hæ, priuſquā dehiſcāt, decerptæ, toſtæq́ ſole faciūt, quod uocatur piper longū. Paulatim uero dehiſcentes per maturitatē, oſtendunt candidum piper: quod deinde toſtum ſolibus, rugis coloreq́ mutatur. Et pauló pōſt: Deeſt toſta illa maturitas, ideoq́ & rugarum, colorisq́ ſimilitudo.

RVGIO, gis, rugiui, & rugij, {Ruggire} (βρυχάομαι) unde Rugitus (βρυχηθμός) qui proprie leonis eſt, quum uocem emittit. Hiero. Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Auctor Philomelæ: Tigrides indomitę rancant, rugiuntq́ leones. Hinc componitur Irrugio, gis: de quo ſupra ſuo loco.

RVGO, gas, {Inſaldare, increſpare} (ῥυτιδόομαι) rugas contraho. Plaut. in Caſ. Vide palliolum ut rugat. Rugata teſta, apud Plin. lib. 9. cap. 33. Vnde Corrugo, (συνιστάναι τὰς ῥυτίδας, ῥυτιδόω) in rugas contraho. Hora. 1. Epiſt. 5. Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares. Huic contrariū eſt Erugare, ἀπορυτιδοῦν, id eſt, rugas explicare, & extendere. Plin. lib. 21. Furfures in facie emendant, & erugant corpora.

RVGOSVS, a, um, adiect. {Pieno di creſpe} (ῥυτιδώδης) rugis plenum. Col. lib. 12. ca. 43. Sed hæc ratio facit rugoſa acina, & penè tam dulcia, &c. Idem li. 16. cap. 31. Cortex omnibus in ſenectute rugoſior. Facies rugoſior uua paſſa. Claud. 1. in Eutrop. Mart. lib. 3. Rugoſiorem cum ſtola geras frontem, Et aranearum caſſibus pares mammas.

RVIDVS, a, um, adiect. à ruendo, hoc eſt, à cadendo, ut quidā uolunt, deductum ut, Pilum ruidum, cuius crebro caſu frumenta pinſuntur, ſiue eualuntur. Pli. lib. 18. ca. 10. Piſtura nō omniū facilis. Quippe & Hetruria ſpicā farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata, ut niſi intenti pinſant cōcidantur grana, ferroq́ frangantur. Maior pars Italiæ ruido utitur pilo, rotis etiam, quas aqua uerſet obiter & molat. Quem tamen Plinij locum explicans Hermolaus, Ruidum pilum dictum innuit, non à ruendo, ſed ab aſperitate, quaſi rauidum, ſiue ut alij ſcribunt rubidum. quod nomen antiquis aſperum & impolitum ſignificabat. Verba Hermolai ſunt hæc: Præferratum pilum in molendo propterea uocatur Plinio ut à pilo ruido (ſic enim ipſe uocat) diſtinguatur, ad molas uidelicet, quas aqua uerſat, utili nec tam q́ ſine ferro eſt, id nomen habet, q̄ quod aſperum impolitumq́.

RVINA, æ, {Ruina, caſo} (πτῶσις, πτῶμα) caſus ſiue lapſus, à ruendo, hoc eſt, à cadendo. Cice. de Orat. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit: ea ruina oppreſſus Scopas, cum ſuis interijt. Idem de Diui. Dij habitantes tanquam inter

duos lucos, ſic inter duos mundos, metu ruinarum. Ruinas item accipimus pro ipſis ædificijs dirutis. Cic. lib. 3. Tuſc. Quæſt. Magis me mouerunt Corinthi ſubito aſpectæ parietum ruinæ, q̃ ipſos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum uetuſtatis obduxerat. Cœli ruina, pro tonitru. Vergil. 1. Aen. Fluctibus oppreſſos Troas, cœliq́ ruina. Vbi Seruius: Cœli ruina. i. tonitribus, quorũ ſonus ſimilis eſt ruinæ. Transfertur & longius, ut pro quauis pernicie ſiue calamitate accipiatur. Ci. 1. Inuect. in Catil. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. Idem Atti. Magna proximis Idibus ruina impendet. Subdere caput ruinæ, eſt, exponere ſe periculo. Curtius lib. 5. Hinc ſpe, hinc metu militares animos uerſant. ruinæ rerum illos ſubdere capita, in perniciem trahi, cum Bactra pateant exceptura eos donis, & opulentia. Ponitur aliquando pro morte. Plin. lib. 17. cap. 25. Progidium in noſtro æuo Neronis principis ruina factum.

Hinc Ruinoſus, ſa, ſum, (σαθρὸς) id eſt, caducus, ſeu ruinam minans. ut, Aedes male materiatæ, ruinoſæ, apud Cic. 3. Offi. Ignoretur in omnibus cubiculis apparere ſerpentes, male materiatæ, ruinoſæ.

R V L L A, æ, inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad uomerem detergendum. Plin. lib. 18. cap. 19 Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Eſt autem diminutiuum à Runa, quod eſt teli genus, latiorem habens cuſpidem. Vnde Runatum ducit Ennius, pro runa armato, ſiue (ut Feſtus interpretatur) pro pilato, hoc eſt, pilo inſtructo.

R V L L V S, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quam Ci. in Conſulatu ſuo euertit. Hic teſte Plin. lib. 8. cap. 51. ſolidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit.

R V M A, æ {Poppa, poccia, tetta} (μαστὸς, θηλή) à ueteribus dicebatur Mamma, ut annotauit Nonius, citans locum Catonis ex opere de liberis educandis. Rumam (inquit Cato) priſco uocabulo mammam appellarant. à qua Subrumi etiã nunc dicuntur agni. Hinc etiam Irrumare dicebant antiqui pro lactare, quaſi rumam in os inſerere: quod tamen uerbum poſtea ad fœdæ libidinis ſignificationẽ eſt tranſlatum, ut latius uidere licet ſuo loco. Rumam præterea Seruius intepretatur eminẽtiorẽ colli partẽ, ad q̃ demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus. Quod & ipſum Feſt. innuere uidetur, cũ Rumare antiquos dixiſſe ait pro Ruminare.

R V M E N T V M, inquit Feſtus, idem quod abruptio.

R V M E N, inis, proprie in animalibus quibuſdam dicitur quidam quaſi uentriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt indeq́ rurſus ad os reuocant: unde & Ruminatio nomen accepit. Rumen (inquit Nonius) locus eſt in uentre, quo cibus ſumitur, & unde redditur. Per translationem tamen pro ipſo etiam ſumitur uẽtriculo, cibi, & potus receptaculo. Pomponius Proſtibulo, ut citat idem Nonius: Ego rumorem parui facio, dum ſit, rumen, qui impleam. Feſtus rumẽ interpretatus, partem colli, qua eſca deuoratur. Rumen item antiqui pro ruma accipiebant, hoc eſt, pro ubere, ſiue mamma. Plin. lib. 15. ca. 18. Colitur ficus arbor in foro ipſo, ac Comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis: magisq́ ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniã ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen: ita enim uocabant mãmã.

R V M E X, icis, {Rumice} (λάπαθον) herba eſt ſylueſtris ex lapathi generibus. à quibuſdã Oxalis appellata, ſatiuo proxima, folijs acutis, colore betæ candidæ, radice minima. Quidã Lapathum cantherinũ appellant, ad ſtrumas cũ axungia efficaciſſimum. Verg. in Moreto. Fœcundusq́ rumex, maluæ, uiolæq́ uirebant.

Sunt ex recentioribus qui Rumicis appellationem latius accipiũt: ut ad omnia lapathi genera extendatur. Plin. tamen ſpeciem iam depictam, à cæteris generibus, rumicis nomine diſtinguit. Vide ipſum lib. 20 cap. 21. & lib. 19. cap. 12.

R V M I A, ſiue Rumina (ut alij malunt) dicta eſt Dea, quæ rumis, id eſt, mammis, hoc eſt, pueris lactentibus præſidebat. cuius meminit & Auguſt. lib. 4. de ciuita. Dei. Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 11. Non negarim, inquam, ideo apud diuę Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro uino, & pro lactentibus. Cato de lib. educ. ut citat Nonius: Hiſce lacte fit, non uino: Cuninæ propter cunas. Ruminæ, propter rumam: ſic priſco uocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiamnunc dicuntur agni.

R V M I F E R O, ras, pen. cor. (διαφημίζω) rumorem fero, hoc eſt, famam ſpargo: quod & Rumigero, as, dicitur. Plau. in Amph. Quamq́ adeo ciues Thebani non rumiferant probam.

R V M I G A R E {Ruminare, maſticar bene} (μηρυκάζειν) Apuleius uſus eſt pro ruminare, & quod Quint. ac Plin. aiunt, remandere, & commanducare. Verba Apuleii ſunt hæc lib. 4. de Aſin. Iam ferè tertium palàm rumigabam.

R V M I N A L I S F I C V S, Romæ fuit in Comitio, fulguribus ſub ea conditis ſacra, à ruminando (ut quidam uolunt) dicta, q́ ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora captantes, herbas ruminare conſueuerint. Aut certe (ut Pli. lib. 15. cap. 18. placere uidet) ab eo, quod ſub ea inuenta ſit lupa, Romulo & Remo rumẽ, id eſt mammam præbens. Liu. lib. 1. ab urb. primum Romularem ficum à Romulo dictam putat, quæ deinde uoce paulatim deprauata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Liuii ſunt hæc, Ita ueluti defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt (Romularem uocatam ferunt) pueros exponũt.

R V M I N A L E S H O S T I Æ, eorum animalium, quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51. Coruncanus ruminales hoſtias, donec bidentes fierent, puras negauit.

R V M I N O, as, pr. cor. & Ruminor, aris, deponens, {Ruminare, maſticare bene} (ἀναμαρυκάομαι, ἀναμηρυκάζομαι) idem quod remandere, & cibum à rumine ad os reuocare: propterea de iis dicitur animantibus, quæ in ſuperiore mandibula dentes primores non habent. Colum. lib. 7. propter quæ bos neq́ ruminat, neque lingua ſe detergit. Verg. 6. Eclo. Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. cap. 37. Ruminant præter iam dicta ſylueſtrium cerui, cum à nobis aluntur. Per tranſlationem ponitur pro in memoriam reuoco. & diligenter perpendo, ἀναπεμπάζομαι. Varro Bimargo, ut citat Nonius: Odyſſeam enim Homeri ruminari incipies. Idem Tranquile, apud eundem Nonium. Varro: Non modo abſens de te ſæpius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Ruminatio, onis, uerbale, μηρυκισμός. Plin. lib. 11. cap. 37. Quibus neq́ dentes utrinq́, neq́ ruminatio. Ruminatio, rei cuiuſpiam in memoriam reuocatio. Cice. ad Attic. lib. 2. Quanto magis uidi ex tuis literis, q̃ ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione, &c.

R V M I S, {Poppa, poccia, tetta} (μαστὸς, θηλή) idem q́ ruma, id eſt, mamma. Rumis (inquit Feſtus) mamma dicitur unde & ruſtici appellãt hœdos Subrumos, qui adhuc ſub mammis habentur. Var. 2. de Re ruſti. cap. 11. Mamma rumis, ſiue ruma, ut ante dicebant: inde dicuntur Subrumi, agni lactentes.

R V M O, as, {Lattare, metter la mammella in bocca} (θηλάζω) antiquis idem erat quod lacto, quaſi rumam in os mitto. Vnde deducitur compoſitum Irrumare, quod olim nihil aliud erat, q̃ rumam, hoc eſt, mammam, in os pueri inſerere: quã quam poſtea ad fœdæ libidinis ſignificationem tranſlatum ſit. ut ſupra latius docuimus ſuo loco. Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teſte Feſto. Nam & Rumam, ſi Seruio credimus, idem pro rumine dixerunt, hoc eſt, pro eminente ſub collo parte, ad quã cibus demiſſus certis reuocatur animalibus.

R V M O R, oris, {Rumor, fama, nouella} (φήμη) ſermo in populo, ſine certo auctore, in bonum, uel in malum de recenti diſperſus re. Cic. in Phil. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis. Teren. in And. Meum gnatum rumor eſt amare. Cic. ad Caſſium, lib. 12. epiſt. Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo Dolabella. ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. Idem Att. li. 16. Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat. Hora. 2. Serm Saty. 6. Frigidus à roſtris manet per compita rumor. Verg. 12. Aenei. Rumoresq́ ſerit uarios, ac talia fatur. Aliquando ponitur pro fauore, ſeu ſtudio, σπουδή. Verg. 8. Aeneid. Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo.

R V M P O, pis, rupi, ruptum, {Rompere, ſprezzare, diſſoluere} (ῥήγνυμι, κλάω, καταγνύω) frango, reuello, ſcindo. Verg. lib. 5. Aen. Nodos, & inania uincula rupit. Rumpere uincula, eſt effracto carcere, uel ruptis compedibus, aliave, qua uis ui, ſeſe, aliumve è cuſtodia eximere. Cic. in Cati. Adiungit grauem pœnam municipibus, ſiquis eorum uincula ruperit. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Teren. in Hecy. Vt me ambulando rumperet. Rumpere ſilentium, & Rumpere uocem, (ῥῆξαι φωνὴν) eſt in uocem prorumpere, & rem ſilentio aliquandiu ſuppreſſam eloqui. Verg. 10. Aene. quid me alta ſilentia cogis rumpere? Idem 2. Aeneid. Compoſita rumpit uocem, & me deſtinat aræ. Rumpere moras, eſt auferre moras, ſiue feſtinare. Ver. li. 3 Geor. En age ſegneis Rumpe moras. Rumpere fidem, eſt fidem uiolare. Oui. Epiſt. 23 Rupi, quã ruptam ſum mihi queſta fidem. Rumpi item (διαρρήγνυσθαι) dicuntur, quæ nimia tenſione diſſiliunt. Cic in Vatin. Vt aliquando iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur.

Inflatas rumpere ueſiculas, apud eundem 2. de Diui. Horat. Serm. Saty. 4. Cum magis atq́ ſe magis inflaret, non ſi te ruperis, inquit, Par eris. Hinc ſumpta tranſlatione, Rumpi inuidia, & Rumpi malis, dicimus pro eo quod eſt, grauiter diſcruciari, & uix ferre poſſe. Ver. 7. Eclo Inuidia rumpantur ut ilia Codro. Ci. Q. Fra lib. 3. Vt his malis Reip. licentiaq́ audacium, quibus antea rumpebar, nunc ne mouear quidem. Rumpo, pro rumpi facio. Martia. li. 10. Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim. Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

Ruptus, a, um, partic. Ver. 1. Geor. Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes Arma ferunt: ſæuit toto Mars impius orbe. Ruptor, oris Liu. 4. ab urb. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, uiolatorq́ gentium iuris? Huius uerbi compoſita ſunt, Abrumpo, Corrumpo, Dirumpo, Erumpo, Irrumpo, Interrumpo, Perrumpo, & Prorumpo: de quibus ſuis locis.

R V M P I, porum, {Rampolli, raſeli} qui & Traduces dicuntur, brachia ſunt uitiũ quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur & ſibi mutuo connectuntur. Varr. lib. 1. Rei ruſt. cap 8. Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex uerbis Varron. quoniam manifeſtum eſt eoſdem eſſe Rumpos, qui alio nomine Traduces dicuntur reliquum eſt, ut doceamus, hiſce nominibus non arbores ipſas ſignificari, (ut quidam putauerunt) neq́ rurſus uites ipſas, ſed quædam uitium ueluti brachia, a ſua utrinque matre porrecta, & circa medium arborum interuallum ſibi occurrentia, ibidemq́ connexa. Id autem planum fiet Columellæ teſtimonio lib. 5. cap. 6 ubi ſic habet: Cætera ſimili ratione, atq́ in arbuſto Italico adminiſtrantur, ut uites longis ſcrobibus deponantur, ut eadem diligentia curentur, atq́ in ramos diducantur, ut noui traduces omnibus annis inter ſe ex arboribus proximis connectantur, & ueteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Cum deinde fructus pondere urgebit ſubiectis adminiculis ſuſtineatur.

R V M P O T I N V M A R B V S T V M, genus arbuſti Gallici eſt à rumpis. i. traducibus nomen habens, qui utrinq́ à matre exporrecti, & circa medium arborum duarum interuallum ſibi occurrentes connectuntur. Col. lib. 5. ca. 6. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod uocatur rumpotinum. Id deſiderat arborem humilem, nec frondoſum. Cui rei maxime uidetur idonea populus. Ea eſt arbor corno ſimilis. Quinetiam cornus: & carpinus, & ornus. nonnunquam & ſalix. Hoc genus arbuſti frequens eſt in agro Mediolanenſi, ubi etiam hodie nomen ſeruat. Arbores rumpotinæ, quibus uites rumpotinæ innituntur. Vites autem rumpotinas (ut ex prædictis facile intelligi poteſt) eas uocamus, ex quibus rumpi, id eſt, traduces ducuntur. Col. loco iam citato: Arboribus rumpotinis ſi frumentum non ſubſeritur inter utranq́ partem uiginti pedum ſpatia interueniunt. At ſi ſegetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram uiginti relinquuntur.

R V M P O T I N E T V M, locus rumpotino arbuſto conſitus, uel ipſum arbuſtũ rumpotinum. Col. lib. 5. cap. 6. Nam ita ferè conſtitutum rumpotinetũ animaduertit, ut ad octo pedes locis ſiccis, & cliuoſis, ad duodecim pedes planis & uliginoſis tabulata diſponantur. Reliqua uide in dictione præcedenti.

R V M V S C V L V S, {Piccol romore} diminutiuum, paruus rumor. Ci. ad Atti. lib. 2. Quas quidem ego multo magis uereor, q̃ eorum hominum, qui hodie uiuunt, rumuſculos.

R V N A, teli genus latiorem habens cuſpidem: à quo deducitur adiectiuum Runatus, id eſt, runa armatus. Ennius Runata recedit, id eſt, pilata, ut interpretatur Feſtus. Huius diminutiuum eſt Rulla: de quo paulò antè.

R V N C A M, inquit Calepinus, ueteres dicebãt pro eo quod hodie Runcinã uocamus. cuius rei teſtẽ citat Põp. Feſtũ: apud quẽ tamẽ eius uocis ne ullũ quidem inuenimus ueſtigium. Verum ille oculatior fuit, qui uidit, quod nuſquam erat.

R V N C I N A, næ {Aſcia piana} fabrile inſtrumentum eſſe conſtat: id tamẽ quale ſit, uideo non ſatis conuenire inter eruditos: aliis aſſerentibus genus eſſe ſerræ maioris, qua fabri materiarii ſecent arborũ moles, ſubiectis cãtheriis: aliis ruſtici ferramenti genus eſſe exiſtimantibus, ad dumeta excidenda accommodatum. Nos contra Runcinam eandem putamus, quam uulgus hodie Planulam uocat, qua fabri aſſamenta radunt & læuigant. Idq́ ut ita cenſeamus, facile adducimur Plinij teſtimonio li. 16. ca. 42. ubi ſic habet. Firmiſſima ad tectum abies. Eadẽ

ualea um

ualuarum repagulis, & ad inteſtina opera aptiſſima, ſiue Græco, ſiue Campano, ſiue Siculo fabricæ artis genere ſpectabilis, ramẽtorum crinibus pampinato ſem per orbe ſeſe uoluens ad meatatos runcinarum raptus. Runcina item à Romanis Dea credita eſt, quæ runcationi præeſſet: cuius meminit & Auguſt. lib. 4 Ciuit. Cum runcantur ſegetes, id eſt, à terra herbæ auferuntur, Deam Runcinam præfecerunt.

RVNCO, as, {*Eſtirpare l'herbe cattiue*}(βοταρίζω) herbas inutiles, fruticesve noxios euello, ſiue extirpo, ut, Runcare ſpinas, apud Catonem de Re ruſt. ca. 2. Runcare ſegetem, eſt herbis noxijs expurgare. Plin. lib. 18. cap. 21 Siligine, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato, quibus dictum erit, diebus. Hinc Runcatio, uerbale, βοταρισμός. Colu. lib. 2. cap. 9. Frequentem tamen exigunt ſarritionem & runcationem, ut herbis liberentur. Runcator, oris. Col. lib. 11. ca. 2. Quæq; prateriero, intelligi oportebit, nullam operam poſtulare runcatoris. Hinc componitur Eruuco, de quo ſupra ſuo loco.

RVO, is, rui, rutum, & ruitum, {*Rouinare, cadere, precipitare*}(ἐρείπω, καταφέρομαι) cado, concido. Verg. 2. Aenei. Ruit alto à culmine Troia. Terẽ Heaut. Quid ſi nunc coelum ruat. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro effundi. Verg. lib. 6. Vnde ruunt totidem uoces reſponſa Sibyllæ. Quandoq; pro decipi. Cice. lib. 3. Offi. Si hoc non eſt emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere. Quãdoq; pro euertere, ſeu diſiicere, διασκορπίζειν. Et ſic habet accuſatiuum, quum alibi abſolutum ſit. Verg. li. 1. Georg. Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua Inſequitur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ? Idem 1. Aenei. Spumas ſalis ære ruebant. Quandoq; pro feſtinanter ire, ſeu in præceps ferri, & ſine cautela in aliquem impetum facere, ὁρμᾶν. Idem lib. 10. Quò moriture ruis, maioraq; uiribus audes? Quãdoq; pro impellere, ἐλαύνειν. Teren. in Adel. Cæteros ruerem, agerem raperem, tunderem, proſternerem. Quandoq; pro eruo, ſiue eximo, ἐξαιρέω. Verg. lib. 11. Confuſa ruebant Oſſa focis. Quandoq; pro crepare, & graui ſonitu quodammodo ruinam minari. Idem lib. 1. Georg. Ruit arduus æther. i. tonitru perecrepat. Ad eundem modum coeli ruinam, idem lib. 1. Aen. pro tonitru poſuit. Fluctibus (inquit) oppreſſos Troas, coeliq; ruina. Ver ruit, id eſt, præcipitatur, & ad finem properat. Idem 1. Georg. Vel quum ruit imbriferum uer: Nox ruit. Idem 6. Aeneid. Nox ruit, Aenea: nos flendo ducimus horas. Ruere nubem, eſt egerere. emittere. Vergi. 2. Georg. Et ruit atram Ad coelum picea craſſus caligine nubem. Huius compoſita ſunt Adobruo, Corruo, Diruo, Eruo, Iruo, Obruo, & Subruo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

RVPES, is, {*Rupe*}(ἀπόῤῥωξ, πέτρα) petra, ſiue mons præruptus. à rumpendo. Cæſ. 2. Bel. Gall. Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectusq; haberet, una ex parte, &c.

RVPICAPRA, æ, {*Capra ſaluatica*}(αἲξ ἀγρία) capra ſylueſtris, quaſi rupiũ capra. Pli. lib. 11. cap. 37. Rupicapris in dorſum, adunca cornua, damis in aduerſum. Idem lib. 8. ca. 53. Capræ tamen in plurimas ſimilitudines transfigurantur. Sunt capreæ, ſunt Rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ.

RVPTVS, a, um, {*Rotto, ſpezzato*}(ῥαγείς) idem quod fractus. Ver. 2. Geor. Qua ui maria alta tumeſcant Obiicibus ruptis. Teſtamentum ruptum, id eſt cancellatum, & irritum: cui opponitur Ratum. Cic. de Orat. Teſtamentum ruptum aut ratum. Aliquando Ruptum dicimus delaſſatum, & membris fractum ex diutino labore. Apuleius: Quouſq; ruptum iſtum aſellum, nunc etiam claudum, fruſtra paſcemus? Aliquando Ruptus, (ῥακώδης) pro eo ſumitur qui ueſtibus eſt lacerus, & pannoſus. Martialis: Qui ſunt ruptos, dic mihi Galle quis eſt?

RVRALIS, & hoc, rale, {*Coſe da uilla*}(ἄγροικος) quod ad rus pertinet. Vnde Rurales dij, Mercurius, Panq;, quibus ſacrificabant placentas, & uinum, qua de re extat non inuenuſtum Leonidæ Græci poetæ Epigramma.

Ἀλίας καὶ νυμφᾶν ἱερὸς πάγος, αἵ θ' ὑπὸ πέτρῃ
  Πίδακες, ἅ θ' ὕδασι γειτονέουσα πίτυς.
Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσόε μαιάδος Ἑρμᾶ,
  Ὅς τε τὸ αἰγιβότου Πὰν κατέχεις σκόπελον,
Ἵλαοι τὰ ψαιστὰ, τό τε σκύφος ἱερὸν οἴνου,
  Δέξασθ' Αἰακίδου δῶρα Νεοπτολέμου.

Id eſt, Stabula & Nympharũ ſacer pagus, uos ſub ſaxo fontes, tuq; aquis uicina pinus, & quadrate ouium ſeruator Maiæ Mercuri, quiq; capris depaſtum Pan occupas ſcopulum: propitij hæc liba, poculumq; plenum uino ſuſcipite, Aeacidę dona Neoptolemi.

RVRESTRIS, & hoc, ſtre, {*Di uilla*}(ἀγροικος) quod eſt ruris, uel eorũ proprium, qui ruri degunt. Apul. Rureſtri uocabulo uulgus indoctum roſas laureas appellat.

RVRICOLA, æ, {*Contadino*}(γεωργός) qui rus colit. Colum. lib. 10. cap. 31. Hæc ne ruricolę paterentur monſtra. Ouid. 5. Metam. Ruricolasq; boues leto dedit. Aratrum ruricola. Oui. 4. Triſt. Tempore ruricolæ patiẽs ſit taurus aratri.

RVRIGENA, {*Nato in uilla*}(ἀγρογενής) qui ruri natus eſt.

RVRO, ras, {*Star' in uilla*}(ἀγροικίζω) ruſticor, ruri ago. Plaut. in Capt. Dum rure rurant homines. Dicitur & Ruror, aris, deponens. Varro. Serrano, ut annotat Nonius Duru in agro ſtudioſius ruror.

RVRSVS, & Rurſum, {*Di nouo, un'altra uolta*}(αὖ, αὖθις) iterum, denuo. Ci. pro Mur. Facis, ut rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda uideatur. Teren. Eunu. Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. Inueniuntur interdũ Rurſus & Denuò coniuncta. Plau. in Poenulo: Reuertor rurſus denuo Carthaginem. Aliquando rurſus coniungitur cũ prorſum. Terent. in Hecy. Tace, trepidari ſentio, & curſari rurſum prorſum. Donatus: Rurſum, proprie retrò: prorſum, ante ſignificat: & eſt prouerbiale, ſicut dicimus, Surſum deorſum, Intrò foras, Hac illac. Quandoq; ponitur Rurſus, pro econtrario Verg. Haud rurſum enodes trunci reſecantur.

RVS, ruris, {*Villa, poſſeſſione, contado, campo*}(χωρίον, ἀγρός, ἀγροικία) prædiũ ruſticum ita dictum, teſte Varro lib. 4. de lingua Latina quod in eo quotannis rurſus eadem fiant, ut capiatur fructus. Cice. pro Roſc. Amer. Habet animi relaxandi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. Verg. 3. Georg. Luciferi primo cum ſidere frigida rura Carpamus.

RVSCINO, nonis, oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à montibus Pyrenæis: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgus Ruſcilionem hodie appellat.

RVSCVM, ruſci, uel Ruſcus, {*Ruſca, ruſta*}(ὀξυμυρσίνη) humilis frutex eſt foliis myrti, ſed latioribus, cuſpidis ſpecie mucronato cacumine baccis per maturitatem rubeſcentibus, quæ à medijs folijs dependent, nucleo intus oſſea duritia. Græci χαμαιμυρσίνην, ὀξυμυρσίνην, καὶ μυρσίνην ἀγρίαν, hoc eſt, humilẽ, acutam, & agreſtem myrtum appellant. Verg. 7. Eclog Horridior ruſco, proiecta uilior alga. Idem lib. 2. Georg. Necnon etiam aſpera ruſci Vimina per ſyluam. Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Colu. lib. 10. Hirſuto ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

RVSPINA, (Ῥυσπίνα) oppidum Africæ proprie dictæ, non procul ab Adrumeto: de qua Plin. lib. 5. cap. 4.

RVSPOR, ſparis, {*Cercare con diligentia*}(μεταλλάω, ἐρευνάω) antiquis in uſu fuit pro ſcrutari, ſeu diligenter inquirere, Accius Nyctereſia, ut citat Nonius Vadent ruſpantes ſyluas. Sic Ruſpari latebras, apud Feſtum. Tranſlatio ſumpta eſt à Gallinis, quæ ruſpari proprie dicuntur, cum eſcam quærentes terram ſcalpunt. Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro. Plaut. Corruſpare tua conſilia in pectore.

RVSSVS, & Ruſſeus, nomina ſunt coloris, ad rufum inclinantis, dilutius tamen rubentis. Vnde in factionibus aurigantium Ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Thyleſium in libello de coloribus.

RVSTICA VINALIA, (τὰ λήναια) quartodecimo Calendas Septembris celebrabantur, quo die primum in urbem uinum deferebant. Feſtus auctor eſt, à Latinis primum diem hunc fuiſſe inſtitutum, qui aduerſus Mezentium pugnaturi, uinum Ioui eo die libarunt.

RVSTICANVS, na, num, {*Ruſticano di uilla*}(ἄγροικος) idem quod ruſticus. Cic. 3. de Orato. Et illud quod loquitur, priſcum eſſe illum ſi putat, ſi planè fuerit ruſticanum. Idem pro Roſ. Ame. Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio, atq; amandatio appellabitur?

RVSTICARIVS, ria, um, (ἐπαγροικος) quod ad rus, aut ruſticum pertinet. Vnde, Falcea ruſticarias dixit Varro 1. de Re ruſti. cap. 22.

RVSTICATIM, {*Ruſticamente, uillaneſcamente*}(ἀγροίκως) aduerbiũ, pro Ruſtice. Pomponius, Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

RVSTICATIO, onis, (ἀγραυλία) actus ipſe ruſticandi. Cice. de Ami. Neq; ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationesq; communes. Colum. lib. 11. cap. 1. Et hoc undecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradidi.

RVSTICITAS, atis, {*Ruſticità, uigliaccaria*}(ἀγροικία) morum inciuilitas, urbanitati contraria. Martia. lib 7. Quære aliquem Curios ſemper, Fabiosq; loquentem, Hirſutum, & dura ruſticitate trucem. Ponitur quandoq; pro inepta & timida uerecundia, quam δυσωπίαν uocant Græci. Ouid. in Arte: Et ſi ruſticitas non uetat, ipſa rogat. Ibidem: Hei mihi, ruſticitas, non pudor ille fuit.

RVSTICOR, aris, {*Stare in uilla per ſpaſſo è piacere*}(ἀγραυλέω) ruri dego. Pli. Quum ſimul æſtate ruſticaremur. Cic. Tironi. Liceat modo ruſticari. Idem 1. de Legib. Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciam quid gartiat. ſin ruſticatim, quid ſcribat ad te.

RVSTICVLA, auis perdici ſimilis, niſi q; roſtrum longius habet. Plin. lib. 10. cap. 38. Ambulant aues aliquæ, ut paſſeres, merulæ: currunt, ut perdices, ruſticulæ: ante ſe pedes iaciunt, ut ciconiæ, & grues. Extat de hac aue diſtichon apud Martia. lib. 13. Ruſtica ſum perdix, quid refert, ſi ſapor idem? Carior eſt perdix, ſic ſapit illa magis.

RVSTICVLVS, a, um, diminutiuum, {*Alquanto ruſtico, un poco uillano, colui che ha coſtumi uillaneſchi*}(ὑπάγροικος) idem quod ſubruſticus, id eſt, qui moribus nonnihil ruſticis eſt præditus. Ci. pro Seſt. Senſit ruſticulus nõ incautus (neq; enim homines nequam tacere potuerũt) ſuum ſanguinẽ quę ri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani. Martial. lib. 10. Nec doctum ſatis, & parum ſeuerum, Sed non ruſticulum nimis libellũ Facundo mea Plinio Thalia l, perfer.

RVSTICVS, a, um, pen. cor. {*Coſa pertinente à uilla*}(ἐπαγροικος) quod ruris uel ruſtici eſt, uel ruri degit, ut, Domus ruſtica. Cice. pro Quint. Erat res pecuaria res ampla, & ruſtica, ſanè bene culta, & fructuoſa. Liu. 3 Bel. Pun. Quæ uox in ruſticum inde prouerbium poſita. Cice. pro Roſ. Ame. Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem uocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. Quãdoq; Ruſticus dicitur, moribus, & uita incultus, quaſi ſemibarbarus, ἄγροικος. Ver. 2. Eclog. Ruſticus es Corydon. Quin. lib. 2. cap. 11. Manus indoctæ ac ruſticæ. Vnde Veteres Ruſtice pro barbare uſurpabant, ſiue imperite, ut ſolet ruſticus. Cic. 3. Offi. Vrgent ſanè ruſtice, negant enim poſſe, & in eo perſtant. Ruſticus, ci, ſubſtantiuum, (ἀγροῖκος) idem quod agricola, ſiue ruri habitans. Plaut. in Merca. Vrbani fiunt ruſtici. Verg. 2. Georg. Iam tum acer curas uenientem extendit in annum Ruſticus. Cice. in Orat. Sermo non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum.

RVTA, orum, apud Iureconſultos, quaſi eruta dicuntur. ut arena, creta, & his ſimilia, nondum in opus conuerſa. Feſtus. Ruta cæſa, dicuntur, quæ uenditor poſſeſſionis ſui uſus gratia conciderat, eruendaq; contraxerat. Vlpi. in l. fundi. de Act. empt. & uendi. Si ruta cæſa excipiantur in uenditione, ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt, ut arena, creta, & ſimilia. Cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Mutius l. In rutis. de Verbo. ſignifica. In rutis & cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæq; opera ſtructili, tectoriove non continentur. Ne in rutis quidem, & cæſis. prouerbialis locutio eſt, qua uſus eſt Cic. 2. de Orato. pro eo quod eſt, Nulla in parte: Sed dicet te (inquit Ci.) Cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolum tibi paternum receptum. Vide de hoc plura in Adagijs Eraſmi.

RVTA, æ, {*Ruta*}(πήγανον) herba eſt nulli nõ nota, etiam hodie nomẽ uel apud uulgum retinens, luminibus claritatem afferens, ſed Venerem coercens. Dictam autem uolunt Rutam, q; una ex omnibus herbis, propter multiplicẽ eius uſum, maxime eruatur. Oui. 2. de Rem. amo. Vtilius ſumas acuentes lumina rutas, Et quicquid Veneri corpora noſtra negat. Ruta muſtelæ contra ſerpentes dimicaturæ ſe muniunt. habet enim præſentaneũ aduerſus uenena omnia remedium. Vide Plin. lib. 10. cap 13. Hinc Rutaceus, a, um, q; ex ruta confectum eſt: ut, Aqua rutacea. Rutatus, ta, tum, quod ruta conditum eſt: ut, Muſtum rutatum. Plin. Inuenio muſtum rutatum populo datum. Rutati lacerti, ruta conditi. Martia. lib. 10. Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

RVTABVLVM, li, auctore Feſto proprie dicitur inſtrumentũ, quo ruſtici utuntur in proruendo igne, panis coquendi gratia. Colu. lib. 12. cap. 18. Sublata lampade rutabulo ligneo. Hodieq; id nomen ſeruatur apud Italos.

RVTHENI, (ῥουτηνοί) populi Galliæ Aquitanicæ, Narbonenſi prouinciæ & Cadurcis contermini. Vulgo Rhodes. Alij ſunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluuio: hodie Ruſsi dicti, & eorum regio Ruſsia.

RVTILIVS GEMINVS, Iuriſconſultus fuit ſua ætate inſignis: & Pontificalium librorum auctor. Orator quoq;, ut illa ferebant tempora, non cōtemnendus, cuius tamen orationes poſteritati horridæ uiſæ ſunt & ieiunæ. De hoc Cic. in Bruto: Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere uerſatus, magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ: multa præclara de iure, doctus uir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor, prope perfectus in Stoicis. Hæc ille. P. Rutilius, Cn. Manlij in Conſulatu collega fuit, qui primus accitis in caſtra gladiatoribus, uitandorum inferendorumq; ictuum rationem militibus tradendam curauit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Conſule Cn. Manlij collega militibus eſt tradita. Is n. nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum acceſsitis, uitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Sene. 6. lib de Benef. refertur. Malo ut patria mei exilii erubeſcat, q̄ reditu mœreat. M. Rutilius Cenſorinus, teſte Vale. cap. de Moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populū corripuit, q; eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cuius maiores, quia nimis magna uideretur, tempus coarctandum iudicaſſent. Rutilius Lupus, rhetor inſignis fuit ipſi etiam Quintiliano commemoratus, cuius etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

RVTILO, las, p. p. {*Far riſpondente, riſplēdere*} (ξανθίζω) aliquādo actiuū eſt, idem ſignificans quod rutilum facio. Pli. lib. 28 cap. 1. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, & cinere & ſeuo. Comæ promiſſæ, & rutilatæ. Liu. lib. 8. c. 12. Crinis propexus ac rutilatus, Tacitus lib. 20. Interdum neutrum eſt abſolutum, ſignificans idem quod rutilo colore reſplendere. Verg. 8. Aen. Arma inter nubem cœli in regione ſerena Per ſudum rutilare uident.

RVTILESCO, is, {*Diuenire ſplendente, chiaro*} (ξανθίζομαι) rutilus fio Pli. lib. 8. cap. 55. In alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.

RVTILVS, a, um {*Riſplendente*} (πυρόεις, πυῤῥὸς) color eſt ex flauo rubeſcēs, cum quadā ſplendoris exuberantia. Plin. lib. 8 cap. 18. Albis maculis colorem rutilum diſtinguentibus. Cic. in Som. Scipio. Tum rutilus fulgor horribiliſq; terris, quem Martem dicitis.

RVTRVM, rutri, (σκαφεῖον) quo quid eruitur: à ruendo. Nam ſicut aratū Aratrum: ſic rutum Rutrum facit. Feſtus: Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio ephebi ſunt, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia, quod ſignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat. Cato cap. 11. Oportet habere uillicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadrīdētes duos. Huius diminutiuum eſt Rutellum. Lucil. lib. 9. Sat. ut citat Nonius. Frumentarius eſt modium hic ſecum, atq; rutellum Vnum affert.

RVTVBAM, (θόρυβον) ueteres turbationem appellabant, teſte Nonio. Varro Sexageſ. Id poſtea uiderimus, nunc ſumus in rutaba. Eſt etiam Rutuba Liguriæ fluuius, ex Appennino fluens. Plin. lib. 3. cap. 5.

RVTVLI, pen. cor. (ῥουτοῦλοι) antiquiſsimi Italiæ populi, qui Latii partem tenuerant, Ardeæ proximam. Hi duce Turno aduerſus Aeneam bella geſſerunt, ut late deſcribit Vergilius ſex poſterioribus Aeneid. ſuæ libris. Pli. lib. 3. cap. 5. Tam tenues (inquit) primordio imperij fuere radices. Colonis ſæpe mutatis, tenuere alij, alijs temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

RVTVPIÆ, Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgo Sanduuich.

RVTVPINVM, pen. prod. promontorium Britanniæ. Luc. lib. 6. Aut uaga quum Tethys, Rutupinave littora feruent, Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

DELLA LETTERA S.

S E' lettera di ſpeſſo ſuono, & nella lingua Italiana piu parole incominciano da tal lettera che da ueruna dell'altre. Percio che le uocali non poſſono accompagnarſi ſe non con una conſonante per uolta, & con alcune di ſe ſteſſe, come abondo, adombra, arre, aonto, & tali. Et coſi l'altre conſonanti non poſſono accompagnarſi ſe non con ciaſcuna delle uocali, come bene, buſto, baſtone, & c ò con la R, alcune, come credo, graue, frate, preſto, traue. Ma la S. s'accompagna primieramente con tutte le uocali ancor'ella, & poi con quaſi tutte le conſonanti, sbandito, ſcacciato, sfoderare, ſmemorato, ſnello, ſperto, ſquadra, ſterpo, & oltre à cio s'accompagna con due come, sbranare, sdrucire, sfrattare, ſgrauare, ſprouiſto, ſtroppiare. Queſta lettera per ſe ſola nella lingua Italiana ſuol denotare hora ſignore, & hora ſanto, ſecondo oue ella s'attiene. Quello che uaglia nella Latina ſi dirà hora con le parole ſue proprie.

DE LITERA S.

S LITERA ſemiuocalis, ut quæ ſonum ſuum a uocali auſpicetur, & in ſeipſam terminet. Hæc ſi antecedat m, uel p, uel t, in ſimplicibus dictionibus ad ſubſequentem pertinet ſyllabam: ut Coſmus, Proſper, Teſtis. In compoſitis uero aliud eſt. Nam in Aruſpex (teſte Quint.) quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, s, tertiæ dabimus, in Abſtemius uero, quia ex abſtinentia temeti compoſita uox eſt, priori relinquitur. Tranſit quandoq; s, in m, ut rurſum, pro rurſus: In n, ut ſanguis, ſanguinis. In r, ut flos floris.

S ANTE A.

SABA. {*La Mecca doue è hoggi la ſtanza ò tempio di Maccometto*} (σαβαὶ Stepha.) ciuitas regia Aethiopiæ inquit Ioſephus, quam poſtea Cabyſes à ſororis ſuæ nomine Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt colere & uenerari: quia tus mittit, quo in ſacrificiis utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua, myſterium ſignificare: Hieronymus uero conuerſionem ſonare autumat. Hinc Sabæus, bæa, bæū, (σαβαῖος) ut Sabæos odor, apud Colum. lib. 10.

SABACVS, Aethiopum rex, qui Aniſim Aegypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herod. lib. 2.

SABÆI. (σαβαῖοι) populi felicis Arabiæ ditiſsimi ſyluarum fertilitate odorifera: quorum metropolis eſt Saba quam Strabo lib. 16. Meriabam uocat. His proxima eſt (inquit) feliciſsima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos thus, & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum, & alia quædam herba ualde odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmare colore puniceo, uſque ad ilia aſsilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam, otioſi, ſegneſq; uiuunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt, uſq; in Syriam atq; Meſopotamiam. ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatem habet. Hactenus Strab. lib. 16. Hos Ioſeph. lib. 1. à Saba Cuſi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod eſt, uenerari, q; deos ipſorum ture ueneremur. Verg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua tura Sabæi.

SABAOTH, (σαβαώθ) Hebraicum nomen eſt, pluralis numeri, & fœmi. gene. nobis exercitum ſonans, uel militiam. Vnde dominus Sabaoth, aliquoties in ſacris literis occurrit, pro eo quod eſt Dominus exercituum.

SABATIA, {*Sauona*} Pomponio, ſiue (ut apud Plinium legitur) Vadum Sabatium, oppidum Liguriæ maritimum, olim nobili portu inſigne. Hodie Sauona.

SABATRA, Sabæorum oppidum, in litore maris rubri. Plin. lib. 6. cap. 29.

SABBATARII, (οἱ σαββατίζοντες) dicti ſunt Iudæi à Romanis, quod Sabbata ſuperſtitioſe colerent. Martia lib. 4. Quod ieiunia Sabbatariorum, &c.

SABAZIVS, (σαβάζιος) Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν: quod uerbum Phrygibus, aliiſq; nonnullis barbaris idem ualet quod bacchari, ſiue bacchantium more ſaltare. Vide Cælium Rhodig. lib. 7 cap. 15.

SABBATISMVS, (σαββατισμὸς) celebratio ſabbati.

SABBATIZARE, (σαββατίζειν) eſt ſabbatum obſeruare. Hiero. in Leuitico: Quando fuerit in terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis tuæ.

SABBATVM, ſabbati, (σάββατον) Hebræi ſeptimum quēque hebdomadæ uniuſcuiuſq; diem appellabant, quem Ethnici Saturni diem nominant: quo die Iudæi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quem ſacræ literæ tradunt, confecta ſex diebus mundi machina, eaq; exornata, ſeptimo die quieuiſſe: unde & Sabbatum uocauerunt: quæ uox Hebræis diem quietis ſignificat. Apud Hebræos quoq; Sabbatum teſte Ioſepho, pro ſeptimana accipitur. Vnde eſt illud in Euangelio: Ieiuno bis in ſabbato.

SABE, Syrorum lingua, menſis Februarius dicitur.

SABELLI, populi à Sabinis orti, qui incolunt montes, qui ſunt inter Sabinos & Marſos: olim etiam Samnites dicti, teſte Plin. libro 3. capi. 12. Hinc Sabellus, a, um. Vergil. 2. Georgic. Hæc genus acre uirum Marſos, pubemq; Sabellam. Item Sabellicus, ca, cum. Vergil. 3. Georgi. Dentesq; Sabellicus exacuit ſus.

SABIDIVS uir Romanus, gulæ deditus, plus uorabat, q̄ poſſet concoquere: quo circa ita ſœtebat eius anima, ut nemo poſſet cum eo loqui, quē Martialis Epigrammate inſectatur. Nō amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare: Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

SABIS, Arabum deus, cui decimas menſura, non pondere perſoluunt.

SABINA, æ, {*Sauina*} (βράθυ) herba eſt duorum generum, quarū altera cupreſſi, altera tamarici folia refert. Plin. lib 24. cap. 11. Herba Sabina Brathe appellata à Græcis, duorum generum eſt altera tamarici ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Colum. lib. 6. cap. 4. Alii ſabinam herbam, tritamq; cum mero diluunt.

SABINAM, pen. cor. Illyrii appellabant telum uenabulo ſimile. Ennius. Illyrii reſtant ſicis, ſabiniſq; fodentes. Hæc Feſtus.

SABINA POPPÆA, T. Olli filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni nuptam à uiro abduxit, illo per ſpeciem honoris in Luſitaniam relegato: deinde & matrimonio ſibi coniunxit, repudiata, relegataq; in Pandatariam inſulam Octauia. Periit ictu calcis à uiro, cum grauida eſſet, percuſſa. Vide Tacitum lib. 13. Annal.

SABINI, (σαβῖνοι) populi ſunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione, & cultu deorum, cognominati: quaſi Sebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν. Sabinus uero, à Sabo auctore gentis, Sabinos dici putat, qui li. 8. ait: Pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixiſti populos magna ditione Sabinos. Hos Plin. Apenninis iugis uallatos utrinq; ſcribit. Strab. Sabinos ait anguſtum incolere agrum in longitudinem protenſum, à Tyberi uſq; Nomentum oppidum, ſtad. mille uſque ad Veſtinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in ſpectaculo, quum uxoribus carerent. Romulus enim, quum affinitatem uicinorum bona pace impetrare non poſſet propter urbis nouitatem, conſilium cepit de rapiendis uirginibus. Indictis itaque ludis Neptuno peragendis, cum multi hoſpites & accolæ conueniſſent cum coniugibus & liberis. ultimo die dato ſigno cum ad rapinam diſcurreretur, raptæ ſunt uirgines 683. Auctor Dionyſius in Antiquitatibus: propter quam rapinam conſecutum poſtea eſt bellum inter Romanos & Sabinos: cuius exitus talis fuit, ut uicti Sabini, in partem urbis fuerint recepti. Vergil. lib. 8. Et raptas ſine more Sabinas Conſeſſu Caueæ, &c.

SABINVS, declamator tempore Senecæ, lepido uir ingenio: cuius meminit Seneca in Declamationibus. Sabinus, Veſpaſiani frater, interfectus à Vitellio, cum Veſpaſiano res contra Iudæos gerente, poſt Othonis interitum, Capitolium

in æde Iouis occupaſſet. Sabinus, ſophiſta, ſub Adriano principe ſcripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabinus Maſurius, ſcripſit Faſtorum & memorabilium rerum libros. Sabinus Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hieroſolymæ muros aſcēdit. auctor Ioſephus lib. 7. cap. 1. Sabinus Tyro, qui περὶ κηπουρικῶν, id eſt, de re hortenſi libros aliquot conſcripſit, teſte Plin. cap. 10. lib. 19.

SABIS (σάβις) fluuius eſt Carmaniæ, in ſinum Perſicum illabens Auctores Ptolem. Tab. 6. Aſiæ, & Plin. lib. 6. cap. 23.

SABRINA, pen. prod. fluuius Britanniæ inſulæ, uerſus occidentem in mare illabens: cuius meminit Tacitus Annal. lib. 12.

SABVCVS, {Sambuco} (ut Ruellio ſcribendum uidetur) ſiue Sambucus (ut alij malunt) frutex eſt duorum generum: quorum alter ad ruſticæ propemodum arboris robur aſſurgens, a Græcis ἀκτὴ appellatur. Alter humilis flore tamen & folio ſuperiori non diſsimilis, à Latinis Ebulum, à Græcis χαμαιάκτη nominatur. Vtrumque genus baccas fert in umbella, per maturitatem nigreſcentes, ſuccumque atri ſanguinis colore reddentes. Verum de his plura infra in dictione Sambucus.

SABVLETVM, buleti, {Luogo doue è molta ſabbia} (ψαμμῶδες) dicitur locus, in quo ſabulum abundat. Plinius libro 27. cap. 8. Crocodilion naſcitur in ſabuletis.

SABVLO, onis, {Sabbia, arena} (ἄμμος) idem quod Sabulum. Colum. libro 4. ca. 33. Pullam terram, & reſolutam deſiderat, ſabulonem humidum, uel confractũ tophum non reſpuit. Varr. 1. de Re ruſt. ca. 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, &c.

SABVLVM, uli, {Sabbione, arena, groſſa} (ἄμμος, ψάμμος) arena craſsior, ponderoſiorque. Plin. lib. 17. cap. 43. Inuicem ſabulum album in Ticinenſi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permiſtum, infecundum eſt. Hinc ſabuloſus, ſa, ſum, (ἀμμώδης) plenum ſabulo. Plin. lib. 13. cap. 4. Palma gignitur leui, ſabuloſaque terra.

SABVRRA, æ, {Sabbione, belletta, ſaorna} (ἕρμα) proprie ſabulum uilius, & craſsius, quo naues onerari ſolent uſque ad certam menſuram, quo ſtabiliores fiunt. Plin. lib. 10. cap. 23. Certum eſt, Pontum tranſuolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria, Criu metopon, & Carambin, mox ſaburra ſtabiliri. Liu. 7. Bell. Pun. Se in animo habuiſſe, tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra grauatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. Priſcianus præcipit in hac uoce b, literam eſſe geminandam, quod an uerũ ſit ipſe uiderit: Verg. certè primam ſyllabam corripit, lib. 4. Georg. Et ſæpe lapillos, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram Tollunt.

SABVRRARE. {Mettere la ſaorna nelle naui} (ἐρματίζειν) eſt ſaburra onerare, & ſe ſtabilire aduerſus uim uentorum. Plin. lib. 18. ca. 35. Echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrãtes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solinus: Grues uolaturæ arenas deuorant, ſublatisque lapillis ad moderatam grauitatem ſaburrantur. Saburratus, a, um, ſaburra oneratus. & per tranſlationem quouis modo expletus. Plau. Ciſtel. Quę ubi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ extemplo ſumus.

SABYLLVS, uir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Auctor Hero. lib. 6.

SACÆ, carum, Scythiæ Aſiaticæ populi, Iaxarti fluuio uicini, à Sogdianis Comedorum montibus diuiſi, nullas habentes domos ſed nemora & ſpeluncas inhabitantes. Auctor Prole. Tabula Aſiæ ſeptima. Perſæ Scythas omnes uno nomine Sacas appellãt: propterea quod & Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima ſit, illosque penè ſolos nouerunt. Plin lib. 6. cap. 17. Vltra ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas uniuerſos appellauere à proxima gente, &c.

SACAL, Aegyptiorum lingua electrum ſignificare exiſtimauit Nicias, & in Aegypto ex radijs Soli naſci: ut refert Plin. lib. 37. cap. 2.

SACARVM, regio, (ἡ σακῶν χώρα) inquit Ptolem. eſt in Aſia ultra mare Caſpium, Sogdianis contermina: in qua nec urbes, nec uicos eſſe teſtatur, ſed incolæ eius regionis nemora, & ſpecus habitant, ſagittandi artis peritiſsimi. Hi olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti ſunt, ut lib. 11. Strabo refert, atque uſque ad Cappadocas proceſſerant. Sed quum ex ſpolijs feſta celebrarent, Perſarum imperatores eos noctu adorti, funditus delevere. Hos quidam Sacaſenos, (σακασηνούς) uocant.

SACCARIA, riæ. {Mercantia de ſacchi} (σακκοπωλική) ſaccorum mercatura Apul. libr. 1. de Aſin aureo. Saccariam faciens merebam.

SACCARIVS {Baſtagio, facchino} σακκοφόρος dicitur baiulus: uel gerulus, qui ſaccis geſtandis uictum quæritat. Paul. l. Qui fundum de Contrahen. empt. Siquid ex ſacco ſaccarij cecidiſſet.

SACCHARVM, ri, pen. cor. {Zucchero} (σάκχαρον) dicitur mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Naſcitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Cicilia. Vnde oxyſaccharon, potionis genus ex ſaccharo, & aceto. Plin lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum gummi modo candidum, dentibus fragile: ampliſsimum nucis tantum auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum uſum. Hæc Plin Hodie præſtantiſsimum aduehitur ſaccharum ex Fortunatis inſulis, quas Canarias uocant, in metæ formam redactũ. Naſcitur & in Aegypto, Cypro, et Rhod. Galeni ſeculo ſaccharum uix notum erat, hodie tam uulgatum, ut ne quotidianus quidem cibus placeat ſine ſaccharo.

SACCIAZA, (σακκίαζα) oppidum Africæ propriæ dictæ, non procul à Syrtĩ magna: cuius meminit Ptolem. lib. 4. cap. 3.

SACCIPERIVM, rij, (σακκοπήρα) maior crumena, & minoris marſupij receptaculum. Plaut. in Ruden. Meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio. Dictio compoſita ex ſacco, & pera.

SACCVLARII, orum, {Fraudatori, ingannatori} (ῥαδιουργοί) apud iureconſultos accipiuntur pro fraudulentis impoſtoribus, qui uetitas in ſacculo artes exercent, et partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quàm fures puniendos, de Extraord. crimin l. Saccularij.

SACCVS, ci, {Sacco} (σάκκος) notæ ſignificationis eſt: quippe quod non modo apud Græcos & Latinos, uerum etiam apud Italos, Hiſpanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarumque aliarum linguarum homines eodem nomine dicatur. Horat 1. Serm. Congeſtis undique ſaccis Indormis inhians. Cice. 3. Verr. Cum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret, pro iis rebus pecuniam exigeret. Hinc Sacculus, & Saccellus, (σακκίον) diminutiua, quibus ſignificantur marſupia. Ci 2. de Finib. Ius, & ſacculos abſtulerit. Aſconius, Sacci, unde ſacculi, & ſaccelli. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus uinarius, id eſt colum ex lapide ſpongioſo, ad colandas aquas ex niuibus reſolutas.

SACELLVM, lli, {Capelletta} (ἱερὸν) diminutiuum à Sacrum: & ſignificat locum paruum Deo ſacratum cum ara. Cic. de Leg. Agr. Sunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, &c. Trebatius Iureconſultus ſcribit. Sacellum compoſitum eſſe uerbum, quaſi ſacra cella. Sed hoc neque uerum eſt, neque uerſimile.

SACER, cra, crum, {Sacro} (ἱερὸς) idem quod uenerabile, & conſecratum. Verg. libro 8. Aeneid. Extulit os ſacrum coelo, tenebrasque reſoluit Plaut. Menæch. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Ioui ſcio. Plin. Epiſt. 177 Reuerere gloriam ueterem, & hanc ipſam ſenectutem quæ in homine uenerabilis, in urbibus ſacra eſt. Miſcere ſacra prophanis, Horat lib. 1. Epiſt. 17. Aedes ſacra. Cicer. Brut. libr. 13. Aedes ſacræ, Verg lib 3. Georg. Capitur nonnunquam pro execrando, ſceleſto κατάρατος. Idem lib. 3. Aeneid. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Antiquitus homo ſacer, (κάθαρμα) dicebatur, qui poſt diras execrationes, peſtis alteriuſve calamitatis expiandæ gratia alicui deorum immolabatur. quamuis per tranſlationem etiam latius accipiatur pro quouis homine ſcelerato, & deteſtabili. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 6. Inteſtabilis & ſacer eſto. Vide plura de hoc apud Macrobium lib. 3 Saturn.

SACER IGNIS, (ἐρυσίπελας) morbus, cuius multa ſunt genera, quæ apud Plin. habentur lib. 26. cap. 11. Celſus lib. 5 Sacer quoque ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ ſunt ſpecies. Alterum eſt ſubrubicundum, aut mixtum rubore, atque pallore, exaſperatumque per puſtulas continuas, quarum nulla altera maior eſt. In his ſemper ferè pus, et ſæpe rubor cum calore eſt. Fit maxime in pectore aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Alterũ autem eſt in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latum, & ſubliuidum. Hæc Celſus. In pecudibus (nam & eas infeſtat) Puſula appellatur. Colum lib. 7. cap. 5. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam Puſulam uocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo concepta eſt, uniuerſum gregem contagione proſternit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandeſcit. Inter ſacri ignis ſpecies numeratur, quem uulgus ignem S. Antonii uocat A Plinio, ni fallor, Zoſter appellatur, medium hominem cingens, & ubi cinxerit, enecans.

SACER MONS, (ἱερὸν ὄρος) trans Anienem fluuium ultra tertium milliariũ appellatur, quem plebs Romana poſt expulſos Reges, cum nexu potentiorum premeretur, ſeceſsione facta à patribus, urbeque relicta, occupauit. neque niſi impetratis ſuis ſacroſanctis magiſtratibus, maxime adnitente Menenio Agrippa, cũ patribus cedijt in gratiam Vide Liu. lib. 2 ab Vrbe.

SACER MORBVS. {Mal caduco} (ἱερὰ νόσος, ἐπιληψία) idem qui & comitialis, quod comitia diſſolueret. & Herculeus, propterea quòd Hercules eo laboraſſe dicatur. Sacer autem idcirco dici putatur, quod ſanctiſsimam hominis partem, hoc eſt animæ rationalis domicilium præcipue infeſtet.

SACER SERPENS, (ἱερὰ) ſerpentis genus admodum exiguum, adeo tamen peſtilens, ut uel maximi angues uenenum eius reformident, eoque adueniente diffugiant. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid momorderit, continuo putreſcit.

SACERDOS, is, com. gen. {Sacerdote, prete} (ἱερεὺς) qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda, ac ſacris dictus. Cice. 4. Acad. Sed cum ſacerdotes deorum uacationem habeant, &c. Apud Romanos uaria erant ſacerdotum genera Flamines Diales, Martiales, Quirinales: Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi Reges ſacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles ſacra faciebãt. Oui. 3. Amor. Eleg 7. Ille ego Muſarum purus, Phœbique ſacerdos Ad rigidas canto carmen inane fores. Ver. 6. Aen. Quique ſacerdotes caſti dum uita manebat, Quique pij uates, &c. Sacerdos, otis, genere fœminino. Verg. 6. Aeneid. Deiphobus contrà, Ne ſæui magna ſacerdos: Diſcedam, explebo numerum, &c. Idem 3 Aeneid. Curſusque dabit uenerata ſacerdos.

SACERDOTISSA, ſſæ, {Sacerdoteſſa, monaca} (ἱέρεια) fœm. gen. dixit Gellius, quamuis Sacerdos communis gener. ſit, li. 10. ca. 15. Eædem fermè cæremoniæ ſunt, quas Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum aiunt obſeruitaſſe.

SACERDOTALIS, tale, (ἱερατικός) quod ad ſacerdotem pertinet Liu. 5 ab Vrb. Virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: & Cære, quo iter ſacerdotalibus erat peruenit.

SACERDOTIVM, tij, {Sacerdotio, beneficio} (ἱερωσύνη) modo ſacerdotis dignitatẽ ſignificat: ut eſt illud Fungi ſacerdotio. Cice. pro Domo ſua Cũ Licinia uirgo ueſtalis, ſummo loco nata, ſanctiſsimo ſacerdotio prędita, etc. Modo ſacerdotia prouentum Nam apud Gentiles ſacerdotia fuerunt, qualia nos Chriſtiani minus Latino in hac ſignificatione uocabulo Beneficia appellamus. Vnde Liu. lib 9. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat Sacerdotiorum autẽ ſicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum, quod ſacris eſſet uddictum locis, quæ Reſpub. aut principium, aut Pontificũ collegij collationis eſſent: alterum, quod ædis aut ſacelli iuris eſſet, à patre familias ea ratione erecti, dedicatique, ut & ſacrorum cura, & fructuum ipſius ſacerdotij perceptio, ad ſolam gentem, familiamque ſuam perpetuis ſucceſsionibus deuolueretur. Quod ſacerdotiorũ genus à priſcis Gentilitia ſacerdotia, à noſtris Beneficia iuris patronatus appellata ſunt. Corn. Tacit. de Othone. At receus ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis, & paternis ſacerdotiis in ſolatium repoſuit. Liu. 10. Bel. Pun In eius locum Pontifex (nam, duo ſacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba.

SACODIOS, (σακώδιος) gemma eſt hyacinthini coloris. unde nomen habet. Nam Indi hyacinthinum colorem Sacon uocant. Vide Plin lib. 37 cap. 9.

SACOMA, pen. prod genitiuo, ſacomatis, (σήκωμα) eſt æquipondium. hoc eſt, quod in libra apponitur æquilibrium faciendum: Vitru. lib 9. cap. 3 de Archimede: Cum auream coronam uotiuam dijs immortalibus in quodã fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locauit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi approbauit, & ad ſacoma pondus coronæ uiſus eſt præſtitiſſe Budæus.

SACON, Indi uocant colorem hyacinthinum. unde Sacodios dicta eſt gemma ex genere amethyſtorum, in hyacinthi colorem declinans. Auctor Pli. lib ulti. cap 9.

SACRA VIA, (ἱερὰ ὁδὸς) In urbe Romana uocitata eſt, quod in ea ictum fœ-

das ſit inter Romulum & Tatium ſiue quòd continuo ea utebantur ſacerdotes Idulium ſacrorum conficiendorum cauſa. Extendebatur autem a domo regis ſacrificuli uſque ad ſacellum Streniæ, & rurſus à regia uſque in arcem. Cicero pro Plancio. Equidem, inquit, ſi quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma Sacra uia, cum ego ad Fabium Fornicem impellor: ſed eum qui in meipſum incurrit, atque incidit. Hanc Horatius Sacrum cliuum nuncupauit.

SACRA CERTAMINA, (ἱεροὶ ἀγῶνες) Græciæ quatuor erant, quæ a Tacito Ludicra uocantur, Olympia, Iſthmia, Pythia, & Nemea: de quorum inſtitutione & præmijs abundè multa annotauimus in dictione Certamen.

SACRAMENTVM, {Sacramento, deliberation di far per giuramento} quid propriè fuerit ueteribus, explicat doctiſſimus togatorum Varr. li. 4. de Lingua Latin. his uerbis: Sacramentum à ſacro: & qui petebat & qui inficiabatur, uterque quingenta æris ad Pontificem deponebat. De alijs item rebus alio certo numero. Qui iudicio uicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: uicti ad ærarium redibant. id eſt, uictus ea pecunia, quam depoſuerat, mulctabatur in pœnam iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Ex quibus uerbis conſtat, Sacramentum antiquis aliud non fuiſſe, quàm pecuniam ipſam à duobus cõtendentibus apud Pontificẽ ea lege depoſitam, ut qui ſponſione uiciſſet, ſuam integram auferret, uicti pecunia ærario uendicaretur. Cice. de Orat. Agerent eum tecum Pythagorei, quibus cũ tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. Iniuſtis uindicijs & ſacramentis fundos alienos petere, idem pro Milone. Sacramentum item, interprete Feſto, dicitur quicquid iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur. Hinc ſacramentum militare dicebatur, quo milites in uerba Imperatoris ſui iurabãt: quod niſi præſtitiſſent, iuſti milites non uidebantur, eóque abſoluti, in hoſtem legitime pugnare non poterant. Legitima (inquit Seruius) militia erat eorum, qui ſinguli iurabant pro Repub. ſe eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendijs: & Sacramentum uocabatur. Vegetius de Re militari lib. 2. Milites iurare ſolent, & ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Iurant autem ſe omnia ſtrenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam pro Romana Repu. Iuuen. Sat. 15. Sacramenta figuratè pro ipſis militibus poſuit. Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum. Id eſt, militum iuratorum, & ſacramento rogatorum Sueto. in Cæſa. Sanxit ne quis ciuis maior uiginti annos minorve decem, qui ſacramento non teneretur plus triennio continuo Italia abeſſet. Teneri ſacramento, eſt obligari per ſacramentum. Sacramento cõtendere, quid ſit, iam ex Varrone docuimus. Sacramento rogari, eſt iureiurando adigi. Quint. li. 12. ca. 2. Sed hæc inter ipſos qui uelut ſacramento rogati, uel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere.

SACRANI, populi Italiæ fuerunt Romæ uicini, qui à Corybante quodã Magnę matris ſacerdote ea loca tenente, initium duxerunt. A ſacrificando dicti, Corybantium enim erat, Matri deum ſacra facere. Seruius tamen Ardeates intelligi putat, propter uer ſacrum, quod apud eos immolationis genus erat, quo grauibus periculis adducti, uouebant, quæcunque proximo uere apud ſe animalia nata eſſent, ſe immolaturos. Vide Seruium in illud Verg. 7. Aene. Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

SACRARIVM, rij. {Sacreſtia} (ἱεροφυλακεῖον, ἄδυτον) locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur. Vnde à Cic. Sacrarium Bonæ deę nominatur. Seneca lib. 5. Quæſt. Arcana illa rerum naturæ ſacra non promiſcuè, & omnibus patent: reducta, & in interiori ſunt clauſa ſacrario. Hegeſip. libr. 5. ſcribit, ſacrarium templi Hieroſolymorum fuiſſe profanatum à gentibus, quo ſolus ſemel in anno princeps ſacerdotum ſolebat intrare, non ſine ſanguine. Quid interſit inter ſacrum locum & Sacrarium oſtendit Vlpian. in. l. Sacra. de Diuiſ. re. inquiens: Sacer locus eſt conſecratus: Sacrarium, in quo ſacra reponuntur. Sueto. tamẽ de Auguſto, non tam pro ſacrorum repoſitorio, quàm pro ſacello, locóque ſacrato ſumpſit. Natus eſt (inquit) Auguſtus ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habet aliquanto pòſt quàm exceſſit, conſtitutum. Ponitur & Sacrariũ pro lalario in ædibus priuatis. Cice. ad Memmium libr. 15. Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono eius M. Aemylio familiariſſimè.

SACRATÆ LEGES, (ὅσιοι νόμοι) quibus ſancitum erat, ut ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum cum familia, pecuniáque eſſet. Liu. 2. ab Vrb. Præcipuus pauor Tribunos inuaſerat, quàm nihil auxilij haberent ſacratæ leges morte collegæ monitos. Idẽ: Sub idem fermè tempus Ligures lege ſacrata, coacto exercitu, nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt.

SACRES PORCI, (χοῖροι ἁγνοί) appellabantur qui puri eſſent ad ſacrificiũ ut immolarentur, quum primum depulſi eſſent ab ubere: id autem contingebat die circiter decimo a partu. & ob id appellabantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificia idonei primum eſſent. Plautus in Menæch. Quanti hic porci ſunt ſacres?

SACRICOLÆ, penulti. corrˇep. (ἱεροδούλοι, ἱεροφάνται) miniſtri ſacrorum, uel ipſi ſacrifici, quaſi ſacra colentes. Tacit. libr. 19. Domitianus prima irruptione apud æditumum occultatus, ſolertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immixtus, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.

SACRIFER, ra, rum, (ἱεροφόρος) ſacra ferens. Oui. 4. Faſt. Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Eſt dea ſacriferas penè ſecuta rates.

SACRIFICALIS, le, adiectiuum, (ἱερουργικός) ut, Apparatus ſacrificalis. Tacit. lib. 2. Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat.

SACRIFICO, ficas, {Sacrificare} (θύω, καθαγιάζω, ἱερουργῶ) ſacrum facio. Plautus in Capt. Quinetiam ut magis noſcas, genio ubi ſuo quando ſacrificat, ad rem diuinam, quibus eſt opus, Samijs uaſis utitur. Interdum per ſacrificia ueniam peto. Lito uero, uenia impetro. Plautus in Poen. Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Iupiter faciat, ut ſemper ſacrificem, neque unquam litem. Confunduntur tamen quandoque. Sacrificatio, onis, uerbale. Cic. 1. de Natur. deo. Itaque in ea dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificatio externa eſt.

SACRIFICVLVS (ἱεροποιὸς ἱερεύς) idem quod ſacerdos: à ſacris faciendis. Sueto. in Domit. cap. 1. Ardente templo, apud Aeditumum clam pernoctauit: ac manè Iſiaci celatus habitu, interque ſacrificulos uanæ ſuperſtitionis, &c. Rex ſacrificulus, (quem & Athenienſes βασιλέα appellabãt) Romę poſt exactos Reges primum creatus eſt, quod quædam ſacra ita inſtituta eſſent, ut neceſſe eſſet ea per regem obiri. Vide Liu. lib. 2. ab Vrb. Gell. libro 10. ca. 15. Super Flaminem Dialem in conuiuio, niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbat. Liu. li. 6 Bell. Pun. Vulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus.

SACRIFICVS, ſubſtan. (ἱεροποιός) qui ſacra facit. Ouid. 6. Faſt. Martia ſacrifico deductum nomen ab Anco. Sacrificus uero adiect. (ἱερουργικός) quod ad ſacra attinet. ut, Sacrificę tibiæ, quibus utebantur in ſacrificijs. Plin. libr. 16. cap. 36. Nunc ſacrificæ Tuſcorum è Buxo tibiæ Dis ſacrifici. Ouid. 13. Metam. Dieſque Dei mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras. Ritus ſacrifici, Oui. 15. Metam. Veſtis ſacrifica, Silius lib. 3.

SACRIFICIVM, cij {Sacrificio} (θυσία) ſacrum, ſeu res diuina. Cic. ad. Att. Cuius Laurentiæ uos Pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. Idẽ de Aruſp. reſp. Deo illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute pop. Romani. Liu. lib. 4. Dec. 5. In monte ſacrificio ritè perpetrato.

SACRILEGIVM, {Sacrilegio, rubamento di coſe ſacre} (ἱεροσυλία) ipſum ſacrarum rerum furtum. Quintil. lib. 5. cap. 10. Siquis ſacrilegium faciet, faciet & furtum. Cicer. in Salluſt. Non ita eſt, ſed abijt in ſodalium ſacrilegij Nigidiani. Reum eſſe ſacrilegij, Quint. lib. 4. cap 2. Admittere ſacrilegium, Quint. libro 4. cap. 2.

SACRILEGVS, legi, penul. cor. {Imbolatore di coſe ſacre, ſacrilego} (ἱερόσυλος) qui rem ſacram, aut rem prophanam de loco ſacro legit, id eſt, furatur. Terẽ. in Adelph. Vbi eſt ille ſacrilegus? Cice. 2. de Leg. Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui è ſacro abſtulerit, ſed etiam qui ſacro commendatum: quod & nunc multis fit in fanis. Iuuen. Satyr. 13. Hæc tibi ſi non ſunt, minor extat ſacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis. Hinc Sacrilegus, a, um, adiect. ut Artes ſacrilegæ, Manus ſacrilegæ. Ouid. 1. de Arte amand. Non mihi, ſacrilegas meretricum ut perſequar artes, Cum totidem linguis, ſint ſatis ora decem. Cice. 7. Verrin. Cæteros item deos, deaſque omnes imploro, atque obteſtor: quorum templis & religionibus iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper, impiumque habuit indictum. Ignes ſacrilegos admouere templis, Tibul. libr. 3. Eleg. 5.

SACRIMA, (inquit Feſtus) antiqui appellabãt muſtum, quod Libero patri ſacrificabant pro uinea, & uaſis, et ipſo uino conſeruandis: (ἀπαρχαὶ τοῦ ληνοῦ) quẽmadmodum præmetium de ſpicis, quas primum meſſuiſſet, Cereri ſacrificabant.

SACRIVM, Scytharum lingua ſuccinũ dici credidit Xenocrates, referente Pli. lib. 37. cap. 2.

SACRO, cras, {Sacrare} (τελεσιουργῶ, ἱερόω, καθιερόω) Deo dedico, et ſacrum facio. Plin. libr. 36. Eiuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatem, uiſu reddito, & oraculo, Soli ſacrauit. Sacrare uotum Dijs, eſt uoto ſeſe aſtringere. Verg. 8. Aeneid. Dijs Italis uotum immortale ſacrabat. Ponitur aliquando Sacrare pro deuouere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impune occidi, & uiolari poſſit. Liu. 2. ab urb. Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniſſet, gratæ in uulgus leges fuere. Sacror, aris, paſſiuum. Ouid. 1. Faſtor. Vtque ego perpetuis olim ſacrabor in aris, Sic. Auguſta nouum Liuia numen erit. Sacratus, a, um, particip. ut, Caput ſacratum. Verg. 3. Aene. Exorat pacem diuum, uittaſque reſoluit Sacrati capitis. Idem 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Sacratæ leges, uide ſuprà. Opus alicui ſacratum. Ouid. 2. Triſt. Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cæſar, Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus Sacratior, Sacratius, Sacratiſſimus. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) uiſco, & arbore in qua gignatur, ſacratius. Idem lib. 33. capi. 4. Numine illis gentibus ſacratiſſimo. Huius cõpoſita ſunt Conſecro, Deſecro, Obſecro, Profecro, & Reſecro: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SACROSANCTVM, {Sacroſanto} (ἀπαραβίαστον) dicebatur, teſte Budæo, quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, ut qui uiolaſſet, morte pœnas penderet. Cicer. pro Corn. Balbo: Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio à Gellio, & Lentulo COSS. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctũ uideretur? Idem ibidem. Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum plebemve ſancitũ uideretur. Sacroſanctus Trib. Pleb. dicebatur, quem uiolari nefas erat, qui ſine capitali piaculo attingi uiolenter non poterat. Ideo principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos, ut auguſtiores ſe, & ſacroſanctos facerent: id quod in numiſmatis quoque eorum extat, Tranquillus in Auguſt. ca. 27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Tacit. lib. 12. Accurrunt Patres, decernitur Othoni Tribunitia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principũ honores. Hinc Sacroſanctæ eccleſiæ in quibus eſt ius aſyli: è quibus quempiam per uim extrahi nefas putatur.

SACRVM, ſacri, ſubſtantiuum, {Sacramento, ſacro, conſacrato} (θυσία, λειτουργία) idem quod ſacrificium. Verg. 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebant. Nonnunquam idem quod templum, ἱερόν. Paulus Iureconſultus: Sunt autem Sacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra uel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Inter ſacrum & ſaxum, prouerbialis locutio eſt, qua utimur, quoties nos in ſummo diſcrimine conſtitutos uolumus ſignificare. Vide Eraſmi Adagia. Stata ſacra, quæ dicantur uide ſupra in dictione Feriæ, & infra in dictione Stata.

SACRVM PROMONTORIVM, (ἱερὸν ἀκρωτήριον) à Ptolem. appellatur extremum Luſitaniæ promontorium inter Anam & Chalybem fluuios, quod nunc appellant Caput ſancti Vincentij.

SADDVCÆI, (σαδδουκαῖοι) Iudæorum factio, qui Sadducæum quendã magiſtrum legis ſequentes neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus eſſe.

SÆPE, {Speſſo, ſouente} (πολλάκις) aduerb. ſignificat frequenter, recipitque diphthongum, ut differat à ſepe ablatiuo nominis Sepes. Terent. in Heaut. Non licet hominem eſſe ſæpe ita ut uult, ſi res non ſinit. Aliquando ornatus cauſa iungitur nomen Numero, & fit una dictio, Sæpenumero. Cice. Filius ad Tironem li. 16. Epiſtol. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumero partem. Huius compoſitum eſt Perſæpe, de quo ſupra ſuo loco.

SÆPICVLE, (θαμινά) diminutiuum à Sæpe, ſicut à Sæpius Sæpiuſculè. Apul. Nam ut lacrymæ ſæpiuſculè de gaudio prodeunt. Plautus in Caſin.

Sæpiuſcu-

Sæpiuſcule peccas.

SADYATES,(Σαδυάττης)filius Ardyos,filii Gygis,& auus Crœſi,teſte Herodoto,lib.hiſtor.1.poſt patrem regnauit in Lydia.

SÆPINVM,pen.pro.(Σαίπινον Ptolem.lib.3.cap.1.)oppidum Samnitum, cuius incolæ dicuntur Sæpinates:quos Plin.collocat in quarta regione Italiæ.

SÆVIO,ſæuis,ſæuiui,& ſæuij,ſæuitum,{Crudeleggiare,incrudelirſe}(κατα-ωμότητα,ἀγριαίνω,χαλεπαίνω)crudeliter in aliquem agere. Pacuuius:Quid cõmerui? Quid in me ſæuis pater? Liu.7.ab urb.In Tarquinienſes acerbè ſæuitũ, multis mortalibus in acie cæſis. • Idem alibi: Cum poſt uictoriam quoque in hoſtem ſæuiret. Aliquando ſæuire,eſt fortiter,& ſtrenuè ſeſe gerere. Martia. Belliger inuictis quod Mars tibi ſæuit in armis. Sæuire animis, pro uehementer iraſci. Verg.lib.5.Aeneid. Tum pater Aeneas procedere longius iras, Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis. Huius compoſita ſunt,Conſæuio,Deſæuio,& Obſæuio:de quibus ſuis locis.

SÆVITIA,æ,& Sæuitudo,inis{Crudeltà}(ἀγριότης,χαλεπότης)crudelitas. Cic.1.Offi.Sed his ſane adhibenda ſæuitia in famulos ſi aliter teneri non poſſunt. Plin.lib.6.cap.17.Proxima inclyta ſæuitia gentium. Ouid. Epiſt.7.Da breue ſæuitiæ ſpatium,pelagiq;,tuæq;.Tacit.lib.5. Quantumq; ſæuitia gliſceret, miſeratio arcebatur.Idem lib.13.Italiam luxuria,ſæuitiaq; afflictauiſſet.

SÆVVS,ua,uum,{Crudele, aſpro, duro}(χαλεπὸς, ἀπηνής)durus, horridus, crudelis. Verg.5.Aen.Quũ ſæuo e ſcopulo multa uix arte reuulſus. Idem 1. Aeneid.Sæuæ memorem Iunonis ob iram. Quandoque pro forti:ut apud eundem 1.Aene.Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Quandoque pro irato. Verg.1.Aen.Et ſæuum ambobus Achillem. Quandoque pro magno. Idem de Aenea pio.12.Aen. Maternis ſæuus in armis. Quandoque pro potenti. Idem lib.1.Aen.Non illi imperium pelagi,ſæuumq; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Sæuior. Ouid.13. Metam.- Tua fulmine ſæuior ira eſt. Sæuiſſimus. Oui.12.Meta.Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum Euryte, &c.Liu. lib.4.Bell. Maced.Sæuiſſimo & uiolentiſſimo in ſuos tyranno. Verg.2.Aen. Hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas Prima tenet. Hinc Sæuiter,aduerbiũ,(χαλεπῶς)crudeliter. Plau.in Pſeud. Magis cogito ſæuiter,blanditer'ne alloquar.

SAGA,æ,{Saga,incantatrice}(φαρμακεύτρια)anus ſuperſtitioſa,uel mulier incantatrix,uenefica, quæ malis uetitisq; artibus cuiquam boni aliquid uel mali cõciliat:ita dicta à ſagiendo,propterea quòd multa ſcire uelit:ut ait Cicer.2.de Diui. Hora.1.Carm. Quæ ſaga,quis te ſoluere Theſſalis Magus uenenis, quis poterit deus? Vbi Acron:Saga dicta eſt uenefica,quod ſatis agat,& ea eſt quę carminibus,& herbis mala hominibus dicebatur uel arcere uel impellere.

SAGÆ,Scythiæ populi,idem qui Sacæ,de quibus iam diximus. Auctor Põp. Mela lib.3.

SAGANA,pen.cor.{Mortaio. Boc.Gior.8.Nou.11. Non peſterete mai piu ſalſa in ſuo mortaio}uas in quo aliquid teritur. Eſt & nomen ueneficæ,apud Horat.in Epod. At expedita Sagana per totam domũ Spargens Auernales aquas, Horret capillis,ut marinus aſperis Echinus,aut currens aper.

SAGARIA,æ,(ἱματιοκαπηλία)exercitium uẽdendi ſaga, quemadmodum Lintearia,linteorum mercatura. Vlpian.de Trib.act.Duas negotiationes exercebat puer,ſagariam,& linteariam.

SAGARIVS,ri,(ἱματιοκάπηλος) qui ex ſagorum negotiatione quæſtum facit.

SAGARVS,(Σάγαρος Ptolem.) fluuius eſt Aſiæ,qui ex Didymo Galatiæ monte naſcens,& per Phrygiam Bithyniamq; flexuoſo curſu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptolemæum Tab.1.Aſiæ. Ouid. Sagarim effert per tertiam declinationem,lib.4.de Ponto:Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusq;, Hypanisq;. Cratesq; Influit,& crebro uortice tortus Halys.

SAGAPENVM,pe.pro.(σαγάπηνον)ſuccus eſt herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur, guſtu acri, odore medium quiddam inter laſer & galbanum referens. Officinæ uocant Serapinum.

SAGATVS,(χλαμυδωτὸς)qui ſago indutus eſt. Sueton. in Cæſare: Duobus tricliniis,uno quo ſagati,palliati'ue,altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Mart.lib.6. Vis te purpureum Marce ſagatus amem?

SAGAX,cis,{Sagace,diligente,acuto}(ῥινηλάτης)à ſagiẽdo,id eſt,ab acute ſentiendo dictum eſt. Propriè enim canes ſagaces dicuntur,qui odoris ductu uenatores ad ferarum cubilia perducunt.Cic.2.de Diuin.Sagire,acute ſentire eſt: ex quo ſagaces dicti canes. Per tranſlationem tamen accipitur pro callido,& ſolerti,ἀγχίνους. Cic.3.de Leg.Homo animal prouidum,ſagax,multiplex. Martialis lib.12.Excogitauit homo ſagax,& acutus. Hinc Sagacitas,tatis,(ῥινηλασία)id eſt,acuta illa ſentiendi uis in canibus,& odoratu aliquid deprehendendi.Cic.3.Tuſc.Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. Per translationem tamen ſumitur,pro aſtutia,ſeu calliditate,ἀγχίνοια.Cic.4.Verr. Quaſi eſt iſte ſagacitate in his rebus. Sagaciter,aduerb.pro aſtute,prudenter, callide.Liu.7.Bell. Pun.Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt,alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

SAGDA,gemma porracei coloris,quam Chaldæi adhærentem nauibus habent. Inuenitur & in Samothracia eiuſdem nominis gemma, nigra, ac ſine pondere, ligno ſimilis. Plin.lib.ult.cap.10.

SAGENA,næ,pen.prod.(σαγήνη)genus retis piſcatorii. Latini Verriculum appellant. Manil.lib.5.Excipitur uaſta circumuallata ſagena.

SAGINA,næ,pen.pro.(σιτισμὸς)cibus,quo quis pinguis efficitur. Iuue. Saty. 4.-Genialis agatur Iſte dies,propera ſtomachum laxare ſaginis. Sagina dicitur,apud Quint.lib.10.cap.5.eſt dicendi ubertas. Quandoque etiam dicitur pinguedo ſuperuacua,cuiuſmodi auibus quibuſdam arte & fartura inducitur, & in hominibus quibuſdam nimio otio contrahitur. Iuſtinus lib.20.Sublatis deinde inſultis,in ſegnitiam lapſus,ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq; ualetudinem contraxit.

SAGINARIVM,rii,(σιτιστήριον)locus ubi ſaginantur altilia. Var.lib.3.cap. 10.de Re ruſt. Pullos anſerum includunt in ſaginario,ibiq; polentam,& pollinem aqua madefactum dant cibum,ita ut perinde ſe ſaturent.

SAGINO,ginas,pen.prod.{Ingraſſare}(σιτίζω)pingue facio. Colum.libro 6. cap.38.Ea herba uiridis,nec tarde tamen arida,ſœni uice ſaginat iumenta,uerũ modice danda, ne nimio ſanguine ſtranguletur pecora. Interdum ablatiuo iungitur quum res qua quid ſaginatur,exprimitur: ut apud eundem lib.5. Fermantur offæ,quibus auis ſaginatur. Et rurſus lib.6.cap.27. Hordeo ſaginãdu equus. Saginatus,ta,tum,particip.ut, Porcus ſaginatus Proper li.4 Eleg.1. Parua ſaginati luſtrabant compita porci. Saginatio, onis uerbale, σιτισμός. Plin lib.8.cap.51. Pingueſcunt ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginationem orſa.

SAGIO,gis,giui, tum, (ῥινηλατέω)proprie de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum ueſtigia perueſtigant:quamuis etiam per tranſlationem accipiatur, pro eo quod eſt ſiquid acute & callide præſentiſcere Cice.1.de Diuin. Sagire enim ſentire acute eſt:ex quo Sagæ anus,quia multa ſcire uolunt:& Sagaces dicti canes. Is igitur,qui ante ſagit,dicitur Præſagire,id eſt,futura ante ſentire.

SAGITTA,tæ,{Saetta,freccia}(τόξευμα,ὀϊστός)genus teli, quod arcu emittitur. Verg.12.Aeneid. Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta. Tacit.de Germanis:Sola in Sagittis ſpes,quas inopia ferri oſſibus aſperãt. Verg.11.Aeneid.Dixit,& aurata uolucrem Threiſſa ſagittam Depromſit pharetra.Ouid. 3.Triſt.Eleg.10.Longeq; uolante ſagitta.Horat.3.Carm. Ode 10.Interim dũ tu celeres ſagittas Promis,hæc dentes acuit timendos. Sagitta etiam à rei ruſticæ ſcriptoribus ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte:ſiue quia longius receſſit à matre,& quaſi emicuit,atque proſilùit:ſeu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit. Vide Colu lib.3.cap.17. Eſt & Sagitta,herba,ea uluæ generibus,de qua Plin.lib.21.cap.17. Eſt & ſignũ cœleſte, ſtellas habens quinque,quæ fere in fine Capricorni cernuntur. Plin.lib.18.cap.26.

SAGITTARIVS,ria,rium,(τοξευτικὸς)quod ad ſagittas pertinet, ſiue idoneũ eſt,ut ex eo fiant ſagittæ. Plin.lib.16.cap.36.Suũ genus ſagittario calamo.

SAGITTARIVS,rii,{Sagittario,baleſtriere,arciere}(τοξότης) qui ſagittas ex arcu emittit. Cic.ad Attic lib 5.Magna tormentorum copia,multis ſagittariis,magno labore,apparatu, multis ſaucus ex noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. Eſt & Sagittarius, ſignum cœleſte, quem alii centaurum Chironem arbitrantur, alii Crocum filium Eupheme nutricis Muſarum, & habitaſſe in Parnaſſo cũ Muſis,& uenationi incubuiſſe, & uſum eſſe ſagittis, & equo inſediſſe. Poſt mortem precibus Muſarum,à Ioue inter aſtra relatum, & uaria forma conſcriptum. Idibus Februariis ueſpere occidit, ac uehementer hyemat,incipit Columella.

SAGITTIFER,ra,rum,(ὀϊστοφόρος)qui fert ſagittas:ut. Geloni ſagittiferi. Verg 8. Aeneid. Hic Lelegas,Curasq;, ſagittiferoſq; Gelonos Finxerat. Sagittiferæ pharetræ,Stat.1. Achill. Pecus ſagittifera,Claudian. de hyſtrice.

SAGITTIPOTENS,pen cor.pro ſigno cœleſti,quem & Sagittarium dicimus.Cic.in Arato: Menſe Sagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.

SAGITTO,tas,{Saettare}(τοξεύω)ſagittas ex arcu emitto.

SAGMA,atis,(σάγμα) Græcis ſcuti thecam ſignificat: nam σάγον illi dicunt, quem nos clypeum,aut ſcutum appellamus. Sunt & qui pro iumenti ſella, ſiue ſtrato accipi tradant,in qua ſignificatione & Veteris inſtrumenti interpres ſumpſiſſe uidetur,Leuitici cap.5.ubi ſic legitur: Sagma,ſuper quod ſederit immũdum erit.

SAGMINA,Romani herbam appellauere, quã Græci ἱεροβοτάνην,& περιστερεῶνα nominant,noſtri etiam Verbenam,ſiue Verbenacam:qua pater patratus & Fecıales,tam fœdera percuſſuri,q̃ bellum denuntiaturi, ſolent coronari. Feſtus:Sagmina uocantur uerbenæ, id eſt, herbæ puræ,quia ex loco ſancto ſecabantur à Conſule,prætore'ue,legatis ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiſcentibus. Plin.lib.22.cap.2. Quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere,& in ſacris legationibus,quàm uerbenæ. Certè utroq; nomine idem ſignificatur,hoc eſt,gramen ex ara cum ſua terra euulſum. Hac ſemper & legati,quum ad hoſtes,clarigatumq; mitterentur,uſi ſunt. Vide Liu.lib. 1 ab Vrb.& lib.10.Bell Pun.

SAGRA,fluuius eſt in ora Magnæ Græciæ,non procul à Crotone urbe, apud quem Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt uicti. Cic.3.de Nat. deor. De Sagra Græcorum eſt uulgare prouerbium,,qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt,quam quæ apud Sagram.

SAGRVS,gri,Italiæ fluuius, Pelignos diuidens à Frentanis, & inter Amiternum & Orthium in mare influens: Auctor Strab.lib 5.Eſt & Sagrus, Aſiæ mons,ex Armenia ad Medos,& Adiabenos pertingens,ſupra Paretacenen & Perſidem Auctor Plin lib 6.cap.27.

SAGVM,ſagi,{Saio}(σάγος,ἐσθὴς στρατιωτική,Plutar.) genus erat ueſtis breuioris,qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis uiris Conſularibus:quemadmodum contrà,cum urbs nullo bello premebatur, utebãtur togis. Vt enim toga pacis, ita ſagum erat index belli, ut non obſcure colligi poteſt ex Cicerone 8.Philip Eſt & Sagum ueſtis ſtragulæ genus,non diſſimilis cilicio. Sueto.in Othon Ferebatur & uagari noctibus ſolitus,atque inualidum quenque obuiorum uel potulentum corripere,ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuum eſt Sagulum,(στρατιωτικὸν ἱμάτιον)hoc eſt,ueſtis genus,quod armis ſuperindui ſolet. Verg lib 8. Virgatis lucent ſagulis Liu lib. 1.Bel.Pun. Multi ſæpe militari ſagulo opertum,humi iacẽtem,inter cuſtodias, ſtationesq; militum conſpexerunt.

SAGVNTVS,(Σάγουντος)Hiſpaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium,à Zacynthiis condita Strab.lib.3.Saguntus(inquit)occurrit à Zacynthiis condita,quã Annibal contra populi Romani fœdera diruens,Belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Huius urbis ſitum eleganter deſcribit lib.1. Silius. Meminit eius lib.1.Decad.3.Liu. Huius Saguntinus,na,num,(σαγουντινὸς)ut, Vaſa Saguntina quæ maxime commendantur. Mart Sume Saguntino pocula ſacta luto.

SAIS,(Σάϊς)urbs eſt Aegypti,iuxta unum ex oſtiis Nili,quod ab ea Saiticum dictum eſt. Hinc Saites,uel Saita,(Σαΐτης)gentile. Cic.3 de Natu.deor. Secunda Minerua orta Nilo,quam Aegyptii Saitæ colunt.

SAL,ſalis,{Sale}per metatheſim à Græco deducit̃,quod eſt ἅλς: eſtq; illud,quo utimur in cõdiendis cibis. Declinatur utroque numero In plurali tamen tãtum maſculini eſt generis,cùm in ſingulari etiam neutrum admittat Cato: Ex ſale, qui apud Carthaginienſes fit. Saluſt in Iugurth Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta. Colu. Carnem ſalibus aſperſam. Paulus Iureconſultus. Cotem ferro ſubigendam,neceſſaria quoque hoſtibus uenundari,ut ferrum,& frumentũ,& ſales,non ſine capitis periculo licet. Colu lib.12.cap.53. Deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum,ſed modice infractum Dicitur etiam Sale neutro genere,ſecundum Priſcianum pro mari. Enn.lib.14. Annalium: Cæruleum ſpumat ſale

conferta rate pulſum. Aliquando ſal ponitur pro ſapientia, in qua ſignificatione maſculino tantum genere proferri conſueuit. Terent. Eunu. Qui habet ſalem, qui in te eſt. Vbi Donatus: Sal neutraliter, condimentum: maſculinũ, pro ſapientia. Aliquando pro urbanitate ioco, & ridiculo, & dictis ad riſum, uel delectationem compoſitis, (εὐτραπελία, ἀστεισμοὶ) idque tam ſingulari, ꝙ plurali numero. Catullus Epigr. 81. de Quintia: Nulla eſt in toto corpore mica ſalis. Hoc eſt, nihil uenuſtum, nihil argutum, nihil facetũ. Cic. de Clar. Orat. Publius Scipio omnes ſale & facetijs ſuperabat. Lucanus: Non ſoliti luſere ſales. Quint. lib. 6. Salſum (inquit) in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura nõ utique hoc eſt, quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam ſicut ſal ſuauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis ſententia ſunt ipſa ridicula, quæ neceſſario ſalſa oporteat eſſe. Nã ſalſum erit, quod non erit inſulſum, uelut quoddam oris condimentum, quod ſentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quandoque Sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλς fœmininum apud Græcos: quia ſalſum eſt, & ex ipſius aqua Sal elicitur. Verg. 1. Aeneid. Et ſpumas ſalis ære ruebant.

SALA, (Σάλας) nomen fluuii in Germania, ut Strab. lib 7. ſcribit. Inter quem & Rhenum, Druſus Auguſti priuignus domitis iam hoſtibus uictor oppetijt. Eſt item Sala Mauritaniæ oppidum, ad Occidentem, impoſitum fluuio eiuſdẽ nominis. Auctor Plin. lib. 5. cap. 1.

SALACIAM, (inquit Feſtus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt, mare mouere. Quo uocabulo Poetæ pro aqua uſi ſunt. Pacuuius: Hinc ſæuitiam Salaciæ fugimus. Hæc Feſtus.

SALACONIA, pen. prod. (σαλακωνία) uox Græca eſt iactantiam ſignificans cum uanitate, & ſuperbia coniunctam. Quidam & mollitiem interpretantur.

Hinc Salacones, (σαλάκωνες) dicuntur homines iactabundi, qui quum Iro pauperiores ſint, Crœſos tamen quoſdam ſe eſſe ſimulant: cumq; Sardanapalo ſint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cicero. M. Fabio Gallo: Cognoſti meam cauſam, & iſtius Salaconis iniquitatem. Suidas hanc ſignificationem fluxiſſe exiſtimat, à Salacone quodã, eiuſmodi, quales iam depinximus, moribus prædito.

SALAMANDRA, {Salamandra} (σαλαμάνδρα) animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus prouenịens, & æſtate deficiens: cui tantus rigor eſt, ut ignem nulla ſui læſione tactu extinguat, nõ aliter quàm glacies. Auctor Pli. lib. 10. cap. 67. Et licet ueneuatiſſimum ſit, (nã ſi arbori irrepſerit, omnia poma ueneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit ſi in puteũ cadat) à ſuibus tamen ſine nocumento manditur.

SALAMBRIÆ, (σαλαμβρίαι) ciuitas eſt Cappadociæ, in Gardauerotæ præfectura. Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SALAMIS, ſiu Salamin, pen. cor. {Coluri} (σαλαμὶς) genitiuo Salaminis, pe. pro. uel Salamina, laminę, inſula eſt in ſinu Saronico, contra Atticam, urbem habens eiuſdem nominis, in qua Telamon regnauit, Aiacis & Teucri pater. Verũ cũm Teucer capta iam Troia, in patriam rediret, indignatus Telamon, ꝙ Aiacis mortem (qui inimicorum iniurijs exagitatus, & in furorem conuerſus ſibi necem intulerat) nõ uindicaſſet, eum Salamine expulit. Excluſus itaque à patria Teucer, in Cyprum nauigauit, ubi nouam urbem condidit, quam & ipſam relictæ urbis deſiderio Salaminem appellauit. Hanc hodie Conſtantiam appellant.

SALAMINIVS, (σαλαμίνιος) nomen gentile, a Salamine urbe deductum. Cicero pro Archia, Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi uero ſuũ eſſe confirmant. Salaminius, nia, um, poſſeſſiuum. ut Salaminium Trophæum, apud Cic. 1. Tuſcul. Salaminiacus, aliud poſſeſſiuum, Lucan. lib. 5. Vt Salaminiacum meminit mare.

SALANGA, (σαλάγγα) mons altiſſimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam. à Salanga, Barculani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie Mons D. Dominici appellatur, à monaſterio à Diuo Dominico ibi extructo.

SALAPIA, urbs eſt Apuliæ, Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 11.

SALAPVSIVS, à ſale, & puſio compoſitum nomẽ. Puſius enim, ſiue Puſio, apud Latinos dicitur Puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris tanquam puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis, & oratoriæ mordacitatis.

SALARIA VIA, ea dicta eſt, quæ ea urbe per Anienis põtem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini ſal à mari deferebant. Plin. lib. 31. cap. 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ uiæ, quoniã illa ſal in Sabinos portari conſueuerat. Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 2. Noſti materteræ meæ fundũ in Sabinis, qui eſt ad quartum & uigeſimum lapidem uia Salaria à Roma.

SALARIVM, rii, ſubſtantiuum, {Salario, paga, mercede} (μισθὸς) dicitur ſtipẽdium, uel merces, quam quis pro opera proſoluit. Plin. lib. 31. cap. 7. Sal honoribus etiam militiæq; interponitur, ſalarijs inde dictis, magna apud antiquos auctoritate. Dictum Salarium, quod ita neceſſarium ſit, ut homini ſal.

SALARIVS, rij, ſubſtantiuum, {Salaro, luganegaro} (ταριχοπώλης) qui ſal, uel ſalſamenta uendit. Mart. lib. 1. Quod uiles pueri ſalariorum.

SALARIVS, a, um, adiect. (τὸ ἐκ ἁλὸς) quod ad ſal pertinet. Liui. libr. 9. Bell. Pun. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

SALASSI, {Popoli del Marcheſato di Saluzzo} apud Ptolem. li. 3. populi ſunt ſub Inſubribus: hodie Marchia Salutiæ.

SALAX, cis, {Salace, luſſurioſo} (ἀφροδισιαστικὸς) propenſus in Venerem, multa libidine pruriens. à ſaliendo (ut quidam uolunt) hoc eſt, ab arrigendo. Aut certè ab eo quod ex humore ſalſo citatur libido. Vnde Venus fingitur è mari orta. Colum. lib. 7. cap. 9. Maximeq; quod ad rem pertinet, quàm ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commodè progenerant. Galli ſalaces, Varr. 3. de Re ruſt. Nymphæ ſalaces, Ouid. 4. Faſt. Aries ſalax, ibidem.

Salaces cibi, Venerem citantes: ut, Erucæ, & Bulbi. Ouid. de Rem. Amor. Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces, Et quicquid Veneri corpora noſtra parat. Hinc Salacitas, atis. i. laſciuia, & propenſio in Venerem. Plin. lib. 10. cap. 36. Paſſeri minimum uitæ, cui ſalacitas par.

SALDE COLONIA, {Algieri} Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptolem. lib. 4. cap. 8. Creditur eſſe ea, quam uulgò Algeriam uocant, regnum Ariadeni Barbaroſſæ, Turcicæ claſſis præfecti.

SALEBRÆ, (ἐκρήγματα, ῥωγμαὶ ῥήγματα γῆς) ſunt loca inæqualia, & aſpera, & prærupta, ita dicta, quod uix ſine ſaltu præteriri poſſunt. Proper. lib. 3. Eleg. 16. Luna miniſtrat iter: demonſtrant aſtra ſalebras. Per tranſlationem accipitur pro quauis aſperitate, ſiue difficultate. Mart. lib. 11. Carmina nulla probas, molli quę limite currunt, Sed quæ per ſalebras altaq; ſaxa cadunt. Cic. de Orat. Alter enim, quaſi ſedatus amnis, ſine ullis ſalebris fluit. Idem 2. de Finibus. Hic ſi definire, ſi diuidere poſſet, ſi loquendi, ſi denique conſuetudinem uerborum teneret, nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. Triſtitię ſalebra, ſingulari numero dixit Valer. Max. lib. 6. Legitur & apud Cice. 5. de Finib. Salebra, numero ſingulari, ubi ſic ait: Hæret in ſalebra, cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatam uitam deeſſe ſapienti &c.

SALEBROSVS, ſa, ſum, {Aſpro} (κατερρωγώς) quod multas habet ſalebras: ut, Iter ſalebroſum, hoc eſt, crebris ſalebris interruptũ. Salebroſa oratio. i. abrupta, interciſa & quibuſdam ueluti ſalebris remorans impetum auditoris. Quin. lib. 11. cap. 11. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens, ac ſalebroſa oratio. Salebroſus ſcriptor, id eſt, difficilis, inamœnus, & in cuius lectione ſæpius ſit reſtitandum, Mart. lib. 11. Scriptores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctram.

SALENTINI, {Popoli di terra d'Otranto, ò di terra de Bari} (σαλεντῖνοι) populi ſunt in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninſulam incolentes, quæ eſt inter Tarentinum ſinum, & fauces Adriatici protenſa, circa Brunduſium, & Rudias in Iſthmum contracta, latum ſtadia circiter trecenta. Salentini autẽ dicti putantur, à Salentino promontorio, in extremis eius peninſulæ finibus ſito: quod & ἄκραν ἰαπυγίαν appellant. Feſtus tamen à ſalo dictos mauult, fortaſſis ob id, quod penè circunquaque mari ambiantur, tenui tantum Iſthmo cõtinenti annexi. Ortos autem putat à Cretenſibus, & Illyricis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, iis in locis conſederunt.

SALENTINVM, pen. pro. (σαλέντιον Ptolemæo) promontorium eſt extremum totius Italiæ, quo illa quàm longiſſimè in mare excurrit: quod alio nomine ἄκραν ἰαπυγίαν Græci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

SALE, ſtagnum eſt Mæoniæ, eodem in loco, in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu deſedit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

SAL AMMONIACVS, (ἀμμωνιακὸν Dioſco.) terræ ſalſugo eſt, in Lybiæ arenis creſcente luna efferueſcens, alumini ſciſſili non diſſimilis, glebis oblõgis, uenisq; in longitudinem rectis. Inuenitur potiſſimum in tractu Cyrenaico, iuxta Iouis Ammonis templum. Vnde & nomen accepit. Qui ſalem Ammoniacum Metopij arboris lacrymam ſunt interpretati, in errorem ſane quàm puerilem inciderunt, lacrymam Ammoniacam à ſale Ammoniaco non diſtinguentes: cum tamen ſint res diuerſiſſimæ, ut latius annotauimus ſupra in dictione Ammoniacum.

SALERNVM, {Salerno} Picentinorum oppidum in Italia, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

SALGAMA, pen. cor. (τὰ ταρίχη) appellabantur à priſcis quæcũque cõditanea ad uictũ noſtrum in uaſis ſeruabantur, ut puta mala, pyra, fici, uuæ, rapæ. Col. lib. 10. Tempore non alio uili quoque ſalgama merce, Capparis, & triſtes, inulæ, ferulæq; minaces Plantantur. Idẽ lib. 12. cap. 4. Poſt hoc præceptũ, locũ & uaſa idonea ſalgamis præparari iubent. Inde Salgamarij, (ἁλμοπῶλαι) qui ſalgama uẽdunt. Col. lib. 12. cap. 44. Libros tres edidit, quos inſcripſit nominibus Coci, & Cetarij, & Salgamarij. Ibidem cap. 54. Raporum ꝙ rotundiſſima ſumito, eaq; ſi ſint lutoſa detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito: deinde, ſicut conſueuerunt ſalgamarij, decuſſatim ferramento lunato incidito.

SALI, per ſimplex i, auiculæ ſunt, quas Ariſtoteles ἀῤῥιθώγ, & αἰγίθαλον appellat, fœcunditatis magnæ, ut perdices, gallinæq;. Plin. lib. 10. cap. 52. Plurima oua pariunt ſtruthiocameli, gallinæ, perdices, ſali.

SALIA, fluuius eſt Hiſpaniæ ad oram Britannici maris, à quo Salenos accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum libro 2. cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus.

SALARIS, & hoc are, (σαλιακὸν) quod ad Salios pertinet. Vnde Saliares cœnæ appellatæ ſunt, quæ Salij faciebant ampliſſimo apparatu. Ex quo oppiparæ, ac copioſæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes ſaliares. Horat. 1. Carm. Ode 37. Nunc ſaliaribus Ornare puluinar deorum. Tempus erat dapibus ſodales. Carmen ſaliare Numæ, Horat. 2. Epiſt. 1.

SALCASTRVM, (ἀμπελὸς ἀγρία) genus labruſcæ in ſalictis naſcens. Pli. lib. 23. cap. 10. Eſt labruſcæ ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomine, cum eoſdem uſus habeat, & Salicaſtrum uocatur.

SALICETVM, ti, & per ſyncopen Salictum {Luogo doue ſono piantati molti ſalici} (ἰτεών) locus ſalicibus conſitus. Var. Idoneus locus eligendus, ubi facias ſalictum, & arundinetum, Cicero pro Lege Agr. Accedet eo mons Gaurus, accedent ſalicta ad Minturnas. Vergil. 1. Eclog. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

SALIENTES, (κρουνοὶ) à Latinis dicuntur fiſtularum capita, atque etiam ipſę tubulorum, fiſtularumq; ſcaturigines, quæ & Siphunculi dicuntur & Sipunculi, ab aquæ expreſſione, tanquam ex ſiphone ſalientis. Vitruu. lib. 8. Hæc maximè conſiderantur Athenis. Ibi enim ex eiuſmodi locis, & fontibus, & in aſty, & ad portum Piræeum ducti ſunt ſalientes, è quibus bibit nemo, ſed lauationibus, & reliquis rebus utuntur, Bibunt autem ea puteis. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuauitate te uillam habiturum, piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſylua uiridicata.

SALIGNVS, a, um, {Di ſalice} (ἰτέϊνος) quod ea ſalice materiatum eſt. Verg. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna. Verg. 4. Georg. Et cuſtos furum, atque auium, cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Coll. libr. 7. cap. 1. Quippe uel folijs, ſpinisq;, uel perticis ſalignis alitur. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Donec cerebroſus proſilit unus, Ac mulæ, nautæq; caput, lumboſq; ſaligno Fuſte dolat.

SALIGNEVS, a, um, idem. Col. lib. 7. cap. 10. Deinde ab ictu uirgæ oportet ſ[illegible]mentem uenam ferro reſcindi, detractoq; ſanguine colligari ſaligneo libro, uel etiam ulmeo. Salignea claua, apud eundem lib. 6. cap. 2.

SALII, orum, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ uulgo Franconia uocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Cõſtantino ſcribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos uidelicet, quos cõſuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus in Tacitum ſuſpicatur ita fuiſſe nuncupatos ab Sala fluuio: Frãcia enim illa orientalis irrigatur fluminibus

nibus Meno, Radiantis, Aeſto, Sala, Sunna, & Tubero. Hi Gallis expulſis eorum ſedes occuparunt, Franciamq́ue de ſuo nomine appellarunt. Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicat Francicam.

SALII, (σάλιοι) ſacerdotes Martis: ſic dicti, quòd in portādis ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Verg. 8. Aene. Hic exultantes Salios nudosq́ue Lupercos, Lanigerosq́ue apices, & lapſa ancilia cœlo Extuderat. Liu. lib. 1. ab Vrb. Numa item Salios duodecim Martio Gradiuo legit, tunicæq́ue pictę inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegmen, cœleſtiaq́ue arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, ſolenniq́ue ſaltatu iuſſit. Cic. 3. de Orat. Non neglecta, ut mihi uidetur, à Numa rege doctiſſimo, maioribusq́ue noſtris, ut epularum ſolennium fides, ac tibiæ, Saliorumq́ue uerſus indicant. Vocantur etiam Saliſubſuli à Catullo Epigr. 17. ad Coloniam. Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo uel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto.

SALILLVM, li, {Salinetto} diminutiuum, paruum ſalinum. Plau. in Trin. Verum nos homunculi, Salillum animæ, quæ cum extemplo amiſimus, æque mendicus, Atque ille opulentiſſimus cenſetur ad Acherontem mortuus.

SALINA, {Saline} locus in quo ſal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Plin. lib. 31. Fit ſal uulgaris, plurimusq́ue in ſalinis effuſo mari, nō ſine aquæ dulcis riuis, ſed imbre maxime iuuante. Cic. ad Atti. lib. 5. De ſtrue ſalinarum plane rogo. Idem pro lege Manil. Cum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur.

SALINÆ, arum, urbs Siciliæ, iuxta Lilybeum, palmis abundans. Sunt & aliæ non paucæ eiuſdem nominis urbes, à ſalſis fontibus nomen ſortitæ, inter quas maxime conuenit præterire, quæ apud Sequanos uiſuntur, & ſtructuræ genere, & ſalis prouentu adeo admirandæ, ut non immerito octauum ſibi locum inter orbis miracula poſſint uendicare.

SALINATOR, oris, (ἁλυντήρ) dictus eſt M. Liuius Claudii Neronis in Conſulatu collega, propter uectigal, quod nouum ea ſalaria annona commētus eſt in Cenſura.

SALINVM, ni, {Salino ſaliera} (ἁλοδόχος) uaſculum in quo ſal reponitur, tū ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratum. In eo enim cum ſale diis primitiæ offerebantur. Perſ. Saty. 3. Purum & ſine labe ſalinum. Idem Satyr. 5. Vare regustat uin digito terebrare ſalinum Contentus perages. Ponitur tamen pro quocunque uaſe fictili menſæ pauperis. Horat. lib. 2. Carm. Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum.

SALIO, lis, {Salare, ò far ſale} (ἁλίζω) quartæ coniugationis, & prima correpta, ſale condio. Tibul. Farre pio placet, & ſaliente ſale. Huius præteritum Saliui, ſupinum Salitum. Vnde Salitus, & Saliturus. Celſ. lib. 2. cap. 18. Item piſces omnes qui ſalem non patiuntur, ſolidi ue ſaliuntur. Legitur etiam pro eodem Sallio duplici ll. Corn. Seuerus: Ad quem ſalliti pomiliones afferebantur.

SALIO, lis, ſaliui, uel ſalii, uel ſalui, diuiſis ſyllabis, ſupinū ſaltum {Saltare} (ἅλλομαι, πηδάω) idem quod ſalto. Verg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſalire per utres. Horat. 1. Epiſt. 14. Nec meretrix tibicina, cuius ad ſtrepitum ſalias terræ grauis. Plaut. Bacch. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, Saliēdo ſe exercebant magis, quam ſcorto, aut ſuauiis. Salire è terra, pro prodire, emitti. Lucret. lib. 1. E terraq́ue exorta repente arbuſta ſalirent. Verg. 1. Georg. Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando. Salit mihi cor, per translationem Plaut. Milit. Dicito docte, & cordate, ut ei cor ſaliat. Sub. præ gaudio.

Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nā ſaliendo aſcendunt. Ouid. 2. de Arte: Læta ſalitur ouis, tauro quoque læta iuuenca eſt. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. Quum equus matrem ut ſaliret, adduci nō poſſet, & eum capite obuoluto perorigа adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire: quum deſcendenti uelum dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum ac mordicus interfecit. Idem 3. de Re ruſt. cap. 10. Saliunt fere in aqua de anſeribus.

Compoſita ſunt Aſſilio, Abſilio, Conſilio, Deſilio, Diſſilio, Exilio, Inſilio, Proſilio, Præſilio, Reſilio, & Trāſilio: quæ omnia mutant a, ſimplicis in i, faciūtq́ue præteritum uſitatius per ui, diuiſas ſyllabas. In ſupino autem mutant u, ſui ſimplicis in u: ut, Aſſilio, aſſilui, aſſultum. Diſſilio, diſſilui, diſſultum. Significata uide ſuis locis. A' Salio fit Salto frequentatiuum. Cuius compoſita mutant a, in u. ut, Aſſulto, Cōſulto, Deſulto, Exulto, Proſulto, Præſulto, Reſulto, & Subſulto. Plau. in Caſin. Vt feſtinabat miſer, ut ſubſultabat, poſtquam uicit uillicus. Tranſulto Idem in Capt. Tu tranſultas, ego miſer uix adſto præ formidine.

SALISI, (quod hic pro Alpinis populis corruptè legebatur) uide Salaſſi).

SALITOR, toris, {Dattaru del ſale, prouedìtore del ſale} qui ſalis tributum colligit. Cic. ad Att. lib. 4. Confecta Britannia, obſidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data ſalitoribus Britanniæ. Vbi interpres. Salitoribus, præfectis, quos iuriſperiti Muriilegulos appellant, relictis à Cæſare in Brittānia, qui ſalum ſcrutarentur, margaritasq́ue Britannicas. Quidam codices habent, uō, ſalitoribus, ſed data à litoribus.

SALITVRA, turæ, {Salatura, ſalame} (ἅλισις) actus ſaliendi, hoc eſt, ſale condiendi. Columella libro duodecimo, cap. 21. Poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.

SALIVARIVS, a, um, (σιαλώδης) adiect. quod ad ſaliuam pertinet. Pli. lib. 9. cap. 51. Quæ duriores teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, ſaliuario lentore pariunt. Id eſt, uiſcoſitate ſaliuæ.

SALIVNCA, herba eſt eadem, ut Ruellius putauit, cum nardo Celtico. Plin. lib. 21. cap. 7. Saliunca folioſa quidem eſt, ſed breuis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret herba uerius quàm flos, denſa ueluti manu preſſa: breuiterq́ue ceſpes ſui generis. Pannonia hāc gignit, & Norici, Alpiumq́ue Aprica, urbium Eporhedia, tantæ ſuauitatis, ut metallum eſſe cœperit. Veſtibus interponi eam gratiſſimum. Verg. Eclog. 5. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis, Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.

SALIVNCANVS PORTVS, {San Paolo} maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte, qua Britanniam inſulam ſpectat. Auctor Ptol. li. 2. cap. 8.

SALIVO, uas, ſaliuam facio. Plin. lib. 6. cap. 36. Congregantur uerno tempore purpuræ, mutuoq́ue attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Aliquando illino, ſiue perungo. Colum. lib. 6. cap. 5. Tunc panacis, & eryngii radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliтæ tritici farina, candentiq́ue aqua cōſpergendæ, eoq́ue medicamine ſaliuandum ægrotum pecus.

SALIVVM, ui, & Saliua, æ, {Saliua, ſputo} (πτύελον, σίαλον) ſputum, quod ferè ſalis ſaporem habeat. Vel à ſaliendo, quod in ore ſaliat, & creſcat. Pli. lib. 23. cap. 27. Sua cuique uino ſaliua innocentiſſima, ſua cuique ætas gratiſſima, hoc eſt, media. Ponitur aliquando ſaliua pro guſtu. Perſius Saty. 6. Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam. Hinc Saliuoſus adiect. quod ſaliuæ ſimilitudinem habet. Plin. lib. 16. cap. 38. Humor ulmis ſaliuoſus.

SALIX, ſalicis, {Salice} (ἰτέα) arbor nota, à ſaliendo, hoc eſt, creſcendi celeritate dicta. Nam ſiue ſata, ſiue caſu terræ impacta, ſtatim ſurgit. Verg. lib. 10. Eclo. Mecum inter ſalices lenta ſub uite iaceret. Ouid. 19. Metam. Amnicolæq́ue ſimul ſalices, & aquatica lotos.

SALLO, lis, per duplex ll, tertiæ coniugationis, ſalli, ſalſum, {Salare} (ἁλίζειν) ſale, condire. Lucil. lib. 4. Sallere murænas, & frigidaria terræ. Participio paſſiuæ ſignificationis in dus, uſus eſt. Col. lib. 7. cap. 7. quum inquit. Quod ſi ea res ægritudinem non depellit, uendenda ſunt pecora: uel ſi neque id contingere poteſt, ferro necanda, ſallendaq́ue.

SALLVSTIVS CRISPVS, nobilis hiſtoricus, atque adeò Martiale teſte totius Hiſtoriæ princeps fuit, Cic. coætaneus, cuius acerrimus fuit inimicus, ut ex utriuſque inuectiuis conſtat. Vide, Criſpus Salluſti.

SALMACIDVS, da, dum, denominatiuum à nomine Salmacis: ut, Salmacida ſpolia, apud Cic. ex Ennio. Plin. lib. 31. cap. 3. Nam nitroſas, atque Salmacidas in deſertis Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt, quo tamen in loco nōnulli legunt Salsacidas, putātq́ue Salmacidas aquas dici, quæ ſalis ſaporem referunt.

SALMANTICA, {Salamanca} Ptolem. lib. 2. cap. 5. oppidum eſt in Orientali tractu Luſitaniæ.

SALMACIS, (σαλμακίς) fons in Caria, iuxta Halicarnaſſum, quo ueteres crediderunt lauantium corpora effœminari. Ouid. 15. Metam. Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis unda? Strab. lib. 14. Salmacis fons neſcio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibāt. Hominum enim mollities non uidetur ab aere, uel ab aqua proficiſci, quum ea minime ſit cauſa mollitiei, ſed diuitiæ, & uictus incontinentia.

SALMO, piſcis marinus, qui & fluuios ſubit, ſemelq́ue guſtata aqua dulci uix unquam in mare regreditur. Plin. lib. 9. cap. 18. In Aquitania Salmo fluuialis marinis omnibus præfertur.

SALMONEVS, (σαλμωνεύς) Aeoli filius fuit, & Rex Elidis, qui quum diuinos ſibi honores petulantius quæreret, Iouemq́ue ſtructo æneo ponte, tonādo, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detruſus eſt. Vide Seruium in illud Verg. 6. Aeneid. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.

SALMONIS, ſalmonidos, filia Salmonei, id eſt Tyro. Propertius lib. 1. Non ſic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Thracius, &c.

SALNACIDVS, da, dum, uide Salmacidus.

SALNITRVM, {Salnitro} (ἁλόνιτρον) ut modò cōſuetudine uulgi dicitur, factitium eſt & ad tormenta ignium miſſilia repertum, ueteribus autem fuiſſe uidetur incognitum. Corrupta tamen dictio eſt. Nam legitur apud Plin. Sal, & nitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur. Vide in dictione Nitrum.

SALO, onis, fluuius eſt apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis: Martial lib. 10. Auriferumq́ue Tagum ſitiam, patriumq́ue Salonem.

SALOMON, ſiue, ut alii malunt Solomon, (σολομών) nomen ſapientiſſimi Iudæorum regis, quod ſi interpreteris, Pacificum ſonat. Filius fuit Dauidis ex Berſabea, qui patri in regnum ſucceſſit, Deoq́ue optimo maximo templum primus ædificauit.

SALOMONIVS, a, um, poſſeſſiuum: ut, Templum Salomonium, apud Lactantium.

SALON, (σάλων) regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus, σαλωνίτης. Strab. lib. 12.

SALONÆ, arum, {Salona} (σαλῶναι Stephano) urbs Dalmatiæ, olim capta ab Aſinio Pollione: à qua & filium ſuum Saloninū appellauit. Lucanus: Qua maris Adriaci longas ferit ora Salonas.

SALONINVS, pe. pro. Pollionis filius, ſic dictus à captis à patre Salonis Dalmatiæ ciuitate, auctore Seruio. Aſinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, cum poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primo meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate, Saloninum uocauit, cui nunc Vergilius Genethliacon dicit. Hunc conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infelicitatis: nam ipſum puerum inter ipſa primordia periiſſe manifeſtum eſt.

SALPA, (σάλπη) genus piſcis, circa Ebuſium Hiſpaniæ inſulam, obſcœnus alibi, & qui coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus, ut ait Plinius lib. 9. cap. 18.

SALPIÆ, Ptolemæo libro 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

SALPINA, palus in Apulia, iuxta Salpiam ciuitatem meretricio amore Annibalis inclytam. Lucan. lib. 5. Quos recipit Salpina palus.

SALSAMENTARIVS, {Luganegaro, pizzicaruolo} (ταριχοπώλης) qui ſalſamenta uel facit, uel uendit, qui & Salarius. Auctor ad Herenn libro 4. Vt ſi ſalſamentarii filio dicas, quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

SALSAMENTARIVS, taria, tarium, (ταριχευτικός) quod ad ſalſamenta pertinet. Plin. Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia uetere, mirū in modum prodeſt. Colum. lib. 2. cap. 10. Ita rurſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata recondatur, ſi maior eſt modus, in horreo: ſi minor, in uaſis olearіis, & ſalſamentariis.

SALSAMENTVM, ti, {Salame, ſalſamento} (τάριχος) quod eſt ex ſale cōpoſitum, ſiue quod eſt ſale conditum ad diuturnum uſum ciborum: ut piſces ſalſi, & lardum: quæ & per ſyncopem Salmenta dici poſſunt. Terent. in Adelph. Salſamenta hæc Stephano fac macerentur pulchrè.

SALSE', aduerbium, idem quod facetè, & urbanè, & cum quadā ſalis mordacitate. Cic. de Orat. 2. Valde hæc ridentur, & hercle omnia quæ à prudentibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi ſubabſurde, ſalſeq́ue dicuntur. Idem

eodem lib. Quod eſt hominibus facetis, & dicacibus difficillimum: habere hominum rationem & temporum: & ea quæ occurrant, cum ſalſiſſimè dici poſſint, tenere Quintil lib. 6. cap. 4. Sed repetam neceſſe eſt infinitas eſſe ſpecies tam ſalsè dicēdi, quam ſeuere, quas præſtat perſona, locus, tempus, caſus denique, qui eſt maxime uarius.

SALSEDO, dinis, (ἅλμη) ipſe ſalis ſapor.

SALSICORTEX, ticis, à nonnullis appellatur arbor ex genere glandiferarũ, quam Græci, ἁλίφλοιον nominant. Eſt autem hæc arbor cortice, atque caudice craſſiſſimo, & plerunque cauato, fungoſoq;. Sola corde caret, etiam cum uiuit, putreſcens. Fulmine frequenter icitur, etiam ſi altitudine non excellat: ideo ad ſacrificia ein, nefas erat apud Aeolas. Eadem ferè ſterilis eſt. & ſiquando glādem tulerit, ea adeo eſt amara, ut præter ſues, à nullo attingatur animali: ac ne ab ijs quidem, cum aliud pabulum poſſunt nanciſci.

SALSILAGO, laginis, (ἅλμη) idem ſignificat quod Salſugo. Plin lib. 20. ca. 14. Natura ciceris eſt gigni cum ſalſilagine, ideo ſolum urit.

SALSITVDO, dinis, humor ſaporem ſalis referens. Plin. lib. 20. cap. 14. Salſitudines corporis, ſi cum uino tradatur, minuit.

SALSVGO, ginis, (ἅλμη) quiuis humor ſalſus: cuiuſmodi in ſalinis eſt aqua ſalſa, ex qua ſal conficitur. Plinius libro 31. cap. 7. Præter hoc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab alijs ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſalſior, ut diſtans.

SALSVRA, æ, {*Salame*} (ταρῖχος) idem quod Salſamentum. Columella libro 8. cap. 17. Nulla tam aptè, quàm prædictæ ſalſuræ pabula, commodè dantur.

SALSVS, a, um, {*Salato*} (ἁλμυρός) quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſale conditum eſt. Horat. Epod. 16. Ametq; ſalſa leuis hircus æquora. Verg. libro 2. Aeneid. Salſusq; per artua Sudor ijt. Idem 5. Aen. Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus. Quint. lib. 6. cap. 3. Ridiculum dictum plerunque ſalſum eſt. Cic. ad Papyrium lib. 9. Accedunt non Attici, ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum, Romani ueteres atque urbani ſales.

SALSVRÆ, pen. pro. fons in finibus Narbonenſis Galliç, aquis ſalſis fluens, circa arcem Hiſpanorum munitiſſimam, quæ uulgo Saulſes dicitur.

SALTATIO, {*Ballo*} (χορεία, ὄρχησις) illa hominum iactatio, quam uulgus Tripudium uocat. Cic. pro Muræna. Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem de Clar. Orato. Quos Sext. Tityus conſecutus, homo loquax ſane, & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tityus nomen eſſet.

SALTATORES, {*Ballarini, ballarine*} (ἀλτικοὶ ὀρχησταὶ) qui tripudijs, ſtaticulisq; dandis ſunt elegantiores. Cic. lib. 1. Offic. Adde hoc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium. Quintil. lib. 1. cap. 12. Non Comœdū in pronuntiando, nec ſaltatorem in geſtu facio. Huius fœm. eſt Saltatrix, ὀρχήστρια. Cice. in Piſon. Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipu. occaſum atque interitum lugere uetuiſti. Hinc Saltatricula, diminutiuum. Gell. lib. 1. Dionyſiamq; cum notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellaret.

SALTATORIVS, ria, rium, (ὀρχηστικὸς) quod ad ſaltationem pertinet: ut Ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Macrob. lib. 3. Saturn. Filij ſenatorū in ludum ſaltatorium commeabant, & illic crotala geſtantes, ſaltare diſcebāt. Cic. in Piſon. Cumq; ipſe nudus in conuiuium ſaltaret, in quo ne tum quidem, cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem, Fortunæ rotam pertimeſcebat.

SALTATVS, tus, {*Ballo*} (ὄρχησις) idem quod ſaltatio. Liu. lib. 1. ab. urb. Per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

SALTEM, {*Almeno, pure*} (γοῦν, ἀλλὰ γοῦν, τό γε ἐλάχιστον) coniunctio per defectionem dicta, quaſi, ſi alter na poteſt. Vel (ut inquit Gellius) u, litera abiecta. Nam à principio Salutem dicebant, quod nos Saltem dicimus. Nam quum alia quædam petita, & non impetrata ſunt, hic ſolemus, quaſi ad extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere, Hoc ſaltem fieri, aut dari oportere: tanquam ſalutem poſtremò petentes, quam impetrari ſit æquiſſimum. Seruius: Saltem tractum a captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebāt ſublatis manibus, Salutem concede. Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, ut in conceptu iterū multarum petiturì aliquid, Saltem dicamus. Verg lib. 1. Aeneid. Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli: At freta Sicaniæ ſaltem, ſedesq; paratas, Vnde huc aduecti, regemq; petamus Aceſten. Idem lib. 6. Aeneid. Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas, Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Cice. ad Attic. libr. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

SALTIÆ, populi ſunt iuxta pontum Euxinum, poſtea, φθειροφάγοι à tenuitate uictus appellati.

SALTIM, apud antiquos, ſiue Saltuatim, {*A ſalto, à ſalto*} (πηδητικῶς) ſignificat per ſaltus. Gell. lib. 9. cap. 4. Atque item eſſe alia apud ultimas Orientis terras miracula, homines, qui monomeri appellant, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, uiuaciſſimæ pernicitatis. Saltuatim ſcribere, eſt carptim ſcribere, non ſuo ordine, ſed ut ſeſe offert. Siſen. lib. 3. Hiſtor. Nos una æſtate in Aſia, & Græcia geſta, literis idcirco cōtinentia mandauimus, ne uellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus.

SALTITO, ſaltitas, pen. cor. {*Saltar ſpeſſo*} (ἐξορχοῦμαι) frequentatiuum eſt à Salto, tas.

SALTO, tas, {*Saltare*} (ὀρχέομαι) ſignificat tripudio. Salluſt. in Catil. Sed in his Sempronia, multa uirilis audaciæ commiſerat. Hæc mulier genere atque forma, præterea uiro, liberisq; ſatis fortunata fuit, literis Græcis, atque Latinis docta, pſallere, & ſaltare, & cantare elegantius, quàm neceſſe eſt probæ, multaq; alia, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolum amare, & amari, neque cantare & ſaltare, ſed etiam ſicas uibrare, & ſpargere uenena didicerunt. Idem pro Muræna: Nemo fere ſaltat ſobrius. Carmina ſaltantur theatro, Ouid. 5. Triſt. Eleg. 8. Saltata poemata populo, Idem 2. Triſt.

Saltare laudes alicuius, eſt ſaltationibus immiſcere, ait Budæus. Plin. in Paneg. Cum laudes Imperatorum ludis etiam, & comeſſationibus celebrarentur, ſaltarentur, &c. Hinc Saltura, turæ, (πήδησις, πήδημα) idem quod ſaltatio. Plautus in Curcul. Nunc durum ſaltura ſat bona eſt, ſi ad fecens, Venire poteris inteſtinis uilius.

SALTVARES INSVLÆ, in Nymphæo ſitæ ſunt: ita dictæ, q; ad ictus ſaltantium mouentur. Plinius libro 2. cap. 95. Sunt & in Nymphæo paruç inſulæ, ſaltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

SALTVARIVS, rij, {*Camparo*} (δρυμοφύλαξ) ſyluarum, ſeu ſaltus cuſtos. Pomponius l. ſi ita. ff. de Vſu & habitat. Dominus proprietatis, etiam inuito uſu fructuario, fundum, uel ædes per ſaltuarium, uel inſularium cuſtodire poterit.

SALTVOSVS, ſa, ſum, {*Boſcato, boſcoſo*} (δρυμώδης) ſaltibus paſſim obſitus, & impeditus. Liu. 7. Bell. Pun. Aperta erat regio, ſine ullis ad inſidias latebris. itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

SALTVS, tus, {*Boſco, ſelua*} (ὀργάς, δρυμὼν, δρυμώδης τόπος) locus incultus, crebris ſyluis paſſim oppletus, in quo paſci etiā & æſtiuare pecora poſſunt. Verg. lib. 3. Georg. Saltibus in uacuis paſcuntur plena ſecundum Flumina. Feſtus: Saltum Caius Aelius lib. 2. Significationum, quæ ad ius ciuile pertinent, ita definiuit: Saltus eſt, ubi ſyluæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoq;: ſi qua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltus, non magis quam fundi, qui eſt in agro culto & eius cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſyluam. Cæſar 6. Bell. Gall. Atq; ille latebris aut ſyluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. Bel. Ciu. Celeriterq; Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Verg. 1. Georg. Et magnos canibus circundare ſaltus. Vide plura de hac uoce apud Vallam Elegant. lib. 5. cap. 106. & lib. 4. cap. 57. Eſt item Saltus (πήδησις) ipſe ſaliendi actus. Verg. 9. Aeneid. Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis In fluuium dedit.

SALVBER, pe. pr. maſc. gen. Salubris, fœminini: Salubre neutri: & hic, & hæc Salubris, & hoc bre, {*Salubre, ſalutifero, ſalutare*} (ὑγιεινός, σωτήριος) quod præbet ſanitatem. Vnde aer, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Colu. lib. 1. cap. 4. Fundum ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli, quum ſit inſalubris, ita ne effœti, ſi uel ſaluberrimus ſit, parandum. Cic. 1. de Diuin. Vti enim Ceos accepimus ortū caniculæ diligenter quotannis ſolere ſeruare, coniecturamq; capere, ut ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubris'ne, an peſtilens annus futurus ſit. Nam ſi obſcurior, quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue, & concretum eſſe cœlum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Sin illuſtris & perlucida ſtella apparuit, ſignificari cœlum eſſe tenue, purumq; & propterea ſalubre. Aquæ ſalubres, Horat. in Carm. ſecul. Fluuius ſaluber, Verg. 1. Georg. Salubre alicui rei. Pli. lib. 8. cap. 7. Chelidoniam uiſui ſaluberrimam hirundines monſtrauere. Conſilium ſalubre, Cic. ad Att. lib. 8. Aliquando ſalubris accipitur pro ſano. Salluſt. in deſcriptione Africæ: Genus hominus ſalubri corpore. Liui. 3. ab urb. Grauiore tempore anni circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere.

Salubritas, atis, (ὑγίεια) ſanitas. Plin. lib. 37. cap. 13. Iam ſitu ac ſalubritate cœli, atque temperie, &c. Cæſ. 8. Bell. Gall. Ipſe tantum itinerum faciebat, quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum propter ſalubritatem exiſtimabat. Hinc quoque Salubriter aduerb. Liu. 3. ab urb. Et trahi bellum ſalubriter, & mature perfici poteſt. Cic. de Senect. Vbi enim poteſt illa ætas aut aquæ caleſcere uel apricatione melius, uel igni: aut uiciſſim umbris aquisq; refrigerari ſalubrius?

SALVE, {*Dio ti ſalui*} (χαῖρε) uerbum ſalutantis. idem ualens quod ſaluus ſis. ſolumq; declinatur per ſecundas perſonas imperatiui utriuſque numeri, & præſens infinitiui. Terent. in Phorm. Here ſalue, ſaluum te aduenisse gaudeo. D. Oh bone cuſtos, ſalue. Iubeo te ſaluere, id eſt, precor tibi ſalutem. Horat. lib. 1. Epiſt. 10. Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus Ruris amatores. Cic. ad Attic. lib. 4. Dionyſium uelim ſaluere iubeas. Verg. 5. Aeneid. Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti. Nequicquam cineres, animæq;, umbræq; paternæ. Salueo dixit Plaut. in Trucul. pro ſaluus, & ſanus ſum. Saluebis in futuro, dixit Cic. ad Att. lib. 6. Saluebis à Cicerone meo: id eſt, Cicero meus te ſalutat. Vide in dictione Valeo.

SALVIA, æ, {*Saluia*} (ἐλελίσφακος) frutex eſt nulli non notus, uirgas habens quadrangulas, folia q; aſpera, craſſa, & incana, odore graui quidem, cæterum nō ingrato Dicta Saluia, ut putatur, quod multis incommodis medeatur, ægrosq; ſaluos præſtet. Prodeſt enim paralyticis, & contra ſerpentiū morſus remedium exhibet Plin. lib 22. cap 25. Dioſco. lib. 3. cap. 38. Fuit & Saluia mater Apuleij. Eſt & Saluia. Triſcenſium oppidum, in quinta regione Italiæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 13.

SALVIATVM, ti, {*Beuanda di ſaluia*} genus medicamenti eſt, quo ueterinarij, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione. Colu. lib 6. cap. 9. Recens tuſſis optime ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. Colum. lib. 6. cap. 24. Lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Et paulo poſt. Pot. ſi etiam cum arido fico, & eruo cōterit herba ſantonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti. Quibus tamen in locis Saluatum potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere uideo: qui Saluiatum interpretantur medicamenti genus, quod pecori ægroto datur deglutiendum.

SALIO, as, ſaluiato medeor, uel ſaluiatum degluttiendum præbeo Colum. lib. 6. cap. 24. Vel tenero olere commiſto, torrido, mollitoq; milio, & per unam noctem lacte macerato, ſaluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibuſdam Saluatur, legendum uidetur: quorum iudicio nos quoque libenter ſubſcribimus, alio Columellæ loco adducti qui eſt eiuſdem libri cap 5. ubi ſic habet: Euincendi ſunt quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Tum panacis & eryngij radices, fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq; aqua conſpergendæ: eoq; medicamine ſaluandū ęgrotum pecus. Vbi ſaluandum pecus dixit, pro eo quod eſt, ſaluato per os immiſſo curandum.

SALVM, ſali {*Mare*} (ἅλς) mare, à ſapore ſalis: uel à uerbo Græco σαλεύειν, quod ſignificat mouere, fluctuare. Verg 1. Aeneid Perq; undas ſuperante ſalo. Cic. pro Cęcin. Vt a quo loco depulſus eſſet in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam urbem, quam petebat Idem 3. Tuſc. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſale. Verg. 1. Aeneid Fit ſonitus ſpumante ſalo.

SALVS, lutis, {*Salute, ſanità*} (σωτηρία) incolumitas. Cic. ad Attic Saluti, ſi me amas conſule Terent in Adelph. Quod cum ſalute eius fiat. Cic. libr. 3. de Leg. Cui ne reditus quidē ad bonos, ſalutem à bonis potuit afferre. Plaut in Mercu. Spem teneo, ſalutem amiſi: redeat, an non, neſcio Ouid. lib 3. Metamor. Te ſ. omnis in uno Noſtra ſalus poſita eſt. Salutem dicere alicui rei, id eſt, uale dicere, &

re,& iubere ualere,relinquere. Cic.ad Volum.lib.6. Quas ſi,ut nolumus,exceperimus, ego uero multam ſalutem & foro dicam, & curiæ: uiuamq́ tecum, & cum communibus noſtris amatoribus. Hoc eſt,iubebo ualere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune. Accipitur aliquando Salus pro remedio. Verg.2. Aeneid. Vna ſalus uictis,nullam ſperare ſalutem. Salus item dea ſalutis credita eſt: unde Salutaris porta Romæ appellata, ab eius deæ æde,quæ ei proxima fuit. Teren.in Adelph. Ipſa ſi cupiat Salus,ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. Dicimus Latine, Nuntiare ſalutem, Aſcribere ſalutem, Dicere ſalutem,id eſt,ſalutare. Cic.ad Attic.lib.4. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutem nuntiaret. Et lib.6. Filiola tua gratum mihi fecit,quod tibi diligẽter mandauit, ut mihi ſalutem adſcriberes. Plaut.in Capt. Omnium primum ſalutem dicito patri & matri. Mittere ſalutem, Remittere ſalutem: id eſt ſalutare, & reſalutare. Ouid. Epiſt.15. Hanc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem. Cic.ad Att.li.16. Atticam noſtram cupio ſuſuiari: ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per te ab illa, refer res igitur ei plurimam ſalutem.

SALVTARIS,tare,{*Salutare ſalubre ſalutifero*}(σωτήριος) idem quod ſalubre,hoc eſt,ſanitatem præbens,uel ad ſanitatem præbendam idoneum. Cice.ad Octauianũ: Nulla enim remedia,quę uulneribus adhibentur,tã faciunt dolorẽ, quàm quæ ſunt ſalutaria. Salutares literæ dicuntur, quæ coſolationẽ afferunt, Cic.ad Att.lib.7. Sic ergo habeto,ſalutares te mihi literas miſiſſe, &c. Salutaris litera à Cicerone dicitur A,quæ abſolutionis nota erat: ut, Triſtis C, quæ condemnationis. Cic.pro Mil. Nec uobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam,quàm illam triſtem dediſſet. Budæus. Inuenitur & Salutare,ſubſtantiuũ. Plin.lib.12.cap.5. In præſentia extrema proſequemur, à ſalutari maxime orſi.

SALVTARIS DIGITVS,{*Indice*}(λιχανός) qui pollici eſt proximus, qui & Index dicitur, Sueto.de Auguſt.cap.80. Dextræq́ manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat,ut torpentem,contractumq́ frigore, uix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martian de Nup. Verum quidam rediuitus puer ad eos compreſſo digito ſalutari,ſilentium cõmonebat. Dicitur autem ſalutaris,uel quia non ſalutamus,niſi uiſa,& indicata. Verg. Italiam læto ſocij clamore ſalutant. Vel quia os comprimimus os ad ſilentium,quod ſalutare eſt præceptum.

SALVTARITER,aduerb.{*Salutarmente*}(σωτηρίως) ſalutis ergo,ſine diſcrimine ſalutis,tuendæ ſalutis gratia. Plancus Ciceroni: Quadraginta millium paſſuum ſpatio relicto,conſedi eo conſilio: ut uel celeriter accedere, uel ſalutariter recipere me poſſem. Cic.de Clar. Orato. Tum arma ſunt ea ſumpta, quibus illi ipſi,qui didicerant eis uti glorioſe,quemadmodum ſalutariter uterentur,non reperiebant.

SALVTIFER,ra,um,{*Salutifero*}(σωτήριος)idem quod ſalutaris. Ouid.2. Meta. Aſpicit infantem,totoq́ ſalutifer orbi, Creſce puer dixit,tibi ſe mortalia ſæpe Corpora debebunt. Mart.lib.5. Seu placet Aeneæ nutrix,ſeu filia Solis, Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis.

SALVTIGER,ri,(ἀσπασμοφόρος) quo nomine utitur Apuleius, uidetur eſſe:non qui ſuo nomine alicui dicit ſalutem,ſed qui nuntiat,tanquam interpres, & adminiſter eius,à quo mittitur. Salutigerulus,idem. Vnde Plaut.in Aulul. Salutigerulos pueros, uocat ſeruos,qui iuſſu dominæ hũc,illum ſalutant,ſuntq́ nuntij & renuntij.

SALVTO,tas,{*Salutare*}(προσαγορεύω, ἀσπάζομαι)ſalutem dico,inuiſo. Cic. Attico: Cum Philogenes libertus tuus ad me ſalutandi cauſa ueniſſet. Terent. in Adelph. Opperiar hominem hic,ut ſalutem,& colloquar. Neque uero accedentes tantum ſalutare dicimur,uerumetiam recedentes. Stat.4.Theb. Stant tamen & nota puppim de rupe ſalutant. Salutare item eſt uenerari. Terent.in Phorm. At ego deos Penates hinc ſalutatum domum diuortar. Mart.lib.12. Multis dum precibus Iouem ſalutat. Ouid.15. Metam. Lætoq́ deum clamore ſalutant. Vnde mortuos, & res inanimatas uenerantes ſalutare ſolemus, non ſalutem imprecantes(quæ nulla in his eſſe poteſt) ſed uenerationem exhibentes. Hinc Salutator,oris,(ἀσπαστής)qui ſalutat. Qu. Cic.de Petit. Conſul. Deductorum officium quod maius eſt,quam ſalutatorum. Salutatio,onis,(ἀσπασμός)ſalutandi actus. Cic.in Piſon. Quis enim te aditu,quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet? Salutatorius,ria,rium,adiect. Plin.lib.15.cap.11. Omnia iam & uirorum ſalutatorijs cubilibus incluſa. Cõpoſita,Conſaluto,& Reſaluto,de quibus ſuis locis.

SALVO,uas,{*Saluare*}(σώζω)ſaluum facio,ſeruo. Cic.in Piſon. Me poſſe iterũ Remp.ſaluare,ſi ceſſiſſem,infinitam cædem fore ſi reſtitiſſem. Hinc Saluator, oris.(σωτήρ)uox in ſacris literis nuſquam non occurrens: quam tamen eruditiores,tanquam parum probam,religioſe fugiunt,quemadmodum & uerbum Saluo:quod nec ipſum ſatis Latinum iudicant:putantq́ locum Ciceronis, quẽ tam citauimus,menda non uacare:præſertim cum id uerbum non temere apud quẽpiam ueterum,apud Ciceronem certè alibi nuſquam liceat inuenire.

SALVVS,a,um,{*Sano,e ſaluo*}(σῶος)ſanus,incolumis. Terent.in Phorm. Saluum te aduenitſe gaudeo. Idem in And. Saluus ſum,ſi hæc uera ſunt hoc eſt,in tuto,& ſine periculo ſum. Transfertur & ad inanimata. Plaut. in Rud. Heu Heu ſcelestus galeam in naui perdidi: Nunc mihi opportuna hic eſſet,ſalua ſi foret. Cic.2.de Finib. Simulatq́ ipſe grauiuulnere exanimari uideret ſe, ut primũ diſpexit,quæſiuit,ſaluus'ne eſſet clypeus,&c. Teren.in Adelph. Salua res eſt, id eſt, recte ſe habet.

SALYES,yum,(σάλυες Straboni,& Ptolem.) populi ſunt Narbonenſis Galliæ,Liguribus finitimi Plin.tamen Sallyos uocat, Liguriæ eos adſcribens. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi.

SAMARIA,(σαμάρεια Steph.) Palæſtinæ regio eſt,Galilææ & Iudææ conterminia,oppida habens Neapolim,antea Mamortham,Sebaſtem, & Gamalã. Vide Plin.lib.5.cap 6. Stephano item Samaria, regionis huius urbs eſt, eadem cum ea,quæ poſtea Neapolis eſt appellata Gentilia ſunt Samarita, & Samaritanus,σαμαρείτης,σαμαρεύς.

SAMAROBRINI,(σαμαροβρῖναι) fuerunt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæſar Gallorum concilium indixit. Horum ciuitas eſt Samarobrina,à Samara amne nomen habens. Hanc Cameracenſem eſſe urbem nonnulli autumant,quam Scaldis fluuius interfluit. Cõſtantior tamen opinio eſt,urbem eſſe Nouioduno uicinam,quam uulgo ſancti Quintini dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluuius.

SAMBICVS,(σάμβικος)famoſi ſacrilegi nomen,qui cum Dianæ τῆς ἐπιπολίας fanum aliquoties expilaſſet,tandem deprehenſus, annum perpetuum in quæſtione, tormentisq́ habitus, miſerrimo mortis genere excarnificatus, ſacrilegĩ pœnas luit. Hinc factus eſt locus prouerbio,ut Sambico grauiora pati dicamus,quem ſignificare uolumus exquiſitiſſimo tormenti genere excruciari.

SAMBVCA,æ,ſiue Sambyx,ycis,(σαμβύκη,ἡ σάμβυξ) inſtrumẽti muſici genus, triangulis, teſte Porphyrio in Ptolemæi Harmonica, quod ea neruis tum longitudine,tum craſſitudine inæqualibus conſtabat:ſoletq́ leuiori carminum generi adhiberi. Vnde Sambucam cothurno aptare,prouerbij ſchema habet,pro eo quod eſt,res leuiſſimas,plancq́ nugatorias,negotijs grauibus, ſerijsq́ admiſcere. Perſius Saty 5. Sambucam citius caloni aptaueris alto. Nomen habet,ut Diomedes exiſtimat,à Sambyce inuentore: quanquam Athenæus ad Ibycum Rhegynum poetam eius originem referre malit. Eſt & genus machinæ militaris,qua urbes expugnare conſueuerunt: in qua ſic funes intendebantur, ſicut in organo muſico chordæ.

SAMBVCINA,æ,pen cor.(σαμβυκίστρια) quæ ſambuca canit: ſicut Fidicina,quæ fidibus. Plaut.in Stich. Fidicinas,Tibicinas,Sambucinas aduexit ſecum forma eximia.

SAMBVCISTRIA,æ,(σαμβυκίστρια)mulier ſambuca canens quę & Sambucina dicitur. Liu.9. Bell. Maced. Tunc pſaltriæ,ſambuciſtriæq́, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

SAME,es,{*Samo,Ceſſalonia*}(σάμη)inſula ante ſinum Ambracium,quæ & Samos,& Cephallenia dicitur. Item oppidum eiuſdem inſulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin.lib.lib 4.cap.12.

SAMBVCVS,ci,{*Sambuco*}(ἀκτῆ)arbor nota, ſurculos ſpargẽs arũdinaceos, teretes,cauos,candicantes,fungoſa medulla ple os,folia iuglandis terna quaterna'ue,ex interuallis circa ramos exeũtia,grauis odore, minutim in ambitu ſecta, & in ramulorum cacuminibus cauliculisq́ circinatas habens umbellas, quæ florem candidum pariunt,mox acinum terebintho ſimilem, in nigredine purpureum,racemoſum,atri ſanguinis ſucco madentem. Eſt & alterum ſambuci genus,quod ob humilitatem χαμαιάκτην uocant Græci, herbaceo magis generi aſſignandum,caule quadrangulo,geniculato,folijs amygdalæ,ex interuallo lõgioribus,geniculatim expanſis,pinnatisq́ in ambitu,ſerratis, muſcario,flore,& acino ſuperioris ſambuci. Latini Ebulum uocant. Vide Plin.lib.24.cap.8.

SAMERA,ræ,{*Semenza d'olmo*}ſemen eſt ulmi. Colum.lib.5.cap 6. Atinam ulmum Tremellus Scrofa nõ ferre ſameram(quod eſt ſemen eius arboris) falsò eſt opinatus. Apud Plin.lib.17.cap.11.legitur Samara,per primam uocalem in media ſyllaba. Vlmorum(inquit)prius quàm folio ueſtiantur,ſamara colligenda eſt. Circa Martias Cal.cum flauere inc pit. Et ruſum lib.16.cap.17. Atinæ non ferunt ſamaram: ita uocatur ulmi ſemen.

SAMIVS,a,um,(σάμιος) quod eſt e Samo inſula: ut, Pythagoras Samius, Vas Samium. Plautus Captiuis: Samijs uaſis utitur. Cicero pro Muræna: Atque ille ſtrauit lectulos:expoſuit uaſa Samia. Auſonius de Agathocle: Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem. Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto. Pro eodem dicimus & Samium abſolute. Cicer.6.de Repub. ut citat Nonius: Munera Pontificum dijs immortalibus grata ſine Samio. Auctor ad Heren.lib.4. Nos Samijs delectabimur. Hinc Samiolus,a,um,diminutiuum: ut, Samiolum poterium. Plautus Sticho: Bathyocis bibunt:nos noſtro Samiolo poterio,& tamen uiuimus.

SAMNITES,pen prod.{*Abruzzeſi*}(σαυνῖται)populi in Samnio,quod nunc Aprutium uocamus:quæ regio eſt Italiæ inter Picenum,Campaniam,& Apuliam. Vrbs in ea ſunt, Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aburnum, Athina, Beneuentum, Conſinium. Idem & Sabelli dicuntur,nomine per diminutionem à Sabinis deducto,teſte Strabone lib.5. Ferunt enim Sabinos,cum aduerſus Vmbros bellum gererent, Marti uotum feciſſe,ſi uictoria potirentur,ſe illi conſecraturos,quicquid eo anno apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam rediſſent, cum reliquum anni totius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti conſecraſſe. Quos deinde,cum adoleuiſſent,duce Tauro in Campaniam ad ſedes nouas quærendas emiſerunt: ubi nullo propemodum negotio eiectis Opicis, ſedes ſuas collocarunt: originisq́ ſuæ memores,Sabellos ſeſe,quaſi Sabinorum ſobolem appellarunt. Hi grauiſſima olim bella cum Romanis uario euentu geſſerunt. Sp. Poſthumium Conſulem, cum collega,totoq́ exercitu ad Furcas Caudinas locorum anguſtia circumuentos,ex fœdere ſub iugum miſerunt: quam tamen ignominiam Romani non ita multo poſt magna illorum clade deleuerunt, Samnitibus uiciſſim ſub iugum miſſis. Poſtea cum ſæpius rebellaſſent,tandem a L. Sylla Dictatore,multis prælijs fracti,cum ne ſic quidem iugum ferre poſſent,funditus ſunt deleti.

SAMONIVM,{*Capo Solamon*}Cretæ inſulæ promontorium, Rhodo aduerſum, ſicut contrario littore Cyrenas uerſus κριοῦ μέτωπον prominet. Auctor Pomponius Mela lib.2.

SAMOS,{*Samo*}(σάμος)nomen duarũ inſularum:quarum altera Ioniæ adiacet e regione Epheſi, ambitu LXXXVII. M paſſ. Iunoni dicata, quod in ea nata fuerit,& educata,& Iouis nupta. Scribit Var. Samon prius Partheniam nominatam,ibiq́ antiquiſſimum fuiſſe Iunonis templum,& ſimulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoq́ philoſophus ortum habuit, nec non & una ex Sibyllis,quæ inde Samia dicta eſt,quam ferunt de CHRISTO prædixiſſe: Tu enim ſtulta Iudæa Deũ tuum non cognouiſti, ludentem mortalium mentibus:ſed & ſpinis coronaſti,horridumq́ fel miſcuiſti. Fiebant etiã in ea uaſa fictilia egregie ex creta efficta,quæ Samia uocabatur. Altera ſita è regione Epiri non procul à ſinu Ambracio,quæ & Cephallenia dicitur. De hac intelligendum eſt illud Suetonij in Auguſto: Ab Actio cũ in Samum inſulam ſe in hyberna recepiſſet. Eſt enim hæc inſula breuiſſimo maris ſpatio ab Actio diremta. Eodẽ ſpectat & illud Homeri, Odyſ lib 24. Ἐν πρώτῃ τ' Ἰθάκῃ τε Σάμῳ τε παιπαλοέσσῃ. Eadẽ & Same(σάμη)aliquãdo appellatur,per primam nominũ declinationẽ Homerus loco iam citato: Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ. Verg.3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulichiumq́, Sameq́, & Neritos ardua ſaxis. Fuit & Samos ſiue Same, oppidi nomen in eadẽ inſula, à Romanis dirutũ, Strab.lib.10. Quoniã cũ inſula ſit tetrapolis,i. quatuor habeat urbes,ex

ſæ una eſt, quæ Samus, ſiue Same dicitur, utroq; uſitato uocabulo, ipſi etiã inſulæ comuni. Et paulo pòſt: De Cephallenia uero, quę eſt tetrapolis i. ciuitates habet quaternas, neq; huius tẽporis nomine dixit, neque ulla de ciuitate, una tantũ excepta, ſiue Same ſiue Samo: quod oppidum hodie deletum prorſus eſt. Plin lib. 4. cap. 14. Cephallenia quondã Melæna dicta, X I. M. paſſ. abeſt: circuitu patet X L I I I I. Same diruta à Romanis, adhuc tamẽ oppida tria habet. Ex his ſatis conſtat, uanam eſſe eorum differentiam, qui inſulam Samon, urbem uero Samen dicendam contendunt. Ab hac Same deducitur gentile Samæus, (σαμαῖος) cum à Samo Ioniæ inſula Samius deducatur. Eſt & Samus, cognomento Threicia, quæ & Samothracia dicitur, de qua uide paulo poſt ſuo loco.

SAMOSATA, tæ, (σαμόσατα) urbs Comagenes ad Euphratem Luciani Sophiſtæ patria: ſtagnum habens limum quendam gignens, quam Maltham illi appellant, cuius tam admirabilis eſt natura ut aqua accendatur, nec niſi terra reſtinguatur. Hoc limo Samoſatẹi urbem ſuam, Lucullo oppugnante, defenderũt, hoſtes una cum armis exurentes: ut eſt auctor Plin. lib. 2. cap. 107.

SAMOTHRACIA, ſiue Samothrace, {*Samotracia*} (σαμοθρᾴκη Stephano) Inſula eſt maris Aegæi, Thraciæ adiacens, ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Troiano, qui Palladiũ ſecum ferens, eo traditur confugiſſe. Gentilia ſunt Samothrax, & Samothracius. Verg. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

SAMPSA, ſiue Sanſa, (ut ex Gregorij Tiferni ſententia tradit Georg. Alexãdrinus in ſuis ad Columellam Annotationibus) nucleus eſt oliuæ, quem Gręci πυρῆνα uocant. Quorũ ſententiæ ſubſcribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, alijq; nonnulli, eruditione non contemnenda uiri. Locus autem, cui primi ſententiæ huius auctores ſunt innixi, eſt apud Colu. lib. 12. cap. 50. ubi ſic habet. Cũ primum baccæ uariare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures tamen albę, ſereno coelo manibus deſtringi oliuam oportebit, & ſubſtractis tegetibus, aut cratis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiſcinis nouis includi, præliſq; ſubijci, ut quantũ poſſit, paulatim exprimatur. Poſtea reſolutis corticulis, emolliri debebunt, adiectis binis ſextarijs integri ſalis in ſingulos modios: & aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certè nouis fiſcinis ſampſæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampſas exprimere, idem eſſe putant quod ſampſas, hoc eſt, oſſa, ex oliuis premere, ſiue oliuas oſſibus liberare. Quorum ſententiæ quo minus ſubſcribam, facit alter eiuſdem Columellæ locus, qui eſt lib. eodem cap. 49. ubi ſic legitur: Oliua nigra maturiſſima ſereno coelo legitur, eaq; ſub umbra uno die in cãnis porrigitur, & quæcunque eſt uitioſa bacca, ſeparatur. Itẽ ſiqui adhæſerant pediculi, adimuntur, foliaq; & ſurculi, quicunque ſunt intermiſſi, eximuntur. Poſtero die diligenter cribratur, ut ſiquid ineſt ſtercoris, ſeparetur. Deinde intrita oliua nouo ſacco includitur, & prælo ſubijcitur, ut tota nocte exprimatur. Poſtero die inijcitur q̃ mundiſſima moles ſuſpenſa, ne nucleus frangatur. Et cũ eſt in ſampſam redacta, tunc ſal coctus, tritusq; manu permiſcetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certe in loco Sampſas nulla ratione pro oliuarũ oſſibus accipere poſſumus. Neq; enim ullo pacto fieri poteſt, ut oliua in nucleos ſuos redigatur. Quin etiã is ipſe locus, quo illi præcipue nituntur, interpretationi quã adducunt prorſus reclamat, ut non magno negotio deprehendet, qui locum eũ paulo penſiculatius examinarit. Quid autem ex uoce ſignificetur, non facile fuerit pronuntiare: præſertim cum præter unum Columellam (quod quidem ſciam) nemo ea fuerit uſus. Si tamen coniecturæ locus ſit, quantum partim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex uarijs Catonis, Varronis, & Palladij locis colligere licuit, crediderim Sampſas dici ipſas oliuarum carnes mola ſuſpenſa leuiter cõminutas, & oſſibus liberatas: quæ deinde exprimuntur, oleumq; fundunt: aut aridis quibuſdam herbis ſeminibus'ue conditæ, in uſum cibarij condimenti'ue reponuntur.

SAMPSVCHVM, ſiue Sampſychum, {*Maggiorana*} (σάμψυχον) herba quã nunc Maioranam appellant, alioq; nomine Amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampſuchum ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum.

Hinc Sampſuchinus, adiectiuum, (σαμψύχινος) idem quod amaracinus, Plin. ibidem: Fit ex eo oleum, quod Sampſuchinum uocatur, aut Amaracinũ. Vide Amaracus.

SANABILIS, le, {*Coſa atta à riſanarſi*} (ἰάσιμος) qui ſanari poteſt. Plin. libr. 29. cap. 4. Aſpides percuſſos torpore, & ſomno necant, omnium ſerpentum minime ſanabiles. Ouid. 1. de Reme. Amor. Vidi ergo, quod primo fuerat ſanabile uulnus, Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. Cic. 4. Tuſcul. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immiſericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij ſunt eiuſmodi conſtituti: quaſi mala ualetudine animi, ſanabiles tamen.

SANATIO, onis, {*Il reſtituir la ſanità*} (ἴασις) ualetudinis reſtitutio. Cice. 3. Tuſc. Cumq; ad corporũ ſanationem multũ ipſa corpora, & natura ualeat, &c. Et paulo pòſt: Eorum igitur malorum in una uirtute poſita ſanatio eſt.

SANATES, dicti ſunt, infra, ſupraq; Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, quia cum defeciſſent à Romanis, breui poſt redijſſe in amicitiam, quaſi poſt ſanata mẽte. Itaque in X I I. Tabulis cautum eſt, ut idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus. i. bonis, & qui nunquam defecerant à pop. Rom. Hæc Feſtus.

SANAVS, Phrygiæ oppidũ Apolloniæ metropolis, teſte Strabone lib. 10. Ptolemæus Βαριάδα appellat.

SANCIO, cis, ciui, citum, uel xi, ctum. {*Conſacrare, ordinare, determinare, confermare, ratificare*} (κυρόω, κυρῶμαι) ſtatuo, ſtabilio, ratũ facio, firmo: à ſanguine, ut putatur dictum, eo quod mactatæ hoſtiæ ſanguine fœdera ſoleant cõfirmari: ut eſt uidere apud Liu. lib. 1. ab urbe cõdita, ubi uetuſtiſſimũ fœdus inter Romanos Albanosq; initum porcæ immolatione docet ſancitum fuiſſe. Hinc etiam Seruius, explicans illud Verg. 12. Aen. Audiat hæc Genitor, qui fœdera fulmine ſancit: Sanctum, inquit, dicitur, quaſi ſanguine conſecratum. Vnde & Sanctio uocatur lex cũ terrore pœnæ. Sed de hoc ſuo loco. Eſt itaque Sancire, ſanctè aliquid & inuiolabiliter conſtituere. Cic. de Amic. Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. de Leg. Populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem quæ ſcripto ſanciat quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgus, appellare. Cæſ. 1. Bell. Ciu. Hæc quò facilius certisq; conditionibus ſanciantur, aut, &c. Horat. 1. Ser. Saty. 3. Eheu Quàm temere in noſmet legem ſancimus iniquam. Cic. ad Att. lib. 10. Ego uero Solonis popularis tui, ut puto etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit, ſiquis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet. Id eſt, legibus ſuis capitis pœnam ſtatuit. Idem de Aruſp. reſpon. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi iure gentium ſancitum eſt. i. receptũ, & corroboratum. Legitur & Sanctus, a, um, participium a ſupino Sanctum. Liu. 10. ab urbe: De prouocatione legem diligentius ſanctã. Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomen: & Sanctio, ſanctionis, de quibus paulo poſt ſuo loco.

SANCTÈ, aduerbium, {*Santamente*} (ὁσίως) idẽ quod religioſe. Cic. pro Font. Ab his quicquam ſanctum aut moderate dictum putabis? Plautus Captiuis: An tu dubium habebis, etiam ſancte cum ego iurem tibi? Aliquando idem quod firmiter, & conſtanter, βεβαίως. Cic. Licinio lib. 5. Epiſt. Meq; ea quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturum, diligentiſſimeq; eſſe facturum. Hinc compoſitum Perſancte. Terent. Hecy. Thais perſancte deierat. Plaut. Perſan ctè iurauit ſe facturum.

SANCTIFICO, as, {*Santificare*} (ἁγιάζω) conſecro, diuinis honoribus proſequor, quaſi ſanctum facio. À quo Sanctificator, Sanctificatrix, Sanctificatio: quæ apud Eccleſiaſticos ſcriptores nuſquam non occurrunt, claſſicis tamen linguæ Latinæ auctoribus parum recepta.

SANCTIMONIA, æ, {*Santità*} (ἁγιότης) idem quod ſanctitas. Cicero pro Quintio: Quid mihi inquit, cum iſta ſanctimonia ſumma ac diligentia? Idem pro Rabirio: Mentes, quæ ex hominum uita ad Deorum immortalium religionem ſanctimoniamq; demigrarunt.

SANCTIO, onis, {*Confirmatione, ratificatione*} (βεβαίωσις) modò idem quod eſt confirmatio, ſeu ratificatio: ut, Sanctio fœderis, apud Ciceronem pro Corn. Balbo: Modo idem quod conſtitutio, promulgatio, decretum. Idem ibidẽ: Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis aut pœna, cum caput eius, qui contra facit, conſecratur. Sanctio (inquit Seruius) latio legis eſt, cum terrore pœnæ. Cic. 6. Verrin. Niſi uehementius homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnamq; recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Idem ad Att. lib. 3. Sed uides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum, quæ abrogarentur.

SANCTITAS, atis, {*Santità*} eſt quædam (ut ita dicam) uenerabilitas, quæ propriè eſt Deorum immortalium, eorum'ue, qui uitæ continentia quàm proximè ad deos immortales accedunt. Cic. 1. Offic. Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas. Idem pro Cælio: Si matremfamilias ſecus, quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Idem 2. de Finib. Iam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno uerbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur.

SANCTITVDO, dinis, {*Santità*} (ἁγιότης) idem quod ſanctitas. Cic. 4. de Repub. ut citat Nonius: Eoſdem terminos hominum curæ atque uitæ, ſic Pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Accius Tereo, apud eundem: Alia hic ſanctitudo eſt, aliud & nomen & Numen Iouis.

SANCTOR, oris, idẽ quod ſancitor: ut, Sanctor legis, idẽ quod legiſlator, νομοθέτης. Tacitus lib. 3. Sed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legum fuit.

SANCTVARIVM, rij, {*Santuario*} (ἁγιαστήριον, ἄδυτον) abditiſſimus templi locus, ſacrarium. Sanctuaria quoque Mithridatis appellauit Pli. lib. 23. cap. 8. quę alio loco uocat Arcana, Plutarchus ἀπόρρητα. In ſanctuarij, inquit, Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti.

SANCTVLVS, a, um, diminutiuum à Sanctus, per contemptum deductum Hieronymus in Rufinum: Tibi quaſi religioſus, & ſanctulus perſonam humilitatis imponis.

SANCTVS, a, um, {*Santo*} (ὅσιος) interdum idem quod pius & religioſus, auguſtus: propriéq; de dijs rebus'ue diuinis dicitur, ijs'ue qui quadam maieſtate, uitæq; innocentia ad deorum immortalium uirtutem quàm proxime accedunt.

Cicero poſt reditum. Numenq; ueſtrũ æquè mihi graue & ſanctum, ac Deorum immortalium, erit. Cic. 2. de Natu. deor. Aſtypalæa inſula Achillem ſanctiſſimum colit. Idem de Aruſp. reſp. Id omnibus ſemper ſanctum, auguſtum, & religioſum eſſe uiſum eſt. Sancta loca, dicuntur, quæ aduerſus iniuriam & uim religione quadam muniuntur, & ut inquit Donatus, quæ omni obſeruatione inuiolata ſunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum diuiſione) propriè dicitur, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Interdum Sanctum idem eſt, quod ſanctione ſubnixum: ut, Sanctæ leges, quibus pœna ſtatuitur in uiolatores. Sanctum (inquit Vlpianus de uerb. ſignif.) dicitur, quod neque ſacrum eſt, neque prophanum, ſed ſanctione aliqua firmatum. Interdum idem quod purum & impollutũ. Verg. 12. Aen. Sancta ad uos anima, atque iſtius inſcia culpæ Deſcendam. Idem 11. Aen. Tuq; ò ſanctiſſima coniux Felix morte tua, id eſt, caſtiſſima coniux.

SANDALIOTIS, (σανδαλιῶτις) Sardinia inſula denominata eſt, ab effigie ſandalij, hoc eſt, ſoleæ: unde & nõnulli Ichnuſam, (Ἰχνοῦσαν) uocant, à ſimilitudine ueſtigij, quod Græce ἴχνος dicitur. Plinius lib. 3. cap. 7. Sardiniam ipſam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ. Myrſilus Ichnuſam, à ſimilitudine ueſtigij.

SANDALIVM, (σανδάλιον, ἢ σανδάλιον Luciano) muliebris calceamenti genus. Terent. in Eunu. Vtinam tibi commitigari uideam ſandalio caput. Hinc Sandalarius Apollo dictus eſt, à uico, cuius meminit Gell. lib. 17. In Sandalario forte apud librarios fuimus. Item Sandaligerula, (σανδαλοφόρος, ἡ) quæ ſandalijs utitur. Plaut. in Trin. Ducitur familia tota, Veſtiſpici, unctor, auri cuſtos, ſtabelliferæ, ſandaligerulæ, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.

SANDALVM, li, farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Pli. lib. 18. cap. 7. Galliç quoque ſuum genus farris dedere, quod illic Brance uocãt, apud nos ſandalum, nitidiſſimi grani. Eſt & alia differentia, quod quaternis libris plus reddat panis, quã far aliud Ruellius auctor eſt, etiam hodie Gallis unius literæ immutatione Blance appellari.

SANDALIDES, (σανδαλίδες) palmæ genus, à ſimilitudine ſandalij dictũ. Pli. lib. 13. cap. 4. Quarta auctoritas ſandalidũ, à ſimilitudine appellatarũ.

SANDANIS, uir fuit quidam Lydus, qui fruſtra Crœſo ſuadere conatus eſt, ne bellum Perſis inferret. Herod. lib. 1.

SANDAPILA, læ, pen. cor. {*Cadeletto*} genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Martial. lib. 8. Grandis in anguſta ſarcina ſandapila. Hinc Sandapilarij dicebantur ueſpillones, qui pauperum cadauera in ſandapila efferebant.

SANDARACHA, æ, (σανδαράχη) coloris rubri genus eſt, quod in aurarijs & argentarijs fodinis inuenitur, eo melius, quò magis rufum, quoque magis uirus redolet, quoque purius eſt, magiſq; friabile. Eſt & Sandaracha factitia, quæ ex cocta ceruſſa confici ſolet. Plin. lib. 35. cap 6. Sandaracha quo modo fieret diximus. Fit & adulterina ex ceruſſa non in fornace cocta. Color eſſe debet flammeus. Pretium in libras aſſes quini. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandycem facit. Sandaracha, item herbæ nomen apibus gratiſſimæ, quam alio nomine Cerinthum appellant. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

SANDARACHINVS, a, um, pen. cor. (σανδαράχινος) quod colorem ſandarachæ refert, hoc eſt, quod flammæ colorem imitatur. Næuius apud Noniũ. Merula ſandarachino colore.

SANDARACHATVS, adiectiuum, cui ſandaracha admiſta eſt. Pli. lib. 35. cap. 15. Item lentes tollit cum ſquammis æris, aceto ſandarachato admiſto.

SANDASTROS, gemma eſt, ex genere ardentiũ, quam aliqui Garamantiten uocant. Habet uelut in tranſlucido ſtellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nonnulli eandem putauerunt cum ſandaſſere, quã Nicanor Sandaſerion & Sandaſeron appellat: ſed falsò, ut inquit Plinius, uicinitate nominum decepti: cum ſint gemmæ prorſus diuerſæ. Vide Plin lib. 37. cap 7.

SANDYX, ycis, (σάνδυξ) coloris rubri genus, quod fieri ſolet ex ceruſſa uehementius adusta, teſte Galeno ad finem lib. 9. Simpliciũ. Plinius & ex ſandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admiſta. Quo in loco & Vergilium tacitè imperitiæ uidetur reprehendere, quod ſandycem herbam eſſe crediderit, cũ ait, Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Verum (quod uiri totius memoriæ doctiſſimi bona cum uenia dictum uelim) eo ex uerſu colligi non poteſt, Vergilium Sandycem pro herbæ genere poſuiſſe: quod & ante nos annotauit Vergilius Marcellus eo capite, quo de Sandaracha agit Dioſcorides. Illud enim ſolũ uidetur ſpectaſſe Maro, eam fore rerum omnium felicitatem, ut ſponte ſua colores in ouium uelleribus naſcerentur, & inter paſcendum lanæ colorarentur: neque id paſtu ſandycis futurum ſignificaſſe, ſed id tantum uoluiſſe, fore, ut ſponte ſua lanæ ſandycis colorem contraherent, non detonſæ, ſed in ipſis agnorum tergoribus, cum interim illi paſcerentur.

SANÈ, {Certamente, ueramente} (μέντοι, ὄντως) aduerbium, quandoque affirmatiuè ponitur, pro eo, quod eſt, certè. ut, Ita ſane, Sanè uerò. Cic. ad Lentulum lib. 1. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. Quandoque permiſsiuè, quando aliquid aduerſario tribuimus: ut, Sit ſane, ut uis, pro eſto ut uis. Cicero: Quid enim habet comodi? quid non potius laboris? ſed habeat ſane Quintil. Tulerit ſane filius noſter meritò pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loquimur. quaſi dicat, Eſto ità, ſit ut tu uis. Quandoque ponitur pro ualde, (μάλα) quoniam qui ſanus eſt, ualidus eſt. Suetonius: Bellum ſanè difficile geſſit. Iungitur nonunquam cum &, affirmatiuaq; eſt. Quintil. Et ſane quis concipiat uel declamantis habitum, uel orantis uocem, inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi, & corporis motum? Item cum quàm Gellius: Sane quàm utile eſt. Non ſane, pro nõ admodum. Cic. 2 de Finib. Poſt enim Chryſippum non ſane eſt diſputatum. Budæus. Sane bene, id eſt, bene quidem. Cicero pro Quintio: Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica, ſane bene culta & fructuoſa. Ponitur aliquando in principio ſententiæ. Cic. 2. de Natu. deor. Sane reſtat, ut qualis eorum natura ſit, conſideremus. Ponitur aliquando pro ſatis. Cicero: Sopater, cum hoc illi improuiſum accidiſſet, commotus eſt ſane. Aliquãdo pro multum. Terent. in And. Sane pol illa temulenta eſt mulier.

SANESCO, is, {Sanarſi} (ὑγιαίνομαι) ſanus fio. Colu. lib. 6. cap. 7. Sed uulnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubula urina conuenit: at ferro reſciſſa, melius pice & oleo curantur. Huius compoſitum eſt Conſaneſco. Idem lib. 4. Tum etiam uitem minus cicatricoſam reddit, quoniam id, ex quo uiride, & tenerum decerptum eſt, celeriter conſaneſcit.

SANGA, (σάγγας) Cantabrorum fluuius, in Hiſpania citeriore. Plin lib. 4. cap. 20. Sanga præterea eſt ſerui nomen apud Terentium in Eunucho.

SANGARIVS, (σαγγάριος) fluuius eſt Aſiæ, alio nomine Coralius dictus in Didymo monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniamq; in Põtum illabens. Vide Pli. lib 6. cap. 1. Ptolemæus Sagarium appellat, Ouidius Sagarim. Vide ſupra ſuo loco.

SANGENOS, gemma eſt, ex opali generibus, quam ob eximiam gratiam & παιδέρωτα quidam appellauerunt. Plin. lib ult. cap 6.

SANGVICVLVS, (αἱμάτιον) ſanguis hædi, ſiue ſuis, in cibum formatus. Plin. lib. 28. cap. 14. Vtuntur ad utrunque uitiũ & coagulo hædi in uino myrteo magnitudine fabæ poto, & ſanguine eiuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum uocant.

SANGVINO, as, are, {Inſanguinare} (αἱμάσσω) eſt ſanguine manare. Quintil. in Declam. 10. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Et iterum. Mulier quę ſanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Nã lucroſæ huius & ſanguinãtis eloquentiæ uſus recens, & malis moribus natus.

SANGVINARIA, herba eſt, quã Græci à multitudine geniculorũ πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, ꝓpterea quod ſuccus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinẽ. Col. lib 7. cap. 5. Eſt etiã grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, quã ſi paſta eſt ouis, toto uentre diſtenditur, contrahiturq;, & ſpumã quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & Sanguinalis herba Colu. lib. 6. cap. 12. cuius hæc ſunt uerba. Poſſunt etiam, ut Cornelius præcipit, lilij radix, aut ſcylla cum ſale, uel ſanguinalis herba, quã πολύγονον Græci appellant, uel marrubium, ferro recluſa ſanare. Vulgus Corrigiolam uocat, & Centinodiam.

SANGVINARIVS, a, um, adiectiuũ, {Crudele ſanguinario} (φιλαίματος, αἱμοχαρής) ſæuus & crudelis. Cicero: Itaque grauem illam, ac ſanguinariam uocẽ audiuimus. Sic Sanguinarius homo, dicitur à Seneca, qui gaudet humano ſanguine, & crudelis eſt. Cic. ad Attic. lib 2. Megabrotus, & hæc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt. Plin lib. 19. cap. 4. Tarquinius nuntium illum ſæuum atque ſanguinarium filio remiſit ex horto.

SANGVINEVS, a, um, {Sanguigno, pieno di ſangue} (αἱματώδης, αἱμάτινος) modo ad corporis temperamentum refertur. Medicis enim ſanguineus dicitur, cui plurimum inſit boni ſanguinis, hoc eſt, qui temperamento calido ſit & humido. Modò de eo dicitur, quod ex ſanguine cõſtat: ut Imber ſanguineus apud Cic. 1. de Diuin. Pli. lib. 11. cap. 37. Coſtæ nulli, niſi ſanguineũ pulmonem habenti Oui. 2. Meta. At inde Sanguineæ manant tãquam de uulnere guttæ. Interdum idem quod ſanguinolentus, αἱματώδης. Idem 3. Triſt. Eleg. 9. Pallenteſq; manus, ſanguineumq; caput. Modo ad animum refertur, & ſignificat crudelem, cruentumq;. Ouid. 13. Metam. Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem Eminus ingenti reſupinum pondere fudi. Horat. 1. Carm. Ode 27. Tollite barbarum Morem, uerecundumq; Bacchũ Sanguineis prohibete rixis.

SANGVINEVS frutex à corticis ſanguineo colore nomen accepit, uimina ferens lenta, uitibus uincula ſuppeditantia, teſte Plin. lib. 16. cap. 37. Virgę ſanguineæ, ex ſanguineo frutice detractæ. Plin. lib. 19. cap. 10. Sunt qui uirges ſanguineas tangant ea, quæ crucis nolint eſſe obnoxia. Idem lib. 24. cap. 10. Nec uirga ſanguinea felicior habetur. Cortex eius cicatrices, quæ perſanauere aperit.

SANGVINOLENTVS, a, um, {Sanguinolento pieno di ſangue, tutto ſangue} (αἱματώδης) plenus ſanguine, & ſanguine conſperſus. Varro de Vita pop. Rom. Itaque propter amorem Imperij, magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis urbem perturbauere. Ouid. Epiſt. 3. Vidi, quantus erat, fuſum tellure cruenta Pectora iactantem ſanguinolenta uirum. Idem 1. Amor. Eleg 12. Ille color uere ſanguinolentus erat. Litera ſanguinolenta, pro inuectiua, ſeu famoſo libello. Idem in Ibin. Nullaq;, quæ poſſit, tot ſcriptis millibus extat Litera Naſonis ſanguinolenta legi.

SANGVIS, inis, {Sangue} (αἷμα) quod & Sanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. Lucr. Viſceribus uiſcus gigni, ſanguenq; creari. Dicitur autẽ propriè Sanguis, qui eſt intra uenas: Cruor uero, qui iam extra uaſa eſt effuſus. Cic. 2. de Natu. deo. In quem ſanguis à iecore per uenam illam cauam influit, eoq; modo ex his partibus & ſanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. Idem 2. de Orat. Reliquæ duæ, ſicut ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent. Verg. 2. Aen. Nec ſoli pœnas dabit ſanguine Teucri. Detractio ſanguinis, & Sanguinis miſsio, (φλεβοτομία) & Sanguinem mittere, & Sanguinem detrahere, (φλεβοτομεῖν) apud Celſ. lib. 2. cap. 8 & 9. ſæpius leguntur: Quint. lib. 2. cap 10. Implebat ſe declamator aliquãdo, dum ſciat, ut quadrupedes, cum uiridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur. Sanguis ærarij, μονεταριμᾶς, pro ſubſtantia in ærario contenta. Cic. 5. Verr. Quę cum pop. Rom. uictu, de uectigalium neruis, de ſanguine detrauiſſet ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. Plenus ſanguinis, pro ſanguinario. Plaut. in Bacch. Magiſtron' quenquam diſcipulum minitarier? Nil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis. Sanguis, pro uigore ac Vi. Cice. ad Attic. lib 4. Amiſimus, mi Pomponi, omnem ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis: nulla eſt Reſpub. quæ delectet, in qua acquieſcam. Sanguis, pro progenie. Verg. 1. Aenei. Troiano à ſanguine duci Audierat. Idem 4. Aen. Sed fore, qui grauidam imperijs, belloq; frementem Italiam regeret: genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem. Idem 2. Aen. Hortamur fari, quo ſanguine cretus, Quid'ue ferat, memoret: quæ ſit fiducia capto. Cic. pro Roſc. Amer. Magnam uim, magnam neceſſitatem, magnam poſsidet religionem paternus maternuſq; ſanguis. A' Sanguis fit compoſitum Exanguis. Item denominatiuum Sanguineus: eiuſq; compoſitum Conſanguineus: de quibus ſuo loco.

SANGVISVGA, pen. pro {Sanguetta, ſanguiſuga} (βδέλλα) uermis in aqua degens, ſanguinemq; ſeſe lauantium exugens: qui & Hirudo dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

SANIES, huius Saniei, {Marza} (ἰχώρ, βρότος) ſanguis corruptus, nec dũ ad puris albedinem, craſſitudinemq; coctus. Verg. 8. Aen. Et ſanie, taboq; fluẽtes. Celſus lib. 5. Sanguis omnibus notus eſt: Sanies eſt tenuior hoc, uarie craſſa, & glutinoſa, & colorata: Pus craſsiſsimũ, albidiſsimumq;, glutinoſius & ſanguine & ſanie Exit autẽ ſanguis e uulnere recenti, aut iam ſaneſcente: ſanies inter utrunq; tẽpus eſt: pus ex ulcere iam ad ſanitatem ſpectante. Ponitur aliquando Sanies pro lanæ infectura. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſusq; carminata mergitur, donec omnẽ ebibat ſaniẽ. Sanies oleæ, eſt ipſa amurca, hoc eſt, fæx olei. Pli. lib. 15. cap. 3. Oliuæ conſtant nucleo, oleo carne, amurca: ſanies eſt hæc eius amara. Hinc Sanioſus, adiect. (βρωδώδης) ſanie, & impuro ſanguine cõſperſus. Plin. lib. 7. cap. 15. Aut nõ uitales partus edũtur aut ſanioſi, ut auctor eſt Nigidius.

SANITAS, tis, {Sanità} (ὑγεία) bona ualetudo, hoc eſt, ſtatus corporis actiones omnes ſuas probe obeuntis. Cic. 5 Tuſcu. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe è quibus cõſtamus, ſanitas eſt. Per tranſlationem quoque de animo dicitur, cum ille functiones ſuas probe obit. Vnde Redire ad ſanitatem dicimus pro eo quod eſt reſipiſcere Cic. Caſsio, lib. 11. Epiſt. Quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Cal. Septemb. poteſtas facta eſt.

SANNA, æ, {Irriſione, deleggiamento} (χλεύη) per duplex n, irriſio, quæ (ut inquit Hier.) ab occipitio diſtorto, ore, & labris cõtractis fit, anteriorũ dẽtiũ oſtẽtatione. Quo uocabulo uſus eſt Iuu. Sat 6. I nũc, & dubita, qua ſorbeat æra ſanna Tullia. Et Perſius Sat. 1. Vos o patritius ſanguis, quos uiuere fas eſt Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ. Hinc Sanniones, & Sannij, ut inquit Probus: de quibus paulo pòſt, Itẽ Deſanno, nas, qđ eſt per faſtidiũ derideo. Subſanno, (χλευάζω) de quo alibi. Similiter Sannatores, (χλευασταί) qui eo modo irrident.

SANNIO, onis, (χλευαστὴς Ariſto.) qui ſoluto riſu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moreſq; aliorum tam inepto geſtu exprimit, ut cum alios irrideat, ipſe omnibus ſit ridiculus. Cic. 2. de Orat. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt, qui ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipſo? Idem ad Papyrium, lib 9. Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.

SANNAVS, quod hic pro Aſiæ quondam lacu corrupte legebatur uide Sinnaus.

SANO, nas, {Sanare, guarire} (ἰάομαι, ἀλθαίνω) ſanũ facio, redintegro, & incolumitati reſtituo Cic. 4. Tuſc. Citiuſq; oculorũ tumor ſanatur, ꝗ diuturna lippitudo depellitur. Idem 3. de Nat. deo. Nec enim Herculi nocere Deianira uoluit, cum ei tunicam ſanguine Centauri tinctã dedit: nec prodeſſe Pheræo Iaſoni is, qui gladio uomicam eius aperuit, quam ſanare medici non potuerunt. Ouid. 10. Metam. Habeo quod carmine ſanet, & herbis. Vulnera Reipu. ſanare, per tranſlationem. Cic. 4. de Finib. Quæ hic Reipu. uulnera imponebat, eadem ille ſanabat. Idem 2. in Catil. Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quàm ſanare, & ipſos placare Reipub. Tibul. lib 2. Eleg 3. Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis. Hinc fiunt Conſano, & Reſano, com-

poſita: quorum ſignificationes ſupra explicantur ſuis locis.

SANQVALIS, (φήνη) auis, quam quidam Oſſifragam appellant: de qua Pli. lib. 10. cap. 7. Sanqualem autem atque immuſſulum, Augures Romani magnæ quæſtioni habent. Immuſſulum aliqui uulturis pullum arbitrabantur eſſe, & Sanqualem oſſifragæ. Maſſurius Sanqualem oſſifragam dicit eſſe, immuſſulũ autem pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda. Quidam, poſt Mutium Augurem non eſſe uiſos Romæ affirmauere.

SANSVCVS, uide ſupra in dictione Sampſuchum.

SANSA, uide ſupra in dictione Sampſa.

SANTALVM, li, (σαύνταλον Aetio) quod uulgus Sandalum uocat, lignum eſt, quod India mittit. Cuius tria ſunt genera, candidum, rubrum, luteum: quibus ſimul commiſtis, fit compoſitio uulgaris, quæ Triſantalum appellatur. Vide Ruellium.

SANTERNA, næ, chryſocollæ genus eſt, quo aurifices utuntur ad auriferruminationem. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

SANTONES, & Santoni, pen. cor. (σαύτονες) populi quidam Galliæ Aquitanicæ, nõ longe à Toloſatium finibus, quæ ciuitas eſt in Prouincia Romanorum, ut Cæſar Commentariorum 1. ſcribit. Luca. lib. 1. Gaudetq; amoto Santonus hoſte. Hinc deducitur adiectiuum Santonicus, a, um. Iuue. Saty. 6. Tempora Santonico uelas adoperta cucullo. Sunt qui ſcribant Xantones cum x, in prima ſyllaba, non cum s.

SANTONICA, (ἀψίνθιον, θαλάσσιον) tertia abſinthij ſpecies eſt, minore folio, quàm Ponticum: alijs nominibus Abſinthium marinum, & Abſinthium Seriphium appellatum. Dicta Santonica, ſiue (ut apud Plin. lib. 17. cap. 7. legitur) Abſinthium Santonicum, à Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copioſiſsime prouenit.

SANTONVM PORTVS, Galliæ urbs eſt ad Oceanum, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgo la Rochelle.

SANVS, a, um, {Sano} (ὑγιής) integer, incorruptus, bene habẽs, proſpera utens ualetudine, cuiuſq; partes omnes probe ſuas obeunt functiones. Cice. in Philipp. Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. Cato cap. 157. Quum plurimũ ederit, tum citiſsime ſanus fiet ex eo morbo. Propert. lib. 2. Eleg. 13. Nec quiſquam ex illo uulnere ſanus abit. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquã inter cutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. Transfertur & ad animũ. Vnde dicimus hominem ſana mente, ſanoq; conſilio Terent. in Heaut. Satin' ſanus es, aut ſobrius? Cic. 2. de Natu. deo. Eſſe igitur deos, ita perſpicuum eſt, ut id qui neget, eum ſanæ mentis non exiſtimem. Hinc Inſanus dicitur, (ἄφρων ἀνόητος) cui mentis ſanitas deeſt, hoc eſt, qui inſtrumentum principum animæ facultatum habet uitiatum. Vnde Inſania, pro dementia, & Inſanio, pro deliro, deſipio, mentis compos non ſum: de quibus copioſius egimus ſuis locis.

SAPA, æ, {Sapa, uin cotto} (σίραιον) à ſapiditate, uinum eſt ex muſto ad tertias decocto confectum. Græce ἕψημα ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. Plin. libr. 23. cap. 2. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Idem lib. 14. cap. 9. Siræum, quod alij hepſema, noſtri Sapam appellant, ingenij non naturæ opus eſt, muſto uſque ad tertiam partem menſuræ decocto. Martialis: Et Laletanæ nigra lagena ſapæ. Ouid. 4. Faſt. Lac niueum potes, purpuream q; ſapam.

SAPÆI, (σαπαῖοι) Thraciæ populi ſunt ad Neſtum amnem quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

SAPERDA, (σαπέρδης) piſcis Pontici genus, teſte Athenæo li. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Perſius Saty 5. Ecquid agam, rogitas? en ſaperdam aduehe ponto. Feſtus Saperdam uiliſsimum piſcem interpretatur. Quinetiam Phocion, referente Cæl. Rhodig. Saperdam pro aqua accepit arundini inſerta. Nonius per tranſlationem pro ſapiente, & uenuſto accepi annotauit, citans locum Varronis in Modio: Omnes uidemur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, cum ſimus σαπροί.

SAPIDVS, da, dum, {Saporito} (εὔχυλος) quod gratum ſaporem habet. Cuius contrarium eſt Inſipidus, ſiue ſapore, ut Caſeus ſapidus, Vinum inſipidum.

SAPIENS, tis, {Sapiente, ſaggio ſaputo} (σοφός) qui ſapit. Cic. 4. in Catil. Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. Hora. 1. Epiſt. 7. Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum. Tacit. libr. 3. Cæteri ad ſapientiora conuertere. Sapiens tribus modis dicitur: Primò, qui ſcientiam aliquam optime tenet: ut, Ariſtoteles in philoſophia, Acilius in Iure ciuili. Secundo, qui per longam ætatem, rerũ multarum cognitionem adeptus eſt: ut Cato. Tertio, qui circa præcepta bene uiuendi, & cognitionem uerſatur. qualis fuit Lælius. Cic. de Amic. Vnum accepimus Apollinis oraculo ſapientiſsimum iudicatum. Hinc Sapienter, aduerb. σοφῶς. Terent. in And. Sapienter uitam inſtituit. Cic. pro domo ſua: Quia ius a maioribus noſtris, qui non ficte & fallaciter populares, ſed ueri & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Idem Curioni lib. 2. Nemo eſt, qui tibi ſuadere ſapientius poſsit teipſo. Ouid. 13. Metam. Perq; deos oro, quos hoſti nuper ademi, Per ſiquid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendum &c.

SAPIENTIA, æ, {Sapientia} (σοφία) eſt, ut ait Cic. 4. Tuſc. rerum diuinarũ, atque humanarum ſcientia, cognitioq;, quæ cuiuſque rei cauſa ſit. Idem 2. Offi. Sapientia eſt, (ut à ueteribus Philoſophis definitum eſt) rerũ diuinarum & humanarum, cauſarumq; quibus hæ res continentur, ſcientia. Idem 1. Offic. Princepsq; omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci uocant: & qui eam profitetur, Sapiens (σοφὸς) appellatur. Vnde qui nunc Philoſophi dicuntur, primum σοφοὶ à Græcis, à noſtris Sapientes dicebantur. Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Viri enim ſeptem eodem tempore inuenit Græcia, quibus id nominis deferret. quorum nomina & patria ſic ſe habent: Thales Mileſius. Solon Salaminius, ſeu Athenienſis: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Pryenæus: Cleobulus Lyndius: Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus nõ Sophum ſe, ſed Philoſophum appellauit: hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem: & ſcientiam ipſam, non Sophiam, ſed Philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quod hominum neminem ſed ſolum Deum ſapientem iudicaret.

SAPIENTIPOTENS, tis, pen. cor. qui ſapientia multum ualet, quẽadmodum Bellipotens, qui plurimum poteſt bello. Eſt autem uox Enniana, ſatis durè compoſita. Cic. 2. de Diuin. Poſtremo quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeacidarum, bellipotentes ſunt magis, quàm ſapientipotentes, tamen hunc uerſus amphibologiam intelligere potuiſſet.

SAPINVS, pen. prod. (ἐλάτη) pars eſt abietis inferior, quæ enodis eſt, ſicut ſuperior, quæ nodoſa eſt, Suſterna. Hodie tamen uulgus Gallorum totam arborẽ ſua lingua Sapinum uocat. Vide Plin. lib. 16. cap. 39. Sapineus, a, um, (ἐλάτινος) quod ex ſapino eſt. Colum. lib. 12. cap. 5. Alij nucibus ardentibus ſapineis idem efficiunt.

SAPINOS, genus gemmæ eſt, ex amethyſti generibus colore hyacynthi, ſed paulo dilutiore, quæ & Paranites dicitur. Auctor Plin. lib. ult. cap. 9.

SAPIO, pis, piui, uel ſapij, ſapitum, pen. pro. {Hauer ſapore, eſſer in ceruello} (χυμίζω) uel ſapui, ſapitum, pen. cor. proprie pertinet ad ſenſum guſtus, proptereq; res ipſa ſapere dicitur, quæ habet in ſe aliquem ſaporem. Iuuen. Satyr. 11. Qui meminit, calidæ ſapiat quid uulua popinæ. Cice. 2. de Finib. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8. Nec dubium, quin ſi ei ramulis glaciatus caſeus iucundiſsime ſapiat. Hinc Sapor & Sapidus: quorum ſignificationes uide ſuis locis. Transfertur & ad animum, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam, uel opinionem habere, φρονεῖν. Terent. in Eunuc. Si ſapis, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet recte feras. Martial. Nubere uis Priſco? non miror, Paula: ſapiſti. Cice. 2. Offic. Quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plus quàm cæteros, arbitrantur. Quandoque datiuo iungitur. Plaut. in Trin. Haben' tu amicum, aut familiarem, cui pectus ſapiat? Hic ſapit rem ſuam, id eſt, ſcit quid ſibi agendum ſit. Sapit ad genium: id eſt, nouit curare cuticulam, & indulgere genio.

Accipitur etiam Sapio pro refero: ut illud apud Perſium, Cum ſapimus patruos: hoc eſt, cum ſapientiam patruorum referimus. Ad hũc modum dicimus, Liber hic ſapit hæreſim, Phraſis ſapit Græcaniſmum: hoc eſt, refert hæreſim, uel Græcaniſmum. Huius compoſita ſunt, Deſipio, & Reſipio quorum ſignificata explicantur in uerbo Deſipio.

SAPIRES, penult. prod. (σάπειρες Stephano) populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires (σάβειρες) dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

SAPIS, fluuius Italiæ in Flaminia prope Ceſenam urbem. auctor eſt Plin. libro 3. cap. 15. Eſt & Sapis Galliæ Ciſalpinæ fluuius Senogalliam urbem ſubter labens, iuxta quam & Iſaurus fluit. Lucr. lib. 2. Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro.

SAPOR, oris, {Sapore} (χυλὸς χυμός) eſt qualitas illa quam guſtu dignoſcimus. Saporum uero decem ſunt genera (ut docet Plin. 15. cap. 27.) ſcilicet dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus. Cic. 3. de Finib. Vt enim mel & ſi dulciſsimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. Plin. lib. 15. cap. 28. Quæ odorata, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quam obrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus, quadam tenus & cotoneis: nullusq; odor ficis. Verg. lib. 4. Georg. Aſper in ore ſapor. Quintil. lib 1. cap. 1. Vt ſapor, quo noua imbuas, durat, &c. Ponitur aliquando Sapor per tranſlationem pro iucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. Grauius obruebat neſcio quo ſapore uernaculo.

SAPHIRATVS, (σαπφειρωτός) ſapphiris intertextis uariegatus, Sidonius: ac ſi ſub uerſicoloribus figuris uernans herbida cruſta ſapphiratos.

SAPPHIRVS, pen. prod. {Zaffiro} (σάπφειρος) lapis pretioſus, coloris aerij aureis punctis collucens: de quo uide plura apud Plin. lib. 37. cap. 9.

SAPPHO, (σαπφώ) inſignis Poetria fuit, carminis inuentrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarũ una Ereſia, quæ & antiquior Lyrica, qua tempeſtate Alcæus claruit, Terpſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinij Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mitylenæa, longe iunior, cuius pene nihil extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius ſic de ea ſcribit: Μναμοσύναν ἕλε θάμβος, ὅτ' ἔκλυε τᾶς μελιφώνου Σαπφοῦς, μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί. i. Mnemoſynem matrem Muſarum cepit ſtupor, quãdo audiuit dulciſonam Sappho, Nunquid decimam Muſam habent mortales?

SAPRVM, (σαπρόν) Plin. lib. 28 cap. 9. appellat caſei quoddam genus putridum, quod cum ſale & ſorbis ſiccis è uino tritum epotumq; medetur cœliacis. Græci σαπρὸν uocant putridum. unde & σαπροφάγοι dicuntur, qui putridis ueſcuntur: & uerbum σαπροφαγεῖν, quod eſt, putridis ueſci. Quo quidem uerbo etiam Martial. utitur lib. 3. Neſcio quod ſtomachi uitium ſecretius eſſe Suſpicor: ut quid enim Bætice σαπροφαγεῖς?

SAPSA, à ueteribus dictum eſt pro ipſa, uel ſeipſa. Ennius: Quæ res ſapſam in eo ſeſe oſtendat.

SARACA, Ptolemæo libr. 6 cap. 2. oppidum in mediterraneis Mediæ. Eſt & eidem lib. 5. cap. 10. Sarace ciuitas in Colchide.

SARASTES populi, uide Saraſtes.

SARCARIVS, (quod hic pro Phrygiæ fluuio corruptè legebatur) uide Sangarius.

SARCASMOS, (σαρκασμός) Latine dicitur iocus cũ amaritudine, uel hoſtibus inſultatio: ut apud Verg 2. Aen. Referes ergo hæc, & nuntius ibis, Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

SARCIMEN, (ῥαφή) ſutura Apul. Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam ſetæ denſitate ſepſimus.

SARCINA, æ, p. c. {Carica carga, peſo} (σκεῦος, ἐπισαγμα, ἀποσκευή) proprie utenſiliũ eſt, & eorũ quæ ad cultũ, & ad ſimilẽ uſum pertinẽt, ueluti faſcis, quẽ quis in itinere faciẽdo cõportare poſsit. Plau. in Moſt. Hinc ſpeculabor procul, Vnde aduenienti ſarcinã imponã ſeni Hinc milites, quũ caſtra mouere uolũt, Sarcinas colligere dicuntur: Et qui in aliam domũ immigrant, Sarcinas ſuas cõponere ſolent. Cæſ 2 Bell. Gall. Cum prima legio in caſtra ueniſſet, reliquæq; legiones magnũ ſpatiũ abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri Ouid. Epi. 3. Non ego ſum claſsi ſarcina magna tuæ. Res & noſtras domi ciſtis capſisq; compoſitas, Sarcinas uocamus. Quintilianus: Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Per tranſlationem quãdoque Sarcina ponitur pro inutili onere. Sarcinula, æ, diminutiuũ, Iuue. Sat. 3. Quis gener hic placuit cenſu minor, atq; puellæ Sarcinulis impar?

SARCI-

SARCINATRIX, cis, {*Strazzaruola*}(ῥάπτρια) mulier quæ ueſtes ſuit, & reficit. Caius in l. & ancillarum. de Pecul. Maximè ſi qua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium uulgare exerceat.

SARCINO, as, (σαγματόω) ſarcinas conficio. Interdum Sarcinare capitur pro ſuere, ῥάπτειν. Hinc Sarcinator, qui ſuit, & ueſtes reficit. Lucilius: Sarcinatorē eſſe ſummum, ſuere centonem optimè. Plau. in Aulul. Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Paulus in l. fullo, ff. de furtis. Fullo, uel ſarcinator, qui polienda, et ſarcienda ueſtimenta accepit ex contractione eorum furtum facit. Sarcinatus, adiectiuum, ſarcinis onuſtus. Plaut. in Pœn. Vide'n' homines ſarcinatos conſequi?
Huius compoſitum eſt, Conſarcino, quod eſt ſarcinas colligo. Gel. lib. 1. Verſus hi ſunt Cæcilij trunca quædam ex Menandro dicentis, et conſarcinātis uerba tragici tumoris.

SARCINARIVS, a, um, adiectiuum, quod ad ſarcinas pertinet: ut, Sarcinariū iumentum, quo ſarcinæ uehuntur. Cæſ. 1. Bell. Ciu. Illi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad id expeditiores, omnia ſarcinaria iumenta interfici iubent.

SARCIO, cis, ſarſi, ſartum, {*Cuſire ueſte*}(ῥάπτω) ueſtes conſuo. Vnde Sartores dicti, qui ueſtes ſarciunt, uel reſarciunt. Accipitur & pro reſtituere, inſtaurare, (ἐπισκευάζειν.) Vnde Sarta tecta, (ἐπισκευαὶ καὶ κατασκευαί) opera publica, quæ locantur ut integra præſtentur. Dicimus autem Exigere ſarta tecta, Locare ſarta tecta, Conducere ſarta tecta, Trahere ſarta tecta, Habere ſarta tecta, Præſtare ſarta tecta. Locabant ſarta tecta Cenſores, exigebant ipſi quoque Cenſores, interdum Aediles, aliquando etiam Prætores, nec niſi cum Senatus decreuerat: tradebant, habebant, præſtabant, conducebant ſarta tecta redemptores. Dicimus interdum cum coniunctione Sarta tectaq; & Sartum & tectum. Vtuntur antiqui hac locutione per tranſlationem. Cicero ad Atticum lib. 13. Epiſt. Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum, integrumq; conſerues. Plaut. in Trin. Sarta tecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. hoc eſt, exacta, & conſtante undique obedientia, præceptis tuis parui. Per tranſlationem ponitur pro damnum ſoluere, reparare, ἀρτιμελεῖν. Pacuuius: Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito, ut debes. Colum. lib. 9. cap. 15. Quæ cum fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damna fiunt agiliores. Dicimus quoque Sarcire detrimentum pro reparare. Cæſ. 1. Bell. Ciuil. Dum ſarcire acceptum detrimentū uolunt, temere inſecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Cæſ. 3. Bell. Ciuil. Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut Tribuni, aut centurionis imperium deſideraret. Generis lapſi ſarcire ruinas. Verg. 4. Georg. de Apibus: Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas. Sartus, a, um, participium. Hora. 1. Epiſt. 3. An male ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur? Hinc compoſitum Reſarcio pro inſtauro, et quaſi nouam formam induo.

SARCION, (σάρκιον) eſt ueluti carnoſa quædam uena gemmarum, inſitumq; carchedonijs ſmaragdis admodum peculiare. Vide Plin. lib. ult. cap. 5.

SARCOCOLLA, (σαρκοκόλλα) lacrima arboris in Perſide naſcentis, ſimilis thuris polline, inquit Dioſcorides. ita dicta à glutinandis uulneribus. Vide Plin. lib. 24. cap. 14. & lib. 13. cap. 11.

SARCOPHAGVS, pen. cor. (σαρκοφάγος) lapidis ſiue marmoris genus, quod circa Aſſum Troadis exciditur: in quo corpora defunctorum condita, abſumi intra quadrageſimum diem conſtat, exceptis dentibus: ut tradit Plin. li. 36. ca. 17. Vnde & nomen habet, a carne edenda. σάρξ, σαρκὸς enim caro eſt, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro ſepulcro poni conſueuit. Iuue. Sat. 10. Sarcophago contentus erit. Auguſt. lib. 18. Ciuit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur quod omnes iam ſarcophagum uocant σορὸς Græcè dicitur, à noſtris pro ſepulcro uſurpatur.

SARCVLO, las, {*Arare, & zappare*}(σκαλίζω) ſarculo abſcindo. Columell. lib. 5. Primo plantæ ſarculari debent, ita ut ſimplex ſtylus altitudinem maximæ ſcrobis excedat. Sarculatio, ſarculationis, uerbale, (σκαλισμὸς) idem quod ſartio. Plin. lib. 18. cap. 1. Sarculatio indruatam hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus uernis.

SARCVLVM, li, {*Zappa, ar pegn. ſarchiello*}(σκαλίς) genus raſtri, hoc eſt, crata illa dentata, qua ſegetes herbis purgantur in ſarriendo, ut inquit Varr. Cato ca. 10. Sarcula octo, palas quatuor. Alii putant eſſe ligonem, aut ſimile aliquod inſtrumentum ferratum, quo terra foditur. Horat. lib. 1. Carm. Gaudentem patrios findere ſarculo Agros. Oui. 1. Faſt. Sarcula ceſſabant, uerſiq; in pila ligones. Pli. lib. 18. ca. 19. Certe ſine hoc animali (bouem intelligit) montanæ gentes ſarculis arant.

SARDA, dæ (σάρδιος) gemma eſt uulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: unde & apud uulgum Carnalinæ nomen obtinuit. Facilè ſcalprum admittit: unde in literis obſignandis plurimus eius eſt uſus. Sarda dicta eſt, quod Sardibus primum fuerit inuenta. Vide Plin. libr. 3. cap. 7. Eſt & Sarda, piſcis ex genere pelamidum, teſte Plin. lib. 32. cap. ultimo.

SARDACHATES, pen. prod (σαρδαχάτης) gemma eſt ex Achatæ generibus, ad ſardæ colorem nonnihil declinans. Huius gemmæ meminit Plin. lib. 37. cap. 10

SARDANAPALVS, pen. prod. (Σαρδανάπαλος) ultimus Aſſyriorum rex & triceſimus à Nino, omni libidinis mollitieq; genere effœminatiſſimus: adeo ut non erubuerit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrij tali fœminæ parere, duce Arbace deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam ſe recepit, & extructa pyra, ſe atque diuitias in incendium miſit. Ouid. in Ibin. Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas, Quem finem uitæ Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cice. lib. 5. Tuſcu. quæſt. Quomodo igitur (inquit) iucunda uita poteſt eſſe, à qua abſit prudentia, abſit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentiſſimi Syriæ regis error agnoſcitur, qui incidi iuſſit in buſto: Hæc habeo, quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit: at illa iacent multa & præclara relicta Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bouis, non in regis ſepulchro inſcriberes? Hæc habere ſe mortuum dicit, quæ ne uiuus quidē diutius habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino monumētū habuiſſe, cui hæc fuerint inſcripta: Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἔδειμα. σὺ δὲ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τὰ ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. Hoc eſt, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarſon uno die extruxit. Tu autem o hoſpes, ede, bibe, lude: cum quibus reliqua mortalium omnia non ſunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iuſtinum lib. 9. & Diodorum Siculum Bibliothecæ libr. 8.

SARDANIS, (quod hic corrupte legebatur) uide ſupra in dictione Sadanis.

SARDEMISOS, Tauri montis promontorium eſt, quod inter Lyciam & Pamphyliam in noſtrum Pelagus immittit. Meminit eius capite 27. lib. 5. Plinius.

SARDI, orum, (σαρδοὶ σαρδῶοι) Sardiniæ incolæ, qui ob inſignem uilitatem nequitiamq; in prouerbium abierunt. Cicer. libr. 4. Epiſt. Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem.

SARDIANI BALANI, (βάλανοι, σαρδιανοί) à Græcis dictæ ſunt caſtaneæ, quod circa Sardis primum fuerint inuentæ. Vide Plinium lib. 15. cap. 23.

SARDINIA, {*Sardigna*}(σαρδὼ Steph.) inſula eſt, teſte Salluſt. in mari Libyco: ita dicta à Sardo Herculis filio (ſicut Strab. & Soli. ſcribunt) qui è Libya ueniēs, cum multitudine colonorum, inſulam occupauit: quum antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie ſoleæ, quam Græci σανδάλιον uocant. & Ichnuſa, à ſimilitudine ueſtigii, quod Græce dicitur ἴχνος. Huius latitudo eſt millium paſſuum nonagintaocto, longitudo ducentorum uiginti: quanquam alii ſtadia multa adijciant. Habet hæc inſula à Septentrione montes editiſſimos, qui prohibent quo minus à Borea poſſit perflari. quo fit ut aeris peſtilentiæ maxime ſit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam male audiuit, ut M. Cicer. Qu. frat. moneat etiam tū cū optime ualeret, meminiſſe eū debere, in Sardinia ipſum eſſe: & alibi, Tigellium quendam Sardum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſſimum opponit. Nullo (inquit) fata loco poſſis excludere: cum mors Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt. Mirum in ea inſula neque lupum gigni, neque ſerpentem reperiri. Habet ciuitates multas, ſed omnium præclariſſima Claris eſt, ubi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſt. oſſa tandem conquieuere, quoad ab Heliprando rege Papiam tranſlata ſunt. Hæc ciuitas Iole à priſcis appellabatur: ab Iole illa, quā Hercules perditiſſimè amauit. Inſulam Pœni occupauere, ſed à Romanis expulſi primo bello Pun. tandem amiſere. A Sardinia Sardus, Sardous, & Sardinienſis adiectiua ſiunt. Eſt & Sardina, piſcis genus, ad condimenta, & ſalituras utilis, apud Italos plurimus. Colum. lib. 8. cap. 17. Tabentes halecula, & ſalibus exceſam chalcidem putremq; ſardinam.

SARDINIENSES, (σαρδώνιοι) qui aliunde orti negotiationis gratia, aliamve ob cauſam in Sardinia uerſantur.

SARDIS, (σάρδιες Stephan.) tantum pluraliter, urbs Lydiæ magna ad latus Tmoli montis ſita, olim Crœſi regia. Horat. 1. Epiſtol. Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accuſatiuum in is product. quomodo Tralles. & Syrtis. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores quorum iunior Strabonis amicus fuit, & hiſtorias ſcripſit, & poemata. In Sardibus eccleſia fuit una ex ſeptem Aſiæ, quarum Ioannes meminit in Apocalypſi.

SARDO, as, {*Intendere*}(δαίω) uerbum eſt obſoletum, quo antiqui utebantur pro intellegere. Næuius apud Feſtum: Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

SARDOA, (σαρδόνιος πόα) herba apiaſtro ſimilis, quæ naſcitur in Sardinia, & in fontium defluuiis largius prouenit. Ea ſi quis ueſcatur, neruos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridentium facie intereant. Inde Sardonius riſus, prouerbio celebratur, pro riſu ficto, aut amarulento, aut inſano. Vide Chil. Eraſm.

SARDONICI, montes Liburniæ Ptolem. lib. 2. cap. 17.

SARDONYCHATVS, ſardonyche ornatus. Martialis lib. 2. Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

SARDONYX, pen. cor. (σαρδόνυξ) genitiuo Sardonychis, tam maſcul. quàm fœm. gen. quemadmodum & Onyx. gemma eſt in ſumma ſui parte unguis humani candorem, inferiore autem dilutum ſardæ ruborem referens: ita ut cuipiam uideri poſſet non ſimplex eſſe gemma, (ut tamen eſt reuera) ſed ex onyche & ſarda compoſita. Plin. li. 37. cap. 6 Sardonyches olim (ut ex nomine ipſo apparet) intelligebantur ex candore, hoc eſt, ueluti carnibus ungue hominis impoſito, & utroque tranſlucido. Sardonychem inſignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus: quem ut fortunæ nimium blandientis inſidias alicuius rei charæ iactura redimeret, in mare abiecit: qui tamen in uentre piſcis paulo poſt inuentus, ad eum relatus eſt. Iuuen. Saty. 6. In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches. Perſius fœminino genere uſus eſt. Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.

SARDVS, (σάρδος) Herculis filius, qui adhuc ab Iolao eorum furori ſubtractus quos Hercules uiuens laceſſierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam inſulam peruenit: eamq; quæ antea Sandaliotis, ſeu Ichnuſa uocabatur, à nomine ſuo Sardiniam creditur appellaſſe.

SARDOVS, a, um, (σαρδῷος) poſſeſſiuum à Sardinia. Ouid. lib. 4. Faſt. Sardoaq; regna ſiniſtris Reſpicit à remis. Herbæ Sardoæ. Vergil. 7. Eclog. Imo ego Sardois uidear tibi amarior herbis.

SAREPTA, (σάρεπτα Stepha.) urbs Phœnices, in qua diuinus uates Helias eſurientem uiduam miraculo paui ſſe creditur. Meminit eius & Plin. libr. 5. cap. 19. Hinc Sareptanus, a, um, σαρεπτηνός. Sidon. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna. Quæq; Sareptano palmite miſſa bibas.

SARGACÆ (quod hic corrupte legebatur) uide, Satarchæ.

SARGAPISES, lege Spargapiſes.

SARGVS, (σαργὸς) piſcis genus, qui in Aegyptio mari copioſiſſime capitur. Hic piſcem lutarium perpetuo comitatur, ipſoq; lutum fodiente, excitatum deuorat pabulum. Plin. lib. 9. cap. 51. & ibid cap. 17.

SARI, (σάρι) neutri gen. genus fruticis prouenieus in aqua, radice dura, intortaq;, ferrariis officinis utile. Plin. lib. 13. cap. 23. Fruticoſi eſt generis & ſari, circa Nilum naſcens duorum cubitorum altitudine, pollicari craſſitudine, coma papyri. ſimiliq; manditur modo: radice ferrarijs officinis præcipua, carbonis uſu propter duritiam.

SARISSA, {*Lancia, lanza, picca*}(σάρισσα) haſta prælonga, qua Macedonica

in bello utebantur. Liu. li. 7 Bell. Maced. Prælongas haſtas Macedones ſariſſas uocant. Aelianus docet, Sariſſam eſſe lanceam, qua utitur phalanx Macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continẽt, reliqua duodecim permanent. Inde σαρισσοφόροι, qui ſariſſas geſtant. Oui. 12. Metam. Qui clypeo, gladioq́, Macedonicaq́ ſariſſa. Lucan. lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas.

SARMATÆ, (σαρμάται Steph.) populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem uergentes, qui & Sauromatæ (σαυρομάται) dicuntur, & regio eorum Sarmatia, (σαυρομάτια) dicitur. Plin. lib. 4. Sauromatas gentes Scytharum Græci uocant, quas Sarmatas Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum σαῦρος enim lacerta eſt, ὄμμα oculus. Nomina diuerſa habent Sarmatæ, habitant montes & ſaltus, utuntur plauſtris pro domibus, paſcunturq́ lacte equino: unde quidam eos ἱππομόλγους, hoc eſt, equarum mulſores: alij γαλακτοφάγους, hoc eſt, lacte ueſcentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui ſanguinem equinum lacte mixtum potãt, quos uocat Gelonos. Verg. lib. 1. Georg. Biſaltæ quo more ſolent, acerq́ Gelonus. Cum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum: Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Item Sarmatæ alij ſunt, qui equino ſanguine è cruribus detracto, farinæq́ commixto aluntur. Alij etiam qui pro uictimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores, quibus bellãtibus mos eſt cruorem eius quem primum interemerint, ex ipſius uulneribus bibere, & ut quiſque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina ueſcuntur. alij qui humanæ carnis alimento uitam ducunt, propter quod uocantur Anthropophagi, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους, hoc eſt ab hominibus edẽdis. Iidem ab uſu Plauſtrorum Hamaxobitæ Pomponio. Hamaxobij Ptolemæo uocantur. Auri & argenti, maximarum peſtium ignari permutatione rerum commercia exercent, atque ob ſæuitiam hyemis demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant: totum bracchatis corpus, & niſi qua uident, etiam ora ueſtiti. Horũ meminerunt Plin. cap. 12. lib. 4. & Strabo lib. 11. A Sarmatia fit Sarmaticus, a, um. Ouid. Terreat haud manes Sarmatia umbra meos. Sunt autem duæ Sarmatiæ (ſecundum Ptolemæum) quarum una eſt in Europa, quæ (ut lib. 3. ſcribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occaſu parte Germaniæ, à Meridie Iazygibus Metanaſtis. In ea eſt Olbia, quam nunc Ruſſiam & Tartariam eſſe credunt. Altera Sarmatia eſt in Aſia (ut idem lib. 5. refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab occaſu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea ſunt Caucaſii montes.

SARMENTA, torum, {Sarmenti, gli tagli de uite bruſcati} (κληματίδες, φρύγανα) uirgulæ ſupernacuę (inquit Feſtus) à uite abciſſæ. Verg. 2. Georg. Primus humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta, & uallos primus ſub tecta referto. Cic. 3. Verr. Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere cœperunt. Frequentiſſimè tamen etiam Sarmentum accipitur pro flagello adhuc in uite hærente, ſiue id frugiferum ſit, ſiue ſterile. Columel. lib. 3. ca. 10. Numerus uuarum, qui plerunque conſpicitur in productiſſimo ſarmento. Varro Rei ruſt. lib. 1. ca. 31. Emucidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterileſcit. Inde Sarmentitius, a, um, quod eſt ex materia ſarmentorum. Colum. libr. 6. cap. 26. Verum uulnera eius ſarmentitio cinere linienda ſunt. Hinc Sarmentoſus, adiectiuum, (φρυγανώδης) quod plurimum habet ſarmenti. Plin. libr. 25. c. 11. Radice tenui, ſupernacua, ſarmentoſum.

SARMENTVS, nomen proprium, Equitis Romani, qui ſcurrilitate claruit ſub Auguſto. Horat. 1. Sermon. Sat. 5. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurræ pugnam Meſſiq́ Cicerri Muſa uelim memores.

SARNVS, (σάρνος) fluuius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompeianum agrum, & Salernum, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus poſitum. Plin. lib. 3. cap. 5. Litore autem hoc Neapolis Chalcidenſium, & ipſa Parthenope à tumulo Sirenis appellata: Herculaneum, Pompeij, haud procul aſpectante monte Veſuuio, alluente uero Sarno amne, ager Nucerinus eſt. Verg. 7. Aeneid. Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

SARONICVS, ſinus, {Golfo de Leſina} (σαρωνικὸς κόλπος) qui Corinthia cum Iſthmum ab ortu alluit: nam qui eundem abluit ab Occaſu Criſſæus, ſiue Corinthiacus dicitur. Plin. lib. 4. cap. 5. Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus: unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem, qui illic Atlepiæ maritimæ regioni imperarit, in Corinthiacis ſcribit Pauſanias.

SARPA, {Vigna bruſcata} (ἄμπελος τρυγηθεῖσα) uinea putata, id eſt, pura facta, ut interpretatur Feſtus: unde & uirgulę abciſſę Sarmenta dicuntur. Nam Sarpere antiqui pro purgare uſurpabant. Vnde fortaſſis deductum uulgare noſtrum hoc eſt, Gallicum uocabulum, ut Sarpam pro falce putatoria accipiamus.

SARPEDON, pen. prod. gen. Sarpedonis, pen. cor. (Σαρπηδών) teſte Home. li. Ilia. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, ut Herodotus tradit in Polymnia, eiuſdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic cum Lyciæ rex eſſet, & in armis ſtrenuus, Priamo ſuppetias tulit aduerſus Græcos: ubi cum multa edidiſſet uirtutis ſuæ documenta, tandem a Patroclo eſt interfectus. Corpus autem eius Iouis iuſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine ablutum, ambroſioq́ reſperſum liquore, ac regia indutum ueſte, ad exequendum funus ſuis reſtitutum. Verg. libr. 1. Aene. Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Eſt & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pãphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ.

SARRA (σάῤῥα) nomen uxoris Abrahæ: & nomen ciuitatis, quæ poſtea Tyrus dicta eſt: à qua Sarranum oſtrum, eſt nominatum. Sed id quoque nomen à piſce quodam accepit, qui illic abundat, & Sar illa lingua uocatur, ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur.

SARRACA, (σάῤῥακα) nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Media, altera in fœlici Arabia. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 2. & 8.

SARRACENI (σαῤῥακηνοί) populi poſt Nabathæos, à Sarraca (ut Stephanus inquit) quæ eſt pars Arabiæ. Plin. li. 6. cap. 28. Nabathæis, Thimanæos iunxerunt ueteres: nunc ſunt Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arraceni.

SARRACVM pe. pro. {Carro da uettura} (ἄμαξα) plauſtrum, ſiue uehiculi genus, quo ligna, & lapides uehi conſueuerunt. Iuuen. Sat. 3. Longa coruſcat Sarraco ueniente abies. Idem Stat. 5. Frigida, circumagunt pigri ſarraca Bootæ. Quint. lib. 8. cap. 3. An cum dicit in Piſonem Cice. Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur: incidiſſe uidetur in ſordidum nomen?

SARRANVS, a, um, (σαῤῥανός) idem quod Tyrius: nam Tyrum antiqui Sarram appellauere. Vnde Sarranæ ueſtes dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ, & purpureæ, quód Tyri optime tingerentur. Verg. lib. 2. Georg. Et Sarrano dormiat oſtro. Iuuenalis: Aut pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulea togæ.

SARRASTES, populi Campaniæ: Sarno amni uicini: à quo & nomen accepiſſe putantur. Verg. 7. Aene. Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

SARRIO, ris, riui, ritum, {Zappare ſarchiare} (σκαλεύω) ſignificat ſarculis fodio, purgo: quod fit, quum ſegetes leuiter ſcalpendo raſtris, à noxiis herbis purgamus. Plaut. in Capt. Semper occant, priuſquam ſarriunt ruſtici. Plin. libr. 18. Qui ſarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc componitur Reſarrio, quod eſt ruſus ſarrio. Idem Quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos.

SARRITOR, pen. prod. {Zappatore} (σκαλευτής) qui ſarrit. Colum. lib. 2. ca. 13. Tritici modij quatuor, uel quinque bubulcorum operas occupãt quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas.

SARRITVRA, {Zappamento} (σκάλευσις) purgatura, ſiue ipſe ſarriẽdi actus. Col. lib. 11. cap. 2. Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie, &c.

SARSINA, pen. cor. (σάρσινα) uetus ciuitas in Aemylia, ex qua Plautus Poeta comicus ortus eſt: unde & Sarſinas appellatus eſt: quanquam à doctis quibuſdam Farſinas, non Sarſinas uocetur. Lacte abundat, ut teſtatur Silius lib. 8. His Sarſina diues Lactis, &c.

SARTAGO, inis, {Padella} (τήγανον) patella, in qua caro frigitur: ἀπὸ τῆς σαρκός, hoc eſt, à carne nomen habens. Pli. lib. 16. cap. 11. Item terebenthinam in ſartagine referuenti. Sartago loquendi. Perſius Saty. 1. Hos pueris monitus patres infundere lippos. Cum uideas, quæriſne unde hæc ſartago loquendi Venerit in buccas?

SARTOR, oris, {Zappatore} (σκαλευτής) à ſarrio, idẽ quod Sarritor: id eſt, purgator. Plaut. in Capt. Sator, ſartorq́ ſcelerum, & meſſor optime. TYN. Non occatorem dicere debebas prius? Nam ſemper occant, prius quàm ſarriunt, ruſtici. Eſt & Sartor à Sarcio: de quo ſupra egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non ſolum à ſarciendo, ſed etiam à ſarriendo deducitur: et tam eum qui ſarcit, quàm qui ſarrit, ſignificat.

SARTVRA, æ, idem quod ſarritura, {Zappamento} (σκάλευσις) hoc eſt, frugum uinearumve à noxiis herbis purgatio. Plin. lib. 18. cap. 27. Sartura nocere & uineæ, & ſegeti exiſtimatur.

SAS, ueteres pro Suas dicere. & Sam, pro eam, Ennius lib. 1. Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. Idem lib. 4. Nec quiſquam Philoſophiam in ſomnis uidit, priuſquam ſam dicere cœpit.

SASON, {Saſeno} (σάσων) inſula eſt inter Epirum & Brunduſium quinque ab utroque millibus paſſuum diſtans: ut ait Strabo li. 6. Eſt & fluuius in mare Adriaticum influens, de quo Silius: Adriaci fugite, infauſtas Saſonis arenas. Et alibi: Expauit ſonitus tremefacto littore Saſon.

SAT, (ἱκανῶς, ἅλις) aduerbium eſt per apocopen à Satis deductum: cuius etiam retinet ſignificationem. Cice. 2. de Natu. Deo. Qui non ſat habuit, coniugem illexiſſe in ſtuprum, &c. Idem de Sene. Tantum quantum ſat eſt.

SATAGO, is, pen. cor. {Anſiare, cruciarſi} (πολυπραγμονῶ, διαπονοῦμαι, σπουδάζω, ἐκπονοῦμαι) ex Sat, & Ago, compoſitum uidetur: unde Sategi præteritum, Satactum ſupinum facit. Eſt autem Satagere, anxium eſſe, & diſtorqueri difficultate rei alicuius conficiendæ. Terent. in Heaut. Nam hic Clinia, & ſi is quoque ſuarum rerum ſatagit, attamen Habet bene, et pudice eductam, ignaram artis meretricię. Aliquando ſignificat diligentem eſſe, ſeu feſtinare, σπουδάζω. Plau. in Aſin. Nunc ſatagit adducit domum etiam ultro, & ſcribit nummos. Quint. libr. 6. cap. 4. Afer uenuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deijcientem, & imponentem, non agere dixit, ſed ſatagere.

SATAGYTÆ, (σαταγύται) populi in Scithia Aſiatica, ut libr. 4. teſtatur Herodotus.

SATANAS, {Satanaſſo} (σατανᾶς) interpretatur aduerſarius. Quo nomine appellatus eſt Diabolus, quód Chriſti aduerſarius ſit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti reſiſtit, & aduerſatur, & quicquid paci contrarium eſt, hoc ſatanas eſſe nominatur. Sicut legitur in Regum libris: Quia ſuſcitauit Deus Salomoni Satanam, aduerſus eum qui erat pacificus.

SATARCHÆ, (σατάρχαι) populi in Scythia Europæa, iuxta Mæotidem: qui (ut Solinus refert) damnato auri, & argenti uſu, ſe à publica auaritia abdicarunt. Horum oppida ſunt Myrmecion, Panticapæum, Theodoſia, Hermiſium aliaq́ nonnulla, quæ uide apud Melam li. 2. in deſcriptione Scythiæ Europææ. Flaccus lib. 6. Argon. Flaui crine Satarchæ.

SATASPES, (σατάσπης) uir Achæmenius fuit Theaſpis filius, qui cum Zopyri filiam uiolaſſet, & ob eam rem à Xerxe cruci deſtinatus eſſet, interceſſione matris, quæ Darii erat ſoror, impetrauit ut in exilium ageretur, donec Africam uniuerſam luſtraſſet. Cumq́ iam aliquot menſes aliqua in peregrinatione conſumpſiſſet, nauigationis tædio adductus, in Perſidem rediit: Regiq́ retulit, ſeſe reliquũ itineris conficere non potuiſſe, quód naues à magnetibus retinerentur. Quod cum Xerxi fabuloſum uideretur, hominem, ut antea deſtinarat, cruci affixit. Vide Herodotum lib. 4.

SATELLES ſatellitis {Satellite, birro, ʒaffo} (δορυφόρος) miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non diſcedat. Liu. 2. ab Vrbe: Cum concurſu ad clamorem facto, cõprehenſum regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal regis. Oui. 5. Faſt. Ille deæ cuſtos, ille ſatelles erat. Cicer. contra Rull. Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Satelles Iouis Aquila, Cice. 2. Tuſcu. Miniſtri & ſatellites cupiditatum Alicuius. Cic. 5. Verr. Qui primus certos inſtituerit, nomine decumanos, re uera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum. Satelles item dicitur, qui fontibus capiendis præeſt qui & Apparitor & Viator dicitur.

SATELLITIVM, tii, (δορυφόρημα, τὸ δορυφορικὸν Luciano) collectiuum nomen eſt, ipſos ſignificans ſatellites, tuendi corporis cauſa adhibitos: quemadmodum Seruitium accipitur pro ipſis ſeruis, Sodalitium, pro ipſis ſodalibus.

SATIABILIS, ſatiabile, {*Satiabile, che ſi ſatia*} (κορεστὸς) qui ſatiari poteſt facile: cuius contrarium eſt Inſatiabilis, (ἀκόρεστος) inexplebilis. Salluſtius: Auaritia inſatiabilis eſt, neq; copia, neq; inopia minuitur.

SATICVLI, populi Campaniæ, moribus aſperi, de quibus Ver. li. 7. Amniſq; uadoſi Accola Vulturni, pariterq; Saticulus aſper.

SATIETAS, atis, {*Satietà, faſtidio, pienezza, abondanza*} (κόρος) proprie idem eſt quod ſaturitas. licet frequẽtius accipiatur pro faſtidio, quod ex rei alicuius aſſiduo uſu nobis ingignitur. Cic. in Catonem. Omnino quidem, ut mihi uidetur, ſtudiorum omnium ſatietas facit uitæ ſatietatem. Quin. lib. 5. cap. 14 Et odium ex quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidiũ tulerit Liu. lib. 4. Bel. Puni. Pluribus uos milites hortarer, ſi cum armatis dimicatio futura eſſet. inermes, incautos, ad ſatietatem trucidabitis. Pro eodem legitur & Satias, atis, Teren. in Eunu. Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi: Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit: Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Sallu. Hi ſaltibus occupatis externorum agros inuaſere, frumentiq; ex inopia graui ſatias facta. Item Saties, ei. Silius lib. 4. Nec finis, ſatieſve, nouit ſed ſanguinis ardor Gliſcere.

SATIN' {*A baſtanza*} pro ſatiſne. Teren. in And. Satin' ſanus es?

SATIO, as, {*Satiare, faſtidiare*} (κορέω, κορέννυμαι, χορτάζω) à Sat, deduci uidetur, & ſaturo ſeu expleo ſignificat. pertinetq; ad omnes ſenſus, & frequenter ad animum. Ci. in Catonem. Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requiem, oblectamentumq; noſcat. Cic. in Paradoxis. Nunquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſiti. Oui. 3. Triſt. Elegia 8. Forſitan hoc olim, cum iam ſatiauerit iram. Verum hęc tranſlatitia ſunt: proprie enim ad famis ſitiſq; expletionem pertinent. Col. lib. 9. Satiatiq; ſemodius cibi in diebus ſingulis, uicenos & centenos turtures. Ouid. 8. Meta. Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, Nec ſatiatur aquis, peregrinoſq; ebibit amnes. Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani Accipiunt, poſcuntq; ſimul: cibus omnis in illo Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edendo. Sat iatus, a, um, participium. Liui. 2. ab Vrb. Vbi illuxit. Romanus integer, ſatiatuſq; ſomno, productus in aciem, feſſum ſtando, & uigilijs primo impetu Volſcum perculit. Iuuen. Saty. 6. Et laſſata uiris, nondum ſatiata receſſit. Hinc componitur Exatio: de quo ſupra ſuo loco.

SATIS, {*Aſſai, abondantemente, à baſtanza*} (ἅλις, ἱκανῶς) quantitatis aduerbium idem ferè ſignificans quod abunde, uel quantum opus eſt. Cice. de Inuent. Longum eſt, quod pluribus ſententijs ultra q̃ ſatis eſt, (μᾶλλον δέοντος) producitur. Aliquando ponitur loco nominis: ut. Satis eloquentiæ habeo. Hinc Satius, comparatiuum. i. melius. Nam quãuis Satis ſignificet quantitatem, Satius tamen comparatiuum qualitatem denotat, quia deriuatiuum non ſemper ſeruat ſenſum primitiui. Verg. 2. Eclog. Nonne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras Atq; ſuperba pati faſtidia? Dicimus pulchre, Non ſatis eſt æſtimare, pro eo quod eſt, Non poſſet quis ſatis æſtimare. Plin. lib. 7. in præfatione. Vt non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Non ſatis habeas ſemel circuire, dixit Cato cap. 1. id eſt, Non ſatis ſit tibi non ſufficiat tibi, ſiue nõ ſis contentus ſemel circuire. Iungitur Satis cum Super, & dicimus, Satis ſuperq;, id eſt, ſatis, & pluſquam ſatis. Cice. 2. de Natu. Deo. Nam contra Epicurum ſatis ſuperq; dictum eſt.

SATISACCIPERE, (μετεγγυᾶσθαι) eſt accepto fideiuſſore ſibi cauere. Cic. pro Roſc. Com. Qua de cauſa Flauius cum de tota lite faceret pactionem, neq; ſatiſacciperet a Roſcio, neq; abſolueretur à Fannio, &c. Nam ſatiſaccipere dicitur creditor, cum accipit fideiuſſorem à debitore. Cõtra debitor Satiſdare dicitur, cum interpoſito fideiuſſore ſecurum reddit creditorem. Ci. pro Quin. Si ueretur, ut res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis accipiat: quibus a me uerbis ſatiſaccipiet, hiſdem, ego quod peto, ſatiſdet. Vnde & Satiſacceptio, quæ eſt (ut Pomponius inquit) ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant.

SATISDO, das, are, {*Securare, far la ſicurtà*} (ἐγγυητὴν καταστῆσαι) eſt dato fideiuſſore creditorem ſecurum reddere. Cic. Sulpitio: Primum ut ſi quid tibi ſatiſdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures ut ſatiſdetur fide mea. Caius: Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatiſfactio. Nam ut Satiſfacere dicimur ei cuius deſiderium implemus: ita Satiſdare dicimur aduerſario noſtro, cum aliquem damus, qui pro eo, quod à nobis petitur, ita caueat, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus. Satiſdato aliquid debere. Cice. Atti. lib. 16. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere. Satiſdatio, onis. ἱκανοδοσία. Cice. ad Atti. De ſatiſdando uero te rogo? quoad eris Romæ, tu ut ſatiſdes: & ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium in his & Menianorum prædiorum uel Atilianorum.

SATISFACIO, is, {*Satisfare*} interdum idem eſt quod exoluo, ἐκτίνω. Cice. pro Flacco: Hermippus Fuſiis ſatiſfacit, & fidem ſuam liberat. Interdum idem quod placeo, & efficio nequid habeat quod de me queratur. Cice ad Atti lib. 7. Cui nos ualde ſatiſfacere multi ad me ſcripſerunt. Aliquando idem ferè quod purgo me ſiue excuſo. Cic. Phil. 2. Acceperam iam enim ante Cæſaris literas, ut mihi ſatiſfieri paterer à te. i. ut acciperem tuam purgationem, & excuſationem. Hinc Satiſfactio, pro purgatione, & excuſatione Ci. ad Trebat. lib 7. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatiſfactionem meam accipis. Satiſfacio, præter datiuum, aliquando ablatiuum habet cum præpoſitione De. Cæſ. 5. Bel. Gal. Seſeq; paratos eſſe demonſtrant, omnibus rationibus de iniurijs ſatiſfacere. Satiſfieri. Ci. Actico, lib. 13. Quanquam a te quodẽ cumulate ſatiſfit, & mihi & omnibus.

SATISPRÆSTARE, (ἐγγυητὴν καταστῆσαι) idem quod ſatiſdare, hoc eſt, pro re quæ petitur, fideiuſſorem dare.

SATIVS. {*Meglio*} (βελτιόνως) comparatiuum uidetur eſſe ab aduerbio Satis, licet à poſitiui ſignificatione nonnihil recedat. Idem enim ſignificat quod melius, ſiue potius. Verg 2. Eclog. Non'ne fuit ſatius, triſtes Amaryllidos iras, Atq; ſuperba pati faſtidia?

SATIVVS, a, um, {*Non da ſemi nare*} (ἥμερος, σπόριμος) quod ſeminatur, uel quod idoneum eſt, ut ſemen ſerat: cui contrarium eſt Agreſtis. Plin. lib. 15. cap 7. Eadem ratio & in ſatiua myrto. Gell. Sed hi pleraſq; naues oris ſuebant: Græci magis cannabe, & ſtupa, cæteriſq; ſatiuis rebus.

SATRÆ, populi Græcorum in litoribus Thraciæ, ut oſtendit Herodotus ſua hiſtoria lib. 7.

SATRAPA, uel Satrapes, pen. cor. {*Prefetto, preſidente*} (σατράπης) dictio Perſica, apud nos ſignificans præfectum prouinciæ. Terent. Heau. Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat. Hinc Satrapia, piæ, (σατραπεία) idem quod præfectura, quam Græci νόμον appellant, hoc eſt, regio, quæ ab uno adminiſtratur præfecto. Suidas: Σατραπεία, ἐπαρχία. Σατράπης, ὁ σατράπης, εἶδος ἀξιώματος. Plin lib. 6. cap. 20 Etenim pleriq; ab Occidente, non Indo determinant ſed adijciunt quatuor Satrapias, Gedroſos, &c.

SATVLLO, as, {*Satollare*} (κορέννυμι, χορτάζω) antiqui dicebant pro ſaturo. Varro: Neq; in puluere mihi coquam carnes, quibus ſatullem corpora & famem uentris. Nonius.

SATVR, ra, rum, {*Satollo, pieno*} (ἔμπλεως, κορεσθείς) quod eſt cibo plenum. Teren. in Hecy. Sed tu quum ſatura, atq; ebria eris, puer ut ſit ſatur facito. Cic. 1. de Diuinat. Præclara uero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geritur. Terent in Adelph Sed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, Prodeambulare huc libitum eſt. Verg. Eclog. 10. Ite domum ſaturę, uenit heſperus, ite capellæ. Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante, εὔφορος. Perſius Saty. 1. Nec tu ſaturum laudare. Verg. lib 2. Geor. Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius: Saturi, aut fœcundi, aut q; iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum uicinæ ſunt Calabriæ ciuitates. Satur color, id eſt, plenus, uehemens: cui opponitur dilutus Plin. lib 37. cap. 10. Ion apud Indos uiolacei eſt, ſed raro ſaturo colore lucet.

SATVREIA, (θύμβρα) herba fragrantis odoris quæ & Cunila dicitur, & Origanum Heracleoticum. Plin lib. 19 cap. 8. Thymbra, quæ & cunila. Hæc apud nos habet & aliud uocabulum, ſatureia dicta in condimenti genere. Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta. Vnde ex Græco (ut quidam uolunt) nomen ſibi uendicauit, quaſi Satyrea, à Satyris qui ſunt in Venerem proni & ſalaces, uel à uirili membro, quod σάθην Græci uocant. Plin. lib. 19. cap. 8. Dioſco. libro 1. cap. 43.

SATVRIO, onis, nomen eſt Paraſiti, apud Plau. in Perſa, captandi ioci gratia à contrario impoſitum Solet enim hoc hominum genus, perpetuo eſurire & nunquam ſaturum eſſe. Vnde cum Toxilus ſeruus eum Saturionem ſalutaſſet: reſpõdet Paraſitus. Mendacium ædepol dicis: atq; haud te decet. Nam eſurio uenio, non aduenio Saturio.

SATVRITAS, tatis, {*Saturità*} (πλησμονή, κόρος) cibi potuſq; plenitudo. Plau. Capt. Proinde tu deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. Aliquando accipitur pro fœcunditate, ſeu fertilitate, εὐφορία. Cic. in Catone: Neq; ſolum officio, quod hominum generi uniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed etiam delectatione, quam dixi, & ſaturitate, copiaq; rerum omnium, quæ ad uictum hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

SATVRÆ PALVS, quæ & Pontina, iuxta Circeios fuit, XXIII olim urbium locus, ut ex Mutiani ſententia tradit. Plin lib. 3 cap. 5. Hæc ad uiam uſq; Appiam pertingebat, ubi & nauibus traiciebatur, inter Appii Forum, & Anxurem. Ver. lib. 7. Queis Iuppiter Anxurus aruis Præſidet, & uiridi gaudens Feronia luco: Qua Saturæ iacet alta palus, gelidusq; per imas Quærit iter ualles, atq; in mare conditur Vfens.

SATVRNALIA, ſaturnaliorum, (κρόνια) feſta ſeptem, ſeu quinq; dierum mẽſe Decembri Saturno dicata, quibus Romani ſyntheſin ueſtem ſumebãt, ſeruiſq; diſcumbentibus inſeruiebant: muneraq; ultro citroq; mitti, remittiq; ſolebãt Sueton in Auguſt. Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera diuidebat, modo nummos omnis notæ.

SATVRNALITIVS, ſaturnalitia. ſaturnalitium, (κρόνιος) quod ad Saturnalia pertinet. Martia lib. 5. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ. Saturnalitiæ nuces, apud eundem, lib. 6.

SATVRNIA, (σατυρνία) Latii oppidum, à Saturno conditum. Verg. 8. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.

SATVRNIANA COLONIA, Tuſcorum urbs mediterranea. Ptol. lib. 3. cap. 1.

SATVRNINIANI, hæretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum ſolos angelos ſeptem, inſcio Deo feciſſe dicebant.

SATVRNINVS, Tribunus plebis fuit ſeditioſus, qui cum pernicioſis legibus Rempublicam perturbaret, ſumptis ex Senatuſconſulto armis, in Capitolio occiſus eſt à Scæua quodam Q. Crotonis ſeruo: cui ideirco libertas præmii loco data eſt. Fuerunt multis poſt annis, qui à C. Rabirio occiſum dicerent: quo nomine ille à T. Labieno in iudicium uocatus, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quæ pro C. Rabirio Poſthumo perduellionis reo, inſcribitur.

SATVRNIVS, mons quondam dicebatur, qui poſtea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus eſt.

SATVRNVS (κρόνος) à poetis fingitur fuiſſe antiquiſſimus deorum, qui ex Ope coniuge genuit Iouem: à quo poſtea cœlo pulſus eſt. A Græcia dicitur κρόνος, quaſi χρόνος hoc eſt, tempus. A Latinis autẽ Saturnus q; annis ſaturetur, ut ait Cic. de Natu Deo uel quia ſe in deuorandis filiis ſaturauit. Ea ſe enim natos comediſſe fingitur, quia conſumit ætas temporum ſpatia, anniſq; præteritis inſaturabiliter expletur. Oui. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas, Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Sunt qui Saturnum à ſatu deducant, quoniam peritiam ruris, & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam ab eo quod Græci σάθην, membrum uirile nominant. propterea q; patris pudenda abſcidiſſe, atq; in mare proieciſſe dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quæ à ſpuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti ſuccedere uellet, tamen animaduertens matrem ſororeſq; Saturno magis fauere, regnũ ipſi conceſſit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, ut regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur cum plures liberos deuoraſſet, nati ſunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno oſtendit, Iouem uero clam nutriendum ablegauit: adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumq; pulſu obſtrepebant, ne pueri uagitus audiretur. Saturno autẽ, cũ ille puerum depoſceret, ut & ipſum deuoraret, Opis lapidem ei oſtendit panno inuolutum, eumq; partu illo a ſe editum ſimulabat: quem ille acceptum ſine mora deuorauit. Neptunum quoq; clam Saturno Opis peperit, quẽ ſimiliter clam educari curauit. Tertio rurſus geminos enixa eſt Plutonem & Glaucam: ibi

rurſus Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. Verum detecta tandem fraude, cum Titan reſciuiſſet, fratri prolem maſculam, ſuoſq; ea ratione regni ſucceſſione pulſos eſſe, cum filijs, qui Titani à patre cognominabantur, bellū aduerſus Saturnum ſuſcepit, illumq; & Opem ſororem captos, muro incluſit: ſed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati ſunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut à filijs regno pelleretur cum ob hoc Ioui inſidias ſtrueret, ab eo regno pulſus, in Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regem latitauit: unde ea pars Italiæ Latium dictum eſt. Hoc regnante ætatem auream fuiſſe fabulantur, terramq; ſua ſponte expertem uomeris & aratri peperiſſe fruges, communes & nullis deſignatas limitibus agrorum poſſeſſiones fuiſſe. Hinc Saturnius, a, um, ut Pater Saturnius, (κρονίδης) id eſt, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturnia, id eſt, filia Saturni. Verſus quoq; quos olim Fauni, uateſq; canebant, Saturnios antiqui nominabant, ut ait Varro.

SATVRO, as, {*Satollare*} (κορέννυμι χορτάζω) ſaturum reddo, ſatio, cibo potuq; expleo. Cice. 2. de Natu. Deo. Nuper nati mammas appetunt: earumq; ubertate ſaturantur. Transfertur & ad animi cupiditates. ut, Saturare odium, apud Cic. in Vatinium. Saturare ſe ſanguine, apud eundem 4. Philip. Habet autem ſaturandi uerbum uim maiorem, quam explendi. Cice. pro Domo ſua: Expleui animos inuidorum: placaui odia imperitorum: ſaturaui etiam perfidiam, & ſcelus ciuium. Expleri (inquit Nonius) & ſaturari hanc habent differentiam. Expleri eſt tantummodo plenum eſſe: ſaturari ſupra modum. Cic. lib. 6. de Repub. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant. quæ expleri, atq; ſaturari nullo modo poſſunt. Compoſita ſunt Exaturo, & Obſaturo: de quibus alibi.

SATVRIVM, ſiue Satureium, (σατύριον) urbs Calabriæ fuit, non longe à Tarento. Vnde Satureianus, a, um, poſſeſſiuum. Hora. lib. 1. Sermo. Saty. 6. Me Satureiano uectari rure caballo. Stephanus quoq; auctor eſt, regionem Tarento uicinam Saturium, ſiue (ut ipſe ſcribit) σατύριον nominari.

SATVS, a, um, {*Seminato, piantato*} (ἐσπαρμένος) participium à Sero, ris, idem quod ſeminatus, Verg. 3. Georg. Sed frumenta manu carpes ſata. Idem 8. Eclo. Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes. Per tranſlationem etiam accipitur pro participio natus, ſiue genitus. Verg. lib. 2. Aenei. At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles Talis in hoſte fuit Priamo. Liu. 8 Bel. Maced. Vt fidem fecerit, non ſanguine humano, ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.

SATVS, us, & Satio, onis, {*Semenza, ſeminata, piantagione*} (σπορά) ipſum ſerendi actum ſiue plantationem denotant. Plin. lib. 17. Quapropter de taleariū ſatu nunc dicendum. i. plantatione. Cic. de Senectute. Quid ego uitium ortus ſatus, incrementa commemorem? Idem 1. de Diuin. Ob eandem cauſam multa, inuſitata partim è cœlo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum pecudumve conceptu & ſatu. Quandoq; etiam Satus, (σπέρμα) pro ipſo accipitur ſemine, ſiue ſementi. Cic. 2. Tuſcu. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.

SATYRA, æ, pen. cor. {*Satira*} (σατύρα) quaſi ſatura dici uidetur, ob carminis uarietatem ſeu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Eſt enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda uitia compoſitum, quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulum, quod perſonis, factiſq; ſatiatum abundare uideatur. Quidam à ſatyra lance, quæ referta multis, uarijſq; primitijs in ſacrificijs diis offerebatur. Alii à lege ſatyra dictam exiſtimant, quæ uno rogatu multa ſimul comprobat. De qua lege Salluſt. in Iugurth. Deinde quaſi per ſatyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictā ſatyram eſſe ſcribit. Vnde in ſecundo lib. Plautinarum quæſtionum habetur: Satyra eſt uua paſſa, & polenta, & nuclei pinei ex muſto conſperſi. Sunt qui à Satyris deriuent, quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæq; ſcribuntur: quemadmodum proferri à Satyris ſolent. Dona. in Teren. Deinde aliud genus fabulę: id eſt, Satyra, ſumpſit exordium, quæ à Satyris, quos illotos ſemper, ac petulantes eſſe legimus, uocitata eſt. Poteſt etiam dici, Satyram ideo uocatam, quod in antiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ, ſimiles Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius, quod ſola carminum uarietate conſtabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens, & acrem uitiorum obiurgationem. Hinc Satyricus, (σατυρικός) quod ad ſatyram pertinet, aut Poeta ipſe, qui ſatyram ſcripſit.

SATYRA AVIS, {*Coruo*} à L. Floro pro coruo accipitur. Verba eius ſunt hæc: Cum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro detraxiſſet, inde Torquati, iterum in Pontino agro, cum in ſimili pugna, L. Valerius inſidente galeæ ſatyra alite adiutus, Gallum uiciſſet, inde Coruini. Quo in loco illud quidem conſtat, Satyram auem pro coruo accipi: cur tamen ita dicatur, uideo a pleriſq; omnibus ignorari. Quidam ad naturam eius auis id referunt, quod ſola ſit Satyrorum more, & ad libidinē procliuior. Quin etiam Anaxagoras ore coire credidit quod tamen negat Ariſto. Olim tamen uulgo ita perſuaſum fuiſſe, ſatis conſtat ex hoc Martialis diſticho: Corue ſalutator, quare fellator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum. Veriſimilius tamen eſt, Satyram auem, dictam à loco, in quo res geſta eſt. Conſtat enim non modo Flori, uerumetiam Liuii & Gellii teſtimonio, ſingularem hanc Valerii cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuiſſe: quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontinam, Vergilius Saturæ, ſiue Satyræ paludem appellat. Satyra itaq; auis dicta uidetur, quaſi auis Satyrę paludis. Coruos enim locis aquoſis delectari, auctor eſt Theon apud Aratum, propterea quod corpora eorum uehementius inaruerint. Vide Cœl. Rhod. lib. 19. cap. 25.

SATYRI, (σάτυροι) dicti ſunt, quod in libidinem ſemper proni ſint: à uirili membro, quod ueteres Græcè σάθην appellabant. Hi ſunt (ut Plin. lib. 7. cap. 2 ait) animalia quadrupedia, in ſubſolanis Indorum montibus perniciſſima, humana effigie, recte currentia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſyluestribus diis coluerunt. cuiuſmodi a D. Antonio uiſum fuiſſe in eremis Aegypti, auctor eſt Hieronymus in Vita Antonii. Vidit homunculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis, quum quiſnam eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur, Mortalis ego ſum unus ex accolis eremi: quos uano errore deluſa gentilitas, Faunos, Satyroſq;, & Incubos appellat.

SATYRICVM SIGNVM, (σατυρικὸν ἄγαλμα) id eſt, Priapi effigies, quæ in hortis conſtitui ſolet, uetetro arrecto: unde & nomen accepit. Nam σατυρίζειν arrigere eſt. Plin. lib. 19. cap. 4. Quam iam comitata eſt & religio quadam: hortoſq; & fores tantum cōtra inuidentium faſcinationes dicari uidemus. In remedio Satyrica ſigna: quanquam hortos tutelæ Veneris aſſignante Plauto.

SATYRIA, æ, (σατυρία) cibus ex uariis compoſitus herbis.

SATYRVS, fluuii nomen in Aquitania, cuius meminit Lucan. lib. 1. Tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curuo, &c.

SATYRIASIS, uel Satyriſmus, (σατυρίασις, σατυρισμός) pulſus teſtium, & uelut ſingultus quidam inguinis, ſequens inflammatam quandam paſſionem ſeminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quod ſi non ceſſauerit pulſus ille, ſolent feminis receptacula intendi, uel ſpaſmus naſci. Satyriſmus, inquit Gal. lib. 2. Methodi, eſt uirilis membri præter naturam arrectio. σατυριᾶν enim Græcis arrigere eſt, & rei ueneræ prurítu extimulari. Idem & Priapiſmus dicitur, ab obſcœno hortorum cuſtode ducto nomine, qui uetetro prægrādi ſculpi ſolet, & erecto.

SATYRICE, {*Satiricamente*} (σατυρικῶς) aduerb. ſignificat acriter, cum conuicio, mordaciter, & (ut ſemel dicam) Satyricorum more, qui uel quolibet nullo diſcrimine ſolent allatrare, omneſq; adunco (ut ille ait) naſo ſuſpendere.

SATYRION, (σατύριον) herba foliis lilii rubri, aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule læui, cubitali modo, radice gemina. Vulgus Teſticulum ſacerdotis appellat. Eſt & alterum Satyrii genus, quod ἐρυθραῖον cognominant, ſiue ἐρυθρόνικον, Venerem, etiamſi manu tangatur, extimulans. Semen habet lini, eoq; maius, durum & læuius. Eſt & tertium, cognomento θηλυκὸν, foliis nigra plumbagine maculoſis, reliqua ſuperficie cynoſorchi ſimilibus, radix eſt lutea, crebriſq; ramis ad manus effigiem accedens. Officinæ palmam Chriſti appellant. Deniq; herbas propemodum omnes, libidinis deſiderium extimulantes, Græci Satyrii nomine ſunt complexi.

SATYRORVM INSVLÆ, (σατύρων νῆσοι) ſunt tres contra Indiā extra Gangem ſitæ, ſicut Ptole. lib. 7. ſcribit. quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyri pinguntur.

SAVCIO, as, are, {*Ferire*} (κατατραυματίζω) uulnero. Cic. 3. Verr. Serui nōnulli uulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Columel. lib 6. cap. 14. Ferro palatum opus eſt ſauciare, ut ſanguis profluat. Idem lib. 4. cap. 24. Sauciãda ferro eſt atq; exulceranda uitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere. Ouid. 3. de Arte: Tenues à pectore ueſtes Rumpit, & indignas ſaucíat ungue genas. Hinc Sauciatus, a, um, particip. Colum. lib. 11. cap. 1. Siue quis (quod plerúq; accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, &c. Sauciatio, onis, uerbale uulneratio, Cice. pro Cecin. Et ſauciatio quæretur, cum fugam factam eſſe conſtabit? Hinc fit compoſitum Conſaucio, de quo ſuo loco.

SAVCIVS, a, um, {*Ferito, impiagato*} (τραυματίας) idem quod uulneratus: unde Sauciare. i. uulnerare. Verg. 2. Aenei. Quales mugitus, fugit quum ſaucius aram Taurus. Cæſ. 3. Bel. Ciui. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic. pro Cecin. Nemo, inquit, occiſus eſt, neq; ſaucius. Transfertur & ad animum: ut, Amore ſaucius. Ci. pro Cęlio, ex uetuſto quopiam Poeta: Medea amore ſæuo ſaucia. Saucius fatigationis. i. feſſus, ſeu fatigatus. Apul. lib. 2. de Aſino: Mihi uero fatigationis heſternæ etiamnunc ſaucio da ueniam.

SAVIOR, ſiue Suauior, {*Baſciare con allegrezza, & amore*} (φιλέω) cum uoluptate, aut præ gaudio oſculor. Catullus ad Veranium: Iucundum os, oculoſq; ſauiabor. Donatus ita diſtinguit inter Oſculari, Sauiari, & Baſiare, quod Oſculari pudicorum ſit affectuum, Baſiare impudicorum, Sauiari uoluptatis, & amoris. Quam differentiam non uſquequaque ueram eſſe, oſtendimus ſupra in dictione Oſculum: præſertim ea in parte, qua Oſcula à baſiis diſtinguit. Nam Sauia, ſiue Suauia, uoluptatis eſſe & amoris, uerum eſt, ſi Voluptatis & Amoris uocabula late accipiamus, ut tam honeſta, quàm inhoneſta iis intelligamus. Conſtat enim Suauiari, ſiue Sauiari, etiam de honeſtis affectibus dici. Cice. Atti. Atticam cupio ſauiari: ita mihi dulcis uiſa eſt ſalus per te miſſa ab illa.

SAVO, onis, fluuius eſt in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

SAVRA, æ, (σαῦρα) lacerta, quæ in maceriis, & in ſepibus delitēſcit. Eſt & piſcis nomen, quem & Latini Lacertam nominant.

SAVRITES, (σαυρίτης) gemmæ ſpecies, quæ in uentre uiridis lacertæ traditur inueniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

SAVROMATÆ, pe. cor. (σαυρομάται) populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alii Aſiatici ſunt, alii Europæi, Tanaide fluuio diſcreti: de quibus uide plura ſupra in dictione Sarmata.

SAVRVS, nobilis ſtatuarius cuius opera commemorat. Plin. lib. 36. cap. 5.

SAVS, (σαῦος Ptolemæo) fluuius eſt apud Carnos ortum habēs, & circa Liburniæ montes: non procul à Taururo oppido (hodie Albam Græcam uocant) in Danubium prolabens.

SAXATILIS, & hoc le, pen. cor. {*Ogni coſa che ſtà fra gli ſaſſi*} (πετραῖος) quod ſaxa incolit: ut Piſcis ſaxatilis. Colum. lib. 8. cap. 16. Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ ſaxa incolunt. Varr. 3. de Re ruſti. cap. 7. Vnum agreſte, ut alii dicunt, ſaxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus uillæ, à quo appellatæ columbæ. Piſcatus ſaxatilis, qui fit inter ſaxa. Plau. in Rud. Piſcatum hamatilem, ſaxatilemq; aggredimur.

SAXETVM, ti, {*Loco ſaſſoſo, pietroſo*} (πετρώδης τόπος) locus ſaxoſus & petricoſus. Cice. pro Lege Agra. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perfringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? Hinc Saxetanus, adiectiuum, quod inter ſaxa habitat. Martia. lib. 7. Cum ſaxetani ponatur cauda lacerti.

SAXIFICVS, a, um, ut, Os ſaxificum: id eſt, uultus aſpicientes in ſaxa uertens. Senec. in Herc. Furen. Tete laborum ſocia, & adiutrix, precor Belligera Pallas, cuius in læua ciet Aegis feroces ore ſaxifico minas. Ouid. 5. Meta. Vincis, ait, Perſeu: remoue tua monſtra: tuæq; Saxificos uultus, quæcunque ea, tolle Meduſæ.

SAXONES, (σάξονες) illuſtres Alemaniæ populi, qui Angelæ reginæ auſpicio Angliam deuicerunt. Hos Ptolemæus non longe à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inuiis conſtituit. lib 3. cap 11.

SAXOFORATVM, teſte Volaterrano, oppidum in Piceni atque Vmbriæ finibus

finibus ſitum,olim Sentinum dictum. Vide Saxum ferratum.

SAXOSVS,a,um,{Saſſoſo,pien di pietre}(πετρώδης)ſaxorum copiā habens: ut,Saxoſa uia quæ ſaxis abundat Colum lib 7 cap.10.Loca aprica, calculoſa, glareoſa,interdum & ſaxa amat. Saxoſus frutex in ſaxis creſcens , uel ſaxoſis locis. Plin.lib.15 cap.7. Simillimum ineſt huic & chamæleæ frutici ſaxoſo.Verg 5.Eclog.-Nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina ualles.

SAXVLVM,li,{Saſſetto}(λιθίσκος)diminutiuum à ſaxo Cic lib.1.de Orat. Vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam.

SAXVM,ſaxi,{Saſſo,pietra,quadrello}(λίθος)maius,aſperius,duriusq́;,quā lapis: licet quandoq; ſaxum pro lapide ponatur.Cice pro Cecin.Qui ſaxa iecerit. Ouid.de Nuce. A populo ſaxis prætereunte petor. Verg.1. Aeneid. Iamq́; faces & ſaxa uolant,furor arma miniſtrat.Idem 2.Georg. Adde tot egregias urbes, operumq́; laborum.Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Voluere ſaxum dicuntur,qui inexhauſto quopiam atq; inutili labore fatigantur.Terē Eun. Satis diu iam hoc ſaxum uoluo.Donatus admonet prouerbium fuiſſe dictū in eos,qui inextricabili ſudore affligerentur : tractumq́; putat à notiſſima Siſyphi fabula,ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum uoluentis. Ad quem reſpexit & Verg.6.Aen.Saxum ingens uoluunt alij,radijsq́; rotarū Diſtricti pendent,&c.

Ponitur aliquando pro ſcopulo,ſeu monte ſaxoſo, πέτρα. Plaut.in Moſtell. Iterum iam ad unum ſaxum me fluctus efferunt. Verg 1.Aenei Perq́; undas ſuperante ſalo perq́; inuia ſaxa Diſpulit. Ouid.3. Meta. Per rupes,ſcopuloſq;, adituq́; carentia ſaxa. Verg 2.Aenei.-Stupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor. Hinc Saxeus,a,um,(λίθινος)quod è ſaxo eſt. Lucr.li.1. Strataq́; iam uulgi pedibus detrita uiarum Saxea conſpicimus Luca.lib 4. Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ouid.12.Meta.Socium quoq; ſaxea moles Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometem.

SAXVM FERRATVM,{Saſſoferrato}(σέντινον)oppidum in Piceni , atq; Vmbriæ finibus ſitum ; ita appellatum à ferro,propter fodinas ferrarias,quas eo in loco multas fuiſſe earum reliquiæ oſtendunt Sentinum à ueteribus dicebatur, à Sentino amne iuxta mœnia labente,quem nunc quoque incolæ Sentinum uocāt.Hoc oppidū nobile factum eſt duorum uirorum ortu,Bartholi & Alexandri.Quorum prior Cæſarearum legum interpretatione clariſſimus:alter in ſacris literis eminentiſſimus,qui quum in omni doctrinæ genere , uitæq́; ſanctimonia ſummus haberetur, Auguſtinianæ religioni magno omnium conſenſu præfectus eſt,nec multo pōſt,ob res præclare geſtas cardineis inſignibus , à Pio pontifice maximo decoratus fuit.

SAXIFRAGVM,gi,uel SAXIFRAGA,gæ,uel SAXIFRAGIA, æ,(σαξίφραγον Dioſ)herba,à frangendis in corpore calculis appellata: uel quòd in locis ſaxoſis cum naſcatur,ſaxa ipſa frangat. Vulgus Saxifragiam uel etiam appellant.

S A N T E C.

SCABELLVM,{Banchetta ſcabello,deſchetto}(ὑποπόδιον)ſcamnum exiguum,quod ſedentium pedibus ſubijcitur.Cice.pro Cælio.Deinde ſcabella concrepant,aulæum tollitur.Scabellum item,teſte Varrone,dicitur illud,quo ſimplici aſcēſione in lectum conſcendimus.Quod ſi duos habeat gradus,iam non Scabellum,ſed Scamnum dicitur,à ſcādendo.Vide paulò pōſt in dictione Scamnū.

SCABER,bra,brum,{Aſpero ſcabroſo}(ψωραλέος)proprie idem quod ſcabroſus.Colum lib 7.cap 4 Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri non poteſt. Varr.2.de Re ruſti cap.2.Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ouium,ſed etiam ungulas,ac ſcabras fieri cogit Quoniam uero quæ ſcabioſa ſunt,cutem aſperam habent,factum eſt,ut Scabrum pro aſpero ponamus,& impolito τραχύς. Verg.1.Georg Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.Ci.4.Tuſc. Pectus illuuie ſcabrum Celſus lib.7. At ubi ſcabri ungues ſunt,circum aperiri debent,qua corpus contingunt. Scabroſus,a,um,plenus ſcabritia. Plin.lib. 20.cap.21 Hippolapathi radices priuatim ungues ſcabroſos detrahunt. Scabrum,bri,ſubſtantiuum neut.gene.idem quod ſcabrities.Plin.lib.37.cap.2.Infeſtantur plurimis uitijs,ſcabro,ferrugine,maculoſa nube,&c De cryſtallis.

SCABIES,biei,{Rogna,ſcabbia} (ψώρα)aſperitas cutis , cum prurit , natura corporis interiora expurgante,noxioſq; humores foras expellente.Iuue.Saty.2. Sicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit,& porrigine porci, Vuaq́; conſpecta liuorem ducit ab uua. Verg 3.Georg Turpis oues tentat ſcabies ubi frigidus imber Altius ad uiuum perſedit,&c.Hora.de Arte:Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget.Quoniam uero ſcabiem comitatur pruritus,pruritum autem ſcabendi cupiditas,& ex fricatione quædam uoluptas: factum eſt,ut Scabies pro uoluptatis illecebris accipiatur.Cice.3.de Legib.Nos uoluptatis blanditus corrupti, quæ natura bona ſunt,quia dulcedine hac & ſcabie carent,nō cernimus ſatis. A Scabie fit Scabioſus a,um, (ψωραλέος)qui ſcabie laborat. Perſius Saty.2.Nāq; eſt ſcabioſus,& acri Bile tumet.Colu lib.11.cap.2.Nam ſi pauciotibus diebus detur,ut ait Higinus,per uer ſcabioſi boues fiunt.

SCABILE,lis,neut.gene. (ὑποπόδιον) idem quod ſcabellum Cato capi.10. Scamnum in cubiculo unum ſcabilia tria,ſellas quatuor.

SCABO,is,ſcabi ſcabitum,{Grattare fregare}(κνάω,κνίζω)frico,ſcalpo. Plin. lib 8.ca.27.Si uero ſquamæ obtorpuere,ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Horat.1. Sermo.Saty.10.Et in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet,uiuos & roderet ungues.

SCABREDO,inis,{Aſperità}(τραχύτης)idem quod ſcabrities,hoc eſt,aſperitas,& inæqualitas. Quo uocabulo uſus eſt Hieronymus in diui Hylarionis uita.

SCABRITIA,æ,& Scabrities,ei {Aſperità,aſprezza}(τραχύτης)aſperitas: unde Plinius Vnguium ſcabritiam, dixit. Nonnunquam accipitur pro ſcabie Colum.lib 7.cap 5.Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus uiridis cicutæ.

SCABRO,as,are,(τραχύνω)ſcabrum & aſperū efficio:unde Scabratus,a , um, participium.Colum.lib.4 cap.4 Quo plerunq; fit,ut quod præcidi debeat,perfringatur,& ſic uitis lacerata ſcabrataq; putreſcat humoribus.

SCADORNA,quod tranſpoſitis literis ut perperam ſcriptum , ita & male huc relatum erat,uide Scardona.

SCÆA PORTA,(σκαιὰ πύλη)urbis Troianæ porta fuit , fatali Laomedontis ſepulcro nobilitata:ita dicta(ut Grāmaticis placet) quòd ad ſiniſtrum , hoc eſt, occidentale urbis latus ſita eſſet.In Augurum enim diſciplina , quæ ortum ſpectant,dextra:quæ occaſum,ſiniſtra dicuntur.Strabo tamen lib.13.uidetur ſentire Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis ſumptum fuiſſe , cum quibus Troianos multa nomina cōmunia habuiſſe oſtendit. Verg 3.Aen.Et arentem Xanthi cognomine riuum Agnoſco,Scææq́; amplector limina portæ.

SCÆVA,{Mancino,ſiniſtro}(σκαιός) dicitur , qui ſiniſtra manu utitur pro dextra.Quo nomine dictus fuit fortiſſimus quidam Cæſaris miles.qui apud Dyrrhachium,magna Pompeianorum ui oppugnatus,multiſq; uulneribus acceptis. adduci tamen non potuit,ut caſtelli ſibi commiſſi cuſtodiam deſereret. Sueto in Cæſa.Scæua excuſſo oculo, tranſfixus femore , & humero , centum & uiginti ictibus ſcuto perforato,cuſtodiam commiſſi caſtelli obtinuit.

SCÆVOLA,(σκαιόλας)Q Mutij cognomen fuit,inde tractum , quòd ex quo in Porſenæ caſtris dextram exuſſiſſet,eius loco ſiniſtra fuerit uſus.σκαιὰ.n.Græci ſiniſtram uocant. Vnde Scæuæ,& per diminutionem Scæuolæ dicti ſunt,qui ſiniſtra dextræ loco utebantur.

SCALA æ,SCALÆ,arum,{Scala}(κλῖμαξ,κατακλεῖς)utroq; modo dicitur, à ſcandendo , quòd his altiora ſcandamus. Nam propriè ſcalæ ſunt , quæ pluribus gradibus conſtant Diſtinguunt quidam ſic Scala eſt quæ ex teretibus lignis aut funibus,ſiue alia materia ſimili huc atq; illuc transferri poteſt:ſcalæ quæ latiores habent gradus,& immobiles permanent De hac Plin.lib.14.cap.1.Etiamnum ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur.De illa Caius Iuriſconſultus: Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum Sed ſæpe confunduntur.& Scalas magis in uſu eſſe,quā Scalam dicimus Salluſt.in Iugurth. Vnæ,atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt:qui ſuperſtiterant:affuecti ſunt . Non dixit, Vna atq; altera, ſingularem numerum tanquam parum uſitatum refugiens.Cice.pro Milo.Cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. Scalæ quibus per gyrum aſcendimus,a cochleæ forma cochlides,& cochleæ dicuntur Quæ uero ex lignis teretibus conſtāt,ſiue cannabinis funibus , a Capaneo inuentæ primum fuerunt,ut eſt apud Vegetium de re militari.

SCALABIS,(σκαλαβίς)Luſitaniæ oppidum,alio nomine Præſidium Iuliū appellatum,teſte Plin lib 4.cap 22.

SCALDIS,inſignis fluuius eſt in confinio Germaniæ & Galliæ Belgicæ: quas regiones ſuo alueo ad Septentrionem diſterminat. Antuerpiam clariſſimum orbis Chriſtiani emporium alluens,mariſq́; æſtu refluus , & biſſenas quotidie horis uerſus caput recurrens Plin.lib 4. cap 17. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem ca.13. Toto autem hoc mari ad Scaldim uſq; fluuium,Germanicæ accolunt gentes,haud explicabili menſura.

SCALMVS{Palaſchermo}(σκαλμὸς)lignum teres,cui nautæ remos loro quodam alligant:ſiue lignum crenatum,ac feneſtratum in apſidem , capiens remum, ut facilius,& ſolidius impellatur.Cic.1.de Ora.Nauicula duorum ſcalmorum. Idem 3.Offi. Venit ipſe mature:ſcalmum nullum uidet.hoc eſt,nullam non modo uidet ſcapham,ſed ne ſcaphæ quidem ſcalmum.Hinc Interſcalmium , & Decemſcalmus:de quibus ſuis locis.

SCALPELLVM,li,(φλεβότομον)diminutiuum à ſcalpro,ſignificans inſtrumentum Chirurgorum,quo uenam aperiunt.Celſus lib 2,cap.9. Poſtero die auerſo medio digito,non autem ſcalpello,uena ferienda,ut recens coitus eius reſoluatur. Accipitur & pro alio ferramēto.quo putridam carnem excindunt. Colum. lib.6.Ferro caſa ſcabies perluatur urina Etiam ſæpe ſcalpello uſq; ad imum reſecare,& amputare ſcabiem,ſæpe profuit.Cice in Orat pro Sextio.Non eſt(inquit)ea medicina,cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur , atq; integræ: carnificina eſt iſta,& crudelitas.

SCALPER,pri,(ἐκκοπεύς)idem quod ſcalprum,hoc eſt,chirurgicum inſtrumētum,quo caro putrefacta,aut os uitioſum exciditur:unde & Excıſorius ſcalper dicitur Celſus li 8 cap 3.Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus,id quod inter utrunq; medium eſt,excidit.

SCALPO,is,pſi,ptum,{Grattare}(κνάω κνίζω)idē quod ſcabo,ſiue frico.Pli. lib 9.Attrituq; petræ ſcalpentes piſces pruritus inuadit.Iuue.Saty.9.Vndiq; ad illos Conueniunt & carpenta, & uiribus omnes Qui digito ſcalpunt uno caput Colum.lib.7.cap.5.Vitioſum locum pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu,aut ungula tundunt. Scalpere item gallinæ cæteræq́; id genus aues dicuntur, cum eſcam humi quærentes pedibus diſſipant quiſquilias . Scalpere item gemmam,(κολάπτειν)aut aliquid aliud inquit Diomedes , dicimus , non Sculpere: quod ſi uerum eſt,innumeri ferè libri mendoſi erunt, in quibus Sculpo,Sculptor ſæpiſſime occurrunt.

SCALPRVM,pri. {Scarpello} (κολαπτήρ)ferramentum,quo quid inciditur, alijs atq; alijs artificibus alios atq; alios præbens uſus Interdum cum Chirurgorum eſt inſtrumentum,quo illi carnem putrefactam,uel oſſa uitioſa excidunt. Celſus lib.8 cap 7.Tum demum ad manum ſcalprumq; ueniendum Scalprū librarium quo ij utuntur,qui libros deſcribunt,ad eradendas lituras Sueto.de Vitellio:Scalpro librario uenas ſibi incidit.Scalpra ſutoria.Hora.2.Serm. Saty.3. Si ſcalpra,& formas non ſutor, nautica uela Aduerſus mercaturis , delirus , & amens Vndiq; dicatur. Fabrile ſcalprum Liuius appellat , quo magiſtri elephantos interimebant,inter aures beluæ adacto,in ipſa compage qua coniungitur capiti ceruix. In falce quoq; putatoria Scalprum dicitur ea pars,quæ à flexu procurrit. Col. lib 4.cap.25.Quæ pars uinitoriæ falcis a flexu procurrit, ſcalprum:quod deinde aduncum eſt,roſtrum appellatur. Cato de Re ruſti.Ficos & oleas altero modo,quod genus aut ficum aut oleam eſſe uoles.deinde librum ſcalpro eximito. Hinc Scalpratus,adiectiuum Colum.lib.9.cap.15.ferramentum ſcalpratum dixit ad ſimilitudinem ſcalpri formatum , quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alueos.

SCALPTOR,oris {Tagliapetra}(κολαπτής)qui ſcalpit:ut,Scalptor gemmarum.Plin lib 37 Expetuntur à ſcalptoribus ferroq́; includuntur, nullam non duritiam ea facili cauantes

SCALPTVRA,æ {Scoltura}(γλυφὴ)ſcalpendi actio.Pli.lib.37 cap 7.Omnia autem hæc genera,ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt.Diomedes grammaticus Scalpturam dici probat,non Sculpturam:Scalpta(inquit)gemma dicendum eſt, non ſculpta.quoniam adiecta præpoſitione facit Inſcalpta.

SCALPTVRATVS,adiectiuum.ut,Pauimentum ſcalpturatum,(διαπαίπαλος)genus pauimenti,quod & Vermiculatum dicitur,quod Romæ primum fieri cœpit poſt tertium Punicum bellum ex teſſellis minutis, diuerſicoloribus, ut in templis antiquis.Nos Muſaicum opus dicere ſolemus In his pauimentis picturæ radendo fiebant,quomodo nunc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum,ac murorum fiunt Alij uolunt Scalpturatum pauimentum eſſe,quod ſcal

RVTHENI,(ῥουτηνοὶ)populi Galliæ Aquitanicæ, Narbonenſi prouinciæ & Cadurcis contermini. Vulgo Rhodes. Alij ſunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluuio: hodie Ruſſi dicti, & eorum regio Ruſſia.

RVTILIVS GEMINVS, Iuriſconſultus fuit ſua ætate inſignis: & Pontificalium librorum auctor. Orator quoq;, ut illa ferebant tempora, non cõtemnendus, cuius tamen orationes poſteritati horridæ uiſæ ſunt & ieiunæ. De hoc Cic. in Bruto: Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere uerſatus, magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ multa præclara de iure, doctus uir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor, prope perfectus in Stoicis. Hæc ille. P. Rutilius, Cn. Manlij in Conſulatu collega fuit, qui primus accitis in caſtra gladiatoribus, uitandorum inferendorumq́; ictuum rationem militibus tradendam curauit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Conſule Cn. Manlij collega militibus eſt tradita. Is. n. nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, uitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Sene. 6. lib de Beneſ. refertur. Malo ut patria mei exilio erubeſcat, q̃ reditu mœreat. M. Rutilius Cenſorinus, teſte Vale. cap. de Moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populũ corripuit, q; eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cuius maiores, quia nimis magna uideretur, tempus coarctandum iudicaſſent. Rutilius Lupus, rhetor inſignis fuit ipſi etiam Quintiliano commemoratus, cuius etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

RVTILO, las, p. p. {*Far riſpondente, riſplẽdere*} (ξανθίζω) aliquãdo actiuũ eſt, idem ſignificans quod rutilum facio. Pli. lib. 28 cap. 1. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, & cinere & ſeuo. Comæ promiſſæ, & rutilatæ. Liu. lib. 8. c. 12. Crinis propexus ac rutilatus, Tacitus lib. 20. Interdum neutrum eſt abſolutum, ſignificans idem quod rutilo colore reſplendere. Verg. 8. Aen. Arma inter nubem cœli in regione ſerena Per ſudum rutilare uident.

RVTILESCO, is, {*Diuenire ſplendente, chiaro*} (ξανθίζομαι) rutilus fio. Pli. lib. 8. cap. 55. In alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.

RVTILVS, a, um {*Riſplendente*} (πυρώεις, πυῤῥός) color eſt ex flauo rubeſcẽs, cum quadã ſplendoris exuberantia. Plin. lib. 8 cap. 18. Albus maculis colorem rutilum diſtinguentibus. Cic. in Som. Scipio. Tum rutilus fulgor horribiliſq; terris, quem Martem dicitis.

RVTRVM, tri, (ἀνασπεῖον) quo quid eruitur. à ruendo. Nam ſicut aratũ Aratrum, ſic rutum Rutrum facit. Feſtus: Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia, quod ſignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat. Cato cap. 11. Oportet habere uillicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridẽtes duos. Huius diminutiuum eſt Rutellum. Lucil. lib. 9. Sat. ut citat Nonius. Frumentarius eſt modium hic ſecum, atq; rutellum Vnum affert.

RVTVBAM, (θόρυβον) ueteres turbationem appellabant, teſte Nonio. Varro Sexageſ. Id poſtea uiderimus, nunc ſumus in rutuba. Eſt etiam Rutuba Liguriæ fluuius, ex Appennino fluens. Plin. lib. 3. cap. 5.

RVTVLI, pen. cor. (ῥούτουλοι) antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latij partem tenuerunt, Ardeæ proximam. Hi duce Turno aduerſus Aeneam bella geſſerunt, ut late deſcribit Vergilius ſex poſterioribus Aeneid. ſuæ libris. Pli. lib. 3. cap. 5. Tam tenues (inquit) primordio imperij fuere radices. Colonis ſæpe mutatis, tenuere alij, alijs temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

RVTVPIÆ, Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgo Sanduuich.

RVTVPINVM, pen. prod. promontorium Britanniæ. Luc. lib. 6. Aut uaga quum Tethys, Rutupinaue littora feruent, Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

DELLA LETTERA S.

S E' lettera di ſpeſſo ſuono, & nella lingua Italiana piu parole incominciano da tal lettera che da neruna dell'altre. Perciò che le uocali non poſſono accompagnarſi ſe non con una conſonante per uolta, & con alcune di ſe ſteſſe, come abondo, adombra, arre, nonno, & tali. Et coſi l'altre conſonanti non poſſono accompagnarſi ſe non con ciaſcuna delle uocali, come bene, buſto, baſtone, & c ò con la R, alcune, come credo, graue, frate, preſto, traue. Ma la S, s'accompagna primieramente con tutte le uocali ancor'ella, & poi con quaſi tutte le conſonanti, sbandito, ſcacciato, sfoderare, ſmemorato, ſnello, ſperto, ſquadra, ſterpo, & oltre à cio s'accompagna con due come, sbranare, sdrucire, sfrattare, ſgrauare, ſprouiſto, ſtroppiare. Queſta lettera per ſe ſola nella lingua Italiana ſuol denotare hora ſignore, & hora ſanto, ſecondo oue ella s'attiene. Quello che uaglia nella Latina ſi dirà hora con le parole ſue proprie.

DE LITERA S.

S LITERA ſemiuocalis, ut quæ ſonum ſuum a uocali auſpicetur, & in ſeipſam terminet. Hæc ſi antecedat m, uel p, uel t, in ſimplicibus dictionibus ad ſubſequentem pertinet ſyllabam: ut Coſmus, Proſper, Teſtis. In compoſitis uero aliud eſt. Nam in Aruſpex (teſte Quint.) quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, s, tertiæ dabimus, in Abſtemius uero, quia ex abſtinentia temeti compoſita uox eſt, primæ relinquitur. Tranſit quandoq; s, in m, ut ruſum, pro rurſus: In n, ut ſanguis, ſanguinis. In r, ut flos floris.

S ANTE A.

SABA. {*La Mecca doue è hoggi la ſtanza ò tempio di Maccometto*} (σαβαὶ Stepha.) ciuitas regia Aethiopiæ inquit Ioſephus, quam poſtea Cabyſes à ſororis ſuæ nomine Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt colere & uenerari: quia tus mittit, quo in ſacrificiis utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua, myſterium ſignificare: Hieronymus uero conuerſionem ſonare autumat. Hinc Sabæus, bæa, bæũ, (σαβαῖος) ut Sabæos odor, apud Colum. lib. 10.

SABACVS. Aethiopum rex. qui Aniſim Aegypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herod. lib 2.

SABÆI. (σαβαῖοι) populi felicis Arabiæ denſiſſimi ſyluarum fertilitate odoriferæ: quorum metropolis eſt Saba, quam Strabo lib. 16. Meriabam uocat. His proxima eſt (inquit) feliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos thus, & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum, & alia quædam herba ualde odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmare colore puniceo, uſque ad ilia aſſilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam, otioſi, ſegneſq́; uiuunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt, uſq; in Syriam atq; Meſopotamiam. ab odoribus autem ſtupefacti, bitumine ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatem habet. Hactenus Strab. lib. 16. Hos Ioſeph. lib. 1. à Saba Cuſi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod eſt, uenerari, q; deos ipſorum ture ueneremur. Verg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua tura Sabæi.

SABAOTH. (σαβαώθ) Hebraicum nomen eſt, pluralis numeris, & fœmi. gene. nobis exercituum ſonans, uel militiarum. Vnde dominus Sabaoth, aliquoties in ſacris literis occurrit, pro eo quod eſt Dominus exercituum.

SABATIA, {*Sauona*} Pomponio, ſiue (ut apud Plinium legitur) Vadum Sabatium, oppidum Liguriæ maritimum, olim nobili portu inſigne. Hodie Sauona.

SABATRA, Sabæorum oppidum, in litore maris rubri. Plin. lib. 6. cap. 29.

SABBATARII, (οἱ σαββατίζοντες) dicti ſunt Iudæi à Romanis, quod Sabbata ſuperſtitioſe colerent. Martia lib. 4. Quod ieiunia Sabbatariorum, &c.

SABAZIVS. (σαβάζιος) Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν: quod uerbum Phrygibus, aliiſq́; nonnullis barbaris idem ualet quod bacchari, ſiue bacchantium more ſaltare. Vide. Cælium Rhodig. lib. 7 cap. 15.

SABBATISMVS, (σαββατισμὸς) celebratio ſabbati.

SABBATIZARE, (σαββατίζειν) eſt ſabbatum obſeruare. Hiero. in Leuitico: Quando fuerit in terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis tuæ.

SABBATVM. ſabbati, (σάββατον) Hebræi ſeptimum quẽque hebdomadæ uniuſcuiuſq; diem appellabant, quem Ethnici Saturni diem nominant: quo die Iudæi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quem ſacræ literæ tradunt, confecta ſex diebus mundi machina, eaq; exornata, ſeptimo die quieuiſſe: unde & Sabbatum uocauerunt: quæ uox Hebræis diem quietis ſignificat. Apud Hebræos quoq; Sabbatum teſte Ioſepho, pro ſeptimana accipitur. Vnde eſt illud in Euangelio: Ieiuno bis in ſabbato.

SABE, Syrorum lingua, menſis Februarius dicitur.

SABELLI, populi à Sabinis orti, qui incolunt montes, qui ſunt inter Sabinos & Marſos: olim etiam Samnites dicti, teſte Plin. libro 3. capi. 12. Hinc Sabellus, a, um. Vergil. 2. Georgic. Hæc genus acre uirum Marſos, pubemq́; Sabellam. Item Sabellicus, ca, cum. Vergil. 3. Georgi. Denteſq; Sabellicus exacuit ſus.

SABIDIVS uir Romanus, gulæ deditus, plus uorabat, q̃ poſſet concoquere: quo circa ita fœtebat eius anima, ut nemo poſſet cum eo loqui, quẽ Martialis Epigrammate inſectatur. Nõ amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare: Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

SABIS, Arabum deus, cui decimas menſura, non pondere perſoluunt.

SABINA, æ, {*Sauina*} (βράθυ) herba eſt duorum generum, quarũ altera cupreſſi, altera tamarici folia refert. Plin. lib 24. cap. 11. Herba Sabina Brathe appellata à Græcis, duorum generum eſt altera tamarici ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Colum. lib. 6. cap. 4. Alij ſabinam herbam, rutamq́; cum mero diluunt.

SABINAM, pen. cor. Illyrii appellabant telum uenabuli ſimile. Ennius: Illyrii reſtant ſicis, ſabiniſq; fodentes. Hæc Feſtus.

SABINA POPPÆA, T. Ollii filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni nuptam à uiro abduxit, illo per ſpeciem honoris in Luſitaniam relegato: deinde & matrimonio ſibi coniunxit, repudiata, relegataq́; in Pandatariam inſulam Octauia. Periit ictu calcis à uiro, cum grauida eſſet, percuſſa. Vide Tacitum lib. 13. Annal.

SABINI, (σαβῖνοι) populi ſunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione, & cultu deorum, cognominati: quaſi Sebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν. Silius uero, à Sabo auctore gentis, Sabinos dici putat, qui li. 8. ait: Pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixiſti populos magna ditione Sabinos. Hos Plin. Apennini iugis uallatos utrinq; ſcribit. Strab. Sabinos ait anguſtum incolere agrum in longitudinem protenſum, à Tyberi uſq; Nomentum oppidum, ſtad. mille uſque ad Veſtinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in ſpectaculo, quum uxoribus carerent. Romulus enim, quum affinitatem uicinorum bona pace impetrare non poſſet propter urbis nouitatem, conſilium cepit de rapiendis uirginibus. Indictis itaque ludis Neptuno peragendis, cum multi hoſpites & accolæ conueniſſent cum coniugibus & liberis: ultimo die dato ſigno cum ad rapinam diſcurreretur, raptæ ſunt uirgines 683 Auctor Dionyſius in Antiquitatibus propter quam rapinam conſecutum poſtea eſt bellum inter Romanos & Sabinos: cuius exitus talis fuit, ut uicti Sabini, in partem urbis fuerint recepti. Vergil. lib. 8. Et raptas ſine more Sabinas Conſeſſu Caueæ, &c.

SABINVS, declamator tempore Senecæ, lepido uir ingenio: cuius meminit Seneca in Declamationibus. Sabinus, Veſpaſiani frater, interfectus à Vitellio, cum Veſpaſiano res contra Iudæos gerente, poſt Othonis mortem, Capitolium

cum

cum æde Iouis occupaſſet. Sabinus, ſophiſta, ſub Adriano principe ſcripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabinus Maſurius, ſcripſit Faſtorum & memorabilium rerum libros. Sabinus Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hieroſolymæ muros aſcēdit. auctor Ioſephus lib. 7. cap. 1. Sabinus Tyro, qui περὶ κηπουρικῶν, id eſt, de re hortenſi libros aliquot conſcripſit, teſte Plin. cap. 10 lib. 19.

SABIS (Σάβις) fluuius eſt Carmaniæ, in ſinum Perſicum illabens. Auctores Ptolem. Tab. 6. Aſiæ, & Plin. lib. 6. cap. 23.

SABRINA, pen. prod. fluuius Britanniæ inſulæ, uerſus occidentem in mare illabens: cuius meminit Tacitus Annal. lib. 12.

SABVCVS, {*Sambuco*} (ut Ruellio ſcribendum uidetur) ſiue Sambucus (ut alij malunt) frutex eſt duorum generum: quorum alter ad iuſtæ propemodum arboris robur aſſurgens, a Græcis ἀκτῆ appellatur. Alter humilis flore tamen & folio ſuperiori non diſſimilis, à Latinis Ebulum, à Græcis χαμαιάκτη nominatur. Vtrumque genus baccas fert in umbella, per maturitatem nigreſcentes, ſuccumq; atri ſanguinis colore reddentes. Verum de his plura infra in dictione Sambucus.

SABVLETVM, buleti, {*Luogo doue è molta ſabbia*} (ψαμμώδης) dicitur locus, in quo ſabulum abundat. Plinius libro 27. cap. 8. Crocodilion naſcitur in ſabuletis.

SABVLO, onis, {*Sabbia, arena*} (ἄμμος) idem quod Sabulum. Colum. libro 4. ca. 33. Pullam terram, & reſolutam deſiderat, ſabulonem humidum, uel refractū tophum non reſpuit. Varr. 1. de Re ruſt. ca. 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, &c.

SABVLVM, uli, {*Sabbione, arena, groſſa*} (ἄμμος, ψάμαθος) arena craſſior, ponderoſiorq;. Plin. lib. 17. cap. 43. Inuicem ſabulum album in Ticinenſi, multisq; in locis nigrum, itemq; rubeum, etiam pingui terræ permiſtum, infecundum eſt. Hinc ſabuloſus, ſa, ſum, (ἀμμώδης) plenus ſabulo. Plin. lib. 13. cap. 4. Palma gignitur leui, ſabuloſaq; terra.

SABVRRA, æ, {*Sabbione, belletta, ſaorna*} (ἕρμα) proprie ſabulum uilius, & craſſius, quo naues onerari ſolent uſque ad certam menſuram, quo ſtabiliores ſiat. Plin. lib. 10. cap. 23. Certum eſt, Pontum tranſuolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria, Criu metopon, & Carambin, mox ſaburra ſtabiliri. Liu. 7. Bell. Pun. Se in animo habuiſſe, tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra grauatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. Priſcianus præcipit in hac uoce b, literam eſſe geminandam, quod an uerū ſit ipſe uiderit: Verg. certè primam ſyllabam corripit, lib. 4. Georg. Et ſæpe lapillos, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram Tollunt.

SABVRRARE, {*Mettere la ſaorna nelle naui*} (ἑρματίζειν) eſt ſaburra onerare, & ſe ſtabilire aduerſus uim uentorum. Plin. lib. 18. ca. 35. Echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrātes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solinus: Grues uolaturæ arenas deuorant, ſublatisq; lapillis ad moderatam grauitatem ſaburrantur. Saburratus, a, um, ſaburra oneratus: & per tranſlationem quouis modo expletus. Plau. Ciſtel. Quę ubi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ extemplo ſumus.

SABYLLVS, uti Gelous, Cleandri tyranni interfector. Auctor Hero. lib. 6.

SACÆ, carum, Scythæ Aſiaticæ populi, Iaxarti fluuio uicini, à Sogdianis Comedorum montibus diuiſi, nullas habentes domos ſed nemora & ſpeluncas inhabitantes. Auctor Ptole. Tabula Aſiæ ſeptima. Perſæ Scythas omnes uno nomine Sacas appellāt: propterea quod & Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima ſit, illosq; penè ſolos nouerunt. Plin lib. 6. cap. 17. Vltra ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas uniuerſos appellauere à proxima gente, &c.

SACAL, Aegyptiorum lingua electrum ſignificare exiſtimauit Nicias, & in Aegypto ex radijs Soli naſci: ut refert Plin. lib. 37. cap. 2.

SACARVM, regio, (ἡ Σακῶν χώρα) inquit Ptolem. eſt in Aſia ultra mare Caſpium, Sogdianis conterminam: in qua nec urbes, nec uicos eſſe teſtatur, ſed incolæ eius regionis nemora, & ſpecus habitant, ſagittandi artis peritiſſimi. Hi olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti ſunt, ut lib. 11. Strabo refert, atque uſque ad Cappadocas proceſſerant. Sed quum ex ſpolijs feſta celebrarent, Perſarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Hos quidam Sacaſenos, (Σακασηνοὺς) uocant.

SACCARIA, riæ, {*Mercantia de ſacchi*} (σακκοπωλική) ſaccorum mercatura. Apul. libr. 1. de Aſin. aureo. Saccariam faciens merebam.

SACCARIVS {*Baſtagio, ſacchino*} (σακκοφόρος) dicitur baiulus: uel gerulus, qui ſaccis geſtandis uictum quæritat. Paul. l. Qui fundum de Contrahen. empt. Siquid ex ſacco ſaccarij cecidiſſet.

SACCHARVM, ri, pen. cor. {*Zucchero*} (σάκχαρον) dicitur mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Naſcitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Cicilia. Vnde oxyſaccharon, potionis genus ex ſaccharo, & aceto. Plin lib 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile: amplisſimum nucis tantum auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum uſum. Hæc Plin. Hodie præſtantiſſimum aduehitur ſaccharum ex Fortunatis inſulis, quas Canarias uocant, in metæ formam redactū. Naſcitur & in Aegypto, Cypro, et Rhod. Galeni ſeculo ſaccharum uix notum erat, hodie tam uulgatum, ut ne quotidianus quidem cibus placeat ſine ſaccharo.

SACCIAZA, (Σακκίαζα) oppidum Africæ propriæ dictæ, non procul à Syrti magna: cuius meminit Ptolem. lib. 4 cap. 3.

SACCIPERIVM, rii, (σακκοπήρα) maior crumena, & minoris marſupij receptaculum. Plaut. in Ruden. Meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio. Dictio compoſita ex ſacco, & pera.

SACCVLARII, orum, {*Fraudatori, ingannatori*} (βαλαντιοτόμοι) apud iureconſultos accipiuntur pro fraudulentis impoſtoribus, qui uetitas in ſacculo artes exercent, et partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quàm fures puniendos, de Extraord. crimin. l. Saccularij.

SACCVS, ci, {*Sacco*} (σάκκος) notæ ſignificationis eſt: quippe quod non modo apud Græcos & Latinos, uerum etiam apud Italos, Hiſpanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarumq; aliarum linguarum homines eodem nomine dicatur. Horat. 1. Serm. Congeſtis undiq; ſaccis Indormis inhians. Cice. 3. Verr. Cum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret, pro his rebus pecuniam exigeret. Hinc Sacculus, & Saccellus, (σακκίον) diminutiua, quibus ſignificantur marſupia. Ci 2. de Finib. Iur, & ſacculos abſtulerit. Aſconius, Sacci, unde ſacculi, & ſaccelli. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus uinarius, id eſt colum ex lapide ſpongioſo, ad colandas aquas ex niuibus reſolutas.

SACELLVM, li, {*Capelletta*} (ἱερὸν) diminutiuum à Sacrum: & ſignificat locum paruum Deo ſacratum cum ara. Cic. de L g. Agr. Sunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, &c. Trebatius Iureconſultus ſcribit. Sacellum compoſitum eſſe uerbum, quaſi ſacra cella. Sed hoc neque uerum eſt, neque uerisſimile.

SACER, cra, crum, {*Sacro*} (ἱερὸς) idem quod uenerabile, & conſecratum. Verg. libro 8. Aeneid. Extulit os ſacrum coelo, tenebrasq; reſoluit. Plaut. Menæch. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Ioui ſcio. Plin. Epiſt. 177 Reuerere gloriam ueterem, & hanc ipſam ſenectutem quæ in homine uenerabilis, in urbibus ſacra eſt. Miſcere ſacra prophanis, Horat lib. 1. Epiſt. 17. Aedes ſacra Cicer. Brut. libr. 13. Ancea ſacræ, Verg lib 3. Georg. Capitur nonnunquam pro execrando, ſcelesto κατάρατος. Idem lib. 3. Aeneid. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Antiquitus homo ſacer, (καθάρμα) dicebatur, qui poſt diras execrationes, peſtis alteriuſve calamitatis expiandæ gratia alicui deorum immolabatur: quamuis per tranſlationem etiam latius accipiatur pro quouis homine ſcelerato, & deteſtabili. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 6. Inteſtabilis & ſacer eſto. Vide plura de hoc apud Macrobium lib. 3 Saturn.

SACER IGNIS, (ἐρυσίπελας) morbus, cuius multa ſunt genera, quæ apud Plin. habentur lib. 26. cap. 11. Celſus lib. 5 Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ ſunt ſpecies. Alterum eſt ſubrubicundum, aut miſtum rubore, atque pallore, exaſperatumq; per puſtulas continuas, quarum nulla altera maior eſt. In his ſemper ferè pus, et ſæpe rubor cum calore eſt. Fit maxime in pectore aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueq; in plantis. Alterū autem eſt in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latum, & ſublinidum. Hæc Celſus. In pecudibus (nam & eas infeſtat) Puſula appellatur. Colum lib. 7. cap. 5. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam Puſulam uocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta eſt, uniuerſum gregem contagione proſternit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandeſcit. Inter ſacri ignis ſpecies numeratur, quem uulgus ignem S. Antonii uocat. A Plinio, ni fallor, Zoſter appellatur, medium hominem cingens, & ubi cinxerit, enecans.

SACER MONS, (ἱερὸν ὄρος) trans Anienem fluuium ultra tertium milliariū appellatur, quem plebs Romana poſt expulſos Reges, cum nexis potentiorum premeretur, ſeceſſione facta à patribus, urbeq; relicta, occupauit: neque niſi impetratis ſuis ſacroſanctis magiſtratibus, maxime adnitente Menenio Agrippa, cū patribus redijt in gratiam. Vide Liu. lib. 2 ab Vrbe.

SACER MORBVS, {*Mal caduco*} (ἱερὰ νόσος, ἐπιληψία) idem qui & comitialis, quod comitia diſſolueret. & Herculeus, propterea quòd Hercules eo laboraſſe dicatur. Sacer autem idcirco dici putatur, quod ſanctisſimam hominis partem, hoc eſt animæ rationalis domicilium præcipue infeſtet.

SACER SERPENS, (ἱερὰ) ſerpentis genus admodum exiguum, adeo tamen peſtilens, ut uel maximi angues uenenum eius reformident, eoq; aduenientes diffugiant. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid momorderit, continuo putreſcit.

SACERDOS, tis, com. gen. {*Sacerdote, prete*} (ἱερεύς) qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda, ac ſacris dictus. Cice. 4. Acad. Sed cum ſacerdotes deorum uacationem habeant, &c. Apud Romanos uaria erant ſacerdotum genera Flamines Diales, Martiales, Quirinales: Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi Reges ſacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles ſacra faciebāt. Oui. 3. Amor. Eleg 7. Ille ego Muſarum purus, Phœbiq; ſacerdos Ad rigidas canto carmen inane fores. Ver. 6. Aen. Quiq; ſacerdotes caſti dum uita manebat, Quiq; pij uates, &c. Sacerdos, otis, genere fœminino. Verg. 6. Aeneid. Deiphobus contrà, Ne ſæui magna ſacerdos: Diſcedam, explebo numerum, &c. Idem 3. Aeneid. Curſusq; dabit uenerata ſacerdos.

SACERDOTISSA, ſæ, {*Sacerdoteſſa, monaca*} (ἱέρεια) fœm. gen. dixit Gellius, quamuis Sacerdos communis gener. ſit, li. 10 ca. 15. Eædem fermè cæremoniæ ſunt, quas Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum aiunt obſeruitaſſe.

SACERDOTALIS, tale, (ἱεροπρεπής) quod ad ſacerdotem pertinet Liu. 5 ab Vrb. Virgines ſacraq; in plauſtrum impoſuit: & Cære, quo iter ſacerdotalibus erat peruexit.

SACERDOTIVM, tii, {*Sacerdotio, beneficio*} (ἱερωσύνη) modo ſacerdotis dignitatē ſignificat: ut eſt illud: Fungi ſacerdotio. Cice. pro Domo ſua Cū Licinia uirgo ueſtalis, ſummo loco nata, ſanctisſimo ſacerdotio prædita, etc. Modo ſacerdotia prouentum. Nam apud Gentiles ſacerdotia fuerunt, qualia nos Chriſtiani minus Latino in hac ſignificatione uocabulo Beneficia appellamus. Vnde Liu. lib 9. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat. Sacerdotiorum autē ſicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum, quod ſacris eſſet uddictum locis, quæ Reſpub aut principum, aut Pontificū collegij collationis eſſent: alterum, quod ædis aut ſacelli iuris eſſet, à patre familias ea ratione erecti, dedicatiq;, ut & ſacrorum cura, & fructuum ipſius ſacerdotij perceptio, ad ſolam gentem, familiamq; ſuam perpetuis ſucceſſionibus deuolueretur. Quod ſacerdotiorū genus à priſcis Gentilitia ſacerdotia, à noſtris Beneficia iuris patronatus appellata ſunt. Corn. Tacit. de Othone: At recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis, & paternis ſacerdotijs in ſolatium repoſuit. Liu. 10. Bel. Pun. In eius locum Pontifex (nam, duo ſacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba.

SACODIOS, (σακώδιος) gemma eſt hyacinthini coloris. unde nomen habet. Nam Indi hyacinthinum colorem Sacon uocant. Vide Plin lib. 37 cap. 9.

SACOMA, pen. prod genitiuo, ſacomatis, (σήκωμα) eſt æquipondium. hoc eſt, quod in libra apponitur æquilibrium faciendum: Vitru. lib 9 cap. 3 de Archimede: Cum auream coronam uotiuam dijs immortalibus in quodā fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locauit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi approbauit, & ad ſacoma pondus coronæ uiſus eſt præſtitiſſe. Budæus.

SACON, Indi uocant colorem hyacinthinum. unde Sacodios dicta eſt gemma ex genere amethyſtorum, in hyacinthi colorem declinans. Auctor Pli. lib ulti. cap 9.

SACRA VIA, (ἱερὰ ὁδὸς) in urbe Romana uocitata eſt, quod in ea ictum fœ-

dus fit inter Romulum & Tatium ſiue quòd continuo ea utebantur ſacerdotes Idulium ſacrorum conficiendorum cauſa. Extendebatur autem à domo regis ſacrificuli uſque ad ſacellum Strenæ, & rurſus à regia uſque in arcem. Cicero pro Plancio. Equidem, inquit, ſi quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſummi Sacra uia, cum ego ad Fabium Fornicem impellor: ſed eum qui in meipſum incurrit, atque incidit. Hanc Horatius Sacrum cliuum nuncupauit.

SACRA CERTAMINA, (ἱεροὶ ἀγῶνες) Græciæ quatuor erant, quæ à Tacito Ludicra uocantur, Olympia, Iſthmia, Pythia, & Nemea: de quorum inſtitutione & præmijs abundè multa annotauimus in dictione Certamen.

SACRAMENTVM, {*Sacramento, deliberation de far per giuramento*} quid propriè fuerit ueteribus, explicat doctiſſimus togatorum Varr. li. 4. de Lingua Latin. his uerbis: Sacramentum à ſacro: & qui petebat & qui inficiabatur, uterque quingenta æris ad Pontificem deponebat. De alijs item rebus alio certo numero. Qui iudicio uicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: uicti ad ærarium redibat. id eſt, uictus ea pecunia, quam depoſuerat, mulctabatur in pœnam iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Ex quibus uerbis conſtat, Sacramentum antiquis aliud non fuiſſe, quàm pecuniam ipſam à duobus cõtendentibus apud Pontificẽ ea lege depoſitam, ut qui ſponſione uiciſſet, ſuam integram auferret, uicti pecunia ærario uendicaretur. Cice. de Orat. Agerent enim tecum Pythagorei, quibus cũ tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. Iniuſtis uindicijs & ſacramentis fundos alienos petere, idem pro Milone. Sacramentum item, interprete Feſto, dicitur quicquid iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur. Hinc ſacramentum militare dicebatur, quo milites in uerba Imperatoris ſui iurabãt: quod niſi præſtitiſſent, iuſti milites non uidebantur, eoque abſoluti, in hoſtem legitime pugnare non poterant. Legitima (inquit Seruius) militia erat eorum, qui ſinguli iurabant pro Repub. ſe eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendijs: & Sacramentum uocabatur. Vegetius de Re militari lib. 2. Milites iurare ſolent, & ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Iurant autem ſe omnia ſtrenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam pro Romana Repu. Iuuen. Sat. 15. Sacramenta figuratè pro ipſis militibus poſuit. Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum. Id eſt, militum iuratorum, & ſacramento rogatorum. Sueto. in Cæſa. Sanxit ne quis ciuis maior uiginti annos minorve decem, qui ſacramento non teneretur plus triennio continuo Italia abeſſet. Teneri ſacramento, eſt obligari per ſacramentum. Sacramento cõtendere, quid ſit, iam ex Varrone docuimus. Sacramento rogari, eſt iureiurando adigi. Quint. li. 12. ca. 2. Sed hæc inter ipſos qui uelut ſacramento rogati, uel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere.

SACRANI, populi Italiæ fuerunt Romæ uicini, qui à Corybante quodã Magnę matris ſacerdote ea loca tenente, initium duxerunt. A ſacrificando dicti, Corybantium enim erat, Matri deum ſacra facere. Seruius tamen Ardeates intelligi putat, propter uer ſacrum, quod apud eos immolationis genus erat, quo grauibus periculis adducti, uouebant, quæcunque proximo uere apud ſe animalia nata eſſent, ſe immolaturos. Vide Seruium in illud Verg. 7. Aene. Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

SACRARIVM, rii. {*Sacreſtia*} (ἱεροφυλακεῖον. ἄδυτον) locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur. Vnde à Cic. Sacrarium Bonæ deę nominatur. Seneca lib. 5. Quæſt. Arcana illa rerum naturæ ſacra non promiſcue, & omnibus patent: reducta, & in interiori ſunt clauſa ſacrario. Hegeſip. libr. 5. ſcribit, ſacrarium templi Hieroſolymorum fuiſſe profanatum à gentibus, quo ſolus ſemel in anno princeps ſacerdotum ſolebat intrare, non ſine ſanguine. Quid interſit inter ſacrum locum & Sacrarium oſtendit Vlpian. in l. Sacra de Diuiſ. re. inquiens: Sacer locus eſt conſecratus: Sacrarium, in quo ſacra reponuntur: Sueto. tamẽ de Auguſto, non tam pro ſacrorum repoſitorio, quàm pro ſacello, locoque ſacrato ſumpſit. Natus eſt (inquit) Auguſtus ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habet aliquantò poſt quàm exceſſit, conſtitutum. Ponitur & Sacrariũ pro lurario in ædibus priuatis. Cice. ad Memmium libr. 15. Cato Auiano Euandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono eius M. Aemylio familiariſſimè.

SACRATÆ LEGES, (ὅσιοι νόμοι) quibus ſanctum erat, ut ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum cum familia, pecuniaque eſſet. Liu. 2. ab Vrb. Præcipuus pauor Tribunos inuaſerat, quàm nihil auxilij haberent ſacratæ leges morte collegæ monitos. Idẽ: Sub idem fermè tempus Ligures lege ſacrata, coacto exercitu, nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt.

SACRES PORCI, (χοῖροι ἁγνοί) appellabantur qui puri eſſent ad ſacrificiũ ut immolarentur, quum primum depulſi eſſent ab ubere: id autem contingebat die circiter decimo à partu: & ob id appellabantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificia idonei primum eſſent. Plautus in Menæch. Quanti hic porci ſunt ſacres?

SACRICOLÆ, penulti. correp (ἱεροδοῦλοι, ἱεροφάνται) miniſtri ſacrorum, uel ipſi ſacrifici, quaſi ſacra colentes. Tacit. libr. 19. Domitianus prima irruptione apud æditũum occultatus, ſolertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immixtus, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.

SACRIFER, ra, rum, (ἱεροφόρος) ſacra ferens. Oui. 4. Faſt. Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Eſt dea ſacriferas penè ſecuta rates.

SACRIFICALIS, le, adiectiuum, (ἱερουργικός) ut, Apparatus ſacrificalis. Tacit. lib. 2. Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores protrubat.

SACRIFICO, ficas, {*Sacrificare*} (θύω, καλλιερέω, ἱερουργέω) ſacrum facio. Plautus in Capt. Quinetiam ut magis noſcas, genio ubi ſuo quando ſacrificat, ad rem diuinam, quibus eſt opus, Samijs uaſis utitur. Interdum per ſacrificia ueniam peto. Lito uero, ueniã impetro. Plautus in Pœn. Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Iupiter faciat, ut ſemper ſacrificem, neque unquam litem. Confunduntur tamen quandoque. Sacrificatio, onis, uerbale. Cic. 1. de Natu. deo. Itaque in ea dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificatio externa eſt.

SACRIFICVLVS (ἱεροποιὸς ἱερεύς) idem quod ſacerdos: à ſacris faciendis. Sueto. in Domit. cap. 1. Ardente templo, apud Aedituum clam pernoctauit: ac manè Iſiaci celatus habitu, interque ſacrificulos uariæ ſuperſtitionis, &c. Rex ſacrificulus, (quem & Athenienſes βασιλέα appellabãt) Romę poſt exactos Reges primum creatus eſt, quod quædam ſacra ita inſtituta eſſent, ut neceſſe eſſet ea per regem obiri. Vide Liu. lib. 2. ab Vrb. Gell. libro 10. ca. 15. Super Flaminem Dialem in conuiuio, niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit. Liu. li. 6 Bell. Pun. Vulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus.

SACRIFICVS, ſubſtan. (ἱεροποιός) qui ſacra facit. Ouid. 6. Faſt. Martia ſacrifico deductum nomen ab Anco. Sacrificus uero adiect. (ἱερουργικός) quod ad ſacra attinet: ut, Sacrificę tibiæ, quibus utebantur in ſacrificijs. Plin. libr. 16. cap. 36. Nunc ſacrificæ Tuſcorum è Buxo tibiæ. Dies ſacrifici. Ouid. 13. Metam. Dentque Deos mihi ſacrificos, calituraſque ignibus aras. Ritus ſacrifici, Oui. 15. Metam. Veſtis ſacrifica, Silius lib. 3.

SACRIFICIVM, cij {*Sacrificio*} (θυσία) ſacrum, ſeu res diuina. Cic. ad. Att. Cuius Laurentiæ uos Pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. Idẽ de Aruſp. reſp. Deo illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute pop. Romani. Liu. lib. 4. Dec. 5. In monte ſacrificio ritè perpetrato.

SACRILEGIVM, {*Sacrilegio, rubamento di coſe ſacre*} (ἱεροσυλία) ipſum ſacrarum rerum furtum. Quintil. lib. 5. cap. 10. Siquis ſacrilegium faciet, faciet & furtum. Cicer. in Salluſt. Non ita eſt, ſed abijt in ſodalium ſacrilegij Nigidianum. Reum eſſe ſacrilegij, Quint. lib. 4. cap. 2. Admittere ſacrilegium, Quint. libro 4. cap. 2.

SACRILEGVS, legi, penul. cor. {*Imbolatore di coſe ſacre, ſacrilegio*} (ἱερόσυλος) qui rem ſacram, aut rem prophanam de loco ſacro legit, id eſt, furatur. Terẽ. in Adelph. Vbi eſt ille ſacrilegus? Cice. 2. de Leg. Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui è ſacro abſtulerit, ſed etiam qui ſacro commendatum: quod & nunc multis fit in fanis. Iuuen. Satyr. 13. Hæc tibi ſi non ſunt, minor exiat ſacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis. Hinc Sacrilegus, a, um, adiect. ut Artes ſacrilegæ, Manus ſacrilegæ. Ouid. 1. de Arte amand. Non mihi, ſacrilegas meretricum ut perſequar artes, Cum totidem linguis, ſint ſatis ora decem. Cice. 7. Verrin. Cæteros item deos, deaſque omnes imploro, atque obteſtor: quorum templis & religionibus iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper, impiumque habuit indictum. Ignes ſacrilegos admouere templis, Tibul. libr. 3. Eleg. 5.

SACRIMA, (inquit Feſtus) antiqui appellabãt muſtum, quod Libero patri ſacrificabant pro uinea, & uaſis, et ipſo uino conſeruandis: (ὡς καὶ ἀπαρχαὶ τῶν γλευκῶν) quemadmodum præmeſſum de ſpicis, quas primum meſſuiſſet, Cereri ſacrificabant.

SACRIVM, Scytharum lingua ſuccinũ dici credidit Xenocrates, referente Pli. lib. 37. cap. 2.

SACRO, cras, {*Sacrare*} (τελεσιουργῶ, ἱερόω, καθιερόω) Deo dedico, et ſacrum facio. Plin. libr. 36. Eiuſdem remanet & alius contum cubitorum, quem poſt cæcitatem, uiſu reddito, & oraculo, Soli ſacrauit. Sacrare uotum Dijs, eſt uoto ſeſe aſtringere. Verg. 8. Aeneid. Dijs Italis uotum immortale ſacrabat. Ponitur aliquando Sacrare pro deuouere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impune occidi, & uiolari poſſit. Liu. 2. ab urb. Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniſſet, gratæ in uulgus leges fuere. Sacror, aris, paſſiuum. Ouid. 1. Faſtor. Vtque ego perpetuis olim ſacrabor in aris, Sic Auguſta nouum Liuia numen erit. Sacratus, a, um, particip. ut, Caput ſacratum. Verg. 3. Aenei. Exorat pacem diuum, uittaſque reſoluit Sacrati capitis. Idem 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Sacratæ leges, uide ſuprà. Opus alicui ſacratum. Ouid. 2. Triſt. Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cæſar, Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus. Sacratior, Sacratius, Sacratiſſimus. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) uiſco, & arbore in qua gignatur, ſacratius. Idem lib. 33. capi. 4. Numine illis gentibus ſacratiſſimo. Huius cõpoſita ſunt Conſecro, Deſecro, Obſecro, Proſecro, & Reſecro: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SACROSANCTVM, {*Sacroſanto*} (ἱεροσεβαστὸν, ἱερόσυλον) dicebatur, teſte Budæo, quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, ut qui uiolaſſet, morte pœnas penderet. Cicer. pro Corn. Balbo: Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio à Gellio, & Lentulo COSS. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctũ uideretur? Idem ibidem: Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum plebemve ſanctũ uideretur. Sacroſanctus Trib. Pleb. dicebatur, quem uiolari nefas erat, qui ſine capitali piaculo attingi uiolenter non poterat. Ideo principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos, ut auguſtiores ſe, & ſacroſanctos facerent: id quod in numiſmatis quoque eorum extat, Tranquillus in Auguſt. ca. 27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Tacit. lib. 12. Accurrunt Patres, decernitur Othoni Tribunitia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principiũ honores. Hinc Sacroſanctæ eccleſiæ in quibus eſt ius aſyli: è quibus quempiam per uim extrahi nefas putatur.

SACRVM, ſacri, ſubſtantiuum, {*Sacramento, ſacro, conſacrato*} (θυσία, λειτουργία) idem quod ſacrificium. Verg. 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebant. Nonnunquam idem quod templum, ἱερόν. Paulus Iureconſultus: Sunt autem Sacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra uel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Inter ſacrum & ſaxum, prouerbialis locutio eſt, qua utimur, quoties nos in ſummo diſcrimine conſtitutos uolumus ſignificare. Vide Eraſmi Adagia. Stata ſacra, quæ dicantur uide ſupra in dictione Feriæ, & infra in dictione Stata.

SACRVM PROMONTORIVM, (ἱερὸν ἀκρωτήριον) à Ptolem. appellatur extremum Luſitaniæ promontorium inter Anam & Chalyben fluuios, quod nunc appellant Caput ſancti Vincentij.

SADDVCÆI, (σαδδουκαῖοι) Iudæorum factio, qui Sadducæum quendã magiſtrum legis ſequentes neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus eſſe.

SÆPE, {*Speſſo, ſouente*} (πολλάκις) aduerb. ſignificat frequenter, recipitque diphthongum, ut differat à ſepe ablatiuo nominis Sepes. Terent. in Heaut. Non licet hominem eſſe ſæpe ita ut uult, ſi res non ſinit. Aliquando ornatus cauſa iungitur nomen Numero, & fit una dictio, Sæpenumero. Cice. Filius ad Tironem li. 16. Epiſtol. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumero partem. Huius compoſitum eſt Perſæpe, de quo ſupra ſuo loco.

SÆPICVLE, (θαμινά) diminutiuum à Sæpe, ſicut à Sæpius Sæpiuſculè. Apul. Nam ut lacrymæ ſæpiuſculè de gaudio prodeunt. Plautus in Caſin.

Sæpiuſcu-

Sæpiuſcule peccas.

SADYATES, (σαδυάτης) filius Ardyos, filii Gygis, & auus Crœſi, teſte Herodoto, lib. hiſtor. 1. poſt patrem regnauit in Lydia.

SÆPINVM, pen. pro. (σαίπινον Ptolem. lib. 3. cap. 1.) oppidum Samnitum, cuius incolæ dicuntur Sæpinates: quos Plin. collocat in quarta regione Italiæ.

SÆVIO, ſæuis, ſæuiui, & ſæuij, ſæuitum, {Crudeleggiare, incrudelirſi} (κατασκυθίζειν, ἀγριαίνω, χαλεπαίνω) crudeliter in aliquem agere. Pacuuius: Quid cõmerui? Quid in me ſæuis pater? Liu. 7. ab urb. In Tarquinienſes acerbè ſæuitũ, multis mortalibus in acie cæſis. Idem alibi: Cum poſt uictoriam quoque in hoſtem ſæuiret. Aliquando ſæuire, eſt fortiter, & ſtrenuè ſeſe gerere. Martia. Belliger inuictis quod Mars tibi ſæuit in armis. Sæuire animis, pro uehementer iraſci. Verg. lib. 5. Aeneid. Tum pater Aeneas procedere longius iras, Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis. Huius compoſita ſunt, Conſæuio, Deſæuio, & Obſæuio: de quibus ſuis locis.

SÆVITIA, æ, & Sæuitudo, inis {Crudeltà} (ἀπήνεια, χαλεπότης) crudelitas. Cic. 1. Offi. Sed horis ſane adhibenda ſæuitia in famulos ſi aliter teneri non poſſunt. Plin. lib. 6. cap. 17. Proxima inclyta ſæuitia gentium. Ouid. Epiſt. 7. Da breue ſæuitiæ ſpatium, pelagiq́;, tuæq́;. Tacit. lib. 5. Quantumq́; ſæuitia gliſceret, miſeratio arcebatur. Idem lib. 13. Italiam luxuria, ſæuitiaq́; afflictauiſſet.

SÆVVS, ua, uum, {Crudele, aſpro, duro} (χαλεπός, ἀπηνής) durus, horridus, crudelis. Verg. 5. Aen. Quẽ ſæuo e ſcopulo multa uix arte reuulſus. Idem 1. Aeneid. Sæuæ memorem Iunonis ob iram. Quandoque pro forti: ut apud eundem 1. Aene. Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Quandoque pro irato. Verg. 1. Aen. Et ſæuum ambobus Achillem. Quandoque pro magno. Idem de Aenea pio. 12. Aen. Maternis ſæuus in armis. Quandoque pro potenti. Idem lib. 1. Aen. Non illi imperium pelagi, ſæuumq́; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Sæuior. Ouid. 13. Metam. Tua fulmine ſæuior ira eſt. Sæuiſſimus. Oui. 12. Meta. Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum Euryte, &c. Liu. lib. 4. Bell. Maced. Sæuiſſimo & uiolentiſſimo in ſuos tyranno. Verg. 2. Aen. Hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas Prima tenet. Hinc Sæuiter, aduerbiũ, (χαλεπῶς) crudeliter. Plau. in Pſeud. Magis cogito ſæuiter, blanditer'ne alloquar.

SAGA, æ, {Saga, incantatrice} (φαρμακεύτρια) anus ſuperſtitioſa, uel mulier incantatrix, uenefica, quæ malis uetitiſq́; artibus cuiquam boni aliquid uel mali cõciliat: ita dicta à ſagiendo, propterea quòd multa ſcire uelit: ut ait Cicer. 2. de Diui. Hora. 2. Carm. Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis Magus ueneuis, quis poterit deus? Vbi Acron: Saga dicta eſt uenefica, quod ſatis agat, & ea eſt quę carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur uel arcere uel impellere.

SAGÆ, Scythiæ populi, iidem qui Sacæ, de quibus iam diximus. Auctor Põp. Mela lib. 3.

SAGANA, pen. cor. {Mortaio. Boc. Gior. 8. Nou. 11. Non peſterete mai più ſalſa in ſuo mortaio} uas in quo aliquid teritur. Eſt & nomen ueneficæ, apud Horat. in Epod. At expedita Sagana per totam domũ Spargens Auernales aquas, Horret capillis, ut marinus aſperis Echinus, aut currens aper.

SAGARIA, æ, (ἱματιοκαπηλία) exercitium uẽdendi ſaga, quemadmodum Lintearia, linteorum mercatura. Vlpian. de Trib. act. Duas negotiationes exercebat puer, ſagariam, & lintеariam.

SAGARIVS, rii, (ἱματιοκάπηλος) qui ex ſagorum negotiatione quæſtum facit.

SAGARVS, (σάγαρις Ptolem.) fluuius eſt Aſiæ, qui ex Didymo Galatiæ monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniamq́; flexuoſo curſu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptolemæum Tab. 1. Aſiæ. Ouid. Sagarim effert per tertiam declinationem, lib. 4. de Ponto: Huc Lycus, huc Sagaris, Peneuſq́;, Hypaniſq́;, Crateſq́; Influit, & crebro uortice tortus Halys.

SAGAPENVM, pe. pro. (σαγάπηνον) ſuccus eſt herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur, guſtu acri, odore medium quiddam inter laſer & galbanum referens. Officinæ uocant Serapinum.

SAGATVS, (χλαμυδωτός) qui ſago indutus eſt. Sueton. in Cæſare: Duobus triclinius, uno quo ſagati, palliati'ue, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Mart. lib. 6. Vis te purpureum Marce ſagatus amem?

SAGAX, cis, {Sagace, diligente, acuto} (ῥινηλάτης) à ſagiẽdo, id eſt, ab acute ſentiendo dictum eſt. Propriè enim canes ſagaces dicuntur, qui odoris ductu uenatores ad ferarum cubilia perducunt. Cic. 2. de Diuin. Sagire, acute ſentire eſt: ex quo ſagaces dicti canes. Per tranſlationem tamen accipitur pro callido, & ſolerti, ἀγχίνους. Cic. 3. de Leg. Homo animal prouidum, ſagax, multiplex. Martialis lib. 12. Excogitauit homo ſagax & acutus. Hinc Sagacitas, tatis, (ῥινηλασία) id eſt, acuta illa ſentiendi uis in canibus, & odoratu aliquid deprehendẽdi. Cic. 3. Tuſc. Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. Per tranſlationem tamen ſumitur, pro aſtutia, ſeu calliditate, ἀγχίνοια. Cic. 4. Verr. Quaſi eſt iſte ſagacitate in his rebus. Sagaciter, aduerb. pro aſtute, prudenter, callide. Liu. 7. Bell. Pun. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

SAGDA, gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærentem nauibus habent. Inuenitur & in Samothracia euſdem nominis gemma, nigra, ac ſine pondere, ligno ſimilis. Plin. lib. ult. cap. 10.

SAGENA, næ, pen. prod. (σαγήνη) genus retis piſcatorii. Latini Verriculum appellant. Manil. lib. 5. Excipitur uaſta circumuallata ſagena.

SAGINA, næ, pen. pro. (σιτισμός) cibus, quo quis pinguis efficitur. Iuue. Saty. 4. Genialis agatur Iſte dies, propera ſtomachum laxare ſaginis. Sagina dicendi, apud Quint. lib. 10. cap. 5. eſt dicendi ubertas. Quandoque etiam dicitur pinguedo ſuperuacua, cuiuſmodi auibus quibuſdam arte & fartura inducitur, & in hominibus quibuſdam nimio otio contrahitur. Iuſtinus lib. 20. Sublatis deinde æmulis, in ſegnitiam lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq́; ualetudinem contraxit.

SAGINARIVM, rii, (σιτιστήριον) locus ubi ſaginantur altilia. Var. lib. 3. cap. 10. de Re ruſt. Pullos anſerum includunt in ſaginario, ibiq́; polentam, & pollinem aqua madefactum dant cibum, ita ut perinde ſe ſaturent.

SAGINO, ginas, pen. prod. {Ingraſſare} (σιτίζω) pingue facio. Colum. libro 6. cap. 38. Ea herba uiridis, nec tarde tamen arida, fœni uice ſaginat iumenta, uerũ modice danda, ne nimio ſanguine ſtrangulentur pecora. Interdum ablatiuo iungitur quum res qua quid ſaginatur, exprimitur: ut apud eundem lib. 5. Fermantur offæ, quibus auis ſaginatur. Et rurſus lib. 6. cap. 27. Hordeo ſaginãdus equus. Saginatus, ta, tum, particip ut, Porcus ſaginatus Proper li. 4. Eleg. 1. Parua ſaginati luſtrabant compita porci. Saginatio, onis uerbale, σιτισμός. Plin lib. 8. cap. 51. Pingueſcunt ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginationem orſa.

SAGIO, gis, giui, tum, (ῥινηλατέω) proprie de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum ueſtigia perueſtigant: quamuis etiam per tranſlationem accipiatur, pro eo quod eſt aliquid acute & callide præſentiſcere. Cice. 1. de Diuio. Sagire enim ſentire acute eſt: ex quo Sagæ anus, quia multa ſcire uolunt: & Sagaces dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, dicitur Præſagire, id eſt, futura ante ſentire.

SAGITTA, tæ, {Saetta, freccia} (τόξευμα, ἰός) genus teli, quod arcu emittitur. Verg. 12. Aeneid. Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta. Tacit. de Germanis: Sola in Sagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperãt. Verg. 11. Aeneid. Dixit, & aurata uolucrem Threiſſa ſagittam Deprompſit pharetra. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 10. Longeq́; uolante ſagitta. Horat. 3. Carm. Ode 10. Interim dũ tu celeres ſagittas Promis, hæc dentes acuit timendos. Sagitta etiam à rei ruſticæ ſcriptoribus ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte: ſiue quia longius receſſit à matre, & quaſi emicuit, atque proſiliuit: ſeu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit. Vide Colu lib. 3. cap. 17. Eſt & Sagitta, herba, ex uluæ generibus, de qua Plin. lib. 21. cap. 17. Eſt & ſignũ cœleſte, ſtellas habens quinque, quæ ſere in fine Capricorni cernuntur. Plin. lib. 18. cap. 26.

SAGITTARIVS, ria, rium, (τοξευτικός) quod ad ſagittas pertinet, ſiue idoneũ eſt, ut ex eo fiant ſagittæ. Plin. lib. 16. cap. 36. Suũ genus ſagittario calamo.

SAGITTARIVS, rii, {Sagittario, baleſtriere, arciere} (τοξότης) qui ſagittas ex arcu emittit. Cic. ad Attic lib. 5. Magna tormentorum copia, multis ſagittariis, magno labore, apparatu, multis ſaucius ex noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. Eſt & Sagittarius, ſignum cœleſte, quem alii centaurum Chironem arbitrantur, alii Crocum filium Euphemes nutricis Muſarum, & habitaſſe in Parnaſſo cũ Muſis, & uenationi incubuiſſe, & uſum eſſe ſagittis, & equo inſediſſe. Poſt mortem precibus Muſarum, à Ioue inter aſtra relatum, & uaria forma conſcriptum. Idibus Februarii ueſpere occidit, ac uehementer hyemat, incipit Columella.

SAGITTIFER, ra, rum, (ὀϊστοφόρος) qui fert ſagittas: ut, Geloni ſagittiferi. Verg 8. Aeneid Hic Lelegas, Caraſq́;, ſagittiferoſq́; Gelonos Finxerat. Sagittiferæ pharetræ, Stat. 1. Achill. Pecus ſagittifera, Claudian. de hyſtrice.

SAGITTIPOTENS, pen. cor. pro ſigno cœleſti, quem & Sagittarium dicimus. Cic. in Arato: Menſe Sagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.

SAGITTO, tas, {Saettare} (τοξεύω) ſagittas ex arcu emitto.

SAGMA, atis, (σάγμα) Græcis ſcuti thecam ſignificat: nam σάγον illi dicunt, quem nos clypeum, aut ſcutum appellamus. Sunt & qui pro iumenti ſella, ſiue ſtrato accipi tradant, in qua ſignificatione & Veteris inſtrumenti interpres ſumpſiſſe uidetur, Leuitici cap. 5. ubi ſic legitur: Sagma, ſuper quod ſederint immũdum erit.

SAGMINA, Romani herbam appellauere, quã Græci ἱεροβοτάνην, & περιστερεῶνα nominant, noſtri etiam Verbenam, ſiue Verbenacam: qua pater patratus & Feciales, tam fœdera percuſſuri, q̃ bellum denuntiaturi, ſolent coronari. Feſtus: Sagmina uocantur uerbenæ, id eſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto ſecabantur à Conſule, prætore'ue, legatis ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiſcentibus Plin lib. 22. cap. 2. Quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus, quàm uerbenæ. Certe utroq́; nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex ara cum ſua terra euulſum. Hac ſemper & legati, quum ad hoſtes, clarigatumq́; mitterentur, uſi ſunt. Vide Liu. lib. 1 ab Vrb. & lib. 10. Bell Pun.

SAGRA, fluuius eſt in ora Magnæ Græciæ, non procul à Crotone urbe, apud quem Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt uicti. Cic. 3. de Nat. deor. De Sagra Græcorum eſt uulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm quæ apud Sagram.

SAGRVS, gri, Italiæ fluuius, Pelignos diuidens à Frentanis, & inter Amiternum & Orthium in mare influens: Auctor Strab. lib 5. Eſt & Sagrus, Aſiæ mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos pertingens, ſupra Parętacenen & Perſidem Auctor Plin lib 6. cap. 17.

SAGVM, ſagi, {Saio} (σάγος, ἐσθὴς στρατιωτική, Plutar.) genus erat ueſtis breuioris, qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis uiris Conſularibus: quemadmodum contrà, cum urbs nullo bello premebatur, utebãtur togis. Vt enim toga pacis, ita ſagum erat index belli, ut non obſcure colligi poteſt ex Cicerone 8 Philip Eſt & Sagum ueſtis ſtragulæ genus, non diſſimilis cilicio. Sueto. in Othon Ferebatur & uagari noctibus ſolitus, atque inualidum quenque obuiorum uel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuum eſt Sagulum, (περιθωμάτιον) hoc eſt, ueſtis genus, quod armis ſuperindui ſolet. Verg lib 8. Virgatis lucent ſagulis Liu lib. 1. Bel. Pun. Multi ſæpe militari ſagulo opertum, humi iacẽtem, inter cuſtodias, ſtationeſq́; militum conſpexerunt.

SAGVNTVS, (σάγουντος) Hiſpaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium, à Zacynthiis condita. Strab lib. 3. Saguntus (inquit) occurrit à Zacynthiis condita, quã Annibal contra populi Romani fœdera diruens, Belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Huius urbis ſitum eleganter deſcribit lib. 1. Silius. Meminit etiã lib. 1. Decad. 3. Liu. Huius Saguntinus, na, num, (σαγουντινός) ut, Vaſa Saguntina quæ maxime commendantur. Mart. Sume Saguntino pocula ficta luto.

SAIS, (σάϊς) urbs eſt Aegypti, iuxta unum ex oſtiis Nili, quod ab ea Saiticum dictum eſt. Hinc Saites, uel Saita, (σαΐτης) gentile. Cic. 3 de Natu. deor. Secunda Minerua orta Nilo, quam Aegyptii Saitæ colunt.

SAL, ſalis, {Sale} per metatheſim à Gręco deducit̃, quod eſt ἅλς: eſtq́; illud, quo utimur in cõdiendis cibis. Declinatur utroque numero In plurali tamen tãtum maſculini eſt generis, cùm in ſingulari etiam neutrum admittat Cato: Ex ſale, qui apud Carthaginienſes fit. Salluſt in Iugurth Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta. Colu. Carnem ſalibus aſperſam. Paulus Iureconſultus. Cotem ferro ſubigendam, neceſſaria quoque hoſtibus uenundari, ut ferrum, & frumentũ, & ſales, non ſine capitis periculo licet. Colu lib. 12. cap. 53. Deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum, ſed modice infractum Dicitur etiam Sale neutro genere, ſecundum Priſcianum pro mari. Enn. lib. 14. Annalium: Cæruleum ſpumat ſale

conferta rate pulſum. Aliquando ſal ponitur pro ſapientia, in qua ſignificatione maſculino tantum genere proferri conſueuit. Terent. Eunu. Qui habet ſalem, qui in te eſt. Vbi Donatus: Sal neutraliter, condimentum. maſculinũ, pro ſapientia. Aliquando pro urbanitate ioco, & ridiculo, & dictis ad riſum, uel delectationem compoſitis, (εὐτραπελία, ἀστεισμός) idque tam ſingulari, quàm plurali numero. Catullus Epigr. 81. de Quintia: Nulla eſt in toto corpore mica ſalis. Hoc eſt, nihil uenuſtum, nihil argutum nihil facetũ. Cic. de Clar. Orat. Publius Scipio omnes ſale & facetijs ſuperabat. Lucanus: Non ſoliti luſere ſales. Quint. lib. 6. Salſum (inquit) in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura nõ utique hoc eſt, quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam ſicut ſal ſuauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis ſententia ſunt ipſa ridicula, quæ neceſſario ſalſa oporteat eſſe. Nã ſalſum erit, quod non erit inſulſum, uelut quoddam oris condimentum, quod ſentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quandoque Sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλς fœmininum apud Græcos: quia ſalſum eſt, & ex ipſius aqua Sal elicitur. Verg. 1. Aeneid. Et ſpumas ſalis ære ruebant.

SALA, (σάλας) nomen fluuio in Germania, ut Strab. lib. 7. ſcribit. Inter quem & Rhenum, Druſus Auguſti priuignus domitis iam hoſtibus uictor oppetijt. Eſt item Sala Mauritaniæ oppidum, ad Occidentem, impoſitum fluuio eiuſdẽ nominis. Auctor Plin. lib. 5. cap. 1.

SALACIAM, (inquit Feſtus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt, mare mouere. Quo uocabulo Poetæ pro aqua uſi ſunt. Pacuuius. Hinc ſæuitiam Salaciæ fugimus. Hæc Feſtus.

SALACONIA, pen. prod. (σαλακωνία) uox Græca eſt iactantiam ſignificans cum uanitate, & ſuperbia coniunctam. Quidam & mollitiem interpretantur.

Hinc Salacones, (σαλάκωνες) dicuntur homines iactabundi, qui quum Iro pauperiores ſint, Crœſos tamen quoſdam ſe eſſe ſimulant: cumque Sardanapalo ſint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cicero. M. Fabio Gallo: Cognoſti meam cauſam, & iſtius Salaconis iniquitatem. Suidas hanc ſignificationem fluxiſſe exiſtimat, a Salacone quodã, eiuſmodi, quales iam depinximus, moribus prædito.

SALAMANDRA, {Salamandra} (σαλαμάνδρα) animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proueniens, & æſtate deficiens: cui tantus rigor eſt, ut ignem nulla ſui læſione tactu extinguat, nõ aliter quàm glacies. Auctor Pli. lib. 10. cap. 67. Et licet uenenatiſſimum ſit, (nã ſi arbori irrepſerit, omnia poma ueneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit ſi in puteũ cadat) à ſuibus tamen ſine nocumento manditur.

SALAMBRIÆ, (σαλαμβρίαι) ciuitas eſt Cappadociæ, in Gardauerotæ præfectura. Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SALAMIS, ſiu Salamin, pen. cor. {Coluri} (σαλαμίς) genitiuo Salaminis, pe. pro. uel Salaminis, laminę, inſula eſt in ſinu Saronico, contra Atticam, urbem habens eiuſdem nominis, in qua Telamon regnauit, Aiacis & Teucri pater. Verũ cùm Teucer capta iam Troia, in patriam rediret, indignatus Telamon, quòd Aiacis mortem (qui inimicorum iniurijs exagitatus, & in furorem conuerſus ſibi necem intulerat) nõ uindicaſſet, eum Salamine expulit. Excluſus itaque à patria Teucer, in Cyprum nauigauit, ubi nouam urbem condidit, quam & ipſam ichtæ urbis deſiderio Salaminem appellauit. Hanc hodie Conſtantiam appellant.

SALAMINIVS, (σαλαμίνιος) nomen gentile, a Salamine urbe deductum. Cicero pro Archia, Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi uero ſuũ eſſe confirmant. Salaminius, nia, um, poſſeſſiuum. ut Salaminium Trophæum, apud Cic. 1. Tuſcul. Salaminiacus, aliud poſſeſſiuum, Lucan. lib. 5. Vt Salaminiacum meminit mare.

SALANGA, (σαλάγγα) mons altiſſimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam: à Salanga, Barculani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie Mons D. Dominici appellatur, à monaſterio à Diuo Dominico ibi extructo.

SALAPIA, urbs eſt Apuliæ Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 11.

SALAPVSIVS, a ſale, & puſio compoſitum nomẽ. Puſius enim, ſiue Puſio, apud Latinos dicitur Puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris tanquam pueri, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis, & oratoriæ mordacitatis.

SALARIA VIA, ea dicta eſt, quæ ex urbe per Aniensis põtem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini ſal à mari deferebant. Plin. lib. 31. cap. 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ uiæ, quoniã illa ſal in Sabinos portari conſueuerat. Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 2. Noſti materteræ meæ fundũ in Sabinis, qui eſt ad quartum & uigeſimum lapidem uia Salaria à Roma.

SALARIVM, rij, ſubſtantiuum, {Salario, paga, mercede} (μισθός) dicitur ſtipẽdium, uel merces, quam quis pro opera perſoluit. Plin. lib. 31. cap. 7. Sal honoribus etiam militiæque interponitur, ſalarijs inde dictis, magna apud antiquos auctoritate. Dictum Salarium, quod ita neceſſarium ſit, ut homini ſal.

SALARIVS, rij, ſubſtantiuum, {Salaro, luganegaro} (ταριχοπώλης) qui ſal, uel ſalſamenta uendit. Mart. lib. 1. Quod uiles pueri ſalariorum.

SALARIVS, a, um, adiect. (ὁ τοῦ ἁλός) quod ad ſal pertinet. Liui. libr. 9. Bell. Pun. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

SALASSI, {Popoli del Marcheſato di Saluzzo} apud Ptolem. li. 3. populi ſunt ſub Inſubribus: hodie Marchia Salutiæ.

SALAX, cis, {Salace, luſſurioſo} (ἀφροδισιαστικός) propenſus in Venerem, multa libidine pruriens. à ſaliendo (ut quidam uolunt) hoc eſt, ab arrigendo. Aut certè ab eo quod ex humore ſalſo citatur libido. Vnde Venus fingitur è mari orta. Colum. lib. 7. cap. 9. Maximeque quod ad rem pertinet, quàm ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & anniculà ætate commodè progenerant. Galli ſalaces, Varr. 3. de Re ruſt. Nymphæ ſalaces, Ouid. 4. Faſt. Aries ſalax, ibidem.

Salaces cibi, Venerem citantes: ut, Erucæ, & Bulbi. Ouid. de Rem. Amor. Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces, Et quicquid Veneri corpora noſtra parat. Hinc Salacitas, atis. i. laſciuia, & propenſio in Venerem. Plin. lib. 10. cap. 36. Paſſeri minimum uitæ, cui ſalacitas par.

SALDE COLONIA, {Algieri} Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptolem. lib. 4. cap. 8. Creditur eſſe ea, quam uulgò Algeriam uocant, regnum Ariadeni Barbaroſſæ. Turcicæ claſsis præfecti.

SALEBRÆ, (ἐκρήγματα, ῥαγμοὶ, ῥήγματα γῆς) ſunt loca inæqualia, & aſpera, & prærupta, ita dicta, quod uix ſine ſaltu præteriri poſſunt. Proper. lib. 3. Eleg. 16. Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras. Per translationem accipitur pro quauis aſperitate, ſiue difficultate. Mart. lib. 11. Carmina nulla probas, molli quę limite currunt, Sed quæ per ſalebras altaque ſaxa cadunt. Cic. de Orat. Alter enim, quaſi ſedatus amnis, ſine ullis ſalebris fluit. Idem 2. de Finibus. Hic ſi definire, ſi diuidere poſſet, ſi loquendi, ſi denique conſuetudinem uerborum teneret, nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. Triſtitię ſalebra, ſingulari numero dixit Valer. Max. lib. 6. Legitur & apud Cice. 5. de Finib. Salebra, numero ſingulari, ubi ſic ait: Hæret in ſalebra, cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatam uitam deeſſe ſapienti &c.

SALEBROSVS, ſa, ſum, {Aſpro} (κατερῥωγώς) quod multas habet ſalebras: ut, Iter ſalebroſum, hoc eſt, crebris ſalebris interruptũ. Salebroſa oratio. i. abrupta, interciſa & quibuſdam ueluti ſalebris remorans impetum auditoris. Quin. lib. 11. cap. 11. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens, ac ſalebroſa oratio. Salebroſus ſcriptor, id eſt, difficilis, inamœnus, & in cuius lectione ſæpius ſit reſiſtandum, Mart. lib. 11. Scriptores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctram.

SALENTINI, {Popoli di terra d'Otranto, ò di terra de Bari} (σαλεντῖνοι) populi ſunt in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninſulam incolentes, quæ eſt inter Tarentinum ſinum, & fauces Adriatici protenſa, circa Brunduſium, & Rudias in Iſthmum contracta, latum ſtadia circiter trecenta. Salentini autẽ dicti putantur, à Salentino promontorio, in extremis eius peninſulæ finibus ſito: quod & ἄκραν Ἰαπυγίαν appellant. Feſtus tamen à ſalo dictos mauult, fortaſsis ob id, quod penè circunquaque mari ambiantur, terræ tantum Iſthmo cõtinenti annexi. Ortos autem putat a Cretenſibus, & Illyricis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, iis in locis conſederunt.

SALENTINVM, pen. pro. (σαλεντῖνον Ptolemæo) promontorium eſt extremum totius Italiæ, quo illa quàm longiſsimè in mare excurrit: quod alio nomine ἄκραν Ἰαπυγίαν Græci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

SALE, ſtagnum eſt Mæoniæ, eodem in loco, in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu deſedit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

SAL AMMONIACVS, (ἀμμωνιακὸν Dioſco.) terræ ſalſugo eſt, in Lybiæ arenis creſcente luna efferueſcens, alumini ſciſsili non diſsimilis, glebis oblõgis, uenisque in longitudinem rectis. Inuenitur potiſsimum in tractu Cyrenaico, iuxta Iouis Ammonis templum. Vnde & nomen accepit. Qui ſalem Ammoniacum Metopij arboris lacrymam ſunt interpretati, in errorem ſane quàm puerilem inciderunt, lacrymam Ammoniacam à ſale Ammoniaco non diſtinguentes: cum tamen ſint res diuerſiſsimæ, ut latius annotauimus ſupra in dictione Ammoniacum.

SALERNVM, {Salerno} Picentinorum oppidum in Italia, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

SALGAMA, pen. cor. (τὰ ταρίχη) appellabantur à priſcis quæcũque cõditanea ad uictũ noſtrum in uaſis ſeruabantur, ut puta mala, pyra, fici, uuæ, rapæ. Col. lib. 10. Tempore non alio uili quoque ſalgama merce, Capparis, & triſtes, inulæ, ferulæque minacea Plantantur. Idẽ lib. 12. cap. 4. Poſt hoc præceptũ, locũ & uaſa idonea ſalgamis præparari iubent. Inde Salgamarij, (ταριχοπῶλαι) qui ſalgama uẽdunt. Col. lib. 12. cap. 44. Libros tres edidit, quos inſcripſit nominibus Coci, & Cetarij, & Salgamarij. Ibidem cap. 54. Raporum quàm rotundiſsima ſumito, eaque ſi ſint lutoſa detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito. deinde, ſicut conſueuerunt ſalgamarij, decuſſatim ferramento lunato inciditο.

SALI, per ſimplex i, auiculæ ſunt, quas Ariſtoteles αἰγίθαλον, & ἀγελαίους appellat, fœcunditatis magnæ, ut perdices, gallinæque. Plin. lib. 10. cap. 52. Plurima oua pariunt ſtruthiocameli, gallinæ, perdices, ſali.

SALIA, fluuius eſt Hiſpaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum libro 2. cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus.

SALIARIS, & hoc are, (σαλιακός) quod ad Salios pertinet. Vnde Saliares cœnæ appellatæ ſunt, quas Salij faciebant ampliſsimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copioſæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes ſaliares. Horat. 1. Carm. Ode 37. Nunc ſaliaribus Ornare puluinar deorum. Tempus erat dapibus ſodales. Carmen ſaliare Numæ, Horat. 2. Epiſt. 1.

SALICASTRVM, (ἄμπελος ἀγρία) genus labruſcæ in ſalictis naſcens. Pli. lib. 23. cap. 10. Eſt labruſcæ ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomine, cum eoſdem uſus habeat, & Salicaſtrum uocatur.

SALICETVM, ti, & per ſyncopen Salictum {Luogo doue ſono piantati molti ſalici} (ἰτεών) locus ſalicibus conſitus. Var. Idoneus locus eligendus, ubi facias ſalictum, & arundinetum, Cicero pro Lege Agr. Accedet eo mons Gaurus, accedent ſalicta ad Minturnas. Vergil. 1. Eclog. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

SALIENTES, (κρουνοί) à Latinis dicuntur fiſtularum capita, atque etiam ipſę tubulorum, fiſtularumque ſcaturigines, quæ & Siphunculi dicuntur & Sipunculi, ab aquæ expreſsione, tanquam ex ſiphone ſalientis. Vitruu. lib. 8. Hæc maxime conſiderantur Athenis. Ibi enim ex eiuſmodi locis, & fontibus, & in aſty, & ad portum Piræeum ducti ſunt ſalientes, è quibus bibit nemo, ſed lauationibus, & reliquis rebus utuntur, Bibunt autem ex puteis. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuauitate te uillam habiturum, piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſylua uiridicata.

SALIGNVS, a, um, {Di ſalice} (ἰτέϊνος) quod ex ſalice materiatum eſt. Verg. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna. Verg. 4. Georg. Et cuſtos furum, atque auium, cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Coll. libr. 7. cap. 1. Quippe uel folijs, ſpinisque, uel perticis ſalignis alitur. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Donec cerebroſus proſilit unus, Ac mulæ, nautæque caput, lumboſque ſaligno Fuſte dolat.

SALIGNEVS, a, um, idem. Col. lib. 7. cap. 10. Deinde ab ictu uirgæ oportet tumentem uenam ferro reſcindi, detractoque ſanguine colligari ſaligneo libro, uel etiam ulmeo. Salignea claua, apud eundem lib. 6. cap. 2.

SALII, orum, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ uulgo Franconia uocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Cõſtantino ſcribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos uidelicet, quos cõſuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus in Tacitum ſuſpicatur ita fuiſſe nuncupatos ab Sala fluuio: Frãcia enim illa orientalis irrigatur fluminibus

nibus Merno, Radiantia, Aeſto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulſis eorum ſedes occuparunt, Franciamq; de ſuo nomine appellarunt. Ab his Salijs putat Alciatus legem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicat Francicam.

SALII, (σάλιοι) ſacerdotes Martis: ſic dicti, quod in portādis ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Verg. 8. Aene. Hic exultantes Salios nudosq; Lupercos, Lanigerosq; apices, & lapſa ancilia cœlo Extuderat. Liu. lib. 1. ab Vrb. Numa uē Salios duodecim Martio Gradiuo legit, tunicæq; pictę inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegmen, cœleſtiaq; arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq; ſaltatu iuſſit. Cic. 3. de Orat. Non neglecta, ut mihi uidetur, à Numa rege doctiſſimo, maioribusq; noſtris, ut epularum ſolennium fides, ac tibiæ, Saliorumq; uerſus indicant. Vocantur etiam Saliſubſuli à Catullo Epigr. 17. ad Coloniam. Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo uel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto.

SALILLVM, li, {Salinetto} diminutiuum, paruum ſalinum. Plau. in Trin. Verum nos homunculi, Salillum animæ, quæ cum extemplo amiſimus, æque mendicus, Atque ille opulentiſſimus cenſetur ad Acherontem mortuus.

SALINA, {Salina} locus in quo ſal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Plin. lib. 31. Fit ſal uulgaris, plurimusq; in ſalinis effuſo mari, nō ſine aquæ dulcis riuis, ſed imbre maxime iuuante. Cic. ad Atti. lib. 5. De ſtrue ſalinarum placere rogo. Idem pro lege Manil. Cum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodijs, magno periculo ſe habere arbitrentur.

SALINÆ, arum, urbs Siciliæ, iuxta Lilybeum, palmis abundans. Sunt & aliæ non paucæ eiuſdem nominis urbes, à ſalſis fontibus nomen ſortitæ, inter quas minime conuenit præterire, quæ apud Sequanos uiſuntur, & ſtructuræ genere, & ſalis prouentu adeo admirandæ, ut non immerito octauum ſibi locum inter orbis miracula poſſint uendicare.

SALINATOR, oris, (αλατοπώλης) dictus eſt M. Liuius Claudij Neronis in Conſulatu collega, propter uectigal, quod nouum ex ſalaria annona commētus eſt in Cenſura.

SALINVM, ni, {Salino ſaliera} (ἁλοδόχον) uaſculum in quo ſal reponitur, tū ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratum. In eo enim cum ſale dijs primitiæ offerebantur. Perſ. Saty. 3. Purum & ſine labe ſalinum. Idem Satyr. 5. Vare regustatum digito terebrare ſalinum Contentus perages. Ponitur tamen pro quocunque uaſe fictili menſæ pauperis. Horat. lib. 2. Carm. Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum.

SALIO, lis, {Salare, por ſale} (ἁλίζω) quartæ coniugationis, & prima correpta, ſale condio. Tibul. Farre pio placet, & ſaliente ſale. Huius præteritum Saliui, ſupinum Salitum. Vnde Saliuus, & Saliturus. Celſ. lib. 2. cap. 18. Item piſces omnes qui ſalem non patiuntur, ſoluti ue ſaliuntur. Legitur etiam pro eodem Sallio duplici ll. Com. Seuerus: Ad quem ſalliti pomiliones afferebantur.

SALIO, lis, ſalui, uel ſalij, uel ſalijs, diuiſis ſyllabis, ſupinū ſaltum {Saltare} (ἅλλομαι, πηδάω) idem quod ſalto. Verg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſalire per utres. Horat. 1. Epiſt. 14. Nec meretrix tibicina, cuius ad ſtrepitum ſalias terræ grauis. Plaut. Bacch. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, Saliēdo ſe exercebant magis, quam ſcorto, aut ſuauijs. Salire ē terra, pro prodire, emittis. Lucret. lib. 1. E terraq; exorta repente arbuſta ſalirent. Verg. 1. Georg. Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando. Salit mihi cor, per translationem Plaut. Milit. Dicito docte, & cordate, ut ei cor ſaliat. Sub. præ gaudio.

Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nā ſaliendo aſcendunt. Ouid. 2. de Arte: Læta ſalitur ouis, tauro quoque læta iuuenca eſt. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 7. Quum equus matrem ut ſaliret, adduci nō poſſet, & cum capite obuoluto peroriga adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire: quum deſcendenti uelum dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum ac mordicus interfecit. Idem 3. de Re ruſt. cap. 10. Saliunt fere in aqua de anſeribus. Compoſita ſunt Aſſilio, Abſilio, Conſilio, Deſilio, Diſſilio, Exilio, Inſilio, Proſilio, Præſilio, Reſilio, & Trāſilio: quæ omnia mutant a, ſimplicis in i, faciūtq; præteritum uſitatius per ui, diuiſas ſyllabas. In ſupino autem mutant a, ſui ſimplicis in u: ut, Aſſilio, aſſilui, aſſultum. Diſſilio, diſſilui, diſſultum. Significata uide ſuis locis. A Salio fit Salto frequentatiuum Cuius compoſita mutant a, in u: ut, Aſſulto, Cōſulto, Deſulto, Exulto, Proſulto, Præſulto, Reſulto, & Subſulto Plau. in Caſia. Vt feſtinabat miſer, ut ſubſultabat, poſtquam uicit uillicus. Tranſulto Idem in Capt. Tu tranſultas, ego miſer uix adſto præ formidine.

SALISI, (quod hic pro Alpinis populis corruptē legebatur) uide Salaſſij.

SALITOR, toris, {Dattaro del ſale, proueditore del ſale} qui ſalis tributum colligit. Cic. ad Att. lib. 4. Confecta Britannia, obſidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data ſalitoribus Britanniæ. Vbi interpres: Salitoribus, præfectis, quos uniuerſitatis Mutalegulos appellant, relictis à Cæſare in Britānia, qui ſalinas ſcrutarentur, margaritasq; Britannicas. Quidam codices habent, nō, ſalitoribus, ſed data à litoribus.

SALITVRA, turæ, {Salatura, ſalame} (ἅλισις) actus ſaliendi, hoc eſt, ſale condiendi. Columella libro duodecimo, cap. 21. Poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.

SALIVARIVS, a, um, (σιαλώδης) adiect. quod ad ſaliuam pertinet. Pli. lib. 9. cap. 51. Quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, ſaliuario lentore pariunt, Id eſt, uiſcoſitate ſaliuæ.

SALIVNCA, herba eſt eadem, ut Ruellius putauit, cum nardo Celtico. Plin. lib. 21. cap. 7. Saliunca folioſa quidem eſt, ſed breuis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret herba uerius quàm flos, denſa ueluti manu preſſa: breuiterq; cæſpes ſui generis. Pannonia hāc gignit, & Norici, Alpiumq; Aprica, urbium Eporhedia, tantæ ſuauitatis, ut metallum eſſe cœperit. Veſtibus interponi eam gratiſſimum. Verg. Eclog. 5. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis, Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.

SALIVNCANVS PORTVS, {San Paolo} maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte, qua Britanniam inſulam ſpectat. Auctor Ptol. li. 2. cap. 8.

SALIVO, uas, ſaliuam facio. Plin. lib. 6. cap 36. Congregantur uerno tempore purpuræ, mutuoq; attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Aliquando illino, ſiue perungo. Colum. lib. 6. cap. 5. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq; aqua cōſpergendæ, eoq; medicamine ſaliuandum ægrotum pecus.

SALIVVM, ui, & Saliua, æ, {Saliua, ſputo} (σίαλον, σίελος) ſputum, quod ferè ſalis ſaporem habeat. Vel à ſaliendo, quod in ore ſaliat, & creſcat. Pli. lib. 23. cap. 27. Sua cuique uino ſaliua innocentiſſima, ſua cuique ætas gratiſſima. hoc eſt, media. Ponitur aliquando ſaliua pro guſtu Perſius Saty. 6. Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam. Hinc Saliuoſus adiect. quod ſaliuæ ſimilitudinem habet Plin. lib. 16. cap. 38. Humor ulmis ſaliuoſus.

SALIX, ſalicis, {Salice} (ἰτέα) arbor nota, à ſaliendo, hoc eſt, creſcendi celeritate dicta Nam ſiue ſata, ſiue caſu terræ impacta, ſtatim ſurgit. Verg. lib. 10. Eclo. Mecum inter ſalices lenta ſub uite iaceret. Ouid. 19. Metam. Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos.

SALLO, lis, per duplex ll, tertiæ coniugationis, ſalli, ſalſum, {Salare} (ἁλίζειν) ſale, condire. Lucil. lib. 4. Sallere murænas, & frigidaria terræ. Participio paſſiuæ ſignificationis in dus, uſus eſt. Col. lib. 7. cap. 7. quum inquit. Quod ſi ea res ægritudinem non depellit, uendenda ſunt pecora: uel ſi neque id contingere poteſt, ferro necanda, ſallendaq;.

SALLVSTIVS CRISPVS, nobilis hiſtoricus, atque adeò Martiale teſte totius Hiſtoriæ princeps fuit, Cic. coætaneus, cuius acerrimus fuit inimicus, ut ex utriuſque inuectiuis conſtat Vide, Criſpus Salluſti.

SALMACIDVS, da, dum, denominatiuum à nomine Salmacis: ut, Salmacida ſpolia, apud Cic. ex Ennio Plin lib. 31. cap. 3. Nam nitroſas, atque Salmacidas in deſertis Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt, quo tamen in loco nōnulli legunt Salnacidas, putātq; Salnacidas aquas dici, quæ ſalis ſaporem referunt.

SALMANTICA, {Salamanca} Ptolem. lib 2. cap 5. oppidum eſt in Orientali tractu Luſitaniæ.

SALMACIS, (σαλμακίς) fons in Caria, iuxta Halicarnaſſum, quo ueteres crediderunt lauantium corpora effœminari. Ouid. 15. Metam. Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis unda? Strab. lib. 14. Salmacis fons neſcio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibāt. Hominum enim mollities non uidetur ab aere, uel ab aqua proficiſci, quum eā minime ſit cauſa mollitiei, ſed diuitiæ, & uictus incontinentia.

SALMO, piſcis marinus, qui & fluuios ſubit, ſemelq; guſtata aqua dulci uix unquam in mare regreditur. Plin lib. 9. cap. 18. In Aquitania Salmo fluuialis marinis omnibus præfertur.

SALMONEVS, (σαλμωνεύς) Aeoli filius fuit, & Rex Elidis, qui quum diuinos ſibi honores petulantius quæreret, Iouemq; ſtructo æneo ponte, tonādo, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detruſus eſt. Vide Seruium in illud Verg. 6. Aeneid. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.

SALMONIS, ſalmonidos, filia Salmonei, id eſt Tyro. Propertius lib. 1. Non ſic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Thracius, &c.

SALNACIDVS, da, dum, uide Salmacidus.

SALNITRVM, {Salnitro} (ἁλόνιτρον) ut modò cōſuetudine uulgi dicitur, factitium eſt & ad tormenta ignium miſſilia repertum, ueteribus autem fuiſſe uidetur incognitum. Corrupta tamen dictio eſt. Nam legitur apud Plin. Sal, & nitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur. Vide in dictione Nitrum.

SALO, onis, fluuius eſt apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis: Martial. lib. 10. Auriferumq; Tagum ſitum, patriumq; Salonem.

SALOMON, ſiue, ut alij malunt Solomon, (σολομών) nomen ſapientiſſimi Iudæorum regis, quod ſi interpreteris, Pacificum ſonat Filius fuit Dauidis ex Berſabea, qui patri in regnum ſucceſſit, Deoq; optimo maximo templum primus ædificauit.

SALOMONIVS, a, um, poſſeſſiuum: ut, Templum Salomonium, apud Lactantium.

SALON, (σάλων) regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus, σαλωνίτης. Strab. lib. 12.

SALONÆ, arum, {Salona} (σαλῶναι Stephano) urbs Dalmatiæ, olim capta ab Aſinio Pollione: à qua & filium ſuum Saloninū appellauit. Lucanus: Qua maris Adriaci longas ferit unda Salonas.

SALONINVS, pc pro. Pollionis filius, ſic dictus à captis à patre Salonis Dalmatiæ ciuitate, auctore Seruio. Aſinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, cum poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primo meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate, Saloninum uocauit, cui nunc Vergilius Genethliacon dicit Hunc conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infelicitatis: nam ipſum puerum inter ipſa primordia perijſſe manifeſtum eſt.

SALPA, (σάλπη) genus piſcis, circa Ebuſium Hiſpaniæ inſulam, obſcœnus alibi, & qui coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus, ut ait Plinius lib 9. cap. 18.

SALPIÆ, Ptolemæo libro 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

SALPINA, palus in Apulia, iuxta Salpiam ciuitatem meretricio amore Annibalis inclytam Lucan. lib 5. Quos recipit Salpinis palus.

SALSAMENTARIVS, {Lugamegaro, pizzicaruolo} (ταριχοπώλης) qui ſalſamenta uel facit, uel uendit, qui & Salarius. Auctor ad Herenn libro 4. Vt ſi ſalſamentarij filio dicas, quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

SALSAMENTARIVS, taria, tarium, (ταριχευτικός) quod ad ſalſamenta pertinet. Plin. Quin & teſtis cadi ſalſamentarij tuſis cum axungia uetere, mirum in modum prodeſt. Colum. lib. 2. cap. 10. Ita ruſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata recondatur, ſi maior eſt modus, in horreo: ſi minor, in uaſis uinarijs, & ſalſamentarijs.

SALSAMENTVM, ti, {Salame, ſalſamento} (τάριχος) quod eſt ex ſale cōpoſitum, ſiue quod eſt ſale conditum ad diuturnum uſum ciborum ut piſces ſalſi, & lardum: quæ & per ſyncopem Salmenta dici poſſunt. Terent. in Adelph. Salſamenta hæc Stephano fac macerentur pulchrè.

SALSE, aduerbium, idem quod facetè, & urbanè, & cum quadā ſaliū mordacitate. Cic de Orat. 2. Valde hæc ridentur, & hercle omnia quæ a prudentibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi ſubabſurdè, ſalſeq; dicuntur. Idem

eodem lib. Quod eſt hominibus facetis, & dicacibus difficillimum: habere hominum rationem & temporum: & ea quæ occurrant, cum ſalſiſſimè dici poſſint, tenere Quintil lib. 6. cap. 4. Sed repetam neceſſe eſt infinitas eſſe ſpecies tam ſalsè dicēdi, quàm ſeuerè, quas præſtat perſona, locus, tempus, caſus denique, qui eſt maximè uarius.

SALSEDO, dinis, (ἅλμη) ipſe ſalis ſapor.

SALSICORTEX, ticis, à nonnullis appellatur arbor ex genere glandiferarū, quam Græci, ἁλίφλοιον nominant. Eſt autem hæc arbor cortice, atque caudice craſsiſſimo, & plerunque cauato, fungoſoq́; Sola corde caret, quam cum uiuit, putreſcens. Fulmine frequenter icitur, etiam ſi altitudine non excellat: ideo ad ſacrificia uti, nefas erat apud Aeoles. Eadem ferè ſterilis eſt: & ſiquando glādem tulerit, ea adeo eſt amara, ut præter ſues, à nullo attingatur animali: ac ne ab ijs quidem, cum aliud pabulum poſſunt nanciſci.

SALSILAGO, laginis, (ἅλμη) idem ſignificat quod Salſugo. Plin lib. 20. cap. 14. Natura ciceris eſt gigni cum ſalſilagine, ideo ſolum urit.

SALSITVDO, dinis, humor ſaporem ſalis referens. Plin. lib. 20. cap. 14. Salſitudines corporis, ſi cum uino tradatur, minuit.

SALSVGO, inis, (ἅλμη) quiuis humor ſalſus: cuiuſmodi in ſalinis eſt aqua ſalſa, ex qua ſal conficitur. Plinius libro 31. cap. 7. Præter hoc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab alijs ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſalſior, ut diſtans.

SALSVRA, æ, {*Salame*} (ταρίχη) idem quod Salſamentum. Columella libro 8. cap. 17. Nulla tam apte, quàm prædictæ ſalſuræ pabula, commodè dantur.

SALSVS, a, um, {*Salato*} (ἁλμυρὸς) quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſalè conditum eſt. Horat. Epod. 16. Ametq́; ſalſa leuis hircus æquora. Verg libro 2. Aeneid. Salſusq́; per artus Sudor ijt. Idem 5. Aen. Et ſalſos rident tremomentem pectore fluctus. Quint. lib. 6. cap. 3. Ridiculum dictum plerunque ſalſum eſt. Cic. ad Papyrium lib. 9. Accedunt non Attici: ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum, Romani ueteres atque urbani ſales.

SALSVRÆ, pen. pro. fons in finibus Narbonenſis Galliæ, aquis ſalſis fluens, circa arcem Hiſpanorum munitiſſimam, quæ uulgo Saulſes dicitur.

SALTATIO, {*Ballo*} (χορεία. ὄρχησις) illa hominum iactatio, quam uulgus Tripudium uocat. Cic. pro Muræna. Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem de Clar. Orato. Quos Sext. Titius conſecutus, homo loquax ſane, & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.

SALTATORES, {*Ballarini, ballarine*} (ὀρχησταὶ, ὀρχήστριαι) qui tripudijs, ſtaticulisq́; dandis ſunt elegantiores. Cic. lib. 1. Offic. Adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumq́; ludum talarium. Quintil. lib. 1. cap. 12. Non Comœdū in pronuntiando, nec ſaltatorem in geſtu facio. Huius fœm. eſt Saltatrix, ὀρχήστρια. Cicc. in Piſon. Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipu. occaſum atque interitum lugere uetuiſti. Hinc Saltatricula, diminutiuum. Gell. lib. 1. Dionyſiamq́; eum notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellaret.

SALTATORIVS, ria, rium, (ὀρχηστικὸς) quod ad ſaltationem pertinet: ut Ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Macrob lib. 3. Saturn. Filij ſenatorū in ludum ſaltatorium commeabant, & illic crotala geſtantes, ſaltare diſcebāt. Cic. in Piſon. Cumq́; ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem, cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem, Fortunæ rotam pertimeſcebat.

SALTATVS, tus, {*Ballo*} (ὄρχησις) idem quod ſaltatio. Liu. lib. 1. ab urb. Per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq́; ſaltatu iuſſit.

SALTEM, {*Almena, pure*} (γὲ, γοῦν, ἀλλά γοῦν, τοὐλάχιστον) coniunctio per defectionem dicta, quaſi, ſi alter nõ poteſt. Vel (ut inquit Gellius) u, litera abiecta. Nam à principio Salutem dicebant, quod nos Saltem dicimus. Nam quum alia quædam petita, & non impetrata ſunt, hoc ſolemus, quaſi ad extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere, Hoc ſaltem fieri, aut dari oportere: tanquam ſalutem poſtremò petentes, quam impetrari ſit æquiſſimum. Seruius: Saltem tractum à captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebāt ſublatis manibus, Salutem concede. Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, ut in conceptu rerū multarum petituri aliquid, Saltem dicamus. Verg lib. 1. Aeneid. Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli: At freta Sicaniæ ſaltem, ſedesq́; paratas, Vnde huc aduecti, regemq́; petamus Aceſten. Idem lib. 6. Aeneid. Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas, Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Cicc. ad Attic. libr. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

SALTIÆ. populi ſunt iuxta pontum Euxinum, poſtea, φθειροφάγοι à tenuitate uictus appellati.

SALTIM, apud antiquos, ſiue Saltuatim, {*A ſalto, à ſalto*} (πεδητικῶς) ſignificat per ſaltus. Gell. lib 9. cap. 4. Atque item eſſe alia apud ultimas Orientis terras miracula: homines, qui monomeri appellantῦ, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, uiuaciſſimæ pernicitatis. Saltuatim ſcribere, eſt carptim ſcribere, non ſuo ordine, ſed ut ſeſe offert. Siſen. lib. 3. Hiſtor. Nos una æſtate in Aſia, & Græcia geſta, literis idcirco cōtinentia mandauimus, ne uellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus.

SALTITO, ſaltitas, pen. cor. {*Saltar ſpeſſo*} (ἐξορχοῦμαι) frequentatiuum eſt à Salto, tas.

SALTO, tas, {*Saltare*} (ὀρχέομαι) ſignificat tripudio. Salluſt. in Catil. Sed in his Sempronia, multa uirilis audaciæ commiſerat. Hæc mulier genere atque forma, præterea uiro, liberisq́; ſatis fortunata fuit, literis Græcis, atque Latinis docta, pſallere, & ſaltare, & cantare elegantius, quàm neceſſe eſt probæ, multaq́; alia, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolùm amare, & amari, neque cantare & ſaltare, ſed etiam ſicas uibrare, & ſpargere uenena didicerunt. Idem pro Muræna: Nemo fere ſaltat ſobrius. Carmina ſaltantur theatro, Ouid. 5. Triſt. Eleg. 8. Saltata poemata populo, Idem 2. Triſt.

Saltare laudes alicuius, eſt ſaltationibus immiſcere, ait Budæus. Plin. in Paneg. Cum laudes Imperatorum ludis etiam, & comeſſationibus celebrarentur, ſaltarentur, &c. Hinc Saltura, turæ, (πήδησις, πήδημα) idem quod ſaltatio. Plautus in Curcul. Nunc durum ſaltura ſat bona eſt, ſi id feceris, Venare poteris inteſtinis uilius.

SALTVARES INSVLÆ, in Nymphæo ſitæ ſunt: ita dictæ, quòd ad ictus ſaltantium mouentur. Plinius libro 2. cap. 95. Sunt & in Nymphæo paruæ inſulæ, ſaltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

SALTVARIVS, rij, {*Campero*} (δρυμοφύλαξ) ſyluarum, ſeu ſaltus cuſtos. Pōponius l. ſi ita. ff. de Vſu & habitat. Dominus proprietatis, etiam inuito uſu fructuario, fundum, uel ædes per ſaltuarium, uel inſularium cuſtodire poterit.

SALTVOSVS, ſa, ſum, {*Boſcato, boſcoſo*} (δρυμώδης) ſaltibus paſſim obſitus, & impeditus. Liu. 7. Bell. Pun. Aperta erat regio, ſine ullis ad inſidias latebris: itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

SALTVS, tus, {*Boſco, ſelua*} (ὀργάς, δρυμὼν δρυμώδης τόπος) locus incultus, crebris ſyluis paſſim oppletus, in quo paſci etiā & æſtuare pecora poſſunt, Verg. lib. 3. Georg. Saltibus in uacuis paſcuntur plena ſecundum Flumina. Feſtus: Saltum Caius Aelius lib. 2. Significationum, quæ ad ius ciuile pertinent, ita definiuit: Saltus eſt, ubi ſyluæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoq́: ſi qua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltus, non magis quam fundi, qui eſt in agro culto & eius cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſyluam. Cæſar 6. Bell. Gall. Atq; ille latebris aut ſyluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. Bel. Ciu. Celeriterq́; Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Verg. 1. Georg. Et magnos canibus circundare ſaltus. Vide plura de hac uoce apud Vallam Elegant. lib. 5. cap. 106. & lib. 4. cap. 57. Eſt item Saltus (πήδησις) ipſe ſaliendi actus. Verg. 9. Aeneid. Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis In fluuium dedit.

SALVBER, pe. pr. maſc. gen. Salubris, fœminini: Salubre neutri: & hic, & hæc Salubris, & hoc bre, {*Salubre, ſalutifero, ſalutare*} (ὑγιεινὸς, σωτήριος) quod præbet ſanitatem. Vnde aer, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Colu. lib. 1. cap. 4. Fundum ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli, quum ſit inſalubris, ita ne effœti, ſi uel ſaluberrimus ſit, parandum. Cic. 1. de Diuin. Vti enim Ceos accepimus ortū caniculæ diligenter quotannis ſolere ſeruare, coniecturamq́; capere, ut ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubris'ne, an peſtilens annus futurus ſit. Nam ſi obſcurior, quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue, & concretum eſſe cœlum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Sin illuſtris & perlucida ſtella apparuit, ſignificari cœlum eſſe tenue, purumq́; & propterea ſalubre. Aquæ ſalubres, Horat. in Carm. ſecul. Fluuius ſaluber, Verg. 1. Georg. Salubre alicui rei. Pli. lib. 8. cap. 7. Chelidoniam uſus ſaluberrimam hirundines monſtrauere. Conſilium ſalubre, Cic. ad Att. lib. 8. Aliquando ſalubris accipitur pro ſano. Salluſt. in deſcriptione Africæ: Genus hominus ſalubri corpore. Liu. 3. ab urb. Grauiore tempore anni circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere.

Salubritas, atis, (ὑγίεια) ſanitas. Plin. lib. 37. cap. 13. Iam ſitu ac ſalubritate cœli, atque temperie, &c. Cæſ. 8. Bell. Gall. Ipſe tantum itinerum faciebat, quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum propter ſalubritatem exiſtimabat. Hinc quoque Salubriter aduerb. Liu. 3. ab urb. Et trahi bellum ſalubriter, & mature perfici poteſt. Cic. de Senect. Vbi enim poteſt illa ætas aut aquæ caleſcere uel apricatione melius, uel igni: aut uiciſſim umbris aquisq́; refrigerari ſalubrius?

SALVE, {*Dio ti ſalui*} (χαῖρε) uerbum ſalutantis. idem ualens quod ſaluus ſis: ſolumq́; declinatur per ſecundas perſonas imperatiui utriuſque numeri, & præſens infinitiui. Terent. in Phorm. Here ſalue, ſaluum te aduenisſe gaudeo. D. Oh bone cuſtos, ſalue. Iubeo te ſaluere, id eſt, precor tibi ſalutem. Horat. lib. 1. Epiſt. 10. Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus Ruris amatores, Cic. ad Attic. lib. 4. Dionyſium uelim ſaluere iubeas Verg. 5. Aeneid. Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti. Nequicquam cineres, animæq́;, umbræq́; paternæ. Saluęo dixit Plaut. in Trucul. pro ſaluus, & ſanus ſum. Saluebis in futuro, dixit Cic. ad Att. lib. 6. Saluebis à Cicerone meo: id eſt, Cicero meus te ſalutat. Vide in dictione Valeo.

SALVIA, æ, {*Saluia*} (ἐλελίσφακον) frutex eſt nulli non notus, uirgas habens quadrangulas, foliaq́; aſpera, craſſa, & incana, odore graui quidem, cæterum nō ingrato. Dicta Saluia, ut putatur, quod multis incommodis medeatur, ægrosq́; ſaluos præſtet. Prodeſt enim paralyticis, & contra ſerpentiū morſus remedium exhibet Plin. lib 22. cap 25. Dioſco. lib. 3. cap. 38. Fuit & Saluia mater Apuleij. Eſt & Saluia. Traiacenſium oppidum, in quinta regione Italiæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 13.

SALVIATVM, ti, {*Beuanda di ſaluia*} genus medicamenti eſt, quo ueterinarij, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione Colu. lib 6. cap. 9. Recens tuſſis optime ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. Colum. lib. 6. cap. 24. Lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Et paulo poſt. Pot. ſi etiam cum arido fico, & eruo cōteri herba ſantonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti. Quibus tamen in locis Saliuatum potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere uideo: qui Saliuatum interpretantur medicamenti genus, quod pecori ægroto datur deglutiendum.

SALIO, as, ſaluiato medeor, uel ſaluiatum deglutiendum præbeo Colum. lib. 6. cap. 24. Vel tenero olere commiſto, torrido, mollitoq́; milio, & per unam noctem lacte macerato, ſaluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibuſdam Saliuatur, legendum uidetur: quorum iudicio nos quoque libenter ſubſcribimus, alio Columellæ loco adducti qui eſt eiuſdem libri cap 5. ubi ſic habet: Euincendi ſunt quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Tum panaces & eringij radices, fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq́; aqua conſpergendæ: eoq́; medicamine ſaliuandū ęgrotum pecus. Vbi ſaliuandum pecus dixit, pro eo quod eſt, ſaliuato per os immiſſo curandum.

SALVM, ſali. {*Mare*} (ἅλς) mare, à ſapore ſalis: uel à uerbo Græco σαλεύειν, quod ſignificat mouere, fluctuare. Verg 1. Aeneid Perq́; undas ſuperante ſalo. Cic. pro Cęcin. Vt a quo loco depulſus eſſet in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam urbem, quam petebat Idem 3. Tuſc. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſale. Verg. 2. Aeneid Fit ſonitus ſpumante ſalo.

SALVS, lutis, {*Salute, ſanità*} (σωτηρία) incolumitas. Cic. ad Attic Saluti, ſi me amas conſule Terent in Adelph. Quod cum ſalute eius fiat. Cic. libr. 3. de Leg. Cui ne reditus quidē ad bonos, ſalutem à bonis potuit afferre. Plaut. in Mercu. Spem teneo, ſalutem amiſi: redeat, an non, neſcio Ouid. lib 3. Metamor. Te. ſ. omnis in uno Noſtra ſalus poſita eſt. Salutem dicere alicui rei, id eſt, uale dicere, &

re,& iubere ualere,relinquere. Cic.ad Volum.lib.6. Quas ſi,ut uolumus,exceperimus, ego uero multam ſalutem & foro dicam, & curiæ: uiuamq́ tecum, & cum communibus noſtris amatoribus. Hoc eſt,iubebo ualere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune. Accipitur aliquando Salus pro remedio. Verg.2. Aeneid. Vna ſalus uictis,nullam ſperare ſalutem. Salus item dea ſalutis credita eſt: unde Salutaris porta Romæ appellata, ab eius deæ æde,quæ ei proxima fuit. Teren.in Adelph. Ipſa ſi cupiat Salus,ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. Dicimus Latine, Nuntiare ſalutem, Aſcribere ſalutem, Dicere ſalutem,id eſt,ſalutare. Cic.ad Attic.lib.4. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutem nuntiaret. Et lib.6. Filiola tua gratum mihi fecit,quod tibi diligēter mandauit, ut mihi ſalutem adſcriberes. Plaut. in Capt. Omnium primum ſalutem dicito patri & matri. Mittere ſalutem, Remittere ſalutem: id eſt ſalutare, & reſalutare. Ouid. Epiſt.15. Hanc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem. Cic.ad Att.li.16. Atticam noſtram cupio ſeruatam: ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per te ab illa, refers igitur ei plurimam ſalutem.

SALVTARIS,tare,{*Salutare ſalubre ſalutifero*}(σωτήριος) idem quod ſalubre, hoc eſt, ſanitatem præbens,uel ad ſanitatem præbendam idoneum. Cice.ad Octau.ſanè: Nulla enim remedia,quę uulneribus adhibentur,tā faciunt dolorē, quàm quæ ſunt ſalutaria. Salutares literæ dicuntur, quæ coſolationē afferunt, Cic.ad Att.lib.7. Sic ergo habeto,ſalutares te mihi literas miſiſſe, &c. Salutaris litera à Cicerone dicitur A,quæ abſolutionis nota erat: ut, Triſtis C, quæ condemnationis. Cic.pro Mil. Nec uobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam,quàm illam triſtem dediſſet. Budæus. Inuenitur & Salutare,ſubſtantiuū. Plin.lib.12.cap.5. In præſentia extrema proſequemur, à ſalutari maxime orſi.

SALVTARIS DIGITVS,{*Indice*}(λιχανός) qui pollici eſt proximus, qui & Index dicitur, Sueto.de Auguſt.cap.80. Dextræq́ manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat,ut torpentem,contractumq́ frigore, uix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martian de Nup. Verum quidam redimitus puer ad eos compreſſo digito ſalutari,ſilentium cōmonebat.

Dicitur autem ſalutaris,uel quia non ſalutamus,niſi uiſa,& indicata. Verg. Italiam læto ſocij clamore ſalutant. Vel quia eo comprimimus os ad ſilentium,quod ſalutare eſt præceptum.

SALVTARITER,aduerb.{*Salutarmente*}(σωτηρίως) ſalutis ergo,ſine diſcrimine ſalutis,tuendæ ſalutis gratia. Plancus Ciceroni: Quadraginta millium paſſuum ſpatio relicto,conſedi eo conſilio,ut uel celeriter accedere, uel ſalutariter recipere me poſſem. Cic.de Clar. Orato. Tum arma ſunt ea ſumpta, quibus illi ipſi,qui didicerant eis uti glorioſe,quemadmodum ſalutariter uterentur,non reperiebant.

SALVTIFER,ra,um,{*Salutifero*}(σωτήριος) idem quod ſalutaris. Ouid.2. Meta. Aſpicit infantem,totoq́ ſalutifer orbi, Creſce puer dixit,tibi ſe mortalia ſæpe Corpora debebunt. Mart.lib.5. Seu placet Aeneæ nutrix,ſeu filia Solis, Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis.

SALVTIGER,ri,(ἀσπασμοφόρος) quo nomine utitur Apuleius, uidetur eſſe: non qui ſuo nomine alicui dicit ſalutem,ſed qui nuntiat,tanquam interpres, & adminiſter eius,à quo mittitur. Salutigerulus,idem. Vnde Plaut.in Aulul. Salutigerulos pueros,uocat ſeruos,qui iuſſu dominæ huc,illuc ſalutant,ſuntq́ nuntij & renuntij.

SALVTO,tas,{*Salutare*}(προσαγορεύω, ἀσπάζομαι) ſalutem dico,inuiſo. Cic. Attico: Cum Philogenes libertus tuus ad me ſalutandi cauſa ueniſſet. Terent. in Adelph. Opperiar hominem hic,ut ſalutem,& colloquar. Neque uero accedentes tantum ſalutare dicimur,uerumetiam recedentes. Stat.4.Theb. Stant tamen & nota puppim de rupe ſalutant. Salutare item eſt uenerari. Terent.in Phorm. At ego deos Penates hinc ſalutatum domum diuortar. Mart.lib.12. Multis dum precibus Iouem ſalutat. Ouid.15. Metam. Lætoq́ deum clamore ſalutant. Vnde mortuos, & res inanimatas uenerantes ſalutare ſolemus, non ſalutem imprecantes(quæ nulla in his eſſe poteſt) ſed uenerationem exhibentes.

Hinc Salutator,oris,(ἀσπαστής) qui ſalutat. Qu. Cic. de Petit. Conſul. Deductorum officium quod maius eſt,quam ſalutatorum. Salutatio,onis,(ἀσπασμός) ſalutandi actus. Cic.in Piſon. Quis enim te aditu,quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet? Salutatorius,ria,rium,adiecti. Plin.lib.15.cap.11. Omnia iam & uirorum ſalutatorijs cubilibus incluſa. Cōpoſita, Conſaluto, & Reſaluto, de quibus ſuis locis.

SALVO,uas,{*Saluare*}(σώζω) ſaluum facio,ſeruo. Cic.in Piſon. Me poſſe iterū Remp. ſaluare,ſi ceſſiſſem,infinitam cædem fore ſi reſtitiſſem. Hinc Saluator, oris.(σωτήρ) uox in ſacris literis nuſquam non occurrens: quam tamen eruditiores,tanquam parum probam,religioſe fugiunt,quemadmodum & uerbum Saluo,quod nec ipſum ſatis Latinum iudicant: putantq́ locum Ciceronis, quē iam citauimus,menda non uacare: præſertim cum id uerbum non temere apud quempiam ueterum,apud Ciceronem certè alibi nuſquam liceat inuenire.

SALVVS,a,um,{*Sano,e ſaluo*}(σῶος) ſanus,incolumis. Terent.in Phorm. Saluum te aduenisse gaudeo. Idem in And. Saluus ſum,ſi hæc uera ſunt hoc eſt,in tuto,& ſine periculo ſum. Transfertur & ad inanimata. Plaut. in Rud. Heu Heu ſceleſtus galeam in naui perdidi: Nunc mihi opportuna hic eſſet,ſalua ſi foret. Cic.2.de Finib. Simulatq́ ipſe graui uulnere exanimari uideret ſe, ut primū diſpexit,quæſiuit,ſaluus'ne eſſet clypeus,&c. Teren.in Adelph. Salua res eſt, id eſt, recte ſe habet.

SALYES,yum,(Σάλυες Straboni,& Ptolem.) populi ſunt Narbonenſis Galliæ, Liguribus finitimi: Plin.tamen Sallyos uocat, Liguriæ eos adſcribens. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi.

SAMARIA,(Σαμάρεια Steph.) Palæſtinæ regio eſt, Galilææ & Iudææ conterminia,oppida habens Neapolim,antea Mamortham,Sebaſtem, & Gamalā. Vide Plin.lib.5.cap.6. Stephano item Samaria, regionis huius urbs eſt, eadem cum ea,quæ poſtea Neapolis eſt appellata. Gentilia ſunt Samarita, & Samaritanus, Σαμαρείτης, Σαμαρεύς.

SAMAROBRINI,(Σαμαροβρῖναι) fuerunt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæſar Gallorum concilium indixit. Horum ciuitas eſt Samarobrina,à Samara amne nomen habens. Hanc Cameracenſem eſſe urbem nonnulli autumant,quam Scaldis fluuius interfluit. Cōſtantior tamen opinio eſt,urbem eſſe Nouioduno uicinam,quam uulgo ſancti Quintini dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluuius.

SAMBICVS,(Σάμβικος) famoſi ſacrilegi nomen,qui cum Dianæ τῆς ἰστοικῆς fanum aliquoties expilaſſet,tandem deprehenſus, annum perpetuum in quæſtione, tormentisq́ habitus, miſerrimo mortis genere excarnificatus, ſacrilegij pœnas luit. Hinc factus eſt locus prouerbio,ut Sambico grauiora pati dicamus,quem ſignificare uolumus exquiſitiſsimo tormenti genere excruciari.

SAMBVCA,æ,ſiue Sambyx,ycis,(σαμβύκη, ἡ σάμβυξ) inſtrumēti muſici genus, trianguli, teſte Porphyrio in Ptolemæi Harmonica, quod ex neruis tum longitudine,tum craſſitudine inæqualibus conſtabat: ſoletq́ leuiori carminum generi adhiberi. Vnde Sambucam cothurno aptare,prouerbij ſchema habet,pro eo quod eſt,res leuiſſimas,planeq́ nugatorias,negotijs grauibus, ſerijsq́ admiſcere. Perſius Saty.5. Sambucam citius caloni aptaueris alto. Nomen habet,ut Diomedes exiſtimat,à Sambyce inuentore: quanquam Athenæus ad Ibycum Rhegynum poetam eius originem referre malit. Eſt & genus machinæ militaris,qua urbes expugnare conſueuerunt: in qua ſic funes intendebantur, ſicut in organo muſico chordæ.

SAMBVCINA,æ,pen cor.(σαμβυκίστρια) quæ ſambuca canit: ſicut Fidicina,quæ fidibus. Plaut.in Stich. Fidicinas, Tibicinas, Sambucinas aduexit ſecum forma eximia.

SAMBVCISTRIA,æ,(σαμβυκίστρια) mulier ſambuca canens quę & Sambucina dicitur. Liu.9. Bell. Maced. Tunc pſaltriæ,ſambuciſtriæq́, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

SAME,es,{*Samo,Cephalonia*}(Σάμη) inſula ante ſinum Ambracium,quæ & Samos,& Cephallenia dicitur. Item oppidum eiuſdem inſulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin.lib.lib.4.cap.12.

SAMBVCVS,ci,{*Sambuco*}(ἀκτῆ) arbor nota, ſurculos ſpargēs arūdinaceos, teretes,cauos,candicantes,fungoſa medulla ple os,folia iuglandis terna quaterna'ue,ex interuallis circa ramos exeūtia,graui odore, minutim in ambitu ſecta, & in ramulorum cacuminibus cauliculisq́ circinatas habens umbellas, quæ florem candidum pariunt,mox acinum terebintho ſimilem, nigredine purpureum,racemoſum,atri ſanguinis ſucco madentem. Eſt & alterum ſambuci genus,quod ob humilitatem χαμαιάκτην uocant Græci, herbaceo magis generi aſſignandum,caule quadrangulo,geniculato,folijs amygdalæ,ex interuallo lōgioribus,geniculatim expanſis,pinnatisq́ in ambitu,ſerratis, muſcario,flore,& acino ſuperioris ſambuci. Latini Ebulum uocant. Vide Plin.lib.24.cap.8.

SAMERA,ræ,{*Semenza d'olmo*} ſemen eſt ulmi. Colum.lib.5.cap.6. Atinicam ulmum Tremellus Scrofa nō ferre ſameram(quod eſt ſemen eius arboris) falsò eſt opinatus. Apud Plin.lib.17.cap.11. legitur Samara,per primam uocalem in media ſyllaba. Vlmorum(inquit) priusquàm folio ueſtiantur,ſamara colligenda eſt. Circa Martias Cal.cum flauere incipit. Et rurſum lib.16.cap.17. Atiniæ non ferunt ſamaram: ita uocatur ulmi ſemen.

SAMIVS,a,um,(Σάμιος) quod eſt e Samo inſula: ut, Pythagoras Samius, Vas Samium. Plautus Captiuis: Samijs uaſis utitur. Cicero pro Muræna: Atque ille ſtrauit lectulos: expoſuit uaſa Samia. Auſonius de Agathocle: Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem. Atque abacum Samio ſæpe onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium abſolute. Cicer.6.de Repub. ut citat Nonius: Muneia Pontificum dijs immortalibus grata ſine Samio. Auctor ad Heren.lib.4. Nos Samijs delectabimur. Hinc Samiolus,a,um,diminutiuum: ut, Samiolum poterium. Plautus Sticho: Bathyoclis bibunt: nos noſtro Samiolo poterio,& tamen uiuimus.

SAMNITES,pen prod.{*Abruzzeſi*}(Σαυνῖται) populi in Samnio,quod nunc Aprutium uocamus: quæ regio eſt Italiæ inter Picenum,Campaniam,& Apuliam. Vrbs in ea ſunt, Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinum, Abuinum, Athina, Beneuentum, Conſinium. Idem & Sabelli dicuntur,nomine per diminutionem à Sabinis deducto,teſte Strabone lib.5. Ferunt enim Sabinos,cum aduerſus Vmbros bellum gererent, Marti uotum feciſſe,ſi uictoria potirentur,ſe illi conſecraturos,quicquid eo anno apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam rediſſent, cum reliquum anni totius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti conſecraſſe. Quos deinde,cum adoleuiſſent,duce Tauro in Campaniam ad ſedes nouas quærendas emiſerunt: ubi nullo propemodum negotio eiectis Opicis, ſedes ſuas collocarunt: originisq́ ſuæ memores,Sabellos ſeſe,quaſi Sabinorum ſobolem appellarunt. Hi grauiſsima olim bella cum Romanis uario euentu geſſerunt. Sp. Poſthumium Conſulem, cum collega,totoq́ exercitu ad Furcas Caudinas locorum anguſtia circumuentos,ex fœdere ſub iugum miſerunt: quam tamen ignominiam Romani non ita multo poſt magna illorum clade deleuerunt, Samnitibus uiciſſim ſub iugum miſſis. Poſtea cum ſæpius rebellaſſent,tandem à L. Sylla Dictatore,multis prælijs fracti,cum ne ſic quidem iugum ferre poſſent,funditus ſunt deleti.

SAMONIVM,{*Capo Solamon*} Cretæ inſulæ promontorium, Rhodo aduerſum, ſicut contrario litore Cyrenas uerſus κριοῦ μέτωπον prominet. Auctor Pomponius Mela lib.2.

SAMOS,{*Samo*}(Σάμος) nomen duarū inſularum: quarum altera Ioniæ adiacet e regione Epheſi, ambitu LXXXVII. M.paſſ. Iunoni dicata, quod in ea nata fuerit, & educata, & Iouis nupta. Scribit Var. Samon prius Partheniam nominatam,ibiq́ antiquiſſimum fuiſſe Iunonis templum, & ſimulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoq́ philoſophus ortum habuit, nec non & una ex Sibyllis,quæ inde Samia dicta eſt,quam ferunt de CHRISTO prædixiſſe: Tu enim ſtulta Iudæa Deū tuum non cognouiſti, ludentem mortalium mentibus: ſed & ſpinis coronaſti,horridumq́ fel miſcuiſti. Fiebant etiā in ea uaſa fictilia egregie ex creta efficta,quæ Samia uocabatur. Altera ſita è regione Epiri non procul à ſinu Ambracio,quæ & Cephallenia dicitur. De hac intelligendum eſt illud Suetonij in Auguſto: Ab Actio cū in Samum inſulam ſe in hyberna recepiſſet. Eſt enim hæc inſula breuiſſimo maris ſpatio ab Actio diremptа. Eodē ſpectat & illud Homeri, Odyſ. lib.24. Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης. Eadē & Same(Σάμη) aliquādo appellatur,per primam nominū declinationē Homerus loco iam citato: Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ. Verg.3. Aeo. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulichiumq́, Sameq́, & Neritos ardua ſaxis. Fuit & Samos ſiue Same, oppidi nomen in eadē inſula, à Romanis dirutū, Strab.lib.10. Quoniā cū inſula ſit tetrapolis,i. quatuor habeat urbes,ex

ſis una eſt, quæ Samus, ſiue Same dicitur, utroq; uſitato uocabulo, ipſi etiã inſulæ comuni. Et paulò pòſt: De Cephallenia uero, quę eſt tetrapolis i. ciuitates habet quaternas, neq; huius tẽporis nomine dixit, neque ulla de ciuitate, una tantũ excepta, ſiue Same ſiue Samo: quod oppidum hodie deletum prorſus eſt. Plin. lib. 4. cap. 14. Cephallenia quondã Melæna dicta, X I. M. paſſ. abeſt: circuitu patet X L I I I I. Same diruta à Romanis, adhuc tamẽ oppida tria habet. Ex his ſatis conſtat, uanam eſſe eorum differentiam, qui inſulam Samon, urbem uero Samen dicendam contendunt. Ab hac Same deducitur gentile Samæus, (σαμαῖος) cum à Samo Ioniæ inſula Samius deducatur. Eſt & Samus, cognomento Threicia, quæ & Samothracia dicitur. de qua uide paulo poſt ſuo loco.

SAMOSATA, tæ, (σαμόσατα) urbs Comagenes ad Euphratem Luciani Sophiſtæ patria: ſtagnum habens limum quendam gignens, quam Maltham illi appellant, cuius tam admirabilis eſt natura ut aqua accendatur, nec niſi terra reſtinguatur. Hoc limo Samoſateni urbem ſuam. Lucullo oppugnante, defenderũt, hoſtes una cum armis exurentes: ut eſt auctor Plin. lib. 2. cap. 107.

SAMOTHRACIA, ſiue Samothrace, {*Samotracia*} (σαμοθρᾴκη Stephano) Inſula eſt maris Aegæi, Thraciæ adiacens, ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Troiano, qui Palladiũ ſecum ferens, eo traditur confugiſſe. Gentilia ſunt Samothrax, & Samothracius. Verg. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

SAMPSA, ſiue Sanſa, (ut ex Gregorij Tiferni ſententia tradit Georg. Alexãdrinus in ſuis ad Columellam Annotationibus) nucleus eſt oliuæ, quem Gręci πυρῆνα uocant. Quorũ ſententiæ ſubſcribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, alijq; nonnulli, eruditione non contemnenda uiri. Locus autem, cui primi ſententiæ huius auctores ſunt innixi, eſt apud Colu. lib. 12. cap. 50. ubi ſic habet. Cũ primum baccæ uariare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures tamen albę, ſereno cœlo manibus deſtringi oliuam oportebit, & ſubſtractis tegetibus, aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcularia deferri, & integram in fiſcinis nouis includi, prælisq; ſubijci, ut quantũ poſſit, paulatim exprimatur. Poſtea reſolutis corticulis, emolliri debebunt, adiectis binis ſextarijs integri ſalis in ſingulos modios: & aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certè nouis fiſcinis ſampſæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampſas exprimere, idem eſſe putant quod ſampſas, hoc eſt, oſſa, ex oliuis premere, ſiue oliuas oſſibus liberare. Quorum ſententiæ quo minus ſubſcribam, facit alter eiuſdem Columellæ locus, qui eſt lib. eodem cap. 49. ubi ſic legitur: Oliua nigra maturiſſima ſereno cœlo legitur, eaq; ſub umbra uno die in cãnis porrigitur, & quæcunque eſt uitioſa bacca, ſeparatur. Itẽ ſiqui adhæſerant pediculi, adimuntur, foliaq; & ſurculi, quicunque ſunt intermiſti, eximuntur. Poſtero die diligenter cribratur, ut ſiquid ineſt ſtercoris, ſeparetur. Deinde intrita oliua nouo fiſco includitur, & prælo ſubijcitur, ut tota nocte exprimatur. Poſtero die inijcitur q; mundiſſimis molis ſuſpenſis, ne nucleus frangatur. Et cũ eſt in ſampſam redacta, tunc ſal coctus, tritusq; manu permiſcetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certe in loco Sampſas nulla ratione pro oliuarũ oſſibus accipere poſſumus. Neq; enim ullo pacto fieri poteſt, ut oliua in nucleos ſuos redigatur. Quin etiã is ipſe locus, quo illi præcipue nituntur, interpretationi quã adducunt pro ſua reclamat, ut non magno negotio deprehendet, qui locum eũ paulo penſiculatius examinarit. Quid autem ea uoce ſignificetur, non facile fuerit pronuntiare: præſertim cum præter unum Columellam (quod quidem ſciam) nemo ea fuerit uſus. Si tamen coniecturæ locus ſit, quantum partim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex uarijs Catonis, Varronis, & Palladij locis colligere licuit, crediderim Sampſas dici ipſas oliuarum carnes mola ſuſpenſa leuiter cõminutas, & oſſibus liberatas: quæ deinde exprimuntur, oleumq; fundunt: aut aridis quibuſdam herbis ſeminibus'ue conditæ, in uſum cibarij condimenti'ue reponuntur.

SAMPSVCHVM, ſiue Sampſychum, {*Maggiorana*} (σάμψυχον) herba quã nunc Maioranam appellant, alioq; nomine Amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampſuchum ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum.

Hinc Sampſuchinus, adiectiuum, (σαμψύχινος) idem quod amaracinus. Plin. ibidem: Fit ex eo oleum, quod Sampſuchinum uocatur, aut Amaracinũ. Vide Amaracus.

SANABILIS, le, {*Coſa atta à riſanarſi*} (ἰάσιμος) qui ſanari poteſt. Plin. libr. 29. cap. 4. Aſpides percuſſos torpore, & ſomno necant, omnium ſerpentum minime ſanabiles. Ouid. 1. de Reme. Amor. Vidi ergo, quod primo fuerat ſanabile uulnus, Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. Cic. 4. Tuſcul. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immiſericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij ſunt eiuſmodi conſtituti: quaſi mala ualetudine animi, ſanabiles tamen.

SANATIO, onis, {*Il reſtituir la ſanità*} (ἴασις) ualetudinis reſtitutio. Cice. 3. Tuſc. Cumq; ad corporũ ſanationem multũ ipſa corpora, & natura ualeãt, &c. Et paulo poſt: Eorum igitur malorum in una uirtute poſita ſanatio eſt.

SANATES, dicti ſunt, infra, ſupraq; Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, quia cum defeciſſent à Romanis, breui poſt redierè in amicitiam, quaſi poſt ſanata mẽte. Itaque in X I I. Tabulis cautum eſt, ut idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus i. bonis, & qui nunquam defecerant à pop. Rom. Hæc Feſtus.

SANAVS, Phrygiæ oppidũ Apolloniæ metropolis, teſte Strabone lib. 10. Ptolemæus Σαναὸν appellat.

SANCIO, cis, ciui, citum, uel xi, ctum, {*Conſecrare, ordinare, determinare, confermare, ratificare*} (κυρόω, κυρῶ μαι) ſtatuo, ſtabilio, ratũ facio, firmo: à ſanguine, ut putatur dictum, eò quod mactatæ hoſtiæ ſanguine fœdera ſoleant cõfirmari: ut eſt uidere apud Liu. lib. 1. ab urbe cõdita, ubi uetuſtiſſimũ fœdus inter Romanos Albanosq; initum porcæ immolatione docet ſancitum fuiſſe. Hinc etiam Seruius, explicans illud Verg. 12. Aen. Audiat hæc Genitor, qui fœdera fulmine ſancit: Sanctum, inquit, dicitur, quaſi ſanguine conſecratum. Vnde & Sanctio uocatur lex cũ terrore pœnæ. Sed de hoc ſuo loco. Eſt itaque Sancire, ſanctè aliquid & inuiolabiliter conſtituere. Cic. de Amic. Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. de Leg. Populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem quæ ſcripto ſanciat quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgus, appellare Cæſ. 1. Bell. Ciu. Hæc quò facilius certisq; conditionibus ſanciantur, aut, &c. Horat. 1. Ser. Saty. 3. Eheu Quàm temere in noſmet legem ſancimus iniquam. Cic. ad Att. lib. 10. Ego uero Solonis popularis tui, ut puto etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit, ſiquis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet. Id eſt, legibus ſuis capitis pœnam ſtatuit. Idem de Aruſp. reſpon. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi iure gentium ſancitum eſt. i. receptũ, & corroboratum. Legitur & Sanctus, a, um, participium a ſupino Sanctum. Liu. 10. ab urbe: De prouocatione legem diligentius ſanctã. Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomen: & Sanctio, ſanctionis, de quibus paulo poſt ſuo loco.

SANCTE, aduerbium, {*Santamente*} (ὁσίως) idẽ quod religioſe. Cic. pro Font. Ab his quicquam ſanctum aut moderate dictum putabis? Plautus Captiuis: Antu dubium habebis, etiam ſancte cum ego iurem tibi? Aliquando idem quod firmiter, & conſtanter, βεβαίως. Cic. Licinio lib. 5. Epiſt. Meq; ea quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturum, diligentiſſimeq; eſſe facturum Hinc compoſitum Perſancte. Terent. Hecy. Thais perſancte deierat. Plaut. Perſanctè iurauit ſe facturum.

SANCTIFICO, as, {*Santificare*} (ἁγιάζω) conſecro, diuinis honoribus proſequor, quaſi ſanctum facio. A' quo Sanctificator, Sanctificatrix, Sanctificatio: quæ apud Eccleſiaſticos ſcriptores uſquam non occurrant, claſſicis tamen linguæ Latinæ auctoribus parum recepta.

SANCTIMONIA, æ, {*Santità*} (ἁγιότης) idem quod ſanctitas. Cicero pro Quintio: Quid mihi inquit, cum iſta ſanctimonia ſumma ac diligentia? Idem pro Rabirio: Mentes, quæ ex hominum uita ad Deorum immortalium religionem ſanctimoniamq; demigrarunt.

SANCTIO, onis, {*Confirmatione, ratificatione*} (βεβαίωσις) modò idem quod eſt confirmatio, ſeu ratificatio: ut, Sanctio fœderis, apud Ciceronem pro Corn. Balbo: Modo idem quod conſtitutio, promulgatio, decretum. Idem ibidẽ: Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis aut pœna, cum caput eius, qui contra facit, conſecratur. Sanctio (inquit Seruius) latio legis eſt, cum terrore pœnæ. Cic. 6. Verrin. Niſi uehementius homini iratus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnamq; recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Idem ad Att. lib. 3. Sed uides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum, quæ abrogarentur.

SANCTITAS, atis, {*Santità*} eſt quædam (ut ita dicam) uenerabilitas, quæ propriè eſt Deorum immortalium, eorum'ue, qui uitæ continentia quàm proximè ad deos immortales accedunt. Cic. 1. Offic. Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas. Idem pro Cælio: Si matremfamilias ſecus, quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Idem 2. de Finib. Iam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno uerbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur.

SANCTITVDO, dinis, {*Santità*} (ἁγιότης) idem quod ſanctitas. Cic. 4. de Repub. ut citat Nonius: Eoſdem terminos hominum curæ atque uitæ, ſic Pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Accius Tereo, apud eundem: Alia hic ſanctitudo eſt, aliud & nomen & Numen Iouis.

SANCTOR, oris, idẽ quod ſancitor: ut, Sanctor legis, idẽ quod legiſlator, νομοθέτης. Tacitus lib. 3. Sed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legum fuit.

SANCTVARIVM, rij, {*Santuario*} (ἁγιαστήριον, ἄδυτον) abditiſſimus templi locus, ſacrarium. Sanctuaria quoque Mithridatis appellauit Pli. lib. 23. cap. 8. quę alio loco uocat Arcana, Plutarchus ἀπόρρητα. In ſanctuarij, inquit, Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti.

SANCTVLVS, a, um, diminutiuum à Sanctus, per contemptum deductum. Hieronymus in Rufinum: Tibi quaſi religioſus, & ſanctulus perſonam humilitatis imponis.

SANCTVS, a, um, {*Santo*} (ὅσιος) interdum idem quod pius & religioſus, auguſtius: propriè q; de dijs rebus'ue diuinis dicitur, ijs'ue qui quadam maieſtate, uitæq; innocentia ad deorum immortalium uirtutem quàm proxime accedunt.

Cicero poſt reditum. Numenq; ueſtrũ æquè mihi graue & ſanctum, ac Deorum immortalium, erit. Cic. 2. de Natu. deor. Aſtypalæa inſula Achillem ſanctiſſimum colit. Idem de Aruſp. reſp. Id omnibus ſemper ſanctum, auguſtum, & religioſum eſſe uiſum eſt. Sancta loca, dicuntur, quæ aduerſus iniuriam & uim religione quadam muniuntur, & ut inquit Donatus, quæ omni obſeruatione inuiolata ſunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum diuiſione) propriè dicitur, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Interdum Sanctum idem eſt, quod ſanctione ſubnixum: ut, Sanctæ leges, quibus pœna ſtatuitur in uiolatores. Sanctum (inquit Vlpianus de uerb. ſignif.) dicitur, quod neque ſacrum eſt, neque prophanum, ſed ſanctione aliqua firmatum. Interdum idem quod purum & impollutũ. Verg. 12. Aen. Sancta ad uos anima, atque iſtius inſcia culpæ Deſcendam. Idem 11. Aen. Tuq; ò ſanctiſſima coniux Felix morte tua, id eſt, caſtiſſima coniux.

SANDALIOTIS, (σανδαλιῶτις) Sardinia inſula denominata eſt, ab effigie ſandalij, hoc eſt, ſoleæ: unde & nõnulli Ichnuſam, (ἰχνοῦσαν) uocant, à ſimilitudine ueſtigij, quod Græce ἴχνος dicitur. Plinius lib. 3. cap. 7. Sardiniam ipſam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ. Myrſilius Ichnuſam, à ſimilitudine ueſtigij.

SANDALIVM, (σανδάλιον, ἢ σάνδαλον Luciano) muliebris calceamenti genus. Terent. in Eunu. Vtinam tibi commitigari uideam ſandalio caput. Hinc Sandalarius Apollo dictus eſt, à uico, cuius meminit Gell. lib. 17. In Sandalario forte apud librarios fuimus. Item Sandaligerula, (σανδαλιοφόρος, ἡ) quæ ſandalijs utitur. Plaut. in Trin. Ducitur familia tota, Veſtiſpici unctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.

SANDALVM, li, farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Pli. lib. 18. cap. 7. Gallię quoque ſuum genus farris dedere, quod illic Brance uocãt, apud nos ſandalum, nitidiſſimi grani. Eſt & alia differentia, quod quaternis libris plus reddat panis, quã far aliud Ruellius auctor eſt, etiam hodie Gallis unius literæ immutatione Blance appellari.

SANDALIDES, (σανδαλίδες) palmæ genus, à ſimilitudine ſandalij dictũ. Pli. lib. 13. cap. 4. Quarta auctoritas ſandalidũ, à ſimilitudine appellatarũ.

SANDANIS, uir fuit quidam Lydus, qui fruſtra Crœſo ſuadere conatus eſt, ne bellum Perſis inferret. Herod. lib. 1.

SANDAPILA, læ, pen. cor. {*Cadeletto*} genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Martial. lib. 8. Grandis in anguſta ſarcina ſandapila. Hinc Sandapilarij dicebantur ueſpillones, qui pauperum cadauera in ſandapila efferebant.

SANDARACHA,æ,(σανδαράχη)coloris rubri genus eſt, quod in aurarijs & argentarijs fodinis inuenitur,eò melius,quò magis rufum, quoque magis ui rus redolet,quoque purius eſt,magisq; friabile. Eſt & Sandaracha factitia,quæ ex cocta ceruſſa confici ſolet. Plin.lib. 35.cap 6.Sandaracha quo modo fieret diximus. Fit & adulterina ex ceruſſa non in fornace cocta. Color eſſe debet flammeus. Pretium in libras aſſes quini. Hæc ſi torreatur. æqua parte rubrica admiſta,ſandycem facit. Sandaracha,item, herbæ nomen apibus gratiſſimæ,quam alio nomine Cerinthum appellant. Vide Plin.lib. 11.cap.7.

SANDARACHINVS,a,um,pen cor.(σανδαράχινος) quod colorem ſandarachæ refert,hoc eſt,quod flammæ colorem imitatur. Næuius apud Noniũ. Merula ſandarachino colore.

SANDARACHATVS,adiectiuum,cui ſandaracha admiſta eſt. Pli.lib. 35. cap. 15.Item lentes tollit cum ſquammis æris,aceto ſandarachato admiſto.

SANDASTROS,gemma eſt,ex genere ardentiũ, quam aliqui Garamantiten uocant. Habet uelut in tranſlucido ſtellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nonnulli eandem putauerunt cum ſandaſſere,quã Nicanor Sandaſenon & Sandaſeron appellat:ſed falsò, ut inquit Plinius , uicinitate nominum decepti:cum ſint gemmæ prorſus diuerſæ . Vide Plin lib. 37.cap 7.

SANDYX,ycis,(σάνδυξ)coloris rubri genus,quod fieri ſolet ex ceruſſa uehementius adusta,teſte Galeno ad finem lib.9. Simpliciũ. Plinius & ex ſandaracha fieri tradit,æqua parte rubricæ admiſta . Quo in loco & Vergilium tacite imperitiæ uidetur reprehendere,quod ſandycem herbam eſſe crediderit , cũ ait, Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Verum(quod uiri totius memoriæ doctiſſimi bona cum uenia dictum uelim)eo ex uerſu colligi non poteſt,Vergilium Sandycem pro herbæ genere poſuiſſe:quod & ante nos annotauit Vergilius Marcellus eo capite,quo de Sandaracha agit Dioſcorides . Illud enim ſolũ uidetur ſpectaſſe Maro,cum fore rerum omnium felicitatem,ut ſponte ſua colores to ouium uelleribus naſcerentur,& inter paſcendum lanæ colorarentur: neque id paſtu ſandycis futurum ſignificaſſe,ſed id tantum uoluiſſe,fore,ut ſponte ſua lanæ ſandycis colorem contraherent,non detonſæ,ſed in ipſis agnorum tergoribus, cum interim illi paſcerentur .

SANÈ, {Certamente,ueramente}(μέντοι,ὄντως)aduerbium, quandoque affirmatiue ponitur,pro eo,quod eſt,certè.ut,Ita ſane,Sanè uero Cic.ad Lentulum lib. 1.Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat . Quandoque permiſſiuè , quando aliquid aduerſario tribuimus:ut,Sit ſane,ut uis,pro eſto ut uis.Cicero: Quid enim habet cõmodi ? quid non potius laboris ? ſed habeat ſane Quintil. Tulerit ſane filius noſter meritò pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loquimur.quaſi dicat,Eſto ità,ſit ut tu uis. Quandoque ponitur pro ualde,(μάλα)quoniam qui ſanus eſt,ualidus eſt. Suetonius:Bellum ſanè difficile geſſit. Iungitur nõnunquam cum &,affirmatiuaq; eſt.Quintil. Et ſane quis concipiat uel declamantis habitum,uel orantis uocem, inceſſum, pronuntiationem,illum denique animi,& corporis motum ? Item cum quàm Gellius:Sane quàm utile eſt. Non ſane,pro nõ admodum.Cic.2 de Finib.Poſt enim Chryſippum non ſane eſt diſputatum.Budæus. Sane bene,id eſt,bene quidem.Cicero pro Quintio:Erat ei pecuaria res ampla,& ruſtica,ſane bene culta & fructuoſa. Ponitur aliquando in principio ſententiæ. Cic.2.de Natu. deor. Sane reſtat,ut qualis eorum natura ſit , conſideremus . Ponitur aliquando pro ſatis . Cicero:Sopater,cum hoc illi improuiſum accidiſſet,commotus eſt ſane. Aliquãdo pro multum. Terent.in And. Sane pol illa temulenta eſt mulier.

SANESCO,is,{Sanarſi}(ὑγιάζομαι)ſanus fio. Colu.lib.6.cap.7.Sed uulnera facta igne,dum ſaneſcunt,defricare bubula urina conuenit: at ferro reſciſſa,melius pice & oleo curantur . Huius compoſitum eſt Conſaneſco . Idem lib.4. Tum etiam uitem mi: us cicatricoſam reddit,quoniam id,ex quo uiride, & tenerum decerptum eſt,celeriter conſaneſcit.

SANGA,(σάγγας)Cantabrorum fluuius, in Hiſpania citeriore. Plin lib.4.cap. 20. Sanga præterea eſt ſerui nomen apud Terentium in Eunucho .

SANGARIVS,(σαγγάριος)fluuius eſt Aſiæ , alio nomine Coralius dictus in Didymo monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniamq; in Põtum illabens. Vide Pli.lib 6.cap.1. Ptolemæus Sagarium appellat,Ouidius Sagarim. Vide ſupra ſuo loco .

SANGENOS,gemma eſt, ex opali generibus, quam ob eximiam gratiam & παιδέρωτα quidam appellauerunt. Plin. lib ult.cap 6.

SANGVICVLVS,(αἱμάτιον) ſanguis hædi, ſiue ſuis , in cibum formatus. Plin.lib.28.cap.14. Vtuntur ad utrunque uitiũ & coagulo hœdi in uino myrteo magnitudine fabæ poto,& ſanguine euiſdem in cibum formato, quem ſanguiculum uocant.

SANGVINO,as,are,{Inſanguinare}(αἱμάσσεσθαι)eſt ſanguine manare. Quintil in Declam. 10. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti.Et iterum: Mulier quę ſanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus:Nã lucroſæ huius & ſanguinantis eloquentiæ uſus recens,& malis moribus natus .

SANGVINARIA,herba eſt,quã Græci à multitudine geniculorũ πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, ꝓpterea quod ſuccus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinẽ.Col.lib 7.cap.5. Eſt etiã grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, quã ſi paſta eſt ouis,toto uentre diſtenditur,contrahiturq;, & ſpumã quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & Sanguinalis herba Colu. lib.6.cap. 12.cuius hæc ſunt uerba . Poſſunt etiam,ut Cornelius præcipit, lilij radix,aut ſcylla cum ſale,uel ſanguinalis herba,quã πολύγονον Græci appellant,uel marrubium,ferro recluſa ſanare. Vulgus Corrigiolam uocat, & Centinodiam.

SANGVINARIVS,a,um,adiectiuũ,{Crudele ſanguinario}(φιλαίματος αἱμοχαρής)ſæuus & crudelis.Cicero: Itaque grauem illam , ac ſanguinariam uocẽ audiuimus. Sic Sanguinarius homo,dicitur à Seneca,qui gaudet humano ſanguine,& crudelis eſt.Cic.ad Attic.lib 2. Megabrotus,& hæc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt. Plin lib.19.cap.4. Tarquinius nuntium illum ſæuum atque ſanguinarium filio remiſit ex horto.

SANGVINEVS,a, um, {Sanguigno,pieno di ſangue},(αἱματώδης,αἱματηρὸς)modo ad corporis temperamentum refertur. Medicis enim ſanguineus dicitur,cui plurimum inſit boni ſanguinis, hoc eſt, qui temperamento calido ſit & humido. Modo de eo dicitur,quod ex ſanguine cõſtat : ut Imber ſanguineus apud Cic. 1.de Diuin. Pli.lib. 11.cap.37.Coſtæ nulli,niſi ſanguineũ pulmonem habenti Oui.2. Meta. At inde Sanguineæ manant tãquam de uulnere guttæ. Interdum idem quod ſanguinolentus,αἱματώδης.Idem 3. Triſt. Eleg.9. Pallentesq; manus,ſanguineumq; caput. Modo ad animum refertur, & ſignificat crudelem,cruentumq;.Ouid. 13. Metam . Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem Eminus ingenti reſupinum pondere fudi . Horat. 1. Carm. Ode 27. Tollite barbarum Morem,uerecundumq; Bacchũ Sanguineis prohibete rixis.

SANGVINEVS frutex a corticis ſanguineo colore nomen accepit, uiminea ferens lenta,uitibus uincula ſuppeditantia,teſte Plin.lib. 16.cap. 37. Virgę ſanguineæ,ex ſanguineo frutice detractæ. Plin.lib. 19.cap. 10. Sunt qui uirgis ſanguineis tangant ea,quæ erucis nolint eſſe obnoxia. Idem lib.24.cap.10. Nec uirga ſanguinea felicior habetur. Cortex eius cicatrices,quæ perſanauere aperit.

SANGVINOLENTVS,a,um,{Sanguinolento,pieno di ſangue, tutto ſangue}(αἱματώδης)plenus ſanguine,& ſanguine conſperſus. Varro de Vita pop. Rom Itaque propter amorem Imperij,magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis urbem perturbauere. Ouid.Epiſt.3. Vidi,quantus erat, fuſum tellure cruenta Pectora iactantem ſanguinolenta uirum. Idem 1 Amor. Eleg 12. Ille color uere ſanguinolentus erat Litera ſanguinolenta,pro inuectiua,ſeu famoſo libello. Idem in Ibin. Nullaq;,quæ poſſit,tot ſcriptis millibus extat Litera Naſonis ſanguinolenta legi.

SANGVIS,inis,{Sangue}(αἷμα)quod & Sanguen,neutri generis ab antiquis dicebatur. Lucr. Viſceribus uiscus gigni,ſanguenq; creari. Dicitur autẽ proprie Sanguis,qui eſt intra uenas : Cruor uero,qui iam extra uaſa eſt effuſus. Cic.2. de Natu.deo.In quem ſanguis à iecore per uenam illam cauam influit,eoq; modo ex his partibus & ſanguis per uenas in omne corpus diffunditur,& ſpiritus per arterias. Idem 2.de Orat Reliquæ duæ,ſicut ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent. Verg.2. Aen. Nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri. Detractio ſanguinis , & Sanguinis miſſio , (φλεβοτομία) & Sanguinem mittere,& Sanguinem detrahere, (φλεβοτομεῖν)apud Celſ lib. 2. cap.8 & 9.ſæpius leguntur : Quint.lib.2.cap 10. Impleat ſe declamator aliquãdo,dum ſciat,ut quadrupedes,cum uiridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur. Sanguis ærarij,μεταφορικῶς,pro ſubſtantia in ærario contenta.Cic.5. Verr. Quę cum pop.Rom.uictu,de uectigalium neruis,de ſanguine detraxiſſet ærarij,Tertiæ mimæ condonauit. Plenus ſanguinis,pro ſanguitario. Plaut.in Bacch. Magiſtron' quenquam diſcipulum minitarier ? Nil moror diſcipulos mihi eſſe iam plenos ſanguinis. Sanguis,pro uigore ac Vi. Cice. ad Attic.lib.4. Amiſimus,mi Pomponi,omnem ſuccum & ſanguinem,ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis:nulla eſt Reſpub. quæ delectet, in qua acquieſcam. Sanguis,pro progenie. Verg.1. Aenei. Troiano à ſanguine duci Audierat. Idem 4. Aen. Sed fore,qui grauidam imperijs,belloq; frementem Italiam regeret:genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem. Idem 2. Aen. Hortamur fari,quo ſanguine cretus, Quid'ue ferat,memoret:quæ ſit fiducia capto.Cic.pro Roſc. Amer. Magnam uim,magnam neceſſitatem,magnam poſſidet religionem paternus maternusq; ſanguis. A' Sanguis fit compoſitum Exanguis. Item denominatiuum Sanguineus: eiuſq; compoſitum Conſanguineus:de quibus ſuo loco.

SANGVISVGA,pen.pro {Sanguetta,ſanguiſuga}(βδέλλα)uermis in aqua degens,ſanguinemq; ſeſe lauantium exugens:qui & Hirudo dicitur . Plin.lib. 32.cap.7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

SANIES,huius Saniei,{Marza}(ἰχὼρ,βρότος) ſanguis corruptus, nec dũ ad puris albedinem,craſſitudinemq; coctus. Verg.8. Aen. Et ſanie,taboq; fluẽtes. Celſus lib.5. Sanguis omnibus notus eſt: Sanies eſt tenuior hoc,uarie craſſa,& glutinoſa,& colorata: Pus craſſiſſimũ,albidiſſimumq;, glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exuit aũt ſanguis e uulnere recenti, aut iam ſaneſcente : ſanies inter utrunq; tẽpus eſt:pus ex ulcere iam ad ſanitatem ſpectante. Ponitur aliquando Sanies pro lanæ infectura. Plin.lib.9.cap.38. Ruſuſq; carminata mergitur, donec omnẽ ebibat ſaniẽ. Sanies oleæ,eſt ipſa amurca,hoc eſt,fæx olei. Pli.lib. 15. cap. 3. Oliuæ conſtant nucleo,oleo carne,amurca: ſanies eſt hæc eius amara. Hinc Sanioſus,adiect.(βροτόεις)ſanie,& impuro ſanguine cõſperſus. Plin. lib.7.cap. 15. Aut oĩs intales partus edũtur aut ſanioſi, ut auctor eſt Nigidius.

SANITAS,tis,{Sanità}(ὑγεία)bona ualetudo,hoc eſt, ſtatus corporis actiones omnes ſuas probe obeuntis.Cic.5 Tuſcu. Corporis temperatio,cum ea congruunt inter ſe è quibus cõſtamus,ſanitas eſt. Per tranſlationem quoque de animo dicitur,cum ille functiones ſuas probe obit. Vnde Redire ad ſanitatem dicimus,pro eo quod eſt reſipiſcere Cic. Caſſio,lib. 11.Epiſt. Quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Cal.Septemb. poteſtas facta eſt.

SANNA,æ,{Irriſione,deleggiamento}(χλεύη)per duplex n,irriſio, quæ (ut inquit Hier)ab occipitio diſtorto,ore,& labris cõtractis fit,anteriorũ dẽtiũ oſtẽtatione. Quo uocabulo uſus eſt Iuu. Sat 6. I nũc,& dubita,qua ſorbeat aera ſanna Tullia. Et Perſius Sat.1. Vos o patritius ſanguis,quos uiuere fas eſt Occipiti cæco,poſticæ occurrite ſannæ. Hinc Sanniones,& Sannij, ut inquit Probus: de quibus paulo poſt, Itẽ Deſanno,nas,qđ eſt per faſtidiũ derideo . Subſanno, (χλευάζω)de quo alibi. Similiter Sannatores,(χλευασταί)qui eo modo irrident.

SANNIO,onis,(χλευαστὴς Ariſto.)qui ſoluto riſu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet,moreſq; aliorum tam inepto geſtu exprimit,ut cum alios irrideat,ipſe omnibus ſit ridiculus Cic.2 .de Orat. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum,quam ſannio eſt,qui ore,uultu,imitandi moribus,uoce,denique corpore ridetur ipſo? Idem ad Papyrium,lib 9. Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum .

SANNAVS , quod hic pro Aſiæ quendam lacu corrupte legebatur oide Sinnaus.

SANO,nas,{Sanare,guerire}(ἰάομαι,ἀλθαίνω)ſanũ facio,redintegro,& incolumitati reſtituo Cic.4. Tuſc.Ciriusq; oculorũ tumor ſanatur,ꝗ diuturna lippitudo depellitur Idem 3.de Nat deo. Nec enim Herculi nocere Deianira uoluit, cum ei tunicam ſanguine Centauri tinctã dedit:nec prodeſſe Pheræo Iaſoni is, qui gladio uomicam eius aperuit,quam ſanare medici non potuerunt. Ouid. 10. Metam. Habeo quod carmine ſanet,& herbis. Vulnera Reipu. ſanare,per tranſlationem. Cic.4.de Finib. Quæ hic Reipu. uulnera imponebat,eadem ille ſanabat . Idem 2. in Catil. Quos quidem ego,ſi ullo modo fieri poſſet,non tam ulciſci ſtudeo,quàm ſanare,& ipſos placare Reipub. Tibul.lib 2. Eleg 3. Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis. Hinc fiunt Conſano,& Reſano,com-

poſita: quorum ſignificationes ſupra explicantur ſuis locis.

SANQVALIS, (φήνη) auis, quam quidam Oſſifragam appellant: de qua Pli. lib. 10. cap. 7. Sanqualem auem atque immuſſulum, Augures Romani magnæ quæſtioni habent. Immuſſulum aliqui uulturis pullum arbitrabantur eſſe, & Sanqualem oſſifragæ. Maſſurius Sanqualem oſſifragam dicit eſſe, immuſſulũ autem pullum aquilæ, priuſquam albeſcat cauda. Quidam, poſt Mutium Augurem non eſſe uiſos Romæ affirmauere.

SANSVCVS, uide ſupra in dictione Sampſuchum.

SANSA, uide ſupra in dictione Sampſa.

SANTALVM, li, (σαντάλον Aetio) quod uulgus Sandalum uocat, lignum eſt, quod India mittit. Cuius tria ſunt genera, candidum, rubrum, luteum: quibus ſimul commiſtis, fit compoſitio uulgaris, quæ Triſantalum appellatur. Vide Ruellium.

SANTERNA, næ, chryſocollæ genus eſt, quo aurifices utuntur ad auri ferruminationem. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

SANTONES, & Santoni, pen. cor. (σαντόνες) populi quidam Galliæ Aquitanicæ, nõ longe à Toloſatium finibus, quæ ciuitas eſt in Prouincia Romanorum, ut Cæſar Commentariorum 1. ſcribit. Luca. lib. 1. Gaudetq; amoto Santonus hoſte. Hinc deducitur adiectiuum Santonicus, a, um. Iuue. Saty. 6. Tempora Santonico uelas adoperta cucullo. Sunt qui ſcribant Xantones cum x, in prima ſyllaba, non cum s.

SANTONICA, (ἀψίνθιον θαλάσσιον) tertia abſinthij ſpecies eſt, minore folio, quàm Ponticum: alijs nominibus Abſinthium marinum, & Abſinthium Seriphium appellatum. Dicta Santonica, ſiue (ut apud Plin. lib. 27. cap. 7. legitur) Abſinthium Santonicum, à Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copioſiſſime prouenit.

SANTONVM PORTVS, Galliæ urbs eſt ad Oceanum, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgo la Rochelle.

SANVS, a, um, {Sano} (ὑγιής) integer, incorruptus, bene habẽs, proſpera utens ualetudine, cuiusq; partes omnes probe ſuas obeunt functiones. Cice. in Philipp. Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. Cato cap. 157. Quum plurimũ ederit, tum citiſſimè ſanus fiet ex eo morbo. Propert. lib. 2. Eleg. 13. Nec quiſquam ex illo uulnere ſanus abit. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquã inter cutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. Transfertur & ad animũ. Vnde dicimus hominem ſana mente, ſanoq; conſilio Terent. in Heaut. Satin' ſanus es, aut ſobrius? Cic. 2. de Natu. deo. Eſſe igitur deos, ita perſpicuum eſt, ut id qui neget, eum ſanæ mentis non exiſtimem. Hinc Inſanus dicitur, (ἄφρων ἀμφρόνιμος) cui mentis ſanitas deeſt, hoc eſt, qui inſtrumentum principum animæ facultatum habet uitiatum. Vnde Inſania, pro dementia, & Inſanio, pro deliro, deſipio, mentis compos non ſum: de quibus copioſius egimus ſuis locis.

SAPA, æ, {Sapa, uin cotto} (σίραιον) à ſapiditate, uinum eſt ex muſto ad tertias decocto confectum. Græcè ἕψημα ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. Plin. libr. 23. cap. 2. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſupersit. Idem lib. 14. cap. 9. Siræum, quod alij hepſema, noſtri Sapam appellant, ingenij non naturæ opus eſt, muſto uſque ad tertiam partem menſuræ decocto. Martialis: Et Laletanæ nigra lagena ſapæ. Ouid. 4. Faſt. Lac niueum potes, purpuream q; ſapam.

SAPÆI, (σαπαῖοι) Thraciæ populi ſunt ad Neſtum amnem quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

SAPERDA, (σαπέρδης) piſcis Pontici genus, teſte Athenæo li. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Perſius Saty. 5. Ecquid agam, rogitas? en ſaperdam aduehe ponto. Feſtus Saperdam uiliſſimum piſcem interpretatur. Quinctium Phocion, teſtante Cæl. Rhodig. Saperdam pro aqua accepit arundini inſcitia. Nonius per tranſlationem pro ſapiente, & uenuſto accepi annotauit, citans locum Varronis in Modio: Omnes uidemur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, cum ſimus σαπροί.

SAPIDVS, da, dum, {Saporito} (εὔχυλος) quod gratum ſaporem habet. Cuius contrarium eſt Inſipidus, ſine ſapore, ut Caſeus ſapidus, Vinum inſipidum.

SAPIENS, tis, {Sapiente, ſaggio ſaputo} (σοφός) qui ſapit. Cic. 4. in Catil. Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. Hora. 1. Epiſt. 7. Vir bonus & ſapiens dignus ait eſſe paratum. Tacit. libr. 3. Cæteri ad ſapientiora conuertere. Sapiens tribus modis dicitur. Primò, qui ſcientiam aliquam optime tenet: ut, Ariſtoteles in philoſophia, Acilius in iure ciuili. Secundo, qui per longam ætatem, rerũ multarum cognitionem adeptus eſt, ut Cato. Tertio, qui circa præcepta bene uiuendi, & cognitionem uerſatur: qualis fuit Lælius. Cic. de Amic. Vnum accepimus Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum. Hinc Sapienter, aduerb. σοφῶς. Terent. in And. Sapienter uitam inſtituit. Cic. pro domo ſua: Quia ius a maioribus noſtris, qui non ficte & fallaciter populares, ſed uere & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Idem Curioni lib. 2. Nemo eſt, qui tibi ſuadere ſapientius poſſit teipſo. Ouid. 13. Metam. Perq; deos oro, quos hoſti nuper ademi, Per ſiquid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendum &c.

SAPIENTIA, æ, {Sapientia} (σοφία) eſt, ut ait Cic. 4. Tuſc. rerum diuinarũ, atque humanarum ſcientia, cognitioq; quæ cuiuſque rei cauſa ſit. Idem 2. Offi. Sapientia eſt, (ut à ueteribus Philoſophis definitum eſt) rerũ diuinarum & humanarum, cauſarumq; quibus hæ res continentur, ſcientia. Idem 1. Offic. Princepsq; omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci uocant: & qui eam profitetur, Sapiens (σοφὸς) appellatur. Vnde qui nunc Philoſophi dicuntur, primum σοφοὶ à Græcis, à noſtris Sapientes dicebantur. Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim ſeptem eodem tempore inuenit Græcia, quibus id nominis deferret. quorum nomina & patria ſic ſe habent. Thales Mileſius: Solon Salaminius, ſeu Athenienſis: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus. Bias Pryenæus: Cleobulus Lyndius: Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus nõ Sophum ſe, ſed Philoſophum appellauit: hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem: & ſcientiam ipſam, non Sophiam, ſed Philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quod hominum neminem ſed ſolum Deum ſapientem iudicaret.

SAPIENTIPOTENS, tis, pen. cor. qui ſapientia multum ualet, quẽadmodum Belſipotens, qui plurimum poteſt bello. Eſt autem uox Enniana: ſatis durè compoſita. Cic. 2. de Diuin. Poſtremo quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeacidarum, belli potentes ſunt magis, quàm ſapientipotentes, tamen hanc uerſus amphibologiam intelligere potuiſſet.

SAPINVS, pen. prod. (ἐλάτη) pars eſt abietis inferior, quæ enodis eſt, ſicut ſuperior, quæ nodoſa eſt, Suſterna. Hodie tamen uulgus Gallorum totam arborẽ ſua lingua Sapinum uocat. Vide Plin. lib. 16. cap. 39. Sapineus, a, um, (ἐλάτινος) quod ex ſapino eſt. Colum. lib. 12. cap. 5. Alij nucibus ardentibus ſapineis idem efficiunt.

SAPINOS, genus gemmæ eſt, ex amethyſti generibus colore hyacynthi, ſed paulo dilutiore, quæ & Paranites dicitur. Auctor Plin. lib. ult. cap. 9.

SAPIO, pis, piui, uel ſapij, ſapitum, pen. pro. {Hauer ſapore, eſſer in ceruello} (χυμίζω) uel ſapui, ſapitum, pen. cor. proprie pertinet ad ſenſum guſtus, proprieq; res ipſa ſapere dicitur, quæ habet in ſe aliquem ſaporem. Iuuen. Satyr. 11. Qui meminit, calidæ ſapiat quid uulua popinæ. Cice. 2. de Finib. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8. Nec dubium, quin ſi ei ramulis glaciatus caſeus iucundiſſime ſapiat. Hinc Sapor & Sapidus: quorum ſignificationes uide ſuis locis. Transfertur & ad animum, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam, uel opinionem habere, φρονεῖν. Terent. in Eunuc. Si ſapis, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet recte feras. Martial. Nubere uis Priſco? non miror, Paula, ſapiſti. Cice. 2. Offic. Quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plus quàm cæteros, arbitrantur. Quandoque datiuo iungitur. Plaut. in Trin. Habẽn' tu amicum, aut familiarem, cui pectus ſapiat? Hic ſapit rem ſuam, id eſt, ſcit quid ſibi agendum ſit. Sapit ad genium: id eſt, nouit curare cuticulam, & indulgere genio.

Accipitur etiam Sapio pro refero: ut illud apud Perſium, Cum ſapimus patruos: hoc eſt, cum ſapientiam patruorum referimus. Ad hũc modum dicimus, Liber hic ſapit hæreſim, Phraſis ſapit Græcaniſmum: hoc eſt, refert hæreſim, uel Græcaniſmum. Huius compoſita ſunt, Deſipio, & Reſipio quorum ſignificata explicantur in uerbo Deſipio.

SAPIRES, penult. prod. (σάπειρες Stephano) populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires (σάβειρες) dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

SAPIS, fluuius Italiæ in Flaminia prope Ceſenam urbem. auctor eſt Plin. libro 3. cap. 15. Eſt & Sapis Galliæ Ciſalpinæ fluuius Senogalliam urbem ſubter labens, iuxta quam & Iſaurus fluit. Luc. lib. 2. Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro.

SAPOR, oris, {Sapore} (χυλός χυμός) eſt qualitas illa quam guſtu dignoſcimus. Saporum uero decem ſunt genera (ut docet Plin. 15. cap. 27.) ſcilicet dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus. Cic. 3. de Finib. Vt enim mel & ſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. Plin. lib. 15. cap. 28. Quæ odorata, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quam obrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus, quadam tenus & cotoneis. nulluſq; odor ficis Verg. lib. 4. Georg. Aſper in ore ſapor. Quintil. lib. 1. cap. 1. Vt ſapor, quo noua imbuas, durat, &c. Ponitur aliquando Sapor per tranſlationem pro iucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. Grauius obruebat neſcio quo ſapore uernaculo.

SAPHIRATVS, (σαπφειρωτός) ſapphiris intertextis uariegatus. Sidonius: ac ſi ſub uerſicoloribus figuris uernans herbida cruſta ſapphiratos.

SAPPHIRVS, pen. prod. {Zaffiro} (σάπφειρος) lapis pretioſus, coloris aerij aureis punctis collucens: de quo uide plura apud Plin. lib. 37. cap. 9.

SAPPHO, (σαπφώ) inſignis Poetria fuit, carminis inuentrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarũ una Ereſia, quæ & antiquior Lyrica, qua tempeſtate Alcæus claruit, Terpſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinij Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mitylenæa, longe iunior, cuius pene nihil extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius ſic de ea ſcribit. Μναμοσύναν εἷλε θάμβος, ὅτ' ἔκλυε τᾶς μελιφώνου Σαπφοῦς, μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί. i. Mnemoſynem matrem Muſarum cepit ſtupor, quãdo audiuit dulciſonam Sappho, Nunquid decimam Muſam habent mortales?

SAPRVM, (σαπρόν) Plin. lib. 28. cap. 9. appellat caſei quoddam genus putridum, quod cum ſale & ſorbis ſiccis è uino tritum epotumq; medetur cœliacis. Græci σαπρὸν uocant putridum: unde & σαπροφάγοι dicuntur, qui putridis ueſcuntur: & uerbum σαπροφαγεῖν, quod eſt, putridis ueſci. Quo quidem uerbo etiam Martial. utitur lib. 3. Neſcio quod ſtomachi uitium ſecretius eſſe Suſpicor: ut quid enim Bætice σαπροφαγεῖς?

SAPSA, à ueteribus dictum eſt pro ipſa, uel ſeipſa. Ennius: Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat.

SARACA, Ptolemæo libr. 6. cap. 2. oppidum in mediterraneis Mediæ. Eſt & eidem lib. 5. cap. 10. Sarace ciuitas in Colchide.

SARASTES populi, uide Sarraſtes.

SARCARIVS, (quod hic pro Phrygiæ fluuio corruptè legebatur) uide Sangarius.

SARCASMOS, (σαρκασμός) Latine dicitur iocus cũ amaritudine, uel hoſtilis inſultatio. ut apud Verg 2. Aen. Referes ergo hæc, & nuntius ibis, Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

SARCIMEN, (ῥαφαί) ſutura Apul. Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam ſetæ denſitate ſepſimus.

SARCINA, æ, p. c {Carica carga, peſo} (σκεῦος, ἐπίσαγμα, ἀποσκευή) ꝓprie utenſiliũ eſt, & eorũ quæ ad cultũ, & ad ſimilẽ uſum pertinẽt, ueluti faſcis, quẽ quis in itinere faciẽdo cõportare poſſit. Plau. in Moſt. Hinc ſpeculabor ꝓcul, Vnde aduenietũ ſarcinã imponã ſeni. Hinc milites, quũ caſtra mouere uolũt, Sarcinas colligere dicuntur: Et qui in aliam domũ immigrant, Sarcinas ſuas cõponere ſolent. Cæſ 2 Bell. Gall. Cum prima legio in caſtra ueniſſet, reliquæq; legiones magnũ ſpatiũ abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri Ouid. Epi. 3. Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ. Res & noſtras domi ciſtis capſisq; compoſitas, Sarcinas uocamus. Quintilianus: Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Per tranſlationem quãdoque Sarcina ponitur pro moleſto onere. Sarcinula, æ, diminutiuũ, Iuue. Sat. 3. Quis gener hic placuit cenſu minor, atq; puellæ Sarcinulis impar?

SARCINATRIX, cis, {*Strazzaruola*} (ῥάπτρια) mulier quæ veſtes ſuit, & reficit. Caius in l. & ancillarum. de Pecul. Maxime ſi qua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium uulgare exerceat.

SARCINO, as, (σκευάζω) ſarcinas conficio. Interdum Sarcinare capitur pro ſuere, ῥάπτειν. Hinc Sarcinator, qui ſuit, & ueſtes reficit. Lucilius: Sarcinatorē eſſe ſummum, ſuere centonem optimè. Plau. in Aulul. Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Paulus in l. fullo, ff de furtis. Fullo, uel ſarcinator, qui poliendas, et ſarciendas ueſtimenta accepit ex contractione eorum furtum facit. Sarcinatus, adiectiuum, ſarcinis onuſtus. Plaut. in Poen. Vide'n' homines ſarcinatos conſequi?

Huius compoſitum eſt, Conſarcino, quod eſt ſarcinas colligo. Gel. lib. 1. Verſus hi ſunt Cæcilij trunca quædam ex Menandro dicentis, et conſarcinatas uerba tragici tumoris.

SARCINARIVS, a, um, adiectiuum, quod ad ſarcinas pertinet: ut, Sarcinariū iumentum, quo ſarcinæ uehuntur. Cæſ. 1. Bell. Ciu. Illi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad id expeditiores, omnia ſarcinaria iumenta interfici iubent.

SARCIO, cis, ſarſi, ſartum, {*Cuſire veſte*} (ῥάπτω) ueſtes conſuo. Vnde Sartores dicti, qui ueſtes ſarciunt, uel reſarciunt. Accipitur & pro reſtituere, inſtaurare, (ἐπισκευάζειν.) Vnde Sarta tecta, (ἐπισκευαστὰ καὶ κατεστεγασμένα) opera publica, quæ locantur ut integra præſtentur. Dicimus autem Exigere ſarta tecta, Locare ſarta tecta, Conducere ſarta tecta, Trahere ſarta tecta, Habere ſarta tecta, Præſtare ſarta tecta. Locabant ſarta tecta Cenſores, exigebant ipſi quoque Cenſores, interdum Aediles, aliquando etiam Prætores, nec niſi cum Senatus decreuerat: tradebant, habebant, præſtabant, conducebant ſarta tecta redemptores. Dicimus interdum cum coniunctione Sarta tectaq; & Sartam & tectum. Vtuntur antiqui hac locutione per tranſlationem. Cicero ad Atticum lib. 13. Epiſt. Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum, integrumq; conſerues. Plaut. in Trin. Sarta tecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. hoc eſt, exacta, & conſtante undique obedientia, præceptis tuis parui. Per tranſlationem ponitur pro damnum ſoluere, reparare, ἀντιμβάλλειν. Pacuuius: Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito, ut debes. Colum. lib. 9. cap. 15. Quæ cum ſuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damna fiunt agiliores. Dicimus quoque Sarcire detrimentum pro reparare. Cæſ. 1. Bell. Ciuil. Dum ſarcire acceptum detrimentū uolunt, temerè inſecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Cæſ. 3. Bell. Ciuil. Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut Tribuni, aut centurionis imperium deſideraret. Generis lapſi ſarcire ruinas. Verg. 4. Georg. de Apibus: Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas. Sartus, a, um, participium. Hora. 1. Epiſt. 3. An male ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur? Hinc componitur Reſarcio pro inſtauro, et quaſi nouam formam induco.

SARCION, (σάρκιον) eſt ueluti carnoſa quædam uena gemmarum, uitiumq; carchedonijs ſmaragdis admodum peculiare. Vide Plin. lib. ult. cap. 5.

SARCOCOLLA, (σαρκοκόλλα) lacrima arboris in Perſide naſcentis, ſimilis thuris polline, inquit Dioſcorides. ita dicta à glutinandis uulneribus. Vide Plin. lib. 24. cap. 14. & lib. 13. cap. 11.

SARCOPHAGVS, pen. cor. (σαρκοφάγος) lapidis ſiue marmoris genus, quod circa Aſſum Troadis excinditur: in quo corpora defunctorum condita, abſumi intra quadrageſimum diem conſtat, exceptis dentibus: ut tradit Plin. li. 36. ca. 17. Vnde & nomen habet, a carne edenda. σάρξ, σαρκὸς enim caro eſt, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro ſepulcro poni conſueuit. Iuue. Sat. 10. Sarcophago contentus erit. Auguſt. lib. 18. Ciuit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur quod omnes iam ſarcophagum uocant σορὸς Græcè dicitur, à noſtris pro ſepulcro uſurpatur.

SARCVLO, las, {*Arare, & zappare*} (σκαλίζω) ſarculo abſcindo. Columell. lib. 5. Primo plantæ ſarculari debent, ita ut ſimplex ſtylus altitudinem maximæ ſcrobis excedat. Sarculatio, ſarculationis, uerbale, (σκαλισμὸς) idem quod ſaritio. Plin. lib. 18. cap. 1. Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus uernis.

SARCVLVM, li, {*Zappa, erpego, ſarchiello*} (σκαλὶς) genus raſtri, hoc eſt, crates illa dentata, qua ſegetes herbis purgantur: a ſartiendo, ut inquit Varr. Cato ca. 10. Sarculæ octo, palas quatuor. Alij putant eſſe ligonem, aut ſimile aliquod inſtrumentum ferratum, quo terra foditur. Horat. lib. 1. Carm. Gaudentem patrios findere ſarculo Agros. Oui. 1. Faſt. Sarcula ceſſabant, uerſiq; in pila ligones. Pli. lib. 18. ca. 19. Certè ſine hoc animali (bouem intelligit) montanæ gentes ſarculis arant.

SARDA, dæ (σάρδιος) gemma eſt uulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: unde & apud uulgum Carnalinæ nomen obtinuit. Facilè ſcalprum admittit: unde in literis obſignandis plurimus eius eſt uſus. Sarda dicta eſt, quod Sardibus primum fuerit inuenta. Vide Plin. libr. 3. cap. 7. Eſt & Sarda, piſcis ex genere pelamidum, teſte Plin. lib. 32. cap. ultimo.

SARDACHATES, pen. prod (σαρδαχάτης) gemma eſt ex Achatæ generibus, ad ſardæ colorem nonnihil declinans. Huius gemmæ meminit Plin. lib. 37. cap. 10

SARDANAPALVS, pen. prod. (σαρδανάπαλος) ultimus Aſſyriorum rex & triceſimus à Nino, omni libidinis mollitieiq; genere effœminatiſſimus: adeo ut non erubuerit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrij tali fœminæ parere, duce Arbace deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam ſe recepit, & extructa pyra, ſe atque diuitias in incendium miſit. Ouid. in Ibin. Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas, Quem finem uitæ Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cice. lib. 5. Tuſcu. quæſt. Quomodo igitur (inquit) iucunda uita poteſt eſſe, à qua abſit prudentia, abſit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentiſſimi Syriæ regis error agnoſcitur, qui incidi iuſſit in buſto. Hæc habeo, quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit: at alia iacent multa & præclara relicta. Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bouis, non in regis ſepulchro inſcriberes? Hæc habere ſe mortuum dicit, quæ ne uiuus quidē diutius habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino, monumētū habuiſſe, cui hæc fuerint inſcripta. Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἔδειμα. σὺ δὲ, ὦ ξεῖνε, ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τὰ ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. Hoc eſt, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarſon uno die extruxit. Tu autem o hoſpes, ede, bibe, lude: cum quibus reliqua mortalium omnia non ſunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iuſtinum lib. 9. & Diodorum Siculum Bibliothecæ libr. 8.

SARDANIS, (quod hic corrupte legebatur) uide ſupra in dictione Sadanis.

SARDEMISOS, Tauri montis promontorium eſt, quod inter Lyciam & Pamphyliam in noſtrum Pelagus imminet. Meminit eius capit. 27. lib. 5. Plinius.

SARDI, orum, (σάρδοι. σαρδῷοι) Sardiniæ incolæ. qui ob inſignem uilitatem nequitiamq; in prouerbium abierunt. Cicer. libr. 4. Epiſt. Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem.

SARDIANI BALANI, (βάλανοι σαρδιανοί) à Græcis dictæ ſunt caſtaneæ, quod circa Sardis primum fuerint inuentæ. Vide Plinium lib. 15. cap. 23.

SARDINIA, {*Sardegna*} (σαρδὼ Steph.) inſula eſt, teſte Salluſt. in mari Libyco: ita dicta a Sardo Herculis filio (ſicut Strab. & Soli. ſcribunt) qui è Libya ueniēs, cum multitudine colonorum, inſulam occupauit: quum antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie ſoleæ, quam Græci σανδάλιον uocant. & Ichnuſa, à ſimilitudine ueſtigij, quod Græcè dicitur ἴχνος. Huius latitudo eſt millium paſſuum nonagintaocto, longitudo ducentorum uiginti: quanquam alij ſtadia multa adijciant. Habet hæc inſula à Septentrione montes editiſſimos, qui prohibent quo minus à Borea poſſit perflari. quo fit ut aeris peſtilentiæ maxime ſit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam male audiuit, ut M. Cicer. Qu. frat. moneat etiam tū cū optime ualeret, meminiſſe eū debere, in Sardinia ipſum eſſe: & alibi, Tigellium quendam Sardum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſſimum opponit. Nullo (inquit) fata loco poſſis excludere: cum mors Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt. Mirum in ea inſula neque lupum gigni, neque ſerpentem reperiri. Habet ciuitates multas, ſed omnium præclariſſima Claris eſt, ubi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſt. oſſa tandiu conquieuere, quoad ab Heliprando rege Papiam tranſlata ſunt. Hæc ciuitas Iole à priſcis appellabatur. ab Iole illa, quā Hercules perditiſſimè amauit. Inſulam Pœni occupauere, ſed à Romanis expulſi primo bello Pun. eandem amiſere. A Sardinia Sardus, Sardous, & Sardinienſis adiectiua fiunt. Eſt & Sardina, piſcis genus, ad condimenta, & ſalituras utilis, apud Italos plurimus. Colum. lib. 8. cap. 17. Tabentes haleculas, & ſalibus exeſam chalcidem putremq; ſardinam.

SARDINIENSES, (σαρδώνιοι) qui aliunde orti negotiationis gratia, aliamve ob cauſam in Sardinia uerſantur.

SARDIS, (σάρδεις Stephan.) tantum pluraliter, urbs Lydiæ magna ad latus Tmoli montis ſita, olim Crœſi regia. Horat. 1. Epiſtol. Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accuſatiuum in is product. quomodo Tralles & Syrtis. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores quorum iunior Strabonis amicus fuit, & hiſtorias ſcripſit, & poemata. In Sardibus eccleſia fuit una ex ſeptem Aſiæ, quarum Ioannes meminit in Apocalypſi.

SARDO, as, {*Intendere*} (δάομαι) uerbum eſt obſoletum, quo antiqui utebantur pro intelligere. Nævius apud Feſtum. Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

SARDOA, (σαρδώνιος πόα) herba apiaſtro ſimilis, quæ naſcitur in Sardinia, & in fontium decliuiis largius prouenit. Ea ſi quis veſcatur, neruos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridentium facie intereant. Inde Sardonius riſus, prouerbio celebratur, pro riſu ficto, aut amarulento, aut inſano. Vide Chil. Eraſm.

SARDONICI, montes Liburniæ Ptolem. lib. 2. cap. 17.

SARDONYCHATVS, ſardonyche ornatus. Martialis lib. 2. Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

SARDONYX, pen. cor. (σαρδόνυξ) genitiuo Sardonychis, tam maſcul. quàm fœm. gen. quemadmodum & Onyx. gemma eſt in ſumma ſui parte unguis humani candorem, inferiore autem dilutum ſardæ ruborem referens: ita ut cuipiam uideri poſſet non ſimplex eſſe gemma, (ut tamen eſt ſincera) ſed ex onyche & ſarda compoſita. Plin. li. 37. cap. 6. Sardonyches olim (ut ex nomine ipſo apparet) intelligebantur ex candore, hoc eſt, ueluti carnibus ungue hominis impoſito, & utroque tranſlucido. Sardonychem inſignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus. quem ut fortunæ nimium blandientis inſidias alicuius rei charæ iactura redimeret, in mare abiecit: qui tamen in uentre piſcis paulo poſt inuentus, ad eum relatus eſt. Iuuen. Saty. 6. In manibus denſi cadiant teſtudine tota Sardonyches. Perſius fœminino genere uſus eſt. Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.

SARDVS, (σάρδος) Herculis filius, qui adhuc ab Iolao eorum furori ſubtractus quos Hercules uiuens laceſſierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam inſulam peruenit: eamq; quæ antea Sandaliotis, ſiue Ichnuſa uocabatur, à nomine ſuo Sardiniam creditur appellaſſe.

SARDOVS, a, um, (σαρδῷος) poſſeſſiuum à Sardinia. Ouid. lib. 4. Faſt. Sardoaq; regna ſiniſtris Reſpicit à remis. Herbæ Sardoæ. Vergil. 7. Eclog. Imo ego Sardois uidear tibi amarior herbis.

SAREPTA, (σάρεπτα Stepha.) urbs Phœnices, in qua diuinus uates Helias eſurientem uiduam miraculo paniſſe creditur. Meminit eius & Plin. libr. 5. cap. 19. Hinc Sareptanus, a, um, σαρεπτηνός. Sidon. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna. Quæ ſi Sareptano palmite miſſa bibas.

SARGACÆ (quod hic corrupte legebatur) uide, Satarchæ.

SARGAPISES, lege Spargapiſes.

SARGVS, (σαργὸς) piſci genus, qui in Aegyptio mari copioſiſſime capitur. Hic piſcem lutarium perpetuo comitatur, ipſoq; lutum fodiente, excitatum deuorat pabulum. Plin. lib. 9. cap. 51. & ibid cap. 17.

SARI, (σάρι) neutri gen. genus fruticis proueniens in aqua, radice dura, intortaq;, ferrarijs officinis utile. Plin. lib. 13. cap. 23. Fruticoſi eſt generis & ſari, circa Nilum naſcens duorum cubitorum altitudine pollicari craſſitudine, coma papyri. ſimiliq; manditur modo: radice ferrarijs officinis præcipua, carbonis uſu propter duritiam.

SARISSA, {*Lancia, lanza, picca*} (σάρισσα) haſta prælonga, qua Macedones

in bello utebantur. Liu. li. 7. Bell. Maced. Prælongas haſtas Macedones ſariſſas uocant. Aelianus docet, Sariſſam eſſe lanceam, qua utitur phalanx Macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continēt, reliqua duo decem permanent. Inde σαρισσοφόροι, qui ſariſſas geſtant. Oui. 12. Metam. Qui clypeo, gladioq́, Macedonicaq́; ſariſſa. Lucan. lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas.

SARMATÆ, (σαρμάται Steph.) populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem uergentes, qui & Sauromatæ (σαυρομάται) dicuntur, & regio eorum Sarmatia, (σαυρομάτια) dicitur. Plin. lib. 4. Sauromatas gentes Scytharum Græci uocant, quas Sarmatas Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum σαῦρος enim lacerta eſt, ὄμμα oculus. Nomina diuerſa habent Sarmatæ, habitant montes & ſaltus, utuntur plauſtris pro domibus, paſcunturq́; lacte equino. unde quidam eos ἱππημολγῶν, hoc eſt, equarum mulſores: alij γαλακτοφάγων, hoc eſt, lacteueſcentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui ſanguinem equinum lacte mixtum potat, quos uocat Gelonos. Verg. lib. 1. Georg. Biſaltæ quo more ſolent, acerq́; Gelonus. Cum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum: Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Item Sarmatæ alij ſunt, qui equino ſanguine è cruribus detracto, farinæq́; commiſto aluntur. Alij etiam qui pro uictimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores, quibus bellātibus mos eſt cruorem eius quem primum interemerint, ex ipſius uulneribus bibere, & ut quiſque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina ueſcuntur. alij qui humanæ carnis alimento uitam ducunt, propter quod uocantur Anthropophagi, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους, hoc eſt ab hominibus edēdis. Iidem ab uſu Plauſtrorum Hamaxobiæ Pomponio. Hamaxobij Ptolemæo uocantur, Auri & argenti, maximarum peſtium ignari permutatione rerum commercia exercent, atque ob ſæuitiam hyemis demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant totum bracchati corpus, & niſi qua uident, etiam ora ueſtiti. Horū meminerunt Plin. cap. 12. lib. 4. & Strabo lib. 11. A Sarmatia fit Sarmatis, tidis. Ouid. Terreat haud manes Sarmatis umbra meos. Sunt autem duæ Sarmatiæ (ſecundum Ptolemæum) quorum una eſt in Europa, quæ (ut lib. 3. ſcribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occaſu parte Germaniæ, à Meridie Iazygibus Metanaſtis. In ea eſt Olbia, quam nunc Ruſſiam & Tartariam eſſe credunt. Altera Sarmatia eſt in Aſia (ut idem lib. 5. refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab occaſu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea ſunt Caucaſij montes.

SARMENTA, torum. {*Sarmenti, gli tagli di uite bruſcati*} (κληματίδες, οἱ καὶ φρύγανα) uirgulæ ſuperuacuę (inquit Feſtus) à uite abſciſſæ. Verg. 2. Georg. Primus humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta, & uallos primus ſub tecta referto. Cic. 3. Verr. Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere cœperunt. Frequentiſſimè tamen etiam Sarmentum accipitur pro flagello adhuc in uitæ hærente, ſiue id frugiferum ſit, ſiue ſterile. Columel. lib. 3. ca. 10. Numerus uuarum, qui plerunque conſpicitur in productiſſimo ſarmento. Varro Re ruſt. lib. 1. ca. 31. E mucidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterileſcit. Inde Sarmentitius a, um, quod eſt ex materia ſarmentorum Colum. libr. 6. cap. 26. Verum uulnera eius ſarmentitio cinere ſinenda ſunt. Hinc Sarmentoſus, adiectiuum, (φρυγανώδης) quod plurimum habet ſarmenti. Plin. libro 5. c. 11. Radice tenui, ſuperuacua, ſarmentoſum.

SARMENTVS, nomen proprium, Equitis Romani, qui ſcurrilitate claruit ſub Auguſto. Horat. 1. Sermon Sat. 5. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurræ pugnam Meſſiq́; Cicerri Muſa uelim memores.

SARNVS, (Σάρνος) fluuius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompeianum agrum, & Salernum, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus poſitum. Plin. lib. 3. cap. 5. Litore autem hoc Neapolis Chalcidenſium, & ipſa Parthenope à tumulo Sirenis appellata. Herculaneum, Pompeij, haud procul aſpectante monte Veſuuio, alluente uero Sarno amne, ager Nucerinus eſt. Verg. 7. Aeneid. Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

SARONICVS, ſinus. {*Golfo de Leſina*} (σαρωνικὸς κόλπος) qui Corinthia cum Iſthmum ab ortu alluit. nam qui eundem abluit ab Occaſu Criſſæus, ſiue Corinthiacus dicitur. Plin. lib. 4. cap. 5. Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus: unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperarit, in Corinthiacis ſcribit Pauſanias.

SARPA, {*Vigna bruſcata*} (ἄμπελος τμηθεῖσα) uinea putata, id eſt, pura facta, ut interpretatur Feſtus: unde & uirgulę abſciſſę Sarmenta dicuntur. Nam Sarpere antiqui pro purgare uſurpabant. Vnde fortaſſis deductum uulgare noſtrum hoc eſt, Gallicum uocabulum, ut Sarpam pro falce putatoria accipiamus.

SARPEDON, pen. prod. gen. Sarpedonis, pen. cor. (Σαρπηδών) teſte Home. li. Ilia. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, ut Herodotus tradit in Polymnia, eiuſdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic cum Lyciæ rex eſſet, & in armis ſtrenuus, Priamo ſuppetias tuli aduerſus Græcos: ubi cum multa edidiſſet uirtutis ſuæ documenta, tandem a Patroclo eſt interfectus.

Corpus autem eius Iouis iuſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine ablutum, ambroſioq́ reſperſum liquore, ac regia indutum ueſte, ad exequendum funus ſuis reſtitutum. Verg. libr. 1. Aene. Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Eſt & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, ſinus aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pāphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ.

SARRA (Σάρρα) nomen uxoris Abrahæ: & nomen ciuitatis, quæ poſtea Tyrus dicta eſt: à qua Sarranum oſtrum, eſt nominatum. Sed id quoque nomen à piſce quodam accepit, qui illic abundat, & Sar illa lingua uocatur, ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur.

SARRACA, (Σάρρακα) nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Media, altera in felici Arabia. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 2. & 8.

SARRACENI (Σαρακηνοί) populi poſt Nabathæos, à Sarraca (ut Stephanus inquit) quæ eſt pars Arabiæ. Plin. li. 6. cap. 28. Nabathæis, Thimaneos iunxerunt ueteres. nunc ſunt Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arraceni.

SARRACVM pe pro {*Carro di uettura*} (ἅμαξα) plauſtrum, ſiue uehiculi genus, quo ligna, & lapides uehi conſueuerunt. Iuuen. Sat. 3. Longa coruſcat Sarraco ueniente abies. Idem Stat. 5. Frigida, circumagunt pigri ſarraca Bootæ.

Quint. lib. 8. cap. 3. An cum dicit in Piſonem Cice. Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur: incidiſſe uidetur in ſordidum nomen?

SARRANVS, a, um, (σαῤῥανός) idem quod Tyrius: nam Tyrum antiqui Sarram appellauere. Vnde Sarranæ ueſtes dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ, & purpureæ, quòd Tyri optime tingerentur. Verg. lib. 2. Georg. Et Sarrano dormiat oſtro. Iuuenalis: Aut pictæ Sarrana ferentem. Ex humeris aulea togæ.

SARRASTES, populi Campaniæ: Sarno amni uicini: à quo & nomen acceptiſſe putantur. Verg. 7. Aene. Sarraſteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

SARRIO, ris, riui, ritum, {*Zappare ſarchiare*} (σκαλεύω) ſignificat ſarculis fodio, purgo: quod fit, quum ſegetes leuiter ſcalpendo raſtris, à noxiis herbis purgamus. Plaut. in Capt. Semper occant, priuſquam ſarriunt ruſtici. Plin. libr. 18. Qui ſarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc componitur Reſarrio, quod eſt rurſus ſarrio. Idem Quum hyeme peægelida captæ ſegetes eſſent, reſcuerunt, reſarrientes campos.

SARRITOR, pen. prod. {*Zappatore*} (σκαλευτής) qui ſarrit. Colum. lib. 2. ca. 13. Tritici modij quatuor, uel quinque bubulcorum operas occupāt quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas.

SARRITVRA. {*Zappamento*} (σκάλευσις) purgatura, ſiue ipſe ſarriēdi actus. Col. lib. 11. cap. 2. Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie, &c.

SARSINA, pen. cor. (Σαρσῖνα) uetus ciuitas in Aemylia, ex qua Plautus Poeta comicus ortus eſt: unde & Sarſinas appellatus eſt: quanquam à doctis quibuſdam Farſinas, non Sarſinas uocetur. Lacte abundat, ut teſtatur Silius lib. 8. His Sarſina diues Lactis, &c.

SARTAGO, inis, {*Padella*} (τήγανον) patella, in qua caro frigitur: ἀπὸ τῆς σαρκὸς, hoc eſt, à carne nomen habens. Pli. lib. 16. cap. 11. Item terebinthinam in ſartagine referuens. Sartago loquendi. Perſius Saty. 1. Hos pueris monitus patres infundere lippos. Cum uideas, quærisne unde hæc ſartago loquendi Venerit in buccas?

SARTOR, oris, {*Zappatore*} (σκαλευτής) à ſarrio, idē quod Sarritor: id eſt, purgator. Plaut. in Capt. Sator, ſartorq́ ſcelerum, & meſſor optime. TYN Non occatorem dicere debebas prius? Nam ſemper occant, prius quàm ſarriunt, ruſtici.

Eſt & Sartor à Sarcio: de quo ſupra egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non ſolum à farciendo, ſed etiam à ſarriendo deducitur: ut tam eum qui ſarcit, quàm qui ſarrit, ſignificat.

SARTVRA, æ, idem quod ſarritura, {*Zappamento*} (σκάλευσις) hoc eſt, frugum uinearumve à noxiis herbis purgatio. Plin. lib. 18. cap. 27. Sartura nocere & uineæ, & ſegeti exiſtimatur.

SAS, ueteres pro Suas dixere. & Sam, pro eam, Ennius lib. 1. Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. Idem lib. 4. Nec quiſquam Philoſophiam in ſomnis uidit, priuſquam ſam dicere cœpit.

SASON, {*Saſeno*} (Σάσων) inſula eſt inter Epirum & Brundiſium quinque ab utroque millia paſſuum diſtans: ut ait Strabo li. 6. Eſt & fluuius in mare Adriaticum influens: de quo Silius: Adriaci fugite, infauſtas Saſonis arenas. Et alibi: Expauit ſonitus tremefacto litore Saſon.

SAT, (ἱκανῶς, ἅλις) aduerbium eſt per apocopen à Satis deductum: cuius etiam retinet ſignificationem. Cice. 2. de Natu. Deo. Qui non ſat habuit, coniugem illexiſſe in ſtuprum, &c. Idem de Sene. Tantum quantum ſat eſt.

SATAGO, is, pen. cor. {*Anſiare, cruciarſi*} (πολυπραγμονῶ, διαπονοῦμαι, σπουδάζω, ἐκπονοῦμαι) ex Sat, & Ago, compoſitum uidetur. unde Sategi præteritum, Satactum ſupinum facit. Eſt autem Satagere, anxium eſſe, & diſtorqueri difficultate rei alicuius conficiendæ. Terent. in Heaut. Nam hic Clinia, & ſi is quoque rerum ſuarum ſatagit, attamen Habet bene, et pudice eductum, ignaram artis meretriciæ. Aliquando ſignificat diligentem eſſe, ſeu feſtinare, σπουδάζω. Plau. in Aſin. Nunc ſatagit adducit domum et ultro, & ſcribit numos. Quint. libr. 6. cap. 4. Afer uenuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deijcientem, & imponentem, non agere dixit, ſed ſatagere.

SATAGYTÆ, (Σαταγύται) populi in Scithia Aſiatica, ut libr. 4. teſtatur Herodotus.

SATANAS. {*Satanaſſo*} (Σατανᾶς) interpretatur aduerſarius. Quo nomine appellatus eſt Diabolus, quòd Chriſti aduerſarius ſit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti reſiſtit, & aduerſatur, & quicquid paci contrarium eſt, hoc ſatanas eſſe nominatur. Sicut legitur in Regum libris: Quia ſuſcitauit Deus Salomoni Satanam, aduerſus eum qui erat pacificus.

SATARCHÆ, (Σατάρχαι) populi in Scythia Europæa, iuxta Mæotidem: qui (ut Solinus refert) damnato auri, & argenti uſu, ſe à publica auaritia abdicarunt. Horum oppida ſunt Myrmecion, Panticapæum, Theodoſia, Hermiſium aliaq́ nonnulla, quæ uide apud Melam li. 2. in deſcriptione Scythiæ Europææ. Flaccus lib. 6. Argon. Flaui crine Satarchæ.

SATASPES, (Σατάσπης) uir Achæmenius fuit Theaſpis filius, qui cum Zopyri filiam uiolaſſet, & ob eam rem à Xerxe cruci deſtinatus eſſet, interceſſione matris, quæ Darij erat ſoror, impetrauit ut in exilium ageretur, donec Africam uniuerſam luſtraſſet. Cumq́ iam aliquot menſes aliquis in peregrinatione conſumpſiſſet, nauigationis tædio adductus, in Perſidem rediit: Regiq́ retulit, ſeſe reliquū itineris conficere non potuiſſe, quòd naues à magnetibus retinerentur. Quod cum Xerxi fabuloſum uideretur, hominem, ut antea deſtinarat, cruci affixit. Vide Herodotum lib. 4.

SATELLES ſatellitis {*Satellite, birro, zaffo*} (δορυφόρος) miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non diſcedat. Liu. 2. ab Vrbe: Cum concurſu ad clamorem facto, cōprehenſum regij ſatellites retraxiſſent ad tribunal regis. Oui. 5. Faſt. Ille deæ cuſtos, ille ſatelles erat. Cicer. contra Rull. Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Satelles Iouis Aquila, Cice. 2. Tuſcu. Miniſtri & ſatellites cupiditatum Alicuius. Cic. 5. Verr. Qui primus certos inſtituerit, nomine decumanos, re uera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum. Satelles item dicitur, qui ſontibus capiendis præeſt qui & Apparitor & Viator dicitur.

SATELLITIVM, tij, (δορυφόρημα, τὸ δορυφορικὸν Luciano) collectiuum nomen eſt, ipſos ſignificans ſatellites, tuendi corporis cauſa adhibitos: quemadmodum Seruitium accipitur pro ipſis ſeruis, Sodalitium, pro ipſis ſodalibus.

SATIABILIS, ſatiabile, {*Satiabile, che ſi ſatia*} (κορεστὸς) qui ſatiari poteſt facile: cuius contrarium eſt Inſatiabilis, (ἀκόρεστος) inexplebilis. Salluſtius: Auaritia inſatiabilis eſt, neq; copia, neq; inopia minuitur.

SATICVLI, populi Campaniæ, montibus aſperi, de quibus Ver. li. 7. Amniſq; uadoſi Accola Vulturni, pariterq; Saticulus aſper.

SATIETAS, atis, {*Satietà, faſtidio, pienezza, abondanza*} (κόρος) proprie idem eſt quod ſaturitas. licet frequẽtius accipiatur pro faſtidio, quod ex rei alicuius aſſiduo uſu nobis ingignitur. Cic. in Catonem. Omnino quidem, ut mihi uidetur, ſtudiorum omnium ſatietas facit uitæ ſatietatem. Quin. lib. 5. cap. 14. Et odium ex quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidiũ tulerat. Liu. lib. 4. Bel. Pun. Pluribus uos milites hortarer, ſi cum armatis dimicatio futura eſſet. inermes, incautos, ad ſatietatem trucidabitis. Pro eodem legitur & Satias, atis, Teren. in Eunu. Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi: Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit: Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Salu. Hi ſaltibus occupatis externorum agros inuaſere, frumentiq; ex inopia graui ſatias facta. Item Saties, ei. Silius lib. 4. Nec finis, ſatieſve, nouis ſedi ſanguinis ardor Gliſcere.

SATIN' {*A baſtanza*} pro ſatiſne. Teren. in And. Satin' ſanus es?

SATIO, as, {*Satiare, faſtidiare*} (κορέω, κορέννυμι, χορτάζω) à Sat, deduci uidetur, & ſaturo ſeu expleo ſignificat. pertinetq; ad omnes ſenſus, & frequenter ad animum. Ci. in Catonem. Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requiem, oblectamentumq; noſcat. Cic. in Paradoxis. Nunquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Oui. 3. Triſt. Elegia 8. Forſitan hoc olim, cum iam ſatiauerit iram. Verum hęc tranſlatitia ſunt: proprie enim ad famis ſitiſq; expletionem pertinent. Col. lib. 9. Satiatq; ſemodius cibi in diebus ſingulis, ucenos & centenos turtures. Ouid. 8. Meta. Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, Nec ſatiatur aquis, peregrinoſq; ebibit amnes. Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani Accipiunt, poſcuntq; ſimul: cibus omnis in illo Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edendo. Satiatus, a, um, participium. Liui. 2. ab Vrb. Vbi illuxit: Romanus integer, ſatiatuſq; ſomno, productus in aciem, feſſum ſtando, & uigiliis primo impetu Volſcum perculit. Iuuen Saty. 6. Et laſſata uiris, nondum ſatiata receſſit. Hinc componitur Exatio: de quo ſupra ſuo loco.

SATIS, {*Aſſai, abondantemente, à baſtanza*} (ἅλις, ἱκανῶς) quantitatis aduerbium idem ferè ſignificans quod abunde, uel quantum opus eſt. Cice. de Inuent. Longum eſt, quod pluribus ſententiis ultra q̃ ſatis eſt, (μᾶλλον δέοντος) producitur. Aliquando ponitur loco nominis: ut. Satis eloquentiæ habeo. Hinc Satius, comparatiuum. i. melius. Nam quãuis Satis ſignificet quantitatem, Satius tamen comparatiuum qualitatem denotat, quia deriuatiuum non ſemper ſeruat ſenſum primitiui. Verg. 2. Eclog. Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras Atq; ſuperba pati faſtidia? Dicimus pulchre, Non ſatis eſt æſtimare, pro eo quod eſt, Non poſſet quis ſatis æſtimare. Plin lib. 7. in præfatione. Vt non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Non ſatis habeas ſemel circuire, dixit Cato cap. 1. id eſt, Non ſatis ſit tibi non ſufficiat tibi, ſiue nõ ſis contentus ſemel circuire. Iungitur Satis cum Super, & dicimus, Satis ſuperq; id eſt, ſatis, & pluſquam ſatis. Cice. 2. de Natu. Deo. Nam contra Epicurum ſatis ſuperq; dictum eſt.

SATISACCIPERE, (μετεγγυᾶσθαι) eſt accepto fideiuſſore ſibi cauere. Cic. pro Roſc. Com. Qua de cauſa Flauius cum de tota lite faceret pactionem, neq; ſatiſacciperet a Roſcio, neq; abſolueretur à Fannio, &c. Nam ſatiſaccipere dicitur creditor, cum accipit fideiuſſorem à debitore. Cõtra debitor Satiſdare dicitur, cum interpoſito fideiuſſore ſecurum reddit creditorem. Ci. pro Quin. Si uerebitur, ut res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis accipiat: quibus a me uerbis ſatiſacciplet, iiſdem, ego quod peto, ſatiſdet. Vnde & Satiſacceptio, quæ eſt (ut Pomponius inquit) ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant.

SATISDO, das, are, {*Securare, far la ſicurtà*} (ἐγγυᾶν κατασχοῦσα) eſt dato fideiuſſore creditorem ſecurum reddere. Cic. Sulpitio: Primum ut ſi quid tibi ſatiſdandum erit, amplius eo nomine non petis, cures ut ſatiſdetur fide mea. Caius: Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatiſfactio. Nam ut Satiſfacere dicimur ei cuius deſiderium implemus. ita Satiſdare dicimur aduerſario noſtro, cum aliquem damus, qui pro eo, quod à nobis petitur, ita caueat, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus. Satiſdato aliquid debere. Cice. Atti. lib. 16. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere. Satiſdatio, onis. ἱκανοδοσία. Cice. ad Atti. De ſatiſdando uero te rogo, quoad eris Romæ, tu ut ſatiſdes: & ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium in his & Meminianorum prædiorum uel Atilianorum.

SATISFACIO, is, {*Satisfare*} interdum idem eſt quod exoluo. ἐκτίνω. Cice. pro Flacco: Hermippus Faſiis ſatiſfacit, & fidem ſuam liberat. Interdum idem quod placeo, & efficio nequid habeat quod de me queratur. Cice ad Atti lib. 7. Cui nos uide ſatiſfacere multi ad me ſcripſerunt. Aliquando idem ferè quod purgo me ſiue excuſo. Cic. Phil. 2. Acceperam iam enim ante Cæſaris literas, ut mihi ſatiſfieri paterer à te. i. ut acciperem tuam purgationem, & excuſationem. Hinc Satiſfactio, pro purgatione, & excuſatione Ci. ad Trebat. lib. 7. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatiſfactionem meam accipis. Satiſfacio, præter datiuum, aliquando ablatiuum habet cum præpoſitione De. Cæſ. 5. Bel. Gal. Seſeq; paratos eſſe demonſtrant, omnibus rationibus de iniuriis ſatiſfacere. Satiſfieri. Ci. Attico, lib. 13. Quanquam a te quidẽ cumulate ſatiſfit, & mihi & omnibus.

SATISPRÆSTARE, (ἐγγυητὴν καταστῆσαι) idem quod ſatiſdare, hoc eſt, pro re quæ petitur, fideiuſſorem dare.

SATIVS, {*Meglio*} (βέλτιον) comparatiuum uidetur eſſe ab aduerbio Satis, licet à poſitiui ſignificatione nonnihil recedat. Idem enim ſignificat quod melius, ſiue potius. Verg. 2. Eclog. Non'ne fuit ſatius, triſtes Amaryllidos iras, Atq; ſuperba pati faſtidia?

SATIVVS, a, um, {*Non da ſeminare*} (ἥμερος, σπόριμος) quod ſeminatur, uel quod idoneum eſt, ut ſeminetur: cui contrarium eſt Agreſtis. Plin. lib. 15. cap 7. Eadem ratio & in ſatiua myrto. Gell. Sed hi pleraſq; naues oris ſuebant: Græci magis cannabe, & ſtupa, cæteriſq; ſatiuis rebus.

SATRÆ, populi Græcorum in litoribus Thraciæ, ut oſtendit Herodotus ſuæ hiſtoriæ lib. 7.

SATRAPA, uel Satrapes, pen. cor. {*Prefetto, preſidente*} (σατράπης) dictio Perſica, apud nos ſignificans præfectum prouinciæ. Terent. Heau. Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat. Hinc Satrapia, piæ, (σατραπεία) idem quod præfectura, quam Græci νομὸν appellant, hoc eſt, regio, quæ ab uno adminiſtratur præfecto. Suidas: Σατραπεία. ἐπαρχία. Σατράπης, ὁ ἐπάρχης, εἴδος ἀξιώματος. Plin lib. 6. cap. 20. Etenim plerique ab Occidente, non Indo determinant ſed adiiciunt quatuor Satrapias, Gedroſos, &c.

SATVLLO, as, {*Satollare*} (κορέννυμι, χορτάζω) antiqui dicebant pro ſaturo. Varro: Neq; in puluere mihi coquam catinos, quibus ſatullem corpora & famem uentris. Nonius.

SATVR, ra, rum, {*Satollo, pieno*} (ἔμπλεως, κεκορεσμένος) quod eſt cibo plenum. Teren. in Hecy. Sed tu quum ſatura, atq; ebria eris puer ut ſit ſatur facito. Cic. 1. de Diuinat. Præclara uero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geritur. Terent in Adelph. Sed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, Prodeambulare huc lubitum eſt. Verg. Eclog. 10. Ite domum ſaturę, uenit heſperus, ite capellæ. Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante, εὔφορος. Perſius Saty. 1. Nec rus ſaturum laudare. Verg. lib. 2. Geor. Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius: Saturi, aut fœcundi, aut q̃ iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum uicinæ ſunt Calabriæ ciuitates. Satur color, id eſt, plenus, uehemens cui opponitur dilutus Plin. lib 37. cap. 10. Ion apud Indos uiolacei eſt, ſed raro ſaturo colore lucet.

SATVREIA, (θύμβρα) herba fragrantis odoris quæ & Cunila dicitur, & Origanum Heracleoticum, Plin lib. 19 cap. 8. Thymbra, quæ & cunila. Hæc apud nos habet & aliud uocabulum, ſatureia dicta in condimenti genere. Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta. Vnde ex Græco (ut quidam uolunt) nomen ſibi uendicauit, quaſi Satyrea. à Satyris qui ſunt in Venerem proni & ſalaces, uel à uirili membro, quod σάθην Græci uocant. Plin. lib. 19. cap. 8. Dioſco. libro 1. cap. 43.

SATVRIO, onis, nomen eſt Paraſiti, apud Plau. in Perſa, captandi ioci gratia à contrario impoſitum. Solet enim hoc hominum genus, perpetuo eſurire & nunquam ſaturum eſſe. Vnde cum Toxilus ſeruus eius Saturionem ſalutaſſet: reſpõdet Paraſitus. Mendacium ædepol dicis: atq; haud te decet. Nam eſurio uenio, non aduenio Saturio.

SATVRITAS, tatis, {*Saturità*} (πλησμονή, κόρος) cibi potuſq; plenitudo. Plau. Capt. Proinde tu deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. Aliquando accipitur pro fœcunditate, ſeu fertilitate, εὐφορία. Cic. in Catone: Neq; ſolum officio, quod hominum generi uniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed etiam delectatione, quam dixi, & ſaturitate, copiaq; rerum omnium, quæ ad uictum hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

SATVRÆ PALVS, quæ & Pontina, iuxta Circeios fuit, XXIII olim urbium locus, ut ex Mutiani ſententia tradit. Plin lib. 3 cap. 5. Hæc ad uiam uſq; Appiam pertingebat, ubi & nauibus tranſiebatur, inter Appii Forum, & Anxurem. Ver. lib. 7. Queis Iuppiter Anxurus aruis Præſidet, & uiridi gaudens Feronia luco: Qua Saturæ iacet alta palus, gelidusq; per imas Quærit iter ualles, atq; in mare conditur Vfens.

SATVRNALIA, ſaturnaliorum, (κρόνια) feſta ſeptem, ſeu quinq; dierum menſe Decembri Saturno dicata, quibus Romani ſyntheſin ueſtem ſumebãt, ſeruiſq; diſcumbentibus inſeruiebant: muneraq; ultro citroq; mitti, remittiq; ſolebãt Sueton. in Auguſt. Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera diuidebat, modo nummos omnis notæ.

SATVRNALITIVS, ſaturnalitia, ſaturnalitium, (κρόνιος) quod ad Saturnalia pertinet. Martia lib. 5. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ. Saturnalitiæ nuces, apud eundem, lib 6.

SATVRNIA, (σατουρνία) Latii oppidum, à Saturno conditum. Verg. 8. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.

SATVRNIANA COLONIA, Tuſcorum urbs mediterranea. Ptol. lib. 3. cap. 1.

SATVRNINIANI, hæretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum ſolos angelos ſeptem, inſcio Deo feciſſe dicebant.

SATVRNINVS, Tribunus plebis fuit ſeditioſus, qui cum pernicioſis legibus Rempublicam perturbaret, ſumptis ex Senatuſconſulto armis, in Capitolio occiſus eſt à Scæua quodam Qu. Crotonis ſeruo: cui idcirco libertas præmii loco data eſt. Fuerunt multis poſt annis, qui à C. Rabirio occiſum dicerent: quo nomine ille à T. Labieno in iudicium uocatus, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quæ pro C. Rabirio Poſthumo perduellionis reo, inſcribitur.

SATVRNIVS, mons quondam dicebatur, qui poſtea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus eſt.

SATVRNVS (κρόνος) à poetis fingitur fuiſſe antiquiſſimus deorum, qui ex Ope coniuge genuit Iouem: à quo poſtea cœlo pulſus eſt. A Græcis dicitur κρόνος, quaſi χρόνος hoc eſt, tempus. A Latinis autẽ Saturnus q̃ annis ſaturetur, ut ait Cic. de Natu. Deo uel quia ſe in deuorandis filiis ſaturauit. Ea ſe enim natos comediſſe fingitur, quia conſumit ætas temporum ſpatia, anniſq; præteritis inſaturabiliter expletur Oui. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas, Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Sunt qui Saturnum à ſatu deducant, quoniam peritiam ruris, & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam ab eo quod Græci σάθην, membrum uirile nominant. propterea q̃ patris pudenda abſcidiſſe, utq; in mare proieciſſe dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quæ à ſpuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti ſuccedere uellet, tamen animaduertens matrem ſororeſq; Saturno magis fauere, regnũ ipſi conceſſit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, ut regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur cum plures liberos deuoraſſet, nati ſunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno oſtendit, Iouem uero clam nutriendum ablegauit: adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumq; pulſu obſtrepebant, ne pueri uagitus audiretur. Saturno aũt, cũ ille puerum depoſceret, ut & ipſum deuoraret, Opis lapidem ei oſtendit pannis inuolutum, eumq; partu illo à ſe editum ſimulabat: quem ille acceptum ſine mora deuorauit. Neptunum quoq; clam Saturno Opis peperit, quẽ ſimiliter clam educari curauit. Tertio rurſus geminos enixa eſt Plutonem & Glaucam: ubi

rurſus Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. Verum detecta tandem fraude, cum Titan reſciuiſſet, fratri prolem maſculam, ſuoſq; ea ratione regno ſucceſſione pulſos eſſe, cum filijs, qui Titani à patre cognominabantur, bellū aduerſus Saturnum ſuſcepit, illumq; & Opem ſororem captos, muro incluſit: ſed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati ſunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut à filijs regno pelleretur cum ob hoc Iouis inſidias ſtruxeret, ab eo regno pulſus, in Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regem latitauit: unde ea pars Italiæ Latium dictum eſt. Hoc regnante ætatem auream fuiſſe fabulantur, terramq; ſua ſponte expertem uomeris & aratri peperiſſe fruges, communes & nullis deſignatas limitibus agrorum poſſeſſiones fuiſſe. Hinc Saturnius, a, um, ut Pater Saturnius, (κρονίδης) id eſt, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturnia, id eſt, filia Saturni. Verſus quoq; quos olim Fauni, uateſq; canebant, Saturnios antiqui nominabant, ut ait Varro.

SATVRO, as, {*Satollare*} (κορέννυμι χορτάζω) ſaturum reddo, ſatio, cibo potuq; expleo. Cice. 2. de Natu. Deo. Nuper nati mammas appetunt: earumq; ubertate ſaturantur. Transfertur & ad animi cupiditates. ut, Saturare odium, apud Cic. in Vatinium. Saturare ſe ſanguine, apud eundem 4. Philip. Habet autem ſaturandi uerbum uim maiorem, quam explendi. Cice. pro Domo ſua: Expleui animos inuidorum: placaui odia improborum: ſaturaui etiam perfidiam, & ſcelus ciuium. Expleri (inquit Nonius) & ſaturari hanc habent differentiam: Expleri eſt tantummodo plenum eſſe: ſaturari ſupra modum. Cic. lib. 6. de Repub. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant quæ expleri, atq; ſaturari nullo modo poſſunt. Compoſita ſunt Exaturo, & Obſaturo. de quibus alibi.

SATVRIVM, ſiue Satureium, (σατύρειον) urbs Calabriæ fuit, non longe à Tarento. Vnde Satureianus, a, um, poſſeſſiuum. Hora. lib. 1. Sermo. Saty. 6. Me Satureiano uectari rure caballo. Stephanus quoq; auctor eſt, regionem Tarento uicinam Saturium, ſiue (ut ipſe ſcribit) σατύριον nominari.

SATVS, a, um, {*Seminato, piantato*} (ἐσπαρμένος) participium à Sero, ris, idem quod ſeminatus, Verg. 3. Georg. Sed frumenta manu carpes ſata. Idem 8. Eclo. Atq; ſatas aliò uidi traducere meſſes. Per tranſlationem etiam accipitur pro participio natus, ſiue genitus. Verg. lib. 2. Aenei. At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles Talis in hoſte fuit Priamo. Liu. 8 Bel. Maced. Vt fidem fecerit, non ſanguine humano, ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.

SATVS, us, & Satio, onis, {*Semenza, ſeminata, piantagione*} (σπορά) ipſum ſerendi actum ſiue plantationem denotant. Plin. lib. 17. Quapropter de talearū ſatu nunc dicendum. i. plantatione. Cic. de Senectute. Quid ego uitium ortus ſatus, incrementa commemorem? Idem 1. de Diuin. Ob eandem cauſam multa, inuſitata partim è cœlo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum pecudumve conceptu & ſatu. Quandoq; etiam Satus, (σπέρμα) pro ipſo accipitur ſemine, ſiue ſementi. Cic. 2. Tuſcu. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.

SATYRA, æ, pen. cor. {*Satira*} (σατύρα) quaſi ſatura dici uidetur, ob carminis uarietatem ſeu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Eſt enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda uitia compoſitum, quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulum, q perſonis, factiſq; ſatiatum abundare uideatur. Quidam à ſatyra lance, quæ referta multis, uarijſq; primitijs in ſacrificiis diis offerebatur. Alii à lege ſatyra dictam exiſtimant, quæ uno rogatu multa ſimul comprobat. De qua lege Salluſt. in Iugurth. Deinde quaſi per ſatyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictā ſatyram eſſe ſcribit. Vnde in ſecundo lib. Plautinarum quæſtionum habetur. Satyra eſt uua paſſa, & polenta, & nuclei pinei ex muſto conſperſi. Sunt qui à Satyris deriuent, q in hoc genere carminis res ridiculæ, pudēdæq; ſcribuntur: quēadmodum proferri à Satyris ſolent. Dona. in Teren. Deinde aliud genus fabulę: id eſt, Satyra, ſumpſit exordium, quæ à Satyris, quos illotos ſemper, ac petulantes eſſe legimus, uocitata eſt. Poteſt etiam dici, Satyram ideo uocatam, q in antiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ, ſimiles Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius, quod ſola carminum uarietate conſtabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens, & acrem uitiorum obiurgationem. Hinc Satyricus, (σατυρικός) quod ad ſatyram pertinet, aut Poeta ipſe, qui ſatyram ſcripſit.

SATYRA AVIS, {*Coruo*} à L. Floro pro coruo accipitur. Verba eius ſunt hæc: Cum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro detraxiſſet, unde Torquati. Iterum in Pontino agro, cum in ſimili pugna. L. Valerius inſidente galeæ ſatyra alite adiutus, Gallum uiciſſet, inde Coruini. Quo in loco illud quidem conſtat, Satyram auem pro coruo accipi: cur tamen ita dicatur, uideo a pleriſq; omnibus ignorari. Quidam ad naturam eius auis id referunt, q ſola ſit Satyrorum more, & ad libidinē proclinior, Quin etiam Anaxagoras ore coire credidit: quod tamen negat Ariſto. Olim tamen uulgo ita perſuaſum fuiſſe, ſatis conſtat ex hoc Martialis diſticho. Corue ſalutator, quare fellator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum. Veriſimilius tamen eſt, Satyram auem, dictam à loco, in quo res geſta eſt. Conſtat enim non modo Flori, uerumetiam Liuii & Gellii teſtimonio, ſingularem hanc Valerii cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuiſſe: quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontinam, Vergilius Saturæ, ſiue Satyræ paludem appellat. Satyra itaq; auis dicta uidetur, quaſi auis Satyrę paludis. Coruos enim locis aquoſis delectari, auctor eſt Theon apud Aratum, propterea q corpora eorum uehementius marcerent. Vide Coel. Rhod. lib. 19. cap 25.

SATYRI, (σάτυροι) dicti ſunt, q in libidinem ſemper proni ſint: à uirili membro, quod ueteres Græcè σάθην appellabant. Hi ſunt (ut Plin. lib. 7 cap. 2. ait) animalia quadrupedia, in ſubſolanis Indorum montibus perniciſſima, humana effigie, recte currentia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſyluestribus diis coluerunt. cuiuſmodi a D. Antonio uiſum fuiſſe in eremis Aegypti, auctor eſt Hieronymus in Vita Antonii. Vidit homunculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis, quum quiſnam eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur, Mortalis ego ſum unus ex accolis eremi: quos uano errore deluſa gentilitas, Faunos, Satyroſq;, & Incubos appellat.

SATYRICVM SIGNVM, (σατυρικὸν ἄγαλμα) id eſt, Priapi effigies, quæ in hortis conſtitui ſolet, ueretro arrecto: unde & nomen accepit. Nam σατυρίζειν arrigere eſt. Plin. lib. 19. cap. 4. Quam rem comitata eſt & religio quadam: hortoſq; & fores tantum cōtra inuidentium faſcinationes dicari uidemus. In remedio Satyrica ſigna: quanquam hortos tutelæ Veneris aſſignante Plauto.

SATYRIA, æ, (σατυρία) cibus ex uariis compoſitus herbis.

SATYRVS, fluuii nomen in Aquitania, cuius meminit Lucan. lib. 1. Tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curuo, &c.

SATYRIASIS, uel Satyriſmus, (σατυρίασις, σατυριασμός) pulſus teſtium, & uelut ſingultus quidam inguinis, ſequens inflammatam quandam paſſionem ſeminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd ſi non ceſſauerit pulſus ille, ſolent ſeminis receptacula intendi, uel ſpaſmus naſci Satyriſmus, inquit Gal. lib. 2. Methodi, eſt uirilis membri præter naturam arrectio. σατυριᾶν enim Græcis arrigere eſt, & rei ueneræ prurito extimulari. Idem & Priapiſmus dicitur, ab obſcœno hortorum cuſtode ducto nomine, qui ueretro prægrādi ſculpi ſolet, & erecto.

SATYRICE, {*Satiricamente*} (σατυρικῶς) aduerb. ſignificat acriter, cum conuicio, mordaciter, & (ut ſemel dicam) Satyricorum more, qui uel quoslibet nullo diſcrimine ſolent allatrare, omneſq; adunco (ut ille ait) naſo ſuſpendere.

SATYRION, (σατύριον) herba foliis lilii rubri, aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule læui, cubitali modo, radice gemina. Vulgus Teſticulum ſacerdotis appellat. Eſt & alterum Satyrii genus, quod ἐρυθρόνιον cognominant, ſiue ἐρυθραϊκόν, Venerem, etiamſi manu tangatur, extimulans. Semen habet lini, eoq; maius, durum & læuius. Eſt & tertium, cognomento βασιλικόν, foliis nigra plumbagine maculoſis, reliqua ſuperficie cynoſorchi ſimilibus, radix eſt lutea, crebriſq; ramis ad manus effigiem accedens. Officinæ palmam Chriſti appellant. Denique herbas propemodum omnes, libidinis deſiderium extimulantes, Græci Satyrii nomine ſunt complexi.

SATIRORVM INSVLÆ, (σατύρων νῆσοι) ſunt tres contra Indiā extra Gangem ſitæ, ſicut Ptole. lib. 7. ſcribit: quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

SAVCIO, as, are, {*Ferire*} (κατατραυματίζω) uulnero. Cic. 3. Verr. Serui nōnulli uulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Columel. lib 6. cap. 14. Ferro palatum opus eſt ſauciare, ut ſanguis profluat. Idem lib. 4. cap. 24. Sauciāda ferro eſt atq; exulceranda uitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere. Ouid. 3. de Arte: Tenues à pectore ueſtes Rumpit, & indignas ſauciat ungue genas.

Hinc Sauciatus, a, um, particip. Colum. lib. 11. cap. 1. Siue quis (quod pleriq; accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, &c. Sauciatio, onis, uerbale uulneratio. Cice. pro Cecin. Et ſauciatio quæretur, cum fugam factam eſſe conſtabit?

Hinc fit compoſitum Conſaucio, de quo ſuo loco.

SAVCIVS, a, um, {*Ferito, impiagato*} (τραυματίας) idem quod uulneratus: unde Sauciare. i. uulnerare. Verg. 2. Aenei. Quales mugitus, fugit quum ſaucius aram Taurus. Cæſ. 3. Bel. Ciui. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic. pro Cecin. Nemo, inquit, occiſus eſt, neq; ſaucius. Transfertur & ad animum: ut, Amore ſaucius. Ci. pro Cœlio, ex uetuſto quopiam Poeta: Medea amore ſæuo ſaucia. Saucius fatigatione. i. feſſus, ſeu fatigatus. Apul. lib. 2. de Aſino: Mihi uero fatigationis heſternæ etiamnunc ſaucio da ueniam.

SAVIOR, ſiue Suauior, {*Baſciare con allegrezza, & amore*} (φιλέω) cum uoluptate, aut præ gaudio oſculor. Catullus ad Veranium: Iucundum os, oculoſq; ſuauiabor. Donatus ita diſtinguit inter Oſculari, Sauiari, & Baſiare, q Oſculari pudicorum ſit affectuum, Baſiare impudicorum, Sauiari uoluptatis, & amoris. Quam differentiam non uſquequaque ueram eſſe, oſtendimus ſupra in dictione Oſculum: præſertim ea in parte, qua Oſcula à baſiis diſtinguit. Nam Sauia, ſiue Suauia, uoluptatis eſſe & amoris, uerum eſt, ſi Voluptatis & Amoris uocabula late accipiamus, ut tam honeſta, q̄ inhoneſta ea intelligamus. Conſtat enim Suauiari, ſiue Sauiari, etiam de honeſtis affectibus dici. Cice. Atti. Atticam cupio ſauiari: ita mihi dulcis uiſa eſt ſalus per te miſſa ab illa.

SAVO, onis, fluuius eſt in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

SAVRA, æ, (σαῦρα) lacerta, quæ in maceriis, & in ſepibus delitēſcit. Eſt & piſcis nomen, quem & Latini Lacertam nominant.

SAVRITES, (σαυρίτης) gemmæ ſpecies, quæ in uentre uiridis lacertæ traditur inueniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

SAVROMATÆ, pe. cor. (σαυρομάται) populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alii Aſiatici ſunt, alii Europæi, Tanaide fluuio diſcreti. de quibus uide plura ſupra in dictione Sarmata.

SAVRVS, nobilis ſtatuarius cuius opera commemorat. Plin. lib. 36. cap. 5.

SAVS, (ΣάΟς Ptolemæo) fluuius eſt apud Carnos ortum habēs, & circa Liburniæ montes: non procul à Tauruno oppido (hodie Albam Græcam uocant) in Danubium prolabens.

SAXATILIS, & hoc le, pen. cor. {*Ogni coſa che ſtà fra gli ſaſſi*} (πετραῖος) quod ſaxa incolit: ut Piſcis ſaxatilis. Colum. lib. 8. cap. 16. Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, q in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt: ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ ſaxa incolunt. Varr. 3. de Re ruſti. cap. 7. Vnum agreſte, ut alii dicunt, ſaxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus uillæ, à quo appellatæ columbæ. Piſcatus ſaxatilis, qui fit inter ſaxa. Plau. in Rud. Piſcatum hamatilem, ſaxatilemq; aggredimur.

SAXETVM, ti, {*Loco ſaſſoſo, pietroſo*} (πετρώδης τόπος) locus ſaxoſus & petricoſus. Cice. pro Lege Agra. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? Hinc Saxetanus, adiectiuum, quod inter ſaxa habitat. Martia. lib. 7. Cum ſaxetani ponatur cauda lacerti.

SAXIFICVS, a, um, ut, Os ſaxificum: id eſt, uultus aſpicientes in ſaxa uertens. Senec. in Herc. Furen. Tete laborum ſocia, & adiutrix, precor Belligera Pallas, cuius in læua ciet Aegis feroces ore ſaxifico minas. Ouid. 5. Meta. Vincis, ait, Perſeu: remoue tua monſtra: tuæq; Saxificos uultus, quæcunque ea, tolle Meduſæ.

SAXONES, (σάξονες) illuſtres Alemaniæ populi, qui Angliæ reginæ auſpicio Angliam deuicerunt. Hos Ptolemæus non longe à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus iuxta conſtituit. lib 3. cap 11.

SAXOFORATVM, teſte Volaterrano, oppidum in Piceni atque Vmbriæ finibus

finibus ſitum, olim Sentinum dictum. Vide Saxum ferratum.

SAXOSVS a, um, {Saſſoſo, pien di pietre} (πετρώδης) ſaxorum copiâ habens: ut, Saxoſa uia, quæ ſaxis abundat Colum lib 7 cap. 10. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxa amat. Saxoſus frutex in ſaxis creſcens, uel ſaxoſis locis. Plin. lib. 15 cap. 7. Simillimum ineſt huic & chamæleæ frutici ſaxoſo. Verg. 5. Eclog. Nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina ualles.

SAXVLVM li, {Saſſetto} (λιθίδιον) diminutiuum à ſaxo Cic lib. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam.

SAXVM, ſaxi, {Saſſo, pietra, quadrello} (λίθος) maius, aſperius, duriusq́; q̃ lapis: licet quandoq; ſaxum pro lapide ponatur. Cice pro Cecin. Qui ſaxa iacerēt. Ouid. de Nuce. A populo ſaxis prætereunte petor. Verg. 1. Aeneid. Iamq́; faces & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat. Idem 2. Georg. Adde tot egregias urbes, operumq́; laborum. Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Voluere ſaxum dicuntur, qui inexhauſto quopiam atq; inutili labore fatigantur. Terē Eun. Satis diu iam hoc ſaxum uoluo. Donatus admonet prouerbium fuiſſe dictū in eos, qui inextricabili ſudore affligerentur: tractumq; putat à notiſſima Siſyphi fabula, ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum uoluentis. Ad quem reſpexit & Verg. 6. Aen. Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarū Diſtricti pendent, &c.

Ponitur aliquando pro ſcopulo, ſeu monte ſaxoſo, πέτρα. Plaut. in Moſtell. Iterum iam ad unum ſaxum me fluctus efferunt. Verg 1. Aenei. Perq; undas ſuperante ſalo perq; inuia ſaxa Diſpulit. Ouid. 3. Meta. Per rupes, ſcopuloſq́, adituq; carentia ſaxa. Verg 2. Aenei. Stupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor. Hinc Saxeus, a, um, (λίθινος) quod è ſaxo eſt. Lucr. li. 1. Strataq; iam uulgi pedibus detrita uiarum Saxea conſpicimus. Luca. lib 4. Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ouid. 12. Meta. Socium quoq; ſaxea mole Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometem.

SAXVM FERRATVM, {Saſſerrato} (σίδηρον) oppidum in Piceni, atq; Vmbriæ finibus ſitum: ita appellatum à ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuiſſe earum reliquiæ oſtendunt. Sentinum à ueteribus dicebatur, à Sentino amne iuxta mœnia labente, quem nunc quoque incolæ Sentinum uocāt. Hoc oppidū nobile factum eſt duorum uirorum ortu, Bartholi & Alexandri. Quorum prior Cæſarearum legum interpretatione clariſſimus: alter in ſacris literis eminentiſſimus, qui quum in omni doctrinæ genere, uitæq́; ſanctimonia ſummus haberetur, Auguſtinianæ religioni magno omnium conſenſu præfectus eſt, nec multo pōſt, ob res præclare geſtas cardineis inſignibus, à Pio pontifice maximo decoratus fuit.

SAXIFRAGVM, gi, uel SAXIFRAGA, gæ, uel SAXIFRAGIA, æ, (σαξίφραγον Dioſ.) herba, à frangendis in corpore calculis appellata: uel q, in locis ſaxoſis cum enaſcatur, ſaxa ipſa frangat. Vulgus Salutam uitamappellant.

S ANTE C.

SCABELLVM, {Banchetta ſcabello, deſchetto} (ὑποπόδιον) ſcamnum exiguum, quod ſedentium pedibus ſubijcitur. Cice. pro Cælio. Deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. Scabellum item, teſte Varrone, dicitur id, quo ſimplici ſcanſione in lectum conſcendimus. Quod ſi duos habeat gradus, iam non Scabellum, ſed Scamnum dicitur, à ſcādendo. Vide paulo pōſt in dictione Scamnū.

SCABER, bra, brum, {Aſpero, ſcabroſo} (ψωραλέος) proprie idem quod ſcabroſus. Colum. lib 7. cap 4. Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri non poteſt. Varr. 2. de Re ruſti cap. 2. Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam ungulas, ac ſcabras fieri cogit Quoniam uero quæ ſcabioſa ſunt, cutem aſperam habent, factum eſt, ut Scabrum pro aſpero ponamus, & impolito τραχύς. Verg. 1. Georg Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Ci. 4. Tuſc. Pectus illuuie ſcabrum Celſus lib. 7. At ubi ſcabri ungues ſunt, circum aperiri debent, qua corpus contingunt. Scabroſus, a, um, plenus ſcabritia. Plin. lib. 20. cap. 21. Hippolapathi radices priuatim ungues ſcabroſos detrahunt. Scabrum, bri, ſubſtantiuum neut. gene. idem quod ſcabrities Plin. lib. 37. cap. 2. Infeſtantur plurimis uitijs, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, &c. De cryſtallis.

SCABIES, biei, {Rogna, ſcabbra} (ψώρα) aſperitas cutis, cum prurity, natura corporis interiora expurgante, noxiosq́; humores foras expellente Iuue. Saty 2. Sicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit. & porrigine porci, Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab uua. Verg. 3. Georg Turpis oues tentat ſcabies ubi frigidus imber Altius ad uiuum perſedit, &c. Hora. de Arte: Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget. Quoniam uero ſcabiem comitatur pruritus, pruritum autem ſcabendi cupiditas, & ex fricatione quædam uoluptas: factum eſt, ut Scabies pro uoluptatis illecebris accipiatur. Cice. 3. de Legib. Nos uoluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, nō cernimus ſatis. A Scabie fit Scabioſus a, um, (ψωραλέος) qui ſcabie laborat. Perſius Saty. 2. Nāq; eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet. Colu. lib. 11. cap. 2. Nam ſi paucioribus diebus detur, ut ait Higinus, per uer ſcabioſi boues fiunt.

SCABILE, lis, neut. gene. (ὑποπόδιον) idem quod ſcabellum. Cato capi. 10. Scamnum in cubiculo unum ſcabilia tria, ſellas quatuor.

SCABO, is, ſcabi ſcabitum, {Grattare fregare} (κνάω, κνήθω) frico, ſcalpo. Plin. lib 8. ca. 27. Si uero ſquamæ obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Horat. 1. Sermo. Saty. 10. Et in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues.

SCABREDO, inis, {Aſperità} (τραχύτης) idem quod ſcabrities, hoc eſt, aſperitas, & inæqualitas. Quo uocabulo uſus eſt Hieronymus in diui Hylarionis uita.

SCABRITIA, æ, & Scabrities, ei {Aſperità, aſprezza} (τραχύτης) aſperitas: unde Plinius Vnguium ſcabritiam, dixit. Nonnunquam accipitur pro ſcabie Colum. lib 7. cap 5. Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus uiridis cicutæ.

SCABRO, as, are, (τραχύνω) ſcabrum & aſperū efficio: unde Scabratus, a, um, participium. Colum. lib. 4. cap. 4. Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur. & ſic unis lacerata ſcabrataq; putreſcat humoribus.

SCADORNA, quod tranſpoſitis literis ut perperam ſcriptum, ita & male huc relatum erat, uide Scardona.

SCÆA PORTA, (σκαιαὶ πύλαι) urbis Troianæ porta fuit, fatali Laomedontis ſepulcro nobilitata. ita dicta (ut Grāmaticis placet) q ad ſiniſtrum, hoc eſt, occidentale urbis latus ſita eſſet. In Augurum enim diſciplina, quæ ortum ſpectant, dextra: quæ occaſum, ſiniſtra dicuntur. Strabo tamen lib. 13. uidetur ſentire Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis ſumptum fuiſſe, cum quibus Troianos multa nomina cōmunia habuiſſe oſtendit. Verg 3. Aen. Et arentem Xanthi cognomine riuum Agnoſco, Scææq; amplector limina portæ.

SCÆVA, {Mancino, ſiniſtro} (σκαιός) dicitur, qui ſiniſtra manu utitur pro dextra. Quo nomine dictus fuit fortiſſimus quidam Cæſaris miles, qui apud Dyrrhachium, magna Pompeianorum ui oppugnatus, multisq́; uulneribus acceptis, adduci tamen non potuit, ut caſtelli ſibi commiſſi cuſtodiam deſereret Sueto in Cæſ. Scæua excuſſo oculo, tranſfixus femore, & humero, centum & uiginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam commiſſi caſtelli obtinuit.

SCÆVOLA, (σκαιόλας) Q Mutij cognomen fuit, inde tactum, q ex quo in Porſennæ caſtris dextram exuſſiſſet, eius loco ſiniſtra fuerit uſus. σκαιὰν n. Græci ſiniſtram uocant. Vnde Scæuæ, & per diminutionem Scæuolæ dicti ſunt, qui ſiniſtra dextræ loco utebantur.

SCALA, æ, SCALÆ, arum, {Scala} (κλίμαξ, ἀναβαθμοί) utroq; modo dicitur, à ſcandendo, q his altiora ſcandamus. Nam proprie ſcalæ ſunt, quæ pluribus gradibus conſtant. Diſtinguunt quidam ſic Scala eſt quæ ex teretibus lignis aut funibus, aliave materia ſimili huc atq; illuc transferri poteſt: ſcalæ quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent De hac Plin. lib. 14. cap. 1. Etiamnum ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur. De illis Caius Iuriſconſultus: Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum Sed ſæpe confunduntur. & Scalas magis in uſu eſſe, q̃ Scalam dicimus Salluſt. in Iugurth. Vnæ, atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt: qui ſuperſteterant: afflicti ſunt. Non dixit, Vna atq; altera, ſingularem numerum tanquam parum uſitatum refugiens. Cice. pro Milo. Cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. Scalæ quibus per gyrum aſcendimus, a cochleæ forma cochlides, & cochleæ dicuntur. Quæ uero ex lignis teretibus conſtāt, ſiue cannabinis funibus, à Capaneo inuentæ primum fuerunt, ut eſt apud Vegetium de re militari.

SCALABIS, (σκαλαβίς) Luſitaniæ oppidum, alio nomine Præſidium Iuliū appellatum, teſte Plin. lib. 4 cap 22.

SCALDIS, inſignis fluuius eſt in confinio Germaniæ & Galliæ Belgicæ: quas regiones ſuo alueo ad Septentrionem diſterminat. Antuerpiam clariſſimum orbis Chriſtiani emporium alluens, marisq; æſtu refluus, & biſſenis quotidie horis uerſus caput recurrens Plin. lib 4. cap 17. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem ca. 13. Toto autem hoc mari ad Scaldim uſq; fluuium, Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili menſura.

SCALMVS {Palaſchermo} (σκαλμός) lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant: ſiue lignum crenatum, ac feneſtratum in apſidem, capiens remum, ut facilius, & ſolidius impellatur. Cic. 1 de Ora Nauicula duorum ſcalmorum. Idem 3 Offi Venit ipſe mature: ſcalmum nullum uidet. hoc eſt, nullam non modo uidet ſcapham, ſed ne ſcaphæ quidem ſcalmum. Hinc Interſcalmium, & Deceriſcalmus. de quibus ſuis locis

SCALPELLVM, li, (φλεβοτόμον) diminutiuum à ſcalpro, ſignificans inſtrumentum Chirurgorum, quo uenam aperiunt. Celſus lib 2. cap 9 Poſtero die auerſo medio digito, non autem ſcalpello, uena ferienda, ut recens coitus eius reſoluatur. Accipitur & pro alio ferramēto. quo putridam carnem excindunt. Colum. lib. 6. Ferro caſa ſcabies perluatur urina. Etiam ſæpe ſcalpello uſq; ad imum reſecare, & amputare ſcabiem, ſæpe profuit. Cice in Orat pro Sextio. Non eſt (inquit) ea medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atq; integræ carnificina eſt iſta, & crudelitas.

SCALPER, pri, (ἐκκοπεύς) idem quod ſcalprum, hoc eſt, chirurgicum inſtrumētum, quo caro putrefacta, aut os uitioſum exciditur. unde & Exciſorius ſcalper dicitur Celſus li. 8 cap 3. Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter utrunq; medium eſt, excidit.

SCALPO, is, pſi, ptum, {Grattare} (ἀμύσσω, κνήθω) idē quod ſcabo, ſiue frico. Pli. lib 9. Attrituq; petræ ſcalpentes piſces pruritus inuadit. Iuue. Saty. 9. Vndiq; ad illos Conueniunt & carpentis, & nauibus omnes Qui digito ſcalpunt uno caput Colum lib. 7. cap. 5. Vitioſum locum pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt. Scalpere item gallinæ cæteræq́; id genus aues dicuntur, cum eſcam humi quærentes pedibus diſſipant quiſquilias. Scalpere item gemmam, (γλύφειν) aut aliquid aliud inquit Diomedes, dicimus, non Sculpere: quod ſi uerum eſt, innumeri ferè libri mendoſi erunt, in quibus Sculpo, Sculptor ſæpiſſime occurrunt.

SCALPRVM, pri. {Scarpello} (κολαπτήρ) ferramentum, quo quid inciditur, alia atq; aliis artificibus alios atq; alios præbens uſus Interdum eum Chirurgorum eſt inſtrumentum, quo illi carnem putrefactam, uel oſſa uitioſa excidunt. Celſus lib. 8 cap. 7. Tum demum ad manum ſcalprumq́; ueniendum Scalprū librarium quo ij utuntur, qui libros deſcribunt, ad eradendas lituras. Sueto. de Vitellio: Scalpro librario uenas ſibi incidit. Scalpra ſutoria. Hora. 2. Ser. Saty. 3. Si ſcalpra, & formas non ſutor, nautica uela Aduerſus mercaturis, delirus, & amens Vndiq; dicatur. Fabrile ſcalprum Liuius appellat, quo magiſtri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipſa compage qua coniungitur capiti ceruix. In falce quoq; putatoria Scalprum dicitur ea pars, quæ à flexu procurrit. Col lib 4. cap. 25. Quæ pars uinitoriæ falcis a flexu procurrit, ſcalprum: quod deinde aduncum eſt, roſtrum appellatur. Cato de Re ruſti. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam eſſe uoles. deinde librum ſcalpro eximito. Hinc Scalpratus, adiectiuum. Colum. lib. 9. cap. 15 ferramentum ſcalpratum dixit ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alueos.

SCALPTOR, oris {Tagliapietra} (γλυφεύς) qui ſcalpit: ut, Scalptor gemmarum. Plin. lib 37 Expetuntur à ſcalptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes.

SCALPTVRA, æ, {Scoltura} (γλυφή) ſcalpendi actio Pli. lib. 37 cap. 7. Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt. Diomedes grammaticus Scalpturam dici probat, non Sculpturam: Scalpta (inquit) gemma dicendum eſt, non ſculpta, quoniam adiecta præpoſitione facit Inſcalpta.

SCALPTVRATVS, adiectiuum. ut, Pauimentum ſcalpturatum, (διαπολιθ λεν) genus pauimenti, quod & Vermiculatum dicitur. quod Romæ primum fieri cœpit poſt tertium Punicum bellum ex teſſellis minutis, diuerſicoloribus, ut in templis antiquis. Nos Muſaicum opus dicere ſolemus In his pauimentis picturæ radendo fiebant, quomodo nunc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum, ac murorum fiunt Alii uolunt Scalpturatum pauimentum eſſe, quod ſcal

pinis uariorum lapidum, & quibuſdam ueluti imbricibus compoſitum eſt ad ornatum. Plin. lib. 37. cap. 25. Romæ ſcalpturatum pauimentum in Iouis Capitolini æde primum factum eſt.

SCALPTVRIO, is, iui, itum, {*Raſpare*} (κνήθομαι, κατακνήθομαι) proprie deſideratiuum uerbum eſt, idem ferè ſignificans quod prurio, uel ob pruritū ſcalpendi deſiderio teneor. Plautus tamen in Aulu. pro ſimplici Scalpo poſuit.

Vbi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpturire unguibus.

SCAMANDER, (Σκάμανδρος) fluuius Troiæ, ex Ida monte deſcendens, quem Heſiodus θεῖον Σκάμανδρον, id eſt, diuinum Scamandrum appellauit. Antea Xanthus dicebatur, quod & Homerus innuit, cum eum ab hominibus quidem Scamandrum, à Dijs uero Xanthum uocari ait, ſuo more uetuſtiorem appellationem Dijs recentiorem hominibus aſsignās. In hoc fluuio ſponſæ iam nupturæ ſeſe abluebant, Scamandrum nominatim his uerbis inuocantes, λαβέ μου Σκάμανδρε τὴν παρθενείαν. Qua occaſione uſus Cimon quidam Athenienſis, cum Callirrhoes generoſæ puellæ amore teneretur, quæ iam uiro deſponſata erat, in Scamandri uirgultis ſeſe occultauit, caputq́ arundine coronauit. cūq́ illa ex more lauaretur, carmenq́ ſolenne caneret, Scamandrum, ut uirginitatē ſuā acciperet, inuocans, Cimon è uirgultis proſiliens, Ego uero (inquit) accipio lubens: uirginemq́ in ripam ſuſtulit: ubi & uitium ei obtulit. Vide hæc de re plura in Epiſt. Aeſchinis. Fuit & Scamander nomen filij Hectoris & Andromaches, quem tamen Troiani Aſtyanacta, hoc eſt, ciuitatis principem uocare maluerunt, Hectoris id honori tribuentes, cuius uirtute Ilium nouem perpetuos annos fortiſsime erat defenſum. Vide Home. 5. Iliad.

SCAMANDRIA, (Σκαμανδρία) urbs parua à portu Ilienſi parū remota. Plin lib. 4. cap. 30

SCAMMONIA, æ, {*Scamonea*} (σκαμμωνία) herba eſt ab radice ramoſa, pinguibus folijs, triangulis, albis, radice craſſa, madida nauſeoſa. quæ excauata, ſuccum emittit quem Scammonium appellant. Vide Plin lib. 24. cap. 15.

SCAMNVM, ni, {*Scanno, banche*} (βάθρον) eſt quod lecto ueluti gradus apponitur, ut per id in lectum faciliùs aſcendatur. Varro ſcribit, ſcamnum eſſe, quo duplici gradu in lectum altiorem conſcēdebāt. Scabellum, quo ſimplici ſcanſione in lectum non altum ſcandebant. Interdum tamen & ſcamna dicuntur, quæ pedibus ſedentium ſubijci ſolent, quæ Græci ὑποπόδιον uocant. Ouid. in Arte: Et caua ſub teretem ſcamna dediſſe pedem. Item Scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos ſulcos in colendo relinquitur. Plin. Scamna inter duos ſulcos cruda relinquantur. Colum. lib. 2. cap. 2. uocat Scamnum crudum, ſolum inmotum, minimeq́ aratro proſciſſum. Idem lib. 3. Duabus gemmis ſupra terram eminere paſſi repoſita humo, cætera coæquant: quæ faciunt in eadem linea, intermiſſis totidem pedum ſcamnis, dum peragant ordinem. Quādoq́ etiam ſcamna accipiuntur pro ipſis ſedilibus, in quibus ſedere conſueuimus. Ouid. lib. 1 Faſtorum. Ante focos olim ſcamnis conſidere longis Mos erat. Scamna etiā in arboribus dicuntur rami & brachia ſedilium uſum præbentia. Plin. lib. 12. ca. 1. Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati platani unius tabulata, laxisq́ ramorum trabibus ſcamna patula & in ea epulati, &c.

SCANDALIDES, palmæ, unde Sandalides.

SCANDALVM, li, {*Scandolo offenſione*} (σκάνδαλον, πρόσκομμα) Græca uox eſt, quam nos offendiculum, uel ruinam, uel impactionem poſſumus dicere.

Quando ergo legimus, Quicunq; de minimis ſcandalizauerit quempiam: intelligimus qui dicto, factove occaſionem ruinæ, ſiue cadendi cuiquam dederit.

Hinc Scandalizo, zas, (σκανδαλίζω) quod eſt alicui ſcandalum præbeo, aliquem offendo.

SCANDINAVIA, inſula eſt Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib. 4. cap. 13. incompertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Quidam alterum terrarum orbem appellauere. nonnulli etiam Officinam gentium, eo q incredibilem mortalium uim identidem effuderit, qui ad quærendas nouas ſedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & uaſtitate implerunt. Hodie ſatis conſtat inſulam non eſſe, ſed ad ortū ſupra Liuoniam continenti adhærere. Tenent eam Suedi, Nortuegi, Gothi, innumeræq; aliæ barbaræ gentes.

SCANDIX, (σκάνδιξ) oleris ſylueſtris genus, gingidio ſimile, amarum & ſubacre, quo tenuiores in cibo utebantur. Athenis olim notiſsima erat Ariſtophanis Poetæ in Euripidem dicteriis: quibus illi obiecit, matrem eius ne legitimum quidem olus, ſed ſcandicem uendidiſſe. Vide Plin lib. 21. cap. 15.

SCANDO, dis, di, ſum, {*Aſcendere. andare in ſu andare all'alta*} (βαίνω) idem quod aſcendo. Cice. in Cato. Vt ſi qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alij ſcandant malo, alij per foros curſent. Verg. 2. Aenei. Scandit fatalis machina muros. Liu. 3. ab Vrb. Exquilias quidem ab hoſte prope captas: & ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmouit. Scandor, eris, paſsiuum. Plin. lib. 14. cap. 1. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur uite una Cypria. Hinc Scalæ dictæ ſunt, per quas in altum aſcendimus, Scandere in ſub tectum, dixit Plin. lib. 10 cap. 18. pro eo quod eſt, felium modo aſcendere. Huius compoſita ſunt, Aſcēdo, Conſcendo, Inſcendo, Superſcendo, & Tranſcendo. quorum ſignificat unde ſuis locis.

SCANDVLACA, (inquit Feſtus) herba eſt, frugibus inimica, q eas uelut hedera implicans necat. Creditur eſſe ſecunda ſpecies clematidis, quam Latini Conuoluulum uocant.

SCANDVLÆ, arum, {*Cantinelle*} paruæ tabellæ, è ligno in tenues laminas ſciſſæ, quibus ante inuentas tegulas ædes tegebantur. Conſtat enim Romam ad bellum uſq; Pyrrhi, hoc eſt, annos CCCCLXX. ſcandulis tectam fuiſſe. Fiunt autem ex robore, abiete, & picea fiſsis, uel aſſulatim deſectis. Dictæ Scandulæ, à ſcindendo, quaſi ſcindulæ uel à ſcandendo, quoniam in culminibus tectorū, ad tegulas, imbricesq́ ſuſtinendos collocantur, quo ſcandētes peruenire ſolemus. Inde Tectum ſcandulare, quod ex ſcandulis conſtat.

SCANSILIS, le, pen. corr. {*Che ſi puo aſcendere facilmente*} (ἀναβατόν) ad quod facile aſcenditur. Plin. lib. 17. cap. 11. Ficumq; ſic etiam ſcanſilem fieri.

Scanſilis annorum lex à Plin. lib. 7. cap 46. dicitur, per quam ad ætatem ueluti quibuſdam annorum gradibus aſcendimus.

SCANTIANA POMA, à Scantio inuentore dicta, quæ Cato tradit in doliis optime condi, referente. Plin. lib. 15. cap. 14. Scantiana uua, à Varrone dicta eſt, quæ alio nomine Amminea maior appellatur, ut refert idem Pli. lib. 14. cap. 4.

SCAPHA, æ, {*Barchetta, battello*} (σκάφη, ἐφόλκιον) nauicula parua, quæ in maiori naui circumuehitur, uel eam pone aſſequitur. Cice. 2. de Inuent. Poſtea aliquāto ipſo quoq; tempeſtas uehementius iactare cœpit uſq; adeo ut dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. Iuſtinus lib. 2. Scapham pro piſcatoria nauicula poſuit. Vbi (inquit) ſolutum pontem hybernis tempeſtatibus offendiſſet, piſcatoria ſcapha traiecit trepidus. Liui. 5. bel. Pun. Cum miſiſſent eas in alto, exceptis in præparatas ſcaphas nautis multiplices fuiſſe merces ementiebantur. Dicta eſt autem Scapha ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc eſt, ab excauando, propterea q primum ex prægrandi arbore cœptæ ſint excauari.

SCAPHIVM, phij, (σκάφιον) uaſis genus, quo excrementa tam liquida q̄ ſicca excipiuntur: à quadam ſcaphæ ſimilitudine nomen habens. Propriè autē mulierum erat, quemadmodum Laſanum uirorum. ut annotauit Iulius Pollux Onomaſtici ſui lib. 10. cap. 9. Vlpian. l. Q. Mutius. ff. de Auro & argen. leg. Legato argento, puto habita uentris cauſa ſcaphia non contineri. Erat item Scaphium, ferramenti genus, quo athletæ exercendarum uirium gratia terram effodiebant: ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc eſt, à fodiendo dictum. Latini Ligonem uocant. Vnde Plutarchus in Arato, athleticam ei ſpeciem fuiſſe tradit, à pugilum ui ctu & ſcaphio non abhorrentem. In qua item ſignificatione à Iuuenale poſitum exiſtimant Saty. 6. ubi uiriles mulierum exercitationes inſectatur, ne a pugilum quidem & palæſtritarum armis abſtinentium.

Aſpice (inquit) quo fremitu monſtratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus ſedeat, q̄ denſo faſcia libro:

Et ride, ſcaphium poſitis cum ſumpſerit armis. Erat & Scaphium uas æneū, in quo ſtyli in medio ſiti proceritas horarum ductus diſcriminabat. Vitruuius Scaphen, & Hemiſphærium appellatur. Plutarchus in Numa, Scaphium appellat, quo ignis facer extinctus, Solis tantum radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, εἶδος κουρᾶς: hoc eſt, tonſuræ quoddam genus interpretatur, citatq́ Ariſtophanem in Veſpis. σὺ δὲ Κοψίχῳ ἔοικας, σκάφιον ἀποτετιλμένῳ. Hoc eſt, Tu uero Copſicho ſimilis es, cui reuulſum eſt ſcaphium. Athenæus quoq; lib. 4. Scaphium inter uaſa potoria enumerat. In qua ſignificatione uidetur & Plautus accepiſſe in Sticho: Quibus diuitiæ domi ſunt, ſcaphia, cantharis, bathyocis utuntur.

SCAPILIVM, lii, {*Le ſpalle, homeri*} (νῶτον) ueteres pro tergo uſurparunt, & aliquando pro ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium quod inter ſcapulas quaſi uallecula eſt, Interſcapilium dicitur.

SCAPTENSVLA, (inquit Feſtus) locus in Macedonia, ubi argentum fodiſolebat, à σκάπτειν fodio. Lucre. lib. 6. Quales expirat ſcaptenſula ſubter odores.

Rectius tamen uidetur Scapteſula legi poſſe, ſine n. Apud Stephanum enim ſcribitur σκαπτησύλη: quanquam ille in Thracia, non in Macedonia, eam collocet. Quod diſcrimen non eſt magni momenti: quippe cum ne inter celeberrimos quidem Geographos ſatis conueniat de Macedoniæ, Thraciæq́ terminis, alijs Strymone amne, alijs Neſſo eas terminantibus.

SCAPTIA, Latij oppidum fuit, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. à quo Scaptia tribus.

SCAPVLÆ, arum, {*Spalle, homeri*} (ὠμοπλάται) propriè dicuntur oſſa duo in poſteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumeſcente, interiore reducta, extrema ſui parte in acetabula quædam deſinentia, quæ humerorum capita excipiunt. Celſus etiam Scoptula operta nominat lib. 8. cap. 1. Paſsim tamē apud ſcriptores Scapulas acceptas inuenies pro tota illa regione, quæ pone pectori obiecta eſt. Plau. in Aſin. Mirabar quid dudum ſcapulæ geſtibant mihi, hariolariq́ hoc cœperunt ſibi eſſe in mundo malum. Claud. 1. in Eutrop. Qua miſeri ſcapulas tutabimur arte? Hinc deducitur adiectiuum Scapularis, re, ut, Scapularis ſeruus, cuius ſcapulæ ad flagra denudantur, quiq́ tergum habet aſsiduis uerberibus liuidum. Scapularis ueſtis, qua ſcapulæ teguntur.

SCAPVS, ſcapi, (στῦλος) ab architecturæ peritis dicitur ipſum columnæ corpus quod eſt inter baſim & epyſtilium. Scapus (inquit Budæus) corpus columnæ: nam quod ſuper columnam imponitur, Capitellum, uel Epiſtylium uocatur: infra ſcapum Spira, quæ Baſis ſæpe appellari licet: infraq́ ſpiram, Stylobates. Vitruu. lib. 3. cap. 2. Scapis columnarum ſtatutis, capitulorum ratio, &c. Et paulò poſt: In ſummis columnarum ſcapis. Et cap. 4. Qua craſsitudine fecerunt baſim ſcapi. Scapus item in herbis dicitur caulis ſimplex in ſtyli modum ſurrectus. Ruellius lib. 1. cap. 2. Radix eſt id, quo alimentum allicitur & terræ cohæret: Caulis uero, in quod idem defertur nutrimentum, ſimplexq́ ſuper terram aſſurgit: is ſi in ſtyli modum ſurſum prorepat, aut in altum feratur, Scapus Latinis nominari conſueuit, ducta à columnaribus ſcapis ſimilitudine. Varro de Re ruſtic. lib. 1. cap. 31. ad finem: Vicia dicta à uinciendo, quod item capreolos habet ut uitis, quibus cum ſurſum uorſum ſerpit, ad ſcapum lupini, aliumve quem ut hæreat, ſolet uinciri. Plin. lib. 18. cap. 10. Inuentus eſt iam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. His conſtat, claſsicis auctoribus ſcapum pro caule frequenter uſurpatum. Idem quoq; quod in uirgulæ modum, uel teli rectitudine conſurgat, thyrſi nomen ſibi uendicat. Hactenus Ruellius. Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò craſsius lignum in ualuis quo fores ipſæ ſuſtinentur, & reguntur præcipue: & cuius capitibus, ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori & inferiori cardine inſertis, ualuæ ipſæ uoluuntur, aut aperiendæ aut claudendæ. Vitru. lib. 4. ca. 6. Fores ita compingantur, uti ſcapi cardinales ſint ex altitudine liminis totius duodecima parte: inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, &c. Scapos item nonnulli appellant tenues illos, lignoſosq́ ramuſculos, è quibus uuarū acini dependent. Varro lib. 1. Rei ruſt. cap. 54. Quæ calcatæ uuæ erunt, earum ſcapi cum folliculis ſubiiciendi ſunt ſub prelum. Quo tamen in loco alii Scopi, legendum exiſtimant.

SCARABEVS, pen. pro. {*Scarafaggio, ſcarauaggio*} (κάνθαρος) inſecti genus, teneras habens pennas, & ob id cruſta ſuperueniente tectas, ſtercore potiſsimum ſeſe alens. Varia eius ſunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, biſulcis denticulata forcipibus in cacumine cum libet, ad morſum coeuntia, quæ infantibus remedii uice ex collo ſuſpenduntur. Hos Nigidius Lucanos appellat. Alii ex fimo ingentes pilas auerſis pedibus uolutantes, paruosq́ in iis contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantes. Hos Aegyptii ſacerdotes ſummo uenerabantur cultu, animatam Solis imaginem eſſe putantes, ut ſcribit Euſeb. de Præparat. Euang. Volitant alii magno cum murmure, & quodam quaſi mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excauant,

nocturno ſtridore uocales. Scarabeorum generi aſcribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc uero compreſſu obumbratæ, nō ante maturo pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ. Sunt & alia ſcarabeorum genera, quæ uide apud Plin. lib. 11. cap. 28.

SCARDONA, {*Scardona*}(Σκαρδῶνα) inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico teſte Ptolem. lib. 2. cap. ulti. In ea ſunt duæ urbes, Collentum & Arba.

SCARIFICO, ſcarificas, (ἐπιγράφω, ἐπιξέω) ſcalpello aperio, leuiter uulnero, quo aliquid facilius exeat. Plin. lib. 32. cap. 7. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis. Scarificare dolorem, i. ſcarificando dolorem expellere. Idem lib. 28. cap. 11. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime ſimile, hoc ſcarificari dolorem putant. Hinc Scarificatio dicitur leuis uulneratio quum aut arborum cortex, aut animalis cutis leui inciſione aperitur. Plin. lib. 17. ca. 27. Interim eſt & ſcarificatio quædam in remedijs, quum macie corticis ex ægritudine aſtringēte ſe, inſtoq́; plus uitalia arborū compremente: exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes, perpetuis inciſuris diducunt, ac ueluti cutem laxant. Colum. lib. 6. cap. 12. Si ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, aſſidua ſcarificatione diſcutitur.

SCARITES, ritæ, (σκαρίτης) gemma eſt, quæ ſcari piſcis colorem refert, ut ait Plin. lib. 37. cap. 11.

SCARPHEA, ſiue SCARPHIA, pen. pro. (σκάρφεια) inſula Helladi adiacens, in mari Aegæo, non procul ab Attica, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt & Scarphæa, urbs Locrorum Epicnimidiorum, decem ſtadijs diſtans à mari, teſte Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falſo aſſignata.

SCARVS, ri, (σκάρος) piſcis nobiliſſimi genus, mari Carpathio maxime frequens, qui ſolus piſcium ruminare dicitur, & herbis, non alijs piſcibus ueſci. Lecton Troadis promontorium ſponte non excedit. Hunc optatus Elipertius claſſis ſub. Claudio præfectus, à mari uſq; Carpathio petitum, innibusq́; aduectum, inter Oſtienſem & Campaniæ oram diſſeminauit. adhibita etiam cura, ut proximo quinquennio capti, mari redderentur: ut refert Pli. lib. 9. cap. 17. Oppianus: Hic Scarus ſaxa frequentat. Qui mites inter piſces clamore tremendo Intonat & ſolus pallentes ruminat herbas. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Pinguem uitijs, albumq́; nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

SCATEBRA, ſcatebræ, pen. cor. {*Canalle di mare, onde*}(βλυσμὸς) ebullitio aquæ è terra exilientis. Verg. lib. 1. Geor. Scatebriſq; arentia temperat arua. Pli. lib. 31. cap. 10. Mirum eſt & illud, ſcatebra fonticuli ſemper emicante, lacū nec augeri, nec effluere. Idem lib. 5. cap. 1. Eundem opacum, nemoroſumq́; & ſcatebris fontium riguum, qua ſpectat Africam fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas uoluptatibus deſit.

SCATEO, es, re, {*Uſcire, ſaltare fuora*}(βλύζειν, ἀναβλύζειν, ἀναβλυστάνειν) emanare, erumpere, ebullire, & ita plenum eſſe, ut exhalat quod continetur: propterea q́ de fontibus dicitur, cum uena aquæ copiam non capiens foras eā expellit. Cice. 1. Tuſcu. Fontes ſcatere, prata herbis conueſtiriet. Ablatiuo aliquādo iungitur. Plaut. Aul. Quæ mihi interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenem poteſt. Per tranſlationem accipitur pro abundare. Hora. 3. Carm. Ode. 27. Scatentem Belluis pontum. Colum. lib. 6. ca. 16. Solent etiam neglecta ulcera ſcatere uermibus. Aliquando etiam pro exagitari, ſiue æſtuare: idq; aliquando cum genitiuo. Gel. lib. 1. cap. 17. Irarumq; & moleſtiarum muliebrium per diem, perq; noctem ſcatebat. Nonnunquam etiam cum accuſatiuo, dependente à præpoſitione Ob, uel Propter, ſubaudita. Plau. Perſa. Potin', ne me moneas: memini & ſcio, Et calleo, & commemini: amas pol miſera, id tuus ſcatet animus.

SCATINIA LEX, qua præpoſteræ Veneris uſus coercebatur: ita dicta à Scatinio latore. Iuuena. Saty. 2.

Quòd ſi uexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

SCATVRIGO, inis, pen. pro. genitiuo ſcaturiginis, (ἀναβλυσις) idem quod Scatebra. Colum. lib. 3. cap. 13. Nam præſtat non conſerere, q̄ in ſumma terra ſuſpendere, niſi tamen ſcaturigo paluſtris obuia, ſicut in agro Rauennate, plus q̄ ſeſquipedam prohiberet infodere. Plin. lib. 31. cap. 3. In nigra ſcaturigines non ferè ſunt perennes. Hinc ſcaturigmoſus adiectiuum, in quo abundant ſcaturigines. Colum. lib. 5. cap. 8. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

SCATVRIO, is, {*Saltare fuora ſorgere*} (βλύζω) pro ſuo primitiuo Scateo ponitur, quod proprie fontium eſt. quamuis etiam per tranſlationem accipiatur pro quouis modo abundare. Colum. lib. 3. cap. 1. Modicè tamen roſcidum ſolū, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat, ſed ut uicinum radicibus humorem ſubminiſtret.

SCAVRI, (σκαῦροι) dicti ſunt, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent, uel quibus pedes inflexo talo tardigradi ſunt. Hora. lib. 1. Sermo. Illum Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Ab huiuſmodi pedum uitio cognomē traxit, qui primus in Aemylia gente Scaurus dictus eſt. Fuit autem Scaurorum familia Romæ in primis illuſtris: ex qua fuit Marcus Aemylius Scaurus, princeps Senatus, cuius patrem adeo inopem tradunt fuiſſe, ut quamuis nobiliſſimus eſſet, carbonariam tamen uitæ ſuſtinendæ cauſa exercere cogeretur. Quinetiam Marcus ipſe primum addubitaſſe fertur, num ad argentariam ſeſe, an potius ad forum & curiam conferret. Verum quum eloquentiæ, ſemper ſtudioſiſſimus fuiſſet, foro magis idoneus ſibi uiſus, breui magnam ſibi gloriam peperit. Et cęteros quidem magiſtratus ex ordine adeptus, ita eos geſſit, ut Conſulatu digniſſimus uideretur. Magno itaq; nobilitatis ſtudio Conſul factus, Ligures & Cantricos domuit, & de ijs triumphauit. Cenſor deinde creatus Aemylium ſtrauit, pontemq́; Aemylium extruxit. Filium ſuum, q́ in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum uenire uetuit. quod tam ægre tulit adoleſcens, ut ſibi ſpōte necem conſciſceret. Idem in Africam legatus miſſus, ut Iugurtham ab oppugnatione Cirthæ, & obſidione Adherbalis auocaret, quum re infecta rediſſet, Senatui auctor fuit belli aduerſus Iugurtham ſuſcipiēdi. Quo tamē in bello, quū L. Calpurnii Beſtiæ legatus eſſet, auaritiæ quoq; eius & rapinarum particeps creditur extitiſſe: quæ res uitæ ante actæ ſplendori haud exiguam offudit labem.

Scaurus alter, ſuperioris filius, & Syllæ priuignus fuit. de cuius Aedilitate ſic ſcribit Plin. lib. 36. cap. 15. Non patiemur duos Caios, uel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui. docebimusq; etiam inſaniam eorum uictam priuatis operibus M. Scauri: cuius neſcio an Aedilitas maxime proſtrauerit mores ciuiles, maiusq́; ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia, q̄ proſcriptio tot millium.

Hic fecit in Aedilitate ſua opus maximum omnium, quæ unquam fuerunt humana manu facta, nō temporaria mora, uerum etiam ęternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit Scena ei triplex altitudine. CCCLX. columnarum, in ea ciuitate, quæ ſex Hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ è marmore fuit, media è uitro, inaudito etiam poſtea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus. imę duodequadragenum pedum.

Signa ærea inter columnas tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum octoginta millia, cum Pompeii amphitheatri, toties multiplicata urbe, tantoq́; maiore populo, ſufficiat large XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica ueſte, tabulis pictis, cæteroq́; choragio fuit ut in Tuſculanam uillam reportatis quæ ſuperfluebant, quotidiani uſus delicijs incenſa uilla ab iratis ſeruis, cōcremaretur ad ſeſtertium millies. Hæc Plin. Fuit præter hos & Aurelius Scaurus, qui cum legatus aduerſus Cimbros infeliciter pugnaſſet, fuſo exercitu uiuus in hoſtium manus peruenit: cumq́; ab iiſdem in concilium adductus, de ratione belli aduerſus Romanos gerendi interrogaretur, magnopere eis diſſuaſit, ne Alpes trauicerent, Popu. Roma. bello inſuperabilē eſſe aſſerens: quod eius reſponſum tanta indignatione excepit Bolus, hoſtilium copiarum rex ut protinus impetu in eum facto, multis uulneribus eum confixerit.

SCAZON, ontis, (σκάζων) carminis Iambici trimetri genus, in quinta ſede Iambum, in ſexta habens ſpondęum, in cęteris nihil differens à recto iambico. Nos delumbes, ſiue claudos Iambos nominare poſſumus. Σκάζειν enim claudicare eſt. Huius generis ſunt illi in Præfatione Satyrarum Perſii: Nec fonte labra prolui caballino, Nec in bicipiti ſomniaſſe, &c.

SCELERATVS, rata, tum, {*Scelerato, ribaldo*}(κατάρατος, μιαρὸς) ſceleſtus & nefarius. Cice. ad Atti. Ego autem illum male ſanum ſemper putaui: nūc etiam impurum, & ſceleratum puto. Ouid. lib. 3. Meta. Facto pius, & ſceleratus eodem. Idem 11. Metam. A me cauſa data eſt, ego ſum ſceleratior illo.

Veteres etiam Sceleratum accipiebant pro contaminato, & ſcelere aliquo polluto. Unde Sceleratam portam dixerunt, qua egreſſi Fabii, ad Cremerā amnem ad unum omnes à Veientibus ſunt interempti. & Sceleratum campum, proxime portam Collinam, in quo uirgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratum uicum, in quo quum Tarquinius Superbus interficiēdum curaſſet Seruium regem ſocerum ſuum corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta eſt properans in poſſeſſionem domus paternæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem ſit quod noxius. Verg. 2. Georgic. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Hoc eſt, nocens, omnia exurens.

SCELERO, as, {*Maculare*}(μιαίνω) polluo, ſcelere coinquino, Verg. 3. Aene. Parce pias ſcelerare manus.

SCELEROSVS, ſa, um, {*Scelerato*}(μοχθηρὸς, κατάρατος) idem quod ſceleratus. Teren. in Eunu. Ubi ego illum ſceleroſum, miſera, atq; impium inueniā? Facta ſceleroſa atq; impia. Lucre. lib. 1.

SCELESTVS, ſta, ſtum, {*Pien di ſceleritā*}(ἀνόσιος, μοχθηρὸς) ſceleratus, impius, flagitioſus. Cice. pro Sexti. Roſc. Res ſceleſta, atrox, nefaria. Plaut. Malitei Atque improbi & ſceleſti iis animam adimerent cito. Liu. lib. 5. ab Urbe condita. Ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit. Hinc Sceleſte, aduerbiū, id eſt, ſcelerate, flagitioſe, impie. Ci. Atti lib. 15. Clodium nihil arbitror malitioſe, quanquam ſceleſte, quidem egerit. Liu. lib. 4. belli Puni. Quæcunq; poſt Hieronis mortem ſceleſte, atq; impie facta eſſent. Andronodorum atq; Themiſtium arguit feciſſe.

SCELOTYRBE, es, (σκελοτύρβη) morbi genus, quo compages in genibus ſoluuntur. Plin. lib. 25. cap. 3. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici uocant & Scelotyrben. Hoc mali genere Aelii Galli exercitū laboraſſe ex Arabicorum fructuum eſu, Auctor eſt Strabo lib. 15. Fit etiam mali huius mentio in Medicis definitionibus Galeno attributis.

SCELVS, huius ſceleris, {*Ghiottoneria misfatto, ſceleraggine*} (μοχθηρία, μιαρία) graue aliquod peccatum ſeu atrox facinus. Plau. in Stic. Aduorſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud poſſumus. Quintil. lib. 6. cap. 1. Veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repreſentauit imaginem ſceleris, ut non occiſus iſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi uideretur. Verg. 6. Aene. Quid memorē, inuimpunt thalamos: comes additus una Horator ſcelerum Aeolides. Dicimus autem facere ſcelus. Edere ſcelus, in aliquē. Aſtringi ſcelere, Perficere ſcelus, Suſcipere ſcelus, quorum exempla nuſquam non occurrunt. Ponitur aliquando ſcelus pro ſcelerato. Plau. in Amph. Ego tibi iſtam ſceleſtam ſcelus linguam abſcindam.

SCENA, æ, ſine diph. {*Scena*}(σκηνὴ) proprie ſignificat tabernaculum ex frondibus inumbrationis cauſa compoſitum: ἀπὸ τῆς σκιᾶς, hoc eſt, ab umbra, deducto nomine. Unde & Scenopegia, dicta ſunt feſta quædam Hebræorū, quibus agentes ſub huiuſmodi tabernaculis, ex ramis frondibusq; compoſitis, memoriam renouabant eius temporis, quo Aegyptiorum ſeruitute liberati, in ſolitudine ſub tentoriis agitauerant. Ad hanc uocis huius originem reſpexit Verg. lib. 1. Aen. Africæ portum quendam his uerſibus deſcribens. Hinc atq; hinc uaſtæ rupes, geminiq; minantur In cœlum ſcopuli quorum ſub uertice late Aequora tuta ſilent. tum ſyluis ſcena coruſcis Deſuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Quanquam ibi ſcenæ uocabulum, non pro tabernaculo arte, manuve facto acceperit, ſed pro loco ſitu, naturaq; umbroſo. Et quoniam in eiuſmodi tabernaculis Attica iuuentus, cum adhuc uicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulasq; quaſdam ſuo more agebat. factum eſt, ut poſtea in urbem redactis Athenienſibus, nomen idem illi manſerit contabulationi, quę inter utrūq; theatri cornu erat protenſa, in qua ab hiſtrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomen Romani una cum re ipſa ab Athenienſibus acceptum, aſſiduo uſu ueluti ſuum effecerunt. Latius tamen Scenæ uocabulum interpretatur Labeo referente Ulpia. l. ii. ff. de his qui not. infa. cuius uerba ſunt hæc: Scena eſt (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco ubi quis conſiſtat, moueaturq́; ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, priuatove, uel in uico, quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittebantur. Scenarum olim uaria fuerunt genera: ex quibus, quæ Tragica dicebatur, columnis, faſtigiis, palatiis, & ſignis, cæteroq́; apparatu proſus regali inſtruebatur. Comica,

priuatorum, ędificiorum, & Męnianorum, mediocriſq́ cultus ſpeciē habebat. Satyrica, arboribus, montibus, ſpeluncis, opereq́ topiario exornabatur. Erat & Scena uerſatilis, quę ſubito tota machinis quibuſdam uertebatur, & aliā picturæ faciem oſtendebat. Itē alia Ductilis, quæ contractis tabulatis hac atq́ illac, interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Produci in ſcenam dicebātur histriones, mimive, cū ab eo, qui ludos edebat, mercede, auctoritate, aut gratia adducebantur, ut in ſcenam ad agendum prodirent. Reduci autem in ſcenam dicebātur, qui aliquāto interuallo, poſtquam primum ſui ſpectaculum præbuerunt, ad agendum reuertebantur. Plin. li. 7. cap. 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam à Pompeio magno, quæ producta fuerat a M. Pomponio Aedili plebis. Seruire ſcenæ: id eſt, ſeruire tempori, & rebus pręſentibus ſeſe accōmodare. Cice. ad Brutum. Tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendū eſt. Scena totius rei hæc eſt, dixit Cælius ad Cice. lib. 8. pro eo q́ eſt, hæc eſt totius rei actio. in hoc rei totius cardo uertitur. Scena minore aliquid agere. i. minore apparatu, & oſtentatione.

SCENALIS, le, adiectiuum: idem quod ſcenicus, (σκηνικὸς) ut, Species ſcenalis. Lucre. lib. 4. Nāq́ ibi conceſſum caueai ſubter, & omnem Scenalem ſpeciē patrum, matrumq́, deorumq́ Inficiunt.

SCENICVS, a, um, (σκηνικὸς) quod ad ſcenam pertinet, ut Scenici ludi. Cice. de Orat. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comice, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenice prope uenuſtate tractauit? Scenicus uero abſoluto uocabulo, (ὑποκριτὴς) hiſtrio dicitur, qui in ſcena agit. Sueto. de Neron. Ac ſpectaculis theatri clām illatus cuidam ſcenico placenti nuntium miſit. Ci. pro Archia poeta. Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebat, id huic ſumma ingenij prædito gloria noluiſſet? Scenice, aduerbium: ut, Facere aliquid ſcenice. Quintil. lib. 6. cap. 1.

SCENITÆ, (σκηνῖται) cognominati ſunt quidam Arabiæ populi, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, hoc eſt, à tabernaculis, ſiue tētorijs in quibus habitant (ut inquit Solinus) ex caprarum pilis cōtextis. Hi à carnis ſuillæ eſu abſtinent: totusq́ ille Arabię tractus ſuibus adeo eſt inimicus, ut eo aliunde inuectæ ſtatim moriantur. Pli. lib. 6. cap. a 8. Nomades, infeſtatoresq́ Chaldæorum Scenitæ, uagi & ipſi, ſed, a tabernaculis cognominati, quæ Ciliciis metantur ubi libuit.

SCENOMA, atis, (σκήνωμα) tabernacolis tentorium, ſiue habitaculum, à uerbo σκηνόω, quod eſt caſtra metari, ſiue tabernacula figere.

SCENOGRAPHIA, (σκηνογραφία) in pictura dicitur frontis et laterū abſcedentium adumbratio.

SCENOPEGIA, orum, (σκηνοπήγια) feſta quædam erant Hebræis ſolennia: quibus ſub tabernaculis agentes, memoriā renouabant eius temporis, qua Aegyptiorū ſeruitute liberati, in ſolitudine ſub tentorijs agitauerant. Dicta Scenopegia, παρὰ τὸ τὰς σκηνὰς πηγνύειν, hoc eſt, à figendis tentorijs. Quidam ex noſtris (neſcio qua de cauſa) aſpirationem interijcientes, Scenophegia appellant.

SCEPSIS, (Σκῆψις Stephano) duorum oppidorum nomen eſt in Troade: quorum alterum ultra Cebrinen ſitum erat, ad excelſiorem Idæ montis partem prope Polichnam. Hæc poſtea recentiore condita, Palæſcepſis dicta eſt, hoc eſt, antiqua Scepſis. Altera Scepſis, infra ſuperiorem ſita erat ſtadiis circiter ſexaginta, in quam ueteris urbis incolę immigrauerunt ducibus Scamādrio Hectoris, & Aſcanio Aeneæ filiis. Hanc nonnulli putant Aeneæ regiam fuiſſe, mediumq́ ſitum obtinuiſſe inter regionē illi ſubditam & Lyrneſſum. Vide Strabo. li. 13. Quin ipſa etiam regioncula urbibus hiſce circumiecta, Scepſis appellata eſt. Plin. li. 11. cap. 37. Aſiæ regio Scepſis appellatur, in qua minimos (repente ex ſuperioribus, lienes) pecori eſſe tradunt, & inde ad lienem inuēta remedia.

Ex Scepſi recentiore ortum traxerunt Demetrius Grammaticus Homericę Iliadis interpres: & Metrodorus philoſophus, & orator: de quo nonnulla diximus ſuo loco.

SCEPTICA, ſcepticæ, (σκεπτική) Philoſophica quædam ſecta, nihil aſtruens, nihil definiens, aliorum tantum decreta oppugnans, & in ueritatis inquiſitione perpetuo uerſans: unde & Sceptica dicta eſt, quaſi conſideratrix, ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι, quod eſt conſiderare. Primus ſectę huius auctor Pyrrho Eleus fuiſſe exiſtimatur: unde & Pyrrhoniam quidam appellant, eiusq́ ſectatores Pyrrhonios. Gell. lib. 11. cap. 5. Quos nos Pyrrhonios pilosophos, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id fermè ſignificat, quaſi quæſitores, & conſideratores. Nihil enim decernunt, nihil conſtituunt: ſed in quærendo ſemper conſiderandoq́ ſunt, &c.

SCEPTRVM, ſceptri, {*Scettro bacchetta, regale*} (σκῆπτρον) bacculus regni inſigne, quo reges maieſtatis gratia utebātur. Proprie autem ſceptrum Iouis erat, ab eo ad reges, & principes, & magiſtratus translatum. Oui. lib. 3. Amorum, Eleg. 1. Læua manus ſceptrum late regale tenebat. Hinc ad fœdera facienda ſemper adhiberi ſceptrum conſueuit: quando ueteres in hoc Iouis ſimulacrum adhibere ſolebant cum ſceptro. Quod cum difficile eſſet aliquando, præſertim quando fœdera cum remotiſſimis fiebant, inuentum eſt, ut ſceptrum, quaſi imaginē Iouis, tenentes fœdus percuterent. Sceptrifer, fera, ferum, σκηπτοῦχος, σκηπτροφόρος. Ouid. 6. Faſto. Sceptriferas ſeruis templa dediſſe manus.

SCHEDA, æ {*Carta, cartella, tauoletta*} (σχέδη) tabella, ſiue pagella philyracea hoc eſt, tiliacea, quo pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius, et Aelianus aſſerūt, hodieq́ Græcum uulgus σχέδας uocant tabulas eas, quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongię leuiter aboleri poſſint. Accipitur aliquando Scheda pro charta, ſeu libello extemporaneo, nō ſatis expolito, cuiuſmodi ſunt, quas, tanquam relecturi, reponimus. Quint. Nam qui omnes etiā indignas lectiones ſchedas excutit, anilibus quoq́ fabulis accommodare ſeſe poteſt. Martia. lib. 4. Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Tu procedere adhuc & ire quæris, Nec ſumma potes in ſcheda teneri.

SCHEDICVS, ca, cum, {*D'improuiſo*} (σχέδιος) extemporarius, ſubitarius, tumultuarius, inelaboratus: qua uoce uſus eſt Apuleius de Dęmonio Socratis: Io iſto (inquit) ſcedico, & incondito experimini, an idē ſim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem ſignificatione dicunt σχέδιον, cum ſubitarium quiddā ſignificare uolunt, neq́ magna cura elaboratum. Vnde & σχεδιάζειν dicunt, pro eo, quod eſt, celeriter, & ex tempore aliquid conficere: & σχεδίας pro ſubitario nauis genere, quam Ratē Latini appellant: ſiue etiam pro ponte tumultuario, quales aut ex funibus, aut connexis nauiculis ex tempore ſolent confici.

SCHEDVLA, æ, {*Carticella, poliza, breue*} (σχέδιον) diminutiuum, à ſcheda. Cic. ad Caſſium lib. 15. Hæc te tertia iam epiſtola ante oppreſſit, q̄ tu ſchedulam, aut literam.

SCHEMA, atis, {*Forma figura, ornamento*} (σχῆμα) uox Græca eſt, idem ſignificās quod figura, ornatus, habitus, modus. Nęuius Lycurgo, ut citat Nonius: Pergite thyrſigeræ Bacchæ modo Bacchico cum ſchemate. Lucil. lib. 24. apud eundem: In gymnaſio, ut ſchema antiquo ineſt, ſpectatores retinerē. Schemata item dicuntur quædam tam uerborum, q̄ ſententiarum lumina, quibus tanquā inſigniori ornatu, tota oratio diſtinguitur. Cice. de Clar. Orat. Schemata. n. quę uocant Græci, ea maxime ornant oratorem, eaq́ non tam uerbis pingendis habent pondus, q̄ in illuminandis ſententiis. Quint. li. 6. cap. 1. Schema proprie dicitur, quod eſt à ſimplici ac in promptu poſito dicendi modo poetice uel oratorie mutatum. Legitur & Schema fœminino genere apud antiquos. Plaut. in Prolog. Amphit. Quód ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema. id eſt, ſeruili habitu.

SCHESIS, (σχέσις) uox Græca eſt habitudinem ſignificans, uel affectionem.

Accipitur autem pro figura nō abſimili anthypophoræ, qua aduerſariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox reſpondeamus. Exemplum uide apud Rufinianum.

SCHERIA, (σχερία) inſula eſt ea aduerſo Theſprotiæ, quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

SCHIDIA, {*Scheggie. Dant. Coſi da quella ſcheggia uſciua fuore*} (σχίδια) ſunt aſſulæ, ſiue fragmenta, quę fabri materiarii ex ligno deiiciunt: à uerbo Grę co σχίζω, quod eſt findo, ſiue ſeco. Vnde σχίδος, ſiue σχίδαξ, et per diminutionem σχίδιον, ſiue σχιδάκιον pro minutioribus illis fragmentis, quæ à lignis cū finduntur, dolanturve, diſſiliunt. Vitru. li. 2. ca. 1. Interuallaq́, quæ relinquuntur propter craſſitudinem materiæ, ſchidiis & luto obſtruunt. Hinc ipſi etiam cunei, quibus ligna finduntur, a Græcis ἐπισχίδια appellantur. Cælius libr. 4. cap. 13.

SCHINIS, (σχίνις) inſignis latronis nomen eſt, qui circa Iſthmi initium, teſte Pauſania, miro crudelitatis genere ſæuiebat. Apprehenſas enim piceas in terrā flectebat, & quos pugna uiciſſet, hos alligatos ſinebat in aerē efferri: quocirca cum utraq́ arbor alligatum ad ſe traheret, uinculiq́ nodus in neutram laxaretur partem, ſed utrinq́ pariter conuelleret, eueniebat, ut qui alligatus eſſet, laceraretur. Eodem pacto ipſum quoq́ Schinin Theſeus dilaneauit, uiāq́ quæ ex Troezene Athenas ducit, latronibus infeſtam tutam reddidit. Oui. lib. 7. Occidit ille Schinis, magnus male uiribus uſus.

SCHINOS, (σχῖνος) arbor eſt eadem cum lentiſco, maſtichen exudans: ex cuius ligno cuſpides fiunt purgandis dentibus accommodę. Vnde σχινοτρῶγες à Græcis dicti ſunt homines delicatiores, qui ut dentibus candorem concilient, perpetuo lentiſcum arrodunt.

SCHINVSA, (σχινοῦσα) inſula una ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

SCHISMA, atis. {*Diſcordia diuiſione, ſeparatione diſpartitione*} (σχίσμα) Latinè ſciſſura, à Græco σχίζω quod eſt ſcindo. Hinc diuiſionem eccleſiæ, Schiſma dicimus, cum eius membra diuiſa diuerſa ſequuntur capita.

SCHISTON LAC (γάλα σχιστόν) in quo pars caſeoſa quodam cocturæ genere à ſero eſt ſeparata. Plin. lib. 28. ca. 9. Medici ſpeciem unam addiderunt lactis generibus, quod Schiſton appellauere. Id fit hoc modo: Fictili nouo feruet maxime caprinum, ramisq́ ficulneis recentibus miſcetur, additis totidē cyathis mulſi, quot ſint heminæ lactis. Deinde igne demptum refrigeratione diuiditur, & diſcedit ſerum à lacte.

SCHISTVS, ſiue **SCHISTOS**, (σχιστός) lapis eſt crocei coloris, in tenuiſſimas bracteas fiſſilis: unde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, κατ᾽ ἐξοχήν. Multi enim præterea ſunt lapideæ fiſſiles, quos hoc nomine nō dignamur. Effoditur in quibuſdam Hiſpaniæ locis, circa Iberum fluuium, morſus omnino expers: unde & ophthalmiacis medicamentis in primis idoneus eſt. Hodie Seplaſiarii eius loco utuntur creta alba.

SCHOENEVS, (σχοινεύς) qui & Iaſius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis, & pater Atalantæ, quæ ab ipſo Schœneis dicitur. Oui. Epiſt. 15. Vt tulit Hippomenes Schœneida, præmia curſus.

SCHOENISMOS, (σχοινισμός) menſura quædam terræ eſt, & torturæ genus, quod fit per funes.

SCHOENOBATES, pen. cor. {*Colui che gioca caminando ſu la corda*} (σχοινοβάτης) qui per funes ludendo graditur, σχοῖνος funis dicitur, & βαίνω aſcendo. Iuuc. Saty. 3. Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia nouit. Hi à Firmico dicuntur Neurobatæ, Funerepi ab Apuleio, Funambuli ab omnibus.

Hinc Schœnobatica, (σχοινοβατική) ars ipſa, ſiue exercitium funambulorum. Cælius ad Cice. lib 8. Ego qui ſcirem Q. Pompeium Bauli ſchœnobaticam facere, & uſq́ eo, ut ego miſerer eius eſuriei.

SCHOENOPLOCOS, {*Cordaro*} (σχοινοπλόκος) qui funes torquet, quem Latini Reſtionem appellant.

SCHOENOS, (σχοῖνος) Latinè funis, & iuncus. Plaut. in Rud. Hi ſchœni. n. neq́ hæ arundines ſunt nobis quæſtu, & cultu. Quo nomine etiam dicta fuit urbs in ora Bœoticæ, infra Thebas: cuius meminit. Plin. lib. 4. ca. 7. Schœnos quoq́ menſura terræ apud Aegyptios, ſexaginta ſtadia continens, ut inquit Herodotus lib. 2. Contrà Pli. lib. 5. ca. 10. ſchœno quadraginta tantum tribuit ſtadia. Nec mirum eſt de menſuræ eius longitudine non ſatis conuenire inter ſcriptores, cum Strabonis teſtimonio conſtet apud ipſos etiam Aegyptios uarie & inconſtanter obſeruatam fuiſſe ſchœni longitudinem, cum quibuſdam in locis ſchœni ſinguli centum uiginti conſtent ſtadiis, in aliis ſexaginta, in aliis tantum triginta.

SCHOENVS, untis, (σχοινοῦς) Peloponneſi portus eſt ad ſinum Saronicum, in ipſis Iſthmi anguſtiis ſitus, diſtās à Cēchreis Corinthiorū nauali ſtadia XLV. ut eſt auctor. Strab. lib. 8.

SCHOENVS, ni, (σχοῖνος) fluuius eſt Bœotiæ, per eiuſdem nominis oppidum labens, quinquaginta ſtadia à Thebis. Auctor Strab. lib. 9.

SCHOLA, æ, {*Scuola*} (γυμνάσιον, παιδευτήριον, τὸ παιδοτριβεῖον) literarium ludum ſignificat, à uerbo Græco σχολάζω quod eſt uaco, quia cæteris rebus omiſſis uacare liberalibus ſtudiis pueri debent. Auſon. tamen ἀπὸ τῆς σχολῆς deduci mauult: id eſt, ab uacatione, & laxamento, quod pueris interdum dan-

dam

dum eſſe præſcribit. Sic enim ait: Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis. Pluralis num. ſcholæ apud Feſtum. Cic. 2. Offi. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, cõmodius à quibuſdam optimis uiris ad Ianum medium ſedẽtibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. Quint. lib. 3. cap. 8. Hæc uel ad ſcholarũ exercitationes pertinere creduntur. Idem in procem lib 2. Qui ſi fuiſſet aliquãdo perfectus, non à philoſophorum ſcholis uirtutis præcepta peterentur. Eligere ſcholas. Quint. lib. 1. cap. 2. ſed ut fugiendæ ſint magnæ ſcholæ, (cui ne ipſe quidem rei aſſentior, ſi ad aliquem merito concurritur) non tamen hoc eo ualet, ut fugiendæ ſint omnino ſcholæ: aliud eſt enim, uitare eas, aliud eligere. Explicare ſcholam: eſt, præcepta doctrinæ exponere Cic. 2. de Finib. Primum, inquam, deprecor, ne me tanquam philoſophum putetis ſcholam uobis aliquam explicaturum: quod ne in ipſis quidem philoſophis magnopere unquam probaui. Erat & in balneis ſchola apud Vitruuium, hoc eſt, pars labri, ſiue aluei, à præſtolando (ut quidam arbitrãtur) dicta, ut occupato ab his qui priores ueniſſent labro, in ſchola cæteri circunſpectantes rectè ſtare poſſent. Erat & in porticibus auctore Plinio: Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua qui ſunt in ſchola in Octauiæ porticibus & Philippi. Cic. lib. 1. Tuſcul poſuit Scholas pro diſputationibus, & controuerſiis, quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos otioſe agitari ſolent, quum inquit: Hanc perfectam philoſophiam ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſe poſſet, ornateq́ue dicere, in quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus, ut iam etiam ſcholas Græcorũ more habere auderemus.

SCHOLARIS, & hoc, lare, (σχολαστικός) quod ad ſcholam pertinet. Hieronymus ad Damaſ. Nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ.

SCHOLASTICVS, ca, cum, (σχολαστικός) quod ad ſcholam pertinet. Vnde Scholaſtica diſciplina: & Scholaſticos, uocamus diſcipulos, qui diſcendi gratia ſcholas frequentant. Plin. Epiſt. 24. Scholaſticis porro dominis, Vt hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, ut releuare caput, reficere oculos, reptare per limitẽ unãq́ue ſemitam terere, &c. Ponitur quandoq́ue Scholaſticus pro declamatore ſolum in fictis cauſis, & otioſis uerſato, non in ueris litibus. Pli. Epiſt. lib. 2. Scholaſticus tantum eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſyncerius aut melius: nos enim qui in foro, uerisq́ue litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiſcimus.

SCHOLIVM, lii, {*Breue dichiaratione*} (σχόλιον) interpretatio breuior, breue ſcriptum, excuſatio ſiue purgatio. Cice. Att. lib. 16. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te id facere.

SCIAGRAPHIA, {*Bozzatura imbozzatura*} (σκιαγραφία) prima illa & rudis picturæ delineatio, quæ & Ichnographia dicitur: cùm ſcilicet futuri operis lineamenta carbone, creta, aut rubrica ducuntur.

SCIAMACHIA, ſiue Sciomachia (σκιαμαχία, ἢ σκιομαχία) pugna umbratilis, teſte Gellio, & armorum meditatio, quæ fieri ſolet roboris agilitatisq́ue exercendæ gratia.

SCIAPODES, ſiue Sciopodes, (σκιάποδες, ἢ σκιόποδες) populi ſunt Troglodytis finitimi, (ut ex Cteſiæ ſententia tradit Plin. lib. 7. cap. 2.) qui & Monocoli à ſingulis cruribus ſunt appellati, miræ pernicitatis ad ſaltum. Sciapodes inde dicti, quòd in maiore æſtu humi iacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant.

SCIATHERICVM HOROLOGIVM, {*Horologio da Sole*} (ὡρολόγιον σκιαθηρικόν) quo horas ex umbra Solis colligimus. Cic. 1. de Nat. deo. Solarium appellat.

SCIATHERAS, ſiue Sciotheron, pen. pro. (σκιαθήρας, ἢ σκιόθηρον) inſtrumẽtum gnomicum, quo umbras indagamus. Hoc architecti in metandis urbibus utebantur, octoq́ue cœli regiones exactè colligentes, uentorum uim moleſtam urbibus, oppoſitis platearum, angiportorumq́ue angulis frangebant, aut amoliebantur: aurasq́ue corporibus ſalubres platearum directionibus admittebant. Vide Vitru. lib. 1. cap. 6.

SCIENS, ſcientis, {*Sciente, intendente*} participium, à Scio: ſiue nomen ex participio: aliquando idem eſt quod non neſcius, εἰδώς. Teren. And. Id ego iam nũc tibi renuntio here futurum, ut ſis ſciens. Aliquando idem quod prudens, & data opera. Teren. Heau. Sciens non faciam. Cic. 7. Verr. Nam mihi uideor de omnibus iam rebus eius geſtis dixiſſe, quæ quidem ad belli fugitiuorum pertinerent ſuſpicionem: certe nihil ſciens prætermiſi. Idem pro Sylla: Nullum à me ſciente facinus occultatur. Sciens cum genitiuo, pro gnarus, ſiue peritus. Gell. lib. 18. cap. 5. Lucilius adeo uir adprimè linguæ Latinæ ſciens equum equitare dicit. Horat. 3. Car. Ode 9. Me nunc Threſſa Chloe regit Dulceis docta modos, & citharæ ſciens. Scientior, comparatiuus. Cice. pro Lege Manilia: Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit, aut eſſe debuit? Scientiſſimus ſuperlatiuus. Cice. 1. de Inuent. Nam nauis optimè curſum conficit ea, quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. Hinc Scienter, aduerbium, id eſt, prudenter & data opera. Plin. in Pan yg. Explanauitq́ue uerba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter feſelliſſet, deorum iræ conſecraret. Aliquando ſcite, perite. Cic. in Bru. Quũ omnino multa de iure ciuili, quæ quidem perite, & ſcienter, tum ita breuiter, & preſſe, & ſatis ornate, & perelegãter diceret. Scientius, Scientiſſime. Cice. in Orat. Nam neminem in eo genere ſcientius uerſatum Iſocrate confitendum eſt. Idem lib. 1. de Diu Hetruria autẽ cœlo tacta, ſciẽtiſſime animaduertit, eademq́ue interpretatur, quid, quibusq́ue oſtendatur monſtris atq́ue portentis.

SCIENTIA, æ, {*Scienza. dottrina. ſapienza*} (ἐπιστήμη) certa rei alicuius per cauſam cognitio. Philoſophi definiunt eſſe habitum, uno uel pluribus demõſtrationibus acquiſitum quo certò ſcimus rem aliter ſe nõ poſſe habere. Cic. 1. Offi. Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Idem 3 de Orato. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. Dicimus autem Conſequi ſcientiam, Dare ſcientiam, Habere ſcientiã. Profiteri ſcientiam, Tenere ſcientiam alicuius rei: quæ locutiones uiris doctis ſamiliares ſunt. Contrarium eſt Inſcientia, ἀνεπιστημοσύνη. Colum. lib 3. Quętuntisq́ue non reſpondere ſibi uineta, quæ uel per auaritiam, uel inſcientiam, uel negligentiam perdiderunt. Hæc etiam Inſcitia dicitur, ut apud eundem: Nam plurimos per hanc inſcitiam uaſtare uineta comperi.

SCILICET, {*Certo, certamente*} (δῆλον, δηλαδή, ἀμέλει) idem quod uidelicet, nempe, nimirum, certe, profectò. Cice. 6. Verr. Reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori. Idem pro Cælio: Cum ſcires quãtum ad ſceleſ aurum hoc quæreretur, ad necem ſcilicet legati. Cice. lib. 9 Epiſto. Quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hoſtem ſcilicet portari. Oui in Epiſto. Canaes: Scilicet eſt aliquid, cum ſæuis uiuere uentis, id eſt multum profecto ad rem facit. Venuſtiſſime autem ponitur ironicῶς, præſertim cum rem aliquam abſurdã eſſe, & minime credibilem uolumus ſignificare. Terent. And. Meum gnatum rumor eſt amare DAV. Id populus curat ſcilicet. Ver. 4. Aen. Scilicet is ſuperis labor eſt.

SCILLA, æ, (σκίλλα) ſiue ut apud Varronem legitur, Squilla, herba eſt, ex genere bulborum, radicem habens cæparum modo multipliciter tunicatam. Officinæ cum Varrone Squillam nominant. Ariſto. lib. 1. de Plan. Quædam habent unã tantum radicem, ut ſcilla: quia illa naſcitur ex ſolo raro. proceditq́ue inferne dilatando ſe Colu lib. 16. Sed etiam remedio cum dulci uino tritum ſerpyllum, & conciſa, & in aqua macerata ſcilla. Hinc Scilliticus adiect. quod ex ſcilla factum eſt. Plin. lib. 24. cap. 8. At cum aceto acri, magisq́ue ſcillitico, &c. Scillinus, aliud adiectiuum, idem. Plin. lib. 23. cap. 2. Acetum ſcillinum inueteratum magis probatur, &c. Scillites acetum, (ὄξος σκιλλητικόν) dicitur in quo ſcillarum bulbi ad medicamentum macerati ſunt. Plin. lib. 32. cap. 10. Vetica marina trita ex aceto ſcilite, &c.

SCIMPODION, dii {*Letticiuolo da dormirui il giorno*} (σκιμπόδιον) grabatum, ſiue humilior lectulus, diurnæ quieti accommodatus. Gel. lib 18 Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Græcienſi. Eſt autem diminutiuum à Græco σκίμπους. quod eſt, eiuſdem ferè ſignificationis.

SCINCVS, (σκίγκος) genus crocodili terreſtris, ab aquatico diſtans tum candore, & tenuitate cutis tum ſquamarum ſitu, quas habet ad caput uerſas. Affertur ſalſus ex India & Arabia. Roſtrum eius, & pedes in uino albo poti, cupiditates Veneris accendunt. Vide Plin. lib. 28 cap. 8.

SCINDO, dis, di, ſſum, per duplex ſſ, {*Scinappare, fendere*} (τέμνω, σχίζω) ſignificat findo, frango diuido. Verg 6. Aen. Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex, Fraxineæq́ue trabes, cuneis & fiſſile robur Scinditur. Oui. 3. Triſt. Eleg. 10. Nec potent rigidas ſcindere remus aquas. Cic. 3. Tuſcul. Scindens dolore identidem intonſam comam. Verg. 12. Aen. Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos. Scindere dolorem ſuum, eſt patefacere commemorando. Cic. ad Att. lib. 3. Nolo cõmemorare, quibus rebus ſim ſpoliatus, non ſolum quia non ignoras: ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. Penulam ſcindere, pro impenſius retinere hoſpitem, atq́ue inuitare prolixius: hodie tritiſſimũ eſt, Quod qui faciunt manu in penulam iniecta, quaſi ui conantur remorari. Cice ad Att. lib. 13. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet: ſed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. Et paulò pòſt: Horum ego uix attigi penulam, tamen remanſerunt. Scindere ſententiam, eſt mutare. Cic. ad Attic lib. 13. Non licet ſcindere ſententiam ſuam: ſed tamen quæ iam acta ſunt, non poſſum non probare: & tamen non curare pulchre poſſum, ſicuti facio. Verg. 2. Aen. Scinditur incertum ſtudia in cõtraria uulgus. Id eſt, Diuiditur, & in diuerſas ſententias, ueluti partes quaſdam, it Scindo, Sciciđi, olim in præterito habuit. Plaut. in Pſeud. Nam ego cicilendrum quando in patina ſcicidi. Sciſſus, ſſa, ſſum, particip. Verg. 12. Aenei. It ſciſſa ueſte Latinus Coniugis attonitus fatis, urbisq́ue ruina. Sciſſus, ſus, ſui, pro ipſa ſciſſura. Varro. Sciſſu materiæ fatigatus, quieſcebat lectulo. Sciſſilis, le, pen. cor. (σχιστός) quod ſcindi poteſt, uel quod ſciſſum eſt. ut, Sciſſile alumen, apud Celſ. lib. 6. Inſpergiq́ue ulcera debent alumine ſciſſili. Sciſſura, ſuræ, ipſa ſciſſio. Plin lib. lib. 11. cap 28. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura. Idem lib. 5. cap. 9 Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter eſt: ad ſciſſuram autem Nili, quod appellauimus Delta quindecim M P. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcindo, Conſcindo, Diſcindo, Interſcindo, Proſcindo, & Reſcindo, de quibus alibi.

SCINTILLA, illæ, {*Scintilla*} (σπινθήρ) proprie eſt, quæ è ſilice, cũ cæditur, exilire ſolet. Verg. 1. Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Oui. 4. Faſt Pars quoq́ue cum ſaxis paſtores ſaxa feribant. Scintillam ſubitò proſiluiſſe ferunt. Per tranſlationem accipitur pro minima lucis alterius ue rei portiuncula. Ci. 4. Acad. Iſti autem quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem ullam nobis ad aſpiciendum. reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquiis. Cic ad Plancũ lib. 10. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut nequa ſcintilla teterrimi belli relinquatur. Hinc Scintillula, diminutiuum. Cic. libr. 5 de Finib. Virtutum quaſi ſcintillulas uidemus, &c.

SCINTILLO, as, {*Splendere, riſplendere, ſcintillare*} (σπινθηρίζω) ſplendeo, mico, & ueluti ſcintillas quaſdam emitto. Plaut. in Menæch. Vt oculi ſcintillãt, uide. Verg. 1. Georg. Ne nocturna quidẽ carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem. teſta cum ardente uiderent Scintillare oleum, & putres cõcreſcere fungos. Plin. lib. 20. cap. 1. Hoc enim ueri experimentum eſt, ſi admotum prius, quàm extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat. Scintillatio, onis, (σπινθηρισμός) actus ſcintillandi. Plin. lib. 20. cap. 9. Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorũ caligini ſcintillationibusq́ue.

SCIO, ſcis. iui, itum, {*Sapere, eſſer dotto*} (οἶδα, γινώσκω, ἐπίσταμαι) futuro, ſciã & ſcibo. Terẽ. in Adel. Hinc ſcibo iam ubi fiet. Et proprie ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere. Plau. Epid. Quia ego haut, quæ fiet, Neq́ue ſcio, neq́ue noui. Cic. 1 de Orat. Nihil certũ ſciri, nihil plane recognoſci & percipi poſſe. Liu. 5. Bel. Pun. Iam tumultus erat, clamorq́ue, qualis eſſe in capta urbe ſolet: ſed quid rei eſſet nemo ſatis pro certo ſcire. Scire linguas, hoc eſt, noſſe, ſiue callere. Plau Pœn. Et is omnes linguas ſcit: ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Scire fidibus. Terẽ. Eun. Is ubi hanc forma uidet honeſtã uirginem, Et fidibus ſcire, pretium ſperans ilico producit. Scire Latinè, uel Græcè. Cic de Clar. Orat. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. Idem 2. de Finib. Cum Græcè, ut uideor, luculenter ſciam. Sciri, paſſiuum, Cic. 5. Verr. Id adeo ſciri facillime poteſt ex literis publicis. Idem 2. de Orat. Ars enim earum rerum eſt, quæ ſciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. Huius compoſita ſunt, Aſcio, Abſcio, Conſcio, Deſcio, Neſcio, Præſcio, & Reſcio, à quibus Aſciſco, Conſciſco, Deſciſco, & Reſciſco, de quibus alibi.

SCIOLVS, pen. cor. i. ſemidoctus, literis leuiter tinctus: qui cùm in Muſarum

ædem uix à limine inſpexit, nihil tamen non audet falſaq́ eruditionis opinione intumeſcit.

SCIOMANTIA,(σκιομαντία) diuinatio, quæ fit per umbram.

SCIONE, Plin. lib. 4. cap. 10. oppidum Macedoniæ in ſinu Thermaico.

SCIOPODES, pen. cor. (σκιόποδες) monſtroſum hominum genus, nó procul à Troglodytis: ſingulis cruribus, miræ pernicitate ad ſaltum: ſic dicti quod in maiore æſtu humi iacentes σκιᾷ ποδῶν, hoc eſt, umbra pedis ſe protegant. Auguſtin. lib. 16. Ciui. Ferunt eſſe gentem ubi ſingula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt, & ſunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas uocant, quod per æſtú in terra iacentes reſupini umbra ſe pedum protegant.

SCIPIADÆ, patronymicú pro Scipionibus. Verg. lib. 1. Geor. Scipiadas duros bello, &c. Idem 6. Aeneid. Duo fulmina belli Scipiadas.

SCIPIO, onis, (σκίπων) proprie dicitur baculus ille, cui ſenes innitentes, gradú ſtabiliunt. Liu. 6. ab Vrb. Scipione eburneo in caput incuſſo, iram mouiſſe. Scipio in uineis, quo ipſa uua ueluti baculo ſuſtinetur: ſcapum Varro, noſtri caudá appellant, alij pedem uuæ. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi ſatis erunt corrugata acina, dempto, & ſine ſcipionibus in dolium conjecto, pedibusq́ bene calcato.

SCIPIONVM familia Romæ in primis illuſtris, à P. Cornelio cognomé traxit, qui quod patrem luminibus orbum uice Scipionis rexerit, primus id cognominis eſt ſortitus, & deinceps ad poſteros tranſmiſit. Huius filius fuit P. Cornelius Scipio, quo cum Imperatore Annibal primum in Italia ad Trebiam fluuium ſigna contulit. quo in prælio cum ab hoſtibus circumuentus eſſet, & graui uulnere ſaucius, filij uirtute periculo eſt ereptus. Hic poſtea in Hiſpaniam miſſus, cùm incautius ſeſe periculis offerret, rebus iam multis præclariſſime geſtis una cú fratre in acie occubuit P. Cornel. Scipio, qui poſtea Africanus maior dictus eſt, ſuperioris filius fuit, qui ab ipſa ſtatim pueritia quiddam humano faſtigio maius præ ſe tulit. Quo factum eſt, ut à pleriſq; diuino ſemine creditus ſit eſſe procreatus. Hic adhuc prætextatus, patrem ſaucium, & ab hoſtibus ad Trebiam circúuentum periculo liberauit. Poſt Cannenſem autem cladem, cum pleriq; de relinquenda urbe cogitarent, ſtricto gladio omnes adegit, ut iurarent ſe patriæ defenſionem non deſerturos. Miſſus deinde in Africam, tantum terroris Carthaginéſibus incuſſit, ut Annibalem ex Italia ad patriæ defenſionem reuocarent: cum quo apud Zamam congreſſus Scipio, ingenti cum clade ſuperauit. Qua clade fractos Pœnos, pacemq́ petentes, Romano populo tributarios fecit. Cum L. deinde fratre, qui poſtea dictus eſt Aſiaticus, aduerſus Antiochum profectus legatus, cura, prudentia, reiq; militaris induſtria, effecit, ut ſpecioſiſſimum ille ex Aſia triumphum deportaret, Antiocho regionibus omnibus, quæ cis Taurum erant, mulctato. Prouecta deinde ætate, ſponte æmulorum inuidiæ cedens, Linternum ſe contulit: ubi & ſepultus creditur.

SCIPIO, Suario cognominatus: à ſimilitudine ſuarij cuiuſdam negotiatoris, plebi Romanæ in Tribunatu chariſſimus fuit, dignusq́ prorſus Scipionum familia. uerum adeo pauper, ut funeri impenſa deeſſet. Quapropter populus aſſes contulit, ac funus elocauit. & quacunq; ferebatur, flores è proſpectu omnis ſparſit.
Hæc Plin. lib. 21, cap. 3.

SCIPIO ÆMYLIANVS. qui & Africanus minor, ab Africani maioris filio adoptatus (filius enim erat Pauli Aemylij) Numantiam euertit, in qua expeditione militem corruptum in diſciplinam priſtinam eiectis ſcortis reſtituit. Munera regum, quæ clam ab Imperatore recipi mos erat pro tribunali accepit, in tabulasq́ publicas nomine populi Romani referri iuſſit, ea fortibus uiris pro meritis poſtea diſtributurus. Oppidanis pabulatú egreſſis pepercit, quod citius frugibus conſumptis in deditionem uenturi eſſent. Capto oppido, Numantini ſeſe per uias inuicem trucidauere. Factus deinde conſul ante legitimam ætatem, ac Carthaginem miſſus, eam penitus ſuſtulit: idq́ ex ſententia Catonis, qui in Senatu præmaturas ac recentes oſtentans ficus, ait, Ex Patres Conſcripti, proximo retro triduo. Carthagine decerptæ ſunt, tam prope domum hoſtem habemus.

SCIPIO NASICA. Scipionis, qui una cum fratre in Hiſpania cecidit, filius, à ſenatu uir optimus iudicatus, omniumq; digniſſimus habitus, qui Matré deú tunc primum aduectam hoſpitio exciperet. Hic cum aduerſus auſpicia Conſulé ſe à Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor ſtatuas quas ſibi Conſul quiſq; in foro per ambitionem poſuerat, ſuſtulit. Conſul Delminium, Dalmatiæ urbem expugnauit, Imperatoris nomen à militibus, & à ſenatu oblatum triumphum recuſauit. Eloquentia primus, iuris conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit. unde uulgo Corculum dictus.

SCIPIO Africani maioris filius, ponitur inter eos apud Valeriú, qui à parentibus claris degenerauerunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his uerbis deſcribitur: Scipio Africanus, filium habuit illum, qui minorem Scipioné à Paulo adoptauit qui ſi corpore ualuiſſet, in primis eſſet habitus diſertus. Indicant tú oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca ſcripta de Cuſina. Hæc ille. Plutar. in Africano, nihil ſanè de eo ſe compertum habere dicit, niſi eum præturam geſſiſſe, & in ea conſequenda, à Cicerio patris ſcriba adiutum fuiſſe.

SCIPIO, Pompeij Magni ſocer, poſt bellum Pharſalicum inter Pompeianos bellum refouentes in Africá ſe recepit cum reliquiis exercitus & Catone, Iuba etiam rege adſcito. Qui primo feliciter aduerſus Cæſarianos cum pugnaſſet, uictus tandem cum exercitu occubuit. Quo tempore Scipionem quendam cognomento Salutionem, è Corneliorum familia, alioquin uirum deſpectiſſimum, perinde ac exercitus ducem Cæſar præpoſuit, quod cognoſceret aduerſarios uetuſto quodam confidere uaticinio, ſemper in Africa uincere, fatale Scipionum generi eſſe. Plutarchus in Cæſare.

SCIRON, (σκείρων) latro fuit inſignis, qui proximos Megaris ſcopulos inſidens, in uiatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere ſæuiebat. Hunc tandem Theſeus dicitur occidiſſe, & oſſa eius in mare ſparſiſſe, quæ Poetæ fabulantur in ſaxa quædam coaluiſſe, quæ à nomine eius Scironia dicuntur. Sunt autem in Attica regione ſimul cum oppido eiuſdem nominis non longe à Megaris iuxta mare ita ſita, ut tranſitum non relinquant. Hinc Athenienſes uentú procelloſum, ab his locis flantem Scironem appellant, quoniam ſpirat à ſaxis, quæ Sciron latro incoluit. Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympius uocatur, & à nonnullis Helleſpontius. Senec. lib. 3. Natural. Quæſt. Atabulus Apuliam infeſtat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius.

SCIRONIA SAXA, (σκειρωνίδες πέτραι) in Attica ſunt poſt Crommyonem, ad eam uiam, quæ ab Iſthmo Megara ducit: de quibus uide plura in dictione Sciron.

SCIRPEVS, a, um, quod ex ſcirpis confectum eſt: ut, Scirpea ratis. Plaut. in Aſin. Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis. Scirpea ſimulacra. Ouid. 5. Faſt.

SCIRPEA, æ, (φορμός) cratis ex ſcirpis contexta, quæ plauſtro imponitur, ut cómodius ſtercora in agros uehantur. Ouid. 6. Faſt. In plauſtro ſcirpea lata fuit. Cato cap. 10 Crates ſtercorarias quatuor, ſcirpeas ſtercorarias tres.

SCIRPI, (βρύλλα) iunci fragiles, paluſtresq́ ſunt, nó in fruticum ueprium'ue, non in caulium, ſiue herbarum genere numerati. Ex his teguntur domus, & tegetes fiunt, quibus uehificát in Pado nautici, & in mari Africo piſcatores. Donat. Scirpus ſine nodo eſt, & leuis iunci ſperies, paluſtris res. Hinc factum eſt prouerbium, Nodum in ſcirpo quæris, de his qui in rebus claris atq; apertis ſcrupulum quærunt. Hoc adagium refertur apud Plaut. in Menæch. & uerbis iiſdem apud Terent. in Andr. Act. 5. Sce. 4. Hierony. ad Pamph. Qui inimicus eſt, etiá in ſcirpo nodum quærit. Quidam etiam Scirpos accipi putarunt pro nodoſis & implicatis ænigmatibus: citantes locum Gellij lib. 11. ubi ſic legunt: Quæ Græci αἰνίγματα, Latini Scirpos appellauerunt: tales etiam Græcis itidé γρῖφοι uocitantur. Quo tamen in loco Scrupos legendum eſt, non Scirpos.

SCIRPICVLÆ, {Cortelletti, falcette} falces quibus in ſcirpandis, hoc eſt, in præcidendis iunceis utimur, ad amputanda ſuperflua ligamentorum. Varr. lib. 1. cap. 22. Falces dicuntur uin. aticæ opus eſſe ſex, ſcirpiculæ quinq;. Hæ etiam dicuntur Scirpariæ falces.

SCIRPICVLVM, li, {Caneſtro, ceſtello, ceſtella} caniſtrum, uel quod de ſcirpis, ſeu lento uimine confectum eſt. uel, quod uerius uidetur, à ſcirpando, hoc eſt, à ligando, ſiue uinciendo. Colum. rei ruſt. lib. 10. Cano iam uimine textum Scirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.

SCIRRHVS, thi (σκίῤῥος) tumor induratus, cum nullo aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Vide Gale. lib. 14. Method.

SCISCO, is, {Cercare, d'informarſi} (μανθάνω) intelligo, uel operá do ut ſciá. Plau. in Amph. Ocyus accurro, ut ſciſcam, quid uelit. Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere, decernere, ſancire, edicere χειροτονεῖν, χειρεῖν. Idem in Cur. Rogationes plurimas propter uos populus ſciuit, quas uos rogatas rumpitis. Cice. pro Flac. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet ſummota cócione, diſtributis partibus. Idem 3. Offi. Diuini etiam Athenienſes, qui ſciuerunt, ut Aeginetis, qui claſſe ualebant pollices præciderentur. Idem pro Plãco: Plancus primus legem ſciuit de publicanis.

SCISCITOR, aris, deponens, {Interrogare, cercare d'intendere} (πυνθάνομαι) idem quod ſcitor, ſiue inquiro. Plau. Amph. Ibo aduerſum, ut ſi quid habeát ſciſciter. Cice. 1. de Natu. Deo. Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. Plau. Capt. Secede huc, nam ſunt, quæ ex te ſolo ſciſcitari uolo. Legitur & Sciſcito, in eadem ſignificatione. Idem in Merc. Imò mane, paucula etiam prius ſciſcitare uolo.

SCISSILE pen. cor. {Che ſi puo fendere} (τμητὸν, σχιστὸν) quod ſcindi poteſt: ut, ſciſſile alumen, apud Celſum, lib. 6. cap. 11. Vide Scindo.

SCISSIO, SCISSVRA, & SCISSVS, ſius, {Schiappatura, feſſura} (τμῆσις, σχίσις) idem ſignificant. Varro: ſciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo. Plin. lib. 11. cap. 28. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura.

SCITAMENTA, mentorum, (ἡδύσματα) ſunt edulia, ex eo dicta, quod ſciti ſaporis ſint. hoc eſt, egregij, & præcellentis. Macrob. lib ult. Saturnalium: Apud Popinatores pleraq; ſcitamentorum cernimus, propoſita ampliora ſpecie, quàm corpore. id eſt, iucundiora pulmenta. Gell. lib. 18. cap. 8. Per tranſlationem poſuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis uerbis (ſi immodice uiſpergantur) non carent reprehenſione, κακοζηλίαι. Cæteraq́, inquit, huiuſmodi, ſcitamenta, id eſt, ſcite, & argutule, ut ipſis uidentur, excogitata orationis ornamenta.

SCITE', aduerbiú, {Saputamente, dottamente, leggiadramente} (ἐπισταμένως) docte, pulchre, bene. Cic. ad Brutum lib. 11. Satis ſcite, & commode tempus ad te cœpit adeundi. Gell. lib. 1. cap. 1. Scite, ſubtiliterq́ ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit. Huius contrarium eſt Inſcite id eſt indocte, imperite, ineleganter. Colum. lib. 4. Nam id plurimum refert inſcite non facere.

SCITOR, aris, deponens, {Inueſtigare} (πυνθάνομαι, ἐρωτῶ) interrogo, ſeu inueſtigo, quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Verg. lib. 2. Aene. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Ouid. lib. 10. Meta. At Cinyras, quem copia digna procorum Quid faciat, dubitare facit, ſcitatur ab ipſa Nominibus dictis, cuius uelit eſſe mariti. Cic. de Orat. Sentiebam non te id ſcitari, qualem, &c.

SCITVM, ti, ſubſtantiuum, {Decreto} (ψήφισμα) ſignificat decretum, ſiue iuſſum. Liu. lib. 1. Cætera quoque omnia publica, priuataq; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit. Hinc Plebiſcitum, plebis ſtatutum. Auctor ad Heren. libr. 1. Interea conſeritur, ut ſi quis ex teſtamento, quod facere iuſſus eſt, ex plebiſcito uetetur.

SCITVS, a, um, {Dotto, arguto, ſaputo, accorto} (σοφὸς χαρίεις) uenuſtus, elegans, argutus, ornatus. Terent. in Eunu. Scitum hercle hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cic. in Læl. Scitum eſt illud Catonis, Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces uideantur. Interdum accipitur pro formoſo, (ὡραῖος) Terent. in And. Scitus puer natus eſt Pamphilo. Plaut. in Amph. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto, conducto male.
Huic contrarium eſt Inſcitus, pen. pro. de quo ſupra ſuo loco. Item Scitulus, diminu. Plau. in Rud. Atq; ambas forma ſcitula, atq; ætatula.

SCIVRVS (σκίουρος) animal, quod caudam pro tecto, atque umbra quum eſt ſub dio, habet. ἀπὸ τῆς σκιᾶς, καὶ τῆς οὐρᾶς: id eſt, ab umbra caudæ. Vide Plin. lib. 8. cap. 38.

SCLOPPVS, pi {Schioppo, ſtrepito} ſonus eſt, qui ex inflatione buccarú erumpit, Perſius Saty. 5. Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas.

SCNIPES. qui & Ipes, (σκνῖπες, ἶπες) uermiculi ſunt culicibus nó diſſimiles uitium oculos erodentes: quos ruſtici amplitude terra necabant. Vide Gal lib. 9. Simpl.

SCOBINA, æ, penul. cor. {Limatura, raſciatura} (ῥίνημα) limatura, quæ etiam Scobs dicitur. Plin. libro 11. cap. 37. Nouiſſima aſperitas, ut ſcobina ferri.

Vnde

Vide Deſcobinatus, teſte Nonio, id eſt, defectus, ſaucius, abraſus. Varro Meleagro, ut citat idem Nonius: Siu autem delectationis cauſa uenamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua currere?

SCOBIS, ſcobis, fœminini generis ſecundum Priſcianum, uel hic Scobis ſecundum Phocam, {*Riſecatura ſegatura*}(ῥίνημα, πρίσμα) quod ab aliqua materia munitiſſimum decidit, dum uel per ſerram ſecatur uel terebram perforatur, uel lima politur. Hora. 2. Serm. Sat. 4. Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus Conſiſtit ſumptus? neglectis, flagitium ingens, Te lapidea uarios lutulenta radere palma. Plin. lib. 34. Alij elimatam ſcobem in fictili cado coquunt, in caminis, donec percoquatur ſigillum. Iuuena. Saty. 14. Et tamen uno Semodio ſcobis hæc emendat ſeruulus unus.

SCODRA, {*Scutari*} Ptol. lib. 2. cap. 17. urbs Liburniæ, hodie Scutaram uocãt, ſub Venetorum dominio.

SCOLECIA ÆRVGO, (ἰὸς σκωληκοειδής) à uermiculorum ſpecie nomẽ accepit. Fit ex Cyprio ære, trito alumine & ſale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo, quàm acerrimo, trito (inquam) donec uiride fiat, contrahatq; ſe in uermiculorum ſpeciem. Vide Plin. lib. 34. cap. 12.

SCOLECIVM, (σκωλήκιον) genus eſt cocci, in Attica & Aſia naſcẽtis, quod celerrime in uermiculum commutatur: unde nomen habet. Vide Plin. libro 24. cap. 4.

SCOLOPAX, (σκολόπαξ) auis eſt roſtro oblongo, quam nonnulli Gallinaginem appellant. Vne beccaſſe.

SCOLOPENDRA, (σκολόπενδρα) animal è uermibus terræ, piloſum, multis pedibus. unde & Millepedam, Centipedam, & Multipedam uocant. Diuerſa tamen eſt ab ea Multipedæ ſpecie, quam Græci uocant Oniſcon, arcuatim ſerpentem, tactuq; ſeſe contrahentem. Vide Plin. lib. 29. cap. ult. Eſt & piſcis eiuſdem nominis, à terreſtris animalculi ſimilitudine dictus, de quo Plin. lib. 9. cap. 4. Scolopendræ, inquit, terreſtribus ſimiles, quas Centipedes uocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant: deinde reſorbent.

SCOLOPENDRION (σκολοπένδριον) herba eſt, quã alio nomine Aſplenon uocant, ſine caule, ſine flore ſine ſemine, pediculo nigro. Folia filiculæ modo diuiduntur, ſubter flaueſcentia, hirſutaq;, ſuperne uirentia. Vulgus pharmacopolarum Ceteracum uocant.

SCOLVS, (σκῶλος) pagus eſt Bœotiæ, non longe à Cithærone, iniucundam habens ſedem, atq; aſperam. unde natum eſt prouerbium, Ad Scolum neq; ipſe accedes, neq; alterum comitaberis. Auctor Strabo lib. 9.

SCOLYMOS {*Scarcioffalo, artichiocco*} (σκόλυμος) herba eſt ex genere aculeatarum, quam & Strubilum uocant, propterea quod capita ferat, pineæ nucis ſimilitudinem referentia, menſis hodie gratiſſima: quæ uulgus Articocala uocat. Vide Plin. lib. & cap. 22.

SCOMBRVS, {*Scombro*} (σκόμβρος) genus piſcis marini, cui in aquis ſulphureus color eſt, extra aquam, qui cæteris. Horum tanta eſt multitudo in mari Hiſpanico circa Carthaginem nouam, ut uicina Herculis inſula ab ea dicta ſit Scombraria, teſte Strabo. lib. 3. Laudabantur autem potiſſimum ſcombri ad gari confectionem, quod ſociorum cognominabant, cuius bini congii ſingulis millibus nummûm permutabantur. Auctor Plin. lib. 31. cap. 8.

SCOMMA, {*Motto, botton*} (σκῶμμα) Latinè cauillum uerti poteſt. Nam (ut Macrob. inquit lib. 7. Satur. cap. 3.) eſt morſus figuratus, qui ſæpe fraude, uel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligatur, nec tamen ſemper ad amaritudinem uergit. Eiuſmodi eſt illud in ſalſamentarii filium, Tace tu, cuius pater ſe cubito ſolet emungere. Item illud Ciceronis in Caninium, unius diei Conſulem: Olim Flamines, nunc conſules ſunt Diales. Lœdoria uero, eodem Macrobio teſte, apertum eſt conuicium, & manifeſta contumelia, nullo feſtiuitatis, ambiguitatis'ue uelamento adumbrata.

SCOPÆ, arum, pluraliter, {*Scopa, granata*} (σάρωθρον, κόρημα) inſtrumẽtum, quo pauimenta uerrunt. Plaut. in Stich. Munditias uolo fieri hic: ferte huc ſcopas, ſimulq; arundinem, Vt operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam, Deiiciamq; earum telas. Dictæ ſcopæ, quaſi ſcobæ, quòd his purgamenta ueluti ſcobem educimus. Hoc inſtrumento plectuntur ſontes ob noxam, cum cæduntur ſcoparum faſciculo manuali, circunducti per fora, ut uibices rubentes exiſtant in tergo. Scopæ diſſolutæ, prouerbiali metaphora dicuntur homines nihili, nulliuſq; prorſus conſilii. Cic. ad Att. lib. 7. Cæſarem uidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. mane, cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, ut id ipſum mihi uideatur irridendi cauſa feciſſe. Idem in Orato. Scopas diſſoluere dixit, pro eo quod eſt, rem prorſus inutilem facere. Iſti (inquit) cum diſſoluunt orationem, in qua nec res, nec uerbũ ullum eſt niſi abiectum, non clypeum, ſed, ut in prouerbio eſt, ſcopas mihi uidentur diſſoluere. Vide de hoc plura apud Eraſmum in Adagiis. Scopæ manuales herbarum δράγματα dicuntur, quas medici uocãt Manipulos, hoc eſt, faſciculi, quos una manu poſſumus apprehendere. Plin. lib. 24. cap. 15. Incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſq; ad tertias. Huius diminutiuum eſt Scopula. Colum. lib. 12. cap. 38. Scopulis aridæ myrtiſeria ſuffriatur.

SCOPA REGIA, teſte Dioſcoride, à Latinis appellata eſt herba, quam Græci βασίλειον nominant, caule quadrangulo, apii folio, flore anethi, ſemine odorato. Plinius uero ſideritim eam, quę lariſſimo eſt folio, eo nomine intelligi uoluit, uulneribus præcipuam, ut quæ uel præciſos neruos glutinare poſſit. Idem alibi Scopam regiam uiolæ genus eſſe affirmat, uiolentum ſpirãs odorem, ſed hoc foliis, non floribus.

SCOPARII, orum, {*Scopatore, ſpazzatore*} (οἱ σαρωταί) dicuntur ſerui, quorum miniſterium eſt, ut ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia. Vlpia. tit. de Fundo inſtruct. Si uilla cultior ſit, accedere inſtrumento fundi atrienſes & ſcoparios.

SCOPAS, (σκόπας) nomen inſigne ſtatuarii, unius ex iis, qui Mauſoleum cælauit, ut refert. Pli. lib. 35. cap. 5. Hora. 4. Carm. Ode 8. Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.

SCOPE, inſula eſt in mari Lycio, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

SCOPELOS, (σκόπελος) inſula Aſiæ, Troadi adiacens: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. & 32.

SCOPES, (σκῶπες) aues ſunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem cum iis, quos Bubones Latini appellãt. Dictæ Scopes, quaſi σκαιὰ ὦπα ἔχοντες. Sunt enim raucæ & minime canoræ.

SCOPTVLA OPERTA, quæ medicis dicantur, docet his uerbis Celſ. lib. 8. cap. 1. A' ceruice duo lata ſunt oſſa utrinq; ad ſcapulas tendunt, noſtri ſcoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominant. Ea in ſummis uerticibus ſinuata, ab his triangula, paulatimq; lateſcentia ad ſpinam tendũt, & quo latiora quaq; parte ſunt, hoc hebetiora. Hæc Celſus. Latos humeros quidam uocant, alii Oſſa humeraria.

SCOPVLVS, li, {*Scoglio*} (σπιλάς, σκόπελος) eſt ſaxum eminens: à uerbo Greco σκοπεῖν, ut Seruio placet, hoc eſt, à ſpeculando, quod inde in mare pateat proſpectus: uel ab eo quòd Græci pro eodem dicũt σκόπελον: quamuis etiam hoc ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν dictum ſit. Pli. lib. 12. cap. 14. Saba regio à dextra maris, ſcopulis inacceſſa. Eſt etiam Scopulus interdum paruus ſcopus: hoc eſt, illud ad quod ſagittas dirigimus. Sueto. in Domitia. cap. 19. Nonnunquam in pueri procul ſtantis, præbentiſq; pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent.

SCOPVS, ſcopi, {*Mira, ſegno, intentione*} (σκοπός) eſt illud ad quod ſagittas dirigimus. Inde manarunt prouerbiales locutiones, Attingere ſcopum, Aberrare à ſcopo, & ſimiles. Per metaphoram Scopus accipitur pro fine illo, quo mentem & propoſitum noſtrũ dirigimus Cic. Att. lib. 15. Scopus enim hic eſt huic noſtro, nihil præbere. Scopus etiam in uua dicitur ramoſum illud, ex quo dependent acini. Varro 1. de Re ruſt. cap. 54 Quæ calcatæ uuæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubiiciendi ſub prelum, ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum.

SCOPVLOSVS, adiect. {*Pieno di ſcogli*} ſcopulis plenus. Plin. lib. 6. cap. 18. Deiectumq; per ſcopuloſa & abrepta, &c. Per tranſlationem ponitur pro difficili. Cic. 1. Verr. Intelligo quàm ſcopuloſo difficiliq; loco uerſer.

SCORDIVM, (σκόρδιον) herba eſt, teſte Dioſcoride, tam in montibus quàm in paluſtribus locis naſcens, foliis triſſagini, maioribus tamen, & in ambitu non uſq; adeo diuiſis, caule quadrãgulo, flore ſubrubro. Dictum Scordium, ἀπὸ τοῦ σκορόδου, hoc eſt, ab allio, cuius odorem refert, & acrimoniam, teſte Galeno libr 8. Simpl. facult.

SCORDISCI, (σκορδίσκοι) Pannoniæ populi, in Montiſclaudi fronte, quo monte diuiduntur à Tauriſcis. Auctor Plin. lib. 4 cap. 25.

SCORIA, æ, {*Spiuma, feccia*} (σκωρία) ſpurcitia, ſiue ſordes, quę ex metallo inter coquendum, ueluti ſpuma quædam expurgatur. Celſus Recrementum nominat. Sic enim habet medicinæ ſuæ lib. 5. cap. 18. Plumbi recrementum σκωρίαν μολύβδου Græci uocant. Plin. lib. 33. cap. 4. Spurcitia in omni metallo Scoria uocatur. Ponitur interdum pro cura & paſſione, propterea quòd qui in luctu cõſtituti ſunt, omni prorſus cultu neglecto, ſordidati conſpiciantur. Verg. ad Meſſal. Et ſcoria patiar tabeſcere tali.

SCORODON, {*Aglio*} (σκόροδον) herba eſt nulli non nota, quam Latini allium appellant. Eſt & ſyluestris allii genus, quod Græco nomine ὀφιοσκόροδον, quaſi allium anguinum appellatum.

SCORODOPRASVM, (σκοροδόπρασον) herba eſt magnitudine porrũ æquans, qualitatum porri, & allii particeps.

SCORPÆNA, genus piſcis apud Plin. lib. 32. cap. ult. Meminit eius & Ambroſius: Scorpæna inquiens, quoq; caſtitatem immaculati cõnubii generi ſuo ſeruat, non percutit, ſed reficit.

SCORPITES, (σκορπίτης) gemma eſt ſcorpionis colore. Pli. lib. 37. cap. 11.

SCORPIVS, pii, & Scorpio, onis, {*Scorpione, ſcorpio*} (σκορπίος) animal uenenoſum cauda feriens, de cuius natura uide Pli. lib. 11. cap. 25. Scorpius etiã, ſiue Scorpio, cæleſte ſignum. Colu. Sed ingreditur Scorpium XIIII. Calend. Nouembris. Item militare inſtrumentum, ita dictum quòd paruis, ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem, ſiue quòd ſcorpionis ſimilitudinem habeat, quum arcus hinc atq; hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Vulgus Arcubaliſtam appellat. Quidam etiam accipiunt Scorpium pro genere tormenti, ut ſunt rubi aculeati, uel flagellum uirgarum, ut ſcutica habens in ſummitate glãdes plumbeas. Quo quidem tormenti genere ſæpe legimus martyres afflictos fuiſſe. Plin. lib. 7. cap. 56. Et in tormentis ſcorpionem Cretas inueniſſe ferunt. Præterea Scorpius herba eſt, ſemen habens ad ſimilitudinem ſcorpionis, quæ ualet aduerſus animal ſui nominis. de qua Plin. lib. 22. cap. 15. Eſt & Scorpius piſcis, apud eundem Plin. lib. 32 cap. 11.

SCORPIVROS, (σκορπίουρος) herba, quæ & Scorpius dicitur, ſemen habẽs ſimile ſcorpionis caudæ, unde & nomen habet Plin. lib. 22. cap 21.

SCORTEVS, a, um, (σκύτινος) coriaceus, pelliceus. Ovi. 1. Faſto. Scortea nõ illi fas eſt inferre ſacello. Scortei numi, (σκύτινα νομίσματα) qui fiebant ex corio. Donatus quoq; in Com. Vergilii, pecuniam autumat ex corio bubulo priſcis temporibus fuiſſe, & inde dictam pecuniam, quod ex pecore fieret.

SCORTOR, aris, {*Andare à meretrici*} (πορνεύω) meretricor. Teren. in Heaut. Scortari crebro nolunt. Hinc Scortator, oris, uerbale, meretricum ſectator. Cic. 2. in Catil. O' bellum magnopere pertimeſcendum, cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriam.

SCORTVM, ti, {*Meretrice*} (πόρνη) id eſt, meretrix: inde dicta, teſte Feſto, quòd tanquam pellicula ſubigatur. Omnia nãq; pellibus facta, antiqui Scortea appellabant. Cic. pro Mil. Clodius ſemper ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Idem de Aruſp. reſp. Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus uolutatus? Dicitur aliquando & de maribus, præpoſteræ uitorum libidini obſequentibus. Cic. pro Seſt. Nec mihi res erat cum Saturnino, ſed cum ſcurrarum locupletum ſcorto, cum ſororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit. Hinc fit diminutiuum Scortillum. Catull. Scortillum mihi cũm repente uiſum eſt Non ſanè illepidum, nec inuenuſtum.

SCORTI, Britannicæ inſulæ populi, ab Anglis ad Ortum Tueda, ad Occaſum Solueo flumine dirempti: mediterranea mons Cheuiota diſcriminat. Horũ olim tanta fuit feritas, ut humanis carnibus ueſcerentur. quod & ipſum teſtatur Hieron. lib. 2. contra Iouinianum, Quid (inquit) loquor de cæteris nationibus, quum ipſe adoleſcentulus in Gallia uiderim Scotos, gentem Britannicam, humanis ueſci carnibus? Et quum per ſyluas porcorum greges, & armentorum, pecudumq; reperiant, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari?

SCOTINA, (σκοτινά) locus eſt apud Lacedęmonios, denſis quercubus umbro-

ſus, in quo Iupiter colebatur, cognomento Scotiuos: ut eſt auctor Pauſanias libro 10.

SCOTOMA, {*Caligine de gli occhi, uertigine*}(σκότωμα) uertigo capitis, cũ omnia, quæ foris oculis occurrũt, in gyrum circumagi uidentur, quam & uiſus obtenebratio, nonnunquam & caſus ſolet comitari. Dictum Scotoma, quaſi obſcuratio. Σκότος enim Græcis tenebras ſignificat. unde σκοτίζω, obtenebro, obſcuro. A' cuius præterito paſſiuo deducitur uerbale σκότωμα. Latini hoc mali genus Vertiginem appellant.

SCOTVSSA, (σκότουσσα) oppidum eſt in confinio Macedoniæ, ad Neſſum amnem, locum habens, quem κυνὸς κεφαλὰς, hoc eſt, canis capita appellant, in quo Romani & Aetoli T. Quintio duce, Philippum Demetrii filium, Macedoniæ regem ingenti prælio ſuperarunt. Auctor Strabo lib. 9.

SCREABILE, (χρεμπτόν) quod excreari poteſt. Vnde compoſitum Excreabilis. Plin. lib. 20. Pulmonum uitia excreabilia facit.

SCREATVS, atus, {*Raſcamento*}(χρέμψις) ipſa ſcreatio. Teren. in Heau. Gemitus, ſcreatus, tuſſis.

SCREO, eas, {*Carcaſſare, ſputare per forza*}(χρέμπτομαι) cum conatu quodã de pectore ſputum eiicio. Pli. lib. 23. cap. 1. Eadem in iumento, hominiq; phlegma, aut ſanguinem qui ſcreatur, talo cuculigata ſanat. Screator, oris, qui ſcreat. Plaut. in Milit. Screator ſum itidem minime ſcreidus. Huius cõpoſitum eſt, Excreo, cuius ſignificationem ſupra explicauimus ſuo loco.

SCRIBA, bæ, {*Scriuano, cancelliere, notaio*} (γραμματεύς) cuius munus eſt literas, uel acta, aliud'ue quidnam, Principis, uel ciuitatis, uel etiam magiſtratus cuiuſpiam nomine ſeu mandato ſcribere. Liu. lib. 2. de Cneo Mutio loquens. Ibi quum militibus ſtipendium forte daretur, & ſcriba cum rege ſedens pari ferè ornatu multa ageret. Et paulò poſt. Scribam pro rege obtruncat. Cic. Ruf. Ad ea quæ ſcripſiſti, commodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet.

SCRIBELLO, las, {*Scriuere*} ueteres uſi ſunt pro ſcribo: a quo cõpoſitum fit Conſcribello de quo ſupra ſuo loco.

SCRIBLITA, genus cibi appellatum, q̃ in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Hoc ſolum differens à placenta, q̃ ſine melle coquebatur, & feruẽtiſſima edi ſolebat. Martial. lib. 3. Circulata dum menſis ſcriblita ſecundis Vrebat nimio ſæua calore manus. Plaut. in Pœn. Dum ludi fiunt, in popinam pediſſequi irruptionem facite: nunc dum occaſio eſt, nunc dum ſcriblitæ æſtuant, occurrite.

SCRIBO, is, pſi, ptum {*Scriuere, ſignare, mettere à libro*}(συντάττομαι, λογογραφία) eorum propriè eſt, qui opeis aliquid componunt. Cic. Cornificio: Sed proximè ſcripſi de Optimo genere dicendi, in quo, &c. Plin. lib. 12. cap. 14. Iuba rex iis uoluminibus quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium. Horat. 2. Epiſto. 2. Præter cætera Romæ me'ne poemata cenſes Scribere poſſe, inter tot curas, totq; labores? Vnde Scriptores, συγγραφεῖς dicuntur ipſi librorum auctores. Nam qui ab exemplaribus aliquid exſcribendũ ſumunt, nõ propriè Scriptores, ſed Librarii dicuntur: nec ſcribunt, ſed deſcribunt, aut exſcribunt, tranſcribunt'ue. Interdum tamen Scribere accipitur pro manu propria literas fingere, γράφειν. Plau. in Pſeud. Quaſi in libro cum ſcribuntur literæ calamo. Aduertẽdum tamen apud bonos auctores nõ reperiri. Scripſi propria manu: ſed, mea, aut tua, aut ſua manu. Cic. Att. Neq; ſemper mea manu literas expectabis. Sic alibi perſæpe. Quandoq; pingere Plin. de Nicomacho pictore: Scripſit & Apollinem, & Dianam, Deumq; Martem in leone ſedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Verg. 6. Aen. Quin protinus omnia Perlegerent oculis. Scribere notis, eſt celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid ſcribere, quemadmodum olim faciebant notarii, quibus etiam nomen à notis huiuſmodi remãſit. Quint. lib. 11. cap 2. Habeamus ſanè, ut qui notis ſcribunt certas imagines omnium, &c. Scribere leges quod & cõdere, & dicere, & facere dicitur. Cic. pro Roſc. Amer. Eius porro ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoq; utuntur, ſcripſerit. Scribere hæredem, eſt inſtituere, facere. Mart. lib. 10. Hæredem ſcripſit me Numa, conualuit. Scriptum facere, eſt ſcribendo uictum quærere. Gel. lib 6. cap 9 Cn. Flauius patre libertino natus ſcriptum faciebat. Huius compoſita ſunt, Adſcribo, Conſcribo, Circunſcribo, Deſcribo, Exſcribo, Inſcribo, Perſcribo, Præſcribo, Proſcribo, Reſcribo, Subſcribo, Superſcribo, (unde & Superſcriptio) Tranſcribo, quæ habent, pe pr.

SCRIBONIVS APHRODISEVS, Orbilii ſeruus atque diſcipulus. mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Auguſti uxor fuerat, redemptus & manumiſſus. Huius meminit Tranquillus.

SCRINIARIVS, (χαρτοφύλαξ) ſcriniorum cuſtos. i. rerum ſecretarum.

SCRINIVM, {*Scrigno*}(κιβώτιον) à ſecernendo, arca dicitur, qua ſeruantur pretioſa ſecreta. Pli. lib. 13 cap. 1. Alexander cepit ſcrinium unguentorum. Horat. 2. Epiſ. 1. Et prius orto Sole uigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco. Idẽ 1. Serm. Saty. 1. Iam ſatis eſt, ne me Criſpini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes, uerbum non amplius addam. Huius diminutiuum eſt Scriniolum.

SCRIPTIO, onis, {*Scrittione*}(συγγραφή) actus quippiam literis mandandi, ſiue id ipſum opus quod conſcribitur. Cic. 5. Tuſcul. A' quo non modo impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, uerumetiam laceſſiti. Idem Dolabellæ: Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod nõ putaram. Itaq; eam tibi miſi; quam uelim ſic legas, ut rem tenuem, & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam, id eſt, non magnopere dignam, quę literis mandetur. Ponitur etiam pro quacunq; ſcriptura, aut ipſo ſcribendi actu. Cice ad Att. libi. 10 Crebro refricat lippitudo, non illa quidem prodigioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam. Varr. Auarus fœnerator, ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

SCRIPTITO, as, {*Scriuere ſpeſſo*} frequentatiuum eſt à uerbo minus uſitato Scripto, as, quod & ipſum frequent eſt à uerbo Scribo. Cic. Att. lib. 7. Et hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas uelim, uel potius ſcriptites.

SCRIPTOR, oris, {*Scrittore, compoſitore*} (συγγραφεύς) operis alicuius auctor, qui quippiam literis mandat. Horat. in Arte. Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem. Liu. lib. 1. Etſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro eſt. Donatus in prolo. Terentii. Ideo item, inquit: omnis qui aliquid ſcripſiſſet: ſcriptor à ueteribus dicebatur. Scriptor legum, legum lator, νομοθέτης. Cic. ad Brutum. Neq; ſolum ut Solonis dictum uſurpem, qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem.

SCRIPTORIVS, a, um, {*Coſa da ſcrittore*}(γραφικός) quod aptum eſt, ut eo ſcribatur, ſeu quod ad ſcriptorem pertinet: ut, Atramentum ſcriptorium, (μέλαν γραφικόν) apud Celſum lib. 6. cap. 4. Id autem quod ſubinde raditur, illinitur atramento ſcriptorio ſatis eſt. Idem lib. 5. Sed eadem medicamenta in calamum ſcriptorium coniicienda ſunt, iſq; ori fiſtulæ aptandus, inſpirandumq;, ut ea medicamenta intus compellantur.

SCRIPTVM, pti, {*Polizza, ſcritto, ſcrittura*} (σύγγραμμα) idem quod ſcriptura, hoc eſt, idipſum quod literis mandatum eſt. Cic. lib. 1. ad Heren. Ex ſcripto & ſententia controuerſia naſcitur hoc modo: Quũ uidebitur ſcriptoris uolũtas cum ſcripto ipſo diſſentire. Idẽ Luceio: Ardeo cupiditate incredibili, neq;, ut ego arbitror, reprehẽdenda nomen ut noſtrũ ſcriptis illuſtretur, & celebreĩ tuis.

SCRIPTVS, tus, tui, (γραφή) idem quod Scriptum ſiue ſcriptura. Gell. lib. 6. cap. 9 Dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe. De Cn. Flauio.

SCRIPTVRA, æ, (γραφή) idem quod ſcriptio, ſtylus, uel ipſe actus aliquid literis mandandi. Auctor ad Heren. lib. 3. Nõ ſum neſcius quantũ ſuſceperim negotii qui motus corporis exprimere uerbis, & imitari ſcriptura conatus ſim uoces. Scriptura, inquit. i. ſcribendo, uel (ut Cic. loquitur) ſcriptione. Et lib. 4. Reliquũ ſcripturæ conſumetur in exemplis: id eſt, reliquum eius quod ſcribendũ eſt. Aliquãdo capitur pro ſtylo, quo quis utitur in ſcribẽdo. Cic. Treb. lib. 15. Quũ uero ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potuerim.

Scriptura ponitur aliquando pro uectigali, quod percipitur è portoriis, ſeu paſcuis: uel ipſa ratio eorum, qui præſunt huiuſmodi uectigalibus: & ii, qui portus, aut portoria curabant, uectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ, & portus dicebantur. Scriptura huiuſmodi hodie eſt eorum mancipũ, qui glandiarios, & paſcuos ſaltus redimunt. Plaut in Trucu. Nã aduerſum legem à me ob meam ſcripturam pecudem accipi, Fieriq;. A. idem quod tu facis, faciunt rem male gerentes: ubi non Eſt ſcriptura, unde dent, incuſant publicanos.

SCRIPTVRÆ MAGISTER, {*Scriuano de datii, ò de gabelle*}(διαγραφεύς) qui uectigalia deſcribebat in portu, eorumq; rationes conficiebat. Cic. ad Att. Magiſter ſcripturæ, & portus, quidam Lucius Carpinatius.

SCRIPTVRARII, (διαγραφεῖς) olim dicebantur, teſte Nonio, qui poſtea Tabularii dicti ſunt, quòd ſcriptuis & commentariis omnes aut ciuitatum, aut prouinciarum res complecterentur. Lucil. lib. 26. Publicanum ſcrutum aſſueſiam, ut ſcripturarius. Scripturarius ager, teſte Feſto, is dicitur, qui publicus eſt, in quo ut pecora paſcantur, neceſſe eſt, ut certum æs paſtor pendat publicano.

SCROBS, ſcrobis, {*Foſſa, buſa, poro, caua da piantar uigna, ò arbori*}(ὄρυγμα) generis tam maſcu. q̃ fœminini, ſecundum Priſcianum: Seruius tamen ait magis maſculinum eſſe, q̃ fœmininum, & citat Plaut. qui dixit, Sexagenos ſcrobes. Quod uero Lucanus ait, Exigua poſuit ſcrobe, id uult eſſe contra artem. Sunt autem Scrobes, foſſiones, ut putei, uel foueæ intra terram manu factę, ad uineas, uel arbores conſerendas, uel ad metalla, & quæcunq; alia fodienda. Colu. Ante annum q̃ poma diſponere uoles, ſcrobes fodito. Huius diminutiuum eſt Scrobiculus. Plin lib. 21. cap. 5. Atq; ita in ſcrobiculis ſeruntur, hominis fæcis circunfuſis. Colum. lib. 15. Et id quod à matre abſciſſum receſſit, confeſtim a latere circunfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur.

SCROFA, æ, {*Porca uecchia, ſcrofa*}(ὗς) ſus fœmina, quæ fœtus cauſa alitur. Varro: Propterea matrem ſcrofam ſua quæq; hara ſuos alat oportet, quæ alios aſpernatur. Plaut. Capt. Eorum ſi cuiuſquã ſcrofam in publico conſpexero, Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures. Colum. lib. 7 cap. 9. Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & ut ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis uerribus.

Hinc Scrofipaſcus, qui paſcit ſcrofas. Plaut. in Capt. Tum paſtores ſcrofipaſcĩ qui alunt furfure ſues.

SCROFVLÆ, {*Scrouole*}(χοιράδες) propriè dicũtur indurati adenes, in collo præcipue, in alis, & in inguinibus conſiſtentes: ita dictæ à ſuibus, qui peculiariter hoc morbo infeſtantur. Latini Strumas appellant. Vide Celſum lib. 5. cap. 28. & infra in dictione Struma.

SCROPHA TREMELLIVS, uir Prætorius fuit, Varronis æqualis, quẽ de familiæ ſuæ cognomine ita inducit loquentem lib. 2. cap. 4. Rei ruſt. Auus (inquit) meus primum appellatus eſt Scropha: qui Quæſtor cum eſſet, à Licinio Nerua Prætore in Macedoniæ prouincia relictus, qui præeſſet exercitui dum prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere uictoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Auus cum hortaretur milites ut caperent arma, ac exirent contra: dixit celeriter ſe illos, ut ſcropha porcos, diſiecturum: idq; fecit. Nã eo prælio hoſtes ita fudit, ac fugauit, ut eo Nerua Prætor Imperator ſit appellatus, & auus cognomen inuenerit ut diceretur Scropha. Itaq; proauus & ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Nec minus ſeptimus ſum deinceps prætorius in gente noſtra. Hactenus Varro.

SCROTVM, (ὄσχεον) rugoſus ille teſticulorum ſacculus, quem nonnulli etiam Scortum appellant, quod quandam coriacei ſacculi ſimilitudinem referat. Scortea enim ueteres appellabant, quæcunq; ex aluta aut pelle conſtabant.

SCRVPVLATIM. (κατὰ γράμματα) per ſcrupula. Plin. lib. 22. cap. 24. Scrupulatim quidem colligere, ac miſcere uires, non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt.

SCRVPVLVS, li, {*Scrupolo, pietra picciola, pietrella, pietricella*}(ψηφίς) diminuti à Scrupus, propriè lapillus breuis, & aſper, qui in calceo latens plerunq; nos lædit preſſuſq; dolorem creat. Vnde pro ſolicitudine & difficultate ponitur. Teren. in Adelph. Iniecit ſcrupulum. Dicimus uenuſtè iniicere ſcrupulũ, eximere ſcrupulum alicui, euellere ſcrupulum ab aliquo. Cice. pro Cluent. Hic tum iniectus eſt homini ſcrupulus ac dubitatio. Idem pro Sext. Roſc. Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies noctesq; ſtimulat ac pungit. Hinc fit Scrupuloſus, a, um, quod ſcrupulis abundat. Plaut. Capt. Nam meus ſcrupuloſam uictus commeat uiam. Cic. 4. Tuſcul. E' quibus, tanquam ex ſcrupuloſis cotibus, enauigauit oratio. Per tranſlationem tamen frequentius pro anxio, triſti, & ſolicito accipitur. Vale. Maxi. lib. 1. Qui tam ſcrupuloſa cura paruula quoq; momenta religionis examinare uidentur. Hinc Scrupuloſe, aduerbium, id eſt, anxie, difficulter, religioſe. Colum lib 8 cap 8. At quæ dono, uel aucupio contingunt, minus ſcrupuloſe probantur, id eſt, difficulter. Et Scrupuloſitas, anxietas, difficultas. Colum lib. 11. cap. 1. In hac autem ruris diſciplina non deſideratur eiuſmodi ſcrupuloſitas. Scrupulus etiam, uel Scrupulum genus eſt exigui ponderis pendentis tertiam partem drachmæ, hoc eſt, obolos duos. A' Græcis dicitur γράμμα, hoc eſt, litera, q̃ alphabetum apud Græcos quatuor & uiginti

literas

literas habet, in quot ſcrupula dimiditur uncia Fannius apud Priſcianũ: In ſcrupulis minus drachmam. Vale. Maxi. lib 4. de Paup. Eadem gens nullum antè ſcrupulũ auri habuit. Ouid de Rem Quinq; parant mara: hei ſcrupula, myrrha nouẽ. Cic. Att. Illud cognitũ eſt nullũ eſſe argenti ſcrupulũ in illa inſula. Scrupulus etiã menſura eſt in metiendis terris, continens pedes quadratos centũ. Col. libro 5. capi. 1. Igitur iugerum, ut diximus, habet quadratorum pedum millia XXVIII. & DCCC. qui pedes efficiunt ſcrupula CCLXXXVIII.

SCRVPVLARIS, & hoc, lare, quod ad ſcrupulum pertinet. Plin. lib. 33. cap. 8. Protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti, uel æris ſcrupulari differentia.

SCRVPVLOSVS, {Scropoloſo, maligno} & Scrupuloſitas. unde Scrupulus.

SCRVPVS, pi, {Pietrella, pietracella} (λιθαξ, ψῆφος) calculus, ſeu lapillus exiguus, pedes ambulantium offendens. Feſtus, Scrupi dicuntur aſpera ſaxa, & difficilia attrectatu. Hinc Scrupeus, pea, um, (λιθώδης) quod eſt lapilloſum. Ver. lib. 6. Spelunca alta fuit, uaſtoq; immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro. Scruposus, idem. Lucan. Scruposiſq; anguſtia uacant ubi littora ſaxis Impoſuit terræ.

Scrupus etiam accipitur pro ænigmate, ſeu pro nodoſo quopiam argumẽto. Gell. lib. 11. Quæ Græci αἰνίγματα, Latini ſcrupos appellauerunt, tales etiam Græcis itidem γρῖφοι appellantur. Ea enim eſt genuina lectio, quanquam in uulgatis exemplaribus Scirpos perperam legamus.

SCRVTA, rum, {Stracci} (γρυτάρια) attritæ uſu ueſtes, dimidiatæ ſtrigiles & iumentorum ſoleæ, refixi claui, idq; genus alia, quæ uilis ſimi proxenetæ uenalia habent, quos antiqui Scrutarios (γρυτοπώλας) appellabant. Horat. lib. 1. Epiſt. Vulteium mane Philippus Vilia uendẽtem tunicato ſcruta popello Occupat. Lucilius apud Gell. Noct. Att. lib 3. Quid in? ſcruta quidem ut uendat ſcrutarius, laudat. Cæl. lib. Antiq. 10. cap. 56. Verbo Scruta, ueteramenta ſignificari puto omnifaria, quæ cum uſu iam detrita ſint, pretio item demmata cenſentur.

SCRVTARIA, riæ, (γρυτοπωλία) ſcrutorum uenditio, ut ſagaria, coenacularia, lintearia. Apuleius lib. 4. Scrutariam facitis.

SCRVTINIVM, nij, {Cerco, cerca, certamento} (ἐξερεύνησις) inueſtigatio, inquiſitio, à Scrutor. Apul. lib 9. Poſtremum magiſtratibus placuit, obſtinate denegantem ſcrutinio detegere.

SCRVTOR, aris, {Cercare} (ἐρευνάω μεταλλάω) inquiro, inueſtigo. Cic. pro Roſc. Amer. Nõ excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor, nihil ad me pertinere arbitror. Pli. lib 5. cap. 1. Polybius annaliũ cõditor ab eo accepta claſſe, ſcrutãdi illius orbis gratia circũuectus ꝓdidit, &c. Hora. 1. Epiſt. 18. Arcanũ neq; tu ſcrutaberis ullius unquam, Cõmiſſumq; teges, & uino tortus, & ira. Plin. lib 8. cap. 40. de canibus. Sed in uenatu ſolertia & ſagacitas præcipua eſt: Scrutatur ueſtigia, atq; perſequitur, &c. Scrutator, oris, inueſtigator: ut, Pallidus ſcrutator auri, Luc. lib. 4. Stat. 3. Syl. Quodq; legit merſus pelagi ſcrutator Eoi. Legitur & Scruto, apud antiquos, actiua uoce, q̃d & Nonius annotauit. Vnde cõpoſitũ Perſcruto, quo uſus eſt Plaut. in Aulu. Poſtremo hũc iam perſcrutaui.

SCVLNAM, ueteres pro ſequeſtro uſurparunt, quaſi ſequulnam, quo uerbo uſus eſt Varro.

SCVLPO, is, pſi, ptum, {Scolpire} (γλύφω) cædendo imaginem aliquam efficio, ſeu formam materiæ induco. Et proprie in marmore, & aliis lapidibus ſculptura fieri dicitur. Cõflatura in metallis, quæ ſolui poſſunt, atq; conflari, ut auro & argento, & cæteris. Plin. lib. 36. cap. 4. Marmore ſculpendo primum omniũ inclaruerunt Dipœnus, & Scyllis. Oui. 10. Meta. Interea niueum mira feliciter arte Sculpſit ebur. Hinc Sculptura, (γλυφή) quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, uitro, gemma, opera noſtra efficit. Plin. lib. 16. cap. 40. Habent in ſculpturis facilitatẽ. Et Sculptor, qui ſculpit. Plin lib. 20. cap cap. 13. Sculptores, & pictores utuntur. Diomedes tamen contendit Sculpo latinum, nõ eſſe: eiusq; loco Scalpo, dicendum eſſe. Quod ſi uerum eſt, codices ferè omnes mendoſos eſſe oportet, in quibus Sculpere, frequenter occurrit.

SCVLPONEÆ, arum, {Scarpe di lana. ſcuffoni} calcei ex lana cõfecti. Plau. in Caſin. Qui quæſo potius q̃ ſculponeas, Quibus batuatur tibi os? Næuius: Sculponeis batuenda ſunt latera. Hinc Sculponeatus, dicitur qui eſt ſculponeis indutus. Varr. Aſpicio ſculponeatam, bigas ſequi cornutas. Scribit Cato ſculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ ruſticanæ.

SCVLPTILE, (γλυπτόν) quod ſculptum eſt. ut, Sculptile ſimulacrum. Ouid. 4. de Pont. Signa quoq; in ſella noſſem formata curuli, Et totum Numidæ ſculptile dentis opus. Numidum dentem uocat ebur è dente elephantis Numidici.

SCVRGVM, (σκοῦργον) Germaniæ urbs, in climate Septentrionali Ptolem auctore lib. 2. cap. 11. uulgò Schmeben.

SCVRRA, ræ, {Buffone} (γελωτοποιός, βωμολόχος) qui riſum ab audientibus captat, nõ habita ratione uerecundiæ, aut dignitatis. Dictus quaſi Secutra (ut quidã uolunt) à ſequẽdo, q̃ id genus homines ſequi ſoleant opulẽtiores aliquid promerendi cauſa. Cic. pro Quint. Memini, uetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem, q̃ patrẽfamilias fieri poſſe. Iuuena. Saty. 13. Vrbani fugitiuus ſcurra Catulli. Inde Scurrilitas, (βωμολοχία, γελωτοποιία) turpis, & procax dicacitas, neq; temporis, neq; loci, neq; perſonarum reſpectum habens. Et Scurrile, pen. pro. ridiculum cum turpitudine. Cic. 2. de Orat. Ne aut ſcurrilis iocus ſit aut mimicus. Hinc Scurriliter, aduer. procaciter. Pli. Epiſt. 90. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludat?

SCVRROR aris, {Fare il buffone} (βωμολοχεύω, γελωτοποιῶ) ſcurrã ago. Horat. 1. Epiſt. 18. Scurror ego ipſe mihi, populo tu. Idem 1. Epiſt. 19. Scurrantis ſpeciem præbere profeſſus amicum. Hoc eſt, turpiter adulantis.

SCVTARIVS, {Colui che fa i ſcudi, ò le targhe} (ἀσπιδοποιός) qui ſcuta facit. Plaut. in Epid. Id modo uidendum, ut materia ſuppetat ſcutariis.

SCVTARIVS, ria, um, (ἀσπιδικός) quod ad ſcuta pertinet. Vnde Veget. lib. 2. in Romana militia habebant fabricas ſcutarias, & loricarias, quibus armorũ genera formabantur.

SCVTATVS, a, um, {Armato di ſcudo, ò di targa} (ἀσπιδωτός) ſcuto armatus. Cic. 2. Philip. Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites, &c. Verg. 9. Aenei. Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro.

SCVTELLA, æ, {Scodella} (πινάκιον) uaſis genus rotundi, concaui, quo minutal ex carne, uel oleribus in menſam exhibetur. Eſt autem diminutiuum a ſcutra: ſicut à mitra mitella: aut recte a ſcutula. Cice. 3. Tuſcul. Epiſimus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrũ incẽdamus, demus ſcutellã dulciculæ potionis, aliquid ꝓuideamus & cibi.

SCVTICA, æ, pe. cor. {Scoreggiata ſtaffilo, bacchetta, sferza} (σκυτάλη) genus uerberis è loris facti. à Græco σκῦτος, quod corium ſignificat, uel pellem. Martial. lib. 10. Scuticaq; loris horridis Scythæ pellis Qua uapulauit Marſyas Celenæus. Huius diminutiuum eſt Scuticula. Iuue. Saty 6. Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis, Hic ſcutica. Hora. 1. Serm. Saty. 3. Adſit Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas: Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

SCVTIGERVLVS, {Scudiero} (ὑπασπιδοφόρος) à Plauto ſumitur pro armigero, qui ſcutum domini gerit, qui & ſcutifer dicitur.

SCVTRISCVM, uaſis genus apud Catonem de Re ruſt. cap. 10. & uidetur ex figura Græca deriuari, a Scutra. Eſt enim Scutra uaſis genus, quod & Scutula dicitur.

SCVTVLA, æ, forma rotũda quales aranea cõtexit: Inde Scutulata figura dicitur, quæ telæ arnearũ ſimilitudinẽ habet. Plin. lib. 11. cap. 23. Quanta arte cælãt pedicas, ſcutulato rete graſſantes. Eſt & Scutula uaſculi genus, unde diminutiuũ deducimus Scutella. Martial. lib 8. Bеſſalem ad ſcutulã ſexto peruenimus anno. Idem lib. 11. Sic implet gabatas, paropſideſq; Et leues ſcutulas, cauaſq; lances.

SCVTVLATA VESTIS, dicitur quæ quibuſdã orbibus, ſeu circulis, quaſi ſcutulis eſt diſtincta ad aranearum ſimilitudinem accedentibus. Iuuena. Saty. 2. Cærulea indutus, ſcutulata & galbana raſa. Hoc autẽ texturæ genere olim præcipue commendabatur Luſitania. Id autem ferè erat eiuſmodi quale cernimus in araneorum telis: quorum retia etiam ſcutulata dicuntur à Plin lib. 11. cap. 23.

Eſt & Scutulatus color, in equis præcipue commendatus, quem uulgus ab exiguorum pomorum ſpecie Pomulatũ appellat. Meminit eius coloris & Palladius in Menſe Martio, cap. 13.

SCVTVLVM, li, {Scudetto} (ὑπασπίδιον) paruum ſcutum. Cic. lib. 2. de Natur. Deo. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

SCVTVM, ti {Scudo, targa Arioſt. can. Lo ſcudo imbraccia diſdegnoſo, e fiera} (θυρεὸς ὅπλον) armorum genus, quo pugnantes corpus tegunt: ἀπὸ τοῦ σκύτους, hoc eſt, à corio ſiue pelle, qua obtegebatur. uel a ſectura (ut inquit Varro) quod è minutis confectum ſit tabulis. Plin. lib. 35. cap 3. Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum eſt, cõtinebantur imagines. Cæſ 5. Bell Gal. Quo perculſo, & exanimato, hunc ſcutis protegunt hoſtis, & in illum uniuerſi tela coniiciunt. Cic 2. Tuſcul. Ignauus miles ac timidus ſimulac uiderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat quantum poſſit. Verg 8. Aeneid. Scutis protecti corpora longis. Ouid. 6. Faſt. Iacta ſuper galeas, ſcutaq; longa ſonant.

SCYATHOS, inſula eſt cum oppido in Aegæo mari prope Thraciam, ut ſcribit Pomponius Mela lib 2.

STLACE, (σκυλάκη) urbs circa Cyzicum, ut inquit Hecatæus. Pomponius: Placia & Scylacæ paruæ Pelaſgorum coloniæ.

SCYLAX (σκύλαξ) catulus Latinè dicitur. Eſt præterea Scylax, apud Suidã, nomen inſignis Mathematici, qui ad Polybii hiſtoriã ſcripſit Antigraphen.

SCYLLA, (σκύλλα) filia fuit Niſi, regis Megarenſium, quæ Minois, paterni hoſtis amore capta, ut illum ſibi beneficio aliquo demereret, patrem purpureo capillo, in quo ſitum erat regni totius fatum, ſpoliauit, eumq; hoſti obtulit, tanquã futuri coniugii dotem. Verum cum ſe ab illo ſperni uideret, doloris impatientia in Cirim auem commutata eſt. Niſus autem in aliam auem ſui nominis: quæ uel uti tantæ adhuc impietatis pœnas à filia repetens, etiamnunc eam ubiq; inſectatur. Vide latius hanc fabulam apud Ouid lib 8. Metam. Fuit & altera Scylla, Phorci filia, quæ cum mutuo Pici amore teneretur, indignata Circe, quæ Picũ miſere deperibat, Scyllam ſibi ab illo præferri, fontem in quo illa lauare ſeſe ſolebat noxiis herbis ueneficiiſq; infecit. Cuius rei illa ignara, cũ lauandi gratia fontem ingreſſa eſſet, uidet inferiorem corporis partem in caninos rictus eſſe cõmutatam. quã deformitatem tantopere exhorruit: ut ſeſe ſtatim in uicinum præcipitauerit fretum: ubi & in ſaxum mutata fingitur: Charybdi ex aduerſo obiectũ prænauigantibus uehementer periculoſum. Vide latius hanc fabulam apud Oui. 14. Meta. Eſt item Scylla, genus piſcis, quo maxime abundat Liris Campaniæ amnis. Hora. Affertur ſcyllas inter murœna natãtes. Martialis: Cæruleus nos Liris amat, quẽ ſylua Maricæ Protegit. hinc ſcyllæ maxima turba ſumus.

SCYLLACEVM, pen. prod. (σκυλλάκειον) oppidum fuit in finibus Calabriæ, cuius meminit Strabo lib 6 Geog. Verg. 3. Aenei. abiecto altero l, primã ſyllabam corripuit, cum ait, Caulonisq; arces, & naufragum Scylaceum.

SCYLLETA, loca in quibus ſcyllæ piſces capiuntur. Cic de Lege Agra contra Rullum: Hac lege tribunitia, decemuiri uendent agrum Campanum, accedet ei mons Taurus, accedent ſcylleta ad Minturnas.

SCYLLÆVM, {Capo ſcille} (σκύλλαιον) promont. Peloponneſi, ut Strab lib. 8. teſtatur, in ſinu Argolico iuxta Hermionem, quo Scylla Niſi filia fluctibus eiecta creditur.

SCYLLIAS, (σκυλλίας) Hero. lib 8 uir quidam Scionæus, omnium ea tempeſtate hominum optimus urinator, qui etiã in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Perſis ſeruauit, multa & ſibi lucratus eſt. hunc Pauſanias Scillim uocat, qui de eo ſic ſcribit: Scillis Scionæus homo cum Cyane filia claſſis Perſicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando urinandoq; præcidit ad Pelium montem & Sepiada Magneſiæ: idq; ſignum in Apollinis templo poſitum ab Amphictyonibus (quod erat commune Græciæ concilium) à Nerone principe Romam translatum.

SCYLLVS, untis, (σκιλλοῦς) oppidum Achaiæ (ut Strabo ſcribit) quo Xenophon donatus eſt à Lacedæmoniis.

SCYLLVRVS, ri, ſiue potius Scilluius, per i, noſtrum, pen pro. (σκίλλουρος) nomen uiri proprium qui (ut Plutar auctor eſt) quũ relictis manibus filiis octoginta, diem eſſet obiturus, haſtilium faſcem cuiq; oſtendens ut illum confringeret, iubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingillatim educta haſtilia omnia facile confregit. Ita docens illos ubi una eſſe perſeuerarent, firmos, ac potentes fore: imbecillos autem ſi ſepararentur ac diſſiderent.

SCYMNVS, (σκύμνος) ſignificat leonis catulum, ut aliarum ferarum ſcylacia, Iulio Polluce auctore. Lucr. lib. 5. Ac catuli pantherarum, ſcymniq; leonum.

SCYPHVS, cyphi, {Coppa, tazza, bicchiero gotto} (σκύφος) uaſis potorii genus, q̃d ꝓprie Herculi attribuit, teſte Macr Satur. lib 5. cap 21. ſicut Cãtharus Libero patri. Hoc ueteres in ſacris uſi ſunt, & in cõuiuiis. Verg 8. Aen. Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Hora. Epod 9. Capaciores affer huc puer ſcyphos.

SCYRICVM, coloris genus apud Plin. lib. 33. cap. 7.

SCYRITÆ (σκυρῖται) gentes ſunt inter Nomadas Indos, quę narium loco foramina tantum habent. Plin. lib. 7. cap. 2.

SCYROS, {Sciro} (σκύρος) inſula eſt contra Magneſiam, in mari Aegæo una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria: ubi Achilles puellari habitu educatus Deidamiam eius regis filiam uitiauit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. quæ ab hac inſula & ipſa Scyrias eſt appellata. Ouid. lib. 1. de Arte amãdi: Scyrias Aemonio uicta puella uiro. In ea eſt urbs eiuſdem nominis. Patet hæc inſula Plin. teſte longitudine uiginti quinq; millium paſſuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Hinc Scyrius, a, um, (σκύριος) prima ſyllaba producta. Ouid. Epiſt. 8. Sæpe malis ſtupeo, rerumq; oblita, lociq;, Ignara tetigi Scyria membra manu.

SCYTALA, læ uel Scytale, les (σκυτάλη) mus araneus Latinè dicitur. Colum. lib. 6. cap. 17. Musq; araneus, quem Græci σκυτάλην appellant, quamuis exiguus, dentibus non exiguam peſtem molitur. Plin. lib. 32. cap. 5. Eadem uis contra uenenatorum omnium morſus, priuatim ſcytalem, & angues. Eſt etiam Scytale genus ſecretioris epiſtolæ, quo ad res arcaniores utebantur Lacedæmonij: unde & Scytale Laconica appellata eſt. Id autẽ erat huiuſmodi. Imperatori ad bellum proficiſcenti Lacedæmonii ſurculum dabant teretem, alterumq; omnino ſimilem penes ſe retinebãt. Deinde ſiquid ſecretioris rei incidiſſet, in loro quodã tenui prius ad ſurculum adaptato, quod uiſum eſſet, præſcribebant. Illudq; minutum cõciſum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per ſurculum ſuũ circumplicato, literisq; coeuntibus, commode quod ſcriptum erat, perlegebat. Vide de hoc plura apud Gell. lib. 17. cap. 9.

SCYTHA, æ, uel Scythes, {Tartaro. Arioſt. can. 27. Riſpoſe alzando il Tartaro la fronte} (σκύθης) qui ex Scythia eſt. ut, Anacharſis Scythes, apud Cic. 5. Tuſcu. Sunt autem Scytharum alii Europæi, alii Aſiatici: de quibus uide latius in dictione Scythia.

SCYTHES (σκύθης) Plin. lib. 7. cap. 56. Iouis fuit filius, qui primus arcus, ſagittarumq; uſum reperiſſe dicitur.

SCYTHIA {Tartaria. Arioſt. can. 27 Di ſua man tutto il Re di Tartaria} (σκυθία) regio Septentrionalis latiſſima, in duas diuiſa partes, Europæam, & Aſiaticam, quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & Ponti Euxini litora, uſq; ad Iſtri oſtia expanditur. Aſiatica à limitibus oppoſitorũ litorũ in Oriẽtem procurrit, Oceano, à Septentrione, à Meridie Tauro terminata. Vtriuſq; uaſtæ ac prope innumeræ ſunt gentes, ad bella magis q̃ ad ullum humanitatis ſtudium idoneæ. Hominibus inter ſe fines nulli: neq; enim agrum exercent. nec domus illis ulla, aut tectum aut ſedes eſt, armẽta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſq; ſecum in plauſtris uehũt, quibus coriis, imbrium, hyemiſq; cauſa tectis pro domibus utuntur. Iuſtitia gentis ingeniis culta, nõ legibus. Nullũ ſcelus apud eos furto grauius. Quippe ſine tecto, & munimento pecora, & armenta habentibus quid ſaluũ eſſet, ſi furari liceret? Aurũ, & argentũ perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle ueſcuntur. Lanæ iis uſus, ac ueſtiũ ignotus. Et q̃q̃ continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut murinis ueſtiuntur. Hæc continentia illis morũ quoq; iuſtitiam dedit, nec alienum concupiſcentibus, quippe diuitiarũ cupido ibi eſt, ubi & uſus. Atq; utinã reliquis mortalibus ſimilis moderatio, & abſtinentia alieni foret, profecto non bellorum tantum per omnia ſecula terris omnibus continuaretur. nec plus hominũ ferrum, & arma, q̃ naturalis fatorum cõditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manſerunt. Darium regem Perſarum turpi à Scythia ſubmouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cum copiis uniuerſis deleuerũt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma. Gens & laboribus, & bellis aſpera. Vires corporum immenſæ. Dicta eſt autẽ Scythia, (ut placet Herod. lib. 4.) à Scythe quodam Herculis ex muliere ſemiuipera, fratre Geloni, & Agathyrſi. Hinc Scythicus, a, um, (σκυθικός) ut, Arcus Scythicus, Sagittæ Scythicæ, Mores Scythici. Scythicum tegmen. Cic. 5. Tuſcul.

SCYTHIVS, Scythia, thium, (σκυθικός) adiectiuum à Scythia deductum. Verg. lib. 3. Georg. At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda.

SCYTHON, onis, (σκύθων) nomen proprium uiri neſcio cuius, quem Poetæ fabulantur pro ſuo arbitrio modo in fœminam ſeſe commutaſſe, modo rurſus in uirilem formam rediſſe. Ouid. lib. 4. Metam. Quid loquar, ut quondam naturæ iure nouato Ambiguus fuerit modo uir, modo fœmina Scython.

SCYTHOPOLIS, (σκυθόπολις) urbs eſt in Decapolitana Syrię regione, nomen habens à Scythis in eã deductis, quũ antea à Liberi patris nutrice ibi ſepulta, Nyſa diceretur. Auctor Plin. lib. 5. cap. 18. Scytopolis autẽ ſine aſpiratione, (σκυτόπολις) Lidyę oppidũ eſt, ut ex Polyhiſtoris ſententia tradit Stephanus.

SCYTHOTAVRI, (σκυθόταυροι) populi Scythiæ, Tauricæ regionis iuga incolentes, qui (ut Solinus refert) pro hoſtiis aduenas cædere conſueuerunt. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

S ANTE E.

SE. (δια) præpoſitio eſt, ex earum numero, quæ q. extra compoſitionem non inueniuntur, inſeparabiles à Grammaticis dicuntur. Compoſita uero diuiſionẽ ſiue ſeparationem ferè ſignificat, quemadmodum δια, apud Græcos. ut, Separo, Seduco. Nonnunquam & priuationem, ſeu negationem: ut, Securus, quaſi ſine cura. Componitur autem cum dictione incipiente a c, ut Secedo: d, ut, Seduco: g, ut Segrego: i, ut Seiungo: l, ut Seligo: p, ut Separo: u, ut Seuoco. Eſt & Se, (αὐτὸν) pronomen reciprocum accuſatiui caſus, à genitiuo Sui. quod etiam cum ſeipſo componitur. Verg. 3. Eclog. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.

SEBASTE, es, (σεβαστὴ) Samariæ oppidum, ab Herode inſtauratum, & in honorem Auguſti Cæſaris ita appellatum, cum antea quemadmodum & regio ipſa, Samaria diceretur. σεβαστὸν enim Græci dicunt, quod nos Auguſtum. Vide Strabonem lib. 16. & Plin. lib. 5. Stephanus etiam alteram Sebaſten in Armenia collocat.

SEBASTIA. (σεβαστία) oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: de qua Plin. lib 6. cap 3.

SEBASTOPOLIS, (σεβαστόπολις) Ponti Cappadocii urbs Ptolem. lib. 5. cap 6.

SEBENNYTVS, (σεβέννυτος Stephano) urbs in Aegypto, ubi & palus, & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoq; Sebennitica, (σεβεννύτης νόμος) & Sebennyticũ Nili oſtium, (σεβεννυτικὸν στόμα) uocari cõſtat, quod in duo alia diuiditur ſcilicet in Saiticum, & Mendeſium, teſte Herod. lib. 2.

SEBETHOS, pen. pro. (σέβεθος) fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, amnis ferè uſum Neapolitanis præſtat. Papin. lib. 1. Sylua. Et pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius Vergilius, Statius, Colu. meminerunt: quod quidem nomen ſine r, litera procul dubio ſcribendum eſt, & ſi ſciam eſſe qui Sabethrus per r, legant. Teſtis eſt, ut alia omittam, tabella marmorea uetuſtiſſima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet, P. Meuius Eutyches ędiculam reſtituit Sebetho.

SEBINVS, pen. pro. (σεβῖνος) lacus Circumpedanæ regionis, è quo Lellius amnis naſcitur, teſte Plin. lib. 3 cap. 19. Hodie uulgus ipſum Lacũ Isei appellat.

SEBRITÆ, arum, (σεβρῖται) populi Aegypti, Nili inſulam incolentes, non procul à Meroe. Sebritæ dicti, quaſi aduenæ, eo q. Pſammitichichum regem fugientes, in Aethiopiam commigrarint. Vide Strabo. lib. 17.

SEBVM, bi, (στέαρ) idem quod ſeuum. Vnde Sebaceus, cea, ceum, (στεάτινος) quod ex ſebo, ſiue ſeuo confectum eſt. ut, Candela ſabacea. Inde Sebare uerbũ (στεατοῦν) id eſt, ſeuo obducere. Colum. lib. 2. cap. 22. Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare. Quid autẽ proprie ſit ſebum, ſiue ſeuum, & quomodo differat ab adipe & pingui, abunde ſupra explicauimus in dictione Adeps.

SECALE, neut. gene. pen. pro. {Segale, ſegala} frugis genus, tantum ad arcendã famem tenuiorum utile, fœcunda, ſed gracili ſtipula. Huic milium in Italia miſcetur, paniſq; fit melior. Galli, inquit Ruellius, una litera detrita Seclam uocant: de quo uide Plin. lib. 18. cap. 16.

SECAMENTVM, ti, lignum ſectile, aut quippiam ex ligno ſectili cõfectum. Plin. lib. 16. cap. 10. E dauciſo materia abieti pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcandulas, cupaſq;, & pauca alia ſecamenta.

SECEDO, is, pen. pro. ſeceſſi, ſum, {Partirſi, andar uia, uenir uia} (ἀναχωρέω, μεθίσταμαι) ſeorſum ab hominum frequentia recedo. Plau. in Amphi. Secede huc tu Soſia. Idem in Curcul. Fugite omnes, abite, & de uia ſecedite. Liui. 10. Bell. Maced. Poſteaquam ueniſſe eos nuntiatum eſt, ſeceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis. Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg. 8. Sed modo, quos habui, uacuos ſecedere in hortos. Hinc Seceſſus, & Seceſſio: de quibus infra ſuo loco.

SECERNO, is, ſecreui, ſecretum, {Spartire, diuidere, ſeparare} (ἀποτέμνω, ἀφορίζω, διακρίνω, ἀποκρίνω) diuido, ſeparo, diſcerno, ſegrego. Cic. Lucceio. Si a continentibus tuis ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumq; noſtrorum. Idem de Amic. Secerni autẽ blandus amicus à uero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, q̃ omnia fucata, & ſimulata à ſynceris, atq; ueris. Hora. in Arte. Fuit hæc ſapientia quondam, Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis. Secretus, ta, tum, particip. (ἀφωρισμένος) ſeiunctus, ſeparatus. Cic. 1. de Natu. Deo. Habent igitur ſuam ſphærã ſtellæ inerrantes ab æthera coniunctione ſecretam & liberam. Verg. 8. Aeneid. Secretoſq; pios. i. ab impiis ſeparatos. Interdũ idem eſt q. ſelectus. Quint. lib 9. cap. 3. Secretæ, & extra uulgarem uſum poſitæ, ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurem excitant, ita copia ſatiant. Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Col. lib. 9. cap. 4. Probatis apibus deſtinari debent pabulationes, eæq; ſint ſecretiſſimæ, ut noſter Maro præcipit, uiduæ pecudibus, aprico, & minime procelloſo cœli ſtatu. Secretũ, ti, pro ſeceſſu. Plin. Epiſt. 1. lib. 3. Quàm pulchrum illud, q̃ dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis? Aliquãdo ſecretum, (ἀπόρρητον) accipitur pro re arcana, quam nulli temere communicamus, ſed apud nos tacitam ſeruamus: ut, Secreta animi. Quint. lib. 11. cap. 1. Profert enim mores plerũq; oratio, & animi ſecreta detegit. Ouid. 2. Metam. Et legem dederat ſua ne ſecreta uiderent. Secretum locum dicimus, ſolum, & quaſi à cæteris ſeparatum. Cic. 2. de Legib. Loco publico, priuato'ue, celebri, an ſecreto, aliena ciuitate, an tua, in caſtris an foro dicas, intereſt plurimum. Secretio, onis, uerbale, ſeparatio, diuiſio. Cic. 1. Tuſcu. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

SECESPITA, interprete Feſto, culter eſt ferreus oblõgus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, iuncto ad capulum argẽto, auroq; fixo clauis æneis ære Cyprio: quo Flamines, Flaminis uirgines, Pontificeſq; ad ſacrificia utebantur: à ſecando dicta, τομὶς. Suet. in Tyb. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubiiciendum curauit. Idem alibi ſeceſpitam alii ſecurim alii dolabram æneam, alii cultellum putant.

SECESSIO, onis, {Partimento, comiato, partita, loco ſegreto, diuiſione} (ἀναχώρησις) idem q. ſeceſſus, id eſt, receſſio in locum ſecretiorem, aut minus frequentem. Hinc Seceſſionem ſubſcriptorum dixit Cic. pro Mur. pro ſecreta collocutione, quæ fit ſine arbitris, non ſine ſuſpicione conſpirationis. Etenim (inquit) ſeductiones teſtium, ſeceſſiones ſcriptorum animaduerti. In ciuitate item Seceſſio dicitur populi diuiſio in duas plures'ue partes. Idem pro Ligario: Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti, Cæſar, non bellum.

SECESSVS, ſus, (ἀναχώρησις) diſceſſus in locum ſolitarium, minus'ue frequẽtem. Hora. Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt. Nonnunquam locus ipſe ſecretior, & ab hominum turba, aſpectuq; remotus, ἐσχατιά. Verg. 1. Aen. Eſt in ſeceſſu longo locus. Plin. Epiſt. 13. lib. 2. Ille meus in urbe, Ille in ſeceſſu contubernalis, id eſt, in uilla. Seceſſus auium. Plin. lib. 10. cap. 29. Sed in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latere traduntur

SECIVIVM, inquit Feſtus, à ueteribus dicebatur libum, quod in ſacrificio ſeceſpita ſecabatur.

SECIVS, aduer. {Altramente, manco, piu tardamente} (ἧττον) quidam à ſecus deriuant, quidam à ſero. unde quandoq; ſumitur pro poſitiuo, quandoq; pro minus, uel tardius. Vergil. Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Accius Amphytrione, ut citat Feſtus: Si forte paulò q̃ dixi uenimus ſecius.

SECLVDO, is, pen. pro. {Serrare, chiudere} (ἀποκλείω) ſeorſum claudo. Cic. 1. Tuſcu. Nam qui ſe humanis uitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dediſſent, iis deuium quoddam iter eſſe ſeclulum à conſilio Deorum. Quandoque excludo. Verg. 1. Aen. Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas. Secludere uitam corpore, dixit Plaut. pro occidere.

SECLV-

SECLVSA SACRA,{*Segni,miſterii*}à priſcis dicebantur, quæ Græci μυςήρια appellant: ab eo,quod ſeparata,ac ſeorſum clauſa à nobis propter ſanctitatem aliquam eſſe debeant. Id genus ſacra Plin. appellat Opertanea,quòd in operto occulta ſint,ne oculis profanorum obuia polluantur.

SECLVSORIVM,rii,(ἀποκλεισμα) in quo aliquid ſeorſum concluditur. Varr. 3.de Re ruſt.cap.5. Cùm opus ſunt,ex hoc auiario, ut ſumuntur idoneæ, excluduntur in minuſculum auiarium, quod eſt coniunctum cum maiori oſtio,& lumine illuſtriore.quod Secluſorium appellant.

SECO,as,ſecui,ſectum,{*Tagliare,ſegare,ſpartire diuidere*}(τέμνω. κείρω)proprie excido. Colum. lib. 2. Quum ſecueris autem herbam medicam,ſæpius eam rigato. Plaut. Merc. Vel,ut ſcias me amare,cape cultrum,ſeca Digitum, uel aurem. Cic. de Orato. Atque iſti quidem cauſas in plura genera ſecuere. Vergil. 1. Aeneid. Pars in fruſta ſecant,ueribusq́ trementia figunt. Secare uiam,eſt celeriter proficiſci,tranſlatione ſumpta ab auibus,quę aerem inter uolandum diuidũt. Verg. lib 9. Ille uiam ſecat ad naues. Seruius exponit,id eſt,tenet. Accipitur itẽ Secare pro ſequi. Idem lib. 10. Quęcunque eſt fortuna hodie,quam quiſque ſecat ſpem.id eſt,ſequitur,tenet,habet. Sectus,a,um,part. Cic. 2. Tuſc. At uero C. Marius ruſticanus uir,ſed plane uir,cũ ſecaretur,principio uetuit ſe alligari: nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur ſectus. Legitur tamen participium futuri tẽporis Secaturus.pro ſecturus,apud Colu. lib. 5. cap. 9. Huius uerbi compoſita ſunt Cõſeco, Circumſeco, Deſeco, Diſſeco, Execo, Inſeco, Interſeco, Perſeco, Pręſeco, Proſeco, Reſeco,& Subſeco: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SECORDITER,ſiue Socorditer,(ῥαθύμως)ignauiter,negligenter. Inde Socordius,comparatiuum. Liu. 1. ab urb. Ab Albanis ſocordius res acta.

SECORS,& Socors,{*Pegro,tardo,negligente,poltrone,miſera*}(ῥάθυμος, ἐν μελλήσει μελλησμός)ignauus,ſegnis,tardus,uel negligens in conſulendo,meditando,proſpiciendo'ue quid opus ſit facto,quaſi ſine corde. Terent. in Adel. Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo. Cic. 1. de Nat deo. Cõtra quos Carneades ita multa diſſeruit, ut excitaret homines non ſocordes ad ueri inueſtigãdi cupiditatem. Col. lib. 1. cap. 1. Itaque iſtam uitam ſocordem perſequitur ualetudo. Vnde Secordia,& Socordia,(ἀσυνεσία, ῥαθυμία)ignauia,inertia ſegnities. Secordiam inquit Feſtus, quidã pro ignauia poſuerunt. Cato pro ſtultitia. Plaut. in Poen. Nimia nos ſecordia hodie tenuit. Terent. Andr. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiei,neque ſocordiæ.

SECRETO,{*Secretamente*}(ἀπορρήτως)clam,occulto,ſine arbitris. Plautus Amph. Mirum,quid ſolus ſecum ſecreto ille agit. Cic. Att. lib 7. Vbi Formias uenimus,& ab hora octaua ad ueſperum ſecreto collocuti ſumus. Interdum idẽ ualet quod ſeorſum,ſiue ſeparatim. Colum. lib 11. cap 2. His diebus cõmode inſtruuntur horti,de quibus ſuo loco dicam ſecretius, ne inter hãc quaſi turbam negligentius olitoria officia deſcripſiſſe uidear.

SECTA,æ,{*Setta,liga,maona*}proprie eſt ratio illa dogmatum, quam quis ſibi in Philoſophia imitandam propoſuit,& tuendã ſuſcepit. à ſectando (ut uolunt) dicta,quod plures primum opinionis cuiuſpiã auctorem ſequantur uel à ſectione(ut aliis placet)quòd quum omnes philoſophi dicãtur,ſcitorum tamen diuerſitate à ſe inuicem ſint diuiſi. Aliud enim de ſummo bono ſentiunt Stoici, aliud Academici,aliud Peripatetici,aliud Epicurei. Ci. 1. de Orat. Eſt autem ſecta diſciplina. ſeu certa quædam diſciplinæ formula,factio,ſtudium,ratio uitæ. Colu. lib 6. Quare antiquiſſimum eſt formam huius operis conſcribere,quam uelut ſectam legemq́ in proſcindendis agris ſequantur agricolæ. Cic. pro Cælio: Qui hanc ſectam, rationemq́ uitæ re magis, quàm uerbis ſecuti ſumus. Idem 2. de Natu. Deo. Omnis natura artificioſa eſt,quòd habet quaſi uiam quandam,& ſectam quam ſequatur. Hinc Conſectaneus,(ὁμόδοξος)qui eiuſdem ſectæ eſt. Auguſt. lib. 10. Ciu. Quanto humanius & tolerabilius conſectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

SECTARIVS VERVEX.qui gregem ouiũ præcedens,ducem ſe illis præbet. Plaut. in Capt. Qui Petroni nomen indunt ueruєci ſectario.

SECTILE,pen. cor.(τμητὸν)quod ſectum eſt, ſiue ſecari ſolet, aut ſectu facile eſt. Sectile porrum,(πράσον τμητὸν)idem quod ſectiuus, cuius folia identidem ſolo tenus ſecantur. Iuuen. Saty. 3. Quis tecum ſectile porrum Sutor,& elixi ueruecis labra comedit. Medulla ſectilis. Plin lib. 16. cap. 36 Ebur ſectile, Ouid. de Medicam. faciei.

SECTIO,onis,{*Diuiſione,parte bottino*}(τομή)actus ipſe ſecandi. Pli. 25. ca. 13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctionesq́, ne ſentiantur. Aliquando accipitur pro bonis damnatorum, aut etiam pro præda hoſtiũ, quæ ſub haſta uenditur. Cæſar Commen. 3. Poſtridie eius diei refractis portis, quum iam defenderet nemo,atque intromiſſis militibus noſtris. ſectionẽ eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit: id eſt, bona oppidi uendidit ſub haſta. Tacitus: Reliquias ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum conuerſas reuocatis ab exilio conceſſit. Hoc eſt,reliquias eorum bonorum,quæ Nero, dominis in exilium actis,fiſco uendicauerat.

SECTIVVS,a,um,pen. pro.(τμητός)quod ſectum eſt,aut ſectari ſolet:ut, Porrum ſectiuum,quòd folia eius ſæpius ſecantur.ut profundius creſcat. Duo enim ſunt porri genera: unum capitatum,alterum ſectiuum. Colum. lib. 11. cap. 3 Porrum ſi ſectiuum facere uelis, denſius ſatum præceperant priores relinqui & ita quum increuerit ſecari.

SECTOR,aris,{*Seguitare, andar dietro*}(παρακολουθέω) multum & continue ſequor. Plaut. in Ciſt. Anum ſectatus ſum clamore per uias. Cic. 4. Verrin. Prætorem per omnia fora ſectabatur. Proprie autem hoc uerbum(quod & Donat. annotauit) ad Philoſophorũ diſcipulos pertinet, qui præceptorem aſſidue comitantur,ut colloquio eius,& uſu eruditiores,eiq́ per omnia ſimiles euadant. Hoc reſpexit Gnato ille Terẽtianus in Eunucho: Ibi homo coepit me obſecrare, Vt ſibi liceret diſcere id de me,ſectari iuſſi, Tanquam philoſophorum habẽt diſciplinæ ex ipſis Vocabula paraſiti ita ut gnatonici uocentur. Sectari beluas, apros,ceruos,(διώκειν)eſt uenando conſectari perſequi,inueſtigare, perquirere, ſequi. Verg. in Bucol. 3. Eclog Si dũ tu ſectaris apros,ego retia ſeruo. Horat. 2. Serm Saty. 2. Leporem ſectatus equo'ue Laſſus ab indomito. Hinc Sectator, oris,uerbale,qui aſſidue aliquem aſſectatur. Cic. pro Muræn. Quid opus eſt ſectatoribus? Sectatores philoſophorum.id eſt,diſcipuli,qui ut aliquid ab iis addiſcant,ab eorum latere nunquam diſcedunt. Gell. lib. 2. cap. 2. Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis,ſedebat pro cubiculi ſui foribus. Huius compoſita ſunt Aſſector, Conſector,& Inſector,de quibus ſupra ſuis locis.

SECTOR,oris,{*Taglia legne ò altra coſa, compratori del bottino*} (κόπτης) uerbale eſt à ſecando deductum,cum ſignificans,qui aliquid incidit,aut diuidit: ut, Sector zonarius,(βαλαντιοτόμος)qui alterius zonã,aut marſupium incidit. Plaut. Trinum. Mira ſunt,ni illic homo eſt aut dormitator,aut ſector zonarius. Sectores iam dicuntur,qui ſpem ſui lucri ſecuti, bona damnatorum emebant in auctionibus,ac poſtea pro compendio uenditabant: quod eam ptã ſua proſequantur,dicti. Inde à Cice. 2. Philipp. M. Antonius ſector Pompeii appellatur,quoniam in ſubhaſtatione bona Cn. Pompeii redemerat. Cic. pro Roſc. Neſcimus per iſta tempora eoſdem ferè ſectores fuiſſe bonorum,& collorum? Item Sectores teſte Valla lib. 1. Eleg. ſunt accuſatores, qui ex damnatione accuſati, dimidium bonorum expectant,aut certam aliquã partem,& id perſequuntur. Budæus eos proprie dicit Sectores appellari poſſe,qui delationibus faciendis confiſcationes à principibus impetrant,ut homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant. Sectrix,uerbale,fœm. gen. eiuſdem ſignificationis. Plin. lib. 36. cap. 17. Vnde enim utricus Sylla,& Metella mater,proſcriptionum ſectrix?

SECTVRA,æ,{*Tagliatura*}(τομή)ipſa ſectio, ſiue ſecandi actio. Plin. lib. 37. cap. 8. Et uenatus quidem Callaidis tales ſectura formantur,aliàs fragiles. Secturæ item dicuntur fodinæ. ſiue cuniculi ſubterranei, in quibus metalla excidũtur. Cæſar Comment. 4. Quibus fortiter reſiſtentibus,uineas,turresq́ ſubegit: illi aliàs eruptione tentata,aliàs cuniculis ad aggerem, uineasq́ actis, cuius rei ſunt longe peritiſſimi Aquitani,propterea quod multis locis ærariæ ſecturæ ſunt.

SECVBO,as,pen. cor.{*Sederſi da un canto ſolo*}(ἀπομονοῦμαι) ſeorſum, ſiue ſolus cubo. Liu. 4. Deca. lib. 9. Per iocum adoleſcens uetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa ut uoto pro ualetudine ſua facto liberaretur. Secubitus,us,ipſe ſecubandi actus. Oui. 3. Amor. Eleg. 9. Qui tibi ſecubitus triſtes dea flaua fuiſſent: Has cogor ſacris nunc ego ferre tuis. Catul. Argo. Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ Secubitu, caros mittet ſperare nepotes.

SECVLA,{*Falce*}(δρεπάνη)pen. cor. falx, à ſecando dicta,ut ait Varr. lib. de Ling. Latin. 5. Hac utuntur qui in pratis herbas ſecant.

SECVLVM,ſeculi{*Secolo,età*}(αἰὼν, γενεά)ſiue à ſecando, ut quibuſdam placet,ſiue,ut alii malunt,ſequendo deducatur,abſque dipht. melius ſcribitur: producitq́ antepenultimam contra primitiui rationem. Eſt autem Seculum,idem ferè,quod hominis unius ætas. Feſtus interpretatur ſpatium centum annorum. Vnde carmen Horatii ſeculare dicitur,quo deſcribũtur ſacrificia, quæ cẽteſimo quoque anno fiebant. Id etiam colligi poteſt ex libro ſecundo Ciceronis de Orato. cum ait, Numam Pompilium duobus ſeculis Pythagoram præceſſiſſe, quẽ ex Liuii auctoritate conſtat ducentis annis fuiſſe ante Pythagoram. Sunt qui ſpatium triginta annorum ſeculum putent: Alii uero mille annos ſeculũ habere exiſtimant. Cic Bruto lib. 11. In multa ſecula uidebamus R.emp. liberatã, hoc eſt, in multum tempus,ſiue in multas ætates. Idem 6. Verr. Parietes quorũ ornatus tot ſecula manſerat. Seculum ſiue ſeclum, per ſyncopen, Lucretius pro genere uſurpat:ut, Serpentia ſecla, lib. 6. Naribus alipedes ut cerui ſæpe putãtur Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum. Idem lib. 3. Deſiperent homines,ſaperent fera ſecla ferarum. Sæpe etiam Seculum accipitur pro tempore. Cic. in Parad. Etiam ipſe fortaſſis in huius ſeculi errore uerſor. Aurea ſecula. Verg. 6. Aen. Auguſtus Cæſar Diuum genus aurea condet ſecula. Aſpera ſecula, Verg. lib. 1. Aen. Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis. Impia ſecula. Verg. 1. Georg. Impiaq́ æternam timuerunt ſecula noctem.

SECVLARIS,& hoc lare,quod centeſimo quoque anno inſtauratur: ut, Ludi ſeculares,qui ita inſtituti erant,ut non niſi centeſimo quoque anno fierent: quanquam poſtea principũ ambitione,minore ſpatio interiecto,ſæpius fuerint inſtaurati. In his ludis præco pronũtiare ſolet, Populum Romanum eos uiſurum eſſe ludos,quos nemo eius ætatis unquam uidiſſet,aut uiſurus eſſet poſthac. Pli. lib. 7. cap. 48. Minus miror Stephanionẽ,qui primus togatus ſaltare inſtituit,utriſq́ ſecularibus ludis ſaltaſſe.

SECVM,{*Con ſeco,ſeco*}(σὺν ἑαυτῷ)dictio compoſita ex ablatiuo Se, & prępoſitione Cum: notæ eſt ſignificationis. Cice. Attic. lib. 8. Quis autem eſt tanta quidem de re, qui non uarie ſecum ipſe diſputet? Verg quarto Aeneid. Ille meos, primus qui me ſibi iunxit, amores Abſtulit: ille habeat ſecum, ſeruetq́ ſepulcro.

SECVNDA CLASSIS,(δεύτερον τίμημα)in cenſu Seruii Tullii Romanorum regis, dicebatur ea pars populi, quæ æris L X X V. M. aut eo amplius, intra tamen centum millia, in cenſum deferebat: iiſdemq́ armis utebatur, quibus prima claſſis,præter loricam,& clypeum,cuius loco ſcuto utebantur. Vide Liuium lib. 1. ab urbe condita.

SECVNDÆ MENSÆ, (τραγήματα) dicuntur fructus, cæteraq́ bellaria quæ ſublatis carnibus ſecundo loco apponũtur. Quæ nominis ratio inde ducta eſt,quod antiqui,menſas appellabant ipſos diſcos,ſiue quadras, quibus epulæ in conuiuium inferebantur. Verg. 2. Georg. Non ego te diis & menſis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Tum penſilis uua ſecundas Et nux ornabat menſas,cum duplice ficu. Legitur & Secunda menſa,in ſingulari num. Cic. Att. lib. 14. Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecũda menſa. Pli. lib. 9. cap. 35. Inferri menſam ſecundam iuſſit.

SECVNDÆ,arum,{*Secondine*}(τὰ χόρια, ὕστερα) membrana illa qua partus obuolutus ex utero prodit: dictæ quod naſcentem infantem ſequantur. Pli. Braſſicæ ſuccus contra ardorem febrium facit & ſtomachi uitia, & ad ſecundas.

SECVNDANI,(οἱ ἐκ τῆς δευτέρας τάξεως στρατιῶται)dicebantur ſecundæ legionis milites, ſicut Primani, primæ legionis. Liu. 4. Bell. Maced. Dũ repetunt ereæ ſignum, priores ſecundani ſe poſtea eiecere Et paulo poſt, Secundani terga hoſtium cædunt, cæteri caſtra diripiunt. Plin. lib. 3. cap. 4. In media colonia Arelate ſextanorum, Bliteræ ſeptimanorum, Arauſio ſecundanorum.

SECVNDARIVS,a,um, {*Secondario, da la ſeconda uolta*} (δευτερεῖος) quaſi ſecundi ordinis ut, Panis ſecundarius, (ῥυπαρὸς ἄρτος) .i. uulgaris & ſordidus, ut qui confectus ſit ex farina, ex qua Pollinis pars ante ſit excuſſa. Sueton. in Auguſt. Cibi minimi erat,atq́ uulgaris ferè. ſecundarium panem, & piſciculos minutos maxime appetebat. Hic etiam ſecundus dicitur. Horat Paſti ſiliquis,& pane ſecundo Legimus & Secundarium neut. gen pro ea parte farinæ, ex qua conficitur panis ſecundarius. Plin. lib. 18. cap 9. Iuſtum eſt è grano Cãpanæ,quam uocant Caſtratam è modio redire ſextarios quatuor ſiliginis, uel è

gregali ſine caſtratura ſextarios quinque. Præterea floris ſemodium, & cibarij (quod Secundariam uocant) ſextarios quatuor, furfuris ſextarios totidem. Ponitur aliquando pro proximo, & ſecundo. Cice. 2. de Inuent. In hoc autem loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit alii nemini cauſam fuiſſe faciendi ſecundarium, ſi tantam, ſi tam idoneam neminem. Idem de Clar. Orat. Qu. Arrium M. Craſſi ſecundarium appellat, hoc eſt, ſecundum, à M. Craſſo eloquentiæ locum obtinentem. Idem (inquit) faciebat Qu. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius.

SECVNDO', aduerb. {*Secondamente, ſecondariamente*} (δεύτερον) ſecundo loco, ſecunda uice, iterum, rurſus. Cic. Att. ſemel hominem allocutus fueram. an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.

SECVNDO as, {*Proſperare, far andar à ſeconda*} (εὐοδίζω) proſpero, proſperum reddo. Prop. Iam liquidum nautis aura ſecundat iter. Verg. 7. Aene. Dii noſtra incepta ſecundent. Ouid. Epiſt. 13. Blandaq; cōpoſitas aura ſecūdet aquas. Hinc Obſecundo, as, de quo alibi.

SECVNDVM, {*Secondo, appreſſo*} (κατὰ) præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiēs, idemq; ſignificans quod iuxta. Cic. 6. Verr. Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. Interdum idem ualet quod Poſt μετὰ. Seruius Sulpitius ad Ciceronem lib. 4. Duo uulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Quintil. Nam quod unum mihi ſecundum patrem, fortuna uidebatur paraſſe præſidium, id ego ſperare in alia ſorte non poteram. Cic. 1. Offic. Proxime autem & ſecundum deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Interdū idem ualet quod Pro: ut, Prætor ſecundum me decreuit, id eſt, pro me. Cice. pro Q. Roſcio. Secundum nos iudicari uolumus. Item Attic. Quiſque eorum ſecundum cauſam noſtram iudicauit. Aliquando Iuxta, Secundum quietem: id eſt, in quiete. Suet. in Auguſt. Affirmabat ipſum eſſe, cuius imago ſecundum quietem ſibi obſeruata ſit. Aliquando Super ſiue De, περὶ. Salluſt. in Iugurt. Secundum ea, ut deliberetis, &c.

SECVNDVS, a, um, {*Secondo*} (δεύτερος) qui immediate ſequitur primū: & tam numeri, quam dignitatis ordinem denotat. Cic. in Orat. Quoniam id ſecundum erat de tribus. Verg. 12. Aene. Turnus ego, haud illi ueterum uirtute ſecundus. Hirtius 4. Bell. Alexand. Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos eius deæ maieſtate imperio, & potentia ſecundus à rege conſenſu gētis illius habeatur. Per tranſlationem ponitur pro proſpero, (εὐήμερος) ut, Secunda fortuna (ἀγαθὴ τύχη) id eſt, proſpera, quod uel conatus noſtros ſequatur, uel quod nobis obſequatur. Verg. 9. Aen. Tantum fortuna ſecunda. Aut diuerſa cadat. Sic res ſecundæ, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur. Verg. 10. Aen. Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futuræ, Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis. Ventus ſecundus, (οὔριος) qui à puppe ſequitur. Verg. 4. Aene. Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos? Secundo flumine nare, ſiue nauigare, hoc eſt, in eam partem, in quam flumen decurrit. Ouid. 4. de Pont. Sed flumine ſæpe ſecundo, Augetur remis curſus euntis aquæ. Verg. 3. Georg. Miſſusq; ſecūdo defluit amni. Secundis auribus aliquid accipere: id eſt, beneuolis, clementibus. Liu. Omnia'ne ſemper quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus, quæ ab noſtrum aliquo dicentur, aduerſis accipietis? Secundo lumine, pro ſecundo die, poſuit Cic. ad Att. lib. 7. Epiſt. 144. Secundo populo philoſophiam uituperare, dixit idem Cic. 2. Tuſc. id eſt fauente, & non repugnante.

SECVNDVS, philoſophus fuit Athenienſis, quem aliqui Epithyrum uocant, quod architecti filius fuerit, multæ quidē doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis æmulusq; Herodis Attici. qui illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cauſſatus eſt, Figulus æqualem exagitat, tum rhetora tector. Nihilominus tamen ſenem poſtea mortuum, & epicedio & lacrymis honorauit. Ex Philoſtrato. Secundus alter Tridentinus, uir ſanctus, Agilulphi regis Longobardorum tempore, ſcripſit breuiter Longobardorum hiſtoriam. Auctor Paulus Forouilienſis. Etiam hoc illuſtris Veronenſis familiæ cognomen, ex qua fuit Plin. Secundus Naturalis hiſtoriæ ſcriptor.

SECVRIS, huius ſecuris, {*Scure, manara*} (πέλεκυς) inſtrumentum ad ſecanda ligna: quaſi ſemiquiris, ut inquit Seruius, uel, ut ueriſimilius uidetur, a ſecando. Verg. lib. 11. Aeratam quatiens Tarpeia ſecurim. Cic. 3. Verr. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in uinculis necauit. Verg. 6. Aen. Conſulis imperium hic primus, ſæuasq; ſecures Accipiet. Luc. lib. 7. Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures. Huius inſtrumēti inuentrix fuit Pentheſilea Amazon, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Vnde & Amazones Securigeræ à poetis dictæ ſunt. Secures item magiſtratuum inſignia erāt, uirgarum faſciculo loro illigatæ. Cic. 6. Verr. Quamobrem faſces Prætoribus præferuntur, cur ſecures datæ? Infligere Reipu. ſecurim, per tranſlationem dixit Cic. pro Plancio: pro eo quod eſt uehementer lædere, uel grauiter ei officere. Idem pro Muræna: Quam te ſecurim putas iniecitſſe petitioni tuæ? Id eſt, quantum detrimenti putas te attuliſſe tuæ petitioni? quaſi dicat, Omnem petitionis ſpem quaſi ſecuri præcidiſti.

SECVRICLA, clæ, ligneum retinaculum, quod Suſcus, ſiue Subſcus dicitur: quo duo ligna inter ſe tenaciſſimè uinciunt. Vnde Securiclati cardines apud Vitruu. libro decimo. Noſtri, inquit Budæus, ut arbitror, Hirundinum caudas appellant.

SECVRICVLA, læ, {*Picciola ſcure, manara*} (πελεκύδιον) exigua ſecuris. Plinius libro 18. cap. 19. Securiculam ruſticam pendere qua intercidantur radices.

SECVRIDACA, (πελεκῖνος) herba eſt ciceris foliis, puſilla, folliculos habens corniculorum modo aduncos, & in iis ſemen rufum, ſecuriculæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen inuenit. Naſcitur in hordeo, & tritico quæ & amplexu ſuo non raro enecat. Alio nomine Hedyſarum dicitur. Apud Gallos uaria ſortitur nomina, aliis Fabam lupinam, aliis Erbum, aliis Grauum appellantibus.

SECVRIFER, ra, rum, (πελεκυφόρος) qui fert ſecurim. Ouid. 12. Metam. Quinque neci Cæneus dederat, Styphelumq;, Bromumq;, Antimachumq;, Helimumq;, ſecuriferumq; Pyracmon.

SECVRIGER, ra, rum, (πελεκυφόρος) idem quod ſecurifer. Ouid. Epiſt. 4. Prima ſecurigeras inter uirtute puellas Te peperit, nati digna fauore parens. Silius lib. 16. Hic fera gentis More ſecurigera miſcebat prælia dextra.

SECVRITAS, tatis, {*Sicurtà, ſecurezza*} (ἄδεια, ἀσφάλεια, ἀθυμία) tranquillitas curæ, anxietatis, & periculi expers. Cic. de Amic. Caput eſſe ad beatè uiuendum ſecuritatem, qua frui nō poſſit animus, ſi tanquam parturiat unus pro pluribus. Plin. Epiſtol. 332. Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita uidendum ne multorum ſecuritas ſubruatur. Philoſophi definiunt Securitatem, rectam eſſe placidamq; animi conſtitutionem, malorum impendentium cura uacantem.

SECVRVS, a, um, {*Sicuro*} (ἀφρόντις, ἄθυμος, ἀσφαλής) tranquillus, cura, & anxietate uacans, quaſi ſine cura. Et differt à tutus. quòd Securus dicatur is, qui non timet, etiam ſi immineat periculum. Tutus autem is, qui eſt extra periculum, quamuis etiam timeat. Cic. Planco lib. 10. Si Africanæ legiones celeriter uenerint ſecuros nos ab hac parte reddemus. Ouid. 1. Metamor. Mollia ſecuræ peragebant otia gentes. Aliquando Securus, (ὀλίγωρος) capitur pro contemptore, incurioſo, & negligente: tuncq; regit genitiuum. Vergil. 1. Aeneid. Securus amorum Germanæ. Quintil. lib. 8. In quod ſæpe etiam incidit Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis. Lucan. lib. 1. Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit. De Leone.

SECVS, {*Dietro, altrimenti*} (παρὰ) cum datiuo aliquādo præpoſitio eſt, idem ſignificans quod iuxta: ut, Secus decurſus aquarum ſeruntur ſalices. Aliquando eſt aduerbium, & ſignificat aliter, (ἄλλως) præſertim quando non, uel haud, ſecum comites habet. Verg. 2. Aeneid. Haud ſecus Androgeos uiſu tremefactus abibat.

SED, {*Ma*} (ἀλλὰ) coniunctio eſt diſcretiua, ſiue aduerſatiua. Cic. de Orat. Non de præſtanti quadam & eximia, ſed prope de uulgari, & communi prudentia diſputo. Aliquando incipientis particula eſt, aut certè ad diuerſa tranſeuntis. Terent. in Andr. Sed Pamphilum uideo. Iungitur aliquando cum Autem. Plaut. in Rud. Sed autem quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam ſacram urnam Veneris? Aliquando cum Vero. Cic. 7. Verr. O' præclarum imperatorem, nec iam cum M. Aquilio fortiſſimo uiro, ſed uero cum Paulis, Scipionibus, &c. Ponitur Sed aliquando pro Sed etiam. Cic. pro Milon. Obliti eſtis non modo inimicorum Milonis ſermones, ſed nonnullorum imperatorum.

SEDATE', {*Placidamente, quietamente*} (καθεστηκότως, ἡσύχως, πρᾴως) placide, quiete, tranquille, & citra commotionem. Cicero in Orato. Cuius oratio, cum ſedate placideq; loquimur, &c. Placide, & ſedate ferre dolorem, idem 4. Tuſcul.

SEDATVS, a, um, nomen ex partic. {*Acquetato*} (ἥσυχος, καθεστώς, πρᾶος) tranquillus, quietus, minime præceps. Vergil. 12. Aeneid. Olli ſedato reſpondit corde Latinus. Cic. Attic. lib. 8. Hæc ſcripſi ſedatiore animo, quàm proxime ſcripſeram. Horat. in Epiſt. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatū celeres.

SEDATIO, onis {*Moderatione*} (κατάστασις, πράϋνσις) moderatio, placatio. Cicero primo Offi. Temperantia & modeſtia, omniſq; ſedatio perturbationum animi.

SEDENIM, {*Ma per*} (ἀλλὰ γὰρ) aduerſatiua particula, quandā etiam probationis uim habens adiunctam. Verg. 1. Aeneid. Hoc regnum Dea gentibus eſſe, Si qua fata ſinant, iam tum tenditq; fouetq;. Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces. Accipitur & pro Autem, ſiue Vero. Cic. pro Arch. Poeta: Statim Luculli, cum prætextatus etiā tum Archias eſſet, eum domum ſuam receperunt. Sed enim hoc non ſolum ingenii ac literarum, uerumetiam naturæ atque uirtutis, ut domus, quæ huius adoleſcentiæ prima fuerit, eadem eſſet familiariſſima ſenectuti. Aliquando pro Etenim, ſiue Certe. Plaut. Curcul. Sed enim nequeo durare, quin herum accuſem meum.

SEDENTARIVS, ria, rium, (ἑδραῖος) quod ſedendo fit: ut, Ars ſedentaria, quæ ſedendo exercetur: quam & Sellulariam uocāt. Opera ſedentaria, quæ fit à ſedentibus. Colu. lib. 12. cap. 3. Neque enim ſedentaria eius opera, ſed modo ad telam debebit accedere, modo eos, qui cibum familiæ, conficiunt, uiſere. Sedentarii, qui ſedendo opus faciunt: ſicut ſutores, ſartores, & id genus alii. Plaut. in Aulul. Calceolarii, ſedentarii, ſutores.

SEDEO, des, ſedi, ſeſſum, {*Sedere, ſentare, ſtar à ſedere, ſtar aſſentato*} (κάθημαι, καθίζομαι, καθίζω) notæ ſignificationis uerbum eſt, cuius antitheta ſunt Sto & Ambulo. Cic. 2. de Diuin. Cum uirgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. Plaut. Sticho: Si non ubi ſedeas, locus eſt, at eſt, ubi ambules. Dicimus autem Sedeo ſuper equū, Sedeo equo, & Sedeo in equo. Quin. An ſit credibile, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruū? Cic. de Orat. In ſolio ſedens domi. Idem 2. de Fin. Sedere in ſolio ornatu regali. Martial. lib. 5. Epig. Vno credis equo poſſe ſedere duos? Liu. 9. Bell. Pun. Notati ſeptem, nemo tamen, qui ſella curuli ſederit. Sedere in ouis, pro incubare. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypus fœmina modo in ouis ſedet: modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Aues quoq; ſedere dicuntur, cum arbori, tecto, aliiue rei inſiſtentes, nō mouentur. Verg. 12. Aen. Alitis paruæ ſubito collecta figuram. Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras. Aliquando ignauiā, ceſſationemq; denotat. Cic. Att. Quid enim? ſedere totos dies in uilla iſta? Verg. 11. Aeneid. Sedeant, ſpectentq; Latini. Terent. in Adelph. An ſedere oportuit Domi uirginem tam grandem? Aliquando Sedere ponitur pro placere: & tunc cum datiuo conſtruitur. Vergil. 5. Aeneid. Idq; pio ſedet Aeneæ, probat auctor Aceſtes. Aliquando pro manere, immorari. Cic. lib. 9. Epiſt. Si uenti eſſent, nos hic Corcyræ non ſederemus. Liu. lib. 2. Bell. Pun. Id horreum fuit Præſidium Pœnis ſedentibus ad Trebiam. Aliquando ſedere eſt conſilium capere, conſiderare, ut apud Verg. 2. Aen. Celſa ſedet Aeolus arce. Et 9. Aene. Turnus ſecreta ualle ſedebat. Plaut. Sine iuxta aram ſedeam, & dabo meliora cōſilia. Item ſecundum Augures, Sedere, eſt augurium capere. Nam poſt deſignatas cœli partes, à ſedentibus captantur auguria. Veſtis itē ſedere dicitur, quæ apta eſt. Quint. Nā & ita ſedet melius toga & continetur. A' qua loquendi conſuetudine ſumpta tranſlatione, Imperium humeris alicuius bene ſedere dicimus, quod illi probe conuenit, & ab illo pro dignitate recte ſuſtinetur. Plin. in Panegy. Cum abūde expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperium. Sedens lactuca, pro ſeſſili. Martial lib. 10. Epig. 48. In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum. Huius uerbi compoſita ſunt, Aſſideo, Conſideo, Circumſedeo, Diſſideo, Deſideo, Inſideo, Obſideo, Præſideo, Reſideo, Subſideo, & Superſedeo, in quibus ſyllaba ſi corripitur. Significata uide ſuis locis.

SEDES, huius ſedis {*Sedia, ſede, luoco da ſedere, cadrega, ſcagno, ſegio*} (ἕδρα, θᾶκος)

ἕδρα)ſella in qua ſedemus. Plin in Panegy. Iandudum illi radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. Interdum ponitur pro habitatione, uel domicilio: idq́; tam in ſingulari, quàm in plurali numero. Cicer. de Prouinc. Conſul. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquam hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet. Verg. 1. Aeneid. Hic tamen ille urbem Patauı, ſedesq́; locauit Teucrorum. Cæſar: Creſcente enim populi multitudine, mutare ſedes ſtatuerunt. Interdum ponitur pro ſepulcro. Verg. 6. Aeneid. Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. li. 23. Cinis ſarmentorum, uitiumq́; & unaceorum condylomatis, & ſedis uitijs medetur. Sedes luxuriæ, per tranſlationem, pro loco, in quo maxime uiget luxuries. Cic. contra Rull. Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ collocati.

SEDICVLA, {Sedietta} (ἑδράριον) parua ſedes: ſicut Aedicula, parua ædes: quanquam non deſunt, qui Sedecula ſcribendum contendant: quo pacto etiam legitur apud Cice. in Epiſtol. ad Atti. lib. 4. Maloq́; in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, &c. Valla tamē putat omnino Sedicula eſſe ſcribendum per tertiam uocalem.

SEDIGITVS, ti, (ἑξαδάκτυλος) ſenos habens in manu digitos. Unde & Volcatius Poeta Sedigitus, & C. Horatii filiæ Sedigitæ ſunt cognominatæ. Plin. lib. 11. cap. 43 Digiti quibuſdam in manibus ſeni. C. Horatii ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium Sedigitum illuſtrem in poetica.

SEDILE, lis, pen. cor. {Sedia cadrega} (ἕδρα. θρόνος) ſedes, ſubſellium, ſcamnum ad ſedendum aptum. Pli. Epiſt. 101. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore. Verg. 1. Aene. Intus aquæ dulces, uiuoq́; ſedilia ſaxo.

SEDIMENTVM, ti, (ὑπόστασις) quod in re aliqua ſubſidit. Unde craſſiorē urinæ partem in fundo matulæ ſubſidentem, Medici Sedimentum appellant.

In ædificijs quoque Sedimentum dicitur ipſa ſubſeſſio, cum. ſ. ob fundamenti infirmitatem ædificium ſubſidit. Plin. lib 36. cap. 10. Sine inundationibus Tyberis ſedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impoſitæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamenta.

SEDITIO, onis, {Seditione, diſcordia} (στάσις) à Se, hoc eſt, ſeorſum, & Itio, compoſitum. Cice. lib. 6. de Repub. docet ſeditionis proprietatem à diſſenſione ciuium dictam eſſe, quod ſeorſum eant alii ad alium. Eſt enim propriè, quum populo diſcordante itur ad manus: qualem deſcribit Verg. lib. 1. Aeneid. Ac ueluti magno in populo quum ſæpe coorta eſt Seditio, ſæuitq́; animis ignobile uulgus: Iamq́; faces, & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat. Similiter Seditio in exercitu dicitur, in claſſe, in campo, & ubicunque eſt multitudo hominum aduerſus duces, magiſtratusve arma capientium, uel imperium detrectantium. Ouid. 12. Metam. Seditioq́; recens, dubioq́; auctore ſuſurri. Dicimus autem Latine eleganterq́; Concitare ſeditionem, Facere ſeditionem, Commouere ſeditionem, Oriri ſeditionem, Sedare ſeditionem.

SEDITIOSVS, ſeditioſa, um, {Seditioſo, diſcordeuole, ſcandoloſo} (στασιώδης) proclinis ad ſeditionem. Cice. 3. Verr. Malus ciuis, improbus Conſul, ſeditioſus homo. Cn. Carbo fuit. Hinc Seditioſe, aduerbium, (στασιαστικῶς) per ſeditionem, aut more ſeditioſorum Cice. pro Cluent. Quæ concionibus ſeditioſe concitatis accommodatior eſt, quàm Tranquillis moderatisq́; iudiciis. Idē ad Attic. lib. 2. Multa cum ſeditioſiſſime diceret, uocem exprimere non potuit.

SEDO, das, {Sedare, aſſettare, mitigare} (παύω, καταστέλλω, πραΰνω) mitigo, placo, lenio, remoueo, fræno, extinguo. Salluſt. Catil. Nanque animus impurus, diis hominibusq́; infeſtus, neque uigilijs, neque quietibus ſedari poterat, ita conſcientia mentem excitatam uexabat. id eſt, pacari. Lib. 4. ad Heren. Et ſic ſitiens quàm maxime loquatur, neque habeat, qui ſitim ſuam ſedet. id eſt, extinguat. Dicimus præterea Sedare arrogantiam, bellum, controuerſiam, diſcordias, infamiam, iram, laſſitudinem lites, mentes commotas, motus animi, miſerias, pauorem, tempeſtatem, tumultum: quorum omnium exempla in probatiſſimis quibuſque auctoribus nuſquam non ſunt obuia. Cice. 2. in Catil. Atque hæc omnia ſic agentur Quirites, ut res maximę minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum, me uno togato duce & imperatore ſedetur. Sedare, & Incendere, contraria. Cice. 3. de Legib. At aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur. Hinc quoque Sedatus participium, ſiue nomē ex participio: item Sedate, aduerbium, & Sedatio, uerbale: de quibus ſupra ſuis locis.

SEDVCO, is, pen. pro. {Far gir de la uia, ingannare trauiare dal dritto ſentiero} (ἀπάγομαι) propriè ſeorſum duco ab aliis, quaſi de rebus aliquibus loquuturus. Terent. in Hecy. Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Cic. Attic. libr. 2. Cum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius, ait ſe nihil contradicere. Plaut. in Aulul. Eō nunc ſecreto te huc foras ſeduxi. Cice. libr. 1. Tuſcul. Quæſt. ad animum tranſtulit, inquiens. Quum à negotio omni ſeuocamus animum, quid, inquam tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeq́; à corpore ſeducimus? Accipitur & in malam partem pro decipio, & in fraudem induco, Terent. in Andr. Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas?

SEDVCTILIS, penul. corr. (εὐεξαπάτητος) qui facile ſeduci, id eſt, decipi poteſt.

SEDVCTIO, nis, {Seduttione} uerbale à Seduco, ſignificans abductionem à turba. Cice. pro Muræna. Mœſtos amicos, obſeruationes, ędificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

SEDVCVLVM, li, quaſi ſudaculum dictum, genus flagelli eſt, quod uapulantes ſudare faciat. Feſtus.

SEDVLO, {In uero} (ἐπιμελῶς, ἐντεχνῶς) aduerbium inſtanter, diligenter, & ſimpliciter, quaſi ſine dolo, ut inquit Nonius. Plaut. in Aulul. Nam nunc cum celo ſedulò, ut omnes neſciant, Omnes uidentur ſcire. Terent in Phorm. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. Id eſt, ſimpliciter, inquit Donatus. Idem in Hecy. Non clam me eſt, mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam Propter meos mores hinc abiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulo.

SEDVLVS, a, um, pen. cor. {Diligente, afficioſo} (ἐπιμελής, ἀκριβής) diligēs, officioſus, intentus. Ci. de Clar. Orat. Eloquentes uidebare, non ſedulos uelle conquirere. Tib. li. 1. Eleg 3. At tu caſta precor maneas, ſanctiq́; pudoris Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus. Ouid. 1. de Remed. amor. Nec deſint comites ſedula turba canes. Hinc Sedulitas, (ἐπιμέλεια) pro inſtanti & fideli officio, ac diligentia. Cice. ad Atticum lib. 11. Quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ, & beneuolentia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. Ouid. 10. Metam. Senſimus (inquit) amas. & in hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi Sedule, aduerbium, (ἐπιμελῶς) idem quod Sedulo. Colum. lib. 9. cap 9. Semper quidem cuſtos ſedule circumire debet aluearia.

SEDVM, ſedi, (ἀείζωον) herba perpetuò uirens: unde etiam Sempervivum appellatur. Plin. lib. 18. cap 17 Democritus ſucco herbæ, quæ appellatur Aizoon, in tegulis naſcens, tabulisve. Latine uero Sedū, aut Digitellum, medicata ſeri iubet omnia ſemina. Colum. lib. 2 cap. 9. Id ne fiat, remedio eſt mixtus ſuccus herbæ, quam ruſtici ſedum appellant. Duo autem Sedi ſunt genera, quorum alterum in tectis ferè & ſuggrundiis naſcens quod folia habeat latiora, Sedum maius appellant. Vulgus Iouis barbam nominat. Alterum in petris & parietinis prouenit, à Latinis Sedum, ſiue Sempervivum minus dictum. Græci quia quotānis ter floreat, τρίανθες cognominarunt. Vulgus à foliis uermiculorum ſimilitudinem referentibus, Vermicularem nominat.

SEGES, huius ſegetis, {Frua biada in herba, ſegete} (ἄρουρα) propriè fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa, ut ait Valla libr. 4. cap. 24. Plin. lib. 18. ca. 17. Si in articulum ſeges ire cœperit, runcare remedium eſt, ne herbæ uincant. Et paulo poſt: Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris, in herba duntaxat. Verg. 1. Georg. Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus ariſtis, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Horat. 2. Epiſt. 2. Et uillicus orbi Cum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus, Te dominum ſentit.

Seges per tranſlationem: ut Seges ſtimulorum, apud Plaut. in Aulul. Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges? Ferrea ſeges telorum. Verg. 3. Aeneid. Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis. Clypeata ſeges uirorum Ouid 3. Metam or. Seges, ac materia gloriæ. Cice pro Milone: Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem, atque materiem ſuæ gloriæ? Quandoque accipitur pro ipſa humo iam ſubacta, & ſata. ἀγρός ... Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 29. Seges dicitur, quod aratum & ſatum eſt: Aruum quod aratum, nec ſatum eſt. Noualis ubi ſatū fuit ante, quàm ſecunda aratione renouetur. Verg 2. Georg. Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora ſenſit. Plin. lib. 18 Segetes quæ interquieuere, fundunt roſam odoratiorē, ſatiua adeo terra non ceſſat parere. Seges quoque aliquando de leguminibus dicitur. Colum lib. 2. cap. 14. Quod prædictorum leguminum ſegetibus ſtercorat.

SEGESTA, æ, (Ἔγεστα Ptolemæo) oppidum eſt peruetus (inquit Cic. 6. Verr.) in Sicilia quod ab Aenea fugiente à Troia, atque Italiam ueniente, conditum fuit, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominauit. Sed deīn præpoſita eſt ei litera S, ne obſcœno appellaretur nomine. Plin Egeſtam uocat lib. 31. cap. 6.

Eſt & Segeſta altera in Liguria, Tigullorum caput, teſte Plin. lib. 3. cap. 5.

Fuit & alia in Venetia, non procul à Timauo fluuio: cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 19. Fuit & Segeſta quædam in citeriore Hiſpania, à qua Segeſtani populi, qui Carthaginienſi conuentui attribuuntur à Plin lib. 3 cap. 3.

SEGESTA, ut apud Plinium legitur, ſiue, ut aliis placet, Segetia, deæ nomen, à ſegetibus, quibus præeſſe putabatur tractum. Plin. libr. 18. cap. 2. Seiam à Serendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in circo uidemus.

SEGETIA, nomen Deæ, quam Romani uenerabantur, ut lætas ſegetes facerent cuius meminit Macrob. lib. 1. Saturn. Plin. lib. 18. cap. 2. Segeſtam appellat.

SEGMEN, inis, {Tagliamento} (τομή) idem quod ſegmentum. i. quod à re aliqua reſecatur à quo fiunt Præſegmen, & Reſegmen. Pli. li. 13. cap. 12. Segminibus utrinque amputatis. Gell lib. 10. ca. 15. Unguium Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur. Hinc Præſegmen, & Reſegmen, compoſita: de quibus ſupra ſuis locis.

SEGMENTA, rum, {Tagliamenti, diuiſioni} (ἀποτμήματα) propriè ſegmina, & ramenta quæ à re quapiam reſecantur. à ſecando, quaſi ſecamenta, c, in g, mutata. Plin. li. 36. de ratione ſecandi marmoris loquens. Craſſior arena laxioribus Segmētis terit, & plus erodit marmoris. Hinc etiam partes, & (ut ita dicam) membra mundi in quæ uniuerſa terra digeritur (quæ noſtri Circulos, Græci Parallelos appellant, & climata) Segmenta dicuntur. Plin. lib. 6. cap. 33 Plura, autem ſunt ſegmenta mundi Principium habet Indię pars uerſa ad Auſtrum, patetq́; uſque ad Arabiam, & Rubri maris accolas. Segmenta item dicebantur minuta auri, & purpuræ, alteriusve materiæ ſegmina, ex quibus uermiculatim compoſitis pretioſiſſimę conficiebantur ueſtes, quæ Segmentatæ dicebantur: quanquam non raro pro ipſis etiam ueſtibus Segmenta poſita legamus.

Ouid 3. de Art: Quid de ueſte loquar? non iam ſegmenta requiro: Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. Val. Max. Datum eſt mulieribus, ut ſegmenta aurea geſtarent. Iuuen. Saty. 2. ſegmēta enumerata inter nubentium ornamenta. Segmenta (inquit) & longos habitus & flammea ſumit Arcano qui ſacra ferens nutantia loro Sudauit clypeis ancilibus. Non deſunt tamen, qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

SEGMENTATVS, a, um, {Ricamato} ſegmentis uariegatus: ut, Veſtes ſegmentatæ: de quibus iam egimus. Segmentatæ cunæ, quæ confectæ ſunt ex tenuiſſimis ſegmentis diuerſorum colorum, et quoddam quaſi uermiculato emblemate pictæ. Iuuen. Sat 6. Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. Quanquam non deſunt, qui Cunas ſegmentatas ibi intelligant, ueſte ſegmentata tectas.

SEGNIS, huius ſegnis, & hoc Segne, {Pegro, tardo, poltrone} (ἀργός, ῥάθυμος, νωθρός) tardus, ignauus, quaſi ſine igne. ſicut contra, Ardens pro ſolerti, diligenti, & moræ omnis impatienti. Verg. lib 3. Aene. Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Explorat uentos. Cice. ad Attic. libr. 8. Ego ſi cui adhuc uideor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi uidear, non laboro. Tacit libr. 12. Neque enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt. Interdum ponitur pro infœcundo, & inutili. Idē lib. 1. Georg. Segniſq́; horreret in aruis Carduus. Hinc Segnities, tiei, ſiue Segnitia, æ, (νωθεία, ῥαθυμία) tarditas negligentia agendum. Socordia autem eſt negligentia in conſulendo, meditando, proſpiciendo, quid opus ſit facto. Terent. in Andr. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ. Quandoq́; Segnities (ἀφορία) dicitur infœcunditas. Plin. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities. Legitur & Segnitas pro Segnitia: quod & Nonius annotauit Cice. de Orat. Et quando de prudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem. Hinc Segniter, aduerb. (ῥαθύμως) negligēter. Liu. 2. ab urb. Segniter, ocio-

ſè, negligenter, contumaciter omnia agere: nec pudor, nec metus coercebat. Ver. 6. Aeneid. Inſtat non ſegnius, ac rotat enſem Fulmineum. Ouid 10. Metam. Quæ quanquam Scythica non ſegnius ire ſagitta Aonio uiſa eſt iuueni: tamen, &c.

SEGNIPES, dis, pen. corr. {*Vn che camini adagio*} (βραδύπους) qui tardè incedit. Iuue. Saty. 8. Tritoq; trahunt epirhedia collo Segnipedes.

SEGOBRIDA, (σηγόβριδα) oppidum Hiſpaniæ citerioris, Celtiberię totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium commiſere. Strab. lib. 3.

SEGOR, (σηγώρ) fuit quinta ciuitas poſt Sodomam, & Seboin, quæ ad preces Loth ſeruata eſt.

SEGREGO, gas, pe. cor. {*Separare, ſpartire*} (ἐκκρίνω, ἀφορίζω) ab aliorum numero uel ſocietate, uel grege ſeparo. Terent. in Hecyr. Nam ſi ita eſt, ut hæc nunc Pamphilum uere à ſe ſegregarit. Plaut. in Mil. Ille illas ſpernit, Segregat ab ſeſe omnes, extra te unam. Cicero pro Archia: Quod ſi mihi à uobis tribui, concedíq; ſentiam: perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modo non ſegregandum cum ſit ciuis, à numero ciuium, uerum etiam ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

SEGVLLVM, li, eſt terræ genus in ſummo ſolo, ex quo metallarii cognoſcunt ſubeſſe uenam auri. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt. ita uocatur indicium, &c.

SEGVSIVM, urbs eſt Seguſianorum in Grajis Alpibus. Ptol lib. 3.

SEIA, dea habita fuit Romæ, quæ ſationi præeſſe putabatur: quemadmodum Segeſta, ſiue Segetia, quæ Segetes lætas facere exiſtimabatur. Plin. libr. 18. cap. 2. Seiam à ſerenda, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in circo uidemus.

SEIANVS, equus, dictus eſt à Cn. quodam Seio, qui equũ habuit inuſitata magnitudine, omnibusq; aliis equorum laudibus præſtantiſſimum, adeo ut ex eorum genere equorum crederetur, quos Hercules occiſo Diomede Argos perduxit. Sed eo fato is equus fuit, ut quiſquis poſſideret eum, is cum omni familia interiret. Primus enim hu ius equi dominus à M. Anto. qui poſtea Triumuir conſtituendæ Reip. fuit damnatus, miſerando affectus eſt ſupplicio. Hunc deinde emit Corn. Dolabella H-S. centum millibus, qui & ipſe à Caſſio uictus in prælio occubuit. Ab hoc ad Caſſium uictorem equus peruenit, qui ab Antonio uictus, ſibi manus intulit. Nec multo poſt Antonius uictor, qui equum hunc abſtulerat, ab Auguſto uictus ſimili mortis genere periit. Hinc ortum eſt prouerbium ut homines calamitoſi Equum Seianum habere dicerentur. Vide Gellium lib. 3. cap 9.

SEIR, (σηίρ) mons in terra Edon in quo habitauit Eſau, in regione Gabalena: quæ ex eo quod Eſau piloſus eſſet, & hiſpidus, Seir, id eſt, piloſi nomen accepit.

SEIVGI. & Seiuges, pe. co. dicuntur equi ſeni ad unum currum adhibiti. Apul. in Flor. Viri cui omnes prouinciæ quadriiuges, & ſeiuges currus ubique gentium ponere gratulantur.

SEIVGO, as, {*Diſiungere*} (ἀποζεύγνυμι) idem quod ſeiungo. Cice. 1. de Diui. Humani autem animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſeiugatam.

SEIVNGO, is, {*Diſiungere, alontanare*} (χωρίζω, ἀποζεύγνυμι) iunctos ſeparo, auello. Cic. Lent. Tibi autem multo notior, atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni, quo ſeiuncti fuimus, & unà, & Romæ fuiſſemus. Cice. 3. de Nat. deo. Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget. Idem in Catil. Dummodo tua calamitas à Reip. periculo ſeiungatur.

SEIVS, prænomine Cneus, equi præſtantiſſimi quidem, ſed infeliciſſimi dominus. qui ab ipſo Seianus cognominatus eſt. de quo Gellius lib. 3. cap. 9. & Eraſmus in Adagiis.

SELAGO, ginis, herba eſt Sabinæ ſimilis, quam Druidæ certa ſuperſtitione lectam, ſolo fumo omnibus oculorum uitiis mederi tradiderunt. Vide Plin. libro 24. cap. 11.

SELENITES, (σεληνίτης) gemma eſt in Arabia naſcens, ex candido trans lucens melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddensq; eam in dies ſingulos creſcentis minuentisq; numero. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

SELENVS, uide Selinus.

SELEVCIA, {*Seleucia. Arioſt. can. 17. Il Signor di Seleucia, di quell'uno*} (σελεύκεια) Syriæ Antiochenæ oppidum eſt, ab Antiocho Seleuci filio cõditum: de quo Plin. lib. 5. cap. 21. Eſt & Seleucia alia ad Euphratem: & tertia ad Belum amnem: quarum meminit idem Plin. lib 5. ca. 23 Rurſus alia Ciliciæ, Trachiotis cognominata ad Calicadnum amnem, teſte eodem Plin. lib. 5. cap. 27.

SELEVCVS, (σέλευκος) fuit unus ex principibus Alexandri, qui primus, poſt Alexandri mortem regnauit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.

SELIBRA, {*Mezza libra*} (ἡμίλιτρον) dimidia libra. Liu. 5. ab urb. Selibra farris. Gell. lib. 7. cap. 18. Darent argenti pondo libram ſ. & ſelibram.

SELIGO, gis, pen. cor. {*Far la ſcelta, diſcernere*} (ἀπολέγω, ἀποκρίνω) ſeorſum colligo, ſecerno. Cic. de optimo gen. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi uel nota eſſe arbitrarer, uel poſſe eligere, qui quærerent. Ouid. 3. Amor. Eleg. 10. Quicquid eris, mea ſemper eris, tu ſelige tãtum, Me quoque uelle, uelis, an'ne coactus amem? Cice. in Orat. Nec uero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet, ac ſeliget. Selectio, onis, uerbale, actus ſeligendi. Cic. 2. de Finib. Dum etiam in una uirtute ſic eſſe omnia uoluerunt, ut eam rerum ſelectione expoliarent: nec ei quicquam aut unde oriretur darent, aut ubi niteretur. Idem 3. de Leg. Selectio uitiorum. Selectus, a, um, particip. Cicer. 2. de Natu. Deor. Itaque in illis ſelectis eius breuibusq; ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, prior ſententia eſt, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. Ouid. 5. Faſt. Romulus hoc uidit, ſelectaq; corpora patres Dixit: ad hos urbis ſumma relata nouæ eſt. Hinc Selecti iudices, equites dicti ſunt. Cice. pro Cluent. Deinde Prætores tantum urbani, qui iurati debent optimum quenque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem Cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Et ſiue iubebat Vt facerem quid habes auctorem quo facias hoc, Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat. Id eſt, ex equeſtri ordine.

SELINIS penult. pro. (σελινίς) urbis nomen iuxta Lilybæum, à ſelino, quod ibi plurimum naſcatur. Auctor Seruius in illud Verg. 3. Aeneid. Teq; datis linquo uentis palmoſa Selinis.

SELINON, (σέλινον) à Græcis appellatur herba notiſſima, quã Latini Apiũ nominant. Inde ſunt compoſita Petroſelinum, Hippoſelinum, & Eleoſelinum: de quibus egimus ſuis locis.

SELINVS, pen. pro (σελινοῦς) duorum fluuiorum nomen in Aſia qui in mare influentes Dianæ Epheſiæ templum utrinque complectuntur. Vide Plin. lib. 5. ca. 29 Eſt & Selinus alius in Aegiorum agro, qui eſt in Achaia propriè dicta. Item alius in Elide. Rurſus alius in Sicilia, iuxta Megaram & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strab. lib. 8.

SELINVS, untis, (σελινοῦς) oppidum eſt Siciliæ palmis abundans. Hinc Selinuſius, a, um, (σελινούσιος) ut Terra Selinuſia, quæ à Galc. lib. 9. Simpl. inter medicamenta ophthalmica ponitur.

SELIQVASTRA, (inquit Feſtus) ſedilia appellantur antiqui generis, d, litera in l, conuerſa, ſicut & in Sella, & Solio factum eſt, quæ omnia à ſedendo dicta ſunt.

SELLA, æ, {*Sedia*} (ἕδρα, καθέδρα, θρόνος) idem quod ſedes: à ſedendo dicta, quaſi ſedda, (κατ' ἀντίστοιχον. Pli. de Vir. illuſt. P. Decium prætorem tranſeunte ipſo ſedentem iuſſit aſſurgere, eiq; ueſtem ſcidit, ſellam, concidit, ne quis ad eum in ius iret, edixit.

SELLARIA, æ. (ἑδράρια) dicta ſunt loca, in quibus ſedes diſponi ſolebant. Plin. lib. 34. cap. 8. Atque ex omnibus quæ retuli, clariſſima quæq; in urbe, iam ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo Pacis, aliisq; eius operibus, uiolentia Neronis in urbem conuecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita. Sueto. in Tybe. Seceſſu uero Capreenſi, etiam ſellariam excogitauit ſedem arcanarum libidinum. Huius diminutiuum eſt Sellariola. Mart. libr. 5. In ſellariolis uagus popinis.

SELLVLARII, (ἑδραῖοι) opifices, qui ſedendo opus faciunt quos Liu. libro 8 ſcribit militiæ minime aptos. Quia (inquit) opificum quoque uulgus, & ſellularii, minime militię idoneum genus, exciti dicuntur. Iidem & Sedentarii à quibuſdam appellantur, ut ſupra docuimus ſuo loco.

SELLÆ, oppidum eſt Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Luca. libr. 3. Quercusq; ſilentes Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ, &c.

SELYMBRIA, {*Selibria*} (σηλυμβρία) ciuitas Thraciæ ad Propontidem, propinqua Byzantio, teſte Herodoto lib. 6.

SEMBELLA, {*Mezza libra*} (ἡμίλιτρον) libræ dimidium, quaſi ſemilibella. Varr. libr. 4. de Ling. Latina.

SEMEL, {*Vna uolta*} (ἅπαξ) aduerb. idem ſignificans, quod unica uice. Plaut. in Cap. Satis ſum ſemel deceptus. Aliquando accipitur pro ſummatim, aut in ſumma κεφαλαιωδῶς. Quin. Denique (ut ſemel finiam) ſic ferè componendum, quam pronunciabis. Nonnunquam & pro omnino, penitus, immutabiliter ſiue irreuocabiliter poni conſueuit: quia quod ſemel tantum fit, non habet regreſſum, ut rurſus fiat. Verg. 11. Aene. Qui, ne quid tale uideret, Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Ouid. Epiſt. 5. Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Id eſt, omnino, prorſus.

SEMELE, pe. cor. (σεμέλη) Cadmi Thebarum regis filia, ex qua Iupiter Bacchũ genuit, teſte Hora. 1. Carm. Ode 19. Mater ſæua cupidinum, Thebanæq; iubet me Semeles puer, Et laſciua licentia Finitis animum reddere amoribus. Propertius: Narrabis Semele quàm ſit formoſa. Semeleius, a, um, adiect. Oui. 5. Metam. Delius in coruo, proles Semeleia capro, &c.

SEMEN, inis, {*Seme, ſemenza, ſemente*} (σπέρμα) notę ſignificationis eſt: quaſi Serimen à Sero, ris. Colum. lib. 1, cap 7. Et maxime uexant ſerui, qui boues elocant, eoſdemq; & cætera pecora male paſcunt, nec induſtriè terram uertunt, longéq; plus imputant ſeminis iacti, quàm quod ſeuerint, &c. Verg. 1. Georg. Debita quàm ſulcis committas ſemina, &c. Hora. Epod. 16. Pingua nec ſiccis urantur ſemina glebis. Nonnunquam etiam de uirgultis, & ſurculis dicitur. Verg. 2. Georg. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. Colum. libr. 3. Si compluribus uindemiis eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi uitibus lecta ſemina multum bonumq; uinum præbebunt. Eſt & Semen frumenti genus, quod zeam (ζειάν) appellant, ſimile farri. Plin. libro 18. cap. 11. Alica fit ex Zea, quam ſemen appellamus. Per translationem ſignificat auctorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum eſt. Cice. Philip. 2. Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic huius actuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Ponitur aliquando pro genere. Sueto. in Calig. cap. 25. Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis: quæ illi quoque tanta iam tunc erat, ut infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſeret. Verg. 7. Aene. Geminosq; iugales Semine ab æthereo, &c. Ouid. 10. Metam. Coeuntq; animalia nullo Cætera delicto: nec habetur turpe iuuencæ Ferre patrem tergo. fit equo ſua filia coniux: Quasq; creauit init pecudes caper: ipſaq; cuius Semine concepta eſt ex illo concipit ales. Lucre. lib. 2. Denique cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi: Omnibus ille idem pater eſt.

SEMENTICVS, ca, cum, pen. cor. {*Buono da ſemenare*} (σπόριμος) quod ſeminari poteſt. Plin. lib. 18. Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam.

SEMENTINVS, a, um, adiectiuum: ut Semẽtina pyra, uel à ſeminum multitudine, uel quod uſque ad ſementis tempus durent, dicta Cato. ca. 7. Pyra uolema, anicrana, & ſementina. Feriæ ſementinæ Feſtus: Sementinæ feriæ uocant inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſent. Dies ſementina, feſtum fuit antiquis celebratum, poſtquam terræ mandaſſent ſemina agricolæ. Ouid. 1. Faſt. Nec ſementiua eſt ulla reperta dies.

SEMENTIS, huius ſementis, fœm. ge. {*Il Seminare, ſeminatura, tempo di ſeminare, ſemente, ſeme, ſemenza ſeminata*} (σπορά) ſignificat ipſam ſationem, ſeu ſeminationem Plin. li. 18. Sunt qui properent, atque ita pronuntient, Feſtinatam ſementem ſæpe decipere, ſerotinam ſemper. Colum. lib. 13. Quibus magna ſemẽtis præparatur. Liuius: Vt Campani ſementem facere poſſent. Ouid. lib. 1. Faſt. Villice da requiem terræ, ſemente peracta. Nonnunquam pro ſeminandi tempore. Colum lib 2. Prima ſementis raruis ſerere permittit, nouiſſima ſpiſſius poſtulat. Id eſt, primum tempus ſationis. Ponitur aliquando pro ſegete. Gell. lib. 2. ca. 29. In ſementes fortè conceſſerat tempeſtiuiores. Facit ſementis aliquando in ablatiuo ſementi, & in accuſatiuo ſementim. Cato cap. 27. Sementim facito ita. Colum lib. 2. ca. 12. Peracta ſementi.

SEMEN-

SEMENTO,tas. {*Far ſemenza ander in ſemenza*}(σπερματίζω)ſemen produco. Plin lib. 18. cap. 28. Eſt in primis inutile uici herbas ſementaturas.

SEMESTRIS, & hoc ſtre{*Di ſei meſi*}(ἑξαμηνιαῖος)quod eſt ſex menſium ut Semeſtris Tribunatus. Plin. Epiſt 69. Hunc rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem & ſibi, & auunculo ſuo facias. Plin lib. 10. cap. 25. Temporum magna differentia auibus: perennes, ut columbæ: ſemeſtres, ut hirundines: trimeſtres, ut turdi, & turtures, & quæ cum fœtum eduxere abeunt, ut galguli, upupæ.
Semeſtre regnum. Cice ad Attic. lib. 10. Sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges id regnum uix ſemeſtre eſſe poſſe.

SEMESVS,a,um, pen. product. {*Mezzo mangiato*}(ἡμίβρωτον) ſemicomeſtum. Eadem enim forma dicitur, qua Ambeſum, & Comeſum. Suetonius in Tyb. Solennibus ipſe cœnis pridiana ſæpe, ac ſemeſa opſonia appoſuit. Vergil. 8. Aeneid. Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. Semeſaq́ lardi Fruſta dedit. Silius libr. 6. Nunc fractis oſſibus atram Abſorbet ſaniem, & tabo manante per ora, Mutat hians hoſtem, ſemeſaq́ membra relinquit.

SEMIANIMIS, me, ſiue Semianimus, a, um, {*Mezzo morto, tramortito*}(ἡμιθανής)ſemiuiuus, ſiue ſemimortuus, Pli. de Viris illuſt. Ipſe cum trecentis pugnans cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit. Ouid. 2. Triſt. Eleg. 3. Illa dolore amens tenebris narratur obortis Semianimis media procubuiſſe domo. Verg. 11. Aenei. Semianimes uoluuntur equi, pugna aſpera ſurgit. Lucret libro 6. Languida ſemianimo cum corpore membra, uideres Horrida pædore, & pannis cooperta, perire Corporis illuuie.

SEMIAPERTVS,a,um, {*Mezzo aperto*}(ὑπανεῳγμένον)dimidiata ſui parte apertum. Liu 6. Bell Pun. Paucos ex multis trepida fuga incedentes ſemiapertis portarum foribus in urbem compulit.

SEMIASSVS,a,um, {*Mezzo arroſtito*} Cic. 1. Tuſculan. Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſibus, Per terram ſanie delibutas fœde diu uexarier. Ex poeta quopiam uetuſto.

SEMIBOS, pen. cor. huius ſemibouis, {*Mezzo bo*}(ἡμίβοος)epitheton eſt Minotauri, quem Poetæ fingunt, dimidia ſui parte bouem fuiſſe. Ouid. 4. Triſt. Eleg 6 Centimanumq́ Gygen, ſemibouemq́ uirum.

SEMICAPER, pen. cor. huius ſemicapri, {*Mezzo capra*}(ἡμίτραγος)Faunorum & Satyrorum epitheton eſt, qui inferiore ſui parte capris ſimiles finguntur. Ouid. 5. Faſt. Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis. Deus ſemicaper, Ouid. 4 Faſt. Pan ſemicaper, Ouid. 14. Metam.

SEMICIRCVLVS, {*Mezzo circolo*}(ἡμικύκλιος)medius circulus. Colu. lib. 5. cap. 2. Omnis ager, aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam ſemicirculi, uel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet Cice. 5. de Finib Cumq́ non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes circulos aliquos, & ſemicirculos conſectari. Semicircularis, re, mediam circuli formam habens. Columell libro 5. cap. 2. Semicircularis agri forma.

SEMICINCTIVM, tij, {*Guardacuore, ouer camiſola*} (ἡμίζωμα)ſuccinctorium, quod medium hominem cingat. i. ueſtiat Eſt enim genus ueſtis breuis ſimæ, quo uenter. & uelanda teguntur. Apud Mart lib. 14. de Semicinctio tale eſt epigramma: Det tunicam diues, ego te præcingere poſſum. Eſſem ſi locuples, munus utrunque darem.

SEMICOCTVS,a,um, {*Mezzo cotto*}(ἡμίεφθος) idem quod ſemicrudus. Col. lib. 8. cap. 5. Semicoctum hordeum. Et apud Plinium li. 22. cap. 25. Semicocta aqua.

SEMICREMATVS, a, um, {*Mezzo abbrugiato*} Ouid. in Ibin: Membra feras Stygiæ ſemicremata neci. Martial. libro 11. Turaq́ de medio ſemicremata rogo.

SEMICRVDVS, a, um. pen. prod. {*Mezzo crudo*} Colu. lib. 6. ca. 29. Si iam tali uitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, et oſſę ſaliuati more faucibus ingeruntur. Statius 4. Syl. Quid ſi cum bene manè ſemicrudus Illatam tibi dixero ſalutem.

SEMIDEVS, adiectiuum, {*Mezzo Dio*}ἡμίθεος. Lucan. lib. 8. Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin, Semideoſq́ canes. Ouid in Ibin: Vos quoque plebs ſuperum Fauni, Satyriq́, Laresq́ Fluminaq́ & Nymphæ, ſemideumq́. Reges ſemidei, Statius 2. Achil.

SEMIDOCTVS, {*Mezzo dotto, cio è non molto*}(ἡμιμαθής)id eſt, mediocris eruditionis. Cice. 2. de Orat Hæc ut & properans & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro, ut aliquando ad illa maiora ueniamus.

SEMIERMIS, me, {*Diſarmato*} Liuius 2. Bell. Punic Binis in caſtris cum multitudo ſemiermis, ſine ducibus eſſet, nuntium qui in maioribus erant mittunt.

SEMIFACTVS,a,um, {*Mezzo fatto*}ἡμιτελής. Taci. lib. 15. Semifacta opera fuga perrupit.

SEMIFER a, um, {*Mezzo ſaluatico*} uel Semiferus, ex dimidia parte ferus.
Ouid. 2. Metam de Chirone Centauro: Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno Lætus erat. Plin lib. 8. ca. 57. Semiferum & ipſum animal, cui uinaria in doliis idem qui apris inſtituit.

SEMIFERVS, pe. cor. {*Mezzo ſaluatico*}(ἡμίθηρ)non prorſus ferus ut Centaurus, quaſi medius equus, ut inquit Seruius in ſecundum Aene. Nam Centaurus anteriore parte homo eſt, poſteriore equus.

SEMIFORMIS, me. Col. lib 8. cap. 5. Pulliq́ ſemiformes interimuntur, antequam totis partibus ſuis conſumentur.

SEMIFVLTVS,a,um, Mart lib 5. Subſellioq́ ſemifultus extremo, Et male receptus altero genu, iactat Equiti ſedere, Lectioq́ ſe ſtare.

SEMIGERMANVS, pen pro Liu. 1. Bell Pun. Utique cum quæ ad Apenninum ſeruit obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent.

SEMIGRÆCVS, Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. Vt ſemigræcis paſtoribus dicam Græcè.

SEMIGRAVIS, ne, pen cor. Liu. 5. Bell. Pun. Quia magna pars in turribus epulati, aa. ſopiti uino erant, aut ſemigraues potabant.

SEMIGRO,as, {*Partirſi*}(ἀπῳκίζω)ad ſeorſum habitandum me cōfero. Cice. pro Cælio. Reprehendiſti, à patre quod ſemigrarit: quod quidem in hac ætate minime reprehendendum eſt.

SEMIHOMO, pen. cor. {*Mezzo homo*}ἡμιάνθρωπος. Col. lib. 10. Quamuis ſemihominis ueſano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœſtamq́ cicutam. Verg 8. Aene Hic ſpelunca fuit uaſto ſubmota receſſu Semihominis Caci.

SEMIHORA, ę, pe. pro. {*Mezza hora*}(ἡμιώριον)horę unius ſpatiū dimidiū. Ci. pro Rabir perdu. reo: Nunc quoniam Tite Labiene diligentia tua temporis anguſtiis obſtitiſti, meq́ ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ circulum coegiſti, parebitur, & quod iniquiſſimum eſt, accuſatoris conditioni, & quod miſerrimum, inimici poteſtati. Pli. lib. 12. ca. 5. Omne autem curatur recēs præligato ore lino craſſo demiſſum in feruentem aquam ſemihora.

SEMIIVGERVM, geri, pen. cor. Colu. lib. 5 cap. 1. At Galli Canditum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum: in agreſtibus autem pedū CL. quod aratores Candetum nominant: ſemiiugerum quoque Arepennem uocant. Idem lib. 4. cap. 18. Vel in ſemiiugera omnibus modis dimmatur.

SEMILACER, penult. cor {*Mezzo ſtracciato*}ἡμιρραγής. Ouid 7. Metamorph. Ille cruore fluens, ſubito tamen alleuat artus, Semilacerq́ toro tentat conſurgere.

SEMILIBER, penult. product. {*Mezzo libero*} Cice. ad Attic. libro 13. Obſecro abiiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus. quod aſſequemur & tacendo & latendo.

SEMILIXA, æ, maſc. gen. Liu. 8. Bell. Pun Sed illi primū non Annium Virbium ſemilixam, nominis etiam abominandi ducem, ſed Decium Iubellium Tribunum militum ſecuti ſunt.

SEMIMADIDVS, pen. cor. adiectiuum, {*Mezzo bagnato*} Colum. lib. 2. ca. 4. Sed quandocūque arabitur, obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur, neve exiguis nimbis ſemimadidus.

SEMIMARINVS, pen. prod. adiectiuum, ἡμιθαλάσσιος. Lucr. lib. 5. Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis Corporibus Scyllas.

SEMIMAS, pen. cor. huius ſemimaris, pen. cor maſc gen. {*Caſtrato*}caſtratus, curatus, ἡμίανδρος. Varr. 3. de Re ruſt. cap 9 E queis tribus generibus proprio nomine uocantur fœminæ, quæ ſunt uillaticæ Gallinę, mares Galli, Capi ſemimares, quòd ſunt Caſtrati Liu 1. Bell. Maced. Ante omnia abominati ſemimares, iuſſiq́ in mare ex templo deportari. Ouid. 1. Faſt. Semimaris flammis uiſcera libat ouis. Semimares item dicuntur androgyni, utrunque habentes ſexum. Ouid. 4 Metam. de Hermaphrodito: Ergo ubi ſe liquidas, quo uir deſcēderat, undas Semimarem feciſſe uidet.

SEMIMORTVVS,a, um, {*Mezzo morto*}ἡμιθανής. Catullus ad Licinium Epigr 47. At defeſſa labore membra, poſtquam Semimortua lectulo iacebant, Hoc iucunde tibi poema feci, Ex quo perſpiceres meum dolorem.

SEMINALIS, & hoc le, {*De ſemenza, da ſeme*}quod ad ſementem faciendā pertinet Col. lib. 11. cap. 2. Viciæ pabularis modios ſeptem, uel octo, uiciæ ſeminalis modios quinque, uel ſex.

SEMINARIVM, rii, (φυτωτήριον)eſt locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram. Colum. lib. de Arboribus cap. 1. Qui uineam, uel arbuſtum conſtituere uolet ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet, cuius generis uitem poſiturus ſit. Id autem facile conſequi poterit ſi ulmorum ſeminarium paratum habuerit. Idem: Satoris officium eſt, de ſeminario transferre plantam. Ponitur, & Seminarium per tranſlationem pro rei alicuius fonte & origine: idq́ tam in bonam partem, quam in malam. Cic. in Catil. Qui niſi exeunt, niſi pereunt, etiamſi Catilina perierit, ſcitote hoc in Repu. ſeminarium Catilinarium futurum. Cice. 1. Offic. Id autem eſt principium urbis, & quaſi ſeminarium Reipublicæ.

SEMINARIVS, a, um, (φυτευτικός)quod ad ſeminandū pertinet. Ambroſius, Ineſt naſcentibus ſingulis aut ſemen, aut uirtus aliqua ſeminaria.

SEMINIVM, nii, {*Seme, pianta*}(σπέρμα)idē quod ſemen, uel planta aliudve quiduis, quod de ſe aliquid poteſt producere. Columell. lib. 2. Nonnunquam ſuper ſuſa terra latentibus ſeminiis. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 6. Ego, inquit, de aſinis potiſſimum dicā, quòd ſim Reatinus, ubi optimi, & maximi fiunt: è quo ſeminio ego hic procreaui pullos. Plaut. in Amph. Anguineo Repente hoſtes peperit ſeminio. Lucret. lib. 3. Denique cur acris uiolentia triſte Leonum Seminiū ſequitur? uulpes dolus? & fuga ceruis A patribus datur? Quandoque accipitur pro ſeminis lucro. Plaut. in Rud. Venundantur merces non hoc ſuo ſeminio.

SEMINO, nas, {*Seminare,*}(σπείρω, φυτεύω)notæ ſignificationis. Dicimus autem, Seminatur hordeum, & Seminatur ager hordeo: ſicut Spargitur humor, & Spargitur ueſtis humore Colum lib. 2. cap. 9 Seminari debet hordeum poſt æquinoctium. Idem lib. 2. ca. 8. Ne ſeminarentur agri. Semino progigno. Verg. 6. Aenei. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum Fronde uirere noua, quod non ſua ſeminat arbos. Colum. lib. 6. cap. 24. de tauris: Vnumq́ marem quindecim uaccis ſufficere abunde eſt, qui ubi iuuencam ſuperuenit, certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generauerit: quoniam ſi parte dextra deſiluit, marem ſeminaſſe manifeſtum eſt. ſi leua, fœminam. Plautus in Amph. Alter decumo poſt mēſe naſcetur puer. Quàm ſeminatus. Seminatio, onis, uerbale(σπορά) ſatio. Varr. 2. de Re ruſt. cap 6. Ad ſeminationem onagrus idoneus, q. è fero fit manſuetus facile, & è manſueto ferus nunquam. Seminator, ris, (σπορεύς)qui ſerit ſeminatve. Cice. 2. de Natura Deo. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, ut ita dicam, atq́ educator, & altor eſt mundus: omniaq́ ſicut membra ſua, & partes ſuas, nutricatur, & continet. Per tranſlationem ſignificat ſpargo, diuulgo, διασπείρω. Lact. lib. 4. Et cultum Dei per totam terram ſeminaret Huius compoſita ſunt, Diſſemino, & Inſemino: de quibus ſupra ſuis locis.

SEMINECES, {*Mezi morti*}(ἡμιθνῆτες)ſemimortui: propriéq́ de iis dicitur, qui grauī uulnere accepto, morti ſunt uicini. Liu. 6. Bell. Pun. Tandem poſtquā ii, qui circa regem ſeminecem reſtantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. Ibidem lib. 3. Seminecem cum ad Cannas in aceruo cæſorum corporum inuentum curatumq́ benigne etiam cum donis Annibal domum remiſerat. Oui. 1. Metam. Atque ita ſemineces partim feruentibus artus Molllit aquis: partim ſubiecto torruit igni.

SEMINVDVS, pen. pro. {*Mezzo nudo*}(ἡμίγυμνος)adiectiuum. Liu. 9. ab urb. Primi conſules prope ſeminudi ſub iugum miſſi: tum ut quiſque gradu proximus erat, ita ignominię obiectus.

SEMIOBVLVS, {*Mezzo dinaro*}(ἡμιωβόλιον) oboli dimidium, & per

tranſlationem quæuis res uiliſſima.

SEMIPAGANVS, ni, pen. prod. adiectiuum. Perſius in prologo: Ipſe ſemipaganus Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum.

SEMIPATER, (quod hic corrupte legebatur) uide Semicaper.

SEMIPES, pen. cor. ſemipedis, pen. cor. & maſc. gen. {*Mezza piede di miſura*} (ἡμίπους) menſura dimidiati pedis, hoc eſt, digitorum octo. Pli. lib. 12. ca. 19. Caſiæ color triplex. Cum primum emicat, candidus pedali menſura, deinde rubeſcit addito ſemipede: ultra nigricans.

SEMIPEDALIS, le, pen. pro. {*Ciò che tiene la miſura di mezzo piede*} (ἡμιπόδιαιος) quod dimidii pedis longitudinem habet. Plin. lib. 13. cap. 4. Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem li. 36. ca. 25. Materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellam exigitur.

SEMIPLACENTINVS, Cice. in Piſonem. Cum eſſes interrogatus, quid ſentires de cõſulatu meo, grauis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſoninus ſemiplacentinus Caluentius, reſpondes, altero ad frontem, &c.

SEMIPLAGIVM, gii, (ἡμιδίκτυον) paruum rete.

SEMIPLENVS, a, um, {*Mezza pieno*} (ἡμίπλεως) Liu. 5. Bell. Punic. Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes & adapertas fores portæ, quã pauló antè excurrerant armati, haud magno certamine Naſſum cepere. Semiplenæ naues, Cic. 7. Verr. Semiplenæ ſcrobes, Colum. lib. 5. cap. 5.

SEMIPVTATVS, a, um, {*Mezzo tagliato, bruſcato*} Verg. 2. Eclog. Semiputata tibi frondoſa uitis in ulmo eſt.

SEMIPLOTIA, ſoleæ quibus utebantur in uenando, quo planius pedem ponerent.

SEMIQVINARIA DIVISIO, (πενθημιμερής) cæſuræ genus, cũ poſt duos pedes relinquitur ſyllaba, partem orationis terminans: ut, Arma uirumq́ cano. Dicta Semiquinaria, quod conſtet ex duobus pedibus & ſemiſſe: quod eſt dimidium quinque pedum. Semiſeptenaria autem diuiſio, (ἑφθημιμερής) dicitur, cum poſt tres pedes ſimiliter relinquitur ſyllaba partem orationis terminans. ut Arma uirumq́ cano Troiæ.

SEMIRAMIS, mis, uel midis, (Σεμίραμις) fuit Nomen Aſſyriorum reginæ, Nini regis uxoris, mulierum omnium, quarum memoria ad nos peruenit, clariſſimæ, quæ poſt uiri obitum, quòd intelligeret Aſſyrios grauatè mulieris imperium paſſuros, diſſimulato illius obitu, perſonam eius aſſumpſit, donec Ninus filius adoleſceret, regnoq́ adminiſtrando idoneus fieret. Hæc & Babylonem muro latericio cinxiſſe dicitur, & ſubactis uicinis regni ſui terminos latiſſime propagaſſe. Verum eadem tam portentoſæ libidinis fuiſſe traditur, ut & filii concubitum expetierit, & equum uſque ad coitum adamaſſe dicatur. De hac Plutarchus in Apophthegmatis ſic ſcribit: Semiramis ſepulcro, quod ſibi conſtruxerat, hanc addidit inſcriptionem. Quicunque rex pecuniis indiguerit patefacto monumento, quod uoluerit, accipito. Qua ſpe adductus Darius, ſublato lapide, pecuniarũ nihil inuenit, ſed alias reperit literas, in hanc ſententiam. Ni malus uir eſſes, ac nummis inſatiabilis, cadauerum loculos non moueres. Semiramis, lingua Syriaca, auem ſignificat. Nanque ab auibus adhuc infans nutrita dicitur.

Scribit Valerius Maximus, lib. 9. cap. 3. aliquando cum circa cultum corporis occupata eſſet, & nuntiaretur ei Babylonem defeciſſe, ſoluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnãdam cucurriſſe, nec prius decorem capillorum redegiſſe in ordinem, quàm tantam urbem in ſuam poteſtatem reſtituiſſet. Exercitum ipſius ſic deſcribit Suidas. Πεζῶν μὲν μυριάδας ἐῖναι, ἱππικῆς δὲ ἑκατὸν. δρεπανηφόρων δὲ ἁρμάτων μυριάδας δέκα, ἀφ' ὧν τε ἐπὶ καμήλων μαχομένων τὸ ἴσον πλῆθος. ἄλλων δὲ καμήλων, εἰς ὅτι αὐ ἐχρῆ δέοιτο, μυριάδας εἴκοσι. βύρσας δὲ βοῶν ἀποδεδαρμένων ἐς τριάκοντα μυριάδας. ναῦς δὲ ἐν Βάκτροις ναυπηγηθῆναι τρισχιλίας. Id eſt, Peditatus centum millia, equitatus centum myriades, falcatorum autem curruum decies decem millia. Virorum in camelis pugnantium par numerus. Aliorũ uero camelorum (ad quodcunque indigebat opus) uicies dena millia. Terga uero boum excoriatorum tricies dena millia. Naues uero in Bactris fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ proſequitur admiranda.

SEMIRASVS, a, um, {*Mezzo raſo*} Catullus Epig. Cum deuolutum ex igne proſequens panem, A ſemiraſo tunderetur uſtore.

SEMIREDVCTVS, adiectiuum. Ouid. 2. de Arte. Ipſa Venus pubem, quoties uelamina ponit, Protegitur læua ſemireducta manu.

SEMIREFECTVS, {*Mezza rifatto*} adiectiuum. Ouid Epiſt. 7. Et ſocij requiem poſcunt, laniataq́ claſſis Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.

SEMIRVTVS, a, um, pen. cor. {*Mezzo rotto*} quaſi ſemidirutus. Liu 2. Bell. Maced. Purgato loco, qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam uim armatorum multiplici tabulato portantem, promouit. Lucr. lib. 1. At nunc ſemirutis pendent quod mœnia tectis.

SEMIS, iſſis, {*Mezzo, la metà*} (ἡμίλιτρον) ſignificat dimidium: & eſt pondus ſiue mẽſura ſex unciarum, quaſi ſemias. Semi autem pars eſt indeclinabilis, qua extra compoſitionem non utimur: idemq́ ualet quod dimidiatum.

SEMISENEX, pen. cor. {*Mezzo uecchio*} uel Semiſeneus, antique. Plaut. in Mil. O Lepidum ſemiſeneum, næ ſi quas memorat uirtutes habet: Atque equidem plane eductum in nutricatu Venereo. Alii legunt ſemiſenem.

SEMISEPTENARIA DIVISIO, uide ſupra Semiquinaria.

SEMISEPVLTVS, {*Mezza ſepolto*} adiectiuum. Ouid. Epiſt. 1. Semiſepulta uirum curuis feriuntur aratris Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.

SEMISOMNVS, a, um, {*Quel che ſi riſueglia con il ſonno à gli occhi*} uixdum experrectus. Cic. ad Marium lib. 7. Cum illi interea, qui te iſtic reliquerũt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Liu. 9 ab urb. Fuga cuncta complentur, portæq́ à ſemiſomnis, ac maxima parte inermibus reſeruntur. Taci. lib. 1. Sine uulnere milites, qui ſemiſomnos, inermes, aut palantes ceciderant. Semiſomnus, mne, idem. Cice. 7. Verr. Confirmant ipſi, ſe cum is etiam tum ſemiſomnus ſtuperet arma capiũt: totum ſomnum, atque inſulam, quæ eſt urbis magna pars, complent. Liu. 7. Bell. Maced. Pedites uero ordinati, & præparati, ſpar ſoſper negligentiam & ſemiſomnes prope adorti ſunt: cædes paſſim fugaq́ per campos facta eſt.

SEMISONARIVS, lege Semizonarius.

SEMISOPITVS, a, um, pen. pro. idem quod ſemiſomnis. Liu. Bel. Pun. Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt, pars ignl eſcas ſtramento arido tectis iniiciunt. Oui. 1. Amo. Eleg 14. Purpureo iacui ſemiſopita toro.

SEMISPATHIVM, thii, {*Mezza ſpada, uerdugo*} (ἡμισπάθιον) breuior enſis, quaſi dimidiata ſpatha.

SEMISVPINVS, a, um, Martial. lib 6. At tu multa diu dicis, uitreoq́ tepentem Ampullis potas ſemiſupinus aquã. Ouid. 3. de Arte: Cum iacet in dextrum ſemiſupina latus.

SEMISSIS, {*Mezza libra*} eſt dimidia pars aſſis, hoc eſt, unciæ ſex. Cicer. ad Attic. lib. 15. Sed ſicubi inciderit de Tuliano ſemiſſe, Maximum adhibebis, ut ſcribis. Ad monetam quoque refertur, ut ait Budæus. quemadmodum triens & quadrans. Cice. pro P. Seſtio: Sed ab uno gladiatore innumerabilia alia noua conſcriberentur: ut remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta prope pars uectigalium tolleretur.

SEMISSIS HOMO, {*Mezz' huomo, di poca prezzo, uile*} (ἡμιωβολιαῖος) id eſt, nullius pretii, & uix ſemiſſe æſtimandus. Vati. Cice. libr. 5. Simul uero ſemiſſis homo contra me arma tulit.

SEMISSIS uſura, dicitur quoties de centum nummis ſenos nummos uſuræ nomine quotannis percipimus. Capitol. in Alexand. Trientarium fœnus ait eum, ut equiſſimum, & leuiſſimum exercuiſſe, ad uſum Reipub. Pli. lib. 14 cap. 4. Ex his tamen uſuræ multiplicatæ ſemiſſibus.

SEMITA, æ, pen. cor. {*Sentiero, calle, uiottella*} (ἀτραπός) uia arcta, & anguſtior, diuerſa uia plauſtrorum. Cæſar. 7. Bell. Gall. Ac ne ſingulari quidem homini unquam eo tempore anni ſemitæ patuerant. Verg. 9. Aene. Rara per occultos ducebat ſemita calles. Semitam pro uia dixit Cic. 4. Verr. Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua uia modo uiſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita reuertiſſe. Horat. 1. Epiſto. Et fallentis ſemita uitæ. Hinc Semitarius, qui ſemitas percurrit. Catul. ad contubernales: Omnes puſilli, & ſemitarii mœchi. Hinc quoque Semito, as, are, eo modo dictum quo Limito, as. Plin. lib. 17. cap. 22. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios uehiculorum tranſitu, aliisq́ tranſuerſis limitibus denum pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior ſit modus, totidem pedum cardine, quot decumano limitari. Semper uero quintanis ſemitari, hoc eſt, ut quinto quoque palo ſinguli iugo paginæ includantur.

SEMITOGIVM, gii, {*Mezza ueſte, toga*} (ἡμιτήβεννος) breuis, & quaſi dimidiata toga. à quo Semitogatus.

SEMITRITVS, a, um, pen. pro. Col. lib. 1. cap. 6. Huic autem nubilarium applicari debet maximeq́ in Italia propter inconſtantiam cœli, quo collocata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

SEMIVIETVS, a, um, pen. pro {*Molle, fiappo*} mollis, flaccidus. Colum. lib. 12. ca. 16. Alii foliis uitigineis, nonnulli plataninis ſemiuietas uuas contegunt, et ita in amphoras recondunt.

SEMIVIR, ri, {*Mezzo homo*} (ἡμίανδρος) mollis, effœminatus, ſpado, Eunuchus. Liu. 3. Bell. Maced. Errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiuiros crederent. Plin. lib. 11. cap. 49. Teſtes hominis tantum iniuria aut ſponte naturæ franguntur: idq́ tertium ab hermaphroditis & ſpadonibus ſemiuiri genus habent. Verg. 4. Aeneid. Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu. Ouid. 4. Metam. Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde Semiuir, & tactis ſubito molleſcat in undis. Eſt etiam hoc Centaurorum epitheton, quos Poetæ fabulantur anteriori ſui parte homines, cætera equos fuiſſe. Idem de Centauro Neſſo, Epiſt. 9. Semiuir occubuit in, Lerniferoq́ ueneno Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas.

SEMIVIVVS, a, um, pen. prod. {*Mezzo uiuo*} (ἡμίζωος) idem quod ſemimortuus. Cice. 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Roma. ſocium atque amicum fumo excruciatum, ſemiuiuum reliquit. Idem pro Seſt. Et cum erat reclamatum ſemiuiuis mercenariorum uocibus popu. Rom. negare dicebat.

SEMIVNCIA, æ, aut potius Semuncia, {*Mezza onza*} (ἡμιούγγιον) dimidia uncia. Perſius: Sed nullo iure Iſtabis, Hæreat in titulis breuis ut ſemuncia recti. Liu. 4. Bell. Maced. Ni qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu ueſtimento uerſicolori uteretur. Cice. pro Cæcinna. Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinnam. Semuncialis, le, quod menſuram, pondus, uel ualorem ſemunciæ exæquat Pli. lib. 33. cap. 3. Mox lege Papyriana ſemunciales aſſes facti. Semunciarius, a, um, idem quod Semuncialis. Liu. 7. ab urbe. Idem otium domi, foriſq; manſit, T. Manlio Torquato, C. Plautio ſecundum conſulibus: ſemunciarium tantum ex unciario fœnus factum.

SEMIVOCALIS, (ἡμίφωνα) dictæ ſunt ſex numero conſonãtium, quaſi dimidium uocalium ſonum habentes.

SEMIVSTVS, a, um, {*Mezzo arſo, arſo d'intorno*} (ἡμίφλεκτος) dimidia parte uſtus. Et Semuſtus pro Semiuſtus Ouid. 4. Faſt. Semiuſtamq́ facem uigilatis nocte uiator Ponet, & ad ſolitum ruſticus ibit opus. Vergil. 3. Aeneid. Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac. Robora ſemuſta. Lucan. lib 8. Membra ſemuſta, Idem lib. 9. Semiuſtulatus, a, um idem quod Semiuſtus. Cice. pro Milo. Tu P. Clodii cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicum eieciſti, tu ſpoliatum imaginibus exequiis, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Semiuſtulandum, a, um. Sueto. in Tiberio cap. 75. Corpus ut moueri à Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſque Atellam potius deferendum, & in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumq́ publico funere.

SEMIZONARIVS, qui ſemizonia, ſiue ſemicinctia conficit. Plaut. Aulul. Strophiarii aſtant, aſtant ſemizonarii.

SEMODIVS, dii, {*Mezzo mozzo*} (ἡμιμέδιμνος) quaſi ſemis modius. Iuu. Satyr. 14. Et tamen uno Semodio ſcobis hæc emundat ſeruulus unus. Mart. lib 7. Semodiusq́ fabæ cum uimine Picenarum. Colum. lib. 2. cap. 11. Quod eadem quatuor modiis, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus ac ſemodio iugerum occupat.

SEMOVEO, ues, pen. cor. {*Leuare uia*} (ἀπομονόω) ſeorſum moueo. Plau. in Aſin. Culpa tua iſtæc, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoues. Cicero de Aruſp. reſp. Itaque qui antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, hi ludis, non uoce, ſed manu libros à ſe ſegregabant. Terent. in Andr. Iam ferme mo-

riens me uocat Acceſſi: nos ſemotæ.uoſ ſoli.

SEMPER,{Sempre,d'ogn'hora} (ἀεὶ)aduerbium temporis. Terent.in Andr. Rectè ego ſemper fugi has nuptias.

SEMPERLENITAS,atis,unica dictio,eſt apud Terent.in And.aut certè duæ per ſubunionem coniunctæ. Verba Terentii ſunt hæc: Et heri ſemper lenitas,uerebar,quorſum euaderet.

SEMPERVIVVM,ui,{Sempreuiua}herba,quæ Græce ἀείζωον dicitur,utroque nomine à perpetua uiriditate deducto. Herba hæc folio eſt carnoſo leni,atque oblongo Duo eius genera ſunt. Maius in fictilibus uaſculis ſeritur,quod aliqui Buphthalmon,à ſimilitudine,hoc eſt,bouis oculū uocant. βοῦς enim bos,ὀφθαλμὸς oculus. Alii ζωόφθαλμον,hoc eſt, animalis oculum. Alij Hypogeſon, quoniam fere in ſubgrundijs naſcitur. Alterum genus eſt minuſculum quod Erithales uocatur,quaſi amor floreſcens.θάλλω enim floreſco ſignificat. Item Trithales,quod ter floreat. Item Chryſothales, quod aureū florem producat. Naſcitur in parietinis & petris. Latini utrunque genus Sedum appellant. Vide Pli. lib. 25.cap. 23.

SEMPITERNVS,a,um,{Sempiterno}(αἰώνιος)quaſi ſemper æternū, perpetuum,& ſemper durans. Plaut.in Merc. Homo me miſerior nullus eſt æquè,opinor: neque aduerſa cui plura ſint ſempiterna. Terent. in Andr. Ego uitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror, Quòd uoluptates eorum propriæ ſunt. Cice. Luceio lib. 5. Neque autem ego ſum ita demens,ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari uelim.

SEMPRONIVS Gracchus,pater fuit Tyberii,& Caij Gracchorum. Vide Plutarchum in uitis Gracchorum.

SENA,inſula in Britannico mari,aduerſa litoribus Galliæ. Auctor Pomponius lib. 3. Eſt & nomen ciuitatis inclytæ in Tuſcia,{Siena Boc. Gior. 10. Nou. 7. Minuccio partitoſi et troud un Mica da Siena}octingentis à Roma ſtadijs diſtans: quam Brennus Gallorum dux pro ſenibus,ualetudinarijsque,& armentis extruxit,anno ante Chriſti aduentum trecenteſimo ſexageſimo ſecundo.

SENACVLVM,li,{Palazzo di conſiglio} (βουλευτήριον)ubi Senatores conſultandi gratia conſiſtebant. Vale. Max. ſcribit,Senatum apud ſenaculum habitare conſueuiſſe,ut quum ad Curiam uocaretur præſto adeſſet. Fuerunt autē tria ſenacula Romæ. Vnum ubi nunc eſt ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum,in quo ſedebant magiſtratus, de Republica cum ſenioribus deliberantes: Alterum ad portam Capenam. Tertium intra ædem Bellonæ. Auctor Nicoſtratus lib. de Senatu habendo. Feſtus. Senaculum,locus Senatorum.

SENARIVS,ria,rium,{Numero di ſei}(ἑξαπλοῦς)quod conſtat ſex rebus, ut Senarius numerus. Hinc Senarii uerſus,qui & Senarioli dicti ſunt à ſex pedibus. Cice. lib. 5. Tuſc. Tenebam enim quoſdam ſenariolos,quos in eius monumēto eſſe inſcriptos acceperam,qui declarabant in ſummo ſepulchro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro.

SENATORES,{Senatori} (βουλευταί)inquit Plutarchus in Problematibus,alios Patres uocant,alios Patres conſcriptos,quia primis à Romulo lectis alii additi,& conſcripti uel quia qui ſententiam dicunt, conſcripti ſunt. qui non ſolum patres uocati ſunt,ſed cum additione Patres conſcripti. Vlp. de Senat l. Nuptæ dicit, Senatores eſſe,qui patritius,& Conſularibus uſque ad omnes illuſtres uiros deſcendunt,quia hi ſoli in Senatu dicere ſententiam poſſunt: appellatique ſunt ab ætate prouecta,quod tales in principio in Senatum electi fuere. Sed & à ſinendo dici poſſunt ſenatores quoniam ipſi agendi facultatem dabant.

SENATORIVS,a,um,{Coſa da ſenatore} (βουλευτικός)quod eſt ſenatorum: ut, Senatoria dignitas, Senatorium conſilium. Cic. 3. Verr. Remp ſenatorio conſilio maxime poſſe defendi. Tacit lib. 15. Et Viuianus Annius genere Corbulonis,nondum ſenatoria ætate,ſed pro legato quintæ legioni impoſitus. Cic pro Flac. Liſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium.

SENATVS,tus,& ti,{Senato palazzo di conſiglio, congregatione di uecchi} (βουλή, γερουσία)à ſenectute,uel à ſinendo,quia magiſtratibus non plus licebat, quàm ſenatus permitteret. Et ſignificat tam locum in quem ſenatores conueniunt, quam ipſos ſenatores Cicero pro Seſtio. Senatus princeps ſalutis mentisque publicæ. Cogere ſenatum,eſt conſules,& ſenatores in conſilium conuocare.

Conuocare,uel uocare ſenatum,idem. Efficere frequentem ſenatum, eſt fere omnes ſenatores cogere. Senatum habere,eſt cogi. Senatus erit: id eſt, conuocabitur, cogetur. Senatus mitti,aut dimitti dicitur,cum datur facultas ſenatoribus abeundi domum. Senatus diſcedit,cum ſenatores à Conſule miſſi facti domum abeunt. Senatum cooptare,eſt ſenatum conſtituere. In ſenatum legere aliquem, eſt ipſum ſenatorem facere. In ſenatum uenire,aliquando eſt ſenatorem fieri. Mouere ſenatu,& ex ſenatu reijcere,idem. Senatum extinguere, eſt ſenatus auctoritatem, & dignitatem deprimere, uel tollere. Senatum conſilii in cor conuocare,dixit Plautus in Amph. quod eſt conſulere apud ſe, quid agēdū ſit. Hoc(inquit)conceſſero, dum mihi ſenatū cōſilii in cor cōuoco

SENATVSCONSVLTVM,ti,{Senato,conſulto deliberatione del Senato}(βούλευμα, τὸ δόξαν βουλευταῖς)id eſt, ſenatus ſententia. Quod fiebat aut per rogationem,quum rogabatur unuſquiſque ſentētiam,quam uerbis efferebat: aut per diſceſſionem,quando plerique idem ſentientes, in unam partem pedibus ibant, ſicut teſtatur Gellius lib. 3. cap. 18. Flauius Vopiſcus de Amelianio. Deinde aliis manum porrigentibus,aliis pedibus in ſententiam euntibus,pleriſque uerbo conſentientibus,conditum eſt ſenatuſconſultum.

SENECA,(σενέκας)natione Hiſpanus fuit, patria Cordubenſis, Academicus Philoſophus, & Neronis præceptor: à quo diuitiis ingentibus auctus,cum in Piſonianæ coniurationis ſuſpicionem uenilſet,eiuſdem iuſſu inciſis uenis mortē obiit. Fuit & alter Seneca, Tragicus Poeta,cuius fabulæ decem ad nos peruenerunt. Vtriuſque meminit Sidonius Apollinaris ad Felicem.

Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum ciet,hic putes legendum.
Quorum unus colit hiſpidum Platona,
Inceſſumque ſuum monet Neronem.
Orcheſtram quatit alter Euripidis,
Pictum fæcibus Aeſchylum ſecutus,
Aut plauſtris ſolitum ſonare Theſpin.
Qui poſt pulpita trita ſub cothurno
Ducebat olidæ marem capellæ.

SENECIO,nis,(ἠριγέρων)herba eſt cauliculo cubitali, ſubrubeo foliis contiguis,diuiſura erucæ,ſed multo minoribus,floribus luteis,qui celeriter in pappos uaneſcunt capillorum modo caneſcentes, idque potiſſimum uere. unde & Erigeron à Græcis appellatur. Fuit item hoc Oratoris cuiuſdam cognomen Neronis tempore,qui quòd omnia grandia affectaret,per iocum pro Senecione Grandio dicebatur. Vide Senecam Suaſoriarum lib. 1.

SENECTVS,ſenectutis, & Senecta, æ, {Vecchiezza,uecchiata}(γῆρας)in eodem ſenſu accipiuntur, pro ſenum ætate. Terent. in Phorm. Senectus ipſa eſt morbus. Eſt autem Senectus, ſexta hominum ætas: unde & Senes ſenario numero quidam dictos exiſtimant. Aetas enim prima incipit ab Infantia,nomen à non fando accipiens. In ea enim ætate non fatur homo: aut ſi fatur,imperfectus eſt eius ſermo Secunda pueritia, cuius pars eſt Pubertas,uſque ad XIIII. annum. Tertia Adoleſcentia. Quarta Iuuenta. Quinta Virilis ætas, Sexta Senectus, cuius pars eſt Aetas decrepita. Alii tamen Senes à ſegnitie dictos malunt,quòd tardi ſint,& ad res gerendas inutiles. Alii rurſus à mortis uicinitate appellatos contendunt,quaſi ſemineces. Cicero in Topic. Senectus eſt occaſus uitæ Iuuenal. Satyr. 9. Obrepit non intellecta ſenectus. Cicero de Senec. Aedepol ſenectus ſi nihil quicquam aliud uitii apportet ſecum,cum aduenerit: unum id ſatis eſt, Quòd diu uiuendo multa,quæ non uult,uidet. Verg. 1. Georg. Populatque ingentem farris aceruum Curculio, atque inopi metuens formica ſenectæ. Ouid 3. de Arte. Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ Senectus prætereà dicitur pellis,quam uerno tempore ſerpentes exuunt,quæ à Græcis γῆρας, à nobis etiam Vernatio dicitur: unde & Senectutem exuere dicuntur. Plin. lib. 8. cap 30. Angues eodem modo & ſtelliones ſenectutem exuere,eamque protinus deuorare,præripientes comitiali morbo remedia.

SENECTVS,a,um,(γεραλέος)idem quod ſenilis: ut, Membra ſenecta. Lucret. libro 3. Quidve foras ſibi uult membris exire ſenectus. Aetas ſenecta Plaut. Aul. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, Quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Senectum corpus. Salluſt. lib. 4. Hiſtor Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat.

SENEO,ſenes,ſenui,& Seneſco,cis,{Eſſer uecchio,muecchiarſi} (γηράσκω)ſenex fio. Catul. Nunc placida ſenet quiete. Plinius libro ſexto cap 4. Fœminas gigni celerius, quàm mares, ſicut celerius ſeneſcere. Vnde & conſeneſco, de quo ſupra ſuo loco. Seneſcit ciuitas otio, id eſt, otio torpeſcit. Seneſcunt conſilia, cum inania diuturnitate, & mora uana fiunt. Seneſcere fama dicitur cum tempore minuitur. Seneſcit hyems, declinat. Seneſcit laus, id eſt, defloreſcit. Seneſcit morbus, id eſt, remittitur, relaxatur. Seneſcunt arma, abolentur.

SENEX,huius ſenis,{Vecchio}(γέρων, πρεσβύτης)dictus uidetur quaſi ſeminex,quod acta maiori ſuæ ætatis parte,iam morti propinquior ſit. Et eſt generis communis ſecundum Priſcianum. Tibullus libro Eleg. 6. Commemorant merito tot mala ferre ſenem. Loquitur de meretrice uetula. Huius genitiuus eſt Senis,olim etiam Senicis ſecundum analogiam. Plautus in Ciſtellaria: Vos negotioſi ſenicis ſoletis eſſe Comparatiuum eſt Senior,quod ualde ſenem ſignificat. Ouidius libro 12. Metamorph. Tum ſenior,quamuis obſtet mihi longa uetuſtas. Quintil. de Iſocrate: Eo iamque ſeniore(octauum enim & nonageſimum compleuit annum)præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Capitur quandoque etiam Senior pro magis ſene. Seneca Epiſtol. 75. Quemadmodum ex duobus ſapientibus, qui ſenior deceſſit, non eſt beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata eſt uirtus. Eſt & Senior, generis communis, in obliquis uero commune trium generum Senes uocantur, quantum ad priuatam ipſorum uitam,quod uſque ad ſenilem ætatem uixerunt. Veteres quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate uixerunt, etiamſi ad ſenium non peruenerunt: Vtrique Antiqui dicuntur, ſed magis ueteres quam ſenes. Seniores,pro Senatus aliquando dicuntur, quoniam ex prouectioris ætatis hominibus legi ſolet Senatus. Liuius quarto Bell. Macedo. Scriptum erat, Ariſtonem priuatum ad neminem publice ad ſeniores (ita Senatum uocabant) mandata habuiſſe.

SENILIS,& hoc le,{Coſa da uecchio}(γεραλέος, γεροντικός)quod ad ſenē pertinet Cic. 1. de Diuinatio. Is autem Tages,ut eſt in libris Hetruſcorum puerili ſpecie dicitur uiſus,ſed ſenili fuiſſe prudentia. Ouidius primo de Pon. Iamque meus uultus ruga ſenilis arat. Cicero pro Seſtio: Te ſororis filius Poſthumius, adoleſcens grauis, ſenili iudicio notauit. Ouid. 5. Metamorph. Hyems ſenilis tremulo uenit horrida paſſu. Seniliter, aduerbium: ut, Tremere ſeniliter, Quint. libr. 1. cap. 11.

SENI,ſenæ,ſena à Sex Cice 4. Verr. Ab iſto & præco qui uoluit iſtum ordinē pretio mercatus eſt,& ſueri annorum ſenum ſeptenumque denum Senatorium nomen nundinati ſunt. Anni decies ſeni, id eſt, ſexaginta, Ouid 5. Faſt.

SENIO,ſenionis,(ἑξίτης)latus tali ſex puncta continens,& à ſenario numero dici uidetur: eiuſque iactus perutilis erat Perſius Sat. 3. Iure etenim id ſummum, quid dexter ſenio ferret, Scire erat in uoto. Nonnunquam & damnoſus quemadmodum & canis. Erat enim quædam ludi ratio,qua quicunque aut canem ieciſſet,aut ſenionem,minimum unum in medium conferre cogebatur: ut eſt uidere in Epiſtola quadam Auguſti apud Suet. Mart. lib. 13. Non mea magnanimo depugnat teſſera talo, Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.

SENIVM,ſenij,{Vecchiezza}(γῆρας)idem quod ſenectus: ut, Confectus ſenio, apud Plin. lib. 7. cap. 55. Mens ſenio fluxa, Tacit. lib 5. Terent. Eunuch pro improbo & moroſo ſene poſuit, cum ait, Vt illum dij deæque ſenium perdant,qui me hodie remoratus eſt. Senium Lunæ, pro decurſu. Plin. lib. 7. cap. 48. Quidam Lunæ ſenio annum terminabant,ut Aegyptij. Quandoque etiam dicitur tædium, triſtitia, & moleſtia, quòd ſenes omnibus odio ſint. Cice. pro Milo. Tota ciuitas cōfecta ſenio eſt. Squalent municipia. Turpilius, Quia odio, ac ſenio mihi nuptiæ ſunt. Næuius Senium ſont: cum appellat, quaſi nocēs quia ſenectus naturalis morbus eſt, ut inquit Ariſtoteles.

SENNAAR,(σενναάρ)cāpus Babylonis,in quo a Nimbroth Gigante extructa eſt turris illa celſiſſima, diuortio linguarum notiſſima.

SENOGALLIA,{Senegaglia} (σηνογαλλία)ciuitas eſt agri Gallici, infra Picenum, teſte Plin. lib. 3. cap. 4. dicta à Senonibus Gallis,qui eam condiderūt. De hac Silius lib. 8. Et Glanis & Rubico, & Senonum de nomine Sena. Pomponius Mela. lib. 2. Senogallia maritima ad Atern fluminis oſtia.

SENONES,(σένωνες)populi Galliæ,finitimi Belgis,qui olim urbem Romam incenderunt,& Capitolium obſederunt. Hos Furius Camillus aggreſſus adeo cecidit,ut incendiorum ueſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius,referente Feſto,ideo Senones appellari,quia noui uenerunt ex Tranſalpina Gallia quaſi cænonas litera immutata,καινός.n.Græcè,Latinè nouus dicitur.

SENSIBILIS,le,{Senſibile} (αἰσθητός)ferè paſsiuè accipitur, pro eo quod ſentiri poteſt,hoc eſt quod uel auditu,uel uiſu,uel olfactu,uel guſtu,uel tactu poteſt deprehendi. Nonnunquam & actiuè,pro eo quod ſenſus facultate præditū eſt,αἰσθητικόν.Huius contrarium eſt Inſenſibilis:quo utitur A.Gell.Noct.Att. lib 17 cap.10.

SENSICVLVS,li,(ἐνθυμημάτιον)diminutiuum à Senſus.Quint.lib.8.ca.5.Inde minuti,corruptiq́ſenſiculi,& extra rem petiti.

SENSIFER,ra, rum,ſenſum ferens. Lucret.libro 3. Ideo concluſa mouebunt Senſiferos motus. Ibidem: Longe ab ſenſiferis primordia motibus errant.

SENSIFICVS,ca,cum,(αἰσθητικός)quod ſenſus cauſam præſtat. Macrob. Spiramenta ſenſifica,ad ſua quæq́ loca naturali lege ducentes.

SENSILE,pen cor.)αἰσθητόν)idem quod Senſibile,hoc eſt, quod ſenſui ſubiectum eſt. Inſenſile,quod ſentiri non poteſt.Lucret.libr.2. Ex inſenſilibus nec credas ſenſile gigni.

SENSIM,aduerbiū,{A poco,à poco}(ἐκ προσαγωγῆς,ἠρέμα)idem quod paulatim,ſeu pedetentim. Plaut. in Caſin. Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta. Cice. 5.Verr.Quibus rebus non ſenſim,atque moderate,ad iſtius amicitiā arrepſerat:ſed breui tempore totum hominem,totamq́ eius præturam poſſederat. Senſim & Repente contraria.Cic.lib.1.Offic. Magis decere cenſeut ſapientes amicitiam ſenſim diſſuere,quàm repente præcidere.

SENSVS,ſus,{Senſo, ſentimento}(αἴσθησις)facultas animæ, qua obiecta ſenſilia apprehendunt. Senſuum autem alij ſunt Exteriores, Viſus, Auditus, Guſtus, Tactus,& Olfactus. Alij interiores,Senſus communis, Imaginatrix, & Memoria. Plin. lib. 10.cap.69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus:reliquis ſuperatur à multis Aquilæ clarius cernunt.uultures ſagacius odorantur.liquidius audiunt talpæ obrutæ terra,tam denſo,atque ſurdo naturæ elemento.Cice.2.de Natu deo.Guſtatus præclarè ſeptus eſt: ore enim continetur, & ad uſum aptè,& ad incolumitatis cuſtodiam:omniſq́ ſenſus hominum multo antecedit ſenſibus beſtiarum. Differunt autem Senſus & Senſa:nam ſenſus ſunt facultates ipſæ,quibus ſentimus:ſenſa uero, quæ ſentiuntur. Senſus humanitatis Cicer.3.Verr.Non dubito, quin tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis:nunc tamen in metu periculoq́ tuo,tuorum tibi ſcelerum ueniat in mentem. Idem 7.Verr. An uos quoque hic acerbiſsimus innocentium cruciatus & mœror pari ſenſu doloris afficit? Senſus uitalis Lucr. lib.3.Denique ſæpe hominem paulatim cernis obire, Et membratim uitalem deperdere ſenſum. In pedibus primum digitos liueſcere,& ungues: Inde pedes & crura mori:poſt inde per artus Ire alios tractim gelidi ueſtigia lethi. Mentis conceptus etiam Senſa(ἐνθυμήματα,νοήματα,διανοήματα)dicuntur. Quint. libr.8 cap 5. Sententiam ueteres,quod animo ſenſiſſent uocauerunt.id cum eſt apud Oratores frequētiſsimum,tum etiam in uſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & iuratur ex animi noſtri ſententia,& gratulantes ex ſententia dicimus. Non rarò tamen & ſic locuti ſunt, ut Senſa ſua dicerent: nam ſenſus corporis uidebantur. Sed conſuetudo iam tenuit ut mente concepta Senſus uocaremus. lumina autem,præcipueq́ in clauſulas poſita,Sententias. Cicer. 1. Acad. Quod autem erat ſenſu comprehenſum,id ipſum ſenſum appellabat. Idem 1. de Orato. Hoc uno præſtamus feris,quod colloquimur inter nos,& quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Senſus communis. Quint. lib. 1. cap. 3 Senſum ipſum,qui dicitur Communis,ubi diſcet,cum ſe à congreſſu,qui non hominibus ſolum,ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt,ſegregarit? Vbi interpres:Communis ſenſus accipitur pro rerum peritia,ex multorum hominum congreſſu cōparata:non pro ſenſu communi,qui in anteriori cerebri uētriculo à Phyſicis collocatur. Horat. 1.Serm.Saty 3 Communi ſenſu planè caret.

SENTA,Deæ nomen apud Romanos,quam & Bonam deam uocabant:ueteres Faunam,& Fatuam dixerunt. Hanc Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe,ut nemo illam dum uixit,præter uirum ſuum,mas uiderit, nec nomen eius audierit. Propter quod illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam Deam nominabant.

SENTENTIA,æ,{Sentenza,parere,opinione}(γνώμη νοῦς)iudicium animi ſenſa,conceptus mentis,& quicquid animo ſentimus. Salluſt. At M. Porcius Cato rogatus ſententiam,huiuſmodi orationem habuit. Plaut. in Pſeud. Hæc mea ſententia eſt,ut hinc porro quid agas conſulas. Terentius in Phorm. Alere nolunt hominem edacem,& ſapiunt mea quidem ſententia. Res poſita in ſententiis dicitur,de qua uariæ ſunt hominum ſententiæ. In ea ſum ſententia: id eſt,ita ſentio,Omnibus ſententiis abſolutus eſt,dixit Cicero ad Quint. Frat. lib. 2. Id eſt,omnium conſenſu,& calculo. Modo dicitur iudicatum.hoc eſt,quū ex lege,uel ex æquo & bono ſententia dicitur:ut, Iudex in cauſa mea ſententiā dixit:id eſt,ſanciuit,quod ius exigebat. Et ut Digeſt. de Arbitr, ſcribit Paulus Dicere ſententiam æſtimatur is,qui ex mente id pronuntiat,ut ſecundum hoc diſcedere eos,qui litigant,à tota controuerſia uelit. Sententias etiam uocamus, inquit Quint. libr. 8. cap. 5. lumina orationis,præſertim quæ in clauſulis ſunt breuiter collecta,quas γνώμας uocant Græci: cuiuſmodi eſt illa apud Terentium: Obſequium amicos ueritas odium parit. Hinc Sententioſus,ſa,ſum,(γνωμολογικός)quod ſententijs abundat,& dictis quibuſdam breuiter collectis. Cicer. de Clar. Orato. Genera autem Aſiaticæ dictionis duo ſunt: Vnum ſententioſum,& argutum:ſententiis,non tam grauibus & ſeueris,quàm concinnis,& uenuſtis. Hinc Sententioſe,aduerbium Cice. 2. de Orato. Sæpe enim ſententioſe ridicula dicuntur. Auctor ad Herennium definit ſententiam hoc modo: Sententia eſt oratio ſumpta de uita quæ aut quid ſit aut quid eſſe oporteat in uita, breuiter oſtendit. Hinc Sententiola,æ,diminutiuum,γνωμίδιον. Cice. 3. Phili. Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui.

SENTICETVM,ti, {Spineto, fratta} (ἀκανθών) locus in quo ſentes abundant. Pla. in Capt. Non enim es in ſenticeto,eo non ſentis.

SENTINA,æ,pen.pro.{Sentina, una parte baſſa nella naue} (ἄντλον)pars nauis inferior,in quam quicquid inſtillat aquarum,defluit,quibus corruptis tetrū odorem emittit:à Sentio,tis,quod eius fœtor ſentiatur. Nam odorem fœtidum emittit. Iuuen. Sat.6. iubeat coniux, durum eſt conſcendere nauem: Tunc ſentina grauis,tunc ſummus uertitur aer. Per translationem Sententia dicitur omnis locus,qui ſceleratorum hominum receptaculum ſit. Cice. in Catil. O fortunatam Remp ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit. Vno mehercle Catilina exhauſto,releuata mihi,& recreata Reſpub uidetur.

SENTINO,nas,ſatago,ac ſubtiliter per zelum euito: à ſentina nauis,quam quiſque ut aqua liberet, euacuare contendit. Cæcilius,capit conſilium poſtquam ſentinat ſatis. Feſtus.

SENTINVM, {Saſſoferrato}(σέντινον)oppidum in confinibus Vmbriæ, & Piceni,quod nunc Saxumferratū appellatur:à quo Sentinates populi dicti ſunt. Pli. lib. 3. cap. 14. Vocatum Sentinum ab amne,qui Sentinus dicitur.

SENTIO,tis,ſi,ſum,{Sentire, pigliare in ſentimento, intendere, accorgerſi} (αἰσθάνομαι)ſenſu percipio. Plaut. in Cine. Sentio ſonitum. Vnde quinque corporis ſenſus appellati ſunt,uiſus,auditus,guſtus,odoratus,& tactus. Lucre. lib. 1. Quin porro uarios rerum ſentimus odores:Nec tamen ad nares uenientes cernimus unquam. Interdum Sentire ponitur pro intelligere,νοεῖν. Cicero pro Archia:nam & ipſe animus ſentit,neſcio quid in ſe eſſe diuinum. Interdum iudicare,opinari,φρονεῖν,γνώμην ἔχειν. Plinius Iunior:Cupio abs te intelligere, quid ſentias. Cice. de Amic. Sed hoc primum ſentio,niſi in bonis,amicitiam eſſe non poſſe. Interdum aduertere. Plaut. in Amph. Nec noſtrum quiſquam ſenſimus,quum peperit Sentire pro aliquo,ſiue ab aliquo,eſt ſententia ſua alicui fauere. Sentire grauiter de aliquo,eſt malam(ut uulgus loquitur) de eo opinionem habere: ſiue grauiter de aliquo iudicare,ſtatuere. Budæus. Sentire medicinam,apud Celſum,eſt melius habere poſt medicinam. Sic Plinius lib. 22. ca. 25. Atrophia dixit,quæ cibum non ſentiunt. hoc eſt,quæ ob debilitatem alimentum attrahere non poſſunt,aut in ſubſtantiam ſui conuertere. Sentire cariem, Sentire uetuſtatem. Plin. lib. 12. ca. 7. Celeritate ea cariem ſenti. Hoc eſt efficitur carioſa. Budæus. Huius compoſita ſunt, Aſſentio, Conſentio, Diſſentio, Præſentio, Subſentio,quæ uide ſuis locis.

SENTIS,is,{Spina}(ἄκανθα)ſpina,quòd à tangentibus quàm primum ſentiatur. Columella libro 6. cap 3. Liberantur arua ſentibus, qui æſtiuo tempore per Caniculæ ortum reciſi,plerunque intereunt radicitus. Verg. 2. Aeneid. Improuiſum aſperis ueluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens. Hinc Sentícoſus,ſa, ſum, (ἀκανθώδης)ſpinoſus, & aſper. Lucil. Quàm ſenticoſa uerba pertorquet.

SENTIS canis,(κυνόσβατος)frutex eſt arbuſculæ inſtar,rubo multo maior,folia ferens multo latiora myrto,firmis circa ramos ſpinis,flore candido,fructu oblongo,nucleo oliuæ ſimili,qui per maturitatem fuluescit,& flocculos intus continet. Alio nomine Rubus caninus,& Gallorum uocabulo Eglenteria nominatur Colum li. 11. cap. 3. Et eius quam Græci uocant κυνόσβατον, nos Sentem canis appellamus.

SENTISCO,is,(αἰσθάνομαι)idem ferè quod ſentio. Lucret. lib. 3. Vſque adeo prius in nobis ſunt multa cienda Semina, corporibus noſtris immiſta per artus, Quàm primordia ſentiſcunt concuſſa animai.

SENTVS,a,um,{Peloſo, ſpinoſo}(λάσιος,δασύς,αὐχμηρός,ῥυπώδης)horridus,piloſus,ſitu & ſquallore obſitus. Terentius in Eunuch. Video ſentum, ſquallidum,ægrum, annis pannisq́ obſitum. Vergil. 6. Aeneid. Sed me iuſſa deum,quæ nunc has ire per umbras,Per loca ſenta ſitu cogunt,noctemq́ profundam,Imperijs egere ſuis.

SEORSVM,{Separatamente,à parte,da parte(χωρίς)aduerbium idem ſignificans quod ſeparatim. Cice. lib. 7. Epiſt. Seorſum à collega puto mihi omnia paranda. Auctor ad Herenn. lib. 1. Seorſum hoc ab illo tractandum eſt. Legitur & Seorſus,a,um,adiectiuum,idem ſignificans quod ſeparatus. Verg. in eo opuſculo,cuius eſt initium, Eſt & Non. Pariter nonnunquam, ſæpe ſeorſis Obſiſtunt dubijs.

SEPARO,ras,pe.cor.{Separare, ſpartire,diuidere,diſtinguere(ἀφορίζω,ἀποκρίνω, χωρίζω) diuido, diſtraho, à Se, & Paro. Plin. lib. 13. Mox ſeparant laudādo,& ſiccata tundunt Cice. 4. Acad. Quoniam uera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur. Idem 1. Offi. quod cogitatione magis à uirtute poteſt,quàm re ſeparari. Ouid. 1. Amor. Eleg. 4 Separor à domina nocte iubente mea. Separatus,a,um,participium. Cice. 4. Tuſcu. Quando igitur uirtus eſt affectio animi: & uirtus ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis. Separabilis,le. pen. cor. quod ſeparari poteſt. Cice. 1. Tuſc. Nec ſeparabilem à corpore eſſe. Hinc aduerbium Separatim, (χωρίς)id eſt,diuiſim, ſeorſum, Salluſtius: Omnia uirtutis præmia ambitio poſsidet neque mirum ubi uos ſeparatim quiſque conſilium capitis. Separatim de probitate alicuius dicere,dixit Cice. ad Brutum,pro eo quod eſt ſigillatim. cui opponitur Aceruatim. Legitur & Separate à quo ſit comparatiuum Separatius. Cice. 2. de Inuen. Quædam ſeparatius ad finem quo referri omnem orationem oportet,adiungemus.

SEPELIBILIS,ſepelibile,quod ſepeliri debet,aut poteſt. Plaut. Ciſt. Facito,ut facias ſtultitiam ſepelibilem. S. Quid faciam? G. latebras abſcondas pectore penitiſsimo Tuam ſtultitiam.

SEPELIO,lis,pen.cor. liui,ſepultum,{Sepelire, ſotterrare}(θάπτω)quod uerbum à Sepio quidam deducunt,quia cadauer terra,uel alio materiæ genere circumſepitur. Eſt autem Sepelire,humo iniecta contegere,in ſepulchrum inferre, tumulo mandare mortuum Cice. 2 de Legi. Mortuum in urbe ne ſepelito,neve urito. Seruius Cic. lib. 4. Vt in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremus,nobis permiſerunt. Sepelire dolorem, per tranſlationem,eſt deponere, tegere. Cice. 2. Tuſcul. Amittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor. Sepultus, a,um,ταφείς. Plin. lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus humatus uero humo tectus. Vergil 6. Aeneid. Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto. Sepultus,pro Sopitus. Verg 3. Aeneid Nam ſimul expletus dapibus, uinoq́ ſepultus Ceruicem inflexam poſuit. Idem 2. Aeneid. Inuadunt urbem ſomno uinoq́ ſepultam. Cice. pro lege Manil. Quod bellum expectatione Pōpeij attenuatum atque imminutum eſt:aduentu ſublatum & ſepultum. Sepultus ſum:id eſt,perij. Et plus eſt,quàm Nullus ſum,auctore Donato, in Phorm. Terent. Phorm. Lenim habent aliam. C. nullus ſum. P. ex qua filiam Suſcepit,& eam clam educat. C. ſepultus ſum.

SEPES, pis, fœminini generis, {Siepe,ciefa,ſpinata}(φραγμός)quæ obiecta

intro itum

intreitum prohibet in agrum aut hortum Colum lib. 10. Talis humus uel parietibus, uel ſepibus hirtas Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia furi. Verg. 8 Eclog. Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala (Dux ego ueſter eram) uidi cum matre legentem. Idem 1. Georg. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinunt: riuos deducere nulla Relligio uetuit, ſegeti prætendere ſepem, Inſidias auibus moliri, incendere uepres.

SEPIA, æ, {Sepa} (σηπία) genus piſcis, atrum cruorem, dum ſe peti animaduertit, per aquam effundens, atque ita piſcatoribus iter ueluti præſepiens. Plin. libro 9. cap. 29. Sepiarum generis mares uarij & nigriores, conſtantiæq; maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, ubi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine iis eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Perſius Saty. 3. Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuit, reſpiciens nimirum ad piſcis eius ſanguinem, atramenti nigrorem referentem.

Verba, eius ſunt hæc: Tum querimur, craſſus calamo quod pendeat humor, Nigra quòd infuſa uaneſcat ſepia lympha. Hinc Sepiola diminutiuum. Plaut. in Caſſ. Emito ſepiolas lepadas, &c.

SEPIMENTVM, ti, {Intermezzata} (φράγμα) id dicitur, quo aliquid ſepitur. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 14. Primum natura e ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis, aut ſpinis, quod habet radices uiuæ ſepis. Cicero 1. de Legib. Atque hęc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit, diſſerendi ratione, ueri & falſi iudicandi ſcientia.

SEPIAS, adis, (σηπιάς) Magneſiæ promontorium eſt, apud Herodotum libro 6. & Plin. lib. 4. cap. 9.

SEPINATES, uel potius Sæpinates, (σαιπινᾶται) populi ſunt. inter Samnites, in quarta Italiæ regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum, (σαίπινον) commemoratur à Ptolemæo, lib. 3. cap. 1.

SEPIO, pis, iui, pitum, uel ſepſi, ſeptum, {Circondare, d'intornare} (περιβάλλω, φράττω) circumuallo, impedio, circundo. Dictum à ſepibus, quæ obiectæ intercludunt iter. Cic. 2. de Natu. Deo. Latent præterea utiliter, & excelſis undique partibus ſepiuntur. Idem ad Cato. lib. 15. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis caſtriſq; maximis ſepſi. Tacitus li. 1. Acribus nanque cuſtodiis domum & uias ſepſerat Liuia. Verg. 1. Aene. At Venus obſcuro gradientes aere ſepſit. Septus, a, um, participium. Liu. 1. ab Vrb. Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis ſepta in uarias uoluntatibus, communi tamē metu cogente ſilentium tenuit. Verg. 1. Aeneid. Infert ſe, ſeptus nebula, mirabile dictu, Per medios, miſcetq; uiris, neque cernitur ulli. Huius compoſita ſunt, Conſepio, Circumſepio, Interſepio, Præſepio: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SEPIVS, untis, {Siponto hodie Manfredonia} (σηπιοῦς) oppidum Appulorū, Dauniorum, ad radicem Gargani montis à Diomede conditum: à multitudine ſepiarum, quæ ibi fluctibus eijciuntur, impoſito nomine. Hoc poſtea aliquot literarum immutatione Sipus, (σιποῦς) & Sipontum appellatum eſt.

SEPLASIA, fuit forum Capuæ in quo unguentarii negotiabantur, cuius deliciis fractam fuiſſe Punicam ferociam, teſtatur Valer. Max. lib. 6. Cicer. contra Rull. Iam uero qui metus erat tunicatorum illorum in Albana, & Seplaſia.

Hinc Seplaſiarius, pro unguentario, & effœminato. Lampridius in Heliogabalo: Pinxit ſe, ut cupedinarium, ut ſeplaſiarium, ut popinarium.

SEPONO, nis, pen. prod. {Metter da banda, ſeparare} (παραβάλω, ἀποτίθεμαι) ſeorſum pono, ſeparo. Cice. in Oratore. Vt ij qui docerent, nullum ſibi ad eam rē tempus ipſi ſeponerent. Idem 3. de Orato. Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. Hora. in Arte: Scimus inurbanū lepido ſeponere dicto. Quint. lib. 12. In conſiliis uero, quæ ratio ſuadendi eſt, ab honeſti quæſtione ſepoſita eſt. id eſt, diuiſa, ſeparata. Liu. lib. 1. ab urb. Captiuam pecuniam in ædificationem eius templi ſepoſuit. Hinc Sepoſitus, pro remoto, qui in longinquis habitat ſinibus. Mart. lib. 1. Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara Cæſar, Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?

SEPS, ſepis, maſcu. gen. (σήψ) paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: à σήπω uerbo Gręco, quod eſt putrefacio. Nam quicquid momorderit, reſoluitur in putredinem. Luc. li. 9. Oſſaq; diſſoluēs cum corpore tabificus ſeps. Pli. lib. 29. Lacerta quam hi Sepa, alii Chalcidicem uocant. Auſo. An Libyæ ferale malum ſit Romulo nox, ſeps?

SEPTA, orum, {Mandria, branco} (ἀμφίφρακτα, περίβολοι, ἕρκη) generali uocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento uallata. ut, Septa uillæ, quibus uilla circumſepitur. Varr. lib. 1. de Re ruſt. ca. 14. Nunc de ſeptis, quæ tuendi fundi cauſa, aut partia fiant, dicam. Hinc etiam pecorum ſtabula, ut ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, Septa nuncupantur. Verg. 1. Eclog. Quamuis multa meis exiret uictima ſeptis. E conuerſo. Luca. Ouilia pro ſeptis poſuit. Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. Inde in Martio campo loca incluſa tabulatis, in quibus ſtās populus Romanus ſuffragia ferre conſueuerat, Septa dici meruerunt, ad ſimilitudinem ouilium. De quibus Martial. lib. 9. In ſeptis Mamurra diu multumq; uagatus. Varr. li. 3. de Re ruſt. appellat Septa, omnia quæ habent incluſa animalia, quæ paſcunt. Iureconſulti accipiunt Septa pro obicibus, & clauſtris, quibus utimur ad impetus fluuiorum coercendos. Vlpianus de riuis lege. 1.

SEPTANGVLVS, {Di ſette cantoni} (ἑπτάγωνος) dicitur quod ſeptem angulos habet.

SEPTEM, {Sette} (ἑπτά) numerale nomen notæ ſignificationis, à Græco ἑπτὰ deductum ſpiritu aſpirato in s, mutato, & uocali ultima in em. Verg. 6. Aeneid. Necnon Threicius longa cum ueſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

SEPTEMBER, {Settembre} (μαιμακτηριών, ἑπτέμβριος) menſis ſeptimus: à Martio, à quo Romani olim annum ſuum auſpicabantur. Aliquando ſumitur adiectiue. Horat. 1. Epiſt. 17. Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ, Incolumem tibi me præſtant ſeptembribus horis.

SEPTEMFLVVS, a, um, (ἑπτάρροος) quod ſeptem alueis riuis, aut fontibus fluit. Ouid. 15. Metam. Perq; papyriferi ſeptemflua flumina Nili Victrices egiſſe rates.

SEPTEMGEMINVS, a, um. (ἑπτάπλοῦς) quod ſeptem habet partes ſiue membra. Verg. 6. Aene. Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

SEPTEMPEDALIS, le, {Longo di ſette piedi} (ἑπτάπεδιαῖος) quod ſeptem pedes eſt longum. Plaut. Curcu. Ibi nunc ſtatuam uult dare auream Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet Septempedalis.

SEPTEMPLEX, cis, {Spartito in ſette parti} (ἑπταπλοῦς) quod in ſeptem partes diuiſum eſt. Verg. 12. Aeneid. Et clypei extremos ſeptemplicis orbes. Per mediū ſtridens tranſit femur. Ouid. 2. Triſt. Solus ad ingreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri Parrhaſiæ gelido uirginis axe premor.

SEPTEMVIR, ri, ſicut Triumuir, magiſtratus nomen apud Romanos. à numero uirorum, qui eo magiſtratu fungebantur, dictum. Cice. 5. Philip. Iudicandumq; nullos ſeptemuiros fuiſſe, nihil placere ratum eſſe quod egiſſent, aut quod ab iis actum diceretur. Septemuiralis, le, ad ſeptemuiros pertinens. Liu. 4. Bell. Pun. Vt proditio pro ſeptemuirali iudicio eſſet, ſemperq; aliud ſentiret, infidus ſocius, uanus hoſtis, &c. Septemuiratus, us, penu. prod. ſeptemuirorum dignitas. Cicero prima Philip. Eundem in ſeptemuiratu nonne deſtituiſtis? intercedit enim.

SEPTENARIVS, a, um, {Numero di ſette} ut, Septenarius numerus, ἑπτάς Septenarius uerſus, ἑπτάμετρος. Cic. 1. Tuſcu. Non intelligo quid metuat, cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

SEPTENDECIM, pen. cor. (δεκαεπτά) numeri nomen indeclinabile notæ ſignificationis. Cice. 1. Verr. En quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus.

SEPTENNIS, & hoc ne, {Di ſette anni} (ἑπταετής) id eſt, ſeptem annorum, pro quo legitur & Septuennis & hoc Septuenne. Plaut. in Menæch. Poſtquàm iam pueri ſeptuennes ſunt.

SEPTENTRIONES, (ἄρκτος) ſunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iuncti Triones figurantur. Scribit Varro Triones ruſticorum uocabulo boues uocari, quaſi terriones, hoc eſt arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alii Triones à ſitu dictos mauult, quoniam ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæq; ſtellæ proximæ inter ſe trigonon, id eſt, triquetram figuram conſtituant, quam recentiores uocant triangulum.

Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro uidetur, antiqui Græcorū ἅμαξαν, id eſt, plauſtrum dixerunt. noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam uentus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt & Latine Septentrio, & Septentrionalis uctus, & Septentrionarius, Græce uero quòd ab Arcto ſlet, Aparctias appellatur. Cic. ad Att. lib. 9. Ex ea die fuere Septentriones uenti.

SEPTENVS, a, um, idem quod ſeptem. Cicer. 4. Verr. Et pueri annorum ſenum, ſeptenumq; denum, ſenatorium nomen nundinati ſunt. Verg. 5. Aeneid. Dixerat hæc adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit. Propert. lib. 2. Eleg. 17. Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris.

SEPTIES, aduerbium, {Sette uolte} (ἑπτάκις) ſeptem uicibus. Cice. 2. Philipp. Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. Plin. lib. 16. cap. 40. Septies reſtituto templo.

SEPTIFARIAM, {A ſette modi} (ἑπταχῶς) ſeptē modis, ea forma qua Multifariam. Santra de Verborum antiquitate: In quod uolumen unum eos ſectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum, Nonius.

SEPTIMVS, a, um, {Settimo} (ἕβδομος) ultimus, ſiue unus ex ſeptem. Pli. lib. 7 cap. 52. Vt tamen in ſeptimum, & quinquageſimum atque centeſimum uitæ duraret annum. Plaut. Pſeud. Aedes eſſe ſeptimas à porta.

SEPTIMVM, aduerbium, {La ſettima uolta} ut, Septimum conſul: ſicut & Secundum conſul. Cic 3. de Natu. deo. Cur enim Marius tam feliciter ſeptimū conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

SEPTINGENARIVS, a, um, quod ſeptingentorum numerum complectitur. ut, Septingenarius grex. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 10. Septingenarii enim mei, tu octingenarios habuiſti.

SEPTINGENTI, tæ, ta, pluraliter tantum, (ἑπτακόσιοι) Plin. lib. 35. cap. 2. Et M. Varro benigniſſimo inuento inſertis uoluminum ſuorū fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium. Liu. 3. Bell. Pun. Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt, firmatis ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidio.

SEPTINGENTESIMVS, a, um, pen. corr. (ἑπτακοσιοστός) ultimus, ſiue unus ex ſeptingentis. Liu. 1. ab Vrb. in Procem. Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

SEPTIANA mala, (σεπτιανὰ μῆλα) dicuntur à Septio Libertino, eorum primo inſitore, inſigni rotunditate prædita. Apud Columellam tamen libr. 5. cap. 10 unde Calepinus hæc ſe ſumpſiſſe profitetur, Sextiana poma legimus, non Septiana.

SEPTICOLLIS {La città di Roma} (ἑπτάλοφος) urbis Romæ epitheton, à ſeptem collium numero impoſitum: quorum nomina erant, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

SEPTICVS, a, um, (σηπτικός) idē quod putrefactiuus, ἀπὸ τοῦ σήπειν. quod eſt putreſcere. Vnde & σηπτά, dicuntur medicamenta, quæ putrefaciendi uim habent Plin. lib. 28. cap. 9. Quin & ſanguis eorum ſepticam uim habet.

SEPTVAGINTA, (ἑβδομήκοντα) decies ſeptem. Cice. 5. Verrin. Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus minor cum ſit.

SEPTVAGENVS, a, um, quamuis proprie ad diſtributiuum numerum pertineat, ſæpe tamen idem ferè ualet, quod Septuaginta. Pli. lib. 26. ca. 10. Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam.

SEPTVNCIALIS, le. (ἑπταούγκιος) quod eſt unciarum ſeu partium ſeptē: ut Septuncialis ſatio qua ſeritur ſemiiugerum, & duodecima iugeri pars Colu. lib. 2. ca. 10. Media ſementis pars ſeri, & pars ultima debet, quæ Septuncialis ſatio dicitur.

SEPTVM, ti, (φράγμα) quid ſit, abunde ſupra explicuimus in dictione Septa. Hic itaque ſatis fuerit docere, quod ibi prætermiſſum eſt. Septum tranſuerſum à Medicis, reiſq; Anatomicæ peritis, appellari, quod Græci uocant διάφραγμα, quo partes uitales, hoc eſt, cor et pulmo, à naturalibus diſcludūtur. de cuius ſubſtantia, figura, & uſu uide plura ſupra in dictione Diaphragma.

SEPTVNX, cis, (ἑπτάουγκον) menſura, uel pondus ſeptem unciarum, hoc eſt, aſſis partes ſeptem. Vnde & in agri menſuris Septunx dicitur, qui continet, ſemiiugerum, & iugeri partem duodecimam. Colum. lib. 5. cap. 1. Pars dimidia & una duodecima, pedes ſexdecim millia & octingentos: hoc eſt, ſeptunx, in quo ſunt ſcrupula CLXVIII. Accipitur etiam Septunx pro ſeptem cyathis uini. Solebant enim ueteres, quando ſe paulo liberius inuitabant, tot

uini cyathos ebibere, quot erant literæ in amaſiorum, amicarumve nominibus: ſingulosq́ cyathos appellabāt uncias. Mart. li. 8. Si Telethuſa uenit, promiſſaq́ gaudia portat, Seruabor dominæ Rufe triente tuo. Si dubia eſt ſeptunce trahar: ſi fallit amantem: Vt iugulem curas, nomen utrunque bibam. Idem libr. 1. Næuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. Omnis ab infuſo numeretur amica falerno. Et quia nulla uenit, tu mihi Somne ueni.

SEPTVOSE, {Oſcuramente} (αἰνιγμῶς) aduerbium, à ſepio, id eſt, obſcurè. Liuius in Antiopa. Ita ſeptuoſe dictio abs te datur quod conſecutam ſapiens ægre contuitit. Nonius.

SEPVLCHRALIS, le (ἐπιταφιος) quod ad ſepulchrum pertinet: ut, Cæremoniæ ſepulchrales quæ pertinent ad funerationem, impenſam, ſtructuramq́ ſepulchrorum. Ouid. 8. Metam. Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras.

SEPVLCHRVM, chri, {Sepolcro, ſepoltura, auello} (τάφος) locus in quo corpus, oſſave hominis ſepulta ſunt: à ſepeliendo dictum, ſicut Simulacrum à ſimulando, & Lauacrum & lauando. Vnde etiam ars exigit, ut ſine aſpiratione ſcribatur. Conſuetudo tamen (ut inquit Gellius) obtinuit, ut ueg. i ons ſoni cauſa aſpirationem recipiat. Verg. 1. Georg. Grandiaq́ effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris. Idem 3. Aene. Animamq́ ſepulchro Condimus. Cice. pro Archia: Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Idem de Senect. Nec ſepulchra legens uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. Ouid. 6. Metam. Neve merere meo ſubſcribi cauſa ſepulchro. Horat. 1. Serm. Saty. 8. Poſt magna late re ſepulcra. Sepulchri autem appellatione, omnis ſepulturæ locus continetur, ut ait Vlp. de Sepul uiol. l. Prætor ait.

SEPVLCHRETVM, ti, pen. pro. locus ubi ſepulchrorum eſt frequentia. Catul. Epigr. 55. Vxor Meneni, ſæpe quam in ſepulchretis Vidiſtis ipſo carpere è rogo cœnam.

SEPVLTVRA, æ, {Sepoltura} quandoq́ pro ipſo ſepulchro dicitur. τάφος. Sulp. ad Cice. lib. 4. Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent impetrare non potui. Quandoque pro funeratione atque ipſo ſepeliendi actu ἐνταφιασμός. Plinius. Poſt ſepulturam aliæ manium ambages ſunt. Cicero 1. Tuſcu. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

SEPVLTVS {Sepolto, ſepelito, ſotterrato} (ταφείς) participium à Sepelio: cuius ſignificationem uide ſupra in ſuo uerbo.

SEPVM, (στέαρ) uide Seuum, & Sebum.

SEQVANI, pen. cor. {Borgognoni} (Σηκοανοὶ Stephano) populi ſunt Galliæ, Heduis, Lingonibus, & Heluetiis finitimi à Sequana fluuio, qui apud eos oritur, nomen ſortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum et Franci, qui traiecto Rheno in Galliam irruperunt, pulſisq́ prioribus incolis, ſedes eorum inuaſerunt. Hinc fit adiectiuum Sequanus, a, um. Lucan. lib. 1. Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis. Item Sequanicus, a, um. Mart. lib. 13. Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam, &c.

SEQVANA, pen. cor. (Σηκοανας) fluuius Galliæ, Belgas à Celtis diuidens, qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur feciſſe. Plin. libr. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica.

SEQVAX, cis, {Seguace} (ἀκολουθητικός) facilis, ſiue aptus ad ſequendum, quocunque trahatur: ut, Lanæ ſequaces, quæ nentis manum ſequuntur. Martial libr. 13. Niliacum ridebis olus, lanasq́ ſequaces, Improba cum morſu fila, manuq́ trahes. Cornuum natura ſequax, id eſt, flexilis, & ductilis, Plin. libr. 11. cap. 37. Adeo ſequax natura eſt, ut in ipſis uiuentium corporibus feruenti cera flectantur. Aliquando ſignificat id, quod ſe ſpargendo dilatat. Perſ. in Proœ. Quorū imagines lambunt Hederæ ſequaces. Sequacem uero materiam, dixit Plin. libr. 11. cap. 2. pro tractabili, & facili. Idem Bitumen ſequax, dixit lib. 7. cap. 15. id eſt lentum, & quod attactum digitos ſequitur, picis uel uiſci more. Sequaces capreæ, hoc eſt, aliæ aliam ſequentes. Verg. 2. Georg. Capreæq́ ſequaces Illudunt, paſcuntur oues, auidæq́ iuuencæ. Aliquando Sequax, idem eſt quod ſectator. Seneca: Cæteriq́ Ariſtippi ſequaces.

SEQVELA, (ἀκολουθία) pen. prod. ipſe ſequendi actus.

SEQVESTER, ſtris, ſtre, & hic, & hæc Sequeſtris, & hoc ſtre, & Sequeſter, ra, rum, {Sequeſtrato, intromeſſo} (πρόξενος, ὁ διὰ μέσου γενόμενος) apud quem plures rem aliquam, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, ut inquit Modeſtinus de Verb. ſignif. Dictus (ut docet Gellius lib. 20. cap. 10.) quod eius, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. Eſt enim medius inter duos altercantes, apud quē aliquid ſeponitur. Quapropter Verg. li. 11. Pacē ſequeſtram, inducias appellauit quod mediæ ſint inter bellum præteritum, & futurum. Bis ſenos (inquit) pepigere dies, & pace ſequeſtra Per ſyluas Teucri, mixtiq́ impune Latini Errauere iugis. Sequeſter (inquit Aſconius) apud quem pecunia deponitur. Tribuum quoque corrumpendarum conductor, Sequeſter dicebatur: quod etiam annotauit Budæus. Sequeſtri uerbo Oratoris pro iis interpretibus utuntur, qui iudiciis corrumpendis, aut eiuſmodi maleficiis ſuſcipiendis operam ſuam locant. Cicer. 2. Verr. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi iudicii ſolent eſſe quiq́ ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam ſuam profeſſi ſunt, abſtineant in hoc iudicio manus, animoq́ ab hoc ſcelere nefario. Sequeſter quoq́ Quint. eſt, qui à litigatore doctus docet patronum. Iacetum ait lib. 12. ca. 8. Quo modo autem ſequeſter ille, & media litium manus, &c.

SEQVESTRO, aduerbium, id eſt, apud ſequeſtrem: ut, Pecuniam ſequeſtro deponere, hoc eſt, in manibus ſequeſtris, donec ſententia deciſum fuerit, cuius eſſe debeat. Sequeſtro ſeponere, dixit Cato, pro eo quod eſt ſeſe ſeparare ab eo, cum quo antea fueris coniunctus. Nolite (inquit) per Deum immortalem nos ſequeſtro ponere.

SEQVOR, ſequeris, ſequutus, {Seguire, ſeguitare} (ἕπομαι, ἀκολουθέω) à Seco fit, & eſt uerbum commune ſecundum Priſcianum. Plaut. in Amph. Sequere hac igitur me. Terent. Andr. Funus interim Procedit, ſequimur, ad ſepulchrū uenimus. Cice. 1. Offi. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquā ſequi quod aſſequi non queas. Verg. 1. Aenei. Hos tota armenta ſequuntur A tergo, & longum per ualles paſcitur agmen. Sequi amicum, eſt facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cice. de Amic. Vt ne quis concesſum putet amicum bellum patriæ inferentem ſequi. Sequi conſuetudinem, eſt facere ſecundum cōſuetudinem. Plin. Epiſt. 30. Tu ergo, inquit, quam conſuetudinem ſequeris? Sequi fidem alicuius populi, aut principis, eſt illi fidelem eſſe, fidem ſeruare, non diſcedere à fide. Cic. 2. de Diuin. Quod fidem ſecutus, amicitiamq́ popu. Roma. functus ſit officio. Sequi ſuam fortunam, eſt ſucceſſu, & occaſione fortunæ uti. Sequi naturam ducem, facere quemadmodum natura nos inclinat. Sequi uerbum aliquod, eſt ſummæ dictionis cutti inſiſtere, omiſſa interim ſententia. Huius compoſita ſunt, Aſſequor, Conſequor, Exequor, Inſequor, Obſequor, Perſequor, Subſequor, Pediſequus, & Pediſequa: de quibus ſuis locis.

SEQVVTOR, oris, {Seguitatore} (ὁ ἀκολουθῶν) qui præcuntem ſequitur. Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui aduerſus retiarios pugnabant, alio nomine Mirmillones dicti. Vtitur hac uoce Suetonius in Caligula.

SERA, æ, {Chiauatura ſerratura, chiaſera, toppa} (ἐπιβλής, κλεῖθρον) per ſimplex r, inſtrumentum eſt, quo clauduntur oſtia. Iuuen. Saty. 6. Adde ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos Cuſtodes? Ouid. 1. Amor. Eleg. 6. Quid facies hoſti, qui ſic excludis amantem? Tempora noctis eunt, excute poſte ſeram. Dictæ Seræ, teſte Feſto, quod foribus admotæ opponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea, quæ terræ inſeruntur. Varro lib. 3. de ling. Lati. à ſerere deriuat, quod eſt aperire.

SERANVS, ſiue (ut alii ſcribunt) Serranus, duplicato r, Attilii cuiuſdam nobiliſſimi Senatoris cognomen, à ſerendo impoſitum: quòd quo tempore aduerſus Samnites dictus eſt Dictator, à uiatore inuentus fuerit in agro, ſua manu frumē tum ſerens. Plin. lib. 18. cap. 3. Serentem inuenerant dati honores Serranum: unde cognomen.

SERAPHIM, uox eſt hebraica, pluralis numeri, idem ſignificans quod igniti, candentes: à uerbo שרף ſaraph, ſuccendo, uro, exuro, comburo. Numeri 21. Miſit dominus in populum (hannechaſim haſeraphim, id eſt) igniros ſerpentes.

Significat & tertium ordinem angelorum cœleſtis hierarchiæ: eſtq́ generis tam maſculini, quam neutri. Eſaiæ 6. Seraphim ſtabant ſuper illud. Ibidem: Et uolauit ad me unus de ſeraphim. Diuus Hieronymus ad Furiam: Hæc ſunt duo ſeraphim ter glorificantia trinitatem.

SERAPIAS, (σεραπιάς) herba, quæ & Orchis dicitur, eo quod habeat radicem geminis teſticulis ſimilem: de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

SERAPION, Aelianus dictus, orator Alexandrinus ſcripſit ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberatiuo. Item utrum Plato iure remouerit Homerum à ſua Republica: præterea artem rhetoricam. Auctor Suidas. Serapion pictor, cognominatus Rhyparographus quod humilia quædam & ſordida pingeret. Auctor Plin. lib. 35. cap. 10. Serapion, præſul Antiochenus ſub Commodo principe: cuius meminit Hieronymus. Serapion item alius, qui ob elegantiam ingenii, & Scholaſticus meruit cognomen, charus Antonio monacho. ſcripſit contra Manichæos egregium uolumen, & quædam alia laudatus etiam ob fidei conſtantiam ſub Conſtantino principe, ut idem Hieronymus auctor eſt.

SERAPIS, is, uel Serapides, ſecunda ſyllaba indifferente, (σέραπις) deus Aegyptiorum, qui & Apis & Oſiris dicitur. Mart. lib. 9. Vincebant, nec quæ turba Serapim amat. Vide de hoc plura in dictionibus Apis, & Oſiris.

SERAPEVM, pen. prod. (σεραπεῖον) Serapidis templum Alexandriæ, atriis & columnis ampliſſimis, ſignisq́ ſpirantibus, omniq́ operum uarietate ita exornatum, ut toto orbe terrarum, uno Capitolio excepto, nihil unquam uiſum ſit ambitioſius. Auctor Am. Marcellinus in Alexandro.

SERBONIS, (σερβωνίς) palus iuxta montem Caſium, mille circiter ſtadiorum ambitum habens: Vide Strabonē li. 17. Herodotus li. 3. Serbonitidē uocat.

SERENA, uxor Stiliconis, ex qua Mariam ſuſcepit: quæ Honorio Imperatori nupſit. Huius Serenæ laudes eleganti Panegyrico celebrauit Claudianus poeta.

SERENO, nas, {Serenare} (αἰθριάω) clarifico, tranquillo. Verg. 1. Aeneid. Olli ſubridens hominum ſator, atque deorum, Vultu quo cœlum, tempeſtateſq́ ſerenat. Plin. libro 2. cap. 6. Atque etiam nubila humani animi ſerenat. Serenatus Phœbus, Silius lib. 5. Dona ſerenato referat ſolennia Phœbo.

SERENVS, a, um, pen. pro. {Sereno, tranquillo, ſenza nube} (εὔδιος, αἴθριος) ſignificat tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre: à ſerendo, ut quidam uolunt, q id maxime tempus ſationi aptum ſit. Verg. 6. Aeneid. Ac ueluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt uariis. Ad Heren. lib. 4. Ita ut hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt: ita falſi amici ſereno uitæ tēpore præſto ſunt, ſimulatq́ hyemem fortunæ uiderint, deuolant omnes. Martia. li. 1. Cœlo perfruitur ſereniore. Serena frons, per tranſlationem ponitur pro læta. Idem lib. 2. Sic me fronte legat dominus Fauſtine ſerena. Serenus color, lucidus. Plin. lib. 9. cap. 35. Serenum colorem margaritæ pro claritate matutina contrahunt. Serenum ſubſtantiue, idem quod ſerenitas, εὐδία, αἰθρία. Verg. 1. Geor. Nec minus ex imbri ſoles, & aperta ſerena Proſpicere. Sereno, caſus ablatiui, pro ſereno tempore: cui opponitur Nubilo. Plinius libro 11. cap. 24. Aranei ſereno non texunt, nubilo texunt. Quandoque ponitur Serenus, pro ſicco: quod & Nonius annotauit. Verg. 1. Georg. Vnde ſerenas Ventus agat nubes. i. ſiccas nubes, quas alibi Arida nubila appellauit: Atque arida nubila differt.

SERENITAS, tatis, {Serenità, ſerenezza} (αἰθρία, εὐδία) puritas, & trāquillitas aeris. Pli. li. 10. c. 67. Salamandra animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis prouenienis imbribus, & ſerenitate deficiens. Cic. 2. de Diuinat. Hæc igitur cum ſint, tum ſerenitas, tum perturbatio cœli, eſt ne ſanorum hominum, hoc ad naſcentium ortus pertinere non dicere. Liu. lib. 6. Bell. Pun. ſecundi. Vbi recepiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur.

SERES, (σῆρες) populi Scythiæ Aſiaticæ, à Sera urbe ſic dicti, apud quos arbores ſunt, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoque proferunt tenuiſſimam. Nam ex earum frondibus canitiem depectunt aqua perfuſam, ex quo uellere ueſtimenta conficiunt, quæ Serica nuncupantur. Verg. 2. Georg. Velleraq́ ut foliis depectant tenuia Seres. De his Marcellinus libr. ſuæ hiſtoriæ 23. Agunt, inquit, ipſis quietius Seres, armorum ſemper & præliorum expertes: utque hominibus ſedatis & placidis, eſt otium uoluptabile: nulli finitimorum moleſti, cœli apud eos iucunda ſalubriſq́ temperies, aeris facies munda, leuiumq́ uentorum commodiſſimus flatus, & abunde ſyluæ ſublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum aſpergminibus crebris uelut quædam uellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem teneriſſimam pectunt, nenteſq́ ſubtegmina,

conſi-

conficiunt ſericum ad uſus antehac nobilium, nunc etiã infimorum ſine ulla diſcretione proficiens. Ipſi præter alios frugaliſſimi, pacatioris uitæ cultores, uitant reliquorum mortalium cœtus. Cumq; ad coemunda fila, uel quædam alia trãſeunt flumen aduenæ, nulla ſermonum uice propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur: & ita ſunt abſtinentes ut apud ſe tradentes genita, nihil ipſi comparent aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt Ser, σὴρ, Sidonius: Aſſyrius gemmas, Ser uellera, tura Sabæus. Auſonius. Iam pelago uolitat mercator ueſtiſluus Ser. Quin & uermiculos quidam ſericum texens (ut auctor eſt Pauſan.) Ser, (σὴρ) appellatur.

SERESCO, ſcis, {*Seccarſi, ſerenarſi ſurſi ſera*} (ξηραίνομαι) ſiccus fio, quaſi ſereneſco, & ſerenus fio, quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucret. lib. 1. Denique fluctifrago ſuſpenſæ littore ueſtes Vueſcunt, eædem candenti Sole ſereſcunt. Hæc Nonius. Aliquando Sereſcere, (εἰς ὀρρὸν χωρεῖν) eſt in ſerum abire. Pli. lib. 11, cap 41. Omne autem lac igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit.

SERGESTVS, unus ex comitibus Aeneæ. Verg. 1. Aeneid. Mneſthea, Sergeſtumq; uocat.

SERGIA, oliuæ genus, apud Colum. lib. 5. cap. 8.

SERIA, orum, {*Coſe da douero, graui, importanti*} (σπουδαῖα) res graues, ſeueræ, & minime iocoſæ. Martialis. Parce precor ſocero, ſeria forſan amat. Ouid. 5. Faſt. Nulla coronata peraguntur ſeria fronte. Horat. 1. Serm. Saty. 1. Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus, cum eo ioca ſeriaq; conferre dicimur. Cic. 1. de Finib. At quicum ioca & ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide Adagia Eraſmi.

SERIA, riæ, (πίθος) uas uinarium fictile, oblongum. Liu. lib. 4. Bell. Pun. Et in agro Iſtrico fontem ſub terra tanta ui aquarum fluxiſſe, ut ſerias, doliaq; quæ in eo loco erant, prouoluta, uelut impetus torrentis tulerit. Terent. Heaut. Sodes in de Relini dolia omnia, omnes ſerias Perſius Satyr. 4. Et ò ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Colum. lib. 12. cap. 18. Dolia quoque & ſeriæ, cæteraq; uaſa ante quadrageſimum uindemiæ diem picanda ſunt. Seriæ olearie. Varr. 3 de Re ruſt. cap. 2. Nec tamen ibi ſe uidiſſe tabulam pictam, neque ſignum græcum, aut marmoreum ullum: nihilo magis torcular, uaſa uindemiatoria, aut ſerias olearias, aut trapetas. Eſt item Seria, Hiſpaniæ ulterioris urbs, in tractu Celtico, alio nomine Fama Iulia dicta. Auctor Plin. lib. 3. cap. 1.

SERICARIVS TEXTOR, {*Teſſitori di panni di ſeta*} (σηρικοϋφάντης) qui ueſtes ſericas texit. Iulius Firmicus lib. 8. Matheſeos refert, ſericarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum in uigeſimaoctaua parte Arietis.

SERICATVS, {*Veſtito di ſeta*} (σηρικοφόρος) qui eſt indutus ſerico. Suetonius in Caligula, cap. 52. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

SERICVS, ca, cum, {*Di ſeta*} (σηρικὸς) quod ex ſerico confectum eſt. Eſt autẽ Sericum, lanæ pretioſiſſimæ genus, quod apud Seras Scythiæ Aſiaticæ, aut (ut alii malunt) Indiæ populos ex arborum frondibus dicitur depectis. Quanquã non deſunt, qui uermiculi lanificium eſſe putent, qui gẽtis illius lingua Ser (σὴρ) appelletur. Quam ſententiam ne Iulius quidem Pollux diſſimulauit, ſic ſcribens Onomaſtici ſui li. 7. Εἰσὶ δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. Priorem opinionem ſequitur Verg. 2. Georg. Velleraq; ut foliis depectant mollia Seres. Hinc Serica ueſtimenta dicta ſunt, quę ex ſerico conficiebantur. Vlp. l. Veſtis. de auro & arg. leg. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, lineaq; uel ſerica, uel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, incubandi ue cauſa parata ſunt. Plin. 21. cap 3. Lautiſſimum quippe habetur è nardi foliis eas dari, aut ueſte ſerica, uerſicolores, unguentis madidas. Puluilli ſerici. Horat. Epod. 8. Quid quod libelli Stoici inter ſericos Iacere puluillos amant. Pallia ſerica, apud Statium 2. Syl. 4. Legimus & Serica abſolute pro ueſtibus ſericis. Martial. lib. 6. Non aliter dentes, quàm ſerica, nocte reponis. Serici olim tanta erat caritas, ut auro rependeretur: ut eſt uidere apud Flauium Vopiſcum in Aureliano: ubi ſic habet: Veſtem ſericã neq; ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, ille reſpondit. Abſit, ut auro fila penſentur. Libra enim auri tunc libra ſerici fuit. Hæc ille.

SERIES, ei, {*Ordine*} (τάξις εἱρμὸς) ordo, & quaſi quædam rerum continuata progreſſio. A' ſerendo, id eſt, ordinando dicta: ut, Series orationis, id eſt, cõtextus. Quin. Quod non, niſi in contextu orationis, ſerieq; contingit. Cice. 1 de Diuinat. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem, ſeriemq; cauſarum. Idem 1. de Natu deor. Eſt enim admirabilis quædam continuatio, ſeriesq; rerum, ut alia ex aliis annexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur. Verg. 1. Aeneid. Cælataq; in auro Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum. Ouid. 15. Metam. Trepidoſq; obitumq; timentes Sic exhortari, ſeriemq; euoluere fati. Valer. Max. Quis cõpos mentis domeſticæ, peregrinæq; hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorum ſtylo conditam, uel attentiore cura, uel præſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit?

SERILLA, inquit Feſtus, Verrius appellari putat Iſtrica nauigia, Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, à conſerendo, hoc eſt, cõtexendo dicta. Qua tamen in re à Verrio uidetur diſſentire Feſtus. Vide ipſum de Verbo. ueter. ſignif. lib. XVII.

SERIO, {*Da douero*} (σπουδαίως) aduerbiũ, grauiter, uere, & nõ iocoſè. Plaut. in Amph. Nunc quidem præter nos nemo eſt: dic mihi uerum ſerio. Terent. in Eunuc. Miſit porro orare, ut uenirem, ſerio.

SERIOLA, Seriolæ, (πιθίδιον) doliolum fictile, in quo uinum ſolet aſſeruari. Perſius Saty. 4. Seriolæ ueterem metuens deradere limum.

SERIPHIVM ABSYNTHIVM, (ἀψίνθιον σερίφιον) abſynthĩ genus, quod alio nomine marinum appellant: à Seripho inſula nomen habens, in qua copioſiſſime prouenit. Vide Plin. lib. 27. cap 7.

SERIPHVS, phi, pen. pro. {*Serfone*} (σέριφος) inſula eſt in mari Aegæo, una Cycladum, uiginti non amplius paſſuum millia diſtans à Delo: ut refert Plin. lib. 4. cap. 12. In hac inſula ranæ prorſus mutæ eſſe traduntur: unde prouerbialiter Seriphia rana, (βάτραχος ἐκ σερίφου) dicitur, in homines mutos, ac dicendi canendiq; prorſus imperitos. Vide Plin. lib. 8. cap. 58.

SERIS, huius ſeris, (σέρις) herba eſt, quam alio nomine Intubum uocamus. Varias ſub ſe continet ſpecies, quas uide ſupra in dictione Intubus. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 10. Seruntq; his herbam quæ uocatur ſeris, quod ea aqua tacta, etiam cum eſt arida, fit uiridis.

SERIVS, fluuius Ciſalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum, in Adduam ſuens: à quo uallis Seriana in eodem agro populoſa, artificioſaq; nominata eſt. Hæc Calepinus. Nam ueterum (quod quidem ſciam) nemo eſt, qui fluuii huius meminerit.

SERIVS, a, um, {*Da douero graue, importante*} (σπουδαῖος) graue, & minime iocoſum. Terent. in Eunuch. Aut rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam uelle agere mecum. Cic. 1. Offic. Ludo autem & ioco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tum, cum grauibus, ſeriiſq; rebus ſatisfecerimus. Quin. lib. 6. cap. 4. Dictorum urbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media. Serium (inquit Nonius) id eſt, triſte, & quaſi ſine riſu, uel ſine ridiculo.

SERMO, onis {*Sermone, parlare, parlamento, ragionare, ragionamento, loquela*} (λόγος, ὁμιλία) locutio, uerba, colloquium, mentio. Cic. 1. Offi. Sermone eo debemus, qui notus eſt nobis, ne, ut quidam, Græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. Dictum autem putant Sermonem à uerbis ſerendis, hoc eſt, conſerendis ſiue connectendis. Seruius: Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum, uel plurium. Verg 1. Aeneid. Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt. Idem 4. Georg. His medium dictis ſermonem abrumpit. Tractare aliquid Græco, uel Latino ſermone. Cic. lib. 1. de Finib. Non eram neſcius, Brute, cum quæ ſummis ingeniis, exquiſitaq; doctrina philoſophi Græco ſermone tractauiſſent, ea Latinis literis mandaremus, fore, ut hic noſter labor in uarias reprehenſiones incurreret. Inſtituere ſermonem cum aliquo, eſt cum illo uerba facere, uel incipere colloqui. Cic. de Orato. Cum mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus. Diſſipare ſermonem, (διαθρυλλεῖν τὸν λόγον) eſt diuulgare, & diſpergere. Cicero pro Flacco: Sermo eſt tota Aſia diſſipatus. Ordiri ſermonem, id eſt, excogitare, comminiſci. Idem de Orato. Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. Habere ſermonem, eſt uerba facere Cicero de Senectute. Cyrus in eo ſermone, quem moriens habuit. Tribuere alicui ſermonem, eſt inducere eum loquentem. Idem de Senect. Omnem autem ſermonem tribuimus Catoni ſeni. Incidere in ſermonem alicuius, idem de Amic. Conferre ſermonem cum aliquo, hoc eſt, cum altero colloqui. Cicero 2. de Inuent. Sermo capite carens, & pede, hoc eſt, cuius neque initium facile fuerit, inuenire, neque exitum. Huius diminutiuum eſt Sermunculus, λογύδριον. Plin. Epiſt. 103. Vt ſermunculis etiam & fabellis ducantur. Cice. ad Atti. lib. 13. Sermunculum enim omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit. Idem pro Deiotaro: Non'ne intelligis Cæſar ex urbanis maleuolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta?

SERMOCINOR, aris, pen cor. {*Parlare*} (ὁμιλέω) ſermonem facio, loquor. Plin. lib. 10. Super omnia humanas uoces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. Cic. 2. de Inuent. Et quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi, aut ſermocinandi eo uerbo uti ſoleant conſiderabitur. Idem 3. Verr. Reſpondit illa, ut meretrix, non inhumane, libenter ſe id eſſe facturam, & ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam. Sermocinatrix, cis. Quint. lib. 3. cap. 4. Quam ſane permittamus dicere ſermocinatricem.

SERMYLA, ſiue Sermylia, (σερμυλία Stephano) ciuitas eſt in finibus Macedoniæ, non procul ab Atho monte, ut ſcribit Herodotus lib 7.

SERO, ras, {*Serrare, chiudere*} (κλείω) claudo. Colum. lib. 6. de mulæ fœminibus loquens. Femina (inquit) ſcrari, & interdum iniuri ſolent. Huius compoſita ſunt Obſero, (κατακλείω) pro occludo. Terent. in Eunuc. Tu abi atque obſera oſtium intus. Et Reſero, (ἀνοίγω) aperio. Verg. 7. Aeneid. Reſerat ſtridentia limina Conſul.

SERO, ſeris, ſeui, ſatum, {*Seminare, piantare, generare*} (σπείρω) ſignificat ſemino. Cæſ. 5. Bell. Gall. Frumenta non ſerunt, ſed lacte, & carnibus uiuunt. Aliquando ſignificat planto, φυτεύω. Cic. 1. Tuſcul. Serit arbores quæ alteri ſeculo proſint. Colum. lib 3. cap. 20. Si unum genus ſeuerimus, cum id acciderit quod ei noxium eſt, tota uindemia priuabimur. Per tranſlationem Serere, quandoque capitur pro generare. Vnde Satus, id eſt generatus. Verg 7. Aeneid. Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Per tranſlationem quoque dicimus Serere bella, & Serere certamina, id eſt, mouere lites, & pugnas. Idem 7. Bell. Pun. Annibal turmatim per equites, peditumq; iaculatores leuia certamina ſerens, caſum uniuerſæ pugnæ non neceſſarium ducebat. Liu. 2. ab Vrb. Et ex aliena urbe cum patribus ſerere certamina, prius quàm pignora cõiugum ac liberorum, charitasq; ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet. Serere bella ex bellis, eſt bello uno extincto, alterum aggredi. Liu. 1. Bell. Maced. Tum Qu. Bebius Tribunus plebis uiam antiquam criminãdi patres aggreſſus, inculauerat bella ex bellis ſeri, ne pace unquam plebs frui poſſet. Hinc Sator, uerbale, (σπορεὺς, φυτουργὸς) qui ſerit, aut plantat. Colum lib 3 cap. 15. Satoris officium eſt, primum quàm recentiſſimã, & ſi fieri poſſet, eodem momento, quo ſerere uelit, de ſeminario transferri plantam diligenter exemptam & integram: deinde, &c. Plin. lib. 15. cap. 1. Heſiodus negauit ſatorem oleæ fructum ex ea percepiſſe quenquam. Sator cœleſtium. Cice. 2. Tuſcu. id eſt, creator, genitor.

Hinc Satorius, ria, um, adiectiuum, quod ad ſatorem pertinet. Colum. lib. 2. cap. 9. Nonnulli pelle hyemæ ſatoriam trimodiam ueſtiunt, &c. Satio, onis, (σπορὰ) idem quod ſatus. Cic. de Vniuerſ. Poſt ram autem ſationem diis, ut ita dicam, iunioribus permiſit, ut corpora mortalia effingerent. Idem 5. Verr. Ne ſi tempus ſationis præteriiſſet, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. Verg. 2. Georg. Optima uinetis ſatio eſt, cum uere rubenti Candida uenit auis, longis inuiſa colubris. Huius compoſita ſunt, Aſſero, Circunſero, Conſero, Deſero, Diſſero, Exero, Interſero, Inſero, Obſero, Reſero, & Subſero, quæ habent pen. cor. de quibus ſuis locis. Fuit etiam antiquis in uſu Sero, ſerui, ſertum: à quo manſerunt Aſſero, rui, aſſertum, Conſero, rui, ſertum, aliaq; compluria. de quibus egimus ſuis locis.

SERO, {*Tardamente, tardi, di ſera*} (ὀψὲ) aduerbium, ſignificans tarde. Cicero de Clar. Orato. Eloquentia ſero prodiit in lucem. Aliquando ſignificat ueſpere, hoc eſt, poſt occaſum: atque hæc eſt eius uera ſignificatio, inquit Valla lib. 4. Cice. Attic. Eo die alter Conſul uenit ſero. Aliquando poſt tempus: quæ ſignificatio tracta eſt ex ſuperiori. Quod enim poſt Solis lucem eſt, id uere poſt tempus dici poteſt. Ouid. 1. de Remed. Principiis obſta, ſero medicina paratur, Quum mala per longas inualuere moras. Auctor ad Herenn. libro 1. Se-

ro, atque acto negotio ueniſti. Sic etiam Cicero, cum accuſator Milonis, identidem interrogaret, quo tempore Clodius eſſet occiſus, Sero, reſpondit, ludens ui mirum in uocis ambiguitate. Nam cum illud uideretur dicere, ueſperi Clodium fuiſſe occiſum, illud potius uoluit ſignificare, ſerius quam oportuerat, fuiſſe interemptum. Hinc Serius, comparatiuum, id eſt, tardius. Cic. in Catil. Hoc ſerius à me factum eſt. Et Seriſſimè. Plin. lib. 15. cap. 17. Tarentina ſeriſſime legi.

SEROPTA, (σερέπτα) ciuitas Phoenices, apud quam naſcebatur uinum laudatiſſimum, quod Seroptanum dicebatur. Sidonius: Quæq; Seroptano palmite miſſa bibas.

SEROTINVS, na, num, pen. cor. {Di ſera, tardi} (ὄψιμος) à Sero, pro ueſpere ſit: ut, Hora Serotina, Tempus ſerotinum. Nonnunquam etiam à Sero, pro tarde: ut, Poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus, uel tardius cæteris matureſcunt. Colum. lib. 3. Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis, præcoces ſerito: locis hybernis ſerotinas ſerito.

SERPENS, tis, modo participium, {ſerpente} (ἕρπων) quod longius, ac latius ſerpit, & diuagatur. Cic. de Senect. Vitis, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur: tandem ut ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta complectitur, quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſyluеſcat ſarmentis. Modo nomen, (ἑρπετόν, ὄφις) tam maſculini quàm fœminini generis generale eſt ad omnia quæ ſerpunt citra uſum pedum, uel quæ tam exiguos habent pedes, ut repere potius quàm pedibus incedere uideantur. Plin. lib. 8. cap. 23. Nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili uolare tormento. Verg. 1. Georg. Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Ouid. 3. Meta. Longo caput extulit antro Ceruleus ſerpens, horrendaq; ſibila miſit. Serpentia ſecla ferarum, pro ſerpentum genere. Lucre. lib. 6. Naribus alipedes ut cerui ſæpe putantur Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum. Hinc Serpentinus, na, num, (ὀφικὸς) ut, Vox ſerpentina. Serpentiger, ra, rum, (ὀφιοῦχος) Ouid. 4. Triſt. Eleg. 6. Sphyngaq;, & Harpyias, ſerpentigeroſq; Gigantes. Serpentigenæ, (ὀφιογενεῖς) ex ſerpentibus nati. Ouid. 7. Metam. Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis.

SERPERASTRA, Varro uocat inſtrumenta, quæ geniculis puerorum ambulare diſcentium alligantur, ne uari fiant, aut comperues. Dicta à ſerpendo: ſerpunt enim magis pueri quàm gradiuntur.

SERPYLLVM, {Serpillo, ſermolino} (ἕρπυλλον) herbæ nomẽ nulli non notæ, παρὰ τὸ ἕρπειν, hoc eſt, à ſerpendo dictum, mutatione aſpirationis in s, literam. Habet enim ramuſculos tenues humi ſerpentes, & quacunque terram attigerint, radicem agentes, & ſeſe propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomẽ retinent. Vulgus Gallorum Serpoletum appellat. Verg. 2. Eclog. Allia ſerpyllumq; herbas contundit olentes.

SERPO, pis, pſi, ptum. {Rampegare, andar carponi} (ἕρπω) repo, uentre ingredior, more ſerpentis incedo. Cic. 5. de Finib. Deinde ſuo quæque appetitu mouẽtur: ſerpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uidemus boues, ueſpas aculeis: ſuam denique cuique naturam eſſe ad uiuendum ducem. Pli. lib. 9. cap. 13. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque uice pedum ſerpunt. Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 3. Liuor iners uitium mores non exit in iſtos: Vtq; latens ima uipera ſerpit humo. Serpere quoque dicuntur plantæ, quæ cum ob caulis infirmitatem ſtare non poſſint, humi procumbunt. Pli. lib. 21. cap. 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram ſerpunt, ut eius quam coronopum uocãt. Verg. 8. Eclog. Atque hanc ſine tempora circum, Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Serpere item humi dicuntur ſcriptores, qui nimis humili utuntur genere dicendi. Horat. de Arte: Serpit humi, tutus nimium, timiduſq; procellæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem ſit quod ſpargi, creſcere, ſeu dilatari. Cic. in Lælio: Serpit enim neſcio quomodo per omnium uitas amicitia. Idem pro Rab. Poſthumo, Serpet hoc malum, mihi credite, longius, quàm putatis. Compoſita ſunt, Inſerpo, & Proſerpo: de quibus egimus ſuis locis.

SERPVLA, æ, (ἑρπετόν, ὄφις) à ueteribus dicebatur, quam nos ſerpentem dicimus. Feſtus.

SERRA, æ, {Seca, raſſega, ſega} (πρίων) per duplex r, inſtrumentum dentatum, quo ligna & lapides ſecantur. à Dedalo primum inuentum, teſte Pli. lib. 7. cap. 56. Colum. lib. 5. Vno ictu arborem præcidi ſi minus, ſera deſecari. Martial. Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt. Eſt & genus piſcis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

SERRANVS, Attilii nobiliſſimi Romani cognomen fuit, à ſerendo impoſitum, propterea quod aduerſus Samnites Dictator creatus, à uiatore inuentus fuerit ſrumentum ſua manu ſerens. Plin. lib. 18. cap. 3. Serentem dati honores inuenere Serranum, unde cognomen. Quidam ad etymon reſpicientes Seranus ſcribere malunt unico r. Verum cum primam ſyllabam contra primitiui naturam habeat productam, rectius cum caſtigatioribus omnibus exemplaribus r, geminabimus. Iuuen. Et te ſulco Serrane ſerentem.

SERRATA, (χαμαίδρυς) frutex eſt dodrantalis, in petroſis & aſperis naſcẽs, folia habens exigua, amara, effigie & diuiſura quercus, flore paruo, pene purpureo. Alio nomine Triſſago dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

SERRATVLA, (κέστρον) herba eſt, caulem habens quadrãgulum, tenuem, cubiti altitudine: folia mollia, quernis ſimilia, per ambitum inciſuris diuiſa, odorata prope radicem maiora, ſemen in ſummo caule thymbræ modo ſpicatũ: radicem tenuem, ut ellebori. Naſcitur in pratis montoſis, frigidis, & opacis locis: unde & ψυχότροφον Græci appellarunt. Latini etiam Vetonicam appellant, nomine à Vetonibus Hiſpaniæ populis, qui eam primi inuenerant, indito: qua appellatione etiam hodie utuntur officinæ. Plin. lib. 25. cap. 8. Vetones in Hiſpania eam inuenerunt, quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Ceſtron aut Pſychotrophon, ante cunctas laudatiſſima.

SERRATVS, ta, tum, {A' foggia di ſega} (πριονωτὸς) quod ſerræ in modũ eſt denticulatum. unde Serrati dentes dicuntur, qui ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſunt ſtipati. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentium tria genera, ſerrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterãtur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus: Continui, ut homini, equo. Exerti. ut apro, elephanto. Serrati item nummi quidam dicebantur apud Romanos, ab impreſſa ſerræ nota. Tacitus de moribus Germanorum: Pecuniam probant ueterem & diu notam, ſerratos, bigatoſq;.

SERRHEVM, ſiue Serrhium, pen. pro. (σέῤῥειον Stephano) mons Thraciæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

SERRHI, (σέῤῥοι) populi ſunt Colchidi uicini, inter Cercetas et Cephalotomos ſiti, quorum meminit. Plin. lib. 6. cap. 5.

SERRO, ras, {Segare, raſſecare} (πριονίζω) ſerra per medium ſeco. Silius lib. 6. Qualiſq; comantes Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis. Sic enim legit Calepinus, ſed inemendatis deceptus exemplaribus, culpamq; librariorum ſuam, ut ſolet faciens. Nam qui uel leuiſſime in Poetarum fabulis fuerit uerſatus, facile deprehendat, Seruauit, ibi legendum eſſe, non Serrauit, quod uix putauerim eſſe Latinum, ſenſui certe nullo modo congruit.

SERRVLA, æ, {Seghetta} (πριόνιον) diminutiuum, parua ſerra. Colum. lib. de Arboribus cap. 6. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

SERTA, ſertorum, {Ghirlanda} (στέφανοι, στεφάνια) corollæ ex herbarum frondibus, floribuſq; confertæ, hoc eſt, connexæ, unde & nomen acceperunt. Verg. lib. 1. Aeneid. Sertiſq; recentibus halant.

SERTVS, a, um, {Ghirlandato} (συμπεπλεγμένος) idem quod confertus, uel compoſitus. Lucan. lib. 10. Accipiunt ſertas nardo florente coronas. Et nunquã fugiente roſa.

SERTORIVS, ciuis Romanus fuit è Nurſia oriundus, rei militaris peritiſſimus, partium Marianarum fuit unus cum Cinna: moderatius tamen ſe geſſit, quã alii. Sylla redeunte è bello Mithridatico, urbeq; potito, ipſe quoque in Hiſpaniã aufugit: ubi breui tempore ob uirtutem, ſibi gratiam earum gentium conciliauit, traditumq; per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanæ didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Nam præter artem rei militaris abſtinentiſſimus etiam uoluptatum, tum religioſus eſt habitus, quod ceruam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem, quam Dianæ numen dicebat eſſe, ex eaq; reſponſa accipere, reſq; gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorum delectus, paruis copiis multas urbes ſubegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos uariis cladibus adflixit. Primum Cottam nauali prælio ſuperauit, Phidiam Hiſpaniæ Prætorem cum duobus millibus ciuium Romanorum interfecit, Domitiũ Proconſulem contriuit. Toranium quoque a Metello miſſum cum toto exercitu deleuit. Denique à Pompeio uictus eſt, & à M. Perpenna eiuſdem factionis ſocio per proditionem in cœna interfectus eſt. Ex Plutarcho.

SERTVLA CAMPANA, (μελίλωτος) herba eſt incana, croci odorem referens, folia habens breuiſſima atque pinguiſſima, in coronamentorum uſu commendata: unde & Sertulæ nomen inuenit. Cato Sertam Campanicam uocat, propterea quod circa Nolam Campaniæ urbem laudatiſſima proueniat: quanquam & in agro Attico, & circa Cyzicum & Chalcedonem naſcatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9.

SERVA, æ, {Serua, maſſara, ancilla} (δούλη, δουλίς) id eſt. ancilla, quæ ſeruitutem ſeruit: cui opponitur Libera. Vergil. 5. Aeneid. Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ. Hinc Seruula diminutiuum, (δουλάριον) id eſt, ancillula. Cicero Atti. libro decimo. Eumq; per manum ancillulæ ſeruatum, atque ductum.

SERVIA, uiæ, (στεφάνιον, στέφανος) ſertum quod ex floribus fiebat. Pli. lib. 21 cap. 2. Cum uero ex floribus fierent ſerta, à ferendo ſeruiæ appellabantur.

SERVILIS, le, {Seruile, da ſeruo} (δουλικὸς) quod ſeruorum eſt, uel quod ad ſeruos pertinet: ut, Seruilis conditio, & Seruile officium. Indoles ſeruilis. Liu. 1. ab urb. Comparando eorum ætatem & ipſam minime ſeruilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum, Iugum ſeruile. Cice. 1. Philipp. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. Hinc Seruiliter, aduerbium, (δουλικῶς) ſeruorum more, Cic. 2. Tuſc. Ne quid ſeruiliter, muliebriter'ue faciamus.

SERVILIORVM illuſtris Romæ familia fuit: ex qua ortum traxit P. ille Seruilius, uir triumphalis, qui à deuictis Iſauris, Aſiæ populis, Iſaurici cognomen accepit: de quo uide Strab. li. 14. Item P. Seruilius Rullus, qui primus Romæ ſolidum aprum in conuiuio appoſuit, teſte Plin. lib. 8. cap. 51. Huius filius fuit Seruilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cice. in Conſulatu ſuo ſubuertit: cuius meminit idem. Plin. loco iam citato.

SERVIO, uis, uiui, uitum, {Seruire} (δουλεύω) in ſeruitute ſum, domino miniſterium exhibeo. Plaut. in Menæ. Propterea heri imperium exequor bene, & ſedulo ſeruio. Propert. lib. 3. Eleg. 24. Quinque tibi potui ſeruire fideliter annos. Horat. 1. Epiſt. 10. Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis Libertate caret: dominum uehet improbus, atque Seruiet æternum: quia paruo neſciet uti. Ouid. 2. Amor. Eleg. 17. Si quis erit, qui turpe putet ſeruire puellæ, &c. Interdum dicimus quod obtemperare, ſeu morem gerere. Cice. in Catil. Qui aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Seruire rei, eſt rei augendæ incumbere. Terent. Hecy. Rus habitatum abii, concedens uobis, & rei ſeruiens. Cice. pro Sext. Roſcio: Rei familiari maxime ſeruire, & in prædiis colendis operæ plurimum ſtudiiq; conſumere. Seruire item prædia dicuntur, in quibus uenditor aliquam ſibi ſeruitutem reſeruauit. Cice. de Lege Agra. contra Rul. Capite hoc prædia omnia, quæ ſeruiebant, non ſeruient. Seruire poſteritati, ualetudini, honori, dignitati, uel commodis, eſt eorum rationem habere. Cic. 3. Tuſc. Optimus quiſque poſteritati ſeruit. Idem Tironi lib. 16. Epiſt. Sed indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. Seruire tempori, eſt ſeſe tempori accommodare. Cic. pro Seſtio: Sed agam moderate: & huic tempori ſeruiam potius quàm dolori meo. Seruire ſcenæ, idem quod ſeruire tempori, & ſe præſentibus hominum moribus accommodare: quæ metaphora tracta eſt ab iis, qui in orcheſtra cantu, uel geſtu, hiſtrionibus in ſcena fabulam agentibus ſubſeruiebant. Cic. Bruto: Ac mihi tum, Brute, officio ſolum erat, & naturæ, tibi nunc populo &, ut dicitur, ſcenæ ſeruiendum eſt. Seruitur, impersonale. Cic. 1. Offic. Primum, ut necui noceatur: deinde ut communi utilitati ſeruiatur. Martial lib. 2. Non bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico. Seruibo, in futuro. Plaut. Menæch. Tanquam ſi emeris me argento, liber ſeruibo tibi. Huius compoſita ſunt Aſſeruio, Deſeruio, Inſeruio, Reſeruio, & Subſeruio: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

SERVITIVM, tii, {Seruigio} (δουλεία) idem quod ſeruitus. Terent. in And. Ego Pãphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo, Conari manibus, pedibuſq;, nocteſq; & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi. Vergil. 1. Eclog. Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat: Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Idem 1. Aeneid. Cum domus Aſſaraci Phthiam, claraſq; Mycenas Seruitio premet;

premet, ac uictis dominabitur Argis. In plurali uero Seruitia, non raro pro ipſis ſeruis accipimus. Salluſt. Catil. Interea ſeruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant. Cic. 4. in Catil. Hic ad euertenda fundamē ta reipub. Gallos acceſſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit. In qua ſignificatione aliquando etiam legimus Seruitiū ſingulari numero. Cic. de Aruſp. reſpon. Omne ſeruitium in alteram ſcenam immiſſum.

SERVITVS, tutis, ſecunda ſyllaba nomi. cor. {Seruitù}(δουλεία) ipſa ſeruiendi neceſſitas, aut ſeruorum cōditio. Cic. Philip. Pax eſt tranquilla libertas. ſeruitus poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendū. Tacit. lib. 17. Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſunt, nec totam libertatem. Terent. in And. Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, Scis i. quā iuſta & clementi dominatione in te fuerim uſus.

SERVIVS TVLLIVS, ſextus Romanorum rex, ex ſerua natus, Tanaquilis aſtu poſt Tarquinij Priſci necem ad imperium prouectus, Hetruſcos ingenti prælio fudit: primus luſtrum condidit: populumq́; omnem ex cenſu in quinque claſſes diſtinxit. Vrbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali collibus muro incluſis. Tandem iam ætate prouectior, à Tarquinio genero occiſus eſt, & inſepultus in uiam abiectus: idq́; inſtinctu Tulliæ filiæ ſuæ, quæ etiā conſpecto patris cadauere, aurigam eius reuerentia lora retorquentem, compulit, ut per mediū patris corpus carpentum ageret, à quo tam immani ſcelere ei uico, in quo hęc geſta ſunt, ſcelerati nomen manſit. Vide plura de hoc apud Liu. lib. 1. ab urbe.

SERVIVS SVLPITIVS, Iuriſconſultus inſignis fuit Ciceronis temporibus, qui à Senatu legatus miſſus ad Antonium, Reipub. bellum inferentem, ea in legatione periit. Quo nomine illi ſtatua, & monumentum publicum in campo Martio eſt decretum. Vide Cic. 9. Philip.

SERVO, uas, {Seruare, ſaluare, cuſtodire, oſſeruare, tenere, recuperare} (σώζω) libero, incolumem præſto. Verg. 3. Aenei. Seruatum ex undis Strophadum me littora primum Accipiunt. Item cuſtodio, tueor, φυλάττω, προσέχω. Ver. 2. Aenei. Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem. Item ſolicite, ac diligenter obſeruo. Plau. in Aſin. Tuus ſeruus ſeruet, Veneri'ne eas det, an uiro. Item inhabito, poſſideo. Verg. lib. 4. Geor. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. Item teneo. Idem lib 7. Curuam ſeruans ſub imagine falcem. Ponitur aliquādo pro recuperare. Iulianus: Si mandato meo decem Titio credideris, ſi eū Titio egeris, ego nō liberabor. ſed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris. Ci. ad Qu. frat. Caluus aiebat, aqua dempta, & ſeruitute fundo impoſita, tamen nos pretiu ſeruare poſſe, ſi uendere uellemus. Qui modus loquendi frequens eſt apud Iuriſconſultos. Budæus. Seruare de cœlo, eſt nuntiare aut pluiſſe, aut intonuiſſe, & ideo diruptum eſſe auſpicium, qua obnuntiatione facta, ſi quis tamen in re cœpta perſiſteret, id contra auſpicia fieri dicebatur. Ci. pro domo ſua: Negant fas eſſe agi cum populo, cum de cœlo ſeruatum ſit. Seruare fidem, eſt præſtare promiſſum. Terent. Hecy. Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi, fidem. Seruare in uetuſtatem, eſt aliquo in loco reponere, ut diu, ſiue in aliquot annos integrū, incorruptumq́; duret. Colum. lib. 12. cap. 28. Si in uetuſtatem ſeruare uoles, in cado duarum urnarum q̄ optimi uini ſextarium, aut fæcis generoſæ recentis ſextarios tres addito. Dicimus quoq; Seruare modum, ordinem, officium inſtitutum, promiſſum, temperamentum, & gloriam. Exempla ſtudioſis paſſim occurrent. Seruans, tis, partici. ſeu nomen ex participio. Ver. 2. Aen. Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus, Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui. Seruatus, a, um. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 1. Cauſa ſuperpoſitæ ſcripto teſtata coronæ Seruatos ciues indicat huius ope. Seruator, oris, (σωτήρ) qui ſeruat & liberat. Liu. 4. Bel. Maced. Quorum agmen Imperator ſequutus, perſequētibus cunctis, ſeruatorem, liberatoremq́; acclamātibus, ſalutatis, dimiſſisq́; eis, eadem, qua uenerat, uia Elatium redijt. Oui. 4. de Pont. Eleg. 15. Teq́; meæ cauſam ſeruatoremq́; ſalutis, Meq́; tuum libra norit & ære minus. Seruatrix, tricis Cic. 5. de Finib. Non dubitemq́; dicere, omnem naturā eſſe ſeruatricem ſui: idq́; habere propoſitum quaſi finem & extremum, ſe ut cuſtodiat q̄ in optimo ſui generis ſtatu. Teren. Hecy. O' Bacchis, ò mea Bacchis, ſeruatrix mea. Seruabilis, le, quod ſeruari poteſt. Oui. 4. Triſt. Eleg. 5. Et tutare caput nulli ſeruabile. Huius compoſita ſunt, Aſſeruo, Conſeruo, Obſeruo, Præſeruo, Reſeruo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

SERVM, ri, ſubſtantiuum, pen. pro. {Sera}(δείλη ὀψία ἑσπέρα) ſignificat extremam partem diei. Liuius: Erat iam diei ſerum ὀψὲ ἦν τῆς ἡμέρας. Sueto. in Auguſt. Nec multò poſt, nauali prælio apud Actium uicit, in ſerum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit. i. in horam ueſpertinam. Liu. lib. 10. ab Vrb. Extrahebaturq́; in q̄ maxime ſerum diei certamen.

SERVM, ri, pen. cor. (ὀῤῥός) pars lactis aquea à caſeoſa parte ſeparata. Vergil. 3. Georg. Acremq́; moloſſum Paſce ſero pingui. Ouid. 4. Faſt. Deuiq́; uiam liquido uimina rara ſero.

SERVS, a, um, {Tardo}(χρόνιος) modo tardum ſignificat. Mart. lib. 1. Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Hinc Colum. lib. 1. comparatiuum formauit: Sationes (inquit) eius duas ſeruamus alteram maturam per mediam ſementem, ſeriorem alteram menſe Februario. Plin. lib. 15. cap. 15. Patriæ cognomina habent ſeriſſima omnium Amerina. Modo ſignificat grauem, magnum, triſtem. Salluſtius: Serum bellum in anguſtiis futurum. Ver. 5. Aen. Seraq; terrifici cecinerunt omina uates. Serus conuiua Tonantis, qui ſerò moritur. Martia. lib. 8. Eſſe uelis, oro, ſerus conuiua Tonantis. Serum lumen, eſt nocti uicinū. Verg. 1. Georg. Illic ſera rubens accendit lumina Veſper. Seræ frondes, dicuntur ſero cadentes. Idem 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes.

SERVVS, ſerui, {Seruo, ſeruidor}(δοῦλος) proprie is dicitur, qui ſui iuris non eſt, ſed alieno dominio ſubijcitur: cui opponitur Liber. Cic. pro Corn. Bal. Serui quorum ius & fortunæ conditio infima eſt Idem 6. Verr. Neq; tam ſerui illi domiuorum, q̄ tu libidinum. Idem 1. Offic. Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarumq; pertulit. Auguſt. lib 19. Ciuit. Origo uocabuli ſeruorum inde creditur ducta, q; ij, qui iure belli poſſent occidi, à uictoribus cōſeruabantur, & ſerui fiebāt: à ſeruando appellati. Huius diminutiuum eſt Seruulus, δουλάριον. Terent. in And. Obſeruabam mane illorum ſeruulos uenientes, &c.

SERVVS, a, um, adiect. à ſeruo deductum, δουλικός: ut, Serua prædia, quæ ſeruituti alicui obſtricta ſunt. Cic. contra Legem Agra. Libera prædia meliore iure ſunt, q̄ ſerua. Luca lib. 6. O' famuli turpes, ſeruum pecus. Ouid. 1. Amo. Ele. 6. Nec tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.

SESAMA, mæ, ſiue Seſamum, mi, (σήσαμον) frugis genus, à Plin. frumenti, à Colum. leguminum generibus annumeratum. Culmum habet ferulaceum folijs ſanguineis, ſemine candido, infra magnitudinem lini, quod uaſculis, ut papauer, continetur, radice ſimplici & alba. Officinæ Sifamum, Itali hodie Iugiolinam appellant. Pli. lib. 18. cap. 10. Aeſtiua frumenta diximus ſeſamam, milium, panicum. Colum. lib. 2. cap. 10. Seſama, quæ rigantur maturius, &c. Hinc fit Seſaminus adiect. ut, Seſaminum oleum, de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

SESAMIS, idis, (σησαμίς) placentæ genus, ex ſeſamo & crudo melle cōfectū, quod & σησαμοῦντα Græci appellant. Vide Gal. lib. 1. de Aliment. facult.

SESAMOIDES, dis, (σησαμοειδὲς) herba eſt ex Ellebori generibus, ſimilis ſenecioni aut rutę, longo folio, flore candido, radice gracili, ignauo ſemine, guſtu amaro, cætera ſeſamo ſimili: unde & nomen accepit. Naſcitur in Anticyra inſula, purgationibus utiliſſimum. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

SESAMVM, mi, (σήσαμον Stephano) urbs Paphlagoniæ, poſtea Amaſtris appellata: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 2.

SESARETHVS, thi pen. pro (σησάρεθος) oppidum eſt Taulantiorum, qui ſunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Stephanus ex Hecatæo.

SESCVNX, cis, & Seſcuncia, ciæ, {Vn'oncia e meza} (τριημιούγκιον) unciam ſignificat, & unciæ dimidium, ut ait Budæus. Colum. lib. 12. cap. 57. Laſeris radicis, quod σίλφιον Græci uocant, ſeſcunciam. Hinc Seſcuncialis, & hoc, le, quod pondus aut menſuram habet ſeſcunciæ. Plin. lib. 13. cap. 15. Tota craſſitudine ſeſcunciali.

SESCVPLVM, ſiue Seſquiplum, (ἡμιόλιον) quod numerum, pondus, aut menſuram totam in ſe continet, & præterea eius dimidium. Sic Senarium dicimus eſſe ſeſcuplum quaternarij, & ſemiſſem quadrantis.

SESELIS, fœmi. gene. ſiue Seſeli, neutro, (σέσελι) herba eſt folio fœniculi, ſed craſſiore, ſemine quoque non abſimili, ſed corpoſiore & habitiore, capite anethi, in quo granum habet oblongum & anguloſum, & cū eſui, acre, radice autem longa, & odore nō ingrato. Vulgus herbariorum Saxifragiam maiorem appellat. Cic. 2 de Natu. Deor. Paulò ante partum ceruæ ſe purgant quadam herbula, quæ Seſelis dicitur. Dioſc. quatuor facit ſeſelis genera, Maſſilioticum, Aethiopicum, Peloponneſiacum, & Creticum.

SESOSTRIS. Aegyptiorum rex, Mœridis ſucceſſor, qui ſubactis maris rubri accolis, alueum nauigabilem conatus eſt ducere ex Nilo in mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur ſubegiſſe, regionesq́; omnes à ſe ſubactas trophæis inſigniuiſſe, quorum aliquot ſe uidiſſe teſtatur Herod. muliebri pudendo inſculpta. Val. Flac. 5. Argo. Cum prima Seſoſtris Intulerit rex bella Getis.

SESQVI, {Altretanto, & la metà}(τριημι) idem quod tātundem, & eius dimidium. qua uoce non modo in compoſitione utimur, ut Seſquialtera, Seſquimodius: uerumetiam extra compoſitionem. Cic de Perf. Orat. Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto aut ſeſqui eſſe maiorem: ita fit æqualis dactylus, duplex, iambus ſeſquiplex pæon.

SESQVIALTERA proportio, {Proportione ſeſquialtera} (ἡμιόλιος) quæ quantitatem aliquam in ſe continet, & eius dimidium. Cic. de Vniuerſ. Seſquialteris autem interuallis, & ſeſquitertiis, & ſeſquioctauis ſumptis ex his, &c.

SESQVICVLEARE DOLIVM, quod culei menſuram continet, & dimidiu. Colum. lib 12. cap. 18. Sunt autem iatis ſeſquiculearibus dolijs picis duę pondo uicenaquina.

SESQVIHORA {Vn'hora e mezza} (τριημιώριον) una hora cum dimidia. Plin. Epiſt 74. Egeram horis tribus & dimidia ſupererat ſeſquihora.

SESQVILIBRA. {Vna libra e mezza}(τριημιλίτριον) una libra cum dimidia alterius. Colu. lib. 12. cap. 36. Sat erit autem roſmarini ſeſquilibram in duas urnas muſti adijcere.

SESQVIMENSIS. {Vn meſe e mezzo}(τριημιμήνιον) unus menſis cum dimidia parte alterius. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap 27. Annus eſt diuiſus in quatuor partes totus, & idem ſubtilius in ſeſquimenſes octo.

SESQVIMODIVS, {Vn mozzo e mezzo}(τριημιμέδιμνος) qui continet unū modium cū dimidia parte alterius. Var. lib 1. de Re ruſt. cap. 42. Vt nuces integras, quas uno modo cōprehendere poſſis, q; putamina ſuo quæq; habent loco natura compoſita, cum eaſdem ſi fregeris, uix ſeſquimodio concipere poſſis.

SESQVIOBOLVS, (τριημιωβόλιον) obolus cum dimidio. Plin. lib. 26 ca. 8. Deiectioq́; quod ſupernatat, reliquus ſuccus purgat, uniq́; parte ſeſquioboli in aqua muliſa.

SESQVIOCTAVVS, octauam rei alicuius partem in ſe continens & eius dimidium. Cic. de Vniuerſ. In primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat.

SESQVIOPERA, id eſt, opera diei unius, & dimidiati Colu. lib. 2. cap. 13. Fabæ occantur ſeſquiopera, ſarriuntur ſeſquiopera.

SESQVIPES, pen. cor. {Vn pie e mezzo} (τριημιπόδιον) menſura unius pedis, & ſemiſſis. Colum. lib. 3. cap. 13. Niſi tamen ſi ſcaturigo paluſtris obuia (ſicut in agro Rauennate) plus q̄ ſeſquipedem prohibeat infodere. Martial lib. 8. Summa palatini poteras æquare Coloſſi, Si fieres breuior Claudia ſeſquipede.

Hinc Seſquipedalis, & hoc, le, Cato cap. 10. Seſquipedalis paries. Plin. lib 7. cap. 16. Seſquipedales quoſdam gigni longiores, in trimatu implentes uitæ curſum, haud ignotum eſt. Seſquipedalia uerba, id eſt, grauia, & turgida, qualia Tragicis poetis ſolent eſſe familiaria Hora. de Arte: Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia uerba.

SESQVIPLVM, ſiue ſeſquiplex, (ἡμιόλιον) idem ſignificat quod ſeſquialterum. Vt cum dicimus ſenarium eſſe ſeſquiplum quaternarij: continet enim eum totum, & inſuper dimidium eius partem. Budæus. Cic. in Orato. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquiplex pæon. Et paulò poſt: Modus aut duplex, aut ſeſquiplex, aut par.

SESSILIS, le, pen. cor (ἑδραῖος) quod ſedet, uel ſedere uidetur. Pli lib. 15. ca. 15. Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, uenereisq́;, quæ colorata dicunt, tegiisq́; quæ minimo pediculo ſeſſilia, &c. Hinc Seſſiles lactucæ dicūtur, quaſi ſedentes, hoc eſt, quæ ita humi porrectæ ſunt, ut ſedere uideantur, neq; ſurſum uectæ eſſe, aut in ſublime aſcendere. Martial. lib 5. Illic uideres frutice nobili caules: Et utrunq; porrū, ſeſſilesq́; lactucas. Tergum ſeſſile, in quo quis poſſit ſe

dere Ouid. 11. Metam. Sic tergum ſeſſile, ſic ſunt Pectora celſa toris.

SESSIBVLVM, li, ſuper quod ſedemus, & quieſcimus. Plaut. in Pœn. Quæ tibi oleant ſtabulum, ſtatum, ſellam, & ſeſſibulum merum.

SESSITO, as, frequentatiuum. Cic. de Clar. Orat. Quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, id eſt, ſæpius ſediſſe.

SESSIO, onis, (*Il ſedere, la ſedia*) (ἕδρα) modo ipſum ſedendi actum ſignificat. Cic. 2. de Natu. Deor. Accubatio, inclinatio, ſeſſio. Modo ipſum ſedile. Cic. 2. de Orat. Nam tandem aut locus hic non idoneus uidetur, in quo porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones, gymnaſiorũ & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commouent? id eſt, to I ſedilia.

SESTANS, tis, ſiue Sextans, (*La ſeſta parte d'una libra, cioè due oncie*) (ἑξαμόριον) ſexta pars aſſis, hoc eſt, unciæ duæ. Plin. lib. 26. cap. 11. Prodeſt & uino myrteo fouere, menthæ ſeſtans, uiui ſulphuris uncia. Eſt item Seſtans nummulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liu. lib. 2. ab Vrbe: Extulit eum plebs, ſextantibus collatis in capita. Nonnunquam etiam menſura continens ſextã partem iugeri. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 10. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſucceſiuum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud: quã ad iugerum peruenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo. Hinc Seſtantarius, a, um, quod habet pondus aut menſuram ſeſtantis. Plin. lib. 33. cap. 5. Conſtitutum eſt, ut aſſes ſeſtantario pondere ferirentur.

SESTERTIVS, ſeſtertii, maſcul. gene. (σηστέρτιος) apud Romanos moneta erat argentea, ualens quartam partem denarii argentei, hoc eſt, (ut ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redigamus) decẽ denariolos Turonicos & ſemiſſem. Hic alio nomine, Nummus dicebatur. Interdũ utrunq; coniungentes, Nummum ſeſtertium uocabant. Dictus eſt autem ſeſtertius, quaſi ſemis tertius, eo q; in ſe continebat aſſes duos, & tertium dimidiatum. Notabaturq; apud ueteres per geminum I I, & literam S, quæ prima eſt in dictione Semis, interueniente linea tranſuerſa, tres eæ literæ cõiungantur, ad hunc modum, H-S. Veteris conſuetudinis fuit, ut Semis in compoſitione ante poneretur, ut Semiſquartus, Semiſquintus, Semiſtertius, unde ſublatis duabus literis, dictus eſt ſeſtertius. Eſt autem compoſitio Attico more facta. Illi enim ἕπτα ἡμιτάλαντα, hoc eſt ſeptem ſemitalenta dicebant. Seſtertium autem in neutro genere, & in plurali numero Seſtertia, ſingula ualebant mille nummos ſeſtertios. Habetq; Seſtertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & Mina, & Pondo dicitur, quam nummus ſeſtertius ad aſſem, hoc eſt, ad libram æris grauis. Continent enim ſingula ſeſtertia in ſe duas libras Romanas & ſemiſſem. Singulæ autem libræ drachmas, uel denarios centum, hoc eſt, ſeſtertios quadringentos. Duæ itaq; libræ & dimidia, ut clarũ eſt, ualebant ſeſtertios nummos mille: idq; uno nomine Seſtertium dicebant in neutro genere. Decem ergo ſeſtertia, ualebant decem millia nummorum ſeſtertiorum. Quòd ſi hunc numerum per aduerbium extuleris, ad hunc modum, Decies ſeſtertium, iam reddideris hanc ſummã centuplo maiorẽ. Idem enim eſt dicere Decies ſeſtertium, quod Decies centena millia nummorum ſeſtertiorum. Vide Budæum de Aſſe, diffuſius hac de re tractantem. Eſt etiam Seſtertium genus ueli triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar ſit. Sueto. in Auguſt. Ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim diſcurreret, ſeſtertio uel lodicula inuolutus. Huius diminutiuum eſt Seſtertiolus, uel Seſtertiolum, cum accentu in antepenultima. Martial. lib. 1. Sed ſeſtertiolum donauit mentula Phœbo Bis decies, &c.

SESTIÆ, ſiue Sextiæ aquæ, (ὕδατα σέξτια Ptolemæo) Galliæ Narbonenſis oppidum, aquis calidis ſcatẽs. ita dictum à Seſtio quodam Romanorum duce, qui ſubactis Salybus, oppidum hoc creditur condidiſſe. Vide Strabo. lib. 4.

SESTIVS, prænomine Publius, ciuis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni aduerſus Clodium contractis armatis auxilio fuit: quo nomine in iudiciũ uocatus, defenſus eſt à Cicerone elegantiſſima illa oratione, quæ pro P. Seſtio inſcribitur. Fuit & alter Seſtius, Aquarum Seſtiarum in agro Salyum conditor: de quo uide Strabo. lib. 4.

SESTIAS, adis, (σηστιάς) patronymicum à Seſto Helleſponti urbe deductum. Stat. 6. Thebai. Contra autem fruſtra ſedet anxia turre, ſupremis Seſtias in ſcopulis. Id eſt, Ero, puella Seſtia.

SESTIANA mala, à Seſtio cognominata, apud Colu. lib. 12. cap. 45. Ita poſſunt alia genera malorum, ſicuti orbiculata, Seſtiana, melimela, Mariana, hoc liquore cũ todiis. Seſtiana pyra, apud Colum. lib. 5. cap. 10.

SESTOS, (σηστός) urbs erat in litore Thracio, ad Helleſpontum ſita, obiacens Abydo, Leandri & Erus amore perenobilis. Strab. lib. 13. & Muſæus de amoribus Leandri & Erus.

SETABIS, bis, (σαιταβίς) fluuius eſt citerioris Hiſpaniæ, in conuentu Carthaginienſi, à quo uicini populi Setabiani appellantur à Plin. lib. 3. cap. 3. Hinc Sudaria Setaba, dixit Catullus quæ ex lino Setabitano conficiebantur.

SETÆ arum, (*Sede, ſetole*) (τρίχες) dicuntur pili craſſiores, rigidiq;, atq; erecti, quales ſues habent. Vnde dictæ ſunt Setæ, quaſi ſuetæ: A' quo & Suo, ſuis, deducitur. Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tuſc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit, ut impenderet illius beati ceruicibus. Ouid. 8. Metam. Protinus ex riuas rigidis horrentia ſetis Terga dat. Setæ leonis. Cic. 3. de Orato. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni ſetas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

SETIA, (σετία) urbs Campaniæ, non procul à Tarracina: à qua Setium uinũ. Martial. lib. 13. Pendula Pontinos quæ ſpectat Setia campos, Exigua uetulos miſit ab urbe cados.

SETIGER, ſetigera, ſetigerum, (*Porta ſede, porta ſetole*) quod ſetas gerit. Martial. li. 13. Qui Diomedeis metuendus ſetiger agris, Aetola cecidit cuſpide talis erat. Ouid. lib. 8. Metam. Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas, Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſyluas. Verg. 12. Aeneid. Setigeræ fœtum ſuis, intonſamq; bidentem Attulit.

SETOSVS, ſa, ſum, (*Sedoſo, pieno di ſede, pieno di ſetole*) (λάσιος) quod eſt ſetis plenũ: ut, Setoſum animal. Plin. lib. 8. cap. 45. Torua fronte, auribus ſetoſis. Verg. 7. Eclog. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus Et ramoſa Mycon uiuacis cornua cerui. Prop. lib. 4. Eleg. 1. Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator.

SETVBIA, æ, (σετουβία) Arauacũ oppidũ, in Hiſpania Tarraconenſi: cuius meminit Ptolem. lib. 2. cap. 6.

SEV, (*Ouero*) (ἤ) disiunctiua particula, qua iungimus ea, quorum alterum non utrunq; affirmamus. Plaut. in Trin. Hæc ſunt: ſeu rectè, ſeu peruerſe facta ſunt, egomet feciſſe confiteor.

SEVERIANA PYRA, à Seuero inſitore dicta. quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

SEVERIANI, (σευηριανοί) hæretici quidam fuerunt, à Tatiano primũ propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penitus abſtinendum prædicabant. Meminerunt horum Hierony. & Sophronius.

SEVERITAS, tis, (*Seuerità, grauità, durezza, acerbità*) (ἀποτομία) grauitas, facilitati, & miſericordiæ contraria, eſt pars iuſtitiæ, qua iudex nihil omnino de ſupplicio remittit, neq; à uero diſcedit. Cic. 7. Verr. Cum iſte ueſtra ſeueritate promptus multa ſigna dederat, quamobrem ie reſponſurus non uideretur. Quinetiam extra iudicium dicitur de morum grauitate, & quadam naturæ toruitate, quæ & Seueritudo dicitur. Plaut. in Epid. Quid illud eſt, q; illi caperat frons ſeueritudine?

SEVERVS, ra, rum, pen. pro. (*Seuero, graue*) (ἀπότομος, σεμνός) modo idem eſt, quod grauis, tetricus, triſtis: ut, Seueri agricolæ, apud Lucre. lib. 5. Seuerus auctor. Plin. lib. 11. cap. 5. pro graui & cui maxime ſit fidendum. Verg. 8. Aenei. Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris. Terent. Heaut. Sed ipſe egreditur, q; ſeuerus, rem cum uideas, cenſeas. Cic. 2. Verr. L. Caſſius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicandum ſeueriſſima. Modo crudelis, & aſper. Cic. 3. Offi. Magnus uir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeuerus in filium. Modo actiue accipitur pro eo quod horrorem aſpectu incutit. Verg. 3. Georg. Inuidia infelix Furias, amnemq; ſeuerum Cocyti metuet. Seuere, aduerbium, grauiter, aſpere. Cic. 2. de Finib. Ita grauiter & ſeuere uoluptatem ſecernit à bono. Idem pro Roſ. Comœ. Nihil mihi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeueriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. Seueriter, pen. cor. idem q; Seuere. Titinnius: Seueriter hodie ſermonem amica mecum contulit.

SEVERVS SEPTIMIVS, Roma. Imperator, qui Albinum iuxta Lugdunum Galliæ urbem ingenti prælio ſuperauit. Reliqua eius geſta uide apud Herodianum libro 3. & 4. Eſt item Seuerus, ut Seruio placet, montis nomen proprium in Sabinis. Verg. lib. 7. Aen. Qui Tetricæ horrendos ſcopulos, montemq; Seuerum, &c. Quo tamen in loco Nonius Seuerum, actiue poſitum arbitratur pro aſpero.

SEVO, mons Ingeuonum, in litore Germaniæ, Riphæis iugis non minor, immanem ad Cimbrorum uſq; promontorium efficiens ſinum, qui Codanus uocatur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 13.

SEVOCO, cas pen. cor. (*Chiamare da banda, ſeparatamente*) (ἀποκαλέω) ſeorſum, ſeu in alteram partem uoco, duco'ue. Cic. 2. Philipp. Et ob eius conſilii ſocietatem quum interficeretur Cæſar, tum te à Trebonio uidimus ſeuocari. Ouid. 2. Meta. Seuocat hunc genitor, &c. Seuocare ad ſe de cõmuni, eſt de eo, quod multis communis eſt furari. Cic. pro Quintio: Itaq; hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat. Seuocare animum ab omni negotio, eſt animum laxare, & nulli rei intendere. Cic. 1. Tuſcul. Cum à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum à Repub. quum à negotio omni ſeuocamus animum.

SEVVM, ui. (*Seuo*) quod & Sebum, & Sepum dicitur, (στέαρ) unctuoſum illud, quod in animalibus quibuſdam muſculorum extremitatibus membranis'ue adcreſcit, ex frigida portione ſanguinis, quæ è uenis excidẽs, exanguibus ideoq; frigidis membranis adhæret, ibidemq; non ſecus atq; oleum frigore concreſcit. Differt autem ab adipe, quod ſeuum proprie eſt cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata ſunt, & quæ in pedibus talos habent. Biſulca uero, & quæ pedes ſciſſos in digitos habent, & carent cornibus, non Seuum, ſed Adipẽ habent. Vterq; autem cocretus eſt, & quum refrixit, facile frangitur, ſemperq; eſt in fine carnis, ſine ſenſu, quia nec arterias habet, nec uenas. Contra Pingue inter carnem, cutemq; eſt, ſucco liquidum, quod etiam in aliquibus ſine ſenſu eſſe manifeſtum eſt. Vnde ſues uiuentes à muribus legimus aliquando fuiſſe eroſas, nido etiam in iis conſtructo. Hinc Seuoſus, ſa, ſum, (στεατώδης) quod inſtar ſeui unctuoſum eſt. Plin. lib. 11. cap. 37. Seuoſa cornigeris medulla. Hinc Seuo, uas, ſeu Sepo, pas, quod eſt ſeuum impono ſeu candelas ex ſeuo facio. Colum. lib. 2. cap. 22. Ferias autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, cãdelas ſeuare: ſeu (ut quidam legunt) ſebare, aut ſepare. A' nomine Sebum fit Sebaceus, cea, ceum, quod ex ſebo, ſiue ſeuo confectum eſt: ut Candela ſebacea.

SEX, (*Sei*) (ἕξ) numeri nomen notæ ſignificationis, à Græco deductum mutatione aſpirationis in S, literam. Hinc multa deducuntur tum compoſita, tum deriuata, quæ ſuo ordine explicabimus.

SEXAGENVS, a, um, (*Seſſanta*) (ἑξήκοντα) quamuis proprie ſit numeri diſtributiui nomen, ſæpe tamen idem eſt quod ſexaginta. Liu. 8. ab urb. Ordo ſexagenos milites, duo centuriones, uexillarium unum habebat. Sexagena millia modiorum. Cic. 7. Verr.

SEXAGIES, aduerb. (*Seſſanta uolte*) (ἑξηκοντάκις) Cic. 2. Philip. Orabat ut te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem.

SEXAGINTA, (ἑξήκοντα) decies ſex. Cic. 3. Verr. Poſſum ſexaginta decreta proferre, in quibus ut ego pecuniam non dicam intercеſiſſe, ipſa decretorum nouitas, iniquitasq; declarat.

SEXANGVLVS, a, um (*Che ha ſei cantoni*) (ἑξάγωνος) quod habet ſex angulos. Plin. lib. 37. cap. 2. Quare ſexangulis naſcatur lateribus, non facile ratio inueniri poteſt. Idem lib. 11. cap. 11. Apium ſexangulæ omnes cellæ. Ouid. 15. Metam. Non'ne uides quos cera tegit ſexangula fœtus Melliferarum apium ſine membris corpora naſci.

SEXCENVS, a, um, numeri diſtributiui nomen, idem ſignificans quod ſexcentenus. Cic. 7. Verr. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere, certo pretio ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituere. Colum. lib. 3. cap. 3. Quibus & ante iam M. Cato, & mox Terentius Varro prodidit ſingula iugera uinearum ſexcenas urnas uini præbuiſſe.

SEXCENTENVS, a, um, numeri diſtributiui nomen. Col. lib. 3. cap. 5. Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, ſexcenteni malleoli pangendi ſunt. Id eſt, ſexcenti unicuiq;.

SEXCENTI, tæ, ta, (*Seicento*) (ἑξακόσιοι) plur. tantũ. Cic. 2. de Diu. Sexcenta

licet

licet eiuſmodi proferre, ut diſtantium rerum cognatio naturalis appareat. Teren. Phorm. Sexcentas proinde potius ſcribito dicas. Vbi Donat. Apud nos ſexcenta dicere pro infinito numero ferè uſitatum eſt. Cic. pro Roſc. Amer. Sexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de ueneficiis accuſabant.

SEXCENTESIMVS, a, um, pen. cor. (ἑξακοσιοστός) ultimus, ſiue unus ex ſexcentis. Plin. lib. 8. cap. 7. Anno urbis ſexcenteſimo quinquageſimoquinto.

SEXCENTIES, {*Seicento uolte*} aduer. numeri ſignificans ſexcentis uicibus. Cice. Att. lib. 4. Vt forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſexcenties H-S. Plin. Epiſt. ult. lib. 2. Quàm cito ſeſtertium ſexcenties impleturus eſſet.

SEXCVPLVS, unde Seſcuplum.

SEXDECIES, {*Sedeci uolte*} aduerb. ſedecim uicibus. Plin. lib. 6. cap. 29. Sebuſus ab Aegypti extremis ſexdecies centena L X X V. M. paſſuum.

SEXIES, aduerb. {*Sei uolte*} (ἑξάκις) ſex uicibus. Liu. 4. ab Vrb. Veientem hoſtem ſexies uictum pertimeſcant. Colu. lib. 5. cap. 2. Hoc ſexies ducendum eſt, quoniam ſex latera ſunt.

SEXTVS, a, um, (ἕκτος) ultimus, ſiue unus ex ſex: ut, Sexta ætas.

SEXCENTOPLAGVS, fictum à Plauto nomen eſt in Capt. pro eo, qui ſexcentas plagas accepit.

SEXTANS, tis, (ἑξαμόριον) ſexta pars aſſis, hoc eſt, duæ unciæ. Erat & nummulus tertia parte quadrante minor, qui ſexies ſumptus conficiebat aſſem. Eſt & menſuræ nomen, ut docuimus ſupra in dictione Seſtans.

SEXTARIVS, dicitur, quòd ſit ſexta pars congij, quæ menſura apud antiquos tàm liquidis, quàm aridis ſeruiebat. Cœpit autem ſextarius cotulas binas, quæ & Heminæ dicuntur. Sextarius uini. Liu. 7. ab Vrb. Iiſdem militibus legiones libras farris & ſextarios uini contulerunt. Ducere ſextarium, eſt ebibere. Iuue. Saty. 7. De quo Sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. Sextarius aquæ. Cic. lib. 2. Offic. Si emere Sextarium aquæ mina cogeretur.

SEXTILIS, menſis, qui nunc Auguſtus. Sic autem dicebatur, quòd ſextus eſſet in ordine menſium à Martio: à quo Romani annum auſpicabantur. Hora. 1. Epiſt. 11. Per brumam Tyberis, ſextili menſe caminus.

SEXTIVS CABALLVS, ſcurra fuit inſignis Martialis ætate, qui à caballi tractu nomen accepit. Martial. libr. 1. Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum Poſſes uincere Sextium Caballum.

SEXTVLA, æ, unciæ pars ſexta quatuor continens ſcrupula, hoc eſt aſſis partẽ L X X I I. Cic. pro Cecinna: Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cecinnã: ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris uiri: Ebutio ſextulã aſpergit, hoc eſt, hæreditatis totius partem L X X I I. Columel. libro 5. cap. 1. Pars L X X I I. pedes C C C C. hoc eſt ſextula in qua ſunt ſcrupula quatuor.

SEXTVS, (Σέξτος) philoſophus Chæronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitol. Audiuit & Sextum philoſophum Chæronenſem.

SEXVS, us, maſcu. gene. {*Seſſo, natura*} (φύσις) diſcretio uiri à fœmina: à Græco ἕξις, ut Feſtus exiſtimat, quod habitum ſignificat. Plin. de Vir. illuſtribus: Ad quos cum utriuſque ſexus multitudo ueniſſet, dato ſuis ſigno, uirgines captæ ſunt. Colum. lib. 6. cap. 24. Certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generauerit. Cic. 1. de Inuent. Hominum genus in ſexu conſideratur, an uirile, an muliebre ſit. Mentiri ſexum. Colum. in Præfat lib. 1. Attonitique miramur geſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum uiris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos ſpectantium. Antiqui Sexus neutro genere efferebant: quod poſt Nonium etiam Priſcianus annotauit. Plau. Ruden. Virile ſexus nunquam habui ullum. Varr. lib. 1 de Analog. Sexus utrum uirile, an muliebre, an neutrũ ſit. Saluſt. lib. 2. Hiſt. ut citat Nonius. At Metellus in ulteriorem Hiſpaniã poſt annum regreſſus magna gloria: concurrentium undique uirile ac muliebre ſexus per uias & tecta omnium uiſebantur.

S ANTE I.

SI, {*Se*} (εἰ, ἐάν) coniunctio eſt conditionalis. Cic. Att. lib. 6. Morier ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Ponitur interdum pro Vtinam. Verg. lib. 6. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. Interdum pro Poſtquã. Teren. in Phorm. Herus ſi redierit, molendum uſque in piſtrino. Nonnunquam pro Quia, ſeu Siquidem ut ſit confirmatiua. Plaut. in Amph. Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe Iupiter. Verg. lib. 1. Georg. Veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Vbi Seruius Si, exponit pro Siquidem: in qua ſignificatione ferè indicatiuum exigit: cum alioqui ſubiunctiuo ſæpius iungatur: quem tamen modum etiam tunc inuenitur habere, cum meram conditionem importat. Teren. in And. Si illum relinquo, eius uitæ timeo. Ibidem: Si id facis, hodie poſtremum me uides. Ponitur Si, aliquando pro Quãuis, etſi, ſiue etiamſi: idque indifferenter cum indicatiuo, aut ſubiunctiuo. Teren. in Eunuc. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Plaut. in Mercato. Decem uocaſſet ſi ad cœnam ſummos uiros, nimium obſonauit. Aliquando pro An. Teren. in Heaut. Viſam, ſi domi eſt. Cic. de Diuin. Dicito, ſi paſcuntur aues. Aliquando ſubauditur, Si. Plinius Iunior: Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabas. Cic. 1. de Natu. Deor. Roges me, quid ſentiã, nihil reſpondeam. id eſt, ſi roges. Si eſt, ut admiſerit: id eſt, ſi admiſit, apud Terentium.

SIALOCHI, (σιαλοχοι) dicuntur, qui inter loquendum una cum uerbis ſaliuã expuunt, σίαλος enim Græcis dicitur ſpuma, uel ſaliua ex ore emiſſa.

SIAMBIS, (σίαμβις) inſula eſt in Oceano Britannico. Auctor Plin. libro 4. cap. 16.

SIBDE, es, (σίβδη) Cariæ oppidum Halicarnaſſo ab Alexandro Magno attributum. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

SIBILO, as, {*Zuffolare, fibilare, fiſchiare, fubbiare*} (συρίττω, σφηκόω) ſibilũ edo. Cic. ad Att. lib. 2. Populares iſti iam etiã modeſtos homines ſibilare docuerunt. Ouid. 4. Metam. Quotieſque aliquot parat edere queſtus Sibilat. Verg. 11. Aeneid. Arrectiſque horret ſquamis, & ſibilat ore. Horat. 1. Serm. Saty. 1. Populus me ſibilat: at mihi plaudo Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca. Huius compoſita ſunt, Aſſibilo, & Exibilo: quorum ſignificata ſuis locis explicamus.

SIBILVS, li. pen. cor. {*Sibilo fubbio, zuffolo, fiſchio*} (συριγμός, ῥοιζμός) ſonus exilis, qui fit ore, compreſſis dentibus, & parum diductis labris. Colu. lib. 2. Sibiloque allectari quo libentius bibant. Liu. 5. Bel. Pun. Vbi iam eo conſuetudinis adducta res eſſet, ut quocunque noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur. Cic. pro Roſc. Comœ. Qui poſtquam è ſcena non modo ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur. Transfertur & ad ſonitum uenti leniter flantis. Verg. 5. Eclog. Nam neque me tantum uenientis ſibilus Auſtri, Nec percuſſa iuuãt fluctu tam littora, nec quæ Saxoſas inter decurrũt flumina ualles. Sibilus, a, um, adiectiuum. ut, Ora ſibila, pro ſibilantia, inquit Seruius. Verg. lib. 2. Aen. Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Sibila colla. Idem 3. Georg. Tollentemque minas & ſibila colla tumentem Deiice. Sibilus, & plauſus contraria. Ci. pro Seſtio: Qui rumore, & fauore populi tenetur, & ducitur, ei plauſum immortalitatem, ſibilum mortem uideri neceſſe eſt.

SIBVS, (χαρίεις) ueteribus erat callidus, & acutus. Feſtus.

SIBYLLA, {*Sibilla*} (σίβυλλα) uirgo fatidica, ab enuntiandis deorum conſiliis dicta. σιὸς enim deos uocant Aeoles, βουλὴν autem Græci omnes dicũt, quod nos ſententiam, ſiue conſilium. Hierony. contra Iouinian. Quòd ſi Aeolici ſermonis genere Sibylla θεοβούλη appellatur, rectè conſilium dei ſola ſcribitur noſſe uirginitas. Sibyllas decem fuiſſe ſcribit Varro, Prima fuit Perſica, ſecunda Lybica, tertia Delphica quarta Cumæa in Italia, quinta Erythræa, ſexta Samia, ſeptima Cumana Amalthea nomine, octaua Helleſpontiaca, nona Phrygia, decima Tyburtina nomine Albunea. Vide plura de his apud Suidam.

Hinc fit Sibyllinus adiectiuum, pen. pro. quod eſt Sibyllæ, uel quod à Sibylla factum eſt. Cic. de Aruſp. reſpon. Nec hoc quidem in mentem ueniebat Sibyllino ſacerdoti: hoc eſt, ei cuius erat ſibyllinos libros aperire, & proferre, ſi quando uaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorum origine prodidit Gell. lib. 1. cap. 19. Anum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquinium Priſcum regem nouem libros attuliſſe, ac pro eis trecentos popoſciſſe Philippeos, regeque aſpernante pretii magnitudinem, in conſpectu eius tres libros exuſſiſſe, & pro reliquis idem pretium poſtulaſſe: cumque à rege uelut delira irrideretur, tres præterea alios combuſſiſſe, nihiloque minus pretii pro tribus petiiſſe: regemque mulieris conſtantia commotum, tres illos libros trecentis Philippeis comparaſſe, iuſſiſſeque hos libros in Capitolio religioſiſſime aſſeruari, & de rebus dubiis à Quindecimuiris uelut oraculum conſuli. Hos libros Stilico, cum aduerſus Honorium & Arcadium principes defectionem moliretur, exuſſit. De quo Rutilius. Ne tantum patriis ſæuiret proditor armis, Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis.

SIBYRTVS, (σίβυρτος) oppidum Cretæ: ut ex Polybii ſententia tradit Stephanus. Gentile eſt Sibyrtius, σιβύρτιος.

SIC, {*Si, coſi, in tal modo, in tal guiſa, per coſi fatta guiſa, in tal maniera, di modo, di ſorte*} (οὕτως, ὧδε) aduerbium eſt ſimilitudinis, idem ualens quod Ita. Verg. 2. Aen. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exiit. Cic. lib. 16. Epiſt. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. Aliquando reſponſiua eſt particula, affirmandi uim habens, quemadmodum & Etiam, ναί. Cice. 4. Philip. Vis'ne igitur te inſpiciamus à puero? Sic, opinor. Quandoque opt. de. Idem lib. 10. Aen. Sic pater ille Deum faciat, ſic magnus Apollo. Eſt & coniunctio illatiua, idẽ ualens quod Igitur. Cic. 4. Tuſcul. Sic tot ſimul uirtutes continentiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei defecerunt. Nonnunquam capitur pro ualde. Apul. Nec ego rebar ſic multorum ad opus dierum eſſe. Duplicatur etiam maioris expreſſionis cauſa. Verg. 4. Aeneid. Sic ſic iuuat ire ſub umbras. Aliquando demonſtratiuum eſt. Teren. in Eunuc. Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, &c.

Ponitur aliquando pro tam. Plaut. in Trin. Nihil ſic celere eſt, neque uolat.

SICA, æ, {*Daga, dagbetta*} (ξίφος) genus gladii breuioris, quaſi ſeca, à ſecando. Cic. 3. in Catil. E' quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit. Idem 3. de Natu. Deor. Tum hæc quotidiana, ſicæ, uenena, peculatus, &c.

Hinc Sicula, diminutiuum. Plaut. in Rud. Poſt eſt ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ.

SICAMBRI, (σίκαμβροι) populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad utranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strab. lib. 4. Hi crines natura flauos habent, quos creſcere ſinunt, & artificio quodam intorquent. Martia. lib. 1. Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri. Eruditi eos eſſe iudicant, quos hodie Geldrenſes uocamus, quanquam uidentur olim latiores fuiſſe Sicambrorum, quàm hodie ſint Geldrenſium termini.

SICANI, (σικανοί) populi Hiſpani, à fluuio Sicari ſiue potius Sicori, dicti. De quo Lucan. Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes. Hi duce Siculo, excluſis Aboriginibus, Italiã tenuerunt. ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos ante pepulerãt, inſulam uicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam à ſuo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis ſyllaba ca, indifferenter ponitur. Verg. lib. 3. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra. Sili. li. 13. Sydera Eliſeis aderat gens Sicana uotis.

SICANIA, {*Cicilia, ficilia*} (σικανία) dicta eſt inſulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, ut ex Apollodori ſententia tradit Stephanus, qui & Sicanum amnem iiſdem in locis collocat. Sed & inſula quandoque tota, Sicania dicta eſt, à Briarei Cyclopis filio Sicano: uel à Sicanis populis, qui primi eam inſulã incoluiſſe feruntur. qui tamen non ſunt indigenæ, ſed Hiſpani.

SICARIS, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis, non procul ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæſar Afranii & Petreii exercitum ſiti ad deditionem compulit. Lucan. lib. 4. Heſperios inter Sicaris non ultimus amnis. Alii tamen hunc fluuium Sicorim malunt appellare. per quartam uocalem in media ſyllaba.

SICARIVS, {*Homicida*} (φονεύς, ξιφηφόρος, χαλκευτής) qui ſica, id eſt, gladio hominẽ interficit: uel ſicam maleficii alicuius gratia gerit: & κατάχρησις, quicunque cædem telo quocunque commiſerit. Cic. pro Roſc. Amer. Vetus uidelicet ſicarius, homo audax & ſæpe in cæde uerſatus. Hora. 1. Serm. Saty. 4. Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus.

SICCA, urbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plin. lib. 5. cap. 3.

SICCANEVS, nea, neum, (κατάξηρος) quod eſt naturaliter ſiccum: uel quod nullo humore irriguum, uel aſperſum eſt. Colu. lib. 2. cap. 17. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguũ. Idem cap. 2. De ſiccaneis, & irriguis non comperimus utræ numero uincant.

SICCESCO, ſcis, {*Seccarſi*} (ξηραίνομαι) à Sicco, cas, ſiccus fio. Plin. lib. 18. cap. 34. Aquilonem prænuntiat terra ſiccefcens repente, Auſtrum humeſcẽs rore occulto. Colum. lib. ult. Fœnum Græcum uetere uino maceratum, deinde in Sole expoſito, ut in furno, ut ſicceſcat. Hinc aſicceſco, ſiccus & aridus fio. Idem

ibidem: In muria lucere oportet, & expreſſos in cratibus pandere, dum aſſiceſcant.

SICCINE, {Coſi}(οὕτω σύ) aduerbium interrogantis eſt, pro An ſic. Plaut. Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

SICCITAS, atis, & Siccitudo, inis, {Seccità ſeccaggine}(ξηρότης) qualitas humiditati contraria. Colum. libr. 2. Si uero torpor cœli, ſiccitaſq; regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Cæſ. 4. Bel. Gal. Qui cum propter ſiccitates paludum quo ſe reciperent non haberent, &c. Cic. 2. de Natu. Deor. Neque enim flumine conturbor inanium uerborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas. Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cice. in Cato. Maiore: Summam eſſe in eo corporis ſiccitatem.

SICCO, cas, {Seccare}(ξηραίνω) quod humidum erat ſiccum reddo. Col. lib. 2. Si humidus erit, abundantia uliginis ante ſiccetur foſſis. Pli. lib. 8. cap. 24. Mergitq; limo ſæpius, ſiccatq; ſole. Hora. 2. Serm. Sat 6. Siccat inæquales calices cõuiua, ſolutus legibus inſanis. Verg. 4. Aene. Atq; atros ſiccabat ueſte cruores. Oui. 8. Meta Lacrymas ſiccauerat ardor. Huius compoſita ſunt, Aſſicco, quod eſt ualde ſicco. Pli. lib 8 cap. 24. Ea quũ ſpicas ediderint, prius q̃ ſemina hient æſtibus, manu carpuntur, & ſuſpenſa in Sole quum aſſiccauerint, reconduntur, atq; ita repoſita perennant æuo diutius, q̃ cætera. Abſicco, (ἀποξηραίνω) idem quod exicco. Plin. lib. 1. Plurimum refert, non abſiccato ſucco ſimum uires continere, & aſſiduo macerati liquore. Deſicco, & Exicco, uide ſupra ſuis locis.

SICCOCVLVS, adiect. (ξηρόφθαλμος) Plaut. in Pſeud. Genus noſtrũ ſemper ſiccoculum fuit. Nomen uidetur à Plaut. fictum, pro eo quod eſt, ſiccis oculis, id eſt, nec lippus, nec lacrymoſis.

SICCVS, ſicca, cum, {Secco, ſutto, aſciutto, arido}(ξηρός) quod eſt aridum, & ſine humore. Verg. lib. 5. Aen. Summa petit ſcopuli, ſiccaq; in rupe reſedit. Oui. lib. 3. Amorum. Eleg. 5. At tibi pro meritis opto, non candide torrens, Sint rapidi ſoles, ſiccaq; ſemper hyems. Tibull. lib. 3. Eleg. 6. Sed poſcite Bacchi munera, quem ueſtium pocula ſicca iuuant? Per tranſlationem ponitur pro exercitio quod etiam Nonius annotauit. Nam exercitii uehementia ſedantes, corpus ſiccamus. Lucil. lib. 26. Cum ſtudio in gymnaſio duplici corpus ſiccaſſem pila. Idẽ pro continente ſobrio, cuius contrarium eſt Madidum, quod ſignificat ebrium. Plau. Aſin. Siccum, frugi, continentem, amãtem uxoris maxime. Idẽ in Pſeud. Vini modo cupidæ Eſtis, eo uos pantices ideo madefacitis, cum ſim ego hic ſiccus. In ſicco, id eſt, extra aquam. Plin. lib. 8. cap 8 Non tenerſum in maria, atq; in ſicco expiraſſe. Verg. 1. Georg. Cumq; marinæ In ſicco ludunt fulicæ.

Hinc Sicce. aduerb. Colum. lib. 6 cap. 12. Vt ſicce ſtabuletur. Dicimus per tranſlationem Sicce dicere, ut ieiune dicere. Cic. in Orato. Id uero deſinat dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Attice dicere, id eſt, quaſi ſicce, & integre, & ample, & ornate, & copioſe.

SICELION, (ψύλλιον Dioſcoridi) herba eſt, quæ a lat. nomine Pulicaris dicitur, à ſemine pulicis ſimilitudinem referente. Vide Plin. lib. 25. cap. 11.

SICELIS, lidis, (σικελίς) patronym. fœm. forma Græca, à Sicilia deductum. Verg 4. Eclog. Sicelides Muſæ paulo maiora canamus.

SICENVS, ni, pen. pro. {Sicino}(σίκηνος) inſula eſt non procul à Creta, antea Oenoe appellata. Auctor Strabo lib. 10.

SICENDVS, lacus eſt Theſſaliæ, mutas habens ranas: quæ tamen alio tranſlatæ fiunt uocales. Auctor Plin. lib. 8. cap. 58.

SICERA, ræ pen. cor. (σίκερα) omnis potio, apud Hebræos, quæ inebriare poteſt (ut ſcribit Hieronymus ad Nepotia.) ſiue illa fermento conficiatur, ſiue pomorum ſucco: ſiue faui decoquantur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctis'ue frugibus aqua pinguior coloretur.

SICHÆVS, (σιχαῖος) filius fuit Phliſthenis, ſacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione, iuxta aras, incautus, ob auri cupiditatem interfectus: ut eſt apud Verg lib. 1. Aeneid.

Huic coniux Sichæus erat, ditiſſimus agri
Phœnicum, magno miſeræ dilectus amore.
Cui pater intactam dederat, primiſq; iugarat
Ominibus, ſed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius uenit furor. ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore
Clam ferro incautum ſuperat, &c.

SICHEM. (σιχὶμ) filius Canan, qui ciuitatem ſui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata eſt.

SICILEO, les ſiculus, uel Sicilio, lis, liui, litum, {Bruſcare} uerbum eſt proprie ad prata pertinens, quæ tunc ſicilari dicuntur, cum ea quæ prima ſectione relicta ſunt à fœniſecis, iterata ſectione demetuntur. Plin lib. 18. cap. 28. Prata quoties ſecta ſunt, ſicilare oportet. hoc eſt, quod fœniſeces prætereunt, ſecare. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 49. Quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecæ prætericrunt, ac quaſi barba tuberoſum reliquerunt ciſpum: à qua ſectione arbitror dictum, ſicilire pratum. Hinc Sicilimentum, ti, herba, ſiliciſſione reſecta, id eſt ea, quæ à fœniſecis prima ſectione relicta, iterata ſectione demetitur. Cato cap. 5. Item fœnum, cordum, ſicilimenta de prato demito, eaq; arida condito.

SICILIA, æ, {Cicilia. Boc. Gior. 10. No 7. Nel tempo, che i Franceſchi di Cicilia furon cacciati}(σικελία) Tyrrheni maris inſula, à Thucidide Sicania dicta, à pluribus Trinacria, q tria habeat promontoria, Patet in circuitu ut ex Agrippæ ſententia tradit Pli. D C X V I I I. M paſſ. Olim agro Brutio creditur adhæſiſſe, poſteaq; interfuſo mari auulſa M D. paſſ. freto, iuxta columnam Rhegyã. A' quo dehiſcendi argumento, Rhegyum Græci nomen dedere oppido. Quin & inſula ipſa inde nomen creditur traxiſſe, quaſi Sicilita, id eſt, reſecta. Ver. lib. 3. Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina (Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus utraq; tellus Vna foret. Eadem & Triquetra à quibuſdam appellatur à figura trianguli, cuius unus angulus, qui in Meridiem uergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maxime ſpectare uidetur, quemq; ab Aphricæ litoribus C X X. millibus paſſuum diſtare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneq; Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in longitudinem à Peloro uſq; ad Pachynum, millia paſſuum centum octoginta ſeptem, in latitudine centum octoginta nouem. Sicaniam autem dictam putant à Sicanis Hiſpaniæ popul a, qui duce Sicano primum in Italiam ueniſſe feruntur. Solinus auctor eſt, Siciliam primum Cyclopum ſedem fuiſſe, iiſq; extinctis, Aeolum inſulam occupaſſe. Vnde Verg lib. 3. Ignariq; uiæ Cyclopum allabimur oris. Item libr. 11. Aetnæos uidit Cyclopas Vlyſſes. De hac Diodorus ſic ſcribit: Sicilia optima inſularum omnium, antiquitate rerũ cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Catana, Syracuſæ, undecima Olympiade conditæ. Præterea Meſſana, Eryx, & Leontinum, Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons, Eryx, & Aetna montes. In ea Comœdia primum creditur inuenta. Viros genuit illuſtres complures, ex quibus ſatis fuerit hic nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedem inſignem Mathematicum.

SICILICVM, ci, pen. cor. (δίδραχμον) pars aſſis quadrageſima octaua, hoc eſt, ſcrupula ſex, ſiue (quod in idem recidit) drachmas duas continens. Dictũ Sicilicum, à Sicilicendo, id eſt, ſecando, quod ſemunciam per medium ſecet. Neque ſolum de ponderibus dicitur, uerum etiam de menſuris. Plin. lib. 13. cap. 15. Qua in re non omittendum uidetur, Tiberio principi menſam quatuor pedes ſextante, & ſicilico excedentem, tota uero craſſitudine ſeſcuncialis, operimento laminæ ueſtitam fuiſſe.

SICILIENSES, (σικελιῶται) dicuntur qui alibi orti, in Sicilia uerſantur.

Sicilienſis, ſe, poſſeſſiuum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. Ei quoq; negotio fiſci Sicilienſes mirabantur. Fretum Sicilienſe, apud eundem 2. de Natu. Deor. Quæſtura Sicilienſis, apud eundem in Epiſt.

SICILISSO, ſas, {Parlar' à modo de Ciciliani}(σικελίζω) loquor lingua Siculorum, quorum ſermo adeo corruptus, ut abierit in prouerbium. Plaut. in Menæch. Non Atticiſſat, ſed ſiciliſſat.

SICILICES, haſtarum ſpicula lata, inquit Feſtus. Ennius: Incedit ueles uulgo ſicilicibus latis.

SICIMINA, inquit Hieronymus, quidam interpretantur genus arborum, quæ Palæſtinæ naſcuntur in campeſtribus, quæ ſi non uellicentur, amariſſimas caricas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem (inquit) quia ſolitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuſmodi gignit arborem, magis uidetur rubos dicere, qui afferunt mora, & paſtorum famem, ac penuriam conſolantur.

SICINNIS, (σίκιννις) ſaltationis Satyricę genus teſte Athenæo, à Sicinno inuentore, (ſiue is Barbarus fuit, ſiue Cretenſis) ita dictum: à quo & Satyri ipſi Sicinniſtæ appellantur.

SICINNIVS Dentatus, (σικίννιος) ſtrenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus eſt. Is centum & uiginti prælus pugnauit: Cicatricem auerſam nullam, aduerſas quadraginta quinq; tulit. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphauit cum Imperatoribus ſuis triumphos nouem. Vide Gell. lib. 2. cap. 11. & Plin. lib. 7. cap 28.

SICLVS, {Onza, denaro}(σίκλος) apud Hebræos dicitur uncia, apud Græcos Latinoſq; quarta pars unciæ eſt, & ſtateris medietas, drachmas duas appẽdens. Ioſephus ait Hebræorum numiſma eſſe, quatuor drachmas Atticas ualens.

SICORIS, pen. cor. Pli. lib. 3. cap. 3. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, nõ longe ub Ilerda fluens iuxta quẽ Cæſar Afraniũ & Petreiũ Põpeianos duces, ſiti ad deditionem compulit. Lucan. lib 4. Heſperios inter Sicoris non ultimus amnis.

SICVBI, pen. cor {Se in qualche luoga}(εἴ που) idem quod ſi alicubi. Liu. 2. ab Vrb. Cõſul prouidere omnia, laudare fortes, increpare ſicubi ſegnior pugna fuiſſet. Cic. 7. Verr. Atq; hæc ſicubi facta ſunt, &c.

SICVLI, {Siciliani}(σικελοί) qui Siciliam inſulam incolunt. Cic. in Diuin. Cũ Quæſtor in Sicilia fuiſſem iudices, itaq; ex ea prouincia deceſſiſſem, ut Siculis omnibus diuturnam iucundamq; memoriam mei nominis relinquerem.

SICVLVM mare, {Mar di Sicilia}(σικελὴ θάλασσα) anguſtum, atq; anceps alterno curſu, modo in Tuſcum, modo in Ionium pelagus influit, uorticoſum & Scyllæ, ac Charybdis ſæuitia inclytum. Sicula tellus pro Sicilia. Ver. 1. Aen.

SICVNDE, {Se di qualche luogo}(εἴ ποθεν) aduerb. de loco, idem ualẽs, quod ſi ex aliquo loco. Cic. ad Att. lib. 13. Sicunde potes, eruere, qui &c.

SICVT, & SICVTI, {Come, ſi come}(ὡς, ὥσπερ) aduerbia ſimilitudinis ſunt Plaut. in Ruden. Quibus cum patria periit Athenis, ſicut dixi. Interdum tamen non res ſimiles, ſed diuerſas, & plane contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quintil. Sed hæc eloquendi præcepta, ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad uim docendi ualent, niſi illis quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, acceſſerit, Habent etiam uenuſtatem, atq; utilitatem magnam, quoties antecedentem ſententiam annectunt cum ſequenti. Plin. lib 7. cap. 19. Ferunt Craſſum auum Craſſi, in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum uocatum, ſicuti nec fleſſe multos.

SICYNVS, {Sicino} inſula eſt, nõ procul à Creta, una Sporadum, antea Oenoe dicta, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. A' Strabone tamen & Stephano, Sicenus, (σίκηνος) appellatur.

SICYON, onis, {Baſilica}(σικυών) urbs uetuſtiſſima Peloponneſi, non procul à Corintho, olim Aegialos dicta, à rege Aegialeo, qui totius eius tractus Imperium tenuit. Hanc Plin. lib. 36. cap. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuiſſe ſcribit. Præcipue autem nobilitatam cõſtat Occaſionis ſimulacro à Lyſippo fabricato. Ab hoc oppido uicina regio Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus eſt Aratus ille, cuius in clarorũ uirorũ catalogo meminit Plutar.

SIDA, dæ, ſiue Side, es (σίδη) Pamphyliæ urbs, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. & Põponio lib. 1. in deſcriptione Pamphyliæ.

SIDERATIO, onis, (ἀστροβολία, ἀστροβολισμός) proprie plantarum morbus eſt, cum nimio æſtu humore abſumpto, uel totæ, uel aliqua ſui parte mareſcunt. Quod quoniam ſideris alicuius afflatu fieri putatur, & præſertim Caniculæ, (quam Theophraſtus peculiariter ἄστρον uocat) factum eſt, ut hoc plantarum uitium Græci ἀστροβολισμόν, nos Siderationem dicamus. Plin. lib. 17. cap. 24. Sideratio tota è cœlo conſtat. Et paulò poſt: Proprium tamen ſiderationis eſt, ſub ortu canis ſiccitatum uapor, cum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipue ficus ac uites. Quin & in animalibus Sideratio dicitur, cum pars aliqua corporis peſtifero ſidere percuſſa, ſubito mareſcit, ipſaq; etiam oſſa carie conſumuntur. Quod in cerebro Galenus σφακελισμόν appellat.

SIDERARI, {Sedrarſi, aſſidrarſi}(ἀστροβολίζεσθαι) eſt ſidere peſtifero afflari: & proprie

& proprie de arboribus dicitur, cum per ſideris cuiuſpiã, & præcipue Caniculæ exortum, æſtu uehementer inualeſcente, aut alia quauis ratione, humor conſumitur, totæq́ue, uel aliqua ſui parte, ſubito mareſcunt. Transfertur & ad animalia, quæ & ipſa Siderata, (ἀστρόβλητα) dicuntur, cum ſimili ſideris afflatu aliqua ſui in parte ſphaleciſmon, hoc eſt, oſſium cariem patiuntur ita ut ſubito ea pars, cum ipſis etiam oſſibus mareſcat, omnemq́ue prorſus ſenſum amittat. Plin. lib. 28. cap. 15. Sideratis urina pulli aſinini nardo admiſto perunctione prodeſſe dicitur. Plaut. Sideratus eſt: moueri non poteſt.

SIDEREVS, a, um, {*Stellato, pieno di ſtelle, alto, riſplendente, lucido*} (ἀστερόεις) idem quod ſtellatus. ut, Siderea ſedes, apud Verg. 10. Aeneid. id eſt, ſphæra ſtellata. Cælum ſidereum. Ouid. 10. Metam. Aliquando ponitur pro alto. Martial. lib. 1. Hic ubi ſidereus propius uidet aſtra coloſſus. Aliquando pro fulgenti, & lucido. ut, Ignes ſiderei, apud Ouid. 1. Metam. Verg. lib. 3. Nec lucidus æthra Siderea polus.

SIDERION, Heracleum, (σιδήριον ἡρακλεῖον) herba eſt ab Hercule inuẽta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, folijs coriãdri, iuxta amnes & lacus naſcens, & oĩa uulnera ferro illata ſanãs. Auctor Pli. lib. 25. cap. 4.

SIDERITIS, pen. pro. (σιδηρῖτις) herba eſt folijs marrubii, ſed longioribus, cauliculis quadratis, palmi longitudinem non multum excedentibus, guſtus nõ iocundi, & ſubaſtringentis, in quibus per interſitia orbiculatæ uertebræ, ut in marrubio, ſpectantur, & ſemen in ijs nigrum. Vulgus Tetrahil, ſiue Iudaicã herbam appellat. Eſt & Sideritis altera, binum cubitorum, ramulis exilibus, folio filicis numeroſo, utrinq; per oras diuiſo, pediculo longo, prodeuntibus è ſummo alarum ſinu ſurculis longis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aſpero, in quo ſemen continetur, q̃ betæ, rotundius aliquanto & durius. Hodie chymici & herbarii nonnulli Lunariam maiorem appellant. Sunt & alia Sideritis genera, quæ ex Dioſco. & Plin. tibi petenda relinquimus.

SIDERITIS, {*Calamita*} (σιδηρῖτις) lapis occulta naturæ ui ferrum ad ſe trahens: unde & nomen accepit. Nam σίδηρον Græci ferrum appellant. Idem & Magnes dicitur, & Heracleus lapis, eo q̃ primum inuentus fuerit in Magneſia Aſiæ, circa Heracleam urbem. Plin. tamen in Ida monte primum repertum arbitratur à Magnete quodam paſtore, & ab eo nomen accepiſſe.

SIDERITES, (σιδηρίτης) gemma eſt ex genere adamantum, à ferri ſplendore nomen habens, pondere cæteris præſtans, ſed ictibus fragilis, & ab alio adamante perforabilis. Auctor Plin. lib. 37. cap. 4.

SIDICINVM THEANVM, Campaniæ oppidum Mediterraneum, Sidicinum cognominatum ad diſcrimen alterius Theani, quod eſt in Apulia. Meminit utriuſq; oppidi Plin. lib. 3. cap. 5.

SIDO, dis, ſedi, ſeſſum, {*Sedere*} (καταφέρομαι, ἵδρυμαι, ἵζομαι) deorſum feror, ſubſido, ad ſedendum me demitto. Verg. lib. 6. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Plin. lib. 6. cap. 22. Mare intereſt uadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſſibus, ſed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ ſidant.

Huius compoſita ſunt, Aſſido, Cõſido, Circumſido, Deſido, Inſido, Obſido, Reſido, & Subſido: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SIDON, onis, p. gen. p. (σιδών) urbs Phœnices, cum Tyro & uetuſtate certans, & claritate, ita dicta (ut Euſtathio placet) à Sida Beli filia: quanquam Ioſephus à Sichem filio Canaan appellatam mauult: unde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro ſeruato, Sichem uocari tradit. Alii a Phœnicibus iis conditum uolunt, qui mediterranea incolebant, qui cum perpetuis uexarentur terræmotibus, relictis ſedibus ſuis, nouam urbem ad mare cõdiderunt, quã à piſcium ubertate ſua lingua Sidona appellarunt. Hinc Sidonius, a, um, antepenul. indifferente. Nam apud Græcos, teſte Stephano indifferenter σιδώνιος ſcribitur per ω magnum, aut σιδόνιος, per ο paruum. Verg. 1. Aeneid. Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Et paulò poſt: Sidoniaſq; oſtentat opes.

SIDVS, untis, (σιδοῦς) oppidulum eſt in agro Megarẽſium: cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile Siduntius σιδούντιος Stephano.

SIDVS, {*Stella, ſegno celeſte*} (ἄστρον) licet quidam Græcum eſſe uelint, ἀπὸ τοῦ σὺν, quod eſt ſimul, & εἴδειν, uidere, q̃ plures ſtellæ ſimul conſpiciantur: aut παρὰ τὸ συνιδεῖν, quod eſt commeo & cõuenio, ut ſit plurium ſtellarum conuentus: rectius tamen Latinum eſſe putatur, & à Sido deduci, propterea q̃ ſidera occidentia, in mare ſubſidere uideantur. Eſt autem Sidus ſignum ex pluribus ſtellis compoſitum, ut Aries, Taurus, Andromeda Perſeus, Corona, & quæcunq; uariarum genera formarum feruntur in cœlum recepta. Stella uero ſingularis eſt. Sic etiam apud Græcos, ἀστήρ, & ἄστρον diuerſa ſunt, teſte Suida. Nã ἀστήρ eſt ſtella una, Aſtron ſignum ſtellis coactum, quod nos ſidus uocamus.

Quandoq; tamen ſidus pro ſtella ponitur. Cic. Itaq; neſciunt hos ſiderum errores. Quintil. Quid hæc fulgentium ſiderum ueneranda facies, quæ quadam uelut infixa ac cohærentia perpetua ſemel capta luce collucent, alia toto ſparſa cœlo, uagos curſus, certis emetiuntur erroribus. Hinc Sideralis, & hoc le, quod ad ſidus pertinet. Plin. lib. 7. cap. 49. Poſcere uidetur locus ipſe ſideralis ſcientiæ ſententiam.

SIFILATORES, à ueteribus dicebãtur Sibilatores. & Sifilare, (συρίζειν) quod nos ſibilare dicimus. Nonius.

SIGA, (σίγα) urbs Cæſarienſis Mauritaniæ, Syphacis olim regia, teſte Plin. lib. 5. cap. 2.

SIGALION, (σιγαλίων) ſimulacrum erat apud Aegyptios in ſacris Iſidis & Serapidis, quod digito labiis impreſſo, ſilentium imperare uidebatur: unde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, quod eſt ſilere, alio nomine Harpocratem appellabant. Vide ſupra in dictione Harpocrates.

SIGEVM, gei, pen. pro. {*Lanizzari*} (σίγειον) promontoriũ & oppidum Troadis, Aiacis ſepulcro nobilitatum. Dictum σίγειον. ut quidam uolunt, ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, hoc eſt, à ſilendo, eo quod Hercules præmio ſuo à Laomedonte fraudatus, diſſimulato diſceſſu, ibi ſe occultarit, indeq; ſilentio magno reuerſus, urbem repente adortus, ceperit. Alii per antiphraſin Sigeum dictum putant, q̃ nullum ibi unquam ſit ſilentium, aquis ſe perpetuo magno cum murmure ſaxis illidentibus. Hinc Sigeus, a, um, & Sigeius, per quatuor ſyllabas. Verg. 2. Aene. Iam proximus ardet Vcalegon: Sigea igni freta lata relucent. Ouid. 13. Meta. Sigeia torua Littora proſpexit uultu.

SIGILLARIA, uicus erat Romæ, ubi ſigilla uendebantur. Gell. lib. 5. Apud Sigillaria forte in libraria ego & L. Paulus poeta conſederamus. Sigillaria præterea dicebantur dies feſti Saturnalibus additi quibus ſigilla, hoc eſt, parua ſigna amicis miſſitabantur. Auctor Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10.

SIGILLARIS, re, adiectiuum à ſigillis deductum: ut, Ars ſigillaris, ἀγαλματοποιΐα. Sigillaria opera, ἀγαλμάτια, id eſt, parua ſigna, ſiue imagunculæ, ex metallo confectæ.

SIGILLATIM, {*Singularmente, à uno per uno, ſeparatamente*} (ἀνὰ μέρος, καθ' ἕκαστον) aduerbium ſignificans, per ſingulos. Cic. 7. Verr. Quærit ex his ſigillatim, quot quiſq; nautas habuerit.

SIGILLO, as {*Sigillare, bollare*} (σφραγίζω) ſignum imprimo, ſigillum alicui rei oppono. Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id eſt, clauſæ, & anulo impreſſæ. Propter quod ueteres Sigillare ſimpliciter pro Claudere uſurpabant. Var. Contra, lex nimis impia eſt, ne filii patribus luce ſigillent oculos.

SIGILLVM, li, {*Sigillo, bolla*} (ἀγαλμάτιον) diminutiuum eſt à Signum, quod modo imagunculam, ſiue paruam ſtatuam ſignificat. Cic. 6. Verr. Appoſuit patellam, in qua erant ſigilla egregia. Modo imaginem, qua ceræ impreſſa literas obſignamus. Hinc Sigillatus, a, um, quod modo participium eſt, idẽ ſignificans quod obſignatus: ut, Literæ ſigillatæ. Modo nomen, idem ualens, quod ſigillis ornatus. Cice. 8. Verrin. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem afferre.

SIGMA, (σίγμα) diætæ, ſiue ſtibadii, aut cœnationis genus erat à Græci (ut quidam uolunt) elementi ſimilitudine dictum. Lampridius in Heliogabalo: Primus inuenit, ſigma in terra ſternere. Idem: Vt de croco ſigma ſtrauerit, cũ ſummos uiros uocaret ad prandium.

SIGNACVLVM, li, {*Segnaculo, ſegnetto, ſegno*} (χαρακτήρ) proprie eſt ſignum alicui rei impreſſum, ut lateat, quouſq; referetur.

SIGNATORES, {*Teſtimoni*} (ἐπισφραγισταί) dicebantur, qui aut teſtamentis, aut cauſis ſeſe ſubſignabant. Salluſt. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis teſtes, ſignatoreſq; falſos commodare fidem, fortunas, pericula uilia habere. Sueto. in Tiberio. cap. 23. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, nõ admiſſis ſignatoribus, niſi ſenatorii ordinis. Iuuena. Saty. 10. Veniet cum ſignatoribus auſpex.

SIGNATORIVS, ria, rium, {*Coſa che ſegna, coſa da ſegnare*} (σφραγιστικός) quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur. ut, Signatorius anulus. Val. Maxi. Vt anulo, quo ſignatorio utebantur. Paulus Iuriſcon. Anulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

SIGNATVS, ta, tum, {*Segnato, bollato*} aliquando participium eſt, idem ſignificans quod inſignitus, hoc eſt, quod ſignum habet impreſſum: ut, Pecunia ſignata. Cice. 6. Verr. Argentum factum, atq; ſignatum. Verg. 2. Georg. Et admorſa ſignata in ſtirpe cicatrix. Ouid. 2. de Arte Amo. Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet. Aliquando nomen, & tunc pro inſigni aliquando captum à ueteribus legitur, ἐπίσημος. Lucil. lib. 29. ut citat Nonius, Primum Chryſidem negat ſignatam reddere.

SIGNIA, æ Latii oppidum fuit, in cuius agro uinum naſcebatur mire auſterũ, ideoq; uentris profluuio ſedãdo utile. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam quod Signiæ naſcitur, auſteritate nimia continendæ aluo utile, inter medicamenta numeratur.

Hinc Signini populi, de quibus Pli. lib. 3. cap. 5 & Vinum Signinũ. Mart. lib. 13. Potabis liquidum Signina morantia uentrem: Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis. Signina pyra, apud Iuuen. Saty. 11.

SIGNIA, mons eſt, teſte Plin. libr. 5. cap. 9. In cuius radicibus ſita eſt Apamia urbs.

SIGNIFER, ri, {*Porta ſegno, banderale, ſignifero, alfiere*} (σημειοφόρος) qui ſigna fert: hoc eſt, uexillifer. Cic. 4. Verr. Sit in eius exercitu ſignifer, &c. Idem 1. de Diuin. Quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco, &c. Ouid. 5. Faſto. Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat. Signifer item dicitur circulus ille obliquus, in quo duodecim ſigna ſunt, qui Græcè ζωδιακός appellatur, ab effigie animalium, quæ in eo Aſtrologi imaginantur. Ci. 2. de Natu. Deo. Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, quæ anno ferè uertente ſigniferum luſtrat. Plin. lib. 2. cap. 4. Adiuuat rerum ordo: deſcripto circulo, qui ſignifer uocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas ſolis curſus congruens tot ſeculis ratio.

SIGNIFEX, {*Che fa inſegne, ò ſtatue*} (ἀγαλματοποιός) qui facit ſigna, hoc eſt, ſtatuas. Apul lib. 2. Egregius ille ſignifex.

SIGNIFICO, cas, pen. cor. {*Significare, dimoſtrare, far ſapere, far intendere*} (σημαίνω) indico, notum facio, demonſtro, oſtendo. Plaut in Trucu. Etenim ſic iſtuc uolo, ne inter uos ſignificetis, &c. Cic. pro Roſc. Amer. Quid hæc tanta celeritas, feſtinatioq; ſignificat? Idem ad Att. lib. 1. Ac ne illud mirere. cui cũ ego antea tibi ſignificarem per literas, me ſperare, illum in noſtra poteſtate fore, nunc idem uidear diffidere. Hinc Significatio, onis, uerbale, (ἐπισημασία) indicatio, indicium. Cic. Heu quæ ſignificatio doloris. Idem de Amic. Cum autem contrahat uirtus amicitiam, ut ſupra dixi, ſiqua ſignificatio uirtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet, & adiungat id cum cõtigerit, amor exoriatur neceſſe eſt. Cæſ lib. 6 Bell. Gall. Monet ut ignes fieri in caſtris prohibeat, nequa eius aduentus procul ſignificatio fiat. Significatus, us m, idem quod ſignificatio. Plin. lib. 18. cap. 15. Ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Item aduerbia, Significanter, (ἐμφατικῶς) & ſignificãtius, ἐμφατικώτερον, id eſt, expreſſe, & expreſſius, & quod uulgus dicit intelligibiliter, notabiliter. Quint. lib. 6. cap. 3. Non parum ſignificanter etiam illa in ſchola ut⸗ dixerimus.

SIGNIFICANS, {*Significante*} (ἐμφατικός) nomen ex participio, idem ſignificans, quod apertus, & euidens. Quintil. lib. 4 cap. 2. Verbis propriis & ſignificantibus. Idem lib. 8. cap. 2. Quo nihil inueniri poteſt ſignificantius.

SIGNIFICATVS, tus, {*Significato, ſignificatione*} idem quod ſignificatio. Vide Significo.

SIGNINVM OPVS, quod fractis teſtis, addita calce conficiebatur. Colu. lib. 16. cuius ſolum terrenum prius q̃ conſternatur, perfoſſum, & amurca recenti non ſalſa madefactum, uelut ſigninum opus, pauiculis condenſatur.

SIGNO, nas, {*Segnare, ſigillare, bollare*} (σημειοῦμαι, σφραγίζω) ſignum imprimo. Verg. 3. Geor. Et ſummo ueſtigia puluere ſignent. Vnde Signare epiſtolam dicimus, anulo ſignum imprimere. Huius contrarium eſt Reſigno, quod eſt deleto ſigno aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & ſignata pe-

cora quæ ſignis notata ſunt, & quæ notam inuſtam habent. Interdum ſignare, ſignificat oſtendere, indicare ſigno, σημαίνειν. Plaut. in Ciſtel. cui hæc excidit ci ſtella? recte eccum locus ſignat, ubi ea excidit. Interdum ſcribere. Col. lib. 3. Huc pertinet præclara noſtri poetæ ſententia, Laudato ingentia rura. Exiguum colito, quod uir eruditiſſimus (ut mea fert opinio) traditum uetus præceptum nu meris ſignauit. Vnde & Subſignare, (ὑποσημαίνειν) ſubſcribere dicimus.

Accipitur etiam Signare pro deſignare. Verg. lib. 2. Georg. Quin etiam cæli regionem in cortice ſignant. Huius compoſita ſunt, Aſſigno, Conſigno, Circumſigno, Deſigno, Obſigno, Reſigno, & Subſigno; quorum ſignificata uide ſuis locis.

S I G N V M, ni, {Segno} (σημεῖον) proprie eſt parua quædam nota indicans totius rei qualitatem, inquit Donat. Teren. And. Vide num eius color pudoris ſignum uſquam indicat? Oui. 2. Meta. Sed ſilet, & læſi dat ſigna rubore pudoris.

Signa ad ſalutē, ſalutis prognoſtica. Teren. And. Adhuc Archillis quæ adſolent, quæq; oportent ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo. Ver. 3. Geor. Morborum quoq; te cauſas & ſigna docebo. Dare ſignum militibus, eſt pugnam ineundam ſignificare. Teren. Eun. Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia, inde omnibus ſignum dabo. Liu. 2. ab urb. Senſere uigiles, excitatus exercitus, ſigno dato concurſum eſt ad arma. Verg. 5. Aen. Intenti ſignum expectant.

Item notæ quæ pecudibus inuruntur, Signa dicuntur. Verg. 1. Geor. Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit aceruis. Hinc duodecim illa ſidera, quæ in zodiaco animalium figuras imaginantur ſigna dicuntur. Sunt enim notæ quædā quæ ad naturam, Solis referuntur. Eorum nomina ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cācer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces.

Item Signum, uexillum dicitur, ab effigie animalium, quæ in uexillis fieri cōſueuerunt, σύμβολον, σύνθημα. Lucan. lib. 1. Infeſtiſq; obuia ſignis Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis. Plin. lib. 7. cap. 25. Signis collatis quinquagies dimicauit. Liu. 3. Bel. Mace. In eo prælio ſupra quadraginta millia hominum cæſa, Valerius Antias ſcribit: & quingenta ſeptem ſigna militaria capta. Horat. 1. Epiſt. 19. Cantabrica bella tuliſti Sub duce, qui templis Parthorū ſigna refixit.

Hinc anteſignani dicuntur, qui in acie ante ſigna conſtituuntur: de quibus egimus ſupra ſuo loco. Signa quoq; (ἀγάλματα) dicuntur ſculptilia: ſiue fuſilia, ad effigiem animalium fabricata: quemadmodum contra Tabulæ, opera pictorum. Vnde Signa, & Tabulas dicimus pro cælatis operibus, atque depictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur, picturæ ſunt, Signa uero ſtatuæ. Vnde apud Salluſtium: Signa, & tabulas pictas, uaſa cælata mirari, ea priuatim, & publice rapere, delubra ſpoliare. Cic. 3 in Verrem: Delum uenit, ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo noctu clam ſuſtulit ſigna pulcherrima atq; antiquiſſima, eaq; in onerariam ſuam nauem conuicienda curauit. Pocula aſpera ſignis, quæ etiam dicebantur Sigilla: id eſt, ſignis decorata & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Verg. 9. Aen. Bina dabo argento perfecta, atq; aſpera ſignis Pocula, deuicta genitor quę cepit Ariſba. Idem 5. Aenei. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes, Cymbiaq; argento perfecta, atq; aſpera ſignis. Signum etiam dicitur, quo quid conſignamus, uel obſignamus, & notamus: quod & Sigillum dicitur, σφραγίς. Ci. pro Quintio: Tabulæ maxime nobilium hominum ſignis conſignantur. Dicitur & Signum, id quod pro tabernis ſuſpendi ſolet. Quint. lib. 6. cap. 4. Tabernæ autem erant circa forū, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Signum etiam dicitur miraculum, inſolitum, prodigium, oſtentum, uel augurium, & tanquam omen boni aliquid, mali'ue prænuntians. Ci. lib. 1. de Diuin. Equus eius repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto ſigno, ut peritis uidebatur, ne committeret prælium.

S I L, ſilis, genus pigmenti luteum colorem, quemadmodum ochra, reddens: inuenitur q; ceu limus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiā id aliud pigmentum, quod Cæruleum a colore dicitur. Vide Pli. lib. 34. cap. 12. Auſon. in Monoſyllab. Sit'ne peregrini uox nominis, an Latii ſil?

S I L A C E V S color, luteus, ex ſile compoſitus. Vide Plin. lib. 37. cap. 7.

S I L A N I V S, (σιλάνιος) mons Hyberniæ inſulæ altiſſimus: à Silanio rege in uertice eius ſepulto, dictus.

S I L A R V S, pen. cor. Lucaniæ amnis, Picētinos diuidens à Lucanis, cuius ea eſt natura, ut uirgulta, & folia in ipſum deſidentia lapideſcant; ut refert Plin. lib. 2. cap. 103. Silius lib. 8. Nunc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt Duritiem lapidum merſis induceſcere ramis. Ver. 3. Geor. Eſt lucos Silari iuxta, ilicibusq; uirentem Plurimus Alburnum uolitans.

S I L A T V M, antiqui (inquit Feſtus) dicebant, quod nunc ientaculum dicimus, eo q; tum ieiuni uinum ſili herba conditum abſorbebant.

S I L A V S, ut nonnulli legunt apud Plin. lib. 26. cap. 8. herba eſt, in perennibus & glareoſis riuis naſcens, apii ſimilitudine. Hermolaus tamen in Caſtigationibus Plinianis exemplaria corrupta aſſerit, cōtenditq; Lauer eſſe Legendum: ſiquidemq; Lauer pro ea herba, quam uulgus Creſcionem uocat.

S I L E, ſilis, herba, quā alio nomine Seſelim, (σέσελι) uocant, cuius uel radice, uel ſemine uinū condiebant, quod ante meridiem ſumere mos erat. Propterea Silatū antiqui dixere, quod nunc ientaculum dicimus. Feſtus. Dioſco. lib. 3. cap. 58.

S I L E N T I A R I I, dicti ſunt, quorū miniſterio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. Accurſius Silentiarios dici putat, quos uulgo Secretarios appellamus. Sic enim ait Iuſtinian. C. de Silentiariis: Viros clariſſimos ſacri noſtri palatii ſilentiarios circa latus noſtrum militantes, à tutelis & curationibus excuſari ſancimus. Procopius lib. 2. Bel. Perſ. Romani, inquit, ad ea, quæ quietis ſunt in palatio, miniſtrum, Silentiarium uocant.

S I L E N T I V M, tii, {Il ſilentio, il tacere} (σιγή, σιωπή) taciturnitas. Pli. lib. 10. cap. 69. Silentium in mari piſcantibus oſtrea. Silentium agere de re aliqua, eſt illam tacere. Quint. lib. 10. cap. 1. Quippe cum Tullius tot millibus uerſuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur: & tamen de omnibus ætatis ſuæ, quibus cum conuiuebat, excepto Cæſare atq; Marcello, ſilentium egerit: quis erit modus ſi & illos qui poſtea fuerūt, & Græcos omnes, & Philoſophos, & Poetas perſequi uelim? Silentiū eſt de aliqua re, id eſt, de re illa nihil dicitur. Cic. ad Att. lib. 5. De Partho ſilentium eſt. ſed tamen conciſos equites noſtros à barbaris nuntiabant ii, qui ueniebant. Silentio aliquid ferre, eſt diſſimulare, & de re illa nihil conqueri. Deſcendere in ſilentium, incipere taciturnum eſſe. Quint. lib. 10. cap. 3. Accidit etiam ingenioſis adoleſcentibus frequenter, ut labore conſumantur, & in ſilentium uſq; deſcendant nimia bene dicendi cupiditate. Silentium dicimus in auſpiciis, quod omni uitio caret, ut ait Cic. lib. 2. de Diuinat. Silentium noctis, pro intempeſta nocte ponitur, quam alii Concubium alii Conticinium uocant. Liu. 5. ab Vrbe: Supra ædem Veſtæ uocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humana.

S I L E N V S, pen. pro. (σειληνός) Bacchi nutricius fuit, & pædagogus, ſemper aſino uehi ſolitus: quem Aratus in gratiam alumni inter ſidera translatum dicit. Virg. 6. Eclog. Chromis, & Mnaſylus in antro Silenum pueri ſomno uidere iacentem, Inflatum heſterno uenas, ut ſemper, Iaccho.

S I L E O, les, lui, {Tacere} (σιγάω) ſignificat taceo: quamuis hæc ita inter ſe differre uelit Seruius, ut Silere dicatur, qui nondum cœpit loqui: Tacere, qui iam cœpit. Quæ differentia ſi uera eſt, falſi ſunt, qui dicunt Silere factitium uerbum eſſe, ab, S, litera, quæ ſilentii nota eſt, quoniam in ludis literariis, publiciſq; conuentibus dum uolunt ſilentium indicere, S, literam, quaſi ſibilando pronuntiant. Iungitur aliquando accuſatiuo. Cic. Att. lib. 2. Hæc tu ſilebis? Frequentius ablatiuo cum præpoſitione De. Cic. 6. Verr. Me non ſolum de ueſtris monimentis ſilere oportebit, ſed etiam lætari. P. Africani eiuſmodi eſſe fortunas mortui, ut eius honore &c. Paſſiuum habet. Plin. lib. 12. cap. 1. Nullum ſileatur rerum naturæ opus. Idem lib. 16. cap. 21. Idq; mirum eſt, Græcis auctoribus proditū, apud nos poſtea ſileri. Silent muſæ Varronis, dixit Cic. 4. Acad. 1. Varro nihil ſcribit, nihil edit. A' ſileo fit Silens participium: quod aliquando fit nomē ex participio. Silens cœlum, pro tempore ſereno. Plin. lib. 18. cap. 28. Alia ſunt illa quæ ſilente cœlo ſereniſq; noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt.

Silens flos qui non amplius creſcit, & quodam modo declinat. Silens luna dicitur, quando fit coniunctio eius cum Sole, quod contingit ipſo die nouilunii. Plin. lib. 16. cap. 39. Inter omnes uero cōuenit utiliſſime in coitu eius ſterni, quē diem alii interlunium, alii ſilentis lunæ appellant. Colum. lib. 2. cap. 10. Silente luna fabam uellito ante lucem. Silentes ſurculi, Silentes uineæ. i. nondum germinantes. Colum. lib. 11. cap. 2. Surculi quoq; ſilentes ad inſitionem, nunc præcipue, utiliterq; leguntur. Colum. lib. 4. cap. 27. Foſſor protinus, adhuc ſilentibus uineis inducendus eſt. Id eſt, nondum gemmantibus. Silentes, pro mortuis. Ouid. 5. Faſt. Mox etiam lemures animas dixere ſilentum. Id eſt, mortuorum. Verg. lib. 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam mouet. ille ſilentum Conciliumq; uocat, uitaſq; & crimina diſcit.

S I L E R, gen. neut. frutex nōnunquam arboreſcens, adeo ut baculos ruſtici ex eo faciant: aquoſis locis creſcit, quaſi pumila ſalix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditq; non eſſe id, quod Seſeli Maſſilienſe officinæ, & Siler montanum appellant. Verg. lib. 2. Georg. Namq; aliæ nullis hominum cogentibus ipſæ Sponte ſua ueniunt, campoſq; & flumina late Curua tenent, ut molle ſiler, lentæq; geniſtæ.

S I L E R, maſc. gen. fluuius eſt, Picentinos diuidens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, ut uirgulta & frondes in ipſum decidentes, ſtatim lapideſcant, teſte Plin. lib. 2. cap. 103. quamuis illi, ut cæteris ferè omnibus, Silarus dicatur, non Siler. Qua tamen terminatione effertur à Lucan. lib. 2. Radenſq; Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc ſupra in dictione Silarus.

S I L E S C O, is. {Tacere, acquetarſi} (σιγᾶσθαι, γίνομαι) tacitus ſeu quietus fio. Teren. in Adel. Quid ego nunc agam, niſi dum hæ Sileſcunt turbæ interea in angulum aliquo ab eam, atq; edormiſcam hoc mihi? Ver. 10. Aen. Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas, Infit: eo dicente deum domus alta ſileſcit: Et tremefacta ſolo tellus: ſilet arduus æther. Furor cœli ſileſcit. Catu. Epig. 43.

S I L E X, cis, {Pietra battifuoco} (πυρίτης) lapis durus, ex quo ignis excuti ſolet: unde & nomen habet, q; ignis ex eo ſaliat, uel q; ſilentē intra ſe ignē habeat, qui attritu, aut percuſſu excitetur. Verg. 1. Aeneid. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates, Suſcepitq; ignem foliis. Idem 1. Georg. Et ſilicis uenis abſtruſum excuderet ignem. Ouid. 7. Meta. Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti, &c.

Accipitur nonnunquam latius Silicis appellatio, ut etiam de petris & marmoribus dicatur. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem Varro Lunenſem ſilicem ſerra ſecari tradit. Verg. lib. 7. Aenei. Stabat acuta ſilex, præciſis undiq; ſaxis. Eſt autem hoc nomen tam maſcu. q̃ fœmi. gen. Lucre. lib. 1. Vnde queant ualidi ſilices, ferrumq; creari. Verg. 1. Eclo. Spem gregis ah, ſilice in nuda conniza reliquit. Lapidem ſilicem manu tenebant fœdera ferientes, itaq; precabantur: Si ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalua urbe, arceq;, is me eiiciat, ut hunc ego lapidem.

S I L I A, fluuius in montanis Indiæ eſſe dicitur in quo nihil innatet: quamuis Democritus, Ariſtotelesq; id uerum eſſe negent. Vide Strab. lib. 15.

S I L I C E R N I V M, nii, uariè exponi ſolet. Scribit Nonius eſſe funebre conuiuium, quod ſenibus exhibetur. Feſtus docet eſſe farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur, quia cuius nomine inſtituebatur ea res, is iam ſilentiū cerneret. Cæcil. Credidi me ſilicernium eius eſſe eſurum. Donatus inquit eſſe cœnā, quę infertur diis manibus, uel q; eam ſilentes cernant umbræ. i. umbræ poſſideāt: uel q; qui hæc inferunt, cernant, neq; deguſtent. Nam de iis quæ libantur inferis, quiſquis ederit, aut biberit, funeſtatur. Hinc Ter. in Adel. appellat ſenē ſilicerniū qui iamiam ſilentibus cernendus ſit. Alii Silicernium nomen fictum à Terentio exiſtimarunt pro ſene q; incuruitate ſilices ſpectet. Qui recte ſentiunt, affirmant Silicerniū funebre conuiuium eſſe, quod apud ueteres ſenibus exhiberi ſolebat: dictum q; cum ſilentio edentes cernerentur, uel q; cogitarent ſe mox illum ſecuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio: ueluti ſe amplius non uiſuri, mutuo ſe ſalutabant. Varro: Funus executi, laute ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus. Id eſt, conuiuium, in quo pranſi diſcedentes dicimus alius alii, Vale. Silicernium ergo Terentius ſenem uocat, atq; decrepitum: id eſt, dignum, uel cui ſilicernium fiat, uel qui ad ſilicernium uocetur, τυμβογέρων.

S I L I C E V S, a, um, quod eſt ex ſilice. Cato, cap. 18. Inibi lapides ſiliceos in totū forum ſtatuito, &c.

S I C I L I A, ſiue Silicula, (σίλις Dioſcoridi) herba, quæ alio nomine fœnū Græcum, à Theophraſto Buceras uocatur, ab aliis Aegoceras nuncupatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 19.

S I L I G O, inis. {Sagina, ſegala} (ὄλυρα) frumenti ſpecies eſt, quæ Gallis olim Arinca dicebatur, ex qua laudatiſſimus conficitur panis. Pli. lib. 18. cap. 10. Siligo nunquam matureſcit pariter: nec ulla ſegetum minus dilationē patitur, propter teneritatem iis, quæ maturuere, protinus granum dimittentibus: ſed minus q̃ cætera frumenta in ſtipula periclitatur, quoniam ſemper habet rectam ſpicā, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Colu. lib. 2. Omne triticum ſolo uliginoſo

poſt

poſt tertiam arationem conuertitur in ſiliginem. Plin. eodem lib. cap. 8. Siliginem proprie dixerim tritici delicias. candor eſt, & ſine uirtute, & ſine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ ſunt, & Galliæ comatę. Sed & trãs Alpes in Allobrogum tantum, Aruernorumq́; agro pertinax: in cæteris uero partibus biennio in triticum tranſit. Ex his omnibus ſatis conſtat, ſiliginem tritici genus eſſe, quod iam aliquot ſationibus in aliam ſpeciem degenerarit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterum guſtui non iniucundiorem. Hinc Siligineus, a, um, quod eſt materiatum ex ſiligine: ut, Panis ſiligineus, (σιλιγνίτης) quem Seneca commendat his uerbis: Malum panem inquis. Expecta, bonus fiet & iam, illum tenerum tibi & ſiligineum fames reddet.

SILIQVA, æ, pen. cor. {*Teca, tega, triga, tauella ſcorza*} (λοβὸς, κεράτιον) folliculus, ſeu integumentum cui grana leguminum includuntur, & ſi quid leguminibus eſt ſimile. Verg. li. 1. Georg. Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Plin. lib. 18. de fabis loquens ait: Nam ſiliquæ, cauleſq́; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Item ſiliqua, (κεράτιον) ſiue Siliqua Græca, fructus eſt arboris, quæ à Galeno κερατωνία appellatur, ſiliquis tectis falcatis, humani digiti lõgitudine, ſiliq́; prædulcibus, & ob id in cibis expetitis, cum ſemen propter amaritudinẽ negligatur. Vide Plin. lib. 15. cap. 24. Hora. 2. Epiſt. 1. Viuit ſiliquis & pane ſecundo. Colum. lib. 5. cap. 10. Siliquam Gręcam, quam quidam Ceration uocãt, & Perſicum ante Brumam per autumnum, ſerito. Eſt & alia arbor, Siliqua dicta in Syria naſcens, quam Iones Ceraunium appellant, omnino diuerſa à Siliqua Græca, de qua uideto Plin. lib. 13. cap. 8. Eſt etiam ſiliqua, minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis Cerationes appellatur, ſcrupuli ſextam partem, drachmæ uero decimamoctauam conficiens. Sex itaq; ſiliquæ conficiunt ſcrupulum. Scrupula autẽ tria, ſiue octodecim ſiliquæ explent drachmam. Sextula autem, ſexta pars unciæ eſt, unde & nomen habet: continetq́; ſcrupula IIII. ſiue ſiliquas XXIIII. Continet itaq; ſextula drachmam unam, & tertiam eius partem. Drachma Græcum nomen eſt. Latinoq́; uocabulo Denarius dicitur, ut Budæus non uno loco prodidit: quamuis Agricola hoc putet intereſſe inter Denarium & Drachmam, ut ſeptem denarij octo drachmas, ſiue unciam expleant. Supra ſextulam Semunciam legimus, dimidium unciæ continentem. Vncia ab uno denominatur, quod ex duodecim ea una eſt pars aſſis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidem denarijs, ut putauit Budæus quamuis, ut ſupra diximus, Agricola ex ſeptem denarijs, qui octo drachmis reſpondebant, unciam conſtare aſſerat. Vnciæ duæ, Sextans, (ἑξάμοιρον) quaſi ſexta pars aſſis, nuncupatur. Quadrans quarta pars. Triens, tertia pars: Semis, unciæ ſex, quaſi ſemiaſ. Septunx, unciæ ſeptem. Bes, unciæ octo. Dodrans, unciæ nouem. Dextans, unciæ decem. Deunx, unciæ undecim. Inde As, ex duodecim unciis conſtans, quę & Libra dicitur: minorq́; eſt quàm mina Attica quatuor drachmis. Habet enim Romana libra nonagintaſex non amplius drachmas, cum Attica mina ex centum drachmis conſtet. Ex duobus aſſibus conficitur Dupondius, ita dictus, quod ſit duorum pondo. Vltra Dupondium eſt Seſtertius, qui ex duabus libris & ſemiſſe conſtat, quaſi ſemiſtertius: de quo uide ſuo loco. Quod cum fiebat ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe, Seſtertium ueteres uocauerunt. Supra ſeſtertium Treſſis, à tribus aſſibus. Octuſſis quoque ac Nonuſſis, Decuſſisq́; reperitur, octo, nouem, ac decem aſſes. Decuſſem uero, denarium à decem aſſibus nominauerunt. A duobus deinde decuſſibus Vicesſis: id eſt, uiginti aſſes. A tribus Tricesſis, triginta aſſes. A centum, centuſſis, centum aſſes, qui erant breues ex ære nummi. Supra centuſſem maius æris uocabulum non habemus.

SILIQVASTRVM, herba hortenſis, quæ alio nomine πιπερῖτις nominatur, cuius meminit. Plin. lib. 19. cap. 21.

SILIQVOR, aris (ἐλλοβίζω) ſiliquas facio: hoc eſt, ſiliquis tegor, quod de leguminibus ſiliquis tectis dicitur. Plin. lib. 27. Inter omnes autem conſtat, nihil eſſe utilius lupini ſegete, prius quàm ſiliquetur, aratro, uel bidentibus uerſa. Idem lib. 18. cap. 7. Siliquantur uero omnia diuerſis diebus, & una primum parte paulatim flore ſubeunte.

SILIS, {*Silo*} amnis Venetiæ primus, ex montibus Taruiſanis fluens & in ſtagnum cadens, ubi nunc habentur ſuburbanæ Venetiarum inſulæ, Murianum, Torcellumq́; Plin. lib. 3. cap. 18.

SILLA, uide paulò ante in dictione Silia.

SILLOGRAPHVS, (σιλλογράφος) ſillorum ſcriptor: qualis fuit Timon ille Phliaſius, qui librum quendam conuiciorum, & irriſionis plenum, quẽ in Philoſophos edidit, Sillos inſcripſit, quo nomine Græci maledicta, & irriſiones intelligunt.

SILLVRA, (σίλλυρα) inſula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cuius incolæ, pecuniæ ignari permutationibus commercia exercent.

SILO. (ἐπόφρυς) qui promimentia habet ſupercilia, à Sileno, quem hirſutis ſupercilijs fuiſſe tradunt: Auctor Nonius, citans locum Varronis, ex Satyra, cui titulum fecit γνῶθι σεαυτόν. Non'ne unum ſcribunt eſſe grandibus ſupercilijs ſilonem quadratum? Plinius tamen lib. 11. capi. 37. non obſcure innuit Silones dictos fuiſſe homines repando naſo. Altior (inquit) homini tantum, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus Non alij animalium nares eminent. Auibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum ad olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina Simorum Silonum. Hæc Plin.

SILON, inſulam Indiæ docet eſſe Auguſtin. de Ciuita. Dei, lib. 21. quæ ex eo cæteris terris præfertur quod omnis arbor quæ in ea gignitur nunquam folijs nudatur.

SILPHION, (σίλφιον) idem quod laſerpitium cuius ſuccum Laſer appellari, ſupra ſuo loco oſtendimus. Vide Plin. lib. 19. cap. 3. & lib. 22. cap. 23.

SILPHIVM, regio Libyæ, ab inſula Plateæ uſq; ad os Syrtium protenſa, teſte Herodo. lib. 4.

SILVRVS, pen. pro. {*Sturione*} (γλανίς ſi credimus Theodoro) piſcis prægrandis fluuiatilis pariter ac marinus, præcipua tamen magnitudine in Nilo, & Gange, carne prædulci, nullis oſſibus aut ſpinis interſitis, roſtro autem, caudaq; delphino ſimilis. Paulus Iouius in eo libello, quem de piſcibus Romanis conſcripſit, eũ conijcit eſſe, quem hodie Sturionem uocamus.

SILVS, naſum habens ſurſum uerſus aduncum. Vnde Galeæ quoq; à ſimilitudine Silæ appellatæ ſunt. Cic. 1. de Natu. deo. Ecquos ſilos, flaccos, frontones, Capitones, &c.

SILTS, fluuius Europam ab Aſia diſcriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 7. Tanaim Scythæ Silyn uocant.

SIMBELLA, læ, quaſi ſemilibella, hoc eſt, dimidia libella. Eſt præterea Simbella, inſtrumentum paruum, quo ſinguli nummi ponderantur. Sipont.

SIMETHVS, thi, ſiue Simethis, idis, uide Symæthus, & Symæthis.

SIMICHIDAS, (σιμιχίδας) nomen paſtoris apud Theocritum in Idyl. quẽ ipſius enarratores patrem Theocriti fuiſſe exiſtimant.

SIMIÆ, & Simij, {*Simia, bertuccia*} (πίθηκοι) hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya naſcuntur: dictæ quod ſimæ ſint, id eſt, naribus depreſſis, uel quaſi mimæ, hoc eſt, imitatrices. Martia. lib. 14. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Vide Plin. lib. 8. cap. 54. Simia per tranſlationem dicitur, qui alium imitatur. Plin. Epiſto. 5. In quo ruſticum inſectatur, atq; etiam Stoicorum Simiam appellat. Hinc Simiolus, diminutiuum, (πιθήκιον) qui utcunq; alterum imitatur. Cic. ad Marium lib. 7. Hic Simiolus animi cauſa me, in quem inueheretur delegerat.

SIMILA, læ, {*Amito, amido*} (σεμίδαλις) pen. pro. medulla farinæ triticeę, hoc eſt, ea pars, quæ media eſt inter pollinem, & ſecundarium, potiſſimam nutriendi uim habens. Sunt enim moliſtæ farinæ partes quatuor, Pollen, ſimila, ſecundarium ſiue cibarium, & furfures. Eadem & ſimilago dicitur. Plin. lib. 18 cap. 10. Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo iuſtum eſt è modijs redire ſemodios, & pollinis ſextarios quinquaginta quem appellant in tritico, quod florẽ in ſiligine. Prętera ſecundarij ſextarios quatuor, furfurumq́; tantundem. Marti. lib. 13. Nec dotes poteris ſimilæ numerare, nec uſus.

SIMILAGO, pen. pro. idem quod ſimila. Plin. lib. 18. cap. 10. Similago ex tritico fit laudatiſſima.

SIMILIS, le, {*Simile, aſſomegliante*} (ὅμοιος, ἐμφερής) notę eſt ſignificationis: conſtruiturq́; indifferenter cum genitiuo aut datiuo. Solet tamen ita diſtingui, ut quoties ad morum uel doctrinæ, uel huiuſmodi imitationem refertur, genitiuo iungeretur: ut, Verſus Lucani non ſunt ſimiles uerſuum Vergi. Horat. lib. 2. Sermo. Saty. 1. Similesq́; meorum Mille die uerſus deſcribi poſſe Trebati. Cicero: Vt aliquorum ſimiles in dicendo ualeamus eſſe. Quando uero uel in forma, uel in ętate, uel in fortunis, aut alijs huiuſmodi rebus ſimilitudo eſt, cum datiuo. Verg. lib. 1. Aenei. Os humerosq́; Deo ſimilis. Plinius: Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. Sed confunditur apud claſſicos auctores hæc differentia. Nam utrunque indifferenter reperitur. Cice. Verr. 4. Si aliqua in re Verri ſimilis fuero. Liui lib. 1. ab Vrbe. Fratri ſimilior, quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura ſermo eſt. Hinc Similior & ſimillimus, Cice pro M. Marcel. Hęc qui faciat, non ego eũ cũ ſummis uiris comparo, ſed ſimillimum deo iudico. Plau. Aſina. Hic noſter quæſtus aucupij ſimillimus eſt. Vergil. 6. Aeneid. Preſſitq; iacentem Dulcis & alta quies, placidæq́; ſimillima morti. Ouid. libro 4. Metam. Violæq́; ſimillimus ora Flos regit. Plin. cap. 12. cap. 17. Maſtiche tertia in Ponto bituminis ſimilior. Hinc ſimiliter, aduerbium ὁμοίως. Ad Here. lib. 4. Similiter cadens exornatio dicitur, &c. Simillime, ſuperlatiuum. Cic. 2. Tuſcu. Simillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. Similis, & Similiter non nunquam in prima orationis parte ponuntur pro ita, ſequente in ſecunda Vt, uel Ac, aut, Atq;, pro Vt. Colum. lib. 5. Cætera ſimili ratione atque in arbuſto Italico adminiſtrantur. Liui Similem pauorem inde, fugamq́; fore, ac bello Gallico fuerat. Cic. de Senect. Similes ſunt, ut ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant. Idem Philippica 1. Neque uero illum ſimiliter, atque ipſe eram commotum eſſe. Similes inter ſe, id eſt, ſibi inuicem ſimiles. Cice. pro Cluen. Homines inter ſe cum forma tum moribus ſimiles. Huius compoſita ſunt Aſſimilis, Abſimilis, Conſimilis, Diſſimilis, & Veriſimilis: quorũ ſignificata petę ex ſuis locis.

SIMILITAS, atis, {*Aſſomiglianza*} (ὁμοιότης) antiquis in uſu erat pro ſimilitudine. Cælius apud Nonium: Vide quid ferat morum ſimilitas.

SIMILITVDO, inis, {*Similitudine, imagine, forma*} (ὁμοίωσις) notæ ſignificationis eſt. Cice. lib. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eędem uoluntates: in iis fit, ut æquè quiſque altero delectetur, ac ſeipſo Liui. lib 5. bel. Punic. Gracchus fraudem & ſermoni & rei abeſſe ratus, ac ſimilitudine ueri captus, cum lictoribus ac turma equitum è caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias præcipitatus. Eius contrarium eſt Diſſimilitudo. Cice. in Lælio: Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

SIMILO, las, {*Someigliare*} (ὁμοιόω) refero, repreſento, exigitq́; accuſatiuum. Martialis: Quum ſint crura tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ. Hinc componitur Aſſimilo, de quo ſuo loco.

SIMITV, {*Inſieme*} (ἅμα) antiqui utebãtur pro ſimul: quod & Nonius annotauit. Plau. In Mercat. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt. Idem in Amph. Non ego cum uino ſimitu ebibi imperium tuum.

SIMMIAS, (σιμμίας) Pphiloſophus Thebanus, Socratis auditor: cuius ſcripta enumerantur à Suida.

SIMOIS, entis, (σιμόεις) fluuius eſt Troadis, ex Ida monte naſcens, labitur per campum Troianum qui ab eo dicitur Simoeſius, & mari appropinquans, commiſcetur Xantho ac in paludem cogitur, deinde exit in Helleſpontum iuxta Sigeum promontorium. Vergil. 1. Aeneid. Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſe Simoentis ad undam? Hinc fit adiectiuum Simoeſius, a, um: ut, Campus ſimoeſius, hoc eſt, Troadis campus, Simoente irrigatus. Quo nomine etiam dictus fuit adoleſcens quidam Troianus, quòd apud Simoentem fluuium eſſet natus. Auctor Alma Venus Phrygij genuit Homer. 4. Iliados.

SIMONES, (σίμωνες) iidem qui ſimi, hoc eſt, qui nares habent preſſas.

SIMONES PLVRES fuerunt, nomine hoc poſt Philippum Græcis, Latinis, Hebræis pariter communi facto. Ex his antiquiſſimum legimus Athenienſem philoſophum. Socratis diſcipulum fuiſſe, qui ſcripſit dialogos XXXIIII. Alius fuit, qui ſcripſit de Arte Rhetorica Alius medicus. Alius ſculptor: quorum omnium auctor Diogenes Laertius. Simon Magneſius muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum muſicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lyſis Lyſiodiam Strabo. lib. 14.

Simon Conſtantinopolitanus, ludi magiſter, annos abhinc circiter ducentos compoſuit Græce Metaphraſtas, id eſt, ſanctorum uitas quæ habẽtur in bibliotheca Vaticana. Ex Hebræis uero Simonẽ magum legimus, caput & auctorem totius hæreſeos: de quo Euſeb. lib. 2. latiſſime, & Iuſtinus in Apologia ad Antonium principem in hanc ſententiam ſcribit: Simon quidam Samaritanus ſub Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonum ſubleuatus urbe noſtra, compluribus per phantaſiam deceptis, deus eſt creditus, & honore ſimulacri donatus, à nobis inter duos pontes Tyberis colitur cum titulo literis Latinis deſcripto. Simoni deo ſancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alij, tanquam deum adorant ac fatentur. Sed & Selenem quandam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipſo conſecrauerunt. Similia quoq; Ireneus in primo aduerſus hæreſes libro. Simon item ille qui à Petro ſpiritus ſancti gratiam mercari uolebat, unde uitio nomen inditum: alijq; complures, præter Apoſtolum. Præter hos Simon Tridentinus puer. Hic ſedente Sixto quarto pontifice, die Veneris ſancto à Iudæis clam comprehenſus, ac omnibus cruciatibus prius adfectus, demum cruci adfixus eſt. Ex quo templũ ei uelut martyri dicatum. Auctor Volaterranus.

SIMONIAM, {*Simonia*} uulgo dicunt à Simone mago, quam Latini ambitum uocant, cum quis eccleſiaſticas functiones, quę mera Dei dona ſunt, pecunia nundinatur.

SIMONIDES, (σιμωνίδης) Lyricus poeta fuit è Cea inſula Steſichori æqualis, quem Pli. lib. 7. cap. 56. quatuor harum literarum ζ, η, ψ, & ω, inuentorẽ fuiſſe tradit, octauamq; in lyra chordam inueniſſe. De hoc Cice. in Orato. Simonides, inquit, Ceus primus artem memorandi inueniſſe fertur. Cũ cœnaret in Theſſalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinıſſetq; id carmen, quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poetarum more, in Caſtorem & Pollucem ſcripta fuiſſent, nimis illum ſordide Simonidi dixiſſe, ſe dimidium eius ei, quod pactus eſſet, pro illo carmine, daturum: reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æque laudaſſet, peteret, ſi ei uideretur. Paulò pòſt eſſe ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret, iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui eũ magnopere euocarent: ſurrexiſſe illum ipſum, prodiſſe, uidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclaue illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe: ea ruina ipſum oppreſſum cum ſuis interiiſſe, quos cum humare uellent ſui, nec poſſent obtritos internoſcere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, ꝙ meminiſſet, quo eorum loco quiſq; cubuiſſet, demonſtrator uniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe. Hac re tunc admonitus, inueniſſe fertur ordinem eſſe maxime, qui memoriæ lumen adferret. Hactenus Ci. Fuit & Simonides alter, Crinei filius, ex Amorgo inſula, Iambicus poeta: de quo Quint. lib. 10. cap. 1. Simonides tenuis, alioqui ſermone proprio & iucunditate quadam commendari poteſt. præcipua tamen eius in commouenda miſeratione uirtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiuſdem operis auctoribus præferant. Simonides item alius, Cariſtius, ſiue Erythræus poeta Epicus fuit, qui ſcripſit Græcorum apud Aulidem conuentum trimetrorum libros duos, & alia. Præter hos alios duos ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex ſorore cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit ſcripſitq; genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem poetam Epicum Antiochi magni tempore, cuius res geſtas ſcripſit, ac bellum aduerſus Galatas. Suidas.

SIMPLARIVS. (ἁπλάριος) adiect. à Simplo, ſiue ſimplici deductum, cuius etiam propemodum habet ſignificationem. Simplariæ uenditiones (inquit Budæus) ſunt pro quibus uenditor neceſſe non habet de dupla emptori repromittere: quarum meminit Vlpian. in l. Emptoria. de Euictio. Ita enim ſimplarię uenditiones à Pomponio dicuntur, ut ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturæ ſimplares, duplareſq; à Vegetio dicuntur li. 2. de Re milit. quas qui geſtabant, ſingulas, & duplas conſequebantur annonas. Et à Modeſti. de uocabulis rei militaris, Torquarii ſimplares, duplareſq;, ꝙ qui illa præmia uirtutis, & decora militiæ meruiſſent, ſingulas, & binas præter alios conſequebantur annonas. Sic hodie in ſacerdotalibus collegiis ſacerdotia quędam ſimplaria dici poſſunt, & quædam duplaria: à ſimplice dupliceq; ſtipe in conſeſſu eccleſiaſtico accipienda. Vide plura de hiſce in dictione Duplarius.

SIMPLEX, cis, {*Semplice, ſempio, puro*} (ἁπλοῦς) à Philoſophis proprie appellatur, quod nullo modo compoſitum eſt: quemadmodum elementa quatuor, quæ ſola, ſi rationem conſulamus, ſunt ſimplicia. Aliquando tamen in ſimplicibus diſcernẽdis à compoſitis, ſenſum, non rationem iudicem adhibemus. Et ita partes corporis partes ſimilares, item plantas omnes ſimplices dicimus, propterea quod ſenſus in iis compoſitionem nullam poſſit deprehendere. Argumentum ſimplex, quod in plures partes non eſt diuiſum. Teren. Prolog. Heaut. Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici. Aliquando, ponitur pro uero, & ſyncero, (ἀφελής, ἁπλοϊκός) ſicut econtrario Duplex pro fallaci & uafro. Matius Cice. lib. 11. Trebatio noſtro magnas ago gratias, ꝙ tuum erga me animum ſimplicem, atq; amicum aperuit. Hora. Et curſus duplicis per mare Vlyſſei. Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil ſimulatum habens. Cice. 4. Acad. Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Anni ſimplices, id eſt, rudes, & doli nondum capaces, cuiuſmodi ſunt in pueritia, aut prima adoleſcentia, quibus etiam ſimplex toga & pura, quæ prætexta dicebatur, ſumi ſolebat. Martia. lib. 10. Tu mihi ſimplicibus Mars dilectus ab annis, Et prętextata cultus amicitia. Simplex cibus (αὐτόσκευον ὄψον) purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, uel compoſitus. Pli. lib. 11. cap. 53. Homini cibus utiliſſimus ſim plex. Inde ſimplicitas, atis, ἁπλότης, ἀφέλεια. Martia. lib. 10. Vitam quæ faciunt beatiorem. Iucundiſſime Martialis hæc ſunt: Res non parta labore, ſed relicta. Non ingratus ager, focus perennis: Prudens ſimplicitas pares amici. Ouid 3. de Arte: Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma eſt, Et magnas domiti poſſidet orbis opes. Quintil. lib. 5. cap 7 In paucis atq; humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt.

SIMPLICITER, aduerbium, {*Semplicemente, ſempiamente*} (ἁπλῶς) pure, aperte. Plin. Epiſt. 98. Amice, & ſimpliciter reprehenderunt. Simpliciter oberrare, eſt imprudenter ab itinere deflectere. Plin. lib. 8. cap. 4. Elephas homine obuio forte in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens, placiduſq;, etiam demonſtrare uiam traditur. Quintil. lib. 2. cap. 12. Præterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, uelut ſimplicius docentes ſequuntur. Simplicitas, ueteres pro ſimpliciter utebantur. Plau. in Mercat. Vt ſimplicitas dicam. Sic enim legit Nonius: nequis forte ſciolus librariorum incuria Simplicitas pro Simplicius irrepſiſſe ſuſpicetur.

SIMPLVS, {*Sempio*} (ἁπλοῦς) nomen numerale, ſignificans unicum, & minime multiplex. Plau. in Moſt. Simpla eſt habitatio. Idem in Pers. Liceat ſimplum ſoluere. Sic Duplus, bis tantum, Triplus, ter tantum, & huiuſmodi.

SIMPVLVM, calix fictilis, quo uinum in ſacrificiis libabatur: à ſumendo, ꝙ eo uinum ſumebant minutatim. Plin. lib. 15. cap. 12. Sed fictilibus prohibabatur ſimpulis innocentius. Apuleius, catinum, & ſimpulum ſacrificiis adhiberi ſolita oſtendit his uerbis: Paupertas populo Romano imperium à primordio fundauit, proq; eo in hodiernum Diis immortalibus ſimpulo, & catino fictili ſacrificat. Feſtus: Simpulum, uas paruum, non diſſimile cyatho: unde mulieres diuinis rebus deditæ Simpulatrices uocantur. Varro ſcribit uas eſſe minutum fundens, in cuius locum ſucceſſerit, epichyſis: unde ueteres res minutas, nulliuſq; pretii, Simpularias appellabant. Sunt qui pro ſimpulo, Simpuuium legunt: cuius meminit Iuuena. Saty. 6. Aut quis Simpuuium ridere Numæ, &c. Sunt etiam qui uelint Simpullum gemino l, ſcribendum, ea forma, qua Ampullam dicimus. In ſimpulo aliquid facere, prouerbii ſpeciem habet: de quo uide Chil. Eraſ.

SIMVL, {*Inſieme, in compagnia, di compagnia, dopò, oltra à ciò*} (ἅμα, ὁμοῦ) aduerb. congregandi, idem ſignificans, quod una, pariter. Teren. in Eunu. Simul conſilium cum re amiſiſti. Aliquando ponitur pro Deinde, uel etiam, uel Præterea. Vatinius Ciceroni: Ciues Romanos accidit, abripuit, diſperdidit, regiones uaſtauit: ſimul uero ſemiſſis homo contra me arma tulit. Salluſt. His amicis, ſociiſq; confiſus Catilina, ſimul ꝙ æs alienum per omnes terras ingens erat. Inuenitur quandoq; geminatum, & habet quaſi eandem uim, quam Cum, & Tũ, ſiue partim. Quint. Simul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne uulgarem uiam ingreſſus, alienis ueſtigiis inſiſterem. Ponitur aliquando Simul, pro eadem opera. Plau. in Merc. Duas res ſimul nunc agere decretũ eſt mihi. Dicimus ueruſte, Simul tecum, nobiſcum, & Simul cum aliquo. Cice. pro Domo ſua: Optimi ciues fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. Cicer. de Amic. Differere cœperunt, cum corporibus ſimul animas interire, &c. Accipitur aliquando Simul, pro poſtquam, ſimulac, ſiue ſimulatq;. Cic. 4. Acad. Et ſimul inflauit tibicen, à perito carmen agnoſcitur.

SIMVLAC, & Simulatq; {*Subito che, poi che*} (ἐπειδή, τάχιστα, ὡς τάχιστα) quum primum, uel Statim cum, ſiue Poſtquam. Salluſt. Iam primum iuuentus, ſimulac belli patiens erat. Columel. lib. 5. Semper conueniet, ſimulatq; ſolia agere cœperint ficus, rubricam amurca diluere. Cic. Appio: Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me, ſimulatq; adeptus eris, miſeris. In eadem etiam ſignificatione dicimus Simulac primum, Simul primum, & Simul ut. Cicer. 3. Verr. Simulac primum ei occaſio uiſa eſt, cuerſa pecunia publica Quæſtor Conſulem, exercitum prouinciamq; deſeruit. Liu. 6. ab urb. Interim Qu. Fabio ſimul primũ magiſtratu abiit, ab C. Martio Tribuno dicta dies eſt. Pli. lib. 11. ca. 49. Viſo quoq; ſimul ut expirauerit, corneſcere aiunt genitalia. Ponuntur aliquando Simulac, ſimul &, & Simul que, pro Atq; etiam, uel Præterea: ut cum dicimus, Vir fortis, ſimul & prudens. Plin. Epiſt. 7. lib. 2. Sordidum ſimul & ſumptuoſum. Pli. lib. 9. cap. 35. Superbo ſimulac procaci faſtu. Quintil. lib. 10. cap. 1. Qualis ferri fulgor, quo mens ſimul uiſuſq; perſtringatur.

SIMVLACRVM, pe. prod. {*Simolacro, ſtatua, forma, imagine, idolo, effigie*} (εἴδωλον, εἰκών, ἀπεικόνισμα, ὁμοίωμα) imago ad ſimilitudinem rei alicuius efficta. Cic. pro Domo ſua: Mulieris ſimulacrum è marmore. Ouid. 10. Meta. Quo multa ſacerdos lignea contulerat ueterum ſimulacra deorum. Ver. 2. Aen. Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum Condenſæ, & diuum amplexæ ſimulacra tenebant. Simulacrum ciuitatis, per translationem, pro ſigno & nota. Cic. ad Plancum lib. 10. In qua nec Senatus, nec populus uim habet ullam nec leges ullæ ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ac ueſtigium ciuitatis.

SIMVLAMEN, nis, uel Similamẽ {*Repreſentatione, ſimiglianza*} (ἐξομοίωσις, μίμησις) idẽ quod repræſentatio, aſſimulatio, ſiue imitatio. Oui. de Adonide lib. 10. Metamor. Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. Id eſt, repræſentationem noſtri doloris. Loquitur enim de ſacris annuis, quæ Adonia dicebãtur: in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

SIMVLO, as, {*Simulare, fingere*} (προσποιοῦμαι, ὑποκρίνομαι) præ me fero, quod non eſt, & fictam rei alicuius ſimilitudinem refero, & pro uero falſum oſtendo. Cic. Atti. Simulabat ſe Romam rediturum quum in Africam nauigaturus eſſet. Verg. 1. Aeneid. Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Ouid. 1. de Arte: Vt ſimulet uultu gaudia, triſtis erit. Eius antitheton eſt Diſſimulo. Cic. lib. 7. Epiſto. Multa & ſimulaui inuitus, & diſſimulaui cum dolore. Simulo non ſentire, id eſt, diſſimulo. Plin. Epiſt. 14. lib 3. Ille ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia non ſentire ſimulabat, immobilis, & extentus fidem peractæ mortis impleuit. Eſt & Simulo, as, per tertiam uocalem in ſecunda ſyllaba, quod ſignificat ſimilitudinem rei alicuius repręſentare, ἐξομοιοῦν. Hora. 2. Epiſt. 1. Aera Fortis Alexandri uultum ſimulantia. Sed de hoc ſupra egimus ſuo loco. Hinc Simulatio, onis, uerbale, (προσποίησις) fictio, & ſimulata, & ficta alicuius rei internæ per uultum repræſentatio. unde pro deceptione, & circũuentione ponitur, ꝙ animo uel uultu, aut uoluntate ſimulata fiat. Cic. ad Lentulum lib. 1. A quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; non ſolum fronte, atq; uultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur. Idem 3. Verr. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, ꝗ hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Simulator, oris, qui ſimulat. Cice. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuſq; ſermonis, atque in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Ouid. 2. de Arte: Tantum ne pateas uerbis ſimulator in illis. Simulate, aduerbium ficte. Cic. 2. de Natu. Deo. Mala enim, & impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi, ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulate.

SIMVLTAS, ſimultatis, {*Simulata amicitia, finta*} (ἔχθρα) inimicitia, à ſimulando, ut quidam uolunt, quod proprie latens & diſſimulatum odium nomine hoc ſignificari exiſtiment: quanquam reuera etiam de apertis inimicitiis dicatur. Cicero pro Lege Man. Vt multas etiam ſimultates partim obſcuras, partim apertas intelligam mihi non neceſſarias, uobis non

inuti-

tuitſes,ſuſcepiſſe. Iuue. Saty. 15. Inter finitimos uetus atque antiqua ſimultas. Plau. Pſeud. Num hic id metuit,ne illam uendas ob ſimultatem ſuam.

SIMVLTER, aduerbium, {*Similmente*} (ὁμοίως) dixerunt antiqui pro Similiter. Plau. Exoſſabo ego eum, ſimulter ut murænam coquos.

SIMVS, a, um, (σιμὸς) qui preſſis eſt naribus: unde proprium caprarum eſt epitheton. Verg. 10. Eclog. Dum tenera attondent ſimæ uirgulta capellæ. Hiero. de Socratis uxoribus: Quæ quum crebro inter ſe iurgarentur, & ille eas irridere eſſet ſolitus, q̀ propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimia naribus, recalua fronte, piloſis humeris, & repandis cruribus, diſceptarent. Martia. lib. 6. Atq; ille ſima nare, turgidis labris. Huius diminutiuum eſt, Simulus. Mart. lib. 6. Simulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret. Qui Menedore tuæ? Compoſita ſunt Deſimus, Reſimus, & Subſimus: de quibus ſuis locis.

SIN, {*Ma ſe*} (ἐὰν δὲ μὴ cum ſubiunctiuo) ex Si, & Ne, componitur, abiecta e: ſignificatq; Si uero: & nunquam in prima parte collocatur, ſed in ſecunda, ubi duorum eſt oppoſitio: & ferè ſemper Si, in priore parte præcedit. Teré. in And. Si illum relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Habet enim quã dam uim negationis, perinde ac ſi diceretur, Si autem non relinquo, ſed opitulor. Aliquando Sin ſolum reperitur, ita tamen, ut conditio aliqua intelligatur præceſſiſſe. Salluſt. in Iugurtha: Imperat ut pretio ſicuti multa confecerat, inſidiatores maxime paret, ac maxime occulte: ſin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. Id eſt, ſi poteſt occulte: ſi non poteſt, utcunq; queat.

SINADA, (quod hic pro Cariæ urbe legebatur) uide Synnada.

SINÆ, (σῖναι) populi ſunt Indiæ, ad Septentrionem Sericibus, ad Occaſum India extra Gangem finitimi, terras incognitas deſertasq; ad Ortum & Meridiẽ habentes. Horum caput eſt Thina. Auctor Ptole. lib. 7. cap. 3. Stephanus urbem quoq; ipſam Sinas appellat.

SINAPI, pen. pro. neut. gene. & indeclinabile, {*Sanaura, ſanauro, ſenape*} (σίναπι) uel Sinapis, pis, fœm. gene. herba eſt, ſemen ferens tanta acrimonia, ut cieat lacrymas comedenti, in hybernis condimentis uſitatiſſimum. Plin. lib. 19. cap. 8. Acerrimum ſapore, ignei effectus ac ſaluberrimum corpori, ſinapi. Plaut in Pſeud. fœmi. gene. uſus eſt: Teritur (inquit) ſcelerata ſinapis cum illis. Item Columel. lib. 10. Seq; laceſſenti fletum factura ſinapis.

SINAPODES (σιναπόδες) populi fuerunt in deſertis Africæ, qui (ut Pomponius refert) inflexi lentis cruribus ſerpere magis, q̃ ingredi traduntur. Hæc Calepinus, aut (ne omnium errata in unum Calepinum congerere uideamur) ſciolus quiſpiam ex Dictionarij huius locupletatoribus, corrupto, ut arbitror, Pomponij codice deceptus: Hos enim populos non Sinapodas, ſed Himantopodas uocari, non ſolius Melæ, uerumetiam Plinij teſtimonio ſatis conſtat, qui non contentus eos Græco uocabulo Himantopodas appellaſſe, Latinè quoq; uerbũ ex uerbo reddens, Loripedes nominat.

SINCIPVT, pitis, {*Parte dinanzi della teſta*} (βρέγμα) pars anterior capitis, aures, temporaq; complectens. Sinciput (inquit Cornutus in Perſium) anterior pars capitis. Occiput, poſterior. Plau in Menæhmis: Nõ eſt tibi ſanũ ſinciput, adoleſcens. Iuuena. Saty. 13. Si uero & pater eſt, comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi, Pharioq; madentis aceto. Apollinaris ad Valerium Maoranum: Partemq; cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortiq; lacerto Diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe. Neq; ſolum in homine Sinciput dicitur, uerũetiã in brutis animantibus. & præcipue in genere ſuillo. Erant enim olim in delicijs ſincipitia uerrina ſiue aprugna, aceto condita, & ad eſum præparata. Plin. lib. 8. cap. 51. Interdicta quoq; abdomina, glandia, teſticuli, uuluæ, ſincipitia uerrina.

SINDA, dæ, (σίνδα) oppidum Lycaoniæ, in confinio Galatiæ, atq; Cappadociæ. teſte Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad ſinũ magnum, à Sindis populis habitatam.

SINDON, (σινδὼν) genitiuo ſindonis, pen. cor. amictus ex lino Aegyptiaco: inde, ut creditur, nomen habens, q̀ primum in Sidone urbe fuerit inuentus: ob id Tyria Sindon à Martiale dicta, lib. 4. Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres: Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

SINE {*Senza, ſanza*} (ἄνευ) præpoſitio ſeparatiua, idem ſignificans quod abſq; ut ſine Cerere & Baccho friget Venus, Teren. in Eunu. Verg. 1. Aeneid. Imperium ſine fine dedi. Ouid. 2. Metam. Immotosq; oculos in ſe ſine fine tenentem Neſcius extimuit.

SINGARA, ræ (σίγγαρα) Arabiæ urbs Rhetanorum caput. Auctor Pli. li. 5. cap. 24.

SINGILLATIM {*Singularmente à uno à uno*} (καθ᾽ ἕκαστον) idẽ quod Singulatim, hoc eſt, unumquodq; per ſe. Ci. 4. Phili. Ciuitas non ſingillatim, ſed prouincijs totis dabatur. Lucil. Singillatim unuſquiſq; noſtrum mouetur. Suet. in Augu. Atq; etiam ſingillatim è certo genere hominum libentes ac pro facultate quiſq; pecuniam contulerunt.

SINGVLARIS, re, {*Singulare, unico*} (ἐξαίρετον διάφορον) quod eſt unicum. Plin. lib. 28. cap. 10. Democritus etiamnum effectus auget eius, qui ſingularis natus ſit. Verbis ſingularibus gratias agere: hoc eſt, quæ unum tantum, nõ etiam plures complecterentur. Cic. in Catil. Primum q̀ mihi gratias egiſtis ſingularibus uerbis, &c. Dicitur aliquando Singulare, (ἔξοχον) quod eſt excellens: & tam in malum, q̃ in bonum ſumitur. Cic. pro Sylla: Me ſingulari immanitate, & crudelitate præditum. Pli. Epiſt 45. Mox uehiculum aſcendit, aſſumit uxorem ſingularis exempli, &c. Pro eodem antiqui dicebant Singularium. quod & Nonius annotauit, citans locum Turpilij in Demetrio: Hominis natura unica eſt. Plau. in Capti. His indito catenas ſingularias. hoc eſt, ſingulis catenam unam.

SINGVLARITER, {*Singularmente*} (ἐξαιρέτως, ἐξόχως) unicè, excellenter, magnopere mira in eo modum. Cic. 4. Verr. Quem ego ſingulariter in pietura mea dilexiſſem.

SINGVLATIM aduerbiũ, {*Singularmente à uno per uno*} (καθ᾽ ἕκαστον) ſignificat unumquodq; ſeorſum, uel per ſe. Cice. 1. Verr. Si tantulum offenſum titubatumq; ſit, ut ea quæ ſingulatim ac diu collecta, uno tempore uniuerſa perdamus. Pro eodem etiam dicimus Sigillatim. Cæſ. lib. 5. bel. Gal. Centuriones ſigillatim, Tribunosq; militum appellat: quorum egregiam fuiſſe uirtutem teſtimonio Ciceronis cognouerat.

SINGVLTIO, is, {*Singolture*} (λύζω) ſingultum emitto. & Singultim, aduerbium, unde in nomine Singultus.

SINGVLTVS, us, ui, {*Singolto, ſinghiozzo*} (λυγμὸς) ſpecies eſt conuulſionis quæ fit uel nimia ſpirituum ſuppreſſione, uel propter inanitionem uel repletionẽ immoderatam, uel ob eroſionem ab acrioribus in uentriculo humoribus, quas cũ facultas expultrix per ſe expellere non poſſit, motricem in auxilium accerſit: ſpiritumq; aut humores noxios ui quadam, & non ſine ſonitu expellit: atq; ita cietur conuulſionis quoddam genus in uentriculo, quod ſingultum appellamus Cic. pro Planc. Non modo lacrymulam, ſed multas lacrymas, & ſingultum cum fletu uidere potuiſti. Neq; ſolius hominis eſt ſingultus, uerumetiam brutorũ animantium, ut equorum. Verg. 3. Georg. Imaq; longo Ilia ſingultu tendunt. Oui. 3. Amor. Eleg. 8. Oraq; ſingultu concutiente ſonant. Item Gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5. Aſſiduus autem debet eſſe cuſtos, & ſpeculari parientes: quod ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus interiecta uoce acuta. Hinc Singultio, (λύζω) hoc eſt, ſingultus emitto. Plin. lib. 23. cap. 1. Nec ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnœa ſit, &c. A quo rurſus fit frequentatiuum Singulto, as, quod eſt frequenter ſingultio. Ver. 9. Aene. Tum caput ipſi aufert domino, truncumq; relinquit Sanguine ſingultantem id eſt, cum ſingultu animam efflantem. Hinc quoq; Singultim, aduerbium. Hora. lib. 1. Serm. Saty. 6. Vt ueni coram ſingultim pauca locutus. Id eſt, uerbis interruptis. Badius.

SINGVLI, læ, la, non niſi in plurali numero, {*Ciaſcuno da per ſe*} (ἕκαστοι, οἱ καθ᾽ ἕνα) unuſquiſq; per ſe hoc eſt, ſeparatim ab alijs. Cic. 7. Verr. Vt nõ modo plures, ſed ne ſinguli quidem poſſint accedere. Verg 1. Aenei Nãq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo, &c. Dicimus autem Latinè, Aliquid fieri ſingulis diebus, uel In ſingulis diebus, cum præpoſitione, In: uel cum accuſatiuo, In ſingulos dies, pro eo quod eſt, quotidie. Cic. pro Muræna: Qui ſingulis diebus edictos faſtos populo propoſuit. Idem 2. de Natu Deo. Sol binas in ſingulis annis reuerſiones facit. Idem ad Atti. Quotidie, uel potius in ſingulos dies, breuiores literas ad te mitto In dies, tamen, ſiue In dies ſingulos, licet idem ſignificet quod Quotidie, nuſ unquam tamen in oratione ponuntur ſine comparatiuo, aut uerbo incrementi. Cic in Catil Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Antiqui etiam Singulus dicebant, pro unico, & ſingulari Plau. Ciſtel. At at, ſingulum uideo ueſtigium.

SINISTIMVM, inquit Feſtus, antiqui dixerunt pro ſiniſtro: ut, Siniſtimum auſpicium, cum aues à ſiniſtra conſpiciuntur. Id autem dextero felicius habebatur. Cuius rationem hanc reddit Feſtus, ex ſententia Varronis q̀ ueteres Deorum ſedem ad ſeptentrionem eſſe uoluerunt, atque inde eos in Meridiem ſpectare. Quo fit, ut Ortum ad dexteram, Occaſum habeant ad ſiniſtram.

SINISTRA, æ, {*Mano ſiniſtra, man manca, man zanca, man ſtanca, man mancina*} (σκαιά, ἀριστερά) manus læua, à Sino, is, ut placet Feſto, eo q̀ aues quæ ad læuam apparent, rem inſtitutam nos agere ſinant Verg. 10 Aene. Clypeum tũ deinde ſiniſtra Extulit ardentem. Idem 5. Aen Nunc dextra ingeminans ictus nunc ille ſiniſtra. Ouid. 3. de Pont. Dictum infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra. Siniſtra ponitur aliquando pro ea parte, quæ ſiniſtram manum uerſus eſt. Ci. de Diuina Cur à dextra coruus à ſiniſtra cornix faciat ratum. Ponitur aliquando aduerbialiter pro à parte ſiniſtra Cic. 4. Acad. Et cum in uno mundo ornatus hic ſit tam mirabilis, innumerabiles, ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt.

SINISTER, tra, trum, (λαιός, σκαιός, καὶ ἀριστερός, κατ᾽ εὐφημισμόν) quod ad ſiniſtram eſt. ut, Siniſtra manus, Siniſtrum cornu. Liu. 3 ab Vrb. Nam quum æquaſſet aciem, duo extra ordinem millia quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere. Verg. 10. Aene Pallasq; ſiniſtro Affixus lateri. Idem 7. Aene. Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis. Oui. 9. Metam. In latus erigitur, cubitoq; innixu ſiniſtro. Siniſterior, & Siniſterius. Varr. 2. de Re ruſti. cap. 5. Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem. Cic. Cornu ſiniſterius quod erat infirmius. Siniſtrum autem, quantum ad auguria pertinet, ſignificat Proſperum, teſte Feſto, propterea q̀ nos agere aliquid ſinat. Cice. 3. de Leg. Is aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſt. Aliam tamen eius rei rationem affert Var. lib. 5. Epiſtolicarum Quæſtionum his uerbis: A deorum ſede cum in Meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes: quo factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia q̃ dextera, eſſe exiſtimentur. Aliquando accipitur pro aduerſo, noxio, ominoſo, q̀ quæ ſiniſtra manu fiunt, minus recte fieri uideantur. Verg. li. 1. Geor. Arboribusq; ſatisq; Notus, pecoriq; ſiniſter. Pli. Epiſt 6. Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit: ne minem ipſe reprehẽdo, niſi unum me. Verg. 9. Eclo. Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. Oui. Epiſt. 20. Et fuit ad ceptas hora ſiniſtra uias. Idem Epiſt. 13. Dij precor à nobis omen remouete ſiniſtrum. Hinc Siniſtre, aduerb. Taci. lib. 17. Cæterum utraq; cædes ſiniſtre accepta. Exceptus ſiniſtre, Hora. in Arte.

SINISTRORSVM, {*Da banda ſiniſtra*} (ἐπ᾽ ἀριστερά, ἐπὶ τὰ λαιά) aduerbium, ſignificans, uerſus ſiniſtram partem. Horat. 2 Sermo. Saty. 3. Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. Legitur & Siniſtrorſus: quod & Feſtus annotauit, citans locum Cæſ 6. Bell. Gall. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diuerſis à flumine regionibus.

SINISTERITAS, atis, {*Seneſtrezza, malignità*} (σκαιότης) peruerſitas improbitas. Plin. Epiſto. 182. Pleriqne autem dum uerentur ne gratiæ potentiã nimium impartire uideantur, ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famam conſequuntur.

SINO, is, ſiui, ſitum, {*Laſciare, permettere*} (ἐάω) permitto. Varro: Sin is ad pubertatis annos peruenerit. Terent. And. Sine nunc meo me uiuere interea modo. Ibidem: Sine te hoc exorem. Sino. Cæſ 4. bell. Gall. Vinum ad ſe importari omnino non ſinunt. Hinc Situs, & Siturum participia: id eſt, permiſſus, & permiſſurus. Cic. pro Seſtio: Accuſare eum moderate: à quo ipſe nefarie accuſatus, per Senatus auctoritatem non eſt ſitus. Idem ad Quin. frat. lib. 2. Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. Huius compoſitum eſt, Deſino: de quo ſuo loco.

SINON, onis, pen. genit. pro. nomen eſt filii Siſyphi, nepotisq; Autolyci furis. Autolycus enim teſte Seruio, duos habuit liberos: Siſyphum, unde natus eſt Sinon: & Anticleam unde Vlyſſes. Hinc eſt, quod Vergil 2. Aeneid. Sinoni aſtuti & fallacis proditoris tribuit perſonam. Hunc nanque cum Græcis Troiam profectus, poſt diuturnum bellum ab iiſdem ſubornatus, ſua ſponte ſe Troianis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus credibus Græcos abiiſſe, ac equũ illũ ingentẽ in urbem recipiendum eſſe fictionibus ſuis

perſuaſit, ſed maximo eorum detrimento. Vergil. lib. 2. Aeneid. Talibus inſidiis periuriq́ue arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis huius inuentum eſſe ſignificationem ſpecularum, auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 56.

SINOPE, penul. prod. (σινώπη) urbs Ponti quæ olim frequenti gymnaſio, & rubricæ genere, quam Sinopicam uocant, clariſſima fuit. Sinopen (inquit Strabo lib. 12.) urbium, quæ in Ponto ſunt, clariſſimam, Mileſii condidere. quæ claſſe cõparata, mari quod intra Cyaneas eſt, imperauit. Extra uero multorum certaminum particeps fuit cum Græcis & cum libera fuiſſet, tandem amiſſa libertate, Pharnaci obtemperauit, (fuit enim obſidione capta) poſtea ą́ ſucceſſoribus eius uſq; ad Eupatorem, & Romanos, qui illum ſuſtulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximie illam coluit, & regni metropolim fecit. Munita eſt naturali prouidẽtia. Nã in colle peninſulæ cuiuſdam ſita, ex utraq; Iſthmi parte portus & ſtationes habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus Patrion, & Diphilus comicus orti ſunt. Cice. in oratione pro Pompeio haud obſcure indicat in Sinope & Amiſo Mithridatis olim domicilia fuiſſe, omnifariis rebus ornatiſſima refertiſſimaq́ue. Hinc deducitur gentile Sinopeus, (σινωπεὺς) per tres ſyllabas. Oui. 1. de Põto: Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus.

SINONIA, inſula Corſicæ ultra Tiberina oſtia in Antiano. ut tradit Plin. lib. 3. cap. 6.

SINOPIS, pen. pro. genitiuo Sinopidis, (σινωπίς) rubricæ genus præſtantiſſimum, quod circa Sinopen Ponti urbem effodiebatur: unde & nomen habet. Pli. lib. 35. cap. 6. Naſcuntur ſinopis, rubrica, parætonium, melinum, erethria, auripigmentum: cæteri finguntur. Species eius ſunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitruuius lib. 7. eam rubricam Sinopicam appellant, Strabonem, arbitror, ſequutus, qui lib. 12. μίλτον σινωπικὴν eam nominat, & in Cappadocia eã naſci aſſerit. ideirco autem ſinopicam uocari, quod a mercatoribus Sinopen ſoleat ad mercatum deferri, prius q̃ Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

SINVESSA, {Seſſa} (σινύεσσα) oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) noui Latij extremum non procul à Liri fluuio, quod quidam olim Sinopem appellatum uoluerunt. In eis agro gignitur uinum copioſum quod à ſaxoſis collibus, in quibus naſcitur, Sinueſſanum petrinum uocat Hora. De hac Liu. lib. 10. In ſaltu Veſtino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde à Romanis colonis appellata. Strab. lib. 5. Sinueſſa in Setano ſita eſt ſinu à quo nomen uendicat. Ei proximæ calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdã accommodatiſſimæ.

SINVO, as, {Ingobbire, intorzere} (κυρτόω) curuo, in ſinus flecto. Verg. libr. 2. Aenei. Sinuatq́ue immenſa uolumine terga. Id eſt, in ſinus flectit. Ouid. lib. 2. Metamor. Tremulæ ſinuantur flumine ueſtes. Id eſt, rugantur, uel in ſinus colliguntur. Hinc componitur, Inſinuare, compoſitum: de quo ſatis multa dicta ſunt ſuo loco.

SINVOSVS, a, um, {Tortuoſo, gombitoſo, golfoſo} (κολπώδης) quod habet multos ſinus: ut Mare ſinuoſum, Vela ſinuoſa, quæ uento inflata in ſinus turgeſcunt. Claud. lib. 1. de Rap. Proſerp. Sinuoſa draconum Membra tegens, obliqua, & multis ſpiris incuruis. Plin lib. 11. cap. 37. Cor prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Verg. 11. Aenei. Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat. Ouid. 5. Metam. Tamen ſinuoſa ueſte pependit.

SINVS, us, pen. cor. {Seno, colfo, golgo, grembo} (κόλπος) curuitas illa, quæ eſt intra pectoris brachiorumq́ue complexum. Teren. in Adelph. Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu? Oui. Epiſ. 3. Te tenet in tepido mollis amica ſinu. Seneca Troade. Blando ſinu fouẽs nepotem. Fouere dextrã ſinu. Oui. 1. Amor. Eleg. 4. Hinc ſinus ueſtium appellati ſunt laxitates inter plicas intermediæ. Verg. 1. Aene. Nuda genu, nodoq́ue ſinus collecta fluentes. Per tranſlationem quoq; Sinus uocantur litora curua, duobus quaſi brachijs longius in mare procurrentibus incluſa. Græci κόλπον appellant. Hinc Plinius totam Europã, quæ Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipuos diuiſit ſinus: quorum primus Calpe Hiſpaniæ, & Lacinio extremo Italiæ promontorio includitur: ſecundus à Lacinio initium ſumens, Acroceraunijs montibus terminatur: tertius ab Acroceraunijs ad Helleſponti anguſtias extenditur: quicquid reliquum eſt Europæ uſq; ad Tanaim fluuium, quarto ſinu includitur. In oculis item Sinus dicuntur concauitates illæ, quibus lacrymæ erumpentes, primum excipiuntur. Sic enim interpretatur Seruius illud Vergilij 4. Aenei. Sic effata, ſinum lacrymis impleuit obortis. Accipitur item Sinus pro gremio, ſiue ea parte ueſtis, qua uerenda teguntur. Iuuena. Saty. 9. Fata regunt homines: fatum eſt in partibus illis, Quas ſinus abſcondit. Nam ſi tibi ſidera ceſſant, Nil faciet longi mẽſura incognita neruí. Nonnunquam etiam pro caſſibus uenatorijs. Martia. li. 13. Pulcher adeſt onager, mitti uenatio debet Dentis Erythræi, iam remouete ſinus. Aliquando pro uelo, quod uentis flantibus curuatur, & ſinuoſum redditur. Verg. 5. Aeneid. Colligere arma iubet, ualidiſq́ue incumbere remis, Obliquatq́ue ſinus in uentũ, &c. Iuuena. Saty. 1. Totos pande ſinus. Sinum ex toga facere, eſt extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio ſinus, hoc eſt, capacitas quædã relinquatur. Liui. 1. Bell. Pun. tum Romanus ſinu ex toga facto, Hic, inquit, uobis bellum atque pacem portamus. utrum placet, ſumite. E ſinu alicuius eſſe dicimus, quod ex intima familiaritate eius eſſe uolumus intelligi. Cic. 3. Ver. Verres ſimulac tetigit prouinciam ſtatim Meſſanam literas dedit: Dionem euocauit: calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit: qui, &c. In ſinu ſuo habere, pro eo quod eſt habere in poteſtate ſua. Caius Iureconſ. Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non caui, quod omnem fortunam & ſubſtantiam, ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine cautione. Sinus item pro copia ponitur: quo modo accipitur à Seneca: Non recipit ſordidum uirtus amatorem: ſoluto ad eam ſinu ueniendum eſt. id eſt, plena liberalitate & copia effuſa, ut interpretatur Budæus.

SINVS, nus, pen. pro. genus uaſis ſinuoſi, interprete Nonio, quemadmodum & Galeola Plau. in Cur. Hic cum uino ſinus fertur. Varro de Vita populi Romani ut idem Nonius citata. Vbi erat uinum poſitum in menſa, aut galeola, aut ſinu. Vergil. Eclog. 7. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt, &c.

SINVS MAGNVS, (κόλπος μέγας) Indici Oceani ſinus eſt, iugo ſeu promõtorio magno, & Sæui fluminis oſtijs interceptus: ut deſcribitur à Ptolemęo Tab. Aſiæ undecima. Hiſpani, qui eam orbis partem luſtrauerunt, uocant Mare de Sur: tradantq́ue breuiori itinere eo perueniri, ſi Occidentẽ uerſus nauigetur.

SION, ſii, (σίον) herba eſt in locis aquoſis naſcens, frutice pingui, recto, folijs latis oluſatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. Alio nomine Lauer dicitur, & uulgo Berula. Plin. lib. 22. cap. 22. His adnumerant Sion, latius apio, in aqua naſcens, pinguius, nigriusq́ue, copioſum ſemine, ſapore naſturtij.

SIPARIVM, rij, (σιπάριον) ueli genus quo utebantur mimi, ſcenicique artifices ad ſcenam uelandam. Cic. de Prouincijs Conſularibus. Itaq; ille alter, ut ipſe eſt homo doctus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcum iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

SIPHNOS (σίφνος) inſula eſt maris Aegæi, non procul à Scyro, XXVIII. M. paſſ. ambitu: ante Meropia & Acis appellata: ut tradit Pli. lib. 4. ca. 12. Hęc inſula locupletiſſima erat, teſte Herodo. lib. 3. ut in qua auraria & argentaria metalla eſſent, unde tãtum pecuniæ fiebat, ut ex decima eius parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuiq; par, Siphnijs pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, diſtribuentibus. Gentile eſt Siphnius, σίφνιος Stepha.

SIPHONES, pe. pro. (σίφωνες) canales, tubi, ſiue fiſtulæ, in fontibus, per quas urgente ſpiritu, aqua uel alius liquor emittitur: à ſono dicti, quem edit aqua, per eos erumpens. Iuuena. Saty. 6. Effigiemq́ue deæ longis ſiphonibus implent. Plin. lib. 2. De aqua in ſumma uga erumpente, quo ſpiritu acta & pondere terrę preſſa, ſiphonum modo emicat.

SIPHVNCVLVS, li, diminutiuum eſt à ſiphone, ſignificans exiguam fiſtulam ex ęre, uel marmore, aliave materia, ex qua aqua exilit è fonte. Pli. ad Apollinarem: In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur.

SIPO, as, are, antiquis in uſu erat pro ſpergere, σκεδάζειν, σπείρειν. A quo manſerunt compoſita Diſſipo, Inſipo, & Obſipo: quorum ſignificationem explicuimus ſuis locis.

SIPONTVM, ti, ſiue Sipus, untis, {Manfredonia} (σιπούς) urbs Apuliæ iuxta Garganum mõtem à Diomede ædificata, quæ primum ob multitudinem ſepiarum, quæ ibi capiuntur Sepius, untis, fuit appellata, teſte Strabo. lib. 6. Luca. lib. 4. Et ſubdita Sipus Montibus. Hinc Sipontinus à Siponto, & Sepiuntinus (σηπούντιος) à Sepiunte.

SIPYLVS, pen. cor. (σίπυλος Stepha.) urbs eſt Phrygiæ quæ regnante Tantalo terræmotu concidit. Vide Strabo. lib. 1. & 12. Ouid. 6. Metam. Tum cum Mæoniam uirgo, Sipylumq́ue colebat.

SIQVANDO, {Se qualche uolta, ſe pur una uolta} (εἴποτε) aduerbium temporis. id eſt, ſi aliquando. uel ſi aliquo tempore, primam productam, & acutam habet. Cice. de Amic. Non erunt ergo homines diuitijs affluentes audiendi, ſiquando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt.

SIQVIDEM, antepen. acuta {Se pur, poi che, perche, certamente} (εἴγε) componitur ex Si, & Quidem: quãuis Si, per ſe producatur, ibiq́ue correpta ſit, nec ſignificationem partium habeat, ex quibus cõponitur. Significat enim Nam, ſeu quoniam. Cic. Dolab. Gratulor Baijs noſtris, ſiquidem ut ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt. Ponitur & pro Si certe, dubitatiua coniunctione. Afinius Ci. Nam & robur, & ſoboles militum interiit, ſiquidem quæ nuntiantur uera ſunt. Verum in hac ſignificatione duæ diuiſæ dictiones eſſe uidentur: unde & Si, producẽdum eſt, cum in compoſita dictione corripiatur. Profertur tamẽ teſtimonium ex Ouidio, in quo Si, corripi uolunt, etiam extra compoſitionem. Id autem eſt huiuſmodi. Quæ mihi uentura eſt, ſi quidem eſt uentura, ſenectus, Cum deſit numeris ipſa inuenta ſuis? Sic enim legit Laurentius Valla: cum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc eſſe oſtendant. Siqua eſt uentura ſenectus.

SIQVIS, Siqua, Siquod, uel Siquid, {Se alcuno} (εἴτις) compoſitum à Quis, idem ſignificans, quod Si aliquis. Plinius Epiſto. 6. lib. 3. Nec uitia, ſiqua ſunt, celant.

SIQVIS ALIVS, {Se alcun'altro} (εἴτις ἄλλος) clauſula eſt in primis elegans qua utimur cum ſignificare uolumus, quempiam in re aliqua uehementer excellere: ut, Varro totius antiquitatis, ſiquis alius, peritiſſimus. id eſt, Aut Varro peritiſſimus eſt antiquitatis, aut nemo. Sueto. in Claudio: Si quem alium & ſe liberum eſſe.

SIRACI, corum, populi ſunt Scythici, Caucaſi radicibus ad Septentrionẽ proximi. quorum meminit. Strab. lib. 11.

SIRBON, onis. ſiue Sirbonis, idis, (σίρβων, καὶ σιρβωνίς Stepha) Palæſtinæ lacus, non procul à Caſio monte, olim CL. M. paſſ. circuitu, Plinij uero ætate in exiguæ paludis anguſtiam contractus. Herodo. Serbonidem uocat. Vide Pli. lib. 5. cap. 13. & Strabo. lib. 16.

SIREMPS, uox antiqua, & prorſus obſoleta qua tamen Catonem uſum tradit Feſtus, pro eo quod omnimodam rei alicuius ſimilitudinem refert: quaſi ſimilis res ipſa.

SIREN, ſirenis, pen. gen. pro. {Sirena} (σειρήν) monſtri marini genus, Poetarum fabulis celebratum, ſuperiori ſui parte uirginis formam referens, inferiore in piſcis caudam deſinens. Has Poetæ tres fuiſſe fabulantur Acheloi fluminis, & Calliopes Nimphæ filias quarum nomina fuerunt Parthenope, Ligia, & Leucoſia. Hæ cum litus Siculum incolerent, nautas præternauigantes, ſuauitate cantus in naufragium pelliciebant. Vlyſſes autem cum illac ſibi iter eſſet, ſociorum aures cera obturauit, ne inſidioſos Sirenum cantus poſſent exaudire: ſeipſum uero malo nauis iuſſit alligari: atq; ita periculum tutus euaſit. Sirenes itaq; cum ſe contẽni uiderent, impatientia doloris ſe præcipitauerunt in mare. Oui. li. 5. Metamor. tradit has fuiſſe comites Proſerpinæ, eamq́ue raptam diu quæſiſſe, quam cum non inueniſſent, in marina monſtra eſſe conuerſas ſurſum uerſum uirginea forma, poſtrema corporis parte piſces: uoce, cithara, & tibijs tam blande canentes, ut cantus dulcedine nautas ſopirent, ſopitos demergerent, demerſos etiam deuorarent. Seruius in illud Vergil. 5. Aeneid. Iamq́ue adeo ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat Difficiles quondam, multorumq́ue oſſibus albos. ſic ait: Sirenes ſecundum fabulam partim uirgines fuerunt, partim uolucres, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una uoce, altera tibijs, alia lyra canebat: & primo iuxta Pelorum, pòſt in Capreis inſulis habitauerunt, ubi nautas illectos ſuo cantu in naufragia deducebãt: Secundũ ueritatem meretrices fuerunt, quæ quoniam tranſeuntes eos perducebant ad egeſtatẽ, fictę ſunt inferre ijs naufragia. Has Vlyſſes cõtemnẽdo deduxit ad mortẽ. Oui. Monſtra maris Sirenes erant, quæ uoce canora, Quaslibet admiſſas detinuere rates. Hæc Ser. Dictæ au-

tem

tem ſunt Sirenes, non ἀπὸ τοῦ σύρειν, hoc eſt, à trahendo (ut quidam uoluerunt) cum Græci ea diphthongo ſcribant, ſed παρὰ τὸ σειρεῖν, quod inter cætera ſignificat decipere. Aut ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quod catenam, uel uinculum ſignificat: propterea quòd aduenas incautos amore ſui, ueluti uinculo quodam iniecto, retinebant. Fuerunt, qui & aues quaſdam in India eſſe tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde ſomno grauatos lacerent. Vide Plin. li. 10. ca. 49. Sunt & Sirenes in fucorum genere, quas in apibus Nymphas appellamus: hoc eſt, fuci imperfecti, cum iam formam capere incipiunt. Pli. lib. 11. cap. 16. de apibus loquens: Cætera turba cum formam capere cœpit, Nymphæ uocantur: ut fuci ſirenes, atque cephenes. Siquis alterutris capita demat, prius quàm pennas habeant, pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus.

SIRENVSSÆ, (σειρηνοῦσαι) inſulæ tres ſunt Lucaniæ adiacentes, ex aduerſo eius promontorii, à quo ſinus Pæſtanus initium ſumit.

SIRES, (σίρες) Thraciæ populi, ſupra Byzantios. Auctor Stephanus.

SIRIASIS, fœmi. gene. (σειρίασις) inflammatio eſt partium carum, quæ circa cerebrum, aut eius membranas ſunt, ἀπὸ τοῦ σειριᾶν, quod eſt capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 30 cap. 10. Oſſibus in caninio fimo inuentis, adustio infantium, quam uocant Siriaſis, adalligatis emendatur. Idem lib 22. ca. 21. Folia infantium uſtulationibus, quod Siriaſin uocant, illita medentur.

SIRIS, (σῖρις) fluuius Græciæ Magnæ, cum oppido eiuſdem nominis inter hunc fluuium & Acirin ſito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerūt. Vide Strabo. lib 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. Siris quoque ab Aethiopibus appellatur Nilus, donec infra Meroen alueos ſuos omnes in unum collegerit. Plin. li. 5. cap 9. Inſulas ita innumeras ſpargit Nilus, quaſdamque tam uaſtæ magnitudinis, quanquam rapida celeritate, ut tamen dierum quinque curſu non breuiore tranſuolet. Circa clariſſimam earum Meroen, Aſtabores læuo alueo dictus, hoc eſt ramus aquæ uenientis è tenebris: dextero uero Aſtuſapes, quod latentis ſignificationem adiicit: Nec ante Nilus, quàm ſe aquis concordibus ruſus iunxit. Sic quoque etiamnum Siris, ut ante nominatus, per aliquot millia. Rufus ex Dionyſio. Hic qua ſerenus incidit flexibus agros, Aethiopum lingua Siris ruit, utque Syenē Cæruleus accedēs diti loca flumine mundat, Nomine ſe claro Nilum trahit. Dictus autem putatur Syris à Syrio, ſidere æſtiuo, quoniam ſub ortum Caniculæ, & introitum Solis in Leonē, quotannis augebatur. Vide Euſtathium in Dionyſium & Hermolaum in Plinium.

SIRIVS (σείριος) ſtella eſt in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. Higinus tamē in Tractatu de Signis cœleſtibus, Sirium diuerſum facit à Canicula, neque in ore Canis, ſed in capite eius collocat. Hęc in cœli centro cum Sole cōiuncta, æſtum eius duplicat, mortaliumque corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, ut quidam uolunt ἀπὸ τοῦ σειραίνειν, hoc eſt, à ſiccando, propterea quòd & fluuios & fontes nimio calore exiccet: ut alii, ἀπὸ τοῦ σειρᾶν, hoc eſt, ab euacuando, quòd corpora noſtra ſudoribus euacuet. Luca. lib. 10 Rapidus qua Sirius ignes Exerit. Stat. l. 1. Syluæ. Nec calido latrauit Sirius aſtro. Seruius enarrans illud Verg. 10. Aen. Non ſecus ac liquida ſiquando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor. ſic inquit: Sirius ſtella eſt in ore canis: quæ quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt: ſed pro qualitate adiacentium aut uincitur, aut maioribus utitur uiribus. Hinc eſt quòd cum tempore certo oriatur, non ſemper eſt noxia. Ad hanc ſtellam Sol menſe Iulio ueniens duplicat æſtus & præ nimio calore languēt mortalia corpora. Quin & Solem ipſum quidā Sirium & aſtra omnia Siria appellarunt: ut annotauit Suidas: cuius uerba ſunt hæc. Σείριον τὸν κύνα, οἱ δὲ καὶ τὸν ἥλιον. Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει. Hoc eſt, Sirium Canem, quidam Solem. Ibycus autem omnia aſtra Siria appellat. Eſt item Sirius, eodem Suida teſte amiculi genus prætenue, & leuiter contextum.

SIRITÆ, pen. pro. (σιρῖται) Magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipſis quidem Sybaritis luxu cedentes. Vide Cœl. Rhodi. lib. 7 cap. 10.

SIRITES, (σιρίτης) Nomadis cuiuſdā nomen fuit in Libya, primus auleticæ inuentor, qui & Matroa, hoc eſt, Magnæ Matris ſacra primus tibia ferit ceciniſſe. Vide Cœl. lib. 9. cap. 7.

SIRMION, (σίρμιον) urbs eſt Pannoniæ inferioris, longiuſcule à Danubio flumine diſtā. Auctor Ptolem. lib. 2. cap. 16.

SIRNIDES. (σιρνίδες) inſulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium iacentes. Auctor Plin lib. 4. cap. 12.

SIRRHA, rhæ (σίῤῥα) Thraciæ opidum eſt, apud Theopompum referente Stephano: à quo gentile Sirrhæus.

SIRRHVS, (σιῤῥὸς) Suidę cuniculus ſiue foſſa ſubterranea, in qua frumentum quàm diutiſſime incorruptum aſſeruatur. Vide in dictione Sirus.

SIRVS, ri, (σιρὸς) ſiue Sirrhus duplicator. (σιῤῥὸς Suidę) ſpelunca ſubterranea condendo ſeruandoque frumento accommodata. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 57. Item huius generis granaria alia quidam habent ſub terra, uti ſpeluncas, quas uocant Siros, ut in Cappadocia, ac Thracia: alii, ut in Hiſpania Citeriore, puteos, ut in agro Carthaginienſi & Oſcenſi. Horum ſolum paleis ſubſternunt, & curant, ne humor aut aer tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum.

SIS, pro ſi uis dixere ueteres, Ad uerba enim imperatiua, quia uidebantur contumelioſa, addebant ſis pro ſi uis: ut Fac ſis: Vide ſis. Plau. in Amph. Modo ſis ueni huc, inuenies infortunium Cicer. pro Sext. Roſc. Age nunc, refer animum ſis ad ueritatem.

SISAMVS, (quod hic pro Paphlagoniæ urbe corrupte legebatur) uide Seſamū.

SISAPO, onis, (σισαπών) oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, miniariis metallis in primis celebre, teſte Pli. lib. 3. cap. 1. Ab hoc uicina regio Siſaponenſis dicitur. Pli. lib. 33 cap 7 Celeberrimum ex Siſaponēſi regione Bæticę minium.

SISARON (σίσαρον) herba eſt paſtinacæ non diſſimilis, quæ Latinè Siſer appellatur. Vide paulo pòſt in dictione Siſer.

SISCIA (σισκία) Pannoniæ ſuperioris urbs, Romanorum Colonia: de qua Ptolemæus lib. 1. cap. 15. & Plin. lib. 3. cap. 25.

SISER, eris (σίσαρον Dioſco.) herba eſt paſtinacæ non diſſimilis, quæ hodie uulgo Seruilla, ſiue Cheruilla appellatur. Eius duo ſunt genera. Satiuum & Erraticum. Satiuum, caulem habet angulosum folia oblōga, & in extremitatibus inciſa, ſemen latum, & foliaceum, radices candidas, iucundi guſtus, eiuſque gratiſſimas. Satiui rurſus duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Nam quod ex iis maius eſt, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum uero caule eſt bicubitali, foliis baximellæ, ſed maioribus flore luteo, & umbella anethi, ſemine lato & rotundo, ut ſatiuum, radice tenui & longa. Plin. lib. 19 ca. 5. Inter medica dicendum Siſer: quod ipſum Tiberius princeps nobilitauit. flagitauit omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſiſſima præcipua. Ineſt longitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tam magna parte relicta, quæ mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam uertitur.

SISIGAMBIS, uxor fuit Darii, quæ nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit. Quam tamē uicto Dario Alexander non ſolum non uiolauit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

SISON. (σίσων) ſemen eſt exiguum, in Syria naſcēs apio ſimile, nigrum feruēs, & oblongum. Vide Dioſco. lib. 3.

SISTO, is, ſtiti, ſine ſupino, {*Fermare, intricare ſtringere, reprimere*} (ἱστῆμι, ἐποχεῖν) ſtare facio, coerceo reprimo, ſeu retineo: ut, Siſte gradum, Siſte lacrymas. Plin. Sanguinis profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Aluum ſiſtere. i. reprimere. Pli. lib. 20. ca. 9. Capita bis aqua mutata cocta, aluū ſiſtūt, &c.

Fugam ſiſtere. Liu. 10. Bel. Pun. Ibi Syphax dum obequitat hoſtium turmis ſi pudore, ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet, equo, &c. Profluuium genitale, uel ſanguinem ſiſtere. Pli. lib. 7. cap 4. Mulier poſt quinquageſimum annum nō gignit maiorque pars profluuium ſiſtit. Quandoque ſignificat præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere, ἐφιστάναι, παριστάναι. Cic. ad Attic. Des operam id, quod mihi affirmaſti, ut te ante Calen. Ianuarias ubicunque eritmus ſiſtas. Siſtere etiam pro conſiſtere & ſtare. ἵστασθαι. Cic. 5. Ver. Qui Remp. ſiſtere negat poſſe, ni ad Equeſtrem ordinem iudicia referantur. Quandoque eſt confirmare, corroborare, & quaſi nutantem fulcire, στηρίζειν, ἐρείδειν. Verg. 6. Aenei. Hic rem Roman. in magno turbante tumultu Siſtet eques. Huius uerbi præteritum eſt Stiti, nō, ut quidam exiſtimarunt, Steti: ſupinum autem nullum habet. Nam Statum à Sto, non à Siſto deducitur. Vnde & Stator Iupiter à ſtando, non à ſiſtendo, cognominatus eſt. Priſcianus præteritum huius uerbi Statui eſſe exiſtimauit quod certe à uerbo Statuo eſſe conſtat, quemadmodum & ſupinum Statutū Stiti autem uerum uerbi huius præteritum eſſe in Noctibus ſuis Atticis docet Gellius: cuius hæc ſunt uerba. In libro uetere M. Cato. qui inſcribitur Contra Tyberium exulem, ſcriptum ſiquidem ſic erat: Quid ſi uadimonium capite obuoluto ſtitiſſes? recte ille Stitiſſes ſcripſit, ſed falſi & audaces emēdatores excriptos per libros ſtetiſſes fecerunt: tanquam Stitiſſes uanum & nihili uerbum eſſet. Quin potius ipſi nequam & nihili ſunt, qui ignorant Stitiſſes dictum à Catone, quoniam ſiſteretur uadimonium, non ſtaretur. Quibus ex Gellii uerbis cum ſatis cōſtet, Stiti, à Siſto præteritum eſſe, non Steti, illud quoque obſcurum eſſe nō poteſt, Supinum Statum eſſe, non Statum: Statorisque appellationē non à ſiſtendo, ſed à ſtando, eſſe deductam. Verum quoniam hoc ad præſens negotium non multum pertinet, omnem hanc diſputationem ſuum in locum reſeruabimus, quo ex profeſſo de uocis eius ſignificatione ſumus acturi. Verbi huius compoſita ſunt Abſiſto, Aſſiſto, Conſiſto, Circunſiſto Deſiſto, Exiſto, Inſiſto, Obſiſto, Perſiſto, & Reſiſto: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SISTRVM, ſiſtri, (σεῖστρον) crepitaculum æneum, quo Aegyptii ſacerdotes in Iſidis ſacris uti ſolent: ita dictum ἀπὸ τοῦ σείειν, hoc eſt, à quatiendo propterea quod concuſſum argutum ſonorumque ederet tinnitum. Oui. 2. Amor. Per tua ſiſtra precor per Anubidis ora uerenda. Apuleius: Aereis, & argenteis, & aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Martia lib. 14. Si quæ plorator collo tibi uernula pendet. Hæc quatiet tenera garrula ſiſtra manu. Hoc inſtrumentum apud Aegyptios uicem tubæ exhibebat. Verg 8. Aene. Patrio uocat agmina ſiſtro. Oui. 3. Amor. Eleg. 8 Quid uos ſacra iuuant? quid nunc Aegyptia proſunt Siſtra? quid in uacuo recubuiſſe toro? Hinc Siſtratus, a, um, id eſt, ſiſtrum tenens: quod eſt proprium epitheton ſacerdotum Iſidis. Martia lib. 12. Lingeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba.

SISYMBRIVM, (σισύμβριον) herbæ genus eſt, teſte Dioſcoride, quod alio nomine Serpyllum ſyluestre uocatur. Naſcitur in ſolo inculto, menthæ hortenſi ſimile odoratius tamen, & latiore folio. Officinæ Balſamitam uocāt. Solet autē hæc herba una cum myrto coronis adhiberi. Oui. 4 Faſto. Cumque ſua dominæ data grata ſiſymbria myrto. Eſt præterea aliud Siſymbrii genus, locis riguis gaudens, quod alii Cardaminam, alii Sion uulgus autem Naſturtium aquaticū uocat. Vtriuſque meminit Dioſco. lib. 2 cap. 120.

SISYPHVS, pen. cor. (σίσυφος) Aeoli filius, fuit mortalium omnium ſuę ætatis aſtutiſſimus qui cum Atticam latrociniis infeſtaret, à Theſeo occiſus eſt. Hūc Poetæ fabulantur eo ſupplicii genere apud inferos plecti, ut ſaxum ingēs in mōtis cuiuſdam uerticem cogatur prouoluere. quod cum ad ſummum penè extulerit, repente deorſum relabitur. Ouid. 3 Meta. Aut petis aut urges rediturum Siſyphe ſaxum. Huc etiam reſpexit Verg. lib. 6. Aenei Saxum ingens uoluunt alii, radiiſque rotarum Diſtricti pendent. Fuit & alius Siſyphus Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupſit. Ouid. 4. Faſto. Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit. Hinc Siſyphius, a, um. Idem 13 Metam. Quid ſanguine cretus Siſyphio, furtis que & fraude ſimillimus illi Inſeris Aeacidis alienæ nomina gentis?

SISYRINCHION, (σισυρίγχιον) bulbi genus, cuius imæ radices hyeme creſcunt, uerno autem tempore, cum apparuerit uiola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pingueſcente. Auctor Pli. lib. 19 cap 6.

SITANION, nii, (σιτάνιον) frumēti genus, quod quoniam tertio à ſatu menſe metitur, à Græcis τρίμηνον, à Latinis etiam Trimeſtre dicitur, toti Alpino tractui, atque adeo frigidioribus omnibus regionibus notiſſimum, certiſſimūque agricolis famis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquæ affluentiores maturam ſationem prohibuerint Hinc Sitanius panis ex ſitanio frumento confectus Pli. lib. 22. cap. 25. de panis generibus loquens. Sitanius hoc eſt, trimeſtris incuſſa in facie, aut deſquamata cum melle aptiſſime curat.

SITARCHIA, æ, (σιταρχία) annonæ, uel commeatus præfectura Sitarchus annonæ, uel commeatus præfectus. A Græco σῖτον, ſiue σῖτος, quorum illud frumentum, hoc cibum ſignificat: & ἀρχή, quod magiſtratum denotat, ſiue præfecturam.

SITELLA, læ, (κάλπιον) diminutiuum eſt à Situla, quemadmodum Matella à Matula. Accipitur, frequenter pro fiſtula, ſiue urna, è qua ſortes duci conſueuerunt. Liu 5. Bel. Puni. Tribuni populum ſummouerunt: ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. Plau. Caſ. Coniiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar tibi & Chalino.

SITHONIA,æ,(σιθωνία)pars Thraciæ eſt,teſte Steph. Pli. quoq; lib. 4. ca. 11. Sithonios collocat in ea parte Thraciæ,quæ ab Hæmo monte auerſa, uergit in Pontum Euxinum. Herodo. uero li. 7. Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat,ad ſinũ Thermæum: eiuſq; urbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poetæ autem Sithoniam pro ipſa Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias,niues frequenter legimus pro altiſſimis Thraciæ niuibus. Verg. 10. Eclog. Sithoniaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.

SITIA,(σιτία)Hiſpaniæ Bæticæ oppidum,in conuentu Tarraconenſi: cuius meminit. Plin lib. 3. cap. 1.

SITI,(κείμενοι)qui poſt mortem aliquo in loco conditi ſunt ad tempus, donec eis iuſta fiat ſepultura. Siti, inquit Ci. 2. de Leg. dicuntur ij, qui cõditi ſunt, nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, q̃ iuſta facta & corpus incenſum eſt. Liu. 6. Bell. Pun. Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui aduerſus uim atq; iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt.

SITIBVNDVS,{*Che muore da ſete*}(δι↓αλέ@)uehementer ſitiens, & per tranſlationem idem quod ſiccus, & humoris omnis expers.

SITICINES,pen. cor. {*Suonatori da morti*}dicti ſunt, teſte Gellio, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt, uita functos, & ſepulcro ad tempus cõditos. Plura de hoc Gel. lib. 20. cap. 2. ex ſententia Atteii Capitonis.

SITICVLOSVS,a,um, {*Che fa ſete*}(δί↓@)modo id ſignificat quod ſitim affert, augetve. Plin. lib. 23. cap 6. Melimela & reliqua dulcia ſtomachum & uentrem ſoluunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed neruos non lædunt. Modo idem quod ſiccus, aridus, & uehementer ſitiens, δι↓αλέ@. Loca ſiticuloſa. Colu. lib. 23. cap. 6. Sed ſi aſpera, & ſiticuloſa loca arboribus obſerenda ſint, neq; populus neq; ulmus tam idoneæ ſunt, q̃ orni. Hora. 3. Epod. Nec tantus unquã ſyderum inſedit uapor Siticuloſæ Apuliæ.

SITIS,huius ſitis, fœmi. gene. {*Sete*}(δί↓@)eſt appetitus bibendi. Ci. 1. de Finib. Cum cibo, & potione fames, ſitiſq; depulſa eſſet. Idem 2. de Finib. Eſt'ne quæſo, inquam, ſitienti in bibendo uoluptas? Quis iſtud, inquit, poſſet negare? Eadem'ne, inquam, quæ reſtincta ſiti? Imò alio genere: nam reſtincta ſitis ſtabilitatem uoluptatis habet, inquit: illa autem uoluptas ipſius reſtinctionis motu eſt. Verg. 5. Eclog. Tale tuum carmen nobis diuine poeta. Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo. Lucret. lib. 4. Sic igitur tibi anhela ſitis de corpore noſtro Abluitur, ſic expletur ieiuna cupido. Per trãſlationem etiam Sitis(δί↓α)dicitur nimia rei alicuius auiditas. Cic. in Parad. Neq; enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Horat. 1. Epiſt. 18 Quem tenet argenti ſitis importuna, fameſq;.

SITIO,is,ire, {*Hauer ſete*}(δι↓άω)appeto bibere, ſiti laboro. Cic. in Piſo. Ipſe cum paucis ad portam ſitiens peruenit. Transfertur etiam ad plantas, quę tunc ſitire dicuntur cum æquo ſicciores ſunt, humoremq; deſiderant. Cic. in Orato. Tranſlatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſime ſermo omnes utitur, non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum ſiquidem eſt eorum, Gemmare uites, Sitire agros, Lætas eſſe ſegetes, Luxurioſa frumenta. Verg. 4. Georg. Cum ſitiunt herbæ, & pecori iam gratior umbra eſt. Aliquando etiam Sitire accipitur pro uehementer cupere, ſicut Sitis pro uehementi rei alicuius auiditate. Iuſtinus: Satiare ſanguine, quem ſemper ſitiſti. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Nec ſitio honores, nec deſidero gloriam. Idem 5. Philip. Etenim aderat L. Frater gladiator. Aſiaticus qui Mirmillo Trallibus depugnaret, qui ſanguinem noſtrum ſitiebat. Paſſiuo ſitior uſus eſt Ouid. lib. 1. Faſt. Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. Sitiens, tis, participium, ſeu nomen ex participio: ut, Sitiens hortus. Oui. 1. de Pon. Eleg. 9 Nec dubitem longis purgare ligonibus arua, Et dare, iam ſitiens quas bibat hortus, aquas. Verg. 4. Geor. Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem Hauſerat, &c. Idẽ 1. Eclog. At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros. Sitienter, aduerb. ardenter. Cic. 4. Tuſc. Nec ſitienter quid appetens.

SITOCOMIA,(σιτοκομία)dignitas eorum, qui frumentum, & annonam curabant. Qui uero magiſtratu hoc fungebantur, (σιτοκόμοι dicebantur: quaſi τοῦ σίτου κόμοι, quaſi præfecti ſeu curatores annonæ. Arca. l. Munerum, de Munerib. & honorib. Perſonale munus eſt, cura emendi frumenti & olei. nam harum ſpecierum curatores, quos σιτοκόμους Grȩci uocant, creari moris eſt.

SITTACENE,(σιττακηνὴ)regio Aſiæ, Medis, ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacene autem appellata à Sittace urbe, regionis totius capite. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. & 27.

SITVLA,æ, {*Secchiella*}(κάλπις, κάλπις)uas eſt ad hauriendam aquam ac cõmodum: à ſitiendo dictum, ꝙ aquam ſitiat. Nonnunquam etiam urna, è qua ſortes ducuntur. Plau. Caſ. Et ſitulam hunc tecum afferto cum aqua & ſortes. Plau. in Caſin Sortes illa in ſitula. Huius diminutiuum eſt Sitella, lȩ, de quo paulò ante diximus ſuo loco.

SITVS,a,um, idem ꝙ Poſitus, {*Poſto, meſſo*}κείμενος. Plaut in Milite: Scio crucem Futuram mihi ſepulcrũ: ibi enim mei maiores ſunt ſiti. Liu. 10. bel Pun. Es ſinum ab alto claudit, in quo ſita eſt Carthago. Ter. in Adel. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt. Ci. 1. de Fini. Eſt autem ſitum in nobis, ut & aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus, & ſecunda iucunde ac ſuauiter meminerimus.

Accipitur aliquando Situs pro Conditus. Tacit. lib. 3. Vrbemq; Philippopolim à Macedone Philippo ſitam. Situs præterea dicitur defunctus, qui ad tẽpus in aliquo loco conditus eſt, donec alio transferatur, uel iuſtum ei fiat ſepulcrum. Vide ſupra Siti.

SITVS,us, {*Sito, ruto, ruffa, muffa*}(αὐχμὸς, εὐρὼς)lanugo ex humore creata, præſertim in locis Sole carentibus. Valla lib. 6. Situs, ſordes & illuuies illa, qualis naſcitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Verg. 6. Aenei. Sed me iuſſa deum, quæ nunc has ire per umbras, Per loca ſenta ſitu cogunt, noctemq; profundam, Imperijs egere ſuis. Solet autem in locis ſitulentis odor quidam teter & fœdus olfactantium nares offendere, qui & ipſe Situs dicitur. Pli. lib. 1. Peſſimum eſſe crocum, ꝙ ſitum redolet. Accipitur item Situs, pro ſquallore quodam corporis. cum ſcilicet cultu omni neglecto, corpus horriditatem quãdã, & ingratum contrahit odorem, quem etiam Pædorem dicimus: cuiuſmodi libr. 6 deſcribit Lucretius, Fœda ſitu macies, &c. Quinetiam uitibus ipſis. Colu. lib. 5. ſitum aſſignat. Iam uero (inquit) muſcus, qui more compedis crura uitium & uincis comprimit, ſituq; & ueterno macerat, ferro diſtringendus & eradendus eſt. Accipitur aliquando Situs pro torpore, & inertia ex diutino otio. Vergil. 7. Aenei. Sed te uicta ſitu, uerìq; effœta ſenectus, O mater, curis nequicquã exercet. Quem locum explicans Dona. Situs, inquit, eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta qua deteriores fiunt ſpecies, uno in loco prolixo tempore conſiti uitæ. Vnde Senectus uicta ſitu, quaſi otio & nihil egendo corrupta. Huic non diſſimile eſt illud apud Verg. 1. Geor. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum id eſt, quiete & intermiſſione arandi. Situs præterea dicitur qualitas, & poſitio loci, τὸ ποσθέσιν. Cæſ. 5 Bell. Gall. Sub caſtris eius uagabatur, alias ut ſitum caſtrorum cognoſceret, alias collocandi aut terrendi cauſa.

SIVE,coniunctio, {*O, ouero che*} (εἴ τε)cum ex SI, & VE, cõpoſita ſit, duorũ generum uim ſimul obtinere uidetur. Itaq; cum orationẽ inchoat, minime mirum eſt, ſi præter morem aliarum coniunctionum tres minimum ſenſus poſtulat, cum & SI, continuatiua ſuam apodoſin, & VE, alteram diſiunctiuam exigat: ut, Siue me amas, ſiue odiſti, non magni æſtimo. Aliquando quatuor. Ouid. in Epiſt. Penelopes: Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum, Antilochus noſtri cauſa timoris erat: Siue Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis, Flebã ſucceſſu poſſe carere dolos. Aliquando ſimpliciter pro Vel, ponitur. Cic. ad Qu. frat. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neve te obrui, tanquam fluctu, ita magnitudine negotii ſinas: contraq; te erigas & reſiſtas, ſiue etiam ultro occurras negotijs.

S ANTE M.

SMARAGDITES,(σμαραγδίτης)gemma uiridis coloris, quam alio nomine Carchedoniam uocant, ꝙ circa Carchedonem, hoc eſt, iuxta Carthaginem legebatur. Vide Plin lib. 27 cap. 5.

SMARAGDVS,{*Smeraldo*}(σμάραγδ@)gẽma uiridis & tranſlucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Pli. lib. 37. ca. 5. Tertia autoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis. Nullius coloris aſpectus iucũdior eſt. Nam herbas quoq; uirentes & frondes auide ſpectamus. Smaragdos uero tanto libentius, quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret. Prȩterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant. Martia. li 5. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas uno Portat in articulo. Ouid. 2. Amo. Eleg. 6. Tu poteras uirides pennis hebetare ſmaragdos. Eſt autem Smaragdus ferè generis maſculini, ut ſæpius apud Plin. lib. ult. cap. 5. Apud Suidam tamen inuenitur articulo fœminino iunctum.

SMARIS,idis,(σμαρὶς)piſcis exigui genus mari peculiare, quod Theodorus ex Ariſtotele cerrum uertit. Plin. lib. 32. cap. 2. Mulieribus lactis copiam facit glauciſcus è iure ſumptus, & ſmarides cum ptiſana ſumptæ, uel cum fœniculo decoctæ.

SMEGMA,ſmegmatis, {*Sapone Boc. Gio. 8. No. 10. Ella medeſima con ſapone moſcoleato, è con garofanato &c.*}(σμῆγμα)ſapo, aliudve quid, abſtergendi habens facultatem, ἀπὸ τοῦ σμήχειν, quo eſt abſtergere, ſiue purgare. Plin. lib. 22. capi. 25. Si uero cœleſti aqua decoquantur, ſuccus ille ſmegma fit quo ſolent fouere gangrenas.

SMEGMATICVS,adiectiuum,(σμηκτικὸς σμηγματικὸς)idem ꝙ abſterſiuus. Plin. lib. 31. cap. 7. Sudorem ciet, aluum ſoluit in uino & aqua acopicis & ſmegmaticis utilis. hoc eſt, medicamentis quæ laſſitudinẽ tollunt, & deterſorijs.

SMECTICVS,a,um,(σμηκτικὸς)ꝙ habet uim abſtergendi. unde Smectica uis dicitur, quæ & Smegmatica, id eſt, abſterſiua. Plin. lib. 30. cap. 4. Omnium autem cochlearum cinis ſpiſſat, calfacit ſmectica ui.

SMERDIS,Cambyſæ Perſarum regis frater, quem cum Cambyſes per ſomnium uidiſſet regio throno inſidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi iuſſit. Fuit & alter Smerdis, Magus, qui poſt Cambyſæ mortem, fratrem ſe illius eſſe aſſimulauit, eoq; aſtu in regni ſucceſſionem irrepſit, regnauitq; aliquot menſes, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta conſpiratione ſeptẽ optimatium eſt interfectus. Vide Herodo. lib. 2.

SMILAX,(σμίλαξ)puellæ nomen, quæ amore Croci pueri capta exarſit, mutataq; eſt in fruticem ſui nominis, quæ ſimilis eſt hederę. ſiue in flores, ut ait Oui. lib. 4. Meta. Et Crocon in paruos uerſum cum Smilace flores.

SMILAX,ſmilacis, pen. gen. cor. (σμίλαξ)arbor eſt abietem magnitudine & folijs referens, in Italia & Narbonenſi Gallia, Hiſpaniæ contermina abundans: quam Latini Dioſco. teſte, Taxũ appellant. Baccas habet letales, in Hiſpania prȩcipue. Ligno quoq; exitialis eſt, adeo ut compertum ſit, lagenas uiatorias ex eo confectas, ex ijs bibentibus exitio fuiſſe. In Arcadia uero etiam umbram letiferam eſſe tradunt ſub ea aut dormientibus, aut cibum ſumentibus. Galli Iſum uocant, puniceam arcubus materiam ſuppeditans. Smilax hortenſis, (σμίλαξ κηπαῖα)frutex eſt hederæ folijs, ſed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreolis uncinis fruticibus circũuolutis, qui in tantum altitudinem excreſcunt, ut topiarias ſcenas repræſentare uideantur. Siliquas habet fœnogræci, ſed longiores, & toroſiores, in quibus fœmina includuntur renibus ſimilia inæqualiter ſuluſcẽtia. Aetius una cum recentioribus eandem hanc plantam eſſe exiſtimat, quam alio nomine Phaſiolum appellant, non illum quidem candidum, ſed rubentem, qui & Lobos & Dolichos dicatur. Eſt & Smilax aſpera. (σμίλαξ τραχεῖα)frutex hederæ ſimilis, denſis geniculatus caulibus, ſpinoſus, fruticoſis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infauſta, omnibus ſacris & coronis, eo quod lugubris ſit. Eſt & Smilax læuis, (σμίλαξ λεία)folijs hederæ non diſſimilibus, ſed mollioribus, læuioribus, & tenuioribus, nullis horrens ſpinis. Circũuoluitur arboribus: fructumq; parit lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, & rotundis. Ouid. lib. 4. Metam. Et crocon in paruos uerſum cum ſmilace flores.

SMINTHEVS,(σμινθεὺς)Apollinis cognomen, qui apud Chryſam Aeolidis urbem colebatur, à muribus, quos Græcorum nonnulli σμίνθας appellant, impoſitum. Qua de re duplex ab Homeri interprete affertur opinio: quarũ prior eſt fuiſſe in Chryſe oppido Aeolidis, Crinim ſacerdotem Apollinis: cui Deus iratus, immiſit in agros illius mures qui fructus illius uaſtabant: poſteaq; eiuſdem ſacrificijs placatus, cum peſtem hanc tollere uellet, ad Orodem paſtorem illius uenit. à quo hoſpitio, acceptus, pollicitusq; mali remedium, mures ſagittis omnes interfecit: eoq; facto iuſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe diuertiſſe, & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templum deo conſtruxit, uocauitq; Apollinis Sminthei, quod Aeolicæ linguæ dialecto mures σμίνθοι uocantur. Altera talis eſt: Quum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperunt,

perunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terræ geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorum lora arroſerunt: itaque mane cum id factum uiderent, memores oraculi urbem poſuerunt, eamq; Sminthiam appellauerunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab euentu Sminthea cognominarunt. Ouid. libro 6. Faſtor. Conſulitur Smintheus, lucoq; obſcurus opaco.

SMINTHIVM, ſiue Smintheum, penult. produ. (σμινθεῖον) Apollinis delubrum, circa Chryſum urbem, quæ fuit in confinio Troadis & Aeolidis, teſte Strabo. lib. 13.

SMYRNA, {*Le Smirre le ſmirne. Boc. Gior. 2. Nou. 7. Oſbec allora Re de Turchi, ilquale in continoa guerra ſtaua con l'Imperadore, in queſto tempo uenne per caſo alle Smirne*} (σμύρνα) urbs Ioniæ clariſſima. Melete amne irrigata. Homeri, ut plurimi credunt, patria. De hac Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam euertiſſent, circiter annos quadringentos in uici modum manſit habitata. Poſtmodum Antigonus eam ſuſcitauit, deinde Lyſimachus: & nunc omnium pulcherrima eſt. Eius pars in monte ſita eſt, pars maxima in cãpo, præter portũ, & gymnaſium & matronarum locum. Viæ ſunt in tectum pro uiribus diſtinctæ, & lapidibus inſtratę, porticus magnæ quadratæ, planæ & altæ. Habet etiã bibliothecam, & Homerum, hoc eſt, porticum quadratum cum Homeri templo & ſtatua. Nam & hi maxime hunc poetam ſibi uendicant: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus uocatur. Bis mœnia Meles amnis præterfluit, ad cæteram ſtructuram etiam portum clauſum habet. Hac. Strabo. Hanc Theſeus Theſſalus, in memoriam uxoris ſuæ, quæ Smyrna uocabatur, extruxit. Smyrnam item Græci uocant aromatis genus, quod alio nomine Myrrham appellamus.

SMYRNIVM (σμύρνιον) herba eſt ex paucis generibus, myrrhæ odorẽ referens: unde & nomen accepit. Vulgus Leuiſticum appellat. Deſcriptionem eius uide apud Pli. lib. 12. cap. 15. Theoph. lib. 9. cap. 3. & Dioſc. lib. 1. cap. 77.

S ANTE O.

SOANA (σόανα) teſte Ptolemæo lib. 11. dicta ſunt oſtia fluuii cuiuſdam in Taprobana inſula.

SOANES (σόανες) populi Aſiæ, Caucaſi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strab. lib. 11.

SOBOLES, {*Succesſione, figliuolanza*} (γονή) id eſt, proles, ab oleſcendo, id eſt, creſcendo dicta. Plin. lib. 20. cap. 34. Amor utriſque ſobolis æqualis. Cicer. 1. Offic. Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio & ſoboles, origo eſt Rerumpub. Verg. 4. Eclog. Chara deum ſoboles, magnum Iouis incrementum. Idem 4. Aene. Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. Cic. 3. de Legib. Cenſores populi æuitates, ſoboles, familias pecuniaſq; cenſento. Colu. li. 9. c. 14. Ne nouæ ſoboles diffugiant.

SOBOLESCO, is, ſcere, {*Figliuolare*} (ὑποφύομαι) ſubnaſcor, ſuccreſco. Liu. 9. Bell. Pun. Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem præbuiſſe maiorem ſemper, frequentioremq; pro tot cæſis exercitibus ſoboleſcentem. Quo tamen in loco Suboleſcentem, potius legendum uidetur.

SOBRINI, {*Cugini, germani, figliuoli de ſorelle*} (ἀνεψιοί) duarũ pluriumve ſororum filii: quaſi ſororini. Terent. in Andr. Quem uideo? eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Idem in Phorm. Eho tu ſobrinum tuum non noras?

SOBRIVS, a, um {*Sobrio*} (νήφων, νηφάλιος) non ebrius, ſanæ mentis. Teren. in Andr. Tu pol homo non es ſobrius. Cic. 4. Acad. Ne uinolenti quidem quæ faciunt eadem approbatione faciunt, qua ſobrii. Pocula ſobria. Tibul. li. 1. Eleg. 6. At ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula uictor aqua. Rura ſobria. Id eſt, in quibus antea uinum non naſcebatur. Stat. 4. Syl. Sic uitifero ſub palmite nudos Vmbrauit colles, & ſobria rura Lyæus. Sobriè aduerb. temperanter. Cic. 1. Offi. Intelligemus quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere: quamq; honeſtum parcè, continenter, ſeuere, ſobrie.

SOCCVLVS, li, diminutiuum, (ἐμβάδιον) paruus ſoccus. Sueto. in Vitell. Pro maximo munere à Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalciandos, detractumq; ſocculum dextrum inter togam tunicaſq; geſtauit. Plin. lib. 9. cap. 35. Cum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt.

SOCCVS, ci (ἐμβάς) per duplex c, genus calciamenti, humilius cothurno, quod non tantum Comœdorum erat (ut apud Horat. Hunc ſocci cepere pedem) ſed etiam mulierum. Sueto. de Calig. Sæpe gemmatas depictaſq; penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit: aliquando ſericatus & cycladatus, ac modo in crepidis et cothurnis, modo in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri.

SOCER, ſoceri, pe. cor. {*Socero. meſſere. padre della moglie, padre del marito*} (πενθερός) uxoris meæ pater à quo ſit ſocrus. Socrus, (πενθερά) uxoris meæ mater. Cice. 1. Offi. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lauantur. Socer magnus uxoris meæ auus, qui & Proſocer dicitur: cuius relatiuum eſt Progener. Sic etiam auus meus, Socer magnus eſt uxoris meæ illa illi Pronurus. Socer autem & Socrus dicuntur, quia ſibi generum aſſocient. Conſoceros uocãt quorum filii inter ſe matrimonio copulati ſunt. Verbi gratia: Ego illi conſocer ſum, et ille mihi conſocer eſt cuius filio filia mea nupſit.

SOCERVS, ri. (πενθερός) idem qui & ſocer. Plaut. in Menæch. Abiit ſocerus, abiit medicus, nunc ſolus ſum.

SOCHIS, Aegypti rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliſcos quatuor, 48. cubitorum longitudine dedicauit. Auctor Plin. lib. 36. cap. 8.

SOCIALIS, & hoc, le, {*Compagneuole, da compagno*} (συμμαχικός. ἑταιρικός) quod eſt ſociorum: ut Amor ſocialis, qualis eſſe ſolet inter ſocios. Ouid. 7. Metam. Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat. Anni ſociales. Sociale bellum quod cum ſociis geſtum eſt: alio nomine Marſicum appellatum, quoniam à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium. Sociale autem, quia omne Latiũ, Picenum, & Hetruria omnis, atque Campania, poſtremo Italia tota in perniciẽ Romanorum coiit. Fœdus ſociale. Liu. 4. Bell. Maced. Cum qui hoſtes nunquã fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe iungendam coeant. Hinc aduerbium Socialiter, quo uſus eſt Hora. de Arte: Non ut de ſede ſecunda Surgeret, aut quarta ſocialiter.

SOCIABILIS, & hoc le, {*Compagneuole, ſociabile*} quod facile coniungitur alteri. Plin. lib. 16. cap. 42. Eadem & curribus maxime ſociabilis glutino in tantum ut ſindatur ante quàm ſolida eſt. Liu. Bell. Maced. Meliora quoque exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, ſalutarem per multa ſecula, ipſis, patriæq;.

SOCIALITAS, tatis, pro ſocietate ſeu ſodalitio, {*Compagnanza, compagnia*} (ἑταιρία) uox eſt ſatis infrequens claſſicis ſcriptoribus, qua tamen uſus eſt Plin. Iunior in Pan. Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademq; illa ſocialitas intereſſet.

SOCIENVS, {*Compagno*} antiquis in uſu fuit pro ſocio: quod & Noni. annota. Plaut. in Aul. Ibo intro, atque illi ſocieno tuo iam interſtringam gulam.

SOCIETAS, {*Compagnia*} (κοινωνία) fortunæ & periculi participatio, quæ ſit, cum ſocium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus. Cicero. 1. Verr. Video enim permulta eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre eiuſmodi eſt ut ea in accuſando attingere non audeas. Liu. 8. Bell. Maced. Decreuerant renuntiandam ſocietatem. Achæis. Liu. 1. ab urb. Infida regni ſocietas.

SOCIO, as, {*Accompagnare*} (συμμίγνυμι, συνεταιρίζω) iungo: quaſi ſocium ſocio appono. Colum. li. 4. At ſiqui eum ſcientia ſociauerint diligentiam. Verg. 1. Aene. Terræq;, mariſq; Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos, Vrbe, domo ſocias. Ouid. 10. Metam. Quod ſi felicior eſſem, Nec mihi coniugium fata importuna negarent, Vnus eras cum quo ſociare cubilia uellem. Socians, tis, particip. Ouid. 11. Metam. Tumuli de uertice cernunt Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis. Sociandus, a, um, Horat. 4. Carm. Ode 9. Verba loquor ſocianda chordis. Sociatus, a, um, Ouid. 2. Amor. Eleg. 8. Quis fuit inter nos ſociati corporis index? Sociatrix, cis, uerbale. Valerius Flacc. 5. Argo. Sed me nuda fides, ſanctiq; potẽtia iuſti. Hoc tulit, ac medii ſociatrix grata Phryxi. Eius compoſita ſunt, Aſſocio, Conſocio, & Diſſocio: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SOCION, Philoſophus Peripateticus, genere Hiſpanus, ſcripſit (κέρας ἀμαλθείας, id eſt Cornu copiæ, librum multæ uariæq; doctrinæ. Auctor Gell.

SOCIVS, ſocii {*Compagno*} (ἑταῖρος, κοινωνός) qui pari conſilio, ſpe, & periculo, rem aliquam cum altero aggreditur. Cice. 5. Verrin. Nam ſocii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Idem ad Attic lib. 11. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ ſocium. Lucr. lib. 1. Nulla fides regni ſocius. Verg. 2. Aeneid. Addũt ſe ſocios Rhipheus, & maximus armis Iphitus. Hinc Romani Socios ſuos (συμμάχους) appellabant, quos ita fœdere coniunctos habebant, ut & belli & pacis eſſent participes. Inter negotiatores quoque Socii dicuntur, qui lucri damniq; cõmunionem inierunt. Cic. pro Qu. Roſ. Qui ſocium fallit, in uirorũ bonorum numero non eſt habendus. Societatis itaque coniunctio fortunarum, et periculi communionem importat: fitq; propemodum inter pares. Comitum uero appellatio proprie ad eos pertinet, qui non tam ſui cauſa, quàm ut alium proſequantur, iter, aut expeditionem arripiunt. Cæſar de Labieno: Cum ſe uictoriæ Pompeii comitem eſſe mallet, quàm ſocium Cæſaris. Sodales uero (ut Caio Iuriſconſulto placet) proprie dicuntur, qui eiuſdem ſunt collegii: aut certe qui rerum leuiorum iucundiorumq; inter ſe ſunt participes. Hinc deducitur fœm. Socia, (ἑταίρα) ut, Thori ſocia, id eſt, uxor, quæ cum marito nõ proſperæ ſolum fortunæ, ſed & aduerſæ, ſocietatem init. Ouid. 10. Metam. Appellatq; tori ſociam.

Socius, a, um, adiectiuum. Ouid. 13. Metam. Dii maris exceptum ſocio dignantur honore. id eſt, honoris ſocietate dignantur. Oui. 5. Triſt. Eleg. 11. Exercent illi ſociæ commercia linguæ. Verg. 1. Aeneid. Primus ſe Danaum magna comitante caterua Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens Inſcius. Socia nox, quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. Philip. Cum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine.

SOCORS, cordis {*Fuor di mente, che non ha ceruello, di poco ſenno, ſtordito*} (ῥᾴθυμος) ignauus, tardus, quaſi ſine corde. Cice. de Clar. Orat. Nam M. Glabrionem ſocors ipſius natura, negligenſq; tardauerat. Idem 1. de Natu. deo. Homines non ſocordes. Hinc Socordia, diæ, (ῥᾳθυμία) negligentia & tarditas. Auctor ad Heren. li. 1. Philoſophia uitanda eſt: affert enim ſocordiam atque deſidiam. In eadem ſignificatione dicimus & Secors, & Secordia, de quibus ſupra ſuis locis.

SOCRATES, pen. cor. {*Socrate*} (Σωκράτης) philoſophus Athenienſis, Apollinis oraculo omnium ſapientiſſimus iudicatus, qui philoſophiam naturalem primus in moralem tranſtulit. Hic æquabilitatem in omni uita ſeruauit, adeo ut idem ſemper uultus, eademq; frons ſiue proſperis, ſiue aduerſis rebus extiterit uſque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum ſapientia, eodem ſemper uiſum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore, uxores, Xantippem & Myrto Ariſtidis Iuſti filiam, quæ quum crebro inter ſe iurgarent, & ille eas derideret, quod propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalua frõte, piloſis humeris, repandis cruribus diſceptarẽt, nouiſſime uerterunt in eum impetum, & male mulctatum fugientemq; diu perſecutæ ſunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, quur mulierem tam acerbam domo non exigeret: Quoniam, inquit, quum illam domi talẽ perpetior, inſueſco et exerceor quo foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandã eſſe Xantippes maledicentiam. Tu, inquit, nonne toleras anſeres clamore perſtrepentes? eoq; reſpondente, Nec mirum, cum mihi oua & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates Xantippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniſcus ſtatuarius, mater Phanareta obſtetrix. Hic in paupertate beatiſſimus, amicis olim audientibus dixit: Emiſſem pallium, ſi nummos haberem: neminem popoſcit. omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, poſtea ad Archelaum phyſicum ſe contulit. Poſtea animaduertens, naturalis ſpeculationis fructum nullum eſſe, inuenit primus Ethicen, id eſt, moralem philoſophiam, ad quam tranſiens, fertur dixiſſe, Quę ſupra nos, nihil ad nos. Auctor eſt Xenophon, Socratem nunquam de natura rerum, neque de ſublimioribus rebus diſputaſſe, quum ea ſint ſupra captum hominum. Cum præter cæteros ſuo tempore mortales, & uita caſtiſſimus, & moribus patientiſſimus fuerit, exempla utriuſque rei conſtant. Nã & patientiam Gellius pulchro ſcommate refert: Cum uxorem Xantippem contumaciter ac clamoſius è loco ſublimiore in ſe agentẽ diu tolerasſet, & poſtremo aqua ab ea eſſet perfuſus, cœpit ridens dicere, Sciebam Xantippen, ubi detonuiſſet, quandoque pluituram. Caſtitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus Phyſiognomus Socratem ex phyſiognomia iudicarit omnium libidinoſiſſimum eſſe: cuibus autem tanquam falſa locutum cum ridentibus, Socrates minime mentitum dixit, ſed naturæ uim ſe animi uirtu

te oppreſſiſſe. Cicero tamen de fato non laſciuum, ſed bardum ac mente ſtupidũ & obtuſum à Zopyro dicit fuiſſe iudicatum. Nil unquam ſcripſiſſe conſtat, ſed eius diſſertationes à Platone commemorantur. Dæmonẽ ſe habere dicebat, qui ſibi futura prædiceret. Ex Socratis uarijs & in oẽm partem diffuſis diſputationibus plures fluxere diſcipuli, & quum alius aliud apprehenderet, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, cum tamen omnes ſe philoſophos Socraticos & dici uellent, & eſſe arbitrarentur. Primum ab ipſo Socrate Plato, à Platone Ariſtoteles, & Xenocrates. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat, Cynica. & ab Ariſtippo, quem maxime uoluptariæ diſputationes delectarunt, Cyrenaica philoſophia manauerunt. Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, ut Erethricorum, Megaricorũ, Pyrrhonicorum, qui ſe Socraticos eſſe dicerent. Vnde merito philoſophorum fons Socrates appellatus eſt. Accuſatus poſtremo ab Anyto quodam diuite, et Melito poeta, et Lycone Oratore, uel quod de Dijs male ſentiret. uel, ut alijs placet, ob flagitioſam in pueros libidinem: in carcerem coniectus, ac è uinculis cauſam dicere iuſſus, neglexit: & Lyſiæ orationem elegantiſſimam reſpuit, ut ſcribit Cice lib. 1. de Orat. Imitatus eſt (inquit) homo Romanus & Conſularis ueterem illum Socratem, qui cum omnium ſapientiſſimus eſſet, ſanctiſſimeq́ uixiſſet, ita in iudicio capitis pro ſe ipſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed ut magiſter, aut dominus uideretur eſſe iudicum: quinetiam cum ei ſcriptam orationem diſertiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quam, ſi ei uideretur, ediſceret, ut ea pro ſe in iudicio uteretur, non inuitus legit, & commode ſcriptam eſſe dixit: Sed (inquit) ut ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quãuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles: ſic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem non uideri. Interrogatus deinde ex more à iudicibus, quanam pœna ſe dignum iudicaret. Vt, inquit, in Prytaneo alar ex publico. Qua eius uoce irritati iudices, eum capitis damnauerunt, & ad ebibendam cicutam compulerunt, quam ille intrepide, & non alio uultu, quam quo uinum ſolet, exhauſta deceſſit. Sed ſtatim populus mortẽ eius ita doluit ut accuſatores eius partim morte, partim exilio puniret, et ipſi Socrati ſtatuam æream dedicaret. Socrates alter pictor fuit, inter cuius opera enumeratur Ocnus quidam nomine, funem torquens, aſtante interim aſello, prærodenteq́ quicquid ille torſiſſet: cuius picturæ meminit Plin. lib. 35. cap. 11. quanquam Pauſanias eam Polygnoto mauult attribuere. Ad hanc tabulam alludit Propertius, cum ait: Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Aſſiduusq́ tuam paſcat aſelle famem. Alius Socrates Conſtantinopolitanus, qui hiſtoriam eccleſiaſticam à tempore Apoſtolorum uſque ad Chryſoſtomum contexuit cuius etiam ætate uiguiſſe putatus.

S O C R V S huius ſocrus, {*Socera, madonna, madre de la moglie, ò del marito*} (πενθερά) uxoris mater aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur Cice. pro Cluent. Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium. Claudi. 1. in Eutrop. Qualis uenit arida ſocrus Longinquam uiſura nurum.

S O C V S. (Σῶκος) per ſimplex c, fuit uir Troianus animo & corporis dignitate generoſus. Hic, Homero teſte, magno animo Vlyſſem uulnerauit: ſed ab eo deinde ipſo interfectus eſt.

S O D A L I S, huius ſodalis, {*Compagno di conuiti*} (συνέστιος, ἑταῖρος) cetum lætiorum, leuiorumq́ cum altero particeps. Quint. in Gladiatore: Et tempeſtiua conuiuia, & peruigiles iocos, aduocata ſodalium turba, ſolutus atque affluens agerem. Cicero pro Plancio. quos tu ſi ſodales uocas. officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Verg. 10. Aeneid. Nam Pallas ante iuuentem, Dum furit incautum crudeli morte ſodalis, Excepit, atque enſem tumido in pulmone recondit. Horat. 1. Carm. Ode 36. Caris multa ſodalibus, &c. Ouid. 1. de Arte, Cognatum, fratremq́ caue, fidumq́ ſodalem: Præbebit ueros hæc tibi turba metus. Caius Iuriſconſultus Sodales interpretatur, qui ſunt eiuſdem collegij. Hinc Sodalitas, atis, (συνωρίς) collegium, ſeu familiaritas, & conuictus multorum. Cice. de Senect. Sodalitates autem me Quæſtore conſtitutæ ſunt. Idem pro Cælio: Fera quædam ſodalitas, & plane paſtoritia atque agreſtis germanorum Lupercorum. Sodalitium, tij, idem quod ſodalitas. Ad Heren. 4. Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum. Cic. pro Planc. Sed aliquando ueniamus ad cauſam, in qua tu nomine legis Liciniæ q̃ eſt de ſodalitijs, omnes ambitus legis complexus es. Idem in Salluſt. Non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. Dulce ſodalitium. Catu. Epigr. 95.

S O D E S, (ἄγε) quidam aduerbium precationem uel exhortationem denotans, ut arbitrantur. Priſcianus putat eſſe uerbum defectiuum, cum ait, quædam uerba eſſe, quæ in uſu deficiunt perſonis, ut Cedo, Sodes, Salue, Aue, Faxis, Inſit, Inquam, Foret, Fio, Dictum Sodes, pro ſi audes: ut Sis, pro ſi uis: Illico, pro in loco. Cic. in Orat. Libenter etiam copulando uerba iungebant. ut Sodes, pro ſi audes: Sis, pro ſi uis.

S O D O M A, æ, (Σόδομα Stephano) oppidũ Palæſtinæ, unũ ex ijs quę Aſphaltide lacu hauſta eſſe ſacræ literæ teſtantur. Strab li. 6. auctor eſt, Sodomam olim XIII. urbium caput fuiſſe, urbemq́ magnam, quippe cuius etiam illa ætate ſexaginta ſtadiorum fuerit ambitus.

S O G D I A N A, (Σογδιανή) Sogdiorũ regio in Aſia, quæ (ut libr. 6. ait Ptol.) à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Satis, a Meridie & Occaſu Bactriana. In ea ſunt urbes, Oxiana, Maruca & Alexandria, quam (ut Solinus ait) Alexander tertiam condidit, ad conteſtandos itineris ſui terminos.

S O L, huius Solis. {*Sole*} (ἥλιος) Planetarum omnium medius, & temporum diſpenſator, ut qui aduentu ſuo diem, receſſu noctem efficiat. Dictus Sol, quaſi ſolus, quod unus ſit, & non plures, ut ſentit Cice. 2. de Natu. Deor. quodq́ tantam claritatem ſolus obtineat, ut ſolus quum eſt exortus, obſcuratis omnibus alijs, appareat. Cice. 2. de Natu Deo. Sol, qui aſtrorum obtinet principatum. Idem 1. Tuſcu Sol moderator & dux temporum. Verg. 3. Georg. Diffugiunt, non Eure tuos, neque ſolis ad ortus. Idem 1. Georg. Quid cogitet humidus Auſter, Sol tibi ſigna dabit Solem quis dicere falſum Audeat? A primo Sole: hoc eſt, ſtatim poſt Solis ortum Iuuen. Saty. 2. Officium cras Primo à ſole mihi peragendũ in ualle Quirini. Niger Sol, hoc eſt, infauſtus. Horat. 1. Serm. Saty. 9. Huncccine ſolem Tam nigrum ſurrexe mihi? Sole nouo. Verg. 1. Georg. At cum ſole nouo terras irrorat Eous. Id eſt, oriente die & ſole adhuc recenti necdum feruenti, ut interpretatur Seruius. Soles tamen plurali numero, pro diebus legimus. Verg. libr. 3. Aene. Tres adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago.

Et Soles, ſolis ſplendor uel radij dicuntur. Marti. Hibernis obiecta locis ſpecularia puros Admittunt ſoles, & ſine fæce dies. Item Soles, æſtus uel ardores ſolis. Horat. 1. Epiſt. 21. Corporis exigui præcanum ſolibus aptum. Hinc Inſolo, as, (ἡλιάζω) de quo ſupra. Solifer, ra, rum, adiectiuum, ἡλιοφόρος. Senec. Herc. Oetæo: Aut qui ſoliferæ ſuppoſitus plagæ Vicino Nabathæ uuluera dirigit. Soligena, æ, pen. cor. ἡλιογενής. Valer. Flac. 5. Argon. Nec fama ſefellit Soligenam Aeetem media regnare ſub Arcto.

S O L A M E N, inis, {*Conſolatione, ſpaſſo*} (παραμύθιον) idem quod ſolatium. Cice. in Læl. Etſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen ferret mihi ætas ipſa ſolamen. Verg. 3. Aen. Solamenq́ mali de collo fiſtula pendet.

S O L A N V M, (στρύχνος) herba eſt, quatuor generum, quorum unum, quod Solanum ſatiuum, ſiue hortenſe dicitur: (στρύχνος, κηπαῖος) cibi aptum eſt, haud magno frutice, ſed alis frequentibus, nigro folio, maiore quàm ocymi, acinis rotũdis, cum maturuerint, nigricantibus aut ruffeſcentibus. Officinæ Solatrum uocant, uulgus Morellam. Alterum Halicacabon cognominant folijs ſupra dicto ſimilibus, ſed latioribus, caulibus cum increuere, in terram inclinatis. Semen fert in folliculis rotundis ad ſpeciem ueſicarum, orbiculatum, rubens & leue, acinorum uuæ figura. Mauritani Alcaquengi nominant, ruſtici in Gallia Cocretũ. Tertium ſolani genus ὑπνωτικόν, hoc eſt, ſomniferum dicitur, ab effectu. Eſt enim naturæ frigidiſſimæ: ita ut & uelocius, quàm opium necem afferre credatur. Vulgus Solatrum marinum uocitat. Quartum ſolani genus peculiariter μανικὸν dicitur à in inſaniam gignendi. Nam drachmæ pondere datur, ut ſibi quis placeat, pulcherrimumq́ exiſtimet: duplicato pondere, uana ſpectra animo offert: triplicato legitimus, perpetuusq́ ſubit furor: ſi quid adijcitur, præſentanea mors rapit. Vulgus Solatrum mortale nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib. 27. cap. 13.

S O L A N V S, a, um, pen. pro. (ἡλιακός) idem quod ſolaris. Hinc Subſolanus uentus, (ἀπηλιώτης) qui ſub ſole oriente naſci uidetur.

S O L A R I S, & hoc re {*Del ſole ſolare,*} (ἡλιακός) quod eſt ſolis, ut, Radij ſolares. Annus ſolaris, cum ſol expleto per omnia ſigna circuitu ad id unde digreſſus fuerat redit, quod fit fere CCCLXV. diebus & quadrante. Solaris herba, teſte Celſo, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quod ſe cum ſole circumagat, etiam nubilo die: tantus eſt eius ſideris amor. Lumen ſolare, Ouidius 5. Triſt. Eleg. 10.

S O L A R I V M, rii, {*Horologio del ſole*} (ὡρολόγιον ἡλιακὸν) inſtrumentum in quo horæ ad ſolem conſpiciuntur, ueruto umbram faciente, uel pinnula. Cice. pro Quint. Non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis uerſatus eſt. Id eſt, in foro Romano, ubi erat ſolarium. Primus Romanis hoc ſtatuiſſe dicitur L. Papyrius Curſor ad ædem Quirini duodecim annis, ante quàm cum Pyrrho bellatum eſt. Nam prius ortus tantum & occaſus Solis nominabantur, poſt aliquot annos adiecta meridie. Eſt item Solarium, uaporarium quoddam in aprico loco ſitum, ad colorem ſolis excipiendum, idem cum eo, aut certe ſimilimum illi, quod Græci ἡλιοκάμινος appellant. Vlpia. l. Si arborem. Digeſt. de Seruitu. urbanor. præd Si arbor in heliocamino, uel ſolario, ſolem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui Sol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Plaut. in Mili. Nam certo neque ſolarium apud nos eſt, neque hortus ullus, neque feneſtra, niſi clatrata. Eſt præterea Solarium à nomine Solũ ſoli, ſignificatq́ uectigal, quod pro ſolo penditur. Qua uoce utitur Vlpian. l. 1. ff. ne quid in loco uel itin. publ. fiat. Si quis nemine prohibente, in publico ędificauerit, ſi tamen obſtet ędificium publico uſui: utique is, qui operibus publicis pręeſt, debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. Sic enim uectigal hoc appellatur, ex eo quod pro ſolo pendatur.

S O L A T I, (ἡλιαζόμενοι) dicuntur qui ſole correpti ſunt, quemadmodum Siderati, qui ſidere. Plin. lib. 29. cap. 6. Sic & ſolatis proſunt.

S O L A T I V M. {*Conſolatione, ſpaſſo, piacere ſolazzo*} (παραμυθία) ipſa conſolatio: & propriè rebus fit. Quint. in Pariete palmato: Cæcitatis miſeræ ſolatiũ eſt, habere rem uidentium. Cice. Mario lib. 7. Vacare culpa magnum eſt ſolatiũ. Verg. 9. Eclog. Heu tua nobis Pene ſimul tecũ ſolatia rapta Menalca. Quint. in Proœ. lib. 6. Credendumq́ doctiſſimis hominibus, qui unicum aduerſorum ſolatium literas putauerunt Ouid. 8. Metamor. Sed uincite fratres, Dummodo quæ dedero uobis ſolatia, uosq́ ipſa ſequar. Cice. de Clar. Orator. Vos uero, inquam, Attice, & præſentem me cura leuatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis. Solatiolum, li, pen. cor. diminutiuum. Catull. ad Paſſerem Lesbiæ, Epigram. 2. Vt ſolatiolum ſui doloris.

S O L D V M, pro ſolidum. Mart. lib. 1. Ex inſulis fundisq́ tricies ſoldum.

S O L D V R I I. Gallicum eſt uocabulum arctiſſimum amicorum genus ſignificans, quos Latine Deuotos dicere poſſumus: eorumq́ eiuſmodi erat conditio, ut omnibus in uita commodis una cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ addixiſſent: & ſi quid eis per uim accidiſſet, aut eundem caſum ſubirẽt, aut ſibi mortem conſciſcerent. Auctor Cæſar Bell. Gall. lib. 3.

S O L E A, æ, {*Suola*} (ἐμβάς, κρηπίς) calceamenti genus, quo ſolæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, anſulis tantum quibuſdam in ſuperiore parte coeuntibus reuinctum, quod ſolo pedis ſubiiciantur. Plau in Truc. Date iam ſoleas, utque intro me acturum ducite. In equis quoque et mulis Soleæ dicuntur ferramenta illa quæ pedibus illorum ſubiiciuntur. Catul. Et ſupinam animam in graui derelinquere cœno, Ferreã ut ſoleã tenaci in uoragine mula. Eſt etiam Solea inſtrumentum, quo oleum ex oliuis exprimebatur. Colum. lib. 12. ca. 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores ſunt quam trapetum. trapetum, quàm canalis & ſolea. Item Solea genus piſcis plani, à ſimilitudine ſoleæ. Plin. libr. 11. Rhombi, ſoleæ, paſſeres, habent formam planam. Solea item dicitur materia roborea, ſuper quam paries craticius extruitur: ut ex Verrij ſententia annotauit Feſtus.

S O L E A R I I, {*Scarpolini*} (ἐμβαδοποιοὶ) ſolearum ſutores. Plaut. in Aulu. Solearij aſtant, aſtant molochinarij.

S O L E A T V S, {*Solato*} (κρηπιδωτὸς) qui ſoleis indutus eſt. Gell. li. 13. ca. 20. Quur ſoleatos dixiſſet, qui Gallicas non haberent ſoleas. Cic. 7. Verr. Stetit ſoleatus Prętor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaq́ talari, muliercula nixus in litore. Mart. lib. 12 Etſi iam lotus, iam ſoleatus erit.

S O L E N E S, pe pro. (σωλῆνες) genus concharũ, quod & Onychas & Digitos uocamus, itéq́ donacas & aulos. Solenes, ut arbitror dicti à canaliculata longitu-

tudine, σωλῆνας enim Græci canales appellant. Hinc Soleniſtæ, (σωληνισταὶ) dicuntur, qui id genus concharum piſcantur. Quo cognomine Philoxenū quendam dictum legimus, q primum σωληνοθήρας, fuiſſet, deinde Demagogus, & poſtremo tyrannus effectus. Vide Cœl lib. 13. cap. 5.

SOLENNIS, & hoc, ne, {*Solenne*} (ἐνιαύσιος) quod quotannis fieri ſolet. Vale. Maxi. Maiores ſtatas ſolenneſq; cæremonias Pontificum ſcientia bene gerendarum rerum auctoritate, &c. Verg. 2. Aen. Solennes taurum ingentem mactabat ad aras. Horat. 4. Carm. Ode 11. Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem Iure ſolennis mihi, ſanctiorq; Pene natali proprio. Ouid. 5. Faſto. Solennes ludos circi celebrate Quirites. Salluſt. in Catil. Sicut in ſolennibus ſacris fieri conſueuit. Verg 3. Georg. Iam nunc ſolennes ducere pompas Ad delubra iuuat, cæſoſq; uidere iuuencos. Accipitur aliquando Solenne, pro ſolito, recepto, & cōſueto. Sueto. de Auguſt. Fœminis ne gladiatores quidem quos promiſcue ſpectari ſolenne olim erat, uiſi ex ſuperiori loco ſpectare conceſſit. Cic. Att. lib. 7. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, ut nequem iſtuc euntem ſine literis dimittamus.

SOLENNITAS, atis, {*Solennità*} (ἑορτή) quæ quotannis celebratur. Gel. lib. 2. cap. 24. Per dierum uarias ſolennitates.

SOLENNITER, {*Solennemente*} aduerb. Liu. 5. ab urbe: Ibiq; omnibus ſolenniter peractis, eadem reuertens. Plin. lib. 8. cap. 1. Ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti, &c.

SOLENNITUS, {*Solennemente*} ueteres pro ſolenniter uſurparunt: qd' & annotauit Nonius, citans Lucil. in Aegiſtho: Solennituſq; cum laudet lubens.

SOLENNE, nis, {*Solennia, ſolenne*} (ἑορτή) & Solennia, ſolennium, ſubſtantiuum, feſta, quæ ſingulis annis certo tempore fiunt. Iuue. Sat. 10 Incolumi Troia Priamus uenisſet ad umbras Aſſaraci magnis ſolennibus. Tacit lib. 12. Et funera ſolenne perinde ac diuo Auguſto celebratur. Idem lib. 11. Cūcta nuptiarum ſolennia celebrat. Vergil. 6. Aeneid. Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent.

SOLEO, es, ſolitus, {*Soglio*} (εἴωθα, φιλέω) idem ferè q conſueui. Vergil. Vnde omnia Troia uideri Et Danaum ſolitæ naues & Achaica caſtra. Teré. in And. Quod uulgus ſeruorum ſolet, dolis, ut me deluderes. Verg. 10. Eclog. Solet eſſe grauis cantantibus umbra. Cic. de Amic. Si prius, quod maxime reprehendere ſolitus ſit, edixero. Solere cum uiro, aut muliere, eſt rem ſiue conſuetudinē habere, συγγενέσθαι. Plaut in Ciſtel. Frigidam ſubdole ſuffundunt. uiris cum ſuis nos ſolere prædicant. Apud antiquos legitur & præteritum Soluit: quod & Feſtus annotauit, citans locum Cœlii ex Annal. lib. 7. Duos & ſeptuaginta lictores domum deportauiſſe, qui dictoribus hoſtium antea ſoluerant ferri. Salluſt. lib. 2. Hiſtor. Neq; ſubſidiis, uti ſoluerat, compoſitus. Solens, tis, participium. Plaut. in Epid. Ego abſceſſi ſolens Paulum ab illis. Id eſt, ut ſoleo. Idem in Amph. Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Solitus, a, um, nomen ex participio. Ouid. 6. Metam. Vt ſolito finem impoſuere labori. Solito, ablatiuus, qui ſolis comparatiuis nominibus aut aduerbiis iungitur. Liu. 5. Bel. Pun. Reate ſaxum ingēs uiſum uolitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineoq; ſimilis. Ouid. 14. Metam. Ille fugit, ſed ſe ſolito uelocius ipſe Currere miratus. Solito, as, are, frequentatiuum, Vide infra. Huius compoſita ſunt, Aſſoleo, Abſoleo, Obſoleo, Inſolens, & inſolitus: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SOLERS, huius ſolertis, om. gen. {*Solerte, diligente, ingenioſo, induſtrioſo, ſottile*} (ἀγχίνοος, δεξιός, πανοῦργος) induſtrius, ingenioſus, acutus, dexter. Teré. in Eunuc. Fac periculum in literis, Fac in palæſtra, in muſicis: quæ liberum Scire equum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Cic. pro Roſc. Com. Iam quo quiſq; eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius. Colum. lib. 8. cap. 13. de anſere: Solertiorem cuſtodiam præbet, quàm canis. Vergil. 4. Georg. Quem mihi uir frugum & pecudū cuſtodia ſolers Omnia tentanti extuderat. Cic. de Senect. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inciſiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

SOLERTIA, æ, (ἡ) ἀγχίνοια, δεξιότης) ingenii acumen & dexteritas ad rem aliquam agendam: & tam in bonam partem accipitur, quam in malam. Cice. in Catil. Tum cum dixiſſe, mirari ſe, non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiā eius, à quo eſſent illa dimenſa atq; deſcripta. Claud lib. 3. de Raptu Proſerpinæ: Rerumq; remotas Ingenioſa uias paulatim explorat egeſtas, Vtq; artes pariat ſolertia, nutriat uſus.

SOLERTER, aduerbium, (δεξιῶς) ingenioſè, perſpicaciter, ſubtiliter. Cice. 1. de Legib. Artes uerò innumerabiles repertæ ſunt docente natura: quam imitata ratio, res ad uitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt. Idem 6. Verrina. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſimè perſpicis? Ouid. lib. 11. Metamor. Non illo iuſſos ſolertius alter Exprimit inceſſus, uultumq; ſonumq; loquendi.

SOLET, {*Suolſi, ſi ſuole*} (εἴωθε, φιλεῖ) aliquando imperſonaliter ponitur. & cū particula Vt, uel ſimili, nō inuenuſtè longiori orationis cōtextui interiicitur. Ci. pro Clu. Cùm quędā in collibus, ut ſolet, cōtrouerſia paſtorū eſſet orta. Hoc eſt, ut ferè fit. Eundem uſum habet eius cōpoſitum Adſolet. Cic. in Lælio: Quū in hortos D. Bruti auguris cōmentandi cauſa, ut adſolet, ueniſſemus, tu non affuiſti.

SOLICITO, as, pe. cor. {*Attriſtare, affannare, ſolicitare, dar faſtidio*} (ὀχλέω) inquieto, & curam iniicio ſeu contriſto. Teren. in And. Quin meam ſenectutem ſolicito huius amentia? Plin. Epiſt. lib 9. Nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor. Aliquando inſto, aut ſpem, metum'ue oſtendendo, allicio, (πειράω) ut, Solicitare pudicitiam mulieris, hoc eſt, attentare, & conari labefactare. Solicitare animos militum, (ἀναπειράζειν) eſt ad ſeditionem, defectionem, proditionem'ue conari impellere. Curtius lib. 2. Verumenim uero quū modo milites meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem pecunia ſolicitet, ad internecionem mihi perſequendus eſt, non ut iuſtus hoſtis, ſed ut percuſſor ueneficus. Dictum Solicitare, quaſi ſolo citare, id eſt, ſuo loco mouere. Proprie enim ſignificat terram uertere: ideoq; unico l, ſcribendum uidetur. In carmine tamen aſſumit alterum, quia alioqui tot concurrentibus breuibus ſyllabis, carmen ingredi non poſſet Tibul. Et teneram ferro ſollicitauit humū. Verg. 2. Georg. Sollicitanda tamen tellus, puluiſq; mouendus. Sed quia Solum etiam de mari dicitur, ponitur quandoq; pro nauigare, & mare uertere. Claudian. in Præfa. lib. 1. de Rapt Proſerp. Et rudibus remis ſollicitauit aquas. Sollicitare forem, pro eo quod eſt aperire ianuam. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Per me decepto didicit cuſtode Corinna Liminis adſtricti ſollicitare forem. Hinc Solicitatio, (ὄχλησις) triſtitiæ illatio, afflictio, quę fit ab alio, ut ait Donat. Ter. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerſe trahunt, Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio. Sumitur & pro tentatione, ſeu pro conatu aliquem labefactandi, πειρασμός. Cic. in Catil Iam uero illa Allobrogum ſolicitatio, à Lentulo, cæteriſq; domeſticis hoſtibus, tanta res tam dementer credita et ignotis & barbaris, &c.

SOLICITATOR, oris, uerbale, {*Solicitatore*} (πειραστής) id eſt, tentator: ut, Solicitator alieni lecti, hoc eſt, qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. Paulus de Extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores.

SOLICITIOR, {*Piu ſolicito*} (φροντιστικώτερος) id eſt, magis ſolicitus, cōparatiuus à Solicitus. Seneca de Beneficiis lib. 3. Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia, ſi periculum cauſæ dicendæ adiumi erunt, & innocentiam ſolicitiore habituri loco.

SOLICITUDO inis. {*Solicitudine, affanno*} (μέριμνα, ἀγωνία) cura, anxietas, & mentis inquietudo. Teren in And. Quantas hic confecit ſolicitudines. Ci. 4. Tuſcul. Solicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de Finib. Eaſq; ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes dieſq; exeduntur, à diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Idem ad Att. lib. 6. Solicitudine prouinciæ tamen uel maxime angebamur.

SOLICITUS, a, um, {*Solecito*} (πολυμέριμνος) inquietus, anxius, & curis affectus. Cic. Cœlio: Mirifice ſum ſolicitus, quidnam de prouinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem ſignificatione dicimus, qua Solicitus propter rem aliquam. Teren. And. Laborat è dolore, atq; ex hoc miſera ſolicita eſt, ne ſe deſeras. Cic. 2. de Finib. Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo, aut ſolicito fuiſſe? Interdum actiue accipitur, pro eo q ſolicitudinem & curas affert, φροντιστικός. Verg. 10. Eclog. Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores. Solicitior, comparatiuus Plancus. Cic. lib. 20. Solicitiorem certe hominem non ſuis contractus neminem puto fuiſſe. Solicite, pen. cor. aduerbium, anxie, cum cura & ſolicitudine. Ouid. 4. de Pont. Eleg 6. Veſtri non immemor unquam, Qui mala ſollicite noſtra leuatis, ero.

SOLIDESCO, cis, {*Saldarſi*} (συγκολλῶμαι, στερροῦμαι) conſolidor, conglutinor, coeo, ſolidus fio. Plin. lib. 11. cap. 37. Veſica membrana conſtat, uulnerata cicatrice non ſolideſcit.

SOLIDITAS, atis, {*Saldezza, ſaldamento*} (στερρότης) firmitas. Cic. 1. de Natu. Deo. Vt manu doceat non, eam eſſe uim & naturam deorum, ut primum nō ſenſu, ſed mente cernatur, nec ſoliditate quadam, nec ad numerum. Idem de Vniuerſ. Sed cum ſoliditas mundo quæreretur, ſolida autem omnia uno medio, nunquam duobus, ſemper copulentur, &c.

SOLI, orum, (σόλοι) urbs in Cypro inſula metallorum copia nobilitata: cuius meminit. Gale. lib. 6. Simpl. Eſt præterea eiuſdem nominis ciuitas in Cilicia, quæ poſtea Pompeiopolis dicta eſt. Vide paulò poſt in dictione Sola.

SOLIDO, as, {*Saldare, affermare, far duro*} (στερρόω) ſolidum & firmum reddo. Verg. 1. Georg. Area cum primum ingenti eſt æquanda cylindro. Et uertenda manu, & creta ſolidanda tenaci. Nōnunquam quod ruptum, fractum'ue erat, cōglutino συγκολλάω. Plin. lib. 24. cap. 16. Boum neruos abſciſſos uomere, ſolidari ea iuriſq; iungi addita axungia affirmans.

SOLIDUS, a, um, {*Saldo, fermo*} (στερεὸς) proprie de eo dicitur, q habet tres dimenſiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis. Linea enim ſola longitudine contenta eſt: Superficies, præter longitudinem, habet & latitudinē: quibus ſi profunditas acceſſerit, tum demum ſolidum quiddam intelligimus. Cice. 1. de Natu. Deor. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus, aut orbis. Accipitur aliquando Solidum, pro integro qd' nec concauū eſt, neq; ex partibus cōpoſitum, ſed qd' ex uno, eoq; iugi conſtat corpore. Sic columnas dicimus eſſe ex ſolido marmore, non quæ marmoreis tectæ ſunt cruſtis, ſed quæ ex uno confectæ ſunt lapide. Verg 6. Aen. Tum Phœbo & Triuiæ ſolido de marmore templa Inſtituā. Idem 3. Georg. In foribus pugnam ex auro, ſolidoq; elephanto Gangaridum faciam. Id eſt ex integro ebore, non ſectilis, inquit Seruius. Cic. 1. de Diui. Annibalem Cœlius ſcribit, cum columnam auream, quæ eſſet in fano Iunonis Laciniæ, auferre uellet, dubitaretq; utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus deaurata, perterebraſſe. Transfertur & ad alia, accipiturq; pro toto, ſiue perfecto, q ſcilicet omnibus ſuis partibus conſtat, cuiq; nihil eſt detractum, ὁλόκληρος, ἀλώβητος. Sic Solidam hæreditatem accepiſſe dicimus eum, qui ex aſſe inſtitutus eſt hæres. Solidus annus, id eſt, integer, & nō interruptus. Plau. Decem annos ſolidos errauit puer. Solidum beneficium, id eſt, plenum, & ad cuius perfectionem nihil deſideratur. Teren. Eun. Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium. Solida lætitia, Solida felicitas, hoc eſt, nulla ægritudine, aut infortunio contaminata. Plin. lib. 7. cap. 44. Nulla eſt profecto ſolida felicitas, quam contumelia ulla uitæ rumpit, nedum tanta. Teren in And. Non'ne tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidum eſt gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Vbi Donatus, Solidum, plenum, idoneum, integrum. In ſolidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fideiuſſores'ue, quorum unuſquiſq; ſe rei totius debitorem, fideiuſſorem'ue conſtituit: q locutionis genus frequens eſt apud Iuriſconſultos. Solidus, aliquando ſubſtantiuum eſt, quo Romani utebantur pro genere quodam nummi aurei, ita dicti, q iuſto pondere erat percuſſus, non dimidiato, aut trientali, quemadmodum ſemiſſes, & tremiſſes. Lampridius in Alexādro: Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant tertiam partem aurei præſtarent, tuncq; primum ſemiſſes aureorum formati ſunt, tum etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidiſſet, tremiſſes, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed cum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit, & tremiſſes tantum, ſolidoſq; formari. Ex his uerbis Lampridii facile intelligimus Solidos primum dictos eſſe aureos nummos cuiuſdam, iuſtiq; ponderis, quaſi integros. Budæus. Solide, aduerbiū, (ὅλως) integre, omnibus modis. Teren. And. Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia. Plaut. Trinum. Hic homo ſolide ſycophanta eſt.

SOLIDIPES, pen. cor. huius ſolidipedis, pen. cor omn. gen. (στερεόπους) q ſolidos habet pedes, non biſulcatos Plin. lib. 10 Contra naturam ſolidipedum, aut biſulcorum ſupra cuncta eſt mirum ſectus.

SOLIFERREUM, {*Arme tutta di ferro*} genus teli appellatum, quaſi totum

ferreum. Tractum ex Oſcorum lingua, teſte Feſto qui Solon dicebāt, quod nos totum. Liu. 4. Bell. Maced. Vt emiſſis ſoliferreis, falaricisq́ gladios ſtrinxerunt, tum uelut redintegrata eſt pugna.

SOLIFVGA, genus formicæ uenenatæ, à fugiendo ſole dicta. Plin. lib. 22. ca. 25. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ uenenatæ quæ manus pungunt, & periculum uitæ afferunt ſolifugarum generis. Idem lib. 29. cap. 4. Eſt & formicarum genus uenenatum: non eas nouere in Italia. Solifugas Cic. appellat. Salſugas Bætica. Feſtus Solipungam uocat: indeq́ nomen ſortitum exiſtimat, quod fiat acrius concitatiusq́ feruore Solis. A' Lucano dicitur Solpuga, lib. 9. Quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras?

SOLIS FONS, (ἡλίου πηγή) fons eſt apud Troglodytas aquæ dulcis, circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepeſcens. ad medium autem noctis feruore & amaritudine infeſtatur. Auctor Pli. lib. 2. cap. 103. Herod. lib. 4. eiuſdem & nominis & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cuius meminit & Plinius quamuis eum non Solis, ſed Ammonis fontem appellet. Vide ea, quæ ſupra annotauimus ſtatim poſt dictionem Fons.

SOLIPVNGA, uide Solifuga.

SOLIS GEMMA, (ἡλίου λίθος) quæ ad ſpeciem Solis fulgentes in orbem radios habet. Plin lib. 37. cap. 10.

SOLIS INSVLA, (ἡλίου νῆσος) eſt in mari Indico, ſemper rubēs, & (ut Solinus refert) omni animantium generi inacceſſa, quoniam eo ingreſſos ui circumfuſi aeris confeſtim exanimat. Plin. lib. 6. cap. 23. Inſula, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non abſumitur, incertis cauſis.

SOLIS MENSA, Aethiopiæ locus, apparatis epulis ſemper refertus: et quia, ut libet (inquit Pomponius)ueſci uolentibus licet, ἡλίου τράπεζαν, id eſt, Solis menſam appellant: & quæ paſſim adpoſita ſunt, adfirmant naſci ſubinde diuinitus. Ad quem locum Seuerus Imperator, referente Spartiano, cum Alexandriā ueniſſet, rei fama permotus, profectus eſt. Cælius antiquarum lectionis lib. 6. Antiquarum lectionum ſcribit Solis menſam, adagio dici diuitum opulentorumq́ hominum domos, omni rerum copia ubertim adfluentes, expoſitasq́ inopum neceſſitatibus & alimentis.

SOLIS OSTIA, de quibus Pomponius in deſcriptione Indiæ, loca ſunt, ob æſtum intolerabilem, & aquarum longo tractu penuriam ſic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum Diodor. lib. 17. ſcribit.

SOLISTIMVM TRIPVDIVM, dicebatur, cum in auſpicando eſca ex ore pulli decidens, ſolum pauiebat, hoc eſt, terram feriebat: unde & Tripudium dictū, quaſi Terræpauium. Soliſtimum autem à ſolo dictum eſt, ſicut à medio Mediaſtimum. Vide latius infra in dictione Tripudium.

SOLITANÆ cochleæ ab Africæ loco dictæ, quibus. Pli. lib. 30. cap. 6. principatum tribuit. Laudatiſſimæ (inquit) ſunt cochleæ Africanæ ex his Solitanæ Varr. libro 3. cap. 14. Nam & ualde amplæ ſunt quædam ex Africa cochleæ, quæ uocantur Solitanæ, ita ut earum calyces quadrantes octoginta capere poſſint.

SOLITARIVS, a, um, {Solitario} (μονήρης, μονώτης) ſolus agens, ſoliuagus, frequentiam uitans. Cic. 1. Offic. Solitarius homo, atq; in agro uitam agens. Vita ſolitaria (μονοτροπὸς βίος) quæ agitur in ſeceſſu, & procul ab hominum frequentia. Locus ſolitarius, (ἔρημος) id eſt, locus deſertus, nulliſq́ incolis frequētatus. Res ſolitaria, id eſt, ſola, & ſine alterius conſortio. Cic. de Amic. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid, tanquam adminiculum, adnititur.

SOLITAVRILIA, orum, neut. gen. plu. nu. ſolennia apud Romanos ſacrificia erant diuerſi generis, tauri, arietis, & uerris quibus Cenſores quinto quoque anno urbem luſtrabant, teſte Aſconio: Dicta Solitaurilia, ut placet Feſto, ab integris genitalibus hoſtiarum, quæ immolabantur. Solum enim Oſci integrum dicebant, Taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ à caſtratore eximitur. unde & Laſtauri dicti ſunt, qui egregie ſunt mentulati. Liu. 8. ab urbe. Si potiatur, Marti Solitauribus piaculum fieri.

SOLITO, (εἴωθα) frequenter ſoleo. Gell. lib. 7. cap. 1. Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium uentitare.

SOLITVDO, dinis. {Luoco abbandonato} (ἐρημος, ἐρημία) plaga inhabitata, locus deſertus. Cæſar 6. Bell. Gall. Ciuitatibus maxima laus eſt, quam latiſſimas, circum ſe uaſtatis finibus, ſolitudines habere. Nonnunquam accipitur pro ipſa infrequentia. Terent. Andr. Solitudo ante oſtium, hoc eſt, nemo erat pro foribus.

SOLITVS, a, um, {Solito, uſato, aſſueto} (ἐθιμος) participium à uerbo Soleo, idem ſignificans quod conſuetus. Cice. de Orato. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt. Legitur & Solitus pro Solus, apud antiquos. Plau. Amph. Qui ſoli inuiti cubant.

SOLIVAGVS, a, um, pen. cor. {Solinago} (μοναχὸς, μονωπὸς, μονόπολος) qui ſolus uagatur. Plin. lib. 8. Nec niſi laceſſiti noceant, ideoq; gregatim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſoliuagi. Cic. 5. Tuſc. Alias uolucres cœlo ſerri libero: ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes: earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas.

SOLIVM, lii, {Carega, ſedia, ſolio} (θρόνος) ſella regia, in qua reges ius dicentes ſedebant. Dictum Solium (ut quidam uolunt) quaſi ſolidum, propterea quod olim reges in thronis ligneis, & quibuſdam quaſi armariis ob corporis ſui tutelam ſedebant. Alii inde dictum malunt, quod ſoli in eo reges ſederent. Aſper κατ᾽ ἀντίφρασιν appellatum putat, quaſi ſedium. quemadmodum & Sella dicta eſt, quaſi ſedda. Verg. Præfatus diuos, ſolio rex infit ab alto. Quandoque ꝓ uaſe ſaligno, aut abiegno ponitur, quo utimur ad uinū pluriniosq; liquores trāſferendos, & ad pannos lineos cum lixiuio calido & cinere emaculādos. Eſt & Solium uas, quo in balneis utebantur, & in quo ſedentes lauabantur. Celſus: Interpoſitis duabus horis, in ſolium is aquæ calidæ reſupinus dimittendus eſt, ſic ut à genibus ad umbilicum aqua pertingat. Mart. Non uis in ſolio prius lauari. Sueto. de Auguſt. At quoties neruorum cauſa, marinis, albulisq; calidis utendū eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico uerbo Duretam uocabat, manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunquam etiam Solium dicitur loculamentum ſepulcrale, in quod contunduntur defuncti. Pli. lib. 35. Quoniam & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Curtius lib. 10. Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in ſolio.

SOLO, as, (ἐρημόω) locum aliquem deſertum & ſolum reddo, depopulor. Stat. 5. Theb. ...Furor omnibus Idem, idē animus ſolare domos, iuuenumq́ ferrumq́ Præcipitare colos: pleniſq́ adfringere paruos Vberibus, ferroq́ omnes exire per annos.

SOLOE, numero plurali, more Græcorum, σόλοι, ſicut Dioſcuræ, pro Dioſcuri, ciuitas eſt Ciliciæ ab Achiuis & Rhodiis ædificata poſtea Pompeiopolis appellata à Pompeio, qui piratas in eam tranſtulit, quos dignos exiſtimauit, ut ſeruarentur. Laertius in uita Solonis auctor eſt, urbem hanc à Solone Salaminio cōditam fuiſſe, & ab eo nomen accepiſſe: ut latius docebimus in dictione Solœciſmus. Ex hac urbe ortum traxerunt uiri memoratu digni Chryſippus Stoicus, Philæmon Comicus, & Aratus, qui de aſtris carmine ſcripſit. Sūt & Soloæ ſiue Soli in Cypro inſula, metallorum prouentu nobilitati: quorum meminit Galenus lib. 9. Simpl.

SOLOECISMVS, (σολοικισμὸς) eſt impar, & inconueniens cōpoſitura partium orationis: à noſtris Imparilitas, à uetuſtioribus Latinis Stribligo dicebatur, quaſi Strobligo, hoc eſt, inuerſura & prauitas tortuoſa orationis. Siquidem στρεβλόω torqueo ac deprauo ſignificat. Iuuen. Saty. 6. Solœciſmum liceat feciſſe marito. Mart. in Calliodorum: Vnus cum ſitis, duo Calliodore, ſedetis: Surge, ſolœciſmum, Calliodore, facis. Dictus Solœciſmus, ut in uita Solonis annotauit Laertius, à colonis quibuſdam Athenienſibus, quos Solon Salaminius in Solos Ciliciæ urbem tranſtulit: qui cum non multo interiecto tempore, patrij ſermonis nitorem corrupiſſent, & parum conuenienti partium ſtructura uti cœpiſſent, factum eſt, ut qui ea in parte peccarent, σολοικίζειν dicerentur. Per tranſlationem tamen latius Solœciſmi nomen accipitur, ut quicquid perperam fiat, nec recte, nec ordine peragatur, Solœciſmum uocemus.

SOLOECOPHANES, (σολοικοφανὴς) quicquid ſpeciem habet ſolœciſmi, qui ratione aliqua poteſt excuſari: ut cum genus ſuperioris iungitur inferiori diuerſi generis: ut, Eunuchus Terentiana, reſpiciendo ad genus ſuperioris Comœdia.

SOLON, (σόλων) fuit unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui (teſte Gel. lib. 17. cap. 21.) Athenis claruit, Tarquinio Priſco Romæ regnāte. Hic Athenienſibus leges dedit, tanto temperamento cōpoſitas, ut parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quāquam plebs & Senatus in ſumma prius eſſent diſſenſione. Draconis autem leges (ijs exceptis, quæ in homicidas pœnas ſtatuebant) quod iuſto atrociores uiderentur, omnes abrogauit. Illis enim in omnia ſcelera ęqualis pœna ſtatuta erat, adeo ut etiam ij, qui otij damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Florebat tunc in Republica Piſiſtratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius ſapientia. Ceſſit ſponte Solon, tyrannum fugiens, primum in Aegyptum, deinde in Cyprum, poſtremò ad Crœſum regem: cuius quum opes uideret, oſtentanti Crœſo, atque interroganti num qui ſe felicior eſſet: reſpondet Tellum quendam pauperem admodum, alioqui iuſtum, Athenis agentem: qui in ſuo prædiolo ſolitarius conſenuerat: ſimul adfirmans nihil eſſe felix, quod temporum mutationi ſubiaceat: felicitatem tātum finem indicare. Cuius ſententiæ Crœſus poſtea à Cyro captus meminiſſe dicitur. Solon inde in Ciliciā profectus, ciuitatem à ſuo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos ſtatuit, qui interuallo temporis ab Attica lingua deſciſcentes, & Solœciſſare dicti ſunt. unde uerbum Solœciſmi tractum. Deceſſit in Cypro annorum LXXX. mandauitq́ oſſa Salaminem transferri, ibiq́ per regionem proiici ac diſſipari, ne Athenas inferrentur, quoniam diſcedens iureiurādo ciues adegerat, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. Reliquit etiā conciones & epiſtolas quaſdam. Epigramma ſepulcro eius inſcriptum Cicero in hanc ſententiam commemorat. Tuſcul. quæſt. libr. 1. Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Plutarcho & Diogene Laertio.

SOLOPHYTVS, (σολόφυτος) regius ex Scytharum genere iuuenis fuit, qui una cum Ilino fratre per optimatum factionem domo pulſus, ingentem iuuentutem ſecum traxit, & in Cappadociæ ora Thermodoontem amnem conſedit, ſubactisq́ Themiſcyris, una cum fratre regnum occupauit. Verum cum ex uicinis populis perpetuo prædas ageret, tandem illorum conſpiratione per inſidias una cum fratre trucidatur. Horum uxores, cum exilio orbitatem quoque adiunctam uiderent, arma capeſſunt, ſineſq́ ſuos, ſubmouentes primum, mox etiam inferentes bella, quàm latiſſimè propagant: uiriſq́ omnibus interfectis, finitimorū concubitus admittunt: mares natos trucidant, uirgines non lanificio & colo, ſed equis uenationibusq́ exercent, dextris mamillis, ne ſagittarum iactus impediretur, inuſtis: Vnde & amazones dictæ ſunt, quaſi ſine mammis.

SOLOR aris, {Conſolare, conſolarſi} (παραμυθέω, παρηγορέω) uerbum eſt cōmune, ſignificans conſolationem do, uel conſolationem accipio. Cicero in Vatinium C. Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur. Verg 5. Aenei. Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis. Ouid 2. Faſto. Hinc pater, hinc coniux lacrymas ſolantur, & orant, Indicet, &c. Solari laborem, uel famem, idem eſt quod ſubleuare. Verg. 1. Georg. Interea lōgum cantu ſolata laborem, Arguto coniux percurrit pectine telas. Idem 10. Aeneid. Et mœſtum Muſa ſolatur amorem. Hinc fit compoſitum Conſolor: item uerbalia Solatio, Solamen, & Solatium: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SOLOX, (inquit Feſtus) eſt lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinnius Barathro: Lana ſoloci ad putam data Luci. Montano hirco, atque ſoloce: Hæc Feſtus, ſed ſuccinctius, quàm ut à quouis poſſint intelligi. Fient autem notiora, ſi ſciamus, duo ueteribus in uſu fuiſſe ouilli pecoris genera: quorum quod uulgatiſſimum erat & robuſtiſſimum, à uelleris hirſutie. Hirtum dicebatur: alterum à lanæ mollitie Molle nominabant, hirto pecore multo infirmius, ſed ulleris nobilitate longe præſtantius. Vnde & pellibus quibuſdam tectum paſci ſolet, ne aut ſpinis adhæreſcens lana minueretur, aut luto ſordidaretur. Hoc genus è Magna Græcia, & præcipue è Tarento peti ſolet: unde & Græcum pecus, & Tarentinum ſolet appellari. nōnunquam etiam ex agro Gallico, quod Altinum uocitabant. Ex hiſce igitur ſatis conſtat, quid Solocis nomine intellexerit Feſtus, nimirum uulgatum illud pecudis genus, quod ab hirſutiore uellere Hirtum appellat Columella. Id enim nullis pellibus tectum paſcebatur. Cuius etiam lanam eodem nomine appellabant.

SOLPVGA, æ, genus eſt uenenatæ formicæ, quod etiam à fugiendo ſole, Solifuga nominatur. Concitatur enim acrius feruore Solis: ideóq; cum fugit, quantũ poteſt. Luca. lib. 9. Quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras? Plin. lib. 8. cap. 29. Late deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata. A' Feſto dicitur Solipunga, niſi codex mendoſus ſit. Vide ſupra in dictionibus Solipunga & Solifuga.

SOLSTITIALIS, le, {*Solſtitiale*} (θερινὸς) ad ſolſtitium pertinens. ut, Circulus ſolſtitialis, id eſt, Tropicus Cancri. Plin. lib. 2. cap. 11. Item quia circa ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad ſeptentrionem umbræ cadant, ortu uero ad occaſum. Tempus ſolſtitiale. Ouid. 6. Faſt. Solſtitialis dies, Cic. 1. Tuſcu. id eſt, dies anni totius longiſsimus, quo Sol altiſsimus in noſtro hemiſphærio locum obtinet: cui opponitur Dies brumalis, anni totius breuiſsimus. Solſtitialis herba, quæ Græce ἡλιοτρόπιον & ἡλιοτρόπος dicitur, quod tropos, id eſt ſolſtitia ſpectet. Plin. lib. 26. cap. 5. Condurdon herba ſolſtitialis, flore rubro, ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas.

SOLSTITIVM, tij, {*Solſtitio*} (ἡλίου τροπή) ſolis ſtatio, quum ſol ultra non progreditur, ſed retrocedere incipit. Singulis autem annis duo ſolſtitia ſunt, unũ æſtiuum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æſtiuus. Hibernus eſt, per quem Sol tranſmittens octauam Capricorni partem ſolſtitiũ hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere: Aeſtiuus uero, per quem Sol octauam partem Cancri tranſmittens, ſolſtitium æſtiuum facit, quo tẽpore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæſaris ætate ſiebat octauo Calend. Ianuarias, quemadmodum Aeſtiuum ſolſtitium, octauo Calen. Iulij. Verũ ea ratio hodie nonnihil eſt mutata propter minuta ſupra CCCLXV. dies, & quadrantem exuperantia. Hodie enim ſolſtitium æſtiuum incidit in ipſas Idus Iunii, quemadmodum hybernum in Idus Decembris. Solſtitii tamen nomine ueteres, ſi nihil adiiceretur, æſtiuum fere intelligebant. Verg. lib. 1. Geor. Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas Agricolæ. Nam cum hybernum ſolſtitium intelligi uolebant, id non abſolute Solſtitium, ſed cum adiectione Brumale ſolſtitium nominabant. Colum. XVI. Cal. Ian. cum Sol in Capricornum tranſitum facit, brumale ſolſtitium.

SOLVENDO NON SVM, (ἀξιόχρεως οὐκ εἰμι) hoc eſt, ſatisfacere non poſſum id, pro quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione. Cic. 2. Phil. Tu nec ſoluendo eras. id eſt, ſoluere debita non poteras.

SOLVM, li. priore correpta. {*Suolo, ſuolaro, ſuola, terra ſolezamento, amatorato, laſtricato*} (ἔδαφος) dicitur omne, quod quid ſuſtinet, & rei cuipiã, uelut fundamentum ſubiicitur. Vnde aquæ ſuperficies dicitur Solum, quia natantium fundamentum eſt. Verg. lib. 5. Subtrahiturq; ſolum. Cœlum ſtellarum ſolum eſt. Ouid. 1. Metam. Aſtra tenent cæleſte ſolum Næuius uero Sola terrarumq́, plurali numero dixit: Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper. Sic etiam Cic. in Orat. pro Corn. Balbo: Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultima. Aer etiam Solum dicitur, quia auium ſubſtentaculum. Item terra ipſa quod hominum & animalium fundamentum ſit. Colum. lib. 2. Nam quod ſicco ſolo ingeſtum eſt, & iam inoccatum, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur. Ouid. 2. Metamorph. Inq; ſolo quod texerat herba iacebat. Quint. lib. 2. cap. 19. At in ſolo fœcundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas, ſoli efficiet. Vergil. lib. 7. etiam menſam appellauit ſolum: Et cereale ſolũ pomis agreſtibus augent. Rurſus Solum, inferior pedis pars, quam uulgo Soleam uocant, quæ calloſa ſit, & dura diſcalciatis. Cic. 5. Tuſcul. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calciamentum ſolorum callum, cubile terra. Et ſolum dictum eſt, pro ſolea calciamenti & corio, ὑπόδημα. Martial. Sordidus antiquas ſolitus producere pelles, Et mordere luto putre uetusq; ſolum. Proprie tamen Solum terra dicitur: unde Natale ſolum dicimus, pro patria in qua nati ſumus: quemadmodum Exulem, qui extra ſolum, hoc eſt, extra patriam eiectus eſt. Vertere ſolum, eſt ſedem, & habitationem mutare. Cic. pro Cecinna. Solum foſſæ, pro ima foſſæ parte. Cæſ. 7. Bell. Gall. Foſſam pedum uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. Cic. Nam qui uolunt pœnam aliquã ſubterfugere aut calamitatem, eo ſolum uertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant.

SOLVO, is, ui, lutum, {*Scioglere ſoluere diſlegare, disfare*} (λύω) diſſoluo, quod erat ligatum. Verg. lib 7. Solute crinales uittas, capite Orgia mecum. Terentius Andr. Iube ſolui obſecro. Soluere item dicuntur, qui naui uehuntur, cum ſoluto fune, quo nauis retinetur, recedunt. Et dicimus Soluere ſimpliciter, nullo adiecto, & Soluere nauem. Cice. ad Tironem libro 16. Nos eo die cœnati ſoluimus. Cæſ. 1. Bell. Ciuil. Pompeius ſub noctem naues ſoluit. Cic. 3. Offi. Si idem ſciat complures mercatores Alexandria ſoluiſſe, &c. Et quoniam qui debent, quodã modo obligati ſunt creditori, Soluere etiam pro debitum reddere ponitur. Cic. 4. Verr. Pro quo frumento, pecunia ſoluta non eſt. Soluere ab aliquo, (ἀποδοῦναι παρά τινος) eſt à quoquam acceptam pecuniam creditori numerare. Cicer. Attic. Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio ſoluat. Et alibi: Sed etiam dixit, ſe à me quodammodo ſoluere. Hinc per tranſlationem Solutionis uocabulum ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisq; ad ſubiectum obligationis, quam ad nummorum ſolutionem. Vnde Soluo pro ſatisfacio, ἐκτίνω. Teren. in Adelph. Neque tu uerbis unquam ſolues, quod mihi re male feceris. Quandoque pro dimitto, ἀπολύω. Verg lib 2. Georg. Solue mares mitte in Venerem pecuaria primus. Soluere ebrietatem, pro diſcutere. Celſus: Niſi febris acceſſit eo tempore, quo ebrietas ſolui debet. Soluere aliquem legibus eſt eum legum uinculo eximere, & efficere ne legibus teneatur. Soluere iuſta funeri. Cice. pro Roſc. Amer. Hunc miſerum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet. Quandoque pro liberare. Verg. 1. Aeneid. Soluite corda metu Teucri. Vnde Solutus riſus, dicitur magnus, & à curis liber. Idem. Riſuq; ſoluto. Sic etiam dicimus Soluere religione, id eſt, religione liberare, & efficere nequis religionis ſcrupulus relinquatur. Cic. pro Cecinn. Vt religione ciuitas ſoluatur. Solui cera igni uel ſole dicitur, hoc eſt, molleſcere, ſiue liquefieri. Sic etiam hyemem ſolui dicimus, hoc eſt, miteſcere, & molliorem fieri. Horat. libr. 1. Carm. Soluitur acris hyems. Soluere fidem, eſt rumpere, uel non ſeruare fidem, καταλύειν πίστιν. Terent. in And. Soluiſti fidem. Soluere uenam, (φλεβοτομεῖν) eſt uenam aperire. Colum. lib. 7. Ea porro uena quæ in aure uidetur eſſe ampliſsima, farmento prius uerberatur, deinde quum ad ictum intumuit, cultello ſoluitur. Compoſita huius uerbi ſunt, Abſoluo, Diſſoluo, Exoluo, Perſoluo, & Reſoluo: de quibus ſuis locis.

SOLVS, a, um, {*Solo*} (μόνος) incomitatus, unicus: quã uocem Feſtus ex Oſcorum lingua ductam putat, qui ſolum dicunt, quod nos totum: nam qui unus eſt, totus eſt. Cic. 3. Offic. Cui cum uiſum eſſet utrius ſolum, ſe quam cum altero regnare fratrem interemit. Solus, & Vnus pro ſolus, more ſuperlatiuorum genitiuum regunt, uel ablatiuum mediante præpoſitione Ex, uel accuſatiuum mediante præpoſitione Inter. Plin. libro 9. Solus omnium acipenſer ſquamis ad os uerſis contra aquas natando meat. Cic. de Orato. Gorgias ſolus ex omnibus. Et cum ſingularitatem ſignificet, inuenitur tamen pluraliter. Teren. in Adelph. Solæ ſumus. Ponitur aliquando Solus pro ſolitario, & deſerto, ἔρημος. Verg libr. 3 Georg. Heu male tum Libyæ ſolis erratur in aruis. Terent. in And. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Salluſt. in Iugurth. Marius interea exercitu in hybernis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiam. Genitiuum facit Solius. olim etiam Soli, lę, li. Terent. Eunu. Mihi ſolæ ridiculo fuit.

SOLVM, aduerb. {*Solamente*} (μόνον) id eſt, tantum. Cic. 4. Phil. Nos nunciationem ſolum habemus, Conſules etiam Inſpectionem. Idem 2. de Leg. De re una ſolum diſsident, de cæteris mirifice congruunt.

SOLVS, untis, (Σόλοι Steph.) Cypri inſulæ oppidum, à Phalero & Achamante Athenienſibus conditum, portum nobilem habens cum flumine, item Veneris & Iſidis delubra. Gentile eſt Solius. Auctor Strabo libro 14. Eſt & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybeo promontorio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

SOLVTE, aduerb. {*Liberamente*} (ἀμερίμνως) ſine cura, aut ſolicitudine. Cic. de Clar. Orat. Tam ſolute egit, tam leniter, tam oſcitanter.

SOLVTILIS, le, pe. cor. (λυόμενος) quod ita compactum eſt, ut quoties opus ſit, ſolui poſſit. Sueto. in Nero. cap. 34. Solutilem nauem, cuius uel naufragio, uel cameræ ruina periret, commentus eſt.

SOLVTIO, onis, uerbale, {*Solutione pagamento*} (λύσις) diſſolutio eius, quod compactum fuit. ut, cum mortem animæ & corporis ſolutionem dicimus. Cice. 4. Tuſc. λύπη, quaſi λύσις, id eſt, ſolutio totius hominis. Solutio ſtomachi quam & diſſolutionem dicimus, cum naturales eius facultates aut amiſſæ ſunt, aut uitiatæ, aut certe imbecilliores redditæ. Plin. lib. 20. Cum melle, aut adipe, aut cera, ſtomachi ſolutiones inſperſum polentæ modo. Solutio, ad omnem liberationem quoquo modo factam trãsfertur, magisq; ad ſubiectum obligationis, quàm ad nummorum ſolutionem. Vlp. de Verb. ſigni. Solutionis nomine ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Cic. 2. Offic. Nec enim ulla res uehementius Remp. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.

SOLVTVS, a, um, nomen ex participio, {*Sciolto, disfatto*} (ἀμέριμνος) ſecurus, liber, cura, & ſolicitudine uacuus. Cic. Att. Quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, ea his temporibus excluduntur. Terra ſoluta, (μανὸς) id eſt, rara & laxa, cui opponitur denſa. Colum. libro 1. Soli pinguis uel macri ſoluti uel ſpiſſi, humidi uel ſicci.

SOLYMI, rum (Σόλυμοι) populi Aſię, Lyciis & Piſidis proximi, poſtea Milyæ appellati: ut docet Strab. lib. 1. & 14. Plin. eoſdem facit cum Piſidis, lib. 5. cap. 27. Inſident (inquit) uerticem Piſidæ, quondam Solymi, appellati. Alii Solymos eoſdem fuiſſe cum Lyciis aſſerunt: quorum tamen ſententia cum Homero non ſatis conuenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege miſſum ait: ad ſubiugandos Solymos.

SOLYMA, æ, uel Solyma, rum, {*Gieruſalemme*} (Σόλυμα) urbs clariſsima Iudææ, quæ poſtea addito templo Hieroſolyma dicta eſt. Inde Solymus, a, um. Iuuen. Saty. 6. Interpres legum Solymarum.

SOMATOPHYLACES, (σωματοφύλακες) cuſtodes corporis, quos Latini priſco uocabulo Latrones dixerunt, quaſi laterones: quod principum latera cingerent aduerſus uim inſidiatorum.

SOMATOPOEIA, (σωματοποιΐα) figura affinis proſopopœiæ, qua rei incorporeæ corpus tribuimus.

SOMNICVLOSVS, a, um, {*Adormentato, che ſempre uorria dormire, ſonnolento*} (ὑπνηλὸς) à ſomniculo magis ſit, quam à ſomno: & is dicitur, qui ſomni plenus eſt, & ignauus. Cic. de Sene. Quæ uitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignauæ, ſomniculoſæ ſenectutis. Colum lib. 11. cap. 1. Nam & ebrioſo cura officii pariter cum memoria ſubtrahitur: & ſomniculoſo plurima effugiunt. Interdũ Somniculoſum (ὑπνωτικὸν) dicimus, nõ qui od ſomno indulget, ſed quod ſomnum inducit, habetq; uim ſomnificam. Vnde Siſenna aſpidem uocat ſomniculoſam, non quod ipſa dormiat, ſed quod ui ſomnifica homines percuſſos enecet. Somniculoſe aduerbium, negligenter. Plaut. in Capt. Haud ſomniculoſe hoc agendum eſt.

SOMNIFER, a, um, {*Sonnacchioſo, porta ſonno*} (ὑπνωτικὸς) quod affert ſomnum. Plin. lib. 18. Vtq; ſomnifera etiam ſatiuo papaueri. Ouid 9. Metam. Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis.

SOMNIFICVS, a, um, (ὑπνοποιὸς) quod ſomnum inducit. Plin. lib 37. Et uiſo dracone ſpargere ſomnifica medicamenta. atque ita præcipere. Idem lib. 29. cap. 4. Quoniam uincatur aſpidum ſomnifica uis.

SOMNIO, as, {*Sognare inſognare*} (ἐνυπνιάζω) per quietem aliquid quaſi uigilans uideo. Cice. de Diuin. Nec mihi magis uſquam uideor, quàm cum in Curia Senatum uideo, ſomniare. Et paulo ante: Defert ad coniectorem, ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Plaut. in Curcul. Quos tu mihi luſcos libertos, quos ſumanos ſomnias? Id eſt, ſomniando loqueris. Teren. And. Num ille ſomniat Ea, quæ uigilans uoluit? Colum. libr. 1. cap. 8. Nunquam non eaſdem ineptias ſomniat. Cic. 2. de Diuin. Quod ſi ita natura paratum eſſet, ut ea dormientes agerent. quæ ſomniarent: alligandi eſſent omnes qui cubitũ irent: maiores enim quam ulli inſani, efficerent motus ſomniantes. Somniatur, impersonale. Plin. lib. 28. Ariſtot. & Fabianus plurimum ſomniari circa uer & autumnum tradunt: magisq; ſupino cubitu, at prono nihil.

SOMNIOSVS, a, um, {*Sonnacchioſo*} (ὀνειρώδης) qui crebris ſomniis uexatur. Plin. lib. 28. Somnioſos fieri, lepore ſumpto in cibis, Cato arbitratur.

SOMNOLENTVS, a, um {*Adormentato, pien di ſonno*} (ὑπνηλὸς) idem quod ſomniculoſus: & per tranſlationem tardus, ignauus.

SOMNORINVS, a, um, apud antiquos dicebatur id, quod in ſomnis uide-

tur. Varro in Prometheo, ut citatur à Nonio: Hic ſomnorinas imagines affatur.

S O M N I V M, nii, (ἐνύπνιον) idem quod inſomnium, hoc eſt, quod uidere nobis uidemur dormientes. Verg. 8 Eclo. An qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt? Cic. de Leg. Agrar. contra Rullum: Hæc, per deos immortales, utrum eſſe uobis cõſilia ſiccatorum, an uinolentorum ſomnia, & utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum uidentur? Macrob. lib. 1. in Somn. Scipio. eorum quæ dormientes uidere nobis uidemur, quinque tradit eſſe genera: Somnium ſcilicet, quod Græce eſt ὄνειρος: Viſio, id eſt, ὅραμα: Inſomnium, id eſt, ἐνύπνιον. Oraculum, id eſt, χρηματισμός, & Viſus, qui Græcis φάντασμα dicitur. Ex his Inſomnium & Phantaſma quum falſa ſint, interpretatione nõ indigent: tria reliqua uates interpretantur. Et Oraculum quidem eſt, quum quis in ſomnis aliquid nobis denunciat. Viſio, quum id quis uidet, quod eodem modo, quo apparuerat, euenit. Somnium autem proprie uocatur, quod tegitur figuris, & uelatur ambagibus non niſi interpretatione, intelligendis.

S O M N V S, ni, {Sonno} (ὕπνος) ſopor, quies, quæ fit ab humoribus à corde ad cerebrum ſublatis, qui cum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem eius refrigerant. Dictum autem uolunt Somnum, à Græco ὕπνος: unde mutata aſpiratione in s, literam primum Sypnum, ſiue Supnum, mox Sopnum, & poſtremo Somnum uolunt appellatum. Verg. 1. Georg. Nec ſomnos abrumpit cura quietos. Cic. de Diuin. Animus per ſomnum curis uacuus. Somnum Deum finxit antiquitas, cuius ſedem apud Cimmerios collocat. Ouid. 11. Meta. Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni: Quo nunquam radiis oriens, medius'ue, cadens'ue Phœbus adire poteſt. Hinc fit compoſitum Inſomnis, ἄυπνος. de quo egimus ſuo loco.

S O M P H O S, (σομφός) cucurbitæ ſylueſtris genus, digitali craſſitudine, non niſi in locis ſaxoſis naſcens, intus inane. unde & nomen inuenit. Nam Græci σομφὸν uocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Vide Plin. lib. 10. cap 3.

S O N C H O S, (σόγχος) herba eſt ex genere aculeatarum cuius duæ ſunt ſpecies: una ſylueſtrior, & ſpinoſior: altera tenerior, olim etiam eſculenta, caule cubitali, anguloſo, intus cauo, interim rubeſcente, ſed qui fractus copioſo lacte manet, folus per oras ex interuallo ſciſſis: cum perfecte adoleuerit, aculeis quibuſdã aſpera. Galli a lactis copia Lacteronem appellant. Plin. lib. 22. cap. 22. Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecale, uterq; albus & niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali anguloſo, intus cauo, ſed qui fractus copioſo lacte manat.

S O N I P E S pedis, pen. cor. {Cauallo ueloce} (καναχήποδος) ſignificat celerem equum, quod pedibus ſonet. Verg. 4. Aenei. Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.

S O N I T V S, pen. cor. {Suono. ſtrepito} (ἦχος) idem quod crepitus, uel ſonus. Verg 6. Aeneid. Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi. Idem libr. 2. Georg. Ingentem cœlo ſonitum dedit. Cic. de Somn. Scip. Hoc ſonitu oppletæ aures obſurduerunt.

S O N O, as, ſonui, ſonitum, {Suonare, far ſtrepito} & aliquando ſonaui, ſonatum. Horat. 1. Serm. Saty 4. Magna ſonaturum, des nominis huius honorẽ. Eſt autem Sono, (ἠχέω) ſonum edo. Verg. 4. Aenei. ..Pharethamq; fuga ſenſere ſonãtem. Aliquando actiue accipitur. pro eo quod eſt ſono referre, ſiue repræſentare. Verg. lib. 1. Aeneid. Nec uox hominem ſonat. Sonant idem hæc uerba, id eſt, ſignificant. Cic 3. Offic. Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt, & quidẽ ſic, ut hæc duo uerba inter ſe diſcrepare, re unum ſonare uideantur. Sonans, tis, particip. Ouid. 12. Metam. Nocte dieq; patet: tota eſt ex ære ſonanti. Verg 3. Aene. Turba ſonans prædæ pedibus circumuolat uncis. Sonandus, a, um. Ouid. 2. de Arte: Et magno nobis ore ſonandus eris. id eſt, graui carminis genere celebrandus. Sonabilis, le, idem quod ſonus: ut, Siſtrum ſonabile. Ouid. 9. Metam. ..Crepituq; ſonabile ſiſtrum, Sono, nis, ſonere, tertiæ coniugationis. Lucret. lib 3. Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus. Huius compoſita ſunt, Aſſono, Conſono, Circumſono, Diſſono, Inſono, Interſono, Perſono, Reſono: de quibus ſuis locis.

S O N O R, oris, {Strepito} (βρόμος) uehementior ſonus. Verg 7. Aen. Magno ueluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. Idem 9. Aen. Et crines albos, & ſæua ſonoribus arma.

S O N O R V S, ra, rum, pen. pro. {Strepitoſo} (ἠχώδης, ἠχητικός) quod graue ſonat. Verg. 1. Aeneid. Luctantes uentos, tempeſtateſq; ſonoras. Flumina ſonora. Idem 12. Aeneid.

S O N S, ſontis, omnis gen. {Colpeuole, maligno} (ὑπαίτιος, ὑπόδικος) nocens, noxius, criminis alicuius conuictus. Cic. 3. de Leg. Vincula ſontium ſeruanto, capitalia uindicanto. Verg. 10. Aeneid. Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſe. Ouid 13. Metam. Immergitq; manus, fœdataq; ſanguine ſonti, Non lumen (neque enim ſupereſt) loca luminis haurit. Huius contrarium eſt Inſons, de quo ſupra ſuo loco.

S O N T I C V S, a, um, {Maligno. iniquo} (δεινός) idem quod grauis, noxius, uehemens. Næuius apud Feſtum, Sonticam cauſam eſſe oportet, quamobrem perdas mulierem. Vnde Sonticum morbum ueteres appellarũt, qui ita grauis eſſet, ut ſolitas functiones impediret: quem qui pateretur, iuſtam excuſationem habere putabatur, quo minus in iudicium uocatus, ſe ſiſtere cogeretur. Quæſitum eſt (inquit Iuriſconſultus) cum alter ex litigatoribus febricitans deceſſiſſet, & iudex abſente eo pronuntiaſſet, an iure uideretur pronuntiaſſe. Reſpondi, quod ſonticus morbus etiam inuitis litigatoribus ac iudice differret diem. Sonticus autem morbus exiſtimandus eſt, qui cunque rei agendæ impedimento eſt. Porrò quid magis impedimento eſt, quàm morbus corporis contra naturam, quàm febrim appellant? Poteſt tamen dici eſſe aliquam etiam febrium differentiam. Nam ſi quis ſanus alias ac robuſtus, tempore iudicandi leuiſſima febri correptus ſuit, aut ſi quis tam ueterem quartanam habet, ut in ea omnibus negotiis ſuis ſupereſſe ſoleat, poterit dici, morbum ſonticum non habere. Plin de Gagate lapide. Deprehendit ſonticum morbum, & uirginitatem ſuffitus.

S O N V S, ſoni, {Suono di ogni uoce} (ἦχος) quicquid auribus percipitur. ſiue id ab ore animalis proficiſcatur, (quam uocem appellamus) ſiue ex aliorum corporum colliſione. Cic. de Diuin. Qui ſono quodam uocum & Phrygiis cantibus incitantur. Idem 2. de Natu deo. Aures cum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in alta corporum parte collocatæ ſunt. Ibidem; Itaque ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum ad neruorum eliciendos ſonos, ad tibiarum apta manus eſt. Verg. 4. Georg. Tum ſonus auditur grauior, tractimq; ſuſurrant. Sonum fundere. Cic. in Acad. Ac mihi uidetur digniſſimum rebus his, de quibus loquitur ſonum fundere. A ſonus fiunt Abſonus, Altiſonus, Armiſonus, Conſonus, Diſſonus, Dulciſonus, aliaq; nonnulla, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

S O P H E N E, es, pen. pro. (σωφηνή) regio eſt Aſiæ, Armeniæ maiori ab ea parte adiacens, qua uergit in Comagenem, iuxta Antitaurum & Maſium montes. Huius regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur. Lucan. lib. 2. Pharſaliæ: Et dedita ſacris Incerti Iudæa Dei, molleſq; Sophene.

S O P H I A, æ, (σοφία) Latine ſapientia dicitur, & qui eam profitentur, Sophi (σοφοί) appellantur. Mart. lib. 1. Quum tibi ſit ſophiæ par fama, & cura deorum. Cic. 1. Offic. Princepsq; omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci uocant.

S O P H I L V S, (σώφιλος) Sicionius, uel Thebanus comicus mediæ comœdiæ ſcriptor, cuius fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.

S O P H I S M A, matis, (σόφισμα) Græcis fraudem ſignificat, deceptionem, ſiue cautelam: unde pro fallaci argumenti genere accipitur, ita ingenioſe excogitato, ut cum mendoſiſſimum ſit, incauto tamen recte concluſum uideatur. Cicero 4. Acad. Atqui habebam moleſtos uobis, ſed minutos Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

S O P H I S T A, ſiue Sophiſtes, ſophiſtæ, {Sophiſta} (σοφιστής) olim honeſta appellatio erat communis iis omnibus qui in arte aliqua excellerent: unde & Rhetores & ſapientiæ profeſſores olim Sophiſtæ dicebantur: quanquam ad eos poſtea hoc nomen tranſiit, qui fallacibus concluſiunculis inanem quandam ſapientiæ ſpeciem oſtentarent. Suidas: σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ τὸ λογιστικὸν ἐπιτηδεύων, καὶ ὁ ἐπηρεάζων ἑαυτὸν ἐν τοῖς λόγοις ὡς ἀπατεών id eſt Sophiſta omnis artifex, & qui eloquentiam profitetur, & qui in uerbis calumniatur, atque fallacijs. Plato ait Sophiſtas eſſe Rhetores, qui ueluti uenatores parati ſunt ad capiendos iuuenum animos. Ariſtot lib. 10. Ethic. Scientiam gubernandarum rerum publicarum ſophiſtæ profitentur, quorũ nullus Rempublicam gerit. Olim autem Sophiſtæ dicebantur Philoſophi & ſapientiæ profeſſores, deinde uero Rhetores: poſtremo abiit nomen in inuidiam, ut Sophiſtæ dicerentur, qui fictã quandam ſapientiæ ſpeciem iactarent. Cic. lib. 1. de Natu. deor. Abderites quidam Protagoras, cuius à te modo facta eſt mentio, ſophiſtes temporibus illis uel maximus. Idem lib. 2. de Finib. Eorum erat iſte mos, qui tunc ſophiſtæ nominabantur. Hinc Antiſophiſtæ à Suetonio in Tyberio dicuntur, inter ſe pugnantes ſophiſtæ.

S O P H I S T I C A, {Diſciplina} (σοφιστική) pars Dialecticæ. plus oſtentationis habens, quàm utilitatis, qua docemur fallacibus concluſiunculis aduerſarium irretire, atque argumenta ita acute inuenire, ut quæ falſiſſima ſunt, uera eſſe uideantur.

S O P H O C L E S, (σοφοκλῆς) Poeta Tragicus fuit, patria Athenienſis, tanta orationis ſuauitate, ut uulgo μέλιττα, hoc eſt Apis cognominaretur, æqualis Euripidis, & Periclis, cuius etiam quandoque collega fuit in Prætura. Natus fuit Olimpiade L X X I I I. ante Socratem annis X V I I. Primus tribus actoribus uſus eſt, adiecto eo, qui uocatur Tritagoniſta, hoc eſt, tertiarum & ultimarum partium hiſtrio. Primus etiam Choros ex iuuenibus quindecim introduxit, quũ antea duodecim tantum introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compoſitiones inſtituit. Scripſit inſuper Elegiam & Pæanas, atque orationem proſam, quam de Choro aduerſus Theſpim & Chœrilum contenderet. Obiit autem ſexto anno poſt Euripidis mortem: cui ſtyli magnitudine præfertur, licet eius ſententiis inferior. Filios habuit Iophontem, Leoſthenem, Ariſtonem, Stephanum, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum uiginti tres, quanquam alii dicant multo plures. Victorias autem uiginti tres reportauit. Hunc Cicero diuinum poetam lib. 1. de Diuin. uocauit: eiuſq; in Cato. Maiore his meminit uerbis: Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit: quod propter ſtudium quum rem familiarem negligere uideretur, à filiis in iudicium uocatus eſt, ut quemadmodum noſtro more malè rem gerentibus bonis interdici ſolet, ſic illum, quaſi deſipientem, à re familiari remouerent iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, Oedipum Coloneum recitaſſe iudicibus, quæſiſſeq; num illud carmen deſipientis uideretur: quo recitato, ſententiis iudicum eſt liberatus. Sophoclem ex inſperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam repente obiiſſe. Valerius auctor eſt. Sophocles ſuperioris nepos, poeta item tragicus, qui docuit tragœdias X L. uicit 8. cõmemoratur à Suida. Sophocles etiam grammaticus, minor appellatur, enarrauit Lycophronem, Apollonium, aliosq; poetas, cuius opera habemus. Sophocles alius, dux Athenienſium, Soſtratidæ filius, apud Thucydidem. Hinc Sophocleus, a, um, pen pro σοφόκλειος. Cic. ad Tyronem. An pangis aliquid Sophocleum? Verg. 8. Eclog Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

S O P H R O N, (σώφρων) Syracuſanus, Xerxis & Euripidis tempore ſcripſit mimos uiriles, & mimos fœmineos lingua Dorica & ſoluta oratione, cuius ſcripta erant admodũ obſcura. Stat. lib. 5. Syl. Sophronaq; implicitum, tenuiſq; arcana Corinnæ. Huius ſcriptis tantopere delectatum ferunt Platonem, ut etiam moriens capiti ſubiecta habuerit. Fuit alter eiuſdem nominis comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnoſophiſtis.

S O P H R O N I A, (σωφρονία) matrona Romana fuit, quam ob inſignem pudicitiam Lucretiam Chriſtianam uocant. Hæc cum ſe uim Decii principis uideret non poſſe effugere, conſentiente uiro, arrepto gladio ſe ipſa tranſfixit, & in diuorum numerum eſt relata. Auctor Euſebius in Hiſtor. Eccleſiaſtica.

S O P H R O N I S T Æ, (σωφρονισταί) magiſtratus quidam erant apud Athenienſes, nõ diſſimiles iis, quos Romani Cenſores uocabant, licet longe plures eſſent, & poteſtate aliquanto inferiores. Legebantur enim ex ſingulis tribubus decem, qui iuuenum mores cenſerent.

S O P H R O N I S T E R E S, (σωφρονιστῆρες) dentes duo, qui omnium extremi naſcuntur, circa annum ætatis uigeſimum, κατὰ τὴν τοῦ φρονεῖν ὥραν, hoc eſt, circa id tempus, quo iam ſapere incipimus.

S O P H R O N I V M, (σωφρόνιον) meretriculę nomen apud Plau. amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum. ἀπὸ τῆς σωφροσύνης, quod temperantiam,

perantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam, &c.

SOPHVS, phi, {*Sapiente, ſauio*} (σοφὸς) Latine ſapiens. Cic. 5. Tuſcu. Itaque & illos ſeptem, qui à Græcis σοφοὶ, ſapientes à noſtris, & habebantur, & nominabantur. Martial. lib. 7. Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ: Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat. Grande ſophos. Mart. lib. 1. Audieris cum grande ſophos, dum baſia captas, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Vbi Sipontinus: Mos eſt Græcorum, dum ſcripta alicuius uel legerunt, uel audierint, aſſentando dicere, Σοφῶς hoc eſt, ſapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poeta, Grande ſophos, id eſt, Grandem illam & adulatoriam uocem tot hominum clamantium, Sophos. Sic alibi. Quod tam grande ſophos clamet tibi turba togata, &c. Hoc autem nomine primum appellati ſunt, qui poſtea dicti ſunt Philoſophi. Pythagoras enim primus modeſtiæ gratia, non Sophum, ſed Philoſophum uoluit ſe appellari, ut Cicero teſtatur lib. 2. de Finib.

SOPIO, pis, piui, pitum, {*Adormentare*} (κατακοιμάζω) ſoporo, ſoporem induco. Liu. 9. ab Vrbe: Die feſto alii alios per ſpeciem cantus epularum cauſa inuitant, & uino, cuius auidū ferme genus, oneratos ſopiunt. Idem 4. Bell. Pun. Lentior denique, æqualiorq; accidens auribus, magnam partem hominum ſopiuit. Ouid. 7. Meta. Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis. Vnde Sopitum dicimus, qui iam cœpit dormire. Liu. 5. Bell. Pun. Nico ex improuiſo ad portas ſopitos uigiles in cubilibus ſuis obtruncat, portamq; aperit. Vergilius tamen ſopitū ſomno dixit, quaſi irrigatum. Verg. 1. Aen. Hunc ego ſopitū ſomno ſuper alta Cythera, Aut ſuper Idaliū ſacrata ſede recondā. Aras ſopitas excitat ignibus. Ver. 8. Aen. Brachia ſopita, Ouid. Epiſt. 14. Ignis ſopitus, id eſt, propemodum extinctus, aut cineribus occultatus. Verg 8. Aen Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Manus ſopitæ, Ouid. lib. 3. Faſt. Sopitus ictu, id eſt, ſtupefactus. uulgò ſtramortitus dicitur. Liu. lib. 1. Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrū haud alte in corpus deſcendiſſe: iam ad ſe rediſſe, inſpectum uulnus, abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe: cōfidere propediem ipſum eos uiſuros. Huius compoſitum eſt Conſopio, quod eſt totum ſopore obruo. Cic. 1. Tuſcul. Quæſt. Num igitur eum curare cēſes quum Luna laborat, à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur.

SOPOR, oris, {*Somno, dormire*} (ὕπνος) idem quod ſomnus. Cice. 1. de Diuin. Cum iam quieti corpus nocturno impetu Dedi, ſopore placās artus languidos. Verg. 6. Aen. Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis Gaudia. Horat. 5. Epod. Formidoloſis dum latent ſyluis feræ Dulci ſopore lāguidæ. Ouid. 15. Metam. Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem. Idem 6. Metam. Et ignes ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſoporem.

SOPORIFER, fera, ferum, {*Porta ſonno*} (ὑπνοποιός) quod ſoporem inducit. Plin. lib. 9. Præterea dextræ pennæ uim ſoporiferam ineſſe, ſomnosq; allicere ſubditam capiti, tradunt. Verg. lib. 4. Aeneid. Spargens humida mella, ſoporiferumq; papauer. Ouid. 11. Metam. Viſe ſoporiferam ſomni uelociter aulam.

SOPORO, as, pen. pro. {*Adormentare*} (κατακοιμίζω) ſoporem induco, ſtupefacio. Plin. lib. 28. Cauda flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Idem lib. 11. cap. 31. Nec illud præteribo, aſpidum naturæ halicacabum, in tantum aduerſam, ut radice eius propius admota ſoporentur. Hinc Soporatus, ta, um, particip. id eſt, ſopore obrutus: ut, Artus ſoporatos premit quies. Plin. lib. 10. cap. 75. Aqualia ipſa quiete cernuntur placida, ceu ſoporata. Dolor ſoporatus, i. lenitus. Curt. lib. 7. Recruduit ſoporatus dolor. Offa ſoporata melle, apud Verg. 6. Aen. i. ſoporifero melle imbuta. Ramus ſoporatus ui ſtygia, ibidem.

SOPORVS, a, um, (ὑπνοποιός) ſomnum inducens: ut, Nox ſopora, id eſt, nox intempeſta, quæ placida rigat membra quiete. Lucan. libro 2. Sed nocte ſopora Atria cognati pulſat non ampla Catonis. Stat. 1. Theb. Eadem ſub nocte ſopora Luſtra terit.

SORA, æ, (Σώρα) oppidum Campaniæ, cuius meminit. Plin. lib. 3. cap. 5. Iuuen. Saty. 2. Optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur. Stepha. Soram alteram collocat in Phœnice.

SORACTE, is, uel Soractis, tis, mons eſt Faliſcorū, Apollini ſacer, circa quem fiebat ſacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ ſuper ambuſtam lignorum ſtruem ambulantes, non adurebantur: ut refert Plin. lib. 7. cap. 2. Verg. 11. Aen. Summe deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo. Plin. lib. 3. cap. 2. Varro ad Soractem ſcripſit eſſe fontem, cuius ſit latitudo quatuor pedum, ſole oriēte eum exundare feruenti ſimilem, auesq; quæ guſtauerint, iuxta mortuas iacere. Neutro genere uſus eſt Silius Italicus lib. 8 Et ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

SORANVS, Ditis ſeu Plutonis cognomen: à uoce Græca σωρὸς, quæ tumulū ſepulcralem ſignificat: uel à Sora oppido, ad Soractē montem ſito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92. eo in tractu tam peſtiferos ſpiritus exhalari, ut auibus ſint letales. Vnde uideri poteſt Pluto dictus eſſe Soranus non diſſimili ratione ab ea, qua Auernum pro inferis Poetæ acceperunt.

SORANVS, (Σωρανός) Epheſius medicus, Alexandriæ uixit. Deinde Romā uenit, ubi artem exercuit, Traiani & Adriani temporibus Suidas.

SORBEO, bes, bui, bitum, uel ſorpſi, ſorptum, {*Sorbire*} (ῥοφέω) liquidum aliquid deglutio. Factitium uerbum à ſono, quem edunt, qui ſorbent. Plau. in Mil. Sorbet dormiens. PA. Quid ſorbet? LV. illud, ſtertit, uolui dicere. Sed quia conſimile eſt, quod ſtertas, quaſi ſorbeas. Pli. lib. 7. cap. 53. Ap. Saufeius cum a balneo reuerſus mulſum bibiſſet, ouumq; ſorberet, &c. Transfertur & ad alia. Ouid. 2. de Arte: Terraq; cœleſtes arida ſorbet aquas. Verg. 3. Aen. Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charibdis Obſidet, atq; imo barathri ter gurgite uaſtos Sorbet in abruptum fluctus. Lucan lib. 4. Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis. Sorbere odia alicuius, pro perferre. Cic. ad Qu. Fr. Sed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. Sorbere animo, pro eo quod eſt præproſpera ſpe deuorare. Cic. 2. Phil. Quem gurgitem, quam uoraginem, quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? Huius compoſita ſunt Abſorbeo, Exorbeo, Obſorbeo, & Reſorbeo: de quibus ſuis locis.

SORBILLO, las, diminutiuum à Sorbeo, {*Sorber poco, ma ſpeſſo*} (κατὰ μικρὸν καταῤῥοφέω) proprie idem eſt quod minutim, & paulatim ſorbeo Terē. in Adelph. Et cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

SORBILLVM, li, (ῥοφημάτιον) potiuncula ſorbitioni apta. Plaut. in Pœnu. Hem, mihi iam uideo propter te uictitandum ſorbillo.

SORBILIS, & hoc, le, pe. cor. {*Coſa che facilmente ſi ſorbe, coſa da ſorbire*} (ῥοφητὸν) quod facile ſorbetur: ut, Ouum ſorbile, apud Celſ. lib. 2. ca. 19. & 25. Col. lib. 8. cap. 17. Quiq; ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra recens caſeus.

SORBITIO, onis, {*Sorbitione*} (ῥόφημα) ipſe ſorbiendi actus, uel potio ad ſorbendum apta. Perſ. Saty. 4 Barbatum hæc crede magiſtrum dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ, Socratem intellige. Plin. lib. 20. cap. 6. Pulmonis, & arteriæ ſanat uitia, datum in ſorbitione ptiſanæ.

SORBITIVNCVLA, læ, {*Sorbitioncella*} (ῥοφημάτιον) diminutiuum eſt à Sorbitio, & ſumitur pro potiuncula, uel cibo liquido, qui facile ſorbetur.

SORBVM, ſorbi, {*Sorbo*} (οὖον) Sorbi arboris fructus, ſimilis pyro: quod Malum ſorbum etiam Colu. appellat, lib. 5. cap. 10. Et mala ſorba, pruna, poſt mediam meſſem, uſq; ad Idus Feb. ſerito. Hæc mala, ut docet Mart. lib. 3 aluum ſiſtunt. Sorba ſumus molles nimium durantia uentres, Aptius hæc puero, q̄ tibi, poma dabis. Colum. Sorba manu lecta, in urceolos picatos adiicito. Plin. li. 15. cap. 21. Sorbis quadruplex eſt differentia. Aliis enim eorū rotunditas mali: aliis turbinatio pyri: aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori: odore & ſuauitate rotunda præcellunt: cæteris unus ſapor: generoſiſſima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, aſſiduum prouentu, minimumq; pomo, arbore diſſimili, foliis pene platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato cap. 7. Sorba in ſapa cum uis condire uel ſiccare, uiridia facias. Des cormes, ou des ſorbes.

SORBVS, ſorbi, fœm. gen. {*Arbore de ſorbe ſorbolaro*} arbor eſt procera, quam Græci οὖαν, & οὖην, fructumq; eius οὖα & οὖα uocant: cuius longiorem deſcriptionem uidebis apud Theoph. lib. 3. cap. 21. Vn cormier.

SORDEO, ſordes, ſordui, {*Eſſer ſporco*} (ῥυπάω) ſordidus ſum. Mart. lib. 1. Dū nulla teneri ſordent lanugine uultus. Sordere alicui res aliqua dicitur, cum cōtemnitur, & uilis æſtimatur. Plin. lib. 35. cap. 10 Sordebat ille ſuis, ut plerunque domeſtica. Cic. ad Octauium. Cui ſordebat Macedonia prouincia, quam uictor ſibi ſumpſerat Cæſar. Liu. 4. ab Vrb. Adeo ſe ſuis etiam ſordere, nec à plebe minus, quàm à patribus contemni. Plin. lib. 15. Vitam iuuare non fortaſſe credet aliquis, quum hæc quoque cura friuola exiſtimetur, adeo deliciis ſordent & quæ ad ſalutem pertinent.

SORDES, ſordis, fœm. gen. {*Sporcherzza ſporcitia, bruttura*} (ὁ ῥύπος) immunditia. Plaut. in Pœnul. Vidēn' tu pleni oculi ſordium qui erant, iam ſplendent mihi. MI. Imo etiam in medio oculo paruum ſordis eſt. Horat. 1. Epiſt. 2. Iuuat illum ſic domus, aut res ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram, Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes. Iacere in ſordibus, eſt nimio animi dolore ſquallere. Cic. ad Terentiam. Te nunc mea Terentia ſic uexari, & iacere in lacrymis & ſordibus? Sordem urbis uocat Cicero fæcem plebis, Attico ſic ſcribens: Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem urbis & fęcē, multo melius nunc, quàm reliquiſti. Sordes item accipimus pro immoderata parſimonia, & auaritia, ex minimis etiam rebus lucrum captante, ῥυπαρία σμικρολογία. Quintil. lib. 6. Incuſans eius ſordes, calceos eum ueteres dicebat uendere ſolere. Horat. 1. Ser. Saty. 6. Si neq; auaritia, neq; ſordes, ac mala luſtra Obiiciet uere quiſquam mihi. Luxuriæ ſordes. Iuuen. Saty. 1. Sed quis feret iſtas Luxuriæ ſordes? Id eſt, ſummam prodigalitatem cum inſigni auaritia coniunctam: loquitur enim de illis, qui quum uentribus ſuis indulgerent omnia, in alio cum egeſtate ſubleuanda parciſſimi eſſent. Gaudet autem Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, ut alibi, Socraticos cinædos, Triſtis obſcœna, Lacernatā amicam. Hinc Sordidus, da, dum, de quo infra.

SORDESCO, is, {*Diuenir ſporco*} (κοιλαίνομαι, ῥυπαίνομαι) ſordidus fio. Horat. 1. Epi. 20. Cōtrectatus ubi manibus ſordeſcere uulgi Cœperis. Plin. lib. 11. cap. 1. Nāc uero e tāta cadens altitudine, multumq;, dum uenit ſordeſcens. Hinc Exordeſcere, quod eſt ualde ſordidum fieri, & per tranſlationem uileſcere patimur nomen philoſophiæ illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exordeſcere.

SORDIDATVS, ta, tum, (ῥακώδης, ῥυπαλέος) pannoſus, ſordidis ueſtibus indutus. Plaut. in Aſin. Quanquam ego ſum ſordidatus, Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari. Id eſt, ſordide indutus. Cic. 6. Verr. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos curſare, rem omnibus narrare.

SORDIDVS, da, dum, {*Sporco, imbrattato*} (ῥυπαρὸς) quod eſt ſordibus infectum. Cic. 3. Tuſcul. Sæpe eſt etiā ſub palliolo ſordido ſapientia. Ver 6 Aen. Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Oui 3 de Arte: Quas geritis ueſtes, ſordida lana fuit. Sordidus homo, (ῥυποκόνδυλος, σμικρολόγος) tenax, auarus, & ex rebus uiliſſimis quæſtum captans. Cic. 1. Offi. Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim uendant. Sordido loco natus, i. ignobilis. Liu. 2 Bell. Pun. Vnus inuentus eſt ſuaſor legis C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus. patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filiosq; hoc ipſo in ſeruilis eius artis miniſterio uſum. Sordida lingua, impura, mendax. Tibul. li. 3. Eleg. 7. Aut fallat blanda ſordida lingua fide.

SORDIDE', aduerb. (σμικρολόγως) id eſt, auare. Plin Epiſt. 9. Proconſulatū, ſed ſordide, geſſerat. Cic. 2. de Orat. Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi uitio dictum eſſe aliquid uideatur.

SORDIDVLVS, {*Imbrattello*} adiect. diminutiuum à Sordidus. Plautus in Pœn. Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria. Iuuen. Saty. 3. Si toga ſordidula eſt.

SORDITVDO, inis, {*Sporcaria*} (ῥύπος) idem quod ſordes. Plaut. in Pœn. Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.

SOREX, ſoricis, pen. cor. maſc. gen. {*Sorzo, rato, topo*} (ἀρουραῖος μῦς) animal eſt notiſſimum, maius mure, clamosq; ſtrepens, domos noſtras frequentans, omniaq; arrodens. Col. lib. 12. cap. 31. Si ſerpens aut mus, ſorex ue in muſtum ceciderit. Sorex ſuo indicio perit, prouerbialis metaphora eſt qua utimur, quoties ſignificare uolumus, quempiam à ſe ipſo proditum eſſe, cum uel in primis expediebat, cautiſſime latere. Terē. Eun. Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perii. Vide Adagia Eraſmi. Hinc Soriceus, cea, um, ad ſoricē pertinens.

SORICINVS, na, num, {*Di ſorzo, di topo*} (μυϊνος) à Sorex, unde Soricinos dentes, dixit Plautus.

SORICVLATA VESTIS {*Veſte di piu colori*} (ποικίλος) quæ uariis conſerta coloribus erat. Varro: Vermiculatam ac ſoriculatam ueſtem. Plin libr 8. cap. 48. Vndulata ueſtis primo lautiſſimis fuit: unde ſoriculata defluxit.

SORILLA, nauigia Iſtrica uocantur, quod lino & ſparto conſerantur,

& condenſentur.

SORITÆ,(σωρῖται)populi ſunt phthirophagi,quos Aibis fluuius ab Indis diſterminat,nullum alium cibum noſcentes, quam piſcium, quos unguibus diſſectos torrent Sole,panemq́ ex eis conficiunt. Plin.lib.7.cap.2. Oritas uocat.

SORITES,(σωρείτης) à Græcis uocatur captioſum & multiplex argumentū di genus,in quo ex uno conceſſo,ad multas concluſiones connexas, aſſurgitur. Dictus Sorites ἀπὸ τοῦ σωροῦ.quod Græcis aceruū ſignificat,quoniam ſemper aſcendunt in cumulū hæc argumenta.Cic.de Diuin.Quęadmodū ſoritæ reſiſtimus,quē,ſi neceſſe ſit,Latino uerbo liceat Acerualem appellare.Sed nihil opus. Vt enim ipſa philoſophia,& multa uerba Grçcorū , ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. Idē 1. Acad. Poſthac potius diſſeremus de obſcuritate naturæ, q̄ de oculorum ſenſuumq́ reliquorum mendaciis,& de ſorite, aut pſeudomeno, quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Idem 4. Acad. Soritas hos uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano:uitioſum ſane, & captioſum genus.

SOROR,oris,{Sorella,ſorore,ſirocchia}(ἀδελφὴ) dicta eſt, quod quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcatur,ſeparetuŕq ab ea domo,in qua oritur, & in aliam tranſ gredìatur,ut docet Gell.lib.13.cap.10.ex ſententia Antiſtii Labeonis. Cic.pro Mil.Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. Verg.2.Georg. Panáq,Syluanumq́ ſenem,nymphaſq́ ſorores. Ouid.5.Metam.Conſtitit,& doctas ſic eſt affata ſorores. Sorores palmulæ,id eſt, ſimillimæ, & quaſi gemellæ. Plin.lib.13.cap.4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc Adelphides dictæ.

SORORICIDA,dæ,pen.pro.qui ſororem occidit.Cic.pro Domo ſua:Quid, de me quod tuliſſe te dicis,patricida,fratricida,ſororicida,non'ne extra ordinem tuliſti?

SORORIARE,puellarum mammæ dicuntur,cum iam intumeſcunt,quod nō ſingulæ,ſed ueluti geminæ ſorores ſimul naſcantur. Vide Crinitum, & quæ ſupra annotauimus, in dictione Fratro.

SORORIVS,a,um,{Da ſorella}ut,Coitus ſororius. Cic.pro Seſt. Qui enim in eiuſmodi uita nemo eſſe potuerunt,hominis fraterni flagitiis, ſororiis ſtupris,omni inaudita libidine infamis? Sororium tigillum , appellabatur locus ſacer in honorem Iunonis, quem Horatius ille, unus ex fratribus trigeminis ſtatuerat cauſa ſororis à ſe interfectæ ob ſuam expiationem. Feſtus.

SORRACVS,ci,quo portantur inſtrumenta ſcenicorum. Plaut. Perſ.Librorū enim ecce plenum illum ſorracum habeo. Sic enim Calepinus legit. Apud Feſtum tamen, unde hæc ad uerbum deſcripta ſunt, Sarracum legimus, non Sorracum.

SORS,ſortis,fœ.gen.{Sorte,caſo,fortuna,diſgratia,deſtino}(κλῆρος) à ſerie,ſecundum Varronem ponitur pro fortuito alicuius rei euentu. Cic.lib 2.de Diui. Dicendum igitur putas de ſortibus? Quid enim ſors eſt? Idem propemodum quod micare,quod talos iacere,quod teſſeras:quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio,nec conſilium ualet. Tota res eſt inuenta fallaciis, aut ad quæſtum,aut ad ſuperſtitionem,aut ad errorem. Accipitur etiam Sors pro munere, uel officio.Liu. Si ita uideretur patribus, mitterent ad collegam, ut is qui profligatum bellum haberet,ad comitia Romam rediret:ſi id facere grauaretur,quod nō ſuæ ſortis id negotium eſſet,ſe quidem id facturum,quod Senatus cenſuiſſet. Aliquādo etiam pro patrimonio,ſiue hæreditate accipitur. Vnde Conſortes dicuntur, qui aliquod patrimonium,uel hæreditatem una habent:& Conſortium eiuſdem hæreditatis communio. Et præterea Sors,ſumma, ſiue caput, ut prima pecunia,quæ confertur in ſocietatem,ut inde lucrum fiat, ἀρχαῖον, ἀφορμή, κεφάλαιον.Terent.in Adelph.Hei mihi, etiam de ſorte nunc uenio in dubium. Hoc eſt,de pretio,quo empta erat fidicina. Inde Conſortes, qui tantundem ſortis attulerant ad ſocietatem, quantum ille, cum quo eſt ſocietas. Item Sors eſt fatalis neceſſitas,ſiue Parcæ,quod ita unicuique ſortitum ſit, ut ipſæ uoluerunt. Verg.3. Aen.Hac exitus illum Sorte tulit. Item dicitur iudicium. Idem 6. Aene. Nec uero hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes. Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur cauſæ,niſi per ſortem ordinatæ Nam quo tempore cauſæ agebantur,conueniebant omnes, & ex ſorte dierum ordinem accipiebant,puta quod poſt triginta dies cauſas ſuas exequerentur. Sortes etiam oracula,ſeu reſponſa(χρησμοὶ)dicebantur,quæ à diis eorumve ſacerdotibus cōſultoribus edebantur. Valer.lib.1. Cuius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculum miſſi, retulerunt præcipi ſortibus, ut aquam eius lacus emiſſam per agros diffunderent. Accipitur etiam Sors pro progenie. Ouid.lib.6.Faſt,

Si genus aſpicitur,Saturnum prima parentem.
Feci. Saturni ſors ego prima fui.

SORTICVLA,læ,diminutiuum à Sors. Sueto.in Neron.cap.21. Ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum iuſſit adſcribi, ſorticulaq́ in urnam cum cæteris demiſſa,intrauit ordine ſuo.

SORTILEGVS,gi,pen.cor.(χρησμῳδὸς) qui per ſortes futura prænuntiat, & qui per ſortem aliquid eligit. Cic.1.de Diuin Hæc habui,inquit,de diuinatione quæ dicerem,nunc illa teſtabor,non me ſortilegos,nec eos, qui quæſtus cauſa ariolentur,nec pſycomantium quidem, quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere. Horat.de Arte: Et diuina ſuturi Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis. Hinc Sortilegium,gii,(χρησμῳδία)quod proprie ſignificat rei futuræ per ſortes explorationem. Plin.tamen ſortilegia accepit pro magicis quibuſdam ſuperſtitionibus, lib.28.cap.4. ubi titulus capitis ſic habet, De ſortilegiis quibuſdam,& ſaliua hominis:Quid autem ibi ſortilegiorum nomine intelligat,ſatis declarat capitis totius tenor,quo non niſi manifeſtas Magorum perſuaſiones exequitur.

SORTIOR,iris,{Sortire, far le ſorti,buttar à ſorte}(λαγχάνω)ſortes duco. Plaut Caſin.Nam ſi ſic nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar. Sortiri remos. Verg.3.Aeneid. Sternitur optatæ gremio telluris ad undam, Sortiti remos,Vbi Seruius. Sortiti remos,per ſortem diuiſi ab officio remigandi, qui eſſet proreta, quis pedem teneret. Idem 6. Aene. Ocyus incubuere omnes, pariterq́ laborem Sortiti. Id eſt,diuiſerunt inter ſe laboris officium. Sortiri iudices,per ſortem eligere. Cic.ad Qu. Frat lib.2. Sententiam dixit, ut ipſe iudices per prætorem urbanum ſortiretur. Sortior,pro Sortitò capio,& ſorte conſequor. Cic.7. Phil. Eſt enim patronus triginta quinque tribuum quarum ſua lege,qua cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt,ſuffragium ſuſtulit. Suet.in Aug. Ex prætura Macedoniam ſortitus. Sortiri prouinciam,eſt ſorti committere,cuius prouincia ſutura ſit. Cic. Att.lib.1. Senatus decreuit, ut Conſules Gallias ſortirentur. Sortiri prouincias,eſt ſorte prouincias diuidere. Aliquando Sortiri, (κληροδοτεῖν)ſignificat diſponere Verg.3. Aeneid. Sic fata Deum rex ſortitur,uoluitq́ uices,ſic uertitur ordo. Sortiri pro ſubſtituere & ſubminiſtrare. Verg 3.Geor. Semper enim reſice, ac ne poſt amiſſa requiras, Anteuenì, & ſobolem armento ſortire quotannis. Vbi Seruius: Sortire,ſubſtitue,ſubminiſtra.

SORTITIO,uerbale,{Sortitione}(κλήρωσις)ipſe ſortiendi actus. Cicero pro Cluent. Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Gutta eſſet iudicandū. Ibidem: Statuerunt enim ita maiores noſtri,ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum,ſortitione in quoſdam animaduerteretur:ut metus uidelicet ad omnes,pœna ad paucos perueniret. His uerbis Cicero morem illum antiquum ſignificat, quo in decimum aut centeſimum quenque militem ſortito animaduertebatur capitaliter:unde & legiones decimatas & centeſimatas legimus apud Liuium.

SORTITO,pen.pro.{Sortitamente}(κληρωτὶ)aduerb. ſignificans ex ſorte, uel per ſortem. Cic.4. Verr.Lex Iouis ſacerdotem ſortito capi iubet. Idem libr. 6. Epiſt. Eos ſortito in prouincias mitti placere. Aliter accipitur apud Horat. 4. Epod. Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt. hoc eſt,naturaliter,uel occulta quadam fati ratione.

SORTITVS,tus,maſc.gen.{Sortimento}(κλήρωσις) pro ſortitione. Cice.pro Domo ſua: Quid,ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti? Verg.3. Aen. O felix una ante alias Priameia uirgo, Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori, quæ ſortitus non pertulit ullos, Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.

SORTI,aduerb. Verg 4. Georg. Sunt quibus ad portus cecidit cuſtodia ſorti. Vbi Seruius: Sorti,id eſt,ex ſorte, uel in ſortem. Nam aduerbium eſt, quod traxit à militia.

SORY,(σῶρυ)corpus metallicum,ſimillimum melāteriæ, niſi quod hæc denſior eſt & ſolidior,illud rarius & fiſtuloſius. Facultates habet eaſdem cum chalciti, & miſy,aſtrictoriā uidelicet & cauſticā: craſſioris tamen eſt eſſentiæ: unde & in metallis infimo loco naſcitur,ſub chalciti nimirum,quemadmodum & chalcitis ſub miſy. Eſt autem Sory tantum foſſile, quod & temporis progreſſu, in chalcitin commutatur,quemadmodum chalcitis miſy. Vulgus hodie, ut cætera ferè omnia eius generis, Vitriolum appellat.

SOS, pro eos antiqui dicebant, teſte Feſto.

SOSANDRA,dræ,(σωσάνδρα)inſula Cretæ adiacens,ita dicta, quod incolas ſuos à ui Lyctiorum ſeruarit incolumes. Auctor Steph.

SOSIANVS, Apollinis cognomen,cuius Romę erat ſtatua ex cedro,e Seleucia aduecta,teſte Plin.lib.13 cap.5.

SOSIAS,ſiue Soſia,(σωσίας)Philoſophus quidam impius,qui ſublata penitus prouidentia,omnia temere ferri aſſerebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram,& Hipponem,& ipſum etiam Epicurum,uerſatos accepimus. Eſt uē hoc perſonæ protaticæ nomen in Terentiana Andria.

SOSIBIVS,(σωσίβιος)Grāma. Lacedæmonius,cuius meminit Suidas. Fuit & alter Soſibius,homo aſtutus, qui falſo tutoris nomine aſſumpto Ptolemæi regnum inuaſit,& Lyſimacho Arſinoes filio machinatus eſt necem.

SOSIGENES,(σωσιγένης)Aſtrologus inſignis fuit,cuius opera uſus eſt Cæſar,cum annum ad ſolis rationem redigeret. Auctor Plin.lib.18.cap.25.

SOSICLES,(σωσικλῆς)patria Syracuſius, poeta Tragicus, circa nouiſſima Philippi Amyntæ filii tempora,unus ex iis, quos à ſideris nomine, quod ſeptē numero eſſent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas L X X I I I. uictorias retulit ſeptem. De hoc Suidas.

SOSII, bibliopolæ erant celeberrimi Horatii temporibus, quorum meminit lib. 1. Epiſt. librum ſuum alloquens: Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

SOSIPATER,(σωσίπατρος) nobilis Grammatici nomen e Charyſto Eubœæ oppido: cuius meminit & Suidas.

SOSIPATRA,(σωσιπάτρα)mulier e Lybia, Adeſii ſophiſtæ uxor,quę ob inſignem doctrinam, uaticinandiq́ peritiam à numinibus quibuſdam educata credebatur. Auctor Eunapius.

SOSITHEVS,(σωσίθεος)poeta Tragicus patria Syracuſanus,ut alii, Athenienſis, (quanquam non deſunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malint) unus ex iis,qui quod ſeptem eſſent numero,Pleiades dicebantur,Homeri Tragici æmulus. Vide Suidam.

SOSIPOLIS,(σωσίπολις)Iouis cognomen Apud Magneſios, cuius meminit Strab lib.14. Soſipolis alius apud Eleos colebatur, ita dictus,quod ab Arcadum impetu ciuitatem ſeruaſſe crederetur. Ferunt enim Eleis aduerſus Arcades in prælium exeuntibus apparuiſſe mulierem puerum in manibus geſtantem, cuius ſeſe & matrem eſſe dicebat, & in ſomnis monitam, ut illum Eleis duceret traderet. Quid multa? credita res. Acceptus à muliere puer,& in ipſa acie fronte nudus hoſtibus obiectus: qui in ipſo ineundi prælii momento in draconis ſpeciem ſeſe transformauit, tantumq́ Arcadibus terroris incuſſit, ut ſe protinus in fugam conuerterent. Cuius beneficii memores Elei,eo in loco,quo draco ſe recipere uſus erat, ſacrum extruxerunt, quod Soſipolidi Deo dedicauerunt.

SOSPES,tis,gen.com {Sano e ſaluo}(σῶος)ſaluus,incolumis. Liu.5 ab urbe: Soſpiteſq́ omnes Romam ad propinquos reſtituit. Verg. 11. Aeneid. At non Euandre pudendis Vulneribus pulſum aſpicies,nec ſoſpite dirum Optabis nato funus pater. Horat. 1. Carm. Ode 36. Vix una ſoſpes nauis ab ignibus. Antiqui item Soſpitem accipiebant pro ſoſpitatore ſiue ſeruatore: unde Iouem ſoſpitem dixit Ennius,quem alii Iouem ſeruatorem appellant.

SOSPITA,tæ,pen.cor.(σώτειρα)id eſt ſeruatrix. quo cognomine Iuno colebatur apud Lanuuinos. Cic.pro Muræna: Noluiſti à ſacris patriis Iunonis ſoſpitæ,cui omnes Conſules facere neceſſe eſt,domeſticum, & ſuum Conſulem potiſſimum auellere.

SOSPITALIS,& hoc,le,{Salutifero}(σωτήριος)ſalutifer,ſalutaris. Plautus in Pſeud. Quis eſt qui moram occupato moleſtam obtulit? P. qui tibi ſoſpitalis fuit.

SOSPITO,tas,pen.pro.{Conſeruare ſano & ſaluo}(σώζω)incolumem ſeruo. Liuius libr. 1. Pacem precibus expoſcunt,uti uolens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem.

SOSTRA-

SOSTRATVS,(Σώστρατος)inſignis architectus, qui in inſula Pharo, iuſſu Ptolemæi Philadelphi turrim extruxit, ad oſtentãdos nocturnos ignes, nauigãtiumq́ curſus dirigendos, cũ huiuſmodi inſcriptione, Soſtratus Gnidius, Dexiphanis filius, diis ſeruatoribus pro nauigantibus. Nã quum ora ex utraque parte importuoſa & humilis eſſet, & cautes & breuia haberet, ſignum aliquod neceſſariũ fuit, altum & clarũ, quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigentur. Hæc Stra. lib. 17. Soſtratus alius fuit, nobilis æneorum ſignorũ artifex qui CXIII. Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius item pugil, patria Sicyonius, Acrocherſites cognominatus, quod aduerſariorum extremis manibus corriperet, nec ante dimitteret: quàm deficientem ſentiret. Auctor Pauſanias.

SOTADES,(Σωτάδης)Maronites poeta fuit, turpiſſimi carminis auctor, in quo omnes nefandarũ libidinum refert ſpecies. Hoc carminis genus, ſumpto nomine ex argumento, Cinædos inſcripſit. Suidas.

SOTADEVM CARMEN,(σωτάδειον μέτρον)pedes habet ſeptem. Primus ſpondeus, ſecundus periambus, tertius ſpõdeus, quartus periambus, quintus & ſextus tribrachys, & ultimus ſpondeus. Et (quod magis mirum eſt) totus ſotadeus numerus è trochæis poteſt cõſtare pedibus. Hæc Fortunatianus Atilius. Alii de hoc uocabulo ſic: Sotadeum carmen conſtat è quinque pedibus: primis duobus Ionicis à maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore conſtat è duabus primis longis & reliquis duabus breuibus, primus pes interdũ ſoluta prima Ionici in duas breues fit meſomacros, conſtans e media longa & duabus utrinque breuibus. Soluta ſecunda, fit paraparon, conſtans è prima longa & quatuor breuibus.

SOTER, ſoteris, {Seruatore, ſaluatore} (σωτήρ) Latine ſeruator. Cice. in Verr. Act. 4. Itaque non ſolum patronum iſtius inſulæ, ſed etiam ſotera inſcriptum uidi Syracuſis. Hoc quantum eſt? Ita magnum, ut Latino uno uerbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum ſoter, qui ſalutem dedit.

SOTERIA, orum, (σωτήρια) dicuntur munera, quæ pro conualeſcentia diis uouentur. Solent autem huiuſmodi munera ab amicis corrogari. Vnde non inuenuſte Martialis iocatur in Soſibianum, qui quoties uiſum eſſet, ſe ægrotum ſimulabat, ut munuſcula ab amicis prætextu Soteriorum extorqueret. Verba Martialis ſunt hæc: Aegrotas quoties, ſoteria poſcis amicos. Iam precor ægrota Soſibiane ſemel.

SOTERICHVS, (Σωτήριχος) uerſificator fuit ex Aſſo Troadis, qui Diocletiani Encomium ſcripſit, & Dionyſiacorum libros duos, & alia nonnulla, quæ commemorantur à Suida.

SOTERIDAS, dæ, (Σωτηρίδας) Epidaurius Grammaticus, Pamphilæ doctiſſimæ mulieris pater: cuius meminit Suidas.

SOTIRA, ræ, (Σώτειρα) urbs Arienorum, ab Antiocho Seleuci filio condita. Stephanus.

SOZVSA, (Σώζουσα) trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnice collocatur à Stephano, ſecundum in Piſidia, tertium in Aethiopia.

S ANTE P.

SPACO, (Σπακώ) uxor fuit Mithridatis, bubulci Aſtyagis, Medorum regis, et nutrix Cyri: quę uox quoniam Medorum lingua canem ſignificat, factum eſt, ut Cyrus creditus ſit nutritus eſſe à cane. Auctor Herod. lib. 1.

SPADICEVS, a, um, (φοινικοῦς) idem quod puniceus ſiue baius, quod coloris genus in equis potiſſimum commendatur. Significatur autem hac uoce exuberantia quædam ruboris, ſplendoriſq́ qualis cernitur in termitibus palmarum, qui Spadices appellantur. Vide Thyleſium in libello de Coloribus.

SPADIX, icis, pe. ge. pr. (σπάδιξ) teſte Gell. lib. 2. eſt auulſus à palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem, hoc eſt, rubrum cum exhuberantia quadam ſplendoris, factum eſt, ut ſpadicem pro puniceo colore acciperemus, qui potiſſimum in equis cõmendatur. Verg. 3. Georg. Luxuriatq́ toris animoſum pectus: honeſti Spadices, glauciq́. Eſt etiam ſpadix, genus inſtrumenti muſici, cuius meminit Iul. Pollux lib. 4. & Cælius lib. 9. cap 4. Quint. lib. 1. cap. 17. de Muſica: Pſalteria, & ſpadices etiam uirginibus probis recuſanda.

SPADO, onis {Caſtrato, eunuco} (σπάδων) proprie is dicitur, cui aut teſtes euulſi ſunt, aut ipſi cremaſteres, hoc eſt, nerui, e quibus teſtes depẽdent. A' uerbo Græco σπάω, quod eſt, euello. Eunuchus aũt & natura quis eſſe poteſt, ut cum frigidior temperatura Veneris uſum cuiquam pernegat. Plin. lib. 11. cap. 37. Defluuium capillorũ ſpadonibus non uiſum. Spadones item dicuntur ſurculi infrugiferi. Col. lib. de Arbor. Eiuſmodi ſurculos, qui nihil afferunt, ſpadones appellant.

SPALATHRA, (Σπάλαθρα) Magneſiæ oppidum apud Plin. lib. 4. cap. 9.

SPARGANION, (σπαργάνιον) herba eſt folia habens ſimilia gladioli, ſed anguſtiora, magiſq́ in terram procumbentia, circa ſummum autem caulem ſemen capitulis quibuſdam incluſum. Auctor Dioſcorides lib. 4.

SPARGAPISES, (Σπαργαπίσης) fuit filius Tomyridis, Maſſagetarum reginæ: qui captus à Cyro ſeipſum interfecit. Auctor Herodotus lib. 1.

SPARGO, gis, ſi, ſum, {Spargere} (σκεδάζω, ῥαίνω) huc illuc proiicio, diſſemino, late diffundo. Verg. 9. Aen. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. Spargere aquam, eſt aquam effundere. Plaut. Trucul. Sparſiſti aquam: iam ſedit animus. Inſulæ ſparſæ per æquor. i. late diffuſæ. Verg. 3. Aen. Niueamq́ Paron, ſparſaſq́ per æquor Cycladas. Col. lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, ante quàm ſarrias more ſeminantis ex aruariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Spargere, ſternere uel operire. Verg. 5. Aen. Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras. Compoſita ſunt, Aſpergo. Conſpergo, Diſpergo, Inſpergo, & Reſpergo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis. Spargere ſe in ariſtas uel brachia, dicitur herba, quando in ariſtas uel in brachia dilatatur. Pli. lib. 12. cap. 12. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt.

SPARSIM, aduerb. {Sparſamente, qui e li} (σποράδην) multis, uariiſq́ in locis, hic & illic. Gell. lib. 11. Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam ſparſim & intercise commeminimus.

SPARSVS, particip. {Sparſo} (ἐσπαρμένος) longe lateq́ diffuſus. Cicero in Arat. Stellæ ſparſæ fuſæq́ uidentur. Os ſparſum, id eſt, latum, & plus ſatis diffuſum. Ter. in Heau. Rufam'ne illam uirginem, cæſiam ſparſo ore, adunco naſo. Aliquãdo idẽ quod Conſperſus. Ouid. 8. Meta. Raris iam ſparſus tempora canis. Corpus ſenatus ſparſum, id eſt, diſiectum. Lucan. lib. 7. Calcatoſq́ ſimul reges ſparſumq́ ſenatus Corpus, & immenſa populos in cæde natantes.

SPARTA, tæ, (Σπάρτη) Peloponneſi ciuitas nobiliſſima fuit, Lycurgi legibus optime olim inſtituta, ita dicta à Sparto Phoronei filio, aut (ut alii malunt) à Sparta Eurotæ filia: cum antea Lacedæmon diceretur. Verg. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremq́ Moloſſum Paſce ſero pingui. Huius ciues dicuntur Spartiatæ, ſiue Spartiani, (σπαρτιᾶται) qui & Lacedæmonii.

SPARTANVS, a, um, (σπαρτιατικός) idem quod Lacedæmonius. Verg. 1. Aen. Virginis os habitumq́ gerens, & uirginis arma Spartanæ.

SPARTA, lacus in Atropatia in quo ſoles naſcuntur & congelaſcunt.

SPARTACVS, (Σπάρτακος) famoſus gladiator fuit, ex Thracia oriundus, robore animi & corporis præſtans, qui una cum Cryſo & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuq́ ſeruorum congregata, quaſi iuſto exercitu comparato, Veſuuium montem in Campania occupauit: ubi cũ à Clodio Glabro obſideretur, eius caſtra diripuit, & Campanam populatus, raptis Prætorum faſcibus appellatus eſt Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino diſſipauit: apud Mutinam Caſſii caſtra deleuit. Tandem cum de urbe inuadenda deliberaret, à M. Craſſo pulſus, fugatusq́ cum Brutium angulum occupaſſet, nec in Siciliam pro nauium penuria traiicere potuiſſet, cum ſuis omnibus fortiſſime dimicans quaſi Imperator occiſus eſt. Lucan. lib. 2. Parthorum utinam poſt prœlia ſoſpes, Et Scythicis Craſſus uictor remeaſſet ab oris, Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.

SPARTOPOLIOS, (σπαρτοπόλιος) perſona erat hiſtrionica in Tragœdia, à Sparti canitie dicta, uiridi ſpecie, nigra & ſubpallida: quemadmodum contra polia, (πολιά) facie muliebri, denſo canoq́ capillitio, cæteris omnibus muliebribus perſonis, ut ætate, ita & dignitate præſtans. Vide Iul. Pollucem Onomaſtici libr. 4. & Hermolaum in Plin. Eſt item Spartopolios, gemma quædã à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. lib. 37. cap. 11.

SPARTVM, ſparti, ſiue Spartium, (σπάρτιον Dioſc. li. 4.) i. quod noſtri Geniſtam appellant, fortaſſis, quia genu modo flexilis ad nexus ſit: uel quia genibus medeatur dolentibus. Eſt & aliud Sparti genus quod in Hiſpania naſcitur: de quo Plin. lib. 19. Sparti quidem uſus multa poſt ſecula cœptus eſt: nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte naſcens, & quæ non queat ſeri, iuncuſq́ proprie aridi ſoli, uni terræ dato uitio: namque id malum telluris eſt, nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. Idem lib. 24. Geniſta quoq́ uinculi uſum præſtat: flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quam Græci auctores Sparton appellauere, cũ ex ea lina piſcatoria, apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc deſignauerit Homerus, cum dixit, Nauium ſparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe Africanum, uel Hiſpanum ſpartum in uſu, certum eſt. et cum ſutiles fierent naues, lino tamen non ſparto unquam ſutas. Semen eius quod Græci eodẽ nomine appellant, in folliculis phaſeolorũ modo naſcens, purgat hellebori uice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor ieiunis.

SPARTARIVM, rii, locus ſparto abundans. Pli. lib. 11. Falſo excipiunt ſpartum: quippe in Hiſpania multa in ſpartariis mella eam herbam ſapiunt.

SPARTEVS, a, um, adiect. e ſparto compactum & compoſitum. Cato de Re ruſt. cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ ſparteis funibus ducantur.

SPARVS, ſeu Sparum, telum ruſticum, in modum pedis recuruum. Verg. lib. 5. Agreſtiſq́ manus armat ſparus. Feſtus: Spara, minimi generis ſunt iacula à ſpargendo dicta, quod paſſim pugnando ſpargerẽtur. Lucilius: Tum ſpara, tum rumices, portantur tragula porro. Eſt & Sparus (σπάρος) piſcis marini nomen circa uernum æquinoctium parientis: ut tradit Plin. lib. 9. cap. 51.

SPASMVS, mi, ſiue Spaſma, atis, {Sparſmo, ſpaſimo} (σπασμὸς, σπάσμα) cõtractio neruorum, rigor, ſiue diſtentio, conuulſio. A' uerbo Græco σπάω, quod eſt conuello. Plin. lib. 22. cap. 8. Item ex mulſa auxiliatur renibus, ſtrãguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lumbis.

SPASTICI, (σπαστικοί) dicuntur, quibus aliquid intus conuulſum eſt. Pli. lib. 21. cap. 19. Radicẽ decoctã bibere ſpaſticis, ruptis, cõuulſis, ſuſpirioſis ſalutare.

SPATHA, æ, {Spada} (σπάθη) gladii genus, ἀπὸ τοῦ σπαθᾶν, hoc eſt à ſcindẽdo, ſiue diuellendo: aut certe ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod inter cætera ſignificat ſtringere. Apuleius: Et militaris ſacramenti genũ ob amiſſam ſpatham uerebatur. Vegetius gladios maiores. Spathas uocari docet: minores uero Semiſpathas. Hæc etiam auctore Auguſt. dicitur Framea, & alio nomine Romphæa. Eſt item Spatha, rudicula qua utimur in uerſandis rebus, quæ coquuntur. Colum. lib. 12. cap. 22. Deinde permiſceto ſpatha lignea. Spatham præterea uocamus inſtrumentum illud culinarium, quo ſpumam detrahimus. In palmis item Spathæ dicuntur, ramuli, ex quibus palmulæ depẽdent: à frondis, ut uidetur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium ſatis accedit, licet duplex ſit, minor & tenuior. Plin. li. 16. cap. 26. Palma ſola in ſpathis habet fructum, racemis propendẽtem.

SPATHALION, {Rama di palma} (σπατάλιον) diminutiuum à Spatha, ſignificans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. Vnde apud Mart. lib. 13. Spathalion caryotarum numeratur inter munera teniuorum, quæ Calendis Ianua. ſolent miſſitari. Aurea (inquit) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet. Eſt etiam ornamentum muliebre, inter delicias fœminarum annumeratum A' uerbo Græco, σπαταλάω, quod ſignificat delicias ago, & laſciuio. Plin. lib. 13. cap. 15. Iuba tradit circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto uocari Iſidos plocamon, corallio ſimilem, ſine foliis: præciſum mutato colore in nigrum dureſcere, cum cadat, frangi. Item alium, qui uocatur charitoblepharon, efficacem in amatoriis. ſpathalia eo facere, & monilia fœminas. Plaut. Menæch. Amabo Menæchme inaureis da mihi faciendas, pondo duum nummum ſpathalia, ut te libenter uideam, quum ad nos uenerìs.

SPATHE, es, (σπάθη) inuolucrum eſt ſiue operimentũ fructus palmarum adhuc florentium, quo in ſpiſſandis unguentis utuntur unguentarii: ut docet Dioſc. lib. 1. qui ea in re optime conuenit cum Theophraſto, qui lib. 3. de Plantarum hiſtoria de palmis agens, in eo maſculam à fœmina differre ſcribit, quod maſcula prior florem ferat in ſpathe. Plin. lib. 23. cap 6. Spathen ſiue elates nomine proprium quoddam palmæ genus uidetur intellexiſſe, quod medicinæ cõferret germina, folia, & corticem. Vide Marcellum in Dioſcoridem.

SPATHVLA, læ, diminutiuum a Spathe, ſiue Spatha, quo Celſus lib. 8. ca. 15. uſus eſt pro inſtrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (inquit) ſi uaſtius corpus, neruiue robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea: & quæ craſſitudinem duorum digitorum habeat.

SPATIOR, aris, {Andar à ſpaſſo. à ſolazzo, ſpatiando} (περιπατέω) deambu

lo. Verg. lib. 1. Georg. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Ouid. 2. Meta. Nam cum per littora lentis Paſſibus, ut ſoleo, ſumma ſpatiarer arena. Feſtus: Spatiatorē pro erratore poſuit Cato. Spatians, tis. Ouid. 14. Metam. Et ſpatiantia paſſim Brachia compeſcit. Spatiatus, ta, um. Oui. 3. Faſt. Flebat amans coniunx, ſpatiataq; littore curuo. Edidit incultis talia uerba comis.

SPATIOSVS, a, um, {Spatioſo, grande} (εὐρύχωρος) amplus, capax, uaſtus. Colum. lib. 6. cap. 2. Primum omnium ſpatioſum ſtabulum præparetur, ubi domitor facile uerſari, & digredi ſine periculo poſſit. Interdum nō loci, ſed temporis ſpatium importat. Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 8. Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram: Sæpe ſimultates ira morata facit. Hinc Spatioſe, aduerb. (εὐρυ) id eſt, late, diffuſe. Plin. lib. 19. cap. 5. Quoniam ſpatioſe fruticat. Inde Spatioſius, & Spatioſiſſime. Plin. Epiſt. 62. Bono enim conuenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius & uberius uolumine amplecti.

SPATIVM, ſpatii, {Spatio, agio, tempo} (ἀπόστασις, διάστημα) capedo, interuallum: & non ſolum de loco dicitur, ſed etiam de tempore. De loco, Cic. libr. 1. de Natu. Deor. Sydus ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans. Vergil. 3. Georg. Hic uel ad Elei metas, & maxima campi Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas. Ouid. 2. Metam. Tritumq; relinquunt Quadriiuges ſpatium, nec, quo prius, ordine currunt. De tempore. Cic. pro Arch. Quoad longiſſime poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis. Aut ad Herenn. lib. 2. Spatium ita cōſideratur, ſatis'ne longum fuerit ad eam rem tranſigendam: ſcierit'ne, ſatis ad perficiendum ſpatii futurum. Spatium, pro menſura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Orat. Trochæus qui in eodem ſpatio eſt, quo choreus. Spatium pro dilatione. Liu. lib. 8. Orabant ut rem in poſterum diem differret, & iræ ſuæ ſpatium, & conſilio tempus daretur. Budæus.

SPECIALIS, & hæc, le, {Speciale, ſingulare, proprio} (ἰδικὸς ἴδιος) ſignificat non tam particulare, quàm proprium, & ueluti peculiare. In qua ſignificatione utitur hoc nomine Iulius Capitolinus, cum ait, Macrinorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, ut Alexandrum Magnum in auro & argento exculptū ſemper haberet.

SPECIATIM, {Spetialmente, ſingularmente} (ἰδίᾳ) aduerbiū, ſignificans particulariter. Cic. poſt Reditum in Senatu: Multa de me C. Meſſinius & amicitiæ & Reip. cauſa dixit, legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgauit.

SPECIALITER, aduerb. {Spetialmente} (ἰδίᾳ) idem quod ſpeciatim. Col. lib. 3. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcipimus: nunc illud ꝓprie ſpecialiter, ut non ſolum ex feraciſſima uite, ſed etiam e totius parte feraciſſima ſemina eligantur.

SPECIES, ſpeciei, {Spetie, imagine} (ὄψις, εἶδος) effigies, facies, uel imago. Ci. lib. 1. Offic. Quæ autem ſpecie quadam utilitatis, hanc Græci ἰδέαν uocant. Et in Topicis. In diuiſione formarum, quas Græci ἰδέας uocant, noſtri (ſi qui hæc forte tractant) Species appellant. Cæſ. Com. 4. Auxiliareſq;, quibus ad pugnam non multum Craſſus confidebat, lapidibus teliſq; ſubminiſtrandis, & ad aggerem ceſpitibus comportandum, ſpeciem, atque oppugnationem pugnantiū præberent. Id eſt, demonſtrationem, ſiue ſimulationem, prætextum, & quaſi uelamentum, πρόφασις. Cic. de Amic. Quæ eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed re ipſa multis locis repudianda eſt. Quādoque ſumitur pro aſpectu, & re ipſa. Verg. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Quādoque pro pulchritudine, ſeu deformitate: à ſpeciendo. Plaut. in Bacch. Bella'n uidetur ſpecie mulier? Inde ſpecioſus pro pulchro & formoſo accipitur, de quo infra. Species item (ut definitur à Dialecticis) eſt quæ dicitur de pluribus differentibus numero: ut, Homo eſt ſpecies, quoniam de Socrate & Platone, & aliis, non ſpecie, ſed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata, ꝙ multorum collectio una quaſi uiſione comprehendatur. Genus autem eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: ut Animal, quod de homine, equo, aſino, & huiuſmodi dicitur, quæ ſpecie differunt. Quandoque ſpecies in plurali numero ſumitur pro aromatibus. Macrob. lib. ult. Saturnal. Species, & acres, & calidæ, ſuperficiem, quam apponuntur, exulcerant. Martianus Iureſcōſultus: Species pertinentes ad uectigal, cinnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur Vicus ſpeciarius à ſpeciebus Arabicis, Peregriniſq;. In ſpeciem, ſimulate. Liu. 4. ab Vrb De Sempronio reo. Aegre Hortenſius pati, tentationem eam credere eſſe perſeuerantiæ ſuæ: nec precibus tribunorum, quæ in ſpeciem modo iactentur ſe auxilio confidere reum.

SPECILLVM, li, {Taſta} (μήλωτρίς) inſtrumētum, quo utuntur chirurgi ad ſcrutationem uulnerum, & fiſtularum. Eſt autem diminutiuum à Specium, quo antiqui uſi ſunt in eadem ſignificatione. Corn. Celſ. lib. 5. Ante te omnia autem ſpecillum demitti in fiſtulam conuenit, ut quo tendat, & quàm alte perueniat, ſcire poſſimus. Hinc Auricularium ſpecillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. Eſt & Specillum, inſtrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7. C. Iulius medicus dum inungit, ſpecillum per oculos trahens. Celſ. lib. 7. Specillo ſuper oculum inducatur. Varr. lib. 5. de Ling. Lat. Quo oculos inungimus, quibus ſpecimus, ſpecillum. Quidam etiam Specilla appellant uitreos illos orbiculos, quos ſenes, quo clarius cernant, oculis admouent.

SPECIMEN, nis, pe. co. {Sperienza, taſto, proua, moſtra} (ἐπίδειγμα) ꝓprie in quauis merce dicitur exiguum quiddam quod à uenditore ſpectandum profertur, ut ex eo emptor rem totam eſtimet. Frequentiſſime tamen per tranſlationem accipitur pro quouis documento, experimento, ſiue exemplo, ex quo rei totius capimus coniecturam. Cic. in Tuſc. Quid illud? non dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura. Apul. in Flor. Sed Marſyas (qđ ſtultitiæ maximum ſpecimen) non intelligens ſe deridiculo haberi, quædam delira menta effutiuit. Dare ſpecimen ſui eſt re aliqua inſigni declarare, quid de ſe ſit ſperandum. Cic. in Diuin. in Verrem: Tu uero Cecili quid potes? quo tempore aut qua in re non modo ſpecimen cæteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti? Specimen innocentiæ, prudentiæ, uirtutis: id eſt, exemplar. Cic. 3. de Natu. deo. Cur temperantiæ, prudentiæq; ſpecimen ante ſimulacrum Veſtæ pontifex maximus eſt Qu. Scæuola trucidatus?

SPECIO, cis, xi, ctum, {Vedere} (σκοπῶ) apud antiquos in uſu fuit, pro uidere: Vnde augures Specere, hoc eſt, inſpicere aues dicebant. Ennius apud Varr. Vos epulo poſtquam ſpexit. Hodie abiit in deſuetudinem: utimurq; tantum eius cōpoſitis. Aſpicio, Conſpicio, Circūſpicio, Deſpicio, Diſpicio, Inſpicio, Perſpicio, Proſpicio, Præſpicio, Reſpicio, Introſpicio, Suſpicio, & Tranſpicio. de quibus ſuis locis.

SPECIOSVM, a, um, {Virtuoſo, apparente, bello, ſben formato} (εὐειδής) pulcher: Semper enim in bonum accipitur, quāuis Species medium uocabulum ſit. Verg. 4. Aen. Neque enim ſpecie famaue mouetur. hoc eſt, nec præſenti deformitate, nec rumore mox futuro. Sic & formoſus, licet forma indifferenter ponatur, ſemper tamen in meliorem partem accipitur. Plin. lib. 13. cap. 4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores. Celſ. lib. 2. cap. 2. Si plenior aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona ſua debet. Horat. de Arte: Interdum ſpecioſa locis, morataq; recte Fabula &c. Ouid. 7. Metam. Specioſaq; nomina culpæ Imponis Medea tuæ: quin aſpice quantum Aggrediare nefas. Specioſe, ſpecioſius, ſpecioſiſſime, pulchre, ornate. Liu. 4. Bell. Maced. Et cū tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quàm uxor ueſtita? Specioſe ingredi. id eſt, cum ornatu. Colum. lib. 2. cap. 2. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quò ſpecioſius ingrediantur ſublimes & elatis capitibus.

SPECITO, as, are, frequentatiuum antiquum à Specio. Plaut. in Ciſtel. Per Dionyſia Mater pompam me ſpecitatum duxit.

SPECIVM, cii, {Taſto, tenta} (μήλωτρίς) inſtrumentum teres & paruum, quo medici ad tentandam uulnerum ac fiſtularum uiam & profunditatem utuntur. Pacuuius: Vt medici faciunt, qui prius ſpecio uulnus tentant. Fit autē à Specio.

SPECTABILIS, le, {Spettabile, illuſtre} (θεατός, ἀξιοθέατος) ſpectatu dignus, clarus, illuſtris. Plin. lib. 11. cap. 14. Alibus enim faui cera ſpectabiles gignuntur. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 2. Ipſe ſuper currum placido ſpectabilis ore. Iuue. Saty. 8. Ipſi deinde Lares, ſi quod ſpectabile ſignum, &c. Tacitus in uita Agricolę. Et extremo metu corpora defixere in his ueſtigiis, in quibus pulchrā & ſpectabilem uictoriam ederetis.

SPECTACVLVM, li, {Spettacolo} (θέα, θέαμα) dicitur id quod ſpectandū exhibetur. Verg. in quondam Epig. Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Liu. lib. 1. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Aliquando dicitur ipſa ſpectatio, θέα. Cic. 7. Ver. O ſpectaculum miſerum, atque acerbum ludibrio eſſe urbis gloriam. Aliquando locus unde ſpectatur, θέατρον. Sueto. De ſpectaculō excitatus deſcendit. Liu. Tum primum circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca Patribus, Equitibuſq; ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, Fori appellati.

SPECTATORES, {Spettatori} (θεαταί) qui ad ludos ſpectandi cauſa conueniunt. Plaut. Amph. Nunc ſpectatores Iouis ſummi cauſa clare plaudite. Spectatores rerum cœleſtium, id eſt, contemplatores. Cic. 1. de Natu. Deor. Homo rerum ſuperarum, atque cœleſtium ſpectator. Spectator pugnæ, qui ſe pugnæ non admiſcet, ſed ſecurus eius exitum expectat. Tractum à ludorum ſpectatoribus, qui hiſtrionibus in ſcena fabulā agentibus, otioſi interim deſident. Cic. 2. Offic. Spectatoreſq; ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. Spectator formarum, id eſt, iudex, æſtimator, probator, ἐξεταστής. Terent. in Eunuch. Quum ineipſum noris quam elegans formarum ſpectator ſiem. Vbi Donatus. Spectator elegans eſt, qui ſit cunctantis & faſtidioſi iudicii, cui non quiduis facile placet. Spectator, probator: ut ſpectatores pecuniæ dicuntur.

SPECTAMEN, inis, idem quod ſpecimen. Plaut. in Menæch. Spectamen bono ſeruo. id eſt, qui rem herilem procurat, uidet, collocat.

SPECTATE, aduerb. {Felicemente, egregiamente} feliciter, egregie. Plin. lib. 21. Flores uero odoreſq; in diem gignit, magna (ut palam eſt) admonitione hominum, quę ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere.

SPECTATIO, onis, uerbale, (θέα) ipſe ſpectandi actus. Cic. ad Att. Eſt quiddam etiam animum leuari, tum ſpectatione, tum religione opinionis & famæ. Spectatio pro probatione pecuniæ. Cic. in Verr. act. 4. Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus depactiones fieri ſolebant: primum pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo Cerario. Budæus.

SPECTATIVVS, adiect. idem quod ſpeculatiuus ſiue contemplatiuus. θεωρηματικός. Quintil. lib. 3. cap. 5. Vt illa ſit ſpectatiuæ partis hæc actiuæ.

SPECTANDVS, adiect. (θεατός) Plin. lib. 10. cap. 42. Nec uulgaris pſittaci forma, quamuis non ſpectanda.

SPECTATRIX, icis, (θεάτρια) uerbale fœ à ſpectādo deductū. Plau. Mer. Diuum atque hominum quæ ſpectatrix, atq; hera eadē es hominibus. Luca. lib. 3. Detege iam ferrum: neq; enim tibi turba uerenda eſt Spectatrix ſcelerū, &c.

SPECTATVS, {Lodato, probato} (δεδοκιμασμένος) probatus, cognitus, cuius.ſ. perſpecta iam uirtus eſt. Verg. 8. Aen. Sunt nobis fortia bello Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus. Plau. Perſa. Vitam equidem iam ſatis tibi ſpectatā eſſe cenſuerā, Et meos mores. Spectatæ integritatis uir. Liu. 6. Bell. Pun. Spectatiſſima fœmina. Cic. pro Sext. Roſc. Quaſi uero neſcias hunc, & ali, & ueſtri à Cæcilia Balearici filia, Nepotis ſorore, ſpectatiſſima femina: quæ cū patrem clariſſimum, ampliſſimos patruos, ornatiſſimum fratrem haberet, tamen, &c.

SPECTIO, onis, (οἰωνοσκοπία) uerbum eſt proprie ad Augurum diſciplinam pertinens, in qua officia ita diſtributa erant, ut qui ſpectionem habebant, nunciationem non haberent. Vide Var. li. 5. de Lin. Lati. & Pompeium Feſtum li. 17.

SPECTO, as, {Guardare, guardar ſpeſſo} (ὁρῶ, θεῶμαι) frequentatiuū a ſpecio, antiquo uerbo, idem ualens quod multum & fixe intueor. Cice. de Aruſp. reſp. Quid si tu Megaleſia eo die ſpectare noluiſſes, haud ſcio, &c. Teren. Eun. Here ne me ſpectes me impulſore hæc non facit. Accipitur non raro pro iudicare, probare, ſiue æſtimare, ἐξετάζειν, τιμᾶν. Cic. pro Roſc. Com. Nemo.n. illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. Cice. lib. 5. Tuſc. Non igitur ex ſingulis uocibus Philoſophi ſpectandi ſunt. Aurum ſpectatur in ignibus. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 4. Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum. Id eſt, probatur. Vnde & Spectatores pecuniæ, dicuntur qui ualorem eius explorant. Huc etiam pertinet illud Verg. 3. Eclog. Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. hoc eſt, ſi uitulæ pretium tecum reputes: uel (ut Serui. interpretatur) ſi pocula cum uitula compares. Interdum Spectare, idem eſt quod attendere, cauere, diſpicere, & ut Cicero loquitur, etiam atque etiam uidere. Plautus Spectandum, ne tibi anulum det, neque roget. Eleganter item accipitur Spectare pro eo quod eſt ad rem aliquam pertinere, tendere, ſeu referri, quod & Græci dicūt ἀποβλέπειν, ὁρᾶν, καὶ τείνειν πρός τι.

Cice. 3. de Finib. Hæc ſtudia ad imitandos ſummos uiros ſpectant. Spectatur, imperſonale. Plin. lib. 10. cap. 70. Plauſu congregari feros ad cibum conſuetudine ſpectatur. Spectatu, ſupinum. Cice. 2. Offi. Maximeq; admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo uiro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

SPECTRVM, tri, {*Simolacro, imagine, fantaſia, imaginatione*} (φάσμα, εἴδωλον) ſimulacrum, ſeu imago oculis ſeſe offerens. Cic. lib. 9. Epiſt. qui putant διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Et rurſus: His ſpectris etiã ſi oculi feriri poſſint, animus qui poſſit non uideo.

SPECVLA, læ, {*Vedetta*} (σκοπιά, περιωπή) locus editus, & eminẽs, unde aliquid eminus uideri & proſpici poteſt, ſiue ſit mons, ſiue turris, ſiue lapis, ſiue arbor, ſiue quid aliud emineus. Valla in Raudẽſem: Specula locus, unde fiunt excubiæ, an hoſtes ueniant, tranſeantve, an maneant, quot ſint, & quæ ſunt id genus. Verg. 8. Eclog. Præceps aerii ſpecula de montis in altum Deferar. Ouid. in Epiſt. Leandri: In ſpeculis omnis Abydos erat. Liu. 8. Bell. Pun. Ipſe in Ciſſeo (mons eſt in altitudinẽ ingẽtẽ cacuminis editi) ſpeculã poſuit, ut ignibus procul ſublatis, ſignũ, ubi quid molirentur hoſtes, momento tẽpore acciperet. Verg. 3. Aene. Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta. Eſt & Specula. (ἐλπίδιον) diminutiuum, à ſpes, ſicut à Res, Recula. Cic. Cælio Hæc tamen oblectabat ſpecula. ſ. Tullia. Plaut. Perſ. Ecquid, quod mandaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ?

SPECVLARE, ris {*Vitriata, feneſtra di uetro*} ſiue Specular, aris, ſiue Speculariam, rii, feneſtrę genus, admittendæ in ædificium lucis, et excludendæ pluuiæ uentiq; gratia excogitatum: quod primum ex ſpeculari lapide fieri cepit, hodie magis ex uitreis orbibus uel teſſellis plumbo iunctis. Mart. lib. 8 Hybernis obiecta notis ſpecularia puros Admittunt Soles, & ſine luce diem. Vlpian. Specularia & uela, quæ frigoris cauſa, uel umbrarum in domo ſunt, inſtrumento domus non contineri, Caſſius exiſtimant. In hortis quoque ambulationes ſpecularibus claudi ſolere, docet Budæus: citans illud Iuue. Saty. 4. Quæ uehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Hinc Specularius, larii, ſpeculariorum artifex: qua uoce utitur Vlpia. l. Quæſitum. Digeſt. de Fund inſtruc.

SPECVLARIS LAPIS, (χιστός) lapidis pellucidi genus, in tenuiſſimas cruſtas ſectile, ex quo olim ſpecularia conficere ſolebant, hoc eſt, feneſtras admittendæ luci, & excludendo uento, imbriq; idoneas: quod genus hodie ex orbibus teſſellis ve uitreis, magis conficimus. Dictus Specularis, ſiue quòd ſpecularia ex eo fierent, ſiue quòd ſpeculi modo luceret. Plin lib. 21. cap. 13. Multi aluearia ex ſpeculari lapide fecerunt, ut operantes intus ſpectarent. Vide plura de hoc lapide apud eundem Plin. lib. 36. cap. 22.

SPECVLARIS, & hoc lare, adiect. à Specula deductum: ut, Specularis ſignificatio, quæ fit igne è ſpecula oſtenſo. Plin. lib. 7. cap. 56. Specularem ſignificationem Troiano bello Sinon inuenit.

SPECVLOR, laris, lari, {*Contemplare, ſpeculare*} (κατασκοπέω, σκοπιάζομαι) exploro, contemplor, quaſi è ſpecula proſpecto. Plau. Milit. Sed ſpeculabor, ne quis aut hinc ab læua, aut ab dextera Noſtro conſilio uenator adſit cum auritis plagis. Cæſ. 8. Bell. Gall. Qui ſpeculandi gratia eſſent remiſſi. Vnde ſpeculatores, (κατάσκοποι) id eſt, exploratores, qui è ſpecula aſpiciunt, uel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti ſolent. Cæſ. 2. Bell. Gall. Hac re Cæſar ſtatim per ſpeculatores cognita, inſidias ueritus. Per tranſlationem Speculari ponitur pro ſcrutari & exacte conſiderare θεωρεῖν. Tacit. lib. 18. Satis patuit iis, qui principum offenſas acriter ſpeculantur. Cic. in Catil. Multi te etiam oculi & aures nõ ſentientẽ, ſicut adhuc fecerunt ſpeculabuntur atq; cuſtodiẽt. A quo fit cõpoſitũ Præſpeculor qď eſt ante ſpeculor, uel præmiſſis ſpeculatoribus exploro. Sue. de Cæſ. Exercitũ neq; per inſidioſa itinera duxit unquã, niſi præſpeculatus locorũ ſitus. Hinc Speculatus, huius ſpeculatus, (κατασκοπή) ipſe ſpeculãdi actus. Pli. li. 10. c. 73. Feles quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliũt?

SPECVLATRIX, icis, {*Speculatrice*} uerbale. Cic. 3. de Nat. deo. Furiæ deę ſunt, ſpeculatrices, credo, & uindices, & facinorum & ſceleris.

SPECVLATORIVS, a, um, adiect. (κατασκοπικός) quod ſpeculationi eſt accommodatum. ut Speculatoria nauigia quibus in mari ſpeculamur, quid fiat. Cæſ. 4. Bell. Gall. Item ſpeculatoria nauigia militibus compleri iuſſit.

SPECVLVM, li, {*Specchio, ſpera*} (κάτοπτρον) inſtrumentum ex uitro, chalybe, ſtanno, argentove, intuentiũ imaginẽ repreſentãs: cuius inuentionem Aeſculapio aſſignat. Ci. 2. de Nat. deo. Ter in Adel. Inſpicere tanquam in ſpeculũ uitas hominum iubeo. Ouid. 3. de Arte: Ouid quemq; deceat. Eligat, & ſpeculũ conſulat ipſa ſuum. Cice. 2. de Finib. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à pueris petiuit, aut etiam à beſtijs quæ putat eſſe ſpecula naturæ.

SPECVS, cus, tam maſc. q̃ fœ ge. & Specus, oris, neut. gen. {*Spelonca, cauerna*} (σπήλαιον, ἄντρον) idẽ quod ſpelunca. Gel. li. 6. Sole medio & arido ac flagranti ſpecũ quãdã nactus remotã, latebroſam penetro. Hor. lib 3. Carm. Quæ nemora, aut quos agor in ſpecus. Oui. 3. Meta. Eſt ſpecus in medio ſyluis & uimine denſus. Verg. 7. Aen. Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula ditis Mõſtrãtur.

SPELÆVM, {*Spelonca*} (σπήλαιον) nomen Græcũ, quod à noſtris dicitur ſpelunca. Verg. 10. Ecl. Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum Malle pati.

SPELVNCA, luncæ, {*Spelonca*} (σπήλαιον) antrum, ſpecus, ſubterraneus, uel montis cauitas. Verg. 6. Aen. Spelunca alta fuit, uaſtoq; immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris. Cic. 2. de Finib. At iam decimum annum in ſpelunca iacet.

SPERCHIVS, pen. pr. (σπερχειός) fluuius Theſſaliæ, qui Pelio monte effuſus uelociſſimo curſu defluit in ſinum Maliacum. Auctor Stra. lib. 8. Lucan. li. 6. Ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas, &c.

SPERMOLOGOS, (σπερμολόγος) auiculæ nomen apud Ariſtotelem, quã Frugilegam interpretatur Gaza, utroque nomine à ſemine legendo originem ſumente. Alioqui σπερμολόγον appellant Græci, quem nos Locutuleiũ dicimus, hoc eſt, hominem magnam uerborum uim inaniter profundentem.

SPERMOPHAGI (σπερμοφάγοι) Aethiopiæ populi, non procul à Meroe inſula, ita dicti, quod ſemine ueſcerent, quod Græci σπέρμα appellant. Auctor Strabo lib. 26.

SPERNO, nis, ſpreui, ſpretum, {*Refiutare*} (ἐκφαυλίζω, ἐξουδενῶ) faſtidio, deſpicio. Cice. de Senect. Tum quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti. Teren. Eun. Ob hæc facta abs te ſpernor. Verg. 3. Eclog Quid prodeſt, q̃ me ipſe animo non ſpernis Amynta? Cicer. 2. de Natu. deo. Veritas auſpiciorũ ſpreta eſt, ſpecies tantũ retenta. Catul. Epigr. 20. Hæc tu cõmoda tam beata Furi Noli ſpernere, nec putare parui. Hor. 1. Epiſt. 2. Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Ouid. 8. Meta. Pater huius erat, qui numina diuum Sperneret, & nullos aris adoleret odores. Antiqui Spernere dicebant pro ſegregare: quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris lytris; Ius atque æquum ſe à malis ſpernit procul. Spernax, cis, id eſt, contemptor. Silius lib. 8. Ductor Piſo uiros ſpernaces mortis agebat. Spretor, oris, eiuſdem ſignificationis. Ouid. 8 Meta. Vtq; deorum Spretor erat, mentiſq; ferox Ixione natus.

SPERO, as, {*Sperare, hauer ſperanza*} (ἐλπίζω) fiduciam habeo aliquid ex uoto ſucceſſurum. Pli. lib. 11. Speratur largior prouentus. Horat 1. Epiſt. 4. Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora. Cic. Attic. lib. 1, A quo nihil ſperes boni Reip. quia, &c. Idem pro Deiot. Iubeo te ſperare, & bono animo eſſe. Aliquãdo Sperare eſt exiſtimare, ſeu confidere. & tam de præſenti, quàm de præterito dicitur. De pręſenti. Quint. Facilis (ut animaduertere uos ſpero) defenſionis meę curſus eſt. De præterito, Idem. Et innocentiam quidẽ puellæ ſatis, ut ſpero, defendimus. Accipitur item Sperare pro timere. Verg. 1. Aen. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma: At ſperate deos memores fandi, atque nefandi. Vbi Seruius: Sperate, abuſiue, timete. ut lib. 4. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero. Quam alioqui proprie ſperemus bona, timeamus aduerſa. Hæc Seruius. Accipitur & Sperare, pro gaudere. Teren. in Adel. Sperabam iam deferuiſſe, adoleſcentiam. Vbi Donatus: Recte Sperabam, pro Gaudebam. Sic n. dicimus quum erraſſe nos cernimus. Speratum teſte Nonio, ueteres dicebant, eũ, qui uxorem petit. & Speratã uirginẽ, quę petitur. Afranius: Curre, & nuntia uenire, & mecum ſperatam adducere, ut uideat puellam. Poſtquam uero ſponſio facta erat, non ſperata, ſed uel dicta, uel Pacta, uel Sponſa uocabatur. Speratus, particip. Plaut. in Merc. Spem ſperatam cum hanc obtuliſti mihi, grates ago. Sperabilis, & hoc, le, quod ſperari poteſt. Plaut. in Capt. Hic ille dies eſt, cum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum.

SPES, ei, {*Speranza*} (ἐλπίς) eſt opinio futuri boni. Cic. 4. Tuſc. Spes eſt expectatio boni. Cæſ. Bell Ciuil. lib. 2. Plenus ſpei bonæ, atque animi, aduerſus eos proficiſcitur. Spes pro lætitia. Verg. 1. Aen. Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorẽ. Vbi Seruius, Spem, lætitiã. Eſt & crebra apud Verg figura, quæ fit quoties ſignificatur ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Nam ſpem lætitia ſequitur. ſpes uero in uultu non uidetur, ſed lætitia. In numero plurali habet nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum. Horat. 1. Epiſt. 5. Quid non ebrietas deſignat? operta recludit. Spes iubet eſſe ratas: ad prælia trudit inermem. Liu. 1. ab Vrb. Has ſpes, cogitationesq; ſecum portantes, urbem ingreſſi ſunt. Sperum autem nuſquam, quod ſciam reperitur: Spebus & nunquã. Spem pretio emere, prouerbialiter dicitur pro eo quod eſt certum & præſens detrimentum facere ſpe incerti lucri. Teren. in Adel. Spem pretio non emo. Antiqui auctore Feſto declinabant. Hæc Speres, huius ſperis. Varro: Quibus ſuam delectet ipſe amicã, & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Hinc dictum putat Aſpere, quaſi ſine ſpere: & proſpere, quaſi pro ſpere.

SPEVSTICI panes, (σπευστικοὶ) dicti ſunt a feſtinatione σπεύδειν enim Græce ſignificat feſtino. Plin. lib. 18 cap. 11. Panis ipſius uaria genera proſequi ſuperuacuũ uidetur: alias ab obſoniis appellati, ut Oſtrearii: alias à delicijs, ut Artolaganii: alias a feſtinatione, ut Speuſtici.

SPEVSIPPVS, (Σπεύσιππος) Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum, ſibi mortẽ cõſciuiſſe mœrore impulſum. Plutarchus uero ſcribit, illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uaſa capacia. Compoſuit dialogos a Diogene commemoratos. Hunc Plato quaſi philoſophiæ hæredem reliquit, ut ſcribit Cic. lib. 1. Acad. quæſt.

SPHACELVS, pen. cor. (σφάκελος) proprie oſſium eſt affectus teſte Galeno, cum tota illorum ſubſtantia corrumpitur Latini oſſium cariem appellant.

SPHACELISMVS, (σφακελισμός) morbi genus, ipſis etiam plantis cum animalibus commune. de quo abunde multa ſupra diximus in uocibus Aſtrobolismus, & Sideratio.

SPHACTERIA, quæ & Sphagia, (σφακτηρία, ἡ σφαγία) inſula eſt Meſſeniæ adiacens è regione Pyli, cuius meminit Strab. lib. 8.

SPHÆRA, {*Sfera, palla globo*} (σφαῖρα) Græca uox eſt idem ſignificãs quod Latinis Globus. Geometræ definiunt eſſe corpus ſolidum, unica ſuperficie contentum, in medio ſui punctum habens, a quo omnes lineæ ad ſuperficiem ductæ ſunt æquales. Cic. 2. de Nat deo. Cumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari libet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græce dicitur. his duabus formis contingit, ſolis ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, a medioq; tantum abſit extremum, quantum idem à ſummo. quo nihil fieri poteſt aptius. Huius diminutiuum eſt Sphærula, (σφαιρίδιον) id eſt, parua ſphæra, globulus.

SPHÆRICA, cæ, {*Fugazza, ſchiacciata*} placentæ genus, quod ex multis globulis in ſphæram, & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul compactis ſiebat Cato cap. 82 Sphæricam ſic facito, ita uti ſpiram, niſi ſic effingito, detracta caſeo, melle. ſphęras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodẽ modo componito, atque ſpiram, itemq; coquito.

SPHÆRISTERIVM, (σφαιριστήριον) locus balnei, ſpecie rotunda, cum aliis pleriſque exercitationũ generibus, tum pilæ ludo præcipue deſtinatus, quã Græci σφαῖραν uocant. Vnde σφαιρίζω, pila ludo, & σφαιρισταὶ pilæ ſtudioſi. Plin. in Epiſt. Apodyterio ſuppoſitũ eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresq; circulos capit. Lampridius in Alexandro: Poſt lectionẽ, operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

SPHÆROMACHIA. (σφαιρομαχία) pilæ luſoriæ certamen, quæ a ſphærica, circulariq; figura σφαῖρα dicta eſt.

SPHAGITIDES, (σφαγίτιδες) uenæ duæ inſignes, utrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini iugulares uenas interpretantur. σφαγὴν enim illi iugulum appellant. Agit de his Galenus lib. 6. de Vſu partium.

SPHENIDA (inquit Calepinus, Perottũ ſecutus) pilæ genus, maius paganica, & tenuius q̃ follis, ex panno ferè conſtans. nõnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur Harpaſtum. Hæc illi, ſed non recte. Conſtat enim hoc pilæ genus Phennida, (φεννίδα) non Sphennidã appellari. Vide Cęl. Rhodig. li. 20. c. 14.

SPHINX,gis,uel gos,(σφίγξ) monſtrum apud Thebas,cuius caput & manus puellæ,corpus canis,alæ auis,uox hominis,ungues leonis,cauda draconis ſimilitudinem referebant. Dicta eſt autem Sphinx ἀπὸ τοῦ σφίγγειν,hoc eſt, à conſtringendo,uel anciendo,quod prætereuntes ſuis quæſtionibus ita ſtringeret,ut ſe expedire non poſſent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpres, Sphinga monſtrum fuiſſe,alas et ungues habens in ſimilitudinem harpyiarum, quod inſidens ſcopulo urbi imminenti,inſolubilia ænigmata tranſeuntibus ꝓponebat,& quotquot diſſoluere nõ poterant,unguibus,& alis interficiebat. Aenigma autem erat eiuſmodi,Quodnam animal mane quadrupes,meridie bipes,ueſperi tripes eſſet. Cuius ænigmatis nodum,Oedipus ita diſſoluit, ut hominem eſſe diceret,qui in infantia manibus & pedibus, repens uerius, quàm incedens, quadrupes eſt,Factus uir,ut qui nullo alio,quàm pedum adminiculo nititur,bipes. Ingraueſcentibus autem annis,aſſumpto Scipione tripes. Quam ſolutionem illa tam ægrè tulit,ut ſe ſtatim de ſaxo præcipitarit. Hinc ſumpſit originem adagium in Terentiana Andria Dauus ſum, non Oedipus. Sed hæc fabuloſa ſunt. Conſtat enim cum aliorum multorum,tum Alberti magni teſtimonio, Sphingẽ animal eſſe ex genere ſimiarũ inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri oblonga Solin inter ſimias habentur & ſphinges uilloſæ comis mammis prominentibus,dociles ad feritatis obliuionem. De ſphingibus ſic Diod. Sicul li.4. Sphinges,et apud Troglodytas. Aethiopeſq; naſcuntur,forma haud eis diſſimili,qua pinguntur,ſed paulo pinguiores. Naturam habent manſuetam,pluribus exercitiis,diſciplinisq; aptam. De his & Pli.lib 8.ca.21.

SPHRAGIS,idis (σφραγὶς) ſpecies eſt optimæ rubricæ,teſte Plin.lib.56.ca.6. quæ in Lemno inſula effodiebatur:ita dicta quod ſignata uenderetur. σφραγίζειν enim Græci dicunt quod nos ſignare. Quo autem in loco,quibusq; cæremoniis hæc terra colligatur, docuimus ſupra ſtatim poſt dictionem Lemnos. Eſt item Sphragis,gemma uiridis,et non tranſlucens,ita dicta quod optime ſigneti ut apud eundem Plin lib.ult.cap.8.

SPHYGMOS,(σφυγμὸς) eſt motus arteriæ,celerius tardiusve ſalientis, pro ratione dilatationis,et cõtractiõis ipſius cordis Dictus σφυγμὸς,ἀπὸ τοῦ σφύζειν,quod inter cætera ſignificat ſalire.

SPHYRÆNA,(σφύραινα) Græcis animal marinum, quod Latinis Sudis dicitur,ut ait Plin lib.32.cap.11. Sunt præterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata,à Græcis Sphyræna,roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos rarus ſed tamen non degener: & pernæ concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimæ. Stant uelut ſuillo crure longo in arena defixæ, hiantesq; qua limpitudo eſt,pedali non minus ſpatio,cibum uenantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatum ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo grandis eſt caro.

SPICA æ,(στάχυς) in frumento dicitur totum illud,quo granum continetur,cuius partes ſunt glumæ & ariſtæ Cic.5.de Finib Ne ſeges quidem igitur, ſpicis uberibus & crebris,ſi auenam uſpiam uideris. Dicta ſpica,quaſi ſpeca, a ſpe,ut inquit Varr de Re ruſt.li.1. Nam quum fruges in ſpicam exiit,ſpem præbet hominibus Seruius:Spicam dictam putat à figura ſpiculi,quam refert,ubi primũ è folliculo erumpit. Tunc enim ſolum proprie ſpicam dici arbitratur. Sed hoc non eſſe uſqueq; que uerum ſatis docet Varr.lib.1.cap.48. cum granum ſpicæ partem facit:quod certe de ſpica iam primum erumpente intelligi non poteſt, quæ, cum nondum floruerit granum habere non poteſt. Verba Varronis ſunt hæc Spica in hordeo & tritico tria habet continentia,granum,glumam,ariſtam,& etiam primitũ, ſpica cum oritur, uaginam. Ouid.6. Metam. Inerant lanatæ frontis Cornua,cum ſpicis nitido flaueſcentibus auro. Cererem in ſpicis intercipere. Ouid.8. Metam.de Apro Calydonio. Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba: Nunc matura metit fleturi uota coloni, Et Cererem in ſpicis intercipit.

Quid ſit Cererem in ſpicis intercipere,iam ipſe expoſuit,cum inquit. Matura uota coloni. Primo enim herbeſcit ſeges unde illud eſt Segetes proculcat in herba,& in Epiſtolis,— Adhuc tua meſſis in herba eſt. Deinde uero, ubi maturit in ſpica eſſe dicitur. Spicæ allii Ruellius lib.1,cap.2. Cohærentes bulbi, in quos allii caput extumuit, qui ſeorſim conſiti nouam creant ſobolem,& Nucleı,& Spicæ Latinis auctoribus appellantur. Colum.lib.11 cap.3 Habet enim allium plures cohærentes ſpicas,eæq; cum ſint diuiſæ,ſinatim ſeri debent. Antiquis etiam in uſu erat Spicus maſcul.genere & Spicum neutro, quod & Nonius annotauit,De neutro genere exemplum eſt apud Ciceronem in Arato. Spicum illuſtre ferẽs inſigni corpore uirgo Item apud Varronem de Lege Mœnia: Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum unquam, Neque in mala non aliquod bonum De maſculino genere citatur uerſus uetuſtus à Feſto,ſed ſine autoris nomine:Quaſi meſſor per meſſem unumquemq; ſpicum collegit. Eſt & Spica ſignum cœleſte,oriens in Virginis parte decima ſui Firmicus:quicunque in ortu ſpicę natus fuerit,erit ruralibus officiis ſemper applicatus,& multas fruges horreis condet.

SPICA mutica,{Spica con le reſte} quæ non habet ariſtam,quaſi mutila. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Varro de Re ruſt lib.1.cap 48.

SPICEVS,cea,um,{Di ſpica}(σταχύινος) quod ex ſpicis eſt. Tibul Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea. Meſſis ſpicea. Verg.1.Geor. Spicea iam campis cum meſſis inhorruit,& cum Frumenta in uiridi ſtipula lactentia turgent. Ouid.2. Metam. Stabat nuda æſtas,& ſpicea ſerta gerebat.

SPICIFER,cifera ferum,pen cor.(σταχυηφόρος) quod fert ſpicas:ut, Ceres ſpicifera à poeta dicitur Seneca Hercul. Oetæo. Et ſpiciferæ conceſſa deæ Attica Myſtas claudit Eleuſis. Mart.li.10. Nõ Hybla,non me ſpicifer capit Nilus.

SPICILEGIVM{Spigolo}(σταχυολογία) collectio ſpicarũ, uel ſpicæ ipſe in agro à meſſoribus prætermiſſæ. Varr.1.de Re ruſt c.53. Meſſe facta ſpicilegiũ uenire oportet,aut domi legere ſtipula. Hinc Spicilegium facere(σταχυολογεῖν) dicuntur,qui meſſorum terga inſequentes,ſpicas ab iis prætermiſſas colligunt.

SPICO,as,{Spicolare,mandar fuora le ſpighe}(σταχυοφυέω) ſpicas emitto. Plin.lib.18.cap.7. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur Hinc Spicatus,a,um,nomen adiectiuum quod habet ſpicas. Et lib 24.cap.15. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo,ramis quinis fere folioſa. Spicatum,nobile unguentum Romæ dici ſolitum Galenus prodidit,& fœminis,præſertim diuitibus,familiare. Idem & Nardinum dictum,ut refert Hermolaus in Corolla, Dictũ ſpicatum,q; ex ſpica nardi conficiatur,ut docet Marcellus interpres Dioſcoridis.

SPICIO,is,ſpicere,(ὁράω,βλέπω) uerbum eſt obſoletum,quo antiqui utebantur pro aſpicere,ſeu intueri,quod & Feſtus annotauit,citans loco Plaut.in Mil. Flagitium eſt ſi nil mittetur,quo ſupercilio ſpicit.

SPICVLATORES,{Sbirri,zaffi,ſatelliti}(δορυφόροι) dicti ſunt ſatellites principum,a ſpiculis,quæ geſtant. Cornel. Tacit. Dilapſis ſpeculatoribus,cætera cohors non aſpernata concionantem.

SPICVLO,as,{Aguzzar la ponta}(ἀκονάω) cuſpidem acuo. Plin.lib.11. Telum uero per fodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio.

SPICVLVM,li,{Dardo,ponta}(λόγχη,βέλος) lancea breuis, ſeu (ut Vegetius ait) telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum, unciarum nouem, haſtile pedum quinque & ſemiſſis. Antiqui pilum neutro genere uocauerunt. Ad huius iactum exercebantur milites,ita ut arte & uirtute directa,ſcutatos pedites,et loricatos equites ſæpe tranſuerberarent,Plaut.in Caſin. Si non impetraunt,ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. Cic.in Piſon. L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis,ſpiculis prope ſcrutatus eſt alpes,ut ubi hoſtis nõ erat,ibi triumphi cauſam aliquam quæreret. Verg.5. Aen. Gnoſſia bina dabo læuato lucida ferro Spicula,cęlatamq; argento ferre bipennem. Accipitur & pro Sagitta,Verg.11. Aeneid. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Aliquando ſagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa & aculeus,ut ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. Curt. Alexander ſagitta ictus eſt,quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. Verg.4. Georg.de apibus: Et ſpicula cæca relinquunt Affixæ uenis Dictum Spiculum, à ſpicarum ſpecie.

SPINA,æ,{Spino}(ἄκανθα) proprie eſt aculeus ſentis,uel rubi,quo pungimur. Verg.5. Eclog. Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis. Colum.libr.11.cap 3. Ea ſint uaſtiſſimarum ſpinarum,maximeq; rubi,& paliuri, & eius quam Græci uocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus. Spinam facere dicitur aſparagus,cum percreuit,& ſpinoſus fit. Colum.lib.11.cap.3. Deinde cum ſpinam fecerit,collectis ſeminibus ipſis,ſcorpiones,ita uti ſunt, in ſuo loco petmuniendi ſunt. Spina etiam dicitur,uertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe,(quam & Græci,ἄκανθαν nominant) qui eſt à collo,ad extremum uſque os,quod ſacrum dicitur:ſic autem appellata eſt, quod ipſæ uertebræ in ſuo contextu proceſſus utrinque oſtendant ſpinis haud abſimiles. Pli.lib.11.cap.37. Spina lumbis oſſea,ſed tereti ſtructura,per media foramina à cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam quam cerebro colligunt,quoniam prætenuis eius membrana modo inciſa ſtatim expiretur. Spina etiam pro aculeo, qui his ſerpentibus & hyſtricibus,& pleriſque piſcibus ineſt. Plin.lib 8.cap.35. Hyſtrices generat & Africa ſpinis contectas. Spinæ per tranſlationem pro difficultatibus. Cic.4. Tuſcu. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt,ſpinas partiendi,& definiendi prætermittunt. Spineus,nea,neum,(ἀκάνθινος) quod ex ſpinis factum eſt:ut,Corona ſpinea. Vincula ſpinea. Ouid.2. Metam. Baculumq; capit quem ſpinea tortum Vincula cingebant. Spinoſus,a,um, ſpinis abundãs,ἀκανθώδης. Var.2.de Re ruſt.capi.3. Quod uſu ſæpe uenit his, quæ inter ſe cornibus pugnãt,atque in ſpinoſis locis paſcuntur. Spinoſa oratio, per tranſlationem,pro dura & aſpera. Cic.1.de Orat. Sed hæc erat ſpinoſa quædam,& exilis oratio longeq; à noſtris ſenſibus abhorrebat.

SPINETVM,ti,pe.pr.{Luoco piantato de ſpini}(ἀκανθών) locus ſpinis abũdans. Pli.lib.10.cap.74. Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens,nidos ægithi diſſipat. Verg.2. Eclog. Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos.

SPINETICVM,unum ex Padi oſtiis,quo Claudius Cæſar e Britannia triũphans,prægrandi illa domo uerius, quàm naui, intrauit Adriam: a Spina urbe nomen habens,quam conditam uolunt à Diomede. Vide Plin.lib.3.cap.16.

SPINTHARVS,(Σπίνθαρος) nobilis architectus Corinthius,qui Delphicũ templum ædificauit. Auctor Pauſanias.

SPINTER,(βραχιονιστήρ) armillæ genus erat, teſte Feſto, quo mulieres utebantur in ſummo brachio ſiniſtro. Plautus Menæch. Iubeas ſpinter nouum reconcinnarier.

SPINTHRIÆ,dicti ſunt repertores monſtroſæ libidinis,nouiq; concubitus. Sueton.in Tybr.cap.43. Monſtroſiq; concubitus repertores, quos ſpinthrias appellabat.

SPINTVRNIX,cis,(σπινθαρίς) inauſpicata auis,quæ & incendiaria dicitur. Plin.lib.10.cap.13. Inauſpicata & incendiaria auis, propter quam ſæpe numero luſtratã urbẽ in Annalibus inuenimus,L. Craſſo,et C. Mario COSS. quo anno & bubone uiſo luſtratã eſt. Quæ ſit auis ea,nec reperitur,nec traditur. Quidam ita interpretantur, Incendiariam eſſe quæcunque appareat carbonem ferens ex aris & altaribus. Alii Spinturnicem eam uocant.

SPINVS,{Prugnolo, ſuſino ſaluatico} agreſtium prunorum arbor,quod ſpinis referta ſit. Verg.2. Georg. Et ſtéruamq; pyrum,& ſpinos iam pruna ferentes.

SPIO,(Σπειώ) nympha marina,Nerei & Doridis filia, ſic appellata à ſpeluncis maris in quibus nymphæ habitare dicuntur,σπέος enim ſpelunca eſt. Verg 4. Aeneid. Niſeq; Thaliaq; Cymodoceq;,&c.

SPIONIA,uitis Rauennati agro peculiaris,æſtum,imbres,& nebulas facile ferens,quæ & ſpinea quibuſdam dicitur. Colum. lib.3.cap.2. At ſpionia dapſilis muſto,& amplitudine magis uuarum,quam numero fertilis. Vide Pli.lib.14. cap.2.

SPIONICVS,a,um,adiect.ut, Spionicus guſtus,id eſt, guſtus uuæ ſpioniæ. Colu.lib.3 cap.21. Iam & illud magnæ dotis eſt,poſſe guſtum cuiuſq; generis non miſtum, ſed uerè merum condere, ac ſeparatim reponere,ſiue ille biturica, ſeu baſilicus,ſeu ſpionicus.

SPIRABILIS,le,(ἀναπνεύσιμος) uitale,quo ſpiramus. Verg.3. Aen. Per ſidera teſtor,Per ſuperos,atque hoc cœli ſpirabile lumen. Spirabilis animus. Cicer 2.de Natur.deor. Quin & humorem, & calorem, qui eſt fuſus in corpore, & terrenam ipſam uiſcerum ſoliditatem, animum denique ipſum ſpirabilem,ſi quis quærat unde habemus:apparet,quod aliud à terra ſumpſimus, aliud ab humore,aliud ab igne,aliud ab aere eo,quem ſpiritum dicimus.

SPIRACVLVM,li,{Spiracolo}(ἀναπνοή) odor,aerve per quod expiratur,aut exhalat. Verg.7. Aen. Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis Monſtrantur. Id eſt,aditus,ait Seruius. Plin. libro ſecundo cap.93. Vt in Sineſſano agro & Puteolano ſunt,quæ ſpiracula uocant, mortiferum ſpiritum exhalantia.

SPIRÆ,rũ (σπεῖραι) ſunt reuolutiones,ſiue circuli qui inſe ipſos non recurrũt unde in matronarum ornamentis Spiræ dicuntur, quidam gaſtriq; opertam

alterno

alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, monilibus, digitisq́;. In ſerpentibus quoq; Spiræ dicuntur, cum in orbem contracti quoſdã quaſi circulos imitantur. Verg. lib. 2. Geor. Nec rapit immenſos orbes per humum neq; tanto Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Et lib. 2. Aen. Spiriſq́; ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi. Funes item nautici in orbem conuoluti, propriè Spiræ dicuntur. Item Spira dicitur funiculus, qui à pileo ad fauces extenditur, & ſub mento alligatur. Iuuena. Saty. 8. De faucibus aurea quum ſe Porrigat, & longo iactetur ſpira galero. Baſis item columnæ, unius tori aut duorum, Spira dicitur. Plin. lib. 36. cap. 23. In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. Item Spira genus operis piſtorij, ut ait Feſtus. Cato: Spiram ſic facito. Quantum uoles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, &c. Ennius etiam ſpirã hominum multitudinem uocauit. Feſt.

SPIRAMEN, minis, {*Spiramento*}(φυσητὴς) per quod exit ſpiritus: ut, Naris ſpiramina. Lucan. lib. 2. Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ. Stat. 12. Thebaid. Reficit ſpiramina foſſi Ignis.

SPIRAMENTVM, ti, {*Spiramento*}(φυσητήριον) eſt per quod exit ſpiritus. Verg. lib. 4. Geor. Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Spiramentum potius. Plin. lib. 32. cap. 6. Spiramentum cauernæ. Iuſtinus: Vbi acrior per ſpiramenta cauernarum uentus incubuit. Verg. 1. Geor. Seu plures calor ille uias, & cæca relaxat Spiramenta.

SPIRARCHVS, (σπείραρχος) quaſi primipilaris, aut cohortis præfectus. Nam σπεῖρα inter cætera cohortem ſignificat.

SPIRILLVM, antiqui dicebant barbam capræ. Feſtus ex ſententia Opilij Aurelii.

SPIRITVALIS, & hoc, le, {*Spirituale*}(πνευματικός) & per Syncopam Spiritalis, &, le, quod halitum emittit. Vnde Spiritales auras dicimus, id eſt, uitales: & Spiritalem fiſtulam pro aſpera arteria.

SPIRITVS, {*Spirito, animo fiato, uento*}(πνοή, πνεῦμα) halitus: idem enim ſunt Spiritus, Halitus, & anima. Cic. 2. de Natu. Deo. Tribus rebus animantiũ uita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Idem de Senect. Quorum uſq; ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris. Cicer. in Verr. Accipitur aliquando Spiritus pro uento. Verg. 12. Aeneid. Ac uelut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto Inſonat Aegæo. Nonnunquam etiã pro animi elatione. Cicer. pro Sylla: Res enim geſtæ, credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. Cæſ. lib. 3. Bel. Ciuil. His rebus tantum fiduciæ ac ſpiritus Pompeianis acceſſit, ut non de ratione belli cogitarent, ſed uiciſſe iam ſibi uiderentur.

SPIRO, ras, {*Spirare, mandar fuora, mandar fu il fiato, eſalare*}(πνέω) ſpiritum duco, animam emitto & attraho. Plin. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. cap. 7. Spirant autem confeſſione omnium & pauciſſima alia in mari. Spirare, flare: ut, Valentius ſpirat Eurus, id eſt flat. Ouid. 11. Metam. Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit fluctibus, & præceps ſpirare ualentius Eurus, &c. Clementius ſpirant Auſtri. Stat. 2. Sylu. Aliquando Spirare, eſt odorem aliquem emittere, ſiue exhalare. & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. 1. Aeneid. Ambroſiæq́; comæ diuinum uertice odorem ſpirauere. Exta ſpirantia, hoc eſt palpitantia. Verg. 4. Aene. Spirantia conſulit exta. Spirantia ſigna, hoc eſt, tam artificioſe facta, ut uiuere, atq; adeo ſpirare uideantur. Verg. 3. Geor. Stabunt & Parii lapides ſpirantia ſigna. Huius uerbi compoſita ſunt, Aſpiro, Conſpiro, Expiro, Inſpiro, Interſpiro, Proſpiro, Reſpiro, & Suſpiro.

SPISSAMENTA, {*Speſſezza*} uocantur, quæ à Græcis ςύμματα dicuntur, quæ in unguentorum confectionibus, & oliuarum, aliorumq́; id genus fructuũ conditura extrema adduntur, ne fluitet, quod conditum fuerit. Colu. lib. 12. cap. 46. de conditura uuluæ: Poſt hæc in umbra triduo ſiccentur, & ita in fideliam picatam recondantur adiecto paſſo, uel defruto, quod ſupernatet: ſciſſamen toq́; cunilæ impoſito, contectum uas pelliculetur.

SPISSE, aduerb. (συχνῶς, πυκνῶς) denſe, ſiue ad multam ſpiſſitudinem. Plin. lib. 36. cap. 25. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur, ſabulo, calce ac fauilla mixtis. Cice. de Clar. Orat. Quandiu in eorum enumeratione uerſamur, tum tamen ſpiſſe atq; uix, ut dudum ad Demoſthenẽ & Hyperidem, ſic nunc ad Antonium Craſſumq́; peruenimus.

SPISSESCO, ſcis, ſcere, {*Inſpeſſirſi*}(πυκνοῦσθαι, παχύνεσθαι) ſpiſſum fieri. Celſ. lib. 5. de Curat. aduerſus ictum aſpidis: Eadem ergo ui uerisimile eſt ſpiſſeſcentẽ quoq; intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem. Lucre. lib. 6. Fecit ut ante cauam doceat ſpiſſeſcere nubem.

SPISSITAS, atis, {*Speſſezza*}(πυκνότης) idem quod Spiſſitudo. Pli. lib. 28. cap. 30. Quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit.

SPISSIGRADVS, (βραδύπους) qui tardo paſſuum motu in ambulando utitur. Antiqui enim Spiſſum dicebant pro tardo, ut paulò pòſt latius docebimus ſuo loco. Hinc Spiſſigradior, & Spiſſigradiſſimus. Plaut in Pœn. Homines ſpiſſigradiſſimos Tardiores multo q̃ corbitæ ſunt in tranquillo mari.

SPISSO, as {*Inſpeſſare*}(πυκνόω, πήγνυμι) ſpiſſum facio. Plin. lib. 11. cap. 41. Omne lac igne ſpiſſatur. Spiſſari in pauium farinæ modo. Plin. lib. 13. cap. 4. Dentes pectinatim ſpiſſati. Idem lib. 31. ca. 11. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Ouid. 15. Metam. Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit. Nubes ſpiſſatæ. Lucan. lib. 4. Spiſſatæq́; fluunt, nec ſeruant fulmina flammas. Huius compoſita ſunt, Inſpiſſo, & Conſpiſſo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

SPISSVS, a, um, {*Speſſo*}(πυκνός) idem quod denſus: cui opponitur Rarus. Verg. 2. Geor. Scrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Ouid. 1. Metam. Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cœlum. Plin. lib. 12. cap. 24. Aſpalathi probatio eſt in colore ruſo, uel igneo, tactuq́; ſpiſſo. Corona ſpiſſa uiris. Verg. 9. Aenei. Qua rara eſt acies interlucetq́; corona. Non tam ſpiſſa uiris. Quandoq; ſignificat tardum. Plau. in Ciſt. Spiſſum hoc eſt, amanti dicere, ueniet. Cice. ad Atti. lib. 10. Sed hoc quoq; timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Cæcil. Dardano: Nihil ego ſpei credo: omnes res ſpiſſas facit. Hinc etiam Spiſſius legimus pro tardius. Varro Myſteriis, ut citat Nonius, Naſcimur enim ſpiſſius, q̃ emorimur. Vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contra una peſtilentia totas acies puncto temporis immanes aceruos facit. A Spiſſus ſiunt Spiſſior & Spiſſiſſimus, hoc eſt, denſior, & denſiſſimus. Plin. lib. 12. cap. 21. E diuerſo Arabica glans uiridis ac tenuior, & quoniam montoſa ſit, ſpiſſior.

SPITHAMA, (σπιθαμή) maior, conſtans ex duodecim digitis, quem Latini Dodrantem appellant. Plin. lib. 7. cap. 2. Supra hos extrema in parte montiũ Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedentes.

SPLEN, huius ſplenis, maſcu. gene. {*Milza*}(σπλήν) uiſcus eſt in ſiniſtra animalis parte ſitum, ſuccos craſſos & melancholicos in hepate genitos ad ſe attrahens, quorum parte ſubtiliſſima cum ſe aluerit, quod ſupereſt, proprio quodam meatu ad uentriculum remittit. Latini Lienem appellant. Celſ. lib. 4. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus, natura mollis & rarus, longitudinis & craſſitudinis modicæ. Pli. lib. 8. cap. 23. Sanguis in corde, & circa oculos tantum: uiſcera ſine ſplene. Perſ. Saty. 1. Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

SPLENDEO, es, ui, {*Riſplendere, rilucere*}(λάμπω) luceo. Marti. lib. 4. Et facies multo ſplendeat alba pilo. Verg. 7. Aen. Splendet tremulo ſub lumine pontus. Ci. pro Seſt. Quid denique uirtus ualeret, quæ in tempeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamẽ, atq; hæret in patria, ſplendetq́; per ſe ſemper, neq; alienis unquam ſordibus obſoleſcit. Hora. 1. Carm. Ode. 14. Vrit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius.

SPLENDESCO, ſcis (λαμπρύνομαι) ſplendidus fio, nitorem acquiro. Apule. Quum iam Aurora ſplendeſceret. Martia. lib. 8. Deſluat, & lento ſplendeſcat turbida limo Amphora, centeno Conſule facta minor. Cic. in Parad. Nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Verg. 1. Georg. Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere uomer.

SPLENDIDVS, a, um, {*Splendido, riſplendente*}(λαμπρός) clarus, lucidus, nitidus. Cic. in Parad. Reuiuiſcat. M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in uilla, ac domo, nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit, præter ipſos. Verg. 1. Aen. At domus, interior regali ſplendida luxu. Hora. lib. 3. Carm. Ode. 13. O fons Blanduſiæ ſplendidior uitro. Dulcis digne mero. Cic. 1. Offi. In maximis animis ſplẽdidiſſimisq; ingeniis plerunq; exiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ, cupiditates. Splendidus homo, id eſt, magnificus, diues, lautus, liberalis: cui opponitur ſordidus. Cic. 1. de Finib. C. Plotius Eques Romanus ſplendidus. Splendide aduerb. (λαμπρῶς) laute magnifice. Cic. 3. Tuſcu. Et acta ætas, honeſte ac ſplendide, tantam adfert conſolationem, ut eos, qui ita uixerunt, aut nõ tangat ægritudo, aut perleuiter tangat animi dolor.

SPLENDOR, oris {*Splendore, luce*}(αὐγή, λαμπρότης) lux, nitor, claritas. Plau. in Mer. Cœlum ut ſplendore eſt plenum, non ne ex aduerſo uides? Hora. 1. Serm. Saty. 4. Hunc capit argenti ſplendor ſtupet Albius ære. Per tranſlationem ponitur pro decore, dignitate, gloria, δόξα. Vnde ſplendor nominis, Splendor familiæ, Splendor uirtutum: hoc eſt claritas. Ci. pro Pomp. Nunc Imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet.

SPLENETICVS adiect. (σπληνικός) id eſt, lienoſus, cui poſt inflãmationẽ lien in priſtinũ non reſtituitur habitum, ſed tumor permanet, ac durities. Pli. lib. 20. cap. 9. Item ſpleneticis in uino albo per dies quadraginta.

SPLENIATVS, a, um, (σπληνωτός) ſplenio obuolutus. Martia. lib. 10. Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento, Albave pictus ſana labra ceruſſa, Philæni, quæris? baſiare te nolo.

SPLENIVM, nii, (σπλήνιον) emplaſtri genus, oblongum, quod ferè fronti ad ſedandos capitis dolores ſolet adhiberi. quanquam & aliis partibus interdũ accommodetur. nomẽ habens ab oblonga ſplenis figura. Martia. Splenia tolle leges. Pli. lib. 29. de oculis cruore ſuffuſis loquens Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum.

SPODOS, ſiue **SPODIVM**, (σποδός, σπόδιον) cineris genus eſt, quod ex fornacibus ærariis ſurſum euolat, atq; inde recidit in pauimentum. Nam quod teſtudini fornacis adhæret, Pompholyx dicitur. Vide Gale. lib. 9 Simpl.

SPOLETIVM, tii, {*Spoleto*}(σπολήτιον) ciuitas in Vmbria, etiam hodie nomen retinens. Inde Spoletinus, a, um, pen. prod. (σπολητινός) ut ab Arretio Arretinus. ut P. Cominius Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Martia. li. 13. De Spoletinis quę ſunt cariosa lagenis Malueris, q̃ ſi uina Falerna bibas.

SPOLIO, as. {*Spogliare*}(σκυλεύω) exuo, nudo, orbo, priuo, ſpolia detraho. Liui. lib. 1. ab Vrb. Exercitum fundit, fugatq́;, fuſum perſequitur, regem in prælio obtruncat, ſpoliat. Cic. 6. Verr. Apollonium omni argento ſpoliaſti, & depeculatus es. Terẽ. in Hecy. Quin ſpolies, mutiles, laceres. Verg. 5. Aen. Pars ſpoliant aras. Lucan. lib. 3. Triſti ſpoliantur templa rapina. Ci. 3. Ver. Neſciebas ab eo Cn. Carbonem conſulem, cuius reuera Quæſtor fuit, non modo relictum, ſed etiam ſpoliatum auxiliis, pecunia nefarie oppugnatum, & proditum? Idem pro Quint. Neceſſe eſt, iſte qui amicum, ſocium, affinem, fama, & fortunis ſpoliare conatus eſt, uanum ſe, & perfidioſum & impium eſſe fateatur. Verg. 5. Aen. Cedit, quoniam ſpoliata magiſtro eſt. Huius compoſita ſunt Deſpolio, Diſpolio de quibus ſuis locis.

SPOLIVM, ſpolii, {*Bottino*}(σκῦλον) quicquid hoſtibus detrahitur, ut ait Seruius, Verg. 8. Aenei. Nam maximus ultor Tergemini nece Geryonis, ſpoliisq́; ſuperbus Alcides aderat. Spolia opima, quæ dux duci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Ioui Feretrio obtulit Romulus, rege Cæninẽſium manibus ſuis in acie occiſo: ut eſt uidere apud Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SPOLIOR, {*Spogliare*} inquit Nonius, antiqui dicebant pro Spolio: unde Deſpolior, & Expolior, in actiua ſignificatione leguntur. Afran. Quos impune deſpoliatur & deſpoliatur & dedecus. Quadrigarius, agrum campanum expoliabatur.

SPOLIARIVM, rii, {*Luogo doue ſi ſpoglia ne bagni luogo d'aſſaſini*}(ἀποδυτήριον) propriè locus ante balneum, in quo loturi ſeſe ſpoliabant. Accipitur tamen & pro quouis alio loco, in quo quis ueſtibus pecunia, aliave re a latronibus exuitur. Plin. in Paneg. Quàm iuuat, cernere ærarium ſilens, & quietũ, & quale ante delatores erat: nunc templũ illud, nũc uere Deus, non ſpoliariũ ciuiũ, cruentarumq́; prædarum ſæuum receptaculum.

SPOLIATIO, onis, uerbale, {*Spogliamento*}(σκύλευσις) ſpoliorum detractio, depopulatio. Cic. 4. Verr. Cum in legatione oppidorum, fanorumq́; ſpoliationes cogitaret.

SPOLIATOR, toris, uerbale, {*Spogliatore*} (λαφυραγωγός) qui alterum ſpoliat. Cic. 6. Verr. Neq; ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam ſpoliatorem uexatoremq; eorum defendes? Spoliatrix. Martia. lib. 1. Sic Spoliatricem commendat Fauſtus amicam.

SPONDA, dæ {*Sponda*} latus lecti: nam ſpondæ ſunt tabulæ, quæ utrinq; lectū ſuſtinent. Martia. lib. 1. Sed ſi nec locus eſt, nec nudi ſponda grabati. Vergil. 1. Aenei. Quum uenit aulæis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit. Horat. Epod. 3. precor Manum puella ſuauio opponat tuo, Extrema & in ſponda cubet.

SPONDEO, des, pondi, ſponſum, {*Promettere*} (ὑπισχνοῦμαι, ἐγγυῶμαι) idē quod ſponte promitto. Cic. 14. Philip. Panſa aut morte, aut uictoria ſe ſatisfacturum Reipub. ſpopondit. Idem Lentulo lib. 1. Dependendam tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem ad Trebonium lib. 15. Quod ego non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi. Verg. 12. Aen. Nā quid ago, aut quæ iam ſpondet fortuna ſalutem? Ouid. in Ibin: Te fera nec quicquam placidum ſpondentia Martis Sydera preſſerunt. Spondere puellam dicitur pater alicui, quum pollicetur futurum eſſe, ut eam uxorem ducat. Plau. Trin. Spōdes ergo Tuam gnatam uxorem mihi? CH. ſpondeo, & mile auri Philippum dotis. Eius compoſita ſunt Conſpondeo: unde ueteres Conſponſos dicebant teſte Feſto, fide mutua obligatos. Et Conſponſores duo, pluresve eandem rem promittentes. Cice. Leptæ: De negotio tuo, q; ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpondeo, & Reſpondeo, de quibus alibi.

SPONDEVS, pen pro. (σπονδεῖος) pes duabus ſyllabis longis conſtans: qui in Heroico uerſu omnem ſibi uendicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus, q; in ſacrificijs & libamentis eo maxime uterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdusq; ac ſponſionem ſignificat.

SPONDYLION, lij, ſiue Sphondylion, (σφονδύλιον Dioſcoridi) herba eſt in locis paluſtribus naſcens, folija propemodum platani, caulibus cubitalibus, uel etiam amplioribus, fœniculi caulibus non diſſimilibus, qui ſemē afferunt in cacumine ſilis ſimilitudine, ſed duplex & latius, cādidum, paleoſum, graueolēs, flore candido, uel pallente, radice alba, raphano ſimili. Romani teſte Dioſcoride, herbam rutinalem appellarunt. Plin. lib. 12. cap. 26. Inter ferulæ genera annumerat, panacíq; ſimilem facit niſi quod minora habeat folia & platani diuiſura.

SPONDYLIS, dylis, fœm. gen. (σπονδυλίς Ariſtoteli) ſerpentis genus, quod Gaza ex Ariſtotele Verticellam uertit. Plin. lib. 27. cap. 13. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta Sphondyli, quæ omnes perſequitur. Genus id ſerpentis eſt.

SPONDYLVS, li, ſiue Sphondylus, maſcu. gene. (σπόνδυλος, ἢ σφόνδυλος) nodus ſeu uertebra ſpinæ dicitur. Sunt autem in ipſa ſpina ſpondyli quatuor & uiginti, quorum ſeptem collum conſtituunt, duodecim thoracem, quinq; alij lumbos. Spondylus in mari animal apud Plin. lib. 32. capi. 11. Spondylus calculus æneus, quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant, ut eſt apud Iulium Pollucem. Spondylus, uerticulum quod apponitur ſuſis, ut rotundo melius uertantur. Spondylus, callus ſiue caro interior oſtreorum. Plin. li. 23. ca. 5. Neq; in luto capta, neq; in arenoſis, ſed ſolido uado, ſpondylo breui, atq; non carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in aluo. Spondylo utitur Martialis pro animalium oſſiculis, lib. 7. Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit.

SPONGIA, æ, {*Sponga, ſpugna*} (σπόγγος) quiddam eſt, in natura tertium ordinem habens, ut neq; animal, neq; frutex, ſed tertium quiddam, ac medium inter utrunq; genus diei poſſit, quod Græci ζωόφυτον appellant. Plurimis locis in ſaxis marinis naſcuntur ſpongiæ, diuerſiſq; nominibus ab antiquis diſtinctæ, quoniam non una eſt earum bonitas & uſus. Senſum ijs ineſſe apparet, quia ubi auulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur: auulſæ relinquunt in petris ueluti cruoris ueſtigium, atq; ex is quaſi molliores peniculi recreſcunt. Spongias antiqui in delicijs habuerunt, ſtrigilium uice, linteorumq; illis utentes ad diſtringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebāt eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad lunam & pruinas ſternentes inuerſas, ut candorem biberent. Apud antiquos in uſu erat tergendarum menſarum, adhibebanturq; ad obſcœna emundanda. Martia. lib. 14. Hæc tibi forte datur tergendis ſpongia menſis Vtilis, expreſſo cum leuis imbre tumet. Senec lib 10 Epiſt. Vnus è Germanis lignum, id quod ad emundanda obſcœna adhærente ſpongia, totum in gulam farſit, & præcluſis faucibus ſpiritum emiſit. Accipitur & Spongia pro aſparagi ſatiui radice, apud Plinium, & Colum lib. 11. cap 3.

SPONGIOLA, læ, (σπογγίδιον) diminutiuum à Spongia, quo nomine etiā ſignificatur quiddam ſquamatim compactum è cynorrhodi ramis paruæ ſpongiæ modo dependens. Plin. lib. 25. cap. 2. Alias apud auctores cynorrhodi una medicina erat, ſpongiolæ, quę in medijs ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis explent Spongiolæ, radiculæ aſparagorum inter ſe implicitæ. Colum. lib. 11. cap 3. Sulci autem inter ſe pedali menſura diſtantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita ſpongiolæ deprimuntur, ut facile ſuper poſita terra germinent.

SPONGIOSVS, adiect. {*Spongoſo*} (σπογγώδης) quod ſimilitudinem ſpongiæ habet. Plin. lib. 11. cap. 37. Idcirco pulmo ſpongioſus.

SPONGIARE, (ἀποσπογγίζειν) ſignificat ſpongia extergere, quo frequenter utitur Apicius.

SPONGIATORES, (σπογγοθῆραι) qui ſpongias captant, ea forma dicti, qua Purpuratores appellantur, qui purpuras piſcantur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 8 cap. 11.

SPONGITES, (σπογγίτης) gemma eſt à ſpongiæ ſimilitudine dicta. Pli lib. 37. cap. 10.

SPONSALIA, orum, {*Sponſalitio, maritaggio*} (μνηστεῖα) promiſſio, ſiue ſtipulatio futurarum nuptiarum. Sponſalia hoc modo fiebant: Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, ſtipulabatur eam ſibi in matrimonium traditum iri. Qui daturus erat itidem ſtipulabatur eam ductum iri. Is contractus ſtipulationum ſponſionumq; dicebatur Sponſalia. Vide Gell. lib. 4. cap. 4. Vlpi. li. de Sponſal. Sponſalia dicta ſunt à ſpondendo. Nam moris fuit ueteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi futuras uxores. Iuuena. Saty. 6. Conuentum tamen & pactum, & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

SPONSALIS, & hoc le, (μνηστευτικός) quod ad ſponſionem pertinet. Vnde Sponſalis dies dicitur, quo puella, ſperato promittitur.

SPONSIO, onis, {*Promeſſione, promeſſa*} (ἐγγύη) uerbale à Spondeo, idem ſignificans quod promiſſio. Paulus de Verbo ſignifi. Sponſio appellatur non ſolum quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioq;. Erat etiam Sponſio, (παρακαταβολή) genus actionis apud antiquos, quod fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione uinceretur, & coram recuperatoribus, aut alio iudice diſceptabatur. Erat autem decima pars controuerſæ rei in cauſis priuatis, in publicis autem quinta apud Græcos, auctore Polluce, pœna ſcilicet temere litigantium. Cic. lib. 3. Offi. Fimbriā Conſularem audiebam de parte, iudicē M. Luctatio fuiſſe equiti Romano, ſanè honeſto, cum is ſponſionem feciſſet ni uir bonus eſſet. Fiebat ſponſio plerunq; in interdictis, id quod oſtendit Quintilianus in ſeptimo: Quoties autem, inquit, poterimus, efficiendū eſt, ut de re quacunq; bene ſentiat iudex: ſic enim iuri noſtro libentius indulgebit, ut in ſponſionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiamſi nō proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis, tamen non tantum poſſediſſe nos, ſed etiam rem noſtram poſſediſſe dicere oportebit. Cic. in Orat. pro Cecin. Erat enim Cecina de fundo ui armata deiectus: propterea Prætor interdixerat, ut unde deieciſſet, reſtitueret: reſtituiſſe dicit: ſponſio facta eſt: hac de ſponſione uobis iudicandum eſt. Sponſio uoti Cic. 2. de Leg. Diligentia uotorum ſatis in lege dicta eſt ac uoti ſponſio, qua obligamur deo. pœna uero uiolatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

SPONSO, ſas, {*Promettere. ſponſare*} (μνηστεύειν) frequentatiuum à ſpondeo q; ſignificat uxorem ſibi ſtipulari. Paulus de ritu nupt. l. 1. Si quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, uel ibi domicilium habentem uxorem ducere non poteſt, quamuis ſponſare non prohibeatur, ita ſcilicet, ut ſi poſt officium depoſitum noluerit cum muliere nuptias cōtrahere liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis, quas acceperit.

SPONSOR, oris, {*Segurtà*} (ἐγγυητής) id eſt, fideiuſſor, qui pro altero ſpōdet. Cic. Atti. lib. 1. Tulliola, noſtræ deliciæ, tuum munuſculum flagitat, & me, ut ſponſorem, appellat. Sponſor item dicitur is: qui puellam uiro promittit. Ouı. Epiſto. 2. Qui mihi coniugii ſponſor & obſes erat.

SPONSVS, ſponſi, maſcu. gene. (μνηστήρ) cui ſpondetur puella: ſiue qui ſpopondit eam ſe ducturum. Sponſa, æ, (μνηστή) puella quæ ſpondetur. Plaut. Caſi. Huc ueniſti ſponſam præreptum meam? Iuue. Saty. 1. Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ? Quem ſponſæ turpes, & prætextatus adulter?

SPONSVS, ſus, {*Promiſſione*} (ἐγγύη) ſponſio Seruius Sulpitius: Si poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant.

SPONSVS, ſa, ſum, {*Promeſſo*} (μνηστευθείς, ἐγγυητής) particip. promiſſus. Terent in Eun. Scis ſponſam mihi. Subaudi, Eſſe. Idem Phor. Etiamnunc ſi uult. Demipho Dare, quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi, Nullam mihi malim, quàm iſtanc, uxorem dari.

SPONTALIS, & hoc, le. {*Volontario, ſpontaneo*} (αὐτόματος, αὐθαίρετος) idem ſignificat quod ſpontaneus, ultroneus, Apul. lib. 4. Quumq; nulli noſtrum ſpontale parricidium ſuadens perſuadere poſſet gladium per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit.

SPONTE {*Da ſua poſta, di uolontà*} (αὐτομάτως) nomen ablatiui caſus, idem ualens quod aduerbium Vltro, hoc eſt, propria uoluntate. Cice. Atti. Gaudeo id te mihi ſuadere, q; ego mea ſponte pridie feceram. Ver. 4. Eclog. Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Hinc ſpontaneus, nea, neum, quod eſt uoluntarium, aut naturale. Sunt qui putent Sponte aduerb. eſſe, q; certe uerum eſſe non poteſt, tum q; admittat ſecum adiectiuum, quemadmodum alia nomina ſubſtantiua: ut Mea, tua, uel ſua ſponte: tum q; non raro legatur eius genitiuus Spontis. Celſ. lib. 1. cap. 1. Sanus, qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet. Varr. lib. 2. de Re ruſti. Spontis ſuæ ſtatuerat finem.

SPORADES, (σποράδες) inſulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, ſicut Strab lib. 10. ſcribit Dictæ q; in mari ſparſæ ſint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocuſa, Phœcaſia, Schinuſa, Pholegandros, Thera, Anaphe, Aſtypalæa, Laguſa, & Ios in qua Homerus fertur eſſe ſepultus.

SPORTA, æ {*Sporta*} (σπυρίς) aut à ſparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur, aut ab aſportando, uaſis genus, ex uimine, iuncis, aut ſparto, aut ſimili leuiore materia. Salluſt. lib. 2. Hiſto. E muris canes ſportis demittebant. Colu. lib. 8. cap. 7. Locus ad hanc rem deſideratur calidus maxime, & minimi luminis, in quo ſingulæ caueis includantur anguſtioribus, uel ſportis incluſæ pendeant aues.

SPORTVLA, læ, {*Sportella*} (σπυρίδιον) diminut eſt à Sporta. Plau. in Curcu. Qui incedunt ſuffarcinati, cum libris, cum ſportulis. Idem in Menæc. Sportulam cape, atq; argentum, ecce numos tres habes Ci Habeo E. abi, atq; obſoniū affer. Et quoniam in ſportulis pecunia quandoque etiam cibus in quotidianū uſum deferri ſolebat, factum eſt ut Sportula pro ira cibis, & pro ea pecunia acciperetur, quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipſos officij gratia eſſent comitati, aut domi ſalutauiſſent togati. Iuuena. Saty. 1. Nunc ſportula primo Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ. Idem Saty. 3. Non ne uides, quanto celebretur ſportula fumo? A Sportula fit aliud diminutiuum, Sportella genus quoddam bellariorum ſignificans. Cic. ad Papyrium Pætum: Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & artologani tui.

SPORVS, ſpado fuit à Nerone in delicijs habitus, quem etiam in mulierem conatus eſt transformare, eundem dote inter auſpices conſignata, palàm uxorem duxit. Poſt Neronis autem necem, miſſus à Vitellio, ut in habitu conſtupratæ puellæ ſe in theatro ſiſteret, non ferens tantam ignominiam Sporus manus ſibi intulit.

SPVDASTES, ſtæ, (σπουδαστής) fautor, ſtudioſus. Hiero. lib de Viris illuſt. ubi de diuo Luca agit. Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν, id eſt, amatorem Pauli, conuictum apud Ioannem, q; auctor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

SPVMA, æ. {*Spuma, ſchiuma*} (ἀφρός) rara quędam fex, quę per ebullitionem, aut uehementem agitationem rebus liquidis ſupernatat. Verg 1. Aenei. Spumas ſalis ære ruebant. Oui. 3. Meta. Spumaq; peſtifero circūfluit albida rictu. Verg. 3. Aen.

3. Aenei. Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere, Ter ſpumam eliſam & rorantia uidimus aſtra. Hinc Spumeus, a, um (ἀφρώδης) ſpuma abundās. Ver. 10. Aenei. Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda. Spumoſus, a, um, (ἀφρώδης) idem. Plin. lib. 12. cap. 7. Lycium aptiſſimum medicinæ, q eſt ſpumoſum. Verg 6. Aenei. Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda.

SPVMATVS, adiect. {Schiumato ſpumato} (ἀφρίσας) ſpuma aſperſus. Cic. 1. de Diuin. Saxaq́ cana ſalis niueo ſpumata liquore, Triſtificas certant Neptuno reddere uoces.

SPVMIFER, ra, rum, idem quod ſpumoſus, ἀφρώδης: ut, Fluctus ſpumiferi, Stat. lib. 1. Achill. Illis ſpumiferq́ glomerant à pectore fluctus.

SPVMIGER, gera gerum, euſdem ſignificationis cum ſuperiore: ut, Fons ſpumiger. Ouid. lib. 11. Metam. Spumigeroq́ tuum fonti, qua plurimus exit, Subde caput. Lucre. lib. 5. Erectiq́ domo fugiebant ſaxea tecta Spumigeri ſuis aduentu, ualidiq́ leonis.

SPVMO, mas, {Mondar la ſchiuma, far la ſpuma} (ἀφρίζω) ſpumam emitto. Plin. lib. 32. cap. 7. Subinde ſpuma pennis deterſa, & poſtquam deſierit ſpumare, tepidum infundere. Verg. 2. Georg. Spumat plenis uindemia labris. Spumans, tis, particip. Verg. 4. Aenei. Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit. Colum. lib. 10. Sordidus & muſto ſpumantes exprimit uuas. Spumatus, a, um, ſpuma aſperſus: de quo ſupra ſuo loco. Spumatus, us, ui, ſubſtantiuum. Stat. 1. Sylua. Dictamni florentis opem, quoq́ anguis abundat Spumatu. Spumeſco, is, cre, ſpumoſus fio. Ouid. Epiſto. 2. At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo.

SPVO, ſpuis, ui, utum, {Sputare} (πτύω) ſaliuam eiicio. Verg. lib. 4. Geor. Nigi alte turpes horrent, ceu puluere ab alto Quum uenit, & terram ſicco ſpuit ore uiator Aridus. Huius compoſita ſunt, Conſpuo, Deſpuo, Expuo, Inſpuo, & Reſpuo: de quibus ſuis locis.

SPVRCIFICVS, (αἰσχροποιός) qui ſpurca, & fœda facit. Plau. in Trin Spurcificum, immanem intolerandum, uecianum. Spurcidicus, (αἰσχρολόγος) qui ſpurca loquitur, Plau. in Capt. Neq́ Spurcidici inſunt uerſus.

SPVRCITIA, & SPVRCITIES, {Sporcitia, ſporchezza} (ἀκαθαρσία) immunditia. Lucre. lib. 6. At contra nobis cœni teterrima cum ſit Spurcities, eadem porcis hæc munda uidetur. Colum. lib. 12. cap. 22. Cinis autem odorem aufert, & eluit ſpurcitiam.

SPVRCO, cas, {Sporcare, lordare, imbrattare} (ῥυπαίνω) fœdo, uitio. Celſus Iureconſul. Cum eo agi poſſe Aquilia qui uinum ſpurcauit, uel effudit, uel acetum fecit, uel alio modo uitiauit. Plaut. in Menæch. Spurcat naſum odore illutabili. Antiqui Spurcum uinum dicebant, cum aqua mixtum, tanquam non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut muſtum antequam deferueſcat. Catul. Epigr. 103. ad Siconium. Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. Hinc Conſpurco, de quo ſuo loco Spurce, (αἰσχρῶς) ſpurcius, ciſſime, aduerb. Cic. 1. de Inuent. In odium adducentur, ſi quid eorum ſpurce, ſuperbe, malitioſe factum proferetur.

SPVRCVS, a, um, {Lordo, ſporco, mal netto} (μιαρός, ῥυπαρός) quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentum. A ſpuendo dictum, q tale ſit, quod deſpuentes auerſemur. Plaut. Tot noctes reddat ſpurcas, quot pura habet Cic. 2. Tuſc. ex poeta quodam. Samnis ſpurcus homo uita, illa dignus locoq́ Idem pro Domo ſua Spurciſſimus homo, præguſtator libidinum. Aliquando ponitur pro fœtido, δυσώδης. Apule. Tam multæ res ſpurcæ & graues nares infeſtant.

Aliquando pro uehementi, aſpero, δεινός. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Colum. in Præfat. lib. 1. Atq́ in his ipſis haberet cognitum, quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus et ſpurcus ager. Aliquando pro ſæuo, & ſanguinario. Varro: Spurcus gladiator & carnifex. Hinc aduerb. Spurce, αἰσχρῶς. Cice. Atti. lib. 7. An bene conuenīat, inquit Carneades: ſpurce, ſed tamen prudentius q̃ Lucius noſter, & Patron. Eidem lib. 11. Deinde perſcribit ſpurciſſime quas ob cauſas fecerit.

SPVRINA, dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. Item Mathematicus ac uates, qui Cæſari prædixit, ut Martias caueret Idus, cuius Tranquillus in Cæſare & Valerius meminere. Tertius huius nominis adoleſcens fuit egregia forma, qui cum ſe fœminum uiroſq́ ad libidinem aſpectu decoro uideret inuitare, oris pulchritudinem uulneribus ſponte dehoneſtauit. Auctor Valerius de Verecundia.

SPVRIVS, adiect. {Baſtardo, mula} (νόθος) incerto parte natus: ἀπὸ τοῦ σπόρου, hoc eſt, à ſemine: propterea q nihil habeat à patre, niſi ſemen. Vnde Spurios uerſus dicimus, quaſi adulterinos, ſuppoſitios, uel irrepititios. Auſonius, Quinq́ notas ſpuriis uerſibus appoſuit. Seruius: Spurius dicitur, qui ex muliere non nota ortus eſt Modeſtinus Iureconſultus Spurios eos dici affirmat, quos & uulgo conceptos appellamus, eos ſcilicet, qui incerto patre nati ſint, uel qui cum habeāt patrem, quem habere non liceat. Plutarchus in Probl. de hoc uerbo loquens, ita inquit Spurius primum nomen eſt apud Romanos, ut Sextus & Decimus, & Caius: Prima autem nomina non tota ſcribunt, ſed aut una litera, ut T. Titū: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sext. Sextum. Sic Spurius Sp. ſcribebatur, Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur, S, & P. deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, ut Spurii, qui ſine patre ſunt, dicerentur.

SPVTATILICVS, adiectiuum, eſt inuſitatum, a uerbo Spuo, quo cum uteretur Siſenna in defenſione cuiuſdam Critilij, merito à C. Ruſcio eſt irriſus: ut refert. Cic de Cla. Orat. Fuit accuſator, inquit, uetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens, dixit quędam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circumuenior, inquit, iudices. niſi ſubuenitis. Siſenna quid dicas neſcio, metuo inſidias. Sputatilica, quid eſt hoc? Sputa quid ſit, ſcio, tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamē familiaris meus recte loqui putabat eſſe, inuſitate loqui.

SPVTATOR, oris, qui frequenter ſpuit. Plaut. in Mil. Minime ſputator, ſcreator ſum.

SPVTO, as, {Sputare} (ἀποπτύω) à ſpuo frequentatiuum. Plaut. Nam illic iſti, qui ſputatur, interdum morbus uenit. Id eſt, morbus comitialis, quem nominantes ſolemus deſpuere.

SPVTVM, ti, {Sputo} (πτύελον) ſaliua à ſpuendo dicta. Dicitur & Sputus, tus. Lactan. lib. 4. Dabunt autem Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent uenenatos ſputus.

S ANTE Q.

SQVALDAM VESTEM, pro ſqualida in ſic dixere ueteres: ut annotauit Nonius, citans locum Ennii ex Telamone: Elauere lacrymis ueſtem ſqualdam & ſordidam.

SQVALEO, les, lui, {Eſſere ſporco} (αὐχμέω) à ſquama um crebritate & aſperitate dictum eſt, teſte Macro. lib. 6. Satur. Olim enim hoc uerbum de omnibus iis dicebatur, quæ dura eſſent, denſa & rigida, & ſquamarum ſimilitudinē imitantia. Hinc Verg lib. 10 Aenei. Tunicam auro ſqualentem dixit, hoc eſt, rigentem & denſam, & in ſquamarum modum contextam. Verg. 12. Aen. Ipſe dehinc auro ſqualentem, alboq́ orichalco Circundat loricam humeris. Poſtea tamen aſſiduo uſu effectum eſt, ut hoc uerbum de iis tantum dicatur, quæ inculta ſunt horrida, deformia, & multarum ſordium congerie contaminata. Verg. 2. Aenei. Squalentem barbam & concretos ſanguine crines. Quinti. lib. 10. cap. 1. Neq́ ego ſqua ere arma ſitu & rubigine uelim. Cice. pro Sext. Erat igitur in luctu ſenatus: ſqualebat ciuitas publico conſilio ueſte mutata. Verg. 1. Georgic. Non ullus aratro Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis.

SQVALIDE, aduerb. horride, inculte. Cice. 4. de Finib. Primum enim ipſa illa quę ſubtiliter diſſerenda erant, polite, apertéq́ dixerunt, cum definientes, tum partientes, ut ueſtri etiam ſed uos ſqualidius: illorum uides q̃ niteat oratio.

SQVALIDVS, a, um, {Sporco} (αὐχμηρός) ſordidus, incultus. Teren. Eunuc. Video ſentum, ſqualidum, ægrū, pannis annisq́ obſitum. Liui. 1. Bel. Pun. Otiū etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabeq́ ſqualida, & prope efferata corpora uarie efferebant. Ouid. 1. Faſto. Ora ſuper poſtes, affixaq́ brachia pendent. Squalidaq́ humanis oſſibus albet humus Cice. in Orat. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

SQVALOR, oris {Sporchezza} (αὐχμός) inquinatio, ſordes. Gellius: In corporibus incultus, & ſquamoſus alta congerie ſordium Squalor appellabatur. Liui. 2. ab Vrb. Obſita erat ſqualore ueſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptis. Cic. ad Tere. Nam mihi ante oculos dies noctéſq́ uerſatur ſqualor ueſter, & mœror, &c. Verg 6. Aenei Portitor has horrendus aquas: & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento canities inculta iacet.

SQVALVS, li, piſcis marinus, ex genere cartilaginoſorum, qui parit circa æquinoctium uernum, teſte Plin. lib. 9. cap. 51. Varro 3. de Re ruſti. cap. 3. Et in ea duntaxat ſqualos ac mugiles piſces.

SQVAMÆ, arum, {Scaglie} (λεπίδες) quibus corium piſcis aut ſerpentis tegitur. Plin. li. 9. cap. 10. Aquatilium tegmenta plura ſunt. alia corio & pilis teguntur, ut uituli. alia ſquamis, ut piſces. Verg. 11. Aene. Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat, Arrectiſq́ horret ſquamis, & ſibilat ore. Hinc Deſquamo, mas, de quo ſuo loco. Ab harum ſimilitudine loricarum quoq́ catenulæ Squamæ dicuntur. Verg. 11. Aenei. Quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Eſt & Squama æris, de qua Plin. lib. 34. cap. 11. Et ſcoria æris ſimili modo lauatur minor effectu, q̃ æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt: fit ære fuſo, & in alias fornaces tranſlato: ibi flatu crebriore excutiuntur uelut milii ſquamæ, quas uocant florem.

SQVAMATIM, aduerbium, ad ſimilitudinem ſquamarum. Plin. lib. 16. cap 10 Nucamenta ſquamatim compacta dependent. Id eſt, uelut ſquamæ compacta, & colligata.

SQVAMEVS, a, um, adiectiuum, {Scaglioſo} (λεπιδωτός) plenum ſquamis. Verg. 2. Geor. Nec rapit immenſos orbes per humum: neq́ tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

SQVAMOSVS, idem, {Scaglioſo} Plin. lib. 9. cap. 16. Vagantur gregatim ferè cuiuſq́ generis ſquamoſi. Ver. 4. Geor. Squamoſuſq́ draco, & fulua ceruice leæna.

SQVAMIGER, a, um, quod habet ſquamas. Lucret. lib. 1. Et terra poſſet oriri Squamigerum genus. id eſt, piſces. Plin. lib. 11. cap. 37. Simili modo ſquamigeris atq́ ſerpentibus.

SQVAROSVS, (λεπιδώδης) à ſquamarū ſimilitudine dicitur, cuius cutis exurgit ob aſſiduam illuuiem. Lucil. apud Feſtum. Varonum ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra.

SQVATINA, (ῥίνη) ex planorum piſcium genere, quo propter ſqualorem, hoc eſt aſperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur. Plin. libr. 9. capi. 12. Aſpera cute ut ſquatina, qua lignum, & ebora poliuntur.

SQVILLA, æ, Varroni, reliquis Scilla, (σκίλλα Dioſc.) bulbus nobiliſſimus, exp̄e modo multipliciter tunicatus. qui etiam hodie in officinis nomen retinet.

Eſt præterea Squilla paruus piſcis, qui cum pinna piſce comparandi cibi init ſocietatem. Cic. 2. de Natu. Deo. Pinna uero (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Alio nominē Pinnotherem, ſiue Pinnophylacem appellant. Plin. lib. 9. cap. 42. Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper unquam ſine comite, quem Pinnotherem uocant, alii Pinnophylacē. i. ſquilla parua: alibi cancer dapis aſſectator. Iuuena. Saty. 5. Aſpice q̃ longo diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino, ſquilla.

S ANTE T.

ST, uox eſt ſilentium indicentis. Teren. in Phorm. Quid? non is obſecro es, Quē ſemper te eſſe dictitaſti? C ſt. S. quid has metuis fores? C. Concluſam hic habeo uxorem ſæuam.

STABIÆ, arum, Campaniæ oppidum, bello ſociali à Sylla deletum, Cn. Pompeio, & L. Carbone Coſſ. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc fit Stabianus, a, um: ut, Ager Stabianus. Plin. lib. 32. cap. 1. In Stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis melanuri in mari panem abiectum rapiunt; idemq́ ad nullum cibum, in quo hamus ſit, accedunt.

STABILIO, lis, {Stabilire, fermare} (βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι, μεθαρμόττω, καταστῆσαι καθίστημι) ſtabilem facio, firmo. Plau. in Amph. Regiq́ Thebano Creonti regnum ſtabiliui ſum. Cic. 4. de Finib. Niſi forte cenſeres T. Gracchum patrē beatiorem fuiſſe, q̃ filium, cum alter ſtabilire Remp. ſtuduerit, alter euertere. Hinc Conſtabilio, quod eſt, omnibus modis ſtabile & ſecurum reddo. Idem in Capt. Ego rem meam conſtabiliui, quum illum emi.

STABILIS, le, {Stabile, immutabile} (βέβαιος, σταθερός, σταθηρός) firmus, & fixus: ut apud Teren. in Adel. Errat longe, mea quidē ſententia, Qui imperium

credat grauius eſſe,aut ſtabilius,Vt quod ſit,q̃ illud,quod amicitia adiungitur. Cic.1.de Orat.Nihil eſt enim tam inſigne,nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile,q̃ id in quo aliquid offenderis.Oui.5.Tri.Ele.14.Rara quidem uirtus, quã non fortuna gubernet:Quæ maneat ſtabili,cum fugit illa pede. Stabile eſt, id eſt certum & ſtatutum.Plaut.Bacch.Profectò ſtabile eſt, me fratri aurũ reddere. Mala ſtabilia,hoc eſt, poma non decidua, & quæ diutius in arbore ſtant,uel diu maturitatem retinent,neq; cito corrumpuntur.Cato ca.7.Eo lotiũ ſuillum,aut ſtercus ad radicem eorum addere oportet,ut ſtabilia mala ſiant.

STABILIMEN,inis,& **STABILIMENTVM**,ti,{*Stabilimento*}(ἔρεισμα,βεβαίωσις)idem quod firmamentum,ſiue corroboratio. Plaut.in Curcul.Hæc ſunt uentris ſtabilimenta panis, & aſſa bubula, Poculum grande. Cic.2.de Natur.Deor.Addo,inquit,huc, quod mihi portento cœleſtum pater Prodigium miſit,regni ſtabilimenta mei.

STABILITAS,tatis{*Stabilità,fermezza*}(σταθερότης)firmitas.Cæſ.4.bel. Gall.Ita nobilitatem equitum,ſtabilitatem peditum in prælijs præſtant. Cic.1. de Finib.Quo loco uidetur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ uacillare.Pli.lib.23. cap.3.Gingiuis,& oris ulceribus,dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit.

STABVLARIÆ MVLIERES,(καπηλίδες)inquit Auguſt.lib.8.Ciuit.dicuntur,quæ exercent ſtabulum,& uiatores mercede paſcunt.

STABVLARIVS,rij,{*Stallaro, alloggiator de caualli*}(πανδοχεύς)caupo uiatores pretio recipiens. Vlpia.Caupones & ſtabularios eos æquè accipiemus,qui cauponã & ſtabulum exercent.Stabularius itẽ dicitur qui ſtabuli,hoc eſt loci ubi animalia ſtant,curam gerit.Colum.lib.7.Hic enim recognoſci grex poterit,numerusq; conſtare, ſi uelut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint.Varr.2.de Re ruſt.cap.10.In quibus ſtabularii ſolent equas abigere.

STABVLO,as{*Alloggiare alla ſtalla*}(σηκάζω)in ſtabulum recipio,in ſtabulo guberno.Varr.lib.1.de Re ruſti.Si prata ſint,& in fundo neq; pecua domitua habet,danda opera,ut pabulo uendito,alienum pecus in ſuo fundo paſcat, ſtabulet.Stat.lib.1.Theb.Geticoq; pecus ſtabulare ſub Hemo.

STABVLOR,aris, uerbum deponens, (αὐλίζομαι, ἐπισταθμεύω)in ſtabulo ago,ſtationem aliquo in loco habeo.Colu.lib.7.Si idoneis temporibus ad præſepia,ad aquam,ad exercitationem pecus duxerimus,curæq; fuerit ut ſtabulentur ſicco in loco,ne humore madeſcant ungulæ. Ouid.13.Metam.Hoc pecus omne meum,multæ ſtabulantur in antris. Hinc Stabulatio, (ἐπισταθμεύσις) manſio in ſtabulo.Colum.lib.6.Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet:itaq; ſtabulatio eorum præparanda eſt.

STABVLVM,li,{*Stalla*}(ἔπαυλις,σηκός,σταθμὸς)à ſtando, locus dicitur in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & Diuerſorium, & Hoſpitium dici ſolet. Vnde & Proſtibulæ meretrices dictæ,q; quæſtus copioſioris gratia, concurrentibus illuc aduenis,manſiones ante ſtabula habuere. Plaut.in Aulul. Neutrobi habeam ſtabulum ſtabile. Stabula quoq; dicuntur loca generaliter omnia,in quibus armenta gregesq; conſiſtunt,uelutı quædam ſtationes animalium. Nam ubi equi tenentur,ſpecialiter Equile: ubi oues,Ouile:ubi ſues, Harã dixere.Bouile quoq; à bobus,Caprile à capris nomen traxerunt. Ver.8.Aen. Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros Auertit.Poteſt etiam præſepe in diuerſoriis ſtabulum dici. Apul.Duriſſimo caſui meo ſeruiens, ad equum illum uectorem meum probiſſimum in ſtabulum concedo. Stabulum etiam ſumitur pro quacunq; ſtatione ſeu habitatione & loco,ubi quis ſtare conſueuit. Ver. 7.Aen.Ardua tecta petit ſtabuli,& de culmine ſummo Paſtorale canit ſignũ. Stabulum confidentiæ,flagitii,nequitiæ. Plau.in Moſtel. Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ.

STACHIS,huius Stachyos{*Spiga*} (στάχυς)frutex eſt marrhubio ſimilis,ſed longior,folia ferens numeroſa,hirſuta,rara,prædura,cana,odoris iucundi.& cõ plures uirgas ab radice exeuntes,marrhubio candidiores.Naſcitur in montanis & aſperis. Dicta Stachya quaſi ſpicata,ob caulem,quem ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatum. Nam στάχυν Græci ſpicam uocant. Pli.lib.24.cap.15. Ea quoq; quæ ſtachys uocatur,porri ſimilitudinem habet, longioribus foliis pluribusq;,& odoris iucundi,colorisq; in luteum inclinati,pellit menſtrua.

STACTE,ſtactes,fœmi.gene.(στακτὴ)teſte Dioſcoride,uocatur pinguitudo recentis,myrrhæ,cum exigua aqua tuſæ,& organo expreſſæ à diſtillando dicta quod Græci στάζειν dicunt quia è ſtillatitia duntaxat myrrha fuit.Lucre.li.2.Si cut,amaracini blandum ſtactæq; liquorem.

STACTEVS,a,um,adiectiuum,à Stacta deductum:ut, Myrrha ſtactea.i.ſtillatitia,è qua ſtacte exprimitur.quam Theophraſtus factitiæ opponit. Plin.lib. 12.cap.16 Genera myrrhæ complura,Troglodytica ſyluestrium prima, Erythræa ſequens,& Minæa,in qua ſtactica & Atramittica eſt,&c.

STADIODROMI,orum,(σταδιοδρόμοι)dicti ſunt,qui in ſtadio curſu certant.Iul.Firmicus.Si Mars reſpexerit Leporem cœleſtem in horoſcopo, faciet ſtadiodromos. Stadiodromos etiam locus in quo ludi & curſus exercentur. Plin.lib.34.cap.8.Eundem uicit & Leontis,qui fecit ſtadiodromum aſtylon qui Olympiæ oſtenditur.

STADIVM,dii,{*Stadio*}(στάδιον)Latinè curriculum,ſiue locus in quo equi, homines'ue currunt,& certant athletæ.Dictum Stadium, ἀπὸ τῆ στάσεως:hoc eſt,à ſtatione,q; Hercules eo ſpatio uno ſpiritu confecto,conſtitiſſet. Nam clariſſimum fuit curriculũ ſtadii Olympici,quod Hercules ſuis pedibus metatus fertur,continetq; octauam mille paſſuum partem,quod centum uiginti quinq;(inquit Plin.lib.2.cap.23.)noſtros efficit paſſus.hoc eſt,pedes ſexcentos uiginti quinq;.Quæ menſura octies ſumpta efficit mille paſſus.Dicimus autem, Curro ſtadium,in ſtadio,& per ſtadium.Cic.3.Offi.Qui ſtadium currit,eniti & contendere debet,q̃ maxime poſſit,ut uincat.

STAGIRA,{*Macri*}(στάγειρα)oppidum in finibus Macedoniæ, ad ſinum Strymonicum, Ariſtotelis Peripatetici patria:qui inde Stagirites(σταγειρίτης) cognominatur.

STAGNO,gnas.{*Tenere ſtagnare,l'aqua ſerata intorno*}(λιμνάζω)ſtagnum facio,proprieq; de mari aut flumine dicitur,cum littora aut ripas prætergreſſum aliquo in loco ſtagnum efficit.Verg.li.4.Geor. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum. Aliquando actiue accipitur pro inundare.Tacitus lib.1.Tyberis plana urbis ſtagnauerat.i.plana loca inundauerat Stagnare item agri dicuntur, qui non abſorbent, ſed continent aquam. Stagnantior,comparatiuus.Claudian.de Nilo eſſluit Aeggo ſtagnantior.Huius compoſitum eſt Reſtagno,quod eſt exundo:ut apud eundem lib.9. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos, alias ſcrobibus,in his locis,ubi nullæ reſtagnent aquæ.

STAGNATVS,adiect.aqua ſtagnante humidus. Colum.lib.10.Nam neque ſicca placet,nec quæ ſtagnata palude Perpetitur querulæ ſemper conuicia ranæ.

STAGNVM,ni,{*Acqua morta.ſtagno*}(λίμνη)à ſtando, dicitur aqua ſtans. Verg.4.Geor.At liquidi fontes,& ſtagna uirentia muſco Adſint.Ver.1.Aen. Stagnum pro parte maris profundiſſima poſuit,q; ea minime moueatur, ſemperq; ſtet,id eſt,quieſcat. Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus, & imis Stagna refuſa uadis.

STALAGMVS,(σταλαγμὸς)puriſſimum genus calchanti, ita dictum,quod è guttis,ſiue ſtiriis fieret,hyberno tempore in ſcrobes effoſſos decidẽtibus. Nam σταλάζειν Græci dicunt ſtillare. Vide Plin.lib.34.cap.13. Stalagmium item antiqui appellarant genus inauris guttę figuram imitantis,quam σταλαγμὸν uocant Græci. Cæcilius apud Nonium:Ex auro eius ſtalagmium domi habeo. Quo in loco Perottus & Perottum ſecutus Calepinus corrupte legunt Stalagmum.

STAMEN,inis,{*Stame,garzuolo,lana da filare*}(στήμων) dicitur lana, linum cannabis,uel aliud ſimile,in colo poſitum,unde fila ducuntur:à ſtando,eo q; non moueatur. Plin.lib.8.cap.48.Inde factum,ut nubentes uirgines comitaretur colus compta & fuſus cum ſtamine.Oui.1.de Arte aman.Rence ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos. Stamina(inquit Sipontinus)etiam dicuntur fila recta in opere textorio & ſtabilia,per pectinem tranſmiſſa quibus alia,quæ ſubtegmina uocant intertexuntur. Dicuntur præterea Stamina in ligno uel herbis quædã quaſi filamenta. Plin.lib.21.cap.5.Ita odor,colorq; duplex:alius calycis,alius ſtaminis,differentia anguſta.

STAMINEVS,a,um,adiectiuum à ſtamine deductum: ut, Vena ſtaminea. Plin.lib.16.cap.43.Stamineam hæc uſu probant uenam, & uocant fertilem, argumento ſimilitudinis,quoniam lacrymoſe criſpa. Propert.lib.3.Eleg.Staminea rhombi ducitur ille rota.

STANNVM,ni,{*Stagno*}(κασσίτερος)metalli genus,quod in fodinis inuenitur cum argento,& in fornace primum liqueſcit. Plin.multis in locis plumbum album uocat,ad differentiam plumbi nigri,quod uelut argenti ſtanniq; quoddã purgamentum in fornace remanet.Verba eius ſunt hæc ex lib.34.ca.16.Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena,nec quicquam aliud ex ſe parit,aut cum argento naſcitur,miſtisq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor Stannum appellatur:qui ſecundus, Argentum: quod remãſit in fornacibus,Galena,quæ portio eſt tertia addita uenæ.Hæc ruſus conflata dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.Ibidem ca.17.Stannum illitum æneis uaſis, ſaporẽ gratiorem facit,& compeſcit æruginis uirus:mirumq; pondus non auget. Stanneus,a,um,factum ex ſtanno. Pli.lib.29.cap.2.Tum in ſtannea pyxide conditur.

STAPHYLE,(σταφυλὴ)uitis alba,quam alii Ampeloleucẽ,uocant,alii Melothron.

STAPHYLVS,(στάφυλος)Sitheni filius, primus aquam uino miſcere docuit. Plin.lib.7.cap.56.

STAPHIS,huius ſtaphidis,fœm.gene.(σταφὶς)quæ etiam Staphis agria, & Latinis Pituitaria,& Pedicularis dicitur,uitis eſt,cauliculis nigris, rectis foliis labruſcæ,folliculos ueriùs,q̃ acinos ferens,uiridis, ſimiles ciceri. Vide Pli.lib. 23.cap.1.

STAPHYLINVS,(σταφυλῖνος)quam Paſtinacam uocant Latini,duorum generum eſt, hortenſis, quem σταφυλῖνον κηπαῖον nominat Dioſcorides. & Agreſtis,quem idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat; Romani etiam Paſtinacam Erraticam. Hæc folia habeat gingidii ſed latiora,& ſubamara, caulem rectum, ſcabrum,umbellam ſimilẽ anethi,in qua flores inſunt candidi, & in medio purpureum quiddam fermè croceum,radicem digiti craſſitudine, & dodrantalem, odoratam,quæ cocta manditur.Galli peculiari nomine Paſtinacam appellant. Staphylinorum autẽ nomine,ſi nihil addatur,ſatiuos potius intelligimus, quas iidem Carotas ſua lingua nominant.Sic Colum.lib.10 Lætetur,mollemq; ſinu ſtaphylinus inumbret.Loquitur enim de iis quæ in hortis feruntur. Idem li.11. cap.4.Tunc agreſtis paſtinaca,& eiuſdem nominis edomita,quam Græci Staphylinum uocant.

STAPHYLODENDROS(σταφυλόδενδρος)arbor trans Alpes ſimillima aceri,alba materia, ſiliquas ferens,& in iis nucleos nucis auellanæ.Quidã eandem exiſtimant cum Theophraſti Colitea.Vide Plin.lib.16.cap.16.

STARCATERVS,rex Danorum qui cum Lenum quendam per nefas occidiſſet,pœnitentia ductus,eius filio Hathero ſe præbuit occidẽdum.Saxo li.8.

STARE,{*Stare*}(ἵσταμαι) ſteti,ſtatum,propriè ſignificat erectũ eſſe,& ſua mole conſiſtere cui opponitur Sedere.Plau.Capt.Hi ſtant hic ambo,nõ ſedent. Teren.Eun.Interim Dum ante oſtium ſto,notus mihi quidam obuiam Venit. Et non tantum de animatis,ſed de inanimatis quoq; dicitur:ut,Nauis ſtat. Flumen ſtat,Currus ſtat. Sol item ſtare dicitur, cum ad alterum Tropicorum perueniens alterius progredi non poteſt,ſed curſum incipit reflectere. Vnde duo dicimus eſſe Solſtitia,alterum æſtiuum,alterum hybernum. Item permanere,durare,ἐμμένειν.Cic.1.Offi.Facere promiſſa,ſtare conuentis,reddere depoſitum Verg.4.Aen.Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti. Item horrere ut Annotauit Nonius,citans locum ex Titinnio, Atq; illud ante partum comedet:fundi ſtabunt ſentibus.Item alterum ex Cæcilio.Hic amet:familię fame pereant:ager autem ſtet ſentibus.Itẽ plenum eſſe. Verg.12.Aen. Iam puluere cœlum Stare uident. Item prominere exigi,ut annotauit idem Nonius,citans illud Lucilii ex lib.29 Hic corpus ſolidum inuenies,hic ſtare papillas Pectore marmoreo. Item præſtitutum eſſe,& immobilem. Verg.10. Aeneid. Stat ſua cuiq; dies,breue & irreuocabile tempus Omnibus eſt uitæ. Oui.1.Metam.Sic ſtat ſententia.i.immobilis & fixa eſt,δέδοκται. Item in animo eſſe,& conſtitutum habere.Ver 12.Aen.Stat conferre manum Aeneæ, ſtat quicquid acerbi eſt Morte pati. Item poſitum eſſe κεῖσθαι.Verg.1.Aenei.Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Item quieſcere. Apuleius:Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Item in priſtino ſtatu manere.Verg.2.Aen.Troiaq; nunc ſtares. Priamiq; arx alta maneres. Item conſtare,& magno pretio emptum eſſe.Liu. lib.23.Multoq; ſanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoria ſtetit.Gell.Magno

eit ſte

ei ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Stare firmum, (ἐν χώρᾳ μένειν) eſt, non moueri, ſed conſtantem eſſe. Liu. Reſiſtes autem aduerſus famam, rumoreſq; hominũ ſi ſatis firmus ſteteris. Stare per me, per te, per illum aliquid dicitur, cum ego, tu aut ille impedimento eſt, ne quid fiat. Plin. lib. 18. Non ſtat per me, quo minus coelum intelligas & coeleſtia ſcias. Quintil. Non per me ſtetit, ſed per illam.

Stare, à Senatu, uel ab optimatibus, eſt Senatus, uel optimatum cauſam tueri Cic. de Clar. Orat. Nemo à Senatu, & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius. Stare à mendacio contra uerum. Cice. 2. de Inuent. pro eo quod eſt tueri falſum, & uerum oppugnare. Stare extrema fortuna, eſt ſummo in periculo ſitum eſſe. Cic. in Sall. Bis ad ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit. Compoſita huius uerbi ſunt, Abſto, Adſto, uel Aſto, Conſto, Circunſto, Anteſto, Contraſto, pro aduerſor. Nævius. Contraſtat ſemper, nec me ſinit loqui. Exto, à quo Superexto, Inſto, Interſto, Diſto, Obſto, Perſto, Præſto, Proſto. Reſto, Subſto, Superſto.

STASEAS, (Στασέας) Neapolitanus, philoſophus Platonicus, ut ſcribit. Cic. de Finib. bonorum & malorum.

STASIS, (Στάσις) urbs eſt Perſidis, edita in petra ſita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Staſites, Στασίτης Stephano.

STATA SACRA, {*Sacrificii che ſi faceuano in giorni determinati*} (τακταὶ θυσίαι) quæ certis ac ſtatutis diebus ſiebant, et non mutabantur, ſed firma & ſtabilia erant, diuerſa ab illis quæ indicta uocantur, quæ nimirum uel in alia tempora rejici poſſunt, uel etiam omitti penitus. Cat. Sacra ſtata, ſolennia, ſancta ſeruato. Oui. 1. Faſt. Ter, quater euolue ſignantes tempora Faſtos, Nec Sementiuæ eſt ulla reperta dies: Tum mihi (ſenſit enim) lux hęc indicitur, inquit Muſa: quid à Faſtis non ſtata ſacra petis? Ennius modicam & modeſtam formam mulieris Statam uocant, quam Phauorinus apud Gellium non inuenuſte Vxoriam formam nominat. Vide Gell. lib. 5. cap. 11.

STATANVS, deus puerilitatis præſes credebatur antiquis, in cuius tutela pueri eſſe putabantur, cum primum ſtare atq; incedere inciperent: ut ex Varrone de liberis educandis docet Nonius.

STATARIVS, ria, rium {*Fermo, immobile*} (μόνιμος, σταθερός) fixus, firmus, immobilis. Vnde Statariæ, fabulæ dictæ ſunt quæ motorijs opponuntur, hiſtrionibus minime laborioſæ, quippe quæ à ſtantibus non diſcurſantibus tumultuantibusve peragerentur. Teren. in Heau. Adeſte æquo animo, date poteſtatem mihi Statariam agere ut liceat per ſilentium. Statarius orator. Cic. de Clar. Orat. C. Piſo ſtatarius & plenus ſermonis orator. Et paulò ante. Ii, quos ſtatarios appellant, quorum eſt illa ſimplex in agendo ueritas. Pugna ſtataria, in qua non furtis, non excurſionibus, non leuibus prælijs, ſed collatis utrinq; ſignis decertatur: Statarij ordines, ad ſtatariam pugnam inſtructi. Liui. lib. 9. Statarios uterq; miles ordines ſeruans.

STATER, eris, pen. gen. pro. {*Statera, bilanza*} (στατήρ) genus numiſmatis, duo didrachma, hoc eſt quatuor ualens drachmas, ſiue ſolidos Turonenſes quatuordecim. Dictus Stater à uerbo Græco ἱστάναι, quod inter cætera ſignificat ponderare. Erat autem hæc appellatio Perſis cum Macedonibus communis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos ſtateras paſſim legimus.

STATERA, teræ, {*Statera da peſare*} (σταθμός, ζυγός) inſtrumentum, quo res ſine lancibus ponderantur Nam quod lances habet, propriæ libram dicimus.

Dicta Statera à uerbo Græco ἱστάναι. Cic. 2. de Orat. Hæc enim noſtra oratio multitudinis eſt auribus accõmodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Erat item Statera, uaſis genus in argentea ſuppellectili, quod & Tympanum & Magida appellant. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana uero ſe inuenere appellata ſtateras, & lances, quas antiqui Magidas appellauerant.

STATHMVS, mi, {*Hoſteria*} (σταθμός) Græca uox eſt, nobis ſtabulum, diuerſorium, uel ſtationem ſignificans. Item menſuræ Geometricę genus apud Perſas maxime uſitatum, quorum regnum uniuerſum in ſtathmos regios diuiſum erat, diſpoſitis certo interuallo diuerſorijs quo quæ uel in extremis regni angulis gererentur, celerius ad regem poſſent perferri. Fuit autem ſtathmorum menſura non ubiq; eadem ut eſt uidere apud Herodo. lib. 5. Ferè tamen eo res redibat, ut ſinguli ſtathmi ſeſquiſtadium ſupra centena uicena continerent, eodem Herodoto teſte, qui CXI. ſtathmos, XIIIMD. ſtadijs exæquat. Sunt & aliæ uocis huius ſignificationes, quas, quoniam ad Latinæ linguæ inſtructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petendas relinquimus.

STATICE, ces, herbæ genus, ſeptem caulibus, uelut roſæ capita ſuſtinens. Vide Plin. lib 26. cap. 8.

STATICVLVM, li, genus uehiculi, ſeu geſtatorii, ſicut Eſſedum, et Petoritũ. Plin. lib ulti. cap. 10 de Acatæ generibus loquens: Reddunt ſpecies fluminum, nemorum, & iumentorum, & eſſeda, & ſtaticula, & equorum ornaměta. Apud Plautum in Perſa, Staticuli ſunt motus ex arte ſaltatoria & geſticuli, in quibus ad numeros moduloſq; muſicos nunc ſubſiſtendum erat, nunc ſubſiliendum, σχήματα ὑπορχήματα. Cato quoq; referente Gellio, Cæcilium ſenatorem ſaltatorem & ſeſcennium uocare ſolent, q; elegantius ſaltaret, & ſtaticulos daret, q̃ deceret uirum probum.

STATIM, {*Di ſubito*} (βεβαίως) aduerbium, conſtanter, perſeueranter, cõtinue, quaſi inſiſtendo, & uno ſtatu: à ſtando. Plaut. in Amphi. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Teren. in Phorm. Bina talenta capiebant ſtatim. Aliquando mox, illico, (αὐτίκα, εὐθύς) q; ea quæ mox fiunt, continenter fieri uideantur. Cicer. in Verr. Statim Meſſanam literas dedit.

STATINÆ, arum, ſecunda ſyllaba cor. inſulæ ſunt in ſinu Campano, terræmotu enatæ, teſte. Plin. lib. 2. cap. 88. Papin. in Syluis: Aeneas iæq; lacus medicos, Statinaſq; renatas.

STATIO, onis, {*Stagione*} (σταθμός) locus in littore ſinuoſus, in quo naues ad tempus poſſunt conſiſtere, minus tamen tuto, q̃ in portu. Verg. 2. Aeneid. Nunc tantum ſinus & ſtatio male fida carinis. Stationes idem dicuntur loca, in quibus milites conſederunt, quæ & Statiua dicuntur, & Præſidia. Curtius: Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi. Locum item uigilibus ad excubias agendas aſſignatum, Stationem uocamus, q; in eo ſubſiſtere cogantur, neq; eum ſine graui noxa poſſint relinquere. Verg 9. Aen. Vigiles ſimul excitat: illi Succedunt, ſeruantq; uices: ſtatione relicta Ipſe comes Niſo graditur. Hinc Stationarii milites dicuntur, quibus cuſtodiæ aut præſidii gratia aſſignatus eſt locus. Item officina, in quam multi conueniunt, ut de aliqua re deceſnatur, & ius dicatur, Statio appellatur. Gell. li. 13. ca. 13. Quæſitum eſſe memini, in pleriſq; Romæ ſtationibus, ius publice docentium. Iuuena. Saty. 1. Stationes omne theatrum. Similiter errantium ſtellarum matutinæ (quas primas uocant) & ueſpertinæ (quas ſecundas) quum ſtare ſpectantibus uideantur in Oriẽte & Occidente, Stationes uocantur. Per metaphoram etiam Statio pro temporaria habitatione accipitur. Cic. ad Atti. lib. 6. Athenis ſtatio mea nunc placet. Sumpta tranſlatio à loco litorali, ubi naues, ad tempus ſubſiſtunt, quãuis non æque tuto, atq; in portu. Proprie autem Statio dicitur ipſe ſtandi actus: unde cæteræ omnes ſignificationes fluxerunt.

STATIONALIS, {*De la ſtagione*} (φυλακτικός) adiectiuum à ſtatione deductum: ut, Stationales milites, qui & Stationarii, quibus certa ad excubias agẽdas aſſignata eſt ſtatio. Stationales ſtellæ, quæ matutino tempore omnium nouiſſimæ & ueſpertino omnium primæ in coelo apparentes, quaſdam quaſi excubias facere uidentur. Plin. de ſideribus lib. 2. cap. 15. Eadem ſtationalis ſenis mẽſibus commoratur in ſignis, alioqui bimeſtris. quum cæteræ utraq; ſtatione quaternos menſes non impleant.

STATIONARII MILITES, (φυλακοὶ) dicuntur, quibus cuſtodiæ, aut præſidii gratia ſtatio aſſignata eſt. ut qui in caſtra, urbibusve ad excubias agendas certo loco diſponuntur. quive in prouincijs diſtribuuntur partim ad externam uim, ſiqua forte ingruat, propulſandam, partim ad prouinciales in fide continendos.

STATIVNCVLA, {*Stagioncella*} diminutiuum, parua ſtatio: ſicut à ratione Ratiuncula.

STATIVA, orum, {*Stagione*} (σταθμός, ἔρυμα) caſtra, ſiue munitiones militares: à ſtando dicta, q; in iis milites ſubſiſtunt. Liu. lib. 1. ab Vrb. Iæ his ſtatiuis (ut ſit) longo magis, q̃ acri, bello ſatis liberi commeatus erant. Cic. pro Lege Agra. Num quid cauſæ eſt quin omnes agros, urbes, ſtatiua, portus, totam deniq; Bithyniam Decemuiri uenditurí ſint?

STATIVVS, a, um, pen. pro. {*Statiuo*} idem quod ſtationalis: ut, Pręſidium ſtatiuum, quod certis locis cuſtodię & ſecuritatis gratia diſponitur. Caſtra ſtatiua, quæ & Statiua abſolute, munitiones ſunt militares, quibus copię ſepiuntur, ut aduerſus repentinum hoſtium incurſum tutę ſint, neq; inuitę in prælium deſcẽdere cogantur.

STATIVS CÆCILIVS, Poeta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus, primas in Comoedia partes tribuit: quanquam à Cicerone nonnunquam Malus linguę Latinæ auctor, nonnunquam etiã ferreus ſcriptor appelletur. Statius alius cognomento Papinius, illuſtris Poeta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuuenalis et Martialis æqualis: cuius multa extant Poemata, Syluarũ libri quatuor, Thebaidos libri duodecim: pręterea Achilleidos opus inchoatũ, quod morte præuentus abſoluere non potuit. Scripſit & Agauen Tragoediam, quam inopia coactus Paridi hiſtrioni uendidit. Iuuena. Saty. 7. Curritur ad uocem iucundam, & carmen amicæ Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem, Promiſitq; diem tanta dulcedine captos Afficit ille animos, tantaq; libidine uulgi Auditur, ſed cum fregit ſubſellia uerſu, Eſurit, intactam Paridi niſi uendat Agauen. Fuiſſe autem horum utrũq; ſeruum, Statii nomen ſeruile ſatis declarat.

STATONES Hetrurię populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Statonia commemoratur à Strabo. lib. 5. In horum agro uinum ſatis generoſum naſcebatur, quod Statonienſe uocabatur, cuius meminit. Plin. lib. 14. cap. 6.

STATOR, oris, {*Vfficiale, sbirro, zaffo, meſſo, famiglio de la corte*} (κλητήρ) apparitor, uiator, qui magiſtratui præſto eſt, ut illius miſſu quemlibet accerſat, & coram illo ſiſtat. à iugi aſtandi munere dictus Cic. lib. 2. Epiſt. Vt ad te ſtatores meos, & lictores cum literis mitterem. Idem lib. 9. Præſto mihi fuit ſtator eius cum literis, quibus, ne uenirem, denuntiabat. Stator item Iouis cognomen fuit apud Romanos, Græci στάσιον uertunt, nonnunquam etiam ἐπιστάσιον, inde dictum, quod Romanos à Sabinis in fugam uerſos ſtare fecerit: qua de re ſic ſcribit. Liu. lib. 1. ab urb. Vt Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies, fuſaq; eſt ad ueterem portam palatii Romulus & ipſe turba fugientium actus, arma ad coelum tollens, Iupiter tuis, inquit, auibus miſſus hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci: arcem iam ſcelere emptam Sabini habent: inde huc armati ſuperata ualle media tendunt. At tu pater deum hominumq; hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorem Romanis, fugamq; foedam ſiſte: hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum ſit poſteris tua præſenti ope ſeruatam urbem eſſe uoueo. Hęc precatus, uelut ſi ſenſiſſet auditas preces. Hic, inquit, Romani Iupiter optimus max. reſiſtere, atq; iterare pugnam iubet Hæc ille. Cicero ante exilium. Iupiter Stator, quem uero huius urbis Statorem maiores noſtri nominauere: cuius templum à Romulo uictis Sabinis in palatii radice cum Victoria eſt collocatum.

STATVA, æ, {*Statua, imagine, ſimulacro, effigie. forma*} (ἄγαλμα. ἀνδριάς) ſimulacrum, ex ære aliove metallo, quod alicui uel mortuo, uel etiam uiuenti antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicuius rei bene geſtæ memoriam. Generalius eſt autem Imaginum nomẽ q̃ Statuarum, cum pictas etiam tabellas Imagines uocemus: ad quas certe Statuarum appellatio non extenditur. Sueto. in Tybe. Etiam ſtatuas atq; imagines, niſi permittente ſe, poni prohibuit. Cic. 9. Philip. Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulcra paucis: ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, ui, uetuſtate: ſepulcrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, q; nulla ui moueri, neq; deleri poteſt. Catullus: Inaurata pallidior ſtatua.

STATVARIA, æ, (ἀγαλματοποιΐα, ἀνδριαντοποιΐα) ars ſtatuas ex ære, aliove metallo conficiendi. Plin. lib. 36. cap. 5. de marmoris ſculptura loquens: Non omittendum, hanc artem tanto uetuſtiorem fuiſſe q̃ picturam, aut ſtatuariam, quarum utraq; cum Phidia coepit LXXXIII. Olympiade. Quo in loco Plinius manifeſte ſtatuariam diſtinguit à ſculptura, ſtatuariæ nomine intelligens fuſoriam, qua ex ære potiſſimum, nonnunquam etiam ex alio metallo, ſtatuas conficiebant: Sculpturarum autem, qua ex marmore, lignove, aut alia materia ſimulacra ſcalpro exculpebantur. Idem quoq; non temere Statuam appellat, niſi ex metallo confectam: nam quæ ex marmore exculpitur, ſimulacrũ potius, uel imaginem, uel ſignum appellat.

STATVARIVS, rii, {*Intagliatore, maeſtro d'intagli*} (ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός) proprie is dicitur, qui ex ære aliove metallo fuſoria arte ſigna cõficit: quo in genere maxime claruerũt, Lyſippus, Phidias, Praxiteles, Po

lycletus, & Alcamenes, quorum meminit. Pli. lib. 34. cap. 7. quod de ſtatuarijs antiquis inſcribitur.

STATVARIVS, a, um, (ἀγαλματοποιητικὸς. ἀνδριαντοποιητικὸς) quod ad ſtatuarum conficiendarum rationem pertinet. ut, Ars ſtatuaria ἀγαλματοποιία Plin. lib. 34. cap. 7. Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ indicat Hercules ab Euandro ſacratus.

STATVMEN, pen. pro. (χάραξ) pedamentum, ridica, uel palus, quo uitis fulcitur. Colum. lib. 4. cap. 30. Cum menſem trigeſimum exceſſerit poſita uinea. i. tertio autumno, uehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedienda eſt. Non tamen de ſolis uitium pedamentis Statumina dicuntur, uerumetiam de quibuſuis fulcimentis unde etiam Colum. lib. 6. cap. 18. in deſcriptione machinæ cuiuſdã, qua iumenta clauduntur, Statumina accipit, pro ſtipitibus erectis, quibus lignũ quoddam tranſuerſum, quod iugum uocat, ſuperincumbit. Primis (inquit) duobus ſtatuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capiſtrantur.

STATVMINO, nas, (ἐρείδω, στηρίζω) fulcio, firmo, & quaſi ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo. Plin. lib. 18. cap. 6. In ſolutione terra ſepibus firmari, ora utrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

STATVO, tuis, tui, tutum, {*Statuire, deliberare, ordinare*} (τίθημι) pono, colloco, erigo. Cic. 2. de Inuent. Thebani in finibus æneum trophæum ſtatuerunt. Nonnunquam accipitur pro conſtituo, delibero, decerno, certum mihi eſt, προαιροῦμαι. Liu. 1. ab Vrb. Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Ci. 3. Verr. Hic certe ſtatuerat, ac deliberauerat, non adeſſe. Aliquando ad iudicia pertinet, ut idem ſit quod decernere, & pro poteſtate iudicare, διαγινώσκειν. Idem 5. Ver. Statuit ſenatus hoc, ne illis quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere. Idem 2. de Orat. Sine ulla dubitatione ſic ſtatuo & iudico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. Statuo, dedico. Verg. 5. Eclo. Craterasque duos ſtatuam tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Terentius pro concutere poſuit, quũ ait. Sublimem illum arriperem, & caput primum in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat uiam. Statuere prouidere, exiſtimare, uel expectare, & prorſus ita opinari. Cic. ult. Verr. Statuerat cauſam ſibi eſſe dicendam, etiam ante quàm hoc uſu uenit. Exemplum ſtatuere in homine, idem quod edere exemplum. Ci. 4. Verr. Sed ut illi quoque qui in ea prouincia non fuerunt intelligere poſſint, in quo homine tu ſtatueris exemplum eiuſmodi, &c. Budæus.

STATVRA, æ. {*Statura, grandezza, ò piccolezza*} (μέγεθος) modus corporis, ſiue is procerus ſit, ſiue humilis. Sueto. Statura fuit eminenti, corpore pallido. Ci. 2. Philip. Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſelius qua facie fuerit, qua ſtatura. Statura, de uitibus. Colum. lib. 5. cap. 5. Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola.

STATVR, impersonale, {*Si ſta*} Plau. in Pſeu. Quid agitur? ſtatur hic ad hunc modum?

STATVS, tus, {*Stato ſtado*} (κατάστασις) conditio, habitus. Colu. lib. 8. Quare ſtatus eius longior productiorque ad hos caſus magis habilis eſt. Cic. Lentulo li. 1. Epiſt. Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces Idem de Aruſp. reſponſis: Hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunque eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. Deducere aliquem de ſtatu uitæ, & eum à ſolito uitæ tenore abducere. Cic. 3. Ver. Me de uitæ meæ ſtatu lacrymis ſuis deduxerunt. Apud Rhetores autem Status, (στάσις) dicitur ſumma cauſæ conſtitutio, ad quam totius orationis argumenta referuntur: hoc eſt, id quod naſcitur ex conflictione petitionis actoris, & defenſionis rei. Id autem dilucidius fiet huiuſmodi exemplo: Deiotarus inſidias ſtruxit Cæſari. Intentio eſt actoris. Non ſtruxit, Depulſio rei. Hinc oritur conſtitutio ſiue ſtatus, Struxeritne inſidias Cæſari Deiotarus. Et quoniã in omni diſceptatione quæritur, an ſit, quid ſit, uel quale ſit, tres inde oriuntur ſtatuum differentiæ. Coniecturalis, Finitiua, & Iuridicialis. Ci. in Top. Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græcè στάσις, Latinè Status uocetur.

STATVS, ta, tum, {*Fermo ſtabile*} (τεταγμένος) idem quod firmus, fixus, immobilis, certus. Plin. lib. 18. Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non poſſe, propter ſtatos ſiderum curſus Ci. de Aruſp. reſp. Statas ſolennesque cæremonias Pontificatu cõtineri. Sic Statis uicibus aliquid fieri ἐν τάξει ποιεῖσθαι dicitur, quod certis fixisque temporibus iteratur. Status dies cum hoſte eſt dies conſtitutus controuerſiæ cum peregrino iudicio finiendæ. Plau. Curc. Status condictus cum hoſte intercedit dies. Cice. 1. Offic. Si ſtatus dies ſit cum hoſte uenito.

STATVTVS, participium à Statuo, idem ſignificans quod conſtitutus, {*Statutto*} (τεταγμένος, ἀποτεταγμένος) ut, Statuta die, hoc eſt, conſtituta, ac decreta ex conuentione. Liu. 1. Bell. Maced. Concilium Aetolorum ſtatuta die, quod Panætolium uocant, futurum erat.

STATYELLI, orum, populi Liguriæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Aquæ Statyellæ, collocatur à Strabone in ea uia, quæ à Genua Placẽtiam ducit.

STEATITES, (στεατίτης) gemma ſimilitudinem ſeui oſtentans, quod Græci στέαρ uocant. Auctor Plin. lib. ulti. cap. 11.

STEATOMA, (στεάτωμα) tumor eſt ſons in corpore apparens, pinguem intus materiam continens ſeuo ſimillimam. unde & nomen accepit. Nã στέαρ, ατος, ſeuum ſignificat.

STEGA, (στέγα) locus in naui contectus: ἀπὸ τοῦ στεγάζειν, quod eſt tegere. Plau. in Bacch. Forte ut adſedi in ſtega. Hinc Triſtega, (τρίστεγα) dicitur pro triplici tabulato.

STELÆ, unico l, (στῆλαι) uox eſt Græcis, quàm Latinis, uſitatior qua ſignificantur pilæ, cum inſcriptione ad rei alicuius memoriam propagandam erectæ. Pli. lib. 7. cap. 29. Stelæ lapidæ literis incognitis. Latini Cippos uocant. His fœdera & proſcriptorum nomina inſculpebantur, quo facilius omnibus innoteſcerẽt: ut eſt uidere in Panegyr. Iſocratis, & plerisque in locis apud Demoſthenem. Hodie Stelas uocare poſſumus cruces lapideas, quæ paſſim ad uiam militarem erectæ conſpiciuntur cum inſcriptione, ad rei alicuius memoriam propagandam.

STELLA Aruntius, poeta Patauinus lepidiſſimus, familia conſulari ortus, Violantillam amauit, puellam Neapolitanam, quam tandem duxit uxorem. Hæc in delicijs habuit columbam, auem dicatam Veneri, quam Stella fleuit defunctam pulcherrimo carmine: opusque ipſum Columbam inſcripſit. Martia. lib. 12. Laurigeros habitat facundus Stella penates.

STELLA, æ, {*Stella*} (ἀστήρ) à ſtando, quòd ſtare ſtellæ uideantur. Cice. 2. de Diui. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber nec traiectio ſtellæ, nec faces uiſæ terrebunt. Verg. 5. Aenei. Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies. Idem 4. Aen. Vbi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Hora. 3. Carm. Ode. 15. Et ſtellis nebulam ſpargere candidis. Lucan. lib. 9. Stellasque uagas miratur & aſtra. Differũt autem Stellæ à ſideribus, quod illæ ſingulæ ſint, Sidera uero ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & Signa cœleſtia uocamus: cuiuſmodi ſunt Aries, Taurus &c.

Eſt & Stella piſcis marinus à ſtellæ effigie nomen habens. Pli. lib. 9. cap. 60. Præter hæc claros ſapientia auctores uideo mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt parua admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat.

STELLATVS, adiectiuum, {*Stellato, pien di ſtelle*} (ἀστερόεις) ſtellis pictus: proprie cœli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam transfertur. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandra animal lacerti figura ſtellatum. Ci. 5. Tuſcu. Nec uero Atlas ſuſtinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, niſi cœleſtium diuina cognitio, nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet. Ouid. 1. Meta. Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus. Verg. 4. Aenei. Atque illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat.

STELLATVRA, ræ, idem quod ſtellionatus, hoc eſt, fraus, deceptio, impoſtura. Lampridius in Alexandro: Annonas (inquit) militum diligenter inſpexit: tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent capitali pœna affecit.

STELLIFER, a, um, {*Stellifero*} (ἀστροφόρος) quod ſtellas fert: proprie cœli epitheton. Cic. in Som. Scipio. Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtellifer curſus cuius conuerſio eſt concitatior, acuto, & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris, atque infimus.

STELLIGER, a, um, (ἀστροφόρος) eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Statius 12. Thebai. Radios declinat, & horret Stelligeri iubar omne poli. Idem 3. Sylu. Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus ad axem.

STELLIO, onis, {*Tarantola*} (γαλεώτης) animal non diſſimile lacertę, multo tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdam guttis depictum, ad modũ ſtellarum. Vescitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutamque deuorat, inuidens nimirum homini comitialis morbi remedium. Vnde & Stellionum nomen in maledictum abijt. Morſus eius perraro interimit hominẽ, tamen ſemiſtupidum facit, & uarie afficit. Eſt & alius Stellio, ex phalangiorum genere, lentiginoſus, acerbi ſtridoris, in cauernulis delitescens per æſtum terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apulia frequens uiſitur, & ſimiliter Tarantula dicitur ſcorpionibus ita contrarius, ut uiſus ab eis pauorem ipſis afferat & torporem. Plin. lib. 30. cap. 10. Stellionem tranſmarinorum appellat: eundemque à Græcis ἀσκαλαβώτην uocari tradit. ab eo opinor, quod circulatim progrediatur. ἄσκαλος enim Græcis circulus eſt, & βῶ, ἀπὸ τοῦ βαίνω, incedo.

STELLIONATVS CRIMEN, à Iuriſconſultis dicitur quando quis alterum callida quapiam impoſtura defraudat: ut ſi quis rem alij obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinarie plectitur, & ad præſidem ſpectat cognitio. Dictus Stellionatus a ſtellionis natura, quo nullum animal homini fraudulentius inuidet, ut inquit Plin. lib. 30. cap. 10.

Cutem enim, quam quotannis ponit, protinus deuorat, ut præripiat homini præſentiſſimum comitialis morbi remedium. Inde eſt (inquit Pli.) quod ſtellionum nomen in maledictum eſt translatum.

STELLO, las, {*Lucere far à guiſa di ſtelle*} (ἀστερίζω) luceo, & quaſi ſtellas imitor. Martia. lib. 2. Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. Pli. lib. 37. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero, & diſpoſitione ſtellantur Claud. li. 2. Ducitur in thalamum uirgo, ſtat pronuba iuxta Stellantes nox picta ſinus.

STEMMA, matis, {*Ghirlanda mazzo di fiori*} (στέμμα) Græca uox eſt, idem ſignificans quod corona, A uerbo στέφειν, quod ſignificat coronare. Iulius Firmicus lib. 2. Magnos uiros faciet Mercurius, qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. Stemmata item dicebantur maiorum imagines, quæ in atrijs magnatum ad nobilitatis oſtentationem ſolent collocari: quanquam nonnunquam etiam pro ipſa ſtirpe, ſiue generis nobilitate accipiuntur. Martialis. Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto Iuuena. Saty. 8 Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri? Sueto. in Nerone. Quòd in uetere gentilium ſtemmate, C. Caſsij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Quoniã uero mos erat apud antiquos, ut uiri ob res bene geſtas coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo, ut ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Martial. lib. 1. Cæſaris atque Iouis confer nunc ſtemma iuuentus; Par onus ut tulerint, altius iſte tulit. Plin. lib. 35. cap. 2. Stemmata accepiſſe uidetur pro ipſa generis ſerie, gradibusque deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & uelut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Stemmata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Legimus præterea Stemmata aliquando accipi pro inſcriptionibus ſaxorum. Martialis: Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

STENTOR, (στέντωρ) Græcorum omnium uocaliſſimus, qui quinquaginta hominum clamorem uocis magnitudine adæquabat, ut placet Homero 5. Iliad. Vnde Prouerb. Stentore clamoſior. Iuue. Saty. 13. Tu miſer exclamas, ut Stentora uincere poſſis.

STEPHANOMA, pen. pro. (στεφάνωμα) idem quod coronamentum, hoc eſt, materia coronarum, id eſt, flores frondesve, quæ odoris colorisve gratia coronis ſolent intexi.

STEPHANOPLOCVS, {*Chi fa corone*} (στεφανοπλόκος) dicitur coronarius, id eſt, qui coronas conficit. στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω texo, apud Græcos eſt communis generis: unde Plin. lib. 35. cap. 11. Glyceram quandam à Pauſia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem Stephanoplocon appellatam ſcribit.

STEPHANITÆ uites, hoc eſt, coronariæ: nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatuminibus per orbem, & in coronam connectuntur. Colu. lib. 3. cap. 2. Nec ſolum quæ iucunditate ſaporis, uerum etiam quæ ſpecie cõmendari poſſint,

ſunt, conſeri debent, ut ſtephanitæ, ut trepidaneæ.

STEPHANOPOLIS, pen. pro. {*Chi uende corone*}(στεφανόπωλις) corollarum uenditrix. Pli. lib. 35. cap. 11. Amauit in iuuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarū: certandoq; imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum uarietatem perduxit artem illam. Poſtremo pinxit illam ſedentem cum corona, quæ nobiliſſima tabula appellata eſt Stephanoplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera coronas uenditando ſuſtinuerat paupertatem.

STEPHANVS, {*Corona*}(στέφανος) Latinè corona, a quo Stephanium, & Stephaniſcus diminutiua: a quorum poſteriore fit rurſus aliud diminutiuum Stephaniſcidium.

STERCORARIVS, ria, rium, (κοπρικὸς) quod ad ſtercora pertinet. Varro lib. 1. de Re ruſt. Sic è ligno & ferro ut plauſtra maiora tria, aratra cum uomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

STERCORATVS, a, um, partici. uel nomen ex participio, {*Letamento, ſmerdato, imbrattato*}(κεκοπριασμένον) ſtercore infectum, uel fœcundatum. Colum. lib. 1. Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, utq; in ea parte, quo poſſit omnis ſtercorata colluuies cortis balneariorumq; & oleis expreſſa amurcæ ſanis influere. Et apud Catonem libr. 2. Locus ſtercoratiſſimus.

STERCORATIO, onis, (κοπριασμὸς) ipſe ſtercorandi actus. Colu. lib. 2. ca. 16. Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, ante q̄ ſarrias, more ſeminantis, ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere.

STERCORO, ras, {*Letamare, ingraſſare*}(κοπρίζω) fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. Plin. lib. 18. Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Colum. Lupinum ubi in florem uerterit, nihil agrum ſtercorauerit. Stercorari item ager dicitur, cum quouis modo pingueſit, etiā nullo adhibito fimo, ſed alia quauis re, quæ fimi uicem ſupplet. Idem lib. 12. Vicia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

STERCOROSVS, a, um, adiectiuum, (κοπρώδης) plenus ſtercore. Colum. lib. 9. cap. 4. Villaticum quod naſcitur in oleribus & ſtercoroſis herbis. Idem lib. 8. cap. 3. Nam plurimum refert, aquam non eſſe in ea, niſi uno loco, quam bibant, eamq; mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. Cato cap. 52. Locus ſtercoroſiſſimus.

STERCVS, coris, pen. cor. {*Sterco, merda*}(ἀφόδευμα, κόπρος) ab extergendo deduci uidetur, q undiq; abſtergi ſoleat. Plau. in Aſina. Iuſſi' u' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri. Colu. lib. 2. cap. 6. Vineis emaciatis, & aruis, optimum ſtercus lupinū præbet. Cic. 1. de Diuin. Tum & dormienti eundem illū uiſum eſſe rogare, ut quoniā ſibi uiuo non ſubueniſſet, mortem ſuā ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum a caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iniectū, &c. Iuue. Saty. 14. Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino Atria diſpliceant oculis uenientis amici. Hora. Epo. 12. Colorq; ſtercore fucatus crocodili. Stercoreus, a, um. ut, Stercoreus miles, id eſt, uilis, & non pluris, q̄ ſterquilinium, faciendus. Plau. in Mil. Miles meus eſt herus, Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens, Stercoreus, plenus periurii, atq; adulterii.

STERCVTIVS, dictus eſt Saturnus, q primus ſtercorandi agri rationem inuenerit. Auctor Macrobius.

STEREONTIVM, (στερεόντιον) urbs in inferiore climate Germaniæ: cuius meminit Ptolem. lib. 2. cap. 12. Hodie Caſſilium, uulgò Caſſal.

STERILESCO, is, ere, {*Diuentar ſterile*}(στειρόω) ſignificat ſterilē fieri. Palladius de gallinis loquens: Vinaciæ (inquit) cibo ſteriſeſcunt, hordeo ſemicocto, & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Plin. lib. 8. cap. 50. Capræ pinguedine ſterileſcunt.

STERILIS, le, {*Sterile*}(ἄκαρπος, ἄφορος, ἄγονος, στεῖρος) infœcundus, & fructum non ferens: ἀπὸ τοῦ στερεῖν, quod inter cætera ſignificat carere. Plin. lib. 11. cap. 39. Pubeſcit homo ſolus, quod niſi contingat, ſterilis in gignēdo eſt, ſeu maſculus, ſeu fœmina. Verg. 6. Aeneid. _Sterilemq; tibi Proſerpina uaccam. Ouid. 5. Faſt. Sterilem quoq; tange iuuencam. Sterilis ueri, qui uerum neſcit. Perſius Saty. 5.

STERILITAS, atis, {*Sterilità*}(στείρωσις) infertilitas, infœcunditas. Cic. pro lege Agra. Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum. Cice. 1. de Diui. Quorum ex habitu, atq; ex colore cum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnunquam etiam quæ ſit uel ſterilitas agrorum, uel fertilitas futura. Plin. lib. 30. cap. 2. In eadem Campaniæ regione, Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum, & uirorum inſaniam abolere produntur.

STERNAX EQVVS, {*Cauallo feroce furioſo*} (καταβλητικὸς) dicitur qui seſſorem excutit, ac in terram deiicit. Ver. 12. Aen. Et ſternacis equi lapſum ceruice Thymoeten. Seruius.

STERNO, nis, ſtraui, ſtratum, {*Gettare per terra, diſtender giu, atterrare*}(καταβάλλω) humi deiicio, & quaſi in terrā extendo. Liu. 7. Bel. Pun. Ita deſertū a ducibus agmen, primo per agros palatur, feſſiq; aliquot ſomno ac uigiliis ſternunt corpora paſſim. Idem 1. ab urb. Stratis ariete muris. Horat. 4. Carm. Ode. 14. Primosq; & extremos metendo Strauit humi ſine clade uictor. Oui. 2. Metam. Dixit & arreptam prenſis à fronte capillis Strauit humi pronam. Vnde & pro occidere ponitur. Ver. lib. 10. Aen. Sternitur infelix alieno uulnere: cœlumq; Aſpicit, & dulceis moriens reminiſcitur Argos. Liu. 1. bel. Mace. Et cornua ab equitibus, & medii à pedite pulſi: ac repente: cum omni parte cæde ingenti ſternerentur, Galli terga uertunt. Hinc cæſum exercitum, Stratum dicimus. Item Stragem pro ingenti clade. Per tranſlationem Sterno pro extendo, (στρώννυμι, καταστορέω) quandoq; ponitur. Vnde Sternere humi tapetas, frondes, & huiuſmodi dicimus. Valla: Sternimus quidē ueſtes humi, ramos arborū flores & multa eiuſmodi. Tamen frequentius dicimus, Sterno humū floribus, ramis, ueſtibus.

Et quoniā ſternendo fit ut id, ſupra quod ſternimus, hoc eſt, extendimus aliquid, tegamus. Sternere etiā pro tegere ſumitur. Vnde Sternere equos, cooperire. Liu. 8. Bel. Pun. Teſſerā ueſperi per caſtra dedit ut ante lucē uiri equiq; pranſi eſſent, armatus eques frænatos ſtratosq; teneret equos. Sternere menſam, uel lectum. i. adornare, inſtruere, apparare. Teren. in Heau. Video alios feſtinare lectos ſternere. Cœnā apparare, &c. Cic. 2. de Legib. Credoq; quod erat factitatum, ut uni plura ſterent, lectiq; plures ſternerentur. Triclinia ſternere. Cic. 2. Verr. Publice ſibi conuiuia parari, ſterni triclinia etiā in foro iubebat. Item quoniā ſternendo. i. extendendo, & id quod extendimus, cōplanamus atq; cōponimus, fit ut ſternere quoq; pro cōponere ac cōplanare uſurpemus, & Stratū dicamus, cōplanatū atq; compoſitū, (ἐστρωμένον) unde Stratū mare dicimus, quando nullo urgente in fluctus uento, æquatū manet. Verg. 9. Eclog. Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et Stratas uias dicimus, ſiue q complanatæ ſint, ſiue q lapidibus tectæ. Liu. 8 ab urb. Facto iudicio, uiua ſub terram ad portam Collinam dextra uiā ſtrata defoſſa Scelerato campo. Item quia iacendo quodam modo extendimur, fit ut eos etiam ſe ſternere dicamus, qui ſe ad iacendum collocant, ut quieſcant. Idem li. 4. Geor. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ. Huius uerbi compoſita ſunt, Aſterno, Conſterno, externo, a quo Superexterno, Deſterno, Inſterno, Proſterno, & Subſterno, quorum ſignificata uide ſuis locis.

STERNVO, nuis, nui, tum, {*Starnutire, ſtarnutare*. Boc. Gior. 5. Nou. 10. *Noi ſentimmo preſſo di noi ſtarnutire*}(πτάρνυμαι) flatū è pectore exurgentē cū capitis concuſſione emitto. Pli. li. 7. ca. 6. Oſcitatio quidē in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe a coitu, abortiuū. Propert. li. 2. Eleg. 3. Num tibi naſcenti primis mea uita diebus Aridus argutū ſternuit omen amor? Colu. li. 8. At ſi moleſta pituita eſt, cunilæ bubulæ, uel ſurculi nepetæ ſylueſtris lana inuoluti', naribus inſeruntur, uerſanturq;, donec ſternuat auis. Hinc Sternuto, as, are, frequentatiuum. Plin. li. 28. ca. 8. Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur: efficacius, ſi & ſternutet. A' quo Sternutatio, onis, uerbale. ipſe ſternutandi actus πταρμὸς.

STERNVTAMENTVM, ti, {*Starnuto, ſtranuto*. Boc. Gior. 8. Nou. 10. *Et parendogli che di quindi ueniſſe il ſuono dello ſtarnutu*}(πταρμὸς) idem quod ſternutatio. Plin. lib. 20. cap. 12. Semen tritum & hauſtum naribus, ſternutamenta mouet.

STEROPE, es, pen. cor. (στερόπη Suidæ) Atlantis filia una Pleiadum: quā nonnulli Aſteropen uocant. Vide ſupra in dictione Pleiades.

STEROPES, is, pen. cor. (στερόπης) unus ex Vulcani miniſtris, à fulgure nomen habens. Vergil. 8. Aen. Brontesq; Steropesq; & nudus mēbra Pyracmon.

STERQVILINIVM, nii, {*Foſſa da ſterco*}(κοπρίας χώρισμα) locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Colu. li. 1. Sterquilinia duo ſint: Vnū quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet: Alterum, ex quo uetera uehantur: ſed utrumq; more piſcinarum deuexum leni cliuo, & extructum, pauitumq; ſolum habeat, ne humorem tranſmittat.

STERROGONIA, (στερρογονία) genus turis, quod Latini maſculum dicūt, a ſoliditate. στερρὸν enim Græci ſolidum dicunt.

STERTO, tis, tui, {*Roncheggiare, ronfare*}(ῥέγχω) dormio, ſiue dormiendo rhonchos emitto. Terent. in Eunu. Fatuus, inſulſus, tardus, ſtertit noctes diesq;. Plau. in Mil. Sorbet dormiens. PA. Quid ſorbet? LV. illud, ſtertit uolui dicere. Sed quia conſimile eſt quod ſtertas, quaſi ſorbeas. Cic. 2. de Diuin. Et cū ſtertentem aliquem uiderint, &c. Iuue. Saty. 1. Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo. Horat. 1. Serm. Saty. 3. Noctes uigilabat ad ipſum Mane, diem totum ſtertebat, nil fuit unquam Sic impar ſibi. Hinc fit compoſitum Deſterto, pro euigilo, ſeu expergiſcor. Perſius: Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides, quintus pauone ex Pythagoræo.

STESICHORITES, (στησιχορίτης) in talis numerus eſt octonarius: ita dictus teſte Polluce, a Steſichori poetæ ſepulcro, quod omnibus ſuis partibus octonis conſtaret, angulis uidelicet, columnis, & gradibus.

STESICHORVS, pen. cor. (Στησίχορος) nomen poetæ Lyrici ex Himera Siciliæ urbe, à qua Himeræus eſt dictus. Alii ex Methauria urbe natum dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt inde profugū Catanam ueniſſe, eoq; in loco defunctū & extra portā urbis ſepultū fuiſſe, portāq; ab eo Steſichoriā nuncupatā. Natus eſt trigeſima ſeptima Olympiade, ſextaq; & quinquageſima obiit. Fertur luſciniā aliquando in ore Steſichori infantis cecinisſe mirabili auſpicio, ſummū eū poetā futurū, & cantus ſuauitate omnes qui ante eū fuiſſent, ſuperaturū. Fratrē habuit Mamertinū, optimū Geometrā. Dicitur & ſcripſiſſe Helenę uituperationē, ex quo exoculatū fuiſſe, rurſusq; ob palinodiā uiſum recuperaſſe. Quā fabulā tetigit et Hora. in Epod. ad Canidiā ſic ſcribēs: Infamis Helenæ Caſtor offenſus uice, Fraterq; magni Caſtoris uicti prece, Adēpta uati reddidere lumina. Vocatusq; eſt Steſichorus, qm̄ primus cū citharę cātu chorū inſtituit nā prius Tiſias uocabatur. Auctor Suidas. Quinti uero li. 10. ca. 1. ſic eū taxat. Steſichorus q̄ ſit ingenio ualidus, materiæ quoq; oſtendūt, maxima bella, & clariſſimos canentē duces', & epici carminis onera lyra ſuſtinentē. Reddit enim perſonis in agendo ſimul, loquendoq; debitam dignitatem: ac ſi tenuiſſet modū, uidetur æmulari proximus Homerum potuiſſe, ſed redundat, atq; offunditur: quod ut eſt reprehendendum, ita copiæ uitium eſt. Hactenus Quint.

STESIMBROTVS, pen. cor. (Στησίμβροτος) Hiſtoricus fuit Tarienſis, qui Cimonis Athenienſium ducis res geſtas ſcripſit, teſte Plutarcho in Vita Cimonis. Steſimbrotus alius fuit Epaminundæ filius, à patre interfectus, q cum Lacedæmoniis ipſo inconſulto manum conſeruiſſet, etiamſi ſpecioſiſſimā eo ex prælio uictoriam reportaſſet. Auctor Plutarchus in Parallelis.

STHENELVS, (Σθένελος) Capanei & Euadnes filius, unus ex Græcorum ducibus, qui bello Troiano interfuerunt. Hunc Vergilius inter eos annumerat, qui lignei equi aluo fuerunt incluſi. Therſandrus (inquit) Sthenelusq; duces, & dirus Vlyſſes. Fuit & alter Sthenelus Perſei filius ex Andromeda, cuius meminit Homerus lib. 2. Iliad.

STHENOBOEA, (Σθενόβοια Suidæ) Prœti Corinthiorū, aut, ut alii malunt, Argiuorum regis uxor, filia Iobatæ regis Lyciorum, quæ Bellerophontis amore capta, cūm repulſam tuliſſet, apud uirum eum detulit tanquam uim ſibi afferre uoluiſſet. Quam fabulam qui latius noſſe cupit, uideat ſuprà in dictione Bellerophontes.

STHENYO, (Σθενώ) fuit una ex filiabus Phorci, & belluæ marinæ, Meduſæ ſoror. Vide latius ſuprà in dictione Gorgones.

STIBADIVM, dii, (στιβάδιον) proprie eſt ſedile ſiue lectulus ex herba, ſiue frondibus, quo fulti conuiuæ menſæ accumbere ſolebant. Dicta Stibadia à ſtibadibus herbis ad diſcumbendum idoneis. Latini à tortis herbis Torum appellant. Pli. li. 5. Epiſt. Ex ſtibadio aqua uelut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit. Seruius in primum librum Aeneidos. Stibadia (inquit) antiqui non habebant, ſed ſtatis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium ſterni dicitur. Martial. lib. 14. de ſtibadio: Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum: Octo capit, ueniat quiſquis amicus erit. Fiebant etiam ſtibadia, è tabulis, quæ

ebore atq; auro ornabantur, transferebanturq; de loco ad locum prout libido animi ferebat. De hoc locutus eſt Martialis cum inquit: Et teſtudineum mens ſis quater hexaclinon Ingemuit atrio non ſ..m eſſe ſuo. Hexaclinon uocat ſtibadium ſex capiens lectos.

STIBIVM, bij, quod & Stibi, & Stimmi, (ςίμμι) metalli genus eſt ſimile Galenæ, ſed magis radians, quod uulgo Antimonium dicitur. Plin. li. 33. cap. 6. In argenti enim metallis inuenitur lapis ſpumæ candidæ, atq; nitentis, quem alij Stibium alij Alabaſtrum, alij Larbaſon appellant. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior eſt mas, ſcabriorq;, & minus ponderoſus, minusq; radians & areuoſior. Fœmina contra nitet, friabilis, fiſſuriſq;, nõ globis dehiſcens. Cuius uis principalis eſt circa oculos, quos dilatat, quorumq; illutiones exulcerationeſq; inhibet. Ideo id Græci πλατυόφθαλμον dixere, ab oculorum dilatatione. Vnde in Hieremia propheta: Quum pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris. Hieronymus ad Furiam. Non habeat criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos. Hinc Stibinus, a, um, (ςιμμοειδὴς) pen. pro. quod ſtibij colorem habet.

STIGMA, atis, {*Segno, ſegnale, bollatura, ſugellatura, puntura*} (ςίγμα) nota, ſiue ſignũ quod inuritur, a ςίζω pungo. Mart. lib. 12. Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt. Plin. lib. 25. ca. 13. Ideo ad lepras & pſoras utuntur, & ad tollenda ſtigmata. Iuuen. Saty. 10. Mitius id ſanè, quod non & ſtigmate dignũ. Credidit. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro ſuggillatione, & infamia. Suet. in Cæſare Dictat. Val. Catullum, à quo ſibi uerſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cœnæ hoſpitioq; patris eius, ſicut conſueuerat, uti perſeuerauit.

STIGMATICI, {*Bollati, ſignati per mal fare*} (ςιγματικοί) dicũtur famoſi & nocẽtes, quibus ſtigma, hoc eſt, nota aliqua ita inuſta eſt, ut ſemper appareat. Cic. ſcribit Alexandrum Pheræum, quum ad uxorem in cubiculum ueniret, ſolitum præmittere ſeruum ſtigmaticum compunctum notis Thracis, diſtricto gladio, ob metum. Eius uerba ſunt hæc lib. 2. Offic. O miſerum qui fideliorem & barbarum, & ſtigmaticum putaret, q̃ coniugem.

STIGMOSVS, a, um, idem Plin. Epiſt. 5. In quo ruſticum inſectatur, atq; etiã Stoicorum ſimiam appellat, adiicit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.

STILBON, ſtilbontis, (ςίλβων) Mercurij ſtella ἀπὸ τοῦ ςίλβειν hoc eſt, a lucẽdo dicta Cic. 2. de Nat. Deo. Infra aũt hãc ſtella Mercurij eſt, ea ςίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè uertente, ſigniferum luſtrat orbẽ: neq; à ſole longius unquam unius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens.

STILICO, onis, Honorij Imperatoris ſocer, a Claudiano poeta multis laudibus celebratus. Hic cum res plurimas feliciſſime geſſiſſet, tandem ut Eucherium filium ad Imperatorium faſtigium eueheret, aduerſus principes coniurauit, cumq; Gothorum irruptioni reſiſtere poſſet, ut Imperatorum uires minueret, paſſus eſt Italiam ferro flammaq; crudeliſſime deuaſtari. Vide Eutropium.

STILLA, æ, {*Goccia, ghiozza, goccio, ghiozzo, gocciola*} (ςαγών, ςαλαγμὸς) diminutiuum à Stiria (ut inquit Feſtus) & accipitur pro gutta: ut, Stilla olei, Stilla aquæ Plin. lib. 29. cap. 4. Ex eo, cum opus ſit, ternis ſtillis additis in oleũ, perunguntur, ut omnes beſtiæ fugiant eos. Apuleius: Et ſanguinis eruptionem uentriculo admoto excepit diligenter, ut nulla ſtilla compareret uſquam. Vitru. lib. 2. Faſtigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis, ſtillicidia deducebant: per id ſtillæ decidunt in impluuium. Martialis: Atq; olei ſtillam donaret Opilicus unctor.

STILLAAITIA RESINA, (κατάςακτος) quæ rufo colore lenteſcit, dicta q; guttatim ſtillaret. Plin. lib. 17. cap. 11. Eadem reſina ſi cum aqua leuiter decoquatur, colaturq;, rufo colore lenteſcit, ac ſtillatitia uocatur.

STILLICIDIVM, cidij, {*Gronda, grondana*} (ςαλαγμοὶ) locus, in quem è tecto guttæ decidunt: quaſi ſtillarum caſium. Cic. 1. de Leg. Quamobrẽ quo me uocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de ſtillicidiorum, ac parietum iure? Idem in Orat. Quàm enim indecorum eſt, de ſtillicidijs cum apud unum iudicem dicas, ampliſſimis uerbis & locis uti communibus: de maieſtate popu. Roma. ſubmiſſe, & ſubtiliter?

STILLO, as, {*Gioccіare gioccіolare*} (ςάζω, λείβω) guttatim fluo, ſiue emitto Plin. lib. 28. cap. 7. Et contra morſum eiuſdẽ bibitur, ſtillaturq;. Horat. de Arte: Palleſcet ſuper his, etiam ſtillabit amicis Ex oculis rorem. Luca. lib. 7. Omne nemus miſit uolucres, omniſq; cruenta Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor. Iuue. Saty. 3 Nã cum facilem ſtillauit in aurem Exiguum de naturæ, patriæq; ueneno, Limine ſubmoueor. Stillans, tis, participium. Cic. 2. Philip. Ille qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is a te honoris cauſa nominatur? Ouid. 1. Amor. Eleg. 8 Sanguine (ſi qua fides) ſtillantia ſydera uidi. Stillatus, a, um, participium. Ouid. 2. Metamor. Inde fluunt lacrymæ, ſtillataq; ſole rigeſcunt. De ramis electra nouis. Stillatio, onis, uerbale, actus ſtillandi. Huius compoſita ſunt, Deſtillo, Diſtillo, Extillo, & Inſtillo: quorum ſignificata ſupra explicuimus ſuis locis.

STILPO, (ςίλπων) Megarenſis philoſophus fuit, tempore primi Ptolemei diſcipulus Paſiclis Thebani: præfuit ſcholæ Megarenſi: ſcripſit Dialogos non minus uiginti. Huic cum Ptolemæus Soter, patria eius potitus ſplendidam conditionem offerret, ſi ſecum in regnum proficiſci uellet, conſtantiſſime recuſauit. Demetrius quoq; cognomento Poliorcetes, cum Megara cepiſſet, tãtũ huic honoris detulit, ut quicquid illi ablatum erat, iuſſerit reſtitui. Ille contra nihil ſe amiſiſſe reſpondit: Philoſophiam enim cum eloquentia neminem ſibi adimere potuiſſe. De hoc quoq; memoriæ prodidit Cic. in lib. de Fato, q; cum ei uinoſitatis, & luxuriæ uitia eſſent ingenita, ſic uitioſam naturam edomuerit, ut nemo unquam uinolentum illum, nemo in eo libidinis ueſtigium uiderit.

STIMMI, ios, (ςίμμι) metalli genus, quod & Stibium à Latinis, & uulgo Antimonium appellatur. Vide paulo ante in dictione Stibium.

STIMVLO, as, {*Stimolare, pungere*} (παροξύνω, παροξύνω, διεγείρω, κεντῶ) pungo, commoueo, ago, concito, incito. Terent. in Heaut. Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant. Cic. pro Sext. Roſc. Hunc mihi ex animo ſcrupulũ euelle, qui me dies noctesq; ſtimulat ac pungit. Ad Atti. lib. 9 Me congreſſus Cæſaris ſtimulat, & primas eius actiones horreo. Liu. 2. ab urb. Hęc ira, indignatioq; ferocem animum ad uexandam ſæuo imperio exercitum ſtimulat. Pla. in Ciſt. Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uerſor in amoris rota. Verg. 4. Aen. Ecce iterũ ſtimulat, &c. Hinc Extimulo, quod eſt ualde ſtimulo. Colu. libr. 7. Libidinis extimulatur ſuriis.

STIMVLVS, li, {*Stimolo, punzicchio*} (κέντρον) ἀπὸ τοῦ ςίζω, proprie dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt. Plau. in Aſin. Vtinam nũc ſtimulus in manu mihi ſit. Per tranſlationem dicitur omne illud, a quo uexamur. Cic. 2. Tuſc. Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis, adipiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. Hinc Stimulum carnis, & uitiorum dicimus. Plaut. in Truc. Nam iſta ſtimulum longe habet, quæ uſq; illinc Cor pungit meũ. Verg. 3. Geor. Sed non ulla magis uires induſtria firmat, Quàm uenerẽ, & cæci ſtimulos auertere amoris. Oui. 2. Meta. Parce puer ſtimulis, & fortius utere loris.

STIMVLATIO, onis, uerbale, {*Stimolatione, puntione*} (κεντισμὸς, παροξυσμὸς) ipſe ſtimulandi actus. Plin. li. 35. cap. 2. Erat q; hæc ſtimulatio ſumma & ingens, exprobrantibus tectis, quot die imbellem dominum intrare in alienum triumphũ. Stimulator, oris, uerbale, κέντωρ. Cice pro Domo ſua. Sin in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti. Stimulatrix, tricis, κέντρια. Plau. in Moſtel. Vt ueneficæ illi Fauces prehendam, atq; enecem ſceleſtam ſtimulatricem. Hinc Stimuleus, a, um, pen. cor. ut, Supplicium ſtimuleum, quod ſtimulis infligitur. Plaut. in Milit. Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum deditur, Dedecoris pleniorem herum faciam tuum. Stimulatus, a, um, participiũ: ut, Rabie furenti ſtimulatus animus. Catul. epig. 58. Ouid. 1. de Arte. Iurgia præcipue uino ſtimulata caueto.

STINGO, ſiue Stinguo, is, xi, ctum, {*Eſtinguere, ſpegnere, amorzare*} (σβέννυμι) eiuſdem ſignificationis eſt cũ Extinguo. Cic. in Progno. Vt quũ luna means Hyperionis officit orbi, Stinguntur radii cæca caligine tecti. Lucre. lib. 2. Vt cernere poſſis, Euaneſcere paulatim, ſtinguiq; colorem. Huius compoſita ſunt, Diſtinguo, Extinguo, Interſtinguo, Inſtinguo, & Reſtinguo.

STIPATIO, onis, uerbale, ipſe ſtipandi actus. Ci pro Sylla. Eius aſpectus, concurſatio, ſtipatio greges hominum perditorum, metum nobis, ſeditioneſq; afferebant. Plin. lib. 10. cap. 22. Ita cæteri ſtipatione naturali propellunt eos.

STIPATORES, qui in nauibus onera cõponunt, {*Stipatori, ſtiuatori*} (ἐπακτοί.) Item ſatellites, quos principes corporis cuſtodiæ cauſa ſibi adhibent, (δορυφόροι) à ſtipe quam accipiebant: uel q; reges ſtipent, & undiq; circundẽt, ac claudant penè conſtringentes, inſtar apum circa ipſarum regem: aut q; ipſi ferro ſtipati ſint. Cic. li. 2. Offi. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur exquirerẽt. Hos antiqui a Latere Latrones uocabant. Hora. 1. Serm. Saty. 3. Dũ tu quadrante lauatũ Rex ibis, neq; te quiſquam ſtipator ineptum Preter Criſpinum ſectabitur.

STIPENDIALIS, le, {*Tributario*} (ὑποτελὴς) idem quod ſtipendiarius: unde Fœdus ſtipendiale, apud Sidonium Apollinarem.

STIPENDIARIVM, rij, {*Tributo, ò gabella, ò datio determinato*} (ἀποφορὰ) certũ uectigal. Cic. in Verrem actio 5. Inter Siciliam cæteraſq; prouincias Iudices in agrorum uectigalium rationibus hoc intereſt, q; cæteris aut impoſitũ uectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur: aut cenſoria locatio conſtituta.

STIPENDIARIVS, a, um, {*Tributario*} (ὑποτελὴς) tributarius, qui ſolẽdo ſtipendio obnoxius eſt: ut, Ciuitates ſtipendiariæ, quibus certum ſingulos in annos imperatum erat tributum Cæſ. Commen. 1. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Stipendiarij ſubſtantiuè, ſtipendiariæ ciuitatis incolæ. Cic. 1. Verr. Socij, ſtipendiariiq; populi Romani afflicti, miſeri, &c.

STIPENDIOR, aris, (μισθοφορέω) ſtipendia, facio, uel mereo. Pli. lib. 6. Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum nouem per omnes dies ſtipendiantur, id eſt, ſtipendia faciunt, & merent.

STIPENDIVM, dij, {*Paga ſtipendio*} (ἀποφορὰ Plut.) æs militare, ſeu prẽmium quod militibus datur. Compoſitũ nomen ex ſtipe, & pendo, quod ante nummum ſignatum Quæſtores ſtipem militibus appendere ſolent, non annumerare. Stips autem dicebatur ab antiquis a ſtipando, q; eo tempore, quo Pop. Roma. ære graui utebatur, in cellulis æs ſolebat ſtipari. Nam etiam exiguæ æris grauis ſummæ maiorem faciebant cumulum, q̃ ut crumenis uel loculis poſſent includi. Paulo aliter Vlpia. de uerbo. ſignifi. Lager. Stipendium (inquit) a ſtipe appellatum eſt, q; per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Emeritis ſtipendijs, & Confectis ſtipendijs in eadem dicuntur ſignificatione. Dicebantur enim Stipendia confecta uel emerita, cum elapſo tempore iuſtæ militiæ, milites uacatione ſoluebantur. Cic. pro Pompeio. Partem militum, qui iam ſtipendijs cõfectis erant, dimiſit. Emerita ſtipendia ambitionis Cic. de Senect. At illa quãti ſunt animum tanquam emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumq;, ut dicitur, uiuere? Explere ſtipendia. Tacit. lib 3. Quanquam ipſe plures per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet. Facere ſtipendia pedibus. Liu. Sed qui tum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet. Stipendium etiam dicitur tributi genus, quod quis tenetur ſoluere principi, aut Reipublicæ ad ſuſtentationem militum, τέλος Liu. lib. 2. Vt diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendiũ pendere, ſi liberos educent.

STIPES, huius ſtipis, {*Tronco palo, zocco*} (κορμὸς) truncus, aut ualidus fuſtis humi defixus. Cæſ. 1. Bel. Ciuil. Foſſas tranſuerſas uiis perducit, atq; ibi ſudes, ſtipiteſq; præacutos defigit. Oui. 4. Faſt. Querno religant in ſtipite funem. Per tranſlationem accipitur pro ſtulto, inſulſo, & fatuo. Trent. in Heaut. In me quiduis harum rerum conuenit, Quæ ſunt dicta in ſtultum, Caudex, Stipes, Aſinus, Plumbeus. Cic. in Piſo. Sed qui, tanquam truncus, atq; ſtipes, ſi ſteuiſſet modo, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.

STIPHELVS, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, a Cæneo interfectus ea in pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commiſſa eſt inter Lapithas & Centauros. Oui. 12. Met. Quinq; neci Cæneus dederat Styphelumq;, Bromũq;, &c.

STIPO, as, {*Rempire le ſiſſure, ſtuuare*} (ἐπάγω, πυκνόω) rimas obturo, condẽſo, in unum cogo, claudendo coarcto: ἀπὸ τοῦ ςύφειν, quod ſignificat condenſare, unde & Stypare, ſiue Stupare, quidam ſcribendum exiſtimant. Aut certe a ſtupa, hoc eſt, lini purgamento, quod in ſtipandis nauium rimis ſolet adhiberi. Colum. lib. 7. cap 8. Deinde quo tenerior permaneat, clauſo, neq; uentis obnoxio loco ſtipatur per plura tabulata. Vergil. de Apibus: Aut cum liquentia mella Stipant & dulci diſtendunt nectare cellas. Idem 3. Aeneid. Stipatq; carinis Ingens argentum. Stipari item (δορυφορεῖσθαι) dicuntur principes, qui cuſtodiæ cauſa ſatellitio cinguntur: item qui amicorum, clientum, comitum ſtip

tum ſe turba ſepiantur. Liu. lib. 1. Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cic. ad Atti. lib. 1. Cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut iocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Verg. 1. Aen. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua. Stipatus, ſtipata, ſtipatum. Verg. lib. 11. Aen. Tum ſocios (namq; omnis eum ſtipata, tegebat Turba ducum) ſic incipiens hortatur ouantes.

STIPS, ſtipis, & Stipis, huius ſtipis, fœm. gen. {*Paga, mercede*} pecuniæ genus, quod per capita colligi ſolet, quod ἀγυρμὸς dicitur a Græcis. Cice. ſecundo de Legibus. Præter Idææ Matris famulos, eosq; iuſtis diebus, nequis ſtipem cogito. Et rurſum: Stipem ſuſtulimus, niſi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ Matris excepimus. Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos. Pecunia quoq; quam uel in ærariũ reponebant, uel diis offerebant, uel mendicis porrigebant ad ſuſtentationẽ uitæ, Stips dicebatur à ſtipando, propterea ꝙ in cella ſtipabatur. i. cõponebatur. Pli. Epiſt. 161. Eluctatusq; facit gurgitẽ, qui lato gremio patefcit, purus & uitreus, ut innumerare iactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. Stipem magnã confert hæc res. i. fructũ. Col. li. 8. cap. 1. Quippe uillaticæ paſtiones, ſicut pecuariæ, non minimam colono ſtipem conferant. Conferre ſtipem. Vlpia. de coll. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruã conferre, dum tamen ſemel in menſe coeant. Spargere ſtipem. Plin. lib. 33. ca. 10. Popu. Roma. ſtipem ſpargere cœpit Sp. Poſthumio, Quint. Martio COSS. tanta pecunia erat, ut ea conferret. L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.

STIPTICUS, adiectiuum, ſiue potius Stypticus, {*Stittico*} (ςυπτικὸς) quod uim habet ſtipandi, hoc eſt, denſandi: ἀπὸ τοῦ ςύφειν quod eſt denſare. Plin. li. 21. cap. 23. Quæ ex his phœniceum colorem habet, radice cõtrita, cuicunq; animalium impoſita, ulcerum habet ſtypticam uim.

STIPULA, æ, {*Stoppia, ſtrepola*} (καλάμη) a ſtipa, ſiue ſtupa deducitur, ſiue ꝙ ſtupæ inſtauratur, ſiue ꝙ ea quoque ſtipari tectorũ rimæ conſueuerunt. Eſt autem Stipula, calamus frumenti puta tritici, hordei, & ſimilium, ꝙ ſcilicet continet ſpicam, cuius internodia Genicula dicuntur & aliquando Genua, a ſimilitudine genuum animalis. Ouid. 4. Faſto. Moxq; per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos Traiicias celeri ſtrenua membra pede. Ver. 1. Geor. Culmumq; leuẽ, ſtipulasq; uolantes. Stipula etiam dicitur, quæ remanet in campo, demeſſo frumento. Ver. 1. Geor. Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros. Atque leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Spicæ præterea, quæ poſt meſſorum terga a ueſtionibus legi ſolent, Stipulæ appellantur. Terent. in Adel. Præter hæc Mendie ipſo faciam, ut ſtipulam colligat.

STIPULATUS, us, (ὁμολογία) idem quod ſtipulatio. Plinius: Iouis decorũ ſumam ſtipulatu.

STIPULOR, aris, ſecunda ſyllaba corr. {*Stipolare*} (συγγράφω, ὁμολογοῦμαι, προſφωνῶ μνηςεύομαι) eſt certa & ſolennia quædam uerba concipere, quibus is, qui interrogatur aliquid ſe daturũ, facturumúe promittit. Et quamuis proprie de iis interrogationibus dicatur, in quibus de pecunia agitur, eo ꝙ a ſtipe dictũ putetur: transfertur tamen ad omnes rogationes, quæ de quauis re interponuntur. Cic. 2. de Legi. Si is cui legatum eſt, ſtipulatus eſt idipſum, quod legatũ eſt, ut ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Col. in Præfat. li. 10. Fœnoris tui Syluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquã penſiunculam perc pe. Hinc Stipulatores dicuntur qui per interrogationem obligant promiſſorem. Idem pro Quintio. Literæ P. Quintii, teſtes tot, quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint: nulla, cur mentiãtur cũ a ſtipulatore tuo cõparabũtur. Hæc enim duo Stipulator & Promiſſor opponuntur. Quod docet Iureconſ. tit. de Verbo. obliga. Stipulatio (ut inquit Põponius) eſt uerborũ conceptio, quibus is qui interrogatur, daturũ facturumúe ſe, id quod interrogatus eſt, reſpondet. συγγραφή. Ci. ad Atti li. 16. Etſi nondum ſtipulationes legerã (nec enim Eros uenerat) tamen, rẽ pridie Iduum uelim conſicias. Seneca de Beneſi. lib. 3. cap. 15. Vtinam nulla ſtipulatio emptorẽ uenditori obligaret, nec pacta, conuentaq; impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & æquum colens animus. Eſt autẽ Stipulor (ſecundum Priſcianum) uerbũ commune, quod tam in actiua, q̃ in paſſiua ſignificatione, ablatiuo iungitur. Dicimus enim Stipulor abs te, pro rogo te, peto abs te: & Stipulor abs te, pro rogor abs te. Iuue. Quantum uis, ſtipulare, & protinus accipe, quod do: Vt toties illum pater audiat. Quo in loco eſt actiuæ ſignificationis. Sueto uero paſſiue protulit. Prætorum Lectoria, quæ uetat minorem annis uigintiquinque ſtipulari. i. interrogari. Plaut. quoque paſſiue dixit: Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Idem in Cur. Ibidem erunt ſcorta exoleta, quiq; ſtipulari ſolent. Huius uerbi compoſita ſunt, Aſtipulor, quod eſt conſentio. Cice. li. Acad. Falſum eſſe Stoici dicunt & eorum aſtipulator Antiochus. Inſtipulor. Plaut. in Pſeu. Minæ uiginti ſaluæ & ſanæ ſunt tibi hodie, quas abs te eſt inſtipulatus etiam Pſeudolus. Reſtipulor, de quo ſupra ſuo loco.

STIPULATIUNCULA, æ, diminutiuum eſt a Stipulatio. Cic. 1. de Ora. Tu mihi cum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiũcula, & cum obſignes tabellas clientis tui, quibus id ſcriptum eſt, quo ille capiatur, ego tibi ullam cauſam maiorem committendam putem?

STIRIA, æ, {*Acqua agghiacciata che ſtia pendente*} (ςαλαγμὸς) proprie eſt aqua frigore concreta, pendens, guttatimq; ſtillans. Verg. 3. Geor. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Martia. libr. 7. Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo. Plinius: Deſtillantes hyberno gelu ſtirias.

STIRPITUS, pen, cor. {*Dal fondo, dalle radici, totalmente*} (ἐκ βάθρων) aduerbium idem ſignificans quod funditus, ſeu radicitus. Cic. 4. Tuſc. Hunc errorẽ quaſi radicem omniũ malorũ, ſtirpitus philoſophia ſe extracturã pollicetur.

STIRPS, huius, ſtirpis, {*Progenie ſtirpe, tronco*} (γενεὰ) modo fœmi. gene. eſt, idem ſignificans quod origo, progenies, ſoboles. Verg. 7. Aene. Heu ſtirpem inuiſam. Ouid. 2. Metam. Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno Lætus erat, miſtoq; oneri gaudebat honore. Modo maſculini generis: & ſignificat imam firmiſſimamq; arboris partem, quam & Truncum appellamus. Idem li. 12. Quũ ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. In qua ſignificatione inuenitur etiam fœmininum. Horatius: Stirpesq; raptas & pecus & domos. Stirps quęſtionis, origo fundamentum per tranſlationem. Ci. 4. de Fin. Differo etiam partem, quę quaſi ſtirps eſt quæſtionis.

STIRPESCO, is, ere, {*Farſi ò conuertirſi in tronco*} in ſtirpem conuerti. Plin. lib. 9. cap. 8. Nam ſi defringatur ſtirpeſcere & interiori.

STIVA, æ, (ἐχέτλη) aratri manica, quę tenetur manibus, quum aratur. Verg. 1. Geor. Stiuaq;, quæ currus à tergo torqueat imos. Ouid. 8. Metam. Hos aliquis, tremula dum captat arundine piſces. Aut paſtor baculo, ſtiuaúe innixus arator, Vidit, &c. Dicta Stiua a ſtando quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

STLATA, genus nauigii (inquit Feſtus) latum magis, q̃ altum: à latitudine ſic appellatum. ſed ea conſuetudine qua Stlotum pro lotum, Stlitem pro litem dicebant antiqui, qui dictionibus ab l, incipientibus, ſt literas præponere ſolebant. A' Stlata Stlatarius dicitur, qui ſtlata uehit, ſicut à Scapha Scapharius. Stlatarius, a, um, dicitur quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum. Iuue. Saty. 7. Spõdet enim Tyrio ſtlataria purpura filo.

STLEMBUS, grauis & tardius. Lucilius. Atq; equũ pedibus ſtlembũ. Feſtus.

STLITIBUS iudicandis, dicebant pro ueteres, pro litibus iudicandis. Feſtus.

STLOPUS, ſonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſius Stat. 5. Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alii ſcribunt Sclopus.

STO, as, are, eiusq; deriuata, uide ſuprà in uerbo Stare.

STOEBE, ſtœbes, fœm. gen. (ςοιβή) frutex aculeatus tum caule, tum folio, ſemine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratiſſima, non alibi q̃ in aquaticis naſcens. Pli. li. 21. ca. 15. Quædam ſpinam habent in folio, & in caule, ut phleos, quod aliqui Stœben appellauere. Idem li. 22. ca. 11. Stœbe, q̃ aliqui phleon uocant, decocta in uino præcipuè auribus purulentis medetur, atq̃ oculis ictu cruentatis: hæmorrhagiæ quoq; & dyſenteriæ infuſa.

STOECHAS, adis, (ςοιχὰς) herba à Stœchadibus inſulis ex aduerſo Maſſiliæ in quibus ſolis naſcitur, nomen accepit. Tenues habet circulos, comam hyſſopi, amaram guſtu. Hanc hodie uocant imperiti Sticados citrinum. Nanq; frutex oſtenditur ſurculoſus odoratus, capitibus luteolis ex concoloribus floſculis compactis: unde Citrinum uocatur. Pli. li. 27. ca. 12. Stœchas in inſulis tantum eiuſdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu. Menſes ciet potu, pectoris dolores leuat, antidotis quoq; miſcetur.

STOECHADES, (ςοιχάδες) inſulæ ſunt numero tres, Maſſilienſium littori uicinæ: ſic dictæ propter ordinem, quo ſitæ ſunt. Pli. li. 3. cap. 5. Stœchades tres à uicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem: quas item nominant ſingulis uocabulis, Proten, & Meſen, quæ & Pomponiana uocatur: tertia Hypæa. Lucan. lib. 3. Et iam turrigeram Bruti comitata carinam Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis Stœchados arua tenens.

STOICI, (ςωϊκοὶ) philoſophi appellati ſunt, à ςοά, quod ſignificat porticũ, quò conuenire ad diſſerendum ſolebant. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex uarietate picturæ, (Græci enim ποικίλον uarium dicunt) in qua Zeno primus eius ſectæ auctor Philoſophiam profitebatur. Vnde & ſecta Stoica, & philoſophi Stoici nuncupati ſunt, qui antea Zenonii dicebãtur, à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quã Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. Stoicè aduerb. Cic. in Parado. De diis immortalibus, de charitate patrię, Stoicè ſcilicet, nullis oratoriis ornamẽtis adhibitis, dicere. de Catone.

STOLA, æ, {*Stola*} Gręcorum uocabulum eſt, quo illi quodlibet ueſtis genus ſignificãt, ἀπὸ τοῦ ςέλλεσθαι. hoc eſt, ab induendo. Vnde Plutarchus ſcribit ab Alexandro eũdam eſſe permiſſum, ut ſtola Perſica uteretur. hoc eſt, cultu Perſico Idem in Dione Dionyſium maiorem ait eo diffidentiæ proceſſiſſe, ut ne fratrem quidem aut filium in cubiculum admitteret, niſi prius illi ſuam ſtolam poſuiſſent, & aliam ſumpſiſſent. Apud Latinos tamen ad honeſtæ tãtum matronę ueſtem hoc nomen tralatum eſt, quæ uſq; ad imos pedes demiſſa erat, & cuius extremam partem ambibat inſtita aſſuta, quæ erat faſciola quędam ſiue limbus. Vlp. l. Veſtis. Digeſt. de Auro & arg. leg. Muliebria ſunt (inquit) quæ matrisfamilias cauſa parata ſunt quibus uir non facile uti poteſt ſine uituperatione, ueluti ſtolæ, pallia tunicæ, &c. Ci. 2. Phil. Sumpſiſti uirilem togam quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Ouid. 2. Triſtium. Ecquid ab hac omnia rigida ſummouimus arte, Quas ſtola contingi ſumptaq; uitta uetat? Valer. Max. lib. 2. Sed quo matronale decus uerecundiæ munimento tutius eſſet, in ius uocanti matronam, corpus eius attingere non permiſerunt, ut inuiolata manus alienæ tactu ſtolæ relinqueretur. Hinc Stola nonnunquam pro ipſa matrona, ſiue honeſta muliere figuratè accipitur. Papinius in Syluis: Omnis plebeio teritur matrona tumultu: Hinc eques, hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat. Stola etiam accipitur pro ueſte ſacerdotali, apud Apul. lib. ulti. Metam. Proceſſi duodecim ſacratus ſtolis.

STOLATUS, a, um, (ςολιδωτὸς) ſtola ornatus. Verum quoniam (ut iã docuimus) ſtola honeſtarum tantummodo matronarum ueſtis erat, factum eſt, ut Stolatum accipiamus pro matronali & honeſto. Vnde Stolatam mulierem pro locuplete & primaria dicimus, ſicut contra Togatam, pro plebeia, & minoris dignitatis. ut non obſcure innuit. Hora. lib. 1. Serm. Saty. 2. Si latus pudor, hoc eſt, matronalis uerecundia. Martia. lib. 1. Quis Floralia ueſtit, & ſtolatum Permittit meretricibus pudorem?

STOLIDUS, a, um, {*Pazzo, goffo*} (ἀβέλτερος, ἀφρων, νήπιος) excors, ſtupidus, ſtultus. Teren. in Heau. Non'ne ad ſenem aliquam fabricam fingit? S. ſtolidus eſt. Plau. Epid. Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum. Liu. 4. Bel. Maced. Conſul extemplo arma capere milites iuſſit: armatos inde paulisper continuit, ut & ſtolidam fiduciam hoſti augeret, & diſponeret copias quibus quaq; portis erumperent. Ouid. 11. Metam. Pingue ſed ingenium manſit: nociturasq; ut ante Rurſus erant domino ſtolidæ præcordia mentis. Plaut. in Milit. Nullum eſt hoc ſtolidius ſaxum. Stolide, aduerbium. Liu. 5. Bel. Puni. Id nõ promiſſum magis ſtolide, q̃ ſtolide creditum, tanquam eædem militares & imperatoriæ artes eſſent.

STOLO, onis, (παραφυὰς) inutilis, & quaſi ſtolida fruticatio, ex arborum radicibus. Plin. lib. 17. cap. 1. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis. ut Frondicio militi illi, qui præclara facinora. Vulturnum tranſnatans, fronde capiti impoſita, aduerſus Annibalem edidit. Stolonum Liciniæ genti: ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis. Var. li. 1. de Re ruſt. ca. 2. Nam Stolonis illa lex, quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmauit cognomen, ꝙ nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo, ꝙ effodiebat circum arbores radices, quæ naſcerentur è ſolo, quos ſtolones appellabant.

STOMACACE, gingiuarum morbus, cum illis uitiatis dentes excidunt. Pli. lib. 25. cap. 3. In Germania trans Rhenum caſtris a Germanico Cæſare promo tis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſq; in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici uocabãt, & ſceletyrben ea mala.

STOMACHICVS, {*Chi ha lo ſtomaco cattiuo, ò diſconcio*} (στομαχικός) proprie is dicitur, teſte Aegineta cuius ſtomachus, ſiue uentriculus cibum aſſumptum non retinet. Plin. lib. 25. cap. 5. ſcribit hæ leborum mederi ſtomachicis.

STOMACHOR, aris, ari, {*Sdegnarſi*} (διαγανακτεῖν, διαγανακτεῖν, ἀγανακτεῖν, πικραίνεσθαι, ἀγανακτεῖν) indignari, ac turbari Cice. Caſſ. Si enim ſtomachabere, & moleſte feres, plura dicemus. Terent. in Eun. Id quidem aduenien mecum ſtomachabar modo. Cic. 4. Tuſcu. An uero uir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? Stomachans, tis, participium. Cic. de Clar. Orat. Videre quempiam iraſcentem & ſtomachantem. Hinc Subſtomachor, de quo ſuo loco.

STOMACHOSVS, a, um, {*Accoruccioſo, colerico, faſtidioſo*} (ἀργίλος) iracūdus, qui facile indignatur, ac cuncta faſtidit. Cic. 2. de Orat. Me quidem hercule ualde illa mouent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula, non cum a moroſo dicuntur: tum enim non ſal, ſed natura ridetur. Literæ ſtomachoſæ, quæ indignationem iracundiamq; ſcriptoris præ ſe ferunt. Idem Appio pulchro. Stomachoſiores meas literas, quas dicas, non intelligo.

STOMACHVS, chi, {*Stomacho*} (στόμαχος) fiſtula per quam cibus deſcēdit. Plin. lib. 11. cap. 37. Summum gulæ Fauces uocantur, poſtremum Stomachus. Cic. 2. de Natu. Deo. Linguam autem ad radices eius hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ recepta ſunt, & oris utraq; ex parte tonſillas attingens, Palato terminatur. Celſus lib. 4. cap. 1. Deinde duo itinera incipiunt. Alterum Aſperam arteriam nominant, alterum Stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, Stomachus interior ad uentriculum fertur: illa ſpiritum, hic cibū recipit. Et paulo poſt. Stomachus uero, qui inteſtinorum principium eſt, neruoſus, ſeptus, a ſeptima ſpinæ uertebra incipit, ac circa præcordia cum uentriculo committitur. Ventriculus autem dicitur, qui receptaculum cibi eſt. Hactenus Celſus. Improprie tamen Stomachus accipitur pro uentriculo, qui cibū concoquit. Iuue. Saty. 5. Si ſtomachus domini feruet uinoq;, ciboq;. Celſus lib. 1. cap. 2. Secunda menſa bono ſtomacho nihil nocet, in imbecillo coaceſcit. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Ieiunus ſtomachus raro uulgaria temnit. Et paulo poſt: Latrantem ſtomachum bene leniet cum ſale panis. Dictus Stomachus ἀπὸ τοῦ στόματος καὶ χέω, quod cibum inferiore orificio ad inteſtina transfundat. Stomachi reſolutio Celſus lib. 4. cap. 5. Vulgatiſſimum uero, peſſimumq; ſtomachi uitium eſt reſolutio, i. cum cibi non tenax eſt, ſoletq; deſinere ali corpus ac ſic tabe conſumi. Plin. lib. 9. ca. 48. Vomitum, diſſolutionemq; ſtomachi protinus creat.

Interdum ſtomachus ponitur pro indignatione ſiue iracundia, ἀγανάκτησις, ὀργιλότης. Cic. 4. Tuſc. Tractata definitione fortitudinis, intelligens eam ſtomacho non egere. Sic dicimus Poſſum ſine ſtomacho dicere: hoc eſt, ſine faſtidio & indignatione. Cic. Quin. Frat. lib. 6. Superiori epiſtolæ quod reſpondeam nihil eſt, quæ plena ſtomachi & querelarum eſt. Stomachus, pro animo: quia quemadmodum ſtomachus facile eo cibo mouetur, à quo natura abhorret: ſic animus eas res maxime auerſatur & abhorret, quas ſuæ naturæ contrarias eſſe ſentit. Cic. ad Cælium lib. 2. Noſti enim non modo ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas: ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium. Hoc eſt, Noſti animum meum præ faſtidio id ferre non poſſe.

Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Plin. in Prol. Argumentū huius ſtomachi mei habebis. Id eſt, huius meæ facilitatis, & manſuetudinis, & benignitatis.

STOMATICVS, {*Chi ha qualche male, ò poſtema in bocca*} (στοματικός) oris uitio laborās, cui os eſt exulceratum Pli. li. 24. ca. 14. Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus ſacris, ſtomaticisq; ex aqua bibendus datur. Stomatica item dicuntur quæ oris ulceribus medentur Plin. lib. 22. cap. 9. Ideo & commanducata, ſtomatice eſt, ulceribus oris inſperſa. Stomatica tamen Celſ. li. 5. ca. 18. interpretatur, quæ aperiendi uim habent. Sunt (inquit) quędam malagmata, quæ στοματικά Græci uocant, quoniam aperiendi uim habent.

STOMOMA, atis, (στόμωμα) ſquamma ſubtiliſſima ex æris ſumma lanugine decuſſa. Pli. lib. 34. ca. 11. de ſquamma æris. Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod uocant Stomoma.

STOREA, æ, {*Stora ſtuoia*} (στορέα) teges iuncea, ex iun is aut ſtragmentis, quę humi ſternitur. Pli. li. 15. c. 16. Colligi mala poſt æquinoctiū autumnale neq; ante ſextamdecimā Lunā, neq; ante primā horā: caduca ſeparari ſtramentis, ſtoreis, paleisue ſubſterni. Dicta Storea ἀπὸ τοῦ στορεννύσθαι, quod ſignificat ſternere.

STRABO, onis, {*Che guarda in trauerſo, guercio*} (στραβών) qui oculos habet diſtortos. Cic. 1. de Nat. Deo. Redeo ad deos ecquos inſigni nota ſtrabones, aut pætos eſſe arbitramur? Pli. li. 11. ca. 37. Vni animalium homini oculi deprauantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum. Eſt etiam Strabo inſignis Geographi nomen, qui temporibus Auguſti, & Tyberii claruit. Scripſit Commentarios Geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur.

STRAGES, gis, {*Strage*} (ὄλεθρος, φόνος) clades, occiſio, uel (ut Valla interpretatur) cadauerum interfectorum multitudo. Cic. ad Atti. lib. 1. Quas ego pugnas, & quantas ſtrages edidi? Liu. li. 8. Per arma per uiros late ſtragem dedere. Verg. 9. Aen. Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus Ediderit, quem quiſq; uirum demiſerit orco, &c.

STRAGONA, næ, (στράγονα) urbs in climate inferioris Germaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11.

STRAGVLVM, guli, uel Stragula, gulæ, (ἐπίβλημα, στρῶμα) genus ueſtis, inquit Aſconius. Varr. lib. 4. de lingua Latina. Quicquid inſternebant, à ſternendo Stragulum appellabant. Vlpian. accipit pro ueſte exteriore, quę reliquis iniicitur, quale eſt Græcorum pallium. In ſtragulis item dormiebant: unde prouerbio monemur, ut ſtragula ſemper conuoluta habeamus. hoc eſt, ut pudoris uerecundięq; limites non tranſgrediamur. Item quæ equis iniiciuntur, Stragula dicūtur. Stragulas item ueſtes, ſiue Stragula pro aulæis, ſiue peripetaſmatibus accipiebant ueteres, quod iis aulæ & triclinia, nonnunquam etiam lecti inſternebantur. Tibul. lib. 1. Eleg. 2. Nam neq; tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem, &c. Cic. 4. Verr. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimā ueſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam multam Deliacam ſupellectilem, &c.

STRAMEN, inis, {*Strame, letto di paglia, ſaccone*} (κάρφος) ſiue Stramentum, culmi frumentacei, inde dicti quod pecori ſubſternantur. Varro de Re ruſti. li. 1. ca. 50. Tertio modo metitur, ut ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt: a quo mediū meſſem dictam puto: Infra manum ſtramentum, quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur. Col. lib. 6. cap. 3. Hybernæ ſtabulationi boum præparanda ſunt ſtramenta. Cæſ. lib. 6. Bel. Gal. Et feruefacta iacula in caſas, quæ more gallico ſtramentis erant tectæ iacere cœperunt. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Si & ſtramentis incubet, &c.

STRAMENTITIVS, a, um, {*Ciò che ſi fa di ſtrame, ò di paglia*} (κάρφινος) quod ex ſtramento fit, ut, Tectum ſtramentitium, Tegetes ſtramentitiæ.

STRAMINEVS, a, um, {*Di ſtrame*} (κάρφινος) quod eſt ex ſtramine. Propert. lib. Eleg. 17. Straminea poſſet dum habitare caſa. Ouid. 2. Amor. Eleg. 9. Roma, niſi immenſum uires promoſſet in orbem, Stramineis eſſet nunc quoque denſa caſis.

STRANGVLO, as, {*Strangolare, ſtrozzare*} (ἄγχω, στραγγαλόω) ſtringendo gulam neco. Pli. lib. 7. Fabius Senator Prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus eſt. Cic. ad Pætum lib. 9. Nos autem ridiculè, ſi dicimus, ille patrem ſtrāgulauit, honorem non præfamur. Transfertur & ad alia: ut cum hominem, cura ſtrangulari dicimus. Iuue. Saty. 10. Sed plures nimia congeſta pecunia cura Strāgulat. Strangulare diuitias in arca, eſt concluſas ſeruare, & perpetuis quaſi tenebris damnare, nec quicquam inde aut ad ſuum, aut ad amicorum uſum depromere. Stat. 2. Syl. Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca Diuitias. Strangulare ſegetes dicitur nimia terræ lætitia. Quint. lib. 8. in Procem. Et uelut læto gramine ſata ſtrangulant.

STRANGVLATVS, huius ſtrangulatus, uerbale, {*Strangolamento, ſtrozzamento*} (στραγγαλισμός) idem quod ſtrangulatio unde Strangulatus uuluæ, pro compreſſione & anguſtia uteri. Plin. lib. 20. cap. 18. Datur & olfaciendum ex aceto in ſtrangulatu uuluæ.

STRANGVRIA, æ, {*Difficultà d'urina, di piſciare*} (στραγγουρία) urinæ ſtillicidium, cum urina per interualla, & guttatim deflu t. Vnde definitiones Galeno aſsignatæ στραγγουρίαν eſſe αἰτίαν κατὰ στράγγας τοῦ οὔρου ἔκκρισιν, hoc eſt urinæ per guttas excretionem. Dyſuria autem dicitur, cum ægre it lotium, ut Cato loquitur, nec ſine dolore excernitur. Cic. 2. Tuſcu. Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & ſtranguria ſua præbeat. Plin. lib. 20. ca. 5. Philiſtion in lacte coquit, & ad ſtranguriam dat radicis uncias quatuor.

STRATEGEMATA, {*Stratagemmi, aſtutie militari*} (στρατηγήματα) aſtutiæ rei militaris, facinus egregiū, conſilio potius, quam uiribus geſtum. Cic. 3. de Natu. Deo. Conſilium illud Imperatorum fuit, quod Græcè στρατήγημα, appellāt, ſed eorum Imperatorum qui patriæ conſulerent, uitæ non parcerent. Dictum eſt autem Strategema a Græco uerbo στρατηγέω, quod eſt, exercitum duco.

STRATEGIA, giæ, (στρατηγία) præfectura, militatio, prætura, imperium rei militaris & gubernatio. Plin. lib. 6. cap. 9. A Tigranocerta ad Iberiam diuiditur (quod certum eſt) in præfecturas, quas in ſtrategias appellant.

STRATEGVS, gi, pen. pro. {*Capitano de l'eſſercito*} (στρατηγός) dux exercitus. Plau. in Cur. Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquam, nec agoranomus.

STRATIOTES, millefolium, (στρατιώτης, χιλιόφυλλον) frutex exiguus palmi altitudine, foliis auicularum pennas imitantibus, breui admodū diſſectioq; foliorum exortu. Latini & Militarem herbam appellant, propterea quod uulnera omnia ferro facta intra dies quinq; ſanare dicatur ex oleo impoſita. Eſt & Stratiotes aquaticus, ſine radice uiuens, aquis tantum ſupernatans, folia habens ſempetuiuo ſimilia, ſed maiora. Huius meminit & Plin. lib. 24. cap. 18. Celebratur (inquit) & à Græcis ſtratiotes: ſed ea in Aegypto tantum, ex inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire, & uulnera ſanat ex aceto illita, &c.

STRATIOTICVS, (στρατιωτικός) militaris. Plaut. in Pſeud. Stratioticum nuntium aduenientem percutiam probe.

STRATIVS, (στράτιος) Iouis cognomē qui apud Cariēs colebatur, quod nos bellicoſum interpretari poſſumus. Auctor Herodo. lib. 5.

STRATO, (στράτων) nomē proprium Sidonis reguli, qui (ut Hieronymus ſcribit) manu propria ſe uolens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptii regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium quem arripuerat, circunſpectans, hoſtium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamq; capiendum uxor intelligens, extorſit acinacem de manu, & latus eius tranſuerberauit. Compoſitoq; ex more cadauere ſe moriens ſuperiecit, ne poſt uirginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

STRATON, (στράτων) ut ſcribit Suidas, Lampſacenus philoſophus fuit, Theophraſti familiaris, & ſucceſſor, & præceptor Ptolemæi Philadelphi: qui ob inſignem Naturalis philoſophiæ, cognitionem Phyſicus eſt cognominatus. Stratones octo fuerunt, Primus Iſocratis auditor. Secundus Lampſacenus, Theophraſti diſcipulus. Tertius medicus qui Eraſiſtratum audiuit. Quartus hiſtoricus. Quintus poeta, Epigrammatum ſcriptor. Sextus antiquus medicus, ut ait Ariſtote. Septimus Peripateticus, qui uixit Alexandriæ. Hęc Diogenes Laertius. Octauum Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui una cum eo in bello Philippenſi fuit: ſoluſq; adhibitus, dum ille ſibi mortem conſciuit. Conciliatus poſtea Auguſto per M. Meſſalam, qui comes ad bellum Actiacum fuit. Lacrymans enim Meſſala, Hic eſt (inquit Auguſto) qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtrauit.

STRATONICE, es, (στρατονίκη) Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis, Pergami regis. cui Attalum peperit, qui illi in regnum ſucceſſit. Vide Strabo. lib. 13.

STRATOR, {*Staffiere, palafreniere*} (ἀναβολεύς) qui equū domini ſella inſternit, ipſumq; in equū ſuſtollit. Spartianus in Caracalla: Cū illum in equū ſtrator ſuus leuaret, pugione latus confodit. Vlpian. de Officio Proconſulis: Proconſul ſtratores ſuos habere nō poteſt, ſed eorum uice in prouincia milites funguntur.

STRATVS, a, um, {*Diſteſo, buttato giu per terra*} participium uerbi Sterno, (στρωτός) proſtratus, humi extenſus. Vergil. 7. Eclog. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Cice. ad Attic. lib. 10. Alter is, qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſubleuauit quidem. Stratum uero nomen, (στρωμνή) ponitur pro lecto. Liu. 1. Bel. Pun. Id quod gerendis rebus ſupereſſet, quieti datū, ea neq; molli

molli ſtrato, neque ſilentio acceſſita. Ouid. Strataq́; quæ membris intepuere tuis. Verg. 3. Aene. Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Explorat uentos. Strata item dicuntur, quæ & Stragula, hoc eſt, quælibet ueſtes, quę homini aliiſue animalibus inſternuntur. Vnde Strata ſeu Inſtrata, generaliter dicuntur omnia, quæ equis, muliſue inſternuntur: & dicimus Equos ſtratos, inſtratosq́; hoc eſt, ſtratis ornatos. Liu. libr. 7. Strata detrahi iubet. Et de ſecundo bello Pun. Armatos deinde, inſtratisq́; equis ſignum expectare. Seneca ad Lucilium. Stultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius & frænos.

STREBVLA, lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium ſacrificatarum. Feſtus.

STRENA, æ, {Bona mano alibi mancia} (ϛρήνιον) munus quod datur die feſto, ominis boni gratia, qualia ſunt quæ paſſim dantur quotannis circiter Calend. Ianua. Dicta a numero, quo ſignificatur alterum, tertiumq́; uenturum ſimilis commodi: ueluti trena, quæ præpoſita, s, litera dicitur Strena, ut in lite ſolebant antiqui dicentes Stlitem. Hæc ex Feſto. Contra Nonius, Strena, inquit, dicta eſt à ſtrenuitate. Pomponius pictoribus: Aſſide, ſiqua uentura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Suet. in Calig. cap. 42. Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum: ſtetitq́; in ueſtibulo ædium Calen. Ianua. ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba ferebat.

STRENVVS, a, um, {Forte, ualoroſo, gagliardo} (δραϛήριος) fortis, celer, uigilans, & ad res gerendas promptus. Salluſt. in Catil. Nam ſtrenuus quiſq; aut occiderat in prælio, aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Cic. ad Atti. lib. 15. Noli me tam ſtrenuum putare, ut ante Nonas recurram. Ouid. 9. Meta. Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis, Flaua comas, aderat, faciendis ſtrenua iuſſis. Colum. lib. 8. Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atq; audax eſſe debet. Hinc Strenuitas, ἀνδραγαθία. Ouid. 4. Meta. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem Amiſere ſuum, forma eſt diuerſa priori. Hinc Strenuior, comparatiuum, pro ſtrenuus: & ſuperlatiuum Strenuiſſimus. Plaut. in Epid. Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicet ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. Plin. lib. 18. cap. 5. Fortiſſimi uiri & milites ſtrenuiſſimi. Cato in Præfat. At ex agricolis & uiri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur.

Strenue, aduerbium, fortiter, diligenter. Cic. ad Quint. Frat. Domus utriuſque noſtrum ædificatur ſtrenue.

STREPITO, as, pen. cor. {Far ſtrepito ſpeſſo} (κροτηλίζω) frequentem exilemq́; ſtrepitum edo. Verg. lib. 1. Georg. Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti Inter ſe foliis ſtrepitant. Arma ſtrepitantia. Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

STREPITVS, tus, pen. cor. {Strepito, mormorio} (ψόφος, κτύπος) lenior ſonitus, murmur, ſuſurrus: cuiuſmodi pedibus ambulantium edi ſolet, aut uoce admurmurantium. Cic. 2. Ver. Tum uero non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam popu. Roman. ſignificauit uoluntatem. Accipitur etiam pro faſtu diuitum, & comitum pompa. ut apud Quint. Hic cum me euocaſſet ſubito trepidum, totoq́; fortunæ ſuæ ſtrepitu circumſtetiſſet.

STREPO, pis, pui, pitum, {Far ſtrepito, ò romore} (ψοφέω κτυπέω) pedibus, aut alio quocunq; modo ſtrepitum facio, ſuſurro, murmuro. Plin. lib. 11. de apibus: Cum aduesperaſcit, in alueo ſtrepunt. Verg. 6. Aene. Strepit omnis murmure campus. Strepere aliquid, pro ſubmurmuraſſe. Liu. 2. ab Vrb. Hæc cum ſub ipſo uallo, portisq; ſtreperent, haud ægre conſules pati. Compoſita ſunt, Adſtrepo, Conſtrepo, Circumſtrepo, Inſtrepo, Obſtrepo, & Perſtrepo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

STRIÆ, arum, & Striaturæ, ſunt quidam quaſi canaliculi, & ſulci, & cuiuſmodi in columnarum ſcapis quibuſdam, item in herbarum quarundam caulibus uidemus æquali interuallo excauatos. Vitru. lib. 7. Columnarum ſtriæ faciendæ ſunt XXIIII. ita excauatæ, ut norma in cauo ſtriæ cum fuerit coniecta, circumacta anconibus ſtriarum, dextra ac ſiniſtra tangat acumen. Hinc Striatus, a, um, unde Striatas columnas dicimus, quæ ſtriis diſtinctæ ſunt, & folia ſtriata, & conchas ſtriatas. Plin. lib. 21. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. Idem li. 37. cap. 10. Eureos, nucleo oliuæ ſimilis eſt, ſtriata concharum modo, non adeo candida. Apul. Frontem ſtriatam uocat contractam, caperatamq́;, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia. Strio, as, are, ſtrias facere. Vitru. lib 4. Columnas autē ſtriari uiginti ſtriis oportet. Striare etiam dicuntur boues, quum peracto, aut non peracto priore uerſu, alius ſuper alium innititur. Hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore uerſu anhelant non conuenit. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando uerſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius.

STRIBLIGO, (σολοικισμός) a uetuſtioribus Latinis dicebatur ſolœciſmus, a tortuoſæ orationis prauitate ac uerſura. Ab Aſinio Capitone definitur impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Vide Gell. lib. 5. cap. 20.

STRICTE, {Strettamente} (ϛενῶς) ſignificat arctè: a quo formantur ſtrictius & ſtrictiſſime. Cic. de Ami. Nec obſeruare ſtricte, ne plus reddat, q̃ acceperit.

STRICTIM, (ἐπιψαύδην, παραλειπόντως, λίγδην, ἐπιτόμως) aduerbium, ſignificat compreſſius, & breuiter ſingula ſtringendo. Vnde Strictim referri dicimus ea, quæ quum ſparſa, ac diffuſa eſſent, breuiter, & quaſi ſummatim colliguntur. Cic pro Cluent. Audiſtis, cum ea, quæ copioſiſſime dici poſſunt, breuiter a me, ſtrictimq́; dicuntur. Idem de Natu. Deo. quibus de quæſtionibus tu quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere. Plaut. Capt. Sed utrum ſtrictim me attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, Neſcio.

STRICTIVVS, a, um, quod ſtringitur: ut Strictiuæ oliuæ, quæ manu colligūtur ad differentiam caducarum. Cato cap. 146. Oleæ caducę modii quinquaginta, ſtrictiuæ modii decem.

STRICTVRÆ, (σπινθῆρες) teſte Nonio, proprie dicuntur ſcintillæ, quæ de ferro candenti micant, quum maſſa malleis tunditur: ſiue q; ſtrictè emittuntur i. celeriter, ſiue q; oculos ſuo fulgore perſtringant. Verg lib. 8. Striduntq́; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

STRICTVS, a, um, participium, a uerbo Stringor: ut, Strictus gladius, euaginatus. Cic. 2. Philip. Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, cum tu illum in foro ſpectante popu. Roma. ſtricto gladio inſecutus es? Liu. 1. ab Vrb. Stricto itaq; gladio, ſimul uerbis increpans tranſfigit puellam.

STRIDEO, des, dui, {Far ſtridore, ò ſtrepito} ſtridorem aut ſtrepitū edo. Pli. Epiſt. 203. At cum ſtridunt funes curuatur arbor, gubernacula gemunt. Quamuis etiam ad alia transferatur. Hora. 2. Serm. Saty. 8. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Verg. 1. Aene. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Lucan. lib. 6. Strident oculis ardentibus ignes. Stridens, tis. Ver. 6. Aen. Ac belua Lernæ Horrendum ſtridens, flammisq́; armata chimæra. Idem 3. Georg. Montesq́; per altos Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra. Legitur & Strido, dis. Ver. 8. Aene. Striduntq́; cauernis Stricturæ chalibum.

STRIDON, {Sdrigna} oppidum in agro Iuſtinopolitano fuit, in Dalmatiæ et Pannoniæ confinio, D. Hieronymi patria, a Gothis euerſum.

STRIDOR, oris, {Stridore, ſtrepito, romore} ſtrepitus ſonus, qualis in forium cardinibus, & anguiū ſibilis, & in curruū rotis male iunctis intelligitur. Ver. 1. Aen. Stridorq́; rudentum. Cic. 5. Tuſc. At uocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerri tum cum acuitur. Verg 7. Aen. Stridore ingenti liquidū trans æthera uectæ Obſedere apicem. Ouid. 8. Meta. Feruida cum rauco latos ſtridore per armos Spuma fluit.

STRIGÆ, {Righe, alibi ſtrece} ordines rerum inter ſe continuate collocatarum ut ait Feſt. ita dictæ q; una ſint conſtrictæ. Colu. li. 2. cap. 19. Vtrunq; ſiccatum coarctabimus in ſtrigam, atq; ita manipulos uinciemus. Altera lectio habet Striam. Item longitudo maior latitudine, dicitur Striga. a quo Strigatus ager uocatur, qui per ſtrigas coeſcit, a Septentrione in Meridiem.

STRIGILIS, huius ſtrigilis, {Streglia, alibi ſtregia} (ϛλεγγὶς ξύϛρα) inſtrumentum proprie è ferro dentatum, quo equos, & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo. Strigilibus item utebantur ueteres in balneis ad radendas ſordes corporis, ſudoremq́; tergendum, pręcipue in frictionibus, ante cibum. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro, interdum etiam ex pumicibus. Perſius Saty. 5. I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Indi etiam ex hebeno ſtrigiles conficiebant teſte Strabo. libr. 15. Strigiles etiam ſunt uelaria quibus athletæ poſt laborem ſtringuntur. Plinius de ſpongia. Cinis eius plurimum proficit contra ſcabrities genarum, & quicquid opus diſtringere: præſtat & ſtrigilium uicem, linteorumq́; affectis corporibus. Alii Strigilem accipiunt pro quodam uaſis genere. Plau. in Perſa: Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos pallium, Marſupium, habeat. Cic. lib. 4. de Finib. Si ad illam uitam, quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Et hinc Hiſpani (ut inquit Pli. li. 33. ca. 3.) Strigiles etiam uocabant auri paruulas maſſas. Item Strigil, aluminis, genus pumicoſum, & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundūq; natura. Corn. Celſ. Medicamentum in aurem per ſtrigilem inſtillari iubet. Strigiles etiamnum ſermone uernaculo piſciculi quidam dicuntur, quorum frequens fit captura per hyemes. Hanc dictionem Priſcia. à ſtringo, uel a Gręco ϛλεγγὶς deduci exiſtimat. Budæus: Strigiles in antiquis libris Vitruuii impreſſis bene legebatur, ubi nunc Striges legitur, & Strigum li. 4. ca. 2. & li. 5. ca. 7. Nam id uerbum apud Celſum legitur, lib. 6. cap. 7. Strigilis inquit Nonius, certum eſt eſſe fœminini generis: antiqui & neutro protulerunt.

STRIGILECVLA, (ϛλεγγίδιον) diminutiuum a Strigilis, inſtrumentum quo ſudores, ſordesq; corpore in balneis abraduntur. Apul. Qui magna incepta prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoq; oleariam, quam geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate, mecumq́; honeſtam ſtrigileculā, recta faſtigatione clauſulæ flexa tribulo ligulę, ut ipſa in manu capula moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur.

STRIGILLO, as, {Strignere, ſtrengere} uerbū eſt a ſtringendo deductū, eiuſdem cum illo ſignificationis. A' quo fit compoſitū Obſtrigillo, quod eſt obſto impedio. Varro. Quid Curio? cum id feciſſet, dicebat amicis ut illi nuntiaretur ſe obſtrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Conſul fieret.

STRIGIVM, ueſtis Hiſpanica. Plaut. Nudus eſt, iurat ſe ſtrigiū oppigneraſſe.

STRIGMENTVM, ti, (ξύσμα, ῥύπος, & γλοιὸς. Herm.) ſordes quæ ex corporibus raduntur. Celſus lib. 2. cap. 6. Aluus quoq; uaria peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem uiridem, aliquid modo diuerſis temporibus, modo ſimul & in mixtura quadam diſcreta tamen repręſentat. Vnde Strigmenta olei dicimus ceromata, (κηρώματα, πίνος) id eſt, ſordes olei, quę ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin. lib. 25. cap. 4. Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei uendidiſſe.

STRIGONES, {Huomeni gagliardi, e forti} denſarum uirium homines, q; in ſe conſtricti, atq; arctati ſunt. Apud Feſtum legitur ſtrigores.

STRIGOSVS, a, um, {Attenuato, macilento, conſumato, disfatto} (λαγαρός) quod eſt exhauſtum & macilentum, quaſi ſtringoſum unde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quorum corpora reſtricta ſunt fame, aut alia ulli cauſa. Col. lib. 6. cap. 38. Quanquam poſſit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, niſi & indomitum & ſeruire contumax, ſylueſtris more ſtrigoſum patris pręferret habitum. Et lib. 7. cap. 6. Placide ac lente pabuletur, ut & largi ſit uberis, & nō ſtrigoſiſſimi corporis. Hic etiam Male habitus dicitur Gellius. Equum ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem eius uberrimum, & habitiſſimum uiderunt. Strigoſus orator, per tranſlationē ieiunus, ineptus. Cic de Clar. Ora. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis optimos, q; gracilitates conſectentur: quos, ualetudo modo bona ſit, tenuitas ipſa delectat. quanquam in Lyſia ſunt ſæpe etiam lacerti, ſic ut & fieri nihil poſſit ualentius: uerum eſt certe genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa eius ſubtilitate admodum gaudeant. Id eſt, gracilior, & tenuior, ut ipſe ibidem: cui opponit habitum corporis optimum.

STRINGO, gis, xi, ctum, {Stringere} (σφίγγω, πιλέω, σύσφω) uicto. Pli. Apprehenſamq́; manu ſtringit. Per tranſlationem Stringere, quandoq; pro percutere ponitur. Verg lib. 10. Atq; animum patrię ſtrinxit pietatis imago. Quandoq; pro decerpere, colligere. Idem in Buco. Hic ubi denſas Agricolę ſtringunt frondes. Quandoq; pro rado προσψαύω, παραψηλαφάω. Idem li. 8. Ego ſum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. Quandoq; pro uulnerare, ἐπιξαίνειν, ἐπιγράφειν. Idem in eodem: Hunc primum leuis haſta Themillę Strinxerat. Quandoq; pro attenuare, quod ſtringendo fieri ſolet: ut, Stringere remos. Stringere enſem (γυμνῶσαι) eſt nudare. Idem lib. 11. Strictum rotat acer Lucagus enſem. Huius compoſita ſunt, Aſtringo. Conſtringo. Diſtringo, Deſtringo, Obſtringo, Perſtringo, Præſtringo, Reſtringo, & Subſtringo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

STRIX, gis, {Streghe} (σίγξ) auis quędā nocturna & importuna: a ſtridendo dicta. Lucan. lib. 6. Quod trepidus bubo, q; ſtrix nocturna queruntur. Plin.

lib. 11. ca. 39. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Eſſe maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit: ſed quæ ſit auium, conſtare non arbitror. Hæc Plinius. Ouidius autem infantes ſine nutricum cuſtodia relictos, a ſtrigibus è cunis rapi tradit: ſanguinemq́; omnem illis exorberi. Sic enim habet 6. Faſto.

Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia menſis
Guttura fraudabant: ſed genus inde trahunt.
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ:
Canities pennis, unguibus hamus ineſt.
Nocte uolant, pueroſq́; petunt nutricis egentes,
Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtris:
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis huius
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

Ab huius auis nocumento Striges appellamus mulieres, puellulos faſcinâtes ſuo contactu, & lactis, muneremq́; oblatione. Serenus: Preterea ſi forte premit ſtrix atra puellos Viroſa immulgens exertis ubera labris. Striges, etiam dicuntur olera uilia, ut apud Plau. in Pſeud. Hei homines cœnas ſibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus. Strix frumenti genus apud Hippocratem.

STROBILVS, pen. cor. (στρόβιλος) nux pinea, quæ & Cocalus, & a forma Conus appellatur, ut non uno in loco teſtatur Galenus. Ab huius ſimilitudine & carduum ſatiuum Strobilum a Romanis fuiſſe appellatum auctor eſt Dioſcorides, uoce quidem Græca, ſed tunc forte quotidiana, & in uſum populi recepta. Habet enim carduus in ſummo caule capitula quædam pineæ nuci non abſimilia. Quin & pinum ipſam Strobilon aliquando legimus appellari. Plinius quoq; arborem quandam ex pinaſtrorum genere hoc nomine appellat: cuius uerba ſunt hæc lib. 16. cap. 10. Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas Strobilos uocari pleriq; arbitrantur ſed graciles, ſuccinctioreſq́;, et enodes, liburnicarum ad uſus, penè ſine reſina. Eſt & Strobilus, ſaltationis genus, apud Pollucem. Eodem etiam nomine ab Ariſtotele uocantur flatus ex inferiore loco ſurſum reuoluti.

STROBVS, ſtrobi, fœm. gen. arbor odorifera, de qua ſic Plin. libr. 12. cap. 17. Petunt & in Carmanos arborem & ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam uino palmeo accendentes. Huius odor redit a cameris ad ſolum iucundus, ſed aggrauans capita, citra dolorem tamen.

STROMA, tis, {Stramazzo} (στρῶμα) uox Græca eſt, qua illi quoduis ſtraguli genus ſignificant. Vnde & pro aulæis accipitur, quę & Periſtromata dicuntur, multa colorum uarietate picturata. Origenes quoq; libros quoſdam miſcellaneos uario argumento conſtantes Stromata inſcripſit.

STROMBVS, (στρόμβος) concha eſt tortilis in mari, nomen habens a figura. Meminit eius Plin lib. 32. cap. 11.

STROMBITES, pe. pr. (στρομβίτης) lapis eſt ſtrombi marini figuram omni ex parte referens.

STRONGILE, es, (στρογγύλη) inſula eſt maris Tyrrheni, non procul a Sicilia, una Aeolidum, cuius incolæ triduo ante ex fumo prædicere ſolebant, qui nã flaturi eſſent uenti: unde factus eſt locus fabulæ, ut Aeolus qui in hac inſula regnabat: uentorum rex crederetur. Dicta eſt autem Strongyle a rotunditate: nã Græci rotundum στρόγγυλον appellant. A' Silio Italico lib. 14. Strongylos appellatur. Mille Agathina dedit, perflataq́; Strongylos Auſtris. Strongyle item dicta fuit Aegæi maris inſula, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxos appellatur. Vide eandem. Plin. lib. 4. cap. 12.

STROPHA, æ, {Verſutia, acutezza, ſottigliezza} (στροφή) ſubtilitas, impoſtura, ludificatio: à uerbo Græco στρέφω, quod eſt uerto: unde & a noſtris Verſutia dicitur. Hieronymus contra Ruffinum: Vis ſcire totas argutiarum tuarum ſtrophas, uel ſpecularum inſidias? Martia. li. 3. Regia ſuperbi ſportulæ receſſerunt: Nihil ſtropharum eſt, iam ſalarium dandum eſt.

STROPHADES, {Striuali} (στροφάδες) ſunt duæ inſulæ in mari Ionio, ad occidentale latus Peloponneſi, quæ antea Plotę dicebantur. Strophades dictæ à conuerſione Calais & Zethæ, qui ad has uſq; inſulas Harpyias perſecuti, inde reuerſi ſunt. Nam στροφή inter cætera conuerſionem ſignificat. Ver. 3. Aen. Excipiunt Strophades: Graio ſunt nomine dictæ, Inſulæ Ionio in magno.

STROPHIARIVS, arij, qui ſtrophia facit. Plaut. in Aulul. Strophiarii adſtant, ſemizonarii.

STROPHIVM, ſtrophii, (στρόφιον) faſcia pectoralis, quæ tumorem cohibet papillarum uirginalium. Turpilius: Me miſeram, q inter uias epiſtola excidit mihi: infelix inter tuniculam ac ſtrophium collocaram. Strophia etiam coronæ dicebantur, ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotum. Plin. li. 21. cap. 2. Tenuioribus utebantur antiqui coronis, ſtrophia appellantes. Huius diminutiuum eſt Strophiolum. Suidas: Στρόφιον, τὸ στρογγύλον ζωστήριον: id eſt, Strophium zonula eſt rotunda & ſubdit. Στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσιν: id eſt, Strophium eſt, quod ſacerdotes geſtant. Cic. de Aruſpicum reſpõſis. Publius Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſq́; faſciolis, a ſtrophio, a pſalterio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis.

STROPHIVS, (στρόφιος) proprium nomen Phocenſis regis, patris Pyladis, cuius beneficio Oreſtes matris ſuæ crudelitati eſt ereptus & una cum Pylade eius filio liberaliſſime educatus.

STROPHOS, {Dolore di uentre, cordella della biſaccia ò della borſa} (στρόφος) dolor inteſtinorum, quod Tormen Latini uocant. Celſus li. 6. ca. 2. Euidẽ morbi nota eſt, cum circa umbilicum inteſtina torquentur, (στρόφον Græci nominant) coxæq́; dolores manent. Significat & funiculum peræ, apud Græcos, & cincinnos tortos, aliaq́; nonnulla: quæ ſignificationes quoniam Latinis uſitatæ non ſunt, ex Græcorum Lexicis eas petendas relinquimus.

STRVCTILIS, & hoc ſtructile, pen. cor. (κατασκευαστός) quod ſtructum eſt ut Structiles columnæ, quæ non ſunt ex uno lapide, ſed ex multis. quibus opponuntur Solidæ columnæ, quæ ex uno ſolidoq́; conſtant lapide. Sepes ſtructiles, id eſt, manu factæ, quibus opponuntur uiuæ. Colu. li. 11. ca. 3. Vetuſtiſſimi auctores uiuam ſepem ſtructili prætulerunt.

STRVCTOR, oris, {Conſtitutore, ordinatore, edificatore, diſpenſatore, cellerario, ſcalco} (κατασκευαστής, τέκτων) faber, qui aliquid ſtruit. Cic. ad Qu. Fra. lib. 2. A' puero ut diſceſſi, in aream tuam ueni. res agebatur multis ſtructoribus. Structores annonæ. Cic. Atti. lib. 14. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti, cum inanes rediſſent, rumorem afferunt magnum Romę, domum ad Antonium frumentum omne portari. Structores itẽ dicuntur, qui inſtruendæ menſæ, ciborumq́; apponendorum curam habent. Item ij, qui decoro manuum geſtu cibos diſcerpunt, quos Græci χειρονόμους appellant, Mart. lib. 10. Et quæ non egeant ferro ſtructoris Ofellæ.

STRVCTVRA, æ, {Edificio, ordinanza, compoſitione} (κατασκευή, οἰκοδομή) ædificium, ſiue compoſitio, & ordinatio. Col. lib. 1. Igitur ad ſtructurã quæ primum ſtatim fundamenta iaciuntur, attendum eſt, &c. Luca. li. 6. Prima quidem ſurgens operum ſtructura fefellit Pompeium. Cic. de opti. gene. Orat. Sed & uerborum eſt ſtructura quædam duas res efficiens numerum, & lenitatem, &c. Oui. 4. Faſt. Vnde ſaluteris, color hic tibi protinus index, Et ſtructura mei carminis eſſe poteſt.

STRVES, is, {Cataſta} (σωρός) à Struo, proprie lignorum congeries eſt. Liu. 1. Bel. Pun. Struem ingentem lignorum faciunt. Strues, item dicebatur genus libi, quod addebatur in ſacris. Ouid. lib. 1. Faſto. Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

STRVFECTARII, dicebantur, qui ferctum, aut, ut Sipontinus legit, fartum libi genus, cum ſtrue altero libi genere ad ſacra ferebant. Feſtus.

STRVFERARIOS, dicebant, inquit Feſtus, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, a ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere.

STRVICES, (κατασκευαί) inquit Feſtus, ab antiquis dicebantur omnium rerum extructiones. Plau. in Menæc. Cereales cœnas dat, ita menſas extruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias.

STRVMA, æ, {Scrofola} (χοιράδες, χοιράς) tumor, ceruicem pręcipue infeſtans, qui a ſcrophis quæ id morbi patiuntur, Scrophula dicitur, cum ſcilicet circa guttur glandulæ quædam pure, & ſanguine pleuæ oriuntur quamuis & in aliis interdum corporis partibus gignantur, utpote in alis, inguinibus, & lateribus. Vide Celſum lib. 5. cap. 28. Hinc Strumoſus, a, um, qui hoc uitio laborat. Iuuen. Saty. 10. Nec prætexta tum rapuit Nero loripedem, uel Strumoſum, atq; utero pariter gibboq; tumentem. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum, & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ potantur plerunq; uitio: propter quod quędã tubera ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa Scrophulæ dicuntur, quæ etiam ſub ſtrumæ appellatione continentur, ut rectius Strumulæ, quaſi paruæ ſtrumæ, q̃ Scrophulæ nominentur. Struma ciuitatis. Cice. pro Seſt. Hi medentur Reipub. qui execant peſtem aliquã, tanquam ſtrumam ciuitatis. Struma etiã Nonii cuiuſdam Romani Senatoris nomen fuit, in quem ueluti ſella curuli indignum, ſic machatur Catull. poeta Epig. 49. Sella, inquit, in curuli Struma Nonius ſedet.

STRVMEA HERBA, quarta ranunculi ſpecies, a reliquis lacteo flore diſtincta ita dicta, teſte Pli. li. 25. ca. 13. q medeatur ſtrumis, & panis, parte in fumo ſuſpenſa: uel (ut addit Ruellius) q ſtrumoſam radicẽ habeat. Hæc herba eſt, qua ualidi mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniant, quo poſſint impudentius ſtipẽ extorquere. Hinc nõnullis herbariis Vlceraria uulgo dicitur, aliis Scelerata.

STRVO, is, xi, tum, {Ordinare, apparecchiare, accummodare, edificare} (κατασκευάζω, συντίθημι, παρασκευάζω) extruo, ædifico, ordino, ſeu ordinate apto. Cæſ. 8 Bel. Gal. E' regione eius uineas agere aduerſus montem, & aggerem ſtruere cœpit magno cum labore, & continua dimicatione. Liu. lib. 1. ab Vrb. Poſtquam ſtructi utrinq; ſtabant cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Oui. 1. Met. Affectaſſe ferunt regnũ cœleſte gigãtes. Altaq́; cõgeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes. Struere aliquid, eſt machinari, moliri, μηχανᾶσθαι. Terent. Heau. Num me fefellit hoſce id ſtruere? Struere aciem, τάσσειν. Cic. ad Octauium: A' quibus exercitum abducis, & aduerſus quos aciem ſtruis? Struere dolos, uel inſidias, eſt parare. Liu. 3. Bel. Pun. Ibi cum dies aliquot ſuſpecti Campanis, timenteſq́; cauendis, ac ſtruendis inuicem inſidiis traduxiſſent, &c. Compoſita huius uerbi ſunt Aſtruo, Deſtruo, Extruo, Inſtruò, Obſtruo, Præſtruo, Subſtruo, & Superſtruo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

STRVPPI, inquit Feſtus uocabantur in puluinaribus faſciculi de uerbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

STRVTHIAMALA, quæ & Struthiomela unica uoce dicuntur, {Pomi codogni} (στρουθόμηλα) ex genere ſunt cotoneorum, cætera odoratiora, ſed minora, ſerotinaq́; prouentus. Auctor Plin. lib. 15. cap. 11.

STRVTHIVM, (στρούθιον) herba eſt uulgo nota, qua ad eluendas lanas utuntur fullones. Plin. lib. 19. cap. 3. in fine: At quæ uocatur radicula, lauandis demũ lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitieq;. Et paulò poſt: Struthion Græci uocant, floret, æſtate, &c. Vulgus Seplaſiorum Saponariam appellat.

STRVTHIOCAMELVS, {Struzzo, ſtruzzola} (στρουθοκάμηλος) maxima auium eſt, ſi tamen auis eſt dicenda cum pennas duntaxat habeat, ut adiuuent ad currendum, cætero uolucris non ſit, nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruinis ſimiles, biſulcas, comprehendendis lapidibus utiles quos in fuga contra inſequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunq; deuorat, ſine aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas: etenim in tanta corporis altitudine, ſi colla frutice occultauerit, latere ſe putat. Oua eius in pretio ſunt propter amplitudinem, & pennæ, quia galeas uariis coloribus infectę adornant. Vide Plin. lib. 10. cap. 1.

STRVTHOPODES, (στρουθόποδες) mulieres ſunt in India tantę breuitatis, ut nomen acceperint a paſſerculorum pedibus. Sipontinus.

STRVTHOS, {Paſſere, celega} (στρουθός) a Gręcis dicitur, quem nos paſſerem uocamus. Ab antiquis etiam Mimorum ſcriptoribus Struthos uſurpabatur pro uirili membro, a paſſeris ſalacitate ſumpta nominis ratione.

STRYMON, onis, pen. gen. cor. (στρυμών) fluuius eſt Macedoniam a Thracia diuidens, ut Plinio placet. Nam Ptolemæus Neſſo flumio eas determinat. Oritur Strymon in Hæmo monte, ſeptemq́; efficit lacus: quibus deinde in unum alueum collectis, iuxta Amphipolim influit in maris Aegæi ſinum, qui ab ipſo Strymonicus appellatur. Verg. 4. Georg. Rupe ſub aëria deſerti ad Strymonis amnem. Inde Strymonius, nia, um, ut Grues Strymonię. Idem 10. Aen. Quales ſub nubibus atris Strymoniæ dant ſigna grues.

STRYCHNVS, (στρύχνος) herba eſt quam Latinè Solanum, uulgo Solatrũ uocamus, multas ſub ſe continens ſpecies, quas uide ſupra in dictione Solanum.

STVDEO, des, dui, ditum, {*Studiare*}(σπουδάζω, προσέχω) ſtudium adhibeo, do operam alicui rei. Terent. Eunu. Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe. Cic. 5. de Finib. Studet enim meus audire Cicero, quænam ſit iſtius ueteris, quã commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripateticorumq́; ſententia. Iũgitur hoc uerbum aliquando datiuo Cæſ. Comment. 1. Cupiditate regni adductus, nouis rebus ſtudebat. Nonnunquam etiam cum ablatiuo mediante In. Gel. Si quis in ea re ſtudebat. Interdum & cum accuſatiuo, & tunc ſignificat cupere & uelle. Cic. li. 5. Epiſt. Qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi quod agit. Accipitur aliquando Studere, pro amare, ſiue fauere, (σπουδάζειν, συμπροθυμεῖσθαι) cum datiuo. Ouid. lib. 9. Meta. Cui ſtudeat, deus omnis habet. Item emit. Cic. li. 1. Offic. Quorum uero patres aut maiores aliqua gloria præſtiterunt, ij ſtudent plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lactant. lib. 3. duo eodem exemplo ſignificata eius comprehendit. Qui ſapientiæ ſtudet, utique nondum ſapit: ſed ut ſapere poſſit, ſtudet. Studere cum genitiuo Cic. 3. de Natu. deo. Parentem habere auarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec ſtudeat tui. Conſtruitur etiam cum accuſatiuo cum præpoſitione In. Fabius lib. 10. cap. 2. Poetæ & pictores in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciãt. Ponitur etiam abſolute, pro amare, ſiue fauere. Salluſtius. Neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet.

STVDEBATVR, imperſ. {*Si ſtudiaua*} Plin. lib. 35. cap. 12. Hic ad ſimilitudinem reddere inſtituit, ante eum q̃ pulcherrimas facere ſtudebatur.

STVDIOSVS, a, um, {*Studioſo, diligente, deſideroſo, fauoreuole, amico, beneuolo*}(σπουδαῖος) modò aſſiduum ac perſeuerantem ſignificat. Ci. 4. Academ. Homo & acutus, ut Pœnus: & ualde ſtudioſus, & diligens. Auctor ad Heren. Ideoq́; bonis uiris & ſtudioſis amicus erat. Modo cupidum, & alicui rei deditum atque addictum fautorem, uel amicum, quem & Græci (σπουδαστὴν) appellant. Cic. de Clar. Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos. Idem Cecin. Viri ſunt optimi & tui ſimilium ſtudioſi, & mei neceſſarii. Idem de Amic. Nec ſi qui ineunte ætate uenandi aut pilæ ſtudioſi fuerunt, eos habere neceſſarios oportet, quos tum eodem ſtudio præditos dilexerunt. Accipitur etiam Studioſus pro literarum cupido. Cic. de Opt. gene. Orat. Suſcepi laborem utilem ſtudioſis. Plin. Epiſt. 5. libr. 3. Itaque ſoleo ridere cum me quidam ſtudioſum uocant. Hinc fit Perſtudioſus. Idem in Catone: Literis Græcis conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

STVDIOSE, aduerbiũ, diligenter {*Studioſamente*}(σπουδαίως) Terent. in Heaut. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Ci. de Senec. Multas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt, quos legite quæſo ſtudioſe. Libenter, ſtudioſeq́; audire, apud eundem 2. Ver. Studioſe, diligenterq́; aliquid curare, idem Attico.

STVDIVM, dii, {*Studio*}(σπουδή) eſt uehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. Cic. de Inuen. lib. 1. Studium autem eſt animi aſſidua & uehemẽs ad aliquam rem applicata, magna cũ uoluptate, occupatio, ut philoſophię, poeticæ. Plaut. in Aſin. Vbi quid dederam, quaſi columbæ pulli, ore ambæ meo Vſque eratis: meo de ſtudio ſtudia erant ueſtra omnia: Vſque adhærebatis: quod ego iuſſeram quod uolueraã, faciebatis. Teren. in Hecy. Viris eſſe aduerſas, æque ſtudiũ eſt, ſimilis pertinacia eſt. Cæſ. 4. bel. Gal. Quibus rebus noſtri perterriti, atque huius omnino generis pugnæ imperiti, non omnes eadẽ alacritate ac ſtudio, quo in pedeſtribus uti prælijs cõſueuerũt. Accipitur quãdoq; pro exercitatione, (ἐπιτήδευμα, σπούδασμα) Teren. in And. Quod plerinq; omnes faciunt adoleſcentuli, Vt animũ ad aliquod ſtudiũ adiungant, aut equos alere, &c. Quandoq; pro fauore ſeu amore. Salluſtius in Catil. C. Syllanũ certe ſcio, q̃ dixerit, ſtudio Reipublicæ dixiſſe. Quandoq; pro uoluntate. Ver. 2. Aene. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. Studio habere aliquid. Teren. in Adelp. Dii ueſtram fidem. Vtrum ſtudio'ne id ſibi habet, an laudi putat Fore, ſi perdiderit gnatum.

STVLTVS, ſtulta, ſtultum, {*Stolto, groſſo di legname, goffo, groſſolano, di poco ingegno*}(μωρὸς, εὐήθης, ἀνόητος) imprudens, improuidus, incautus, ineptus, Cic. 4. Philip. Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet. Leuius eſt enim ſtultum eſſe, q̃ fatuum: Fatuus enim dicitur qui omnino deſipit. Afra. Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor. Inſanus, qui abiecta ratione, cum furore & impetu, omnia facit. Terent. in Eunuc. Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cic. ad Curionem lib. 7. Quanquam me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet ualere, ſed etiam dies, quæ ſtultis quoque mederi ſolet. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Hic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam Ad mediam noctem expecto. Cic. Pæto libr. 9. Stultorum plena ſunt omnia. Dies ſtulti, pro adoleſcentia. Tibul. lib. 1. Eleg. 4. Vidi iam iuuenem premeret cum ſerior ætas, Mœrentem ſtultos prætẽriiſſe dies. Conſilium ſtultum capere. Cic. 7. Verr.

STVLTITIA, æ, imprudentia, {*Pazzia*}(εὐήθεια, μωρία.) Cic. 2. de Diuin. O delirationem incredibilem: non enim omnis error ſtultitia eſt. Idem 3. Tuſc. Eſt enim proprium ſtultitiæ, aliorum uitia cernere, obliuiſci ſuorum. Idem 3. de Orat. Malo indiſertam prudentiam, q̃ ſtultitiam loquacem. Pli. li. 11. ca. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis, & ſtultitiæ nota eſt. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Stultitia'ne erret, nihilum diſtabit, an ira.

STVLTE, aduerb. {*Stoltamente, rozzamente*}(ἀνοήτως, εὐήθως) imprudenter. Plaut. Menæc. Quæſo ignoſcas, ſi quid ſtulte dixi, atq; imprudens tibi. Terent. in Heaut. Factum a nobis ſtulte. Cic. 2. de Natu. deo. Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt futilitatis, ſummæq́; leuitatis.

STVLTILOQVIVM, quii, (μωρολογία) imprudens ſermo. Plaut. in Milite: Paratum eſt dupliciter, ut reprimas tuum Stultiloquium.

STVLTILOQVENTIA, æ, idem quod Stultiloquium. Plaut. Trinum. Pauciſſimi ſiſtam qui ſciant quod neſciunt: occluſioremq́; habeant ſtultiloquentiam.

STVPA, pæ, uel Stypa, ut quibuſdam placet, {*Stoppa*} linum uile, quod lini corticẽ proximum eſt, ut inquit Plinius a Græco στυππεῖον, quod ſtupam ſignificat: uel a ſtipando, quod ea ſtipentur, hoc eſt, obturentur nauium rimæ. Liu. 1. Bell. Pun. Id ſicut in pilo, quadratum ſtupa circumligabant, linebantq; pice. Verg. 5. Aene. Vdo ſub robore uiuit Stupa uomens tardum fumum. Hinc ſtupeus, a, peum, Verg. lib. 2. Aene. Subiiciunt lapſus, & ſtupea uincula collo intendunt. Idem 8. Aene. Stupea flamma manu teliſq; uolatile ferrum Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubeſcunt. Ouid. 14. Metamor. Stupea prærupit Phrygiæ retinacula claſſis.

STVPARIVS, a, um, adiect. à ſtupa deductum: ut Stuparius malleus, quo lina tunduntur. Plin. lib. 19. cap. 1. Mox areſactæ tunduntur in ſaxo ſtupario malleo.

STVPEO, pes, pui, {*Stupirſi, eſſer ſtupido, marauigliarſi*}(ἀναιςθήτως ἔχω, ἐξίσταμαι, ἐκπλήττομαι) ſignificat quodam modo ſenſum rerum non habere. Terent. And. Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus, ſtupet. Cic. 7. Verr. Confirmant ipſi ſe, cum is etiam tum ſemiſomnis, ſtuperet. Ouid. 5. Meta. Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, uoces. Perſius Saty. 3. Sed ſtupet hic uitio, id eſt, inſanus eſt factus uitiis. Iungitur & cum accuſatiuo, ſignificatq́; cum ſtupore quodam admiror. Verg. lib. 2. Aeneid. Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Cic. 2. de Fin. Hæc cum ſe queris, nos Barones ſtupemus: tu uidelicet tecum ipſe rides. Stupens, participium. Plin. lib. 14. cap. 21. Vinis natura non gelaſcit, alias ad frigus ſtupens tantum. Stupefacio, is, ſtupentem reddo. Liu. 5. ab Vrbe. Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor, poſtquam hoſtes adeſſe nunciatum eſt. Stupeſio, ſtupeſis, paſſiuum. Seneca Thyeſte. Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit. Verg. 4. Aen. Et ingenti motu ſtupefactus aquarum. Stupeſco, is, idem quod Stupeſio, hoc eſt ſtupidus ſio. Cic. 3. de Orat. Incidat, aſpiciat, admiretur, ſtupeſcat. Huius compoſita ſunt, Obſtupeo & Subſtupeo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

STVPIDITAS, ditatis, {*Stupidità*}(ἀναισθησία) idem quod ſtupor. Cic. 2. Philipp. in quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

STVPIDVS, ſtupida, ſtupidum, {*Stupido, ſtupefatto, pazzo*} quandoque pro ſtupefacto, (ἀναίσθητος, ἐκπλήκτος, ἀπόπληκτος) quandoque pro ſtulto accipitur. Plaut. in Epid. Quid ſtas ſtupida? quid taces? Terentius in Prolog. Hecy. Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo animum occuparat. Cic. de Fato: Zopyrus phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. Ad Herennium lib. 4. Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. Plaut. Pœn. Miſera timeo quid hoc negotii ſit mea ſoror: Ita ſtupida ſine animo aſto.

STVPOR, oris, {*Stupore, marauiglia*}(ἀναισθησία, ἔκπληξις, θάμβος) eſt alienatio quædam ſenſuum, quod ſ. ſenſus conſtipentur. Cic. in Piſ. Pauci iſta tua lutulenta uitia noueramus, tarditatem ingenii, ſtuporem, debilitatemq́; linguæ. Idẽ pro domo ſua: Eamq; animi duritiam, ſic ut corporis, quod cum uritur: non ſentit, ſtuporem potius, quàm uirtutem putarem. Verg. 3. Georg. Oculos ſtupor urget inertes. Eſt & admirationis ſpecies, ex magnitudine miraculi proueniens, ita ut etiam impediatur ſenſus ab inueſtigatione cauſæ miraculi apparentis.

STVPRO, as, {*Stuprare, uituare uiolare, ſuerginare, tuor la uerginità, sforzare*}(μοιχεύω) uitio, ſtuprum infero. Plaut. in Aul. Ia adoleſcentis illius eſt auunculus, Qui illam ſtuprauit noctu Cereris uigiliis. Cic. 2. de Finib. Stuprata per uim Lucretia à regis filio, teſtata ciues ſeipſam interemit. Vatinius ad Cic. lib. 5. Hominem unum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matresfamilias ſtuprauit. Huius compoſitum Conſtupro, de quo ſupra ſuo loco.

STVPRATOR, oris, uerbale. Quint. lib. 7. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pęna huic criminĩ conſtituta eſt. Seneca Hippol. Hic dicet enſis, quem tumultu territus Liquit ſtuprator.

STVPRVM, pri, {*Stupro*}(μοιχεία) eſt coitus lege uetitus, ſiue ſiat cum nupta, quod Adulterium dicitur, ſiue cum puero, quod Pædicationem: uel præpoſteram libidinem uocamus: ſiue cum ſanguine coniunctis, aut ſacris uirginibus, qđ Inceſtum dicimus: ſiue etiam cum alia quauis muliere ſoluta, ſiue libera ſit, ſiue ancilla. Cic. in Tuſcul. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. Idem pro Mil. Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. Ouid. 1. de Arte. Quid blãda uoce moraris Auctorem ſtupri Deidameia tui? Cic. pro Domo ſua: Qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit ceremonias. Aliquando ſtuprum ponitur pro turpitudine, ignominia, ſeu dedecore, quam ὕβριν Græci uocant. Næuius apud Feſtum, Seq́; perire ii malo lunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares.

STVPRE, aduerbium (αἰσχρῶς) antiquiſſimi dixerunt pro turpiter: ut in Nelei carmine apud Feſtum: Fœdè, ſtupreq; caſtigor.

STVRA, fluuius eſt in Alpibus naſcens, unus ex triginta, qui à Pado in mare Adriaticum deferuntur. Auctor Plin. lib. 3. cap. 16.

STVRII, populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quaſdam inſulas incolentes. Auctor Plin. lib. 4. cap. 15.

STVRIVM, rii, inſula eſt, Galliæ Narbonenſi adiacens, non procul à Stœchadibus: Auctor Plin. lib. 3. cap. 5.

STVRNVS, ni, {*Storlino, ſtornello*}(ψάρ) auis genus ſatis notum: de quo ſic ſcribit Plinius. lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Martial. lib. 9. Nunc ſturnos inopes, fringillarumq́; querelas Audit, & arguto paſſere uernat ager.

STYELLA, (Στύελλα) caſtellum Megaridis in Sicilia, cuius incolæ dicuntur Styelleni, Στυελληνοί, Steph.

STYGIVS, a, um, (Στύγιος) poſſeſſiuum à Styx. Colum. lib. 10. Tumq́; ſimul Stygium regem uidere trementem Tartara. Seneca in Hercule furente: Hic ſæuus umbras territat Stygius canis. Ouid. lib. 14. Meta. Satis eſt inamabile regnum Aſpexiſſe ſemel, ſtygios ſemel iſſe per amnes. Verg. 4. Aeneid. Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui, Perficere eſt animus, finemq́; imponere curis. Os ſtygium hoc eſt, uenenatum. Ouid. 3. Metam. Quique halitus exit Ore niger ſtygio uitiatas inficit herbas.

STYLOBATES, tæ, (στυλοβάτης) lapis, & quædam ueluti baſis, ſuppoſita columnæ cui inniititur ſcapus. Parietes autem ſiue fundamenta, quibus ſtylobatæ ſuſtinentur, Stereobatæ appellantur. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 13. Cortes in fundo magno duæ aptiores, una ut interdiu compluuium habeat lacum, ubi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas cum uenit ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aratro æſtate reducti, hic bibunt hic perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 5. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a ſalere pedem & dodrantem altus.

STYLVS, {*Stilo, ſtile*}(στῦλος) Græca uox eſt, columnam ſignificans: unde Epiſtylium, (ἐπιστύλιον) capitellum quod ſuper columnę ſcapum locatur. Accipitur item Stylus pro graphio, quo in albo, id eſt in ceratis tabulis antiquitus ſcribebatur, ut nunc in libellis, ligneis uel codicillis mercatores ſcribunt. Plin. libro 34. ca. 14. Et ſtylo ſcribere intutum eſt, ut uetuſtiſſimi auctores prodiderũt. Stylus etiam dicitur ſtructura orationis, ac modus dicendi, χαρακτήρ. Teren.

in Prolog. And. Sed tamen diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo. Vbi Donatus: Oratio in ſenſu ſtylus in uerbis: oratio ad res, ſtylus ad uerba. Accipitur item Stylus pro ipſa ſcribendi exercitatione, & meditatione. Cice. 1. de Orato. Stylus optimus & præſtantiſsimus dicendi effector ac magiſter. Stylus præterea dicitur, quicquid uel ligneum, uel ferreum, aut alterius materiæ acuminatũ eſt ad columnæ ſimilitudinem. Colu. lib. 11. cap ult. Deinde eas confecto æquinoctio infra terram ſecare: & ligneo ſtylo laxatis, uel rubi, uel ferulæ medullis, ſtercus immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere. Stylus præterea pro uellicatione ac reprehenſione aliquando accipitur, quæ ſcriptis & inuectiuis libellis fieri ſolet. Plin. in Præfat. operis: Quod ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putauit: Cenſorius ſtylus, apud Ciceronem pro Cluentio. Accipitur etiam Stylus pro radice recta, & oblonga ad ſtyli, hoc eſt columnæ ſimilitudinem. Colum. lib. 5. cap. 9. Omnis autem nux unam tantum radicem mittit, & ſimplici ſtylo prorepit.

STYMMA, (ςύμμα) eſt ſpiſſamentum, & domitura unguenti ex odoramentis conſtans. Plin. lib. 13. cap. 1. Ratio unguenti faciendi duplex, ſuccus, & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum: hæc ſtymmata uocant, illa hedyſmata. Dicta Stymmata ἀπὸ τοῦ ςύφειν, quod eſt, ſtringere, ſeu condenſare.

STYMPHALVS, (ςύμφαλος) lacus in Arcadia: iuxta Stymphalum oppidum, eo quo Eraſinus fluuius erumpit. Ouid. lib. 2. Faſtorum: Teſtis erit Pholoe, teſtes Stymphalides undæ. A' Stymphalo lacu Stymphalides aues appellatæ ſunt, tantæ magnitudinis, ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuaſtantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi ſonitu pellerentur. Vergilius de Herculis ærumnis.

Stymphalides pepulit uolucres diſcrimine quinto.

A' Stymphalo oppido, fit Stymphalus, phalia, phalium, (ςυμφάλιος) & Stymphalis, lidis. Hieronymus contra Iouin. Ariſtoclides Orchomeni tyrannus adamauit uirginem Stymphalidem, quæ quum patre occiſo ad templum Dianæ conceſsiſſet, & ſimulacrum eius teneret, nec ui poſſet auelli, in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota eſt, ut bellum publice ſumeret, & necem uirginis ulciſcerentur.

STYPTICVS, {Stitico} (ςυπτικός) idem quod aſtrictiuus, hoc eſt, denſandi ſeu aſtringendi uim habens: ἀπὸ τοῦ ςύφειν, quod eſt aſtringere, ſeu denſare. Plin. lib. 14. cap. 13. Inter medicamenta, quæ ſtyptica uocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in uino, ad tertias partes.

STYRA, (ςύρα) Euboeæ inſulæ oppidum fuit, non procul a Caryſto, a Phædro Athenienſium duce bello Malliaco euerſum. Auctor Strabo lib. 10.

STYRAX, acis, maſculini generis, {Storace} (ςύραξ) arbor eſt cottoneæ malo ſimilis, fructu maiore quàm auellana, ſpecie candidi pruni: ex qua manat liquor eiuſdem nominis, coloris flaui, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeuerantis. Hodie officinæ Storacem appellant. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes fuorum faſtidium.

STYX, gis, (ςύξ) fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ, e ſaxis profluens, exitioſus omnibus animalibus, tamq; frigidus, ut potus ſtatim enecet, ferrumq; ac æs erodat, ſolaq; mulæ ungula poſsit contineri: cætera uaſa frigoris uehementia ſtatim dirumpens. Hoc ueneno quidam Alexandrum ab Antipatro, non ſine Ariſtotelis cõſilio, putant peremptum. Styx Græcis mœſtitiam ſonat ἀπὸ τοῦ ςυγερῶ, quod querulum, triſtem, uel odioſum ſonat. Hinc poetæ occaſionem arripuerunt, qui Stygem paludem eſſe apud inferos dixerunt, apud ſuperos tanta in ueneratione habitam, ut nefas ducerent, quidquam eorum, quæ per Stygem iuraſſent, non obſeruare. Si quis Deorum uiolaſſet, cẽtam annis à nectare abſtinebat, & numinis maieſtate erat priuatus. Verg 6. Aen. Stygiamq; paludem Dĳ cuius iurare timent, & fallere numen. De hac Seruius ſic ſcribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauiſſe: pro cuius remuneratione Iupiter ei tribuit, ut iurantes dii per eius matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt, Styx mœrorem ſignificat, unde ἀπὸ τοῦ ςυγερῶ, id eſt, à triſtitia Styx dicta eſt. Dii autem læti ſunt ſemper, unde & immortales. Ergo quia mœrorem nõ ſentiunt iurant per rem ſuæ naturæ contrariam id eſt, triſtitiam, quæ eſt æternitati contraria. Ideo, iuſiurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum. Verg. 6. Aeneid. Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt, Bis Stygios innare lacus, bis nigra uidere Tartara, &c. Eſt & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam ueteres Styga uocauere, ambiens Abaton inſulam. A' Styx deducitur Stygius, gia, gium, (ςύγιος) ut, Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Verg. lib. 4. Aenei. Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta parani. Stygius canis, id eſt, Cerberus. Seneca, Hic Sæuus umbras territat Stygius canis.

S ANTE V.

SVADA, dæ, à Romanis dicta eſt, quædam perſuaſionis dea, quam Græci uocant πειθώ. Cic. de Clar. Orat. Πειθώ. quam Græci uocant, cuius effector eſt orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuiſſe uult, ut quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſsitauiſſe, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. Et paulo poſt: Cethegum illi homines florem populi eſſe dixerunt, Suadæq; medullam. Idem de Senec. M. Cethegus, quem recte Suadæ medullam dixit Ennius.

SVADELA, æ, pen. pro. dicitur ſuaſio. Plaut. in Ciſt. Iam perducebam illam ad me mea ſuadela. Horat. 1. Epiſt. uidetur Suadelam accepiſſe pro dea perſuaſionis, quæ & Suada dicitur, At bene nummatum decorat Suadela, Venuſq;.

SVADEO, des, ſi, ſum, {Suadere, eſſortare, indurre, perſuadere} (πείθω, ἐπεγείρω) ſecundum naturam triſyllabum eſt: quod ſi inuenatur tetraſyllabum, ſolutio dicenda eſt, quam Græci Diæreſim uocant. Eſt autem Suadere accommodatis, & ſuauibus uerbis aliquem in opinionem noſtrã inducere conari: hoc eſt, hortari aliquem ad id, quod intendimus. Cic. Valerio lib. 13. Hæc eo ſpectant, ut te horter & ſuadeam, reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandum. Suadere legem, eſt populum ad accipiendam legem adhortari. Cic. de Senect. Cum legem Voconiam magna uoce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum ſuadere dicuntur, cũ rei alicuius faciendæ nobis præbẽt occaſionem. Ouid lib. 1. Amor. Eleg. 6. Nox & amor, uinumq; nihil moderabile ſuadent. Verg lib. 2. Aen. Suadentq; cadentis ſydera ſomnos. Ouid. 2. Faſt. Iamq; ubi ſuadebat placidos nox humida ſomnos.

SVALTERNICVM, Philæmon electrum fuluum appellauit, creditq; apud Scythas è tellure effodi, referente Plin. lib. 37. cap. 2. Quod tamen falſum eſſe ſatis conſtat ex ĳs, quæ ſupra annotauimus in dictione Electrum.

SVAMET, uox compoſita ex ablatiuo Sua, cum ſyllabica adiectione Met, idem ualens quod Suaipſius. Plin. lib. 10. cap. 59. Anſeres ſuamet ui colla ſua abrumpunt.

SVARIVS, rii, {Porcaro} (συβώτης) qui ſues paſcit, qui & Subulcus. Suarius, ria, rium, (ὑϊκός) ut, Negotiator ſuarius. Plin. lib. 21. cap. 3. Florum honorem populus Romanus Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cuiuſdam negotiatoris.

SVAPTE, & SVOPTE, uoces ſunt compoſitæ ex ablatiuis Sua, & Suo cũ ſyllabica adiectione pte: idemq; ſignificant, quod Suamet, & Suomet: ut Suapte ſponte (αὐτομάτως) id eſt, ſua ipſius ſponte. Suopte nutu, id eſt, ſuo ipſius nutu. Cic. 1. Tuſc. Terrena & humida ſuopte nutu, & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

SVASOR, oris uerbale, {Eſſortatore} (ἐπεγερτής) qui ſuadet. Cic. 3. Offic. Atque huius deditionis Poſthumius ipſe, qui debebatur, ſuaſor & auctor fuit.

SVASIO, nis, uerbale, fœm. ge. {Eſſortatione, perſuaſione} (παραίνεσις, ἐπέγερσις) actus ipſe ſuadendi, adhortatio. Cic. in Orat. Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit Panegyricum.

SVASORIVS, a, um, {Eſſortatorio} (συμβουλευτικός) quod ad ſuadendum pertinet: ut, Suaſorium munus, id eſt, officium ſuadendi. Suaſorium genus cauſæ, Rhetoribus idem eſt, quod deliberatiuum, quo. ſ. aliquid ſuademus, uel diſſuademus. Quintil. lib. 8. in procemio. Suaſoriis accedere tertiam partem ex coniectura, poſſet'ne fieri, an eſſet futurum quod deliberaretur.

SVASVS COLOR, (φαιός) idem qui pullus dicitur & impluuiatus. Legitur & ſuaſum, ſubſtantiuum neut. gen. Plaut. in Trucul. Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallium. Suaſum (inquit Feſtus) color appellatur, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in ueſtimento albo.

SVATIM, {Da porco} (ὑϊκῶς) ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius. Nigidius, Comment. Grammat. Sunt etiam adſimulanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

SVAVIOR, aris, & Sauior, {Baſciare} (φιλέω) ſignificat cum uoluptate, aut præ gaudio oſculor. Catul. ad Verannium: Iucũdum os, oculoſq; ſuauiabor. Ci. ad Att. lib. 16. Atticam noſtram cupio ſuauiari: ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per te miſſa ab illa. Vide plura de his ſupra in uerbis Sauior, & Diſſauior.

SVAVIS, & hoc ſuaue, {Soaue, dolce} (ἡδύς) dulcis, iucundus, guſtui, ſiue odoratui gratus: nam ad hos duos ſenſus proprie pertinet. Sapores enim & odores ſuaues dicimus, qui blanda quadam uoluptate guſtandi, odorandi'ue ſenſum afficiunt. Verg. 4. Georg. Verum ipſæ foliis natos, & ſuauibus herbis Ore legunt. Per tranſlationem tamen & aliis rebus accommodatur, ut idem ferè ſit quod iucundum & amœnum. Cic. ad Cælium lib. 2. Nam & honorificus in me Conſul fuit, & ſuauis amicus. Horat. 1. Serm. Saty. 10. At ſermo lingua concinnus utraque Suauior. Cice. pro Corn. Balb. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines.

A' quo Suauitas, atis, (ἡδύτης) pro dulcedine, & iucunditate. Plin. lib. 10. cap. 19. Vt non ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratam effici auſpicio. Cice. ad Attic. lib. 6. Miram in eo pietatem ſuauitatem, humanitatemq; perſpexi. Idem Appio Pulchro lib. 3. Sic enim tibi perſuade, chariſsimum te mihi eſſe, cum propter multas ſuauitates ingenii, officii, humanitatis tuæ. Suauitudo, nis, idem quod Suauitas. Auctor ad Herenn. lib. 3. Quoniam igitur res eadem uocis firmitudini, & pronuntiationis ſuauitudini prouant. Plau. Stich. Age mulſa mea, ſuauitudo ſalſa. Horum contraria ſunt, Inſuauis, id eſt, auſterus, aſper, iniucundus, inamœnus: & Inſuauitas, & Inſuauitudo, iniucunditas, inamœnitas, uoluptati contraria. Suauiter, aduerb. idem quod iucunde. Cic. 4. Acad. Verumtamen uideo, quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus noſtris blandiatur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. Accurrit quidam notus mihi nomine tantum, Arreptaq; manu, Quid agis, dulciſsime, rerum? Suauiter, ut nunc eſt, inquam. Idem 2. Serm. Saty. 8. Et leporum auulſos, ut multo ſuauius armos, Quàm ſi cum lumbis quis edat. Suaue, pro Suauiter, Verg. 3. Aen. Et ſuaue rubens hyacinthus.

SVAVILOQVENS, om. ge. (ἡδυλόγος) qui ſuauiter loquitur. Cic. de Clar. Orat. Ex Ennio: Additur orator Cornelius ſuauiloquenti Ore Cethegus. Inde ſuauiloquentia, æ, (ἡδυλογία) pro loquendi ſuauitate. Cic. de Clar. Orat. Et oratorem appellat & ſuauiloquentiam tribuit.

SVAVILOQVVS, a, um, (ἡδυλόγος) idem quod Suauiloquens. Lucan. lib. 2. Quod quoniam docui, nunc ſuauiloquis age paucis Verſibus oſtendam corpuſcula materiai Ex infinito ſummam rerum uſque tenere.

SVAVIVM, uii, quod & Sauium dicitur per detractionem literæ, u. (φίλημα) oſculum, ſiue baſium uoluptatis, uel gaudii cauſa datum. Horat. Epod. 3. Manum puella ſuauio opponat tuo. Cic. ad Attic. lib. 16. Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des. Meum ſuauium, amantium blandimentum eſt, quemadmodum Mea uita, Mea uolupias. Terent. Eun. Thais, meum ſuauium. Suauiolum, oli, diminut. Catul. Suauiolum dulci, dulcius ambroſia. Suauiatio, uerbale. Gell. lib. 18. cap. 2. Suauiationes puerorum & puellarum.

SVB, {Sotto} (ὑπό) cum ablatiuo, ſiue accuſatiuo, præpoſitio idẽ ſignificans quod ſubter, qua tam in compoſitione utimur, quàm in appoſitione. Extra compoſitionem modo accuſatiuo iungitur, modo ablatiuo, pro ratione motus aut quietis ſignificatæ per uerbum, cui adhæret. Verg. 8. Aeneid. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Aliquando ponitur pro In. Verg. 1. Aen. Nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Hoc eſt, in templo. Idem 3. Georg de Ceruis, Ipſi in defoſſa ſpecubus ſecura ſub alta Ocia agunt terra. Aliquando tempus importat, & accipitur pro circiter, ſiue per, uel paulo ante. Idem lib. 3. Georg. Sub lucem exportant calathis. Liu. lib. 1. ab Vrbe cond. Vtrinque legati ferè ſub idẽ tempus ad res repetendas miſſi. Sueto. in Auguſt: Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno deuictus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Aliquando ſumitur pro ante. Verg. 2. Aen. Poſteſq; ſub ipſos Nituntur gradibus.

Aliquando pro iuxta Idem 3. Aen. Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Nonnunquam ordinem importat, idemq; ualet, quod Poſt. Idem 5. Aene. Quo deinde ſub ipſo Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Diores. Compoſita plerunque localem ſignificationem retinent, quæ illi propria eſt: ut Subeo, Subiicio, Suppono, quæ idem ualent quod ſubter facio, eo, ſiue pono. Verg. 11. Aen. Caudamq; remulcens, Subiecit pauitantem

utero, ſylvaſq; petiuit. Interdum diminutionem, ut Subdubito, Subiraſcor, id eſt, aliquantulum, ſiue nonnihil iraſcor, ſeu dubito. Eſt enim (ut Donatus inquit) temperamentum plenæ pronunciationis. Interdum ſignificat Super, ut, Corpora ſaltu Subiiciunt in equos. id eſt, Super iaciunt. Interdum proſpere: ut Succedit. Interdum Poſt, ut Subſequor. Interdum Latenter, ut Suppilo. Interdum Senſim, ut Surreppo. Interdum adhuc. Liu. 1. ab Vrb. Tanquam ſpes ſub eſſet. Habet & alia in compoſitione ſignificat, quæ ſuis locis explicabuntur.

Componitur autem ferè cum omnibus literis: a, ut Subaro: b, ut Subbibo: c, ut Succido: d, ut Subdo: e, ut Subeo: f, ut Sufficio: g, ut Suggero: h, ut Subhaſto: i, ut Subiugo: l, ut Sublevo: m, ut Submoueo: n, ut Subnecto: o, ut Suborior: p, ut Suppono: r, ut Surripio: ſ, ut Subſannor: t, ut Subtraho: u, ut Subuenio. Sed quoties ſubiungitur uocalibus, uel b, d, h, l, n, ſ, t. remanet b, integra: in alias mutatur b, in literam ſequentem, niſi in Subrideo. Subrogo, Subruo, Suſtineo uero, Suſpiro. Suſpicor, Suſpico, Suſtuli, Suſtollo, & huiuſmodi, ſine b. ſcribenda ſunt quia non à Sub, ſed à Sus, ſiue Surſum compoſita ſunt.

SVBCORONA, (ὑπὸ στέφανον) uenundari captiui dicebantur, quia coronati uendebantur. Liu. 8. ab Vrb. Polliæ ſententia fuit puberes uerberatos necari, coniuges, liberoſq; ſub corona lege belli uenire.

SVBDIO, {Al ſcoperto, all'aere} (ὑπαίθριον) id eſt: ſub ipſo cœlo, & ſine tecto. Locutio eſt à Græcis tracta, qui Iouem Δία nominãt. Varro de Re ruſt. ca. 14. Nam & idoneus ſub Dio ſumendus eſt locus cochlearijs, quem totum circum aqua claudas. Legitur & ſub diuo, in eadem ſignificatione. Colum. lib. 1. c. 8. Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non moliri ſub diuo aliquid poſſit. Nonnunquam etiã, Sub Ioue. Horat. 1. Carm. Ode. 1. Manet ſub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor.

SVBIVGVM MITTI, (ὑπὸ ζυγὸν ἀχθῆναι) dicebantur milites, qui ab hoſtibus uicti, eam ignominiam ſubire cogebãtur, ut poſitis armis per iugum trãſirent. Iugi autem forma erat huiuſmodi, ut duobus tignis erectis, tertium ſuperne incumberet. Qua de re uide plura in dictione Iugum.

SVBMANV, {Di mano in mano, ſubito preſto} (παραχρῆμα, προχείρως) ex tempore, ſtatim, ſine mora. Senec. lib. 20. Epiſt. ad Lucilium: Conſilium naſci ſub die debeat, & hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu quoque, quod aiunt, conſilium naſcatur. Sueton. in Auguſt. Et quo celerius ac ſub manu annunciari cognoſciq; poſſet, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militareis uias, dehinc uehicula diſpoſuit.

SVB VINEA IACERE, dicuntur milites, qui ſub militari machina quam uineam uocant, latitantes in propugnatores haſtas, pilave iaculabantur. Qua de re uide plura infra in dictione Vinea.

SVBVMBRA, {Sotto ſpetie, ſotto colore} (ὑπὸ προσχήματι, ὑπὸ προφάσει) id eſt, ſub prætextu, uel quæſito colore. Liu. 8. ab Vrb. Nam ſi etiam nunc ſub umbra fœderis æqui ſeruitutem pati poſſumus, quid eſt, quin proditis Sidicinis, non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque dicto pareamus?

SVBABSVRDVS, a, um, adiectiuũ {Alquãto brutto, inconueniente, odioſo, iniquo} (ὑπάτοπος) aliquantulum abſurdus. Cice. 1. de Orato. Sunt enim illa ſubabſurda, ſed ex ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolum nimis perappoſita, ſed etiam quodam modo nobis. Subabſurde, aduerb. Cic. 2. de Orato. Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeq; dicuntur.

SVBACIDVS, a, um, adiect. {Vn poco forte, o garbo} (ὑπόξυς) aliquantulum acidus. Plin. lib. 12. cap. 25. Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus. Subacidulus, adiect. diminutiuum. Cato de Re ruſt. cap. 108. Vinum ponito ſub die, poſtridie mane guſtato: ſi id ſapiet, quod in dolio eſt, ſcito id duraturum: ſubacidulum, non durabit.

SVBACCVSO, as, are, {Quaſi accuſare} pro nonnihil & leuiter accuſare, Cic. pro Plancio: Sed ſunt hæc leuiora: illa uero grauiora & magna, quod meum diſceſſum, quem ſæpe defleras, nunc quaſi reprehendere, & ſubaccuſare uoluiſti.

SVBACTVS, ſubacta ſubactum, participium eſt à uerbo ſubigo, modo idem ſignificans quod cultus, ἠργασμένος. Cicero in Catone: Terra gremio mollito, & ſubacto ſemen ſparſum excipit. Et paulò pòſt: Humus ſubacta, atque pura.

Ingenium ſubactum, per tranſlationem, pro exercitato atque excultum. Idem de Orato. Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed nouato, et iterato. Aliquando idem quod uictus & domitus, κατεργασμένος. Cicero pro Fonteio. Galli ab Imperatoribus noſtris ſubacti, & bello domiti. Lucan. li. 1. Genteſq; ſubactas uix impune feres. Interdum idem quod coactus βεβιασμένος. Tacitus lib. 5. Annal. Multitudine periclitantium ſubactus. Idem li. 15. Donec ui amoris ſubactus.

SVBÆRATVM AVRVM, {Oro che ha rame ſotto Rame indorato} (ὑπόχαλκον χρυσίον) quod foris quidem aurũ oſtẽdit, intus autẽ æs occultat. Perſ. Saty. 5. Tibi recto uiuere talo Ars dedit, & ueri ſpeciem dignoſcere calles, Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro. Hinc prouerbiali metaphora hominẽ uitiorum prætextu uitia occultantem Aurum ſub æratum uocamus.

SVBAGITO, tas, {Cauagnare} (ὀχεύω) uerbum actiuum eſt, idem ſignificans, quod ineo, ſiue futuo: quæ ſignificatio ducta eſt à crebro motu eorum: qui rei Venereæ indulgent. Plaut. Dum ille meretricem ſubagitat, ego quieſco. Subagitare dictis aliquem, hoc eſt, multis uerborum lenocinijs allectare & commouere. Plaut. in Ciſtel. Subagito blandis & benedictis dictis.

SVBAGRESTIS, & hoc ſte, {Vn poco ſaluatico, un poco bruſco} (ὑπάγροικος) aliquantulum agreſtis. Cic. de Clar. Orato. Cotta, quia ſe ualde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat ſonabatq; contrarium Catulo ſubagreſte quidam, planeq; ſubruſticum, alia quidem quaſi inculta & ſylueſtri uia ad eandem laudem peruenerat.

SVBALBICO, as, are, (ὑπολευκαίνομαι) ſubalbidus ſum. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9. Roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra ſubalbicanti.

SVBALBIDVS, a, um, (ὑπόλευκος) aliquantulum albidus. Plin. lib. 21. cap. 25 Ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotano ſimilia.

SVBALARIS, & hoc, re, (ὑπομάλιος) quod ſub alis eſt. Vnde ſcribit Lampridius, Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares & ſubalares culcitras.

SVBALPINVS, a, um, (ὑπάλπειος) quod eſt ſub Alpibus. Plin. lib. 25. ca. 7. Radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus ſubalpinis plurima. Italia ſubalpina, quam hodie Pedemontanam regionem appellant. Idem li. 16. ca. 11. Nec niſi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

SVBAMARVS, adiectiuum, {Amaretto} (ὑπόπικρος) in amaritudinem nonnihil declinans. Cice. de Fato: At quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia, alios ſubamara delectent.

SVBAQVEVS, a, um, {Sotto aqua} (ὑφύδρος) quod ſub aqua latet: ut, Scopulus ſubaqueus.

SVBAQVILVS, a, um, adiect. {Oſcuretto} (ὑπόφαιος) ſubfuſcus. Plautus in Rudent. Eia corpus cuiuſmodi Subuolturium? illud quidem, ſubaquilum uolui dicere.

SVBARGVTVS, a, um, aliquantulum argutus, a quo diminutiuum Subargutulus, apud Gell. lib. 15. cap. 30.

SVBARO, as, pen. cor. (ὑπαρόω) ſubtus arando terram moueo. Plin. lib. 16. ca. 27. Item quæ ſubarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis. Subaratio, & Subarator, uerbalia, Plin. lib. 17. cap. 24. Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices.

SVBARROGANS, tis, {Alquanto arrogante} omnis gene. aliquantulum arrogans. Subarroganter, aduerbium. Cice. 4. Acad. Vereor ne ſubarroganter facias ſi tuam dixeris.

SVBAVSCVLTO, as, are, (ὑπακροάομαι) leuiter, & quaſi prætereundo auſcultare. Plaut. in Mil. Tace, ſubauſcultemus ecqua de me fiat mentio. Cice. lib. 2. de Orato. Subauſcultando tamen excipere uoces eorum, & procul, quid narrent attendere.

SVBBASILICANVS, adiect. qui libenter & frequenter ſub baſilica ſpatiatur, ita enim interpretatur Priſcianus. In baſilica nanque negotiationes & publica conſilia tractabantur, et iudicia quoque in baſilicis fiebant. Plau. in Cap. Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abegit in forum.

SVBBIBO, ibis, pen. cor. aliquanto liberalius bibere, & ſubinebriari, ὑποπεπωκέναι. Plautus in Trucul. Qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeo caret temeto, Tamen ab ingenio eſt improbus. Sueton. in Nerone cap. 30. Si paulum ſubbibiſſet.

SVBBLANDIOR, iris, iri, {Accarezzare alquanto, un poco} (ὑποθωπεύω) paululum et leuiter blandiri. Plau. in Caſin. Non matronarum eſt officium, ſed meretricum, uiris alienis, Mi uir, ſubblandirier.

SVBCÆRVLVS, adiectiuum, (ὑποκυάνεος) in cæruleum colorem declinãs. Celſus lib. 6. cap. 5. In ea pares portiones ſunt myrobalani, magmatis, cretæ cimoliæ ſubcæruleæ, nucum amararum, &c.

SVBCANDIDVS, adiectiuum, (ὑπόλευκος) ad colorem candidam nonnihil accedens. Plin. lib. 27. cap. 8. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida.

SVBCENTVRIO, onis, maſcul. ge. {Soſtituto del centurione luogo tenente} (ὑφεκατόνταρχος) qui Centurionis uices gerit. Liuius 8. ab Vrbe. Romano haud ſatis fidenti uiribus permiſſum erat ab Cõſulibus, ut ſubcenturionem ſibi, quem uellet, legeret, qui tueretur eum ab uno deſtinato hoſte.

SVBCERNICVLVM, li, {Sedazzo, tamiſo} (κόσκινος) farinarium cribrum, quod fit è ſetis equorum: quemadmodum Excuſſorium, & Pollinarium fit è lino.

SVBCINERICIVS PANIS, {Pane cotto ſotto la cenere} (ἐγκρυφίας ἄρτος) qui ſub cinere coquitur.

SVBCESIVA, in agrorum diuiſionibus dicuntur, aſſignatorum agrorum reliquæ, quæ à normali linea ſuperabant. Subceſiuum (inquit Frontinus) à ſubſecante linea nomen accepit. Subceſiuorum duo genera, unum quod in extremis aſſignatorum finium centuria explere non potuit. Alterum genus, quod in medijs aſſignationibus & integris centurijs interuenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm interclusum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea claudatur, & ſubſecetur. Nam et reliquarum menſurarum actus, quicquid inter normalem lineam & extremitatem intereſt, Subceſiuum appellatur. Hæc autem (ut ſcribit Hyginus) diuiſionum atque aſſignationum auctores ſibi reſeruabant. Ab hac ſimilitudine operæ, horæ, dies, & tempora, quæ amicorum, fori, Reipub. ſuperſunt, atque ex ijs quaſi ſubſecantur, quæ nobis reſeruamus, & perire nõ ſinimus, ſed aut legẽdo aut ſcribendo, aut commentando conſumimus, Subceſiua nominantur. Eam enim ſcripturam à doctoribus magis probari uideo, quàm ut ſcribi ſolet, Succiſiua. Cic. lib. 1. de Legi. Subceſiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire patior.

SVBCINGVLVM, li, (ζωστήρ) idem quod balteus. Plaut. in Menæ. Nimio ego hanc periculo Surripui hodie, meo animo ab Hippolyta ſubcingulũ Haud Hercules æque magno unquam abſtulit periculo.

SVBCONTVMELIOSVS, adiect. (ὑφυβριστικός) aliquantulum contumelioſus, à quo Subcontumelioſe, aduerb. Cic. ad Atti. Hercule, uerum ut loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius, qui cum in domo Cæſaris quondam unus uir fuerit, nunc ne in uiginti quidem eſſe potuerit.

SVBCRISPVS, da, um, adiectiuum, {Alquanto creſpo, ò rizzo, ò ricciuto} qui crines habet aliquantulum criſpos. Cicero in Verrem: Videtis illum ſubcriſpo capillo nigrum?

SVBCRVDVS, a, dum, adiectiuum {Mezzo crudo non cotto in tutto} quod non omnino coctum eſt. Cato ca. 156. Sumito braſſicam, conijcito in aquam feruentem, coquito paulſiper, uti ſubcruda fiet. Celſus lib. 6. cap. 13. Subcrudum incidendum, ne ſi diutius ibi pus permanſerit, os lædat.

SVBCRVENTVS, a, um, adiectiuum, {Alquanto inſanguinato} aliquãtulũ cruentus. Celſus lib. 4. cap. 28. Deſcendunt autem pituitæ, muciq; ſimiles, interdum etiam leuiter ſubcruenta: id eſt, cruentum aliquid mixtum habentia.

SVBCVRATOR, oris, {Soſtituto di curatore} qui curatoris locum tenet. Iulianus lu Lex facto. de Negot. geſtis. Quendam ad ſiliginem emendam decreto ordinis conſtitutum, eidemq; alium ſubcuratorem conſtitutum.

SVBCVTANEVS, ſiue ſubtercutaneus morbus, (ὑποδερματικός) dicitur qui intra cutem, ſiue ſub cute eſt, ſiue ſubter cutem.

SVBCVSTOS, odis, (ὑποφύλαξ) qui pro alio cuſtodem ſubſtitutus eſt. Pla. in Milit. Quia Sceledrus dormit, hunc ſubcuſtodem ſuũ Foris ablegauit, dum capſe tranſit huc placet.

SVBDEBILITATVS, adiect. {Vn poco indebilito} (ὑποϕαυλιζόμενος) aliquantulum debilitatus. Cice. ad Att. lib. 11. Equidem ex tuis literis intellexi, et iis quas communiter, cum aliis ſcripſiſti, & iis quas tuo nomine, (quod etiã mea ſponte uidebam) te ſubdebilitatum, nouae rationes tuendi mei, quæ, &c.

SVBDIALIS, & hoc ale, (ὑπαίθριος) quod ſub dio eſt, hoc eſt, ſub ipſo aere, & ſine tecto. Plin. lib. 34. cap. 12. Diſtat, à Cadmia, quod illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur: hæc ex obrutis. Subdialia à Græcis primo habita, quibus conegerentur domus, pedali craſſitudine ex contuſa teſta hiſtucata.

Hinc Subdialia pauimenta, & Subdiales deambulationes, quae Vitruuius Græco uocabulo uocat Hypetras. Terracium nunc appellatur.

SVBDIFFICILIS, le, pen. cor. (ὑποδύσκολος) aliquantulum difficile. Cice. de Amic. Exiſtit autem hoc loco quæſtio quædam ſubdifficilis.

SVBDITITIVS, a, um, (ὑποβολιμαῖος, ὑπόβλητος) ſuppoſititius. Vnde à Plauto Iupiter dictus eſt Subditius Amphitryo. Amphitryo ſubdititius, eccum, exit foras Cum Alcumena uxore uſuraria. Cice. 7. Verr. Quod eodem cæteros paratas contradi imperarat, intellexit, ſi hunc ſubdititium archipiratam in eandem cuſtodiam dediſſet, fore ut, &c. Suet. de Clar. Gramm. Non modo uerſus cenſoria quadam uirgula notare, & libros qui falſo uiderentur inſcripti, tanquam ſubdititios ſummouere familia, permiſerint ſibi.

SVBDITIVVS, adiectiuum, (ὑποβολιμαῖος) qui ſubditus eſt, & in alterius locum poſitus Plautus in Amphit. Nanque de illo ſubditiuo Soſia mirum nimis eſt.

SVBDITVS, ta, tum, participium, {Sottepoſto} (ὑποτεθειμένος) ſubtus immiſſus Cice. 2. de Natu deo. Quæ efferueſcant ſubditis ignibus. Subditum & partum, dicimus ſuppoſitum, hoc eſt, ſublatum ab ea muliere quæ peperit, & alteri appoſitum, ὑποβεβλημένον. Item apud Iureconſultos Subditum teſtamentum dicitur, quum uero teſtamento occultato, aliud clam fuit appoſitum. Subditus iudex, hoc eſt, in locum alterius ſuffectus. Accipitur interdum Subditus, pro ſubiecto, eoq; qui alterius paret imperio, ἀρχόμενος, ὑπήκοος.

SVBDIV, (καθ' ἡμέραν) idem quod Die, ſiue Interdiu. Plaut in Moſtell. Nam ſubdiu ſol agit hic perpetuum diem.

SVBDO, dis {Sottoporre, ſottomettere} (ὑποτίθημι) ſuppono, ſubiicio. Cato de Re ruſt. Ignem ſubdito: ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. Aliquando accipitur pro ſubiungere, ſiue adiicere, ἐπιλέγειν. Quinti. His dictis & alia ſubdidit. Interdum pro ſufficere, ſiue ſubſtituere. Cice. 3. Verr. Videat quid de illis reſpondeat, quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſeruauit. Subdere equo calcaria eſt uentrem equi calcaribus pungendo, ad curſum incitare: quanquam et per tranſlationem accipitur pro quouis modo urgere. Oui. 2. de Arte: Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis Vtile: & admiſſo ſubdere calcar equo.

Subdere ignem, ac materiam ſeditioni, per tranſlationem, pro augere, & fouere ſeditionem, animosq; iam ſatis incitatos uehementius inflammare, & oleum (quod dici ſolet) camino adiicere. Liu. libro 8. ab Vrbe condita. Ita irritatis militum animis ſubdere ignem ac materiam ſeditioni, non eſſe ætatis, non prudentiæ eius.

SVBDOCEO, es, (ὑποδιδάσκω) uicem præceptoris occupo, uel, horis ſucciſiuis, doceo. Cice. Attic. lib. 8. Ciceronesq; noſtros meo potius labore ſubdocerem, quàm me alium iis magiſtrum quærere.

SVBDOLVS, a, um, pe. co. {Ingannatore, aſtuto} (ὑπουλος) fraudulentus, aſtutus, doloſus. Plaut. Strobile ſubdole Hucciue detruſiſti me ad ſenem pareiſſimum? Idem Epid. Atque ei præmonſtrabitur, Quo pacto fiat ſubdola aduerſus ſenem Ouid. 1. de Arte: Fac titubet blæſo ſubdola lingua ſono. Subdole, caute, & fraudulenter. Plaut. in Trin. Eos conſectatur, ſubdole blanditur, ab re Conſulit Cice. de Clar. Orat. Nihil acute inuenire potuit in eis cauſis, quas ſcripſit. nihil (ut ita dicam) ſubdole, nihil uerſute, quod ille non uiderit.

SVBDVBITO, as, are, {Dubitare un poco} (ὑπαπορῶ) nonnihil addubito. Cice. Cælio lib. 2. Hæc eo pluribus ſcripſi, quod nonnihil ſignificabant tuæ literæ, te ſubdubitare, qua eſſem erga illum uoluntate.

SVBDVCO, is, pen. pro. ſubtraho, {Tirar ſotto, menar ſotto, condur ſotto} (ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέομαι) Cato: ignem ſubdito: ubi bullabit uinum, igné ſubducito.

Sunt enim contraria, Subdo, & Subduco. Iuuen Saty. 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Interdum ſurſum duco, leuo, extollo, ὑπάγω. Verg. 9. Eclog. Qua ſe ſubducere colles Incipiunt. Hinc Subducere naues, dicimus, pro eo quod eſt, in terram trahere, quod terra altior mari ſit. ſicut econtrario Deducere, in mare è terra ducere. Idem 1. Aen. Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem Plaut in Caſin. Ibo intro, ut ſubducam nauim ruſum in pulinarium.

Subducere rationem, uel calculum, eſt computare, ſiue calculare, λογίζεσθαι. Cice Lentulo: Rationibus ſubductis, ſummam feci cogitationum mearu. Plau. in Capt. Subducam ratiunculam. Quantillum argentum mihi apud trapezitam ſiet. Subducere item eſt furtim ſubtrahere, ὑφαιρεῖν, κλέπτειν. Idem in Curcul Propino magnum poculum, ille bibit. Caput ponit: quum dormiſcit, ego ei ſubduco anulum. Verg 3. Eclog. Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

Subducere ſe ex aliqua ſocietate, uel de aliquo loco, (ὑπεκχωρεῖν) eſt ſenſim & clanculum diſcedere, ita ut nullus uideat. Cice. ad Qu. Frat. lib. 3. De circulo ſe ſubduxit. Terent. Eunuch. Vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet, ſcio. Salluſtius: Præterea ex gregariis militibus quenque armatum in primã acie ſubducit, id eſt, extrahit at alibi locat. Subducere aliquem dictis, circumuenire. Teren. in And. Etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas.

SVBDVCTARIVS, adiectiuum: ut Funis ſubductarius, quo quid leuatur. Cato de Re ruſt. cap. 12. Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque.

SVBDVCTIO, onis, uerbale, {Sottrattione, ragione, computo} (λογισμὸς) ratio quod uulgus Cõputum uocat Cice. 2. de Orato. Quo perſpecto ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam. Subductio, ipſe extollendi ſiue leuandi actus. Cæſar 5. Bell. Gall. Ad celeritatem onerandi ſubductiones paulo facit humiliores, quam quibus in noſtro mari uti conſueuimus.

SVBDVLCIS, & hoc ce, {Vn poco dolce} (ὑπόγλυκυς) nonnihil habens dulcedinis Plinius lib. 26. cap. 8. Radix ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis.

SVBEO, bis, iui, uel ſubii, bitum, {Andar ſotto, ſotto entrare} (ὑποδύομαι) ingredior. Cæſar Comm. 1. Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent.

Paſſiuum protulit. Iuue Saty. 16. Nam ſi ſubeantur proſpera caſtra Et Cic. 7. Verr. Inimicitiæ ſunt, ſubeantur, labores ſuſcipiantur. Subire item aliquando eſt ſuſcipere, aut pati. ut, Subeo periculum, Subeo crucem, mortem. Cice. lib. 3. Offic. Qui retinendi officii cauſa cruciatus ſubierit ultro. Item ſuccreſcere, ὑποφύομαι. Verg. 1. Georg. Ne ſubeant herbæ, neu puluere uicta fatiſcat. Interdum inuadere, corripere, in mentem uenire (ὑπεισέρχομαι, ἐπέρχομαι, ὑπεισιέναι) idq; tam cum datiuo, quàm cum accuſatiuo. Dicimus enim Subiit mihi cura, & ſubiit me pœnitentia. De datiuo nuſquã non occurrunt exempla. Accuſatiuo autem iunxit Verg. 12. Aene. Et mentem patriæ ſubiit pietatis imago. Item Curt. lib. 3. Sera pœnitentia ſubiit regem. Item Subdere, ſupponere. Verg. lib. 10. Aeneas ſubiit mucronem, ipſumq; morando Suſtinuit. Subire onus dorſo, eſt ſuſcipere, ſiue ferre. Horat. li. 2. Serm Saty. 9. Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus, Cum grauius dorſo ſubiit onus. Accipitur item Subire pro ſublevari in altum extolli. Plin. Sed hi rationem afferunt, quod leuiſſima ſit imbrium ciſternarum aqua, ut quæ ſubire potuerit, & pendere in aere Idem: Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiiſſe eam in cœlum, quum etiam lapides ſubiiſſe appareat. Item pro ſuccedere. Varro: In quarum locum ſubierunt inquilinæ, impietas perfidia impudicitia. Item reſpondere. ſeu reſiſtere Cice de Diuin Poteris ne orationem eius ſubire? Item ſcandere. Plin. lib. 4. cap. 11. Hemi excelſitas ſex milia paſſuum ſubitur. Subire iudicem, eſt iudici quodammodo obrepere, & latenter eum inducere ut pro nobis ſentiat. Quinti. lib. 4. cap. 5. Fallendus eſt iudex, & uariis artibus ſubeundus, ut aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Subire ad hoſtes, id eſt, uerſus hoſtes aſcendere. Liu. 2. ab Vrb. Cum Aequis poſt aliquanto pugnatum eſt, inuito quidem Cõſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes.

SVBER, eris, generis neutri, {Subro, ſeuero, ſugaro} (φελλὸς) arbuſcula eſt glandifera, corticem habens præcraſſum, cui inniti ſolent, qui natare diſcebant. Pli. lib. 16. cap. 8. Suberi minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu præcraſſus, ac renaſcens, atque etiã in denos pedes undique explanatus. Colum. lib. 4. cap 26. Nam eſt præcipua cunctis ſilia olea quercus, & ſuber, & ſiqua ſunt ſimilia robora. Perſ. Saty. 1. Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum. Calepinus hoc nomen etiã maſculino, & fœminino efferri putauit. De fœminino nullum profert teſtimoniũ præſertim cum in Columellæ loco paulo ante citato genus perſpici non poſſit. De maſculino profert exemplum ex Plin. lib. 16. ca. 25. ubi ſic legit: Tardiſſimus ſuber. Sed perperam: cũ uera. Plinii lectio ſic habeat, Serotino autem germine malus, tardiſſimo ſuber Subaudi ex ſuperioribus, Germinat. Subereus, adiectiuum à ſubere, apud Colum.

SVBERRO, ras, rare, ſub re aliqua errare: ut, Suberrare montibus, hoc eſt, errare ſub montibus. Claud. 5. Paneg. Indigenas fluuios Italis quicunque ſuberrant Montibus, alpinasq; bibunt de more pruinas.

SVBFERVEFACTVS, participium à ſubferuefacio, (ὑπόζεστος) paulum ferueſactus. Plin. lib. 29. cap 9. Contra ſcabiem uero, quouis admiſſo ramentorum ſeuo pro parte tertia & pice, pariter ſubferueſactis.

SVBFIBVLVM, ſiue Suffibulum, ueſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales uirgines ſacrificantes habebant: idq; fibula comprehendebatur. Auctor Feſtus.

SVBFRIGIDVS, adiec. {Vn poco freddo} (ὑπόψυχρος) nonnihil frigidus. A quo Subfrigide, aduerbium. Gell. lib. 2. cap. 9. Nimis minute, ac prope etiam ſubfrigide.

SVBGRANDIS, de adiect. idem quod grandiuſculus, hoc eſt, aliquantulum grandis, {Vn poco grande} Cic. ad Att. lib. 3. Subgrande cubiculum autem, & hybernum altum, ualde probaui.

SVBGRAVIS, & hoc ue. (ὑπόβαρυς) aliquantulum grauis. Plin. lib. 27. ca. 9. Radice tenui, nigra, ſubgraui odore.

SVBGRVNDA, ſubgrundę, ſiue Suggrunda pars tecti prominens, qua ſtillicidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia fere ſunt Lugdunenſium tecta, quæ à Græcis γεῖσα, καὶ γεῖσον dicuntur, Varr. 3. de Re ruſt cap. 3. Apes enim ſubter ſubgrundas ab initio iſtlatico uſæ tecto. Subgrundatio, onis uerbale, (γεισεπόδισμα) huiuſcemodi promineuntium partium conſtructio. Vitru. lib. 4. cap. 2. Sub tectis (inquit) ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis, (unde & columnæ dicuntur) & tranſtra, & capreoli: Si commodo, columen & canterii prominentes ad extremam ſuggrundationem.

SVBGRVNDIA, orum (γεῖσα, γεῖσον) idem quod Subgrundæ. Plin. lib. 25. ca. 13. Alii Sengethron uocant, quod amatores conciliat, alii Hypogeſon, quoniam in ſubgrundiis fere naſcitur.

SVBHASTARE {Vendere all'incanto} (κηρυκεύειν) eſt ſub haſtam mittere, hoc eſt, per auctionem uẽdere. Solet enim haſta figi in publicis auctionibus in quibus aliquid ueluti belli iure uendebatur.

SVBHORRIDVS, adiectiuũ, al quãtulum horridus. Cicero pro Seſtio: Quia eum triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum atque incultum uidebant.

SVBIACEO, ce, ſubiacui. {Sottogiacere, ſottopoſti} (ὑπόκειμαι) ſub re aliqua iaceo Plin Epiſt. 101. lib. 5. Sed hi procul à mari receſſerunt: quintiam Apennino, ſaluberrimo montium, ſubiacent. Colum. lib. 10. Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo.

SVBIACTO, as, {Trare in ſu, palare} (ἀναρριπτῶ) in altum iacto, ut quum in areis frumenta uanno à paleis ſecernuntur Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 52. His tritis oportet è terra ſubiactari uallis aut uentilabris, quum uentus ſpirat lenis. Ita fit, ut quod leuiſſimum eſt in ea, atque appellatur Acus, euanneturforas extra aream: ac frumentum, quod eſt ponderoſum, purum ueniat ad corbem.

SVBIECTO, tas, {Lanciare in alto} (ἀναρριπτῶ) in altum eiaculor. Verg. 3. Aen. Nigrãq; alte ſubiectat arenã. Aliquando idem ualet, quod identidem ſubiicio: unde Subiectare manum dicuntur, qui ſub uentrem manum mittunt ad partes pudendas, ut ſolent paſtores, qui ſub equuleorum uentrem manum ſolent ſubiicere, ne poſtea adulti ad tactus huiuſmodi expaueſcãt. Laſciuiores item adoleſcentuli manum ſubiectare dicuntur, cum ad muliebria pudenda attrectanda, inter fœmina manus ſubiiciunt. E conuerſo item puellæ, cum uirorum adoleſcentulorumve pudenda attrectant. Oui. 4. Meta. de Salmacide nympha: Subiectatq; manus multaq; pectora tangit.

SVBIGATRIX,cis,(τριβὰς)mulier impudica,quæ in re uenerea uirum imitatur: quo nomine olim male audit Sappho. Plautus Perſa: Ne me attrecta ſubigatrix.

SVBIICITO,as,are,aliud frequent. Plaut.in Caſin.Nunc tu ſi uenis ſubiicitare me,proba eſt occaſio. Periſti hercle,age,accede huc.

SVBICVLVM,li,qui ſemper flagris ſubiicitur. Plaut.in Perſ. Vir ſumme populi ſtabulum ſeruitricium,Scortorum liberator, ſubiculum flagri, Compedum contritor,piſtrinorum ciuitas.

SVBIGO,gis,pen.cor.{*Coſtringere ſottomettere*} (βιάζομαι) ſignificat cogo. Salluſt. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Quandoq; Subigere, eſt ſubiicere,domare,κατεργάζομαι,καταστρέφομαι, χειρόω. Idem,poſtea uero q̃ in Aſia Cyrus,in Græcia Lacedæmonij & Athenienſes corpore urbes atq; nationes ſubegere. Quandoque acuere. Verg.lib.7.Pars leues clypeos & ſpicula lucida tergunt Aruina pingui,ſubiguntq; in cote ſecures. Quandoque attrecto,agito,ἀναμάττω, ἀναφύρω. Cato: Farinam in mortarium indito: aquam paulatim addito,ſubigitoq; pulchre. Quandoque bene arare,bene colere, κατεργάζομαι. Verg.1.Georg. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Colum. lib.2.Sequitur,ut tempora quoque ſubigendi arui præcipiamus. Cicero per trãſlationem lib.2.de Orato.pro exercere poſuit:Subacto mihi ingenio opus eſt,ut agro non ſemel arato,ſed nouato,& iterato. Quandoque ſuffodere. Vergil.2. Georg. Tamen hæc quoque ſiquis Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis. Quandoque ſubagitare,ὀχεύειν. Cic. Pæto: Gallam ſubigo. Quandoque ſurſum agere,ὑπάγειν. Sed tunc u Sus, quod ſignificat ſurſum componitur. Verg.lib.1.Georg.Non aliter,quàm qui aduerſo uix flumine lembum Remigiis ſubigit. A' Subigo fit aliud compoſitum,Profubigo:de quo ſupra. Et ſubactus participium de quo ſupra ſuo loco. Subactus, huius ſubactus idem quod ſubactio. Plin.lib.18.cap.7.Quod in ſubactu congium aquæ capiat.

SVBIICIO,cis,ſecunda ſyllaba cor.{*Sottoporre.ſottomettere, ſottogiugnere*} (ὑποβάλλω)ſuppono.Verg.4.Georg..Et ramea coſtis Subiiciunt fragmenta. Aliquando ſubiungo,κατεργάζομαι.Cic.Tot ſibi populis repente ſubiectis. Subiicere,pro ſubdere ſiue addere. Cic.7.Verr. At quæ cauſa tum ſubiiciebatur ab ipſo,Iudices,huius tam nefariæ crudelitatis. Aliquando ſurſum iacio. Verg.2.Aen. Et corpora ſaltu Subiiciunt in equos. Subiicere calumniæ per tranſlationem.Liu.lib.8.Bell.Maced. Sed ſi ego in ea ciuitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendiſq; Deos adhibet:quia nullius calumniæ ſubiicit ea,quæ dii comprobauerunt.

SVBIECTVS,a,um,{*Soggetto, ſottopoſto*}(ὑποχείριος, ἀρχόμενος)id eſt, ſubditus,& alterius imperio parens. Verg.lib.6.Aeneid.Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Aliquando idem eſt,quod expoſitus,ſiue obnoxius.Cic. 5.Tuſcul.Si autem uirtus ſubiecta ſub uarios incertoſq; caſus, famula fortunæ eſt:nec tantarum uirium eſt,ut ſeipſa tueatur Idem,omnes res ſubiectæ ſunt naturæ ſentienti. Horat.2.Serm. Satyr.6. Per totum hoc tempus ſubiectior in diem & horam Inuidiæ.

SVBIECTO,onis,uerb.{*Soggettione*}(ὑποτύπωσις) eſt repræſentatio, delineatio,ſiue deſcriptio. Cic.3. de Orato. Rerumq; quaſi gerantur ſub aſpectum penè ſubiectio,quæ & in exponenda re plurimum ualet, & ad illuſtrandum id quod exponitur. Interdum accipitur pro ſuppoſitione rei adulterinæ pro uero,ὑποβολή. Liuius 9. Bell. Macedon. Qui falſis teſtimoniis,ſignis adulterinis, ſubiectione teſtamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant.

SVBIICES,(ὑπτίους)pen.cor.dicuntur ſubiecti. Ennius in Achille referente Feſto: Ergo Deum ſublimes ſubiices,humidus Vnde oritur imber ſonitu ſæuo & ſtrepitu. Vide Gellium lib.5.cap.7.

SVBIMPETRANDVS,participium à uerbo Subimpetro. Tacit. libro 4. Nam priores duces ſubimpetrando triumphalium inſigni ſufficere res ſuas crediderant.

SVBIMPVDENS,pe.cor.adiect. {*Alquanto impudente*} (ὑπαναίσχυντος) nonnihil impudens. Cic.ad Treb lib 7. Interdum timidus in labore militari,ſæpe autem etiam(quod à te alieniſſimum eſt)ſubimpudens uidebare.

SVBINANIS,& hoc,ane,(ὑπόκενος)nonnihil uacui habens, aut inanitatis. Cic.ad Att.lib.2.Quinetiam quod eſt ſubinane in nobis,& non ἀφιλόδοξον, (bellum eſt enim ſua uitia noſſe)is afficitur quadam delectatione.

SVBINDE,cum accentu in antepenult.{*Subito, immantinente*}(αὐτίκα) deinde, uel ſtatim poſt.Hora.1.Epiſt.8.Si dicet recte,primum gaudere,ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Liu.7.ab Vrbe: Vno altero q; ſubinde ictu uentrem, atque inguina hauſit. Interdum ſignificat frequenter (ἄλλοτε, καὶ ἄλλοτε)ſiue(ut propriè dicam)identidem.hoc eſt,crebro,cum exiguo quodam interuallo. Sueto.in Tyb.cap.57. Læua natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus & perſpexiſſe primus ſagaciter, & aſſimulaſſe aptiſſime uſus eſt: ſubinde in obiurgando appellans eum lutum ſanguine maceratum. Dicitur & Subin,ſicut Prom,& Dein.

SVBINGERE ARIETEM, (inquit Feſtus) Antiſtius eſſe ait,dare arietem,qui pro ſe ugatur,cedatur'ue.

SVBINSVLSVS,adiect.{*Alquanto goffo*}(ὑπαπροσφυής)aliquantulum inſulſus.Cic.in Orato.Eum enim uitioſum in ſentẽtia,ſiquid abſurdum, aut alienum,aut non acutum,aut ſubinſulſum eſt.

SVBINVISVS,adiect.{*Vn poco odiato*}aliquãtulum inuiſus. Cic.pro Rab. Poſth. Ille. Puteolanus ſermo illius temporis, uectorum curſus atq; oſtentatio, tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen.

SVBINVITO,tas,pen.pro.aliquantulum inuito,& prouoco.Cic.ad Murium lib.7.Epiſt.Hæc ad te pluribus uerbis ſcripſi,quam ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris erga te,quod me quadam epiſtola ſubinuitaras.

SVBIRASCOR,{*Alquanto accorucciarſi*}(ὑποργίζομαι) nonnihil iraſcor. Cic.ad Att. lib.9. In Epirum quod me non inuitas comitem,non moleſtum ſubiraſcor, ſed Vale.

SVBIRE ALEAM,(παραβαλλεσθαι)eſt periclitari, & obiectare ſeſe fortunæ dubiæ. Tractum ab aleatoribus, qui in foro aleatorio uarie agitantur, & repente uictores,repente uicti dubio euentu exanimantur. Liuius: Dubiam ſortis,imperiiq; aleam ſubimus.

SVBITANEVS,a,um,{*Subitano*}(αἰφνίδιος)idem quod ſubitus. Colum. lib.1.cap.6.Huic autem nubilariũ applicari debet, maximeq; in Italia, propter inconſtantiam cœli,quo collata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

SVBITARIVS,ia,rium,(ἐξαπιναῖος)repentinus,licet quãdoque pro extemporali ſumatur.Celſus.Quid ſibi uellet ſubitaria dictio. Subitarii milites pro repentino auxilio.Liu.3.ab urb. Ad eum explendum,Latini, Hernicique & coloniæ Antium dare Quintio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant)iuſſi.

SVBITO,aduerbium, (ἐξαίφνης, ἐξαπιναίως) repente confeſtim, ex tempore. Cic.pro Fonteio: Cum tot bella aut à nobis neceſſario ſuſcipiantur, aut ſubitò, atque improuiſo naſcantur. Verg.4.Geor. Dixit & ex oculis ſubito,ceu fumus in auras Commiſtus tenues,fugit diuerſa.

SVBITVS,a,um,{*Subito,repentino*}(αἰφνίδιος)à Subeo,is,idem quod repentinus.Cic.Plan.lib.10.Neue in rebus tam ſubitis,tamq; anguſtis à Senatu conſilium petendum putes.Plaut.Perſa: Si tibi ſubiti nihil eſt, tantundem eſt mihi. Cic.Memmio lib.13. Nam propter opera inſtituta, multa multorum ſubitum eſt ei remigrare.Verg.11.Aene. Sterneret ut ſubita turbatam morte Camillam Ouid.6.Metam. Subitusq; inuita notauit Ora rubor.Verg.1.Aeneid.Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.

SVBIVGALIS,(ὑποζύγιος)iugo ſubditus:unde Pullus ſubiugalis in Euangelio legitur. Hinc opponitur iniugis,quod iugum non eſt expertum.

SVBIVGIA LORA,dicebantur ea,quibus iugum collis boum, uel iumentorum aptabantur. Cato de Re ruſtic. cap. 15. Subiuga in luſtrum lora pedum XIX.

SVBIVGIS,& hoc ſubiuge, penul. corr. (ὑποζυγιάδες) idem quod ſubiugalis. Plin.lib.11.cap.49. Nero oſtentabat hermaphroditas ſubiuges carpento ſuo equas.

SVBIVGO,as,pen.cor.{*Soggiogare*} (ὑποτάσσω) debello, & imperio meo ſubiicio,quaſi ſub iugo pono. Claudian. Nulla eſt uictoria maior, Quàm quæ confeſſos animo quoque ſubiugat hoſtes.

SVBIVNGO,gis.{*Sottogiugnere*}(ὑποτάσσω,ὑποζεύγνυμι) ſubiicio debello.Verg.8.Aen. Nulli fas Italo tantam ſubiungere gentem.Cic.pro Lege Agr. Vt ſub ueſtrum ius iuriſdictionem,poteſtatem, terrarum orbem ſubiungeretis? Vnde Subiunctiuus modus dictus eſt,(ὑποτακτικός)quia ſubiungitur alteri uerbo,ſine quo ſententiam explere non poteſt.

SVBLABOR,eris,(ὑπολισθαίνω)pen.pro.prætereo,ſiue latenter decurro,aut fugio. Verg.1.Georg. Sic omnia fatis In peius ruere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaum.

SVBLABRO,as,penult. corrcp. cibum intra labra mitto, ut interpretatur Nonius citans illud Næuii ex Decuma. Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eius illud ſinciput.

SVBLATE', aduerb.(ὑπερηφάνως,μεγαλοπρεπῶς)magnifice, ſplendide,elate. Cic.de Clar.Orat.Quoniam ergo bonorum oratorum duo genera ſunt: unũ attenuate preſſeq; alterum ſublate,ampleq; dicentium. Sublate de ſe dicere, eſt magnifice de ſe prædicare. Cic.pro Domo ſua: Nihil enim unquam ſublatius dixi aſciſcendæ laudis cauſa potius quam criminis depellendi.

SVBLATEO,ſublates,pen.cor.{*Naſconderſi alquanto*} (ὑπολανθάνω) ſub re aliqua lateo. Varr.2.de Re ruſt. cap.48. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum,quæ primitus cum oriuntur,neque plane apparent:in qua ſublatent herbæ,ea uocatur uagina,ut qua latet conditus gladius.

SVBLATIO,(ἀφαίρεσις) uerbale eſt à Suſtollo, idem ferè ſignificans quod ablatio,ſiue deſtructio. Quintil.lib.7.cap.2. An reſtitutio pro ſublatione iudicii ſit.

SVBLEGO,as,{*Soſtituire*}(ὑποκαθίστημι)pen. pro ſubſtituo, Iuſtin. lib.3. Senatui cuſtodiam legum,populo ſublegandi Senatum,uel creandi,quos uellet magiſtratus poteſtatem permiſit.

SVBLEGO,is,pen.cor.{*Rubbare*}(ὑφαιρέομαι)furto aliquid ſurripio. Verg.9. Eclog. Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Nõnunquam idem quod curſim,ſiue obiter aliquid legere. Gell.lib.13.cap.12. Cum hoc in ea Capitonis epiſtola ſublegiſſemus. Sublegere, colligere. Colum. lib.12.cap.17. Propter imbres in terram decidit,quæ cum ſublecta eſt,&c. Horat.2.Serm.Saty.8. Puer alte cinctus acernã Gauſape purpureo mẽſam pertersit:& alter Sublegit, quodcunque iaceret inutile. Sublegere in locum alicuius (ὑποκαθίστημι) eſt legendo ſubſtituere. Liu.5.Bell Pun. Ei ita in demortuorum locum ſublecturum,ut ordo ordini,non homo homini prælatus uideretur. Sublegere ſermonem eſt, clam excipere. Plaut.in Mil. Clam noſtrum hunc illæ ſublegerunt ſermonem.

SVBLESTVS,ſta,ſtum,{*Infermo.friuolo.debole*} (ἀσθενής) infirmus, leuis, friuolus,debilis. Plaut in Perſa: Nam ubi ad paupertatem acceſſit infamia, Grauior paupertas fit,fides ſubleſtior. Idem Bacchid. Lingua factioſi,inertes opera, ſubleſta fide. Vinum ſubleſtiſſimum,quod maximam debilitandi uim habet: ut exponit Feſtus,citans Plautum in Neruolaria.

SVBLEVO,as,{*Sollevare*}(ἐπικουφίζω)ſurſum leuo. Suetonius in Veſpaſiano. Aluo repente uſque ad defectionem ſoluta. Imperatorem ait ſtantem mori oportere:dumq; ſurgit ac nititur,inter manus ſubleuantium extinctus eſt. Per tranſlationem ſumitur pro fauere,defendere,& quodammodo labeſcentem erigere. Cic.4.Tuſcul.Cum multa in conuentu collegiſſet in Socratem Zopyrus,qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur,deriſus à cæteris eſt,qui illa in Socrate uitia non agnoſcebant,quæ ipſe ex illius aſpectu multa collegerat. Ab ipſo autem Socrate eſt ſubleuatus,quum illa ſibi ingenita,ſed ratione a ſe deuicta diceret. Plancus Cicero lib.10. Hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meæ,aut timori uidebam, ſi aut hominem offenſum mihi, aut coniunctum cum Rep. non ſubleuaſſem. Cic.5.Verr. Sed eadem iſta æſtimatione alter ſubleuarat aratores alter euerterat. Subleuare teſtimonio aliquem, id eſt, cauſam eius leuiorem reddere. Cic.pro Cluent. Pater adoleſcentis,quem propter animi dolorem perennis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in Aulum Cluentium conſtituere,is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat.

SVBLICA,æ,pen.cor.palus,ſeu pertica,quæ in aqua defigebatur ad pontis alicuius conſtructionem. Vnde Pons Sublicius Romæ dictus eſt, qui ex ſublicis ita ſtructus ſine ferreo clauo fuit, ut trabes ſine fulturis eximerentur. Liu.1.ab Vrbe:Id non muro ſolum, ſed etiam ob commoditatem itineris ponte ſublicio,

tum primùm in Tyberi facto, coniungi urbi placuit. Cęſar in deſcriptione Rheni pontis: Non ſublicæ modo (inquit) directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigiatæ ut ſecundum naturam fluminis procumberent.

SVBLICIVM, licu, idem quod Sublica. Liu. 3. Bel. Pun. Quia muro ſatis per ſe alto, ſubiectis ualidis ſublicis pro ſolo uſus erat.

SVBLICIVS PONS, ad eam partem Tyberis fuit, qua Ianiculum ab urbe diuimit, ea arte conſtructus, ut trabes ſine fultura eximi poſſent. Id enim religioſum eſſe cœpit ex quo defendente Coclite ægre reuulſus eſt. Dictus eſt autem Sublicius, quod ligneus eſſet, & ſublicis fulciretur. Ita enim uocant palos ad põtis ſuſtentationem in aqua defixos.

SVBLIGACVLVM, li. {*Mutande, braga*} (περίζωμα) amiculi genus, quo femora, & partes pudendæ ligantur. Cic. 1. Offi. Scenicorum mos tantam habet ueteri diſciplina uerecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

SVBLIGAR, aris. {*Braga, bracha*} (περίζωμα, ὑπόζωσις) idem quod ſubligaculum, hoc eſt, illud quo partes pudendæ teguntur. Mart. lib. 3. Tecta tamen non hac, qua debes, parte lauaris: Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem. Iuuen. Saty. 6. Perſonam, thyrſumq́ tenent, & ſubligar Acci.

SVBLIGO, as, {*Sottoligare*} (ὑποδέω) pen. cor. ſubtus ligo: unde & Subligaculum. Plin. lib. 17. cap. 22. Vbi una uarra cœperat fieri, uites ſubligato. Verg. lib. 6. Aen. Tum lateri atq́ humeris Tegææum ſubligat enſem.

SVBLIMIS, me, pen. pro. {*Alto, eleuato in alto, ſublime*} (μετέωρος) in altum eleuatus, compoſitum eſt à Limus, quemadmodum & Illimis, quaſi ſupra limum. Verg. 1. Aen. Ipſa Paphum ſublimis abit. Col. lib. 2. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus. Terent. in Adelph. Sublimem medium arriperem, & capite primũ in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat uiam. Ouid. li. 14. Metam. Pulchro ſedet illa receſſu Sublimi ſolio, pallamq́ induta nitentem. Verg. lib. 7. Aeneid. Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis. Horat. de Art. Hic dum ſublimes uerſus ructatur, & errat. Sublimem abire: pro in cœlum ire. Liu. 1. ab urbe: Hæc locutus, ſublimis abiit. Sublimem rapere, eſt raptum ſublimem in aerem ferre. Verg. 5. Aeneid. Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.

Hinc Sublimitas, atis, (ὕψος) altitudo, eleuatio à terra. Plin. lib. 19. cap. 5. Natura ſublimitatis auida. Colu. lib. 8. cap. 3. Exq́ longitudinis & altitudinis, duodenos pedes habeant. nec plus latitudinis quàm media ſublimitas. Sublimiter, aduerbium, idem quod alte. Colum. lib. 8. cap. 11. Quoniam nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia uolitare. De pauone. Cato cap. 70. Hæc omnia ſublimiter legi, teri, dariq́ oportet. Sublime, pro Sublimiter: cui opponitur Humi. Cic. 2. de Diuin. Eaq́ ſcuta quæ fuerant ſublime fixa, ſunt humi inuenta. Verg. 9. Eclog. Cantantes ſublime ferent ad ſydera Cygni. Cic. 1. Tuſc. perſpicuum debet eſſe, animos cum è corpore exceſſerint, ſiue illi ſint animales, id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei, ſublime ferri.

SVBLIMO, mas, pen. pro. {*Inalzare*} (μετεωρίζω) exalto, in altum ſubleuo. Ennius: Si quis candentem in cœlo ſublimat Pacem. Nonius.

SVBLINO, pen. cor. is, (ὑπαλείφω, ὑποχρίω) leuiter perungo. Cor. Celſus: Idem quoque umbilico ſublitum facit. Inde Sublitio, (ὑπάλειμμα) quæ eſt quaſi primum tectorium & fundamentum coloris eius, quem reddit uolumus in ductione manus ultima. Sublinere os, eſt illudere, & pro ridiculo habere. Tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. in Aulul. Ah ſublenit mihi os peſſime.

SVBLIVIDVS, a, um, {*Pallidetto, ſmortatuolo*} (ὕπωχρος) aliquantulum liuidus. Celſ. lib. 5. cap. 28. Puſtulæ eminent ſubliuidæ, aut pallidæ.

SVBLVCANVS, adiect. (ἀμφιλύκη) idẽ quod antelucanus, hoc eſt, quod lucem antecedit. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit mel ex aere, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus.

SVBLVCEO, es, ere, {*Sottolucere*} (ὑποφαίνομαι) aliquantulum lucere. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo: Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies. Verg. 4. Georg. Aureus ipſe, ſed in ſoliis, quæ plurima circum Funduntur, uiolæ ſublucet purpura nigræ. Ouid. Epiſt. 20. Candida nec miſto ſublucent ora rubore.

SVBLVCO, as pen. pro. (ὑποκαθαίρω) ramos arborum ſupputo, & ueluti luci tranſitum aperio. Conlucare autem, eſt ſucciſis paſſim arboribus lucum luce implere. Ex Feſto.

SVBLVO, is, {*Lauare, purgare*} (καταλούω) lauo, purgo. Colu. lib. 6. cap. 32. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida. mox decocto ac trito ſale, cum adipe defricatur, dum ſaniei uis emanet. Martial lib. 6. Iratus tanquam populo Charideme lauaris, Inguina ſic toto ſubluis in ſolio.

SVBLVRIDVS, a, um, pen. cor. (ὕπωχρος) ſuppallidus. Plaut in Amph. Eodem in loco, Signo eodem apparet probe, ut primum coiuit cicatrix rufula, Subluridа.

SVBLVSTRIS, & hoc, luſtre, (ὑπόλαμπρος) idem quod ſubilluſtris, hoc eſt, obſcurus quidem, ſed tamen lumine nonnullo illuſtratus. Vnde Subluſtria uerba dicuntur, non ex toto luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Aul. Gell. lib. 13. cap. 23. de Catonis oratione: Quæ quoniam ſunt eloquentiæ Latinæ tunc primum exorientis lumina, uerba quędam ſubluſtria libitũ eſt, ἀπομνημονεῦσαι.

Subluſtris nox, (ἀμφιλύκη νύξ) & Subluſtris umbra, (ἀμφιλύκη σκιά) quæ habet aliquid luminis. Liu. 5. ab Vrb. Nocte ſubluſtri, quum primo inermem, qui tentaret uiam, præmiſiſſent &c. Verg. 9. Aeneid. Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbra Prodidit immemorem.

SVBLVVIES, uiei, (ῥύπος) ſordes & immunditiæ, quas & Illuuiem & Proluuiem uocamus. Apud Colum. genus morbi in diſcrimine ungulæ ouium naſcens: Ait enim lib. 7. cap. 5. Claui quoque dupliciter infeſtant ouem, ſiue quum ſubluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine ungulæ naſcitur, ſeu cum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eiq́ ſub eſt uermiculus. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atque aceto miſtis rite eruentur. Hactenus Columella.

SVBMERGO, is, ſi, ſum, re. {*Sommergere, annegare*} (καταδύω, καταποντίζω) ſub aquas mergere. Verg. 1. Aeneid. Pallas'ne exurere claſſem Argiuum, atque ipſos potuit, ſubmergere põto, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? Cic. 2. de Natu. Deor. Quot genera, quamq́ diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium beluarũ, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentiũ? Verg. 1. Aen. Incute uim uentis, ſubmerſaſq́ obrue puppes: Aut age diuerſas, & diſiice corpora ponto. Virtus ſubmerſa tenebris Claud. 7. Panegy. Innatare, & ſubmerſum eſſe, contraria. Colum lib. 13. cap. 4. Cum ea res innoxia penora conſecuet, ubi non innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa.

SVBMERVM, ri, {*Quaſi puro*} (ὑπάκρατον). i. ferè merum. Plau. in Stic. Næ iſte ædepol unum poculo pauxillulo Sæpe exantlauit ſubmerum ſcitiſſime.

SVBMINIA, æ, ueſtis genus à ſubrubro colore, ut uidetur, nomen habens. Plautus in Epid. Crocotulam, Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum.

SVBMINISTRO, as, are, {*Porgere, dare*} (ὑπουργέω) porrigo, ſuppedito. Cæſ. lib. 1. Bell. Gall. Hæc ſibi eſſe curæ, frumentu Sequanos, Leucos, Lingones, ſubminiſtrare, iamq́ eſſe in agris frumenta matura. Cic. pro Cælio: Palã in eum tela iaciuntur, clã ſubminiſtrentur. Col lib. 1. cap. 10. Cũ ſemina depones, dextra ſiniſtraq́ uſq́ ad imum ſcrobem faſciculos ſarmentorũ demittito: ita ut per faſciculos ſarmentorum æſtate paruo labore aquam radicibus ſubminiſtrare poſſit.

SVBMITTO, tis, tere, ſiue ſummitto, miſi, miſſum, {*Aggiugnere, ſottomettere, ſottoporre*} (ὑποτάσσω) idem quod ſubdo, ſubiicio, uel ſubiungo. Verg. 1. Eclo. Paſcite, ut ante boues pueri, ſummittite tauros. Hora. lib. 1. Epiſt. 1. Et mihi res, non me rebus, ſubmittere conor. Summittere faſces ianuæ dicebantur magiſtratus, cum ædes ingredientes, inclinari eos & deprimi iubebant, & non ſurrectos teneri. Plin. lib. 7. cap. 30. Faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidensq́ ſubmiſerat. Submittere genua, pro flectere, & incuruare. Plin. lib. 11. cap. 49. Solidipedes inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt. Idem lib. 8. cap. 1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. De elephantis. Submittere animos, per tranſlationem. i. demittere, & propemodum deſpondere animum. Liu. 3. Bell. Pun. Tum T. Sempronius Senatum habuit, conſolatuſq́ Patres eſt, & adhortatus, ne, qui Cannenſi ruinæ non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſubmitterent.

Submitto, (ὑποπέμπω) clanculum allego, ſuborno. Cic. 5. Verr. Submittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, qui ſaperent ut tranſigerent. Summittere pretia, & imminuere. Plin. lib. 29. cap. 1. Neque enim pudor, ſed æmuli pretia ſubmittunt. Submiſſus, participium, ſiue nomen ex participio. Liu. 1. ab Vrb. Lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem uagitum curſum flexiſſe: eam ſubmiſſas infantibus adeo mitem præbuiſſe mammas. Submiſſus & abiectus. cui contrarium, Efferens ſe. Cic. lib. 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere: neque ſubmiſſum, & abiectum, neq́ ſe efferentem: tum in Rep. uelle, quæ tranquilla & honeſta ſint. Submiſſa oratione, uel uoce loqui, id eſt, humili, non elata, aut clara. Cæſ. 3. Bell. Ciuil. Submiſſa oratione loqui de pace, atq́ altercari cum Vatinio incipit. Cic. pro Plan. Submiſſa uoce agam, tantum ut iudices audiant. Martial. lib. 8. Hos comes inualidus ſubmiſſa uoce precatur, Vt quocunq́ uelint corpus inane ferant.

SVBMISSE, aduerb. {*Piano, pianamente*} (ὑποχύ) humiliter, demiſſe. Cic. pro Plan. Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis ſubmiſſe ſupplicarat. Cic. 1. Offi. Vt quanto ſuperiores ſimus, tanto nos ſubmiſſius geramus.

SVBMISSIM, aduerb. idem quod ſubmiſſe. Sueton. in Auguſto: Nam & ad communes ſermonis tacentes, etiam ſummiſſim fabulantes prouocabat.

SVBMISSIO, onis, uerbale, idem quod remiſſio. ut, Submiſſio uocis. cui opponitur Contentio. Cic. 1. Offic. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis & ſubmiſſione, & cæteris ſimilibus facile iudicabimus, quid eorum apte fiat.

Summiſſio, aliquando accipitur pro inclinatione ſiue depreſſione: cui opponitur Elatio, ſiue Amplificatio. Idem in Topicis: Parium autem comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim æqualis.

SVBMOLESTVS, a, um, {*Vn poco moleſto*} (ὑπόδυσχερής) nonnihil moleſtus. Cic. ad Att. lib. 16. Illud eſt mihi ſubmoleſtũ, quod parum properare Brutus uidetur. Submoleſte, aduerb. Cic. ad Att. lib. 5. Te in Epirum ſaluum ueniſſe, & ut ſcribis ex ſententia nauigaſſe, uehementer gaudeo: non eſſe Romæ meo tempore pernéceſſario ſubmoleſte fero.

SVBMONEO, ſubmones, pe. breui, {*Ammonire alquanto, ò breuemente*} (ὑπομιμνήσκω) leuiter uel paucis moneo. Teren. in Eunuc. Submonuit me Parmeno Ibi ſeruus, quod ego arripui. Plin. Epiſt. 2. lib. 1. Quoties paulum itinere decedere non intempeſtiuis amœnitatibus ſubmonebamur.

SVBMOROSVS adiect. (ὑποδύσκολος) nonnihil moroſus. Cice. libr. 2 de Orato. Me quidem hercule ualde illa mouent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula, non cum à moroſo dicuntur. tunc enim non ſal, ſed natura ridetur.

SVBMOVEO, ues, ui, tum, {*Diſcacciare, remouere*} (ἀπείργω) arceo, depello, remoueo abire facio. Liu. 3. ab urbe: I, inquit, lictor, ſubmoue turbam, & da uiã domino ad prehendendum mancipium. Cic. pro Roſc. Vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ à maleficio ſubmouerentur. Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 13. Ignoto meretrix corpus iunctura Quirini, Oppoſita populum ſubmouet ante ſera. Sobmouere, ſeparare. Plin. lib. 3 cap. 19 de Alpibus: Germaniam ab Italia ſubmouent.

SVBNASCOR, ſceris, {*Sottonaſcere, creſcer ſotto*} (ὑποφύομαι) ſuccreſco. Plin. lib. 11. cap. 23. Atque ita ſubnaſci ſui generis palmas. Idem lib. 12. cap. 3. Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis uero ſubnaſcentibus.

SVBNECTO, is, (ὑποπλέκω) ſubligo, appendo. Vergil. 1. Aen. Aurea ſubnectens exertę cingula mammæ. Plin. lib. 28. cap. 1. M. Seru. Nouianus, princeps ciuitatis, non pridẽ in metu lippitudinis prius quàm ipſe eam nominaret, aliusue ei prædiceret duabus literis Græcis P, & A, chartam inſcriptam, circumligatam lino, ſubnectebat collo. Id eſt, appendebat.

SVBNEGO, as, pen. cor. ferè, uel quodam modo nego. Cic. Trebatio: Veruntamen quod præſenti tibi prope ſubnegaram, &c.

SVBNIGER, ra, rum, pen. cor. {*Alquanto negro*} (ὑπομέλας) nonnihil habẽs nigri. Meren. Bucculentum, breuiculum, ſubnigris oculis, oblongis malis. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5. Subnigris labris pecudes.

SVBNITOR, pen. prod. ſubniteris, ſubnixus, (ὑποστηρίζομαι) ſuffulcior, ſuſtineor. Vergil. 1. Aeneid. Solio ſubnixa reſedit. Cic. de Somn. Scipion. Duo quaſi cinguli terræ uerticibus ex utraque parte ſubnixi. Accipitur interdum Subnixus pro elato, ſiue arrogante. Cicero primo de Orato. Hæc quàm ſit facilis, illi uideatur,

uiderint, qui eius artis arrogantia, quaſi difficillima ſit, ita ſubnixi ambulant. Liu. 5. Bell. Pun. Enimuero indignum ratus Marcellus, ſe, qui Annibalem ſubnixum uictoria Cannenſi ab Nola repuliſſet, his terra, mariq́ uictis ab ſe hoſtibus cedere.

SVBNOTO, as, pen. cor. {Sottoſcriuere} (ὑπογράφω) ſubſcribo. Mart. libr. 1. Et non ſobria uerba ſubnotaſſe.

SVBNVBILVS, adie. (ὑπόζοφώδης) ſubobſcurus. Caeſ. 3. Bell. Ciuil. Et quia que intermiſſis diebus alteram noctem ſubnubilam nactus, exceructis omnibus caſtrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita uigilia, ſilentio exercitum educit. Ouid. 2. de Remed. Amor. Limea erat tenuis longa ſubnubilus umbra. Quà tulit ipſa ſuos ad mare ſaepe pedes.

SVBO, bas, bare, (ἐπιθόρεῖν) dīr ſucu, quum libidinem exercent, aut appetunt: quamuis & ad alia animalia, atq́ adeo ad ipſos etiam homines tráſfertur. Pli. li. 10. cap. 63. Veres ſubantis audita uoce, niſi admittatur, cibū non capit. Hor. li. 1. Carm. ad homines tranſtulit. Iamq́ (inquit) ſubando Tenta cubilia, tectáq́ rumpit. Subatio, appetitus ſuum in Venerem. Pli. lib. 8. ca. 51. Remedium, ne prima ſubatione, neque ante flaccidas aures coitus incipiat, de ſuibus.

SVBOBSCOENVS, adiect. (ὑπαισχρός) non omnino uacans abſcœnitate. Cic. in Orat. Illud admonemus tamen, ridiculo ſic uſurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit, nec ſubobſcœno, ne mimicum.

SVBOBSCVRVS, adiect. {Oſcuretto} (ὑποσκοτεινός) nonnihil obſcurus, & per tranſlationem intellectu ſubdifficilis. Cice. de Clar. Orat. Grandes erant uerbis, crebris ſententiis, comprehēſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

SVBODIOSVS, pen. pro aliquantum odioſus. Cic. ad Att. lib. 1. Non mihi graue duxi, ſcribere ad te de illius querimonis, cum eas audire (quod erat ſubodioſum) leue putaſſem.

SVBOFFENDO, is, {Offender un pochetto, alquanto} aliquātulum offendo. Cic. ad Qu. fr. Nam apud illam perditiſſimam, atq́ infimam fæcem populi Pompeius propter Milonem ſuboffendit: & boni multa ab eo deſiderāt, multa reprehendunt.

SVBOLEO, ſuboles, penult. cor. (ὑπόζω) leuiter oleo, ſiue odoratus ſenſu leuiter percipior. Plaut. in Pſeudo Corrumpitur iam coena, hem ſubolet, ſis uide. Subolere, per tranſlationem Præſentiſcere, αἰσθάνεσθαι. Plautus in Caſin. Tu ecaſtor tibi homo malam rem quæris: ſubolet, ſentio. Terent. Phorm. Nunquid patri ſubolet?

SVBORIOR, iris {Sottonaſcere} (ὑποφύομαι) ſubnaſcor, & exurgo, ut Subortus eſt rumor. Plinius libro 2. cap. 93. Metallorum opulentia tam uaria, tam diues, tam fœcunda, tot ſeculis ſuboriens. Lucret. libro 1. Ex infinito ſuboriri copia poſſet.

SVBORNO, nas, {Ornare alquanto} (ὑποτιμάω) idem quod orno, hoc eſt, honoro ſiue laudo. Plancus Ciceroni: Tu Cicero, quod adhuc feciſti, idē præſta, ut uigilantes, neruoſeq́ nos, qui ſtamus in acie, subornes. Subornare item accipitur pro clam ſubmittere, ὑποβάλλειν. Pli. in Pane. Traian. Grata tamē fuit recordantibus principem illum in capita dominorum ſeruos ſubornantem. Cice. pro Roſcio: Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium, cur tam ſero?

SVBPALLIDVS, a, um, {Smortauolo. ſmortarello} (ὕπωχρος) ad pallorē accedens, uel aliquantulum pallidus. Celſ. lib. 5. Alterum eſt mitius ſuper corpus eminens, durum, latum, ſubuiride, ſubpallidum, magis exulceratum.

SVBPINGVIS, gue, {Graſſetto} (ὑπόπιων) nonnihil pinguis. Cæſ lib. 6. ca. 4. Pecus eſt, quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit.

SVBRANCIDVS, adiect. {Ranzetto, rancidetto} (ὑποσαπρός) aliquantulū rancidus. Cice. in Piſon. Extructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

SVBRAVCVS, a, um, {Alquanto rauco} (ὑποβραγχώδης) aliquantulum raucus. Cice. de Clar. Orat. Omnisq́ motus cum uerbis, ſententijsq́ cōſentiens, uox permanens, uerum ſubrauca natura.

SVBREMIGO, gas. pen. cor. (ὑπερέσσω) ſub uelo remigo, hoc eſt, curſum nauis, quæ uento fertur, remis adiuuo. Plin. lib. 9. cap. 29 Cæteris ſubremigans brachijs, media cauda, ut gubernaculo ſe regit. Verg. 10. Aene. Dextra puppim tenet, ipſaq́ dorſo Eminet, ac læua tacitis ſubremigat undis.

SVBREPO, epis, p. p. {Rampegarſi di naſcoſo} (ὑφέρπω) latenter repo. Pli. li. 34. ca. 8. Fecit & puberem Apollinem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem. Col. lib. 9 ca. 1. Hæc porro animalia, uel ſimilia his, facile intelligitur, quam non expediat conferre in id uiuarium, quod maceria circundatum eſt. ſiquidem propter exiguitatē corporis facile clathris ſubrepunt, & liberos nacta egreſſus, fugam moliuntur. Subrepere animo, per metaphorā, pro eo quod eſt, clam ſe in animum alicuius inſinuare. Quint. lib 4. ca 1. Exordium quidam in duas diuidunt partes Principium, & Inſinuationem: ut ſit principium recta beneuolentiæ & attentionis poſtulatio: quæ quia eſſe in turpi genere cauſæ non poſſit, Inſinuatio ſubrepat animis maxime ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Obliuio ſubrepit. Pli. li. 8. ca. 22. Hunc quamuis in fame mandēti, ſi reſpexit, obliuionem cibi ſubrepere aiunt, digreſſumq́ quærere alium. Aetas iners ſubrepit. Tibull. lib. 1. Eleg. 1. Interea dum fata ſinunt, iungamus amores: Iā ueniet tenebris mors adoperta caput. Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capiti.

SVBRSPTITIÆ LITERÆ, (κλοπικὰ γράμματα) dicuntur quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt: quod tam à Subrepo eſſe poteſt, quàm à Subripio.

SVBRIDEO, {Sorridere, ghignare, ſoghignare} (ὑπομειδιάω) leuiter arrideo. Verg. 1. Aene. Olli ſubridens hominum ſator atque Deorum. Cic. pro Roſci. Comœ Qua de cauſa? ſubridet Saturius ueterator, ut ſibi uidetur. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Limis ſubriſit ocellis. Claud. 2 in Eutrop. Subriſit crudele pater. Verg. 10. Aene. Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira. Subridicule, aduerb. Cic 2. de Orat. Quid hoc Næuio ignauius? ſeuere Scipio. At in male olētem, Video me à te circumueniri, Subridicule Philippus.

SVBRIGO, is, pen. cor. ſiue Suerigo, b, in r, mutata {Dirizzare leuare ad alto} (ἐξαίρω) erigo, in altum eleuo. Plin. lib. 9. cap. 29. Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, uelut exonerata ſentina, facile nauiget. Verg. 4. Aeneid. Tot linguæ totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. Subrectus ſiue Surrectus. Silius lib. 10. Cōnixus in haſtam Ilia compedis ſubrecta cuſpide tranſit.

SVBRIGVVS, adiect (ὑπόδιϊρρυτος) aliqua ex parte irriguus, ſubaquoſus. Plin. lib. 17. cap. 18. In craſſo, aut humido, aut ſubriguo, à meſſe ad Brumam.

SVBRIPIO, is {Rapire, robbare, tuor da naſcoſo} (ὑφαρπάζω) furor, clam auffero Plaut. Menæch Hanc modo uxori intus palam ſubripui. Cic. in Parad. Quanti eſt æſtimanda uirtus, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur? Subreptio, (κλοπή) ipſe ſurripiendi actus. Surreptio item dicitur impetratio, quæ fit à principe ſiue magiſtratu per falſam rei enarrationem. Subreptitius, adiect ut Subreptitia poſtulatio, ſubreptitiæ literę, quę ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt. Subreptitius puer, furtim ſublatus. Plautus in Menæch. Atque iſtic habitat geminus ſubreptitius.

SVBROGO, as, pen. cor. {Soſtituire} (ἀφιδρύω) ſubſtituo. Liu. lib. 3. ab Vrbe: Conſul antequam collegam ſubrogaſſet, negabat paſſurum agi de lege. Subrogare collegam Conſul dicebatur, qui in demortui locum Conſulis alterum ſufficiebat. Cic. ad Brut. Epiſt. 5. Omnino Panſa uiuo celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam ſibi ſubrogaſſet: deinde ante prætoria ſacerdotum comitia fuiſſent. Liu. 2. ab urb. Regnum eum affectare fama ferebat, quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti, & ædificabat in ſumma Velia.

SVBROSTRARII homines otioſi dicebātur, quibus cū nihil eſſet quod domi agerent, ſub roſtris frequēter deſidebant, rumores nouos aut captātes, aut ipſi confingentes. Cælius ad Cic. lib. 8. Te ad nonum Cal. Iunij, ſubroſtrani (quod illorum caput ſit) diſſiparant periſſe.

SVBRVBEO, es, {Arroſcirſi un poco} (ὑπερυθριάω) nonnihil rubeo. Ouid. lib. 2. Amor. Quale coloratum Tithoni coniuge cœlum Subrubet, aut ſponſo uiſa puella nouo.

SVBRVBICVNDVS, adiect. {Alquanto roſſo, roſſetto} (ὑπέρυθρος) id eſt, rubicundulus, ſiue aliquātulum rubicundus. Plin. lib. 25. cap. 13. Herba eſt trixagina ſpecie & mollitia, cauliculis ſubrubicundis.

SVBRVFVS, adiect. {Un poco roſſo} (ὑποπυῤῥος) aliquantulum rufus. Plin. lib 3. cap. 10 Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore in attritu ſudorem purpureum emanat. Plautus in Capt. Subrufus aliquantum, criſpus cincinnatus.

SVBRVMI, {Agnelli ch'ancor tettano agnelli da latte} (ὑπομάστιοι) dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub mamma, quæ Ruma à ueteribus dicebatur. Varr. 2 de Re ruſt. cap. 1. Et ſi parū habet lactis mater, ut ſubiiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, id eſt, ſub mamma. Antiquo enim uocabulo, mamma ruma, ut opinor, dicebatur. Hæc Varr. Inde Subrumari, quod eſt, ſub ruma, id eſt mamma ſubmittere. Colum lib. 7. cap. 4. Diligenti cura ſeruandū eſt, ut & ſuis quotidie matribus & alienis, non amantibus agni ſubrumentur.

SVBRVO, is, {Cauare} (ὑπορύττω) ſuffodio, uel ſuffoſſo fundamēto diruo. Cæſ. 2. Bell. Gal. Muroq́ defenſoribus nudatus eſt, teſtudine facta portis ſuccedunt, murumq́ ſubruunt. Liu. 5. Bell. Pun. Seq́ ultimum illum diem agere, nihil minus timentes, quàm ſubrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenam hoſtium, &c. Aliqñ effodio (κατορύττω). Seneca: Subruunt terram, theſauros q̃ritant.

SVBRVTILVS, adiect. {Roſſetto} (ὑποφοινικός) in rutilum uergens colorem. Pli. lib. 10. cap. 3. Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu.

SVBRVSTICVS, a, um, {Ruſticbetto, uillanello} (ὑπάγροικος) Cicero de Clar. Orato. Cum etiam ipſo ſono, quaſi ſubruſtico, proſequebatur atque imitabatur antiquitatem.

SVBSALSVS, ſa ſum, adiect. {Salſo, che ha ſapor di ſale} (ὑφάλμυρος) quod ſalis ſaporem nonnihil refert. Plin. lib. 21. cap. 29. Subſalſa guſtanti herba.

SVBSANNO, as, {Deleggiare} (χλευάζω) uerbum eſt actiuum idem ſignificās quod irrideo. Nam Sanna (ut ſuo loco docuimus) irriſionem ſignificat, quæ & ſubſannatio dicitur, χλευασμός.

SVBSCRIBO, is, {Sottoſcriuere} (ὑπογράφω) ſubnoto, ſubſigno. ſicut ſolent principes, qui ſubſcribunt ea, quæ rata habent. Ci. ad Att. lib 8. Literas tibi à L. Domitio ad XIII. Calend. Martii allatas eſſe, earumq́ exemplum ſubſcripſeras. Alias ſubſcribere ſignificat fauere, ſiue approbare. Eſt etiam Subſcribo: aliquando uerbum iudiciis & foro accōmodatum, & ſignificat iudicium dictare, quaſiq́ dicā ſcribere. Pli. li. 5. Epi Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & iā biēnium tranſiſſe, omniaq́ me uſu cepiſſe. Id eſt, mecum querela non eſſe experium, ut interpetatur Bud. Vnde Subſcriptores, qui accuſatori ſubſcribunt, hoc eſt, qui ſecundas accuſationis partes ſuſtinent. Cic. 1. Verr. Venit paratus cū ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Vbi Aſcon. ſubſcriptores dicit, qui adiuuare accuſatorem ſolent: quos oportebat ſubmiſſius agere, q̃ eum, quem ſequebantur. Budæ in Priorib. Pand. Annot. Subſcribere dicebant ueteres Iureconſulti, quod nunc Adiungere ſe, dicunt. Subſcribendi igitur facta poteſtate dicendum, quod liguleorum uulgus hodie ſic barbare effert, Dictum eſt, quod adiungere ſe poterit. Cic. in Diui. Non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem cum id poſtularet, fecerunt poteſtatem.

SVBSCRIPTIO, ptionis {Sottoſcrittione} (ὑπογραφή. ὑπομνηματισμός) idē, quod ſubſignatio. Cic. pro Cluē. Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorū mihi dicendum erit, eo dicam animo &c. Subſcriptio cenſoria, eadem eſt cum ipſa cenſura. Cic. pro Cluen. Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus, quàm proſcriptio acerbiſſima poſſit afferre. Bud. Accipitur præterea Subſcriptio, pro adiunctione, ut hodie loquuntur Iuriſcōſulti, cum accuſatori aliquis ad agendum adiungitur Cic. 1. Verr. Quartum quem ſit habiturus, non uideo, niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt.

SVBSCRIPTOR, qui accuſatori adiungitur, ſecūdasq́ obtinet accuſationis partes: de quo uide plura paulo ante in uerbo Subſcribo.

SVBSCVS, udis, pe. pr. tabella exigua eſt inquit Feſtus, qua tabulæ duæ inter ſe configuntur: ita dicta à ſuccidendo quod quà immittitur, ſuccidatur. Pacuuius: Nec ulla ſubſcua cohibet compagem. Subſcudes, inquit Budæus, q̃ & Subſcudes, & Subſcudes appellantur, ſunt lignea retinacula, q̃ etiā Securiculæ à forma uocantur, quaſi ſecuriculæ, quibus duo tigna tenaci ſimul inter ſe uinciuntur: unde Securiculata cardines apud Vitruu. libro 10. licet uulgo Securidati legator Galli Hirundinum caudas appellant. Solent etiam interdum Subſcudes ex ferro fieri. Vitru. lib. 10. cap. 10, loquens de tympano ad molendam farinam fa-

ciendo: Secundum id tympanum, inquit, malus, item dentatum plantum eſt collocatum, quo continetur axis, habẽs in capite ſummo ſubſcudem ferream, qua mola continetur. Quod Vitruuius Subſcudem hic appellat, inquit Budæus, noſtri ferrum molendini: ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt.

SVBSECO, as, pen. cor. (ὑποτέμνω, ὑποκείρω) ab ima parte reſeco, ſuccido, abſcindo. Colum. lib. 2. Quædam ſubterraneæ peſtes adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Ouid. 4. Faſt. Illa papauereas, ſubſecat ungue comas.

SVBSECVNDARIVS, adiect. {Succeſſiuo} idem quod ſucciſiuus & quod quaſi ſecundo tempore aduenit. Gell. lib. 20. cap. ult. Quantum autem uitæ deinceps mihi Deum uoluntate erit, quantum à cura publica, & à re familiari, procurandoq́ cultu liberorum meorum dabitur ocium, ea omnia ſubciſiua, & ſubſecundaria tempora, ad colligendas huiuſmodi memoriarum delectatiunculas conferam.

SVBSELLIA, liorum, {Sedie, pulpiti, banche} (ἕδραι) ſedes & pulpita, uel (ut ita dicam) ſcamna, in quibus audientes poetas recitantes ſedere conſueuerant, uel in quibus ab equitibus ſpectabantur ludi: à ſubſedẽdo, quaſi ſubſedia per mutationem d, in l, ut Sella, pro Sedda. Nam Senatores in ſellis altioribus conſidebãt. Perſ. Saty. 1. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Scribit Aſcon. ſubſellia eſſe Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Vnde Varro Subſellium dictum exiſtimat, quod non ſit plane ſella. Erant præterea Subſellia ſedes in foro, ſub dio, ubi iudicia publica exercebantur. Cic. in Vatinium: Quæro ex te, poſt urbem conditam num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumq́ ui deturbarit, ſubſellia diſsiparit, urnas deiecerit, &c. Quo in loco Cicero Prætori tribunal aſſignauit, qui iudicijs præerat, & Quæſitor uocabatur: Subſellia uero iudicibus, qui reos ſententijs ſuis tabellaribus iudicabant. Erant & Subſellia in curia, in quibus Senatores ſedebant, ut oſtendit. Cice. 1. Inuect. in Catil. Item ſedes in theatro. Suetonius in Auguſt. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid ſpectandi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo uacaret Senatoribus. Item ſedes, in quibus ſedebant rei, & accuſatores, & teſtes. Cice. pro Roſc. Amer. Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roſcijs Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſellijs uideo, alterum tria huiuſce prædia poſſidere audio. Subſellia pro ipſis iudicibus aliquando accipitur: quod & Budæus annotauit. Mart. lib. 1. Sextiliane bibis, quantum ſubſellia quinque.

SVBSEQVOR, eris, penul. cor. {Seguire, incontinente} (ἐφέπομαι) ſtatim ſequor. Cæſ. de Bell. Gall. lib. 4. Agmen ſubſequi iuſſit. Plaut. Bacch. Cedo manũ, ac ſubſequere propius me ad fores. Liu. 7. Bell. Pun. Raptimq́ cum equitatu profectus, iuſſis ſe ſubſequi peditibus, palatos paſſim per agros, &c. Subſequi, & imitari aliquem. Plin. in Pane. Te enim imitari, te ſubſequi ſtudent.

SVBSERO, is, pen. cor. {Sotto ſeminare, ſotto piantare} (ὑποφυτεύω) ſubtus ſemino uel planto. Colum. libro 4. cap. 15. Nam plurimum intereſt adhuc nouella conſitione pedamen omne ueſtiri, nec mox uineam tum ſubſeri, cum fructus capiendus eſt.

SVBSERVIO, uis, {Seruir beniſſimo} (ὑπηρετέω) diligenter ſeruio, uel obtempero. Plautus in Menæch. Ita iſtæ ſolent, quæ uiros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretæ dote feroces. Subſeruire orationi alicuius, eſt ea dicere, quæ pertinent ad confirmandam alterius orationem. Terentius in Andr. Ego quoque hinc ab dextra Venire me aſſimulabo: tu, ut ſubſeruias orationi, utcunque opus ſit uerbis, uide.

SVBSESSÆ, {Inſidie, aguaiti, aguati, imboſcate} (ἐνέδραι) dicuntur à Vegetio inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet. Subſidere enim ſignificat delitefcere: unde Subſeſſores dicti, qui delitefcẽtes inſidiantur, & inſidijs circũuentos interimunt. Contra Subſeſſos uocamus hoſtilibus inſidijs circumuentos. A Valerio Subſeſſor alieni matrimonij dictus eſt, qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur.

SVBSIDEO, des, {Star ſotto, ſedere} (ὑποκαθίζω, ὑφίσταμαι) ſubſiſto, ſedeo. Cicero Att. lib. 2. Itaque ſubſedi in ipſa uia, dum hæc ſummatim tibi perſcriberem. Cæſ. 6. Bell. Gall. Magna præterea multitudo calonum, magna uis iumẽtorum, quę in caſtris ſubſederat, facta poteſtate ſubſequitur. In aquis quoque cæteriſq́ liquoribus Subſidere dicuntur, quæ imum petierunt fundum, ibiq́ ſubſiſtunt. Col. lib. 11. cap. 1. Villica debet curã adhibere, ut ſi quæ fæces, aut amurcæ in fundis uaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emundentur. Eſt & Subſidere, inſidiari, ἐφεδρεύειν. Cic. pro Milo. Cum neque ante occurrit, ne in uilla reſideret, nec in eo loco ſubſedit, quo nocte uenturus eſſet. Budæus, Inde Subſeſſores, (ἔφεδροι) & Subſeſſæ: de quibus paulo ante.

SVBSIDIARIVS, a, um, adiect. (βοηθητικός) quod in ſubſidium paratur. Liu. 5. ab Vrb. Paulum erat ab dextra editi loci, quem ſubſidiarijs repleri placuit. Idem 9. ab Vrbe. Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſeruabantur in primam aciem ex templo emiſit. Subſidiarius palmes, qui & Præſidiarius & Reſex à Columella, à Catone cuſtos, & Vitiarius appellatur palmes.

SVBSIDIVM, {Suſſidio, ſoccorſo, aiuto} auxilium cum in uſum cõparatum, ut laborantibus opem ferat. Cicero Quint. fratre. Seſtius, multis uulneribus acceptis, ſubſidio Beſtiæ ſeruatus eſt. Vnde Subſidio uenire dicimus, pro eo quod eſt laboranti auxilium ferre. Cice. 6. Philipp. C. Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt. Subſidium ſenectutis, id eſt, perfugium. Idem ad Attic. lib. 5. Res Hiſpanienſes ualde bonæ, modò Balbinum in columẽ uideam, ſubſidium noſtræ ſenectutis.

SVBSIDO, is, pen. prod. {Inchinarſi, aſſaltare} (ὑποκαθίζω) ad ſedendum deſcendo, peſſum eo. Verg. 5. Aene. Subſidunt undæ, tumidumq́ ſub axe tonanti Sternitur æquor aquis. Ouid. lib. 1. Metam. Iam mare littus habet, plenos capit aluem amnes: Flumina ſubſidunt, colles exire uidentur. Et paulo ante: Iuſſit & extendi campos, ſubſidere ualles. Liu. 8. Bell. Pun. Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte: inde ad emittenda ipſi conſurgunt. Subſidere in loco aliquo pro commorari: cui opponitur Proficiſci: Cic. ad Cæcinam li. 6. Quid ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. Subſidere, ſignificat aliquando inuadere. Lucan. li. 5. Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum.

SVBSIGNO, ſignas, ſignare, {Sotto ſcriuere} (ὑποσημαίνω) ſubſcribo, ſubnoto Cice. pro Flac. Illud quæro ſint'ne iſta prædia cenſui cenſendo: habeant ius ciuile, ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſint?

SVBSILIO, ſubſilis, pen. co. {Saltare in ſu} ſubſilui, ſubſultum, (ὑφάλλομαι) ſurſum ſalio. Plaut. in Curc. Subſidite obſecro, & mittite iſtanc foras. Lucr. libr. 2. Nec quum ſubſiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma deguſtant tigna, trabeſq́, Sponte ſua facere id ſine ui ſubuecta putandum eſt. Hinc Subſulto, frequentatiuum. Plaut. in Caſ. Vt ſubſultabat, poſtquam uicit uillicus. Idem: Tu ſubſultas, ego miſer uix aſto præ formidine. Et Subſultim, aduerb. Sueto. in Auguſto, cap. 83. Mox nihil aliud quam uectabatur, & deambulabat, ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

SVBSILLES, (inquit Feſtus) dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis neceſſariæ.

SVBSIMVS, a, um, pen. pro. (ὑπόσιμος) aliquantulum ſimus. Varr. lib. 2. de Re ruſt. c. 5. Vt ſint bene compoſita, & integris membris, &c. piloſis auribus compreſſis malis, ſubſimiſve gibberibus demiſſis, &c.

SVBSISTO, is, {Contraſtare} (ὑφίσταμαι) contra ſiſto. Cæſar 1. Bel. Gall. Quo prælio ſublati Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitũ propulerant, audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere cœperunt. Verg. 9. Aene. Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum, Nec dextra ualet. Subſiſtere feras, eſt excipere, nec cedere irruentibus, ut ait Budæus. Liu. 1. ab urb. Hinc robore corporibus, animiſq́ ſumpto, iam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetum facere paſtoribuſq́ rapta diuidere. Subſiſtere in aliquo loco eſt aliquandiu commorari. Verg. 2. Aene. Quater ipſo in limine portæ Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere. Plin. Epiſt. 134. Grauiſſimis æſtibus, atque etiam febriculis uexatus, Pergami ſubſtiti. Id eſt, reſtiti, remanſi, commoratus ſum. Lingua ſubſtitit timore. Ouid. Epiſtol. 13. Subſtitit unda, hoc eſt, ſtetit, ſiue conſtitit. Verg. 8. Aene. Tybris ea fluuium, quàm longa eſt, nocte tumentem Leniit, & tacita refluens ita ſubſtitit unda, Mitis ut in morem ſtagni, &c.

SVBSOLANVS, ni, {Leuante uento} (ἀφηλιώτης) uentus ſpirans ab ortu æquinoctiali, aduerſus Fauoniũ: ita dictus, quod ſub Sole naſci uideatur: unde et Græci Apheliotẽn appellarunt. Pli. li. 2. ca. 47. Ab oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriẽte brumali Vulturnus. Illũ Apheliotẽ, hunc Græci Eurũ appellãt.

SVBSORTIOR, iris, (ὑποκληρόομαι) eſt ſorte aliquẽ in reiectorũ iudicũ locum ſubſtituere: unde Subſortitos iudices dicimus, qui in aliorũ locũ ſunt ſubſtituti. Ci. 3. Ver. Cur ea, quam diu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horũ locũ ſubſortitus es, de te in conſiliũ iturũ putaſti: tam diu domi fuerit?

SVBSORTITIO, oni, (ὑποκλήρωσις) eſt ſuffectio, quæ ſorte fieri ſolet à Prætore, aut ſupplendum numerum iudicum, qui ab accuſatore, aut reo erãt reiecti. Ci. 3. Ver. Nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicũ nihil dico. Suet. in Iul. Cæſare cap. 41. At ne qui noui coetus recenſionis cauſa moueri quandoque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex his, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Cic. pro Cluen. Et quod C. Verres prætor urbanus homo ſanctus & diligẽs ſubſortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

SVBSORTITVS IVDEX, (ὑποκληρωθεὶς δικαστής) qui in locum reiecti iudicis ſorte eſt ſubſtitutus: de quo uide plura in uerbo, Subſortior.

SVBTANTIA, tiæ, {Soſtanza} (ὑπόστασις, οὐσία, ὕπαρξις) eſt quæ per ſe ſubſtat, & fundamentum præbet accidentibus, quæ ſine illa ſubſiſtere non poſſunt. Quandoque etiam Subſtantia ponitur pro materia, & argumento circa quæ uerſatur cardo totius rei. Plinius Nouocomenſis in Epiſtol. Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quint. in Proœ. lib. 1. Prima apud Rhetorẽ elementa, & quę de ipſa Rhetoricę ſubſtantia quęruntur tractabimus. Quandoque pro facultatibus. Idem: Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem.

SVBSTANTIVVS, a, um, {Soſtantiale, ſoſtantiuo} (ὑπαρκτικός) idem quod ſubſtãtialis, hoc eſt, quod per ſe ſtare poteſt: cuius cõtrarium eſt Inſubſtãtiuum. Ruffinus in expoſitione Symboli: Sed forte dicas, iſta quã memoras, inſubſtãtiua ẽ generatio. Neq; n. lux ſubſtantiuũ facit ſplendorẽ, aut cor ſubſtãtiuũ generat uerbũ.

SVBSTERNO, is, aui, atũ {Sotto diſtendere} (ὑποστρώννυμι, ὑποστόρνυμι) ſubtus ſterno. Teren. in And. Ex ara hinc ſume uerbenas tibi atq; eas, ſubſterne. Ouid. 15. Metam. Quaſſaq́ cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha. Cice. 2. de Natu. deo. Iam gallinæ aueſq́ reliquę quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia ſibi, nidoſq́ conſtruunt, eoſq́ quàm poſſunt molliſſime ſubſternunt, ut quam faciliime oua ſeruentur. Subſternere animo omnia, id eſt, ſubiicere, ſupponere. Cic. de Vniuerſ. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex ſua mente & uoluntate genuiſſet: tum denique omne quod erat concretum atque corporeum ſubſternebat animo, interiuſq́ faciebat. Subſtratus, huius ſubſtratus: ipſe ſubſternendi actu. Plin. lib. 24. cap. 9. Suffitu quoque aut ſubſtratu fugant uenenata. Subſtramen, minis, quod animalibus ſubſternitur. Varr. li. 3. de Re ruſt. cap. 10. Eaſq́ cellas prouident, ne habeãt in ſolo humorem: ſed habeãt molle ſubſtramentum è palea, aliave qua re.

SVBSTILLVM, li, tempus dicitur, quod ante pluuiam, uel poſt pluuiam eſt, non ſiccum, ſed humidum, quod aut iam ſtillet, aut nõdum ſtillare deſiderit. Hęc Feſtus. Apud Catonem lib. de Re ruſt. ponitur pro ægritudine, quando ſtillatim urina emittitur, quam Græci uocant στραγγουρίαν. Nunc (inquit) de iis, quibus ægre lotium it, quibuſq́ ſubſtillum eſt.

SVBSSTITVO is, {Soſtituire} (ὑποκαθίστημι) in locũ alterius ſurrogo, ſufficio Cic. 7. Verr. Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere, & ſupponere coepit. Idem 2. de Diui. In libris n. ſententiã dicebamus cõcionabamur, philoſophiã nobis pro Reipublicæ procuratione ſubſtitutam putabamus. Subſtitutio, (ὑποκατάστασις) ſurrogatio, ſuffectio. Pau. Iurecõſul. In uulgari ſubſtitutione. qua ei qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituitur, recte, hæres ſubſtitutus etiam uiuico intelligitur.

SVBSTO, ſtas, {Soſtenere} (ὑφίσταμαι) ſuſtineo, & conſtans ſum, non uacillo, aut labaſco. Teren. in And. Pertimetuo, ne ſubſtet hoſpes.

SVBSTRINGO, is, {Stringere} (συστέλλω) contraho, coarcto, complico. Quint. lib. 10 Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Mart. li. 12. Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ. Lucret. libr. 3. Hinc & Sidoniæ gentes, auroq́ ligatas Subſtringens Arimaſpe comas, &c. Subſtrictus, a, um, participium. Colum. li. 2. cap. 3. Boues cum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſq́

buſq; comprimat dorſum. Eſt & Subſtrictus, nomen ex participio, idem ſignificans quod arctus, & contractus: cui contrarium eſt Prominens & effuſus. Col. lib. 6. cap. 10. de tauri forma loquens: Vt ſit magna portio corporis, uentre paulo ſubſtrictiore, quo magis rectus, & ad iucundas fœminas habilis ſit. Subſtricti teſtes. Plin. lib. 32. cap. 3. Quinimo paruos eſſe, ſubſtrictosq;, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine uita animalis poſſe.

SVBSTRVO, is, {Sotto fabricare} (κατεβάλλομαι, κατασκευάζω) fundamentum iacio, ab imo extruo, à fundamentis erigo. Plaut. Moſtel. Primum dū parentes fabri liberum ſunt, & fundamentū liberorum ſubſtruunt, extollunt, &c. Liu. 6. ab Vrb. Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus uel in hac magnificentia urbis conſpiciendum. Subſtructio, onis, uerbale, (καταβολή) actus ipſe ſubſtruendi. Co. lib. 2. cap. 2. Quibuſdam ſubſtructionibus partes agri ſunt occupandæ. Cæſar lib. 2. Bel. Ciuil. Altera theatro, quod eſt ante oppidum ſubſtructionibus eius operis maximis, aditu ad caſtra difficili & anguſto. Colum. lib. 1. Quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta, non ſolū ſuperficiem ſuam ſuſtinebunt facile, ſed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea, quæ mox, ſi forte uillam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur.

SVBSVM, {Eſſer ſotto} (ὕπειμι) ſub re aliqua ſitus ſum. Plin. Suberant tecto abiegnæ trabes. Subeſt cauſa. Cice. 5. de Fin. Intelligatur aliquam ſubeſſe eiuſmodi cauſam. Aliquando Subeſſe, ſignificat latenter ineſſe. Verg. 2. Georg. Quippe ſolo natura ſubeſt. Subeſſe pro adiuuare aliquando ponitur. Plaut in Trin. Quod ago, aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur.

SVBSVO, is, pen. cor. (ὑποῤῥάπτω) ad imam rei cuiuſpiam partem aliquid aſſuo. Horat. 1. Serm. Sat. 2. Sunt qui nolint tetigiſſe niſi illas, Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte. Subſutam ueſte, limbū intelligit, qui inſtitæ ſubſuebatur.

SVBTAL, ex ſub & talo componitur, ſignificatq; cauum pedis, quamuis et pro uola quandoque accipiatur. Sipontinus.

SVBTEGMEN, minis, (κρόκη) dicitur filum quod ſub ſtamine texitur. Teren. in Heaut. Anus ſubtegmen nebat: præterea una ancilla erat. Ouid. 6. Metam. Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis. Catu. Argon. Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi. Verg. 3. Aene. Fert picturatas auri ſubtegmine ueſtes.

SVBTEGVLANEA PAVIMENTA, {Pauimenti, battuti, ò terrazzi ſotto à i coppi} (ὑπόστεγα) quę & barbarica dicebantur ex teſtis tuſis, rudere & calce conſtantia. Plin. lib. 36. ca. 25. Pauimenta credo primum facta, quæ nunc uocamus Barbarica atque ſubtegulanea.

SVBTENDO, dis, {Diſtender ſotto} (ὑποστρώννυμι) ſubtus extendo. Cato de Re ruſt. cap. 10. Lectum in cubiculo unum, lectos loris ſubtentos quatuor, & lectos communes tres.

SVBTENTARE, {Tentare} (πειράζειν) idem quod tentare. Plaut. in Truc. Aduenisti huc ſubtentatum exornatis oſſibus.

SVBTENVIS, tenue, {Alquanto ſottile} (ὑπόλεπτος) aliquantum tenue. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. Non anguſta iuba crebra, fulca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partem ceruicis.

SVBTER, {Sotto} (ὑπένερθε) præpoſitio locum denotans inferiorem, ſicut Super, ſuperiorem. Iungitur autem ferè accuſatiuo. Cice. in Arat. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. Nonnunquam etiam ablatiuo. Verg. 9. Aene. Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus. Ponitur & ſine caſu, aduerbialiter. Cice. de Som. Scipion. Deinde ſubter medium ferè regionem ſol occupat.

SVBTERDVCO, cis, {Fuggere di naſcoſo, ſotto fugere, piantare} (ὑπεκφεύγω) uerbum Plautinū pro ſubterfugere, & clam ſeſe ſubducere ex aliqua ſocietate uel loco. Plau. in Mil. Serua iſtas fores, Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc. Id eſt, ne hinc abeat, te inſcio.

SVBTERFLVO, is, ere {Correre, ſcorrere} (ὑποῤῥέω) notę ſignificationis. Plin. lib. 8. cap. 50. Torrente rapido minaciter ſubterfluente.

SVBTERFVGIO, ſubterfugis, pe. cor. {Fuggire ſegretamente, di naſcoſo} (ὑπολισθαίνω, ὑποδιδράσκω, ὑπεκφεύγω) clam aufugio. Plaut. in Bacch. Subterfugiſſe mihi ſic hodie Cryſalum? Aliquando uito, uel detrecto. Plau. in Merc. Nequicquam ego mare ſubterfugi ſæuis tempeſtatibus. Sic dicimus. Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum, hoc eſt, detrectare.

SVBTERLABOR, pen. pro. Subterlabens, pen. cor. {Fuggire tacitamente} (ὑπολισθαίνω, ὑπεκφεύγω) elabor, & effugio. Liu. 10. bell. Pun. Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant: neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem nauem.

SVBTERLINO, is, pen. cor (ὑποχρίω, ὑπαλείφω) imam rei alicuius partem perlino. Plin. lib. 28 cap. 7 Sotira obſtetrix, tertianis, quartanisq; efficaciſſimum dixit plantas ægri ſubterlini.

SVBTERO, is, {Peſtare, tritare, ſminuire, conſumare, lograre} (συντρίβω) comminuo. Colum lib. 12. ca. 5. Salis ſextarium ſubterito, & ſubtritum cum quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72. Boues ne pedes ſubterant, prius quàm in uiam quoquam agas, pice liquida cornua infima ungito. Subtritus, a, um, id eſt, Attritus. Plaut. in Aſinar. Sed tamen inepte eos aſinos prædicas Vetulos, claudos, quibus ſubtritæ ad fœminas iam erant ungulæ.

SVBTERRANEVS, a, um, {Sotto terra} (ὑπόγειος) quod eſt ſub terra. Colum. lib. 1. cap. 6. Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis, itéq; id anguſtis illuſtratum feneſtris.

SVBTEXO, is, xui, xtum, {Sottogiungere} (ὑποζεύγνυμι) Idem quod ſubiungo. Plin. lib. 25. cap. 11. Verum & generatim, membratimq; ſingulis corporum morbis remedia ſubtexemus.

SVBTILIS, & hoc ſubtile, {Sottile, tenue} (λεπτός, λεπτομερής) quod eſt tenuium partium. ut, Subtilis ſuccus. Plin. li. 11. cap. 5. Apes ſuccum ſubtiliſſimū contrahunt. Subtile conſilium, (λεπτὸν νόημα) id eſt, implicatius, nec cuius obuium. Concluſio ſubtilis. Quint lib. 7. cap. 4. Concluſio ſubtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Cice. libr. 3. de Finib. Stoicorum autem non ignoras quàm ſit ſubtile, uel ſpinoſum potius diſſerendi genus. Subtile iudicium, id eſt, acutum, & perſpicax. ·ſſu. Idem ad Catonem li. 15. Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſyncerum ac ſubtile iudicium nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm eſt iſta oratio. Subtile palatum, & Subtilis gula, quæ ſapores acute diiudicat. Horat. 2. Serm. Saty. 8. Feruidus quod ſubtile exurdant uina palatum. Colum. lib. 8. cap. 16. Hoc igitur peruerium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctiq; & erudita palata faſtidire docui fluuialem lupum.

SVBTILITAS, tis, {Sottigliezze, ſottilità, ſottiglianza} tenuitas gracilitas acumen Cicer. libr. 1. Acad Apud noſtros enim non ignoras, quæ ſit & quanta ſubtilitas. Subtiliter: acute, acriter, tenuiter. Cice. 1. Tuſc. Sed Zeno cum Arceſilā anteiret ætate, ualdeq; ſubtiliter diſſereret, & peracute moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.

SVBTIMEO, ſubtimes, pen. corr. {Temere alquanto, dubbitare, hauer paura} (ὑποφοβοῦμαι) aliquantum timeo, ſubuereor, ſubformido. Cice. 2 Philip. Nunquid ſubtimes ne ad te hoc crimen pertinere uideatur?

SVBTRAHO, is, {Tuor di ſotto, robare} (ὑφέλκω) de medio aufero: Plin. libro 11. cap. 18. Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouid in Ibin: Subtrahitur preſſo mollis arena pede. Cice. ad Qu. fr. lib. 2. Quo ego me libentius à cura, & ab omni parte Reip ſubtraho. Ouid. 5. Triſt. Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo. Verg 6. Aene. Siſte gradum, teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Subtrahere etiam accipimus pro ſurripere, ſiue furari. Plaut. in Caſi. Nam peculi probam nihil habere addecet Clam uiro. & quæ habet partū ea haud commode eſt quin uiro aut ſubtrahat, Aut ſtupro inuenerit.

SVBTRISTIS, ſte, {Alquanto di mala uoglia} (ὑπολύπηρος) aliquantum triſtis. Terent. in Aud. Subtriſtis uiſus eſſe aliquantulum mihi.

SVBTVNDO, is, (ὑποτύπτω) idem quod Tundo. Tibul. lib. 1. Eclo. 10. Flet teneras ſubtuſa genas: ſed uictor & ipſe Flet ſibi dementes tam ualuiſſe manus.

SVBTVRPE {Alquanto brutto} (ὑπαίσχρον) quod turpitudinis nonnihil habet cōiunctum. Cic. de Clar. Orato. Exprimenda enim ſunt, & ponenda ante oculos ea quæ uideantur & uerisſimilia, quod eſt proprium narrationis: & quæ ſint quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia. Hinc diminutiuum, Subturpiculus. Ci. ad Att. libr. 4. Subturpicula mihi uidebatur eſſe παλινῳδία.

SVBTVS, aduerb. {Sotto} (ὑπένερθε) idem quod Sub. Varro. 2. de Re ruſt. ca. 9. Labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.

SVBVCVLA, {Camiſcia} (ὑποχίτων, χιτωνίσκος, ὑποδύτης) intima ueſtis, quæ ferè ex lino fit, ita dicta, quod ea ſubtus induamur. Varr. de Vita pop. Romani. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt uocare Subuculam, & Induſium. Eſt & Subucula libum, quod diis dabatur ex alica, oleo, & melle compoſitum. Feſtus

SVBVCVLATVS, a, um, {Camiſciato} ſubucula indutus. Quint. li. 8 cap. 3. Nec à uerbis modo, ſed à nominibus quoque deriuata ſunt quædam. ut à Cicerone Subuculatum, & ab Aſinio Fimbriatum.

SVBVEHO, is, {Inalzare, ò portare} (ὑποκομίζω) aduecho, uehiculis nauibusve affero. Plin. lib. 31. cap. 1. Sæpe etiam lapidea ſubuehunt, portantes aliena pondera. Liu. 9. ab urb. Nā infeſſis omnibus uiis per quas commeatus ex Samnio ſubuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præſidio erant legatos miſere ad Conſulem Romanum. Ouid. lib. 8. Metam. Illa dato ſubuecta per aera curru Deuenit in Scythiam. Subuectare frequentatiuum. Plaut. in Aſinar. Ipſos qui tibi ſubuectabant rure huc uirgas ulmeas. Verg. lib. 6. Aene. Et ferruginea ſubuectat corpora cymba.

SVBVECTIO, onis, (κομιδή) ſubuehendi actus. Cæſ. 7. Bel. Gal. Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumentaria duris ſubuectionibus laboraret. Subuectus, us, ui. Idē Taci. li. 15. Et prouiſi ante commeatus, quorum ſubuectu &c.

SVBVENIO, nis, {Souuenire, ſoccorrere, aiutare} (ἐπικουρῶ, βοηθέω) ſubſidio uenio, ſuppetias fero, auxilior. Plau. Qui toties tibi miſero ſubueni. Cæſ. 5. Bel. Gall. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubuenit. Teren. Eun. Sed neceſſe eſt, hunc ut ſubuenias. Ci. ad Catonem lib. 15. Cumq; eo animo ueniſſem ut utrique prouinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubuenirem. Subuenitur, impersonale. Ci. de Aruſ. reſp. Idemq; earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiā aliis incendiis ſubuenitur. Subuentare, frequentatiuum. Plau. Ruden. Spes bona obſecro ſubuenta mihi.

SVBVERBVSTA, ſtæ, id eſt, ueribus uſta, inquit Feſtus. Plau. Viſcerosam, compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

SVBVEREOR, eris, (ὑποδείδω) aliquantulum uereor. Cic. ad Marcellum. Vrunt enim mihi in mentem ſubuereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.

SVBVERTO, is, {Souuertere} (καθαιρῶ) deſtruo, ſiue demolior, tollo, deleo. Salluſ. in Iugurth. Probarent ne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubuerterent, parum conſtabat. Subuertere, perdere calumniis. Taci. lib. 3. Cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerteretur. Subuerti etiam dicuntur fruges. & legumina, cum impinguandi agri cauſa inarantur. Colum. lib. 11. cap. 2. Item qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubuertit. Subuerſo, as, are, frequentatiuum. Plau. Curc. Vel qui ipſi uortant, uel qui aliis ſubuerſandos præbeant.

SVBVETERIBVS, eſt loci nomen in urbe Roma, ſicut & Subnouis. Plau. in Curc. Subueteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore. Sue. in Auguſt. Biſariā laudatus eſt, pro æde diui Iulii à Tyberio, & pro Roſtris ſubueteribus. Varro: Subnouis dicta pars in foro, ædificiū quod uocabulū eius peruetuſtū.

SVBVEXVS, adie. ut Conuexus. Liu. 5. bell. Pun. Omnia faſtigio leni ſubuexa.

SVBVIRIDIS, de, pen. cor. (ὑπόχλωρος) aliquantum uiride. Plin. lib. 37. cap. 10. Balanitæ genera duo habent ſubuirides & Corinthii æris ſimilitudine. Idem lib. 25. cap. 9. Therionarca ſiue coſa foliis ſubuiridibus, flore roſeo.

SVBVLA, læ. {Leſina} (ἀκέστρα) inſtrumentum ſutorum, quo illi calceos ſuentes corium perforant. Mart lib. 1. Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Colum. lib. 6. cap. 5 Aenea ſubula pars articuli latiſſima circumſcribitur.

SVBVLCVS, ci, {Porcaro} (ὑφορβός) cui porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 4. Altitudinis haræ modus ſit, ut ſubulcus facile circumſpicere poſſit, ne quis porcellus à matre opprimatur. Colum. in Præfat. li. 1 Porculatoris uero & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones.

SVBVLO, onis, pe. co. (αὐλητής) lingua Hetruſca dicitur tibicen. Ennius apud Feſtū: Subulo uicinas propter adſtabat aquas. In alio ſignificatu Subulones dicuntur cerui, quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeq; ramoſa, ſed ſubularum ſimilitudinem. Pli. lib. 11. cap 37. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Idem lib 28 ca. 17 Sunt & qui fumum fimi ciuerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo: & cerui pulmonem, maxime ſubulonis.

SVBVOLO, as, are, (ὑποπέτομαι) ſurſum euolo. Pli. lib. 10. cap 8. Item &

columbæ nouere ex iis pericula, uiſoq; confidunt, aut ſubuolant Cice. 1. Tuſcu. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolent. Ouid. 14. Metam. Numerusq; ex ordine maior Subuolat, & remos plauſis circumuolat alis.

SVBVOLVO, is, ere, (ὑποκυλίω) ſurſum uoluo. Verg. 1. Aene. Inſtant ardentes Tyrii, pars ducere muros, Moliriq; arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa.

SVBVR, eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum ad flumen Rubricatum, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3.

SVBVRBANVS, a, um, (ὑπάστειος) quod urbi uicinum eſt. Cice. 1. de Diui. Ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani non ad arcem, urbemq; retinendam. Rus amœnum & ſuburbanum. Cic. pro Roſc. Amer. Hortulus ſuburbanus. Plin. lib. 35. cap. 10.

SVBVRBANVM, ni, ſubſtantiuum. (τὸ ἐν τῷ προαστείῳ χωρίον) prædium urbi uicinum. Sueto. in Auguſto Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus. Suburbanus, a, um, quod urbi eſt uicinum: ut, Regio ſuburbana. Colum. lib. 7. cap. 9. Hoc autem fit longinquis regionibus, ubi nihil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbanus lactens porcus ære mutandus eſt.

SVBVRBANITAS, atis, urbis uicinitas. Cice. 4. Verr. de Sicilia loquens: Sic populo Romano iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ.

SVBVRBIA, {Borghi} (προάστεια) pluiali numero tantũ, ſunt frequẽtes extra urbem domus inſtar uici urbani, quaſi uiæ ſub urbe.

SVBVRRA, uicus Romæ, ut ex Iunii ſententia refert. Varr. lib. 4. de Ling. Latin. ſic dictus ab eo, quód ſitus ſit ſub loco quem Terreum murum appellant, Verum ego (inquit Varro) potius pago Succuſano puto dictam Succuſam inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium eſt, quod antiquitus per c, literã non per b, ſcribebatur. Feſtus uero Verrium ſequutus, à ſuccurrendo dictam exiſtimat, quod in ea ſtationem ſoleat habere præſidium ſtatiuum, ut Exquilinis ſuccurreret, Gabinis eam partem infeſtantibus, Cuius rei indicium profert, quod & ſuo ſeculo Sucurrana tribus ſcribi ſoleat, per c, literam, non ſuburrana per b.

Hinc Suburranus, na, num, ut Regio Suburrana, in qua meretricum diuerſoria erant, quæ ob id Suburranæ dicuntur poetis. Martial. libro 6. Famæ non nimium bonæ puellam Qualea in media ſedent Suburra, Vendebat modo præco Gellianus.

SVBVVLTVRIVS, a, um, uox eſt à Plauto riſus mouendi gratia conficta, qui Ampeliſcæ puellæ corpus ſubuulturium tribuit, quod uulturis ritu raperet aſpicientes. Verba eius ſunt hæc in Rudente. Proh dij immortales, Veneris effigia hæc quidem eſt. Vt in ocellis hilaritudo eſt, corpus cuiuſmodi ſubuulturium? illud quidem, ſubaquilum uolui dicere.

SVCCEDANEVS, a, um, {Succeſſore, uicario} (ὑποβολιμαῖος) quod alteri ſuccedit, ſeu quod pro alio ſubiicitur. Plaut. in Epid. Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam. Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum. Legitur & Succidaneum à ſuccidendo ut paulo poſt docebimus ſuo loco.

SVCCEDO, is {Andar ſotto, ſuccedere ò intrare} (ὑποδύομαι) ſubeo, ingredior Cicero pro Domo ſua. Is tectum, quod imbris uitandi cauſa ſuccederet, nullum habebat. Verg. lib. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ. Peſtis acerba boum pecoriq; aſpergere uirus. Idem 4. Aen. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Cæſar 2. Bell. Murusq; defenſoribus nudatus eſt: teſtudine facta portis ſuccedunt, murumq; ſubruunt. Item in alterius locum uenire, διαδέχομαι, ὑφίζομαι. Cæſ. 5. Bell. Gall. Stationesq; diſpoſitas haberent, atque alios alij deinceps exciperent, integriq; & recentes defatigatis ſuccederent. Cice. lib. 3. Offic. quid ergo? hic non noceat, qui quodam quaſi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? Inde Succeſſor, (διάδοχος) & Succeſſio, (διαδοχή) de quibus infra. Accipitur aliquãdo Succedere, pro proſpere cedere, ſeu feliciter euenire προχωρεῖν. Terentius in And. Hæc non ſucceſſit, alia aggrediamur uia. Liu. 8. ab urb. Vt ſi ſucceſſiſſet inceptum, cogitaret pop. Roma. potius, cum quanto ſtudio, periculoq; reditum in amicitiam iuam eſſet, quàm qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Cice. ad Brutum: Nos te, tuumq; exercitum expectamus. ſine quo, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, uix ſatis liberi uidemur fore. Succeſſit. pro accidit. Plin. libr. 28. cap. 8. Quod ſi ſucceſſit alienari mente, uel ex equo hominem decidere.

Succeſſum eſt, impersonaliter. Cice. ad Planc. li. 13. Qui quum forte quæſtor Macedoniam obtineret: neque ei ſucceſſum eſſet, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu uenit.

SVCCENDO, is, {Infiammare} (ὑποκαίω, ὑποτύφω, ὑφάπτω) ignem ſubijcio. Liu. 8. Bell. Pun. Cum turbam fœminarum, puerorumq; imbellem, inermemq; ciues ſui cæderent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque inijcerent corpora. Succenſus, participium. Cice. in Piſonem: Sapiens etiam ſi in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur, &c.

SVCCENSEO, ſes, {Accorrocciarſi, adirarſi} (ὀργίζομαι) in re graui & iniuſta ex cauſa iraſcor, ut ait Donatus Cice. 4. Acad. Cur mihi magis ſuccenſetis, qui iſta non aſpernor: quàm eis, qui cum audiunt, deſipere nos arbitrantur? Oui. Epiſt. 16. Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti? Cicer. pro Deiotaro: Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas: illud uereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere.

SVCCENTVRIO, as, (ἐπιλοχαγέω) explendæ centuriæ gratia ſubſtituo. Vnde Succenturiati milites dicuntur, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maxime collocabantur. ex quo in ſuccenturijs, hoc eſt, in inſidiis quempiam collocatum dicimus. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero Succenturiatus.

SVCCERDA, æ, {Merda porcina} (ὑόσπατος) ſtercus ſuillum, interprete Feſto. Titinnius. Quid habes niſi unam arcam ſine claue? eo condis ſuccerdas Rectius uidetur unico c, ſcribi poſſe. Nam apud Lucilium corripit primam ſyllabam. ex quo hunc uerſiculum citat Nonius: Hic in ſtercore humi, ſabulisq; fimo atque ſucerdis.

SVCCERNO, is, ere, {Separare, ſpartire} (ὑποκρίνω) ſeparo, ſecerno. Plinius li. 18. cap. 11. Farinario cribro ſuccernunt. Cato cap. 18. Eo calcem cribro ſuccretam indito altè digitos duos.

SVCCESSOR, oris, {Succeſſore} (διάδοχος) qui alteri ſuccedit. Cic. ad Caninium libr. 2. Marium quidem ſucceſſorem tarde uideo eſſe uenturum. Mart. li. 9. Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres.

SVCCESSIO, onis {Succeſſione} (διαδοχή) ipſe ſuccedendi actus Cælius ad Ciceronem lib. 8. Epiſt. Prætereà Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione prouinciarum Gallicarum. Cice. 1. de Finib. Vt enim cum cibo potioneq; fames ſitisq; depulſa eſt ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert uoluptatis ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit uoluptatis.

SVCCESSVS, us, {Auenimento} (τύχη) pro euentu accipitur tã bono, quàm malo. Vnde bonum ſucceſſum, & Proſperos ſucceſſus, & Infelices ſucceſſus legimus. Verg. lib. 2. Atque hic ſucceſſu exultans animisq; Corœbus. Liu. 1. ab urb. in Præfa. Cum bonis potius ominibus, uotisq; ac precationibus deorum, dearumq; ſi, ut poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus: ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Oui. 8. Metam. Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus, Quam Meleager erat. Idem Epiſt. 1. Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. Succeſſa, orum, pluralis numeri. Ouid. 2. Metam. Murmura parua dedit, ſucceſſorumq; ſororis Indoluit.

SVCCESSVS, a, um, participium paſſiuum ſine uerbi origine, id ſignificans, quod proſper ceſſit. Cice. ad Tiron. lib. 16. Nam cum omnia mea cauſa uellem mihi ſucceſſa, tum tua: ſocium. n. te meorum commodorum ſemper eſſe uolui.

SVCCIDVS, a, um, p. c. {Graſſo, e ſporco} à ſuccidendo: aut à ſucco: aut ut Varro putauit, à ſudore dictum eſt ut Lana ſuccida, hoc eſt, pinguis, ſordida. & nõdũ lota. hoc eſt, talis, qualis ſuccidatur: Græci οἰσυπηρὰν uocant. Varro de Re ruſt. lib. 2. ca. 11. Tonſuræ tempus inter æquinoctium uernum & ſolſtitium, cum ſudare inceperunt oues: à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. Iuuen. Saty. 5. Qualis cœna tamen? uinum quod ſuccida nolit Lana pati.

SVCCIDANEÆ HOSTIÆ, (αἱ ἐπιβαλλόμεναι θυσίαι) dicebantur, quæ ſecundo loco cædebantur. Apud ueteres enim ſi primis hoſtiis litatum non fuiſſet, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur. Feſtus.

SVCCIDIA, diç {Mezena di porco ſalato} (ταριχεία) tergum, ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita, & in neceſſariũ uſum ſeruata, ita dicta quod quoties opus eſt ſuccidatur. Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Continet autem pernam, petaſonem, & lardum. Ci. in Cato. Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiã alterã appellant. Varro lib. 4. de ling Lat. nõ à ſuccidẽdo à ſuibus cædẽdis dictã exiſtimat. Nam id pecus primum occidere cœperũt, & ut id ſeruarent, ſalire. Idem de Re ruſt. lib. 2. cap. 4. Quis enim noſtrum fundum colit, quin ſues habeat. & qui non audierit patres noſtros dicere, ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam ſuſpẽderit in carnario potius ab laniario quàm ex domeſtico fundo.

SVCCIDO, is, pen. pro. {Tagliar ſotto} (ὑποτέμνω ὑποκόπτω) ſubſeco, abſcindo, à Sub, & Cædo. Verg. 1. Geor. At rubicunda Ceres medio ſuccidatur æſtu Plin. lib. 16. cap. 12. Poſtea tota arbor ſuccidit̃ur, & medulla eius uritur. Cæſ. 4. Bell. Gall. Omnibus eorum agris uaſtatis, frumentis ſuccifis.

SVCCIDO, is, pen. cor. {Caſcar ſotto} (ὑποπίπτω) ſub onere, uel præ laſſitudine ſuccumbo: à Sub & Cado. Gell. Iam continuo labore grauia genua ſuccidebant. Plaut. in Curc. Genua media ſuccidunt laſſitudine.

SVCCIDVVS, a, um, (κατώπτωτος) pronus ad cadendum, ſiue fermè cadẽs Claudian. libro 3. Succidui titubant greſſus. Ouid Epiſtol. 16. Succiduo dicor procubuiſſe genu. Idem 10. Metam. At illi Poplite ſucciduo genua intremuere fugitq; Et color, & ſanguis: animusq; reliquit euntem.

SVCCINGO, is, {Cingere, circondare} (ὑποζώννυμι) ueſtis lacinias cingulo coerceo, ut ſolemus, quo expeditiores ſimus ad aliquod opus faciendum. Hora. 2. Ser. Sat. 6. Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. Nonnunquam idem quod circumcingo, ſiue ambio. Ouid. 13. Meta. Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum. Virginis ora gerens. De Scylla. Vrbs ſuccincta portubus, hoc eſt, circũſepta, ac munita Ci. de leg. Agri. Deleta Carthago eſt, q; cũ hominũ copiis tũ ipſa natura ac loco ſuccincta portubus, armata muris, &c. Pectora ſuccincta curis. Stat. 5. Sylu. Succinctus, nomen ex participio. Plin. lib. 16. cap. 10. Eaſdem arbores alio nomine eſſe per orã Italiæ quos tribulos uocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioresq; & enodes. Hoc eſt, ima ſui parte minus ramoſas.

SVCCINGVLVM, li, ſiue Subcingulum, (ζωστήρ) idẽ cũ baltheo, teſte Feſto.

SVCCINO, nis, (ὑπᾴδω) canẽdo ſubſequor, poſteriore loco cano: cui oppoſitus Precino Hor. lib. 1. Epi. Clamat, uictũ date ſuccinit, alter, Et mihi dividuo findatur munere quadra. Accipitur ẽt ſuccinere, pro eo qđ eſt, ſubmiſſa uoce canere. Vnde Succẽtores dñr, quos uulgus Baſſos appellat. Contra, Cãtores, qui uocẽ maxime accuunt. Occentores autem qui medium inter utrunque ſeruant tenorẽ.

SVCCINVM, ni, p. c. {Ambro} (ἤλεκτρον) idẽ qđ electrũ. Veteres putauerunt eẽ lacrymã ex arboribus pinei generis. Verũ hodie deprehẽſum ẽ à uiris doctis qui Pruteniã totã peragrarunt, nihil aliud eſſe, q̃ bituminis genus, ex ſaxis profluens, primo liquidũ, ſed poſtea maris frigiditate condenſatum. Succinũ (inquit Ruellius) uulgus medicorũ Ambrã citrinã uocat. Mauritani karabe. Geſtatur à noſtris mulierculis decoris gratia: quædã moniliũ uice, aliç in orbiculis quibus precculas ſuas numerant. Dictum Succinum, q; ſuccus eſſe crederetur profluens ex arboribus pinei generis. Plin. lib. 37. cap. 3. Arboris ſuccum eſſe priſci noſtri credidere, ob id Succinum appellantes. Hinc fit adiectiuum Succinus, a, um, quo id ſignificatur, quod ex ſuccino conſtat. Mart. lib. 6. Cum Phaethontea formica uagatur in umbra, Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.

SVCCISIVVS, a, um, adie. ut Succiſiuũ tp̃s, (τὸ πάρεργον) quod ſubtrahitur rebus magis ſerijs, ut ad aliquem uſum accommodemus: uulgo tempus furto ſubtractũ Gel. li. 20. ca. 11 Quãtũ aut uitæ mihi deinceps Deum uoluntate erit, quantũq; à cura, & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorũ dabitur ocii, ea omnia ſucciſiua, & ſecũdaria tempora, ad colligendas huiuſ memoriaſ delectatiunculas conferã. Cic. 1. de Legibus. Succiſiua quædam tempora incurrũt, quæ ego perire nõ patior: ut ſiqui dies ad ruſticãdũ dati ſint, ad numerũ eorũ accomodẽtur q̃ ſcribimus. Succiſiuæ operæ, quæ poſt neceſſarias fiunt, & quaſi intermiſſariæ. Cice. 2. Phil Nec uero tibi de uerſibus reſpondebo. tantum dicam breuiter, neq; illos, neq; ullas te omnino literas noſſe. me nec Reip. nec amicis unquam defuiſſe, et tñ omni genere monumentorum meorum perfeciſſe operis ſucciſiuis, ut meæ uigiliæ, meæq; literæ, & iuuentuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Menſores etiam terræ nonnunquam dicuntur, In ſucciſiuum eſſe unciã agri, ſextãtem, cũ ad iugerum interdum peruenerant, & aliquid præter id, quod demetiendum erat, ſupereſſe uidebatur. Sunt hodie ex eruditioribus, qui Subſeciuum ſcribere malunt. qua de re uide ſupra ſuo loco.

SVCCLA-

SVCCLAMO,as,{*Gridare. Boc. Gior.4.Nou.8. La giouane,che non dormiua,uolle gridare*}(ἐπιφωνέω)idē quod acclamo,ſiue alterius orationē clamore excipio. Cic.lib.8.Epiſt. Succlamatum eſt frequenter à militibus. Liu.5.ab urb. Hæc Virginio uociferāti ſucclamabat multitudo,nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos. Succlamatio,onis, (ἐπιφώνημα) idem quod acclamatio. Liu.10.Bell.Maced. Si ex eo quod aut inter ſe loquantur,aut ſucclamationibus apud concionantem Imperatorem ſignificent,quid ſentiant,&c.

SVCCOLLO,las,{*Portar ſu le ſpalle*}(κατωμαδὸν αἴρομαι)collum ſuppono,ceruicibus ſubiectis porto,quod proprie eorum eſt,qui aliquem in lectica geſtant. Sueto.in Claud.Cæſ.cap.10. Ab his lecticæ impoſitus: & quia ſerui diffugerant,uiciſſim ſuccollantibus in caſtra delatus eſt.

SVCCORTILLA,{*Voce feminil, & alta*} dictio eſt prorſus obſoleta, quæ apud antiquiſſimos ſignificabat uocem tenuem,& claram: quod annotauit Feſtus,citans illud Titinnii: Fœmina fabula ſuccortilla uocula.

SVCCRESCO,is, (ὑποφύομαι) ſubnaſcor, in ſubſidium uel locum alterius creſco,uel ſub re aliqua altiore gignor. Colum.lib.4.cap.14. Frequenter ſolum exercendum eſt, dum id incremento ſuo uites inumbrent, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Ouid.9.Metam. Succreſcit ab imo,Totaq; paulatim lentus premit inguina cortex. Plaut. Trinum. Interim mores mali quaſi herba irrigua, Succreuerunt uberrime. Per tranſlationem,Succreſcere gloriæ ſeniorū,& Succreſcere ætati alicuius. Cic.3.de Orato. Non enim ille mediocris orator ueſtræ quaſi ſuccreſcit ætati,ſed & ingenio peracri,& ſtudio flagranti.

SVCCVBA,æ,(μοιχαλὶς ἢ μοιχευομένη)adultera,quæ ſe alieno marito ſubiicit. Ouid.Epiſt.6. Lecti quoq; ſuccuba noſtri Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas.

SVCCVBI,qui dicantur, uide in uerbo Succubo.

SVCCVBO,as,are,(ὑποκεῖσθαι,ὀχεύεσθαι)uiro ſe ſubiicere,iniri: unde & Succuba dicitur adultera, quæ alieno ſuccubat uiro. Item Dæmones quidam dicti ſunt Succubi, qui aſſumpta muliebri ſpecie uiris ſe creduntur ſubiicere: quemadmodum Incubi appellantur, qui uirorum ſpecie aſſumpta mulieres inire exiſtimantur.

SVCCVMBO,bis,bui,bitum,{*Sottogiacere*}(ὑποκατακλίνω, ἀπολέγομαι,ὑποκεῖμαι) uincor,defatigor, oneri impar ſum. Liui 6.ab Vrbe: Cui ſuccumbere oneri coacta plebes. Ouid.4.Faſt. Eleg.2. Iam fera Cæſaribus Germania, totus ut orbis, Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. Succumbere ad animum relatum,pro frangi,& ita debili animo eſſe,ut ferre aduerſa nequeamus. Cic.2.de Finib. Potius ergo illa dicantur,turpe eſſe uiro debilitari,dolore,frangi,ſuccūbere. Cic.2.Tuſc. Pugiles uero etiam cum feriant aduerſarium, in iactandis cæſtibus ingemiſcunt:non quod doleant,animo'ue ſuccumbant:ſed quia profundenda uoce omne corpus intenditur,uenitq; plaga uehementior. Verg.4.Aeneid. Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.

SVCCVRRO,curris,{*Soccorrere ſouuenire,porgere aita, ſoccorſo*} (βοηθέω ἐπικουρέω)auxilium præſto,ſuppetias fero. Verg.1.Aene. Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco. Cicer.pro Sext.Roſc. Licet omnia in me pericula impendeant,ſuccurram,atque ſubibo. Ouid.1.Triſt.Eleg.4. Rebus ſuccurrite læſis. Item in mentem uenire,ὑπέρχεσθαι. Cic. Neque enim mihi ſuccurrebant uerba,quæ ante diſceſſum à Dolabella audieramus. Cic.filius ad Tironem lib.16. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe, me de iudicio patris iudicare. Verg.2.Aen. Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis. Succurſum, impersonale. Plin.lib.23.cap.1. Intellectum ibi remedium eſt,potuſq; ſuccurſum. Liu.3.ab Vrb. Se quoque id generi ac nomini dare:nec cum eo in gratiam rediſſe, cuius aduerſæ fortunæ uelit ſuccurſum.

SVCCVS,ci,{*Succo,humore*}(χυλὸς,χυμὸς)humor tam in animalium,quàm in plantarum corporibus,quo illa aluntur:ita dictus a ſugendo, ut quidam uolunt,quod ſingula membra,quātum cuique opus eſt,ex eo exugāt,attrahantq;. Cic.2.de Natu.deor. Principio eorum,quæ gignuntur è terra,ſtirpes & ſtabilitatem dant iis quæ ſuſtinentur, & ex terra ſuccum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus continentur. Succus pomorum pro ſapore,χυμὸς. Vergil.2 Georg. Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores. Qui rem herbariam ex profeſſo tractandam ſuſceperūt,ſuccum diſtinguunt à lacryma,& liquore, ut Lacryma ſit, quæ ſponte profluit:Liquor, qui ſcarificato cortice emanat: Succus,qui ex plāta contuſa exprimitur. Quæ differentia ut cognitu digna eſt,ita à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Nam & Plinius Succum accipit pro reſina ſiue pice, ex arboribus ſponte profluente Ita enim habet lib.16. Arborum ex quibus manat ſuccus,aliæ picem,aliæ reſinam mittunt. Succus ciuitatis, per tranſlationem Cic.ad Att.lib.4. Amiſimus,mi Pomponi,non omnem modo ſuccum,& ſanguinem,ſed etiam colorem, & ſpeciem priſtinam ciuitatis. Succoſus, plenus ſucco,(χυλώδης)quod & Succulentum dicimus. Plin. libr.12.cap.25. Exit & in Pamphylia,ſed acrior,minuſq; ſuccoſus. Locus ſuccoſus, id eſt, natura humectus & irriguus. Colum.lib 2.cap.17. Meliuſq; habetur fœnum,quod natura ſuccoſo gignitur cœlo,quàm quod irrigatum aquis elicitur. Succoſior,comparatiuum. Idem lib.4.cap.29. Id porro in aliis ſtirpium generibus, quæ firmioris & ſuccoſioris libri ſunt poſſe fieri ſanè conceſſerim.

SVCCVSSO,ſas,pen.pro.{*Trottare*}(κατασείω) frequentatiuum eſt à uerbo Succutio: proprieq; dicitur de equis,qui duriore gradu incedentes, ſeſſorem concutiunt:quod genus equorum & Succuſſores, & Succuſſarios, & Succuſſatores appellamus. Accius: Agite,ac uulnus ne ſuccuſſet greſſus, caute ingredimini. Lucilius: Succuſſatoris tardi,rariq; caballi. Talis quoq; greſſus. Succuſſus, & Succuſſura appellatur Cic.2.Tuſc. Pedetentim,inquit,ite,& ſedato niſu,ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.

SVCCVTIO,cutis,ſecunda ſyllaba correpta,(ὑποσείω) compoſitum ex præpoſitione Sub,& uerbo Quatio, cuius ſignificationem explicuimus in ſimplici Quatio.

SVCTVS,ctus,{*Sorbitione*}(ῥόφησις) à Sugo,gis,ipſa humoris attractio. Plin.lib.10. Caprarumq; uberibus aduolant ſuctum propter lactis, qua iniuria ubera enecantur.

SVCVLA,æ,pe.cor.{*Porchetta*}(χοιρίδιον)diminut. à ſue. Plaut.in Rudent. Quia tu i directa,cū ſucula,& cum porculis. Suculæ etiam dicuntur ſtellæ, quæ alio nomine Hyades(Ὑάδες)uocantur,a pluuia. Nam & orientes,& occidentes,tempeſtates & pluuias cient. Vnde etiam a Latinis Suculæ appellantur,quod ſuum ritu luto delectari uideantur. Exoriuntur XII. Calend. Iunii, Plin.lib.18.cap.26. Aegypto ſuculæ occidunt ueſperi. Eſt & Sucula genus intimæ ueſtis. Plaut.in Ruden. Duæ connexæ maniculæ cum ſucula. Suculà,inquit Budæus,machina eſt tractoria generis:conſtat autem tereti ligno,duobus aut pluribus uectibus traiecto,utrinque æqua extantibus longitudine. hac dum uerſatur,funis,qui ductarius dicitur,circa eam obuoluitur. Huiuſmodi machina hodie uietores,id eſt,cuparii,uina ex hypogeis ſubuehunt. Turnum eam appellantes. Budæus.

SVDARIVM,rii,{*Sudario, ouer fazzolo,fazzoletto*}(καψιδρώτιον, ἱματίδιον) linteum,quo ſudor faciei detergitur,& nares purgantur. Suet.in Nero.cap.48. Adoperto capite,& ante faciem obtenſo ſudario, equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. Et mox. Ligato circa collum ſudario,prodierat in publicū. Huius diminutiuum eſt Sudariolum. Mar.lib.11. Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba, Et queritur labris puncta puella meis. Quint.ca.3.lib.6. Cum reus agente in eum Caluo,candido frontem ſudario tegeret,&c.

SVDES,huius Sudis,{*Pertica, baſtone*}(χάραξ)pertica, ſeu genus teli ruſtici hoc eſt,paxillus igni torridus. Verg.7.Aeneid. Sudibusve præuſtis. Vbi Seruius: Vallus,& Sudes idem eſt. Sudibus inter ſe concurrere. Liu.6 Bel.Pun. Tertio die ſudibus inter ſe, in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt præpilatiſq; miſſilibus iaculati ſunt.

SVDIS,huius ſudis,piſcis inſigni magnitudine & ſapore non ingrato,quē Græci σφύραιναν appellant. Plin.lib.32.cap.11. Sunt præterea nullo autore nominati,ſudis Latine appellata a Græcis ſphyræna,roſtro ſimilis nomine,magnitudine inter ampliſſimos,rarus,ſed tamen non degener.

SVDO,das,{*Sudare*}(ἱδρόω)παρὰ τὸ ὕδωρ,)quod aquam,undamq; ſignificat,deriuatum exiſtimatur,aſpiratione in s,literam conuerſa. Et modo abſolute ponitur. Horatius de Arte: ſudauit,& alſit. Idem 2.Serm.Saty.2. Tu pulmentaria quære Sudando. Cic 1.de Diuin. Nuntiatum eſt,alicubi deorſum ſudaſſe ſimulacra. Modo cum ablatiuo iungitur. Liuius: Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Verg.1.Georg. Vndę cauę tepido ſudant humore lacunæ. Modo cum accuſatiuo pro exudare,ſiue ſudando producere. Verg.4.Eclog. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Sudare metaphoricωs pro uehementer laborare: nam magnos labores ſolet & ſudor comitari. Terent. in Phorm. Eia ſudabis ſatis,Si cum illo inceptas homine:ea eloquentia eſt. Hoc eſt,ſatis erit tibi negotii,ſatis laborabis. Cicero pro Seſtio. Sudandum eſt his pro communibus commodis. Sudatus participium: Stat.5.Theb. Labor gelido ſudatus in Hæmo. Claud.2.de Rap Proſerp. Fibula ſudata manto. Sudator, oris, uerbale, qui ſudat. Plin.lib.23.cap.1. Dyſentericis,ſudatoribus,in longa tuſſi,in epiphoris, meracum. Sudatrix,cis,uerbale fœm. Mart.lib.12. Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga uentilat,uagumq; Maior Cælius & minor fatigant. Sudabundus,a,um, Ouid ad Piſonem. Totaq; ludos Turba repente ſuos iam ſudabunda relinquit. Compoſita ſunt Conſudo,Deſudo,Exudo,Inſudo,& Præſudo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

SVDOR,doris,{*Sudore*}(ἱδρώς)excrementum aqueum, per cutem exudans. Plin.lib.10. Serpentes neque ſanguinis,neque ſudoris uim habent,quæ auiditatem naturalem ſale augent. Cice. 1.de Diuin. Nec enim ſanguis,nec ſudor,niſi è corpore fluit. Verg.3.Georg. Ardentes papulæ,atque immundus olentia ſudor Membra ſequebatur. Idem 3.Aene. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. Sudor,pro labore. Cice.pro Font.de Gallis Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt,multoq; eius ſudore ac labore ſub pop.Rom. imperium ditionemq; ceciderunt. Cice.1.de Orato. Ac ſtylus ille tuus,quem tu uerè dixiſti perfectorem dicendi eſſe,ac magiſtrum,multi ſudoris eſt.

SVDATORIVS,a,um,adiectiuum,ἱδρωτικὸς. Plautus in St. Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam, Vel unctiones Græcas ſudatorias,uel alias malis.

SVDVM,ſudi,(αἴθριον)quaſi ſine udo:eſt enim proprie pars ſerena inter nubes. Verg 8.Aene. Arma inter nubes cœli in regione ſerena Per ſudum rutilare uident. Accipitur tamen Sudum pro ſicco,ſiue ſereno,cum ſcilicet nulla eſt pluuia. Cice.ad Tironem: Horologium mittam &libros,ſi erit ſudum. Plau.Mil. Curate ut ſplendor meo clypeo ſit clarior, Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt,ſolent. Verg.4.Georg. Ergo ubi uer nactæ ſudum,camposq; patentes Erumpunt portis.

SVEFACIO,{*Vſarſi,aſſuefarſi*}(ἐθίζω)a quo Aſſuefacio,& Conſuefacio, & paſſiua Suefio, Aſſuefio,Conſuefio. Liu.li.1. Sed initium turbandi omnia a fœmina ortum eſt:ea ſecreto uiri alieni aſſuefacta,&c. Terent.in Adelph. Ea ne me celet,conſuefeci filium.

SVEO,ſues,{*Vſarſi*}(ἔθω)antiquum uerbum idem ſignificans quod ſoleo: unde Sueſco Lucr.lib.1. Et ſemina rerum Appellare ſuemus id eſt ſolemus. Liu.5.ab Vrb. Nec ſecus,quam diuino ſpiritu tactus,cum ſe in mediam concionem intuliſſet,abſtinere ſuetus ante talibus conſiliis. Cic.2 de Nat.deo. Has Græci ſtellas Hyadas uocitare ſuerunt. Lucr.lib.1. Nec frigora quimus Vſurpare oculis, nec uoces cernere ſuemus.

SVESCO,is,ſueui,etum,{*Vſarſi, auezzarſi*} (ἐθίζομαι) conſuetudinem capio. Cic. Metello: A te id quod ſueuiſti, peto,me abſentem diligas,atque defendas. Claudian. libr.3. Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu ſueram,q; Ioui deducere paruam Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis. Suetus,a,um,participium. Verg.5.Aene. Geminos immani pondere cæſtus Proiecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. Cice.ad Att.li.6 Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ,in ultę ualde leuatæ ſunt,omnes ſuis legibus & iudiciis ſuetæ, αὐτονομίαν adeptę reuixerunt. Lucan.lib.1. Bella nefanda parat,ſuetus ciuilibus armis. Huius compoſita ſunt Aſſueſco,Conſueſco,Deſueſco,& Inſueſco,quorum ſignificata uide ſuis locis.

SVESSA,{*Seſſa*}Campaniæ oppidum,nō procul a Liri amne, ut autor eſt Pli.lib.3.cap.5.

SVESSIONES,Galliæ Belgicæ populi,ut ſcribit Plin.lib.4.cap.17. in prouincia Remenſi. Hodie Soiſſons.

SVEVI,(Σουῆβοι) bellicoſiſſimi Germaniæ populi olim Albis, hodie Danubii accolæ. Luc.lib 2. Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos.

SVFFARCINATVS,{*Caricato,aggrauato*}(ἀνασκευασμένος)ſarcina quapiam oneratus. Terent.in And. uerum uidi Cantharam Suffarcinatam. Plaut. Curc. Tum iſti Græci palliati,capite operto qui ambulant, Qui incedunt ſuffarcinati cum libris.

SVFFARRANEVS, a farre, quemadmodum Confarratio deduci uidetur: & ſignificat eum qui far in caſtra conuehit, ſed modicum alienumve, non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris & uilibus inſtitorum uectuis. Plin. lib. 7. cap. 43. Cicero mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe, &c.

SVFFERO, pen. cor. {Sofferire, tolerare, patire} (ὑποφέρω, ὑφίσταμαι) ſuſtineo, patior. Verg. 2. Aene. Nec clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre ualēt. Tere. Heaut. Satrapes ſi ſiet Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat. Cic. pro Roſc. Amer. Plus oneris ſuſtuli, quàm ferre poſſum. Sufferre, pati. Cice. pro Cecin. Quam mulctam ſi ſufferre uoluiſſent, tamē manere in ciuitate potuiſſent. Terent. in And. Pro huius peccatis ego ſupplicium ut ſufferam?

SVFFERTVS, a, um, deductum uidetur a Suffercio, ſicut Refertus, a Refercio. Sueto. in Nero. cap. 20. Mediaq; in orcheſtra frequente populo epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinniturum Græco ſermone promiſit. Hoc eſt, cantaturum ſe clarius aliquid: aut quod Græci dicunt πυκνὸς, id eſt, denſum quippiam, ac ſucci plenum.

SVFFERVEO, ſufferues, eres, {Boglire un pochetto} (ὑποθερμαίνομαι) aliquantulum feruere. Plin. lib. 18. cap. 11. Vulgo uero nec ſufferuere faciunt.

SVFFERVEFACIO, cis, cere, {Intepedire, ſcaldare alquanto} (ὑποθερμαίνω) ſubferuidum reddo. Plin. lib. 12. cap. 26. Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios. Idem lib. 22. cap. 25. In ueſicæ uero dolore, ſemuncia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferuefacta à balneo.

SVFFERVEFIO, uefis, eri, {Eſſer tepido} (ὑποθερμαίνεσθαι) aliquantulū feruidum fieri. Plin. lib. 27. cap. 9. Qui fidem promiſſo huic quærunt, affirmant lapillos, qui ſufferueſiant, una rumpi.

SVFFES, etis, ſummi magiſtratus nomen erat apud Carthaginienſes, non diſſimilis Romanorum Conſulatui. Liu. 10. Bell. Pun. Senatum itaque Suffetes (qđ uelut Conſulare imperium apud Carthaginienſes erat) uocauerunt. Idem 8. Belli Pun. Infeſtus ob direpta quædam ab conſcendentibus naues militibus, ad colloquiū Suffetes eorū, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum Quæſtore elicuit.

SVFFIBVLVM, li. pen. cor. ſiue Subſibulum, ueſtimentum album erat, teſte Feſto, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales uirgines ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

SVFFICIO, is, {Baſtare, eſſer ſofficiente, & aſſai} (ἐξαρκῶ, ἱκανῶ) ex Sub & Facio, ſignificat ſatis eſſe: conſtruiturq; cum datiuo. Stat. lib. 5. Syl. Vade puer, tantisq; enixus ſuffice donis. Id eſt, ſatis eſto. Cice. in Salluſt. Poſtea quam immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 2. Sufficitq; malis animus. Verg. 11. Aene. Nec ſufficit umbo Ictibus. Hoc eſt, ſatis eſſe non poteſt ſuſtinendis ictibus. Nonnunquam ſine datiuo collocatur, eius loco habens infinitiuum. Verg. lib. 5. Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Aliquando ſubminiſtrare ἐπαρκεῖν. Verg. 2. Aeneid. Ipſe pater Danais animos, uireſq; ſecundas Sufficit. Aliquādo ſubſtituere, ἀντικαθιστάναι. Verg. 2. Georg. Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. Vnde Suffecti magiſtratus dicuntur, qui in locum mortuorum, eorumve qui munere ſuo perfuncti ſunt, ſurrogantur. Cice. lib. 4. Epiſt. Si Appij os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamen &c. Aliquando inficere, maculare. Cic. in Horten. Vti, qui purpuram prius lanam ſufficiunt uolunt, medicamentis quibuſdam.

SVFFIGO, is, xi, xum, {Inficcare, afficcare} (προσπασσαλεύω, προσηλόω) idem quod affigo. Cic. in Piſon. An ego, ſi te & Gabinium cruci ſuffixos uiderē, maiore afficerer lætitia ex corporis ueſtri laceratione, quàm afficior ex infamia? Horat. 1. Serm. Saty. 3. Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus Semeſos piſces tepidumq; ligurierit ius, In cruce ſuffigat, Labeone inſanior inter Sanos dicatur. Hircius de Bell. Afr. lib. 5. Poſtero die Iuba Numidas eos, qui loco amiſſo ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit.

SVFFIMENTVM, ti, {Perfumo} (ὑποθυμίαμα, θυμίαμα) idem quod Suffitus, & Suffitio. Plinius: Quod & Suffimentis quibuſdam facere conſueuerunt. Cic. 1. de Leg. Nam & in iis fine illius ſuffimentis expiati ſumus. Suffimenta, inquit Feſtus, a ueteribus dicta ſunt, quæ fieri ſolebant ex faba, milioq; molito, mulſo aſperſo. Ea diis eo tempore dabantur, quo uuæ calcatæ prælo premebantur.

SVFFIMEN, inis {Perfumo} (θυμίαμα) idem quod ſuffitio. Ouidius: Sanguis equi ſuffimen erit.

SVFFIO, fis fiui, uel fis, fitum, {Perfumare} (ὑποθυμιάζω) idem ſignificat, quod ſuffumigo. Plinius. Hippocrates ruta uuluarum cauſa naturā ſuffire iubet. Verg. lib. 4. Georg. At ſuffire thymo, cerasq; recidere inanes Quis dubitet? Colu. lib. 12. cap. 18. Cella quoque uinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda. Lucr. lib. 2. Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces.

SVFFITIO, onis. {Perfumo} (ὑποθυμίασις) idem quod ſuffitus. Plin. lib. 25. cap. 22. Orpheus, & Heſiodus ſuffitiones commodauere. Colum lib. 1. cap. 6. Ne rurſus nimia ſuffitione medicata ſint.

SVFFITOR, oris, (ὑποθυμιαστής) uerbale à ſuffiendo deductum. Plin. li. 34. cap. 8. Lycius & ipſe puerum ſuffitorem.

SVFFITVS, ta, tum, pen. pro. {Perfumato} (ὑποθυμιαμένος) ſuffumigatus. Pli. lib. 20. cap. 17. Aniſum dolores capitis leuat, ſuffitum naribus.

SVFFITVS, tus, {Perfumo} (θυμίασις) ſuffumigatio. Plin. libr. 24. cap. 11. A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur. Idem alibi: Et uuluarum conuerſionem ſuffitu excitant.

SVFFISCVS, ſci, folliculus teſtium arietinorum, quo utebantur antiqui pro marſupio: a fiſci ſimilitudine dictus. Feſtus.

SVFFLAMEN, nis, machinæ genus eſt, teſte Budæo, quo in deſcenſu, uel procurſu nimio rota ſolet retineri. Iuuen. Saty. 8. Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul.

SVFFLAMINO, as ſufflamine comprimo, & retineo. Sene. 4. Declam. Tāta illi erat uelocitas orationis, ut uitium fieret. Itaque Diuus Auguſtus optime dixit, Aterius noſter ſufflaminandus eſt: adeo nedum currere, ſed decurrere uidebatur: nec uerborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat.

SVFFLO, flas, {Soffiare, ſoppiare} (φυσάω, ἐμπνέω) uerbum eſt actiuum, idem ſignificans quod inflare, ſiue flatu excitare. Plin. lib. 34. cap. 8. Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes. Sufflare buccas, id eſt, inflare, ſiue flatu extendere. Plaut. in Stich. Age tibicen, quādo bibiſti, refer ad labia tibias, ſuffla Celeriter tibi buccas, quaſi proſerpens beſtia.

SVFFLATIO, nis, (ἐμφύσημα) uerbale a ſufflando deductum, idem ualens quod inflatio. Plin. lib. 9. cap. 7. Præterea bullantium aquarum ſufflatio, lunæq; effectu concharum quoque corpora augeſcentia.

SVFFOCO, cas, pe. pro. {Suffocare} (πνίγω, ἄγχω) ex Sub, & Faux, au in o, productam cōuerſa, ſignificat ſpiritum præcludo, ueluti obſtrictis faucibus, quā quam etiam latius accipitur pro quouis modo enecare: ut, Suffocare fame, Suffocare ueneno. Cice. ad Att. lib. 9. Conſilium primum eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame: deinde agros uaſtare, urere, pecunia locupletum non abſtinere. Idem pro Muræna: Qui gallum gallinaceum ſuffocauerat. Ouid. in Ibin: Suffocent animam dira uenena tuam. Suffocatio, onis, uerbale, ſuffocandi actus. Pli. lib. 20. cap. 5. Eius ſemen contritum, & in uino potum, tumentem aluum, & ſuffocationes mulierum, doloresq; lenit.

SVFFODIO, {Incauare} (ὑπορύττω) ſubtus effodio. Colum. li. 2. cap. 18 Neque ſuem uelimus impaſci quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet. Suffodere equum, eſt eum confodere, & proprie ſub ipſo ſeſſore occidere. Cæſ. 4. Bell. Gall. Rurſus his reſiſtentibus, conſuetudine ſua ad pedes deſilierunt: ſuffoſſiſq; equis, compluribusq; noſtris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt. Vergil. 11. Aen. Suffoſſo reuolutus equo.

SVFFRAGIVM, gii, {Suffragio, ballotta, uoce} (ψῆφος, χειροτονία) ſignificatio uoluntatis, iudiciive noſtri in creandis magiſtratibus, aut reo iudicando, ſiue ea calculis, ſiue tabellis, aut etiam uoce fieret. Cice. 3. de Legib. Suffragia in magiſtratu mandando, aut etiam de reo iudicando palam ferri melius eſſet. Iuuen. Satyr. 8. Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam Perditus, ut Senecam dubitet præferre Neroni? Cic. 1. de Legib. Si hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur.

SVFFRAGATOR, ris, (ψηφιστής) qui in creandis magiſtratibus ſuffragium fert. Plin. Epiſt. 64. Addebat quoſdam ex ſuffragatoribus: illi grauiter & paucis loquebantur. Cice. pro Muræ. Tua uero nobilitas Serui Sulpitii tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior: populo uero & ſuffragatoribus obſcurior.

SVFFRAGATIO, onis. (ψηφοφορία) ipſe ſuffragandi actus. Cic. pro Muræna: Multum auctoritatis habet ſuffragatio militaria.

SVFFRAGO, pen. pro. genitiuo ſuffraginis, (καμπή) flexura in poſterioribus quadrupedū cruribus, retrorſum incuruata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur. Dictæ Suffragines, quod ibi cruris continuitas diuiſa & quodammodo fracta appareat. Plin. lib. 8. cap. 45. Victimarum probatio in titulo, ut cauda articulum ſuffraginis contingat. Hinc Suffraginoſi equi, quorum ſuffragines morbo uitiatæ ſunt. Columel. libro 6. cap. 38. Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur. Suffragines etiam dicuntur uitis ſoboles, radicibus adhærentes. Idem libro 5. Et ſi ſoboles (quam ruſtici Suffraginem uocant) radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroq; euellenda eſt, ut hybernas aquas reſpuat.

SVFFRÆNATIO, onis, colligatio, & arcta ſtructura, quæ lapides ueluti frēno retineat. Plin. lib. 36. cap. 22. de quodam lapidis genere: Globoſus contra iniurias fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione deuinctus.

SVFFRAGOR, aris, pen. pro. {Far fauore, fauoreggiare} (ψηφοφορέω) ſuffragium fero. Cice. pro Muræna: Quorum ſuffragium tenue eſt, ſi ut ſuffragentur, nihil ualent gratia. Hinc ſuffragatores, (ψηφισταί) dicti ſunt: qui in comitiis ſuffragium ferunt. Cice. pro Muræna: Tua uero nobilitas Serui Sulpitii tametſi ſumma eſt tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior: populo uero & ſuffragatoribus obſcurior. Per tranſlationem accipitur pro fauere, auxilio eſſe, ſententiæ aut uoluntati cuiuſpiam ſubſcribere, ἐπιψηφίζειν. Cuius contrarium eſt Refragor, pro repugno, aduerſor. Auctor Priapeiæ: Copia me perdit tu ſuffragare rogatus. Cic. 7. Verr. Cui legi ueſtra dignitas uehementer aduerſatur, ei inſignis iſtius impudentia maxime ſuffragatur. Idem ad Atti. Nec deſtiti accuſare eius neceſſarios, qui eius cupiditati ſuffragari uidebantur. Idem Planco lib. 10. Fortuna ſuffragante uideris res maximas conſecutus.

SVFFRICO, as, pen. cor. {Fregar leggiermente} (ὑποψάω, ψήχω) leniter frico. Colum. lib. 12. cap. 13. Nam oportebit poſt hunc numerum dierum confeſtim uinum emundare & ſiquid fæcis aut labris uaſorum, aut lateribus inhæſit, eradi, ac ſuffricari, & protinus operculis impoſitis obliui.

SVFFRINGO, is, ere, {Rompere, ſpezzare} (κατακρίνω) idem fere quod frango. Plaut. in Rud. Hominis iſti talos ſuffringi uolo. Cice. pro Roſc. Amer. Quod ſi luce quoq; canes latrent, cum Deos ſalutatum aliqui uenerint, opinor iis crura ſuffringantur, quod acres ſint etiam tum, cum ſuſpicio nulla ſit.

SVFFRIO, as pen. cor. (ἐπιτρίβω) idem quod infrio, hoc eſt, friatum ſiue comminutum inſpergo. Colum. lib. 2. cap. 38. Scopulis aridæ myrti ſecta ſuffriatur operculumq; ſuper imponitur, ne quid eo decidat.

SVFFVERAT, pro ſub eodem tecto fuerat, ſcripſere ueteres, inquit Feſt.

SVFFVGIO, idē quod confugio, καταφεύγω. Liu. 4. bell. Pun. Imber a nocte media coortus, cuſtodes uigilesq; dilapſos è ſtationibus ſuffugere in tecta coegit.

SVFFVGIVM, gii, (καταφυγή) quo quis ſuffugit, hoc eſt, ſecuritatis cauſa ſe ſe recipit. Ouid. de Nuce: Quid, niſi ſuffragium nimbos uitantibus eſſem?

SVFFVLCIO, is, {Soſtentare} (ὑπερείδω) ſuſtento. Varr. 1. de Re ruſt. Vt maioribus perticis ſuffultæ uites auras non pertimeſcant. Plaut. Mil. Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulcit ſuo. Lucr. lib. 4. Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus. Et recreet uires.

SVFFVMIGO, gas, gare, {Perfumare, affumare} (ὑποθυμιάζω) idem quod ſuffio, uel ſubtus fumum excito. Celſus lib. 6. cap. 5. de ſuffuſione oculorum: Suffumigare oculos acribus medicamentis.

SVFFVNDO, is, ere, (ὑποχέω, ἐπιχέω) affundo, inſpergo, infundo. Pla. Cur. Mane ſuffundam aquulam. Col. li. 7 Laſſæ & æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur, utrumq; in os ſuffunditur. Suffundi rubore faciem dicimus, cum ſanguis ſubter cutem ſeſe diſpergens, faciem inficit rubore. Quod Vergilius ad Aurorā tranſtulit lib. 1. Georg. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit.

SVFFVSIO, onis, {Cataratta} (ὑπόχυσις) morbus oculorū, qui fit ex cōcreto humore inter κερατοειδῆ καὶ κρυσταλλοειδῆ tunicas ante ipſam pupillā collecto quo uiſus uſqueadeo impeditur, ut diſcretas rerū ſpecies, et colores apprehendere

non

non poſſit. Celſus lib.6.cap.6. Suffuſio quoque quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit. Quod ſi inueterauerit, manu curandum eſt.

S V F F V N D O, as, are, (καταβάλλομαι) pro fundamento ſubiicio. Varro ἐν ταφῇ μενίππου, ut citatur a Nonio: Antiqui noſtri domibus lateritiis, paululũ modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem ſuffugerent, habitabant.

S V F F V R O R, aris, pen. pro. (ὑφαιρέω) clam furari. Plau. Truc. Hæc cum uideo fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam capio.

S V G G E R O, ris, ſſi, geſtum, (ὑπαγορεύω) ſubminiſtro, ſuppedito. Terent. Adelp. Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? Cur potat? cur tu his rebus ſumptum ſuggeris? Cic. 2. de Orat. Singulis generibus argumentorum copiam ſuggerũt.

Interdum idem eſt quod in memoriam redigere, ἀναμιμνήσκειν. Cice. 2. de Finib. Si memoria defecerit, tuum erit ut ſuggeras.

S V G G E S T V S, uel Suggeſtum, (βῆμα) locus editior, puta pulpitum, unde oratio ad populum ſolet haberi. Dictum Suggeſtum, ſiue q; conſtet ex ſuggeſta, hoc eſt, congeſta materia, ſiue q; inde populo ſuggeratur, quod in rẽ eius eſſe poſſit. Plin. lib. 34. cap. 5. Eodemq; in conſulatu in ſuggeſtu roſtra deuictis Antiatibus defixerat. Cic. 5. Tuſc. Idemq; cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. Liu. 8. ab Vrb. Naues Antiatum partim in naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ. roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Cic. 1. de Diuin. Neque illud in ſuggeſtum, in quo cauſam dixerat, aſcendenti, ſignum ſibi ullum, quod conſueſſet a deo, quaſi mali alicuius impendentis, datum. Varr. lib. 3. cap. 5. ſuggeſtum poſuit pro loco in ornithone paulò eminentiore, q̃ ſit ipſum ſalere Ex ſuggeſto (inquit) ſaleris, ubi ſolent eſſe περιστερεῶνες, prodeunt anates in ſtagnum & nant. Suggeſtus comæ. Sta. lib. 1. Sylu. Celſæ procul aſpice frontis honorem Suggeſtumq; comæ.

S V G G R E D I O R, eris, (ὑποβαίνω) latenter gradior. Tacit. lib. 2. Suggreſſiq; propius ſpeculatores. Habet nonnunquam adiunctum accuſatiuum: ut, Suggredi hoſtes. id eſt, latenter aggredi. Idem Tacit. Anna. lib. 4. Quos dux Romanus acie ſuggreſſus.

S V G G R V N D I A, orum, {Grondane} uel Suggrundæ, (γεῖσον, γεῖσα) ſunt partes prominentes quibus ſtillicidia à parietibus arcentur: qualia ferè ſunt tecta Lugdunenſium. Varro lib. 3. de Re ruſt. Aues ſubtus ſuggrundas, ab initio uillatico uiæ tecto. Plin. lib. 25. cap. 13. de Sedo herba: Alii Hypogeſum uocant, quoniam in ſuggrundiis naſcitur.

S V G G R V N D A T I O, onis, (γείσωμα γεισοποδισμα) ſuggrundiorum, hoc eſt, prominentium tectorum ſtructura. Vitru. lib. 4. cap. 2. Sub tectis, ſi maiora ſpatia ſint, columen in ſummo faſtigio culminis: unde & columnæ dicũtur, & tranſtra & capreoli ſi commoda, columen & cantherii prominentes. ad extremam ſuggrundationem.

S V G G R V N D A R I A, ueteres dicebant ſepulcra infantium, qui necdum quadraginta dies impleſſent (ut inquit Fulgentius) quum nec buſta dici potuerant, quia oſſa, quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaueris, q̃ locus tumeſceret: unde neq; tumuli appellari merebantur.

S V G G I L L O, las: {Sigillare} (ὑπωπιάζω) liuido colore partem aliquam corporis commaculo: quod accidere ſolet uenis exilibus ictu ſuſtra alteriuſue corporis duri colliſis, ſanguineq; ſeſe ſubter cutem diffundente. Hinc Sugillata dicũtur, quæ maculis huiuſmodi ſunt deformata. Plin. lib. 31. cap. 9. loquens de ſale: Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugillatiſq; cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 27. Caſeus recens cum melle ſugillata emendat. Et lib. 20. Cinis allii ex oleo, & garo illitus, ſugillata aut liuentia ad colorem reducit. Per tranſlationem accipitur pro detrahere, reprehendere, uilipendere, contumelia afficere, ſiue exiſtimationem alicuius lædere. Liu. li. 1. Bell. Maced. Legati grauiter ferentes ſe ſugillatos eſſe. Vlpianus. Si famoſa actio non ſit, uel pudorem non ſugillet. Hinc Sugillatio, onis, (ὑπωπιασμὸς) liuida cutis commaculatio: & per tranſlationem contumelia, ſiue ignominia ὕβρισμός. Plin. libr. 6. cap. 45. Iuxta hæc Variana clade, & maieſtatis eius fœda ſugillatio. Alii Sugillo geminato g, ſcribendum putant. Sed quoniam a ſugendo deriuari putatur, melius ſimplici g, ſcribi crediderim.

S V G O, gis, xi, ctum. {Sugare} (θηλάζω, μυζάω) ſuccum labris elicio. Cice. 1. Tuſc. Nunc autem ſimulatq; editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate & in ſumma opinionum peruerſitate uerſamur: ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur. Idem 2. de Natu. Deo. Alia ſugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt. Apud antiquos etiam per ſecundam coniugationem inflectebatur Sugeo, es, unde & Exugeo, es. Plau. in Epid. Ego me uertam in hirudinem, atq; eorum exugebo ſanguinem. Suctus, huius ſuctus, ipſe ſugendi actus. Plin. lib. 8. cap. 36. Aliis diebus reſidunt, ac priorum pedum ſuctu uiuunt.

S V I, (ἑαυτοῦ, οὗ) & eius deriuatiuum Suus ſua, ſuum, (σφέτερος) ſunt pronomina reciproca, propterea ſic dicta, q; ſicut reciprocatus ſpiritus, quum uiciſſim efflatur, & attrahitur, ita hæc pronomina ad id, unde prodierant reuertuntur. Vnde non recte dicimus, Ego dixi ſibi, Non eſt ſibi curæ Reſpublica, Tu fuiſti ſecũ: quia nulla in his eſt reciprocatio. Sed dicendum: Ego dixi ei, Non eſt ei curæ reſpublica, Tu fuiſti cum eo. Similiter non dicimus: Vide Ciceronem & fratrẽ ſuum, ſed, Fratrem eius. E contrario non recte dicitur. Omnia a te expectant, ut des illis cibum in tempore, quum Sibi, dicendum ſit. Sicut enim recte dicimus: Omnes expectamus, ut det nobis eſcam, Omnes expectatis, ut det uobis eſcã: ita dicendum eſt, Omnes expectant, ut det ſibi eſcam. Eſt tamen quando indifferenter uti licet reciproco, aut non reciproco, prout ad illum, de quo loquimur, uel ad noſtram perſonam ſermonem referimus: ut, Omnes optãt, quod ſibi utile eſt: &, Omnes optant, quod ipſis utile eſt. Illud ad perſonam eius, de quo loquimur, refertur, & manifeſtam habet reciprocationem: hoc ad perſonam noſtram, ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio. Cic. Multi dubitabant, quid optimum eſſet, multi quid ſibi expediret. Idem: Legatus in pace profectus, in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret. Nonnunquam etiam amphibologiæ uitandæ cauſa pro Sui ſiue Suus, ponitur Is, aut Ipſe, aut ille. Cicero, in Bru. In ſoceri inſtituto, quem quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præſertim quum ille Qu. Scæuolam ſibi minorẽ natu generum prætuliſſet. Accipitur aliquando Suus pro proprius (ἴδιος) ut, Vel ſe ſuum cuiq; eſt. Accipitur autem Sui paſſiue, quemadmodum Mei, & Tui. Cic. ad Atti. lib. 10. Nicias uehementer tua ſui memoria delectatur. Idẽ de uniuerſitate: Imitantes genitorem & effectorem ſui. Inuenitur interdum Sibi datiuus, ſolius uenuſtatis gratia, nullaq; neceſſitate in oratione poſitus. Cicero: Suo ſibi uictitant ſucco. Colum. Suo ſibi iure abluuntur. Dicimus etiam: Suus eſt illius mos, Sua eſt iſtius natura, Suus eſt Ariſtotelis modus, Suum Platonis genus. Habetq; hoc pronomen Suus uocatiuum: ut ſi dicam, Defendite Cæſarẽ ò amici ſui. Inter, præpoſitio, id habet peculiare, ut ſi anteceſſerit genitiuus datiuus, aut ablatiuus, indifferenter uti liceat reciproco pronomine, aut non reciproco. Si præceſſerit accuſatiuus, aut nominatiuus, reciprocum poſtulat. Cicero: Nec mihi cæterorum iudicio uidetur ſolum, ſed etiam ipſorum inter ipſos conſenſu. id de genitiuo exemplum eſt, Nunc de datiuo. Quintil. Circa quẽ inexplicabilis, & Grammaticis inter ipſos & philoſophia pugna eſt. De ablatiuo idem: Nam à magnis quoq; autoribus incidunt uitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa. Vide hac de re plura apud Vallam, eo in opuſculo, quo duorum horum pronominum naturam ex profeſſo exequitur.

S V I L E, lis, pen. pro. (ὑοστασία, ὑφεός) ſeptum, in quo nutriuntur porci: differtq; ab hara, q; eo nomine ſignificetur ſcropharum cubile, cui ſingulæ ſcrophæ ſeparatim cum ſuis ſuculis includuntur. Colum lib. 7. cap 9. Diligens autem proculatos frequenter ſuile conuerrat, & ſæpius haras.

S V I L L V S, a, um, (ὕειος) diminutiuum eſt a Suinus deductum, eiuſdem tamẽ cum illo ſignificationis. Plin., lib 8. cap. 52. At in Arabia ſuillum genus non uiuit in ullo genere. Liu. 2. Bell. Pun. Ex ſuillo, ouillo, caprino grege.

S V I N V S, a, um, (ὕειος) quod ex ſue eſt. Varro lib. 2. cap. 4. Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo.

S V L C A T I M, aduerbium, (κατ' αὔλακας) per ſulcos. Pomponius. Gerẽs præterea ſulcatim conciſa faciem.

S V L C O, cas, {Far ſulchi, ſolcare} (αὐλακίζω) ſulcos facio, proſcindo. Colum. lib. 11. cap. 2. In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur. Plin. lib. 9. ca. 6. Satiansq; ſe per complures dies, alueum in uado ſulcauerat, accumulata fluctibus tantum ut circumagi nullo modo poſſet. Ouid. 1. de Pont. Nos fragili ligno uaſtum ſulcauimus æquor. Ver. 10. Aene. Sulcat maria alta carina. Sulcatus, a, um, participium. Lucan. lib. 1. Et quondam duro ſulcata Camilli Vomere. Sulcator, oris, uerbale. Sylu. libr. 7. Sulcator mutia ponti. Stat. 11. Theb. Nigri ſulcator Auerni.

S V L C V S, ci, {Solco} (αὖλαξ, τρωμία) foſſa illa oblonga, quæ inter arandum fit uomere. Cic. de Diuin. Cũm terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.

Non rarò tamen accipitur pro ipſa aratione, ſiue terræ proſciſſione. Verg. 1. Georg. At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum Arcturum ſat erit, tenui ſuſpẽdere ſulco. Hinc fit, ut tertio, quarto quinto ſulco ſerere dicamus, pro eo quod eſt, tertia, quarta, aut quinta aratione. Pli. lib. 18. ca. 20. Quarto ſeri ſulco, Vergilius exiſtimatur uoluiſſe quum ait: Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora ſenſit. Hoc eſt quæ bis per æſtatem, bis per hyemem aratur. In uitium quoq; cæterarumq; arborum plantationibus ſulcum appellamus foſſam in longum ductam, in qua plantantur ſemina. Ver lib. 2. Geor. Auſim uel tenui uitem committere ſulco. Hinc Biſulcus, biſulca, biſulcum, (δίχηλος) unde Biſulcum animal, quod non ſolidas, ſed fiſſas ungulas habet. Itẽ Triſulcus, triſulca, triſulcum, id eſt, trifidus: ut, Telum trifidum, quod tres habet cuſpides. Sulculus, (αὐλάκιον) diminutiuum. Colu. de Arboribus, ca. 30. Roſam fruticibus, ac ſurculis diſponi per ſulculos pedales conuenit.

S V L L Æ ab antiquis dicti ſunt, qui poſtea Syllæ, propterea q; priſci illi peregrinam literam nullam recipiebant: unde & Fruges uocabant, quos nos Phryges dicimus. Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceronẽ legimus, pro Syllano, ad Att. lib. 10. Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo uiro, nõ tam dirus dies ille Sullanus calidiſſimo uiro C. Mario, ſi nihil utrunque eorũ ſefelliſſet. Quo in loco Syllanum diem eũ intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium uictor, urbem ingreſſus, omnia cædibus & proſcriptionibus uaſtauit.

S V L L A T V R I R E, deſideratiuum, à Sylla formatũ, idem ualens quod proſcripturire, uel Syllæ proſcriptionem imitari. Cic. ad Att. li. 9. Sed medius fidius turpe nobis puto eſſe, de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio antè cogitauit, ita Sullaturit animus eius, & proſcripturit iam diu

S V L M O, (σουλμών) oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiæ, nonageſimo ab urbe diſtans lapide. Ouidii Poetæ patria, ut ipſe reſtatur 4. Triſt. ſic ſcribẽs. Sulmo mihi patria eſt, gelidis uberrimus undis, Millia qui nouies diſtat ab urbe decem. Dictus Sulmo, à Solymo Aeneæ comite, conditore eius urbis. ut teſtatur, idem Ouid. 4. Faſt. Huius erat Solymus Phrygia, comes unus ab Ida. A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

S V L P H V R, ſiue Sulfur, {Solpho} (θεῖον) à Plin. lib. 35. cap. 15 terræ generibus aſſignatur, ab aliis quibuſdam inter metallica corpora enumeratur. Effoditur enim cuniculis in Aeoliis præcipue inſulis inter Italiam & Siciliam ſitis, nobiliſſima tamen in Melo. Inuenitur & in Italia Neapolitano Campanoq; agro, in collibus, qui uocantur Leucogæi. Dioſcorides duo eius enumerat genera, Natiuum, ſiue foſſile, quod quoniam ignem non eſt expertum, ἄπυρον appellat, Vergilius Viuũ cognominat. Alterũ factitiũ, quod quoniam olei incocto ad ignem perficitur, πεπυρωμένον nominant. Plinius loco iam citato quatuor eius enumerat genera, factitium nimirũ in tres ſecans differentias, quas hic breuitatis cauſa omittimus. ab eo, ſi uideatur, petendas. Ouid. 1. de Arte: Quid referam Baias, prætextaq; littora uelis, Et quæ de calido ſulphure fumat aquam? Vergil. 3. Georg. Et ſpumas miſcent argenti, ac ſulphura uiua. Idem 2. Aen. Et late circũ loca ſulphure fumant Hinc Sulphureus, ea, eum, (θειώδης) quod ex ſulphure eſt, ſiue ſulphuris naturam refert Plin. lib. 36 cap. 19 Cũm uritur, odorẽ ſulphureũ reddit. Verg. 7. Aen. Audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. Ouid. 15. Metam. Nec quæ ſulphureis ardet fornacibus Aetna.

S V L P H V R A R I A, riæ, {Inſolfurato} (θεῖα) locus ubi ſulphur coquitur, aut effoditur.

S V L P H V R A T V S, a, um, (θειωτὸς) quod ſulphur habet admiſtũ. Vnde Sulphurata dicũtur ligna exilia, ſulphure ex utraq; parte intincta, ad accendendas lucernas. Mart. lib. 1. Qui pallentia ſulphurata fractis Permutat uitreis.

S V L T I S, (εἰ βούλει σύ) ueteres dixerũt, pro Si uultis. Plaut. in Aſin. Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam.

ſo monitorem officij ſui. Item condoco. Cic. Quoad enim perueniatum quo ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis, ſed nauigantium. Item conſumo. Terent. in Adel. I ergo intro, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. Item impendo. Idem in Phorm. Opportune adeo nunc argentum attuli, Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia, id ſumam i. impendã, ut Donatus exponit. Vnde Sumptus, de quo infra. Sumere obſequium animo, eſt animo obſequi. Plaut. in Bacch. Ego dare me ludum meo gnato Inſtitui, ut obſequium animo ſumere poſſit. Sumere operam, fruſtra laborare. Plau. in Moſtel. Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Sumere ſupplicium, punire. Cice. 7. Verr. Quamobrem ſupplicium nõ ſumpſiſti? Et paulo pòſt: Dixit ſe, quod ſciret ſibi creuiſſe datũ iri, pecuniam accepiſſe, neq; de uero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideo ſecuri non percuſſiſſe. Huius compoſita ſunt, Abſumo, Aſſumo, Conſumo, Deſumo, Inſumo, Præſumo, Reſumo, Tranſſumo, quæ habent penultimam productam. Significata eorum explicantur ſuis locis.

SVMPTIFACIO, cis, {*Far ſpeſa, conſumare*}(καταναλίσκω, δαπανάω) facio ſumptum. Plau. Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, ut præter operam reſtim ſumptifecerim.

SVMPTITO, as, are, ſecundum frequentatiuum a Sumo. Plin. lib. 25. cap. 5. Candidum autem uomitione cauſas morborum extrahit, quondam terribile, poſtea tam promiſcuum, ut pleriq; ſtudiorum gratia, ad prouidenda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint.

SVMPTIO, onis, uerbale, (λῆμμα) idem quod aſſumptio. Ci. lib. 2. de Diuin. Sed dem tibi iſtas duas ſumptiones ea quæ Lemmata appellant Dialectici, ſed nos Latinè loqui malumus.

SVMPTVARIVS, a, um, (δαπανηματικός) quod ad ſumptum pertinet: ut, Lex ſumptuaria, quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato Cibariã appellat. Cic. Poeto. Ad fungos me tuos conferam domum, ſi habebo in denos dies ſingulos, ſumptuariæ legis dies conferam. Hinc centenarias appellauere antiqui cœnas, ab impenſa centum ſeſtertiorum, ſum ptuaria lege præſcripta.

SVMPTVOSVS, a, um, {*Sontuoſo*}(φιλοχρήματος δαπανηρός) qui immoderatum ſumptum facit. Cic. in Parad. Venio enim iam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum. Teren. in Adel. Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus. Sumptuoſa cœna, (πολυτελὴς) in quam magnus factus eſt ſumptus. Cice. Poeto: Expecta igitur hoſpitem tum minime edacem, tum inimicũ cœnis ſumptuoſis. Sumptuoſe. Catull. Epigra. 44. Vos conuiuia lauta ſumptuoſe De die facitis.

SVMPTVS, ta, tum, {*Pigliato, tolto*}(ληφθείς, ληφθεὶς) participium paſſiuum uerbi Sumo, idem ſignificans quod acceptus, uel electus: ut, Sumpta uirili toga. Cic. de Amic. Idem pro Rab. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem.

SVMPTVS, ptus, {*Speſa*}(δαπάνη ἀνάλωμα) impenſa, à uerbo Sumo, quod inter cætera ſignificat impendo: ut ſuo loco docuimus. Plin. Qui eam domum magno ſumptu ædificauerat. Teren. in Phor. Opus eſt ſumptu ad nuptias. Ci. in Parad. Non modo ad fructum ille eſt ſumptus ſed etiam ad fœnus, exiguus.

SVNIVM, (σούνιον) extremum Atticæ promontorium, ortum ſpectans, uicum habens eiuſdem nominis, quem Leontidi tribui aſſignat Stephanus. Vide Ptolemæum decima Europæ Tab. & Strabonem ſub initium lib. 9.

SVO, is, ſui, tum, {*Cucire, coſire*}(ῥάπτω) farcio, concinno, compingo. Cice. 2. de Natu. Deo. Cultus dico agrorum, extructioneſq; tectorum, tegumenta corporũ uel texta, uel ſuta, omnemq; fabricam æris & ferri. Vnde Sutores qui calceos ſuunt. Quidam a ſue uerbum hoc deduci exiſtimant, eo q̃ huius animalis ſetis in ſuendo ſutores utantur. Sumitur tamen generalius, pro eo quod eſt, rẽ quãuis coniungere, connectere, ſiue colligare. Gellius: Sed hi pleraſq; naues loris ſuebant. Compoſita ſunt Aſſuo, Conſuo, Circunſuo, Deſuo, Diſſuo, Exuo, Inſuo, Interſuo, Perſuo, Præſuo, Reſuo, Subſuo, Subterſuo, & Tranſſuo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis. Deriuata ſunt, Sutor, oris, Sutorius, a, um, Sutrina, næ, & Sutura, ræ, quæ omnia ſuis locis explicabuntur.

SVPELLEX, tilis, fœminini generis, uel hæc Supellectile, & apud antiquos hoc Supellectile: unde putatur manſiſſe plurale neutri generis, Supellectilia. Ablatiuum ſingularem facit Supellectile, uel Supellectili. Eſt autem Supellex, {*Robe di caſa, mobile di caſa, maſſarittie di caſa, ornamento*}(κατασκευή, σκεῦος, περιουσία, ἔπιπλα) domeſticũ inſtrumentũ, quod neq; argento, auroue facto, uel ueſti annumeretur. i. res mobiles, ut uocant Iureconſulti, apud quos titulus eſt, de Supellectile legata. Cuius nomine, ut inquit Paulus, continentur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ uilloſæ, uaſa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, uaſa ænea uulgaria. i. quæ non proprio ſunt loco attributa: præterea capſæ, armaria, uitrea, eſcaria, & potoria. Hæc Sipontinus ex 33. Digeſt. de Supellectile legata. l. i. & l. ſupellectile. Hora. 1. Serm. Saty. 6. Cœna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus Vilis: cum patera guttus, Cãpana ſupellex. Cic. 4. Verr. Supellex ex ære elegantior, Deliaca, & Corinthia. Verg. 1. Georg. Viliſq; ſupellex, Arbuteæ crates, & myſtica uannus Iacchi.

SVPER, (ὑπέρ) præpoſitio eſt modo accuſatiuo, modo ablatiuo caſui ſeruiens, deducta à Græca præpoſitione eiuſdem ſignificationis, aſpiratione in s, & υ in u, commutata. Eius antitheton eſt Subter. Quidam hoc diſcriminis eſſe uoluerunt inter Super & Supra, quod illud contiguitatem, hoc ſpatium quoddam interiectum importaret. Quæ tamen differentia perpetua non eſt ut ſatis conſtat uno Liuij teſtimonio lib. 44. ab urb. ubi ſic habet: Vbi citra muros, ſupra, ſubterq; terram per dies uiginti quinq; pugnatum eſt. Accipitur aliquando Super pro De (περί) cum genitiuo. Ver. 1. Aen. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Aliquando idem ualet quod Propter apud eũdem 4. Aen. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. Iuncta uero accuſatiuo, ſignificat Vltra. Ver. 6. Aen. Super Garamantas, & Indos Proferet imperium. In qua ſignificatione aliquando etiam ablatiuo iuncta inuenitur. Verg. 6. Aen. Nocte ſuper media. Id eſt, ultra mediã noctem. Ponitur aliquando aduerbialiter ſine caſu. Plau. Hinc atq; hinc ſuper ſubterq; premor anguſtiis. Accipitur aliquando pro uehementer. Verg. 1. Aen. His accenſa ſuper, iactatos æquore toto, &c. Nonnunquam pro Deſuper. Verg. 9. Aen. Et ſuper è uallo proſpectant Troes. Super ſomnum. i. ſeruus à cubiis interprete Budæo. Curtius: Sed per diſpoſitos, quos ſuper ſomnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter ſe excitaretur. Quandoq; pro Inſuper, & Amplius. Idem 2. Aen. Cui neq; apud Danaos uſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Componitur cum dictione incipiente ab a, ut Superaddo: e, ut, Supercado: d, ut Superduco: e, ut Superemineo. f, ut Superfluo: i, ut, Superincido: m, ut Supermeo: p, ut Superpono: ſ, ut Superſedeo: u, ut Superuacuus. Componitur & cum præpoſitionibus De & In, ex quibus fiunt Deſuper, & Inſuper: de quibus egimus ſupra ſuis locis.

SVPERABVNDO, as, (περισσεύω) redundo, ſuperfluo. Vlp. ff. de Regulis iuris. Non ſolent, quæ ſuperabundant, uitiare ſcripturas.

SVPERAGNATA TVNICA, (ἐπιπεφυκὼς χιτών) omnium oculi tunicarum extima, corneæ extrinſecus adhærens: unde & nomen accepit.

SVPERALLIGARE, {*Ligar ſopra*}(ἐπιδέω) ſuperne alligare. Plin. lib. 30. cap. 6. Caninus lien ſi uiuentis eximatur, & in cibo ſumatur, liberat eo uitio. Quidam recentem ſuperalligant.

SVPERBIBO, {*Beuer fuor di modo*}(ἐπιπίνω) poſt cibum potum'ue aſſumptum, alium potum ſuperingero. Plin. lib. 23. cap. 1. Aquæ potum interponere utiliſſimum, itemq; iugi ſuperbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus extemplo diſcutit.

SVPERBIA, æ, {*Superbia, alterezza*}(ὑπερηφανία, ἀλαζονεία, ἀγερωχία) elatio mentis, arrogantia, inſolentia. Cic. 6. Verr. Illa tua ſingularis inſolentia, ſuperbia, contumacia. Hora. 3. Carm. Ode. 10. Ingratam Veneri pone ſuperbiam: Ne currente retro funis eat rota. Quintil. lib. 3. ca. 6. An diuitiæ pariant ſuperbiam. Cice. Contra Rullum: Coloni capuæ in domicilio ſuperbiæ, & in ſedibus luxuriæ collocati.

SVPERBIO, bis, {*Inſoperbirſi*}(ὑπερηφανεύομαι, ἀλαζονεύομαι) faſtu quodam extollor: a præpoſitione Super, & uerbo Eo, ut uolunt compoſitum, b, litera euphoniæ cauſa interſerta. Plin. li. 10. cap. 62. Equę comantes ſeſe ſuperbiunt. Ouid. de Medic. fac. Laudatas homini uolucris Iunonia pennas Explicat, & forma muta ſuperbit auis. Accipitur aliquando Superbire pro excellere, ὑπερέχειν. Plin. lib. 17. Hinc geminæ certe apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt. Clau. li. 4. de Raptu Phlegræis ſylua ſuperbit Exuuiis, totumq; nemus uictoria ueſtit. Hoc eſt, nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

SVPERBVS, a, um, {*Superbo, altiero*}(ὑπερήφανος, σοβαρός, ὑπερήφανος) elatus, arrogans. Verg. 3. Aen. Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbũ Seruitio enixæ tulimus. Catul. Epig. 27. Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens Perambulabit omnium cubilia. Horat. Epod. 4. Licet ſuperbus ambules pecunia, Fortuna non mutat genus. Ouid. 2. Meta. Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum Mænalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum. Aliquando nobilis, magnificus, excellens, ἀγέρωχος. Idem 1. Aen. Hinc populũ late regem, belloq; ſuperbum Venturum excidio Libiæ. Aliquando altus, ſublimis, ὑψηλός. Verg. 7. Aen. Tela nouant Atina potens, Tyburq; ſuperbum. Aliquando ornatus. Idem 2. Aene. Barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſuperbi. Aliquando opulentus: ut apud eundem 9. Aen. Simul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur. Aliquando iniquus: ut, apud eundem 8. Aen. Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Antiqui etiam Superbos (propter pompam funeris) mortuos dixere. Plau. in Amphit. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi tu hinc abis. Id eſt, occidam.

SVPERBE aduerbium, {*Superbamente, alteramente*}(ὑπερηφάνως) elate, faſtuoſe. Teren. in Phorm. Sati'n' ſuperbe illuditis me? Liu. 4. ab urb. Superbe a Samnitibus, qui Capuam habebant Cumaſq; legati prohibiti commercio ſunt. Cic. pro Lege Man. Legati q erant appellati ſuperbius, Corinthũ patres ueſtri, totius Græciæ lumen, extinctum eſſe uoluerunt.

SVPERBIFICVS, pen. cor. adiectiuum. Senec. Herc. furen. Et ſuperbifica manu Atrum per urbes ducit Argolicas canem.

SVPERBILOQVENTIA, tiæ, (ὑψηγορία, γαυριολογία) elatus atque arrogans ſermo. Cice. 4. Tuſc. Quam uim mali ſignificantes Poetæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animiq; impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

SVPERBITER, (ὑπερηφάνως γαυριωδῶς) antiquis in uſu fuit pro eo quod hodie uſitatius dicimus Superbe. Afranius apud Nonium: ille ſuperbiter imperat. Næuius lib. 6. Bel. Puni. ut citatur ab eodem Nonio: Superbiter, contemptim conterit legiones.

SVPERCALCO, as, are, {*Calcar ſu*}(ἐπιστείβω, ὑπερπατέω) idem quod conculco. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi unum tabulatum feceris, uinum uetus cõſpergito: poſtea alterum ſupercalcato, & item uinum conſpergito: eodem modo tertium calcato, & infuſo uino ſuperpoſito. ut ſupernatet. & iuſto dies quinque, poſtea pedibus proculcato.

SVPERCERNERE, (ἐπικρίνω) eſt terram cribro, purgatã inuicere. Plin. lib. 17. cap. 10. Terraq; cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

SVPERCIDO, dis, pe. cor. {*Caſcar ſu*}(ἐπιπίπτω) ſuper rem aliquam cado. Columel. lib. 5. Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, cœleſtem ſupercidentem aquam contineat.

SVPERCILIOSVS, (ὑπερόφρυς, κατωφρυωμένος) dicitur auſterus, & grauis.

SVPERCILIVM, lii, {*Ciglio*}(ἐπισκύνιον, προβολὴ τοῦ ὄμματος, σκίασμα ὀφρύς) pars extrema frontis, quæ ſuper oculos prominens, breuibus ueſtitur pilis, ad oculi protectionem aduerſus ea, quæ ſuperne incidere poſſent, uelut uallum quoddam a natura conceſſa. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini, & pariter, & alterne mobilia: in his pars animi. Cic. pro Roſc. Com. Non'ne ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur? Idem 1. Offi. Ex oculorum obtutu ſuperciliorum aut remiſſione aut cõtractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis, ex ſummiſſione, & cæteris ſimilibus facile iudicabimus quid apte eorum fiat, quid ab officio, naturaq; diſcrepet. Sed quoniam his innuimus, his negamus, ideo Superciliũ quandoque pro faſtu & ſuperbia ponitur. Iuue. Saty. 6. Si cum magnis uirtutibus affers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. Grande, inquit, ſupercilium, hoc eſt, faſtum, grauitatem & ſeueritatem. Autor obſcœni carminis: Conueniens Latio pone ſupercilium, id eſt grauitatẽ.

Supercilium cenſorium apud Valer. Max. i. grauitas, ſeueritaſq; Cenſore digna. Cic. pro lege Agra. Hunc Capuæ Campano ſupercilio ac regio ſtrepitu cũ

uideremus, Magios Bloſſos mihi uidebar illos uidere, ac Iubellios. Supercilium ſalit. Quoties bona quædam ſpes titillat animum noſtrum, dicere licebit nobis ſalire ſupercilium, Vide Adagia Eraſmi. Is uero cui ſupercilia multum extrorſum porriguntur & prominent, Silo dicitur. Accipitur etiam Supercilium pro rei alicuius ſummitate, & loco eminentiori. Ver. 1. Geor. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam Elicit. Sic dicimus Supercilium montis, pro uertice. Liu. 7. Bell. Pun. Ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad leuem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.

SVPERCLAVDO. Liu. 7. Bell. Mace. A' continente arctæ ſemitæ aditum habet, à mari rupes excelſæ, fluctibus ſuperclaudunt.

SVPERCRESCO, (ἐπιφύομαι) innaſcor: ut, Vlcera ſupercreſcentia, apud Celſum lib. 6. cap. 6.

SVPERCVBO, as, pen. cor. {Star ſopra} (ὑπέρκειμαι, ἐπίκειμαι) ſuperiaceo ſuper dormio. Colum. libr. 8. Perforatis tabulis quibus ouilia conſternuntur, ut grex ſupercubet.

SVPERDICO, is, pen. pro. {Aggiungere al parlare} (ἐπιλέγω) ſubiungo dictis, dico aliquid præter id, quod dictum eſt. Cic. 2. de Legi. Admonet Iuriſconſultus hic quidem ipſe Mutius Pontifex, idem ut minus capiat, quam omnibus hæreditatibus relinquatur: ſuperdicebant quicquid cœpiſſet adſtringi, rurſus ſacris liberantur.

SVPERDO, as, (ἐπιτίθημι) ſuper impono. Celſus, lib. 7. cap. 7. Superdandum emplaſtrum, quo id glutinetur.

SVPERDVCO, is. {Sopraporre} (ἐπάγω, ἐπεισάγω) præter iam adducta alia adduco. Plaut. in Trucul. Iam quin etiam ſuperducas, quæ mihi commendant cibum.

SVPEREDO, is, pen. cor. {Mangiar dopoi} (ἐπιφάγω, ἐπεσθίω) poſt cibum aſſumptum alium ſuperingero. Plin. libr. 19. cap. 6. Menander è Græcis auctor eſt allium edentibus, betæ radicem in pruna toſtam ſi ſuperederint, odorem extingui.

SVPEREMINEO, mines, pen. cor. (ὑπερέχω) ſupra alios emineo. Col. lib. 12. cap. 47. Tum faſciculum uiridis fœniculi ſuperpoſitum mergæ, ut oliuæ premantur, & ius ſupereemineat. Verg. 6. Aen. Victorque uiros ſupereminet omnes. Ouid. 3. Metam. Colloque tenus ſupereminet omnes.

SVPEREROGO, (ἐπινέμω) iam antea erogatis addo.

SVPEREXTO, tas, {Sopraſtare} (ὑπερέχω) ſupereemineo, præ cæteris exto.

SVPERFERO, pen. cor. (ἐπιφέρω, ὑπερτίθημι) ſupra aliquid ferre. Plin. lib. 28. cap. 8. Siniſtrum pedem ſuperlatum parturienti, letalem eſſe dextro illata, facile eniti. Superlata nomina, ſuperlata uerba, quæ augendi cauſa in oratione proferebantur. Cice. in Partit. Illuſtris autem oratio eſt, ſi & uerba grauitate delecta ponuntur, ac tranſlata & ſuperlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata. Superlatio, onis, (ὑπερβολή) exceſſus, oratio fidem ſuperans Ad Herenn. li. 4. Superlatio, eſt oratio ſuperans ueritatem, alicuius augendi, minuendiue cauſa.

SVPERFICIARIÆ ÆDES, (ἐπιπόλαιοι οἶκοι) inquit Caius Iuriſconſultus de Superficieb. l. ſuperficiarius, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum.

SVPERFICIARIVS, rii, (ἐπιπόλαιος) qui in alieno ſolo ſuperficiē habet, ita ut certam penſionem præſtet. Auctor Vlpianus.

SVPERFICIES, ciei. {Superficie} (ἐπιπολή, ἐπιφάνεια) ſuperior pars cuiuſque rei, & facies quæ exterius oculis cernitur. Conſtat autem ex longitudine & latitudine ſine profunditate. Plin. lib. 11. cap. 48. Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam ampliat. Superficies pro area ædificio nuda. Cice. ad Atti. lib. 4. Nobis ſuperficiem ædium COSS. de conſilii ſententia æſtimarunt. H-S. uicies.

SVPERFIT, pro ſupereſt. περίεστι. Colum. lib. 12. Tum ſeparare quæ conſumenda ſunt, & quæ ſuperfieri poſſunt, cuſtodire, ne ſumptus annuus, menſtruus fiat.

SVPERFORANEVM. (περιττόν) pro ſuperuacaneo. Sidonius Apollinaris uſurpat.

SVPERFLORESCO, is, (ἐπανθέω) poſt alium floreſco. Plin. lib. 19 cap. 5. Particulatim cucumis floret, ſibi ipſe ſuperfloreſcens.

SVPERFLVO, is, {Abondare} (ὑπερπλεονάζω, πλεονάζω) abundo. Pli. lib. 31. cap. 34. Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, æſtate tantum ſuperfluit, & maxime Canis ortu parcius ſi frigidior ſit æſtas. Ci. de Clar. Orat. Is dedit operam, ſi modo id conſequi potuit, ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret: & quaſi extra ripas diffluentes coerceret.

SVPERFLVITAS, atis, (περιουσία) abundantia. Plin. lib. 14. cap. 1. Aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſuperfluitate atria media complentes.

SVPERFLVVS, a, um, (περιούσιος) idem quod redundans, abundans.

SVPERFOETO, tas, (ἐπικυέω, ἐπικυΐσκω) ſuperiori fœtationi alteram addo. quod accidere ſolet quibuſdam animalibus, quæ poſt unum fœtum ex coitu conceptum, rurſus alium concipiunt a priore, unoque aut altero die uel etiam pluribus poſt primum emiſſum ſuo tempore emittuntur: quæ emiſſio ſecunda, & uelut nouus quidam partus Superfœtatio dicta eſt. Plin. lib. 10. cap. 63. Daſypodes ſuperfœtant, ſicut lepores. Idem lib. 8 ca. 55. Lepus omnium prædæ naſcēs, ſolus, præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis ueſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

SVPERFVLGEO, es, (ὑπερλάμπω) deſuper affulgeo. Stat. 1. Syl. Ipſe autē puro celſum caput aere ſeptus, Templa ſuperfulgens, & proſpectare uideris.

SVPERFVNDO, is, (ἐπιχέω) de liquoribus dicitur cum alicui rei ſuperiiciuntur. Col. lib. 12. cap. 57. Hanc miſturam cum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Liu. 5. ab urb. Tum uero iam ſuperfundenti ſe lætitiæ uix temperatum eſt, per tranſlationem pro ubertim ſeſe oſtendenti. Superfuſus Tyberis, inundans Liu. 7. ab urb. Quin etiam cum medios forte ludos Circus Tyberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet. Superfuſi hoſtes, Liu. 9. bell. Maced. Gens ſuperfuſa montibus Caucaſiis; hoc eſt conſperſim fuſa. Plin. lib. 6. cap. 13.

SVPERGERO, is, ere, (ἐπιχωννύω) ſuperiacere, et quaſi aggeratim ſuper imponere: nam proprie de terra dicitur. Col. lib. 11. cap. 3. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrunque ſulcum porrecti obruuntur. ſed ita ut non minutium ſupergeſta terra ſemina ſpinarum, quæ inhærent toris funiculorum, enaſci poſſint.

SVPERIACIO, cis, pen. cor. {Sopraporre} (ἐπιβάλλω) ſuperpono, uel ſuperextendo. Colum. lib. 2. cap. 1. Quæque temporibus autumni frutetis & arboribus delapſa folia ſuperiaciebantur, mox conuerſa uomeribus, &c. Idem lib. 2. Seminibusque de tabulato ſuperiectis. Hinc frequentatiuum Superiacto, as, are. Plin. lib. 9. cap. 15. Quod & alias faciunt aliorum uim timentes, mugiles maxime, tam præcipuæ uelocitatis, ut tranſuerſa nauigia interim ſuperiactent. Id eſt, tranſiliant. Superiectus, ctus. Col. lib. 6. cap. 36. Ita enim efficitur, ut eius obiectu, cum mas etiam ſuperiectu eblanditus eſt, uelut incenſus & obcæcatus cupidine ſubtracta quam petierat, faſtiditæ imponatur equæ.

SVPERILLIGO, as, are, {Legar ſopra} (ὑπερδέω) idem quod ſuperligo. Plin. lib. 29. cap. 3. Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt, betæ folijs ſuperilligatis.

SVPERILLINO, is, pen. cor. {Inungere} (ἐπιχρίω) Plin. lib. 30. cap. 12. Reduuias, & quæ in digitis naſcuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, & uulua decocta in oleo, ſuperillito butyro ouillo cum melle.

SVPERIMPENDENS, participium. Catul. Argon. Confeſtim Peneos adeſt uiridantia tempe, Tempe quæ ſyluæ cingunt ſuperimpendentes.

SVPERIMPONO, is, (ὑπερεπιτίθημι) idem quod impono Liu. 1. bel. Pun. Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum ſtipendio etiam ſuper impoſito, interceptum.

SVPERINCIDO, is, pen. cor. {Caſcar ſopra} (ὑπερεμπίπτω) deſuper in rē aliquam incido. Liu. lib. 2. Multique ſuperincidentibus telis incolumis ad ſuos tranauit. Colum. lib. 4. cap. 9. Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, cœleſtem ſuperincidentem aquam contineat.

SVPERINDVCO, {Sopramettere} (ἐπεισάγω) ſuperiniicio. Plin. lib. 15. cap. 17. Duum pedum terra ſuperinducta.

SVPERINDVO, is, (ἐπενδύω) ſuper cætera ueſtimenta induo. Suet. in Nero. cap. 48. Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit.

SVPERINGERO, is, (ἐπεισφέρω) aggregatim ſuperimpono. Plin. lib. 18. cap. 30. Sunt qui leguminum aceruos ſuperingerant.

SVPERINIICIO, cis, pen. cor. {Gettar ſopra} (ἐπεμβάλλω) deſuper iniicio. Verg. 4. Georg. Raras ſuperiniice frondes. Ouid. 5. Faſt. Tum ſuperiniecta texere madentia terra.

SVPERINTEGO, is, pen. cor. (ἐπεγκαλύπτω) ſuperne intego. Plin. lib. 18. cap. 6. Ora utrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

SVPERINTONO, as, pen. cor. (ἐπιβροντάω) deſuper tono. Vergil. lib 9. Aen. Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens.

SVPERINVNGO, is, {Inungere} (ἐπαλείφω) Celſus lib 7. cap. 7. Deinde ſuperinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuper inunguntur.

SVPERIOR, ſuperioris, (ἀνώτερος) comparatiuum eſt ab antiquo nomine Superus, idem ualens, quod altior ſiue ſublimior. Cic. Atti. lib. 12. Tota domus ſuperior uacat, ut ſcis Interdum idem quod maior, potior, ſiue excellentior, ὑπέρτερος, φέρτερος. Cic. 1. Offi. Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſummiſſius geramus. Vita ſuperior. i. uita ante acta. Idem de Sene. Senes ſemper agunt aliquid, tale. ſ. quale cuiuſque ſtudium in ſuperiore uita fuit. Superior Dionyſius, (πρεσβύτερος) id eſt, prior, uel ſenior: ſicut Inferior pro iuniore aut poſteriore. Sic enim fere loqui ſolemus, quoties de multis ſermo eſt. Nam ſi de bonis laudabilibusque loquamur, Maiorem & Minorem dicimus. Sic duos Africanos, & duos Cyros maioris & minoris cognominibus diſtinguimus. In conſanguinitatis quoque gradibus Superiores eos intelligimus, qui quartum aſcendentium gradum excedunt: quemadmodum Inferiores, qui ſunt infra quartum deſcendentium gradum. Varro libro 2. de Re ruſtic. Itaque proauus ac ſuperiores, de Tremellijs, nemo appellatus Scropha. Superiores, pro iis qui ante nos uixerunt, qui & Maiores dicuntur. Cice. 4. Acad. Non modo opinionem uicit omnium, quæ de uirtute eius erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Superiores dicuntur etiam, qui alios uincunt. Cæſ. 5. I del. Gall. Atque una ex parte Hiſpanis equitibus emiſſis cum equeſtri prælio ſuperiores eſſent.

SVPERLACRYMO, (ἐπιδακρύω) lacrimando irrigo. Col. lib. 5. Optimū eſt igitur, medio ferè internodio ſubſidiarium tondere palmitem, deuexamque reſectionem facere poſt gemmam, ne ſuperlacrimet, & germinantem cæcet oculū.

SVPERLIMINARE, aris, neut gene. {Soglia di ſopra} (ὑπέρθυρον) limen oſtii ſuperius. hoc eſt, lignum ſiue lapis, qui poſtibus ſuperincumbens, iugi formam efficit. Plin. lib. 29. cap. 4. Priuatimque culicibus circumlatum toties, & pedibus ſuſpenſum ſiniſtrum in ſuperliminari.

SVPERMANDO, is, ere, {Remaſticare} (ἐπιμασάομαι) poſt rem aliquam manſam, aliam mandendo ſuperingero. Plin. lib. 31. cap. 6. Qui puram dedere, raphanos ſupermandi ex mulſo aceto iubent, ut ad uomitiones reuocent.

SVPERMEO, as, (ὑπερρέω) ſuperfluo, ſiue ſuperlabor. Plin. lib. 2. cap. 103. Quædam uero etiam dulces inter ſe ſupermeant alias, ut in Fucino lacu.

SVPERNAS, atis, (ὁ ἄνωθεν) quod ex loco ſuperiore ortum traxit, ſicut Infernas, quod natum eſt in loco Inferiori. Sunt autem hęc duo communis generis, ſicut Noſtras, & Veſtras ut, Abies ſupernas, quæ ad mare ſuperū, hoc eſt, Adriaticum, nata eſt. & contra Infernas, quæ nata eſt ad mare inferum, ſiue Tyrrhenū. Plin. lib. 16. cap. 39. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

SVPERNATVS, a, um, adiect. (ἐπιπεφυκώς) poſt alios natus. Plin. lib. 19. cap. 3. Hoc inciſo, profluere ſolitum ſuccum ceu lactis, ſupernato caule, quem magydarim uocarant.

SVPERNATO, as are, {Sopra natare} (ἐπιπλώζω) in aquæ alteriusue liquoris ſuperficie fluito. Columel. lib. 12. cap. 9. Deinde arido ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi, ut ius ſupernatet. Plin. lib. 26. Poſtea ſuper natans aqua tollitur ſpongiis.

SVPERNE, aduerbium, (ἄνωθεν) idem quod deſuper. Verg. 6. Aen. Vnde ſuperne Plurimus Eridani per ſyluam labitur amnis. Liu. lib. 1. ab urb. Male ſuſtinenti arma, gladium ſuperne iugulo defigit, iacentem ſpoliat. Idem ualet quod ſupra: ἄνω. Plinius: Argentum ſuperne innatat, ut oleum aquis.

SVPERNVS, a, um, {Superno} (ὁ ἄνω) quod eſt ſupra. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes ſimiles aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna parte dextra læuaque longiſſimi. Stat. Theb. Crines à fronte ſuperni. Ouid. 15. Meta. Supernum numen.

SVPERO, ras, pen. cor. {Superare} (ὑπερβαίνω) tranſcendo, ſubeo. Verg. lib. 3. Geor. Superant montes & flumina tranant. Plin. lib. 7. Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, ut ſagittis ſuperari nequeant. Per tranſlationem ponitur pro uincere, ἐπικρατεῖν. Verg. 5. Eclog. Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? Item abundo, περιγίνομαι. Ver. 1. Georg. Si ſuperent fœtus, pariter frumenta ſequentur. Item ſuperuiuere, & quaſi ſuperſtitem eſſe, quod & ipſum περιγίνεσθαι dicunt Græci. Item reſtare, ſiue ſuperfluere, περιουσιάζειν. Cic. Deq; eo quod ipſis ſuperat, aliis gratificari uolunt. Item occidere, ἀναιρεῖν. Verg. 1. Aen. Clam ferro incautum ſuperat. Vnde Superabilis, & hoc, le, quod facile ſuperari poteſt. Liu. 5. bel. Pun. Simul altitudinem muri, quantũ proxime coniectura poterat, permenſus, humilioremq; aliquanto priſtina opinione ſua, & cæterorum omnium, ratus eſſe, & uel mediocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem defert. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 8. Scilicet ut per uim non eſt ſuperabilis ulli, Molle cor ad timidas ſic habet ille preces. Huius cōpoſita ſunt Exupero, id eſt, abundo: & Proſupero, ſuperabundo de quibus ſuis locis.

SVPEROBRVO, is, (κατακχόω, καταβάλλω) re aliqua iniecta operio. Propert. lib. 4. Eleg. 4. Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.

SVPERPENDEO, es, {Sopra pendente} (ὑπερκρέμαμαι) ſupra pendeo. Liu. 7. bel. Maced. Ita ut quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa, plus in altum, quã quæ in ſtatione ſunt naues promineant.

SVPERPINGO, is, (ὑπεργράφω) operi iam picto addo. Pli. lib. 35. ca. 11. Nealces Venerem, ſolers hic arte ingenioſo operi ſuperpinxit.

SVPERPONO, is, {Soprapore} (ὑπερτίθημι) ſuper aliquid colloco. Plin. li. 29. cap. 2. Tantumq; pollent, ut medicamentis quoq; ſuperponantur. Colu. li. 1. cap. 5. Sin ſummotus longius à collibus erit amnis, & loci ſalubritas, editiorq; ſitus ripæ permittet ſuperponere uillam profluenti. Ouid. Epiſt. 20. Aegra ſuperpoſita membra fouere manu.

SVPERRADO, is, pen. pro. raſi, raſum, (ὑπερξέω) ſuperficiem rei alicuius rado, uel leuiter incido: ut, Superradere clauos pedum. Pli. lib. 22. ca. 23. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur: ſic & callo. Clauis pedum ſuperraſis præcipuæ utilitatis.

SVPERSCANDO, is, {Andar ſopra} (ὑπερβαίνω) ſurſum aſcendo. Colu. lib. 11. cap. 3. Oportebit autem uirgeam ſepem interponere, quam ſuperſcandant ſentes utriuſq; ſulci.

SVPERPONDIVM, dii, (ἐπίμετρον) auctarium ponderis, quod legitimæ ſarcinæ adiicitur. Eſt autem nomen à pondere deductum ea forma, qua Centumpondium, & Aſſipondium. Apul. libe. 7. Exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium.

SVPERSEDEO, es, {Sopra ſedere, laſciare} (ἐπέχω, ἐπίσχημι, διαλείπω) rem inſtitutam omitto: exigitq; ferè ablatiuũ. Cæſ. li. 1. Comm. Et propter multitudinem hoſtium, & propter eximiam opinionem uirtutis, prælio ſuperſedere ſtatuit. Auctor ad Heren. lib. 3. Cōmode poterimus principio ſuperſedere. Gell. autem lib. 2. cum accuſatiuo conſtruxit, quum ait: Alia luce auis in paſtum profecta eſt: cognati & affines operam, quam dare rogati ſunt ſuperſedent. Hieron. contra Iouin. cum infinitiuo iunxit. Cicero (inquit) rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ, ſororem eius duceret, omnino facere ſuper ſedit, dicens, non poſſe ſe uxori & philoſophiæ pariter operam dare.

SVPERSILIO, ſilis, pen. cor. (ὑπεράλλομαι, ὑπερπηδάω) ſuper re aliqua ſalio. Colu. libr. 8. cap. 3. Ea pertica ut enitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum ſuperſilientem uolucrem non recipiat.

SVPERSPERGO, is, (ἐπιπάσσω) inſpergo, aſpergo. Cato ca. 54. Cum ſtramenta condes, quæ herboſiſſima erunt, in tecto condito, & ſale ſuperſpargito.

SVPERSTERNO, is, (ὑποστρώννυμι) ſuper extendo. Liu. 10. ab Vrbe: Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis, inueniri non potuit, &c.

SVPERSTES, ſtitis, pen. cor. omn. gen. {Poſtero} (περιγινόμενος) qui ſuis iã fato functis ſuperuiuit, quaſi mortuis ſuis ſuperſtans. Quintil. Defuncta uxore, liberis tamen ſuperſtitibus. Ouid. 3. Meta. Marte cadunt ſubiti per mutua uulnera fratres. Quinq; ſuperſtitibus. Ver. 11. Aen. Tuq; o ſanctiſſima coniux Felix morte tua, neq; in hunc ſeruata dolorem. Contra ego uiuendo uici mea fata: ſuperſtes Reſtarem ut genitor. Superſtes Reipub. Cic. Torq lib 6. Cum ſuperſtitem te eſſe Reipub. ne ſi liceat quidẽ, uelis. Fama ſuperſtites. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 7. Me tamen extincto fama ſuperſtes erit. Superſtes quoq; dicitur, qui ſaluus eſt, & uiuit inter uiuos, etiam ſine morte ſuorum omnium. Terent. in And. Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes. Superſtes gloriæ alicuius. Accipitur interdum Superſtes pro præſenti. Plau. Superſtitẽ utrunq; monui ne iniuſſi abeant. Quin & teſtes antiqui ſuperſtites appellabant.

SVPERSTITIOSI, {Superſtitioſi} (δεισιδαίμονες) anili ſuperſtitione imbuti, quiq; deum timent in rebus etiam non timendis. De uocis huius origine ſic ſcribit. Cic. lib. 2. de Natu. Deo. Non ſolum (inquit) Philoſophi, uerum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, Superſtitioſi ſunt appellati. Aulus Gell. lib. 19. Noct. Atticarum, Superſtitionem (δεισιδαιμονίαν) interpretatur importunam & ineptam religionem. Lactantius eos potiſſimum Superſtitioſos dictos exiſtimat, qui ſuperſtitem memoriam mortuorum colerẽt aut qui parentibus ſuis ſuperſtites imagines eorum domi tanquam deos uenerarentur. Cic. 3. Tuſcu. Accedit ſuperſtitio muliebris quædam. Ver. 12. Aen. Vana ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis. Seruius. A Superſtite ſuperſtitio dicta, quæ aniculārum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum uolunt uideri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ ſunt, & ita delirant. Superſtitioſe, aduerbium. Cic. 3. de Natu. Deo. Neq; id dictis ſuperſtitioſe, atq; aniliter, ſed phyſica conſtantiq; ratione.

SVPERSTITO, tas, {Eſſer ſaluo} (περιγίνομαι) frequentatiuum a Superſto, idem ualens, quod ſuperſtes, & incolumis ſum. Plau. Perſa: Vt mihi ſuperſit ſuperet, ſuperſtitet. Antiqui hoc uerbo uſi ſunt pro ſeruare, (σώζειν) ſiue incolumem præſtare. Ennius apud Nonium, Regnumq; ueſtrum ut ſoſpitent, ſuperſtitentq;.

SVPERSTO, as, {Star ſopra} (ἐφίσταμαι, ὑπερίσταμαι) ſupra aliquid ſto. Gel. Quum ſedenti aquila ſuperſtaret. Liu. 10. bel. Maced. Signa alia in circo maximo cum columnis, quibus ſuperſtabant euertit faſtigia aliquot templorum a culminibus abrupta fœde diſſipauit. Ver. 10. Aen. Quem congreſſus agit campo, Lapſumq; ſuperſtans Immolat. Quandoq; Superſtare, eſt ſupereſſe, περιγίνεσθαι. Vnde Superſtites dicti ſunt.

SVPERSTRVO, ſtruis, {Soprafabricare} (ἐποικοδομέω) ſuperædifico. Lactant. lib 6. Manentibus enim præceptis eorum, quæ ſolent ad probitatem rectè dari, ignota illis ſuperſtruemus ad perficiendam conſummandamq; iuſtitiam, quã non tenent.

SVPERSVM, ſuperes, ſupereſt, ſuperfui, {Abundare} (περίειμι, περιγίνομαι) affluo, abundo. Verg. 11. Aen. Auxilioq; urbes Italę, populiq; ſuperſunt. Interdum ſupereſſe ſignificat reliquum eſſe, περιγίνεσθαι. Ennius lib. 3 Ann. Inde ſibi memorat unum ſupereſſe laborem. Interdum ſuperſtitem eſſe ἐπιβιῶν. Plau. in Aſin. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ Supereſſe uitæ ſoſpitem & ſuperſtitem. Interdum uincere, ſuperiorem eſſe, ἐπικρατεῖν. Ver. 3. Geor. Ne blando nequeant ſupereſſe labori. Id eſt, uincere laborem. Interdum ſuperfluum eſſe, περιουσιάζειν. Gel. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me forte aſſiſtere, atq; ibi aduocatum reum non habere. Et quum is, qui uerba faciebat, reclamaſſet, Ego illi ſupereſum, reſpondiſſe Prætorem feſtiuiter, Tu plane ſuperes, nõ ades. Hoc eſt ſuperfluus, ſuperuacaneus es. Ex quibus Gellii uerbis colligi poteſt, fuiſſe nonnullos ea ætate, qui Supereſſe uſurparẽt pro eo quod eſt, in iudicio adeſſe: quos tamen, ut inepte loquentes, irridet. Vſus tamẽ eſt etiam hoc uerbo in hac ſignificatione Suet. in Aug. cap. 56 Cũm Aſprenas Nonius arctius ei iunctus cauſam ueneficii accuſante Caſſio Seuero diceret, conſuluit Senatum quid officii ſui putaret. Cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere, ac prædamnare amicum exiſtimaretur. Interdũ durare. Verg. 3 Georg. Primus ego in patriam mecum, modò uita ſuperſit.

SVPERVACANEVS, a, um, {Superuacuo} (περιττός) idẽ quod ſuperuacuus. Cic. Appio: Confirmata amicitia & perſpecta fide, commemoratio officiorũ ſuperuacanea eſt. Idem 1. de Nat. deo Quid de reliqua deſcriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacaneum eſt?

Pro ſuperuacaneo habere. Liu. 10. ab Vrbe. Cui autem dubium eſſe, ubi unũ bellum ſit aſperum, ac difficile, cum id alteri extra ſortem mandetur, quin alter Conſul pro ſuperuacaneo, atq; inutili habeatur?

SVPERVACVVS, a, um, {Superuacuo} (περισσός, περιττός) quod non eſt neceſſarium, neq; alicuius uſus Colu lib 3 Itaq; ſuperuacuum eſt, hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 7. Sed me timor ipſe malorum Sæpe ſuperuacuos cogit habere metus.

SVPERVADO, is, ere, {Andar ſu} (ὑπερβαίνω) tranſcendo. Liu. 1. Bell. Maced. Cum omnes uicti, metuq; perculſi ex prælio intra uallum protinus inde ſuperuadentem munimenta uictorem hoſtem fugerent:

SVPERVAGANEVS, adiectiuum antiquum à uerbo Vagor: unde Auis ſuperuaganea dicebatur ab auguribus, cum ex ſummo cacumine uocem emiſiſſet. Feſtus.

SVPERVAGOR, pen co. {Eſſer troppo uagante} ſuperuagaris, præter iuſtum & æquum uagari, ſuperfluere, uel ſuperfluos ramos habere. Colu lib 4. cap. 21. Quinquennis uineæ non alia eſt putatio, quã ut figuretur, quemadmodum ſupra inſtituimus, ne ſe ſuperuagetur.

SVPERVEHO, is, (ὑπεροχέω) ſuper aliquid ueho. Cat. Epi. 61. Ille quoque euerſus mons eſt, quem maximũ in oris Progenies Phthiæ clara ſuperuehitur.

SVPERVENIO, is, ire, {Venir à la improuiſa ſopravenire} (ἐπέρχομαι) ex inopinato uenire. Horat. 1. Epiſt. 4 Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora. Ver. 6. Eclo. Addit ſe ſociam, timidisq; ſuperuenit Aegle. Liu 4. bel. Pun. Munientibus ſuperuenit Marcellus. Superuenire cum accuſatiuo ſuccedere, aſcendere. Ouid. 10 Metam. Nam crura loquentis Terra ſuperuenit. Stat. 1. Achil. Neſcio quid magnum (nec me patria omina fallunt) Vis feſtina parat, tenerosq; ſuperuenit annos.

SVPERVENTVS, tus, {Venuto ſopra} (ἐπέλευσις) ipſe ſuperueniẽdi actus. Pli. lib. 7. cap. 15. Sed nihil facile reperiatur mulierum profluuio magis monſtrificum: Aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges &c.

SVPERVESTIO, is, (περιβάλλω) ueſte ſuperintego. Plin. lib. 16. cap. 33. Imagines rerum tenui filo, breuiq; & urente ſuperueſtiens.

SVPERVIVERE, (ἐπιβιῶν) is dicitur, qui quum iam mortuus uideretur, refociliatus reſipuit, ac ueluti reuixit.

SVPERVOLO, as, {Volar di ſopra} (ὑπερπέταμαι, ἐπιπτάω) ſupra aliquid uolatu feror. Plin. lib. 7. cap 14. Superuolantes quamuis alte, pernicitergq; alites hauſtu raptas abſorbeant. Oui. 4. Meta Deſpectat terras, totumq; ſuperuolat orbem. Plin. lib. 10. cap. 33 Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu ſæpe uoce tantum audita maſculi. Superuolito, as frequentatiuum. Verg 6. Eclo. Et quibus ante Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis.

SVPERVOLVO, is, uere, {Voltar di ſopra} (ἐπικυλινδέω) ſupra uoluo. Col. lib. 11. cap. 3. Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum qualecunq; ſatum, ſi cum eſt natum incrementum eius ſuperuoluto cylindro, coerceat.

SVPERVNGO, is {Iniungere} (ἐπαλείφω) ſuperillino. Cel lib 7. ca. 7. Dein ſuperungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperunguntur.

SVPERVM MARE, (ἀδριατικὸν πέλαγος) idem eſt cum Adriatico: ita dictum, quod Italiam ſupra, hoc eſt, ab ortu alluat. quemadmodum mare Tyrrhenum ab occaſu, quod ideo inferum appellatur. Plaut. Menæchmis. Iſtros, Hiſpanos, Maſſilienſes, Illyricos, Mare ſuperũ omne, Græciamq; exoticã, Orasq; Italicas omnes, quas adgreditur mare, Sumus circumuecti.

SVPERVS, ra, rum, pe. cor. {Di ſopra. ſourano} (ὁ ἄνω) à Super fit, cui contrarium eſt Inferus: ut Mare ſuperum, Sedes ſuperæ, & Aura ſupera. Ver. 6. Aen. Facilis deſcenſus Auerni: Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum, ſuperasq; euadere ad auras Hoc opus, hic labor eſt. Idem 6. Aen. Talis ſeſe halitus atris Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat Idẽ 10. Aen. Tum breuiter ſupera aſpectans conuexa precatur Cic. 2. de Natu. Deo. Homo ſpectator ſuperarum rerum atq; cœleſtium. Supera orum. pro cœlo ſubſtantiue. Verg 6. Aen. Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes Ci. 1. Tuſ Nihil enim habent hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt. Ver 7 Aen. de Iunone: Cocytiq; petit ſedem, ſupera ardua linquens. Superi, orum, pluraliter, & ſubſtantiue cœleſtes, ſiue uiui, & qui aliis ſuperiores ſunt. ſicuti Inferi, orum, manes, ac mortui dicuntur. Verg. 5. Aene. Attonitis hæſere animis, ſuperosq; pre-

cati Trinacrij, Teucriq; uiri. Ouid. 1. Meta. Talia quærentes (ſibi enim fore cæ terni curæ) Rex ſuperum trepidare uetat. Contra Inferi, orum, pro manibus ſiue mortuis accipi ſolent. Plin. libr. 12. cap. 18. Fœlix appellatur Arabia falſi, & ingrati cognominis, quæ hoc acceptum ſuperis ferat, quum plus ex eo inferis debeat.

SVPINO, ſupinas, pen. pro. (ὑπτιάζω) ſupinum colloco. Stat. 6. Theb. Præcipitatq; retro iuuenem, atq; in terga ſupinat.

SVPINOR, aris, ari, (ὑπτιάζομαι) paſſiuũ eſt uerbi Supino, idẽ ſignificãs quod ſupinus fio. Hora. 2. Serm. Saty. 7. Naſum nidore ſupinor. Vbi Acron interpres, Naſum, inquit, nidore ſupinatus, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinari igitur eſt erigi, & ſupinum fieri. Accuſatiuum uerbo addidit paſſiuo, quemadmodum & Verg. 7. Aen. Loricam indutus, fidoq; accingitur enſe. Stat. 12. Theb. Iamq; ſupinantur feſſi, lateq; fatiſcunt Penthea deuexa iugi. Supinatus, a, um, participium. Ver. 2 Geor. Ante ſupinatas Aquilonis oſtendere glebas, Quàm lætum infodias uitis genus. Stat. 5. Theb. Incertusq; ſui liquidum nunc aera lambit Ore ſupinato, nunc arua gementia radens, Pronus adhæret humo.

SVPINVM, a quibuſdam dicitur uerbum participiale ſicut Gerundia, Participialia nomina appellantur. Habet autem duas terminationes, um, & u: ut, Lectũ lectu. Quod in um, finitur, habet ſignificationem actiuam. Salluſt. Legatos ad Iugurtham de iniuriis queſtum miſit. Id eſt, qui quererentur, uel queſturos, μεμψομένους. Idem: Non mea culpa ſæpe ad uos oratum mitto. P. C. Hoc eſt, qui orent ſiue oraturos, παρακαλέσοντας. Do filiam nuptũ dicimus, hoc eſt, quę nubat. Do uenũ, uendo Spectatum admiſſi ſumus. i. ut ſpectemus. Quod uero in u, finitur, ſignificationis paſſiuæ eſt, iungiturq; nominibus adiectiuis. Verg. 3. Aen. Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli hoc eſt, qui nec uideri, nec dici facile poſſit. Dicimus præterea, Dignũ ſiue indignum relatu, hoc eſt, quod referatur. Impium factu, ſi fiat, Horrendum aſpectu, ſi inſpiciatur. Iucundũ cogitatu, ſi cogitetur. Obſcœnum uiſu, ſi uideatur, & ſic de reliquis.

SVPINVS, na, num, pen. pro. {Col uentre in ſu, ſupino, à rouerſcio} (ὕπτιος, κύμβαχος) qui dorſo incumbit, ita ut faciem uentremq; habeat cœlum uerſus ſpectantem. Iuuen. Saty. 3. Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. Cic. de Diuin. Nam ſi omne animal, ut uult, ita utitur motu ſui corporis, prono, obliquo, ſupino, membraq;, quo uult, flectit contorquet, porrigit, contrahit: eaq; ante efficit pene, q̃ cogitat: quanto id Deo eſt facilius, cuius numini parent omnia? Manus ſupinæ. Liu. 6. bel. Pun. Vndiq; matronæ in publicum effuſæ, circa Deum delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras uerrentes nixæ genibus, ſupinas manus ad cœlũ ac Deos tendentes. Ver. 3. Aen. Tenditq; ſupinas Ad cœlũ cũ uoce manus. Et quoniam ſupinus ille recubitus indicium eſt hominis ſoluti, & otioſi, factum eſt ut Supinum pro molli, delicato otioſo, & negligenti ponamus. ῥᾴθυμος. Seneca ad Lucilium: Eſt quidem, mi Lucili, ſupinus & negligens, qui in amici memoriã ab aliqua regione admonitus reducitur. Inde Supinior, oris, comparatiuus. Mart. lib. 2. Nuſquam deliciæ ſupiniores. Supinus, item accipitur pro accliui, ſiue montoſo. Horat. lib. 1. Carm. Seu mihi frigidum Præneſte, ſeu Tybur ſupinum. Fuit enim Tybur ciuitas in aſcenſu collis poſita, cuius etiam hodie ruinæ conſpiciuntur.

SVPPAR, ris, (παράπαρ) ex Sub, & Par, propemodum æqualis. Cice. de Clar. Orat. Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes.

SVPPARASITOR, aris, pen. prod. (ὑποπαρασιτέομαι) ſubſeruio, obſequor, tanquam paraſitus. Plau. in Amph. Accedam, atq; hanc appellabo, & ſupparaſitabor patri.

SVPPARIVM. Calepinus putauit, uelum eſſe, ad uelandas ſcenas accommodatum. adducens teſtimonium Ciceronis ex oratione de Prouinciis Conſularibus, ubi ſic legit: Quibus cum iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſupparium ſolebat. Verum fallitur eſt hoc, ut pleriſq; aliis in locis, Calepinus corruptis exemplaribus. Conſtat enim in hoc Ciceronis loco Siparium legendum eſſe, non Supparium ut latius ſupra docuimus ſuo loco.

SVPPARVS, uel Supparum pen. cor. {Camiſcia, trauerſa} (περιζώμα) genus togæ leuis & anguſtæ, inde dictum, teſte Varrone lib. 4. de lingua Latina q; ſupra induatur, quemadmodũ Subucula, quod ſubtus induatur. Lucanus 2. Pharſaliæ, Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos. Feſtus Supparum ueſtem puellarem lineam interpretatur, eandemq; eſſe exiſtimat cum ea, quæ & Subucula & Camiſia dicitur. Quam ſententiam hoc Afranii teſtimonio fulcit. Puella non ſum, ſi induta ſuppario ſum. Eſt & Supparum nautum inſigne, teſte Seneca lib. 11. Epiſt. Sunt enim Suppara ſumma uela: quæ cæteris annectuntur, & quæ ſuper antennas explicantur. De quibus Luca. lib. 5. Imaq; pandens Suppara uelorum perituras colligit auras. Stat. 3. Sylu. Vos ſummis annectite ſuppara uelis.

SVPPEDANEVM, (ὑποπόδιον) dicitur id, quod pedibus ſubiicitur, dum ſedemus.

SVPPEDITO, as, pen. cor. {Dare, ſumminiſtrare} (ἐπιχορηγέω, χορηγέω, ὑπαρκέω) ſuggero, ſubminiſtro. Varr. 2. de Re ruſt. Largiore cibatu ſuſtentare debet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit. Cic. ad Treb lib. 7. Epiſt. An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditari? Id eſt, chartam tibi deeſſe. Quintil lib. 2. cap. 2. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius. Suppeditare, neutrum abſolutum, pro ſufficere ſatis eſſe, ἐπαρκεῖν. Cic. 1. Offic. Ob eaſq; cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad uictum. Suppeditare, pro ſuppetere, περιγίνεσθαι Liu. 8. Bel. Pun. Apud uos quemadmodum loquar, nec conſilium, nec oratio ſuppeditat. Eſt & Suppeditare, opprimere, ſiue ſupplãtare, ὑποσκελίζω. Cice. Nunc uideo, in iudicio mecum contendere non uis, ubi ſuppeditari turpiſſimum ſuperare pulcherrimum eſt. Hinc Suppeditatio, uerbale. Cic. 1. de Natu. Deo. Quæ ergo uita? Suppeditatio, inquis, bonorum nullo malorum interuentu. Suppeditor, aris, deponens. Cice. Attic. lib. 14. De Patulciano nomine quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorum omnium.

SVPPELLO, is, puli, ſum. {Leſtirare} uerbum modo honeſtum, modo turpe. Cic. ad Pætum, lib. 9. Quid ipſa res modo honeſta, modo turpis? ſuppellere, flagitium eſt, iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

SVPPETIÆ, & in accuſatiuo Suppetias, ſine aliis caſibus, (ὑποστήριξις) idem quod ſubſidium, quod fertur laboranti. Valla auxiliũ interpretatur. Plau. tamen in Epid. diuerſa eſſe oſtendit, cum ait, Auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Si enim eadem eſſent Suppetiæ & Auxilium, alterũ uacaret. Rectius itaq; auxilii nomine intelligimus, quod augendarum uirium cauſa alicui ſummittitur: Suppetias uero eas dicimus, quę iam laboranti & periclitãti feruntur: quod & Subſidium dicimus. Suppetias uenire, id eſt, in ſubſidiũ. Cæſ. 2. Cõment. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias uenire.

SVPPETIOR, aris, {Aiutare, dar ſoſſidio} (ἀμύνω) auxilior, ſuccurro. Apul. lib 6. At uobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

SVPPETO, tis, pen. cor. {Aſſaltare celatamente} (ὑπαιτέω, παραιτέω) latenter, ſeu per fraudem peto. Vlpia. de Furtis: Apud Labeonem, relatum eſt, ſi ſiliginario quis dixerit, ut ſiquis nomine eius ſiliginem petiſſet, ei daret. Et quidam ex tranſeuntibus quum audiſſet, petit eius nomine & accepit, furti actionem aduerſus eum, qui ſuppetit ſiliginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, ſed ſibi ſiliginarius geſſit. Suppetit uero, (περιγίνεται) in tertia perſona, & Suppetunt, ſignificat in promptu eſt, adeſt: cui opponuntur Deficit, & Deeſt. Horat. 1. Epiſto. 12. Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Nonnunquam ſufficit, ſiue eſt, ἐπαρκεῖ. Plin. Iunior in Epiſt. Cui abunde ſuppetunt facultates. Liu. 2. ab Vrb. Rudis in militari hominis lingua, non ſuppetebat libertati, animoq;. Suppetat ſuperſtes uitæ tuæ. Plaut. in Trinum. Bene hercle denuntias, deoſq; oro, ut uitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat. hoc eſt poſt te uiuat.

SVPPILO, las, pen. pro. {Rapire, robbare} (ὑφαρπάζομαι) ſuffuror, clam & paulatim ſurripio. Plaut. in Truc. Hæc quum uideo fieri, ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam facio.

SVPPLANTO, as, (ὑποσκελίζω) pede ſuppoſito in terram deiicio. Cice. 3. Offi. Contendere debet, q̃ maxime poſſit, ut, uincat: ſupplãtare eum quicum certat, aut manu depellere nullo modo debet. Et quoniam qui in lucta hac ratione ſuperiores euadunt, fraude magis, q̃ uiribus uidentur uiciſſe factum eſt, ut Supplantare accipiatur pro decipere. Eſt & Supplantare (ὑποφυτεύειν) compoſitum, à uerbo Planto, idem ſignificans quod ſub re aliqua quippiam plantare. Colum. lib. 3. Et uitem in ſupplantato, ne radicem abrumpas.

SVPPLEMENTVM, ti, {Supplemento, aggiunta} (πλήρωμα) quod ad ſupplendum rei alicuius numerum ſubmittitur: unde militum & remigum propere ſupplementa dicimus, quæ ad iuſtum numerum explendum ſuccenturiantur. Cic. Appio Pulchro, li. 3. Cenſebant omnes ferè, ut in Italia ſupplementũ meis, & Bibuli legionibus ſcriberetur.

SVPPLEO, ples, {Supplire, empire, giungere} (πληρόω) in deficientis locum aliquid ſubſtituo. Verg lib. 3. Aen. Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Accipitur interdum Supplere pro æquare. Idem 7. Eclo. Si fœtura gregem ſuppleuerit aureus eſto id eſt, Si tot agnos habuere, quot oues, interprete Seruio.

Aliquando pro implere. Cato cap. 88. Ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito & quaſſato, ſuppletoq; identidem. Idem cap. 69. Facito ut amurcam quotidie ſuppleas.

SVPPLEX, ſupplicis, {Supplicheuole} (ἱκέτης, ἱκέσιος) qui alteri abiecte, demiſſe, & humiliter ſupplicat, ad pedes ſeſe eius proſternens, aut genua flectens. unde & Supplicem dictum putant a plicandis genibus. Cic. 3. Tuſcu. Quum ſe Alcibiades affl ictaret, lacrymansq; Socrati ſupplex eſſet, ut ſibi, &c. Liu. 7 ab Vrb. Veniamq; ſupplex popoſci. Stat. 1. Achil. Supplex miſerãda rogabo, &c.

Lacrymæ ſupplices. Proper. lib. 1. Eleg. 15. Libelli ſupplices, quos uulgus, Requæſtes uocat. Mart. li. 8. Sed iã ſupplicibus dominũ laſſare libellis Deſine, & in patriã ſerus ab urbe redi. Vota ſupplicia. Ver. li. 8. Aen. Iunoni fer rite preces, iramq; minaſq; Supplicibus ſupera uotis. Suppliciter, aduerbium, (ἱκετευτικῶς) humiliter, demiſſe, abiecte. Cæſ. 1. Bel. Gal. Qui cũ eũ in itinere conueniſſent, ſeq; ad pedes proieciſſent, ſuppliciterq; locuti, flentes pacem petiſſent, &c. Ouid lib. 1. de Pont. Eleg. 11. Suppliciter ueſtros quiſq; rogate Deos. Ver. 12. Aen. Et aram Suppliciter uenerans, demiſſo lumine Turnus, &c.

SVPPLICATIO, onis, {Supplicatione, proceſſione, prego} (ἱκετεία) ipſe ſupplicandi actus. Supplicationes uerò (προσοδίαι) dicebantur, quando re feliciter geſta, ex Senatuſconſulto templa aperiebantur, diuorumq; ſimulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad puluinaria confluente, diiſq; ſuis pro eorum in Rempub. meritis ſupplicante gratiaſq; agente. Cic. in Catil. Atq; etiam ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta eſt Quirites. Cæſ. lib. 4. Bel Gal. His rebus geſtis ex literis Cæſaris dierum uiginti ſupplicatio a Senatu decreta eſt.

SVPPLICASSIS, pro ſupplicaueris, legitur apud Plaut. in Aſin. Hercle iſtum dii omnes perdunt: uerbo caue ſupplicaſſis.

SVPPLICIVM, cii, {Supplicio, pena, tormento, cruciato} (ἱκετεία, ἱκετεύω) idem quod ſupplicatio. Salluſt. in Catil. Non uotis, neq; ſuppliciis muliebribus deorum auxilia parantur: ſed uigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt. Tacit. lib. 3. Sed tum ſupplicia diis, ludiq; magni ab Senatu decernũtur. Supplicia quoq; teſte Feſto, certa quædam erant ſacrificia, a ſupplicando dicta. Varro. Boues ad uictimas faciunt. atq; ad deorum ſupplicia. Hodie uero uſitatius Supplicium accipitur per pœna, τιμωρία, τιμωρία. Verg. lib 4. Aen. Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis. Hora 1. Serm. Saty. 3. Cur non ponderibus, moduliſq; ſuis ratio utitur? ac res Vt quæq; eſt, ita ſuppliciis delicta coercet? Cic. 7. Verr. Includuntur in carcerem condemnati ſupplicium conſtitutur in illos. Idem lib. 3. de Natu. Deo. Summo cruciatu, ſupplicioq; Qu. Varius homo importuniſſimus periit.

SVPPLICO, as, pen cor. {Supplicare, pregar riuerentemente} (ἱκετεύω) humiliter & demiſſe precor. Cic in Læl. Quàm multa enim, quæ noſtra cauſa nunquam faceremus, facimus cauſa amicorum, precari amicis ab indigno, ſupplicare, tum acerbius in aliquem inuehi. Plau. Curc. Volo hic in phano ſupplicare.

Supplicari, impersonale, pro ſupplicationes fieri. Plin. lib. 13. cap. 1. Iliacis tẽporibus non ſupplicabatur ture.

SVPPLODO, dis, pen. pro. {Sbattere i piedi} (καταχροτέω, ὑποκροτέω) pedibus terræ illiſis ſonitum facio. Cic. 1. de Orat. Pedem nemo in illo iudicio ſupploſit: credo, ne Stoicis renunciaretur. Supploſio, onis, uerbale: ipſe actus ſupplodendi. Cic. 3. de Orat. Supploſio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis.

SVPPOENITERE, (ὑποµεταμελεῖν) eſt aliquantulum, uel propemodum pœnitere. Cic. Att. Iam & illum furoris ſuppœnitet.

SVPPONO, {*Sottoporre, metter ſotto*} (ὑποτίθημι) ſubtus pono. Ci. 2. de Na tu. Deo. Quinetiã anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus, è quibus pulli orti primo aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus excluſi fotiq́ ſunt. Supponere colla iugo. i. ſubmittere Oui. 3. Amor. Eleg 9. Prima Ceres docuit turgeſcere ſemẽ in agris Falce coloratas ſubſecuitq́ comas. Prima iugis tauros ſupponere colla coegit, Et ueterem curuo dente reuellit humum. Supponere aliquid iudicio alicuius. Oui. Epi. 15. Quum Venus, & Iuno, & Pallas in uallibus Idæ corpora iudicio ſuppoſuere meo. Supponere, (ὑποβάλλειν) adulterinum loco ueri ſubiicere: ut Supponere teſtamenta, eſt falſa teſtamenta ſuppoſita perſona obſignare, auctore Cicerone pro Cluentio: Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamẽtũ obſignare curarit. Idem in Parad. Si ſocios ſpolias, ærarium expilas, ſi teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, aut ipſe ſupponis. Idem de Legibus lib. 1. Ius eſſet latrocinari, ius adulterare, ius teſtamenta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur. Hinc Suppoſitus, & Suppoſtus, participium, (ὑποβλητός) id eſt, pro alio, fraudulenter poſitus. Cic. 7. Verr. Et ut quiuis facile perſpiceret, id ab iſto actum eſſe, ut ille ſuppoſitus facile & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet. Suppoſitio, nis, uerb. (ὑπόθεσις) ſupponendi actus. Col. lib. 8. cap. 5. Semper autem cum ſupponuntur oua, conſiderari debet, ut luna creſcente, à decima uſq; ad quintã decimam id fiat: nam & ipſa ſuppoſitio per hos ferè dies commodiſſima. Suppoſtor, & Suppoſtrix, qui falſum aliquid ſeu adulterinum pro uero ſupponit. Plau. in Truc. Venefica, ſuppoſtrix puerum. Suppoſititius, tia, um, adiect. (ὑποβλητός, ὑποβολιμαῖος) quod ſuppoſitum eſt & alterius loco pro uero & natiuo poſitum. Martial. libro 5. Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi. Varro 2. de Re ruſtic. capi. 8. Matri ſuppoſititiæ quoq; inſtruunt, quo equa ad miniſterium lactis cibum pullo præbere poſſit.

SVPPORTO, tas, {*Portar ſotto*} (ὑποκομίζω) ſubuehο ſuggero. Cæſ. 1. Belli Gal. Aut rem frumentariã, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebant.

SVPPRIMO, is, p. c. {*Coprire, naſcondere*} (ἐπέχω, κατασπάλλω) reprimo, cohibeo, cõpeſco. Oui. lib. 1. Meta. Supprimit extẽplo uocẽ. Cic. 5. Tuſc. Hæc ſunt igitur officia cõſolantiũ, tollere ægritudinẽ funditus, aut ſupprimere, & nõ pati manare longius. Supprimere, pro occultare, ἀποκρύπτειν. Pli. lib. 15. ca. 1. At nos elaborata ab iis abſcondere atq; ſupprimere cupimus, & fraudare uitam etiam alienis bonis. Supprimere iter, retrahere ſe ab itinere. Cæſ. lib. 1. bell. Ciuil. Veriti ne noctu impediti ſub onere confligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt, copiaſq; in caſtris continent. Nummos, uel pecuniam ſupprimere. i. celare, occultare, diſſimulare ſe habere, uel dolo malo retinere. Cic. pro Cluentio: Sexcenta millibus nummum ſe iudicium corrupturum eſſe dixerat: quæ cũ accepiſſet à pupillo ſuppreſſit, iudicioq; facto, &c. Et paulo poſt: Capit hoc conſilium, ut pecuniã quibuſdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eã poſtea ſupprimat. Suppreſſus, a, um participiũ: ut, Nauis ſuppreſſa, hoc eſt, depreſſa, ſiue ſubmerſa. Iuſtinus: Victi Perſæ in naues confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ. Fuga ſuppreſſa. i. retenta, cohibita. Oui. li. 11. Meta. Quum uita ſuppreſſa fuga eſt. Mentum ſuppreſſum, hoc eſt, contractum, non oblongum, ſed breue potius. Var. lib. 2. de Re ruſti. cap. 9. de canibus loquens, qua forma eſſe debeant: Mento, inquit, ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra. Voce ſuppreſſa dicere, (ὑφειμένῃ φωνῇ) idem quod ſubmiſſa. Cic. pro Syll. Qui quum ſuppreſſa uoce de ſcelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixiſſet, &c. Suppreſſio, ſuppreſſionis, ipſe actus ſupprimendi. Ci. pro Cluentio. Statuit ad eaſdẽ ſibi prædas ac ſuppreſſiones iudiciales reuertendum. Suppreſſiones nocturnæ dicuntur, quoties per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, aut etiam ipſa uox, ut incerta, indiſcretaq; edatur, quemadmodum in eo morbo accidere ſolet qui Latinis Incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. lib 27. cap. 10. Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis, in uino pota, quo dictum eſt, numero.

SVPPROMO, is, p. p. (προχειρίζομαι) idem ferè quod promo. Plaut. in Milit. Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromus, eho tu. Suppromus, mi, (ταμίας) cui uini promendi cura incumbit. Plau. Mil. Bono cella ſuppromo credita.

SVPPVDET, pen. cor. (ὑπαισχύνομαι) aliquantulum pudet. Cic. Caſſio: Puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit, q̃ tu ſchedam, aut literam: ſed non urgeo.

SVPPVLLVLO, las, pen. cor. (ὑποβλαστάνω) nouos pullos, hoc eſt, noua germina è radice emitto.

SVPPVRATORIVS, a, um, (ἐμπυητικός) quod ad ſuppurationem pertinet, uel quod ſuppurare facit. Plin. lib. 28. cap 4. Efficaciora ad eadem ſtrigmenta à balneis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis.

SVPPVRO, as, pen. pro. {*Apoſtemarſi, conuertirſi in marcia*} (ἐμπυΐσκομαι) in pus conuerti. Col. lib 6. cap. 12. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit: qui ſi ſuppurauerit, tarde procuratur. Hinc Suppuratio, onis, (ἐμπύησις) generatio puris. Colu. lib. 7. Et quum maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro. Suppuratus, rata, atum, (ἔμπυος) quod ſuppurauit. Plin. lib. 10. cap. 4. Strumiſq; uel ſuppuratis alligant.

SVPPVTO, as, pen. co. {*Putare, ouer bruſcare, computare, far conto, calculare, contare*} (ὑποκλαδεύω) ſarmenta, uel ramos inutiles ſubſeco. Pli. li. 17. cap. 10. Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare. Aliquando computare, uel calculum ſubducere, (λογίζεσθαι) ut, Supputare rationem. apud Plaut. in Aulul.

SVPRA, {*Sopra*} (ὑπέρ) modo præpoſito eſt accuſatiuo caſui ſeruiens. Vergil. lib 3. Aen. Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Modo aduerbium, ἄνω. Salluſt. in Iugurth. Pauca ſupra repetam. Quando præpoſitio eſt, aliquando pro ualde, ſeu plus ſatis, (πέρα) ponitur: ut, Supra morem, Supra modum, Supra iuſtum. Ver. lib. 2 Geor. Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras. Antiqui & Supera protulerunt ſicut Infra & Infera. Cic. in Arato: Huic ſupra duplices humeros affixa uidetur Stella micans. Supra q̃ credibile eſt, (πέρα πίστεως) id eſt, plus q̃ quis facile crediderit. Salluſt. Cati. Corpus patiens inediæ, algoris, & uigiliæ, ſupra q̃ cuiquam credibile eſt.

SVPREMVS {*Supremo, ultimo*} (ἔσχατος) extremus, ultimus. Ver. 11. Aen. Qui ſupremum conſtituitur honorem. Pli. lib. 23. cap. 1. M. Agrippa ſuppremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum. Oui. lib. 2. Faſt. Dies regnis illa ſuprema fuit. Honores ſupremi: funeralia. Ouid. ad Liuium: Nec iuuenis poſtſupremos deſtrue honores. Officia ſuprema, quæ morienti exhibentur. Tacit. lib. 5. Quod ſupremus in matrem officiis defuiſſet. Sole ſupremo. i. occidẽte. Hora. 1. Epiſt. 5. Supremo te ſole domi Torquate manebo. Aliquando ſummus maximus, altiſſimus, ἀνώτατος. Sueto. Verum ſupremum cælum intuentem ſtupidum cubuiſſe. Teren. Proh ſupreme Iupiter. Ver. lib. 4. Geor. At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos Implerunt montes. Supremum ſupplicium. i. extremum nempe mortis. Ci. lib. 2. de Leg. Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. Suprema mulcta, pro maxima uide in dictione Mulcta. Suprema alicuius: ſubintellige, facta: hoc eſt, ſupremum uitæ tempus. Pli. lib. 16. cap. 44. Circa ſuprema Neronis principis. Suprema, pro morte. Tacit. lib. 3. Poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleuerat. Soluere alicui ſuprema, pro parentare. Tacit lib. 1. Igitur cupido Cæſarem inuadit ſoluendi ſuprema militibus, duciq;. Supremo, aduerb. (ἐσχάτως) id eſt, nouiſſime. Plin. lib. 11. cap. 53. Eadem commeabat ab eo recens aſſidue, exitura ſupremo.

SVPVM, (ὕπτιον) antiqui dicebant, quod nunc ſupinum dicimus. Lucilius apud Feſtum. Si uero das, quod rogas, & ſi ſuggerit ſupus. Deducitur autem hoc nomen à Græco ὕπτιος, teſte eodem Feſto, aſpiratione in s. literam commutata.

SVRA, ſuræ, {*La polpa de la gamba*} (γαστροκνήμια) poſterior pars cruris carnoſa, quæ tantum homini eſt, reliqua enim omnia animalia habent crura ſine ſuris. Plau. Pſeud. Suram ubi Aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Horat. lib. 2. Carm. Ode 4. Brachia, & uultum tereteſq; ſuras integer laudo.

Quandoq; pro toto crure ſumitur. Verg. lib. 1. Aenei. Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno. Suræ, pro ocreis, quibus muniuntur ſuræ. Iuuena. Saty. 15. Calceus & grandeſmagna ad ſubſellia ſuræ.

SVRCVLACEVS, cea, um, (φρυγανώδης) quod eſt ſimile ſurculo. Colu. Surculacea in ſolliculo ſunt.

SVRCVLARIS, &, hoc lare, (φρυγανωτικός) ut, Terra ſurcularis, quæ ſurculos generat. Colu. lib. 3 cap. 11. Conſiderandum eſt, ante q̃ paſtinemus, ſurcularis nec ne ſit terra.

SVRCVLARIVS, ria, um, ut, Surcularia cicada, quæ in ſurculis uiuit, uel quę eo tempore apparet, quo arbores ſurculos emittunt. Pli. lib 11. ca. 26. de cicadis loquens. Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurculariã, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alii auenariam uocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. Surcularius ager, qui ſurculis conſitus eſt. Varro 1. de Re ruſti ca. 2. Colonus in agro ſurculario ne capra natum paſcat.

SVRCVLVS, li {*Rampollo, getto*} (κλαδίσκος, φρύγανον) qđ ramis ſimplex ortus, & frondes gerit detrahiturq; interdum, & reſecatur ex arbore, ad alias rurſus producendas. Varro de Re ruſti. cap. 40. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborẽ inſerendi, nuper animaduerſa in arboribus propinquis. Ex arbore enim è qua quis uult habere ſurculum, in eam quam inſerere uult, ramulum traducit, & in eius ramo præciſo, ac diffiſo implicat, &c. Cic. 2. de Orat. Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram, ſurculos. Verg. 1. Georg. Nec Surculus idem Cruſtumiis, Syriiſq; pyris grauibusq; uolemis.

SVRCVLO, las, are. {*Deſcimare*} (φρυγανίζειν) ſurculos ramis adimere, ut altius creſcant, & uberius, à terra nutrimentum accipiant. Colu. lib. 5. cap. 9. Atq; etiam rigandæ ſunt plantæ, cum ſiccitates inceſſerunt, nec niſi poſt biennium ferro tangendæ, ac primo ſurculari debent, ita ut, &c. Alii hic legunt Sarculari.

SVRDASTER, ra, um {*Mezo ſordo*} (ὑπόκωφος, δυσήκοος, βαρύηκοος) diminutionem ſurditatis ſignificat: hoc eſt, non plane ſurdus, ſed (ut ſic dicam) ſurdulus, qui parum ſurdus eſt. Hinc ſurditas, atis, κώφωσις. Ci. 5. Tuſc. In ſurditate uero quidnam eſt mali? erat ſurdaſter M. Craſſus: ſed aliud moleſtius, quod male audiebat, etiam ſi ut mihi uidebatur, iniuria.

SVRDEO, des, ui, {*Eſſer ſordo*} (κωφόομαι) ſurdus ſum: unde Surdeſco, ſurdus fio. A quibus rurſus fiunt Obſurdeo, & Obſurdeſco.

SVRDVS, da, um, {*Sordo*} (κωφός) ſenſu auditus omnino ſpoliatus: quod ferè ſolet accidere ex læſione nerui auditorii, uel eius partis cerebri, ex qua oritur: nõnunquam etiam ex intemperie, aut tumore contra naturam uel ex obſtructione, uel continui ſolutione. Teren. And. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. Cic. 5. Tuſcu. Surdus uarietates uocum, aut modos noſcere non poteſt. Surda buccina, paſſiue, quæ non auditur. Iuuena Saty 7. Surda nihil gemeret grauε buccina. Sic etiam Vota ſurda dicimus, quæ non exaudiuntur. Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur Perſ. Saty. 6 Nec ſpirent cinnama ſurdum.

Item ea quæ guſtum amiſerunt, Exurdata dicuntur. Hora. in Serm. Feruida quod ſubtile exurdant uina palatum. Refertur etiam ad uiſum. Plin. lib. 36. Surduſq; color ſit. Locus etiam ſurdus dicitur, in quo non facile auditur. Vitru. lib. 5. Diligenter eſt animaduertendum, ne ſit locus ſurdus. Surdus cum genitiuo. Colum lib. 3. cap. 10. Idq; nobis poeta uelut ſurdis ueritatis, indulget dicendo: id eſt, qui ueritatem non facile admittimus.

SVRGO, is, rexi, ctum, {*Leuar ſu*} (ἀνίσταμαι, ἀνίστημι, ἐγείρομαι) erigo me: à ſurſum & rego. Cic. 3. Offic. Surrexit è lectulo, remotiſq; arbitris ad ſe adoleſcentem iuſſit uenire. Idem 2. de Inuent. Ille multo ante lucem ſurrexit. Verg. 3. Aenei Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus. Idem 8. Aenei Haud ſecus Ignipotens nec tempore ſegnior illo Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Teren Adel. Vt triduo hoc perpetuo è lecto nequeat ſurgere. Hinc. Surgere uenti dicuntur, quum ueluti ſe erigentes flare incipiunt. Verg. lib. 3. Aenei Et ſando ſurgentes demorer Auſtros. Aliquando ſurgere ponitur pro creſcere, ſeu naſci: unde arbores, cæteræq; plãtæ ſurgere dicuntur, cum ſeſe ab humo in altum paulatim attollunt. Surgere item dicuntur ea, quæ quouis modo augentur. Idem 4. Aeneid. Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli. Surgere etiam dicuntur ædificia, cum paulatim à fundamento ad tecti faſtigium attolluntur. Quæ nunc animo ſententia ſurgit? id eſt, oritur. Verg. 1. Aenei. Tranlatio eſt à corpore ad animum Seruius.

SVRPICVLVS, li, Vide Scirpiculus.

SVRREGO, pro Surgo et Surregit pro Surgit ſcripſere ueteres: unde manſerunt Surrexi, & Surrectum Ex Feſto.

SVRRENTVM, ti, {*Serento*} (Συρρέντον Ptolemæo) oppidum eſt campaniæ iuxta Mineruæ promontorium, Sirenum quondam ſedem, teſte Plin. lib. 3. capi. 5. Hinc Surrentina uina, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.

SVRREPO, pis, pen. prod. (ἐπεισέρχομαι, ὑποδύομαι) ſenſim ingredior, latenter

ne inſinuo. Vide Subrepo.

SVRRIGO, is, pen. cor. ſurrexi, ctum (ὑφαρίστημι) Surſum erigo. Ver. 4. Aen. Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures. Liu. 7. ab Vrb. Romanus mucrone ſurrecto, cum ſcuto ſcutum unum percuſſiſſet, &c. Colum. lib. 7. cap. 3. Intorta potius, quam ſurrecta & patula cornua.

SVRRIPIO, pis, pen. cor. {Tagliar naſcoſamente, rubbare} (ὑφαιρέω, ὑφαρπάζω) latenter rapio, ſeu furor. Plau. in Aſina. Surripiam, in deliciis pallam quam habet. Ci. 3 Offi. In uita ſibi quenquam petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt, alteri ſurripere ius non eſt. Oui. Epiſt. 11. Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Id eſt, cauendum eſt, ne pater hæc reſciſcat. Surripere ſe alicui, eſt ſubducere ſe ab eius conſpectu. Plau. Menæc. Vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro?

SVRREPTITIVS, adiect. idem quod furtiuus, (κλοπιμαῖος) ſiue clancularius. Plau. in Caſin. Inter nos amore utimur ſemper ſurreptitio.

SVRSVM. {Di ſopra} (ἄνω) quid ſignificet, notum eſt: cuius contrarium eſt Deorſum. Capiuntur tamen interdum ambo pro ultro citroque. ἄνω, καὶ κάτω. Teren. in Eunu. Ne ſurſum, deorſum curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, urbe uero in editiore loco ſita erat. Surſum uerſum, i. uerſus ſuperiorem locum, aut partem. Ci. de Ora. Cum gradatim ſurſum uerſum reditur.

SVS, ſuis, generis communis, ſecundum Priſcianum {Parco, e porca, uerro, troia} (ὗς, σῦς) porcum ſignificat, uel porcam. & dicitur tam de feris, quam de domeſticis. Plin. lib. 8. cap. 51. Sues feræ ſemel in anno gignunt. Ci. 2. de Natu. Deo. Sus uero quid habet præter eſcam? cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. Idem lib. 5. de Finib. Sunt autem beſtiæ quædam, in quibus ineſt aliquid ſimile uirtutis: ut in Leonibus, canibus, ut in equis, in quibus non corporum ſolum, ut in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos uidemus. Verg. lib. 3. Geor. Ipſe ruit, dentesque Sabellicus exacuit ſus. Idem 7. Aenei. Setigerique ſues. Idem lib. 3. Georgi. Et quatit ægros Tuſſis anhela ſues. Iuuen. Saty. 11. Sicci terga ſuis rara pendentia crate. Ouid libro. 8. Metam. In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus Fertur. A Sus deducitur diminutiuum Sucula & deriuata Subulcus, Suile, Suillus, & Suinus, quorum ſignificationes ſupra ſuis locis ſunt explicatæ.

SVSA, orum, (Σοῦσα Ptolemæo) urbs nobiliſſima, inter Perſidem & Babyloniam ſita, Perſarum olim regia, à Dario Hyſtaſpis, (ſi Plinio credimus) aut (ut Straboni placet) à Tithono Memnonis patre condita, trans Choaſpem fluuium à cuius urbis nomine circumiecta regio dicta eſt Suſiana. In hac urbe ſunt nobilis illa Cyri regia, candida uarioque marmore, columnis aureis, magnaque gemmarum copia exornata, cœli in lacunaribus habens ſimulacrum, ſtellis micantibus inſignitum. Eſt autem hoc nomen pluralis tantum numeri & neut. gen. Propert. lib. 2. Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis Lucan. Non tot Achæmeniis deducunt Medica Suſis Agmina. Dicta autem putantur Suſa, à liliorum copia, quæ illorum lingua ſuſa dicuntur.

SVSQVE, DEQVE FERO, (ἀδιαφορῶ) quod & Suſque deque habeo, dicimus ſignificat æquo animo ſum, & quod accedit, non magnifacio. Interdum negligo atque contemno: hoc eſt, ſurſum an deorſum feratur res, paruifacio. Plaut. in Amph. atque id me ſuſque deque eſſe habituram putat? Vide Gel. lib. 16 cap. 9.

SVSCIO, ſcis, ſciui, ſcitum, ſciſcere, {Sapere} (ἴσημι) uerbum antiquum eſt, idem ſignificans quod ſcio, ſiue cognoſco. Plaut. in Menæch. Eho Meſſenio accede huc. MESS. quid negotii eſt? ſuſciri Quid eo opus eſt?

SVSCIPIO, ſuſcipis, p. c. {Prendere, pigliare, riceuere} (παραδέχομαι, ἀναδέχομαι, ὑποδέχομαι) ſumo, excipio, recipio. Ci. lib. 1. de Finib. Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quiſque pro patria & pro ſuis ſuſcipit, ut non modo nullam captet, ſed etiam prætereat omnes uoluptates: dolores denique quoſuis ſuſcipere malit, quam deſerere ullam officii partem. Cic. 7. Verr. Tantum ne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum ſuſcepturus es? Suſcipere liberos, (ἀρχιγενεῖσθαι παῖδας) eſt gignere. Ci. 5. Verr. ſuſceperas enim liberos non ſolum tibi, ſed etiam patriæ. Suſcipi in lucem pro naſci Cic. de Aruſp. reſp. Eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem & hoc cœleſti ſpiritu agimur. Accipitur item Suſcipere pro eo quod eſt ſermonem excipere, & in uicem reſpondendi ſuccedere, ὑπολαμβάνειν. Verg. lib. 6. Aen. Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit. Suſceptus, pta, ptum, participium. Ci. pro Quintio: Tranſigere ſuſceptum negotium. Verg. li. 4. Aen. Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. Suſceptum, ſuſcepti neutri generis, ſubſtantiuum. Oui. 11. Meta. Suſceptaque magna labore Creſcere difficili. Suſceptio, ſuſceptionis, uerbale (ὑποδοχή, ὑποδοχή) ipſe ſuſcipiendi actus. ut, Suſceptio cauſæ. Cic. pro Muræna: Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus atque ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt, ante quam pro L. Muræna dicere inſtituo, pro meipſo pauca dicam.

SVSCITABVLVM, {Suſcitamento, incitamento} (ὑπέκκαυμα, ἐμπύρευμα, ὁρμητήριον) incitamentum dicitur. Varro in Sat. quam ὄνος πρὸς λύραν inſcripſit. Symphonia uocis ſuſcitabulum. Nonius.

SVSCITO tas, pe. cor. {Eccitare} (ἐγείρω) excito. Plau. in Moſtel. Quis iſtic dormit? PHIL. Callidates. T. Suſcita iſtum. Ci. 4. Tuſc. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quod ſomnum capere non poſſet, quærentibusque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Ignis item ſuſcitari dicitur, (ἀναζωπυρεῖσθαι, ἀναζωπυρεῖσθαι) cum iam ſemiſopitus uigori ſuo reſtituitur: Ver. 8. Aen. Hæc memorans, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes. Transfertur & ad alia ut cum iram, quæ iam elanguerat, ſuſcitari dicimus, hoc eſt, renouari, ſeu reuiuiſcere. Ouid. 3 de Arte: Quolibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes. Suſcitare mortuum, id eſt, ad uitam reuocare. Seneca. Nec tam ſanare languentem uiſus eſt quam mortuum ſuſcitare.

SVSIANA, (Σουσιανή Stephano) Aſiæ regio, Perſicæ ditionis, quæ à Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Perſidem, à Meridie partem Perſici ſinus. Dicta Suſiana à Suſis urbe nobiliſſima Perſarum regia, & totius regionis capite. Latiorem eius deſcriptionem pete ex Ptolemæo lib 6. cap 3.

SVSINVM. pen. cor. (σούσινον) oleum, ſiue unguentum ex liliis confectum, quæ Phrygum lingua Suſa (σοῦσα) appellantur. Pli. lib. 13. cap. 1. E malis quoque cotoneis & ſtrutheis fit oleum ut dicemus, melinum. Suſinum tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis, balano, calamo, &c. Idem & Lirinum, (λείρινον) appellatur, Græci enim λείρια appellant, quæ nos unius literæ immutatione lilia dicimus. Plin. lib. 21. cap. 5. Lilium roſæ nobilitate proximum eſt, & quadam cognatione unguenti oleique, quod Lirinon appellatur.

SVSPECTO, ctas, {Guardar in ſu. ſoſpettare} frequentatiuum à Suſpicio, (ὑποβλέπω, ἀναβλέπω) modo ſurſum ſpecto Martialis. Oculoque ſuſpectas ſidera. Modo ſuſpectum habeo. Tacit. lib. 1. Et quidam ſcelus uxoris ſuſpectabant. Idem lib. 4. Pellit domo Seianus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici ſuſpectaretur.

SVSPENDEO, des, ere (inquit Calepinus) idem quod ſupra pendere. Colum. lib. 4. cap. 26. Sæpe enim notaui per imprudentiam ruſticos ſubiicere iugo palmam, & ita colligare, ut ſolo uimine ſuſpendeat. Sic enim legit ille: ſed non rectum cum emendatiora Columellæ exemplaria Suppendeat, legendum oſtendant.

SVSPENDIOSVS, ſa, ſum, {Appiccato} (ἀγχόνῃ τεθνηκώς) qui laqueo necatus ſtrangulatus eſt. Pli. ſcribit, laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus dolorem capitis ſedare. Idem pœnam laquei præpoſteram appellat, ex eo quod includatur ſpiritus cui exitus quærendus erat.

SVSPENDIVM, dii, {Appiccamento} (ἀγχόνη) pro ſuſpenſione. Gell. Suſpendio uitam finiuit. Cic. 5. Verr. Non, inquam, perpeterere, ut homines miſeriæ tuæ remedium morte, ac ſuſpendio quærerent. Martia. lib. 1. Iam ſuſpendia ſæua cogitabas. Ouid. lib. 1. Amorum. Eleg. 12. Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.

SVSPENDO, is, {Appiccare} (ἀρτάω, ἀγχέω, ἀποκρέμαμαι) appendo, alligo. Plin. lib. 20. cap. 20. Quem ieto propter impatibiles uuæ morbos radicem eius filo ſuſpenſam in collo gerere, præterquam in balineis. Horat lib. 1. Carm. Ode. 5. Me tabula ſacer Votiua paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris deo. Verg. lib. 4. Georg. Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo. Quandoque eſt ſubleuare, ſuſtollere. Apuleius Quum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quandoque pendendo interimere, κρεμᾶν. Ci. 5. Verr. Centuripinum Diocleum hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat. Suſpendere rem aliquam, i. differe, prorogare ἀναβάλλειν. Liui. lib. 9. Bel. Mace. Mouit aliquantum oratio regis legatos, itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt. Oui. lib. 4. Faſt. Dat tamen exequias nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet. Suſpendere aliquem, pro incertum reddere. Plin. Epiſt. ultima, lib. 2. Diu miſera expectatione ſuſpendit Cur. li. 9. Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpenderat: quippe armato congredi nudum, dementia non temeritas uidebatur. Suſpendere ſpiritum, pro eo quod eſt paululum quieſcere inter legendum, & ſubſiſtere. Quintil. Sciat puer, ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco uerſum diſtinguere, ubi claudatur ſenſus, ubi incipiat. Quandoque anxium eſſe ἀπορεῖν. Plau. Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Hinc Suſpenſus, ſa, ſum. Cice. de Leg. Agra. Roma cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa. Liu. lib. 8. ab Vrbe condita: Suſpenſus recte manibus ſe demiſit. Hora. lib. 1. Sermo. Saty. 8. Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas In patinas fecere. Suſpenſus pro incerto, ac dubio, μετέωρος, ἀπηρτημένος. Seneca: Suſpenſus animo, quid ageret, cogitabat. Verg. lib. 6. Aen. Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. Idem 2. Aen. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Suſpenſus ſomnus, pro inquieto, intranquillo, in quo mens curis eſt fatigata, cui contrarius eſt Profundus ſomnus. Cic. 1. Tuſcu ex porta quopiam uenio: Matrem te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas. Suſpenſus gradus, pro placido ac ſilenti. Teren. in Phorm. Hæc ubi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, (ἀκροποδητί) placide ire perrexi. Suſpenſio ſuſpenſionis uerbale, incertitudo. Hircius libr. 5. belli Africi. Erat in caſtris Scipionis ſuperiore tempore magnus terror, & expectatione regiarum copiarum exercitus eius magnis ſuſpenſione animi ante aduentum Iubæ commouebatur. Inuenitur etiam Suſpenſura, æ, ut eſt auctor M. Vitruuius.

SVSPICAX, cacis, adiectiuum, omn. gener. {Soſpettoſa} (ὑποπτευτικός) idem quod ſuſpicioſus. Tacit. lib. 3. Is haud alias interior populus, plus ſibi in principem occultæ uocis, aut ſuſpicacis ſilentii permiſit. Idem lib. 1. Etiam Qu. Haterius & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxere.

SVSPICIO, ſuſpicis ſecunda ſyllaba cor. {Guardar in ſu, honorare, hauer ſoſpetto} (ἀναβλέπω, ὑποβλέπω) ſurſum aſpicio. Verg. lib. 1. Aen. O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt, Aeneas ait: & faſtigia ſuſpicit urbis. Ci. 1. Tuſ. Et aſtra ſuſpeximus, tum ea quæ ſunt infixa certis locis: tum illa non re, ſed uocabulo errantia. Verg. li. 1. Georg. Aut bucula cœlum Suſpiciens, patulis captauit naribus auram. Suſpicere aliquem, admirari, & uenerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum, quem admiramur, ὑποβλέπειν, θαυμάζειν. Ci. lib. 2. Offi. Itaque eos uiros ſuſpiciunt maximisque efferunt laudibus Idem in Oratore: Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Suſpicere etiam ſignificat Suſpectum habere, ὑποπτεύειν, ut apud Salluſtium in Iugurth. Per idem tempus Bomilcar (cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſerit, inceperat) ſuſpectus regi, & ipſo eum ſuſpiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Suſpectus, ſuſpecta, ſuſpectum, nomen ex participio, (ὕποπτος) de quo habetur rei alicuius ſuſpicio. Cic. in Catil. Si me meis ciuibus tam grauiter ſuſpectum atque infenſum uiderem, carere me aſpectu ciuium quam infeſtis oculis omnium circumſpici mallem. Verg. 4. Aen. Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. Idem 3. Aen. Graiugenumque domos, ſuſpectaque linquimus arua. Ci. de Ami. Hæc eſt enim Tyrannorum uita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia: omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt. Verg. 2. Aene. Suſpectaque dona Præcipitare iubent, ſubiectiſque urere flammis. Suſpectior, oris, comparatiuus. Ci. 2. Offi. Quo enim quis uerſutior, & callidior eſt, hoc inuiſior, & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Liu. 7. bel. Pun. Is omnia ſuſpectiora, quam ante fuerant, in Senatu fecit. Suſpectus tus, tui, (ὑπόβλεψις, ἀνάβλεψις) actus ſuſpiciendi, i. ſurſum aſpiciendi. Pli. lib. 9. cap. 38. Laus ei ſumma, color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Hoc eſt, ſi ſurſum conſpiciatur, & in aerem, quod dicitur. Suſpectus pro altitudine. Verg. 9. Aene. Tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum. Suſpectus, pro admiratione. Seneca de Benef. libro ſecundo capite uigeſimoquinto. Videndum eſt, quid maxime faciat ingratos, aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati uitium ſe ſuaque mirandi, aut auiditas, aut inuidia. Suſpectio onis, uerbale

(ὑποψία)

(ὑποψία)idem quod ſuſpicio. Ter. And. Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio?

SVSPICIO, onis, uerbale, {*Soſpettione. Boc. Gior. 7. Nou. 3. Perche la ſoſpettione era minore*}(ὑπόνοια, ὑποψία)ipſe ſuſpicãdi actus. Ci. 1. de Fin. Plerunq; improborũ facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atq; fama, tum accuſator, tum iudex, multi etiam, ut te Conſule, ipſi ſe iudicauerunt. Teren. Eun. Imò magis auge ſuſpicionem. Plaut. Pſeud. Suſpicio mihi nunc eſt, uos ſuſpicarier, Me hæc idcirco tanta facinora promittere, Qui uos oblectem. Terent. Eunuc. Iam tum erat ſuſpicio Dolo malo hæc fieri omnia.

SVSPICIOSVS, a, um, {*Soſpettoſo, ombroſo*}(ὑποπτευτικός)qui pronus eſt ad ſuſpicionem. Terent. in Adel. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio quo modo, Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis. Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Cic. 7. Ver. Te conſcientia timidum, ſuſpicioſumq; faciebat. Idem ad Quin. Frat. lib. 1. Eſſe nimis ſuſpicioſum & durum in ſuos. Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt. Cic. pro Roſc. Ame. Verum id, quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuũ res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote. Suſpicioſe, ſuſpicioſius, aduerb. Ci. pro Sext. Roſc. Amer. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non uideatur. Idem de Cla. Orat. Qui ſuſpicioſius, aut criminoſius diceret, audiui neminem.

SVSPICOR, ſuſpicaris, {*Penſare, ſoſpettare*}(ὑποπτεύω, ὑπολογίζω, ὑπονοέω, ὑποτοπέω)ſuſpicionem habeo. Teren. in Heau. Nam mihi nunc nihil rerũ omnium eſt, Quod malim, q̃ me hoc falſo ſuſpicarier. Cæſ. 8. bel. Gal. Cæſar etſi diſceſſum hoſtium animaduertere non poterat, incendiis oppoſitis: tamen id conſilium cum fugæ cauſa initum ſuſpicaretur, legiones promouit. Cic. 3. Ver. Hoſpes ianitor, qui nihil ſuſpicaretur, ueritus nequid in ipſo ſe offenderet, hominem ſumma ui retinere cœpit. Oui. Epiſt. 1. Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus, Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ. Cic. Atti. li. 7. Scribe nõ modo ſi quid ſcies, aut audieris: ſed etiam, ſi quid ſuſpicabere. Suſpicans, tis, particip. Terent. And. Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo, Nihil ſuſpicans etiam mali.

SVSPIRIOSI, {*Aſmatici*}qui ſpirandi difficultatem patiuntur, uel quibus uitioſa eſt reſpiratio, quos Græci ἀσθματικοὺς uocant. Colu. lib. 6. cap. 37. Febrienti mulæ cruda braſſica datur, ſuſpirioſæ ſanguis detrahitur.

SVSPIRIVM, rii, {*Soſpiro*}(στεναγμὸς, στοναχὴ)ipſa ſuſpiratio, hoc eſt, ab imo pectore ſpiratio. Cic. ad Atti. lib. 13. Conſul eſt impoſitus is nobis, quem nemo, præter nos philoſophos, aſpicere ſine ſuſpirio poſſet. Ouid. 2. Meta. Præſagaq; luctus Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, &c. Idem 10. Meta. Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo Pectore. Colum. lib. 6. cap. 14. Interdum tumore palati cibos reſpuit, crebrum ſuſpirium facit. Martia. libr. 1. Collo nexa cubat, capitq; ſomnos, Vt ſuſpiria nulla ſentiantur. Accipitur aliquando Suſpirium, pro ipſa ſpirandi difficultate, Græci ἄσθμα uocant. Plin. libr. 10. cap. 9. Ad tormina, regios morbos, tuſſim ueterem cum ſuſpirio.

SVSPIRATVS, us, {*Soſpiro*}(στοναχὴ)idem quod ſuſpirium, hoc eſt, actus ipſe reſpirandi. Ouid. 14. Metam. Reſpicit hanc uates, & ſuſpiratibus hauſtis, Nec dea ſum, dixit.

SVSPIRO, as, pen. pro. {*Soſpirare*}(στένω, στενάζω)ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſolicitudinis aut doloris argumentum eſt. Plaut. in Menæch. Quin ſuſpirabo ſexcentum dies. Cic. Atti. lib. 1. Reperire ex magna turba neminem poſſumus, qui cũ aut iocari libere, aut ſuſpirare liberaliter poſſimus. Ouid. Epi. 20. Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore. Per tranſlationem accipitur pro deſiderare & ſic ferè accuſatiuo iungitur. Iuuen. Satyr. 11. Suſpirant longo non uiſam tempore matrem. Tibul. libr 4. Eleg 5. Quòd ſi forte alios iam nunc ſuſpirat amores. Suſpirare in aliquem. Ouid. 1. Faſto. Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam.

SVSTENTACVLVM, {*Soſtentacolo*}(ἔρεισμα)id eſt, fulcimentum, quo aliquid ſuſtinetur.

SVSTENTO, as, {*Soſtentare*}(ἀνέχω, βαστάζω)frequentatiuum eſt a Suſtineo, idem ſignificans quod fulcio, & alioqui ruiturum retineo. Verg. 10. Aene. Huic frater ſubit Alcanor, fratremq; ruentem Suſtentat dextra. Nonnunquã idem quod tolero, ſeu patienter fero ἀνέχομαι, ὑπομένω, φέρω. Salluſt. ad Cæſ. de Repub. ordin. Poſtremo ſapientes pacis cauſa, bellũ gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. Cic. pro Flac. Hominum mentes, cogitationesq; ſpes ſuſtẽtat. Cæſ. 7. Bel. Gal. Vſq; eo, ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus uicis adducto, extremam famem ſuſtentarẽt. Idẽ 3. Bel. Ciui. Iamq; frumenta maturaſcere incipiebant, atq; ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat, q celeriter ſe habituros copiam confidebant. Suſtentare ſe, id eſt, fortem animũ in rebus aduerſis gerere, & fortunæ non ſuccumbere. Cic. Teren. lib. 14. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te mea Terentia, ut potes. Idem Atti. lib 3. Me uix, miſereq; ſuſtento. Suſtentare, pro alere, ſeu reficere, & egeſtatem alicuius ſubleuare τρέφειν, ἀνατρέφειν. Ci. Atti. P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus rex, eũq; ait à ſe ſuſtentari. Terent. in Adel. Alit illas, ſolus omnem familiam Suſtentat.

Suſtentatum eſt, imperſo. Cæſ. 2. Bel. Gal. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt: ægre eo die ſuſtentatum eſt.

SVSTENTATIO, onis, (ὑπομονὴ)idem quod expectatio, ſiue dilatio. Cic. 2. de Inuent. Deinde utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, utrum habeat aliquam moram & ſuſtentationem.

SVSTINEO, nes, ſecunda ſyllaba cor. {*Soſtenere*}(ἀνέχω, βαστάζω)fero, fulcio, labentem excipio, alioqui ruiturum retineo. Plau. in Menæc. Suſtine has Penecule exuuias. Idem Poen. Quantum hominum terra ſuſtinet. Cic. 2. de Natu. Deo. Ex quo cõcluditur cum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, &c. Pli. lib. 12. cap. 25. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſę ſuſtinent. Suſtinere, pati, tolerare, ἀνέχεσθαι, ὑπομένειν φέρειν. Cic. 6. Philip. O dii immortales, quis huius potentiam poterit ſuſtinere? Teren. in Phorm. Prima coitio eſt acerrima: Si eam ſuſtinueris, poſt illa iam, ut lubet, ludas licet. Aliquando alo, reficio, egeſtatem ſubleuo, nutrico, τρέφω, ἀνατρέφω. Liu. Milites fluuiali piſce & herbis ſuſtinebantur. Id eſt, cibabantur. Verg. lib. 2. Geor. Hinc patriam paruosq; nepotes ſuſtinet. Suſtinere ſe a reſpondendo, id eſt, cohibere. Cic. 4. Acad. Quum ſe a reſpondendo, ut aut approbet, aut reprobet quid, ſuſtineat, ut neq; neget aliquid, neque aiat. Non ſuſtineo, pro non poſſum, nequeo, non audeo. Quint. lib. 2. cap. 4. Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo. Ouid. 4. Faſt. Nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet. Suſtineo, defendo, tueor. Ci. 4. Acad. Philo autem dum noua quædam commouet, quod ea ſuſtinere uix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur. Suſtinere perſonam, expectationem, cauſam, dignitatem imperii, i. tueri, itaq; ſeſe gerere, ut iis rebus non impar uideatur. Cic. pro Domo ſua. Hi tales uiri, qui non ſolum cõſilio ſuo, ſed ſpecie ipſa dignitatem Reipub. ſuſtinent. Idem poſt reditum, Quorum mentes anguſtæ, & humiles magnitudinem tanti imperii ſuſtinere non poſſunt. Accipitur aliquando Suſtinere pro compeſcere, reſiſtere. Atticus Cicerone, Cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere non poteris. Suſtinere, differe ἀναβάλλεσθαι. Liu. lib. 5. ab Vrbe: Compreſſiq; a Centurione quẽ ſibimet ipſi præfecerãt rem in noctem ſuſtinuere. Suſtineo gradum, reprimo. Ouid 6 Faſto. Obſtupui tacitus, ſuſtinuiq; gradum. Suſtinere dicitur Deus manum ſuam, quando retrahit. Ouid. lib. 5. Faſt. Sæpe Iouem uidi, cum iam ſua mittere uellet Fulmina thure dato ſuſtinuiſſe manum.

SVSTOLLO, lis, {*Sollevare*}(ἀνατείνω, ἀναφέρω, ἐπαίρω)uerbum eſt obſoletum, idem ſignificans, quod attollo, ſiue ſurſum ſubleuo. A quo manſit præteritum, Suſtuli, & tempora ab eo formata. Verg lib. 2. Aene. Suſtulit exutas uinclis ad ſidera palmas. Reliqua uide paulo pòſt in dictione Suſtuli.

SVSTVLI, (ἀνήνεγκα)præteritum eſt uerbi Tollo, non illud quidem propriũ, ſed ab inuſitato uerbo Suſtollo mutuatum, & loco inuſitati præteriti Tetuli uſurpatum. Tollo (inquit Diomedes) tuli: quod in compoſitione Suſtuli facit. Eius tamen perfecti inſtans apud ueteres Suſtollo. Nunc uero à Tollo, Suſtuli. Hæc ille. Significat autem Suſtuli, idem quod ſurſum tuli, in altum erexi, ſubleuaui, ἐπῆρα. Cic. pro Deiotaro: Quum eum in equum plures ſuſtuliſſent, uix in eo hærere ſenex potuit. Idem Attico: Salaminii nos decretis ſuis in cœlum ſuſtulerunt. Aliquando idem quod ſuſcepi, (ἀνῄρημαι)ut quum dicimus quẽpiam ex uxore liberos ſuſtuliſſe, i. ſuſcepiſſe. Nam quemadmodum mater dicitur peperiſſe, ita pater ſuſtuliſſe. Cic. in Antonium: Qui ex libertina ſuſtulerat liberos. Nonnunquam pro educaui, ἀνέτρεψα. Verg. lib. 9. Aenei.

Mæonio regi, quem ſerua Lycimnia furtim
Suſtulerat.

Nonnunquam item occidi, necaui, abſtuli de medio, abrogaui, perdidi, deſtruxi, ſubuertiſ, ἀνῄρηκα: unde eſt Diſtichon illud apud Suetonium in Nerone,

Quis neget Aeneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem ſuſtulit ille patrem.

Cic. de Diuin. Xenophanes diuinationem funditus ſuſtulit. Idem lib. 1. Offi. Maiores noſtri Carthaginem funditus ſuſtulerunt.

SVSVM, pro Surſum, apud antiquos. Cato cap. 157. Ita ſubducito ſuſum animã q̃ plurimum poteris: in triduo polypus excidet.

SVSVRRO, ſurras. {*Mormorare, bucinare*}(ψιθυρίζω)ſummiſſa uoce loquor, leuem, & ſubmiſſum ſtrepitum edo, quale eſt aut apum murmur, aut aquæ molliter defluentis, aut uenti leniter ſpirantis. Verg. in Culice, Ima ſuſurrantis repetebant ad uada lymphæ. Et paulò pòſt: Quos leniter afflans Aura ſuſurrãtis poſſit confundere uenti. Sumitur aliquando pro clanculum. Terent. in And. iam ſuſurrari audio, ciuem atticam eſſe hanc. Mart. lib. 2. Nequid forte petam timet cautęq;: Et ſecum ſic, ut audiam ſuſurrat. Oui. Epiſt. 18. Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro. Suſurratio, tionis, (ψιθυρισμὸς)uerbale, Cælius ad Cic. lib. 8. Ad Cæſarem crebri & non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat ueniunt. Hinc Inſuſurro, & Conſuſurro, compoſita: de quibus ſuis locis.

SVSVRRATOR, oris, {*Mormoratore, ſuſurrone*}(ψίθυρος)detractor, maledicus qui non aperte loquitur, ſed uoce demiſſa auribus hominum obſtrepit.

SVSVRRVS, ſuſurri, {*Mormoratione, mormorio*}(ψιθυρισμοὶ)paruũ, et ſummiſſum murmur. Cic. 4. Tuſc. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis muliercul æ(ut mos in Græcia eſt) inſuſurrantiſq; alteri, &c. Horat. lib. 1. Carminum. Leueſq; ſub noctẽ ſuſurri. Vergil. 1. Eclog. Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Declinatur etiam hoc ſuſurrũ. Ouid. lib 7. Metam. Procris adit linguaq; refert audita ſuſurra.

SVTATES, a Plauto (modo emendata ſit lectio) dici uidentur iidem, qui ſutores, aut ſaltem certum quoddam ſutorum genus. Sic enim legitur apud ipſum in Aulularia: Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius, Ciniflones, patagiarii, induſiarii, Propolæ, linteones, calceolarii, Sedentarii, ſutates, diabathrarii.

SVTELA, ſutelæ, (κακορραφία)doloſa aſtutia (ut inquit Feſtus) ſiue techna callidè conſuta. Plaut. in Capt. Quando ego te exemplis peſſimis excruciauero, Atq; ob ſutelas tuas te morti miſero Vel te interiiſſe, uel periiſſe prædicent.

SVTERNA, (ῥαφὴ) ipſa ſutura, ſiue opus ſutorium. Varro: Quod ſuternas facere inſcius nihil homo agis.

SVTILIS & hoc Sutile, pen. cor. {*Cucito, cuſito*}(ῥαπτὸν)quod conſutum eſt ut. Corona ſutilis, quæ opponitur pactili. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaq; auctoritas pactili coronæ. ſutiles Saliorum ſacris inuenimus, & ſolennibus cœnis. Balteus ſutilis. Verg. lib. 12. Aen. Teritur qua ſutilis aluo Balteus. Cymba ſutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem traiicit. Idem li. 6. Aen. Gemuit ſub pondere cymba Sutilis.

SVTORES, {*Calzolai*}(ῥάπται)qui calceos ſuunt. Proprie enim artifex calceorum. Sutor appellatur, quum ille, qui ſuit pannos, potius Sarcinator dicatur. Pli. lib. 35. ca. 10. de Apelle: Feruntq; à ſutore reprehenſum, q in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas, eodem poſtero die ſuperbo emẽdatione priſtinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denũtiantem, ne ſupra crepidam ſutor iudicaret: quod & ipſum in prouerbium uenit.

SVTORIVM ATRAMENTVM, {*Legramento*}(χάλκανθον)corpus metallicum, quo aqua diſſoluto corium denigratur. Duo eius ſunt genera Foſſitium, quod aliquando eſt cæruleum, aliquando pallidum, alias candidum & pellucidum in morem uitri, unde & Vitrioſum uulgo appellatur. Factitium uero ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quę inde ab iis, qui in metalla ſunt damnati, in uaſa ampla fictilia perfertur, in quibus æſtiuis diebus concreſcit. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 35. cap. 12. & Dioſco. li. 5.

SVTRINA, ſutrinæ, pen. pro. {*Calzolaria*}(ῥαφεῖον)officina ſutoris. Plin. lib. 10. cap. 43. Tiberio principe ex ſoetu ſupra Caſtorum ædem genitus pullus, in oppoſitam ſutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino.

SVTRIVM, (Σούτριον)oppidum Tuſciæ mediterraneum, apud Strabo. libr. 5.

multis unus ponitur:ut Vterumq́; armato milite complent. Aut pro uno multis: ut, Vos ò Calliope, precor aſpirate canenti. Vſitatius enim dixiſſet. O uos Muſæ. Dicta Syllepſis, ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod eſt concipere: unde Latine conceptionem, ſiue Comprehenſionem uertere poſſumus.

SYLLOGISMVS, {*Sillogiſmo*} (συλλογισμὸς) argumenti firmiſſimi genus, ex duobus pronunciatis concluſionem neceſſario inferens. Latine Ratiocinationem uertere poſſumus, ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι, quod eſt ratiocinari. Quint. lib. 3. cap. 7. In ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt, qui intendit.

SYLOSON, ontis (συλοσῶν) Polycratis Samiorum tyranni frater, qui cũ Dario Hyſtaſpis filio ueſtem, quam ferebat aliquando largitus eſſet, ab eo pro penſatione muneris tyrannidem dono accepit. In qua adminiſtranda crudeliſſime ſe ſe geſſit, patriam ciuibus exhauriens. Vnde tractum eſt prouerbium, ἕκητι συλοσῶντος εὐρυχωρίη. Hoc eſt, Sylofontis opera facta eſt loci amplitudo.

SYLVA, æ, {*Selua, boſco*} (δρυμὸς ὕλη) nomen generale eſt, non ſolum arborum, ſed etiam herbarum. Verg. lib. 1. Geor. Subit aſpera ſylua, Lappæq́; tribuliq́;. Proprie tamen arborum, & quę cædua eſt, hoc eſt, quæ habetur in eũ uſum, ut ex ea materia cędatur. Quòd ſi ſucciſa ſit, nihilominus dicitur Sylua, quoniã rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur. Cic. Att. lib. 12. Mane me in ſyluã abſtrudo denſam atq; aſperam: non exeo inde ante ueſperam. Quint. lib. 1. capit. 10. de Orpheo: Nõ feras modo, ſed ſaxa etiam, ſyluasq; duxiſſe poſteritatis memoriæ proditum eſt. Verg. 6. Aen. Itur in antiquam ſyluam, ſtabula alta ferarũ.

Dicta ſylua, ab eo φ Græcis, ὕλη, id eſt, materia dicitur. Et ut illi ὕλην pro materia, ſic noſtri Syluam poſuerunt. Sylua autem uel glandifera eſt, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcam quadrupedibus præbendam ſeruantur: aut Cædua, φ in ea arbores, quum ad iuſtam proceritatem creuerunt, cæduntur, ut uel ædificationibus, uel aliis uſibus materiam præbeant. Lucus non eſt cæduus, ſed manu conſitus, religioſusq; Deo, uel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrũ Dei uel ſepulcri. Saltus eſt ſylua inuia, ubi paſci & æſtiuare, uel hyemare pecudes ſolent. Nemora uoluptatis cauſa comparata, & plena amœnitatis.

Quandoq; Syluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo ſcriptos quod Græci σχεδίασμα appellant: cuiuſmodi ſunt Syluæ Papinii, quas ſibi ſubito calore & quadam feſtinandi uoluptate excidiſſe teſtatur. Quint. lib. 10. ca. 3. Diuerſum eſt huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo q̃ ueſociſſimo uolunt, & ſequentes calorem atq; impetum ex tẽpore ſcribunt: hanc Syluam uocant. Hinc Syluula, (ὑλάριον) diminutiuum. Colu. lib. 8. cap. 15. Sunt enim, quibus cordi eſt uel in ſyluulis tamaricum, aut ſcirporum frutetis immorari: nec ob hanc tamen cauſam totus locus ſyluulis occupetur.

SYLVANVS, {*Siluano*} ſyluarum Deus, qui Cypariſſum puerum in deliciis habuiſſe dicitur, eundemq; in arborem ſui nominis, hoc eſt, in cupreſſum transformaſſe. Fabulantur enim poetæ, Cypariſſum ceruam habuiſſe manſuefactam, eamq; unice adamaſſe: quam cum Syluanus imprudens occidiſſet, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem ægre ferens Syluanus, in arborem cupreſſum eum commutauit, quam amaſii deſiderio ſemper dicitur circunferre. Quidã Syluanum eundem eſſe putarunt cum Pane. Verg. tamen lib. 1. Geor. manifeſte eos diſtinguit. Nam cum dixiſſet, Pan ouium cuſtos, &c. interiecta deinde Mineruæ, & Triptolemi mentione, ſubdit tandem. Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum: Quem locum explicans Seruius, Publica (inquit) cerẹmoniarũ opinio hoc habet, pecorum & agrorum deum eſſe Syluanum Prudentiores tamen dicunt eum eſſe ὑλικὸν θεὸν, hoc eſt, deum τῆς ὕλης. Ἡ ὕλη autẽ eſt fex omnium elementorum. i. ignis ſordidior, & aer item, & aqua & terra ſordidiora: unde cuncta procreantur. Quam ὕλην Latini materiam appellauerunt: nec incongrue, cum materiæ ſyluarum ſint. Ergo quam Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plin. lib. 12. cap. 1. Quin & Syluanos, Faunosq; & deorum genera ſyluis ac ſua numina tanquam è cœlo attributa credimus.

SYLVATICVS, ca, cum, {*Seluatico, di ſelua*} (ὑλικὸς) quod eſt ſyluæ, ſeu quod ad ſyluam pertinet. Varro lib. 1. de Re ruſti. Vt falces dicuntur ab eodem ſcriptore uineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ quinq;, ſyluaticæ quinq;, arborariæ tres, ruſticariæ decem. Syluatica laurus, creſcens in ſyluis, Cato cap. 8. Syluaticus mus, id eſt, agreſtis, ſiue in ſyluis habitans, Plin. lib. 30. cap. 9.

SYLVESCO, is, ere, (ὑλομανεῖν) in nimiam ramorum, ſarmentorumve ubertatem luxuriare. Cic. in Catone. Quam multiplici ſerpentem lapſu, & erratico, ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Colum. lib. 4. cap. 11. Nec pati uitem ſuperuacuis frondibus luxuriantem ſylueſcere.

SYLVESTER, eſtris, eſtre: uel, hic & hæc Sylueſtris, & hoc ſylueſtre, (ὑλώδης, ὑλαῖος) idem quod ſyluoſus. Liu. 7 bel. Pun. Tumulus erat ſylueſtris inter Punica & Romana caſtra. Cic. in Læl. Quum locis ipſis delectemur montoſis, & ſylueſtribus, in quibus diutius commorati ſumus. hoc eſt, locis qui in montibus ſunt, & ſyluis. Interdum idem quod agreſtis ſiue ruſticus, ἄγριος. Ouid. 2. Faſt. Tranſtulit Euander ſylueſtria numina ſecum. Verg. 1. Eclog. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. Hinc Sylueſtrior, comparatiuus. Plin. lib. 26. cap. 27. Sylueſtriora omnia tardiora.

SYLVIA, quæ & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte compreſſa, (ut Romani credi uoluerunt) Romulum peperit, & Remum, urbis Romanæ conditores. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe. Eſt & Sylua apud Verg. 7. Aen. nomen ſororis Tyrrhei paſtoris regii armenti, cuius ceruus manſuetus à Troianis uulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos aduenas.

SYLVICOLA, æ, pen. cor. {*Chi habita nelle ſelue*} (ὑλόνομος) qui ſyluam incolit. Propert. lib. 3. Eleg. 13. His tum blanditias furtiua per antra puellę Oſcula ſyluicolis empta dedere uiris.

SYLVICVLTRIX, cis, ſyluæ habitatrix. Catul. Epig. 58. Vbi cerua ſyluicultrix, ubi aper nemoriuagus?

SYLVIFRAGVS, a, um, pen. cor. {*Spezza ſelue*} uenti epitheton eſt, quo arbores in ſyluis & franguntur, & eruuntur. Lucr. lib. 1. Monteſq; ſupremos Syluifragis uexat flabris. De ui, & impetu uentorum loquitur.

SYLVIGER, a, um, (ὑλώδης) idem quod ſyluoſus. ut, Montes ſyluigeri. Pli. lib. 31. cap. 3. Ideo ſyluigeri ab Aquilonis tantum parte ſunt.

SYLVOSVS, a, um, {*Seluoſo*} (ὑλώδης, ὑλήεις) ſylua obſitus, arborum denſitate ſyluæ imaginem referens. Liu. 9. ab Vrbe: Saltus duo alti, ſyluoſiq; ſunt montibus circa ſe perpetuis inter ſe coniuncti. Pli. lib. 12. cap. 5. Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant ſyluoſa multitudine.

SYLVIVS, Aſcanii filius, Aeneæ nepos: ità dictus φ caſu quodam in ſyluis natus eſſet: à quo deinceps Albanorum reges omnes Syluii dicti ſunt, ſicut Romanorum Imperatores, Auguſti: Aegyptiorum reges Ptolemæi, Parthorum Arſaces. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SYMA, æ, ſiue Syme, es, (σύμη) inſula eſt Cariæ adiacens, portum habens clauſum triremibus aptum, & nauale nauium uiginti. Autor Strabo lib. 14.

SYMÆTHVS, (σύμαιθος) fluuius Siciliæ, nõ longe ab Aetna, qui, ut ait Strabo lib. 6. agrum Catanicum irrigat. Hinc deducitur adiectiuum Symethius, a, um. Verg. 9. Aenei. Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.

SYMBARI, populi feri, inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, elephantumq; uenatu uictitantes. Autor Plin. lib. 6. cap. 31.

SYMBALLOTA, pen. pro. (συμβαλλωτὰ) ueſtes quædam coacti per ſe uelleris amplexu potius, q̃ textu confectæ: ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

SYMBOLA, fœmi. gene. apud antiquos in eadem legitur ſignificatione, in qua Symbolum. Pla. in Sticho: Iam hercle ego per hortum ad amicam trãſibo meã, Mihi hanc occupatum noctem: eandem ſymbolam Dabo, & iubebo apud Sangarium cœnam coqui.

SYMBOLVM, li, pen. cor. {*Segno, intraſegno, conſentimento*} nota, ſignũ, collatio: (σύμβολον) à συμβάλλω confero. Hinc fit, ut Symbolum accipiatur pro eo, quod in cœnam comparandam plures conferunt. Teren. in And. Symbolum dedit, cœnauit. Dicitur etiam Symbolum, ſignum bellicum, quod à Latinis Teſſera appellatur, militibus ad pugnam exeuntibus datum, quo ſocii ab hoſtibus & exploratoribus dignoſcantur. ut in Marii exercitu, Lar deus. in caſtris Syllæ, Apollo Delphicus: inter Cæſarianos, Venus genitrix. Ab huius ſimilitudine Symbolum Apoſtolorum dictum eſt quoddam quaſi totius noſtræ fidei breuiarium: quo, ueluti quadam teſſera, pſeudapoſtoli à ueris diſcernerentur.

Erant enim eo tempore Iudæi quidam, qui ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius, uel uentris gratia ad prædicandum proficiſcebantur: nominantes quidem Chriſtum ſed non integris traditionum lineis annunciantes. Hoc etiam nomine dicebantur teſſeræ quædam, quæ dabantur publice à ciuitatibus, quibuſdam hominibus ſibi amicis, ut hoſpitaliter, & amice acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiam hodie uocari poſſunt teſſeræ collybiſticæ, ad permutandam pecuniam ſine uecturæ periculo inſtitutæ. Iulius Pollux interpretatur Symbolum paruum numiſma. Ariſtoteles originem, id eſt, etymologiam uocabulorum Symbolum appellat, per quam uis uerbi, uel nominis, per interpretationem cognoſcitur. Symbola item dicuntur notæ arcanioris cuiuſpiã myſterii ſignificatiuæ ut cũ ciconiam dicimus eſſe ſymbolum pietatis, & papauer fertilitatis. Item breues quædam & inuolutæ ſententiæ, & quędam quaſi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditã ſignificantia: quæ & αἰνίγματα, & ἀλληγορήματα à Græcis appellãtur, cuius generis ſunt ſymbola Pythagorica.

SYMBOLVS, pen. cor. (σύμβολος) idem quod ſymbolum id eſt, anulus, teſſera, chirographum. Plaut. Bacchid. Eo præſente homini extemplo oſtendit ſymbolum, Quem tute dederas ad eum ut ferret filio. Idem Pſeud. Date eum ſymbolum illi. Iuſtinus lib. 1. Solicitare inquietos in partes ſuas ſtatuit, & cum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat. Quo in loco Symbolos uidetur appellare literas ſiue notas, quibus militibus indicabatur locus, quo eſſent conuenturi.

SYME, (σύμη) inſula Cariæ adiacens, medio ferè ſpatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31. Vide ſupra in dictione Syma.

SYMMACHVS, pen. cor. (σύμμαχος) proprium nomen oratoris cuiuſdam Romani qui miſſus fuit à Senatu Conſtantinopolim, ad Theodoſii liberos, rogaturus in Veſtales à Chriſtianis deſtrui minime paterentur. Cuius rei gratia, putabant ſe aduerſa multa à diis eſſe paſſos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambroſius, qui huius meminerunt, acerrime confutarunt. Fuit & Symmachus, ſacrorum librorum interpres, doctrinæ parum ſynceræ: cuius meminit Euſebius. Græcis alioqui σύμμαχος belli ſocium ſignificat, quemadmodum & συμμαχία belli ſocietatem.

SYMMETRIA, (συμμετρία) apta membrorum, partiumve olim proportio: quæ quibus adeſt Symmetra, (σύμμετρα) dicuntur. Pli. lib. 34. cap. 8. Primus hic multiplicaſſe uarietatem uidetur, numeroſior in arte, q̃ Polycletus, & ſymmetria diligentior. Idem: Nondum habet Latinum nomen ſymmetria.

SYMONIANVM trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symoniacũ, herba, quam in hæc uerba deſcribit Col. lib. 6. cap. 17. Symonianum trifolium. quod inuenitur in confragoſis locis, efficaciſſimum traditur, odoris grauis, neq; abſimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant. noſtri autẽ propter figurã uocant Acutum trifolium: nam longis & hirſutis foliis uiret, caulemq; robuſtiorem facit, q̃ pratenſe.

SYMPATHIA, {*Compaſſione*} (συμπάθεια) condolentia, naturalis conſenſus & conuenientia: qualis eſt maris cum Lunæ natura, & heliotropii cum natura Solis. Cic. 3. de Natu. Deo. Illa uero cohæret & permanet naturæ uiribus, nõ deorum: eſtq; in ea iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Græci uocant.

SYMPHONIA, æ, p. c. {*Harmonia, conſonantia, concento*} (συμφωνία) conſonantia, & muſicus concentus ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, quod eſt conſonare, ſiue concinere. Cice. pro Cælio. Accuſatores quidẽ libidines, amores, adulteria, Baias acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tironem lib. 15. Symphoniam Lyſonis uelim uitaſſes. Symphonia herba, quæ & Gumphena dicitur. Plin. lib. 26. cap. 7. Symphonia uel gamphena alternis uiridibus roſeisq; per caulem foliis, in poſca ſanguinem reiicientibus medetur.

SYMPHONIACI pueri, (συμφωνιακοὶ παῖδες) ſerui, qui ad modulationes muſicas, concentusq; conficiendos comparantur. Cice. pro Milone: Milo tum eâ ſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat. Pædianus autor eſt, cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſeruos ſolitum olim fuiſſe, interdum per aſſam uocem, id eſt, ore prolatam, interdum per cytharam.

SYMPHONIACA HERBA, eadem cum Apollinari ſiue hyoſcyamo, teſte Apuleio. Palladius. Si ceraſus æſtu canicularium fatigetur, herbam ſymphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet uel ex ea iuxta unum caudicem cubile fieri.

SYMPHREATIDES qui iiſdem utuntur puteis. Cic. lib. 2. de Legib. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo ſtatuas. unam natu-

ræ,alteram ciuitatis:ut ille Cato quum eſſet Tuſculi natus,in Popu.Roma.ciui tatem ſuſceptus eſt. Itaq; cum ortu Tuſculanus eſſet,ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam,alteram iuris:ut ueſtri Attici, priuſquam Theſeus eoſdem migrare ex agris,& in Aſty quod appellatur,omneis conferre ſe iuſſit, & ſym phicatidaa ex Atticis fieri:ſic nos & patriam dicimus, ubi nati, & illam qua excepti ſumus. Quo in loco tamen nonnulli συμφράτορας legere malūt, quaſi ὁμόφρονας,hoc eſt,eiuſdem animi & ſententiæ.

SYMPHYTON PETRÆON,(σύμφυτον πετραῖον)herba in ſaxis naſcens,ramis tenuibus,paruis,origani ſimilibus, capitulis thymi, ſurculoſa tota, odorata,guſtu dulcis,ſaliuam ciens,longa radice,ſubrufa,digiti craſſitudine. Latini Alum,ruſtici in Gallia Bulgum appellant. Symphyton alterum,caule naſcitur cubitorum binum,aut maiore,anguloſo,inani,ut ſonchus, & craſſo, qui per breuia interualla circundatur foliis lanuginoſis,oblongis,&c. Officinæ nomen ſymphyti retinuerunt. Herbariis & uulgo Conſolida maior uocatur.

SYMPINIVM,(συμπίνιον)uas uinarium non diſſimile cyatho,quo in ſacrificiis utebantur. ἀπὸ τοῦ συμπίνειν,quod eſt compotare. Iuue Saty.6. Et quis tunc hominum contemptor numinis,aut quis Sympiniū ridere Numæ, nigrūq; catinum. Quo tamen in loco nō deſunt qui Sympullum legere malint:quæ uox & apud Plinium,& apud Varronem legitur. Verba Plinii ſunt hæc libr.35. cap.12. In ſacris quidem,etiam inter has opes,non murrhinis,cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſympullis. Varro autem ſic habet libr.4. de lingua Latina. Quod uinum dabant, ut minutatim funderent, à guttis Guttas appellarunt. Quod ſumebant minutatim à ſumendo Sympullum nominauere. In huiuſce locum in conuiuiis è Græcia ſucceſſit epichyſis,& cyathus.in ſacrificiis remanſit guttus & ſimpullum.

SYMPLEGADES,pen.cor.(συμπληγάδες) quæ & Cyaneæ, inſulæ duæ ſunt,ſiue potius ſcopuli trans Boſphorum Thraciū, in ipſo Ponti Euxini oſtio, mille quingentis paſſibus ab Europa diſtantes:tā modico autem inter ſe diſcretæ interuallo,ut ex aduerſo quidem intrantibus geminæ cernantur,paulum uero deflexa acie,coeuntium ſpeciem præbeant. Quæ res occaſionem præbuit Poetarum fabulis,qui eas olim inter ſe concurriſſe tradunt. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ συμπλήσσειν,hoc eſt,à concurrendo,ſeu confligendo. Ouidius: Compreſſos utinam Symplegades eliſiſſent. Nominatiuus ſingularis eſt Symplegas,(συμπληγάς)pe.pro. Marti.lib.11. Si conſtringantur gemina ſym, legade culi. Quo in loco per geminam ſymplegadem nates ipſas intelligit.

SYMPOSIVM,ſii,{Conuito Boc. Gior.10. Nouel.9. Ogni coſa opportuna à grandiſſimo conuito fece apparecchiare}(συμπόσιον) idem quod conuiuium. Cic.lib.9. Epiſt.ad Pætum: Sapientius nos,q̄ Græci,illi ſympoſia, aut ſyndeipna,id eſt,compotationes,aut concoenationes:nos conuiuia,quia tum maxime ſimul uiuitur. Hinc Sympoſiaſtes,(συμποσιαστής)dicitur ipſe conuiuator,ſeu cōuiuii dominus. Ipſi autem compotores Sympotæ,συμπόται. Cuius fœmininum eſt Sympotria,(συμπότρια)compotrix.

SYMPSALMA,(σύμψαλμα)uocum in cantando copulatio. Diapſalma,diſiunctio earum,ubi quædam ſequtes diſtinctæ continuationis oſtenditur. Pſalma quod pſallitur.

SYMMYSTA,{Segretario}(συμμύστης)ſecretarius, ſeu ſecretorum conſcius, ut apud interpretem Origenis. Sicut Ioannes Symmyſta pronunciat dicens: Quia ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud Deum Ieſum Chriſtum.

SYN,(σὺν)præpoſitio Græca,quæ in compoſitione ſignificat ſimul: quemadmodum apud nos Con.

SYNÆRESIS,(συναίρεσις)contractio, figura qua duæ ſyllabæ in unam contrahuntur,nullo ſublato elemento:ut, Aerei,diſſyllabum pro Aerei. Verg. lib.6. Aen. Centum ærei claudunt uectes,&c. Item Ferrei,per duas ſyllabas pro Ferrei Ibidem. Ferreiq; Eumenidum thalami. Dicta Synæreſis ἀπὸ τοῦ συναιρεῖν quod eſt contrahere. Huic figuræ contraria eſt Diæreſis quum una ſyllaba in duas reſoluitur.

SYNAGOGA,pen.pro.{Sinagoga,congregatione}(συναγωγή)idem quod cōgregatio,uel coetus: ἀπὸ τοῦ συνάγειν,quod eſt congregare.

SYNALOEPHE,(συναλοιφή)abſumptio uocalis dictionem finientis, à ſequenti dictione incipiente à uocali. Dicta Synalœpha ἀπὸ τοῦ συναλείφειν,hoc eſt,à conglutinando, propterea q̄ per eā duæ ſyllabæ in unā coaleſcāt.

SYNANCHE,{Schirantia}(συνάγχη)angina,morbus in faucibus,et proprie ex muſculorum interiorum inflammatione,teſte Aegineta: Nam quum malum guttur ipſum inuaſerit,potius Cynanche(κυνάγχη)appellatur. Quæ tamen differentia non raro confunditur. Celſus lib.4. cap. 4. Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem,ſic alterum æquè peſtiferum,acutumq; in faucibus eſſe cōſueuit:noſtri Anginam uocant:apud Græcos nomen,prout ſpecies eſt. Interdum enim neq; rubor,neq; tumor ullus apparet, ſed corpus aridum eſt, uix ſpiritus trahitur,membra ſoluuntur,id κυνάγχην,uocant. Interdum lingua fauceſq; cum rubore intumeſcunt:uox nihil ſignificat:oculi uertuntur:facies pallet,ſingultuſq; eſt. Id συνάγχη uocatur. Illa communia ſunt: Aeger non cibum deuorare, non potionem poteſt.ſpiritus eius includitur. Leuius eſt,ubi tumor tantummodo & rubor eſt,cætera non ſequuntur,id παρασυνάγχην appellant. Hæc Celſus.

SYNATHROESMVS,(συναθροισμός) figura eſt, quam nos Congeriem uertere poſſumus: ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν,quod eſt congerere, ſeu congregare. Poteſt autem & ſingulis uerbis,& plurium uerborum coniunctione fieri. Singulis hoc modo: Sed quum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret, multa ſimul eum reuocabant,officia,conſuetudo,tempus,exiſtimatio,periculum,religio.

Plurium uerborum coniunctione ſic apud Lycurgum: Nemo enim nocens ſine ſummo moerore eſt, Iudices,ſed multa ſimul eum perturbant. quod adeſt,ſolicitudinis plenum. quod futurum eſt,formidoloſum,lex paratum ſupplicii oſtētans,uita ex uitiis coacta,occaſionem arguendi maleficii captans inimicus,quę quotidie eius animum uehementer excruciant. Vide Rutilium.

SYNCATEGOREMA,tis,pen.pro. (συγκατηγόρημα) Latinè dici poteſt uox conſignificatiua. Sunt enim Syncategoremata particulæ per ſe ipſas nihil ſignificantes:quæ tamen orationem ingreſſæ, aliarum compoſitioni nonnihil addunt. Huiuſmodi ſunt,quæ à Dialecticis uocantur Signa uniuerſalia, & particularia,ut Omnis,Nullus,Quidam. Hinc fit adiectiuum Syncategorematicus,matica,caticum,(συγκατηγορηματικός)id eſt,conſignificatiuus.

SYNCERASTVM,inquit Varro lib.6. de lingua Latina, dicitur omne edulium antiquo uocabulo Græco. Pacuuius in Phagone: Hoſtes ſynceraſto perit pernis,glandio.

SYNCERVS,ra,rum,pe.p.{Sincero,puro,intiero,reale}(ἀκέραιος,ἀμίαντος)proprie idem quod integer,illæſus,non mutilatus. Tractum ab eo q̄ qui diuidere fructum communem alucorum cum ſocio nolunt, ſimul cum cera me partiuntur,q̄ ſi mel tantum ſine cera conſignent,fraudant ſocium, nec agunt integre. Syncerum itaq;,quaſi ſimul cum cera. Oui. 12. Meta. Rurſus ſine uulnere corpus Syncerumq; fuit. Lucre.lib.3. Sin ita ſynceris membris ablata profugit, Vt nullas partis in corpore liquerit ex ſe,&c. Ci.lib.13. Epiſt. Hoc mihi da ut M.Curium integrum ſyncerumq; conſerues. Accipitur item Syncerus pro puro,& incorrupto,καθαρός. Hora.li.1. Epiſt. Syncerum eſt,niſi uas,quodcunq; infundis, aceſcit. Aliquando pro uero,& minime fucato, ἀψευδής, εἰλικρινής. Cic.lib.2. de Diui. Quod licet exiſtimare in aliis quoq; oraculis Delphicis aliquid non ſynceri fuiſſe. Liu.lib.9. Bel.Puni. Si ſpatium ad ſua, ut uelit,componenda detur,nihil ſyncera fide cum Romanis acturum. Syncerus,inquit Donatus,id eſt,purus,ſine fuco & ſimplex,ut mel ſine cera:quod etymon ſi admittamus,Sincerus,in Latino ſcribendum erit. Syncere,aduerb. Pure,& integre. Cæſ.7. bel.Gal. Hæc ut intelligatis,inquit,ſyncere à me pronunciari,audite Romanos milites. Cic.ad Atti.lib.3. Craſſi libertum nihil puto ſyncere loquutum. Synceriter aliud aduerb. eiuſdem ſignificationis. Gell.lib.13.ca.15. Quas qui ſynceriter capiunt. Huic contrarium eſt Inſyncerus,pro uitiato, & corrupto. Verg. Inſyncerus apes tulit cruor.

SYNCERITAS,atis,{Sincerità,purità,integrità}puritas,integritas. Pli.lib.31.cap.7. Salinarum ſynceritas ſummam fecit ſuam differentiam. Colum.lib.4. cap.26. Atq; alia conuertenda, quæ ſynceritatem habent: alia ſummouenda, quæ uel carioſa,uel iuſto breuiora ſunt.

SYNCHRONOS,(σύγχρονος)contemporaneus. Vnde ſcribit Hierony. Oſeam prophetam fuiſſe ſynchronon Eſaiæ. Et Varro ait non eſſe dubium,quin aliquo tempore eodem uixerint Homerus & Heſiodus,eoſq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.

SYNCHYSIS,(σύγχυσις)confuſio,turbatio ordinis:unde accipitur pro figura,ſeu uitio orationis,cum ordo perturbatus eſt:quod & Hyperbaton appellātur cuiuſmodi eſt illud Vergilianum: Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet: Saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. Dicta Synchyſis, ἀπὸ τοῦ συγχέειν,quod eſt confundere,ſeu perturbare.

SYNCIPVT, Vide ſupra Sincipur.

SYNCOPA,æ,(συγκοπή)conciſio,figura quum litera uel ſyllaba è medio dictionis abſcinditur:ut Compoſtus pro Compoſitus. Virum pro Virorum, Dicta Syncope ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν, quod eſt concidere.

SYNCRISIS,pen.cor.(σύγκρισις)figura eadem cum Antitheſis,hoc eſt,comparatio rerum atq; perſonarum inter ſe contrariarum: ut, Tu delinquis, ego arguor pro maleſactis. Cice.pro Muræna: Vigilas tu de nocte, ut conſultoribus tuis reſpondeas. Ille ut mature,quo intendit,cum exercitu perueniat:te gallorum cantus,illum buccinarum ſtrepitus excitat.

SYNDICVS,ci,pe.cor.{Sindico,giudice}(σύνδικος)patronus,qui cum alio cauſam aliquam tuendam accepit,quive ſecundis actionibus cauſam defendit: ut in cauſa Corn.Balbi Cice. Syndici item ſunt ciuium aduocati & defenſores iuris publici.quaſi in cauſam publicam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Ariſtidem ab Athenienſibus creatum fuiſſe Syndicum,ut communem cauſam Græcorum ciuium ſuorum nomine defenderet. Demoſthenes quoq; πρὸς λεπτίνην,refert lege ſancitum fuiſſe Athenis,ne cui iterū ſyndicum fieri liceret creariq; à populo:idq; ideo,ne συνδικία, id eſt, ſyndici munus ob publicam utilitatē inuentū,uerteretur in quæſtū, compendiūq; priuatum. Hoc nomine uocari poſſunt,quos hodie Deputatos noſtri uocant. Budæ.

SYNECDOCHE,(συνεκδοχή)figura locutionis,qua à parte totum,uel à toto pars intelligitur:ut Puppis,pro naui,& Annus,pro hyeme. Ver. Quàm multæ glomerantur aues,ubi frigidus annus Trans pontum fugat. i.frigida hyems.

SYNECHON,(συνέχων)à Latinis Rhetoribus continens,uel Firmamentum dicitur, ἀπὸ τοῦ συνέχειν,quod eſt continere.

SYNEDRVS,dri,{Senatore,conſegliere}(σύνεδρος)Latinis conſeſſor, aſſeſſor,ſiue conſiliarius dicitur. Liu.5. Decad.lib.5. His rerum externarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum rurſus aduocatum concilium: pronunciatū, quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat, Senatores,quos Synedros uocant,legendos eſſe,quorum conſilio Reſpub.adminiſtraretur.

SYNEPHEBI,pe.pro.(συνέφηβοι)dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt comoediæ Statii Cæcilii. Cice.1. de Finib. Synephebos ego.inquit,potius Cæcilii,aut Andriam Terētii, q̄ utrāq; Menandri legā?

SYNEPHITES,(συνεφίτης)gemma eſt lactei coloris,alio nomine Galactites Pli.lib.ulti.cap.10. Galactites ex uno colore lactis eſt. Eandem dicunt Leucogæam,& Leucographiam. Appellant & Synephiten lactis ſucco & ſapore notabilem.

SYNESIVS,(συνέσιος)è Penthapoli Africæ,philoſophus Chriſtianus, præſul Ptolemaidis factus. Scripſit libros in Grammatica, Philoſophia, Panegyricos, Epiſtolas,& alia, Autor Suidas.

SYNGRAPHA,æ,{Polizza}(συγγραφή)Syngraphus, & Syngraphum,phi, pen.cor. ſcriptura,ſiue ſchedula quæ fit propria manu contrahentium,ad pactorum fidem. Plau.in Aſin. Age iſtum oſtende,quem conſcripſi, ſyngraphum Inter me,& amicum,& lenam. Cice.Treb.lib.7. Tanquam enim ſyngrapham ad Imperatorem attuliſſes,non epiſtolam attuliſſes:ſic pecunia ablata,domum redire properabas. Idem de Aruſp.reſp. Alterum putabo regem,ſi habuerit, unde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. Sueto. Cuius patri non dubitauit à quibuſdam iuſiurandum,atq; etiam ſyngrapham exigere. Dictæ Syngraphę, ἀπὸ τοῦ συγγράφειν,quod inter cætera ſignificat ſcripto cauere.

SYNNADA,(σύνναδα)ciuitas maioris Phrygiæ. De hac Strabo lib.10.ſic ſcribit: Synnada,urbs non magna,ante quam planities iacet oleis conſita, ſexaginta ferè ſtadiorum. Vlterius eſt Docimia uicus,& Synnadici lapidis lodina: ſic enim eum Romani appellant:indigenæ uero Docimeten,& Docimeā. Vena in initio paruas glebas emittebat,nunc propter maximos Romanorum ſumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur,& uarietate Alabaſtritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas,nadis,ut apud Sidonium.

SYNO-

SYNOCHITIS,(συνοχίτις)gemma qua Magi aſſerūt umbras inferorum euocatas teneri. Plin.lib.37.cap.11.

SYNODIA,orum,(συνόδιον)congreſſus,colloquium: ex σὺν & ὁδὸς. Cic.ad Att.lib.10. Iniecta autem mihi ſpes quædam eſt,uelle mecum Seruium Sulpitium colloqui: ad eum miſi Philotimum libertum cum literis, ſi uir eſſe uolet, det clara ſynodia. ſin autem,erimus nos,quales ſolemus.

SYNODICVS,ca,cum,(συνοδικός)quod ad ſynodū pertinet. Hieronymus: Ante annos plurimos, quam iuuarem Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, Orientis atq; Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.

SYNODONTITES,(συνοδοντίτης)gemma ex cerebro ſynodōtis piſcis. Autor Plin.lib.ult.cap.10.

SYNODVS,di,pen.cor.& fœ.gen.(σύνοδος)idem quod conuentus,ſiue cœtus. A' σὺν præpoſitione,& nomine ὁδὸς.

SYNODVS,dontis,(συνόδους) piſcis genus, in cuius cerebro ſynodontides gemma inuenitur. Plin.lib.37.cap.10.

SYNOECEOSIS,pen.pro.(συνοικείωσις)figura,quæ docet diuerſas res coniungere,& communi opinioni cum ratione aduerſari. & habet magnam uim uel ex laude uitium,uel ex uitio laudem exprimēdi. Cuiuſmodi eſt illud Hypſidis. Nam hominis auari atq; aſoti,unum atq; idem uitium eſt. Vterq; enim neſcit uti,atq; utriq; pecunia dedecori eſt. quare merito utriq; pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

SYNONYMA,(συνώνυμα)dicuntur,quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant: ut, Enſis,mucro,gladius.

SYNONYMIA,(συνωνυμία)figura,quę communio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere elocutionis,quoties uno uerbo nō ſatis uidemur dignitatem,aut magnitudinem rei demonſtrare. Ideoq; in eādem ſignificationem plura conferuntur,ut ſi dicamus: Proſtrauit,afflixit,perculit.

SYNTAGMA,gmatis,{Ordinatione}(σύνταγμα)tractatus,ordinatio, rerū conſtitutio,documentum: ἀπὸ τοῦ συντάττειν,quod eſt componere,ordinare.

SYNTAXIS,(σύνταξις)dici poteſt conſtructio & ſeries, à συντάττω, ordino.

SYNTEXIS,{Deſtruttione,ò mancamento di fiato}(σύντηξις)colliquatio et tabes corporis ex diuturno morbo: παρὰ τὸ συντήκεσθαι, quod eſt liquefieri. Plin. libr.22. cap.25. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntexes,id eſt,defectiones ex longis morbis ſumptæ. Inde Syntectici, (συντηκτικοὶ) dicti ſunt,quorum corpus longo morbo exhauſtum eſt,& colliquefactum. Idem lib. 22.cap.25. Præcordiorum uitijs ſyntecticis,comitialibus in uino,in aqua mulſa linguæ paralyſi.

SYNTERESIS,pen.pro.(συντήρησις)dici poteſt attentio, ſeu conſeruatio. Nam a συντηρέω,quod eſt conſeruo,deriuatur. Vnde ea pars animæ quæ uitiis aduerſatur, & ſeſe ſemper immaculatam cupit à uitio conſeruare, & perpetrata male continuo arguit, Synterēſis dicitur.

SYNTHEMA,pen pro.genitiuo Synthematis,pen.cor.{Segno del fatto d'arme}(σύνθημα)ſignum bellicum,quod datur inſtructæ aciei. Item teſſera uigiliarum,quæ erat tabella ſcripta à Tribuno data. Item nota & teſſera quædam epiſtolaris,commendatrix eius,qui eam reddebat. In Pandectis item Græcis Synthemata uocantur. Diplomata, quæ iis dabantur qui curſu publico utebantur. Synthemata item,dicuntur breues quædam & obſcuræ ſententiæ,& quędā quaſi ænigmata,altiorem quendam & reconditum ſenſum occultantia: cuiuſmodi ſunt Pythagoræ ſymbola. Habet & alia ſignificata apud Græcos: quæ quoniam ad linguæ Latinæ inſtructionem nihil pertinent,ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

SYNTHESIS,pen.cor.{Compoſitione}(σύνθεσις) idem quod compoſitio: ἀπὸ τοῦ συντίθεσθαι, quod eſt componere. Quintus Serenus pro commiſtione accepit, Vidim(inquiens)deprendi in illis Symtheſis,& uulgata ſatis medicamina riſit. Eſt item Syntheſis, figura contraria ἀφαίρεσις, à quibuſdam confeſſis exordiens,& deſinens in id, quod in quæſtione eſt. Analyſis autem quaſi retextio eſt complexionis. Significatur item hoc nomine apta & continua orationis & uerborum ſtructura & collocatio, in qua ita componuntur & finiuntur uerba, ut non aſper eorum concurſus,non hiulcus ſit, ſed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratione ſatis multa diſſeruerunt Cice.3 de Orato.& Quintil.lib.9. Eſt etiam Syntheſis genus ueſtis breuis, qua Romani peculiariter in Saturnalibus utebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & ſyntheſin induebant. Dicta Syntheſis ab eo quod conſuta contextaq; eſſet compoſitione quadam uerſicolori. Martial libr.14. Syntheſibus dum gaudet eques dominusq; Senatus, Dumq; decent noſtrum pilea ſumpta Iouem. Suet.in Nero. cap.51. At plerunq; ſyntheſin indutus, ligato circa collum ſudario prodiret in publicum ſine cinctu,& diſcalceatus. Syntheſis præterea aliquando accipitur pro tota ueſte in ueſtiario compoſita Scæuola in l. Titia de Auro & argen.leg. Quæro an ex uniuerſa ueſte,id eſt,ſyntheſi, tunicas ſingulas, & palliola Sempronia eligere poſſit.

SYNTOMIA,(συντομία)quā Latine Conciſionem uertere poſſumus,figura eſt,qua res quantumuis magnæ, breui, & compendioſo uerborum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐνάργειαν appellant à luce, quam rebus addit. Nonnulli etiam ἐνέργειαν,à mouendi efficacia. Dicta Syntomia, ἀπὸ τοῦ συντέμνειν,quod eſt concidere,abbreuiare.

SYPHAX,pen. genitiui prod.(σύφαξ) Numidiæ rex fuit, qui cum Scipioni per Lælium fuiſſet conciliatus, belliq; ſocietatem cum eo iniſſet, poſtea uiolata fide Annibali adhæſit. Tandem uictus à Maſiniſſa, uiuus in Scipionis manus perductus eſt,a quo in triumpho circunductus, & deinde in carcerem inclusus media uitam finiit,regno eius Maſiniſſæ conceſſo. Claudian. de Bello Gildonico Syphacem extulit media ſyllaba correpta. Haurire uenena, Compulimus dirum Syphacem,fratremq; Metelli. Alii tamen fere omnes conſtanter producūt. Propert.lib.3. Annibalis ſpolia,& uicti monumenta Syphacis. Ouid.6.Faſto. Poſtera lux melior. uincit Maſiniſſa Syphacem.

SYRACVSÆ,pen.pro.(συράκουσαι)ciuitas Siciliæ ampliſſima,ſub Pachyno monte ſita,ubi fons Arethuſa ab Alpheo(ut creditur) Elidis fluuio per ſubterraneos cuniculos means,magna aquarum ubertate erumpit. Cice.6. Verr.ſcribit Syracuſas urbem eſſe maximam Græcarum urbium,pulcherrimamq;, quæ ex quatuor quaſi urbibus maximis conſtare uideatur, quarum una Inſula nominatur,altera Acredina,tertia Tyche,a nobili Fortunæ templo,in ea extructo. quarta Neapolis. Syracuſani multos claros principes habuerunt, ſed præcipue clariſſimum Dionyſium ſeniorem. Qui quum apud filium Dionyſium uidiſſet ingentem uaſorum aureorum argenteorumq; copiam,exclamans inquit. In te affectus regius non eſt, qui ex tanta poculorum ui amicum neminem tibi conciliaſti. Ambo tamen Dionyſii philoſophi fuere,amboq; Platonem audierunt. Ex Syracuſis fuit Archimedes mathematicus,& Theocritus poeta Bucolici carminis ſcriptor,quem Vergilius imitatus eſt.

SYRACVSANVS,{Saracuſano di Saracoſa}(συρακούσιος)gentile formatum à Syracuſis Siciliæ urbe.

SYRACVSIVS,a,um,(συρακούσιος)uel abiecta uocali ſubiunctiua Syracoſius,eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuperiore. Verg.lib.6.Eclog. Prima Syracoſio dignata eſt ludere uerſu. Ouid.in Ibin. Vtq; Syracoſio,præſtricta fauce, poetæ,Sic animæ laqueo ſit uia clauſa tuæ.

SVRÆVM,pro ſapa,huc non pertinet, cum prima eius ſyllaba apud Græcos per ει,ſcribatur:quod & ipſum etymi ratio exigit. Nam παρὰ τὸ σειραίνεσθαι dictum putatur,eo quod ad tertiam partem ad ignem exſiccetur.

SYRIA,{Soria. Arios. Can.16. Inteſi che paſſato era in Soria}(συρία) regio Aſiæ,quæ ab Oriente fluuio Euphrate, ab Occidente noſtro mari, & Aegypto terminatur,à Septentrione habet Ciliciam,& partem Cappadociæ,à meridie Arabiam,cuius inſignes ciuitates(ut lib.5.refert Ptole.)ſunt Laodicea,Hierapolis,Antiochia, Apamea,Palmyra,Heliopolis,Ptolemai, Sidon, Tyrus, Berytus,Botrys,Tripolis,Byblus, Seleucia, Cæſarea, & Damaſcus. Montes clari,Carmelus,Caſius,Libanus: Flumi,Euphrates,Chryſorrhoas,Singas: Regiones, Phœnice,Paleſtina,Iudæa,Idumæa,Comagena, & Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis conſtituta eſt: quo fit ut nec frigore nimio rigeat,nec calore torreatur. Sunt qui quadripertitam faciunt diuiſionem,in Syros, Aſſyrios,Leucoſyros,& Cœloſyros. Plin.li.5.cap.12. Meſopotamiam,quoq; & Babyloniam Syriæ attribuit:totiusq; Syriæ partem facit Aſſyriam. Multi confundunt,ut Herodotus,qui Syros à Græcis dictos,Aſſyrios a Barbaris dici ſcribit,& illis Chaldæos adnumerat. Acron quoq; & Porphyrio, inſignes grammatici,apud Horatium,eam,quæ nūc Syria dicitur detracta ſyllaba,olim Aſſyriam dictam ſcribunt. Ammianus Marcellinus libr.25. Citra amnes(inquit)prouincia eſt nobilis Aſſyria celebritate,& magnitudine, tum & multiformi feracitate ditiſſima: quæ per populos pagosq; amplos diffuſa, quondam & copioſa, ad unum conceſſit uocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani uita Aſſyriam Barbaris dictam S,litera, in T, mutata, quam Aſſyriam nos uocemus,indicat. Scriptores in eo fere conueniunt omnes, ut Syriæ & Aſſyriæ nomina confuſa eſſe credant. Syri ſunt eiuſdem populi, ludis celebritatibusq; deditı. Perunguntur oleo pretioſo.& linuntur unguentis. Maximā diei partē comeſſationibus abſumūt & potu. Maſculi a XIIII. anno fœminæ a XII uſq; ad LXV. tributo obligātur. Fortunam colunt. Prima autem dictionis huius ſyllaba corripitur, cum in Syro inſula eadem producatur. Iuuen. Satyr.6. Quam quæ longorum uehitur ceruice Syrorum.

SYRIACVS,a,um,{Soriano,di Soria}(συριακός)poſſeſſiuum à Syria deductum,ut, Syriaci boues. Plin.lib.8.cap.45. Syriacis non ſunt palearia. Syriaca radix pro ſilphio,quod Latini Laſerpitium uocant:quia, ut inquit Dioſcor. ex Syria & Media optima huiuſmodi radix adferebatur. Colum.lib.11.cap.13. Nec minus ſi uernum & æſtiuum fructum uoles habere,Syriacæ radicis,& rapi,napiq; ſemina obrues. Syriacus ros,(δροσόμελι)cœli ſudor, ſiue aeris ſeſe expurgantis ſuccus, in foliis ſtirpium concreſcens, præcipue in Syria iuxta Libanum montem: unde & nomen accepit. Arabes Manna appellant: quo nomine utuntur & officinæ. Colum.lib.9.cap.13 Nam uel grana mali Punici tonſa & uino Amminco conſperſa,uel uuę paſſæ cum Syriaca cum pari menſura pinſitæ. Syriacus rhaphanus,à Syria unde primum aduectus fuit,nomen retinuit. Eſt autē cæteris rhaphani ſpeciebus ſuauior & tenerior,& patientior hyemis. Vide Plin.lib.19.cap.5.

SYRIANVS,(συριανός)Alexādrinus,philoſophus Platonicus,docuit Athenis,ſcripſitq; in totum Homerum commentarios,libros ſeptem, in Platonis Rēpub.& alia. Huius diſcipulus & ſucceſſor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTÆ,(συρικταί)populi ſunt inter Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantum habentes, anguium modo loripedes. Autor Pli.lib.7.cap.2. Dicti à fiſtulis & calamis auenarum,quibus cibum capiunt. Solinus: Alii concretum os habent,modicum tantum foramen,quo calamis auenarum cibos hauriunt σύριγγας enim Græci fiſtulas appellant.

SYRICVM,(συρικόν)color factitius ex ſinopide,& ſandyce miſtis, quo minium adulteratur. Plin.lib.35.cap.6. Sublini autem ſyrico minium compendii ratio demonſtrat. Et paulo antè,Præterea è uilioribus ochra,ceruſſa uſta,ſandaracha,ſandyx,ſyricum, atramentum.

SYRICVS,a,um,denominatiuum a Syro inſula: ut, Mala Syrica. Colum.lib. 5.cap.10. Præterea malorum genera exquirenda,maxime Scandiana,Syrica.

SYRINGITES,(συριγγίτης)gemma,quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur. Plin.lib.37.cap.10.

SYRINX,gis,(σύριγξ)idem quod fiſtula, ſiue ea ſimplex ſit, quam Græci uocant μονοκάλαμον,ſiue ex pluribus calamis contexta, quam illi πολυκάλαμον appellant. Fabulantur poetæ Syringa nympham fuiſſe Arcadię, quę cum Panos uim effugere non poſſet, miſeratione deorum mutata eſt in paluſtres calamos. Ouid.1.Meta. Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Naias una fuit,Nymphæ Syringa uocabant.

SYRISCVS,(συρίσκος)uas uimineum,in quo ficus ſolēt aſſeruari. Cęl Rhodig.lib.9.cap.3.

SYRISSA,(σύρισσα)mulier è Syria. Nam quemadmodum à Libys fit Libyſſa,ita à Syrus,Syriſſa. Verg.in Moreto. Copa Syriſſa caput Graia redimita mitella.

SYRITES(συρίτης)lapis,qui in lupi ueſica naſcitur. Pli.lib.11.cap.37. In ueſica lupi lapillus,qui Syrites appellatur.

SYRITHA,filia fuit Danorum regis Syluani,tantę pudicitię, ut cum ob elegantiam formę magna procorum frequentia peteretur. ſpretis tamen omnibus prætulerit cœlibatum. Saxo lib.7.

SYRIVS,a,um,(σύριος)denominatiuum a Syria deductum,ut, Syria pyra.

Colum.lib.5.cap.10.Ea fuit Cruſtumina,Regia,ſignina,Tarentina,quæ Syria dicuntur.

S Y R M A,atis,(σύρμα)genus ueſtis tragicorum,uel cauda ſiue tractus ueſtis fœminarum. Mart.lib.12. Aptaſti longum tu quoq; ſyrma tibi. Idem lib.1.Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.Seneca de Baccho.Qui habitu muliebri non nunquam ſe ornabat, auro decorum ſyrma barbaricum. Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis ſerie,tenorem ſuum uſq; in ultimum protrahente: à σύρω,traho.

S Y R M Æ A,(συρμαία)cibi genus ex adipe & melle cōfectum,purgationibus in primis aptum. Item certaminis genus apud Spartanos,in quo uictor huiuſmodi ſyrmæa donabatur. Item rhaphani genus apud Herod. Vide Cœl.Rhodig.lib.27.cap.23.

S Y R N A,næ,(σύρνα)oppidum in Cherroneſo Cariç adhærenti a Podalirio cōdita,& a nomine Syrnes uxoris eius ita appellatum.Ferunt enim Podalirium, cum in Cariam eſſet eiectus, à caprario quodam fuiſſe ſeruatum, & ad Damæthum regem deductum.cuius filiam de tecto delapſam cum detracto ex utroq; brachio ſanguine ſeruaſſet,admiratus hominis ingenium Damæthus , filiā eius beneficio ſeruatam,ei uxorem tradidit,Cherroneſo illi in dotem attributa:in qua Podalirius duas condidiſſe urbes traditur,quarum alteri uxoris , alteri paſtoris nomen indidit. Autor Stephanus.

S Y R O P H O E N I C E S,pen.prod.(συροφοίνικες)populi Aſiæ idem cum Phœnicibus,ita dicti quod maritima Syriæ incolant loca. Iuue.Sat.8. Obuius aſſiduo Syrophœnix udus amomo.

S Y R S I G A M B I S,Darii,mater,quæ audita morte Alexandri, ſeſe perpetuæ nocti dedit: Autor Curtius.

S Y R T E S,tium,{*Scogli di mare, ſecche*}(σύρτεις)duo ſunt ſinus perículoſiſſimi,in mari Libyco,qua Africam proprie dictam alluit.quorum alter, qui Carthagini propinquior eſt(minorem Syrtim uocant)CCCM. paſſuum ambitum habet. Alter qui in Cyrenaicam uergit,maior Syrtis dicitur: habetq; circuitum CCCCXXV M paſſ. Vtraq; Syrtis nauigantibus eſt periculoſiſſima, q, mare ibi uadoſum fit,arenæ uehens cumulos,qui loci faciem uiciſſim immutāt,doſaq; & breuia,in alia,atq; alia loca transferunt. Syrtium harum naturam ſic deſcribit Salluſt.in Iugurth Duo ſunt ſinus prope in extrema Africa,impares magnitudine,pares tamen natura,quorum proxima terris perlata ſunt,cæterum uti fors tulit,alta alias tempeſtate uadoſa.Nam ubi mare magnum eſſe & uentis ſæuire cœpit, limum , arenamq; & ſaxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorū cum uentis ſimul mutatur.Hæc Salluſt Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa uento arenas excitante & proxima quæq; operiente. Vnde Solinus autor eſt, iis in locis,quamuis terra iter facientes,curſum ſideribus regere.Nam arenarum cumuli uento agitati locorum faciem mutant:& quemadmodum in mari, nunc aggere ſublimia faciunt,quæ prius deſidebant,nūc uallibus profunda,quę prius excelſa erant,denique procellarum ritu arenæ exagitantur, Syrtimq; faciunt terreſtrem,paris cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undis'ne an arena quis obruatur.Hæc Solinus.

S Y R V S,ri,priore cor.(σύρος)gentile eſt à Syria deductum. Iuuenal.ſatyr.6. Quàm quæ longorum uehitur ceruice Syrorum. Syri olim aſtutiæ nomine male audierunt.quemadmodum & Phœnices. Vnde factus eſt locus prouerbio, Σύροι πρὸς φοίνικας,hoc eſt,Syri aduerſus Phœnices:quo utimur, quoties ſignificare uolumus duos egregie aſtutos,hoc agere, ut dolis ſe mutuo circumueniant. Hæc Suidas.

S Y R V S,priore pro.(σύρος Stephano)inſula Ioniç: Aſię regioni appoſita,a qua Pherecides ſyrius ortum habuit,non a Syria regione. Scyrus uero, (σκῦρος) Thraciæ aſcripta eſt,ut Strabo & Plinius teſtantur.Vide ſuo loco.

S Y R V S,ſiue potius Sirus,per i,noſtrum{*Foſſa*}(λάκκος) foſſa ſeu caniculus ſubterraneus,in quo frumentum conditur , & diutiſſime conſeruatur. Siro, inquit Curtius lib.6.uocant barbari circa Caucaſum.quos ita ſolerter abſcondunt, ut niſi qui defoderint,inuenire non poſſint:in iis conditæ fruges erant. Plin.lib.18.cap.30. Vtiliſſime ſeruantur in ſcrobibus,quos Siros uocant,ut in Cappadocia & Thracia,Hiſpania & Africa.Colum.lib.1.cap 6. Vt in puteorum modum,quos appellant ſiros,exhauſta humus editos a ſe fructus recipit. Vide plura de hoc ſupra in dictione Siri.

S Y S S I T I A,(συσσιτία)Græca uox eſt , ſodalitatem ſignificans ſiue conuictum. Vnde σύσσιτοι dicuntur ſodales,quiq; eadem utuntur menſa. Caius Iuriſconſultus de Verb.ſignifi.Sodales ſunt,qui eiuſdem collegii ſunt,quos Græci συσσίτους uocant.

S Y S T O L E,(συστολή)figura qua longa ſyllaba contra naturam corripitur: ut apud Verg.Connubio iungam ſtabili,propriamq; dicabo. Vbi nu,ſyllabam corripuit,quæ naturaliter longa eſt:cum a nubo deducatur, cuius prima ſyllaba producitur.Quare & in nomine connubium erat producenda. quo pacto etiam Verg.uſus eſt.3.Aen.Hectoris Andromache Pyrrhi'n' connubia ſeruas?

S Y Z Y G I A,æ,(συζυγία)idem quod coniugiū,ſiue coniugatio. Vnde Gal.lib.89.& 10 de uſu partium,ſeptem illas partium neruorum productiones , quibus ſenſus à cerebro in uniuerſum corpus diſtribuuntur,Syzygias appellat. Harum prima eſt neruorum ὀπτικῶν,hoc eſt,uiſoriorum,qui circa medium ſui coeuntes, χ.Græcæ literæ imaginem referunt,ſurſuq; ſeparati,in oculos recipiuntur, quibus ſpiritum uiſorium ſubminiſtrant Secundæ Syzygiæ nerui in oculorum muſculos inſerti,motū iis ſuppeditant. Tertia guſtus ſenſum in linguam, reliquaſq; oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inſeritur. Quinta ad aures fertur, iisq; ſenſum auditus ſuppeditat.Sexta ad inteſtina,uiſceraq; omnia ſenſum tranſmittit,neruoſq; recurrentes producit.Septima dat motum linguę, & rectis laryngis muſculis.Eſt & alia præter,has quę uerſus nares odoratus gratia deferitur:quæ idcirco non annumeratur & inter neruorum ſyzygias, quod extra cranium non prodeat.Vide plura de his apud Galen.de Diſſect.neruorum, & lib.89.& 10.de uſu partium.

D E L L A   L E T T E R A   T.

E' lettera conſonante di forte ſuono. Nella lingua Italiana è di due pronuntie molto diuerſe. Perciache quando ella ſta con la lettera i, alla quale ſegua altra uocale ſi proferiſce non come t, ma come c, o z, dicendo amicitia. giuditio, giuſtitia, & altre tali. Ma quando ella è doppia non ſerua queſta pronuntia, ma la ſua propria come mallattiere, conduttiere. & l'altre. Benche ſi proferiſca anco egittio come ſcritto per doppia z. La onde quando gl'Italiani uogliono tal lettera t, con la t, auanti ad altra uocale, & la uogliono proferir come t, & non come c, o z, interpongono la h, come Ethiopia, & qualch'altra tale.

D E   L I T E R A   T.

L I T E R A ut cæteræ mutæ,ori uonnihil inter pronuntiādū exhibet negotii. Quod & Lucianus ſignificat,qui in iudicio uocaliū ludens , σ inducit τ literæ obiicientem , quod uinculis quibuſdam uocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter σ ſede ſua eiicit. Rurſus apud Latinos non pauca per t,ſcribi ſolebant,quæ nunc per ſ, ſcribimus. Nam Mertare & Pulſare antiqui dicebant, nos Merſare & Pulſare dicimus.

Habet præterea T litera cognationem quandam cum D, ut ait Quintilianus libr.1.cap.4. Veteres nanque Alexanter, & Caſſantra ſcribebant, ubi nos Alexander, & Caſſandra.

T   A N T E   A.

T A B Æ,Tabarum,(ταβαί)urbs Ciliciæ,ut ait Plin.lib.5.ca.27. Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Peræa.

T A B A N V S,tabani,pen.cor.{*Taſano,tauano Boc. Gior.8. Nou.7. V'erano, moſche, e taſani in grandiſſima quantità abbondanti*}(οἶστρος) muſcæ genus, quod & Aſilum Latini nominant,in ore aculeum habens , quo armenta maxime infeſtat. Vnde Poetæ fingunt Io puellam tabano à Iunone immiſſo, uerſam fuiſſe in inſaniam. Plin. libr.11.cap. 28. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore,ut aſilo ſiue tabanum dici placet: item culicibus & quibuſdam muſcis. Varro 2. de Re ruſtica capite 5. Itaque quod eas æſtate tabani concitare ſolent,&c.

T A B A R E N I,ut apud Pomponium legitur,ſiue potius Tibareni, (τιβαρηνοί Stephano)quo pacto etiam apud Strabonem, & Plin. ſcribitur, populi ſunt ad Pontum Chalybibus proximi,adeo religioſi iuſtitiæ cuſtodes , ut prius prælio non congrediantur,q̃ diem,locum,& horam,ex fide hoſti denuntiarint, Quum mulier partu liberatur,uir in lectulum,tanquam pueri autor decumbit, cumq; ut puerperam effœta uxor curat , ut ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valer. Flac.lib.5. Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum Dant uirides poſt terga lacus.ubi deſide mitra Fœta ligat,partuq; uirum fouet ipſa ſoluta.

T A B E F A C I O,(μαραίνω)corrūpo,colliquo,quaſi tabe conficio. Hinc Contabefacio,& Extabefacio compoſita:de quibus ſupra ſuis locis.

T A B E L L A,llæ,{*Tauolella,tauoletta*}(πινάκιον,πινακίδιον, πυξίον)diminutiuum a tabula.Cic.2.de Nat. Deo. Non'ne animaduertis ex tot tabellis pictis,q̃ multi uotis uim tempeſtatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulā uotiuam in qua periculo liberati caſum ſuum ſolebāt depingere,& aliculi deorū ſuſpēdere. Tabellæ itē dicebātur, in quibus populus ſuffragiū,aut iudices ſententiam perſcribebant. Cice.3.de Legib. Non fuit latebra danda populo. in qua bonis ignorantibus quid quiſq; ſentiret , tabella uitioſum occultaret ſuffragium. Idem in Piſonem: Me uniuerſa ciuitas non prius tabella,q̃ uoce priorem conſulem declarauit. Accipitur item tabella pro literis,ſeu codacillis,quæ appellatio inde māſit,quod olim ſcribi ſolebat in tabulis buxeis ceratis. Cic.in Catil.Introductus Statilius,cognouit manum & ſignum ſuum: recitatæ ſunt tabellæ. Tabellis obſignatis cum aliquo agere,eſt ſuo illum ſcripto conuincere.Ci.5.Tuſc.Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum,& teſtificaris,quid aliquando dixerim aut ſcripſerim.

T A B E L L A R I V S,rii,{*Caualaro, porta lettere, corriero*}(γραμματοφόρος) qui tabellas,id eſt,literas perfert.Cic.ad Brut.Statim extruſi tabellarios,literaſq; ad Ciceronem,ut etiamſi in Italiam ueniſſet ad te rediret. Idem ad Terētiam lib.4.Nos quotidie tabellarios noſtros expectamus. Accipitur item tabellarius pro eo qui rationes conficit,& data acceptaq; in tabulas refert, λογιστής. Sidonius ad Petreium: Sed & ille ſuſcipiebat hunc granditer, habens eum conſiliarium in iudiciis,uicarium in eccleſiis procuratorem in negotiis, uillicum in prædiis,tabellarium in tributis,in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem,in itineribus contubernalem.

T A B E L L A R I V S,a,um,adiect ut,Lex tabellaria,quæ lata fuit a L. Caſſio, ut ſuffragia tabellis,non uoce preferentur.Cic.3.de Leg. Quis autem non ſentit omnem autoritatem optimatium tabellariam legem abſtuliſſe.

T A B E L L I O N E S,qui & Libelliones, {*Notari*}(γραμματεῖς) appellati ſunt qui tabulas,hoc eſt,teſtamenta & publicas ſcripturas cōficiunt. Hodie Notarii dicuntur,quamuis fortaſſis non ſatis recte. Olim enim Notarii dicebantur,qui notas in iudicio excipiebant.

T A B E R N A,æ,{*Bottega, alloggiamento, albergo*}(οἴκημα)quoduis ædificium habitationi aptum:a tabulis,quibus claudebatur,aut operiebatur,ut putat Vlpianus de Verb.ſignifi. Aut a trabibus ualidioribus,quibus ſuperiora ſuſpendebantur,quaſi Trabena,ut placet Donato.Cic. Atti.lib.14.Tabernæ mihi duæ corruerunt. Taberna diuerſoria καπηλεῖον Plaut in Menæch. Quantum potes Abduce iſtos in tabernam actutum diuerſoriam. Taberna item dicitur in qua merces uenditantur:Officina in qua fiunt opera. Et tabernarum quædam lanaria,quædam uinaria,quædam olearia, & huiuſmodi. Nonius ſcribit tabernas non tantum uinarias eſſe,ſed & omnes quæ ſunt popularis uſus. Pli.lib.10.cap.43.Poſtea ad tabernam remeans plurium annorum aſſiduo officio mirus. Horat lib.1.Serm.Saty.4. Nulla taberna meos habeat,neq; pila libellos.

T A B E R N A C V L V M,li,{*Tabernacolo, albergo, alloggiamento*}(σκήνωμα) ſubitarium quoddam tectum frondibus , aut ſtragulis opertum aduerſus Solis

tempe-

tempeſtatiſq; iniuriam: cuiuſmodi ſunt, quæ in caſtris excitantur, & modo huc modo illuc transferuntur. Cæſ 6. Bell. Gall. Hic diffiſus ſuæ ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculis prodit.

TABERNARIVS, a, um, (καπηλικός) adiect. a taberna deductum: ut. Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles perſonæ introducebantur: cuiuſmodi ſunt inſtitores, qui in tabernis merces uenditant.

TABERNARIVS, rii, {Bottegaro} (κάπηλος) inſtitor, qui in taberna merces ſuas uenales habet. Cic. pro L. Flac. Opifices & tabernarios atque illam omnem fæcem ciuitatum quid eſt negotii concitare? Cælius ad Cice. lib. 8. Sed dici non poteſt, quomodo hic omnia iaceant: niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, ueternus ciuitatem occupaſſet.

TABES, is, {Tiſichezza, mal di tiſico, marcia, ſangue marcio} (μαρασμός, σύντηξις) colliquatio ex morbi diuturnitate, ſeu nimia corporis extenuatio ex cura animi ve ægritudine procedens. Huius tres ſunt ſpecies. Vna cum corpus non alitur, & ita ſumma oritur macies, & niſi occurrunt, occidit: quæ ἀτροφία dicitur a Græcis: & qui hoc malo laborant ἄτροφοι. Altera, ubi malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci καχεξίαν nominant. Tertia quam Græci φθίσιν uocant, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt conſumi, & tabeſcere, cum in pulmonem deſcendit à capite pituita, & frequens tuſſis oritur cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam cum quieuit, tamen & repetit: frequens tuſſis eſt, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Celſo lib. 3. ca. 2. Tabem (inquit Feſtus) antiqui uſurpant pro eo, quod quid faceret tabeſcere. Salluſt. Catil. Vti tabes, pleroſque ciuium animos inuaſerat. Cic. 3. Tuſcul. Habet ardorem libido, leuitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus: ſed ægritudo maiora quædam tabem, cruciatum, afflictionem, &c. Vergil. 6. Aen. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius: Tabe, corpore defluente paulatim. Ouid. 9. Metam. Ambuſtiq; ſonant nerui, cæcæq; medullis Tabe liquefactis. Arborum tabes, (σύντηξις, ἀτροφία) qua arbores alimentum non ſentientes clangueſcunt, & tandem areſcunt. Interdum aliquid cruentum, & purulentū ſignificat, quod Græci πύον, ſeu λύθρον nominant: Seruius in illud Verg. 3. Aeneid. Et terram tabo maculant: Tabo, inquit, nomen eſt ſeptimi caſus tantū: quod ſi uelis declinare, hæc Tabes, huius Tabis dices: In hac tamen ſignificatione uſitatius utimur nomine Tabo. Idem lib. 8. Aeneid. Et ſanie taboq; fluentes. Vbi idem Seruius: Sanies mortui eſt: Tabo, uiuentis, ſcilicet ſanguinis. Ouid. 2. Metam. Protinus Inuidiæ nigro ſqualentia tabo Tecta petit. Vbi interpres Diptotum nomen eſt, & duorum caſuum nam tabi, & tabo ſolum inueniuntur. Verg. 3. Georg. Turpi dilapſa cadauera tabo.

TABEO, es, (τήκομαι) colliqueſco, tabe conſumor. Ouid. 7. Metam. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros Sponte ſua lanæq; cadunt, & corpora tabent. Nonnunquam idem quod tabo, ſiue ſanie diffluo. Verg. 1. Aen. Et ſale tabentes artus in littore ponunt.

TABESCO, cis, {Marcirſi, ammalarſi, corromperſi, infracidarſi} (ἀτροφῶ, τήκομαι, μαραίνομαι) tabe conſumor, morbo uel animi ægritudine colliqueſco. Plau. Capt. Tū mœrore maceror, marceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. Teren. Adelph. Nam & illi animū iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Cic. Attic. lib. 2. Ego autem uſque eo ſum eneruatus, ut hoc otio, quo nunc tabeſcimus, malim ἐντυραννεῖσθαι q̄ optima ſpe dimicare. Tabeſcere ſal dicitur, cum in humorē diffunditur. Cato de Re ruſt. Id aliquoties faciundū in die donec ſal deſinat tabeſcere. Compoſita ſunt Contabeſco, Diſtabeſco, Extabeſco, & Intabeſco, quæ omnia ſunt fere eiuſdem ſignificationis, ut eſt uidere ſuis locis.

TABIDVS, a, um, pen. cor. {Marzo, guaſto} (συντηκτικός, μαρασμώδης) proprie de eo dicitur, qui morbo, uel animi ægritudine extabeſcit, & colliquatur.

Accipitur tamen etiam generalius pro omni eo quod quouis modo corrumpitur. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 1. Non igitur mirum eſt, ſi mens mea tabida facta, De niue manantis more liqueſcit aquæ. Tabida lues, id eſt tabifica. Verg. 3. Aeneid. Subito cum tabida membris Corrupto cœli tractu, miſerandaq; uenit Arboribuſq; ſatiſq; lues. Sic etiam Tabidam uetuſtatem appellat Ouid. 4. de Ponto. Eleg. 8. Tabida conſumit ferrum lapidemq; uetuſtas. Nullaq; res maius tempore robur habet. Nix tabida, quæ iam remittente ſe frigore ſoluitur. Liu. 1. Bell. Pun. Itaque in leui tantum glacie, tabidaq; niue uolutabantur iumenta. Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo diffluit, & ſanioſum eſt. Martial. libro 1. Indignas premeret peſtis cum tabida fauces. Inq; ipſos uultus ſerperet atra lues. Loquitur de lichenibus.

TABIFICVS, a, um, (φθινώδης, φθοροποιός) quod tabem inducit. Verg. in Epigram. Liuor tabificum malis uenenum. Vnde & a Cicerone libr. 4. Tuſc. ægritudo & metus Tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum, & afflictionem inferunt. Plin. lib. 29. cap. 4. Non enim eſt tabifica uis: itaque occiſa morſu earum animalia cibis innoxia ſunt. Antiqui Tabificabile in eadem ſignificatione uſurparunt: ut annotauit Nonius, citans illud Accii ex Med. Par neci orbificor liberorum letho tabificabili.

TABIS, (τάβις Stephano) mons Scythiæ, mari incumbens, nō procul a Serum regione. Auctor Plin. lib. 6. cap. 17.

TABITVDO, {Marcia, male} (σύντηξις) idem quod tabes. Plin. lib. 22. cap. 15. Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis ſubuenit. de alica.

TABLINVM, ni, (γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον) locus in quo tabulæ & inſtrumenta publica, monumentaq; rerum geſtarum aſſeruabantur. Plin. lib. 35. cap. 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Apul. lib. ult. Flor. Medici cum intrauerint ad ægrum, uti uiſant, nemo eorum quod perpulchra tablina in ædibus uiſant & lacunaria auro oblita, &c. Dicitur autem Tablinum, non Tabulinum, quemadmodum & Figlinum, non Figulinum. Differtq; à pinacotheca quod in ea tabulæ pictæ, aliaq; id genus ornamenta, in tablina rerum in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur.

TABOR, (ταβώρ) mons in medio Galilææ, rotundus ac ſublimis.

TABRACA, (τάβρακα) oppidum eſt Africæ minoris, ut Pomponio placet. Nam à Plinio Numidiæ adſcribitur. Silius Sabatram nominat lib. 3. Sabatratum Tyrium uulgus, &c. Alii Tabatram, quod minime mirum eſt. Barbara. n. uocabula inepta ſunt, nec ſemper eodem ſono utraque lingua efferri conſueuerunt, ut Hermolaus ſcribit.

TABVLA, æ, {Tauola} (πίναξ) aſſer in uſum aliquem concinnatus: cuiuſmodi ſunt in quibus aut pingimus aliquid, aut ſcribimus. Plaut. in Menæc. Dic mihi, nunquid uidiſti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila catamitum raperet? Horat. 1. Epiſt. 2. Qui cupit aut metuit, iuuat illum ſic domus, aut res, Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagrā. Cic. pro Roſc. Ame. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ ueſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? Tabulæ item dicebantur codicilli ex ligno, cera obducti, in quibus olim teſtamenta, actaq; publica ſcribebantur: unde etiam hodie, quamuis mutata re, Tabulas accipimus, pro teſtamento, aliisve publicis ſcripturis, ex quauis materia confectis, διαθήκη, γράμματα. Cice. pro Cælio: Cælius tabulas nullas confecit. Et Tabula dicebatur, in quam mittebant teſſeras, quæ Luſoria, & quandoque Latrunculária, & Pyrgus ſiue Alueus, Alueoluſve dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur, σεισάχθεια, χρεωκοπία, χρεῶν, ἀποκοπαί. Cic. 2. Offi. Tabulæ nouæ quid habēt argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum & cum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Salluſt. in Catil. Tunc Catilina polliceri cœp. tabulas nouas, proſcriptionē locupletū. Tabula item liber eſt, quem ſibi quiſque noſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddā memoriæ promptuarium, eorum quæ agimus, id eſt, Diarium, & Ephemeris actorū noſtrarum. Liu. lib. 4. de Cenſura loquens: Conſtitutum eſt eam domum unicuique noſtrum debere exiſtimari, ubi quis ſedes & tabulas haberet, ſuarumq; rerū conſtitutionem feciſſet. Budæus. Tabulæ accepti & expenſi, rationes in quas acceptę & expenſæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. Verr. Habeo, & iſtius, & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentiſſime legi, & digeſſi. Tuis tabulis cauſam dicis hoc eſt, priuatis tuis, & domeſticis rationibus. Budæus. Tabulæ pro auctione. Cic. pro Cecin. Adeſt ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Cic. Terentiæ. Quemadmodum à Veſtæ ad tabulam Valeriam deducta eſſes. Tabulæ item dicuntur aſſeres, ex quibus nauis compingitur. Cic. 2. Offic. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit.

TABVLARIS, & hoc, lare: ut, Temperatura æris tabularis, quæ accommodatiſſima erat conficiendis æreis tabulis quibus ea incidebantur, quorum memoriam poſteritati traditam uolebant. Plin. lib. 34. cap. 9. Aes omne frigore magno melius fundi, ſequenſq; temperatura ſtatuariam eſt, eademq; tabularis, hoc modo, maſſa conflatur, &c.

TABVLARIVM. (γραμματοφυλάκιον) Seruio auctore, locus eſt in quo tabulæ, hoc eſt, inſtrumenta, & literæ, & acta publica reponuntur. Cic. pro Arch. poeta: Hic tu tabulas deſideras Heracleinſium publicas, quas Italico bello: incēſo tabulario, interiiſſe ſcimus omnes?

TABVLARIVS, rii, qui ad teſtamenti tabulas obſignandas adhibetur. Tacit. lib. 14. Igitur Fabianus tabulariis, quos modo memoraui, & aliis minus illuſtribus obſignat.

TABVLATA, orum, {Solari, palchi} (ἐπιβάθρα?) dicuntur planæ in ædibus ſuperficies, tabulis, uel et lapidibus conſtratæ: uulgus Salaria uocat. Cæſ. 6. Bell. Gall. In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit. Rurſus Tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora creſcentes. Colum. lib. 6. Quum deinde adoleſcere incipiant ulmi, falce formandæ ſunt & tabulata inſtituenda. Hoc enim nomine uſurpant agricolæ, ramos, truncoſq; prominentes, eos uel propius ferro compeſcunt, uel longius promittunt, ut uites laxius diffundantur.

TABVLO, as, {Intauolare} (ἐπισανιδόω) tabulis aliquid conſtruo. Hinc tabulatio, onis, (ἐπισανίδωσις) tabularum compoſitio & textura: ſicut aſſerum Contabulatio. Cæſ. 2. Bell. Ciuil. Centoneſq; inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium excuterent.

Hinc & Contabulo. Sueto. in Calig. Qui non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerit.

TABVRNVS, mons Campaniæ, oliuetis abundans. Vergil. 2. Georg. Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum ueſtire Taburnum.

TACAPE, es, ſiue Tacapa, pæ, (τακάπη) ciuitas proprie dicta, non procul à minore Syrti: de cuius agri fertilitate ita ſcribit Plin. lib. 18. cap. 22. Ciuitas Africę in mediis arenis, petentibus Syrtes, Leptimq; magnam, uocatur Tacape, felici ſupra omne miraculum riguo ſolo: ternis ferè millibus paſſuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, ſed certis horarum ſpatiis diſpenſatur inter accolas. Palmæ ibi prægrandi ſubditur olea, huic ficus, ficui punica, illi uitis: ſub uite ſeritur frumentum, mox legumen, deinde olus omnia eodem anno, omnia aliena umbra aluntur. Super omnia eſt, biferam uitem bis anno uindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur ubertas: pereunt luxuria ſinguli fructus.

TACEO, ces, cui, citum, {Tacere ſtar cheto} (σιγάω, σιωπάω) nihil loquor: notæ eſt ſignificationis. Teren. Eunuc. Nunquid habes quod contemnas? quid tu autē Thraſo? Tacent, ſatis laudant. Tacere aliquid, eſt reticere. Terent. Eunuc. Quæ uera audiui, taceo, & contineo, optime. Quandoque etiam dicitur de iis, quæ ſine uoce ſunt. Sic agrum & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur ſtrepitus. Vergil. 3. Eclog. Cum tacet omnis ager. Quoniam uero cum aliquid laude dignum eſt, laudamus: & è contrario male facta non laudamus, factum eſt, ut Tacenda, non laudanda, & Non tacenda, laudanda dicantur. Ouid. 2. de Arte: Eximia eſt uirtus, præſtare ſilentia rebus. Et contra grauis eſt culpa, tacenda loqui. Quandoque ſignificat ſecurum eſſe, (ἀτρέμας ἔχειν) quoniam qui ſecuri ſunt, nullam quærendi cauſam habent. Terent. in Adelph. Tace, egomet conuenian Pamphilum. Tacitum eſt, imperſonale Terent. in Adelph. Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. Huius compoſita, Conticeo, Obticeo, & Subticeo. de quibus ſuis locis.

TACOMPSO, (ταχομψώ) teſte Herodoto lib. 2. Hiſtor. quædam Nili inſula eſt, non procul ab Elephantina.

TACITVM MEL, (σιγητὸν?) quod per ſe fluit, & eſt optimum. Tacitū os alicui præbere, eſt nihil prorſus reſpondere. Cicer. 1. Verrin. Qui teſtes priore actione interrogare nolueris, & iis tacitum os præbere malueris, &c.

TACITVRNVS, a, um, {Tacito, taciturno} (σιγηλός, σιωπηλός) qui paucorum eſt uerborum, & minime garrulus. Ouid. 2. de Arte. Qui ſermone placet taciturna ſilentia uitet. Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat. Ripa taciturna, id eſt, quieta, in qua nullus auditur ſtrepitus. Horat. 2. Carm. Ode 20. Caretq; Ripa uagis taciturna uentis. Hinc Taciturnitas, (ἐχεμυθία) id eſt quod

ſilentium. Cice. de Inuent. Taciturnitas imitatur confeſsionem. Terent. in Andr. Sed his, quas ſemper intellexi in te ſitas, fide, & taciturnitate. Horat. 4. Carm. Ode 8. Quid foret Iliæ, Mauortisq; puer, ſi taciturnitas Obſtaret meritis inuida Romuli? Huius diminutiuum eſt Taciturnulus, Apuleius: Blanda mulier & taciturnula. Taciturniſsimum oſtium apud Plau. in Curc. Valeat'ne oſtiū? PH. Belliſsimum hercle uidi & taciturniſsimum.

TACITVS, {*Tacito, ſecreto*} (σιωπῶν, ἐχέμυθος) modo actiue accipitur pro eo qui tacet. Cice. in Catil. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorū uoluntatem tacitorum perſpicis? Aliquando paſsiue pro eo quod tacetur: σιωπώμενος. Verg. 6. Aeneid. Quis te magne Cato tacitum aut te Coſſe relinquat?

Tacite, aduerbium ſecrete, & ſubmiſſe. Cice. pro Quintio: Huic ne perire quidem tacite obſcureq; permittitur. Plaut. Poen. Matronæ tacite ſpectent, tacite rideant. Habere aliquid tacite. Liu. lib. 2. Dec. 5. Et quanquam diſſimulare, & tacite habere, id patiq; ſtatuerat.

TACITVS Corn. ſub Adriano principe orator clariſsimus, æqualis ac familiaris Plinij iunioris, Belgicæ Galliæ rationes procurauit: ad Veſpaſianos uſque peruenit, ab iisq; honoribus euectus, hiſtoriam principum conſcripſit ab Auguſto uſque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non uitas Imperatorum auſus inſcribere, ſed tantum diurnales actiones, quæ medium inter hiſtoriam & uitas tenerent. Scripſit & de Claris oratoribus, Ciceronis Brutum & materia. & dicendi copia imitatus. Præterea uitam Agricolæ ſoceri ſui: & de moribus ac ſitu Germaniæ, ſtylo tum preſſo & eleganti, tum arguto & ſententioſo: in cætera uero hiſtoria aliquantulo ſublimior. Scribit Flauius Vopiſcus hunc auctorem tanquam è ſuis progenitoribus, Tacitum imperatorē quotannis decies deſcribi, ne liber periret, eumq; in omnibus bibliothecis adponi iuſſiſſe. Tertullianus autem noſter eum mendaciorum loquentiſsimū appellat, propterea quod iniquiſsimum ſeſe in ſcriptis ſuis, falſiſsimumq; de Chriſtiana religione iudicem præbuerit.

TACOLA. (τακώλα) emporium ampliſsimum Indiæ extra Gangem, in aurea Cherroneſo: cuius meminit Ptolemæus lib. 7 cap. 2. Hodie Malacha dici creditur, a Luſitanis noſtra ętate ui ſubacta: quod teſtatur Epiſtola Emanuelis Regis ad Leonem Decimum.

TACTICI, (τακτικοί) à Vegetio appellantur, quibus cura incumbit inſtruendæ aciei. Nam τάττειν inſtruere eſt & ordinare.

TACTVS, a, um, {*Toccato*} (ἁμμένος) participium paſsiuum a Tango: cuius contrarium eſt Intactus. Accipitur aliquando pro afflato ſiue fulmine percuſſo. Cice. de Aruſp. reſp. Tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit. Pro eodem etiam dicimus De, uel è coelo tactus. Cic. 2. de Diuin. Nattæ uero ſtatua aut æra legum de coelo tacta, quid habent obſcuratum, ac uetuſtum?

TACTVS, us, nomen. (ἁφή) ipſe tangendi actus. Plin. lib. 8. cap. 55. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu nō perinde molli, ut in cute. Verg. 2. Aenei. Tactuq; innoxia molli Lambere flamma comas. Tactus item eſt unus ex quinque corporis ſenſibus, à cerebro per neruos in totum corpus diffuſus. Plin. lib. 10. cap. 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, denique guſtus: reliquis ſuperatur à multis. Hic & Tactio dicitur. Cice 4. Tuſcul. Qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ uoluptates.

TÆDET. {*Rincreſcere infaſtidire*} tæduit, uel tæſum eſt, uerbum imperſonale, idem ſignificans, quod tædium, hoc eſt ſatietas & faſtidium capit. Terent. in Eunuch. Et tædet, & amore ardeo. Tædeo uerbum imperſonale in uſu non eſt: quamuis compoſitum eius Pertædeo legatur apud Gellium lib. 1. Has ille manes cum flaret glorias, iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius fatigati pertæduiſſent. Tædet autem imperſonale uerbum habet fere poſt ſe accuſatiuum cū genitiuo. Cic. 2. Verr. Sunt homines, quos infamiæ ſuæ neque pudeat, neque tædeat. Nonnunquam accuſatiuum ſine genitiuo. Nonnunquam cum ſolo genitiuo, accuſatiuo tamen tacite ſubaudito. Terent. Eunu. Tædet harum quotidianarum formarum. Cice. ad Attic. lib. 2. Prorſus uitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſsima. Nonnunquam cum infinitiuo. Terent. Phor. Atenim tædet audire eadem millies.

TÆDIVM, tædij {*Tedio faſtidio*} (βδέλυγμα, κόρος) faſtidiū, ſatietas. Quintil. lib. 2. Et ipſius lectionis tædium uicibus leuatur. Iuuen Saty. 7. Tædia tunc ſubeunt animos. Ouid. 9. Metam. Nec tædia cœpti Villa mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.

TÆDVLVS, pen. cor. {*Faſtidioſo*} (προσκορής) faſtidioſus, qui omnibus tędio eſt. Feſtus.

TÆNARVS, & in plurali numero Tænara, pen. corr. (ταίναρος) promontorium eſt Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponneſi, q̄ longiſsime in mare procurrens, oppidum habens eiuſdem nominis. Ταίναρον (inquit Suidas) ἀκρωτήριον λακωνικῆς, ἐν ᾧ στόμα ἦν κατάγον εἰς ᾅδου, ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίου, ἐκεῖσε δὲ τοὺς εἵλωτας ἱκέτας καθεσθέντας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδῶνος οἱ δὲ ἐξάγοντες ἀπέκτειναν οἱ λακεδαιμόνιοι. id eſt, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præſidis templum, illic ſupplicantes in ſacello Neptuni Helotes nihil ueriti Lacedæmonii interfecerunt. Circa Tænarum antrum oſtēdebatur, per quod Herculem ab inferis reduſſe Poetæ fabulati ſunt, Cerberumq; uinctum ad ſuperos traxiſſe. Vulgoq; creditum eſt eas inferorum eſſe fauces. Verg. 4. Georg. Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis. Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris uiridis, quod & à loco Tænarium cognominatur. Propertius lib. 3. Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis.

TÆNIÆ, (ταινίαι) uittarum extremitates, ut quæ ab infulis pendent. Verg. 7. Aeneid. Fit tortile collo Aurum ingens coluber, fit longæ tænia uittę. Quandoque accipitur pro tota uitta. Idem lib. 5. Puniceis ibant euincti tempora tænis. Vbi Seruius: Tænis, a tæna: non tænia: nam & Tæna & Tænia dicitur. Tænia (inquit Feſtus) proprie dicitur faſcia. Græca enim dictio eſt ταινία, quā ſic interpretatus Verrius, ut dicat eſſe laneum ornamentum capitis honorati. Ennius in Alexandro: Volans de coelo cum corona & tæniis. Hactenus ille. Pli. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed inserta medijs glutinamentis tænia, fungo papyri, bibula uix niſi litera, fundente ſe, tantum ineſt fraudis.

Tæniа præterea dicimus lapides ſub aquis candicantes in longum porrectos, à faſciarum ſimilitudine. Plin. in Pręfat. libr. 3. Nec profundi altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis uadi carinas terrent.

Eſt & tænia, piſciculi genus apud Ariſtotelem, à gracilitate & longitudine dictum. Vide Plinium lib. 32. cap. 7. Tæniola diminutiuum. Colum. lib. 11. cap. 3. Braſsica, quum ſex foliorum erit, transferri debet. ita ut radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. Hoc eſt, quibuſdam quaſi faſciolis.

TÆNON, fuit urbs in Laconica, teſte Hermolao in libr. 9. Plinii, à qua mulier poetria nomine Herina ortum habuit. Fuit & in Achaia urbs τενέα, id eſt, Tenerum & Tenea uicus inter Mycenas & Corinthum.

TAGES, (inquit Feſtus) idem quod furunculus. à tagendo dictus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vnde Tagacem manum, dixit Lucilius: Maioniſq; manum perſcribere poſſe tagacem.

TAGES, is, (τάγης) filius Genii, teſte Feſto, & nepos Iouis, qui adhuc puer XII Hetruriæ populos haruſpicinam traditur docuiſſe. De hoc Cic. lib. 2. de Diuin. ſcribit ad hunc modum: Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus extitiſſe repente, & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris eſt Hetruſcorum, pueruli ſpecie dicitur uiſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. Eius aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremq; maiorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamq; breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe. tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius uerba exceperint, literisq; mandauerint. omnem autem orationem fuiſſe eam qua haruſpicinæ diſciplina contineretur: eam poſtea creuiſſe rebus nouis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cic. Ouid. lib. 15. Metam. Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruſcam Edocuit gentem caſus aperire futuros. &c.

TAGESTA, (ταγέστα) Africæ oppidum, Diui Auguſt. patria. Plin. lib. 5. cap. 4. περιφραστικῶς Tageſtenſe oppidum uocat.

TAGO, gis, {*Toccare*} apud ueteres in uſu fuit pro Tāgo. Tagit, (inquit Feſtus) pro Tangit, procul dubio antiqua conſuetudo uſurpauit. Pacuuius in Teucro: Vt ego, ſiquis me tagat, & tagam. Idem in Hermiona: Non cecinam, niſi tagam. Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo. Plaut. in Bacch. Ne Attigas puerum iſta cauſa, quando fecit ſtrenue.

TAGVS, (τάγος) fluuius Luſitaniæ, aureas trahens arenas. Iuuenalis: Quod Tagus & rutila Pactolus uoluit arena. Circa hunc fluuium (ſi Plinio credimus) equæ flanti Fauonio obuerſæ, animalem ſpiritum concipiunt, equosq; ita gignūt perniciſsimos, ſed qui tertium uſq; annum non excedant.

TALAON, (ταλαών) filius fuit Iaſii, & apud Argos regnauit, ut notat Bocatius lib. 2, cap. 38.

TALARIA, plu. num. gen. neu. (πέδιλα) calciamenta alata Mercurii. Verg. lib. 4. Aeneid. Pedibus talaria nectit Aurea. Talaria inducere, prouerbialis allegoria, pro eo quod eſt, fugam adornare, quaſiq; uelle quopiam auolare. Cic. ad Attic. lib. 14. Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. Eraſmus.

TALARIS, & hoc re, (ποδήρης) quod ad talos pertinet: ut, Veſtis talaris, quæ ad talos uſque deſcendit. Cicer. 7. Verr. Stetit ſoleatus pręter pop. Roma. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus, in littore.

TALARIVS, ria, rium, (κυβευτικός) quod pertinet ad talos. ut, Lex talaria, aduerſus eos qui talis Luſitant. Talarius ludus, (κυβεία) id eſt, ludus talorum. Cice. lib. 1. Offic. Adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium.

TALASIO, apud Romanos carmen nuptiale erat, & Deus ipſe nuptiarū præſens, quem Græci uocant ὑμέναιον. Martial. lib. 1. Quid, ſi me iubeas Talaſionem Verbis dicere non Talaſionis? Hoc eſt, Quid ſi me iubeas hymnos nuptiales aliis uerbis, quàm nuptialibus cantare? Feſtus ex ſententia Varronis Talaſionem tradit, fuiſſe uocem nuptialem, nouis nuptis boni ominis cauſa acclamari ſolitam. Quare autem ea acclamatione in nuptiis uterentur, diuerſi diuerſa ſenſerūt. T. Liu. lib. 1. ab urbe ſcribit in raptu Sabinarum uirginem unam lōge ante alias ſpecie & pulchritudine inſignem, à globo Talaſii cuiuſdam raptam fuiſſe, multisq; ſciſcitantibus cui nam eam ducerent, identidem, nequis eam uiolaret, Talaſio ferri clamitatum: ideoq; eam uocem nuptialem eſſe factam. Varro exiſtimat hanc uocem in nuptiis uſurpatam fuiſſe non alia ratione, niſi ut nouæ nuptæ ad opera & labores, & præcipue ad lanificia excitarentur. Talaſionem enim uocabant quaſillum ſiue calathum, hoc eſt, uas lanificiis aptum. Quam ſententiam tāgit & Plutarchus in Problemat. à Græcis huius uocis originem repetens, qui lanam ταλάσιον appellant.

TALEA, æ. {*Palo*} (τάλεα ξυλάριον) ſurculus præciſus ex utraque parte, ut in terra inſeratur. Plin. lib. 17. cap. 17. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea tantum: quoniam ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt. Seruandum in eo ante omnia, ut taleę ex feracibus fiant arboribus, nec curuæ, ne'ue ſcabræ, aut bifurcæ, ne'ue teniores, quàm ut manum impleant, ne minores pedalibus, ut illibato cortice. atque ut ſectura inferior ponatur ſemper. Cato de Re ruſt. cap. 45. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas facito. Quemadmodum uero ſurculus, qui in terra ſeritur. Talea dicitur: ita quod inſeritur ramo, Calamus uocatur. Pli. lib. 17. cap. 14. Quod ſi longius afferantur pomorum calami, rapo infixos, optime cuſtodiri ſucco acbitrantur. Eſt autem hęc uox Græca, ſed quam Latini ita in uſum ſuum conuerterunt, ut Taleare pro incidere ruſtica uſurpet ſimplicitas. Taleas (inquit Nonius) ſciſsiones lignorum, uel præſegmina Varro appellat de Re ruſt. lib. 1. Vnde etiam nunc ruſtica uoce Intertaleare dicitur diuidere, uel incidere ramum ex utraque parte ęqualiter præciſum: quas alii Clauulas, alii Taleas appellant.

TALEOLA, læ, dimin. (ξυλάριον) parua talea. Col. lib. 3. cap. 17. Idq; per gēmas quinas, uel etiam ſenas partiti, complures taleolas terræ mandauerunt.

TALENTVM, ti, {*Talento, una ſorte di moneta*} (τάλαντον) multiplex fuiſſe. Budæus in eo operè, quod de Aſſe conſcripſit, latiſsime docet. Quoties tamē apud ſcriptores talenti mentio occurrit, ſi nihil aliud addatur, de minore talento Attico ferè intelligimus quod fuit minarum ſexaginta: ſingulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentum, ſex millia drachmarum, hoc eſt, ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redigas, coronatos ſexcentos, ſingulis coronatis ſolidis Turonenſibus triginta quinque æſtimatis.

Decem

Decem autem talenta, coronatorum ſex millia conficiunt. Quindecim talēta nouem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Sed hoc, ut iam diximus de talento Attico minore intelligendum eſt, quod apud ſcriptores plurimum celebratur. Eſt enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnum uocant, quod ad minus talentum epitritū, hoc eſt, ſeſquitertiā habet proportionem. Nam cum talentum minus, ſexaginta tantum haberet minas, magnū talentum minas habebat octoginta. Vtrunq; autem talenti genus Atticum erat. Neq; mirum uideri debet. Athenienſes duplici talento fuiſſe uſos; cum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter ſe proportionem habebant, quam talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centū drachmarum, cum minor ſeptuagintaquinque tantum haberet drachmas. Erant præterea pleraque alia talentorum nomina, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium; Tyrium, Antiochenum, Babylonium, pondere & pretio omnia fere diſtantia, ſed in hoc uno conuenientia, quod omnia ex ſexaginta ſui generis minis conſtarent, ſed quæ in quibuſdam ciuitatibus maiores eſſent, quàm in aliis: unde etiam nata eſt talentorum diuerſitas. Nam, ut ſcribit Africanus, talentum omne minarum fuit ſexaginta. Verum quoniam minæ apud alios maiores erāt, apud alios minores, factum eſt, ut talenta quoq; eſſent inæqualia. Minarum etiam diuerſitas, ex uarietate drachmarum nata eſt, quæ in quibuſdā ciuitatibus maioris erāt pretij & ponderis, q̄ in aliis. Quod et ipſum apertiſſime teſtatur Iulius Pollux lib. 9. Hoc (inquit) utique dicere non intempeſtiuum erit, quod Atticum talentū ſex millia drachmarum ualebat Atticarum, Babylonium uero ſeptem millia, Aeginæum decem millia, Syrium mille & quingentas iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum ſane & Atticas minas Atticum talentum habuit ſexaginta, Babylonium ſeptuaginta. Aeginæum centum iuxta proportionem. Sed mina ipſa ut apud Athenienſes habuit centum drachmas Atticas, ſic apud alios quoq; ipſis conſuetas, quæ pro ratione cuiuſq; talenti ſecundum augmentū uel decrementum ualerent. Hæc ille.

TALGA, inſula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans. ſed uicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro ſacrilegio habent, diis parata exiſtimantes, diisq; ſeruanda. Hæc. Mela. Ptolemæo lib. 6. cap. 9. Talca dicitur. Plin. lib 6. cap. 17. in Caſpio mari uulgatam inſulam Tazatam eſſe ſcribit. Variat igitur nomen ut in ſexcentis aliis, Viſtula, Iſtula, Tabireni, Tabareni, Tibareni, &c.

TALIO, (ἀμοιβὴ) æqualis retributio: idq; in malam partem: ut ſicui quis oculū eruerat, ide ille patiatur. Hinc Retaliare, (ἀμείβεσθαι) Gellius formauit, quod ſignificat talione hominem repercutere. Plin. lib. 7. cap 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem fertur crematus. Idq; uoluiſſe, ueritum talionem eruto C. Marii cadauere.

TALIPEDO, as. pen. cor. {*Scapuzzare ſdrucciolare*} (παραφέρομαι) pedibus uacillo, & quaſi ſuper talos inſiſto. Feſtus.

TALIS, & hoc tale, {*Tale*} (τοιοῦτος) eiuſmodi, eius generis. Plaut. in Aulu. Cur in re tali ſubuenisti antehac. Terent. Heaut. Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium. Verg. 1. Aen. Haud equidem tali me dignor honore. Ci. 2. Offi. Quales ſumus, tales eſſe uideamur.

TALITER, aduerbium, (τοιούτως) tali modo. Idem ad Atti. libr. 10. Etenim audieram, nemini taliter licere. Plin lib. 35. cap. 11. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

TALITRVM, tri, percuſſio quæ ungue fronti puerorum infringitur. Sueton. in Tyberio Cæſ. cap. 68. Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, uel etiam adoleſcentis talitro uulneraret.

TALLVS, in Sabinorum nominibus, prænominis loco uidetur fuiſſe. Feſtus.

TALPA, æ, (ἀσπάλαξ) ge. maſc. & fœm animal captum oculis, muri ſimile, quod arua & hortos ſuffodit. Verg. 1. Georg. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALTHYBIVS, (ταλθύβιος) Homero Iliad. 1. præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui una cum Eurybate ab Agamemnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, ut Briſeidem ab eo abduceret. Oui. in Epiſt. Briſeid. Nam ſimul Eurybates me Talthybiuſq; uocarūt, Eurybati data ſum Talthybioq; comes.

TALVS, li, {*Tallone*} (ἀστράγαλος) os in articulo pedis animalium biſulcorum uentre extuberans, concaua uertebra ligatum, quadratum forma, altera parte cōcauum, altera fere planam. Tali autem homini non ſunt, neq; animalibus digitos aut ſolidas habentibus ungulas, ſed tantum (ut diximus) biſulcis. Pli. li. 11. ca. 46. Talos aſinus indicus unus ſolidipedum. Et paulo poſt. Hominem qui exiſtimarunt talos habere, facile ſunt conuicti. Καταχρηστικῶς tamen Talos quoque in homine dicimus, pro ima parte pedis, ſiue pro oſſe quod iuxta calcaneum extuberat. Horat. 1. Ser. ſat. 2. Ad talos ſtola demiſſa & circūdata palla.

Hinc Talaris ueſtis dicta eſt, (ποδήρης) uſque ad talos demiſſa. Tali itē dicebantur, oſſicula quædam quadrilatera, quibus olim luſitabant: quorum latus quo unitas ſignificabatur, Canis, ſiue Canicula dicebatur: in quam conuerſo talo, deponebatur ab eo, qui iactauerat, nummus unus ſine lucro. Vnde Damnoſa canicula à Perſio dicitur. Eius oppoſitum latus, Venus, ſiue Cous dicebatur, ſeptenariam numerum ſignificans: quem numerum qui repræſentaſſet, ſex nummos lucri faciebat, & quicquid caniculæ iactu corraſum eſſet. Alia duo latera Chius & Senio dicebantur, ternarium ille, hic quaternarium ſignificans. Chius lucri nummos tres Senio quatuor afferebat: ideo dexter dictus. Perſius: Quid dexter ſenio ferret, Scire erat in uoto. Erat tamen & ludi quædam ratio, in qua Senio æque damnoſus erat, atq; canis. Suetonius de Auguſto: Talis iactatis ut quiſque canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat uniuerſos, qui Venerem iecerat. Aliæ quoque in hoc ludi genere, differentię fuerunt. Nam & Vulturios habebant, & Herculem baſilicum. Plautus: Talos poſcit ſibi in manum: prouocat me in aleam: iacit uulturios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto baſilicum.

TAM. & QVAM, {*Tanto, & quanto*} (τόσον, καὶ ὅσον) Priſciani ſententia aduerbia ſunt, quæ poſitiuo, comparatiuo, & ſuperlatiuo adiiciuntur, quum duo uel plures comparatiui & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquātur, uel iidem geminantur. Cic pro Deiot. Iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis, neque in prœliis quàm in promiſſis, & fide firmiorem. Bis firmiorem intelligendum eſt. Superlatiui exemplum, Salluſt. Quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Frequentiſſime autem poſitiuo: Cicero. Tā ſum amicus Reipublicæ, quàm qui maxime. ſ. eſt amicus: Hoc eſt, tam amo Rempublicam quam ille qui plurimum amat. Componitur tam cum Etſi, et ſignificat quamuis. Plinius iunior de Martiale: Dedit quantum maximum potuit, daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maius, quàm gloria, laus æternitas? Tam aduerbiis mactum. Terent in Heau. Nunquam tā mane egredior, neque tam uesperi Domum reuertor, quin, &c. Tam diminutiuis additum. Teren. in Adelph. Tam ob paruulam Rem penè ex patria: turpe dictu. Tam modo, inquit Feſtus ueteres pro modo accipiebant: quod Græci dicunt, οὕτως ἄγαν.

TAMA, dicitur (inquit Feſtus) quum laborę uiæ ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit Lucil. Inguinum ne exſtat, papulæ, tama ne boa noxit.

TAMARA, (ταμάρα) oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniæ inſulæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

TAMARA Ptolemæo: Pomponio Tamaris, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Artabrorum finibus in Oceanum fluens occidentalem: a quo uicini populi Tamarici dicuntur. Vide Ptolemæum. lib. 25. cap. 6. & Melam lib. 3. in deſcriptione Hiſpaniæ.

TAMARITÆ, (ταμαρῖται) pe. pr. populi Aſiatici non longe à Caſpio mari.

TAMARIX, cis, (μυρίκη) humilis frutex eſt Amerinę ramis, folio anguſto, carnoſo, & fere pinnato. Duo eius ſunt genera: ſylueſtre, omnino ſterile, unde & Infelix lignum appellatur. à Gallis Bryaria. Alterum fructiferum, quod in Aegypto altiſſimas æquat arbores, ramis ex herbaceo, fuluoq; uariegatis, lignoſo fructu, galla maiore, in quo ſemen guſtu aſperum, eiuſdem effectus cum galla. Vide Plin lib. 24. cap. 9.

TAMARVS, (τάμαρος) Britanniæ fluuius, non procul ab Ocrio promontorio, quod Meridiem ſpectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptolemæus lib. 2. cap 3.

TAMEN, {*Nientedimeno, nulladimeno, nondimeno, tuttauia, pur*} (ὅμως, μέντοι) aduerſatiua coniunctio eſt, idem ſignificans quod attamen, ueruntamen, nihilominus: quæ, ubi præcedit Quanquam, Quamuis, & alia huiuſmodi, dat principium conſtructionis ipſa dictione Tamē excuſſa: quæ ideo in ligatura & quaſi iunctura orationis fuerat inſerta, quia oratio unde non debuerat, inceperat. Idcirco in ordine Grammatico Tamen abiicitur, tanquam functum officio ſuo.

Aliquando particula inceptiua eſt Cic. Pæto: Tamen a malitia non diſcedis. Aliquando ponitur pro ſtatim. Verg. 9. Eclog. Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem. Aliquando pro tandem. Salluſt. lib. 3. Hiſt. Nam qui enare conati ſunt, icti ſæpe ferramentis nauium, tamen aut uulnerati à ſuis, aut afflicti undarum ui, multato fœde corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placet, quid tum tamen? Aliquando pro duntaxat. Terent. in Hecy. Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam. Vbi Donatus: Tamen, id eſt, duntaxat, uel ita tamen ut pietatem colam. Hinc componuntur Attamen, & Veruntamen, eiuſdem ferè ſignificationis.

TAMETSI, {*Benche ſe bene, quantunque*} (καίπερ, καίτοι) aduerſatiua particula, idem ualens, quod Quanquam, uel Etſi. Cic. pro Sext. Roſc. Tametſi uiciſſe debeo, tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis poſita, indicatiuo gaudet. ſecundo loco, ſubiunctiuo. Tametſi pro tamen. Terent. in Andr. Rape D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. Nihil audio, Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc uerum eſt.

TAMIA, (ταμία) oppidum in Orientali parte Britanniæ inſulæ, ſub Caledoniis Ptolemæus lib. 2. cap 3.

TAMINIA, uuæ genus, acinos habens rubentes, quæ à quibuſdam falsò Aſtaphis agria credita eſt. Plin. lib. 23. cap. 1. Aſtaphis agria ſiue ſtaphis, quam Vuā taminiam aliqui uocant falsò, (ſuum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcæ, fert folliculos uerius q̄ acinos, uirides, ſimiles ciceri: in his nucleū triangulum. Maturescit cum uindemia nigreſcitq; cum taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamuſq; illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

TAMOS, Indiæ promontorium: eſt, quod Taurus attollit, in Meridiem ſeſe conuertens. Vide Pomp. in deſcriptione Indiæ.

TANAGRA, (τάναγρα) oppidum Bœotiæ mediterraneæ, q̄ γραῖαν ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præſtantiſſimo genere gallinaceorum, ad pugnas & prælia naſcentium teſte Plinio lib. 10 cap. 21.

TANAGRVS, ſiue Tanager, (τάναγρος) fluuius eſt Lucaniæ, quæ eſt regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Verg. 3. Georg. Et ſicci ripa Tanagri.

TANAIS, {*Tana fiume*} (τάναϊς) fluuius Scythiæ, Aſiam diuidens ab Europa Ferturq; à Septentrione Nilo aduerſus, inquit Strabo libr. 11. paulo tamen Orientalior, non ſolum per Scythas in Mæotim defluens, ſed & per Sauromatas. Originem eius incertam aliqui putant. Ptolemæus ex montibus Rhiphæis prodire putat, qui magis Auſtrales ſunt q̄ Hyperborei. Alij quorum numero Herod. eſt lib. 4. aiunt eſſe paludem non admodum magnam ex qua Tanais naſcatur, qui duobus oſtiis Mæotim ingreditur, quæ ſtadiis intra ſe circiter ſeptuaginta diſtare feruntur. Alij ex Caucaſiis montibus oriri exiſtimant. Scythæ Tanaim Silin uocant. Fuit & oppidum Tanais, ad amnis huius oſtia, teſte Pli. lib. 2. cap. 98. a Græcis qui Boſphorum tenuere, conditum. Vide Ptol. lib. 5. cap. 9. Dionyſius in Periheghſi:

Europam atq; Aſiam Tanais diſterminat amnis.
Hic ſe Sarmaticis euoluens finibus, alta
(Sciſſus Araxeo prius æquore) tum ſeus unda
Effluit in Scytham, procul hinc Mæotida Tethyn.
Intrat, & inſerto freta pellit uaſta fluento.

Lucanus lib. 3.

Qua Crœſo fatalis Halys, qua uertice lapſus
Rhiphæo Tanais diuerſi nomina mundi
Impoſuit ripis, Aſiæq; & terminus idem
Europæ mediæ dirimens confinia terror, &c.

TANAITÆ. pen. pro. (ταναῖται) Tanais amnis accolæ, a Sutis, Auchetis, & Satarneis deleti. Plin. lib 6. cap. 7.

TANAQVIL, Tarquinii Priſci uxor fuit, magni animi mulier, & Hetruſcæ diſciplinæ peritiſſima. Vide Liu. lib. 1. ab Vrb.

TANARVS, ex Apennino naſcens, & in Padum influens. Plin. lib. 3. cap. 16.

TANDEM, {*Finalmente, ultimamente, al poſtuto, al perſine, à la fine, al fine*}

(ποτὲ, τὸ λοιπὸν τέλος, ὀψὲ ποτε)poſtremò, deniq; ad extremum. Verg. Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Per interrogationem habet urgens quiddam, & accelerans. Cic. Quouſq; tandem abutere, Catilina patiētia noſtra? Aliquando eſt coniunctio expletiua. Terent. in Phorm. Ita'ne tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Interdum ponitur pro Aliquando ut apud eundem: Ita'ne tandem ſororem duxit? Nonnunquam pro Vix. Cicero. Tandem aliquando Quirites. Item pro Saltem. Terent. in Eunu. Perfice hoc precibus, aut pretio, ut hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro Tamen. Cicero: In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere? Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto ſermone nonnihil ornatus habens. Plaut. in Curc. At tandem tandem. PH. Tandem es odioſus mihi.

TANDIV, {Tanto tempo} (ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον) tanto tempore. Cicer. 7. Verr. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. Tandiu & quandiu. Cicero 4. Verr. Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in prouincia manſit.

TANGO, is, tetigi, tactum, {Toccare} (ἅπτομαι καθάπτομαι, ψαύω) tactus ſenſu deprehendo. Lucr. libe. 1. Tangere enim & tangi, niſi corpus nulla poteſt res. Sed quoniam tangendo, quodam modo moueri uidentur ea, quæ tanguntur, Tangere quandoq; pro commouere, capitur. Idem li. 1. Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira. Nonnunquam pro fulmine percutere, ſiue afflare. Ver. 1. Eclog. De cælo tactas memini prædicere quercus. Quandoq; pro circumuenire. Turpil. At etiam ineptius meus eſt mihi pater iratus, quia cum talento argenti tetigi ueteri exemplo amantis. Aliquando pro peruenire. Idem 1 Verres ſimul ac tetigit prouinciam. Tangere aliquid, pro deſcribere, mentionem facere, obiter attingere. Cic. 4. Acad. Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? Hæc modice me tangunt, id eſt, mediocriter me commouent. Ci. ad Attic. lib. 2. Cætera in magnis rebus, minæ Clodij, contentionesq; quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Tangere conſilio alicuius, intelligere. Cicero: Poſtquam autem conſilia omnia tetigit. Compoſita à Tango ſunt, Attingo, Contingo, Obtingo, Pertingo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TANIS, (τάνις) ciuitas Aegypti, à qua Taniticum, ſiue Tuniticum Nili oſtium dictum eſt. Herodotus lib. 2. ab inſignibus oppidis Nili oſtiis impoſita nomina ſcribit. Ea ſunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolem. & Strabo deriuant, Pomponius Tanicum.

TANOS, gemma inter ſmaragdos ingrate uiridis & intus ſordida. Plin. lib. 37. cap. 5.

TANQVAM, {Come} (ὡσανεὶ, οἱονεὶ, οἷα, ὡσεὶ δὴ) aduerbiū eſt ſimilitudinis, uerbis ſubiunctiuis gaudens. Plin. Nat. hiſt. lib. 2. Tanquam neſciremus hāc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur. id eſt, quaſi neſciamus. Tanquam cum Sic, pro quemadmodum. Cic. ad Caſſium lib. 12. Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic mihi perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella.

TANTALIS, idis, (ταντάλις) oppidum fuit Magneſiæ, terræ hiatu abſorptum. Plin. lib. 2. cap. 91. Tantalis item patronymicum fœmininum eſt, a Tāntalo deductum. quo Poetæ utuntur, pro Niobe Tantali filia. Ouid. 6. Metam. Diro conuicia facto Tantalis adiecit.

TANTALVS, (τάνταλος) Iouis ex Plote nympha filius fuit Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalidæ dicti ſunt. Hic cum deos conuiuio excepiſſet, ut eorum diuinitatem experiretur, Pelopem filium membratim diſcerptum, coctumq; iis appoſuit comedendum. Illi uero à nephandis epulis abſtinuere omnes, una Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit pro quo illi Dii eburneum humerum reſtituerunt, reuocataq; per Mercurium ab inferis anima, Pelopem ad uitam reuocarunt. Patrem uero tanti ſceleris autorem ad inferos detruſerunt, ubi perpetua fame & ſiti torquetur, Eridani fluuii aquis & pomis, quæ capiti eius imminent, captationem eius fugientibus. Quam fabulam mythologici de auaris interpretantur, qui bonis partis frui non audent. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 1. Tantalus a labris ſitiens fugientia captat Flumina. quid rides? mutato nomine, de te Fabula narratur, congeſtis undique ſaccis Indormis inhians, & tāquam parcere ſacris Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. Plato in Cratylo ſcribit, Tantalum dictum eſſe, quaſi ταλαντάτατον. hoc eſt, infeliciſſimum. Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatem deorum menſis dignatus. Alius Thyeſtæ ex Merope filius, interfectus & appoſitus poſtea patri. Hinc fit Tantaleus, a, um, Propertius: Tantaleę poterit tradere poma manu. Euſebius Tantalum Phrygiæ regem cum Troe rege Dardaniæ quod Ganymedem ia puerit, bellum geſſiſſe, ſcribit.

TANTI, {Per tanto} (περὶ τοσούτου) & Quanti, (περὶ ὅσου) cum eorum compoſitis, Tantidem, Quantilibet, Quanticunque, iunguntur uerbis pretium ſignificantibus, qualia ſunt, emo, uendo, uæneo, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pago pepigi, contemno, poſtulo, & ſi qua ſint alia: quæ tamen in aliis a prædictis ablatiuum poſtulant. Terent. in Eun. Quid agas? niſi, ut te redimas captum quam queas Minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas. i. tanti te redimas, quanti queas. Liu. lib. 48. Mancipia minora annis uiginti, quæ poſt proximū luſtrū decem millibus æris aut pluris ueniſſent, ea quoq; tanto pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur. Dicimus quoq; aliquid non eſſe tanti, (οὐ περὶ τοσούτου) id eſt, non ſatis dignum, ob quod quicquam fiat. Cælius ad Cic. lib. 8. Tanti non fuit Arſacem capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres.

TANTISPER, aduerbium, {Tanto tempo, tra tanto} (ἄχρις ἕως) tandiu: poſtulatq; poſt ſe, Dum, Donec, ſiue Quandiu uel Quoad. Cic. 2. de Inuent. Deinde eſt in carcerem deductus, ut ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem deiectus in profluentem deferretur, compararetur. Terent. in Heaut. Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo dum quod te dignum eſt, facies. Sic cætera eiuſdem terminationis temporis breuitatem ſignificāt: ut, Quantiſper, Parumper, Pauliſper, Aliquantiſper. Ponitur etiam Tantiſper, ſine Dum, & ſignificat tantummodo, ſiue interea ἐν τοσούτῳ. Liu. lib. 1. Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit. Tantiſper tutela muliebri res Latina, & regnum auitum, paternumq; puero ſtetit. Cic. 5. Tuſc. Sed uidero quid efficiat, tantiſper hoc ipſum magni æſtimo quod pollicetur.

TANTOPERE, {Si grandemente} (πολλαχῶς, τοσοῦτον) uſque adeo. tam uehementer. Terent. in Adelph. Ego hac in te nihil reperio, quamobrem laudes tantopere.

TANTVM, aduerbium, {Solamente} (μόνον, μόνως) ſolum, quod & Tantummodo dicitur: & iungitur poſitiuo. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non iure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno orbe petitam? Aliquando ſignificat uſque adeo, τοσοῦτον. Cic. Att. De fano illo tantum, quantum me amas, uelim cogites.

TANTVM NON, {Quaſi} (ὅσον οὔπω, μόνον οὐ) id eſt, fermè: rei non plane peractæ aduerb. Sueto. in Tyb. Cæſare: Tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigaui.

TANTVM ABEST, {Non ſolo, non è} (τοσοῦτον δεῖ τοῦ) non ſolū non eſt. Cic. lib. 1. Offi. Tantum abeſt ab officio, ut nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. Hoc eſt, non modo officium nō eſt, uerumetiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium: uel tantum abeſt, ut officium ſit, ut nihil officio, &c.

TANTVM QVANTVM, {Tanto} (τοσοῦτον, ὅσον) Plaut. in Moſtel. Tu ut occepiſti, tantum quantum quis, fuge.

TANTVMMODO, aduerb. {Solamente} (μόνον) idem quod tantum. Teren. in Phorm. Poſthac ſi quicquam, nihil precor: tantummodo non addas, &c.

TANTVNDEM, gen. Tantidem, ſine aliis caſibus, {Altro tanto} (τοσοῦτον) æque multum, quaſi tantum idem. Colu. lib. 7. Tum paribus caſtæ, myrrhæq;, & turis ponderibus, ac tātundem ſanguinis marinæ teſtudinis miſcetur. Teren. in Phorm. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. Nihil. PHAED. tantundem ego, hoc eſt, nihilo plus, quam tu. Tantidem, id eſt, æque magno pretio. Teren. in Adelph. Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meā: Ob malefacta hæc tantidem poſtulat emptam ſibi tradier.

TANTVS, a, um, {Tanto, coſi grande} (τοσοῦτος, τηλικοῦτος) a Tam deduci uidetur, quantitatemq; ſignificat, quaſi tam multus, uel tam magnus: habetq; ferè particulam Quantum, ſibi reſpondentem. Cic. 6. Phil. Multas habui conciones nunquam tantam uidi, quanta nunc eſt ueſtra. Idem 2. de Diui. Sol maior'ne terra ſit, an tantus, quantus uidetur. Aliquando non habet particulam hanc, expreſſe ſubſequentem, ſed quæ tamen facile poſſit intelligi. Verg. 1. Aen. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Subaudi, Quanta ex iam dictis poteſt intelligi. Cic. pro Pompeio. Quis unquam tam breui tempore tot loca adire tātos curſus conficere potuit? Subaudi, Quantos hic confecit. Tanti genitiuus uerbis iungitur ad pretium pertinentibus. Ouid. in Epiſt. Penelopes: Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit. Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus. Tanto. Plin. lib. 12. cap. 18. Tanto nobis deliciæ & fœminæ conſtant. Hinc Tanto aduerbium, comparatiuis gaudens: ut, Tanto magis, τόσῳ μᾶλλον Tanto minoris. Cic. 5. Verr. Tanto'ne minoris decumæ uenierunt. q̄ fuerunt. Tanto ante. Cic. in Catil. Neque tāto ante exitium & fati diem Reipub. denuntiaſſet. Sic Tanto poſt apud eundem pro Flacco. Huius diminutiuum eſt Tantulus, (τυτθός) pro tam paruus. Plaut. in Truc. Tum tantuli domi cauſa. A quo Tantillus, alterum diminutiuum. Teren. in Adelph. Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Hinc Tantulum, & Tantillum aduerbia. Plaut. in Rud. Si hercle tantillum peccaſſis, &c.

TAOS, gemma pauonis ſimilis, qui Græce ταώς dicitur. Aut Pli. lib. 37. cap. 11.

TAPETVM, ti, pen. pro. uel Tapetium, tii, uel tapes, etis, maſcu. gene. {Tapeto} (τάπης, περίστρωμα, περιπέτασμα) idē quod aulæum, hoc eſt, ueſtis ſtragula uariis coloribus intexta, quo aularum parietes menſæ, lecti, nonnunquam etiam equi inſternuntur. Verg. lib. 10. Qui forte tapetibus altis Extructus toto perflabat pectore ſomnum. Idem lib. 7. Inſtratos oſtro alipedes, pictisq; tapetis. Stat. lib. 1. Theb. Aliosq; inferre tapetas. Accuſatiuus Græcus eſt à Tapes, etis. Plautus. Vt ne periſtromata quidem æque ſint Campanica, neq; Alexandrina belluata, conſutaq; tapetia.

TAPHIÆ, (ταφίαι) quædam inſulæ in mari Ionio, ante Leucadiā, prope Echinadas, quarum nomina fuerant Taphias, Arnocia, & Pronoeſſa, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. Eædem & Teleboides dicuntur, utroq; nomine ab incolis dictis: nā Taphii & Teleboæ iis communiter dicuntur imperaſſe. De quibus huiuſcemodi repetit originem enarrator Apollonii poetæ. Perſeo ex Andromede, ut narrat Herodotus, quatuor fuere filii Alæus, Sthenelus, & Meſtor, & Electrion, qui ſimul regnarunt. Ex Hippothoe Meſtoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus inſula, in qua Teleboæ uel Taphii communi nomine & imperio fuere. Igitur ii Hippothoes eorū auiæ pecuniam ab Electrione eorum neceſſario, qui pro ea ſpoponderat, repetebant: qua negata, ad arma uenere, armēta abegerūt, ipſum deniq; & filios ſuſtulere. Alcmena Electrionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominē potentiſſimum in matrimonium accepit, atq; hoc pacto, bello inter eos conflato, ab eodem Amphytrione deleti ſunt, eorumq; regnum Cephalo profugo Athenienſi, qui exercitui præerat, donatum: quod ad Vlyſſem è ſucceſſione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis inſulis imperaſſe.

TAPHIAS, adis, (ταφιάς) inſula eſt exigua in mari Ionio, ante Leucadam, una Taphiarum ſiue Teleboidum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

TAPHIASSVS, (ταφίασσος) mons eſt Aetoliæ, non procul à Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

APHII, (τάφιοι) dicti ſunt populi a Tapho Neptuni filio, qui Taphiis inſulis imperarunt, quæ ſunt in mari Ionio, iuxta Echinadas. Vide ſupra in dictione Taphiæ. Strab. lib. 7. Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum, non procul à Boryſthene fluuio.

TAPHIVSA, (ταφιοῦσα) oppidum Cephaleniæ inſulæ, è regione Leucadis in qua Taphiuſium marmor effodiebatur. Vide Stephanum, & Pli. li. 36. c. 21.

TAPHOS, (τάφος Steph.) oppidū eſt Cephaleniæ inſulæ, poſtea Taphiuſa appellatum. Alioqui τάφος Græcis ſepulchrum ſignificat: unde Epitaphion, ſepulcri inſcriptio.

TAPHOSIRIS, (ταφόσιρις) urbs Aegypti, Oſiridis ſepulcro nobilitata: unde & nomen accepit. Strab. lib. 7. duas huius nominis, urbes in Aegypto collocat alteram ad mare, in qua maxima Oſiridis feſta celebrabantur: alteram in mediterraneis.

TAPHRA Plinio, (τάφρη Ptolemæo) oppidum eſt Africæ proprie dictæ. inter duas Syrtes.

TAPHRÆ, (τάφραι) oppidū eſt ad ſinum Carcinitem, in ipſis Tauricæ Cherſoneſi anguſtiis ſitum. ut refert Plin. lib. 4. cap. 12. Hunc locum quondam ſerui muniuiſſe dicuntur, cum abſentibus dominis in diuturno illo bello, quod aduerſus

uerſus Thracas Scythæ geſſerunt, cum eorum uxoribus rem habuiſſent: ut ex ſententia Calliſtrati refert Stephanus. Huius meminit & L. Florus, refertq; ſua illam ætate, Traiani auſpiciis fuiſſe expugnatam.

TAPINOSIS, pen. pro. (ταπείνωσις) figura eſt orationis, ſeu potius uitium, cum rei dignitas uerbis humilitate deprimitur, ταπεινὸς enim humile ſignificat, & ταπεινόω humilio, extenuo. Exemplum poteſt eſſe illud Ver. 1. Aene. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Vbi Seruius: In gurgite uaſto, Tapinoſis eſt: id eſt, rei magnæ humilis expoſitio. Prudenter tamē Vergilius humilitatem ſermonis epitheto plerunq; ſubleuat, ut hoc loco, Vaſto addidit.

TAPOSIRIS, uide Taphoſiris.

TAPROBANE, {*Trapobana iſola*} (ταπροβάνη) inſula eſt omnium, quæ ueteribus cognitæ fuerunt, maxima, à Colaico Indiæ promontorio in Auſtrum quatriduj nauigatione recedens, in qua Septentriones negant conſpici poſſe. Lucet ibi Canopos, ſidus clarum, & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci uiſu, terrifico ſono uocis. Viuunt ultra annos centum. Naſcuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemæus libr. 7. refert. Vide plura de hac inſula apud Plin. lib. 6. ca. 22. & Vadianum in Melæ librum tertium.

TAPSEGVM, Cyrenaicæ regionis oppidum, ut ſcribit Plin li. 5. cap. 5. in deſcriptione Cyrenaicæ regionis.

TAPSVS, uide Thapſus, Græci enim θάψος ſcribunt per θ.

TAPYRI, Plinio, (ταπυῤῥοι Stephano) populi ſunt ad mare Caſpium inter Derbicas, & Hyrcanos, quibus mos fuit, ut uxores ſuas, cum duos tres'ue ex iis ſuſcepiſſent, aliis nuptui concederent. Autor Strabo lib. 11.

TARACINA, uide Tarracina duplicato r.

TARACON, uide Tarraco, r, litera geminata.

TARANDVS, (τάρανδος Ariſtoteli) animal apud Scythas bouis magnitudine, capite ceruino non abſimili, ſed maiore, cornibus ramoſis, ungula biſida uillo magnitudine urſorum. Solum ex iis, quæ pilis ueſtiuntur, animalibus, colorē mutat: ſed cū ſui coloris eſſe libuit, aſini ſimilis eſt. Autor Plin. lib. 8. cap. 34.

TARANIS, pen. cor. dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano ſanguine litabant. Lucan. lib. 1. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

TARAS, antis, (τάρας) fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidiſſe creditur, & à nomine ſuo appellaſſe Græce enim Tarentum τάρας dicitur. Vide paulo poſt in dictione Tarentum.

TARATANTARA, {*Voce de la tromba*} uox tubæ ab Ennio ficta. Seruius in nonum Aene. in eum uerſum, At tuba terribilem ſonitum procul ære ſonoro Hemiſtichium, inquit, Ennii, nam ſequentia iſte mutauit. Ille enim ad exprimēdum tubæ ſonum ait Taratantara: Et multa huiuſmodi Vergilius cum aſpera inuenerit mutat.

TARBELI, (ταρβέλλοι) populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyreneos montes uergentes, quorum urbs Aquæ Auguſtæ commemoratur a Ptolem. lib. 2. cap. 7.

TARCHETIVS, (ταρχέτιος) nomen fuit impii Albanorum regis. de quo Plutarchus in uita Romuli: Quidam (inquit) etiam ſunt, qui de Romuli ortu fabuloſa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorū regi ſceleſtiſſimo & crudeliſſimo homini diuinitus ſpectrum domi uiſum ex penitiſſimo ſacrario ſe attollens, & ad multos dies manſiſſe. Fuiſſe etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum à quo allatum Tarchetio reſponſum, ut ei admiſceretur uirgo. Nam genitum iri ex ea filiū uirtute, fortuna, ac uiribus potentiſſimum magnamq; ex re bellica gloriam relaturum. Quod quum Tarchetius uni ex filiabus expoſuiſſet, imperaſſe ut cum monſtro illo coiret. Illam contempto patris imperio, ancillam in ſui locum ſuppoſuiſſe. Id Tarchetium re cognita, ægre tuliſſe & utranq; in carcerem, ut morte multaret, conieciſſe: Sed uiſum eſt illi per quietem ſe Veſtam uidere, quę puellas necari uetaret, ſed telam illis texendam tradi iuberet, nec prius uiro locari, q̄ illam abſoluiſſent. Cui inſomnio cum paruiſſet Tarchetius, commentus eſt rationem, ut puellas perpetuo damnaret cœlibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuiſſent, noctu aliis ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferunt peperiſſe. quos Tarchetius ſtatim Teratio cuidam tradidit exponendos. At illum ferunt ſecus fluuium infantes depoſuiſſe lupamq; eum eo ueniſſet, admotis uberibus lac præbuiſſe, auibus quoq; uariis cibum pueris comportantibus, quod bubulcus aſpiciens, admiratus, auſuſq; accedere, infantes ſuſtulit. Hac illos ratione ſeruatos: quum primum per ætatem licuit, Tarchetio tetēdiſſe inſidias, ac tandem oppreſſiſſe. Hæc à Promathione quodam, qui Italicam ſcripſit hiſtoriam, memoriæ prodita accepiſſe ſe dicit Plutarchus.

TARCHON, (τάρχων) nomen proprium Hetruriæ ducis, & Aruſpicis, qui Aeneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta n, litera. Verg. Aen. 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebāt Caſtra locis.

TARDE, aduerb. {*Tardamente, pigramente*} (βραδέως) lente, pigre, cunctanter. Cic. Terentiæ. Pridie Idus Octobris Athenas uenimus, cum ſane aduerſis uentis uſi eſſemus, tardeq; & incōmode nauigaſſemus. Hinc Tardius comparatiuū, & ſuperlatiuū Tardiſſime. Idē 4. Acad. Quin etiam cum uictor à Mithridatico bello reuertiſſet, inimicorū calumnia triennio tardius, q̄ debuerat, triumphauit. Pli. lib. 10. ca. 7. Quatuor, aut quinq; tardiſſime diebus florere incipiunt; totidemq;, aut paulò pluribus, deflorēſcunt. hordea uero, cum tardiſſime, ſepiē. Accipitur aliquando pro ſero, (ὀψὲ) hoc eſt, ueſpertino uel nocturno tempore. Cic. pro Mil. Egreditur è uilla ſubito. cur ueſperi? quid neceſſe eſt, tarde?

TARDIGRADVS, pen. cor. {*Chi ua tardo*} (βραδύπους) qui tarde graditur. Cic. 2. de Diui. Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera. Ex poeta.

TARDILOQVVS, {*Chi parla tardo*} (βραδύγλωσσος) qui tarde loquitur.

TARDITAS, (βραδύτης) cunctatio, mora, pigritia, celeritati contraria. Cic. ad Q. fr. lib. 2. Sic ego quoniam in iſto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem cum equis, tum uelis. Idē 6. Phil. Pleriſq; in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt. Pli. lib. 20. ca. 9. Idq; etiam tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat. Antiqui in eadem ſignificatione & Tarditudinē dicebant, & Tarditiem. Pla. in Poen. Podagroſi eſtis, ac uiciſſis cochleas tarditudine. Acci. Multa mittūtur tarditie & ſocordie.

TARDO, as, {*Tardare, indugiare, dimorare, tener in tempo*} (ἀμβάλλω, ἐπέχω) remoror, moram iniicio, tarditatem affero, reprimo. Cæſ. 5. bell. Gall. Sed ne omnino metum reditus ſui barbaris tolleret, atq; ut eorum auxilia tardaret, &c. Idem lib. 1. Bel. Ciu. Sed exercitum Cæſaris uiarum difficultates tardabant. Ci. ad Cæſarem lib. 7. Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam uidebatur, aut certe tardare. Cæſ. 1. Bell. Ciuil. Quo facilius impetum Cæſaris tardaret, ne ſub ipſa profectione, milites oppidum irrumperent. A' quo Retardo, (ἀμβάλλω) moram facio, retineo. Cic in Catone: Ad quem fruendam non modo te non retardat, uerum etiam inuitat. Tardare, abſolutum, (βραδύνειν, διατρίβειν) moram trahere. Ci. ad Brutum Epiſt. 18. Accerſeremus'ne te, atq; tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſet tibi. Tardare etiam, tardum reddere. Plin. lib. 8. cap 8. Ac præacuta bipenni hoc crure tardato, id eſt, debilitato. Tardans, tis, participium. Vergil. 5. Aen. Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires. Tardatus, a, um, aliud participium. Verg. 5. Aen. At non tardatus caſu, neq; territus heros, Acrior ad pugnam redit. Tardeſco, is, tardus fio. Lucret. lib. 3. Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur. Crura uacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

TARDVS, a, um, {*Tardo*} (βραδὺς, ὀκνηρὸς, ἀργὸς, νωχελὴς) Ver. 1. Geor. Sæpe oleis tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis, Plaut. Poen. Sciebam ætate tardiores: metui mec amori moram. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardiſſimos. Cic. 1. de Inuen. Formoſus, an deformis, uelox, an tardus ſit. Noctes tardæ, (ὄψιμοι) tarde uenientes, ut ſunt æſtiuæ. Ver. 2 Geor. Vel quæ tardis mora noctibus obſtet. Per translationē quoq; de animi uel ingenij tarditate dicitur, & accipitur pro hebeti cui ingenium nō eſt exprompt ū. Idem 10. Eclo. Tardi uenere ſubulci. Teren in Eun. Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Quandoq; pro perſeuerante, & diuturno. Verg 2. Geor. Media fert triſtis ſuccos, tardumq; ſaporem. Sic Nonius. Seruius uero interpretatur Saporem tardū, uix intelligibilem. Quandoq; pro denſo ac craſſo. Idem 5. Aen. Vdo ſub robore uiuit Stupa uomens tardum fumum. Huius diminutiuum eſt Tardiuſculus .i. ſubtardus. Teren. in Heau. Eſt ille Clinix ſeruus tardiuſculus.

TERENTINA NVX, (κάρυον ταραντῖνον) è iuglādium genere eſt, adeo fragili putamine, & ita mollis, ut uix attectata rumpatur. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quod iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentum autem Sabini uocant molle, ad quod alludens Horat. 2. li. Serm. Saty. 4. Tarentum molle uocauit; Quo pacto autem Tarentina nux arte efficı poſſit, docet Colum. lib. ult. cap. 22.

TARENTINVS, quod ex Tarento eſt, uel à Tarentinis agris creſcit, apud Colu. lib. 5. ca. 10. Tarentina pyra: cuius hæc ſunt uerba. Curandum eſt autem, ut q̄ generoſiſſimis pyris pomaria conſeramus: ea ſunt, Cruſtumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur; & quędam alia, quorum enumeratio nūc longa eſt. Venenum Tarentinum i. purpura Tarentina, quæ rubedinis pluſculum habebat. Horat. 1. Epiſt. Lana Tarentino uiolas imitata ueneno. Tarentina nux, de qua ſupra.

TARENTVM, {*Taranto*} (τάρας) Magnæ Græciæ urbs clariſſima, in intimo receſſu ſinus, qui ab ea dicitur Tarentinus. Hæc à Tarante Neptuni filio primū condita fuit: à quo & nomen accepit: deinde Laconibus aucta. qui duce Phalanto illuc aduenientes expulſis incolis, (ut Iuſtinus libro tertio ſcribit) eā tenuerunt. Huius incolæ dicuntur Tarentini, (ταραντῖνοι) qui cum Romanis aliquandiu bellum geſſerunt: quibus cum pares non eſſent, Pyrrhum Epirotarū regē auxilio ſibi acciuerunt. De hac Ver. Aen. Hic ſinus Herculei (ſi uera eſt fama) Tarenti Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra Cauloniſq; arces, & nauifragū Scylaceum. Sunt qui Tarentum non a Tarante Neptuni filio ſed à Sabina uoce Tarētum deducant, quæ illis molle ſignificat propterea quod in agro Tarentino & nuces, & lanæ molliſſimæ proueniunt. Ex hac urbe ortum traxerunt ciues illuſtres, Ariſtoxenus Muſicus. Ariſtotelis familiaris. Rinthon Tragicus, & Comicus: Icc us medicus: & Archytas ſummus Mathematicus, qui Platonem, quum mortem illi moliretur Dionyſius tyrannus, per epiſtolam eripuit, ut ſcribit Laertius lib. 8.

TARMES, genus uermiculi carnem excedens. Feſtus.

TARNE, es, (τάρνη) fons eſt in Lydia, in Timolo monte naſcens teſte Pli. li. 5. cap. 19. Fuit & oppidum eiuſdem nominis, ad Timoli radices ſitum, cuius meminit Homer. lib. 5. Iliad. Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

TARPEIA, (ταρπεία) uirgo Veſtalis fuit, teſte Varrone quæ arcem Capitolinam, patris ſui Tarpeii cuſtodiæ commiſſam, Sabinis prodidit: à quibus cum proditionis mercedem peteret (pacta .n. erat quicquid in ſiniſtris brachiis geſtarent, armillas intelligens, quas illi aureas gemmatasq; læuo in brachio ferebant) ſcutis illorum obruta Tarpeio monti nomē fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Liu. lib. 1. ab urbe, & Plutarchum in Vita Romuli.

TARPEIVS MONS, (ταρπήϊον ὄρος) idē qui Capitolinus, ita dictus à Tarpeia uirgine Veſtali quæ cū Sabinis arcem prodidiſſet, eorundē ſcutis obruta, eo in monte ſepulta eſt. Ver 8. Aen Sedem Tarpeiam appellat. Hinc ad Tarpeiā ſedem, & Capitolia ducit Aurea nunc, olim ſylueſtribus horrida dumis.

TARPHARA, orum, (τάρφαρα τὰ) urbs felicis Arabiæ: cuius ciues dicuntur Tarpharenı, ταρφαρῆνοι Stephano.

TARPHE, es, (τάρφη Stephano) urbs Locrorum Epicnemidiorū, iuxta Pharygas, cuius meminit Homerus in Catalogo: τάρφην τε, θρόνιόν τε. Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Nomen habet a Tarphe propinquo fonte, ſiue ab arborum denſitate. ταρφεῖς enim Græci denſum appellant.

TARQVINII, iorum, (ταρκυνία Stephano) oppidum fuit Tuſcorum à quo Tarquinius Priſcus Romam cōmigrauit. Huic oppido uicinus erat lacus, duo nemora habens innatantia, & prouentorum impulſu nunc triquetram, nunc rotūdam figuram reddentia, ut refert Plin. lib. 2. cap 95. Hinc Tarquinienſis, ſe: ut, Tarquinienſis ager. pro quo & Tarquinienſe legimus abſolute. Plin. lib. 8. cap 52. Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit.

TARQVINIVS Priſcus Demarathi Corinthii filius, Tarquiniis urbe Tuſcorum natus, primum Lucumo dictus, qui ubi ſe in patria nullo in honore eſſe uidet, quod peregrino patre eſſet prognatus, ſuaſu uxoris (ea mulier fatidica erat nomine Tanaquil) Romam ſeſe contulit: ubi breui propter opes ingeniiq; dexteritatem in Anci regis amicitiam inſinuatus, ab eodē relictus eſt liberorū eius tutor: quorum tamen commoda propriis rationibus poſthabuit: breuiq;

perfecit ut magno plebis conſenſu rex crearetur. Quare ut regnum parum iuſte partum ſtabiliret, centum patres in Senatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in Senatum ueniſſent. Bellum primum cum Latinis geſſit, oppidumq; Appiolas ui cepit. Circo maximo primus locum deſignauit, locaq; patribus equitibusq; diuiſit, ubi ſibi quiſque ſpectacula facerent. Sabinos uictos Collatia, agroq; Collatino mulctauit. Corniculum, Ficulneam ueterem, Cameriam, Cruſtumeriam, Ameriolã, Meduliam, & Nomentum, priſcorum Latinorum oppida partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Tandem cum annos duodequadraginta regnaſſet, dolo liberorum Anci in Curia eſt obtruncatus. Vide hæc latius apud Liuiũ libr. 1. ab Vrbe.

TARQVINIVS COLLATINVS, Aegerij ex Tarquinii Superbi ſorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, qui Romæ præfectura urbis fungebatur.

Hic cum in Ardeæ obſidione, cum regiis iuuenibus cœnaret, exorta de uxoribus mentione, cum ſuam quiſque certatim laudaret, Collatinus negat uerbis opus eſſe, paucis id quidem ſciri poſſe, quantum cæteris præſtet ſua Lucretia. Quid multa, citatis pariter equis Romam aduolant, regiasq; nurus in conuiuio luxuq; cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiã petentes, Lucretiam nocte ſera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Aduenienti ur, Tarquinijq; benigni accepti uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido ſtuprandæ per uim Lucretiæ capit, tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. Diſſimulata tamen in præſens cupiditate, tum quidem una cum cæteris in caſtra redit: ſed paucis poſt intereictis diebus Ardeam reuerſus, & à muliere propinqua hoſpitio exceptus, nocte intempeſta conceptum animo facinus ui minisq; exequitur. Quam rem mulier caſtiſſima tam ægre tulit, ut poſtridie uiro patreq; per literas acceſſito, cum rem uti geſta erat, expoſuiſſet, necem ſibi conſciuerit. Pulſis deinde ob facinus tã tetrum Tarquinijs, Collatinus Bruto in Conſulatu datus eſt collega: quo tamen non multo poſt coactus eſt ſeſe abdicare, non aliam ob cauſam, niſi quod Tarquiniorum propinquus eſſet, eodemq; cum illis nomine diceretur. Vide Liuium libro 1. & 2. ab Vrbe.

TARRA, (τάῤῥα) urbs Lydiæ. Lucij Grammatici patria. Alia Cretæ, in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia iuxta Caucaſum, Cretenſium colonia, Stephanus.

TARQVINIVS SVPERBVS, ſeptimus & ultimus Romanorum rex, cognomen à moribus meruit. Occiſo Seruio Tullio, regnum ſceleſte occupauit. bello tamen ſtrenuus. Latinos Sabinosq; domuit. Sueſſam Hetruſcis eripuit. Gabios per Sextũ filiũ ſimulato transfugio, in poteſtatem redegit. Ferias Latinas primus inſtituit. Quum capitoliũ extruere inciperet, caput hominis inuenit: ex quo cognitum eam urbem caput gentium futuram, ut ſcribit Terentius Varro de Lingua Lati. libr. 4. Demum cum in Ardeæ obſidione filius eius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet cum eo in exilium actus, ad Porſennam Hetruriæ regem ſe contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulſus Cumas conceſſit, ubi per ſummam ignominiam reliquum uitæ tempus exegit. Liu. lib. 1.

TARRACINA, {Terracina} (ταῤῥακινη Steph.) oppidum Volſcorum in Italia, ante Trachyna, id eſt, aſpera, a loci aſperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Ioue Anxuro, qui ibi colebatur barbatus intonſusq;. Vnde Anxurum dictam putant, quaſi ἄνευ ξυροῦ Effertur, & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liu. 4. ab urb. Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, urbs prona in paludes.

TARRACON, ſiue Tarraco, conis, (ταῤῥάκων) Hiſpaniæ citerioris urbs olim clariſſima, Scipionum opus, a qua præcipua Hiſpaniæ pars Tarraconenſis cognominatur. quæ (ut Pomponius ſcribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Luſitaniamq; contingens maris latera obiicit, mediterraneo qua Meridiẽ ſpectat: qua Septentrionem, Oceano. Vrbium maritimarum opulentiſſima fuit Tarraco: mediterranearũ aũt fuerunt Pallantia & Numantia: nunc eſt Cæſaraugusta. Circa Tarraconem nobiliſſimum naſcebatur uinum, quod Tarraconenſe dicebatur, ταῤῥακωνίτης οἶνος. de quo Martialis: Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo. Et Silius lib. 3. Dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.

TARSVS, {Tarſo} (ταρσὸς) urbs Ciliciæ præclariſſima, (ut autor eſt Strabo lib. 15.) & regionis totius caput, in campis ſita, & Cydno amne irrigata: cuius conditorem uolunt fuiſſe Perſeum Danaes filium. Lucan. lib. 4. Deſeritur Taurique nemus Perſeaq; Tarſus. Alii tamen urbis huius originem ad Sardanapalum referunt, poſtremum Aſſyriorum regem: cuius etiam monumento inciſam erat, quod Tarſum, & Anchialon die uno cõdidiſſet. Ex Tarſo uiri illuſtres orti ſunt Antipater, Archelaus, & Neſtor, & duo Athenodori, Philoſophi Stoici quorum qui Cordilion dictus eſt cum M. Catone uixit, & apud eum mortuus eſt. Alter Cananita à uico quodam, Cæſaris præceptor. Tarſenſis & hoc Tarſenſe poſſeſſiuum. ut, Tarſenſe pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16.

TARTARINVM. pen. cor. (ταρταρῶδες) ueteres dixerunt horrẽdum atq; terribile. Feſtus. Varro lib. 6. de Ling. Lat. a Tartaro deducit, citans uerſiculum ex ueteſto quopiam Poeta, Corpore Tartarino prognata palude uirago.

TARTARVS, pen corr. & maſcul. gener. in plurali Tartara neutri, {Inferno} (τάρταρος καὶ τάρταρα, τὰ) locus profundiſſimus inferorum, in quo ſontes plectuntur. A' uerbo Græco ταράττω, conturbo, quia illic omnia perturbata dicuntur: uel quod uerisimilius eſt, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id eſt, a tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Seruius. Verg. 6. Aenei. Tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum, tenditq; ſub umbras, Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum. Hinc Tartareus, a, um, adiectiuum, pen. cor. ταρτάρειος. Verg. 7. Aen. Cornuq; recuruo Tartaream intendit uocem, id eſt, terribilem aut fortem, inquit Seruius.

TARTARI, populi ſunt partis Sarmatiæ Europææ, moribus, omniq; crudelitatis genere efferatiſſimi, incertis uagantes ſedibus, ex præda uictitantes, improuiſis incurſionibus maxime noxii, profundis & trucibus oculis, ac fere cæſii, turbinato cranio, & circum tempora capite preſſo. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim ueterum, hac uſus eſt appellatione: cum ſit uox nouitia, & paucis abhinc ſeculis nata.

TARTESSVS, (ταρτησσὸς) Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, in littore Oceani ſitum, ea in parte, qua primum ex anguſtis freti faucibus panditur mare. Hæc eadem creditur cum ea, quam noſtri. Carteiam appellant. dicente Plin. li. 3 ca. 1. Carteiam, quam Græci Tarteſſum appellant. Quod & ipſum confirmat Strabo, ita ſcribens lib. 3. Tarteſſum huius temporis nonnulli Carteiam appellant.

Silius tamen libro 3. Tarteſſum omnino aliam fecit a Carteia: quam recte, ipſe uiderit. Liuius certe lib. 8. Decad. 3. ſitum Carteiæ deſcribens, omnino eaſdem fuiſſe oſtendit. Dum hæc (inquit) ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur mare. Tarteſſus olim uiuaciſſimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius centum quinquaginta annos dicitur regnaſſe. Hinc Tarteſſiacus, ca, cum, poſſeſſiuum: ut, Tarteſſiaci, thyrſi apud Colum. lib. 10.

TARVANNA, {Teruuana} (ταρουάννα) Morinorum urbs eſt in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

TARVEDVME, es, (ταρουεδοῦμ) promontorium extremũ in tractu Septentrionali Britanniæ inſulæ, non procul ab Orcade altero promontorio, & Nabari fluminis oſtio. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

TARVNTIVS, uir fuit tum Philoſophiæ, tum Mathematicarum diſciplinarum in primis ſtudioſus: qui cum ad Aſtrologiæ diſciplinam ſe contuliſſet, contemplationis gratia, & in ea excellere putaretur, huic impoſuit Var. ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret: inſpectisq; eius uitę inſtitutis ac rebus geſtis, ex illis conſequentiam colligeret, ueluti Geometricarum propoſitionum reſolutiones præcipiunt. Autor Plut. in Romulo.

TARVS, ri, Ciſalpinæ Galliæ fluuius, in Apennino naſcens, & in Padum ſe exonerans. Plin. lib. 3. cap. 16.

TARVSCVM, Ptolemæo libr. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, uulgo Taraſcon.

TASCONIVM, eſt terra alba, ſimilis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Plinius libr. 33. cap. 4. Catini fiunt ex taſconio. Hæc eſt terra alba ſimilis argillæ. Neque enim alia afflatum, & ignem, & ardentem materiam tolerat.

TASMENES, (quod hic pro Neſtoris filii nomine corrupte legebatur) uide Traſymedes.

TATAM, pueri patrem uocant, quemadmodum Mammam, matrem. Mart. lib. 1. Mammas atq; tatas habet Afra. ſed ipſa tatarum Dici & mammarum maxima mamma poteſt.

TATÆ, cantio eſt ſibi inuicem reſpondentium. Plautus in Sticho: Fac tu hoc modo. ST. At tu hoc modo SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ ST. euax. Nonnunquam & admirantis particula. Idem in Truc. Tatæ ecquis ille eſt?

TATIENSES, tertia pars populi Romani, ſub Romulo, a T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fœdere in regni portionem acceperat, denominata.

Ager Romanus (inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina) primum diuiſus fuit in partes tres: unde Tribus appellatæ quę Tatienſium fuerunt, Rhamnũ, & Lucerum: ut ait Iunius. Tatienſes a Tatio, Rhamnenſes a Romulo, Luceres à Lucumone. Liuius contrà lib. 1. ab urbe: non tribus haſce fuiſſe ſed equitum centurias aſſerit.

TATIVS, Sabinorum dux fuit, acerrimusq; popu. Roma. hoſtis, qui proditione Tarpeiæ uirginis Capitolio capto, ex ſuperiore loco aduerſus Romanos in aciem deſcendit: ubi cum aliquandiu acerrime ſed uaria uictoria pugnatum eſſet tandem dirempto interuentu Sabinarum prælio, pax ita conuenit, ut Sabini in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verum cum poſtea Tatii propinqui Laurentium legatos pulſaſſent, eamq; iniuriam Tatius inultam reliquiſſet, illorum pœnam in ſe conuertit. Nam cum Lauinium ad ſolenne ſacrificium ueniſſet, concurſu oppidanorum facto eſt interfectus. Autor Liuius libr. 1. ab urbe Verg. lib. 8. Subitoq; nouum conſurgere bellum, Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris.

TATTA, (τάττα) lacus eſt maioris Phrygiæ, poſt Galatiam, Auſtrum uerſus, iuxta Morimenos, fontes habens ſalis natiui, qui adeo faciliter rebus immerſis circumgelaſcit, ut ſæpe cum funalem torquem demiſerint, ſalis coronas educant. Quin ipſæ etiam uolucres aquas contingentes facile capiuntur, cum ſale repente concreto alis conſtrictis, ipſarum miniſterio ad uolandum uti non poſſint. Autor Strab. lib. 12.

TATTÆVS SAL. (ἅλς ταττ[illegible]) qui & Phrygius, oculis præcipue utilis ita dictus a Tatta lacu in regione Morimenorum, qua Phrygia Cappadociæ & Galatiæ contermina eſt. Autores Dioſcor. libro quinto & Plin. libro 31. cap 7.

TAVCHIRA, Herodoto lib. 4. ciuitas Barcæorum, qui ſunt Aphricæ populi, Cyrenaicis ad occaſum proximi.

TAVLANTII, (ταυλάντιοι) Illyrici populi teſte Plin. lib. 3. cap. 22. qui poſtea mutatis ſedibus, in eam Macedoniæ partem ſe cõtulerunt, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrhachio: ubi Arniſſam oppidum incoluerunt, teſte Ptole. lib. 3. cap. 13. Horum meminit & Lucanus lib. 6. Quemq; uocat collem Taulantius incola Petram, Inſedit caſtris.

TAVRA, (βοῦς στεῖρα) uacca ſterilis. ita dicta, teſte Feſto, quod nihilo magis pariat, quàm tauri. Colum. libr. 6. cap. 22. Et utique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ. Varro 1. de Re ruſt. ca. 5. Quæ ſterilis eſt uacca, Taura appellatur.

TAVREA Iubellius uir fuit Campanus, inſigni corporis robore, in Annibalis caſtris militans, qui cum Claudium Aſellum Romanum apud Nolam ad ſingulare certamen prouocaſſet, poſt inanem garrulitatem, cum Aſellum ad ſe accedere uideret, pedibus magis quàm manibus fretus, intra oppidum ſe recepit. quẽ inſecutus Aſellus una cum ipſo urbem ingreſſus, inter tot hoſtium tela incolumis, per alteram portam euaſit. Hic poſtea capta a Fuluio Capua, manu propria cõiuge, liberisq; interfectis, ſe poſtremo ante pedes imperatoris gladio trãſfixit. Autor Liu. de Bell. Pun. 2.

TAVREA, {Neruo di bò} (ταυρέα) ſcutica eſt ex taurino corio facta, quod & à Græcis ταυρέα appellatur. Iuuen. Saty. 7. Taurea punit Continuo flexi crimen, facinusq; capilli.

TAVREVS, (ταύρειος) Neptuni epitheton, ſiue quod ei tauri ſolent immolare, uel Vergilio teſte: ſiue quod mare (cui præeſſe putabatur) taurinum boatum imitetur.

TAVRI, a, um, (ταῦροι) Sarmatiæ Europææ populi, ad Boſphorum Cimeriū, peninſulam inhabitantes, eodem Boſphoro, Byce palude, & Carcinite ſinu circūfuſam, tenui tantum Iſthmo continenti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica Cherroneſus appellatur. Fuerunt autem Tauri omnino inhoſpitales, moribusq́ immaniſſimis, ut qui hoſpites omnes Dianæ ſoleant immolare: cuius ſacrificii primus autor Thoas fuiſſe perhibetur: unde & Diana ipſa Thoantea dicitur à Silio lib. 4. Sacra Thoanteæ, ritusq́ imitata Dianæ. Herodotus tamen lib. 4. autor eſt, non Dianam eſſe, ſed Iphigeniam Agamemnonis filiā, cui Tauri humanas uictimas ſoleant immolare, naufragos præſertim, & Græcos, quouis caſu illuc delatos: quorum poſt preces peractas caput claua feriebatur, truncum de rupe deturbabant: caput cruci affigebant. Hoſtibus autem in bello captis, aut in prælio occiſis, capita præcidebant, & perticæ ſuffixa quàm maxime ſublimia ſupra fumarium ſtatuebant, exiſtimantes hoc ad totius domus tutelam cuſtodiamq́ pertinere.

TAVRANIA, (ταυρανία) oppidum fuit Campanię, non procul a Stabeis, cuius meminit. Plin. lib. 3. cap. 5. Inter ea oppida, quæ in Italia interciderunt.

TAVRICVS, a, um, (ταυρικός) adiectiuum eſt à Tauris Cimerii Boſphori accolis dictum: ut Diana Taurica, apud Ouid. lib. 4. Triſt. & Scythæ Taurici, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

TAVRIANVM, Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium. Autor Pōponius Mela lib. 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Tauranum appellat.

TAVRII, numero plurali, & Taurilia, (ταυρίλια, βουφόνια) ludi in honorem Deorum inferorum facti. quos & Boalia, & Bupetias uocatos inuenimus, quanquam duobus hiſce nominibus potius ſacrificia quædam ſignificantur, quæ pro boum ſalute fieri ſolent. De origine horum ludorum refert Feſtus Pompeius, ꝙ regnante Tarquinio Superbo, cum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas ex carne taurorum diu uendita, ob hoc ludi diis inferis inſtituti ſunt, qui Taurii ſunt appellati.

TAVRICA CHERSONESVS, (ταυρικὴ χεῤῥόνησος) peninſula eſt in finibus Europæ, Boſphoro Cimerio, Byce palude, & Carcinite, ſinu propemodum circumfuſa, anguſto tantum Iſthmo continenti adhærens, immitis Dianæ ara, & nefanda hoſpitum immolatione infamis. Ciuitates multas habet, ex quibus præcipuæ fuerunt Eupatoria, & Theodoſia, hodie Capha. Legitur & Taurica abſolute. Iuuen. Sat. 16. Nephandi Taurica ſacri inuentrix, homines tantum immolat.

TAVRIFER, ra, rum, quod magnum taurorum habet prouentum: ut, Campi Tauriferi, in quibus magna taurorum paſcitur copia. Lucan. lib. 1. – Tauriferis ubi ſe Meuania campis Explicat.

TAVRIFORMIS, me, (ταυροειδής) formam tauri habens. Hor. 4. Carm. Ode 14. Sic tauriformis uoluitur Aufidus, Qui regna Dauni præfluit Appuli.

TAVRINVS, a, um, {Di toro} (ταύρειος) quod eſt ex tauro: ut, Tergū taurinū id eſt, coriū tauro detractū. Ver. 1. Aen. Taurino poſſent quantū circundare tergo. Habet autem penultimam productam, quemadmodum omnia huius terminationis adiectiua à nominibus animaliū formata. ut Leporinus, Caprinus, Formicinus, Hirundininus, Verrecinus, Porcinus, et huiuſmodi.

TAVRINI, {Di turino} populi Italiæ Tranſpadanæ, ſub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur a Pli. lib. 3. cap. 17.

TAVRISANI, {Treuiſani} Venetiæ populi, per quorum regionē Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. lib. 3. cap. 18.

TAVRISI, populi Germaniæ, Carnis & Pannoniis finitimi, quos Mons Claudius dirimit à Sordiſcis. Poſtea Norici appellati, teſte Pli. lib. 3. cap. 20.

TAVROMINIVM, (ταυρομένιον Ptolemæo, ταυρομένειον Stephano) Siciliæ oppidum eſt à Zanclæis conditū non procul à Drepano promontorio: teſtibus & Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6. Hinc Taurominitanus, a, um, Sil. lib. 14. Taurominitana cernunt à ſede Charybdim.

TAVROPOLOS, (ταυροπόλος) Dianę cognomē, apud Dionyſiū Aphrū, impoſitum ab eo, quod apud Tauros Cimerii Boſphori accolas coleretur: aut ꝙ gregibus præeſſet, ut ex parte totum intelligamus. aut certe quod eadem ſit cū Luna, quæ tauris uehitur. Vide Euſtathium in Dionyſium.

TAVROPOLIVM, (ταυροπολεῖον) Dianæ templum in Icaria inſula, teſte Strabone lib. 14.

TAVROSCYTHÆ, (ταυρόσκυθαι) populi ex genere Scytharum, ſumma Tauricæ Cherroneſi iuga incolentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

TAVRVRVM, (ταυροῦρον) Pannoniæ inferioris oppidum, ad Danubium ſitum, ea in parte, qua Saus, & Drauus Danubio immiſcentur. Vide Ptolemæū lib. 2. cap. 16. Plin. Taurunum appellat li. 3. cap. 25. Hodie Belgradum uocant, & Albam Græcam.

TAVRVS, ri, {Tauro, toro, bue, bò} (ταῦρος) mas in genere bubulo, & uaccarū admiſſarius. Ver. 6. Aen. Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq́ furto Paſiphae. Idē 3. Geor. Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant Paſcua. Accipitur & pro quocunq; forti boue. Verg. li. 1. Geor. – Ergo age terrę Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni Fortes inuertant tauri. Idem Eclo. 7. Cum primum paſti repetent præſepia tauri. Eſt & Taurus ſecundum Zodiaci ſignū. Pli. lib. 17. ca. 24. Cum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. Tauro. Verg. 1. Georg. Candidus auratis aperit cū cornibus annum Taurus. Ideo autem in coelum tranſlatus fuiſſe Taurus exiſtimatur, quod Europam in Cretam inſulam tranſuexerit incolumem. Lege fabulam apud Hyginum. Eſt præterea, Taurus, (ταῦρος) mons Aſiæ totius lōge maximus, qui ab Indico mari exurgens, uaſte ſatis attollitur. dein dextro latere ad Septentrionē, ſiniſtro ad Meridiē uerſus it, in Occidentē rectus, & perpetuo iugo, multarūq; gentiū, qua docſum agit, terminus, ſed pro gentiū ac linguarū uarietate diuerſa habet nomina. Prima ſui parte Imaus dicitur, mox Edigis, Paropamiſus, Circius Chābades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atq; ubi ſe quoq; exuperat, Caucaſus: ubi brachia emittit, ſubinde tentāti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterumq; Taurus, etiam ubi dehiſcit, ſeq; populis aperit: portarum tamen nomine unitatem ſibi uendicans, quę alibi Armeniæ, alibi Caſpię alibi Ciliciæ uocantur. Quinetiam confractus, effugiens quoq; maria, plurima ſe gentiū nominibus hinc & inde implet. à dextra Hyrcanus, Caſpius: a læua Pariedrus, Moſchus, Amazonicus, Corax, Scythicus appellatus: in uniuerſum uero Græcis Ceraunius. Cętera uide apud Plin. lib. 5. cap. 27. ubi latiſſime mōtis huius deſcriptionem exequitur. Taurus etiam accipitur pro radice arboris. Quint. lib. 8. cap. 2. Sicut in his, quę homonyma dicuntur: at Taurus animal'ne ſit, an ſignum in coelo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi ſit dictum, non intelligitur. Taurus item auicula eſt, ex genere carduelium, ita dicta quod taurorum mugitus imitetur præſertim in agro Arelatenſi, referente Plin. lib. 10. ca. 42. Tauri item (κάραβοι Ariſt.) dicuntur ſcarabæi terreſtres, ricinis ſimiles: quibus cornicula nomina dederunt: ut docet idem Plin. lib. 30. cap. 30.

TAVRVS, (ταῦρος) Berytius, philoſophus Platonicus. A. Gellii familiaris: ſub Antonino Pio floruit. Scripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia, ut eſt autor Suidas.

TAVTOLOGIA, {Replicare il parlare iſteſſo} (ταυτολογία) eiuſdem ſententiæ per alia atq; alia uerba repetitio: cuiuſmodi eſt illa apud Ouidium: Cinis ipſe ſepulti In genus hoc pugnat: tumulo quoq; ſenſimus hoſtem: Aeacidæ foecunda fuit. Item illa apud Verg. 1. Aene. Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea, neq; adhuc crudelibus occubat umbris.

TAX, uox eſt fictitia, quam Pla. in Perſ. pro ictu ſiue uerbere uſurpauit. Taxtax (inquit) erit tergo meo.

TAXILA, (τάξιλα Steph.) Indiæ urbs ampliſſima, inter Indum, & Hydaſpē fluuios ſita. cuius incolæ Taxilæ appellantur a Plin. lib. 6. cap. 20. In hac urbe (ut ſcribit Philoſtratus) Apollonius inuenit Elephantem, quem uittis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines eſſe dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnauerat: quem idcirco Alexāder Soli dicauit, torques aureos circa cornua adaptans.

TAXILLVS, (πέσσος, κύβος) idem quod talus. Neq; enim diminutiuum eſt, (ut nonnulli exiſtimarunt) à nomine Talus deductum, cum contra Talus, per concifionem deducatur à Taxillus, fuga literæ uaſtioris, quemadmodum et Palus à Paxillus, & Ala ab Axilla. Cic. in Ora. Literam x, è maxillis, & taxillis conſuetudo elegans Latini ſermonis excemit.

TAXIM, (ἠρέμα) aduerbium obſoletum, quo antiqui utebantur pro ſenſim, ſiue paulatim, ut annotauit Nonius, citans Pomponii locum ex Buccone, Adoptatu clandeſtino tacitus taxim perfecta ui percautum.

TAXO, as, {Taſſare, ſtimare} (καθάπτομαι) reprehendo, mordeo, noto, inceſſo: à tangendo (ut Feſto placet) inclinatū, ꝙ ſit taxare, uelati conuiciis tangere. Sue. in Augu. Sed etiam, ut nummularii nepotem, ſic taxat Auguſtum. Pli. li. 15. c. 15. Eadem cauſa in pyris taxatur ſuperbiæ cognomine. Hinc Taxatores dicti, teſte eodem Feſto: quorum alter alterum cōuiciis tangit. Taxare etiam pro pretio æſtimare ponitur, τιμᾶν. Plin. lib. 17. ca. 1. Illos qui frugiferas tanti taxauerant.

Taxatio, onis, idem quod æſtimatio, τίμησις. Taxatio, inquit Feſtus, dicitur quæ fit certæ ſummæ. Plin. libr. 13. cap. 15. Quam Cethegus decedens libris XIIII. permutauerat latifundii taxatione. Idem lib. 9. cap. 35. At illa corollarium id eſſe conſumpturamq́ ſe in ea cœna taxationem confirmans.

TAXVS, xi, (σμῖλαξ) arbor abieti ſimilis, baccasq; ferens, quibus lethale uenenū ineſt, præcipue in Hiſpania, & Arcadia. Pli. lib. 16 cap. 10. Similis his (abieti. ſ. & piceæ) eſt taxus, minus uirens, gracilisq; & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, uenenum ineſt. Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Sextius Smilacem à Græcis uocari dixit, & eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi cui dormiant ſub ea cibum'ue capiant, moriantur. Sunt qui & Taxica hinc appellata putent uenena, quę nunc Toxica dicimus. Hæc Pli. Ver. 9. Eclo. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

TAYGETE, es, uel Taygeta, tæ, (ταϋγέτη) Atlātis, & Pleiones filia, teſte Hygino, una Pleiadum, quę Ioui peperit Lacedæmonem urbis ſibi cognominis cōditorem. Verg. 4. Geor. Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Pleias, &c. Vide Pleias.

TAYGETVS, ti, maſc. ge. & Taygeta, orum, neutri, (ταΰγετον) mons eſt Laconiæ, teſte Strabone, non ille quidem admodum magnus, ſed tamen excelſus et erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri ſacrum fuiſſe tradit Seruius in illud Verg. 2. Geor. O' ubi campi, Sperchiusq; & uirginibus bacchata Lacænis Taygeta. Huius mōtis bona pars cum terræmotu corruiſſet, Spartanorum urbem oppreſſiſſet: ut refertur à Cic lib. 1. de Diuin. & a Plin. libr. 2. ca. 79. Fuit præterea hic mons Caſtori & Polluci ſacer, qui in eius radicibus nati dicuntur: quod & Homerus aſſerit in Hymnis.

Κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια
Τυνδαρίδας, οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο.
Τοὺς ὑπὸ ταϋγέτου κορυφῆς τέκε πότνια λήδη,
Λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι.
Χαίρετε τυνδαρίδαι, ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων.

Id eſt, Caſtora, & Pollucē cantato Muſa ſtridula Tyndaridas, qui Ioue Olympio prognati ſunt, quos ſub Taygeti uerticibus peperit ueneranda Leda, latenter cōmiſta nubes denigrāti Saturnio. Saluete Tyndaridæ celerū cultores equorū.

T ANTE E.

TE, ſyllabica adiectio, quæ pronominibus Tu & Te adiungitur: ut Tute, Tete, ꝙ eo quod eſt Tuipſe, & Teipſum. Cic. lib. 1. Epiſt. Vt tute mihi præcepiſti.

TEANVM, (τέανον Steph.) duarū ciuitatū nomen eſt in Italia. Eſt. n. Teanum Sidicinum in Appia uia, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ, diſtans à Larina XVIII. M. paſſ. Huius meminit aliquoties Cic. in Orat. pro Cluent. illius mentionem facit Horat. lib. 1. Epiſt. Cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.

TEARCO, (τεάρκων) Aethiopiæ rex potentiſſimus, qui bonam Europæ partem dicitur ſubegiſſe, & ad Herculis uſq; columnas eſſe progreſſus: referente Strabone lib. 15.

TEARVS, (τέαρος) Thraciæ fluuius duodequadraginta naſcens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Contadeſdum amnem influens, qui in Agrianem illabitur, Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen cum perueniſſet Darius Hyſtaſpis filius, aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus eſt, cippumq; ibidem erexit cum hac inſcriptione. Teari amnis capita optimam atq; pulcherrimam cunctorum amnium aquam continent: & ad ea peruenit exercitum ducens aduerſus Scythas, uir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hyſtaſpis filius, Perſarum, cunctæq; continentis rex. Autor Herodotus lib. 4.

TEATE, pen. pro. (Τεάτη Ptolem.) oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cuius incolæ dicuntur Teatini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

TECHNA, æ, {*Arte di ingannare*} (τέχνη) Græca uox eſt, quam Latine artem ſeu artificium interpretari poſſumus. Vtuntur hac uoce & Latini, ſed ferè in deteriorem partem, pro dolo, aſtutia, impoſtura fraude, ſiue offucia. Terent. Eunuc. Tam ſcio hanc techinam à Parmenone profectam, quàm me uiuere. Idem in Heau. Falli te ſinas technis per ſeruulum.

TECHNOPHYON, (τεχνόφυον) Græca dictio quam nos Artium officinam uertere poſſumus: παρὰ τὸ φύειν τὰς τέχνας, hoc eſt, à producendis artibus. Sueto. in Auguſt. Erat illi locus in edito ſingularis, quẽ Syracuſas & technophyum uocabat.

TECTOR, oris, {*Architetto, muratore*} (κονιατὴς) qui opus tectorium parieti inducit. Var. 3. de Re ruſt. cap. 2. Non minus tua erit uilla ad angulum Velini, quam nec pictor, nec tector uidit unquam, quam illa in roſea, quæ eſt polita opere tectorio eleganter.

TECTORIOLVM, li, paruum tectorium. Cic. ad Pætum lib. 9. Bella tectoriola: dic ergo etiam pauimenta iſto modo, non potes.

TECTORIVM, rij, (κονίαμα) illinimentum parietum: à tegendo dictum ut cum calce aut gypſo ad maiorem ſpectantium gratiam & decorem parietem inalbamus, quæ ideo etiam Albatio appellatur, ſiue Albarium: quanquam Albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat, ut hodie eſt in uſu. Tectorium autem continet Arenatum, hoc eſt, quod fit ex calce, & arena: & Marmoratum, quod ex calce & marmore tuſo triplici uarietate comminuto, prout trium coriorum exigebat uſus: continet & Trulliſſationem, quæ ex Gypſo, ut hodie quoq; antiquis fiebat Plin. lib. 36. Ideoq; nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Cic. ad Attic. lib. 1. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere: & putealia ſigillata duo. Iuue. Saty. 6. Tectorium accipit pro fuco, quo mulieres faciem illinunt. Tandem (inquit) aperit uultum, & tectoria prima reponit.

Tectorium linguæ, pro ſermone ſimulato. Per. Saty. 5. Pulla dignoſcere cautus Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

TECTORIVS, a, um, adiectiuum. ut, Opus tectorium, (κονίασις, κονίαμα) quo parietes integuntur. Colum. Sed ea tota maceries opere tectorio læuigatur, ex utraq; parte, ne feles, aut uipera prorepat. Cic. 2. de Legib. Neque id opere tectorio exornari, nec hermas hos, quas uocant, licebit imponi.

TECTOSAGES, (Τεκτόσαγες, ἢ Τεκτοσάγαι Steph.) Galliæ Narbonenſis populi, qui maxime in Occidentem uergentes, Pyrenæis, & Cemenĳs montibus proximi. quorum oppida ſunt Toloſa, Carcaſſo, Roſcino, & Narbo Martius, aliaq; nonnulla, quæ uide apud Ptolemæum libr. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortiſſimi habiti ſunt qui cum domi multitudine abundarent, relictis ſedibus, per Græciam tunc gentium uictricem in Aſiã penetrarunt, & ſupra Phrygiam in uberrimis Cappadociæ campis conſederunt.

TECTVS, a, um, (ἀποκεκαλυμμένος) participium paſſiuum a Tego, idem ſignificans quod opertus. Ouid. 12. Metam. Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro. Interdum migrat in nomen & accipitur pro obſcuro, ſecreto, occulto, nõ manifeſto, ἀφανής, κρύφιος. Idem 1. de Arte: Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto Dicere. Cic. ad Pætum lib. 9. Itaq; tectis uerbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. Idem 2. de Orat. Ego mehercule, inquit Antoni ſemper is fui, qui de te oratore ſic prędicarem unum te in dicendo uideri tectiſſimũ.

Tectæ oues, eædem quæ à patria Tarentinæ, ſiue Græcæ dicebantur, quæ quia molliſſimam ferrent lanam, pellibus inſutæ paſcebantur, ne uellera aut conſpurcarentur aut dumis adhæreſcerent. qua de re uide. Colum. lib. 7. cap. 6. Plin. lib. 8. cap 47. Ouium ſumma genera duo, tectum & colonicum illud mollius, hoc in paſcuis delicatius. Tecte aduerbium (κρυφῆ) latenter, occulte: cuius contrarium eſt Aperte. Cic. ad Atti. lib. 1. Hic dies me ualde Craſſo, adiunxit: & tamen ab illo aperte, tecte quicquid eſt datum, libenter accepi.

TECTVM, cti, ſubſtantiuum, {*Tetto, coperto*} (ὄροφος, στέγασμα, στέγος, στέγη) ſumma pars domus, qua cæteræ teguntur. Ouid. 12. Metam. Non ſecus hæc reſilit, quam tecta à culmine grando. Cic. de Clar. Orat. Sed Athenienſium quoq; plus intereſſet firma tecta in domicilia habere, quam Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum. tamen ego me Phidiam eſſe mallem, quam uel optimum fabrũ tignarium. Quare non quãtum quiſq; proſit, ſed quanti quiſq; ſit, ponderandum eſt. Tectum item figurate pro tota accipitur domo, οἴκημα. Cice ad Leptam lib 6. Eius Falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio, ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Verg. 1. Aeneid. Quare agite o tectis iuuenes ſuccedite noſtris.

TECVM, (μετὰ σοῦ) aduerbium compoſitum ex ablatiuo Te, & præpoſitione Cum. Plaut. in Milit. Quid nunc taces? tecum loquor.

TEDA, æ, {*Face, facella, facellina*} (δᾷς, δάδιον) arbor eſt ex earũ genere, quæ reſinam ferunt, abundantior ſucco, quam reliquæ ſimilia generis, parcior tamen liquidiorq; quam picea, flammis & lumini ſacrorum etiam grata. Improprie tamen tedas appellamus tum piceæ latiuæ partes imas, tum alia quoq; ligna quę uel naturali pinguedine, uel oleo piceve illita, faculæ modo lucent. Hinc Cererem Deam Tediſeram, (δᾳδοφόρον) poetæ uocant, quod tedas dicitur inflammaſſe, quum inueſtigare uellet filiam Proſerpinam à Plutone abreptam. Ouid. Epiſt. 2. Et per tediferæ myſtica ſacra deæ. Teda etiam accipitur pro nuptiis ſiue pro ipſo coniugio. Mos enim antiquorum erat ut in nuptiis (inquit Varro) faces & tedæ ſemper præirent, quod olim non niſi per noctem nubentes ducebantur a ſponſis. Verg. 4. Aen. Si non pertæſum thalami, tedæq; fuiſſet.

TEDAVIVM, fluuius eſt in extremis finibus Iapidiæ: cuius meminerunt Plin. lib. 3 cap. 21. & Ptolemæus lib. 2. cap ult.

TEDER (quod hic pro Vmbriæ oppido perperam legebatur) Vide Tuder.

TEGEA, æ, pen. cor. (Τεγέα) oppidum Arcadiæ: a quo Tegæus, (Τεγεάτης) ſicut a Nemea Nemæus. Vnde Pan Arcadiæ Deus Tegæus. Verg. 1. Georg. Pan ouium cuſtos tua ſi tibi Menala curæ, Adſis o Tegææ fauens. Propertius Fictilia & calami Pan Tegeæ tui. Enſis Tegæus, id eſt, Arcadicus. Vergil. 8. Aen. Tunc lateri atq; humeris Tegæum ſubligat enſem. Huius urbis incolæ etiam Tegeates, (Τεγεάται) dicuntur à quo rurſum deducitur aliud adiectiuum Tegeaticus, ca, cum: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat. Et cum Mœnalia uolucer Tegeaticus umbra.

TEGES, tis, (φορμὸς, φορμίς) ſtraguli genus, quam & Stoream appellant, ex ulua ſiue ſcirpo, aut ſparto in lodicis ſimilitudinem, quo uiliores utuntur. Varr. de Re ruſt. Sicq; fiunt de cannabi, lino, iunco, palmo, ſcirpo, ut funes, reſtes, tegetes. Iuuen. Saty. 6. Auſa Palatino tegetem præferre cubili. Colum. lib. 5 cap. 3. Sub ortu caniculę palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Huiuſmodi ſimile quiddã apud nos, è ſtraminibus concinnatum, uulgus nattas uocat.

TEGESSVS, ſi, (Τεγεσσός) Cypri oppidum a quo fit gentile Tegeſſius, ſiue Tegeſſicus Stephanus.

TEGETICVLA, æ, dimin. (φορμίδιον) parua teges. Var. 3. de Re ruſt. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulę cannabinę ſint impoſitę. Idem libr. 2. cap. 11. Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne flocci intereant.

TEGILLVM, li, {*Trauersello*} (καλυμμάτιον) paruum tegmen. Varr. in Seſquiulyſſe: Ob aquam è nubibus tortam, indicat fore, ut tegilum paſtor ſibi ſumat. Eſt & Tegillum cuculli uinculum è ſcirpo. Plaut. Tegillum mihi aret, id ſi uis, dabo. At Tegillum diminutiuum à tigmine eſt.

TEGMEN, inis, quod et Tegimen, inis. & Tegmentum, ti, {*Coprimento, coperta, coperchio*} (προβολή, σκέπασμα, κάλυμμα) quod aliquid tegit. Ci. 5. Tuſculan. Mihi amictui Scythicum tegmen calceamentum ſolorum callum, cubile terra. Liui. 5. ab urb. Magna ſtrages facta eſt, multorq; imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis, aliiſq; tegminibus, hauſere gurgites. Verg. 1. Eclog. Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi. Lucret lib. 1. Nec res ulla geri ſub cœli tegmine poſſet. Tegmen, inis, idem. Ouid 3. Metamor. Tegumen direpta leoni Pellis erat. Idem 1. Metamor. Deſilit in terras, illic tegimenq; remouit.

Tegumen, inis, idem. Liu. 1. ab urb. Et ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cœleſtiaq; arma, quę ancilia appellantur ferre. Tegumentum, ti, idem. Cic. 2. de Nat. deo. Palpebræq; quę ſunt tegumenta oculorum molliſſimę tactu ne læderent aciem aptiſſime factæ. Cęſ. 2. Bell. Gall. Vt non modo ad inſignia accommodanda ſed etiam ad galeas induendas ſcutiſq; tegumenta detrahenda, tempus defuerit.

TEGO, gis, xi, ctum, {*Coprire*} (καλύπτω, σκεπάζω, ὀροφόω, ἐρέφω) operio. Plin. lib. 13. cap. 18. Radicem lotos hęc habet opertam nigro cortice: qualis & caſtaneas tegit. Propert. lib. 4. Eleg. 3 Et texit galea barbara molle caput. Oui. 1. Amor. Eleg. 5. Pugnabat tunica ſe tamen illa tegi. Idem 1. de Arte. Aequore quot piſces, fronde teguntur aues. Per tranſlationem Tegere, accipitur pro κρύπτειν. Mart. Quod tegitur, maius creditur eſſe malum. Cic. pro Quint. Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. Item defendere, conſeruare, ὑπερασπίζω. προβάλλομαι. Salluſt. in Catil. At Romani domi militięq; intenti feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatẽ, patriam, parentes armis tegere. A Tego fiunt compoſita, Contego, Detego, Intego, Obtego, Pertego, Prętego, Protego, Retego, Supertego: quorum ſignificata ſupra explicuimus ſuis locis.

TEGVLA, lę, {*Coppo, tegola*} (κέραμος) dicta eſt quod domos tegat. Terent. in Eunuch. Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq; per alienas tegulas. Veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Plaut. in Milit. Quod meas confregiſti imbrices & tegulas. Cice. ad Attic. lib. 9. De iſto licet bene ſperes: promitto tibi, ſi ualebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cat. cap. 14. In tectum ſic numerabitur tegula integra quę erit. Tegulę autem quę ad balnea adhibentur, a laxitate dicuntur mammatę. Colliciæ autem uocantur, teſte Feſto, quibus aqua, ueluti quibuſdam canalibus, in uas aliquod, uel puteum deriuatur.

TEGVLVM, li, pen. cor. {*Coperta, tegoli, embrici*} (ἐπίκαλυμμα, τέγος) idem quod tegmen. Plin. lib. 10. cap. 36. Tegulo enim aquaticarum arundinum domos ſuas Septentrionales populi operiunt.

TEGVMEN, & Tegumentum, uide in dictione Tegmen.

TEGYRA, (Τέγυρα) Bœotiæ urbs, in qua Apollinem natum uolunt, qui inde Tegyreius cognominatur. Stephanus.

TEIVM, quod hic pro Paphlagoniæ, ſeu Ponti urbe legebatur: uide Tium. Pro Ionica autem urbe, Anacreontis Poetę patria, lege Teos.

TELA, telę, {*Tela*} (ἱστός) quod texendo conficitur. Terent in Heaut. Mulier telam deſerit continuo. Verg. 1. Aen. Percurrere pectine telas. Ouid. Epiſt. 1. Laſſaret uiduas pendula tela manus. Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro eo quod eſt, technam aliquam incipere & aggredi. Plaut. in Bacch. Exorſa hęc tela non male omnino mihi eſt.

TELAMON, (Τελαμών) rex Salaminis inſulę, Aeaci filius, frater Pelei, & Pater Aiacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ouid. 13. Metamor. Ne mandate mihi. melius Telamonius ibit. Eſt & Telamon Vmbriæ portus. Plin. lib. 3. cap. 5.

TELAMONES. (Ἄτλαντες) in ædificiis dicebantur hominum ſimulacra, quæ gibboſa ferè figura effingebãtur, ut colũnas, uel mutulos dorſo ſuſtinere, & ſub ipſo pondere propemodum ſuccumbere uiderentur. Gręci Atlantas uocant, ſimilitudine ſumpta ab Atlante Mercurii auo, quod quemadmodum ille cœlum ſuis humeris, ita hi ædificium fulcire uideantur. Vnde de hoc plura in dictione Atlas.

TELANDROS, (Τέλανδρος) Lyciæ oppidum eſt, apud Plin. lib. 5 ca. 27. Item inſula in mari Lycio, cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

TELANE, es, (Τελάνη) urbs antiquiſſima Phrygiæ, quam Ninus inhabitauit ante Ninum conditam. Autor Stephanus.

TELCHINIS, Carpathii maris inſula, quę notiore nomine dicitur Rhodos: ita dicta à Telchinibus, qui olim eam inſulam tenuerunt. Vide Strab. lib. 10.

TELCHINES pen. pro. (Τελχῖνες) filii Mineruæ, & Solis, uel, ut alii malũt Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum inſulam tenuerũt: unde etiam Rhodus ipſa dicta eſt Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuiſſe prodiderũt, aſpectu ſolo omnia effaſcinantes. Quorum ſententiam ſecutus eſt. Ouid. lib. 7. Met. ſic ſcribens. Phœbeamq; Rhodon, & Ialyſios Telchinas, Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu Iuppiter exoſus fraternis ſubdidit undis. Alii eoſdẽ faciũt cum Curetibus & Dactylis Idęis ſummoſq; artifices fuiſſe tradunt: ueneficiorũ autem infamiam ab illorum æmulis fuiſſe diſperſam. Vide Strabonem lib. 10.

TELCHIVS, (Τέλχιος) alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis qui una cum Amphito Dioſcuriadem urbem apud Colchos traditur condidiſſe, referente Plin. lib. 6. cap. 5.

TELEBOÆ,(τηλεβόαι) Aetoliæ populi fuerunt latrocinio infamati. De quibus Ariſtoteles in Politicis,In Acarnanum politma quandam Acarnaniæ partem Curetes habent:ſpectantem uero in occaſum plagam Leleges tenent:reliquã inde Teleboæ. Alii dicunt fuiſſe Capreatum populos quos Telon ſuo regebat imperio:quod & Seruius annotauit in illud 7. Aene. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale,quem generaſſe Telon Sebetide nympha Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret Iam ſenior.

TELEBOAS,(τηλεβόας)unus ex Centauris,Ixionis ex nube filius. Ouid.li. 12. Metam. Chthonius quoq; Teleboasq; Enſe iacent noſtro.

TELEGONVS,pen.cor.(τηλέγονος)filius fuit Vlyſsis ex Circe,qui cũ iam adoleuiſſet,uidendi patris cupidus,in Ithacam nauigauit:cumq; à minuſtris paternis incognitus aditu prohiberetur,aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlyſſes,cum & ipſe iam ſenior ſuis opem ferret, à filio ſuo eſt occiſus oſſe piſcis cuiuſdam qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod ubi cognouit Telegonus,relicta Ithaca,in Italiam uenit,ubi Tuſculum condidit. Ouidius. Et iã Telegoni,iam mœnia Tyburis ubi Stabant,agricolæ quæ poſuere manus. Dictus eſt autem Telegonus,quaſi ſero & in ſenectute genitus,& unicus,poſt quẽ genitum non eſt alium parere.

TELEMACHVS,(τηλέμαχος)Vlyſsis ex Penelope filius,quem ad Troiã proficiſcens apud matrem reliquit: eundemq; poſtea in ulciſcendis procis habuit adiutorem. Ouid. in Epiſt. Penelopæ. Tres ſumus imbelles numero: ſine uiribus uxor,Laertesq; ſenex,Telemachusq; puer.

TELEMVS,(τήλεμος)teſte Homer. in Odyſſ. & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius,& inter Cyclopas uates egregius:qui Polyphemo prædixit, quæcũ que poſtea ab Vlyſſe paſſus eſt. Huius meminit Ouid. lib. 13. Metam. Telemus Eurimides, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: lumenq; , quod unum Fronte geris media,rapiet tibi,dixit, Vlyſſes.

TELEPHANES,(τηλεφάνης)ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo acceſſitus,qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

TELEPHVS,(τήλεφος)Myſorũ rex fuit & Herculis filius, ex Auge nympha, qui cum aui iuſſu in ſyluis expoſitus eſſet,à ceruа aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit,ut mox à Myſiæ rege adoptatus ſit, & regni hæres inſtitutus. Factus itaque Myſorũ rex,cũ Græcos ad Troianam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur, ne per Myſiam iter facerent,ab Achille uulneratus eſt. Cuius plagæ cum nullum ſatis efficax inueniretur remedium, oraculo reſponſum eſt, fore, ut eadem haſta, qua uulneratus erat,ſanaretur. Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetrauit, ut ex haſtæ,qua ictus erat,rubigine malagma conficeretur, & uulneri ſuo imponeretur:quo facto, ſtatim ſanitatem eſt conſecutus.

TELEPHVS alter, Pergamenſis Grammaticus, qui multis editis uoluminibus quæcunque Grammaticum ſcire conuenit,pertractauit. Vide Suidam,qui ſcripta eius nominatim enumerat.

TELESILLA,mulier fuit poetria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt,ut ſcribit Pauſanias.

TELESTHO,us,(τελεσθώ)nomen nymphæ Oceani & Tethyos filiæ. Heſiodus in Theogonia: Μή τις τ' Εὐρυνόμη τε, Τελεσθώ τε κροκόπεπλος.

TELICARDIOS, gemma colore cordis exiſtens, Perſis maxime grata, quam & Muculam appellant. Plin. lib. 37. cap. 10.

TELINVM VNGVENTVM,(τήλινον μύρον) Menandri Poetæ ætate ſummo erat in pretio. Conſtabat autem ex oleo recenti,cypero,calamo,melloto,melle,melino,maro,amaro,& fœnogræco:à quorum poſtremo nomen accepit. Græci enim fœnogræcum τῆλιν appellant. Alij tamen à Telo inſula,in qua optimum conficiebatur,dictum putant. Vide Plin. lib. 13. cap. 1.

TELLEN,(τέλλην)tibicen, & poeta ineptiſſimus, cuius meminit Diarchus Meſſenius apud Zenodotum. Hinc ortum eſt prouerbium,Cane Tellenis cantilenas:quod quidam dici putant de dicacibus,ſeu mordacibus: quidam de inepte loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quoſdam uerſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe,non ſine multo ſale ſcommatum. Hæc Eraſmus in Chiliad.

TELLIAS,(τελλίας)Herod. libro 8. uates fuit Eleus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus, rem huiuſmodi commentus eſt. ſexcentos uiros è Phocenſibus præſtantiſsimos gypſo,tam ipſos quàm arma,illinit,eosq; ſub noctem in Theſſalos dimiſit,dato præcepto,ut quemcunque albicantem non cernerent,eum obtruncarent. Hos primum Theſſalorum excubitores prodigiũ quoddam eſſe arbitrati, deinde ipſi exercitus adeo exhorruerunt, ut tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint.

TELLVS,tis,{*La dea della terra*}(γῆ,κυβέλη) terræ Dea eſt. Cic. 3. de Natu. deor. Iam ſi iſt Ceres a gerendo, (ita enim dicebas) terra ipſa Dea eſt, & ita habetur:Quæ eſt enim alia Tellus,niſi terra? Non raro tamen Tellurem pro ipſa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipſis frugibus. Pli. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc ſpiritum & per cuncta rerum meabilem,totoq; conſertum:cuius ui ſuſpenſam,cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Verg. 1. Aeneid. Ac magno telluris amore Egreſsi,optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius. Tellurem pro terra poſuit,cum Tellurem deam dicamus, terrã elementum.ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne.

TELLVS,li,(τέλλος) Athenienſis quidam fuit, genere non admodum claro, qui uita integerrime acta,honeſtiſsimam pro patria, fuſis iam hoſtibus, mortem occubuit,liberis omnibus ſuperſtitibus,publicoq; funere in rogum illatus. Quãobrem non dubitauit Solon,eum mortalium omnium fœliciſsimum iudicare. Vide Plutarchum in Solone,& Herodotum lib. 1.

TELMESSVS,(τελμησσὸς Ptolem.)ſiue Telmiſſus, (τελμισσὸς Straboni Stephano,& Suidæ)oppidum Lyciæ,uel(ut Cicer. placet)Cariæ,aruſpicum diſciplina imprimis excellens. cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 27.

TELO,onis,{*L'acino*}à ruſticis dicitur inſtrumẽtum longum ex ligno,quo utũtur ad aquam è puteis hauriendam. Hiſpani Ciconiam uocant,à ſimilitudine noſtri ciconiarum. Hæc Sipontinus.

TELONIVM,pe.cor.{*Banco*}(τελώνιον)menſa publicanorum, ubi uectigal exigitur:à Græco nomine τέλος,quod inter cætera uectigal ſignificat. Vnde τελῶναι,ſiue τελώναι dicuntur,qui uectigal exigunt.

TELOS,{*Fine*}(τέλος)Latine finis,honor,legio,tributum,uectigal,penſio,Cic. 3. de Finib. Sentis enim credo me iandiu quod τέλος Græcus dicat,id dicere tum extremum,tum ultimum,tum ſummum:licebit etiã finem pro extremo aut ultimo dicere. Eſt item Telos,(τῆλος) inſulæ nomen unius ex Sporadibus,in qua conficiebatur præſtantiſsimum unguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. plin. libr. 4. cap. 12. Telos unguẽto nobilis,a Callimacho Agathuſa appellata.

TELPHVSSA,(τέλφουσα)urbs in Arcadia, a Telphuſſa Ladonis filia nomen habens. Eſt & Telphuſſa,ſiue(ut alii malunt) Tilphoſſa, fons Bœotiæ gelidiſſimus,quem cum Tireſias iam ſenex potaſſet,ſtatim extinctus eſt,calore uiſcerum interno tanta frigoris ui oppreſſo.

TELEPHVSIVM τιλφούσιον,ſiue Tilphoſſium, oppidum eſt in Bœotia, ubi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

TELVM,teli,{*Arma,dardo,ſaſſo,pietra,lanza,baſtone*}(βέλος, τόξευμα) dicitur omne,quod manu iaci poteſt. quo nomine lapis, lignum, plumbum, & ferrum continetur. Dictum ab eo quod in longinquum mittatur. Nam apud Græcos τῆλε,ſiue, τηλοῦ,longe ſignificat Feſtus. Tela proprie dici uidentur ea quæ miſsilia ſunt:ex Græco uidelicet trãſlato eo nomine,quia illi τηλόσε miſſa dicunt,quæ nos eminus:ſicut arma,ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus. Ouid. 8. Metam. Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo Telorũ cuſtos,arcum quoque læua tenebat. Verg. 10. Aeneid. At puer Aſcanius muro, foſſisq; tenetur Tela inter media,atque horrentes Marte Latinos. Non raro tamen tela pro quibuslibet armis accipimus,etiam iis,quibus communiter aut ſalutem tuemur,aut alium oppugnamus. Cice. in Catil. Qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet,efferret. Intendere telum in iugulum nocentis, eſt caput alicuius per accuſationem petere. Plin. Epiſt. 9 lib. 3. Si quam haberem in dicendo facultatem,in iugulum nocentis quaſi telum aliquod intenderem. Tela ad manum ſubminiſtrare,apud Quintilianum. Telum reuellere. Cic. in Piſon. In me de corpore Reip. tuorum ſcelerum tela reuellentem.

TELYS,Sybaritarum tyrannus,teſte Herodo. lib. 5.

TEMBRIVS,fluuius iuxta Pontum,teſte Orpheo in Argon.

TEMERARIVS,{*Temerario,inconſiderato*}(ἀβουλος. ἀπερίσκεπτος, προπετής, θρασύς)dicitur,non qui plus audet,quàm oportet.ſed qui facile, nullo adhibito conſilio,credit. Ouid. Epiſt. 6. Vtinam temeraria dicar Criminibus falſis inſimulaſſe uirum. Haud temerarium eſt. Plautus in Aſin. Sed quid hoc quod picus ulmum tundit? haud temerariũ eſt. Certe hercle, ego quãtum ex auguſto auſpicii intellego, Aut mihi in mundo ſunt uirgæ, aut Atrienſi Sauriæ. Plin. lib. 17. cap. 22. Temerarium eſt ante craſſitudinem pollicaris uitis imperare. Liu. 5. Bell. Pun. Ad conſilium prima ſpecie temerariũ magis,quàm audax, animum adiecit. Ouid. 8. Metamorph. Licet eminus eſſe, Fortibus. Antæo nocuit temeraria uirtus. Hinc Temeritas, & Temeritudo, προπέτεια, ἀβουλία. Pacuu. Egon tyranni non noui temeritudinem? Cicero pro M. Marcell. Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur,nec ad conſilium caſus admittitur. Idem. 2. Offic. Temeritate enim remota gratiſsima eſt liberalitas.

TEMERE,aduerbium,{*Inconſideratamente,ſtoltamente, ſenza ragione*} (εἰκῆ, ἀπερισκέπτως, ἀβούλως)inconſiderate,ſtulte,inconſulte. Terent. in Hecyra Vide ne quid temere agas. Idem in Phorm. Quam ſæpe forte temere Eueniunt quæ non audeas optare. Verg. 9. Aeneid. Temere inter tela iacentes. Cice. de Inuent. Domus ea,quæ ratione regitur,omnibus inſtructior eſt rebus, & apparatior,quàm ea,quæ temere,& nullo conſilio adminiſtratur. Quidã etiam uſurpant pro ferè, ῥᾳδίως. Liuius: Non temere incerta caſuum reputat,quẽ fortuna nunquam decepit. Quint. lib. 1. Inſtitu. Illud ingeniorum uelut præcox genus,non temere unquam peruenit ad frugem. Nonnunquam ſine cauſa, (ἀλόγως)ut, Temere non eſt,pro non abs re. Terent. in Phorm. Non pol temere eſt, quod tu tam times. Cic. ad Figulum lib. 4. Non ſcribo hoc temere. Ci. de Nat. deo. Idq; euenit non temere,nec caſu. Temere,ſine periculo. Plau. in Bacchid. Rapidus fluuius eſt,non hac temere tranſiri poteſt. Temeriter,aduerb. idem quod temere. Accius in Amphitryone: Hoc in re eſt,quod tu tam temeriter meam beneuolentiam interiiſſe es ratus.

TEMERO,as,pen.cor.{*Macchiare,contaminare*}(καταισχύνω, βεβηλόω)ſcelero corrumpo,contamino. Ouid. 15. Metam. Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. Idem. 1. de Arte: At non Actorides lectum temerauit Achillis. Temerare pro uiolare,ſtuprare. Tacit. lib 20. Eandẽ Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat. Temeratus,a,um, participium. Ouid. Epiſt. 16. Auſus es hoſpitii temeratis aduena ſacris Legitimam nuptæ ſollicitare fidem? Liu. 6. Bell. Pun. Sepulcra maiorum uulſa,temerata, ac uiolata. Temerator,uerbale,pro falſario. in l. ſi quia obrepſerit,ad legem Corneliam de falſ. Hinc Intemeratus, integer, incorruptus, inuiolatus. ἀκήρατος. Vergili. 2. Aene. Per,ſiqua eſt,quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam Intemerata fides, oro:miſerere laborum Tantorum miſerere animi non digna ferentis.

TEMESA,æ,uel Temeſe,es,pen.cor.(τεμέση Steph.)urbs eſt in agro Brutio, ab Auſonis cõdita olim æriſodina nobilis. quæ deinde mutato nomine Tempſa uocata eſt. Plin. lib. 3. cap. 5. Tempſa,inquit,urbs,a Græcis Temeſe dicta. Oui. 15. Metam. Thurinosq; ſinus, Temeſenq; & Iapygis arua Inde ſit adiectiuum Temeſæus,a,um,(τεμεσαῖος) ut, Aes Temeſæum. Ouid. 7. Met. Quantus Temeſæa laboret Aera tibi minuant. Et Temeſæus genius: de quo uide Eraſmũ in Adagiis.

TEMETVM,ti,{*Vino*}(μέθυ)idem quod uinum:ita dictum, quod tentet,hoc eſt,labefactet mẽtem. Plautus in Aulul. Ceteri ne Strobile has facturi nuptias? STI. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Liu. 10. ab Vrbe: Vouerat Ioui uictori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi, priusquàm temetum biberet,ſeſe facturum. Horat. 2. Epiſt. 2. penultimã dictionis huius ſyllabã producit,cum apud Iuuenalem corripiatur. Te(inquit) dominũ ſentit. das nummos,accipis uuas,Pullos,oua,cadũ temeti: iã nẽpe modo iſto Paulatim mercaris agrum. Hinc Temulentus,a,um,(οἰνόφλυξ)uinolentus,ebrius. Teren. in Eunuc. Temulenta es. P. utinam ſic ſint,qui mihi male uolunt. Temulentia,æ,(οἰνοφλυγία)ebrietas, Plin lib. 14. cap. 2. Siquidem temulentiam ſola non facit. Idẽ lib. 14. Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare iuſsit,ut ſcirent, an temetũ olerent hoc tum uino nomen erat. Vnde & temulentia appellata. Per contrariũ Abſtemius, ſobrius, quaſi ſine temeto. Temulenter, aduerbium. Colum. lib. 8. ca. 8. Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructant.

TEMNITES, (τεμνῖται) gentile eſt a Temno deductum Aeolidis urbe. Cic. pro Flac. Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

TEMNO, nis, tempſi, temptum, {Sprezzare} (καταφρονέω) ſperno: a τέμνω, quod incido, reſecoq́ ſignificat, quoniam quæ ſpernimus, amputare & reſecare conſueuimus. Idem. 1. Aene. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma Horat. 2. Serm. Saty. 2. Ieiunus ſtomachus raro uulgaria temnit. Hinc Contemno, compoſitum de quo ſuo loco.

TEMNOS, (τῆμνος Stephano & Straboni) urbs eſt Aeolidis, Hermogenis Rhetoris patria. Cic. pro Flac. Temni uſque ad illam ætatem in Senatum uenire non potuit. & qui ſe artem dicendi traditurum etiam cæteris pollicebatur, ipſe omnibus iudiciis turpiſſimis conuictus eſt.

TEMO, temonis, {Temone} (ῥυμός) lignũ in curru, inter equos intermediũ cõtinet iugũ in curru uel plauſtro. Oui. li. 2. Meta. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ. Liu. 7. bel Mac. Cuſpides circa temonẽ ab iugo decem cubita extantes, uelut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur transfigerent. Temonẽ pro ſtipite Col poſuit, ſiue pro lignis tranſuerſariis & longuriis, lib. 6. c. 18. Huic ſolo ſeptenum pedum ſtipites recti ab utroque latere qua terni applicantur. Ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt, omnesq́ tranſuerſis ſex temonibus, quaſi uacerræ inter ſe ligantur. Budæus.

TEMPE, (τέμπη) neutro genere, & numero plurali, proprie Theſſaliæ loca, quinque millia paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine, Peneo amne irrigua, cuius ripæ gramine uiridi, amœniſſimisq́ ueſtiuntur arboribus. Ouid. 1. Meta. Eſt nemus Aemoniæ prærupta quod undique claudit Sylua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis. Sunt & Tẽpe in Bœotia, quæ Tumeſia dicuntur, a Tumeſſo monte Bœotiæ, ab Ouid. Cygneia dicta. Sunt & alia in Sicilia, a nomine amnis Heloria. Denique quælibet loca amœna, nemora præſertim, atque aquas habentia, καταχρηστικῶς Tempe uocamus Verg. 2. Georg Speluncæ, uiuiq́ lacus, ac frigida Tempe.

TEMPERAMENTUM, ti, {Temperamento} (μετριότης) idem quod modificatio, ſiue moderatio, modus, mediocritas. Cice. 3. de Legib. Inuentum eſt tẽperamentum, quo teniuiores cum principibus ſe æquari putarint. Plin. Tali adhibito temperamento, ut nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur. Temperamẽtum linguæ, id eſt, linguæ continentia Liu. 8. Bell. Pun. Et ſi nulla alia re, modeſtia certe, & temperamento linguæ adoleſcens ſenem uicero. A' medicis Temperamentum (κρᾶσις) appellatur, proportio quatuor primarum qualitatũ in corpore miſto: eiusq́ nouem conſtituunt differentias. Nam aut æqualis eſt omnium qualitatum proportio: eaq́ conſtituit iuſtum legitimumq́ temperamẽtum, quod eſt ueluti canon & norma reliquorum, aut inæqualis: idq́ rurſus duobus modis: Nam aut unica eſt qualitas reliquis excellens tribus ſe moderate habentibus: indeq́ emergunt quatuor ſimplicia temperamenta: Aut ad ſummum duæ reliquis præualent duabus. unde rurſus oriuntur quatuor alia temperamenti genera, quæ compoſita dicuntur.

TEMPERANS, antis, (σώφρων) moderatus, continens. Cic. pro Fonteio: Vir frugi & in omnibus uitæ partibus moderatus, ac temperans, plenus pudoris, plenus officii, plenus religionis.

TEMPERANTER, aduer. {Temperatamente} (σωφρόνως, μετρίως) idem quod tẽperate, ſeu moderate. Cic. ad Attic lib. 9. Nam quod ais, ſi hic tẽperantius egerit, conſideratius te conſiliũ daturum. Temperanter haberi. Tacit. lib. 4. Vel cum patres pollerent poſcenda uulgi natura & quibus modis temperanter haberetur:

TEMPERANTIA, æ, {Temperantia, modeſtia, contenenza} (σωφροσύνη) ut Cice. lib. 2. de Inuent. ait, eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma, & moderata dominatio. Huius partes ſunt continentia, clementia, modeſtia. Temperantia (inquit Seneca) uoluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum redigit. Cic. ad Lentulum lib. 1. Epiſto. Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. Idem. 5. Tuſcul. Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. Plin. lib. a 8. capi. 5. Multo utiliſſima eſt temperantia in cibis.

TEMPERATURA, æ, {Temperatura} (κρᾶσις) idem quod temperamentũ, id eſt, proportio partium ſimplicium quæ conſtituunt corpus miſtum: ut cum quempiam calidæ, frigidæ, humidæ, aut ſiccæ temperaturæ eſſe dicimus. Non nunqaam accipitur pro ipſa miſtura: ut cum æris temperaturam ſtatuariam, formalem, uel tabularem dicimus. Plin. lib. 34. cap. 9. Sequens q́ æris temperatura ſtatuaria eſt, eademq́ tabularis, hoc modo: Maſſa proflatur imprimis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Et paulo poſt. Appellatur & nunc formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii uigeſima. Temperatura ferri. Plin. Ferrum a rubigine uindicatur ceruſſa & gypſo & liquida pice. Hæc eſt temperatura a Græcis antipathia dicta. Temperatura coeli, idem quod temperies. Varro. Quæro, utrum hoc adduxerit coeli temperatura, an terræ bonitas.

TEMPERATUS, partici. ſiue nomen ex participio, {Temperato} (μέτριος) idem quod moderatus, mediocris, modeſtus. Plin. lib. 11. cap. 37. Lux temperato repercuſſu non obſtrepat. Cice. 1. de Diuin. Si modo temperatis eſcis, modicisq́ potationibus eſt affectus. Horat. 2. Carm. Ode. 3. Aequam memento rebus in arduis Seruare mentẽ. non ſecus in bonis Ab inſolenti temperatam Lætitia, moriture Deli Cice. ad Att. lib. 4. Hominem in ſumma magnitudine animi, multa humanitate temperatum, perdidimus. Idem pro Fonteio. Ille igitur ipſe homo ſanctiſſimus & temperatiſſimus multa audiuit in ſua cauſa, quæ ad ſuſpicionem ſtuprorum, ac libidinum pertinerent. Temperatior oratio. Cice. 2. de Orat. Neque eſt ulla temperatior oratio, quàm illa in qua aſperitas contentionis, orationis ipſius humanitate conditur. Temperate, aduerb. (μετρίως) moderate, mediocriter, & quodam cum temperamento. Cato, cap. 69. Vbi temperate tepebit, tum cuminum indito, poſtea linito. De dolio loquitur. Cice. ad Att. lib. 12. Ages ut ſcribis. temperate.

TEMPERATIO, onis, {Temperatione} (κρᾶσις) idem quod tẽperamentũ. Cicer. 4. Tuſcul. corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, quibus conſtamus, ſanitas. Cic. 1. Tuſcul. Nec ſit quicquam, niſi corpus unum, & ſimplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ uigeat, & ſentiat. Temperatio æris, ideſt, miſtura, σύμμιξις. Aliquando idem ualet quod moderatio, ſiue gubernatio, Idem 2. de Diuin. Hoc temperatio lunæ, coeliq́ moderatio efficit.

TEMPERATOR, oris, uerbale, {Temperatore} (ἁρμοστής) moderator, gubernator. Martial. lib. 1. Sed inquieto Armorum fato temperator ambit. Cice. in Orat. Et quaſi temperator huius tripartitæ uarietatis.

TEMPERIES, riei, {Temperanza} (εὐκρασία) temperamentum, ſeu ſtatus coeli. Plinius iunior: In quo ſaluberrima eſt aeris temperies. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 7. Temperie coeli corpusq́ animusq́ iuuatur. Plin. Epiſtol. 101. Atque adeo, ut omnem pro me metum demas, accipe temperiem coeli, regionis ſitum, uillæ amœnitatem. Quandoque temperies accipitur pro temperantia. Stat. lib. 2. Sylu. Tranquillaq́ morum Temperies, teneroq́ animus maturior æuo. Quandoque pro temporis commoditate ad aliquid agendum, εὐκαιρία. Plin. Sic iudicatur anni temperies alibi tardius, alibi maturius.

TEMPERO, as, {Temperare} (συγκεράννυμι, ἁρμόζω, κεράννυμι) rem ſuo ordine ac menſura adminiſtro, moderor. Cicer. 1. Tuſc. Rempub. uero noſtri maiores certe melioribus temperauerunt & inſtitutis, & legibus. Sic dicimus Temperare uinum aqua, Temperare iram ſedato animo, Temperare ferrum flammis & ictibus. Temperamus item ſtylum, calamum, & huiuſmodi. i. concinnamus.

Temperare datiuo iunctum ſignificat abſtinere: ut, Temperare alicui, pro abſtinere ab iniuria inferenda. Cic. 3. Verr. Te putet quiſquam, cum ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſociis temperaſſe, qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe uolueris? Sibi temperare. Cice. pro Flac. Vt qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit, quum tamen aliquid &c. Temperare uino: Temperare ab iniuria: Temperare in amore, & multa alia, id eſt, abſtinere. Temperatum eſt, impersonale, pro abſtinuerunt. Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. Vnaq́ hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit: templis tamen Deum temperatum eſt. Huius compoſita ſunt, Attempero, & Obtempero, de quibus ſuis locis.

TEMPESTAS, atis, {Tempeſta, tempo, bonazza, fortuna} modo idem ſignificat quod tempus χρόνος. Plaut. in Caſin. Ea tempeſtate flos poetarum fuit. Salluſt. in Iugurtha. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui & ignobiles. Modo tranquillum & ſerenum tempus, εὐδία. Cæſ. 4. bell. Gall. Nactus idoneam ad nauigãdum tempeſtatem, tertia fere uigilia ſoluit. Cic. ad Qu. frat. lib 2. Primam nauigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Verg. li. 9. Aen. Vnde hæc tam clara repente Tẽpeſtas? Modo in malam partem accipitur, ut idem ſit quod procella, turbo, grando, & generaliter quiuis coeli inquietior ſtatus χειμών, ζάλη. Plaut. in Moſtel. Tempeſtas uenit, Confringit tegulas, imbricesq́. Plinius. Hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem. Tempeſtates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq́ ſimilia intelliguntur, quæ, quum acciderint, uis maior appellatur. Tempeſtates aliquando ſubire, id eſt, pericula. Cic. ad Caton. lib. 15. Mitto quod inuidiam, pericula, quod omnes meas tempeſtates & ſubieris, & multo etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris. Inuidiæ tempeſtas. Cice. in Catil. Tametſi uideo, ſi mea uoce ire in exilium animum induxeris, quanta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſterum impendeat.

TEMPESTIVUS, a, um, (καίριος. εὔκαιρος) opportunum, & quod ſuo tempore ſit. Verg. lib. 1. Georg. Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum. Hinc Tempeſtiuitas, (εὐκαιρία) pro opportunitate. Plin. lib. 10. cap. 34. Colũbæ præparantes tempeſtiuitatem cibo. Cic. de Senect. Sua cuique parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. Tempeſtiue, (εὐκαίρως) opportune, & ſuo tempore. Plin. li. 16. cap. 36 Cædi ſolebant tempeſtiue uſque ad Antigenem tibicinem. Cic. 2. de Natu. deor. Neque enim ſerendi, neque colendi. neque tempeſtiue demetendi, percipendiq́ fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt. Horum contraria ſunt, Intempeſtiuus, & Intempeſtiue: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TEMPESTUOSUS, (θυελλώδης) procelloſus, tempeſtate turbatus. Gellius: Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

TEMPESTUS, a, um, antiqui dicebant tempeſtiuus: unde Intempeſtus pro intempeſtiuus. ut, Nox intempeſta, quod minime tempeſtiua ſit rebus agendis.

TEMPLUM, templi, {Tempio, chieſa} proprie locus uel in cælo notatus ab augure, uel in terra: à tuendo. i. conſpiciendo dictum, quod ex omni parte, uel quod ex eo omnis pars aſpici poſſit, ut ait Donatus. Primo autem cælum ipſum dictum eſt templum, quia ipſum primo tuemur. Enn. Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius partes quatuor eſſe dicuntur, Siniſtra ab Oriente, Dextra ab Occaſu, Antica ad Meridiem, Poſtica ad Septentrionem. In terris autem dictum eſt Templum, (ναὸς, νεὼς, ἱερόν) quod quibuſdam cõceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quancunque cæli partem commode poſſet. Hinc Contemplo ſiue Contemplor, pro diligenter intueor. In hoc templo per augures conſtituto ſenatuſconſultum fiebat, & niſi in eo fieret, nõ erat iuſtum. Ab hoc templo non ſolum ædes ſacræ, ſed & alia loca ſepta & unũ tantum introitum habentia, dici templa cœpere. Quippe Curia Hoſtilia templũ erat, licet ſacra non eſſet. Cic. pro Domo ſua: Curia eſt ſedes ac templum publici conſilii. Templum, ædes ſacræ. Cic. 6. Verr. Herculis templum eſt apud Agrigẽtinos non longe à foro, ſancte ſanctum apud illos, & religioſum. Verg. 6. Aeneid. Teucros uocat alta in templa ſacerdos. Templa linguæ. i. partes, loca apud Lucr. lib 4. Mentis templa, apud eundem lib. 5. Pro interioris animi ſecretis. Item Templum uocatur tignum, quod in ſacro ædificio tranſuerſum ſupra canterios ponitur, ut inquit Feſt. Vitruu. lib. 5. Et canterii prominẽtes ad extremam ſuggrundationem, ſupra canterios templa. Item ſepulcrum dicitur templum. Verg. lib. 2. Præterea fuit in tectis de marmore templum Cõiugis antiqui. Hæc Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, Feſto & Nonio. A' templum fit aduerbium Extemplo: de quo ſupra ſuo loco.

TEMPORALIS, le, (πρόσκαιρος) quod ad tempus durat. Quintil. lib. 6. cap. 3. Adiiciunt quidam pectorum, πάθος. temporale eſſe: opponitur enim æterno. Interdum quod ad tempus ſit (χρονικός) ut, Temporale theatrum, apud Plin. lib. 36. cap. 15.

TEMPORANEUS, a, um, (πρόσκαιρος) quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubito & in tempore ſit. Vnde Extemporaneum, pro ſubitario, ac imprameditato. Contemporaneum, quod eſt eiuſdem temporis, & Græce σύγχρονος dicitur.

TEMPORARIE, (χρονικῶς) ſignificat ad tempus.

TEMPORARIVS, a, um, (πρόσκαιρος) quod non eſt perpetuum, ſed ad tẽpus durans. Vnde legimus, Scaurum olim feciſſe in ædilitate theathrum temporarium: id eſt, tandiu duraturum, donec ſpectacula peragerentur. Plin. lib. 16. cap. 33. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua coeli, uerum & quædam temporaria uis imbrium.

TEMPORI, aduerbiũ (ἐν καιρῷ, ἐγκαίρως) tempeſtiue, uel ſuo tempore. Plaut. in Amph. Tu uapula S. Qua de re'num ſatis tempori' non ocyus quam, &c. Cato de Re ruſt. ca. 2. Poſtridie eius diei uillicum uocet, roget, quid operis ſiet factum, ſatis'ne tempori opera ſient confecta. Tempore pro tempori. Cice. 4. Verr. Satis putabat ſe ad comitia tempore uenturum, ſi pridie ueniſſet.

TEMPORIVS, (ὡριαίτερον) comparatiuum, deductum à Tempori aduerbio, idem ſignificans quod citius, aut tempeſtiuius. Colu. lib. 9. Eſca bis diuidenda, ut mane non protinus à cubili latius euagentur, & ante crepuſculum propter cibi ſpem, temporius ad officinam redeant. Ouid. 4. Metam. Modo ſurgis Eoo Temporius coelo: modo ſerius incidis undis.

TEMPSA, (Τέμψα) fuit ciuitas Bruttiorum alio nomine Temeſe appellata, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. Vide ſupra in dictione Temeſa.

TEMPSIS, cacumen eſt Tmoli montis, tam inſigni aeris temperie, ut incolæ ſupra C L. annos uiuant. Auctor Mutianus, referente. Plin. lib. 7. cap. 48.

TEMPVS, temporis, {Tempo, agio, commodità, occaſione} (χρόνος) ut Varro ſcribit, eſt interuallum mundi & motus, diuiſum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ curſu: à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tria uero ſunt tempora, Præſens, Præteritum, & Futurum. Cic. 1. de Inuent. Tempus autem eſt, id quo nunc utimur, (nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturni'ue ſpatii certa ſignificatione, &c. Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione. Cicero: O' mores, ò tempora. Tempus, pro auctoritate & potentia. Cicero in Bruto: Is omnibus exemplo debet eſſe, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori, multorumq́ uel honori, uel periculo ſeruire. Tempus pro commodo temporario. Cic. pro Cluen. Omnes illæ orationes temporum ſunt & cauſarum, non hominum ipſorum, aut patronorum Budæus. Tempus pro neceſſitate. Cic. pro Planc. Sed ego id ponderibus meis examinabo, non ſolum quid cuiq; debeam, ſed etiam quid à me cuiuſq; tempus poſcat Budæus. Tempus, pro conſtituto tempore. Terent. in Andr. Poſt, ubi tempus promiſſa iam perfici, Tum neceſſario ſe aperiunt, & timent. Tempus ætatis, pro uigore. Terent. in Heaut. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Cæcum tempus. Cic. lib. 12. Epiſt. Fuit enim cæcum tempus ſeruitutis. Vt temporibus illis, id eſt, prout tunc erant tempora. Idem in Brut. Fuit (ut temporibus illis) iuris ualde peritus. Pro tempore, id eſt, pro ratione temporis. Cum tempore, cum mora & ſpatio temporis. In tempore, (ἐν καιρῷ) opportune. Ex tempore (αὐτοσχεδίως) ſubito, quaſi extra temporis commoditatem. Tempus item pars capitis eſt, {Tempia} κρόταφος: Habet enim caput duo tempora, unum a dextra, alterum a ſiniſtra: ſic dicta, quia anni in eis cognoſcantur. Verg. lib. 5. Aen. Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nam primo tempora caneſcunt, cauanturq; magna diuturnitate temporis. Col. lib. 7. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, ſupercilia nonnunquam caneſcere, & dentes prominere.

TENACITAS, atis, {Tenacità} (σμικρολογία) ſordes, parſimonia, auaritia. Liu. 4. Bell. Maced. Sed in purpura quæ teritur, abſumiturq;, non iniuſtam, quidem, ſed aliquam tamen cauſam tenacitatis uideo, &c. Aliquando firmitas, & perſeuerantia aliquid retinendi. Cice. 2. de Natu. Deor. Cibumq; partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum, &c.

TENASMVS, (Græcè τεινεσμὸς) frequens, ſed irrita deſiciendæ alui cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis, mucoſa & ſanguinolenta quædã egerentis: quod morbi genus naſci ſolet ex bilioſis, acribusq; humoribus, rectũ inteſtinum mordicantibus. Plin lib. 28. cap. 14. Teneſmos, id eſt, crebra & inanis uoluntas egerendi, tollitur lacte aſinino.

TENAX, cis, {Tenace, miſero, auaro} (ἰξώδης, γλίσχρος) id eſt, uiſcoſus, & quicquid attingit facile retinens: ut, Glutinum tenax dictum eſt, quod dum attrectatur, digitos tenere uideatur. Verg. 4. Geor. Excudunt ceras, & mella tenacia figunt. Ouid. 15. Meta. Vt'ue tenax grauida manat tellure bitumen. Memoria tenax, id eſt, ſtabilis, conſtans, firma, quidues optime tenens. Plin. Epiſto. 97. Mira utriq; probitas, conſtantia ſalua, decorus habitus, os Latinum, uox uirilis, tenax memoria, magnum ingenium. Quintil lib. 1. cap. 1. Et natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus. Morbus tenax, cõtumax, moleſtus, quiq; difficulter propulſatur. Sueto. in Claud. Cæſ. cap. 2. Infans autem relictus a patre, ac per omne ferè pueritiæ, atq; adoleſcentiæ tempus uariis, ac tenacibus morbis conflictatus eſt. Homo tenax, id eſt, auarus, parcus, ſordidus, φειδωλὸς, ῥυπαρὸς, σμικρολόγος. Apuleius. Homo diues, ſed nimium tenax. Teren. in Adel. Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax. Ci. pro Cæl. Illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes. Aliquando durus, conſtans, perſeuerans, ἰσχυρογνώμων, ἀμετάτρεπος. Hora. 3. Car. Ode 3. Iuſtum & tenacem propoſiti uirum. Ver. 4. Aen. Tam ficti, prauiq; tenax, quàm nuntia ueri. Hoc eſt, in omnibus perſeuerans, inquit Serui. Iuuena. Saty. 8. Prima mihi debes animi bona: ſanctus haberi, Iuſtitiæq; tenax factis dictisq; merens. Hinc Tenacior & Tenaciſſimus. Colum lib. 1. Poteſt etiam illiteratus, dummodo tenaciſſimæ memoriæ, (μνημονικός) rem ſatis commode adminiſtrare. Tenaciter aduerb. i. firmiter, conſtanter, pertinaciter. Ouid. Epiſt. 3. An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?

TENDICVLA, læ, {Laccio} (παγίς) laqueus eſt quem auibus, ſiue feris tendimus. Tendiculæ literarum, id eſt captiones ex literis & ſyllabis, cum non rei æquitati, ſed ſummo iuri inſiſtimus, ipſisq; uoculis aduerſariũ irretire conamur. Cice. pro Cecin. Tum aucupia uerborum, & literarum tendiculas in inuidiam uocant.

TENDO, dis, tetendi, tenſum, & tentum, {Diſtendere} (τείνω, συντείνω) eiuſdẽ ferè ſignificationis cum compoſito Extendo. Verg. 3. Aen. Tendunt uela Noti. Salluſt. Manus ſupplices ad coelum tendere. Verg. 7. Aene. Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercetur equis, domitantq; in puluere currus. Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, curſuq;, ictuq; laceſſunt. Tendere rete, eſt explicare, & auibus feris'ue eo inſidiari. Oui. 1. de Arte. Scit bene uenator, ceruis ubi retia tendat. Teren. in Phorm. Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluio. Tendere inſidias. i. parare, uel ſtruere inſidias, hoc eſt, inſidiari, ἐνεδρεύειν. Sallu. Cati. Interea Romæ multa ſimul moliri, Conſul inſidias tendere. Cic. pro Roſ. Com. Ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, Dii immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueuerunt.

Interdum pro conari. Ver. 2. Aen. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Liu. 4. ab Vrbe. Ipſe (ut eſt animus humanus inſatiabilis, eo quo fortuna ſpondet) paulatim ad altiora, & non conceſſa, tendere. Id eſt, aſpirabat ad altiora. Quint. lib. 2. cap. 4. Paulatim ad maiora tendere inciperet. Tendere ad eloquium, eſt ſtudere eloquentiæ, uel ſcopum eloquentiæ nobis præfigere. Oui. 4. Triſt. Eleg. 9. Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo. Accipitur aliquando Tendere pro eo quod eſt, tentoria, ſeu Tabernacula figere. σκηνοῦν. Vale. Maxi. lib. 2. Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Verg. 2. Aen. Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. Ea tenduntur enim tentoria, dum ponuntur. Interdum pro offerre, porrigere, (ὀρέγειν) quod protendendo manus fieri ſolet. Interdum pro iter inſtituere, proficiſci, στέλλεσθαι. Ci. ad Atti. lib. 16. Itaq; dubito, an Venuſiam tendam, & ibi expectem. Verg. 1. Aen. Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Tendere alicui metum aut ſpem. Cic. pro Font. Nolunt iſti aut quieſcere, id quod uicti ac ſubacti ſolent, aut cum minantur, intelligere ſe Popu. Roma. non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere. Tendit res eo, hoc eſt, res eo ſpectat. Cice. ad Brutum: Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat uir optimus, ut ſit illi Octauius propitius. Tenſus, uel Tentus, particip. (τεταμένος) id eſt, diſtentus. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. Seu pingui tentus omaſo Furius, &c. Sta. 3. Sylu. 1. Tenſoq; modos imitabitur arcu. Horat. 10. Epod. Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ, Refertq; tenta grex amicus ubera. Huius compoſita ſunt, Attendo, Contendo, Circuntendo, Diſtendo, Intendo, Extẽdo, Obtendo, Oſtendo, Pertendo, Prætendo, Portendo, de quibus ſupra ſuis locis, & Suſtendo, (ὑποτείνομαι) quod eſt decipiendi gratia ſubdo aliquid, aut machinor. Salluſt. Dum ſuſtendit inſidias militi.

TENDONES, (τένοντες) a recentioribus medicis appellantur, quædam motus inſtrumenta, in capite muſculorum ex neruis & ligamentis conflata, eosq́ oſſibus annectentia. Græcorum nonnulli, quod ex neruis oriantur, ἀπονευρώσεις appellant. Vide Galenum in tractatu de Motibus muſculorum.

TENEBRÆ, pe. co. {Tenebre, oſcurità} (σκότος) priuatio lucis, quod teneant. i. impediant oculos, & uiſum prohibeant. Ci. de Natu. Deo. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obſcuraſſe dicuntur. Ver. lib. 9. Aen. Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis. Ouid. lib. 2. Metamor. Talia dicentem circunſtant omnia ſolem Numina, ne'ue uelit tenebras inducere rebus Supplice uoce rogant. Tenebræ, metaphorice pro cuiuſcũq; rei obſcuritate. Ci. pro Archia poeta: Quæ iacerent in tenebris omnia, niſi literarum luce accenderentur. Verg. lib. 2. Aen. Afflictus uitam in tenebris luctuq; trahebam. Cicero poſt reditum in Senatum: Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in R.epub. Calend. Ianuarii deſpicere coepiſtis.

TENEBRESCO, as, {Oſcurarſi} (σκοτοῦμαι) obſcurus fio, unde Augu. Ac contenebreſcat inquit, (συσκοτίζῃ) id eſt, tenebroſus fiat.

TENEBRICOSVS, ſa, ſum, {Tenebricoſo, tenebroſo} (σκοτώδης) idẽ quod obſcurus, Tenebricoſæ libidines. Ci. de Prouinc. Conſul. Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ: quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegebat. Idem in Vatinium: Illud tenebricoſiſſimum tempus ætatis tuæ patiar latere. Idem Cice. in Piſonem: Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus.

TENEBRIONES, (ἀπατεῶνες) mendaces, & doloſi, qui mẽdaciis & aſtutiis ſuis quaſdam quaſi tenebras obiiciunt. Alii Tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris delitescentes. Afran. Si accuſator & reus erunt tenebriones, uterq; utrunq; uituperato. Ex Nonio.

TENEBRICVS, a, um, pen. cor. Offuſum tenebris. Cic. 8. Tuſcu. Hæc a Tartarea tenebrica abſtractum plaga Tricipitem eduxit hydra generatum canem.

TENEBROSVS, ſa, ſum, {Tenebroſo oſcuro} (σκοτεινὸς) quod tenebris plenum eſt. Var. 3. de ruſt. cap. 9. de Gallinis. Eas includunt in locum tepidum & anguſtum, & tenebroſum. Verg. 6. Aene. Quando hic inferni ianua regis Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo. Ouid. 5. Metam. Hanc metuens cladem, tenebroſa ſede tyrannus Exierat.

TENEDOS, pen. cor. {Tenedo} (Τένεδος) inſula in mari Aegæo, inter Leſbum, & Helleſpontum, contra Troiam, a Sigeo litore. X II. M. paſſ. diſtans, a Leſbo L VI M. Hæc prius Leucophrys, (Λευκόφρυς) appellabatur, a nonnullis & Phoenice & Lyrneſſos, teſte Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius, conditaq; urbe de nomine ſuo Tenedon eam uocauit, a qua & inſula denominata eſt. Cic. 3. Ver. Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipſum qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidiſſe, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipſum, inquam, Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in comitiis uidiſtis abſtulit magno cum gemitu ciuitatis. Inſula hæc ante bellum Troianum florentiſſima fuit: in qua Græci ſupremas illas, quibus Troia periit, inſidias ſtruentes, ſeſe occultarunt: quod & Vergilius teſtatus lib. 2. Aen. ſic ſcribens: Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama Inſula, diues opum, Troiæ dum regna manebant. Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis. Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.

TENEDIVS, a, um, (Τενέδιος) adiectiuum a Tenedo inſula deductum, ut, Tenedius tibicen, pro calumniatore, & falſo teſte: prouerbium tractum ab eo, quod Philonome tibicinem ſuum dicatur ſubornaſſe, qui apud Cygnum teſtaretur, ipſam a Tenede ſtupro fuiſſe interpellatam. Tenedia ſecuris, (Τενέδιος πέλεκυς) pro iudice nimium ſeuero, propterea quod Tenedi olim rex ſecurim geſtans cauſas ſolet audire, nocentemq; ſtatim ſecuri percutere. Vide Eraſmum in Adagiis.

TENELLVS, a, um, {Tenerello} (ἁπαλός, τέρεν) diminutiuũ a Tener. Plau. in Caſin. Bellam & tenellam Caſinam. Varr. 1. de Re ruſt cap. 41. Aqua recẽti inſito inimica, tenellum enim cito facit putre. Stat. 5. Sylua. 5. Cui nomen uox prima meũ ludusq; tenello Riſus & è noſtro ueniebant gaudia uultu. Tenellulus aliud diminutiuum. Catul. Epig. 17. Vt puella tenellulo delicatior hædo.

TENEO, nes, nui, tentum, {*Tenere, hauere, poſſedere, habitare, ſapere*} (λαμβάνομαι, ἔχω, κρατέω) apprehendo, detineo. Verg. 4. Aen. Neq; te teneo, neq; dicta refello. Cice. 1. Tuſcu. Et cum pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt. Ouid. Epiſt. 15. Cum te tenet arctius ille. Per tranſlationem Tenere capitur pro habitare, poſſidere, νέμεσθαι. Ver. lib. 4. Geor. Quæ gurgitis huius Ima tenes. Plin. Epiſt. 67. Tenet ſe trans Tyberim in hortis.

Teneri, poſſideri. Cice. 2. Offi. Propterea ꝙ iam longo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. Tenere, pro habere, retinere. Idem Terentiæ: Tulliam adhuc mecum teneo. Tenere, pro reminiſci ſeu meminiſſe, ἀπομνημονεύειν. Verg. Eclog. 9. Numeros memini, ſi uerba tenerē. Martia. lib. 1. Et teneo melius iſta, ꝗ̄ meum nomen. Aliquando pro conſtringere, includere, continere, κατακλείειν. Verg. 2. Georg. Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum. Aliquando pro tegere, καλύπτειν, κεκαλυφέναι. Idē 1. Georg. Et obducto late tenet omnia limo. Teneri etiam pro conuinci, & coargui, ἐλέγχεσθαι. Cic. 4. Acad. Si recte concluſerit, teneo; ſin uitioſe, minam Diogenes reddet. Tenere iter, (ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ) eſt iter dirigere, quod & Iter habere dicimus. Verg. 2. Aen. Sed uos qui tandem? quibus aut uениſtis ab oris? Quo'ue tenetis iter? Aliquando pro intelligere, συνιέναι. Teren. Rem tenes.

Aliquando pro remorari ἀναβάλλειν, ἐπέχειν. Verg. 1. Aen. Hunc Phœniſſa tenet Dido. Item Tenere, ſeruare, tueri, φυλάττειν. Verg. 8. Aen. Stabat pro templo, Capitoliaq; alta tenebat. Id eſt, defendebat. Tenere ſe caſtris, eſt ſalutem ſuam caſtrorum uallo tueri. Cæſ. 4. Commen. Sabinus inferior omnibus rebus, loco ſe & caſtris tenebat. Tenere curſum, proprie naues dicuntur, quarum curſus clauo regitur. Verg. 3. Aen. Inter utranq; uiam leti diſcrimine paruo Ni teneant curſus. Teneri furti, & furto obnoxium eſſe, ἐνέχεσθαι τῇ κλοπῇ.

Item tenere eſt poſſidere, occupare, corripere, inuadere. Salluſt. in Iugur. Forte apud illum, quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet, potentiæ paucorum decus atq; libertatem ſuam gratificari. Tenere, pro durare διαμένειν, παραμένειν. Cæſ. 4. bell. Gall. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unū tenuit. Teneri, pro conſtare. Cic. ad Plancum. Non his modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis, ſed ijs etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur. Tenere, pro ſtare & niti. Cic. ad Atti. lib. 12. Occidimus, occidimus Attice, iampridem nos quidem: ſed nunc fatemur, poſteaquam unū, quo tenebamur, amiſimus. Huius compoſita ſunt Abſtineo, Attineo, Contineo, Detineo, Diſtineo, Obtineo, Pertineo, Retineo, & Suſtineo. quæ habent ti, ſyllabam correptam.

TENER, ra, rum, {*Tenero, molle, trattevole, di buona paſta*} (ἁπαλός, τέρην, ψαθυρός) mollis, delicatus, minime robuſtus: a Græco τέρην. teſte Feſto, tribus poſtremis literis conuerſis. Cic. 3. de Finib. Tener puer. Liu. 9. Bel. Maced. Cum uinum animos, & nox, & miſti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, diſcrimen omne pudoris extinxiſſent, corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 10. Cepimus & teneræ primos ætatis honores. Anton. Ciceroni. Me deinde ſine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. Cic. de Amic. Neq; enim ſunt iſti audiendi, qui uirtutem duram, & quaſi ferream eſſe uolunt: quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera & tractabilis, ut & bonis amicis quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur. Ouid. Epiſt. 4. Ars fit, ubi à teneris crimen condiſcitur annis. Verg. 1. Eclog. Quo ſæpe ſolemus Paſtores ouium teneros depellere fœtus. Oratio mollis, tenera, & flexibilis, Cice. in Orato. Tenerior, tenerrimus. Pli. lib. 10. cap. 72. Si tenerior eſt catuli adhuc ætas. Idem lib. 13. ca. 4. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus, & ramorum tenerrimis. Ouid. 1. de Art. Ipſi nouas frondes, & prata tenerrima tauro Fertur inaſſueta ſubſecuiſſe manu. Hinc Teneritas, atis, & Teneritudo, inis: ipſa mollities, robori contraria ἁπαλότης. Cic. 5. de Fin. In primo enim ortu ineſt & teneritas, & mollities quędam, ut nec res uidere optimas, nec agere poſſint. Varro 1. de Re ruſt. cap. 36. de ſegetibus. Si qua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinem habet, ſarrire uineas, arbuſtaq; putare. Tenere, pe. cor. & Teneriter, aduerbia. Plin. lib. 23. cap. 3. E radice oleæ ꝗ̄ tenerrime cortex deraſus in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus.

TENERASCO, is, ſiue Teneréſco, {*Intenererſi*} (ἀπαλύνομαι) tener fio, miteſco, miſericordia ducor. Lucr. li. 3. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin. lib. 17. cap. 22. In tantum tenereſcere acinos, ut rumpantur. Idem libro. 28. cap. 12. Cutem in facie erugari, & tenereſcere, & candorem cuſtodiri lacte aſinino putant.

TENES, ne, (Τέννης) filius fuit Cycni, & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiaſtes. Cic. 3. Act. in Verr. Tenem apud Tenedios in Scicilia putant eſſe ſanctiſſimum Deum, ac eorum urbem condidiſſe. Vide ſupra in Tenedos.

TENIRÆ, credebantur eſſe fortiū Deæ, ꝗ tenendi poteſtatem haberent. Feſtus.

TENNIS, & Tennites, (quæ hic corrupte legebantur) uide Temnos, & Temnites.

TENONTES, (τένοντες) a Græcis dicuntur, quos recentiores medici, nouitio quidem uocabulo, attamen inter ipſos melioris penuria recepto, Tendones appellant: quidam etiam Græci, ex neruis naſcentes, ἀπονευρώσεις. Sunt autē quædam motus inſtrumenta, in capite muſculorum ex neruis & ligamentis conflata, eosq; oſſibus (quorum motui præcipuè ſeruiunt) annectentia. Habent autem mediam quandam naturam inter neruos & uincula, illis quidem duriores, horum tamen duritiem non exæquantes. Vide Gal. in tractatu de Motib. muſculorum.

TENOR, {*Tenore*} (τόνος) idem quod accentus: a Græco nomine τόνος, teſte Quintil. lib. 1. cap. 5. Adhuc (inquit) difficilior obſeruatio eſt per tenores: (quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, uidelicet declinato a Græcis uerbo, qui τόνους dicunt) uel accentus, quos Græci προσῳδίας uocant. Interdum idem eſt quod ordo, uel forma, ſeu continuatio. Vale. Maxi. lib. 1. Quo minus religionibus ſuus tenor ſuaq; obſeruatio redderetur. Vergi. 2. Georg. Non alios prima creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies, alium'ue habuiſſe tenorem Crediderim. Liu. 3. bel. Pun. Hi mores eaq; caritas patriæ, per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat. Ouid. 3. Meta. Cætera paulatim, placidoq; educta tenore.

Eraſmus tenorem, rei progreſſum uocat. Vnde quæ ſm ſimilia ſibiq; uelati perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundem eſſe tenorem dicimus. Cice. de Orat. perf. Iſq; uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatē. loquitur de æqualitate dictionis, nulla uarietate reficientis auditorum aures. Tenor pugnæ. Liui. 8. ab Vrb. Fremitus æqualis, tenorq; idem pugnæ in defatigationem ultimam, aut noctem ſpectabat.

TENOS, (Τῆνος) inſula una ex Cycladibus, in qua eſt oppidum eiuſdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Ariſto. Hydruſam (ὑδροῦσσαν) appellatam dicit: alioqui Ophiuſam, ὀφιοῦσσαν. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

TENTABVNDVS, adiect. nunc hoc, nunc illud tentans. Liu. 1. Bel. Pun. Ventum deinde ad multo anguſtiorem rupem, atq; ita rectis ſaxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibuſq; retinens uirgulta, ac ſtirpes circa eminentes demittere ſeſe poſſet.

TENTAMENTVM, ti, {*Tentamento, tentatione*} (πείραμα) idē quod tentatio. Verg. lib. 7. Nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. Oui. li. 7. Meta. Meditataq; pene reliqui Tentamenta fide. Fide, pro fides.

TENTIGO, nis, (ἐρωτικὸς λιμός) pen. pro. pruritus libidinis, quo uirilia extenduntur: ut illud in Priap. Turpe quidē dictu, ſed ne tentigine rumpar, Falce mihi poſita fiet amica manus. Iuuenalis hanc uocem uſurpauit pro prurito, ſeu appetitu rei ueneręæ in fœminis, tum ſic ait. Saty. 6. de Meſſalina: Tamen ultima cellam Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ.

TENTIPELLIVM, lij, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ut ex Artorij ſententia tradit Feſtus. Alij putant medicamentum eſſe, quo rugæ abiguntur, cutiſq; extenditur. Titinnius apud Feſtum: Tentipellium inducis: rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Feſtum.

TENTO, as, {*Tentare*} (πειράζω, πειρῶμαι, πειρατίζω) idem quod experior, ſiue periculum facio, inquiro. Colum. lib. 9. Sæpius digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Cic. in Parad. Tentare uolui, poſſent'ne ita dici, ut probarentur. Verg. 2. Aenei. Vix primi prælia tentant Portarum uigiles. Terent. in Phorm. Viſum eſt mihi, ut eius tentarem ſententiam. Idem 1. Metam. Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile uulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Cic. 1. Tuſcu. Tentaui, quid in eo genere poſſem. Tentari morbo, id eſt, dolere, affligi morbo. Cic. 4. Tuſcul. Illud animorum corporumq; diſſimile eſt, ꝙ animi ualentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. Tentare pudicitiam alicuius. & Tentare iudicium pecunia, eſt pudicitiam, uel iudicium conari labefactare, & corrumpere. Cic. pro Cluentio: Iudicium pecunia eſſe tentatum, non a Cluentio, ſed contra Cluentium. Tentare ſenectutem, uel ſolitudinem alicuius, eſt aggredi, & conari ſubuertere aliquem ſenectute & neceſſariorum inopia infirmum & iniuriæ facile obnoxium. Cicer. pro Rabir. Idcirco in omnibus iis euertendis unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoq; tentata eſt. Tentatus, ta, tum, participiū. Ouid. 1. de Arte: Opprime tentatā, nec niſi uictor abi. Cic. lib. 1. Offic. Tentata res eſt ab omni genere hominum. Tentaturus, ra, rum, aliud participium. Verg. lib. 2. Aeneid. Tentaturum aditus, & quæ molliſſima fandi Tempora. Tentatio, onis, uerbale, (πειρασμός) experimentum, conatus. Liu. 4. ab urb. Aegre Hortenſius pati, tentationē eam credens eſſe perſeuerantiæ ſuæ. Cic. ad Attic. lib. 10. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & a uetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo. Tentator, oris, πειραστής. Horat. Notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

TENTORIVM, rii, {*Padiglione*} (σκήνωμα) tabernaculum, extenſis uelis contra æſtum cœliúe iniuriam excitatum. Lucan. lib. 1. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemano. Ouid. 3. Faſt. Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt: Sunt quibus è ramis frondea facta caſa eſt. Tentoriolum, diminutiuum, σκηνίδιον. Hircius lib. 5. Belli Africi: reliqui ex ueſtimentis tentoriolis factis ex arundinibus coriis intextis permanebant.

TENTVM, ti (τὸ αἰδοῖον) accipitur pro membro uirili tentigine diſtento. Catul. Grandia te medii tenta uorare uiri.

TENTYRA, orum, pen. cor. ſiue Tentyris, idis, (Τέντυρα Ptolemæo, & Straboni, Τεντυρίς Stephano) urbs eſt Aegypti in eiuſdem nominis inſula, quā Nilus efficit: cuius incolæ tanto terrori ſunt crocodilis, ut uel uocem eorum expaueſcant, eaq; audita, protinus diffugiant. Iuue. Saty. 15. Qui uicina colunt umbroſæ Tentyra palmæ.

TENTYRITÆ, pen. pro. (Τεντυρῖται) populi ſunt ex Tentyris Nili inſula: qui tanto Crocodilis terrori eſſe dicuntur, ut ſola eos uoce in fugam uertant. De his ſic ſcribit Plin. lib. 8. cap. 25. Quin & gens hominum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ, ab inſula, in qua habitat, appellata. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantum uſu mira. Terribilis hæc cōtra fugaces belua eſt, fugax contra inſequentes. Sed aduerſum ire hi ſoli audent: quinetiā flumini innatāt: dorſoq; equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum addita in os claua, dextra ac læua tenēte, extrema eius utrinq;, ut frænis in terram agunt captiuos, ac uoce etiam ſola territos cogunt euomere recētia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei uni inſulæ crocodili non adnatant, olfactuq; eius generis hominum, ut Pſyllorum ſerpentes, fugantur. Strabo quoq; li. 17. Cum (inquit) crocodili Romam allati eſſent, ut uiderentur, Tentyritæ eos ſequebantur, facta eſt ab illis piſcina quædam, & foramen in uno laterū, ut ex aqua in Apricum egredi poſſent. Tentyritæ aderant, qui eos interdum reti educebant ad ſolem, ut à ſpectatoribus uiderentur: interdum in aquam intrantes, rurſum eos in piſcinam retrahebant. Nonnulli hos etiam Tentyros uocari putant: & ita uulgò legitur apud Plin. lib. 28. cap. 3. Nam in inſula Nili Tentyri naſcentes tāto ſunt crocodilis terrori, ut uocē quoq; eorum fugiant. Quo in loco alii legunt ad hūc modum: Nam in inſula Nili Tentyris naſcentes. ut Tentyris ablatiuus ſit à Tentyra, orum, quod inſulam ipſam ſignificat.

TEVNICVLVS, {*Sottiletto, piccioletto*} (λεπτός, λεπτὸς ὑπελὼς) diminutiuum à Tenuis. Cic. Pæto: Tenuiculo apparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

TENVIS, & hoc Tenue, {*Sottile, picciolo, poco, pouero*} (λεπτός, λεπτὸς, ψιλός, ἰσχνός) exilis, gracilis, exiguus: cuius antitheton eſt Craſſus. Ci. de Fato: Athenis tenue cœlum: ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis. itaq; pingues Thebani ac ualentes. Col. lib. 2. Quo tenue humum proueniat. Cic. pro Flac. Hæc enim ratio, ac magnitudo animorum in maioribus fuit, ut cum in priuatis rebus, ſuiſq; ſumptibus minimo contenti, tenuiſſimo cultu uiuerēt, &c. Ver. 4. Aen. Et tenui telas diſcreuerat auro. Ci. 5. Tuſc. Negat ullam in ſapientum

trum eſſe fortunæ: tenuem uictum antefert copioſo. Oui. 1. de Arte: Blanditiasq; leues tenui perſcribere uino. Hinc Tenuior, & Tenuiſſimus Stat. 1. Syl. 4. Hactenus Sperne coli tenuiore lyra. Cic. ad Attic. lib. 3. Spes mea, ſemper fuit tenuior, quàm literæ tuæ. Tenuiſſima membrana. Idem 1. de Natu. Deo. In minimis tenuiſſimisq; rebus labi. Verg 4. Geor. In tenui labor, at tenuis non gloria, ſi quem Numina læua ſinunt, auditq; uocatus Apollo. Per tranſlationem nonnunquam tenuis ponitur pro paupere, πένης. Cic. pro Muræna: Pœna grauior in plebem tua uoce efflagitata eſt: commoti animi tenuium in ordinem noſtrum. Ibidem: Tenuiorum: & non occupatorum amicorum eſt iſta aſſiduitas. Idem 3. de Legibus: Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate arma ceciderint, reſtincta ſeditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cũ principibus æquari ſe putarint.

Tenuitas, atis, (λεπτότης, λεπτομέρεια) gracilitas, ſubtilitas. Pli. lib. 8. cap. 33. Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus.

Tenuitas, pro paupertate, πενία. Cic. 2. Offi. Danda etiam opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemq; bellorum, tributum ſit conferendum. Idem Tironi: Vt poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem. Tenuiter, aduerbium, (λεπτῶς) tenuius tenuiſſime. Cæſ. lib. 3. Bell. Gall. Pelles pro uelis, alutæq; tenuiter confectæ. Cicer. lib. 2. de Inuent. Sed illæ tenuius & acutius, & ſubtilius tractantur: hi autem grauius, & ornatius. Idem 6. Verr. Iuſſit Timarchidem æſtimare argẽtum, quo modo? quo qui unquam tenuiſſime in donatione hiſtrionum æſtimauit.

TENVO, uas, (λεπτύνω) tenue reddo, extenuo, macero. Quintil. lib. 2. cap. 10. Ita ſibi quoq; tenuandos adipes, & quicquid his moris corrupti, cõtraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus, ac robuſtus uolet. Prop. lib. 3. Eleg. 1. Dicite, quo pariter carmen tenuaſtis in antro Ouid. 3. Metam. Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ. Idem 2. de Pon. Eleg 7. Nec magis aſſiduo uomer tenuatur ab uſu, Pectora quàm mea ſunt ſerie calcata malorum. Tenuatus, a, um, particip. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Seu recreare uolet tenuatum corpus, ubiq; Accedent anni, &c. Ouid. lib. 2. Metam. Quum uox eſt tenuata uiro, canæq; capillos Diſſimulant plumæ. Compoſita ſunt, Attenuo, & Extenuo. de quibus ſuis locis.

TENVS, huius Tenus, (παγίς) idem quod laqueus, teſte Nonio, a tendendo dictus. Plaut Bacch. Pendebit hodie: ita pulchre intendi tenus.

TENVS, (μέχρι) præpoſitio, idem ſignificans quod uſq; ad: exigitq; aut ablatiuum ſingularem, cui tamen poſtponitur ut, Pube tenus, Mento tenus, Capulo tenus. Verg lib. 3 Aen. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus. Aut genitiuum pluralem. Verg. lib. 3. Georg Et crurum tenus a mento Palearia pendent. Sic Cumarum tenus. i. uſq; ad Cumas. Cic. in Epiſt. Illi rumores comitiorum Cumarum tenus caluerunt. Nonnunquam admittit & accuſatiuum. Flaccus in Argonauticis: Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro.

Quodam tenus prodire, eſt qualemqualem in re quapiam progreſſum facere. Hora. 1. Epiſt. 1. Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra. Titulo tenus Cõſul, hoc eſt, ſolo titulo & non re.

TEOS, (Τέως Stephano) Ioniæ ciuitas, Anacreontis Poetæ patria, qui ab ea Teius eſt cognominatus. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo Anacreonta Teium. Eſt & altera eiuſdem nominis ciuitas in Scythia, ad paludem ſita piſcibus refertam, cui ſereno tempore oleum innatat tanta copia, ut in uaſa colligi poſſit, & neceſſariis uſibus adhiberi. Auctor Stepha.

TEPEFACIO, facis, feci, {Intiepidare} (χλιαίνω) tepidum reddo. Ci. de Natu. Deo. Is Solis tactus eſt, non ut tepefaciat ſolum, ſed etiam ſæpe comburat. Horat. 2. Serm. Saty. 3. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Cic. de Senectute. Hinc Tepeſio, paſſiuum, χλιαίνομαι, unde participium Tepefactus. Terra ſemen tepefactum uapore & complexu ſuo diffundit. Ver. 9. Aen. Atro tepefacta cruore Terra, toriq; madent.

TEPEO, pes, pui, (χλιαρός εἰμι) tepidus ſum. Plin. lib. 29. cap. 4. Carnibus gallinaceorum, ita ut tepeant auulſæ, appoſitis, uenena ſerpentium domantur. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 4. Illa recens pota eſt, noſtra tepebit aqua. Verg 3. Georg. Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris Laxant arua ſinus. Ouid. 3. Faſto. Et pereunt uictæ ſole tepente niues Cato de Re ruſt. cap. 69. Lenibus lignis facito caleſcat: ubi temperate tepebit, tum cuminum indito.

TEPESCO, cis, (χλιαίνομαι) tepidus fio. Cic. 2. de Natu Deo. Atq; etiam maria agitata uentis ita tepeſcunt, ut intelligi facile poſſit, in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. Verg. 9. Aene. Et fixo ferrum in pulmone tepeſcit. Lucan. lib. 4. Paulatim cadit ira ferox, menteſq; tepeſcunt. Huius compoſitum eſt, Intepeſco, quod eſt ualde tepeſco. Colum. Nunc mitigato iam & intepeſcente frigore, lu giſſimis cliuitatibus, Liberiq; uindemiis excuberent.

TEPHRITIS, (τεφρῖτις) gemma, quæ nouæ Lunæ ſpeciem habet, in cornua curuatæ, cinericei tamen coloris. unde & nomen habet. Auctor Plin. lib. ulti. cap. 10.

TEPIDO, as, are, (χλιαίνω) tepida aqua irrigare, Plin. lib. 17. cap. 26. In eodẽ agro bruma, tanto magis ſi niues ſcateant, geletue ne frigus uites adurat, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare uocant, memorabili natura in amne ſolo. Sed idem æſtate intolerandi rigoris.

TEPIDARIVM (χλιαρὸν λουτρόν) locus in balneis, in quo tepida aqua lauabantur, quemadmodum caldarium, in quo calida lauabantur, & Frigidariũ, in quo frigida.

TEPIDVS, da, dum, {Tepido} (χλιαρὸς, ἀλεεινὸς) quod eſt medium inter calidum & frigidum. Plin. libr. 12. cap. 25. Præterea ſynceri denſantur in tepida aqua. Interdum pro calido ponitur. Lucr. Tepidiq; caminis. Verg. 1. Geor. Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt. Ouid. 2. Amor. Eleg. 19. Tepidosq; refouerat ignes. Interdum pro frigido, præſertim quando transfertur ad hominem. Plau. Hic homo factus eſt tepidior. i. frigidior, ſegnior. Hinc Tepidulus, diminutiuum, id eſt, ſubtepidus. ὑπόχλιαρος.

TEPOR, oris, & Tepiditas, atis, (χλιαρότης, ἀλέα) media qualitas inter calorem & frigus. Col. lib. 2. Si uero tepor coeli, ſiccitasq; regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Cic. 2. de Nat. Deo. Nec enim ille externus & aduentitius habendus eſt tepor, ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus, quod noſtris quoq; corporibus contingit, cum motu atq; exercitatione recaleſcunt. Ouid. 2. Metam. Quæ neq; dant flammas, leniq; tepore cremantur.

TEPORO, as. pen. pro. (χλιαίνω) idem quod tepefacio. Plin. lib. 36. cap. 26. Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rurſus tota fundi non queunt, præterquàm abrupta ſibi.

TER, {Tre uolte} (τρὶς) aduerb numerale, idem ualens quod tribus uicibus. Cic. de Diuinat. Cadunt ter quatuor de coelo corpora ſancta Verg. lib. 1. Georg. Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam: Ter pater extinctos diſiecit fulmine montes. Hora. 3. Carm. Ode. 3. Ter ſi reſurgat murus aheneus Autore Phœbo ter pereat meis Exciſus Argiuis ter uxor Capta uirum, pueroſq; ploret. Aliquando non tam numerum ſignificat, quàm augmentum. ut, Ter maximus τρισμέγιστος: Ter beati, τρισμάκαρες. Oui. 8. Meta. O ego ter felix. Ver. 1. Aene. O terq; quaterq; beati.

TERCENTVM, (τριακόσιοι) id eſt, trecẽti. Verg. 8. Aen. Maxima tercentũ totam delubra per urbem Lætitia, ludiſq; uiæ, plauſuq; fremebant. Idẽ. 1. Geor. Tercentum niuei tondent dumenta iuuenci.

TERCENTI, tæ, ta, (τριακόσιοι) id eſt, trecenti, ſeu tercenteni Cic. 2. de Finib. Tercentosq; eos, quos eduxerat Sparta, quum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors oppoſuit hoſtibus. Plau. Perſa. Tercentis uerſibus tuas impuritias loqui nemo poteſt. Cic. 3. Phil. Et Brunduſii tercentos fortiſſimos uiros, ciueſq; optimos trucidauit. Tercenties, aduerb. Catul. in Iul. Cæſarem. Eo'ne nomine imperator unice Fuiſti in ultima occidentis inſula, Vt iſta ueſtra diffututa mentula Ducenties comeſſet, aut tercenties? Non deſunt tamen qui hiſce omnibus in locis Trecenti, & Trecenties legendum contendant.

TERCENTENI, (τριακόσιοι) id eſt, trecenti. Martia. lib. 2. Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

TERDENI, æ, a (τριάκοντα) triginta. Martia. lib. 12. Terdenos uigilaueram per annos. Ver. lib 8. Aen. Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis, Aſcanius clari condet cognominis Albam.

TEREBELLVM. {Treuellino. ſucchiellino} (τρύπανον) diminutiuum a terebra, inſtrumentum chirurgorum, quo fracta cranii oſſa eximuntur.

TEREBINTHVS, (τερέβινθος) arbor eſt circa Idam Macedoniamq; breuis, fruticoſa, & contorta, in Syria uero magna & copioſa materie lenta, & nigra, lauri pene folio, oleæ flore, ſed punico, baccis primum herbaceis, mox rubris & eũ maturuerunt, nigrantibus, magnitudine fabæ reſinoſis, & ſulphuroſis, radice ualida in profundum acta. Duo terebinthi ſunt genera, ſexu diſtincta, e quibus mas ſterilis eſt, teſte Theophraſto. Ex hac arbore diſtillat laudatiſſimum reſinæ genus quam Terebinthinam Latini uocant. Plin. lib. 25. cap. 6. de reſinæ generibus loquens: In arborum differentia placet terebinthina odoratiſſima atque leuiſſima: nationum Cypria atq; Syriaca, utraque mellis Attici colore, ſed Cypria carnoſior, ſicciorq;.

TEREBRA, bræ, pen. cor. {Treuella} (τέρετρον, τρύπανον) inſtrumentũ, quo ligna perforantur. à terendo dictum. Colu. lib. 4. cap. 29. Nam antiqua terebra, quam ſolam ueteres agricolæ nouerant, ſcobem faciebat, perurebatq; eam partẽ, quam perforauerat.

TEREBRO, bras, {Treuellare, forare} (τρυπάω) terebra perforo. Vergili 2. Aen. Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras. Colu. lib. 5. cap. 9. Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Ouid. 6. Faſt Prima terebrato per rara foramina buxo, Vt daret effecit tibia longa ſonos. Terebratio, onis, uerbale, (τρύπησις) ipſe terebrandi actus. Colu. lib. 4. cap. 29. In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c. Huius compoſitum eſt, Exterebro, quod eſt extorqueo, & exculpo: ut, Exterebrare ueritatem. Plau. Exterebra prorſus, atq; excute.

TEREDO, inis. pen. pro. (τερηδών) uermis in ligno naſcens, eaq; erodens. Eſt autem hæc uox Græca, ſed quam Latini & uſu & inflexione ſuam fecerũt Græci enim τερηδόνα appellant, quam nos Teredinem. Quanquam nihil prohibet Latinam uocem eſſe à terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licet ſint qui diſtinguant, ut Teredines tantum dicantur in mari, hoc eſt, in nauibus, Tineæ, terreſtres ſint. Plin. lib. 16 cap. 14. Infeſtantium quatuor genera. Teredines capite ad Portionem grauiſſimo, rodunt dentibus: hæ tantum in mari ſentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici: Terreſtres, Tineas uocant. Teredo pro uerme ueſtes terente, & erodente. Pli. lib 8 cap. 48. de prætextis Seruii Tullii. Mirumq; fuit, nec defluxiſſe eas, nec teredinum iniurias ſenſiſſe annis quingentis ſexaginta.

TERENTIA, Ciceronis uxor fuit, Epiſtolis ipſius notiſſima: quam poſtea a uiro repudiatam, Salluſtius uxorem duxit, ut inimici ſui arcana certius poſſet diſcere ex ea, quæ omnium eius conſiliorum particeps fuerat & ſocia. Commemoratur hæc a Plin. lib 7. cap. 48. inter longiſſimæ uitæ exempla, ut quæ uſque ad CXVII annum dicatur perueniſſe.

TERENTIVS, (Τερέντιος) Poeta comicus, natione Afer, patria Carthaginienſis, libertus fuit Romæ Terentii Lucani: a quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobiliſſimorum amicitiam peruenit præcipue Scipionis, & Lælii: quorum etiã opera adiutus creditur in ſcribendo, ob ſermonis elegantiam. Cui opinioni aſtipulatur etiam Varro, Nõ obſcurũ eſt, inquiens, adiutum Terentium in ſcriptis a Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit. Nunquam enim, niſi leuiter, ſe tutari conatus eſt. Scripſit fabulas ſex, quæ omnium manibus teruntur. Poſthac uiſendarum Athenarum cupiditate ductus ex quo nauim conſcendit, nuſquam deinde conſpectus eſt. Quo fit, ut naufragio credatur periſſe. Latius exequitur huius uitam Donatus in Prolegomenis Andriæ.

TERENTIVS SCAVRVS Grammaticus, quem Gellius dicit floruiſſe Adriani temporibus, ac librum de Cæſellii Vindicis Grammatici erroribus, ſcripſiſſe. Terentius Culeo, ſenator Romanus, captus à Carthaginienſibus fuit, & redemptus ab Africano maiore. unde & currum eius ſecutus eſſe dicitur pileatus. ut refert Liu. lib. 10. de Bel Pun Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium Comicum a Pœnis captum fuiſſe, & a Scipione redemptum crediderunt. Teren. Varro, collega Pauli Aemylii poſt cladem Cannenſem cum reliquiis exercitus, Canuſium ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt populo. Roma quòd de Repub. non deſperaſſet.

TERENTVS, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantum ſecularibus effoſſa terra oſtendebatur: uſq; peractis rurſus claudebatur. Martialis: Bis mea Romano ſpectata eſt uita Terento. Hoc eſt, binos ſpectaui ludos ſeculares.

TERENTINVS, tina, tinum, adiect. eſt a Terento deductum: unde Ludi Terentini dicti ſunt, qui alio nomine ſeculares uocatur, qui centeſimo quoque anno

tribus diebus continuis, tribuſq; noctibus celebrabantur: tametſi poſtea ambitione principum minore interiecto ſpatio aliquotiens fuerint celebrati. Auſonius in Ternario. Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. De horum ludorum inſtitutione, & ritu, uide Politianum cap. 58. Miſcellaneorum. Cenſorinum ca. 6. D. Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 3. cap. 18. Vale. Maxi. lib. 2. cap. 1.

TERES, teretis, pen. cor. gene. omnis (κυλινδροειδής) longum & rotundum, cuiuſmodi eſt figura cylindri: ita dictum quod anguli circunquaq; quaſi torno uideātur eſſe detriti. Verg. 8. Eclog. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Ouid. lib. 10. Meta. Pendebant tereti gemmata monilia collo. Verg. 5. Aene. Et tereti ſubnectit fibula gemma. Oratio teres. Cic. 3. de Orato. Sed ſi habitum etiam orationis, & quaſi colorem aliquem requiritis, eſt plena quædam, & tamen teres & tenuis, & non ſine neruis ac uiribus. Totus teres atq; rotundus. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Hoc eſt, æqualis & conſtans in ſe, interprete Acrone. Nam Teretes (ut inquit ille) dicitur, qui ab alio nō quærunt quid faciendum ſit, ſed ipſi per ſe inueniunt. Tale eſt & illud Vergilij de Viro bono: Mundi inſtar habens, teres, atque rotundus.

TEREVS, (Τηρεύς) rex Thracum, Martis ex Biſtonide nympha filius, qui quū Prognen Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxiſſet, eius etiam ſororem Philomelam per ſpeciem uiſendæ ſororis abductam uitiauit, uitiatæq; linguam præcidit. Quod facinus quum illa indicare alioqui non poſſet, cruore ſuo depictum ſorori ſuæ tranſmiſit. Qua re cognita Progne, ut ſororem ulciſceretur Itym filium patri epulandum appoſuit: Prolato deinde capite, cum pater ſe uxoris dolo filium in ſua uiſcera condidiſſe agnoſceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in auem ſui nominis, Tereus in upupam, Itys in phaſianum. Hæc Seruius, enarrans illud Vergilij, Aut ut mutatos Terei mutauerit artus. Lege fabulam hanc latius apud Ouid. lib 6. Meta.

TERGEMINI, dicuntur, qui tres eodem partu editi ſunt. Plin. lib. 7. cap. 3. Tergeminos naſci certum eſt, Horatiorum Curiatiorumq; exemplo. Tergemini fratres apud Liu. 1. ab Vrb.

TERGEMINVS, na, num, adiect. (τρίδυμος, τριπλοῦς) id eſt, triplex. Liu. 6. ab Vrb. Modo tergeminæ uictoriæ triplicem triumphum ex his ipſi Volſcis & Aequis & ex Hetruria egiſtis. Ouidi 4. Triſt. Eleg 6. Tergeminumq; uirum, tergeminumq; canem. Stat. 1. Sylu. 1. Non hoc imbriferæ hyemes opus, aut Iouis ignem Tergeminum, Aeolij non agmina carceris horret. Id eſt, fulmē triſculum. Ius tergeminæ prolis, id eſt, ius trium liberorum. Stat. 4. Syl. 8. Ergo quod Auſoniæ pater auguſtiſſimus urbis Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, Omen erat.

TERGESTE {Trieſte} (Τέργεστον Ptolemæo) colonia Venetorum ab Aquileia ſtadia centum octoginta diſtans (ut inquit Strabo) hodie Trieſtum uocatur. Vide Pli. lib. 3. cap. 18.

TERGINVS, a, um, (νώτινος) poſſeſſiuum a Tergus: ut Terginum lorum, id eſt, ſcutica è tergore animalis. Plau. in Pſeud. Aedepol noſtrum durius tergū erit, quā terginum hoc meum.

TERGIVERSOR, ſaris, {Tergiuerſare, poſtergare, uoltar le ſpalle} fallo, & dicta muto, inquit Nonius: proprie eſt eorum, qui terga uertentes adhuc tamen pugnant, nec ſeſe uictos fateri uolunt. Vnde etiam ad alias res transfertur, ut diſputationes, controuerſias, &c. Nam Vertere terga (στρέφεσθαι, ἀναστρέφεσθαι, μεταβάλλειν τὰ νῶτα) fugere eſt, quod & Terga dare dicimus. Plaut. Quid expectas quid tergiuerſaris? Cice. lib. 3. Tuſcu. Quid tergiuerſamur Epicure nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idem, cum os perfricuiſti, ſoles dicere? Id eſt, diſſimulamus & ſubterfugimus. Iureconſulti accipiunt tergiuerſari, pro in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere, teſte Martiano ad Senatuſcon. Turp. l. 1. Tergiuerſatio uerbale, id eſt, ſubterfugium, detrectatio. Ci. pro Milone: Quid erat moræ & tergiuerſationis.

TERGO, gis, & Tergeo, ges, ſi, ſum, {Nettare forbire} & ſecundū antiquos tertum, (ἀπομόργνυμι, ἐκμάσσω, σμήχω) mundo, nitidum facio. Iuuen. Saty. 14. Vaſa aſpera tergeat alter. Plaut. Ornantur, lauantur, terguntur, poliuntur. Liu. 6. bel. Pun. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iuſſit. Cic. in Parad. Vt in familia qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenent. Ouid. 2. Meta. Vt terſis niteant talaria plantis. Idem. 13. Metamor. Manuq; ſimul ueluti lacrymantia terſit Lumina. Huius compoſita ſunt Abſtergo, Attergo, Detergo, Extergo: quorum ſignificata explicata ſunt ſuis locis.

TERGVM, gi, {Schena ſpalle di dietro, reni} (νῶτον) dorſum. Verg. 2. Aenei. Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Inambulare manibus ad tergum reiectis. Aſin. Cice. lib. 10. Ouid. lib. 2. Meta. Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis. Dicitur & de auibus Cice. 2. de Natu. Deo. Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Neq; ſolum de animalibus, uerū etiam de rebus inanimatis dicitur. Vnde librum à tergo, (ὀπισθόγραφον) ſcriptum dicimus. i. a poſteriori parte chartæ, uel membranæ. Iuuena. Saty. 1. Scriptus & a tergo, necdum finitus Oreſtes. Glacialia terga fluuiorum. Claud. de bel. Get. Aerea terga loricæ. Stat. 9. Theb. Aliquando tamen Tergum pro tergore ponitur, σκῦτος. Verg. 1. Aene. Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam, Taurino quantum poſſent circundare tergo. Item pro ſcuto, (ῥινός, ἀσπίς) quoniam ſcuta corio tegi ſolent. Idem lib. 10. Aen. Et tergo decutis haſtas. Et tam Tergus quā Tergum, a terendo dici uidentur, quoniam uehendis oneribus teruntur. Terga uertere fugere, νῶτα δοῦναι. Cæſ. 3. Bel. Gal. Vt ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent, ac ſtatim terga uerterent. Dare terga, idē. Quint. lib. 2. cap. 13. Nonnunquam terga etiam dediſſe ſimulata fuga proderit. Verg. 4. Georg. Aut hos uerſa fuga uictor dare terga coegit. Præbere terga fugæ. Ouid. 10. Metam.

TERGVS, tergoris, pen. cor. neut. gene. (σκῦτος) corium, & proprie craſſior illa pars, qua tergum, id eſt dorſum, tegitur. Verg. lib. 1. Aen. Tergora diripiunt coſtis & uiſcera nudant. Pli. lib. 8. ca. 1. Duriſſimum dorſo tergus, uentres molles fetarum nullum tegumentum. Silius lib. 3. Squalenti tergore ſerpens.

TERINA, næ (Τέρινα) agri Brutij oppidum maritimum: a quo propinquus ſinus Terinæus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

TERIAS, (Τηρίας) fluuius eſt Siciliæ non procul a Catana, teſte Pli. lib. 3. ca. 8. Stephanus alium eiuſdem nominis fluuium collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum ait appellari.

TERMENTARIVM, inquit Varro lib. 4. de lingua Latina linteum quod teritur corpore.

TERMENTVM, apud Plaut. pro detrimento, teſte Feſto.

TERMERA, (Τέρμερα) oppidum liberum Cariæ, teſte Plin. lib. 5. cap. 29. Stephanus Lyciæ aſſignat.

TERMERIVM, (Τερμέριον) promontoriū eſt Myndiorum, Candariæ Coorum promontorio oppoſitum, & quadraginta non amplius ſtadiorum mari ab eo diremptum. Auctor Strab. lib. 14.

TERMESSVS, (Τερμησσός Ptolem.) Piſidiæ urbs eſt, teſte Strabo. lib. 13. Cibyræ, & Milyis proxima.

TERMES, termitis, pen. cor. maſcu. gene. (κλάδος ἔγκαρπος) ramus ex arbore decerptus cum fructu. Qui quoniam in diuiſione agrorum, ante quam metæ ponerentur, figi ſolebat, termino nomen dedit. Propriè Termes (ait Porphyrio) eſt oliuæ, ſicut Palmes uitis. Hora. Epod. 16. Germinat, & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius tamen etiam Termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulſum, quem Græci σπάδικα nominant.

TERMILÆ, (Τερμίλαι Herodoto) populi ſunt Lyciæ, è Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit, cum prius Minyæ & Solymi uocarentur, ut Herodotus refert. Poſtea Lycus Pandonis filius, eoſdem a ſe Lycios appellauit. Quæ profecto ratio Lycios ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam Homerus eos uideatur ſeparare.

TERMINALIA, orum, (τερμινάλια) Varro ideo appellata eſſe exiſtimat, quod is dies anni extremus erat conſtitutus. Ego potius à Termino Deo nomen ſumpſiſſe exiſtimo. Fuerūt enim Terminalia feſta, quæ in honorem termini Dei celebrabantur menſe Februario, ad octauum Calendas Martias. Nam inter Terminalia & Regifugium, teſte Cenſorino, interſerebantur dies intercalares. Liui. 5 Decad. lib. 3. Tertio die poſt Terminalia Calendæ intercalares fuere.

TERMINO, as, {Terminare, determinare, finire, conchiudere} (περατόω, ὁρίζω) terminos conſtituo, certis finibus circunſcribo, finio. Cic. 1. Offi. Illorum fines, ſicut ipſi dixerunt, terminauit: in medio relictum quod erat, popu. Roman. adiudicauit. Cic in Catil. Quorum alter fines ueſtri imperij, non terræ ſed cœli regionibus terminaret. Cic de Finib. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam uoluptatem. hoc eſt, Epicurus putat ſummam eſſe uoluptatem priuari doloribus. Terminare ſententiam, abſoluere. Cic. ad Att. lib. 9. Sed ut ſententiam aliquando terminemus. Terminatus, a, um, particip. ut, Terminatus ager. i. limitatus. Terminatæ diuitiæ. Cice. 1. de Finib. Nec naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura diuitias, quibus contenta ſit, & parabiles, & terminatas habet. Terminatio, tionis uerbale, (ὁρισμός) finitio. Terminatio aurium diſtinctio, diſcretio. Cic. in Orato. Vt igitur poetica, & uerſus inuentus eſt terminatione aurium, obſeruatione prudentium: ſic in oratione animaduerſum eſt, &c. Huius compoſita ſunt, Determino, Diſtermino, & Extermino: quorum ſignificata uide ſuis locis.

TERMINVS, mini, {Termine, fine} (ὅρος, τέρμα, τέρμων) proprie dicitur limes qui agrum ab agro diuidit: a terendo, (ut Varroni placet libr. 4. de lingua Latina) quod hæ partes maxime terantur, propter iter limitare. Aut certe à Græco nomine τέρμα, quod eſt eiuſdem ſignificationis. Cic. 4. Acad. Eſt enim inter ipſos, non de termino, ſed de tota poſſeſſione contentio. Per tranſlationem Terminus pro quouis fine accipitur. Cice. 1. de Orat. Nullis terminis circumſcribere, aut definire ius ſuum. Verg. lib. 4. Geor. Quāuis anguſtus terminus æui. Apud antiquos Terminus Deus putabatur in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabant: unde etiam ſub aperto colebatur: propterea quod nefas putabant Terminum ſub tecto conſiſtere, ut auctor eſt Feſtus. Liu. 1. ab urb. Nam cum omnium ſacellorum exaugurationem aues admitterent, in Termini fano non addixere. Huius compoſita ſunt Antermini, & Conterminus: quorum ſignificata uide ſuis locis.

TERMITES, (κλάδοι ἔγκαρποι) rami arborum cum fructibus detracti. Vide ſupra in dictione Termes.

TERMON, (τέρμων) à ueteribus Græca conſuetudine ponebatur pro eo, quē Latini terminum appellant Ennius apud Feſtum: Ingenti uadit curſu quo redditus Termo eſt.

TERNARIVS, a, um: ut, Ternarii ſcrobes, id eſt, ſcrobes quadrati, quaqua uerſum pedes habentes ternos. Colu. lib. 11. cap. 2. Scrobes omnis generis quos eris Autumno conſiturus, hoc tempore præparare oportebit: eorum quaternarii, hoc eſt, quaquauerſum pedum quatuor, ſi eſt commodum terrenum, XIIII. ab uno fiunt: ternarii autem XVIII.

TERNVS, a, um, diſtributiui numeri nomen eſt: quod tamen ſæpe accipitur pro ſuo primitiuo. Horat. 3. Carmin. Ode 19. Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. Vergil. 5. Aeneid. Terno conſurgunt ordine remi. Cicer. ad Paetum libr. 4. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obſcœnum eſt.

TERO, teris, triui, tritum, {Tritare, ſfrantumare, rompere} (τρίβω, συντρίβω) frico, contero, attero, conſumo. Plaut in Aſin. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? Ouid. 1. de Arte: Frænaq; magnanimi dente teruntur equi. Verg. 4. Geor. Ipſe labore manum duro terat. Plin. Dein refrigeratum teritur in farinā. i. comminuitur. Terere iter, eſt iter agere. Verg. 1. Georg. Sæpius è tectis penetralibus extulit oua Anguſtū formica terens iter. Terere tempus, (χρονοτριβεῖν) eſt conſumere. ſimiliter terere otium. Liu lib. 1. Quas in conuiuio, luxuq; cum æqualibus uiderant tempus terentes. Tritus, a, um. part. (κατατετριμμένος) id eſt, attritus, & uſu cōſumptus. Mart lib. 6. Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna, Dimidiasq; nates Gallica palla tegit. Trita uia, ſeu Tritum iter. i. ſæpius calcatum, & à multis frequentatum. Ouid. 1. de Arte: Trita frequensq; uia eſt, per amici fallere nomen. Tuta frequensq; licet ſit uia, crimen habet. Cic. 1. Phil. Cum Brunduſium, iterq; illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa uitauiſſem. Tritum prouerbium, hoc eſt, multorum ſermone celebratum, θρυλλούμενον. Cic. 1. Offic. Ex quo illud, Summum ius, ſumma iniuria factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Tritus, tritus, (τρῖψις) ipſe actus terendi. Pli. lib. 33. cap. 4. Nec ullum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo trituq; perpolitum. Tritor, oris, qui aliquid conterit: ut, Tritor colorum. Plin. lib 35 cap. 11. Nanq; Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit, Tritor ſtimulorum

lorum, qui aſſidue uapulando ſtimulos tergo ſuo conterit. Plau. Perſa: Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor. Huius compoſita ſunt. Attero, Contero, Detero, Diſtero, Extero, Intero, Obtero, Protero, Pertero, Subtero, quæ ſuis uide locis:

Retero, (ἀποτρίβω) rurſus tero, purgo, excutio. Colu. li. 7. Pura deinde frumenta, ſi in annos recondantur, reteri debent, nam quãto ſunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur.

TERPANDER, dri, (τέρπανδρος) Poeta Lyricus, ex Antiſſa Lesbi ciuitate, qui primus quatuor lyræ chordis, tres alias addidit & Lyrici carminis leges conſcripſit: quas nonnulli Philæmoni cuidam adſcribunt. Autor Suidas. Tãta autem in Terpandro artis excellentia fuiſſe perhibetur, ut quem ſignificare uolebant inſigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, cum μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, hoc eſt poſt Lesbium cantorem collocandum dicerent. Cuius prouerbium ortum ad huiuſmodi referunt hiſtoriam. Cum Lacedæmoniorum res ſeditionibus tumultuarentur, conſultum oraculum iuſſit, ut Lesbium cantorẽ accerſerent. Accerſitus itaq; Terpander, populi animum ſic deliniuit, ut omiſſa omni ſeditione, in priſtinam concordiam redirent. Qua ex re factum, ut Lacedæmonii Lesbus muſicis primas partes tribuerint, & ſi quem alium canentem audiſſent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, id eſt, poſt Lesbium cantorẽ eum collocandum.

TERPNVS, citharœdus inſignis Neronis temporibus floruit, cuius cantu ſupra modum Neronẽ delectatum fuiſſe, ſcribit Suetonius in uita eius: Statim (inquit) ut imperium adeptus eſt, Terpnum citharœdum, uigentẽ tunc præter alios accerſit, diebusq; continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidẽs, paulatim & ipſe meditari, exercitariq; cœpit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices eius generis uel conſeruandæ uocis cauſa, uel augendæ factitarent.

TERPSICEROTES, (inquit Calepinus) ductum nomen à modulatis, & quaſi ad lyram compoſitis cornibus. Qua in re nimis pueriliter fallitur, inemẽdatis, ut ſolet, exemplaribus deceptus. Terpſicerotes enim neq; Græca, neq; Latina lingua agnoſcit. Strepſicerotes ita legendum, quo nomine ſignificatur capræ ſylueſtris genus ab intortis cornibus itaq; dictũ. Plin. lib. 11. cap. 37. Erecta autem cornua, rugarumq; ambitu contorta, & in leue faſtigium exacuta (ita ut lyras diceres) ſtrepſiceroti, quem Addacem Africa appellat.

TERPSICHORE (τερψιχόρη) una nouem Muſarũ, ſic dicta, quod choreis, & tripudiis delectetur: uel, ut Plutarchus ait, quod maxima uitæ parte ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt. Verg. de Nouem Muſis: Terpſichore affectus cithara mouet, imperat, auget. Vide in dictione Muſa.

TERRA, æ, {Terra} (γῆ, χθών) elemẽtum frigidum & ſiccum, quod quoniam reliqua omnia grauitate exuperat, infimum ſibi inter ea locum uẽdicauit. Dicta Terra (ut quidam uolunt) quod pedibus teratur. Cic. de Natu. Deo. Terra locata in media mundi ſede ſolida & globoſa, & undiq; in ſeſe nutibus ſuis conglobata, ueſtita floribus, &c. Sunt qui uelint hoc nomine in ſingulari numero totum elementum ſignificari, in plurali aliquot eius regiones. Verg. 1. Aen. Multum ille & terra iactatus & alto. i. per multas regiones, ut illi exponunt. Quæ differentia aut falſa eſt, aut certe non perpetua. Nam & Terram frequentiſſime pro una qualibet regione legimus, & Terras pro toto orbe. Cic. de Amic. Eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamq; Græciam, quæ tum florebat, &c. Verg. 4. Aen. Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Terræ filii, (γηγενεῖς) olim obſcuro ignotoq; genere prognati dicebantur, propterea quod terra ſit omnium communis parens: uel quod iuxta quorundam etiam hiſtorias primitus mortales ex terra naſcebantur: quod etiam de Gigantibus Poetarum fabulæ prodiderunt, quorum quod obſcura eſſent, & incognita ſtirpe prognati, ad Terram, communẽ omniũ matrem, origo referebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominem obſcurum, Gigantum fraterculum appellat. Cic. Atti. lib. 1. Et hunc terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Vide [redacted] Adagia. Terram pro terra, eodem Eraſmo teſte prouerbialis eſt figura in hominem exulem, erronem, & incertis uagantem ſedibus. M. Tul. in Epiſt. ad Atti. libr. 14. Hæc & alia ferre non poſſum. itaq; γῆν πρὸ γῆς cogito, ſignificat, ſe de fugiendo cogitare. Terra defoſſum aliquid habere dicitur, qui non impertit neq; profert ſuas dotes. ſumptũ ab auaris, aurũ humo defodiẽtibus: quod apud Plau. facit Euclio.

Terram uidere, (γῆν ὁρᾶν) dicuntur, qui ad moleſti prolixiq; laboris finem propemodum peruenerant. Sumptum à nauigantibus. Var. li. 1. de Re ruſt. ſcribit, Terram tribus modis dici: communi, proprio, & miſto: Communi, ut quum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, quũ & lapis & arena, & cætera eius generis ſint in nominando comprehenſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio uocabulo neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ eſt miſta, in qua ſeri, quid poteſt & naſci, ut argilloſa, aut lapidoſa. Terra etiã uocatur Veſta, ſiue quod rebus omnibus ueſtiatur, ſeu quia ui ſua ſtet. Ouid. lib. 6. Faſt. Stat ui terra ſua, ui ſtando Veſta uocatur. Dicitur & mater. Colu lib. 10. Tu penitus latebris eradere uiſcera matris Ne dubita. Plin. lib. 2. Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium eximiæ, propter merita cognomen indidimus maternæ uenerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemel editos ſuſtinet, & ſemper nouiſſime complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater, operiens. Et paulo poſt. Terra ſerpentem, homine percuſſo, amplius, non recipit.

TERRÆMOTVS, huius, tus, {Terremoto} (σεισμὸς) terræ concuſſio, quæ à ſpiritibus terræ incluſis, & exitum ſibi molientibus fit. Plin. lib. 2. ca. 84. Fiũt cum terræmotu & inundationes maris, eadem uidelicet ſpiritu infuſi, aut reſidentis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus. Tiberii Cæſaris principatu XII urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Cic. 2. Offic. Si tecta aut ui tempeſtatis, aut terræmotu, aut uetuſtate cecidiſſent. Idem 1. de Diu. Conquaſſari maximis terræmotibus.

TERRANEOLA, æ, cum accentu in antepen. (χερσαῖος κορυδαλός) auis alaudæ ſimilis, præter quàm quod in capite apicem non habet, ſicut alauda. Dicta Terraneola, quod non in arboribus, ſed in terra uerſetur, atq; nidificet. Sipontinus.

TERREFACIO, terrefacis, pen. cor. {Spauentare} (ἐκπλήσσω, δειματόω) terrore afficio. Hinc Perterrefacio: ut, Perterrefacias Dauum, apud Terent. in And.

TERRENVM, eni, ſubſtantiuum, neut. gene. {Terreno} (γῆ) terra cultui idonea. Colu. lib 2. Callidiſſimi ruſticarum rerum genera terreni tria eſſe dixerunt, campeſtre, collinum, montanum. Idem lib. 1. Agrum habebimus ſalubri cœlo uberi gleba, parte campeſtri, parte alia collibus, uel ad Orientem, uel ad Meridiem molliter deflexis, terrenisq; aliis, atq; aliis ſylueſtribus & aſperis.

TERRENVS, na, um. {Di terra} (χερσαῖος) quod uel in terra natum eſt, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet, ut terrenum animal. Verg. 6. Aen. Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra. Ouid. 15. Metam. Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu, Exiſtit procul hinc, alioq; renaſcitur orbe. Idem 1. Meta. Nec quicquam terrenæ fæcis habentem. Cic. 1. Tuſcu. corpora noſtra terreno principiorũ genere confecta, ardore animi concaleſcunt. Plin. lib. 9. cap. 29. Terreni maiores quàm pelagici. Terrenus, (γεώδης, χοϊκὸς) pro terreus. Colum. Area quoq; ſi terrena erit, ut ſit ad tecturam ſatis habilis.

TERREO, terres, terrui, {Spaurire ſpauentare} (ἐκπλήττω, φοβέω) timorem alicui incutio. Verg. lib. 1. Georg. Et ſonitu terrebis aues. Cæſ. lib. 3. Bell. Ciuil. Et legionarii interioris munitionis defenſores, ſcalis admotis, tormentisq; cuiuſq; generis, telisq; terrebant. Verg. li. 8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Idem. 8. Aen. Non belli terrere minis. Oui. 14. Meta. Tonitruq; & fulgure terruit orbem. Territus, ta, tum, participium, ſeu nomen ex participio: ut, Territus animi. hoc eſt, conturbatus animo. Liu. 7. ab Vrbe: Itaq; Conſule territo animi, Vides'ne, tu inquit, A. Corneli, cacumen illud ſupra hoſtẽ? Oui. 2. Metam. Venatrixq; metu uenantum territa fugit. Huius compoſita ſunt, Abſterreo, Conterreo, Deterreo, Exterreo, & Perterreo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TERRESTRIS, & hoc terreſtre, {Terreſtre, di terra} (χερσαῖος, χθόνιος) idem quod terrenus: ut, Terreſtre animal, quod in terra uitam agit. Plin. lib. 10. cap. 61. Rurſus in terreſtribus pariunt ſerpentes. Ouid. lib. 14. Meta. Tantoſq; per alta labores Aequora ſuſtinuit, tantos terreſtribus armis. Cic. 6. Verr. Illud Flaminius ita ex æde iua ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt, in terreſtri domicilio Iouis poneret. Liu. 3. bell. Pun. Conſul literis Philippi atq; Annibalis perlectis, conſignata omnia ad Senatum itinere terreſtri miſit: nauibus deuehi legatos iuſſit. Liu. 1. ab Vrbe: Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, diiq; omnes cœleſtes, uosq; terreſtres, uosq; inferni audite.

TERREVS, a, um, {Di terra} (γήϊνος) quod ex terra eſt. ut, Vas terreum. Colum. lib. 1. Horreum camera contectum, cuius ſolum terreum, prius quàm conſternatur, perfoſſum.

TERRIBILIS, le, (φοβερὸν, ἐκπληκτικόν) formidabile, atq; horrendum. Verg. 6. Aen. Terribili ſqualore Charon. Cic. pro. Seſtio: Alter, ò dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Verg. 6. Aen. Terribiles uiſu formæ, letumq;, laborq;.

TERRICOLA, (ἐπιχθόνιος) qui terram habitat. Eſt autem hominum epitheton apud Poetas, a terræ inhabitatione deductum, quo mortales diſtinguuntur a ſuperis, qui a cœleſti habitatione cœlicolæ dicuntur.

TERRICREPVS, a, um, pen. cor. (βαρύβρομος) Iouis uel fulminis epitheton, quaſi terribiliter, ſeu cum terrore increpans. Vox eſt poetica.

TERRICVLVM, li, (φόβητρον) quod incutit terrorem. Liu. 5. ab Vrb. Cum omnium aſſenſu comprobata oratio eſſet, gauderentq; patres ſine tribunitiæ poteſtatis terriculis inuentam eſſe aliam uim maiorem ad coercendos magiſtratus, metu conſenſu omnium, comitia tribunorum militum habuere. Accius: Proinde iſta hæc tua aufer terricula, atq; animum iratum comprime.

TERRICVLAMENTA, (φόβητρα) phantaſmata, ſiue ſpectra terrorem incutientia.

TERRIFICO, cas, (ἐκπλήττω, φοβέω) terrorem incutio. Lucre. lib. 1. Et quæ res obuia mentes Terrificet morbo affectis. Verg. lib. 4. Aen. Cæciq; in nubibus ignes Terrificant animos.

TERRIFICVS, a, um, pen. cor. (φοβερὸς) terribilis, formidabilis, terrorem incutiens. Verg. 5. Aen. Seraq; terrifici cecinerũt omina uates. Nox terrifica, apud Vale. Flaccum lib. 3. Argonau. Stridores terrifici, apud Silium lib. 5.

TERRIGENA, pen. cor. communis gene. (γηγενής) ex terra genitus. Cice. 2. de Diui. Terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius quàm hominum more cochleam dicere. Lucan. li. 3. Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes. Oui. Epiſt. 12. Donec terrigenæ (facinus miſerabile) fratres. In ſe contrictas conſeruere manus.

TERRITO, as, pen. cor. {Spaurire} (ἐκδειματόω) frequentatiuum a Terreo. Terẽ. in And. Dii te eradicent, ita mi miſeram territas. Ver. 4. Aen. Et magnas territat urbes. Liu. 8. ab urb. Dein poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atq; identidem admonere fortunæ. Plau. Amph. Larua umbratilis, tu me minis territas?

TERRITORIVM, rii, {Territorio} (ὁ ἀγρὸς) eſt, ut inquit Pomponius, uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. Quod ab eo dictum eſt, quod maxime teratur, uel quod magiſtratus eius loci intra omnes fines terrendi, id eſt, ſummouendi ius habeat. Hactenus Pomponius. Plin. lib. 29. cap. 6. Extra territorium id abire. Cic. 2. Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

TERROR, oris, {Terrore, ſpauento, paura} (φόβος, δεῖμα, φόβητρον) timoris incuſſio. Cic. 4. Tuſcu. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt. Pigritiam metum conſequentis laboris, terrorem metum concutientem. Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Seruius inter Terrorem & Metum ſic diſtinguit, quod Terror proprie ſit, qui aliis infertur: unde & Terribilis dicitur Metus, quem habent timentes. Licet Aliquando terror pro metu ponatur. Verg. 11. Aen. Quòd ſi tantus habet mentes & pectora terror.

TERTA GALEA, id eſt, deterſa. Varro. Terta niget galea. Cato de Liberis educandis, ut citatur a Nonio: Alii ſunt, circumtonſi, terti atq; unctuli, ut uideantur eſſe mangonis ſeruuli.

TERTIANVS, adiect. {Terzano} (τριταῖος) ut, Tertiana febris: quæ tertio quoque die recurrit, quemadmodum Quartana, quæ quarto. Cice. 3. de Natu. Deo. Vide quæſo ſi omnis motus, omniaq;, quæ certis temporibus ordinẽ ſuum conſeruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres, & quartanas diuinas eſſe dicendum ſit. Tertiana etiam abſolute eidem ſignificat. Plin. lib. 10. cap. 14. Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari, &c.

TERTIANI, orũ, (οἱ τῆς τρίτης τάξεως στρατιῶται) Tertiæ legionis milites. Tacit. lib. 21. Tradidit & Syria duo & uiceſimanos, tertianosq;.

TERTIATA VERBA,(ἐγκοπτόμενα ῥήματα)appellantur imperfecta, lapſantia,& cum pauore nutabunda:quando quis exanimatus non profert uerba integra, ſed uix tertia quæq; enuntiat medijs ex perturbatione ſuppreſsis. Apuleius lib.5. Tremens & exangui colore,lurida,tertiata uerba ſubſtrepens, ſic ad illas ait.

TERTIO,aduerb. {Ter zare,inter zare}(τρίτον,τρίτως)tertia uice. Teren. in Eunu. Non hercle ueniam tertio. Colu.lib.3.cap.13. Sarriuntur ſeſquiopera, iterum ſarriuntur una opera,& tertio una.

TERTIO,tas,uerbum eſt rei ruſticæ ſcriptoribus familiare, pro eo quod eſt, opus aliquod tertio repeto:ut,Tertiare agrum,(τριπολεῖν) eſt tertio proſcindere. Colu.lib.2. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur. Nam commode proſcinditur duabus,una iteratur,tertiatur dodrante, in liram redigitur quadrante operæ. Idem libr.2.cap.13. liratos eſſe oportebit,ac deinde circa Septēbris Calendas tertiatos. Hinc Tertiatio,uerbale, pro tertia operis repetitione: quo nomine. Colu.lib.12.cap.50.uſus eſt pro tertia olei preſſura. Sint autem, inquit, in cella olearia tres labrorum ordines,ut unus primæ notæ, id eſt, primæ preſſuræ oleum recipiat,alter ſecundæ,tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miſcere iterationem,multoq; minus tertiationem.

TERTIVM,aduerb.(τρίτον,τρίτως)tertia uice. Cic.2. de Diu. Quid eſt tam incertum, quàm talorum iactus? tamen nemo eſt, quin ſæpe iactans, Venerem iaciat aliquando,nonnunquam etiam iterum ac tertium. Tertium Conſul eſſe dicitur, qui duobus iam perfunctus, Conſulatibus, tertium gerit. Tertio autem Conſul quis factus eſſe dicitur:qui tertio poſt exactos reges anno geſsit Conſulatum.

TERTIARIVS.a,um,adiect.quod tertiam rei alicuius partem recipit: unde Tertiarium ſtannum appellatur à Plin. libr.34. cap.17. Adulterini & factitij ſtanni genus,cum ſingulis ſtanni libris ſingulæ plumbi albi, & ſingulæ nigri libræ admiſcentur.

TERTIARIVM,rii,ſubſtan.(τριτημόριον)idem quod triens, hoc eſt, unciæ quatuor:& tam de pondere: quàm de menſura dicitur. In ponderibus enim, teſte Budæo, libræ tertiam partem ſignificat: in menſuris autem tertiam partem congij. Cato Rei ruſt.ca.95. Poſtea ſumito bituminis tertiariū,& ſulphuris quartariū.

TERTIVS,a,um,(τρίτος)ultimus, ſiue unus ex tribus. Pli. Epiſt.92. Tertius dies eſt,quòd audiui recitantem Sentium Augurinum. Cic. pro Rab. Poſth. Modo uobis inſpectantibus in Gabinij iudicio tertio quoq; uerbo excitabatur. Pli.lib. 8.cap 48. Tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Tertiæ notæ herbæ, id eſt tertio loco adſcribendæ,uel tertiam dignitatem poſt alias ſortitæ. Colum. lib.9. cap 4. Tertiæ notæ,ſed adhuc generoſæ,marinus ros,& noſtras cunila,quam dixi ſatureiam.

TERTVLLIANVS,(τερτυλλιανός) ſcriptor Eccleſiaſticus,eloquens quidem, in nonnullis tamen ab Orthodoxæ Eccleſiæ fide nonnihil aberrans. Animam enim immortalem quidem eſſe fatetur, ſed eam effigiatū corpus eſſe contēdit, neq; hanc tantum,ſed ipſum etiam Deum corporeum eſſe dicit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc hæreticus creditur eſſe factus.

TERVNCIVS,(τεταρτημόριον, τριούγγιον) nummus per exiguus, à tribus uncijs,hoc eſt,quarta libellæ parte dictus,teſte Varrone lib.4. de lingua Latina. Plaut. in Capt. Neq; ridiculos iam teruncii faciunt. Cic. Caninio. De præda mea Teruncium non attigit quiſquam.

TESQVA,loca edita,aſpera,& inculta, ipſo ſitu atq; ſilentio religionem quandam & horrorem incutientia Hora.1.Epiſt 14 Nam quæ deſerta, & inhoſpita teſqua Credis, amoena uocat,mecum qui ſentit & odit Quæ tu pulchra uocas. Nemoroſa Teſqua,apud Lucan lib.6. Teſqua(inquit Feſtus)loca augurio deſignata Cicero aſpera eſſe ait,& difficilia. Hæc ille. Varro lib.6.de lingua Latina Teſca ſcribit per c,literam: putatq; Teſca dicta,quaſi Tueſca,à tuendis ſacris locaq; quædam agreſtia interpretatur, Deo cuipiam conſecrata: Accii teſtimonio idipſum confirmans ex Tragœdia,cui Philoctetæ nomen eſt, in hunc modum citato, Quis tu es mortalis qui in deſerta,& teſca te apportes loca? Quid autem Teſcorum nomine ibidem intelligere debeamus,explicat idem. Accius, paulo pòſt ſubiungens. Celſa Cabyrum delubra tenes, myſteriaq; priſtina caſtis concepta ſacris. Hæc ferè Varro.

TESSARESCÆDECATITÆ,(τεσσαρεσκαιδεκατῖται)ſectæ cuiuſdā homines,qui non niſi decimaquarta Luna menſe Martio Paſcha celebrabant:unde & nomen acceperunt.

TESSARACOSTON,(τεσσαρακοστόν) tempus dierum quadraginta ante partum,& totidem poſt partum,quibus mulieres à ſacris arcebantur: propterea quod id ferè temporis tam ipſæ,quam earum fœtus plurimis infeſtentur incommodis. Quo dierum numero exacto feſtum celebrabant,quod & ipſum Teſſaracoſton appellabant. Vide Cenſorinum de Die natali,& Cœlium Rhodi. li. 26.cap.21.

TESSELLA,læ,(τεσσάριον τι)diminuta Teſſera, rem quamuis ſignificans, formam habentem quadratam: cuiuſmodi ſunt laterculi, ſiue lapides quadrati, quibus pauimenta ſternuntur. Plin.lib.37.ca.10. Androdamas argenti nitorem habet,ut adamas,figura quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis.

TESSELLATVS,a,um,quod teſſellis,id eſt,paruis quadratis lapillis eſt compoſitum:ut, Pauimentum teſſellatum. Suet. de Cæſ. Munditiarum lautitiarumq; ſtudioſiſsimum multi prodiderunt: quamuis tenuem adhuc,& obæratum,in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circuntuliſſe. Vitru.libr.7. præcipit pauimenta teſſellata angulos omnes æquales, eademq; ſectilia dici, quoniam in particulas ſecta ſunt,ut quocunq; uelis,poſsint circunferri. Erant & Teſſellatæ quædam tunicæ, teſſeris quibuſdam diſtinctæ, Vnde palliorum teſſeras dixit Plin.lib.35. Zeuxis aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtendat.

TESSERA,æ,(κύβος)figura omni ex parte quadrata, teſte Macrob. lib.1.in Somn. Scip. hoc eſt,conſtans ſex lateribus æqualibus qualem eſt uidere in his oſſiculis, quibus in alueolo ludimus,punctis quibuſdam diſtinctis,& in quāncunq; incubuerint partem,immotam ſtabilitatem habentibus: quæ & ipſa à Latinis Teſſeræ,à Græcis κύβοι appellantur. Cic. de Diu. Quid eſt enim ſors? idem propemodum quod micare,quod talos iacere,quod teſſeras:quibus in rebus temeritas & caſus non ratio & conſilium ualet. Tali autem ſiue taxilli omnino diuerſi erant à teſſeris,ut qui quatuor tantum haberent latera ad ſimilitudinem eorum oſſiculorum, quæ in articulo pedis animalium biſulcorum uentre protuberant,concaua uertebra ligata,altera parte concaua,altera in conuexitatem nonnihil aſſurgente. Sed de his abunde multa dicta ſunt ſuo loco. In militia item Teſſera,(σύμβολον. σύνθημα)dicebatur ſymbolum,quo ſocii ab hoſtibus, & exploratoribus dignoſcebantur. Ea autem erat tabella,teſte Polybio,quam Tribuni militares ſub noctem ab Imperatore acceptam ad Centuriones perferebant: Centuriones autem ad Decuriones,& ii rurſus ad unumquemq; ſuæ decuriæ militem: à quibus rurſus,antequam ſe intenderent tenebræ,redibat ad Imperatorem. Verg.lib.7. It bello teſſera ſignum. Liu. libr.7. Cæteris omnibus teſſeram dari iubet. Idem Teſſera,eſt belli & pacis futuræ ſignum. Pomponius: Qu. Mutius miſſus ad Carthaginienſes legatus,quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis,altera belli,arbitrio ſibi dato utram uellet deferre utranq; ſuſtulit,& ait: Carthaginienſes petere debere,utram mallent accipere. Ponitur nonnunquam pro ſigno frumentario,quo exhibito,unuſquiſque frumentum pro portione accipiebat à Præfecto annonæ: ſicut ex more uetuſto in patria noſtra fieri ſolitum eſt ab his,qui pauperum curam habent. Nam erogantur ſigna quædam plumbea, quibus exhibitis,ſigillatim accipiunt certam menſuram farinæ,uel panis, uini'ue. Suet. in Auguſto: Ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negotijs auocaretur, ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Iuue. Sat.7. Summula ne pereat,qua uilis teſſera uenit Frumenti. Sic etiam dicuntur teſſeræ nummariæ,quibus exhibitis,ſumma nummum præſcripta repenſari ſolet. Item Teſſeræ collybiſticæ,quas uulgus literas cambij uocat,cum in uſum excogitatæ, ut pecunia argentarijs tradita,uel in locis remotiſsimis citra ullum uecturæ periculum recipi poſsit. Item Teſſera eſt ſignum utrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus Taleam appellat. Plau. Suam uterq; teſſeram habet,ratio conſtat. Teſſera hoſpitalis. Fuit antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem,continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi,tanquam amicus,& uetus hoſpes. Hoc autem ius neceſsitudinis ad poſteros tranſibat: propterea teſſeram hoſpitalē diligenter aſſeruabant. Plaut. in Pœn. Ego ſum ipſius, quem tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum eſſe. P. ſi ita eſt, iam teſſeram Confer,ſi uis,hoſpitalem: A. eccam attuli. Teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur,qui ius hoſpitij uiolabat:hoc eſt,ut ait Eraſmus,qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſit. Plau. in Ciſtel. Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram. In ueſtibus item figuræ quædam quadratæ, Teſſeræ dicebantur. unde & ueſtes ipſæ dictæ ſunt Teſſellatæ. Plin.lib.35.cap.9.de Zeuxide pictore: Opes quoque tantas acquiſiuit, ut in oſtentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit.

TESSERARIVS,rij,(ὁ τὸ σύνθημα περιάγων)qui teſſeram,hoc eſt, ſignum bellicum per contubernia militum nuntiat.

TESSERARIVS,a,um (κυβικὸς)quod ad teſſeras pertinet: ut ludus teſſerarius, κυβεία.

TESSERVLA,læ,(συνθημάτιον)ſymbolum ſiue ſignum frumentarium,quod qui ad præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant menſuram: quemadmodum etiam hodie in quibuſdam ſacerdotum collegijs aureos plumbeos'ue quadrantes uidemus diſtribui, quos penoris præfectus, ab iiſdem certa uini menſura,certoq; panis pondere ſolet redimere. Perſius Saty.5. Scabroſum teſſerula far Poſsidet. Plin. Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat. Teſſerulæ item dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli,ex quibus elegantiora pauimenta ſternebantur,quæ ab antiquis Teſſellata dicebantur. Cic. lib.3. de Orat. ex Lucilio: Quam lepide lexeis compoſtæ,ut teſſerulæ omnes Arte,pauimento atque emblemate uermiculato.

TESTA,æ,{Chiappa,pezzo,guſcio,teſto}(κεράμιον)uas fictile, quod ex argilla tornatum,mox ad ignem coquitur:unde & Teſta dicta,quaſi toſta. Horat.1. Epiſt.2. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Ouid.2. Tri. Alter humum,de qua fingantur pocula monſtrat, Quæq; docet liquido teſta ſit apta mero. Hora.1.Carm. Ode.20. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui. Ad Heren.lib.4. Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere uellet,ipſe ſi à uicinis cum teſta ambulans,carbunculos corrogaret, non ridiculum uideretur? Quin & ipſa fragmenta fictilium uaſorum, Teſtæ dicuntur Plin lib.36 cap.25. Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni,capita earum præfigi ne torqueantur, & rudeti nouo tertiam partem teſtæ tuſæ addi. Teſta item dicitur tegmen cuiuslibet rei durum & fragile,quod Græci ὄστρακον uocant. ut in piſcibus omnibus, qui duriore ueſtiuntur cortice,qui à Græcis ὀστρακόδερμοι appellantur. Cic 2.de Nat. Deor. Quot genera,quamq; diſpara partim ſubmerſarum, partim fluitantium,& innatantium beluarum,partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentium? Teſtas quoq; figurate poſitas legimus pro oſtreis,alijs'ue id genus piſcibus,duriore cortice cōtectis. Hora.2.Ser.Sat.4. Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtę. Teſtas item pro ouorum putaminibus dicimus: item pro conchis cochlearum. Plaut. Pœn. Scin' quid eſt? cochleæ è teſta ut ſuſtolli ſolent,&c. Teſtula,læ,dimin. Col.lib.11.cap.3.de porris capitatis loquens: Tum teſtulæ,uel conchæ quaſi ſedes in ſingulis ſubiectæ ſeminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incremēti. Teſtulis ferebantur ſuffragia. Liu.5.bel. Pun. Teſtulis datis, tribuni populum ſummouerunt,ſi tellaq; allata eſt,ut ſortirentur,ubi Latini ſuffragium ferrent.

TESTACEVS,a um,(ὀστράκινος. ὀστρακώδης)quod ex teſta eſt, ſiue quod teſtæ duritiem imitatur. Plin. Inſectorum omnium,& quibus teſtacea operimenta,oculi mouentur. Plin. Epiſt.136. Quia ſint cæmento medii farti,nec teſtaceo opere præcincti. Teſtacea pyra,quę etiam Signina dicebantur. Pli.li.15.ca.15. Signina,quæ alii à colore teſtacea appellant.

TESTAMENTARIVS,a,um,quod ad teſtamentum pertinet. Vnde Teſtamentariæ tabellæ,& Teſtamentaria lex. quæ Cornelia dicitur: quæ arrogat pœnam ei,qui falſum teſtamentum uel aliud inſtrumentum ſignauerit,ſcripſerit, recitauerit. Adoptio teſtamentaria, qua quis per teſtamentum ſibi filium adoptat. Pli.lib.15.cap.2. Cum Scipionis Africani trāſiſſet atrium,uidiſſetq; adoptione teſtamentaria Salutionis(hoc enim fuerat cognomen) Africanorum decore notam irrepentem Scipionum nomini.

TESTAMENTARIVS,rii,(ῥᾳδιουργός,πλαστογράφος) qui teſtamenta falſa conficit. Cic.lib.3. Offic. Non de ſicarius,ueneficis,teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

TESTAMENTARIVS,(διαθηκογράφος)notarius, confector, & ſcriptor

ptor teſtamentorum. Paulus ad legem Corn. de Falſis. l. impuberem. Si teſtamẽtarius ſeruo fidei commiſſariam libertatem dederit, uideamus ne id extra pœnã ſit. Budæus.

TESTAMENTVM, ti, {*Teſtamento, legatione, laſcio*} (διαθήκη, ἤδ᾽ ἰαθῆκαι πληθωτικῶς) inſtrumentum extremæ noſtræ uolũtatis continens teſtimonium, Vlpianus l. 1. qui teſt. facere poſſ. Teſtamẽtum eſt, inquit uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod poſt mortem fieri uoluerimus. Et propriè quod perfectum eſt. Teſtamentum dicitur. Sed abuſiue quoque teſtamenta uocamus ea quæ falſa uel iniuſta, uel irrita, uel rupta, itemq; imperfecta ſunt. Cice. 2. de Finib. Sic eiuſdem teſtamentum non ſolum philoſophi grauitate, ſed etiam ab ipſius ſententia iudico diſcrepare. Horat. 1. Epiſt. 7. Et opella forenſis Adducit febres, & teſtamenta reſignat.

TESTATIM, (ὀστρακηδὸν) aduerbium antiquum, idem ſignificans quod minutim. Tractum a teſtarum natura, quæ in exigua fragmenta ſolent confringi. Pomponius in Verre ægroto, ut citat Nonius: Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

TESTATIO, tionis, {*Teſtatione, teſtimonio*} (μαρτυρία) idem quod teſtimoniũ. Liu. 8. ab urb. Sicut fœderũ ruptorum teſtationem: ingenti fragore cœli ꝓcellã effuſam. Quint. li. 5. c. 13. Siquid ab aduerſario teſtationibus cõprehẽſum.

TESTATOR, {*Teſtatore*} (διαθέμενος) teſtamenti conditor, uox imprimis frequens apud Iuriſconſultos.

TESTATVS, {*Chi fa teſtamento*} (διαθέμενος) qui teſtamentum cõdidit: cuius contrarium eſt Inteſtatus, (ἀδιάθετος) qui teſtamentum non condidit. Vnde & Ab inteſtato dicimus aliquem hæredem factum, hoc eſt, non ex teſtamento, quod nullum erat ſed iure propinquitatis. In ſignificatione autem paſſiua. Teſtatus, (μεμαρτυρημένος) dicitur apertus, uulgatus, ab omnibus cognitus, ꝙ id quaſi omnes teſtentur. Cicer. 4. Verr. Vt res quam maxime clara atque teſtata eſſe poſſet, in ſua ad Metellum Capinatium uoco tabulasq; ſocietatis in forũ deferro. Ouid. 3 de Pont. Eleg. 1. Nota tua eſt probitas, teſtataq; tempus in omne. Cic. Curioni: Aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim. Hinc Teſtatior, & Teſtatiſſimus: Cæſar 8. bell. Gall. Itaq; omnibus qui arma tulerãt, manus, præcidit, uitamq; cõceſſit, quo teſtatior eſſet pœna improborũ. Cic. pro Cœl. Nam neceſſe eſt fuiſſe nõ paucos & cõprehendi Licinius facile poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior.

TESTICVLOR, aris, quod & Teſtillor dicitur, ſignificat iumentis maribus fœminas, uel fœminis mares admoueo. Feſtus.

TESTICVLVS, li, (ὀρχίδιον) diminutiuum a teſtis cũ pro coleo accipitur. Autor ad Herenn. lib. 1. Medicus teſticulos arietinos tenens.

TESTIFICOR, aris, ari, {*Teſtificare, teſtimoniare*} (μαρτυρέω) teſtimoniũ dico, notum facio, teſtibus firmo. Cic. 3. de Orato. Quod eo ſæpius teſtificor, ut authoribus laudãdis ineptiarum uomen effugiam. Ouid. 2. de Art. Te memorẽ domine teſtificere tuæ. Cice. ad Att. lib. 8. Teſtificor me expertem belli fuiſſe.

Teſtificari deum, pro Teſtari, & in teſtimonium inuocare. Teſtificatus, a, um, particip. Cic. Att. lib. 1. Illud ineſt tamen commodi, quod & mihi, & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ. Ouid. Epiſt. 20. Linguaq; præſentem teſtificata deam.

TESTIFICATIO, onis, (μαρτυρία) probatio per teſtes. Cice. 6. Verr. Si eius rei teſtificatio tolleretur, cautumq; eſſet, eos teſtimonium non eſſe dicturos. Idem de Clar. Orato. Chirographa, teſtificationes, inducia quæſtiones rem manifeſtam facere. Interdum idem quod declaratio, aſſertio, profeſſio. Cice. Lentulo lib. 1. Epiſt. Sic egit cauſam tuam, ut neque eloquentia maiore quiſquã, nec grauitate nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe meritorum. Idem. 9. Phil. His honoribus habitis Ser. Sulpitio, repudiatæ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

TESTIMONIVM, nii, {*Teſtimonio, teſtimonianza*} (μαρτυρία) teſtiũ depoſitio: quæ & Teſtatio dicitur, quanquam teſtimonium propriè abſentium ſit, cum dicta teſtium: quæ alibi depoſuerũt, apud iudicem in ſcriptis proferuntur: quod genus Græci ἐκμαρτυρίας uocant. Vnde Diuus Adrianus (referente Calliſtrato Digeſt. de probat & præſump.) Ruſino proconſuli Macedoniæ reſcripſit, Teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Gabinio quoque in hæc uerba reſcripſit: Alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent. Accipitur aliquãdo latius teſtimonii uocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem Cicer. in Top. Teſtimoniorũ duo ſunt genera, diuinum, & humanum. Diuinum, ut oracula, auſpicia, uaticinationes, & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, coniectorum. Humanum qđ ſpectatur ex authoritate, & ex uolũtate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa: in quo inſunt ſcripta, pacta promiſſa, iurata, quæſita. Sumitur aliquãdo teſtimoniũ pro elogio, quo ſententiam noſtram de re quapiam declaramus. Cic. ꝓ domo ſua: Senatus mihi Teſtimonium huius urbis conſeruatæ dedit.

TESTIS, is, gene. com. {*Teſtimonio*} (μάρτυρ) qui, quæ'ue teſtimonium dicit. Teſtibus præſentibus facere aliquid cui contrariũ eſt, Clam, furtim, & ſine arbitris aliquid facere. Plau. Curc. Quod amas, ama teſtibus præſentibus. Mart. lib. 1. Ille dolet uere, qui ſine teſte dolet. Oui. Epiſt. 6. Viue mihi teſte deo, credita uita tua eſt. Cic. 3. Offic. Cum uero iurato ſententia dicẽda ſit meminerit, deũ ſe habere teſtẽ. Verg. 8. Eclog. Quãquã nil teſtibus illis Profeci. Iuue. Saty. 14. Falſus erit teſtis, uẽdet periuria ſumma Exigua. Cereris tãgens arãq; pedemq; Teſtis uero pro teſticulo, maſc. gen. eſt, (ὄρχεις) dictus quod uirilitatis teſtis ſit. Autor Priapeæ Magnis teſtibus iſta res agitur. Pli. lib. 12. ca. 49. Teſtes pecori armentoq; ad crura decidat.

TESTIVILICIVM, res minimi pretii: ſumptum ad filorum fragmenta, ꝗ de tela decidunt, quæ propriè teſtiuilicia uocari uolunt. Plau. Caſi. Non ego hoc uerbum emptitem teſtiuilicio. Quo tamen in loco. Feſtus legit Triuilicio.

TESTOR, teſtaris, {*Teſtificare, teſtimoniare, addur in teſtimonio*} (μαρτύρομαι) teſtimoniũ perhibeo, teſtimonio ſum, affirmo, profiteor. Cic. 2. de Nat. deo. Venæ & arteriæ crebræ multæq; toto corpore intextę, uim quanquam incredibilẽ artificioſi operis diuiniq; teſtantur. Idem pro Murę. Ego quod facio omniũ ueſtrum cauſa me facere clamo atque teſtor. Tranquillus in Claudio: Teſtatus quondã per edictũ tanto impenſius petere ſe ut natalem patris ſui Druſi celebrarent. Oui. 8. Metam. Et plauſit pennis, teſtataq; gaudia cantu eſt. Aliquando teſtẽ aduoco, uel in teſtimonium adduco, & alicuius imploro teſtimonio aſſero, (μαρτύρομαι) Verg. 2. Aen. Vos æterni ignes, & non uiolabile ueſtrũ Teſtor numẽ, ait. Cic. 5. Phil. Is me potiſſimũ teſtatus eſt, ſe æmulum extitiſſe mearũ laudũ. Idẽ pro Flacco: Vociferarer quantũ maxime poſſem, contenderem: teſtarer publicanos, excitarẽ negociatores, ueſtram & conſcietiã implorarem. Hoc eſt, teſtes aduocarem publicanos, totamq; rem eorum iudicio permitterem, ut interpretatur Budæus. Teſtari, pro obteſtari. hoc eſt ſuppliciter aliquid petere, numinum etiam inuocatione adhibita ἱκετεύειν, ἀντιβολεῖν. Plaut. Ipſus tere per ſuperos omnes precatur. Accipitur item Teſtari, pro teſtamentum condere διατίθεσθαι. Cic. 1 de Inuent. Poſſit'ne quiſquam de filii pupilli re teſtari.

Huius uerbi compoſita ſunt, Anteſtor, Atteſtor, Conteſtor, Deteſtor, Obteſtor, & Proteſtor: quorum ſignificata explicata ſunt ſuis locis.

TESTVACEVM, (κλιβανίτης) libi uel panis delicatioris genus, quod in teſto calido coquebatur. Teſtum autem Latini uocant quod Græci κλίβανον. Verg. li. 4. de Lin. Lat. Libum (inquit) quod libaretur, prius ꝗ eſſet coctum, teſtuaceum, quod in teſto calido coquebatur: ut etiam nunc Matralibus id faciũt.

TESTVDINEATVS, a, um, (καμαρωτός) fornicatus, concameratus, ſiue quod conuexum, & incuruum eſt teſtudinis more. Pli. li. 33. cap. 11. Sed & teſtudineatum in uſum ueniſſe. Col. li. 12. c. 15. Et inter ſe acclinis teſtudineato recto more tuguriorum inareſcentem ficum a rore, & interdum a pluuia defendãt.

Vitru. li. 2. Tecta recidentes ad extrema tranſtra traiiciunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus ad altitudinem educunt in medio metas quas luto & fronde tegentes efficiunt teſtudineata tecta.

TESTVDO, inis, {*Teſtudine, galana, biſſa ſcudelera, teſtuggine*} (χελώνη) animal tardigradum, a teſta, qua tegitur, nomen habens. Earum genera ſunt Marinæ, Paluſtres, Terreſtres, & Lutariæ, quæ in dulci aqua diuerſantur. Ex his marinæ in Indico mari in tantam euadunt magnitudinẽ, ut ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant, atq; inter inſulas Rubri præcipue maris non aliis ferè nauigent cymbis. Vniuerſo autem generi teſtudinum dentes nulli ſunt, ſed roſtri margines acuti, ſuperiori parte inferiorem claudente, pixidũ modo. Oua pariunt in terra, auium ouis ſimilia, fœtusq; educant annuo ſpatio. Reliquam earum naturam uide apud Pli. li. 9. c. 10. Eſt item teſtudo machina bellica, tabulatis contexta, & crudo corio, aut ciliciis centonibus contecta: alia'ue materia quæ difficulter poſſit exuri, Hæc intus habebat trabem, funibus ſuſpenſam, quæ ſi unco præmuniretur ferreo, Falx dicebatur, eo quod incuruata eſſet eũ in uſũ, ut lapides è muro euelleret. Si uero ferro biſurco caput haberet munitum, Aries dicebatur ſiue quod arietis in morem retrorſum cederet, ut maiori cũ impetu feriret, ſiue quod geminis cornibus capitis arietini ſimilitudinem referret. Teſtudo autẽ dicebatur, ꝙ modo caput exereret modo ſubduceret, more teſtudinis ritu. Silius lib. 1. Tandem condenſis arctæ teſtudinis armis, Subducto Pœni uallo, excaq; latebra Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus urbem. Cæſ. 4. bel. Gall. Reliquisq; diebus turres ad altitudinem, ualli falces, teſtudinesq; parare ac facere cœperunt. Teſtudo item dicebatur congregata militum multitudo confertis ſcutis teſtis, aduerſus impetum lapidum, aliorumq; telorum deſuper infidẽtiũ συνασπισμός. Liu. 10. ab Vrb. Galli teſtudine facta conferti ſtabant. Cæſ. 5. bell. Gall. At milites legionis ſeptimæ teſtudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt. Rurſus Teſtudines in ædificiis dicuntur fornices, ſiue cameræ, (καμάραι) teſtudinei tegminis inſtar conuexæ. Verg. 1. Aenei. Tum foribus diuæ, media teſtudine templi, Septa armis, folioq; alte ſubnixa reſedit. Eſt item Teſtudo, muſicum inſtrumentum, uiuæ teſtudinis figuræ non admodum diſſimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυν appellant. Huius inuentionem Mercurio aſſignat Hyginus, qui cum aliquando in teſtudinem incidiſſet, cuius caro lõga uetuſtate erat exeſa, ſolis relictis neruis, qui digitis percuſſi non iniucundum edebant ſonum: ex illius ſimilitudine lyram excogitauit: unde & teſtudinis illi nomen manſiſſe quidam exiſtimant. Hor. lib. 1. Carmen. O decus Phœbi & dapibus ſupremi Grata teſtudo Iouis o laborum Dulce lenimen. Verg. 4. Geor. Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem. Cic. 2. de Nat. Deo. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur. Teſtudineus, a, um, adiect. quod eſt teſtudinis: ut, Teſtudineus gradus. Plaut. in Amph. Siue grallatorius, ſiue teſtudineus fuerit (ſubaudi, gradus) certum eſt mihi hunc ſceleſtum perdere.

TESTVLA, læ, (ὀστράκιον) minor teſta, uel teſtæ fragmentũ. Col. lib. 11. c. 3. de porris capitatis loquens: Tũ teſtulæ, uel conchæ, quaſi ſedes, ſingulis ſubiectę ſeminibus adobruuntur, ut capita latioris incrementi. Teſtulis in comitiis ferebantur ſuffragia. Liu. lib. 5. Bell. Pun. 2. Teſtulis datis Tribuni populum ſummouerent. ſitellaq; allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent.

TESTVS, ui, {*Teſto, coperchio della padella*} (κλίβανος) inſtrumẽtũ plerunq; fictile, nõnũquã ẽt, in quo ex ære, aliave materia placẽtæ, aliaq; id genus coquebantur. Cato de Re ruſt. c. 75. In foco calido ſub teſtu coquito leniter. Legitur & Teſtũ in eadẽ ſignificatione: ut, Aereũ teſtũ, apud Pli. lib. 30. Hinc Teſtuaceum libum, & Panem teſtuaceũ dicimus, quem Græci uocant κλιβανίτην. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Libũ dictum, ꝙ libaretur, prius ꝗ eſſet coctũ: Teſtuaceum ꝙ in teſto calido coquebatur: ut etiã nunc Matralibus id faciũt matronę.

TETANICI, (τετανικοί) a tetano morbo dicti ſunt, quum muſculi, qui ſecundum ſpatium ſunt, ita rigent, ut ſe inflectere nõ poſſint. Idq; quum anterior pars afficitur, ut ſi mentum pectori annectatur, ἐμπροσθότονος. quum poſterior ὀπισθότονος, ut ſi caput ſcapulis adhæreat: quum uero ambę rigent ex æquo, Tetanos uocatur, ut ſi ceruix recta & immobilis intendatur etiam ſi ;(ut ait Celſus) quidam minus ſubtiliter, & minus diſcrete his nominibus utuntur.

TETANOTHRA, (τετανόθρα) medicamenta ſunt eiuſdem formæ, cuius et pſilothra. ψίλωθρα. Sed pſilothris ad pilos uellendos, tetanothris ad erugandã extendendamq; in facie cutem utimur.

TETANVS, m. pe corr. (τέτανος) rigor & immobilitas ceruicis, quum ſpinæ nerui & muſculi utrinq; ex æquo obriguerunt, ita ut ceruicis uertebras neutram in partem flecti permittant. Vide paulo ante in dictione Tetanici.

TETARTÆVS, adiect. τεταρταῖος (quartanus. Col. lib. 3. cap. 20. Tetartæum pro tetrade ſiue quaternario numero poſuiſſe uidetur, cum ait. Nec tamẽ ea cauſa compellere nos debet ad multas uitium uarietates. ſed quod iudicauerimus eximium genus: id quantæ multitudinis poſſimus, efficiemus. Quod deinde proximum, a primo, tum quod eſt tertiæ notæ, uel quartæ, quodq; ratenus aelut lectarum quodam contenti ſimus tetartæo Satis eſt enim per quatuor, uel ſummum quinque genera a tidemiæ fortunãm opperiri.

TETARTEMORION,(τεταρτημόριον)Græca dictio quadrantem ſignificans. Pli. lib. 7. cap. 49. Durat & ea ratio, quam Petoſiris, ac Necepſos tradiderunt, & Tetartemorion appellant, à trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiæ tractu C X X V I. annos uitæ contingere apparet. Quo in loco Tetartemorion accipitur pro ſpatio trium ſignorum, quæ eſt pars quarta Zodiaci.

TETER, tra, trum, {Vile, crudele}(βδελυρός)fœdus, crudelis, dirus: & tam ad animū, q̃ ad ſenſus exteriores pertinet: ut, Tetra bellua, Tetra uox, Teter odor, Teter aſpectus, Teterrima mens. Plau. Moſtel. Ego uero te neq; tetriorē belluā Vidiſſe me unquam, neque peiorem, cenſeo. Cic. 4. Tuſc. Ipſam ægritudinē, quā nos ut tetram, & immanem belluam fugiendam eſſe diximus, non ſine, &c. Claud. in Eutro. Nec bellua tetrior ulla eſt, Quam ſeruī rabies in libera colla furentis. Sulpitius ad Cice lib. 4. Ita uir clariſſimus ab homine teterrimo: acerbiſſima morte eſt affectus. Colu. lib. 7. cap. 5. Toto uentre diſtenditur, contrahitur q;, & ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Virg lib. 3. Aen. — Tum uox tetrum dira inter odorem. Horat. 1. Serm. Saty. 4. Poſtquam diſcordia tetra Belli ferratos poſtes portaſq; refregit. Hinc Tetræ tetrius, teterrime, aduerbia. Ci. 1. de Diuin. Multaq; facere impure, ac tetre: cum temeritate: & impudentia. Idē pro domo ſua: Quod ſeuere de religione decerneret, impuriſſime, teterrimeq; uolaſti.

TETHYS. Tethyos, prima ſyllaba prod. (Τηθύς)Cœli & Veſtæ filia, ſoror Saturni, coniux Neptuni, fluuiorū, et Nympharum mater. Heſiodus in Theogonia, Terræ ſobolē enumerans: Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα, τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην, Φοίβην τε χρυσοστέφανον Τηθύν τ' ἐρατεινήν. Τοὺς δὲ μεθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης Δεινότατος παίδων. Et paulo poſt: Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμοὺς τέκε δινήεντας, Νεῖλόν τ', Ἀλφειόν τε, καὶ Ἠριδανὸν βαθυδίνην. Τίκτε δὲ θυγατέρων ἱερὸν γένος, αἳ κατὰ γαῖαν Ἄνδρας κουρίζουσι σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι καὶ ποταμοῖς. At Ouid. lib. 5. Faſt. uidetur ſentire illam fuiſſe Titani filiam qui fuit Saturni frater natu maior. Ait enim. Duxerat Oceanus quōdam Titanida Tethyn. Datiuum facit Tethyi Catul. de Coma Bereu. Luce tamen canæ Tethyi reſtituor.

TETRACHORDVM(τετράχορδον)muſicum inſtrumentum, quatuor inſtructum chordis.

TETRACOLON, pen. pro. (τετράκωλον)quod quatuor conſtat membris. Vnde odarum quædam genera, quatuor conſtantia carminum generibus, Tetracola appellamus.

TETRADORON. pen. pro. (τετράδωρον)lateris genus, a quatuor palmorum maiorum. hoc eſt pedum trium longitudine dictum. Priſci enim Græci δῶρον palmum uocabant: unde & δῶρα munera dicta, q̇ manu darentur. Autor Plin. lib. 35. cap. 14.

TETRADRACHMA, mæ, uel Tetradrachmum, mi, (τετράδραχμον)nummus quaternas ualens drachmas. Liu. 4. Bell. Maced. Ad hæc clypei argentei decem ſignati argenti octoginta quatuor millia fuere. Attici tetradrachma uocant: trium ferè denariorum in ſingulis argenti eſt pondus.

TETRAGNATHII, (τετραγνάθιοι) aranei quidam, a maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plin. lib. 29. cap. 4. Tetragnathii duo genera habent: peior, medium caput diſtinguente linea alba, & tranſuerſa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus poſteriore parte candicans lentior.

TETRAGONISMVS, (τετραγωνισμός) quadratio, alterius figuræ ad quadratam reductio.

TETRAGONVS, pen. pro. (τετράγωνος) quadrangularis, ſiue quadratus.

TETRAGRAMMATON, (τετραγράμματον)quod quatuor conſtat literis. Vnde Dei nomen dictum eſt Tetragrammaton, q̇ non modo apud Hebræos, uerumetiam apud Græcos, Latinos, Aegyptios, Chaldæos, Arabes, Gallos, multosq; alios populos quatuor elementis ſcribatur.

TETRAMETRON, pen corr. (τετράμετρον)carminis genus, Comicis familiare, quatuor conſtans menſuris maioribus, hoc eſt pedibus octo: unde & octonarium uocant Latini.

TETRAPHARMACVM, (τετραφάρμακον) emplaſtri genus apud Celſum lib. 5. cap. 19. pus mouendo imprimis utile: ita dictum, q̇ ex quatuor conſtaret ſimplicibus, cera, pice, reſina, & ſeuo taurino, pari portione commiſtis. A gulæ quoq; proceribus Tetrapharmaca dicebantur epulæ quædam delicationes, quæ ex quatuor pretioſis obſoniis conſtabant, ſcilicet phaſiano, ſumine, perna, & cruſtulo: quod genus primum ab Aelio Vero fuiſſe excogitatum, autor eſt in uita eius Spartianus.

TETRAPOLIS, (τετράπολις) Syriæ regio, a quatuor præcipuis urbibus denominata: quarum nomina ſunt Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia, Pieria, Apamia, & Laodicea, quæ propter concordiam ſorores dictæ ſunt. Autor Strabo lib. 15.

TETRAPTOTVM, pen. pro. (τετράπτωτον) per quatuor caſus uariatum.

TETRARCHA, æ, (τετράρχης)qui quartam regni partem obtinet. Cice. ad Att. lib. 2. Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt, Lucan lib. 7. Sicci ſed plurima campi Tetrarchæ, regeſq; tenent, magniq; tyranni. Horat. 1. Serm Satyr. 3. Habebat ſæpe ducentos, Sæpe decem ſeruos: modo reges, atq; tetrarchas.

TETRARCHIA, æ, (τετραρχία)quartæ regionis cuiuſpiam partis imperium. Cice. 1. de Diuin. Cuius quidem hoc præclariſſimum eſt, q̇ poſtea, q̃ a Cæſare tetrarchia, regno, pecuniaq; multatus eſt, negat ſe tamen eorum auſpiciorū, quæ ſibi ad Pompeium proficiſcenti ſecunda euenerint, pœnitere.

TETRASTICHON, pen. cor. {Quattra uerſi}(τετράστιχον)carmen, quatuor tantum uerſibus ſententiam concludens: quemadmodum Diſtichon, quod duobus uerſibus rem abſoluit, στίχον enim Græci uerſum appellant.

TETRASYLLABVM, {Di quattro ſyllabe}(τετρασύλλαβον) quod eſt quatuor ſyllabarum ut, Imperator.

TETRICI, pen cor. (σκυθρωποί)triſtes ac ſeueri, a Sabinorum monte Tetrico dicti, qui aſperrimus eſt, teſte Seruio in illud Verg lib. 10. Qui Tetricæ horrentis rupes montemq; Seuerum: Caſperiamq; colunt. Forulosq; & flumen Himellæ. Martia. lib. 6. At q̃ non tetricus, q̃ nulla nubilus ira: Quam placido noſtras legerat ore preces. Colum. lib. 8. cap. 11. Pauonum educatio magis urbani patriſfamiliæ q̃ tetrici ruſtici curam poſcit. Ouid. 1. de Arte: Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ.

TETRICITAS, atis, (σκυθρωπασμός)grauitas, uel ſeueritas. Ouid. aut quiſquis is fuit, qui Carmen ad Piſonem ſcripſit: Talis ineſt habitus qualem nec dicere moeſtum, Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum Poſſumus.

TETRO, tras, (ἀμαυρόω)fœdo, conſperco. Pacuui. Bellnarum ac ferarum aduentus loca tetrat.

TETTIGOMETRA, pen. pro. (τεττιγομήτρα)cicadarum matrix, hoc eſt, inuolucrum, ex quo cicadæ oriuntur. Plin. lib. 11. cap. 26. de cicadarum ortu loquens: Fit primo uermiculus: deinde ex eo, quę uocatur Tettigometra: cuius cortice rupto circa ſolſtitia euolant cicadæ.

TETTIGONIÆ, (τεττιγόνιαι)minores cicadæ, minuſq; uocales, q̃ Achetæ. Autor Plin. lib. 11. cap. 26.

TETTIVS CABALLVS, uiri proprium, qui ſub Veſpaſiano & filiis claruit & propter ſcurrilitatem a calcitratu Caballi nomen adeptus eſt.

TEVCA. Illyricorum regina, quæ P. Iunium, & T. Coruncanium legatos ſummæ Romanorum iniuria interemit, quibus ob id ſtatuæ in roſtris ſunt erectæ. Autor Plin. lib 34. cap. 6.

TEVCER, (Τεῦκρος) Scamandri Cretenſis filius in Troade unà cū Dardano genero regnauit: unde Ilienſium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troas, Teucria dicta eſt. & Troiani ipſi Teucri. Hic & Salaminam Cypri condidit, ut teſtatur Iuſtinus lib. 44. Fuit & Teucer alius, frater Aiacis Telamonii, ſagittandi peritiaſſimus, quem Home lib. 8. Iliad. inducit ſub fratris clypeo latentem, multoſq; Troianorum occulte ex inſidiis uulnerantem. Teucer præterea fuit ſcriptor quidam Cyzicenus, cuius opera enumerantur à Suida.

TEVCRI. (Τεῦκροι) iidem qui Troiani, ita dicti à Teucro Cretenſi, qui una cum Dardano genero in Troade regnauit. Verg. 3. Aeneid. Necdum & Teucri ſocia ſimul urbe ferantur. Hinc & Troas ipſa Teucria dicta eſt. Verg. lib. 2. Aen. Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.

TEVCHITES, pen. pro. & maſcu. gene. (τευχίτης) iunci odorati ſpecies laudatiſſima, à loco, in quo naſcitur, nomen habens. Plin lib. 21. cap. 18. Laudatiſſimus ex Nabathæa iuncus cognomine Teuchites. Dioſcorides τευχῖτιν appellat fœmi. gen. reſpiciens nimirum ad nomen generalius σχοῖνος, quod etiam in fœmi. genere ab eodem uſurpatur.

TEVCRION, (τεύκριον)herba eſt quam quidam Splenion, alii Hemion appellant tenues ſpargens iuncos, & folia curua, aſperis locis naſcens, auſtero ſapore, nunquam florens, aut ſemen gignens. Hanc Teucer inueniſſe exiſtimatur, cū animaduertiſſet exta ſuper eam proiecta ſplenii illam adhæſiſſe. eumq; exinaniſſe. Vide Plin. lib. 25. cap. 5. Quidam putant eandem eſſe cum Dioſcoridis hemionitide, quæ hodie a pleriſq; Lingua ceruina appellatur.

TEVCRIS (Τευκρὶς Stephano) urbs & regio Troadis, Dardania poſtea dicta. Vergil. Teucriam appellat.

TEVCHIRA, pen. pro. (Τεύχειρα Ptolemæo) Libiæ Cyrenaicæ urbs, una ex iis, quæ Pentapolim conſtituunt, alio nomine Arſinoe dicta, teſte Plin. lib. 5. cap. 5.

TEVMESSVS, pen pro. (Τευμησσός) Bœotiæ exiguus mons, in quo Hercules adhuc penè puer leonem Teumeſiam occidit eiq; pellem detraxit, qua ſemper poſtea pro pallio uſus eſt. Leo autem a Ioue in cœlum tranſlatus dicitur, ut gloriæ Herculis conſuleret qui eum inermis occiderat Thyas Theumeſia. Stat. lib. 3. Theb. Velano ueluti Teumeſia Thyas Rapta deo &c.

TEVTATES, pen. pro. lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur Hunc Plato inuentorem fuiſſe Geometriæ & Aſtronomiæ atq; talorum ſcribit. Lucan. lib. 1. Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates, horrenſq; feris altaribus Heſus. Lactant lib. 7. Galli Heſum atque Teutatē humano cruore placabant deos. qui ſanè feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit, qui Latialem Iouem & Saturnum humana placabant hoſtia.

TEVTHA, (Τεῦθα) regina Illyricorum, quæ ob caſtitatis meritum meruit, ut longo tempore, uiris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret. Plin. lib 34. cap. 6. uocat Teucam. Vide ſupra.

TEVTHADAMAS. (Τευθαδάμας) nomen patris Pelaſgi, ut inquit Homerus lib 2. Iliad.

TEVTHALIS, lidos, (τευθαλίς) herba quam alii a frequentia geniculorum Polygonaton appellant, alii Polygonon. Plin lib. 27. cap. 12.

TEVTIS, idis, (τευθίς) piſcis eſt, oſſe oblōgo atq; exerto munitus, ſed corde carens. Theodorus ex Ariſtotele Loliginem uertit. Hinc Themiſtocles Eretrienſibus ignauiam obiiciens, dictitabat eos Teuthidi perſimiles, μὲν χαίρας μὲν ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν, hoc eſt gladios quidem eos habere, cor autem non habere. Fuit item Teuthis quidam ex Græcorum principibus, qui ad Troiam nauigaturi in Aulidem conuenerunt: qui cum forte ab Agamemnone diſſideret, atque ob id retro ſe in patriam uellet recipere, Mineruam diſſuadentem, atq; adeo remorantem, haſta uulnerauit.

TEVTHRANIA, æ, (Τευθρανία)regio eſt ſupra Aeolidem, & partē Troadis, in mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere, una cum urbe eiuſdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

TEVTHRAS, antis. (Τεύθρας) Ciliciæ. & Myſiæ rex fuit, qui Augā Alei filiam, una cum Telepho filio patris iuſſu urnæ impoſitam, & ad Caici fluuii oſtia delatam, uxorem duxit, filiumq; eius Telephum pro ſuo educauit: ut ex Euripide refert. Strabo lib. 13. Ab hoc Teuthrante regio ſupra Aeolidem, ad Caicum amnem Teuthrania dicta, Quin & Caicus ipſe ab illius nomine Teuthranteus cognominatur ab Ouid. 2. Metam.

TEVTHRIA, (Τευθρία)maris Adriatici inſula, Apuliæ litori adiacens, teſte Plin. lib. 4. cap. 26.

TEVTRION, (τεύθριον Dioſc.)herbæ nomen, quæ alias polion dicitur. Pli. lib. 21. cap. 7. Polion, eundem Teuthrion uocant, &c.

TEVTONES, ſiue Teutoni, pen. corr. {Todeſchi}(Τεύτονες) Germaniæ populi Ingeuonibus a Plinio annumerati: ita dicti a Teutone ipſorum deo, (Tacitus Tuiſconem appellat) quem indigenam, & terra ortum exiſtimabant.

TEVTONICVS, adiect. (τευτονικός)poſſeſſiuum a Teutonibus Germaniæ populis deductum: ut, Teutonici capilli. Martial. lib. 14. Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos: Captiuis poteris cultior eſſe comis.

TEXO. xis, xui, xtū {Teſſere}(ὑφαίνω, ἱστουργῶ)telam conficio. Terē in Heau. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Tibul. lib. 2. Eleg 3. Illa gerat ueſtes

fies tenues, quas foemina Coa Texuit. Verg. 10. Eclo. Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco. Per translationem Texere ponitur pro componere, fabricare, scribere colligere, compingere, concinnare, συμπλέκειν συγγράφειν, κατασκευάζειν. ut Texere historiam, Texere corolla. Ci. ad Att. lib. 4. Paulus in medio foro basilicam iam penè texuit ijsdem antiquis columnis. Plin. lib. 13. cap. 11. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt. Verg. 11. Aen. Bis denas Italo texamus robore naues. Ouid. Epist. 15. Texitur & costis panda carina suis.

Texere nidos, apud Quintil. lib. 2. cap. 16. Texere epistolas. Cic. ad Paetum lib. 9. Epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus. Textus, a, um, particip. Verg. 2. Aeneid. Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roboribus textis, caeloque educere iussit. Huius composita sunt, Attexo, Contexo, Detexo, Intexo, Praetexo, Retexo, & Subtexo: quorum significat explicantur suis locis.

TEXTILIS, & hoc, le, pen. cor. (ὑφαντός, πλεκτός) quod texendo factum est: ut, Textilis corona, & Textilis uestis, ante cuius usum fuit Nexilis uestitus. ut docet Lucre. lib. 5. quum ait, Nexilis ante fuit uestis, quàm textile tegmen. Primi autem Aegyptij inuenerunt textilia teste. Plin. lib. 7. cap. 56. Cic. 5. Tus. Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrime textili stragulo, magnificis operibus picto. Verg. 3. Aen. Textilibusque onerat donis, ac talia fatur. Textilis pictura, quae in tapetibus fieri, aut tela solet. Cic. 6. Ver. Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quam quaesierit, inspexerit, &c. Textilis umbra palmitis, quae multis palmitibus intertextus fit. Martia lib. 12. Hoc nemus, hi fontis, haec textilis umbra supini Palmitis.

TEXTOR, oris, {Tessere, tessitore.} (πλοκεύς, ἱστουργὸς ὑφάντης) qui uestes, aut telam texit. Cic. pro Plancio. Si pro fabro aut textore emimus. Iuuen. Saty. 9. Pingues aliquando lacernas Munimenta togae, duri, crassique coloris. Et male percussas textoris pectine Galli.

TEXTRICVLA, ae, {Tessadrella.} (ὑφάντρια.) diminutiuū est a Textrice.

TEXTRINA, nae, pen. pro. {Tessitora} (ἱστουργεῖον) officina textoria. Cice. 5. Verr. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit. In eadem significatione legitur & Textrinum. Cice. ibidem. Quod tamen oppidò isti per triennium textrinum ad muliebrem uestem faciendam fuit. Textrinae item uocabulum existimauit Calepinus pro ipsa arte textoria aliquando accipi citans locum Plinij ex lib. 11. cap. 24. ubi sic legit, Quam non ad hoc uidetur pertinere cribrata pexitas, & quadam polliturae arte ipsa per se tenax ratio textrinae. Emendatiora tamen Plinij exemplaria, Tramae, hoc in loco non textrinae, legendum ostendunt.

TEXTRIX, cis, (ὑφάντρια) mulier textoriae artis perita. Tibullus lib. 2. cap. 2. Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam Cantat.

TEXTVS, huius textus, {Tessimento,} (ὕφασμα, συμπλοκή) textura, complicatio. Plin. lib. 9. cap. 35. Alterno textu fulgentibus toto corpore crinibus.

TEXTVM, ti. (ὕφασμα) quicquid ex quauis materia contexitur aut cōponitur. Martia. lib. 5. Et dona matrum uimineo ferunt texto. Ouid. Epist. 16. Purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur. Verg. 8. Aene. Tum leues ocreas electro, auroque recocto, Hastamque & clypei non enarrabile textum. Pinea texta carinae. Catullus Argon. Textum orationis, pro stylo. Quint. lib. 9. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue, atque rasum laetioribus numeris erat corrumpendum.

TEXTVRA, ae, (ὕφασμα, πλοκή, πλέγμα) ratio ipsa texendi. Lucre. libro. 3. Quàm tenuis constet textura, quamque loco se contineat paruo.

T ANTE H.

THABIS, Scythiae mons est in Asia, ut scribit Pomponius Mela lib. 3. Apud Plin. tamen lib. 6. cap. 17. Tabis legitur sine aspiratione.

THAIS, (Θαΐς) nobilis meretrix fuit Alexandrina quae Atticam iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander, comicus poeta Graecus, unde & Menandreae epitheto a Poetis insignitur. Propertius: Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. Fuit & Thais altera, a diuo Pannutio ad uitae continentiam reuocata, adeo ut relicto quaestu meretricio, sancta mulier euaserit. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis ac magis. illa uero dicente, neminem nisi Deum ipsos posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei metum, ac religionem, eam est exhortatus, qui posset etiam, occulta conspicari & plectere. Volaterranus lib. 20.

THALAMAE, (Θαλάμαι) urbs Messeniae, teste Stephano, Pasiphaes templo, & oraculo nobilis. ut docet Plutarchus in Agide. Hinc fit gentile Thalamata. θαλαμάται.

THALAMEGOS. pen. pro. (θαλαμηγός) nauis genus. Athenaeus: Aedificauit Ptolemaeus Philopater nauem etiam fluuialem, quae thalamegos uocabatur. Longitudo eius semistadium latitudo quae esset amplissima, triginta cubitis: altitudo cum suggestu tabernaculi paulo minor quadraginta cubitis. figura eius neque longis nauibus, neque rotundis assimilis.

THALAMVS, pe. cor. {Camera da sposo, o da sposa.} (θάλαμος) commune coniugis utriusque cubiculum. Verg. 9. Aen. Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens. Per translationem pro ipsis nuptiis, atque adeo pro ipso connubio uire accipitur. Idem. 6. Aen. Hic thalamū inuasit natae, uetitosque hymenaeos. Ouid. 10. Metamor. Sine coniuge caelebs Viuebat, thalamique diu consorte carebat. Idem. 1. Amor. Eleg. 8. Haec sibi proposuit thalamos uiolare pudicos. Thalamus, pro alueolis apium. Verg. 4. Georg. Post ubi iam thalamis se composuere, siletur In noctem. Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

THALASSICVS COLOR, (θαλασσικὸν χρῶμα). qui similis est fluctibus marinis. Graeci enim θάλασσαν mare dicunt. Plau. Nescio quis tecum uicedit ornatu quidem thalassico. Thalassinus, a, um, pe. cor eiusdem significationis. Lucr. lib. 4. Teritinque thalassina uestis. Hoc est, ceruleis coloris, & marini.

THALASSIO, (ὑμεναῖος) carmen nuptiale: ita dictum a uoce quam in nuptiis omnis causa acclamabant, quae erat Thalassius. De cuius acclamationis origine uide Liu. lib. 1. ab urbe. Apud Varronem Talassio legitur sine aspiratione, atque unico, s, putatque. Varro ea uoce quasillum significari, hoc est calathum reponendis lanis destinatum. Quam sententiam etiam attingit Plutarchus in Problematibus, dicens hanc uocem in nuptiis non alia ratione fuisse usurpatam, nisi ut nouae nuptae ad lanificium prouocarentur. Vocis autem huius originem a Graecis repetit, qui ταλασίαν dicunt, quod nos lanicium.

THALASSOMELI, (θαλασσόμελι) medicamentum, quod fit aequis portionibus, maris, mellis, imbris, fictilique uase depicato conditur. Pli. lib. 13. ca. 6. Inueteratur quod uocatur thalassomeli aequis portionibus maris, mellis, imbris, &c. Accuratiorem huius medicamenti confectionē uide apud Diosc. li. 5. c. 17.

THALASSOMETRA, (θαλασσομέτρης) maris mensor.

THALES, etis, & Thalis, (Θαλῆς, Θάλης,) unus ex septem Graeciae sapientibus, qui eodem tempore in Graecia floruerunt. Natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laertius) anno primo. XXXV. Olympiadis. Vixit annos (ut Sosicrates tradit) nonaginta: ut alii septuaginta. Hic primus in Graeciam Geometriam creditur inuexisse, primusque obseruasse temporum ambitus, uentorum flatus, stellarū motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reuerticula. Interrogatus quod in rerum natura difficillimum existimaret, seipsum, inquit nosse. Iterumque rogatus quum sciscitaretur, quomodo optime & iustissime uiuere liceret. Si (inquit) quae in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Huic tripus aurea a piscatoribus Milesiis reperta, dum res in lite uerteretur, ex oraculo Apollinis indicantis, eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phoebum, ut qui Deum hominumque sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica. Eius discipulus fuit Anaximander, cuius auditor Anaximenes, & Hecataeus historicus.

THALES, (Θαλῆς, Θάλης,) poeta Lyricus Cretensis, quē è Creta Solon Spartam misit, ut eius odis ac poesi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiā ex Lycurgi legibus imbutam, castigarent. Author Plutarchus in Solone.

THALESTRIS Curtio (Θαλῆστρις) uel ut apud Strabonem legitur, Thalestria, regina Amazonum, quam alii Minitheam uocant. Haec audita fama rerū ab Alexandro gestarum, relicto regno trecentis comitata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit, ut sobolem ex eo conciperet: atque primum sibi uisa est facta esse grauida, reuersa est in regnum.

THALIA, penult. prod. (Θάλεια) una ex nouem Musis: ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quòd inter caetera significat uirere seu florere: propterea quòd Poetarum fama nullo tempore marcescat. Vergil. 6. Eclog. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.

THALICTRVM. (θάλικτρον Dioscoridi) herba folia coriandri habens, pinguiora pauló, caulem papaueris. Plin. lib. 27. cap. 13.

THALLI, (θαλλοί) in porris, & caepis, & allio, medii stipites dicuntur a θάλλειν, idest uirescere. Colu. lib. 11. cap. 3. Thalli caeparum uentis prosternentur, totumque semen excutietur. Thalli item dicuntur, rami lauri, uel oliuae semper uirentes: unde Thallophori, (θαλλοφόροι) dicti, qui Athenis in Panathenaeis oleae ramos gestabant. Erant ij ut plurimum senes. unde per iocum Thallophori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles.

THALYSIA, (θαλύσια) festa erant apud Athenienses: quibus fructibus omnibus in horrea conuectis, diis primitias consecrabant: dicta ἀπὸ τοῦ θάλλειν, propterea quod idcirco praecipue fierent, ut quae succisa erant, possent reuirescere. Vide Coel. Rhodig. lib. 12. cap. 17.

THAMANAEI, (Θαμαναῖοι) populi sunt Persis tributarii. Herod. lib. 3.

THAMYRAS, siue Thamyris. (Θαμύρας, ἢ Θάμυρις. Suidae) poetae nomen ex Thracia, qui cum omnes pulchritudine praecelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas amauit, cum quibus de cantu certauit hisce conditionibus, ut si uinceret, earum complexu poteretur, sin succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis uideretur. Itaque superatus & oculis, & lyra priuatus est. Hinc manauit prouerbium in eos qui praeter ingenium proprium aliquid agit, Thamyras insanit. Θαμύρας μαίνεται. Haec Erasmus in Prouerbijs. & Suidas. Ouid. lib. 3. de Arte. Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu. Non erit ignotae gratia magna lyrae, &c.

THANATOS. (Θάνατος.) insula in Oceano Gallico, Britanniae (ut Solinus refert) proxima, frumentariis campis imprimis felix: ueneniis autem adeo aduersa, ut non modo serpentem nullum educet, uerum etiam aliunde importatum statim enecet, unde & a serpentum morte nomen creditur accepisse.

THAPSACVS, pen. corr. (Θάψακος) urbs Syriae amplissima, ad Euphratem fluuium: cuius meminit Xenophon. de Cyri expeditione lib. 1.

THAPSVS, (Θάψος,) insula, decem stadiis a Sicilia distans, uersus Syracusas, plana: & quàm minimum è mari eminens, adeo ut undis mersa uideatur. Vnde & Thapsus dicta est, ἀπὸ τοῦ τάφου, quod in mari quodammodo sepulta uideatur. Verg. lib. 3. Thapsumque iacentem.

THAPSIA, (θαψία) frutex est tota specie ferulae similis, graciliore tamen caule, folio foeniculo similis: umbellas habens in singulis geniculis anetho similes, & in iis florem luteum semen autem modice latum, minus, quàm ferulae. Radix est praegrandis, intus candida, foris nigra, crassiore cortice uestita, & acris. Colligitur ex ea liquor, eiusdem nominis, effossa circa eam terra, uulneratoque cortice. Dicta Thapsia a Thapso insula, in qua primū creditur inuenta. Vide Pli. li. 13. cap. 22. & Diosco. lib. 4.

THASSVS, si, (Θάσος,) insula est maris Aegaei, Thraciae adiacens, contra Nessi fluminis ostia. oppidum habens eiusdem nominis, a Phoenicibus, qui Europam terra marique inuestigantes, eo peruenerunt, conditum: ut est autor Herodo. lib. 2. Huius incolae Thasii Θάσιοι dicuntur, generosis uinibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Verg. 2. Georg. Sunt Thasiae uites, sunt & Mareotides albae. Thasii marmoris meminit Plinius cum aliis plerisque in locis, tum lib. 36. cap. 6. Thasia nux, eadem quae & Graeca, & amygdala dicitur, teste Macrobio Saturnal lib. 6.

THAVMACIA, (Θαυμακία) Magnesiae oppidum ita dictum a Thaumaco Poeantis patre: cuius meminit. Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

THAVMANTIAS, adis, (Θαυμαντίας) Thaumantis & Electrae filia. Vergil. 9. Aen. Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est. Eadem etiam Thaumantis dicitur: ut, Imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3. Sylu.

THEA, (Θεία,) Nympha Oceani & Tethyos filia. Author Hesiodus in Theogonia.

THEAGENES, tres Athenis diuersi temporibus Suidas fuisse recenset. Vnū qui de Homero scripsit. Alium, qui καπνός, idest, fumus est cognominatus, quòd

Hermagoras,qui de arte Rhetorica ſcripſit. Tyberius quoque princeps cum ſeceſſiſſet Rhodum,eum ſtudioſe audiuit:ut Quint.lib.4.tradit. Theodorus alius fuit cognomento Atheos,Zenonis primum,mox & Pyrrhonis auditor: de quo uide Laertium,& Suidam.

THEODOSIA,(θεοδοσία)Tauricæ Cherroneſi urbs.Ptolem.lib.3.cap.6.& Plin.lib.4.cap.12.

THEODOSIVS,(θεοδόσιος)nomen proprium duorum Romanorum principum:quorum uitam uide apud Eutropiũ.Theodoſius alius fuit inſignis Mathematicus:cuius ſcripta enumerantur à Suida.

THEODOTA,(θεοδότη)meretrix Elea fuit,lepida in primis & feſtiua: cuius meminit Xenophon de dictis & factis Socratis.& Laert.in Vita Arceſilai.

THEODOTVS,(θεόδοτος)patria Chius,olim Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit,qui decertantibus in conſilio Aegyptiorum ſatrapis,an Pompeius poſt prælium Pharſalicum profugus, eſſet in Aegyptum recipiendus, pro ſententia dixit,recipiendum quidem eſſe, ſed receptum occidendum,adiiciens tritum illud prouerbium,Mortuos non mordere. Hunc poſtea Cæſare interfecto Brutus in Aſia receptum,& ad ſe adductum interfici iuſſit. Vide Plutarchum in uita Pompeii. Theodotum alium memorat Philoſtratus in Sophiſtis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholæ.

THEOGNIS,(θέογνις) Poeta fuit Siculus,Megaris natus, LXIX. olympiade,qui utiles quidem & lectu dignas Paræneſes conſcripſit,niſi fœdis amoribus paſſim aſperſis,eas contaminaſſet.

THEOGONIA,(θεογονία)Deorum origo: quo nomine extat opus Heſiodi deorum genealogias explicans.Cic.1.de Nat.Deo. Cum uero Heſiodi Theogoniam,id eſt,originem deorum interpretatur,tollit omnino.

THEOLOGIA,{Teologia,}(θεολογία,)prima Philoſophiæ pars, quæ uerſatur circa Dei,& rerum diuinarum contemplationem. Interpretatur autem ratio,ſiue ſermo de Deo, uel diuinitate.

THEOLOGVS,logi,{Teologo,}(θεολόγος) Philoſophus circa rerum diuinarum cognitionem uerſans.Cic.3.de Natu.Deo.Principio Ioues tres numerãt ii,qui theologi nominantur.

THEOMACHVS,(θεόμαχος)pen.cor.Deo repugnans Latinè dicitur.

THEOMBROTVS,pe.cor.(θεόμβροτος) Philoſophus fuit Metroclis auditor,& præceptor Demetrii Alexandrini:cuius meminit Laertius in Metrocle.

THEOMBROTIOS,(θεομβρότιος)herba magica qua Perſarũ reges aduerſus omnia cum animi,tum corporis incommoda utebantur.Pli.li.24.ca.17. Theombrotion triginta ſchœnis à Choaſpe naſci,pauonia pictura ſimilẽ,odore eximio. Hanc ait à regibus Perſarum comedi aut bibi cõtra omnia corporũ incõmoda inſtabilitatẽq; mẽtis:eandẽ denq; ſemnió à potẽtiæ maieſtate appellari.

THEOMENIA,θεομηνία) ira diuina.

THEOMNESTVS,(θεόμνηστος) Cous,ut autor eſt Strab. libr. 14. uir fuit clarus adminiſtratione Reipub.& Niciæ tyranni æmulus.

THEON,(θέων)nomen pictoris Samii,de quo Quintil.lib.12.de Inſtit. Orat. Alter mathematicus,qui ſcribit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Tertius Grammaticus,interpres Apollonii Rhodii. Fuerunt & alii hoc nomine qui commemorantur a Suida: ex quibus celeberrimus fuit Theon Alexandrinus eiſdem,patria,tempore,& diſciplinis,quibus Pappus,ſub Theodoſio ſeniore.Scripſit de Aſtrologia,commentariosq; in Ptolemæum & Aſtrolabiũ paruum,& alia. Theon item alius & ipſe Alexandrinus,Stoicus,tempore ſuperior:ſiquidem ſub Auguſto poſt Arrium philoſophum emicuit: ſcripſit in Phyſicam,& in artem Rhetoricam,& alia. Alius itẽ eius nominis Stoicus fuit Antiochenus omnium antiquiſſimus,qui ſcripſit apologiam Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus,ſophiſta,cognominatus Aelius, qui Progymnaſmata quædam Rhetorica ſcripſit,& Commentarios in Xenophontem,Iſocratem,& Demoſthenem. Autor Suidas. Theon item Sidonius Sophiſta,qui in patria ludum aperuit ſub Conſtantino. Fuit & marmoris cælator hoc nomine,unus ex iis,qui Mauſoleum cælauerunt:cuius meminit Pli.lib.35. cap.11. Theon præter hos Poeta quidam fuit rabioſæ cuiuſdam loquacitatis, petulantiſſimæq; maledicentiæ. Vnde factum eſt, ut Theonino dente rodi eum dicamus,qui conuiciis laceſſitur. Vide Eraſmi Adagia.

THEOPHANES,(θεοφάνης)Mitylenæus Hiſtoricus,ſcriptor rerum Pompeii Magni:cuius meminit Cic.in Orat.pro Archia.

THEOPHILVS,(θεόφιλος)Cæſareæ Paleſtinæ præſul Seuero imperante, cuius meminit Hieronymus.Theophilus alius Antiochenus præſul,qui imperãte M. Antonio librum in Martionem edidit,& alia quædam, quæ ab Hieronymo cõmemorantur. Alius item eiuſdem nominis præſul Antiochenus, ad quẽ Lucas ſcribit Acta Apoſtolorũ. Alius quoq; præſul Alexãdrinus, qui ſcripſit aduerſus Origenẽ. Præter hos Theophilus comicus antiquæ cõmœdiæ,cuius fabulas nonnullas cõmemorat Suid. Interpretatur autẽ Theophilus Dei amor,

THEOPHRASTVS,(θεόφραστος)philoſophus fuit ex Ereſſo Lesbi oppido,prius Tyrtamus appellatus,deinde Euphraſtus,& poſtremo Theophraſtus ob oris & eloquentiæ ſuauitatem propemodum diuinam. Hic Peripateticorũ eloquentiſſimus doctiſſimusq; fuit, Ariſtotelis diſcipulus & in ſchola ſucceſſor. Dicere ſolebat,doctum hominem,ex omnibus ſolum neq; alienis locis peregrinum eſſe,neq; inopem amicorum. Habuit diſcipulos ad duo millia. Opera eius a Diogene commemorantur, inter quæ ſunt libri ſex epitomes in Ariſtotelẽ de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conuerſi a Theodoro Gaza,& pauca quædam opuſcula. Exceſſit admodum ſenex, ex Suida,Diogene,Strabone. Theophraſtus alter fuit Epheſius,cuius meminit Aelianus De uaria hiſtoria.

THEOPOLIS.pen.cor.(θεόπολις) maxima Syriæ ciuitas, ſic a Iuſtiniano nominata poſt terræmotum,cum prius Antiochia diceretur. Autor Stepha.

THEOPOMPVS,(θεόπομπος)Chius,orator & hiſtoricus poſt Thucididẽ & Herodotum,teſte Quintil. quibus ut in hiſtoria minor,ita oratori magis ſimilis:ut qui,antequam eſſet ad hoc opus ſolicitatus,diu fuerit orator. Filius fuit Damaſiſtrati,teſte Suida,& auditor Iſocratis. Scripſit Epitomen Herodoti libris duobus.& Rerum Græcarum Hiſtoriam, poſt bellum Peloponneſiacum incipiens,ubi deſiit Thucydides. Theopompus alius fuit Athenienſis, Theodectis filius,antiquæ Comœdiæ ſcriptor: cuius fabulas recenſet Suidas. Præter hos Theopompus Gnidius,Cæſaris familiaris, qui Artemidorum habuit filiũ, qui apud Cæſarem ipſum plurimum poterat,ut ſcribit Strab.lib.14. Theopompus item alius fuit rex Spartanorum,qui cum primus inſtituiſſet ut Ephori Lacedæmone crearentur ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti,quemadmodum Romæ conſulari imperio Trib.pleb.ſunt obiecti,atq; illi uxor dixiſſet id egiſſe illũ, ut filio minorem poteſtatẽ relinqueret: Relinquam(inquit)ſed diuturniorem. Optime quidem. Ea enim demum tuta eſt potentia, quæ uiribus ſuis modum imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum uinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit,hoc ad beneuolentiam ciuium propius admouit. Hæc Valer. Max.lib.4.cap.1. Quintilia.tamen lib.2. hanc modeſtiam parum ualuiſſe demonſtrat,captum demum fuiſſe oſtendens, Theopompus (inquit) Lacedæmonius,permutato cum uxore habitu,è cuſtodia euaſit, ut mulier.

THEOREMA, matis,{Speculatione,}(θεώρημα)Latinè ſpeculatio, commentatio.Cic.de Fat.Etenim ſi eſt diuinatio,quælibet natura à præceptis artis proficiſcitur:præcepta appello,quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

THEORESIS,(θεώρησις) contemplatio.

THEORETICE,(θεωρητική)ars,quæ nullum exigens actum,ipſo rei cuius ſtudium habet,intellectu contenta eſt.Quint.lib.2.cap.18.

THEORIA,pen.acuta,{Speculatione,contemplatione}(θεωρία)ſpeculatio, meditatio,contemplatio,ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν,quod eſt animo contemplari.

THEORI,pen.pro.(θεωροί)Athenis dicebantur,qui quotannis publico nomine in Delum nauigabant Apollini litatum:quorum etiam nauis, qua uehebantur,Theoris dicebatur. Autor Suidas.

THEOTOCOS,cum accentu in penultima,(θεοτόκος)Virginis matris epitheton eſt,quod Latinè Deiparam uertere poſſumus. Contra Theotocos accentu in antepenultimam translato,(θεότοκος)paſſiuam habet ſignificationẽ idem ualẽs quod ex Deo natus. Verum huiuſmodi dictiones merè Græcas,quæ noſtris literis ſcribi non conſueuerunt,ſatius fuerit è Græco latino Lexico petere: cũ huc nihilo magis pertineant,quàm Latinarum uocũ ſignificationes ad Græcorũ Lexica.

THEOXENA,(θεοξένα) a Philippi Macedonis militibus cincta, cum eorũ manus effugere non poſſet,ſe præcipitem dedit in mare. Vide Liu.lib.40.

THERA,{Santorini}(θήρα) inſula una ex Cycladibus in Aegæo,ex qua profecti ſunt Theræi,qui Cyrenen in Africa condidere. Hæc olim Calliſta dicebatur,teſte Callimacho,cuius ea de re hoc extat diſtichon,καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ᾽ ὕστερον οὔνομα θήρη Μήτηρ εὐίππων πατρίδος ἡμετέρης. Hoc eſt, Nomine Calliſta primò,ſed poſtmodo Thera Dicta fuit tellus urbis origo meæ. Hæc ex Strab.lib.17. Diſtat autem ab Io inſula XXV.M.paſſ. Vrbes habet duas Eleuſinem,& Oeam, Vide Plin.lib.4.cap.12.& Ptolem.lib.3.cap.15.

THERAMENES.pen.cor.(θηραμένης) ciuis Athenienſis, unus ex triginta tyrannis,qui cum a collegis multos inſontes ſupplicio affici uideret,ea de re conquerens,cum cæterorum omniũ tum præcipuè Critiæ cuiuſdam, qui reliquis ut potentia,ita & immanitate antecedebat,odium in ſe concitauit,tandemq; per calumniam circumuentus,& innocens capitis damnatus,cum cicutam auide hauſiſſet,quod reliquũ erat,è poculo eiiciens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ. De hoc ſic ſcribit.Ci.1.Tuſ.quæſt.Pro dii immortales,quàm illud iter iucundũ eſſe debet,quo confecto,nulla reliqua cura,nulla ſolicitudo futura ſit: quàm me delectat Theramenes,quàmq; elato animo eſt. Etſi enim flemus,cum legimus,tamen nõ miſerabiliter uir clarus emoritur: qui cũ coniectus in carcerẽ,triginta iuſſu tyrãnorũ uenenũ ut ſitiẽs obbibiſſet,reliquũ ſic è poculo eiecit,ut id reſonaret:quo ſonitu reddito arridẽs, Propino(inquit)hoc pulchro Critiæ:qui in eũ fuerat teterrimus. Græci.n.in cõuiuiis ſolẽt noĩare,cui poculũ traditũri ſunt. Hactenus. Cic.

THERAMNE,es,ſiue Theramnæ,arum,((θεράμναι Steph.)Laconiæ oppidum eſt,non procul a Sparta,teſte Plin.lib.4.cap.5.

THERAPNÆ arum,(θεράπναι) uicus eſt Laconiæ,teſte Mela,in quo Leda Caſtorem & Pollucem,Helenam & Clytemneſtram peperit,Stat.lib.3. Theb. Thænareumq; cacumen, Apollineasq; Therapnas. Dictæ autem putãtur. Therapnæ,(ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν)quòd ibi Dioſcuri religioſiſſime colerẽtur. Hinc deducitur adiectiuum Therapnæus,a,um. Ouid.in Epiſt.Paridis: Da modo te facilem.nec dedignare maritum Rure Therapnæo nata puella Phrygem.

THERASIA,(θηρασία)inſula eſt in mari Cretico,una Sporadum, olim Theræ pars,poſtea undarum impetu auulſa ut refert Plin.lib.4.cap.12.

THERIACE,es,ſiue Theriaca,cæ,{Triaca,}(θηριακή ἡ,θηριακά τά)medicamentum præſtantiſſimum,multis ex ſimplicibus conflatum,ſingulare aduerſus uenena omnia remedium. Dicta Theriaca ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc eſt a uenenatis beſtiis,ſiue quòd illarum carnes recipiat hæc compoſitio(fit enim ex uiperina carne)ſiue quòd earum uenenis aduerſetur. Plin.certe Theriacam ab effectu non a materia uidetur appellaſſe,non uiam eius conficiendæ rationem præſcribẽs,cui tamen nulla admiſſet uenena. Quin & uitis quoddam genus in Thaſſo naſcens, Theriacen appellat,non aliam ob cauſam,quàm quod uenenatis omnibus uideatur reſiſtere. Vide ipſum lib.21.cap.24.& lib.14.cap.18.

THERICLES,(θηρικλῆς,)ſculptor inſignis fuit,calicibus ex terebintho tornandis,nobilitatus,teſte Plin.lib.16.cap.40. Suidas præterea Thericlis figuli cuiuſdam meminit,qui primus pocula ex luto credatur finxiſſe: unde Thericlea,pro fictilibus quidam uſurparunt.

THERIMACHVS,(θηρίμαχος) nomen pictoris inſignis, de quo Pli.lib. 35.cap.10.

THERIOTROPHION.penul. pro.{Viuaro,barco.}(θηριοτροφεῖον)uiuarium,in quo feræ aluntur. Varro lib.3. de Re ruſtic. Sylua erat (ut dicebat) ſupra quinquaginta iugerum,maceria ſepta,quod non leporarium,ſed theriotrophium appellabat.

THERIOMA,pen.pro.{Fiſtola,}(θηρίωμα)ulcus uirilium, interim & ſedis, & partium aliarum,multo ac nigro ſanguine mali odoris. atra fit caro,& corroditur. Ex quo naſci quandoq; ſolet herpes eſthiomenos. Ita uocatur ulceris genus,quod ſerpendo corpus oſſa uſq; deuorat,inæquale,ac cœno ſimile.

THERIONARCA,(θηριονάρκη)frutex eſt ſubherbaceus roſeo flore: inde nomen habens quod torporem afferat ſerpentibus, quaſi θηρίων νάρκη. Vide Plin.lib.25.cap.9.

THERSISTRVM.(θέριστρον)uelamen, uel ueſtis tenuis, qua utebantur mulieres Palæſtinæ. Dictum Theriſtrum,ſiue quod eo ἀθερίζω) hoc eſt, meſſores uterentur,ſiue quòd ἐν θέρει,hoc eſt,æſtate maxime uſui eſſet.

THERMÆ,{Stue,ſtufe.bagni,}(θερμαί)loca aquas habẽtia aut ſpõte naturę calẽtes,aut fornace calefactas,ſudãdi,lauãdi'ue uſibus deputata: ἀπὸ τῆς θέρμης,

THETA,(θῆτα)nomen eſt literæ Græcæ, quæ apud nos ualet th aſpiratū. Hæc in Græcorum iudicijs nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quod ea ſit prima litera in dictione θανάτος, quæ illis mortē ſignificat. Huc alluſit Perſius Saty. 4. Et potis es uitio nigrum præfigere theta.

THETIS, tidis, (θέτις) Peleï Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater de cuius nuptijs extat elegātiſſimus Luciani Dialogus. Accipitū nonnunquam pro mari, ut apud Vergi. 4. Eclog. Tentare Thetin ratibus.

THEVCITIS,(θευκῖτις) iunci ſpecies in Nabathea creſcens, rotundus, uinoſæ mordacitatis ad linguam. Vide in dic. Teuchites.

THEVDASIA,(θευδασία) emporium nobile fuit ad Boſphorū Thraciū, ita dictū ab uxore Leuconis, eius regionis tyranni, qui primus hac in urbe emporiū inſtituit, Athenienſibusq́ illinc frumentum euehentibus multas immunitates cōceſſit, ut eſt uidere apud Demoſthenem in Oratione aduerſus Leptinem.

THIA, æ, (θεία) inſula eſt in mari Cretico, una Sporadū, nō procul ab Hiera, quā ſua primum ætate emerſiſſe auctor eſt Plinius lib. 2. cap. 88. & lib. 4. cap. 12.

THIMBRON, (θίμβρων) Lacedæmoniorum dux, qui aduerſus Perſas in Aſiam miſſus, ſubito Tiribazi aduentu eſt oppreſſus, una cum Therſandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenophontem Rer. Græcarum lib. 4.

THINISSA, (θίνισσα) oppidum Africæ proprie dictæ, non procul ab Apollinis promontorio, non tamen idem cum Tanete, ut quidam male tradiderunt. Vi de Ptolem. lib. 4. cap. 3.

THIODAMAS, antis, (θειοδάμας) pater Hylæ, quem Hercules Colchos nauigans ſecum duxit. Propertius: Thiodamanteo proximus ardor Hylæ. Thiodamas alius filius fuit Melampodis. Stat. teſte, lib. 4. Theb. Inſignem fama, ſanctoq́ Melampode cretum Thiodamanta uolunt, &c.

THIRIOMACHVS, (θηριόμαχος) unus ex filiis Herculis, ex Megara Creontis regis Thebani filia.

THLASIAS, (θλασίας) dicitur qui habet teſticulos attritos.

THISBE, es, (θίσβη) puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami uicini adoleſcentis amore capta: cuius miſerabilem exitum uide ſupra in dictione Pyramus.

THLASPI, ſiue Thlaſpidion, ſiue Thlaſpe, es, (θλάσπι, ἢ θλασπίδιον Dioſc. θλάσπη Galeno) herba eſt, quam uulgus herbariorum Naſturtium tectorum uocat. Dictum Thlaſpi (ἀπὸ τοῦ θλᾶν, quod eſt contundere, ſiue confringere: eo quod ſemen lenticulæ ſit ſimile, ſed infractum. Eſt & Thlaſpi alterum, quod nonnulli Sinapi Perſicum appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 13.

THOA, æ, ſiue Thoe, es, (θοή) Nympha marina, Tethyos & Oceani filia, a natandi celeritate dicta. Heſiodus in Theogonia: Μηλόβοσίς τε, Θοή τε, καὶ Ἱπποδάμεια Πολυδώρη.

THOAS, antis, (θόας) fuit rex in Taurica regione ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodem Dianæ Tauricæ ſacris præfecta. Hunc poſtea occidit Oreſtes, a ſorore adiutus, cum illum quoque Thoas Dianæ aræ deſtinaſſet. De quo Ouid. lib. 3. de Pont. Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia, & pater Hypſipyles, ſolus filiæ pietate ſeruatus, cum cæteræ omnes, Lemniæ mulieres, uiros ſuos & parentes trucidarent, ut eſt apud Ouid. lib. 7. Metam. Tum primum ſeſe trepidus ſub nocte Thyoneus, Detexit rato, portans extrema Thoanti Subſidia, &c. A' Thoas fiunt patronymica Thoantis, idos, & Thoantias: quæ a Poetis uſurpantur pro Hypſipyle Thoantis filia.

THOS, ois, (θῶς) lupi genus, cæteris procerius crurumq́ leuitate diſſimile, uelox ſaltu, uenatu uiuens, innocuum homini, per hyemes hirtum, æſtate nudū. Auctor Plin. lib. 8. cap. 34. Arrianus aſit ait, Thoa eſſe tigrim Indicam.

THOLOS(θόλος) proprie erat umbilicus teſtudinis in templis, ex quo donaria ſuſpēdi ſolet. Verg. lib. 9. ſi qua ipſe meis uenatibus auxi, Suſpendi ue tholo, aut alta ad faſtigia uexi. Ouid. lib. 6. Faſt. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

THON, thonos, (θῶν) fuit primus, qui apud Aegyptios medicinam in artem redegit: cuius meminit Homer. lib. 4. Odyſſeæ. Alter, teſte Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus capta iam Troia in patriam renauigans, tēpeſtate delatus eſſet, fuit primum ab illo, antequam is Helenam conſpiceret, benigne ſuſceptus, Sed ut illam conſpexit, uim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus eſt.

THONIA, (θωνία) urbs eſt, & caput Gebanitarum, diſtatq́ a Gaza noſtri littoris Iudææ oppido, mille quingenta triginta ſeptem millia paſſ.

THONIS, nis, (θῶνις) præfectus fuit Canopi ſub Proteo rege Aegypti, quo tempore Alexander cum Helena ui tempeſtatis in Aegyptum appulſus eſt. Vide Herod. libro. 2. Hunc Hellanicus θῶνα appellat, regemq́ Canopi fuiſſe tradit & Menelaum ui tempeſtatis eo delatum humaniſſime excepiſſe hoſpitio, donec conſpecta Helena, amore eius captus, cum Menelao inſidias ſtruere cœpiſſet, ab eodem eſt interfectus. Fuit præterea Thonis, urbis nomen in Aegypto, poſt Taphoſiridem, non procul a Zephyrio promontorio: cuius meminit Strabo lib. 17.

THONIVS, (quod hic pro Cētauri nomine corrupte legebat) uide Chthonius.

THOON, o geminato, (θόων) fuit uir Troianus, ab Antilocho interfectus. Homerus lib. 13. Iliad.

THOOSA, (θόωσα) Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit. Home. lib. 1. Odyſſ.

THOOTES, unus fuit ex præconibus Græcorum, teſte Hom. lib. Ilia. 12.

THORACATVS, (θωρακοφόρος) qui thorace indutus eſt. Plin. lib. 35. Parrhaſius pinxit Nauarchum thoracatum.

THORAX, is, {*Petto, pettorale, giuppone, giacco, corazza, corazzina*} (θώραξ) a Medicis, & rei anatomicæ peritis, dicitur pars corporis ab ipſis clauibus uſq; ad diaphragma, coſtis undiq́ circumſcripta, parteſq́ uitales continens. Vnde cū apud Pliniū Celſum'ue legimus, medicamentum aliquod uitia thoracis purgare, intelligere debemus concauitatē illam, quæ intra ſeptum pectoris continetur. Accipitur item pro quouis munimento pectus tegente ſiue illud laneum ſit, ſiue ferreū, ſiue ex alia materia confectū. Verg. 10. Aen. Thoraca ſimul cū pectore rupit. Idē 11. Aene. thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis. Pli. li. 7. ca. 20. Nos quoq; uidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurniſq́ quingentorū pondo calciatū per ſcenam ingredi. Laneus thorax. Suet. de Auguſt. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

THORAX, acis, (θώραξ) mons eſt Libycus Heſperiis uicinus, Lethæo fluuio imminens, teſte Strabone lib. 14. in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam Grāmaticum propterea quod reges uerſibus ingeſſeret: unde tractum eſt prouerbiale ænigma, Caue a Thorace, (φύλαξαι τὸν θώρακα) quo utimur, quoties linguæ petulantiam frænandam uolumus ſignificare, ne uoces petulāter emiſſæ aliquando per iugulum redeant. Vide Eraſmi prouerbia.

THRACA, cæ, (θρᾴκη) regio Macedoniæ propinqua, quæ & Thracia dicitur. Verg. 12. Aene. Gemit ultima pulſu Thraca pedum.

THRACE, ces, & Thracia, {*Tracia regione d'Europa, hodie Romania*} (θρᾴκη) Europæ regio, Macedoniæ ad Occaſum proxima, a Septentrione Iſtrū habēs, ab Oriente Pontū, a Meridie Aegæum mare Olim Scython, poſtea Thracia, a Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta Græce enim τραχὺ aſperum dicitur. Eſt enim regio (ut Pomponius ſcribit) nec cœlo, nec ſolo tractabilis, & (niſi qua mari propior eſt) infœcunda, frigidaq́. Habet feros homines, aſpero cultu. In ea fuiut urbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantiū, Perinthos, Lyſimachia, Callipolis. Amnes ſunt Hebrus, & Neſtos. Montes Aemus, Rhodope, & Orbelos. A' Thracia fit gentile Thrax, θρᾷξ. Verg. 3. Aenead. Terra procul uaſtis colitur Mauortia campis, Thraces arant. Huius fœmininum eſt Thraſſa, (θρᾷσσα) ſiue Threiſſa, θρήισσα. Idē 1. Aen. Qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice. Thracius, a um, poſſeſſiuum, θρᾴκιος. Idem. 5. Aene. quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis. Idē Threicius, a, um, θρηΐκιος. Idem. 6. Aene, Threicia fretus cithara, fidibusq́ canoris. Item Thracus, a, um, Thraicus, Thraicius, & Thracēſis, de quibus habentur exempla apud Poetas.

THRACIAS, (θρακίας Dioſ.) uel Thracius lapis, ſilex eſt tam admirabilis naturæ, ut aqua madefactus accendatur, oleo autem affuſo reſtinguatur. Ita dictus (ut Nicandro placet) eo quod in Ponto Thraciæ flumine inuenatur. Vide Gal. lib. 9. Simpl. & Dioſc. lib. 5.

THRASCIAS, (θρασκίας Ariſt.) uentus media regione flans inter Septentrionem: & Occaſum ſolſtitialem: teſte Plin lib. 2. cap. 47.

THRASEAS, (θρασέας) Auguris nomen, qui in ſumma ſiccitate Buſirim Aegypti tyrannum adiens, oſtendit a ſuperis poſſe exorari pluuiam, ſi hoſpites immolaret Quærente deinde tyranno quiſnam & cuias eſſet, cum ſe peregrinū profiteretur, Tu igitur primus, inquit tyrannus, Aegypto aquam dabis. Ouid. 3. de Arte.

Dicitur Aegyptus caruiſſe rigantibus arua.
Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe nouem:
Cum Thraſeas Buſirin adit, monſtratq́ piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſiris, fies Iouis hoſtia primus.
Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam.

Hunc tamen nonnulli Thraſium potius, quàm Thraſeam malunt appellare.

THRASEAS, (θρασέας Suidæ) Philoſophus fuit Stoicus ſub Nerone: a quo cum iuſſus eſſet mori, fletum ſuorum magna conſtantia compeſcuit, porrectisq́ alacriter ad inciſionem brachiis, humoq́ ſanguine aſperſa, Hunc, inquit, ſanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua uide apud Tacitum lib. 16.

THRASO, {*Traſone*} (θράσων) nomen proprium glorioſi militis apud Terentium in Eunu. ἀπὸ τοῦ θράσους, hoc eſt, inſolentia, & ferocitate impoſitum. Fuit & nobilis ſtatuarius eiuſdem nominis, cuius meminit Plin. lib. 34. ca. 8. & Strabo lib. 14.

THRASVMENVS, pen. pro. {*Lago di Perugia*} (θρασύμενος) lacus i agro Peruſino, Annibalis uictoria & Flaminii Conſulis clade nobilitatus. De hoc Ouid. lib. 6. Faſtor. Sunt tibi Flaminius, Thraſumenaq; littora teſtes. Dictus à Thraſumeno puero, quem Aegyla nympha rapuiſſe dicitur.

THRASYBVLVS, pen. prod. (θρασύβουλος) nobilis Athenienſis fuit, ingēti animi magnitudine, & amore in patriā ſingulari: qui ubi a triginta tyrannis in exiliū actus eſſet, cōparato exercitu non admodum magno, adiunctisq́ exulibus, ſibi ſuisq; reditū in patriā manu cōparauit: dato prius plebiſcito de iniuriis ultro citroq́ obliterandis: quā ἀμνηστίαν Græci appellant. Verebatur enim ne exules reducti, iniuriam ſuā ulciſcentes, ciuitatem ciuibus exhaurirēt. Cæſus eſt ab Aſpendiis, noctu ad tabernaculum eius, facto concurſu, ob pecuniā acerbius imperatā. Vide Xenophontem Rer. Græcarum lib. 4. Fuit & alius Thraſybulus dux Mileſiorū, qui ut portum Sicyoniorū occuparet ex aduerſa parte urbē aggreſſus eſt: ad quam partem tuendam cum ciues undiq; concurrerent, interim ex inopinato claſſe portum occupauit. Vide Front. Stratagem. lib. 2.

THRASYLLVS, uel Thraſylus unico. (θράσυλλος) Latinè temerarius, audax, uir Athenienſis fuit, rei militaris periti ſſimus, qui æquali cum Thraſybulo imperio claſſi præfectus Myndarū Lacedæmonium, Peloponneſiorum ducem apud Seſtū Helleſponti urbē nauali prælio ſuperauit. Auctor Thucydides li. 8.

THRASYMACHVS, (θρασύμαχος) Sophiſta fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificioſam uerborum compoſitionem traditur, inueniſſe. Scripta eius enumerat Suidas.

THRASYMENVS, pen. pro. {*Lago di Perugia*} (θρασύμενος) lacus Hetruriæ iuxta Peruſiam Flaminii Conſulis clade nobilitatus. Vide paulo ante Thraſumenus.

THRASYMEDES, (θρασυμήδης) fuit filius Neſtoris: ut auctor eſt Homerus lib. 9. Iliad.

THRENODIA, (θρηνῳδία) cantus lugubris: quo genere primus omnium Simonides uſus fertur apud Græcos.

THRIA, æ, ſiue Thrio, us, (θρία, ἢ θριώ) Steph.) uicus eſt Atticę, in tribu Oeneïdea quo Thriaſii populi, & campus Thriaſius. cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

THRIVS, untis, (θριοῦς) oppidū Elidis, olim Achaiæ, Patris proximū: ita dictū a Thriunte quodam Athenienſi, quem Theſeus Herculi ſuppetias miſit.

THRIDACIAS, (θριδακίας) mandragora fœmina, a lactucarum ſimilitudine, quas θρίδακας uocant Græci, nomine impoſito. Auctor Dioſc. lib. 4. ca. 17.

THRIPS, {*Tarlo, tarma.*} (θρίψ) teredinis genus lignum erodens, culici nō diſſimile. Auctor Plin. lib. 16. cap. 41.

THRONIVM, (θρόνιον) oppidum eſt Leucrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul a ſinu Maliaco. Plin. lib. 4. cap. 7.

THRONVS,{*Seggio Sedia,carriega,catreda*}(θρόνος)à noſtris ſedes ſiue ſolium dicitur. Quamuis in ſcripturis ſacris throni quandoq; non pro cathedris, ſed pro uirtutibus aliquibus in cœleſtibus, in quibus Deus ſemper ſedeat, quaſi in quadriga ſua, ponatur.

THRYALLIS,(θρυαλλίς)genus herbæ, quæ alias Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut, cum plurima, quaterna, craſſa, pinguiaq;, ad lucernarum lumina apta. Hæc in Hetruria hodie uocatur ſilirella. Cæteri eam bibinellam ruſtica uoce dicunt. Vide Plin. lib. 25 cap. 10.

THRYON,(θρύον) Meſſeniæ oppidũ, non ità procul ab Alpheo fluuio: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium, & Strab. lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

THVCYDIDES, dis, & dæ,(θουκυδίδης) Hiſtoricus Athenienſis, Holori filius, nobili in primis genere ut qui à Miltiade & Cimone ducibus ortum traheret, qui & ipſi genus ſuum ad Aeacum Iouis filium referebant. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem, cuius opes adſecutus, non in uoluptates, ſed bonam earum partem in ocium literarium erogauit. Nam bellum Peloponneſiacum, ſcribere adgreſſus, eodem quo illud gerebatur, tempore, Athenienſibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, uti res quotidie ueras ſibi renunciarent, quas fidelius ſe accepturum ſperabat, ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab hoſtibus de iis edoceretur, ne partes quiſq; ſuas falſo tueretur. Præceptores habuit in philoſophia, Anaxagoram, & in rhetorica, Antiphontem. Scripſiſſe autem putatur Hiſtoriam in Aegina inſula, quo in exilium ſe cõtulerat. Sepultus eſt in agro Attico iuxta ſepulcra Miltiadarum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obiiſſe dicunt, expleto iam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia deceſſiſſe uolunt, oſſaq; eius Athenas in maiorum ſuorum ſepulcra fuiſſe relata: ubi & cippus erectus fuit cũ hac inſcriptione. Thucydides Holori iacet hoc Alimuſius antro. Hæc ferè ex Marcellino. Quint. lib. 10. cap. 1. de Thucydide ſic ſcribit: Thucydides (inquit) & Herodotus, longe cæteris in hiſtoria præferendi quorum diuerſa uirtus laudem penè eſt parem conſecuta. Denſus & breuis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides: dulcis & candidus, & effuſus Herodotus. Ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior. Ille concionibus, hic ſermonibus. Ille ui, hic uoluntate. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Demoſthenem adeo Thucydidis ſtylum probaſſe, ut eius librum octies, ſua manu deſcripſerit, totumq; ferè edidicerit. Cicer. in Bruto, Thucydidem (inquit) imitamur. Optime, ſi hiſtoriam ſcribere, non ſi cauſas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum geſtarum ſincerus pronuntiator & grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium non tractauit genus. Orationes autem, quas interpoſuit (multæ enim ſunt) eas ego laudare ſoleo: imitari neq; poſſim, ſi uelim, nec uelim fortaſſe, ſi poſſim. Hactenus Cicero. Fuerunt & alii eiuſdem nominis, qui commemorantur à Marcellino: unus Mileſius Athenis inter principes uiros ac duces habitus, æmulus Periclis. Alius Pharſalicus Menonis filius, cuius meminit Polemon in his, quæ de Acropoli ſcripſit. Quartus poeta natione Achedryſius, cuius meminit Androtion in Attide, dicens eum filium fuiſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Platonis comici, & Agathonis tragici, ac Nicerati uerſificatoris. Ex Marcellino.

THVLE, es,{*Hodie Iſola di Tabule*}(θούλη)inſula eſt in ditione Scotorũ, in Septentrionem uergens, ultra Orcadas, latitudinem habens graduum LXIII. Quo fit, ut circa æſtiuum ſolſtitium quàm breuiſſimę ibi ſint tenebræ, Sole ab illorũ horizonte quàm minimum recedente: quẽadmodum contra circa ſolſtitium hybernum nihil ferè aut quàm minimum habens dies, Sole Tropicum Capricorni ab illis diſiunctiſſimum perambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam à Vergilio Vltima Thule appellatur. 1. Georg. Tibi (inquit) ſeruiat ultima Thule.

THVNNVS,(ſic enim antiqui ſcribebant, qui nullam recipiebant literam peregrinam) uide Thynnus.

THVRIA, æ,(θουρία)oppidum Meſſaniaci agri, non procul à Pheris, excelſo in loco ſitum: unde & (αἴπεια) ueteres appellarunt. Ab hoc oppido propinquus ſinus Thuriates dicitur. Auctor Strabo.

THVRIANVS,{*Peſce ſpada*} genus eſt piſcis marini, quem alii xiphiam uocant. Plin. lib. 32. cap. 11.

THVRIVM,(θούριος)urbs Magnæ Græciæ, olim nobiliſſima, ad ſinum Tarẽtinum ſita, inter Cratim, & Sybarim amnes. à Thuria uicino fonte nomen habens. Huius incolæ Thurii dicti ſunt & Thurini: (θούριοι, καὶ θουρῖνοι) qui cũ aliquandiu floruiſſent, a Lucanis in ſeruitutem tracti, & à Tarẽtinis infeſtati, tandem in Romanorum tutelam ſeſe dedere ſunt coacti, qui eo deducta colonia, urbem eorum pro Thurio Copias appellarunt. Hæc Strabo lib. 6.

THVS, uris, {*Incenſo*}(λίβανος)lacryma eſt exiguæ arbuſculæ, uni terrarum Arabiæ conceſſæ, gratiſſimum in ſacrificiis deorum, ſuffitum præbens: unde & nonnulli nomen accepiſſe exiſtimant, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt ſacrificare. Alii Latinam uocem eſſe putant à tundendo dictam: unde & citra aſpirationem ſcribere malunt. Sed de hoc latius infra ſuo loco.

THVSCIA,{*Toſcana*}(τυῤῥηνία)Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Liguribus Macra fluuio diuiſa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. Dicta Thuſcia (ut quidam exiſtimant, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt ſacrificare, propterea, quód Tyrrheni ſemper habiti fuerint religioſi, deorumq; cultui & ſacrificiis, ad ſuperſtitionem uſq; dediti. Hinc Thuſci dicti ſunt regionis huius incolæ, qui & Tyrrheni (τυῤῥηνοί)dicuntur. Quidam citra aſpirationem ſcribere malunt. Vide infra in dictione Tuſcia.

THVSSAGETÆ, ſiue Thyſſagetæ,(θυσσαγέται)populi ſunt Scythici, ſupra Mæotidẽ paludem, raptu, & uenatu uictitãtes, teſte Herodoto lib. 4. Põponius Thyrſagetas appellat, ſi modo emendata ſit lectio. Geloni (inquit) urbẽ ligneam habitant: iuxta Thyrſagetæ Turcæq; uaſtas ſyluas occupãt, aluntur q; uenãdo.

THYA,{*Cedro*}(θύα)arbor odorifera, quæ notiore nomine Cedrus, & ab Homero Trogete dicitur. teſte Plin. lib. 14 cap. 16.

THYAMIS,(θύαμις)fluuius qui Theſprotidem, Cæſtrinamq; diſcriminat, teſte Thucydide lib. 1. Meminit huius fluuii & Plin. lib. 4. cap. 1.

THYASVS,{*Ballo*}(θίασος)ſaltatio, ſiue chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à uerbo θυάζειν, quod eſt Orgia celebrare. Verg. 5. Eclo. Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho.

THYATIRA, pen. produ.(θυάτειρα)inſula eſt maris Ionii, una Echinadum Aetoliæ adiacentium, teſte Plin. lib. 4. ca. 12. Eſt item Ioniæ ciuitas in Aſia, ad Lycum fluuium, teſte eodem Plin. lib. 5. cap. 9. Stra. lib. 13. Myſiæ attribuit: Stephanus Lydiæ.

THYBRIS(θύβρις)nomen unius ex comitibus Aeneæ. Verg. Aene. lib. 10. Aſſaraciq; duo, & ſenior cum Caſtore Thybris, Prima acies, &c.

THYELLA, læ,(θύελλα)Oenotriæ urbs, in qua para Phocenſium conſedit, ut ex Herodoti ſententia refert Steph. Homerus Thyellam quartam Harpyiã uidetur appellaſſe: reſpiciens nimirum ad uocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & ſonoram ſignificat procellam.

THYESTES,(θυέστης)fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, qui cum fratri, cui peſſime cupiebat, aliter nocere non poſſet, uxorem eius per adulterium polluit. Atreus uero ei filium epulandum appoſuit. Ob quæ flagitia Sol ne pollueretur, retro fugiſſe fertur. Thyeſtis fabula ſic ſcribitur Seruio: Atreum & Thyeſtem germanos, cum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam ferunt rediſſe. qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit: Atreus uero ei filium epulãdum adpoſuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed ueritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primũ Solis eclipſim inueniſſe: cui inuidens frater, ex urbe diſceſſit eo tempore, quo eius probata ſunt dicta. Hactenus Seruius, enarrans illud Verg. lib. Aeneid. 1. Nec tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab urbe. Et rurſus in illud. 11. Aene. Atrides Protei Menelaus aduſque columnas Exulat, &c. Inde Thyeſtæus, æa, æum, θυέστειος. Ouid. lib. 15. Metamorph. Ne'ue Thyeſtæis cumulemus uiſcera menſis.

THYIA,(θυῖα)nomen filiæ Cephiſi, quæ prima Liberi patris initiata ſit Orgiis. A' qua Thyiades, & Thyiæ. Herod. lib. 7. Ab hac urbs eiuſdem nominis in qua colitur.

THYIADES, pen. cor.(θυιάδες)Bacchi ſacrificulæ, quæ & Bacchæ, & Mænades & Baſſarides dicuntur. Rationem autem huius nominis quidam referunt ad Thyiam quandam Cephiſi filiam, quæ prima omniũ Dionyſio initiata, Orgia eius celebrauit, Bacchicoq; furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyiades dicerentur. Alii hanc non Cephiſi, ſed Caſtalii cuiuſdam indigenæ filiam fuiſſe uolunt. Vide Cœl. Rhodig. lib. 16. cap. 19.

THYITES, pen. produ.(θυΐτης)genus eſt lapidis duriſſimi, ex quo mortaria fieri conſueuerunt: unde & à Plin. lapis mortariorum uocatur, & à Græcis θυΐτης, quibus θυεία mortarium eſt.

THYMALLVS, genus piſcis pretioſi, de quo Ambroſius lib. Hexa. Neque te inhonoratum noſtra perſecutione thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit ſeu Ticini unda te fluminis, ſeu amœni Atheſis umbra nutrierit, flos es. Quid ſpecie tua gratius? Quid ſuauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragant, hoc tu corpore tuo ſpiras.

THYMBER,(θύμβρος) Latini cuiuſdã nomen à Pallante occiſi, apud Verg. 10. Aene. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

THYMBRA, bræ,(θύμβρα)Dioſc. herba eſt ſatis nota, quam Latini Cunilã appellant, apibus gratiſſima: undè etiam ſcriptores rei ruſticæ circa aluearia ſerendam præcipiunt. Verg. 4. Georg. Et grauiter ſpirantis copia thymbræ. Duæ autem ſunt thymbræ ſpecies, ſatiua, & agreſtis: illa condimentis gratior, quæ & Satureia dicitur. hæc medicinæ utilior.

THYMBRA, bræ,(θύμβρα)campus eſt Troadis, per quem Thymbrius fluuius in Scamandrum influit. Thymbræ autẽ nomen huic campo factum putat Seruius à copia thymbræ herbæ, quam Romani Cunilam uocant, cuius maximus hoc in campo eſt prouentus. Fuit item Thymbra uetuſtum in locis oppidum, Dardani opus, cuius meminerunt Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30. Item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus eſt Thymbræus, teſte eodem Strabone loco iam citato.

THYMBRÆVS, (θυμβραῖος) Apollinis cognomentum, ſiue à Thymbra Troadis campo, ſiue ab eiuſdem nominis urbe, in qua colebatur, impoſitum. Verg. 3. Aeneid. Da propriam Thymbræe domum. Vbi Seruius. Thymbræus Apollo dictus eſt à loco Troiæ uicino, pleno thymbra, in quo & nomen habent & templum, in quo à Paride occiſus eſt Achilles. Ergo Thymbræus, ut Delius Nam numina a' locis frequenter nomen accipiunt. Verum quia Græce θύμβρα dicitur, in deriuatione, α, in, æ, diphthongum mutauerunt, Aἴτνα, Aetnæus Δίρκα, Dircæus, κρήτα, κρηταῖος. Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte fuiſſe tradit, qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem à Paride fuiſſe interemptum. Vnde factus eſt locus fabulæ, ut Achilles Apollinis ſagittis diceretur eſſe interfectus.

THYMBRARA,(θυμβράρα)oppidum Aſiæ, ad Pactolum fluuium, teſte Xenophonte in Pædia.

THYMBRIOS,(θύμβριος)fluuius eſt Troadis, per campum, cui nomen eſt Thymbra, in Scamandrum influens. Auctores Steph. & Strab. lib. 13.

THYMBRIA,(θυμβρία)Cariæ uicus, iuxta antrum Charonium, quo in loco propter peſtiferas exhalationes inferorum fauces eſſe credebantur. Auctor eſt Strabo lib. 14.

THYMELE, pen. cor. {*Pergamo pulpito, pergolo*}(θυμέλη) pulpitum erat in orcheſtra altum pedes quinque, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum quoad Comœdiæ chorum habuerunt: cæteriq; perſonam non habentes, fabulæ ſubſeruiebant: hiſtrionibusq; in ſcenam abditis, populum geſticulatione retinebant. Eſt præterea Thymele nomen notiſſimæ ſaltatriculæ, cuius geſticulatione Domitianus impenſe fertur delectatus. Mart. lib. 1. Qua Thymelen ſpectas, deriſoremq; Latinum, Illa fronte, precor, carmina noſtra legas. Vide de hoc plura in Annotationibus Viuis in Auguſtinum de Ciuit. Dei.

THYMELICI,(θυμελικοί)dicuntur geſticulatores, qui in pulpito orcheſtræ, quod Thymelem uocabant, fabulæ ſubſeruiebant, & hiſtrionibus in ſcenam abditis, populum geſticulatione retinebant. Meminit horum Vitruuius, diuerſoſq; eos facit a' ſcenicis. Scenici enim dicebantur hiſtriones qui in ſcena fabulam agebant. Thymelici uero, qui perſonam ex fabula non habentes, ante ſcenam in orcheſtra ſaltabant, & ſcenæ ſubſeruiebant.

THYMIAMA, matis, {*Perfumo, perfumego*}(θυμίαμα) ſuffitus, uaporatio, ſuffimentum: ſiue ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, quod eſt, uaporare ſuffire. Vnde & Thymiaterium, pro ipſo turibulo, uel etiam pro loco, in quo ſuffitus ſolet adoleri.

THYMOETES,(θυμοίτης)Priami filius fuit ex Ariſbe (ut quidam uolunt) cuius uxor cum filium pepeniſſet eodem die, quo Hecuba Paridem, aſſerentibus

bus

bus harioliſ eo die natum eſſe puerum, cuius cauſa Ilium euerteretur, iuſſit Priamus utrunque interfici. Et Paris quidem matris aſtu, clam traditus eſt educandus: Thymoetes autem puer eſt interfectus. Cuius iniuriæ ultione in multos annos dilata, Thymoetes, cum equi lignei dolum ſentiret, commodum ſibi uindictæ tẽpus oblatum ratus primus auctor fuit, ut in urbem reciperetur. Hęc ferè Seruius enarrans locum illum Vergilii.2. Aene. Primuſque Thymoetes Duci intra muros hortatur, & arce locari, Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.

THYMITES, pen. pro. (θυμίτης) uinum thymo conditum: ea forma dictum, qua Abſinthites, & Abrotonites: de quo Colum lib. 12. cap. 36.

THYMVS, uel Thymum, {Timo herba} (θύμος) frutex humilis, odoratus, apibuſque gratiſſimus. Verg. 3. Eclo. Dumque thymo paſcentur apes, dũ rore cicadæ. Hor. 2. Carm ego apis Matinæ More modoque Grata carpẽtis thyma per laborẽ. Sunt aũt thymi duo genera, album. ſ. & nigrũ. Vnde Bithymũ mel, quod ex utroque thymo collectum eſt, teſte Pli. lib. 11. ca. 16. Thymus item (ut inquit Iulius Pollux) uerrucula eſt Aegyptiæ fabæ magnitudine, ſcabra, & ſubrubens ſanguine, cuius ſumma pars (ut Celſus inquit) florem thymi repræſentat: in genitalibus, ſede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus naſcens. Vide Plin. lib. 21. cap. 10. Hinc Thyminus, adiectiuum, quod ex thymo factum. Thymoſus, aliud adiectiuum. Plin. lib. 11. cap. 15. Thymoſum mel non coit.

THYNI, (θυνοί) Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluuium, quorum pars in Aſiam tranſgreſſa, iuxta Apolloniam & Salmydeſſum cõſedit: quem tractum ab ipſis Thyniacum littus appellat. Strabo lib 12.

THYNIAS, adis, (θυνιάς) Ponti Euxini inſula, Bithyniæ adiacens, trium millium paſſuum ambitu: alio nomine Apollonia dicta. Auctor Plin. lib. 6. ca. 12.

THYNNVS, {Tonno} (θύννος) piſcis marinus eſt notiſſimus, qui menſe Maio copioſiſſime capitur in freto Gaditano, Nã id tẽporis ex Oceano Atlantico in mare mediterraneũ irrumpit, non paruo Gaditanorũ quæſtu: qui infinitam eorũ multitudinẽ retibus extrahunt, cetarioſque inferunt, falliuntque, membratimque diſſectos, & in cadis aſſeruatos, celebri mercimonio per oẽm Europã diffundũt. Gallice (de la Thonyne.) Hęc ferè ex libello Pauli Iouii de Romanorũ piſcibus.

THYNNEVM, pen. prod. (θυννεῖον) ſacrum erat, quo piſcatores Neptuno thynnum immolabant, ſpe impetrandæ ab illo felicioris capturæ. Vide Coelium Rhodig. lib. 15. cap. 6.

THYNOS, (θυνός) Ciliciæ oppidum, non procul à Pyramo fluuio, teſte Plin. lib. 5. cap. 27.

THYONEVS, trium ſyllabarum, (θυωνεύς) cognomen Bacchi, quod à θύω. i. ſacrifico, quidam deductum putant, quòd illi adhuc inter humanos uerſanti ſacrificaretur. Quanquam non deſunt, qui id cognominis eum à matre ſua Semele accepiſſe uelint quæ alio nomine dicta eſt Thyone, θυώνη. Ouid. 4. Meta. Additus his Nyſeus indetonſuſque Thyoneus.

THYREA, ſiue Thyre, per contractionem (θυρέα, ἤ, θυρῆ) oppidum eſt in cõfinio Lacedæmoniorum, & Argiuorum: cuius cauſa aliquando grauia bella inter illos emerſerunt. Huius incolæ dicuntur Thyreates, θυρεάτης Stephano. Eſt item Thyrea inſula ante Peloponneſum, è regione Hermiones, non procul à Trezene: cuius meminit Herod lib. 3.

THYRICOS, (θύρικος) populus in attica regione, ex Acamanteide tribu, auctor Strabo.

THYRSAGETÆ, pen. cor. populi ſunt Scythię ultra Sauromatas, ex uenatione uictitãtes. Mela. lib. 1. Thyrſagetæ, Turcæque uaſtas ſyluas occupãt . aliũturque uenãdo. Hi à Plinio Thuſſagetæ appellanti, a Strabone, Ptolemæo, et Stephano θυσσαγέται. Quo fit, ut ſuſpicer apud Melam r, literã librariorũ culpa irrepſiſſe.

THYRSIS, (θύρσις) nomen paſtoris proprium, apud Verg. 17. Eclog.

THYRSVS, {Torſo, coſtone.} (θύρσος) proprie dicitur illud in herbis quod uirgulæ in modum, uel teli rectitudinem conſurgit. Plin. lib. 19. cap. 8. Inuentum omnes thyrſos, uel folia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Idem: Folia lactucæ toſta, thyrſuſque, ex aceto bibuntur. Eſt præterea Thyrſus haſta aculeata, hedera obtecta, quam in Orgiis Bacchæ quatiebãt. Tacitus. Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiens. Scribit Diodorus, Dionyſiũ in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrobius ait, Liberum patrem tenere thyrſum, quod eſt latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrſiger, (θυρσοφόρος) dictus è Bacchus. Seneca in Medea: candida Thyrſigeri proles. Lucretius accepit Thyrſum pro furore, ardore, ſtimulo, uel inſtinctu, cum ait, Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

THYSSAGETÆ, pen. cor. (θυσσαγέται) populi Scythici, ultra Mæotim, & Sauromatas, uenatione ſeſe alentes, apud quos Tanais oritur, teſte Herod. lib. 4. cum aliis tribus fluminibus, in Mæotim illabentibus.

THYSSVS, (θύσσος) oppidum eſt in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Atho: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10. & Herodotus lib. 7.

T ANTE I.

TIARA, {Mitria, capello, mazzochio} (τιάρα, κυρβασία) pen. produ. generis fœminini, ornamentum capitis Perſicarum prius mulierum, quo poſtea uſi ſunt reges, & ſacerdotes. Iuuen. Saty. 6. Et Phrygia ueſtitur bucca tiara. Verg per uſurpationem dixit: Sceptrumque, ſacerque tiaras. Alioqui enim Tiara dicimus, teſte Seruio. Hiero. ad Fabiolam: Quartum eſt genus ueſtimenti rotundum pileolum, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars altera ponatur in capite hoc Græci, et noſtri τιάραν, nonnulli galerum uocant. Non habet acumen in ſummo, nec totum uſque ad comas tegit, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio uitta conſtrictum eſt, ut non facile labatur ex capite.

TIARE, es, (τιάραι) oppidum Teuthraniæ quæ eſt regio Aſiæ ſupra Aeolidẽ, & partem Troadis. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

TIATIRA, (quòd hic pro Myſiæ oppido perperam legebatur) uide Thyatira.

TIBARENI, (τιβαρηνοί) populi Chalybibus contigui, teſte Pomponio lib. 1. In riſu & luſu ſummum conſtituentes bonum: tenaciſſimi interim iuſtitiæ, ut qui niſi ante denuntiato die, hoſtem non adoriantur. De his memoriæ prodidit Nymphodorus, Muliere partu ſoluta, uirum in lectulo decumbere, & tanquam partus auctorem ab uxore puerpera curari. Quod & ipſum confirmat Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5 his uerſibus: Inde Genetæi templum Iouis, hinc Tibarenum. Dant uirides poſt terga lacus, ubi deſide mitra Fœta ligat, partuque uirum fouet ipſa ſoluto.

TIBERIAS, adis, (τιβεριάς) urbs Iudææ, ad lacum Genezaritidẽ, ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæſaris ita appellata. Auctor Steph.

TIBERIVS, (τιβέριος) Liuiæ Auguſtæ filius, et priuignus Auguſti, eiuſdẽque in imperio ſucceſſor, omni auaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatiſſimus. Vitã eius uide apud Suetonium, eadẽ prorſus libertate deſcriptam, qua ille uixit. Fuit & Sophiſta euſdẽ nominis, cuius ſcripta enumerantur à Suida.

TIBERIS, ris, qui & Thybris, {Teuere} (θύβρις) Dionyſio, τίβερις, καὶ θύμβρις Stepha.) celeberrimus Italiæ fluuius, e media ferè longitudine Apennini, Aretinorũ finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus ab Hetruria Latium, Ianiculumque ipſum ab urbe Romana dirimit. tandemque decimoquinto ab urbe lapide duobus oſtiis modico interuallo diremptis in mare euoluitur, ea in parte, qua Ancus Martius oſtiam extruxit. De ratione nominis diuerſi diuerſa prodiderunt, adeo ut non facile fuerit certi aliquid cõſtituere. Liuius à Tiberino Albanorũ rege dictum exiſtimat, in traiectu eius ſubmerſo, cum antea Albula diceretur. In qua ſententia Ouidius quoque fuiſſe uidetur, ſic ſcribẽs lib. 2. Faſt. Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in undis Reddidit, hybernis forte tumebat aquis. Seruius Tiberis nomen ipſa & Alba uetuſtius eſſe cõtendit: ideoque nominis eius originẽ ad Thybrim potius Hetruſcorum regem referendum exiſtimat, qui Latium crebris latrociniis infeſtans, tandem circa hunc fluuium eſt occiſus. Cui ſententiæ Vergilius quoque non obſcure ſubſcribit: apud quem ſic loquitur Euãnder lib. Aen. 8. Tum reges, aſperque immani corpore Thybris: A quo poſt Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus. Alii non tam a regis huius nomine quàm ab iniuriis, & contumeliis, quibus in obuium quemque circa hunc fluuium graſſabatur, appellationem hanc tractam exiſtimant: unde. Thybrim ſcribendum contendunt, quaſi τὴν ὕβριν ut dictionẽ cõflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις, quam ſcripturam etiam apud Dionyſium Afrum obſeruauimus. Nos Thybridis nomen antiquius eſſe putamus, Tiberis recentius, literis aliquot (ut ſolet) temporis lapſu immutatis. Quo fit, ut illud Poetis, hoc Oratoribus ſit uſitatius. Stephanus quoque in urbium Onomaſtico utrũque nomen agnoſcit, niſi quòd apud illum θύμβρις legatur, m, litera communi Gręcorum conſuetudine adiecta θύμβρις (inquit) ποταμὸς ῥώμης, ὃς καὶ τίβερις. Hiſce rationibus in eam potiſſimum ſententiam adducor, ut Thybris diſſyllabum, th, aſpirato, & y, Græco ſcribendum putemus. Triſſyllabum aũt Tiberis, t, tenui, & i, noſtro. Quam ſcripturæ rationem ẽt a' Græcis uidemus obſeruari, apud quos τίβερις, τιβέριος, τιβερῖνος, τιβεριάς, i. Tiberis, Tiberius Tiberinus, Tiberias, & cætera omnia hinc deriuata per iota ſcribi uidemus. Quia autẽ apud Dionyſiũ Afrũ cõſtantiſſime legitur Thybris, th, aſpirare idcirco eius uerſus aliquot, qui ſingulares Romani fluuii laudes cõtineãt, hic uiſum ẽ abſcribere.

Θύβρις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει,
Θύβρις ἐυρρείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων
Θύβρις, ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἀγλαὸν ἴχνι ῥώμην.
Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαρον οἶκον ἀνάκτων.

TIBERINVS, rini, pen. pro. (τιβερῖνος) Capeti filius, & Albanorũ rex. qui in uicino flumine ſubmerſus, effecit, ut pro Albula Tiberis diceretur. Liuius li. 1. ab urb. Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulæ ſubmerſus, celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. Tiberinus itẽ a' ſuperſtitioſa antiquitate creditus eſt Deus eſſe, Tiberis fluuii præſes, cuius monitu Aeneas, Euãdri ſibi auxilia adſciuit: de quo ſic ſcribit Vergil lib 8. Aene. Huic Deus ipſe loci fluuio Tiberinus amœno, Populeas inter ſenior ſe attollere frondes. Viſus: eum tenuis glauco uelabat amictu Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo. Quin & fluuius ipſe in ſacris dictus eſt Tiberinus, teſte Seruio. quemadmodũ in κοινολεξίᾳ Tiberis, & in poeſi Tyberis.

TIBERINVS, a, um, pen. prod. (θύμβριος Steph) poſſeſſiuum eſt a' Tiberi deductum ut Oſtia Tiberina, apud Vergil. 2. Aeneid. Tiberina flumina, apud eundem lib. 12.

TIBIA, {Gamba, ſtinco} (κνήμη) proprie os cruris oppoſitum ſuræ. Celſus lib. 8. ca. 1. Ipſum aũt crus eſt ex oſſibus duobus, &c. Verũ alterũ os ab exteriore parte, &c. alterũ a' priore parte poſitũ, cui tibiæ nomen eſt, longius, & in ſuperiore parte plenius. ſolũ cũ femoris inferiore capite cõmittitur, ſicut cũ humero cubitus. Tibiã itẽ αὐλὸν uocamus inſtrũm muſicũ oblõgũ, teres, & foraminoſum, quod inflatũ, & digitis modo adductis, modo reductis temperatu, non iniucundã reddit ſymphoniã. Has primũ ex gruum tibiis cõfectas exiſtimãt, & inde nomen accepiſſe. Hor. de Arte. Tibia nõ, ut nũc, orichalco uincta, tubæque Aemula: ſed tenuis, ſimplexque foramine pauco. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 1. Tibia funeribus conuenit iſta meis. Cice. 1. Tuſcula Nõ intelligo quid metuat, cũ tã bonos ſeptenarios fundat ad tibiã. Verg 8. Ecl. Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus. Cic. de Clar. Orat. Si tibiæ inflatæ non referant ſonũ, abiiciendas eas ſibi tibicen putet.

TIBIALIA, lium, {Calce, ſchinere} (περικνημίδες) uelamenta tibiarum. Sueto de Auguſto: Hyemi quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. Tibialia, pro ocreis quibus tibiæ militum muniuntur. Paulus Iureconſultus: Si tibiale, uel numerale miles alienauit, caſtigari uerberibus debet.

TIBIALIS, & hoc le. (αὐλητικὸς) quod eſt idoneum ad tibias faciendas. Pli. lib. 16 cap. 36. Tertia arundo eſt tibialis calami, quam auleticon uocant.

TIBICEN, inis, ſecunda ſyllaba pro. {Precone, trombetta} (αὐλητὴς) qui tibia canit. Plaut. in Pſeud Tibicen uos interea hic delectauerit Cice ad Gal libro. 7. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſceſſit a' me Horat. 1. Epiſt. 1. Nunc tibicinibus nũc eſt grauiſa tragoedia.

Tibicines item {Colonelle, pontelli} (ἀντηρίδες) pilæ dicuntur ſiue tigna, quibus ædificia inclinata & alioqui ruitura ſuſtinentur Iuue. Saty. 3. Nos urbẽ colimus tenui tibicine fultam Magna parte ſui. Tibicen, {Sabbia} pro ſuſtentaculo telæ. Ouid 4. Faſto. Hæc modo uerſabat ſtantem tibicine telam Vergilius quoque hemiſtichia ſua, quæ in Aeneide aliquot reliquit imperfecta. Tibicines appellabat, eo quòd ad fulciendam ſupplendamque ſententiam, ad tempus eſſent inferta. Ipſæ quoque particulæ, quibus uerſuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad ſententiam, Tibicines a' Grammaticis appellãtur. Quale eſt hoc apud Verg Sic forte precatur. Nam Forte uacat.

TIBICINA, næ, pen co. (αὐλητρὶς) mulier tibia canẽs, quemadmodũ Fidicina quæ canit fidibus. Martial lib 14. Ebria nos madidis rũpit tibicina buccis.

TIBESIS, (τίβισις) fluuius eſt Scythiæ ex Hæmo monte naſcens, & ſeptẽtrionem uerſus in Iſtrum influens. Auctor Herod. lib. 4.

TIBISCVS,(τίβισκ☉)fluuius Daciæ,in Carpato monte naſcens,& Dacos ab Iazygibus Metanaſtis dirimens,tandemq; iuxta Tibiſcum urbem in Danubium influens. Auctor Ptolem.lib.3.cap.4.

TIBVLLVS,prænomine Albius, Poeta Elegiographus fuit, Romæ natus Hircio & Panſa Coſſ qui annus etiam Ouidij Poetæ natalibus fuit inſignis. Ex amicis Meſſalam Coruinum maximè coluit,quem dum in Aſiam proficiſcentem ſequitur,in grauiſſimum incidit morbum: adeo ut de uita deſperans, hoc ſibi ſcripſerit Epitaphium.Hic iacet immiti conſumptus morte Tibullus, Meſſalam terra,dum ſequiturq; mari.Ex poetis familiares habuit Horatium, qui eum iudicem ſuorum appellat ſcriptorum:& Ouidium,qui mortem eius elegantiſſima defleuit Elegia. In amoribus & nimius, & inconſtans fuiſſe uidetur:ut qui præter Marathum,& Cherinthum pueros,Deliam quoq; amauit.Sulpitiam,& Neæram,omnium autem maximè Nemeſin.cuius formam, & uenuſtatem bona operis ſui parte poſteritati commendauit. Obijt Romæ uirenti adhuc ætate,non ſine graui eruditorum omnium mœrore.

TIBVR,uris,pen.geni.cor. {Tiuoli}(τίβυρις,τίβυρα uel τίβυρα Steph.)ciuitas in Sabinis,decimoſexto ab urbe lapide,crebris fontibus irrigua:& ſingulari aeris temperie commendata.Ouid.4.Faſto.Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis udi Stabant. Martial.lib.6.Cum mors Veneris,in medio Tibure Sardinia eſt.Eſt autem hoc oppidum origine Græcum,à Tyburto,Catyllo,& Corace, Amphiarai liberis,poſt prodigioſum patris ad Thebas interitum communiter cōditum,& à Tiburti nomine,qui ex tribus natu maximus erat, Tybur appellatum. Auctores Cato in Orig.& Solinus,& Sextus ſcriptor Græcus.

TIBVRS,urtis,(τιβυρτίν☉)gentile à Tibure deductum. Verg.11.Aeneid. Haud aliter Tarchon Tiburtū ex agmine prædam Portat ouans.Cic.pro Cor. Balbo,L.Coſinius Tiburs,pater huius equitis Romani.

TIBVRTINVS,a,um,(τιβυρτίν☉) quod ex tibure eſt: ut Sibylla Tiburtina.

TICINVM,pen.prod. {Pauia}(τίκινον Ptolem. τίκιν☉ Steph.)Inſubriæ ciuitas,quam hodie Papiā uocant,D. Auguſtini corpore inſignis:à Ticino fluuio præterlabente nomens habens.

TICINVS.pen.prod.{Teſino}(τίκιν☉)fluuius Inſubriæ in Eridanum fluēs, à quo uicinum oppidum Ticinum eſt appellatum,nunc Papia.Silius lib.9. Dū Romana tuæ Ticine cadauera ripæ Non capiant.

TIFERNVM,{Citta de caſtello}(τίφερνον)Vmbriæ oppidum eſt,teſte Ptolem.lib.3.cap.1.à quo Tifernates,quorum meminit Plin.lib 3.cap.14.

TIFERNVS,(τίφερν☉)fluuius eſt in ſecunda Italiæ regione, Appulos diuidens à Frentanis. Auctor Plin.lib.3.cap.11.

TIGILLINVS Ophonius,uir Romanus fuit,uitæ corruptiſſimæ,qui Neroni intimarum libidinum conſcientia cùm eſſet familiaris,plurimis ſummis uiris per calumniam exitium machinatus eſt. Poſteà rerum potito Othone, ad aquas Sueſſanas ſupremæ neceſſitatis nuncio accepto, inter concubinarum oſcula fauces ſibi præcidit,teſte Tacito lib.17.Meminit huius & Iuuenalis Saty.1.Pone Tigillinum,teda lucebis in illa,Qua ſtantes ardent,qui fixo gutture fumant.

TIGILLVS,& Tigillum,{Trauicello}(δοκίδιον)diminutiua à Tignus & Tignum.Liu.1.ab urb.Tranſmiſſo per uiam tigillo,capite adoperto, uelut ſub iugum miſit iuuenem,Tibull.lib.2.Eleg.1.Illi compoſitis primum docuere tigillis Exiguam uiridi fronde operire domum Catull.Ianua ſuffixa tigillo.

TIGNARIVS,a,um,adiectiuum a tignis deductum.ut,Tignarius faber {Marangone}(δοκοποιός)qui tigna dolat,aut ædificio adaptat. In qua ſignificatione legitur & Tignarius abſolute. Cice.de Clar.Orat.Ego me Phidiā eſſe mallem,quàm uel optimum tignarium.

TIGNVS,ni,maſc.gen.& Tignum,neut.{Traue}(δοκός,δοκίς,ἴκριον)trabs qua uariæ diſpoſita domus extruitur:& propriè,cui ſuperponitur tectum.à tegēdo nomen deductum.Lucr.lib.1.Nec cum ſubſiſtunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma deguſtant tigna,trabeſq;. Horat. de Arte:.. et modicis uſtrauit pulpita tignis.Ouid.8.Metam.Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno.Iuuena.Saty.3.Ferit aſſere duro Alter:at hic tignum capiti incutit, ille metretam. Cæſ.4.Bell.Gall.Tigna bina ſeſqui pedalia ab imo præacuta,dimenſa ad altitudinem fluminis. Tigni nomine omne genus materies, ex qua ædificia conſtant,continetur,inquit Vlpi.de Tigno iuncto l.1.& Ad exhib.l.Tigni.& Caius de Verb.ſignifi,l.Tigni.Sed & in uineis, Tigni appellatione omnia uineis neceſſaria continentur,ut puta perticæ,pedamenta,ut ait ibid.Vlp. Hinc contigno,gnas,(συμπηγνύω)tigna in ædificio coniungo.Plin.lib.9.Alexandri Magni claſſium præfecti prodidere in domibus fores maxillis beluarum,ſ.balænarum facere,oſſibus tecta contignare,ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta; Contignatio,textura ipſa trabium, ac tignorum:Coaſſatio uero,aſſium dicitur,hoc eſt, tabularum.

TIGRANE,(τιγρανή)urbs Mediæ mediterranea teſte Ptole. lib.6.cap.2.

TIGRANES,nes,pen.pro.(τιγράνης)proprium nomen regis maioris Armeniæ,qui auxilium ferens Mithridati regi,uictus eſt primo à Lucullo, deinde à Pompeio Magno.cuius ſæpe mentionem facit Cice.in Orato. pro lege Man. Lucan.lib.2.Tigranemq; meum,nec Pharnacis arma relinquas.

TIGRANOCERTA,tæ,(τιγρανόκερτα)oppidum in montanis maioris Armeniæ,teſte Plin.lib.6.cap.11.à Tigrane conditum, undè & nomen accepit,quaſi Tigranis ciuitas. Nam certa,Parthorum lingua urbem ſonat. Vide Stephanum in urbium Onomaſtico.

TIGRIS,huius tigris,& tigridis.{Tigre}(τίγρις)fera ſæuiſſima, & uelociſſima,in Hyrcania maximè abundans.ità dicta,quòd ſagittæ uelocitatem,quam Tigrim Medi appellant, curſu uideatur adæquare. Vergil. quarto Aeneid. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Arrianus, qui res geſtas Alexandri condidit, Tigrim feram Indicam, non eam eſſe uoluit,quam uulgus Tigrim nominat,ſed hanc eſſe Thoa:Tigrim uerò, equi magnitudine eſſe, à ſuperiori longè diuerſam.Eſt item Tigris,(τίγρις, ιτ☉)inſignis Aſiæ fluuius, Meſopotamiā ab ortu alluens,quem Sacræ literæ ex Paradiſo naſci confirmant.Solinus in Armenia caput attollere dicit,in loco edito,ex lucido,conſpicuoq; fonte,nec ab exordio ſtatim,totum eſſe,ſed primo pigrè fluere,non cum ſuo nomine. At cum fines Medorum inuectus ſit,Tigrim ſtatim uocari, Arethuſam lacum influere grauia pondera ſuſtinentem,cuius piſces nunquam ſe alueo Tigridis immiſceāt, ſicut nec Amnici ſtagnum attingit Arethuſæ.Mox Arabas præterfluens,Meſopotamiam amplectitur,& Hydaſpen accipiens, Eupratemq;, defertur in ſinū Perſicum. A' Tigri fluuio dicti ſunt Tranſtigritani,qui trans Tigrim habitant, ſicut tranſpadani qui trans Padum. A' Tigris deducitur adiectiuum Tigrinus,a,um:ut Tigrinæ menſæ,hoc eſt,uenarum diſcurſu tigridum maculas referentes.Pli.lib.13.cap.15.Menſis præcipua dos in uena criſpa, uel in uertice uarijs.Illud oblongo euenit diſcurſu,ideoq; tigrinæ appellantur.

TIGVLLII,(τιγούλλιοι)Liguriæ populi,quorum urbes Tigullia,& Segeſta commemorantur à Plin.lib.3.cap.5.

TIGVLLIA,(τιγουλλία)urbs Tigulliorum,in tractu Liguſtico cuius meminerunt Plin.lib.3.cap.5.& Ptolemæus lib.3.cap.1.

TIGVRINI,(τιγυρινοί)populi inter Heluetios Limagi fluminis accolæ quorum meminerunt Cæſ.lib.1.de Bell.Gall.Strab.lib.7.Florus lib.3.cap.3.Paulus Oroſius lib.5.cap.16. & Plutarchus in Vit. C.Mari. Eorum metropolis eſt Tigurum urbs,uulgò Zurich,ſitu perquàm amœno, inter duos montes,ſupernè lacus incumbit limpidiſſimus, longus circiter duodecim millia paſſuum, ſupra quem amœnus Alpium proſpectus eſt:ut, uolupe ſit,uel media æſtate,in niues & quandam quaſi hyemem intueri.Is lacus urbem diſſecans,in medio Limagum fluuium,quem recipit,penè apud Glareanos rurſus effundit. Sternitur pontibus duobus,qui urbem diſſectam demùm coniungūt.Ipſe uerò Senatus populusq; Tigurinus cùm olim ſuam urbem ſociam Romani imperii ab Imperatore deſeri negligiq; cernerent,multis magnisq; de cauſis cum Lucernatibus,& Vraniis,& Suitenſibus,& Subſyluanis(quibus tunc quoque bellum erat cum principibus Auſtriæ)in perpetuum fœdus ſocietatemq; uenere,ea lege,ut Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret.Quod factum eſt anno ab orbe redempto MCCCLI. Hic pagus & tota regio Heluetiorum hodie inter Germanos cenſentur.Pagi Tigurini meminit Cæſar lib.1.Bell.Gall.Tigurinus (inquit)is pagus eſt:nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuiſa eſt.

TILIA,æ,(φιλύρα)arbor eſt apud Gallos nomen retinēs, folio hederaceo,molliore & in angulum acutiorem rotundiore,& prolixiore,in orbem leuiter criſpo, atq; ſerrato flore tantiſper, dum caliculo continetur, herbaceo dum emerſit, flauo:fructus magnitudine fabæ,ſimilis acinis hederæ:in quo ſemen præteruæ,quā tum atriplicis,omnibus animalibus ingratum, cum foliorum pabulo maximè educantur.Verg.lib.2.Georg.Nec tiliæ leues, nec torno raſile buxum. Ouid. 10.Metam.Nec tiliæ molles,nec fagus,& innuba laurus, Tiliæ item dicuntur uincula,ex arboris huius membranis tenuiſſimis inter corticem & lignum ſitis.Plin.lib.16.ca.14.Inter cortices & lignum tenues tunicas multiplici membrana:è quibus uincula Tiliæ uocantur. Tenuiſſimæ earum philyræ coronarum Lemniſcis celebres,antiquorumq; honore.

TILIACEVS,cea,ceum,(φιλύριν☉)quod ex tilia confectum eſt.Iulius Capitolinus de Antonino Pio.Cum ſenex & longus eſſet,incuruareturq;,tiliaceis tabulis in pectore faſciabatur.Colum.lib.12.cap.45.Arculæ fagineæ,uel etiam tiliaceæ,quales ſunt,in quibus ueſtimenta forenſia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.

TILIVM,(τίλιον)urbs littoralis in latere occidentali Sardiniæ:auctore Ptole. lib.3.cap.3.

TILPHOSSA,(τιλφωσσα)fons eſt Bœotiæ,ſubter Tilphoſium montem labens,ubi Tireſiæ uatis ſepulcrum eſt:qui cum ſenex eſſet,& frigidam fontis huius aquam potaſſet,ſubito extinctus eſt. Auctor Strab.lib.9.

TILPHOSSIVS,(τιλφώσσι☉)mons eſt Bœotiæ,non procul ab Haliarto templū habens Apollinis Tilphoſſii. Auctor Strab.lib.9.

TILVS,(quòd hue pro ſinus Perſici inſula male relatum erat)uide Tylos.Siquidem tàm apud Ptolemæum,quàm apud Plinium ſcribitur y.Græco.

TIMÆVS,(τίμαι☉)nomen proprium philoſophi Locrēſis,cui diuinum illud opus Plato inſcripſit,in quo de rerum creatione diſſerit,quod Cicero poſtea Latinum fecit.atque de Vniuerſitate inſcripſit:quanquam non deſint qui negent Ciceronis eſſe. Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantiſſimus. De quo uide Plutarchum in Nicia.

TIMACHVS,chi,pen.cor.(τίμαχ☉)Mœſiæ fluuius, ex Rhodope monte fluens,teſte Plin.lib.4.cap.26.

TIMAGENES,pen.cor.(τιμαγενής)Rhetor fuit Alexandrinus,qui à Gabinio,cum in Aegypto res gereret,captus,Romamq; perductus, à Fauſto Syllæ filio redemptus eſt. A' quo manu emiſſus, primum in ipſis Pompeii ædibus, eoq; mortuo, in Palatio ludum aperuit. Poſtea uero cū ob linguæ libertatem ſchola excidiſſet.in rure Tuſculano ætatem peregit. Fuit & alter Timagenes Hiſtoricus,qui maris totius ſitum libris quinque eſt complexus. Vtriuſque auctor Suidas.

TIMAGORAS,(τιμαγόρας)ciuis Athenienſis fuit, à ſuis capitali ſupplicio affectus,quòd Darium,ad quem legatus erat, more Perſarum per adulationem adoraſſet.Suidas,& Valerius.

TIMANDRA,(τιμάνδρα)filia Ledæ,& Tyndarei,& ſoror Clytemneſtræ.

TIMANTHES,(τιμάνθης Suidæ) nomen pictoris celeberrimi, Parrhaſii æmuli.Inter cuius uerò ingenii monumēta,Iphigenia oratorum laudibus celebratur,quam pinxit ad aram ſtantem,iamq; Dianæ immolandam: & cum omnes mœſtos pinxiſſet,omnemq; triſtitiæ imaginem conſumpſiſſet, patris uultum, quem digne effingere non potuit,uelo obduxit.Plin.lib.35.cap.9.

TIMARCHIDES,dæ,uel,dis,(τιμαρχίδης)eximius marmoris ſculptor, apud Plin.li.36.cap.5. Fuit & alter ſtatuarius,qui multa nobilia ex ære opera confecit:cuius meminit idem Plin.lib.34.cap.8.

TIMARCHVS,(τίμαρχ☉) Athenienſis quidam fuit, Demoſthenis familiaris,qui cum in adoleſcentia pudicitiam ſuam in Piræeo proſtituiſſet, eo nomine iam ſenex ab Aeſchine in iudicium uocatus eſt, & condemnatus. Fuit item Timarchus ſtatuarius nobilis,qui centeſima uigeſima Olympiade floruit: teſte eodem Plin.lib.34.cap.8.

TIMAVVS,pen.pro.(τίμαυ☉)nomen fluminis iuxta Aquileiam, nouem uſ ſecans capitibus,teſte Pomponio, unoq; oſtio ſeſe in mare euoluens. Verg.1. Aenei. Regna Liburnorum & fontē ſuperare Timaui.

TIMIDVS,a,um,{Timido,pauroſo,di poco animo}(δειλός)pauidus,meticuloſus.Cic.1.Offic. Ne imbelles, atq; timidi uideamur.Cice. pro Marcel.Si in alterutro peccandum ſit,malim uideri nimis timidus,quàm parum prudens. Hinc Timidè,aduerbium,pauidè.minus audacter.Cicer.2.Tuſculan. Sed hoc

quidem

quidem in dolore maximè eſt prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid ſeruiliter muliebriter'ue faciamus.

TIMIDITAS, tatis, {*Paura, timidità*}(δειλία) proclinitas ad timorem. Cic. 4. de Finib. Ex rebus enim timiditas, non ex uocabulis naſcitur. Idem. 3. Tuſcul. Quæ qui recipit, recipiat, neceſſe eſt, timiditatem & ignauiam.

TIMEO, mes, mui, {*Temere, hauer paura*} (φοβοῦμαι, ὑποδειλιάω) metuo, horreo, reformido, uereor. Cice. pro Flacco: Nihil magis, quàm perfidiam, timemus. Variis modis conſtruitur. Dicimus enim: Timeo te, tanquam inimicũ. Timeo tibi, tanquam amico, ne quid mali tibi accidat. Terent. And. Pamphili uitæ timeo. Timeo mihi aba te. Cice. pro Sylla. A' quo quidem genere iudices ego nunquam timui id eſt, non timui ne malum mihi inferrent. Inuenitur etiam cum ablatiuo, mediante de. Ouid. lib. 4. Faſto. Nec timui de morte: tamẽ metus obſtitit. Item dicimus, Timeo furem tauro. id eſt, ne fur taurũ ſuretur. Iuuenal. Satyr. 6. Quum furem nemo timeret Caulibus, aut pomis. Dicimus etiam, Timeo pro amico. Gell. lib. 19. cap. 1. Illum autem pro Ariſtippi anima timere. Timeo quemadmodum hæc explicari poſsint, Cic. lib. 15. Epiſt. Nũc iſtic quid agatur, magnopere timeo, apud eundem ad Attic. lib. 2. Speciale eſt autem in hoc uerbo, & in cæteris eiuſdem ſignificationis, ut ſiue ſequatur negatio, ſiue non, nihil addat, detrahat'ue ſententiæ. Nihil enim refert, num ita dicas, Timeo, ut poſsis: an ſic, Timeo, ne poſsis. Cõpoſita huius uerbi ſunt Extimeo, Pertimeo, & Prætimeo. quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TIMIOPOLÆ, (τιμιοπῶλαι) à Græcis dicuntur, qui præmercantur, ut rerũ precia accendant, annonamq́; flagellent: id eſt, duriorem, cariorem q́; faciant, precio non parcentes.

TIMOCLEA, (τιμόκλεια) mulier Thebana fuit, quæ ſtuprum à barbaro per uim paſſa, diſsimulato dolore, finxit ſe illi uelle oſtendere magnum auri pondus perductumq́; ea ſpe ad altiſsimum puteum, qui erat in interiore parte domus, cũ pronus puteum inſpiceret, præcipitem deiecit, & ſaxis obruit.

TIMOCLES, (τιμοκλῆς) duorum comicorum Athenienſium nomen, quorũ fabulas aliquot enumerat Suidas.

TIMOCREON, ontis, (τιμοκρέων) Poeta Rhodius fuit, ueteris Comœdiæ ſcriptor. Qui graues cum Simonide Melico & Themiſtocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioſo poemate eſt inſectatus. Autor. Sui.

TIMOLAVS, (τιμόλαος) rhetor, & uerſificator, è Lariſſa Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni. Scripſit poema de bello Troiano, Homeri ſingulis uerſibus ſingulos addens. Suidas.

TIMOLEON, (τιμολέων) Corinthius, dux inclytus: uiribus fortiſsimus, uitaq́; abſtinentiſsimus, qui miſſus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionyſii tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, urbe potitus eſt: deinde arcem obſidens, Dionyſium ad deditionem compulit, et eum paucis in exilium Corinthum miſit. Arcem uerò ſolo æquauit & Syracuſanis libertatem reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In ſumma, æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ: Hæc ex Plutarcho, qui eum è noſtris comparat Paulo Aemylio.

TIMOLVS, Lydiæ mons, poſtea Tmolus (τμῶλος) appellatus, teſte Plinio lib. 5. cap 29.

TIMON, (τίμων) Phliaſius philoſophus, qui apud Chalcedonem philoſophiã, & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripſit Tragœdias, & Comœdias, & Satyras. Dictus amarulentus, & mordax, ſillorum, id eſt dicacitatum ſcriptor. de quo Gell. Timon amarulentus librum maledicentiſsimum conſcripſit, quem Sillos inſcripſit. Fuit & alius Timon Athenienſis temporibus Peloponneſiaci belli (ut ex Ariſtophanis & Platonis poematibus perſpicere licet) prorſus inhumanus, ac uitans hominum cõgreſſus, præter unius Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus quæ eum illo cauſa eſſet amicitiæ, Quod ſciam (inquit) illum quandoq; multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. Semel in uita in concionem dicitur aſcendiſſe, factiq́; nouitatem cunctis admirãtibus, Eſt mihi (inquit) o uiri Athenienſes, poſt ædes hortulus, in quo ficus coaluit quędã, in qua permulti noſtri ciues ſe ſuſpenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare uolo. Quamobrem uiſum eſt mihi, uos publicè admonere, ſi quis fortè ſit, qui ſe prius uelit ſuſpendere, antequam arbor excidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, hoc eſt, humani generis oſor. In ſepulcro, quod ſibi ipſe conſtruxerat, inciſum erat epitaphium in hanc ſententiam. Hic ſum poſt uitam, miſeramq́; inopemq́; ſepultus. Nomen non quæras: dii, lector, te malè perdant.

TIMOMACHVS, pen. cor. (τιμόμαχος) fuit pictor Byzantius, Cæſaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam & Aiacem, quos ipſe Cæſar L X X X. talentis emit, & in templo Veneris dicauit. Auctor Plin. lib. 35. cap. 11.

TIMOR, oris, {*Timore, paura*}(φόβος, δέος) eſt, ut Cice. 4. Tuſcul. Quæſt. inquit metus mali appropinquantis. Facere alicui timorem. Cic. lib. 10. Epiſt. Quę res mihi facit timorem. Affici timore de aliquo. Idem li. 11. Epiſt. Amici de nobis magno timore afficiuntur. Inicere timorem. Cice. Att. Noſtris animus accreuit: hoſtibus timor iniectus eſt. Perculſus timore.

TIMOTHEVS, pen. cor. (τιμόθεος) nomen proprium Cononis Athenienſis filii, qui acceptam à patre gloriã multis auxit uirtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus: & (quod ſuper omnia eſt) εὐτυχὴς id eſt, fortunatus Imperator habebatur: Huic ſtatua publicitus in foro Athenis poſita eſt, ob uictoriam qua uictis Lacedæmoniis, imperium Athenienſium auxit, & muros Athenarum extruxit. Poſt huius obitum non fuit quiſquam ferè Athenis dignus memoria. Huius geſta æmuli, ut laudem eius imminuerent, Fortunæ adſcribebant, circumferentes paſsim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adſtante interim Fortuna, quæ ciuitates in retia eius ageret. Quam rem ille ægre ferens, Sua illa eſſe dicebat, non Fortunæ opera Ex quo tempore, quaſi peroſa hominis ingratitudinẽ Fortuna, omni prorſus felicitate excidit. Auctor Suidas. Huius ut docti hominis meminit Cice. lib. 1. de Offi. Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuiſſet, q̃ pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adiecit. Hactenus Cic. Timotheus item Athenienſis Comicus, mediæ Comœdiæ: cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Timotheus Mileſius, Therſandri filius, muſicus, qui decimam & undecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in molliorem modum mutauit. Hunc ferunt duplo maiorem ab his, quos alius inſtituiſſet, mercedem exigere ſolitum fuiſſe, quàm ſi rudes traderentur. Geminatum enim laborem dicebat dedocendi prius, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander modulis eius excitabatur & ad res bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſsit anno ætatis L I I I. Scripſit de muſica libros 17. item Encomia, & Dithyrambos. Hæc Suidas. Timotheus, ſculptor nobiliſsimus, unus ex iis, qui Mauſoleum cælauere: cuius in tẽplo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta, ut ſcribit Plin. lib. 34. cap. 8. Timotheus Gazæus, grammaticus, tempore Anaſtaſii principis, in quem etiam Tragœdiã conſcripſit. Edidit & heroico uerſu de Indicis & Arabicis, & Aegyptiis, & Libycis quadrupedibus, & de auibus peregrinis li. 4. Fuit & Timotheus, Pauli Apoſtoli diſcipulus, patria Lycaonius, mulieris uiduæ filius, poſtea Præſul Epheſinus, Apoſtolicis epiſtolis, & martyrio clariſsimus.

TIN, antiqui pro Eum dixerunt.

TINA, næ, uaſis uinarii genus, quod à Feſto Tinion appellatur. Varro lib. 1. de Vita popu. Roma. ut citat Nonius: Antiqui in conuiuiis utres uini primo, poſtea tinas ponebant. Tina item Ptolem. lib. 2. cap. 3. fluuius eſt in tractu orientali Britanniæ inſulæ.

TINDA, (τίνδα) Thraciæ urbs, in qua Diomedes equos ſuos humana carne paſcebat. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

TINCTILIS, le, pen. cor. {*Tinto, tento, alinito*}(βαπτὸν) quod intinctum eſt. Ouidius de Triſtib. lib. 3. Nam uolucri ferro tinctile uirus ineſt.

TINCTVRA, æ, {*Tentura*}(βαφὴ) infectio, imbutio coloris. Plin. lib. 37. ca. 9. Adulteratur maxime tinctura, idq́; in gloria regis Aegypti aſcribitur, qui primus eam inixit.

TINEA, æ, {*Tignola, tarma, uer me,*}(σὴς) uermiculus eſt, qui aut ſitu, aut puluere, ac putredine interdum naſcens, ueſtes, aut libros abrodit. Hora. 1. Epiſt. 21. ad librum ſuum: Aut tineas paſces taciturnus inertes, Aut fugies Vticã aut uinctus mitteris Ilerdam. Item Tineæ uentris, uermes ſunt, (ἕλμινθες) in inteſtini recti extremo naſcentes. Celſus Lumbricos appellat. Plin. lib. 11. cap. 33. Sic intra hominem tineæ tricenum pedum aliquando & plurium longitudine. Item Tineæ ſunt uermes in aluearibus, apibus noxii. Col. lib 9. cap. 14. Præterea ut tineæ, ſi apparuerint, enerantur, papilionesq́; enecentur, qui plerunque inter aluearios morantes, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo uermes progenerant, quos aluearum tineas appellamus. Hinc Tineoſus, ſa, ſum, (ἑλμινθιώδεις) ut, Alui tineoſi, apud Colum. lib. 9. cap. 14.

TINGI, (τίγγις) oppidum eſt Africæ, non procul ab Ampeluſio promontorio, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo, (ut ferunt) conditum, poſtea à Claudio Cæſare, cum coloniam faceret appellatum Traducta Iulia.

TINGITANA, (τιγγιτανή) extima Mauritaniæ pars, à Tingi urbe nomen habens: cuius deſcriptionem uide apud Plin. lib 5. cap. 21.

TINGO, gis, xi, ctum, uel Tinguo. {*Tingere*}(βάπτω) inficio, madefacio, immergo, colore, uel humore imbuo. Mart. lib. 5. Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis, hoc eſt, unctis, & coloratis. Verg. 1. Aeneid. Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles. i. immergere. Mart. lib. 1. Tingit cutem Caminus, & tamen pallet. Verg 3. Georg. Ac uix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri. Tingens, tis, participium. Plin. lib. 9 cap. 38. Sed id tingentium officinæ ignorant, cum ſumma uertatur in eo. Tinctus, a, um, participium paſsiuum, idem quod immerſus, uel infectus. ut, Spicula tincta ueneno, Ouid. 4. de Pont. Idem. 1. de Arte. Conſule de gemmis, de tincta murice lana, Conſule de facie corporibusq́, diem. Per tranſlationem accipitur pro leuiter imbutus. Cice. de Orato. Sit mihi tinctus literis. Idem de Clar. Orato. Ergo illam patris elegantia tinctam. Tinctus, ctus, ipſe tingendi actus Plin lib. 10. cap. 48. Et alia eodem nomine croceo tinctu. Huius compoſitum eſt Intingo, quod uide ſuo loco.

TINIA, {*Tino, tin*}(πυτῖναι) uaſa uinaria apud antiquos fuere, ut inquit Feſtus. Nonius Tinas appellauit. Erant autem hæc uaſa minora, & omnino diuerſa ab iis, quæ apud nos ſub hoc uocabulo habentur, nec ad eos uſus parata. Hæ nanque è ligno fabricatæ, muſta cum uinaceis noſtri ebulliunt. Apud ueteres autem inter ἐπιτραπέζια numerantur.

TINNIO, nis nui, itum, {*Reſonare*}(κωδωνίζω, ἠχέω) proprie de metallis dicitur quum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum, orichalcum, & huiuſmodi. Hinc circuntinnio compoſitum. Varr. 3. de Re ruſt cap. 16. Cum à melliario id feciſſe ſunt animaduerſæ, iaciundo in eas puluerem, & circuntinniendo ære, perterritas, quo uoluerit perducet. Tinnire quoq; dicitur auris, cum incluſi ſubtiles, & leues uapores interdum per membranam illam, quæ in auribus eſt emergunt, & ſonum illum fictitium edunt. Catul. ad Lesbiam, epigr 48. Aures tinniunt ſuopte ſonitu.

TINNIMENTVM, ti, (κωδώνισμα) ipſe tinniendi actus. Plaut. in Rud. Illud quidem ædepol tinnimentum eſt auribus.

TINNITVS, tus, (κωδωνισμὸς) metalli ſonitus. Plin. lib. 11. cap 20. Apes gaudent plauſu, atque tinnitu æris. Verg 4 Georg. Tinnitusq́; cie, & Matris quate cymbala circum. Aurium tinnitus præſentire, apud Plin. lib. 28. cap. 2.

TINNICVLVS, auis eſt, teſte Plin. lib. 10 cap. 37. columbas defendẽs, & accipitres territans occulta naturæ ui, in tantum, ut uiſum uocemq; eius fugiant.

TINNVLVS, la, lum, {*Aguzzo, acuto, & puntato*}(λιγυρὸς, ἠχῶν) quod acutum edit ſonum, cuiuſmodi eſt ſonus metallorum Ouid. Tinnulaq́; æra ſonant, et olent, myrrhæq́; crociq́;. Quintil. lib. 2. cap. 3. Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ, genere peccantes, certum habeo, non uirium, ſed infirmitatis uitio laborare.

TINTINNACVLI, (κροταλίζοντες) qui flagris cędũt ſontes ob noxam, & loris bubulis caſtigant. Ficto uocabulo à ſonitu, quem uerbera efficiunt. Nã dum uerberant, & cædunt flagris, tinnitũ reddere uidentur ex crepitu plagarũ: quæ percuſsio à Plauto dicitur Tax, per onomatopœiam, à ſonitu quẽ reddit. Id genus homines Flagratores dicebantur, & Loraríi: nã cædendo loris, & flagris hũc ſonũ faciũt. Plau. in Tru. Niſi ad tintinnaculos uolts uos educi uiros.

TINTINNABVLVM, li, & Tintinnale, lis, neutri generis, (κρόταλον, κώδων) inſtrumentum æneum, uulgò campanellus, quo populus lauandi hora ad balneas conuocari ſolebat, Nomen factitium, à ſono tintin

quem edit. Iuuenal. Satyr. 6. Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulſari. Plin. lib. 36. cap. 13. Vt in ſummo orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula: quæ uento agitata longe ſonitus referant, ut Dodonæ olim factum.

TINTINO, nas, pen. cor. {*Riſonar, rimbombere*,} (κελαδίζω) pro reſono. Catull. ad Lesbiam: Sonitu canoro Tintinant aures. Dicitur & Tintinnio, nis, niui, Afranius: Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

TION, (τίον,) urbs maritima Ponti, non procul a' Parthenii fluminis oſtio. Autor Ptolem. lib. 5. cap. 1.

TIPASA, (τίπασα) urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Pli. lib. 5. cap. 2.

TIPHERNVM, (τίφερνον) ciuitas Vmbriæ. Vide Tifernum.

TIPHYS, (τίφυς) Argonautarum in Colchica expeditione gubernator fuit. Verg. in Bucol. Eclog. 4. Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo Delectos heroas, &c. Ouid. Tiphys in Aemonia puppe magiſter erat. Seneca in Medea: Tiphys in primis domitor profundi.

TIPVLA, æ, pe. cor. uermis ſex pedes habens, ſed tantæ leuitatis, ut ſuper aquã currens non deſidat. Plaut. in Perſa. Neque tipulæ leuius pondus eſt, quàm fides lenonia.

TIRESIAS (τειρεσίας) uates Thebanus fuit, Euero patre genitus, qui cum aliquando in Cithærone uidiſſet duos dracones coeuntes, obſeruata fœmina ex iis, occidit illam: quo facto in fœminam et ipſe mutatus eſt. Deinde cũ rurſus poſt ſeptem annos eodem pacto & marem draconem interfeciſſet, in priſtinam formam rediit. Contingit igitur aliquando certantibus inter ſe Ioue & Iunone, um 've, an fœminæ maiorem ex Venere uoluptatem caperent, ut ille iudex ſit adhibitus, ut qui utrunque fuiſſet expertus. Tireſias autem pro Ioue ſententiam tulit, aſſerens multò plus ex coitu uoluptatis percipere fœminas. Ob quod a' Iunone excæcatus eſt. Alii uero propterea excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte conſpexerit. Iuppiter autem in ſolatium uiſus amiſſi, diuinationẽ illi dedit. Stat. lib. 10. Theb. Sibi callidus iſta Tireſias natæq; ſanat, &c. Huius animam euocat Vlyſſes apud Homerum lib. 10. Odyſſ. multaq; ab ea futura edocetur. Autor eſt Strab. lib. 9. Tireſiæ monumentum fuiſſe ſub Tilphoſſio monte Bœotiæ iuxta fontem Tilphoſſam, ubi profugus, diem ſuum obiit, cum iam ſenex gelidiſſimam Tilphoſſæ aquam hauſiſſet. Ibi Thebani ciues ſepulto diuinos honores tribuere. Fuit Tireſiæ filia fatidica nomine Manto, quæ ex Tyberino fluuio filium peperit nomine Ocnum, qui in Ciſalpina Gallia oppidum condidit & a' nomine matris Mantuam appellauit. Iuuen. Satyr. 13. Tireſiam appellatiuè poſuit pro homine cæco, cum ait, Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

TIRIDATES (τιριδάτης) rex Armeniæ, qui uariis geſtis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam uenit, & diadema regni a' Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

TIRISCVM, (τίρισκον) Daciæ urbs, non procul a' Danubio, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

TIRYNS, tis, ma. gen. (τίρυνς ὁ) agri Argiui fluuius eiuſdem nominis, urbem præterlabens.

TIRYNS, yntos, fœm. gen. (τίρυνς ἡ) agri Argiui oppidum, Herculis patria, a' qua ille dictus eſt Tirynthius, τιρύνθιος.

TIS (σοῦ) genitiuus eſt antiquus a' Tu pronomine. Plaut. in Milit. Tis egeat, quia te careat, ob eam rem hæc ad me miſſa eſt.

TISIAS, (τισίας) Steſichorus poeta ante dictus eſt: ſed a' chórea id nominis ſortitus eſt.

TISIPHONE, pen. corr. (τισιφόνη) una ex furiis, a' cædibus plectendis dicta: τίσις ultio, uel pœna: φόνος, uel φόνη cædes aut mors. Hora. in Serm. Seruilibus, utq; iam peritura modis, Hecaten uocat, altera ſæuam, Altera Tiſiphonem.

TISOBIS, τισοβις) fluuius Britanniæ, teſte Ptolemæo, lib. 2. cap. 3.

TISSA, (τίσσα) Ptolem. lib. 3. cap. 4. Siciliæ urbs.

TITAN, & **TITANVS**. pen. pro. (τιτάν) Saturni frater, Cœli & Veſtæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipſe a Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas ſex fratres fuiſſe, & quinque ſorores a Titea matre dictos, ut autor eſt Diodorus. Ex quibus unus fuit Iapetus pater Promethei. Hyperion quoque ex Titanum numero eſt, qui Solis, ac Lunæ ſtellarumq; motus obſeruaſſe, atque demonſtraſſe primus fertur. Ideo Solis parens, & aſtrorum fertur. Hinc Sol Titan: Luna Titanis, τιτανίς) & Diana Titania a poetis dicuntur. Luc. lib. 1. Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas. Ouid. 3. Metam. Dumq; ibi perluitur ſolita Titania lympha. Seruius ſic habet. Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra in eius ultionem creatos. Vnde & Titanes dicti ſunt, ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab ultione. Primumq; cõtra Saturnum quidem Titanes, deinde Gigantes contra Iouem genuit. Ipſe uero Titan cum filiis quos Titanes a patre appellabant, bellum geſſit aduerſus Saturnum & Opim, quod conuentui non ſtetiſſent, eosq; captos muro incluſit: qui poſtea a Ioue filio, uictis Titanibus liberati ſunt, ut ſupra latius de Saturno dictum eſt.

TITANIVS, a, um, (τιτάνιος) adiectiuum deductum a Titan: ut Titania aſtra, Verg. 6. Aeneid. Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra Spiritus intus alit. Titaniacus, a, um. Ouid. 7. Metam. Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces.

TITANVS, Plinius libro. 5. cap. 30. fluuius eſt Aeolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

TITARESIVS, (τιταρήσιος Homero) fluuius eſt Theſſaliæ, qui in Titaro monte qui Olympo uicinus eſt, ortum habens, labensq; uerſus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob aquarum tamen craſſitudinem illi non admiſcetur, ſed in modum olei ſuperfluit. Plin lib. 4. cap. 8. Euroton uocat. Lucanus Titareſum uocat, per quatuor ſyllabas. lib. 6. Solus in alterius nomen cum uenerit undæ, Defendit Titareſus aquas.

TITHONVS. pen prod. (τιθωνός) Laomedontis filius, qui (ut fabulæ ferunt) cum iuuenis eſſet, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem poſt longiſſimam uitam, audita Memnonis filii morte, in cicadam uerſus dicitur, dicente Horatio: Longa Tithonum minuit ſenectus.

TITHYMALVS. p. co. {*Tortomaglio*,} (τιθύμαλος) herba eſt lacteũ emittẽs ſuccũ: cuius ſeptẽ enumerantur genera: Characias, Myrſinites, Paralios ſiue Tithymalis, Helioſcopios, Cypariſſias, Dendroides, & Platyphyllos. Colum. lib. 9. Tithymalus maiorum quoquè animalium uentrem ſoluit. Idem paulò ſupra: Maximusq; uel minimus annus earum labor eſt initio ueris, quo tithymali floret frutex. Pli. lib. 26. cap. 10. Dioſcor. lib. 4. cap. 168.

TITIA CVRIA, & Titienſis tribus, dicta eſt a Tito Tatio Sabinorum duce, a Romulo in partem regni recepto. Feſtus.

TITIANVS, Titiani filius, orator Græcus, præceptor Maximini principis. Scripſit lib. prouinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia ſui temporis, qđ omnia probe imitaretur. Capitolinus.

TITI LIVII, (λίβιοι) duo fuerunt: Alter tragœdiarum ſcriptor, Romanorum poetarum antiquiſſimus, qui ob ingenii felicitatem a Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus cum Criſpo Salluſtio de Hiſtoriæ principatu certans. Vide ſupra in dictione Liuius.

TITII, ſacerdotes fuerunt Apollinis a Titiis auibus, quas in Auguriis certis obſeruare ſolebant ſic appellati, ut ait Varr. lib. 4. de Ling. Latin. Lucanus libro. 1. Et doctus uolucres augur ſeruare ſiniſtras, Septemuirq; epulis feſtis, Titiiq; ſodales.

TITILLO, titillas, (γαργαλίζω, κνύω) leui attrectatione alarum, aliarum've mollium corporis partium riſum cuipiam moueo. Per tranſlationem tamen accipitur pro quouis modo blandiri, & uoluptate afficere, Cice. 1. de Finib. Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, &c. Lucret. lib. 2. Et quæ Titillare magis ſenſus, quàm lædere poſſunt. Horat. 2. Serm. Sat. 3. Præterea ne uos titillet gloria. Hinc Titillatio, onis, uerbale.) (γαργαλισμός,) ipſe titillandi actus. Cic. in Cat. At non eſt uoluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. Titillatus, tus, idem. Plin. lib. 11. cap. 37. In eadem præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, quas ſubit.

TITIO, onis, {*Stizzone*,} (δαλὸς) lignum aduſtum, quod ab igne extrahitur. Celſus lib. 3. cap. 12. Fomentisq; protinus ualidioribus totum corpus circundare conuenit, maximeq; inuolutis teſtis, & extinctis titionibus.

TITIVILICIVM, cii, dici uoluerunt, inquit Nonius, fila putrida, quæ è telis cadunt. Plaut. in Caſi. Non ego iſtud uerbum empſitem titiuilicio, id eſt, re ad modum uili.

TITORNVS. (τίτορνος) bubulcus fortitudinis monſtroſæ fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certauit, uicitq;, cum pedem tauri una manu, altera uero alterius tauri pedem, ipſis per uim conantibus reſilire, traheret. Autor Aelianus.

TITVBO, bas, pe. cor. {*Vacillare, barzigure*,} (παραφέρομαι, συγχέομαι, ὑποφέρομαι) propter pedibus inſiſtere nequeo, quod accidere ſolet ebriis, aut longo iam morbo languidis. Ouid. 3. Metam. Ille mero, ſomnoq; grauis titubare uidetur. Quintil. Sed iugulaſti uulneratum, titubantem ſtrauiſti. Transfertur ad animum, quoties ab animo uerba diſſentiunt, quod inconſtantiæ ſignum eſſe dicitur: ut apud eundem: Neque ulla unquam tanta fuerit dicendi facultas, quæ nõ titubet, aut hæreat, quoties ab animo uerba diſſentiunt. Plaut. in Milit. Cogitate. Nequid ubi miles uenerit, titubetur. Teren. in Heaut. Verum illa nequid titubet. Cice. ad Att. lib. 2. Videbis breui tempore magnos, non modo eos, qui nihil titubarunt, ſed etiam illum ipſum, qui peccauit, Catonem. Horat. 1. Epiſt. 13. Caue ne titubes, mandataq; frangas. Titubare quoque (τραυλίζειν) lingua & dentes dicuntur. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 1. Hæc ubi ſum furtim lingua titubante locutus, &c. Hinc titubatus, particip. ſine uerbo, ut inquit Seruius: nam titubor nõ legitur. Verg. 5. Aeneid. Veſtigia preſſo haud tenuit titubata ſolo. Hinc quoque Titubantia, æ, & Titubatio, onis, uerbaliã, (τραυλισμὸς) id eſt, ipſe titubandi actus. Sueto. in Vitell. Ac de hac quoque liberos utriuſque ſexus tulit, ſed marem titubantia oris propè mutum, & elinguem. Ci. ad Here. li. 2. Vt ne perucula quidem titubatione aut offenſione impediremur. Titubanter, aduerb. inconſtanter. Cice. pro Cælio: Poſuiſtis enim, atque id tamen titubanter & ſtrictum, coniurationis, hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuiſſe.

TITVLVS, li, {*Titolo*} (ἐπιγραφή, τίτλος) inſcriptio cuiuſcunq; operis: qđ libro, operi, uel ſtatuæ ſuperſcribitur, ut ſtatim primo aſpectu argumentum noſcamus, aut artificem. Suet. in Domit. cap. 5. Plurima & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac ſine ulla priſtini autoris memoria. Mart. lib. 2. Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. libr. 1. de Remed. Legerat huius amor titulum, nomenq; libelli. Dictus titulus a tuendo, quaſi tutulus, quod tueatur factum autoris, et ſi quis alterius opus eſſe contendat, ueri opificis indicet nomen. Per tranſlationem quandoque ponitur pro laude, & dignitate. Ouid. lib. 2. Faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar Nomina, per titulos ingredimurq; tuos. Aliquando pro monumento. Apuleius: Auorum, & proauorum titulis clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum eſt, inquit Feſt. Perſius: Hic nec more probo uideas, nec uoce ſerena Ingentes trepidare Titos. Titulo tenus, id eſt ſolo titulo, & non re ipſa.

TITVS, (τίτος) prænomen fuit Romanis familiare, inde dictum (ut Feſt. placet) quòd antiqui Titos, & Titulos milites appellabant, eò quòd patriam tuerentur. Hoc prænomine dictus fuit Veſpaſianus Flauii filius, & frater Domitiani princeps clariſſimus, populoq; Rom. adeò charus, ut uulgo Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

TITYRVS, τίτυρος) uox Græca, maiorem gregis arietem denotans. Eſt itẽ paſtoris nomen apud Verg. in Bucolicis a Theocrito mutuatum.

TITYVS, (τιτυός) filius fuit Iouis ex Elara, Orchomeni filia: quam prægnantem Iuppiter, timens Iunonis iram, occultauit in terra: ex quo factum eſt, ut naſcens puer ex terra natus uideretur. Hic poſtea cum ad integram ætatem perueniſſet, captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de ſtupro interpellauit. Quã obrem Apollo iratus, ſagittis ipſum confodit, & apud inferos religauit, eiusq; iecur uulturibus laniandum appoſuit hac lege, ut conſumptum renaſceretur iterum, & ſic nunquam Vultures a diſcerpendo ceſſarent, nec ipſe a patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuiſſe perhibetur, ut iacens nouem iugera occupauerit. Ouid. 4. Meta. Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq; Iugeribus diſtractus erat, &c. Vide Seruium apud Verg. lib. 6. ad hunc locum, Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. Tityus item Sex. autore Cicerone in Bruto, orator fuit, loquax ſanè & ſatis acutus, ſed tamen ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tityus nomen eſſet.

T ANTE L.

TLEPOLEMVS, (Τληπόλεμος) Herculis & Aſtioches filius, quem ex Ephyra urbe Peloponneſi rapuerat, (ut meminit Homerus Ilia. 6.) clarus rebus bellicis, corporiſque proceritate inſignis. Hic cum adoleuiſſet, Licymnium auunculum ſuum Marte progenitum, & patri ſuo chariſſimum iam ſenem interfecit. Propter quod fabricatis nauibus patria profugus, collecta iuuenum multitudine, Rhodum petijt, & ea inſula occupata, Rhodienſibus imperauit. Poſtea ad bellum Troianũ cum nouem nauibus profectus à Sarpedone occiſus eſt.

T ANTE M.

TMARVS, (Τμάρος) mons eſt Theſprotiorum, Dodonæo oraculo imminẽs, qui & Tomarus (Τόμαρος) dicitur, teſte Strabone, lib. 7.

TMESIS, huius tmeſis, fœm. gen. (τμῆσις) eſt unius uerbi compoſiti, uel ſimplicis ſectio, una dictione, uel pluribus interiectis. Ver. 3 Geor. Septẽ ſubiecta trioni. Idem 1. Aen. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu pro circũfudit. Hoc autem tolerabile eſt, inquit Seruius in ſermone compoſito. cæterũ in ſimplici nimia eſt asperũ, quod tamen aliquando fecit antiquitas ut Saxo cere comminuit brũ. Vtuntur & hac figura nonnunquam oratores. Cic pro Seſtio: Quiſquis erat qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet quo d iudicium cunque ſubierat, damnabatur. Id eſt quodcunque iudicium.

TMOLVS, (Τμῶλος) Lydiæ mons, Sardibus incũbens, ex quo Pactolus amnis profluit, aureas trahens arenas. Oui. 6. Met. Riget ardƲus alto Tmolus in aſcenſu, cliuoque extẽſus utroque, Sardibus hinc, paruis illinc finitur Hypæpis. Antiquis Timolus dicebatur per tres ſyllabas. Pli. lib. 5. ca. 29. Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur. Oui. 6. Met. Deſeruere ſui nymphæ uineta Timoli.

TMOLVS, (Τμῶλος) Lydiæ amnis, ex eiuſdem nominis monte profluens, in quo coticula inuenitur, auro explorando utilis. Plin. lib. 33. cap 8. Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo (ut eſt autor Theophraſtus) nunc uero paſſim.

T ANTE O.

TOGA, æ, {*Toga, ueſta, palandra*} (τήβεννος Plutarcho, τήβεννα Athenæo) ueſtis communis omnium Romanorum, tam fœminarum quam marium, ſicut Palliũ Græcorum. Dicta Toga à tegendo, quod corpus tegat. Superimponebatur autem tunicæ, uel potius tunicis. Hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibul. li. 1 Ele. 7. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc Romani Togati dicuntur, quemadmodum & Græci Palliati. Ver. 1. Aen. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Quoniã uero in pace tantum togæ uſus erat (nam in bello depoſita toga ſaga induebant) factũ eſt, ut Toga pro pace, ſeu artibus pacis accipiatur, ſicut Arma, pro bello, ſeu re militari. Caſſius Ciceroni: Et enim tua toga omnium armis felicior. Cic. in Piſ. Non dixi hanc togã qua ſum amictus, nec arma ſcutum & gladium unius Imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne, & otii toga. contra autem arma tumultus atque belli. Toga olim etiam utebantur tenuiores, qui reges ſuos, hoc eſt, potentiores officii gratia per urbem deducebant, ut ſportulam conſequerentur. Mart. Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos, Atria uenit ſportula ſæpe toga. Hinc turbam togatam uocat Iuue. Sat. 1. clientelam illam comitum, qui toga induti potentiores amicos per urbem ducebant, & reducebant Sportula (inquit) primo Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ. Item opera togata dicitur ipſum togatorum officium. Martia. Exiges à nobis operam ſine fine togatam.

TOGATÆ COMOEDIÆ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus Romanorũ, ſicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus, nam Græci ſupra tunicam pallium ferebant.

TOGATÆ TABERNARIÆ, dicuntur comœdiæ, in quibus non magiſtratus, ſed humiles perſonæ inducuntur, teſte Donato, quales ferè ſunt qui in tabernis uendunt merces ſuas.

TOGATI, {*Togati*} (τηβεννοφόροι) togis induti: unde Romani togati dicti ſũt, quoniam Toga Romanorum propria erat. Sic ii, qui principes ciuitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam togati amici erant, Togati uocabantur Iuue. Turbæ rapienda togatæ. Hi etiam per diminutionem Togatuli dicebantur, quod diminutiuum eſt ioco formatum. Martia lib. 10. Quam diu ſaluator, Ante ambulones, & togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto.

TOGA CANDIDA erat, quam petitores magiſtratuum induebant: unde Cãdidati dicebantur. Pli. li. 7. de Naſica. In toga candida bis repulſa notatus à populo. Pura toga, quã tirunculi forenſes aſſumebant. tirocinii die Luca. li. 7. Pura uenerabilis eque Quam currus ornante toga. id eſt, nec picta, nec triumphalis, nec prætexta, inquit Budæ. Pura. n. ideo dicebatur, quod nullo purpuræ prætextu diſtincta eſſet. Toga prætexta, (περιπόρφυρος Plutarcho) dicebatur, cuius oræ & circuitus purpura erat prætextus: quod ipſum ſatis indicat Liu. 4. Decad. li. 4. Purpura uiri utimur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prætextis, purpura togis utuntur. Toga palmata ueſtis erat triumphalis à palma, id eſt, à uictoria ita appellata. Mart. lib. 7. I comes. & magnos illæſa merere triumphos, Palmatæque ducem, ſed cito, redde togæ Toga picta, ueſtis publica fuit ſummique magiſtratus. Capitol. de Gordi. Palmatam tunicam, & togã pictam primus Romanorum priuatus ſuam & propriam habuit: cum ante Imperatores uel de Capitolio acciperent, uel de palatio. Lampridius de Alexandro: Prætextam & togam pictam nunquam niſi Conſul accepit & eam quidẽ quã de Iouis templo ſumptam alii quoque accipiebant aut Prætores, aut Conſules Budæus. Toga pulla qua in funeribus utebantur, ut nunc atra ueſte utimur: Alba autem uel in epulo publico, uel in epulo parentali, uel in ſpectaculis, uel in comitio. Toga raſa, ut inquit Plin. li. 8. c. 48. Diui Auguſti nouiſſimis temporibus cœpit. Toga puerilis, quæ & Prætexta appellabatur Gel. li. 18. ca. 4. Cum iã adoleſcentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutaſſemus. Toga uirilis, à puerili diſtincta erat: ea decimoſeptimo anno ſumebatur. Cic. in Lælio: Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam ſumpta uirili toga, &c. Per tranſlationem ponitur quandoque Toga pro officio deducendi & reducendi potentiores. Martialis. Lis nunquam toga rara, mens quieta. Pli ad Apollinarẽ: Altius tibi otium, & pinguius, eoque ſecurius, nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo Quod ideo inuaiuit, quia ad officia præſtanda togati conueniebant: id eſt, ad deducendos, comitandoſque amicos honoris gratia. Hinc diminuti. Togula Mart. lib. 1. Ignoſces togulam Poſthume pluris emo.

TOLENTVM, Tolentum oppidũ eſt Italiæ in Picenis, Nicolai ſanctiſſimi Antiſtitis patria à quo Tolentinates populi, apud Pli. lib. 3. cap. 13.

TOLERO, as, aui, â, {*Tolerare, ſoffrire, patire, ſopportare*} (φέρω, ὑπομένω) fero, patior, perfero, ſuſtineo. Ter. in Phor. Vna tecum bona, malaque tolerabimus. Idem in Hecyr. Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ, Cui cõcedat cuiuſque mores toleret ſua modeſtia. Tolerare ſe eſt modice, & ſumma parſimonia ſe alere. Cornel. Nepos in uita Pomp. Attic. Ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus ſe toleraret, Cæſar. Erat ſumma inopia, adeo ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris arborum radicibus contuſis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. In qua ſignificatione etiam dicimus. Tolerare uitam, id eſt uiuere, nutriri. Tacitus. Multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare uitam. Cæſ. 7. Bell Gall. Qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti, eorum corporibus, qui ætate ad bellum inutiles uidebantur uitam tolerauerunt. Accipitur aliquando Tolerare pro portare, ſeu geſtare, κομίζειν. Pla. in Mercat. Tolerat hæc nauis metretas trecentas, id eſt, ferre poteſt. Tolerare milites ſua pecunia, id eſt, ſuſtinere, & ſtipendium aut certe neceſſaria ſubminiſtrare. Plin. li. 33. c. 10 Octona millia equitũ ſua pecunia tolerauiſſe, &c. Hinc Tolerans, nomen ex participio, id eſt, patiẽs: ut, Tolerantiſſimus penuriæ, id eſt, potentiſſimus, apud Col. li. 7. c. 1. Toleranter, aduerb. patienter, tolerabiliter. Pli. li. 8. c. 45. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tolerantius tamen bimæ. De bobus. Quint. li. 8. c. 6. Qui toleranter uidere Septentriones uidentur. Hinc quoque Toleratio, onis, uerbale, ipſe tolerandi actus Cic. 2. de Finib. Quædam alia toleratio eſt uerior, qua uti uos non poteſtis qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis. Tolerabilis, le, quod tolerari poteſt. Pli. in Paneg. Tolerabile tributum. Cic. de Amic. Quæ tamen ſi tolerabiles erunt, ferendæ ſunt. Vnde Tolerabiliter aduerb. facile, ſine diſcrimine. Col. li. 11. ca. 2. Adhuc tolerabiliter efficies. Cic. Cælio li. 2. Quo tolerabilius igniculum deſiderii tui feramus. Hinc etiã Tolerantia, tiæ, Cic. in Parad Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, Quint. lib. 1. ca. 2. Tolerantia tamen doloris laude ſua non carebit. Intolerandus, (ἀφόρητος) qui ferri non poteſt.

TOLETVM, (Τόλητον) urbs Carpetanorum, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 6.

TOLISTOBII, (Τολιστόβιοι Stephano) Galatarum Heſperiorũ populi, qui ex Galatia in Bithyniam tranſmigrarunt. Eratoſthenes lib. 1. rerum Galaticarũ Toliſtobogios, (Τολιστοβωγίους) nominat.

TOLLENON, onis, genus machinæ ut ait Feſtus, quo hauritur aqua, in alterã partem prægrauante pondere. Pli. lib. 19. cap. 4. Vel tollenonum hauſtu rigandos. Liu. 8. Bel. Mac. Deinde, ut præter ſpem ſtare muros uiderunt, collectis rurſus animis in arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitesve robuſtos incutiebant.

TOLLES, (παρίσθμια) tumor faucium, teſte Feſto, quas & Tonſillas uocamus.

TOLLO, onis à Plauto in Rudente uidetur poſitum pro eo qui ex puteo aquã haurit, Heus (inquit) ſic tolloni gratia?

TOLLO, is, ſuſtuli, & ſecundum antiquos tetuli, ſublatum, {*Leuare, inalzare, torre, togliere*} (αἴρω, ὑψόω, ἐγείρω) eleuo, attollo, furſum erigo Plau. Tolle caput. Cic. 4. Acad. Hortenſius autem uehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret. Oui. Epiſt. 14. Ter acutum ſuſtulit enſem, Ter male ſublato decidit enſe manus. Liu. 4. Bell. Mace. Sublatis deinde ſupra capita ſcutis, continuatiſque &c. Vlpian. Ius uicino non eſſe altius ædes tollere. Aliquando tollere eſt capere, λαμβάνειν. Verg. lib. 4. Georg. Et ſæpe lapillos, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram, Tollũt: his ſeſe per inania nubila librant. Aliquando ſuſcipere, ἀναιρεῖσθαι. Sue. de Neronis parente: Deceſſitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. Aliquando nutrire, τρέφειν, ἀνατρέφειν. Terent. in And Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere. Aliquando aufero ἀφαιρέω, αἴρομαι. Cic in Læl. Solem enim de mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt. Tollere de medio, (ἀναιρεῖν, ἀφανίζειν, ὑπεξαιρεῖν) id eſt, interimere. Cice. pro Roſc. Amer. Perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. Aliquando differre ἀναβάλλεσθαι Plau. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando inferre. Verg. 3 Georg. Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem. Nam Tollere minas, eſt minari, timorem incutere, inferre. Tollere gradum, ambulare. Plau. Bacc. Is eſt adibo contra, & tollam gradum. Tollere ſe altius à terra, eſt creſcere, ac de herbis, & arboribus dicitur. Tollere animos, eſt ſuperbire, audaciorem eſſe. Propert. lib. 3 Ele. 18. I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos. Teren. in Hecyr. Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ Sublati animi ſunt. Tollere animos dictis, eſt magnanimitatem ſuam dictis comprobare. Verg. 9. Aen. Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro. Tollere cachinnum, eſt in clarum, & immoderatum riſum ſolui. Tollere clamorem, eſt clara & magna uoce clamare, Cic. 7. Verr Clamor à fani cuſtodibus tollitur. Tollere aliquem in cœlũ humeris, eſt illum laudibus celebrare, & quantum fieri poteſt, diis immortalibus æqualem facere. In qua ſignificatione etiam dicimus. Tollere in cœlum fama aliquem, & Tollere laudes alicuius in aſtra. Cic. ad Att. lib. 2. At hercule alter tuus familiaris Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra tulit? Verg. 5. Eclo. Daphnimque tuum tollemus ad aſtra. Tollere manus, lætitiæ ſignum eſt, & gratias agentis. Cic. ad Cæſarem lib. 7. Suſtulimus manus & ego, & Balbus. Tollere aliquem ab officio, eſt priuare. Tollere aliquem de oratione ſua, eſt eum non amplius nominare. Tollere aliquem è numero, eſt eum excipere. Tollere aliquem de medio, è medio, uel ex rerum natura, idem. Tollere legem, abrogare, antiquare. Tollere moram. feſtinare. Tollere metum, timorem adimere. Tollere ſpem, auferre. Tollere aliquem teſtimonio, teſtimoniis ita conuincere, ut condemnatus, puniatur.

Tollere aliquem ferro, aut ueneno, eſt interficere. Hinc ſublatus, participium, id eſt, eleuatus, ablatus, & ſecundum ſignificationem ſui uerbi. Vergil. 2. Aeneidos. Et ſublatus ad æthera clamor. Ponitur aliquando pro ſuperbiente, & ferociente. Cæſar 1. Bell. Galli. Quo prælio ſublati Heluetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius

ſubſiſtere. Hinc quoq; Sublatio uerbale: ut Sublatio animi: id eſt, elatio, ſuperbia. Cic. 2. de Finib. Voluptatem Stoici ſic definiunt: Sublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui, &c. Sublate, aduerbium. Ci. de Clar. Ora. Sublate ampleq; dicere. Idem pro domo ſua: Nihil unq̃ de me dixi ſublatius aſciſcẽdæ laudis cauſa. Compoſita huius uerbi ſunt, Attollo, Contollo, Extollo, Protollo, & Suſtollo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TOLOPHON, (τολοφών) Locrorum ciuitas, apud Thucydidem Rer. Peloponneſiacarum lib. 3.

TOLOSA, pen. pro. (τόλωσα) urbs Tectoſagum in ea parte Narbonenſis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes uergit: cuius incolæ dicuntur Toloſani. Aurum Toloſanum habere prouerbio dicuntur qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, nouoq; ac miſerando pereunt exitio Sumptum à Q. Ceplonis Conſulis exercitu, (ut indicat Gellius) qui cum Toloſam diripuiſſet, multumq; auri ex templis abſtuliſſet, ſubito magna lues exercitum inuaſit, quæ eos omnes, qui aliquid ex ſacro auro attigerant miſerando leti genere abſumpſit. Vide Eraſ. Adagia.

TOLVTARII, ſiue Tolutares equi, (ἱπποφοροῦς δρόμοι) dicuntur, qui alio nomine ab Aſturia Hiſpaniæ regione Aſturcones dicuntur, à nonnullis & Gradarii, propterea q gradu non uulgari incedant, ſed alternis crura molliter explicantes, commodam ſeſſori præbeant uectationem, citra ullam ſuccuſſationis moleſtiam. Tolutares dicti ſiue à tollendis alterno glomeratu pedibus, ſiue, (ut alij malunt) à pedum uolubilitate, quaſi uolutarii. Seneca in Epiſ. Mannos tolutares appellat.

TOLVTILOQVENTIA, (ἐπιτροχος λόγος) id eſt, uolubilis ſermo, ut interpretatur Nonnus, citans locum Nouii uetuſti Poetæ ex Gallinaria, o peſtifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia.

TOLVTIM, {Preſtamente, uolando} (ἐπιτροχάδην) id eſt, uolubiliter, & molliter: proprieq; ad Aſturconum, ſiue gradariorum inceſſum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodiſſimam ſeſſori præbent uectationem: quod genus equorum à Polluce, δρόμοι appellantur. Tolutim, (inquit Nonnus) quaſi uolutim, uel uolubiliter. Plau. Aſin. Demum hercle iam de hordeo tolutim tibadizas. Varr. Vt equus, qui ad uehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tolutim incedere Pli. lib 8 cap. 42. In eadem Hiſpania Gallaica gens, & Aſturica, equini generis, quos Thieldones uocamus, minori forma appellatos Aſturcones gignunt. quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equus tolutim carpere incurſus tradi tur arte.

TOMACVLA, {Tomaſelle, alibi, mortadelle} (ἀλλᾶντες) uel per ſyncopẽ Tomacla, edulia ſunt, quæ ferè ex iecore porcino minutatim conciſo, & iam ſemicocto infuſis ouis crudis, & caſeo optimo, & liquamine, pipere, aniſo, zingibere fieri conſueuerunt, teguntur q; omento ſuillo. Dicta Tomacula, ἀπὸ τοῦ τέμνειν, qđ eſt incidere. Iuue. Sat. 10 Candiduli diuina tomacula porci.

TOMACINÆ, (ἀλλᾶντες) edulia ex iecore porcino minutim conciſo, quæ & Tomacula dicuntur. Varr. lib. 2. cap. 4. Quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & Petaſones. Plin. Tomacinæ appellantur, quæ Tomacula Inſubres uocant, Galli noſtris temporibus Tomacellas.

TOMARVS, pen cor. (τόμαρος Straboni & Stephano) mons eſt Theſprotiorum, Dodonæo oraculo imminens, centum fontibus inclytus, qui & Tmarus dicitur per conciſionem. Vide Plin in procem. lib. 4. & Strabonem lib. 7.

TOMÆVS, mons, (τομαῖον ὄρος) in Peloponneſo eſt, iuxta Coryphaſium promontorium Stephanus.

TOMENTVM, ti, (γνάφαλον) lana breuis ac conciſa, quæ ex ueſtibus à fullone poliendo detrahitur: & quicquid farciminis ex quacunq; re, ſiue ex fœno, aut palea, ſiue ex pluma fuerit: quo culcitræ farciuntur. Varr. de Ling. Lat. li. 4. Poſt q̃ tranſierunt ad culcitras, q in eas ſagos, aut tomentum, aliudve quid calcabant: ab inculcando Culcitra dicta. Videtur autem Tomentum deduci à τέμνω, qđ ſignificat incido, Suet. in Tyb. Adeo alimenta Druſo ſubducta, ut tomentum ex culcita tentauerit mandere. Tomentorum autem aliud Leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba conciſa. Aliud Circenſe ex arundinibus conciſis factum: idq; ſtramentum habebatur plebeiorum. Dictum Circẽſe, q in Circo Romano ſternebatur, illicq; egeni quieſcebant. Senec. lib. de Beata uita: Nihilo miſerius ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat, ſi ſuper Circenſe tomentum per ſarcinas ueteris lintei eff uens incubabo. Martil. libro. 14. Tomentum conciſa palus Circenſe uocatur: Hæc pro Leuconico ſtramina pauper emit.

TOMICE, ces, ſiue (ut quibuſdam placet) Tomix, cis, (τομικὸν) Græco nomine appellantur ex cannabi impolita & ſparto leuiter torta reſtis, ex qua funẽs fiũt. Pli. lib. 17. ca. 10. Tomice moris ſpinarum circumlita. Palladius lib. 1. cap. 13. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupreſſo factis, ad contignationem ſuſpẽdemus & binas inter eas pertiſas erigemus, tomicibus alligatis. Vitru. lib. 7. doceat aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia, ne reſte lædantur, Tomices uocantur.

TÓMOS. (τόμις Straboni) ciuitas in Ponto, Ouidii exilio nota: ab eo dicta, q illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim conciderit: ut patrem inſequentem remoraretur. Ouid. 3. Triſtrum. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Conditam apparet à Mileſiis: quod et ipſum teſtatur idem Oui. lib. Triſt. 1. A quibus aduenat Miletida ſoſpes ad urbem, Offenſi quo me contulit ira Dei.

TOMVS, tomi, maſ. gen. {Pezzo, parte, uolume, tomo} (τόμος) fragmentum, uel pars operis, quam Latine Sectionem uocamus. Martial. libr. 1. Scriptura quanti conſtet, & tomus uilis. Vnde Origenes tertium librorum ſuorum genus Tomos inſcripſit, quos (ut ait Hieronymus) non poſſumus appellare uolumina.

TOMYRIS, pen cor. (τόμυρις) fuit regina nobilis Maſſagetarum in Scythia, quæ potentiſſimo Perſarum regi Cyro bello congreſſa eſt, ipſumq; & uita & caſtris ſpoliauit ad ulciſcendam filij mortem, quem ille prius à matre, obuiã miſſum cum ſuis per inſidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu uictoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his uerbis inſultans: Filii mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiſti Cyre: at ego cruore te ſaturabo. Vide Herod. lib. 1.

TONDEO, tondes, totondi, tonſum, {Toſare} (κείρω) lanam, ſiue capillos, & huiuſmodi incido. Plin. lib. 8. cap. 48. Oues non ubiq; tondentur. Cic. 5. Tuſ. Quæſtio. Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam, & capillũ patris. Mart. lib. 2. non tondet, inquam: quid ergo facit? radit. Verg. lib. 3. Geor. Nec minus interea barbas incanaq; menta Cinyphii tondent hirci, ſetasq; comantes. Interdum depaſcere, uel paſcendo abſumere, νέμεσθαι. Verg. lib. 1. Georg. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Aliquando reſecare, uel demetere. Idem lib. 1. Georg. Nocte arida prata Tondentur, id eſt, ſecantur. Tondere aliquem auro, id eſt, emungere, techna aliqua ſpoliare. Pla. in Bacchid. Tondebo auro, uſq; ad uiuam cutem. Huius uerbi compoſita ſunt, Attondeo, & Detondeo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TONESCIT, {Tonare} (βροντᾷ) idem quod tonat. Varro Bimargo, ut citatur à Nonio: Tunc repente cœlitum altum tonitribus templum toneſcit.

TONGRI, ſiue potius Tungri, (τούγγροι) populi inter Belgas, quos Ptolemæus libr. 2. capit. 9. poſt Tabulam fluuium collocat, caputq; eorum facit Atuacutum.

TONIMVS, ueteres pro ſonamus uſurparunt. Varro Eudæmonibus, ut citatur à Nonio: Tibi tympana non inanes ſonitus matris deum tonimus.

TONITRVS, us, maſc. gen. {Tuono} & Tonitru, neutrum indeclinabile in ſingu. in plurali Tonitrua, (βροντή) fragor nubis, qui fit erumpente fulmine. Ouid. 2. Met. Vnde ſolet tonitrus, & fulmina mittere terris. Iuuen. Sat. 5. Et facient optata tonitrua cœnas. Cic. 2. de Diui. Nonne perſpicuum eſt, ex prima admiratione hominum, q tonitrua, iactusq; fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerum omnium autorem Iouem? Tonitruum, tonitrui, idem. Cælius Ciceroni lib. 8 Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum.

TONO, as, tonui, tonitum, & aliquando, naui, tonatum, {Tonare} (βροντάω) notæ ſignificationis eſt. Cic. 2. de Diuin. Cum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. Apud uetuſtiſſimos legitur Tono, tonis, per tertiam coniugationem. Varro in Eudæmonibus, ut citatur à Nonio: Tympana tibi, non inanes ſonitus matris Deum tonimus tibi ſemiuiri. Tonare laudes alicuius, eſt magnopere efferre. Pli. in Præfa. lib. 3. Quanto tu ore laudes patris tonas? Tonare murmure & uerberibus, eſt reſonare. Mart. lib. 9. Murmure iam ſæuo, uerberibusq; tonas. Huius compoſita, Attono, Contono, Circũtono, Detono, Intono, Pertono: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TONSÆ, {Remi} (ἐρετμοί) dicuntur remi, à diuerberandis fluctibus. Ver. lib. 7. Et in lento luctantur marmore tonſæ.

TONSILIS, & hoc, le pen. cor. {Toſato. podato} (κατακομηθέν) quod tonſum eſt, ac in orbem & comam putatum: ut Tonſiles oleæ, Tonſilis buxus. Plin. lib. 12. ca. 2. Primus Cn. Marius nemora tonſilia inuenit. Idem lib. 18. cap. 50. Villo tonſili ueſtiuntur.

TONSILLÆ, {Pallo} (παρίσθμια) extremæ faucium partes circa radicẽ linguæ, gulam utrinq; attingentes. Cic. 2. de Nat. deo. Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quo primum illabuntur ea quę accepta ſunt oris utraq; ex parte tonſillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Tonſillas item medici uocant faucium inflammationes cum tumore, quas & Græci παρίσθμια appellant.

TONSO, ſas, frequentatiuum: unde & Detonſo, (ἀποκείρω) Gel. Capillos Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet. Hinc fit aliud frequentatiuum Tonſito, as. Plau in Bac. Ter in anno tu has tonſitas?

TONSOR, ſoris, {Barbiere} (κουρεύς) qui barbã tondet, aut aliud quippiã. Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 11. Omnino tonſores in Italia primum ueniſſe ex Sicilia dicuntur poſt Romam conditam anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto, ut ſcriptum in publico Ardeæ in literis extat. eosq; adduxiſſe P. Ticinium Menam. Ibidem: Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ, q pleræq; habent capillum, & barbam magnam. Cic. 1. Tuſcu. Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Plau. in Aſin. Ad tonſorem ire dixit.

TONSTRIX, ſtricis, {Tonditrice} (κουρεύτρια) mulier tõſoris officio fungẽs. Pla. Truc. Tonſtricem Syram nouiſti noſtram. Hinc fit diminutiuum Tonſtricula. Cic. 5. Tuſ. Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam.

TONSORIVS, a, um, (κουρικὸς) quod ad tondendum pertinet: ut, Culter tonſorius. hoc eſt, nouacula. Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum. Apud Martialem lib. 14. titulus eſt, de Tonſoriis ferramentis.

TONSTRINA, æ, pen. pro. {Barbaria} (κουρεῖον) officina tonſoris. Pla. in Aſin Libanum in tonſtrinam ut iuſſeram uenire, is nullus uenit. Ter. in Phor. Ex aduorſum ei loco tonſtrina erat quædam.

TONSVS, a, um, particip. {Toſato} (κεκαρμένος) lana, crineve ſpoliatus. Cic. in Piſ. Cum illa ſaltatrice tonſa. Mart. lib. 11. Et tonſo pura miniſtro. Tonſæ ualles, quæ arboribus & ſyluis ueluti comis ſuis uiduatæ ſunt. Verg. 4. Georg. Tonſis in uallibus illum Paſtores, &c. Contra intonſi montes, id eſt, ſyluoſi. Varro. Intonſi montes, & feris pleni. Villi tonſi Vergil. 1. Aeneid. Tonſisq; ferunt mantilia uillis. Tonſa oliua. Verg lib. 5. Aeneid. Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ.

TONSVRA, æ, {Toſatura} (κουρά) eſt ipſe tondendi actus. Colu. libr. 7. cap. 4. Tonſuræ certum anni tempus per omnes regiones ſeruari non poteſt. Idem lib. 11. cap. 2. Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent, ut tonſuræ præparentur.

TONVS, (τόνος) idem quod uoculatio, ſiue accentus, à uerbo τείνειν, quod eſt intendere quaſi τῆς φωνῆς τάσις. Toni item dicuntur nerui, in ſtomachi lateribus. Præterea tonum appellant ſpatium interiectum inter terram & citimum cœli circulum, hoc eſt, lunarem, quod eſt centum uigintiſex millium ſtadiorum, ut inquit Martianus: quoniam ut in ſonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cœlo minimum à terra ſpatiũ ad Lunam Tonum appellare placuit. Huius menſuræ dimidium, Hemitonium, ἡμιτόνιον dicitur. Tonus uero cum Hemitonio proportionem facit ſeſquiplam, hoc eſt, ſeſquialteram. In picturis item ſplendor intermedius inter lumen, & umbram, Tonus dicitur. Pli. lib. 35. ca. 5. Deinde adiectus eſt ſplendor, alius hic, q̃ lumen: quem, quia inter hoc & umbram eſſet, appellauerunt Tonon: commiſſuras uero & tranſitus Armogen.

TOPARCHA {*Signore, patrone*}(τοπάρχης) qui alicuius regionis, uel loci curam adminiſtrat. Toparchia, territorium.

TOPAZIVS, topazij, fœm. gen. {*Topazzo*}(τοπάζιος) gemma eſt uiridis coloris, ἀπὸ τοῦ τοπάζειν, hoc eſt, à quærendo dicta, ſiue quod Troglodytæ prædones cum diutius fame & tempeſtate preſſi, herbas, radiceſq́ effoderent, hanc gemmam primi eruerunt: ſiue à Topazio inſula maris rubri, in qua hic lapis mire pellucidus inuenitur. Inſulæ autem huic ideirco Topazio nomen factum putant, eo quòd nebuloſa ſit, ſæpeq́ à nauigantibus fuerit quæſita antequam inueniretur.
Vtranque nominis cauſam refert Plin. lib. 37. cap. 8. & lib. 6. cap. 29 & Strabo lib. 6.

TOPAZOS, uel Topazus, pen. pro. (τόπαζος) inſula eſt in mari rubro, CCC. paſſus à continente diſtans, in qua topazius gemma inuenitur mire pellucida. Vide Topazius.

TOPHVS, {*Toſo*}(τόφος) maſ. ge. genus lapidis aſperi, qui facile in arenam reſoluitur. Pli. lib. 17. ca. 4. Nam tophus ſcaber natura. Verg. 2. Georg. Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris. Hinc Tophinus, & Tophaceus, (τόφινος) adiectiua, quod ex topho eſt. Suet. Quæ tophina, ac lignea antea erant. Pli. lib. 17. ca. 7. Eſt alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea.

TOPIARIVM, rii, (τοπιον) opus ex arbore, aut frutice, aut herba, ornatus, aut uitandi æſtus cauſa factum, ut ſunt teſtudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiuſmodi, quæ ex buxo, uel hedera & huiuſmodi, quarum natura ſequax eſt, & flexibilis, fieri conſueuerunt. Dictum Topiarium ἀπὸ τῶν τόπων: hoc eſt, à locis, quæ in his uaria conſtituuntur. Quæ & Topia (τοπεῖα) ab idoneis ſcriptoribus nuncupatur. Vitruuius lib 7. Habentem Deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſsis errationes per topia, cæteraq́ quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata.
Quidam inde Topiarii appellationem deductam exiſtimant, quod plantæ funium modo flexibiles & ſequaces, in qualibet formas ducantur. Græci enim funes in nauibus τοπεῖα, καὶ τοπία appellant. Opus topiarium. Plin. lib. 15. ca. 30. Accedit in Topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur: ramos ſpargit à radice topiarii, ac coronariis operis. Hinc Topiarii dicuntur, qui topiaria faciunt: ſicut Coronarii, qui faciunt coronas. Idem lib. 15. ca. 29. Satiuæ myrti genera topiarii faciunt. Plin. Iunior. Epiſt. 63. Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium topiariorum. Ars item ipſa Topiaria dicitur, ut argentaria. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Vt denique illi palliati topiarium facere uideantur. Topiariam facere, eſt artem exercere topiarii operis.

TOPOGRAPHIA, (τοπογραφία) loci deſcriptio. Topographia ripulæ. Cic. ad Att. lib. 15. Itaq́ me referunt pedes in Tuſculanum, & tamen hæc topographia ripulæ uidetur habitura celerem ſatietatem.

TOPOS, {*Loco, luogo*}(τόπος) Latine locus. Topicus, (τοπικός) localis. Vnde Ariſtoteles, & Cicero libros ſuos quos de Inuentione argumentorum conſcripſerunt, Topica appellarunt, quod in iis doceatur quemadmodum ex certis locis argumenta eruantur. Cic. Trebatio lib. 7. Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere. Hinc Topice, ces, (τοπική) ars ipſa inueniendorum argumentorum. Cic. in Topic. Inueniendi uero artem, quæ Topice dicitur, quæ ad uſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

TOPOTHESIA, (τοποθεσία) ſitus loci, uel loci deſcriptio.

TOPPER, obſoleta dictio, qua antiquiſsimi utebantur pro celeriter, ſeu confeſtim, ſtatim αὐτίκα. Næuius apud Feſtum: Capeſſe flammam Vulcani topper.

TORALE, lis, {*Cozzo, perpunta*}(ἐπίβλημα, στρῶμα) quoduis lectuli ſtragulum. Hora. lib. 1. Epiſt. Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares. Idem in Ser. Et Tyrias dare circum illota toralia ueſtes.

TORANIVS, mangonis nomen eſt apud Plin. lib. 7. cap. 12. qui M. Antonio iam triumuiro duos inſigni forma pueros pro geminis uendidit, quorum tamen alter in Aſia genitus erat, alter trans Alpes. Detecta deinde fraude puerorum ſermone, cum ab Antonio increparetur uenditor, reſpondit ſe ob id ipſum tanti uendidiſſe, quod gemini non eſſent: quoniam in iis, qui eodem utero ſint editi, nulla non debeat uideri ſimilitudo. ſed in tam diuerſis regionibus uſqueadeo concordi figura reperiri, ſupra omnem eſſe taxationem. Quo tam opportuno reſponſo uerſutus mango tantam Antonio admirationem iniecit, ut aliud in cenſu ſuo nihil haberet charius.

TORCVLARE, aris, uel Torcular per apocopen, machina eſt premendis uuis, oliuiſq́ accommodata, à torquendo dicta. Col. li. 12. cap. 50. de olei loquens factura. Tum diligenter mundatam, protinus in torcular deferri & integram in fiſcinis nouis includi, preloq́ ſubiici, ut quantum poſsit, paulatim exprimatur. quo in loco Col. aperte diſtinguit Torcular à prelo. Eſt enim Torcular (ut diximus) tota illa machina, uino oleoue exprimendo inuenta. Prelum autem ipſa Trabs, qua uuæ oleæue premuntur. Lacus autem in quem defluit muſtum, ex uinaceis expreſſum. Priſcianus ſecundam dictionis huius ſyllabam præcipit eſſe producendam. Alii tamen contra corripiendam contendunt, analogiam ſequentes, quod in dictione Specular, quæ huic per omnia ſimilis uidetur, mediam ſyllabam conſtet corripi.

TORCVLARIVM, rii, {*Torcolo*} idem quod Torcular. Cato Cap. 18. Torcularium ſi ædificare uelis.

TORCVLVM, torculi, pen. cor. {*Torcolo*} idem quod Torcular. Cato cap. 1. Ad uillam quum uenias, uideto uaſa, torcula, dolia multa'ne ſint. Pli. lib. 18. ca. 31. Viginti iugeribus ſufficit unum torculum.

TORCVLARIVS, a, um, adiect. (ὑπολήνιος) quod ad torcular pertinet. Varr. de Re ruſt. lib. 1. ca. 22. Si ſit centum iugerum, habere oportet uaſa torcularia inſtructa trina. Col. li. 12. ca. 18 Tum lacus uinarii torcularii, & fora, omniaq́ uaſa, &c. Torcularia cella Col. lib. 1. cap. 6.

TORCVLARIVS, rii, {*Torcolotto*} ſubſtant. qui torculari premit uuas. Colum. lib. 10. cap. 50. Quia interdum multitudo baccæ torculariorum uincit laborem.

TORCVLVS, a, um, adiect. quod ad torculum pertinet: ut, Torculus funis. Cato cap. 135. Funem torculum ſi quis faciet, &c.

TOREVMA, atis, & Toreumatum, ati, (τόρευμα) uas aliud'ue opus torno factum, aut alioqui artificioſe cælatum. Eſt enim τορεύειν tornare, ſiue ſculpere: unde & ars ipſa Toreutice, (τορευτική) dicitur: quam Pli. lib. 34. cap. 8. primum à Phidia inuentam ſcribit, ſed à Polycleto Sicyonio conſummatam. Mart. lib. 3. Artis Phidiacæ toreuma clarum. Salluſt. in Iugur. Tabulas, ſigna, toreumata emunt.

TORMENTVM, ti {*Tormento, pena, ſupplicio*}(βάσανος) cruciatus, qui aut eruendæ ueritatis, aut criminis puniendi cauſa fieri ſolet: à Torqueo quod inter cætera ſignificat crucio βασανίζω. Cic. 3. de Finib. Vtque in omnibus tormentis conſeruetur uita beata. Hora. 1. Epiſt. 2 Inuidia Siculi non inuenere tyranni, Maius tormentum. Cic. 3. de Nat. Deo. Anaxarchum Democritium à Cyprio tyranno excarnificatum, accepimus. Zenonem Eleatem in tormentis necatum. Præterea Tormentum, (μηχανή) generale uocabulum eſt omnium machinarũ, ſaxa, tela & id genus uaria torquentium. Cæſar 2. Comm. Ad extremas foſſas caſtella conſtituit, Ibiq́ tormẽta collocauit. Verg. 11. Aen. Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.

TORMINA, {*Dolori di uentre, di panza, di corpo*}(στρόφος) morbus inteſtinorum, quem & δυσεντερίαν Græci uocant. Celſus lib 4. cap. 15. Proxima his inter inteſtinorum mala, tormina eſſe conſueuerunt. δυσεντερία Græce uocatur. Intus inteſtina exulcerantur. ex his cruor manat, iſq́ modo cum ſtercore aliquo ſemper liquido, modo cum quibuſdam quaſi mucoſis excernitur. Interdũ ſimul quædam carnoſa deſcendunt Frequens deiiciendi cupiditas, dolorq́ in ano eſt. Hæc Celſus. Pli. lib. 20. c. 14. Mentaſtrum torminibus cholericis efficaciſsimum. Cic. 2. Tuſc. Quamuis idem forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat. Colu. lib. 12. cap 7. Sequitur torminum uitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa uentris proluuies. Hinc Torminoſi. (στροφώδεις) qui eum morbum patiuntur, quos & Dyſentericos Græco uocabulo appellant. Cice. 4. Tuſ. Itaq́ dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos: non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint. Hinc Torminalis, & le, quod tormina infert. Pli. lib. 15. ca. 21. de ſorbis agens. Quartum genus torminale appellant.

TORNATILIS, le, pen. cor. (τορευτός, τορευτής) quod torno factum eſt.

TORNO, nas, {*Tornire, far al torno*}(τορνεύω, τορεύω) torno efficio, uel polio. Pli. li. 36. Lapis eſt, qui cauatur, tornaturq́ in uaſa coquendis cibis utilia. Cic. de Vniuerſ. Idq́ ita tornauit, ut nihil effici poſsit rotundius. Verſus male tornati, (κακοφυεῖς), pro male elaborati. Horat. de Arte: Bis, terq́ expertum fruſtra, delere iubebat, Et male tornatos incudi reddere uerſus. Hinc Detorno, (ἀποτορνεύω) quod eſt ex materia quapiam torno aliquid efficio. Pli. lib. 13. Lignũ grande intus, firmæq́ duritiæ, ex quo uelares detornant anulos.

TORONE, nes, (τορώνη) oppidum in ora Macedoniæ, in ortum uergẽs, à quo propinquus ſinus Toronicus, ſiue Toronæus appellatur. Meminerunt huius oppidi Plin. lib 4. cap. 10. & Ptolemæus lib. 3. cap. 13.

TORON, onis, (τόρων) lacus eſt Chalcidis, circa quem fabæ ſponte proueniunt. Autor Plin. lib. 18. cap. 12.

TOROSVS a, um, uide paulo poſt in primitiuo Torus.

TORNVS, (τόρνος) inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi polita redduntur. Verg. in Eclo. tertia. Lenta quibus torno facili ſuper addita uitis. Pli. lib. 7. cap. 56. Normam autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem lib. 16. cap. 40. Calices ex terebintho ſolitos facere torno.

TORPEDO, torpedinis, fœm. gen. (νάρκη) piſcis genus, qui limo merſus occultat ſe, & piſces ſupra natantes torpentes facit, poſtquam obtorpuere, deuorat. Pli. lib. 9 cap. 42. Nouit torpedo uim ſuam, ipſa non torpens, merſaq́ in limo ſe occultat. Quo in loco Torpedo apertiſsime eſt fœm. gen. quod eſt contra Calepinum, qui maſculinum eſſe putauit. Idem Pli. li. 32. c. 1. Ex eodem mari torpedo, etiã procul & à longinquo, uel ſi haſta, uirga'ue attingatur, quamuis præualidos lacertos torpeſcere, quãlibet ad curſum ueloces alligari pedes, tradunt. Cice. 2. de Nat. deo. Atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines ſe tutantur. Accipitur & pro ſegnitie, torpore, ſiue ſtupore νάρκη. Sall. lib. 1. Hiſt. Hæc ſi placẽt, ſi tanta torpedo animos obrepſit, &c.

TORPEO, pes, pui, {*Eſſer debile, pegro, languido*}(ἀργὸς εἶναι, ἰσχνὸς ἔχω, ναρκάω) ſtupeo, piger ſum, & ſegnis, languidus ſum & remiſſus. Verg. lib. 3. Georg. Confertoq́ agmine cerui Torpent mole noua, & ſummis uix cornibus extant. Cic. 1. de Nat. deo. Deum ſic feriatum uolumus ceſſatione torpere, ut ſi ſe commouerit, uereamur, ne beatus eſſe non poſsit. Liu. 7. Bel. Pun. Deligati ad palũ, uirgiſq́ cæſi, & ſecuri percuſsi, adeo torpentibus metu qui aderãt, ut non modo ferocior uox aduerſus atrocitatem pœnæ, ſed ne gemitus quidem exaudiretur. Verg. 1. Geor. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Hinc Torpeſco, (ναρκώδης γίνομαι) piger, ſiue torpidus fio Sall. in Iugur. Cæterum ingenium quo neq́ melius, neq́ amplius in natura mortalium eſt, incultu, atq́ ſocordia torpeſcere ſinunt. Plin. lib. 9. cap. 35. Flaueſcunt tamen & illæ ſenecta, rugiſq́ torpeſcunt. De margaritis.

TORPIDVS, a, um, (ναρκώδης) ſegnis ſtupens, piger. Liui. 5. bel. Pun. Tum inter torpidos ſomno, pauentesq́ ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa cædes edatur, à qua uos heſterno die reuocatos ægre ferebatis.

TORPOR, oris, {*Torpore, debolezza*}(νάρκη, νάρκωσις) animi & corporis ſtupor, à torpedine piſce, cuius contactu corpus ſtupeſcit. Cic. li. 2. de Nat. Deo Aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. Verg. lib. 12. Aen. Illi membra nouus ſoluit formidine torpor.

TORPORO, as, pen. pro. (ναρκόω) torporem induco. Turpil. in Heræiris, ut citat Nonius: Stupidus aſtat, ita eius aſpectus repens cor torporauit hominis amore. id eſt, torpeſcere.

TORQVATVS, (τορκουάτος) cognomen Titi Manlii, à torque impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit. Hic eſt ille Torquatus Manlius, cuius iniuſſu, cum filius aduerſus hoſtem, à quo prouocatus fuerat, pugnaſſet, eoq́ occiſo equeſtria ſpolia uictor ad patrem tuliſſet, ſubito cum, quod aduerſus edictum ſuum, & rei militaris diſciplinam feciſſet, uirgis cæſum ſecuri iuſsit percuti. Torquatus alius fuit Mediolanenſis, qui ſpectante Tiberio principe, tres uini congios uno impetu hauſit: unde & Tricongii cognomen accepit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

TORQVATVS, quata, torquatum, (στρεπτοφόρος) torque inſignitus: ut, Palumbus torquatus, cuius collum circulo quodam, ueluti torque, cingitur. Ariſtoteles φάτταν appellat. Mart. lib. 13. Inguina torquati tardant, hebetantq́ palũbi. Nõ edat hanc uolucrem, qui cupit eſſe ſalax.

TOXICVM,ci.pen.cor.{*Toſſico,una ſorte di ueleno*} (τόξικον, δηλητήριον, φάρμακον) idem quod uenenũ,quaſi taxicum:quoniam taxos arbor eſt ueneni præſentiſſimi,adeo ut ſi iumenta eius folia comederint,emoriantur. Plin.lib.16. cap.10.de taxo agens:Hanc Sextius Smilacem uocari dixit,& eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni,ut ſi quis ſub ea dormiat,cibum'ue capiat, moriatur. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicunt uenena,quæ nunc Toxica dicimus,quibus ſagittæ tinguntur.Hæc illa. Ouid.4.de Pont.Eleg.7. Aſpicis & mitti ſub adunco toxica ferro,Et telum cauſas mortis habere duas. Plaut. in Mercat. Ibo ad medicum,atq; ibi me toxico morti dabo.

T ANTE R.

TRABALIS,& hoc bale,(δοκώδης)id eſt,magnus,ſiue ingens inſtar trabis: ut Telum trabale,Verg.12.Aene. At ferus das aduolat haſta Meſſapus, teloq; orantem multa trabali Deſuper altus equo grauiter ferit. Haſta trabalis Stat. 4.Theb.Dextraq; trabalem Haſtam intorſit agens:liquido quæ ſtridula coelo Fugit,& aduerſo celſæ ſtetit agmine Dirces. Clauus trabalis, δοκώδης ἧλος. Ci.7.Ver.Vt hoc beneficiũ quẽadmodũ dicitur,trabali clauo figeret,cũ cõſilio cauſam Mamertinorũ cognoſcit. Vbi trabali clauo figere beneficiũ,prouerbialiter dictũ eſt,in eodẽ ferè ſenſu,quo dicimus,Herculano nodo aliquid ligare, uel immortali,& inextinguibili memoriæ commendare. Tractũ à cõſuetudine ueterũ,qui ad clauum figendũ,Dictatorẽ ſolent creare:& ex clauis fixis:q; raræ apud eos eſſent literæ,numerũ annorum obſeruare. Vide Liu.li.7.ab urb. Apud Hora lib.1.Car.Trabalis clauus accipi uidetur,pro tormenti quodam genere,cũ ait:Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,Clauos trabales, & cuneos manu Geſtans ahena:nec ſeuerus Vncus abeſt,liquidum'ue plumbum.

TRABEA,æ,(τραβέας)nomen poetæ,cui inter Comicos octauus locus aſſignatur.Huius meminit Cic.li.4.Tuſc.& de Finib. Eſt & Trabea, (ἁλουργὶς) genus ueſtis,cuius tria ſunt genera,ut Suet.lib.de ueſtium generibus inquit. Vnũ quod diis ſacratur tantum,de purpura:aliud quod eſt regũ,purpuræ aliquid albi habẽs admiſtũ,tertiũ augurale ex purpura,& cocco miſtũ. Erat aũt ueſtis togata purpura circunducta ſubtegmine puniceo.quam aureæ fibulæ annectebant. Trabeæ regalis meminit. Ver.7.Aen.Ipſe Quirinali lituo,paruaq; ſedebat. Succinctus trabea,læuaq; ancyle gerebat,Picus equũ domitor. In funebri põpa utebantur & equites trabea,ſi Tacito credimus, qui lib.3.de funere Germanici ſic ait.Igitur tribunorum,centurionumq; humeris cineres portabantur, præcedebãt incompta ſigna,uerſi faſces:atq; ubi colonias tranſgrederentur,atrata plebes,trabeati equites, pro opibus loci,ueſtem,odores,aliaq; funerum ſolennia cremabãt. Hinc Trabeati,qui trabea ſunt induti. Ouid.lib.1.Faſt.Hoc igitur uidit trabeati cura Quirini,Cum rudibus populis annua iura daret.

TRABICA,(inquit Feſtus)dicta eſt nauis,quòd ſit trabibus cõſtructa. Pacuuius: Labitur trabica in alueos.

TRABS,bis,& Trabes,bis,{*Traue*}(δοκὸς)lignum duplex (inquit Feſtus)ex duobus compactum tignis,ædificii gratia. Verg.2.Aen.Cum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus.Et paulo poſt, Auratasq; trabes,ueterum decora alta parentum Deuoluunt.Interdũ trabes legimus pro ipſis arboribus. Verg. 9.Aene.Lucus in arce fuit ſumma,quo ſacra ferebant Nigranti picea,trabibusq; obſcurus acernis. Auctor ad Heren.li.1.Niſi.n.cecidiſſent ad terrã abiegnæ trabes, Argo illa facta non eſſet. Nonnunquam etiam pro naui,ex trabibus contexta.Hora.lib.1.Carm.Vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta ſecet mare. Verg.lib.3.Aene.Vaſtumq; caua trabe currimus æquor.

TRACHALI,appellantur muricum,ac purpuræ ſuperiores partes.Vnde Ariminenſes maritimi cognomen traxerunt. Feſtus.

TRACHALVS,orator fuit Domitiani temporibus,magna uocis, pronunciationisq; felicitate, de quo Quintil.lib.10.cap.1.& lib.12.cap.5.

TRACHEA,pen.pro.(τραχεῖα) regio Aſiæ inter Ciliciam & Pamphiliam quæ notiore nomine dicitur Iſauria. Auctor Stephanus. Eodem item nomine dicitur Ciliciæ pars montana,& aſpera,cuius etiam incolæ dicuntur Tracheotæ, τραχειῶται. Vide Strabonem lib.12.

TRACHEA,ſiue Trachia,pen.produ.(τραχεῖα)fiſtula,qua ſpiritus ab ore fertur ad pulmonem.Latini,Græcorum imitatione Aſperam arteriam uocant.Vide Gell.lib.17.cap.2.

TRACHELVS.pe.pro.(τράχηλος)Græcis appellatur collũ, atq; adeo tota ſpina a uertice uſq; ad os ſacrũ:παρὰ τὸ τραχύτητα,hoc eſt,ab aſperitate.

TRACHIS,ſiue Trachin,inis,pen.geni.prod.(τράχις)ciuitas Phthiotidis ſub Oeta monte,alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta,teſte Plin.lib.4. cap.7.In hac regnauit Ceyx, Alcyones maritus,qui inde Trachinius cognominatur ab Ouid.lib.11.Metam.

TRACHOMA, pen.pro. (τράχωμα) dicitur ſcabrities palpebrarum interior:ſicut in eadem parte glabritas,hoc eſt defluuium pilorum, Madaroſis,& Milphoſis.

TRACHONITIS.{*Vna regione de giudea.*}(τραχωνῖτις)tetrarchia fuit in Decapoli Syriæ,teſt Plin.lib.5.cap.18.inter libanum & lacum Tiberiadis ſita.Huius tetrarches fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ. Eſt & regio(ut Hieronymus inquit)trans Boſram Arabiæ ciuitatem in deſerto,contra Auſtralem plagam,quaſi ad Damaſcum reſpiciens. Hanc gentem inſtituit Cus filius Aram,ut ſcribit Ioſephus lib.1.Antiquit.Vide Plin.lib.5.cap.18.

TRACHYS,τραχὺς,latine aſper.Hin Trachyno, τραχύνω, aſperũ facio.

TRACTIM,aduerb.(ἐκ προτανυσμοῦ)trahendo in longum,ſine intermiſſione, longo tractu,diutine.Plaut.in Amph.Quid ſi ego eum tractim tãgam ut dormiat? Verg.4.Georg.Tum ſonus auditur grauior:tractimq; ſuſurrant.

TRACTO,as,{*Trattare*}(προσφέρομαι,χειρίζομαι) frequentatiuum a' Traho, (ἅπτομαι)attrecto,in manu habeo.Iuuen Saty.6.Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Verg.3.Georg.—aret Pellis,& ad tactum tractanti dura reſiſtit Colum.lib.6.Talis notæ uitulos,oportet,dum adhuc teneri ſunt,conſueſcere manu tractare. Arte aliqua tractare hominem. Terent.in Heaut. Hæc arte tractabat uirum, ut illius animum cupidum inopia incenderet. Tractare item (ὑποδέχεσθαι)eſt conuiuio accipere.Cic.4.Verr.Hi porro qui ſucceſſerunt,uehementer iſtius cupidi,liberaliter ex iſtius cibariis tractati,non minus,&c. Hor. 2.Serm.Sat.2. Tractari mollius ætas Imbecilla uolet. Item differere.(πραγματεύεσθαι.διαλαμβάνειν)& deſcribere,uel ſcribendo,aut narrando commemorare,quòd talia frequẽter tangere uideamur.Cice.1.Acad.Dabitis enim profecto,ut in rebus inuſitatis,quod Græci ipſi faciunt,a quibus hæc tandiu tractantur,utamur uerbis interdum non auditis. Pli.li.12.ca.22.Quoniã tamen hic unguentorum materia tractatur. Hinc Tractatus. πραγματεία. Item exerceo, πραγματεύομαι,μεταχειρίζω.Hora quod medicorum eſt Promittunt medici,tractant fabrilia fabri. Teren.in Prol.Phor. In medio omnibus Palmam eſſe poſitam,qui artem tractant muſicam. Item gubernare,διοικεῖν. Cice. Brut lib. 3.Fuit in Cilicia mecum tribunus militum,quo in munere ita ſe tractauit, ut accepiſſe ab eo beneficium uideret,non dediſſe.Hoc eſt,ita ſe geſſit,&c. Aliquãdo Tractare eſt adminiſtrare Cic.1.Verr. Eras enim tu quæſtor, pecuniam publicam tu tractabas:id eſt,adminiſtrabas,& pecuniæ curam habebas. Tractare bibliothecam alterius,eſt curare,ſiue illius curam habere.Cic.ad Sulpit.li.13. Dionyſius ſeruus meus,qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit,&c. Hinc Tractatus:particip.Cic.2.de Legib. Aliquoties iam iſte locus a te tractatus eſt.id eſt,enarratus. Aliquando uerbale eſt quartæ declinationis, idem aliquando ſignificans quod deſcriptio.Quint.in Proœ.lib.8.Aſperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. Aliquando libri pars eſt, in qua aliquid deſcribitur. Plin.lib.14.ca.4. Toto ſeparatim tractatu teſtatus ſententiam. Hinc quoque Tractatio,alterum uerbale:ut, Tractatio armorum, tibiarum, philoſophiæ. Cic.3.de Orat.Sic uerbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiam,ſententiis uero ad grauitatem orationis utatur,ut ii qui in armorum tractatione uerſantur. Idẽ.4.Acad.Etenim ſi quidẽ eo in libro uere eſt a' nobis philoſophia laudata,profecto eius tractatio optimo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt. Tractabilis,& le,quod tractari poteſt:ut, Tractabile pelagus, idem fere quod nauigabile. Tractabilis homo,manſuetus,pacatus,facilis. Non tractabile coelum.Verg.4.Aene.id eſt,procelloſum,inquietum,impacatum. Huius contrarium eſt Intractabilis:ut, Intractabile ingenium apud Gell.lib.1.c.17.

Compoſita a' Tracto ſunt, Attrecto,Contrecto,Detracto,Retracto, Obtrecto,Pertracto,de quibus ſuis locis.

TRACTORIA ORGANA.{*Argani*}(ἑλκυστικὰ,μηχανικὰ) a Vitruuio appellantur machinæ,quibus onera maiora ſurſum trahuntur.

TRACTVS,us,{*Tratto,ſpacio,regione*}(χώρα,κλίμα)ſpatium regio,plaga. Cic. pro Plancio:Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, ſe huius honore ornari arbitratur. Pli.li.11.c.53.In tractu piſce uiuentium Theophraſtus prodidit boues quoq; piſce ueſci,ſed non niſi uiuente. Verg.2.Geor.Iudicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem. Tractus item dicuntur,circulati ſerpentum progreſſus,quos συρμοὺς uocant Græci. Verg.2.Georg.Nec rapit immenſos orbes per humum,neq; tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

TRADO,dis,tradidi,itum,{*Dar,dar entro le mani*} (παραδίδωμι,μεταδίδωμι)in poteſtatem do:a Trans,& Do,duabus poſtremis præpoſitionis literis abiectis. Plaut. Merc. Præſto ipſi facito coram ut tradas in manum. Terent. in Phor. Verũ ſcientem,tacitum cauſam tradere aduerſariis,etiam'ne id lex coegit.

Tradere etiam eſt docere,διδάσκειν. Cæſ.6.Bell.Gall De deorum immortalium,ui ac poteſtate diſputant,& iuuentuti tradunt. Hinc traditio pro doctrina.δίδαγμα.Gell.lib.13 cap.21. Sed eam quoque traditionem fuiſſe, ut Nerio,&c. Interdum referre,ſcribere,ſcriptis,ſeu poſteritati mandare. Gell.lib.1. cap.5.Demoſthenem tradunt & ueſtitu,cæteroq; cultu corporis,nitido,uenuſto, nimioq; accurato fuiſſe. Nonnunquam additur datiuus Memoriæ. Liu.2.ab Vrb.Qui captus omnibus membris delatus in curiam eſſet, eum functum officio pedibus ſuis domum rediſſe,memoriæ traditum eſt. Aliquando tamen Tradere memoriæ, eſt rem ita in animo figere.ut eius nunquam nobis obrepat obliuio.Cic.in Som.Scip.Et quæ dicam,tradere memoriæ. Item fidei alicuius cõmitto,ἐπιτρέπω. Verg Eclo.3.Nuper mihi tradidit Argon. Ponitur aliquando pro date,porrigere.Cæſ.2.bel.Ciu. Pecuniam ex publico tradunt. Præter ſuum accuſatiuum aliquando alterum habet cum præpoſitione Ad, ſiue In: ut, Tradere aliquem ad ſupplicium, Tradere ſe ad ſcientiam rei militaris. Cic.pro Pom Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris,nõ alienis præceptis,ſed ſuis imperiis eſt tradita. Tradere ſe in ſtudium aliquod quietum,apud eundem de Inuent. Tradere ſe in ſeruitutem alicui apud eundem de Prouinciis Conſ. Nõ raro tamen poſterior accuſatiuus commutatur in datiuum:ut, Tradere ſe lacrymis,& triſtitiæ,apud Cic.lib.4.Epiſt. Tradere ſe quieti.2.de Diuinat. Trade re per manus,eſt de manu in manum tradere.Cæſ.1 bel.Ciu. Saxa multis locis prærupta iter impediebant,ut arma per manus neceſſaria traderentur. Sic & morbos per ſucceſſiones tradi dicimus. Plin. Epiſt.12. Nam plerunque morbi quoque per ſucceſſiones quaſdam,ut alia traduntur. Tales enim ſunt, quos hæreditarios morbos uocamus. Traditur,uel Traditum eſt, hoc eſt, dicitur,uel memoriæ mandatum eſt. Plin.lib 8.cap.36.Cum pro catulis dimicat fœta,oculorum aciem traditur defigere in terram,ne uenabula expauеſcat. Cic.5.Tuſcul. Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe.

TRADVCO,cis,xi,ctum,pen.pro.{*Tradurre,traſportare*}(μετάγω, διάγω, μεταφέρω,ἀμφιβιβάζω.διαβιβάζω) per locum aliquem duco,uel de loco in locum duco:a' Trans:& Duco,abiectis duobus poſtremis præpoſitionis elemẽtis.Cæſ 1.Comment.Heluetii per anguſtias, & fines Sequanorum ſuas copias traduxerãt,& in Heduorum fines peruenerãt. Interdum idem quod traiicio, hoc eſt, in littus uel ripam ulteriorem tranſueho, περαιόω. Cice.2.de Inuent. Fluuius erat ita magnus,ut eo uictimæ traduci non poſſent. Aliquando extẽdo, produco, παρεκτείνω, παρεκτείνω, Plaut. Traduce adhuc lineam pluſculum.

Aliquando transferre,interpretari,& ex una lingua in aliam conuertere, μεταφράζειν. Traducere uitã,uel traducere tempus, eſt conſumere,terere,tranſigere. Cic.de Senect. Vt uitam otioſam & quietam,ſine ullo labore,& contentione traducamus. Idẽ Seruio Sulpitio:Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tẽpus. Aliquando ſiniſtram famam de aliquo ſpargere,ludibrio exponere,ac deridendũ omnibus per uicos,& theatra ducere. Mart.lib.9. Multoq; magis traduceris Apher Liu.lib.2.ab urb.de Volſcis loquens publico conſilio, ac uoce præconis a ſpectaculis exactis:Vos,inquit,omnibus ciuibus, peregrinis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe,ueſtras coniuges, ueſtros liberos traductos per ora hominum. Aliquando traduces facere. Paulus in l ſi duo.Digeſt. Vti poſſid. Si uicinus uites ex fundo tuo in ſuas arbores traduxit. Aliquando accipitur pro tranſmittere & de loco in quo quid natum eſt, alio mittere. Iuuenal.Saty.7. Quanquam & Cappadoces faciant,equitesq; Bithyni, Altera quos nudo traducit Gallia talo. Hoc eſt,quos mittit Galatia nudo pede.

TRADVCES, pen. pro. {*Rampolli*} qui & Rumpi dicuntur, ſunt brachia uitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuo cōnectuntur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uinea fit: quos Traduces, quidā Rumpos appellant. Colum. lib. 5. cap. 6. Cætera ſimili ratione, atque in arbuſto Italico adminiſtrantur, ut uites longis ſcrobibus deponantur, ut eadem diligentia excolantur, atque in ramos diducantur, ut noui traduces omnibus annis inter ſe ex arboribus proximis connectantur, & ueteres decidantur. Huius ſingularis nominatiuus eſt Tradux. Idem Colu. lib. 5. cap. 7. Si tradux traducem non cōtingit, media uirga inter eas deligetur. Cùm deinde fructus pondere urgebit, ſubiectis adminiculis ſuſtineatur. Per translationem accipitur pro omni eo quod è re aliqua in alteram transfunditur, atque ità ueluti in infinitum propagatur. Sic hominis genituram, humani generis traducem nonnulli appellarunt. Famam quoque Tertullianus in aurium & linguarum traduces ait proſerpere, quod aurium linguarumq́ue inſtrumentis propagetur, & breui temporis ſpatio infinitum propemodum capiat incrementum.

TRAGACANTHO, {*Tragantio*} (τραγάκανθα) frutex eſt, ſpinæ candidæ non diſſimilis, ſurculis humilibus, robuſtis, latè ſe diffundentibus, inter quos frequens coma, ſed breuis, cæcis ſpinis intercurrentibus horrida, quæ ſua fronde cōteguntur: radice lata, ſurculoſa, ſupra terram emergente: qua diſciſſa diſtillat è uulnere ſuccus, qui coaleſcit in lacrymam: quæ & ipſa Tragacantha appellatur. Officinæ uulgo Dragaganthum nominant. Vide Ruellium.

TRAGELAPHVS phi, pen. co. {*Caprucernio*} (τραγέλαφος) animal eſt ad Phaſim amnem naſcens, barbam & armorum uillos hirci habens, reliqua ceruo ſimile: unde & commiſtum ex ceruo & hirco nomen inuenit. Nos Hircoceruū uertere poſſumus, Vide Plin. lib. 8. cap. 32.

TRAGÆA, æ, (τραγαία Stephano) inſula eſt una Sporadum, patria Theglotonis Peripatetici, Ariſtotelis familiaris. Apud Plin. lib. 4. cap. 12. legitur Tragia. Eſt item eiuſdem nominis oppidum in Naxo inſula, in quo Apollo Tragius colebatur. Autor Stephanus.

TRAGASÆ. (τραγασαί) Epiri regio, teſte Stephano, in qua ſal prouenit, in igne nec crepitans, nec exiliens, ut refert Plin. lib. 31. cap. 7.

TRAGEMATA, {*Seconde uiuande*} (τραγήματα) quæ Latini bellaria uocant, ſiue ſecundas mēſas. A Græco uerbo τρώγω, quod eſt comedo: cuius Aoriſtus ſecundus eſt ἔτραγον.

TRAGICE, aduerbium, {*Aſpramente, tragicamente, crudelmente*} (τραγικῶς) mœſte, grauiter, ſublimiter, crudeliter, & more tragico. Cic. de Clar. Orat. Hanc enim mortem rhetorice, & tragice ornare potuerunt.

TRAGICVS, ſubſtantiuum. (τραγικὸς) qui Tragœdiam ſcribit. Horat. de Arte: Et Tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.

TRAGICVS, a, um, (τραγικὸς) quod ad Tragœdiam ſpectat: ut, Cothurni Tragici, Poeta Tragicus. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis. Cic. 1. de Natu. deo. Quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non uidetis, ut tragici poetę, cum explicare argumēti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum. Aliquando accipitur pro triſti, crudeli, & ſcelerato, qualia fere ſolent eſſe Tragœdiarum argumenta. Liui. 1 ab Vrbe. Tulit enim & Romana regia ſceleris Tragici exemplum, ut tædio regum maturior ueniret libertas.

TRAGION, (τράγιον) ſiue Tragonis, frutex non niſi in Creta naſcens, iunipero foliis, ramis, & ſemine ſimilis: ita dicta, quod Autumni tempore eius folia hircinum uirus oleant. Pli. lib. 27. cap. 13. Eſt & alterum Tragii genus, quod & Tragocerota nonnulli appellarunt, multis in locis naſcens, folia habens ſcolopendrii, & radicem ſylueſtris raphani, tenuem, & candidam: denique cum ſuperiore nihil, præter nomen, & hircinum uirus, habens commune.

TRAGOEDIA, æ, pen. cor. {*Tragedia*} quamuis apud Græcos accentum habeat in penultima, (τραγῳδία) poematis grauiſſimi genus, quo regum principumve, aut eorum, qui in aulis regum uerſantur, calamitates depinguntur, triſtiſſimum ferè habens exitum. Dicta Tragœdia (ut quidam uolunt) ab eo quòd primum eius poematis præmium hircus fuerit, aut certe uter hircinus uino plenus. Quod & ipſum non obſcure indicat. Horat. de Arte. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. Alii à fęce putant quam Græci (τρύγα) uocant, Tragœdiam appellatam, quòd ora ſua fæcibus perlinebant ſcenici, ante uſum perſonarum ab Aeſchylo repertum. Quam ſententiam etiam tangens Horat. dicit tragędiam à Theſpide repertam. Ibidem: Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis, Quæ canerent, agerentq́ue peruncti fæcibus ora. Differt autem Tragœdia à Comœdia, quod in hac humiles & priuatæ perſonę introducuntur: in Tragœdia Reges & principes, nonnunquam etiam heroes & Dii. Ad hęc Comœdia à turbulentioribus ferè rebus initium ſumens, tranquillum lætumq́ue ſortitur exitum. Tragœdiæ aūt totum quidem argumentum habent luctuoſum, exitum autem triſtiſſimum. Triſtitia nanque tragœdiæ propria eſt. Propter quod Euripides Archelao rege petente, ut de ſe Tragœdiam ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt, ne illi accideret aliquid Tragœdiæ proprium. Horat. 2. Carm. Ode 1. Paulùm ſeueræ muſa tragœdiæ Deſit theatris.

Tragœdiis perturbari, Cic. 1. de Orato. Neque uerò iſtis tragœdiis tuis, quibus uti philoſophi maxime ſolent, Craſſe perturbor. Tragœdias agere, & Tragœdias excitare, prouerbii ſpeciem habet, pro eo quod eſt, tumultum commouere. Ci. 2. de Orat. Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, &c. Quint. lib. 6. cap. de Peroratione. Nam in paruis litibus has tragœdias mouere, tale eſt, quaſi ſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis. Vide Chil. Eraſ.

TRAGOEDVS, {*Tragedo, colui che recita la tragedia*} (τραγῳδὸς) actor tragœdiæ. Cic. 1. de Orat. Vox tragœdorum, geſtus penè ſummorum actorum eſt requirendus. Horat. 2. Epiſt. 2 Qui ſe credebat miros audire tragœdos.

TRAGOMASCHALI. (τραγομάσχαλοι) à Græcis dicuntur, quorū alę hircorum uirus olent: quos & Hircoſos Latini uocant.

TRAGONIA, (τραγωνία) herbæ nomen, quam Democritus tradit corpori alligatam lienes triduo abſumere: referente Plin. lib. 27. cap. ult.

TRAGONIS, Vide ſupra in dic. Tragion.

TRAGOPANADES, (τραγοπανάδες) aues quædam in Aethiopia, teſte Pomponio lib. 3. Aquilis maiores, cornua in temporibus curuata habentes ferrugineí coloris, capite tantum Phœniceo. Has Plin. fabuloſas eſſe putat, quemadmodum & Gryphas. Vide ipſum lib. 10. cap. 49.

TRAGOPOGON, pen. pro. (τραγοπώγων) herba in acetariis laudata, quæ à quibuſdam Barbula hircina, ab aliis Come dicitur, quia folia habet inſtar croci in rotundum ſparſa. Vulgo Barba petræ dicitur in Gallia Transpadana. Cōponitur autem ex τράγος, quod ſignificat hircū, καὶ πώγων barba, ut recte Hircibarba nominari à Latinis poſſit.

TRAGORIGANON, (τραγορίγανον) herba ſimilis ſerpyllo ſylueſtri.

TRAGOS, {*Becco*} (τράγος) præter uulgatam illam ſignificatioē, qua apud Græcos hircum ſignificat, etiam frugis genus eſt alicæ non diſſimile, minus nutriens quàm zea & concoctu difficilius. Vide Dioſcoridem lib. 2. Item ſpongiæ genus, ſpiſſum, prædurum, & aſperum, de quo Plin. lib. 9. Eſt etiam Tragos, herbæ genus in maritimis maximè naſcens, ſimilitudine iunci marini: nonnulli Scorpium uocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 13.

TRAGVLA, æ, (ἀκόντισμα) genus teli, ſimilitudine haſtæ, ità dictum, quòd ſcuto infixum trahatur. Salluſt. lib. 4. Hiſto. ut citat Nonius. Audiſſimis atque præparatis ducibus, ut Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Plaut. in Epidic. Tragulam in te inijcere adornat, neſcio quam fabricam facit. i. dolum aliquem in te ſtruit. Tragula item (ἀμφίβληστρον) retis genus eſt, quod uulgo nunc Tractam uocant. Plin. lib. 16. cap. 8. Vſus ſuberis anchoralibus maximè nauium, piſcantiumq́ue tragulis, & cadorum obturamentis. Dicta Tragula, quòd ex undis ut plurimùm trahatur.

TRAGVRIVM, (τραγούριον) inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatię, in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis. Autor Ptolemæus libro 2. & Plin. libro 3. cap. 21.

TRAHA, æ, {*Trezuola, treggia*} (ἑλκυστήριον) genus uehiculi ſine rotis, quo coloni utuntur: à trahendo dictum. Verg. lib. 1. Georg. Per epentheſim Traheam uocat, ſicut Nauitam dicimus pro nauta: Tribulaq́ue, traheæq́ue, & iniquo pondere raſtri.

TRAHAX, cis, {*Ingordo rapace, lupo, trangugiatore*} (ἑλκυστικὸς) auidus, rapax, omnia ad ſe trahens. Plaut. in Perſ. Eho lutum lenonium, chò ſterquilinium publicum, Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi, Pecuniæ accipiter, auide atque inuide, Procax, rapax, trahax, trecentis uerſibus Tuas impuritates loqui nemo poteſt.

TRAHO, his, traxi, tractū, {*Straſcinare, tirare, trahere*} (σύρω, ἕλκω) per uim duco. Trahimur enim inuiti, ducimur uolentes. Verg. 2. Aene. Altaria ad ipſa trementem Traxit. Aliquando ſimpliciter ducere, ἄγειν. Plin. lib. 6. cap. 28 A' rege Crete Minoe, ut exiſtimant, originem trahentes. Idem pro Archia: Trahimur omnes laudis ſtudio. Et paulò poſt: Optimus quiſque maxime gloria ducitur. Aliquando haurire, ἀντλεῖν, ἀρτιμᾶσθαι, ἀφύσσειν. Cic. 2. de Nat. deo. E puteis iugibus aquam calidam trahi. Aliquando protrahere, παρέλκειν, ἀμβάλλεσθαι. Salluſt. in Iugurth. Adherbal ubi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilii ſpem eſſe nullam, penuria rerum neceſſariarum, bellum trahi non poſſe. Aliquando remouere, auocare, ἀφαιρεῖν. Salluſt. Niſi ea res longius nos ab incepto traheret. Trahere noctem ſermone, id eſt, terere, ſeu conſumere. Verg. 1. Aeneid. Nec non & uario noctem ſermone trahebant. Trahi item dicitur, quod ita geſtatur, ut tamen humo non attollatur: quod Galli dicunt Trainer. Plau. in Ciſtel. Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. S. ſine trahi, cum egomet trahor. Huic non diſſimile eſt illud Verg. 4. Georg. Latamq́ue trahens inglorius aluum: hoc eſt, ægre & uix ferens aluum pre magnitudine. Trahi puer dicitur, qui uix ambulare poteſt. Verg. 2. Aene. Et quo puerum Aſtyanacta trahebat. Trahere ſe cum aliquo, eſt cum eo morari, Plaut. in Trin. Atque egomet me adeo cum illis Vna ibidem traho. Trahere, interdum eſt cum feſtinatione adducere. Verg. 2. Aenei. Ecce manus iuuenē, interea poſt terga reuinctum Paſtores magno ad regem clamore trahebant.

Trahere ad ſe partem diei, eſt diei partem occupare. Plin. Epiſt. 213. Interueniunt amici ex proximis oppidis, partemq́ue diei ad ſe trahunt. Trahere ad defectionem, eſt impellere, incitare, cogere ad defectionem. Trahere aliquem ſecum in calamitatem, eſt eum calamitatis ſuæ participem facere. Cic. pro Pompeio: Non poſſunt una in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem trahant calamitatem. Trahere candorem, acquirere. Pli. lib. 7. cap. 16. Candorem trahunt quodam medicamine. Huic ſimillimum eſt illud apud Cic. 6. Philip. Aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere poteras.

Trahere dictum aliquod in uoluntatem: eſt dictum aliquod ſecundum uoluntatem ſuam interpretari. Pli. de Vir. Illuſ. Hoc dicto in uoluntatem tracto, &c.

Trahere tutam fortunam, eſt feliciter agere. Trahere tutam pacem, eſt tuta in pace agere. Cic. ante exilium: Nos hic tutam tranquillamq́ue pacem trahimus.

Diuerſum, ſiue in diuerſum trahere, eſt ancipitem & ambiguum reddere. Terent. in And. Tot me curæ in diuerſum trahunt. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſtraho, Attraho, Protraho, Retraho, & Subtraho: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TRAIANVS, natione Hiſpanus, omnium Romanorum principum citra controuerſiam optimus, pacis, belliq́ue temporibus clariſſimus, & in quo nihil omnino fuerit, quod iure reprehendas. Vixit annos LXIIII. imperauit XX. Quanta autem fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi ſolitæ declarant: cum Auguſti felicitatem, Traianiq́ue bonitatem illis precarentur. Fuit & Traianus Patricius, qui ſub Iuſtiniano principe floruit, Scripſit temporum epitomen nobilem. Autor Suidas. Eſt item Traianus, portus Tuſculorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.

TRAIANA, Picenorum urbs mediterranea, autore Ptolem. lib. 3. cap. 1. Hodie Potentia.

TRAIECTIO, onis, {*Paſſaggio*} (πόρθμευσις, πόρθμιον) transfretatio, tranſuectio. Cic. Attico. Cautior certe eſt manſio, honeſtior exiſtimatur traiectio.

Traiectio uerborum, pro translatione, (μεταφορὰ) apud autorem ad Heren. lib. 1. Traiectio ſtellarum. Idem 2. de Diuinat. Aſſyrii traiectiones motusq́ue ſtellarum obſeruauerunt.

TRAIECTVS, iectus, (διαπόρθμευσις) idem quod traiectio: ſiue transfretatio. Liu. 1. ab Vrb. Qui in traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit.

TRAIICIO, cis, {*Trapaſſare, trapotare*} διαπορθμεύω, διάγω, διαπορθμεύω

διαβι-

διαβιβάζω) modo actiuum uerbum eſt, idē ſignificans quod tranſueho, tranſporto, & propriè nautarum eſt, cum quippiam in littus ripam'ue ulteriorem tranſuehunt. In qua ſignificatione duos ferè habet accuſatiuos, alterum ui præpoſitionis, alterum communem uerbis omnibus actiuis. Plancus Ciceroni: Exercitum ad Calendas Maias Rhodanum traieci. Modo neutrum, idem ſignificans quod tranſfretare, tranſmittere, ſiue tranſuehi, περαιοῦν, περαιοῦσθαι. In qua ſignificatione unico ablatiuo contentum eſt, quem habet ui præpoſitionis incluſæ. Liu. 2. bell. Pun. Amnem uado traiecit. Aliquando eſt tranſfigo, & tranſuerbero, διελαύνω. Idem 2. ab Vrbe: Contra quem & ille concitat equum: tantaque uis infeſtis uenientium haſtis fuit, ut brachium Ebutio traiectum, Mamilio percuſſum pectus. Traiicere in alia uaſa pro fundere in alia uaſa dixit. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 64. Traiicere in alium culpam, aut quippiam, eſt transferre. Cic. 1. Verr. Quid cum commiſerari, conqueri: & ex illius inuidia deriuare aliquid, & in te traiicere cœperit, &c. Traiicere rem (id eſt, negocium) ad magiſtratus, pro reiicere. Liu. 3. ab Vrb. Traiectus, a, um, particip. (διαπορθμευθείς) tranſuectus. Cice. ad Quirites poſt reditum: Traiectus naucula in Africam.

Aliquando idem quod confoſſus, ſiue tranſfixus, διαπεπαρμένος. Pli. lib. 11. cap. 37. Ob hoc in prælijs, gladiatorumque ſpectaculis, mortem cum riſu traiecta præcordia attulerunt.

TRALATIO, onis, quæ & Tranſlatio, {Traslatione, traſportatione} (μεταφορά) eſt nominis uerbiue in minus propria ſignificatione, augendæ, minuendæue rei gratia, uſurpatio. Cic. 6. lib. Epiſt. Vt ſit, quo modo Theophraſto placet, uerecunda tralatio.

TRALATITIVS, tia, um, ſiue Tranſlatitius, (μεταφορικός) quod aliunde eſt tranſlatum: ut, Vox tralatitia, quæ à propria ſignificatione ad minus propriā augendi, minuendiue gratia eſt tranſlata. Tralatitium edictū, hoc eſt, minime nouū, ſed aliunde tranſlatum. Cic. 4. Ver. Hoc uetus edictum tralatitiumque eſt.

TRALLIS, lium, ibus, pluralis num. tantum, (Τράλλεις) Aſiæ urbs, inter Mæandrū & Cayſtrum fluuios ſita à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Stephano Lydiæ annumerata, alijs nominibus Euantia, Seleucia, & Antiochia appellata. Sunt & alteræ Trallis, ad ipſum Mæandri tranſitū ſitæ, medio ferè itinere, inter ſuperiores, & Magneſiam: de quibus uide Strab. libr. 14. A Trallibus fit Tralliānus, na, nū, (Τραλλιανός) ſicut à Sardibus Sardianus.

TRALVCEO, traluces, pen. pro. {Tralucere} (διαφαίνω) tranſluceo. Lucr. li. 4. Vſque adeo è ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.

TRALVCIDVM, di, {Lucido, chiaro} (διαφανές) idem quod pellucidum, hoc eſt uiſui peruium. Plin. lib. 21. ſuauiores albæ uiolæ, quoniam à tralucido facilius accipitur aër.

TRAMA, æ, {Trama} (κρόκη ῥοδανή) idem quod ſubtegmen, teſte Seruio, hoc eſt, filum, quod ſtamini ex tranſuerſo intertexitur: ita dictum, à trameando, hoc eſt, tranſeundo. propterea quod ſtamen iterum atque iterum tranſeat. Plin. li. 11. cap. 24. de araneorum tel a agens: Quanta arte celat pedicas ſcutulato rete graſſantes? quam non ad hoc uidetur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam politurae arte ipſa per ſe tenax ratio tramæ? Trama figuræ, à Perſio dicitur pro extenuatiſſimo corporis habitu, umbram potius hominis, quàm hominem præferente. Verba eius ſunt Saty. 6. Mihi trama figuræ. Sit reliqua: eſt illi tremat omento popa uenter.

TRAMES, tramitis, gen. maſc. {Tramite, uia} (τρίμμος) ſemita tranſuerſa. Liu. lib. 5. Obliquis tramitibus egreſſi. Cic. 12. Philipp. Num idem in Apennini tramitibus potero facere?

TRAMITTO, {Trapaſſare} idem quod tranſmitto, ſiue traiicio, περαιοῦμαι. Cic. ad Attic. lib. 16. Duo ſinus fuerunt, quos tranſmitti oportet, &c.

TRANARE, {Tranodare, paſſar oltra} (διανήχεσθαι) natādo, traiicere: à Trās, & Nato, duobus poſtremis præpoſitionis elementis abiectis. Liuius lib 2. ab Vrb. Multiſque ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit. Ver. Georg. Superant montes, & flumina tranant. Ver. 6. Aen. Illius ergo Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Tranare pro tranſuolare. Verg. 4. Aen. Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila. Tranare pro penetrare, ſiu tranſire. Cice. 1. de Nat. deo. atque facilius cernimus, toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, ſubtilius explicato. Haſta tranauit uiri pectus, Sil. lib. 13. cap. 48. Tranor, aris, paſſiue. Oui. 2. de Arte: Obſequio tranantur aquæ: nec uincere poſſis Flumina, ſi contra, quàm rapit unda, nates.

TRANQVILLITAS, atis, {Tranquillità, ſereno, ſerenità} (γαλήνη, γαληνότης, εὐδία, νηνεμία) quies maris, & cœli, tempeſtatis expers. Cic. Att. li. 4. Nos longis nauibus quietem aucupatam eramus. Per trāslationem accipitur pro quauis quiete. ut Tranquillitas uitæ, Tranquillitas animi, hoc eſt, ſecuritas motuum omnium & perturbationum expers. Cice. pro Muræn. Qui remoti à ſtudijs ambitionis, otium ac tranquillitatem uitæ ſecuti ſunt. Pli. Epiſt. 25. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate. Ci. 1. Off. Vt tranquillitas animi adſit, quæ affert cum conſtantiam, tum etiam dignitatem.

TRANQVILLE, aduerb. {Chetamente, pacificamente} (γαληνῶς) quiete, citra motum, & perturbationem. Cic. Att. Velim tranquille à Parthis. Plaut. Ciſtellaria: Sed tranquille, amabo, nequid, quod illi doleat, dixeris. Tranquille, et placide traducere uitam, apud Cic. 4. Tuſc.

TRANQVILLO, abſolute, (γαλήνης οὔσης νηνεμίας οὔσης) pro tranquillo tempore, quo neque cœlum, neque mare tempeſtate exagitatur, Pli. lib. 9. c. 7. Sæpe annotata piſcium æſtiuo calore quædam anhelatio, & alia quædam tranquillo uelut oſcitatio.

TRANQVILLVM, li, ſubſtantiuum, ex adiectiuo, (γαλήνη, γαληνότης) idem quod tranquillitas. Plautus Caſina: Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

TRANQVILLO, las, {Achettare} (γαληνόω, γαληνίζω) tranquillum, & quietum facio. Cic. 1. de Finib. Semper alit aliquid, quod tum ui ſua, atque natura tranquillet animos. Horat. 1. Epiſt. 19. Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum. Huic opponitur perturbare. Cic. Topic. Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.

TRANQVILLVS, a, um, {Cheto, tranquillo} (γαληνός, νήνεμος, ἀκλυστος, εὔδιος, εὐδαίμων) quietus, placidus: propriéque de mari dicitur & aëre quando nulla exagitantur tempeſtate, Cic. pro Cluentio: Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, uentis concitatur. Plin. lib. 9. cap. 27. Subit in ſumma maria piſcis, ex argumento appellatus Lucerna, linguāque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Per tranſlationem tamen accipitur pro quieto, miti, ſeu pacato. Plaut. in Ciſtella. Si poſſum tranquillum facere ex irato mihi. Cic. 3. Tuſc. Nec uero ea frons erat, quæ M. Craſſi illius ueteris, quem ſemel ait in omni uita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla & ſerena. Luca. lib. 2. Melius tranquilla ſine armis Ocia ſolus ages. Idem lib. 1. Alter uergentibus annis In ſenium longoque togæ tranquillior uſu Dedidicit iam pace ducem, &c. Teren. in And. Oh, tibi ego ut credam furcifer? Qui me hodie ex tranquilliſſima re coniecisti in nuptias. Trāquilla res eſt, inquit Teren. in Phormione, id eſt, in tuto res eſt.

TRANS, {Oltre, oltra de là} (πέραν, πέρα Polybio) præpoſitio idem ferè ſignificans quod ultra: ut, Trans fluuium, (πέρα τοῦ ποταμοῦ) hoc eſt, ad ulteriorem, uel in ulteriori fluminis parte. Iungitur enim tam motus uerbis, quam quietis. Huic opponitur Cis, uel Citra, ἐπὶ τάδε. Cice. Attico: cogito trans Tiberim hortos aliquot parare. Idem de Diuin. Si ſciſſet, ſibi trans Euphratem eſſe pereūdum. Horat. lib. 1. Epiſt. 11. Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Plaut. in Milit. Nimis beat, Quod commeatus eſt trans parietem. In compoſitione quoque eandem retinet ſignificationem: componiturque ferè cum dictionibus ab hiſce incipientibus literis ab a, ut Tranſalpinus: c, ut Tranſcurro: d, ut Traduco: e, ut Tranſeo: f, ut Transfero: g, ut Trāſgredior: i, ut Traiicio: l, ut Trāſlego: m, ut Tranſmigro: n, ut Trano: p, ut Tranſpono: r, ut Tranſrhenanus: a, ut Tranſcribo: ut, Tranſtigritanus, qui habitat trans Tigrim: u, ut Tranſueho. Ex quibus quæ à d, uel n. uel i, conſonante initium ſumunt, poſtremas duas præpoſitionis literas abijciunt: ut Traduco, Traiicio, Trano. In reliquis præpoſitio manet integra: præter quàm quod ſecunda compoſitionis parte ab s, incipiente, ex præpoſitione s. abijcitur: ut Tranſcribo.

TRANSABEO, is, ire. (διαπορεύω, διαβαίνω) idem quod tranſeo. Stat. 2. Theba. -Capulo nam largius illi tranſabijt coſtas cognatis ictibus enſis. Valer. Fla. 4. Argonau. Turbine ſic rabido populos, atque æquora longe Tranſabijt.

TRANSACTOR, oris, (προξενητής) cuius miniſterio ad rei alicuius tranſactionem utimur Cic. 4. Verr. Qui eſt (id quod ex priore actione didiciſtis) rerum omnium tranſactor & adminiſter.

TRANSACTVS, participiū {Paſſato} (παρεληλυθώς) idem eſt quod præteritus. Liu. 1. ad Heren. In conſequenti tempore ſpectabitur, nunquid re tranſacta relictum ſit, quod indicet aut factum eſſe maleficium, aut à quo ſit factum.

Aliquando idem quod peractū ſiue perfectus, διαπεπραγμένος. Terent. Andr. Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Facta tranſacta omnia, Prouerbiale eſt, inquit Donatus in Andr. Terent. quo utimur, cum uolumus ſignificare, nihil diligentiæ prætermiſſum, nihilque reliquum eſſe ad agēdum. Verba Terentij ſunt hæc: Contemptus, ſpretus facta, tranſacta omnia.

TRANSADIGO, is, pen. cor. egi, actum, {Trapaſſare, paſſar de banda in banda} (διαπείρω, διελαύνω) traiicio, tranſuerbero. Verg. 9. Aen. Sed uiribus enſis adactus Tranſadigit coſtas, & candida pectora rupit.

TRANSALPINVS, a, um, {De la dalle alpe} (ὑπεράλπειος) quod eſt trans Alpes ſitum. Vnde Galliam Comatam, Romani Tranſalpinam uocant quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunenſem, & Bracchatam, ſiue Narbonenſem. Contra Ciſalpinam Galliam eam uocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur uſque ad Rubiconem, antiquum Italiæ limitem. Cicer. Papyrio Pæto: Nunc uero etiam Bracchatis, & Trāſalpinis nationibus &c. Idem 2. Offic. Portari in triumpho Maſſiliam uidimus, et ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

TRANSCENDO, is, (ὑπερβαίνω) ſupero, aſcendendo trāſgredior: à Trans, & Scando, ultima præpoſitionis litera abiecta. Cic in Catil. Hoc malum manauit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit Alpes. Idem de Somn. Scip. Ex his ipſis cultis notiſque terris, num cuiuſquam noſtrum nomen uel ad Caucaſum hunc, quem cernis, tranſcendere potuit: uel illum Gangem tranſnare? Lucan. lib. 4. -Audet tranſcendere uallum Miles.

TRANSCINDO, is, (κατατέμνω) conſcindo, lacero. Plaut. Perſa: Tranſcindo omnes adueniens domi.

TRANSCRIBO, is, {Tranſcriuere, copiare, recopiare} (ἀπογράφω) idem quod exſcribo, ſiue ab exemplari deſcribo Cic. 2. de Nat deo. Qu. Soſius, qui tranſcripſit tabulas publicas. Auctor ad Herenn. lib. 1. Si ueſtra manu fabulas, aut orationes totas tranſcripſiſſetis. Interdum tranſcribere, (μεταγράφειν) eſt per ſcripturam, aut inſtrumentum rem noſtram in alterius dominiū transferre. Agretius in l. ſi uxori. Digeſt. de præſc uerb. Vt eos fundos, ſi ipſe uellet, eodem pretio mulier tranſcriberet uiro. i. iure ceſſo traderet, ut interpretatur Bud.

Huic perſimile eſt illud Verg. 7. Aen Et tua Dardanijs tranſcribi ſceptra colonis. Hoc eſt, ius regni tibi debiti in Troianos transferri. Et in l. ſi uir uxori. Digeſt. de præſcriptis uerb. Vt eos fundos, ſi ipſe uellet, eodem pretio mulier trāſcriberet uiro. i. iure ceſſo traderet. Sic tranſcribi nomina dicuntur in rationibus, cum id quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in l. ult. C. de præd. nomi. ut annotauit idem Budæus. Tranſcribere aliquem auctorem, interdum eſt deſumere ex eo, quod ad noſtrum opus facere uidetur, & Suis tāquam noſtra uti. Pli. li. 4. cap. 2. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit, &c.

TRANSCVRRO, is, {Traſcorrere, trappaſſare} μετατρέχω, διαδραμεῖν) curſu me aliquo confero. Terent. in Eunuch. Tu abi, atque obſera oſtium intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. Aliquando curſum conficio, διατρέχω. Cice. de Clar. Orat. Alexander & Cyrus, qui curſum ſuum tranſcurrerant.

Aliquando excurrere, euagari, παρεκβαίνω. Auctor ad Heren. li. 1. Ne ſine delectu temere in rem diſſimilem, uideatur tranſcurriſſe. Pli. lib. 9. ca. 36. Quod ſi hactenus tranſcurrat expoſitio, fraudatam ſe protinus luxuria credat. Non nunquam perſtringere, curſim & breuiter exequi. Quint. In narratione tranſcurram ſubtiles nimium diuiſiones quorundam. Hinc Tranſcurſus, huius ſus, ipſe tranſcurrendi actus. Vnde in tranſcurſu aliquid factum (μεταδρομάδην) dicimus, pro obiter, & inter percurrendum. Plin. lib. 18. cap. 13. Quanquam prius dixiſſe conueniat de rapis: in tranſcurſu eas attigere noſtri, paulo diligentius Græci.

TRANSDO, dis, {Dare} (μεταδίδωμι) ueteres dixerunt, ſonſtius inquit Donatus, quod denos lenius Tradere nūc dicimus: ut Tralatū illi, nos cōtra Trāſlatum. Terēt. in Prolog. Phor. Retrahere à ſtudio & tranſdere hominem in otiū.

TRANSDVCO, cis, {*Tradurre*} (μετάγω, μεταφέρω) traduco, tráſfero. Ci. 6. Ver. Vt conarere clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ prouinciæ, tráſducere ad te, &c. Tranſducere arbores, pro tranſplantare, apud. Col. lib. 3. cap. 9.

TRANSENNA, æ. {*Ferrata, ratello, trappola, laccio*} (κιγκλίς) cancelli lignei, ferrei, ſiue uiminei, qui feneſtris, aut etiam mercibus oppoſiti, uſui perui ſunt. Cic. lib. 1. de Orato. Nunc petas à Craſſo, ut illam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, in lucem proferat. Quo in loco per tranſennam aſpicere prouerbiali metaphora dixit Cicero, pro eo quod eſt, non propius neque ſingillatim, ſed procul, obiter, & ſummatim inſpicere. Tráſlatum à negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiiciunt. quidam etiam uitrum pellucidum opponunt, ut prætereuntibus procul modo contemplari liceat: nec explicant eas, niſi licitatori idoneo. Macrobius lib. 3. Satur. ca. 7. ex lib. 2. Hiſto. Salluſtii: Præterea cum ſedenti in tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cũ machinato ſtrepitu tonitruum, coronam ei imponebat. Quo in loco Nonius feneſtram interpretatur. Sipontinus extra domum protenſam pergulam, per quã tranſitur. Quandoque ponitur pro decipula, laqueo, & funiculo ad decipiendum concinnato. παγίς. Plaut. in Bacch. Nunc è tranſenna hic turdus lumbricũ petit. Et in Ruden. In ætate agenda hominum, plurimæ Fiunt tranſennæ, ubi decipiuntur dolis, Atque ædepol in eas plerũque eſca imponitur. Quam ſi quis auidus paſcit eſcam auariter, Decipitur, ut tranſenna, ſua auaritia.

TRANSEO, is, iui, & tranſii, ſitum, {*Trapaſſare, paſſare, ualicare*} (μεταβαίνω, διοδεύω, διαβαίνω) traiicio, tranſmitto, tranſgredior. Cic. 1. de Nat. deor. Cum Gracchus pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. Cic. 3. de Finib. Rectius diues quam Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Euphraten, nulla belli cauſa, tranſire uoluiſſet. Aliquando tranſire, nihil aliud eſt quàm ire, aut ſeſe recipere. Plaut. in Stich. Deos ſalutabo modo, poſtea ad te continuo tranſeo. Idem in Milit. Philocomaſio dic, ſi hic eſt, domum ut tranſeat. Sic Brutus ad Cicer. lib. 11. Tranſire in Apenninum, dixit. Accipitur aliquando Tranſire, pro eo quod eſt curſim attingere, paucis explicare, δρομαίως διεξιέναι. Cic. pro Roſc. Amer. Sed in animo eſt leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rẽ.

Tranſire ſilentio aliquid, eſt ſilere illud. Cic. pro L. Sylla: Ac ne hoc quidem mihi uidetur ſilentio tranſeundum. Et ſine ullo ablatiuo. Plin. lib. 2. cap. 68. Vt publicos gentium furores tranſeam. Id eſt, taceam, ſileam. Tranſire quædã in legendo, eſt præterire, omittere. Pli. Epiſt. 98. Tranſeo enim Neronem: id eſt, ſileo de Nerone, ſiue de Nerone nihil dico. Tranſit dies: id eſt, præteriit, elapſa eſt. Cic. ad Att. lib. 7. Legis dies tranſiit. Sic Tranſiit menſis apud Plautum in Curcul. Tranſeamus ad partitionem, apud Cic. 2. de Inuent. hoc eſt, hiſce relictis, conferamus nos ad partitionem. Tranſire ad hoſtes, eſt ad illos deficere. Liu. 4. bell. Maced. Si ad Romanos tranſire uelint. Tranſire ad uitam, eſt reuiuiſcere, ἀναβιῶν. Tranſire in multos colores: eſt per interualla modo in hunc, modo in illum colorem mutari: quod & Polypo, & Chamæleonti fertur accidere. Tranſire legem, eſt legem ſoluere, eiq; non parere. Tranſire lineas, eſt ſeſe intra præſcriptum terminum non continere. Hinc Tranſitio uerbale, (διάβασις, μετάβασις) tranſgreſſio, traiectio. Cic. li. 9. Epiſt. Qui ſpem ſæpe tranſitionis præbuit. Ponitur aliquando pro defectione, ἀπόστασις. Liu. 4. bell. Pun. Numidas, qui intra portas, ſeu præſidia, Carthaginenſium eſſent ad tranſitionẽ pellicerẽt. Tranſitus, tus, alterũ uerbale, (διάβασις, διαπόρευμα) idẽ quod tranſitio, ſiue traiectio. Pl. li. 12. c. 15. Petunt myrrham à Troglodytis Sabæi tranſitu maris. In tranſitu. i. curſim percurrendo δρομαίως, μεταδρομάδην. Quint. li. 6. c. 3. Eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda.

TRANSERO, is, {*Trapiantare*} (μεταφυτεύω) tranſplanto, hoc eſt plantam de loco uno in alium transfero. Stat. 2. Syl. Vidi ego tranſertos alieno in corpore ramos Altius ire ſuis.

TRANSEVNTER. (παροδικῶς) aduerbium à tranſiens, euntis, formatum. Aug. lib. 3. Ciuit. Quod uitium Salluſtius magis tranſeunter attigit: hoc eſt in tranſitu ſiue tranſeundo.

TRANSFERO, tranſtuli tranſlatum, {*Traſportare, tradurre*} (μεταφέρω, μετακομίζω) de loco in locum tranſporto. Cic. 5. Philip. Ad ſe omnia ex hortis ornamenta tranſtulit. Cæſar 3. bell. Ciu. Cæſar paulo altiorem locum caſtra tranſtulit. Cic. de Orat. Alii à regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt. Transferri item (μεταφέρεσθαι) dicuntur nomina aut uerba, cum à ſignificatione propria propter aliquam ſimilitudinem ad minus propriam tranſumuntur. Cic. de Orat. Tranſlata ea dico quæ per ſimilitudinem ab alio transferuntur. Et paulo ante: Cum uerbum aliquod altius transfertur, et quaſi alieno loco collocatur. Idẽ de Opt. gen. dicendi: Sed Phalereus Demetrius meo iudicio præſtat cæteris, cuius oratio, cum ſedatè, placideq; loquitur, tũ illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam, tranſlata uerba, atque immutata. Tranſlata dico, ut ſæpe iã, quæ per ſimilitudinem ad aliam rem aut, ſuauitatis, aut inopiæ cauſa transferuntur. Hæc Cic. Quæ autem dicantur uerba propria, quæq; tráſlata, quomodo transferantur, quæ ſit uitioſa tranſlatio, & cur reperta ſit tranſlatio, diffuſè tradit Quint. lib. 1. Inſtitut. dicens. Propria ſunt uerba, (κύρια) quũ id ſignificant in quod denominata ſunt: Tráſlata, quum alium natura intellectũ, alium loco præbent. Vſitatis tutius utimur. noua non ſine periculo quodam fingimus. Idem lib 8. Transfertur igitur nomen aut uerbum ex eo loco, in quo proprium erat, in eum, in quo aut proprium deeſt, aut tráſlatum proprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut, ut dixi, decentius. Vbi nihil horum præſtabit, quod transfertur improprium. Hinc Tranſlatitius, a, um, ſiue Tranſlatiuus, (μεταφορικὸς) de quo paulo poſt ſuo loco. Tráſferre iudicia, inquit Budæus, eſt ab uno ordine ad alterum transferre, hoc eſt a ſenatu ad equites. Transferre itẽ (μεταφράζειν, ἑρμηνεύειν) eſt interpretari, hoc eſt, ex lingua una in alterã conuertere. Quint. lib. 10. c. 5. Græcos autores tráſferẽtibus uerbis uti optimis licet. Pli. li. 18. c. 3. de Magone Pœno, rei ruſticæ ſcriptore. Cui quidem tantum honorem Senatus noſter habuit capta Carthagine, ut cũ regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in linguam Latinã transferenda. Tranſlatitiè, aduerb. uide infra ſuo loco.

TRANSFIGO, is, pe. pr. transfixi, xum, {*Trappaſſare, traſfodere*} (διελαύνω, διαπείρω) transfodio, ſeu tranſuerbero, traiicio. Liu. lib. 1. ab Vrb. Stricto itaque gladio, ſimul uerbis increpans transfigit puellam. Dicimus autem Tráſfigo pectus gladio, uel Transfigo aliquem gladio per pectus. Liu. 2. ab Vrb. Ex his Q. Fabium principem in conſertos Veientes euntem, ferox uiribus, & armorum arte Tuſcus inter multas uerſantes hoſtiũ manus gladio per pectus tráſfigit. Transfixus, a, um, particip. (διαπεπαρμένος) id eſt, traiectus. Verg. 1. Aenei. Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

TRANSFIGVRO, as, pe. pro. {*Traſfigurare*} (μετασχηματίζω, μεταμορφόω) in aliam figuram uerto. Suet. in Claud. Nerone. Puerum Sporum exectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt. Plin. li. 17. cap. 24. Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Transfiguratio, onis, uerbale, (μεταμόρφωσις) id eſt, transformatio, Plin. lib. 7. cap. 55. Eadem enim uanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoque tempora ipſi ſibi uitam mentitur: alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dando.

TRANSFODIO, dis, {*Traſfodere*} (διορύττω, διελαύνω, διαπείρω) perfodio, traiicio, transfigo. Ouid. 12. Meta. Gemino transfodit uulnere pectus. Valer. Flacc. Argon. lib. 6. Cadit impiger una Inguine transfoſſo clari Taulantis alumnus. Liu. 9. Bell. Maced. Deinde fugientis, fidemq; populi Rom. atq; eorum, qui aderant, implorantis latus transfodiſſe.

TRANSFORMO, as, {*Traſformare*} (μεταμορφόω) in aliam formam muto. Verg. 4. Georg. Omnia transformat ſeſe in miracula rerum. Ouid. 3. Amor. Eleg. 11. Iuppiter aut in aues, aut ſe transformat in aurum. Hinc Transformis, & hoc transforme, quod quamcunque formam recipit. Oui. 8. Metam. Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit, Sæpe pater dominis Triopeida tradit: at illa Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat.

TRANSFRETO, pen. cor. {*Traghettare*} (διαπορθμεύω) fretum traiicio. Plin. in Panegy. Remiſq; transfretare obſtantia freta.

TRANSFVGA, æ, pen. cor. (ἀποστάτης, αὐτόμολος) qui transfugit, & ad hoſtes defecit. Liu. li. 2. ab urb. Deinde metuens ne ſi Conſulum iniuſſu, & ignaris omnibus iret, deprehenſus forte à cuſtodibus Romanis, retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, ſenatum adit. Nec ſolum (ut Paulus de Capt. l. Poſtliminium, inquit) Tráſfuga is accipiendus eſt, qui ad hoſtes, aut à bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta transfugit.

TRANSFVGIO, gis, {*Traſfugire*} (αὐτομολέω, ἀφίσταμαι) ad hoſtes deficio. Liu. lib. 2. Magna clientium comitatus manu transfugit. Cic. pro Quin. Fateturi ſe non bellè dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

TRANSFVGIVM, gii, (αὐτομολία, ἀπόστασις) defectio ad hoſtes. Pli. de uir. illuſt. Gabios per Sextũ filiũ, ſimulato transfugio, in poteſtatẽ redegit. Tacit. li. 18. Nihil eorum Vitellianos fallebat crebris, ut in ciuili bello transfugiis.

TRANSFVMO, as, pen. pro. (διεξατμίζομαι) fumi modo tranſeo. Stat. 6. Theb. Clauſtraq; compreſſæ transfumat anhelitus iræ.

TRANSFVNDO, is, (μεταχέω) de uaſe in uas fundo. Col. lib. 12. cap. 12. Deinde cum ſæpius eam in alia uaſa transfuderint. Suas laudes transfundere ad alterum, per tranſlationem. Cic. Dolabellæ lib. 9. Libentius omnes meas, ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes, ad te tráſfuderim. Idem 8. Phil. Omnem ſe amorem abiiciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. Transfuſio, onis, uerbale, (μετάχυσις) actus transferendi. Plin. lib. 34. ca. 18. Lauatur in linteis raris, in aqua cœleſti, ſeparatumq; terrenum transfuſione, cribratumq; teritur.

TRANSGREDIOR, eris, {*Traſgredire, contrafare*} (ὑπερβαίνω, μεταβαίνω) tranſeo, & proprie de pedum greſſu dicitur. Liu. 2. ab urb. Inde in Latinam uiam tranſuerſis tramitibus tranſgreſſus. Cic. 1. de Diuina. Qui cum tabernaculum uitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomerium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit. Aliquando tamen generalius accipitur, ut & tranſgredi dicantur, qui equo aut naui præteruehũtur: quod & Non. annotauit, citans locum Salluſtii ex lib. 1. Hiſtor. Nactus noctem obſcuram, æſtu ſecundo tranſgreſſus omnes recipit montem præreptum à Luſitanis. Ponitur aliquando pro ſuperare, ὑπερβαίνειν, ὑπερέχειν. Pli. li. 7. ca. 25. Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit, ſolus Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicauerat. Tranſgreſſio, onis, (διάβασις, μετάβασις) ipſe tranſgrediendi actus. Cic. in Piſon. Cum ego imperio non Alpium uallum contra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorum, &c. Id eſt, tranſitum. Apud Rhetores Tranſgreſſio, dicitur, cum ab ea ſententia, quàm propoſuimus, conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, aut fortunam, & tanquam perſonam appellamus, uel cum ad rẽ, quod demonſtrare inſtituimus, ab alia re actionem noſtram, & orationem reuocamus. Exẽpla pete ex Rufiniano & Rutilio Lupo.

TRANSIGO, gis, egi, actum, {*Iſpedire, finire, trapaſſare*} (διαπράττομαι, διατελέω) p. c. ex trans & ago, ſignificat abſoluo, ſeu perficio, tranſeo. Cic. 4. Philipp. Quid enim homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, cum tu illum gladio ſtricto es inſecutus? negotiumq; tranſegiſſes, niſi ille ſe ſubter ſcalas abdidiſſet. Idem 5. Ver. Prima actio à nobis VIII diebus tranſacta eſt. Tranſigere res multas uno tempore, apud eundem 1. de Inuent. Sic Tranſigere uitam dicimus, (διάγειν) pro peragere. Salluſt. in Procemio Catilinæ. Sed multi mortales dediti uentri atque ſomno, indocti, incultiq; uitam ſicuti peregrinantes tranſegere. Accipitur aliquando Tranſigere, (διαλύεσθαι) pro eo quod eſt, controuerſiã decidere, & negotium iudiciale mutuo conſenſu dirimere. Cic. pro Roſc. Qui pro ſociis tranſigit, ſatiſdat neminem poſtea eorum petiturum. Idem in Verrem Orat. 3. Quod erat uix HS. quadringentorum millium, tranſigunt HS. ducentis millibus. Aliquando ſignificat tracto. Terent. in Andria, Intus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtat. Hinc Tranſactus, participium: de quo ſupra ſuo loco.

TRANSIECTIO, onis, quæ & traiectio, id eſt, tranſpoſitio. ut, Tranſiectio uerborum, ὑπερβατὸν, Auctor ad Heren. lib. 4. Huiuſmodi tranſiectio, quæ rẽ non reddit obſcuram multum proderit ad continuationes. Ad eundem etiam modum legitur Tranſiectus apud Ciceronẽ de Vniuerſitate: Iam uero (inquit) terram, altricem noſtram, quæ tranſiecto axe ſuſtinetur, diei, noctiſq; effectricem.

TRANSILIO, is, ſecunda ſyllaba co. {*Saltar oltra*} (ὑπεράλλομαι, ὑπερπηδάω) ultra ſalio: à Trans, & Salto, abiecta poſtrema præpoſitionis litera. Col. lib. 6. cap. 26. Si foſſam ſine cunctatione tranſilit. Per tranſlationem accipitur pro ſilentio præterire: & omittere. παραλείπειν. Cic. 3. de Finib. Cum autem ad ſummũ bonũ uolunt peruenire, tranſiliunt omnia. Idem 3. Off. Ingenii ſpecimen

men quoddam eſt, tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere.

TRANSILIS PALMES, (ὑπερβατικὸν κλῆμα) qui inter traduces alios tranſilit. Pli. li. 17. ca. 23. Traducem binum præcidere ſolebant. Onerantis enim uetuſtate melius donare tempus, ut tranſilem faciant, ſi largiatur craſſitudo.

TRANSIVNGO, gis, {Tramutare} (μεταζεύγνυμι) iugalium lora muto. Vlp. in l. Aediles de Aedil. edic. Si mula talis ſit, ut tranſiungi non poſſit, &c. tranſiungere, inquit Budæus, eſt in quadriga locum ueterinis mutare: ut mulam temonariam facere, quæ præcedere ſolita ſit, uel dextram facere, quæ ſiniſtra eſſe ſolebat.

TRANSLABOR, eris, labendo tranſeo: {Paſſare ſdrucciolando} Claud. 1. in Eutrop. Rapit cœli per inania curſum Diua potens, unoq; Padum tranſlapſa uolatu Caſtra ſui rectoris adit.

TRANSLATIVE', aduerbium, (πρὸς ἀφοσίωσιν) id eſt perfunctorie, remiſſe, languide, negligenter. Vlp. l. 1. de iure patr. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non tranſlatiue exequi debent. Martianus: Præuaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui colludit cum reo, & tranſlatiue munere accuſandi fungitur.

TRANSLATITIVS, a, um, ſiue Tranſlatiuus (μεταφορικός) quod aliunde eſt tranſlatum, unde Tranſlatitias uocum ſignificationes dicimus, quæ propter aliquam ſimilitudinem à propriis ſunt deflexæ. Tráſlatitia item, ſiue (ut alij malunt) Tranſlatitia dicuntur, teſte Aſconio, quæ noua non ſunt, nec nuper inuenta, ſed aliunde tranſlata. Ci. 4. Verr. Hoc uetus edictum, tranſlatitiumq; eſt.

Aliquando tamen Tranſlatiuum ueteres, teſte Budæo, uſurparunt, pro uulgari, quotidiano, & minime exquiſito. Plin. in Epiſt. Nec tuæ naturæ eſt, tranſlatitia hæc, & quaſi publica officia à familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere. Vbi tranſlatitia officia interpretatur Budæus uulgaria, & ab omnibus paſſim uſurpata, nedum ab iis, qui exquiſite amicitiam colunt. Plin. maior lib. 7. cap. 5. Tranſlatitium eſſe ait in Aegypto, octauo menſe parere. Hoc eſt uſitatum, & minime nouum.

TRANSLEGO, tranſlegis, pe. cor. {Traſcorrere legendo} (διαπεριτρέχω) idem quod perlego, ſiue legendo tranſcurro. Plaut. in Aſin. Age quæſo mi hercle tranſlege.

TRANSLVCEO, tranſluces, pe. pr. {Tralucere} (διαφαίνω) idem quod pelluceo. Ouid. lib. 4. Metam. In liquidis tranſlucet. Plin. lib. 37. cap. 12. Quibus modis ex cryſtallo fingantur ſmaragdi, aliæq; tranſlucentes. Tranſlucidus, pen. cor. idem quod pellucidus, (διαφανής) quod uiſui per medium ſui tranſitum præbet. Plin. lib. 36. cap. 8. Probantur quàm maxime mellei coloris, in uertice maculoſi, atque non tranſlucidi.

TRANSMARINVS, {De la dal mare} (ὑπερθαλάσσιος) quod trans mare eſt, ſiue quod trans mare naſcitur. Cic. 7. Verr. Nec accerſere res tranſmarinas ex iis locis, &c.

TRANSMEO, tranſmeas, tranſmeare, {Trapaſſare} (μεταβαίνω) tranſeo. Pli. lib. 30. cap. 11. Præcipuæq; febrium medicinæ placitis eorum renunciat. Nanq; & in duodecim ſigna digeſſere eam ſole tranſmeante.

TRANSMIGRO, tranſmigras, pen. co. {Andar ad habitare} (μετοικίζω) domicilium, habitationemq; commuto. Liu. lib. 5. ab Vrbe: hanc eandem rē actā eſſe, ut Veios tranſmigraremus. Suet. in Tib. cap. 15. Romam reuerſus deducto in forum filio Druſo, ſtatim è Carinis ac Pôpeiana domo, Eſquilias in hortos Mecœnatianos tranſmigrauit, totumq; ſe in quietem contulit.

TRANSMITTO, tranſmittis, {Traſporre, por per mezzo} (διΐημι) tranſitum præbeo. Plin. lib. 18. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo, & tantum arenas tranſmittente. Plin. lib. 9. cap. 22. Lacus eſt Italiæ Benacus in Veronenſi agro Mincium tranſmittens. Hoc eſt per medium ſui emittens, uel tranſitum ei præbens. Aliquando idem eſt quod traiicere, ſiue tranſfretare. περαιῶ, πορθμεύω. Plin. Epiſt. 173. Ad quæ noſcenda iter ingreſſi, tranſmittere mare ſolemus. Cice. lib. 2. de Natu. deo. Grues cùm loca calidiora petentes, maria tranſmittunt, trianguli efficere formam. Sueto. in Iulio Cæſare: A' Brunduſio Dyrrhachium inter oppoſitas claſſes hyeme tranſmiſit. Tranſmittere campos, eſt celeriter percurrere. Verg. lib. 4. Aene. Alia de parte patentes Tranſmittunt campos. Tranſmittere aliquem, eſt cum feſtinatione mittere. Plaut. in Epid. Continuo te orabit ultro, ut illam tranſmittas ſibi. Tranſmittere tectum lapide, eſt lapidem ultra tectum conijcere. Tranſmittere bellum, uel aliquod onus alicui, eſt dare prouinciam belli adminiſtrandi.

Tranſmittere in formas coactam materiam, docet Colu. lib. 7. cap. 8. pro formare, & in formas redigere. Tranſmittere menſes, tranſigere, διάγειν. Tranſmittere tempus, ducere, conſumere. Tranſmittere diſcrimen, euadere. Tranſmittere hæreditatem fratri, i. transferre. Tranſmiſſio, onis, id eſt, traiectio, (διαπόρθμευσις) Cic. ad Att. lib. 4. O nauigationem amandam, quam mehercule, ego ualde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.

TRANSMONTANVS, (ὑπερόριος) qui ultra montes habitat. Liu. 9. Bell. Maced. Tum tranſmontanos adortus, quos non adierat C. Flaminius, omnea Aemylius ſubegit.

TRANSMOVEO, tranſmoues, pe. cor. (μετακινέω) de loco in alium locum moueo. Terent. Eunuc. Labore alieno magnam partam gloriam Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, Qui in te eſt. Tranſmotus, a, um, participium. Tacit. lib. 13. Quippe Syria tranſmotæ legiones.

TRANSMVTO, tranſmutas, pen. pro. {Mutare} (μεταλλάττω) idem ferè quod muto. Lucr. li. 2. Summa atque ima locans tranſmutans dextera ſigna. Horat. 3. Car. Ode 29. Fortuna ſæuo læta negocio & Ludum inſolentem ludere pertinax, Tranſmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna.

TRANSNATO, as, {Nodar oltra} (διανήχομαι) ultra nato, natando tranſeo. Liu. 1. Bell. Pun. Ipſi certis ſuperpoſitis incubantes flumen tranſnatauere. Pli. lib. 6. cap. 27. Vnum genus ei piſcium eſt, idq; tranſcurrentia non miſcetur alueo, ſicut nec è Tigri piſces in lacum tranſnatant.

TRANSNO, as, idē cum ſuperiori. Cic. in Som. Vel illum Gangem tranſnare. Horat. 2. Sermon. Saty. 1. Ter uncti Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto.

TRANSNOMINO, as, {Mutar nome} (μετονομάζω) nomen commuto, uel inuerto, uel immuto. Sueto. de Clar. Gramma. Lucius Craſſitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſicles, mox Panſam ſe tranſnominauit.

TRANSNVMERO, as, ultra numero. Ad Heren. lib. 4. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, ſi hodie uis tranſnumerari.

TRANSPADANVS, {De la dal Po} (ὁ πέραν τοῦ Πάδου) trans Padum habitans. Cice. ad Caſſ. lib. 12. Tuos clientes Tranſpadanos etiam mirifice coniunctos cum cauſa habebamus.

TRANSPICIO, is, {Guarder oltre} (διακύπτω) per cancellos aut per corpus pellucidum aſpicio. Lactan. de Opifi. Per eas igitur membranas ſenſus ille qui dicitur mens, ea quæ ſunt foris, tranſpicit. Lucret. lib. 4. Quod genus illa foris quæ uere tranſpiciuntur. Tranſpectus, us. Lucret. lib. 4. Ianua cum per ſe tranſpectum præbet apertum.

TRANSPONO, is, {Traſportare} (μετατίθημι) de uno loco in alium tranſfero. Gell. lib. 12. cap. 1. Arborem in locum alium tranſpoſitam.

TRANSPORTO, as, {Traſportare} (διακομίζω) de loco in locum porto. Cic. ad Att. lib. 14. Quid eas, quas Annius tráſportauit? Tráſportare copias, uel exercitum, eſt nauibus traiicere. Liui. 6. bell. Pun. Eum exercitum Puteolis in naues impoſitum Nero in Hiſpaniam tranſportauit. Tranſportare pro tráſmittere. Verg. 6. Aenei. Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.

TRANSRHENANVS, {De la dal Reno} (ὁ πέραν Ῥήνου) qui Trans Rhenum incolit. Cæſ. 5. Bell. Gall. Germanosq; tranſrhenanos ſolicitare dicebantur. Tranſrhenani hoſtes, apud Plin. lib. 19. cap. 1.

TRANSTIBERINVS, a, um, pen. pro. {Oltre Teuere} (ὑπερτίβεριος) trans Tiberim incolens. Mart. lib. 1. Vrbanus tibi Cæcili uideris. Non es, crede mihi. quid ergo? uerna es. Hoc quod Tranſtiberinus ambulator.

TRANSTRA, orum, gen. neut. num. plur. {Traſti} (ζυγά) remigum ſedilia in nauibus. Verg. 5. Aen. Furit immiſſis Vulcanus habenis Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppes. Ouid. 14. Metam. Et incuruæ fumabunt tráſtra carinæ. Hæc etiam Iuga dici ſolent. Verg. 6. Aen. Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat, laxatq; foros. Tranſtra item tigna dicuntur, quæ tranſuerſa à pariete in parietem porriguntur. Vitr. lib. 4. cap. 2. Trabes etiam ſupra columnas, & paraſtatas, & antes ponuntur, in contignationibus, tigna, & axes ſub tectis ſi maiora ſpatia ſunt, & tranſtra, & capreoli: ſi commoda, columen, & canterii.

TRANSVEHO, is, {Menar oltre} (διακομίζω) ex uno loco in alium ueho, ſiue id naui fiat, ſiue plauſtro, aut etiam iumentis. Salluſt. in Iugurth. Ex eo numero Medi, & Perſæ, & Armenii cum nauibus in Africam tranſuecti, proximos noſtro mari locos occupauere. Tempus tranſuectum. Tacit. lib. 18. Abiit iam & tranſuectum eſt tempus, quo poſſes uideri concepiſſe. Hinc fit uerbale Tranſuectio, onis, (διακομιδή) tranſportatio, traiectio. Cic. 1. Tuſc. Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens, ſiti enectus Tantalus? Tranſuectio item dicebatur equitum recenſio, qua ante conſpectum Cenſorum uel Principis equites prætereuehebantur. Liu. lib. 9. ab urb. Idem Fabius inſtituit, ut equites Idibus Quintilibus tranſueherentur. Tranquil. in Auguſt. cap. 38. Equitum turmas frequenter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more tráſuectionis. Sed neque quempiam detrahi in prætereuehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod antea fieri ſolebat.

TRANSVERBERO, as, {Trappaſſare} (διελαύνω διαπείρω) tranſfigo, traiicio. Cice. Mario: Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à ualentiſſima bellua laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? Verg. 11. Aeneid. Cuius apertum Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.

TRANSVERSVS, a, um, {In trauerſo} (πλάγιος) obliquus, lateralis: ut Linea tranſuerſa, quæ rectam lineam decuſſat: ut ſi linea recta, uerbi gratia, ab ortu ducatur in occaſum, tranſuerſa dicetur, quæ à Septentrione ducta eandem mediā diſſecat. Colum. lib. 2. Sed in arando maximè obſeruandum eſt, ut tranſuerſus mons ſulcetur. lib. 4. ad Heren. Ecce tibi iſte de tranſuerſo, Heus, inquit, adoleſcens, pueri tui modo me pulſarunt, ſatis faciat oportet. Tranſuerſum digitum, uel unguem, diſcedere: prouerbialis hyperbole eſt, pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio. Cic. 2. Tuſcu. Ab hac regula mihi non licet tranſuerſum quod aiunt, unguem diſcedere. Tranſuerſus agi dicitur, qui ui & impetu quodam ab inſtituto depellitur. Metaphora ducta à nauigantibus, qui ſecundo uento recto curſu feruntur flatu aduerſo tranſuerſi aguntur. A tranſuerſus fit adiectiuum Tranſuerſarius, quod in tranſuerſum ponitur. Cæſar 2. bell. Ciuil. Tranſuerſaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint. Tranſuerſa accuſatiuus plur. neutr. gen. aliquando aduerbialiter ponitur pro tranſuerſe & oblique. Vergil. 3. Eclog. nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis.

TRANSVLTO, as, (μεταπηδάω) idem quod tranſilio. Liu. 3. bell. Pun. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat.

TRANSVMO, is, {Pigliare, togler altronde} (μεταλαμβάνω) ex alio ſumo. Stat. 3. Thebaid. Lacrymas non pertulit ultra, Bellipotens, haſtam breui tranſumit, & alto (Haud mora) deſilit, &c. Vnde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita dicuntur Tranſumpta & actus ipſe Tranſumptio. Item Tranſumptio figura eſt: quam Græci μετάληψιν uocant, cum ab eo quod præcedit, id, quod ſequitur, paulatim inſinuatur. Verg. 1. Aenei. Speluncis abdidit atris. Nam ex atris intelligimus nigras, ex nigris tenebroſas, ac per hoc in præceps profundas.

TRANSVO, is, {Trappaſſare} (διαῤῥάπτω) ex Trans & Suo: abiecta ultima præpoſitionis litera. Colum. lib. 6. cap. 5. Media pars deſcripti orbiculi eadem ſubula tranſuitur, & facto foramine prædictis radicula inſeritur. Corn. Celſus, li. 7. cap. 24. Cutis acu filum ducente tranſuitur.

TRANSVOLO, las, pen. cor. {Traſuolare} (διαπέτομαι) uolando prætereo. Plin. lib. 10. cap. 29. Perdices non tranſuolant Bœotiæ fines in Attica. Per translationem ponitur pro tráſcurro, uel pro repente accedo, celeriter eo, διατρέχω. Liu. 3. ab Vrb. Eques inter ordines peditum tectus ſe ad equos recipit: tranſuolat inde in alteram partem, ſuæ uictoriæ nuncius. Plaut. in Epid. pro tranſfugio poſuit: Tranſuolauerunt ad hoſtes.

TRAPES,etis, maſcu.gene.& pen.genit.prod.{ *Macina da oglio*} (ἐλαιοτριβεῖον)mola olearia: à τρέπω,uoluo,ſeu uerto. Varro à terendo deducit. Cato cap.18.Trapetibus locum dextra,& ſiniſtra.

TRAPETVM,ti,pen.prod.idem cum ſuperiore,hoc eſt ipſa mola olearia. Vergil.lib.2.Georgic. teritur Sicyonia bacca trapetis. Trapetus,ti,maſcu.gene. idem.ſed antiquè Cato capit.22. Trapetus emptus eſt in Sueſſano nummis quadringentis.Eſt & Trapetum,ti,locus,in quo eſt mola olearia.

TRAPEZA,(τράπεζα,)menſa,ſeu tabula,qua argentarii utuntur.

TRAPEZITÆ,pe.pro.{*Banchieri*}(τραπεζῖται)nummularii,menſarii, τράπεζαν enim uocant Græci,quam nos menſam. Plau.in Capt. Subducam ratiunculam,Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

TRAPEZOPHOROS,phori,(τραπεζοφόρος)menſam ferens.Cic.ad Gallum lib.7.Quod tibi deſtinatas trapezophoron,ſi te delectat,habebis.Vbi interpres,Trapezophoros ſignum erat ſacerdotis cuiuſdam huius nominis,quæ cum alia Coſmo nomine omnia ſacra Mineruæ adminiſtrabant.Hæc ille ad uerbum ex Suida.Iulius Pollux Onomaſtici ſui lib.10.Trapezophoron menſam interpretatur pocula ſuſtinentem.Vnde Cælius coniecturam capit apud Ciceronem hoc nomine ſtatuam ſignificari,in eum uſum factam,ut abacũ ſuſtineret, in quo pocula reponebantur. Vide ipſum lib.7.cap.12.

TRAPEZVS,untis,(τραπεζοῦς)ciuitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadociæ finibus,uaſto monte clauſa,ut eſt auctor Pli.lib.6.cap.4. Ex hac urbe ortum habuit Georgius Trapezuntius,Latinarum Græcarumq́; literarum peritiſſimus:ſed ingraueſcente ætate ità omni memoria deſtitutus, ut utriuſque linguæ prorſus obliuiſceretur.

TRASTMENVS,pen.pro. ſiue Thraſymenus, {*Lago di Perugia*} (θρασυμενός)lacus eſt in agro Perusino,nobilis clade Flaminii Conſulis,ab Annibale cum XXIII.Romanorum millibus interfecti. Dictus Traſymenus à Traſymeno puero,quem Agylla nympha rapuiſſe dicitur.

TRAVIO,as,{*Trauiare,trapaſſare*}antiquũ uerbum eſt,quo uſus eſt Lucre. li.4.pro tranſeo,διαβαίνω.Qualia ſunt(inquit)uitri ſpecies quæ trauiat omnia.

TRAVLI,{*Balbi*}(τραυλοί)à Græcis dicuntur,quos nos balbos & blæſos dicimus. Vndè uerbum τραυλίζειν,quod eſt balbutire,& τραυλισμός,ipſa balbuties.Lucr.lib.4. Magna atque immanis cataplexis,plenaq́; honoris:Balba loqui non quit,τραυλίζει:muta, pudens eſt.

TREBIA,(τρεβίας)fluuius eſt prope Placentiam in Gallia Ciſalpina,ex Apẽnino monte in Padum fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit.Lucan. libr. 2. quòd non in Punica nati Tempora Cannarum fuimus,Trebiæq́; iuuentus.

TREBIATES,Vmbriæ populi, in quarta Italiæ regione: quorum meminit Plin.lib.3.cap.14.Iidem & Trebiani dicuntur.Suet.in Tiberio.Iterum eo cenſente, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre concederetur,obtinere non potuit.

TREBELLICVM uinum,{*Vin Trebbiano*}à Pli.li.14.ca.6 inter generoſa Italiæ uina cõmemoratur.Naſcebatur aũt in Cãpania quarto lapide à Neapoli.

TREBVLA.(τρεβύλα)oppidum fuit in Sabinis,cuius incolæ dicti ſunt Trebulani:quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præſtantiſſimi ſiebant caſei,qui Trebulani dicti ſunt. De quibus Martialis: Trebula nos genuit,commendat gratia duplex,Siue leui flamma,ſiue domamur aqua.

TRECENTI,tæ,ta.(τριακόσιοι)nomen numerale idem ualens quod ter centum.Verg.7.Aen.Sexcentos illi dederant Populonia mater Expertos belli iuuenes aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

TRECHEDIPNI,(τρεχέδειπνοι)à Græcis dicebantur,qui tardius ad cœnam conueniebant,ut ex Apollodoro annotauit Cælius li.27.ca.24.Quę uox κατ᾽ἀντίφρασιν,ut uidetur,eſt impoſita.cum ad cœnam currentes uideatur ſignificare. Hinc ueſtes quaſdam cœnatorias nonnulli Trechedipna à Iuuenale putant appellari Saty.3.Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna Quirine.

TRECENI,pe.pro.(τριακόσιοι)idem quod ter centum.Liu.1.bel. Mace. Attalus trecenos tantum milites in præſidium, Rhodii quadriremem unam, cum ad Tenedum ſtaret,miſerunt.

TREDECIES,aduerb.(τρισκαιδεκάκις)pro ter decies.Cic.5.Ver.Tu ex pecunia publica H-S.tredecies ſcribam tuum permiſſu tuo cum abſtuliſſe fateare, reliquam tibi ullam defenſionem putas eſſe?

TREMEBVNDVS,a,um,{*Tremente,timido,pauroſo*}(περίτρομος)abundè tremens. Auctor ad Heren.lib.3.Sin erit ſermo,in uocatione leuiter,& tremebunda uoce cum parua ſignificatione riſus. Ouid.4.Meta.Dum dubitat,tremebunda uidet pulſare cruentum Membra ſolum.Hinc Tremebundior,comparatiuum.Colu.lib.10.Candidus efforta tremebundior ubere porcæ.

TREMEFACIO,is.{*Far paura*}(ἐλίσσω)tremorem incutio. Verg.2.Aen. Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor. Tremefacta libertas.id eſt,concuſſa,dixit Cicero 2.Offic.Idem 1.de Diuina. ex Poeta quopiam uetuſto: Aut cum ſe grauido tremefecit corpore tellus. Verg.6. Aen. Fixerit æripedem ceruam licet,aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

TREMISCO,is,{*Hauer paura*}(τρέμω)tremore concutior. Verg.li.3.Aen. uaſtoſq́; ab rupe Cyclopas Proſpicio: ſonitumq́; pedum,uocemq́; tremiſco. Oui. 14.Meta.Perq́; dies multos latitans,omnemq́; tremiſcens Ad ſtrepitum, mortemq́; timens,cupidusq́; moriri. Hinc Contremiſco & Pertremiſco,compoſita.quorum ſignificata explicata ſunt ſupra ſuis locis.

TREMO,is,{*Tremare*}(τρέμω, τρομέω)tremore concutior. Plau in Aſin.Nõ placet,pro monſtro eſt,quoniam qui ſudat,tremit. Teren.in Eun.Totus Parmeno tremo,horreoq́;,poſtquam aſpexi hunc. Verg 1.Georg.Terra tremit, fugere feræ:& mortalia corda Per gentes humilis ſtrauit pauor. Ci.2. Acad. Vt ſi qui tremerent,& exalbeſcerent,uel id,ſi per ſe motu mentis,aliquo,uel &c. Interdum ponitur pro timere,φοβεῖσθαι Ver.li.2.Aen.Hic aliud maius miſeris,multoq́; tremendum Obiicitur magis,atque improuida pectora turbat. Tremens,tis,partiicip.Cic.4.Tuſc.Vt ipſum Hectorem,quemadmodum eſt apud Homerum,toto pectore trementem prouocaſſe ad pugnam pœniteret. Tremendus,a,um,(φοβερός)terribilis,timendus. Verg.4.Aene. Maneſq́; adiit,regemq́; tremendum. Huius compoſita ſunt, Contremo,Intremo,& Pertremo: quorum ſignificata uide ſupra ſuis locis.

TREMOR,oris,{*Tremare,hauer paura*}(τρόμος, παλμός)concuſſio,corporis,qualis in febrientibus,frigentibus,aut timentibus cernitur. Quin & terra tremere dicitur,cum terræmotu concutitur. Verg.lib.2.Georg. Vnde tremor terris,qua ui maria alta tumeſcant Obicibus ruptis.Ci.4.Tuſc.Ex quo ſit, ut pudorem rubor,ſic terrorem pallor,& tremor, & dentium crepitus conſequatur. Ouid.3.Metam. attonitos ſubitus tremor occupat artus.

TREMVLVS,a,um,(τρομώδης, τρομητός)qui ualde tremit. Teren.Eunuc. Incuruus,tremulus,labiis demiſſis, Mart.lib.9.Nunc anus, & tremulo uix accipienda tribuli Cic.1 de Diui.Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus Horat.4. Carm Ode 13. fis anus, & tamen Vis formoſa uideri. Ludiſq́; & bibis impudens. Et cantu tremulo pota cupidinẽ Lentum ſolicitas. Verg.8. Eclog. Aſpice.corripuit tremu lis altaria flammis Sponte ſua.

TREPIDO,das,pen cor.{*Temere*}(τρέω,φοβοῦμαι,σπεύδω) uehementer timeo,præ timore loco ſubſiſtere non poſſum. Terent.Hecy.Trepidari ſentio curſari ſurſum prorſum. Terent.in Eunuch.Quid eſt quod trepidas? ſatis'ne ſalue? dic mihi.Cic.3.de Orat.ex poeta quopiam antiquo. At Romanus homo, tamen etſi res bene geſta eſt,Corde ſuo trepidat.Verg.6. Aene.Vt uidere uirum fulgentiaq́; arma per umbras Ingenti trepidare metu: pars uertere terga, &c. Pro trepidabant. Et quoniam à timentibus omnia præpropere aguntur factũ eſt,ut Trepidare accipiatur pro feſtinare,σπεύδειν. Ver.lib.4.Dum trepidant, alæ,ſaltuſq́; indagine cingunt. Trepidatio,onis,uerbale,(φόβος, τρόμος)trepidandi actus.Cic.pro Deiota. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? Liu. 2.ab urb.Pilis inter primam trepidationem abiectis.

TREPIDVS,da,dum,{*Pauroſo,timido*}(περίφοβος)idem quod pauidus, timens.Liu.2.ab urb At uerò curia mœſta,ac trepida ancipiti metu. Trepida res,dubia,et ob hoc timorẽ inducens.Liu.1.ab urb.Tullius in re trepida duodecim uouit Salios. Verg.12.Aene.Ille intus trepidæ rerũ,per cerea caſtra Diſcurrunt. Vbi Seruius. Trepidæ rerũ,neſcientes quid agãt,ignaræ auxilii,incertæ,dubiæ.Trepidus feſtinus,quod qui timent,feſtinent greſſus. Verg li.3.Hic me,dũ trepidi crudelia limina linquunt,Immemores ſocii uaſto Cyclopis in antro Deſeruere.Seruius.Trepidi,feſtini,ut per timorem,non per contẽptũ relictus fuiſſe uideatur:qui n. timent,feſtinant greſſus Luc.li 8. rapitur trepida fugiente carina. Vbi carinam Trepidam uocat aut propter timorem illorum qui in ea uehebantur,aut trepidam.i.celerem.Hæc ille. Trepidulus,diminutiuum, ὑπότρομος Gell lib.2.cap.29. Atque ubi rediit.Caſsita,pulli trepiduli circumſtrepere, orareq́; matrem &c.Hinc Trepidè aduerb.celeriter,& quaſi per timorem.Liu. lib.10.ab Vrb.Nam & ſtatiua trepide deſerta fuerant.Et Trepidanter,timidè. Suet in Clau.Cæſ.cap.49.Quod ut ſenſit,trepidanter effatus,&c.

TREPONDO,(τρίλιτρον) trium librarum pondus. Quintil.lib.1.cap.9. Nam dua,& tre,& pondo diuerſorum generum ſunt barbariſmi: at duapondo,& trepondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt,& rectè dici Meſſala confirmat.

TRES,& hæc Tria,plu.num tantùm,(τρεῖς καὶ τρία)nomen numerale eſt notæ ſignificationis. Verg 5. Aenei.Tres equitum numero turmæ,terniq́; uagãtur Ductores. Idẽ 8. Aene.Treis imbris torti radios,treis nubis aquoſæ Addiderant rutili treis ignis,& alitis Auſtri. Trium literarum homo.i. Fur:q́; tres in ea dictione tãtũm ſunt literæ. Plaut Aulul. Tu trium literarum homo Vituperas me? Tribus uerbis i.breuiter. Plautus Trinum. Pax,te tribus uerbis uolo. S.uel trecentis. Idem Milite: Breuin',an longinquo ſermone? M.tribus uerbis.

TRESSIS & hoc Treſſe,(τριοβολιαῖος)uilis & minimi precii, quaſi trium aſſium Perſi.Saty.5.Non treſſis agaſo.

TREVIRI,(τρήβιροι Ptolemæo)populi Galliæ,inter Belgas ad Moſellam fluuiũ,Leucis & Mediomatricibus finitimi uetuſti ſane,nomẽq́; retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ: apud quos inſignis olim cognoſcẽdarum cauſarum, populi Romani curia,Treuirorum cognominata. Cuius in Floriano meminit Vopiſcus Lucan.lib.1.Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir.

TRESVIRI,orum,(τρεῖς ἄνδρες)iidem qui Triumuiri,de quibus ſuo loco. Plau.in Amph.Quid faciam nunc ſi Treſuiri me in carcerem compegerint.

TRIAMBI,inquit Feſtus dicebantur qui terni ex proſcenio loquebantur.

TRIANGVLVS,li,pen.cor.{*Triangulo,tricantone, coſa da tre cantoni*}figura eſt tres angulos habens,quàm Græci τρίγωνον uocant. Cic.2. de Natur. deo.Grues cum loca calidiora petentes maria tranſmittunt,trianguli efficere formam.Hinc Triangulus,a um,quod triangularem figuram habet. Col.lib.5.ca.2.Eſto ager triangulus,pedum quoquouerſum trecentorum.

TRIARCHVS,(τρίαρχος)nauis triremis præpoſitus,ab archos princeps.

TRIARII,orum,(οἱ ἐπὶ τρίτης μοίρας,οἱ ἐφεδρεύοντες,ὁ αἰ τεταγμένοι τριάριοι Polyb.)dicebantur milites ueterani,ſpectatæ uirtutis,qui in tertio loco prælium inibant,poſt profligatos haſtatos,qui primo loco,& principes, qui ſecundo loco pugnam capeſſebant.Ita enim apud Romanos, teſte Liuio lib.1. ab Vrbe, acies inſtruebatur,ut primo loco hoſtes aggrederentur,manipuli haſtatorum ex flore iuuenum pubeſcentium collecti:qui ſi hoſtem propulſare non poſſent, ſenſim retrocedentes à principibus ſcutatis, quos Antepilanos uocabant, in interualla ordinum recipiebantur,principeſq́; in eorum locum ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſequebantur. Si à principibus quoque non ſatis feliciter eſſet pugnatum,à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoq́; agmine facto, iam nulla ſpe poſt ſe relicta,unà omnes in hoſtem procedebant. Hinc factus eſt locus prouerbio,ut cum in re aliqua laboratur,eoq́; res adducta eſt, ut extremo conatu,ſummiſq́; uiribus ſit entẽdum,rem ad Triarios rediiſſe dicamus. Triarii(inquit Varro)dicti ſunt,quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerentur. Plau. Agite nunc ſubſidite omnes quaſi ſolent triarii. De his uide plura apud Liu.1.Dec.lib.8.& apud Eraſmum in Adagiis.

TRIBACES.(τρίβακες)uiri attriti flagris,nam τρίβω eſt tero.

TRIBADES.(τριβάδες)mulieres fricatrices, quæ portentoſo coitus genere in ſexum ſuum libidinem exercent. ἀπὸ τοῦ τρίβειν,quod ſignificat fricare. Hoc nomine male audiuit Sappho,ſiue illa poetria fuit,ſiue fidicina: quod non obſcure innuit. Ouid.in Epiſt. ipſius ad Phaonem.

TRIBALLI,(τριβαλλοί)populi ſunt inferioris Mœſiæ,inter Hæmum mõtem,& Danubium flumen ſiti.ut eſt autor Ptolemæus lib.3.cap.5.

TRIBOCI,Galliæ Belgicæ populi, inter Rhenum & Vogeſum montem incolentes,non procul à Rauracis,quem tractum hodie incolunt Alſatii.

TRIBRACHVS, pen. cor. ſiue Tribrachys, (τρίβραχυς) pes metricus ex tribus ſyllabis breuibus conſtans: unde et nomen habet: quaſi τρεῖς βραχεῖς ἔχων συλλαβάς: ut, Dominus, Loquens, Agimus.

TRIBVLA, læ, & Tribulum, li, {Ridicolo} (τρίβολος) genus uehiculi, quo frumenta in area teruntur, a tribus lateribus ſic appellatum. Verg. lib. 1. Georg. Tribulaq́; traheæq́; & iniquo pondere raſtri. Varro lib. 1. cap. 52. E ſpicis in area excuti grana quod ſit apud alios iumentis iunctis, & tribula. Colum. libr. 2. cap. 21. Et ſi pauca iuga ſunt adiicere tribulam & traham poſſis, quæ res utraque culmos facillime comminuit.

TRIBVLIS, gen. maſc. pen. pro. (φυλέτης) qui ex eadem eſt tribu. Horat. 1. Epiſt. 13. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Cic. Seruio libr. 13. Lucio Coſſinio amico, & tribuli tuo ualde familiariter utor. Liu. 2. ab urb. Vetus Claudia tribus, additis poſtea nouis tribulibus, qui ex eo uenirent agro, appellata. Marti. lib. 9. Nunc anus, & tremulo uix accipienda tribuli.

TRIBVLO, (θλίβομαι) uerbum eſt Eccleſiaſticis ſcriptoribus familiare pro affligere, ſeu opprimere: & Tribulatio, (θλίψις) pro oppreſſione, anguſtia, anxietateque. ſignificationes tractæ uidentur a tribulo inſtrumento ruſtico, quo frumenta olim terebantur: aut certe a tribulo herba acutiſſimis ſpinis infeſta: aut (ut alii malunt) a ſtimulo ferreo, formæ tetragonæ, qui quancunque in partem incubuerit, aculeum ſemper infeſtum protendit. Aliter hoc uerbo utitur Cato de Re ruſt. ca. 23. de muſti medicatione loquens. Si (inquit) indideris defrutum aut marmor, aut reſinam, dies uiginti permiſceto crebro, tribulatoq́; quotidie. Quo tamen in loco non deſunt qui Turbato, rectius legi poſſe exiſtiment.

TRIBVLVS, li, pen. cor. {Triolo} (τρίβολος) herba eſt foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus uiticulis in terra ſtratis, ſpinis ſecundum folia rigidis & praduris. Naſcitur ſecundum flumina, & in locis ruderoſis. Ver. 1. Geor. Lappæq́; tribuliq́;, interq́; nitentia culta Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Eſt & alterum tribuli genus aquaticum, non niſi in amnibus naſcens, coma duntaxat aquis extante, folio ulmi effigie, pediculo longo, caule cacuminibus craſſiore, quàm partibus in humore contentis. Tribulos item uocat Vegetius lib. 3. ſtimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello aduerſus equitatum ſpargi ſolent, in quodcunque latus incubuerint, infeſtum ſemper aculeum protendentes Latini Murices appellant. Vide ſupra in dictione Murex.

TRIBVNAL, alis, pen. prod. {Tribunale} (δικαστήριον, βῆμα) locus excelſus arcuata figura, in quo reſidebat, qui ius tribubus redderet. Cice. ad Qu. fratrem lib. 1. Nullius inopiam, ac ſolitudinem non modo illo populari acceſſu, ac tribunali, ſed ne domo quidem tua, & cubiculo eſſe excluſam. Formam autem tribunalis uide apud Vitruuium lib. 5. cap. 1.

TRIBVNATVS, us. {Tribunato, dignità di tribuno, e di magiſtrato} (δημαρχία) ipſa Tribunorum dignitas. Cic. in Lælio. De Caii autem Gracchi Tribunatu quid expectem, non libet augurari.

TRIBVNI, {Tribuni} (δήμαρχοι, δημαρχοι) magiſtratus Romæ, non diſſimiles iis, qui apud Lacedæmonios Ephori dicebantur: quorum officium erat iniuriam omnem interceſſione ſua prohibere, & commoda plebis aduerſus patritios tueri: unde & Tribuni plebis dicti ſunt: anno X V I I. poſt exactos reges primum creati, cum plebs ſeceſſione facta a patribus, in ſacrum montem ſeſe contuliſſet. Fuerunt & alii Tribuni, hiſce multo uetuſtiores, atque adeo urbis origini æquales, qui quod equitibus præerant, Tribuni celerum ſunt appellati. Tribunorum autem nomen accepiſſe exiſtimantur ab eo, quod id temporis populi tres tantum erant partes, & ex ſingulis ſinguli creabantur Tribuni. Alii a centuriarum equeſtrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tantum fuiſſe conſtat Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum. Nec deſunt qui a tributum ſuffragiis, quibus creabantur, dictos exiſtimant. Tribuni celerum, inquit Pomponius de Orig. iur. l. neceſſarium, equitibus præerant, & ueluti ſecundum locum à regibus obtinebant: quemadmodum Magiſtri equitum apud Dictatores. quo in numero fuit Iunius Brutus. Poſtea facti ſunt Tribuni militares, ſiue Tribuni militum in caſtris, qui parem cum Conſulibus haberent poteſtatem χιλίαρχοι. Tribunorum militarium (ſicut docet Aſconius) duo fuerunt genera: Alii Rufuli dicebantur, qui in exercitu creari ſolent. Alii Comitiati, qui Romæ comitiis deſignabantur. Tribuni militaris officium erat, ut miles iuſte indutus, armis bene munitus, exercitationis uſu, & diſciplina eruditus incederet. Olim Tribuni militum Cōſulari poteſtate promiſcue ex patribus, ac plebe creati ſunt, uario quidem numero: interdum enim uiginti, interdum plures, nonnunquam pauciores fuerunt: ut inquit Pomponius loco iam citato. Tribuni militum, inquit Budæus, fortaſſe dici hodie poſſunt, quos Mareſcalcos uocamus, qui præfecti ſunt militum. Alii Tribuni ærarii, dicti, ab eo quod iis attributa erat pecunia, quam militi reddebant. Tribuni ærarii, inquit Budæus, hodie dicuntur quos generales receptores uocant.

TRIBVNITIVS, ſubſtantiuum, (ὁ δημαρχήσας) qui Tribunatum geſſit, quemadmodum Aedilitius, qui Aedilitate perfunctus eſt.

TRIBVNITIVS, tia, tium, (δημαρχικός) quod ad tribunos pertinet. Salluſt. Nam poſtquam Cn. Pompeio, & M. Craſſo Conſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt Luca. lib. 2. Truncos lacerauit Fimbria Craſſos: Sæuus tribunitio maduerunt robora tabo. Cic. 2. de Orato. Cum tribunitia poteſtas eſſet conſtituta.

TRIBVO, buis, bui, butum, {Dare} (δίδωμι) do, largior, impertio. Plin. in Panegy. Tribuas ei ſucceſſorem. Ouid. 2. de Arte: Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ. Ponitur aliquando pro attribuo, imputo, ἀπονέμω, προσνέμω. Cice. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum eſt. Aliquando capitur pro æſtimo, (τιμάω) ut, Tu tibi multum tribuis. Cice. 4. Acad. Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat. Aliquando pro fauco, & in aliquem propenſus ſum, ἀπονέμω. Cicero Craſſipedi. Quum uniuerſo ordini publicanorum ſemper libentiſſime tribuerim. Ponitur interdum pro diſtribuere, διαιρεῖν, μερίζειν. Cice. 2. de Finib. Omnem uim loquendi, ut iam ante Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere. Tribuere miſericordiam, eſt miſereri. Cice. pro Milon. Quid reſtat, niſi ut orem, obteſterq́; uos Iudices, ut eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo uiro, quam ipſe non implorat? Sic etiam dicimus, Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmam, præmia, primas, priores partes, tempus alicui rei, ueniam. Legenti bonos autores exempla paſſim occurrent. Tribuere aliquid ualetudini, eſt ualetudinis cauſa nonnihil ab inſtituti noſtri curriculo deflectere, aliquidq́; eius cauſa facere, quod alioqui facturi non eramus. Tributum eſt, impersonaliter. Cice. 1. Offi. Generi animantium omnium a natura tributum eſt, ut ſe, uitam, corpusq́; tueatur. Tributio, onis, uerbale, actus tribuendi. Cicer. 1. de Natu. deor. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt, æquabilem tributionem. Huius compoſita ſunt Attribuo, Contribuo, Diſtribuo, & Retribuo: de quibus ſuis locis.

TRIBVS, bus, {Tribu} (φυλή) a tributo dādo, uel quod ager Romanus, primo diuiſus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ una Tatienſium, a Tatio Sabinorum duce iam amico poſt fœdera, & in partem regni a Romulo ſuſcepto: alia Ramnium, ſiue Ramnenſium, a Romulo, tertia Lucerum a Lucumone. Varro enim ſcribit Romulum dimicantem contra Tatium a Lucumonibus, hoc eſt, Tuſcis auxilia poſtulaſſe: unde ex iis, qui ſibi cum exercitu ſuppetias tuliſſet recepto iam in regni portionem Tatio, partem urbis aſſignaſſe, indeq́; regioni, in qua ille cum Tuſcis conſediſſet, Tuſco uico nomen eſſe factum. Et quia in tres partes populus diuiſus erat, factum eſt, ut hæ populi partes Tribus dicerentur: & qui ſingulis tribubus præerant, Tribuni, & pecuniæ quæ tributim, hoc eſt, per tribus imperabantur, uocarentur Tributa. Sed poſtea aliæ quoque partes urbis factæ, quæ ſimiliter Tribus appellatæ ſunt. Nam in ſex partes fuit diſtributa ciuitas, in primos, ſecundosq́; Tatienſes, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ ſunt. Hæc Varro, Feſtus, Plutarchus, & Aſconius. Diſſentit paulum ab his lib. 1. Liuius ſcribens a Romulo centurias equitum tres fuiſſe conſcriptas, Ramnenſes, & Tatienſes, & Luceres: nec uidetur exiſtimare totum populum in hos fuiſſe diſtributum, ſed ſolos equites. Tribus autem ſtatim ab initio quatuor eſſe factas aſſerit, urbe quadrifariam ſecundum colles & regiones diuiſa. Tribusq́; non à numero ternario, ſed a conferendo tributo appellatas exiſtimat. Qua in re optime cū Liuio conuenit Plinio, qui quatuor ab initio urbanas fuiſſe tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita appellatas a partibus urbis, in quibus habitabant. Cice. uero ætate urbs in X X X V. tribus erat diuiſa: quod ipſe cum pleriſque aliis in locis, tum apertiſſime oſtendit in orationibus cōtra Rullum de Lege agraria. Harum nomina erant, Aemylia, Amenſis, Cornelia, Claudia, Collina, Cruſtumina, Exquilina Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Metia, Narnienſis, Otraculana, Vfentina, Palatina, Papyria, Pollia, Poplia, Pōtina, Publicia, Pupinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Tromentina, Velina, Veientina, Veturia & Voltinia. Hinc Tribuarius adiectiuum quod ad tribus pertinet: ut Tribuarium crimen, Tribuaria res. Cicero pro Plancio: Itaque hæſitantem te in hoc ſodalitiorum crimine tribuario ad communem ambitus cauſam te contuliſti.

TRIBVTARIVS, (ὑπόφορος, ὑποτελής) qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Iuſtinus lib. 1. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. Plin. libr. 12. cap. 1. Et iam ad Morinos uſque peruecta, ad tributarium etiam pertinens ſolū, ut gentes uectigal & pro umbra pendant.

TRIBVTIM, aduerb. {Per tribu} (κατὰ φυλάς) per ſingulas tribus. Cic. Attic. lib. 4. Populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat.

TRIBVTVM, ti, {Tributo} (εἰσφορά, τέλος, φόρος) a tribubus Varro dictum oſtendit, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim a ſingulis pro portione cenſus ſoluebatur. Feſtus a tribuendo deriuare uidetur. Tributum (inquit) dictum eſt, quia ex priuato in publicum tribuitur. Cice. 2. Offi. Danda etiam eſt opera, ne, quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemq́; bellorum, tributum ſit conferendum. Ouid. de Nuce: Felix, ſecreto quæ nata eſt arbor in agro, Et ſoli domino ferre tributa poteſt. Dicitur & Tributus. Plaut. in Epid. Tributus maior penditur.

TRICA, aut potius Tricca per duplex c, (Τρίκκη Stephano) urbs Theſſaliæ, nō procul a ſinu Pagaſico, id nominis ſortita a Tricca Penei filia. Fuit & Trica alia in Apulia Dauniorum, quam cum Apina uicino oppido tanta Diomedes ignominia euertit, ut in prouerbii ludibrium transferint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriam oſtendere uolumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione Apina.

TRICÆ, {Intricamenti} (τριχώματα) capilli pedibus pullorum gallinaceorū inuoluti, ita dicti quaſi τρίχες: teſte Nonio: qui quoniam greſſum illorum impediunt, factum eſt, ut omnia impedimenta Tricæ uocentur. Turpilius Demiurgo, ut citatur a Nonio. Iudicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. Varro γέροντα διδασκαλία apud eundem Nonium: Putas eos non citius tricas Atellanas quam id extricaturos. Hinc Intricare dictum eſt, pro eo quod eſt inuoluere, & implicare, ut annotauit idem Nonius, citans Afranium in Epiſt. Ita intricauit huius hanc rem temeritas. Item Extricare pro explicare. Plautus Epidico: Aliqua ope exoluam, extricabor, aliqua inde ex impedimentis liberabor. Tricas item accipimus pro nugis, & rebus nihili. Plaut. Rudent. Eloquere propere, celeriter. L. nummos trecentos. G. Tricas. In qua ſignificatione etiam Tricas & Apinas dicimus, prouerbiali nimirum metaphora res uiliſſimas ſignificantes. Mart. lib. 14. Sunt Apinæ, Tricæq́;, & ſi quid uilius iſtis. Ortum creditur prouerbium a duobus Apuliæ oppidis hiſce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio euertit. Plin. lib. 3. cap. 11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq́; & urbes duas, quæ in prouerbii ludicrum uertere, Apinam, & Tricam. Vide Eraſmi Adagia.

TRICENI, æ, a, plu. num. (τριάκοντα) idem quod triginta: quaſi Trigeni, g, in c, mutata, ea forma, qua Vicenos dicimus pro uigenis. Plin. lib. 9. cap. 36. Latent ſicut murices circa Canis exortum tricenis diebus. Tricenæ amphoræ. Colu. lib. 3. cap. 3. At ſi qui cum ſcientia ſociauerint diligentiam, non ut ego exiſtimo tricenas uel quadragenas certe: ſed ut Græcinus minimum computans licet, inquit, amphoras uicenas percipient ex ſingulis iugeribus. Tricenarius, a, um. ut, Vites Tricenariæ. Varro lib. 2. cap. 2. Nonne item in agro Fauentino, a quo tibi tricenariæ appellantur uites, q̃ iugerum tricenas amphoras reddat? Tricenteni, pen. pro. idem quod Treceni Colum. lib. 5. cap. 2. Quoniam ſex latera ſunt, quæ conſummata fiunt duo millia trecentena & quadraginta.

TRICEPHALVS, pen. cor. (τρικέφαλος) idem quod triceps, hoc eſt, tria habens capita: unde Cerberus a poetis Græcis hoc epitheto inſignitur.

TRICEPS, (τρικέφαλος) trium capitum Seneca in Hercule furente: Tricipitem ſecum beluam manibus trahens. Cice. in Orato. Quid in uerbis iunctis? q̃ ſcite inſipientem, non inſapientem: iniquum, non inæquum: tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tuſcu. Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos cer-

brus' Ouid. 8. Metam. Tuq; triceps Hecate.

TRICESIMVS, a, um, pen. cor. (τριακοστός) ultimus ex triginta. Cic. ad Att. lib. 6. Triceſimo quoque die. Plin. lib. 17. cap. 23. Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce uetantur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. Hodie triceſima ſabbata.

TRICHIAS, (τριχίας) piſcis eſt ex genere ſaxatilium bis quotannis pariens. Quidam Sardam interpretantur. Plin. lib. 9. cap. 51. Piſcium autem lupus & trichias bis anno pariu, & ſaxatiles omnes. Idem lib. 9. ca. 15. Intrantium Pontum ſoli non remeant trichiæ.

TRICHIASIS, (τριχίασις) morbus mammarum, qui in lactantibus mulieribus prouenit ex pilis hauſtis. Hoc item nomine dicitur rima circa ſpinam, in longum producta, ſed adeo exilis, ut uiſum fugiat: quæ non raro mortem affert.

TRICHILA, orum, (τρείχειλα) nonnulli interpretantur uaſa, tria habentia labra, è quibus liquor effluere poſſit. Quod ſi uerum eſt, penultima debebit produci, utpote quæ ei, diphthongo ſcribatur. Columella tamen corripit, libr. 10. ſic ſcribens. Tum modo dependens trichili, modo more chelydri Sole ſub æſtiuo gelidas per graminis umbras Intortus cucumis, prægnansq; cucurbita ſerpit.

Aut igitur Columella uocalem præpoſitiuam è diphthōgo abiecit, aut aliud quærendum eſt uocis huius etymon. Apud Cæſarem de Bell. Pompeiano, Trichilon accipi uidetur pro ueſtis ſtragulæ genere tenuiſſimo: quod & annotauit Cælius Rhodiginus lib. 18 cap. 11. qui uocis eius originem ἀπὸ τῶν τριχῶν repetit. Verum hoc Columellæ loco iam citato nullo modo conuenit.

TRICHITIS, tis, (τριχῖτις) aluminis genus, quod alio nomine Schiſton à quibuſdam appellatur, in capillamenta quædam tenuia dehiſcens: unde trichitidis nomen accepit. Vide Pli. lib. 35. cap. 15.

TRICHOMANES, (τριχομανές) herba eſt, filici ſimilis, ſed minor, quam Capillarem herbam Romani luxuria capillitii officinæ Polytrichon appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

TRICHRVS, (τρίχρουν) gemmæ nomen, a tribus coloribus impoſitum, quos reddit coti attrita. Pli. lib. 37. ca. 10. Trichrus ex Africa eſt: ſed tres ſuccos reddit. à radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.

TRICIES, aduerb. (τριακοντάκις) triginta uicibus. Liu. 8. bell. Pun. Pecuniæ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octoginta millia æris. Cic. 3. Verr. His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ H. S. ad tricies litem eſſe æſtimatum.

TRICLINIARIA, orum, (τὰ τοῦ τρικλινίου περιστρώματα) aulæa, ſiue ueſtes ſtragulæ, quibus triclinia ornantur, Cic. lib. 9. cap. 29. Qua purpura quis non iam tricliniaria facit? Varr. 1. de Re ruſt. cap. 13. Qui elaborant, ut ſpectent ſua æſtiua tricliniaria ad frigus orientis.

TRICLINIARIVS, a, um, & Tricliniaris, & hoc, re, (τρικλινιακός) quod ad Triclinium pertinet: ut, Mappæ tricliniares, & Lecti tricliniares. Plin. lib. 37. cap. 2. Lectos tricliniares tres, &c.

TRICLINIVM, nii, (τρικλίνιον) Latine diſcubitoriū cōclaue dici pōt. Erat .n. locus, in quo diſcūbebant, & cœnabant, a tribus lectis, quos in eo ſternebant, nomen habens. Nam tres menſas in conuiuio apponere ueteres ſolebant, & cubātes cœnare. Hinc Horat. 1. Serm. Sat. 4. Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos, E' quibus unus auet quauis aſpergere cunctos, Præter eū qui præbet aquā. Iuue. Sat. 5. Ergo duos poſt Si libuit menſes neglectum adhibere clientem, Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto, Vna ſimus, ait. Ex quibus Iuuenalis uerbis apertiſſimum eſt, Triclinium diſcubitorium tribus fuiſſe inſtructum lectis, atque inde nomen accepiſſe. Et quāuis τρικλίνιον ſit dictio mere Græca, ita tamen recepta eſt in Latinam coloniam, ut ea utamur, tāquam Latina. Quintilianus: Vix eo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit. In eadem ſignificatione Cicero Conclauis uocabulo uſus eſt, eandem cū Fabio referens hiſtoriā, lib. 3. de Orat. Hoc interim (inquit) ſpatio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas concidit Quinetiam Vitruu. li. 4. manifeſte triclinia inter concluium genera annumerat: In tricliniis, inquiens, cæteriſq; conclauibus maximus eſt uſus luminum. Aliquando Triclinium accipitur pro ipſis lectis, & reliquo diſcubitus apparatu. Cic. 4. Verr. In foro ſibi triclinium ſtrauerat. Quod explicans paulo poſt ſubdit: Imperauit, ut in foro ſibi medio lecti ſternerentur. A' triclinio dictus eſt Architriclinus, triclinii præfectus, cui inſtruendi ornandiq; triclinii cura incumbit.

Legitur & Biclinium apud Plautum in Bacc. pro cœnaculo duobus tantum lectis inſtrato. Græci δικλίνιον appellant.

TRICOLON, pen. prod. (τρίκωλον) a Græcis dicitur, quod nos Trimembre uertere poſſumus. Vnde certa quædam Odarum genera, quæ triplici carminis genere ueluti tribus conſtant membris, Tricola dicuntur: cuius generis non pauca ſunt apud Horatium.

TRICONES, {*Faſtidioſi. contentioſi. cauilloſi*} (δυσέριδες) contentioſi, & rixarum peramantes. Vnde Iul. Capitol. in Aelio Vero: Fertur & nocte perpete alea luſiſſe, quum in Syria concepiſſet id uitium: atque intantum uitiorum Gratianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, ut uagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obtecto capite cucullione uulgari uiatorio, & cōmiſceretur cum triconibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet: ſæpeq; afflictum liuida facie rediſſe, ac in tabernis agnitum, quum ſeſe abſconderet.

TRICOCCVS, ci, (τρίκοκκος) genus heliotropii, quod alio nomine Scorpiuron appellant, eo quod ſemen ferat ſcorpionis caudæ non diſſimile, Autor Plin. lib. 22. cap. 21. Apud Dioſc. lib. 1. cap. 138. genus eſt meſpili, buxeæ ſpinæ ſimilitudine, pomum ferens exigui mali magnitudine, in quo tria ſunt oſſicula: a quibus Tricoccus dicta, quaſi Trigama, ſiue Trioſſa.

TRICONGIVS, (τριχόγγιος) cognomen Nouelli Torquati Mediolanenſis, qui geſtis honoribus è Prætura ad Proconſulatum uſque peruenerat. Hic tribus congiis epotis, ſpectante miraculi gratia Tyberio principe, præclarum cognomen ſibi uendicauit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

TRICOR aris, {*Ciancietare*} (λαρῶ, φλυαρῶ, βωμολοχῶ) nugas ago, ineptio. Cic. Att. Brutus Vectenum accuſat: tricatur ſcilicet. Nonnunquam accipitur pro rixari, ἐρίζειν. Idem eidem. Publius tecum tricatus eſt.

TRICORPOR, oris, pen. cor. adiect. (τρίσωμος) habens tria corpora. Verg. 6. Aene. Et forma tricorporis umbræ. Silius lib. 3. Geryonis peteret cum longa tricorporis arua.

TRICVSPIS, dis, pen. cor. adiectiuum, (τρίστομος) quod tres habet cuſpides. Ouid. 1. Meta. Poſitoq; tricuſpide telo mulcet aquas rector pelagi.

TRIDACNA, (τρίδακνα) oſtrea tantæ magnitudinis, ut ter mordenda eſſent: a nomenclatore nepotis cuiuſdam ita primum appellata: ut refert Plin. libro 32. cap. 6.

TRIDENS, {*Tridente*} (τρίαινα) ferramentum tres habens dentes, ſiue cuſpides. Vnde Neptuni ſceptrum Poetæ ab hac forma peculiariter Tridentem appellarunt. Verg. 1. Georg. Magno tellus percuſſa tridenti. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni a gubernaculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpius ictu territi. Inde Tridētifer dictus eſt Neptunus. Oui. 8. Meta. O' proxima terræ Regna uagæ dixi ſortite tridentifer undæ. Tridentiger, pen. cor. idem. Ouid. 11. Metam. Cumq; tridentigero tumidi genitore profundi.

TRIDENTVM, n, Rhætiæ oppidum, ad Atheſim fluuium: in Alpium anguſtiis ſitum: a quo Tridentini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

TRIDVVM, dui, {*Tre di*} (τριήμερία) ſpatium trium dierum: a quo Triduanus, a, um, τριήμερος: ut, Triduanæ induciæ in tres tantum dies pactæ. Pli. Epi. 62. Et qui audire triduo uelint, inueniuntur. Cice. 2. de Legib. Cotta cenſent habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. Idem pro Milon. Clodius reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum.

TRIENNIS, ne, {*Tre anni*} (τριετής) q̄d eſt trium annorum. Hinc trienniū, (τριετία) ſpatium trium annorum. Cice. 4. Verr. Triennium prouinciam obtinuit. Idem ad Q. F. lib. 1. Præclarum eſt enim ſummo cū imperio fuiſſe in Aſia triennium. Ouid. 9. Metam. Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

TRIENS, tis, (τριτημόριον) tertia pars aſſis, hoc eſt, unciæ quatuor. Cice. Att. Dolabellā uideo Liuiæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente, hoc eſt, in tertia parte totius hæreditatis. Erat item Triens nummi genus, ualens tertiam aſſis partem. Iuue. Saty. 3. Nec habet infelix, quem porrigat ore, trientem. Item ſumitur pro calice quatuor continente cyathos. Propert. lib. 3. Quum fuerit multis exacta trientibus hora. Perſ. Saty. 3. Calidumq; trientem Excutit e manibus. Triens item apud Vitruuium accipitur pro tertia pedis parte unde Triētalis materia dicitur, quæ eſt craſſitudine quatuor unciarum, ſiue quatuor pollicum. Nam in menſuris, teſte Budæo, unciæ accipiuntur pro pollicibus. Duodecim ſiquidem pollices conſtituunt pedem.

TRIENTAL, lis, neu. ge. uaſis genus, tertiā partē ſextarii capiens. Perſ. Saty. 3. Calidumq; triental Excutit e manibus. Quo tamen in loco alii legunt Trientē.

TRIENTALIS, herba, (τριτημοριαῖος, βοτάνη) quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, hoc eſt, pollices quatuor.

TRIERARCHVS, chi, maſc. gen. (τριήραρχος) præfectus triremis. Nam a Græcis τριήρης dicitur, quam nos triremem uocamus. Cic. 3. Verr. Qui de te Charidemum Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis, ſeſe cum eſſet trierarchus, &c.

TRIERES, huius trieris, gen. fœm. pen pro. (τριήρης) nauis oblongæ genus eſt, quam Latini a tribus remorum ordinibus Triremem uocant.

TRIETERICVS, a, um, {*De tre anni*} (τριετηρικός) triennalis, ſiue quod tertio quoque anno fit. Hinc Trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi, quæ tertio quoque anno ſumptuoſiora annuis eius Orgiis agitabantur. Inſtituta enim ſunt, quò ex India uictor Liber pater rediſſet, a triennio, quo peregrinatus eſt. Verg. 6. Aen. Vbi audito celebrant trieterica Baccho Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cithæron. Ouid. 6. Metam. Tempus erat, quo ſacra ſolent trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus. Nox trieterica. Stat. 2. Theb. Non hæc trieterica uobis non patrio de more uenit.

TRIETERIS, pen. pro. genitiuo Trieteridis, {*Tre anni*} (τριετηρίς) ſpatium trium annorum. Stat. lib. 4. Theb. Ludus & atra ſacrum recolet trieteris Opheltem. Mart. lib. 6. Aſpicis ut paruus, nec adhuc trieteride plena Regulus auditum laudet & ipſe patrem. Cic. 3. de Natu. deor. Quintum Niſo natum, & Thione, a quo Trieterides conſtitutæ putantur.

TRIFARIAM, aduer. {*In tre parti, e modi*} (τριχῶς) tripertito, tribus modis. Liu. 3. ab Vrb. Trifariam Romani muniebant. Inde Trifarius, ria, rium, (τριφάσιος, τριπλάσιος) triplex.

TRIFAVX, cis, omn. gen. (τρίγναθος) tres fauces habens: unde peculiari epitheto uocant Poetæ Cerberum trifaucem. Ver. lib. 6. Aene. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.

TRIFERVS, ra, rum, (τριφόρος) quod terquotannis fructus producit. Colu. lib. 5. cap. 10. Omnes etiam biferæ & triferæ. Plin. lib. 16. cap. 17. Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent.

TRIFIDVS, da, dum, pen. cor. (τρίχηλος) quod in tres partes diuidi poteſt. Vnde proprium orbis terræ epitheton eſt, qui in tres diuiſus eſt partes. Flamma trifida, id eſt, fulmen triſulcum. Ouid. 2. Meta. Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. Haſta trifida. Valer. Flac. 1. Argon. Cuſpis trifida Neptuni, tridens Claud. 2. de Rap. Proſer.

TRIFINIVM, (τριορία) dicitur ubi trium agrorum terminus eſt.

TRIFOLIVM, {*Trifoglio*} (τρίφυλλον) herba eſt a tribus foliis quæ in ſingulis habet germinationibus, appellata. Eius tria ſunt genera: ex quibus Minyanthes uocant Græci, quod maiore eſt folio, cui adulto bituminis ui eſt odor: unde Aſphaltion nonnulli appellarunt, in coronarum uſu commendatum. Alterum a folii acumine Oxytriphyllon cognominant. Tertium omnium minimum, in pratis paſſim prouenit. Vide Plin. lib. & cap. 21.

TRIFOLINVM, Campaniæ oppidū fuit, a quo ager Trifolinus dictus eſt, uini non prorſus ignobilis ferax. Iuuen. Saty. 8. Te Trifolinus ager fœcundis uitibus implet. Et Trifolina uitis Mart. lib. 13. Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo. Inter uina tamen ſeptima uitis ero.

TRIFORMIS, me, (τρίμορφος) tres habens formas: ut Canis triformis: Cerberus. Seneca Herc. Oetheo. Diua triformis Hecate. Horat. 3. Carm. Ode 22. Montium cuſtos, nemorumq; uirgo, Quæ laborantes utero puellas Ter uocata audis, adimisq; leto Diua triformis.

TRIFVR, (κλεπτίστατος, τρίφωρ) idem quod furaciſſimus, ſiue eximius fur. Nam particula τρὶς in compoſitione augendi uim habet. Plaut. Non fur, ſed trifur. Sic Trifurcifer dicitur, id eſt, inſignis furcifer.

TRIFVRCVS, adiect. quod tres furcas habet. Colu. lib. 5. cap. 10. Trifurcam maxime ponito, ea extet minime tribus pedibus. Trifurca ſemina, quæ in tres partes furcata ſunt. Col. de Arbo. cap. 20. Semina trifurca maxime ponito: ea extent ſupra terram tribus pedibus.

TRIGA,

TRIGA, trigæ. {*Carro da tre caualli*} (τρίπωλον ἅρμα) uehiculi genus, quod tribus trahitur equis: quaſi triiuga, a tribus equis iunctis. In Pandectis lib. 21. Et ſi triga uenierit, retinenda erit rota: & ſi quadrigæ, adhibeatur.

TRIGAMVS, penul. cor. (τρίγαμος) qui tres duxit uxores: nam γάμος, nuptias ſignificat.

TRIGARIVM, rii, locus iuxta campum Martium, ubi trigarum curulæ certamen fiebat. Plin. lib. ult. cap. 13. Ne equos equidem in trigarius præferri ullos uernaculis animaduerto.

TRIGARIVS, rii, (τριπωλάτης) trigarum agitator. Plin. lib. 28. ca. 17. Ferunt & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare uellet.

TRIGEMINI, tantum pluraliter, (τρίδυμοι) tres uno partu editi. Plinius de Viris Illuſt. Bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Colum. lib. 7. cap. 6. de capel. Parit autem ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

TRIGEMINA, porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horatii exierunt. Liu. Minut. extra portam trigeminam boue aurato donatus eſt.

TRIGEMMIS, me, (τριόφθαλμος) quod tres habet gemmas. Colum. libr. 3. cap. 19. Vallis, & uliginoſi campi ſitu ſerimus etiam trigemmem (ſcilicet malleolum) qui eſt paulo minor dodrante, longior utique ſemipede: is quoque non ab eo trigemmis dictus eſt, quod omnino trium oculorum eſt, quum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quod his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet.

TRIGESIMVS, a, um, pen. cor. (τριακοστός) ultimus ex triginta. Cice. de Senect. Cuius a morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

TRIGINTA, indeclinabile nomen numerale, (τριάκοντα) ter decem. Verg. 3. Aeneid. Inuenta ſub ilicibus ſus Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

TRIGLA, (τρίγλα) genus piſcis, qui a ueteribus mullus uocabatur in præcipuis olim cœnarum delicijs habitus, adeoque ganeonum menſis expetitur, ut ſæpius argenti puri pondere a priuatis etiam Quiritibus emeretur. Apud Romanos etiam hodie Græco nomine Trigla appellatur, amiſſa mulli appellatione. Vide Iouium in libello de Romanis piſcibus.

TRIGLITES, pen. pr. (τριγλίτης) gemma mulli piſcis colorem habens. Autor Plin. lib. 37 cap. 11.

TRIGON, onis, (τρίγων) locus erat in thermis, pilæ ludo deſtinatus, a trigono, hoc eſt, triquetra figura nomen habens. Vnde & minimum pilæ genus, Trigonem, & Trigonalem pilam appellarunt, quod eo in Trigona luſitare ſolebant. Mart. li. 2. Quis lentum ceroma teris, tepidumque trigona. De pila trigonali extat Epigramma apud Mart. lib. 14. Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua ſi neſcis, ruſtice redde pilam. Martial. lib. 12. Captabit tepidum dextra læuaque trigonem.

TRIGONVS, ni, penult. prod. (τρίγωνος) triangulus: unde Trigonus, a, um, triangularis.

TRILINGVIS, gue, {*Trilingue*} (τρίγλωσσος) qui tres linguas habet: uel tribus loquitur linguis. Horat. 3. Carm. Ode 11. Quamuis furiale centum Muniant angues caput eius: atque ſpiritus teter, ſaniesque manet Ore trilingui.

TRILIX, cis, penu. genitiui prod. adiect. (τρίμιτος) quod ex tribus conſtat licijs. Vnde Trilices ueſtes dicuntur, quæ ex tribus licijs uerſicoloribus conſtant. Interdum tamen Trilix accipitur pro triplici, τριπλοῦς. Verg. 3. Aene. Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. Valer. Flac. 3. Argon. Per clypei cædentis opus, partemque trilicem.

TRIMACRVS, (τρίμακρος) pes metricus, contrarius tribracho, conſtans ex tribus longis: ut Virtuti.

TRIMESTRIS, ſtre, {*Di tre meſi*} trium menſium. Plin. lib 7. cap. 15. Et hoc tale, tantundem omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit, & Trimeſtri ſpatio largius.

TRIMETRON, (τρίμετρον) carminis genus ex tribus conſtans menſuris maioribus, hoc eſt, pedibus ſex. unde ſenarios iambicos Trimetros appellamus.

TRIMMA, {*Aſtuto, ſcelerato, prattico*} (τρῖμμα) a Græcis dicitur is, qui a Latinis appellatur Veterator, qui ſ. in re aliqua tritus eſt, et exercitatus, quaſi ἐν πράγμασι τετριμμένος: idque ea forma, qua Latini Scelus dicunt pro ſcelesto. Sic Quintilianus Attrita uſu forenſi ingenia dixit.

TRIMODIA, æ, nomen uaſis tres continentis modios: Colum. Satoriam trimodiam appellat, quod ex ea ſatores iaciunt ſemina, lib. 2. cap. 9. ubi ſic ait. Nonnulli pelle hyænæ ſatoriam trimodiam ueſtiunt, atque ita ex ea cum paulum immorata ſunt ſemina iaciunt: non dubitantes prouentura quæ ſic ſata ſint.

TRIMODIVM, dii, (τρίμοδιον, τριμέδιμνον) quod tres modios continet. Plin. lib. 33. cap. 1. Neque enim aliter potuiſſent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plaut. Menæch. Nunc argumentum uobis demenſum dabo, Non modio, neque trimodio, uerum ipſo horreo.

TRIMORION, (τριμόριον) idem quod dodrans, quod tres contineat aſſis partes.

TRIMVS, ma, mum, {*Di tre anni*} (τριετής, τριετὴς) quod eſt trium annorum. Plau. in Rud. Trima quæ periit mihi, iam tanta eſſet, ſi uiuit, ſcio. Pli. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt. Hinc diminutiuum Trimulus, quo in his duntaxat utimur, teſte Valla, quæ adhuc incrementum capere poſſunt, Vnde puerum trimulum recte dixeris, equum autem aut canem trimum, non trimulum. Sueton. in Veſpaſiano: Trimulus patrem amiſit.

TRIMYXOS, (τρίμυξος) lucerna eſt tribus lucens ellychniis. Nam μύξαι à Græcis & nares dicuntur, & canaliculi, quibus ellychnia inſeruntur.

TRINACRIA, (τρινακρία) inſula eſt maris Tyrrheni, anguſtiſſimo freto ab Italia dirempta, cum qua olim creditur cohæſiſſe: unde Siciliam dictam uolunt à Siciliendo, hoc eſt, abrumpendo. Eadem quoque a triangulari figura dicta eſt Triquetra. Trinacria autem a tribus promontoriis Pachino ſcilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρα ſummitates uocant, uel promontoria. Verg. 3. Aeneid. Sic denique uictor Trinacria fines Italos mittere relicta. Et paulo poſt Intremere omnem Murmure Trinacriam. Hinc Trinacris, (τρινακρίς) patronymicum fœmininum. Ouid. 2. Faſt. Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci. Item Trinacrius, a, um, poſſeſſiuum, τρινάκριος. Siculus. Verg. 3. Aene. Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachini. Iuuenes Trinacrii. Idem 5. Aeneid.

TRINEPOS, pen. cor. genitiuo Trinepotis, (τριτέγγονος) abnepotis filius tertius a nepote: cuius correlatiuum eſt Tritauus, hoc eſt, ataui pater. Vide Inſtitut. Iuſtinian.

TRINOANTES, populi in orientali tractu Britanniæ ad Tameſum fluuiū, ſiue æſtuarium. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

TRINOCTIVM, ctii, (τρινύκτιον) trium noctium ſpatium. Gell. lib. 3. Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a uiro uſurpandi cauſa ex XXII. tabulis deberet. Trinoctialis, le, pen. pro. Mart lib. 12. Sed ipſe diuum Odenſus genitor, trinoctiali Affecit domicœnio clientem.

TRINODIS, de, pen. pro. (τρίκομβος) tres nodos habens: ut, Claua trinodis. Ouid. Epiſt. 4. Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi.

TRINVNDINVM, ni, idem quod tres nundinæ. unde Trinundino promulgari dicebatur, quod tribus continuis nundinis promulgabatur. Erant autē Nundinæ apud Romanos, feriæ ſtatæ, nono quoque die celebrari ſolitæ, eo conſilio inſtitutæ, ut octo diebus ruſtici in agris eſſent, nono autem die in urbem cōmearent, partim ut res ſibi neceſſarias compararent, partim ut plebiſcita, & ſenatuſcōſulta frequentiore populo referrentur: quæ ideo trinundino, hoc eſt, tribus nundinis præponebantur, ne in tanta hominum frequentia promulgata quempiam latere poſſent. Quamobrem lex, teſte Cicerone, iure lata non putabatur, niſi quæ trinundino ante eſſe promulgata. Magiſtratuum quoque candidati, trinundino plebem circuibant, unumquemque manu preſſantes, ſuamque illi dignitatem commendantes. Cic in Epiſt. de Cæſare: Neque ſe iam uelle abſente ſe rationem haberi ſui: ſe præſentem trinundinum petiturum.

TRINVS, a, um, (τρεῖς) idem quod tres ſignificat. Cæſ. 7. bell. Gall. Milites ſigno dato celeriter ad munitionem perueniunt, eamque tranſgreſſi, trinis caſtris potiuntur. Trini, pro Terni, diſtributiue Sueto. in Nero. cap. 56. Detecta conſeſſum coniuratione, pro ſummo numine, trinisque in die ſacrificiis colere perſeuerant. Cice. ad Atti. Tullia mea literas reddidit trinas.

TRIOBOLVS, penult. cor (τριώβολος) tres obolos ualet, alio nomine Hemidrachmium dictum: ſenos enim obolos drachma efficit, ut aiunt Plinius, Pollux, & alii. Trioboli note ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat. Plaut. in Bacch. Negare ſe dedere tibi triobolum. Trioboli homo, nequam, & nullius pretii. Plaut. in Pœnulo: Non ego homo trioboli ſum. Hinc fit Triobolaris, (τριωβολιαῖος) uilis, & pretii trium obolorum.

TRIOCLA, ſiue Triocla, (τρίοκλα Ptolem.) oppidum Siciliæ mediterraneum poſt Meſſanam, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 4. a quo Triocalini populi, a Plinio commemorati lib. 3. cap 4.

*TRIONES {*Boui aratori*} (βόες ἀροτῆρες) ab antiquis dicebantur boues aratores: quaſi teriones, a terendo: aut, ut alii malunt, a terra quaſi terriones. Triones (inquit Varr. lib. 6. de Ling. Lat.) etiamnunc boues appellantur a bubulcis, maxime cum terram arant: e quibus ualentiores dicti glebarii, quod facile glebas proſcindant. Sic omnes, qui terram arabant, a terra Terriones unde, Triones ut dicerentur, detritum. Hactenus Varro. Triones item dicuntur ſeptem ſtellæ, uerſus Aquilonem circulumque hyemalem ſitæ, ſydus illud conficientes, quod Græci Arcton, noſtri Vrſam & Plauſtrum appellant. Cic. 2. de Natu. deo. Altera dicitur eſſe Helice, cuius quidē clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus, Quas noſtri ſeptem ſoliti uocitare triones. Verg. 1. Aene. Arcturum, pluuiasque Hyadas, geminosque Triones.

TRIOPAS, (τριόπας) Theſſalorum rex fuit, pater Meropis, a cuius nomine Cos inſula olim Meropis, ipſique inſulani Meropes ſunt appellati. Autor Stepha.

TRIOPHTHALMVS, (τριόφθαλμος) lapillus, qui in Sicyonia naſcitur, trium oculorum effigiem præ ſe ferens. Plin. lib. 37 cap. 11.

TRIOPIA, æ, (τριοπία, ἡ τριόπιον Stephan.) Cariæ oppidum, ad fines Doridis ſitum, ita dictum a Triopa Eriſichthonis patre. Vide Stephanum, & Plin. lib. 5. cap 28.

TRIORCHES, chis, (τριόρχης) auis ex accipitrum genere, quam Latini appellant Buteonem: ita dicta a teſticulorum numero. Ab huius auis nomine putat Plinius Theophraſtum ſecutus Triorchi herbæ nomen factum, eo quod eruentes hanc herbam infeſtiſſimum habeant hoc genus accipitris, raroque ſine uulnere diſcedant. Vide Plin. lib. 10. cap. 8. & lib. 25. cap. 6.

TRIPARCHVS, a, um, (τρισφειδωλός) ualde parcum. Plautus in Perſ. Nam id demum eſt, triparcos homines, uetulos, auidos, aridos Bene admordere.

TRIPECTORVS, a, um, (τρίστερνος, τρίστερνος) tria habens pectora. Lucre. lib. 5. Quidue tripectora tergemini uis Geryonæ?

TRIPEDALIS, le, (τριποδιαῖος) quod menſuram habet trium pedum. Pli. lib. 27. cap. 12. Medion folia habet iridis ſatiuæ, caulem tripedalem.

TRIPEDANEVS, a, um, (τριποδιαῖος) idem quod tripedalis. Cato Rei ruſt. c. 45. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus es tripedaneas decidito.

TRIPERTIOR, iris, {*Spartire in tre parti*} (τριχῶς μερίζω) in tres partes diuido. Hinc Tripertitus, adiectiuum, quod eſt in tres partes diuiſum. Cice. ad Quir. poſt red. Cuius oratio fuit, quēadmodū accepi, tripertita. A quo Tripertito aduerbium, (τριχῶς, τριμερῶς) in tres partes. Liu. 1. bell. Pun. Annibal infeſto exercitu ingreſſus fines, peruaſtatis paſſim agris, urbē tripertito aggreditur. Cice. 5. Tuſc. At diuidat neceſſe eſt, qui bona diuidit tripertito.

TRIPATINVM, ni, pen. cor. quid ſit declarat Plin. lib 35. cap. 12. his uerbis: Tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia: una erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis inclinatis iam. ſ. moribus, ut tamen eos præferre Græciæ etiam philoſophis poſſimus.

TRIPES, tripedis, penul. cor {*Trepedo, treſpedo*} (τρίπους) habens tres pedes. Mart. lib. 12. Ibat tripes grabatus, & bipes menſa. Liu. 10. bell. Macedo. Simul procuratum eſt, quod tripedem mulum Reatinum, nuntiatum erat. Hora. 1. Sermo. Saty. 3. Modo ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamuis craſſa queat.

TRIPHYLLON, (τρίφυλλον) a Græcis dicitur herba, q̄ noſtri uocant Trifolium. Eius tres ſunt ſpecies, ut ſupra docuimus in dictione Trifolium.

TRIPLEX, cis, penul. cor. om. gen. {*Triplice, tripeo*} (τριπλοῦς) ter geminus. Horat. 1. Carm. Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat. Ouid. 9. Meta. Nec

ute paſtoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit. Vergil. 10. Aene. Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni. Vnde Triplico, cas. τριπλόω. Plin. lib. 7. cap. 48. Cornici nomen noſtras attribuit ætate Heſiodus: quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis.

TRIPLICES, plurali tantum numero, & maſc. gen. tabellæ erant ceratæ, à numero foliorum dictæ, in quibus res leuiores ſcribi ſolent, quemadmodum in quintuplicibus grauiores. Mart. lib. 14. Tunc triplices noſtros non uilia dona putabis, Cum ſe uenturam ſcribet amica tibi.

TRIPLVS, a, um, {Treppio} (τριπλάσιον) ter tantum. Cic. de Vniu. Deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla: deinde quartam, quæ ſecundæ dupla eſſet: quintam inde, quæ tertiæ tripla.

TRIPOLIS, pen. cor. (τρίπολις) tractus eſt Phœnices, tres urbes continens, Tyrum, Sydonem, & Aradum: a quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. lib. 5. cap. 20.

TRIPOLIVM, lij. (τριπόλιον) herba eſt in locis marinis naſcens, quæ unda alluuntur, folio glaſti, ſed craſſiore, palmeo caule, in mucronem diuiſo: floribus colorẽ quotidie ter mutãtibus, mane candidis, meridie purpureis, ueſperi puniceis: radice alba, odorata, & guſtu acri. Officinæ hodie Mauritanorum uocabulo Turbit, appellant.

TRIPONDIVM, (τρίλιτρον) pondus trium librarum.

TRIPTOLEMVS, (τριπτόλεμος) Celei Eleuſinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur inueniſſe. Eleuſin (inquit Seruius) ciuitas eſt Atticæ prouinciæ, non longe ab Athenis, in qua cum regnaret Celeus, & Cererẽ filiam quærentẽ, liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & cum alatis ſerpentibus ſuperpoſitum per totum orbem miſit, ad uſum frumentorum hominibus indicandum. Hactenus Seruius.

TRIPTOTA, pen. prod. (τρίπτωτα) nomina ſunt, quæ tribus tantum caſibus declinantur: ut, Scammum.

TRIPVDIO, as, {Ballare} (χορεύω, ὀρχοῦμαι) idem quod ſalto. Liu. 3. bell. Pun. 2. Erumpunt igitur agmine è caſtris, tripudiantes more ſuo. Cice. pro Seſtio: Sed illum tot iam in funeribus Reipu. exaltantem, ac tripudiantem, legum, ſi poſſet, laqueis conſtringeret.

TRIPVDIVM, dii, (χορεία) ſaltatio, chorea: quaſi terræpauium, a terra pauienda, id eſt, ferienda. Liu. lib. 1. ab urbe: Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolenniq́ ſaltatu iuſſit. Catul. Epigr. 58. Quo nos decet citatis celerare tripudiis. Tripudia ſoliſtima in auſpiciis dicebantur, cum pulli tam auide ueſcebantur, ut aliqua offæ particula illis ex ore excidens ſolum pauiret, hoc eſt, terram feriret. Vnde primum Terræpauium dictum eſt, quod poſtea uoce paulatim immutata, Tripudium. Soliſtimum autem ita a ſolo dicitur, ut a medio Mediaſtimum. Cicer. 1. de Diuinat. Sed quia, cum paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, Terripauium primo, poſt Terripudium dictum eſt: hoc quidem iam Tripudium dicitur. Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant. Liu. 10. ab urb. Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius, auſpicium mentiri uiſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nuntrauit.

TRIPVS, odis, pen. cor. (τρίπους) olla ærea, tribus fulta pedibus. Erant autem tripodum duo genera, quorum alii ἀναθηματικοὶ dicebantur, qui ornatus tantũ gratia dicati erant in domibus uel templis ignibus proſus intacti: quos Homerus ἀπύρους appellat. Qui uero ad ignis uſum cõparati erant, ἐμπυριβῆται, aut αὐτόχοοι. Tripodum item nomine intelliguntur menſæ, ſellæ, aliaq́ omnia quæ tribus pedibus ſuſtinentur. Tripodes, ut ait Seruius, erant menſæ in templo Apollinis Delphici quibus ſuperpoſitæ Phœbades, uaticinabantur. Alio nomine dicitur Cortina. Plin lib. 34. cap. 3 Ex ære factitauerũt & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam doni maxime Apollinis Delphici dicabantur. Cice. 3. de Nat deo. Ex eo igitur & Lyſytio eſt, is Hercules, quem mox concertauiſſe cum Apolline de Tripode accepimus.

TRIQVETRA, æ, pen natura cor. quamuis propter mutam & liquidam ſubſequentem, aliquando producatur, (τρινακρία, σικελία) inſula maris Tyrrheni, olim Italiæ annexa, quæ notiore nomine Sicilia dicitur. Triquetra dicta a triãguli figura Plin. lib. 3. cap. 8. Anteit omnes claritate Sicilia, Sicania a Thucydide dicta, Trinacria, a pluribus, & Triquetra a trianguli ſpecie.

TRIQVETRVM, tri, ſubſtantiue, (τρίγωνον) idem quod triangulus. Plin. lib. 2. cap. 15. Poſtea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro a partibus centum uiginti ſtationes matutinas faciunt.

TRIQVETRVS a. um, (τρίγωνος) quod trianguli formam habet. Columel. lib. 5. cap. 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Cæſ. 5. Bell. Gall. Inſula natura triquetra, cuius unum latus eſt contra Galliam.

Interdum Triquetrus, (τρινακρίος) idem eſt quod Siculus, a, um. Nam (ut paulo ante docuimus) Sicilia inter cætera nomina olim dicta fuit Triquetra, à figura triangulari. Silius li. 5. Nunc Aetnæa cohors triquetris quam miſerat oris: Hoc eſt, Siculis. Horat 2. Serm Sat. 6. Quid? militibus promiſſa Triquetra Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus? Hoc eſt, Quos Cæſar militibus agros promiſit, eſt'ne in Sicilia, an potius in Italia daturus?

TRIREMIS, huius triremis, penult. prod. gen. fœm {Naue da tre remi} (τριήρης) nauis oblonga eſt, tres habens remorum ordines: quemadmodum Biremis, quæ duos habet remorum ordines: Quadriremis, quæ quatuor. Liu 1. bell. Pun. Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Cicer. 7. Vert. Nauem uero Cybeam maximam, triremis inſtar pulcherrimam, atque ornatiſſimam. Lucan. lib. 3 Corona Romanæ claſſis, ualidæq́ triremes. Horat. 3. Carm. Ode 1. Neque decidit ærata triremis. Bellatrix triremis, Claud. 4. Panegy.

Triremes ab Aminocle Corinthio primum fuiſſe inuentas, poſt Thucydidem refert Plin. lib 7. cap. 56.

TRIS, (τρεῖς) ueteres in plurali accuſatiuo ſcribebant, quod nunc uulgo Tres ſcribimus. Verg 1. Aene. Tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Cicer. 4. Acad. Teſtatus ſæpe Chryſippus tris ſolas eſſe ſententias, quæ defendi poſſint de finibus. Priſcianus ait, Nominum, quorum genitiuus pluralis ante um, ſyllabam, i literam habuerit, accuſatiuum in is terminari. Noſtra tamen ætate paſſim ab eruditis receptum eſt, ut eiuſmodi accuſatiuus per ei diphthongum ſcribatur: cum tamen Velii Longi ſententia ſit, ut per i, ſolam notetur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per ei ſcribere uiſum eſt. Vide Gell. lib. 13. cap. 18.

TRISCVRRIA, uocatur a Iuuenale, ludi admodum ſcurriles, liberoq́ homine indigni. Locus Iuuenalis eſt Saty. 8 Populi frons durior huius, Qui ſedet, & ſpectat triſcurria patriciorum. Hanc uocem alibi non temere inuenias. Videtur. n. ab ipſo Iuuenale excogitata ea forma, qua hominem inſigniter furacem Trifurem appellamus.

TRISMEGISTVS, {Mercurio, triſmegiſto} (τρισμέγιστος) Latinis ter maximũ ſonat. Quo cognomine dictus eſt Mercurius, ſuperioris Mercurii nepos: quem fabulantur fuiſſe filium Nili. Hunc tamen ſecundum afferunt occidiſſe Argum, Aegyptiisq́ præfuiſſe, & leges literasq́ tradidiſſe: ſed literarum characteres animalium, arborumq́ figuras habuiſſe. Hic condidit urbem, quam a ſe Hermopolin nominant. Dictus eſt autem Triſmegiſtus, quod & philoſophus maximus, & ſacerdos maximus, & maximus denique rex fuerit. Conſueuerũt enim Aegyptii ex omni philoſophorum numero ſacerdotes, ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox in Imperio adminiſtrando ſuperiores omnes reges ſuperauit. Primus à phyſicis ad diuinorum ſpeculationem ſe erexit. Primus de maieſtate Dei, de dæmonum ordine, animarumq́ mutationibus ſapientiſſime diſputauit. Scripſit multa uolumina, quibus arcanam myſteria, & oracula panduntur.

Non enim ut philoſophus ſolum, ſed ut propheta futura ſæpe prædixit. Hæc ex Diodoro Siculo.

TRISSAGO, ginis, (χαμαίδρυς) herba eſt, quæ ab aliis Teucrion, ab aliis Chamædrys, a quibuſdam etiam Chamædrops appellatur. Naſcitur in locis petroſis & aſperis: folia habet exigua, amara, effigie & diuiſura quercus. Vnde & Querculam uulgus Gallorum appellat: nonnulli etiam Serratulam. De hac uide Plin. lib. 24. cap. 15.

TRISTEGA, penult. corr. (τρίστεγα) triplicia tabulata, ſiue edificia trium contignationum: ἀπὸ τῆς στέγης, quod inter cætera ſignificat contignationem: unde δίστεγα, & τρίστεγα dicuntur ædificia, quæ duas, uel tres habent contignationes.

TRISTIS, & hoc triſte, {Triſte, triſto, grame, meſchino, di mala uoglia} (σκυθρωπός, λυπηρός) idem quod mœſtus. Verg. Eclog. 10. Triſtis at ille, tamen Cantabitis Arcades, inquit. Cice. 1. de Diuina. Quærerem ex te quid triſtis eſſes, &c. Sed quia triſtitia in fronte hominis crudelitatis, grauitatis, iræ, minarum, difficultatis indiciũ eſt, fit ut Triſtis aliquando pro ſæuo accipiatur, ὠμός. Verg. 2. Aene. Illi mea triſtia facta, Degeneremq́ Neoptolemum narrare memento. Aliquando pro graui, (δεινός) ut annotauit Nonius, citans illud Cic. lib. 6. de Repub. Grauitatis ſuæ liquit illum triſtem, et plenum dignitatis ſonum

Aliquando pro irato. Lucilius: Timeo certe, ne mihi ſit triſtior. Aliquando pro minaci. Verg. 2. Aeneid. Iſq́ adytis hæc triſtia dicta reportat.

Aliquando pro amaro, πικρός. Verg. 1. Georg. Triſtisq́ lupini Suſtuleris fragiles calamos. Sic Triſtis ſuccus, pro amaro. Verg. 2. Georg. Media fert triſtes ſuccos, tardumq́ ſaporem Felicis mali. Aliquando pro difficili, δύσκολος. Cic. in Cato. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Triſtius (inquit). i. difficilius. Eſt enim comparatiui gradus aduerbium. Aliquando pro horrido. Martialis: Amator ille triſtium lucernarum. Triſtis aliquando dicitur, qui inuitus aliquid facit, nec libenter. Terent. in Eunuch. Imitat triſtis, manſit ibi. Tempus triſte. Cice. Figul. lib. 4. Tuorumq́ triſtiſſimo meo tempore meritorũ erga me memoriam cõſeruabo. Triſtia Verba. Cic. 2. de Finib. Sic n. maiores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen uerbo ærumnas etiam in deo nominauerunt. Hinc Triſticulus, diminutiuum, id eſt, ſubtriſtis. Cic. de Diuin. Filiolam ſuam Terentiam, quæ tum erat admodum parua, animaduertit triſticulam. Triſtitia, æ, (λύπη) mœſtitia, cui opponitur Lætitia. Cic. de Orat. Iudex tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. Mitigare triſtitiam. Cic. 2. Offi. Lenitate uerbi triſtitiam rei mitigãte. Tradere ſe triſtitiæ, Lucceius Tullio M. F. lib. 5. Lacrymis, ac triſtitiæ te tradidiſti. Hinc quoque Triſtificus, adiect. (λυπηρός) quod triſtitiam adfert. Cice. 1. de Diuin. Triſtificas certant Neptuno reddere uoces.

TRISTO, as, {Attriſtare} (λυπέω) antiquis in uſu erat, pro triſtem facio: unde manſit compoſitum Contriſto. Verg. 3. Geor. Et pluuio contriſtat frigore cœlũ.

Eſt & Triſtor deponens, (λυπέομαι) idem quod triſtis ſum.

TRISVLCVS, a, um, (τρίγλωχιν) quod tres habet acies. Verg. 3. Georg. Linguis micat ore triſulcis. Ouid. 2. Meta. Ille pater, rectorq́ deum cui dextra triſulcis Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem.

TRITANVS, pen. prod. nomen eſt fortiſſimi gladiatoris, qui in caſtris Cn. Põpeii militans, cum hoſte ſe prouocante inermi dextera congreſſus, pugno eum humi proſtrauit, captumq́ uno digito in caſtra Imperatoris ſui reportauit.

TRITAVVS, (τρίπαππος) ataui pater, quaſi Tetartauus, ut quidam uolunt. Eſt enim quartus ab auo. Plau. in Perſa: Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. Sic Tritauia, (τριμάμμη) atauiæ mater.

TRITHALES, (τριθαλὲς) ſedum ſiue ſemperuiuum minus: ita dictum, quod ter floreat. θάλλειν enim florere eſt. Plin. lib 25. cap. 13.

TRITICVM, ci, {Formento, grano} (πυρὸς) optimi frumẽti genus eſt: ita dictũ, ꝙ tritũ eſt ex ſpicis. Pli. li. 18. c. 7. Tritici genera plura ꝗ̃ fecere gẽtes: Italico nullũ equidẽ cõparauerim cãdore ac põdere, quo maxime diſcernitur: montanis modo cõparetur Italiæ agris externũ. in quo principatũ tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa: tertiũ pondus erat Thracio Syrioq́, deinde Aegyptio. Ci. de Diui. Midæ illi Phrygio, cũ puer eſſet, dormiẽti formicæ in os tritici grana congeſſerunt: ditiſſimum fore prædictum eſt ꝙd euenit. Hinc Triticeus, a, um, (πύρινος) ut, Meſſis triticea. Verg. 1. Geor. At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq́ farra Exercebis humum. Fœtus triticei. Ouid. 1. Faſt. Triticeos fœtus, paſſuraq́ farra bis ignem, Hordeaq́ ingenti fœnore reddet ager.

TRITON, onis, pen. pr. deus marinus, Neptuni, & Salaciæ marinæ nymphæ filius, quem poetæ fingunt Neptuni tubicinem eſſe, Ouid. 2. Metam. Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum, Proteaq́ ambiguum.

TRITONIA, (τριτωνία) dicta eſt Minerua, ꝙ tẽporibus Ogygis regis ad lacũ Tritonidẽ, ex quo Tritõ fluuius erumpit, uirginali primũ habitu apparuerit, Vbi ait Herodotus uirgines annis ſingulis inter ſe pugnare lapidibus & fuſti-

bus

bus in uenerationem Palladis. Diodo. ſcribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluuio.

TRITVRA, æ, p. p. (ἀλοητὸς ἀλόησις) opus triturandi, uel ipſe triturandi actus. Ver. 1. Geor. Magna cum magno ueniet tritura calore. Hinc Trituro, as, (ἀλοάω) frumentum ſpicis excutio: à terendo, propterea quòd olim bubulorum equinorumq́ue pedum attritu fieri ſolebat tritura. Vide Col. lib. 2. cap. 21.

TRIVENEFICA, cæ, (τριφαρμακεύτρια) inſignis uenefica: qua uoce utitur Plaut. in Aul. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat Iuppiter Philippum regem, aut Darium triuenefica.

TRIVIA, (τριοδῖτις) dicta eſt Diana, quod triuiis præeſſet, propter quod tres facies habere fingebatur. Verg. 4. Aeneid. tria uirginis ora Dianæ. Ouid. 1. Faſt. Ora uides Hecates, in tres uergentia partes, Seruet ut in ternas compita ſecta uias. Verg. 6. Aene. Atque una Phœbi, Triuiæq́ue ſacerdos.

TRIVIALIS, & hoc le, (ἐγκυκλιος) quod in triuio fit, uel quo in triuiis utebantur: unde accipitur pro uulgari, & minimè exquiſito: ut, Verba triuialia. i. inculta, & parum elegantia. Suet. de Clar. Rhetor. Tantummodo uerbis triuialibus egit. Vnde Triuiales ſcientiæ magiſtri à Quintiliano dicuntur, qui in triuiis docent. Quinetiam Grammatica dicta eſt ſcientia triuialis, quia in triuiis docebatur. Triuialiter aduerbium. i. uulgariter, & minime exquiſitè.

TRIVIRITIM, aduerb. (inquit Calepinus) id eſt, per tres uiros, hoc eſt, quibuſq́ue tribus partem unam: citatq́ue Colum. lib. 1. cap. 3. ubi ſic legit: Ideoq́ue poſt reges exactos Liciniana illa ſeptena iugera, quæ plebi triuiritim diuiſerat. Quo tamen in loco ex emendatiorum codicum fide ſic legendum conſtat, Quæ plebi tribunus uiritim diuiſerat.

TRIVIVM, triuii, (τρίοδος) & Quadriuium, {Luogo di tre ò quattro uie, croſale} locus, in quem tres, uel quatuor conueniunt uiæ. Sumitur tamen quandoque pro loco frequenti, quo antiqui conuenire ſolebant. Cice. 1. de Lege agr. Vt in atriis auctionariis potius, quam in triuiis, aut in compitis auctionentur. Catullus. Omnibus in triuiis uulgatur fabula paſſim. Iuuen. Saty. Non'ne libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Erant & Triuia, & Quadriuia ruſticorũ ſacris attributa. Nã illic oues cædebãtur, & ſerta appendebantur. Tib. li. 1. Nam ueneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu uetus in triuio florida ſerta lapis.

TRIVM LITERARVM HOMO, (τριγράμματος) per ironiam dici ſolet in eos, qui inanibus nobilitatis titulis ſibi placebant. Inde natum prouerbium, quod olim ingenui prænomẽ, nomen, & agnomen tribus literis ſolerant notare. ut pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Plautus in Aulu. iocum alio detorſit, nempe in ſeruum furacem, propterea quòd in nomine fur tres tantum ſint literæ.

TRIVMPHALIS, & le adie. {Trionfale} (τριαμβευτικὸν) quod ad triumphum pertinet. Vnde Triumphales coronæ, quibus Imperatores, in triumphis coronabantur. Hæ primùm ex lauro fieri ſolebant, poſtea ex puriſſimo auro confectæ ſunt, quod inde Coronarium appellabatur. Vide ſupra in dictione Corona. Triumphalis porta, (τριαμβευτικὴ πύλη) Romæ dicta eſt, quòd per eam triumphi agerentur: hoc eſt, triumphantes uictores in urbem deducerẽtur. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quòd ad uiã Appiam ſita ſit. Hodie D. Sebaſtiani porta dicitur. Triumphalia triumphalium, pluraliter, ipſa triumphatio. Tacit. libro. 4. Dolabellæ petenti abnuit triũphalia, Seiano tribuens, ne Blæſi auunculi eius laus obſoleſceret. Triũphale territoriũ, (τριαμβευτικὸς ἀγρὸς) Romæ, quod nunc Vaticanũ dicitur. Vnde Damaſus papa ſcribit beatum Petrum ſepultũ fuiſſe in Vaticano iuxta triumphale territorium. Triumphalis uir qui triumphauit: ſicut Conſularis, qui Cõſul fuit. Suet. de Augu. Solos triumphales, quanquam & ſocios expeditionum, & participes uictoriarum ſuarum, nunquam donis impertiendos putauit, quod ipſi quoque ius habuiſſent tribuendi ea quibus uellent. Triumphalis currus, quo uehebantur triumphantes. Plin. li. 7. cap. 25. Curru triumphali reuerſus eſt.

Triũphalis prouincia, propter quam deuictam Imperator triumphum reportauit. Cic. in Piſ. Ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triũphalis, &c. Triumphales ueſtes quæ triumphantium erant quẽadmodũ & Amiũ triũphale, & Habitus triumphalis. Pli. li. 8. c. 48 Pictas ueſtes iam apud Homerũ fuiſſe: unde triumphales natæ. Triumphales cornæ. Pli. lib. 9. cap. 55. Cornis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero murenarum mutuo appendit. Triumphalis ſtatua. Pli. Epiſt. 3. li. 2. Heri à Senatu Veſtricio Spurinæ, principe autore, triumphalis ſtatua decreta eſt. i. in habitu triumphantis.

TRIVMPHATOR, ris, {Trionfatore} (τριαμβευτὴς) qui uictis hoſtibus triumphum reportauit.

TRIVMPHATVS, a, um, (τριαμβευθεὶς) de quo triumphatum eſt. Verg. 3. Georg. Biſq́ue triumphatas utroque ab litore gentes. Oui. 1. Amor. Eleg. 15. Roma triumphati dum caput orbis erit.

TRIVMPHATVS, us, {Il trionfare} (τριαμβεία) ipſa triumphatio. Plin. Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

TRIVMPHO, phas, {Trionfare} (τριαμβεύω) triumphum ago. Cic. in Cato. M. Curius quum de Samnitibus triumphaſſet. Idem 2. de Finib. Bella magna geſſerat, iã bis Conſul fuerat, triumpharat. Cõſtruitur tripliciter. Aliquando cũ accuſatiuo: ut, triumphauit Mummius Achæos. id eſt, uictis Achæis triumphauit. Plin. de Vir. illuſtr. Achæos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Secundo cum ablatiuo cum præpoſitione De. Ibidem. Conſul de Liguribus triumphauit. Tertio cum præpoſitione Ex. Plin. li. ſeptimo cap. 43. Qui ſolus hoſtis, Romæ triumphauit, ex his, quorum Conſul fuerat eodem anno, quo fuerat. Qui autem triumphabant apud Romanos, quatuor equis albis uehebantur, curru inaurato, capite coronato lauro, & ante ipſum triumphantem uictus hoſtis, oneratus colla catenis, & præeunte Senatu, Capitolium aſcendebant ad templum Iouis Opt. Max. ubi mactato tauro albo domum redibant, ut non uno in loco docent Plutarchus & Plin. Aliquando tamen triumphare ponitur pro exultare & ſibi placere. Cæſar Ciceroni: Meum factum probari abs te triumpho, & Gaudeo. Cic. 7. Verr. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Dicimus quoque Triumpho gaudio. Cic. pro Cluent. Exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. Inuenitur etiam Triumphatur uerbum imperſonale. Cic. 2. Off. Maſſiliam portari in triumpho uidimus, & ex ea urbe triũphari, ſine qua nunquã noſtri Imperatores ex Trãſalpinis bellis triũpharũt.

Liu. 3. ab urb. Tum primũ ſine auctoritate Senatus, populi iuſſu triumphatũ eſt.

TRIVMPHVS, phi, {Trionfo} quidã Græcum putant. nam θρίαμβον appellant Græci. Nos aſpiratione ex prima in nouiſſimam ſyllabam tranſlata, & b, in p, mutata dicimus Triumphum. Varro à Baccho huius rei inuentore tractum nomen putat. Tranquillus dici exiſtimat Triumphum, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primo. n. exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat, ſecundo Senatus, tertio populus. Erat autem Triumphus omniũ honorum, qui à populo Romano dari ſolebant, maximus. Nam illa pompa ſolennis erat, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum uictoria. Cic. in Piſo. Deſeres de triũpho, quid tandem habet iſte currus? quid uicti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid uehi per urbem?

TRIVMVIR, triumuiri, pe. co. maſc. ge. nomen magiſtratus, quem tres collegæ adminiſtrant. Triumuiri triplices fuere, Capitales, Menſarii, Nocturni. De capitalibus ſic habet Pomp. de Origine iuris. l. neceſſarium, Triumuiri capitales cõſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiam haberent, ut Athenis Vndecimuiri, οἱ ἕνδεκα, & quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. De menſariis creati ſunt: hiq́ue nummulariis & monetæ omnis generis, & formæ cuſoribus præerant. De Nocturnis meminit Corn. Tacit. Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in ſacra uia ortum tarde uenerant, à Trib. pleb. die dicta damnati ſunt. Triumuirorũ item nomen aſſumpſerunt Octauius, Antonius, & Lepidus, qui oppreſſa iam republica, ut tyrannidem honeſto aliquo uelarent nomine. Triumuiros reipublicæ conſtituendæ cauſa, ſe dici uoluerunt. Hinc Triumuiratus, ipſa triumuirorum dignitas. Ci. de Clar. Orat. Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi ſui teſtimonium. Triumuiralis, le, Horat. Epod. 4. Sectus flagellis hic triumuiralibus Præconis ad faſtidium.

TRIVNCIS, (τετάρτον, τεταρτημόριον) ſtimulus æreus, quẽ poſtea quadrãtẽ appellarunt. Pli. li. 33. c. 3 Quadrans antea Triuncis uocatus, à tribus unciis.

TROAS, huius Troadis, pe. co. (τρῳὰς) regio eſt Aſiæ minoris, quam Ptolem. minorem Phrygiam appellat, Helleſponto adiacens. Hanc Homerus ab Æſapo fluuio uſque ad Caici fluminis oſtia produxit. Pli. autem cæteriq́ue recẽtiores Lecto promontorio eam ab Æolide diuidunt. In ea fuit Ilion, (ἴλιον, ἴλιος) mille quingentis paſſibus à portu diſtans, Homeri & Vergilii carminibus nobiliſſimum. Ciuitates Troadis nobiliores ſunt Dardanum, Simoentis fluminis oſtia, Antandrus, Smyrna, Clazomenæ, Epheſus, Milenaus, Pergamus, Thyatira, Philadelphia, Laodicea, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus. Eſt præterea Troas, patronymicum fœmininum, formatum à maſculino Tros Trois. Vergil. 5. Æn. At procul in ſola ſecretæ Troades acta Anchiſen flebant. Troades, inquit, hoc eſt, mulieres Troianæ.

TROCHÆVS, (τροχαῖος) pes metricus ſyllabis duabus, priore longa, altera breui conſtans. Dictus Trochæus (ut quidam exiſtimãt) quod celeritate ſua imitetur uolubilitatem rotæ quam Græci τροχὸν appellant: uel (ut alii malunt) διὰ τὸ τοὺς περιτρέχοντας τοὺς βωμοὺς τούτῳ μέτρῳ ᾄδειν. hoc eſt, ab eo quòd circum aras currentes carmen decantabant hoc pedis genere cõpoſitum. Cic. 3. de Orato. Iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles.

TROCHILOS pen. pro. {Reatino ſoraſiepe, ſcriciola} (τροχίλος) auicula exigua, quam ideo aquilæ inimicam eſſe quidam tradiderunt, quòd rex auium appelletur. Vide Plin. lib. 10. cap. 7 & lib. 8. cap. 25.

TROCHISCVS, ſci, (τροχίσκος) diminutiuum, parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorum in formam rotulæ, τροχίσκοι dicuntur. Latini uocãt Paſtillos, ut apud Celſ. lib. 5. cap. 17.

TROCHLEA, æ, pe. cor. {Taglia} inſtrumentũ cum orbiculis ad ſubleuanda, & demittenda onera. Vel rotula ſtrata è ligno, uel ære, qua aquam haurimus fune ductatorio, & hydris Lucretius. Multaq́ue per trochleas, & tympana pondere magno Commouet, atque leui ſuſtollit machina nixu. Budæus ait Trochleã ſignificare totam illam machinam, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula uerſatur. & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit, quales in puteis uidemus, quas Polias uocamus. Trochlearum meminit Cato de Re ruſt. In inſtrumento torcularis, in quo ſuculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere eſſe tradit. Trochleis pituitam adducere, per tranſlationem dixit Quin. lib. 11. cap. 3. de pronuntiatione, pro difficulter expuere, his uerbis: Iam tuſſire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etſi non utique uocis ſunt uitia: quia tamen propter uocem accidunt, potiſſimum huic loco ſubiiciantur.

TROCHVS chi, {Trottolo, moſcolo, perla perlo, corlo} (τροχὸς) inſtrumentum quo luſitant pueri, quod Latine Turbo dicitur: à rotando dictum. τρέχω enim ſignificat curro, & τροχὸς rotam uel aliud inſtrumentum, quod in gyrum circumuoluitur. Trochus (inquit Acron) turbo eſt qui à ludentibus pueris ſcutica agitatur, & rotatur. Mart. li. 14. Induenda rota eſt das nobis utile munus: Iſte trochus pueris, at mihi canthus erit. Horat. de Arte. Indoctuſq́ue pilæ, diſciue, trochiue quieſcit. Hinc Trochulus diminutiuum. Plau. in Amph. Tum meo patri autẽ torulus inerit aureus ſub petaſo. Exemplaria deprauatẽ legunt Torulus.

TROCMI, (τρόκμοι) Gallæ populi, qui Mæoniæ, Paphlagoniæq́ue parte occupata, Tauium Galatiæ oppidum condiderunt. Aut. Ptol lib. 6. cap. 32.

TROCTES, (τρώκτης) Phœnicis cuiuſdam nomen, hominis ſubdoli, in quem Vlyſſes apud Eumæum ſubulcũ fingit ſe in Aegypto incidiſſe, eiuſq́ue ſuaſu inductum, ſe in Phœnicen contuliſſe, ibiq́ue annum cum eo integrum egiſſe: eoq́ue exacto nauim ruſus conſcendiſſe eodem Trocte ſuaſore, qui aliam quidem cauſam prætexebat, reuera autem hoc agebat, ut in Africa ipſum uenundaret. Verum ſubito exorta tempeſtate, nauiq́ue fracta, Troctem cum ſuis omnibus interiſſe, ſeſe uero arrepto nauis malo, nouem perpetuos dies undarum arbitrio iactatum, decimo tandem die in Theſprotiorum litora fuiſſe eiectum. Vide Home. Odyſſ. lib. 11.

TROEZEN, enis, cum œ diphthongo in priore ſyllaba, (τροιζὴν) oppidum Peloponneſi in ſinu Argolico, à Trœzene conditum filio Pelopis. In hac regnauit Pittheus Aethræ pater, & auus maternus Theſei: unde & Pitheia Trœzen ab Ouidio cognominatur. Eſt & Trœzen altera Cariæ, in conuentu Alabandarum: cuius meminit Plin lib. 5. cap. 19. Trœzenius, a, um, (τροιζήνιος) ut Trœzenii carbunculi, apud eundem Plin. lib. 37. cap. 7.

TROGLODYTÆ, (τρωγλοδύται) populi Aethiopiæ ſub Aegypto in ſi-

rum Arabicum & mare rubrum uergenes, ἀπὸ τῶν τρωγλῶν, hoc eſt, à ſpecubus, in quibus habitant, nomen ſortiti. Plin. lib. 5. cap. 8. Troglodytæ ſpecus excauant: hæ illis domus: uictus ſerpentium carnes. ſtridorq́, non uox: adeo ſermonis commercio carent.

TROGLODYTICE, es, (τρωγλοδυτικὴ) regio Aethiopię ſub Aegypto in qua Septētriones, ſi Plinio credimus, cōſpici nō poſſunt. Hinc proximus ſinus Troglodyticus appellatur à Pli. li. 6. c. 29. quē Barbaricū appellat Ptolemæus.

TROIA, (τροία) regio minoris Aſiæ, teſte Seruio, in qua fuit Ilion urbs, regia Priami, & quæ à ſcriptoribus nōnunquā Troia uocatur. Oui. Epiſt. 1. Troia iacet certè Danais inuiſa puellis. Verg. 3. Aen. Et campos ubi Troia fuit. Cic. de Amic. Nec. n. (ut ad fabulas redeā) Troiam Neoptolemus capere potuiſſet, ſi Lycomedem, apud quē erat educatus, multis cum lacrymis iter ſuū impedientē, audire uoluiſſet. Verg. 3. Georg. Et Troiæ Cynthius autor. Troia autē dicta eſt, à Troe rege: antea Teucria à Teucro: & Dardania à Dardano. A Troia, deducitur gentile Tros (τρώς) cuius fœmininū eſt Troas, adis, (τρωὰς) ſiue Troias, per tres ſyllabas, τρωϊάς Verg. 1. Aen. Tros, Tyriusq́ mihi nullo diſcrimine agetur. Perſi. Sat. 1. Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem Prætulerint. Troianus, a, um. Verg. 2. Aen. Troianas ut opes & lamentabile regnum. Eruerint Danai. Bellū Troianū. Horat de Arte: Nec gemino bellū Troianū orditur ab ouo. Porcus Troianus, per iocū dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis ueluti grauidus. de quo uide Macro. in Satur. Equus Troianus, prouerbiali metaphora, pro clandeſtinis inſidiis accipitur, & latenti periculo. Cic. pro Muræ. Intus, intus, inquā, eſt equus Troianus, à quo nunq̄ me conſule dormientes opprimemini. Troicus, a, um, (τρωϊκὸς) eiuſdem ſignificationis. Cic. de Cla. Orat. Neque. n. iam Troicis tēporibus tantum laudis in dicēdo Vlyſſi tribuiſſet Homerus, & Neſtori: niſi iam tum eſſet honos eloquentiæ habitus. Troius, a, um, dictio triſyllaba (τρώϊος) ut, Troia gaza. Ver. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uaſto, Arma uirum, tabulæq́, & Troia gaza per undas. Troia item dicitur ludus puerilis, et ſciomachia equeſtris, ab Aenea in Sicilia ad Anchiſæ patris tumulum primum inuenta: deinde poſt Albā condita ab Aſcanio inſtaurata, tandemq́ ueluti per manus ad Romanos trāſmiſſa. Verg. 5. Aen. Hunc morem curſus, atque hæc certamina primus Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos, Quo puer ipſe modo ſecum quo Troia pubes. Albani docuere ſuos: hinc maxima porro Accepit Roma & patrium ſeruauit honorem: Troiaq́ nunc pueri Troianum dicitur agmen. Troia item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici ſinum, ab Antenore Troiano, & Henetis conditum. Item al erū eiuſdem nominis in agro Laurenti ab Aenea extructum, antequam Lauinium conderet. Vtriuſque meminit T. Liu. lib. 1. ab Vrbe.

TROILVS, (τρωΐλος) filius fuit Priami & Hecubæ, cuius uita inter Troianorum fata numerabatur: nam eo uiuo Troia capi non poterat. Hic adhuc adoleſcentulus auſus cum Achille Græcorum omnium fortiſſimo congredi, ab eodem occiſus eſt. Verg. lib. 1. Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli Fertur equis.

TROIVGENA, æ, (τρώς) id eſt, Troianus, quaſi in Troia genitus, ea forma, qua Græcos uocamus Graiugenas, quaſi genitos in Græcia. Verg. 8. Aen. Troiugenas, & tela uides inimica Latinis.

TROPÆI, (τροπαῖοι) uenti Altani, qui in terra geniti, cum mare perflarint, redeūt ad cōtinētē. ita dicti ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc eſt, à cōuerſione. Iidē cū in mare tendunt, Apogæi uocātur, q̀ à terra proficiſcantur. Pli. li. 2. c. 43. Namq; et è fluminibus, & è lacubus, & è mari uidemus etiam tranquillo, & alios, quos uocant Altanos, à terra conſurgere. Qui quidem cum è mari redeunt, Tropæi uocantur: ſi pergunt, Apogæi. Tropæi itē dicūtur in certo luſus genere, qui alios uellicant, infeſtantq́, & ne deprehendantur, conuertunt ſe. Sueto. in Claud. Cæſ. cap. 8. Et quoties poſt cibum obdormiſceret, olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Interdum ferula, flagroue, uelut per ludum, excitabatur à tropæis.

TROPHÆVM, trophæi, (τρόπαιον) cum æ diphthongo & ph, aſpirato, quāuis apud Græcos ſine aſpiratione ſcribatur à uerbo Græco τρέπω, q̀ eſt, retro uerto. Propriè enim Trophæum eſt monumentum à uictore erectum eo in loco, ubi hoſtes in fugam conuertit. Prima autem trophæa ex arboribus cōfecta ſunt, quas amputatis ramis hoſtium ſpoliis decorabant. Deinde etiā cœpta ſunt fieri ex lapide & in montibus, & locis eminentioribus, collocari. Hinc Salluſtius de Pompeio ait q̀ deuictis Hiſpanis, trophæa in iugis Pyrenæi mōtis poſuit. Romæ quoq; in arcubus figebātur ex marmore ædificatis. Quæ uerò ſpolia in trophæo figerentur, docet Verg. lib. 11.

Mezenti ducis exuuias tibi magna trophæum
Bellipotens aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaq́ trunca uiri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumq́ locis, clypeumq́ ex ære ſiniſtræ
Subligat, atq; enſem collo ſuſpendit eburnum.

Nonius: Spoliis capta, fixa in ſtipitibus appellantur trophæa. Accipitur & Trophæum pro uictoria ſiue pro ſpoliis, quæ uictoria parātur. Hor. 2. Car Ode 9 Et potius noua Cātemus Auguſti trophæa. Ver. 3. Geor. Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa.

TROPHONIVS, (τροφώνιος) inſignis architectus fuit, qui ſubterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione conſtruxit, quod ab ipſo Trophonii antrū cognominatum eſt. Vbi cum aliquando oracula reddidiſſet, atq; tandem fame interiiſſet, ferunt Genium quendam antrum hoc ſubiiſſe, atque ex eo oracula reddidiſſe. Qui uerò hinc oracula ſciſcitabantur, nudi in aditu ſpecus ſedere ſoliti ſunt, atque inde flatu quodam ſub terram abripiebantur. Geſtabant autem ſecū placentas, quas lemuribus, ſerpentibusq́ occurrentibus obiicerent. Deinde accepto oraculo, ruſus per alium hiatum in terram reſtituebantur. Creditum eſt autem quotquot in hoc antrum deſcendiſſent nunquam poſtea ridere. Hinc factus eſt locus prouerbio, ut homines triſtes, & tetrici in Trophonii antro uaticinati dicerentur. Hæc ferè ad uerbum deſcripſimus ex Eraſmi Adagiis.

TROPIS, is, ſeu tropios, (τροπὶς) præter uulgatam illam ſignificationem, qua apud Græcos nauim ſignificat, accipitur etiā pro uino, quo in balneis utebātur, ſiue ad abluenda corpora, ſiue ad ciendum uomitum. Mart. lib. 12. Fumoſæ feret ipſe tropin de fæce lagonæ. Frontis & humorem colliget uſque tuæ.

TROPOLOGIA, (τροπολογία) ſermo allegoricus, ad morum emendationem tendens. Græci enim τοὺς τρόπους appellatione mores intelligunt.

TROPVS, (τρόπος) figurata uerbi immutatio. Cic. de Clar. Orat. Ornari orationem Græci putant, ſi uerborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, & ſententiarum, orationiſq́ formis, quæ uocant σχήματα. Quintilianus Tropum ſic definit, q̀ ſit uerbi uel ſermonis à propria ſignificatione ad aliā cum uirtute mutatio. Hinc Tropicus, a, um. (τροπικὸς) id eſt, figuratus. Auguſtinus Quod ea locutione dictum, quam Græci dicūt hyperbolen, quæ utique tropica eſt, non propria.

TROPICI, (τροπικοὶ) Coſmographis appellantur duo circuli cœleſtes æquali ſpatio diſtantes ab æquatore, quos Latini Solſtitiales appellant: quorum alter qui nobis propinquior eſt, Cancri Tropicus dicitur. alter in Auſtrum uergens, Tropicus Capricorni. Hoſce circulos Sol nunquam egreditur, uerum ubi ad alterum eorum peruenerit retrorſum ſeſe conuertit. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc eſt à conuerſione Solis.

TROS, ois, ſiue oos, (τρὼς) Erichthonii filius, & nepos Dardani, Troianorum autem rex pater Ili, Aſſaraci & Ganymedis: ut refert Aeneas apud Homerum lib. 20 Eſt item Tros, gentile nomen à Troia deductum. Verg. 1. Aene. Tros, Tyriusq́ mihi nullo diſcrimine agetur.

TROSSVLVM, oppidum fuit Tuſciæ, nouē paſſuum millibus diſtans à Volſiniis, quod cum equites Romani cepiſſent ſine peditum adiumento, inde Troſſuli dicti ſunt. Plin. lib. 33. cap. 2. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt, in his quoq;, qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo regibusq́ appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cum oppidum eius uocabuli in Tuſcia citra Volſinios paſſuum IX. M. ſine ullo peditum adiumento cepiſſent. Hæc ille. Nonius Troſſulos dictos putat, quaſi toroſulos, hoc eſt, bene habitos, & muſculorum toris præualidos: citatq́ teſtimonium Varronis ex Seſquiulyſſe: Nunc emunt Troſſuli, nardo nitidi, uulgò Attico talento equum.

TROXIMOS, (τρώξιμος) uua edulis, quæ cibaria à Plinio uocatur. Apud Iureconſultos, conſtat troximos uuas eſſe, quas non uini cauſa habemus. Paulus in Pandectis. Qui fundum uendidit, pomum recipit, nuces, & ficos, & uuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſent, quas non uini cauſa haberemus, quas Græci τρώξιμον appellarent, recepta uideri. Ità enim legit Politianus ex archetypo Pandectarum qui Florentiæ aſſeruatur: quamuis ut idem Politianus fatetur, non male ibi à quibuſdam legatur ἐδώδιμον, cuius ſignificatio ferè eadem eſt cum ſuperiore. Vtrunque enim nobis ſonat comeſtibile: licet huius ſignificatio uideatur generalior: τρώξιμος autem etiamſi nihil aliud addas, propriè de uua intelligitur. Huc accedit, q̀ τρώξιμος à uerbo τρώγω fiat, cuius uerbi ſignificatio uuis, cæteriſq́ bellariis, quæ in ſecunda menſa apponuntur, optimè congruit. Inde enim ſunt τραγήματα, τρωγάλια, τραγηματιςμός. Hæc ex lib. 7. Epiſt. Politiani Epiſt. ultim.

TRVCIDO, as, pen pro. {Tagliar à pezzi} (κατακόπτω, ἀποκτείνω) crudeliter neco. Verg 2. Aen Fit uia ui, rūpunt aditus, primosq́ trucidant. Cic. 4. in Catil. Qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros trucidare uoluerunt. Idem in Catil Et quos, ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero. Trucidari fœnore, per tranſlationem dixit Cic. pro Cælio: Parcat (inquit) iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur. Trucidatio, onis, uerbale, (φόνος) occiſio, cædes. Cic. 4. Philip. Nullus ei ludus uidetur eſſe iucundior, q̄ cruor, q̄ cædes, q̄ ante oculos trucidatio ciuium.

TRVCVLENTVS, a, um, {Crudele} (ἀτενὴς) qui uultu crudelitatē præfert aliosq́ terret. Cic. pro Seſt. Alter, ò dii boni, q̄ teter incedebat, q̄ truculentus, q̄ terribilis aſpectu? Ouid. 2. de Pont. Eleg. 7. Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Inuenitur datiuo iunctum. Plin. lib. 8. cap. 4. Sic & tigris etiam feris cunctis truculenta. Hinc Truculenter, tius, tiſſime, aduerbia. Cic. contra Legē Agra. Truculentius ſe gerebat, q̄ cæteri. Inde quoque, Truculentia, æ, (ἀγριότης) quæ & Truculentitas ab antiquis eſt dicta.

TRVDES, huius trudis, (ἀστήριον) inſtrumenti genus, quo in re quapiā protrudenda utimur. Tacit. lib. 3. Quidā trudibus aut furcis inertē molem proſternere.

TRVDO, dis, ſi, ſum, {Spingere, sburlare, ſoſpingere} (ὠθέω) propriè ſignificat uiolentia quadam impello. Cic. 1. Tuſc. Et cum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ità eſt, ut non ad mortem trudi, uerum in cœlum uideretur aſcendere. Plau. in Aſin. Ille ſecaſtor hinc trudetur. Aliquando eſt obiicere ſeu producere. Idem in Epid. Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras trudis? Terent. in And. Fallacia alia aliam trudit. id eſt, inſequitur Huius compoſita ſunt, Abſtrudo, Protrudo, Contrudo, Detrudo, Extrudo, Intrudo, Obſtrudo, Obtrudo, & Retrudo, quæ habent penultimam productam.

TRVENTVM {Tronto} fluuius Picenorum, cum oppido eiuſdem nominis. Vide Plin. lib. 3. cap. 13. & Ptolem lib. 3 cap. 1.

TRVLLA, æ. (ἀγγεῖον) diminutiuum eſt à Trua, uaſis uinarii genus. Trulla (inquit Varro lib. 4. de Ling Lat dicta eſt à ſimilitudine truæ: ſed hæc magna, illa puſilla. Mart lib. 9. Clinicus Herodes trullam ſubduxerat ægro. Deprenſus dixit, ſtulte quid ergo bibis? Fuit et Trulla uas, in quo uentris onus deponitur. Eſt item Trulla, eodem Varrone teſte, aliud uaſis genus, quo in culina aquam in lauatrinam ſolent infundere. Itē capitur pro uaſe lato, profundoq́: quod in menſam inferri plerunque ſolet. Quod licet potius ineptum uideatur, tamen uſurpatum fuiſſe legimus. Horat. 2. Serm. Saty 3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Cāpana ſolitus trulla, uappamq́ profeſtis. Iuu. Saty. 3. Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo. Vbi bibacem arguit, q̀ in trulla bibat: ineptum, q̀ crepitus inter bibendum edat. Pli li. 34. c. 2. Sunt ergo uaſa tātū Corinthia, quę iſti elegantiores nunc æs ſculpendo transferunt, modo in lucernas, modò in trullas nullo munditiarum deſpectu. Eſt & Trulla cæmentarii inſtrumentum, quo fabri murarii tectoriis linendis, complanandisq́ uti ſolent, ut nō ſolū parietes pulchritudinem accipiant, ſed & firmitatem contra iniuriam imbrium, & creberrimas tempeſtates. Inde Trulliſſare, apud Vitr. lib. 7. ca. 3. pro trulla gypſum inducere legitur: cuius hæc ſunt uerba: Coronis explicatis parietes q̄ aſperrime trulliſſentē. poſtea aūt ſupra, trulliſſatione ſubareſcēte, deformētur directiones arenati.

TRVLLEVM, lei, {Bacino, napo} (χερνίβιον) uaſis genus, quo manus perluuntur, ſimile trullæ, niſi q̀ latius erat. Varro de Vita populi Romani lib. 1. ut citatur à Nonio: Itaque ea ſibi non ponere, ac ſuſpendere, quæ utilitas poſtularet, trulleum, matellionem, peluim, naſiternam. Apud Varr. libr. 4. de Ling. Latina. Truellum legitur, non Trulleum.

TRVNCO, as, {Troncare, zoncare, mozzare} (μιλίζω, ἀκρωτηριάζω, κολοβόω) amputo,

amputo, in partes ſcindo, mutilo. Valer. Flac. 6. Argon. Iam non per curua uolantem Stagna, nec in medio truncantē marmore ceruos. Claud. de Bel. Get. Manibus truncatus & armis. Huius compoſita ſunt, Detrunco, Diſtrunco, Obtrunco, Pertrunco, quorum ſignificata uide ſuis locis.

TRVNCVS, ci, (στέλεχος) pars arboris craſſior, quæ ramis truncatis ſuperſtat, & ex ea rurſus rami enaſcuntur. Colu. lib. 3. Vt ex his partibus trunci firmantur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles. Ci. 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia denique niſi ad ſuam retinendā, conſeruandamq́ naturam. Verg. 3. Georg. Arboris obnixus trunco. Idem 10. Aen. Vulnera ſiccabat lymphis, corpusq́ leuabat Arboris acclinis trunco. Trūcus corporis. Cic. pro Roſc. Com. Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio Comico æſtimabat. Verg. 2. Aen. Iacet ingens littore truncus, Auulſumq́ humeris caput, & ſine nomine corpus. Truncus per tranſlationem pro homine ſtupido, quemadmodum & Stipes. Cice. in Piſonem: Sed qui tanquam truncus, atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, potuiſſet tamē ſuſtinere titulum Conſulatus. Hinc Trunculus, diminut. Celſus lib. 2. cap 19. Præcipue tamē in ungulis, trunculisq́ ſuum, in petiolis, capitulisq́ hœdorum.

TRVNCVS, a, um, {Tronco} (κολοβὸς) quod eſt truncatum uel mutilum. Colu. lib. 2. Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam leuato. Verg. 3. Aen. Trunca manū pinum regit, & ueſtigia firmat. Propert. li. 4. Eleg. 4. Iactabat truncas ad caua buxa manus.

TRVO, onis, auis cygno non diſſimilis, quæ alio nomine Onocrotalus. (ὀνοκρόταλος) dicitur, in faucibus ipſis capaciſſimum uentriculum habēs, quo omnia congerit, donec perfecta rapina ſenſim inde in os reddita, in ueram aluum ruminantis modo refert. Supra roſtrum uero nares habet ualde prominētes, unde Cæcilius, referente Feſto, naſi cuiuſdam magnitudinem irridens, Proh dii immortales (inquit) unde hæc prorepſit truo?

TRVSATILIS, le, pen. cor. (ὠϛὸς) adiectiuum uerbale, a truſando deductū: ut, Mola truſatilis, (χειρομύλον) quæ manu truſa circumagitur. Gell. libr. 3. cap. 3. Ob quærendum uictum, ad circumagendas molas quæ Truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſe.

TRVTINA, æ, pe. cor {Stadera, balancia} (πλάστιγξ, τρυτάνη) ſtatera Vitruuius lib. 11. Id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare. Cornutus tamē ſcribit Trutinam foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis, ad quod eſt examinatio, quod alii Aequamentum, alii Libramentum, alii Aequilibrium uocant. Per tranſlationem ponitur pro iudicio. Hora. lib. 1. Serm. Saty. 3. In trutina ponetur eadem. Cic. lib. 2. de Orat. Ad ea probanda, quæ non artificis, ſed populari quadam trutina examinantur.

TRVTINO, nas, pe cor. (σταθμίζω) examino, penſiculo, libro. Hieronymus ad Damaſ. Sint alii diſerti, laudentur ut uolunt, & inflatis buccis uerba ſpumantia trutinent. Eſt & Trutinor, deponens. Perſius Saty. 3. Atq́ exporrecto trutinantur uerba labello. Apuleius Trutinatam ſententiam, uocat grauem, & recte examinatam.

TRVX, trucis, omnis gen. (ἄγριος) ferox, crudelis. Plau. in Bacc. Arietes truces nos erimus. Dicimus trucem aſpectum, truces oculos, trucem oris ſonum, truces uentos, &c. Ci. 2. de Diuin. Capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci. Idem 2. de Nat. deo. E trucibusq́ oculis duo feruida lumina flagrant. Plin. lib. 6. ca. 22. Ipſos uero excedere hominum magnitudinem rutilis comis, cęruleis oculis, oris ſono truci, nullo commercio linguæ. Ouid 8. Metam. Non armenta truces poſſunt defendere tauri. Hinc Trucitas, crudelitas. Truciter aduerbiū. i. crudeliter.

TRYCHNOS, quæ & Strychnos, (τρύχνος, ἢ στρύχνος) herba eſt, quā Latini Solanum appellant: cuius quatuor ſunt genera quæ ſupra explicuimus in dictione Solanū. Pli. lib. 21. cap. 31. Strychno, quam quidam Trychnon ſcripſere, utinā nec coronarii in Aegypto uterentur, quos inuitat hederæ florū ſimilitudo.

TRYGINON, (τρύγινον) atramenti genus ex uini fæce excoctum. Plin. lib. 35. cap. 6 Sunt & qui uini fæcem ſiccatam excoquant: affirmātq́ ſi ex bono uino fæx fuerit, Indici ſpeciem ad atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura Athenis, è uinaceis fecere, Tryginon appellant.

TRYGODÆMONES, (τρυγοδαίμονες) Poetæ dicebantur qui fæce faciē inuncti, ne cognoſcerentur, plauſtris inuecti Poemata canebant.

TRYPHIODORVS, pe pro. (τρυφιόδωρος) Grammaticus & Poeta Aegyptius, ex cuius operibus à Suida cōmemorantur Marathoniaca, Excidium Ilii, Pugna Lapitharum, & Centaurorū in Hippodamiæ nuptiis, Odyſſeæ Paralipomena, in quibus fabulas perſequitur Homero & aliis intactas: item Paraphraſis Homericarum comparationum.

TRYPHON. onis, (τρύφων) Grammaticus Alexandrinus, Ammonii filius, qui circa Auguſti tempora fuit natus. Scripſit tractatus aliquot de uariarum linguarum Dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinentia. Fuit & Tryphon alius, Origenis auditor, cuius extant nonnullæ ad ipſum epiſtolæ. Triphon item Bibliopolæ nomen fuit, Martialis carminibus non uno in loco celebrati.

TRYGON. (τρυγὼν) piſcis eſt ex genere uenenatorum, quem Latini Paſtinacam uocauere, nonnulli etiam Turturem, Græcos imitati, qui una uoce & auem ſignificant & piſcem.

TRYXALIS, (τρυξαλὶς) animal locuſtæ ſimile, ſine pennis, quod nonnulli idē eſſe putant cū eo, quod alio nomine Gryllu uocamus. Vide Pli. lib. 30 ca. 6.

T ANTE V.

TV, tui, uel tis, tibi, (σὺ) unicum ſecundæ perſonæ pronomen. Plau. in Amph. Lacrumantem ex abitu cōcinnas tu tuam uxorem. Cic. pro Rabir. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiuſquā denique hominis popularis mentionem facis? Plaut. Merc. Tibi aras, tibi occa s, tibi ſeris, tibi eidem metis. Tute, tu ipſe Teren. Eun. Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. Tutemet, idem Lucr. lib. 4. Tutemet in culpa cum ſis.

TVATIM, inquit Nonius. i. tuo more. Plau. Amph. Ecce tē iam tuatim facis.

TVBA, æ, {Tromba} (σάλπιγξ) inſtrumētū incuruū ex ære argētove, cuius ſonitu milites, equiq́ ad prælia inflāmātur: à tubi, hoc eſt, canalis concauitate nomē habens. Huius inuentionem Piſeo Tyrrheno aſſignat Plin. lib. 7. cap. 56. Cic. in Catil. Cum tubas, & ſigna militaria ſcirem eſſe præmiſſa. Verg. 2. Aene. Exoritur clamorq́ uirum, clangorq́ tubarum. Ad Heren. lib. 4. In concione de uirtute loquens, in prælio per ignauiam tubæ ſonitum perferre non potes. Lucan. lib. 1. Vangiones, Batauosq́ truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Tacit. lib. 2. Tum Sentius occinere cornua tubasq́ & peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit, ac promptiſſimum quenque ſuccedere. Hinc Tubicen, tubicinis, pen. cor. (σαλπιγκτὴς) qui tuba canit.

TVBER, eris, neutr. gener. & prima ſyllaba producta, {Gonfiamento, tartufola} (ὄγκος) tumor ſiue callus, in quocūq́ corpore eminens. Terē. Adel. Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Pli. lib 8 cap. 18. Tubera bina in dorſo habent cameli. Tuber pro callo prædura in arboribus eminente. Plin. lib & cap. 16 Reperitur & in alno tuber, tantò deterius, quantò ab acere alnus ipſa diſtat. Tubera item dicuntur tumentis terræ calli, & quidam prægnantis arenæ fœtus, ſiccis in locis ſine ullo caule prouenientes nullisq́ radicis mai capillamentis. Itali hodie Artoſlas, Galli Truffas uocant. Plin. libr. 19. cap. 2. Tubera cum undique terra circundata, nullisq́ fibris uinca, aut ſaltem capillamentis, nec utique extuberante, in quo gignuntur, loco, aut rimam agente, neque ipſa terræ cohærent: cortice etiā includuntur, ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud q̄ terrę callū &c. Idem cap. ſeq. Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, naſcuntur, et maxime è tonitribus, nec ultra annum durant. Iuue. Satyr. 5 Poſt hunc raduntur tubera, ſi uer Tunc erit, & faciant optata tonitrua cœnas Maiores. Mart. li. 13. Rumpimus altricem tenero de uertice terram Tubera. boletis poma ſecunda ſumus. Eſt & Tuber priore breui & fœminin gen. arboris genus, poma ferēs baccis, q̄ malis ſimiliora, à Sexto Papinio ex Africa in Italiam tranſlatum Plin. lib. 16. cap. 25. Ab amygdala proxime florent Armeniaca, deinde tuberes, & præcoces: illæ peregrinæ hę coactę. Fructus quoq́ arboris huius Tuberes dicuntur ſed maſcul. gen Suet. in Domit. Pridie, q̄ periret, cum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Mart. lib. 13. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? Nebriſſenſis, & Sabellicus putantes Vernæ ibi adiectiuum eſſe, dixerunt Tuberes fœm gen. eſſe, at ſubſtantiuum eſt plurale ab hic Verna, ut per appoſitionem dicamus Tuber, uerna, id eſt, ruri noſtro natus, non ex Aphrica allatus.

TVBER TERRÆ, (κυκλάμινος) herba eſt folia habens hederæ, purpurea, uaria, maculis utrinq́ albicantibus, caule quadrātali, nudo, floribus purpureis roſarum effigie, radice nigra, & tuberoſa, ita ut rapum uideri poſſit: a cuius figura apud Latinos etiam nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 9.

TVBERCVLVM, culi, (ὀγκίδιον, φυμάτιον) diminutiuum a Tuber. Pli. lib. 11. cap. 11. Apes regias extruunt tuberculo eminentes. Colu. lib. 7. cap. 5. Claui quoq́ dupliciter infeſtant ouem, ſiue cum ſublimes atq́ intertrigo in ipſo diſcrimine ungulæ naſcitur: ſeu cum idem locus tuberculum habet cuius, media fere parte canino ſimilis extat pilus, eiq́ ſubeſt uermiculus.

TVBERO, prænomine Quintus, ciuis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui cū in Pompeianis partibus fuiſſet, poſtea ueniam conſecutus à Cæſare, eodem crimine accuſauit. Q. Ligarium, defendente Cicerone, cuius aduerſus illum extat Oratio, pro Q. Ligario inſcripta.

TVBERO, as, (ὀγκοῦμαι) tuberoſus ſum, tuberis modo emineo, in tuber excreſco: unde Extubero, & Protubero compoſita de quibus ſuis locis.

TVBERVM, ri, flumen Carmaniæ nauigabile, quod Pariæ populi accolunt. Autor Plin. lib. 6. cap 23.

TVBILVSTRIVM, (inquit Feſtus) dies erat, quo aqua tubæ luſtrabantur.

TVBVRCINOR, tuburcinaris, {Deuorare, mangiare ingordamente} (λαφύσσω) raptim comedo. Titinnius apud Noniū: Tuburcinari ſine me uellis reliquias. Plaut. in Perſa Tuburcinari de ſuo, ſi quid eſt domi.

TVBVS, tubi maſc. ge. {Canna, cannone, doccione} (σωλὴν) canalis teres, & concauus, ſeu fiſtula maior, qua aqua ducitur. nomen habens à tumore Cic. lib. 2. de Legib. Ductus uerò aquarum, quos iſti tubos, & euripos appellant, quis non cū hæc uidens, irriſerit? Tubos uiſcerum Mar. libr. 11. Per tranſlationem poſuit pro podice. & pudendo muliebri, q̀ iis meatibus, ueluti canalibus quibuſdam, excrementa tam liquida, q̄ ſicca egerantur Modo (inquit) qui per omnes uiſcerum tubos ibat.

TVBVLVS, tubuli, pen. cor. (σωληνίδιον) diminutiuum à Tubus, idem ſignificans quod canaliculus, ſeu fiſtula minor. Varro libr. 1. de Re ruſtic. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant quà humor aduentitius tranſire poſſit. Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace aſcendens primum parietem, deinde & locum uicinum calefaciebat Hinc eſt quod apud Paulum Iuriſconſultum legimus Tubulos eos eſſe, quibus paries calore torretur. Apud antiquos enim nullus in cubiculis tricliniisve uſus erat ignis, nondum ſcilicet ratione excogitata fumum per infumibula emittendi.

TVBVRBIS. urbs Africę propriæ dictæ inter Bragadam, & Tritonem amnes. Autor Plin. lib. 5. cap 4.

TVCETA, cibaria cum carne, ſeu (ut quidam interpretantur) cibi regii.

TVCCA, Auguſti temporibus, uir in primis eruditus fuit, Vergilioq́ amiciſſimus, & ex parte teſtamenti hęres, cui Auguſtus una cum Vario, & Plotio Aeneidem, quam cremari Poeta teſtamento iuſſerat, ea lege dedit emendandam, ut nihil adderent Autor Seruius.

TVDÆ, (τοῦδαι) opidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Callæcorum, inter Minium & Durium flumina. Ptolemæus lib. 2 cap. 6.

TECCIA. uirgo Veſtalis fuit, quæ inceſti accuſata, aquam pertulit in cribro. Pli. lib. 28 cap 2.

TVDER, {Todi} (τοῦδερ, Stephano) oppidū eſt Vmbriæ mediterraneæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 14. Huius oppidi incolæ. Tudertes appellantur. Silius lib. 4. Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

TVDES. itis, p. ge. co. (σφῦρα) idem quod malleus, teſte Feſto, à tudendo dictus: unde cuidam nomen factum eſt Tuditano, q̀ caput oblongum haberet, & malleo ſimile. Hæc ille.

TVDERIVM, (τουδέριον) ciuitas in inferiore Germaniæ climate, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11.

TVDICVLA, æ, (σφραγίστρα) inſtrumentū, ſiue Stylus, quo uaſis ſigna imprimuntur. Quidā etiā accipiunt Tudiculā pro cochleari, (τορύνη Ariſtophani) quo olla mouetur. Eſt & Tudicula, machina, qua funduntur oleæ. Col. lib. 12. c. 50. Eſt & organū erectæ tabulæ ſimile, quod Tudicula uocatur, idq́ nō incō mode opus efficit, niſi q̀ frequēter uitiaī, & ſi baccæ pluſculū iniectis, impedit.

TVDICVLO,as,pen.cor.imprimo,ac ſculpo:& per tranſlationem cõmoueo, excito,κινέω. Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculaſſe uetulam?

TVDITANVS,nobilis apud Romanos familiæ cognomẽ fuit,inde tractũ quòd qui primus id cognominis ſortitus eſt,caput habuerit oblongum,& malleo non diſſimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ouidii Poetæ amiciſſimis, ad quem ille ſemel atque iterum ſcribens in libris de Ponto, conqueritur eius nomen in carmine elegiaco locum non habere, eò quod breuem habeat ſyllabam inter duas longas ſitam. In Ouidio uulgò legitur Tuticanus.

TVDITO,tuditas,pe.cor.negocii aliquid agere,teſte Feſto, & quaſi tundendo aliquid efficere. Lucr. lib.2. Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam Corpora conficere. Tractum à fabris,qui malleis ſæpe percutiendo opera faciunt.

TVEOR,eris,pro defendo,& conſeruo, {Diffendere, cuſtodire} (προΐσταμαι, ἀμύνω)ſecundæ coniugat eſt:à quo Tutus.quãuis Tutus eius participiũ ſit, quo uſus eſt. Quintil. in declamatione Cæci. Tutus ſum(inquit)adoleſcentis miſerrimi cauſam. Quem imitatus Laurent. Valla in Raudenſem, Quis,inquit,narrat Verrem ſuperaſſe Dacos? Tantum Siciliam cõtra piratas fortiter tutum eſſe accepimus. Hinc & Tuitio nomen uerbale,non Tutio.id eſt,defenſio, cuſtodia. Cic.in Top. Tuitio ſui. Similiter in compoſitis, Intuitum, dicimus, non Intutũ. Tutus autem magis nominis,quàm participii uim habet licet actiuam, & paſſiuã in ſe gerat ſignificationẽ,ut Valla docet,ut Tutus portus, Tuta urbs: quòd tueatur alios,non quòd ab aliis defendatur. Cæſ. 3. Bel. Ciuil. Hic ſubitam fortunæ commutationem uidere licuit: qui modò ſibi timuerant, hos tutiſſimus portus recipiat, &c. Sic apud Terent. in Heaut. Tutum conſilium.i.firmum,ſecurum. Tutus locus,in quo ſecure uerſari,aut quippiam agere poſſumus. Plau.in Milit. Nã opus eſt nunc tuto loco. Non rarò etiam paſſiuè accipitur:& tunc fere ablatiuo cum præpoſitione a,uel ab iungitur: ut Tutus ſum ab hoſtibus, pro munitus, & ſine periculo ſum. Cæſ. 2. Bell Gal. Quæ res & latus unum caſtrorum ripis fluminis muniebat,& poſt eum quæ eſſent,tuta ab hoſtibus reddebat. Sic dicimus quempiam Tutum à calore,à ui,a perfidia,&c. Cætera uide in dictione Tutus, ſuo loco. In hac autem ſignificatione Tueor unicum habet compoſitum Contueor, quo uſus eſt Cic. in Clodium: Videant hi,qui illum Põpeii inimicum,ob eamq́ cauſam tot,tantisq́ ſceleribus contuebantur, & nonnunquam eius indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur,quàm ſe citò inuerterit. Tuor,uero tueris,pro uideo.(ὁρᾶσθαι)tertiæ coniugationis eſt.& tria compoſita habet, Contuor, Intuor,& obtuor:a quibus Contutum, Intutũ,& Obtutum fiunt ſupina. unde & uerbale Obtutus pro aſpectu. Cic. 1. Offic. Ex oculorum obtutu, ex eleuatione aut remiſſione ſuperciliorum. Plau in Aſin. At hercle ipſum adeò cõtuor: quaſſanti capite incedit. Et iterum: Nam ego illud argentum tam paratum filio ſcio eſſe,quàm me hunc Scipionem contui Et in Moſtel. Profectò nullam equidem illic cornicem intuor. P. At tu iſtac ad nos obtuere,quoniam cornicem nequis cõſpicari,ſi ulturios forte duos poſſis contui. Cicero pro ſe ad Quirites: Qui excellẽti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam, ut non ſolum cunctam intui,ſed etiam tueri poſſitis ciuitatem. Ex his patet,aliud Tueor ſignificare,quod eſt contra Priſcianum:quia Tuor ſemper pro uideo capitur, ſicut Cõtuor,& Intuor indicant. Tueor uerò frequentiſſime pro defendo. Oui. 2. de Arte: Non minor eſt uirtus quàm quærere,parta tueri. Licet quandoq; etiam pro uideo capiatur. Verg. lib. 4. Aene. Talia dicentem iandudum auerſa tuetur. Id eſt, huc illuc uoluens oculos aſpicit. In qua ſignificatione cõpoſita habet Intueor,& Contueor. Ci. de Somn. Scip. Solem aduerſum intueri nequimus. Plaut. in Cap. Viden' tu hunc,quàm inimico uultu contuetur? In eadẽ tamen ſignificatione & Cõtuor legimus, & Intuor, ut paulò ante aliquot Plauti teſtimoniis docuimus. Tuor igitur ut iam diximus, Contuor, Intuor, & ſi qua alia fortè reperiantur a Tuor cõpoſita,uidendi tantum habẽt ſignificationẽ. Tueor uerò ſæpius defendẽdi,nonnunquam etiam uidendi. Verum quoniam Tuor cum ſuis compoſitis priſcum nimis eſt, & propemodum obſoletum, idcirco pro eis Tueor, Cõtueor, & Intueor,in ſignificatione uidendi ſuppleri uidemus. Ponitur præterea Tueor aliquando pro alo, tolero, ſuſtineo, τρέφω. & quod barbari dicunt interteneo. Scæuola in l. pen. & ult. de in rem uerſo: Sine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere nõ poſſet. Tueri ædificium, eſt ſartum tectum cõſeruare, & crebris inſtaurationibus efficere,ne uſus eius reddatur deterior. Varro lib. 1 de Re ruſt. Maiora in tecta ex ædificamus pluris,& tuemur ſumptu maiore. Budæus.

TVGINI,uetuſtiſſimi Heluetiorum populi,ad lacum Lucernatem incolentes: quorum oppidum Tugium eſt,quod uulgò Zug uocant, imprimis amoeno ſitu a Septentrione planitie pratorum ampla, ab Occidente, piſcoſo lacu, a Meridie ſupra lacus longitudinem Alpium proſpectu, ab Oriente uerò partim paſcuo, partim ſyluoſo colle conſpicuum Hi ſe Tigurinis, Lucernatibus, Vrienſibus, Suitenſibus, & Subſyluanis perpetuo foedere iunxerũt anno ab orbe redempto. 1352. & in ciuitate Heluetiorum ſeptimum locum tenent. Tuginorum meminit Strabo lib. 7. una cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupiſſe aſſerens, & a Romanis fuiſſe deletos.

TVGVRIOLVM,cum accentu in antepen.(καλύβιον, οἰκίδιον)paruũ tugurium. Quod ſi anguſtius ſit Gurguſtium nominatur, a gurgulione uerme.

TVGVRIVM,ii, {Tegotto,tegza}(καλύβη)caſa ruſtica, ex leuiore materia excitata,arundine aut ulua paluſtri tecta Dictum Tugurium, quaſi tegurium a tegendo,propterea quòd ruſticos ab æſtus tempeſtatũq; iniuria tegat. Verg 1. Eclo. Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. Tugurii appellatione(ait Pomponius de Verb. ſign l. tugurii)omne ædificium quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit,quàm urbanis ædibus, ſignificatur. Propriè autem, quæ ædificantur,ut nec parietes habeant,nec luto cruſtata ſint,ſed ſtramentis, uel arundinibus aliove ſimili genere teguntur Tuguria appellant.

TVLCIS,modicus amnis Hiſpaniæ ad Tarraconem,ut ſcribit Pomp. lib. 2.

TVLI,(ἤνεγκα)modo attuli ſignificat. Terent. in And. Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit, Quid facias illi,qui dederit damnum, aut malum? Modo pertuli. Verg. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus. Modò ſuſtuli:uide in dictione Fero.

TVLIPHORDVM,(τουλίφορδον)oppidum in inferiore Germaniæ climate,apud Ptolem. lib. 2. cap. 11.

TVLLISVRGIVM.(τουλισούργιον)oppidum in inferiore Germaniæ climate,apud Ptolem. lib 2. cap. 11.

TVLLIA,filia fuit Seruii Tullii, ſexti Romanorum regis: quæ cum Tarquinio nupſiſſet, qui poſtea a moribus Superbus eſt cognominatus, uiro auctor fuit patrem ſuum occidẽdi, regnumq́ eius inuadendi. Nunciata deinde patris nece, protinus conſcenſo curru ad uirum accurrit, ut ei regni adepti nomine gratularetur: cumq; in patris cadauer in uia protectum incidiſſet, dubitantem aurigam & regis reuerentia in latus equos flectentem, compulit, ut per medium patris corpus ageret carpentum: a quo tam immani genere impietatis uicus ille ſcelerati nomẽ retinuit, teſte Liu. lib. 1. ab Vrb. Ouid. in Ibin: Infamemq́ locum ſceleris quæ nomine fecit, Preſſit & inductis membra paterna rotis. Fuit item Tullia, M. Tullii Ciceronis filia quam ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

TVLLIANVM,ni,locus erat Romæ in carcere,noxiorum ſupplicio deſtinatus:a Tullo Hoſtilio extructus:unde & nomen accepit. Salluſt. in Catil. Eſt locus in carcere,quod Tullianum appellatur.

TVLLIVS,nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius parentis. de quo latius ſupra egimus in dictione Cicero.

TVLLVM,Leucorum oppidum,inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cuius meminit Ptolem. lib. 2. cap. 9.

TVLLVS HOSTILIVS,tertius Romanorum rex, qui Numæ Põpilio ſucceſſit, moribus illi diſſimilibus, atq; ipſo etiam Romulo ferocior: cuius uita explicatur a Liu. lib. 1. ab Vrb. Verg. lib. 6. Cui deinde ſubibit Otia qui rumpet patriæ, reſidesq́ mouebit Tullus in arma uiros, & iam deſueta triumphis. Agmina, &c.

TVLLIOS,alii dixere eſſe ſilanos, alii riuos, alii uehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluẽtis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Enn. in Aiace, Maſſo ſanguine tepido tullii efflantes euolant. Feſtus.

TVM,(καὶ μάλιστα δὴ)particula in oratione plerunq; ſubſequens poſt Cum, eiuſdem fere cum illo ſignificationis, niſi quòd Tum, maius quiddam in ſe contineat, aut ſpecialius. Nam ſi membra ambo eiuſdem ſint ponderis, magis utimur. Tum, geminato. Verum de hoc abunde multa ſupra diximus in particula Cũ.

TVM AVTEM.ponitur pro Et, teſte Donato. Teren. in Eunuc. Vt illum dii, deæq́ ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt: Meq; adeo qui reſtiterim, tũ autem qui illum non flocciſecerim. Aliquando pro præterea, inquit Donatus. Cicer. de Nat. deo. Is tum fuſus ſublime fertur, tum autẽ cõcretus in nubes cogitur.

TVM DEMVM,(τότε δὴ τέλος)id eſt nouiſſime. Verg. li. 12. Tum demũ mouet arma Deo. Ponitur aliquando pro tunc tandem. Cic. 2. de Leg. Quæ nõ tum demum incipit eſſe lex ſcripta, ſed tum cum orta eſt.

TVM DENIQVE,id eſt, tum demum, uel ad extremum. Cic. ad Qu fra. lib. 1. Atq; ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Reſpublicas putauit, ſi aut docti, aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent.

TVM VERO,id eſt, deinde,(εἶτα)Cum non præcedente. Cic. de Orat. Ex his enim & dignitatem maxime expetendam uidemus. tum uerò & iuſtus, ac honeſtus labor honore, præmiis, ſplendore decoratur.

TVMBA,æ,{Tomba}(τύμβος)locus concauus ſub terra. Vnde & pro ſepulcro poni conſueuit: παρὰ τὸ τυφθῆναι ἐκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα ... hoc eſt, ab eo quod corpus mortuũ ibi uratur.

TVMEO,mes,mui,{Eſſer ſgonfio}(οἰδέω, ὀγκόω)inflor, protubero. Pla. in Perſ. Quid hoc quod in collo tibi tumet? Verg. 2. Georg. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. Oui. 3. Metam. Igne micant oculi, corpus tumet omne ueneno. Tibull. lib. 1. Eleg. 8. Et tua iam fletu lumina feſſa tument. Ponitur aliquãdo pro ſuperbire, (ὀγκοῦσθαι)quoniam inflati quodam modo ſuperbientium animi uidentur. Plin. lib. 7. cap. 7. Tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti tamen perire potuiſti. Cic. 3. Tuſc. Sapientis autem animus ſemper uacat uitio, nunquàm turgeſcit, nunquàm tumet. Hora. 1. Epiſt. 1. Laudis amore tumes. Tumere negotia, dixit Ci. ad Att. lib. 14. id eſt, ſeditiones erumpere, & bella, ut ait interpres. Tumeſco, is, tumidus fio, ὀγκώδης γίνομαι. Verg. lib. 1. Georg. Continuò uentis ſurgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumeſcere. Hinc Cõtumeſco Extumeſco, & Intumeſco: quorum ſignificatio ſupra eſt explicata.

TVMEFACIO,is,{Sgonfiare}tumidum facio. Cic. 1. de Diuin. Cum ſit immoderato tumefacta potu atq; paſtu. Martia. lib. 4. Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes. Ouid. 15. Metam Extentam tumefecit humum.

TVMIDVS,a,um,{Gonfiato}(ὀγκώδης)inflatus. Cice. 3. Tuſcu Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non uitioſe ſe habet. Verg. 3. Aen. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus equor. Per tranſlationem accipitur pro ſuperbo. Ouid. 8. Metam. Ergo impune feret uiuusq́ & uictor, & ipſo Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit.

TVMOR,oris, {Sgonfiatura}(οἴδημα, ὄγκος)inflatio. Cic. 3. Tuſc. Nũ manus affecta recte eſt, cum in tumore eſt? Idem 4. Tuſcu. Citiusq́ repentinus oculorũ tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Celſus lib. 5. cap. 28. Ea ſic temperanda eſt, ut & manu contingenti iucunda ſit. uſque eo adhibenda, donec aliquid ex tumore minuiſſe, coloremve ulceri magis naturalẽ reddidiſſe uideatur. Per tranſlationem ponitur pro ira. Cic. 2. Tuſc. Quum tumor animi reſediſſet.

TVMVLO,as, {Sepelire, ſotterrare}(θάπτω)ſepelio, in tumulo condo. Marti. lib. 11. Aeolidum Canace iacet hoc tumulata ſepulcro. Vltima, cui paruæ ſeptima uenit hyems. Ouid. 8. Meta. Ne coniugis unquàm Buſta meæ uideam, neu ſim tumulandus ab illa. Catull. Argon. Nec iniecta tumulabor mortua terra. Vnde & Attumulo, quod eſt terram aggero, & quaſi tumulum iuxta facio. Plin. libr. 19. Dein ſi terram fugientes cauliculos ſecos, a terraq; procerkitate luxurioſa attollentes ſe exaggerando aliam attumules.

TVMVLTVARIVS,a,um,(παρατυχών, αὐτοσχέδιος) quod ſine præmeditatione factum eſt. Vnde Tumultuaria oratio dicitur. Quicquid properatum & ſubitarium, aut rapide factum quæſitumve eſt, Tumultuarium dicitur, ut ait Budæus: ut. Tumultuarius miles. Liu. 5. Bell. Mace. Mens ea Senatui fuit, ut in Hiſpania tumultuarii milites legerentur. Tumultuarius dux, qui pro tumultu eligitur. Tumultuarium opus, in promptu, & raptim factum. Tumultuarius exercitus, dicitur qui quaſi tumultu quodam præparatus eſt: id eſt, raptim, & feſtinãter conſcriptus. Liu. li. 5. Quippe quibus in hoc tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad undecimum lapidem occurſum eſt Tumultuario(ἐκ τοῦ παρατυχόντος)aduerbium, Apuleius: Et ex more calida tumultuario lauacro noſtro præparato.

TVMVLTVO,tuas, {Eſſer in trauaglio}(θορυβοῦμαι) in perturbatione ſum. Plau. in Ruden. Vt mihi iſtud dicas, negotii quid ſit, quòd tumultues. Dicimus &

Tumul-

Tumultuor, aris, deponens, in eadem ſignificatione. Plaut. in Pœn. Atq; interfectis hoſtibus non decet tumultuari. Terent. Hecy. Neſcio quid iandudum hic audio tumultuari, miſera Male metuo. Cic. 1. Offic. Fortis verò animi, & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur. ſed præſenti animo uti & conſilio, nec a ratione diſcedere. Cæſ. 7. Bell. Gall. Vno ferè tempore ſub lucem hoſtibus nunciatur, in caſtris Romanorum præter conſuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen aduerſo flumine. Tumultuatio, onis, uerbale, (θορύβημα). Liu. 8. Bel. Maced. Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim euadere anguſtias, reuocare primos, & eadem, qua uenerat, uia referre coegit ſigna.

TVMVLTVOSVS, a, um, (θορυβώδης) qui turbas excitare ſolitus eſt. Liu. 4. ab Vrb. In ocio tumultuoſi, in bello ſegnes. Tumultuoſus item dicitur plenus tumultu. Cic. 1. de Diuin. Ex ſeditioſa, & tumultuoſa uita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum. Liu. 2. ab Vrb. Latini equites cum tumultuoſo aduolant nuncio, Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnandam uenire. Horat. 3. Carmin. Ode 1. Deſiderantem quod ſatis eſt, neq; Tumultuoſum ſolicitat mare. Hinc tumultuoſe, aduerbium, (θορυβωδῶς) cum tumultu. Liu. 2. ab Vrb. Adeò tumultuoſe excepta eſt clamoribus undiqae, & indignatione patrum. Cæſ. 7. Bel. Gal. Cæſar mittit complures equitum turmas eo die, media nocte ut imperat, ut paulò tumultuoſius omnibus in locis peruagarentur.

TVMVLTVS, us, ui, {Romore, trauaglio} (θόρυβος) idem quod metus, uel trepidatio, quaſi timor multus. Propriéq; dicebatur bellum aliquod ſubitum quod ob periculi magnitudinem, hoſtiumq; uicinitatem, magnam urbi trepidationem incutiebat: Cic. 8. Phil. Quid aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde & nomen ductum Tumultus, quaſi timor multus. Itaque maiores noſtri, Tumultum Italicum, q erat domeſticus, Tumultum Gallicum, q erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Liu. 8. ab Vrbe Nondũ perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuaſit, haud fere unq̃ neglecta patribus. Cic. 5. Philip. Rem adminiſtrandã arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo, tumultũ decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi ſublatis uacationibus in urbe & in Italia. Hiſce uerbis Cicero omnia tumultus ſigna expreſſit: quibus apparet, omnia in tumultu præpoſtere adminiſtrari publice priuatimq; ſolita, cũ bellum urgens, & quaſi mœnia imminens ſolennes actus non admittit. Inde factum, ut Tumultuarium pro præpropero, & ſubitario, ac rapide facto aut quæſito accipiatur. Ponitur aliquando Tumultus pro omni motu, trepidatione, ſeu perturbatione. Cæſ. 1. Bell. Ciui. Conclamant legionis tertiædecimæ, quæ aderat, milites, (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) ſeſe paratos eſſe Imperatoris ſui, Tribunorumq; plebis iniurias defendere. Plaut. in Milit. Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. Verg. lib. 1. Georg. Ille etiam cæcos inſtare tumultus Sæpe monet. Idem. 2. Aen. Hic Ithacus autem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Terent. And. Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti in genitiuo, pro tumultus, more antiquo.

TVMVLVS, li, {Mucchio, ſepulcro} (λόφος, θινὸς) collicula, terra nõnihil eminens. Verg. lib. 2. Aen. Eſt urbe egreſſis tumulus. Cæſ. 1. Bell. Gall. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. Cicer. anteq̃ iret in exi. Dii deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis cõſtitutam. Verg. 5. Aen. Socios in coetum littore ab omni Aduocat Aeneas tumuliq; ex aggere fatur. Ouid. 15. Metam. Eſt prope Pittheam tumulus Trœzena, ſine ulla Arduus arboribus, quondã planiſſima campi Area, nũc tumulus &c. Aliquando accipitur pro ſepulcro, (τάφος) quia ibi concerunt terra conſueuit. Verg. lib. 3. Aen. O felix una ante alias Priameia uirgo, Hoſtilem ad tumulum Troię ſub mœnibus altis Iuſſa mori. Cic. 3. Tuſcul. ex Homero: Quo magis eſt æquum tumulis mandare peremptos Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis. Tumulus honorarius, (κενοτάφιον) hoc eſt uacuum ſepulcrum, quod iis mari ſubmerſis, uel quorum corpora haberi non poterant, erigi ſolet. Sueton. in Claudio: Cęterum exercitus ei honorarium tumulum excitauit, circa quem, &c. Hinc Tumuloſus, a, um, adiect. (βουνώδης) quod eſt tumulis plenum. Salluſt. in Iugurt. Ante lucis aduentum peruenit in locum tumuloſum, à Capua nõ amplius duum millium interuallo.

TVNC, (τότε, τὸ τηνικαῦτα) aduerb. tẽporis, ſignificat eo tẽpore: & de omnibus tẽporibus dicitur. De præterito. Verg. Tũc decuit, quum ſceptra dabas: De præſenti. Plau. Tunc ad eã accede, quã potes. De futuro. Idem: Ego tunc adero. quũ tui uidendi mihi copia erit. Additur quãdoq; genitiuus Temporis: ut apud Iuſtinũ: Tunc temporis Perſarum Cambyſi mediocri uiro. Tunc demum, idem quod tũ demum. Plin. lib. 11. ca. 14. Tunc demum labra atraq; morſu apprehendentes.

TVNDO, dis, {Peſtare, ſpoluerizare, sbattere} (κόπτω, πλήσσω, κρούω) tutudi, tunſum, ſecundum Priſcianum, licet eius compoſita ipſum u, non habeãt, ut Obtundo, obtudi, obtuſum. Verg. lib. 4. Georg. Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Plin. lib. 31. Tuſum ſine n, poſuit, Hæc tuſa, cribrataq; uino quantum poſſit excellenti. Diomedes putat habere duplex præteritum, & duplex ſupinũ, ſcilicet tutudi, tuſum, & tunſi tunſum. Significatq; Tundere, percutere, pulſare, comminuere. Plaut. in Aſin. Sed quid hoc q picus ulmum tundit? Colum. li. 2. cap. 21. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur. Et lib. 6. cap. 7. Quibus in unum tunſis. Cic. 7. Verr. Cũ ille nihilominus iacentis latera tunderet, ut aliquando ſpondere ſe diceret. Ouid. 1. de Arte. Iamq; iterum tundens molliſſima pectora palmis. Refertur interdum ad uerba, & ſignificat ſæpius idẽ repetere Terent. in Hecyr. Tundendo, atq; odio effecit ſenex. Id eſt, ſæpe dicendo, ſiue iterando. Et eſt translatio ſumpta à malleo fabrorum ſæpe percutiente. Tundere aures. Plautus in Pœnul. Pergin aures tundere? id eſt, obtundere, ſæpe idem repetẽdo.

Tundere eandem incudem aſſidue, prouerbialiter dicitur pro eo quod eſt, indefatigabili aſſiduitate in operis alicuius ſtudio perſeuerare. Vide Chiliadas Eraſmi. Huius compoſita ſunt, Contundo, Extundo, Obtundo, Pertundo, Protundo, & Retundo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TVNES, tunetis, {Tuniſi} (τυνῆς) urbs eſt Africæ totius præſtantiſſima, regiõq; Libyæ regia. Hęc eo tempore, quo Scipio in Africa bellum gerebat, tumulus erat, cum operibus, tum natura loci munitus, duodecim non amplius millia paſſuum a Carthagine diſtans, qui & ab urbe conſpici, & proſpectum cum ad urbem, tum ad circunfuſum mare præbere poſſet. Recentiores aliquot antiquitatis imperiti, Tunetum uocant, alii Tunitium, ſed præter cuiuſquam ueterum, ut arbitror, exemplum. Liu. certe lib. 10. Bell. Pun. accuſatiuum modò Tunetem Latinorum, modo Tuneta Græcorum more effert. Sic enim habet circa initiũ lib. 10. Iam in Carthaginem intentus, occupat relictum cuſtodum fuga Tuneta. Et circa finem eiuſdem libri: Tum ad Tunetem eodem, quo prius, loco caſtra poſita. A' Tuneto Tunetæi, τυνῆται dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſæos appellat.

TVNGRI, (τοῦγγροι) populi inter Belgas, qui à Ptolemæo poſt Tabullam flumen collocantur. Horum urbs fuit Atu acutum, teſte eodem Ptolem. libr. 2. cap. 9.

TVNICA, æ, {Tonica, tonega} (χιτών) ueſtis erat apud Romanos interior, & ſine manicis, cui toga ſuperinducebatur. Verg. 9. Aen Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hoc aũt dicit, ut barbarum, & peregrinum morem indicet, non Romanum, cum apud Romanos ſine manicis tunicæ geſtarentur. Pla. Manuleatam tunicam habere hominem decet. Dicta eſt autẽ Tunica à tuendo corpore. Cice. 5. Tuſ. Atq; is, cum pila ludere uellet, ſtudioſe enim id faciebat, tunicamq; poneret, adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur. Mulieres quoq; olim tunicis utebantur, ſed oblongis, & talaribus, quæ ima etiã crura tegerent. Plin. Epiſt. ultima lib. 2. Aurelia ornata fœmina ſignatura teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas tunicas. Martialis in Lesbiam: De cathedra quoties ſurgis, iam ſæpe notaui, Pædicant miſeram Lesbia te tunicæ. Tunica item omnium intima dicebatur, qua hodie linea utimur: barbare quidam camiſiam uocant. Ouid. 2. Amor. Qualem uidi tetigiq; puellam, Sic etiam tunica tangitur illa ſua. Et alibi: Pugnabat tunica ſe tamen illa tegi. Vtebantur & tunica, quæ media dici poteſt: cuiuſmodi eſt ferè tunica lanea, rubra, alba'ue, qua brumali tempore utimur. Erat & alia tunica, quæ his ſuperinduebatur. à Gallis uocabuli Græci ueſtigia retinentibus Hocqueton appellatur. quaſi ὁ χιτὼν. Neq; uero id cuipiam mirũ uideri debet, Gallicæ uocis etymon ex lingua Græca peti, ſiquidem olim Druidæ, Gallorum ſacerdotes in publicis, priuatiſq; rationibus Græcis literis utebantur, ut legimus in ſexto Commentariorum Cæſaris. Hæc ferè ex Baiſio. Tunica moleſta, genus erat ſupplicii: ea ignium alimentis illita & intexta, ut Seneca docet, ac mox ſuccenſa, cruciabiliter obuolutos nocẽtes, qui ſceleris conuicti grauioris forent, inurebat. Vide Cælium Rhod. antiq. lect. lib. 10. cap. 5. Tunicæ oculorum, ſunt membranæ, quibus oculi ſunt compoſiti. Plin. lib. 11. cap. 37. Tenuibus, multiſq; membranis oculos natura compoſuit, calloſis contra frigora, caloreſq;, in extremo tunicis. Arborum quoq; & fruticum membranas, Tunicas appellamus Plin lib. 12. cap. 19. Probatur caſia breui tunicarũ fiſtula, & non fragili. Hinc Tunicula, diminu. Plin. lib. 26. ca. 12. Tenuitatem illam, denſitatemq; tunicularum felle ſubeunte.

TVNICO, cas, pe. co (χιτωνίζω) tunicam induo, ueſtio, Varro λογομαχίῳ, ut citat Nonius. Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareq; homulum.

TVNICATVS, a, um, (μονοχίτων) qui ſola indutus eſt tunica, hoc eſt, qui nullam tunicæ ſuperinduit togam: cui opponitur Togatus. Pla. Pœnulo: Nouiſtin' tu illunc tunicatum hominem, qui ſiet? Iuue. Sat. 3. Tunicati fuſcina Gracchi. Eſt autem Tunicatus, non participium, ſed nomẽ adiectiuum, à tunica deductum ea forma, qua à caligis caligatum dicimus, & à calceis calceatum.

TVOR, eris, (ὁρῶμαι) uideo, à quo deducuntur compoſita Contuor, Intuor, & Obtuor. Plautus Aſinar. At hercle ipſum adeo contuor: quaſſanti capite incedit Et iterum. Nam ego illud argentum tam paratum filio ſcio, q̃ me hunc ſcipionẽ cõtui. Idẽ in Moſtellaria: Profecto equidem nullam illic cornicẽ intuor. P. At tu iſta ad nos obtuere, quoniã cornicem nequis cõſpicari, ſi ulturios forte duos poſſis contui. Hodie tamen Tuor cum compoſitis rarò eſt in uſu: eorumq; loco magis recepta ſunt Tueor, Contueor, & Intueor: ut latius docuimus ſupra in uerbo Tueor.

TVRARIVS VICVS, Romæ fuit, in quo thus, cæteraq; thymiamata uendebantur. Aſconius: Signum Vertumni in ultimo uico Turario eſt, ſub Baſilica ſe flectentibus.

TVRBA, æ, {Turba, turbamento, romore} (τύρβη, ὄχλος, ταραχὴ) & Rixa, non idem ſignificant. Vlp. de Vi bo. rap. & de turba. l. Prætor ait. Turbã appellatum eſſe Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiſerint, utiq; non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Si uero fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Turba ergo multitudinis, Rixa duorum. Sed quia multitudo ferè non uacat perturbatione, factum eſt ut perturbationem appellemus Turbam. Eſt igitur Turba, & multitudo, & in multitudine perturbatio. Cic. Cecinnæ: Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba quantaq; in confuſione rerum omnium uiueremus Ter. in And. Dii ueſtram fidem, quid turbæ eſt apud forũ? Cic 6. Verr. Ecce autem noua turba atq; rixa. Turba. pro multitudine. Cic. 2. Verr. Videt ad ipſum fornicem Fabianum in turba Verrem appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriã gratulatur. Idẽ. 5. Tuſcu. Quid erit in philoſophi grauitate, q̃ in uulgi opinione, ſtultorũq; turba, q dicatur aut grauius, aut grandius? Oui. 1. Amor Eleg. 7. Queq; tuos currus comitantum turba ſequetur. Turbã prunorum, pro uariis generibus prunorum dixit Plin. lib. 15. cap. 13. Et turbam uulnerum, pro multitudine uulnerum, lib. 11. cap. 37.

TVRBATE, aduerb. (ταραχωδῶς) turbulenter. Cæſ. 1. Bel. ciuilis: His de cauſis aguntur omnia raptim atq; turbate.

TVRBAMENTVM, ti, (ταραχὴ, τάραχος) idem quod turbatio. Tacitus lib. 17. Quæ alia turbamenta uulgi Sall in Orat. Lepidi ad Quirites. Maxima reipublicæ turbamenta atq; exitia probare.

TVRBATOR, ris, {Diſturbatore} (ταρακτὴς) qui rem aliquam conturbat. Liu. 4. ab urbe. Parum id uideri, q omnia diuina humanaq; turbentur iam ad Conſulatum uulgi turbatores accingi.

TVRBELLA, æ, (ταραχίδιον) diminutiuum. parua turba. Pla. in Pſeu. Scis tu quidem hercle, mea ſi commoui ſacra, Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare.

TVRBIDVS, a, um, {Conturbato, torbido} (θολερὸς) conturbatus confuſus, nõ clarus, tumens, commotus: Hora. 1. Car ode 3. Qui uidit mare turbidum. Turbidus dies, proceſſoſus Plin. lib. 11. cap 10 Quin & excrementa operantium intus, ne longius recedant, unum congeſta in locum, turbidis diebus, & operis ocio egerunt. Turbidus homo, commotus plenus perturbationis terribilis, clarus, & arrogãtia tumens. Verg. 9. Aene. Huc turbidus, atq; huc Luſtrat equo muros, aditumq; per auia quærit. Idem lib. 12. Tum ſic affatur regem, atq; ita turbidus

in ſit. Tacit. lib. 20. Mox C. Cæſar turbidus animi, &c. Turbida aqua, id eſt, turbata, & impura. Cic. 5. Tuſc. Darius in fuga cum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit unquam ſe bibiſſe iucundius. Vergil. 5. Aene. Ruit æthere toto Turbidus imber aqua, denſiſq; nigerrimus Auſtris. Turbidior, Turbidiſſimus. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 1. Pectora ſunt ipſo turbidiora mari. Actiones turbidiſſimæ, apud Quint. lib. 1, cap. 10. Hinc Turbide, aduerbium θολερῶς. Cic. 4. Tuſc. Intelligatur igitur perturbationem iactantibus ſe opinionibus inconſtanter, & turbide, in motu eſſe ſemper.

TVRBINO, as, pen. co. {Aguzzare, apuntare} (ἐπιτροχίζω, στρομβίζω) in turbinis figuram exacuo. Hinc Turbinatus, adiectiuum, (κωνοειδής) quod in turbinis figuram deſinit. Plin. li. 37. ca. 4. Siquidem & colore tranſlucido non differt, & laterum ſexangulo leuore turbinatus in mucronem. Idem lib. 11. ca. 37. Cor homini infra læuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Hinc Turbinatio, onis. Plin. lib. 15. cap. 20. Alius turbinatio pyri, alius ouata ſpecies.

TVRBO, bas, {Turbare} (ταράττω, ὀχλέω, κυκέω, τυρβάζω) confundo, commoueo. Plaut. in Capt. Aduenient turbauit totum cum carne carnarium. Id eſt, commouit. Mart. lib. 2. Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos. Cic. 1. de Nat. deor. Ariſtoteles quoque in tertio de Philoſophia libro multa turbat, à magiſtro Platone uno diſſentiens. Idem pro Cluent. Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, uentorum ui agitatur, atq; turbatur. Verg. 1. Aen. Sed res animos incognita turbat. Idem. 12. Aen. Et ſubita turbaret clade Latinos. Turbare, abſolute. Taci. lib. 4. Cum repente turbare fortuna cœpit. Turbatum eſt, impersonale. Ter. in Eun. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. Turbaſſit, pro turbauerit, uſurpatum ab antiquis. Cice. 3. de Legib. Aſi qui turbas ſitan agendo: fraus actoris eſto. Hinc Turbor, paſsiuum. Cice. ad Atti. lib. 2. Prorſus, ut ſcribis, ita ſentio: turbatur Sampſiceramus. Hinc Turbatus (τεταραγμένος) cõmotus. Cæſ. 2. Bel. Ciu. Turbatus ex inopinato malo. Et turbate aduerb. Idẽ 1. Bell. Ciui. His de cauſis agũtur omnia raptim, atq; turbate. Huius compoſita ſunt, Conturbo, Deturbo, Exturbo, Diſturbo, Interturbo, Obturbo, & Perturbo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TVRBO, binis. {Turbine, uembo} (στρόβιλος) uentus ualidiſsimus, & uorticoſus, obuia quæq; deturbans proſternenſq; Verg. 1. Aen. Venti uelut agmine facto, Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant. Turbo pacis, per tranſlationem pro turbatore, & euerſore. Idem pro do. ſua: Tu procella patriæ, turbo, ac tempeſtas pacis atq; otij. Eſt & turbo, (στρόβιλος, τροχὸς, βέμβιξ) genus inſtrumenti luſorij, quod à pueris ſcutica in gyrum circum agitur. Vergil. 7. Aen. Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere turbo, Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Ab huius inſtrumenti ſimilitudine Turbo, (κῶνος) dicitur, quicquid è lato paulatim deſinit in acutum. Cicero de Fato: Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem ſuum: quæ moueri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Plin. de aloe. lib. 27. ca. 4. In turbinibus cadorum. Oui. 1. Metam. Caua buccina ſumitur illi Tortilis, in latũ quæ turbine creſcit ab imo. Turbineus, a, um, ut, Vortex turbineus. Ouid. 8. Metam. Multa quoq; hic torrens niuibus de monte ſolutis, Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.

TVRBO, bonis, (τύρβων) proprium nomen gladiatoris. Hora. lib. 2. Ser. Sat. 3. Corpore maiorem uides Turbonis in armis.

TVRBVLENTO, tas, (διαθορυβέω) exagito, perturbo. Apuleius: Me ſtrepitu turbulentauit.

TVRBVLENTVS, a, um, {Torbolento, torbolato, tribolato} (ταραχώδης, θορυβώδης) commotus, iratus, turbidus, contentione plenus. Plaut. in Epid. Tu ædepol te es turbulentus. Conciones turbulentas. Cic. ad Attic. lib. 4. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furioſiſsimæ Publii. Tempeſtas turbulenta. Idem. 7. Verr. Vt nullus unquam dies tam magna turbulentaq; tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines uiderent. Idem pro Sylla: In illa turbulentiſsima tempeſtate Reipub. mea ſponte deſpexerim. Turbulentus animus, id eſt, perturbatus. Liuius lib. 2. ab urb. Turbulentior inde animus. L. Valerio, T. Aemylio COSS. Hinc Turbulente, aduerb. ταραχωδῶς. Cic. pro Domo ſua: Omnia contra leges, moreſq; maiorum temere, turbulente, per uim, per furorem eſſe geſta. Turbulenter, aliud aduerb. Cic. ad Cœlium lib. 2. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

TVRCÆ, {Turchi} teſte Mela, Scythiæ populi fuerunt, maris Caſpii, Caucaſiq; montis accolæ, qui ſupra ſeptingenteſimum abhinc annũ, relicta patria portaſq; Caſpias egreſſi, latrocinantium more in Perſidem primum, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecerunt: occupataq; minore Aſia, uictricia arma in Europam traiecerunt, Græciamq; omnem ductu Mahometis in poteſtatem redegerunt, ipſa etiam Imperii ſede Conſtantinopoli poſt longam obſidionẽ expugnata. De origine Turcarum, rebuſq; geſtis uide latius Baptiſtam Egnatium in opuſculo de Romanis principibus.

TVRDARIVM, (κιχλοτροφεῖον) locus quo turdi aluntur ad ſaginam.

TVRDETANI, (τουρδητανοί) Hiſpaniæ Bæticæ populi ſunt, apud Ptolemæum lib 2. cap. 5.

TVRDVLI, (τουρδοῦλοι) populi Hiſpaniæ Bæticæ Baſtulis, & Turdetanis finitimi teſte Ptolemæo lib. 2. ca. 5. Var de Re ruſt. lib 2. ca. 10. Non omnis apta natio ad pecuariam, quòd neq; Baſtulus, neq; Turdulus idonei.

TVRDVS, {Tordo} (κίχλα) auis nota & inter primas à ſaporis bonitate collocata. Hora. lib. 1. Epiſt 16. Nil melius turdo, nil uulua pulchrius ampla. Eſt & Turdus nomen piſcis, quem & ipſum κίχλαν uocant Græci. Pli. lib. 32. ca. 11. Turdus inter ſaxatiles nobilis.

TVREVS, a, um. TVRIBVLVM, li. TVRIFER, ra, rum. &

TVRICREMVS, uide in nomine Tus.

TVRIFICO, cas, (θυμιάω) ture ſuffio.

TVRGEO, ges, turſi, {Gonfiarſi} (ὀγκόομαι, οἰδέω) inflor, tumeo. Verg Eclo. 7. Iam læto turgẽt in palmite gemmæ. Turgere alicui, eſt iraſci in aliquem, ſiue commoueri. Plaut in Caſ. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Idem in Moſtel. Tota mihi turget uxor nunc domi ſcio. Plin. lib. 20. cap. 13. Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutã, & pituitæ. Compoſita ſunt Deturgeo, & Obturgeo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

TVRGESCO, cis, (ὀγκοῦμαι) turgidus fio, intumeſco. Perſius: Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat dare pondus idonea fumo. Cic. 3. Tuſc. Corq; meum penitus turgeſcit triſtibus iris. Varroq; de Re ruſt. cap. 9. Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam mixtam cum naſturtij ſemine, & aqua aliquanto ante facta intrita: & ne tum deniq; in eorum corpore turgeſcat aqua, prohibendum. Oui. 3. Amor. Eleg. 9. Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris. Plin. lib. 8. cap. 50. Nouembri menſe, ut Martio pariant capræ turgeſcentibus uirgultis.

TVRGIDVS, a, um, {Gonfio} (ὀγκώδης) tumidus, inflatus. Pla. in Mil. Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis. Cice. 5. Tuſc. Num aliquod membrum tumidum ac turgidum non uitioſe ſe habet? Hora. 3. Carm. Ode 13. Cras donaberis hœdo, Cui frons turgida cornibus. Hinc fit diminutiuum Turgidulus. Catullus: Flendo turgiduli rubent ocelli.

TVRIA, (τουρία) fluuius eſt Edetanorum, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, Valentiam præterfluens, & in ſinum Sucronenſem ſe exonerans. Claudianus: Floribus, & roſeis formoſus Turia ripis. Sall. lib. 4. Hiſt. Inter læua mœniũ dextrum flumen Turia: quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere efferendum contendit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur teſtimonium paulo ante ex Claudiano citatum. Plin. Durium uocat lib. & cap. 3. Ptolemæus Dorium.

TVRIONES, tenella arborum, fruticum, aut herbarũ cacumina. Colum. li. 12. cap. 48. Conciſis deinde pleno uaſe oliuis, immitte defrutum uſq; ad os; Lauri turiones in hoc uſu mittito, ut oliuas deprimant: poſt dies uiginti utere.

TVRMA, æ, {Compagnia de ſoldati} (ἴλη) ordo militaris tres equitum continens decurias, totidemq; habens decuriones. Romuli enim tempore cum ter tantum eſſent tribus Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum, ex ſingulis tribubus deni equites in turmam aſciſcebantur: & ſinguli decuriones: à quo etiã numero Turmam dictam aſſerit Varro, quaſi terdenam. Cic. pro Marc. Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Verg. 5. Aeneid. Tres equitum numero turmæ, terniq; uagantur Ductores, pueri biſſeni quemq; ſecuti. Hora. lib. 3. Car. Ode 4. Diuoſq; mortaleſq; turmas Imperio regit unus æquo.

TVRMALES, dicti qui in turma ſunt eadem. Liu. 5. ab Vrbe: T. Manlius Cõſulis filius, ſupra caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit. Turmalis, le, adiectiuum, quod ad turmam pertinet. Claud. de Bell. Gild. Excutiet inceſtos turmalis buccina ſomnos.

TVRMATIM, {Per compagnia} (ἰλαδόν) aduerbium, per turmas. Cæſar 8. Bell. Gall. Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu. 5. ab Vrb. Mox ululatus, cantuſq; diſſonos, uagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

TVRNVS, (τύρνος) nomen regis Rutulorum, acerrimiq; Troianorum in Italiam aduenientium hoſtis: quem Aeneas ſingulari certamine uictum occidit, Lauiniamq; illi deſponſatam uxorem duxit.

TVRONES, Lugdunenſis Galliæ populi ſunt, ad Ligerim fluuium. Auctor Plin. lib. 4. cap. 18.

TVRPIO AMBIVIVS, actor comœdiarum Terentij temporibus.

TVRPIS, & hoc pe. {Sozzo, brutto, turpe, deforme} (αἰσχρὸς, δυσειδής) deformis: eſt enim contrarium Pulchro. Terent. in Phor. Lacrymæ, ueſtitus turpis. Hora. 3. Car. Ode 27. Ante q̃ turpis macies decentes Occupet malas. Ouid. 3. de Arte: Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus: Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput. Transfertur etiam ad animum, pro inhoneſto, infami, indecẽti. Oui. 1. Amor. Eleg. 13. Si mihi Tithono de te narrare liceret, Turpior in cœlo fœmina nulla foret. Cic. pro Quintio: Multis uexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit. Terent. in Heaut. Pudet dicere hac præſente uerbum turpe. Ouid. 1. Amor. Eleg. 9. Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Cic. 1. Offic. Luxuria uero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt. Interdum ponitur pro magno, ut annotauit Nonius. Ver. 3. Georg. Optima toruæ Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Idẽ. 4. Georg. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Item pro crudeli, ut non uno in loco apud Salluſtium.

TVRPICVLVS, a, um, diminutiuum, (ὑπαίσχρος) idem quod ſub turpis. Ci. 2. de Orat. locus in turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. Hinc fit compoſitum Subturpiculus. Idem Attic. lib. 4. Quid? etiam ſubturpicula mihi uidebatur palinodia.

TVRPIFICO, cas, (αἰσχύνω) fœdo, turpitudine afficio. Cic. 3. Offic. Quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi uideri debet.

TVRPITVDO, inis, (αἶσχος, αἰσχρότης) deformitas. Cic. 2. de Fin. Sunt & turpitudines plurimæ, quæ, niſi honeſtatis natura plurimũ ualeat, cur non cadant in ſapientem, non eſt facile defendere. Quint. lib. 2. cap. 2. Cauendum non ſolum crimine turpitudinis, uerum etiam ſuſpicione. Cic. 2. de Orat. Verborum turpitudinem, & rerum obſcœnitatem uitare.

TVRPITER, aduerbium, (αἰσχρῶς) fœde, inhoneſte, indecore. Plau. in Merc. Quod in ſe olim admiſerit turpiter. Cæſ. 3. bell. Ciui. Reliquos turpiter fugere coegerunt. Cic. 3. Tuſ. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Oui. 5. Triſt. Eleg. 7. Turpius eiicitur, q̃ non admittitur hoſpes.

TVRPO, as, (αἰσχύνω) fœdo, turpitudine afficio Cice. 1. Tuſcu. ex ueteri quopiam Poeta. Hæc omnia uidi inflammari. Priamo ui uitam euitari, Iouis aram ſanguine turpari. Verg. 10. Aen. Et terra ſubleuat ipſum Sanguine turpantem comptos de more capillos. Horat. 1. Ser. Sat. 5. At illi fœda cicatrix Setoſam læui frontem turpauerat oris.

TVRRICVLA, {Torricella} (πυργίον) diminutiuum, parua turris. Eſt & uaſculi genus, turris ſimilitudine, per quod tali in alueolum mitti ſolent, ne in iaciẽdo fraus committi poſſet. Græci πύργον uocant: Perſius etiam Orcam. Extat diſtichon apud Martialem lib. 14. turriculæ uſum deſcribens.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit, nil niſi uota facit.

TVRRIGER, (πυργοφόρος) gerens turres Plin. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Verg 10. Aen. Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi Turrigeræq; urbes, &c. Dea turrigera, eadem cum Cybele, ſiue Tellure. Ouid. 4. Faſt. Carina turrigera, Lucan. lib. 3. Frons turrigera Cybeles, Ouid. 6. Faſt.

TVRRIS, huius turris, fœm. gene. {Torre} (πύργος) à terrendis hoſtibus dicta eſt,

eſt, ſicut Arx ab arcendis: uel q aſpectu toruꝰ ſit, hoc eſt terribilis. Caeſ. 5. Bell. Gall. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisq; ſuccenſa eſt. Cic. 5. Tuſc. Dionyſius concionari ex turre alta ſolebat. Verg. 10. Aeneid. Nec ſpes ulla fugae: miſeri ſtant turribus altis Nequicquam, & rara muros cinxere corona. Horat. 2. Carm. Ode 10. Saepius uentis agitatur ingens Pinus, & celſae grauiore caſu Decidunt turres, feriuntq; ſummos Fulmina montes. Fiunt etiam turres ambulatoriae, de quibus Vegetius lib. 4. cap. 17. ſic ſcribit. Turres dicuntur machinamenta, ad aedificiorum ſpeciem tabulis tabulatisq; cō pacta. Et ne tantum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſime ex crudis corijs, uel centonibus communiuntur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo, Nā interdū tricenos pedes per quadrum, interdū quadragenos, uel quinquagenos latae ſunt, Proceritas autem ipſarum tanta ſit, ut non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotae mechanica arte ſubduntur, quarum lapſu uolubili, magnitudo tam alta moueatur. Praeſens autem periculum ciuitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas, & diuerſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietē, cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam uero accipit pontem factum de duabus trabibus, ſeptumq; de uimine, quem ſubito prolatum inter turrem murumq; conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus cōtati, & ſagittarij collocantur, qui defenſores urbis ex alto contis, ſaxis, miſſilibusq; proſternant.

TVRRITVS, ta, tum, pen. pro. {Alto, ſublime}(ἔπυργος, πυργοφόρος) turribus inſtructus: ut, Mater deum turrita, id eſt, Cybele, quae eadem credebatur cū Tellure. Verg. lib. 6. Aen. — Qualis Berecynthia mater, Laeta Deum partu Phrygias turrita per urbes Inuehitur curru. Caſtella turrita, id eſt turribus plena. Lucan. lib. 5. — turritaq; ſummis Diſponit caſtella iugis. Elephanti turriti, quibus turres ſuperponuntur uel qui turres geſtant. Pli. lib. 8. cap. 7. Iterum totidem Turriti cum ſexagenis propugnatoribus. Moenia turrita. Ouid. 3. Amor. Eleg. 7. Quid tibi Turritis incingere moenibus urbes? Interdum Turritus accipitur pro alto, & turris inſtar edito, ὑψηλός. Verg. 3. Aeneid. Gemino demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.

TVRSIO, onis, piſcis eſt delphino non diſſimilis, triſtitia tamen aſpectus abſeo differens, laſciuiae eius, quae in delphino conſpicitur, prorſus expers, roſtro, tamē canicularum maleficentiam prae ſe ferens. Haec Pli. lib. & cap. 9.

TVRTVR, maſcu. gen. {Tortora}(τρυγών) auis nota ex genere columbarum à ſono, quem edit, nomen habens. Plaut in Moſt. Tu tibi iſtos habeas turtures. Calepinus Seruium ſecutus, putauit, foemininum eſſe in hoc uerſu Vergilii ex 1. Eclog. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo. Sed procul dubio uterq; decipitur. Nam adiectiuum Aeria non cum nominatiuo Turtur, ſed cum ablatiuo Vlmo cohaeret. Eſt item Turtur piſcis marinus, ex genere uenenatorum, qui & τρυγὼν dicitur à Graecis, eodem quo auis, nomine. A Latinis autem paſtinaca uocitari ſolet.

TVRVNDA, {Tronda}(ψωμός) maſſa ſiue buccella qua farciuntur, ſiue ſaginantur altilia. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 89. Gallinas farciunt turundis hordeaceis. Apud Catonem tū ca. 89. ſignificat linamentum illud ex filis, quod in ulcera immitti à medico ſolet: Ait enim, Et ſi fiſtula erit, turundam intrò trudito.

TVRVPTIANA, urbs Callaecorum Lucenſium, in Tarraconenſi Hiſpania. Ptolemaeus lib. 2. cap. 6.

TVS, huius turis, {Incenſo}(λίβανος) lacryma libani arbuſculae, uni terrarum Arabiae conceſſa, diuinis ſacrificiis & templorum ſuffimentis dicata. Ouid. 14. Metam. Templa tibi ſtatuam, ſoluam tibi turis honores. Tibul. lib. 1. Eleg. 3. Redderetq; antiquo menſtrua tura Lari. Varro à tuſis glebis dictum exiſtimat cui & Seruius aſſipulatur. & Priſcianus. Quocirca ſine aſpiratione ſcribendū uidetur. Alij tamen originem eius à Graeco uerbo θύειν petere malunt, quod eſt ſacrificare unde etiam per aſpirationem ſcribendum praecipiūt. Prouenit autem tus potiſſimum in regione Sabaeorum, quae Felicis Arabiae pars eſt. Verg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei Colligitur autem duplici uindemia: quarum prior eſt circa Canis ortum, altera uerno tempore inciſo arboris cortice, qua maxime uidetur eſſe praegnans, & ubi tenuiſſimus tenditur. Laxatur hinc plaga unde proſilit ſpuma pinguis, quae concreta denſatur. Probatur Tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut ſtatim ardeat, & frietur potius, q̃ dentem recipiat. Tureus, a, um, quod ex ture eſt. λιβανωτός. Col. lib. 3. Iam turcam plantam mature amplatam, florentesq; hortos myrrha & croco. Verg. 2. Georg. — Sola India nigrū Fert Hebenum, ſolis eſt turea uirga Sabaeis. Ouid. 4. Faſt. Farra deae, micaeq; licet ſalientis honorem Detis, & in ueteres turea grana focos. Turibulum, li, (θυμιατήριον) uas quo tus adoletur. Liu. 9. Bell. Pun. Ex per manus ſuccedentes, deinde alię alijs, omni effuſa ciuitate obuiam turibulis ante ianuas poſitis, qua perferebatur, atque accenſo ture precantibus, &c. Cic. 6. Ver. Num etiam de L. Papyrio uiro primario, locuplete honeſtoq; equite Romano turibulum emiſti? Turifer, ra, rum, pen. cor. (λιβανωτοφόρος) tus producens: ut, Regio turifera. Plin. lib. 6. cap. 23. Veniuntq; circiter XXX. diem Ocelin Arabiae, aut Canam turiferae regionis. Idem lib. 12. Vt illo modo, cum deuiciſſet turiferas gentes ſupplicaret. Ouid. 3. Faſt. Et domitas gentes turifer Inde tuas. Turicremus, a, um, cremans tus, ut, Arae turicremae. Verg. 4. Aen. Turicremis cum dona imponeret aris. Ouid. Epiſt. 2. Saepe deos ſupplex, ut tu ſcelerate ualeres, Sum prece turicremis deuenerata focis. Turilegus, a, um, pen. cor. ut, Arabes turilegi. id eſt, colligentes tus. Ouid. 4. Faſt. Nam modo turilegos Arabas, modo deſpicit Indos. Tuſculum, li, diminutiuum, uide infra.

TVSCANIA, (τουσκανία) oppidum Tuſciae prope Tarquinios à quo Tuſcanienſes populi quorum meminit Plin lib. 3. cap 5.

TVSCA, Africae fluuius eſt, Zeugitanam prouinciam, hoc eſt, Africam proprie dictam, dirimens à Numidia. Autor Plin lib. 5. cap. 4.

TVSCIA, {Toſcana}(τυῤῥηνία) celeberrima Italiae regio, Macra & Tiberi fluminibus intercepta alio nomine Hetruria dicta, à Graecis et Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam Atyos filio, qui relicta Maeonia in Italiam ſeſe contulit, & in ora maris inferi conſedit populosq; Tyrrhenos, & mare ipſum Tyrrhenum de nomine ſuo appellauit: Tuſciam autem Feſtus dictam exiſtimat à Tuſco quodam Herculis filio, qui regionis huius imperium dicitur tenuiſſe, quanquam non deſint, qui à Graeco θύειν quod eſt ſacrificare, uocis eius originem repetant. Fuerunt enim Hetruſci prae caeteris Italiae populis eorum, quae ad religionem & ſacrificia pertinent, ad ſuperſtitionem uſque ſtudioſi. Hinc fit, ut nonnulli primū nominis huius elementum exiſtiment eſſe aſpirandum, Tuſciae oppida celeberrima ſunt Florentia, Piſae, Luca, & Sena. Populi ipſi Tuſci appellantur, & Hetruſci à Graecis τυῤῥηνοὶ haruſpicinae olim peritiſſimi Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum cauſa uates olim ex Hetruria Romam ſaepiſſime acceſſebantur.

TVSCVLVM, (λιβανωτίον) diminutiuum à Tus. Plau. in Aul. Hoc tuſculum emi, & haſce coronas floreas.

TVSCVLVM, (τούσκλον Strab.) oppidum Latii, XV. M. paſſuum ab urbe diſtās, olim inter inſignes Latii ciuitates numeratum, Frederici Aenobarbi temporibus à Romanis Pontificibus deletum, eo q Imperatori Pontifici bellum inferenti auxilio fuiſſent Tuſculani Hodie obſcurus eſt uicus, quem Romani Friſcatum uocant. Dictum autem putatur Tuſculum, quaſi τὸ σκύλλον, propterea q in monte ſatis edito ſitum, moleſtiam exhiberet aſcendentibus. Eſt enim σκύλλειν uexare, ſeu moleſtia afficere. Conditum autem exiſtimatur à Telegono Vlyſsis & Circes filio, qui cum patrem imprudens occidiſſet, in ea ſeſe loca recepit. Hinc deducitur adiectiuum Tuſculanus, a, um, τυσκλανὸς Stephano. ut, Ager Tuſculanus, Ciceronis uilla nobilitatus: & Tuſculanum municipium, Catone Cenſorio municipe illuſtratum.

TVSCVS, a, um, (τυῤῥηνός) poſſeſſiuum à Tuſcia deductum: ut, Tuſcus uicus à Tuſcis incolis, teſte Feſto, ita dictus, quibus poſt Porſenae diſceſſum in urbe manentibus ſedes ſunt aſsignatae. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. At Tuſci turba impia uici.

TVSSEDO, inis, {Toſſe}(βήξ) idem quod tuſsis, Apuleius: Aſsiduo pulſu tuſſedinis hiulci pectora.

TVSSILAGO, inis, (βήχιον) herba eſt ſyluestris folia habens quina, aut ſeptena maiuſcula, quàm hederae, ſubalbida à terra, ſuperne pallida, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, radice tenui. Nomen habet ab effectu, q fumus eius per arundinem hauſtus, tuſsim quantumuis ueterem ſanare dicatur. Officinae Vngulam caballi modo appellant. Eſt & Tuſsilago ſatiua, à quibuſdam Saluia appellata, ſimilis uerbaſco, quae in puluerem contrita, aduerſus tuſsim utiliter bibitur. Autor utriuſq;. Plin. lib. 26. cap. 6. Et Dioſcori. lib. 3. cap. 117.

TVSSIO, ſis, ſiui, ſitum, {Toſſire}(βήττω) tuſsim patior. Pla. in Aſi. Forte ſi tuſsire occepſit, ne ſic tuſsiat. Vt cuiquam linguam in tuſsiendo proferat. Plin. lib. 20. cap. 2. Semen eorum cum cumino tritum, potumq; in uino, tuſsientibus auxiliatur. Mart. lib. 1. Et placet, & tuſsit. Horat. 2. Ser. Sat. 22. Siquis forte cohaeredum ſenior male tuſsiat.

TVSSIS, huius tuſsis, foem. gen. {Toſſe}(βήξ) uehemens ſpiritus efflatio (ut definit Galenus in tractatu de Sympt. cauſis) ea quae meatum ſuum obſtruunt, excutere conantis. Quae ſi continue uexet, à Seneca Pertuſsis nuncupatur. Eſt enim continens tuſsis, & inueterata, quae uix unquam eliditur, ex qua multi conficiuntur. Ter. in Heau. Gemitus, ſcreatus, tuſsis, riſus abſtine. Verg. 3. Geor. Hinc canibus blandis rabies uenit, & quatit aegros Tuſsis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis. Catul. Epig. 41. Fui libenter in tua ſuburbana Villa malamq; pectore expuli tuſsim. Hinc Tuſsicula, tuſsiculae, diminutiuum. Plin. Epi. 114. Veteris infirmitatis tuſsicula admonitus, &c.

TVTAMENTVM, ti, {Defenſione}(πρόβλημα) defenſaculum, Liuius 1. bell. Puni. Vt ea ſola ignibus aliquoties coniectis ab hoſte etiam tutamentum fuerit.

TVTAMEN, inis, idem Verg. 5. Aeneid. Donat habere uiro, decus & tutamen in armis.

TVTANVS, pen. pro. (προστάτης) deus quidam apud Romanos, idem (ut putarent) cum Hercule, quem periclitantes inuocabant, ut ipſos tutaretur. Varro in Hercule, ut citat Nonius: Noctu Annibalis cum fugaui exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus Romae nuncupor: Nunc propterea omnes, qui laborant, inuocant.

TVTE. (σὺ αὐτός) tu ipſe à tu formatur per paragogen te correpta Nam te, magis ſyllabica additio eſt, q̃ compoſitio, additurq; duntaxat nominatiuo, non etiam alijs caſibus. Et hoc fit, cūm pronomen ad eam reuocatur perſonam, à qua ſumitur, ut cum dico tu lege: ille reſpondeat cur tute non legis? Cic. 4. Ver. Hoc autem tute fatebere. Idem 2. Tuſ. Reliquum eſt, ut tute tibi imperes.

TVTELA, lae, {Defenſione}(ἐπιτροπή) quid ſit docet Paul. Iuriſconſul. ff. de Tut. Tutela (inquit) eſt ius, ac poteſtas in capite libero, conſtituta ad tuendū eū, qui per aetatem ſua ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data, ac permiſſa: ex qua ipſi Tutores nomen acceperunt, quaſi tuitores, atque defenſores. ſicut Aeditui, qui aedes tuentur. Cic. de Orat Filius eius paruus, qui tibi in tutelam eſt traditus. Accipitur idem latius Tutelae nomen, pro quauis protectione, προστασία. Idem 3. de Finib. Atque etiam Iouem, cum optimum & maximum dicimus, eumq; eundem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem: hoc intelligi uolumus, ſalutē hominū in eius eſſe tutela. Horat. 1. Epiſt. 1. — Rerum tutelam carū Cum ſis, &c.

TVTELARIS, re, (προστατικός) quod quippiam in ſua habet tutela: ut, Dii tutelares, id eſt, urbium praeſides, in quorum tutela, illae eſſe putabantur. Hi autē in oppugnationibus, urbiū certo carminis genere ſolent euocari, ne cū ipſis etiā Diis bellum ſuſceptum uideretur. Tutelaris Praetor, cuius officium erat, pupillis tutores attribuere. Hunc autem omnium primus M. Antoninus Imperator conſtituiſſe exiſtimatur, ut in Vita eius narrat Capitolinus.

TVTELARIVS, (ἱεροφύλαξ) aedituus, qui aedes ſacras, aut publicas ſuo periculo tuetur. Plin. lib. 34. ca. 7 Aetas noſtra uidit in Capitolio, prius q̃ id nouiſſime conflagraret, à Vitellianis incenſum, in cella Iunonis canē ex aere, uulnus ſuum lambentē: cuius eximiū miraculum, & indiſcreta ueri ſimilitudo, non ex eo ſolum intelligitur, q ibi dicatus fuerat, uerum & noua ſatiſdatione: nā ſumma nulla uidebatur par. Capite tutelarios cauere pro eo, inſtituti publici fuit.

TVTILINA, dea, apud Romanos (inquit Nonius) à tuendo dicta. Varro in Hercule, ut citatur ab eodem Nonio: Tuam fidem Tutilina inuoco, quae adeſſe mortalibus ſoles. Hanc Aug. lib. 4. Ciuit. praeeſſe frumentis collectis, atq; recōditis ſcribit, ut tuto ſeruarentur.

TVTO, aduerbium (ἀσφαλῶς) ſine periculo, impune. Plaut. in Amph. Pa-

tri ut liceret tutò illam amplexarier? Cic.4. Ver. Qua uix tuto tranſire poſſe uideamus.

TVTO, tas, {*Defendere*} (ἀσφαλίζω) uerbum antiquum, idem ſignificans quod protego, defendo. Plau. in Mercatore: Inuoco uos Lares Diales, ut me tuteris.

TVTOR, aris, {*Defendere*} (ἀμύνω, προΐσταμαι) deponens, ſiue (ut Priſciano placet) commune idem ſignificans quod diligenter protego, ſiue defendo. Hora. in Epiſt. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Terent. in Hec. Ego interea meum non potui tutari locum. Cic. pro Sylla: Hunc patronum, defenſorem, cuſtodem illius coloniæ, ſi in omni fortuna atq; honore incolumem habere non potuerunt: in hoc tamen caſu, quo afflictus iacet, per uos tutari, cõſeruareq; cupiũt. Verg.7. Aen. Et iubet arma parari, Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem. Idem 2. Aen. Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis. Hanc primũ tutare domum. cui paruus Iulus, &c.

TVTOR, oris, {*Tutore, defenſor.*} (πρόδικος, ἐπίτροπος, πρόβολος) nomẽ uerbale, quo is ſignificatur, qui ius & poteſtatem habet in capite libero, ad tutandum eum, qui ſe per ætatem nondum tueri poteſt. Hæc autem ætas (ſecundum Iureconſultos) eſt uſque ad pubertatem, id eſt, uſque ad decimumquartum annũ. Nam inde uſque ad uigeſimumquintum dantur curatores, qui etiam furioſis, & mente captis dari ſolent. Eſt igitur Tutor, pupilli defenſor. Liu. 1. ab Vrbe: Poſtremo tutor etiã liberis regis teſtamento inſtitueretur. Cic. de Ora. ad Quin. Sergius Galba populum Roman. tutorem inſtituere ſe dixit filiorum ſuorum orbitati. Idem de Clar. Orato. Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. Tutor finium, id eſt, defenſor, προστάτης. Horat. Epod. 2. Et te pater Syluane tutor finium.

TVTORIVS, a, um, (ἐπιτροπικός) quod ad tutorem pertinet: ut, Auctoritas tutoria.

TVTVLVS, inquit Feſtus ornamentum capitis Flaminicarum, & uitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem erecta, qua Flaminica à cæteris mulieribus diſcernebatur. Viri item in ſacris tutulis utebantur, qui inde Tutulati dicebantur. Varro lib.6. de Ling. Lat. Tutulati dicti, qui in ſacris habere ſolent ut metam in capitibus: id Tutulus appellatur ab eo quod matresfamilias crines conuolutos ad uerticem capitis, quos habent uti uelatos, dicunt Tutulos: ſiue ab eo, q; tuendi cauſa capilli fiebant, ſiue ab eo, q; altiſſimum in urbe, quod eſt arx, ea res tutiſſima, Tutulus uocatur.

TVTVS, ta, tum, {*Sicuro, libero dal pericolo*} modò actiue accipitur ꝓ eo quod quid facile à periculo protegit, (ὀχυρός, ἀσφαλής) ut, Tutus locus, Tutus portus. Cic. pro lege Manil. Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet? Cæſar 3. Bell Ciuil. Hic ſubitam commutationem fortunæ uidere licuit: qui modo ſibi timuerant, hos tutiſſimus portus recipiebat: qui noſtris nauibus periculum intulerant de ſuo timere cogebantur. Modo paſſiue, pro eo qui extra periculum eſt, cuiq; facile noceri non poteſt: ut cum dicimus quempiam tutum ab hoſtibus eſſe, uel Tutum ad ictus. Cæſar. 2. Bell. Gall. Quæ res & latus unum caſtrorum ripis fluminis muniebat & poſt eum quæ eſſent, tuta ab hoſtibus reddebat. Liu. 6. Bell. Maced. Cæterum ſicut teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam ad omnes ictus uideo eſſe, &c. Hinc fit Tutè, aduerbium, (ἀσφαλῶς) id eſt, citra periculum. Auctor ad Heren. lib.3. Eum tute uiuere, qui honeſte uiuat. Tute, cauteq; aliquid agere, ibidem paulo poſt. Hinc Tutius, & Tutiſſimè. Cn. Pompeius Ciceroni. Cenſeo ad nos Luceriam uenias, nam te hic tutiſſimè fore puto.

TVVS, a, um, (σός) pronomen poſſeſſiuum à Tu. Plaut. in Perſa: Tua merx eſt, tua indicatio. Cice. ad Trebonium lib. 15. Nunc hæc primo cupio cognoſcere, iter tuum cuiuſmodi ſit. Tuum eſt ad te ſpectat, tui eſt negotii & officii. Ter. in And. Tuum eſt, ſiquid præter ſpẽ euenit, mihi ignoſcere. De tuis unus: pro unus tuorum amicorum, uel de numero amicorum tuorum. Cic. ad Cæſarem. li. 13. Qui & in bello tecum, fuiſſet, & propter memoriam Craſſi de tuis unus eſſet. Tuapte, & Tuopte, ablatiui ſunt ex Tua, & Tuo ablatiuis, & Pte, ſyllabica adiectione compoſiti: ut, Tuapte ſponte, id eſt, tua ipſius ſponte: Tuopte conſilio, id eſt, tuo ipſius conſilio. Pla. Mil. Quippe ſi reſciuerit inimici conſiliũ tuum, tibi Tuopte conſilio occludunt linguam.

T ANTE Y.

TYANA, pen cor. (Τύανα) Cappadociæ ciuitas ad radices Tauri montis, patria Apollonii, ſiue ille magus, ſiue Philoſophus fuit: cuius uitam fabuloſiſſimo uolumine exequitur Philoſtr. Hinc fiunt gentilia Tyaneus & Tyanites, Τυανεύς, καὶ Τυανίτης Stephano. Poetæ aliquando efferunt Tyaneium per quinq; ſyllabas. Ouid. 8. Met. Oſtendit ad huc Tyaneius illic Incola de gemino uicinos corpore truncos.

TYBRIS, qui & Tyberis, aut certe Thybris (*Teuere fiume*) celeberrimus Italiæ fluuius: qui (ut inquit Plin. li. 3. cap. 5.) è media ferè longitudine Apennini finibus Arretinorum profluit, tenuis primo, nec niſi piſcinis corriuatus, &c. De quo uide ſupra in dictione Tiberis.

TYBVR, uris, pen. gen. corr. ſiue Tyburtum, ti, pen. pro. (Τίβυρις, Τίβυρα) urbs ad ſeptumdecimum lapidem diſtans ab urbe. Hanc Cato, Solinus, & alii quidam à Catyllo Arcade, claſſis Euandri præfecto, conditam ſcribunt. Plinius uerò Tyburis ipſius originem antiquiorem eſſe docet, quàm urbis Romæ & extare adhuc tempore ſuo ilices tres, etiam Tyburto eius urbis conditore uetuſtiores, apud quas inauguratus traditur fuiſſe Tyburtus dum urbem eſſet conditurus. Sextus Græcus hiſtoricus ſic habet, Catyllus Amphiarai filius fuit. Hic poſt prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum interitum, iuſſu Dei, cum omni ſuorum coetu, & ſacris miſſis, tres liberos in Italia procreauit Tyburtum, Coracem, & Catyllum, qui expulſis ex oppido haud longe alio urbe Roma poſito. ueteribus ſicanis, à nomine Tyburti maximi alii oppidum uocauerunt. Hinc Tyburs, tis, Τιβουρτῖνος generia omnis, uel hic & hæc Tyburtis, & hoc Tyburte, quod eſt ex Tybure. Suetonius. Inchoauit autem aquæ ductum regionis Tyburtis. Horatius: Picenis cedunt pomis Tyburtia ſucco. Sunt tamen qui hæc per, i, Latinum ſcribant, ut puto rectius: præſertim cùm apud Suidam, Stephanum, Strabonem, cæteroſq; Græcos. Τίβουρος, Τίβυρα, καὶ Τίβυρα per iota legamus. De his itaq; uide ſupra ſuis locis.

TYCHE, es, (Τύχη) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Heſiodus in Theogonia: Εὐδώρη τε, Τύχη τε, καὶ Ἀμφιρὼ, Ὠκυρόη τε. Fuit item Tyche, una ex quatuor Syracuſanæ urbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata cuius meminit Cic. 6. Ver.

TYCHIVS, (Τυχίος) celeberrimi fabri nomen apud Homerum 7. Iliad. qui Aiacis clypeum fabricauit. Ouid. 3. Faſt. Nec quiſquam inuita faciet, bene uincula plantæ Pallade, ſit Tychio doctior ille licet.

TYDEVS, dictio diſyllaba, (Τυδεύς) nomen filii Oenei regis Calydoniæ, & Eriboeæ, uel ut aliis placet, Althææ: qui quum fratrem ſuum Menalippum inſcius occidiſſet, ad Adraſtum regem perfugit, cuius filiam Deiphilem coniugem duxit. Poſtea à Polynice, qui alteram Adraſti filiam, Argiam uxorem habebat, legatus ad Etheoclem regem Thebarum miſſus: ut pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem cum ueniſſet, regnumq; eſſet ingreſſus. Etheocles negauit ſe regno ceſſurum eſſe. Quo reſponſo Tydeus uehementer commotus eſt, ita ut non ſit ueritus & hoſtis, & ſolus, Thebanos omnes quotquot tum fortè cum Etheocle eſſent in conuiuio ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atq; ut animoſe prouocauit, ita omnes (ſic illi Pallas propitia erat) ſtrenue uicit, Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accenſi, reuerſuro inſidias tetenderunt, collocatis, ad opportunum locum, qua Tydeus tranſiturus erat, quinquaginta iuuenibus, cum duobus ducibus, Mæone Aemonis, & Lycophonte Autophoni filio: quos Tydeus in ſe impetum facientes trucidauit, uni tantum parcens Mæoni, quem acceptæ cladis nuntium ad Etheoclem remiſit. Profectus deinde una cum Polinice & Adraſto, reliquiſq; Græciæ principibus ad bellum Thebanum, poſt multas res præclariſſimè geſtas, à Menalippo quodam Thebano letaliter uulneratus, occubuit. Vide hæc latius in Statii Thebaide.

TYDIDES, dæ, pen. pro. (Τυδείδης) nomen patronymicum à Tydeo deductum quo Poetæ utuntur pro Diomede Tydei filio Verg. 1. Aen. O Danaum fortiſſime gentis Tydide. Hora. 1. Car. Ode 6. Quis Martẽ tunica tectum adamantina Digne ſcripſerit, aut puluere Troico Nigrum Merionen, aut ope Palladis Tydiden ſuperis parem?

TYENIS, pen. pro. (Τυηνίς) oppidum Colchorum: ità dictum à præterfluente fluuio eiuſdem nominis. Gentile eſt Tyenites, Τυηνίτης, Stephano.

TYLOS, (Τύλος) inſularum duarum nomen eſt in ſinu Perſico, margaritis abũdantium, & goſſampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes pretioſo linteo conficiuntur. Vide Pli. lib. 12. cap. 10. & 11.

TYLVS, uermiculus eſt pluribus pedibus, colore fuſco, ſub lapidibus aut figulinis uaſis uiuens, qui tactus ſcarcuat, atq; in globum contrahit, ad ſimilitudinem paruæ pilæ.

TYMBADES, (Τυμβάδες) Græco nomine appellãtur ſagæ, & ueneficæ, q; περὶ τύμβους hoc eſt, circa ſepulcra uerſentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad ueneficia ſua abutantur. Coel. lib. 21. cap. 38.

TYMBER (Τύμβρος) nomen uiri, & nomen fluminis.

TYMBOS, bi, {*Sepolchro, monimento*} (Τύμβος) uox eſt Græca, quam Latine buſtum uertere poſſumus, teſte Cicerone. Fit enim παρὰ τὸ τύφεσθαι ἐκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα, hoc eſt, ab eo q; ibi mortui cadauer excuratur. Latini paucis literis immutatis, etiam Tumbam appellant. Cic. 2. de Fin. Si quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam uiolarit deiecerit fregerit &c.

TYMOETES, ſiue potius Thymoetes (Θυμοίτης Homero) unus fuit ex Troianis principibus, conſcius (ut quidam putant) proditionis patriæ. Nam cum uates quidam Priamo futurum prædixiſſet, ut certo quodam die puer naſceretur, cuius culpa Troia euerteretur, ferunt eo die Hecubam peperiſſe Paridem. & Thymoetæ uxorem alterum filium, quem Priamus iuſſit occidi. Ob quam cauſam Thymoetes deinde non bene affectus fuiſſe erga Priamum putatur, & de Troiæ proditione cum Græcis cõſilia iniiſſe. Huc uidetur alluſiſſe Ver. 2. Aen. cum ait, Primuſq; Thymoetes Duci intra muros hortatur, & arce locari: Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.

TYMOLVS, pen. pro. qui & Timolus, (Τύμωλος Steph) Lydiæ mons, ex quo Pactolus amnis, & Tarne fons profluunt. Apud Pli. lib. 5. cap. 29. Timolus legitur per i, noſtrum Lydia (inquit) maxime celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur.

TYMPANITICVS, ci, (Τυμπανιτικός) qui tympanite laborat: hoc eſt, ea ſpecie aquæ inter cutẽ, cum uenter ſpiritu, aquaq; diſtentus, ſonum reddit tympani, cum pulſatur. Plin. lib. 25. cap. 5. Hydropicis, incipientibuſq; tympaniticis, ſtomachicis, &c.

TYMPANISTA, æ, {*Sonator di timpano*} (Τυμπανιστής) qui tympana pulſat.

TYMPANISTRIA, æ, (Τυμπανίστρια) mulier tympanum pulſans. Sidonius lib. 1. Epiſt. Tympaniſtria, pſaltria cauit.

TYMPANITES, pen. pro. (Τυμπανίτης) genus hydropis eſt, cum uentre uehementer intento, creber, intus ex motu ſpiritus ſonus eſt, teſte Celſo libro 3. capit. 21.

TYMPANIZO, zas, {*Timpanizare, ſonar il timpano*} (Τυμπανίζω) tympana pulſo. Suet. de Aug. cap. 68. Et aſſenſu maximo comprobauit uerſum in ſcena pronuntiatum, de Gallo matris Deum tympanizante: Vides'ne, ut cinædus orbem digito temperet?

TYMPANOTRIBA, bæ, (Τυμπανοτρίβης) qui tympanum terit, & pulſat, apud Plautum in Truc. Tympanotribam amas, hominem non uaci.

TYMPANVM, ni, {*Timpano*} (Τύμπανον) inſtrumentum ex una parte planum, membrana clauſum, intus uacuum, quod baculo pulſatur. Eo uti ſolebãt in ſacrificio matris Deum. Ver. 9. Aen. Tympana uos, buxuſq; uocat Berecyntia Matris Idææ: ſinite arma uiris, & cedite ferro. Ouid. 4. Faſt. Ibunt ſemimares, & inania tympana tundent. Eſt & Tympanum uehiculi tectum, ut inquit Seruius, ſiue (ut aliqui putant) teſtudo ſupra radios. Radii autem dicuntur ſtipites, altera parte rotæ centro, altera canthis ſuffixi. Verg. 2. Georg. Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris. Eſt præterea Tympanum, machina rotunda ad rotæ ſimilitudinem, qua à calcantibus hominibus uerſata, pondera in ædificiis ſubuehuntur, uel aqua hauritur ſitulis maioribus ex puteis, uel ex riuis per canales ad irrigandos hortos diffunditur. Huiuſmodi etiam Tympana in portubus

bus inſignioribus aidemus ad exonerandas naues accommodata. Luc. libro 4. Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno Commouet, atque leuis ſuſtollit machina niſu. Tympanum, genus uaſis. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana uero ſe inuene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellarant.

TYMPHÆI, (τυμφαῖοι) populi ſunt Aetoliæ, Pindi montis accolæ, Theſprotiis, & Perrhæbis proximi, apud quos in ſumma terra gypſum inuenitur, quod ab iis Tymphaicum appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ uſum ſupplens. Vide Pli. lib 4. cap 2. & lib. 35 cap. 17.

TYNDAREVS, rei. Tyndaridæ, dæ, et Tyndaris, idis, uide in dictione Tyndarus.

TYNDARVS, ri, pe, co. (Τυνδάρεως) rex fuit Oebaliæ, & maritus Ledæ, quæ eodem tempore duo peperit oua, è quorum altero, quod ex Ioue conceperat, excluſi fuerunt Pollux, & Helena: ex altero, quod conceperat ex Tyndaro, Caſtor & Clytemneſtra. Ex his priores duo immortales fuerunt, poſteriores mortales. Mortuo tamen Caſtore Pollux à Ioue impetrauit, ut ſibi cum fratre immortalitatem communicare liceret, alternisq; eum illo uitam morte commutare. Cui fabulæ occaſionem ſubminiſtrant ſiderum illorum natura, quæ talis eſt, ut uno oriente, alterum occidat. Ambo autem à Poetis dicuntur Tyndaridæ, non quòd uterq; è Tyndaro fuerit natus: ſed κατὰ χρησιν quemadmodū Herculem iidem appellant Amphitryoniaden. Sic etiam Helenam Tyndaridē uocant, quæ tamen fuit Iouis, non Tyndari filia. Alioqui ſi mortali patre nata fuiſſet, tot ſecula uiuere non potuiſſet. Conſtat enim fratres eius cum Argonautis nauigaſſe. Argonautarum autem filii cum Thebanis dimicauerunt. Horum uero filii bello Troiano interfuerunt Dicimus & Tyndareos, ſeu Tyndareus, per quatuor ſyllabas. Ouid. in Epiſt. Hermiones: Me tibi Tyndareus, uita grauis autor & annis, Tradidit.

TYPHA, (τύφη) planta eſt folio Cyperidis, caulē habens enodem, cuius in ſummo capite flos enaſcitur, euadens in pappum ſiue lanuginem. A Galeno li. 1. de Aliment. numeratur inter legumina. Officinis hodie eſt incognita.

TYPHOEVS. per tres ſyllabas, eu, diphthongum in ultima habens, & pe pro. (Τυφωεύς) unus è Gigantibus, Terræ & Titani filius, quem illa Ioui irata in perniciem cœleſtium fertur edidiſſe. Hic cum in ingentem corporis molē adoleuiſſet, eo uecordiæ prouectus eſt, ut Iouem de cœli poſſeſſione deiicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodem ictus eſt, & ſub Inarimen inſulā detruſus: ut placet Homero in Catalogo. Verg. 9. Aene. Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile Inarime Iouis imperiis impoſta Typhoeo. Luca li. 4. Cōditur Inarimes æterna mole Typhoeus. Ouid. tamen lib. 5. Met. & Strabo lib. 13. Pindarum ſecuti, in Sicilia ſub Aetna monte ſepultum uolunt. Hinc Typhoeus, a, um, pen. pro. τυφωεῖος: licet Poetæ ſuo iure alteram ex diphthongo uocalem abiicientes, eandem corripiant. Verg. 1. Aen. Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis.

TYPHON, nis, (τυφῶν) unus ex Gigantibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Typhoeus dicitur. Seneca in Hercule furente. Non tam ferum Typhona neglecto Ioue Irata Tellus edidit quondam parens. Huius autem nominis prior ſyllaba producitur, cum in Typhoeus prima corripiatur. Ouid. 2. Faſt. Terribilem quondam fugiens Typhona Dione Fuit & alter Typhon, teſte Diodoro, Oſiridis Aegyptiorum regis frater, qui illo interfecto, & in partes quinque & uiginti diſcerpto, regnum occupare eſt conatus. Tandem tamen ab Iſide uictus, meritas impietatis ſuæ luit pœnas.

TYPHON, onis, (τυφῶν) flatus uorticoſus, mira uelocitate, ſed ſine igne, è nube erumpens. Pli. li. 2. c. 48. Sin uero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint ſine igne, hoc eſt, ſine fulmine, uorticem faciunt, qui Typhon uocatur. i. uibratus ecnephias. Defert hic ſe cum aliquid abruptū è nube gelida conuoluens, uerſansq;, & ruinam ſuo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida uertigine præcipua nauigantium peſtis, non antennas modò, uerum ipſa etiam nauigia contorta frangens. A. Gellius Noct. Att. lib. 19. ca. 1. Quin turbines etiam crebriores, & cœlum atrum, & fumigantes globi, ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas Typhonas uocabant, impendere, imminereq;, ac depreſſuræ nauem uidebantur. Producit autem hæc dictio priorem ſyllabam. Luca lib. 7. Et trabibus miſtis auidos typhonas aquarum.

TYPVS, tipi, {*Forma ſtampa*} (τύπος) Latine forma, figura, aduerbratio rudis, exemplar, umbra, & ueluti imago quædam alterius rei. Cic. ad Att. lib. 1. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio, &c. Hinc Protypa, dicta ſunt opera, quæ ante typos facta ſunt Ectypa (ἔκτυπα) quæ ex ipſis ſunt formata typis. Pli. li 35. ca. 12 Dibutades primus perſonas tegularum, extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia protypa uocauit poſtea idem ectypa fecit. Archetypa autem dicuntur prima & principalis exemplaria, quæ nō aliunde ſunt deſumpta, neque ad aliorum ſimilitudinem effecta cuiuſmodi uulgus uocat Originalia. Typi item, teſte Gellio lib. 1. Quemadmodum & Hypographæ, à Græcis dicuntur quas nos deſcriptiones appellamus, quæ rudiores ſunt, minusq; exactæ quàm ὁρισμοὶ, quas nos finitiones uocamus. Typus item dicitur figura & umbra, & uelut imago & ſymbolum ueritatis Sic uetus teſtamētum noui typum eſſe dicimus. Hinc Typicus, a um, (τυπικός) id eſt, myſticus, umbratilis, allegoricus.

TYRA, ſiue Tyras (τύρας Ptolemæo) fluuius eſt ſub Boryſthene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Iſtri oſtiis in Pontum Euxinum illabens: ubi & oppidum habet ſui nominis. Vide Plin lib. 4. cap. 12. & Ptolemæum lib. 3. cap. 5.

TYRAGETÆ, (τυραγέται) populi ſunt Sarmatici, inſulam Ponti Euxini incolentes, quæ diſtat à Pſeudoſtomo Iſtri C X X X M. paſſ. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

TYRAMBE, es, (τυράμβη) oppidum eſt Sarmatiæ Europææ, nōnihil ſupra Tanaidis oſtia in Mæotim paludem influens. Auctor Ptolemæus lib. 5. cap. 4.

TYRANNION, (Τυραννίων) Amiſenus, diſcipulus Heſtiæi Amiſeni, nobilis Grammaticus, tempore magni Pōpeii docebat Romæ. Ductus eſt Romā, à Lucullo captus in bello Mithridatico. Prius dicebatur Theophraſtus: mutauit aūt nomen q; inter æquales ſuperbis uerſaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò eſt, ut ſupra triginta millia librorum poſſideret. Deceſſit ſenex morbo podagræ. Tyrannio iunior è Phœnice diſcipulus prioris à quo nomen ſibi uſurpauit, quum prius Diocles uocaretur. Captiuus & ipſe Romā ductus, à quodam Dimante Cæſaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaq; liber factus, ludū Romę aperuit: Scripſit libros LXVII. Vtriuſque auctor Suidas.

TYRANNICE, aduerbium, {*Crudelmente*} (τυραννικῶς) crudeliter, uiolenter, & more tyrannorum. Ci. 5. Verr. Nunc ut hoc tempore ea quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

TYRANNICVS, ca, cum. (τυραννικός) quod eſt tyranni, hoc eſt, crudele, et ſuperbum. Cic. 1. de Legib. Aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iuſtæ haberentur? Idem de Inuent. Quod tetrū, crudele, nefarium, tyrannicum factum eſſe dicamus, per uim, per manum opulentam, quæ res ab legibus, & ab æquali iure remotiſſima eſt.

TYRANNIS, nidis, {*Tirannide, tirannia*} (τυραννίς) dominatio, monarchia, ſæuum ac uiolentum imperium. Iuuen. Sat. 8. Quid Nero tam ſæua, crudaq; tyrannide fecit?

TYRANNOCTONVS, ni, pen. cor. {*Vccidittore, ammazzatore del tiranno*} (τυραννοκτόνος) tyrannicida percuſſor tyranni: à uerbo κτείνω, quod eſt interficio. Cic. ad Attic. lib. 14. Suſtuliſſe mihi uidetur ſimulationem deſiderii adhuc quæ ſerpebat in dies & inueterata uerebar ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.

TYRANNICIDA, dæ, pen. pro. gen. maſ. {*Ammazzatore del ſignore*} (τυραννοκτόνος) qui tyrannum occidit. Pli. lib. 7. cap. 23. Non indicauit Harmodium, & Ariſtogitonem tyrannicidas.

TYRANNICIDIVM, dii, (τυραννοκτονία) Tyranni cædes. Quint. li. 7. cap. 4. Tyrannicidium eſt, occidere tyrannum.

TYRANNVS, ni {*Tiranno, ſignore*} (τύραννος) apud ueteres in bonā partē dicebatur ꝓ domino rege, ſeu monarcha, qui plenā habebat in ſubditos poteſtatē. Ab initio enim, Trogo teſte, omniū ciuitatū. regionūq; imperiū penes reges fuit, quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, qui etiam Tyranni ob fortitudinem uocabantur. Verg. 7. Aen. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Poſtea tamen Tyranni nomen ad illos ſolum reſtrictum eſt, qui per inſolentiam Imperii uiribus abutebantur & ui & quadam animi libidine dominabantur, non iure, & legibus æquis Cic. 2. Offi. Nec uero huius tyranni ſolum, quem armis oppreſſa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum hominum odium ualeat ad peſtem, ſed reliquorum ſimiles exitus tyrannorum. Ouid. 1. Met. Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior.

TYRANNVS, (τύραννος) nomen propriū Sophiſtæ, qui ſcripſit de diuiſione orationis libros x. Author Suidas.

TYRAS, ræ, (τύρας) ſiue (ut apud Plinium legitur) Tyra, fluuius Sarmatiæ Europææ, inter Iſtrum & Boryſthenem in mare Euxinum illabens: ut eſt uidere apud Ptolemæum lib. 3. cap. 5. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 10. Partheniusq; rapax, & uoluens ſaxa Cynapes Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

TYRES, (τύρης) fluuius eſt Scythię, ſecundus ab Iſtro, teſte Herodoto li. 4. idē prorſus cum eo, qui à Ptolemæo Tyras, à Plinio Tyra appellatur. Huius fluuii ripas olim accolebant populi Græci, qui à fluuii nomine Tyritæ, dicebantur, teſte Herodoto loco iam citato.

TYRIAMETHYSTVS, (τυριαμέθυστος) amethyſti color, Tyria rurſus purpura inebriatus. Pli lib. 9 cap 41. Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum: rurſum abſolutus inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroque nomen improbum Tyriamethyſtus, ſimulq; luxuria duplex.

TYRIANTHINVS, a, um, pen. cor. (τυριάνθινος) uox eſt ex Tyrio, & ianthino compoſita, colorem ſignificans, qui reſultat ex ianthino, hoc eſt, uiolaceo, rurſus Tyria purpura inebriato. Hinc Tyrianthinæ dicuntur ueſtes colore huiuſmodi infectæ Mart. lib. 1. Sic interpoſito, uilis contaminat uncto Vibica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.

TYRIDATES, ſeu potius Tiridates, (Τυριδάτης) Vologeſis Parthorum regis frater, qui Neronis principatu Romam uenit, & regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum Annal. lib 6 & 7.

TYRINTHIA, (quod hic pro Peloponneſi urbe, inuerſa & declinatione, & uocalium ordine perperam legebatur) uide Tiryns, Tirynthis, τίρυνς.

TYRITACE, ces, (τυριτάκη) urbs eſt Colchorum ad Phaſidis ripas, teſte Pli. lib. 6. cap. 4.

TYRIVS, Tyria, Tyrium (τύριος) adiect. deductum à Tyrio urbe, olim inſula, ſed ab Alexandro continenti adiuncta Verg 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. Tibullus: Quid Tyrio recubare toro? Et quoniam in hac urbe laudatiſſima tingebatur purpura, factum eſt ut Tyrium dicamus pro purpureo. Ouid. 2. de Arte: Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus, Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re admodum tumultuoſa, periculiq; plena Feſtus putat inde natum eſſe prouerbium, quod Pœni Tyro oriundi, adeo potentes in mari fuerunt, ut omnia maria infeſtantes, nauigationem redderent periculoſam. Vnde Tyria maria excitare, prouerbialiter dicitur pro eo quod eſt, ingentes tumultus commouere. Vide Adagia Eraſmi.

TYRO, onis, {*Tyrone ſoldato nouello*} (νέος στρατιώτης) nouus miles, & fortis ad militiam exercendam Cic 2. Tuſc. Aetas Tyronum plerūque melior: ſed ferre laborem, contemnere uulnus conſuetudo docet. Liu. 10. Bel. Mace. Veteribus militibus tyrones immiſceantur. Per translationem Tyrones (πρωτοπείρους) generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta. Vnde pro rudi adhuc & nouitio gladiatore poſuit. Suet. in Cæſare: Tyrones neq; in ludo, neque per laniſtas Sic adoleſcentes quando togā ſumebant, et barbam ponebāt, eloquentiamq; in foro auſpicabantur, Tyrones dicebantur, & illa prima actio, Tyrocinium. Sene. li. 3 Decla. Ille in foro primū dicturus tyro dictus eſt. Sue. in Nero. cap. 7 Deductus in forum tyro populo congiarium, militi donatiuum propoſuit, indicta decurſione. Hinc Tyrunculus, diminutiuum, pro iuuenculo, qui prima in arte aliqua cepit ponere rudimenta, Plin. Iunior in Epiſt Quod me, quamuis tyrunculum, inciauit ad emendum hoc eſt, rudem, & nondum ſatis exercitatum in cognitione ſignorum. Iuuen Sat. 11. Nec latus Afræ Nouit auis noſter tyrunculus. Huius fœmininum eſt Tyruncula, quo Col uſus eſt ꝓ cane adoleſcentiore, in educendis catulis parum adhuc exercitata. Quoniam (in quit lib. 2. ca. 7.) tyruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert in-

crementum. Tyrocinium,nũ,(πρωτοπειρία)prima artis alicuius rudimẽta. Suet.in Tib.cap.54.Neronem & Druſum patribus commẽdauit:diemq; utriuſque tyrocinii congiario plebi dato celebrauit.Tyrocinii ãt die adoleſcentuli togam puram ſumebant.Tyrocinium nauium dixit Pli.li.24.c.7.per metaphorã cum primum mari committuntur,& ueluti in Neptuni militiam conſcribuntur. Sunt qui ſcribant,Tiro,per i,noſtrum,& melius fortaſſis. Arbitror.n. Græcã dictionẽ non eſſe.Fuit & Tyro,ſiue Tiro,nomen liberti Ciceronis, in omni literarum genere exercitatiſſimi,ad quem extant multæ Ciceronis epiſtolæ.

TYROCINIVM,Tyrunculus,& Tyruncula,uide in dictione Tyro.

TYRVS,(ut inquit Iuſtinus lib.18.)fuit nomen propriũ patris Didonis, qui ab aliis Belus uocatus eſt.

TYRO,(τυρώ)uirguncula fuit Theſſala,Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam ſuſcepit. Propert.lib.7.Vobiſcum eſt Iope,uobiſcum candida Tyro,&c.

TYROCNESTIS, {Gratarola,alibi,grataccaſo}(τυρόκνηστις) inſtrumentũ culinarium,quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

TYRONIANVS,na,num,ſiue Tironianus,poſſeſſiuum à Tyrone Ciceronis liberto formatum.Gell.lib.1.ca.7.In oratione Ciceronis 5.in Verrem, libro ſpectatæ fidei, Tyroniana cura,atq; diſciplina facto.

TYROS,ſiue Tyrus,(τύρος)urbs Phœnices olim celeberrima,una ex iis,quæ Tripolim efficiunt,olim inſula,ſed Alexandri operibus continenti coniuncta. Tyrus(inquit Pli.li.5.c.19.)quondam inſula,præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa:nunc uero Alexandri eam oppugnantis operibus continens. Olim partu clara,urbibus genitis Lepti,Vtica,& illa Romani Imperii æmula,terrarũ orbis auida,Carthagine,& Gadibus extra orbem conditis.Nunc omnis eius nobilitas conchylio,& purpura conſtat.Olim Sarra fuit nuncupata,ut ait Gel.li.14.cap. 6.Vnde Sarranum oſtrum pro purpura Tyria dicimus.

TYROTARICHVS,(τυροτάριχος)genus obſonii,ex caſeo,ſalſamentiſq; confecti.τυρὸς enim caſeus eſt,τάριχος ſalſamentum.Cic.ad Pætum li.9.Te uero,(uolo enim abſtergere animi tui metum,)ad tyrotarichum antiquum redi. Et ad Attic.lib.4. Multa me in epiſtola tua delectarunt,ſed nihil magis q̃ patina tyrotarichi.

TYRRHENOS,(τυῤῥηνοὺς){Toſcani}Romãi Hetruſcos appellãt,atq; Thuſcos,hoc eſt,gẽtẽ q̃ eſt populorũ in Italia,inter Macrã,& Tiberim fluuios.Græci uero hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio,qui è Lydia colonos in hanc regionem deduxit. Atys.n.ex poſteritate Herculis,& Omphales unus, quum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogeretur,è duobus filiis, forte iacta,Lydum quidem regni ſucceſſorem tenuit. Tyrrhenum autem cũ bona populi parte ad quærendas nouas ſedes emiſit:qui cum poſt longos errores in inferi maris ora ſedes fixiſſet,totum eum tractum de ſe Tyrrheniam,& mare ipſum Tyrrhenum appellauit. Ver.lib.7.Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemptor diuum Mezentius &c.

TYRRHENVM,mare,{Mar di Toſcana}(τυῤῥηνὶς θάλασσα Steph.)mare inferum eſt.ita dictum q Tyrrheniam,hoc eſt,Tuſciam alluat:unde & Tuſcum dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis,qui ſe in hoc mare præcipitauerunt. Nanq; hoc habet fabula:Dormientem in litore Liberum patrem adhuc puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos:qui quum eſſet experrectus in nauim,quo duceretur, interrogauit.Reſponderunt illi.Quo uellet.Liber ait;Ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed cum alio uela deflecterent,iratum numen tigres ſibi ſacratas uiſibus eorum obiecit.quo terrore ſe illi in fluctus dedere præcipites.Hæc Seruius in illud Vergilii 1. Aen.Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

TYRRHEVS,rhei,(τυῤῥεὺς)Latini regis armentarius cuius ceruus manſuetus ab Aſcanii comitibus occiſus,primam belli cauſam præbuit inter Troianos & Latinos.Hinc Tyrrhides,pen.pro.(τυῤῥείδης)patronymicũ.Ver.7.Aene. Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens,Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant,Tyrrheuſq; pater,cui regia parent Armenta,& late cuſtodia credita campi.

TYRSIS,(τύρσις)Græcis ſignificat ambitum murorum, & turrã per quem curri poteſt, ἀπὸ τῶν τυρσηνῶν,hoc eſt, à Tyrrhenis inuentoribus appellatione deducta.

TYRTÆVS,(τυρταῖος)Archimbroti filius,Poeta Athenienſis fuit, aut (ut alii malunt)Mileſius, Elegiarum ſcriptor,& tibicen egregius:quem Lacedæmonii oraculo moniti,ut peregrinum ducem ſibi adſciſcerent, aduerſus Meſſenios pugnaturi ſibi præfecerunt. Quo in prælio Tyrtæus carminibus ſuis,tibiæq; modulis ita animos eorum inflammauit,ut Lacedæmonii inſignem illam uictoriam,quam eo die adepti ſunt,Tyrtæo acceptam referrent. De hoc Plato in libris de legibus. O diuine poeta Tyrtæe(inquit)ſapiens certe ac bonus nobis eſſe uideris,quia excellentibus eos extuliſti laudibus, qui in bello excelluerunt.

TYSAPHERNES,ſiue potius Tiſſaphernes, (τισσαφέρνης Suidæ) Perſarum Satrapa fuit,qui Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, cauſa extitit eius belli,quod poſtea inter fratres emerſit.Occiſus tandem fuit eiuſdem Artaxerxis iuſſu,q in Aſia rem gerens aduerſus Ageſilaum, omnia proditione agere uideretur. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib.4.& de Cyri minoris expeditione lib.1.

TYSIAS,ſiue potius Tiſias,(τισίας) Rhetor fuit Sicalus,qui primus poſt Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic.1.Inuent.

TYTTYGIAS.(τυττυγίας)latro fuit & plagiarius in Arcadia,qui res alienas quas furto abſtulerat,uendìtabat:eoq; quæſtu diues factus eſt. Zenodotus apud Eraſmum in Chiliadibus.

DELLA LETTERA V.

V E' l'ultima uocale, & diuiene ancor conſonante, quando in una medeſima ſillaba s'accompagna con altra uocale,come in Venere, uario, ueggio, & ogn'altra. Queſta uocale per ſe ſola uſiamo ancor noi, come i Latini per ſegno del numero cinque, & è ancor parola che ſignifica oue. Petrarc. V ſon hor le ricchezze, & ſon le pompe? Ha poi queſta lettera un'altra natura meza tra uocale & tra conſonãte,come ſi ſente in quelle parole,buono,huomo,noua,uuole,& altre tali.In Latino per ſe ſola ſignifica molte coſe,delle quali nell'iſteſſa lingua s'ha da dire.

DE LITERA V.

V LITERA uocalis eſt,quæ ſæpe in conſonãtem tranſit: & modo uim ſimplicis habet, ut apud Vergilium.Cum tales animos iuuenum, & tam certa tuliſtis Pectora. Modo duplicis: ut,Cupiui,cupiueram:in quibus i, ante u,conſonantem poſita producitur,& eadem ſubtracta corripitur. Aliquando u, conſonans per diæreſim ratione carminis in uocalẽ correptã mutatur.Hora.in Epod.Niueſq; deducunt Iouem, Nunc mare,nunc ſyluæ. Interdum à uocali tranſit in conſonantem, ut Nauta,nauita: Gaudeo,gauiſus. Quandoque amittit uim literæ cum ſubditur poſt q,aut g,ut Aliquis,Sãguis.Idem fit antecedente ſ:ut,Suauis, Suetus.Tranſit quandoq; per deriuationes in a,ut Veredus,Veredarius:in e,ut Pondus.ponderis.Deierat, pro deiurat. Contra Antiqui Auger,pro Augur dicebant.Similiter in gerundiis, quæ à tertia coniugatione naſcuntur,loco e,ſcriptitarunt u:ut,Faciundum,pro faciendum. In compoſitione etiam u,ſæpe mutatur in i correptã:ut Cornu corniger: Arcus, arcitenens.Fatum,fatidicus.Aurum:aurifex:Luctus,luctificus.Fluctus, fluctiuagus: Magnus,magnificus.Opus,opifex.Scribebant etiam antiqui Carnufex pro carnifex,& Lubens pro libens,Peſſumus pro peſſimus.quorum innumera occurrunt exempla apud Comicos.

V ANTE A.

VACAMANA,oppidum Hiſpaniæ Bæticæ,in cõuentu Hiſpalenſi, apud Pli. lib.3.cap.1.

VACANTER,(κενῶς,μάτην)inaniter,ſuperflue,fruſtra.Gel.lib.17.ca.10.Vacanter hoc cumulauit,& inaniter.

VACA,Numidiæ oppidum mediterraneum,emporium totius regionis maxime celebratum:quod Metellus Iugurthæ ademptum præſidio firmauit. Autor Salluſt.in Iugurtha. Eſt item Vaca apud Plinium lib.4.cap.21. Luſitaniæ fluuius,inter Mundam & Durium in occidentalẽ influens Oceanum. Ptolemæus uacum appellat,Strabo Vacuam.

VACCA,per duplex c,{Vacca,madre del bue}(βοῦς,ἡ)bos fœmina. Cic.1.de Nat.deor.Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione:equus uaccæ? Varro 2.de Re ruſt.cap.5.Diſcernuntur in prima uitulus & uitula.in ſecunda iuuencus & iuuenca:in tertia,& quarta,taurus & uacca.Ver.4.Aen. Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Ouid. 2.de Arte:Cynthius Admeti uaccas pauiſſe per æſtus Fertur,& in parua delituiſſe caſa.Ver.6.Aen.Sterilemq; tibi Proſerpina uaccã.Vacca quæ ſterilis eſt: Varroni taura appellatur.Huius diminutiuum eſt Vaccula,βοίδιον.Vergilius Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.

VACCÆI,(οὐακκαῖοι Ptolemæo)populi mediterranei citerioris Hiſpaniæ,Duria amne ab Aſturibus ſecreti.Auctor Plin.lib.4.cap.20.

VACCINVS,a,um,pe.pro.{Vaccino}(βοειὸς)q eſt ex uacca.Plin.lib.24.ca. 3.Cortex illinitur decoctus lacte uaccino,ſerpentis plagæ.

VACCVS,Fundanorũ dux fuit,qui in Priuernati bello à L.Papyrio captus,rebellionis ſuæ pœnas dedit Cic.ꝓ Domo ſua.In Vacci pratis domus fuit M.Vacci,quæ publicata eſt & euerſa, ut illius facinus memoria, & nomine loci notaretur.

VACERRA,uacerræ,{Palo}(ἐμπηλὸν,πάσσαλος,σφηνίσκος)palus uel ſtipes humi defixus ad caſtra munienda,uel hortos claudendos.Col.lib.9.cap.1.de uiuariis claudendis loquens:Vbi uero neutrũ patriſfamiliæ cõducit,rõ poſtulat uacerris includi.Sic.n.appellatur genus clathrorũ.idq; fabricatur ex robore, quercu,uel ſubere.Et mox:Satis eſt uacerras inter pedes octonos defigere,iiſq; trãſuerſis ita clathrare ne ſpatiorũ laxitas,q̃ foraminibus interuenit,pecudi præbeat fugam.Et paulo poſt.Nã & uacerris fabricãdis ingens eſt in Gallia materiæ copia,&c.In hanc rẽ feliciter ſuppetunt.Vacerrã(inquit Feſtus)Actius & alii cõplures aiunt eſſe ſtipitem ad quem equi ſolebant religari. Alii dicunt maledictum ſignificari hoc nomine acerbitatis magnæ, ut ſit uecors & ueſanus. Hæc Feſtus.

VACILLO,as,are,{Vacillare,non eſſer conſtante}(παραφέρομαι) eſt ꝓprie inconſtantem eſſe,& quaſi alternatim modo huc,modo illuc inclinari,nutare,fluctuare.Cic.ad Atti.lib.12.Sed quod ſcribes igniculum matutinum,γεροντικὸν eſt memoria uacillare.Idem 1.de Nat.deor.Sed & ille reprehenſus à multis eſt,nec nos exitum reperitis,totaq; res uacillat,& claudicat Idem 3.Offi.Iuſtitia uacillat,uel iacet potius.Vacillare itẽ dicitur teſtis,q in dicẽdo teſtimonio ſibi non ſatis conſtat,& modo negat,quod paulo ante affirmarat. Hinc Vacillatio,onis,uerbale.Quint.lib.11.ca.ult.Eſt & illa indecora in dextrum,ac læuum latus uacillatio,alternis pedibus inſiſtentium.Vacillans,tis participium.Cicero Tironi lib.16.Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis,id eſt, non recte præ ualetudine ſcriptis.Idem 3.Phil.In Galliam mutilatum ducit exercitum cum una legione,& ea uacillante.

VACCINIVM,nii,à Romanis dictus eſt flos purpurei coloris,teſte Dioſco. li.4.ca.61.quẽ Græci uocant ὑάκινθον:quod & apertiſſime teſtatus Seruius, explicãs illud Ver.2.Ecl.Alba liguſtra cadunt,uaccinia nigra leguntur.Quo in loco nõnulli Seruiũ immerito reprehẽdũt,q Vacciniũ ꝓ hyacintho acceptũ Maroni affirmarit.Nec obſtat,q uacciniis nigrũ colorẽ tribuat Vergi.cũ purpureã quoq; uiolam, nigrã uocare ſoleant auctores:præſertim ſi ſuſcioris purpuræ habeat colorem. Galli ſeruatis non obſcuris priſci nominis ueſtigiis, Vacietum appellant.herbam autem ipſam,à quadam cæpę ſimilitudine:Cępam agreſtem. Habet enim,Dioſcoride teſte,folia bulbi,& radicem bulbaceam, caulẽ uero dodrantalem minimo digito teuiorem,comam procumbentẽ,incuruãq; purpureorum

rum florum plenum. Vaccinia in Italia aucupiis ſerebantur, in Gallia etiam tinčturæ. Seruorum enim ueſtibus purpureus color ns inducebatur, teſte Plinio li. 16. cap. 18.

V A C O, cas, {*Dar opera*}(σχολάζω) do operam. Et conſtruitur cum datiuo: ut, Vaco philoſophiæ. Cic. 1. de Diu. Ego uerò inquam, philoſophiæ Quinte ſemper uaco. Plin. Epiſt. 49. Solutus cæteris curis, huic uni uacabit. Vacare corpori, eſt curare corpus. Plin. Epiſt. 9. Quod euenit mihi, poſtquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori uaco. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione In. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 3. In nullum mea mens grande uacabat opus. Interdum Vacare ſignificat uacuum eſſe, (κενὸν εἶναι) & ſic ferè abſolutè ponitur. Plaut. in Caſ. Fac uacent ædes. Cæſ. 1. Bel. Gal. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Heluetij diſceſſerant, uacare. Vacant agri, id eſt, nihil proferunt, non excoluntur. Cæſar 4. Bel. Gal. Itaque una ex parte à Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenta agri uacare dicuntur. Interdum accipitur pro carere, (στερεῖσθαι) idque ferè cũ ablatiuo nulla præcedente præpoſitione. Cic. lib. 9. Epiſt. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Idẽ li. 1. Præſertim cùm in quo accuſabat, culpa uacarem. Interdum uacare, (σχολὴν ἄγειν) eſt otioſum eſſe, nihil agere, uacuum eſſe, ceſſare, idque interdum abſolute. Cic. li. 12. Epi. Si ne tu quidem uacas noli mihi moleſtiam exhibere. Nonnunquam cum ablatiuo præeunte præpoſitione A, uel Ab. Plin. Epiſt. 51. Doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat, cum à ſcribendo uacaret, id eſt, cum à ſcribendo ſuperſederet. Cic. in Bruto: Nullum tempus ei uacabat aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo, aut à cogitando. Vacare animo, eſt curis ſolutũ eſſe. Cic. 1. de Diuin. Si uacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni prætereundum putes. Hinc Vacans, qui otiatur. Cœlius ad Cic. lib. 8. Hoc mihi certum, ac iucundiſſimum uacanti negotium erat, tecum id otij tempus conſumere. Ouid. 9. Metam. Nec petiit horamque animumque uacantem. Vacanter, aduerbium, (κενῶς μάτην) ſuperuacaneum, fruſtra. Gel. lib. 17. cap. 10. Vacanter hoc cumulauit, & inaniter. Vacatio, onis, uerbale, (σχολή) ceſſatio, immunitas, feriæ. Cæſar 6. Bell. Gal. Militiæ uacationem, omniumque rerum habent immunitatem. Habere uacationẽ id eſt, ceſſare, intermittere. Cic. 4. Acad. Sed quum ſacerdotes deorum, uacationẽ habeant, quanto æquius, &c. Dare uacationem, id eſt, ceſſationem, uel immunitatem alicui permittere. Cic. 6. Verr. Vacatio data eſt ab illo, &c. Interdum Vacare ſignificat ad nihil utile eſſe, ſuperabundare, ſuperfluũ eſſe, (πλεονάζειν) quod otioſum eſſe uideatur, quod ſuperabundat, ſed non niſi in tertia perſona. Vacat mihi, impersonaliter, id eſt, otium, uel uacuum tempus eſt mihi, σχολὴν ἔχω. Aliquãdo tamẽ datiuus non exprimitur. Verg. 2. Aen. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Et uacat annales noſtrorum audire laborum. Iuue. Satyr. 1. Si uacat, & placidi rationem admittitis, edam. Id eſt, ſi otium eſt uobis. Quandoque ponitur pro curæ eſſe. Quint. lib. 11. cap. 1. ſit cui eſſe diſerto uacet. Vacare populo eſt operã populo dare, & inſeruire χρηματίζειν. Aliter Vacare populo, ſignificat liberum eſſe à populo, popularique iudicio. In quem ſenſum Cicero uidetur lib. 2. Tuſc. quæſt. accipere, quum ait, Amplitudo animi una eſt omnium rerum pulcherrima, eoque pulchrior, ſi uacet populo, nec plauſum captans ſe tantum ipſa delectet. Huius uerbi compoſitum eſt Interuaco, de quo dictum eſt ſuo loco.

V A C O R I V M, (Οὐακόριον) urbs Norici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 14.

V A C V N A, pen. prod. à uacando dicta eſt dea quæ præeſſe uacantibus, & otioſis putabatur: cui cum agricolæ à laboribus ruris uacarent, ut poſt perceptos fructus requieſcerent, per hyemem, uota ſoluebant, & ſacrificabant. Ouid li. 6. Faſt. Nam quoque cum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ, Ante Vacunaleis ſtantque, ſedentque focos. Hæc in agro Reatino inſignia habebat nemora quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 12.

V A C V O, as, {*Vuotare*}(κενόω) uacuefacio, uacuum reddo, euacuo. Mart. li. 11. Si redeant ueteres, ingentia nomina patres, Elyſium liceat ſi uacuare nemus. Colu. lib. 3. cap. 13. Opus eſt autem perito, ac uigilante exactore, qui ripam erigi iubet ſulcumque uacuari.

V A C V V S, a, um, {*Vuoto uacuo*}(κενὸς, ἐρῆμος, λαγαρὸς) inanis, nihil continens. Cic. de Vniuerſitate: Nihil igni uacuum uideri poteſt. Cic. in Cat. Quid, quod aduentu tuo ſubſellia iſta uacua facta ſunt? Et paulo ante. Cum morte ſuperioris uxoris nouis nuptiis domum uacuam feciſſes. Vacuum definiunt Philoſophi, quod ſit, locus non repletus corpore, natus repleri. Vel ſic, Vacuum eſt dimenſio, omnia in ſe non cedendo recipiens. Quibus ex definitionibus ſatis conſtat, proprie loquendo nihil eſſe uacuum, cum omnia, ſi non alio corpore, certe aere plena ſint. Vulgo tamen ita loquimur, ut uacuum dicamus, in quo nihil ſit, præter aerem. Aliquando item Vacuum accipimus, pro uaſto & ſpatioſo. Ver. 3. Georg. Saltibus in uacuis paſcãt, & plena ſecundum Flumina. Idem 7. Aen. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Sic etiam aerem uacuum eſſe dicimus, ſiue propter inſignem uaſtitatem, qua terram & mare multis partibus exuperat, ſiue quod in eo nullum cõſpiciatur corpus. Verg. 3. Georg. Iamque elati ſublime uidentur Aera per uacuum ferri, atque aſſurgere in auras. Quo in loco Vergilius Lucretium uidetur imitatus, qui Inane, neutro gen. pro aere poſuit. Longum, inquiens, per Inane reſolui. Vacuus animus, otioſus, nullis curis nullis negotiis irretitus. Cic. de Cla. Orat. Nunc uerò, inquit, ſi es animo uacuo, expone nobis quod quærimus. Vacuos habere dies id eſt, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui ſine seſſore eſt. Liuius 7. Bell. Pun. Vacuus paulo pòſt equus, errans per urbem, cognitus, &c. Vacuum remum trahere, eſt remum inutiliter, incaſſum, fruſtra trahere. Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Bacch. Valens afflictat me iam uacuum uirium. Id eſt, inualidum. Terent. in Heaut. Vacuũ tempus ne quòd dem mihi laboris. Aliquando ablatiuo ſine præpoſitione. Cic. 2. de Fin. Quum uacui curis etiam quid in cœlo fiat, ſcire auemus. Aliquando cum præpoſitione. Cic. ad Att. Sin eris ab iſto periculo uacuus, &c. Hinc Vacuitas, tis, (κενότης) inanitas, abſentia, priuatio. Cic. 1. de Offic. Adhibenda eſt uacuitas ab angoribus. Idem 5. Tuſc. Securitatem autem nunc appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt. A' Vacuus fit Superuacuus, de quo ſuo loco.

V A D I M O N I S, lacus in Vmbria eſt non procul ab Ameria, opacam habens ſyluam ſibi innatantem, quæ nunquam die ac noctu eodem uiſitur loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 95. Huius item lacus meminit Plin. Iun. in Epiſt. Exegerat (inquit) ſocer meus, ut Amerina ſua prædia inſpicerẽ. hæc perambulanti mihi oſtẽditur ſubiacens lacus nomine Vadimonis.

V A D I M O N I V M, nij, {*Segurtà, malleuadore*}(ἐγγύη, ὁμηρεία, ῥύσιον) eſt ſponſio quædam ſiſtendi, comparendique in iudicio ad diem præſtitutam, per ſe, uel per aduocatos, quod deſerere non licet. Seneca: Vadimonium promittimus, (ἐγγυώμεθα) & tamen deſeritur. Cic. pro Quintio: Ad uadimonium non uenit: qui? qui tibi præſtò ſemper fuit. Et paulo pòſt, Non dubitauit, inquit, cũ uadimoniũ deſertum eſſet, bona proſcribere. Vadimonium promittere, eſt promittere comparere in iudicio ad diem præſtitutam per ſe uel per aduocatum. Cic. 5. Verr. Statuit iſte, ut arator decumano, quò uellet decumanus, uadimoniũ promitteret. Vadimonium conſtituere, eſt diem aſſignare, ut loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. Cic. de Senect. Omnia quæ curant, meminerunt, uadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant. Vadimonium deſerere, eſt non comparere in iudicio ad diem præſtitutam. Plin. in Præfa. Nat. Hiſt. Inſcriptiones, inquit, propter quas uadimoniũ deſeri. Id eſt, inſcriptiones librorũ, tam ampla & magnifica pollicentes, ut propter eorum librorum aut lectionem, aut recitationem uadimonium deſeri poſſit. Differre uadimonium eſt differre diem cõtentionis, quo reus in iudicio comparere promiſerat. Plin. lib. 7. cap. 53. Bebius iudex cum uadimonium differri iubet. Vadimonium miſſum facere, eſt uadimonij obligationem remittere, condonareque. Cic. pro Quint. Qui quo tempore primum male agere cœpit, in uadimonijs differendis tempus omne conſumpſerit, qui poſtea quoque uadimonium miſſum fecerit. Vadimonio obſtricti, hodie dici poſſunt, qui ob criminia in iudicium uocati, ab iudicibus, ut fit, impetrarunt, ut aut ſua, aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege, ut in diem certum, aut quandocunque iudici uiſum fuerit, ad iudicium ſiſtantur: quos Elargitos uulgus barbarorum uocat. Concipere uadimonium eſt exprimere certam formulam uadimonij, id eſt, ſiſtendi, comparendique, &c. Cic. Qu. fra. lib. 2. Negat enim in tanta multitudine eorum, qui una eſſent, quenquam fuiſſe, qui uadimoniũ concipere poſſet.

V A D I S, uadis, (ἐγγυητὴς, ὅμηρος) ab antiquis dictus eſt ſponſor in cauſa capitali, qui poſtea duabus literis extritis, dictus eſt Vas. Vide infra in dictione uas.

V A D I V M, dij, (ἐγγύη) idem quod uadimonium.

V A D O, dis, ſi, ſum, {*Andare*}(βαδίζω, εἶμι, βαίνω) eo, iter facio, quaſi uiæ modo. Verg. 2. Aen. Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Ibidem: Per tela, per hoſtes Vadimus haud dubiam in mortem. Cic. ad Atti. lib. 4. Ad eũ poſtridie mane uadebam, cum hæc ſcripſi. Transfertur & ad fluuios, pro eo quod eſt fluere, ῥεῖν. Liu. 1. ab Vrbe: Quem cum uadentem ad ſpeluncam Cacus ui prohibere conatus eſſet. Plin. lib. 5. cap. 26. Scinditur Euphrates à Zeugmate L X X X I I I. M. paſſ. circa uicũ Maſſicen: & parte læua in Meſopotamiam uadit per ipſam Seleuciam: circa eam præfluenti infuſus Tigri. Huius uerbi compoſita ſunt Circumuado, Euado, Inuado, & Peruado, pen. pro. quorum ſignificata uide ſuis locis.

V A D O, as priore cor. {*Paſſare il fiume à guazzo*}(διαβαίνω, διαπορεύω) uado traiicio. Papinianus. Flumine publico interueniente uia conſtitui poteſt, ſi aut uado tranſiri poteſt, aut pontem habeat: ſecus autem ſi uadari nequeat, ſed pontonibus traiiciatur. Solinus. Flumen quod propter breuitatem facile uadari poterat.

V A D O R, aris, {*Far la ſegurtà*}(κλητεύω) uerbum commune, ſecundũ Priſcianum, ſignificat uadimonio obſtringere, ſiue diem iudicij ex compacto conſtituere, & in ius uocare. Cic. pro Quintio: Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: uadari uis, promittit: in ius uocas, ſequitur: iudicium poſtulas, non recuſat. Vadari reus dicitur, cum uadimonio obſtringitur, præſtituta die ſe in iudicio affuturum. Actor etiam Vadari reum dicitur, cum acceptis uadibus reum ad comparendum in iudicio aſtringit. Liu. 3. ab Vrb. Decem fuerunt: tot uadibus accuſator uadatus eſt reũ. Cic. 5. Ver. Vt hic quoque Apronio, cũ ex Leontino uſque Lilybæũ aliquem uadaretur, ex miſeris aratoribus calumniandi quæſtus accederet. Ouid. 2. de Rem. Amor. Iamque uadaturus: lectica prodeat, inquit. Horat. 1. Serm. Sat. 9. Et caſu tunc reſpondere uadato Debebat. quod ni feciſſet, perdere litem.

V A D O S V S, a, um, (τεναγώδης, πολύπορος) ut, Vadoſus amnis, qui frequentia habet uada, quæ tranſiri pedibus poſſunt. Cæſar 1. Bell. Ciuilis: Quòd his locis uadoſum mare erat, longius progreſſus, &c. Liu. 7. Bel. Maced. Quod in fluminis modum, longum, & auguſtum, & uadoſum oſtium portus ſit.

V A D V M, di, {*Acqua baſſa guado*}(πόρος) eſt locus in flumine mari, uel lacu, tam paruæ profunditatis ut pedibus tranſiri poſſit. unde & nomen habere putatur, à uadendo ſcilicet, quod per ipſum uadere poſſimus. Liu. 8. Bel. Maced. Pontem, quia uado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Cæſ. lib. 3. Bel. Gall. Romanos neque ullam facultatem habere nauiũ, neque eorum locorum, ubi bellum geſturi eſſent, uada, portus inſulaſque nouiſſe. Vadũ pro mari Catul. de Pelei nup. Auſi ſunt uada ſalſa cita decurrere Puppi. Vergil. 5. Aeneid Sulcant uada ſalſa carinæ. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 9. Impia deſertũ fugiens Medea parentem Dicitur his remos applicuiſſe uadis. Emerſiſſe è uado dicitur, qui maximam rei alicuius difficultatem ſuperauit. Tractum à nauigantibus, qui non ſine maximo diſcrimine inter breuia, & loca uadoſa nauigant. Cic. pro Cælio: Sed quoniam emerſiſſe iam è uadis, & ſcopulos prætervecta uidetur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Res in uado eſt, prouerbialiter dicitur, pro eo quod eſt, in tuto eſt. Tractum uidetur à natantibus, quibus ut in profundo periculum, ita in uado eſt ſecuritas. Terent. in Andria. Omnia res in uado eſt. Plautus Aulul. Hæc propemodum iam eſſe in uado ſalutis res uidetur.

V Æ H {*Oh, ome, modo di dolerſi*}(αἰαῖ) interiectio, his rebus, quas execramur propria: ut Væh miſero mihi. Verg. 9. Eclog. Mantua uæh miſeræ nimiũ uicina Cremonæ. Quidam Væ ſine aſpiratione ſcribunt recipit tamen diphthongum, ut diſtinguatur à Ve, coniunctione de qua infra ſuo loco.

V Æ N E O, is, iui, (πωλοῦμαι) uerbum eſt ſub uoce neutrali paſſiuam habens ſignificationem. Idem enim eſt Væneo quod uendor. Plau. Menæch. Quibus hic pretiis porci uæneunt? ſunt qui hoc uerbum ſine diphthongo ſcribere malunt, quod eandem habeat originem cum uerbo Vendo, in quo profectò nemo diphthongum agnoſcit. Vide plura de hoc infrà in uerbo Veneo.

VAFER,fra,frum,{*Aſtuto, giotto*}(πανοῦργος)pro callido & aſtuto accipitur, quaſi ualde Afer: Afris enim ſemper fuit eius gentis calliditas. Cic. lib. 1. de Nat. deo. Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum uaferrimus habetur interpres. Ouid. 3. de Arte. Qua uafer eludi poſſit ratione maritus. Vafrum ius, id eſt, ſubtile, uel in quo multi uafrè uerſantur. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Nos expulit ille: Illum aut nequities aut uafri inſcitia iuris Poſtremum expellet, certe uiuacior hæres. Hinc Vafre, aduerb. (πανούργως) callidè, aſtutè. Cic. 4. Ver. Nihil ſanè uafrè, nec malitioſe facere conatus eſt.

VAFRAMENTVM.(κορδογωνία)aſtutia.

VAGABVNDVS,{*Vagante*}(ἀλήτης)qui ſedem ſtabilem nullam habet, ſed modò huc, modò illuc oberrans, tempus inutiliter abſumit.

VAGENI, populi inter Alpinas gentes, ex Caturigibus oriundi. Plin. lib. 3. cap. 20. Inter Alpinas gentes finitimi Centrones. & Cottianæ ciuitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures. Silius: Tum pernix Ligur, & ſparſi per ſaxa Vageni.

VAGINA, pe. pro. {*Guaina*}(θήκη, κολεόν)alicuius rei theca. Cic. in Catil. Verumtamen incluſum in tabulis tanquam gladiū in uagina reconditum. Cæſ. 5. Bell. Gall. Auertit hic caſus uaginam. & gladium educere conantis dexteram moratur manum. Ouid. 10. Meta. Verbiſq; dolore relictis. Pendenti nitidum uagina diripit enſem. Ver. 4. Aen. Vaginaq; eripit enſem Fulmineū, ſtrictoq; ferit retinacula ferro. Vagina frumenti quidam quaſi folliculus, quo ſpica etiam num pubeſcens, necdum planè apparens, circumuolutur. Varro lib. 1. ca. 48. Spica ea, quæ mutica non eſt, in hordeo & tritico tria habet continentia, granū, glumam, ariſtam, & etiam primitus ſpica cum oritur, uaginam. Et paulo poſt. Ariſtæ quaſi cornua ſunt ſpicarum, quæ primitus cùm oriuntur, neq; planè apparent, in qua ſublatent herba, ea uocatur uagina, uti qua latet conditus gladius. Cic. de Senect. Culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur. Vaginæ corporis. Plin. lib. 8. cap. 15. Mirum pardos, pantheras, leones, et ſimilia, condito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringantur, hebetenturq;, ingredi, auerſiſq; falculis currere, nec niſi appetendo prætendere. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnia quidem principalia uiſcera membranis proprijs, ac ueluti uaginis incluſit prouidens natura. Huius diminutiuum eſt Vaginula. Plin. lib. 18. cap. 7. Et far in uaginulis ſeruant ad ſatus. Hinc Euaginare, quod eſt enſem nudare.

VAGIO, gis, giui, gitum, {*Piangere, come fanno i fanciulli*}(βαβάζω) propriè de infantibus dicitur, cum fletum emittunt. Cic. in Cato. Quòd ſi quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis uagiam. Ouid. 4. Faſt. Intus ut infans uagiat ore puer.

VAGITVS, pen. pro. (βαβάξις)infantium fletus. Mart. lib. 9. Sordida uagitu polceret æra puer. Verg. 6. Aen. Continuo auditæ uoces, uagitus & ingens, Infantumq; animæ flentes.

VAGOR, oris, (βαβάξις)idem quod uagitus. Luc. lib. 2. Et ſuperantur item, miſcetur funere uagor.

VAGOR, garis, {*Vagare, andar uagando*}(περιφέρομαι, περιπολέω)huc illuc oberro. Cic. pro Font. Hi contrà uagantur læti, atq; erecti paſſim toto foro, &c. Verg. 4. Aen. Vritur infelix Dido, totaq; uagatur Vrbe furens. Vagatur animus, id eſt, inconſtans eſt, & inſtabilis. Cic. 2. Offi. Non enim ſumus ii, quorū uagetur animus errore, nec habeat unquam quod ſequatur. Sunt qui illud intereſſe exiſtiment inter Vagor: & Erro, q; Vagari ſit per diuerſa, Errare per aliena. Ci. li. 1. de Orat. Ne uagari, & errare cogatur oratio. Inuenitur etiā Vago, gas. Plaut. in Mil. Te alloquor uitij, probriq; plena, quæ circū uicinos uagas. Vagans, tis, part. Cic. 2. de Diu. Quæ eſt igitur natura, quæ uolucres huc, & illuc paſſim uagantes afficiat, ut ſignificent aliquid. Vagatio, onis, ipſe uagandi actus. Liu. 5. ab Vrbe. His Tribunis dum cura omnium in Veiens bellū intenta eſt, neglectū Anxuri præſidium uagationibus militum & Volſcos mercatores uulgo receptando, proditis repente portarum cuſtodibus, oppreſſum eſt.

VAGVS{*Vago, uagante, uagabondo*}(πλάνος, πλανήτης, πλανητός) huc illuc oberrans, incertus, inſtabilis. Cic. Att. lib. 7. Itaq; uagus eſſe cogitabam. Vaga ſententia, id eſt, incerta. Cic. 2. de Nat. deo. Eſt enim & philoſophi, & pontificis, & Cottæ de dijs immortalibus habere nō errantem. & uagam, ut Academici: ſed ut noſtri, ſtabilem certamq; ſententiam. Vagum nomen herbæ, dixit Plin. lib. 27. cap. 4. id eſt, inconſtans, & multis opinionibus obnoxium. Hinc Vagè aduerbium. Liuius 6. Bell. Pun. Qui uagè effuſos per agros, palatoſq; adortus, &c.

VAH.{*Vah*}(φεῦ)interiectio eſt inſultantis. Hieronymus ad Damaſum: Sicuti nos in Lingua Latina habemus interiectiones quaſdam, ut inſultando dicamus Vah, & in admirando, Papæ, & in dolendo Hei, & quando ſilentiū uolumus imperare, ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus, & cogimus tantum ſibilum inſonando, ſcilicet z i ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habēt interiectionem, &c. Plau. Moſtell. Vah, quid illa poteſt peius quicquam muliere memorarier? Interdum eſt interiectio admirantis. Plaut. in Curcul. Subegit ſolus intra uiginti dies. L Y. Vah. C. quid mirare? Aliquando exultantis, uel lætitiæ. Plaut. Bacchid. Ducentis philippeis rem pepigi. N. uah, Salus mea ſeruaſti me.

VAHA, interiectio exultantis, uel ridentis. Plaut. in Caſ. Vaha. S. Quid negotij eſt, &cæ.

VALASCA, teſte Volaterrano regina Bohemorum fuit, cuius ductu eius regni mulieres occiſis uiris ſeſe in libertatem aſſeruerunt: & ſine uiri adminiculo regnum multos annos adminiſtrarunt.

VALDE, {*Molto grandemente*}(λίαν, πάνυ μάλα, σφόδρα)multum, uehementer maiorem in modum: aduerbium eſt per ſyncopen à Valide effectum, quemadmodum & Caldus pro Calidus: quo fit ut in Valde poſterior ſyllaba producatur, iungitur autem ferè poſitiuis. Cic. ad Caſs. lib. 15. De Hiſpania nihil noui, ſed expectatio ualde magna. Aliquando aduerbiis. Cic. ad Attic. lib. 1. Qui primùm illud ualde grauiter tulerunt. Aliquando uerbis. Cic. ad Tironem lib. 16 Literas tuas ualde expecto. Ponitur aliquando iunctum poſitiuis cum Tum, & Quàm Cic. 2. de Diu. Nihil eſt tam ualde uulgare, quam nihil ſapere. Dicimus, & Valde q̄ ſicut Sanequàm, & Perquàm. Decius Brutus ad Cic. Nam ſuos ualde q̄ paucos habet.

VALDIVS, (μᾶλλον) comparatiuum eſt à Valde deductum, idem ſignificans quod magis, ſiue uehementius.

VALENS, tis, {*Valente, potente, ſano, gagliardo*}(ἐῤῥωμένος, ὑγιής) nomen ex participio: id eſt, ſanus, incolumis, robuſtus, fortis, firmus: cui contrariū eſt Imbecillus. Cic. Tironi, lib. 16. Epiſt. Medicus plane confirmat propediem te ualentem fore. Idem in Orat. Valentiorum hæc laterū ſunt, nec ab hoc, quem informamus, aut expectanda, aut poſtulanda. Idem 7. Ver. Hæc cum maxime loqueretur, ſex lictores circunſiſtunt ualentiſſimi, & ad pulſandos uerberandoſq; homines exercitatiſſimi. Aliquando idem quod potens, efficax, utilis, ἐνεργητικός, καρτερός, ἰσχυρός. Plin. lib. 20. cap. 18. At ſylueſtri longum, ac puſillū & ad omnes effectus ualentius. Cic. ad Attic. lib. 7. His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Reſpub. ad reſiſtendū imbecilla ſit: quæ mallem tantas ei uires non dediſſet: quàm nunc tam ualenti reſiſteret. Var. de Re ruſt. lib. 3. cap. 16. Prouidendū ne infirmiores à ualentioribus opprimantur. Hinc Valentulus, diminutiuum. Plau. in Caſ. Obſecro ut ualentula eſt, Penè expoſuit cubito.

Hinc Valenter, aduerbium, ἰσχυρῶς. Col. lib. 1. cap. 5. Quæ ab imo præſtructa, ualenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. Ouid. 11. Meta. Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit Fluctibus, & præceps ſpirare ualentius Eurus.

VALENTIA, æ, {*Valenza potenza, gagliardezza*}(ῥώμη, ἐῤῥωσία) antiquis idem erat quod potentia, firmitas, fortitudo, robur, unde Romā ipſam à priſcis Latinis Valentiam dictam accepimus, quam poſtea Euander, Græco quidem nomine, ſed ſeruata Latinæ uocis ſignificatione ῥώμην appellauit. Solinus cap. 2. Sunt qui uideri uelint Romæ uocabulū ab Euandro primum datum, cū oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valentiam dixerat iuuentus Latina, ſeruataq; ſignificatione impoſiti prius nominis ῥώμην. Græce, Valentiā Latine nominatam. Huius contrarium eſt Inualentia, ἀῤῥωσία. Gellius. Non morbus in lege febriculoſus, neque nimium grauis, ſed uitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ.

VALENTIA, æ, {*Valenza in Spagna*}(οὐαλεντία)urbs eſt inſignis citerioris Hiſpaniæ, tribus millibus paſſuum à mari remota, ut autor eſt Plin. lib. 3. cap. 3. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius Mela lib. 2. Eſt etiam eius nominis oppidum inter Allobroges ſubter Viennam, ad Rhodanū, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

VALEO, les lui, litum, {*Valere, potere, eſſere ſano, gagardo, robuſto*}(ὑγιαίνω, ῥώννυμαι, ἰσχύω, ἐῤῥωσθαι)ſanus, ſiue potens ſum. Semper enim in bonam partem ſumitur, niſi aliud addatur: ut, Male ualeo. id eſt, æger ſum. Plaut. Amphitr. Equidem ualeo, & ſaluus ſum recte, Amphitryon. Idem Perſa: Si ualetis gaudeo. Valere ab oculis, & eiuſmodi, eſt oculorum morbo liberatū eſſe. Gel. libr. 5. cap. 10. Cum ualebo ab oculis, reuiſe ad me. Sic ualere à pecunia Plaut. Aulu. Aun'tu ualere te? E. pol ego haud à pecunia perbene: Id eſt, pecuniæ inopia etiam nunc laboro. Ne ualeam, imprecantis clauſula eſt. Mart. li. 2. Ne ualeam, ſi non totis Deciane, diebus, Et tecum totis noctibus eſſe uelim. Valere(δύνασθαι)aliquando eſt poſſe, pollere, uim, uel uires, momentū, pondus, ſiue autoritatem habere, alicuius momenti putari. Terent. in Eunuch. Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, neſciam. Iungitur aliquando datiuo. Gel. lib. 5. ca. 12. Nam & augendæ rei, & minuendæ parum ualet. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cic. 1. Acad. Vitæ autem adiuncta dicebant, quæ ad uirtutis uſum ualerent. Et cū præpoſitione apud. Cæſ. 1. Bel. Gal. Proponit eſſe nonnullos, quorum autoritas apud plebem plurimum ualeat .i. multū poſſit. In qua ſignificatione etiam dicimus, Valere autoritate apud plebē. Liu. 1. Bel. Mace. Apud magnam partem Senatus & magnitudine rerū geſtarū, & gratia ualebat. Valere poteſtate, Valere ingenio, eſt, poteſtate, uel ingenio plurimū poſſe. Cic. pro Domo ſua: Quaſi ego in iſto genere omnino quicquam aut curatione, aut poteſtate ualerem. Idem de Clar. Orat. Is longe plurimū ingenio ualuit. Aliquando etiam ablatiuo iungitur cum præpoſitione In. Mart. lib. 2. Incipe, tres uno perierunt Rhetores anno. Si quid habes animi: ſiquid in arte ualis. Cic. 1. Tuſc. Quod in omnibus cauſis & debet, & ſolet ualere plurimum. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione In, uel Ad, Cic. 2. Tuſc. In uulgus inſipientium opinio ualeat honeſtatis. Quintil. li. 4. cap. 5. Quædam tametſi ipſa data ſunt, in id tamen ualent, quod ſcio. Cic. 3. de Diui. Affectio aſtrorū ualeat ſi uis, ad quaſdam res, ad omnes certe non ualebit. Idem Att. lib 3. Vtinam ualeat ad celeritatem reditus tui: Quum ad precium pertinet, ſi preciū exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plin. lib. 33. cap. 3. Aureus nummus poſt annos ſexageſimum ſecundū percuſſus eſt, q̄ argenteus, ita ut ſcrupulū ualeret ſeſtertiis uicenis: Varro tū accuſatiuū dedit dicēs: Denarij, q; denos æris ualebant, quinarii, q; quinos. Imperatiuo Vale, (χαῖρε, εὐρώστει, ἔῤῥωσο) in diſceſſu utimur, aut in calce epiſtolarū: quemadmodū Salue in acceſſu, aut ēt in literarum principio. Verg. 3. Eclo. Phyllida amo ante alias: nam me diſcedere fleuit. Et longū formoſe uale uale, inquit, Iola. Reperitur tamē Salue in diſceſſu & in calce epiſtolarū. Ci. li. 16. Epi. Vale mi Tiro, uale, & ſalue. Quoniā uero abeūtes per hæc uerba ſalutare ſolemus Vale, & Salue: inualuit conſuetudo, ut hæc ſumantur pro diſcedo, etiamſi cū ſtomacho, & indignatione loquamur, non q; illi à nobis ſed q; nos ab illis, quibus ſic loquimur, uale dicendo recedamus, inquit Valla li. 6. Terent. in Adel. Valeas, habeas illā, quę placet. Idē in And. Valeāt(χαιρέτωσαν)qui inter nos diſſidiū quærunt. Quod perinde eſt ac ſi diceremus. Diſcedāt à nobis, ſiue, Eos cū ſuo odio, & maledicentia relinquamus. Cic. 1. de Nat. deo. Si Deus talis eſt, ut nulla gratia, nulla hominū caritate teneatur, ualeat. Vale & Salue, uerba erant poſtrema quibus olim mortuos affabantur. Varro. Vale, & Salue, quū ad mortuos referuntur, non id dictum eſt, q; aut ualere aut ſalui eſſe poſſint, ſed q; ad his recedimus, eos nunquā uiſuri. Verg. 11. Salue æternū mihi maxime Palla, Aeternumq; uale. Valere iuſſi. id eſt, uale dixi. Cic. Attic. lib. 5. Hominē aliquid agentem ſalutaui, poſtea ualere iuſſi. Huius uerbi compoſita ſunt, Conualeo, Eualeo, Inualeo, Aequiualeo, Præualeo, Reualeo. à quibus fiūt Conualeſco, Eualeſco, Præualeſco. Reualeſco: quorum ſignificata uide ſupra. Eſt & Valefacio, pro diſcedo, ἐῤῥῶσθαι εἰπεῖν.

VALERIA, (οὐαλερία)nomen proprium Meſſalarum ſororis, quę amiſſo Seruio uiro, quum rogaretur. cur alteri non nuberet, ait, ſibi ſemper maritum Seruium uiuere.

VALERIA, (οὐαλερία) oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in tractu Celtiberorum, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Hinc Valerienſes populi

Plin.

Plin.cap.3.lib.3.

VALERIVS. {*Nome d'un cittadin Romano*} (Οὐαλέριος) cognomento publicola Iunii Bruti in primo Conſulatu collega, in Tarquinij Collatini locum ſuffectus. Hic primum de Veientibus, iterum de Sabinis, tertio de utriſq; triumphauit. Deinde quum domum in Velia editiſſimo loco haberet, in ſuſpicionem regni uenit. Quo cognito, apud populũ conqueſtus eſt, ꝙ tale aliquid de ſe timuiſſent, & miſit qui domum ſuam diruerent. Secures item faſcibus dempſit, eoſq; in populi concione ſubmiſit: legem de prouocatione ad populum tulit. Quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic quum diem obiiſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt. Hæc Plin. Cæcilius de Viris illuſt. Autor eſt Plutarchus in uita eius, hunc quadriga primum in triumpho uectum fuiſſe, ſine ulla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funusq; curaſſe: funebremq; orationem de ipſius laudibus habuiſſe, quæ adeò iucunda fuit Romanis, ut ex eo cõſuetudo manarit, ut qui ſtrenuè pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Valerius, M. Publicolæ frater Conſul unà cum Poſthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auſpicijs & adminiſtratione geſſit. Ex quo publice ei domus ædificata, cuius fores extrorſum honoris gratia aperiebantur, cum cæteræ introrſum aperirentur. Valerius Coruinus Tribunus militum, qui cum ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente, aduerſus Gallum prouocatorem ſolus proceſſiſſet, coruus ab ortu ſolis galeæ eius inſedit, & inter pugnandũ ora oculoſq; Galli uerberauit: unde hoſte uicto, Valerius Coruinus dictus fuit: Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum præfeciſſet ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hæc Cæcilius. Liuius uerò lib.7. Decad.1. hæc addit, de Samnitibus cum triumphaſſet ſexies Conſulẽ fuiſſe, hoſtes T. Manlij morte exultantes, compreſſiſſe. Vixit, teſte Valerio corporis & animi uiribus integris, annos centum. Valerius Potitus, poſt Decemuiralem inuidiam, plebem in patres incitatam legibus & concionibus ſuis mitigauit. Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoq; Conſul, poſt Decemuiros, cum Volſcos Aequoſq; ad Algidum magna laude debellaſſet, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio Trib. pl. primus ſine autoritate ſenatus triumphauit cum collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, ꝙ nemini à Senatu præterquam à Fabio Maximo conceſſum eſt, ut ſcribit Plutarchus. Valerius Leuinus conſul, cum Pyrrho prælio congreſſus in Lucania infeliciter pugnauit. Iterum poſtea Conſul Agrigentum aduerſus Pœnos miſſus, ſuperato Hannone duce Carthaginienſium, oppidum in poteſtatem recepit: Senatum ſecuri percuſſit. Alter Valerius Leuinus, contra Philippũ Macedoniæ regẽ feliciter bellũ geſſit, teſte Liu. lib.7. Bel. Pun.2.

Valerius Flaccus, M. Catonis familiariſſimus eundem ex agro Tuſculano ad Rempub. adduxit, pariter & inſtruxit, ut ait Plutarchus. Conſul cum eodẽ Catone circa Mediolanum, ut Liuius teſtatur, cũ Gallis & Inſubribus & Boiis collatis ſignis pugnauit, ubi decem millia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit, qua de re uide apud Liuium elegantes utriuſq; orationes libr.4. Bel. Maced. Valerius Soranus, poeta, quem Cic. in libris de Orat. doctiſſimum togatorum appellat. Plutarchus Philoſophum fuiſſe aſſerit, Pompeii iuſſu interfectum. Valerius Antias, antiquiſſimus hiſtoriæ ſcriptor, qui non raro à Liuio aliiſq; citatur.

Valerius Procillus militauit ſub Cæſare in Gallia: à quo etiam miſſus eſt legatus ad Arioniſtũ, ut eſt in Commentariis Cæſaris. Valerius Maximus hiſtoricus, ſcripſit dicta ac facta memorabilia ad Tyberium Cæſarem, Militauit ſub Sex. Pompeio, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur. Valerius Flaccus poeta ſcripſit Argonautica. Quintilianus eum ſua ætate fuiſſe teſtatur, his uerbis: Multum (inquit) in Valerio Flacco nuper amiſimus. Valerius Martialis epigrammatum ſcriptor.

VALESCO, is, inchoatiuum, (ῥώννυμαι, κραταιοῦμαι) ualidum fieri. Lucret. lib.1. Sed potius tali facto recreata ualeſcat. Tacit. lib.4. Meditatio & labor in poſterum ualeſcit.

VALESIORVM, apud Romanos nobilis familia fuit, qui poſtea literę unius immutatione Valerij ſunt appellati.

VALGVSTVS, fuſtis uncus.

VALIDVS, a, um, pen. cor. (ἰσχυρὸς, ῥωμαλέος, εὐσθενής) robuſtus, ualens, firmus, potens. Plaut. in Amph. Ita quaſi incudem, me miſerũ homines octo ualidi cædant. Cic. Tironi: Omnia uiceris, ſi ut ſpero, te ualidum uidero. Terent. Hec. Bene factum te adueniſſe Pamphile: Atq; adeo, quod maximum eſt, ſaluũ atq; ualidum. Tacit. lib.19. Simul coloniam copiis ualidam auferre Vitellio.

Validus ex morbo. i. conualeſcens. Liu.3. ab Vrb. Ibi rixam natam eſſe, fratremq; ſuũ maiorẽ natu necdum ex morbo ſatis ualidum, pugno ictum à Cæſone, cecidiſſe ſemianimem. Validæ opes, id eſt, magnæ, ingentes, apud Plaut. in Caſi. Vinum ualidũ. Ouid.6. Faſt. Coniux ualido titubantia uino Membra mouent, dubii ſtantq;, labantq; pedes. Verg.5. Aene. Colligere arma iubet, ualidiſq; incumbere remis. Idem 10. Aen. Nil ualidæ iuuere manus.

VALIDE, aduerb. (σφόδρα, λίαν, σφοδρῶς) idem quod ualde, uehementer, maiorem in modum. Vnde Validius, comparatiuum, (μᾶλλον) magis, uehementius. Quintil. lib.10. cap.2. Nec promptum eſt dicere utros peccare ualidius putem quibus omnia ſua placent, an quibus nihil. Validiſſime, ſuperlatiuum, (μάλιστα) maximè, uehementiſſime. Cælius Cic. li.8. Epi. Quin ego cũm pro amicitia ualidiſſime fauerem ei, & me iam ad dolendum præparaſſem poſtquam factum eſt, obſtupui.

VALETVDINARIVM, rii, {*Infermaria*} (νοσοκομεῖον) locus quo ualetudinarii, & infirmi curantur, ut ualetudinem malam bona permutent: qualia ſunt in cœnobiis. Seneca ad Lucilium: Tanquam in eodem ualetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Columella quoq; li.1. Rei ruſt. præcipit ualetudinaria languentibus ſalubria eſſe conſtituenda.

VALETVDINARIVS, rii, {*Mal ſano*} (νοσώδης, νοσηματικός) qui male ſanus eſt, & qui frequenter ægrotat. Seneca in Quæſtionibus: Non uideo, quare ſibi placeat, qui robuſtior ſit ualetudinario. Valetudinarius medicus, is eſt, qui ualetudine affectos curat, uel potius qui in ualetudinario, medici miniſterio fungitur. Calliſtratus de Iure immunitatis, Quibuſdam aliquam uacationem munerum grauiorum conditio tribuit, ut ſunt menſores, optiones, ualetudinarii medici, capſarii, artifices.

VALETVDO, inis, {*Santtà, malattia, gaiardezza, infirmità, franchezza*} uocabulum eſt medium quo, modo ſanitas ſignificatur, (ὑγίεια, εὐρωστία) modo morbus, νόσος, ἀρρωστία. In meliorem partem accipitur, apud Cice.2. Offic. Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe, & continentia in uictu, omniq; cultu corporis tuendi cauſa, & prætermittendis uoluptatibus. Item apud Horat. libr.1. Epiſt. Quid uoueat dulci nutricula maius alũno. Quàm ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat, & cui Gratia, fama, ualetudo cõtingat abunde? In deteriorem, partẽ accipitur apud Cic. Offic. lib.1. Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnum curationem ualetudinis. Et apud eundem in Epiſt. Seruius Sulpitius ſcripſit ad me, te moleſte ferre, ꝙ me propter ualetudinem tuam, cum ad urbem acceſſiſſem, non uidiſſes. Sæpe tamen confuſionis tollendę cauſa addimus epitheton, quo ſignificationem eius reſtringimus: dicimuſq; Bonam uel Malam, Commodam uel incommodam ualetudinem. Quintil. lib.10. cap.3. in hoc præcipue bona ualetudo, quæq; eam præſtat, frugalitas neceſſaria eſt. Cic.4. Tuſcul. Ii ſunt eiuſmodi conſtituti, quaſi mala ualetudine animi, ſanabiles tamen. Cic. Attic. Me incõmoda ualetudo tenebat iam duodecimum diem Brunduſii. Idem de Clar. Orat. Is ſemper infirma, atq; etiam ægra ualetudine fuit.

VALGIVS, illuſtris fuit Romanus Auguſti temporibus, qui de re herbaria uolumen inchoauit: quod tamen morte præuentus, reliquit imperfectum. Meminit eius Plin. lib.25. cap.2.

VALGVS, (βλαισός) qui ſuras habet extrorſum intortas, & in diuerſum actas, quales cancri habent, & lacerti. Plaut. in Milit. Aut uarum, aut ualgum aut cõpernem, aut pætum, aut bronchum. Nonius apud Nonium: Valgus, uetereoſus, genibus magnis, talis turgidis. Valgum ſauium. i. intortum. Plaut. Milite: Itaq; hic meretrices dum ducant eum Maiorem partem uideas ualgis ſuauiis.

VALITVRA, ræ, idem quod ualor, oris. Pli. lib.17. cap.21. Eadem ualitura in omni genere.

VALLARIS, & hoc re, pen. pro. (ἐρυματικός) quod ad uallum pertinet: ut, Vallaris corona, qua donari ſolebat, qui primus uallum hoſtium fuiſſet ingreſſus. Liu. 10. ab Vrb. Multæ ciuicæ coronæ, uallareſq;, ac murales conſpectæ. Idem lib. 10. Bel. Pun. Qui Imperatores, qui Conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus, uallaribuſq; inſignes coronis.

VALLES, lis, et VALLIS, lis, {*Valle*} (κοιλάς, αὐλών, ἄγκος, πτυχή) planities duobus lateribus incluſa: dicta, ꝙ hinc, atq; hinc montibus uallata ſit. Verg. li.11. Eſt curuo anfractu ualles accommoda fraudi. Statius: Vallis in amplexu nemorũ ſedet. Ver.2. Geor. Complentur ualleſq; cauæ ſaltuſq; profundi. Oui. 8. Meta. Concaua uallis erat, quò ſe demittere riui Aſſuerant pluuialis aquæ. Quint. li.5. ca.14. Sed ut latiſſimi amnes totis uallibus fluat: ac ſibi uiam, ſiquã non acceperit, faciat. Hinc ſit diminutiuum Vallecula, ut à Vulpes Vulpecula. Feſtus tamen Valliculam effert per tertiam uocalem.

VALLO, as, {*Fortificare, fornire, circondare*} (περιβάλλομαι, περισταυρόω, περιτειχίζω, ἐρύω) munio, firmo, quaſi uallo ambio. Plin. li.15. cap.18. Non caſtra Punica ad tertium lapidem uallata. Luca. lib.4. Nullis uallarent oppida muris. Vallare armis, id eſt, ſtipare. Vale. Flac.1. Argon. Medioq; in crimine patrem Liquerit, ac inopem nullis uallauerit armis. Vallare aliquid ratione differendi eſt Dialecticis argumentis confirmare. Cic.2. de Legibus. Atq; hæc omnia, quaſi ſepimento aliquo, uallabit differendi ratione, ueri & falſi iudicandi ſcientia, & arte quadam intelligendi, quid quamq; rem ſequatur, & quid ſit cuiq; contrarium.

VALLONIA, putabatur dea, quæ uallibus præerat. Sipont.

VALLVM, li, {*Baſtione, cauallier, palificata*} (χάραξ, χαράκωμα, ἔρυμα) munitio caſtrorum, ꝙ ex uallis, id eſt, palis fiat. Cic. ad Cato. lib.15. Epiſt. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi. Idem in Piſonem: Vallum Alpium cõtra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorum. Legitur & Vallus, maſc. genere, in eadem ſignificatione. Tibul lib.1. Eleg.2. Non arces, non uallus erat. Cæſ.3. Bell. Ciu. Erat eo loco foſſa pedum quindecim, & uallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem.

VALLVS, li, {*Palo*} (χάραξ) firmior palus, cui uitis alligatur, & quo caſtra muniuntur. Ver.1. Geor. Exacuunt alii uallos, furcaſq; bicornes. Idem 2. Geor. Quadrifidaſq; ſudes, & acuto robore uallos. Accipitur nonnunquam Vallus pro ipſo caſtrorum aggere (ut docuimus in dictione præcedenti) in qua ſignificatione frequentius Vallum dicimus neutro genere. Eſt item Vallus diminutiuũ à Vannus. Var.1. de Re ruſt. ca.52. His tritis, oportet è terra ſubiectari uallis, aut uentilabris, cum uentus ſpirat lenis, &c.

VALOR, oris, {*Valore*} (τιμή) pretium à Valeo, les. Plinius: Victoriati ualore redimi poteſt.

VALVÆ, arum, plural. num. tantum, {*Porte della chieſa*} (θύραι δικλίδες) fores, geminas habentes partes, in ſeſe coeuntes: ita dictæ, ꝙ introrſum reuoluantur Cic.1. de Diuin. In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubito ſe ipſæ aperuerunt. Idem 3. Ver. Hæc alia duo ſigna, quæ ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt. Ouid.1. Meta. Dextra, læuaq; deorum Atria nobilium ualuis celebrantur apertis. Idem 2. Meta. Argenti bifores radiabant lumine ualuæ Horat.2. Serm. Sat.6. Cum ſubito ingens Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit utrunq;.

VALVVLI, {*Tauelle, teghe, reghe, guſcete*} (λοβοί) ſunt concauitates in folliculis leguminum, in quas ipſa grana ſeparatim recipiuntur. Col. lib.7. de Ouibus tectis: Singula capita per hyemem rectè paſcuntur ad præſepia, tribus hordei, uel freſæ cum ſuis ualuulis fabæ. Feſtus: Valuuli, fabæ folliculi appellati, &c.

VANDALIA, (Οὐανδαλία) regio Europæ ſeptentrionalis, à Vandalo fluuio, qui regionem interfluit. A qua populi Vãdali, immanes, & ferociſſimi, qui paucis antè annis, ꝗ Gothi Romam caperent, Gallias inuaſere: inde in Hiſpaniam, traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Beticam, quæ Vandalia ab eis dicta eſt, occuparunt.

VANESCO, neſcis, {*Diſformarſi*} (διαλύομαι, φθείρομαι, διαπίπτω, μαραίνομαι) à Vaneo, neu. quamuis inuſitato, in nihilum redigor, euaneſco. Cic. 2. de Legib. Animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus, ullis elui poteſt. Plin. lib.18. cap.24. Ne diu iaceat, atq; non concipiens uaneſcat. Ouid.3. Amor. Eleg.6. Carmine læſa Ceres ſteriles uaneſcit in herbas. Hinc Euaneſco, (ἀφανίζομαι) eiuſdem ſignificationis. Verg.1. Aene. Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

VANGIONES, pen. cor. populi ſunt Galliæ Belgicæ, Coloniæ Agrippinenſi finitimi: hodie Vormacienſes. Luca. li. 1. Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis Vangiones. Meminit horum Cornel. Tacitus li. 20. & Pli. lib. 4. ca. 17.

VANIDICVS, adiect. (ματαιολόγος, ψευδολόγος) uaniloquus, mendax. Plaut. in Trin. Cum probis potius, quàm cum improbis uiuere uanidicis.

VANILOQVIDORVS, dori, iocoſa Plauti dictio in Perſ. Vaniloquidorus, uirgini ſuendonides.

VANILOQVVS, adiect. {Bugiardo} (σπερμολόγος, ματαιολόγος, ψευδηγόρος) uanos ſermones effundens, mendax. Plau. in Amph. Ergo iſtoc magis, Quia uaniloquus, uapulabis. Liu. 5. Bel. Mac. Is, ut plerięque quos opes regię alũt uaniloquus, maria, terraſque inani ſonitu uerborũ compleuit. Sil. lib. 8. Quin etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces, Vaniloquum Celtæ genus, ac mutabile mentis, Reſpectare domos.

VANILOQVENTIA, æ, (σπερμολογία, ματαιολογία) uana & inanis blateratio. Liu. 4. Bel. Mac. Hac uaniloquentia primum Antheſium prætorem Achæorum excitauit. Tacit. li. 3. Id Clutorius in domo P. Petronij, ſocru eius Vitellia coràm, multiſque illuſtribus fœminis per uaniloquentiam legerat.

VANITAS, atis, {Vanità, uanezza, bugia} (ματαιότης, ψεῦδος) mendacium fallacitas, & leuitas. Cic. li. 3. Offi. Quòd ſi uituperandi, qui reticuerunt: quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis uanitatem adhibuerunt? Salluſtius: Huic homini minor uanitas inerat, quàm audacia. Tacit. li. 15. Veniam, quam ab Imperatore acceperat, uanitate exitus corrupit.

VANITVDO, dinis, (ματαιολογία, ψευδολογία) uanitas, mendaciũ. Plau. in Capt. Pol ego, ut rem uideo, tu inuentus, uera uanitudine Qui conuincas.

VANNO, nas, {Pallare, uandere, uentillare} (λικμάω) acus, uel paleam è frumento uel legumine uanno expurgo. Varro de Re ruſt. Vt quod leuiſſimum eſt in ea, atque appellatur acus ac palea, uannatur foras extra aream. Hinc Euanno, (ἀπολικμάω) quo legumina uentiletur.

VANNVS, ni, fœm. gen. {Vallo, pala, criuello} (λίκνος) inſtrumentum latũ ex uimine, aliaue materia, quo acus paleæque poſt trituram à frumento aut legumine uentilando, & in ſublime iaculando, excernuntur. Ver. 1. Geor. Et myſtica uannus Iacchi. Colu. lib. 2. cap. 21. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, uannis expurgantur. In eadem ſignificatione legitur & Vallus, diminutiua forma: quam uocem Varro à uolatu dictam exiſtimat, quòd dum frumenta uanno in ſublime iactantur leuia euolent.

VANO, nas, unico n, (ψεύδω) antiquis in uſu fuit pro fallo: ut annotauit Nonius citans illud Accii ex Alcmena: Sic illum uanans in angiportum deduxit.

VANVS, a, um, {Vano, falſo} (κενός) propriè idem eſt quod uacuus, ſiue inanis. Verg. 1. Geor. Sed illos Expectata ſeges uanis eluſit auenis. Modo pro ſtulto, quaſi mente uacuo, & qui in rebus inanibus ſtudium collocat, φιλαλαζών. Iuuen. Saty. 3. Sic libitum uano qui nos diſtinxit, Othoni. Modò pro mendaci, & leuia, inaniaque pro grauibus & ueris aſtutiſſimè cõponẽte, (ψευδολόγος, ψευδηγόρος) Verg. 1. Aene. Ni fruſtra augurium uani docuere parentes. Mendax autem propriè dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem 2. Aene. utrunque complexus eſt. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem. Finxit uanum etiam mendacemque improba finget. Vanum aliquando dicitur, autore Donato, nec ueriſimile, nec poſſibile. Teren. in Eun. Siu falſum, aut uanum, aut fictum eſt, cõtinuo palam eſt. Vana fides i. falſa. Vanum inceptum, quod fruſtra inceptũ eſt. Vana neutrum plurale, loco aduerbii, apud Ver. 11. Aen. Vt uidit fulgentẽ, armis, ac uana tumentem. Id eſt, Vanè, uel inaniter tumentem.

VAPIDVS, uapida, uapidum, (ἀτμώδης) plenus uapore, uel multos emittens uapores. Perſius Satyra quinta, Veientanumque rubellum Exhalet uapida læſum pice ſeſſilis obba? Vapidum pectus, per tranſlationem, apud eundem eadem Satyra. Sin tu, cùm fueris noſtræ paulo ante farinæ, Pelliculam ueterem retines, & fronte politus, Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem. Id eſt ueterũ uitiorum pleno, & priſtinas fraudes redolente.

VAPOR, oris, & Vapos, {Vapore, fumo} (ἀτμός) tenuis humoris alicuius exhalatio. Lucret. lib. 5. Peruolitans permanat odos, friguſque uaporque. Cic. 2. de Nat. deo. Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum. Earum enim quaſi uapor quidã aer habendus eſt. Ouid. 1. Metam. Vapor humidus omnes Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt. Ponitur aliquando pro calore. Colum. lib. 5. cap. 10. Minus quàm uaporis æſtate per anguſtum os penetret. Verg. 5. Aen. Lentuſque carinas. Eſt uapor, & toto deſcendit corpore peſtis.

VAPORARIVM, rii, {Camino} (ἀτμιστήριον, καπνοδόχη) in hypocauſtis dicebatur, qua uapor, ſeu fumus erumpebat. Cicero Quinto Fratri, lib. 3. In balneis hypocauſta in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quòd ita erant poſita, ut eorum uaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubiectum cubiculo.

VAPORIFERVS, a, um, (ἀτμώδης) multos emittens uapores. Stat. 3. Syl. 5. Siue uaporiferas, blandiſſima littora, Baias. Vbi Baias uaporiferas uocat propter aquas calidas, multos exhalantes uapores.

VAPORO, as, pen. pro. {Mandar il fumo} (ἀτμίζω) aliquando neutrum eſt, idẽ ſignificans quod uaporem emitto. Plin. lib. 31. ca. 2. De differentiis aquarum: uaporant & in mari ipſo, quæ Licinii Craſſi fuere. Aliquando actiuum eſt, & pro ſuffire ponitur, (θυμιάω) Verg. 11. Aene. Succedunt matres, & templum ture uaporant. Aliquando pro areſacere, exugere. Plin. libr. 2. cap. 16. Quòd ſolidiores glebas diutina ſuſtineat & ſuſpendat, ut ex ſolibus æſtiuis uaporatæ reſoluantur. Vaporatio onis, uerbale, uaporis excitatio. Plin. lib. 28. cap. 4. Perfundere caput aqua calida ante balnearum uaporationem, & poſtea frigida, ſaluberrimum intelligitur. Gell. lib. 19. cap. 5. Cum aqua frigore aeris duratur & coit, neceſſum eſt fieri uaporationem, & quandam quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea, & emanare.

VAPPA, æ, {Vino ſuanito} (ἐκτροπίας, ἐξεστηκὼς οἶνος) uinum uitioſum, cuius uis omnis euaporauit, adeo ut & ſaporem amiſerit & odorem. Plin. lib. 14. ca. 20. Vitiumque muſto quibuſdam in locis ſponte feruere: qua calamitate cũ deferbuit, perit ſapor, uappæque accipit nomen. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, uappãque profeſtis. Per tráſlationem ponitur pro homine ignauo, deſide, inerte, & in quo nihil ſit induſtriæ, aut ſolertiæ ἐξίτηλος. Idem 1. Serm. Saty. 1. Non ego auarum, Quum ueto te fieri, uappam iubeo, aut nebulonem.

VAPPO, onis, animal eſt uolans, quod uulgò animam uocant. Lectum eſt apud Lucretium, hos uappones. Probus in Catholicis.

VAPVLARIS, (μαστιγίας) idem quod uerbero, hoc eſt, qui continuè uapulat, ut apud Plaut. in Perſa.

VAPVLO, as, pen. cor. {Eſſer battuto} (τύπτομαι, μαστιγοῦμαι) uerberor, cædor. Propert. lib. 2. Eleg. Non ego, ſed tenuis uapulat umbra mea. Cælius ad Cic. li. 8. Suſurrationes duntaxat ueniunt alius equitem perdidiſſe, quod opinor certe factum eſſe, alius ſeptimam legionem uapulaſſe. Vapulare ſermonibus, eſt obloeutionibus ſugillari. Cic. ad Att. lib. 2. Qui cum ſe omnium ſermonibus ſentiet uapulare, & cum has actiones, &c.

VARDVLI, (οἱ Οὐάρδουλοι Ptolemæo) Hiſpaniæ citerioris populi, in conuentu Clunienſi: quorum meminit Plin. lib. & cap. 3.

VARI, (ῥαιβοί) qui introrſum pedes, uel crura obtorta gerunt. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 3. Hunc Varum diſtortis cruribus, illum Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Vnde Varum frequenter pro obtorto accipitur. Perſius Saty. 4. Et non fallit pede regula uaro. Vatii autem dicuntur, quibus in exteriorem partem crura pedeſue flectuntur. Var. libr. 2. de Re ruſt. de camb. Cruribus rectis, ac potius uaris, quàm uatiis. Hinc Vatiatum, & Vatiniorũ cognomina fluxerunt, quòd pedibus eſſent uatioſi. Seneca in quadam Epiſtola: Seruilius Vatia latere ſciebat, non uiuere. Valgi autem, (βλαισοί) ſunt, qui diuerſas ſuras habent. hoc eſt, ambas introrſum intortas: cuiuſmodi lacertarum pedes ſunt. Plaut. in Mil. Aut uarum, aut ualgum, aut compernem, &c. Hinc Valgum ſuauium: id eſt, intortum Plaut. in Milit. Maiorem partem uideas ualgis ſuauiis. A' qua fortaſſe ſimilitudine inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas Valgium Plin. appellat lib. 17. Serius (inquit) menſe Aprili, area æquata cylindris aut ualgio, alias denſum. Alioqui & ſermo agreſtis Valgiare uſurpat hodie pro eo quod eſt pauire, coæquareque. Omnino id fere uidetur eſſe quod Cato ait. Comminuito terram, & cylindro, ac pauicula coæquato. In Campania certè haberi genus id teſtatur tali ſpecie, quali ſunt ſuræ duæ in diuerſum collocatæ, quo, ut cylindro, ſupplanantur areæ. Varæ manus, incuruæ. Ouid. lib. 9. Metamor. Tenuitque à pectore uaras In ſtatione manus. Sic Varum brachium, à Martial. dictum libr. 7. Vara nec iniecto certamine brachia tendis. Varus genius apud Perſium Saty. 6. Sunt item Vari, tubercula exigua & dura in facie, cum febre naſcentia, pueros maxime infeſtantia: quos ἴονθους Græci appellant. Plinius libro 23. Contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur: uitia cutis in facie, uaroſque, & lentigines, & ſugillata emendat, & cicatrices.

VARIÆ, (παρδάλεις) ex genere ſunt pantherarum ita dictæ à macularum uarietate, quibus ſunt ſpectabiles. Plinius libro 8. cap. 17. Nunc uarias & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Aphrica, Syriaque.

VARICES, pen. cor. gen. maſc. {Vna ſorte di uene} (ἰξίαι, κιρσοί) ſunt uenæ plus æquo intumeſcentes, in temporibus, in uentre, in teſtibus in inguine, & pluriſſimum in cruribus, quas Plin. lib. 11. cap. 45. In cruribus uiro tantum, mulieri rarò præ nimio labore naſci aſſerit. Cic. 2. Tuſ. Cum uarices ſecabantur C. Mario, dolebat. Horat. Varice ſucciſo. Apud Senecã Epiſt. 78. legitur in fœm. gen. Dum (inquit) uarices execandas præberet. Vnde Varicoſus, qui huiuſmodi uenas tumidiores habet. Auicenna autor eſt uarices accidere curſoribus, & onera baiulantibus, & diu ſtantibus. Inde eſt illud Iuuen. Saty. 6. Varicoſus fiet aruſpex. Ex diuturna ſcilicet ſtatione.

VARICO, cas, ſeu Varicor, aris, deponens, ſecunda ſyllaba correpta, {Preuaricare, traſgredire, trapaſſare} (διαβαίνω, διίστημι τὰ σκέλη) crura in diuerſas partes extendo. Tractum ab iis qui natura uari ſunt, cruraque habent extrorſum intorta, ideoque quàm longiſſime à ſe inuicem diſtantia. Quint. lib. 11. ca. 3. de geſtu pedum: Varicare ſupra modum, & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcœnum.

VARICVLA, æ, (κιρσίδιον) diminutiuum à Varix. Celſus libr. 5. de curationibus ulcerum. Si uaricula intus eſt, quæ ſanari prohibet, ea quoque excidenda.

VARICVS, a, um, penult. corr. qui ampliore paſſu incedit. Ouid. 3. de Arte: Illa uelut coniux Vmbri rubicunda mariti Ambulat, ingentes uarica, fertque gradus.

VARICITVS, aduerbium, (ῥαιβῶς) cruribus diuaricatis, diuiſiſque: quod fieri ſolet à fœmina iam mictura. Apuleius lib. 1. Varicitus ſuper faciem meam reſidentes, ueſicam exonerant.

VARIEGATVS, {Ricamato} (ποικίλος) uariis picturis diſtinctus, exornatuſque. Variegare enim eſt uariare, & uarietate diſtinguere, (ποικίλλειν.)

VARIETAS, atis, {Varietà, uariatione} (ποικιλία) proprie eſt uariatio & diſſimilitudo colorum; quamuis & ad alia transferatur. Plin. lib. 8. cap. 30. Oculis mille uarietates eſſe, colorumque mutationes. Cic. 7. Verr. Neque hoc prouiderem, ut uarietate criminum uos attentos haberem. Idem 2. de Finib. Varietas enim Latinum uerbum eſt, idque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia. Varium poema uaria oratio, uarii mores, uaria fortuna, uoluptas uaria etiam dici ſolet, cum percipitur ex multis diſſimilibus rebus, diſſimiliter efficientibus uoluptates. Quint. lib. 1. cap. 12. Reficit animos, ac reparat, uarietas. Idem libr. 9. cap. 1. Gaudent enim res uarietate. Apud antiquiſſimos etiam Variantia lectum ſunt in eadem ſignificatione: ut annotauit Nonius. Lucil. lib. 3. Principes unde hæc oritur uariantia rerum.

VARIO, as, {Variare, far uario e diuerſo, ricamare} (παραλλάττω, ἀλλοιόω) diſtinguo, muto, uarium ſiue diuerſum facio. Plin. Epiſto. 161. Laborem otio, otium labore uariare. Mart. lib. 8. Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbe Texta, Semiramia quæ uariantur acu. Ouid. 2. Metam. Non erat huius opus lanam mollire trahendo, Nec poſitu uariare comas. Verg. 9. Aene. Diſcurrunt, uariantque uices, fuſique per herbam Indulgent uino, &c. Ponitur aliquando pro uaria tradere. Liu. 7. bell. Pun. Multos circa unam rem ambitus fecerim, ſi quæ de morte Marcelli uariant autores, omnia exequi uelim. Legitur, & abſolute, pro eo quod eſt, ſibi diſſimilem eſſe, & modo hoc, modo illo modo ſe habere. Celſ. lib. 3. Non in iis ſolum, in quibus ſemper ita ſe habet ſed in iis quoque in quibus uariat. Variare, aliquando eſt rem ambiguam eſſe. Liu. 9. ab Vrbe, de ſuffragiis: Ibi ſi uariaret, quod rarò incidebat, ut ſecundę, &c.

Variatur,

Variatur, imperſonale. Liu. 2. Bel. Pun. Ibi cum ſententiis uariaretur, &c.
Varians, participium. Plin. lib. 14 cap. 2. Vuæ ulla magis tam denſo uuarum partu impatiens uariantis cœli hoc eſt, inconſtantis cœli, & modò hoc, modò illo modo ſe habentis. Variantes adhuc, & acerbæ uuæ apud Colum. libr. 4. cap. 10. hoc eſt, nondum nigræ, ſed colore adhuc uario, qualis ſolet eſſe uuis immaturis.

VARIATIM, aduerb {*Variamente, diuerſamente*} id eſt, diuerſimodè. Gel. lib. 5. cap. 12. Ve enim particula, quæ in aliis, atque aliis uocabulis uariatum per has duas literas, cum à litera media immiſſa, dicitur.

VARIVS, a, um, (πολύχροος, πολύχρωος, ποικίλος) multiforme uel diuerſorũ colorum. Terent. Eunuc. Ita uiſus eſt Dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit. Verg. 4. Aeneid. Varium, & mutabile ſemper Fœmina. Idem 5. Aeneid. Ceu nubibus arcus Mille trahit uarios aduerſo ſole colores. Idem 2. Aen. Vt te poſt multa tuorum Funera, poſt uarios hominumque, urbiſque labores Defeſſi aſpicimus. Cice. 1. Acad. Plato uarius & multiplex, & copioſus fuit. Liu. 2. ab Vrb. Ibi uaria uictoria, & uelut æquo Marte pugnatum eſt. Variæ uuæ fiunt, cum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato cap. 37. Vbi uuæ uariæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis uti ualeant. Varius præterea dicitur, qui in facie uariis diſtinctus eſt. Vnde iocus. Cicer. apud Quintilianum lib. 6. cap. 4. in Iſauricum: Miror quid ſit, quòd pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis uarium reliquit. Hinc Variè, aduerbium uariis modis. Plin. Epiſtol. 104. Variè me affecerunt literæ tuæ, nam partim læta, partim triſtia continebant.

VARIVS, nomen Poetæ tragici, Vergilii & Horatii amiciſſimi unus ex iis, quibus Vergilii Aeneis commiſſa eſt emendanda. Meminit eius aliquoties Horat. in Sermon.

VARVS, a, um, (ῥαιβός) qui ſuras habet extrorſum intortas. Plau. in Milit. Aut ualgum, aut uarum, aut compernem. Vide ſupra in dictione Vari.

VARVS QVINTILIVS, nobilis Romanus, qui ab Auguſto Germanico exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumuentus eſt, & cum tribus legionibus interfectus. Huius mortem deflet Horatius ad Vergilium ſcribens, lib. 1. Carm. Aliquoties eius meminit, & Maro, præſertim 6. & 9 Eclog.

VARVS, fluuius eſt Galliam Narbonenſem à Liguria diuidens, à tortuoſis alui meandris ita appellatus. Vide Strab. lib. 4.

VARIX, cis, pe. cor. maſc. gen. (ἰξία, κιρσός) tumor uenarum in quauis parte corporis, maxime tamen in cruribus. Vide ſupra in dictione Varices.

VARRO, (Βάῤῥων) Senator Romanus fuit Ciceronis æqualis, non immeritò à Quintiliano Romanorum omnium eruditiſſimus appellatus: ut qui plurimos doctiſſimoſque ſcripſerit libros, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum, noſtrarumque, plus tamen ſcientiæ collaturus, quàm eloquentiæ. Hunc diuus Auguſtinus literatorum doctiſſimum appellat.

VAS, uaſis, {*Vaſo*} (σκεῦος, ἀγγεῖον) gen. neut. & tertiæ declin. in plurali numero ſecundæ, pro inſtrumento ad aliquid capiendum idoneo. Cice. 1. Tuſcu. Nam corpus quidem quaſi uas eſt, aut aliquod animi receptaculum. Idem pro Muræ. At ille expoſuit uaſa Samia. Hora. 1. Serm. Sat. 3. At nos uirtutes ipſas inuertimus, atque Syncerum cupimus uas incruſtare. Vaſorum appellatio generalis eſt. Dicimus enim uaſa & uinalia, & naualia, inquit Vlpianus de aur. & arg. leg. L. ſi gemma. Cicer. 6. Verr. Erat etiam uas uinarium ex una gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, &c. Huius diminutiuum eſt Vaſculum, σκευάριον. Cato capit. 111. Si uoles ſcire, in uinum aqua addita ſit, nec'ne, uaſculum facito de materia hederacea. Quintil. lib. 1. cap. 2. Nam ut uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, uel etiam inſtillatis complentur: ſic animi puerorum quantum accipere poſſint, uidendum eſt. Vaſum, ſi, etiam in ſecundo flexu dixerunt antiqui, ut autor eſt. Gell. lib. 13. cap. 22. Plaut. in Trucul. Aut aliquod uaſum argenteum.

VAS, uadis, maſc gen. (ἐγγυητὴς, ὅμηρος) ſponſor alterius in re capitali: eũ in cauſa pecuniaria Præs potius appelletur. Auſonius in Monoſyllabis: Quis ſubit in pœnam capitalis ſupplicio? Vas. Quis, cùm lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs. Cic. 3. Offic. Factus eſt alter uas eius ſiſtendi: ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Horat. 1. Serm. Saty. 1. Ille datis uadibus qui rure extractus in urbem eſt. Dicti autem putantur Vades, quod poteſtatem faciant ei, cuius nomine ſpondent, uadendi eò, quò uelit.

VASARIVM, rii, {*Sancia, raſtello*} (σκεῦος) ut Veſtiarium, Calcearium, hoc eſt, uaſorum ſupellex. Cicer. in Piſon. Nonne ſeſtertium centies & octogies, quod quaſi uaſarii nomine in uenditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti? Vaſarium præterea dicebatur, quod magiſtratibus in prouincias euntibus publicè dabatur, ut muli, equi, uaſa, & reliqua quæ magiſtratus inſtrumentum complerent, & ipſa etiam pecunia, quæ uiatici nomine numerabatur. Vide Budæum in Commentario de Aſſe.

VASCONES, pen. cor. {*Popoli della Nauarra*} (Οὐάσκωνες) populi citerioris Hiſpaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum uergit ad Pyrenæum poſiti. Hi à Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi fuit ut humana carne ueſcerentur. Iuuena. Saty. 15. Vaſcones (ut fama eſt) alimentis talibus uſi Produxere animas.

VASCVLARIVS, rii, {*Toruidore*} (σκευοποιὸς) qui uaſa conficit aurea, & argentea. Sunt enim inter aurifices uaſcularii, cælatores, inauratores, & bractearii. In l. apud Labeonem de Præſcript. uerb Si quum emere argentum uoles, uaſcularius ad te detulerit, &c. Cicer. 6. Verr. In regiam maximam palàm artifices omnes cælatores, ac uaſcularios conuocari iubet, ipſe ſuos complures habebat.

VASIO, ſionis, (Οὐασίων Ptolemæo) oppidum Vocontiorum, in Gallia Narbonenſi. cuius meminerunt Pli. lib. 3. cap. 4. Pomponius lib. 2. & Ptolemæus lib. 2. cap. 10.

VASTESCO, cis, ere, (ἔρημος γίγνομαι) populari. & uaſtũ fieri. Accius apud Nonium. Iuſſit proficiſci in exilium quouis gentium ne ſcelere tuo Thebani uaſteſcant agri.

VASTERNA, uehiculum, ſeu portatura duorum equorum.

VASTO, ſtas {*Guaſtare, distruggere, rouinare*} (πορθέω, δηόω, ἐρημόω) populor, deſtruo, perdo. Cæſ. 1. Bell. Gall. Agri uaſtari, liberi eorum in ſeruitutem abduci, &c. Vaſtant agros cultoribus, dixit Verg. 8. Aene. eſt abducendo cultores agrorum, eos uaſtos, & deſertos efficiunt. Brutus ad Cic. lib. 11. Decurſionibus per equites quos habet multos, uaſtat ea loca, in quæ incurrerit. Cic. ad Atti. li. 9. Primum conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame: deinde agros uaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere. Liu. 3. Bell. Pun. Vaſtare omnia ferro & incendiis. Verg. 4. Georg. Omnia nam latè uaſtant, &c. Cic. Att. lib. 8 Homo magis ad uaſtandum quàm ad uincendum paratus. Vaſtatio, tionis, uerbale, (πόρθησις) depopulatio, deſolatio. Liuius 7 ab Vrbe: Acceſſit ad eam cladem & uaſtatio Romani agri. Vaſtator, oris, (πορθητής) populator. Oui. 9. Metam. Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi Arcadiæ uaſtator aper. Vaſtatus, a, um. Cice. pro Seſt. Lex erat lata, uaſtato atque relicto foro. Huius compoſita ſunt Deuaſto, & præuaſto: quorum ſignificata uide ſuis locis.

VASTVS, a, um, {*Grande, ſmiſurato*} (ἄχανής, ὑπερμεγέθης) ualde magnus, immenſus, quodque inſtar magnitudinis modum excedit. Verg. 3. Aene. Vaſtumque caua trabe currimus æquor. Verg. 1. Aen. Hic uaſto rex Aeolus antro Luctantes uentos, tempeſtateſque ſonoras Imperio premit. Cic. 1. de Diuin. Tum uiſam beluam uaſtam & immanem, circumplicatam ſerpentibus, &c. Aliquando ponitur pro deſerto. ἔρημος. Accius apud Nonium: Hanc urbem ferro uaſtam faciet. Hinc Vaſtitas, tis, (μέγεθος, ἀμετρία) immenſitas, nimia magnitudo. Col. lib. 3. Pari tamen in hac terra uaſtitate beluas progenerari, quis neget? id eſt, pari magnitudine. Accipitur tamen aliquando Vaſtitas pro populatione, ſeu deſolatione. ἐρημία, πόρθησις. Cice. in Catilinam, Tecta urbis, uitam ciuium, Italiam denique totam ad exitium, & uaſtitatem uocas. Vaſtitudo, dinis, idẽ, ſed antiquum. Cato Rei ruſti. cap. 141. Vti tu morbos uiſos inuiſoſque, uiduertatem, uaſtitudinem, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis. Vaſtities, ſtitiei, idem, ſed & ipſum uetuſtum. Plautus in Pſeudo. Harum miſi uoluptatum omnium, atque itidem tibi Diſtractio, diſſidium, uaſtities uenit. Apuleius: Cm in primis tanti corporis uaſtities horrori fuit. Hinc Vaſtè, aduerb. Cicer. 3. de Orato. Sic maiores non aſpere, ut ille, quem dixi, non uaſte, non ruſtice, nõ hiulce: ſed preſſe, & æquabiliter, & leniter.

VASTIFICVS, uaſtifica, uaſtificum, pe. cor. (ἐρημικός, ἐρημοποιός) quod uaſtitatem affert. Cic. 2. Tuſc. ex uetuſto quopiam poeta, Erymanthiam hæc uaſtificam abiecit beluam.

VATES, tis, com. gen. {*Indouina*} (μάντις) fatidicus, diuinus, propheta: à fando (ut quidam uolunt) quaſi fates. Plaut. in Milit. Bonus uates poteras eſſe, cum quæ ſunt futura, uideas. Verg. 6. Aen. Quippe pii uates, & Phœbo digna locuti. Cic. 2. de Legib. Alterum quod interpretatur fatidicorum & uatum effata incognita. Verg. 6. Aen. Tuque o ſanctiſſima uates Præſcia uentu.i, &c. Vates itẽ dicuntur Poetæ, à uiendis uerſibus. Viere enim uincire eſt, ait Varro 4. de Lingua Latina. Colu. in præfat. lib. 10. Ex uoluntate uatis maximè memorandi, id eſt, Vergilii. Quintil. li. 10. cap. 1. Beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præſidere uatibus creditum eſt, facit Ci. 1. de Diuin. Verſibus, quos olim Fauni, uateſque canebant. Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulſus miranda arte ab Herophilo medicinæ uate deſcriptus.

VATICANVS, pe. p. (Βατικανός) collis eſt, non procul à Tyberi, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo, in quo Petri baſilica eſt. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus ſit uatum reſponſo, expulſis Hetruſcis, ut inquit Feſtus. Vel (ſecundum Gellium lib. 16. cap. 17.) à uaticiniis, quæ ibi dari ſolebãt, ui atque inſtinctu Dei Vaticani. Varro ſcribit Vaticanũ Deum in eo monte fuiſſe, qui infantibus primam uocem daret, quæ eſt Va, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Auguſtinus tamen uocat Vaginatum, tanquã infantium uagitibus præſidentem. Prima huius nominis ſyllaba ſemper producitur, ſecunda uariatur, tertia ſemper producitur. Iuue. Sat. 6. Et Vaticano fragiles de monte patellas. Hor. 1. Carm. Vt Paterni Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. De Vaticano agro, colle, & Deo ſic ſcribit Gell. lib. 16. cap. 17. Et agrum Vaticanum (inquit) & eiuſdem agri Deum præſidẽ appellatum acceperamus à uaticiniis, quæ ui atque inſtinctu eius Dei, in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. Nam ſicut Aius, inquit, Deus appellatus araque ſtatuta eſt, quæ eſt in infima noua uia, quod eo in loco diuinitus uox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem eſſent uocis humanæ initia: quoniam pueri, ſimulatque parti ſunt, eam primã uocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcirco uagire dicitur, exprimente uerbo ſonum uocis recentis. Hactenus Gellius.

VATICINOR, pe. co. {*Indouinare*} (χρησμῳδέω, μαντεύομαι) diuino, futura prænuntio, quaſi fata cano. Cice 1. de Diui. Illud quod uolumus expreſſum eſt, ut uaticinari furor uera ſoleat. Ouid. 8. Meta. Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum Vaticinor moriens. Liu. 2. ab Vrb. Sæpe deinde & Virginiũ Cõſulem in concionibus, uelut uaticinantem, audiebat. Aliquando etiàm Vaticinari accipitur pro delirare, ſiue hariolari. quæ ſignificatio inde tracta eſt, quòd ſacerdotes oracula edituri, furore quodam ſoleant corripi. Cicer. pro Seſt. Eos autem qui dicerent dignitati eſſe ſeruiendum uaticinari & inſanire dicebat. Idem Epiſtol. lib. 2. Sed ego fortaſſe uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus.
Vaticinatio, uerbale (μαντεία, μαντεύομαι) diuinatio, futurorum prædictio. Cic. 2 de Nat. deo. Multa ex Sibyllinis uaticinationibus, multa ex aruſpicum reſpõſis commemorare poſſum, &c. Vaticinator, oris, (χρησμῳδός) fatidicus, hariolus, coniector. Ouid. de Pont. Elegi. 1. Vnde tamen uiuat uaticinator habet.

VATICINVS, a, um, pen. cor. (μαντικός) quod ad uaticinia pertinet. Liu. 5. Bel. Pun. Et edixit, ut quicunque libros uaticinos, precationes've, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes, literoſque ad ſe ante Calendas Apriles deferret. Idem 9. Bel. Mac. Sacrificulos, uateſque foro, circo, urbe prohiberent, uaticinos libros conquirerent, comburerentque. Furor uaticinus. Ouid. 2. Metam. Ergo ubi uaticinos concepit mente furores, Incaluitque deo, &c.

VATICINIVM, (μαντεία, χρησμός) diuinatio, oraculum, prædictio futurorum.

VATINIVS, nomen ciuis Romani contaminatiſſimæ uitæ, & profligatiſſimi pudoris, qui cum aduerſus Seſtium teſtis productus eſſet, reumque teſtimonio ſuo læſiſſet, in eum Cicero, qui Seſtii defenſionem ſuſceperat, tam acerbe inue-

ctus eſt, ut patefactis eius flagitiis in ſummũ Romani populi odium perueniret. Hinc factus eſt locus uulgi prouerbio, ut Vatinianũ odium, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catullus: Munere iſto Odiſſem te odio Vatiniano.

Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, ſutrinæ primùm alumnus, poſtea Neronianæ aulæ oſtentum, corpore detorto, facetiis ſcurrilibus, primò in contumelias aſſumptus, deinde optimi cuiuſq; criminatione eò uſq; prouectus, ut gratia, pecunia, ui nocendi, etiam malis præualeret. Auctor Tacit. lib. 15.

VATIVS, tij, (ἐκλαιὸς) qui pedes, cruraue habet extrorſus obtorta, quemadmodum contra Varus, qui ea introrſum habet inflexa. Varro lib. 2. Rei ruſt. cap. 9. de canibus. Sint cruribus rectis, & potius uaris, q̃ uatiis. Hinc Vatiarum cognomen originẽ ſumpſit, q̀ qui primus in ea familia id cognominis ſortitus eſt pedibus fuerit uatius.

VATRAX, acis, omnis gener. & Vatricoſus, adiect. qui crura uitioſa habet, teſte Nonio. Lucil. lib. 28. Vt ſi progeniem antiquã, qua eſt Maximus Quintus Varax, qua uatricoſus Vatrax.

VATRENVS, fluuius eſt, ex agro Forocornelienſi in Padum decidens, à quo & ampliſſimum quoddam Padi oſtium, Vatrenũ portus appellatur. Auctor Plin. lib. 3. cap. 16.

VAVNIA, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolemæo auctore lib. 3. cap. 1. uulgò Louino.

V ANTE B.

VBER, ris, modò adiect. eſt idem ſignificans, quod fertilis, fœcundus, copioſus, εὔφορος, εὔπορος. Cic. 1. de Nat. deo. Vberrimi, lætiſſimiq; fructus uiriem. Idẽ de Senect. Agro bene culto nihil eſt nec uſu uberius nec ſpecie ornatius. Modò ſubſtantiuum, idem ſignificans, quod mamma, οὖθαρ. Verg. 3. Eclog. Binos alit ubere fœtus. Inuenitur tamen Vber ſubſtantiuum, poſitum pro ubertate, ſiue fœcunditate, εὐθηνία, εὐφορία. ut, Vber agri, id eſt, ubertas, & fertilitas, quo pacto & Græci οὖθαρ ἀρούρης. Verg. 1. Aene. Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ. Non deſunt, qui principium huius uocis aſpirandum putent, q̀ aut à uerbo ὕειν dictum exiſtiment, quod eſt pluere: aut ab humore, quaſi Humor, m, in b, mutato aut à Græca præpoſitione ὑπὲρ, quæ abundantiam quandam importat. Vide ſuprà Huber.

VBERTAS, tis, ſiue Hubertas, (εὐπορία, εὐφορία, εὐθηνία, οὖθαρ, πολυπορία) fertilitas, abundantia, copia. Cic. pro Pompeio: Summa ubertas agrorum. Idem pro Cornelio: Orationis ubertas, uarietas, copia.

VBERO, as, ſiue Hubero, (πιαίνω, γονιμοποιῶ) aliquando actiuum uerbum eſt idem ſignificans quod lætifico, fœcundo, fertilem efficio. Palladius lib. 4. Hoc ueluti coitu ſteriles arbores uberabantur. Aliquando neutrum idem ſignificans, quod lætum, & fœcundum eſſe, εὐθηνεῖν Col. lib. 5. cap. 9. Neq; enim olea biennio uberat.

VBERTIM, ſiue Hubertim aduerbium, (ἀφθόνως) copioſè, affluenter. Catullus: Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt.

VBERTVS, a, um, ſiue Hubertus, (εὔπορος, εὔφορος, εὔθηνος) fœcundus, copioſus. Gell. lib. 7. cap. 14. Sed ea ipſa genera dicendi antiquitus tradita ab Homero, ſunt tria in tribus: magnificum in Vlyſſe & ubertum: ſubtile in Menelao, & cohibitum: miſtum moderatumq; in Neſtore.

VBI, modo aduerb. loci interrogatiuum, {Doue, in che luoco, quando, poi che} (ποῦ) ſignificans in quo loco. Plaut. Vbi id audiſti? Modò relatiuum, ὅπου, ἔνθα. Verg. 1. Aen. Vbi Aeacidæ telo iacet Hector. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandriæ, ubi tura interpolantur. Modò infinitum, εἴ, εἰ. Cic. 3. Tuſcu. Eſt ubi id iſto modo ualeat. Plaut. in Trucul. Vbi amici, ibidem opes. Ponitur quandoq; pro aduerbio temporis poſtquam, ἐπειδὴ. Verg. 1. Aen. Hæc ubi dicta dedit. Quandoque pro quando, ὅταν. Teren. in And. Vbi uoles, accerſe. Verg. lib. 6. Quale per incertam Lunam ſub luce maligna, Eſt iter in ſyluis, ubi coelum condidit umbra Iuppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem. Ab ubi ſunt compoſita, Alicubi, Necubi, Sicubi, de quibus ſupra, ſuis locis dictum eſt.

VBI gentium, Vbi loci, Vbi terrarum, Vbi locorum, idem quod Vbi, ſignificãt: nã genitiui illi ſignificationi nihil addunt, ornatus tantùm gratia ponuntur. Vbi primum. id eſt, ſtatim ut. Cæſar 1. Bell. Ciuil. Cæſar, ubi primùm illuxit, omnes Senatores, &c.

VBII populi origine Germani, cis Rhenum fluuium, in ea parte Galliæ Belgicæ, ubi eſt Colonia Agrippinenſis. Plin. lib. 4. cap. 17. & Tacit. lib. 1. & 20.

VBICVNQVE, (ὅπου ποτὲ) quocunq; in loco. Cic. Acad. Etſi, ubicunq; es, in eadem es naui.

VBINAM, (ἐκασταχοῦ) in quonam loco, & interrogatiuum eſt.

VBIVIS, & ubilibet (ὁπουδήποτοῦν, ἑκασταχοῦ) quolibet in loco. Cic. lib. 4. Epiſt. Nemoq; eſt, qui non ubiuis, quã ubi, ubi eſt, eſſe malit.

VBIQVE, (πανταχοῦ) omni in loco. Verg. 2. Aen. Crudelis ubiq; Luctus, ubique pauor, & plurima mortis imago. Aliquando habet adiunctum genitiuũ, ut, Vbiq; locorum, Vbiq; gentium. Vbique itineris, πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ. Apuleius Transformationis ſuæ libr. 1. Nihil iſtarum rerum, quæ itineris ubiq; nos comitantur, indigemus.

VBISCI, Aquitaniæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

VBIVBI, (ὅπου ἄν, ὅθεν ἄν) pro ubicunq;, quemadmodum Vtut, pro utcunq;. Terent. in Eun. Vbiubi eſt, diu celari non poteſt. Vbiubi, id eſt, ſtatim ut. Plaut. in Merc. Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

V ANTE C.

VCALEGON. (οὐκαλέγων) unus ex Troianis proceribus qui belli tempore, q̀ annis confectus eſſet, prælio abſtinuit, ut refert Homerus 13. Iliad. Verg. 2. Aen. Iam proximus ardet Vcalegon. Quo in loco domini nomen figuratè pro ipſis ædibus poſuit.

VCENNI, gentes Alpinæ, Auguſti auſpiciis in Romanorum ditionem redacti: ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

VCIA, (οὐκία) oppidum Turdetanorum, in Hiſpania Bætica, teſte Ptolemeo lib. 2. cap. 4.

V ANTE D.

VDINI, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes. Plin. libr. 6. cap. 13.

VDO, onis, genus calceamenti quod nonnunquam ex lana, nonnunquam ex hirci pilis conficiebatur: hiq; Vdones cilicij dicebantur: de quibus extat hoc diſtichon apud Mart. lib. 14. Nõ hos lana dedit, ſed olentis barba mariti. Cinyphio poterit planta latere ſinu.

VDVS, a, um, {Humido, bagnato} (ὑγρὸς) humidus, uuidus. Verg. 10. Eclog. Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. Quidam à ſudando deductum putant. Varro lib. 4. de Ling. Lat. ab humido deducit: unde & per aſpirationẽ quidam ſcribendum præcipiunt.

V ANTE E.

VE, (ἤ) enclitica particula, & coniunctio disiunctiua idem ſignificans quod Aut: nullum tamen in oratione locum habens, niſi poſt dictiones, quas connectit. Cic. 1. de Nat. Deor. Beſtiæ, quæ in Rubro mari, Indiaue gignuntur. Aliquando geminatur. Vergil. lib. 9. Aen. Siquis in aduerſum rapiat caſuſue, deuſue. Eſt & altera particula Ve, quæ non niſi in compoſitione inuenitur: & modò augendi uim habet: ut, Vetus, Vehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine, alterum à ui, atque impetu mentis dictum eſt. Modò uim habet diminuendi: ut, Vegrandis, id eſt, malè, uel parum grandis. Ve, enim ſyllabam rei paruæ ueteres præponebant: unde apud Auſonium Vegrandes meſſes legimus pro paruis: & apud Varronem lib. 2. Rei ruſt. Oues uegrandes, & imbecilles. Sic & Vecordem dicimus, quaſi cordis, hoc eſt, ſanæ mentis parum habentem. Ita enĩ Veiouem antiqui appellarunt à non iuuando: qui idcirco tantum colebatur, ne noceret. Eius enim ſimulacrum ſagittas manu tenebat quo illud ſignificare uolebant, paratiorem eſſe ad nocendum, quam ad iuuandum. Vide plura de hac particula apud Gellium lib. 5. cap. 12.

VECORS, uecordis, {Pazzo, ſmemorato, ſciocco} (ἀφρόνως, ἀφρόνων, παράφρων) inſanus, ſtolidus, ſtupidus, inſipiens: quaſi ſine corde, hoc eſt, ſine mentis ſanitate. Liu. 4. ab Vrbe. Audita uox eius in concione ſtolida, & propè uecors. Cic. 1. Tuſc. Aliis cor ipſum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, cõcordesq; dicuntur. Cic. pro Domo ſua: Itaq; iſtius uecordiſſimi mentẽ cura metuſq; terrebant. Ouid. in Ibin: Mens quoq; ſic furiis uecors agitetur, &c. Hinc Vecordia, æ, (παραφροσύνη, ἀπόνοια) inſania, deſipientia. Salluſt. in Catil. Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modo, modò tardus inceſſus, prorſus in facie, uultuq; uecordia. Terent. in Andr. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Tanta uecordia innata cuiquàm ut ſiet, Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis Alterius ſua comparet ut commoda? Ouid. 12. Metam. Quæ te uecordia Theſeu Euryte pulſat ait.

VECTABVLVM, li, {Carriola} (ὄχημα) uehiculum. Gell. lib. 20. cap. 1. Iumentum quoq; non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed uectabulum etiam quod adiunctis pecoribus trahebatur.

VECTARIVS, a, um, (ὀχηματικὸς) quod idoneum eſt ad uehendum: ut, Vectarius equus. Varro libr. 2. de Re ruſt. cap. 7. de equis loquens. Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet: alter quadrigarius & deſultor: alter qui uectarias facere uult: neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam.

VECTICVLARIA VITA, (τοιχωρυκτικὸς βίος) dicitur eorum, qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato: Vecticulariam uitam uiuere, (τοιχωρυχεῖν) eſt repente largiter habere, repente nihil. Feſtus.

VECTIGAL, lis, pen. pro. {Datio, gabella} (πρόσοδος, φόρος, τέλος, φόρος) tributum, portorium, & generaliter cuiuſuis generis fructus, aut reditus: ita dictum, à uehendo. Propriè enim hac uoce primùm ſignificabatur portoriũ, quod mercium è loco aliquo euehendarum, uel per locum aliquem tranſuehendarum nomine ſoluebatur. Hodie tamen multo latius ſignificatio eius extenditur, ut tam ad publicos reditus, q̃ ad priuatos extendatur. Publica uectigalia intelligere debemus, quæ accipit fiſcus, uel ærarium. Cic. pro Pomp. Vectigalia neruos eſſe Rei. ſemper duximus. Priuata quæ quiſq; ſumit ex reditibus, & fructibus ſuis. Cic. in Paradox. Ex meo tenui uectigali capio ego ducenta. Paulus: Cæſæ arundinis, uel pali compendium, ſi in eodem fundo uectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet. Cic. 2. Offi. Vt bona ualetudo uoluptati anteponatur, uires celeritati: externorum autem, ut gloria diuitijs, ut uectigalia urbana ruſticis ædibus, & mercibus. Id eſt, prouentus, reditus. Hinc fit adiectiuũ, Vectigalis, le, (ὑποτελής, τελεσφόρος) pro tributario. Sic prouinciæ, agri, homines, qui tributa perſoluunt, Vectigales dicuntur. Cic. lib. 3. Offi. Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex Senatuſconſulto liberaſſet, ut hæ rurſus uectigales eſſent. Sueto. in Cæſ. Agrum Campanum ad ſubſidia Reip. uectigalem relictum, diuiſit extra ſortem. Cic. in Catil. Et ſyluas, lucosq; publicos Romani uectigales habuere. Liu. Vtrum Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis, ut ipſe fert, an uectigalis, ſtipendiariusq;, & ſeruus populi Romani à patre relictus.

Latine autem dicimus, Imponere uectigal, Pendere uectigal, Conſeruare uectigal, Exercere, & exigere uectigal, Leuare aut agros, aut ciuitates, aut populos uectigali, & Facere populos, & eiuſmodi uectigales: quæ loquendi genera creberrime in bonis auctoribus inuenies.

VECTIS, huius uectis, gene. maſcu. {Catenazzo, ſtanga, chiauiſtello} (μοχλὸς, ἀμφιφορεὺς) inſtrumentum ex ferro aliaue materia, quo oſtium clauſum aduerſus uim munitur: ita dictum, q̀ manu huc illuc uehatur. Verg. lib. 7. Aeneid. Centum ærei claudunt uectes, æternaq; ferri Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Vectem Cynyras Agrippæ filius inuenit. Eſt etiam Vectis palus è ferro, uel ligno grandior, ruſticis, & fabris neceſſarius ad onera promouenda. Cæſ. 2. Bell. Ciuil. Saxa q̃ maxime poſſunt, uectibus promouent, præcipitataq; muro in muſculum deuoluunt. Cic. 1. de Nat. Deo. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Item Vectis dicitur lignum, quo oneris aliquid à binis pluribus'ue in humeris geſtatur: ut eſt in Exod. Facies quoq; uectes de lignis ſethim. Rurſus Vectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum, effringendum'ue accommodata. Horat. lib. 2. Carm. Hic hic ponite lucida Funalia, & Vectes, & arcus Oppoſitis foribus minaces. Vectibus item torcularia circumagebantur. Hinc Vectiarius, qui torcularia premit uectibus. Vitruu. lib. 6. cap. 8. Ita enim erit uectiario ſpatium expeditum.

VECTIS, (οὐηκτὶς Ptolemæo) inſula eſt Britanniæ ad Meridiem adiacens, fretuq; ab ea admodum exiguo diſcreta, Hantoniæ portum, quem Ptolemæus Magnum uocat, obiectu ſuo aduerſus tempeſtates muniens. Hodie duo habet oppida, Nouum portum, & Calbotcam. Plin. lib. 4. cap. 16. minus rectè hanc

uti- ſtris

inſulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

VECTO,as,{*Menare*}(ὀχέω, {ἐποχέω,κομίζω) frequentatiuum eſt à Veho, is. Gell.lib.16.cap.19.Dorſo ſuper fluctus edito uectauiſſe. Verg.6. Aen. Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Horat.Epod.circa finem: Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. Hinc Vectatio,onis, uerbale, quod nomen ſemper paſsionem ſignificat,contra aliorum uerbalium naturam. Vectito,tas,frequentatiuum à Vecto.

VECTONES,pen.pro.(οὐέκτωνες)populi Hiſpaniæ citerioris,ab Aſturibus Durio amne diſcreti.teſte Plin.lib.4.cap.20.

VECTOR,{*Condottiero,colui ch'è condotto nauigante*}(ἐπιβάτης) qui in aliena naui,uel equo,uel plauſtro uehitur pretio.Ci.7.Phil. Et ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à uectoribus admoneri ſolẽt.Ver.4. Eclog.Cedet & ipſe mari uector. Quint.In nauim filij mei male permutatus uector imponor. Aliquando actiue accipitur pro eo qui uehit. Ouid.1.Faſt.Ecce rudens rauco Sileni uector aſellus Intempeſtiuos edidit ore ſonos. Vectores per tranſlationẽ pro ciuibus.Cic.ad Att.lib.2.Male uehi malo alio gubernante, tam ingratis uectoribus bene gubernare.

VECTVRA, ræ, {*Vettura*} (ἀγώγιμον)non modò actum ipſum,hoc eſt,uectionem denotat,ſed etiam mercedem,quæ pro uectura ſoluitur:ut puta pro naui,ſiue equo meritorio. Varr.lib.2.cap.7.de Re ruſt.de equis loquens: Alij ſunt idonei ad rem militarem,alij ad uecturam,alij ad admiſſuram,&c.Cic. ad Attic.lib.1.Miſimus,qui pro uectura ſolueret·Cæſar 5.Bel.Ciu.Remiges, arma, tormenta,uecturæ imperabantur. Facere uecturam eſt uehendo parare ſibi lucrum. Quintil. Claſsis noſtra uecturam facit, & uicinarum ciuitatum copias introducit.

VEDRA,fluuius in latere Meridionali Britanniæ inſulæ.Ptol.lib.2.cap.3.

VEGEO,es,uerbum eſt antiquum quod modò abſolute accipitur pro ualeo,ſiue uegetus & incolumis ſum, ὑγιαίνω, ἀκμάζω. Varro Manio,ut citat Nonius: Nec natus eſt,nec morietur. uiget,ueget,utpote plurimum. Modo actiue,pro uegeto,recreo,uegetum reddo. Pomponius Maiali, apud eundem Nonium: Animum Venus ueget uoluptatibus.

VEGETI,apud Pomponium lib.1.Aſiæ populi,Murrhanis,Cappadocibus, Comagenis,& armeniis uicini,à nullo præterea Geographorum(quod ſciam) commemorati.

VEGETIVS Flauius Renatus Comes Conſtantinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripſit Epitomen inſtitutionum rei militaris, de commentarijs Catonis Auguſti,Traiani,& Hadriani principum,ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronum, ex quibus locis uel quales milites probandi ſunt,aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus ueteris militiæ continet morem,ad quem pedeſtris inſtitui poſſit exercitus. Tertius omnium artium genera, quæ terreſtri prælio ſunt neceſſaria, exponit.

Quartus uniuerſas machinas, quibus uel oppugnantur ciuitates, uel defenduntur,continet.naualiſq; belli præcepta ſubnectit. Ex Raphaelis Volaterrani libro 22.

VEGETO,tas,pen.corr {*Recreare, fortificare, conſeruare*} (ῥώννυμι) recreo,corroboro,& uegetum facio: & promptum ad obeundas actiones. Gellius: Memoriæ uegetandæ gratia. Vegetatio,onis,uerbale. Apul.de Aſino: Vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus uegetatione diſcuterem.

VEGES,etis(ὑγιηρός, ἐῤῥωμένος)idem quod Vegetus. Liu.1.Bel.Pun. A tergo Alpes urgent,uix integris uobis,ac uegetibus tranſitæ.

VEGETVS,a,um,{*Vigoroſo, ſano,gagliardo,proſperoſo*}(ἀκμαῖος,ἐῤῥωμένος, ὑγιής,ἀκμαῖος)bene habitus,incolumis, uiuidus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus:& tam de animo, de corpore dicitur.Cic. Attico: Te uegetum nobis in Græcia ſiſte.Idem 5.Tuſc.Ne tam uegeta mens in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Liu.6.ab urbe: Sed uegetum ingenium in uiuido pectore uigebat,uirebatq; integris ſenſibus. Gell lib.3. cap.1. Quod igitur dicimus, multos uidemus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdem cũ corpore eſſe uegeto,ac ualenti? Suet.de Cæſ.cap.45.Nigris,uegetiſq; oculis,ualetudine proſpera.Scribit Apuleius Lunæ lumine cuncta animantia uegetari: id eſt,ali,& uigorem acquirere.Sen.quoq; lib.3.Quæſt.refert.terræ ineſſe ſpiritum illũ uitaliter uegetum,& alentem omnia. Hunc enim(inquit)niſi haberet, quomodo tot arbuſtis ſpiritũ infunderet,non aliunde uiuentibus? quomodo tot radices aleret? Hunc Vegetatiuam animam philoſophi recentiores appellant animã ſeminalẽ, quæ à Plinio dicitur Alens, cuius motu interiore plantæ uigeſcunt, creſcunt, frondeſcunt,germinant,breuiterq; uiuunt. Vegetior, Vegetiſsimus. Col.lib 6.c. 20. Neq; enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato, niſi huic torua facies eſt uegetior aſpectus,breuiora cornua. Pli.li.18.ca 26. Hoc interuallum temporis uegetiſsimum agricolis, maximeq; operoſum eſt.

VEGRANDIS,{*Poco grande*}(ἀμαύζετος, μικρός)paruus,& male grãdis. Auſo.lib.2.Epiſt.Hic ſæpe ſalſus menſibus uegrandibus. Var.2.de Re ruſt. Quoſq; poſtea concipiunt,fiunt,uegrandes,atq; imbecillæ.

VEHAM,uiam ueteres dicebant, per eam uehebant omnia. Var.1. de Re ru. cap.2. A' quo nunc quoq; uiam Veham appellant,propter uecturas.

VEHEMENS,tis,{*Vehemente,terribile,grande*}(ἰσχυρός,καταφορικός, σφοδρός)ex Ve,& Mens cõpoſitum arbitror,tametſi quidam dici uelint, quod uehatur eminentius, uel quod uehatur mente. A' mentis enim ui, atq; impetu (ſicut docet Gellius)dicitur. Nam Ve,in hoc loco intentiua particula eſt. Dicitur autem uehemens, graue,magnum,urgens, acre. Terent in And. Ne hæc quidem Satis uehemens cauſa ad obiurgandum. Cic 2 de Ora. Acri & uehementi quadam incitatione inflammari. Idem de Clar.Ora.Galba in meditando uehemens & incenſus fuit. Vitis uehemens.Col.lib.3.cap.1. Terræ denſæ dabit uehementem uitem,multaq; materia frondentem. A quo Vehementia,(σφοδρότης)grauitas,acritudo. Plin.lib.13. cap.8. Flore candido cum uehementia odoris. Hinc Vehementer aduerb.(σφόδρα)acriter,admodum.Cic.in Philip. Vehementer me agere,fateor:iracunde,nego.Ter. Eun. Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim.

VEHES,uehis,uel Vehis,uehes,{*Carro,carreggio*}(ὄχημα)idẽ quod plauſtrũ uel tanta fœni,ſtercoris,aliciuſ've materiæ quantitas, quanta in plauſtro uectura una,uehi poteſt. Pli.li.36.c.15. Amplitudinem canis eam feciſſe proditur, ut uehem fœni large onuſtam tranſmitteret.Col.li.2.Iugerum autẽ deſiderat, quod ſpiſſius ſtercoratur,uehes quatuor & uiginti quod rarius, duodeuiginti. Idem 11.cap.2. Materia ſi roborea eſt,ab uno fabro dolari ad unguẽ debet,per quadratos pedes uiginti,hæc eſt,inquit,uehis una.

VEHIA,uehiæ,(ὄχημα,ἅρμα)plauſtrum,Oſcorum lingua. Vnde Vehiatura, pro uectura apud ueteres uſurpatur. Sipont.

VEHIARE,(ὀχεῖν)ueteres dixerunt pro uehere,quod tractum eſt ex Oſcorũ lingua,apud quos Vehia plauſtrum dicitur.Sipon

VEHICVLARIS,re,(ὀχηματικόν)quod ad uehiculum pertinet: ut, Equus uehicularis,& rotæ uehiculares.

VEHICVLARIVS,(ἁρματηλάτης)qui uehiculum agit,auriga.

VEHICVLVM,li,{*Carrinolo*}(ἅρμα ὄχημα)currus, uel plauſtrum, quo quid uehitur. Ci.pro Mil. Quid horũ non impeditiſsimum? ueſtitus, an uehiculum? Idem Att.lib.10.Ego uero uehiculo, ſi nauis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio. Pli.li.7.ca.56.Vehiculum cum quatuor rotis Phryges inuenerunt,mercaturas Pœni Eſt autem uehiculi nomen generale, haſce ſub ſe cõtinens ſpecies, Carpentũ,Ciſium,Carrum,Currum. Arceram,Baſternam,Rhedam(unde Epirrhedium)Saracum,Petoritum,Plauſtrum,Eſſedum,Pilentũ, Laburnium,Traham,& Vehiam.

VEHO,is,xi,ctum,{*Menare,condurre,tirare*}(ὀχέω, ἐποχέω,κομίζω) naui, iumento,uel plauſtro porto. Ouid.Ep.21. Hunc Venus in cœlum curru uexiſſet eburno.Cice.1.Tuſ.Cum enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru uehi ius eſſet. Vehitur oratio,metaphoricῶς. Cic.1.Tuſ. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio.Verg.1.Aen. Diuerſa per æquora uecti.Huius compoſita ſunt, Aueho, Adueho,Conueho,Circumueho, Deueho, Eueho,Inueho,Præueho,Præterueho,Proueho,Reueho,Subueho,& Seueho. Quorum ſignificata uide ſuis locis.

VEIOVIS,apud Romanos inter ſiniſtra ſeu noxia numina habebatur, quẽ nõ auxilii alicuius ſpe uenerabantur,ſed ideo tantum, ne quid ipſis noxæ inferret. Huius ſimulacrum effingebatur ſpicula manu tenens, eaq; minaciter iniectans. Vnde quidam eundem cum Apolline eſſe putarunt,qui ſpiculis, hoc eſt, radijs ſuis multa morborum genera immittit.Ci.3. de Nat. deo. Quid Veiouí facies? quid Vulcano?

VEII,(Βηοὶ Plutarcho)urbs fuit Hetruriæ,non procul ab Vrbe Roma,quã Camillus poſt decennalem obſidionem per cuniculos cepit. Tãta autem fuit urbis huius claritas,tanta ſitus opportunitas, ut Romani exuſta deformataq; à Gallis urbe,Veios potiſsimum delegerint,quò Romani imperii ſedem transferrent, à quo incepto grauiſsimis Camilli concionibus ægrè ſunt reuocati. Huius incolæ dicti ſunt Veientes Fabiorum clade notiſsimi. Hinc Veientanus,a,um,poſſeſsiuum:ut, Vinum Veientanum.Horat.2.Serm.Saty.3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Veientana gemma. Plin.libr.37. cap. 10. Veientana Italica gemma eſt, Veiis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. Meminit huius gemmæ & Solinus ad finem octaui capitis.

VEL, {*Ouero,ò*} (ἤτοι, ἤ) coniunctio plerunq; diſiunctiua idem ſignificans quod aut. Cic.de Orat.Cur noſtrum non licet,res ruſticas fructus cauſa, uel delectationis inuiſere? Eadem plurimum uenuſtatis habet geminata. Idem 2.de Nat. deo.In his uel aſperitatibus rerum,uel anguſtiis temporum. Interdum copulatiua eſt.ut,Maxime me tibi amicum facit uel uirtus,uel doctrina tua,id eſt, tum uirtus,tum doctrina. Interdum ponitur pro etiam,καὶ. Teren.in And. Vel hoc quis non credat. Verg.11. Aen. Vel Priamo miſeranda manus. Interdum pro ualde. Cic pro Muræn. Vel maximum bellũ pop.Rom. cum rege Antiocho geſsiſſe. Interdum pro maxime. Idem Trebat. Quam moroſi ſint qui amant, uel ex hoc intelligi poteſt. Interdum pro ueluti. Teren.in Hecy. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi? Interdum pro ſaltem Teren. in Phorm. Poſtremo ſi nullo alio pacto, uel fœnore.

VEL,diſſyllabum,Libyæ oppidum,in tractatu Garamãtum, à Cornelio Balbo in triumpho geſtatum, ut refert Pli.lib.5.cap.5.

VELABRVM,bri,pe.pro.(Βήλαβρον)locus in urbe iuxta Auentinũ montẽ, in quo Vela obtendebantur,ſub quibus oleum & ſimilia uendebantur. Plaut. in Capt.Quaſi in Velabro olearii. Suet.in Cæſ Gallici triumphi die Velabrũ prætereuehens,penè curru excuſſus eſt,axe diffracto.Hora.1.Serm.Sat.3.Cum ſcurris fartor,cum Velabro omne macellum Mane domum ueniant.Cic.Brut. libr.15. In eoq; ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cui uos pontifices ad aram in Velabro facere ſoletis.

Hinc Velabrenſis,& hoc enſe Mart.lib.11. Vel Velabrenſi maſſa recocta foco. Velabrenſis caſeus,qui in Velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Mart.lib.13 Non quemcunq; focum,nec fumum caſeus omnem, Sed Velabrẽſem qui bibit,ille ſapit.

VELAMEN,inis,(εἴλυμα, προκάλυμμα)operimentũ,tegmen,ueſtis. Verg. 1.Aen.Et circumtextum croceo uelamen acantho. Ouid 6. Meta. Velamina Progne Deripit ex humeris auro fulgentia lato: Induiturq; atras ueſtes. Idem 2.Faſt. Nymphæ uelamina ponunt.

VELAMENTVM,ti,{*Copermenta*}(εἴλυμα,χιτών,ἐπίπασμα)tegmen, operimentum,tunica,inuolucrum. Vnde teſticulorum tunicæ Velamenta à Celſo appellantur. Velamenta item à Romanis dicebantur, quæ Græci uocant ἱκετηρίας, hoc eſt, ea quæ ſupplices miſericordiæ mouendæ cauſa præferebant: cuiuſmodi erãt rami olearum uittis obuoluti. Liu.Oratores ad Romanos cum infulis,& uelamentis miſerunt. Ouid.1. Metamorph. Velamenta manu prætendens ſupplice, &c. Tacit. libr. 19. Mox uelamenta & infulas pro muris oſtendunt.

VELARIA,orum,(αὐλαῖα,ἱστία)uela erant,quibus theatrum ſuperne tegebatur: item theatrum ipſum,aliuſve locus uelis tectus. Iuuen Sat.4. Et pueros hinc ad uelaria raptos.

VELATVS,a,um participium,{*Velato,coperto*}(ἐπικεκαλυμμένος, κεκαλυμμένος)uelo ornatus,tectus,& opertus.Cic.2.de Nat.deo. At uero apud maiores tanta religionis uis fuit, ut quidam Imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus,capite uelato uerbis certis pro Repub.deuouerent. Verg.11.Aeneid. Iamq; oratores aderant ex urbe Latina Velati ramis oleæ. Vbi Seruius: uelati, inſtructi,& ornati,id eſt,in manibus oliuæ ramos tenentes. Cætera uide in Verbo Velo,as.

VELES, itis, pen. genitiui cor. {*Caual leggiero*} (γυμνῆτες) miles leuis armaturæ, nullis aut exiguis armis tectus quò ſit expeditior, iaculis tantum, ſeu fundis armatus, unde & Velites dicti putantur. quaſi uelati, quòd ueſtiti eſſent potius, quàm armati. Alij Velites à celeritate dictos putant, quaſi uolites, o, in e, mutato. Alij rurſus ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc eſt, à iaculando, quòd iaculis potiſſimùm, & fundis pugnarent. Liu. 6 Bell. Pun. Et ubi ad coniectum teli uentum eſt, ſigno dato uelites deſiliunt. Ouid. in Ibin: Vtque petit primo plenum flauentis arenæ Nondum calfacti uelitis haſta ſolum. Refert Aelianus ordinem pedeſtrem in militia diuidi trifariam: in Armatos, quæ Grauis armatura dicitur: & Velites, qui leuiſſime omnium armantur: unde & Expediti nuncupantur. Non enim ocreas, aut loricam induunt, ſed tantum iaculis, & fundis utuntur. In tertio ordine ſunt Peltati: à pelta dicti, quod ſcutum eſt paruum, & leue. Hi medij erant inter grauem armaturam, & leuem. Quoniam uerò hoc genus militum non ſtataria pugna cum hoſte congrediebatur, ut haſtati, aut triarij, ſed leuibus tantum præhis, idque ferè eminus, hoſtem laceſſebant, quoties uiſum eſſet, aut fuga ſe ſubducentes, aut in equos inſilientes: factum eſt, ut homines leues & inconſtantes, Velites dicamus. Cic. ad Pætum, lib. 9. Epiſt. Me autem à te, ut ſcurram uelitem, malis oneratum eſſe, non moleſte tuli.

VELIA, (Βελία Stephano) Lucaniæ oppidũ, in ſinu Pæſtano conditum à Phocenſibus, antea Elea (Ἐλέα) dicta, & incolæ ipſi Eleatæ. Hinc deducitur adiectiuum Velinus, a, um, pen. pro. Verg. lib. 6. Aen. Portuſque require Velinos. Velinus lacus, Plin. lib. 33. cap. 2. & Col. lib. 8. cap. 16. Eſt præterea Velia Romæ collis editior, in quo cum Valerius, qui poſtea Publicola dictus eſt, domum ædificare uellet, apud plebem in ſuſpicionem uenit affectatæ dominationis, quòd in editiore loco ueluti arcem quandam ad opprimendam libertatem conſtitueret. Qua re intellecta Valerius poſtquam plebi in concione ſe purgaſſet, iuſſit materiam omnem ad radicem Veliæ transferri, domumque illam, quam in ſummo colle inſtituerat, in imo Veliæ pede ædificauit. Vide Liu. li. 2. ab Vrb. Hunc autẽ collem dictum uolunt Veliam, quaſi uelliam, quòd ibi paſtores lanam uellere ſoliti fuerint. Ab hac etiam Velia deducitur adiectiuum Velinus, a, um: ut, Velina regio, quæ circa palatium erat.

VELIATES, populi Liguriæ trans Alpes, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

VELIFICO, as, {*Diſtender le uele, nauigare, far uela*} (ἱστιοδρομεῖν) uelo nauigo, uela facio. Plin. lib. 9. cap. 33. Per ſumma equora uelificant. Prop. lib. 4. Eleg. 10. Nauta per urbanas uelificabat aquas. Velificor, paſſiuum. Iuuen. Saty. 3. Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria: id eſt, circũnauigatus. Legitur & Velificari, deponens: ut, Velificari honori ſuo, id eſt uelis, remiſque honori, & dignitati operam dare. Cicer. de Leg. Agr. Quod ſi quis ueſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori uelificari ſuo, &c. Hoc eſt, euadere ad ſummos honores non uirtute, & maiorum gloria, ſed uiolenta quadam ratione, ut ſolet fieri ab his, qui quaſcunque fortunas temerè experiuntur uelis in altum elatis nullo conſilio quicquam facientes. Velificatus, a, um, particip. Prop. lib. 2. Eleg. 29. Vna ratis fati noſtros portabit amores Cærula ad infernas uelificata rates. Velificatio, onis, uerbale: ipſe uelificandi actus. Cice. ad Lent. lib. 2. Cum uerò id poſſis mutata uelificatione aſſequi: ſtultum eſt cum tenere cum periculo curſum, quem cœperis.

VELIFER, ra, rum, ferẽs uelum, (ἱστιοφόρος) ut, Carina uelifera. Oui. 15. Met. Huc ubi ueliferam nauiæ aduertere carinam, &c. Malus uelifer. Val. Flac. 1. Argon. Pallada uelifero quærentem brachia malo.

VELIFICUS, adiect. ut, Velificus curſus, qui uelis fit. Pli. lib. 13. cap. 11. Noctem, diemque uelifico nauigij curſu. Idẽ lib. 6. cap. 17. Complures aũt totã ipſius longitudinem XL. dierum noctiumque uelifico nauium curſu determinare.

VELIS, EQVISQVE, (ἐν παντὶ τρόπῳ) id eſt, omni conatu, & mari, terraque. Cic. 3. Offi. Quibus obſoletis Epicurus eiuſdẽ ferè adiutor, autorque ſententiæ. Cũ his uelis equiſque (ut dicitur) ſi honeſtatẽ tueri ac retinere ſententia eſt, decertandũ erit. Remis uelisque, idem. Cic. 3. Tuſ. Tetra enim res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione, uelis (ut ita dicam) remiſque fugienda. Vide Chili. Eraſ.

VELITARIS, & hoc re, (γυμνητικός) quod ad uelites pertinet: unde, Velitaria arma. Sall. in Iugurt. Præterea [illegible] & cohors Peligna cum uelitaribus armis, itineris properandi cauſa [illegible] ſecus, atque alijs armis aduerſum tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt, muniti erant. Liu. 6. Bell. Pun. Et ſeptena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis uelitaribus ineſt.

VELITATIM, (ἀκροβολισμῷ δίκην) aduerb. ſignificat per ſaltus, & interualla, quòd uelites fundis ac lapidibus pugnando huiuſmodi ſaltibus utantur. Siſen. lib. 1. Hiſto. Nos una æſtate in Aſia, & Græcia geſta idcirco continentia literis mandauimus, ne uelitatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus. Quidam legunt uellicatim, idcirco uide infra ſuo loco.

VELITO, as, fit à uelo, as, & ponitur pro uelifico, Hinc uerbale uelitatio, onis, Plautus.

VELITOR, pen. corr. {*Combattere, ſcaramucciare*} (ἀκροβολίζομαι, γυμνητεύω) leui pugna congredior, more uelitum, quorum officium eſt prælium eminus iaculis & fundis auſpicari. Per tranſlationem accipitur pro rixari, & uerbis pugnare. λογομαχεῖν Nam à uerbis plerunque ad manus ſolet deueniri, ſicut à Velitibus ad milites grauis armaturæ. Plau. Menæchmis: Neſcio quid uelitatio eſtis inter uos. Gell. lib. 6. cap. 11. Cũ inquinatiſſimis hominibus non eſt conuicio decertandum, neque maledictis aduerſum impudentes, & improbos uelitãdum, quia tantiſper ſimilis, & compar eorum ſias, dum paria, & conſimilia dicas, atque audias. Vnde & Velitatio, onis, uerbale, (λογομαχία) quæ, teſte Feſto, dicta eſt ultro, citroque probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnæ. Plau. in Aſin. Verbis uelitationem fieri, compendio uolo.

VELITRÆ, pen. cor. (Βέλιτραι Stephano) ciuitas inſignis Volſcorum. Octauiæ gentis origine nobilitata, ut in Auguſto teſtatur Suetonius. Huius incolæ dicũtur Veliterni, qui à Romanis olim ſubacti, bona agri ſui portione ſunt mulctati. Scribit Diony. lib. 7. Velitras adeo ſæuiſſe peſtilentiã, ut uix decima pars ciuium ſuperfuerit: quod damnum poſtea Romani miſſa eò colonia ſarſerunt.

VELIVOLUS, a, um, pe. cor. (ἱστιόδρομος) propriè nauiũ eſt epitheton, quæ, ut alis aues, ita uelis quodãmodo uolitare uidentur. Ouid. 4. de Ponto. Eleg. 5. Et freta uelíuolas non habitura rates. Verg. lib. 1. Aen. ad mare ipſum trãſtulit: Deſpiciens mare uelíuolum, terraſque iacentes. Veliuolantes naues Cic. 2. de Diuin.

VELLATURA, æ, (ἁμαξηλασία) exercitium ducendi plauſtrum, uel quæſtus ex uectura. Vellaturam facere (inquit Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 2.) dicũtur, qui uecturis uiuunt. Nam antiqui Vellam, non Villam dicebant. Eius hæc ſunt uerba. Villa dicta, quòd à uillico in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cũ ueneunt. A quo ruſtici etiam nunc quoque uiam Veham appellant: propter uecturas: & Vellam, non uillã, quo uehunt, & unde uehunt. Item dicuntur qui uecturis uiuunt, Vellaturam facere.

VELLICATIM, aduerbium. (μερικῶς, σποράδην) id eſt, particulatim, ſparſim, carptim, nõ continue, hinc illinc aliquid decerpendo. Siſen. Hiſt. li. 1. ut citatur à Nonio. Nos una, æſtate in Aſia & Græcia geſta, literis idcirco cõtinẽtia mãdauimus, ne uellicatim ac ſaltuatim ſcribendo lectorũ animos impediremus.

VELLICO, as, pen. cor. {*Pelare, mordere, piccicare*} (παρατίλλω) frequentat. uello, quod propriè fit quum extremas corporis partes digitis uellimus, & preſſando infeſtamus, Propertius lib. 2. Nec mihi tam duris inſultes moribus, & te Vellicet, heu ſerò flebis amata diu. Per tranſlationem Vellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare, διασύρειν, καταλαλεῖν. Cic. pro Cor. Balbo: More hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant. Gell. lib. 4. cap. 15. Plura in Salluſtij ſcriptis inſcite, aut malignè uellicant. Horat. Ser. 1. Saty. 10. An crucier, quòd Vellicet abſentem Demetrius. Hinc Vellicatus, tus, ipſe uellicandi actus. Plin. lib. 28. cap. 6. Extremitates corporis uel aurium uellicatibus perſtringi, &c.

VELLO, uellis, uelli, & uulſi, uulſum, {*Pelare, ſterpare, ſuellere*} (μαδίζω, τίλλω, σπαράσσω) extirpo. Col. lib. 11. cap. 3. Reliquis annis non erit decerpendus, ſed radicatus uellendus. Pli. lib. 12. cap. 12. Nardum Gallicum cum radice uellatur. Verg. 3. Aen. Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ. Sueto. de Cæſ. cap. 45 Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed uelleretur etiam. Vnde Vulſa corpora à Quint. in Procemio lib. 8. dicuntur, quibus pili ſunt euulſi. Corpora (inquit) ſi quis uulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore. Ponitur aliquando Vellere pro eruere, in terram proijcere, euertere, uel καταβάλλειν, κατασκάπτειν. Liu. 6. Bell. Pun. Aræ, foci, deum delubra, ſepulcra maiorum uulſa, temerata, ac uiolata. Barbam uellere: prouerbiũ eſt, quo ſummum contemptum, ac ludibrium ſignificamus. Horat. 1. Ser. Saty. 3. Barbam tibi uellunt Laſciui pueri. Vide Eraſmum in Chiliad. Huius compoſita ſunt Auello, Conuello, Diuello, Euello, Peruello, Interuello, & Reuello, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VELLOCASSES, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim fluuiũ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 18.

VELLUS, {*Lana*} (πόκος, κώδιον) lana ex oue dempta & cõglobata: ita dicta à uellendo quòd ante inuẽtam tondendi rationem, lana ſoleat euelli. Varro Re ruſt. lib. 2. cap. ult. Sole calidiore lana tonſa, fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore: quam demptam & conglobatam alij Vellera alij Vellumina appellant. Ex quorũ uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulſuram, quàm tonſurã inuentã. Frequentiſſimè tamen Vellera poſita legimus pro lana nondum detonſa, ſed adhuc in ipſis hærente pecudibus. Verg. 3. Eclog. Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ Creditur: ipſe aries etiam nunc uellera ſiccat. Idem 3. Georg. Reijce, ne maculis infuſcet uellera pullis Naſcentũ. Ouid. lib. 7. Meta. Sacra facit, cultroſque in Guttura uelleris atri Conijcit, & patulas perfundit ſanguine foſſas. Nonnunquam etiam pro ipſis pellibus unà cum lana ouibus detractis. Col. lib. 7. cap. 4. Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio, quàm alia uellera, mercantibus traduntur. Verg. lib. 7. Aen. Centum lanigeras mactabat rite bidentes. Atque harum effultus tergo, ſtratiſque iacebat Velleribus. Vellera etiam propter ſimilitudinem Verg. poſuit pro lana, quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum frondibus depectitur. Ita enim habet lib. 2. Georg. Velleraque ut folijs depectant tenuia Seres. Quin etiam ipſas arborum frondes Vellera interdum inuenimus appellata, eò quòd ijs ueſtiantur arbores, quemadmodum uelleribus oues. Ouid. de Nuce: At ſimul induimus noſtris ſua uellera ramis.

VELLANI, populi Alpini, D. Auguſti auſpicijs in populi Romani poteſtatẽ redacti, referente Plin. lib. 3. cap. 20.

VELO, las, per ſimplex l, {*Coprire, ueſtire, uelare*} (σκεπάζω, καλύπτω) tego, operio. Cic. pro domo ſua: Tu, tu, inquam, capite uelato, concione aduocata. Verg. 3. Aen. Et capita ante aras Phrygio uelamus amictu. Nonnunquam ueſtire, induere, &c. ἐνδύειν, περιβάλλειν, ἱματίζειν. Ouid. 3. de Arte: Croceo uelatur amictu. Plau. Muliebri uelatus toga. Hinc Velati olim dicebantur, teſte Feſto, qui poſtea literis, aliquot immutatis Velites appellati ſunt, quòd ueſtiti, non armati, exercitum ſequerentur. Nonnunquam pro celare, abſcondere, ἀποκρύπτειν. Plin. in Paneg. Agentibus tibi gratias nihil uelandum eſt. Hinc Velanda corporis, (τὰ αἰδοῖα) pro pudendis poſuit idem Plin. Epiſt. 110. Velatæ manus, id eſt, uelamenta ſupplicum præferentes. Velamenta enim dicebantur à Romanis, quæ Græci ἱκετηρία uocant, quæ ſcilicet ſupplices miſericordiæ mouendæ cauſa in manibus geſtabãt: cuiuſmodi erant rami oleagini, uittis lanave uelati. Plaut. in Amph. Velatis manibus orant: ignoſcamus peccatum ſuũ. Compoſita huius uerbi ſunt Aduelo, Euelo, Deuelo, Præuelo, & Reuelo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

VELOX, {*Veloce, preſto*} (ταχύς, ὠκύς, θοός) celer: à uolando, quaſi uolox. Pli. lib. 8. cap. 34. de Tarando: Velox ſaltu, uenatu uiuens, innocuum homini, &c. Oui. 1. de Pon. Eleg. 3. Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia uelox. Ver. 5. Aen. Veloces iaculo ceruos, curſ. que fatigat. Ouid. 8. Met. Nec fortibus illic profuit armentis, nec equis uelocibus eſſe. Velox, pro uelociter. Verg. lib. 5. Aeneid. Ictum uenientem è uertice uelox Præuidit. Hinc Velocitas, atis, (ταχυτής) celeritas. Pli. lib. 9. cap. 8. At mugilem nihilominus uelocitas tranſilit. Cic. 2. de Finib. Quid, ſi in ipſo corpore multa uoluptati præponenda ſunt, ut uires, ualetudo, uelocitas, pulchritudo? Liu. 5. Bel. Pun. Decem millibus peditum atque equitum, quos in expeditione, uelocitate corporum ac leuitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt, electis, quarta uigilia noctis ſigna mouit. Velociter, aduerbium, (ταχύ) celeriter. Mart. lib. 1. Quodque magis mirum eſt uelociter exit ab hoſte. Cic. de Somn. Scip. Sunt autem optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit.

VELUM, ueli, {*Vela uelo*} (ἐπίπασμα, ἔλυμα) integumentum, inuolucrum, quo quid uelatur, id eſt tegitur. Varro à uelleribus dictum putat, quòd ex ouium uelleribus fierent uela, quibus homines tegebantur. Cic. 6. Verr. Tabernacula carbaſeis

baſeis

baſcis intenta uelis. In nauibus item Velum(ἱστίον)dicitur linteum, quod circa malum expanſum,uentum excipit. Verg.3. Aen.Interea claſſem uelis aptare iubebat Anchiſes. Idem 1. Aen. Talia iactanti ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit. Plin.lib.12.cap.19. Vehunt per maria uaſta ratibus, quas neque gubernacula regant,neq; remi trahant uel impellant,non uela,non ratio ulla adiuuet. Ouid.1.Faſto.Diriget in medio quia mea uela freto? Dare uela, eſt uentis ſe committere,& nauigare. Verg.1. Aen. Vela dabant læti. Dare uela uentis. Idem 4. Aenei.Quos Sidonia uix urbe reuelli, Rurſus agam pelago,& uentis dare uela iubebo? Dare uela retrorſum eſt in diuerſum mutare ſententiam,uitæq; inſtitutum. Sumpta metaphora à nauigantibus, qui curſus errorem uerſis uelis corrigunt. Vela dare famæ ſuæ,eſt non curare famam ſuam. Vela facere,idem quod expedire,ſeu expandere uela. Cic.5. Verr. Cleomenes malum erigi,uela fieri,anchoras præcidi iubet. Per tranſlationem Vela facere, accipitur pro eo quod eſt,toto conatu rem aliquam aggredi. Idem 4. Tuſcu. Vtrum igitur mauis ſtatim'ne nos uela facere,an quaſi è portu egredientes, paulum remigare? Permittamus uela uentis,dixit Quintilianus in Præfat. Inſtit.hoc eſt,editionis ancipitem euentum, utcunque cadet, experiamur. Remis, equisq;: Remis, uelisq;: prouerbia, quibus ſumma ſignificatur diligentia,& ad rem peragendam celeritas,ſummusq; conatus. Vide Chiliad. Eraſmi.

VELVT,{Come}(οἷονεὶ ὥσπερ)aduerbium ſimilitudinis,idem ualens quod ſicut,uel quemadmodum. Cice.2.de Finib. Non elogia monumentorum hoc ſignificant,uelut hoc ad portam. Idem de Aruſp.reſpon. Si conabitur, eius conatum refutabo,uelut heſterno die. Eiuſdem ſignificationis eſt. Veluti. Cicer.1. de Natu.Deor. Beſtiæ,quæ gignuntur in terra, ueluti crocodili. Quomodo autem hæc differant à Quaſi,Ceu,& Tanquam,fuſe explicat Valla libro 2.capit.36.

VENA,æ,{Vena}(φλέψ,φλεβίον)conceptaculum ſanguinis miſti,confuſiq; cum ſpiritu naturali,in quo,ut ait Gell.lib.18.cap.10 plus ſanguinis, minus ſpiritus. Plin.lib.11.cap.37.Inter hos latent arteriæ,id eſt,ſpiritus ſemitæ. His innatant uenæ,id eſt,ſanguinis riui. Venæ ſuapte ui immobiles ſunt,& ſanguinis tantum mittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu,atq; pulſu ſuo habitum, & modum febrium demonſtrant. Super arterias locantur uenæ, præter q̃ in dorſo,in quo magna arteria,quæ Trachia(τραχεῖα)dicitur, eſt poſita ſuper uenam. Vena tamen aliquando pro arteria ponitur. Celſ.lib.2.cap.6. Venis enim credimus,fallaciſſimæ rei:quia ſæpe iſtæ leniores, celerioresve ſunt & ætate,& ſexu,& corporum natura. Ouid.10. Metamor. Saliunt tentatæ pollice uenæ. Cic.de Fato.Si cui uenæ ſic mouentur,is habet febrem,&c. Incidere uenam, (φλεβοτομεῖν)dixit. Cic.de Aruſp.reſp.pro eo quod eſt ſcalpello uenam aperire. Concidere uenæ dicuntur à Celſo lib.3.cap.5.quando arteriarum pulſus languidus fit. Tenere uenas cuiuſq; generis hominum,ætatis,ordinis,&c.dixit Cic.1.de Orat.pro eo quod eſt uniuſcuiuſq; naturam pernoſcere,& ingeniũ.

Venæ quoque de Arboribus dicuntur. Plin.lib.16.cap.38. In quarundam arborum carnibus pulpæ,uenæq; ſunt. Ponitur aliquando Vena pro ingenio hominis ad aliquid ſcribendum apto. Iuuen.Sat.7. Sed uatem egregium cui non ſit publica uena,&c.hoc eſt,ingenium uulgare,& rude,commune cum aliis.

Inde fit Venoſus,a,um,(φλεβώδης)quod eſt uenis turgentibus plenum. Plinius lib.12.cap.13. Amomi uua in uſu eſt,frutice uenoſo. Transfertur etiam ad alia,ut ad orationem,quæ tanquam corpus conſtruitur,quod ſuccum,& ſanguinem habet,& uenas,& oſſa,& neruos,& carnem,& toros,& robur,& colorem,decoremq;. Vnde à Perſio dictus eſt Liber uenoſus,pro aſpero,duro,& horrido,quum ait Sat.1. Eſt nũc Briſeis quẽ uenoſus liber Acci. Sunt quos Pacuuiusq;,& uerrucoſa moretur Antiopa. Per tranſlationẽ quoq; Venæ in terra dicuntur ſubterranei meatus,per quos unda manat,aut alius liquor. Hircius 4. Bell. Alex. Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere uenas. Venas quoque argenti,& Venas auri dicimus. Cic.2. de Natu.deo.Nos æris,argenti, auri,uenas penitus abditas inuenimus,&c.

VENABVLVM,li,{Spedo da collo}(προβόλιον,ὑόνος)telum, quo uenantes utuntur,aciei longiſſimæ,apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Mart. lib.14. Si directa geres longo uenabula roſtro,Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

VENAFRVM,pe.pro.(Οὐέναφρον)ciuitas Campaniæ abundans oliis. Mar. lib.13. Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venafri. Hor.2. Car. Ode 6. Viridiq; certat Bacca Venafro. Hinc deducitur adiectiuum Venafranus:ut, Ager Venafranus, Oleum Venafranum,quod & Venafranum dicitur abſolute, Iuuen.Sat. 5. Ipſe Venafrano piſcem perfundit.

VENALIS,& hoc,le,{Da uendere}(ὤνιος, προωνιος) quod uenum expoſitum eſt Cic.lib.3.Offi. Venales quidem hortos ſe non habere dixit. Saluſt.in Iugurt.O urbem uenalem & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. Venales etiam,ſi nihil addas,ſerui intelliguntur,qui ad uendendum ſunt expoſiti. Venalis aſcriptor,qui precio emitur, pecunia comparatur. Cic.pro domo ſua: Deniq; ille nouitius Ligur,uenalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus, &c. Venale, ſubſtant.neut. gen.id quod uenditioni exponitur. Plin. libr.6.capi.22. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia tolli ab his, ſi placet permutatio. Alii primam huius dictionis diphthongo ſcribunt: de quo uide Veneo.

VENALITIARIVS,rii,maſc.gen.(ἀνδραποδοκάπηλος)apud Varronẽ & Plinium dicitur mango,& nouitiorum ſeruorum negotiator. Africanus: Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait:& ob eam rem mangones,nõ mercatores,ſed Venalitiarios appellari ait. Vlp.lib.21.Digeſt. Quia ergo uenalitiarii ſciunt facile decurri ad nouorum emptionem,ideirco interpolant ueteratores,& pro nouitiis uendunt.

VENALITIVM,(ἀνδραποδοκαπηλεῖον, πρατήριον) locus ubi mancipia uenalia proſtant,uel ipſe grex uenalium. Venuleius de Aedilitio edicto,l.ult. Nam quicunq; ex uenalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum è ueteratorum numero eſſe.

VENALITIVS,ſubſtantiuum, (ἀνδραποδοκάπηλος)idem quod Venalitiarius qui ſcilicet greges mancipiorum uenales habet. Cic.in Orato. Neque me diuitiæ mouent,quibus omnes Aphricanos & Lælios multi uenalitii,mercatoresq; ſuperarunt. Aliquando Venalitius,capitur adiectiue,idemq; ſignificat,quod uenalis. Plin.lib.35.cap.8. Hoc eſt inſigne uenalitiis gregibus,opprobriumq; inſolentis fortunæ. Sic Pomponius Iureconſ.lib. Digeſt.24. Quòd ſi familiam domeſticam uxoris,aut uenalitiam parauit.

VENARIA,inſula eſt in mari Tuſco: ut ſcribit Plin.lib.3.cap.6.

VENATICVS,ca,cum,{Venatico,cacciatorio,coſa che appartiene alla caccia}(θηρευτικός,κυνηγετικός)quod ad uenationem pertinet. Vnde Venaticos canes dicimus,quibus feras perſequimur. Varr.2.de Re ruſt.cap.9. Canum duo genera,unum uenaticum,& pertinet ad feras beſtias,ac ſylueſtres: Alterũ quod cuſtodiæ cauſa paratur. Col.lib.7.cap.12. De uillatico igitur,& paſtorali dicendum eſt:nam uenaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. Ci.6.Ver. Mirandum in modum canes uenaticos diceres,ita odorabantur omnia, & peruestigabant. Canum Venaticorum elegantiſſime excogitata nomina habes apud Ouid.3. Metamorph. & apud Xenophontem in tractu de Venatione. Paraſiti uenatici. Plaut. Capt. Prolatis rebus paraſiti uenatici ſumus.

VENATIO,onis,(ἄγρευσις,θήραμα,κυνηγέσια)ferarum perſecutio. Cic.2.Offic. Omnino duo ſunt genera largorum,quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi,qui epulis,& uiſcerationibus,& gladiatorum muneribus,uenationũq; apparatu pecunias profundunt in eas res,quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino. Interdum Venatio accipitur pro ipſo apparatu, aut comitatu uenatorum. Liu.5.bell.Pun.2. Conuenerat autem, ut Philomenes portula aſſueta uenationem inferens,armatos induceret.

VENATOR,oris,(κυνηγέτης,κυνηγός,θηρευτής)qui feras perſequitur. Horat. libro 1.Carm.Ode 1. Manet ſub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. Cicer.2.Tuſculan. Pernoctant uenatores in niue,in montibus uri ſe patiuntur.

VENATRIX,icis,(κυνηγέτις)mulier feras perſequens. Verg.9. Aeneid. Comitem Aeneæ quem miſerat Ida Venatrix, iaculo celerem leuibusq; ſagittis.

VENATORIVS,a,um,{Coſa da cacciatore}(κυνηγετικός)idem quod uenaticus.ut, Venatoria inſtrumenta,quibus in uenando utimur. Culter uenatorius. apud Mart.lib.14.

VENATVS,us,(ἄγρευσις,θήραμα,κυνηγέσια)ipſa uenatio. Plaut.in Ru. Hũc qui cepi in uenatu meo. Verg.lib.9. Aene. Vidimus obſcuris primam ſub uallibus urbem Venatu aſſiduo,& totum cognouimus amnem. Oui. Epiſt.5. Quis tibi monſtrabat ſaltus uenatibus aptos? Cic.5. Tuſcul. Labor in uenatu,ſudor, curſus ab Europa,fames, ſitis:his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

VENDAX,cis,{Chi brama di uendere}(πωλητικός)qui facile,ſeu libenter uẽdit,ſicut contra Emax,qui procliuis eſt ad emendum. Cato de Re ruſt.ca.2. Patremfamilias uendacem,& non emacem eſſe oportet.

VENDIBILIS,le,{Vendibile}(τιμαλφής)quod facile uendi poteſt. Cic.in Rull. Accedent ſalicta ad Minturnas:adiungetur etiam illa uia uendibilis Herculanea,multarum deliciarum,& magnæ pecuniæ. Colum.lib.7.cap.6. Dum poſſit eſſe uendibilis. Horat.1. Epiſt.17. Indotata mihi ſoror eſt,paupercula mater: Et fundus nec uendibilis,nec paſcere firmus. Ouid.3. Amor. Eleg.11. Vendibilis culpa facta puella mea eſt. Per tranſlationem ponitur pro populari, & uulgo grato. Cic.de Amic. Tamen illius uendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facile uincebat. Id eſt,plauſibilem,et allectricem. Aliquando pro uulgari de Clar. Orato. Horum ætati prope coniunctus L.Gellius, non tam uendibilis orator,quam ut neſcires,quid ei deeſſet.

VENDICO,as,pen.co.{Far ſuo,attribuirſi}(ἀντιλαμβάνομαι,ἰδιοποιοῦμαι προσποιοῦμαι,ἀντέχομαι)approprio,& meum eſſe dico,mihiq; aſſumo. Plin. Epiſt.47. Quam curam,etiamſi non mandaſſes,uendicaſſem. Cic.pro Archia Homerum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum,Chii ſuum uendicant,Salaminii repetunt,Smyrnæi uerò ſuum eſſe confirmant. Ouid.4.de Pont.Eleg. 1. Vendicat ut Calais laudem,quos fecit,equorum. Cic.1.Offi. Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi,ſi id mihi aſſumo,uideor id meo iure quodammodo uendicare. Idem eodem libro. Non nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat,partem amici.

VENDITARIVS,a,um,(πρατικός)uenalis. Pla.in Stic. Neque aliud quicquam,niſi quod hoc habeo pallium,præter unam linguam quoque etiam uenditariam.

VENDITO,as,{Vendere ſpeſſo & di continuo}(ἀπεμπολάω, ἀποδίδομαι,πωλέω)ſæpe,ſeu continue uendo. Plin.lib.22.cap.22. Hæc eſt quam Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit iocularitter matrem eius, ne olus quidem legitimum uenditaſſe,ſed ſcandicem. Venditare ſe cuiquam cum datiuo, (ἐνδείκνυσθαι,καὶ προτείνειν ἑαυτόν τινι,& χαρίζεσθαι ἑαυτόν.χρήσασθαι,ὅ,τι ἂν βούληται)eſt per aſſentationem operam ſuam ultro ſpondere, & quaſi uenalem ſe oſtentare. Cic. Att.lib.8. Quomodo autem ſe uenditant Cæſari? id eſt quo modo ſe in clientelam Cæſaris tradunt & in eius partes adiungunt. Liu.3.ab urbe. In foro uolitare,per illos ſe plebi uenditare,donec collegæ quoque,&c. Venditare interdum eſt uenale habere,inquit Budæus. Plin. Epiſtol.24. Tranquillus contubernalis meus uult emere agellum,quem uenditare amicus tuus dicitur. Venditatio,nis,uerbale,oſtentatio. Cic.2. Tuſcul. Quinetiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia,quæ ſine uenditatione, & ſine populo teſte fiunt.

VENDO,dis,{Vendere}(καταπιπράσκω,πωλέω, ἀποδίδομαι) ex Venũ, & Do,ſecundum Apuleium,abiectis u,& m. Et conſtruitur cum ablatiuo,ſi exprimatur pretium rei,quæ uenditur:uel cum genitiuis, Pluris, Minoris, Tanti, Quanti,& eorum compoſitis, ſubſtantiue acceptis. Pla.in Merc. Viginti minis opinor poſſe me illam uendere. Cic.3. Offic. Vendo meum non pluris, q̃ ceteri,fortaſſe etiam minoris,quum maior eſt copia. Quòd ſi addantur ſubſtantiua,ſtatim in ablatiuos reſoluuntur. Et ſicut [illegible] dicimus, Quando uendidiſti, ſed Quanti.ita non dicimus Quanti pretii uendidiſti,ſed Quanto pretio. Varr. tamen ablatiuo uſus eſt ſine ſubſtantiuo,quum ait: Veneunt propter penuriã magno. Et ſane recte,cum non ſit ex quatuor illis exceptis, Tãti, Quanti, Pluris, Minoris. Huius compoſitum eſt, Diuendo. Venditor,oris,(πωλητής)qui uẽdit. Cic.3. Offi. Vt nequit omnino,quod uenditor norit,emptor ignoret. Venditio,onis,(πρᾶσις)actus uendendi. Cic. pro Roſc. Amer. Oſtendit,ſi ſublata

fit uenditio bonorum illum pecuniam grandem amiſſurum.

VENEDI, populi feri, in Germaniæ, & Sarmatiæ confinio. Tacitus de Morib. Germ.

VENEFICIVM, cii, {*Veneficio, incanto*} (φαρμάκευσις, φαρμακεία) duo ſignificat: Aliquando enim accipitur pro crimine illo, quo quis alterum ueneno necat. Cic. pro Cluentio: Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide & diffidenter attingere rationem ueneficii criminum. Tacit. lib. 12. Diligitur artifex talium, uocabulo Locuſta, nuper ueneficii damnata. Aliquando pro maleficis artibus, & uetito magiæ genere, φαρμακεία. Cicer. de Clar. Orato. Idq; ueneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat. Ouid. 1. de Rem. Amor. Iſta ueneficii uetus eſt uia: noſter Apollo innocuam ſacro carmine monſtrat opem.

VENEFICVS, ci, {*Venefico, incantatore*} (φαρμακός, φαρμακεύς) & Venefica, (φαρμακίς, φαρμακεύτρια) qui, & quæ uenena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus utitur. Cic. in Catil. Quis tota Italia ueneficus. Idem 13. Phil. Nimirum recte ueneficum appellas, à quo tibi præſentem peſtem uides comparatam. Ouid. Epiſt. 6. Barbara narratur ueniſſe uenefica tecum. Eſt & Veneficus, adiectiuum, ut, Veneficus aſpectus, id eſt, ueneno inficiens. Plin. lib. 28. cap. 3. Hominum monſtrificas naturas, & ueneficos aſpectus plenius diximus. &c. Hinc Triuenefica, id eſt, excellens uenefica. Pla. Muſſas adhuc triuenefica?

VENENARIVS, rii, {*Venenario*} (φαρμακοποιός, φαρμακοπώλης) qui parat, uel conficit, aut uendit uenena. Apul. Qui uenenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit. Sueto. in Nero. cap. 33. Britannicum ueneno aggreſſus eſt: quod acceptum à quadam Locuſta uenenariorum indice, cum opinione tardius cederet, &c.

VENENATVS, ta, tum, {*Venenato, attoſſicato*} (ἰοβόλος) uenenoſus, ueneno infectus, ut, Venenata caro, apud Ciceronem 2. de Nat. deo. Sic Venenata munera, Venenatum pabulum, Venenatæ ſagittæ, Venenatus morſus, Venenata fames, Venenatum telum. Plin. lib. 8. cap. 58. In Italia muribus araneis uenenatus eſt morſus. Cic. 2. de Diuin. Cum Ptolemæus familiaris eius in prælio telo uenenato ictus eſſet, &c. Ouid. 14. Met. Attonitum monſtris uulgus pauet: illa pauentum Ora uenenata tetigit mirantia uirga.

VENENIFER, ra, rum, (ἰοβόλος) uenenoſus. Ouid. 3. Met. Iamq; ueneniferο ſanguis manare palato Cœperat.

VENENO, as, are, (φαρμακεύω) inficere ueneno. Lucr. lib. 6. Vt ſpatium cœli quadam de parte uenenet.

VENENOSVS, ſa, ſum, {*Venenoſo*} (ἰώδης) quod uenenum habet: ut Venenoſus ſerpens.

VENENVM, ni, {*Veneno, toſſico*} (φάρμακον) uocabulum medium eſt, quod tam in bonam, quàm in malam partem ſumi poteſt, quemadmodum & φάρμακον apud Græcos. Vtrunque enim generale eſt ad ea omnia, quæ naturam eius, cui admouentur, poſſunt immutare. Vnde etiam ſalutaria medicamenta Venena dici poſſunt. Qui igitur Venenum dicit (inquit Caius Iuriſconſultus de uerb. ſig.) adiicere debet, utrum bonum, an malum. Hodie tamē Venenum uix aliter, quàm in deteriorem partem accipitur, pro deleterio. Cicer. in Catil. Qui ſicas uibrare & ſpargere uenena didicerunt. Idem de Clar. Orat. Fuit ſuſpicio Themiſtoclem ueneno ſibi mortem conſciuiſſe. Pli. Galbanum aduerſatur uenenis, maxime toxicis, cum myrrha, & uino. Color quoq; qui à ueſtibus imbibitur, quove lanæ medicantur, per quandam ſimilitudinem Venenum appellatur. Verg. libr. 2. Georg. Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno. Ponitur aliquando Venenū pro arte malefica. Cic. in Orat. Cum ſibi uenenis ereptam memoriam diceret: id eſt, magica arte, uel alia malefica, inquit Budæus.

VENEO, nis, {*Eſſer uenduto*} (πωλοῦμαι) ueniui, uel uenii, ſupino uenum, quamuis analogiæ, compoſitionisq; ratio uideatur exigere Venitum, ſicut reliqua cōpoſita à uerbo Eo. Componitur enim ex dictione Venum, & uerbo Eo, abiectis duabus literis: quemadmodum fieri uidemus in uerbo Vendo. Sequiturq; per omnia ferè coniugationem uerbi Eo. Sub uoce tamen neutrali habet ſignificationem uerbi paſſiui. Eſt enim Veneo idem quod uendor, habetq; eādem omnino conſtructionem. Nam ipſum quod uenditur in nominatiuo ponitur, & is à quo uenditur in ablatiuo cum præpoſitione, & pretium in ablatiuo ſine præpoſitione: Cui autem uenditur, in datiuo ut, Centum aureis nummis à mangone ueniere mancipia mihi. Sed nonnunquam uenditor, & pretium rei non explicantur. Plau. in Menæch. Quibus hic pretiis porci ueneunt? Varro: Veneunt propter penuriam magno. Cic. pro Sext. Roſc. Amer. Primum hoc uideamus, eius hominis bona qua ratione uenierunt, aut quomodo uenire potuerunt. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Venit uiliſſima rerum Hic aqua. Claud. 1. in Eutro. Non pudet (heu ſuperi) populos ueniſſe ſub haſta Vendentis. Apud antiquiſſimos legitur Veneor. Plautus apud Diomedem. Ego'ne illi uenear? Sunt qui hoc uerbum in prima ſyllaba per æ diphthongum ſcribendum putent ut differat a uerbo Venio, cui in multis temporibus & perſonis adeo ſimile eſt, ut ſolo ſenſu alterū ab altero poſſit dignoſci. Quicquid id eſt, prima ſyllaba huius uerbi producitur, quæ in uerbo Venio corripitur.

VENERABILIS, {*Venerabile, reuerendo*} (σεμνός, σεβάσμιος) qui cultu, & ueneratione dignus eſt. Plin. Iunior in Epiſt. Vir grauis, & ipſa ſenectute uenerabilis. Liu. 1. ab Vrbe: Venerabilis uir miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines. Mar. lib. 1. Hic ubi conſpicui uenerabilia amphitheatri Erigitur moles, ſtagna Neronis erant. Ouid. 2. de Remedio Amor. Eſt prope collinam templum uenerabile portam. Verg. 6. Aene. Ille admirans uenerabile donum Fatalis uirgæ longo poſt tempore uiſum.

VENERABVNDVS, a, um, (σεβόμενος) cum ueneratione aliquid faciens. Curt. lib. 8. Itaque more Perſarū Macedonas uenerabundos ipſum ſalutare proſternentes humi corpora. Liu. lib. 1. ab Vrbe: Cum perfuſus horrore uenerabundusq; aſtitiſſem, petens precibus, ut contra intueri fas eſſet: Abi, nuncia, inquit, Romanis, &c.

VENERANDVS, a, um, {*Reuerendo, uenerando*} (μεγαλεῖος, σεμνός, σεβάσμιος, τίμιος, αἰδέσιμος) idem quod uenerabilis. Seneca: Vocem exiſtimatione dignam, & omni ſeculo uenerandam. Verg. lib. 9. Aene. Te uerò, mea quē ſpatiis propioribus ætas Inſequitur, ueneranda puer, iam pectore toto Accipio. Mar. lib. 1. Inde ſacro ueneranda petes palatia cliuo, Plurima qua ſummi fulget imago ducis.

VENERANTER, {*Reuerentemente, uenerabilmente*} (σὺν αἰδοῖ) cum ueneratione, Apul. Et ab eo ueneranter exceptus, paululum quieui.

VENERIS PORTVS, locus eſt in Galliæ & Hiſpaniæ confinio, ubi Pyrenæi montes iuxta mare deſinunt. Autor Mela lib. 2. Ptolemæus ab inſigni Veneris phano ἀφροδίσιον, hoc eſt, Veneris templum appellat.

VENERIS GEMMA, (ἀφροδίσιος, παιδέρως) ex genere eſt amethyſtorum, roſeum habens nitorem ex carbunculo in purpura refulgentem. Auctor Pli. lib. 37. cap. 9.

VENEROR, aris, {*Reuerire, honorare, adorare*} (σέβομαι, αἰδέω) colo, honoro, cultu & obſeruantia proſequor: quod uerbum quidam dictum exiſtimant, quaſi ueniam oro. Verg. 1. Georg. In primis uenerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Cic. 6. Verr. Quod in precibus & gratulationibus non ſolū uenerari, uerum etiam oſculari ſolent. Idem 1. Tuſcu. Eiuſq; inuentori & principi gratias exultantes agunt, eumq; uenerantur, ut deum. Venerans, tis, participium (σεβόμενος.) Verg. 12. Aen. Et iam Suppliciter uenerans, demiſſo lumine Turnus. Veneratio, onis, (σέβασμα) cultus, & honor. Plin. lib. 8. cap. 1. de Elephantis. Imò uerò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas, religio quoq; ſiderum, ſoliſq; ac lunæ ueneratio. Cic. 1. de Natu. deo. Habet enim uenerationem iuſtam quicquid excellit. Venerator, oris, (σεβαστής) cultor. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 2. Ille domus ueſtræ primis uenerator ab annis. Veneratus, a, um, participium. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Ac uenerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto, &c. Poetæ tamen quandoq; Veneratum pro uenerabili ponunt. Verg. 3. Aen. Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos.

VENETI, pen. cor. (ἐνετοί) populi ſunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Troianis oriundi, qui Troia euerſa, cum magna manu Henetum, duce Antenore in intimum maris Adriatici ſinū peruenerunt, pulſiſq; Euganeis, qui inter Alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras, & ubi primum egreſſi ſunt, oppidum condiderunt, quod de nomine relictæ patriæ appellauerunt Troiam. Gens autem tota, aſpiratione in u conſonantem commutata uno nomine Veneti appellati ſunt. Horum regio Venetia dicitur, Adriatico mari proxima, & a Padi fluminis oſtiis poſt Iſtriam uſque protenſa. Inſignes urbes habet, Veronam, Vicentiam, Patauium, & Venetias regionis totius caput. Sunt & Veneti alii ex Britonum genere, in Gallia Lugdunenſi, ad Oceanum, quorū frequens mentio eſt apud Cæſarem. Vulgo Vennes.

VENETIÆ, arum, plur. nume. {*Venetia, Vinegia*} (οὐενετίαι) ciuitas inſignis in mari Adriatico, quæ anno a natali Chriſtiano quinquageſimoquarto ſupra quadringenteſimum condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit.

VENETVS, a, um pen. cor: {*Vinitiano, di Vinegia*} (ἐνετός) quod è Venetiis eſt: ut, Venetus color, qui (ut ait Vegetius) cæruleus eſt & marinis fluctibus ſimilis. A quo colore aurigarum factio una in curulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani dicebantur. Vegetius lib. 4. de Re militari, ſcribit exploratores in mari ueſte Veneta eſſe induendos, & uela nauium exploratoriarum colore Veneto eſſe tingenda, ut ſimilitudine coloris marini facilius lateant, hoſtileſq; oculos fallant. Hic color etiam Thalaſſicus, id eſt, marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Vide ea quæ ſupra annotauimus in dictione Ferrugineus.

VENIA, æ, {*Remiſſione, perdono, perdonanza*} (συγγνώμη) remiſſio culpæ, & condonatio erroris. Quint. in Gladiatore: Peccaui, ueniam peto. Quandoque ponitur pro beneficio, indulgentia, & permiſſione, συγχώρησις. Cicer. lib. 1. de Orat. Date nobis hanc ueniam, (συγχωρεῖτε) ut ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini: id eſt, concedite. Teren. in And. Da patet ueniam, ſine te exorem. Cum uenia, hoc eſt, cum pace tua, & te permittente.

Sic Cum uenia legere, dixit Quint. lib. 10. cap. 1. pro eo quod eſt, non nimiū rigide examinare, ſed inter legendum ad quædam conniuere. Sic Ci. pro Roſc. Amer. Cum uenia audire, dixit: Bonaq;, inquit, cum uenia uerba mea audiatis. Liu. Cum bona uenia, quæſo, audiatis, Patres Conſcripti, id quod eloquar. Hoc eſt, Audite me, & ſi quid dixero, quod uobis diſpliceat, aut parum gratum ſit, ignoſcite. Habere ueniam pro ignoſcere. Quint. lib. 11. cap. 1. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus: adeoq; paulo pluribus uerbis debet haberi uenia. Hinc Venialis, & le, quod uenia dignum eſt. Macr. Si uenialis erit iſta tranſlatio.

VENILIA, Nympha, uxor fuit Fauni, & ſoror Amatæ Latini regis cōiugis, mater Turni. Verg. lib. 10. Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

Veniliam item antiqui Neptuni coniugem appellarunt, a ueniendo, (inquit Varro lib. 4. de ling. Lati.) quam eandem & Salaciam appellauerunt, ad interpretationem maris reſpicientes, cuius fluctus modò ad terram ueniunt, modò in ſalum abeunt. Meminit huius & Auguſtinus lib. 7. Ciuit.

VENIO, nis, nire, uentum, {*Venire*} (ἥκω, ἔρχομαι) notæ eſt ſignificationis. Verg. 6. Aen. Veniſti tandem. Aliquando tamen ponitur pro eo. Terentius: Niſi ego ad mercatum uenio. Sic econtrario Ire, pro Venire. Teren. And. Ibam ad te. Admittit aliquando datiuum, qui reſolui poteſt in accuſatiuum mediante præpoſitione Ad, uel In. Verg. 1. Aen. Hinc populum late regem, belloq; ſuperbum, Venturum excidio Lybiæ. Poetæ tamen aliquando Venire pro imminere uſurpant. Verg. 7. Aen. Se fatis ambobus Teucriſq; uenire, Latiniſq;. Aliquando pro creſcere, prouenire, φύεσθαι. Idem lib. 1. Georg. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ. Aliquando pro portari, ſiue afferri. Plin. lib. 35. cap. 6. Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & media inter has: Eius quæ ex Africa uenit, octoni aſſes. Cic. ad Brutum lib. 11. Quod ſcribis, in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ ueniant, ſi per hoſtem licet, non erraris. Venire ab aliquo, eſt ab eius ædibus, ubi aderat, uenire. Cic. pro Roſc. Comœd. Quia ueniebat a Roſcio, plus etiam ſcire, quàm ſciebat, uidebatur: id eſt, è ludo uel è diſciplina Roſcii. Ad Arceſilaum ueniamus, dixit Cic. 4. Acad. hoc eſt, de Arceſilao loquamur. Venire aduerſum, eſt uenire obuiam. Quod uenit in buccam. Ci. ad Att. lib. 1. Tu uelim ſæpe ad nos ſcribas: ſi rem nullam habebis, quod in buccam uenit, ſcribito. Prouerbialiter pro quicquid in mentem ueniet. Venire in cognitionem. Quintil. lib. 7. cap. 3. Poteſt hoc genus in cognitionem uenire ſeparatus. In confeſſum uenit: id eſt, notum & manifeſtum eſt. Plin. Epiſt. 302. Vt neceſſe ſit in ea re, quæ & in confeſſum uenit, & exemplis defenditur deliberari.

care. Venire in conſilium alicuius: pro, obtemperare eius conſilio. Cic. ad Attic. lib. 10. Veniendum'ne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. Venire in crimen. Teren. Hecy. Hera in crimen ueniet, ego in magnum malum. Hoc eſt, accuſabitur. Venire in fidem alicuius: hoc eſt, ſeſe dedere. Liu. 6. Bell. Pun. Prodita breui ſunt uiginti oppida: ſex ui capta: uoluntaria deditione in fidem uenerunt ad quadraginta. Venire in flammam. Cicer. ad Att. lib. 16. Veniendum eſt igitur uel in ipſam flammã: turpius eſt enim priuatum cadere, q̃ publice. Hoc eſt, oportet conijcere ſe in periculum. Feliciter uenit: pro, euenit. Cic. ad Tironem. Emiſſe te prædium uehementer gaudeo, feliciterq́ue rem tibi iſtam uenire cupio. Venire uiam. Cic. 3. Phil. Quis, qui neſcie sit ueniſſe eam tot dierum tibi uiam gratulatum. In uſum uenire. Pli. lib. 24. cap. 11. Nec thus Latinum nomen habet, cum in uſum plurimis modis ueniat. Vſus uenit. Terentius Heaut. Et ne ego te (ſi uſus ueniat) magnifice, Chreme, Tractare poſſim. Venire uſu. Cic. ad Att. lib. 7. Nunc uenit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. Venire in religionem res aliqua dicitur, cum conſcientiæ (ut uulgus loquitur) ſcrupulus de ea excitatur. Cic. 2. de Nat. Deo. Gracchus eſt comitia nihilominus peregiſſet, remq́ue illam in religionem populo ueniſſe ſentiret, ad Senatum retulit. Venire in mentẽ, (ὑπελθεῖν ἢ ἐλθεῖν εἰς νοῦν) eſt ſuccurrere, in animum incidere: neq́ue ſolum ad recordationem pertinet, uerumetiam ad conſiderationem & reputationem. Teren. Eun. Hoc adeo ex hac re uenit in mẽtem mihi. Verg. 4. Aen. Nec uenit in mentem, quorum conſederis aruis? Lucretius lib. 5. Et uenit in mentem ſolis lunæq́ue uiarum. Cic. 1. Verr. In mentem tibi non uenit, quid negotij ſit, cauſam publicam ſuſtinere? Venire diuitiæ ad aliquem dicuntur, quæ morte cuiuſquam ad eum deuoluuntur. Cic. pro Sext. Roſcio: Ad quem morte Roſcii diuitiæ uenerunt. Venire ad manus, uel ad arma, eſt rem eo uſque progredi, ut pugna, uel bellum ex ea emergat. Cic. 6. Verr. Nonnunquam etiam res ad pugnam & ad arma ueniebat. Venire oratum, eſt orandi gratia uenire. Cæſar 7. Bell. Gall. Legati ad eum principes Heduorum ueniunt oratum, ut maxime neceſſario tempore ſubueniat, ſummo eſſe in periculo rem. Venitur, pen. pro. impersonale. Venitur ad me, conſurgo. Ouid. 3. Faſt. Seu quod aduſq́ue decem numero creſcente uenitur. Ventum eſt. Liu. 1. ab urb. Ad Ianiculum forte uentum erat. Ouid. 5. Faſt. Quo poſtquam uẽtum eſt, &c.

Veniens, tis, participium. Cic. ad Qu. Fr. Non enim ſumus omnino ſine cura uenientis anni, etſi ſumus ſine timore. Verg. 5. Aen. Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Venturus, a, um, aliud participium. Ouid. 3. de Arte: Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ, Sic nullum uobis tempus abibit iners. Verg. 4. Georg. Venturæq́ue hyemis memores, æſtate laborem Experiuntur, & in medium quæſita reponunt. Ventio, onis, uerbale. Plau. Truc. Quid tibi huc uentio eſt?

VENONIVS, hiſtoricus Romanus, cuius meminit. Cic. in Epiſt. ad Att. conquerens ſe eius hiſtoriam non habere. Et iterum lib. 1. de Leg. ubi eum inter nudos & exiles ſcriptores recenſet. Nam (inquit) poſt Annales pontificum maximorum, quibus nihil poteſt eſſe iucundius, ſi aut ad Fabiũ, aut ad eum, qui tibi ſemper in ore eſt, Catonem, aut ad Piſonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium uenias: quanquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile, q̃ iſti omnes? Hactenus Cicero.

VENOR, aris, {Cacciare, andar à caccia} (ἀγρεύω, κυνηγέω, θηράω, θηρεύω,) feras indago, feris inſidior, & quaſi circumuenio. Cic. ad Cælium libr. 2. De pantheris, per eos qui uenari ſolent, agitur mandato meo diligenter. Verg. 3. Georg. Et canibus leporem, canibus uenabere damas. Plin. lib. 16. cap. 1. Fugientes cũ mari piſces circa tuguria uenãtur. Cic. 2. de Nat. deor. Canum tanta alacritas in uenando. Per tranſlationem Venari (θηρᾶσθαι) capimus pro captare, hoc eſt, artificio quodam, & ſolertia quærere: ut, Venor laudem, gloriam: quod etiam Aucupari dicimus. Cic. Att. li. 16. Bene igitur tu, qui εὐθανασίαν uenaris, relinquis patriam. Venari apros in mari, dixit Pla. in Aſin. pro eo quod eſt operam perdere, & fruſtra aliquid conari. Legitur etiam Venari, paſſiue pro captari, ſiue dolis impeti, circumueniri, θηρεύεσθαι, quod & Nonius annotauit, citãs illud Ennii ex Nemea. Teneor conſepta, atque undiq́ue uenor. Hinc deducuntur uerbalia, Venatio, Venator, Venatrix, Venatus, us, Venatorius, a, um, & Venabulũ: quorum ſignificationes explicuimus ſupra.

VENTER, huius uentris, {Ventre} (γαστήρ, κοιλία) tota illa pars corporis concaua, à mucronata cartilagine & nothis coſtis, uſque ad pubem extenſa. Plin. lib. 9. cap. 50. Piſces attritu uentrium coeunt, tanta celeritate, ut uiſum fallant. Ibidem. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur, uentrem eius roſtro pulſans. Venter (γαστρίδιον, στόμαχος,) pro uentriculo, in quem cibus receptus, cõmutatur in chylum. Perſius in Prolog. Sat. Magiſter artis, ingeniiq́ue largitor Venter, negatas artifex ſequi uoces. Fames enim in ſuperiori uentriculi orificio potiſſimum ſentitur. Iuuen. Sat. 5. Ventre nihil noui frugalius. Plau. Capt. Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. Venter pro aluo. Celſus lib. 3. cap. 18. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, uentrem eius ante ſoluendum eſſe: ubi à ſuperiore, comprimendum. Col. lib. 9. cap. 12. Nam & tithymalus maiorũ quoq́ue animalium uentrẽ ſoluit. Ventrem ferre, (ἐν γαστρὶ ἔχειν) eſt eſſe grauidam. Col. lib. 7. cap. 24. de uaccis: Nam decem menſibus uentrem perferunt. A uentre deducitur diminutiuum Ventriculus, cuius ſignificationẽ paulò poſt explicabimus ſuo loco.

VENTILABRVM, bri, pen. pro. {Pala, uallo} (πτύον, θρῖναξ) inſtrumentũ, quo ruſtici frumenta legumina'ue poſt trituram ſurſum eiaculantur, ut uentorum flatu à paleis repurgentur: quem in uſum ruſtici hodie habent palas, quibus frumenta ita in ſublime eiaculantur, ut alio grana ſuo pondere, alio paleæ, uẽtorum ui ferãtur. Col. lib. 2. cap. 10. Nam cum aceruus paleis, granisq́ue mixtus in unum fuerit congeſtus, paulatim ex eo uentilabris per longius ſpatium iactetur: quo pacto palea, quæ leuior eſt, citrà decidit: faba, quæ longius emittetur, pura eo perueniet, quò uentilator eam eiaculabitur.

VENTILATOR, uentilatoris, {Paladore, ſpalatore} (λικμητής) qui uentilatione frumenta purgat, aut legumina: hoc eſt, qui poſt trituram frumenta aut legumina uentilabro in ſublime eiaculatur, ut uentorum flatu grana ſecernantur à palea. Col. lib. 2. cap. 10. Faba quæ longius emittetur pura eo perueniet quo uentilator eam eiaculabitur. Ventilatores (γόητες) apud Quintilia. libr. 10. cap. 7. ſunt præſtigiatores, qui ut uentilatores grana, quæ purgant, in uentum proiiciũt, ita rem, quanquam retinent manibus, eiicere uidentur. Ita enim ait, Quo uſu cõſtant mira illa in ſcenis pilariorum, ac uentilatorum, ut ea, quæ emiſerunt, ultro uenire in manus credas, & quà iubentur decurrere.

VENTILO, las, pen. cor. {Palare, uentare} (λικμάω, καταπνέω) uentum excito, ut aliquid ardeat, aut coquatur. Proper. lib. 4. Eleg. 3. Hanc Venus, ut uiuat, uentilat ipſa facem. Ventilari frumentum (λικμᾶσθαι) dicitur, dum in area uentilabro purgant. Plin. Multi uentilare quoq́ue granum uetant. Et Ventilari uinum dicitur, quod dicũt dare uentum uino: ut fit, cũm difficulter exit è dolio. Colum. lib. 12. cap. 30. Quo maior æſtus erit, eo ſæpius conuenit uinum nutriri, refrigerariq́ue & uentilari. Ventilare annulum, eſt è digitis exemptum manibus uerſare, & ueluti uento perflandum exponere. Iuuen. Saty. 1. Cum uerna Canopi Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas, Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum. Huius compoſitum eſt Euentilo, eiuſdem ferè ſignificationis cum ſuo ſimplici. Plin. lib. 31. cap. 3. Fit & ſine his altitudine ipſa grauior aer, quem emendant aſſiduo linteorum iactatu euentilando. Col. lib. 1. Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus ungularum, tribularumq́ue: & eadem euentilata mundiora ſunt, lapillisq́ue carent. Ventilatio, onis, uerbale, actus uentilandi. Plin. lib. 23. cap. 1. Innocentiores uuæ, quæ decerptæ diu pependere, quo uentilatione etiam utiles fiunt ſtomacho, ægrisq́ue.

VENTITO, as, (φοιτάω) frequentatiuum ab inuſitato Vento, frequenter uenio, identidem adeo. Plin. libr. 35. capi. 10. Gratior Alexandro Magno erat frequenter in officinam uentitanti. Cice. ad Attic. lib. 1. Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam uentitet. Catul. Epig. 8. Cum uentitabas, quò puella ducebat.

VENTOSVS, a, um, {Ventoſo, pien di uento} (ἀνεμώδης φυσώδης) uento plenus: ut, Ventoſus aer, apud Pli. lib. 2. cap. 18. Ventoſi folles. Verg. 8. Aen. Alii uentoſis follibus auras Accipiunt, redduntq́ue. Fornax uentoſa, id eſt, uento expoſita. Cato cap. 38. Vbi ſatis foderis, tum fornaci locum facito, ut q̃ altiſſima, & q̃ minime uentoſa ſiet. Per tranſlationem accipitur pro tumido, inflato, uano, & inani, (κενός) ut Ventoſa uerba, id eſt, inflata quidem & tumida, cæterum ſine ullo pondere & effectu. Ventoſa natio, id eſt, leuis, & uana. Plin. in Paneg. Superbiebat uentoſa, & inſolens natio. Ventoſa gloria, κενοδοξία. Verg. 11. Aen. Iam noſces, uentoſa ferat cui gloria fraudem. Hora. 1. Epiſt. 19. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor, Impenſis cœnarum & tritæ munere ueſtis.

VENTRICVLVS, li, (γαστήρ, γαστρίδιον, κοιλία) cibi & potus receptaculum, primæq́ue coctionis inſtrumentum, quod & Stomachum nonnulli appellãt. Celſus lib. 4. cap. 1. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi eſt, conſtat è duobus tergoribus: isq́ue inter lienem & iecur poſitus.

VENTVLVS, {Venticello} (ἀνεμίδιον) diminutiuum, lenis, & exiguus uentus. Terent. in Eunuc. Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito, dum lauamur.

VENTVS, ti, maſc. gen. {Vento} (ἄνεμος, πνεῦμα) exhalatio ſicca (teſte Ariſtotele in Meteoris) è terra reſoluta, cum aliqua uirtute cœleſti compoſita. Cic. 2. de Diuin. Placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi ſunt, cum fluere cœperint, uentos eſſe. Idem pro Cluentio: Mare quod ſua natura tranquillum ſit uẽtorum ui agitari atque turbari. Verg. 1. Aen. Incute uim uentis, ſubmerſasq́ue obrue puppes. Ventum (inquit Auguſtinus lib. de Quantitate animæ) nihil aliud, q̃ iſtum aerem commotum, ac agitatum eſſe ſentimus. Quod in loco tranquilliſſimo, & ab omnibus uentis quietiſſimo, uel breui flabello approbari poteſt. quo etiam muſcas abigentes aerem commouemus, flatumq́ue ſentimus. Quod quum euenerit occultiore quodam motu cœleſtium, uel terrenorum corporum per magnũ ſpatium mundi, Ventus uocatur, ex diuerſis partibus cœli nomina etiã diuerſa ſortitus. Sunt autem quatuor præcipui uenti, à quatuor mundi cardinibus flantes, quorum rurſus ſinguli in ternos diuiduntur. Ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, qui ad Septentrionem habet Vulturnum, à uoluendis nubibus dictum: ad meridiem Eurum, ſic dictum, quia late flat. Hi ſunt calidi & ſicci, quia ſub ſole diu morantur. In ortu diei ſalubres ſunt, quia ueniunt à regionibus tẽperatis. Ab occaſu æquinoctiali Fauonius eſt: dictus q̃ foueat quæ naſcuntur. Huic Circius proximus eſt ad Septẽtrionem, Zephyrus ad Auſtrum. Sunt iſti temperate frigidi, & humidi, quia Sol paruam facit moram in occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum deſiccat. In fine diei ſalubres ſunt, quia à Sole tunc ſubtiliores redduntur. A meridie Auſter eſt, dictus q̃ hauriat aquas. Huic ad Orientem Notus eſt, qui Græcè ſic dicitur ab humore. Africus ad Occidentem. Hi omnes cum calidi ſint, & humidi, nubes, pluuiasq́ue inducunt, citant tempeſtates marinas, impediunt uirtutes animales, & grauitatem corpori afferunt. A' Septentrione Boreas eſt. Huic ad Orientem Aquilo ſurgit, ad Occaſum Corus. Hi uenti frigidi ſunt & ſicci, unde corpora indurant, poros cõſtringũt, humores purificãt. Ventus operam dat, dixit. Pla. in Mil. id eſt, proſper eſt. Ventum popularem quærere in re aliqua, eſt populi plauſum, & ſecundum rumorem, fauoremq́ue inanem aucupari. Quatuor uenti, pro quatuor cœli cardinibus, à quibus quatuor præcipui flant uenti. Verg. 4. Geor. Parietibusq́ue premunt arctis, & quattuor addunt. Quattuor à uentis obliqua luce feneſtras. Ventus ſecundus, pro ſecunda fortuna, μετὰ φοράς. Cic. ad Att. lib. 2. Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nunc uenti ualde ſunt ſecundi, reddo meliorem? Ventus, pro procella, & turbine in Rep. Cic. in Piſ. Neq́ue tam fui timidus, ut qui maximis turbidinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernaſſem, ſaluamq́ue in portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculam pertimeſcerem: alios ego uidi uentos, alias proſpexi animo procellas.

VENTRALE, huius uentralis, neu. gen. (τὸ ἐπιγάστριον ἐπίβλημα) ueſtimentum uentrem contegens. Plin. lib. 8. ca. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla ueſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia.

VENTRIOSVS, a, um, {Ventroſo, panzuto, tripone} (γαστρώδης) qui magnum habet uentrem. Plaut. in Merca. Canum, uarum, uentrioſum. Idem Aſin. Macilentis malis, rufulus, aliquantulum uentrioſus. Pro eodem nonnulli utuntur, Ventricoſus, interiecta inter duas uocales c. conſonante, quamuis primitiuum eam literam non habeat. Quod etiam in aliis nonnullis adiectiuis euenire uidemus: ut ab Arcadia fit Arcadicus, ab Italia Italicus.

VENTROSVS,a,um,(γάστρων, γαστρώδης) Pli.lib.14,cap.21.de doliis loquens inquit: Ventroſa,ac patula minus utilia.

VENVLVS,apud Verg.lib 8.et 11.Aen.nomen eſt unius ex Latinorum proceribus.qui in Magnam Græciam legatus miſſus,ut Diomedem in belli ſocietatem aſciſceret,re infecta redijt.

VENVCVLA,nux genus,quod in ollis conditum, quam diutiſſime incorruptum ſeruabatur.Col lib.3.cap.2.Item quarum nux temporibus hyemis durabiles uaſis conduntur, ut uenuculæ, ut nuper in hos uſus exploratæ Numiſianæ.Plin.lib.14.cap.2. Venuculam appellat per tertiam uocalem in ſecunda ſyllaba. Venuculam(inquit)inter optime defloreſcentes.& ollis aptiſſimam,Campani malunt Sirculam uocare. alij Staculā. Philippus Beroaldus utrobiq; Venuncula m,legendū exiſtimat quemadmodum & apud Horat. in præceptis Catianis: Venuncula conueniť ollæ. Venuculum,farris genus. Cluſino ponderoſius. Col.li.2.ca.6.Far,quod uocatur Venuculū, rutilum,atque alterum candidum,ſed utrunq; maioris ponderis,q̄ Cluſinum. Quo in loco Ruellius legit Vermiculum.nonnulli etiam Vernaculum: quam lectionem etiam Plinio teſte tueri conantur,quem aiunt Vernaculum inter adorei genera enumerare: quod tamen nos apud Plinium inuenire non potuimus. Verum illi acutiores fuerunt, qui uiderunt,quód nuſquam erat.Idem lib.2.cap.6. Far quod uocatur uenunculum rutilum, atq; alterum candidum,ſed utrunque maioris ponderis, q̄ Cluſinum. Eo tamen in loco Ruellius legit Vermiculum ex Plinio fortaſſe,qui libr. 22.cap.25.ait in farre uermiculum eſſe teredini ſimilem, qui dentibus uitiatis medeatur.

VENVM,{Ad eſſer uenduto, à uendere} aliqui aduerbium eſſe putant quemadmodum & Peſſum:uſurpatur tamen pro ſupino uerbi Veneo.admittitq; ſecū præcipue hæc uerba Eo,Do,Expono,& fortaſſis nonnulla alia. Eſt autem Venum ire,idem quod uendi. Venū dare,idem quod uendere: pro quo etiam unica dictione compoſita dicimus Venundare.Liu Se uenum à primoribus datos. Liu lib 3. Tum etiam legem fecerunt,ſanciendo,ut qui Tribunis plebis, Aedilibus,iudicibus,Decemuiris nocuiſſet,eius caput Ioui ſacrū eſſet, familia ad ædē Cereris,liberi,liberiq; uenum irent.id eſt,uenderentur. Sall. in Iugur. Quippe cui omnia uenum ire,in animo hæſerat: Vbi illud notandum eſt,q; dicimus, Venum ire,non Venum iri,ſicut Vapulatum ire,non iri,quia Venum & Vapulatum ſemper ſunt paſſiuæ ſignificationis, ne duo paſſiua copulentur. In cæteris uero quæ ambigua ſunt,q; actiue & paſſiue accipi poſſunt, ad diſtinguendum ſenſum,accommodamus infinitum hoc uel actiuum,uel paſſiuum:ut. Video te amatum ire,uel iri.quia talia ſupina ſunt ancipitis ſignificationis.

VENVNDO,das,{Dare à uendere}(πωλέω, ἀποδίδομαι, ἀπεμπολέω, ἀπεμπολάω)ex Venum.et Do idem quod uendo.Cic.3.Offic. cum in uenundando rem eam ſciſſet,nec pronunciauiſſet emptori. Plin. lib. 35. Octoginta talentis uenundatas. Hinc Venundatio, onis,(ἀπεμπόλησις) idem quod uenditio.

VENVS,Veneris,{Dea Venere,ſtella,Diana libidine,bellezza}(ἀφροδίτη,καὶ πρεπωδία)ab antiquis amorum,gratiarū,pulchritudinis, deliciarum, uoluptatumq; omnium habita eſt dea ita dicta à Veniendo. q; ad omnes res ueniat, ut autor eſt Cic.2.de Nat.Deo.Hanc Poetæ ex ſpuma maris, & Cœli teſticulis natā fabulantur,à Saturno exectis,& in mare proiectis: unde & παρὰ τὸν ἀφρὸν hoc eſt à maris ſpuma Aphroditen appellarunt. Eſt item Venus, una errantium ſtellarum,inter Solis & Mercurij ſphæras ſita, quæ φωσφόρος Græce Lucifer Latine dicitur.quando antegraditur Solem:cum autem ſubſequitur. Heſperos,Veſper.& Veſperugo.Ponitur etiā Venus pro libidine,& re ipſa Venerea,quā & Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. Terent. in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus.Seneca.Quod in Venerē pronior eſſet.Verg.2.Geor.Frigidus in Venerē ſenior,fruſtraq; laborē Ingratū trahit.Pli.li.24.ca.9. Ad Venerē impetus inhibent.Ouid.1.de Arte:Nos Venerē tutā, conceſſaq; furta canemus. Interdum pro pulchritudine,uenuſtate,ornatu, elegantia, εὐσχημοσύνη χαριεντισμός.Quint.li.6 ca.4. Quod cū gratia quadā & Venere dicitur.Idē lib.10.ca.1.Iſocrates omnes dicendi Veneres ſecutus eſt. Eſt præterea Venus talorum iactus Venerius,ex quatuor conſurgens talis diuerſam faciē oſtendentibus,Sueto.in Aug cap.71.Talis enim iactatis, ut quiſque canē aut ſenionem miſerat,in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat uniuerſos,qui Venerem iecerat. Venerū quatuor meminit. Cic.lib.3. de Nat. Deo.cuius uerba ſunt: Venus prima Cœlo, & die nata, cuius Elide delubrum uidemus. Altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundū natum accepimus. Tertia Ioue nata.& Iunone,quæ nupſit Vulcano. ſed ex ea, & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria,Cyproq; concepta,quæ Aſtarte uocatur,quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Hæc ille. Hinc Venereus,a,um, ſiue Venerius,(ἀφροδίσιος)quod ad Venerem pertinet:ut, Venereæ uoluptates. Venerea res. Pli.li.24.cap.9. Ad Venereæ res impetus inhibent. Venereus homo,Veneri cōſecratus. Cic. pro Cluent.Cumq; itē, ut in Sicilia permulti Venerei ſunt,ſic illi Latini in Martis familia numerarentur.

VENVSIA,æ,{Venuſa}(Οὐενουσία Ptol.) oppidum Appulorum Dauniorum, non procul a finibus Lucaniæ,patria Horatij Poetæ,qui ab eo dictus eſt Venuſinus. Meminit huius oppidi Plin.lib.3.cap. 11.

VENVSTAS,atis,{Venuſtà, bellezza, gratia}(εὐσχημοσύνη, χαριεντότης) pulchritudo,formæ elegantia,gratia,aſpectus.Cic. 1.Offic. Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à ualetudine. Idem in Ora. Vultus multam affert tum dignitatem,tum uenuſtatem.Firmicus lib.4. Matheſeos. Si Luna à Ioue defluat ad Venerem,facit uenuſtos,& quibus ex uenuſtate poteſtas maxima comparetur. Accipitur etiā Venuſtas.(χαριεντισμὸς,σεμνολογία) pro lepore,ſiue gratia dicendi,& uenere,amabiliq; ſuauitate Cic. 1.de Ora. Dicendi uis egregia ſumma feſtiuitate,& uenuſtate coniuncta profuit.Idem 7. Verr. Iſte autem homo Venerius & aſtutus omni lepore & uenuſtate.&c. Quintil. lib.4.cap 2. Commendatur expoſitio uenuſtate. Cic. 1.de Orat. Tum ea denique ueſtire atque ornare oratione,poſt memoria ſepire, ad extremum agere cū dignitate & uenuſtate.

VENVSTVS,a,um,{Venuſto,bello,galante,gratioſo}(ἐπαφρόδιτος. ἐπίχαρις, χαρίεις. εὐσχήμων)quod in ſe habet uenuſtatē: ut, Venuſtus homo, & Venuſta oratio,ſicut Lepidus homo,& Lepida oratio Catul. de paſſere. Lugete ô Veneres,Cupidineſq;, Et quantum eſt hominum uenuſtiorum. Cice. de Clar. Orat. Geſtus & motus corporis ita uenuſtus,ut tamen ad forum, nō ad ſcenam inſtitutus uideretur. Idem 2.de Oratore: Sed quum omnium ſis uenuſtiſſimus, & urbaniſſimus,&c. Venuſtus uultus,ingenuus,elegans. Terent. in And. Et uultu Soſia adeo modeſto, adeo uenuſto ut nihil ſupra. Lepidus autem & Venuſtus ita inter ſe differunt.q; Venuſtum uocamus,ut ait Quintil. lib. 6. cap.4. q; cum gratia quadam,& Venere dicitur,(ἐπίχαρι τὸ,ἐπαφρόδιτον) Lepidum,quod rotunditate quadam & breuitate, atq; acumine uerborum delectat. Hinc Venuſtè,aduerbium. Cælius ad Cic.lib.8. Qua in re mihi uidetur illud perquam uenuſtè cecidiſſe. Venuſtulus,diminutiuum. Pla.in Aſi. Compellando blanditer. Oſculando,oratione uinnula uenuſtula.

VENVSTO,as,{Ornare}(καλλύνω)orno. Huius contrarium eſt Deuenuſto. Gell. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

VEPRECVLA,læ,{Spina picciola}(ἀκάνθιον)diminutiuum à Vepres, idē ſignificans q; ſpinula. Cic.pro Seſtio: Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Remp.conaretur arrodere.

VEPRES, huius uepris, {Spina}(ἄκανθα) ſpinæ genus nocentioribus aculeis,quibus tenaciter prætereuntium ueſtibus adhæret.unde & nomen accepiſſe exiſtimant,q; uehementer prehendat. Verg.8. Aen. Sparſi rorabant ſanguine uepres.

VEPRETVM,ti,{Spineto,ſiepe ſpinata, fratta}(ἀκανθών) locus ueprib us plenus.Col. lib. 4. cap. 32. Fluminum ripis,& limitibus ac ueprętis commodius,q̄ medijs agris deponitur.

VER,huius ueris,{Prima uera}(ἔαρ)anni quadripertiti pars temperatiſſima: ita dicta à Virore,teſte Varrone Linguæ Latinæ lib. 5. quod tum uirgulta uirere incipiant. ſiue à uertendo q; tunc uertere ſe incipiat anni tempus: ſiue ab eo quod Iones ἦρ dicunt,pro eo quod communi lingua dicitur ἔαρ. Cic.7.Verr. Cū autem uer eſſe cœperat,cuius initium iſte non à Fauonio neque ab aliquo aſtro notabat:ſed cum roſam uiderat,tum incipere uer arbitrabatur. Diuiditur autē uer, ut cæteræ anni partes,in portiones tres: in Ver nouum,ſiue primum, adultū, & præceps. Nam cum uernum tempus ſit trimeſtre primus menſis primo,ſiue nouo ueri aſſignatur: ſecundus adulto tribuitur,tertius præcipiti ſiue cadenti. Ver. 1.Geor. Vere nouo,canis gelidus cum montibus humor Soluitur. Plin.lib.10. cap.29. Luſciniæ pariunt uere primo cum plurimum ſena oua. Liuius. Primo uere exercitum moturus erat. Ver ſacrum,ſacrificij genus erat apud Italos quo dijs immolabatur,quicquid proximo uere apud ipſos natum eſſet. Quam conſuetudinem à Sabinis ortam putat Strab. libr. 5. qui aduerſus Vmbros cum aliquoties infeliciter pugnaſſent, Marti uotum fecerunt, ſi uictoria potiri contingeret,ſe illi conſecraturos,quicquid proximo uere apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam eſſent reuerſi omnem pecoris prouentum Marti immolarunt. liberos quoque eo uere natos quoniam crudele uidebatur occidere Martis miniſterio conſecrarunt. poſteaq; adultos uelato capite, extra fines ſuos exegerunt. Quondam(inquit Siſenna lib.4.Hiſtor.) Sabini feruntur uouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet.ſe uer ſacrum facturos. Liu. lib.42. ab urb. Ver ſacrum factū erat priore anno M. Portio, & L. Valerio Coſs. Id cum P.Licinius Pontifex nō eſſe rectè factum collegio primum,deinde ex autoritate collegij patribus renuntiaſſet de integro faciendum arbitratu Pontificū cenſuerunt,ludoſq; magnos,qui una uoti eſſent,tanta pecunia,quanta aſſolerent: faciendos. Hinc Vernus,a,um.(ἐαρινός)quod eſt ueris: ut, Verni flores, Vernum æquinoctium. Plin.lib.10.cap. 31. Olores non temere foetus faciunt ante æquinoctium uernum. Ouid. 3. Triſt. At mihi ſentitur nix uerno ſole ſoluta. Hor de Arte: O' ego læuus, Qui purgor bilem ſub uerni temporis horam. Cic. 5. Tuſc. Alia uerno tempore tepefacta frondeſcunt. Idem de Senect. Breue enim tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteq; uiuendum. ſin proceſſerit longius,non magis dolendum eſt,q̄ agricolæ dolent præterita uerni temporis ſuauitate æſtatem autumnumq; ueniſſe.

VERATRVM,tri,pen.cor.(ἐλλέβορος)herba eſt,quam Græci uocant Helleborum,uehementem habens uim purgandi,educendiq; humores noxios, principis animæ facultatum ſedem infeſtantes: unde melancholicis & furioſis dari ſolet,& comitiali morbo laborantibus. Perſius Saty.3. Non eſt hic Ilias Acceſſit Ebria ueratro. Dictum autem putatur Veratrum à uertenda mente. Eius duo ſunt genera,album & nigrum: de quibus ſatis multa dicta ſunt ſupra in dictione Helleborus.

VERAX,cis,{Verace}(ἀληθινός)qui uera loqui ſolet,& mentiri non conſueuit. Cic. 1.de Diuin. Multis ſeculis uerax fuit id oraculum. Ibidem: Tū et uiſa quietis occurrent tranquilla,atq; ueracia. Hinc Veracitas, perpetua uerum dicendi conſuetudo.

VERBA DARE,{Dar la berta,uccellare le perſone,ingannare}(παραλογίζεσθαι)eſt decipere. Terent. in And. Cui uerba dare difficile eſt.

VERBA AD REM CONFERRE,{Far cio che l'huomo dice}(τοῖς ἔργοις πιστοῦν)hoc eſt,re ipſa uerborum fidem facere, & dicta factis cōprobare. Teren. in Eun. Verum ſi uerba ad rem conferet, uapulabit.

VERBALE,(ῥηματικὸν)quod à uerbo deſcendit:ut, lector à Lego, Doctor, à Doceo,dictio Grammaticis familiaris.

VERBANVS,{Lago maggiore}lacus Ciſalpinæ Galliæ, Ticinum ex Alpibus defluentem accipiens,& eundem in Padum tranſmittens. Nunc Lacū maiorem appellant. Plin.lib.9.cap.18 Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium, Larius & Verbanus appellantur,in quibus piſces omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt,ſquamis conſpicui crebris,atq; præacutis clauorum caligarium effigie,nec amplius q̄ circa eum menſem uiſuntur.

VERBASCVM,(φλόμος)herba eſt duo ſumma habens genera, album & nigrum,folij colore diſtincta Galli Boulionem album,& nigrum appellant. Candidum rurſus in marem & fœminam diuiditur. Fœmina folia habet braſſicæ,ſed hirſutiora,latiora,& candidiora,caulem cubitalem,candidum.& leuiter piloſum,florem album aut ſubpallidum,ſemen nigrum,radicem longam, acerbam,digitali craſſitudine Naſcitur in campeſtribus. Mari folia candicant, ſed longiuſcula ſunt & anguſtiora,q̄ fœminæ,caulis quoq; tenuior. Verbaſcum uero nigrum omnia hæc paria habet,folia tantum latiora, minuſq; candida. Eſt & ſylueſtre uerbaſcum,altum,uirgis arboreis,folio ſaluiæ, orbibus uirgas cingentibus

gentibus ut marrhubium, flore luteo, fulgore auri. Vide Pli. lib. 35. cap. 20.

VERBENA, næ, ſiue Verbenaca, {*Herbena, uerminaca*} (περιστερεών) herba eſt ramulos habens cubitales, anguloſos in quibus ex interuallis folia quercus, ſed minora anguſtioraq́, eiſdem diuiſuris in ambitu, colore aliquatenus cæſio: radicem autem longam, tenuem: flores purpureos, & graciles. Galli ex Latino uocabulo litera tantum una immutata Veruenam appellant. A Græcis etiam Hierobotane (ἱερὰ βοτάνη Dioſc.) dicta eſt, propterea ꝙ ad multos ſacrorum uſus ea uterentur. Pli. li. 25. c. 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, ꝙ̄ hierobotane. Aliqui periſtereona, noſtri uerbenacã uocant. Hæc eſt, quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus. Hac Iouis menſa uerritur, domus purgantur, luſtranturq́. Hæc ille Periſtereona aũt Græci ideirco appellarũt, ꝙ plurimum in ea manſitent columbæ. Καταχρηστικῶς tamen quaslibet herbas & frondes feſtas, ad aras coronandas, ex puro loco decerptas, Verbenas appellamus, quaſi herbenas: quod & Donatus annotauit in locum illum Andriæ Terẽtianæ, Ex ara uerbenas, hinc ſume. Quo profectò in loco Ter. non uidetur intellexiſſe herbam illam, quam propriè Verbenam appellari diximus, cum apud Menãdrũ, à quo illa tranſtulit, μυρσίνη, hoc eſt, myrtus legatur. Pli. lib. 22. c. 2. uerbenatum, & ſagminum nomine idem ſignificari ait, hoc eſt, gramẽ ex arce cum ſua terra euulſum: itaq́ ſemper uſos legatos, cum ad hoſtes clarigatũ mitterentur: indeq́ unum ex iis, qui uerbenas ferret Verbenatium fuiſſe appellatum.

VERBENACA, cæ, (περιστερεών, ἱερὰ βοτάνη) herba prorſus eadem cũ uerbena: de qua ſatis multa in dictione præcedenti.

VERBER, eris, {*Baſtone, uerga bacchetta, ſcorigiata*} (μάστιξ, κέντρα) inſtrumentum uerberandi (inquit Valla lib. 6.) longum, & exile, qualis eſt uirga, baculus, fuſtis, lora, flagellũ, ferula, arundo, & ſi quid eſt ſimile. Verg. lib. 3. Geor. —Illi inſtant uerbere torto. Cic. 7. Verr. Ne catenæ, ne uerbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum. Plin. lib. 8 ca. 9. Domantur autem rabidi fame & uerberibus. Ter. And. Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam uſque ad necem.

In uitibus quoque & arboribus Verbera dicuntur, teneriores uirgæ longitudine & flexibilitate ſua flagrorum ſpeciem referentes. unde & Flagella à rei ruſticæ ſcriptoribus appellantur: Quint. Declamat. ult. Ignesq́ ex proximo rapiος, uerberaq́, quæ caſus obtulerat in uado. Verbera nonnunquam pro ipſa uerberatione, ſiue pro ictibus accipimus. πληγαὶ, αἰκίσματα. Verg. Georg. Ac neque eos iam fræna uirum, nec uerbera ſæua, Non ſcopuli, rupesq́ cauæ, atque obiecta retardant Flumina, &c. Ter. Heaut. Tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera. Radiorum uerbera. Lucr. lib. 1. Quoniam miteſcere multa uidebant Verberibus radiorum, ac æſtu uicta per agros. Ventorum uerbera uitare, apud eundem lib. 5. Linguæ uerbera (λοιδορίαι) obiurgationes. Hora. 3. Car. Ode 22. Aut exanimari metuentes patruæ uerbera linguæ.

VERBERALIS, (μαστιγίας) id eſt, uerbero, ſeu uerberibus dignus quaſi uerberabilis. Vnde ſuperlatiuum Verberaliſſimus, deduxit Pla. in Aul. Verberaliſſime (inquit) etiam rogitas? non fur, ſed trifur. Sic enim habent emendatiora exẽplaria, quanquàm non deſunt, in quibus Verberabiliſſime, legatur.

VERBERATVS, tus, {*Battitura*} (μαστίγωσις, αἴκισμα) ipſa uerberatio. Pli. lib. 3 r. cap. 3. Si etiam expreſſa in altum, aut è ſublimi deiecta, uerberatu corripiant aera. Verberatus, (ἐγκέλευσις) pro impulſu. Curt. lib. 7. Si cum propemodum tuo uerberatu ei omnes te præeunte iurauimus, eoſdem nos inimicos, &c.

VERBEREVS, a, um, (μαστιγίας) uerberibus dignus. Pla. in Pſeu. Sed eccũ uideo uerbeream ſtatuam, ut magnificè infert ſeſe. Idem Perſa: Ain uero uerbereum caput?

VERBERITO, as, {*Strabattere*} (καταμαστίζω) ſæpe uerbero. Feſtus: Verberitare idem Cato frequentatiue ab eo quod eſt uerbero dixit.

VERBERO, ras, {*Battere, baſtonare, dar de le botte, dar de le mazzate*} (μαστιγόω, μαστίζω) cædo uerbere. Sic. n. à uerbere fit Verbero, quomodo à fuſtis Fuſtigo, à flagellum flagello. Cic. 7. Verr. Quæ cum apud te diceret, uirgis oculi uerberabantur. Verberari etiam uerbis quis dicitur, quoniam (ut teſtatur Nonius) nõ ſolum uerberare à uerberibus dictũ, ſed etiam à uerbis. Plaut. in Trinc. Me illis quidem hæc uerberat uerbis. Verberare conuicio, uel iniuria, eſt laceſſere. Ci. fil. ad Tiron. lib. 16. Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuicio. Huius compoſita ſunt Diuerbero, Euerbero, Reuerbero, & Tranſuerbero: quorum ſignificata explicuimus ſuis locis.

VERBERO, nis, maſc. ge. {*Huomo da baſtone, pezza d'aſino*} (μαστιγίας) uerberibus dignus, uel qui perpetuo uapulat, quem etiam Græco uocabulo Maſtigiam uocamus. Pla. in Amph. Ai'n' uero uerbero? Idem: Tun' me uerbero Audes herum ludificarier?

VERBIGERO, ras, {*Cianciare, cicalare*} (διαλέγομαι) uerba facio. Apul. Nimis multa oratio eſt, ſi uelim memorare quę ego contra reſponderim, ꝙ̄ diu, & quoties inter nos uerbigeratum ſit. Verbum eſt nouum, & inuſitatum.

VERBOSVS, a, um, {*Cianciatore, pieno di parlar*} (πολυλόγος, πολύμυθος) multiloquus, garrulus, locululeius. Cic. pro Mur. Non ſolum iſta ueſtra uerboſa ſimulatio prudentiæ: ſed etiam ipſa illa domina rerum ſapientia. Quint. lib 2. cap 4. Vt quidam ſententiarum gratia uerboſiſſimos locos arceſſunt, cum ex locis debeat naſci ſententia. Cic. Mario lib. 7. Habes epiſtolam uerboſiorem fortaſſe, ꝙ̄ uelles. Hinc Verboſè, adverb. (πολυλόγως) multis uerbis. Cicer. pro Mur. Satis uerbòsè, ſed quid poſtea?

VERBVLVM, li, {*Paroletta, parolina, parolucca*} (ῥημάτιον) diminutiuũ Hieronymus: Secreta uerbula non carent ſuſpicione.

VERBVM, bi, {*Verbo, parola*} (λέξις, ἔπος) generaliter accipitur ꝓ quauis dictione, quæcunq; ea ſit orationis pars: unde nomen habens, ꝙ aeris uerberatu formetur. Varro tamen à ueritate deducit, ꝙ uerum nos loqui oporteat. Ter. in Eunuc. De excluſione uerbũ nullũ. Idem Hecy. Verbis dici nõ põt Tantũ, ꝙ̄ te ipſa inuiſgare incõmodũ eſt. Cice. 2. de Ora. Neq; n. quoties uerbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties eius uerbi literæ ſunt cogitatione conquirendę. Aliquãdo ſpecialiter, pro parte orationis per tẽpora & perſonas declinabili, ῥῆμα. Vnde Verbale nomẽ dicimus, ꝙ à uerbo originẽ accepit. Nõnunꝙ̄ Verba (λόγοι) ita accipimus, ut rebus, ſiue factis opponantur. Ci. in Sal. Vbi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt uerbis. Hinc Verba dare dicimus ꝓ decipere, & uerbis circumuenire. παραλογίζεσθαι. Cic. Att. Verba dari mihi, facile patior: meq́ libenter præbeo credulum. Interdum ita accipimus Verbum ut ſcripto opponatur: unde Verbo alicui mandata dare, hoc eſt, uiua uoce, & non ſcripto. Ci. li. 7. Epi. Plura illi mandata uerbo, quàm ſcripto dedi. Nonnunꝙ̄ non ſingulas tantum dictiones Verbi nomine complectimur, uerum etiam ſolidas orationes. Quo fit, ut modo ſententiam aliquam inſignem, modo tritum prouerbium, Verbũ appellatum inueniamus. Ter. Adel. Poſtremo illud non meum uerbum facio, ꝙ Mitio bene & ſapienter dixit. Et paulo ante. Nam uetus uerbũ hoc quidẽ eſt, Cõia eſſe amicorũ inter ſe omnia. Meis uerbis, locutio in primis elegans, pro eo quod eſt, meo nomine: Cic. Att. Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis uerbis ſuauiũ des. Et alibi. Tu Atticam, quæſo cura: & ei ſalutẽ, & Pyliæ, Tulliæ quoq; uerbis plurimam. Idem li. 4. Epi. Cum Sura locutus ſum ut ei meis uerbis diceret. Idẽ li. 16. Si ei meis uerbis eris gratulatus. Verbi cauſa, idem ualet quod exempli gratia. Ci. de Fato. Siquis, uerbi cauſa, oriẽte Canicula natus ſit. Verbi gratia, in eadem ſignificatione, apud Cic. 1. Acad. Verba facere, (διαλέγεσθαι) diſſerere, orationem habere, diſputare, prologui: ut, Facere uerba in Senatu, apud eundẽ 5. Verg. Idem de Cla. Ora. Qui nunꝙ̄ uerbũ in publico fecerunt. Verba mortuo facere, in eadem ſignificatione dicimus, qua Surdo fabulam narrare: hoc eſt, ei uelle aliquid perſuadere qui aut nõ audiat, aut nolit audire. Ter. in Phor. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego: Sed eam, quæ ſit ignoſcenda. P. uerba fiunt mortuo. Verbum de (uel è) uerbo exprimere, id eſt, ad uerbum transferre. Ter. in Prol. Adel. Eum hic locum ſumpſit ſibi in Adel. uerbum de uerbo expreſſum extulit. Verbum reddere uerbo. Hora. de Arte: Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpres. Verbum pro uerbo reddere. Idem Cic. de Opt. Ora. gen. Conuerti. n. ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Aeſchinis, Demoſthenisq; nec conuerti, ut interpres, ſed ut orator, ſententiis iiſdem, & earum formis, tanꝙ̄ figuris, uerbis ad noſtram cõſuetudinem aptis. in quibus non uerbũ pro uerbo habui neceſſe reddere, ſed genus omnium uerborum, uimq́ ſeruaui. Totidẽ uerbis transferre, pro eodẽ apud Cic. lib. 6. ad Att. Eiſdem uerbis aliquid reddere. Idem Cic. de Clar. Orat. Primum, inquit, memoria tanta, quantam in uiro cognouiſſe arbitror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis eiſdem redderet, quibus excogitauiſſet. Quod Cice. Eiſdem uerbis. Quint. lib. 10. cap. 6. Ad uerbum dixit.

VERCELLÆ, arum, plu. nume. {*Vercelli*} (Βέρκελλαι) urbs Tranſpadanæ Italiæ, quam Plin. lib. 3. cap. 17. in undecima regione Italiæ collocat, non procul à Taurinis. Vulgo Vercell.

VERECVNDIA, æ, {*Vergogna, uergonzia*} (αἰδώς) metus iuſtæ reprehenſionis, modeſtia, contraria arrogantiæ. & idem ferè quod pudor. à quo tamen in hoc differt, teſte Donato, ꝙ Verecundia, ingenuitatis cuiuſdam ſit & modeſtiæ: unde & in laude ponitur: Pudor uero, (αἰσχύνη) animi ſibi male conſcii ob ſcelus aliquod perpetratum. Cic. pro Quintio: Homo timidus, uirginali uerecũdia. Liu. 1. ab Vrbe. In eam uerecundiam adducti ſunt, ut ciuitatem totã in cultũ uerſam deorum uiolari ducerent nefas. Pli. Epi. 7. lib. 2. Cauſas ſumma fide pari cõſtantia, nec uerecundia minore defendit.

VERECVNDE, aduerbium, (αἰδημόνως) cum uerecundia. Cice. 5. De Finib. Tum ille, timide, uel potius uerecunde, Facio, inquit, equidem. Cic. 2. de Fini. Cyrenaici quidem non recuſant: ueſtri hæc uerecundius, illi fortaſſe conſtantius.

VERECVNDOR, aris, {*Vergognarſi*} (αἰδοῦμαι) uerecundia teneor. Cic. lib. 3. de Orat. Alterum cunctantem, & quaſi uerecundantẽ incitabat. Pla. in Trin. Verecundari neminem apud menſam decet.

VERECVNDVS, a, um, {*Vergognoſo, reſpettoſo*} (αἰδήμων) qui uerecundia tenetur, id eſt, iuſtæ metuens reprehenſionis. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. Illa uerecundis lux eſt præbenda puellis, &c. Cic. 3. de Leg. Verecundus eſt, qui ut bene audiat, erubeſcit, & pudet impudica loqui. Verecundus, & parcus in transferendo, hoc eſt, non nimium audax, aut frequens in tranſlationibus, qui ſcilicet metaphoris utitur non nimium duris, neq; longe petitis. Idem de Ora. Nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus & parcus. Verecunda tranſlatio, id eſt, modice detorta, & non nimis longe petita apud eundẽ lib. 16. Epiſt.

VEREDVS, di, pe. pr. {*Corſiere, caual barbaro*} (ἵππος ταχυδρόμος) equus curſus uelociſſimi. quibus antiqui utebantur in uenatione. Martia. lib. 14. Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi. Nam ſolet à nodo ſurgere ficus equo. Veredis etiam utuntur principum tabellarii, qui mutatis per ſtationes equis, ꝙ̄ uelociſſime, quo inſtituerunt, perueniunt: qui inde etiam Veredarii appellati ſunt. Iul. Firmicus Matheſeos lib. 3. Regum nuncios, ueredarioſq́ reddunt. In qua etiam ſignificatione uocem eandẽ uſurpauit Procopii interpres Belli Perſici li. 2. Sunt qui ueredum dictum putant, à uehenda rheda: unde & Veredarium urbis, apud Hieronymum legimus, metaphora profectò non inuenuſta, pro gubernatore, rectore, ſeu adminiſtratore. Singulæ (inquit) metuunt ueredarium urbis offendere. Quanquam non deſunt, qui Rhedarium ibi potius, quam Veredarium, legendũ cenſeant.

VERENDA, orum, ge. neu. num. plur. tantum, {*Vergognoſe parti*} (τὰ αἰδοῖα) corporis partes pudendæ, quæ ſine uerecundia nominari non poſſunt. Pli. Epiſt. 14. lib. 3. Repente eum ſerui circumſiſtunt, alius fauces inuadit, alius os uerberat, alius pectus, & uentrem, atq; etiam (fœdum dictu) uerenda contundit.

VEREOR, eris, itus, {*Dubitare, temere ſtare in ſoſpetto*} (εὐλαβοῦμαι, αἰδοῦμαι) cũ obſeruãtia quadã, & ingenuo pudore metuo. Eſt. n. Vereri propriè liberorum: qui honeſtatis gratia mouentur: Timere aũt ſeruorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt. Dictum Vereor à ue, & reor, quaſi ualde reor, quia ea quæ timemus, multi facere, ac diu cogitare ſolemus. Ci. ad Att. lib. 7. Et quod ſcribis in urbem ſutroiſſe, uereor quid ſit. Ter. And. Sed quidnã Pamphilum exanimatum uideo? uereor quid ſiet. Et ut dicimus Timeo te, tibi, à te, ſic dicimus, Vereor te, tibi, à te, in eadem differentia, quam explicauimus in uerbo Timeo. Cic. 4 Acad. Vos autem uereor ni mihi ne labar, &c. Ter. in And. Ego dudum nonnihil ueritus ſum Daue abs te. &c. In eadem ſignificatione dixit Cic. in Cat. Maio. De qua (loquitur de Carthagine) non ante uereri deſinã &c. id eſt, timere ne nobis malum inferat. Verens. tis, par ſeu nomen è participio, timens, metuens. Cic. ad Papyrium lib. 4. Qui te ad ſcribendum incitauit, uerentem, ne Silius ſuo nuncio aliquid mihi ſolicitudinis attuliſſet. Huius compoſitum Reuereor, cuius ſignificatio ſupra explicata eſt ſuo loco.

VERENDVS, a, um, (αἰδέσιμος) idem quod uenerandus. Ouid. 4. Meta. Et

abſtulit illis, Quod mortale fuit, maieſtatemq́; uerendam Impoſuit: nomenq́; ſi mul faciemq́; nouauit. Idem 4. de Ponto Eleg. 1. Curia, cum patribus fuerat ſti pata uerendis.

VERETRVM, ueretri, (πέος, αἰδοῖον) penis, mentula, membrum uirile Suet. in Tiberio ca. 62. Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiã, ut larga me ri potatione per fallaciam oneratos repente ueretris deligatis, fidicularum ſimul, urinæq́; tormento diſtenderet.

VERGILIAE, (πλειάδες) ſeptem ſunt ſtellæ in genu Tauri: ita dictæ, quòd cir ca æquinoctium uernum matutino oriantur. Verg. 1. Georg. Nauta tum ſtellis numeros, & nomina fecit, Pleiadas, Hyadas, claramq́; Lycaonis Arcton. Vi de de his plura in dictione Pleiades.

VERGILIVS Maro, (Βιργίλιος Euſtathio in Catal. apud Homerum) Latinorum Poetarum præſtantiſſimus, ex æquo propemodum certans cum Homero: cuius uita latiſſime deſcribitur ab Aelio Donato, & Petro Cri nito. Sunt qui Virgilius malunt per tertiam uocalem in prima ſyllaba: de cuius ortographiæ ratione nonnihil diſſeremus infra in dictione Virgi lius.

VERGO, uergis, uerſi, uel ſecundum Diomedem, xi, ſum, (συντείνω, βέπω, τε λευτάω, φέρομαι) tendo, ſpecto, inclinor, declino. Verg. 11. Aen. Quem dam net labor, & quo uergat pondere lethum. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Ad, uel, In. Cice. 11. Phil. Et eius auxilium ad Italiam uergere, quàm ad Aſiam maluerunt. Venenum uergere alicui, actiue, pro miſcere, porrigere. Lucret. libr. 5. Illi impudentes ipſi ſibi ſæpe uenenum Vergebant, nunc dant aliis ſolertius ipſi. Vergens, tis, particip. Lucan. libr. 2. Illyris Ionias uergens Epidaurus in undas. Sueto. in Othone, cap. 7. Vergente iam die ingreſſus ſena tum. Id eſt inclinato. Huius compoſita ſunt Deuergo, & Inuergo: quorum ſi gnificata uide ſuis locis.

VERIDICVS, a, um, {Veridico} (ἀληθευτὸς, ἐτυμηγόρος) qui uera dicit. Cic. pro Flac. Veridicas adiungis cauſas inimicitiarum. Mart. lib. 5. Seu tua ueridi cæ diſcunt reſponſa ſorores, Plana ſuburbani qua cubat unda freti. Lucr. Om nia ueridico qui quondam ex ore profudit.

VERILOQVIVM, quia, origo nominis, quam Græci uocant ἐτυμολογίαν. Cic. in Top. Multa enim ex notatione ſumuntur: ea eſt autem, cum ex ui nomi nis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν uocant, id eſt, uerbum ex uerbo ueriloquium.

VERIMONIA, æ, (ἀλήθεια) idem quod Veritas. ſed eſt antiquũ. Pla. Tru. Planius qui antehac amator ſummus Habitus eſt, iſtuc ad amicam uerius ue rimonia referre.

VERISIMILIS, le. {Veriſimile, quella coſa che ha del ueriſimile} (πιθανὸν, εἰκὸς) idem quod probabile, quod licet non ſit uerum, ueri tamen ſimilitudinem habet. Cic. pro Roſ. Amer. Etiam tum cum ueriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote. Columel. lib. 3. cap. 9. Id autem cum ſit ueriſimile, tum etiam uerum eſſe nos docuit experimentum. Plin. lib. 5. cap. 22. Quod eſt ueri ſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonumve faciant. Cic. 1. de Inuent. Ve riſimillimum mihi uidetur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neq; inſipientes homines ſolitos eſſe uerſari. Inde aduerbiũ Veriſimiliter. Vnde ueriſimiliter mentiens (πιθανεύει) dicitur, qui falſum perinde quaſi uerum ſit, narrat.

VERITAS, atis, (ἀλήθεια) uera ratio, res uera, uerum. Cic. 2. de Inuen. Veritas eſt, per quam immutata ea quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Quint. lib. 6. cap. 1. Non admittit hos idem ueritas fori. Tacit. lib. 4. Nec occul tum eſt quando ex ueritate, quando adumbrata lætitia facta Imperatorum ce lebrentur.

VERIVERBIVM, {Parola uera} (ἀληθολογία) uerus ſermo. Plau. Capti uis: Tu repertus, Philocraten qui ſuperes ueriuerbio.

VERMICVLOR, aris, {Far uermi, eſſer moleſtato da li uermi} (σκωληκιάζο μαι, σκωληκοῦμαι) uermiculis infeſtor, uermiculos gigno: quod uitium non mo do lignis & arboribus, uerum etiam aliis plantis & fructibus ſolet accidere. Plin. lib. 17. cap. 24. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes ta men ferè, adq; aues cauι cortices ſono experiuntur. Hinc Vermiculatio, uerbale, (σκωληκοτομία) uitium arborum, aliarumve plantarum, aut etiam fructuum, cum uermiculis infeſtantur. Pli. lib. 11. cap. 17. Ficus ſi ſcilla ſeritur, ocyſſime ferre traditur pomum, nec uermiculationi obnoxium: quo uitio non carent ali qua poma ſimiliter ſata.

VERMICVLATVS, a, um, (σκωληκοειδὴς) quod quandam uermiculo rum effigiem imitatur: unde Opus uermiculatũ (λιθόστρωμα, διαποίκιλον) di citur, quod minutis teſſellis inſititiis uermiculorum inſtar uariegatum eſt, ac di ſtinctum. Plin. lib. 35. cap. 1. de pictura loquens: Nunc uero in totum mar moribus pulſa, iam quidem & auro: nec tantum ut parietes toti operiantur, uerum & interraſo marmore uermiculatiſq; ad effigies rerum, & animalium cruſtis.

VERMINA, {Dolori di uentre} teſte Feſto, dicuntur uentris tormina. cum inte ſtina minuto motu, quaſi uermibus quibuſdam ſcindi uideantur: quod doloris genus Græci στρόφον appellant. Hæc Feſtus.

VERMINO, as, pen. cor. {Hauere ò far uermi, bachi} (σκωληκιάω) uermibus infeſtor. Corn. Celſus: Nihil perículoſius pueris, dum uerminant. Mart. lib. 14. Si tibi moroſa prurigine uerminet auris. Hinc Verminatio, uitium in iumen tis, cum à uerme infeſtantur. Pli. lib. 28. cap. 15. Iiſdem ſanari demiſſis in fauces iumentorum uerminationes, notum eſt.

VERMINOR, aris. deponens, (στροφοῦμαι) uentris torminibus uexor. Vermi na enim teſte Feſto, ueteres uentris tormina appellabant. Pomponius Hir nea, ut citat Nonius: Decimo menſe demum turgens uerminatur, parturit. Tractum à uermibus, qui in animalium aluo ſeſe mouentes inteſtina excru ciant.

VERMINOSVS, {Pieno di uermi, di bachi} (σκωληκώδης) qui uermeis ha bet. Vnde Verminoſæ aures, (σκωληκιῶντα ὦτα) quibus innati ſunt uermes. Plin. lib. 20. cap. 14. Succus auribus uerminoſis inſtillatur.

VERMIS, huius uermis, maſ. ge. {Verme} (σκώληξ) à uertendo dicitur, quòd repẽ do torqueat ſeſe & uertat. Pli. li. 18. c. 17. Vulgo uero ſi dulcedo noceat, et uer mes radicibus inhæreant, remedium eſt amurca pura, &c. Lucr. li. 2. Quippe ui dere licet uiuos exiſtere uermes Stercore de tetro. Hinc Vermiculus diminutiuũ (σκωλήκιον) exiguus uermis. Pli. lib. 10. ca. 65. Iam obiturus muribus uermicu lum in capite gigni tradunt. Lucr. lib. 2. Et tamen hæc cum ſunt quaſi putrefa cta, per imbres Vermiculos pariunt.

VERNA, uernæ, com. genere. {Seruo, nato in caſa} (οἰκότριψ, οἰκογενὴς) ſeruus aut ancilla, domi noſtræ, aut certe ex ancilla noſtra natus natave: quod nomẽ Fe ſtus à uere deductum putat, quòd id tempus maxime idoneum ſit fœturæ. Plau. in Milit. Quid? nutrici non miſſurus quicquam, quæ uernas alit? Cælius Ciceroni lib. 9. Bellienus uerna Demetrij, qui ibi cum præſidio erat, &c. Tibul. libr. 2. Eleg. 1. Turbaq; uernarum, ſaturi bona ſigna coloni, Ludet. Horat. 2. Sermon. Vernaſq́; procaces Paſco libatis dapibus. Vernarum nomen apud antiquos teſte Nonio, pro conuicio habebatur, quòd eo nomine primum dicti fuerant ii, qui ſacro uere nati eſſent. Plaut. Amphi. Cum cruciatu tuo iſtæc uerna uerba fundi tas. Huius diminutiuum eſt Vernula. Plin. lib. 22. ca. 17. Vernula charus Pe ricli Athenienſium principi, &c. Mart. li. 14. Siquis plorator collo tibi uernu la pendet.

VERNACVLVS, la, lum, (ἐπιχώριος) quod noſtra in regione natum eſt, uel quod illi proprium eſt, & peculiare. ut, Vernacula lingua, quæ regioni noſtræ eſt peculiaris, quã uulgus maternã uocat. Vernaculæ uuæ, quæ exoticæ aut peregri næ non ſunt, neq; aliunde trãſlatæ. Pli. li. 14. c. 2. Potiſſima nobilitas datur uuis peculiaribus, atq; uernaculis Italiæ. Sapor uernaculus. i. regionis ſuæ peculiaris. Ci. in Bru. Neſcio quo ſapore uernaculo. Idem in Verrem Actio. 6. Non ut ſole mus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum, ac uernaculum. Ver nacula putatio. i. regioni noſtræ conſueta. Plin. lib. 17. Vernacula putatio, deie ctis per ramos uitium crinibus, circumuectſit arborem.

VERNALIS, & hoc, le, {Della primauera} (ἐαρινὸς) quod eſt ueris. Auguſti nus lib. 7. Ciui. Propter uernalem quippe faciem terræ, quæ cæteris temporibus eſt pulchrior, Porphyrius philoſophus nobilis Atyn florem ſignificare perhi buit.

VERNALITER, aduerb. (οἰκοτριβικῶς) ſeruiliter, blande, et adulatorie. Ho ra. 2. Ser. Sat. 6. Nec non uernaliter ipſis Fungitur officiis. Cæcilius in Venatore ut citat Nonius: Credo minus tandem hoc fit uernaliter.

VERNATIO, onis, {Mudanda, ſcorza di biſſo, ſcaglie di ſerpe} (λεβηρὶς) co rium uetus, quo ſerpentes uerno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur. Pli. lib. 29. cap. 6. Lendes tolluntur adipe canino, uel anguibus in cibũ ſumptis anguillarum modo, aut uernatione, quã exuunt pota. Nonnunquã uerbalis ſi gnificationem retinet, actum ipſum exuendæ cutis ſignificans. Idẽ lib. 30. cap. 3. Anguinæ uernationis membrana cum oleo, tedæq; reſina calefacta, auribus pro deſt. Pli. lib. 29. ca. 5. Membrana, ſiue ſenectus anguium uernatione exuta cum cancro maſculo trita.

VERNILIS, & hoc, le, pen. pro. {Seruile, da buffone} (οἰκοτρικὸς) idẽ quod ſer uilis. Tacit. lib. 18. Quamuis odium Vitellius uernilibus blanditiis uelaret. Hoc eſt ſeruilibus, adulatoriis liberoq́; homine indignis.

VERNILITAS, atis, ſeruilis aſtutia. Pli. lib. 34. ca. 8. Lyciſcus puerum fecit Lagonem ſubdolæ ac fucatæ uernilitatis. Quint. lib. 1. ca. 11. Nec uitia ebrieta tis effingat, nec ſeruili uernilitate imbuatur.

VERNILITER, (οἰκοτριβικῶς) blãde, adulatorie. Tractum à uernis, inquit Nonius, quibus ea uiuendi ars eſt. Cæcilius Venatore, ut citatur ab eodem No nio: Credo minus tandem hoc fit uerniliter. Quo tamen in loco emẽdatiora No nii exemplaria Vernaliter, legendum oſtendunt.

VERNO, as, {Pullulare, ſpicciolare} (βλαστάνω) pullulo. Mar. libr. 2. Dum tibi uernarent tenera lanugine malæ. Id eſt, pilos emittere inciperent, & tenera quadã lanugine ætatis florem præ ſe ferrent. A uere deductum uerbũ quo tempore olia renaſci conſpiciuntur. Aliquando pro canere. Plau. Dum auiculæ uernant. Quippe uerno tempore omnia lætari uidentur. Ponitur aliquando pro ſplen dere. Plin. lib. 8. cap. 27. Anguis hyberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitiduſq; uernat. Vernans cœlum uernam quandam temperiem præ ſe ferens. Plin. lib. 7. cap. 2. Salubri cœlo, ſemperq; uernante. Vernans ager, pullulans, floridus, uiridis, lætus. Martial. lib. 9. Nunc ſturnos inopes, fringillarumq́; querelas Audit: & arguto paſſere uer nat ager.

VERNVS, a, um {Della primauera} (ἐαρινὸς) quod eſt ueris: ut, Verna tempe ries, qualis eſt tempore ueris, media inter frigus & calorem. Aequinoctium uer num. Plin. lib. 10. cap. 31. Oſcines non temere fœtus faciunt ante æquinoctium uernum.

VERO, {Ma pur, mo, almeno, certo ſi, et anzi} (μέντοι) aſſentientis particula eſt: idem ualens quod ſanè, uel utiq;: ſemperq́; ſecundo loco in oratione collocatur. Cic. in Bru. Tum Brutus in me intuens, Orationes, inquit, ueteres nobis explica bis. Ego uero, inquã, Brute, ſed in Cumano. Ter. Heau. Heus, laudas, qui heros fallunt? CH. In loco ego uero. Ci. Seru. Sulp. li. 4. Epiſt. Ego uero Serui uellem, ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Aliquando diſcretiua particula eſt, idem ualens quod Autem, δὲ. Cic. de Ora. Poeta numeris aſtrictior paulò, uer borum autem licentia liberior, multis uero ornãdi generibus ſocius, ac pene par. Pro interiectione ſtomachantis accipi, ait Donatus in illo Eun. Mone uerò o cyus te nutrix. Aliquando etiam particula eſt, ironiam adiuuans: ut apud Verg. 4. Aen. Egregiam uero laudem, & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. Po nitur & pro quinimo. Seneca: Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthẽ in animum meum ſine dignatione recipiam? Ego uero illos ueneror, & tãtis no minibus ſemper aſſurgo. Pli. in Præfa. Proinde occupantibus locum faueo, ego uero & poſteris. Vide plura de hac particula apud Vall. lib. 2. cap. 24.

VERO, ras, {Dire il uero, fare il uero} (ἀληθεύω) uerum dico. Gell. lib. 18. ca. 1. ex Ennii 13. Annal. Satin' uates uerant ætate in agunda. Eſt & Verare, uere re præſentare. Sidonius: Quoties uerba Graia carmine uerat. Hodie tamen in neu tra ſignificatione eſt uſitatum.

VERO, (Βήρων) fluuius Celtiberiæ, à quo populi Verones, (Βήρωνες) dicti ſunt circa eum habitantes. Meminit huius fluuii Mart. Epig. 88. ad Licianum.

VEROMANDVI, populi inter Belgas, quos recenſet Plin. libro. 4. capit. 17.

VERO-

VERONA, *{Verona}* (βήρωνα) ciuitas Venetiæ à Gallis condita, duce Brenno: à quo Brenona primo, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt, ut Iuſt. lib. 20. refert. Hi n. quũ nouas ſedes quærere ob inteſtinas diſcordias, & aſſiduas diſſenſiones cogerentur, in Italiã uenere: expulſiſq; inde cultoribus: Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vincentiã condiderunt. Veronã alluit Atheſis fluuius amœniſſimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longe à foſſa Clodia Pado miſcetur. Ex hac urbe præſtantes uiri orti fuerũt, Catullus, Aemilius, & Macer poeta: & (ut nonnulli putant) Pli. & Guarinuſq; orator, & pontifex ſanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua, Veroneus, & Veronenſis.

VERPA, æ, (ψωλή, πέος) uſurpatum eſt à ueteribus pro membro uirili. Marti. lib. 11. Iam niſi per ſomnum non arrigis: & tibi Mœui Incipit in medios meiere uerpa pedes. Dicta Verpa ab inuerſa pellicula.

VERPVS, *{Diſcapellato, ritagliato}* (λειπόδερμος, ψωλός) recutitus, qui ſcilicet uerpam, hoc eſt, mentulam habet præputio nudatam. Quo fit, ut Iudæi peculiari uocabulo Verpi dicantur, qui ex præſcripto legis præputium pueris præcidunt. Mart. lib. 7. Dum ludit media, populo ſpectante paleſtra, Delapſa eſt miſero fibula, uerpus erat. Iuuen. Saty. 14. — Eadem niſi ſacra colenti Quæſitũ ad fontem ſolos deducere Verpos.

VERRES, is, *{Verro, porco non caſtrato}* (χοῖρος) porcus non caſtratus. Varr. de Re ruſt. lib. 2. cap. 4. Caſtrantur uerres commodiſſime anniculi, utiq; ne minores, q̃ ſemeſtres. quo facto, nomen mutãt, atq; è uerribus dicũtur maiales. Hinc Verrinus, adiect. (χοίρειος) quod eſt uerris. Pli. lib. 28. cap. 9. Adipe uerrino cõfici. Ibidem cap. 10. Simili modo uerrinum iecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere.

VERRES, nomen ciuis Romani fuit, qui quũ Siciliam in Prætura auare, libidinoſeq; adminiſtraſſet, à Siculis repetundarum poſtulatus eſt, Ciceroneq; accuſante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrẽ, quæ ſolæ ex priſcis illis accuſationibus ad nos peruenerunt.

VERRICVLVM, *{Rete da peſcare}* (σαγήνη) rete piſcatorium, ita dictum, quod per aquam uerratur, id eſt, trahatur. Idem & Euerriculum dicitur. Vide ſupra ſuo loco.

VERRICVLATVS, a, um, adiect. ad uerriculi formam factũ. Col. lib. 2. ca. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus uerriculatis, atq; iis uel roſtratis, uel denticulatis medium culmum ſecant.

VERRO, ris, ri, ſum. *{Tirare, uoltare, ſcouare, ſpazzare}* (σαρόω) traho, abripio. Verg. 1. Aenei. Ni faciat, maria ac terras cœlumq; profundũ Quippe ferant rapidi ſecum, uerrantq; per auras. Aliquando uerto. Idem 3. Aenei. Haud mora nautæ Annixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt Aequora. Idem 6. Aen. Remis uada liuida uerrunt. Ouid. 10. Meta. Summæ cauda uerruntur arenæ. Catul. Argon. Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis. Aliquando mundo, ſcopis purgo, σαίρω. Iuue. Sat. 14. Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas. Ci. in Parad. Qui tergent, qui ungunt, qui uerrunt, qui ſpargunt, &c. Liu. 6. Bell. Pun. Vndiq; matronæ in publicum effuſæ circa deum delubra diſcurrũt crinibus paſſis aras uerrentes. Pli. lib. 28. cap. 2. Recedente aliquo ab epulis, ſimul uerri ſolum. Verſus, a, um, particip. Verg. 1. Aen. — Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Idem 5. Aenei. Huius compoſita ſunt, Conuerro, Deuerro, & Euerro: de quibus ſuis locis.

VERRVCA, æ, pen. pro. (δειράς) locus in monte editior. Cato in libris Originum. Cenſeo, inquit, ſi rem ſeruare uis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam ire iubeas: eam uti occupent, imperes. Ex Gell. lib. 3. ca. 7. ubi Verrucam locum editum, aſperumq; interpretatur. A cuius ſimilitudine tubercula in corpore eminentia ſine ſenſu, (quæ uulgò porri dicuntur) Verrucæ appellantur. Harum Græci duo faciunt genera. Nam quæ ſuperiore ſui parte latiores, tenui tantum filo cuti adhærentes, ἀκροχορδόνας appellant: quæ uero ad cutem latiores ſunt, in acumen deſinentes, μυρμηκίας nominant. Pli. lib. 20. cap. 12. Ocimum miſto atramento ſutorio uerrucas tollit. Serenus. Interdum exiſtit turpi uerruca papilla. Hinc quondã Fabio uerũ cognomen adhæſit, Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rẽ. Verrucas & maculas linearũ, pro tuberculis quibuſdam, quę in lapillis, ceu eorum uitia quædam conſpiciuntur, dixit Pli. lib. 37. cap. 12. Illud modo meminiſſe conuenit, in creſcentibus uarie maculis ac uerrucis linearum, quæ interueniunt multiplici ductu, & colore, mutata ſæpius nomina in eadem plerũq; materia. Huius diminutiuum eſt Verrucula. Col. lib. 7. ca. 6. Caper cui ſub maxillis binæ uerruculæ collo dependent, optimus habetur.

VERRVCARIA, æ, (ἡλιοτρόπιον) herba eadem cum heliotropio: ita dicta ab effectu, eò quod ſucco eius uerrucæ tollantur. Plin. lib. 22. cap. 21. Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio: unde noſtri Verrucariam herbam appellauere.

VERRVCOSVS, a, um, uerrucis plenus: ut, Verrucoſus mons, qui multis uerrucis, hoc eſt aſperis, editioribuſq; iugis aſſurgit. Verrucoſus homo, qui cutẽ habet uerrucis multis aſperam. Vnde per tranſlationem accipitur pro duro, inculto, horrido, aſpero. Perſ. Sat. 1. Sunt, quos Pacuuius, & uerrucoſa moretur Antiopa. hoc eſt, aſpera, & non ſatis polita. Orator uerrucoſus. Ci. de Clar. Orat. Quintus etiam Maximus uerrucoſus orator habitus eſt temporibus illis.

VERRVNCO, as (ἀποτρέπομαι, ἀποπέμπομαι) auerto, depello. Cice. 1. de Diuin. ex antiquo quopiam Poeta: Per propinqua hæc bene uerruncent populo. Hinc Auerrunco compoſitum: de quo uide ſuo loco.

VERSATILIS, & hoc le, pen. cor. *{Ageuole, tratteuole}* (περίακτος, κυκλοφορητικός, εὐκίνητος) quod huc & illuc uerſatur, ſiue quod idoneum eſt ut uerſetur. ut Gladius uerſatilis, Axis uerſatilis, Acies uerſatilis. Curt. lib. 4. Adeoq; aciem uerſatilem poſuit, ut qui ultimi ſtabant, ne circumirentur, uerti tum, & ad frontem circumagi poſſent. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem molas uerſatiles Volſiniis inuentas, aliquas & ſponte motas inuenimus in prodigiis. Verſatile ingeniũ, per tranſlationem. (πολύτροπος) ad res quaslibet obeundas idoneum. Liui. 9. Bel. Mac. de Catone. Huic uerſatile ingenium ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quod ageret.

VERSICOLOR, oris. *{Muta colore}* (πολύχροος, χλαμίδιος) proprie dicitur illud, quod ex diuerſis partibus ſpectanti non eundem oſtendit colorem: ut eſt uidere in anatum & columbarum collis, & in ſericis quodã genere, quod modo hinc, modò illinc ſpectatum colores mutare uidetur. Cic. lib. 3. de Fini. bonorum & malorum. Iam uerò membrorum alia uidentur propter eorũ uſum a natura eſſe donata. ut manus, crura, pedes: alia aũt nullã ob utilitatẽ, quaſi ad quẽdam ornatum. ut cauda pauoni, plumæ uerſicolores columbis, uiris mammæ, atque barba. In eadem etiam ſignificatione non rarò hac uoce utitur Pli. teſtimonia hic breuitatis cauſa omittimus. Interdum tamen Verſicolores ueſtes poſitas legimus pro uariis ſeu diſcoloribus. Liu. lib. 4. bel. Mace. de lege Oppia loquens. Tulerat eã C. Oppius Trib. ple. Q. Fab. 7. Sempronio Coſſ. in medio ardore Punici belli. Nequa mulier plus ſemunciã auri haberet, neu ueſtimento uerſicolore uteretur. Quo tamen in loco uerſicolores ueſtes nonnulli intelligunt, colore alio, q̃ natiuo, infectas, ut Verſicolores inde dictas intelligamus, quod uerterint .i. mutarint colorem. Contra Colores dicuntur, quæ nullo externo colore ſunt imbutæ. Eſt autem hoc nomen adiectiuum omnis generis, cuius neutro uſus eſt Verg. 10. Aen. Aſtur equo fidens & uerſicoloribus armis.

VERSIPELLIS, le, *{Muta pelle, muta faccia, muta uolto, aſtuto, trincato, ſimulatore}* (ἀλλοπρόσαλλος, πολύτροπος, πανοῦργος) aſtutus, uerſutus, ſimulandi quidem & diſſimulandi artifex. Plau. in Amph. Verſipellem ſe facit, quando lubet. Plin. lib. 8. cap. 22. indicat ſuo tempore uulgo infixam hanc opinionem fuiſſe, homines in lupos uerti, rurſuſq; reſtitui ſibi, atque inde ductam eſſe conſuetudinem loquendi, ut homines aſtutos Verſipelles dicamus.

VERSO, as, *{Verſare, uolgere, uoltare, maneggiare}* (κυκλεῖν, κυκλοφορεῖν, περιάγειν, στρέφειν) frequentatiuum à Verto. Cic. de Som. Scip. Orbes qui uerſantur retro contrario motu, atque cœlũ. Idẽ de Fato: Cylindrum uolui, atque turbinẽ uerſari putes. Accipitur aliquando pro uoluo, κυλίω. Idem 2. Tuſc. Tum illud, quod Siſyphus uerſat, ſaxum. Sic Verſare libros, dicimus pro euoluere. Hor. de Arte: Vos exemplaria Græca Nocturna uerſate manu, uerſate diurna. Verſare aliquem, eſt illum deludere. Pla. in Perſa. Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor? quomodo hodie me Verſauiſti? ut me in tricas coniecisti. Verſat animũ cupido regnandi eſt, tranſuerſum agit, & à recto honeſtoq; abducit. Liu. 1. ab Vrb. Patrum interim animos certamen regni ac cupido uerſabat. Animum muliebrem uerſare in omnes partes eſt modis omnibus ſolicitare, & modo minis, modo precibus conari labefactare. Liu. 1. ab urb. Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, uerſare in omnes partes muliebrem animum. Verſare dolos, id eſt, tractare. Verg. 2. Aen. Seu uerſare dolos, ſeu certæ occũbere morti. Verſare oues. Verg. 10. Eclog. Aethiopum uerſemus oues ſub ſidere Cancri. id eſt, paſcamus. Verſare terram, id eſt, arare, fodere. Verg. 2. Geor. Nec tamen hæc, cum ſint hominumq; boumq; labores. Verſando terram experti, &c. Aliquando uerſare. (ἐξετάζειν) eſt animo uoluere. Hora. de Art. Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam Viribus. & uerſate diu quid ferre recuſent, Quid ualeant humeri. Aliquando accipitur pro imbuere, erudire, exercitare. Quint. lib. 5. cap. 6. Multum domi ante uerſandi.

VERSOR, aris, deponens, *{Verſare, praticare}* (διατρίβω, διαγίγνομαι, πολεμέω) morã traho, frequens ſum, maneo, dego. Cic. 6. Verr. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. Idẽ pro Milone. In ſubus propter inſanas ſubſtructiones facile mille hominum uerſabatur. Verſari in ſuo munere, eſt ſuo munere fungi ἀναστρέφεσθαι. Cic. de Fato: Non enim credo nullo præcepto cæteros artifices uerſari in ſuo munere. Verſari ante oculos. Cic. ad Terentiam: Nã mihi ante oculos dies noctesq; uerſaris. Quinti. lib. 2. cap. 16. Verſatum circa res omnes Rhetorice. Idem in Proœ. lib. 1. Præclariſſime in conſiliis, ac adminiſtratione Reipub. uerſari. Plin. Epiſt. 55. Nam in hoc uno interdum, uir aliaqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen errore, uerſatur. Cic. 3. Tuſc. In ſumma humanitate uerſatur, conſectaturq; nullam eminentem effigiem uirtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. Teren. And. Neſcis quantis in malis uerſer miſer. Cic. 3. Verr. Vos illud uellem recordari, iſtius nequitiam & iniquitatem, tũ in ore uulgi, atque in communibus prouerbiis eſſe uerſatam. Verg. 4. Aene. Illa dolos, dirumq; nefas in pectore uerſat, Certa mori, uariiſq; irarum fluctuat æſtu. Hinc Conuerſor & Diuerſor compoſita, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VERSORIAM CAPERE, (ἀναστρέφεσθαι) pro eo quod eſt, retrorſum cõuerti. Plaut. Trinummo: Cape uerſoriam, recipe te ad herum.

VERSVRA, æ, (στροφή) à Verto, as, idem quod conuerſio. Varr. li. 1. de Re ruſtic. ca. 46. Propter eiuſmodi res admiranda diſcrimina ſunt naturalia. quod ex quibuſdam foliis, propter eorum uerſuram, quod ſit anni tempus, dici poſſit, ut olea, & populus alba & ſalix. Horum enim folia quum conuerterunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe. Item Verſura dicitur locus ad quem quum quis peruenerit, reuertitur: ut cum boues in arando poſt peractum legitimum ſulcum circumagũturq;, uertunturq;. Col. lib. 2. cap. 2. Sulcum autem ducere longiorem, q̃ pedum centum uiginti, contrarium pecori eſt: quum uentum erit ad uerſuram, in priorẽ partem iugum propellat & boues inhibeat, ut colla eorum refrigeſcant. Idẽ de Arbor. cap. 19. Itaq; placet inter ordines quadragenos pedes, minimumq; tricenos relinqui uerſuris. Item Verſura quam Græci καμπὴν uocant, flexus ipſe angulorum in ædificiis, et parietibus exterior: in qua ſignificatione aliquoties utitur hac uoce Vitruuius. Verſura item dicitur mutatio creditoris, & æris alieni pari aut maiori fœnore perſolutio. μεταλλαγὴ τοῦ δανειστοῦ. Vnde Verſuram facere dicuntur. (τόκον τόκῳ ἐκτίνειν) qui pecuniam fœnori accipiunt, ut aliud æs alienum diſſoluant: unde & Verſura nomen inuenit, teſte Feſto, quod hoc nihil aliud ſit, q̃ uertere creditorem. Verſuram facere (inquit Donatus) eſt æs alienum ex ære alieno ſoluere. Hoc fit, quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum ſit, ut id diſſoluere liceat: ubi autem diſſoluendi tempus aduenerit, mutamus creditorem, ab altero ſcilicet uſurarium æs accipientes, quod alteri reddamus. Cicero pro Cęl. Nulli ſumptus, nulla iactura, nulla uerſura. Budæus: Verſuram facere, eſt creditorem mutare, & fœnus fœnore diſſoluere, quod uulgo dicitur, nudato Petro Paulum tegere: et ut ita dicam nomen nomine expungere. Hinc Verſuram, ſiue uerſuram ſoluere, prouerbio, dicimus eos, qui ita ſe præſentibus explicant incommodis, ut aliis grauioribus impediantur. Ter. in Phor. in eodem luto hæſitas. Verſuram ſolues Geta: præſens quod fuerat malum, in diem abiit. plagæ creſcunt, Niſi proſpicis. Id eſt, debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore: ſimili conditione atq; ii ſolẽt, qui ut ſyngrapham unam diſſoluant, & una cautione ſe liberent, pecuniam mutuã maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionẽ ſuam faciunt, quod frugi homines non ſolent.

VERTOBRICA, Celticorum oppidum eſt in Hiſpania Bætica conuentus Cordubenſis. Auctor Plin. lib. 3. cap. 1.

VERTVMNVS, dei cuiuſdam nomen apud Romanos: in omnigenas ſeſe formas uertentis: unde & nomen accepit. Hic Pomonam Nympham fertur adamaſſe, & ut eius ſaltem conſpectu frui liceret, in nullas non formas ſeſe tráſmutaſſe. Qua de re uide Ouidium lib. 14. Meta. Acron In illud Horatii lib. 2. Serm. Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis: Vertumnum ait eſſe deū humanarum cogitationum præſidem: ideoq́ multiformem fingi & inconſtantem, quēadmodum & illæ uariæ ſunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos eſſe interpretatur, qui cogitationes ſuas regere non poſſunt. Tiberius Donatus Vertumnum dicendum exiſtimat, quemadmodum & Portunum, quem idcirco coli arbitratur, ut res inſtitutæ, ad quem deſtinatę ſunt finem, perducantur. Sępe enim malè cedit, quod uel optimè eſt inſtitutum. quemadmodum gladius ille, qui reginæ dono datus fuit ab Aenea, necis ipſi conſciſcendæ fuit inſtrumentum. Nec deſunt, qui inde Vertumnum dictum putant, ꝙ lacum Curtium in Tiberim auerterit. Quam opinionem tangit & Ouid. lib. 6. Faſt.

VERTVNALIA, ſiue Vertumnalia, Vertum feſta, quæ fiebant menſe Octobri.

VERV, {*Spedo, ſchidone*} indeclinabile nomen in ſingulari numero, in plurali Verua, uum, (ὀβελός) inſtrumentum oblongum ex ferro, quo carnes ad ignem torrentur. Verg. 2. Georg. Pinguiaq́ in ueribus torrebimus exta colurnis. Varro a uerſando dictum exiſtimat, ꝙ ad ignem iugiter aſſetur. Ab huius ſimilitudine telum item oblongum, & tenue, Veru dictum eſt. Ver. 7. Aen. Et tereti pugnāt mucrone, ueruq́ Sabello.

VERVACTVM, (νέατος, νεατὸ) ager uerno tempore ſemel proſciſſus, deindeq́ quieſcens uſq́ ad ſequentem autumnum quo aratur. Veruactum dictum, quaſi uere actum. Plin. lib. 18. cap. 19. Quidam utiq́ ab æquinoctio uerno proſcindi uolunt. Quodq́ uere ſemel aratum eſt, à temporis argumento Veruactū uocatur. Hoc in nouali atq́ requieto agro neceſſarium eſt.

VERVCVLVM, li, {*Spedetto, ſchidoncino*} (ὀβελίσκος) inſtrumentum ferreū, quo metallorum expurgatores ſpumam eximunt à reliqua materia. Plin. lib. 33. cap. 6. Spuma ex argento ſublata ueruculis ferreis, atq́ in ipſa flamma conuoluitur ueruculo, ut ſit modiei ponderis.

VERVECEVS, a, um, {*De caſtrone*} quod eſt ad ſimilitudinem ueruecis factū: ut, Statua ueruecea, apud Plautum in Capt. pro ſeruo ſtupido, quiq́ ꝗ minimū differat à ueruece. Vos (inquit) introite: interibi ego ex hac ſtatua ueruecea uolo Erogitare, meo minore quid ſit factum filio. Quo tamen in loco quidam legunt Verberea ſtatua: nam Veruecea, Trochaici metri ratio non patitur. Supereſt enim ſyllaba, niſi cea, per ſynæreſim contrahas.

VERVEX, ueruecis, pen. prod. {*Caſtrone, caſtrato*} (κριὸς ἐκτετμημένος) ab inuerſis teſticulis dicitur: eſt enim mas inter oues, cui inuerſi, ſiue adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, Aries dicitur. Sectarius ueruex, qui gregem agnorum præcedens ducit. Inde ſit Veruecinus, na, num, pen. pro. quod ex ueruece eſt. Plin. Et hircinus, & ueruecinus adeps ei utilis eſt.

VERVLANI, populi ſunt Italię, Tuſculanis & Veliternis uicini, ut ſcribit Pli. lib. 3. cap. 5.

VERVS, a, um, adiect. {*Vero*} (ἀληθής, ἔτυμον, ἀληθινός) quod eſt ſolidum, ſyncerum, non falſum: à Ve particula, ut nonnulli putant, quæ uehementiam ſignificat, & Re: quaſi non uerborum inanis ſonitus, ſed ſolida res. Teren. in Andr. Actum eſt, ſi quidem hæc uera prædicat. Cic. 4. Acade. Quæ iſta regula eſt ueri & falſi, ſi notionem ueri & falſi, propterea quòd ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? nam ſi habemus, intereſſe oportet, ut inter rectum & prauum, ſic inter uerum, & falſum. Si nihil intereſt, nulla regula eſt, nec poteſt is cui eſt uiſio ueri falſiq́ communis, ullum habere iudicium, aut ullam omnino ueritatis notam. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 7. Nec procul à uero eſt, quod uel pulſant amicu, Hoc eſt, uериſimile eſt. Simile uero. Cic. ad Caſſium, lib. 12. Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile uero uidebatur. Verius uero. Mart. lib. 8. Vero uerius ergo quid ſit audi: Verum Gallice non libenter audis. Similitudo ueri. Cic. de Vniuerſ. Bene agi putat, ſi ſimilitudinem ueri conſequatur. Verum mordax, id eſt ueritas libera, male ſibi conſciorum aures offendens. Perſis Satyr. 1. Sed quid opus teneras mordaci rodere uero Auriculas? Aliquando Verum accipitur pro bono æquo, & iuſto, (δίκαιον, ἐπιεικές) Hora lib. 1. Epiſt. Metiri ſe quenq́ ſuo modulo, ac pede uerum eſt. Cic. Tuſc. Si maxime uerum ſit ad corpus omnia referre ſapientem. Aliquando ſumitur pro uerıdico, (ἐτυμηγόρος) ſicut contrario Falſum pro fallace. Terent. in Andr. Sum uerus. Verus color (γνήσιος) id eſt, natiuus, non adulteratus. Terent. in Eun. Color uerus, corpus ſolidum. Verus labor, dicitur, quem quis per ſeipſum ſuſcipit, non qui ex aliorū uirtute Imperatoribus adſcribi conſueuit. Ver. 12. Aen. Diſce puer uirtutem ex me, uerumq́ laborem, Fortunam ex aliis. Verior, Veriſſimus. Pli. lib. 12. ca. 13. Quod uerius, coſto uicinius eſſe debet. Cic. 4. Acad. Sed me hercule, ut quidem nunc ſe cauſa habet & ſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen uidetur eſſe ueriſſima. Hinc uerè, aduerb. ἀληθῶς, δικαίως. Terent. in Heaut. Hoc ibi ſit, ubi non uerè uiuitur. Cic. pro Roſ. Ame. Vere nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commodè. Idem 2. Offic. Honeſtum quod propriè uereq́ dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis. Idem 4. Verr. Laudarē illam ciuitatem, id quod ueriſſimè poſſem. Idem ad Att. lib. 5. Non ὑπερβολικῶς, ſed ueriſſimè loquor. Hinc ueritas, atis, & Verimonia, æ, de quibus egimus ſupra.

VERVM, {*Ma, anzi pur*} coniunctio, idem ualens quod Sed, γεμὴν, ἀλλ᾽ ὅμως, πλὴν ἀλλά. Cic. pro Mur. Ea ſunt omnia non à natura, uerū à magiſtro. Cic. 5. Philip. Expectabantur Calendæ Ianuariæ, fortaſſe non rectè uerum præterita omittamus.

VERVM ENIM, (ἀλλὰ γάρ) ſedenim, etenim. Terent. Adel. Verum enim, quando promerat, ſiat.

VERVM ENIMVERO, (οὐ μὴν ἀλλά) ſed tamen. Cic. in Frumētaria: Verum enimuero duodenos ſeſtertios exegiſti.

VERVNTAMEN, (οὐ μὴν δὲ) ſed tamen, attamen. Cice. de Orato. Leue eſt: uеruntamen non inutile. Idem lib. 1. Epiſt. Difficile eſt ueruntamen ipſe me confirmo.

VERVTVM, uеruti, pen. pro. eſt haſtile quod ueru habet præfixum. Hinc Lucan. lib. 8. Cæſaries compreſſa manu, Phariaq́ ueruto. Nonius: Verutum eſt telum breue, & acutum. Cæſar 5. Bell. Gall. Tranſfigitur ſcutum Pulſioni, & uerutum in balteo defigitur. Liu. 10. ab urb. Quibus pleriſq́ in ſcuta, pleriſq́ uerutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus. Hinc uerutus, a, um, adiectiuum. ueruto armatus. ſicut Scutatus, & Clypeatus. Verg. 2. Georg. Aſſuetumq́ malo Ligurem, Volſcoſq́ uerutos.

VESANVS, a, um, pen. produ. {*Pazzo, furioſo, bizarro, beſtiale*} (παράφρων, μαργόεις, ἄγριος) uecors, crudelis, furioſus. Cic. pro domo ſua: Hæc furioſa uis ueſani Tribuni plebis. Ibidem: ac primum illud à te homine ueſano & furioſo requiro, quæ te tanta pœna, &c. Idem 6. Aenei. Suadet enim ueſana fames. Catul. epig. 95. Cum ueſana meas torreret flamma medullas. A quo Veſania, (παραφροσύνη, μανία) uecordia. Plin. lib. 35. cap. 11. Simulata ueſania bouem cum equo iungens.

VESANIO, is, (παραφρονέω, μαίνομαι) inſanio, amens ſum. Nonnunquam & ſæuio, ferocio, (ἀγριαίνω, ὑβρίζομαι) Catullus ad mare tranſtulit tempeſtate commotum. Deprehenſa (inquit) nauis in mari ueſaniente uento. Budæus.

VESCI, Plinio, (Οὐεσκὶς Ptol.) oppidum mediterraneum Turdulorum, in Hiſpania Bætica, alio nomine Fauentia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & Ptolemæum li. 3. cap. 4.

VESCOR, ſceris, {*Mangiare, uſare*} (σιτοῦμαι, ἐσθίω) cibo utor, paſcor. Cice. 2. de Nat. Deo. Dii nec potionibus ueſcuntur. Idem in Orat. Quæ eſt autem in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur? Verg. 8. Aen. Veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis. Inuenitur & conſtructum cum accuſatiuo. Plin. lib. 10. cap. 48. Aues nonnullæ ueſcuntur ea, quæ rapuere pedibus. Veſci aura æthérea, id eſt, uita frui, uiuere. Nam quemadmodum partes ſolidæ animalis cibo & potu, ità ſpiritus aere aluntur. Verg. 1. Aen. Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea. Ponitur quandoque pro uideo. Accius in Athamante, apud Nonium: Prius quàm infans eſſes, tui oculi ueſcuntur. Veſci ex manu hominis, eſt ex manu hominis eſcam capere. Plin. lib. 9. cap. 7. Simili modo ex hominum manibus ueſcens, ferensq́ ſe tractandum.

VESCVS, a, um, {*Buon da mangiare*} (ἐδώδιμος, τρόφιμος) idem quod edulis, ſiue eſui aptus. à Ve augmentatiua particula & nomine Eſca. Vnde Lucre. lib. 5. Salem ueſcum, dixit. Item Verg. 4. Georg. Veſcum papauer, ꝙ uidelicet in cibis adhibeatur: & Veſcas ſalicum frondes quoniam eſcis iumentorum ſunt accómodatæ. Rurſus Veſcum ponitur pro paruo, & minuto. Vnde & apud Marſos lingua uernacula quam dicunt Maluam ueſcam, intelligunt de ea, quā paruam dicunt. Ouid. li. 2. Faſt. Nunc uocor ad nomen: ugrandia farra coloni, Quale male creuerunt, paruaq́ Veſca uocant. Pli. lib. 7. cap. 20. corpore ueſcos eſſe, ſed eximiis uiribus. Et in hac ſignificatione Ve, ϛερητικὸν μόριον eſt, hoc eſt, primitiua particula. Habet enim Ve, in compoſitione (ut lib. 5. cap. 12. docet Gellius) duplicem ſignificationem. Nam & augendæ rei, & minuendæ ualet, propter quod accidit, ut quædam uocabula, quibus particula iſta præponitur, augmentum importent, ut uehemens: quædam diminutionem, ut Vecors, Vegrandis: quædam ambigua ſint: cuiuſmodi eſt, de quo modò agimus, Veſcus.

VESCVLI, (λεπτοὶ ἰσχνοὶ κακότροφοι) homines graciles dicūtur, teſte Feſto & male curati. Veteres enim rebus exiguis Ve, particulam præponere ſolent: ut latius eſt uidere in dictione Veſcus.

VESEVS, pen. pro. qui & Veſuuius, mōs eſt Campaniæ. Nolæ uicinus, agros habens miræ fertilitatis, præterquam in ſolo cacumine. ubi planitiem habet magnam: fructum omnino nullum ferentem, terræ cinerulentæ facie, rupibusq́ exeſis, non indubitatæ ueteris incendii indicia oſtendentem. Conſtat enim ſæpius arſiſſe: nunquam tamen uehemētius ꝗ imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis & uicinas regiones latiſſime populatus eſt, & Plinium, Naturalis Hiſtoriæ ſcriptorem, qui cognoſcendi cupiditate eò ſe contulerat, fumo, flammisq́ enecauit: qua de re uide Epiſtolam Plinii Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Hiſtoriæ hodie eſt præfixa Montis huius meminit Verg lib. 7. Et uicina Veſeuo Ora iugo. Fallitur autem Seruius, qui Veſeuum diuerſum eſſe putat à Veſuuio, atq́ illum quidem in Liguria, hunc in Cāpania ſitum eſſe. Conſtat enim celeberrimorum ſcriptorum teſtimoniis, Liguſticum illum montē, Veſulum, non Veſeuum eſſe appellatum: de quo profectò non ſenſit Verg. qui non Liguriæ, ſed Campaniæ populos, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulerant, ſuſceperat enumerandos. Quid enim imperitius à Poeta dici potuiſſet, ꝗ ſi Clanio fluuio, Acerris, Capuæ, reliquisq́ Campaniæ locis repente Liguriæ mōtem miſcuiſſet?

VESICA, ueſicæ, pen. pro. (κύστη, κύστις, φῦσα) urinæ receptaculum. Cicer. 2. de Finib. Tanti autem morbi aderant ueſicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere. Ouid. 15. Metam. Extentum tumeſcit humum, ceu ſpiritus oris Tendere ueſicam ſolet. Plin. lib. 11. cap. 37. Veſica membrana conſtat, quæ uulnerata cicatrice non ſolideſcit. Horat. 1. Serm. Saty. 8. Et diſploſa ſonat quantum ueſica pedis, pepedit. Caper Veuſica ſcribendum affirmat, eò ꝙ à uento deduci exiſtimet.

VESICVLA, æ, {*Veſcighetta*} (κυστίδιον, κύστις, κύστιγξ, φυσαλίς) diminutiuū à ueſica: ut, Veſicula fellis, (κύστις χοληδόχος) quæ in caua iecoris parte ſita, bilem excipit, proprioq́ meatu in ephyſin emittit: qua de re uide Galenum lib. 4. & 5. de uſu partium. Veſiculæ item in herbis quibuſdam dicuntur folliculi, quibus ſemen includitur. Cic. 2. de Diuin. Et pulegium aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi ueſiculas, & ſemina malorum, quæ in his media incluſa ſunt, in contrarias partes ſe uertere.

VESICARIA, (στρύχνος ἁλικάκαβος, φυσαλίς) ſecūda ſolani ſpecies eſt, quam peculiari nomine Halicacabum uocant, frutex uerius, ꝗ herba, ueſicas habens humanis non diſſimiles, & in iis grana, ubi maturuerint, rubentia. Officinæ uocant Alcaquengi. Veſicaria autem dicta eſt, ſiue à folliculis humanis ueſicis ſimillimis: ſiue ab effectu, ꝙ ueſicæ calculis medeatur, ut placet Plin. lib. 21. capite 31.

VESPA, æ, {*Veſpa*} (σφήξ) inſectum uolucre, api ſimile: ita dictū, ꝙ ueſperi muſcas uenetur in cibum. Vide Plin. de hac abunde tractantem lib. 11. cap. 21.

VESPASIANVS, prænomine Flauius, decimus Romanorum Imperator,

multis inſignis uirtutibus, ſed quas omnes uno auaritiæ crimine fœdauit. T. Veſpaſianus Flauij filius, & in imperio ſucceſſor fuit, omnibus omnium ordinum hominibus adeo charus, ut Amor mundi, & Deliciæ humani generis cognominaretur. Vtriuſq; uitam uide latius apud Tranquillum.

VESPER, ueſperis, uel Veſperus, ri, maſc. gen. {*Vna ſtella coſi detta*}(ἕσπερος) una errantium, eadem cum Venere, medium inter Solis & Mercurij ſphæras ſitum obtinens: ita dicta, q; Sole iam occiduo, prima omnium ex ſtellis lucere ueſperi conſpicitur. Plin. lib. 2. cap. 9. Infra Solem ambit ingens ſidus appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipſiſq; cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præueniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomẽ accipit, ut Sol alter, diem maturans. Contra ab Occaſu refulgens nominatur Veſper, ut prorogans lucem, uicemq; Lunæ reddens. Eadem & Veſperugo dicitur, & Græco nomine Heſperus. Plaut. Amphi. Neq; Veſperugo, neq; Vergiliæ occidũt. Ver. 10. Eclog. Ite domum ſaturæ, uenit Heſperus, ite capellæ. Sæpiſſime tamen Veſper, & Veſperus accipiuntur pro extrema diei parte, qua ſtella hæc incipit apparere, quam & Græci ἑσπέραν uocant. Stat. lib. 10. Theb. Sed Veſper opacus Lunares iam ducit equos. Cæſ. 2. Bel. Ciuil. Magiſtris imperat nauium, ut primo ueſpere omnes ſcaphas ad litus appulſas habeant. Ci. ad Att. lib. 12. Cumq; mane me in ſyluam abſtruſi denſam & aſperam non exeo inde ante ueſperum. Verg. 3. Geor. Solis ad occaſum cum frigidus aera Veſper Temperat, & ſaltus reficit iam roſcida Luna. In eadem ſignificatione legitur & Veſpera, ræ, fœm. ge. Pla. Curc. Seu media nox eſt, ſiue eſt prima ueſpera. Neſcis quid ſerus ueſper uehat: Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab Aul. Gel. tũ à Macrob. neq; dubitandum, quin prouerbialis ſit, ſicut ſunt & alii pleriq;.

Quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate ſublati, futuri curam abiiciamus: neq; ulla de re ſecuri ſimus, priuſquam exitum uiderimus. Idem hodie quoque uulgo dicunt diem nondum ad ueſperam decurriſſe quum ſignificant diuerſum exitum poſſe accidere. Apparet Maronem ad parœmiã alluſiſſe, quũ ait lib. 1. Georg. Denique quid ſerus ueſper uehat: agens de prognoſticis occaſus. Liu. lib. 5. Decad. 5. In ſecundis rebus nihil in quenquã ſuperbe ac uiolenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, quum quid ueſper ſerat, incertum ſit. Hæc Eraſmus in Chiliad. Sunt qui dicant Veſper etiam fœminini generis reperiri (inter quos eſt & Calepinus) adducentes teſtimonium ex li. 2. Geor. Vergilii, Illic ſera rubens accendit lumina ueſper. Vbi uolunt adiectiuũ Sera cohærere cum uocabulo Veſper: quod certè non eſt ueriſimile, præſertim cùm Veſper aliud adiunctum habeat adiectiuum Rubens. Eſt itaq; procul dubio, Sera adiectiuum coniungendum cum ſubſtantiuo Lumina. ut hic ſit ſenſus: Illic rubens ueſper accendit ſera lumina. Hinc fit aduerbiũ Veſperi, (ἑσπέρας) tempore ueſpertino. Cic. ad Marium lib. 11. Epi. Nam quum in Tuſculanum ueſperi ueniſſem. Pro eodem legimus & Veſpere. Inuenitur etiam Veſper, ra, rum, Vnde quum Veſperum dicimus neutro genere, intelligimus Tempus. Pli. lib. 18. His horæ rigandi matutina, atq; ueſpera.

VESPERARE. {*Farſi ſera, annottarſi*}(ἑσπεράζειν) eſt ueſperam fieri. Gell. lib. 7. cap. 8. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunq; ad id diei, ubi iam ueſperauerat: id enim eſt tempus iſtic cœnandi frequens.

VESPERASCIT, {*Farſi ſera*}(ἑσπεράζει) ſerum diei fit, in tertiis tantũ perſonis. Terent. in Heaut. Et ueſperaſcit, & non nouerũt uiam. Hinc Adueſperaſcit, & Inueſperaſcit. Idem in And. Cur uxor non acceſſitur? iam adueſperaſcit. Liu. lib. 39. Iam Inueſperaſcebat.

VESPERIES, Hiſpaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorum, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 20.

VESPERNA, (δεῖπνον) cœna apud ueteres dicebatur nam (ut Feſtus inquit) Cœna uocabatur, quod nunc eſt prandium: Veſperna autem quam nunc Cœnam appellamus: quod id conuiuium non niſi aduentante nocte inibant priſci.

VESPERTILIO, onis. maſc. gen. {*Veſpertillione, nottola, grignapola, pipiſtrelle*}(νυκτερίς) incertæ naturæ eſt. eſt enim mediæ cuiuſdam inter auem & murem ſpeciei ut mus alatus dici poſſit. Volat enim pinnatis alis, ſed inter uolucres non eſt habendus, q; quatuor pedibus graditur pulloſq; parit, non oua, quos & lacte nutrit. Dictus Veſpertilio: q; ueſpere ſe ad uolatum proferat. Varro. Factus ſum ueſpertilio neq; in muribus planè, neq; in uolucribus ſum. Vide Pli. li. 10. ca. 61. Per tranſlationem etiam Veſpertiliones dicuntur, debitores, qui ære alieno obruti, interdiu domi delitèſcunt metu creditorum, noctu tantũ prodeuntes. Vide Alciatum in libris prioribus Parergon.

VESPERTINVS, na, num, {*Di ſera*}(ἑσπερινός) adiectiuum à Veſpere deductum: ut, Tempus ueſpertinum Cic. 2. de Nat. deo. Tum ueſpertinis temporibus delitèſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. Veſpertinę literæ, dicũtur, quæ ueſperi ſcriptæ, aut redditæ ſunt. Cic. ad Att. li. 13. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo ueſpertinis. Horat. 1. Epi. 6. Gnauus mane forum, & ueſpertinus pete tectum.

VESPERVGO, nis, (ἕσπερος) ſtella eſt eadem quæ & Veſper, & Heſperus, & Lucifer, & Venus dicitur. Plaut. Amph. Neq; Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.

VESPILLO, onis, maſc. gen. {*Sotterratore, becchino', becca morto*}(νεκροφόρος) uilis cadauerum funerator: ita dictus, q; ueſpertino tẽpore mortuos efferre ſoleret, qui funebri põpa propter inopiam non poterant efferri. Vnde & Funera, à funalibus dici autumat Donatus: quia noctu efferebantur ob ſacrorum celebrationem diurnam. Mar. lib. 2. Qui fuerat medicus, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

VESTA, (ἑστία) Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoque ſumitur, eo q; rebus omnibus terra ueſtiatur, ſeu quia ui ſua ſtet. Ouid. lib. 6. Faſt. Stat in terra ſua. ui ſtando Veſta uocatur. Nec deſunt, qui ἀπὸ τῆς ἑστίας nomen hoc deductum uelint, aſpiratione in u conſonans mutata: ut, Venetus, pro Henetus, Veſta pro Heſta. Cui ſententiæ ſubſcribit & Cic. lib. 1. de Nat. deo. Veſtæ (inquit) nomen ſumptum eſt à Græcis. Ea eſt enim, quę ab illis ἑστία dicitur, uiſq; eius ad aras & focos pertinet. Interdum ponitur pro igne. Ouid. 6. Faſt. Nec tu aliud Veſtam, q̃ uiuam intellige, flammam, Nataq; de flãma corpora nulla uides. In re igitur uirgo eſt, quæ ſemina nulla remittit. Veteres autem duas eſſe Veſtas affirmabant. Vnam Saturni matrem: alteram eius filiam, de qua Ouid. 6. Faſtor. Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq; creatas. Semine Saturni tertia Veſta fuit. Confundunt tamen has poetæ, alterã pro altera ponentes. Id tamen obſeruãdum eſt, quum Veſtam pro Terra accipiunt, de matre Saturni id eſſe intelligendum. Quando uero uirginem nominant, de filia eius eſſe intelligendum, quàm ignem eſſe uoluere. Hanc unam ex Diis penatibus eſſe uolunt, quos Aeneas in Italiam aduexit. Verg. lib. 2. Aen. Sic ait, & manibus uittas, Veſtamq; potentem, Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Cui ſententiæ non obſcure aſtipulatur & Liuius, cum Veſtæ ſacra uetuſtiſſima eſſe aſſerit, & ab Albanis accepta, à Numa autem Pompilio primum Romæ inſtituta, multiſq; ceremoniis uenerabiliora effecta. Primus enim ille ſacerdotes ei ſacrauit, ſtipendioq; publico donauit, perpetuaq; uirginitate, aliiſq; ceremoniis uenerabiliores effecit. Harum potiſſima cura erat, ut ignem perpetuum conſeruarent: qui ſi fortè per negligentiam fuiſſet extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, ſed accenſa per fomites ex ſole flamma, purus & cœleſtis ignis eliciebatur. Porrò uirgo Veſtalis legebatur intra annum ſextum ſuæ ætatis, & decimum: & triginta annos oportebat eam manere uirginem poſtea nubere licebat. Quòd ſi interim fortè ſtuprum commiſiſſet, uiua, defodiebatur.

VESTALES VIRGINES, (ἑστιάδες) quæ Veſtæ ſacris, perpetuiq; ignis cuſtodiæ erant dicatæ à Numa Pompilio primum inſtitutæ, ut eſt autor Liu. li. 1. ab urbe. Cic. 3. de Leg. Virgines Veſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.

VESTER, a, um, (σφωίτερος) quod ad uos attinet. Verg. 3. Eclog. Pierides uitulam lectori paſcite ueſtro. Hinc ueſtras, ſtratis, quod ex ueſtra regione eſt, aut patria.

VESTIARIVM, arii, (ἱματιοθήκη, ἱματιοφυλάκιον) locus in quo ueſtes, uel ſeruantur, uel uenduntur. Plin. li. 15. ca. 8. Veſtiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aſpergi. Aliquando ueſtiarii nomine ueſtitus, (ἱματισμὸς ϛολισμὸς) intelligitur. Colu. li. 1. ca. 8. Tantoq; curioſior inquiſitio patrisfamilias debet eſſe pro tali genere ſeruorum, ne aut in ueſtiario, aut in cæteris præbitis iniurioſe tractentur. Vide in dictione Calcearium.

VESTIARIVS, (ἱματιοπώλης) qui ueſtiario præeſt, aut ueſtes uendit. Aliquando adiect. eſt. ut, Veſtiaria arca, apud Caton. cap. 11. in qua ueſtes reponuntur, & conſeruantur.

VESTIBVLVM, buli, {*Corte*}(πρόδομον, προπύλαιον) locus erat ante ædium ianuam, inter ædes ipſas, & uiam relictus, eum in uſum ut qui ædium dominũ ſalutatum ueniſſent, neque in uia ſtarent, neque in ipſis eſſent ædibus. Plaut. in Moſtel. Vide'n' ueſtibulum ante ædeis hoc, & ambulacrum euiuſmodi ſit? Dicta Veſtibula à Ve & ſtando, quod multum in us ſtaretur. Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locũ ante ianuam relinquebãt, qui inter fores domus, & uiam medius eſſet in eo loco, qui dominum eius domus ſalutatum uenerant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant. A qua ſtatione, & quaſi conſtabulatione, Veſtibula appellata ſunt ſpatia, in quibus multum ſtaretur ab aduenientibus prius q̃ intromitterentur in domum. Alii ueſtibulum, à Ve priuatiuo deduci uolunt, referentes non ad eos, qui adueniunt, ſed ad eos qui in domo commanent, quoniam illic nunquã conſiſtant, ſed ſolum tranſitus cauſa ad hunc locum ueniunt exeundo, ſeu redeundo: ut ſit Veſtibulum, non ſtabulum, ſicut Veſanus, non ſanus. Poteſt etiam dici ueſtibulum prima pars ianuæ, q; ianuã ueſtiat: uel (ut Ouid. ait) à Veſta, q; ea potiſſimum pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata: ſicut culina, diis penatibus, & maceries, quæ ambit domum, Herceo Ioui. ſingula enim domus ſacrata ſunt diis. Ex hac opinione nata fuit olim conſuetudo, ut nouam nuptam, mariti domum ingredientem nefas putaretur limen pedibus cõtingere. Ouid. lib. 6. Faſt. Hinc quoq; ueſtibulum dici reor, unde precamur, Quam famur Veſtam, quæ loca prima tenet. Vide Gellium libr. 16. capite quarto.

VESTICEPS, (γενειῶν) qui annos pubertatis iam attigit, quiq; malas habet lanugine ueſtitas. Gell. libr. 5. cap. 19. Sed arrogari non poteſt, niſi iam ueſticeps. Contra. Inueſticeps, qui necdum pubertate ueſtitus eſt. Autor Feſtus.

VESTIGIVM, gii, {*Veſtigio, pedata*}(ἴχνος, ϛίβος) pedis impreſſio: id eſt ſignum quod à pede relinquitur. Vergil. 4. Georg. Et gradiens ima uerrit ueſtigia cauda. Ponitur quandoq; pro ima parte pedis. Idem lib. 5. Veſtigia primi alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam. Per tranſlationẽ ponitur pro quocunq; rei geſtæ indicio, ſeu ſigno. Cic. pro Font. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus ueſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. Ver. 4. Eclog. Pauca tamen ſuberunt priſcæ ueſtigia fraudis. Omnibus ueſtigiis indagare aliquid, eſt ubiq; quærere, & diligenter. Fallere ueſtigium, de loco lubrico dicitur. Ponere ueſtigia leniter, eſt ita progredi, ut uix ueſtigia appareãt. Dicimus quoq; Inſiſtere in ueſtigio. Imprimere ueſtigium: Facere ueſtigium in aliquo loco. Veſtigium corporis, eſt ipſius corporis impreſſio. Veſtigium equi, dicitur aliquando ipſius equi ferrea ſolea. Pli. lib. 28. ca. 20. Veſtigium equi excuſſum ungula, ut ſolet, plerunq; ſi quis collectum reponat, ſingultus remedium eſſe recordantibus &c. Occumbere in ueſtigio, eſt ſtantem eo in loco interfici, ubi ab Imperatore in acie collocatus fuerat.

VESTIGO, gas, pen. pro. {*Cercare, inueſtigare*}(ἰχνεύω, ϛιβεύω, ϛιβεύω, ἰχνηλατέω) quæro quaſi ueſtigia indago: à ueſtigiis, tanquam indiciis dictum. Cic. lib. 3. de Orat. Ipſa tractatio, & quotidie ex ſe gignit aliquid quod cum deſidioſa delectatione ueſtigea. Ver. 7. Aen. Quæ loca quiſue habeant homines, ubi mœnia gentis Veſtigemus. Ci. 2. de Orat. Non & coniuncta quæremus, & cauſas rerum ueſtigabimus? Verg. 6. Aen. Ergo alte ueſtiga oculis, & rite repertum Carpe manu. Huius compoſita ſunt, Inueſtigo, & Perueſtigo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis. Hinc ueſtigator, uerbale (ἰχνευτής) id eſt, uenator, à Veſtigiis ferarum dictus, ut autor eſt Var. 4. de Ling. Lat. Col. lib. 9. cap. 8. Nam ſtatim ſono territum, uel in frutice, uel in editiore ſyluæ fronde conſidet: uel à ueſtigatore præparato uaſe reconditur.

VESTINI, (οὐήστινοι) populi Italiæ inter Picenos, Sabinoſq; quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. & 12. Apud hos olim laudatiſſimi fiebant caſei. Mart. libr. 13. Si ſine carne uoles ientacula ſumere frugi. Hæc tibi Veſtino de grege maſſa uenit.

VESTIO, ſtis, ſtiui, itum, {*Veſtire*}(ἱματίζω, ἐνδύω, περιβάλλω, ϛολίζω) ueſtem induo, Pla. in Caſ. Vir te ueſtiat, tu uirũ deſpolies. Ci. pro Sex. Roſ. Qua ſi uero neſciat hunc alii & ueſtiri à Cælio, &c. Transfertur & ad alia, gaudetq;

ſe ablatiuo eius rei qua quis ueſtitur. Cic. 2. de Nat. deo. Primùm oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit, & ſepſit. Veſtiuit, id eſt, operuit, muniuit, cõtexit, uelauit. Colu. lib. 4. tranſtulit ad arbores: Vbi ſe frondibus ueſtierint, teneris cauliculis, necdum adultis, modus adhibendus eſt. Veſtire agrum uineis, apud eum lib. 3. cap. 1. Veſtire gramine ripas apud eundem lib. 8. cap. 5. Veſtiti montes ſyluis, apud Liu. 2. Bell. Maced. Veſtire parietes tabulis. Cic. 6. Verr. Veſtiri pilo. Plin. lib. 9. cap. 13. Veſtita floribus terra, arboribus, frugibusq;, &c. apud Cic. 2. de Nat. deo. Pli. Epiſt. 17. lib. 2. Hortum morus, & ficus frequens ueſtit, id eſt, contegit, ornat. Huius compoſita ſunt, Conueſtio, Circumueſtio, Superueſtio, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

VESTIMENTVM, ti, {*Veſtimento, ueſtimenta, ueſtura, ueſtito*} (ἐσθὴς, ἐπίβλημα, ἱμάτιον, ἔσθημα) idem quod ueſtis. Vlp. in l. ueſtimentum. ff. de Auro & arg. lega. Veſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, etſi deſectum non eſt, &c. Cic. pro Mil. Milo autem cum in ſenatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domum uenit, calceos & ueſtimenta mutauit. Horat. 1. Epiſt. 18. Veſtimenta dabat pretioſa, &c.

VESTIPLICA, (ἱματιοπλόκος) mulier quæ complicat ueſtes.

VESTIS, huius ueſtis, {*Veſta*} (ἐσθὴς, ἔσθημα, περιβολή) à uelando, ꝙ corpus uelet: ſeu à uellere, quod eſt uniuerſæ ouis lana. Et eſt generale nomen, quoduis ſignificans indumentum tam uirile, q̃ muliebre, quo cõtinentur omnia lanea, linea, ſerica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubandiq; cauſa apparata ſunt, & quæ acceſſionis iure cedunt, cuiuſmodi ſunt inſtitæ, picturæ, claui q;, quæ ueſtibus inſuuntur. Cic. 7. Verr. Illi ad deprecandũ periculum proferebãt, alii purpuram Tyriam, tus alii atque odores, ueſtemq; lineam, gemmas alii, & margaritas. Quintil. lib. 11. cap. 1. Monilia & margaritæ, & ueſtis longa ſunt ornamenta fœminarum. Verg. 9. Aen. Diues equum, diues pictai ueſtis, & auri. Cic. 2. Philip. Maximus uini numerus fuit, per magnũ optimi pondus argẽti, pretioſa ueſtis, multa & lauta ſupellex, & magnifica multis locis, &c. Ponitur interdum Veſtis pro barba, γένειον. Verg. lib. 7. Aene. Aurea cæſaries ollis, atq; aurea ueſtis. Vbi Seruius: Veſtis, hoc eſt barba: undè cõtra Inueſtes dicimus imberbes: undè eſt, Tunc mihi prima genas ueſtibat flore iuuenta. Lucret. lib. 5. Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas Tempore & impubem molli pubeſcere ueſte. Veſte, hoc eſt, pelo & lanugine, ſeu prima barba.

VESTISPICVS, ci, & Veſtiſpica, æ, pen. corr. {*Guardaueſte*} (ἱματιοφύλαξ) ſeruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtis, ꝙ frequenti diligentia ueſtes inſpiciat. Plaut. in Trin. Ducitur familia tota, Veſtiſpici, unctor, auri cuſtos. Afran. Noui non inſciam ancillulam ueſpere & ueſtiſpicam.

VESTITISSIMVS, a, um, {*Veſtitiſſimo*} quod eſt optimè ueſtitum. Colu. lib. 7. cap. 3. Id pecus, quũuis ex omnibus animalibus ueſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt. De ouibus.

VESTITVS, tus, {*Veſtito, ueſtire*} (ἐσθὴς, ἔσθημα, περιβολή) ueſtimentum, ſiue ueſtis. Plin. lib. 8. cap. 22. Veſtituq; in quercu ſuſpenſo, tranare, atq; abire in deſerta. Cic. 1. de Nat. deo. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresq; uoluerunt: neq; ſolum facie ſed etiam ornatu, ætate, ueſtitu. Orationis ueſtitus. Cic. de Cla. Orat. Concinnitas illa, crebritasq; ſententiarum priſtina manebat: ſed ea, ueſtitu illo orationis, quo conſueuerat, ornata non erat. Montium ueſtitus denſiſſimi. Cic. 2. de Nat. deo. Riparum ueſtitus uiridiſſimi, Cic. ibidẽ. Vir muliebri indutus ueſtitu, Cic. ad Att. lib. 1.

VESVLVS, (Βέσυλος) pen. cor. mons Liguriæ iuxta Alpes, inter cæteros clariſſimus, ex cuius radicibus Padus erumpit, teſte Plin. lib. 3. cap. 16. Verg. 10. Aen. Ac uelut ille canum morſu de montibus altis Actus aper, multos Veſulus quos pinifer annos Defendit:

VESVVIVS, qui & Veſeuus, mons eſt Campaniæ, non procul à Nola, crebris incendiis, & Plinii morte nobilitatus. Mart. lib. 4. Hic eſt pampineis uiridis Veſuuius umbris. Valerius Flaccus lib. 3. Argon. Veſbium uocat, aut certe Veſuium, per tres ſyllabas, Magis ut mugitor anhelet Veſuius. Vide de hoc plura in dictione Veſeuus.

VETER, ueteris, pen. cor. adiectiuum trium generum. {*Vecchio di età*} (γεραιὸς, παλαιὸς) ſenex, uetuſtus. Ennius, Quum ueter occubuit Priamus ſub marte Pelaſgo. Hinc Veterior, & Veterrimus. Plaut. in Bacchi. Senem illum ego tibi dedo ueteriorem, lepidè ut lenitum reddas. Treba. Ciceroni: Pro noſtro ueterrimo, uerisſimoq; amore. Verg. 2. Aene. Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus. Tacit. lib. 5. Arſacen liberorum ſuorum ueterrimum impoſuit. Id eſt, maximum natu. Cic. de Amic. Veterrima quæq; (ut ea uina, quæ uetuſtatem ferunt) eſſe debẽt ſuauiſſima.

VETERAMENTARIVS SVTOR, {*Scarpolino, ciauattino*} calcearius, qui ueteres calceos reficit. Eaq; forma dicitur Veteramentarius, qua ab armento Armentarius, à ferramento Ferramentarius. Sueton. in Vitell. Caſſius Seuerus, nec minus alii, eundem & ſutorem ueteramentarium prodiderunt.

VETERANVS, ueterana, ranum {*Veterano, uecchio, prattico*} (παλαιὸς) idẽ ſignificat quod Vetus. Liu. lib. 1. bel. Pun. Pœnum hoſtem ueteranum, trium & uiginti annorũ militia duriſſima inter Hiſpanas gentes ſemper uictorem. Vndè Veterana mancipia quæ à nouitiis diſtinguuntur. Veterana quæ anno continuo ſeruiuerunt in urbe Nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruiuerunt, ut ait Martianus de Publica, & uectigalibus. Veterani milites, qui multis annis ſtipendia fecerũt, & diuturno uſu in re militari ſunt exercitati. Budæus in libro de Aſſe ex auctoritate Taciti, oſtendit eos propriè dictos eſſe Veteranos, qui ſtipẽdia quidem legitima confecerant, adhuc tamen ſub uexillo continebãtur, quoad militiæ præmia, coloniasq; acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulſandi hoſtis. Stipendiorum autem legitimorum tempus nõ ſemper idem fuit. Conſtat enim quoſdam tricena, alios quadragena impleſſe ſtipendia. Sub initium autem principatus Tyberii, ſuborta hoc nomine ſeditione in caſtris Pannonicis, placuit, poſt ſenadena ſtipendia milites exauctorari, quatuorq; poſt annos, antequam miſſionem adipiſcerẽtur, ſub uexillis retineri, indulgentiore militiæ genere: quo tempore Veterani dicebantur. Cic. 2. Tuſc. Ergo hæc ueteranus miles facere poterit: doctus uir, ſapiens, facere non poterit? Cæſar lib. 1. Belli Galli. Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor ueteranorum. Luca. lib. 1. Quę ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quę noſter ueteranus aret? Cic. 3. Philip. Comparare firmiſſimum exercitum inuicto genere ueteranorum militum. Veteranum pecus Columel. libr. 6. capite 2. Verum iſta ſic agenda præcipimus, ſi ueteranum pecus non aderit. Veteranæ uites dicuntur ueteres, & antiquæ. Columel libr. 3. cap. 15. Deinde eam uelut ueteranam uitem totam exputare, & ad unam materiam firmiſſimam redigere.

VETERASCO, cis, {*Inuecchiarſi*} (παλαιόω) uetus fio, uetuſtatem contraho: quod & Vetuſteſcere dicimus. Col. lib. 2. cap. 15. Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina quam ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere.

VETERATOR, toris, {*Gattauecchia, trincato, ſcelerato, giotto, cattiuo, triſto, di mala ſorte, di mal pelo, aſtuto*} (παλιμπρατος, παλίμβολος, πανοῦργος) homo ueteris aſtutiæ, ut inquit Donatus & omni re callidus, à multarum rerum gerendarum uetuſtate. Teren. in Heaut. Idem iſtuc mihi uenit in mentem. C. ueterator. Terent. Andr. Quid hic uult ueterator ſibi? Veterator, inquit Budæus, eſt qui diuturna, ac multiplici, & ſæpe commutata ſeruitute aſtutus & uafer euaſit: quod genus ſeruorum olim minori erat in pretio, q̃ nouitiorum: unde ab Aedilibus præceptum erat, referente Vlpiano, ne ueterator pro nouitio ueniret. Veterator & ad liberos homines transfertur, pro eo, qui in quauis, quouiſue inſtituto aſtutia & ſolertia plurimùm pollet. Cic. lib. 2. de Fin. Acutum, uerſutũ, ueteratorem, facile ut excogitet quomodo occultè ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. Gell. lib. 3. cap. 1. Videbatur eſſe in literis ueterator. Veterator aduocatus dici hodie poteſt, qui diu, ac multùm in foro uerſatus, omnes litium trahendarũ anfractus, omnes ambagioſas fugitandi ludificationes, omnes prehenſiones, uexusq; lubrici litium certaminis, qui in ancipiti forenſium ſalebrarum Marte, belliſſime inſidias diſponere, atq; etiam prouidere nouit: ſed is propriè (ut uno uerbo abſoluam) qui eam ſe artem ſcire, atq; exercere profitetur, qua cauſa inferior, ſuperior euadere, uel reclamante æquo, bonoq; poſſit.

VETERATORIVS, a, um, (πανοῦργος, ὑπουλος, κατεργαλικὸς) ſubdolus, impoſtorius, uafer, aſtutus. Cic. Ver. Nihil ab iſto tectum, nihil ueteratorium expectaueritis; omnia aperta, omnia perſpicua reperientur. Hinc Veteratoriè, aduerb. (πανούργως) aſtutè, callidè, malitioſè. Cic. in Orat. Ille enim ſummiſſus, ꝙ acutè & ueteratoriè dicit, &c.

VETERATRIX, cis, (πανοῦργος ἡ) fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima.

VETERINVS, na, num, adiectiuũ: ut, Veterina animalia, (ζῶα φορτοφόρα) dicuntur ad uecturam idonea, quę aliquid uehere poſſunt, ità dicta, quaſi Venterina, teſte Feſto, ꝙ ad uentrem onus, religatum gerant, uel potius à uehendo, quaſi Vecterina. Plin. lib. 11. cap. 46. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur. Legitur & Veterinum, ſubſtantiuè, pro animali ueterino. hoc eſt, uecturæ idoneo, ζῶον φορτοφόρον. Plin. libr. 11. cap. 37. Aetas ueterinorum dentibus indicatur.

VETERINARIVS, rij, (κτηνίατρος) qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit, qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtũ. Vnde equos, mulos aſinos, meritorios uocamus. Colu. lib. 11. cap. 1. Nã & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, & uinitor, tum etiam ueterinarius, & probus paſtor. Veterinarii item (ἱππιατροί, κτηνιατροί) medici ſunt ueterinorum, quos nũc uulgus Mareſcalcos appellat. Colum. lib. 6. cap 8. Solent etiam faſtidia cibi afferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarii uocant.

VETERINARIVS, ria, rium, (κτηνιατρικὸς) quod ad ueterinarium pertinet: ut Medicina ueterinaria, κτηνιατρεία ἱππιατρεία. Col. lib. 7. cap. 3. Quare ueterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter.

VETERNVS, ni, (λήθαργος) morbus eſt naſcens ex humoribus frigidis cerebrum infeſtantibus, memoriam ſimul & rationem tollens, ineuitabilemq; dormiendi neceſsitatem inducens. Plaut. in Menæch. Num eum ueternus, aut aqua intercus tenet? Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum ſenectus, ideo Veternus quandoq; pro pigritia ponitur. νωθρότης. Verg. lib. 1. Georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Cic. lib. 6. Epiſt. Niſi ego cum tabernariis & aquariis depugnaſſem, ueternus occupaſſet ciuitatem. Quandoq; pro nimia dormitione. Plin. lib. 8. cap. 36. Primus diebus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant, tunc mirum in modum ueterno pingueſcunt. Hinc Veternoſus, (ληθαργικὸς) qui ueterno, hoc eſt, lethargo, laborat. Per tranſlationem tamen ſumitur per ſomnolento, & ſegni, νωθρὸς ὑπνώδης. Terent. in Eunuc. Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus ſenex. Quo in loco Terentius Eunuchum uocat ueternoſum, ꝙ tardus eſſet, & ſegnis, ac ſi ueternum pateretur. Cato uerò Veternoſum appellat hydropicum, quum inquit: Veternoſus quàm plurimum bibit, tam plurimum ſitit.

VETERO, as, {*Inuecchiarſi*} (παλαιόω) uetuſteſco, uetuſtatem acquiro. Celſus lib. 3. cap. 12. In his autem febribus, quæ ueterauerunt, utilis fames non eſt. Hinc compoſitum Inuetero, & augmentatiuum Veteraſco, quæ ſunt eiuſdem ſignificationis. Columel. lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere, ſi uitibus, aut pomorum arboribus adhibeas. Ab hoc Inueteraſco, is, quod eſt ualde uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigidius differentiam ponit inter Vetuſteſcere, & Veteraſcere: ꝙ quæ uetuſtate deteriora fiunt Vetuſteſcere dicantur: Veteraſcere, quæ meliora. Colum. uero lib. 6. docet Veteraſcere, ſeu Inueteraſcere, non ſemper in melius dici: cuius hæc ſunt uerba: ſed ſi iam inueterauit morbus, uehementioribus eſt opus remediis.

VETO, tas, tui, titum, pen. cor. {*Vietare, prohibire*} (ἀπαγορεύω, κωλύω) prohibeo, & nequid fiat, impero. Liu. lib. 2. Illi uicti ira, uetuere reddi. Teren. in Phor. Aruſpex uetuit ante brumam aliquid noui Negotii incipere. Cæſ. 2. bell. Gall. Et ꝙ ab opere ſingulisq; legionibus ſingulos legatos Cæſar diſcedere, niſi munitis caſtris, uetuerat. Cic. 5. Verr. Vetat te Volcatius tuæ, tuorumq; deliciæ, mẽtionẽ mancipia facere. Verg. 1. Aen. Quippe uetor fatis. Verg. 10. Eclog. Nõ me ulla uetabũt Frigora Parthenios canibus circũdare ſaltus. Vetans, tis, particip. Cic. 2. de Legib. Ità principem legem illam, & ultimam, mentem eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis, aut uetantis dei. A' Veto, quamuis ſupinum faciat

uetitum, participium tamen ſuturi temporis deducitur Vetaturus, nō uetiturus: item uerbale Vetatio, non Vetitio autore Valla li. 1. Præteriti tamen participiū eſt Vetitus. Verg. 6. Aen. Hic thalamū inuaſit natæ, uetitoſq; hymenæos. Ouid. 2. Meta. Vetito tentarunt æquore tingi. Horat. 1. Carm. Ode 3. Audax omnia perpeti Gens humana ruit per uetitum nefas. Vetitum, ti, ſubſtantiuū: id quod prohibetur. Ver. 10. Aen. Quæ contra uetitum diſcordia? Ouid. 3. Amor. Nitimur in uetitum ſemper, cupimuſq; negata. Legitur etiam præteritum Vetaui, & ſupinum Vetatum. Perſius Saty. 5. Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit. Quo tamen in loco nonnulli Notauit, legendum contendunt.

VETONES, pen. prod. Hiſpaniæ citerioris populi, inter Tagum & Durium amnes ſiti, Carpetanis ad Occaſum proximi: à quibus herba nobiliſſima, quam Græci κέστρον uocant, Vetonicæ ſiue Betonicæ nomen accepit. Vide Plin. lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 20. & 22. & libr. 25. cap. 8. Nonnulli etiam Vettones uocant geminato t: quidam etiam Vectones. ut apud Lucanum libr. 4. Vectoneſq; leues, &c.

VETONICA, ſiue Betonica, (κέστρον, βεττονική Dioſcoridi) herba eſt tenui caule, cubiti altitudine, & quadrangulo: folia longis, mollibus, quernis ſimilibus per ambitum inciſis, odoratis, & uerſus radicem maioribus, in ſummo caulium ſemen ſpicatum, ueluti thymbræ, habens: radices autem tenues hellebori ſimilitudine. Græci à remediorum copia κέστρον uocant. Vetonica autem ſiue Betonica dicta eſt à Vetonibus Hiſpaniæ populis, qui primi eius uſum creduntur inueniſſe, teſte Plin. lib. 25. cap. 8. Apud herbarios & ſeplaſiarios nomen retinet. Eſt & aliud Betonicæ genus, ſpecie multum à ſuperiore differēs: cuius duæ ſunt ſpecies Sylueſtris, & Altilis, ſiue Coronaria. Sylueſtrem uulgus herbariorum Tunicā uocat, Galli Armoriam. Altilem à floris odore Caryophyllon uulgus, quidam etiam in Gallia Ocellum uocant. Meminerūt utriuſq; generis. Pli. lib. 25. cap. 8. & Aegineta lib. 7.

VETVLONIVM, (οὐετουλώνιον Ptolemæo) ſiue Vetulonia, Ioniæ, urbium Hetruriæ, cùm Mæones eam obtinerent caput cuius meminit Silius li. 8. Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis. Plin. lib. 2. cap. 103. Vetulonios appellat, Pataminorum (inquit) aquis calidis herbæ innaſcuntur uirentes, Piſanorum ranæ, ad Vetulonios in Hetruria, non procul à mari, piſces. Hinc Vetulonienſes populi, quorum meminit idem Plin. lib. 3. cap. 5.

VETVS, ueteris, pe. cor. om. gen. {Vecchio, antico} (παλαιός, ἀρχαῖος) antiquū & multorum annorum, menſium, aut dierum ſignificat: ſecundum id, cui adiectū eſt. Plaut. in Truc. Vetus eſt materia. Cic. pro Cecin. At uero hoc quidem iam uetus eſt, & maiorum exemplo multis in rebus uſitatum. Quidam dici putāt, quaſi uietus. hoc eſt, ſine ui. ætas enim debilitat uires. Alii à Ve, pro ualde, & ætas. Et plerunq; in laude ponitur. Vnde dicimus, Apud ueteres, eos uidelicet autoritatis plenos ſignificantes. Item Vetus Falernum, quod ætate uires acquiſiuit. Interdum ad uituperationem refertur, & pro carioſo, ſeu rancido ponitur, proq; eo quod ætate iam deterius eſt effectum. Teren. in And. Sed qui maleuoli Veteris poetæ maledictis reſpondeat. Vetus adagium, Vetus uerbum, id eſt, iandiu uſurpatum, & à ueteribus etiam dictum. Plaut. in Amph. Vetus eſt adagium, Fames & mora Bilem in naſum conciunt. Terent. in Adelph. Nam uetus uerbum hoc quidem eſt, Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Huius diminutiuum eſt Vetulus, quod modo ſubſtantiue accipitur pro ſeniculo, γερόντιον. Plaut. in Epid. Quales uolo uetulos duos. Modo adiectiue, pro ſubuetuſto, ſiue ſub antiquo: ut, Vetula cornix. Horat. 4. Carm. Ode 13. Seruatura diu parē Cornicis uetulæ temporibus Lycen. &c. Arbor uetula. Cice. 5. de Finib. Itaq; & uiuere uitem, & mori dicimus: arboremq; & nouellam, & uetulam & uigere & ſeneſcere. Equus uetulus. Cice. de Amicit. Num quando amici noui digni amicitia, ueteribus ſint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere ſolemus. Falernum uetulum. Catull. Epigramm. 24. Miniſter uetuli puer falerni. Vinum uetulum. Colum. libr. 10. Brachia iactantes uetulo marcentia uino.

VETVSTAS, tatis, {Antichità, uecchiezza} (ἀρχαιότης) antiquitas, ſenectus. Plin. li. 27. ca. 7. Nix uetuſtate rubeſcit. Liu. 2. ab Vrbe: Nec quid quoq; anno actum ſit, in tanta uetuſtate non rerum modo, ſed etiam autorū, digerere poſſis. Cic. de Amic. Magna eſt uis uetuſtatis & conſuetudinis. Ouid. 5. Met. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

VETVSTESCO, is, {Inuecchiarſi} (παλαιόω) inueteraſco, uetuſtatem acquiro. Colum. lib. 1. cap. 7. Apothecæ rectè ſuperponentur his locis: unde plerunq; fumus earum exoritur, quoniam uina celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

VETVSTVS, a, um, {Vecchio, uetuſto} (ἀρχαῖος) idem quod uetus. Liu. li. 1. Poſſe quidem ſe uetuſto iure agere. Cice. Acilio, lib. 13. Cum Demetrio Mega mihi uetuſtum hoſpitium eſt. Oui. 2. Faſt. Tybri doce uerum, tua ripa uetuſtior urbe eſt. Verg. 2. Aen. Eſt urbe egreſſis tumulus, templumq; uetuſtum Deſertæ Cereris, iuxtaq; antiqua cupreſſus, Religione patrum multos ſeruata per annos. Plin. lib. 25. cap. 2. Vt Aeſchylus è uetuſtiſſimis in poetica refertam Italiam herbarum potentia proderet. Tacit. lib. 2. Qui Vononem uetuſtiſſimum liberorum eius acciperent. Hoc eſt, maximum natu. Hinc quoq; Vetuſtè, aduerb. (ἀρχαίως) antique. Pli. lib. 27. cap. 7. Vetuſtiſſimè in uſu eſt. hoc eſt, diutiſſimè conſeruatum in uſu eſt.

VEXILLARIVS, {Banderale, alfiere} (σημειοφόρος) ſignifer, qui uexillū fert. Liu. lib. 8. Ordo ter ſexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habet.

VEXILLVM, li, {Bandera} (σημεῖον) ſignum militare. Cæſar 2. Bel. Gall. Vexillum proponendum, quod erat inſigne, cùm ad arma cōcurri oporteret. Tacit. lib. 1. Poſtquam turbatum in caſtris accepere, uexilla conuellunt. Cic. in Ora. docet Velum à uexillo factum, ut à paxillo Palum, à taxillo Talum extritis tribus literis, gratia uitandi duritiei ſoni. Vexillum autem continebat homines centum octoginta ſex, teſte Liu. lib. 8. ab Vrb. Hinc Vexillifer, (σημειοφόρος) ſignifer, geſtator uexilli, quem & Aquiliferum uocabant Romani.

VEXILLATIO, onis, {Banderatione} quid ſignificet, declarat Vegetius li. 2. cap. 1. Equitum (inquit) alæ dicuntur ab eo, ꝙ ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes uocantur, à uelo: quia uelis, hoc eſt, flammulis utuntur. Suet. in Galba, cap. 20. Illud mirum admodū fuerit, neq; præſentium quenquam opera Imperatori ferre conatum, & omnes, qui accerſerentur, ſpreuiſſe nuntium, excepta Germanicorum uexillatione.

VEXO, as, {Diſturbare, moleſtare, uotare} (πορθεύω, ἐνοχλέω, ὑβρίζω, πορθέω) agito, moleſto perturbo, infeſto, populor, diripio, & huc atq; illuc diſtraho. Tractum ab eo, quod eſt ueho, in quo ineſt iam uis quędam alieni arbitrii. Non enim ſui potens eſt, qui uehitur. Vexare autem ui atq; motu procul dubio uaſtiore eſt. Nam qui raptatur, & huc atq; illuc diſtrahitur, (ut inquit Gel. li. 2. ca. 6.) hic uexari proprie dicitur: ſicut Taxare preſſius, crebriuſq; tangere. Iactare multo fuſius, largiuſq; iacere. Quaſſare etiam, ꝙ quatere, grauius, uiolentiuſq;. Cic. 2. Ver. Quam iſte per triennium ita uexauit ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquū ſtatum nullo modo poſſit. De Sicilia loquitur: in quē locū Aſconius: Nimirum uexauit, ingentis calamitatis uſum ſignificat: nam & ipſe ſupra ſic ait, Populatæ, uexatæ, funditus euerſæ prouinciæ. Ver. 6. Eclog. Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias uexaſſe rates. Vexare nos dicuntur uitia: quia animum iactant, diſtorquent, agitant, infeſtāt. Salluſt. in Catil. At me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama, atq; inuidia uocabant. Vexatio, onis, uerbale, {Trauaglio} (κάκωσις, πόρθησις, ὄχλησις, αἰκία) populatio, direptio, infeſtatio, afflictio. Cice. 4. in Cati. Tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam uirginum atq; puerorum, ac uexationem uirginum Veſtalium perhorreſco. Vexator, oris, infeſtator. Cic. de Aruſp. reſp. Tam crudelis mei, tam ſceleratus Reipu. uexator eſſe potuiſſet? Huius compoſita ſunt Deuexo, & Diuexo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

V ANTE F.

VFENS, fluuius eſt iuxta Terracinam, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. qui labitur per Pōtinas paludes, qui etiam Vfentum à quibuſdam dicitur. Verg. lib. 7. Aen. Gelidusq; per imas Quærit iter ualles, atq; in mare uoluitur Vfens. Hinc Vfentinus, adiectiuum, ut Vfentina tribus. Liu. 9. ab Vrbe: Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina. Vfens præterea Aequicolarum dux fuit, qui cum Turno aduerſus Aeneā ſuppetias ferret, à Gya Troiano eſt interfectus: de quo Verg. lib. 7. & 12. Aeneid.

V ANTE I.

VIA, fluuius Gallecorum Lucenſium, in citeriori Hiſpania, nō procul ab Orubio promontorio in Oceanum occidentalem ſeſe exonerans. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

VIA, uiæ, {Via ſtrada} (ὁδός) dimidius actus, quà poteſt ire uehiculum. Via (inquit Paulus Iureconſ.) conſtitui uel latior octo pedibus, uel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire poteſt: alioqui iter ſit, non uia.

Abuſiuè tamen ſumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plinius. Quum de uia uocaſſem. Terent. in Eunu. Haud conuenit Vna ire amicam cum Imperatorē in uia. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. Ibam forte uia ſacra, ſicut meus eſt mos. Verg. 2. Aen. Obſedere alii telis anguſta uiarum Oppoſiti. Tacit. lib. 19. Peranguſta, & lubrica uiarum flexerant. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi, (ὁδεία) Cic. 1. Philip. Quumq; de uia languerem, & mihimet diſplicerem. Ouid. 2. Meta. Auditaq; uiæ cauſa, non utile carpis, Inquit, iter. Cic. de Seneƈt. Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, ꝙ quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere? Aliquando pro ratione, & modo aliquid faciendi. Ver. libr. 4. Aen. Inueni germana uiam, gratare ſorori. Idem 6. Aen. Aut tu, ſi qua uia eſt ſi quam tibi diua creatrix Oſtendit, &c. Cic. 2. Verr. Habeo autem certam uiā atq; rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim. Aliquando pro conſuetudine. Terent. in Heaut. Sed ut & uia peruulgata patrum quotidie accuſabam. Dicta uia, ab eundo, quaſi ia, ꝙ per eam eatur. Vel à uehendo, quaſi ueha, ꝙ per eam fructus ad uillam uehantur: uel ꝙ per eam uehiculum ire poſſit. Viarum, quædam Publicæ ſunt, quædam Priuatæ, quædam Vicinales, ut inquit Vlp. in tit. Ne quid in loc. publ. §. ſi quis Publicas uias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, noſtri Prætorias, alii Conſulares uias appellant.

Vicinales ſunt uiæ, quæ in uicis ſunt, uel quæ in uicos ducunt. Has quoq; Publicas quidam dicunt, ut ait Paulus titu. de loc. & itin. publ. l. Viæ uicinales. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi poſſunt, uel eæ quę ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, ita ut ad agrum alterius ducāt: uel eæ quæ ad agros ducunt. per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de uia conſulari. Aperire uiam, eſt ad ueterem altitudinem, latitudinemq; reſtituere. Purgare uiam, eſt id de uia tollere, quod ſuperfluum eſt. Reficere uiā dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnino omnes qui in priſtinum ſtatum reducunt. Vlp. in l. prope art. ff. de uia pub. Conficere uiam, (ὁδοιπορεῖν) eſt ire, peregrinari. Cic. de Sene. Volumus ſanè niſi moleſtum eſt, tibi Cato, tanquam aliquam uiam lōgam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendū ſit, iſtud quo peruenisti, uidere quale ſit. Exigere uiam dicuntur magiſtratus, cum uiciniam cogunt munire ſuo ſumptu uiam domibus ſuis uel poſſeſſionibus adiacentem. Via Prima. Plaut. in Mil. Dummodo nunc prima uia inducamus, uera ut eſſe credat, quæ mentibimur. Id eſt, primo ipſo congreſſu. In uiam dare ſe, eſt committere ſe uiæ. Inuenire uiam, eſt exitū reperire. Verg. 3. Aen. Fata uiam inuenient: aderitq; uocatus Apollo. Viam facere, (ὁδοποιεῖν) eſt locū, ubi nō erat uia, aperire. Viam munire. (ὁδοποιεῖν) eſt reficere, inſtaurare, nonnunquam etiam lapidibus ſternere, quod propter ſternere uiam dicimus: Cice. pro Cælio: Perinde quaſi Appius ille cæcus uiam munierit, non qua populus uteretur, ſed qua poſteri ſui impune latrocinarentur? Munire uiam, per trāſlationem, pro eo, quod eſt, compendiariam rei alicuius rationem præmonſtrare. Quintil. Propterea ꝙ plurimi autores quamuis eodem tenderent, diuerſas tamen uias muniuerunt, & in ſuam quiſq; induxit ſequentes. Tota uia errare: prouerbium in eos, qui uehementer à uero aberrant. Terent. in Eun. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia. Vide Eraſmi Chiliades.

VIANA, Norici urbs, apud Plin. lib. 3. cap. 24. Hermolaus eandem putat cum Vienna Auſtriæ, omnibus quas Danubius ſuſtinet urbibus, & ædificiorū ſplendore, & agri ubertate præferenda.

VIARIVS, a, um, ut, Lex uiaria. Cælius Ciceroni libr. 8. Leuiſſimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, tranſfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit, legemq; Viariam non diſſimilem Agrariæ Rulli, & alimentariam,

riam, quas iubet Aediles metiri, iactauit.

VIATICATVS, a, um, (ἐφοδιασμένος, ἐπισιτισμένος) uiatico inſtructus. Plau. in Menæch. Cum marſupium inſpicio, Viaticati hercle admodum æſtiuè ſumus.

VIATICVM, ci, {*Vettouaglia*} (ἐφόδια, ἐπισίτιον, τά) cibus, pecuniave quã iter facientes nobiſcum circunferimus. Plau. in Cap. Sequere me, uiaticum ut dem à trapezita tibi. Cic. Attic. lib. 12. Velim uideas & quid uiatici, & quid inſtrumenti ſatis ſit. Aliquando capitur pro facultate, ſeu apparatu. Q. Clau. in annal. Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter præcellebant, ut facilè intelligeretur magnum uiaticum. Id eſt, magna facultas, magnus apparatus. Huius diminutiuum eſt Viaticulum. Apuleius lib. 7. de Aſino Aureo: Viaticulum mihi corraſi.

VIATICA COENA, (ἐξιτήριον) dicitur, quæ datur abituro. Plau. in Bacchid. Ego ſorori meæ cœnam hodie dare uolo uiaticam.

VIATOR, oris, {*Viandante*} (ὁδίτης) qui iter facit. Mar. lib. 2. Laſſus tam citò deficis uiator. Iuu. Saty. 10. Cantabit uacuus coram latrone uiator. Ci. pro Mil. non ſemper uiator à latrone, nonnunquam etiam latro à uiatore occiditur. Viatores, (κλήτορες) etiam dicebantur, qui magiſtratibus parebant, eò q; plerunque euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Colu. in Præfat. lib. 1. Illis temporibus proceres in agris morabantur, & quum conſilium publicum deſiderabatur, à uillis arceſſebantur in ſenatum: ex quo qui eos arceſſebant, Viatores nominati ſunt. Ci. de Senect. A uilla in Senatum arceſſebantur Curius & cæteri ſenes: ex quo qui eos arceſſebant, Viatores nominati ſunt. Poſtea tamen Viatorum nomen ad Tribunorum miniſtros tranſlatum eſt, qui illorum iuſſu quemlibet præhendebant. Conſulum autem, Proconſulum, & Prætorum miniſtri, Lictores dicebantur. Liu. 2. ab Vrbe. Ardens itaq; ira Tribunus, uiatorem mittit ad Conſulem, Conſul lictorem ad Tribunum. Gell. lib. 13. cap. 12. ex lib. 21. Rer. human. Varronis: In magiſtratu (inquit) habent alii uocationem, alii præhenſionem, alii neutrum. Vocationem, ut Conſules, & alii, qui habent imperium: præhenſionem ut Tribuni plebis & alii, qui habent uiatorem: neq; præhenſionem, neq; uocationem: ut Quæſtores, & cæteri, qui neq; lictorem habent, neq; uiatorem.

VIATORIVS, a, um, (ὁδοιπορικός) quod ad uiam pertinet. Vnde Viatorium uas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. Pli. lib. 16. cap. 10. de taxo loquens: Vaſa uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Idem lib. 37. cap. 2. Qui ſceptra & perſonas, & cubicula uiatoria unionibus cõſternebat.

VIBEX, bicis, pe. pro. {*Segno, di percuſſione*} (μώλωψ, πελίωμα) ſignum uerberis in humano corpore remanens: ita dictum, auctore Feſto, q; ui fiat. Plin. lib. 30. Verberum uulnera, atq; uibices, pellibus ouium recentibus impoſitis, obliterantur. Perſius Saty. 4. Si puteal multa cautus uibice flagellas.

VIBIVS Virius, cuius Capuæ fuit potentiſſimus, primusq; defectionis ad Annibalem auctor, qui iam attenuatis Pœnorum uiribus, cum Capuam à Fuluio obſeſſi deditionem pararent, à ſeptuaginta Senatoribus domum deductus eſt: quibus conuiuio adhibitis, cum quã maxima uini ingurgitatione mentem omnem ab imminentis mali ſenſu alienaſſent, poſt mutuos complexus ſe omnes ueneno peremerunt. Vide Liu. lib. 6. Decad. 3.

VIBO, onis, (Ἱππώνιον Straboni) oppidum Locrorum in Brutiis, ita nuncupatũ à Romanis, cum antea Hippon appellaretur. Vide Strabonem lib. 6. & Pli. lib. 3. cap. 5.

VIBONES, Britannicæ herbæ flores, qui deuorati ante tonitrua à fulminibus ſecuros reddere exiſtimantur. Plin. lib. 25. cap. 3. Herba, quæ uocatur Britannica, non neruis modò, & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoq; & ſerpentes. Florem Vibones uocant, qui collectus ante quã tonitrua audiantur, & deuoratus, ſecuros in totum reddit. Friſii, qua caſtra erant, noſtris demonſtrauere.

VIBRISSÆ, ſunt pili in naribus hominum, quòd his euulſis, caput uibretur. Feſtus.

VIBRISSARE, (μινυρίζειν) eſt uocem in cantando criſpare: à Vibro, uel à uibriſſis narium pilis. Feſtus.

VIBRO, bras, {*Vibrare, mouere*} (κραδαίνω, πάλλω) moueo, quatio. Cic. 2. de Orat. Atq; eiuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitum, qui uibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. Ouid. epiſt. 11. Sic mea uibrari pallentia membra uideres. Verg. 11. Aene. Haſtasq; reductis Protendunt longè dextris, & ſpicula uibrant. Vibro, aliquando neutraliter ponitur, pro mico, & intremiſco, ut ait Budæus. Cice. 4. Acad. de mari loquens: Quodq; nunc quia à ſole collucet, albeſcit, & uibrat: diſſimileq; eſt proximo ei cõtinenti. Nõnunquam pro eo quod eſt, ui & impetu quodam ferri. Cice. in Orat. Demoſthenis non tam uibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur. Hinc Vibrans, tis, partic. Verg. 2. Aen. Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Cic. de Clar. Ora. Et erat oratio cum incitata & uibrans tum etiam accurata & polita. Ouid. 12. Meta. Concutiensq; ſuis uibrantia tela lacertis. Vibratus, a, um, aliud participium. Ouid. 8. Metam. Ambo uibrata per auras Haſtarum tumulo quatiebant ſpicula motu. Verg. 8. Aen. Nanq; improuiſo uibratus ab æthere fulgor Cum ſonitu uenit. Vibratus, pro criſpo. οὖλος. Plin. lib. 2. ca. 78. Barba & capillo uibrato. Verg. 12. Aen. Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes. Id eſt, criſpatos calamiſtro, inquit Seruius.

VIBVRNVM, genus fruticis, lentum in primis & flexibile, ideoq; faſcibus ligandis idoneum. Galli Viornam uocant. Verg. 1. Eclo. Verum hæc tantũ alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta ſolent inter uiburna cupreſſi.

VICANI, (κωμῆται) qui uicos ruſticos habitant. Liu. 8. Bel. Maced. Vicani, quiq; ibi exules habitabant. Cic. 1. de Diui. ex uetuſto quopiam Poeta. Non habeo deniq; nauci Marſum augurem, Non uicanos aruſpices, non de circo aſtrologos. Idem pro Flac. Timolites ille uicanus, homo non modo nobis ſed ne inter ſuos quidem notus, uos docebit qualis ſit L. Flaccus.

VICARIVS, ria, rium, {*Vicario locotenente*} quod uicẽ alicuius gerit, ſiue obtinet, & in eius locum ſucceſſit. Quint. Vicariam ei operam impendi. Cic. pro Roſc. Am. Propterea q; quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur. Quinti. in Gladiatore: Quod unũ mihi relictum eſt, en polliceor patri tuo uicarias manus.

VICARIVS, {*Vicario del loco tenente*} apud Iureconſultos, oratores, & poetas, uſurpatur pro ſeruo, ſerui maioris in familia uices gerente. Horat. 2. Sermo. Sat. 7. Siue uicarius eſt, qui ſeruo paret, uti mos Veſter, ait: ſeu conſeruus. Mart. Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo uicarius eſſe. Accipitur tamen & latius, pro omni eo, qui in locum alterius ſufficitur. Cic. lib. 6. Epiſt. Itaque da te uicarium, tu illũ obſeruabis. Idem 6. Verr. Succedam ego uicarius tuo muneri.

VICATIM, aduerb. {*Per uarie uille*} (κατὰ κώμας) ſparſim per uicos & pagos. Plin. lib. 6. cap. 26. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit uicatim diſperſa, præter Babylona, & Ninum. Dicitur & de uicis urbanis: ut idem ſit Vicatim, quod per ſingulas urbis uias. Cic. pro Domo ſua. Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe deſcriptio.

VICEM, & in ablatiuo Vice, {*Permutatione, uicenda*} ſolum in ſingulari numero: in plurali uero habet omnes caſus, præter genitiuũ. Dictæ ſunt Vices (ut quidam aiunt) à ui, & à ueteribus pro pugnis, & periculis accipiebantur, quoniam per uiciſſitudinem pugnetur. Verg. 2. Aeneı. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, Teſtor in occaſu ueſtro, nec tela, nec ullas Vitauiſſe uices Danaum. Id eſt, pugnas, & pericula. Plaut. Vices eius memorat, & cicatrices denudat. Itẽ pro pœnis, & incommodis, q; ui fiant. Cic. pro Domo ſua: Mihi uni neceſſe eſt & meam & aliorum uicem pertimeſcere. Horat. lib. 1. Carm. Vicesq; ſuperbæ Te maneant ipſum. Quoniam uero per uiciſſitudinem pugnari ſolet, factum eſt, ut Vices pro alternatione ſiue uiciſſitudine capiamus, ἀμοιβαί. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit diſcipula intentione magna & reddit, uicibusq; reticet. Hora. de Arte. Fungar uice cotis, acutum Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi. Cic. 2. de Leg. Nulla eſt enim perſona, quæ ad uicem eius, qui è uita emigrauit, propius accedat, quã hæres. Interdum Vicem accipimus pro loco, munere, uel offi. io. unde Vice alterius fungi: (ἀνθ᾽ ἑτέρου εἶναι) dicimus eum, qui alterius locum ſupplet abſentisq; munere fungitur: ut cum Lunam dicimus Solis uicẽ ſupplere (ἡλίου χρείαν ἀναπληροῦν) hoc eſt, eoſdem uſus præbere, quos Sol præſens exhiberet. Veteres Meam, tuam, ſuam uicem, per accuſatiuum efferebant, quod hodie potius per ablatiuũ, Mea, tua, uel ſua uice, dicimus. Plaut in Rud. Si appellabit quampiam, Vos reſpondete iſtinc iſtarum uicem. Id eſt, uice iſtarum, ſiue pro iſtis. Sic ferè ſemper Plau. Cic. etiam ac Liuium ſic frequenter locutos inuenies. Cic. ad Lentu. lib. 1. Noſtram uicem ultus eſt ipſe ſeſe. Id eſt, ſeſe pœna afficiendo, occupauit officium noſtrum. Liuius. Clamor undiq; ab ſolicitis uicem Imperatoris militibus ſublatus eſt. Repẽdere uicem, eſt pro beneficio in alterum collato, mutuam gratiam repetere. Reddere uicem, eſt gratiam referre, & beneficium acceptum mutuo beneficio rependere. Plin. Epiſt. 9. li. 2. Reddam uicem, ſi repoſces.

VICENARIVS, a, um, quod eſt uiginti capitum, ut Grex uicenarius, ex uiginti conſtans pecudibus. Aut uiginti librarum: ut Lapis uicenarius. Aut uiginti annorum. ut Puella uicenaria, εἰκοσαέτις. Lex quina uicenaria Plau. Pſeud. Tum lex me perdit quina uicenaria: omnes metuunt credere. Vbi interpres: Videtur lex lata, ut ſi cuipiã crederetur ſupra uigintiquinque minas, redhibitio nulla eſſet. Alii Quinam uicenariam interpretantur Centenariam: omnes profectò nimium inepte. Nos Plautum de annorũ numero ſenſiſſe omnino exiſtimamus. Conſtat enim inter eos, qui uel à primo limine Iuriſprudẽtiam ſalutarunt, Macedoniano Senatuſconſulto cautum eſſe, nequid minori uigintiquinque annis crederetur: ſi contra fieret, eius rei nullam fore actionem, niſi forte in rem minoris eſſet conuerſa. Callidorus itaque adoleſcentulus, qui ad eã ætatem nondum peruenerat, hanc ſibi legem impedimento eſſe queritur, ad inueniendam pecuniam, q; nemo tam ſtolidus inueniretur, qui contra legis præſcriptum ſibi aliquid crederet, quod poſtea legibus repetere non poſſet.

VICENI, æ, a, pluraliter, {*Venti*} (εἴκοσι) quamuis propriè diſtributiuus numerus ſit, accipitur tamen ſimpliciter pro uiginti. Col. lib. 3. ca. 3. Vicenas amphoras percipient. Liu. 2. Bell. Mace. Vicena quina millia æris. Pli. lib. 6. ca. 23. Circa has hydri marini uicenum cubitorum adnatantes terruere claſſem.

VICENTIA, æ, {*Vicenza*} Venetiæ oppidum, non procul à Patauio: cuius meminit Pli. lib. 3. cap. 19.

VICESIMVS, a, um, {*Venteſimo*} (εἰκοστός) ordinis numerus eſt, ſignificatq; ultimum ex uiginti: pro quo & Vigeſimum dicimus. Ci. 2. de Fin. Viceſimo die lunæ. Idem Cornificio lib. 12. Altero uiceſimo die. Aeſtas uiceſima, pro uiceſimo anno, apud Ouid. ad Piſonem.

VICESIMA, æ, (εἰκοστή, τά) uectigalis genus, quo in centenas libras quinq; exigebantur. Cice. Attic. lib. 2. Et eo magis, q; portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod uectigal ſupereſt domeſticum, præter uiceſimã. quæ mihi uidetur una conciuncula clamore pedi ſequorum noſtrorum eſſe peritura. Viceſimarius, a, um: ut, Aurum uiceſimarium. Liu. 7. bell. Pun. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Conſulibus, aurum uiceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſeruabatur, promi placuit. Id eſt, aurum quod ex uiceſima colligebatur.

VICIES, aduerb. numerandi, {*Vinti uolte*} (εἰκοσάκις) uiginti uicibus. Pli. libr. 7. ca. 28. Centies uicies præliatus. Colu. lib. 5. ca. 2. Ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus ſic multiplicabis, centies uicies ducenti quadraginta fiunt uiginti octo milia & octingenti.

VICIA, æ, {*Vezza*} (σαράκαν, κύαμος, βίκιον) leguminis genus iumentorum pabulo notiſſimũ, cubitali altitudine, foliis fere petroſelini, amplioribus tamen, flore piſi, minutis nigrantibusq; in ſiliqua granis. Galli ſeruatis non obſcuris Latini nominis ueſtigiis, Veſſas appellant. Dictæ Viciæ, ut ait Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31. q; capreolos habeant, ut uitis, quibus ſurſum uorſum ſerpunt ad ſcapum lupini, aliumùe calamum, ad quem ut hæreat eum ſolet uincire. Alii dictas malunt à Græco βίκιον, qua nomenclatura plerique omnes Græciæ populi uſi ſunt, Atticis exceptis, qui σαράκαν, aut κύαμον maluerunt appellare teſte Galeno lib. 1. de Aliment. Facult. Plin. libr. 18. Naſcuntur in uicia cochleæ minutæ erodentes eam.

VICIARIVS, a, um, (βικιακός) quod ad uiciam pertinet: ut Cribrum uiciarium, quo uicia expurgatur, à frumento. Colum. li. 8. cap. 5. Cribro uiciano, uel etiam loliario, qui iam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur: deinde pulegii ſurculis ſumigentur.

VICINALIS, le, (γειτνιακός) ad uiciniam pertinens: ut, Viæ uicinales. Pan-

lus in l. uiæ ff de loco, & itiner. publ. Viæ uicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum uiarum numero ſunt. Vicinalis uſus. Liu. 1. Bell. Pun. Itaque ingens coacta uis nauium eſt lintriumq; temere ad uicinalem uſum paratum. hoc eſt, ad uſum uicinitæ, ſeu uicinorum.

VICINIA, {Vicinanza, uicinità} (γειτνία, γειτνίασις, γειτονία) loci uicinitas, ſeu uicinorum inter ſe propinquitas, uel ipſi etiam uicini. Ouid. 4. Metam. Notitiam, primosq; gradus uicinia fecit. Cicer. 1. Tuſculan. Inde in uicinia noſtra Auerni lacus. Horat. 2. Sermo. Satyr. 5. Funus egregie factum laudet uicinia.

VICINITAS, atis, {Vicinità} (γειτνίασις) uicinorũ propinquitas, & aliquãdo uicinorum multitudo. Teren. in Heau. Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas facit, ut te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. Verr. Signum quod notum erat uicinitati, buccina datur. Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur: ut cũ dicimus Vicinitas ſyluæ, Vicinitas nominis, & eiuſcemodi. Plin. lib 4. ca. 16. Triginta prope iam annis notitiam eius Rom. armis non ultra uicinitatem ſyluæ Calidoniæ propugnantibus. Quintil. lib 3. cap. 6. Virtutibus ac uitiis uicinitas quædam eſt. Cicer. de Clar. Orato. Artium ſtudiorumq; quaſi finitima uicinitas.

VICINVS, ni, {Vicino} (γείτων, ὁ πλησίον) qui in eodem uico, ut certe non procul ab ædibus noſtris habitat. Cic. pro Sext. Roſc. Quaſi uero mihi difficile ſit quãuis multos nominatim proferre uel tribules, uel uicinos meos, qui, &c. Hora. 2. Epi. Cætera qui uitæ ſeruaret munia recto More. bonus ſane uicinus, amabilis hoſpes, Comis in uxorem, &c. Cic. Att. lib. 2. C. Arrius proximus eſt uicinus, imo ille quidem iam contubernalis. Huius fœmininum eſt uicina. Terẽ. Eun. Hanc Thaidem non ſciebam nobis uicinam. Eſt & Vicinus adiectiuũ, pro propinquo. Cic. in Orat. Vicina, & finitima rhetoricę dialectica. Pla. Merca. Nunc ego uerum illud uerbum eſſe experior uetus Aliquid mali eſſe ꝓpter uicinum malum. Verg. 1. Eclog. Non mala uicini pecoris contagia lædent. Idẽ 1. Georg. in fine: Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes Arma ferũt. Hora. 1. Sermo. Saty. 5. Niſi nos uicina Triuici Villa recepiſſet. Ouid. 6. Faſt. Ni connexa foret, parti uicinior eſſet, &c.

VICISSATIM, {Iſcambieuolmente} (ἐναλλαγμένως ἐναλλάδην) per uices. Plautus in Pœnulo: Ad argumentum nunc uiciſſatim uolo remigrare. Antiquum.

VICISSIM, aduerbium, {A uicenda, iſcambieuolmente} (ἀμοιβαδὸς, ἐναλλάξ) per uices, ſiue alternatim. ut, Viciſſim incũbit oneri: id eſt, modo hic, modo ille incumbit oneri Plau. Aſin. Inambulandum eſt, nunc mihi uiciſſim ſupplicabunt. Verg. 3. Eclog. Vis ergo inter nos, quid poſſit uterq;, uiciſſim Experiamur? Quandoque ſignificat ſecundo loco, ſiue ſimiliter, ſiue ex altera parte. Terent. in Heau. Sed uũc Clinia da te mihi uiciſſim. Nam amici quoque res eſt uidenda. Verg. 5. Eclog. Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra uiciſſim dicemus. Cice. 4. Acad. Sed & uos ab illo irridemini. & ipſi illum uiciſſim eluditis. Plau. in Curc. Sed quum adhuc naſo odos eſt obſequutus meo, da uiciſſim meo gutturi gaudium. Cic. App. Pulch. Hoc ego meo facto delector, (nihil enim potuit fieri amantius) conſidera nunc uiciſſim tuum.

VICISSITVDO, inis, {Permutatione} (μεταβολή, ἀμοιβή, ἐναλλαγή) alternatio, & mutatio ex alio in aliud inquit Cic. li. 5. Tuſc. Idem Luccio li. 5. Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, q̃ temporum uarietas, fortunæq; uiciſſitudines. Teren. in Eun. Omnium rerum uiciſſitudo eſt. Cic. de Ami. Nihil eſt enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſſitudine ſtudiorum officiorũq; iucundius. Viciſſitas, atis, apud antiquos, pro uiciſſitudine. Accius apud Nonium: Viciſſitatemq; imperandi tradit.

VICTIMA æ, pe. cor. {Vittima, beſtia di ſacrificio, animale da ſacrificare} (ἱερεῖον, θυσία) idem quod hoſtia, hoc eſt animal ſacrificio deſtinatum. Proprieq; erat ea, quę ab Imperatore poſt triumphum in Capitolio dextra uictrice immolabatur. Ouid. 1. Faſt. Victima, quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Verg. 2. Georg. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro Romanos ad templa deũ duxere triumphos. Hora. 3. Carm. Ode 23. Victima pontificum ſecures Ceruice tinget. Cic pro L. Flacco: Quã poteſtis P. Lentulo mactare uictimam gratiorem q̃ ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in uos odium ſaturaueritis?

VICTIMARIVS, rii (ἱεροποιός) ſacrorũ miniſter dicebatur, qui uictimas ligabat, & cultrum, aquam & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Libros Petilius Prætor urbanus ex auctoritate Senatus, per uictimarios facto igne, in conſpectu populi cremauit Liu. 10. Bell. Maced. Libri in comitio, igne à uictimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.

VICTIMARIVS. (ἱερώνης) qui uictimas emebat, ut uenderet. Pli. lib. 7. ca. 12. Victimarii negotiatoris, uilis mancipio. Sic enim legit Calepinus, Perottum ſecutus: cum emendatiores omnes Plinij codices hanc oſtendant lectionẽ. Seuarti negotiatoris uile mancipium.

VICTITO, tas, penult. cor. {Viuere} (σιτέομαι, φάγω, τρέφομαι) ueſcor, alor, uictu utor: ut, Sarmatæ lacte uictitant. Teren. in Eunuch. Et libenter uiuis: etenim bene libenter uictitas. Plau. Moſtel. Victitabam uolupe parſimonia & duritia.

VICTOR, oris, pe. pro {Vittore, uincitore} (νικητής) qui in certamine ſuperior euaſit Cæſ. 2. bel Gall noſtros uictores tranſire flumen conſpexerant. Plin lib. 7. ca. 28. L. Sicinius Dentatus, centies uicies prœliatus, octies ex prouocatione uictor, XLV. cicatricibus aduerſo corpore inſignis, nulla in tergo. Cic. Marc. lib. 4. Multa enim uictori eorum arbitrio, per quos uicit, etiam inuito facienda ſunt. Aliquando accipitur pro uoti compote. Verg. 3. Georg. Victorq; uirum uolitare per ora, Vbi Seruius: Victor, effector propoſiti, & uoti.

VICTORIA, æ, {Vittoria} (νίκη) hoſtiũ ſuperatio. Ci. pro M. Marcello: Victoria, quæ natura inſolẽs, atq; ſuperba eſt. Idem pro leg. Man. Cuius adoleſcẽtia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: nõ offenſionibus belli, ſed uictoriis: non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta. Hora. 1. Sermo. Saty. 1. Quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors uenit, aut uictoria læta. Pulchrè autem dicimus, Conſequi uictoriam, & Reportare uictoriam, Parere uictoriam, Victoriam in manu habere, Eripere uictoriam de manibus, Extorquere uictoriam de manibus, & multa alia, quæ legenti ueterum ſcripta paſſim occurrunt. Apud Romanos Victoria, deæ nomen erat, cuius ſimulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præferens.

VICTORIATVS, ti, (νικηφόρος) genus numi argentei, lege Clodia percuſſi, qui alio nomine Quinarius dicebatur, q quinq; aſſibus ualeret, hoc eſt, dimidio denarii, ut ex Voluſio docet Agricola. Dictus Victoriatus, q Victoriæ nota ſignatus eſſet. Quint. lib. 6. cap. 4. Dicente quodam, uictoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murenam emiſſe. Vide Plin. lib. 33 cap. 3.

VICTORIOSVS, {Vittorioſo} (καλλίνικος) uincere aſſuetus, ſiue qui uarias aut plures uictorias reportauit: qua dictione uſus eſt Cato, teſte Gellio lib. 4. cap 9.

VICTRIX, cis, uerbale fœmininum, à Victor, {Vittrice, uencitrice} (νικηφόρα) mulier, quæ in certamine ſuperior euaſit. Cic. ad Brutum, Erat uictrix Reſp. cæſis Antonii copiis. Idem 1. Tuſc. Oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, uictrices Athenas fore. Accipitur & pro uoti compote, ἐπιτυχοῦσα. Verg. 7. Aen. Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba. In plurali numero adiectiue accipitur, facitq; de ſe neutrum, Victricia. Verg. 3. Aenei. Res Agamemnonias, uictriciaq; arma ſecutus. Id eſt, quæ uicerunt. Vbi Seruius, Omnia à uerbo uenienta, cum in or, exeunt, maſculina ſunt, ut Victor: cum in trix, fœminina, ut Victrix: neutra uerò non faciunt, niſi tantum in numero plurali: unde eſt Victricia:

Victrices literæ, dicuntur uictoriam denunciantes. Cic. ad Att. lib. 5. Quo autem die Caſſii literæ uictrices in Senatu recitatæ ſunt, &c.

VICTVIS, {Del uitto} in genitiuo pro Victus antiqui dixere. Varr. Primum de re familiari, ſecundo de uictuis conſuetudine differam.

VICTVRVS, {Per uincere} (νικήσων) à Vinco participium eſt. Salluſt. Pyrrhus'ne rex, an M. Curius prælio uicturus eſſet. Et à Viuo, ζήσων. Cic. in Cat. Maio. Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet uicturum.

VICTVS, ctus, {Vitto, uiuere} (τὸ σιτίον, ὁ βίος) à Viuo eſt omne illud, quo uiuimus. Vlpian. de uerbo. ſignifica. Victus uerbo continentur, quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæque ad uiuendum homini ſunt neceſſaria. Cic. de Amic. Multi diuitias deſpiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus cultusq; delectat. Vergil. 3. Aeneid. Arebant herbæ, & uictum ſeges ægra negabat. Ouid. 6. Faſtor. Nunc inopes uictus, ignauiq; fata timentes, &c. Cicer. 1. Offic. Vita, uictusq; communis in amicitiis uigent maximè. Victi genitiuus à Victus legitur apud Plautum in Capt. Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. A quo Conuictus (συμβίωσις) una uiuendi ſocietas, quum plures ſimul uiuunt. Cicer. lib. 3. Epiſt. Vt iſtis te moleſtiis laxes, & ad noſtrum conuictum redeas.

VICTVS, a, um, participiũ, eſt à Vinco, cis, {Vinto, ſuperato} (νικηθείς, ἡττημένος) certamine ſuperatus. Ci. 2. de Diuin. Galli uicti ſilere ſolent, canere uictores. Horat. Epod. 9. Terra mariq; uictus hoſtis, &c. Victi, & ſubacti populi, apud Cicer. ad Atti. Cuius contrarium eſt Inuictus (ἀήττητος) id eſt inſuperabilis. Ci. 1. Offic. Animi excelſi, atq; inuicti magnitudo, ac robur. Ponitur aliquando Victus, pro uoti impote, ἀτυχής: quemadmodum contra Victor, pro uoti cõpote, ἐπιτυχής. Verg. 9. Eclog. Nunc uicti triſtes: quoniam ſors omnia uerſat.

Victus, aliquando dicitur à propoſito recedens. Verg. 2. Aene. Hic uerò uictus genitor ſe tollit ad auras. Seruius.

VICVS, {Contrata, calle, calleſella, borgo, uiottolo} (ῥύμη, κώμη) uia utrinque ædificiis ſepta. Vicorum autem alii Vrbani ſunt, alii Pagani. Vrbani uici à uia dicuntur, teſte Varrone, q ex utraque parte uiæ ſunt ædificia. In urbe enim ſunt uici, connexis & cohærentibus ædificiis. Vnde Romæ Vicus Cyprius, Vicus Africus, Vicus ſceleratus nominati. Horat. 2. Epiſt. 1. Deferar in uicum uendentem tus & odores. Vici pagani, ſunt pagi, ex pluribus uillis domibusve ruſticis coagmentati, ſpatio aliquantulo ab urbe remoti, (nã quæ urbi cõtigua ſunt, Suburbia dicuntur) nulliſq; mœnibus cincti. nam ſic Caſtella dicerentur. Cice. ad Terentiam lib. 14. Quod ad me mea Terentia ſcribis, te uicum uenditurum, quid, obſecro te, me miſerum? quid futurum eſt puero. Plura de hac dictione uideto apud Vallam lib. 4. cap. 20. Huius diminutiuum eſt Viculus, pro ruſticis aliquot ædificiis coniunctis, aut certè ſpatio non ita magno à ſe inuicem ſeparatis.

VIDE QVID AGAS, protrita eſt clauſula, qua eos monemus, qui magna aggrediuntur: non terrentis tamen eſt, ſed excitantis, ut inquit Donatus in illud Terentii in Phorm. Vide quid agas, prima coitio eſt acerrima.

VIDELICET, {Certamente, ueramente} (δηλαδή, δηλονότι) aduerb. cõfirmandi, quaſi uidere licet. Teren. in Adelph. Videlicet hoc audiuit: hoc eſt, certè audiuit. Aliquando ironiæ uim habet. Sall. in Catil. Vos de parricidis quod ſtatuatis, cunctamini: uidelicet cætera uita illorum huic ſceleri obſtat? Sed parcite dignitati Lentuli. Vide Vall. lib. 2. cap. 61.

VIDEO, des, di, ſum, {Vedere} (βλέπω, ὁράω, εἴδομαι, θεάομαι) oculorũ ſenſu aliquid percipio. Verg. 2. Aen Quęque ipſe miſerrima uidi, Et quorũ pars magna fui. Quandoq; adiicitur ablatiuus Oculis: ut Videre & perſpicere oculis apud. Ci. 6. Verr. quod & Græci dicunt, ἀναβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Trãſfertur etiam ad animum. Oui. ex perſona Medeæ. Video meliora, proboq;: Deteriora ſequor. Video (inquit) meliora hoc eſt, intelligo, & cõſidero, quæ ſint meliora. Teren. in And. Vide quò me inducas, id eſt, animaduerte & conſidera. Vide tibi, id eſt, prouide. Teren. in Phorm. Rectè mihi uidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam. Me uide, Phraſis eſt comica, pro eo quod eſt, in me recipio, certum id habeo. Terent. in And. Atq; iſtuc ipſum nihil pericli eſt, me uide. Videre ſomnum, & dormire. Cic. ad Curio. libr. 7. Fuit enim mirifica uigilantia, qui ſuo toto Conſulatu ſomnum non uiderit. Terent. Heaut. Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis. Videre aliquando pro uigilare ponitur. Verg Eclo. 6. cum de Sileno dicit. Iãq; uidẽti Sanguineis frontem moris, et tẽpora pingit hoc eſt, uigilanti iam, & expergefacto. Aliquando eſt præuidere, prænoſcere, προειδεῖν. Cic. in Epiſt. An tu non uidebas mecum ſimul, q̃ illa crudelis eſſet futura uictoria? Videro, ponitur pulchre pro cauebo, & attente conſiderabo. Terent. Adelph. Ego iſtuc uidero, id eſt, iſtuc mihi curæ erit. Huius paſſiuum eſt

Videor,(βλέπομαι,ὁρῶμαι)cernor,conſpicior. Verg.4. Eclog.diuiſq; uidebit Permiſtos heroas:& ipſe uidebitur illis. Frequentiſſime tamen accipitur pro appareo,δοκῶ,φαίνομαι. Cic.2.Offic.Induxit eam,quæ uideretur eſſe,non quæ eſſet,repugnantiam. Plancus Cic.lib.10.Epiſt. Amicum eum Reip cognoſcere uideor. Videor uidere elegans loquẽdi formula,pro eo quod uulgus imperitorũ dicere ſolet,Videtur mihi,ꝗ ego uideo. Ci.Tiro.lib.16.Epiſt. Videre uideor te ementem ruſticas res. Idem in Catil. Videor mihi uidere hanc urbem ſubito uno incendio concidentem. Si uidetur,id eſt,ſi placet,ſi moleſtum non eſt. Cic.Terentiæ li.14. Tu,ſi uidebitur,ullis illis utere. A uideor fit Viſus,a,um,particip. quod modò idem ſignificat quod conſpectus,a,um,Pli.lib.7.cap.19 Socratem clarum ſapientia eodem ſemper uiſum uultu. Verg.2.Aen. Infelix ſimulacrum, atq; ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos & nota maior imago. Interdum uiſum dicimus,non quod oculis percipimus,ſed quod nobis apparet. Terent.Heaut. Viſi eſt uerò,quod dici ſolet,aquilæ ſenectus. Idem Hecyr. Matris uox uiſa eſt Philumenæ. Vbi Seruius, Omnia hæc,quæ ſenſu percipi poſſunt,uiſa dicimus. Verg.6.Aen. Viſæq; canes ululare per umbram.

VIDERIT EPICVRVS,inquit Cic.4.Acad.(μελέτω τῷ ἐπικούρῳ)id eſt,uideat:hoc eſt,huius rei illi cura ſit:uel huius opinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda ſunt,Tu uideris,Vos uideritis,Illi uiderint,& cætera id genus. Cic.ad Brutum:De hoc tu uideris.

VIDVA,æ,{Vedoua, ſenza marito}(χήρα)mulier uiro orbata:à Ve,particula intẽſiua,(ut quibuſdam uidetur)& antiquo uerbo Iduare,quod olim Hetruſcis, uidere ſignificabat. Plaut.Sticho:Quæ tam diu uidus uiro ſuo caruit. Hora.1. Epiſt.Sunt qui Fruſtis & pomis uiduas uenentur auaras. Contrà Iabolenus Iuriſconſultus Viduam dictam putat à Ve,priuatiuo,& nomine Duo, ut Vidua dicta ſit,quaſi ſine duitate,eaq; uoce non eam ſolum intelligi putat, quæ orbata eſt uiro,uerum etiam quæ nunquam nupſit. Viduam(inquit)dici placet, non ſolum quæ aliquando nupta fuiſſet,ſed eam quoq; quæ uirum non habuiſſet: quia Vidua ſic dicta eſt,quemadmodum Vecors,Veſanus,qui ſine corde aut ſanitate eſſet:ſimiliter Vidua,quaſi ſine duitate.

VIDVERTAS,tatis,{Calamità,biſogno}(συμφορά)antiquis, teſte Feſto,idẽ erat quod calamitas,ita dicti,ꝗ bonis uiduaret. Cato Rei ruſti.cap.141. Vti tu morbos uiſos inuiſosq;,uiduertatem,uaſtitudinemq;,calamitates, intemperiaſq; prohibeaſis.

VIDVLVS,li,{Bolza}(πήρα)bulga,uel ſacculus,quo uiatores pecuniã aliaſue res charas circunferunt. Plaut.Rud.Eſt ne hic uidulus,ubi ciſtellam tuã ineſſe aiebas? Hinc Vidularia Plauti Comœdia aliquoties citatur à Nonio.

VIDVO,duas,{Priuare}(χηρόω,χηρεύω)orbo,ſeu priuo. Ver.8.Aen. Tot ferro ſæua dediſſet Funera,tam multis uiduaſſet ciuibus urbem. Horat.2.Carmi. Ode 9.Et folijs uiduãtur orni. Viduatus,a,um,ut,Leges uiduatæ iudice,Clau.8 Paneg. Regna uiduata lumine,pro inferis,Silius lib.3.Coniux uiduata tædis,Seneca Medea.

VIDVVS,a,um,{Vedouo,priuato}(χῆρος)priuatus,orbatus,deſertus. Horat.lib.1.Carm. Voce dum terret,uiduus pharetra Riſit Apollo. Cic.2.Tuſcu.Sic ipſe uiduus peſtes excipio anxias. Hinc uiduus lectus,dicitur, qui altero coniugum careat. Luca. Inſomnis uiduo tam primum frigida lecto. Ouid.1.Faſtor. Per totidem menſes à funere coniugis uxor Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo. Idem Epiſt.18.Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes. Arbor uidua, quæ uiti non eſt maritata. Horat.4.Carm.Ode 5.Et uitem uiduas ducit ad arbores. Hinc Viduitas,atis,(χηρεία)uita cælebs poſt nuptias. Liu li.10.bel.Maced. In uiduitate relictæ filiæ ſingulos paruos filios habentes. Ponitur aliquando pro inopia. Plaut.in Rud. Omnium copiarum,atq; opum,auxilij, præſidij uiduitas nos tenet.

VIENNA,æ,{Vienna} Auſtriæ metropolis eſt,omnium urbium,quæ ad Danubium ſitæ ſunt,& ædificiorum ſplendore,& facili rerum copia clariſſima, munitiſſimumq; Germaniæ,atq; adeo totius orbis Chriſtiani aduerſus Turcarum irruptiones propugnaculum. Hanc Plin lib 3 cap.24. Vianam appellat,ut annotauit Hermolaus. Eſt præterea Vienna Allobrogum ciuitas ad Rhodanũ fluuium,olim clariſſima,ubi etiam hodie non pauca antiqua nobilitatis extant monumenta. Meminit huius idem Plin.lib.3 cap 4.

VIEO,uies,uieui uietum.{Legare}(λυγίζω)ligo,ſeu inflecto,interprete Nonio Varro lib.1.de Re ruſt. Vt habeas uimina unde uiendo quid facias. Varro lib.4.de ling.Lati. Viere eſt uincire:unde apud Ennium,Ibant uiere Veneream corollam. Hinc Vimina,& uaſa uiminea,teſte Feſto.

VIETORES,{Conciatori di botte,bottari,conciabotte}(λυγισταί) qui uaſa uinaria religant,ſtipantq; inquit Budæus:à uiendo,hoc eſt,ligando,ſeu uinciendo.

VIETVS,a,um,{Molle,effeminato di poche forze}(πέπειρος,χαλαρός)mollis,lãguidus,ſine ui,naturalibus priuatus uiribus. Varro de oporotheca. Ne quũ humorem amiſerint pertinaci uento,mala uieta fiant id eſt,flaccida, & rugoſa. Habet autem hoc nomen penultimam ſyllabam indifferentem. Lucret.lib.3. Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe uietam Veſtem ſentimus. Hora.lib.1.Carm. Quis ſudor uietis,& ꝗ malus undiq; membris Creſcat odor. Vietum cor. Ci.2.de Diui Ego enim ſuſpicari poſſum contactum aliquo morbo bouis exile,& exiguum,& uietum cor. Ficus uieta Colu.lib 12.cap.15.Ficus porrò neque nimium uieta,neq; immatura legi debet.

VIGEO,ges,gui,{Vigoreggiare,eſſer forte eſſer gagliardo,eſſer uigoroſo,uerdeggiare}(ἐπακμάζω,ἀκμάζω)floreo,polleo,ſiue potens, aut in uigore ſum, & uiriditatem quandam habeo. Cice.1.Tuſc. Multaq; ſecula poſtea ſic uiguit Pythagoræorum nomen,ut nulli alij docti uiderentur. Idem ad Atti.li 4.Nos animo duntaxat uigemus etiam magis,ꝗ cum florebamus. Verg.2.Aen Dum ſtabat regno incolumis, regumq; uigebat Conſilijs, & nos aliquod nomenq; decuſq; Geſſimus. 4.Aen.Fama malum,quo non aliud uelocius ullum. Mobilitate uiget uireſq; acquirit eundo. Inter Vegetum,& Vigens hoc intereſt:ꝙ Vegetum ſit incolume:Vigens,forte. Nam uegetum corporis,uigens animi poſſumus dicere Nonius. Vigens,tis,participium. Cic.2.de Fin. Homines enim etſi multis alijs,tamen hoc uno à beſtijs plurimum differunt, quòd rationem habeant à natura,mentemq; datam & acrem,& uigentem. Vigeſco,is,inchoatiuum. Catullus Epigram.43.Iam læti ſtudio pedes uigeſcunt.

VIGESIMA,mæ {Vigeſima,uenteſima}(εἰκοστή)tributi genus, cum in centenas minas quinæ exiguntur. Plin.in Paneg.His uigeſima reperta eſt, tributum tolerabile. Vide Viceſima.

VIGESIMARIVM AVRVM,(εἰκοστῶν νομισμάτων)à Liuio dicitur,qđ ex uigeſimis colligitur. Erant autem Vigeſimæ tributi genus,dimidia parte leuius,quàm decimæ. Vide Viceſimarius ſuprà

VIGESIMVS,ma,mum,{Venteſimo}(εἰκοστός)ultimus ex uiginti. Cicer.pro Pompeio. Ex illo tempore tertium iam & uigeſimum regnat annum.

VIGESSIS,is,maſcu gen.quod eſt uiginti aſſium. Mart.lib.12. Amphora uigeſſis,modius datur ære quaterno. Id eſt,uiginti aſſibus amphora uenditur?

VIGIL,uigilis,pe.c.{Vigilante}(ἐγρήγορος,ἄγρυπνος) adiect.eſt omn.gen. ablatiuum faciens Vigile,uel Vigili:quamuis in plurali numero neutrũ genus non habeat. Eſt autem Vigil,idem quod uigilans,hoc eſt,qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes,ſed qui in uigore ſuo eſt. Verg 4.Aen. Monſtrum horrẽdũ,ingẽs.cui quot ſunt corpore plumæ,Tot uigiles oculi. Oui.3.Meta. Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ. Vigil autem ſubſtantiuũ,(φρουρός)nocturnus cuſtos,qui & Excubitor dicitur:à quo Præfectus uigilum uocatus eſt Plaut.in Amph. Rex Creon uigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Cice.6.Verr. Clamor à uigilibus ſaniq; cuſtodibus tollitur. Luc.li.7. Ne rumpite ſomnos Caſtrorum uigiles,nullas tuba uerberet aures,&c.

VIGILIA,æ,ſiue Vigiliæ arum,(ἀγρυπνία,παννυχισμός)inſomnia,excubiæ nocturnæ. Cic.7.Philipp. Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula,collocati ſumus,ut popu.Rom.uacuũ metu noſtra uigilia redderemus. Idem 4.Tuſ. Cur non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ? qui dolore ſe aiebat,ſiquando opificum antelucana eſſet uictus induſtria. Vigilias militares in quaterna olim horarum ſpatia diuidebant ita ut Prima,Secunda,Tertia,& Quarta uigilia diceretur. Cæſ.1.Bell Gall. Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt,tres iam partes copiarum Heluetios id flumẽ traduxiſſe,quartamq; ferè partem citra flumen Ararim reliquam eſſe,de tertia uigilia cum legionibus tribus ex caſtris profectus,ad eam partem peruenit quæ nondum flumen tranſierat. Interdum Vigiliæ(οἱ φύλακες) dicũtur ipſi cuſtodes,qui uigilant. Sall.Iugu. Sed neq; more militari uigiliæ deducebantur. Idem in Catil. Et ab incendio intelligebat urbem uigilijs munitam. Vigiliæ Cereris.(παννυχίδες,μυστήρια)dicuntur à Plaut.in Aul.nocturna facta,quibus in æde Cereris peruigilabãt mulieres.quæ & Myſteria,& Initia dicebantur. Nam ea nocte cum uiro concũbere,piaculum erat. Is(inquit)adoleſcentis illius eſt auunculus, Qui illam ſtuprauit noctu Cereris uigilijs.

VIGILO,las,{Vigilare,ueggiare}(ἀγρυπνέω,γρηγορέω)excubo,uigilias ago non dormio. Terent.in Eun. Ne ſurſum deorſum curſites,neve uſq; ad lucem uigiles. Cic.de Som.Scip. Me & feſſum de uia,& qui ad multã noctem uigilaſſem,arctior,quam ſolebat,ſomnus cõplexus eſt. Horat.1.Serm.Sat.3. Noctes uigilabat ad ipſum Manè,diem totam ſtertebat,nil fuit unquã Sic impar ſibi.

Per metaphoram accipitur Vigilare,pro eo quod eſt omni cura uigilãtiaq; in id incumbere,nequid nos inopinantes ſubitò opprimat. Cic.pro Plãc. Vigilandum eſt ſemper,multæ inſidiæ ſunt bonis. Idẽ 6.Phil. Quamobrem Quirites,conſilio quãtum potero,labore plus penè,ꝗ potero,excubabo,uigilaboq; pro uobis. Hinc uigilantia,(γρήγορσις,ἀγρυπνία)quæ plerunq; pro diligẽtia ponitur. Idem in Adelph. Vigilantiam tuam mihi narras? Cic.Curio,li.7. Nihil tamen eo Conſule mali factum eſt:fuit enim mirifica uigilantia. Vigilãs,tis,particip. Pla.in Cap Vigilans ſomniat. Teren.And. Num ille ſomniat Ea, quæ uigilans uoluit? Aliquando nomen eſt idem ſignificans,quod diligens, prouidus,intentus:ἐπιμελής,ἀγρυπνος. Plin.Epiſt.17.lib.2. Vir exercitatus,& uigilans. Cic.2.Verr. Perficiam,ut nemo unquam poſt hominum memoriã paratior,uigilantior,compoſitior ad iudicium ueniſſe uideatur. Inde Vigilãter, aduerb cum diligentia,& ſolicitudine.ἐπιμελῶς. Cic.6.Ver. Quod uigilãter prouinciam adminiſtraſſet,cuius omnes uigilias in ſtupris conſtat, adulterijſq; eſſe conſumptas. Vigilor,aris,paſſiuum. Ouid.Epiſt.12. Non mihi grata dies, noctes uigilantur amaræ. Nec tenet in miſero pectore ſomnus adeſt. Vigilatur imperſonale. Mart.lib.12. Otia me,ſomnuſq; iuuant,quæ magna negauit Roma mihi,redeo,ſi uigilatur & hic. Vigilandus a um,Tibul.lib.1.Eleg.2. Cũ fletu nox uigilanda uenit. Quintil.lib.11.ca.3. Et uigilandæ noctes,& fuligo lucubrationum bibenda. Vigilandum aliquando accipitur pro eo quod eſt uigilanter prouidendum,uel ſummo ſtudio diligentiaq; conficiendum:ut annotauit Seruius in illud Vergilij 1.Georg. Quæ uigilanda uiris &c. Vigilarium, rij,pro excubitore,φύλαξ,φρουρός. Seneca Epiſt.58. Quid intereſt,utrum ſuper aliquem uigilarium ruat aut mons,aut turris?

VIGILAX,acis,{Vigilante}(ἀγρυπνητικός)ſagaciter,multumq; uigilãs. Colu.li 7.cap.12.de canibus loquens: Maximè autem debent in cuſtodia uigilaces conſpici:nec erronei,ſed aſſidui, & circumſpecti magis quàm temerarij.

VIGINTI,(εἴκοσι)nomen numerale indeclinabile Cice.3.de Orat. Annoſq; natus unum & uiginti nobiliſſimum hominem & eloquentiſſimum in iudiciũ uocarim. Verg.1.Aen. Ad littora mittit Viginti tauros.

VIGINTIVIRI,(εἰκοσάνδροι)nomẽ magiſtratus apud Romanos, ut Triumuiri. Cic.ad Att.li.2. Vbi nemo ſit præter me qui quenquam ex uigintiuiris unum eſſe ſaluum uelit. Vigintiuiratus,us,ui,officium uiginti uirorum. Cic.ad Att.li.9. Repudiari ſe totum,magis etiã quàm olim in uigintiuiratu, putabit.

VIGOR,oris,{Vigore franchezza,gagliardezza}(ἀκμή)firmitas,robur. Pli.lib 7.cap.25. Animi uigore præſtantiſſimum arbitror. C. Cæſarem dictatorẽ. Liu.1.bel.Pun. Eundem uigorem in uultu,uimq; in oculis, habitum oris,lineamentaq; intueri. Ver.9.Aen. Nec tarda ſenectus Debilitat uires animi,mutatq; uigorem.

VILIS,et hoc,le,{Vile,da buon mercato,di poco conto}(φαῦλος)cõtemptus, abiectus,humilis,plebeius,leuis,communis,uulgaris. Cic Qu frat li.1. Semper eos putaui ſi uulgares eſſent,uiles:ſi temporis cauſa cõſtituerentur,leues. Salluſt. in Catil. Fidem,fortunas,pericula uilia habere.i.non magni facere. Cic.3.Offi. Quærit,ſi in mari iactura faciẽda ſit,equi ne pretioſi potius iacturam faciat,an ſeruuli uilis. Hora.2.Ser.Saty.5. Et genus & uirtus,niſi cum re uilior alga eſt.

Vile à Villa quidam deduci putant ꝙ omnia in uilla uiliora ſint,quàm in urbe. Eſt.n.proprie Vile:quod paruo conſtat,(εὐτελής)cuius contrarium eſt Carum. Cic.5.Verr. Frumẽtũ,quoniam uilius erat,ne emiſſes. Plau.in Trin. Neq;

quicquam hic uile non eſt, Niſi mores mali. Ponitur interdum pro abundanti, teſte Seruio, quia omne quod plurimum abundat, uile eſt. i. paruo pretio uęditur. Verg. lib. 1. Georg. Si uerò, uiciamq́ ſeres, uilemq́ phaſellum. Vilis oratio dicitur a Quint. lib. 8. cap. 3. neglecta, inelaborataq́: cui opponitur accurata. Vili, ablatiuus, uerbis pretii addi ſolet. Mart. lib. 12. Inſtructam uili uendis Amoene domum. Vilius, & Viliſſime, aduerbia minoris, & minimo pretio. Plin. lib. 18. cap. 6. Quicquid per aſellum fieri poteſt, uiliſſime conſtat. Colum li. 12. ca. 39. Hoc ubi lignorum copia eſt, uiliſſime cõſtat, & eſt in uſu uel dulcius: quàm ſuperiores notæ paſſi. Vilitas, atis, (ἐυτέλεια) exiguitas pretii, cui opponitur Caritas: ut, Vilitas annonæ. Cice. pro lege Manil. Tanta repente uilitas annonę ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt unius ſpe & nomine, quantam uix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet.

Vilitas ſui, per tranſlationem dicitur, cum quis ita temere ruit in periculum, ut nihil uita ſua uilius habere uideatur. Curtius lib. 5. Quid imimus beluarum ritu in perniciem non neceſſariam? Fortium uirorum eſt, magis mortem contemnere, quàm odiſſe uitam. Sæpe tædio laboris ad uilitatem ſui compelluntur ignaui.

VILESCO, cis, (εὐτελίζομαι) uilior fio: ut annonam uileſcere dicimus, cũ pretium eius remittitur, Contra accendi dicitur, cum pretium eius immoderate augetur. Gratiam item uileſcere dicimus, (φαυλίζεσθαι) hoc eſt ſordeſcere & minoris æſtimari.

VILITO, uilitas, pen. cor. {Far uile} (φαυλίζω) uilem reddo. Turpilius apud Nonium: Et querar tua uitia quæ te uilitant.

VILLA, æ, {Villa, caſtello} (ἔπαυλις, ἀγροικία) domus in agro, agri colendi, & fructuum condendorũ, aut etiam habitationis cauſa conſtituta. Plin. lib. 18. c. 6. Modus hic probatur, ut neq́ fundus uillam, neq́ uilla fundum quærat. Cice. pro Q. Roſc. Com. Tum erat ager incultus ſine tecto: nunc eſt cultiſſimus, cũ optima uilla. Verg. 1. Eclo. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumãt. Horat. 1. Sermo. Saty. 5. Hinc nos Coccei recipit pleniſſima uilla. Id eſt, populoſa. Dicta eſt autem Villa, à uehendo, quaſi uehilla, quod in eam fructus à uillico cõuehuntur, & euehuntur, cum ueneunt, ut ait Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2. Columella uillam tripartito diſtribuit, partem unam Vrbanam, Ruſticã alteram, & tertiam Fructuariam appellans. Villa ruſtica, eſt ea pars uillæ quam uillicus colonus, uel uinitor, uel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ uillaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo, aut continendo eſt, accommodata.

Villa urbana, quæ & prætorium dicitur, ea pars eſt, quam dominus ſibi recepit: quæ quia elegantius, amœniusq́ ædificari ſolet, & inſtrui, ideo Vrbana uocatur, quaſi urbani ruloris, & elegantiæ plus habens, quàm ruſtica. Fructuaria autẽ Villa dicitur, ubi fructus reconduntur. Budæus. Hinc Villula, æ. diminutiuũ ἐπαυλίον. Cice. ad Atti. lib. 8. Ego Arpini uolo eſſe pridie Calen. deinde circum uillulas noſtras errare.

VILLANVS, ni, pen. prod. gen. maſc. {Villano, ruſtico, lauoratore, contadino} (ἀγροῖκος) qui in uilla habitat: unde & Semiuillanus, ſemiruſticus. Villani, inquit Budæus, dicuntur quod uillæ (unde dicti uillici) aſcripti, & colonariæ cõditioni addicti aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint: quarum rerum ueſtigia nõ obſcura multis in locis extant. Quod tamen nomen loquentium inſcitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim & Vilem uernacula ſimplicitas confundit.

VILLARIS, & hoc re, {Di uilla} (ἐπαυλιτικός, ἀγροικικός) idem quod Villaticus. Plin. lib. 10 cap. 41. Villaribus gallinis & religio ineſt: inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq́ ſeſe, & circumactu purificant, aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

VILLATICVS, ca, cum, {Villeſco, di uilla} (ἐπαυλιτικός) quod ad uillã pertinet: unde Villatica paſtio, dicitur alimentũ, quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutriuntur, ut puta pecudes, aues piſces. Villaticus canis, qui uillæ aſſeruandæ gratia alitur. Col. lib. 2. ca. 10. De uillatico cane igitur, & paſtorali dicendũ eſt. nam uenaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. Pli. lib. 23. c. 1. Aiũt ſi quis uillam ea tinxerit, fugere accipitres, tutasq́ fieri uillaticas aues. Villaticæ gallinæ, dicuntur gallinæ illæ uulgares, quales plerunq́ in uillis, & in ipſis etiã urbibus uulgo uidemus educari. Dictæ uillaticæ ad differentiam agreſtium, & Africanarum: de quibus uide in dictione Gallina.

VILLICO, cas, & Villicor, aris, deponens {Star alla uilla} (ἀγραυλῶ) ruſticor, ſiue in uillam animi cauſa ſecedo. Pomponius. Ego rus eo, ut aliquot diebus uillicer. Ter. in Hecy. Hic uillicor ante urbem. Pli. lib. 18. cap 6. Quorum prædia colenda ſuſcipiebat Reſpu. exercitusq́ ducebant, ſenatu illis uillicante.

Aliquando Villicari, (οἰκονομεῖν, ἀγρονομεῖν) eſt uillæ præeſſe. Põponius: Longe ab urbe uillicari quo herus raienter uenit, nõ uillicari, ſed dominari mea eſt ſententia. Hinc Villicatio, (οἰκονομία, ἀγρονομία) ipſa ruſtica negotiatio, uel uillæ diſpenſatio. Col. lib. 11. cap. 1. Qui ſuſceperit officium uillicationis, in primis conuictum domeſticum, multoq́ etiam magis externum uitet.

VILLICONES, {Gaſtaldi, fattori} (ἀγρονόμοι, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάται) iidem, qui uillici, uel præfecti uillicationis, ut eſt apud Apuleium in Apologia.

VILLICVS, ci, {Fattore} (ἀγρονόμος, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάτης) præfectus uillæ, cui tota rei ruſticæ cura à domino committitur. Var. de Re ruſt. lib. 3. c. 1. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atq́ appellatus à uilla, Villa ab eo quod in eã conuehũtur fructus, & euehuntur, quum ueneunt. A quo ruſtici etiam nũc quoq́ uiam Veham appellant, propter uecturas: & Vellã, non Villam, quo uehunt, & unde uehunt. Oeconomus autem, tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt. Cice 4. Tuſculan Qui cum uillico factus eſſet iratior, Quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem Horat. lib. 1. Epiſtol. Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli. Columell. libr. 11. Villicus ſemper caueat, ne improuidus ab opere uincatur: Res eſt agreſtis inſidioſa cunctanti. Villicã, uillicæ. uxor uillici. Martial. libro 1. Pinguis inæquales onerat cui uillica menſas. Iuuen. Saty. 11. Aſparagi, poſito quos legit uillica fuſo.

VILLVM, li, {Vinetto} (οἰνάριον) uinum nullarum, aut exiguarum uirium. Terent in Adelph. Interea in angulum Aliquo abeam, atque edormiſcam hoc uilli.

VILLVS, li, {Peli meſſi inſieme, come è un mazzo di ſetole} (θρίξ, λάχνη, λάγμα) non proprie pilus eſt, ut nonnulli interpretantur, ſed multorum pilorũ collectio, & quidam quaſi floccus, quales in iubis leonum, & leporum, & non nullorum etiam canum ſeparatos uidemus propendere. In ueſtibus etiam Villi dicuntur, flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus cauſa arte fullonia pannis inducuntur Cic. 2. de Nat. deor. Animantium uero quanta uarietas eſt? quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ uillis ueſtitæ, aliæ ſpinis hirſutę: pluma alias, alias ſquama uidemus obductas: alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. lib. 8. ca. 50. de capris loquens: Dependet omnino mento uillus quẽ Aruncum uocant. Vergil. 3. Georg. Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magiſtri Perfundunt, udisq́ aries in gurgite uillis Merſatur. Mart. li. 14. Calfaciunt uilli pallia noſtra mei. Hinc Villoſus, adiectiuum quod uillis plenum eſt, hirſutus, hirtus. Colu. lib. 7. cap. 12. Amplo, uilloſoq́ pectore. Verg. 8. Aen. Villoſi pelle leonis.

VIMEN, inis, {Stroppa, uimine, legame, fatto d'ogni ſorte di ramo, d'herba} (λύγος, οἰσύα, ῥίψ) omne urgultum lentum & flexile, & ad ligandum aptũ quaſi uincimen. Colu. lib. 4. ca. 30. Nec refert cuius generis uimen feras, dum ſit lentiſſimum. Verg. lib. 3. Aen. Rurſus & alterius lẽtum conuellere uimen Inſequor, & cauſas penitus tentare latentes. Idem. 2. Georg. Aqua eluctabitur omnis Scilicet, & grandes ibunt per uimina guttæ. Colu. lib. 14. ca. 13. Si uiminibus ſalicis aut ulmi ligaueris. Cæſ. 1. Bel. Ciuil Reliquum corpus nauium, uiminibus contextum, coriis integebatur. Fiunt autem uimina ex populorum uirgis, ulmi, & ſanguineorum fruticum, & betulæ & uitis, & coryli intortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinet. Hinc Vimineus, nea, neum, (οἰσύϊνος) quod eſt ex uimine: ut, Vaſa uiminea. Plaut. in Epidi. Viminei faſces uirgarum. Verg. 1. Georgic. Vimineasq́ trahit crates, &c. Cæſa. 3. Bel. Ciu. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum noſtris erat telum, uiminea tegumenta galeis impoſita defendebant.

VIMINALIS, le, (λυγιστικός) quod uimina profert. ut, Salix uiminalis. Plin. lib. 17. cap. 20. Salicis uiminalis ſingula iugera ſufficiunt uiginti quinq́ uineę iugeribus. Colu. lib. 4. cap. 10. Quare ſalices uiminales, atq́ arundineta, uulgaresq́ ſyluæ uel conſulto conſitæ, è caſtaneis prius faciendæ ſunt. Viminalia, abſolute (λυγιστικά, τά) nomen generale eſt, omnibus tum arboribus, tum fruticibus commune, quæ uimina producunt. Plin. loco paulò antè citato: Hæc eſt uiminalium cultura.

VIMINALIS COLLIS, unus ex ſeptem urbis Romanæ collibus, in tertia urbis regione, ita dictus a uiminum ſylua in eo enata: unde & Ioui Vimineo, cuius ibidem ara erat, nomen inditum. ut eſt autor Varro lib. 4. de lingua Lati.

VIMINALIS PORTA, Romæ fuit inter Salariam, & Exquilinam, ità dicta, quod in Viminalem collem duceret. Eadem & Nomentana dicta eſt, quod per eam in agrum Nomentanum eſſet iter.

VINACEA, orũ, neut ge. plural. nu. {Vinaccie} (γίγαρτα) granula illa lignoſa quæ in uuarum acinis naſcuntur. Col. lib. de Arborib. cap. 9. Vt autem uuę ſine uinaceis naſcantur, malleolum ſcindito ità, ne gemmæ lædantur: medullamq́ omnem eradito, &c. Et paulò pòſt. Adulta uitis tales uuas ſine uinaceis creabit. Nonnunquam tamen Vinacea dici inuenimus, pro totis uuæ expreſſæ reliquiis: hoc eſt non ſolum pro hiſce granulis, uerum etiam pro ipſis folliculis. Col. lib. 12. cap. 36. Tortiuum muſtum dicimus quod poſt primam preſſuram uinaceorum, circunciſo pede exprimitur. Col lib 8. Vinacea, quamuis tolerabiliter paſcant, dari non debent, niſi quibus temporibus anni, auis fœtum non edit. Idem lib. 6. cap. 3. Licet etiam, ſi ſit leguminum inopia, & eluta, & ſiccata uinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. Legimus & Vinaceos, genere maſculino, in eadem ſignificatione. Var. 3. de Re ruſt. cap. 11. Pabulum his datur triticum, hordeum, uinacei uuæ. Item Vinaceas, fœminino genere. Pli. lib. 17. ca. 22. Circum capita addito ſtercora, paleas, uinaceas, aut aliquid horũ. Legitur & adiectiuum Vinaceus, a, um, ut, Acinus uinaceus. Cic. de Senect. Omitto enim uim omnium, quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramosq́ procreat.

VINAGO, ginis, (οἰνάς) palumbi genus, maius columba, minus autem palumbo torquato. ita dictum, ab uuis labruſcarum: ut putat Sipontinus.

VINALIA, (πιθοιγία) tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis, pro die feſto, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant, Nono Calend. Maij, ut ait Pli lib. 18. ca. 2. Erant & altera Vinalia quæ ad XIII. Calen. Auguſti celebrabantur, teſte eodem Plinio loco iam citato.

VINARIVS, rii, {Venditor di uino} (οἰνοπώλης) uini uenditor. Plau. in Aſin. Sed uina, quæ heri uendidi uinario Exærambo, Iam pro iis ſatisfecit Sticho? Sueto de Claud. Quum de laniis, aut uinariis ageretur, exclamauit in curia. Ponitur aliquando pro uinoſo, ac ebrioſo. Vlpian. in l. ob quæ. de ædilit. edict. Item aleatores, & uinarios non contineri edicto, quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait, &c.

VINARIVS, a, um, {Doue ſi uende il uino} (οἰνηρός) quod ad uinum pertinet: ut, Taberna uinaria, in qua uenditur uinum. Vas Vinarium, in quo uinũ apponitur. Ci. 6. Verr. Erat etiã uas uinarium ex una gemma prægrandi. Cella uinaria, apotheca, in qua uinum aſſeruatur. Plin. lib. 12. cap. 13. In quibus erant claues uinariæ cellæ. Lacus uinarius, in quem muſtum defluit. Col. lib. 12. ca. 18. Tum lacus uinarii, & torcularii, & fora, omniaq́ uaſa ſi uicinum eſt mare, aqua marina ſi minus, dulci eluenda ſunt & commutanda.

VINCA PERVINCA, (κληματὶς δαφνοειδής) herba eſt topiaria, perpetuo uirens, foliis geniculatim ueſtita, ueteribus inopiam florum ſupplere ſolita, humi ſerpens, & in modum funiculi ſeſe porrigens, & uicina quæq́ uinciens: unde & nomen inuenit. Pli. lib. 21. cap. 11. alio nomine Chamædaphnen, quaſi humilem laurum, appellari tradit, propter foliorum ſimilitudinem, Omnino tamen diuerſa eſt à chamædaphne Dioſcoridis. quam Latini Laureolam appellant, ſiue Lauraginem. Officinæ Peruencam nominant.

VINCA, (κληματὶς δαφνοειδής) herba topiaria, humi repens: lauri foliis, tenuibusq́ ſarmentis, quibus obuia quæq́ uincit: unde & nomen inuenit. Plin. Iun. Epiſt. 17. lib. 2. Adiacet geſtationi, interiore circuitu, uinca tenera, & umbroſa, nudisq́ etiam pedibus mollis & cedens. Eadem & Vinca peruinca appellatur à Plinio maiore lib. 21. cap. 11.

VINCIO, is, xi, inctũ, {Legare} (δέω, δεσμεύω, εἴργω, πεδάω) ligo, cõſtringo.

Verg. 1. Aene. Purpureoq́; alte ſuras uincire cothurno. Ouid. 10. Metam. Non huc, ut opaca uiderem Tartara, deſcẽdi: nec uti uilloſa colubris Terna Meduſei uincerem guttura monſtri. Ci. pro Marcel. Omnia, quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus uincienda ſunt. Idem in Orato. Et uerba eligebant, & ſententias graues & ſuaues reperiebant: ſed eas haud uinciebant, haud explebant. Hinc Vinctus, a, um, participium: & compoſita Deuincio, & Reuincio, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VINCO, cis, ci, ctum {Vincere, ſuperare, farſi ſuperiore} (κρατέω, καταγωνίζομαι, νικάω ὑπάω) ſupero, ex certamine ſuperior euado, uictoriam reporto. Cicer. in Cat. mihi uiuendum eſt cum illis, quos uici, & ſubegi. Verg. 10. Eclog. Omnia uincit amor. Idem. 1. Georg. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. Cic. 1. Offic. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluptate. Per tranſlationem ponitur pro exprimo, & quaſi difficultatem rei dicendo ſupero. Verg. 3. Georg. Nec ſum animi dubius, uerbis ea uincere magnũ Quàm ſit. Item pro, animi compos fio: unde & Victor, (ἐπικρατὴς) pro animi compote accipitur. Idem lib. 3. Georg. illi uictor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro. Ponitur aliquando pro conuincere, docere, probare. Cic. pro Cluent. Vince deinde uirum bonum fuiſſe. Oppianicum. Vincere cibum, dixit Plin. lib. 11. cap. 53. pro concoquere. Vincere expectationem, eſt facere plus, q̃ quiſquam ſperauerat. Vincere ſua fata, dicuntur parentes ſuis liberis ſuperſtites. Vergi. 11. Aen. Cõtrà, ego uiuendo uici mea fata, ſuperſtes Reſtarem ut genitor. id eſt, naturalem ordinem uita longiore ſuperaui. nanq; hic ordo eſt, ut ſint parentibus ſuperſtites filii. Compoſita huius ſunt, Conuinco, Deuinco, Euinco, & Peruinco: Deriuata, Victor, Victrix, Victoria, Victorioſus, et Victima: de quibus dictum eſt ſupra.

VINCIBILIS, {Vincibile} (νικητὸς) ſuperabilis, qui uinci poteſt. Colu. lib. 3. cap. 12. Grauem terram, uix ulla cultura uincibilem. Interdum actiue accipitur. pro eo quod uincere poteſt: ut, Cauſa uincibilis, quæ facile poſſit, & meritò debeat, obtineri. Terent. in Phormio. Iuſtam illam cauſam, facilem, uincibilem, optumam.

VINCTVS, a, um. {Legato} (δεδεμένος) ligatus, conſtrictus, participium à Vincio Cic. 6. Verr. Dedit igitur tibi fortuna Siculorum C. Marcellum iudicẽ: ut cuius ad ſtatuam Siculi te Prætore alligabantur, eius religioni te eundem uinctum aſtrictumq́; dedamus. Teren. Eunu. Quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſient. Vinctus aliquando pro captiuo accipitur, ſiue pro ſeruo cõpedito ſumitur, qui ex uinculis aut in ergaſtulo opus facit, δεσμώτης. Seneca: Quia unus erat è uinctis Cæſaris, mox libertate donatus eſt. Plin. Epiſt. 19. Nam nec ipſe uſquam uinctos habeo. Vinctus, us, ui, ligamen. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 8. Et uindemia facta, denique diſcat pendere in palmã aut funiculo, aut uinctu, quod antiqui uocabant ceſtum.

VINCVLVM, li, {Vincolo, legame, prigione} (δεσμὸς, ἅμμα, δεσμὸς) ligamẽ. Cic. 3. Offi. Nullum enim uinculũ ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt. Copulare uno uinculo, Liu. 8. Bell. Pun. Verg. 2. Aen. Nã teneras arcebant uincula palmas. Ouid. 9. Metam. Dixerat, & ſummo digitorum uincula collo Inicit. Cic. pro Cæcin. Qui ius ciuile contemnendum putat: is uincula reuellit, non modò iudiciorum, ſed etiam utilitatis, uitæq́; communis. Vincula, pro uiminibus, quibus uites religantur. Colu. lib. 3. Salix humida loca deſiderat, geniſta etiam ſicca, utraq; tamen circa uineam feruntur, cum palmitibus idonea præbeant uincula. Vinculum iugale, per tranſlationem pro coniugio. Verg. 4. Aen. Ne cui me uinclo uellem ſociare iugali. Vincula pro carcere, (δεσμωτήριον) in quo noxii uincti ſeruantur. Ci. 7. Verr. Quid ſi aufugiſſet? ſi uincla rupiſſet? In uinculis eſſe, eſt in carcere eſſe uinctum. Plin. lib. 7. cap. 34. de Scipione Naſica. In ſumma ei, in patria mori non licuit: non hercle magis q̃ extra uincula illi ſapientiſſimo ab Apolline iudicato Socrati. Venuleius de uerb. ſignifi. Vinculorum appellatione uel priuata, uel publica uincula ſignificantur. Cuſtodiæ uerò, tantum publica cuſtodia.

VINDELICIA, (οὐινδελικία) regio Germaniæ cõſinis, Rhetiam habens ab Occaſu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycus amnis diſterminat à Rhetia, Aenus à Norico. A' Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus ſupra Italiam extenſis. Eius ciuitas inſignis eſt Augusta Vindelicorum, uulgò Augſpurg: cuius meminit Ptol. lib. 2. cap. 13.

VINDELICI, (οὐινδελικοί) Ptole. Vindeliciæ incolæ, hodie Germanis annumerati. Horatius. Videre Rheti bella ſub Alpibus Druſum gerentem, & Vindelici.

VINDEMIA, æ, {Vindemia} (τρυγητὸς) collectio uuarum, quaſi uindemia, a uino demendo. Colu. lib. de Arbor. Vindemia facta, ſtatim putare incipito ferramentis q̃ optimis. Varr. lib. 1. Rei ruſt. cap. 54. In uinetis uua cum erit matura, uindemiam ita fieri oportet. Nonnunquam accipitur pro ipſis uuis. Vergil. 3. Geor. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Idem. 2. Georg. Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris. Transfertur & ad aliarum rerum collectionem. Plin. Prima mellis uindemia melior. Colu. lib. 10. Mox uere tranſacto, ſequitur mellis uindemia. Vindemiola, æ, pen. cor. diminutiuum. Cic. ad Attic. lib. 1. Ego omnes meas uindemiolas eò reſeruo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem.

VINDEMIATORIVS, ria, riũ, {Pertinente alla uendemia} (τρυγητικός) quod ad uindemiam pertinet. Varro. lib 3. de Re ruſt. cap. 2. Nihilo magis torcula, uaſa uindemiatoria, aut ſeras olearias, aut trapeta.

VINDEMIO, mias, {Vindemiare} (τρυγάω) uuas colligo. Plin. lib. 14. ca. 2. Nouiſſimas uindemiant. Hinc Vindemiator (τρυγητὴς) qui uindemiam peragit. Col. lib. 4. Vindemiatoribus quoq; hæ ſemitæ laxitatem opportunam præbent, per quam uel fructus, uel ſtatumina portentur. Huius dictionis ſecundam ſyllabam, contra primitiui naturam corripuit. Hora. 1. Serm Saty. 7. Durus Vindemiator, & inuictus cui ſæpe uiator Ceſſiſſet magna compellans uoce cuculũ. Ouidius uerò detraxit a, ut de, ſyllabam produceret, in. 3. Faſt. At nõ effugiet uindemitor. Eſt & Vindemiator ſidus cœleſte, quod tertio Nonas Martiis apparet. Plin. lib. 18 c. 31. Delphinus occidens xi. Cal. Septem. Cæſari, & Aſſyriæ ſtella, quæ uindemiator appellatur. &c.

VINDEX, cis, {Vindicatore, procuratore, defenſore} (τιμωρὸς, ἔκδικος, ἀντιποιητὴς) propriè ultor iniuriæ. Cic. ad Seſt. lib. 5. Epiſt. Sed partim odio inducti me excludunt, & aperte uindicẽ coniurationis oderunt: partim non credũt. Idem 3. de Nat. deo. Furiæ deæ ſunt, ſpe. ulatrices credo & uindices facinorum & ſceleris. Accipitur item Vindex pro aſſertore, ſeu defenſore. Cic. Octauio 1 Extitiſti tu uindex noſtræ libertatis.

VINDICIÆ, arum, {Sentenze} (ἐλευθερώσεις) ſententiæ, ſiue aſſertiones, aut adiudicationes: quæ ſi à ſeruitute in libertatem ſunt, dicuntur Vindiciæ ſecundũ libertatem: ſi uerò à libertate in ſeruitutem, dicuntur Vindiciæ ſecundum ſeruitutem. Vnde Prætor dicitur Decernere uindicias ſecundum libertatem, quando in libertatem aſſerit. Idem dicitur Dare uindicias ſecundum ſeruitutem, quãdo pronunciat eum ſerui loco habendum, donec dicta cauſa de ſtatu conſtiterit.

Huiuſmodi enim uindiciæ, id eſt, adiudicationes libertatis, aut ſeruitutis, propriè pendente lite à Prætore dari dicuntur: dum qui ſui ſtatus quæſtionem patitur, poſtulat à Prætore uindicias ſecundum libertatem: id eſt, ut interim pendente lite, ſit in ipſa poſſeſſione libertatis: hoc eſt, ut interim libertate potiatur. Nec tantum de libertate, aut ſeruitute uindiciæ dicuntur, ſed & de aliis rebus: ut cùm de re aliqua inter duos, aut plures apud Prætorem controuerſia eſt, & incertum eſt, uter litigatorum pendente lite rei controuerſæ poſſeſſor eſſe debeat, uterq; autem à Prætore uindicias poſtulat. id eſt, ut hodie cauſidici loquuntur, recredentiam: dat autem iudex, cui æquum eſſe uidetur. Cui autem dederit, ſatiſdat aduerſario ſuo, nihil ſe deterius facturum in poſſeſſione, de qua iurgium eſt: rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Vindiciarum nomen à Vindicio ſeruo tractum eſſe, auctor eſt Liu. 2. ab Vrbe, qui q; coniurationem iuuentutis de reducendo Tarquinio detexiſſet, primus in libera ciuitate libertatem eſt aſſecutus. Alii tamen à uindicando dictum malunt, quod inter cetera, aliquando ſignificat uindicias dare. Liu. 3. ab Vrb. Ita uindicatur Virginia ſpondentibus propinquis: id eſt, dantur uindiciæ puellæ Virginiæ ſecundum libertatem.

Vindiciarum lis ea eſt, qua rei controuerſæ momentaneam, ut loquuntur, poſſeſſionem petimus, interea dum de ipſa poſſeſſione diſceptatur.

VINDICO, as. pen. corr. {Vendicare} (ἐκδικέω, τιμωρέω) propriè ulciſcor, punio, caſtigo. Cic. 2. de Legibus. Grauiter olim iſta uindicabat uetus illa Græcia longe prouidens. Ouid. 6. Faſtor. Quiq; necem Craſſi uindicet, ultor erit. Cic. 5. Verr. Omnia poſtremo quæ uindicans in altero, tibi ipſi uehementer fugienda ſunt. Vindicatum eſt, impersonaliter: pro animaduerſum eſt. Cice. 7. Verr. Fateor non modo in ſocios, ſed etiam in ciues militesq; noſtros perſæpe eſſe ſeuere ac uehementer uindicatum. Vindicatio, onis, uerbale, (ἐκδίκησις, τιμωρία) ultio, uindicta. Cic. 2. de Inuent. Vindicationem, per quam uim & contumeliam, defendendo, aut ulciſcendo, propulſamus à nobis, & à noſtris, qui nobis cari eſſe debent: & per quam peccata punimus. Vindicare item eſt ab iniuria, contumelia ſe, aut damno defendere, aut liberare ἀπαλλάττειν. Cicero de Seneſt. Eſt & ſenectus natura loquacior, ut ab omnibus eam uitiis uideor uindicare. Liu. lib. 3. A' ciuium crudelitate uoſmetipſos armis uindicaſtis.

Vindicare in libertatem, id eſt, aſſerere, εἰς ἐλευθερίαν ἐξαιρεῖσθαι. Cicero in Parado. In libertatem uindicari uult? Idem 2. de Orato. Me tamen iſta oſcitans ſapientia, ſimul atque ad eam confugero, in libertatem uindicabit. Cæſ. 1. Bel. Pun. Vt ſe, & popu. Rom. paucorum factione oppreſſum, in libertatem uindicaret. Liu. 9. Bell. Pun. Et miſſum ſe ad eos uindicandos in libertatem ait.

VINDICTA, æ, {Vendetta} (ἐκδίκησις, τιμωρία) ultio, uel animaduerſio pro delicto. Paul. l. Quod Reſpubl. de Iniuriis: Quod Reſpubl. uindicandæ cauſa ſecundum bonos mores fit, etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magiſtratus facit, ut iniuriam faciat, ſed ad uindictam maieſtatis publicæ reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur. Ouid. 4. de Pont. Cum tibi ſuſcepta eſt legis uindicta ſeueræ &cet. Aliquando libertas, ſiue uirga, qua ſerui libertate donabantur, ἀπελευθέρωσις. Nam libertatem donandi tres ſunt ſpecies, ut oſtendit Cicero in Topicis. Vna, ut cenſu liber fiat. Cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis enim conſentiente populo, uel iubente domino, nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis uinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ Vindicta uocabatur, quum Prætor manu mittendi ſerui capiti uirgam imponens, eundem in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba ſolennia: atque ideo illa uirgula Vindicta uocabatur. Tertia, ſi quis ſuprema uoluntate in teſtamenti ſerie, ſeruum liberum ſcripſerit. Cicero in Topic. Si neque cenſu, neque uindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber: neque eſt ulla earum rerum: non eſt igitur liber. Horatius 2. Sermo. Satyr. 6.

Quem ter uindicta quaterq; Impoſita haud unquam miſera formidine priuet. Vbi Acron: Vindicta, id eſt, uirga, qua percutiebantur ſerui dum liberi fiebant.

VINDIVS, Hiſpaniæ Tarraconenſis inſignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

VINEA, uineæ, {Vignale, uigna} (ἀμπελών, ἀμπελεῖον) multitudo uitium ſimul conſitarum. Columel. libro 3. cap. 2. Ideo non eſt uineis apta: uix etiam arbuſto. Vergil. lib. 2. Georgic. Hinc omnis longo pubeſcit uinea fœtu. Cicero de Seneſt. Nec uero ſegetibus ſolum, & pratis, & uineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt, ſed pomariis etiam & hortis, tum pecudum paſtu, & apium examinibus, tum florum omnium uarietate. Ouid. 5. Faſtor. Si bene floruerint ſegetes, erit area diues: Si bene floruerit uinea, Bacchus erit. Vinearum quinque ſunt genera: unum ſparſis palmitibus humi repens: alterum pedatum, ſimplici adminiculo ſuſtentatum: tertium iugatum: quartum compluuiatum: quintum arbuſtiuum: quæ omnia latius exequitur. Plin. libro 17. cap. 22. Eſt etiam Vinea inſtrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, cratibusq́; contextum. Latera quoque uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos procedunt. Plaut. in Mil. Ad eum uineas, pluteosq; agam. Cice. ad Cato. lib. 15. Aggere, uineis, turribus oppugnaui, uſusq; multis tormentis.

VINEALIS, & hoc le, {*Di uigna*} (ἀμπελεῖος) quod eſt aptum ad uineam. Colũ. lib. 3. ca. 12. Sed ne nunc per infinitas terrenι ſpecies euagemur, non intem peſtiue commemorabimus Iulii Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quã poſita eſt limitatio terræ uinealis.

VINEARIVS, ria, rium, {*Di uigna*} (ἀμπελικός) quod eſt uineæ, uel quod ad uineam pertinet. Col. lib. 5. ca. 5. Validam uitem in ramos diducere cenſeo, et traducibus diſpergere, atque diradiare, cæteroſq; uinearios coles præcipitare.

VINEATICVS, ca, cum, (ἀμπελεῖος) quod ad uineã pertinet: ut, Falces uineaticæ. Varr. 1. de Re ruſt. ca. 22. Sic alia quoq; nonnulla genera ſpecies habẽt plures, ut falces. Nam dicuntur ab eodem ſcriptore, uineaticæ opus eſſe ſex. Col. lib. 4. ca. 1. Vnum atque alterum reprehendiſſent, quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes.

VINETVM, ti, {*Vignale*} (ἀμπελών) locus uineis abundans. Colu. lib. 3. Cui uineta facere cordi eſt, faciat uiti uum, ex quo poſſit agrum uineis ueſtire. Cice. 2. de Nat. deo. Nec uerò ita refellendum eſt, ut ſi ſegetibus aut uinetis cuiuſpiam tempeſtas nocuerit, &c. Verg. 2. Georg. Neue tibi ad ſolem uergant uineta cadentem.

VINIPOTOR, pen. pro huius uinipotoris {*Beuitor di uino*} (οἰνοπότης) potator uini. Plin. lib. 10. capito. 54. Scitum de quodam uinipotore repentur, Syracuſis tandiu potare ſolitum, donec ab eo cooperta in terra oua fœtum ederent.

VINITOR, oris, p. cor. {*Lauorator di uigne*} (ἀμπελουργός) ruſticus uinearũ cultor. Col. lib. 2. Separandi ſunt aratores à uinitoribus. Cic. 5. de Finib. An ea, quæ per uinitorem antea conſequebatur, etiam per ſeipſam curabit? Verg. Eclo. 10. Maturæ uinitor uuæ. Vinitorius, a, um, (ἀμπελουργικός) quod eſt uinitoris. Col. lib. 4. cap. 25. Eſt autem ſic diſpoſita uinitoriæ falcis figura.

VINOLENTVS, a, um, {*Embriaco, cotto dal uino*} (ἔξοινος, πάροινος, οἰνόφλυξ) ebrioſus, uino ſe ingurgitans. Cic. 4. Acad. Ne uinolenti quidem, quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii: dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum, hiſq;, quæ uidentur, imbecillius aſſentiuntur: cumq; edormierunt, illa uiſa q̃ leuia fuerint, intelligunt. Hinc Vinolentia, (μέθη, οἰνοφλυγία) ebrietas. Cicero, in Topi. Cuius etiam generis illa ſunt ex quibus uerum nonnunquam inuenitur, pueritia, ſomnus, imprudentia, uinolentia, inſania.

VINOSVS, a, um, (μεθυστικός οἰνώδης) qui uini cupidior eſt, ut ait Valla li. 1. ca. 21. Ouι. 3. de Arte. Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poetæ. Sit quoq; uinoſi Teia muſa ſenis. Plau. in Curcul. Quid opus eſt uerbis? uinoſiſſima eſt. Vinoſus ſuccus, uini ſaporem referens: qualis eſt moro, pyro, myrto. Plinius quoque inter mali Punici genera uinoſa quædam appellat, quæ aluum ſiſtunt, & ſtomachum.

VINVLVS, pen. cor. uox eſt Plautina, quam pro ſuaui uſurpaſſe uidetur. Plau. in Aſin. Compellando blanditer, oſculando, oratione uinula, uenuſtula.

VINVM, uini, {*Vino*} (οἶνος) a ui deducitur, q; uim inferat menti, uel à Græco, οἶνος. Oui. 1. de Arte: Et Venus, in uinis, ignis in igne furit. Quo tamẽ in loco nonnulli malunt legere. Et Venus in uenis. Mart. lib. 3. Reſinata bibis, uina Falerna fugis. Verg. 9. Aen. Fuſiq; per herbam Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos. Cic. de Senect. Vt enim non omne uinum, ſic non omnis ætas uetuſtate coaceſcit. Quatuor præcipui ſunt uini ſapores, dulcis, acutus, lenis, & auſterus. Primus Noe uinum inuenit, ſicut ſacræ teſtantur literæ. At gentiles docent Bacchum uini repertorem fuiſſe. Primus uerò Italis Saturnus dedit, è Creta in Latium aduectus. Vinum tortiuum, quod nouiſſimè expreſſum eſt. Col. li. 12. cap. 36. Tortiuum muſtum dicitur, quod poſt primam preſſuram uinaceorũ circunciſo pede exprimitur. Contrà πρόχυμον uocamus quod defluit, prius q̃ uuæ calcentur. Vina, pro poculis, ſeu uaſis uinariis. Verg. 1. Aen. Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Hinc deducitur diminutiuum Villum: de quo ſuo loco.

VINGVM, (ἴγγον) herba eſt foliis amplis, puſillo caule, & radice longa, cibis idonea. quam Aegyptii colligere ſolent, cum effuſus fuerit amnis, eaq; deorum aras coronare. Auctor Theophraſtus lib. de cauſ. plant. lib. 1. cap. 11.

VINTIVM, (οὐίντιον) oppidum eſt in Alpibus littoreis, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

VIOLA, æ, {*Viola*} (ἴον) floſculus purpurei coloris, cuius planta folium habet hederæ non diſſimile, nigrius tamen & tenuius, cauliculum autem à media radice proſilientem, florem, uti dictum eſt, ferentem purpureum. Cic. 5. Tuſculan. An tu me in uiola putabas, aut in roſa dicere? Verg. 2. Eclog. Tibi candida Nais Pallentes uiolas, & ſumma papauera carpens, &c. Dicta autem putatur Viola, quaſi uitula, propterea, q; hunc florem Poetæ fabulentur in pabulum Ius puellæ, iam in iuuencam conuerſæ, à terra fuiſſe effuſam. unde & à Græcis ab eiuſdem puellæ nomine ἴον appellatum uolunt. Sunt & luteæ uiolæ, & cœruleæ: & albæ, quas omnes Græci λευκόϊα nomine complectuntur. Vide Plinium lib. 21. cap. 6. & lib. 6. cap. 19.

VIOLABILIS {*Violabile*} (βιαστός) qui aptus eſt, ut uioletur: ut contrà Inuiolabilis, qui non facile uiolari poteſt. Verg. Aene. Vos æterni ignes, & non uiolabile ueſtrum Teſtor numen ait.

VIOLACEVS, cea, ceum, {*Violato, color di uiola*} (ἰοειδής, ἰάνθινος) idem quod purpureus, hoc eſt, uiolę colorem referens. Cornelius Nepos, ut tradit Pli. lib. 9. cap. 39 dixit: Me iuuene uiolacea purpura uigebat.

VIOLARIA, rium, {*Violari*} (ἰωνιαί) loca, in quibus copioſæ naſcuntur uiolæ. Verg. lib. 4. Georgic. Irriguumq; bibant uiolaria fontem. Vel ipſæ potius uiolæ uno in loco conſitæ. Ouid. 4. Faſtor. Ille legit calthas, huic ſunt uiolaria curæ.

VIOLARIVS, larii. {*Tentore di pauonazzo*} (ἰοβάφος) dicitur uiolacei coloris infector. Plaut. in Aul. Flammearii, uiolarii, carinarii.

VIOLENS, {*Violente*} (βίαιος) apud Horat. teſte Budæo, pro uiolẽto legitur. Hinc Violenter aduerbium ut uult Acron. Liu. 5. ab Vrb. Quia ſolennia ludorum, quos intermitti nefas eſt, uiolenter decreuiſſet. Proconſulatum uiolenter gerere apud Plin. Epiſt. 9. lib. 3. id eſt, crudeliter. Violenter tolerare, apud Teren. in Phorm. id eſt, ægrè, inuitè.

VIOLENTIA, tiæ {*Violenza*} (βία) uis maior, impetus. Plin. lib. 2. cap. 38. Quoniam & tonitruum & fulminum iactus horum uiolentiæ plerique aſſignãt. Ci. 5. Tuſc. Ne ſobrius in uiolentiam uinolentorum incidat, ante diſcedat. Verg. 12. Aen. Haud ſecus accenſo gliſcit uiolentia Turno.

VIOLENTVS, a, um, {*Violente uiolento*} (βίαιος) qui uim facit. Oui. 8. Metam. Nunc uiolentus aper, nunc quem tetigiſſe timerent Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum. Claud. 8. Paneg. Peragit tranquilla poteſtas Quod uiolenta nequit. Verg. 2. Georg. Aut ubi nauigiis uiolentior incidit Eurus. Ouid. 3. Metam. Aliis uiolentior æquo Viſa dea eſt. Ponitur quandoq; pro ſuperbo. Verg. 10. Aen. Violentaq; pectora Turni Edocet.

VIOLO, las, pen. cor. {*Violare, guaſtare, offendere, machiare*} (βιάζομαι, παραφθείρω) corrumpo, polluo, uim infero: quod proprie de uirgine dicitur, cùm pudicitia eius ui eripitur. Cic. 3. de Nat. deo. Minerua quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemiſſe, uirginitatẽ ſuam uiolare conantem. Transfertur & ad alia. Dicimus enim, Violare amicitiam, dignitatem, exiſtimationem, fidem coniugĩ, fœdus, hoſpites, iura, loca religioſa, parentes, Remp. ſacra, Violare famam probris, &c. Cic. 3. Verr. Cum apud exteras nationes imperiũ, nomenq; noſtri famam, tuis probris, flagitiiſq; uiolaris. Idem ad Qu. frat. lib. 13. Niſi quid exiſtimas in ea re uiolari exiſtimationem tuam. Idem. 3. de Fin. Vt peccatum eſt patriam prodere, parentes, uiolare, fana depeculari, &c. Verg. 4. Aene. Sed mihi uel tellus optẽ prius ima dehiſcat, Ante pudor, q̃ te uiolẽ, aut tua iura reſoluam.

Violatus, a, um, particip. Liu. 2. ab Vrb. Poſt publicam cauſam priuato dolore habito, ne uerbo quidem uiolatis Conſulibus, rogationem tulit ad populum. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 5. Ipſe quidem Getico peream uiolatus ab arcu. Violandus, a, um, ut, Fœdera clam uiolanda, Tibu. lib. 1. Eleg. 9.

VIOLATIO, onis, uerbale, (βιασμός) uiolentiæ illatio, corruptio, prophanatio Liu. lib. 9. Bel. Pun. Tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem iniecit: atq; inter ſe ducem in ducem, militem in militem rabie hoſtili uertit. Violator, oris, (βιαστής) uiolentiæ illator, corruptor, ruptor Liu. 4. ab Vrb. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, uiolatorq; gentium iuris?

VIPERA, æ, pe. cor. {*La ſerpe detta uipera*} (ἔχις, ἔχιδνα) ſerpentis genus, q; ui pereat. Vulgò enim perſuaſum eſt, pullos eroſis matris lateribus cum interitu eius erumpere. Cic. de Aruſp. reſp. Etiam ne in ſinu, atq; in deliciis quidam optimi uiri uiperam illam uenenatam ac peſtiferã habere potuerunt? Ver. 3. Georg. Sæpe ſub immotis præſepibus aut male tectis Vipera delituit. Ouid. 2. de Remed. Am. Parua necat morſu ſpatioſum uipera taurum. De uipera uerò Nicander ita ſcribit in Thariacis.

— Θολερῷ κυνόδοντι
Οὐρῆς ἐδ᾽ αἷξ ἐμφῦσα καρὴν ἀπέκοψεν ὁμεύνου
Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετιχνίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
Γινόμενοι ἐχιῆες ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
Γαστέρ᾽ ἀμαλδύναντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Ambroſius lib. Hexam. Vipera (inquit) nequiſſimum genus beſtię, et ſuper omnia, quæ ſerpentini ſunt generis, aſtutior. Vbi coeundi cupiditatem aſſumpſerit, murænæ maritimæ notam ſibi requirit copulam, uel nouam præparat: progreſſaq; aditus, ſibilo teſtificat præſentiam ſui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Muræna autem inuitata non deeſt uenenatæ ſerpenti. Expetitos uſus ſuæ impertit coniunctionis. Atque ubi aduentare uipera comparem ſenſerit, uenenum euomit, reuerentiam marito deferens. Hieronymus uerò ad Præſidium ſic ſcribit. Viperæ per os coitum faciunt. Maſculi mortem contemnũt. Sed fœmina in ipſo coitu, ſiue magna dulcedine exagitata, ſiue futuri praſciens periculi, dum abſorbet ſemen, caput maſculi excidit, & ſic eum occidit. Sed quum conceperit, uiſcera illius ab ipſis quos conceperit, comedantur, & ſic matrem occidunt. De uipera Plinius abunde multis locis, maxime uerò lib. 10. ca. 62. Viperæ (inquit) mas caput inſerit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua unius coloris, & mollia, ut piſces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde ſingulos ſingulis diebus parit, uiginti fere numero. Itaq; cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente. Hæc Plin. Apollonius tamen apud Philoſtratum negat hoc eſſe uerum, quamuis à grauiſſimis auctoribus affirmetur: eò q; aliquãdo uiſa ſit uipera catulos ſuos, quos peperiſſet, lambere, & expolire: idq; etiam hodie frequenti experientia cognitum eſt. Quo fit, ut rectius ſenſiſſe putentur, qui Viperam dictam putant, quaſi Viuiperam, quod non oua, ut cæteri ſerpentes, ſed uiuum pariat animal. A' uipera fit Viperinus, a, um, pen. pro. ἐχίδνειος. Plinius: E uiperina carne fiunt theriaci paſtilli. Ci. 2. de Fin. Cui uiperino morſu uenę uiſcerum Veneno imbutæ tetros cruciatus cient. Pli. lib. 11. cap. 53. Scythæ ſagittas tingunt uiperina ſanie, & humano ſanguine. Horat. Epod. 3. Quid hoc ueneni ſæuit in præcordiis? Num uiperinus his cruor Incoctus herbis me feſellit?

Vipereus, a, um, eiuſdem ſignificationis. Vergil. lib. 7. Aeneid. Viperam inſpirans animam. Idem 7. Aen. Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris. Ouid. 2. Metam. Vidit intus edentem. Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum Inuidiam.

VIPIONES, {*Vccelli minor delle grue di quella ſpetie*} (γεράνια) ſunt minores grues, ſicut Pipiones minores columbi. Pli. lib. 10. cap. 49. In Balearibus inſulis & buteo accipitrum generis in honore menſarũ eſt: item uipiones, ſic enim uocant minorem gruem.

VIR, huius uiri, maſc. gen. {*L'huomo*} (ἀνήρ) à ui dicitur, q; ui, hoc eſt, uiribus & robore præſtet. Et modò reſpectu ætatis dicitur uir. Pli. lib. 7. Quod nõ modò in puero ſiue adoleſcente ſed etiam in uiro admiratione dignum uideretur.

Modò reſpectu ſexus: ut, Plin. lib. 10. cap. 63. Viros audiores ueneris hyeme, fœminas æſtate, Heſiodus prodidit. Vnde Semiuiri, (ἡμίανδροι) dicuntur eunuchi, & molles, atq; effœminati. Modò reſpectu coniugii. Terent. in And. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum. Ouid. 1. Meta. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Nec ſolùm de hominibus, ſed etiam de brutis dicitur. Verg. 7. Eclog. Vir gregis ipſe caper. Modo reſpectu fortitudinis: Virum enim hominem præſenti, excellentiq; animo nuncupamus. Curtius, Exurgite (inquit) aliquando, ſi uiri eſtis, atque arma capeſſite. Cicer. pro Cælio: Cum is iam ſe corroboraniſſet, ac uir inter uiros eſſet. Terent. Adelph. Laudo Cteſipho: patriſſas: abi uirum te iudico. A Vir fiunt compoſita, Duumuir, Triumuir, Quinqueuir, Septemuir, Decemuir, Centumuir, Leuir, Viripotens,

& de quo paulò antè meminimus, Semiuir: quæ omnia (ſecundum Priſcianum) ideo compoſita accipiuntur, quia ſub uno accentu pronunciantur. Denuata Virilis, Virilitas, Viriliter, Viritim, Viripotens, Viroſus. Vide infra ſuo ordine.

VIRAGO, pe. pro. in gen it. Viraginis {*Donna che tien dell'huomo*} (ἀῤῥενωπὴ) mulier fortis, quæ uiro ſimilis ſit, & uirilia opera faciat. Plaut. in Merc. Recte ego emero matri tuæ Ancillam uiraginem aliquam, non malam, forma mala. Ouid. 2. Metam. Hic ubi peruenit bello metuenda uirago.

VIRBIVS, idem qui Hippolytus, Theſei & Hippolytæ Amazonis filius, qui cùm à Phædra nouerca per calumniam apud patrem delatus eſſet, quod ipſi ſtuprum inferre uoluiſſet, patris iram ueritus, conſcenſo curru, fugam arripuit, cùmq; iuxta maris littus perueniſſet, incuſſo à Neptuno pauore, equi conſternati, implicatum habenis Hippolytum dilacerarunt. Cuius uicem miſerata Diana, ad uitã eum reuocauit, & in Aricino nemore collocatum, pro Hippolyto Virbium appellauit, quaſi bis uirum. Ouid. 15. Metam.

Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius
Inuidiam, denſas obiecit Cynthia nubes:
Vtq; forem tutus, poſſemq; impunè uideri,
Addidit ætatem: nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: Cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet an Delon: Delo, Cretaq; relictis,
Hic poſuit: nomenq; ſimul, quod poſſit equorum
Admonuiſſe, iubet deponere. Quiq; fuiſti
Hippolytus dixit, nunc idem Virbius eſto.

VIREO, res, uirui. {*Eſſer uerde, uerdeggiare*} (θάλλω, χλωραίνομαι, χλοάζομαι) uiridis ſum. Vergil. lib. 6. Aen. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum Fronde uirere noua. Cic. 5. Tuſcul. Itaq; & arbores, & uites, & ea quę ſunt humiliora, neq; ſe tollere à terra altius poſſunt: alia ſemper uirent, alia hyeme nudata, uerno tempore tepefacta frondeſcunt. Ouid. 2. Metamor. Pectora felle uirent lingua eſt ſuffuſa ueneno. Virens, tis, particip. Hora. de Arte: Mercator ne uagus, cultor ne uirentis agelli. Verg. 4. Georgi. At liquidi fontes, & ſtagna uirentia muſco.

VIRESCO, prima ſyllaba cor. uiridis fio. Vergil. 1. Georg. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ: Arborei fœtus alibi, atq; iniuſſa uireſcunt Gramina. Col. lib. 11. ca. 2. Quidam cùm uidiſſent partem aliquam uuarum uireſcere crediderunt tempeſtiuam eſſe uindemiam. Hinc fit compoſitum Euireſco, ἀπανθέω, id eſt, areſco, & uiriditatẽ amitto. Varro Prometheo, ut citat Nonius: Atq; ex anguibus dolore euireſcat color. Reuireſco, (ἀναθάλλω) priſtinam uiriditatẽ reſumo, ad uigorem redeo. Stat. li. 2. Syluarum: Alios melior reuireſcit in annos. Vireſco, prima ſyllaba pro. (κρατύνομαι) uires acquiro, inualeſco. Vireſcit (inquit Nonius) maiorum uirium fit: eiuſq; rei teſtem citat Furium in Poematis: Hinc creſcunt animi: uireſcit uulnere uirtus.

VIRETVM, ti, {*Luoco di uerdura*} (ἄλσος) locus naturali herbarũ arborũve uiriditate amœnus. Verg. lib. 6. Aenei. Deuenere locos lætos, & amœna uireta Fortunatorum nemorum.

VIRGA, æ, {*Bacchetta, uimino, uirga*} (ῥάβδος) uimẽ, bacillũ tenue, uel aliud quiduis, quo ad ligandum, uerberandumve utimur. Cic. pro C. Rabirio: Porcia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Verg. 1. Georgi. Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga. Idem 2. Georg. Solis eſt turea uirga Sabæis. Plin. lib. 12. cap. 14. Virgis etiam turis ad nos commeantibus. Virga cenſoria, prouerbialiter dicitur pro ſuperciliosa iudicandi autoritate: à Romanorũ nimirum magiſtratu ſumpta tranſlatione, penes quem auctoritas erat de ciuium moribus iudicandi, equitemq; equo, & Senatorem ordine ſuo priuandi. Quintil. lib. 1. ca. 5. Quo quidem ita ſunt ſeuerè uſi ueteres grammatici, ut non uerſus modo cenſoria quadam uirga notare, &c. Interpres Quintiliani obeliſcum intelligit, quo Grammatici iugulare ſolent uerſus, quos nothos iudicabant & ineptos. Hinc fit diminutiuum Virgula, pen. cor. ῥαβδίον. Colu. lib. 3. cap. 13. In cuius latere uirgula prominens ad eam altitudinem. Virgula diuina, prouerbiĩ ſpeciem habet, quo utimur, quoties aliquid non humana ope, ſed numinis alicuius fauore contigiſſe uolumus ſignificare. Cicer. 1. Offic. Quòd ſi omnia nobis, quæ ad uictum, cultumq; pertinent, quaſi uirgula diuina, (ut aiunt) ſuppeditarentur. Vide latius in Eraſmi Adagiis.

VIRGATVS, a, um, adiect. {*Vergato, liſtato*} (ῥαβδωτὸς) ut, Virgata ueſtis, diuerſi coloris uirgis uariegata, & diſtincta: aut (ut Iulius Pollux interpretatur) in qua intexebantur uirgæ purpureæ hoc eſt lineæ, quas Græci παρυφὰς uocant. Verg. 8. Aene. Aurea cæſaries ollis, atq; aurea ueſtis: Virgatis lucent ſagulis. Corpore uirgato tigris, Sil. lib. 5. Et apud eundem lib. 4. Veſtes uirgatæ auro: hoc eſt, uirgis ſeu lineis aureis diſtinctæ.

VIRGATOR, oris, (ῥαβδωτὴς, ῥαβδιστὴς, ῥαβδοῦχος) qui uirgis cædit. Plau. in Aſin. Vbi ſæpe cauſam dixeris pendens aduerſus octo Aſtutos, audaces uiros, ualentes uirgatores.

VIRGEVS, ea, eum, {*D uerghe*} (ῥάβδινος) quod eſt factum ex uirgis. Vergil. lib. 1. Georgic. Virgea præterea Celei, uiliſq; ſupellex. Id eſt, uaſa ex uimine facta. Colum. lib. 1. cap. 6. Ideoq; periti ruſtici quicquid ouilibus ſtabuliſq; conuerſum progeſſerunt, ſuperpoſitis uirgeis cratibus tegunt. Flamma uirgea, hoc eſt, flamma ex uirgis accẽſis facta, ut ſit flamma ualidior, inquit Seruius in illud Verg. 7. Aen. Magno ueluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur; coſtis undantis aheni.

VIRGETVM, ti, pen. prod. (ῥαβδῶν) locus uirgis conſitus, ad alligandas uites. Cicer. de Legibus. Sacerdotes uineta, uirgetaq;, & ſalutem populi inauguranto.

VIRGAO, Hiſpaniæ Bæticæ ciuitas, inter Bætim & Oceanum, alio nomine Alba dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

VIRGI, Pomponio teſte, oppidum in finibus Hiſpaniæ Bæticæ, à quo proximus ſinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Bæticæ & Tarraconenſis terminũ facit lib. 3. cap. 1.

VIRGILIVS, {*Virgilio poeta*} (Βιργίλιος, Οὐεργίλιος) Mantuanus poeta celeberrimus, Marone, Maiaq; natus, qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locum, Homerumq; Græcorum Poetarum principem, ſi non exæquat, non longo certe ſequitur interuallo. De nominis huius ſcriptura diuerſi diuerſa ſentiunt, aliis primam eius ſyllabam ſecunda uocali, aliis tertia ſcribẽtibus. Quorũ utriq; ſuis quibuſdam nituntur rationibus. Minutianus Apuleius, uetuſtus Grãmaticus, à uirgis, inter quas natus ſit, Virgilium dictum putat, ideoq; per i, non per e, ſcribendum præcipit. Cui ſcripturæ Donatus quoq; non obſcurè aſtipulatur, cum in Vita eius tradit, à uirga nomen accepiſſe, quàm mater eius ea nocte, quæ partum anteceſſit, in ſomnis ſibi uiſa eſt parere, tanta altitudine aſſurgentẽ, ut cœlum contingeret. Hiſce ſuffragatur & Calui illud, It uates, cui uirga dedit memorabile nomẽ Laurea. In eadẽ ſentẽtia fuit & Priſcianus. In Græcis quoq; codicibus (ſi id quippiam ad rem faciat) Βιργίλιος ſcriptum legimus. Alii, & in primis Politianus, à Vergiliarũ ſidere nomen hoc deducunt, ideoq; per ſecundam uocalem ſcribere malunt. Quam ſententiam uetuſtiorum aliquot marmorũ teſtimonia confirmant. Quibus illud accedit, quod apud Euſtathium quoq; in nauium Catalogum, & apud Suidam Οὐεργίλιος legatur. Vide hac de re prolixiorem diſputationem in Annotationibus Pierii in Vergilium. Hinc Virgilianus adiectiuum: ut, Virgiliana uirtus, apud Plin. in Præfa. noni. Quintil. lib. 1. cap. 3. Habendumq; in animo ſemper illud Virgilianum.

VIRGINALIS, et hoc le, {*Di uirgine*} (παρθενικὸς) quod eſt dignum uirgine, aut quod ad uirginem pertinet: ut, Virginalis modeſtia, apud Cicer. de Diuin. & Virginalis habitus, atq; ueſtitus, apud eundem. 6. Verr.

VIRGINDEMIA, æ, (ῥαβδολογία) collectio uirgarum, uerberandi, uincẽdive gratia. Varro in Agathone: Quid triſtiorem uideo te eſſe? an ideo, quia ſcapulæ metuunt uirgindemiam? Plaut. Rud. Tergumq; obteſtor tuum, ut tibi uberẽ ulmeam eſſe ſperes uirgindemiam.

VIRGINEVS, nea, neum, {*Di uergine*} (παρθένιος) quod eſt uirginis, aut quod uirginem decet. Verg. 2. Georg. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem. Ouid. 5. Metam. Virginei uultus, & uox humana remanſit.

VIRGINITAS, atis, {*Virginità*} (παρθενία) caſtitas uirginis, cui nullum ſuit cum uiro commercium. Plin. lib. 24. cap. 13. Anaxilaus auctor eſt mammas à uirginitate illitas, ſemper ſtaturas. Ouid. in Epiſt. Oenones ad Paridem: Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit: Ille meæ ſpolium uirginitatis habet. Cice. 3. de Nat. deo. Mineruа patrem dicitur interemiſſe, uirginitatem ſuam uiolare conantem. Verg. 11. Aene. Sola contenta Diana. Aeternum telorum & uirginitatis amorem Intemerata colit.

VIRGO, inis, {*Vergine, uergine*} (παρθένος) à uiridiori, id eſt, ualidiori ætate appellata eſt: unde & matres aliquando Virgines appellatas inuenimus. Verg. Eclog. 6. de Paſiphae, quæ trium liberorum mater erat: Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit? Hodie tamen uirginem eam ſolam dicimus, quæ incorrupta eſt, & uirum non experta: cui opponitur Mulier, quæ cum uiro habuit commercium. Vnde Cice. referente Quint. lib. 6. cap. 4. obiurgantibus, quòd ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit. Vlp. Quòd ſi ego me uirginem emere putarem, quum eſſet mulier, emptio non ualebit. Verg. 2. Aen.

Ecce trahebatur paſſis Priameia uirgo Crinibus à templo Caſſandra. Hora. 1. Carm. Ode. 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Gell. lib. 12. ca. 7. Virginem habens iam maturam uiro. Bruta etiam animalia, quæ marẽ nondum admiſerunt, Virgines dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 9. Quin & ſanguis equorum ſepticam uim habet: item equarum, præter quàm uirginum, erodit, emarginat, ulcerat. Per tranſlationem Virginis uocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas ſignificare uolumus. Vnde Cic. in Orat. Philoſophiã caſtam, uerecundam, & incorruptam Virginem appellat. Eſt item Virgo unũ ex Zodiaci ſignis, quam quidam Aſtræam ſiue Iuſtitiam eſſe putant, Iouis filiam. Alii Erigonem, Icarii filiam, ob inſignem pietatem in cœlum trãſlatã. Ferũt enim Icarum à Baccho utrem uini accepiſſe, ut eius uſum mortalibus cõmunicaret. Quare cum ruſticos quoſdam ad bibendum inuitaſſet, illi potus ſuauitate capti, æquo largius hauſerunt. Qua re cum crapulæ incommodum ſentirẽt, malum ſibi medicamentum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icario canis, cuius ductu Erigone ad patrem peruenit: quem cum mortuum inueniſſet, doloris magnitudine contabuit, & Iouis miſeratione inter aſtra eſt tranſlata. Huius ſimulacrum uirginis habitu fingebatur, ſpicas aliquot manu tenentis. unde quidam eandem putauerunt cum Cerere. Cice. 1. de Natu deo. Spicum illuſtre gerens inſigni corpore Virgo. Eſt præterea Virgo, fontis nomen, cuius etiã hodie ductus Romæ conſpicitur. Mart. lib. 7. Sed curris niuidas tantum propè Virginis undas.

VIRGVLTA, (φρύγανα, ῥῶπες) multitudo uirgarum pullulantium. Verg. lib. 1. Georg. Quæcunque premes uirgulta per agros Sparge fimo pingui. Cic. pro Cælio: Ergo hæc deſerta uia & inculta, atque interclusa iam frondibus, & uirgultis, relinquatur. Cæſ. 3. Bell. Gall. Sarmentis uirgultiſq; collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt.

VIRGVNCVLA, {*Verginella*} (παρθενίσκιον) diminutiuum eſt à uirgine.

VIRIATVS, {*Di gran forze*} (κρατερὸς, ἰσχυρός) antiquis in uſu erat pro ualido, & magnarum uirium homine, ut annotauit Nonius, citans illud Lucilii ex lib. 26. Sat. Contra flagitium, neſcire bello uinci à barbaro uiriato Annibale. Viriatus item, (Βιρίατθος) Luſitanorum ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ uiri, quippe qui ex uenatore latro, ex latrone ſubitò dux, atque Imperator factus, uniuerſam Luſitaniã occupauit. M. Vetilium prætorem, fuſo eius exercitu, cepit. Poſt Cn. Plãcius Prætor nihilo felicius rem cum eo geſſit: tantumq; terrorem hoſtis hic Romanis intulit, ut aduerſus eum Conſulari opus eſſet duce & exercitu. Denique à proditoribus conſilio Cæpionis interemptus eſt, & exercitu multum ploratus, tumulatuſq; nobiliſſime. Auctor Liuii abbreuiator Florus.

VIRIA, æ, ſiue **VIRIOLA**, æ, {*Vezza*} ornamentum colli, è gemmis uiridibus, ut quidam uolunt. Iabolenus in l. Medico de Aur. & argent. leg. Funerari me arbitrio uiri mei uolo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa ſetam ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex ſmaragdis.

VIRICVLÆ, {*Forzette, piccole forze*} (ἰσχύδια) diminutiuum, pro infirmis extenuatiſq; uiribus. unde & patrimonii uiriculas legimus pro exiguis tenuibuſq; facultatibus.

VIRICVLVM, li, (κέστρον) miſſilis genus, bello Perſico inuentum, ut annotauit Cælius lib. 27. cap. 4. Plin. lib. 35. cap. 11. pro ferramento poſuit, quo ebur ſcalpitur. In encauſtice (inquit) pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro, id eſt, uiriculo, donec claſſes pingi cœpere.

VIRIDARIVM, rii, {Horto, giardino} (ἄλσος) locus uirentibus arboribus, herbiſq; amœnus. Suet. in Tib. cap 60. Militem Prætorianum ob ſurreptum è uiridario pauonem capite puniuit.

VIRIDARII, ab Vlpiano appellantur ſerui, uiridariorum curæ præpoſiti.

VIRIDICATVS, ta, tum, {Verde} (χλωρὸς) idem quod uiridis. Ci. ad Qu. fratrem. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica ſuauitate te uillã habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylua uiridicata.

VIRIDITAS, atis, {Verdura} (χλωρότης) color uiridis. Cic. de Senect. Terra ſemen tepefactum uapore & complexu ſuo, diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem. Per tranſlationem accipitur pro uigore: ſeu flore, quem ἀκμὴν uocant Græci. Cice. 3. Tuſcul. Sed quãdiu in illo opinato malo uis quædam inſit & uigeat, & habeat quandam uiriditatem, tandiu appelletur recens. Idem de Amic. Senectus aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

VIRIDIS, & hoc, ride. {Verde} (χλωρὸς, ῥίβαλής) quod eſt herbacei coloris: à uigore, ut nonnulli exiſtimant, quod nunquam æque uigeant plantæ, atq; cum uirides ſunt. Verg. lib 8. Aen. Viridiſq; in littore conſpicitur ſus. Pli. lib. 10. cap. 42. Super omnia humanas uoces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. India autem hanc mittit: Pſittacum uocant, uiridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice diſtinctam: Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba, pronunciat, in uino præcipue laſciua. Cice. 2. de Natu. deor. Adde huc fontium gelidas perẽnitates, liquores perlucidos amnium, riparum ueſtitus uiridiſſimos. Vergil. 2. Georgi. Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit. Per tranſlationem Viride accipitur pro florenti, & uigore prædito. ἀκμαστικός. Verg. 6. Aen. Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridiſq; ſenectus. Viridis ætas. Colu. in Præfatione operis. Cum iſtud opus non ſolum ſcientiam, ſed uiridem ætatem cum robore corporis ad labores ſufferendos deſideret. Plin. Epiſto. 144. Numidia Quadratilla paulò minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, uſq; ad nouiſſimam ualetudinem uiridis. Iuuenta uiridis. Vergi. 5. Aene. Euryalus forma inſignis, uiridiq; iuuenta.

VIRIDANS, antis, particip. ſine uerbi origine. {Verdeggiante, uerde} (χλωρός, χλοάζων) idem quod uirens, ſiue uiride. Pli. lib. 37. cap. 8. Viridantium & alia plura ſunt genera. Vergi. 5. Aenei. Sic fatus cingit uiridanti tempora lauro. Pli. lib. 4. cap. 8 Intus ſua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.

VIRILIS, & hoc. le. pen. prod {Virile} (ἀνδρικός, ἀνδρεῖος) quod eſt uiri: ut, Opus uirile, Proles uirilis. Verg. 7. Aen Filius huic fato diuum, prolesq; uirilis. Nulla fuit. Forma uirilis. Ouid. Epiſt. 4. Sint procul à nobis iuuenes, ut fœmina, compti. Fine coli modico forma uirilis amat. Stirps uirilis. Liu. 1. ab Vrb. Breui ſtirps quoq; uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parẽtes dixere nomen. Sexus uirilis. Plin. lib. 10. cap. 55. Liuia Auguſta parere ſexum uirilem admodum cupiebat. Per tranſlationem accipitur pro forti & magnanimo, & minime effœminato. Teren. in Phorm. Animo uirili, pręſentiq; ut ſis, para. Cic. ad Att. lib. 14. Acta enim illa res eſt animo uirili, conſilio puerili. Pars uirilis, id eſt, uires, animi fortitudo. Ci. 5. Verr. Qui præſertim plus etiã q̃ pars uirilis poſtulat, pro uoluntate pop. Roma. oneris, ac muneris ſuſcipere debeant. Pro uirili parte, id eſt, pro uiribus. Cic. pro Seſt. Hæc qui pro uirili parte defendunt, optimates ſunt.

VIRILITER, aduerbium. {Fortemente, uirilmente} (ἀνδρικῶς) fortiter, & magno animo. Cic. 2. Tuſcul. Itaq; barbari quidam, & immanes, ferro decertare acerrimè poſſunt: ægrotare uiriliter non queunt. Idem. 1. Offic. Quod enim uiriliter, animoq; magno fit, id dignum uiro, & decorum uidetur. Ouid. 1. Faſtor. Cui genitrix flenti, fortuna uiriliter, inquit, (Siſte precor lacrymas) iſta ferenda tibi eſt.

VIRILIA, uirilium, tantum pluraliter. {Parti uergognoſe} (αἰδοῖα, τὰ) uerenda, ſeu pudenda uiri. Plin lib. 21. ca 27. Et in totum ad uirilia, cauliculis eius uino, & aceto tritis, nihil utilius putant.

VIRILITAS, atis, (τὰ αἰδοῖα) idem quod uirilia, ſeu uiri pudenda. Martial. libr. 9. Non puer auari ſectus arte mangonis, Virilitatis damna mœreret ereptæ. Plin. libr. 23. capit. 1. Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitas iumentis. Quintil. libr. 4. cap. 12. Non alio medius fidius uitio diſcentium, quàm quo mancipiorum negociatores formæ puerorum, uirilitate exciſa, lenocinantur. Plin. libr. 7. capt. 4. Ex fœminis mutari in mares, non eſt fabuloſum. Lucinius Mutianus prodidit uiſum à ſe Argis Areſcontem cui nomẽ Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam: mox barbam & uirilitatem proueniſſe, uxoremq; duxiſſe.

VIRIPOTENS, tentis, (ὡραία γάμου) nubilis, uiro matura: ut, Virgo uiripotens, apud Plaut. in Perſa.

VIRITIM, aduerbium {Ad huomo, ad huomo} (κατ' ἄνδρας) per ſingulos uiros, per ſingula capita. Cicer. 2. de Repub. ut citat Nonius. Ac primos agros, quos bello Romulus ceperat, diuiſit uiritim ciuibus. Varro lib. 1. de Vita pop. Roma. Agros uiritim populo Romano attribuit. Liu. 1. ab Vrbe: Ex quo pacis belliq; munia non uiritim, ut antè, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Aliquando tamen Viritim accipitur pro ſeparatim, & ſeorſum. ut, Pugnare uiritim, μονομαχεῖν. Curtius libr. 7. Siquis uiritim dimicare uellet, prouocauit ad bellum.

VIRDVBESCA. (Οὐιρδούβεσκα) Hiſpaniæ citerioris ciuitas, in tractu Autrigonum, qui ſunt populi Cantabris ad ortum proximi. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Plin. lib. & cap. 3. Virouiſcam nominat.

VIRVTIVM (Οὐιρούτιον) oppidum Germaniæ, in climate Septẽtrionali, apud Ptol lib 2. cap. 11.

VIROR, oris, {Verdura} (χλωρότης) à quibuſdam uſurpatur pro uiriditate, hoc eſt, pro colore uiridi, ſiue herbaceo.

VIROSVS, a, um, prima ſyllaba correpta, (φίλανδρος) uiri appetens: ſicut Mulieroſus, mulieris appetens. Lucilius lib. 7. ut citat Nonius: Dixi, ad principium uenio, uetulam, atq; uiroſam Vxorem cædam potius, quàm caſtrem egomet me. Afranius Diuortio apud eundem Nonium: Vigilans, ac ſoleus, ſicca ſana, ſobria, uiroſa non ſum: etſi ſum non deſunt mihi qui ultro dent, ætas integra eſt, formæ ſatis.

VIROSVS, ſa, ſum, prima ſyllaba prod (δυσώδης) fœtidus, graueolens: à nomine uirus, quod modò uenenum, modò ingratum odorem ſignificat. Verg. 1. Georg. At Chalybes nudi ferrum, Viroſaq; Pontus Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum. Conſtat enim caſtoreum fœdi, & execrandi odoris eſſe, adeò ut prægnantes eius olfactu eiiciant fœtum. Seruius tamen ibi interpretatur. Viroſa, id eſt, uenenata.

VIRTVS, tutis, {Virtù, uertù} (ἀρετὴ) probitas, integritas, recta ratio, uitio cõtraria: quam Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. definit eſſe δύναμιν ποριστικὴν ἀγαθῶν, καὶ φυλακτικήν, δύναμιν εὐεργετικὴν πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα. Hoc eſt, facultatem bonarum rerum conciliatricem, & conſeruatricem, facultatem beneficam multarum & grandium rerum, atque adeo omnium per omnia. Alii ſic definiunt: Virtus eſt facultas animi conſtans, conueniensq;, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe ſponte, ſeparata etiã ab utilitate, laudabilis. Horat. lib. 1. Epiſt. Virtus eſt uitium fugere, & ſapientia prima Stultitia caruiſſe. Dicta eſt autem Virtus à uiro, teſte Cicer. 2. Tuſculan. Quo fit, ut ſæpe peculiariter accipiatur pro præſtantia in re militari, & pro robore animi, & fortitudine, quæ uiro propria eſt, quam et Græci ἀρετὴν uocant, nonnunquam etiam δύναμιν & ἰσχύν. Lactantius libr. de Opificio: Vir nominatus. quòd in eo maior uis eſt, quàm in fœmina: & hinc Virtus nomen accepit. Vnde cum Virum dicimus, non tam ſexum ſignificamus, quàm robuſtum, & fortem. Viri enim propria eſt uirilitas & robur. Verg. 5. Aeneid. Tunc pudor incendit uires, & conſcia uirtus. Cæſar. 1. Bell. Gall. Perfacile eſſe, cum uirtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Cic. Planco, lib. 10. Epiſt Omnia conſecutus es, Virtute duce, comite, Fortuna: eaq; es adeptus adoleſcens, multis inuidentibus, quos ingenio induſtriaq; fregiſti. Virtus apud Romanos pro dea colebatur: cuius templum ità coniunctum erat cum æde Honoris, ut in hanc, non niſi per illud pateret aditus. quo commento hoc ſignificare uolebant, ueram unicamq; parandi honoris uiam eſſe uirtutem. Virtutes, aliquando ironicῶs, pro uitiis ponuntur, ut annotauit Donatus in illud Terent. Adelph. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus. Virtus pro facultate, ui, ſeu proprietate, rei unicuiq; inſita δύναμις. Cicer libr. 5. de Finibus. Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuique uirtus. Quintil. libr 4. cap. 2. Sunt hæ quidem, quas ſupra retuli, uirtutes aliarum quoque partium. Virtus, pro ope & auxilio, βοήθεια. Plaut. Deum uirtute eundem hoſpitio accipiam. Aliquando pro merito, ſeu præſtantia. Idem Moſtel. Virtute formæ id euenit, ut te deceat, quicquid habeas.

VIRVLENTVS, {Venenoſo, uenenato} (ἰώδης) qui eſt plenus ueneno. Gell. lib. 16. cap. 11. Vt ſerpentium uirulentorum domitores ſint.

VIRVS, (ἰὸς) idem quod uenenum. Verg. 1. Georgic. Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Ci. in Arat. Hic ualido cupide uenantem percuſſit ictu, Mortiferum in uenas figens per uulnera uirus. Virus acerbitatis, per tranſlationem. Idem de Amic. Tamen is pati non poſſit, ut non acquirat aliquem, apud quem euomat uirus acerbitatis ſuæ. Frequenter accipitur pro graueolentia, ſeu tetro odore δυσωδία. Plinius: Prodeſt & ad uirus alarum. Idem Signum eſt uernis temporibus odoris uirus. Virus paludis, apud Columell. libr. 2. Et apud Plinium de Baſiliſco: Huic tali monſtro muſtellarum uirus exitio eſt, id eſt, necatur odore muſtellarum, ut interpretatur Budæus. Aliquando ſignificat aſperitatem ſaporis. Idem lib 31. cap 8. Aqua marina uetuſtate uirus deponit, id eſt, amaritudinem illam, & ſalſedinem. Idem: Virus mali medici, id eſt, acor, & amaritudo. Aliquando aſperitatem coloris. Idem de ſanguine purpuræ. Tum ſuper additum decoquitur uirus. Aliquando genituram, id eſt, humorem, qui è genitalibus fluit. Idem libr. 28. cap. 11. Virus uerrinum è ſcropha à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium prodeſt. Aliquando accipitur pro uirtute naturali, ut annotauit Nonius citans, locum ex Lucret. lib. 2. Concoctoſq; ſeruare, & condere uiro. Accipitur aliquando & in meliorem partem, pro ſuauibus aromatum odoribus. Stat. libr. 2. Syluarum: Atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod creſcit in aruis. Habet autem hoc nomen tres tantum caſus, ſingularis numeri. nominatiuum accuſatiuum, & uocatiuum. Olim toto ſingulari numero declinabatur, quemadmodum Vulgus, & Pelagus. Lucretius. Liquit enim tetri ſupra contagia uiri.

VIS, huius Vis. {Poſſanza, forza, poteſtà, uehemenza} (ἰσχύς, δύναμις) poteſtas, uirtus, uires. Cice. pro Domo ſua. Magna uis eſt in deorum immortalium numine. Salluſt. in procem. Catil. Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Verg lib. 1. Aeneid. Non ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis. Cic. libr. 2. Offic. Magnam uim eſſe in fortuna in utranque partem, uel ſecundas ad res, uel aduerſas, quis ignorat? Aliquando accipitur pro uiolentia, βία. Vergil. libro ſecundo Aeneidos Fit uia, ui, rumpunt aditus. Cicero pro Seſtio: Quos homines ſi (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit: quodq; à me optimi & fortiſſimi ciues flagitabant) ui armiſq; ſuperaſſem. non uerebar, ne quis aut uim ui repulſam reprehenderet, aut proditorum ciuium, uel potius domeſticorum hoſtium mortem mœreret. Aliquando pro multitudine, ac copia, πλῆθος. Liuius: Magna uis ex Sicilia aducta. Salluſtius. Secunda tempeſtate ex Ponto uis piſcium erumpit. Cicero pro lege Manilia: Sic Mithridates fugiẽs maximam uim auri, atque argenti, pulcherrimarumq; rerum omnium, &c. Idem 1. de Legibus. Quid ſit homini tributum natura, quãtam uim rerum optimarũ mens humana contineat. Idem 5. Tuſculan. Socrates, in pompa cum magna uis auri argentiq; ferretur, Quàm multa non deſidero, inquit. Aliquando pro celeri impetu, φορά. Cicer. in Orato. Eneruetur oratio compoſitione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poſſit. Summa ui aliquid facere, id eſt, totis uiribus, & magno conatu. Terent. Adelph. Summa ui hanc defendam, atque illum mortuum. Vis diuina, ea eſt, quæ & Vis maior dicitur, Vlpianus de Damn. Infect. l. Fluminum §. Vitium autem: Seruius quoque putat, ſi ex ædibus promiſſoris uento tegulæ deiectę damnum uicino dederint, ita eum teneri, ſi ædificii uitio id acciderit, non ſi uiolentia uentorum, uel qua alia ratione, quæ uim habeat diuinam. Quæ ſit Vis maior, docet Plin. lib. 18. ca. 28.

de ſic.

de ſterilitatum cauſis: Ante omnia autem, inquit, duo genera cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: unum, quod tempeſtates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq́ ſimilia intelliguntur: quæ quum acciderunt, Vis maior appellatur. Hæc ab horrendis ſideribus exeunt, uelut Arcturo, Orione Hœdis. Ex his uerbis apparet, Vim maiorem eſſe, quam Vlp. tit. Loc. & Conduct. l. ex cõducto, Tempeſtatem calamitoſam appellat. Colum. lib. 1. cap. 7. Nam ubi ſedulo colitur ager, plerunq; cõpendium, nunquàm, niſi ſi cœli maior uis, aut prædonis inceſſit, detrimentum affert. Habebat olim hoc nomen tres caſus pluralis numeri ſimiles nominatiuo ſingulari. Salluſt. li. 3. Hiſt. Male iam aſſuetum ad omnes uis controuerſiarum. Quæ declinandi ratio iam exoleuit: in cuius locum ſucceſſit Vires, uirium, uiribus.

VISCATVS, a, um, ut, Viſcata munera. Vide Viſcus.

VISCERARI, (κρεανομεῖν) ueteres dixerunt, pro eo quod eſt, carnem populo diſtribuere. Sipont.

VISCERATIM, aduerb. {Per uiſcere} (κρεανομηδὸν) per ſingula uiſcera. Ennius in Andromeda: Diſſipat uiſceratim membra.

VISCERATIO, onis, (κρεανομία) crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat uel in ſolenni feſtiuitate, & præcipuè in Latinis ferijs, uel in funere alicuius excellentis perſonæ. Gellius: Tum in Albano uiſceratio Latinis data Liu. lib. 8 Et populo uiſceratio data à M. Flauio in funere matris. Seruius: Viſceratio eſt caro à uiſcere nomine deducta.

VISCOSVS, ſa, ſum, {Viſcoſo, tenace} (γλοιώδης) quod eſt tenax, & glutinoſum, quod & Viſcidum dicimus.

VISCVS, ſci, & Viſcum, {Viſchio, pania} (ἰξὸς) glutinum, quo aues capiuntur. Cic. 2. de Nat. deo. Pruriſum etiam, ut ſiqua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tanquam in uiſco inhæreſceret. Plaut. in Bacch. Viſcus merus ueſtra blãditia eſt. Plin. lib. 16. cap. 44. Viſcum fit ex acinis, qui colliguntur meſſium tempore immaturi, &c. Eſt & Viſcum frutex, qui ex turdorum potiſſimum fimo ſuper arborum quarundam ramis delapſo, & à ſole eſt humiditate quadam, fermefacta naſcitur: uiret autem per totam hyemem. Ver. 6. Aen. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum Fronde uirere noua, quod non ſua ſeminat arbos. De hoc uiſco uide Plin. lib. 16. cap. 44. Viſcum item, teſte Nonio, antiqui uocabant rete à tenacitate. Verg. 1. Georg. Tũ laqueis captare feras, & fallere uiſco Inuentum, & magnos canibus circundare ſaltus. De feris enim hic procul dubio, non de auibus, loquitur Vergilius. A' Viſcus, fit adiectiuum Viſcatus, a, um, uiſco oblitus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Quos columbarij interficere ſolent, duabus uirgis uiſcatis defixis in terram inter ſe curuatis. Ouid. 1. de Arte: Non auis utiliter uiſcatis effugit alis. Idem 15. Met. Retia cum pedicis, laqueosq́, arteſq; doloſas Tollite, nec uolucres uiſcata fallite uirga. Viſcata munera, & hamata pro eodem: hoc eſt, quibus maiora attrahuntur, quã quæ dantur. Plin. Epiſt. 207. Hos ego uiſcatis, hamatisq; muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

VISCVS, uiſceris, pen. cor. {Interiori, budelle, carne} (σπλάγχνα) non tantum exta ſignificat, cuiuſmodi ſunt iecur, cor, pulmo, & lien, (in qua ſignificatione propriè accipitur, apud medicos, & rei Anatomicæ peritos) uerum etiam carnem ipſam, quæ eſt inter oſſa & cutem. Verg. 1. Aen. Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant. Viſcera terræ, hoc eſt, interiora & penitiora. Ouid. 1. Metam. Nec tantum ſegetes, alimentaq́ debita diues Poſcebatur humus: ſed itum eſt in uiſcera terræ, Quasq; recondiderat, Stygijsq; admouerat umbris, Effodiũtur opes irritamenta malorum. Viſcera montis Verg. 3. Aen. Interdum ſcopulos, auulſaq; uiſcera montis. Erigit eructans. Vbi Seruius: Viſcera, id eſt, partes: ſic autem dixit Viſcera, quemadmodum Terræ oſſa dicuntur. Hinc Euiſcero, ras, (ἀποσπλαγχνίζω) quod eſt, uiſcera extraho. Verg. lib. 11. Compreſſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat uncis. Cic. 1. Tuſcu. ex Ennio: Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis euiſceratus latere pendens.

VISIBILIS, & hoc Viſibile, {Viſibile} (ὁρατὸν, θεατὸν) quod uideri poteſt: ſicut Inuiſibile, quod uideri non poteſt. Plin. lib. 11. cap. 37. Oculi, ceu uaſa quædam, uiſibilem animi partem accipiunt, atq; tranſmittunt.

VISITO, tas, {Viſitare} (ἐπισκέπτομαι) frequentatiuum eſt à Viſo. Cic. 5. de Finib. Is cum arderet podagræ doloribus, uiſitaſſetq; hominem Carneades Epicuri perfamiliaris, & triſtis exiret, &c. Aliquando Viſitare poſitum legimus, pro ſæpe uidere. Plaut. in Curcul. Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim? Dico me nouiſſe: quid lenonem Cappadocem? annuo uiſitaſſe. Hinc Viſitatio, onis, uerbale, actus uiſitandi.

VISIO, onis, uerbale, (ὄψις) ipſe uidendi actus. Cic. 4. Acad. Nec pôt is cui eſt uiſio ueri falſiq; cõmunis, ullum habere iudicium, aut ullã omnino ueritatis notam. Cic. 2. de Nat deor. Neq; uiſionem, neq; auditum, neq; ſonum ſine aere fieri poſſe. Viſiones etiã dicuntur, quas Græci uocant φαντασίας. Quintil. lib 6. cap. 2. Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci uocant, nos ſanè Viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ità repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere uideamur. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 3. Omniũ, quæ uidere ſibi dormientes uidentur, quinq; ſunt principales diuerſitates, & nomina: Aut enim eſt ὄνειρος, ſecundum Græcos, quod Latini Somniũ uocant: aut ὅραμα, quod Viſio rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod Oraculum nuncupatur: aut eſt ἐνύπνιον, quod inſomnium dicitur: aut eſt φάντασμα, qđ Cicero (quoties opus hoc nomine fuit.) Viſum uocauit.

VISO, uiſis, uiſi, uiſum, {Andar à uedere} (ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ) ad uidendum eo. Cic. ad Att. Cupio equidẽ, & iampridẽ cupio Alexandriã, reliquamq; Aegyptum uiſere. Id eſt, ad uidendum ire. Terent. in Hecyr. Non uiſam uxorẽ Pãphili, cũm in proximo ſit ægra? Illud uerò in Andria: Id uiſo, tu'ne an illi inſaniant. exponit Donatus, ad uidendũ uenio. Eadẽ etiam uis ſeruatur in cõpoſitis. Terent. in And. Reuiſo quid agant. Redeo (inquit Donatus) ut uideã, quid agant. Et in Adelphis: Hera ego huc ad hos prouiſam. q̃ mox uirginem acceſſant. Prouiſo (inquit) duas res ſignificat, procedo, & uideo. Plaut. in Menæch. Prouiſam, q̃ mox uir meus redeat domum. Non rarò tamen Viſo, accipitur pro primitiuo Video, præſertim cum uerbo Eo, aut Venio coniunctum. Plaut. Rud. Nunc huc ad Veneris fanũ uenio uiſere: tem dominam facturũ ſe dixerat. Terent. Hecy. Poſtquã acceſſuit ſæpius, ægram ſimulẽſt mulierem: noſtra illico It uiſere ad eam. admiſit nemo. Idem uſuuenit, quando iungitur his ablatiuis: gratia, cauſa, ſtudio, & huiuſmodi. Salluſtius: Multi autem, qui è caſtris uiſendi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant, uoluentes hoſtilia cadauera, amicũ alij, pars hoſpitẽ, pars aũt cognatos reperiebant. Terent. in Hecyr. Ne mittas quidẽ uiſendi cauſa quenquã. Verg. 2. Aen. Vndiq; uiſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit. Ex quibus datur intelligi hoc uerbũ non eſſe deſideratiuum, ſicut multi putant, ſed magis exercitatiuũ. Nã ſi Viſo in his exemplis intelligas, uidere cupio, ſenſus erit ineptus. Superflui enim ità forẽt hi ablatiui, ſtudio, cauſa, gratia, quos habet adiunctos, cũm pro deſiderio capiantur. Inuenitur & paſſiuum Viſor, in tertiis potiſſimum perſonis. Cic. 6. Verr. Cupidinem fecit illũ, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ uiſuntur. Hinc Viſendus participium Cic. pro Pompeio. Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea ſibi ille ne uiſenda quidem exiſtimabat. Aliquando nomen eſt ex participio. Plin. lib. 16. cap. 44. Vicina luco eſt ilex & ipſa nobilis XXXV. pedum ambitu caudicis, decem arbores metiens ſingulas, magnitudinis uiſendæ: id eſt: ſpectabilis, admirãdæ, digneq; uideri.

VISONTIVM, (Οὐισόντιον) Pelodonum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi. Ptol. lib. 2. cap. 6.

VISVM, uiſi, {Apparitione, fantaſma, imagine, ſogno} (φάντασμα) ſpectrum, phaſma, ſiue ſpecies aliqua, quam dormientes uidemur uidere: quanquam nõnunquam & uigilantibus uſuuenit: quemadmodum Bruto legimus mali Genij uiſum non multo ante cladem Philippicam apparuiſſe. Verg. 4. Aen. Hoc uiſum nulli, non ipſi effata ſorori. Cice. 1. Acad. Plurima autem in illa tertia philoſophiæ parte mutauit: in qua primum de ſenſibus ipſis quædam dixit noua: quos iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos uiſum appellamus. Viſum, uiſi, pro ſpectaculo, hoc eſt, pro re quauis quæ ſpectanda proponitur. Propert. lib. 2. Eleg. 6. Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas, Et poſuit caſta turpia uiſa domo.

VISTVLA, quæ & Viſula, & Iſtula, nobilis Europæ fluuius, in Carpatho mõte naſcens, Germaniãq; dirimens à Sarmatia, & tandẽ oſtio uno prægrandi iuxta Danticum urbem in ſinum Codanum illabens. Vide Ptol. Tabu 8 Europæ.

VISVLA, Pomponio fluuius inſignis Europæ, Germaniam diuidens à Sarmacia, qui à Plinio Viſtula appellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponij Melæ.

VISVLA, uitis genus, quod ſic deſcribitur à Col. lib. 3. cap. 2. Viſulæ deinde ab his & minor Aegitis terræ mediocritate lætantur: nam in pingui nimias uiribus luxuriant, in macra tenues & nacuæ fructu ueniunt, &c. Viſula breuem materiam, & latum folium exigit, cuius amplitudine fructus ſuos optimè aduerſus grandinem tuetur: qui tamen niſi primo quoq; tempore maturi legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam priuſquam defluant, putreſcunt.

VISVRGIS, fluuius eſt Germaniæ, non procul à Cheruſcis naſcens, Brũſuicenſem agrum irrigans, tandemq; Bremam urbem prælerlapſus, paucis citra Albis oſtium paſſ. millibus, in Germanicum Oceanum ſeſe euoluens. Accolæ hodie Vueſeram appellant. Vide Annotationes Vadiani in lib. 3. Pomponii Melæ.

VISVS, us, {Viſione, uedere, uiſta} (ὄψις) uidendi actus, uel potentia ipſa uiſiua. Plin. lib. 8. cap. 22. Sed in Italia quoq; creditur luporum uiſus eſſe noxius. Ouid. 3. Faſt. Mergetur, uiſus effugietq; tuos. Plin. lib. 9. cap. 50. Piſces attritu uentrium coeunt tanta celeritate ut uiſum fallant. Quintil. lib. 10. cap. 1. Qualis eſt ferri fulgor, quo mens ſimul, uiſusq; perſtringuntur. Viſus, pro eo quod uidetur. Verg. 3. Aen. Nymphas uenerabar agreſtes, Gradiuumq; patrem Geticis qui præſidet aruis, Rite ſecundarẽt uiſus, omenq; leuarent. Idem 5. Aen. Obſtupuit uiſu Aeneas. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Tum immundo ſomnia uiſu Nocturnam ueſtem maculant, uentremq; ſupinum. Nocturnus uiſus. Tacit. libr. 20. Aduocata concione iuſſu nominis, ſuos, Ptolemæiq; uiſus, & ingruentia mala exponit. Viſus, pro ſpecie. Cic. 1. de Natu. deor. Ex quo exiſtit & illud, multa eſſe probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia uiſum quẽdam haberent inſignem & illuſtrem, his ſapientis uita regeretur.

VITA, æ, {Vita, anima, ſpirito} (βίος, ζωή) à Viuo, is, animæ, & corporis cõiunctio: quẽadmodum contrà eorundẽ diſſolutio, mors eſt Cic. 1. de Nat deor. Tribus rebus animantiũ uita tenetur, cibo, potu, ſpiritu. Idẽ 2. Phil. Quod eſt aliud beneficium latronum, q̃ ut cõmemorare poſſint his ſe uitam dediſſe, quibus non ademerunt? Accipitur aliquando Vita pro moribus. Terent. in Adelph. Inſpicere, tanquam in ſpeculum, uitas hominum Iubeo. lib. 2. ad Heren. Deinde uita hominis ex ante actis ſpectabitur. Aliquando pro alimento ſeu uictu. Terent. Eadem quippe homo iam grãdior, cui opera uita erat. Terent. in Heaut. Nam tua quidem Hercle hæc uita certe expetenda atq; optanda eſt. Interdũ pro inſtituto & ratione uiuendi. Cic. de Senect. Serpit per omnium uitas amicitia. Cic. pro Roſc. Amer. Vita ruſtica honeſtiſſima, atq; ſuauiſſima. Mea uita (ζωή μου) blandientis uox eſt. Cic. ad Terent. lib. 14. Obſecro te mea uita, quod ad ſumptum attinet, ſine alios, qui poſſunt, ſi modò uolunt, ſuſtinere.

VITABVNDVS, {Che ſchiſa, ſchiſante} (ἀλεείνων) idem quod uitans Salluſt. Marius uitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum peruenit.

VITALIS, & hoc, le, {Vitale, che puo uiuere} (βιώσιμος, ζώσιμος, ζωτικός) quod uiuere poteſt, uel cui diuturnior uita ſperari poteſt. unde fœtus octauo mẽſe natos dicimus nõ eſſe uitales, hoc eſt, non diu uicturos. Cic. de Amic. Cui poteſt eſſe uita uitalis (ut ait Ennius) niſi qui, &c. Interdum actiue accipitur pro eo quo uiuimus, quodq; uitam aut affert, aut conſeruat, ζωοποιητικός. Verg. 1. Aeneid. Quiſquis es, haud credo, inuiſus cœleſtibus auras Vitales carpis. Vitalis calor. Curt. lib. 3 Pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodum corpus uitalis calor reliquit. Cic. 2. de Nat deor. Caloris natura uim habet in ſe uitalem.
Vitale æuum, pro ipſa uita. Plaut. Pœn. Iupiter, qui genus colis, alisq; hominum, per quem uiuimus Vitale æuum. Hinc Vitalitas, atis, (βιωτικὸν, τὸ) uis & potentia uitalis. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæteris corruptis uitalitas in corde durat, Vitaliter, aduerb. βιωτικῶς. Lucret. lib. 5. Haud igitur conſtant diuino prædita ſenſu: Quandoquidem nequeunt uitaliter eſſe animata.

VITELLVS, uitelli, {Roſſo di uouo, uitello} (λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ) dicta eſt oui pars lutea q; ex eo uiuat pullus: ipſum enim animal ex albo liquore cui corporatur, cibus eius eſt in luteo, hoc eſt, in uitello. Mart. lib. 13. Candida ſi croceos circunfluit unda uitellos. Heſperius ſcombri temperet oua liquor. Cic. 2. de Diuin. Tum ille, Nihil'ne, inquit, de uitello? id enim ex ouo uidebatur aurũ declaraſſe, reliquum argentum. Horat. 2. Serm. Saty. 4. Longa quibus facies ouis erit, illa memento, Vt ſucci melioris, & ut magis alba rotundis, Ponere: namque marem cohibent calloſa uitellum.

VITELLINVS, a, um, {*Di uitello*}(μοσχινοῦ) idem quod uitulinus. Cic. ad Pæt. lib. 9. Integram ſamem ad ouum affero: itaq; uſq; ad aſſum uitellinum opera perducitur. Quo tamen in loco meliora exemplaria Vitulinum legēdum oſtendunt. Vitellina bilis, (λεκυθώδης χολή) à Medicis appellatur quæ fit ex bile pallida uehementius uſta: ita dicta, quod crudi oui uitellum & colore & ſubſtantiæ craſſitudine imitetur.

VITELLIVS, (βιτέλλιος) nonus Romanorum Imperator fuit, uentri, gulæq; addictiſſimus, qui ſuperato apud Bebriacum Othone, Imperium arripuit: quod non multo poſt deficientibus ad Veſpaſianum militibus, unà cum uita exuit. Reliquam eius uitam pete ex Suetonio.

VITEVS, a, um, adiect. {*Di uite*}(ἀμπελινός) quod eſt ex uite: unde Pocula uitea Vergilius περιφραστικῶς pro uino poſuit. 3. Georg. Et pocula læti Fermento atq; acidis imitantur uitea ſorbis.

VITEX, icis, {*Agno caſto*}(ἄγνος) frutex eſt in arborem aſſurgens, in fluminum ripis, ac torrentium alueis naſcens, ramis prælongis lentisq; foliis oliuæ, ſed mollioribus. Duo ſunt eius genera alterum, album florem emittens cum purpureo: alterum tantum purpureum, & ſemen piperis ſimilitudine. Græci ἄγνον uocant, quod nobis caſtū ſonat, propterea q; matronæ in Theſmophoriis Athenieſium caſtitatem ſeruantes, ex foliis iis cubitum ſibi ſternebant. Viticis autem nomen à uitilium uſu accepit. Vulgus herbariorum Agnum caſtum appellat.

VITIARIVM, (ἀμπελεῖον, ἀμπελόφυτον) uitium ſeminarium, ſeu locus uitium plantis conſitus. Colu. li. 3 ca. 5. Vitiarium neq; ieiuna terra, neq; uliginoſa faciendum eſt. ſuccoſa tamen, ac mediocri potius, q̃ pingui. Et paulo ante: Cui uineta facere cordi eſt, præcipue caueat, ne alienæ potius curæ q̃ ſuæ credere uelit, neue mercetur uiti radicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciatq; uitiarium, ex quo poſſit agrum uineis ueſtire. Varro libr. 1. de Re ruſt. Ideo in uitiario primitus quum exit uitis, tota reſecari ſolet, ut firmiore ſarmento è terra exeat, atq; in patendis collibus uires habeat maiores.

VITICVLA, æ, {*Viticella*}(ἀμπελίς) diminutiuum à Vitis. Vergilius in Diris: Dulci namq; tumet nondum uiticula Baccho. Cic. 3. de Nat. deo. At enim minora dij negligunt, neq; agellos ſingulorum, nec uiticulas perſequuntur. Viticulæ item (κλημάτια) in herbis dicuntur flagella quædam, quæ uitium palmites imitantia longè lateq; proſerpunt, & obuia quæq; amplectuntur, iisq; quaſi pedamentibus utuntur; cuiuſmodi uidere eſt in cucurbitis, cucumeribus, aliisq; nonnullis id genus. Plin. libr. 24. cap. 11. Frutex eſt folio hederæ, molliore tamen, & minus longis uiticulis.

VITIFER, ra, rum, adiect. {*Che produce uiti*}(ἀμπελοφόρος) quod fert uites ſiue in quo proueniunt uites. Mart. lib. 13 Hæc de uitifera uenisſe picata Vienna Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi.

VITIGINEVS, a, um, {*Di uite*}(ἀμπελινός) quod ex uite fit: ut, Vitigineū ſimulacrum. Col. lib. 12. ca. 16. Alii foliis uitigineis, nonnulli plataninis ſemiuſtas uias contegunt.

VITILIGO, pe. pro genit. uitiliginis, ((ἄλφος, μέλας, λεύκη) fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu proueniens, nutrimentum rectè aſſimulare non potentis. Celſus ad finem libri quinti, tria eius facit genera: ἄλφον uocans, in quo color albus eſt, ferè ſubaſper, & non continuus, ut quędam quaſi guttæ diſperſæ eſſe uideantur. Ab alpho, μέλας ſolo differt colore, qui illi niger eſt, & umbræ ſimilis. Tertium genus λεύκην appellat, ſimile quidam habens alpho, ſed magis albeſcens, & altius deſcendens, pilos quoq; albos reddens & lanugini ſimiles. Hæc Celſ. Plin. lib. 10. cap. 15. Ferunt eos, qui quotidie edunt capparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius uitiligines albas tollit. Mart. lib. 3. linguæ uitiliginem dedit per quandam ſimilitudinem, quum inquit: Scabros dentes, uitiliginemq; linguarum.

VITILIS, & hoc uitile, (λυγίστικός) quicquid ſic lētum eſt, ut commodè flecti poſſit, inquit Budæus: à uinciēdo dictum, quemadmodum & Vitis, Vitex, Vimina & cætera id genus. Plin. lib. 19, ca. 5. Cucurbita omni modo faſtigiatur, uaginis maxime uitilibus. Hinc uitilia ſubſtantiuè (λύγοι, λυγιστικά) dicuntur uimina, quibus religantur uites, Idem lib. 24. cap. 9. Non multum à ſalice uitilium uſu diſtat uitex.

VITILITIGATORES, {*Calonniatori, ottrettatori*}(συκοφάνται) dicti ſunt uitioſi litigatores, hoc eſt, calumniatores, obtrectatores. ex uitiis, & litigatoribus compoſita dictio. Qui enim ſola prauitate contentionem quærunt, Vitilitigatores propriè dicuntur. M. Ca. Vitilitigatores appellat litium auidos, alienorum operum calumniatores. Plin. in Præfat. Hiſtoriæ mundi: Ergo ſecuri etiam contra uitilitigatores, quos Cato eleganter ex uitiis, & litigatoribus compoſuit quid enim illi aliud, q̃ litigant, aut litem quærunt?

VITILITIGO, as, pen. cor. {*Accuſare, riprendere, mordere*}(συκοφαντέω) obſtrigilo, carpo, criminor, damno, mordeo: unde Vitilitigatores. Plin. in Prol. Nat. Hiſto. Scio ego, quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferantur, multos fore qui uitilitigent.

VITIO, as, {*Guaſtare*}(καταισχύνω, καταπελεύω, κακόω) corrumpo, deſtruo deterius reddo. Plaut. in Prolog. Aul. Eius filiam Lyconides uitiarat: διακορεῖν ἐλαύσειν. Nam uitiatam uirginem dicimus, quum pudicitiam amiſit. Plin. lib. 10 cap. 54. Si in cubatu tonuerit, oua pereunt. & accipitris audita uoce uitiantur. Cic. pro Seſtio: Comitiorum & concionum ſignificationes interdum ueræ ſunt, nonnunquam uitiatæ & corruptæ. Ouid. 7. Metam. Vitiantur odoribus auræ. Idem 3. Metam. Quiq; halitus exit Ore niger Stygio uitiatas inficit auras. Apuleius: Vtroque oculo uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicimus. qui cæci, uel manci, uel claudi nati factiue ſunt.

VITIO DARE. {*Biaſimare*}(ἐγκαλεῖν, δι' αἰτίας ἔχειν) eſt culpare, uituperare. Terent. in Prolog. Andr. Nunc quam rem uitio dent, quæſo animum aduortite.

VITIOSVS, a, um. adiect. {*Vitioſo, cattiuo*}(κακός, φαῦλος) uitiis plenum, corruptum, deprauatum. Cic. ad Attic. lib. 1. Ille alter uitio uno minus uitioſus, quod iners, q; ſomni plenus, q; imperitus, q; ἀπρακτότατος, &c. Vitioſa nux, pro corrupta, ac putrida. Plaut. in Mil. Non ego emam nunc uitam tuam uitioſa nuce. Vitioſum ſuffragium, corruptum. Cic. 3. de Leg. Ne tabella uitioſum occultaret ſuffragium. Vitioſæ oues, morboſæ, morbo infectæ. Colu. lib. 7. cap. 3 Cum præſertim boni paſtoris uel prima cura ſit, annis omnibus in demortuarum uitioſarumq; ouium locū totidem, uel etiam plura capita ſubſtituere. Quo modo autem differant Vitioſus, & Morboſus, uide in dictione Vitium. Hinc Vitioſe, aduerb. (κακῶς) malè, corruptè. Quintil. lib. 4. cap. 1. Vitioſe in ſcholis facimus, q; exordio ſic utimur, &c. Vitioſe ſe habere aliquod membrum dicitur, quod uitio aliquo affectum eſt. Cic. 3. Tuſc. Membrum tumidum, ac turgidum non uitioſe ſe habet?

VITIOSI MAGISTRATVS dicebantur, qui uitio creati erant, cum ſcilicet ex legitimis auſpiciis, cæteriſue ſolennitatibus aliquid eſſet omiſſum: aut etiam in campo aliquid uitij interueniſſet, quo ex Augurum diſciplina ſolent irrita comitia: ut ſiquis interim comitiali morbo fuiſſet correptus, aut ſi fulmen eſſet uiſum, aut tonitru auditum, aut aliud quippiam eſſet obſeruatum, quod infauſta futura illa comitia portenderet. Tunc enim Vitioſa comitia dicebantur, et Magiſtratus uitioſi, uel uitio creati: cogebanturq;, qui deſignati eſſent, ſe magiſtratu abdicare. Vnde Cic. in Philip. 2. Vitioſum conſulem appellat, hoc eſt, uitio creatum ex augurum diſciplina.

VITIOSITAS, atis, {*Vitioſità uitio*}(κακία) contrarium Virtuti. Cice. libr. 4. Tuſcul. Vitioſitas eſt habitus aut affectio in tota uita inconſtans, & à ſe ipſa diſſentiens.

VITIS, huius uitis, fœm. gen. {*Vite*}(ἄμπελος) à Vino ferēdo dicta eſt, ut placet Var. lib. 4. de Lingua Latina, ſiue q; inuitet ad ſpem percipiendarum uuarū, ut autor eſt idem Varro li. 1. de Re ruſt. ca. 31. ubi ſic habet: Et uitis, eo q; inuitet ad uuas percipiendas, dicta primo uidetur. Cic. de Senect. Cuius quidē non utilitas me ſolum, ſed etiā cultura, & ipſa natura delectat: religatio, propagatio uitium ſarmentorumq;. Ouid. 14. Meta. Falce data frondator erat, uitisq; putator. Ver. 1. Geor. Quid faciat lætas ſegetes, quo ſydere terrā Vertere Mecœnas, ulmisq; adiungere uites Conueniat. Erat & Vitis geſtamen centurionis, quo ille milites ob leuiora delicta uerberabat. Minus enim ignominioſa erat pœna, quæ à Centurione, q̃ quæ à lictore eſſet illata. Vnde Iuuen. Sat. 8. Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem, Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. Martianus Digeſt. de Re militari: Si miles uitem tenuit, militiam mutat: ſi ex induſtria fregit, uel manum Centurioni intulit, capite punietur.

VITISATOR, oris, pen. cor. {*Piantator di uiti*}(ἀμπελοφύτης) qui uites ſerit. Quo nomine dictus eſt Saturnus, qui primum ſerendarum uitium uſum in Italiam attulit. Ver. li. 7. Aen. Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem.

VITIVM, tii, {*Vitio, ſceleratezza, ſceleratà*}(κακία, κακόνους) propriè dicitur, quod uirtuti oppoſituitā dictum, q; uitandum ſit, ac fugiendum. Horat. lib. 1. Epiſt. Virtus eſt uitium fugere. Cic. pro Cluent. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius uitæ non dicam uitium, ſed erratum. Plaut. Truc. Hoc nobis uitium maximum eſt, cum amamus, tunc perimus. Aliquando accipitur pro errato, ἔλλειμμα, σφάλμα. Plin. Librum uitiis plenum. Aliquando pro uitioſo corporis affectu, non tamen ad uitæ perniciem tendente. Aul. Gell ita diſtinguit uitium à morbo, q; Morbus ſit affectus quidam cuiuſcunq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit ad id deteriorem, cauſa cuius natura nobis eius corporis ſanitatem dedit: ut ait Vlp. tit de Aedil. edict. l. 1. Et eſt Morbus totius corporis, ut febris, inſania: utq; ait Nonius, cum acceſſu aut temporis, aut contagii. Vitium uerò perpetuum corporis impedimentum, ut cæcitas, claudicatio, uecordia. Et ſic Vitium non tantum ad animum, ſed etiam ad corpus refertur. Et non ſolum in homine, ſed in aliis quoq; rebus dicitur. Cic. Pæto. Si nihil eſt in parietibus, aut tecto uitii: cætera probabuntur. Poteſt tamen qui Morboſus eſt, etiam Vitioſus dici, ſed non econtrario. Equus mordax, & calcitroſus uitioſus, non morboſus eſt: Claudus uerò aliquo actu factus, & morboſus, & uitioſus dici poteſt. Quicquid impedit, uel corrumpit, ac inutile eſt, Vitium dicitur. Verg. 1. Georg. Siue illis omne per ignem Excoquitur uitium, &c. Ponitur aliquando pro culpa. Cic. 4. Acad. Hæc ſi permiſeris, me tibi primum quidq; concedente, meum uitium fuerit, &c. Aliquando pro ſtupro: unde Offerre uitiū uirgini, (διακορεῖν) pro uitiare uirginem, dixit Teren in Hecy. Pudicitiæ ſſerre uitium Plaut. Pudicitiæ nunquam nec uim nec uitium attuli. Vitium addere pro Vitium afferre. Idem: Pudicitiæ huius, inquit, me abſente uitium eſt additum. Vitium facere dicuntur ædificia, cum rimas agunt, & ruinam minantur. Cic. Top. Si ædes excæſæ corruerunt, uitiumue fecerunt. Vertere uitio aliquid, idem quod Dare uitio, ἐγκαλεῖν, ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαι. Cice. in Epiſto. Ne ſibi illæ uitio uerterent, q; abeſſet à patria. Denique quicquid uituperari ſolet, Vitium dicitur. Cic. 1. de Orat. Adeſt enim ferè nemo, qui acutius, atq; acrius uitia in dicente, q̃ recta uideat. Ponere in uitio eſt ſumere in malam partem. Cic. 3. Tuſcu. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens, mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur.

VITO, as, {*Schiſare, guardarſi, fuggire*}(ἀλεείνω, φυλάττομαι, ἐξίσταμαι) euito, effugio, declino, caueo quanquam amplius quiddam ſignificat, q̃ caueo. Multa enim cauemus, quæ tamen uitare non poſſumus. Cic. 3. Verr. Nam eum, qui palàm eſt aduerſarius, facile cauendo uitare poſſis. Ver. 3. Aen. Quæ prima pericula uito. Idem 2. Aen. Teſtor, in occaſu ueſtro, nec tela, nec ullas Vitaviſſe uices Danaum. Seipſum uitare eſt non ſibi conſtare, uel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſcientiam. Hora. 2. Serm. Saty. 7. Teq; ipſum uitans, fugitiuus et erro. Vitatio, onis, uerbale, (ἀλέασις) ipſe uitandi actus. Cic. 5. de Fini. Ne uitationem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit, ne ſi etiam euitare poſſet. Vitabundus, a, um, (ἀλεεινός) idem quod uitans. Saluſt. in Iugurth. Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare. Liu. 5. Bell. Pun. Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, uitabundus caſtra hoſtium, Conſulesq;, quæ in Samnio erant, cum Beneuento iam appropinquaret, tria paſſuum milia ab ipſa urbe loco edito caſtra poſuit.

Eius compoſita ſunt, Deuito, & Euito, eiuſdem ferè ſignificationis cum ſuo ſimplici: de quibus multa ſuis locis.

VITRARIVS, rii, {*Maeſtro di lauorar uetri*}(ὑαλουργός) uitri conficiendi artifex: qua uoce utitur Lampridius in Alexandro.

VITREVS, a, um, adiect. {*Di uetro*}(ὑάλινος) quod ex uitro eſt: ut, Vitreę ampullæ, apud Plin. lib. 20 cap. 14. Col. lib. 12. ca 4. Vaſa autem fictilia, uel uitrea plura potius, q̃ ampla. Significat etiam & id quod uitri colorē refert, (ὑαλοειδής) ut, Fons uitreus, hoc eſt, clarus, & pellucidus, apud Plin. Iuniorem Epiſt. 161. Plin. maior lib. 9. cap. 31. Nec omnibus idem uitreus color. Verg. 7. Aen. Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda, Te liquidi fleuere lacus. Interdum Vitreum dicitur, quod fragile eſt in morem uitri. Seneca: Fortuna uitrea eſt. dum ſplendet,

ſplendet, frangitur. Fama uitrea, id eſt, fragilis, Acrone interprete. Horat. 2. Serm. Saty. 3 Et furioſus erit, quem cedit uitrea fama.

VITRICVS, uitrici, {*Padregno*} (πατρωός) matris meæ maritus: cui reſpõdet relatiuum Priuignus. Cic. ad Att. lib. 15. Vitricus quidem nihil cenſebat, quem Aſturæ uidimus. Ouid. 1. Amor. ad Cupidinẽ. Necte comam myrto, maternas iunge columbas, Qui deceãt, currus uitricus ipſe dabit. Intelligit Vulcanum, qui Venerem, poſtquam ex Ioue genuiſſet Cupidinem, duxerat uxorem.

VITRVM, uitri, {*Vetro*} (ὕαλ☉) materia trãſlucida, quæ modò ex arena ſplẽdenti, modò ex calculis perlucidis conficitur. De cuius origine, & ratione faciendi, uide Plin. lib. 36. cap. 15. Idem pro Rabir. Poſth. Ductæ naues Poſthumi Puteolis ſunt auditæ, uiſæq; merces, fallaces quidem, & fucoſæ, chartis, & linteis, & uitro celatæ. Plin. lib. 36. cap. 26. In genere uitri & obſidiana numerãtur, ad ſimilitudinem lapidis, quem in Aethiopia inuenit Obſidius.

VITRVVIVS, architectus Veronenſis, cuius opera etiam hodie omnium manibus teruntur: uarias in linguas transfuſa.

VITTA, æ, duplici, t, {*Benda, pezza*} (ταινία) ligamentum capitis, hoc eſt, faſcia, qua circum caput antiqui, uel crines, uel ſerta, aut flores, aut quiduis aliud religabant. Verg. 2. Aen. Et ſalſæ fruges, & circum tempora uittæ. Vbi Seruius: Vittæ, quibus uictimæ coronabantur. Idem lib. 3. Aen. Vittaſq; reſoluit Sacrati capitis. Ouid. 2. Met. Vitta coercuerat neglectos alba capillos. Luca. 5. lib. Tum torta priores Stringit uitta comas. Hinc Vittatus, a, um, (ταινιούμεν☉) uitta redimitus. Plin. lib. 7. cap. 30. Vittatam nauẽ Dionyſius tyrannus Platoni miſit obuiam. Plutarchus in uita Marci Coriolani ait, in Metellorum familia fuiſſe qui Vittatus cognominaretur, ab uſu uittæ, cum qua ulceris tegendi cauſa procedebat in publicum obligata fronte. Ouid. 1. Amor. Eleg. 7. Sic, niſi uittatis q; erat Caſſandra capillis, Procubuit templo caſta Minerua tuo.

VITVLA, æ, (μόσχ☉ ἡ) bubuli generis fœtus fœmininus, qui annum primum ætatis nondũ expleuit: nam tunc Iuuenca dici incipit. Var. 2. de Re ruſt. ca. 5. Primum in bubulo genere gradus ætatis dicuntur quatuor: prima uitulorũ, ſecũda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Diſcernuntur in prima ætate uitulus, & uitula, in ſecunda iuuencus & iuuenca, in tertia, & quarta taurus & uacca. Aliquando tamen Vitulam latius accipimus ut etiam ad iuuencam, uel uaccam nouellam extendatur. Verg. Eclog. 3. Ego hanc uitulam (ne forte recuſes, Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono.

VITVLARI, {*Allegrarſi*} (παιανίζειν) ueteres uſurparũt pro uoce lætari propterea q; eam ueram uitam putabant, quæ in ſumma lætitia, ac tranquillitate degeretur. Var. lib. 15. Rerum diuinarum. Pontifex quibuſdam ſacris uitulari ſolet, quod Græci παιανίζειν dicunt hinc Viuere ſæpenumero ponitur, pro lætam uitam agere. Feſtus a uitulis deducit, qui ſumma in pratis laſciuia exultant. Vitulans (inquit) lætans gaudio, ut in prato uitulus. Ennius: Habet is coronam uitulans uictoria.

VITVLVS, li, {*Vitello*} (μόσχ☉) fœtus maſculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum expleuit: nam deinde Iuuencus uocari incipit. Dictus Vitulus à uitulando, hoc eſt, laſciuiendo. Varro Re ruſt. lib. 2. cap. 5. Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima uitulorũ, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Idem 3. Georg. Poſt partum in uitulos cura traducitur omnis. Hora. 4. Car. Ode 2. Te decem tauri, totidemq; uaccæ, Me tener ſoluet uitulus relicta Matre, qui largis iuueneſcit herbis In mea uota. Aliquando tamen Vitulum legimus pro iuuẽco, ſeu tauro nouello. Ver. 4. Geor. Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte. Neque ſolum in bubulo genere Vitulus dicitur, uerum etiam in aliĳs quadrupedibus maioribus. Plin. li. 8. ca. 1. de Elephantis. Atq; ita ſalutato ſidere in ſyluas reuertuntur, uitulorũ fatigatos præ ſe ferentes. Verg. ad equos tranſtulit 3. Geor. Iam uitulos hortare, uiamq; inſiſte domandi. Quinetiam balænarum fœtus, Vitulos appellat Plin. lib. 9. ca. 6. Irrumpunt (inquit) orcæ in ſecreta & uitulos earum, ac fœtas, uel etiam grauidas lancinant morſu. Hinc Vitulinus, adiect. (μοσχείν☉) quod ex uitulo eſt: ut, Vitulina caro, apud Plau. in Aul. Cic. 2. de Diui. An tu, inquit, carunculæ uitulinæ mauis, q̃ Imperatori ueteri credere.

VITVLVS MARINVS, (φώκη) belua eſt ex genere amphibiorũ, omniũ animalium ſomniculoſiſſimum, tam in terra, q̃ in mari uitam habens. Parit enim in terra pecudum more, nunquam plures geminis, eoſq; mammis educat: nec ante XII. diem deducit in mare. Grauiſſimum in ſomno edit mugitũ: unde & uituli nomen accepit. Reliquam eius naturam uide apud Plin. lib. 9. cap. 13.

VITVNVS, antiquus deus erat, qui credebatur uitã largiri: ut Sentinus ſenſum: Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 30.

VITVPERIVM, {*Vituperio*} (ψόγ☉) uituperatio, dedecus, infamia. Ci. Vel etiam à uitio dictum uituperium.

VITVPERABILIS, le, {*Vituperabile*} (ἐπίψογ☉, μεμπτός, ψογερός) uituperatione dignus. Cic. 3. de Leg. Nam iſto quidem modo uel Conſulatus uituperabilis eſt, ſi Conſulum (quos enumerare nolo) peccata collegeris.

VITVPERATIO, nis, {*Vituperatione*} (ψόγ☉, ὕβρις, μῶμ☉) uituperandi actus, reprehenſio, cui opponitur laus, ſiue laudatio. Quint. in Proœm. lib. 8. His adiiciemus demonſtratiuum laude & uituperatione conſtare. Cic. 7. Verr. Hæc autem uituperatio, atq; infamia confirmabatur eorum ſermone, qui à ſuis ciuitatibus illis nauibus præpoſiti fuerant. Venire in uituperationem hominum, eſt hominum reprehenſioni obnoxium fieri. Cic. 6. Ver. Vt propter eum in ſermonem hominũ, atq; in tantã uituperationẽ ueniret. Eſſe alicui uituperationi, eſt ad dedecus, & infamiam eius pertinere. Idem Philippo, lib. 13. Epiſt. Sed mihi ita perſuadeo, (poteſt fieri ut fallar) eam rem laudi tibi potius, q̃ uituperationi fore.

VITVPERATOR, oris, {*Reprenſore*} (ψέκτης) reprehenſor, qui procliuis eſt ad uituperandum. Cic. 1. de Fin. Quanquam Philoſophiæ quidem uituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo, à nobis Philoſophia defenſa & collaudata eſt cum eſſet accuſata, & uituperata ab Hortenſio.

VITVPERO, onis, (ψέκτης) uituperator, momus, in reprehenſionem procliuis. Dictum ea forma, qua & Epulonem, & Manduconem, & Phagonem dicimus & Palponem, uerbis uidelicet in nomina conuerſis.

VITVPERO, as, {*Vituperare*} (ψέγω, μέμφομαι) uitio do, uitio uerto, culpo, de dignitate uel autoritate alicuius detraho. Terent. in And. Prolog. Id iſti uituperant factum. Autor ad Heren. lib. 2. Vitioſum eſt, artem, aut ſcientiam, aut ſtudium quodpiam uituperare propter eorum uitia, qui in eo ſtudio ſunt: ueluti qui Rhetoricam uituperant propter alicuius Oratoris uituperandam uitã. Cice. pro Mur. Ego tuum conſilium, Cato, uituperare non audeo. Iungitur aliquando cum datiuo. Pla. in Caſ. Cur omine mihi uituperat malo?

VIVARIVM, rĳ, {*Viuaro, alibi, barco*} (ζωγρεῖον, ζωοτροφεῖον) locus in quo uel aues, uel piſces, uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent, ut docet Gellius Noct. Att. li. 2. ca. 20. Plin. li. 8. c. 52. Viuaria aprorum, cæterorũq; ſyluestriũ, primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Pli. li. 9. ca. 54. Oſtreorũ uiuaria primus Sergius Orata in Baiano inuenit. Iuue. Sat. 4. Non dubitaturi fugitiuũ dicere piſcẽ, Depaſtumq; diu uiuaria Cæſaris. Peculiari tamen nomine ſepta, in quibus feræ paſcuntur, Leporaria dicuntur: quemadmodũ Piſcinæ, in quibus aluntur piſces. & Ornithones, in quibus aues clauſæ tenentur. Vide Varronem Re ruſt. lib. 3. cap. item 3.

VIVAX, cis, pe. pro. omnis gen. {*Viuace, uiuo, uigoroſo*} (μακρόβι☉) longæuus ſeu uitæ diuturnioris. Ver. 2. Geor. Palladia gaudent ſylua uiuacis oliuæ. Idem Eclo. 8 Et ramoſa Mycon uiuacis cornua cerui. Hinc Viuacior, Viuaciſſimus. Plin. lib. 9. ca. 20. In ſicco quoq; repunt ideo etiam uiuaciora tali. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Poſtremum expellet certe uiuacior hæres. Viuacitas, atis, (μακροβιότης) longæuitas, uitæ diuturnitas Col. li. 11. cap. 3. Multis etiam locis uiuacitatem ſuam uſq; in annos decem prorogat.

VIVERE IN DIEM, {*Viuere de di in di*} dicuntur, quos Græci uocant ἐφημερόβιους, qui quotidie parant noua cibaria, nullum habentes penum reconditũ nihil de futuro tempore ſoliciti, omnem denique curam ita abiicientes, ac ſi eo ſolum die uicturi eſſent. Cic. 5. Tuſc. Nos in diem uiuimus. Col. lib. 3. Nec prouident futuro tempori, ſed quaſi plane in diem uiuant, ſic imperant uitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati non conſulant.

VIVERRA, æ, (γαλῆ) animalculum exiguum ex genere muſtelarum, quo uenatores utuntur ad cuniculos ex antris expellendos. Plin. lib. 8 ca. 55. de cuniculis loquens. Magna propter uenatum eorum uiuerris gratia eſt: immittunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra: unde & nomen animali: atq; ità eiectos ſuperne capiunt.

VIVISCO, is, {*Viuere*} (ἔμψυχ☉ γίνομαι) uiuus fio, animor: proprieq; de rebus inanimatis dicitur, cum anima imbuuntur. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmẽta uiuiſcunt: nec alia eſt earum procreatio. Idem li. 16. ca. 25. de Fauonio uẽto loquẽs. Hoc enim maritantur uiuiſcentia è terra, quo etiam equæ in Hiſpania. Per tranſlationem accipitur pro inualeſcere, & uigorem acquirere. κρατυνέσθαι, ἰσχύεσθαι Lucr. li. 4. Quod cupido affixum cordi uiuiſcit, ut ignis, Et paulo poſt: Vlcus enim uiuiſcit & inueteraſcit alendo.

VIVIDVS, a, um, pen. cor. {*Viuo*} (ἀκμαῖ☉, ἰσχυρὸς, ἀκμάζων) multo uigore præditus. Plin. in Paneg. Amas conſtantiam ciuium, rectoſq; ac uiuidos animos. Ver. 5. Aen. Exigui numero, ſed bello uiuida uirtus. Liu. 6. ab Vrbe: Sed uegetum ingeniũ in uiuido pectore uigebat, uirebatq; integris ſenſibus. Interdum Viuidũ accipitur pro uiuenti ἔμψυχ☉. Propertius: Quatuor artificis uiuida ſigna boues. Vbi Signa uiuida dixit, quaſi uiuentia idq; hyperbolicῶς, quemadmodum Verg. Spirantia æra, hoc eſt, tanta arte confecta, ut uiuere, & ſpirare uideantur.

VIVIRADIX, icis, pen. pro. & fœm. gen. (μόσχευμα) planta quæ cum radice ſeritur, quaſi uiuam radicem habens, ad differentiam malleoli, & talearum. Plin. li. 17. ca. 22. In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtra ſeritur. Colu. lib. 3. cap. 14. Sationis autem duo ſunt genera, malleoli, uel uiuiradicis, quod utrunq; ab agricolis uſurpatur, & in prouinciis magis malleoli. Neq; enim ſeminariis ſtudent, nec uſum habent faciendæ uiuiradicis.

VIVO, is, ui, ctum, {*Viuere*} (βιόω, βιοτεύω, ζάω) uitã ago, uitam dego, in uita ſum. Quint. li. 9 ca. 3. Non ut edã, uiuo: ſed ut uiuã, edo. Cic. de Senect. Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annũ nõ putet poſſe uiuere. Hor. 2. Ser. Sat. 6. Neq; ulla eſt, Aut magno, aut paruo lethi fuga: quo bone circa Dum licet in rebus iucundis uiue beatus, Viue memor q̃ ſis æui breuis. Cic. 3. de Finib. Conſentaneũ eſt huic naturæ: ut ſapiens uelit gerere, & adminiſtrare Rẽpublicã: atq; ut è natura uiuat, uxorem adiungere & uelle ex ea liberos procreare. Et licet abſolutum ſit hoc uerbũ, admittit tamen accuſatiuum reciprocũ, ut, Viuo felicem uitam, Viuo uitã duram. Teren. in Adel. Nam ego uitam duram, quã uixi, uſq; adhuc, prope iam excurſo ſpatio, mitto. Interdum accipitur Viuere pro eo quod eſt lætam uitam agere. Nam eam demum uerã putabant eſſe uitam, quæ in lætitia, animiq; tranquillitate perageretur. Martialis: Sera nimis uita eſt craſtina: uiue hodie. Pla. in Milit. Cõſerui, conſeruæq; omnes bene ualete, & uiuite. Catullus ad Lesbiã Viuamus mea Lesbia, atq; amemus. Viuere in ſtudiis, dixit Ci. ad Sulp. Epi. 29. li. 13 pro eo quod eſt uitã literis ſuſtinere. Ita uiuã affirmantis particula eſt. Ci. ad Tiro. li. 16. Solicitat, ita uiuam, me tua mi Tiro ualetudo: nõ eſt, moriar, uel diſperẽ, niſi tua ualetudo me ſolicitat. Eandẽ uim habet Ne uiuã, ſubſequente particula Si, uel Niſi. Cic ad Att. li 4 Quid poteris, inquies pro iis dicere? ne uiuã, ſi ſcio. Viuendo uincere aliquem, dixit Plaut. in Epid. pro eo quod eſt, ei ſuperſtitẽ eſſe. Viuitur, impersonale. Plaut. Perſa: Quid agitur? Viuitur. Teren. Heaut. Hoc ibi fit, ubi non uerè uiuitur. Cic. 1. de Finib. Quis præceptrice in tranquillitate uiui poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto. Ouid. 1. Meta. Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus. Horat. 2. Carm. Ode 16. Viuitur paruo bene: cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum: Nec leues ſomnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Viuitur perſonale. Oui. 12. Met. uixi Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Huius uerbi compoſita ſunt Conuiuo, Peruiuo, & Superuiuo, Reuiuo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

VIVVS, a, um, {*Viuo*} (ζωὸς ζῶν, ἔμψυχ☉, ἔμπνο☉) ſpirans, animatum, uita præditũ. Cic. ad Att. lib. 4 Cato tamen affirmat ſe uiuo illum non triumphare.

Quandoq; ponitur pro naturali, & non artificioſo Verg. lib. 2. Geor. Et uiua ſua plantaria terra. Idem 1. Aen. Viuoq; ſedilia ſaxo. Quandoq; pro ualido aut uehementi. Verg. 1. Aen. Paulatim abolere Sichæum Incipit & tentat uiuo præuertere amore. Viua ſepes dicitur, quæ dumis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur Col. lib. 11. cap. 3. Vetuſtiſſimi autores uiuam ſepem ſtructili prætulerunt: quia non ſolum minorem impenſam deſideraret, uerum etiam diuturnius immenſis temporibus permaneret. Viua aqua, naturalis, & indidẽ nata. Var. 1. de Re ruſt. cap. 11. Si omnino aqua non eſt uiua, ciſternæ faciẽdæ ſub tectis, & lacus ſubſidio: ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti poſſit.

Flumen uiuum. Verg. 2. Aen. Donec me flumine uiuo Abluero. Lacus uiui. Ver. 2. Geor. Speluncæ, uiuiq; lacus, ac frigida tempe. Vultus uiuos ducere

hoc eſt, uiuam, & naturalem effigiem referentes. Vergil. 6. Aeneid. Excudent alij ſpirantia mollius æra, (Credo equidem) uiuos ducent de marmore uultus.

VIVVS PYRITES, {*Pietra foccana*} (πυρίτης ζωός) lapis eſt ex omni pyritarum genere ponderoſiſſimus, ex quo ignis excutitur. Plin. lib. 36. cap. 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis, quos uiuos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarij, qui clauo, uel altero lapide ſcintillas edunt, quæ exceptæ ſulphuratis aut fungis aridis, uel folijs, dicto celerius ignem trahunt.

VIX, {*Apena, difficilmente*} (μόγις, μόλις, χαλεπῶς) aduerbiũ ſignificans propemodum non ægre, uel difficulter, quaſi cum ui & labore. Verg. lib. 2. Georg. Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat. Terent. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquando refertur ad tempus, pro uixdum, ſiue uix adhuc ſtatim ubi, uel iamiam. Vergil. 1. Aen. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Id eſt, ſtatim, poſtquam e conſpectu Siculæ, &c. Aliquando ponitur pro non. Lucanus: Carcer uix carcere dignus. Ouidius: Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit. hoc eſt, non fuit tanti Priamus, ut exponit Donatus.

VIX TANDEM, {*Piu tempo aſſai*} (μόλις ποτὲ τελευταῖον) poſt multum temporis, Cic. Appio Pulc. Vix tandem legi literas dignas Appio. Verg. 2. Aeneid. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus, Compoſito rumpit uocem.

V ANTE L.

VLCERO, as, pen. cor. {*Impiagare*} uel, ut alij Græcam originem ſequentes, malunt ſcribere, Hulcero, (ἑλκόω) ulceroſum facio, ulceribus infecto. Pli. lib. 28. ca. 9. Item equarum (ſubaudi ſanguis) præterq̃ uirginum erodit, emarginat, ulcerat. Horat. 1. Ser Sat. 6. Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel ſi libet uſq; Tarentum s Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos. Cic. de Fato: Nondum enim ulcerato ſerpentis morſu Philocteta, quæ cauſa in rerum natura continebatur fore ut is in inſula Lemno linqueretur. Hinc Exulcero, compoſitum, cuius ſignificationem uide ſupra ſuo loco.

VLCISCOR, ſceris, ultus ſum, {*Vindicare, far uendetta*} (ἐκδικέω, τιμωρέω) uindico, iniuriam non impunitam relinquo, ultionem repeto. Dicimus autẽ, Vlciſcor te, Vlciſcor te pro hoc ſcelere, Vlciſcor ſcelus, Vlciſcor me. Terẽ. in Eun. Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus Vlciſcar. Plaut. in Menæch. Ni hanc iniuriam, meq; ultus fuero. Cic. 2. de Inuent. Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, ut peccata homines peccantis, & iniurias inimicis ulciſcantur, quantum incommodorũ conſequatur. Ouid. 7. Metam. Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis. Hinc ultio, onis, uerbale, (ἐκδίκησις, τιμωρία) uindicta. Plin. lib. 11. cap. 28. Illis etiã ultionis cauſa datum eſt. Tacit. lib. 2. Simul perfidos & ruptores pacis ultioni & gloriæ mactandos.

VLCVS, ulceris, {*Piaga nata da per ſe*} (ἕλκος) ſolutio unitatis in carne quæ fit per eroſionem: ut docet Galenus in tractatu de Differentiis morborum. Ver. lib. 3. Georg. Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt, Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, alitur uitium, uiuitq; tegendo. Vulnus uero eſt hians, patenſq; apertura corporis, ictu facta. Vlcus tangere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod eſt, mouere dolorem, & rei alicuius, quæ nos magnopere urat, mentionem facere. Terent. in Phor. Quid minus utile fuit, quàm hoc ulcus tãgere? Cic. 1. de Nat. deor. Quicquid enim horum attigeris, ulcus eſt: ità male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Id eſt, ita uli eo defendi non poterit, quin erroris, uanitatisq; conuincatur. Hinc Vlcuſculum diminut. ἑλκύδριον. Plin. lib. 28. cap. 19. Lien uituli in uino decoctus, tritusq;, & illitus ulcuſcula oris ſanat. Vlceroſus, a, um, adiectiuum, (ἑλκώδης) quod eſt plenum ulceribus. Horat. 1. Car. Ode 25. Cum tibi flagrans amor, & libido, Quæ ſolet matres furiare equorum, Sæuiet circa iecur ulceroſum, Non ſine queſtu.

Transfertur & ad arbores. Plin. lib. 17. cap. 14. Ante omnia gemmantes nitere conueniet nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum. Quidam hoc nomen aſpirandum putant, & melius fortaſſis. Nam à Græco ἕλκος deduci uidetur, quod primam uocalem habet aſpiratam.

VLEX, cis, frutex roriſmarini ſimilis, ſed aſperior, qui retinendi auri gratia ſterni ſolet in foſſis canalibuſúe, ad lauandas montium ruinas ſieri ſolitis. Plin. lib. 33. cap. 4.

VLIGO, inis, pen. pro. (ἰκμάς) terræ humor naturalis, ex ea nunquam recedens, inquit Seruius. Verg. 2. Geor. At quæ pinguis humus, dulciq; uligine læta. Silius lib. 8. Et quos peſtifera pontini uligine campi, &c. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum & procliuum, ut euerri facile poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit. Hinc Vliginoſus, a, um, (ἐνικμος) ſemper uuidus. ut, Vliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. Humidus uero qui aliquando ſiccatur. Pli. lib. 17. cap. 5. Terrã amaram, ſiue macram ſi quis probare uelit, demonſtrant eam atræ degeneresq; herbæ frigidam autem retorride nata, item uliginoſam triſtia. rubricam oculi, argillamq; operi difficillimas, quæq; roſtros, ac uomeres ingentibus glebis onerent: quanquam aliquando non quod operi hoc, & fructus ſit aduerſum. Colu. lib. 2. cap. 4. Igitur uliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis.

VLIVS, (οὔλιος) Apollinis cognomen, apud Mileſios, q̃ is ſanitatis autor putaretur. Nam οὔλειν Iones uſurparunt pro ὑγιαίνειν. hoc eſt, recte ualere: ut annotauit Ioannes Grammaticus. Vnde & οὐλάς dictos putat cicatrices, q̃ ſint notæ perſanatorum uulnerum. Vide Macrob lib. 1. Saturnalium.

VLLVS, a, um, {*Alcuno*} (τίς) aliquis, ab Vnus, ut putatur, per diminutionem formatum. Nam cum dicimus, non eſſe ullum, qui legibus pareat perinde eſt, ac ſi dicas, ne unum quidem eſſe. Nũquam autem hoc nomine utimur affirmatiue. Non enim dicimus, Sunt ulli, qui ſtudia amplectantur ſicut Sunt aliqui. Sed uel negatiue: ut, Non eſt ullus, qui publica commoda priuatis rationibus præferat. Vel interrogatiue: ut, Eſt'ne ullus, qui legum metu ſolutus ab iniuria temperet? Vel infinite: ut, Neſcio an ullus ſit, qui non maiorem opibus q̃ uirtuti honorem deferat. Cic. 6. Verr. Nullum unquam horum reliquit: neq; aliud ullum tamen, præter unũ peruetus ligneũ. Bonam fortunam, ut opinor: eam iſte domi ſuæ habere uoluit. Verg. 3. Eclog. In me mora non erit ulla. Vide Vall. lib. 3. cap. 63.

VLMARIVM, rij, (πτελεών) arbuſtum ex ulmis uel ulmorum ſeminarium. Plin. lib. 17. cap. 11. Deferendæ ex arearum uenis poſt annum in ulmaria, interuallo pedali in unamquanq; partem. Vlmaria quo pacto confici debeant, docet Col. lib. 5. cap. 4.

VLMITRIBA, pen. pro. (μαστίγιας) uox eſt Plautina ex Græco & Latino poſita, ſignificatq; eum qui aſſidue ulmeis uirgis cæditur, quaſi ulmi attritor. Vtitur hac uoce Plaut. in Perſa.

VLMVS, ulmi, {*Olmo*} (πτελέα) arbor eſt propter raritatem foliorum maritandis uitibus maxime idonea, Galli Ormam uocant, ſeruato aliquo Latini nominis ueſtigio. Columel. lib. 4. cap. 13. Quia ſi uiminibus ſalicis aut ulmi ligaueris, increſcens uitis ſe ipſam præcidit. Ver. 1. Georg. Quo ſidere terram Vertere Mecœnas, ulmiſq; adiungere uites Conueniat. Hinc deducitur adiectiuum Vlmeus, a, um, quod ex ulmo eſt. Colum. lib. 6. cap. 3. Probaturq; maxime ulmea frons.

VLNA, æ, {*Braccio, gomito*} (ὠλένη) idem quod brachium. Catullus Epigr. 17. Nec ſapit pueri inſtar Bimuli tremula patris dormientis in ulna. Eſt etiam menſuræ nomen, tantam habentis longitudinem, quantum complectuntur duo brachia utrinque extenſa. Verg. 3. Eclog. Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis pateat cœli ſpatium non amplius ulnas. Vbi Seruius: Vlna proprie eſt ſpatium, in quantum utraq; extenditur manus: licet Suetonius unum cubitum tantum eſſe uelit.

VLOCHYTON, (οὐλόχυτον) far ſale conſperſum, quo hoſtiæ perfundebantur ita dictum ab eo quod Iones οὐλὰς dicunt ἀντὶ τῶν ὀλῶν, hoc eſt, pro hordeo ſiue farre, & χέω fundo.

VLOPHONVM, pen. pro. (οὐλόφονον) chamæleontis ſpecies, quam plerique Ixiam uocant, q̃ quibuſdam in locis uiſcum gignat ſub alis foliorum, maxime ſub Canis exortum, quo mulieres in creta pro Maſtiche utuntur. Vlophonum autem dictum eſt, quaſi ὅλον φόνιον, hoc eſt, totum exitiale. Fertur enim & iuuencos guſtatum ueluti angina quadam ea interficere.

VLPIANVS, Iureconſultus, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cuius ſcriniis præfuit. Hic cũ Gallias adminiſtraret, ſeditione oborta interfectus eſt.

VLPICVM, pe. cor. (ἀφροσκόροδον, ἀφροσκόροδον) genus allii grandius, præcipue Afris celebratum inter pulmentaria ruris: unde & Punicũ allium à quibuſdam appellatur. Col. lib. 11. cap. 3. Vlpicum uocant allium Punicum: Græci autem ἀφροσκόροδον appellant: longe maioris incrementi, quam allium. Plaut. in Pœnul. Tu autem plenior allii ulpici, quam Romani remiges.

VLS, (πέραν) antiquis in uſu fuit pro ultra, ut annotauit Feſtus ex Catone. Eadẽ enim forma ab Vls, deducitur ultra, quemadmodũ à Cis deriuatum eſt Citra.

VLTIMVS, a, um, pen. cor. {*Vltimo*} (ὕστατος, ἔσχατος) ab Vltra, idem eſt q̃ poſtremus. Cic. 2. de Nat. deor. Luna, quę omnium ultima eſt. Ouid. 3. Metam. Sed ſcilicet ultima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet. Horat. 1. Epiſt. 16. Mors ultima linea rerum eſt. Liu. 4. ab Vrb. Neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. Aliquando etiam accipitur pro primo. Verg. lib. 8. Aen. de Saturno, primo Latini regis progenitore. Tu ſanguinis ultimus autor. Dictus Vltimus, q̃ ultra omnia ſit, ſiue ante reſpicias, ſiue retro. Cic. 1. de Finib. Quod q̃ magnum ſit, fictæ ueterum fabulæ declarant, in quibus tam multis, tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria inueniuntur. Hinc Vltimũ, aduerbium, (ὕστατον) id eſt, poſtremum. Liu. 2. ab Vrb. Nũc errabundi domos ſuas, ultimum illas uiſuri, peruagantur. Curt. lib. 5. Darius Artabazum, ultimũ illum uiſurus amplectitur. Vltimo, aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Sueton. in Neron. cap. 32. Vltimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacraq; ex auro uel argento fabricata conflauit.

VLTOR, oris, pen. prod. uerbale maſculinum, ab Vlciſcor, eris, {*Vendicatore*} (τιμωρός, ἐκδικος) uindex, uindicator, qui iniuriam illatam ulciſcitur. Ci. pro Sylla: Ego ille coniurationis inueſtigator atq; ultor, certe non defenderem Syllam, ſi coniuraſſe arbitrarer. Verg. 4. Aenei. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Huius fœmininum Vltrix, (ἐκδικος ἡ) à quo Vltricia, ut Victricia à Victrix. Verg. 11. Aen. Hanc cape & ultricem pharetra deprome ſagittam. Idẽ 4. Aen. Vltricesq; ſedent in limine Diræ. Idem 6. Aen. Veſtibulũ ante ipſum, primiſq; in faucibus orci Luctus, & ultrices poſuere cubilia curæ.

VLTRA, {*Oltre, oltra*} (πέραν, ὑπέρ, ἐπέκεινα) præpoſitio eſt, quam accuſatiuo deſeruit, ſignificatq; præter, & trans, & non niſi ſeparata inuenitur. Salluſt. in Iugurth. Mauriq; uagũ genus, ut alii Aphricæ, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum & iuſtos, & egregios agere. Aduerbium eſt, quũ ſine caſu ponitur, idem ſignificans quod præterea. Cic. de Vniuerſ. Si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. Ponitur aliquando pro amplius. Liu. 4. Bel. Maced. Tanta in ſe in hoſtem intulerunt ut ſuſtineri ultra non poſſent. Hinc deducuntur Vlterior, & Vltimus. Cic. ad Attic. lib. 8. Ille Galliæ ulterioris adiumentor. Fit autem Vltra ab Vls, quo ueteres utebantur, ſicut Citra à Cis. Auctor Gellius lib. 12. cap. 13.

VLTRA FAMAM, {*Piu che ſi penſa*} (πέρα τῆς δόξης) id eſt, ſupra opinionem, uel plus q̃ homines opinentur: ſicut Intra famã eſſe dicitur, quod famæ magnitudini non reſpondet. Quintilianus: Hortenſii ſcripta tamen intra famã ſunt.

VLTRO, {*Oltra, anchora, di uolontà*} (ἔτι δέ) ultra, ſiue inſuper. Verg. 2. Aenei. His lacrymis uitam damus & miſereſcimus ultro. Vbi Seruius: Vltro, non eſt ſponte. nam iam rogauerat, ſed inſuper, quia plus q̃ rogauerat Sinon, ei præſtitit Priamus. Vſitatius tamen accipitur pro ſponte, hoc eſt, nemine rogante, aut cogente αὐτομάτως, αὐθαιρέτως. Plaut. in Epid. Continuo te orabit ultro, ut illũ tranſmittas ſibi. Teren. in Adel. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominũ numero qui ità putant Sibi fieri iniuriam, ultro, ſi quam fecere ipſi expoſtulant, Et ultro accuſant. Hoc eſt, ipſi priores accuſant, non expectata querela eorum, qui iniuria ſunt affecti.

VLTRO, CITROQVE, {*Quà, e là*} (δεῦρο, κἀκεῖσε) .i. huc illuc, ſurſum deorſum. Cic. 6. Verr. Qui ultro citroq; nauigant. Accipitur aliquando pro hincinde, uiciſſim, ſiue ab utraq; parte. ἀμφοτέρωθεν. Cice. in Somn. Scipionis: Multiſq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.

VLVA, æ, herbæ paluſtris genus eſt. Verg. 2. Aen. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui.

VLVBRÆ, arum, ignobilis Italiæ uicus iuxta Velitras, nulla alia re, q̃ q̃ in ipſo educatus fuerit Auguſtus, memorabilis: ut annotauit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epiſt. Quod petis, hic eſt. Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

VLVLO, as, pen. cor. {*Vlulare, urlare*} (ὀλολύζω) flebilem & meſtũ ſonũ edo, more luporum. Verg. 1. Georg. Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.

VLVLATVS,

VLVLATVS, us, {*Vlulato, urlo*}(ἀλαλυγμός) clarus, & inconditus clamor. Cæſar 5. Bell. Gall. Tum uero ſuo more uictoriam conclamant, atq; ululatum tollunt.

VLVLA, pen. cor. {*Alocco*}(αἰγωλιός) auis nocturna, ex genere noctuarum: ita dicta, teſte Seruio, ἀπὸ τοῦ ἀλαλύζειν, quod eſt ululare, & flere. Verg. 8. Eclo. Certent & cygnis ululæ.

VLYSSES, {*Vliſſe ſapientiſſimo homo*}(ὀδυσσεύς) fuit filius Laertæ, (a quo et Laertius cognominatus eſt) rex Ithacæ, & Dulichii, inſularum, à quibus modo Ithacus, modo Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero uir multa præditus facundia, nec minore experientia, uafer conſilio, egregius bello laborum patientiſſimus. Vxorem habuit Penelopem Icari filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit: eamq; tantopere adamauit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellũ Troianum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulauerit: futurum ſperans ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaq; duobus diuerſi generis animalibus, litus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen uirum prudentiſſimum latere non potuit: qui ut technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filiũ in ſulco obiecit: quod Vlyſſes conſpicatus, ne filiũ læderet, aratrum ſubleuauit. Quo argumento facile deprehenſum eſt, non ueram illum, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Pertractus itaq; ad Troiam, ſtrenuam utiliſſimamq; eo in bello Græcis operam nauauit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias uirginali habitu latitantem, ad bellum perduxit, & ſagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Troiam pertulit, Cinerem quoq; Laomedontis, qui ſuper Scæa porta Ilii ſeruabatur clam ſuſtulit: Palladium quoq; una cũ Diomede ex Troia, cæſis cuſtodibus, rapuit. Miſſus deinde explorator cum eodem Diomede, Rheſo Thraciæ rege occiſo, equos eius abduxit, priuſquã Xanthi aquam deguſtaſſent. Erant autem hæc omnia in Troianorum fatis: ſine quibus Troia expugnari non poterat. Cũ Palamede frumentationis cauſa grauiſſimas inimicitias exercuit: eumq; tandem per calumniam circumuentũ lapidibus obruendum curauit. Occiſo Achille in armorum illius iudicio Aiaci prælatus eſt. Capta autem Troia Orſilochum Idomenei Cretenſis regis filium, obſtantem ne legitima pars prædæ ſibi decideretur, exorta rixa interemit. Deni que Polyxena ad Achillis tumulum iugulata, atque Aſtyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, cũ nauim conſcendiſſet tanquam in patriam rediturus, graui exorta tempeſtate primum in Ciconum litus appulſus eſt. Atque inde rurſus ſoluens, ſimili tempeſtate eiectus in Aphricam, ad Lotophagorum gentem peruenit. Vbi cum ſocii lotum guſtaſſent, ægre inde potuerunt reuelli. Inde rurſus uela faciens, in Siciliam delatus eſt: ubi Polyphemi antrum cum duodecim ſociis intrauit, ex quibus cum Cyclops ſex deuoraſſet, eruto illi oculo præuſto ſtipite, pellibus arietũ inuolutus, cum ſuperſtitibus antrum euaſit. Hinc in Aeoliam nauigans, ab Aeolo uentos in utrem coactos obtinuit: Et cum iam Ithacæ proximus eſſet, ſoluto utre à ſociis theſaurum credentibus, reflante uento denuo in Aeoliam expulſus eſt: ſed ab Aeolo abactus deuenit ad Leſtrygonas quos ob immanitatem fugiens, ad Circen peruenit: quæ cum exploratores eius in beluas mutaſſet, ipſe ſumpto à Mercurio pharmaco acceſſit impauidus, & ſtricto gladio eam coegit, ut ſocios ſuos priſtinæ formæ reſtitueret: quod cũ feciſſet, eius poſtea conſuetudine uſus per totum annum, ſuſcepit ex ea Telegonũ filium: Heſiodus uerò Agrium & Latinũ ex Circe genuiſſe dicit. Aegre deinde ab ea dimiſſus, ad Oceanum peruenit, ubi peractis ſacris, ad inferos deſcendit, ibiq; ex Anticlea matre, Elpenore, & Tireſia uate de multis certior factus, reuertitur ad Circen. & Elpenorem ſocium, qui nuper inebriatus de ſcalis deciderat, honorifica proſequitur ſepultura. Poſt hæc ad inſulam Sirenum delatus eſt, quarũ cantus ne audirent, ſociis aures cera obturauit: ſe autem ad malũ alligari fecit eaq; ratione illarum inſidias tutus euaſit. Inde Scyllam tranſiens & Charybdim, non ſine maximo periculo in Siciliam uenit ad ea loca, ubi Phaetuſa ſolis filia cum duabus ſororibus greges patris paſcebat, iuſſitq; ne quis eos uiolaret: ſed ipſo dormiente, ſocii fame coacti, ſuadente etiam Eurylocho, plura ex gregibus animalia mactauerũt. quod ſcelus poſtea naufragio luerunt adeo ut ne unus quidem ſit ſeruatus, præter unum Vlyſſem, qui arrepto nauis malo nouem diebus à uento & undis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam inſulam appulſus, à Calypſo nympha ſuſceptus eſt. ſeptemq; annis eius conſuetudine uſus, Nauſithoum, & Nauſinoum filios ut Heſiodo placet, ex ea genuit. Poſt hæc miſertus eius Iupiter, Mercurio in Ogygiam miſſo, imperat Deæ, ut Vlyſſem miſſum faciat. Confecta itaq; rate, Vlyſſes rurſus mari ſe committit. Verum cum iam Phæacia in conſpectu eſſet ſubito immiſſa à Neptuno tempeſtate nauim fregit: actumq; de eo omnino fuiſſet, niſi eius miſerta Leucothoe, tabulam ei ſuppeditauiſſet, cui ille innitens, incolumis in Phæacenſium portũ adnauit: ibidemq; quod nudus eſſet, inter frondes ſeſe occultauit. Verum non multo poſt à Nauſicaa filia Alcinoi repertus, ueſtes accepit. Deinde Palladis opera ad Areten Alcinoi coniugem deductus, dona naues & ſocios accepit, qui eum in Ithacam reduxere in qua dormientem, cum donis depoſuere Excitatus autem à Pallade ipſius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad ſuos ſubulcos peruenit apud quos Thelemachum quoq; inuenit. Demum ab Eumeo porcario incognitus domum ducitur, ubi poſt multas iniurias ſibi à Procis illatas, tandem ab Eurycles nutrice agnitus, arma ex compoſito cum filio & duobus ſubulcis, quibus ſe indicauit, aduerſus procos ſumens, eos ad unum omnes trucidauit, atque ſic Penelopen recepit. Porrò cum ex oraculo didiciſſet, ſe à filio interemptũ iri, in locis abditis uiuere decreuit. Telegonus autem filius ex Circe ſuſceptus, patrẽ ſuum uidere cupiens, Ithacam profectus eſt, ubi cum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitũ ſpina uenenoſa trigonis piſcis tranſfixit. Declinatur & Vlyſſeus, Vlyſſei, uel Vlyſſi, per ſecũdam inflexionẽ. Verg. 3. Aen. Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſi.

VLYSSIPPO, onis, {*Liſbona*} uel (ut alii ſcribunt) Olyſſippo, Luſitaniæ metropolis eſt, quæ à Strabone ὀδυσσεία appellatur uulgo Lyſbona.

V ANTE M.

VMBELLA, æ, {*Vmbrella, ſolana*}(σκιάδιον) diminu. ab Vmbra Eſt & Vmbella inſtrumentũ, quo mulieres ſolem à facie arcent. Iuue. Saty. 9. Et cui tu uiridem umbellam, cui ſuccina mittas Grandia. Vmbella præterea dicitur in fœniculo, aniſo, ſambuco, & ſimilibus plantis, floris uel ſeminis pedamentum, in plures diuiſum longiores pediculos, hemiſphærii quandam imaginem ſitus rotunditate referentes, & in orbem ſe colligentes.

VMBER, a, um, {*De l'ombria, del ducato di Spoleto*}(ὄμβριος) poſſeſſiuum eſt ab Vmbria. Catullus: Aut parcus Vmber, aut obeſus Hetruſcus.

VMBILICATIM, (κατ' ὀμφαλοὺς) ſignificat per umbilicos.

VMBILICATVS, a, um, adiectiuum, (ὀμφαλόεις) quod umbilicos habet, uel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt. Plin. libr. 13. cap. 4. Et in alio medio fiſſura pleriſq; umbilicatum.

VMBILICVS, ci, pen. pro. {*Ombilico, bellico*}(ὀμφαλός) quicquid in aliqua re eſt medium. Vnde Cic. 6. Verr. Ennam ciuitatem Siciliæ uocat eius inſulæ umbilicum. Raptam (inquit) Liberam, quam eandem Proſerpinam uocant, ex Ennenſium nemore arbitrantur, qui locus quòd in media inſula eſt, ſitus, Siciliæ umbilicus nominatur, Sic etiam Plinius Vmbilicum Italiæ circa lacum Reatinũ dixit, quòd ibi medium Italiæ ſit. Item Vmbilicus dicitur ligamentum inteſtinorum, quod mediam ferè uentris planiciem obtinet: ad hoc factum, ut per eum fœtus, dum eſt in utero matris, nutriatur. Plin. lib. 10. cap. 52. Vmbilicus ouis à cacumine ineſt, ceu gutta eminens in putamine. Vnde Vmbiliſecæ, (ὀμφαλητόμοι) obſtetrices umbilicos infantium deſecantes. Ab huius quoq; ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus, ad cognoſcendos uentos, Vmbilicus dicitur Plin. lib. 18. cap. 33. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, uel cinere lineam, mediamq; circumſcribi circulo paruo, qui uocatur umbilicus.

Item parui, ac rotundi, politiq; lapilli eadem ratione Vmbilici dicuntur. Cic. 2. de Orat. Non audeo dicere de talibus uiris, ſed tamen ita narrare ſolet, Scæuola, conchas eos, & umbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere conſueuiſſe. Sunt præterea Vmbilici, ornamenta, & ueluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur Mart. lib. 2. Quid prodeſt mihi tam macer libellus. Nullo craſſior ut ſit umbilico? Vmbilico (inquit Porphyrio) ornamenta oſſea erant, aut lignea, cornea'ue, umbilici noſtri formam imitantia, quę uoluminibus iam abſolutis addebantur. Hinc natum eſt uulgatum prouerbium, Ad umbilicũ perducere, pro eo quod eſt, abſoluere: ad finem perducere, extremam manum imponere. Hæc Porphyrio in illud Horat. in Epod. Deus, Deus nam me uetat Inceptos, olim promiſſum carmen, Iambos ad umbilicũ ducere. In quẽ ſenſum & Mart. finem quarti libri clauſit, inquiens: Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Iã peruenimus uſque ad umbilicum Tu procedere adhuc, & ire quæris, &c. Dicitur præterea Vmbilicus in anulo, uel monili, ea pars, quam alio nomine Palam uocamus, cui ſcilicet gemma, uel margarita illigatur. Plinius de margaritis loquens: Et talos conuenit non oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ſtatim ex uno capita comprehendentibus.

VMBILICVS VENERIS, (κοτυληδὼν) herba eſt in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, breui in medio cauliculo, in quo ſemen ineſt, radice oliuæ modo rotunda. Eſt & alterũ euſdẽ genus, Cymbalion aliqui uocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo denſis, circa radicem medii oculi ambitum deſcribentibus ut in maiore ſemperuiuo, adſtringentis guſtus, cauliculo tenui, in quo flores & ſemina hyperici, radice maiuſcula.

VMBO, onis, {*Scudo*}(ἴτυς, ὀμφάλιον) media pars clypei eminentior. Licet quandoque pro toto clypeo ponatur. Liu. 5. ab Vrbe: Gallũ umbone ictũ deturbat. Stat. Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo. Eſt etiã Vmbo in monili, aut anulo, ea pars, cui inſeritur gemma, quam & Palam & Vmbilicũ uocari diximus Plin. lib. 37 cap. 6. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non graciles, neque in receſſu gemmæ, aut in deiectu renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.

VMBRA, æ. {*Ombra*}(ἀποσκίασμα, σκιά) aer carens Sole. quod fit alicuius corporis obiectu, præſertim nubium Ver. 1. Eclo. Tu Tityre lentus in umbra Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, quod eſt imber, Vmbram appellatam exiſtimant, quòd omnes umbræ humidæ ſint. Vmbrę etiam dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ ſunt, ſolidę uideantur. Cic. 4. Acad. Quam multa uident pictores in umbris, & eminentia, quæ nos non uidemus? Vmbræ etiam dicuntur mortuorum animæ. Ver. 6. Aen. Vmbrarum hic locus, & ſomni, noctiſq; ſoporæ, Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Vmbra item olim dicebatur, qui ueniret ad conuiuium non uocatus, ſed illius, qui uocatus fuerat, comes: nam ſic uocatũ ſequitur, uelut umbra corpus. Horat. lib. 1. Epiſt. Ad ſummam locus eſt & pluribus umbris, Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Velut umbra ſequi dicitur, qui nunquam deeſt. nam umbra corpus aſſectatur, uelit, nolit. Pla. in Caſ. Decretum eſt mihi: quaſi umbra quoquo ibis tute, perſequi. Suam ipſius metuere umbram, prouerbiali hyperbole dicitur qui pueriliter trepidare, etiam cũ nulla ſubſit cauſa timoris. Vide Chil. Eraſ. Vmbra ueritatis, eſt ſpecies quædam ueritatis, & quòd ueriſimile dicitur. Vmbram luxuriæ, dixit Cic. pro Mur. pro luxuriæ tenuiſſimo ſigno, ſiue ueſtigio.

VMBRACVLVM, li. {*Fraſcata*}(σκιάς) tabernaculum, uelum'ue umbrę cauſa erectum. Varro lib. 1. de Re ruſt cap. 51. Prope aream faciunt umbraculum, quo ſecedant homines in ęſtu, tempore meridiano. Valer. Max. lib. 2 Q. Catul. primus ſpectantium conſeſſum uelorum umbraculis texit. Ponitur & umbraculum pro umbella muliebri, (σκιάδιον) qua tegitur facies ad Solis calorem arcendum Ouid. in Faſt. Aurea pellebant tepidos umbracula ſoles.

VMBRATICVS, a, um, {*Adumbrato*}(σκιώδης) quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbrę. Auguſt. lib. 2. Conf. Non ſaltem ut eſt quędam defectura ſpecies & umbratica, uitiis fallentibus.

VMBRATICVS HOMO, {*Banchiero*}(ἐπίσκιος) dictus eſt à Plauto in Curcul. trapezita, qui in umbra ſub tecto uitam agit otioſam. Artes quoque, & negotia umbratica nominantur, in quibus per deſidiam in umbra elangueſcimus. Plin. Epiſt. 169. Nos quàm anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi forte uolumus ſcholaſticas tibi atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere.

VMBRATILIS, & hoc le, pen. cor. (σκιερός) adiectiuum ab umbra formatum: ut, Vita umbratilis, quæ umbra, atque opaco marceſcit, ſeu in umbra, & otio domeſtico degitur Cic. 2. Tuſc. Sic ad malam domeſticã diſciplinam, uitamq; umbratilem & delicatam cum acceſſerunt, etiam porrę neruos omnis uirtutis elidunt. Studioſi uitam umbratilem colunt, quos libri docent in umbra, & otio, ut inquit Cic. pro Corn. Balbo. Res etiam umbratiles dicuntur, quę fiunt per inuolucra, & inanitatem, qualis umbra eſt. Vmbratilem exercitationem dicit Cic. de Orat. quę in loco opertio atque adeo in otio ſit.

VMBRIA, {*Ombria. Ducato di Spoleto*} (ὀμβρία) regio Italiæ inter Apenninū & mare Adriaticum, ità dicta ἀπὸ τῶ ὄμβρων, hoc eſt, ab imbre: ꝙ Vmbri omnium Italiæ populorum antiquiſſimi, inundationi terrarum, imbribusq; ſuperfuiſſe credantur: ut refert Plin. lib. 3. cap. 14. Vel dicta eſt Vmbria ab umbra, ꝙ ea regio propter altitudinem montium, & uicinitatem Apennini, umbroſa ſit. Lucan. lib. 2. Iuſq; ſui pulſo iam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuiſſe fertur, quæ poſtea Hetruſci deleuerunt. Hodie ſunt reliqua Sentinum, Fanum Fortunæ, Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletinus dicitur, Nurſia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Aſiſia, Tudertum, & Narnia.

VMBRIFER, ra, rum, adiect. {*Ombroſo, che fa ombra*} (σκιώδης) umbroſus, ſeu ferens umbram. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 2. Circiter meridianos æſtus, dum deferueſcunt, ſub umbriferas rupes, & arbores patulas ſubiiciūt. Verg. 6. Aen. Atq; Inimica refugit In nemus umbriferum.

VMBRO, as, {*Adombrare*} (σκιάζω) tegendo umbram facio. Plin. lib. 19. cap. 1. Marcellus uelis forū umbrauit. Verg. 3. Aen. Sol ruit interea, & montes umbrāntur opaci. Col. lib. 5. cap. 7. Tum omnes pene uirgæ, ne umbrēt, eo tempore, quo uitis putatur, abraduntur. Huius compoſita magis ſunt in uſu, ſcilicet Adumbro, Inumbro, Præumbro, Obumbro, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VMBRO, (ὄμβρων) fluuius Vmbriæ nauigiorum capax, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

VMBROSVS, adiect. {*Ombroſo, oſcuro*} (ἐπίσκιος, σκιώδης) opacus. Verg. 8. Aen. Et crines umbroſa tegebat arundo. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Ego locū æſtate umbroſiorem uidi nunquam. Plin. lib. 16. cap. 26. Fico folium maximū umbroſiſſimumq;. Ouid. 7. Met. Quas nemus umbroſum, ſecretaq; ſylua tegebat.

V ANTE N.

VNA, poſteriore acuta, {*Inſieme, in compagnia*} (ἅμα) ſimul, pariter. Cic. ad Att. Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus una. Idem 1. Verr. Vna & id quod ſacio probabit, & in hac cauſa profecto neminem mihi eſſe præponendum actorem putabit.

VNANIMIS, & hoc Vnanime, & Vnanimus, a, um, {*D'un' animo d'un' iſteſſa uolontà*} (ὁμόψυχος) qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cū altero. Verg. 4. Aen. Cum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem. Liu. 7. ab Vrbe. Conſules fœnebrē quoq; rem, quæ diſtinere unanimos uidebatur, leuare aggreſſi, &c.

Hinc unanimitas, atis, (ὁμοψυχία) concordia, conſenſus, æquanimitas. Plau. in Trucul. Non amantis mulieris, ſed ſociæ unanimitati fidentis fuit. Liu. 10. Bell. Maced. Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis, quàm fraterna unanimitate regnum æquaſſe uidetur.

VNCIA, æ, {*Oncia*} (οὐγγία) dicta eſt, ꝙ una ſit ex duodecim partibus aſſis. Plaut. in Menæch. Atq; huic ut addas auri pondo unciā. Vnciæ partes ſunt Semuncia, cōtinens drachmas quatuor. Duella, pendens duas ſextulas, hoc eſt, tertiā partem unciæ: Sicilicus, quod & Didrachmū dicitur pondus eſt duarū drachmarū, hoc eſt, quarta pars unciæ. Sextula, ſexta pars unciæ. deinde ſequitur Drachma, quæ octies ſumpta explet unciā. Quod ſi ad minora pondeſcula libeat deſcendere, unciamq; in minimas particulas diſſecare, continent ſingulæ unciæ ſcrupula XXIIII. obolos XLVIII. ſemiobolos XCVI. ſiliquas, ſiue ceratia CXLIIII. Quoties autem de menſuris ſermo eſt, Vncia menſurales accipitur pro duodecima parte Romani ſextarii, medici frequentius Cyathū uocant.

Hinc deducuntur compoſita Quincunx, pondus, uel menſura quinque unciarum, & Septunx, ſeptem unciarum. Vncia in menſuris Geometricis dicitur duodecima pars pedis, alio nomine Pollex. Frontinus de Aquæ ductibus: Eſt autem Digitus, ut conuenit, decimaſexta pars pedis, Vncia duodecima.

VNCIARIVS, a, um, adiect. (οὐγγιαῖος) ab Vncia deriuatur: ut, Lex unciaria, apud Feſtum. & Fœnus unciarium, quod erat leuiſſimum quoddam uſuræ genus, cum ſcilicet ex ſorte centum aureorum, quotannis redit aureus unus. Dictū Vnciarium fœnus, ꝙ duodecima tantum pars ſit uſuræ centeſimæ, ſiue ꝙ ſingulis menſibus unciam, hoc eſt, duodecimam partem aurei unius pareret. Nam ſicut ex uſura centeſima quotannis ex centum aureorum ſorte aurei duodecim redibant, hoc eſt, in ſingulos menſes aureus unus: & ex ſemiſſibus uſuris in ſingulos annos aurei ſex, & ex trientalibus aurei quatuor: ità etiam ſeruata proportione cōuenit, ut unciaria uſura ex centum aureorum ſorte quotannis aureū unū pariat, uel (quod in idem recidit) unciam, hoc eſt, duodecimam partem aurei in ſingulos menſes. Liu. 7. ab Vrbe: Nam etſi unciario fœnore facto leuata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes. Rurſus Semunciarium fœnus (ἡμιουγγιαῖος τόκος) dimidio leuius eſt unciario, quod ex centum aſſibus quotannis ſemiſſem pariebat, uel in menſes ſingulos ſemunciam. Huius fœnoris ibidem meminit Liuius. Semunciarum (inquit) tantum ex unciario factum fœnus, & in penſiones æquas triennii. Vnciaria ſtips, Romæ erat moneta omnium minima, duodecimam tantum aſſis partem ualens. Plin. lib. 34. cap. 5. Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria ſtipe collata. Vnciariæ uites dicebantur, quæ ita diſpoſitæ eſſent, ut inter quamlibet uitem uncia unius iugeri relicta, interualla omnia paria fierent. Colu. libr. 3. cap. 2. Nec ſolum quæ iucunditate ſaporis, uerumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, cenſe debent, ut ſtephanitæ ut tripedaneæ ut unciariæ, ut cydonitæ.

VNCIALIS, & hoc, le, {*Di un' oncia*} (οὐγγιαῖος) quod eſt unius unciæ: ut Vncialis as, qui unciam tantum ualebat. Plin. lib. 33. cap. 3. Q. Fabio Dictatore aſſes unciales facti. Vncialis herba, quæ eſt pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedem. Idem lib. 18. cap. 16. de Medica herba loquens: Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda eſt. Vnciales literæ: pollicis erat ſitudine exaratæ, inquit Budæus.

VNCIATIM, aduer. {*A oncia, a oncia*} (κατ' οὐγγίας) per ſingulas uncias. Ter. in Phorm. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo, Suum defraudans genium, compaſit miſer, &c. Phil. lib. 28. cap. 9. Datur & phthiſicis unciatim cum uini ueteris hemina decocta, donec tres unciæ è toto reſidant.

VNCINATVS, ta, tum, adiect. {*Rampinato*} (ἀγκιστρωτός, ἀγκιστροειδής) uncinus hamatus. Cic. 4. Acad. Nec ut ille qui aſperis & leuibus, & hamatis, uncinatisq; corpuſculis concreta hæc eſſe dicat interiecto inani.

VNCINVS, ni, pe. pro. {*Oncino*} (ὄγκινος) Græca dictio eſt, idem ſignificans, quod uncus, uel curuus: unde Vncinatus, incuruatus, hamatus: de quo paulo ante.

VNCIOLA, æ, pen. cor. {*Oncietta*} (οὐγγίδιον) diminutiuum ab Vncia. Iuue. Saty. 1. Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem. Partes quiſq; ſuas ad menſuram inguinis hæres Accipiat.

VNCTVM, {*Onto, graſſo, lardo*} (ἄλειφαρ) ſignificat illud pingue quod in porci dorſo mollius eſt. Col. lib. 6. cap. 29. Frigoris fomenta adhibentur, caput, & ſpina tepenti adipe uel uncto linuntur. Sic enim legunt ibi nonnulli: cum tamen emendatiora exemplaria Vino, ibi legendum oſtendant, non uncto.

VNCTVS, a, um, participiū, uerbi paſſiui Vngor {*Onto ſporco*} (χριστός, κεχρισμένος) unguento delibutus, oblitus, unguentatus. Cic. 3. Phil. Antonius eo die nudus, unctus, ebrius concionatus eſt. Olera uncta, hoc eſt, lardo, oleo, aliiſue pinguis condita. Horat. 2. Serm. Sat. 6. O quando faba Pythagoræ cognata ſimulq; Vncta ſatis, pingui ponentur oluſcula lardo? Vnctiuſculus, a, um, hoc eſt, paulo unctior: ut, Pulmentum unctiuſculū, hoc eſt, paulo liberalius conditū. Plaut. Pſeu. Nunc tua etiam eſt mihi hodie & tuorum opera cōſeruorum cupio Nitidiſſimum: ac cur non ipſe ego pulmento utor magis unctiuſculo. Hinc Vnctum & unctius, per tranſlationem dicimus, pro ſplendido & ſplendidiore: inde tracta metaphora, ꝙ opulentiores liberalius condire ſoleant ſua obſonia. Cicero de Clar. Orat. Iam enim erat unctior quædam ſplendidiorq; conſuetudo loquendi. Aliquando tamen Vnctum accipimus pro ſordido, & pinguedine oblito. Hora. 2. Ser. Sat. 4. Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis Tractauit calicem manibus.

VNCTIO, onis, {*Ontione*} (χρίσις, ἄλειμμα) unguēdi actus. Cic. 2. de Orat. Philoſophum omnes unctionis cauſa reliquerunt.

VNCTITO, as, frequentatiuum, uide in primitiuo Vngo.

VNCTOR, oris, (ἀλείπτης, χριστής) qui ungit. Cic. ad Gallum lib. 7. Epiſt. Ille autem qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſceſſit à me.

VNCTORIVS, a, um, (ἀλειπτικός) quod unctioni deſtinatum eſt: ut, Hypocauſton unctorium apud Plin. lib. 1. Epiſt. 17. pro loco, in quo poſt ſudationem aut lauationem unguentis perungebantur.

VNCTVRA, æ, (χρίσις, ἄλειμμα) idem quod unctio. Cic. 2. de Leg. Hæc præterea ſunt in legibus de unctura. Et paulo poſt Seruilis unctura tollitur, & omnis circumpotatio.

VNCVS, ci, {*Oncino, rampino*} (ἄγκιστρον) baculus oblongus, ab altero latere ferramentum habens incuruum, ac in ſeſe retortum: quod genus in uſu erat Romanis ad pertrahendos damnatos ad ſcalas Gemonias. Iuue. Sat. 10. Impactio Seianus ducitur unco. Dictus Vncus, ἀπὸ τοῦ ὀγκοῦσθαι, quod eſt, extuberare, uel intumeſcere, ꝙ hoc inſtrumentū ab ea parte, qua incuruatum, intumeſcere ac extuberare uideatur. Cic. 1. Philip. Vncus impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inuaſerat. Liu. 10 Bell. Pun. Poſtremo aſſeres ferreo unco præfixos (harpagones uocant milites) ex Punicis nauibus inicii in Romanas cœpti. Colum. lib. 3. cap. 18. Et uelut uncus infixus ſolo, antequam extrahatur, præerumpitur.

VNCVS, a, um, (ὀγκινωτός, γαμψός) incuruus, aduncus. Col. lib. 7. ca. 11. Atq; uncis digitis alterum, quoq; teſticulum educito. Verg. 1. Geor. Adſis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix, uncīq; puer monſtrator aratri. Ouid. 15. Met. De parte ſepulta Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca. Huius compoſita ſunt Aduncus, & Reduncus, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VNDA, æ, {*Onda*} (κῦμα) fluctus, ſiue globus aquæ in unum collectus, quales in mari uentis exagitato maximè ſolent excitari. Dicta Vnda (ut quidam uolūt) ꝙ ſit una, & in ſe concita. Verg. 1. Aen. Franguntur remi, tum prora auertit, & undis Dat latus, &c. Ouid. 8 Met. Succede meis ait inclyte tectis Cecropide, nec te committe rapacibus undis. Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouid. 1. Met. Et terris abſcidit undas, Hoc eſt, mare à terra ſeparauit. Huius diminutiuum eſt Vndula, κυμάτιον. Vnde comitiorum, per tranſlationem, pro uaria ſcntentiarum multitudine, quibus ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cic. pro Plan. Si campus, atq; illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferueſcunt, &c. Vnda pro hominū multitudine. Ver. 2. Geor. Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam.

VNDABVNDVS, a, um, {*Ondoſo fluttuoſo*} (κυματώδης) idem quod undoſus: ut, Vndabundum mare, apud Gell. lib. 2. cap. 30.

VNDATIM, {*A guiſa d'onde*} (κυματοειδῶς) ad undarum ſimilitudinem. Plin. lib. 13 cap. 15. Sunt & undatim criſpæ menſæ, &c.

VNDE, aduerb. {*Onde, donde*} (πόθεν, ὁπόθεν, ὅθεν, ὅθεν περ) ex quo loco, uel à quo loco. Cic. pro Cecinna: Hoc uerbum Vnde, utrunq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. Accipitur autem modo interrogatiue. Cic. in Rullum. Vnde iſte amor tam repentinus? Modò relatiue. Verg. 2. Aen. Turrim in præcipiti ſtantem, ſummisq; ſub aſtra Eductam tectis: unde omnis Troia uideri, & Danaum ſolitæ naues, & Achaica caſtra. Et pauló ante: Euado ad ſummi faſtigia culminis. unde Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri. Nonnunquam etiam infinite. Cic. Att. Non recordor unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. Aliquando non ad locum refertur, ſed ad perſonam. Cic. Terentiæ: Hem mea lux, unde omnes opem petere ſolebant. Vnde gentium, idem quod Vnde. Plaut. Aſin. Face id ut paratum iam ſit. L. unde gentium?

VNDEVNDE {*Da ciaſcun loco*} (ὁποθενοῦν) ſignificat undecūq;, quemadmodum. Vbi ubi dicimus, pro ubicunq;, & Quoquo pro quocunq;, & Quaqua pro quacunq;.

VNDECENTVM, (ἐνενήκοντα ἐννέα) nonaginta nouem, centum minus uno. Plin. lib. 7. cap 6. Parauerant tamen eis annis undecentum.

VNDECENI, næ, na, (ἐνενηκονταεννέα) centum minus uno, nonaginta nouem. Plin. lib. 36. cap. 8. de Aegypti obeliſcis agens: Idemq; digreſſum inde, ubi fuit Mneuidis regia, poſuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

VNDECIES, aduerb. {*Vndeci uolte*} (ἑνδεκάκις) undecim uicibus. Col. lib. 5. cap. 2. Hanc ſummam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquagintatria millia nongenti.

VNDECIMVS, a, um, pen. cor. (ἑνδέκατος) ultimus ex undecim. Ver. 8. Ecl. Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus.

VNDECIREMIS, huius undecitemis pe. pro. (ἑνδεκήρης) nauis undecim remorum ordines habens. Plin. lib. 16. cap. 40. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii ſucciſa cētumtriginta pedum longitudinis, craſſitudinis

ferro

uero ad trium nominum complexum.

VNDENI, nę, na. adiect. {*Vndeci*}(ἕνδεκα) undecim Plin. lib. 11. ca. 25. Pariũ tur autẽ undeni. Ouı. 1. Amo. Eleg. 1. Muſa per undenos emodulanda pedes.

VNDEVIGINTI, adiect. indeclinabile, {*Decenoue*}(εἴκοσι ἑνὸς δέοντος) nouendecim uiginti minus uno. Cic de Clar. Orat. Vnde uiginti an nos natus erat eo tempore Liu. 3 Bell. Pun. Vbi ea dies uenit, ad conducendum tres ſocietates aderant hominum undeuiginti. Vndeuiceſimus, a, um, (ἐννεακαιδέκατος) decimus nonus. Ci. de Senect. Anno enim undeuiceſimo poſt eius mortem, hi conſules T. Flamminius & M. Attilius facti ſunt.

VNDETRIGESIMVS, a, um, (ἐνατος καὶ εἰκοστὸς) id eſt, uiceſimus nonus Liu. 5. Bell. Pun. 2. Anno octogeſimo poſtq̃ in Hiſpaniam uenerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

VNDEQVADRAGINTA, (ἐννεακαιτριάκοντα) triginta nouem. Liui. 5. Bell. Pun. mille CCCC. Carthaginienſium cæſi, undequadraginta uiui capti.

VNDEQVADRAGIES, aduer. {*Trentanouevolte*}(ἐννεακαιτριακοντάκις) nouies & tricies. Plin. lib. 7. cap. 25. Solus M. Marcellum tranſgreſſus qui undequadragies dimicauerat.

VNDEQVINQVAGINTA, (ἐννεακαιτεσσαράκοντα) quadraginta no uẽ quinquaginta minus uno. Liu. 6. Bel. Maced. In eo triumpho undequinquaginta coronę aureę tranſlatæ ſunt. Vndequinquageſimus, a, um, (τεσσαρακοστὸς ἔνατος) quadrageſimus nonus. Cic. pro lege Manil. Ipſe autem ut à Brũduſio profectus eſt, undequinquageſimo die totam ad imperium populi Rom. Ciliciam adiunxit.

VNDESEXAGINTA, (ἐννεακαιπεντήκοντα) quinquaginta nouem. Liu. 3. Bel. Pun. Ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum unde ſexaginta militaria ſigna.

VNDEOCTOGINTA, (ἑβδομηκονταεννέα) ſeptuaginta nouem, octoginta minus uno Horat. 2. Serm. Sat. 3. Age, ſi ſtramentis incubet unde, Octoginta annos natus, cui ſtragula ueſtis, Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca, &c.

VNDEVIS, & VNDELIBET, {*Da qual loco tu uuoi*}(ὅθεν βούλει) ſignificat ex uno quouis loco Auctor ad Here. lib. 4. Aſt iſtud quidem facile fuit un delibet inuenire.

VNDECVNQVE, aduerb. {*Da ciaſcun loco*}(ὁποθενοῦν) ex quocunq; loco Liu 4. Bel. Pun Bellum undecunq; cum Annibale Conſulibus mandatum. Pli. lib. 27. cap 4. Vulnerum quoq; ſanguinem, & undecunq; fluentem, ſiſtit per ſe uel ex aceto.

VNDIQVE, aduerb. {*Da ogni parte, da ogni banda*}(πανταχόθεν πάντοθεν) id eſt, ex omni parte Cic. pro Pomp. Sicilia multis undiq; cincta periculis. Idem 2. de Finib. Habes undiq; expletam & perfectam Torquate, forma honeſtatis. Verg. 8. Aeneid. Ductores primi Meſapus & Vfens, Contemptorq; deum Mezentius, undiq; cogunt Auxilia, & latos uaſtant cultoribus agros.

Vndiq;, ex omni genere. Cic. 5. Tuſc. Sic uita non ſolum ſi undiq; referta bonis eſt, ſed ſi multo maiore, & grauiore ex parte bona propendent, beata recte dici poteſt.

VNDISONVS, a, um, pe. cor. {*Flattuoſo*}(πολύφλοισβος) quod undis ſtrepit. Vnde Mare undiſonum dicitur quod fluctuando ſonitum reddat. Vndiſoni dii. Prop. lib. 3. Eleg. 21. Ergo ego nunc rudis Adriaci uehar æquoris hoſpes. Cogar & undiſonos nunc præadire deos. Stat. 1. Achil. At Thetis undiſonis per noctem in rupibus aſtans.

VNDIVOMVS, a, um. pen. co. (κυμοβόλος) quod undas, id eſt, aquas uomit: ut, Vndiuoma charybdis.

VNDO, undas {*Flattuare, ondeggiare*}(κυμαίνω, κυματίζω, κυματόω) fluctuo undis agitor. Cic. 2. de Nat. deo Subter radices penitus undanti in freto. Vndare quoque per quandam ſimilitudinem dicimus aquam feruentem, quod quibuſdam quaſi undis agitari uideatur. Verg 6. Aenei. Pars calidos latices, & ahena undantia flammis Expediunt. Idem lib. 7. Magno ueluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur, coſtis undãtis aheni: Exultantq; æſtu latices, furit intus aquę uis. Accipitur aliquando Vndare, pro ſuo compoſito abundare κατ' ἀφαίρεσιν. Claud. de Raptu Proſerpinę lib. 3. Vndare neu ſylua flaui, neu uina tumerent. Valer. Flac. 1. Argo. Iampridem regio undat equis, floretq; uiris. Sic etiam Verg. 2. Geor. Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum. Quanquam ibi nõ tam propter copiam buxi, qua omnino mons ille abundat, uerbo hoc utitur, q̃ ut leuibus auris impulſi arbuſti motum, undabundi maris æmulum exprimeret.

Legitur & Vndare actiue pro inundare, ſiue undare facere. Stat. 1. Achil. Cũ tuus Aeacides tepido modo ſanguine Teucros Vndabit campos. Vndantem chlamydem facere, eſt incedendo chlamydem laxam, rugoſamq; ſic in dextram modò, modò in læuam iactare, ut eius pars potiſſimũ inferior undas modò accedentes, modo recedentes imitari uideatur. Plau. in Epid. Sed hic quis eſt quem huc aduenientem conſpicor, Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit? Compoſita ſunt, Abundo, Exundo, Inundo, & Redundo, de quibus ſupra in dictione Abundo.

VNDOSO MARE, {*Flattuoſo*}(κυματώδης, θάλασσα) id eſt, fluctuoſum, undis exagitatum. Verg. 4. Aenei. Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor.

VNDVLATA VESTIS {*Vna ueſte teſſuta di peli, hodie uulgo appellatur ueſte de Zambelotto*}(κυματώδης, ἐσθής) ueſtimenti genus, ab undis quibus depictum erat, nomen habens: cuiuſmodi hodie ad nos afferuntur ex hircorum, & caprarum pilis uerius, q̃ lanis confecta. quę ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν. Symballota paſſim appellantur, quaſi, (σύμβλητα) quod coacto prius implexu q̃ textu ſint confecta. ceu origine ab illo ueſtium genere accepta, de quo Pli. ita ſcribit: Lanæ et per ſe coactę ueſtem faciunt. Vndulatæ autem (ut diximus) appellatæ ſunt, ab undarum imagine per eas diſcurrẽte eam forma, qua à ſcutulis Scutulatæ. Hanc eandem quidam & Cymatilem dictam fuiſſe exiſtimant: ſed falſo, mea quidem ſententia: cum Cymatilis eadem ſit, quę cærulea, non à diſcurrentibus undarum lineis, ſed à fluctuum colore appellata. Varr. lib. 1. de Vita Popul. Roman. Vndulatam togã tam pro pura poſuit, idq; noue, ut annotauit Nonius. A quibuſdam (inquit Varro) dicitur eſſe Fortunæ Virginis ſimulacrũ, ideo quòd duabus undulatis togis eſt apertum, perinde ut olim reges noſtri prætextatas & undulatas togas ſoliti ſunt habere.

VNEDO, pen. cor. unedonis, pen. prod. (κόμαρον, μιμαίκυλον) fructus eſt arbuti, terreſtribus fragis non diſſimilis: unde nomen habens, quod plures edi non poſſint. Plin. lib. 15. cap. 24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedonis: quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa. fructus anno matureſcit. paritq; floret ſubnaſcens, & prior coquitur.

Pomum inhonorum, ut cui nomen ſit ex argumento unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet, totidem genera eſſe & apud nos. Alio nomine Arbutus uocatur. Hæc Plin.

VNGVENTVM, ti, {*Onguento, unto, ontione, profumo*} quod & Vnguentum à quibuſdam dicitur: (ἔλαιον Homer. μύρον) non eſt illa compoſitio tenax, qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda. ſed commiſtio diuerſorum odorum addito oleo, ad ungenda corpora, deliciarũ, & luxuriæ cauſa inuenta, χρῖμα, ſiue, χρίσμα, ueteres, θύωμα. Vulgare autem, ac promiſcuum & ferè palæſtris dicatum, ἄλειμμα, ἀλοίφην, & ἐπάλειμμα uocat Ieſſius. Vnde ἀλείπτας, ἰατραλείπτας, noſtri Vnctores, & Reunctores uocant: à Græcis frequenter μυρεψοί, χρίσται, ac παιδοτρίβαι nominantur Hæc Hermolaus. Pla. in Moſt. Non poſſunt omnes olere ungenta exotica. Ci. 5. Verr. Cum interea Apronius caput atque os ſuum ungento perfricaret. Horat. 2. Carm. Ode 7. Funde capacibus Vnguenta de conchis. Pomponius tamen Iureconſultus tit. de Aur. arg. mundo orna. &c. l. argumento ſcribit. Vnguenta eſſe, quæ ualetudinis cauſa comparantur. ſed hæc magis te Medicamenta dicuntur. Seruius ait, hoc nomen Vnguentum non recipere u, ſicut nec Vngo: Vnguen uero u, habere. Vnguentatus, um, unguento oblitus. Cat. Epigr. 56. Diceris male à tuis Vnguentate glabris marite Abſtinere.

VNGO, is, xi, ctum, & Vnguo, guis, ſecũdum Priſcianum {*Ongere*}(ἀλείφω, χρίω) oleo, aliove pingui oblino. ab unendo (ut uolunt) dictum. quod unguetis denſentur corpora atq; uniantur. Cato cap. 72. Pice liquida cornua infima ungito. Cic. 6. Verr. Vxrilſe unguentis complexe, &c. Hinc Vnctito, as, frequentatiuum. Pla. Moſt. Quia ecaſtor mulier recte olet, ubi nihil olet. Nam iſtæ ueteres, quæ ſe unguentis unctitant, interpolæ, Vetulæ edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant: Vbi ſeſe ſudor cum unguentis ſociauit, illico ſudem olent, quaſi cum una multa iura confundit coquus. Compoſita ſunt, Inungo, Perungo, & Exungo: quæ uide ſuis locis.

VNGVEN, inis, {*Onguento*}(ἀλοιφή, ἄλειμμα) quoduis pingue, quo quippiã poſſumus inungere. Plin lib. 28. cap 11 Epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto illinunt: ceruini cornu cinis ſcabities eodem unguine ſanat. Verg. 3. Geor. Et pingues unguine ceras. Sumas tantundem unguinis, quod uocamus axungiam, mel ſeuum. Perſius Saty. 6. Fœniſecæ craſſo uitiarunt unguine pultes. Hinc Vnguinoſus. adiectiuum, idem quod pinguis: ut Vnguinoſum medicamentum, Vnguinoſæ nuces. Plin. lib 23 ca. 8. Sunt autem recentes nuces iuglandes sucundiores: ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

VNGVENTARIVS, rii, uel potius Vngentarius, ut Seruius ſcribendum affirmat, {*Onguentario, ſpiciaro, medico, canta in banco*}(μυρεψός, μυροπώλης) qui ungenta conficit ac uendit. Cic. 1. de Offic Adde huc, ſi placet, ungentarios ſaltatores, totumq; ludum talarium. Hora 2. Sermo. Saty. 3. Pomarius auceps Vnguentarius, ac Tuſci turba impia uici. Eius fœmininum eſt Vngentaria. Pli. lib. 8. cap. 5. Et ungentariam quandam dilectam Iubæ tradit, &c. Eſt & Vngentaria, (μυρεψική) ars ipſa conficiendorum unguentorum. unde Vngentariã facere, dixit Plautus in Pœnul.

VNGVENTARIVS, a, um, (μυρεψικός) unguentis idoneus ad unguẽta pertinens. Pli. li. 36, cap. 8. Hunc aliqui lapidem Alabaſtriten uocant, quem cauant ad uaſa unguentaria, quoniam optime ſeruare incorrupta dicitur.

VNGVICVLVS, li, pen. cor. (ὀνύχιον) diminutiuum eſt ab Vnguis. Plaut. in Epid. Contempla Epidice, uſq; ab unguiculo ad capillum ſummum. Cice. 5. de Finib. Valetudinem, uires, ſtaturam, formam, integritatem unguiculorum omniũ. A teneris unguiculis, (ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων) prouerbialiter dici ſolet pro eo quod eſt ab infantia, ab ineunte ætate, à puero, ab incunabulis, Cic. Lentulo: Sed præſta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. In eadem etiam ſignificatione dicimus, De tenero ungui. Hora. in Odis: Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo, & fingitur artubus Iam tunc, & inceſtos amores A tenero meditatur ungui.

VNGVIS, huius unguis, maſculini generis, {*Onghia*}(ὄνυξ) cornen illud quod in extremis digitis enaſcitur, non ſolum in manibus, uerum etiam in pedibus, neque in ſolum humanis, ſed cæterorum etiam animalium quæ pedum digitos habent ſeparatos, ut ſunt ſimiæ & aues. Dicti Vngues, ab eo quod Græci ὄνυχας in eadem dicunt ſignificatione: aut certe ab eo quod iidem dicunt ἀγκύλον pro incuruum. cuiuſmodi auium ferè omnium ſunt ungues Plin. lib. 11. cap. 45. Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus aduncì, cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à crure pleriſq; dependet. Idem de aquila. Vngues quoque huic generi inuertuntur. Interdum tamen Vngues in animalibus biſulcis dici inuenimus pro ungulis. Colu lib. 6 cap. 11. de medicina bouis claudicantis.

At ſi iam in ungulis eſt ſanguis, inter duos ungues cultello leuiter aperies.

Et paulo poſt: Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad uiuum reſecatur. In bdellio quoq; maculas quaſdam candidas, humani unguis ſimilitudine, Plinius Vngues appellat lib. 12. cap 9. Bactriano inquit nidor ſiccus, multiq; candidi ungues. Vngues ferrei, apud Col. lib. 12. capi. 18. ſunt inſtrumenta quædam ferrea, quibus uindemiatores unguium uice utebantur ad colligendas uuas, ne ipſas manibus diſtringerent. Fieri enim non poterat, ut dum unguibus manuum uuas colligerent, bona pars acinorum digitorum cõtactu, in terram non delaberetur. Col lib. 12 cap. 18. Et ungues ferrei q̃ plurimi parandi, & exacuendi ſunt, ne uindemiator diſtringat uuas, & non minima fructus portio, diſperſis acinis in terram dilabatur. Vnguem tranſuerſum ſiue unguem latum non diſcedere: prouerbialis hyperbole eſt, pro eo quod eſt, q̃ minimo ſpatio diſcedere. Cice 2. Academ. Ab hac regula mihi non licet tranſuerſum, ut aiunt unguem diſcedere. Vnguem medium oſtendere, prouerbium eſt, quo ſummus contemptus ſignificatur. inde ſumptum quod medius digitus pro impudico habebatur. Iuuc. Sat. 10. Cum fortunæ ipſe minaci. Mandaret laqueũ, mediumq; oſtenderet unguem. Vngues arrodere: prouerbiali metaphora dicũtur, qui cogitabundi ſunt, & rem aliquam ſecum agitant. Hor. 1. Ser. Sat 10. Si-

foret hoc noſtrum fato delapſus in æuum, Deteeret ſibi multa, recideret omne, quod ultra Perfectum traheretur, & in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues.

V N G V I S, (πτερύγιον) neruoſa quædam adnatæ membranæ excreſcentia, maiori oculi angulo ut plurimum naſcens, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoq; pupillam operiat. Celſus lib. 7. Vnguis uero, quod πτερύγιον Græci uocāt, eſt membranula neruoſa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eiq; officit. Sæpius à narium, interdū etiā à temporū parte naſcitur.

V N G V L A, æ, {Onghia} (ὁπλή) calceus corneus, pedis muniens eorum animalium, quæ digitos non habent. ſiue etiam ea para pedis, quæ cornu tegitur. Verg. 3. Georg. Et ſolido grauiter ſonat ungula cornu. Idem 8. Aene. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. Cic. 3. de Nat. deo. Ergo illud in ſilice ue ſtigium Caſtoris equi credis eſſe? Col. lib. 6. cap. 11. Sed ſi ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur. At ſi iam in ungulis eſt, inter duos ungues cultello leuiter aperies. Et paulo poſt: Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad uiuum reſecatur. Quibus in locis manifeſte Columella Vngues, pro ipſis calceis corneis accepit: Vngulam uero pro ea parte pedis, quæ cornu tegitur. Contra pro ipſis calceis aperte accepit Plin. lib. 11. cap. 46. cum ait. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur. Hanc differentiam eleganter exprimit Ouid. in transformatione Iua, è bouis effigie in primam formam redeuntis. Vngulaq;, inquiens, in quinos de lapſa abſumitur ungueis. Omnibus ungulis, prouerbii ſpeciem habet, pro eo quod eſt, omnibus uiribus manuumq; pedumq; & conatu totius corporis niti, ut etiam ungues, qui ſunt in extremitate collocati, intendantur, quos Plin. exiſtimat eſſe ſummas neruorum clauſulas. Cice. lib. 2. Tuſc. Toto corpore, atque omnibus ungulis (ut dicunt) contentioni uocis aſſeruiunt. Inijcere ungulas, eſt rapere, uel furari. Plau. Nunc ſcio febrim tibi eſſe, quia non licet huc inijcere ungulas.

V N G V L A T I, (ἀνυχώδεις) qui magnos ungues habent: ac ſcabros: quaſi ungulis ſimiliores, quàm unguibus: ut ex Catonis ſententia refert Feſtus.

V N G V L A T A V E S T I S, ab ungulis: hoc eſt, anulis. Vngulum enim Oſcorum lingua (ut ait Feſtus) anulum ſignificat. Vel etiam dici poteſt ab unguibus hoc eſt, à maculis humani unguium ſimilitudinem referentibus, quales in marmoris quodam genere conſpiciuntur.

V N G V L V M, {Anello} (δακτύλιος, σύμβολον) antiquis anulum ſignificabat: de cuius etymo nihil eſt quod laboremus, cum Feſtus auctor ſit peregrinum eſſe uocabulum, & ab Oſcis ſumptum. Plin. lib. 33. ca. 1. Miror Tarquinii eius ſtatuam ſine anulo eſſe: quanquam, & de nomine ipſo ambigi uideo, Græci à digitis appellauere: apud nos priſci Vngulum uocabant. poſtea & Græci, & noſtris Symbolum.

V N I C A V L I S, le, {Di un cestone} (μονόκαυλος) quod unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. Pli. li. 19. ca. 10. Eſt autem unicaule, radice bulbo ſimili.

V N I C O L O R, pen. cor. & omnis gen. {Di un colore} (μονοχρώματος) unius coloris. Plin. lib. 32. ca. 9. Dulciores fœminæ ſunt, & unicolores. Oui. 11. Met. At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro Plumeus, unicolor, pullo uelamine tectus.

V N I C O R N I S, huius, unicornis, generis maſ. {D'un corno} à recentioribus quibuſdam ex noſtris appellatur fera, quam Græci μονοκέρωτα appellant. Hanc Pli. ceruino capite eſſe ſcribit, pedibus elephāti, cauda apri, reliquo corpore equo non diſſimili unicum media in fronte cornu gerentem cubitorum duorum longitudine. Eſt & Vnicornis, & hoc ne, adiectiuū quod unum cornu tantum habet. Plin. lib. 11. cap. 46. Vnicorne biſulcum oryx.

V N I C V S, a, um, {Vnico ſolo ſingulare} (μόνος) ſingularis, uel ſolus: ut Phœnix eſt unica auis. Cic. pro Roſ. Amer. Et quæramus quæ tanta uitia fuerint in unico filio. Hinc fit aduerbiū Vnice, (μοναχῶς) ſingulariter. Pla. in Bacchidib. Imo unice unum plurimi pendit.

V N I G E N A, næ, pen. cor. & com. gen. (μονογενής) unicus unigenitus. Cicer. de uniuerſ. Singularem deus hunc mundum atq; unigenam procreauit. Alia ratione Pallas à Catullo dicitur Vnigena, q; ſcilicet unico parente crederetur genita, ex cerebro nimirum Iouis.

V N I G E N I T V S, {Solo filio, unigenito} (μονογενής) uox frequens eſt Eccleſiaſticis ſcriptoribus pro filio unico, qui neque fratrem habuerit neque ſororem.

V N I I V G Æ V I N E Æ, (μονόζυγες ἄμπελοι) quæ ſimplici nituntur iugo, cum binis haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in unam tantum partem ordinis ſuperincumbunt. Plin. libro. 17. capit. 22. Si uniiuga erit uinea.

V N I M A N V S, a, um, {Di una mano} (μονόχειρ) unam tantum manum habēs Liu. 5. Bell. Mace. Capram ſex hœdos uno fœtu edi diſſe, ex Piceno nuntiatum eſt, & Aretii puerum natum unimanum.

V N I O, nis, uniui, unitum {Vnire, congiongere, adunare} (ἑνόω) cōiungo, in unum redigo, Vnde Vniti animi, qui ſunt unius uoluntatis.

V N I O, onis, {Vnione, congiontione} (ἕνωσις) modo concordiam ſignificat. Auguſt. Nam hoc fieri poſſe in tanta animorum unione quis dubitet? Modo margaritam, (μαργαρίτην) q; in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti. Plin. lib. 9. cap. 35. Dos omnis unionum eſt in candore, magnitudine, orbe, læuore, & pōdere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen Vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ: nam apud Græcos non eſt, nec apud Barbaros inuentores eius aliud q̃ Margaritæ. Eſt & unio, cæpæ genus capitatum. Colum. lib. 12. cap. 10. Pompeianam, uel Aſcaloniam cæpam, uel etiam Marſicam, ſimplicem, quam uocant Vnionem ruſtici, eligito: Hoc aūt nomen, ut inquit Ruellius, apud Gallos, uelut triuiale hactenus uſurpatum eſt pro eo cæpæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur.

V N I S T I R P I S, & hoc pe, {D'una ſtirpe} (μονοστέλεχος) quod à radice caudicem unicum habet aſſurgentem. Pli. lib. 16. cap. 30. In longitudinem excreſcūt abies, larix, palma, cupreſſus, ulmus, & ſiqua uniſtirpia.

V N I T A S, atis, {Vnità} (μονάς) indiuiſibile numeri principium. Accipitur & pro omnimoda ſimilitudine. Col. lib. 7. cap. 3. Ideo niſi lanatas oues emi nō oportet, quo melius unitas coloris appareat. Pli. lib. 7. cap. 14. Toranius M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros alterū in Aſia genitum, alterum trans alpes ut geminos uendidit: tanta unitas erat.

V N I T E R pen. cor. aduerb. i. coniun. ſe, concorditer. Lucr. lib. 3. Cum corporis atq; animal Diſſidium fuerit, quibus hæſimus uniter apti.

V N I V E R S A L I S, le, {Vniuerſale} (καθολικός) ad uniuerſos pertinens. Aut. ad Heren. Nam in huiuſmodi rationibus, non uniuerſali, neq; abſoluta ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. Quo tamen in loco ſunt qui malint legere Vniuerſa. Vtitur tamen hac uoce & Varro lib. 2. de Analog. Quod (inquit) ad uniuerſalem pertinet cauſam.

V N I V E R S E, & **V N I V E R S I M**, aduerbia, & **V N I V E R S I T A S**, atis, uide in dictione Vniuerſus.

V N I V E R S V S, a, um {Vniuerſo, tutto} (σύμπας, ἅπας, ὅλος, πᾶς) in ſingulari quidem idem eſt quod Totus: ut, Vniuerſus ager, uniuerſus exercitus. In plurali uero ſignificat omnes coniunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domicilium conſtituerunt, intelligitur domicilium ſibi unumquemq; conſtituiſſe. Si uero dicimus, Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt, ſignificatur, omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Cic. 4. Acad. Qui loquitur de uniuerſis, nihil excipit: quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? Ter. in Phor. Act. 2. Sce. 1. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo, Suum defraudans geniū comparſit miſer: Id illa uniuerſum abripiet. Cice. 3. Offic. Ergo unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcuiuſq; & uniuerſorum, &c.

Hinc Vniuerſe aduerb. (καθόλου, ὅλως) generaliter, ſiue generatim: cui Sigillatim opponitur. Cic. in Vatinium. Quæro abs te primum uniuerſe, quod genus improbitatis, & ſceleris in eo magiſtratu tu prætermiſeris. Idem 7. Ver. Quid ego de cæteris ciuium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius, q̃ generatim atq; uniuerſe loquar? Vniuerſim, aliud aduerbium eiuſdem ſignificationis. Hinc quoq; Vniuerſitas, atis, τὸ πᾶν, τὸ σύμπαν. Cic. 2. de Nat. deo. Licet enim contrahere uniuerſitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos. Col. in Præf. lib. 1. De ruſticationis uniuerſitate nihil attinet nunc plura dicere. Cice. de Vniuerſ. Singulos adiunxit ad ſingula, atque ita quaſi in currum uniuerſitatis impoſuit.

V N I V O C V S, a, um, pe. cor. {Vniuoco, ſinonimo} cuius & nomen cōmune eſt, & eadem ſubſtantiæ ratio, quod Græce συνώνυμον dicimus: ſicut contra Aequiuocum, cuius nomen tantum commune eſt, ſed ſubſtantiæ diuerſa ratio, & à Græcis ὁμώνυμον appellatur. Animal itaq; reſpectu hominis & equi, uniuocū eſt, quia illis & animalis nomen commune eſt, & ratio ſubſtantiæ eadem. Vtrique enim conuenit animalis definitio, corpus animatum ſenſibile. Grammatici dicunt, Homonyma eſſe, quæ uoce, ſed non ſignificatione conueniunt: ut, Nepos & filii filium ſignificat, & prodigum. Synonyma, quæ non uoce, ſed ſignificatione cōueniunt: ut, Enſis et Gladius. Hinc Vniuoce, (συνωνύμως) aduerbium.

V N I V S M O D I, pe. cor. nomē indeclinabile, (ὁμοειδής) uniformis, nō uarius. Ter. in Heaut. Nam parentum iniuriæ Vniuſmodi ſunt ferme. Cic. ad Att. li. 9. Noli enim putare tolerabiles horum inſanias, nec uniuſmodi fore.

V N O C V L V S, (μονόφθαλμος) unicum habens oculum: quales Poetæ fingūt fuiſſe Cyclopes. Pla. Vnocule ſalue. Gel. lib. 3. ca. 11. De Cyclope iidem inquit uel maxime, q; fuerit unoculus.

V N Q V A M, aduerb. {Alcuna, uolta} (ποτέ) ullo tempore, omni memoria. Cice. in Orat. Iſocrates præſtat omnibus, qui unquam orationes attigerunt. Huius compoſitum eſt Nunquam, (οὔποτε, οὐδέποτε) nullo tempore, nulla memoria. Plaut. in Aulu. Neque id in tantis periculis unquam committam ut fiet.

V N V S, a, um, {Vno} (εἷς) numeri principium eſt. Cic. pro Quintio Sext. Alphenus ſeruulum unum abducit. Aliquando accipitur pro ſolo μόνος. Plautus Vnus tum domi eram, & fores erant clauſæ. In qua ſignificatione quandoq; genitiuo iungitur & ferè genitiuo Omnium. Plin. lib. 9. cap. 17. Accipenſer unus omnium ſquamis ad os uerſis, contra aquam natando meat. Nonnunquā etiam genitiuo nominis ſubſtantiui, ſed ferè ſubintelligitur genitiuus Omnium. Plin. lib. 12. cap. 37. Caluitium uni tantum animalium homini. Aliquando in oratione Vnus ſubiicitur Quintil. lib. 9. cap. 1. Nec deſunt, qui tropos figuræ nomen imponant, quorum eſt Caius Artorius, Proculus. Hoc eſt, quorum unus eſt &c. Ponitur aliquando pro pronomine Idem. Plaut. in Capt. Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat. id eſt, eadem ætas, ſiue eiuſdem ætatis erant. Vno exemplo omnes uniſt. id eſt, eodem. Plaut. in Milite. Sic etiam accipiendum eſt illud Ouidii Met. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe. id eſt, idem uultus & ſibi per omnia ſimilis.

Aliquando pro primo. Verg. 2. Aenei. Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris.

V N V S, & **A L T E R**, {Doi, due} (εἷς καὶ δύο) pro duobus. Cice. 4. Verr. Dicit unus & alter breuiter, nihil interrogatus. Terēt. And. Sed poſtq̃ amator acceſſit unus, & item alter, pretium pollicens. Sic Alter & tertius, pro tribus. Tacitus: Sed & alter & tertius dies cunctatione abſumitur.

V N V S Q V I L I B E T, & **V N V S Q V I V I S**, {Ciaſcuno, ogn'uno} (εἷς ἕκαστος) idem ſignificant quod quilibet.

V N V S Q V I S P I A M, {Alcuno} (εἷς τις) aliquis unus.

V N V S Q V I S Q V E, {Ciaſchedumo} Vnaquæque, Vnumquodque, et Vnumquidque: id eſt, ſinguli, (πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πάντες ὅσοι) dictio uniuerſalis: potiusq; cum poſitiuo, quàm ſuperlatiuo iungitur, eo quod Vnus uim quandam ſuperlatiui obtineat. Cice. pro Fonteio: Mouetur eo tempore, quo unuſquiſq; noſtrum, cum in eum locum productus eſt. Ibidem: Mihi enim ſemper unaquaque de re teſtis non ſolum ſemel, uerum etiam breuiter interrogatus.

V ANTE O.

V O B E R T A, uilla eſt iuxta Bilbilim Hiſpaniæ urbem, & Salonem amnē umbris arborum, & frigiditate ſcaturientium fontium amœniſſima, quam Martialis graphicè depingit Liciano lib. 1. Epigr. 17.

V O C A B V L V M, li, penult. correp. {Dittione uocabolo, uoce} (λέξις) dictio qua res ſingulæ uocantur, aut uoce efferuntur. Terent. in Eunuch. Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis uocabula. Plin. Epiſtol. 14. Neque enim alio uocabulo poteſt exprimi. Cicer. 3. de Orator. Nam ſi res ſuum nomen & proprium uocabulum non habet. Quint. lib. 9. cap. 1. Mutatur uocabulis uis rerum.

V O C A L I S, & hoc le, {Vocale ſonoro} (φωνήεις, εὔφωνος) quod eſt ſonorum, & ſummæ uocis. Plin. lib. 18. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Tibul. lib. 2. Eleg. 5. Nunc te uocales impellere pollice chordas, Nunc

precor ad laudes flectere uerba meas Ouid. 11. Met. Carmine uocali clarus citharaq; Philemon. Vnde Vocales,(φωνήεντα)dictæ ſunt quinq; illæ apud Latinos literæ: quia per ſe uoces faciunt, & ſine his uox proferri non poteſt. Hinc Semiuocales,(ἡμίφωνα)quæ quaſi dimidiatum uocalium ſonum habẽt. Vocalium concurſus. Cic. in Orat. Habet enim ille tanquam hiatus concurſu uocalium molle quiddam. Vocalis,(ἔμφωνος)etiã dicitur, qui uoce utitur, & proferre uerba poteſt, puta ſi quis, cum mutus fuiſſet, poſtea loquatur. Valer. li. 1. Aegles Samius athleta mutus, quum ei uictoriæ titulus & præmium eriperetur, indignatione accenſus, uocalis euaſit.

VOCALITAS, atis. {*Conſonanza*} conſonantia, quam Græci εὐφωνίαν uocant. Quint. lib. 1. ca. 5. Sola eſt, quæ notari poſſit uelut uocalitas, quę εὐφωνία dicitur.

VOCAMEN, inis, (ὄνομα) nomen, appellatio. Lucret. lib. 2. Et Bacchi nomine abuti Mauult, q̃ laticis proprium proferre uocamen.

VOCATIVVS, {*Vocatiuo*} adiect. fictum à Grãmaticis: ut Vocatiuus caſus (κλητική) per quem aliquem uocamus. Hinc Vocatiue, aduerb. apud lib. 13. cap. 21. Vocatiue, inquit, dicit, id eſt, per uocatiuum.

VOCETIVS, mons apud Rauracos, ob ſalebras, & lamas uiatori admodum incommodũ: in quẽ Heluetii à Cecinna uicti cõfugerunt: ut refert Tacitus li. 17.

VOCIFEROR, aris, {*Gridar forte*} (κράζω, βοάω) exclamo, maiorem uocẽ emitto. Cic. 6. Ver. Mittit ad abſentem Diodoro, uociferans palam. lachrymas interdum uix tenere. Ver. 2. Aen. Talia uociferans gemitu tectum omne replebat. Vociferare actiuum protulit Ci. Actio. 4. in Verrem, ſi mendo locus uacat: Nam me dies, uox, latera deficient, ſi hoc nunc uociferare uelim, q̃ miſerum indignumq; ſit, &c. Vociferatio, onis, uerbale (κραυγή, βοή) clamor, actus uociferandi. Cicer. pro Cluent. Nam in ipſo ſermone hoc & uociferatione mortua eſt. Ad Herenn. lib. 3. Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius uociferationem, quã ad uirilẽ in dignitatẽ in dicendo accõmodatũ.

VOCITO, tas, pen. cor. {*Stracchiamare*} (ἐπιφωνέω) frequenter uoco. Plaut. in Capt. Paegniũ uocitatus eſt, poſt uos nomen indidiſtis Tyndaro. Ci. 2. de Nat. deor. Quas noſtri Septem ſoliti uocitare triones.

VOCO, as, {*Chiamare*} (καλέω, φωνέω, βοηθέω) interdum idem eſt quod aduoco, uel acceſſo. Plaut. in Capt. Quæ ad patrem uis nunciari? uin uocem huc ad te? Aliquando idem quod appellare, ὀνομάζειν. Verg. 11. Aen. Variuſq; inſtigat uocibus alas, Nomine quemque uocans. Item inuitare. Cic. 6. Verr. Deinde ipſum regem ad cœnam uocauit. Vnde uocatores (κλήτορες) dicti ſunt, quibus inuitandi datum negotium ſiue qui per ſe uocant ad cœnas. Plini. lib. 35. cap. 10. Inuitatus ad regis cœnam uenit, indignantiq; Ptolemæo, ac uocatores ſuos oſtentanti, ut diceret, à quo eorum inuitatus eſſet, ille arrepto è foculo carbone extincto, imagine in pariete delineauit. Tanti uocat ille pudicam, à Iuuen. Satyr. 6. dictum eſt in hunc ſenſum. Tantum accepit, ut illam dicat eſſe pudicam. Verba Iuuenalis ſunt hæc: Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. Loquitur de Ceſennia muliere impudiciſſima, quam tamen maritus pudicam eſſe aſſerebat, non quòd ita res eſſet, ſed q quingenta dotis nomine accepiſſet. Item denuntiare. Verg. libr. 1. Georgic. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Aliquando ſignificat nomen imponere. Plaut. in Aſin. Quo nos uocabis nomine? Vocare aliquem ad calculos, eſt eum uocare, ut ſuffragium ferat. Vocare ſeruos ad libertatem, eſt eos incitare, ut ſeſe uindicent in libertatem. Vocare aliquem ad computationem, dixit Plini. in Paneg. Nemo recentem, & attonitam orbitatem ad computationem uocet, cogatq; patrem, quid reliquerit filius, ſcire. Vocare aliquem ad teſtimonium eſt teſtem citare. Vocare aliquem in crimen, eſt aliquem criminis accuſare. Vocare in diſcrimen, eſt periculo committere. Vocare aliquem in inuidiam, eſt quod uulgus indoctum ait, adducere in malam gratiam. Vocare rem aliquam in medium, eſt diſcutiendam proponere. Vocare aliquem in partem, eſt eum uocare, ut alicuius rei partem accipiat. Vocare aliquid ad calculos, eſt in ſupputationem deducere. Cic. de Amici. Hoc quidem eſt nimis exiliter, & exigue ad calculos uocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum, & datorum.

Vocare deos in uota (ἐπικαλεῖσθαι) eſt uotis factis deorum auxilium implorare. Verg. 5. Aen. Ni palmas ponto tendens utraſq; Cloanthus, Fudiſſetq; preces, diuoſq; in uota uocaſſet. Vocare aliquem à mœſtitia, eſt iubere læto animo eſſe. Cic. Att. lib. 1. Quod me à mœſtitia uocas, multum proficis. Sic Vocare ad uitam, ibidem, pro eo quod eſt, bono animo eſſe iubere. & eum qui iam necem ſibi inferre conſtituerat, ſpe meliori iniecta ab inſtituto reuocare. Vocata eſt opera, dixit Plau. in Stich. Conabis apud me, quoniam ſalaos aduenis. E. Vocata eſt opera id eſt, non uacat apud te cœnare, quoniã rogauit me aliquis, ut negotium aliquod pro ſe tranſigerem. Vocatus, a, um, participium. Ouid. 1. Meta. Conciliumq; uocat: tenuit mora nulla uocatos. Horat. 2. Car. Ode. 18. Vocatus, atq; non uocatus audit. Vocatus, us, ui. Verg. 10. Aen. Nunc ò nũquam fruſtrata uocatus Haſta meos, &c. Vbi Seruius: Vocatus, hoc eſt, inuocationes & preces: nam appellatio eſt à uerbo, quæ ſemper in io exit, aut in us, id eſt, nomen uerbale. Cic. 3 de Orat. Mane Idib. Septẽ. & ille, & Senatus frequẽs uocatu Druſi in curiam uenit. Huius compoſita ſunt, Aduoco Auoco, Conuoco, Circumuoco, Deuoco, Euoco, Inuoco, Prouoco Peruoco, Reuoco, & Seuoco, quæ habent pen. cor. Fit etiam à uerbo uoco Vocamen, inis, idem quod uocabulum, de quo uide ſupra ſuo loco.

VOCONIA, genere ſunt pyrorum, quemadmodum & uolema. Pli. li. 15. c. 15.

VOCONII, forum, Arecomicorum ciuitas in Gallia Narbonenſi, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

VOCONTII, Narbonenſis Galliæ populi ſunt, quorũ ciuitas Tricorium commemoratur à Plinio lib. 3. cap. 4.

VOCVLA, æ, penult. corr. {*Vocina uoce piccola*} (φωνίδιον) diminutiuũ, parua uox. Cicer. ad Qu. fratrem. Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones, ac falſæ uoculæ, q̃ certæ, ſeu ſeueræ? Proper. libr. 1. Eleg. 15. O utinam traiecta caua mea uocula rima Percuſſas dominæ uertat in auriculas.

Accipitur aliquando pro detractione, καταλαλία. Cicer. M. Cælio: Si incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in uoculas maleuolorum.

VOGESVS, pe. pro. mons eſt Galliæ Belgicæ, Sequanos & Lingones diuidẽs à Mediomatricibus, ex quo Moſa & Araris flumina naſcuntur. Luca. lib. 1. Caſtraq; Vogeſi curuam ſuper ardua ripam Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

VOLA, æ, {*Palma*} (θέναρ) caua pars manus, ſiue pedis. Pli. li. 11. ca. 45. Vola hominis tantum, exceptis quibuſdam. Hinc Inuolare, pro rapere, quaſi uolam inicere, ἁρπάζειν. Plin. libe. 9. capit. 59. Singulos inuolat uermis, quam capit.

VOLATERRÆ, arum, plur. num. {*Volterra*} Strabonis lib. 5. Hetruriæ oppidum eſt, non procul à mari, in edita planitie collis ſitum, ad quem X V. ſtadiorum eſt aſcenſus. Hinc Volaterrani, pro urbis huius incolis, & Vada Volaterrana, apud Plinium libr. 3. capi. 5.

VOLATICVS, ca, cum, {*Volatico, uolatiuo*} (πτερόεις) uelox quaſi uolatilis: & per tranſlationem præceps, inconſtans. ἀβέβαιος, ἄστατος. Cicer. ad Attic. libr. 13. O Academiam uolaticam, & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc &c.

VOLATILIS, le, penult. correp. {*Volatile, uolante*} (πτηνός) idem quod Volucris adiectiuum: ut, Beſtia uolatilis. Cicer. 2 de Natur. Deor. Præterea ueſcimur beſtiis, & terrenis, & aquatilibus, & uolatilibus, partim capiendo, partim alendo. Ferrum uolatile, pro ſagitta, ferrea cuſpide præmunita, quæ ex arcu emiſſa celeriter fugit, uelocitatem adiuuantibus pennis alarum quodammodo uicem ſupplentibus. Vergil. 4. Aeneid. Qualis coniecta ceruа ſagitta Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit Paſtor agens telis, liquitq; uolatile ferrum Neſcius. Volatilis ætas, id eſt, fluxa & caduca. ὀλιγοχρόνιος. Ouid. 10. Meta. Labitur occulte, fallitq; uolatilis ætas, Et nihil eſt annis uelocius.

VOLATVRA, æ, {*Volato, uolo, uolamento*} (πτῆσις) idem eſt quod uolatus. Var. 3. de Re ruſt. capit. 5. Ibi in prima uolatura quum ueniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſa Colu. libr. 8. cap. 9. A uolatura ita ut capitur, ſarturæ deſtinatur.

VOLATVS, tus, {*Volato, uolo*} (πτῶμα) ipſa uolatio, & uolandi actus Cic. de Nat. Deor. Idemq; & uolatus altum ſuſtinet, & ſpiritus ductus alit, & ſuſtentat animantes. Mart. lib. 11. Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu, Debuerant alia fata uenire uia.

VOLCÆ, populi Galliæ Narbonenſis, trans Rhodanum, Occidentem uerſus ex quibus qui flumini proximi ſunt, Arecomici cognominati ſunt. qui uero longius à Rhodano recedentes, in Pyrenæos mõtes uergũt, dicti ſunt Tectoſages: quorum regionem hodie Linguã Occitanam appellant. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 10.

VOLCATIVS, Cõſul fuit Romæ, tempore prioris coniurationis Catilinæ, illumq; Repetundarum reum, q intra legitimum tempus profiteri nequiuiſſet, Conſulatum petere prohibuit. quam rem tam ægre tulit Catilina, ut de euertenda patria cum Antonio, & Piſone nefaria conſilia inierit. Auctor Pedianus.

Volcatius Gallicanus quitotum Conſul ſcripſit uitas Imperatorum ad Diocletianum: ex quibus tantum extat nunc Auidii Caſſii uita. Volcatius Terentianus hiſtoriam ſui temporis, id eſt, Gordianorum ſcripſit, in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum ſeniorem uultum Cæſaris Auguſti ualde retuliſſe. Volcatius Epidius Grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeii Magni & eius patris: primus Libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, quum ab optimo quoq; ſcribi ſolita ſit, ut eſt auctor Cornelius nepos. Ludum aperuit, docuitq; inter cæteros M. Antonium & Auguſtum. Ex Tranquillo. Volcatius item alius fuit teſte Plin. lib. 11. cap. 43. Poeta non ignobilis. qui q ſenos in manu haberet digitos. Sedigitus eſt cognominatus. Huius etiam hodie aliquot circumferuntur Iambi, quibus ſuum de Latinis Comicis iudicium protulit. Præter hos fuit & Volcatius Iuriſconſultus, Ceſellii præceptor, quem tradit idem Plin. lib. 8. cap. 11. Aſturcone ſub ueſpera à rure ſuburbano redeuntem, cum in graſſatorem incidiſſet, à cane fuiſſe defenſum.

VOLEMA, pe. pro. neutris generis plura. nume. eſt ſecundæ declinationis, {*Peri groſſi*} pyra ſunt prægrandia ita dicta, q impleãt uolã. quorum meminit et Cato de Re ruſt. Et poſt eum Ver. 2. Geor. Nec ſurculus idem Cruſtumiis, Syriiſq; pyris, grauibuſq; uolemis.

VOLENS, entis, {*Volente*} (βουλόμενος) partic. à Volo, uis, ut Volenti animo: id eſt, libenter, non inuite Salluſt. in Iugurth. Hæc Romæ plebis, literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, uolenti animo de ambobus acceperat Liuius. Precatus deinde ſi diuus, ſi diua eſſet, qui præpetem miſiſſet, uolens propitiuſq; adeſſet, id eſt, fauens, & proſper. Sallu. tamen Hiſto. lib. 4. referente Nonio, Volentia plebi, dixit, hoc eſt, placentia & grata. Verba Sall. ſunt hæc Multiſq; ſuſpitionibus uolentia plebi facturus uidebatur.

VOLENTIA, {*Volontà, intentione*} (θέλησις) in compoſitione idem eſſe uidetur quod uoluntas. Nonius A Volentia fit Beneuolentia, Maleuolentia pro amore, & odio, quaſi bona, & mala uoluntas. Item Beneuolus, & Maleuolus. Et beneuolè ac maleuolè aduerbia.

VOLITO, tas, {*Stravolare*} (ἀμφιπέτομαι) frequẽter uolo. Plinius: Super aquas aſſidue uolitans. Cic. 1. de Nat. deor. In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita uis innumerabilium uolitat atomorum. Plin. lib. 10 cap. 61. Veſpertilio geminos uolitat amplexa infantes Ouid 2. Metam. Volitant ſuper ora fauillæ. Liu. 5. Bell. Pun. Reate ſaxum ingens uiſum uolitare. Ponitur etiam Volito μεταφορικῶς, pro diſcurro, inquit Valla Cic. pro domo ſua. Itaque cum tu florẽs, ac potens per medium forum popularis uolitares, &c. Mart. lib. 1. Aethereas laſciue cupis uolitare per auras. I, fuge. ſed poteras tutior eſſe domi. Volitare cupiditate gloriæ, eſt efferri, & uehementer trahi Cic. in Piſonem: Valebis apud hominem uolitantem gloriæ cupiditate, uir moderatus, & conſtans. Volitare in re aliqua inſolentius, id eſt, iactare ſeſe, et efferri.

VOLO, las, {*Volare*} (πέτομαι, ἵπταμαι, πετάομαι) proprium eſt alas habẽtiũ. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 4. Nempe quod hic alte, demiſſius ille uolabat. Pli. lib. 10. capit. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Verg. 1. Aene. Volat ille per aera magnum Remigio alarum. Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter feruntur: ut, Nauis uolat, Fama uolat, & huiuſmodi. Terent. in Hecy. Ne me fruſtra illic expectet, uola: id eſt, celeriter curre. Verg. 3. Aen. Fama uolat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. Idem. 12. Aene. Vix ea fatus erat, ma-

ctos uolat ecce per hoſtes Vectus equo ſpumante Sages,&c. Ibidem: Incendi muros,ignes ad tecta uolare. Ouid. 10. Metam. Paſſu uolat alite uirgo. Cicer. ad Att.lib.6. Tu autem fac,ut mihi tuæ literæ uolent obuiæ. Volans,tis, participium Verg. 1. Aenei. Cœloque inuectus aperto Flectit equos,curruque uolans dat lora ſecundo. Volantes ſubſtantiue,pro auibus. Verg 6. Aenei. de Auerno: Quam ſuper haud ullæ poterant impune uolantes Tendere iter pennis. Eius cōpoſita ſunt, Aduolo, Auolo, Circũuolo, Cõuolo, Deuolo, Euolo, Inuolo, Interuolo, Obuolo, Peruolo, Præuolo, Prouolo, Reuolo, Superuolo, & Transuolo.quæ habent penulti.correp. Vide ſuis locis.

VOLO, uis, {Volere} (βούλομαι, θέλω) præterito uolui,notæ ſignificationis eſt. Verg. 3. Eclog. Vis ergo inter nos quid poſſit uterque,uiciſſim Experiamur? Volo te, Volo te uerbis paucis: ſubaudi,alloqui. Plau.in Capt. Philocrates per tuum genium obſecro exi,te uolo. Terent.in And. Quis me uult? Velit nolit: pro, Velit,an non uelit. Cice. ad Qu.frat.lib.3. Craſſum Iunianum hominem mihi deditum per me deterrari.uelit nolit,ſcire difficile eſt. Ponitur aliquando pro opto. Cic. ad Cornific.lib. 12. Eandem rem tibi uolo bene, & feliciter euenire. Volo omnia tua cauſa,id eſt,tibi in omnibus bene cupio. Cice.ad Tironem,lib.16. Cum omnia mea cauſa uelles mihi ſucceſſa,tum etiam tua. Quid ſibi uult iſtud? Cic.in Verr. Quid ſibi equeſtres ſtatuæ uolunt propter ædẽ Vulcani? Hoc eſt,quid ſignificant? Ponitur aliquando pro opinor & cenſeo. Cic. 1.de Nat.deor. Quatuor etiã naturas,ex quibus omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe uult. Hinc Voluntas, & Volentia. Compoſita ſunt, Nolo, Malo, & Peruolo, de quibus ſuis locis.

VOLOGESVS, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis,quem cum Armeniæ Regem feciſſet inuitis Romanis,uario euentu cũ iſis bella geſſit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec ante reſumere, quàm id Romæ Neronis manibus accepiſſet. Vide Tacitum lib.5.

VOLOGESOCERTA, Babyloniæ urbs, à Vologeſo Parthorum rege cõdita: ut eſt autor Pli.lib 6.cap.26. Ptolemæus Vologeſiam appellat.

VOLONES, dicti ſunt ſerui,qui bello Punico,quum deeſſent liberi,qui in militiam nomina darent,pro dominis pugnaturos ſe polliciti,in ciuitatẽ recepti ſunt & Volones appellati,quia hoc ſponte uoluerunt. Feſtus. Liu 3. Bel. Pun. Volones liberi eſſe iuſſi. Ibidem: Vt tyrones(ea maxima pars uolonum erat) diſcerẽt ſigna ſequi.

VOLSCI, populi in Latio ultra Circeios,quorum meminit Pli.li. 3.ca.5. Ver. 2. Georg. Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcosque uerutos.

VOLSELLA, læ,ſiue Vulſella, {Mollett a,mollettu} (μυδιστήριον, τριχολαβίς) inſtrumentum pilis è corpore euellendis idoneum. Mart.lib.9. Cum depilatos,Chreſte,coleos portes. Et ulturino mentulam parem collo, Et proſtitutis læuius caput culis, Nec uiuat ullus in tuo pilus cruſe, Purgentque ſæuæ cana labra uolſellæ. Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos, Et quicquid uſquam legimus piloſorum Loqueris,ſonasque grandibus minax uerbis. Volſella item, ſiue Vulſella, inſtrumenti chirurgici genus eſt,quo caro,ex ulceribus præcidenda apprehenditur. Celſus lib.6.cap.18. Deinde oræ uulſella prehendendæ,tum quicquid corruptum eſt,excidendum.

VOLSINIVM, nii, (Οὐολσίνιον Ptolemæo) ſiue Volſinii,orum oppidum mediterraneum Hetruriæ,in quo primum molæ uerſatiles ſunt inuentæ. Plin. lib. 36.cap.18. Molas uerſatiles Volſiniis inuentas,quaſdam & ſponte motas legimus.

VOLVA, uæ, (ἔλυμα, ἐνείλημα) inuolucrum,quo quid inuoluitur:unde à Plinio lib & cap 22. accipitur pro albo illo inuolucro boletorum in oui ſpeciẽ prorumpentium. Voluam(inquit)terra ob hoc prius gignit:ipſum poſtea in uolua, ceu in ouo eſt luteum. Eodem etiam nomine antiqui uterum appellabant in muliere,hoc eſt,locum in quo fœtus concipitur:quam hodie literæ unius immutatione Vuluam appellamus.

VOLVBILIS, le, {volubile,inſtabile,di poco ſenno} (εὐτρόχος, εὔστροφος) quod facile uoluitur. Cic. de Vniuerſ. Deinde animum circumdedit corpore, & ueſtiuit extrinſecus,cœloque ſoliuago, & uolubili, & in orbem incitato, complexus eſt. Verg.7. Aen. Impubesque manus mirata uolubile buxum. Volubilis fortuna (ἄστατος) id eſt,inſtabilis,inconſtans. Cic.pro Milone. Quàm uaga,uolubilisque fortuna. Hinc Volubiliter,aduerbium ,Cic in Orat. Sæpe etiam in amplificanda re conceſſu omnium funditur numeroſe, & uolubiliter oratio. Hinc quoque Volubilitas, atis. Cic.2.de Nat.deo. Ex utraque re & mundi uolubilitas,quæ niſi in globoſa forma eſſe non poſſet. Volubilitas fortunæ, inconſtãtia. Cic.2.de Diuin. Quomodo ergo id quod temere fit,cæco caſu, & uolubilitate fortunæ,præſentiri, & prædici poteſt? Volubilitas linguæ, leuitas,promptitudo,dexteritas.

VOLVCER, hæc uolucris,hoc uolucre. {Volante,preſto,veloce} (πτηνός, πτερόεις) uolatilis,penniger: & per translationem uelox,celer, ταχύς, ὠκύς. Martialis. Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum. Verg.1. Aeneid. Volucremque fuga præuertitur Ebrum. Cice.pro Planc. Nihil eſt autem tam uolucre, quàm maledictum:nihil facilius emittitur,nihil certius excipitur,latius diſſipatur. Verg.5. Aeneid. Illa noto citius,uolucrique ſagitta Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.

VOLVCRA, (ἴψ, ἴουλος) genus animalis,quod prærodit teneros pãpinos, Col. de Arbor.cap.15. Genus eſt animalis, Volucra appellatur: id ferè prodit teneros adhuc pampinos, & uuas: quod ne fiat,falces,quibus uineam putaueris,peracta putatione ſanguine urſino linito.

VOLVCRIS, huius uolucris,fœ.ge {Ciò che vola} (ὄρνεον, τὸ πτηνὸν) omne id quod uolat,non ſolum aues,ſed apes quoque,ueſpæ,tabani, & reliqua huiuſmodi. Cic.2.de Orat. Quemadmodum uolucres uidemus procreationis,atque utilitatis ſuæ cauſa fingere, & conſtruere ſibi nidos. Verg. 3. Georg Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, Et genus æquoreum,pecudes, pictæque uolucres,In furias,ignemque ruunt. Amor omnibus idem.

VOLVMEN, inis,ſecũda ſyll.pro. {Volumen,libro} (γράμματεῖον, σύνταγμα, σύγγραμμα, σύνταξις) à uoluendo,quòd maiores noſtri in libris arborum,i. corticibus ſcribebant, & libellos illos quo ferrent commodius, complicabant. Ideoque Volumina appellata ſunt, libelli ſimiliora quàm libris. Eſt enim propriè Volumen pars codicis:utputa Metamorphoſeos liber in quindecim uolumina diſtinctus eſt. Ouid. 1. Triſt. Sunt mihi mutatæ ter quinque uolumina formæ. Plinius Iunior: Libri tres in ſex uolumina propter amplitudinẽ diuiſi, quaſi in ſex minores libros: ut ſint uolumina aliquanto minora, quàm libri. Igitur uolumen pars libri eſt: Liber uerò pro toto codice, & pro uolumine accipitur. Inde dicimus Euoluere libros, (ἀνειλεῖν τὰ βιβλία) id eſt,aperire lectitandi gratia,quaſi rem complicatam explicare: ſicut Reuelare,rem uelatam detegere. Cicero. 3. Tuſculan. Quoniam duobus ſuperioribus de morte & dolore dictum eſt. tertius dies diſputationis hoc tertium uolumen efficiet. Plin.lib.6 capi.9. Hæc eſt regio ſecundo uolumine à nobis ſignificata. Accipitur aliquando Volumen pro ipſa circumuolutione, περιαγωγή. Ouid. 2. Metamorpho. Adde quod aſſidua rapitur uertigine cœlum, Sideraque alta trahit, celerique uolumine uerſat. Nonnunquam pro uolubilitate,ſiue inconſtantia. Plin.lib.7.cap.45. Diligenter æſtimentur cuncta,magna fortis humanæ reperientur uolumina. Volumina uinculorum. Verg.lib.5.Aenei. Et ipſa Hæc,illinc,uinclorum immenſa uolumina uerſat.

VOLVNTAS, atis, {Volontà,arbitrio,voglia} (θέλημα, θέλησις, προαίρεσις, γνώμη) animi noſtri ſententia. Cic.4. Tuſc. Natura enim omnes ea quæ bona uidentur,ſequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt quod bonum uideatur,ad id adipiſcendum impellit ipſa natura: id cum conſtanter,prudenterque fit,eiuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant,nos appellamus uoluntatem.eam illi putant in ſolo eſſe ſapiẽte, quam ſic diffiniunt: Voluntas eſt,quæ quid cum ratione deſiderat. Quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius:ea libido eſt,uel cupiditas effrænata,quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Cic.3.in Catil. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem Quirites,uoluntatemque ſuſcepi. Ponitur aliquando pro ea,quam uulgo Affectionem uocamus. Cic.ad Qu fr.lib.3. Significat ualde te ſibi gratum feciſſe,quod de ſua uoluntate erga Cæſarem humaniſſime, diligentiſſimeque locutus eſſes. Aliquando pro fauore. Terent. in Prolog. Phorm. Voluntas ueſtra ſi ad poetam acceſſerit, Id eſt,ſi fauentia poetæ: Voluntate ablatiuus pulchre ponitur pro eo,quod eſt,bona cum gratia. Terent.in Adelp. Quod uos ius cogit,id uoluntate impetret. Cic. 1. Verr. Ego tam tibi ipſe iſtud,quod expetis, mea uoluntate concedam.id eſt, ſponte. Hinc Voluntarius, adiectiuum, quod fit ſponte, αὐτόματος. Cic.ad Marium lib.7. Aut conciſcenda mors uoluntaria. Liu. 1.ab Vrbe. Ferociſſimus quiſque iuuenum cum armis uoluntarius adeſt. Voluntarii milites dicuntur,qui ſponte nomina dant. Plin.de uiris illuſt. Voluntarium militem ſe obtulit. Cæſ.5. Belli Gall. Neque ſibi uoluntariorum copias defore,ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet. Hinc Voluntarie, & Voluntario,aduerbia,(αὐτομάτως) id eſt,ſponte,bono & prompto animo, non coacto. Cæſar 3. Bel.Ciui. Milites electi circiter centum uiginti uoluntarie eandem centurias ſunt proſecuti. Liu.lib. 1.ab Vrbe con. Inde ob reſiduas bellorum iras,maxime ſollicitatis ad defectionem animis uoluntario traxere.

VOLVMNIVS, prænomine Lucius, Vir Romanus Senatorii ordinis, quo cũ Seruio Sulpitio Conſulatum gerente carminibus pluiſſe,autor eſt Pli.li.2.cap.56.

VOLVO, uis, ui, duarum ſyllabarum, {Volgere} (κυλίω, κυλινδέω, κυλινδῶ, περιάγω) uerto,uerſo,torqueo,in orbem torqueo. Verg.6. Aen. Vbi mille rotã uoluere per annos. Cic.de Clar.Orato. Voluendi enim ſunt libri cum aliorum tum in primis Catonis. Ver.3. Aen. Sic fata Deum rex Sortitur,uoluitque uices ſic uertitur ordo. Idem.6. Aen. Saxum ingens uoluunt alii. Voluere,cogitare, uerſare animo, ἐξετάζειν Catu.Epig.59. Quæ tum proſpectans cedentem mœſta carinam, Multiplices animo uoluebat ſaucia curas. Verg.1. Aenei. At pius Aeneas per noctem plurima uoluens. Ibidem Quidue dolens Regina Deum, tot uoluere caſus Inſignem pietate uirum,tot adire labores Impulerit. Liu.6.ab urb. Has inanium rerum inanes ipſas uoluentes cogitationes, Fortunæ loci delegauerant ſpes ſuas. Voluendus,a,um. Verg.1.Aen. Triginta magnos uoluẽdis menſibus orbes Imperio explebit. Id eſt, uolubilibus, interprete Seruio. Volutus,a,um,aliud participium. Verg.3.Georg. Non umbræ altorum nemorum, non gramina poſſunt Grata mouere animum: non qui per ſaxa uolutus Purior electro campum petit amnis. Huius compoſita ſunt, Aduoluo, Conuoluo, Circumuoluo, Deuoluo, Inuoluo, Prouoluo, & Reuoluo: quorũ ſignificata explicauimus ſupra.

VOLVOLA, (ἴψ, ἴουλος) uermis teneros uitium pampinos prærodens,qui à Plauto Inuolulus, à Catone Conuolulus, à Columella Volucra appellatur.

VOLVOX, ocis,pen.pro. (ἴψ, ἴουλος) uermis teneros uitium pampinos, & pubeſcentes uuas erodens,qui & Conuoluolus dicitur. Plin.lib.18.cap.28. Similimodo ne conuoluolus fiat in uinea amurcæ congios duos decoctos in craſſitudinem mellis,ruſus cum bituminis tertia parte, & ſulphuris quarta ſub dio coqui,ne excandeſcat ſub tecto. Hoc uites circa capita ac brachia ungi:ita non fore conuolum lumalis Voluocem appellant,animal prærodens pubeſcentes uuas. Hæc Plin.

VOLVPE, {Volutta,da piacere} (ἡδύ, τερπνὸν, θυμῆρες) delectabile,gratum iucundum: quanquam non rarò ſubſtantiue accipitur pro ipſa delectatione,ſeu uoluptate, ἡδονή. Plau.in Amph. Nam quia uos tranquillos uideo, gaudeo, & uolupe eſt mihi. Legitur &, Volup, per apocopen: quod & Nonius annotauit. Pla.Caſina Facite animo ueſtro uolup. Idem Aſinaria: Hic ſenex ſi quid clã uxorem animo fecit uolup.

VOLVPIA, æ, uoluptatis dea,quæ ſacellum habebat Romæ circa nauralia, non procul à porta Romanula teſte Varro,lib 4.de Ling.Lat.

VOLVPTABILIS, le, {Grato} (θυμῆρες, τερπνὸς) gratum, uoluptuoſum. Pla.in Epid. Voluptabilem mihi tuo aduentu attuliſti nuntium.

VOLPTARIVS, ria, rium, (τερπνὸς) quod uoluptatem affert. Cicer. 3. de Finib. Aegritudo,libido,formido,quamque Stoici communi nomine corporis & animi, ἡδονὴν appellant:ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientem animi elationem uoluptariam. Voluptarius homo, (φιλήδονος, φιλήδονος) uoluptati deditus. Plaut.in Menæch. Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum Voluptarii atque potatores maxima. Cic.2. Tuſcul. Ego à te non poſtulo,ut dolorem eiſdem uerbis afficias quibus Epicurus uoluptatem homo ut ſcis uoluptarius. Guſtatus ſenſus maxime uoluptarius.hoc eſt, quo uoluptatem potiſſimum percipimus.

VOLVPTAS, atis, {Volutta,a piacere} (ἡδονή) elata præter modum lætitiæ, opinione præſentis alicuius boni. Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet,

mulcet,

mulcet, Voluptas dicitur, quòd id maxime uelimus. Refertuŕq; iam ad animum, quàm ad corpus, quamuis nonnulli inſimulent ſolius corporis eſſe, ac turpem: quod certe uerum non eſt. Eſt enim uoluptas uocabulum medium, omnemq́; iucundum motum, quo ſenſus hilaretur, ſignificat, quem Græci uocant ἡδονήν. Cicer. 1. de Orat. Percipietis enim illam ex cognitione iuris lætitiam & uoluptatem. Voluptatem eius capio, dixit Plin. epiſt. 17. lib. 1. pro, uoluptatem ex eo capio.

Cum uoluptate legere: id eſt, cum delectatione. Cice. 2. de Finib. Omne autẽ, id quo gaudemus, uoluptas eſt, ut omne quo offendimur, dolor. Voluptati eſſe, id eſt, eſſe gratum, & iucundum. Cic. Lentulo lib. 1. Quod mihi de filia, et de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam, ſperoq́; & opto, nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Quibus omnibus in exemplis Voluptas in meliorem partem accipitur pro ea, quæ in animum cadit. Reliquum eſt, ut & in deteriorem partem accipi doceamus, pro ea quæ corpori propria eſt, in qua Cyrenaici ſummum conſtituerunt bonum. Cicer. de Senectu. Diuinus enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat: quod ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Ibidem: Nullam capitaliorem peſtem, quàm uoluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam: cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrænati ad potiundum incitarentur. Idem 1. de Leg. Ab ea quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni, uoluptas: malorum autẽ omnium mater.

VOLVPTVOSVS, a, um, {Huomo uoluttuoſo} (φιλήδονος) habitum, & uehementiam ſignificat, & affectionem. ut, Voluptuoſus homo, qui perquã amat uoluptatem: quem Cic. Voluptarium uocat. Voluptuoſa res, quæ in ſe habet uoluptatem, & quæ uoluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plin. lib. 1. Epiſt. 23. Voluptuoſam rem eſſe, utrunque eadem opera eodem uiatico inuiſere.

VOLVSIVS, (Βολούσιος) poeta quidam ineptus fuit patria Patauinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum populi Romani Annales carmine ſcripſit. Catul. de Smyrna Cinnæ: At Voluſi Annales Paduam morientur ad ipſam, Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas. Et alibi: Annales Voluſi cacata charta.

VOLVTÆ, (ἕλικες) ab architecturæ peritis appellantur capreoli, in columnarum capitulis ex herbarum folijs enaſcentes, & ubi abacum iam propemodum contingunt, in orbem circumuoluti: unde tam apud Græcos, quàm apud Latinos nomen inuenerunt. Vitru. lib. 3. Dempta abaci craſſitudine, diuidatur reliqua pars in partes tres: ex quibus una imo folio detur, ſecundum folium mediam altitudinem teneat, cauliculi eandem altitudinem habeant: è quibus folia naſcuntur proiecta, uti abacum excipiant, quæ ex cauliculorum folijs nata, procurrunt ad extremos angulos uolutæ, minoresq́; helices intra ſuum medium, qui ſunt in abaco floribus ſubiecti ſcalpantur. Idem paulo poſt: De uolutarum autem deſcriptionibus, uti ad circinum ſint recte inuolutę, quemadmodum diſtribuantur, in extremo libro forma & ratio earum eſt deſcripta. Idem lib. 7. cap. 5. Nam pinguntur tectorijs monſtra potius, quàm ex rebus finitis imagines certæ. Pro columnis enim ſtatuuntur calami, pro faſtigijs harpaginetuli ſtriati, cum criſpis folijs, & uolutis. Item candelabra ædicularum ſuſtinentia figuras, ſupra faſtigia earũ ſurgentes ex radicibus cum uolutis: coliculi teneri plures, habentes in ſe ſine ratione ſidentia ſigilla, nõ minus etiam ex coliculis flores, dimidiata habentes ex ſe exeuntia ſigilla, alia humanis, alia beſtiarũ capitibus ſimilia. Hæc Vitruuius.

VOLVTABRVM, pen. pro. {Porcile, luogo oue ſi strauoltano i Porci} (κυλίστρα, κυλινδήθρα, κύλισμα, κυλινδήθρα) locus ubi ſues uolutantur. Verg. lib. 3. Geor. Sæpe uolutabris pulſos ſyluestribus apros Latratu turbabis agens.

VOLVTATIM, (κυλινδὸν) iterum, atq; iterum uoluendo. Plau. in Milit. Volutatim domum te rapiam.

VOLVTATIO, onis, (κύλισμα) uerbale à uolutando deductum. Cic. in Piſonem: An uero tu parũ putas inueſtigatas eſſe à nobis labes imperij tui, ſtragesq́; prouinciæ? quas quidem nos non ueſtigijs odorantes ingreſſus tuos, ſed totis uolutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus.

VOLVTATVS, a, um, particip. (κεκυλισμένος) ſæpe multumq́; uolutus. Pli. lib. 8. cap. 37. Præparant hyemi et herinacei cibos, ac uolutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, unum non amplius tenentes ore portant in cauas arbores. Cic. de Aruſp. reſpon. Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus uolutatus? Idem lib. 2. ad Qu. fratrem: Itaq; ad Calliſthenem: & Philiſtum redeo, in quibus te uideo uolutatum. Hoc eſt, cum labore uerſatum.

VOLVTATVS, us, ui, uerbale, (κύλισμα) idẽ quod uolutatio. Plin. lib. 10. c. 4. Multum puluerem uolutatu collectum, inſidens cornibus, excutit in oculis.

VOLVTO, tas, pe. p. {Strauoltare} (στρέφω, κυλινδέω, συγκυλινδέω) ſæpe multumq́; uoluo. Varro 3. de Re ruſti. cap. 9. Ante ſit ueſtibulum ſeptum, in quo diurno tempore eſſe poſſint, atque in puluere uolutari. Cic. in Salluſt. Itaq; nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus, cum quouis uolutari. Eſt & aliquando mẽte uoluo, & cogitatione perpendo ἐνστρέφω. Verg. 9. Eclo. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto. Liu. 4. Bell. Maced. Has conditiones, quãquã ipſe in ſecreto uolutauerat cum amicis, uulgo tamen omnes fauna ferebant.

VOMANVM, fluminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia. Plin. lib. 3. cap. 13.

VOMER, & **VOMIS**, huius uomeris, gene. maſc. {Vomero} (ὕνις) ferramentum aratri, quo ſulci fiunt. ita dictum, quòd terram uomat, hoc eſt, eruat. Vergil. 1. Geor. Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere uomer. Idem: Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Plin. lib. 18. cap. 18. Vomerum plura genera: Culter uocatur, prædenſam, priuſquam proſcindatur, terram ſecans, futurisq́; ſulcis præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat uomer. Alterum genus eſt uulgare, roſtrati uectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro hæc quarto generi, ſed exacutior in mucronem faſtigiata, eodemq́; gladio ſcindens ſolum, & acie laterum radices herbarum ſecans: id non pridem inuentum in Rhetia. Galliæ uero duas addiderunt rotulas, quod genus uocant planarati. Cuſpis effigiem palæ habet. Latitudo uomeris ceſpites uerſat. Oui. 1. Metam. Ipſa quoq; immunis, raſtroq́; intacta, nec ullis Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus.

VOMICA, æ pen. cor. (ἀπόστημα) abſceſſus internus copioſam euomens ſaniẽ: unde & nomen accepit. Cic. 2. de Nat. deo. Nec prodeſſe uoluit Pheræo Iaſoni, qui uomicam eius aperuit, quam medici ſanare non potuerant. Serenus: Sunt odio, quos dira uomit natura, tumores: Vomica qualis erit, uel eidem proxima quædam. Pli. li. 20. ca. 12. Petroſelinon præcipuum ad uomicas. Hinc Plau. in Perſa, non infeſtiuiter Vomicam appellat crumenam nummis refertam, atq; tumentem. Quid hoc, inquit, quod in collo tibi tumet? SA. uomica eſt, preſſare parce. Pli. li. 33. ca. 6. per tranſlationem accepit pro argenti uiui uena iugiter manſte. Eſt (inquit) lapis in his uenis, cuius uomica liquoris æterni argentum uiuum appellatur, uenenum rerum omnium. Vomicæ item teſte Nonio, appellantur concaua loca uetuſtate exeſa.

VOMITO, AS, VOMITIO ONIS, VOMITVS, us, & Vomitorius, a, um, unde in uerbo Vomo.

VOMO, mis, mui, tum, {Vomitare} (ἐμέω, ἐξερεύγομαι) per os eiicio. Ci. pro Deiotaro: Cum, inquit, poſt cœnam uomere te uelle dixiſſes in balneum te ducere cœperunt. Verg. 9. Aen. Purpuream uomit ille animam: et cum ſanguine mixta Vina refert moriens. Hinc Vomito, as frequentatiuum. Colum. lib. 7. cap. 10. Quam cum pecudes biberunt, nauſea correptæ uomitant, atque expurgantur.

Vomitio, onis, (ἔμετος, ἐξέρευγμα) cibi potuſúe per os eiectio, quæ uentriculi ſubuerſione contingit. Pli. li. 11. ca. 53. Homini cibus utiliſſimus ſimplex: Aceruatio ciborum peſtifera, & condimenta pernicioſiora. Difficulter autẽ perficiuntur omnia in cibis uenia, nimia, & auide hauſta: & æſtate, quàm hyeme, difficilius, & in ſenecta, quàm in iuuenta. Vomitiones hominum ad hæc in remediũ excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maxime autem dentibus. Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati utilius: ideo athletas maluiſſe cibos ambulatione perficere. Vomitus, tus, idem quod uomitio, ἔμετος. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentaſtrum cum ſucco granati ſingultus & uomitus ſiſtit, ut Democritus monſtrat. Vomitor, oris, (ἐξεράστης) qui uomit. Pli. lib. 23. cap. 1. Non expedit uomitoribus ſicut neq; muſtum, neq; ſapa, neq; paſſum.

Vomitorius, a, um, (ἐμετικὸς) quod uomitum ciet. Plin. lib. 11. ca. 19. Hunc ſtomacho inutilem. & ideo uomitorium. Idem lib. 20. cap. 9. Bulbus quem uomitorium uocant, ab effectu, folia habet, nigra, cæteris longiora. Huius compoſita ſunt, Conuomo, Euomo, & Reuomo de quibus ſupra.

VOPISCVS, dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partũ legitimum ducitur. Quo cognomine dictus eſt Flauius hiſtoricus qui Imperatorum uitas ſcripſit. Plin. lib. 7. ca. 10. Vopiſcos appellabant è geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu.

VORAGO inis, ſecunda ſyllaba pro. {Voragine, baratro} (διαχώρημα, βάραθρον) locus immenſæ profunditatis, quicquid acciperet, deuorans, & propemodum inexplebilis. Cic. 1. de Diui. Qui cum per agrum Leontinum iter faciens, equum demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus uoraginibus non extitit. Verg. 7. Aene. Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis Monſtrantur, ruptoq́; ingens Acheronte uorago. Curt. lib. 8. Imber uiolentius, quàm alias, fuſus campos lubricos, & inequitabiles fecerat: grauesq́; & propemodum immobiles currus illuuie & uoragine hærebant. Transfertur & ad hominem inſigniter prodigũ, cuius gula uel ampliſſimis patrimonijs in uentrem, tanquã in barathrum quoddam, coniectis, expleri non poteſt. Cice. pro Seſtio: In meo periculo, inquit, gurges & uorago patrimonij helluabere? Hinc Voraginoſus, a, um, adiect. (βαραθρώδης) quod eſt uoraginibus plenum. Hircius 6. bel. Hiſp. Nam paluſtri, et uoraginoſo ſolo currebat ad dextram partem.

VORANVS, Q. Lutatij furaciſſimus libertus, quem nummularius nummos de menſa ſubtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius lib. 10. cap. 49.

VORAX, cis omn. gen. {Vorace. che deuora. che mai ſi ſatia. goloſo} (πολυφάγος, πολύγραος, ἀπλήρωτος) multa abſumens, inexplebilis edacitatis. Ouid. 15. Met. Nec, niſi perdideris aliũ, placare uoracis. Et male morati poteris ieiunia uentris. Charybdis uorax, βαραθρώδης. Cic. 2. Phil. Quæ Charybdis tã uorax tot res tã cito abſorbere potuiſſet? Vſura uorax. Luca. lib. 1. Hinc uſura uorax: auidumq́; in tempore fœnus, Et concuſſa fides, & multis utile bellum.

Hinc Voracitas, atis, (πολυφαγία) edacitas, inexplebilis edendi auiditas.

VORO, as, {Deuorare, tranguggiare} (βιβρώσκω, καταφάγω, ἀφανίζω) cibũ nõ confectũ deglutio. Cic. 2. de Nat. deo. Alia uorant, alia mandunt. Hinc per trãslationẽ Vorare, capitur pro auide ſumere. Plaut. in Truc. Intimum ille Hamũ uorat, ſi ſemel amoris poculum accepit mere. Cicer. ad Atti. lib. 4. Nos hic uorauimus literas cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio.

VORTEX icis, (τυφῶν) flatus repentini genus, è ſicca nube erumpẽs ſine igne, eiuſq; partẽ abruptã ſecum rapiens, eamq́; conuoluens, & in gyrum uerſans, ac pondere illo ruinã ſuã aggrauans, & locum ex loco mutans rapida uertigine, non antennas modo, ſed & nauigia contorta frangens. Ex Plin. lib. 2. ca. 48.

VOS, ueſtrum, uel ueſtri, {Voi} (ὑμεῖς) pronomen pluralis numeri, a Tu. Voſmetipſi, pro uoſipſi. Cic. 4. Aca. Nos autem dicimus ea nobis uideri, quę uoſmet ipſi nobiliſſimi philoſophi placuiſſe conceditis.

VOTIVVS, a, um, pen. pro. {Di uoto, di promiſſione} (εὐκταῖος) quod ex uoto dari promittitur. Horat. 1. Epiſt. 3. Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca. Ludi uotiui, qui ex uoto fiunt. Solent enim in Reip. periculis, aut principis aduerſa ualetudine ludi uoueri, quos deinde uotis damnati ingenti cum apparatu faciebant. Plin. lib. 7. cap. 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenã, Cn. Pompeio, Q. Sulpitio Coſſ. ludis pro ſalute D. Auguſti uotiuis, annum cẽteſimum quartum agens. Iura uotiua, quæ uoti cauſa perſcribuntur. Ouid. 3. Amo. Eleg. 12. Accipit ara preces, uotiuaq; tura priorum, Ara per Antiquas facta ſine arte manus. Legatio uotiua, quæ uoti ergo ſuſcipitur. Cic. Atti. lib. 15. Votiua (ſubaudi legatio) ne tibi quidem placebat: etenim erat abſurdũ, quæ, ſi ſtetiſſet Reſpub. uouiſſem, ea me euerſa illa, uota diſſoluere. Aliquando uotiuum, (εὐκταῖον) ſignificat, quod uoto deſideratum eſt. Apul. lib. 6. Tota ciuitas ad uotiuum conſpectum effunditur. Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Pla. in Caſin. Aures uotiuæ ſi ſunt, animum aduortite.

VOTVM, ti, {Voto, promiſſione fatta à Dio} (εὐχὴ) promiſſio facta Deo. Ci. 3. de Nat. deo. Non'ne animaduertis ex tot tabellis pictis quàm multi uotis uim tẽpeſtatis effugerint? Idem 1. de Legib. Diligentia uotorum ſatis in lege dicta eſt, ac uoti ſponſio, qua obligamur Deo. pœna uero uiolatæ religionis iuſtam excuſationẽ nõ habet. Ver. 8. Aen. Vota metu duplicãt matres, propiusq́; periclo It timor. Nefariũ uotum. Cic. pro Cluent. Quin etiam nocturna ſacrificia, quæ putat occultiora eſſe, ſceleratasq́; eius preces, & nefaria uota cognouimus. Et quoniã

quæ magnopere deſideramus, adhibitis uotis à diis petere ſolemus, factum eſt, ut Vota accipiamus pro optatis, εὐχαί. Pli. Epiſt. 45. Hæc ego mꝫ uoto, & cogitatione præſumo. Vnde uoti cõpotem dicimus eum, qui deſiderium ſuũ aſſecutus eſt. Et Prouoto ſuccedere, (κατὰ γνώμην προχωρεῖν) id eſt, pro deſiderio. Item facere uota, pro optare, εὔχεσθαι. Cic. pro Milone: Vota enim feceratis, ut in eos ſe potius mitteret, quàm in ueſtras poſſeſſiones. Nonnunquam tamen facere uota, idem eſt quod uouere. Cice. de Aruſp. reſp. Noſtri Imperatores maximis & periculoſiſſimis bellis huic deæ uota fecerunt, eaq; in ipſo Peſsinunte ad aram principem perſoluerunt. Vota aliquem fingere, id eſt, talem fingere, qualem uel maxime optaremus. Pli. Ep. 112. Tibiq; ut qui explorauerim, ſpõdeo habiturum te generum, quo melior fingi ne uoto quidem potuit. Nuncupare uota pro imperio, apud Cicer. 6. Verr. i nominatim aliquid uouere, quod Reipub. periculo liberata, ſis perſoluturus. Voto teneri, eſt uoti ergo obligatũ eſſe. Cic. Att. Sed iam quaſi uoto quodam & promiſſo me teneri puto. Vota ſoluere, eſt ea, quæ uouimus præſtare. Idem ad eundem. Vota reddere, apud eundem 3. de Legib. Liberare ſe uoto, eſt ſolutione eorum, quę uouimus, eximere ſe ſe ab obligatione ſpõſionis diis factæ. Legimus tũ & liberare ſe uoti, pro uoto. Liu. 5. ab Vrb. Verecundiam non tulit ſenatus quin ſine mora uoti liberaretur. Reus uoti, & Damnatus uoti, uide in dictionibus Damnatus, & Reus.

VOVEO, ues, ui, tum, {Far uoto, auuotare} (εὔχομαι, ἐπεύχομαι) Deo aliquid ſancte promitto, pro quo etiam dicimus Vota facere, & Vota nuncupare. Liu. lib. 1 ab Vrbe: In re trepida duodecim uouit Salios, fanaq; Pallori, & Pauori. Horat. 3 Car. Ode 8. Voueram dulces epulas, & album Libero caprum. Oui. 9. Meta. Vota puer ſoluit quæ fœmina uouerat Iphis. Votus, a, um, participiũ. Cic. 3 de Nat. deo. At earum templa ſunt publice uota, & dedicata. Liu. 4. ab Vrb. Ludi ab Decemuiris per ſeceſsionem plebis à patribus ex ſenatuſconſulto uoti, eo anno facti ſunt. Vouere caput pro ſalute patriæ, dixit Cic. 5. de Fin. pro, Se pro ſalute patriæ periculis obiicere. Huius compoſitum eſt, Deuoueo, de cuius ſignificatione abunde multa dicta ſunt ſuo loco.

VOX, uocis, {Voce ſuono, dittione} (φωνή, φθόγγος, αὐδή) proprie dicitur ſonus, qui ab animalis ore profertur. Fit enim ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod eſt clamare. Ci. 2. de Natu. deo. Vocis genera permulta, canorum, fuſcum; lene, aſperum: graue, acutum: flexibile, durum: quæ hominum ſolum auribus iudicantur. Idẽ in Orator. Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui maxime uoce commouentur. Mira eſt enim quædam natura uocis: cuius quidem è tribus omnibus ſonis, inflexo, acuto, graui, tanta ſit, & tam ſuauis uarietas perfecta in cantibus.

De uocis quantitate, ac qualitate, uide Quint. lib. 11. ca. 3. Oui. 2 Met. Nec conata loqui eſt: nec ſi conata fuiſſet, Vocis habebat iter, ſaxum iã colla tenebat. Ver. 3. Aen. Senſit, & ad ſonitum uocis ueſtigia torſit. Quint. li. 12. ca 3. Augẽtur autem ſicut omnium, ita uocis quoque bona cura: & negligentia minuuntur. Nonnunq̃ tamen Voces dicimus pro rerum etiam inanimatarum ſonis. Ver. 6. Aen. de Orphei cithara: Nec nõ Threicius longa cum ueſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

V ANTE P.

VPILIO, onis, maſc. gen. {Pecoraro} poſitum eſt à Vergilio pro Opilione, cauſa metri, Eclog. 10. Venit & upilio, tardi uenere ſubulci. Eſt autem Opilio, Vel Vpilio, ouium cuſtos. ποιμήν.

VPVPA, æ, {Vpupa, bubba, meretrice} (ἔποψ) auis, criſtis à capite exeuntibus galeata, in ſimo ſemper commorans. Plin. lib. 10. cap. 29. Mutat & upupa, ut tradit Aeſchylus poeta, obſcœna alias paſtu auis, criſta uiſenda plicatili, contrahens eam ſubrigenſq; per longitudinem capitis. Plaut. in Captiuis. Vpupam pro meretrice accipit. Eidem (inquit) hæc mihi aduenienti upupa quæ me delectet, data eſt.

V ANTE R.

VRA, (οὖρα) locus eſt in finibus Syriæ Palmyrenæ: ad Eufratem fluuim: qui inde relictis Palmyrenorum deſertis, in ortum reflectitur. Auctor Pli. libr. 5. cap. 24.

VRACHVS, pen. cor. (οὐραχὸς) meatus eſt proficiſcens ex fundo ueſicæ fœtus in utero exiſtentis, lotium deferens in membranam urinæ recipiendæ deſtinatã, quæ à Medicis ἀλλαντοειδὴς appellatur. Vide Galenum lib. 15. de Vſu partium, & in tractatu de confectione uuluæ.

VRAGVS, (οὐραγὸς, ᾅδης) Plutonis cognomen eſt, ab urgendo (ut quibuſdam uidetur) impoſitum, quòd omnium deorum maxime nos urgeat. Nos Græcam uocem eſſe malumus. Apud illos enim οὐραγὸς dicitur, qui in acie extremã agminis partem ducit. Vnde non inuenuſte ad Ditem transfertur, qui poſtremum humanæ fabulæ actum excipit.

VRANIA, æ, ſiue Vranie, es, (οὐρανία, ἡ οὐρανίη) una Muſarũ, Iouis & Mnemoſynes filia, cui Aſtrologiæ inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam putant, quaſi τὰ ἄνω ὁρῶσαν, hoc eſt, ſublimia ſpeculantem. Ouid. lib. 6. Faſt. Excipit Vranie: fecere ſilentia cunctæ.

VRANOSCOPVS, pi, (οὐρανοσκόπος) piſcis idem cum callionymo, fel habens prægrande, quo cicatrices, & excreſcentes in oculo carunculæ perſanãtur. Dictus Vranoſcopus ab oculo, quem in capite habet ita ſitum, ut eo cælum intueri uideatur. Vide Plin. lib. 32. cap. 7.

VRANVS, (οὐρανός) pater Saturni: quem Latini Cælum uel Cælium appellãt, ex cuius uirilibus, à Saturno filio exectis, & in mare abiectis, nata eſt Venus, quæ ideo Græco nomine appellata eſt Aphrodite.

VRANOPOLIS, (οὐρανόπολις) urbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Atho: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

VRBANATIM, {Vrbanamente, ciuilmente, modeſtamente} (ἀστείως) antiquis in uſu erat, pro Vrbane, hoc eſt urbanorum more: ſicuti contra Ruſticatim, pro ruſtice, ſiue ruſticorum more. Pomponius, apud Nonium: At ego ruſticatim tã gam, urbanatim neſcio.

VRBANE, aduer. (ἀστείως, χαριέντως) facete, lepide, uenuſte. Ci. 1. de Fin. Facete & urbane (ut è patre audiebam) Stoicos irridente. Quint. li. 2. cap. 11. Nec ſanè potuit urbanius ex confeſsione inſcitiæ ſuæ elabi.

VRBANITAS, atis, {Vrbanità, piaceuolezza, ciuiltà} (ἀστεϊσμός, χαριεντισμός, ἀστειότης) ſermonis lepor, oratio ſalibus condita. Vrbanitas (inquit Quint. lib. 6. cap. 3.) illa eſt, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditũ, nihil peregrinum neque ſenſu, neque uerbis, neque ore, geſtúue poſſet deprehẽdi. Cic. 1. de Fin. Et ſunt illius ſcripta leuiora, ut urbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris. Quint. lib. 4. cap. 1. Vrbanitas opportuna reficit animos. Eſt autem hæc ſignificatio metaphorica tracta à moribus eorum, qui in urbibus agunt, quorum oratio, uitaq; omnis lepore, ſalibus, & uenuſtate amœnius condita eſt, quàm eorum, qui in agris agunt. Nonnunquam tamen legitur in propria ſignificatione pro rebus ipſis urbanis, uel pro uita urbana τὰ ἀστικά. Cic. Trebatio: Tu modo deſideria urbis & urbanitatis depone.

VRBANVS, na, num, {Ciuile, urbano, coſtumato bene} (ἀστικός, ἀστεῖος) idem quod Vrbicus: ut, Vrbani mores, Vrbana cura: aut qui in urbe habitat, cui opponitur Ruſticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt ruſtici. Vrbana prædia. Vlpia. l. urbana. ff. de uerbo. ſig. Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt, uel alia meritoria in uillis, & in uicis: uel ſi Prætoria, uoluptati tantum deſeruientia, quia urbanum prædium non locus facit, ſed materia. Vita urbana. Terent. Adel. Ego hanc clementem uitam, urbanam, atq; otium ſecutus ſum. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 9. Nec tu crediderís urbanæ commoda uitæ Quærere Naſonem: quærit & illa tamen. Per translationem accipitur pro faceto, comi, lepido, quem Græci εὐτράπελον uocant, ſiue χαρίεντα: & pro eo qui in uerbis & ſono, & uſu proprium quendam præ ſe fert urbis guſtum, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Cic. pro Domo ſua. Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum, ac uenuſtum. Hora. 1. Serm. Saty. 10. Fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem, &c. Et differt à Dicaci, quòd Dicax eſt, cuius ſermo cum riſu aliquem inceſſit. Ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacẽ negant. Quemadmodum autem Vrbanum, & Dicacem hominem dicimus, ita Vrbanum, & Dicacem ſermonem: unde Vrbanitas, & Dicacitas tam de oratione, quàm de homine dicuntur.

VRBI, (οὔρβοι) populi ſunt Capiſſenæ (quæ eſt Aſiæ regio Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo fluuio nauigabili. Autor Pli. lib. 6. cap. 23.

VRBICVS, ca, cum, {Cittadineſco} (ἀστικός) quod ad urbẽ pertinet: ſicut Ruſticus, ca, cum, quod ad rus. Gel. lib. 15. cap. 1. Si quod autem poſſet remedium eſſe, ut ne tam aſsidue domus Romæ arderent, uænum hercle dediſſem res ruſticas, & urbicas emiſſem. Suet. in Auguſto: Vt feraciorem, habilioremq; annonam urbicæ redderet. Martial. in Proœ. lib. 12. Quæ abſoluenda non eſſet inter illas quoq; occupationes urbicas, quibus facilius conſequimur, ut moleſti potius, quàm officioſi eſſe uideamur.

VRBINA, næ, pen. cor. teli genus oblongum. Plaut. in Bacch. Si tibi eſt machæra, & nobis urbina eſt domi. Verba ſunt Chryſali, minas referentis, & militis ſæuitiam ſæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius legit hoc loco Veruinam, & interpretatur iaculi genus, quod ueruttum uocant. Vide Eraſmi Adagia.

VRBINVM, {Vrbino} Italiæ oppidum in Vmbria. à quo Vrbinates. Plin. lib. 3. cap. 14.

VRBS, huius urbis, {Città} (ἄστυ) oppidum muro cinctum, ab Vruo aratri curuatura: quòd antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetruſco ritu in condendis urbibus, interiore uacca, aratro circum agebant ſulcum, intra quem urbem ædificarent. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut urbs foſſa, muroq; munita eſſet, & locum, unde terram fodiſſent, Foſſam uocabant. Vergil. 1 Georg. Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro. Quidam ab orbe, Vrbem appellatam putant, quòd ſulcus in orbem duceretur: nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant. Et proprie Roma Vrbs dicta eſt per antonomaſiam, quum cætera dicantur Oppida, ut teſtatur Quint. lib. 8. cap. 2. Vrbis autem uocabulo proprie, ædificia ipſa ſignificantur. Verg. 1. Aene. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago. Ciuitatis autem nomine proprie intelliguntur coloni, qui & Ciues dicuntur. Ci. 1. de Repub. Quam cum locis manuq; ſepſiſſent, eiuſmodi coniunctionem tectorum Oppidum, uel Vrbem appellarunt, delubris diſtinctam, ſpatiisq; communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualem expoſui, Ciuitas eſt. Sed confunduntur quandoq;, ita ut Vrbs pro ciuitate ponatur: idq; per Metonymiam, ut ait Quint. lib. 8. cap. 6. Verg. 2. Aen. Inuadunt urbẽ ſomno, uinoq; ſepultam. Et ciuitas pro urbe. Sene. Quum pleraſque ciuitates uiderimus terræ motu funditus collapſas. Ab urbe fit Suburbium & Suburbanum, Vrbanus, & Vrbicus. ſicut ab oppido Oppidanus & Oppidicus.

VRCEOLARIS HERBA, {Herba murale} (ἐλξίνη Dioſcoridi) à Romanis dicta eſt, quam herbariorum uulgus hodie Parietariam ſeu Muralem appellat. Dicitur & Perdicium, quod perdices hac herba peculiariter delectentur. Vrceolaris autem idcirco appellata eſt, quòd ſua aſperitate ſit lauandis urceis maxime idonea. Plin. lib. 22. cap. 17. Perdicium, ſiue Parthenium, à noſtris herba urceolaris uocatur, ab aliis Aſtericum, folio ſimilis ocymo, nigrior tantum, naſcens in tegulis, parietibuſq;.

VRCEVS, urcei, {Boccale, orciolo} (κεράμιον) ut Paulus Iureconſultus ait, eſt uas, quo aqua in urnam infunditur, uel in ahenum. Mart. lib. 14. Hic tibi donatur panda ruber urceus anſa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. Colu. lib. 12. cap. 21. Sal autem quàm candidiſſimus conicitur in urceo fictili ſine pice: qui urceus cum recipit ſalem, diligenter totus oblinitur luto paleato. Horat. in Arte: Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? Hinc Vrceolus diminutiuũ. Col. li. 12. ca. 16. Eodem tempore ſorba manu lecta curioſe in urceolos picatos adiicito. Iuue. Sat. 3. Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex, Ornamentum abaci urceon & paruulus infra Cantharus, &c.

VRCI, (οὖρκοι Ptolemæo) oppidum mari iuxta in finibus Hiſpaniæ Tarraconenſis, ubi à Bætica dirimitur. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. & cap. 3.

VREDO, inis, (ἐρυσίβη) morbus herbarum, fruticum, arborumq; qui in uitibus etiam Carbunculus dicitur, & in cæteris Rubigo, ſata, plantas, arboreſq; adurens. Cic. 3. de Nat. Deo. Nec ſi uredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Pli. lib. 17. cap. 28. Plerique dixere rorem inuſtum ſole acri frugibus rubiginis cauſam eſſe, & carbunculi uitibus. Quod ex parte falſum arbitror, omnemq; uredinem frigore tantum, innoxio conſtare ſole. Eſt et Vredo (κνησμός) exuſtio cum prurítu, qualis ab urtica tam herba, tũ piſce excitatur. Plin. lib. 9. cap. 45. de Vrtica piſce: Dum admoueri ſibi manum ſentit, colorem mutat, & contrahitur: tacta uredinem mittit.

V R E T H E R E S (οὐρητῆρες) meatus oblongi per quos urina à renibus in ueſicā defertur. Vide Celſum lib. 4. cap. 1.

V R G E O, ges, urſi, urſum, {*Spingere, premere, commouere*} (ἐπείγω, ἐπιπιέζω, κατεπείγω) incumbo in aliquid, cogo, premo, impello. Verg. 3. Georg. Ima Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor urget inertes. Idem 7. Aen. Iuſſiq; ingentibus urget Apollo. Cic. ad Att. lib. 6. Solicitudine prouinciæ tamen uel maxime urgebamur. Et lib. 12. Sed neq; hæc digna longioribus literis: nec erat quid ſcriberem. & ſomnus urgebat. Vrgere, inſiſtere. Quadrigarius lib. 5. Annal. apud Nonium: Sed circiter horas duas graui prælio urſerunt; deinde in fugam ſunt coniecti. Cic. de Fin. Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni: illud urgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum, cum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Ibidem lib. 4. Vrgent tamen, & nihil remittunt: quoniam, inquiunt, omne peccatum, & imbecillitatis, & inconſtantiæ eſt. Accipitur item Vrgere pro tegere, ut annotauit Nonius, citans illud Vergilii lib. 2. Georg. Qui ſaxo ſuper, atq; ingenti pondere teſtæ Vrgerent. Item pro accelerare: ut apud eundem lib. 9. Aen. Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina, dieſq; Vrgebā, & tela curas ſolabar aniles. Item inſiſtare, & opprimere. Cic. pro Rab. Satis eſt homines lapſos non erigere. urgere uero iacentes, aut præcipitantes impellere, certe eſt inhumanum.

V R G I, (οὔργοι) populi Sarmatiæ Europææ, Iazygibus finitimi, ad utranq; Iſtri ripam, magna ex parte ex paſtionibus uictitantes, pauci agriculturæ dediti. Auctor Strabo lib. 7.

V R G O, inſula eſt in mari Tyrrheno, non procul à Capraria. Plin lib. 3. cap. 6.

V R I, (οὖροι) Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Auctor Pli. lib. 6. cap. 20.

V R I A, Plinio, (οὔριον Ptolemæo) oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano. cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 1. Eſt item Vria lacus Acarnaniæ, ſemi ſtadium diſtans à mari. Auctor Strabo lib. 10. Et præterea eiuſdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & poſt flexum Gargani montis, teſte Pli. li. 3. ca. 11. Strabo Vrium, Ptolemæus ὕριον appellat. Vriam aliam collocat Strabo lib. 8 medio ferè itinere inter Tarentum & Brundiſium.

V R I C A, cæ, commune ſatorum omnium uitium, ſed maxime ciceris, cum Salſilaginem eius abluendo, imber id dulcius facit Plin. lib. 18. cap. 17.

V R I G O, pe. pro. uriginis, (καυσθμός, καῦσις) uredo, quæ ex ui cauſtica alicuius medicamenti prouenit. Plin. lib. 20. cap. 22. At in magna duritia ſine fico impoſitum, uel ſi uehementior urigo timeatur, per duplices pannos.

V R I N A, urinæ, pen. pro. {*Orina, piſcio, piſſo*} (οὖρον) ſerum ſanguinis, quod in renibus colatum, per uretheras tranſmittitur ad ueſicam. Latini etiam Lotiū appellant. Dicta Vrina, à Verbo οὐρεῖν, quod eſt meiere, Col lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quàm ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere. Vrinam facere, & Vrinam reddere, idem quod meiere. Plin. lib. 8. cap. 16. Vrinam mares crure ſublato reddere, ut canes. Col. lib. 6. cap. 30. Cum ſuo tempore urinam non fecerint. Vrina genitalis, eſt genitale ſperma. Pli. lib. 8. cap. 43. Incontinens aſinæ uterus genitalem urinam reddit, ni cogatur in curſum uerberibus à coitu.

V R I N O, nas, pen. pro. ſiue urinor, deponens, {*Vrinare, piſciare*} (κυβιστάω. ὑπὸ δ' ὕδατι κολυμβάω) eſt in aquam mergi, & natando emergere: dictū ab Vrino, ut Sepontino placet, hoc eſt, à curuatura aratri, quam urinantes imitari uidentur: uel ut alii malunt, ab Vrna, qua aquam è puteo, aut flumine haurimus: quæ ut aquam capiat primum immergitur, deinde extrahitur. Plin. libro 11. capit. 37. Eadem eſt cauſa, quia ſub aqua diu ranæ, & phocæ urinentur. Hinc Vrinatores, (κυβιστητῆρες, δ' ὕται, ὑφύδροι, δύται, κολυμβηταί) apud Varronem, qui in aquam merguntur, & ſub ea natant. Calliſtratus Iureconſultus ita appellat eos, qui merces è mari extrahunt, nauigii leuandi gratia iactatas. Hinc compoſitum, Inurino. Col. lib. 8. Lacus, piſcinaq; fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aues.

V R I N V M ouum, (ὑπηνέμιον ᾠόν) ouum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, Veneris tamen imaginatione, ut cum fœminæ ſeſe mutuo ſaliunt. Plin. lib. 10 capi. 58. Palumbes, & turtures plurimum terna pariunt oua, nec plus q̃ bis ferè pariunt: atq; ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium, quod irritum eſt, urinum uocāt. Græci id genus oua (ὑπηνέμια) appellant, quaſi dicas ſubuentanea: qua uoce utitur & Plin. loco iam citato. Et ipſe (inquit) inter ſe, ſi mas non ſit, fœminæ ſaliunt, pariuntq; oua irrita, ex quibus nil gignitur, quæ Græci Hypenemia uocant. Eadem & Zephyria appellantur ab eodem Plinio lib. 10. cap. 60. Irrita oua, quæ Hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantum, ſed & gallinæ, perdices, pauones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus iucundi ſaporis, & magis humida. Quidam & uento putant ea generari: qua de cauſa etiā Zephyria appellantur.

V R I O N, terræ genus, quod in corrugis faciendis diligenter uitant, qui aurum in montium ruinis quærunt per ſilices potius & calculos fluminis ſinuoſq; decentes. Auctor Plin. lib. 33. cap. 4.

V R I V M, (ὕριον) oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 4. Plin. in Gaditano conuentu collocat; & Vriam per primam effert declinationem.

V R N A, æ, {*Orna, ſecchio, ſecchiello*} (κάλπη, στάμνος) uas quo aqua è puteis, fluminibusve hauritur: ita dictum, q; ſubter aquā demerſum, atq; inde rurſus emergens, urinantis ſpeciem præbere uideatur. Pla. in Pſeud. Tu qui urnam habes, aquam ingere. Dicebatur etiam Vrna apud ueteres uas, quo iudicum ſuffragia colligebantur. Ver. 6. Aene. Quæſitor Minos urnam mouet. In urnis prętereà mortuorum cineres ſeruabantur. Cic. 1. Tuſc. Quid poetæ? nonne poſt mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud? Aſpicite ò ciues ſenis Enni imaginis formam. Eſt item urna menſuræ genus, quatuor capiens congios, hoc eſt, amphoræ dimidium. Hinc Vrnalis, le, quod urnam capit, ut, Vrnales calculi, uel urcei. Cato cap. 13. Vrceos fictiles, urnales duos, trulliſſa lignea duas. Hinc fit diminutiuum Vrnula στάμνιον. Cic. in Parad. Minuſne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, q̃ filicatas aliorum pateras arbitramur?

V R N A R I V M, rii, {*Secchiaro, ſcaffa*} interprete Varrone li. 4. de ling. Lati. menſa quadrata, q; urnas cū aqua poſitas ibi potiſſimū haberent in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta per ancillas lauantur. Varro ταφὴ μενίππου, ut citat Nonius: Sed quæ neceſſitas te mouet aquam effundere domi tuæ: ſi uaſa habes pertuſa. plumbum non habes, ad quam rem nobis eſt conſilium? ad quam rem urnarium? Ante balnea item Vrnaria erant, teſte Varrone loco iam citato, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

V R O, uris, uſſi, uſtum, {*Bruggiare, ardere*} (φλέγω, καίω, καταφρύγω) uerbum actiuum eſt idem ualens, quod cremo, uel calore aut frigore lædo. Cice. 1. Tuſc. Cæteras partes incultas, q; aut frigore rigeant, aut urantur calore. Verg. 2. Aen. Aut Pelago Danaum inſidias, ſuſpectaq; dona Præcipitare iubent, ſubiectiſq; urere flammis. Ouid. 6. Metam. Cum ſol grauis ureret arua. Lucan lib. 4. Vrebant montana niues. Quo in loco Vro de frigore dicitur. Cic. 2. Tuſ. Pernoctāt uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur. Per tranſlationem ponitur pro cruciare, ſicut πυρπολέω Græce. Ver. Vrit atrox Iuno. Vri uirgis, eſt cædi, flagellari, μαστιγοῦσθαι, ῥαβδίζεσθαι. Nam ex uirgarum percuſſione corpus caleſcit, ac inflammatur. Hora. 2. Sermo. Saty. 7. Quid refert uri uirgis, ferroq; necari? Eodem modo & calceus anguſtior dicitur urere pedem Hora. lib. 1. Epiſt. Vt calceus olim Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, uret. Vro hominem, per tranſlationem ſignificat dolere cogo, auctore Donato, aut ango, ut uult Budæus. Teren. in Eun. Vro hominem. Vri, aliquando eſt amore conſumi, conflagrare. Ver. 4. Aen. Vritur infelix Dido. flammaq; fatetur. Vrens, tis, partici. Horat. Ser. Saty. 5. Vdos cum foliis ramos urente camino. Vſtus, a, um, aliud participium Ouid. 1. Metam. Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus Canduit.

Vrendus, a, um. Hora. 1. Serm. Sat. 3. Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Vſtio, onis, uerbale. (καῦσις) urendi actus. Cato cap. 38. Virgas & ſarmenta, quæ tibi uſtioni ſupererunt, in ſegetem comburito. Vſtio, pro cauterizatione quam uocant. Plin. lib. 34. cap. 15. Quædam uſtione ſanantur, priuatim uero canis rabidi morſus. Celſus: Omnes autem huiuſcemodi dolores uix citra uſtionem finiuntur. Id eſt, citra candentis ferri admotionem. Hinc Vſtor uerbale, propriè dicitur, qui corpora in buſtuariis cremat. Mart. lib. 3. Vſtorq; tedas præferat nouæ nuptæ. Budæus. Vrito, as, p. c. frequentatiuum. Plau. Moſtel. Calidum hoc eſt etſi procul abeſt, uritat male. Huius compoſita ſunt. Aduro, Cōburo, Deuro, Exuro, Inuro, & Peruro, quorum ſignificata explicātur ſuis locis.

V R O L A N I V M, (οὐρολάνιον) ciuitas in orientali parte Britānicæ inſulæ: apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

V R O P Y G I V M ſiue (ut apud Pollucem legitur) Orrhopygiū, (οὐροπύγιον, καὶ ὀρροπύγιον) oſſis ſacri extremitas, uel potius os totius ſpinæ extremum, oſſi ſacro ſubtus adhærens, podiciq; ſuperne imminens, quod aliis nominibus κόκκυξ, & ὄρρος appellantur. Ariſtoteles uero lib. ulti. de Animalibus, ut caudam quadrupedum uult eſſe, ita uolucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent. idq; datum uolucribus ad dirigendos uolatus, quemadmodum nauigiis temones. Mart. lib. 3. Vetuſtiſſimæ uetulæ inter cæteras deformitates uropygium macræ anatis obiicit, depygem uidelicet eam ſignificans, triſtiq; & exilibus natibus. Cum (inquit) anatis habeas uropygium macrę, Seneniq; Cynicum uincat oſſeus cunnus.

V R P A N V S, (οὔρπανος) fluuius Daciæ, (quæ hodie Valachia) ſupra Saum influens in Iſtrum. Autor Plin. lib. 4. cap. 25.

V R P I X, cis, inſtrumentum ruſticum. Cato cap. 10. Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor, &c.

V R R V N C V M, ci, in ſegetibus dicitur, quod eſt in imo ſpicæ circa ſummum culmi cacumen minus grano. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 48. de ſpica loquēs. Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus q̃ granum, uocatur frit: quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus q̃ granum eſt, appellatur Vrruncum.

V R S A, æ, {*Orſa*} (ἄρκτος ἡ) fœmininum ab Vrſus. Plin. lib. 10. cap. 63. Informia etiam magis, quàm ſupra dicta, urſæ pariunt, &c. Vrſæ item dicuntur duo ſidera cœleſtia. quas ἄρκτους etiam Græci appellant: nos à ſimilitudine ſeptem boum iugum ſubeuntium etiam Septentriones dicimus: Græcorū nonnulli etiam ἁμάξας, q; plauſtrorum ſimilitudinem referant. Sunt autem Vrſæ duæ, quarum quæ maior eſt Helice, quæ minor, Cynoſura appellatur.

V R S E N T I N I, Lucaniæ populi, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

V R S O, Hiſpaniæ Bæticæ oppidū, in cōuentu Aſtigitano. Autore Pli. li. 3. c. 1.

V R S I N V S, a, um, pen. pro. {*D'orſo*} (ἀρκτεῖος) denominatiuum ab urſo, urſave deductum: ut, Rabies urſina. Plin. lib. 8. cap. 36. Quoniam potum in urſinam rabiem agat. Vrſinum allium, apud eundem lib. 19. cap. 7.

V R S V L V S. pen. cor. {*Orſetto*} (ἀρκτίον) diminutiuum ab urſo: cuius fœmininum eſt Vrſula.

V R S V S, urſi, {*Orſo*} (ἄρκτος) animal ferum, hybernorum menſiū ſomno pingueſcens. cuius naturam omnem latiſſime exequitur Plin. lib. 8. cap. 36. Vergi. 3. Georg. Nec funera uulgo Tam multa informes urſi, ſtrageſq; dedere. Oui. 10. Metam. Raptoreſq; lupos armatoſq; unguibus urſos Vitat, & armenti ſaturatos cæde leones. Iuue. Saty. 15. Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit urſis.

V R T I C A, urticæ, penul. pro. {*Ortica*} (ἀκαλήφη) notiſſimum genus herbæ, ab urendo, q; eius folia tacta acerrime urant. Plin. lib. 9. ca. 45. Conſtat, ſi equæ marem non admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt phyſici, urticam in cibis coctam utiliſſimam eſſe leui, uentris duritiæ, articularibus podagricis morbis, arteriæ, tuſſi, uentris diſtillationi, ſtomacho. pectus præterea purgare, urinam ciere, ſanguinem narium ſiſtere, calculos rumpere, uuam reprimere. Iuue. Saty. 2. pro prurītu libidinis poſuit: Vnde Hæc tetigit Gradive tuos urtica nepotes? Eſt præterea Vrtica, genus piſcis, nomen inde habēs, q; tactu uredinem excitet, quemadmodum eiuſdem nominis herba. Plin lib. 9. cap. 45. Vrticæ noctu uagantur, noctuq; mutantur: carnoſæ frondis his natura, & carne ueſcuntur. Vis prurītu mordax, eademq; quæ terreſtris urticæ.

V R V S, uri, (οὖρος) animal eſt Hercyniæ ſyluæ peculiare magnitudine tauri, ſed maiore corpore, mirāq; uelocitate. Cæſ. Bel. Gal lib. 6. loquens de feris quæ in Hercynia ſylua naſcuntur. Tertium (inquit) eſt genus eorum, qui Vri appellantur: iſ ſunt magnitudine paulo infra elephantos, ſpecie & colore, & figura tauri. Magna uis eſt eorum & magna uelocitas: neq; homini, neq; feræ, quam cōſpexere,

parent. hos ſtudioſe foueis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcẽtes, atq; hoc genere uenationis exercent: & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſueſieri ne paruuli quidẽ excepti poſſunt. Amplitudo cornuũ, & figura, & ſpecies multum à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſè conquiſita, ab labris argento circuncludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur. Hæc Cæſar. Dicti Vri, ut quidam putant, ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc eſt, à montibus quia in montibus eſſe conſueuerunt. Verg. 3. Georg. Quæſitas ad ſacra boues Iunonis & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Plin. lib. 8 cap. 15. Pauciſſima Scythia gignit, inopia fructuũ: pauca cõtermina illi Germania: inſignia tamen boum ferarũ genera, iubatos biſontes, excellentiq; & ui & uelocitate uros, quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, uituli potius, ceruíue quadam ſimilitudine.

VRVVM, urui, aratri curuatura, à quo Vruo, as, quod eſt aratro, definio. Feſtus: Vruat, apud Ennium in Andromeda, ſignificat circundat, ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ fit forma ſimilitudine uncini curuatione buris, & dentis, cui præfigitur uomer.

V ANTE S.

VSAR, fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Nabadum regionem irrigans. Auctor Plin. lib. 5. cap. 2.

VSIA, penultima acuta, {Suſtanza} (οὐσία) uox Græca, quam Quintilianus Eſſentiam interpretatur, uerbo quidem (ut ipſe fatetur) duriuſculo, non uſquequaq; tamen refugiendo, præſertim cum aliud Lingua Latina nõ habeat. M. Tullius tamen modo Naturam uertit, modo Materiam. Auguſt. in Dialectica. Vſia eſt proprie & principaliter dicta quæ neq; in ſubiecto, neq; de ſubiecto ſignificatur. Idem lib. 12. de Ciuitate: Sicut ab eo quod eſt Sapere, uocatur Sapientia, ſic ab eo quod eſt Eſſe uocatur Eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres non ſunt Latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiã linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν. Hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt ut diceretur Eſſentia.

VSIO, onis, pe. pro. {Vſo, uſanza, conſuetudine} (χρῆσις) idem quod Vſus. Gellius lib. 4. cap. 1. Longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur. Vlpian. l. Qu. Mutius, Digeſt. de auro & arg. leg. Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id ſuæ, ſiue alterius uſionis cauſa paratum eſſet.

VSITATVS, a, um, {Conſueto, ſolito, uſato} (εἰθιςμένος) conſuetus, ſolitus, in uſum receptus. ut, Vſitata cõſuetudo, Vſitata uocabula, Vſitatus mos. Cic. pro Quintio: Iacet res in controuerſis, iſto calumniante biennũ uſq; dum inueniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet. Idem 4. Verr. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique uno aliquo in genere peccaſſet. Idẽ Cur in re tam ueteri, tam uſitata, quicquã noui feceris? Hinc Vſitatè, aduerb. Cic. 4. de Fin. Cur igitur cũ de re cõueniat, nõ malumus uſitatè loqui?

VSITOR, aris, {Vſar ſpeſſo} (χρῶμαι) frequenter utor. Gell. lib. 1. cap. 10. Romanos quoq; homines aiunt ſic plerunq; auribus uſitatos. Idem lib. 17. cap. Tametſi aliquoties uerbo ipſo alio quoq; modo uſitati ſunt.

VSPIAM, {In qualche loco} (πού) pro uſquam, & in loco, & ad locum ſignificat. Terent. in Adel. Aut uſpiam ceciderit. Plaut. in Cal. Num me es expertus uſpiam? id eſt in re aliqua, uel in aliquo negotio.

VSQVAM, {In alcun loco} (πού) alicubi, quaſi uno quouis loco: à quo Nuſquam, nullibi. Cic. 6. Verr. Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet. Verg. 1. Aeneid. Si quid Vſquam iuſtitiæ eſt. Cicer. 2. Offic. Nec eſt uſquam conſilio aut auctoritati locus. Vſquam gentium. Terent. Hecy. An uſquam gentiũ eſt æque miſer?

VSQVE, {In fino} (ἄχρι, ἄχρις, μέχρι) præpoſitio eſt, ſignificans continuationem, & finem actus, loci, temporis, aut huiuſmodi. Habetq; ferè adiunctam alteram præpoſitionem accuſatiuo ſeruiẽtem. Cic. 2. Verr. Vſq; ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. Verg. 1. Georg. Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed quum nominibus propriis minorum locorum, uel cum hiſce accuſatiuis Domum, Rus, Militiam iungitur, frequentius ſine alia præpoſitione ponitur. Ci. 6. Ver. Sacerdotes uſq; Ennam profecti ſunt. Idem Att. Quintus Puteolos uenit. Quandoq; tali accuſatiuo poſtponitur. Terent. in Adel. Miletum uſque obſecro. Quandoq; etiam additur præpoſitio Ad uel ſimilis. Cic. pro Deiot. Vſque ad Numantiam miſit. Interdum etiã originem uel motum ex loco importat. Cice. pro Flacco. Hanc legationem non à ſuis accepit ciuibus, ſed uſque Timolo petiuit. Idem 1. de Natu. deor. Vſque à Thalete enumeraſti ſententias Philoſophorum. Terent. in Eunuch. Ex Aethiopia eſt uſque hæc. Quãdoq; aduerbium eſt, ſignificans aſſidue, uel iugiter. δἰα παντός. Idem in Adelphis Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſque occidit, id eſt, aſſidue, ſeu identidem uerberat. Nam occidere ueteres pro uerberare accipiebant. Cic. Corniſ. Mihi curæ uſq; erit quid agas. Verg. lib. 6. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt: iuuat uſque morari. Vſque ad hanc eleganter ponitur pro eo quod eſt, hoc excepto. Plin. Epiſt. 35. Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares, uſque ad Pomponium id eſt, excepto Pompeio. Vſque affatim, eſt quod dicitur, uſque ad ſatietatem. Plaut. in Pœn. Edas de alieno, quantum uelis, uſque affatim. Vſque adhuc, id eſt, hactenus, uel hucuſque. Plaut. in Aulul. Quod celatum eſt, atque occultatum uſque adhuc, nunc non poteſt. Vſquedum, id eſt, uſquequo, quoad, quandiu. Plaut. in Menæch. Vſquedum regnum obtinebit Iupiter? Vſqueadmodum, poſuit Cato capite 136. pro tandiu.

VSQVEADEO. {In tanto tra tanto} id eſt, intantum. Verg. 1. Eclo. Vndiq; totis Vſqueadeo turbatur agris. Ponitur aliquando pro tandiu, (ἐπὶ τοσοῦτο) & accipit poſt ſe Donec, uel Dum. Plau. in Ciſt. Non deſtiti inſtare uſqueadeo, donec adiurat ſe anus eam mihi monſtrare. Terent. Eunuc. Vſqueadeo ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica uerba, Verba dum ſint.

VSQVE ANTEHAC. {Nanzi che} (μέχρι πρὸ τούτου) id eſt, antequam, ſicut exponit Donatus. Ibi iunguntur duæ præpoſitiones, ſed una eſt uelut aduerbium. Nulla enim præpoſitio præpoſitioni iungi ſeparatim poteſt, ſed Vſq; eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua præpoſitione raro inueniatur. Teren. in And. Vt animus in ſpe, atque in timore uſque antehac attentus fuit. Vſque antehac, id eſt, antequam tua uerba audirem.

VSQVE EO, {In tanto} (παρὰ τοσοῦτον) id eſt, intantum. Cic. Vſq; eo ut ego miſereret eius. Vſque eo, ſequente Dum, id eſt, tandiu quoad. Liu. 3. ab Vrbe. Vt qui plebem Romanam Trib. pleb. rogaret, is uſque eo rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret.

VSQVEQVAQVE, {D'ogni intorno, in ogni loco, ſouente, ſempre mai} (πάντη, πανταχοῦ) paſſim, aſſidue, ſemper, quaſi in unoquoq; loco, ſiue in unoquoque tempore. Cic. Trib. Vſquequaque ſapere oportet. Plaut. in Bacch. Chryſalus mihi uſquequaque loquitur. i. ubicunque me reperit, mihi loquitur. Idem in Pœnulo: Mari, terraq; illas uſquequaque quæritant. id eſt, ubiq;.

VSQVEQVO, {Fin done, fin quanto, finche} (ἕως οὗ, μέχρι πῶς) quouſq;, donec, quoad, quandiu. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 2. Quod iubet ranam luridam conijcere in aquam, uſquequo ad tertiam partem decoxeris.

VSTICA, pen. pro. mons eſt in Sabinis, cuius meminit Horat. lib. 1. Carm. Ode 17. Vtcunque dulci Tyndari fiſtula Valles, & Vſticæ cubãtis Leuia perſonuere ſaxa. Eſt & inſula eiuſdem nominis, Siciliæ adiacens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

VSTIO, onis, {Abbruggiamento} (καῦσις) uerbale, ab urendo deductũ. Cato Rei ruſt. cap. 38. Virgas, & ſarmenta, quæ tibi uſtionẽ ſuperetũt, in ſegetẽ cõburito.

VSTRIGO, inis, pen. pro. (ἐρυσίβη) uox eſt claſſicis ſcriptoribus nequaquam recepta: qua tamen Ambroſius in Hexam. pro uredine ſeu rubigine utitur: Non deſinit, inquiens, eſſe triticum, ſi aut uſtrigine aduratur, aut imbre madidetur.

VSTRINA, æ, pen. pro. {Fucina} (τὸ καυστήριον) locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur. Plin. lib. 36. cap. 11. In uſtrina ter ſiccantur, ità ut torreantur carbone puro, ac toties uino reſtinguantur albo. Vſtrina, ait Feſtus locus dicebatur, in quo mortuus combuſtus fuit, qui alibi ſepultus eſt: Buſtum autem eſt locus in quo quis & combuſtus, & ſepultus eſt.

VSTVLO, las, pen. pro. {Bruggiare} (καίω, κατακαίω) uro, aduro, cremo. Pacuuius Candenti ferro crines uſtulare. Liuius: Pauci ſemiuſtulati uenere in poteſtatem. Catul. Epigram. 34. Scripta tardipedi Deo daturam Infelicibus uſtulanda lignis.

VSVCAPIO, is, {Attribuirſi, far ſuo} (χρήσει λαβεῖν) id eſt, rem aliquam continuat one uſus, uel poſſeſſionis mihi attribuo, uendico, in meum uſum conuerto. Cic. 2. de Leg. Quod autem πρόναον, id eſt ueſtibulum ſepulcri, buſtumue uſucapi uetat, tuetur ius ſepulcrorum. Idem de Aruſp. reſpon. Nihil mortales à diis immortalibus, uſucapere poſſunt. Paulus. Qui alienam rem mortis cauſa traditã uſucepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui uſucapionis ſui præſtitiſſet. Vnde Vſucaptio, ſiue Vſucapio, onis, quæ eſt ab uſu acquiſitio, uel adiectio domini, per continuationẽ poſſeſſionis temporis lege definiti, ut puta triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit quam poſſidemus: aut trium annorum, ſi mobilis. Recentiores primam illam Præſcriptionem, hanc uero Vſucapionem uocant. Cic. 1. de Leg. In qua quoniam uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci ueterem poſſeſſionẽ Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. Dicitur etiam Pignoriſcapio ſicut Vſucapio. Cato: Hæc pignoriſcapio ob æs militare facta eſt, quod æs à tribuno ærario miles accipere debeat.

VSVALIS, & le, idem quod uſuarium: quod uſui noſtro ſeruit. Martianus in l. Interdum. de Public. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue uenalia, ſiue uſualia, in pœna commiſſi eſt.

VSVARIVS, rii, (ὁ χρώμενος) dicitur ille, cuius eſt uſus, qui rei uſum capit. Vſuarius uero adiectiuum, quod in uſum quotidianum paratum eſt. Gell. lib. 4. cap. 1. Ex iis autem, quæ promercalia, & uſuaria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint uſu annuo.

VSVRA, æ, {Vſanza, uſo, coſtume, uſura} (χρῆσις) idem eſt quod uſus. Pla. in Amphi. Vſuramq; eius corporis cepit ſibi. Cic. pro Rab. Poſth. Vos obſecro iudices, ut huic optimo uiro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, & uſuram huius lucis, & ueſtrum conſpectum ne eripiatis. Idem 7. Ver. Cur unquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Vnde & pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit, Vſura (τόκος) dicitur, quoniam ex uſu acquiratur. Cic. 5. Verr. Vt cũ Senatus publicanos uſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniã pro uſuris auderet auferre? Idem de Seneſt. Terra nunquã recuſat imperiũ, nec unquam ſine uſura reddit quod accepit: ſed alias minore plerunq; maiore cũ fœnore. Hanc Varro Impendium uocat, quod inter ſe iungat, unumq; ſiat, quaſi cõpendium. Sidonius Apollinaris Poſteriora uocat, quoniam qui fœnus agitant, & in uſuras extendunt, uidentur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκον uocant uſuram, quaſi partus poſteritatem. Ponitur aliquando Vſura pro familiaritate, conuerſatione, συνήθεια. Cic. Longa, quæ inter nos fuit, uſura hoc efficit. hoc eſt uſus, conſuetudo, familiaritas.

VSVRARIVS, a, um, {Vſurato} (δανειστικός) ex quo capitur uſus. Plaut. in Amph. Alcmenam uxorem cepit uſurariam. Et Curcul. Vſurarius puer.

VSVRPO, as, are, {Vſurpare} (ἀντέχομαι, χρῶμαι) eſt in frequenti uſu habere & hoc ſiue uerbis, ſiue factis fiat, ut ait Valla Elegant. lib. 5. Col. lib. 1. Nam illud quod in quibuſdam prouinciis uſurpatur, ut cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cic. in Orat. Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis & maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere. Vſurpare oculis, dixit Lucr. lib. 1. pro uidere. Plaut. in Trin. Aduenio ex Seleucia, Macedonia, atq; Arabia, quas ego neq; oculis, neq; pedibus unquam uſurpaui. id eſt, quas neq; uidi, neq; adii, ſiue nunquam ingreſſus ſum. Vſurpare ciuitatem, eſt dicere ſe ciuem, & pro ciue ſeſe gerere. Vſurpare ius, eſt quod dicunt capere poſſeſſionem. Liuius: Non tamen ultra proceſſum eſt, quàm ut unus ex plebe uſurpandi iuris cauſa P. Licinius Trib. militum crearetur. Vſurpare memoriam alicuius, eſt mentionem de eo facere. Cicc. in Lælio: Quis eſt, qui C. Fabricii, M. Curii non cum charitate, & beneuolentia memoriam uſurpat, quos nũquam uiderit? Iure conſulti (inquit Budæus) utuntur aliquando hoc uerbo, pro eo quod eſt, præter ius uti, uel uendicare. ἰδιοποιοῦμαι, ἀντιποιοῦμαι τινός. Gell. lib. 3. cap. 2. Mutium Iuriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ quum Calend. Ianuariis apud uirum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem quartum Calen. Ianuarias ſequentes uſurpatum iſſet: non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulas

bulas

bulis deberet: quoniam tertię noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

VSVRPATIO, onis. {*Vſurpatione*} uerbale. frequens uſus. Cic. de Clar. Orat. In hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſe cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione, & renouatione doctrinæ. Paulus l. 2. de Vſucap. Vſurpatio eſt uſucapionis interruptio. oratores autē frequentem uſum uocant.

VSVS, huius uſus. {*Vſo uſanza, conſuetudine*} (χρῆσις) ipſe utendi actus, exercitatio, tractatio. Cic. in Topic. Vſus enim, non abuſus legatus eſt. Plin. Epiſt. 20. Vſus, magiſter egregius. Idem Epiſt. 115. Vſus optimus dicendi magiſter. Cic. 1. de Orat. Adiungatur uſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Plin. lib. 10. cap. 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus. Cic. pro Corn. Bal. Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe uincit. Interdum conſuetudo, conuerſatio, familiaritas, συνήθεια. Quint. Mulierem cum qua illi longus fuerat uſus. Cic. ad Volumniū, libro 7. Quod ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti primum addubitaui, num à Volumnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 6. Tu tamen à nobis uſu iunctiſſime longo Para deſideri maxima pene mei. Interdum Vſus in eadem accipitur ſignificatione, qua Opus, indeclinabile: eademq; habet conſtructionem. Verg. 8. Aenei. Arma acri facienda uiro: nunc uiribus uſus, Nunc manibus rapidis. Terent. Hecyr. Non uſus facto eſt mihi. Cic. 1. Offic. Potiusq; & amicis impertientes & Reipub. ſi quando uſus eſſet. Plaut. Aſin. Viginti iam uſus eſt filio argenti minis. Plaut. in Pſeud. accuſatiuo iunxit: Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. id eſt opus eſt homine aſtuto, & docto. Interdum pro fructu & utilitate, tam in ſingulari, q̃ in plurali: q; ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus, χρεία. Cic. ad Att. lib. 1. Fuit & mihi & Q. Fratri magno uſui in noſtris petitionibus. Ex uſu eſſe: pro, utile eſſe, & expedire χρειώδη εἶναι. Terent. Hecy. Si ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Colum. lib. 6. cap. 1. Pabulum è fundo plerunq; domeſticis pedibus magis, q̃ alienis depaſcere, ex uſu ſit.

Vſus uenit ponitur pro opus eſt. Terent. Heaut. Non uſus ueniet, ſpero. Hoc eſt, non opus erit, non erit neceſſe. Plau. in Bacch. Aufugero hercle, ſi magis uſus uenerit. Vſuuenit uero, id eſt, accidit, euenit. Cice. pro Quint. Nam quid homini poteſt turpius, quid uero miſerius, aut acerbius uſuuenire? Ponitur aliquā do pro conſuetudine, ſiue more, ἦθος. Terent in Heaut. Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. Id eſt, ſic mos meus eſt, ità conſueui.

VSVSFRVCTVS, huius uſuſfructus, nomen utrinq; declinatū. {*Vſofrutto*} (ἐπικαρπία, ἐπικάρπωσις) ſignificat rei uſum fructuoſum, cum ſcilicet res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum, atq; utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Deſinitur ab Vlpiano l. 1. de Vſufruct. q; ſit ius alienis rebus utēdi fruēdi, ſalua rerum ſubſtantia. Cice. pro Cecinna: Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legauit, ut frueretur unà cum filio.

VSVVENIT, {*Accade, auuene, interuiene*} (συμβαίνει) id eſt, accidit. Cice. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſuuenirent omnia, & reliquis maioribus natu. Plin. Id enim frequenter uſuuenit, ut mali bonis præferantur. Vide ſupra in dictione uſus.

V ANTE T.

VT, {*Accioche, che, poiche, quando*} (ἵνα, ὅπως, ὥστε, ἐπεὶ, ἄρα) coniunctio cauſatiua, cauſam denotans finalem, quemadmodum Vti, Quo, & ſimilia. Cice. Lentulo: Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent. Interdum adiunctiua eſt. Plautus: Is mihi ſuaſit, ut ad te irem. Interdum elegantiæ cauſa ponitur. Cic. de Senect. Inuitus feci, ut L. Flaminium de Senatu eiicerem. Nihil enim ſignificat, niſi inuitus eieci. Interdum ponitur pro quod. Terent. in Phorm. Nihil do, ut iſt impuratus ille me irrideat. Interdum eſt aduerbium temporis, & ſignificat Poſtquam, Ex quo, Statim poſtq̃, Ex quo primum, ὡς, ἐπειδή. Verg. 2. Aen. Vt regem, æquæuum crudeli uulnere uidi Expirantem animam. Idem 12. Aenei. Turnus ut infractus aduerſo Marte Latinos, &c. Interdum particula eſt admirantis, idem ualens quod quomodo, uel quantopere. ὡς. Idem: Vt uidi, ut perii, ut me malus abſtulit error. id eſt, ſtatim poſtq̃ uidi, ſiue quum primum uidi, quomodo perii. Cic. pro Mil. Vt contempſit? ut pro nihilo putauit? Nonnunquam interrogantis, πῶς. Plau. in Perſa. Vt uales? (πῶς ἔχεις) id eſt, quomodo uales? Quandoq; eſt poſtponitur Ità, & ſuperlatiuo iunguntur pro Tanto, & Quanto. Cic. lib. 1. de Orat. ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimū.

Eleganter præterea accipitur pro Prout, uel Secundum quod, ut uulgò loquimur, & hoc ferè per parentheſim. Liuius: Gens (ut in ea regione) diuitiis præpollens. hoc eſt, ſecundum diuitias eius regionis, uel habita ratione diuitiarum eius regionis. Simile eſt illud apud Terent. in Phorm. Vt nunc ſunt mores. hoc eſt, ſecundum mores, quibus hodie utimur. Qui ſermo: quæ præcepta: quanta notitia antiquitatis, ſcientia iuris Augurum? multæ etiam (ut in homine Romano) literæ. Hoc eſt, pro ea eruditione, qua tunc Romani erant imbuti. Quandoq; pro Quippe. Quint. Nec ignoro quos tranſeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid. Interdum ſignificat Ita ut, ſiue Propter quod, uel Quapropter ὥστε. Plaut. in Poen. Olent, ſalſa ſunt, tangere ut non uelis. Item eſt aduerbium optandi, idem ualens quod Vtinam, ὤφελον. Terent. in Eunuc. ut illum dii, deæq; ſenium perdant. Interdum ſignificat Quantum. πόσον. Plau. in Aſin. Vt noſtræ fortunæ procedunt Litane? Aliquando ponitur pro Quē admodum, ſiue Quomodo, ſine interrogatione, & ſine admiratione. Terent. in Andr. Ego poſtq̃ te emi à paruulo, ut ſemper tibi Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, Scis. Nonnunquā pro Quamuis, κἂν. Plautus: Vt iſtuc periculum ingens ſit, me tamē non tremefacit. Pro Quàm, ὡς. Cic. pro Cluent. Tū appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandiſſime poteſt. Pro Ne non. μή. Terent. in And. Dies hic mihi ut ſatis ſit uereor ad agendum. Iungitur autem ferè ſubiunctiuo, præſertim cum accipitur pro Quod, uel Ne non. Verg. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Quando autem optandi uel execrandi particula eſt, optatiuum exigit. Plau in Perſa: Vt illum dii, deæq; perdant. Aliquādo pro Licet, eſto, ſit, ſanè, ἔστω, barbarum uulgus ait poſito quòd, uel dato quod. Cæſar in Comm. Ac iam ut omnia contra opinionē acciderent tamen multo ſe plurimū nauibus poſſe proſpiciebant. Ouid. de Pont. Luce minus decima dominam uenietis in urbē, Vt feſtinatū non faciatis iter. Ab Vt fiunt Vti, Vtinam, Sicut, Sicuti, Velut, Veluti, Prout, Præut, aliaq; nonnulla, quæ explicantur ſuis locis.

VTCVNQVE, {*Sia come ſi uoglia*} (ὅπως δήποτε, ὁπωσδηποτοῦν) quomodocunq;, quocunq; modo. Liu. in Præf. lib. 1. Vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro uirili parte & meipſum conſuluiſſe. Plaut. in Epid. Vtcunq; in alto eſt uentus Epidice, ex imo uelū uortitur. Cic. in Orat. Itaq; ille perfectus, quemadmodum iandudum noſtra indicat oratio: utcunq; ſe affectum uideri, & animum audientis moueri uolet, ita certū uocis admouebit ſonum.

VTENSILIA, (τὰ χρειώδη) quæcūq; uſui noſtro ſunt neceſſaria. Col. li. 11. Vtenſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Liu. 3. ab urb. Exutusq; omnibus utēſilibus miles, Tuſculum ſe, fide miſericordiaq; uicturus hoſpitum, contulerat. Idem 6. Bell. Pun. Quæq; una ſecum dediderunt agrum urbemq; diuina humanaq;, utenſiliaq; ſiue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri uelitis, uos rogo Quirites.

VTER, utris, gen. maſc. {*Odro, otre, pelle*} (ἀσκός) pellis qua uinum, aut oleum deferri ſolet. Ver. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſalijere per utres. Plin. lib. 12. cap. 7. Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Ouid. 3. Amor. Eleg. 11. Aeolios Ithacis incluſimus utribus Euros. Hinc Vtriculus, diminutiuum, & Vtricularius, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VTER, a, um, genitiuo Vtrius, {*Qual di doi*} (πότερος) modò interrogatiuum eſt quærens de duobus. Cic. 3. Verr. Vtrum reprehendis, quod patronum iuuabat, cum qui tum in miſeriis erat? an q; alterius patroni mortui uoluntatem conſerua bat, à quo ſummum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis? Modo indefinitū eſt, idem ſignificās quod Quis, infinitè poſitum, niſi q; hoc de pluribus, Vter non niſi de duobus dicatur. Cic. de Fato: Quoniam utriuſque ſtuoi noſtra poſſeſſio eſt hodie utro ſunt malis, ueſtra optio eſt. Accipitur aliquando Vter pro alter. Cic. pro Milone. Vter utri inſidias fecerit. Hoc eſt, uter alteri inſidias fecerit. quod & ipſum claſſicis ſcriptoribus uſurpatur. Plin. Vter alteri dixerit, neſcio. Ponitur aliquando pro alteruter. Cic. in Frumentaria: Omnium controuerſiarum quæ eſſent inter aratorem, & decumanum, ſi uter uelit, edicit ſe recuperatores daturum. Hinc ſiunt compoſita Vterq;, Vteruis, & nonnulla alia: quæ uide ſuis locis.

VTER, uteri, {*Ventre*} (γαστήρ, κοιλία) antiquis dicebatur, qui hodie Vterus. Cæcilius apud Nonium: Nunc uteri creſcit: non poteſt celari.

VTERINI FRATRES. (ὁμογάστριοι) qui ex eodem utero prodierūt. hoc eſt, qui matrem eandem, non tamen eundem habuerunt patrem. Iuſti. lib. 3 de Bonor. poſſeſ. Frater ſororue, conſanguinei, uel uterini.

VTERCVLVS, li, {*Ventricello*} (γαστρίδιον) diminut. eſt ab uter, pro uentre. Plin. lib. 11. cap. 12. Præterea è fronde, ac pabulis potus in utercūlos congeſtus aptum (ore enim euomunt) & ad hæc, &c.

VTERCVNQVE, {*Qual tu uuoi*} (ὁποτεροσδήποτε) idē quod uteruis, ſiue uterlibet. Cic. ad Torquatum, lib. 6. Magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnā dum eſſe dicuntur, ut utercunque uicerit, non ſit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10. Ne ſententia ſua utrancunq; in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet.

VTERLIBET, {*Vno di doi*} (ὁπότερος οὖν) alter ex duobus, qui tibi capere libet. Cic. pro Quint. Vtrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefariū, & ante hoc tempus utrunque inauditum. Pli. lib. 24. cap. 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.

VTERNAM, (πότερος) idem quod uter. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Vternam Ad caſus dubios fidet ſibi certius, hic, q; Pluribus aſſuerit mentē, corpusq; ſuperbū?

VTERQVE, {*L'uno e l'altro*} (ἑκάτερος, ἀμφότερος) ſignificat ambos: licet inter ſe differant, q; quum utrunque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim id factum intelligimus: ut, Vterque ſibi domū ædificauit. hoc eſt, & hic ædificauit ſibi domum, & ille. Quum uero ambos dicimus feciſſe, ab utroq; coniunctim id factum oſtendimus: ut, Ambo ſibi monumentum cōſtituere. hoc eſt, hic & ille ſimul unum ſibi commune monumentum fecere. Propter quod utrunq; alterum uerberaſſe rectè dicimus, hoc eſt, hunc illum, & illum hūc uerberaſſe. Cic. 1. de Offic. Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. Quint. Quum enim uterq; alteri obiiciat, palam eſt utrumque feciſſe. Terentius: Quia uterque utrique eſt cordi. Ambos autem alterū uerberaſſe uel ambos uerberaſſe ambos, non rectè dicimus, quia ſignificaretur ambos ſeipſos uerberaſſe. ſed ambo ſe mutuo uerberauerunt. Vtrique autem in plurali numero dicitur de pluribus duo genera facientibus. Cic. 2. in Catil. Quos ego utroſque Quirites in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono. Hoc tamen poetę aliquando confundunt, apud quos pluralis huius dictionis numerus pro ſingulari accipitur. Vergil. 5. Aenei. Super utraque quaſſat Tempora, hoc eſt, ſuper utrunque tempus.

VTERVIS, {*Qual tu uuoi*} (ὁπότερος οὖν) uter, quem tu uis, uterlibet. Hoc autem differunt Vteruis & Vterlibet, à Quiuis & Quilibet, q; illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. Terent. in Adelph. Abs quiuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Quintil. Periculoſum, & cum cura intuendum genus, q; ſi in proponendo unàquemlibet amiſerimus, cum riſu quoque tota res ſoluitur. tutius ſit interrogare ſi hæc actio non ſit, quæ ſit. Simul enim remouentur omnia, uel quum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrumlibet ſufficiet. Ecce in eodem loco Vtrumlibet, & Quodlibet uſus eſt. Altero pro eo, quod eſt unum de duobus: Altero pro eo, quod eſt unum de pluribus.

VTERVS, ri, {*Matrice, uenter*} (μήτρα, νηδύς, γαστήρ, δελφύς) loci mulicbres, in quibus concipitur fœtus. Eſt enim propriè mulierum. nam in cæteris animalibus Vuluam potius appellamus, teſte Plinio lib. 11. cap. 37. Idem tamen lib. 8. cap. 43. aſinæ uterum tribuit. Nonnulli & Matricem nominant: quanquā propriè Matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia alitur. Dictus Vterus q; in eo, tanquam in utre quodam, fœtus contineatur. Plaut. Aul. Obſecro mea nutrix, uterus dolet. Hinc Vterum ferre, (ἐν γαστρὶ ἔχειν) dicuntur, quæ grauidæ ſunt.

Quandoque tamen Vterus ſumitur pro uentre. ut in illo Vergil. 2. Aeneid. Vterumq; armato milite complent.

VTHINA, næ, (οὔθινα) urbs Africæ propriè dictæ Romanorum colonia, inter Bagradam fluuium, & Tritonem ſita. Vide Plinium lib. 5. cap. 4. & Ptolem. lib. 4. cap. 3.

VVLGA, quæ & Bulga, {*Biſaccia, bolʒa. Boc Gior. 6. Nou. 10. La prima coſa, che uenne lor preſa, per cercare fu la biſaccia*} (πήρα, ἀσκοπήρα) ſacculus ſcorteus, ſiue ex alia materia, in quo pecuniam, aliaúe itineri neceſſaria circúferimus. Ità dicta, quaſi Volua, quòd uiaticum inuoluat. Vulga (inquit Nonius) capacitas, uel ſinus cum laxitate. Lucil. lib. 2. In uulgam penetrare pi loſam. Varro: Vt uiaticum ex arcula adderem in uulgam. Eſt & Vulga, ſiue Bulga, ſollaculus minor, ſiue crumena, è parte aliqua corporis pendens gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. 3. ut citat Nonius. Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ille: Cum bulga cœnat, dormit, lauit. Aliquando ponitur pro uulua: & econtrario Vulua pro ſacculo. Idem lib. 26. Ità ut quiſque noſtrum è bulga eſt matris in lucem editus.

VVLGARIS, & hoc, re, {*Volgare, uile*} (ἰδιωτικός, δημώδης, ἰδιωτικά) quotidianum, commune, protritum, peruulgatum, uile: cui opponitur Singulare. Cic. 2. de Inuent. Magna, an parua facilia, an difficilia: ſingularia ſint, an uulgaria: uera, an falſa. Horat. 2. Sermo. Saty. 2. Ieiunus ſtomachus raró uulgaria temnit. Cic. pro Roſc. Amer. Denique nihil tam uile, neq; tam uulgare eſt, cuius partem ullam reliquerint. Vulgaris uia, pro ratione trita, & conſueta. Quintil. Simul ne uulgarem uiam ingreſſus, alienis demum ueſtigiis inſiſterem. Vulgares artes, quæ uulgò Mechanicæ dicuntur. Vulgaris forma, id eſt, quotidiana, qualis uulgò uideri ſolet. Plin. lib. 10. cap. 42. Nec uulgaris pſittacis forma quamuis non ſpectanda. Vulgaris puella, id eſt, uulgata, & uulgi libidini expoſita. Ouid. 4. Faſt. Numina uulgares Veneris celebrate puellæ: Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus. Hinc Vulgariter, aduerbium, id eſt, triuialiter, more uulgato, & conſueto. Cic. lib. 13. Epiſt. Vt intelligeres, me non uulgariter, nec ambitioſe, ſed ut pro homine mihi pernecceſſario ſcribere.

VVLGIVAGVS, a, um, uide in dictione Vulgus.

VVLGO, {*Volgarmente, d'ogni banda, communemente*} (παμδημεί) paſſim, nuſquam non, plerunq; & quod uulgus dicit, Communiter. Cice. 1. de Inuent. Deinde natura eius euenire uulgò ſoleat, an inſolenter & rarò. Vergil. 3. Georg. Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis. Idem 3. Aeneid. Centum alii curua hæc habitant ad littora uulgò Infandi Cyclopes, & altis montibus errant. Id eſt, paſſim. Terent. And. Verum illud uerbum eſt, uulgò quod dici ſolet, Omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. Vulgò concepti ſiue uulgò quæſiti, (νόθοι, ἀπάτορες Plutarcho) dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt, uel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem alere non licet: qui & Spurii uocantur. Vlpian. l. u. ad Tertul. Siue iniuſte ſint procreati, ſiue uulgò quæſiti. Vulgò occidere, id eſt, publice, paſſim. Cic pro Roſc. Amer. Eiuſmodi tempus erat, inquit, ut homines uulgò impune occiderentur. Cæſar 2. Bell. Gall. Quód in Gallia à potentioribus, atq; iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, uulgò regna occupabantur.

VVLGO, as, {*Diuolgare, manifeſtare, appaleſare*} (διαφημίζω, διαθρυλλέω) in uulgus enuntio, uulgo notum facio, famam rei alicuius diſpergo, rem occultam in lucem profero. Verg. 10. Aen. Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem? Interdū Vulgare, & uulgi uſui exponere. Cic. de Aruſp. reſponſ. Nauis in flumine uulgata omnibus, i. omnium uſui expoſita. Vulgare corpus, eſt proſtituere. Liu. lib. 1. Sunt qui Laurentiā uulgato corpore Lupam inter paſtores uocatam putent. Vulgare morbos, eſt morborum contagia in uulgus propagare. Liu. 3. ab Vrb. Miniſterioq; inuicē ac contagio ipſo uulgabant morbos. Curtius lib. 9. Contagium morbi etiam in alios uulgatum eſt. Vulgatus, a, um, participium ſeu nomen ex participio: ut, Vulgatus cibus quo uulgus paſſim, & quotidie utitur. Plin. libr. 13. cap. 23. Ibi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminiq; & cibi uulgati. Verg. 1. Aenei. Bellaq; iam fama totū uulgata per orbem. Liui. 1. ab Vrb. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros. Quint. lib. 2. cap. 4. Nā quid hi poſſint in cauſis proprium inuenire, qui etiam in his, quæ ſunt communia & in plurimis cauſis tractantur, uulgatiſſimos ſenſus uerbis, niſi tanto ante præparatis, proſequi nequeunt? Vulgaturus, a, um. ut, Litera uulgatura nefas, Claudian. 2. Panegy. Vulgator, oris, uerbale. i. euulgator, enuntiator: ut, Taciti uulgator, hoc eſt, Tantalus, qui deorum menſæ adhibitus, illorum arcana enuntiauit. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6. Sic aret mediis taciti uulgator in undis: Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet. Huius compoſita ſunt, Diuulgo, Euulgo, Inuulgo, & Peruulgo. quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

VVLGVS, uulgi, maſcul. & neut. gene. {*Volgo, plebe*} (οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος) pars populi ignobilior, plebs: a uoluendo (ut quidam uolunt) nomen habens, quòd inconſtanter ſtulteq; huc illuc uoluatur: unde etiam Ignobile uulgus. Vergilius appellauit. Verg. 1. Aenei. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Et 2. Aen. Et ſpargere uoces In uulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Hora. 2. Ser. Sat. 3. Hunc ego uulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Saluſt. in Iugurth. Alii uulgum effuſum oppido cædere, alii ad portas feſtinare. Cic. 5. Tuſc. Vide ne plus commendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria, moleſtiæ habeat, quàm uoluptatis. Verg 2. Aen. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. Vulgus de ouibus dixit Verg. lib. 3. Geor. Continuò ferro culpam compeſce, prius quàm Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Hinc Vulgiuagus, adiect. Lucret. lib 4. Vulgiuagaq; uagus Venere. Id eſt, ſectans plebeiam, popularemq; Venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus.

VVLNERARIVS, a, um, adiect. (τραυματικός) uulnerum ſanandorū uim habens: ut, Vulnerarium emplaſtrum, quod uulneribus imponitur. Plin. lib. 23. cap. 4. Vulnerariis emplaſtris utile. Idem libr. 34. cap. 11. Cruda autem ærugo uulnerariis emplaſtris miſcetur.

VVLNERARIVS, rii, ſubſtantiuum, {*Ciroico*} (τραυματικός, χειρουργός) curator uulnerum, chirurgus. Plin. lib. 29. cap. 1. Ob id publice uulnerariū fuiſſe eum tradunt uocatum, miréq; gratum aduentum eius initio.

VVLNERO, as, {*Ferire*} (τιτρώσκω, οὐτάζω) ſaucio, uulnus infligo. Cæſar 1. Bell. Gall. Et nonnulli inter carros rotaſq; mataras ac tragulas ſubiiciebant, noſtroſq; uulnerabant. Cic. 3. Verr. Serui nonnulli uulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Vulnerare uoce, id eſt, lædere, & uerbis offendere. Idem 1. Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero. Vulnerari ictu fortunæ, eſt ex fortunæ aduerſitate mœſtitia affici, λυπεῖσθαι. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 7. Sic ego continuo fortunæ uulneror ictu. Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. Verg 8. Aen. Grauior ne nuntius aures Vulneret.

Vulneratio, onis, uerbale. Cic. pro Cecin. Sin autem uim ſine cæde, ſine uulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis, &c.

VVLNIFICVS, a, um, (τραυματοποιικός) quod uulnus infligere poteſt. Verg. 8. Aen. Vulnificuſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.

VVLNVS, huius uulneris, {*Piaga ferita, taglia*} (τραῦμα) hians, patenſq; apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Liu. 4. Bell. Pun. Tandem uulneribus cōfectę uirgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. Ver. 4. Aen. Infixum ſtridet ſub pectore uulnus. Ouid. 5. Metam. Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam. Verg. 6. Aen. Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manuſq; ambas, populataq; tempora raptis Auribus & truncas inhoneſto uulnere nares. Idem 4. Georg. Et corpora bello Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortem. Per tranſlationem accipitur pro angore animi, ſiue mœſtitia, λύπη. Verg. 12. Aen. Sic exhortata reliquit Incertam, & triſti turbatam uulnere mentis. Ouid. 5. Metam. At Cyane raptamq; deam contemptaq; fontis Iura ſui mœrens, inconſolabile uulnus Mente gerit tacita, lacrimiſq; abſumitur omnis. Aeternum uulnus, pro æterno odio. Verg 1. Aen. Tum Iuno æternum ſeruans ſub pectore uulnus. Vulnus, pro amore. Verg 4. Aen. At regina graui iamdudum ſaucia cura Vulnus alit uenis. Hoc eſt, Amoris dolorem ac moleſtiam fouet intra uenas. Sic Mutua uulnera, dixit Ouid. 14. Met. pro amore mutuo. Vulnus orbitatis, id eſt, dolor ex orbitate. Quintil. lib. 6. Illū enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito uulnere orbitatis amiſi.

VVLPECVLA, læ, (ἀλωπέκιον) diminutiuū à uulpe. Hora. li. 1. Epiſt. Epiſt. 7. Forte per anguſtam tenuis uulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

VVLPES, huius uulpis, {*Volpe*} (ἀλώπηξ) animal ferum, ſingulari aſtutia nulli non notum. cuius naturam explicat Plin. lib. 10. cap. 63. Dicta Vulpes, ut putat Varro quaſi uolipes, à uelocitate pedum Horat. lib. 1. Epiſt. Olim quod uulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam. Perſ. Sat. 5. Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem. Quàm facile uulpes pyrum comeſt: prouerbium de re admodum facili. Plaut. Moſt. Tam facilè uinces q̄ uulpes pyrum comeſt. Nihil enim negotii eſt uulpi dentatiſſimæ pyrum edere. Vide Chili. Eraſ.

VVLPINVS, a, um, pen. pro. (ἀλωπέκειος) quod pertinet ad uulpem. Sueton. Vbi leonis pellis deficit, uulpina inſuenda eſt. Plin. lib. 28. cap. 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. Aliquando ponitur pro aſtuto, πανοῦργος. Plautus, Vulpinatur ne quid moliatur mali.

VVLPINOR, pen. pro. uulpinaris, {*Volpinare, far tu modo di uolpe*} (ἀλωπεκίζω) mendaciis, ac fraudibus uera peruerto, ſiue effugio. Tractū ab initio uulpium curſu, ut placet Nonio. Varr. in Myſteriis, Vulpinare modo, & concuſſa, qualibet erras.

VVLSINII, ſiue Volſinii Plinio, Volſinium Ptolemæo (Οὐολσίνιον) Hetruriæ oppidum mediterraneū, òlim locupletiſſimū, ſed poſtea fulmine totū concrematū, ut refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie Bolſenam uocant. Huic oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulſinienſis dicitur: cuius meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

VVLSVRA, ræ, à uulſum ſupino uerbi Vello, (τιλμός, τίλσις) ipſa uulſio. Varro 2. de Re ruſti. cap. 11. Lanam tonſam & conglobatam alii Vellera, alii Vellumina appellant. ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulſuram, q̄ tonſuram inuentam.

VVLTVR, ris, {*Auoltoio, ulturi. Boc. Gior. 6. Nou. 10. Non altramente che ſi gitta l'Auoltoio alla carogna*} (γύψ) auis eſt rapax, & carniuora: ità dicta quòd propter magnitudinem corporis tardè uolet. Refert Plin. lib. 10. cap. 6. ex Vmbrici Aruſpicis ſententia, uultures biduo triduoue ante eò congregari, ubi futura ſunt cadauera. Mirum enim in modum corporibus iam putrefactis delectantur. Vnde non inuenuſte ex Græcis nonnulli τάφους ἐμψύχους appellarunt, hoc eſt, ſepulcra animata. Liu. 7. Bell. Pun. Vulturemq; frequenti foro in tabernaculū deuolaſſe. Vergil. 6. Aeneid. Roſtroq; immanis uultur obunco Immortale iecur tondens.

VVLTVRIS, ris, (γύψ) antiquis in uſu erat pro aue ea prægrandi, quæ à nobis duabus literis ſubtractis Vultur dicitur. Ennius: Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.

VVLTVRIVS, rii, (γύψ) auis eadem, quam nos Vulturem dicimus. Lucret. libr. 4. Mellis apes quamuis longe ducantur odore, Vulturiiq; cadaueribus. Plaut. Trucul. Iam quaſi uulturii triduo prius prædiuinabant, quo die eſuriturí ſient. Et quoniam hæc auis rapax in primis eſſe traditur & carniuora factum eſt, ut homines inſatiabilis rapacitatis Vultures appellemus. Cice. pro Seſtio: Exierunt malis ominibus atq; execrationibus duo uultures paludati. Intelligit Gabinium & Piſonem Coſs. inimicos ſuos, prouinciarum (ut ſæpe eos nominant) uoragines. Vulturius pro certò tali iactu. Plaut. Curcul. Prouocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium. Ille ſuum annulum oppoſuit: inuocat Planeſium: iacit uulturios quatuor. Talos arripio: inuoco almam meam nutricē Heren: iacto baſilicum.

VVLTVRINVS, a, um, pen. pro. {*Di auoltoio*} (γύπειος) quod eſt uulturis. Plin. lib. 30. cap. 4. Vulturinus ſanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam eſſe diximus) radice, & cedria tritus, lepras ſanat. Vulturina ſpecies, apud eundem lib. 10. cap. 3.

VVLTVRNVM, (Οὐουλτοῦρνον) oppidum Campanorum eſt, à Vulturno fluuio, qui ipſum præterfluit, dictum. Eſt autem Vulturnus fluuius ille, qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur Pomponius Mela. lib 2. Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. Eſt & Vulturnum Hetruſcorum oppidum, teſte Liuio lib. 4 ab Vrbe.

VVLTVRNVS, (εὖρος) uentus qui ab Oriente hyberno ſpirat, ut ait Pli. lib. 2. cap. 47. Dictus à uulturis uolatu (ut quidam aiunt) quoniam alte reſonat. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, qui per Capuam labens, haud longe à Cumis mergitur: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

VVLTVOSVS, a, um. {*Meſto, di mala uoglia*} (προσωπώδεις) triſtis. Cic. In Orat. In quo quū effeceris, ne quid ineptū ſit, aut uultuoſum. Vultuoſa pronūciatio, quæ fit uultu, mimica quadā geſticulatione ad orationē cōpoſito. Quint. lib. 11. cap. ult. Quare nō immeritò reprehenditur pronuntiatio uultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & uocis mutationibus reſultans. Vultuoſa frōs apud Apuleiū pro tetrica legitur, & ad ſeueritatē cōpoſita. Ait enim lib. 3. Met. Lōge diſſimilis aduenit, nō læta facie, ſed uultuoſa fronte, rugis inſurgētibus aſſeuerabat.

VVLTVS, huius uultus, {Volto, faccia} (πρόσωπον) propriè dicitur habitus ſiue ſtatus faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius oſtenditur. Dictus Vultus à uerbo Volo, uis, ſicut à Colo Cultus. Cic. in Piſonem: Nò enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, uultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit: hic eos quibus erat ignotus, decepit, &c. Cic. 3. de Orat. Imago animi, uultus eſt: indices, oculi. Plin. lib. 7. cap. 19. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper uiſum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. pro Cluent. Recordamini faciem atque illos eius fictos, ſimulatosque uultus. Apud Poetas tamen non rarò Vultus accipitur pro facie. Martial. lib. 1. Dum nulla teneri ſordent lanugine uultus. Ouid. 13. Metam. Quid moror interea crudelia uulnera lymphis Abluere, & ſparſos immiti ſanguine uultus? Antiqui protulerunt Vultum, neutro genere, quod & Nonius annotauit. Ennius: Auerſabantur ſemper uos, uoſtraque uulta. Lucret. lib. 4. Sed quod utraſque figuræ eſſe uides ſuſtum referentes uulta parentum. Huius diminutiuum eſt Vulticulus, quo uſus eſt Cic. ad Attic. lib. 14. Epiſt. 318. Non te Bruti noſtri uulticulus ab iſta oratione deterret?

VVLVA, uæ, (δελφύς, μήτρα) utriculus ille in fœminis, in quo fœtus ſit conceptus. Dicta Vulua, quaſi uolua, quòd fœtus ea inuoluatur. Propriè autem uulua eſt brutorum animantium: uterus autem mulierum. Plin. lib. 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præterquam ueſicæ iunctus utriculus: unde dictus Vterus: quos alio nomine Locos appellant. in reliquis animantibus Vuluam. Vuluam ſuillam Romani in deliciis habuere, præſertim eiectitiam. Nam quæ effœtis à partu eximebatur (quam Porcariam uocabant) tanquam liuidam, & macram reiiciebant. Plinius loco iam citato: Vulua eiecto partu melior quàm edito. Eiectitia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima. Contra effœtia à partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macra. Nec nouellarum ſuum præterquam primiparatum probantur, potiusque ueterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut poſt partum, aut, quo eiecerunt, die. Martial. Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca: Me materna graui de ſue uulua capit. Quandoque accipitur uulua, pro ore uuluæ, hoc eſt, pro ipſo pudendo muliebri. Iuue. Saty. 6. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Plin. quoque boletorum prorumpentium in oui ſpeciem, album illud inuolucrum Voluam nuncupat. Plin. lib. 22. cap. 22. Voluam enim terra ob hoc prius gignit: ipſum poſtea in uolua ceu in ouo eſt luteum.

V ANTE X.

VXAMA, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in tractu Areuacorum: ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemæo Vaxama, (οὔαξαμα) appellatur lib. 2. cap. 6.

VXELLA, inſulæ Britanniæ urbs, in tractu Damnoniorum: ut ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

VXOR, uxoris, {Moglie, mogliere, donna} (γυνή, ἄκοιτις, σύνευνος, ἄλοχος) quæ uiro tradita eſt. Terent. in Adelph. Vxor ſine dote ueniet. Cicer. pro Seſtio: Duxit uxorem patre uiuo uiri optimi & calamitoſiſſimi filiam. C. Scipionis. Idem 2. de Orato. Ex tui animi ſententia tu uxorem habes? Horat. 1. Epiſtol. 2. Quæritur argentum, puerisque beata creandis Vxor. Dictas autem putat Vxores Seruius, quaſi Vnxores ab ungendo, quòd antequam limen mariti tranſirent, poſtes auerruncandorum malorum cauſa ungerent. Verba eius ſunt hæc in lib. 4. Aeneid. Mos erat, ut nubentes puellæ, ſimul quum ueniſſent ad limen mariti: poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis uittis, & oleo ungerent: & inde Vxores dictæ ſunt, quaſi unxores. Plinius quoque lib. 28. cap. 9. ſcribit nouas nuptas mariti domum intrantes, ſolenne habuiſſe, adipe poſtes tangere.

VXORCVLA, læ, (γυναικάριον, γυναικίδιον) diminutiuum ab uxore blandiendi gratia deductum. Plaut. Caſina. Eia uxorcula.

VXORIVS, a, um, {Della moglie} (γυναικεῖος) quod eſt uxoris, uel quod ad uxorem pertinet: ut, Res uxoria, Cicer. 3. Offic. In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. Tacit. libr. 3. Quod honeſtius, quàm uxorum leuamentum? Ouid. 2. de Arte: Hoc decet uxores: dos eſt uxoria lites. Vxoria forma, à Phauorino apud Gell. lib. 5. cap. 11. uocatur forma media inter pulcherrimam, & deformiſſimam, quæ ſcilicet & nimiæ pulchritudinis periculo, & ſummo deformitatis odio uocat: quam Ennius in Menalippa Statam formam appellat. Aliquando Vxorius, (φιλογύνης) dicitur, qui uxori nimis inſeruit. Vergil. 4. Aene. Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Extruis?

VZITA, (οὔζιτα) urbs Aphricæ propriè dictæ, ſub Adrumento ſita, iuxta quam Cæſar uicit Scipionem. Vide Strabonem lib. 13. & Ptolemæum libr. 4. cap. 3.

DELLA LETTERA X.

X E' lettera che nel ſuo ſuono rappreſenta lo iſteſſo, che cſ, eſſendo un medeſimo ſuono à ſcriuere dixi, & dicſi, onde i Greci la chiamano lettera doppia. La lingua Italiana non uſa giamai tal lettera, ma in ſua uece adopra due ſſ. eſſempio. diſſi, & coſi di tutte, ò una ſ. ſola quando è con altra conſonante, come extrema eſtrema, extremo, eſtimo. Ne i nomi proprii che in latino hàno nella prima ſillaba quella lettera x. ſi ſuole ſeruar la medeſima nella lingua Italiana Come Xerſe, Xenofonte. Benche alcuni ſeruano ancor eſſi per ſ. Se ſe, Senofonte, Santippe. Ma Xanto fiume ſi ſcriuerà ſempre per x, per non battere nell'aggettiuo ſanto. Metteſi queſta lettera x, coſi da Latini, come da gl'Italiani, per ſegno del numero x.

DE LITERA X.

X LITERA, ſemiuocalis eſt, ſi quæ uim duplicis conſonantis habet, pro qua modò c s, modò g s, primitus utebantur, ut Apecs, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quinti. lib. 1. cap. 4. Et noſtrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Latini hoc elementum, quòd uaſtioris ſoni uideretur, quibuſdam dictionibus exemerunt: unde pro uexillo Velum, pro uxilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipſum teſtatur. Cic. in Orat. ad Brut. Quemadmodum (inquit) Axilla noſter Ala factus eſt, fuga uaſtioris literæ: quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & uexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Contra Attici exactiſſimi elegantiæ omnis iudices, ſæpe repudiato σ, eandem tanquam ſoni amabilioris, temperatiorisque ſuſurri, ſunt amplexi. Nam & ξυμφορὰ, & ξυμβάλλειν, & ξυμβαίνειν dicunt. pro quibus communis lingua συμφορὰ συμβάλλειν, & συμβαίνειν agnoſcit. X litera apud ueteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii. quemadmodum, & V, quæ dimidiata pars eſt literæ X, nota eſt numeri quinarii. Hinc factum eſt, ut in uetuſtis codicibus hæc nota aliquando inueniatur pro denario Romano: hoc eſt, pro genere numiſmatis, quod quatuor ualebat nummis ſeſtertiis. Plin. lib. 12. ca. 12. Quod minore folio eſt Meſoſphærum appellatur: emitur X. L X Laudatiſſimum Microſphærum è minimis folium: pretiumque eius X. L X X V.

X ANTE A.

XANTHE, es. (ξανθή) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia: à rufo, ſiue flauo colore dicta. Heſiodus in Theogonia: Πετραίη τ', Ἰάνειρά τ', Ἀκάστη τε, Ξανθή τε. Xanthe item appellata fuit Aſiæ regio, quæ poſtea dicta fuit Troas: ut auctor eſt Stephanus in dictione Troas.

XANTHENES, (ξανθηνὲς) gemma quædam in Media naſcens, electri colore, & ſi quis terat in uino palmeo & croco, ceræ modo lenteſcens, odore magnæ ſuauitatis: ut ex ſententia Democriti refert Plin. lib. 37. cap. 10. quanquam in pleriſque Plinii codicibus Zanthenes legatur per Z in capite, corrupte, ut arbitror: præſertim cùm à flauo electri colore nomen uideatur accepiſſe.

XANTHICVS, (ξανθικὸς) Aprilis menſis Hebræorum lingua appellatus eſt.

XANTHICLES, (ξανθικλῆς) unus ex iis ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, una cum Xenophonte domum reducendas ſuſceperant: Hic poſtea, quòd minas uiginti ex publica pecunia ſuppreſſiſſet, damnatus eſt repetundarum. Auctor Xenophon ἀναβάσεως κύρου lib. 5.

XANTHI, (ξανθοὶ) Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strab. lib. 13.

XANTHII, (ξάνθιοι) Lyciæ populi, quorum urbem Xanthum nomine, cum Harpagus Cyri præfectus obſideret, illi uxores, liberosque, cæteraque, quæ chariſſima habebant, in arcem coegerunt, igneque ſubiecto cremauerunt: deinde aduerſus hoſtes eruptione facta, ſtrenue pugnantes, ad unum omnes interiere. Auctor Herodotus lib. 1. Xanthii præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarum, ultra Mæotim incolentes, qui iidem & Parni dicuntur. Auctor Strabo lib. 11.

XANTHION, (ξάνθιον) herba eſt ex lapparum genere, quæ alio nomine Philanthropos & uulgo Lappa minor appellatur Xanthion autem appellatum putatur ab effectu, quòd eo rufentur capilli. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 122.

XANTHIVS, (ξάνθιος) Bœotius quidam fuit, ſingulari corporis robore, qui exorta inter Athenienſes & Bœotios de Celænarum agro controuerſia, Thymœtem Athenienſium regem ad ſingulare prælium euocauit: cuius uicem excipiens Melanthus quidam Meſſenius, a Dionyſio (ut uolunt) adiutus, illum ſuperauit. Ferunt enim Melantho uiſum fuiſſe, quòd Xanthum quidam a tergo ſequeretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine cùm illum accuſaret, quòd altero comitatus in prælium deſcendiſſet admiratus Xanthus, quidnam accidiſſet, quiſue is eſſet, qui à tergo ſequeretur, cùm reſpicere conaretur, corpus hoſti auerſum nudumque præbuit: qua occaſione uſus Melanthus, incautum gladio traiecit. Auctor Suidas.

XANTHIPPE, (ξανθίππη) nomen uxoris Socratis philoſophi, ſupra modum moroſæ, & iurgioſæ: cuius tamen moroſitatem Socrates mira patientia tolerauit: rogatusque ab Alcibiade, cur mulierem tam moleſtam domo non exigeret, Quoniam (inquit) dum domi talem perpetior, inſueſco, & exerceor ut cæterorum quoque foris petulantiam, iniuriamque facilius feram. Hæc Gell. lib. 1. ca. 17. Vide plura in dictione Socrates.

XANTHIPPVS, (ξάνθιππος) Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritiſſimus, qui à Carthaginienſibus excitus, exercituique præpoſitus, Attilium Regulum Conſulem in Africa bellum gerentem, inſidiis circumuentum uiuum cepit.

XANTHO. (ξανθὼ) una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Vergil. lib. 3. Georg. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque. Heſiodus in Theogonia Xanthen appellat.

XANTHOS, (ξανθὸς) gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fuluo candicans de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

XANTHVS, (ξάνθος) fluuius Troadis, idem cum Scamandro ità dictus, teſte Ariſtotele, de Hiſtor. animal. Lib. 3. quod ouium uellera rufo inficiat colore ξανθὸν enim Græci dicunt, quod nos rufum aut flauum. Verg. 1. Aen. Ardentesque auertit equos in caſtra, prius quàm Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumque bibiſſent. Xanthus antiquus rerum Lydorum ſcriptor: Lydus'ne, an Sardianus fuerit, Strabo ſe dicit incertum habere, Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuiſſe, ſcripſiſſeque hiſtoriam Lydorum libris 4. Xanthus alter poeta melicus commemoratur ab Aeliano. Eſt item Xanthus Lyciæ fluuius duobus fontibus è Cadmo monte naſcens, & non procul à nominis ſui urbe in Lycium mare ſe exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris cuius meminit Homerus lib. 23. Iliad.

X ANTE E.

XENARCHVS, (ξέναρχος) comicus poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus lib. 2. Dipnoſophiſtarum. Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ Peripateticus, docuit Alexandriæ primum, deinde Romæ. Arii philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti uſus amicitia, uſque in ſenectutem in honore habitus. Denique paulò antè mortem uiſu orbatus diem obiit. Strabo lib. 14.

XENI BALNEÆ, Romæ fuerunt ab hoſpitalitate (ut uidetur) ita dictæ: nam ξένιος Græcis idem eſt quod hoſpitalis. Harum meminit Cicero pro M. Cælio: Sed ut ueneum (inquit) cum à Licinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſet, conſtituit locum iuſſit balneas Xenias, ut eò mitteret amicos, qui deliteſcerent:

uent: deinde repente, cum ueniſſet Licinius, uenenum traderet, proſilirent, hominemq́ comprehenderent.

XENIVM, nii, {*Dono, preſente, regaglia*, (ξένιον) munus hoſpitibus dari ſolitũ. Vnde Mart. librũ decimũtertiũ, in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, qualia hoſpitibus mitti ſolent Xenia nominauit, q uerſus ipſos pro xeniis mitteret. quod & ipſe teſtatur primo ſtatim epigrammate:

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
  Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
Quattuor eſt nimium? poterit conſtare duobus:
  Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
  Si tibi tam rarus, quàm mihi, nummus erit.

Huius diminutiuum eſt Xeniolum, paruum xenium. Apuleius: Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola porcum optimum, & quinq; gallinas, & uini cadum iam ætate pretioſi.

XENIVS, (ξένιος) Iouis cognomentum apud Græcos, teſte Dionyſio, quẽ Latini, uerbo ex uerbum expreſſo, Hoſpitalem uocant. De hoc intelligendum eſt illud Vergilij 1. Aen. Iuppiter, hoſpitibus, nam te dare iura loquuntur.

XENOCLES, is, (ξενοκλῆς) orator clariſſimus patria Adramyttenus, qui Mithridatici belli tempore accuſatus q in regem propenſior fuiſſet, cauſam, non modò ſuam: ſed & totius Aſiæ magna cum laude in Senatu egit. Auctor Strabo lib. 13.

XENOCRATES, pe. cor. nomẽ philoſophi Chalcedonii auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & uigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo ut quum illum Plato Ariſtoteli compararet, alterum frænor alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philoſophorum ſeueriſſimus fertur extitiſſe, & aduerſus omnem uoluptatum titillationem prorſus inuictus. Cuius rei abunde magnum illud præbuit argumentum, quod Phrynem formoſiſſimã eius ætatis meretricem à diſcipulis in lectulum ſuum ſubmiſſam, & ſeſe ad concubitum modis omnibus ſolicitantem, intactam tamen dimiſerit. Vnde & Phrynen ipſam poſtridie rogantibus iis, qui illam ſubmiſerant, dixiſſe ferunt, cum ſtatua ſeſe, non cum homine cubuiſſe. Grauitati uerò eius & fidei tantum tribuerunt Athenienſes, ut cum iniurati nullius teſtimonium admitterent, huic ſoli iniurato crederent. Miſſus ad Philippum legatus, cum collegas humaniter accipi uideret, muneribus ornari, & conuiuiis adhiberi: ſeſe autẽ, qui legationis eius princeps erat, uix in conſpectum admitti, q Macedonum rebus ſemper eſſet aduerſatus: conuerſus ad ſocios Xenocrates, beneficium accipere dixit, q ſeſe unum Philippus ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ teſtem uereretur. Alexandri quoq; munera fortiſſimo animo contempſit: regibus, inquiens, non philoſophis opus eſſe pecunia. Obiit ſecundo & octogeſimo ætatis ſuæ anno, quum noctu fortè in ſartaginem offendiſſet. Auctores Laertius et Suidas. Xenocrates alter philoſophus, modeſtia nihil ſuperiore inferior, ſcripſit οἰκοσκόπικον. id eſt domeſticum auſpicium cum ſcilicet, aut muſtela, aut ſerpens, aut his ſimilia in domo apparent, quid portendere ſoleant. Suid.

XENODOCHIVM, pen. pro. {*Spedale*. Boc. Gior. 10. Nou. 2. *Et riconciliatoſelu gli donò una gran priora di quelle dello Spedale*}(ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον) locus publicus, quo hoſpites, id eſt, peregrini excipiũtur: quod genus Hieroſolymis primum ab Hyrcano extructum fuiſſe, auctores ſunt Ioſephus, & Hegeſippus Hieronymus. Xenodochium in portu Romano ſitum totus pariter mundus audiuit.

XENON, (ξένων) pictor Sicyónius, Neoclis diſcipulus: cuius meminit. Plin. lib. 35. cap. 11.

XENOPAROCHI, (ξενοπάροχοι) iidem qui & Parochi, qui legatis Romam miſſis, cæterisq; alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: unde & nomen acceperant, παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, q hoſpitibus neceſſaria ſuppeditarent. Arcadius ff. de Muneribus l. Munerum Tabularii (inquit) uel xenoparochi, ut in quibuſdam ciuitatibus, &c.

XENOPHANES, pen. corr. (ξενοφάνης) Philoſophus, Colophonius, Dexii, ſiue (ut Apollodorus mauult) Orthomenis filius Archelai auditor, qui contra Homerum, & Heſiodum Elegias ſcripſit & Iambos, irridens ea quæ de diis ſunt commenti. Dei ſubſtantiam rotundam eſſe ſenſit nihilq́ cum hominibus habere commune, totum cernere, totumq́ audire, unum eſſe omnia, mentem prudentiam æternitatem. Auctor Laertius. eiuſdẽ meminit & Cic. 4. Acad. Xenophanes (inquit) paulò etiam antiquior, Vnum eſſe omnia tradit, neq; id eſſe mutabile, & id eſſe Deum. Fuit & alter Xenophanes ex Leſbo inſula, Poeta Iambicus. ut refert idem Laertius.

XENOPHILVS, pe. cor. (ξενόφιλος) nomen Muſici Chalcidenſis, philoſophi Pythagorici: de quo Valer. Max. Biennio minor, q̃ Gorgias, qui centũ & quinq; uixit annos, Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus fuit, ſed felicitate non inferior: ſiquidem (ut ait Ariſtoxenus Muſicus) omnis incommodi humani expers, in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. Eundem & Plinius inter rara felicitatis exempla commemorat lib. 7. cap. 50. Pro miraculo (inquit) id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum Muſicum centum & quinq; annos uixiſſe ſine ullo corporis incommodo.

XENOPHON, (ξενοφῶν) nomen philoſophi, & ducis inſignis Athenienſis, qui Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus, moratus, et omnibus gratus, tanta uerò eloquentia, ut Muſa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Inſinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militauit: eoq́; in acie cæſo, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripſit Cyri maioris Pædian, non tam hiſtoricæ ſeruiens ueritati (ut inquit Cic. lib. 11. de Orat.) q̃ ut abſolutum inſtitueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem aduerſus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros ſex. Sympoſium, Oeconomicum, à Cicerone, teſte Columel. Latinitate donatum. Ad hæc de re equeſtri, de uenatione, Socratis Apologiam aliaq́; nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorũ primus Antiochenus fuit qui Amatoria quædam ſcripſit, quæ Babylonica appellauit. Alter Epheſius, qui & ipſe Amatoriarum narrationum libros decem ſcripſit, quæ Epheſiaca, nominauit. Tertius Cyprius, qui & ipſe Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide: quæ Cypriaca nominauit. Laertius ſeptem commemorat Xenophontes, quorum nomina & ſcripta uide apud ipſum.

XERA, (ξηρά) urbs prope Herculis columnas: ut ex Theopompi ſententia refert Stephanus.

XERAMPELINVS, color {*Colore di roſa ſecca*}(ξηραμπέλινον χρῶμα) medius eſt (inqt Probus) inter coccinũ: & muricẽũ, quo matronæ peculiariter uti ſolent: Dictus Xerampelinus à ſiccæ uitiũ foliis, quæ eius ferè ſunt coloris, ξηρὸν enim aridum eſt, uel ſiccum, & ἄμπελος uitis. Vulgò color ſiccæ roſæ, dicitur. Hinc Xerampelinæ ueſtes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ ſunt. Iuue. Saty. 6 Et xerampelinas ueſtes donauerat ipſi. Has nonnulli Atrabaticas uocant, alii Atrabapticas, ut quibuſdam placet. Vide Thyleſium in Tractatu de Coloribus, & Cœlium Rhodig. lib. 16. cap. 10.

XERIA, (ξήρια τά) emplaſtra ſicca. ſicut Hygremplaſtra, uocantur liquida emplaſtra.

XERALOEPHIA, (ξηραλοιφία) unctio ſicca, hoc eſt, quæ fit citra lauationem. Contrà quæ poſt lauacrum adhibetur, Hygraloephia (ὑγραλοιφία) appellatur.

XEROLIBYA, (ξηρολιβύα) Libya ſicca, hoc eſt, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deſerta: quam Vergil. lib. 4. Aeneid. uocat regionem ſiti deſertam.

XEROLOPHVS, p. c. (ξηρόλοφος) tumulus fuit Conſtantinopoli, cochleas ſedecim, & Dianæ columnam ſtructilem, & tripodes habens, in quibus Epigrãmata ſolent inſcribi. Qua uoce utitur Iuſtinianus C. de publicis iudic. etiamſi Alciatus uocem adulterinam eſſe putauerit. Meminit huius tumuli Suidas, & Priſcianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam ſe legiſſe teſtatur Byzantii in Xerolopho, in uetuſtiſſimo tumulo inſcripta.

XEROMYRVM, (ξηρόμυρον) unguentum eſt ſiccũ, ut Hygromyron, (ὑγρόμυρον) liquidum, fœmineis naribus expetitum.

XEROPHTHALMIA, (ξηροφθαλμία) arida lippitudo, quum nec turnet, nec fluunt oculi, ſed rubent tantum, & pruritu infeſtantur, & noctu prægrauis pituita inareſcunt. Vide Celſum lib. 6. cap. 6.

XERXENA, (ξερξήνη) minoris Armeniæ regio, ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyſe Cambyſene. Auctores Stephanus & Strab. lib. 11.

XERXES, (ξέρξης) Perſarum rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atoſa filia nepos, qui CLXX. hominum myriadibus, hoc eſt, decies ſepties cẽtenis millibus. Myrias enim numerus eſt continens decem millia per totum quinquenniũ contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex editiore ſpecula aſpexiſſet, teneriter fertur lacrymaſſe, q poſt centum annos ex tanto hominum numero nemo eſſet ſuperfuturus. Tantum autem habuit nauium apparatum, ut totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte coniungeret. Athon præterea montem, teſte Plin. lib. 4. cap. 10. à continente abſcidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, nauale quoque certamen cum Themiſtocle tentauit: à quo ſimiliter apud Salaminem ſuperatus cum antea tota maria claſſe ſterneret, uix paruula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipſe re in Bœotia infeliciter geſta, cum paucissimis in Perſidem ſe recepit. Demum cum ſe ocio, ſocordiæq́; relicta militia tradidiſſet, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus propoſuit, ut ſcribit Valerius. Quamobrem à ſuis ſpretus, paucis póſt annis ab Artabano præfecto ſuo in regia interficitur cum regnaſſet annis octo. Vide hæc latius apud Iuſtinum Trogi abbreuiatorem. Xerxes alter pictor Heracleota, Venerem adeò pulchrã pinxit, ut ex ea quæſtum magnum faceret, pretio accepto ab his qui eam uidere cupiebant. Itaq; Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis uocitabant, q ex eius lenocinio quæſtum faceret. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

X ANTE I.

XILIA, (ξιλία) Libyæ urbs ex Alexandro annotauit Stephanus: cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

XIMENE, p. p. (ξιμένη) Ponti regio, ſalis foſſilis habens fodinas: unde & Halys fluuius, qui ex ea oritur, nomen accepiſſe exiſtimatur. Auctor Strab. lib. 12.

XIPHENE, es, pe. pro. (ξιφήνη) regio Palæſtinæ, teſte Ioſepho, cuius incolæ dicuntur Xiphenæi, (ξιφηναῖοι) Stephano.

XIPHIA, æ, {*Peſce ſpada*}(ξιφίας) piſcis genus, roſtrũ habens mucrone armatum: unde & Latini Græcos imitati, gladium appellant. Pli. lib. 31. cap. 2. Xiphiam. i. gladiũ, roſtro mucronato eſſe ab hoc naues perfoſſas mergi in Oceãno ad locum Mauritaniæ, qui Cotta uocatur, non procul à Lixa flumine. Trebius Niger auctor eſt. Xiphiæ item ſtellæ ſunt ex genere Cometarum, in mucronẽ faſtigiatæ, pallidæ, ac quodã gladii nitore ſine ullis radiis. Autor Pli. li. 2. c. 25.

XIPHION, (ξιφίον) herba eſt folio mucronato, indis folio non diſſimili quã Romani gladiolum, uulgus herbariorum Spatulam fœtidam appellat. Deſcriptionem eius uide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

XIPHONIA, (ξιφωνία) Siciliæ oppidum, non procul à Tauromenio in promontorio ſitum: ut ex Theopompi ſententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ANTE O.

XOIS, ſiue Xois, (ξόις Stephano) inſula eſt in mediterraneis Aegypti, ſupra Sebennyticum & Phatniticum oſtium, oppidum habens eiuſdem nominis. Auctores Stephanus & Strabo lib. 17. Hinc Xoites nomos, hoc eſt, Xoitica præfectura, apud Plin. lib. 5. cap. 9.

X ANTE V.

XVCHES, (ξοῦχες) Libiæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome annotauit Stephanus: cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

XVTHIA, (ξουθία) Siciliæ oppidum, ut ex Philiſti ſententia tradit Stephanus. Gentile Xuthiates.

XVTHVS, (ξοῦθος) Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetrapolim Atticæ, hoc eſt, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum colonos deduxit. Auctor Strabo lib. 8.

X ANTE Y.

XYLENEPOLIS, (ξυλενόπολις) urbs in confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexandro condita: ut poſt Oneſicritum refert Plin. lib. 6 cap. 23.

XYLINA, (ξυλίνη) Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Ciſſæ fluuiorũ oſtia ſitum. Auctor Ptolemæus lib. 5. cap. 6.

XYLINVM, pe. cor. {Bambagio, cottone Boc. Gior 8. Nou. 10. *L'una hauena un materazzo di bambagia bello*}(ξύλινον) lini genus candidiſſimi, & mol-

liſſimi, naſcens in frutice, cui nomen eſt Xylon, pomis quibuſdam incluſum, barbatæ nuci non diſſimilibus, quæ maturitate hiſcentia globum oſtendunt lini, quod à nomine fruticis Xylinum appellatur, Plin. lib. 19 cap. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem alii Goſſipion uocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta, Xylina. Paruulus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis candore, molliitiaq; præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc lini genus etiã in Italiæ locis quibuſdam gignitur, uulgoq; uocabulo Cotonum appellatur.

XYLOBALSAMVM, (ξυλοβάλσαμον) balſami arbuſculæ lignum, cuius ſuccus Opobalſamum appellatur. Plin. lib. 12. cap. 25. Et balſami quoq; ſarmẽta in merce ſunt. Amputatio ipſa, ſurculusq; uenit intra quintũ demum annum. Xylobalſamum uocatur, & coquitur in unguentis.

XYLOCINNAMVM. (ξυλοκιννάμωμον) cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19 Ipſum uerò lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: Xylocinnamum uocant.

XYLON, {Legno, bambagio, cottone} (ξύλον) præter uulgatam illam ſignificationem qua Græcis lignum ſignificat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fruticis genere, quod & Goſſipion uocant, olim in ſola Aegypti ſuperiore parte, hodie etiã in Italia naſcentis, pomum ferentis ſimilitudine barbatæ nucis, quod matureſcens copia lanuginis, quam incluſam habet, dirumpitur, liniq; globum incluſum, multo maiorem, q̃ pro pomi magnitudine detegit: idq; lini genus Xylinum, ſeu Goſſipinum appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

XYLOPHAGVS, pe. cor. {Tarlo} (ξυλοφάγος) uermis albus, obeſus, capite, ſi ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, grauiſſimo, ſub arborũ corticibus potiſſimum naſcens. Plin. lib. 17 cap. 24. coſſos uocat, eosq; à quibuſdã in ſummis ciborum deliciis habitos tradit: quin etiam farina ſaginari, altileſq; fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iouinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens: Et quomodo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, mullus, et ſcarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe, luxuria eſt.

XYLOPOLIS, (ξυλόπολις) oppidum Mygdoniæ, quæ eſt Macedoniæ regio, cuius incolæ dicuntur Xylopolitæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

XYRIS. (ξυρίς) herba folia habens iridis, ſed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre. radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioſco. lib. 4. cap. 24. & Plin. lib. 21. cap. 20. Officinæ Iridem ſyluestrem appellant.]

XYNIA, (ξυνία) Theſſaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo uicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Beboeidem uocant. Steph.

XYSTICI, (ξυστικοί) dicti ſunt Athletæ, ſiue q̃ in xyſtis, hoc eſt, porticibus ſeſe exercerent: ſiue quod xyſtis, hoc eſt, haſtis depugnarent. Vide plura in dictione Xyſtus.

XYSTIS. (ξύστις Steph.) oppidum Cariæ, in conuentu Alabandenſi, cuius incolæ Xyſtiani appellantur. quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

XYSTIOS, (ξύστιος) gemma quædam plebeia, apud Indos naſcens, quam Plinius inter Iaſpidum genera annumerat lib. 37. cap 9.

XYSTVS, xyſti, maſc. ge. {Portico, luoco da paſſeggiare, loggia} (ξυστός) apud Græcos porticum amplam ſignificat: teſte Vitruuio lib. 6. hybernæ Athletarũ exercitationi accommodatam. Hinc Xyſtici, (ξυστικοί) dicti ſunt athletæ, ſiue q̃ in xyſtis ſe ſub tecto exercerent: ſiue q̃ xyſtis depugnarent. Sic enim Græco uocabulo appellabant haſtas, quibus illi utebantur: unde & Xyſtophori dicti ſunt ſpiculatores. Suet. in Auguſto: Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Latini uero, eodem Vitruuio teſte Xiſti appellatione ſubdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticumve ordinibus diſtinctam. Cic. in Bruto: Cum ambularẽ in xyſto, & eſſem otioſus domi. Plinius: Ante cryptoporticum xyſtus eſt uiolis odoratus. Pli. Iun. lib. 5. Epiſt. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctusq; buxo. Idem: Non tam ſtatuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes ſuas, quàm Xyſtis, & nemoribus excolat.

DELLA LETTERA Y.

Y Lettera ſola Greca, & uſata anco da Latini nelle uoci Greche, non s'adopra in alcun modo nella lingua Italiana, la onde non accade di lei dir coſa alcuna, in quanto à tal lingua.

DE LITERA Y.

Y GRÆCORVM uocalis eſt, qua in illorum dictionibus ſcribendis tantum utimur. Huius loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant quintam Latinorum uocalem ſubſtituebant. Cic. in Orat. Purrum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum: Vi patefecerunt Fruges, non Phryges ipſius antiqui declarãt libri. Nec enim græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas, & cum Phrygum, & cum Phrygibus dicendum eſſet. Abſurdum autẽ erat barbaris tantum caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolum Græce loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium cauſa dicimus, Hæc ille Peculiare autem eſt huic elemento, ut in capite dictionum perpetuo aſpiretur. Quare quę ab eo initium ſumunt, requirenda ſunt inter aſpirata.

DELLA LETTERA Z.

Z Lettera Greca, & Latina, ha nella lingua Italiana ſuono hora forte, & hora piu debole, & quando poi ſi radoppia l'ha molto piu forte. Il debole è quando proferiſceſi Zoilo, Azimo mezo. Il forte quando ſi dice Zoppo, Zappa. Il piu forte poi, pezzo ſtrozza, & ſi fatti Benche ueramente tanto ſuoni forte la ſillaba zza, in pezza, quanto za in zappa, ma perche la lingua Italiana non comporta, che ſi mettano due conſonanti medeſime in principio d'alcuna parola, per queſto è meſtiere ſcriuere zoppo, zappa, & altre tali con una z ſola, quantunque ſieno di ſuono molto piu forte che in Zoilo, & in mezo. Queſta lettera, z, per ſe ſola in lingua Italiana non ha ſignificatione alcuna.

DE LITERA Z.

Z LITERA Græca eſt, qua in Latinis dictionibus non utimur. Eſt autem gemina conſonãs, loco cuius nos interdum geminum ſſ, ut, Patriſſo, pro πατρίζω. Pytyſſo pro πυτίζω. Interdum ſ d, ſubſtituimus: ut Eſdras, pro ἔζρας. Antiqui loco eius unicum aliquando ſ, ſcribebant: ut Sacynthus pro ζάκυνθος. Sethus, pro ζῆθος. Nonnunquam etiam d, literam loco eius uſurpabant: ut Medentius pro Mezentius. Sed hoc tantum apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ANTE A.

ZABIDA, (ζάβιδα) uicus in Arabiæ mediterraneis, ut ex Vranio annotauit Stephanus.

ZABII, (ζάβιοι) populi Indiæ, qui cum Deriade aduerſus Dionyſium pugnarunt. Stephanus.

ZACHALIAS, (ζαχαλίας) magus Babylonius, qui de Gẽmarũ uiribus ſcripſit ad Mithridatem Ponti regem. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZACANTHEI, (ζακανθαῖοι) Zacynthiorum coloni, teſte Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum, Zacintham expugnauit Annibal, cum in Italiam properaret, ut ex Apollodori Chronicis annotauit Stephanus.

ZACYNTHOS, {Zante} (ζάκυνθος) inſula Ionii maris parua, occidentali Peloponneſi lateri adiacens, urbemq; habens eiuſdẽ nominis à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 22. Inter Cephaleniam & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyria. De hac Verg. lib. 3. Aene. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

ZAGRIVS, (ζάγριος) Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babylonia. Auctor Strabo. lib. 11. cap. 15.

ZALEVCVS, (ζάλευκος) nomen fuit legislatoris Locrenſiũ, qui cũ in adulteros hanc pœnam ſtatuiſſet, ut in adulterio deprehenſi utroq; cæcarentur oculo: oblato filio multisq; teſtibus adulterii conuicto, cum neq; paternum animũ poſſet exuere, neq; ſolus pœnæ, q̃ in alios ſtatuerat, immunis eſſe uellet, ſibi primum unum oculum, quamuis plurimum reclamante plebe, & filii crimen patris uirtute condonante, deinde & filio alterum iuſſit erui. Auctor Valer. lib. 6. cap. 5.

ZAMA, (ζάμα) Africæ urbs fuit, apud quam Africanus maior Annibalem inſigni clade affecit. Vide Hiſtoriam apud Liu. lib. 10. Bel. Pun. ſecundi.

ZAMOLXIS, (ζάμολξις) unicus Getarum deus, ad quem proficiſci exiſtimabant eos, qui è uita decederent. Nonnunquam etiam ſorte ex ſuis aliquot delegebant, quos de rebus ſuis Zamolxidi nuntios mitterent. quos poſt mãdata, quę illi nuntiata cupiebant, in ſublime iactatos, gladiis excipiebant, atq; ita interfectos, recta Zamolxin proficiſci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ ſeruum fuiſſe exiſtimant, qui q̃ Getas ad cultiorem uitam reduxiſſet, ab iis habitus eſt pro numine. Vide Herodotum Hiſtoriarum lib. 4.

ZANCLE, {Meſſina} (ζάγκλη) Siciliæ urbs, in penitiſſimo. Pelori ſinu, poſtea à Meſſeniis inſtauratoribus μεσσήνη, hoc eſt, Meſſana appellata. Zancle autẽ prius à ſitus obliquitate dicebatur, q̃ falcis in modũ curuata eſſet. Vide Strabo. lib. 6. Ipſa etiã Sicilia Zancle dici meruit, à Saturni falce, quam poetæ fabulantur in Siciliã decidiſſe. Quã fabulam inde ortam putat Macrobius, q̃ in primis frugũ fertilis ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum uſum monſtraſſe. Ouid. 15. Meta. Zancle quoq; iuncta fuiſſe Italiæ legitur, donec confinia pontus Abſtulit, & media tellurem repulit unda. Zanclęus, a, um, (ζαγκλαῖος) ut Zanclæa arena. Oui. 15. Meta. Charybdis Zanclæa. Idem 4. Faſt.

ZANCLES, (ζάγκλης) ſenex quidam Samothracenus, cui poſt annum uitæ quartum & centeſimum dentes renatos fuiſſe tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

ZAPAVORTENE, (ζαπαυορτήνη) Aſiæ regio, à Caſpiis uerſus ortum ſita: cuius deſcriptionem uide apud Pli. lib 6. cap. 16.

ZARIASPA, orum, (ζαρίασπα τά) Indiæ urbs, quam alio nomine Bactra appellant. Auctores Plin. lib 6. cap. 15. & Strabo lib. 17.

ZARMISEGETHVSA, (ζαρμισεγέθουσα) regia Daciæ urbs, auctore Ptolemæo. lib. 3, cap. 8. Vlpia Traiana deinde dicta.

Z ANTE E.

ZEA, (ζειά) genus frumenti, ſimile farri, quæ uulgò Spelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioſco. lib. 2. cap. 80. alterum ſimplex, & unum tãtũ granũ. alterũ quod Dicoccon, hoc eſt, gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis connectum ſemen habens. Plin. lib. 18. cap. 8. Quę Zea utuntur, non habent far. Eſt et hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenq; appellatur. Hoc habet nomen pręclara res, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: Plura de Zea uide apud Galenum lib 1. de Aliment. facult.

ZELA, (ζῆλα) oppidum fuit Thraciæ in Coenica regione, eo in loco ſita, ubi poſtea extructa fuit Plauiopolis. Auctor Pli. li. 4. cap. 11. Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli a qua uicinus ager Zeleticus appellatur. Auctor Plin. lib 6. cap. 3. & Strabo lib. 12.

ZELIA, ſiue Zelea. pen. pro. (ζηλεία) Troadis oppidum, ad radicẽ Idæ mõtis, ſpectans in Helleſpontum. Auctores Plin. lib. 8. cap. 32. & Strabo lib. 12.

ZELO, as, & Zelor, aris, deponens à uerbo Græco, {Amar grandemente, imitare, hauer inuidia} (ζηλόω) in ſacris literis frequenter occurrunt, idemq; profeſſo ſignificant, quod apud Græcos ζηλόω, hoc eſt, æmulor, inuidia proſequor, cupidè aliquid imitor, & tam uehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar.

ZELOTES, pe. pro. (ζηλωτής) idem eſt q̃ æmulator, Vnde Theſeus dici poſſet zelotes Herculis, & Phauonius Catonis. q̃ hic Catonem, ille Herculem ſemper ſtudioſe obſeruauerit, uirtutemq; conatus fuerit æmulari. Quandoq; accipitur

pitur pro amatore, qui nullum in amore fert riualem. In hac ſignificatione frequenter occurrit in ſacris literis, præcipueq; apud Prophetas qui Deum zelotem eſſe prædicant, hoc eſt, zelotypum, & ferre non poſſe, ut amor ille, cultusq; ſibi uni debitus, ad idola, dæmoniave transferatur.

ZELOTYPIA, æ, {Geloſia} (ζηλοτυπία) ægritudo animi ex eo proueniēs, q quis timeat, ne adſit alteri, quod cum nemine uelit habere cōmune. Cic. 4. Tuſcul. Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo, q alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe cōcupiuerit. Antonius Ciceroni inter epiſtolas ad Atticum lib. 10. Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis a zelotypia mea q̃ ab iniuria tua nata eſt.

ZELOTYPUS, pi, p. c. {Geloſo} (ζηλότυπος) ſuſpicioſus in amore, quemq; id ſolicitū habet, ne quis eo perfruatur, quod ipſe amat, quaſi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem, & τύπος formam ſignificat. Iuu. Saty. 5. Quas in digitis uaginæ fronte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus Iarbę.

ZELUS, (ζῆλος) modò inuidiam, modò ſtudium, modò amorem, modò æmulationem ſignificat: quo fit, ut ab aliis alio modo definiatur. Quidam triſtitiā eſſe aiūt ob alterius bona, quæ quis ſibi adeſſe cuperet, Alii δίψησιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ πρὸς παραδείγματα ὁρμῶσα.

ZENICETUS, (ζηνίκετος) inſignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Aſiæ monte, Lyciam, Pamphiliam, & Piſidiam, aſſiduis excurſionibus cū infeſtaret, multaq; loca munita in poteſtatem redegiſſet, tandem P. Seruilii, qui poſtea Iſauricus dictus eſt, arma in ſe cōcitauit: à quo cū montē præter oēm expectationē captū uideret, ſeipſum cū tota domo cōcremauit. Autor Strab. lib. 14.

ZENO, (ζήνων) Philoſophus, ex Citio Cypri ciuitate, Stoicorum ſectæ cōditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum claues urbis deponerēt, ornarentq; ipſum aurea corona, & ſtatua ærea. Hic adoleſcenti cuidā inepta multa loquenti. Ideo, inquit, duas habemus aures, os autem unum, ut ſcilicet multa audiamus, pauca uerò loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu uerò terram feriens, illud ait ex Niobe: Venio, quid me uocas? Et continuo ſe ſtrangulans interiit, Cic. in Orat. Zeno quidem ille, à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat quid inter has artes intereſſet. Nā cum compreſſerat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe: cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Fuit & alius Zeno Eleates, quem dialecticæ inuentorem fuiſſe ſcribit Ariſto. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nā quum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflāmaſſet contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehenſus, traditusq; eſt tortoribus torquendus. Quumq; laceraretur, ut conſcios coniurationis nominaret, neminem illorum indicauit, ſed amicos, intimosq; tyranni participes coniurationis eſſe dixit. Deinde quum quippiam ſe in aurem tyranni ſ- qui uelle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non ante dimiſit, q̃ rapta aure populariū caput reliquiſſet. Verum cum iam uereretur, ne toties repetitis tormentis reſiſtere non poſſet, conuerſus ad ciues qui quæſtioni interterant: Admiror (inquit) ueſtram ignauiam, ò ciues, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyranni iugum ſuſtinetis: idq; cum dixiſſet, conciſam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto ciuiū animos libertatis deſiderio incendit, ut concurſu undiq; facto, Nearchum lapidarent. Fuit & alius Zeno philoſophus Epicureus, Ciceronis ſynchronos, id eſt, contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. ſe cum cum Attico frequenter audiuiſſe teſtatur Epicuri ſententias explicantem.

ZENOBIA, (ζηνοβία) Odenati uxor, quæ à Ptolemæis originem ducens Græcis ac Latinis literis ornatiſſima, necnon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnauit. Hæc quum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandē ab Aureliano Auguſto uicta Romam in triumphum ducta fuit: ubi ſummo cū honore conſenuit.

ZENOBIUS, (ζηνόβιος) Sophiſta, qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripſit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Salluſtii hiſtoriam in Græcum ſermonem conuertit. Autor Suidas.

ZENODORUS, p. p. (ζηνόδωρος) ſtatuarius inſignis fuit ſub Nerone, qui Mercuriū coloſſeū fecit aut Aruernos CCCC. pedū altitudine: deinde & Neronis coloſſum, qui poſtea dedicatus fuit numini Solis. Autor Pli. lib. 34. ca. 8.

ZENODOTUS, p. c. (ζηνόδοτος) Epheſius uerſificator, & Grāmaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliothecę fuit præfectus: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædā Platonis, Homeri, & Heſiodi opera Commentarios conſcripſit. Vide Suidam.

ZENODOTIUM, (ζηνοδότιον) Vrbs Oſroenæ prope Nicephorium, ut ex ſecundo Parthicorum Arriani annotauit Stephanus.

ZEPHYRE, (ζεφυρή) inſula eſt maris mediterranei, iuxta Cretam, Autor Pli. lib. 4. cap. 12. & Pomponius lib. 2. Zephyre item, ſiue Zephyra, olim dicta fuit Cariæ urbs, Mauſoli ſepulchro nobilitata, quæ deinde dicta eſt Halicarnaſſus. Autor Strab. lib. 14.

ZEPHYRIUM, (ζεφύριον) promontorium eſt Locrorum, à quo Locri dicti ſunt Epizephyrii, q ſupra Zephyrium ſiti eſſent. Strabo li. 6. Locri agri promōtorium obiectus, quod Zephyrium appellatur: portum habens ab occaſu uenientibus uentis commodum: qua ex cauſa & nomen aſſequitur.

ZEPHYRUS, p. c. {Ponente} (ζέφυρος) uentus flans ab occaſu æquinoctiali aduerſus Subſolanum: quem Latini Fauonium appellāt. dictus Zephyrus quaſi ζωηφόρος uitam ferens. uel quia fert quæ ſunt ad uitam. Eo ſanè ſtatu et omnes germinant, & pullulant. Vide Gell. lib. 2. cap. 22. Hinc Zephyrius adiectiuum, ut, Zephyria oua, (ὑπηνέμια ᾠὰ) hoc eſt, ſterilia, q uento putentur generari. Pli. lib. 10. cap. 60. Quidam & uento putant ea generari: qua de cauſa etiam zephyria appellantur.

ZERBIS, (ζέρβις) Meſopotamiæ fluuius in Tigrim cadens, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 26.

ZERETHRA, Arcades uocant uadi foramina quædam, per quæ Eraſinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in Argiuam terram. Autor Strab. lib. 8.

ZEROS, gemma ſimilis iridi, alba ac nigra macula diſtinguente cryſtallum. Pli. lib. 37. cap. 9.

ZERYNTHUM, (ζήρυνθον) antrum eſt in Thracia, non procul à Zona urbe & Hebro fluuio, Hecates numini ſacrum, ut eſt auctor Lycophron: unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri ſacrum fuiſſe exiſtimat, eamq; inde Zerynthiam dictam. Vide Cœl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

ZETA, & Zetecula, diminutiuum apud Plin. in Epiſt. eſt locus capax unius lecti, cum ſellis duabus, qui uelis obductis, & reductis, modo adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum, quoniam tribus è partibus feneſtras, & proſpectus habeat, atq; ſolum multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt feruere. Nam & heliocaminus in ipſa zeta ponitur, hoc eſt, uaporarium quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad Solis, uelut id quod uulgò Luminare dicitur, & in Paduana Gallia Lucerium. Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, q in ea commodiſſimè uiuatur: (ut quam delicias & amores ſuos uocet Cæcilius) ſicut à cōuerſatione, uictuq; Dieta. De Heliocamino Vlpia. de ſeruitutibus urbanis: Si arbor (inquit) heliocamino, uel ſolario ſolem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri De zeta. Lamprid Indicos odores Heliogabalus ad uaporandas zetas ſine carbonibus ſubiebat incēdi. De Zetecula Plinius: Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

ZETHES, (ζήτης) fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: &, quoniam alati fuiſſe feruntur, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, teſte Seruio.

ZETHUS, (ζῆθος) Iouis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus, prope bellum indixeris. Horat. 1. Epiſt. 17. Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atq; Zethi diſſiluit.

ZEUGITANA REGIO, (ζευγιτανή) eadem quæ & Africa propriè dicta. Auctor Plin. lib. 5. cap. 4.

ZEUGITÆ, (ζευγῖται) calami aucupatorii, in Orchomenio lacu poſt annuam inundationem naſcentes. Auctor Plin. lib. 16. cap. 36. Zeugitæ item dicebantur tertii cenſus homines in Republica Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties neceſſitas urgebat, minas decem tributi nomine conferebant. Vide Cœl. Rhodig. lib. 25. cap. 18.

ZEUGMA, gmatis, (ζεῦγμα) Latine cōnexio, ſiue adiunctio dici poteſt. Eſt autem figura dictionis, quum plures ſenſus uno connectuntur uerbo, quod tribus modis fit: aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant. ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut uerbo poſtpoſito: ut, Neq; is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio ſenſuum poſito uerbo: ut, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis, Et uolucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Aen. 3. Eſt etiā Zeugma urbs inſignis ad Euphratem fluuium, LXXXII. M. paſſ. à Samoſatis Comagenæ ciuitate diſtās. Auctor Plin. lib. 5. cap. 24.

ZEUS, zei, piſcis præſtātiſſimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinēs. Gaditani alio nomine Fabrū appellant à colore, opinor, fuliginco, quo fabri plerunq; nigricant. Pli. li. 9. ca. 18. Eſt hæc natura, ut alii alibi piſces principatū obtineant: coracinus in Aegypto. Zeus, idem Faber appellatus, Gadibus: circa Ebuſum ſalpa. Colu. li. 8. ca. 16. Vt Atlantico faber, qui & in noſtro Gaditā municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur: eumq; priſca conſuetudine Zeum appellamus.

ZEUXIS, (ζεῦξις) clariſſimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhaſio deſcendit, uuasq; tāto ſucceſſu pictas in ſcenam detulit, ut ad eas aues aduolarent. Parrhaſius autem linteum attulit pictum, ita ueritate repræſentata, ut Zeuxis aliturn iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam: intellectoq; errore, concederet palmam ingenuo pudore. quoniam ipſe aues feſelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. Fertur hic pinxiſſe puerum uuas ferentem, ad quas quum aduolaſſent aues, iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo, & dixit, Vuas melius pinxi q̃ puerū. Nam ſi hunc conſummaſſem, aues timere debuerant. Pinxit & Helenæ ſimulacrum, quod deinde Romam tranſlatū fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plin. lib. 35. cap. 10.

ZEUXO, (ζευξώ) Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Heſio. in Theog. Ζευξώ τε, κλυτίη τε, ἰδυῖά τε, Πασιθέη τε.

Z ANTE I.

ZIELA, (ζίηλα) Cappadociæ oppidum, teſte Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

ZIGERE, (ζιγέρη) oppidum Scytharum Aroterum in ea parte Thraciæ, quæ Iſtri oſtiis incumbit. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

ZIGNIS, ydis, (ζιγνίς) lacerta minor, quā & Chalcida uocat Ariſtoteles de Nat. animalium.

ZILIS, (ζίλις) oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & è Bætica iura petere iuſſum. Auctor Plin. lib. 5. cap. 1.

ZIMIRIS, (ζίμιρις) regio Aethiopiæ arenoſa, in qua magnetes optimi inueniuntur. Plin. lib. 36. cap. 16.

ZINGI, (ζίγγοι) Mæotidis paludis accolę ſupra Cimmerium Boſphorum. Pli. lib. 6. cap. 7.

ZIPOETIUM, (ζιποίτιον) Bithyniæ oppidum, à Zipœto rege ita appellatū. Gentile Zipœtius, ζιποίτιος Stephanus.

ZIRINIA, (ζειρινία) Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philippicorum Theopōpi annotauit Stephanus Gentile Zirinates, ζειρινάτης.

ZINGIBER, eris, *{Gengiouo gengero. Boc. Gior 8. Nou. 6. Comperò una libra di belle galle di gengiouo}* (ζιγγίβερις Dioſcoridi) genus eſt aromatis, Paruas habens radices albicentes, odoratas, ſapore piperis. Naſcitur in Troglodytica & Arabia. Vide Dioſc. lib. 2. cap. 149.

ZIZANIA, niæ, & Zizanium, zanii, (ζιζάνιον) uitium tritici hordeiq;, nimia loci uligine corrupti, iugibusue pluuiis diluti: quod Latino uocabulo Loliū appellatur. Galli, q caput tenet, uertigines generet, & uini modo inebriet, Iuraeam appellant. Effigiem habet hordeo haud diſſimilem, ſed folium anguſtius, pinguius, & hiſpidius, ſemen exilius in cortice aculeato, florem autem ſubpurpureum Dioſcorides lib. 2. cap. 92. αἶραν appellat.

ZIZAMA, (ζίζαμα) oppidum Garamantum unum ex iis, quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem ſunt redacta. Auctor Plin. lib. & cap. 5.

ZIZIPHUS, pen. cor. (ζίζιφος) genus arboris, nouiſſimi Auguſti temporibus ex Africa in Italiam tranſlatum: fructum fert, quem neutro genere Ziziphum

appellamus, baccis ſimiliorem ꝙ malis. Officinæ Iuiubas uocant. Plin. libro 15. cap. 14. Aeque peregrina ſunt Zizipha & Tuberes, quæ ipſa nonpridem uenere in Italiam. hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ANTE M.

ZMILACES, (ζμιλάκες) gemma eſt in Euphrate naſcens, Proconneſio marmori ſimilis, medio colore glauco. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZMILVS, (ζμῖλος) nobilis architecti nomen, qui una cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis inſignem. Auctor Plin. lib. 36 cap. 13.

Z ANTE O.

ZOARA, (ζόαρα) urbs Perſidis cuius incolæ dicuntur Zoaratæ, ζοαρᾶται. Eſt item zoara Palæſtinæ locus, quo Loth tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. A quo fit gentile Zoarenus, ζοαρηνός.

ZOBIDÆ, (ζωβίδαι) populi Carmaniæ finitimi. ut annotauit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

ZODIACVS, penult. cor. {Zodiaco, cerchio celeſte} (ζωδιακός) circulus eſt in ſphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens ſigna: ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium interſecans Aequatorem. a quo uiciſſim & ipſe ſecatur circa principia Arietis & Libræ. Porro cum cæteri omnes circuli ſine latitudine & profunditate eſſe intelligantur, ueluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduum ſedecim tribuitur: quam quidem latitudinem mediam diuidit linea Ecliptica, utrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζώων, hoc eſt, à figura animalium, quæ in eo imaginantur. ut ſunt Aries, Taurus, &c.

ZOELÆ, per tres ſyllabas, pen. pro. (ζωῆλαι) Aſturiæ populi in Hiſpania Citeriore, Peſicis, & Gyris finitimi. Auctor Plin. lib. 3. ca. item 3. Apud hos præſtantiſſimum lini genus naſcebatur, & ſplendidiſſimum, idque natura torrentis, in quo poliebatur. ut teſtatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

ZOILVS. (ζωΐλος) Sophiſta fuit Amphipolites Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, ꝙ Homerum poetarum omnium principem libris aduerſus eum ſcriptis auſus ſit reprehendere, unde & ὁμηρομάστιξ cognomē accepit. Quæ ſcripta Ptolemæo obtulit, ingens uidelicet præmium ab eo ſperans. Verum cum nihil daretur, penuria coactus, ſubmiſit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari ſe ait, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis eius genere diuerſi diuerſa ſentiunt. Alii parricidii conuictum iuſſu regis cruci ſuffixum uolunt: alii cum in Græciam rediſſet, de Scironiis ſaxis fuiſſe præcipitatum. Ab huius autem moribus ſumptū eſt, ut homines liuidi, & ex alieni ingenii obtrectatione laudē aucupantes, Zoili dicerentur. Ouid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingeniū magni liuor detrectat Homeri: Quiſquis ex illo Zoile nomen habes. Vide Adagia Eraſmi.

ZONA, æ, {Cinta, cintura correggia} (ζώνη) cingulum, quo cingimur. Mart. lib. 14. Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere uenter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Ouid. 2. Faſt. Dat teretem zonā, qua modo cincta fuit. Horat. 2. Car. Ode 30 Et ſolutis Gratiæ zonis, properentque nymphæ, Mercuriusque. Catul. Epigram. 2 Quod zonam ſoluit diu ligatam. Caius Gracchus apud Gel. lib. 15. cap. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Zonā perdidit, prouerbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia deſtitutus eſt: tractum à militibus, qui quicquid habent in zona circunferunt. Horat. 2. Epiſt. lib. 2. Ibit eò, quò uis, qui zonam perdidit. Zonæ item dicuntur, circuli quidam lati, cœlum, terramque ueluti cingula quædam, ambientes. Sunt autem numero quinque. ex quibus media quæ inter Tropicos eſt, nimio calore parum apta creditur habitationi, duæ uerò extremæ ſub Arctico et Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrent: unde & ipſæ habitationi parum ſunt idoneæ. Reliquæ autem duæ ut quæ medium inter torridam, & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ uitæ accommodatiſſimæ. Verg. 1. Georg. Quinque tenent cœlum Zonæ: quarum una corruſco Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur Cœrulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has inter, mediamque duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ Diuum, & uia ſecta per ambas. Obliquus qua ſe ſignorum uerteret ordo. Ouid. 1. Metam.

Vtque duæ dextra cœlum, totidemque ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem.
Cura dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utranque locauit:
Temperiemque dedit miſta cum frigore flamma.

Eſt item Zona, Stephano, Ciconum urbs in Thracia, non procul ab Hebro flumio, & Zerynthio antro, in quo Hecatæ canes immolabātur, de quo plura ſupra in dictione Zerynthon. A zona fit Zonarius, ſubſtantiuum, (ζωνοπλόκος) qui zonas facit. Cic. pro Flacco. Quod Mithridates, qui multitudinē illam non auctoritate ſed ſagina tenebat, ſe uelle dixit, id ſutores, & zonarii conclamarunt.

Zonarius, adiectiuum, quod ad zonā pertinet. ut, Sector zonarius, (βαλαντιοτόμος) qui zonā ſeu loculos incidit, quem crumenisecā appellare poſſumus. Plau. in Trin. Mira ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius.

ZONITIS, pe. pro (ζωνῖτις) cadmiæ ſpecies eſt, lineas quaſdam latiuſculas zonarum inſtar diſcurrentes habens. unde & nomen accepit. Eadem & Placodes (πλακώδης) dicitur quaſi cruſtaceam dicas. Auctor Dioſcor. lib. 5. cap. 40.

ZONVLA, læ, (ζωνίδιον) diminutiuū à zona. Catull. in Epithalamio: Tibi uirgines Zonula ſoluunt ſinus.

ZOONYCHON, pen. cor. (ζωόνυχον) herba eadem cum leontopodio: apud Dioſco lib. 4 cap. 132.

ZOOPHTHALMOS. (ζωόφθαλμος) herba in tectis & ſuggrūdiis naſcēs, quæ notiore nomine Semperuiuum maius (ἀείζωον τὸ μέγα) appellatur. Folia habet carnoſum & ſubrotundum, oculi animalis ſimilitudinem referens: unde et nomen accepit. Vide Plin. lib. 25 cap. 13 & Dioſco. lib. 4. cap. 91.

ZOOPHYTA. (ζωόφυτα) dicuntur, teſte Budæo, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habēt. ut ſunt Oſtrea & Spongiæ, quæ neque ſtirpes neque animalia dicere poſſis, ſed medium quiddam inter utrunque. Nam ſenſu prædita eſſe manifeſtum eſt, cum tamen motu careant progreſſiuo. Nos (inquit Budæus) fortè Plantanimantes dicere poſſemus: uel Plantanimalia.

ZOPISSA, (ζώπισσα) pix nauibus abraſa, teſte Plin. lib. 16. ca. 12. quæ admiſta cera, & marino ſale macerata, multo ad omnia eſt efficacior, ꝙ aliæ pices Sed propriè reſina ex pino Dioſco. lib. 1. cap. 96. ζώπισσαν δέ τινες εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ, καλουμένην ὑπό τινων ἀπόχυμα, διαφορητικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι· οἱ δὲ τὴν πιτυίνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. hoc eſt: Zopiſſam aliqui aiunt deraſam nauibus reſinā cum cera, quam alii Apochyma appellant. Ea diſſipandi naturam habet, quoniam marino ſale macerata ſit, alii ex picea reſinam hoc nomine uocauerunt.

ZOPYRON, pen. cor. (ζώπυρον) herba eſt ſimilis ſerpyllo, naſcens in petroſis, orbiculato florum ambitu ſpeciem lecti pedum præbens: unde & Clinopodion à quibuſdam appellatur. Vide Plin lib. 24. cap. 15.

ZOPYRVS, pen. cor. (ζώπυρος) Phiſiognomon quidam fuit hoc eſt, ex eorū genere, qui ſe hominum mores naturasque ex faciei lineamentis perſpicere profitētur. Huic cum aliquando oblatus eſſet Socrates, iſque eum hominem ſtupidū bardumque eſſe reſpondiſſet, cæteris eam uocē riſu excipientibus Non fallerīs (inquit Socrates) ò Zopyre. Talis enim eram, niſi uitioſam naturam Philoſophiæ præceptis ſuperaſſem. Zopyrus præterea alius fuit filius Megabyzi, unus ex iis, qui occiſo Pſeudoſmerdi, Perſarum regnum è Magorum manibus uindicarūt. Hic cum Darius Babylonem uigeſimum iam menſem fruſtra obſideret, naſum ſibi, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darii iniuria coquerens, quem ſibi immeritò ita faciem mutilaſſe ſimulabat. Receptus itaque a Babyloniis, leuibusque aliquot præliis re ſtra feliciter geſta, uniuerſæ urbis dux conſtitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamen uictoriam ſibi nimis magno conſtare, ſæpe conqueſtus eſt, unum ſeſe Zopyrum integrum malle aſſerens, quàm uiginti cepiſſe Babylones. Auctor Herodotus lib. 3.

ZOROANDA, (ζοροάνδα) lacus eſt circa Taurum montem, ubi Tigris cuniculis abſorptus, ruſſus erumpit. Vide Plin. lib 6. cap. 27.

ZOROASTRES, (ζωροάστρης) Bactrianorum rex, Aſtrologiæ & Magiæ peritiſſimus, qui eadem, qua Ninus Aſſyriorum rex, ætate floruit, à quo poſt multa prælia uario euentu commiſſa, tandem debellatus eſſe traditur, & occiſus.

Hic omnium mortalium unus, teſte Plin. lib 7. cap. 15. eodem, quo natus eſt, die riſiſſe fertur: cerebrumque et adeo dicitur palpitaſſe ut impoſitā repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ. Primus enim artes magicas creditur inueniſſe, ut auctor eſt idem Plin. lib. 30. cap. 1.

ZORONYSIVS. (ζορονύσιος) gemma magica, quæ naſcitur in Indo flumine. Plin. lib. 37. cap. 10.

ZOSTER, (ζωστήρ) genus ignis ſacri, medium hominem ambientis & enecantis, ſi cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis ſacri plura ſunt genera: inter quę mediū hominem ambiens, qui zoſter appellatur: & enecat ſi cinxerit. Zoſter item Atticæ promontorium eſt, non procul ab Anaphlyſto, ꝙ longiſſime in mare excurrens: teſte Strabone lib 9.

Z ANTE V.

ZVCHIS. (ζοῦχις) oppidum eſt Africæ, non procul à Syrtibus. à quo fit gentile zuchites, ζουχίτης, Stephanus.

ZVRA. Aphrorum lingua ſemen paliuri uocatur, contra ſcorpiones efficaciſſimum. Plin. lib. 24. cap. 11.

Z ANTE Y.

ZYGÆNA, (ζύγαινα) nomen piſcis, apud Ariſtotelem de Animalibus.

ZYGANTES, {Ziganti} (ζύγαντες) populi ſunt Aphricæ mediterraneæ ſimus ferè uictitantes, quarū magna copia apud ipſos gignitur. Plura de iis ſcribit Herodotus lib. 4. Horum ciuitas, (ζύγαντις) commemoratur a Stephano.

ZYGI, (ζυγοί) populi Mæotim accolentes, ſupra Boſphorum Thraciū, Achæis, & Heniochis finitimi. Auctor Strabo lib. 11.

ZYGIA, (ζυγία) à Græcis appellatur aceris arboris genus, rubens, fiſſili, ligno, cortice liuido & ſcabro: Latinè Carpinum uocamus. Dicta zygia, ꝙ ex ea materia fiant iuga iumentis, quæ apud Græcos Zyga, uocantur. Vide Plin. lib. 16. cap. 15. Zygia item Iunonis cognomentū eſt, apud Pindarum, eo ꝙ nuptiis præſidere putabatur. unde & γαμηλίαν uocant Græci, Latini etiam pronubam. Ver. 4. Aen. Prima & Tellus & Pronuba Iuno Dant ſignum. Eodem ſpectat & illud eodem libro, Iunoni imprimis cui uincla iugalia curæ. Eſt & Zygia tibia nuptialis. Apuleius. Et ſonus tibi Zygiæ mittatur.

ZYGIS. (ζυγίς) ſerpyllum ſyluestre, non ſerpens humi, quemadmodū in horrenſe, ſed in altitudinem increſcens, ramulos edens tenues, ſurculoſos, foliis refertos longioribus ꝙ rutę, & durioribus, & anguſtioribus: flores autem gignit iucunde olentes, & guſtu acres. Auctor Dioſcorides lib. 3. cap. 37.

ZYGITÆ, (ζυγῖται) ex remigibus dicebantur, qui medio ſedebant loco. Nam qui ſummi erant, Thranitę dicebantur: qui uerò infimi, Thalamii. Dicti Zygitę ἀπὸ τῶν ζυγῶν. quo nomine inter cætera tranſtra, & ſedilia in nauibus uocātur, quæ & Latini Iuga appellant. Verg 5. Aene. Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant. Deturbat. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

ZYGOPOLIS, (ζυγόπολις) Ponti urbs in confinio Cappadociæ, nō procul à Trapezunte. Auctor Strabo lib. 12.

ZYGOSTATÆ. {Peſatori} (ζυγοστάται) ponderum examini præfecti, quorum officium eſt proſpicere, nequa in ponderibus fraus committatur: ut annotauit Alciatus in legem 2. Digeſt. Si certum petatur.

ZYMITES, pe. pr. (ζυμίτης) panis fermētatus: ἀπὸ τῆς ζύμης, qua uoce Græci fermētū appellāt. Huic opponit Azymus, (ἄζυμος) id eſt, panis fermēti expers.

ZYTHVM, neut. gene. uel Zythus maſcul. (ζῦθος) potus ex hordeo aqua reſoluto confectus, acris guſtu, & uini in morem inebrians. Hoc Aegyptii uini loco utebantur, (unde & Peluſiacus potus à Poetis inuenitur appellatus) ſicut Hiſpani ſimili factitio potus genere, quam Celiam uel Ceriam appellabant. Plin. li. 22. cap ultimo. & frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iidem ſiunt & potus Zythum in Aegypto celia, & ceria in Hiſpania, cereuiſia & plura genera in Gallia, aliiſque prouinciis: quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. De Zytho uide Dioſcor lib. 2. cap. 79. Et quomodo conficiatur, uide Ruellium.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE
FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT
VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF
GGG HHH III KKK LLL MMM NNN
OOO PPP QQQ RRR.

Quaterniones omnes, præter QQQ & RRR terniones.



VENETIIS
Ioan. Gryphius excudebat.
1 5 5 5.

Digitized by Google

quæ magnopere deſideramus, adhibitis uotis à diis petere ſolemus, factum eſt, ut Vota accipiamus pro optatis, εὐχαί. Pli. Epiſt. 45. Hæc ego uitā uoto, & co gitatione præſumo. Vnde uoti cōpotem dicimus eum, qui deſiderium ſuū aſſe cutus eſt. Et Pro uoto ſuccedere, (κατὰ γνώμην προχωρεῖν) id eſt, pro deſide rio. Item facere uota, pro optare, εὔχεσθαι. Cic. pro Milone: Vota enim fecera tis, ut in eos ſe potius mitteret, q̄ in ueſtras poſſeſſiones. Nonnunquam tamen facere uota, idem eſt quod uouere. Cice. de Aruſp. reſp. Noſtri Imperatores ma ximis & periculoſiſſimis bellis huic deæ uota fecerunt, eaq; in ipſo Peſſinunte ad aram principem perſoluerunt. Voto aliquem fingere, id eſt, talem fingere, qualem uel maxime optaremus. Pli. Epi. 112. Tibiq; ut qui explorauerim, ſpō deo habiturum te generum, quo melior fingi ne uoto quidem potuit. Nuncu pare uota pro imperio, apud Cicer. 6. Verr. i nominatim aliquid uouere, quod Reput. periculo liberata, ſis perſoluturus. Voto teneri, eſt uoti ergo obligatū eſſe. Cic. Att. Sed iam quaſi uoto quodam & promiſſo me teneri puto. Vota ſoluere, eſt ea, quæ uouimus præſtare. Idem ad eundem. Vota reddere, apud eun dem 3. de Legib. Liberare ſe uoto, eſt ſolutione eorum, quę uouimus, eximere ſe ſe ab obligatione ſpōſionis diis factæ. Legimus tū & liberare ſe uoti, pro uo to. Li. 5. ab Vrb. Verecundiam non tulit ſenatus quin ſine mora uoti liberare tur. Reus uoti, & Damnatus uoti, uide in dictionibus Damnatus, & Reus.

VOVEO, ues, ui, tum, {Far uoto, auuotare} (εὔχομαι, ἐπεύχομαι) Deo aliquid ſancte promitto, pro quo etiam dicimus Vota facere, & Vota nuncupare. Liu. lib. 1 ab Vrbe: In re trepida duodecim uouit Salios, fanaq; Pallori, & Pauori. Horat. 3. Car. Ode 8. Voueram dulces epulas, & album Libero caprum. Oui. 9. Meta. Vota puer ſoluit quæ fœmina uouerat Iphis. Votus, a, um, participiū. Cic 3. de Nat. deo. At earum templa ſunt publice uota, & dedicata. Liu. 4. ab Vrb. Ludi ab Decemuiris per ſeceſſionem plebis à patribus ex ſenatuſconſulto uoti, eo anno facti ſunt. Vouere caput pro ſalute patriæ, dixit Cic. 5. de Fin. pro, Se pro ſalute patriæ periculis obiicere. Huius compoſitum eſt, Deuoueo, de cuius ſignificatione abunde multa dicta ſunt ſuo loco.

VOX, uocis, {Voce, ſuono, dittione} (φωνή, φθογγή, ὄψ, αὐδή) proprie dicitur ſo nus, qui ab animalis ore profertur. Fit enim ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod eſt clamare. Ci. 2. de Natu. deo. Vocis genera permulta, canorum, fuſcum: lene, aſperum: graue, acutum: flexibile, durum: quæ hominum ſolum auribus indicantur. Idē in Ora tor. Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui maxime uoce commo uentur. Mira eſt enim quædam natura uocis: cuius quidem è tribus omnibus ſonis, inflexo, acuto, graui, tanta ſit, & tam ſuauis uarietas perfecta in cantibus.

De uocis quantitate, ac qualitate, uide Quint. lib. 11. ca. 3. Oui. 2. Met. Nec conata loqui eſt: nec ſi conata fuiſſet, Vocis habebat iter, ſaxum iā colla tenebat. Ver. 3. Aen. Senſit, & ad ſonitum uocis ueſtigia torſit. Quint. li. 11. ca. 3. Augē tur autem ſicut omnium, ita uocis quoque bona cura. & negligentia minu ūtur. Nonnunq̄ tamen Voces dicimus pro rerum etiam inanimatarum ſonis. Ver. 6. Aen. de Orphei cithara: Nec nō Threicius longa cum ueſte ſacerdos Obloqui tur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

V ANTE P.

VPILIO onis, maſc. gen. {Pecoraro} poſitum eſt à Vergilio pro Opilione, cau ſa metri, Eclog. 10. Venit & upilio, tardi uenere ſubulci. Eſt autem Opilio, Vel Vpilio, ouium cuſtos. ποιμήν.

VPVPA, æ, {Vppupa, bubba, meretrice} (ἔποψ) auis, criſtis à capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper commorans. Plin. lib. 10. cap. 29. Mutat & upupa, ut tradit Aeſchylus poeta, obſcœna alias paſtu auis, criſta uiſenda plicatili, con trahens eam ſubrigensq; per longitudinem capitis. Plaut. in Captiuis. Vpupam pro meretrice accipit. Itidem (inquit) hæc mihi aduenienti upupa quæ me dele ctet, data eſt.

V ANTE R.

VRA, (οὔρα) locus eſt in finibus Syriæ Palmyrenæ: ad Eufratem fluuium: qui in de relictis Palmyrenorum deſertis, in ortum reflectitur. Auctor Pli. libr. 5. cap. 24.

VRACHVS, pen. cor (οὐραχός) meatus eſt proficiſcens ex fundo ueſicæ fœtus in utero exiſtentis. lotium deferens in membranam urinæ recipiendæ deſtinatā, quæ à Medicis ἀλλαντοειδὴς appellatur. Vide Galenum lib. 15. de Vſu par tium, & in tractatu de confectione uuluæ.

VRAGVS, (οὐραγός, ᾅδης) Plutonis cognomen eſt, ab urgendo (ut quibuſdam uidetur) impoſitum, q; omnium deorum maxime nos urgeat. Nos Græcam uocem eſſe malumus. Apud illos enim οὐραγός dicitur, qui in acie extremā ag minis partem ducit. Vnde non incommode ad Ditem transfertur, qui poſtremum humanæ fabulæ actum excipit.

VRANIA, æ, ſiue Vranie, es, (οὐρανία, ἢ οὐρανίη) una Muſarū, Iouis & Mne moſynes filia, cui Aſtrologiæ inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam pu tant, quaſi τὰ ἄνω ὁρῶσαν, hoc eſt, ſublimia ſpeculantem. Ouid. lib. 6. Faſt. Ex cipit Vranie: fecere ſilentia cunctæ.

VRANOSCOPVS, pi, (οὐρανοσκόπος) piſcis idem cum callionymo, fel ha bens prægrande, quo cicatrices, & excreſcentes in oculo carunculæ perſanātur. Dictus Vranoſcopus ab oculo, quem in capite habet ita ſitum, ut eo cælum in tueri uideatur. Vide Plin. lib. 32. cap 7.

VRANVS, (οὐρανός) pater Saturni: quem Latini Cælum uel Cælium appellāt, ex cuius uirilibus, à Saturno filio exectis, & in mare abiectis, nata eſt Venus, quæ ideo Græco nomine appellata eſt Aphrodite.

VRANOPOLIS, (οὐρανόπολις) urbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Atho: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

VRBANATIM, {Vrbanamente, ciuilmente, modeſtamente} (ἀστείως) antiquis in uſu erat, pro Vrbane, hoc eſt urbanorum more. ſicuti contra Ruſticatim, pro ruſtice, ſiue ruſticorum more. Pomponius, apud Nonium: At ego ruſticatim tā gam, urbanatim neſcio.

VRBANE, aduer. (ἀστείως, χαριέντως) facete, lepide, uenuſte. Ci. 1. de Fin. Fa cete & urbane (ut è patre audiebam) Stoicos irridente. Quint. li. 2. cap. 11. Nec ſanè potuit urbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi.

VRBANITAS, atis. {Vrbanità, piaceuolezza, ciuiltà} (ἀστεϊσμός, χαριεντισμός, εὐτραπελία) ſermonis lepor, oratio ſalibus condita. Vrbanitas (inquit Quint. lib. 6. cap. 3) illa eſt, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditū, nihil peregrinum neque ſenſu, neque uerbis, neque ore, guſtúue poſſet deprehēdi. Cic. 1. de Fin. Et ſunt illius ſcripta leniora, ut urbanitas ſumma appareat, do ctrina mediocris. Quint. lib. 4. cap. 1. Vrbanitas opportuna reficit animos. Eſt autem hæc ſignificatio metaphorica tracta à moribus eorum, qui in urbibus agunt, quorum oratio, uitaq; omnis lepore, ſalibus, & uenuſtate amœnius con dita eſt, q̄ eorum, qui in agris agunt. Nonnunquam tamen legitur in propria ſignificatione pro rebus ipſis urbanis, uel pro uita urbana τὰ ἀστυκά. Cic. Tre batio: Tu modo deſideria urbis & urbanitatis depone.

VRBANVS, na, num, {Ciuile, urbano, coſtumato bene} (ἀστικός, ἀστεῖος) idem quod Vrbicus: ut, Vrbani mores, Vrbana cura: aut qui in urbe habitat, cui op ponitur Ruſticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt ruſtici. Vrbana prædia. Vl pia. l. urbana. ff. de uerbo. ſig. Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non ſo lum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt, uel alia meritoria in uil lis, & in uicis: uel ſi Prætoria, uoluptati tantum deſeruientia, quia urbanum præ dium non locus facit, ſed materia. Vita urbana. Terent. Adel. Ego hanc cle mentem uitam, urbanam, atq; ocium ſecutus ſum. Ouid. 1. de Pon. Eleg 9. Nec tu crediderís urbanæ commoda uitæ Quærere Naſonem: quærit & illa tamen. Per translationem accipitur pro faceto, comi, lepido, quem Græci εὐτράπελον uocant, ſiue χαρίεντα: & pro eo qui in uerbis & ſono, & uſu proprium quen dam præ ſe fert urbis guſtum, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Cic. pro Domo ſua. Et homo facetus inducis etiam ſermonem ur banum, ac uenuſtum. Hora. 1. Serm. Saty. 10. Fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem, &c. Et differt à Dicaci, q; Dicax eſt, cuius ſer mo cum riſu aliquem inceſſit. Ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacē negant. Quemadmodum autem Vrbanum, & Dicacem hominem dicimus, ita Vrbanum, & Dicacem ſermonem: unde Vrbanitas, & Dicacitas tam de ora tione, q̄ de homine dicuntur.

VRBI, (οὔρβοι) populi ſunt Capiſſenæ (quæ eſt Aſiæ regio Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo fluuio nauigabili. Autor Pli. lib. 6. cap. 23.

VRBICVS, ca, cum, {Cittadineſco} (ἀστικός) quod ad urbē pertinet: ſicut Ru ſticus, ca, cum, quod ad rus. Gel. lib. 15. cap. 1. Si quod autem poſſet remedium eſſe, ut ne tam aſſidue domus Romæ arderent, uenum hercle dediſſem res ruſti cas, & urbicas emiſſem. Suet. in Auguſto. Vt feraciorem, habilioremq; annonę urbicæ redderet. Martial. in Proœ. lib. 12. Quæ abſoluenda non eſſet inter illas quoq; occupationes urbicas, quibus facilius conſequimur, ut moleſti potius, q̄ officioſi eſſe uideamur.

VRBINA, næ, pen. cor. teli genus oblongum. Plaut. in Bacch. Si tibi eſt machæ ra, & nobis urbina eſt domi. Verba ſunt Chryſali, minas referentis, & milı tis ſæuitiam ſæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius legit hoc lo co Veruinam, & interpretatur iaculi genus, quod uerutum uocant. Vide Eraſ mi Adagia.

VRBINVM, {Vrbino} Italiæ oppidum in Vmbria: à quo Vrbinates. Plin. lib. 3. cap. 14.

VRBS, huius urbis, {Città} (ἄστυ) oppidum muro cinctum, ab Vruo aratri cur uatura: q; antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetruſco ritu in condendis urbi bus, interiore uacca, aratro circum agebant ſulcum, intra quem urbem ædifica rent. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut urbs foſſa, muroq; munita eſſet, & locum, unde terram fodiſſent, Foſſam uocabant. Vergil. 1 Georg. Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro. Quidam ab orbe, Vrbem appellatam pu tant, q; ſulcus in orbem duceretur: nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant. Et proprie Roma Vrbs dicta eſt per antonomaſiam, quum cætera dicantur Oppi da, ut teſtatur Quint. lib. 8. cap 2. Vrbis autem uocabulo proprie, ædificia ipſa ſignificantur. Verg. 1. Aene. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago. Ciuitatis autem nomine proprie intelliguntur coloni, qui & Ciues dicuntur. Ci. 1. de Repub. Quam cum locis manuq; ſepſiſſent, eiuſmodi coniunctionem te ctorum Oppidum, uel Vrbem appellarunt, delubris diſtinctam, ſpatiisq; com munibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualem expo ſui, Ciuitas eſt. Sed confunduntur quandoq;, ita ut Vrbs pro ciuitate ponatur: idq; per Metonymiam, ut ait Quint. lib. 8. cap. 6. Verg. 2. Aen. Inuadunt urbē ſomno, uinoq; ſepultam. Et ciuitas pro urbe. Sene. Quam pleraſque ciuitates ui derimus terræ motu funditus collapſas. Ab urbe fit Suburbium & Suburba num, Vrbanus, & Vrbicus. ſicut ab oppido Oppidanus & Oppidicus.

VRCEOLARIS HERBA, {Herba murale} (ἑλξίνη Dioſcoridis) à Roma nis dicta eſt, quam herbariorum uulgus hodie Parietariam ſeu Muralem appel lat. Dicitur & Perdicium, quod perdices hac herba peculiariter delectentur. Vr ceolaris autem idcirco appellata eſt, q; ſua aſperitate ſit lauandis urceis maxime idonea. Plin. lib 22. cap. 17. Perdicium, ſiue Parthenium, à noſtris herba urceo laris uocatur ab aliis Aſtericum, folio ſimilis ocymo, nigrior tantum, naſcens in tegulis, parietibusq;.

VRCEVS, urcei, {Boccale, orciolo} (κεράμιον) ut Paulus Iureconſultus ait, eſt uas, quo aqua in urnam infunditur, uel in ahenum. Mart. lib. 14. Hic tibi dona tur panda ruber urceus anſa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. Colu. lib. 12. cap. 21. Sal autem quàm candidiſſimus conicitur in urceo fictili ſine pi ce: qui urceus cum recipit ſalem, diligenter totus oblinitur luto paleato. Horat. in Arte: Amphora cepit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? Hinc Vrceolus diminutiuū. Col. li. 12. ca. 16 Eodem tempore ſorba manu lecta curioſe in ur ceolos picatos adiicito. Iuue. Sat. 3. Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex, Ornamentum abaci necnon & paruulus infra Cantharus, &c.

VRCI, (οὖρκοι Ptolemæo) oppidum mari imum in finibus Hiſpaniæ Tarraco nenſis, ubi à Bætica dirimitur. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. & cap. 3.

VREDO, inis, (ζιζάνιον) morbus herbarum, fruticum, arborumq; qui in uitibus etiam Carbunculus dicitur. & in cæteris Rubigo, ſata, plantas, arboresq; adu rens Cic. 3. de Nat. Deo. Nec ſi uredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui ani maduertendum fuit. Pli lib. 17. cap. 28. Plerıq; dixere rorem inuſtum ſole acri frugibus rubiginis cauſam eſſe, & carbunculi uitibus. Quod ex parte falſum ar bitror: omnemq; uredinem frigore tantum, innoxio conſtare ſole. Eſt et Vredo (κνησμός) exuſtio cum pruritu, qualis ab urtica tum herba, tū piſce excitatur. Plin. lib. 9. cap. 45. de Vrtica piſce: Dum admonetū ſibi manum ſentit, colorem mutat, & contrahitur: tacta uredinem mittit.

VER-

VRETHERES (οὐρητῆρες) meatus oblongi per quos urina à renibus in ueſicā deſertur. Vide Celſum lib. 4. cap. 1.

VRGEO, ges, urſi, urſum, {*Spingere, premere, commouere*} (ἐπείγω, ἐπιβρίθω, κατεπείγω) incumbo in aliquid, cogo, premo, impello. Verg. 3. Georg. Imi Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor urget inertes. Idem 7. Aen. Iuſſisq; ingētibus urget Apollo. Cic. ad Att. lib. 6. Solicitudine prouinciæ tamen uel maxime urgebamur. Et lib. 12. Sed neq; hæc digna longioribus literis: nec erat quod ſcriberem: & ſomnus urgebat. Vrgere, inſiſtere. Quadrigarius lib. 5. Annal. apud Nonium: Sed circiter horas duas graui prælio urſerunt; deinde in fugam ſunt coniecti. Cic. de Fini. Non pugnem cum homine, cur tantum habeat naturæ boni, illud urgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum, cum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Ibidem lib. 4. Vrgent tamen, & nihil remittunt: quoniam, inquiunt, omne peccatum, & imbecillitatis, & inconſtantiæ eſt. Accipitur item Vrgere pro tegere, ut annotauit Nonius, citans illud Vergilii lib. 2. Georg. Qui ſaxo ſuper, atq; ingenti pondere teſtæ Vrgerent. Item pro accelerare: ut apud eundem lib. 9. Aen. Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina, dieſq; Vrgebā, & tela curas ſolabar aniles. Item ſuſcitare, & opprimere. Cic. pro Rab. Satis eſt homines lapſos non erigere: urgere uero iacentes, aut præcipitantes impellere, certe eſt inhumanum.

VRGI, (οὔργοι) populi Sarmatiæ Europææ, Iazygibus finitimi, ad utranq; Iſtri ripam, magna ex parte ex paſtionibus uictitantes, pauci agriculturæ dediti. Auctor Strabo lib. 7.

VRGO, inſula eſt in mari Tyrrheno, non procul à Capraria. Plin. lib. 3. cap. 6.

VRI, (οὖροι) Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Auctor Pli. lib. 6. cap. 20.

VRIA, Plinio, (οὔριον Ptolemæo) oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano: cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 1. Eſt item Vria lacus Acarnaniæ, ſemi ſtadium diſtans à mari. Auctor Strabo lib. 10. Et præterea eiuſdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & poſt flexum Gargani montis, teſte Pli. li. 3. ca. 11. Strabo Vrium, Ptolemæus ὔριον appellat. Vriam aliam collocat Strabo lib. 8 medio ferè itinere inter Tarentum & Brundiſium.

VRICA, cæ, commune ſatorum omnium uitium, ſed maximè ciceris, cum Salſilaginem eius abluendo, imber id dulcius facit. Plin. lib. 18. cap. 17.

VRIGO, pe. pro. uriginis, (καυσώδης, καῦσις) uredo, quæ ex ui cauſtica alicuius medicamenti prouenit. Plin. lib. 20. cap. 22. At in magna duritia ſine fico impoſitum, uel ſi uehementior urigo timeatur, per duplices pannos.

VRINA, urinæ, pen. pro. {*Orina, piſcio, piſſo*} (οὖρον) ſerum ſanguinis, quod in renibus colatum, per uretheras tranſmittitur ad ueſicam. Latini etiam Lotiū appellant. Dicta Vrina, à Verbo οὐρεῖν, quod eſt meiere, Col. lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculo hominis urina, quàm ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere. Vrinam facere, & Vrinam reddere, idem quod meiere. Plin. lib. 8. cap. 16. Vrinam mares crure ſublato reddere, ut canes. Col. lib. 6. cap. 30. Cum ſuo tempore urinam non fecerint. Vrina genitalis, eſt genitale ſperma. Pli. lib 8. cap 43. Incontinens aſinæ uterus genitalem urinam reddit, ni cogatur in curſum uerberibus à coitu.

VRINO, nas, pen. pro. ſiue urinor, deponens, {*Vrinare, piſciare*} (κυβιστάω ὑπὸ ὕδωρ, κολυμβάω) eſt in aquam mergi, & natando emergere: dictū ab Vrino, ut Sipontino placet, hoc eſt, à curuatura aratri, quam urinantes imitari uidentur: uel ut alii malunt, ab Vrna, qua aquam è puteo, aut flumine haurimus: quæ ut aquam capiat primum immergitur, deinde extrahitur. Plin. libro 11. capit. 37. Eadem eſt cauſa, quia ſub aqua diu ranæ, & phocæ urinentur. Hinc Vrinatores, (κυβιστητῆρες, δύται, ὑφύδροι, βύθιοι, κολυμβηταί) apud Varronem, qui in aquam merguntur, & ſub ea natant. Calliſtratus Iureconſultus ita appellat eos, qui merces è mari extrahunt, nauigii leuandi gratia iactatas. Hinc compoſitum, Inurino. Col. lib. 8. Lacus, piſcinæq; fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aues.

VRINVM ouum, (ὑπηνέμιον ᾠόν) ouum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, Veneris tamen imaginatione, ut cum fœminæ ſeſe mutuo ſaliunt. Plin. lib. 10 capi. 58. Palumbes, & turtures plurimum terna pariunt oua, nec plus quàm bis ferè pariunt: atq; ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium, quod irritum eſt, urinum uocāt. Græci id genus oua (ὑπηνέμια) appellant, quaſi dicas ſubuentanea: qua uoce utitur & Plin. loco iam citato. Et ipſæ (inquit) inter ſe, ſi mas non ſit, fœminæ ſaliunt, pariuntq; oua irrita, ex quibus nil gignitur, quæ Græci Hypenemia uocant. Eadem & Zephyria appellantur ab eodem Plinio lib 10. cap. 60. Irrita oua, quæ Hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantum, ſed & gallinæ, perdices, pauones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus iucundi ſaporis, & magis humida. Quidam & uento putant ea generari: qua de cauſa etiā Zephyria appellantur.

VRION, terræ genus, quod in corrugis faciendis diligenter uitant, qui aurum in montium ruinis quærunt per ſilices potius & calculos flumina riuoſq; ducentes. Auctor Plin. lib. 33. cap 4.

VRIVM, (οὔριον) oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 4. Plin. in Gaditano conuentu collocat, & Vriam per primam effert declinationem.

VRNA, æ, {*Orna, ſecchio, ſecchiello*} (κάλπις, ὑδρία) uas quo aqua è puteis, fluminibusve hauritur: ita dictum, quod ſubter aquā demerſum, atq; inde rurſus emergens, urinantis ſpeciem præbere uideatur. Pla. in Pſeud. Tu qui urnam habes, aquam ingere. Dicebatur etiam Vrna apud ueteres uas, quo iudicum ſuffragia colligebantur Ver. 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam mouet. In urnis præterea mortuorum cineres ſeruabantur Cic. 1. Tuſc. Quid poetæ? nonne poſt mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud? Aſpicite ò ciues ſenis Ennii imaginis urnam. Eſt item urna menſuræ genus, quatuor capiens congios, hoc eſt, amphoræ dimidium. Hinc Vrnalis, le, quod urnam capit: ut, Vrnales calicali, uel urcei. Cato cap. 13. Vrceos fictiles, urnales duos, trullas ligneas duas. Hinc fit diminutiuum Vrnula ὑδρίσκιον. Cic in Parad. Minuſne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?

VRNARIVM, rii, {*Secchiaro, ſcaffa*} interprete Varrone li. 4. de ling. Lati. menſa quadrata, quod urnas cū aqua poſitas ibi potiſſimū haberent in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta per ancillas lauantur. Varro παρὰ μενίππῳ, ut citat Nonius: Sed quæ neceſſitas te iubet aquam effundere domi tuæ: ſi uaſa habes pertuſa, plumbum non habes, ad quam rem nobis eſt confluuium? ad quam rem urnarium? Ante balnea item Vrnaria erant, teſte Varrone loco iam citato, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

VRO, uris, uſſi, uſtum, {*Braggiare, ardere*} (φλέγω, καίω, κατακαίω, φρύγω) uerbum actiuum eſt idem ualens, quod cremo, uel calore aut frigore lædo. Cic. 1. Tuſc. Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. Verg 2. Aen. Aut Pelago Danaum inſidias, ſuſpectaq; dona Præcipitare iubent, ſubiectiſq; urere flammis. Ouid. 6. Metam. Cum ſol grauis ureret arua. Lucan lib 4. Vrebant montana niues. Quo in loco Vro de frigore dicitur. Cic. 2. Tuſ. Pernoctāt uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur. Per tranſlationem ponitur pro cruciare, ſicut πυρπολέω Græce. Ver. Vrit atrox Iuno. Vro uirgis, eſt cædo, flagello, μαστιγόω, ῥαβδίζω. Nam ex uirgarum percuſſione corpus caleſcit, ac inflammatur. Hora. 2. Sermo. Saty. 7. Quid refert uri uirgis, ferroq; necari? Eodem modo & calceus anguſtior dicitur urere pedem Hora. lib. 1. Epiſt. Vt calceus olim Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, uret. Vro hominem, per tranſlationem ſignificat dolere cogo, auctore Donato, aut ango, ut uult Budæus. Teren. in Eun. Vro hominem. Vri, aliquando eſt amore conſumi, conflagrare. Ver. 4. Aen. Vritur infelix Dido: flammaſq; fatetur. Vrens, tis, partici Horat. Ser. Saty. 5. Vdos cum foliis ramos urente camino. Vſtus, a, um, aliud participium. Ouid. 1. Metam. Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus Canduit.

Vrendus, a, um. Hora. 1. Serm. Sat. 3. Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Vſtio, onis, uerbale: (καῦσις) urendi actus. Cato cap. 38. Virgas & ſarmenta, quæ tibi uſtioni ſupererunt, in ſegetem comburito. Vſtio pro cauterizatione quam uocant. Plin. lib. 34. cap. 15. Quædam uſtione ſanantur, priuatim uero canis rabidi morſus. Celſus: Omnes autem huiuſcemodi dolores uix citra uſtionem finiuntur. Id eſt, citra candentis ferri admotionem. Hinc Vſtor uerbale, propriè dicitur, qui corpora in buſtuariis cremat. Mart lib. 3. Vſtorq; tedas præferat nouæ nuptæ. Budæus. Vſito, as, p. c. frequentatiuum. Plau. Moſtel. Calidum hoc eſt etſi procul abeſt, urit male. Huius compoſita ſunt, Aduro, Cōburo, Deuro, Exuro, Inuro, & Peruro, quorum ſignificata explicātur ſuis locis.

VROLANIVM, (οὐρολάνιον) ciuitas in orientali parte Britāniæ inſulæ: apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

VROPYGIVM ſiue (ut apud Pollucem legitur) Orrhopygiū, (οὐροπύγιον, & ὀρροπύγιον) oſſis ſacri cacumen, uel potius os totius ſpinæ extremum, oſſi ſacro ſubtus adhærens, podiciq; ſuperne imminens, quod alias nominibus κόκκυξ, & ὄρρος appellantur. Ariſtoteles uero lib. ulti. de Animalibus, ut caudam quadrupedam uult eſſe, ita uolucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent. idq; datum uolucribus ad dirigendos uolatus, quemadmodum nauigiis temones. Mart. lib. 3. Vetuſtiſſimæ uetulæ inter cæteras deformitates uropygium macræ anatis obiicit, depygem uidelicet eam ſignificans, ſtrictisq; & exilibus natibus. Cum (inquit) anatis habeas uropygium macræ, Senemq; Cynicum uincat oſſeus cunnus.

VRPANVS, (οὔρπανος) fluuius Daciæ, (quæ hodie Valachia) ſupra Sauum influens in Iſtrum. Autor Plin. lib. 4. cap. 25.

VRPIX, cis, inſtrumentum ruſticum Cato cap. 10. Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor, &c.

VRRVNCVM, ci, in ſegetibus dicitur, quod eſt in imo ſpicæ circa ſummum culmi cacumen minus grano. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 48. de ſpica loquēs. Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus quàm granum, uocatur frit: quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur Vrruncum.

VRSA, æ, {*Orſa*} (ἄρκτος ἡ) fœmininum ab Vrſus. Plin. lib. 10. cap. 63. Informia etiam magis, quàm ſupra dicta, urſæ pariunt, &c. Vrſæ item dicuntur duo ſidera cœleſtia quas ἄρκτους etiam Græci appellant: nos à ſimilitudine ſeptem boum iugum ſubeuntium etiam Septentriones dicimus: Græcorū nonnulli etiam ἁμάξας, quod plauſtrorum ſimilitudinem referant. Sunt autem Vrſæ duæ, quarum quæ maior eſt Helice, quæ minor, Cynoſura appellatur.

VRSENTINI, Lucaniæ populi, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

VRSO, Hiſpaniæ Bæticæ oppidū, in cōuentu Aſtigitano. Autore Pli. li. 3. c. 1.

VRSINVS, a, um, pen. pro {*D'orſo*} (ἀρκτεῖος) denominatiuum ab urſo, urſave deductum: ut, Rabies urſina. Plin. lib. 8. cap. 36. Quoniam potum in urſinam rabiem agat. Vrſinum allium, apud eundem lib. 19. cap. 7.

VRSVLVS, pen. cor. {*Orſetto*} (ἀρκτίον) diminutiuum ab urſo: cuius fœmininum eſt Vrſula.

VRSVS, urſi, {*Orſo*} (ἄρκτος) animal ferum, hybernorum menſiū ſomno pingueſcens: cuius naturam omnem latiſſime exequitur Plin. lib. 8. cap. 36. Vergi. 3. Georg. Nec funera uulgo Tam multa informes urſi, ſtrageſq; dedere. Oui. 10. Metam. Raptoreſq; lupos armatoſq; unguibus urſos Vitat, & armenti ſaturatos cæde leones. Iuue. Saty. 15. Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit urſis.

VRTICA, urticæ, penul. pro. {*Ortica*} (ἀκαλήφη) notiſſimum genus herbæ, ab urendo, quod eius folia tacta acerrime urant. Plin. lib. 9. ca. 45. Conſtat, ſi equæ marem non admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt phyſici, urticam in cibis coctam utiliſſimam eſſe lieni, uentris duritiæ, articularibus podagricis morbis, arteriæ, tuſſi, uentris diſtillationi, ſtomacho. pectus præterea purgare, urinam ciere, ſanguinem narium ſiſtere, calculos rumpere, iram reprimere. Iuue. Saty. 2. pro prurita libidinis poſuit: Vnde Hæc tetigit Gradive tuos urtica nepotes? Eſt præterea Vrtica, genus piſcis, nomen inde habēs, quod tactu uredinem excitet, quemadmodum eiuſdem nominis herba. Plin lib. 9. cap. 45. Vrticæ noctu uagantur, noctuq; mutantur: carnoſæ frondis his natura, & carne ueſcuntur. Vis pruritu mordax, eademq; quæ terreſtris urticæ.

VRVS, uri, (οὖρος) animal eſt Hercyniæ ſyluæ peculiare imagine tauri, ſed maiore corpore, miraq; uelocitate. Cæſ. Bel. Gal lib. 6. loquens de feris quæ in Hercynia ſylua naſcuntur. Tertium (inquit) eſt genus eorum, qui Vri appellantur: ii ſunt magnitudine paulo infra elephantos, ſpecie & colore, & figura tauri. Magna uis eſt eorum & magna uelocitas. neq; homini, neq; feræ, quam conſpexerit,

parent: hos ſtudioſe foueis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcẽtes, atq; hoc genere uenationis exercent: & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſueſieri ne paruuli quidẽ excepti poſſunt. Amplitudo cornuũ, & figura, & ſpecies multum à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſè conquiſita, ab labris argento circuncludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur. Hæc Cæſar. Dicti Vri, ut quidam putant, ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc eſt, à montibus, quia in montibus eſſe conſueuerunt. Verg. 3. Georg. Quæſitas ad ſacra boues Iunonis & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Plin. lib. 8. cap. 15. Pauciſſima Scythia gignit, inopia fructuũ: pauca cõtermina illi Germania: inſignia tamen boum ferarũ genera, iubatos biſontes, excellentiq; & ui & uelocitate uros, quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit, cum ingignat Africa, uituli potius, ceruíue quadam ſimilitudine.

VRVVM, urui, aratri curuatura, à quo Vruo, as, quod eſt aratro, deſino. Feſtus: Vruat, apud Ennium in Andromeda, ſignificat circundat, ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ ſit forma ſimilitudine uncini curuatione buris, & dentis, cui præfigitur uomer.

V ANTE S.

VSAR, fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Nabadum regionem irrigans. Auctor Plin. lib. 5. cap. 2.

VSIA, penultima acuta, {Suſtanza}(οὐσία) uox Græca, quam Quintilianus Eſſentiam interpretatus, uerbo quidem (ut ipſe fatetur) duriuſculo, non uſquequaq; tamen refugiendo, præſertim cum aliud Lingua Latina nõ habeat. M. Tullius tamen modo Naturam uertit, modo Materiam. Auguſt. in Dialectica. Vſia eſt proprie & principaliter dicta quæ neq; in ſubiecto, neq; de ſubiecto ſignificatur. Idem lib. 12. de Ciuitate: Sicut ab eo quod eſt Sapere, uocatur Sapientia, ſic ab eo quod eſt Eſſe uocatur Eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres non ſunt Latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiã linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν. Hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt ut diceretur Eſſentia.

VSIO, onis, pe. pro. {Vſo, uſanza, conſuetudine}(χρῆσις) idem quod Vſus. Gellius lib. 4. cap. 1. Longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur. Vlpian. l. Qu. Mutius, Digeſt. de auro & arg. leg. Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id ſuæ, ſiue alterius uſionis cauſa paratum eſſet.

VSITATVS, a, um, {Conſueto, ſolito, uſato}(εἰθισμένος) conſuetus, ſolitus, in uſum receptus. ut, Vſitata cõſuetudo, Vſitata uocabula, Vſitatus mos. Cic. pro Quintio: Iacet res in controuerſia, iſto calumniante bienniũ uſq; dum inueniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet. Idem 4. Verr. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique uno aliquo in genere peccaſſet. Idẽ Cum in re tam ueteri, tam uſitata, quicquã noui feceris? Hinc Vſitatè, aduerb. Cic. 4. de Fin. Cur igitur cũ de re conueniat, nõ malumus uſitatè loqui?

VSITOR, aris, {Vſar ſpeſſo}(χρῶμαι) frequenter utor. Gell. lib. 1. cap. 10. Romanos quoq; homines aiunt ſic plerunq; anulis uſitatos. Idem lib. 17. cap. Tametſi aliquoties uerbo ipſo alio quoq; modo uſitati ſunt.

VSPIAM, {In qualche loco}(πού) pro uſquam, & in loco, & ad locum ſignificat. Terent. in Adel. Aut uſpiam ceciderit. Plaut. in Caſ. Num me es expertus uſpiam? id eſt in re aliqua, uel in aliquo negotio.

VSQVAM, {In alcun loco}(πού) alicubi, quaſi uno quouis loco: à quo Nuſquam, nullibi. Cic. 6. Verr. Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet. Verg. 1. Aeneid. Si quid Vſquam iuſtitiæ eſt. Cicer. 2. Offic. Nec eſt uſquam conſilio aut auctoritati locus. Vſquam gentium. Terent. Hecy. An uſquam gentiũ eſt æque miſer?

VSQVE, {In ſina}(ἄχρι, ἄχρις, μέχρι) præpoſitio eſt, ſignificans continuationem, & finem actus, loci, temporis, aut huiuſmodi. Habetq; ferè adiunctam alteram præpoſitionem accuſatiuo ſeruiẽtem. Cic. 2. Verr. Vſq; ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. Verg. 1. Georg. Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed quum nominibus propriis minorum locorum, uel cum hiſce accuſatiuis Domum, Rus, Militiam iungitur, frequentius ſine alia præpoſitione ponitur. Ci. 6. Ver. Sacerdotes uſq; Ennam profecti ſunt. Idem Att. Quintus Puteolos uenit. Quandoq; tali accuſatiuo poſtponitur. Terent. in Adel. Miletum uſque obſecro. Quandoq; etiam additur præpoſitio Ad uel ſimilis. Cic. pro Deiot. Vſque ad Numantiam miſit. Interdum etiã originem uel motum ex loco importat. Cice. pro Flacco. Hanc legationem non à ſuis accepit ciuibus, ſed uſque Tmolo petiuit. Idem 1. de Natu. deor. Vſque à Thalete enumeraſti ſententias Philoſophorum. Terent. in Eunuch. Ex Aethiopia eſt uſque hæc. Quãdoq; aduerbium eſt, ſignificans aſſidue, uel iugiter. διὰ παντός. Idem in Adelphis Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſque occidit, id eſt, aſſidue, ſeu identidem uerberat. Nam occidere ueteres pro uerberare accipiebant. Cic. Cornif. Mihi curæ uſq; erit quid agas. Verg. lib. 6. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt: iuuat uſque morari. Vſque ad hanc eleganter ponitur pro eo quod eſt, hoc excepto. Plin. Epiſt. 35. Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares, uſque ad Pomponium. id eſt, excepto Pompeio. Vſque affatim, eſt quod dicitur, uſque ad ſatietatem. Plaut. in Poen. Edas de alieno, quantum uelis, uſque affatim. Vſque adhuc, id eſt, hactenus, uel huc uſque. Plaut. in Aulul. Quod celatum eſt, atque occultatum uſque adhuc, nunc non poteſt. Vſquedum, id eſt, uſquequo, quoad, quandiu. Plaut. in Menæch. Vſquedum regnum obtinebit Iupiter? Vſqueadmodum, poſuit Cato capite 136. pro tandiu.

VSQVEADEO, {In tanto tra tanto} id eſt, intantum. Verg. 1. Eclo. Vndiq; totis Vſqueadeo turbatur agris. Ponitur aliquando pro tandiu, (ἐπὶ τοσοῦτο) & accipit poſt ſe Donec, uel Dum. Plau. in Ciſt. Non deſtiti inſtare uſqueadeo, donec adiurat ſe anus eam mihi monſtrare. Terent. Eunuc. Vſqueadeo ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica uerba, Verba dum ſint.

VSQVE ANTEHAC, {Nanzi che}(μέχρι πρὸ τούτου) id eſt, antequam, ſicut exponit Donatus. Ibi iunguntur duæ præpoſitiones ſed una eſt uelut à duobus. Nulla enim præpoſitio præpoſitioni iungi ſeparatim poteſt, ſed Vſq; eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua præpoſitione raro inueniatur. Teren. in And. Vt animus in ſpe, atque in timore uſque antehac attentus fuit. Vſque antehac, id eſt, antequam tua uerba audirem.

VSQVE EO, {In tanto}(πρὸς τοσοῦτον) id eſt, intantum. Cic. Vſq; eo ut ego miſererer eius. Vſque eo, ſequente Dum, id eſt, tandiu quoad. Liu. 3. ab Vrbe. Vt qui plebem Romanam Trib. pleb. rogaret, is uſque eo rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret.

VSQVEQVAQVE, {D'ogni intorno, in ogni loco, ſouente, ſempre mai}(πανταχῇ, πανταχοῦ) paſſim, aſſidue, ſemper, quaſi in unoquoq; loco, ſiue in unoquoque tempore. Cic. Trib. Vſquequaque ſapere oportet. Plaut. in Bacch. Chryſalus mihi uſquequaque loquitur. i. ubicunque me reperit, mihi loquitur. Idem in Poenulo: Mari, terraq; illas uſquequaque quæritant. id eſt, ubiq;.

VSQVEQVO, {Fin doue, ſin quanto, ſinche}(ἕως οὗ, μέχρι πότε) quouſq;, donec, quoad, quandiu. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 2. Quod iubet ranam luridam coniicere in aquam, uſquequo ad tertiam partem decoxeris.

VSTICA, pen. pro. mons eſt in Sabinis, cuius meminit Horat. lib. 1. Carm. Ode 17. Vtcunque dulci Tyndari fiſtula Valles, & Vſticæ cubãtis Læuia perſonuere ſaxa. Eſt & inſula eiuſdem nominis, Siciliæ adiacens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

VSTIO, onis, {Abruggiamento}(καῦσις) uerbale, ab urendo deductũ. Cato Rei ruſt. cap. 38. Virgas, & farmenta, quæ tibi uſtioni ſupererũt, in ſegetẽ cõburito.

VSTRIGO, inis, pen. pro. (ἐρυσίβη) uox eſt claſſicis ſcriptoribus nequaquam recepta: qua tamen Ambroſius in Hexam. pro uredine ſeu rubigine utitur: Non deſinit, inquiens, eſſe triticum, ſi aut uſtrigine aduratur, aut imbre madidetur.

VSTRINA, æ, pen. pro. {Fucina}(τὸ καμίνιον) locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur. Plin. lib. 36. cap. 11. In uſtrina ter ſiccantur, itã ut torreantur carbone puro, ac toties uino reſtinguantur albo. Vſtrina, ait Feſtus locus dicebatur, in quo mortuus combuſtus fuit, qui alibi ſepultus eſt: Buſtum autem eſt locus in quo quis & combuſtus, & ſepultus eſt.

VSTVLO, las, pen. pro. {Bruggiare}(καίω, κατακαίω) uro, aduro, cremo. Pacuuius Candenti ferro crines uſtulare. Lanius: Pauci ſemiuſtulati uenere in poteſtatem. Catul. Epigram. 34. Scripta tardipedi Deo daturam Infelicibus uſtulanda lignis.

VSVCAPIO, is, {Attribuirſi, far ſuo}(χρήσει λαβεῖν) id eſt, rem aliquam continuatione uſus, uel poſſeſſionis mihi attribuo, uendico, in meum uſum conuerto. Cic. 2. de Leg. Quod autem ἠρῷον, id eſt ueſtibulum ſepulcri, buſtumue uſucapi uetat, tuetur ius ſepulcrorum. Idem de Aruſp. reſpon. Nihil mortales à diis immortalibus, uſucapere poſſunt. Paulus. Qui alienam rem mortis cauſa traditã uſucepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui uſucapionis ius præſtitiſſet. Vnde Vſucaptio, ſiue Vſucapio, onis, quæ eſt ab uſu acquiſitio, uel adiectio dominii, per continuationẽ poſſeſſionis temporis lege definiti, ut puta triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit quam poſſidemus: uel triũ annorum, ſi mobilis. Recentiores primam illam Præſcriptionem, hanc uero Vſucapionem uocant. Cic. 1. de Leg. In qua quoniam uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe uoluerunt, depaſci ueterem poſſeſſionẽ Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. Dicitur etiam Pignoriſcapio ſicut Vſucapio. Cato: Hæc pignoriſcapio ob æs militare facta eſt, quod æs à tribuno ærario miles accipere debeat.

VSVALIS, & le, idem quod uſuarium: quod uſui noſtro ſeruit. Martianus in l. Interdum. de Public. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue uenalia, ſiue uſualia, in poena commiſſi eſt.

VSVARIVS, rii, (ὁ χρώμενος) dicitur ille, cuius eſt uſus, qui rei uſum capit. Vſuarius uero adiectiuum, quod in uſum quotidianum paratum eſt. Gell. lib. 4. cap. 1. Ex iis autem, quæ promercalia, & uſuaria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint uſu annuo.

VSVRA, æ, {Vſanza, uſo, coſtume, uſura}(χρῆσις) idem eſt quod uſus. Plau. in Amphi. Vſuramq; eius corporis cepit ſibi. Cic. pro Rab. Poſth. Vos obſecro iudices, ut huic optimo uiro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, & uſuram huius lucis, & ueſtrum conſpectum ne eripiatis. Idem 7. Ver. Cur unquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Vnde & pecunia, quæ in fœnore ſorti accidit, Vſura (τόκος) dicitur, quoniam ex uſu acquiratur. Cic. 5. Verr. Vt cũ Senatus publicanos uſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniã pro uſuris auderet auferre? Idem de Senect. Terra nunquã recuſat imperiũ, nec unquam ſine uſura reddit quod accepit: ſed alias minore plerunq; maiore cũ fœnore. Hanc Varro Impendium uocat, quod inter ſe iungat, unumq; fiat, quaſi cõpendium. Sidonius Apollinaris Poſteriora uocat, quoniam qui fœnus agitant, & in uſuras extendunt, uidentur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκον uocant uſuram, quaſi partus poſteritatem. Ponitur aliquando Vſura pro familiaritate, conuerſatione, συνήθεια. Cic. Longa, quæ inter nos fuit, uſura hoc effecit. hoc eſt uſus, conſuetudo, familiaritas.

VSVRARIVS, a, um, {Vſurato}(δανειστικός) ex quo capitur uſus. Plaut. in Amph. Alcmenam uxorem cepit uſurariam. Et Curcul. Vſurarius puer.

VSVRPO, as, are, {Vſurpare}(ἀντέχομαι, χρῶμαι) eſt in frequenti uſu habere: & hoc ſiue uerbis, ſiue factis fiat, ut ait Valla Elegant. lib. 5. Col. lib. 1. Nam illud quod in quibuſdam prouinciis uſurpatur, ut cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cic. in Orat. Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis & maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere. Vſurpare oculis, dixit Lucr. lib. 1. pro uidere. Plaut. in Trin. Aduenio ex Seleucia, Macedonia, atq; Arabia, quas ego neq; oculis, neq; pedibus unquam uſurpaui. id eſt, quas neq; uidi, neq; adii, ſiue nunquam ingreſſus ſum. Vſurpare ciuitatem, eſt dicere ſe ciuem, & pro ciue ſeſe gerere. Vſurpare ius, eſt quod dicunt capere poſſeſſionem. Liuius: Non tamen ultra proceſſum eſt, quam ut unus ex plebe uſurpandi iuris cauſa P. Licinius Trib. militum crearetur. Vſurpare memoriam alicuius, eſt mentionem de eo facere. Cice. in Lælio: Quis eſt, qui C. Fabricii, M. Curii non cum charitate, & beneuolentia memoriam uſurpat, quos nũquam uiderit? Iure conſulti (inquit Budæus) utuntur aliquando hoc uerbo pro eo quod eſt, præter ius uti, uel uendicare. ἰδιοποιοῦμαι, ἐπιγράφομαι παλοντι. Gell. lib. 3. cap. 2. Mutium Iuriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cum Calend. Ianuariis apud uirum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem quartum Calen. Ianuarias ſequentes uſurpatum iiſſet: non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulis

bulis deberet: quoniam tertię noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendas.

VSVRPATIO, onis, {*Vſurpatione*} uerbale. frequens uſus. Cic. de Clar. Orat. In hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſe cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione, & renouatione doctrinæ. Paulus l. 1. de Vſucap. Vſurpatio eſt uſucapionis interruptio. oratores autē frequentem uſum uocant.

VSVS, huius uſus. {*Vſo uſanza, conſuetudine*} (χρῆσις) ipſe utendi actus, exercitatio, tractatio. Cic. in Topic. Vſus enim, non abuſus legatus eſt. Plin. Epiſt. 20. Vſus, magiſter egregius. Idem Epiſt. 115. Vſus optimus dicendi magiſter. Cic. 1. de Orat. Adiungatur uſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Plin. lib. 10. cap. 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus. Cic. pro Corn. Bal. Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe uincit. Interdum conſuetudo, conuerſatio, familiaritas, συνήθεια. Quint. Mulierem cum qua illi longus fuerat uſus. Cic. ad Volumniū, libro 7. Quod ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti primum addubitaui, num à Volumnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 6. Tu tamen à nobis uſu iunctiſſime longo Pars deſiderii maxima pene mei. Interdum Vſus in eadem accipitur ſignificatione, qua Opus, indeclinabile: eandemq; habet conſtructionem. Verg. 8. Aenei. Arma acri facienda uiro: nunc uiribus uſus, Nunc manibus rapidis. Terent. Hecyr. Non uſus facto eſt mihi. Cic. 1. Offic. Potiuſq; & amicis impertientes & Reipub. ſi quando uſus eſſet. Plaut. Aſin. Viginti iam uſus eſt filio argenti minis. Plaut. in Pſeud. accuſatiuo iunxit: Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. id eſt opus eſt homine aſtuto, & docto. Interdum pro fructu & utilitate, tam in ſingulari, q̄ in plurali: q; ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus, χρεία. Cic. ad Att. lib. 1. Fuit & mihi & Q. Fratri magno uſui in noſtris petitionibus. Ex uſu eſſe: pro, utile eſſe, & expedire χρειῶδες εἶναι. Terent. Hecy. Si ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Colum. lib. 6. cap. 1. Pabulum è fundo plerunq; domeſticis pedibus magis, q̄ alienis depaſcere, ex uſu ſit.

Vſus uenit ponitur pro opus eſt. Terent. Heaut. Non uſus ueniet, ſpero. Hoc eſt, non opus erit, non erit neceſſe. Plau. in Bacch. Aufugero hercle, ſi magis uſus uenerit. Vſuuenit uero, id eſt, accidit, euenit. Cice. pro Quint. Nam quid homini poteſt turpius, quid uero miſerius, aut acerbius uſuuenire? Ponitur aliquā do pro conſuetudine, ſiue more, ἔθος. Terent. in Heaut. Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. Id eſt, ſic mos meus eſt, ità conſueui.

VSVSFRVCTVS, huius uſuſfructus, nomen utrinq; declinatū. {*Vſofrutto*} (ἐπικαρπία, ἐκκαρπωσις) ſignificat rei uſum fructuoſum, cum ſcilicet res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum, atq; utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Definitur ab Vlpiano l. 1. de Vſufruct. q; ſit ius alienis rebus utēdi fruē di, ſalua rerum ſubſtantia. Cice. pro Cecinna: Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legauit, ut frueretur unà cum filio.

VSVVENIT, {*Accade, auuiene, interuiene*} (συμβαίνει) id eſt, accidit. Cice. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſuuenirent omnia, & reliquis maioribus natu. Plin. Id enim frequenter uſuuenit, ut mali bonis præferantur. Vide ſupra in dictione uſus.

V ANTE T.

VT, {*Accioche, che, poiche, quando*} (ἵνα, ὅπως, ὥστε, ὄφρα) coniunctio cauſatiua, cauſam denotans finalem, quemadmodum Vti, Quo, & ſimilia. Cice. Lentulo: Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent. Interdum adiunctiua eſt Plautus: Is mihi ſuaſit, ut ad te irem. Interdum elegantiæ cauſa ponitur. Cic. de Senect. Inuitus feci, ut L. Flaminium de Senatu eicerem. Nihil enim ſignificat, niſi inuitus eieci. Interdum ponitur pro quod. Terent. in Phorm. Nihil do, ut ſit impuratus ille me irrideat. Interdum eſt aduerbium temporis, & ſignificat Poſtquam, Ex quo, Statim poſtq̄, Ex quo primum, ὡς, ἐπειδή. Verg. 2. Aen. Vt regem, æquæuum crudeli uulnere uidi Expirantem animam. Idem 12. Aenei. Turnus ut infractus aduerſo Marte Latinos, &c. Interdum particula eſt admirantis, idem ualens quod quomodo, uel quantopere. ὡς. Idem. Vt uidi, ut perii, ut me malus abſtulit error. id eſt, ſtatim poſtq̄ uidi, ſiue quum primum uidi, quomodo perii. Cic. pro Mil. Vt contempſit? ut pro nihilo putauit? Nonnunquam interrogantis, πῶς. Plau. in Perſa. Vt uales? (πῶς ἔχεις) id eſt, quomodo uales? Quandoq; et poſtponitur Ità, & ſuperlatiuo iunguntur pro Tanto, & Quanto. Cic. lib. 1. de Orat. ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimū.

Eleganter præterea accipitur pro Prout, uel Secundum quod, ut uulgò loquimur, & hoc ferè per parētheſim. Liuius: Gens (ut in ea regione) diuitiis præpollens. hoc eſt, ſecundum diuitias eius regionis, uel habita ratione diuitiarum eius regionis. Simile eſt illud apud Terent. in Phorm. Vt nunc ſunt mores. hoc eſt, ſecundum mores, quibus hodie utimur. Qui ſermo: quæ præcepta: quanta notitia antiquitatis, ſcientia iuris Augurium? multæ etiam (ut in homine Romano) literæ. Hoc eſt, pro ea eruditione, qua tunc Romani erant imbuti. Quandoq; pro Quippe. Quint. Nec ignoro quos tranſeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid. Interdum ſignificat Ita ut, ſiue Propter quod, uel Quapropter ὥστε. Plaut. in Pœn. Olent, ſalſa ſunt, tangere ut non uelis. Item eſt aduerbium optandi, idem ualens quod Vtinam, ὤφελον. Terent. in Eunuc. ut illum dii, deæq; ſenium perdant. Interdum ſignificat Quantum. ὅσον. Plau. in Aſin. Vt noſtræ fortunæ procedunt Litane? Aliquando ponitur pro Quē admodum, ſiue Quomodo, ſiue interrogatione, & ſine admiratione. Terent. in Andr. Ego poſtq̄ te emi à paruulo, ut ſemper tibi Apud me iuſta & clemens, fuerit ſeruitus, Scis. Nonnunquā pro Quamuis, κἄν. Plautus. Vt iſtuc periculum ingens ſit, me tamē non tremefacit. Pro Quàm, ὡς. Cic. pro Cluent. Tū appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandiſſime poteſt. Pro Ne non. μή. Terent. in And. Dies hic mihi ut ſatis ſit ueteor ad agendum. Iungitur autem ferè ſubiunctiuo, præſertim cum accipitur pro Quod, uel Ne non. Verg. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Quando autem optandi uel execrandi particula eſt, optatiuum exigit. Plau. in Perſa: Vt illum dii, deæq; perdant. Aliquādo pro Licet, eſto, ſit, ſanè, ἔστω, barbarum uulgus ait poſito quòd, uel dato quòd. Cæſar in Comm. Ac iam ut omnia contra opinionē acciderent, tamen multo ſe plurimū nauibus poſſe proſpiciebant. Ouid. de Pont. Luce minus decima dominam uenietis in urbē, Vt feſtinatū non faciatis iter. Ab Vt fiunt Vti, Vtinam, Sicut, Siculi, Velut, Veluti, Prout, Præut, aliaq; nonnulla, quæ explicantur ſuis locis.

VTCVNQVE, {*Sia come ſi uoglia*} (ὅπως δήποτε, ὁπωσδήποτε) quomodocunq;, quocunq; modo. Liu. in Præf. lib. 1. Vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro uirili parte & meipſum conſuluiſſe. Plaut. in Epid. Vtcunq; in alto eſt uentus Epidice, ex imo uelū uortitur. Cic. in Orat. Itaq; ille perfectus, quemadmodum iandudum noſtra indicat oratio: utcunq; ſe affectum uidet, & animum ardenter moueri uolet, ita certū uocis admouebit ſonum.

VTENSILIA, (τὰ χρειώδη) quæcūq; uſui noſtro ſunt neceſſaria. Col. li. 11. Vtenſilia quibus aut alium hominum genus, aut etiam excolitur. Liu. 3. ab urb. Exutuſq; omnibus utēſilibus miles, Tuſculum ſe, fide miſericordiaq; uicturus hoſpitium, contulerat. Idem 6. Bell. Pun. Quæq; una ſecum dedidet int agrum urbemq; diuina humanaq; . utenſiliaq; ſiue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri uelitis, uos rogo Quirites.

VTER, utris, gen. maſc. {*Odro, utru, pelle*} (ἀσκός) pellis qua uinum, aut oleum deferri ſolet. Ver. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Plin. lib. 12. cap. 7. Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Ouid. 3. Amor. Eleg. 11. Aeolios Ithacis incluſimus utribus Euros. Hinc Vtriculus, diminutiuum, & Vtricularius, quorum ſignificata uide ſuis locis.

VTER, a, um, genitiuo Vtrius, {*Qual di doi*} (πότερος) modò interrogatiuum eſt quæriturq; de duobus. Cic. 3. Verr. Vtrum reprehendis, quod patronum iuuabat, cum qui tum in miſeriis erat? an q; alterius patroni mortui uoluntatem conſeruabat, à quo ſummum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis? Modò indefinitū eſt, idem ſignificās quod Quis, infinitè poſitum, niſi q; hoc de pluribus, Vter non niſi de duobus dicatur. Cic. de Fato: Quoniam utriuſque ſtudii noſtra poſſeſſio eſt. hodie utro ſim malis, ueſtra optio eſt. Accipitur aliquando Vter pro alter. Cic. pro Milone: Vter utri inſidias fecerit. Hoc eſt, uter alteri inſidias fecerit. quod & ipſum claſſicis ſcriptoribus uſurpatur. Plin. Vter alteri dixerit, neſcio. Ponitur aliquando pro alteruter. Cic. in Frumentaria: Omnium controuerſiarum quæ eſſent inter aratorem, & decumanum, ſi uter uelit, edicit ſe recuperatores daturum. Hinc fiunt compoſita Vterq;, Vteruis, & nonnulla alia: quæ uide ſuis locis.

VTER, uteri, {*Ventre*} (γαστήρ, κοιλία) antiquis dicebatur, qui hodie Vterus. Cæcilius apud Nonium: Nunc uter creſcit: non poteſt celari.

VTERINI FRATRES, (ὁμογάστριοι) qui ex eodem utero prodierūt: hoc eſt, qui matrem eandem, non tamen eundem habuerunt patrem. Inſti. lib. 3. de Bonor. poſſeſ. Frater ſororue, conſanguinei, uel uterini.

VTERCVLVS, li, {*Ventricello*} (γαστρίδιον) diminut. eſt ab uter, pro uentre. Plin. lib. 11. cap. 12. Præterea è fronde, ac pabulis potus in uterculos congeſtus aptum (ore enim euomunt) & ad hæc, &c.

VTERCVNQVE, {*Qual tu uuoi*} (ὁποτεροσδήποτε) idē quod uteruis, ſiue uterlibet. Cic. ad Torquatum, lib. 6. Magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnā dum eſſe dicuntur, ut utracunque uicerit, non ſit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10. Ne ſententia ſua utrancunque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet.

VTERLIBET, {*Vno di doi*} (ὁποτεροσοῦν) alter ex duobus, qui tibi capere libet. Cic. pro Quint. Vtrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefariū, & ante hoc tempus utrunque inauditum. Pli. lib. 24. cap. 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.

VTERNAM, (πότερος) idem quod uter. Hora. 2. Serm. Saty. 2. Vternam Ad caſus dubios fidet ſibi certius, hic, q Pluribus aſſuerit mentē, corpuſq; ſuperbū?

VTERQVE, {*L'uno e l'altro*} (ἑκάτερος, ἀμφότερος) ſignificat ambos: licet inter ſe differant, q; quum utrunque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim id factum intelligimus: ut, Vterque ſibi domū ædificauit: hoc eſt, & hic ædificauit ſibi domum, & ille. Quum uero ambos dicimus feciſſe, ab utroq; coniunctum id factum oſtendimus: ut, Ambo ſibi monumentum cōſtituere: hoc eſt, hic & ille ſimul unum ſibi commune monumentum fecere. Propter quod utrunq; alterum uerberaſſe rectè dicimus, hoc eſt, hunc illum, & illum hūc uerberaſſe. Cic. 1. de Offic. Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. Quint. Quum enim uterq; alteri obiiciat, palam eſt utrunque feciſſe. Terentius. Quia uterque utrique eſt cordi. Ambos autem alteri uerberaſſe, uel ambos uerberaſſe ambos, non rectè dicimus, quia ſignificaretur ambos ſeipſos uerberaſſe. ſed ambo ſe mutuo uerberauerunt. Vtrique autem in plurali numero dicitur de pluribus duo genera facientibus. Cic. 2. in Catil. Quos ego utroſque Quirites in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono. Hoc tamen poetę aliquando confundunt, apud quos pluralis huius dictionis numerus pro ſingulari accipitur. Vergil. 5. Aenei. Super utraque quaſſat Tempora, hoc eſt, ſuper utrunque tempus.

VTERVIS, {*Qual tu uuoi*} (ὁποτεροσοῦν) uter, quem tu uis, uterlibet. Hoc autem differunt Vteruis & Vterlibet, à Quiuis & Quilibet, q; illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. Terent. in Adelph. Abs quiuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Quintil. Periculoſum, & cum cura intuendum genus, q; ſi in proponendo utrūquemlibet amiſerimus, cum riſu quoque tota res ſoluitur: tutius ſit interrogare ſi hæc actio non ſit, quæ ſit. Simul enim remouentur omnia, uel quum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrumlibet ſufficiet. Ecce in eodem loco Vtrumlibet, & Quodlibet uſus eſt. Altero pro eo, quod eſt unum de duobus: Altero pro eo, quo [illegible] etiam de pluribus.

VTERVS, ri, {*Matrice, uenter*} (μήτρα, ὑστέρα, γαστήρ, δελφύς) loci muliebres, in quibus concipitur fœtus. Eſt enim propriè muliebris. nam in cæteris animalibus Vuluam potius appellamus, teſte Plinio lib. 11. cap. 37. Idem tamen lib. 8. cap. 43. aſinæ uterum tribuit. Nonnulli & Matricem nominant: quanquā propriè Matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia alitur. Dictus Vterus. q; in eo, tanquam in utre quodam, fœtus contineatur. Plaut. Aul. Obſecro mea nutrix, uterus dolet. Hinc Vterum ferre, (ἐν γαστρὶ ἔχειν) dicuntur, quæ grauidæ ſunt.

Quandoque tamen Vterus ſumitur pro uentre: ut in illo Vergil. 2. Aeneid. Vterumq; armato milite complent.

VTHINA, æ, (Οὔθινα) urbs Africæ propriè dictæ Romanorum colonia, inter Bagradam flumen, & Tritonem ſita. Vide Plinium lib. 5. cap. 4. & Ptolem. lib. 4. cap. 3.

VVLGA, quæ & Bulga, {*Biſaccia, bolgia. Boc. Gior. 6. Nou. 10. La prima coſa, che uenne lor preſa, per cercare fu la biſaccia*} (πήρα, ἀσκοπήρα) ſacculus ſcorteus, ſiue ex alia materia, in quo pecuniam, aliaúe itineri neceſſaria circúferimus. Ità dicta, quaſi Volua, quód uiaticum inuoluat. Vulga (inquit Nonius) capacitas, uel ſinus cum laxitate. Lucil. lib. 2. In uulgam penetrare piloſam. Varro. Vt uiaticum ex arcula adderem in uulgam. Eſt & Vulga, ſiue Bulga, folliculus minor, ſiue crumena, è parte aliqua corporis pendens gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. 3. ut citat Nonius. Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ille: Cum bulga cœnat, dormit, lauit. Aliquando ponitur pro uulua: & econtrario Vulua pro ſacculo. Idem lib. 26. Ità ut quiſque noſtrum è bulga eſt matris in lucem editus.

VVLGARIS, & hoc, re, {*Volgare, uile*} (δημώδης, δημώδες, ἰδιωτικός) quotidianum, commune, protritum, peruulgatum, uile: cui opponitur Singulare. Cic. 2. de Inuent. Magna, an parua facilia, an difficilia: ſingularia ſint, an uulgaria: uera, an falſa. Horat. 2. Sermo. Saty. 2. Ieiunus ſtomachus raró uulgaria temnit. Cic. pro Roſc. Amer. Denique nihil tam uile, neq; tam uulgare eſt, cuius partem ullam reliquerint. Vulgaris uia, pro ratione trita, & conſueta. Quintil. Simul in uulgarem uiam ingreſſus, alienis demum ueſtigiis inſiſterem. Vulgares artes, quæ uulgó Mechanicæ dicuntur. Vulgaris forma, id eſt, quotidiana, qualis uulgó uideri ſolet. Plin. lib. 10. cap. 42. Nec uulgaris pſittacis forma quamuis non ſpectanda. Vulgaris puella, id eſt, uulgata, & uulgi libidini expoſita. Ouid. 4. Faſt. Numina uulgares Veneris celebrate puellæ: Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus. Hinc Vulgariter, aduerbium, id eſt, triuialiter, more uulgato, & conſueto Cic. lib. 13. Epiſt. Vt intelligeres, me non uulgariter, nec ambitioſe, ſed ut pro homine mihi perneceſſario ſcribere.

VVLGIVAGVS, a, um, uide in dictione Vulgus.

VVLGO, {*Volgarmente, d'ogni banda, communemente*} (πανδήμως) paſſim, uſquam non, plerunq;, & quod uulgus dicit, Communiter. Cice. 1. de Inuent. Deinde natura eius euenire uulgó ſoleat, an inſolenter & raró. Vergil. 3. Georg. Hinc lætis uituli uulgó moriuntur in herbis. Idem 3. Aeneid. Centum alii curua hæc habitant ad littora uulgó Infandi Cyclopes, & altis montibus errant. Id eſt, paſſim. Terent. And. Verum illud uerbum eſt, uulgó quod dici ſolet, Omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. Vulgó concepti ſiue uulgó quæſiti, (νόθοι, ἀπάτορες Plutarcho) dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt, uel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem alere non licet: qui & Spurii uocantur. Vlpian. l. ii. ad Tertul. Siue iniuſte ſint procreati, ſiue uulgó quæſiti. Vulgó occidere, id eſt, publice, paſſim. Cic. pro Roſc. Amer. Eiuſmodi tempus erat, inquit, ut homines uulgó impune occiderentur. Cæſar 2. Bell. Gall. Quód in Gallia à potentioribus, atq; iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, uulgó regna occupabantur.

VVLGO, as, {*Diuolgare, manifeſtare, appaleſare*} (διαφημίζω, διαθρυλλῶ) in uulgus enuntio, uulgo notum facio, famam rei alicuius diſpergo, rem occultam in lucem profero. Verg. 10. Aen. Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem? Interdũ Vulgare, & uulgi uſui exponere. Cic. de Aruſp. reſponſ. Nauis in flumine uulgata omnibus, i. omnium uſui expoſita. Vulgare corpus, eſt proſtituere. Liu. lib. 1. Sunt qui Laurentiã uulgato corpore Lupam inter paſtores uocatam putent. Vulgare morbos, eſt morborum contagia in uulgus propagare. Liu. 3. ab Vrb. Miniſterioq; inuicẽ ac contagio ipſo uulgabant morbos. Curtius libr. 9. Contagium morbi etiam in alios uulgatum eſt. Vulgatus, a, um, participium ſeu nomen ex participio: ut, Vulgatus cibus quo uulgus paſſim, & quotidie utitur. Plin. libr. 13. cap. 23. Ibi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminiq; & cibi uulgati. Verg. 1. Aenei. Bellaq; iam fama totũ uulgata per orbem. Liui. 1. ab Vrb. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros. Quint. lib. 2. cap. 4. Nã quid hi poſſint in cauſis proprium inuenire, qui etiam in his, quæ ſunt communia & in plurimis cauſis tractantur, uulgatiſſimos ſenſus uerbis, niſi tanto ante præparatis, proſequi nequeunt? Vulgaturus, a, um: ut, Litera uulgatura nefas, Claudian. 2. Panegy. Vulgator, oris, uerbale. i. euulgator, enuntiator. ut, Taciti uulgator. hoc eſt, Tantalus, qui deorum menſæ adhibitus, illorum arcana enuntiauit. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6. Sic aret mediis taciti uulgator in undis: Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet. Huius compoſita ſunt, Diuulgo, Euulgo, Inuulgo, & Peruulgo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

VVLGVS, uulgi, maſcul. & neut. gene. {*Volgo, plebe*} (οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος) pars populi ignobilior, plebs: à uoluendo (ut quidam uolunt) nomen habens, q; inconſtanter ſtulteq; huc illuc uoluatur. unde etiam Ignobile uulgus, Vergilius appellaui. Verg. 1. Aenei. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Et 2. Aen. Et ſpargere uoces In uulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Hora. 2. Ser. Sat. 3. Hunc ego uulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Saluſt. in Iugurth. Alii uulgum effuſum oppido cædere, alii ad portas feſtinare. Cic. 5. Tuſc. Vide ne plus commendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria, moleſtiæ habeat, q̃ uoluptatis. Verg. 2. Aen. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. Vulgus de ouibus dixit Verg. lib. 3. Geor. Continuo ferro culpam compeſce, prius q̃ Dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Hinc Vulgiuagus, adiect. Lucret. lib. 4. Vulgiuagaq; uagus Venere. Id eſt, ſectans plebeiam, popularemq; Venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus.

VVLNERARIVS, a, um, adiect. (τραυματικός) uulnerum ſanandorũ uim habens: ut, Vulnerarium emplaſtrum, quod uulneribus imponitur. Plin. lib. 23. cap. 4. Vulnerariis emplaſtris utile. Idem libr. 34. cap. 11. Cruda autem ærugo uulnerariis emplaſtris miſcetur.

VVLNERARIVS, rii, ſubſtantiuum, {*Ciroico*} (τραυματικός, χειρουργός) curator uulnerum, chirurgus. Plin. lib. 29. cap. 1. Ob id publicé uulnerariũ fuiſſe eum tradunt uocatum, miréq; gratum aduentum eius initio.

VVLNERO, as, {*Ferire*} (τιτρώσκω, οὐτάζω) ſaucio, uulnus infligo. Cæſar 1. Bell. Gall. Et nonnulli inter carros rotaſq;, mataras ac tragulas ſubiiciebant, noſtroſq; uulnerabant. Cic. 3. Verr. Serui nonnulli uulnerantur. ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Vulnerare uoce, id eſt, lædere, & uerbis offendere. Idem 1. Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero. Vulnerari ictu fortunæ, eſt ex fortunæ aduerſitate mœſtitia affici, λυπεῖσθαι. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 7. Sic ego continuo fortunæ uulneror ictu. Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. Verg. 8. Aen. Grauior ne nuntius aures Vulneret.

Vulneratio, onis, uerbale. Cic. pro Cæcin. Sin autem uim ſine cæde, ſine uulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis, &c.

VVLNIFICVS, a, um, (τραυματοποιός) quod uulnus infligere poteſt. Verg. 8. Aen. Vulnificuſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.

VVLNVS, huius uulneris, {*Piaga, ferita, taglio*} (τραῦμα) hians, patenſq; apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Liu. 4. Bell. Pun. Tandem uulneribus confectæ uirgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. Ver. 4. Aen. Infixum ſtridet ſub pectore uulnus. Ouid. 5. Metam. Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam. Verg. 6. Aen. Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manuſq; ambas, populataq; tempora raptis Auribus & truncas inhoneſto uulnere nares. Idem 4. Georg. Et corpora bello Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortem. Per tranſlationem accipitur pro angore animi, ſiue mœſtitia, λύπη. Verg. 12. Aen. Sic exhortata reliquit Incertam, & triſti turbatam uulnere mentis. Ouid. 5. Metam. At Cyane raptamq; deam contemptaq; fontis Iura ſui mœrens, inconſolabile uulnus Mente gerit tacita, lacrimiſq; abſumitur omnis. Aeternum uulnus, pro æterno odio. Verg. 1. Aen. Tum Iuno æternum ſeruans ſub pectore uulnus. Vulnus pro amore. Verg. 4. Aen. At regina graui iamdudum ſaucia cura Vulnus alit uenis. Hoc eſt, Amoris dolorem ac moleſtiam fouet intra uenas. Sic Mutua uulnera, dixit Ouid. 14. Met. pro amore mutuo. Vulnus orbitatis, id eſt, dolor ex orbitate. Quintil. lib. 6. Illũ enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito uulnere orbitatis amiſi.

VVLPECVLA, læ, (ἀλωπέκιον) diminutiuũ à uulpe. Hora. li. 1. Epiſt. Epiſt. 7. Forte per anguſtam tenuis uulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

VVLPES, huius uulpis, {*Volpe*} (ἀλώπηξ) animal ferum, ſingulari aſtutia nulli non notum. cuius naturam explicat Plin. lib. 10. cap. 63. Dicta Vulpes, ut putat Varro quaſi uolipes, à uelocitate pedum. Horat. lib. 1. Epiſt. Olim quod uulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam. Perſ. Sat. 5. Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem. Quàm facile uulpes pyrum comeſt: prouerbium de re admodum facili. Plaut. Moſt. Tam facile uinces q̃ uulpes pyrum comeſt. Nihil enim negotii eſt uulpi dentatiſſimæ pyrum edere. Vide Chili. Eraſ.

VVLPINVS, a, um, pen. pro. (ἀλωπέκιος) quod pertinet ad uulpem. Sueton. Vbi leonis pellis deficit, uulpina aſſuenda eſt. Plin. lib. 28. cap. 10. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. Aliquando ponitur pro aſtuto, πανοῦργος. Plautus, Vulpinnus ne quid moliatur mali.

VVLPINOR, pen. pro. uulpinaris, {*Volpinare far in modo di uolpe*} (ἀλωπεκίζω) mendaciis, ac fraudibus uera peruerto, ſiue effugio. Tractũ ab intorto uulpium curſu, ut placet Nonio. Varr. in Myſteriis, Vulpinare modo, & concurſa, qualibet erras.

VVLSINII, ſiue Volſinii Plinio, Volſinium Ptolemæo (Οὐολσίνιον) Hetruriæ oppidum mediterraneũ, olim locupletiſſimũ, ſed poſtea fulmine totũ concrematũ. ut refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie Bolſenam uocant. Huic oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulſinienſis dicitur. cuius meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

VVLSVRA, ræ, à uulſum ſupino uerbi Vello, (τιλμός, τίλσις) ipſa uulſio. Varro 2. de Re ruſt. cap. 11. Lanam tonſam & conglobatam alii Vellera, alii Vellumina appellant. ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulſuram, q̃ tonſuram inuentam.

VVLTVR, ris, {*Auoltoro. uoltori. Boc. Gior. 6. Nou. 10. Non altramente che ſi gitta l'Auoltoro alla carogna*} (γύψ) auis eſt rapax, & carniuora: ità dicta q; propter magnitudinem corporis tardè uolet. Refert Plin. lib. 10. cap. 6. ex Vmbrici Aruſpicis ſententia, uultures biduo triduoúe ante eò congregari, ubi futura ſunt cadauera. Mirum enim in modum corporibus iam putrefactis delectantur. Vnde non inuenuſte ex Græcis nonnulli τάφους ἐμψύχους appellarunt, hoc eſt, ſepulcra animata. Liu. 7. Bell. Pun. Vulturemq; frequenti foro in tabernaculũ deuolaſſe. Vergil. 6. Aeneid. Roſtroq; immanis uultur obunco Immortale iecur tondens.

VVLTVRIS, ris, (γύψ) antiquis in uſu erat pro aue ea prægrandi, quæ à nobis duabus literis ſubtractis Vultur dicitur. Ennius: Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.

VVLTVRIVS, rii, (γύψ) auis eadem, quam nos Vulturem dicimus. Lucret. libr. 4. Mellis apes quamuis longe ducantur odore, Vulturiiq; cadaueribus. Plaut. Trucul. Iam quaſi uulturii triduo prius prædiuinabant, quo die eſuturi ſient. Et quoniam hæc auis rapax in primis eſſe tradita & carniuora factum eſt, ut homines inſatiabilis rapacitatis Vultures appellemus. Cice. pro Seſtio: Exierunt malis ominibus atq; execrationibus duo uultures paludati. Intelligit Gabinium & Piſonem Coſs. inimicos ſuos, prouinciarum (ut ſæpe eos nominant) uoragines. Vulturius pro certó tali iactu. Plaut. Curcul. Prouocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium. Ille ſuum annulum oppoſuit: inuocat Planeſium: iacit uulturios quatuor. Talos arripio, inuoco almam meam nutricẽ Herem: iacio baſilicum.

VVLTVRINVS, a, um, pen. pro. {*Di auoltoro*} (γύπειος) quod eſt uulturis. Plin. lib. 30. cap. 4. Vulturinus ſanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam eſſe diximus) radice, & cedria tritus, lepras ſanat. Vulturini ſpecies, apud eundem lib. 10. cap. 3.

VVLTVRNVM, (Οὐουλτοῦρνον) oppidum Campanorum eſt, à Vulturno flumine, qui ipſum præterfluit, dictum. Eſt autem Vulturnus fluuius ille, qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela. lib. 2. Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. Eſt & Vulturnum Hetruſcorum oppidum, teſte Liuio lib. 4. ab Vrbe.

VVLTVRNVS, (εὖρος) uentus qui ab Oriente hyberno ſpirat, ut ait Pli. lib. 2. cap. 47. Dictus à uulturis uolatu (ut quidam aiunt) quoniam alte reſonat. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, qui per Capuam labens, haud longe à Cumis mergitur: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

VVLTVOSVS, a, um {*Meſto, di mala uoglia*} (σκυθρωπώδης) triſtis. Cic. In Orat. In quo quũ efficeret, ne quid ineptũ ſit, aut uultuoſum. Vultuoſa pronũciatio, quæ fit uultu, mimica quadã geſticulatione ad orationẽ cõpoſito. Quint. lib. 11. cap. ult. Quare nõ immeritó reprehenditur pronuntiatio uultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & uocis mutationibus reſultans. Vultuoſa frõs apud Apuleiũ pro tetrica legitur, & ad ſeueritatẽ cõpoſita. Ait enim lib. 3. Met. Lõge diſſimilis aducunt, nõ læta facie, ſed uultuoſa fronte, rogis inſurgẽtibus aſſeuerabat.

V V L T V S, huius uultus, {*Volto, faccia*} (πρόσωπον) propriè dicitur habitus ſiue ſtatus faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius oſtenditur. Dictus Vultus à uerbo Volo, uis, ſicut à Colo Cultus. Cic. in Piſonem: Nõ enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, uultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit: hic eos quibus erat ignotus decepit, &c. Cic. 3. de Orat. Imago animi, uultus eſt: indices, oculi. Plin. lib. 7. cap. 19. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper uiſum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic pro Cluent. Recordamini faciem atque illos eius fictos, ſimulatosque uultus. Apud Poetas tamen non rarò Vultus accipitur pro facie. Martial. lib. 1. Dum nulla teneri ſordent lanugine uultus. Ouid. 13. Metam. Quid moror interea crudelia uulnera lymphis Abluere, & ſparſos immiti ſanguine uultus? Antiqui protulerunt Vultum, neutro genere, quod & Nonius annotauit. Ennius: Auerſabantur ſemper uos, uoſtraque uulta. Lucret. lib. 4. Sed quod utraſque figuræ eſſe uides miſtim referentes uulta parentum. Huius diminutiuum eſt Vulticulus, quo uſus eſt Cic. ad Attic. lib. 14. Epiſt. 318. Non te Bruti noſtri uulticulus ab iſta oratione deterret?

V V L V A, uæ, (δελφὺς, μήτρα) utriculus ille in fœminis, in quo fœtus ſit conceptus. Dicta Vulua, quaſi uolua, quòd fœtus ea inuoluatur. Propriè aũt uulua eſt brutorum animantiũ: uterus autem mulierum. Plin. lib. 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præterquã ueſicæ iunctus utriculus: unde dictus Vterus: quos alio nomine Locos appellant: in reliquis animantibus Vuluam. Vuluã ſuillam Romani in deliciis habuere, præſertim eiectitiam. Nã quæ effœtis à partu eximebatur (quã Porcariam uocabant) tanquã liuidam, & macram reiiciebant. Plinius loco iam citato: Vulua eiecto partu melior quàm edito. Eiectitia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima. Contra effœtis à partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macra. Nec nouellarum ſuum præterquam primiparatum probantur, potiusque ueterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut poſt partum, aut, quo eiecerunt, die. Martial. Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca: Me materna graui de ſue uulua capit. Quãdoque accipitur uulua, pro orca uuluæ, hoc eſt, pro ipſo pudendo muliebri. Iuue. Saty. 6. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Plin. quoque boletorum prorumpentium in oui ſpeciem, album illud inuolucrum Voluam nuncupat. Plin. lib. 22. cap. 22. Voluam enim terra ob hoc prius gignit: ipſum poſtea in uolua ceu in ouo eſt luteum.

V ANTE X.

V X A M A, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in tractu Areuacorum: ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemæo Vaxama, (οὐάξαμα) appellatur lib 2. cap. 6.

V X E L L A, inſulæ Britanniæ urbs, in tractu Damnoniorum: ut ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

V X O R, uxoris, {*Moglie, mogliere, donna*} (γυνὴ, ἄκοιτις, σύνευνος, ἄλοχος) quæ uiro tradita eſt. Terent. in Adelph. Vxor ſine dote ueniet. Cicer. pro Seſtio: Duxit uxorem patre uiuo uiri optimi & calamitoſiſſimi filiam. C. Scipionis. Idem 2. de Orato. Ex tui animi ſententia tu uxorem habes? Horat. 1. Epiſtol. 2. Quæritur argentum, puerisque beata creandis Vxor. Dictas autem putat Vxores Seruius, quaſi Vnxores ab ungendo, quòd antequam limen mariti tranſirent, poſtes auerruncandorum malorum cauſa ungerent. Verba eius ſunt hæc in lib. 4. Aeneid. Mos erat, ut nubentes puellæ, ſimul quum ueniſſent ad limen mariti: poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis uittis, & oleo ungerent: & inde Vxores dictæ ſunt, quaſi unxores. Plinius quoque lib. 28. cap. 9. ſcribit nouas nuptas mariti domum intrantes, ſolenne habuiſſe, adipe poſtes inungere.

V X O R C V L A, læ, (γυναικάριον, γυναικίδιον) diminutiuum ab uxore blandiendi gratia deductum. Plaut. Caſina. Eia uxorcula.

V X O R I V S, a, um, {*Della moglie*} (γυναικεῖος) quod eſt uxoris, uel quod ad uxorem pertinet: ut, Res uxoria, Cicer. 3. Offic. In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. Tacit. libr. 3. Quod honeſtius, quàm uxorum leuamentum? Ouid. 2. de Arte: Hoc decet uxores: dos eſt uxoria lites. Vxoria forma, à Phauorino apud Gell. lib. 5. cap. 11. uocatur forma media inter pulcherrimam, & deformiſſimam, quæ ſcilicet & nimiæ pulchritudinis periculo, & ſummo deformitatis odio uocat: quã Ennius in Menalippa Statam formam appellat. Aliquando Vxorius, (φιλογύνης) dicitur, qui uxori nimis inſeruit. Vergil. 4. Aene. Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Extruis?

V Z I T A. (οὔζιτα) urbs Aphricæ propriè dictæ, ſub Adrumento ſita, iuxta quam Cæſar uicit Scipionem. Vide Strabonem lib. 13. & Ptolemæum libr. 4. cap. 3.

DELLA LETTERA X.

X E' lettera che nel ſuo ſuono rappreſenta lo iſteſſo, che cſ, eſſendo un medeſimo ſuono à ſcriuere dixi, & dicſi, onde i Greci la chiamano lettera doppia. La lingua Italiana non uſa giamai tal lettera, ma in ſua uece adopra due ſſ eſſempio. diſſi, & coſi di tutte, ò una ſ. ſola quando è con altra conſonante, come extremo eſtremo, extimo, eſtimo. Ne i nomi proprii che in latino hãno nella prima ſillaba quella lettera x. ſi ſuole ſeruar la medeſima nella lingua Italiana Come Xerſe, Xenofonte. Benche alcuni ſeruiano ancor eſſi per ſ. Se ſe, Senofonte, Santippe. Ma Xanto fiume ſi ſcriuerà ſempre per x, per non battere nell'aggettiuo ſanto. Metteſi queſta lettera x, coſi da Latini, come da gl'Italiani, per ſegno del numero x.

DE LITERA X.

X LITERA, ſemiuocalis eſt, f. quæ uim duplicis conſonantis habet, pro qua modò c s, modò g s, primitus utebantur, ut Apecs, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quint. lib. 1. cap. 4. Et noſtrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Latini hoc elementum, quòd uaſtioris ſoni uideretur, quibuſdã dictionibus exemerunt: unde pro uexillo Velũ, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipſum teſtatur. Cic. in Orat. ad Brut. Quemadmodũ (inquit) Axilla noſter Ala factus eſt, fuga uaſtioris literæ: quam literã etiam è maxillis, è taxillis, & uexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Contra Attici exactiſſimi elegantiæ omnis iudices, ſæpe repudiato σ, eandem tanquam ſoni amabilioris, temperatiorisque ſuſurri, ſunt amplexi. Nam & ξυμφορὰ, & ξυμβάλλειν, & ξυμβαίνειν dicunt pro quibus communis lingua συμφορὰ, συμβάλλειν, & συμβαίνειν agnoſcit. X litera apud ueteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii. quemadmodum, & V, quæ dimidiata pars eſt literæ X, nota eſt numeri quinarii. Hinc factũ eſt, ut in uetuſtis codicibus hæc nota aliquando inueniatur pro denario Romano: hoc eſt, pro genere numiſmatis, quod quatuor ualebat numis ſeſtertiis. Plin. lib. 12. ca. 12. Quod minore folio eſt Meſoſphærum appellatur: emitur X. L X. Laudatiſſimum Microſphærum è minimis folium: pretiumque eius X. L X X V.

X ANTE A.

X A N T H E, es, (ξανθὴ) Nympha marina, Oceani & Tethyos filia: à ruſo, ſiue flauo colore dicta. Heſiodus in Theogonia: Περσηΐς τ', Ἰάνειρά τ', Ἀκάστη, Ξάνθη τε. Xanthe itẽ appellata fuit Aſiæ regio, quę poſtea dicta fuit Troas: ut auctor eſt Stephanus in dictione Troas.

X A N T H E N E S, (ξανθηνὲς) gemma quædam in Media naſcens, electri colore, & ſi quis terat in uino palmeo & croco, ceræ modo lenteſcens, odore magnę ſuauitatis: ut ex ſententia Democriti refert Plin. lib. 37. cap. 10. quanquam in pleriſque Plinii codicibus Zanthenes legatur per Z in capite, corrupte, ut arbitror: præſertim cũm à flauo electri colore nomen uideatur accepiſſe.

X A N T H I C V S, (ξανθικὸς) Aprilis menſis Hebræorum lingua apellatus eſt.

X A N T H I C L E S, (ξανθικλῆς) unus ex iis ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, una cum Xenophonte domum reducendas ſuſceperãt: Hic poſtea, quòd minas uiginti ex publica pecunia ſuppreſſiſſet, damnatus eſt repetundarum. Auctor Xenophon ἀναβάσεως κύρου lib. 5.

X A N T H I, (ξανθοὶ) Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strab. lib. 13.

X A N T H I I, (ξάνθιοι) Lyciæ populi, quorũ urbẽ Xanthum nomine, cum Harpagus Cyri præfectus obſideret, illi uxores, liberosque cæteraque, quæ chariſſima habebant, in arcem coegerunt, igneque ſubiecto cremauerunt: deinde aduerſus hoſtes eruptione facta, ſtrenue pugnantes, ad unũ omnes interiere. Auctor Herodotus lib. 1. Xanthii præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarum, ultra Mæotim incolentes, qui iidem & Parni dicuntur. Auctor Strabo lib. 11.

X A N T H I O N, (ξάνθιον) herba eſt ex lapparum genere, quæ alio nomine Philanthropos & uulgo Lappa minor appellatur Xanthion autem appellatum putatur ab effectu, quòd eo rufentur capilli. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 122.

X A N T H I V S, (ξάνθιος) Bœotius quidam fuit, ſingulari corporis robore, qui exorta inter Athenienſes & Bœotios de Celænarum agro controuerſia, Thymœtem Athenienſiũ regem ad ſingulare, prælĩũ euocauit: cuius uicem excipiẽs Melanthus quidam Meſſenius, a Dionyſio (ut uolunt) adiutus, illum ſuperauit. Ferunt enim Melantho uiſum fuiſſe, quòd Xanthiũ quidam a tergo ſequeretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine cũm illum accuſaret, quòd altero comitatus in præliũ deſcendiſſet admiratus Xanthius, quidnam accidiſſet, quiſue is eſſet, qui à tergo ſequeretur, cũ in reſpicere conaretur, corpus hoſti auerſum nudumque præbuit: qua occaſione uſus Melãthus, incautũ gladio traiecit. Auctor Suidas.

X A N T H I P P E, (ξανθίππη) nomen uxoris Socratis philoſophi, ſupra modũ moroſæ, & iurgioſæ. cuius tamen moroſitatem Socrates mira patientia tolerauit: rogatusque ab Alcibiade, cur mulierem tam moleſtam domo non exigeret, Quoniam (inquit) dum domi talem perpetior, inſueſco, & exerceor ut cæterorũ quoque foris petulantiam, iniuriamque facilius feram. Hæc Gell. lib. 1. ca. 17. Vide plura in dictione Socrates.

X A N T H I P P V S, (ξάνθιππος) Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritiſſimus, qui à Carthaginienſibus excitus, exercituique præpoſitus, Attilium Regulum Conſulem in Africa bellum gerentem, inſidiis circumuentum uiuum cepit.

X A N T H O. (ξανθὼ) una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Vergil. lib. 3. Georg. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque. Heſiodus in Theogonia Xanthen appellat.

X A N T H O S. (ξανθὸς) gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fuluo candicans de qua Plin. lib 37. cap. 10.

X A N T H V S, (ξανθὸς) fluuius Troadis, idem cum Scamandro ità dictus, teſte Ariſtotele, de Hiſtor. animal. lib. 3. quod ouium uellera rufo inficiat colore ξανθὸν enim Græci dicunt, quod nos rufum aut flauum. Verg. 1. Aen. Ardentesque auertit equos in caſtra, prius quàm Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumque bibiſſent. Xanthus antiquus rerum Lydorum ſcriptor: Lydus'ne, an Sardianus fuerit, Strabo ſe dicit incertum habere, Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuiſſe, ſcripſiſſeque hiſtoriam Lydorum libris 4. Xanthus alter poeta melicus commemoratur ab Aeliano. Eſt item Xanthus Lyciæ fluuius duobus fontibus è Cadmo monte naſcens, & non procul à nominis ſui urbe in Lycium mare ſe exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris cuius meminit Homerus lib. 23. Iliad.

X ANTE E.

X E N A R C H V S. (ξέναρχος) comicus poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus lib. 2. Dipnoſophiſtarum. Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ Peripateticus, docuit Alexandriæ primum, deinde Romæ. Arii philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti uſus amicitia, uſque in ſenectutem in honore habitus. Denique paulò antè mortem uiſu orbatus diem obiit. Strabo lib. 14.

X E N I B A L N E Æ, Romæ fuerunt ab hoſpitalitate (ut uidetur) ita dictæ: nã ξένιος Græcis idem eſt quod hoſpitalis. Harum meminit Cicero pro M. Cælio: Sed ut uenenum (inquit) cum à Licinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſet, cõſtitui locum iuſſit balneas Xenias, ut eò mitteret amicos, qui delitèſcerent:

rent: deinde repente, cum ueniſſet Licinius, uenenum traderet, proſilirent, hominemq; comprehenderent.

XENIVM, nii, {*Dono, preſente, regaglia.*}(ξένιον) munus hoſpitibus dari ſolitũ. Vnde Mart. librũ decimũtertiũ, in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, qualia hoſpitibus mitti ſolent Xenia nominauit, quòd uerſus ipſos pro xeniis mitteret: quod & ipſe teſtatus primo ſtatim epigrammate:

> Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
> Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
> Quatuor eſt nimium? poterit conſtare duobus:
> Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
> Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
> Si tibi tam rarus, quàm mihi, nummus erit.

Huius diminutiuum eſt Xeniolum, paruum xenium. Apuleius: Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola porcum optimum, & quinq; gallinulas, & uini cadum iam ætate pretioſi.

XENIVS, (ξένιος) Iouis cognomentum apud Græcos, teſte Dionyſio, quẽ Latini, uerbo ex uerbum expreſſo, Hoſpitalem uocant. De hoc intelligendum eſt illud Vergilij 1. Aen. Iuppiter, hoſpitibus, nam te dare iura loquuntur.

XENOCLES, is, (ξενοκλῆς) orator clariſſimus patria Adramyttenus, qui Mithridatici belli tempore accuſatus quòd in regem propenſior fuiſſet, cauſam, non modo ſuam: ſed & totius Aſiæ magna cum laude in Senatu egit. Auctor Strabo lib. 13.

XENOCRATES, pe. cor. nomẽ philoſophi Chalcedonii auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo succeſſit, & uigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo ut quum illum Plato Ariſtoteli compararet, alterum frænor alterum calcaribus indigere diceba. Hic philoſophorum ſeueriſſimus fertur extitiſſe, & aduerſus omnem uoluptatum titillationem prorſus inuictus Cuius rei abunde magnum illud prębuit argumentum quod Phrynem formoſiſſimã eius ætatis meretricem à diſcipulis in lectulum ſuum ſubmiſſam, & ſeſe ad concubitum modis omnibus ſolicitantem, intactam tamen dimiſerit. Vnde & Phrynen ipſam poſtridie rogantibus iis, qui illam ſubmiſerant, dixiſſe ferunt, cum ſtatua ſeſe, non cum homine cubuiſſe. Grauitati uerò eius & fidei tantum tribuerunt Athenienſes, ut cum iurati nullius teſtimonium admitterent, huic ſoli iniurato crederent. Miſſus ad Philippum legatus, cum collegas humaniter accipi uideret, muneribus ornari, & conuiuiis adhiberi: ſeſe autẽ, qui legationis eius princeps erat, uix in conſpectum admitti, quòd Macedonum rebus ſemper eſſet aduerſatus: conuerſus ad ſocios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd ſeſe unum Philippus ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ teſtem uereretur. Alexandri quoq; munera fortiſſimo animo contempſit: regibus, inquiens, non philoſophis opus eſſe pecunia. Obiit ſecundo & octogeſimo ætatis ſuæ anno, quum noctu fortè in ſartaginem offendiſſet. Auctores Laertius et Suidas Xenocrates alter philoſophus, modeſtia nihil ſuperiore inferior, ſcripſit οἰωνοσκοπικόν. id eſt domeſticum auſpicium cum ſcilicet, aut muſtela, aut ſerpens, aut his ſimilia in domo apparent, quid portendere ſoleant. Suid.

XENODOCHIVM, pen. pro. {*Spedale. Boc. Gior. 10. Nou. 2. Et riconciliatoſi a gli donò una gran prioria di quelle dello Spedale*}(ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον) locus publicus, quo hoſpites, id eſt, peregrini excipiũtur: quod genus Hieroſolymis primum ab Hyrcano extructum fuiſſe, auctores ſunt Ioſephus, & Hegeſippus Hieronymus. Xenodochium in portu Romano ſitum totus pariter mundus audiuit.

XENON, (ξένων) pictor Sicyonius, Neoclis diſcipulus: cuius meminit. Plin. lib. 35. cap. 11.

XENOPAROCHI, (ξενοπάροχοι) iidem qui & Parochi, qui legatis Romam miſſis, cæteriſq; alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: unde & nomen acceperunt, παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, quòd hoſpitibus neceſſaria ſuppeditarent. Arcadius tit. de Muneribus l. Munerum Tabularii (inquit) uel xenoparochi, ut in quibuſdam ciuitatibus, &c.

XENOPHANES, pen. corr. (ξενοφάνης) Philoſophus, Colophonius, Dexii, ſiue (ut Apollodorus mauult) Orthomenis filius Archelai auditor, qui contra Homerum, & Heſiodum Elegias ſcripſit & Iambos, irridens ea quæ de diis ſunt commenti. Dei ſubſtantiam rotundam eſſe ſenſit nihilq; cum hominibus habere commune, totum cernere, totumq; audire, unum eſſe omnia, mentem prudentiam æternitatem. Auctor Laertius. euſdẽ meminit & Cic. 4. Acad. Xenophanes (inquit) paulò etiam antiquior, Vnum eſſe omnia tradit, neq; id eſſe mutabile, & id eſſe Deum. Fuit & alter Xenophanes ex Leſbo inſula, Poeta Iambicus. ut refert idem Laertius.

XENOPHILVS, pe. cor. (ξενόφιλος) nomen Muſici Chalcidenſis, philoſophi Pythagorici: de quo Valer. Max. Biennio minor, quàm Gorgias, qui centũ & quinq; uixit annos, Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus fuit, ſed felicitate non inferior: ſiquidem (ut ait Ariſtoxenus Muſicus) omnis incommodi humani expers, in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. Eundem & Plinius inter rara felicitatis exempla commemorat lib. 7. cap. 50. Pro miraculo (inquit) id ſolitarium repertum exemplum, Xenophilum Muſicum cẽtum & quinq; annos uixiſſe ſine ullo corporis incommodo.

XENOPHON, (ξενοφῶν) nomen philoſophi, & ducis inſignis Athenienſis, qui Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus, moratus, et omnibus gratus, tanta uerò eloquentia, ut Muſa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Inſinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militauit: eoq; in acie cæſo, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripſit Cyri maioris Pædiam, non tam hiſtoricæ ſeruiens ueritati (ut inquit Cic. lib. 2. de Orat.) quàm ut abſolutum inſtitueret ducem Præterea Cyri minoris expeditionem aduerſus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros ſex. Sympoſium, Oeconomicum, à Cicerone, teſte Columel. Latinitate donatum Ad hæc de re equeſtri, de uenatione, Socratis Apologiam aliaq; nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorũ primus Antiochenus fuit qui Amatoria quædam ſcripſit, quæ Babylonica appellauit. Alter Epheſius, qui & ipſe Amatoriarum narrationum libros decem ſcripſit, quæ Epheſiaca, nominauit. Tertius Cyprius, qui & ipſe Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide: quæ Cypriaca nominauit. Laertius ſeptem commemorat Xenophontes, quorum nomina & ſcripta uide apud ipſum.

XERA, (ξηρὰ) urbs prope Herculis columnas: ut ex Theopompi ſententia refert Stephanus.

XERAMPELINVS, color {*Colore di roſa ſecca*}(ξηραμπέλινον χρῶμα) medius eſt (inqt Probus) inter coccinũ: & muriceũ, quo matronę peculiariter uti ſolent: Dictus Xerampelinus à ſiccis uuiũ foliis, quæ eius ferè ſunt coloris, ξηρὸν enim aridum eſt, uel ſiccum, & ἄμπελος uitis. Vulgò color ſiccæ roſæ, dicitur. Hinc Xerampelinæ ueſtes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ ſunt. Iuue. Saty. 6. Et xerampelinas ueſtes donauerat ipſi. Has nonnulli Atrabaticas uocant, alii Atrabapticas, ut quibuſdam placet. Vide Thyleſium in Tractatu de Coloribus, & Cœlium Rhodig. lib. 16. cap. 10.

XERIA, (ξηρία τα) emplaſtra ſicca: ſicut Hygremplaſtra, uocantur liquida emplaſtra.

XERALOEPHIA, (ξηραλοιφία) unctio ſicca, hoc eſt, quæ fit citra lauationem. Contrà quæ poſt lauacrum adhibetur, Hygraloephia (ὑγραλοιφία) appellatur.

XEROLIBYA, (ξηρολιβύα) Libya ſicca, hoc eſt, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deſerta: quam Vergil. lib. 4. Aeneid. uocat regionem ſiti deſertam.

XEROLOPHVS, p. c. (ξηρόλοφος) tumulus fuit Conſtantinopoli, cochleas ſedecim, & Dianæ columnam ſtructilem, & tripodes habens, in quibus Epigrãmata ſolent inſcribi. Qua uoce utitur Iuſtinianus C. de publicis iudic. etiamſi Alciatus uocem adulterinam eſſe putauerit. Meminit huius tumuli Suidas, & Priſcianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam ſe legiſſe teſtatur Byzantii in Xerolopho, in uetuſtiſſimo tumulo inſcripta.

XEROMYRVM, (ξηρόμυρον) unguentum eſt ſiccũ, ut Hygromyron, (ὑγρόμυρον) liquidum, fœminarum auribus expetitum.

XEROPHTHALMIA, (ξηροφθαλμία) arida lippitudo, quum nec tumẽt, nec fluunt oculi, ſed rubent tantum, & pruritu infeſtantur, & noctu prægrauati pituita inareſcunt. Vide Celſum lib. 6. cap. 6.

XERXENA, (ξερξήνη) minoris Armeniæ regio, ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyſe Cambyſene. Auctores Stephanus & Strab. lib. 11.

XERXES, (ξέρξης) Perſarum rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atoſa filia nepos, qui CLXX. hominum myriadibus, hoc eſt, decies ſepties cẽtenis millibus. Myrias enim numerus eſt continens decem millia per totum quinquenniũ contractis, Græcię bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex editiore ſpecula aſpexiſſet, teneriter fertur lacrymaſſe, quòd poſt centum annos ex tanto hominum numero nemo eſſet ſuperfuturus, Tantum autem habuit nauium apparatum, ut totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte coniungeret. Athon præterea montem, teſte Plin. lib. 4. cap. 10. à continente abſcidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, nauale quoque certamen cum Themiſtocle tentauit. à quo ſimiliter apud Salaminem ſuperatus cum antea tota maria claſſe ſterneret, uix paruula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipſe re in Bœotia infeliciter geſta, cum pauciſſimis in Perſidem ſe recepit. Demum cum ſe ocio, ſocordiæq; relicta militia tradidiſſet, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus propoſuit, ut ſcribit Valerius. Quamobrem à ſuis ſpretus, paucis pòſt annis ab Artabano præfecto ſuo in regia interficitur cum regnaſſet annis octo. Vide hæc latius apud Iuſtinum Trogi abbreuiatorem. Xerxes alter pictor Heracleota, Venerem adeò pulchrã pinxit, ut ex ea quæſtum magnum faceret, pretio accepto ab his qui eam uidere cupiebant. Itaq; Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis uocitabant, quòd ex eius lenocinio quæſtum faceret. Auctor Aelianus de uaria hiſtoria.

X ANTE I.

XILIA, (ξιλία) Libyæ urbs ex Alexandro annotauit Stephanus: cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

XIMENE, p. p. (ξιμήνη) Ponti regio, ſalis foſſilis habens fodinas: unde & Halys fluuius, qui ex ea oritur, nomen accepiſſe exiſtimatur Auctor Strab. lib. 12.

XIPHENE, es, pe. pro. (ξιφήνη) regio Paleſtinæ, teſte Ioſepho, cuius incolæ dicuntur Xiphenæi, (ξιφηναῖοι) Stephano.

XIPHIA, æ, {*Peſce ſpada*}(ξιφίας) piſcis genus, roſtrũ habens mucrone armatum. unde & Latini Græcos imitati, gladium appellant. Pli. lib. 31. cap. 2. Xiphiam. i. gladiũ, roſtro mucronato eſſe ab hoc naues perfoſſas mergi in Oceanõ ad locum Mauritaniæ, qui Cotta uocatur, non procul à Lixa flumine. Trebius Niger auctor eſt. Xiphiæ item ſtellæ ſunt ex genere Cometarum, in mucronẽ faſtigiatæ, pallidæ, ac quodã gladii nitore ſine ullis radiis. Autor Pli. li. 2. c. 25.

XIPHION, (ξιφίον) herba eſt folio mucronato, iridis folio non diſſimili quã Romani gladiolum, uulgus herbariorum Spatulam fœtidam appellat. Deſcriptionem eius uide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

XIPHONIA, (ξιφωνία) Siciliæ oppidum, non procul à Tauromínio in promontorio ſitum: ut ex Theopompi ſententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ANTE O.

XOIS, ſiue Xoes, (ξόις Stephano) inſula eſt in mediterraneis Aegypti, ſupra Sebenniticum & Phatniticum oſtium, oppidum habens euſdem nominis. Auctores Stephanus & Strabo lib. 17. Hinc Xoites nomos, hoc eſt, Xoitica præfectura, apud Plin. lib. 5. cap. 9.

X ANTE V.

XVCHES. (ξούχες) Libiæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome annotauit Stephanus: cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

XVTHIA, (ξυθία) Siciliæ oppidum, ut ex Philiſti ſententia tradit Stephanus. Gentile Xuthiates.

XVTHVS. (ξοῦθος) Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetrapolim Atticæ, hoc eſt, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum colonos deduxit. Auctor Strabo lib. 8.

X ANTE Y.

XYLENEPOLIS, (ξυλενόπολις) urbs in confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexandro condita: ut poſt Oneſicritum refert Plin. lib. 6 cap. 23.

XYLINA, (ξυλίνα) Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Ciſſæ fluuiorũ oſtia ſitum. Auctor Ptolemæus lib. 5. cap. 6.

XYLINVM, pe. cor. {*Bambagio. cottone* Boc. Gior. 8. Nou. 10. *L'una hauena un materazzo di bambagia bello*}(ξύλινον) lini genus candidiſſimi, & mol-

liſſimi, naſcens in frutice, cui nomen eſt Xylon, pomis quibuſdam incluſum, barbatæ nuci non diſſimilibus, quæ maturitate hiſcentia globum oſtendunt lini, quod à nomine fruticis Xylinum appellatur, Plin. lib. 19 cap. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem alii Goſſipion uocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta, Xylina. Paruulus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis candore, mollitiaq; præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc lini genus etiã in Italiæ locis quibuſdam gignitur, uulgiq; uocabulo Cotonum appellatur.

XYLOBALSAMVM, (ξυλοβάλσαμον) balſami arbuſculæ lignum, cuius ſuccus Opobalſamum appellatur. Plin. lib. 12. cap. 25. Et balſami quoq; ſarmẽta in merce ſunt. Amputatio ipſa, ſurculusq; uenit intra quintũ demum annum. Xylobalſamum uocatur, & coquitur in unguentis.

XYLOCINNAMVM. (ξυλοκιννάμωμον) cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19 Ipſum uerò lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: Xylocinnamum uocant.

XYLON, {*Legno, bombagio, cottone*} (ξύλον) præter uulgatam illam ſignificationem qua Græcis lignum ſignificat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fruticis genere, quod & Goſſipion uocant, olim in ſola Aegypti ſuperiore parte, hodie etiam in Italia naſcentis, pomum ferentis ſimilitudine barbatæ nucis, quod matureſcens copia lanuginis, quam incluſam habet, dirumpitur, liniq; globum incluſum, multo maiorem, q̃ pro pomi magnitudine detegit: idq; lini genus Xylinum, ſeu Goſſipinum appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

XYLOPHAGVS, pe. cor. {*Tarlo*} (ξυλοφάγος) uermis albus, obeſus, capite, ſi ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, grauiſſimo, ſub arborũ corticibus potiſſimum naſcens. Plin. lib. 17 cap. 24. coſſos uocat, eosq; à quibuſdã in ſummis ciborum delicijs habitos tradit: qui etiam farina ſaginati, altiles q; fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iouinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, mullus, et ſcarus in delicijs computantur, ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe, luxuria eſt.

XYLOPOLIS, (ξυλόπολις) oppidum Mygdoniæ, quæ eſt Macedoniæ regio, cuius incolæ dicuntur Xylopolitæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

XYRIS. (ξυρίς) herba folia habens iridis, ſed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioſco. lib. 4. cap. 24. & Plin. lib. 21. cap. 20. Officinæ Iridem ſyluestrem appellant.]

XYNIA, (ξυνία) Theſſaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo uicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Beboidem uocant Steph.

XYSTICI, (ξυστικοὶ) dicti ſunt Athletæ, ſiue q; in xyſtis, hoc eſt, porticibus ſeſe exercerent: ſiue quod xyſtis, hoc eſt, haſtis depugnarent. Vide plura in dictione Xyſtus.

XYSTIS. (ξύστις Steph.) oppidum Cariæ, in conuentu Alabandenſi, cuius incolæ Xyſtiani appellantur, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

XYSTIOS, (ξύστιος) gemma quædam plebeia, apud Indos naſcens, quam Plinius inter Iaſpidum genera annumerat lib. 37. cap 9.

XYSTVS, xyſti, maſc. ge. {*Portico, luoco da paſſeggiare, loggia*} (ξυστὸς) apud Græcos porticum amplam ſignificat: teſte Vitruuio lib. 6. hybernæ Athletarũ exercitationi accommodatam. Hinc Xyſtici, (ξυστικοὶ) dicti ſunt athletæ, ſiue q; in xyſtis ſe ſub tecto exercerent: ſiue q; xyſtis depugnarent. Sic enim Græco uocabulo appellabant haſtas, quibus illi utebantur: unde & Xyſtophori dicti ſunt ſpiculatores. Suet. in Auguſto: Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Latini uero, eodem Vitruuio teſte Xiſti appellatione ſubdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticumve ordinibus diſtinctam. Cic. in Bruto: Cum ambularẽ in xyſto, & eſſem otioſus domi. Plinius: Ante cryptoporticum xyſtus eſt uiolis odoratus. Pli. Iun. lib. 5. Epiſt. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctusq; buxo. Idem: Non tam ſtatuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes ſuas, quàm Xyſtis, & nemoribus excolunt.

DELLA LETTERA Y.

Y *Lettera ſola Greca, & uſata anco da Latini nelle uoci Greche, non s'adopra in alcun modo nella lingua Italiana, la onde non accade di lei dir coſa alcuna, in quanto à tal lingua.*

DE LITERA Y.

Y GRÆCORVM uocalis eſt, qua in illorum dictionibus ſcribendis tantum utimur. Huius loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant quantam Latinorum uocalem ſubſtituebant. Cic. in Orat. Putrum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum: Vi pateſecerunt Fruges, non Phryges ipſius antiqui declarãt libri. Nec enim græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas, & cum Phrygum, & cum Phrygibus dicendum eſſet. Abſurdum autẽ erat barbaris tantum caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolum Græce loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium cauſa dicimus, Hæc ille Peculiare autem eſt huic elemento, ut in capite dictionum perpetuo aſpiretur. Quare quę ab eo initium ſumunt, requirenda ſunt inter aſpirata.

DELLA LETTERA Z.

Z *Lettera Greca, & Latina, ha nella lingua Italiana ſuono hora forte, & hora piu debole, & quando poi ſi radoppia l'ha molto piu forte. Il debole è quando proferiſceſi Zelo, Azimo, mezo. Il forte quando ſi dice e Zoppo, Zappa. il piu forte poi, pezzo ſtrozza, & ſi ſimi. Benche ueramente tanto ſuoni forte la ſillaba zza, in pezza, quanto za in zappa, ma perche la lingua Italiana non comporta, che ſi mettano due conſonanti medeſime in principio d'alcuna parola, per queſto è meſtiere ſcriuere zoppo, zappa, & altre tali con una z ſola, quantunque ſieno di ſuono molto piu forte che in Zelo, & in mezo. Queſta lettera, z, per ſe ſola in lingua Italiana non ha ſignificatione alcuna.*

DE LITERA Z.

Z LITERA Græca eſt, qua in Latinis dictionibus non utimur. Eſt autem gemina conſonis, loco cuius nos interdum geminum ſſ, ut, Patriſſo, pro πατρίζω. Pityſſo pro πυτίζω. Interdum ſ d, ſubſtituimus: ut Eſdras, pro ἔζρας. Antiqui loco eius unicam aliquando ſ, ſcribebant: ut Sacynthus pro ζάκυνθος. Sethus, pro ζῆθος. Nonnunquam etiam d, literam loco eius uſurpabant: ut Medentius pro Mezentius. Sed hoc tantum apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ANTE A.

ZABIDA, (ζάβιδα) uicus in Arabiæ mediterraneis, ut ex Vrano annotauit Stephanus.

ZABII, (ζάβιοι) populi Indiæ, qui cum Deriade aduerſus Dionyſium pugnarunt. Stephanus.

ZACHALIAS, (ζαχαλίας) magus Babylonius, qui de Gẽmarũ uiribus ſcripſit ad Mithridatem Ponti regem. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZACANTHEI, (ζακανθαῖοι) Zacynthiorum coloni, teſte Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum, Zacãtham expugnauit Annibal, cum in Italiam properaret, ut ex Apollodori Chronicis annotauit Stephanus.

ZACYNTHOS, {*Zante*} (ζάκυνθος) inſula Ionnis maris parua, occidentali Peloponneſi lateri adiacens, urbemq; habens eiuſdẽ nominis à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 22. Inter Cephaleniam & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyria. De hac Verg. lib. 3. Aene. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

ZAGRIVS, (ζάγριος) Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babylonia. Auctor Strabo. lib. 11. cap. 15.

ZALEVCVS, (ζάλευκος) nomen fuit legislatoris Locrenſiũ, qui cũ in adulteros hanc pœnam ſtatuiſſet, ut in adulterio deprehenſi utroq; orbarentur oculo: oblato filio multisq; teſtibus adulterii conuicto, cum neq; paternum animũ poſſet exuere, neq; ſolus pœnæ, q̃ in alios ſtatuerat, immunis eſſe uellet, ſibi primum unum oculum, quamuis plurimum reclamante plebe, & filii crimen patris uirtuti condonante, deinde & filio alterum iuſſit erui. Auctor Valer. lib. 6. cap. 5.

ZAMA, (ζάμα) Africæ urbs fuit, apud quam Africanus maior Annibalem inſigni clade affecit. Vide Hiſtoriam apud Liu. lib. 10. Bel. Pun. ſecundi.

ZAMOLXIS, (ζάμολξις) unicus Getarum deus, ad quem proficiſci exiſtimabant eos, qui è uita decederent. Nonnunquam etiam ſorte ex ſuis aliquot deligebant, quos de rebus ſuis Zamolxidi nuntios mitterent. quos poſt mãdata, quę illi nuntiata cupiebant, in ſublime iactatos, gladiis excipiebant, atq; ita interfectos, recta Zamolxim proficiſci credebant. Zamolxin autem quendam Pythagoræ ſeruum fuiſſe exiſtimant, qui q; Getas ad cultiorem uitam reduxiſſet, ab iis habitus eſt pro numine. Vide Herodotum Hiſtoriarum lib. 4.

ZANCLE, {*Meſſina*} (ζάγκλη) Siciliæ urbs, in peninſula. Pelori ſitu, poſtea à Meſſeniis inſtauratoribus μεσσήνη, hoc eſt, Meſſana appellata. Zancle autẽ prius à ſitus obliquitate dicebatur, q; falcis in modũ curuata eſſet. Vide Strabo. lib. 6. Ipſa etiã Siciliæ Zancle dici inuenitur, à Saturni falce, quam poetæ fabulantur in Siciliã decidiſſe. Quã fabulam inde ortam putat Macrobius, q; in primis frugũ fertilis ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum uſum inueniſſe. Ouid. 15. Meta. Zancle quoq; iuncta fuiſſe Italiæ legitur, donec confinia pontus Abſtulit, & media tellurem repulit unda. Zanclæus, a, um, (ζαγκλαῖος) ut Zanclæa arena. Oui. 15. Meta. Charybdis Zanclæa. Idem 4. Faſt.

ZANCLES, (ζάγκλης) ſenex quidam Samothracenus, cui poſt annum ultra quartum & centeſimum dentes renatos fuiſſe tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

ZAPAVORTENE, (ζαπαυορτήνη) Aſiæ regio, à Caſpiis uerſus ortum ſita: cuius deſcriptionem uide apud Pli. lib 6. cap. 16.

ZARIASPA, orum. (ζαρίασπα τὰ) Indiæ urbs, quam alio nomine Bactra appellant. Auctores Plin. lib 6. cap. 15. & Strabo lib. 17.

ZARMISEGETHVSA, (ζαρμισεγέθουσα) regia Daciæ urbs, auctore Ptolemæo. lib. 3. cap. 8. Vlpia Traiana deinde dicta.

Z ANTE E.

ZEA, (ζειὰ) genus frumenti, ſimile farri, quæ uulgò Spelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioſco. lib. 2 cap. 80. alterum ſimplex, & unius tãtũ grani: alterũ quod Dicoccon, hoc eſt, gemini & duplicis grani appellant, duobus uaſculis connectum ſemen habens. Plin. lib. 18. cap. 8. Qui Zea utuntur, non habent far. Eſt et hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenq; appellatur. Hoc habet nomen pręclara res, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: Plura de Zea uide apud Galenum lib. 1. de Aliment. facult.

ZELA, (ζῆλα) oppidum fuit Thraciæ in Corpilica regione, eo in loco ſita, ubi poſtea extructa fuit Plotinopolis. Auctor Pli. li. 4. cap. 11. Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli a qua uicinus ager Zeleticus appellatur. Auctor Plin. lib 6. cap. 3. & Strabo lib. 12.

ZELIA, ſiue Zelea. pen. pro. (ζηλεία) Troadis oppidum, ad radicẽ Idæ mõtis, ſpectans in Helleſpontum. Auctores Plin. lib. 8. cap 32. & Strabo lib. 12.

ZELO, as, & Zelor, aris, deponens à uerbo Græco, {*Amar grandemente, imitare, hauer inuidia*} (ζηλόω) in ſacris literis frequenter occurrunt. idemq; prorſus ſignificant, quod apud Græcos ζηλόω, hoc eſt, æmulor, inuidia proſequor, cupidè aliquid imitor, & tam uehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar.

ZELOTES. pe. pro. (ζηλωτὴς) idem eſt q; æmulator, Vnde Theſeus dici poſſet zelotes Herculis, & Phauonius Catonis: q; hic Catonem, ille Herculem ſemper ſtudioſe obſeruauerit, uirtutemq; conatus fuerit æmulari. Quandoq; acci-

pitur

pitur pro amatore,qui nullum in amore fert riualem. In hac ſignificatione frequenter occurrit in ſacris literis,præcipueq́ apud Prophetas qui Deum zelotem eſſe prædicant,hoc eſt,zelotypum.& ferre non poſſe,ut amor ille, cultusq́ ſibi uni debitus,ad idola,dæmonaue transferatur.

ZELOTYPIA,æ,{Geloſia}(ζηλοτυπία)ægritudo animi ex eo proueniẽs, ꝙ quis timeat,ne adſit alteri,quod cum nemine uelit habere cõmune. Cic.4.Tuſcul. Obtrectatio autem eſt ea,quam intelligi zelotypiam uolo,ægritudo ex eo, ꝙ alter quoq; potiatur eo,quod ille ipſe cõcupiuerit. Antonius Ciceroni inter epiſtolas ad Atticum lib.10. Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra,quæ magis a zelotypia orta q̃ ab iniuria tua nata eſt.

ZELOTYPVS,pe,p.c.{Geloſo}(ζηλότυπος)ſuſpicioſus in amore, quemq́ id ſolicitũ habet,ne quis eo perfruatur,quod ipſe amat.quaſi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem,& τύπος formam ſignificat. Iuu.Saty.5. Quas in digitis uaginæ fronte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus Iarbę.

ZELVS,(ζῆλος)modò inuidiam,modò ſtudium,modò amorem,modo æmulationem ſignificat:quo fit,ut ab aliis alio modo definiatur. Quidam triſtitiã eſſe aiũt ob alterius bona,quæ quia ſibi adeſſe cuperet, Alii δίαγμαν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ πρὸς παράδειγμα ὁρμώσης.

ZENICETVS,(ζηνίκετος)inſignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Aſiæ monte,Lyciam,Pamphiliam,& Piſidiam,aſſidua excurſionibus cũ infeſtaret,multaq́ loca munita in poteſtatem redegiſſet,tandem P.Seruilii, qui poſtea Iſauricus dictus eſt,arma in ſe cõcitauit:à quo cũ montẽ præter oẽm expectationẽ captũ uideret,ſeipſum cũ tota domo cõcremauit. Autor Strab.lib.14.

ZENO,(Ζήνων)Philoſophus,ex Citto Cypri ciuitate,Stoicorum ſectæ cõditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus,ut apud eum claues urbis deponerẽt, ornarentq́ ipſum aurea corona,& ſtatua ærea. Hic adoleſcenti cuidã inepta multa loquenti. Ideo,inquit,duas habemus aures,os autem unum,ut ſcilicet multa audiamus,pauca uerò loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam(ut ferunt)quum abiret ex ſchola,lapidem offendens,digitum perfregit;manu uerò terram feriens,illud ait ex Niobe: Venio, quid me uocas? Et continuo ſe ſtrangulans interiit, Cic.in Orat. Zeno quidem ille,à quo diſciplina Stoicorum eſt,manu demonſtrare ſolebat quid inter has artes intereſſet. Nã cum compreſſerat digitos,pugnumq́ fecerat.Dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe: cum autem diduxerat,& manum dilatauerat,palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Fuit & alius Zeno Eleates,quem dialecticæ inuentorem fuiſſe ſcribit Ariſto. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nã quum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflãmaſſet contra Nearchum tyrannum,facto indicio comprehenſus,traditusq́ eſt tortoribus torquendus. Quumq́ laceraretur,ut conſcios coniurationis nominaret,neminem illorum indicauit,ſed amicos,intimosq́ tyranni participes coniurationis eſſe dixit. Deinde quum quippiam ſe in aurem tyranni I. qui uelle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non ante dimiſit,q̃ rapta aure populatum caput reliquiſſet. Verum cum iam uereretur,ne toties repetitis tormentis reſiſtere non poſſet,conuerſus ad ciues qui quæſtioni intererant: Admiror(inquit)ueſtram ignauiam, o ciues,qui eorum metu.quæ ego nunc patior,tyranni iugum ſuſtinetis:idq́ cum dixiſſet,conciſam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto ciuiũ animos libertatis deſiderio incendit,ut concurſu undiq; facto,Nearchum lapidauerint. Fuit & alius Zeno philoſophus Epicureus,Ciceronis ſynchronos,id eſt, contemporaneus:quem idem Cic.lib.1.de Finib.ſe cum eum Attico frequenter audiuiſſe teſtatur Epicuri ſententias explicantem.

ZENOBIA,(Ζηνοβία)Odenati uxor,quæ à Ptolemæis originem ducens Grę cis ac Latinis literis ornatiſſima,necnon & rebus bellicis celeberrima,in Palmyra Syriæ urbe regnauit. Hæc quum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandẽ ab Aureliano Auguſto uicta Romam in triumphum ducta fuit:ubi ſummo cũ honore conſenuit.

ZENOBIVS,(Ζηνόβιος)Sophiſta,qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripſit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Salluſtii hiſtoriam in Græcum ſermonem conuertit. Autor Suidas.

ZENODORVS,p.p.(Ζηνόδωρος)ſtatuarius inſignis fuit ſub Nerone, qui Mercuriũ coloſſeũ fecit aut Aruernos CCCC.pedũ altitudine: deinde & Neronis coloſſum,qui poſtea dedicatus fuit numini Solis. Autor Pli.lib.34.ca 8.

ZENODOTVS,p.c.(Ζηνόδοτος)Epheſius uerſificator,& Grãmaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit.à quo etiam Alexandrinæ bibliothecę fuit præfectus:primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus,qui in quædã Platonis,Homeri,& Heſiodi opera Commentarios conſcripſit. Vide Suidam.

ZENODOTIVM,(Ζηνοδότιον)Vrbs Oſroenæ prope Nicephorium, ut ex ſecundo Parthicorum Arriani annotauit Stephanus.

ZEPHYRE,(Ζεφύρη)inſula eſt maris mediterranei,iuxta Cretam, Autor Pli. lib.4.cap.12. & Pomponius lib.2. Zephyre item,ſiue Zephyra,olim dicta fuit Cariæ urbs,Mauſoli ſepulchro nobilitata,quæ deinde dicta eſt Halicarnaſſus. Autor Strab.lib.14.

ZEPHYRIVM,(Ζεφύριον)promontorium eſt Locrorum, à quo Locri dicti ſunt Epizephyrii,ꝙ ſupra Zephyrium ſiti eſſent. Strabo li.6. Locri agri promõtorium offertur,quod Zephyrium appellatur:portum habens ab occaſu uenientibus uentis commodum:qua ex cauſa,& nomen aſſequitur.

ZEPHYRVS,p.c.{Ponente}(Ζέφυρος)uentus flans ab occaſu æquinoctiali aduerſus Subſolanum:quem Latini Fauonium appellãt. dictus Zephyrus quaſi ζωηφόρος uitam ferens:uel quia fert quæ ſunt ad uitam. Eo ſanè plantæ omnes germinant,& pullulant. Vide Gell.lib.2.cap.22. Hinc Zephyrius adiectiuum,ut,Zephyria oua,(ὑπηνέμια ᾠά)hoc eſt,ſterilia, ꝙ uento putentur generari. Pli.lib.10.cap.60. Quidam & uento putant ea generari: qua de cauſa etiam zephyria appellantur.

ZERBIS,(Ζέρβις)Meſopotamiæ fluuius in Tigrim cadens,ut ſcribit Plin.lib. 6.cap.26.

ZERETHRA, Arcades uocant uadi foramina quædam,per quæ Eraſinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in Argiuam terram: Autor Strab lib.8.

ZEROS,gemma ſimilis iridi,alba ac nigra macula diſtinguente cryſtallum. Pli. lib.37.cap 9.

ZERYNTHVM,(Ζήρυνθον)antrum eſt in Thracia,non procul à Zona urbe & Hebro fluuio,Hecates numini ſacrum,ut eſt auctor Lycophron: unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri ſacrum fuiſſe exiſtimat,eamq́ inde Zerynthiam dictam. Vide Coel.Rhodig.lib.18.cap.23.

ZETA,& Zetecula,diminutiuum apud Plin.in Epiſt. eſt locus capax unius lecti,cum ſellis duabus,qui uelis obductis,& reductis, modo adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum,quoniam tribus è partibus feneſtras, & proſpectus habeat,atq; ſolum multipliciter accipiat,quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν,quod eſt feruere. Nam & heliocaminus in ipſa zeta ponitur, hoc eſt,uaporarium quoddam ſolare,non ad ignis uſum,ſed ad Solis, uelut id quod uulgò Luminare dicitur,& in Paduana Gallia Lucernum. Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, ꝙ in ea commodiſſimè uiuatur:(ut quam delicias & amores ſuos uocet Cæcilius)ſicut à cõuerſatione, uictuq́ Dieta. De Heliocamino Vlpia. de ſeruitutibus urbanis: Si arbor(inquit) heliocamino,uel ſolario ſolem adimat,dicendum erit,quia umbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius,contra ſeruitutem impoſitam fieri De zeta. Lamprid Indicos odores Heliogabalus ad uaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incẽdi. De Zetecula Plinius: Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

ZETHES,Ζήτης)fuit filius Boreæ ex Orithyia,& frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt:&,quoniam alati fuiſſe feruntur, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt,teſte Seruio.

ZETHVS,(Ζῆθος)Iouis ex Antiopa filius,& frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic.lib.2.de Orat. Ut ut eſt philoſophiæ,ſicut Zethus ille Pacuuianus,prope bellum indixeris. Horat.1.Epiſt.17. Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis,atq; Zethi diſſiluit.

ZEVGITANA REGIO,(Ζευγιτανή)eadem quæ & Africa propriè dicta. Auctor Plin lib.5.cap.4.

ZEVGITÆ,(Ζευγῖται)calami aucupatorii, in Orchomenio lacu poſt annuam inundationem naſcentes. Auctor Plin.lib.16.cap.36. Zeugitæ item dicebantur tertii cenſus homines in Republica Solonis,ab equis iugalibus dicti,qui metra colebant ducenta,& quoties neceſſitas urgebat,minas decem tributi nomine conferebant. Vide Coel Rhodig lib.25.cap.18.

ZEVGMA,gmatis,(ζεῦγμα)Latinè cõnexio, ſiue adiunctio dici poteſt. Eſt autem figura dictionis, quum plures ſenſus uno connectuntur uerbo, quod tribus modis fit:aut præpoſito uerbo,ad quod reliqua reſpiciant ut, Vicit pudorem libido,timorem audacia,rationem amentia. Aut uerbo poſtpoſito: ut, Neq; is es Catilina,ut te aut pudor à turpitudine,aut metus à periculo,aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio ſenſuum poſito uerbo.ut, Troiugena interpres diuum,qui numina Phoebi,Qui tripodas,Clarii lauros,qui ſidera ſentis, Et uolucrum linguas,& præpetis omina pennæ. Aen.3. Eſt & Zeugma urbs inſignis ad Euphratem fluuium, LXXXII.M.paſſ.à Samoſatis Comagenæ ciuitate diſtãs. Auctor Plin.lib.5.cap 24.

ZEVS,zei,piſcis præſtãtiſſimi genus in Oceano Atlantico,& circa Gades,inter omnes qui eo in mari capiuntur,bonitatis palmam obtinẽs. Gaditani alio nomine Fabrũ appellant à colore,opinor,fuligineo,quo fabri plerunq; nigrcant. Pli. li.9.ca.18. Eſt hæc natura,ut alii alibi piſces principatũ obtineant: coracinus in Aegypto Zeus,idem Faber appellatus,Gadibus circa Ebuſum ſalpa. Colu.li. 8.ca.16. Vt Atlantico faber,qui & in noſtro Gaditã municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur:cumq́ priſca conſuetudine Zeum appellamus.

ZEVXIS,(Ζεῦξις)clariſſimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhaſio deſcendit, uuasq́ tãto ſucceſſu pictas in ſcenam detulit,ut ad eas aues aduolarent. Parrhaſius autem linteum attulit pictum, ita ueritate repræſentata,ut Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam:intellectoq́ errore,concederet palmam ingenuo pudore: quoniam ipſe aues fefelliſſet,Parrhaſius autem ſe artificem. Fertur hic pinxiſſe puerum uuas ferentem,ad quas quum aduolaſſent aues, iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo, & dixit, Vuas melius pinxi q̃ puerũ. Nam ſi hunc conſummaſſem, aues timere debuerant. Pinxit & Helenæ ſimulacrum,quod deinde Romam translatũ fuit, & in Philippi porticibus collocatum Hæc ex Plin.lib 35.cap.10.

ZEVXO,(Ζευξώ)Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Heſio. in Theog. Ζευξώ τε,κλυτίη τε,ἰδυῖά τε,Πασιθέη τε.

Z ANTE I.

ZIELA,(Ζίηλα)Cappadociæ oppidum,teſte Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

ZIGERE,(Ζιγέρα)oppidum Scytharum Aroterum in ea parte Thraciæ, quæ Iſtri oſtiis incumbit. Auctor Plin.lib.4.cap.11.

ZIGNIS,ydis,(ζιγνίς)lacerta minor, quã & Chalcida uocat Ariſtoteles de Nat.animalium.

ZILIS,(Ζίλις)oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum,& è Bætica iura petere iuſſum. Auctor Plin.lib.5.cap.1.

ZIMIRIS,(Ζίμιρις)regio Aethiopiæ arenoſa, in qua magnetes optimi inueniuntur. Plin.lib 36.cap.16.

ZINGI,(Ζίγγοι)Mæotidis paludis accolę ſupra Cimmerium Boſphorum. Pli. lib 6.cap.7.

ZIPOETIVM,(Ζιποίτιον)Bithyniæ oppidum, à Zipœto rege ita appellatũ. Gentile Zipœtius,ζιποίτιος Stephanus.

ZIRINIA,(Ζειρηνία)Thraciæ oppidum,ut ex lib.3. Philippicorum Theopõpi annotauit Stephanus Gentile Zirinates ζειρηνάτης.

ZINGIBER,eris,{Gengiouo gengero Boc. Gior 8.Nou.6 Comperò una libra di belle galle di gengiouo}(ζιγγίβερις Dioſcoridi)genus eſt aromatis, Paruas habens radices albeſcentes,odoratas,ſapore piperis. Naſcitur in Troglodytica & Arabia. Vide Dioſc. lib 2.cap.149.

ZIZANIA,niæ,& Zizanium,zanii,(ζιζάνιον)uitium tritici hordeiq́, nimia loci uligine corrupti,iugibusſic pluuiis diluti:quod Latino uocabulo Loliũ appellatur Galli,ꝙ caput tentet,uertigines generet,& uini modo inebriet, Iurram appellant. Effigiem habet hordeo haud diſſimilem,ſed folium anguſtius,pinguius,& hiſpidius,ſemen exilius in cortice aculeato, florem autem ſubpurpureum Dioſcorides lib.2.cap.92. αἶραν appellat.

ZIZAMA,(Ζίζαμα)oppidum Garamantum unum ex iis,quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem ſunt redacta. Auctor Plin lib.& cap.5.

ZIZIPHVS,pen.cor.(ζίζιφος)genus arboris,nouiſſimis Auguſti temporibus ex Africa in Italiam translatum: fructum fert,quem neutro genere Ziziphum

appellamus, baccis ſimiliorem q̃ malis. Officinæ Iuiubas uocant. Plin. libro 15. cap. 14. Aeque peregrina ſunt Zizipha & Tuberes, quæ ipſa nonpridem uenere in Italiam. hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ANTE M.

ZMILACES, (ζμιλάκης) gemma eſt in Euphrate naſcens, Proconneſio marmori ſimilis, medio colore glauco. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZMILVS, (ζμίλος) nobilis architecti nomen qui una cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis inſignem. Auctor Plin. lib. 36 cap. 13.

Z ANTE O.

ZOARA, (ζόαρα) urbs Perſidis cuius incolæ dicuntur Zoaratæ ζοαρᾶται. Eſt item zoara Palæſtinæ locus, quo Loth tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. A quo fit gentile Zoarenus, ζοαρηνός.

ZOBIDÆ, (ζωβίδαι) populi Carmaniæ finitimi: ut annotauit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

ZODIACVS, penult. cor. {*Zodiaco, cerchio celeſte*} (ζωδιακός) circulus eſt in ſphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens ſigna. ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium interſecans Aequatorem. a quo uiciſſim & ipſe ſecatur circa principia Arietis & Libræ. Porro cum cæteri omnes circuli ſine latitudine & profunditate eſſe intelligantur, ueluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduum ſedecim tribuitur: quam quidem latitudinem mediam diuidit linea Ecliptica, utrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dictus autem Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζῴων, hoc eſt, à figura animalium, quæ in eo imaginantur. ut ſunt Aries, Taurus, &c.

ZOELÆ, per tres ſyllabas, pen. pro. (ζωῆλαι) Aſturiæ populi in Hiſpania Citeriore, Pelicis, & Gyris finitimi. Auctor Pli. lib. 3 ca. item 3 Apud hos præſtantiſſimum lini genus naſcebatur, & ſplendidiſſimum, idque natura torrentis, in quo poliebatur: ut teſtatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

ZOILVS, (ζωΐλος) Sophiſta fuit Amphipolites Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem libris aduerſus eum ſcriptis auſus ſit reprehendere, unde & ὁμηρομάστιξ cognomē accepit. Quæ ſcripta Ptolemæo obtulit, ingens uidelicet præmium ab eo ſperans. Verum cum nihil daretur, penuria coactus, ſubmiſit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari ſe ait, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis eius genere diuerſi diuerſa ſentiunt. Alii parricidii conuictum iuſſu regis cruci ſuffixum uolunt. alii cum in Græciam rediſſet, de Scironiis ſaxis fuiſſe præcipitatum. Ab huius autem moribus ſumptū eſt, ut homines liuidi, & ex alieni ingenii obtrectatione laudē aucupantes, Zoili dicerentur. Ouid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingeniū magni liuor detrectat Homeri: Quiſquis es illo Zoile nomen habes. Vide Adagia Eraſmi.

ZONA, æ, {*Cinta, cintura correggia*} (ζώνη) cingulum, quo cingimur. Mart. lib. 14. Longa ſatis nunc ſum. dulci ſed pondere uenter Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis. Ouid. 2. Faſt. Dat teretem zonā, qua modo cincta fuit. Horat. 2. Car. Ode 30 Et ſolutis Gratiæ zonis, properentque nymphæ, Mercuriuſque. Catul. Epigram. 2 Quod zonam ſoluit diu ligatam. Caius Gracchus apud Gel. lib. 15. cap. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Zonā perdidit, prouerbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia deſtitutus eſt: tractum à militibus, qui quicquid habent in zona circumferunt. Horat. 2. Epiſt. lib. 2. Ibit eò, quo uis, qui zonam perdidit. Zonæ item dicuntur, circuli quidam lati, cœlum, terramque ueluti cingula quædam, ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media quæ inter Tropicos eſt, nimio calore parum apta creditur habitationi, duæ uero extremæ ſub Arctico et Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrent: unde & ipſæ habitationi parum ſunt idoneæ. Reliquæ autem duæ ut quæ medium inter torridam, & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ uitæ accommodatiſſimæ. Verg. 1. Georg. Quinque tenent cœlum Zonæ: quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur Cœrulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has inter, mediamque duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ Diuum, & uia ſecta per ambas. Obliquus qua ſe ſignorum uerteret ordo. Ouid. 1. Metam.

Vtque duæ dextra cœlum, totidemque ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem.
Cura dei: totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quę media eſt non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas. totidem inter utranque locauit:
Temperiemque dedit miſta cum frigore flamma.

Eſt item Zona, Stephano, Ciconum urbs in Thracia, non procul ab Hebro fluuio, & Zerynthio antro, in quo Hecatæ canes immolabātur, de quo plura ſupra in dictione Zerynthos. A zona fit Zonarius, ſubſtantiuum, (ζωνοπλόκος) qui zonas facit. Cic. pro Flacco. Quod Mithridates, qui multitudinē illam non auctoritate ſed ſagina tenebat, ſe uelle dixit, id ſutores, & zonarii conclamarunt.

Zonarius, adiectiuum, quod ad zonā pertinet: ut, Sector zonarius, (βαλλαντιοτόμος) qui zonā ſeu loculos incidit, quem crumenisecā appellare poſſumus. Plau. in Trin. Mea ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius.

ZONITIS, pe. pro. (ζωνῖτις) cadmiæ ſpecies eſt, lineas quaſdam latiuſculas zonarum inſtar diſcurrentes habens: unde & nomen accepit. Eadem & Placodes (πλακώδης) dicitur quaſi cruſtaceam dicas. Auctor Dioſcor. lib 5. cap. 40.

ZONVLA, læ, (ζωνίδιον) diminutiuū à zona. Catull. in Epithalamio: Tibi uirgines Zonula ſoluunt ſinus.

ZOONYCHON, pen. cor. (ζωόνυχον) herba eadem cum leontopodio: apud Dioſco lib. 4. cap. 132.

ZOOPHTHALMOS (ζωόφθαλμος) herba in tectis & ſuggrūdiis naſcēs, quæ notiore nomine Sempervivum maius (ἀείζωον τὸ μέγα) appellatur. Foliū habet carnoſum & ſubrotundum, oculi animalis ſimilitudinem referens: unde et nomen accepit. Vide Plin. lib. 25 cap. 13 & Dioſco. lib. 4. cap. 91.

ZOOPHYTA. (ζωόφυτα) dicuntur, teſte Budæo, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habēt. ut ſunt Oſtrea & Spongię, quæ neque ſtirpes neque animalia dicere poſſis, ſed medium quiddam inter utrunque. Nam ſenſu prædita eſſe manifeſtum eſt, cum tamen motu careant progreſſiuo. Nos (inquit Budæus) fortè Plantanimantes dicere poſſemus: uel Plantanimalia.

ZOPISSA, (ζώπισσα) pix nauibus abraſa, teſte Plin. lib. 16. ca. 12. quæ admiſta cera, & marino ſale macerata, multo ad omnia eſt efficacior, q̃ aliæ pices. Sed proprie reſina ex pinu Dioſco. lib. 1. cap. 96. ζώπισσαν δ' οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ, καλουμένην ὑπὸ τινῶν ἀπόχυμα, διὰ τὸ τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι· οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὀνομάζουσι. hoc eſt: Zopiſſam aliqui aiunt deraſam nauibus reſinā cum cera, quam alii Apochyma appellant. Ea diſſipandi naturam habet, quoniam marino ſale macerata ſit, alii ex picea reſinam hoc nomine uocauerunt.

ZOPYRON, pen. cor. (ζώπυρον) herba eſt ſimilis ſerpyllo, naſcens in petroſis, orbiculato florum ambitu ſpeciem lecti pedum præbens. unde & Clinopodion à quibuſdam appellatur. Vide Plin lib. 24. cap. 15.

ZOPYRVS, pen. cor. (ζώπυρος) Phiſiognomon quidam fuit hoc eſt, ex eorū genere, qui ſe hominum mores naturaſque ex faciei lineamentis perſpicere profitētur. Huic cum aliquando oblatus eſſet Socrates, isque eum hominem ſtupidū bardumque eſſe reſpondiſſet, cæteris eam uocē riſu excipientibus Non fallitur (inquit Socrates) o Zopyrus Talis enim eram, niſi uitioſam naturam Philoſophiæ præceptis ſuperaſſem. Zopyrus præterea alius fuit filius Megabyzi, unus ex iis, qui occiſo Pſeudoſmerdi, Perſarum regnum è Magorum manibus uindicarūt. Hic cum Darius Babylonem uigeſimum iam menſem fruſtra obſideret, naſum ſibi, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darii iniuria conquerens, quem ſibi immerēti ita faciem mutilaſſe ſimulabat. Receptus itaque à Babyloniis, leuibuſque aliquot prælus ſeſ ita feliciter geſta, uniuerſæ urbis dux conſtitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamen uictoriam ſibi nimis magno conſtare, ſæpe conqueſtus eſt, unum ſeſe Zopyrum integrum malle aſſerens, quàm uiginti capere Babylones. Auctor Herodotus lib. 3.

ZOROANDA, (ζοροάνδα) lacus eſt circa Taurum montem, ubi Tigris cuniculis abſorptus, rurſus erumpit. Vide Plin. lib 6. cap 27.

ZOROASTRES, (ζωροάστρης) Bactrianorum rex, Aſtrologiæ & Magiæ peritiſſimus, qui eadem, qua Ninus Aſſyriorum rex, ætate floruit, à quo poſt multa prælia uario euentu commiſſa, tandem debellatus eſſe traditur, & occiſus.

Hic omnium mortalium unus, teſte Plin. lib 7. cap. 16. eodem, quo natus eſt, die riſiſſe fertur: cerebrumque ei adeo dicitur palpitaſſe. ut impoſitā repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ. Primus enim artes magicas creditur inueniſſe, ut auctor eſt idem Plin. lib. 30. cap. 1.

ZORONTSIVS, (ζορονήσιος) gemma magica, quæ naſcitur in Indo flumine. Plin. lib. 37. cap. 10.

ZOSTER, (ζωστήρ) genus ignis ſacri, medium hominem ambientis & enecantis, ſi cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis ſacri plura ſunt genera: inter quę mediū hominem ambiens, qui zoſter appellatur: & enecat ſi cinxerit. Zoſter item Atticæ promontorium eſt, non procul ab Anaphlyſto, q̃ longiſſime in mare excurrens: teſte Strabone lib 9.

Z ANTE V.

ZVCHIS, (ζοῦχις) oppidum eſt Africæ, non procul à Syrtibus: à quo fit gentile zuchites, ζουχίτης, Stephanus.

ZVRA. Aphrorum lingua ſemen paliuri uocatur, contra ſcorpiones efficaciſſimum. Plin. lib. 24. cap. 11.

Z ANTE Y.

ZYGÆNA, (ζύγαινα) nomen piſcis, apud Ariſtotelem de Animalibus.

ZYGANTES, {*Zigantt*} (ζύγαντες) populi ſunt Aphricæ mediterraneæ ſicmis ferè uictitantes, quarū magna copia apud ipſos gignitur. Plura de iis ſcribit Herodotus lib. 4. Horum ciuitas, (ζύγαντις) commemoratur à Stephano.

ZYGI, (ζυγοί) populi Mæotim accolentes, ſupra Boſphorum Thraciū, Achæis, & Heniochis finitimi. Auctor Strabo lib. 11.

ZYGIA, (ζυγία) à Græcis appellatur aceris arboris genus, rubens, fiſſili ligno, cortice liuido & ſcabro: Latine Carpinum uocamus. Dicta zygia, quod ex ea materia fiant iuga iumentis, quæ apud Græcos Zyga, uocantur. Vide Plin. lib. 16. cap. 15. Zygia item Iunonis cognomentū eſt, apud Pindarum, eo quod nuptiis præſidere putabatur: unde & γαμηλίαν uocant Greci, Latini etiam pronubam. Ver. 4. Aen. Prima & Tellus & Pronuba Iuno Dant ſignum. Eodem ſpectat & illud eodem libro, Iunoni imprimis cui uincla iugalia curæ. Eſt & Zygia tibia nuptialis. Apuleius. Et ſonus tibi Zygiæ mittatur.

ZYGIS, (ζυγίς) ſerpyllum ſylueſtre, non ſerpens humi, quemadmodum hortenſe, ſed in altitudinem increſcens, ramulos edens tenues, ſurculoſos, foliis refertos longioribus q̃ rutę, & durioribus, & anguſtioribus. flores autem gignit iucunde olentes, & guſtu acres. Auctor Dioſcorides lib. 3. cap. 37.

ZYGITÆ, (ζυγῖται) ex remigibus dicebantur, qui medio ſedebant loco. Nam qui ſummi erant, Thranitę dicebantur: qui uerò infimi, Thalamii. Dicti Zygitę ἀπὸ τῶν ζυγῶν. quo nomine inter cætera tranſtra, & ſedilia in nauibus uocitur, quæ & Latini Iuga appellant. Verg 5. Aene. Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant Deturbat. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

ZYGOPOLIS, (ζυγόπολις) Ponti urbs in confinio Cappadociæ, nō procul à Trapezunte. Auctor Strabo lib. 12.

ZYGOSTATÆ. {*Peſatori*} (ζυγοστάται) ponderum examini præfecti, quorum officium eſt proſpicere, ne qua in ponderibus fraus committatur: ut annotauit Alciatus in legem 2. Digeſt. Si certum petatur.

ZYMITES, pe. pr. (ζυμίτης) panis fermētatus: ἀπὸ τῆς ζύμης. qua uoce Græci fermētū appellāt. Huic opponit Azymus, (ἄζυμος) id eſt, panis fermēti expers.

ZYTHVM, neut. gene. uel Zythus maſcul. (ζῦθος) potus ex hordeo aqua reſoluto confectus, acris guſtu, & uini in morem inebrians. Hoc Aegyptii uini loco utebantur, (unde & Peluſiacus potus à Poetis inuenitur appellatus) ſicut Hiſpani ſimili factitii potus genere, quam Celiam uel Ceriam appellabant. Plin. li. 22. cap ultimo. & frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus. Zythum in Aegypto celia, & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia, aliiſque prouinciis: quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. De Zytho uide Dioſcor lib. 2. cap. 79. Et quomodo conficiatur, uide Ruellium.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE
FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT
VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF
GGG HHH III KKK LLL MMM NNN
OOO PPP QQQ RRR.

Quaterniones omnes, præter QQQ & RRR terniones.

VENETIIS
Ioan. Gryphius excudebat.
1 5 5 5.